John Adams
Library,



IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.



SHELF Nº
*ADAMS
41.3
v.3

IO. MATTHI. GESNERI
NOVVS
LINGVAE LATINAE THESAVRVS.

TOM. III. L – P.

*ADAMS 41.3
no. 3

L

L *Latinorum ſemiuocalis et liquida, cui Graecorum* λάμϐδα *reſpondet.* Lingua palatoque dulceſcens Mart. Capella 3 p. 58 Priſcian. 1 p. 55. L triplicem, vt Plinio videtur, ſonum habet: Exilem, quando geminatur ſecundo loco poſita; vt, *Ille, Metellus*, etc. Plenum, quando finit nomina vel ſyllabas, et quando habet ante ſe in eadem ſyllaba aliquam conſonantem; vt, *Sol, Silua, Flauus, Clarus:* Medium in aliis; vt, *Lectus. Haec ille.* L tranſit in R; vt, *Tabula, Taberna* Priſcian. l. c. L in X; vt, *Paulum Pauxillum, Mala Maxilla, Velum Vexillum, Idem l. c.* L *in deriuatis et compoſitis ponitur pro* D, N, *et* R; *vt ab* vnus *fit* Vllus, ab Liber Libellus *etc. ſic in compoſitis ex praepoſitionibus* Con, In, Inter, Per, *it.* Ad. L *et* D *permutantur in* Medicus Melicus, Lacrima δάκρυον, Meditor *ex* μελετάω, Οδυσσεὺς Vlyſſes. ¶ 2 L *vel ſolum, vel aliis iunctum, quid ſignificet, ex Vrſato praeſertim indicabimus.* L, ſi in termino inueneris, ſuae normae facturum deſignat, limitem gammatum, et in longinquo arcam finalem oſtendit Auct. de Limit. p 271 Goeſ. L. Laribus, Latinus, Latum, Laudabile *ap. Criticos*, Legauit, Lex, Legio, Libens, Libera, Liber, Liberta, Libertus, Libra, (AS) Locauit, Locus, Longum, Lubens, Ludus, Lucius, Lucia, Luſtrum, Quinquaginta, Seſtertius. ⅃. Liberta, Lucia. L. A. Libens animo. LA. C. Latini Coloni. L. A. D. Libens animo dedit, Locus alteri datus. L. ADQ. Locus adquiſitus. L. AG. Lex agraria. L. AN. Quinquaginta Annis. L. AP. Ludi Apollinares. LAR. Lares, Laurentinalia. LAT. Latina, Latinus, Latitudine, Latum. LATIC. Laticlauium, Laticlauialis. LAT. P. X. Latum pedes decem. L. B. Liberta bona, Libertus bonus. L. B M. D. Libens merito dicauit, Locum bene merenti dedit. L. C. Latini ciues, Lege cauetur, Libens curauit, Loco conceſſo. L. Ↄ. L. Lucii conlibertus, *vel* conliberta. L. D. Larum diuinorum, Libens dedit, Libertus dedit, Locum dedit, Locum dedicauit, Locus datus. L. D. A. B. M. Libens dedit amico bene merenti. L. D. D. Libens dono dedit, Locus datus decreto. L. D. D. C. Locus datus decreto collegii. L. D. D. D. Locus datus decreto decurionum. L. D. P. Libertus domino poſuit, Locum dedit publice. L. D. S. Libens de ſuo. L. D. S. D. Libens de ſuo dedit. L. E. D. Lege eius damnatus, Libens ei dedit, Locus ei datus. LEG. Legatum, Legatus, Legio. LEG. I. ADI. P. F. ANT. Legio prima adiutrix pia fidelis Antoniana. LEM. Lemonia Tribus. L. F. Libens fecit, Locum fecit, Lucii filius, Luſtrum fecit. L. F. C. Libens fieri curauit, Libertis faciundum curauit, Libertus fieri curauit. L. F. D. N. Lucii filius Decimi nepos. L. F. V. F. Locum filiis viuens fecit. L. F. F. O. M. M. D. S. Lubens fieri fecit omni meliori modo da ſuo. L. H. Libertus heres, Locum hunc, Locus heredum. L. H. D. Libens hoc dedit, Libertus heres dedit. L. H. F. C. Libertus heres fieri curauit, Locum hunc fieri curauit. L. H. L. D. Libens hunc locum dedit, Locus hic liber datus. L. I. *vel* L. IV. Lex Iulia, Locum inſtituit. LIB. H. EX T. Libertus heres ex teſtamento. L. I. D. A. C. Lex Iulia de adulteriis coërcendis. L. IV. REP. Lex Iulia repetundarum. L. K. Luſtrum Kapitolinum. LL. Dupondius (duae librae). L.L. Libens lubens, Libertis libertabus, Locus laudabilis, *ap. Criticos*; Lucii liberta, L. L. L. Luciorum liberta, vel libertus. L. L. M. Libentiſſime merito. L. L. P. Libentiſſime poſuit, Libertis libertabus poſuit. L. L. Q. E. Libertis libertabuſque eorum. L. L. Q. F. Libertis libertabuſque fecit. *it.* Lucius Luceius Quinti Filius. L. L. S. Libertis libertabuſque ſuis. L. L. SS. Libertis libertabus ſupraſcriptis. LLS. *etiam nota Seſtertii:* Librae duae Semis. L. M. Legauit memoriam *vel* monumentum, Libens merito, Libero munere, Locus monumenti. L. M. D. Libens merito dedit *vel* dicauit, Libertus monumentum dedit, Locum monumenti dedit. L. M. E. Locum monumenti elegit. L. M. P. Libens merito poſuit, Locum monumenti poſuit. L. M. S. Libens merito ſoluit. L. M. T. F. I. Locum monumenti teſtamento fieri iuſſit. L. M. V. C. Locum monumenti viuens curauit. L. M. V. S. Libens merito votum ſoluit. L. N. Latini nominis, Librarius notarius. L. O. Libertis omnibus. LOC. H. S. C. P. S. Locum hunc ſepulturae conſtituit (ſibi comparauit) pecunia ſua. L. P. Libens poſuit, Libertus poſuit, Loco priuato *vel* publico. L. P. C. D. D. D. Locus publice conceſſus datus decreto decurionum. L. P. C. R. Latini Priſci Ciues Romani, Libens ponendum curauit requietorium. L. P. D. Locus publice datus. L. P. D. D. Locus publico decreto datus. L. P. F. F. Locum publice fieri fecit, Lugens pater filio fecit. L. P. S. Locum poſuit ſibi. L. Q. S. Locus qui ſupra. L. R. Lege rogatur, Locauit requietorium, Locus religioſus. L. S. Laribus ſacrum, Libens ſoluit, Locus ſepulturae. L. S. D. Laribus ſacrum dedit, Locum ſepulturae dedit. L. S. M. C. Locum ſibi monumento cepit, *vel* monumenti conſtituit. L. S. P. Liberis ſuis poſuit. L. S. S. Libertis ſupraſcriptis, Locum ſibi ſepulturae. L. S. S. C. Locum ſibi ſepulturae conſtituit. L. T. Legauit teſtamento. L. T. F. I. Libens titulum fieri iuſſit, Locum teſtamento fieri iuſſit. L. T. F. M. Libens titulum fieri mandauit, Locum teſtamento fieri mandauit. L. V. Lex vetat, Libens vouit. L. V. S. Libens votum ſoluit.

LABĂRVS, i. m. *vel* LABĂRVM, *itemque* LABORVM, i. n. [λάβωρον] *Vexillum eſt, quod ante Imperatores ferri, et a militibus adorari moris fuit.* Tertullianus in Apologetico c. 16 Sypara, illa vexillorum et labarorum, ſtolae crucium ſunt. Laudo diligentiam: noluiſtis nudas et incultas cruces conſecrare. Prudentius contra Symmachum 482

Teſtis Chriſticolae ducis aduentantis ad Vrbem
Miluius, exceptum Tyberina in ſtagna tyrannum
Praecipitans, quanam victricia viderit arma
Maieſtate regi, quod ſignum dextera vindex
Praetulerit, quali radiarint ſtemmate pila.
Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum: clypeorum inſignia Chriſtus
Scripſerat: ardebat ſummis crux addita criſtis.

Vid. Turn. Adu. 15, 16. *N. Fuller. Miſcell.* 2, 1. *Voſſ. Etymol. Quaecunque autem ſciuntur dedit Iac. Gothofr. ad* C. Theod. (6, 25) de Praepoſitis Laborum (*i.* Labororum *ſ.* Labarorum) *qui nempe* Labari *curam gererent circa procedentis Imperatoris latus incedentes.*

LABASCO, *vid.* LABO, as.

LABDA *euphoniae cauſa dicitur, quae alias Lambda.* ¶ 2 *Homo impudicus* Varroni ap. Non. 2, 13. Auſon. Epigr. 128 Cui ipſe linguam cum dedit ſuam, Λ eſt, *quod ad execrabilem turpitudinem lingentium pertinere, res loquitur: et vidit Voſſius Etymol. p. 275. Hinc*

LABDACE, es. f. *de Muliere, quae* λεσϐιάζει, in Priapeiis, n. 78. *al.* Landace.

LABDACISMVS, i. m. Iſidor. 1, 31 Labdaciſmus eſt, ſi pro vno L duo pronuntientur, vt Afri faciunt; ſicut Colloquium pro Conloquium: vel quoties vnum L exilius, duo largius proferimus, *etc.* Mart. Capell. 5 p. 167 vbi L plurimum diſſonat, vt ſi dicas, ſol et luna luce lucebant alba leui, lactea. Λαμϐδακισμὸς *inter* vitia oris et linguae *refert* Quinctil. 1, 5, 32.

LABDĂCVS, i. m. [Λάβδακος] *A quo*

LABDACĬDES, ae. m. *Laius, Labdaci filius, Oedipi pater, et quicunque inde deſcendunt. v. g. Polynices Oedipi filius* Stat. Theb. 6, 451 Nec verbera pallidus addit Labdacides. *Quin generatim* Labdacidae *Thebani dicti.* Stat. Theb. 10, 36 ſic ille truces hortatibus implet Labdacidas.

LABEA, ae. f. *Pro* Labio *aut* Labro *poni videtur* Caton. R. R. 20, 2. *Sed quid proprie eo loco ſignificet, nondum comminiſcebar. Interim* Labeones *a* Labea *dici, apparet.* Non. 6, 43 ex Pomponio, Rictum et Labeas cum conſidero. *Add.* 3, 120. *it.* Gell. 18, 4.

LABEO, ōnis. m. [χείλων, πρόχειλος:] *Cui ampla ſunt labia vel* labeae *potius. Fabiae gentis cognomen, itemque Antiſtiae et aliarum.* Plin. 11, 37 *ſ.* 60 Labra, a quibus Bochi (*Corneliorum familia*) Labeones dicti. Arnob. 3 p. 108 Ergo eſſe dicendum eſt quosdam *Deas* capitones, ſilunculos, frontones, labeones *etc.*

LABECVLA, LABEFACIO, *vid.* LABES.

LABELLVM, *vid.* LABRVM.

LABEO Antiſtius [Λαβεὼν ἀντίςιος] Iuris quidem ciuilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, et conſulentibus de iure publice reſponſitauit: caeterarum quoque bonarum artium non expers fuit, et in Grammaticam ſeſe atque Dialecticam, literaſque antiquiores, altioresque penetrauerat: Latinarumque vocum origines, rationeſque percalluerat: eaque praecipue ſcientia ad enodandos pleroſque iuris laqueos vtebatur Gellius 13, 10. *Sed apud eundem* Gell. 13, 12 Atteius Capito, *de illo*, Agitabat, inquit, hominem libertas quaedam nimia atque vecors, vſque eo, vt diuo Auguſto iam principe, et rempublicam obtinente, ratum tamen penſumque nihil haberet, niſi quod iuſtum ſanctumque eſſe in Romanis antiquitatibus legiſſet. *Specimina deinde refert. Hinc* Inſanior Labeone Hor. Serm. 1, 3, 82. *de nimium ſeuero.*

LABEO, *vid.* LABIVM.

LABERIVS, i. m. [Λαβέριος] *Poëta mimographus, Eques Romanus, cuius meminit* Macrob. Saturn. 2, 7. *et* Gell. 11, 9. *et* 16, 7. Hor. Serm. 1, 10, 6 *Si Lucilium perfectum poëtam dicam*; Et Laberî mimos, vt pulchra poëmata, mirer. *Add.* Sen. Controu. 2, 17, Sueton. Caeſ. 39.

LABES, is. f. [λύμη, Lues, Labes Gloſſ. Gr. Lat.] *a Lapſu dicitur; Violenta quaedam vel aquae illuuies, vel tempeſtatis, grandiniſue ruina, aut quum terra in altiſſimum hiatum vel barathrum aperitur.* Labes Priuernatis agri, cum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet Cic. Diuinat. 1 c. 43. *Luſu comico*, Quanta pernis peſtis veniet, quanta labes larido Plaut. Capt. 4, 3, 3. *Seuerior metaphora eſt in illo*, Cur de huiusmodi labe in meliora migrantes tam pertinaciter plangis Zeno Veron. de Reſurr. *i. ſtatu corrupto et perdito.* Cic. de Diuin. 1, 78 Vt multa oppida corruerint, multis locis labes factae ſint, terraeque deſederint. Vlpianus Locati et conducti, l. Ex conducto, Sed etſi labes facta ſit, omnemque fructum tulerit, damnum coloni non eſſe. *Add.* l. vlt. D. Loc. conducti. Labi, *ablatiuus.* Lucret. 5, 928 Nec nouitate cibi, nec labi corporis vlla. ¶ 2 Labes [σπῖλος, κηλὶς] *inquit* Feſtus, Macula in veſtimento dicitur: et deinde metaphoricôs transfertur in homines vituperatione dignos. Cic. pro Corn. Balb. 15 c. 6. Eſt enim huius ſaeculi labes quaedam et macula virtuti inuidere, velle ipſum

ipſum florem dignitatis infringere. *Sic* Pauci laeta arua tenemus, Donec longa dies, perfecto temporis orbe, concretam exemit labem Virg. Aen. 6, 744. Plaut. Perſ. 3, 3, 4 Impure, inhoneſte, iniure, illex, labes populi. Adulterii labe carere Ouid. Amor. 3, 5, 44. Cic. Off. 3, 85 c. 21 Hunc tu quas conſcientiae labes in animo cenſes habuiſſe? quae vulnera? *Sed ex illa priore ſignificatione ruinae* Cic. pro L. Flacco 24. An innocentiae labem aliquam, aut ruinam fore putatis? *Sic* Mali prima labes Virg. Aen. 2, 97. *Vbi Seruius Ruinam interpretatur.* Prouinciae Labes atque pernicies Cic. Verr. 2 c. 1. *Sed* Pudoris labem eluet cruor Senec. Hippol. 893. *Ruinam notat* Cic. pro Domo 107 Nam ſi illa labes ac flamma Reip. Idem Act. 1 in Verr. 2 c. 1 Labes ac pernicies prouinciae. *Sed* Aſpergere labe Cic. in Vatin. 15. *Rurſus cum ruina iungit* Lucret. 2, 1145 Sic igitur magni quoque circum moenia mundi Expugnata dabunt labem, putreſque ruinas. *Macula* Cic. pro Cael. 42 c. 18 Ne probrum caſtis, labes integris, infamia bonis inferatur. Candor ab inſolita labe notandus erat Ouid. Epiſt. 4, 32. Labes *et* Tabes *confunduntur ſaepe a librariis, vid. Burm. ad* Quinctil. Decl. 12, 4 p. 244. *Et Drakenb. ad* Sil. 8, 21.

L A B E C V L A, ae. f. [σπιλίδιον] Dimin. Cic. in Vatin. 41 c. 17 Sed quum T. Annium tantopere laudes, et clariſſimo viro nonnullam laudatione tua labeculam aſpergas, *etc.*

L A B I N A, ae. f. a Labe dicta, eo quod ambulantibus lapſum inferat Iſidor. 16, 1.

L A B Ō S V S, a, um. Adi. *Veteres a* Labe *dixerunt.* Lucilius *ap.* Non. 8, 46 Praeterea omne iter hoc eſt laboſum atque lutoſum. Laboſae Poenae Id. Lucil.

L A B E F Ă C I O, ēci, actum, ĕre. [σφάλλω, λυμαίνομαι, μετακινέω] Labefacit contagione caeteros *bos* Col. 6, 5, 1. Ter. Adel. 2, 2, 37 Omnes dentes labefecit mihi: praeterea colaphis tuber eſt totum caput. Cic. pro Sext. 101 Quem nulla vnquam vis, nullae minae, nulla inuidia labefecit. Aliquid in omnem partem labefacere Ouid. Met. 3, 70. Fidem ſuam labefacere Suet. in Veſpaſ. 4. Leges et iura Cic. pro Caec. c. 25. Lucret. 4, 1107 Membra voluptatis dum vi labefacta liqueſcant. Primores claſſiariorum Tac. Ann. 15, 51, 1.

L A B E F I O, eri. Munimenta incurſu arietis Sen. de Conſt. c. 6.

L A B E F A C T V S, a, um. Partic. [μετακινηθεὶς] Labefacta cadebat relligio Claud. in Ruff. 1, 14. Animum labefactus amore Virg. Aen. 4, 395. Iugera labefacta Virg. Georg. 2, 264. Deiecta turri, labefacta Parte muri Caeſ. B. C. 2 c. 22. Oſſa labefacta Virg. Aen. 8, 390. Robora labefacta Ouid. Met. 12, 329.

L A B E F A C T I O, ōnis. f. [μετακίνησις] Plin. 23, 1 Tuſſim veterem inhibet, et gutturis rheumatiſmos, orthopnoeam, dentium labefactionem. *Harduin.* Labefactationem.

L A B E F A C T O, āre. [σφάλλω, παρακινέω] Frequent. *ſenſu plerumque metaphorico ponitur, pro debilitare, vel quocunque modo nocere: ſtare enim dicuntur, quae incolumitatem ſuam ſeruant. Debilitare, euertere.* Cic. de Senect. 20 c. 6 Quod ſi legere et audire velitis externa, maximas Reſp. ab adoleſcentibus labefactatas, a ſenibus ſuſtentatas et reſtitutas reperietis. *Alii* Labefactas. Labefactare et peruertere Cic. de Fin. 3, 70. Id. Verr. 3, 47 Labefactarat vehementer aratores iam ſuperior annus: proximus vero funditus euerterat. Commoda alicuius labefactare atque oppugnare Cic. Verr. 3, 182 c. 78. Fidem ſuam aut alterius pretio labefactare Liu. 24, 21. Cic. pro Cluent. 194. Opinionem labefactare Id. ibid. 6. Rempub. labefactare et euertere Id. de Fin. 1, 44. Id. Verr. 4, 94 Poſtea conuulſis repagulis, effractiſque valuis, demoliri ſignum, ac vectibus labefactare conantur. Vitas hominum labefactare Cic. de Inuent. 1, 4. Labefactare *aliquem, pro Commouere, et a propoſito auertere.* Ter. Eun. 3, 3, 3 Ita me video ab ea aſtute labefactarier. Cic. de Amicit. 34 Quod ſi qui longius in amicitia prouecti eſſent, tamen ſaepe labefactari, ſi in honoris contentionem incidiſſent. Animam labefactare Lucret. 6, 798. Cic. Diu. in Caecil. 44 Nunquam ille me opprimet conſilio, nunquam vllo artificio peruertet, nunquam ingenio me ſuo labefactare atque infirmare conabitur. *Conf.* Lucret. 1, 694. Ouid. Am. 2, 13, 1. *Add.* ib. 13, 21, 7. *Paſſiue* Quinct. 2, 14, 14 *de vniuerſalibus ſ. perpetualibus,* Raro inuenitur hoc genus, vt non labefactari parte aliqua aut ſubrui poſſit.

L A B E F A C T Ā T V S, a, um. Fides labefactata Tacit. Ann. 4, 60, 4. Res ſecundae labefactatae Salluſt. Fragm. 1, 10. *it.* 6.

L A B E F A C T A T I O, onis. Quinctil. 8, 4, 14. Plin. 23, 1 *Harduin. vbi vero al.* Labefactio.

L A B I Ē N V S, i. m. (Λαβιῆνος) *Cognomen gentis Rom.* T. Labienus, *Caeſaris in Gallia legatus, qui magnas ſub eo res geſſerat: demum bello Ciuili transfugit ad Pompeium, cui Caeſar bona, quae habebat in poteſtate, remiſit.* Lucan. 5, 345 Dux fortis in armis Caeſareis Labienus erat, nunc transfuga vilis.

L A B Ĭ L I S, *vid.* L A B O R, ĕris.

L A B I V M, i. n. *quod ſaepius plur. num. dicitur,* L A B I A, orum. [χεῖλος] *Extremitates oris hominis.* Labiumque inſigne reuellit Seren. *ap.* Non. 3, 120. Ter. Eun. 2, 3, 44 Labiis demiſſis. *Conf.* Plin. 24, 15. *et* 30, 4. Trementia labia Sil. 8, 115. *Conf. Drakenborch. ad h. l. Diſcretionem inter* Labia *et* Labra *explodit* Seru. ad Virg. Ecl. 2, 34. In labiis Primoribus verſatur: *vid.* V E R S O R.

L A B I A, ae. f. *probat* Nonius 3, 120 *ex* Plauto Stich. 5, 4, 41 Age tibicen, quando bibiſti, refer ad labias tibias. *Et ex* Naeuio Verberatio populus homini labias pugnis caedere. Nigid. *ap.* Gellium 10, 4. Labias ſenſim primores emouemus. *Adde Anon. ap. eund.* Gell. 19, 11 Animula aegra et ſaucia cucurrit ad labias mihi. Apul. Met. 10 p. 249 *it.* 252.

L A B E A. *vid. ſ. l.*

L A B I O S V S, a, um. Adi. *Labiis amplis ac prominentibus.* Lucret. 4, 1164 Simula, σιλήνη ac ſatira eſt: labioſa φίλημα. *q. d. oſculum, i. oſculo accipiendo ac dando apta.*

L Ā B O, āre. [σφάλλομαι, ὑποφέρομαι] *eſt labi incipere, titubare, vacillare, lapſum minari. Corripit priorem ſyllabam, cum* Labor, labi *producat. Vt* ſedeo *primam breuem habet,* ſido, *ſedere incipio, longam. Lapſui proximum eſſe: vid. Gronov. Praef. ad Liu. Drakenb. ad* Sil. 2, 392. Virg. Aen. 2, 492 Labat ariete crebro Ianua. Cic. Verr. 4, 85 Hora amplius iam in demoliendo ſigno permulti homines moliebantur: illud interea nulla lababat ex parte. Aedes labantes reficere Hor. Carm. 3, 6, 3. Curſus labat mihi incerto limite Stat. Silu. 5, 3, 237. Dentes labant Celſ. 7, 12. Genua labant Virg. Aen. 12, 905. *it.* 5, 431. Naues labant Ouid. Met. 2, 163. Pedes dubii ſtantque labantque Ouid. Faſt. 6, 678. ¶ 2 *Metaph.* Si qua in publicis moribus deſidia aut mala conſuetudine labarent, corrigenda ſuſcepit Suet. Tib. c. 33 *extr.* Labare ſermone, *Inconſtanter et timide loqui* Plin. 14, 22 *ſ.* 28. Labant animi: *h. e. Deficiunt a conſtantia* Liu. 36, 9. Curt. 5, 3, 10. Animum labantem impulit Virg. Aen. 4, 22. Cic. Att. 8, 22 (14) Et ſimul cito labare meum conſilium illud, quod iam ſatis fixum videbatur: non mihi ſatis idonei ſunt auctores ii, qui a te probantur. Corda vulgi labantia variant Virg. Aen. 12, 223. Fortuna dubia reges inter incertos labat Senec. Thyeſt. 34. Memoria labat Liu. 5, 18. Celſ. 2, 7 Quibus cauſa doloris, neque ſenſus eius eſt, his mens labat. Vbi Partes labant, ſumma turbatur Curt. 3, 8, 30. Pectora noſtra in dubio labant Ouid. Epiſt. 17, 178. Spes labat miſto metu Ouid. Triſt. 4, 3, 12. Vita labat, *i. Non recta eſt et integra.* Lucan. ad Piſon. 10. Cic. Tuſc. 1, . . . Mouemur enim ſaepe aliquo acute concluſo: labamus, mutamuſque ſententiam.

L A B A N S, antis. Partic. [σφαλλόμενος, ὀλισθαίνων, ὑποφερόμενος] Liu. 26, 41 Suſtinuiſſe labantem fortunam Populi Romani. Agrippina labans Tacit. Ann. 14, 12, 7. *i. cuius dominatus imminui coeperat.* Tacit. Hiſt. 3, 23 Suſtinuit labantem aciem Antonius accitis praetorianis. *Add.* Id. Germ. 8, 1. Diſciplina Liu. 36, 6 *pr.* Oculi labantes languore Catull. 61, 37. Suet. Caeſ. 14 Labantem ordinem confirmauit Catonis oratio. *Conf.* Hor. Od. 3, 5, 45. Labantibus Rebus Tac. H. 2, 86, 4. *vid.* L A B E N S *a* Labor.

L A B A S C O, ĕre. [σφάλλομαι, ὑποφέρομαι] Inchoatiuum verbum, *inquit* Donatus, Ruinam minari, et ruinae procliuem eſſe. Ter. Eun. 1, 2, 98 Si iſtuc crederem ſincere dici, quiduis poſſem perpeti. P. labaſcit, victus vno verbo, quam cito! *h. e. Suis blandis verbis perpellit ea illum, vt mutet ſententiam.* Idem Adel. 2, 2, 31. Per oppreſſionem, vt hanc mihi eripere poſtulet? S. labaſcit. *Vbi* Donatus, Hoc preſſe dicitur. Et proprie dicit Labaſcit, vt et ſuam inſtantiam, et cunctationem tarde incipientis conſentire monſtraret. Et eſt metaphora ab arbore fracta: quae multis ſucciſa ictibus ferri, tandem incipit caſum ponderis, ruinamque minitari. Vincitur in longo ſpatio tamen, atque labaſcit Lucret. 4, 1279. *Conf.* Virg. in Ciri v. 450.

L A B A S C O R, ſci. *Deponens, pro Primitiuo.* Varro Rerum diuinarum lib. 7 Poſtquam vidit miſericordia labaſci mentem infirmam populi. Nonius 7, 41. Accius ib. Nullum eſt ingenium tantum, neque cor tam ferum, Quod non labaſcatur lingua, mitiſcat mala.

L Ā B O R, lapſus ſum, labi. [σφάλλομαι, ὀλισθαίνω, ὀλισθέω, ὀκλάζω] *Leniter et ſenſim decidere, ruere, deficere, mori, falli.* Cic. de Amicit. 41 De C. Gracchi autem Tribunatu quid exſpectem, non libet augurari: ſerpit enim deinde res: quae procliuius ad perniciem, quum ſemel coepit, labitur. Labitur paullatim Diſciplina Liu. praef. Labi *etiam dicuntur, qui per lubricum feruntur, et motu celeri ſiue ſurſum progrediuntur, ſ. deorſum. Sic* Seru. ad Aen. 2, 225 Labi proprie ſerpentum eſt. *Et* Virg. Aen. 2, 262 Labi per funem *eſt demittere ſe per funem.* Cic. de fin. 5 c. 18 Doctior ad patrias lapſus peruenerit oras *de nauigatione.* Volucrum lapſus *eſt* Cic. de Nat. Deor. 2 c. 39. Ales lapſa plaga aetheria Virg. Aen. 1, 398. *Vid.* Curt. 6, 4, 5. *et* 7, 4, 13. Pennis labi Virg. Aen. 4, 223. *i. volare.* Per aequora labi rate Ouid. Epiſt. 10, 65. Aetas occulte labitur Id. Amor. 1, 8, 49. Frigus per vngues labitur Id. Met. 2, 823. Gutta labitur ex oculis Id. Triſt. 1, 3, 4. *Conf.* Tibull. 1, 8, 48. Humor in genas furtim labitur Hor. Carm. 1, 13, 6. Lacrymae labuntur Ouid. Met. 2, 656. E manibus alicuius Curt. 3, 13, 3. Somnus labitur in artus Ouid. Met. 11, 631. Tempora labuntur Id. ibid. 15, 179. *et* Faſt. 6, 771. ¶ 2 *Metaph.* Labi *eſt errare ſuo cum malo.* Cic. pro Rabir. 43 Equitem Romanum veterem amicum ſuum non libidine, non turpibus impenſis, ſed experientia patrimonii amplificandi labentem excepit, corruere non ſiuit, fulſit, et ſuſtinuit, re, fide, fortuna. Id. de Fin. 1, 18 Epicurus autem, in quibus ſequitur Democritum, non fere labitur. Quin labebar longius, niſi me retinuiſſem Id. de Legib. 1, 52. *Pro Longius a propoſito aberrabam.* Errore labi Modeſtinus in l. Si alii D. De bono poſ. ſecun. tab. Fauore prauo labi mortales ſolent Phaedr. 5, 5. Cic. pro Rabir. 25 In his rebus omnibus Imprudentia laberis. Mente labi, *pro Delirare* Celſ. 5, 26. Verbo labi *vid.* V E R B V M. In adulationem labi Tacit. Ann. 4, 6. In gaudia labi Valer. Argon. 6, 662. Varr. de R. R. 3, 2 Quoniam ego ignoro, inquit, quid ſit villa, velim me doceas, ne labar imprudentia. Cic. Tuſc. 2, 12 Sic philoſophus in ratione vitae peccans, hoc turpior eſt, quod in officio, cuius magiſter eſſe vult, labitur. Cic. Tuſc. 4, 41 Quod quum ipſum per ſe odioſum eſt, tum eo moleſtius, quia ſunt in lubrico: incitataque ſemel in procliue labuntur, ſuſtinerique nullo modo poſſunt. *De vitiis loquitur.* In Somnum, Soporem Petron. 22 *et* 100. In vitium labier Hor. Epiſt. 2, 1, 94. Cic. de Legib. 2, 38 Quarum mores lapſi ad mollitiem pariter ſunt immutati cum cantibus. *De Graeciae ciuitatibus loquitur.* Cic. Acad. 4, 118 Vos autem mihi veremini, ne labar ad opinionem, et aliquid aſciſcam, et comprobem incognitum, quod minime vultis.

L A B E N S, entis. Partic. [ὀλισθαίνων, πίπτων, ῥέων] Liu. 2, 20 *pr.* Labentibus ſuper corpus armis. *Nec* te tua plurima, Panthu, Labentem pietas, nec Apollinis infula texit Virg. Aen. 2, 429. Anni labentes Id. ibid. 2, 14. Annus labens caelo Id. Georg. 1, 6. Anni labentes tacito paſſu Ouid. Triſt. 4, 10, 27. Caput labens leuat Lucan. 3, 732. Die labente quaerit conuiuia Virg. Aen. 4, 77. Diſciplina labente deinde paullatim, velut diſſidentes primo mores ſequatur animo Liu. in Praefat. Labante *leg. Birrius, et* Labans *atque* Labens *in MSS. ſaepe confundi notat.* Domus labentis miſerere Virg. Aen. 4, 318. Flumina labentia ſub terras Virg. Georg. 4, 366. Mundi labentis curſus Petron. c. 127. Ocellos labentes premit ſomnus Propert. 1, 10, 7. Oculi labentes *vero* Quinct. 6 Pro. 12 *ſunt moribundi.* Sidera tacito labentia caelo Virg. Aen. 3, 515.

L A P S V S, a, um. Partic. [ὀλισθηκὼς, σφαλεὶς, πεσὼν] Cic. pro Lege Manil. 41 Itaque omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompeium ſicut aliquem non ex hac vrbe miſſum, ſed de caelo lapſum intuentur. Per funem demiſſum lapſi Virg. Aen. 2, 262. Pede lapſus Hor. Serm. 2, 8, 72. Lapſus ſpe, *pro Fruſtratus* Caeſ. Bell. Gall. 5, 55. Lapſus in verbo Ouid. Amor. 2, 8, 7. A vera ratione lapſus Lucret. 2, 176. Lapſus per vinum, *i. ebrietate ad peccatum allectus,* Arrianus in l. Omne delictum §. Per vinum D. re milit. Lapſus animi Plaut. Ciſtel. 2, 1, 8. Lapſus facultatibus *dicitur, Qui ad inopiam decidit.* Vlpian. in l. 1 D. de Magiſtrat. conuent. Quod ſi ſatis exegit, et idoneum exegit, quamvis poſtea facultatibus lapſi ſint tutores, vel fideiuſſores: quod ei, qui non dedit, imputetur. Succurrere lapſis, res eſt regia Ouid. de Pont. 2, 9, 11. Ales lapſa plaga aetheria Virg. Aen. 1, 398. Doctior ad patrias lapſus peruenerit Oras Cic. fin. 5, c. 18. *de nauigatione.* Cic. Off. 2, 9 In quo verbo lapſa conſuetudo deflexit de via. Diebus paucis poſt lapſis Caſſius conſequebatur. *i. Elapſis et praeteritis* Cic. Phil. 10, 8.

Fides

Fides lapſa ſolo tempore Ouid. Epiſt. 2, 102. Res lapſae Virg. Georg. 4, 449. Sen. Thyeſt. 614 Nemo confidat nimium ſecundis, Nemo deſperet meliora lapſis. Rapinae lapſae Valer. Argon. 4, 503. Signa lapſa ſub terras, *et* Orta, *contraria* Ouid. Faſt. 1, 2. Vlp. in l. Furti. in Princip. D. de iis, qui not. infam. Si omnia tempora prouocationis lapſa ſunt. Lapſus *et* Laſſus *confunduntur a librariis. vid. Drakenb. ad* Sil. 10, 606. *Broukh. ad* Propert. 4, 4, 62.

LAPSŪRVS, a, um. Partic. Domus lapſura Ouid. in Ibin 513. Silex iamiam lapſura Virg. Aen. 6, 602.

LAPSABVNDVS, a, um. Fundamenta Sen. Ep. 52. *alii aliter.*

LAPSILIS, e. γλίσχρον Gloſſ. Gr. Lat.

LAPSVS, ûs. m. [ὄλισθος, ὀλίσθημα, σφάλμα, ῥεῦσις] *Ruina, caſus, praecipitium. Sed motum facilem et lubricum etiam ſignificat, vt* Cic. de Senect. 52 *de vinea loquens,* Quam ſerpentem multiplici lapſu et erratico ferro amputans coërcet ars agricolarum. Fidei lapſus Plin. 5, 1. Fluminum Lapſus Hor. Carm. 1, 12, 10. Virg. Aen. 2, 236 Pedibusque rotarum Subiiciunt lapſus, *h. e. rotas, quibus facilius promoueatur ingens ille equus ligneus.* Scalarum lapſus Plin. 7, 37. Serpentum lapſus, *Serpentum progreſſus dicitur* Virg. Aen. 2, 225. Volucrum lapſus Cic. de Nat. Deor. 2 c. 39. Aligero lapſu portabat iuſſa parentis-Cyllenius, *i. Mercurius volans* Sil. 3, 169. Ancipites rerum lapſus Claud. in Conſ. Stil. 1, 142. Graues nimio ſub pondere lapſus Lucan. 1, 71. Immundus lapſus, *vid.* IMMVNDVS. Miſerandus lapſus Sil. 4, 386. Placidus lapſus Ouid. Faſt. 6, 500. *de Nymphis natantibus.* Pronus lapſus fluminum Claud. in Rufin. 1, 159.

LAPSIO, ōnis. f. [ὀλίσθησις, σφάλμα, πταῖσμα] Cic. Tuſc. 4, 28 c. 12 *extr.* Sed haec in bonis rebus, quod alii ad alia bona ſunt aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuitas, vt ſignificet lapſionem, in neutris habeat ſuperius nomen.

LABĬLIS, e. Adi. *Quod facile labi poteſt, vel in quo facilis lapſus eſt.* Arnob. adu. Gent. 3, . . Quidquid enim tale eſt, mortale eſſe arbitramur, et labile. *Add.* 7 p. 213. Ammian. 27, 23 Per labilem limum digreſſus.

LABILĬTAS, ātis. f. Sariſb. 2, 21 Labilitas ſubiectorum.

LABĬDVS, a, um. *Labilis.* Vitruu. 6 prooem. Itineribus labidis vadere.

LABVNDVS, a, um. *Labens,* Accius apud Nonium 10, 5 Vnda ſub vndis labunda.

LAPSO, āre. [ὀλισθαίνω, πταίω, σφάλλομαι] Frequent. *a* Labo, as, *ſignificat enim frequenter vacillare et lapſum minari.* Virg. Aen. 2, 551 Haec dicens altaria ad ipſa trementem Traxit: et in multo lapſantem ſanguine nati. *De Priamo. Conf.* Tacit. Ann. 1, 65, 5. *et* c. 79, 5. Lapſantem greſſum firmare Sil. 3, 633.

LĂBOR, ōris. m. [πόνος, κόπος, μόχθος, κάματος] *Opera, defatigatio, moleſtia, morbus.* Cic. Tuſc. 2, 35 Labor eſt functio quaedam vel animi vel corporis grauioris operis et muneris. Virg. Aen. 2, 708 Nec me labor iſte grauabit. Cic. de Senect. 82 Otioſam aetatem et quietam ſine vllo labore aut contentione traducere? Impiger ad labores belli Cic. pro Font. 33. Auxilium laborum Virg. Aen. 3, 145. Fructus laboris Quinctil. 2, 7. Imprudens laborum Virg. Georg. 2, 372. Liber laborum Hor. de Arte Poët. 212. Mollis, et impatiens laboris Ouid. Triſt. 3, 2, 10. Monimenta laboris Id. ex Pont. 3, 5, 35. Patiens laborum, *vid.* PATIOR. Patiens laboris natura Quinctil. 1, 12. Pretium non vile laboris Ouid. Epiſt. 18, 163. Remiſſio laborum non inutilis Quinctil. 3, 8. Socius et conſors laboris, *vid.* CONSORS. In tenui labor at tenuis non gloria Virg. Georg. 4, 6. Tædium laboris Quinctil. 2, 2. Animi capitiſque labor Hor. Epiſt. 1, 1, 44. Nep. 7, 1, 4. Anni labor Virg. Georg. 2, 514. Boum *i. ſegetes* Id. ibid. 1, 325. Lunae labores Id. ibid. 2, 678. *h. e. Defectus.* Operum labor Id. Aen. 1, 459. Solis labores Id. ibid. 1, 746 *vt* Lunae, *de eclipſi. Repetit* Quinct. 1, 10, 10. Troiae ſupremus labor Virg. Aen. 2, 11. *i. excidium.* ¶ 2 *Epitheta*: Acrior labor Sil. 3, 92. Additus labor frumentis Virg. Georg. 1, 150. *i. auctus in frumento colendo.* Armiferi labores Stat. Silu. 1, 2, 96. Aſſiduus labor Id. ibid. 4, 4, 29. Auſterus labor Hor. Serm. 2, 2, 12. Blandus labor, *vid.* BLANDVS. Breuis et expeditus labor Plin. Epiſt. 3, 9. Caſſus labor, *vid. h. v.* Caſtrenſis labor. *vid. ſub* CASTRVM. Catenati labores, *vid.* CATENA. Continui labores *vid. in* CONTINEO. Difficilis labor Ouid. de Arte Am. 2, 538. Dulcis erat mercede labor Ouid. Faſt. 6, 661. Duri labores Valer. Argon. 5, 278. Virg. Georg. 4, 114. Edomiti, exſudatique labores Sil. 3, 531. Extremus labor Virg. Ecl. 10, 1. Facilis labor alternis Virg. Georg. 1, 79. Felix labor Valer. Argon. 4, 329. Iliaci Virg. Aen. 4, 78. Illiberalis labor, *vid.* ILLIBERALIS. Immenſus labor Ouid. Met. 1, 728. Imperatorius labor, *vid. ſub* IMPERO. Improbus omnia vincit Virg. Georg. 1, 145. Indignus labor Iuuen. Sat. 7, 17. Ineptus labor, *vid.* INEPTVS. Cic. in Orat. 149 Nam eſſet cum Infinitus, tum puerilis labor. Ingratus labor Virg. Georg. 3, 97. Intendens labor et vigiles curae Stat. Silu. 1, 4, 54. Leuis labor, *vid.* LEVIS. Mali Hor. Epod. 16, 16. Militaris labor Quinctil. 2, 13. Multo ſudore et labore ferre aliquid Cic. pro Font. 2. Paruus labor Tibul. 4, 1, 16. Peruigil labor Valer. Argon. 5, 141. Sil. 7, 283 Poſitoque labore dierum Pacem nocte datam mortalibus orbis agebat. Praecipuus labor Virg. Georg. 3, 74. Praedurus labor Valer. Argon. 1, 235. Quotidiani laboris continuatione quaſſatus Firmic. 6, 31. Sudatus labor Sil. 3, 92. Sudatus labor in Aemo Stat. Theb. 5, 189. Suetus labor Sil. 16, 533. Superuacuus labor Quinctil. 1, 8. Vigilati labores Ouid. Triſt. 2, 11. ¶ 3 *Verborum formulae:* Acceſſit mihi ad reliquos labores, Addere labori, Addere laborem, *vid. his verbis.* Adire multos labores Virg. Aen. 1, 14. Affecta labore, ac vigiliis corpora Liu. 36, 24. *pr.* Afferre laborem, *vid.* AFFERO. Agi labor dicitur in orbem Virg. Georg. 2, 401. *vid.* ORBIS. Aſpirat primo fortuna labori Virg Aen. 2, 385. Augere labores Lucret. 2, 1163. Cecidit magnus labor incaſſum Lucret. 2, 1165. Canere ſolis labores Quinctil. 1, 10, 10. Cic. pro Roſc. Com. 49. Non fuit cauſa, cur tantum laborem caperes, et ad me venires. Capere laborem nullum Lucret. 5, 1181. Carere malis laboribus Hor. Epod. 16, 16. Cic. de Orat. 3, 14 Summi labores noſtri magna compenſati gloria mitigantur. Conficere vitae ſuae curſum in labore corporis, atque in animi contentione Id. pro Cael. 39. Conſumere plus operae ac laboris in aliqua re Id. de Orat. 1, 234. Decurrere inceptum laborem Virg. Georg. 2, 44. Defatigare aliquem aſſiduo labore, *vid. h. v.* Defeſſa membra labore Catull. 48, 14. Delegare alicui laborem Cic. Fam. 8, 1. Detrahere laborem Id. ibid. 3, 6. Dilata pars laborum Ouid. Met. 3, 174. Dare finem laborum Virg. Aen. 1, 245. Labor ingenium miſeris dedit Manil. 1, 80. Durare patiar quemuis laborem Virg. Aen. 8, 577. Effuſus labor omnis, *i. functus et fruſtratus* Id. Georg. 4, 492. Seruius. Exacta eſt pars laboris Ouid. Faſt. 1, 723. Exantlatus ab Hercule labor *h. e. Abſolutus* Cic. Acad. 4, 108. Excipere magnos labores Id. de Clar. Orat. 242. Id. pro Arch. 28 Quid eſt, quod in hoc tam exiguo vitae curriculo et tam breui, tantis nos in laboribus Exerceamus? Exercet labor apes Virg. Aen. 2, 435. Exhauſtus labor Quinctil. 4, 5. Exhauſta eſt pars laboris Ouid. de Arte Am. 1, 771. Experiri laborem Virg. Georg. 4, 156. Exſudati labores Sil. 3, 531. Cic. Verr. 2, 135 Quod cuique negotii conflari volebat, nullo labore faciebat. Facere finem laboris Lucret. 3, 956. Fallente ſtudio auſterum laborem Hor. Serm. 2, 2, 12. Ferre laborem Pſeudo-Cic. Anteq. iret in exil. 13. Nep. 18, 11, 6. Ferre onus, gemini laboris Ouid. Epiſt. 19, 166. Ferre praemia laborum Hor. Serm. 2, 1, 11. Finire labores Hor. Carm. 3, 4, 39. Labor Firmat corpus Celſ. 1, 1. Cic. pro Arch. 28 c. 11 Nec tantis ſe laboribus frangeret. Id. . . . Tu labores tuos, quod Aedilis non ſis factus, fractos putas, *etc.* Furare temet aſſiduo labori Stat. Silu. 4, 4, 29. *i. ſubduc ad tempus.* Impendere laborem ac ſumtum ad incertum caſum Cic. Verr. 3, 227. Impendere laborem praecipuum Virg. Georg. 3, 74. Impertiri laborem Cic. pro Muraen. 8. Id. ibid. 38 Nunquam iſte plus militi laboris impoſuit, quam ſibi ſumſit. Imponere finem labori Virg. Aen. 2, 619. Incumbere labori Sil. 4, 820. Ingemens laboribus Hor. Epod. 5, 31. Iniungere laborem alicui Quinctil. 1 Pr. 2. Inſumere magnum laborem ac ſumtum in aliquam rem Cic. de Inuent. 2, 113 c. 39. Intendere laborem et ſtudium alicuius, *vid.* INTENDO. Intermittere laborem Ouid. Met. 3, 154. Interponere laborem, ſtudium, operam, Inuenire quippiam labore, Irrogare labori quippiam, *vid. ſſ. ll.* Laſſauit me labor inſolitus Ouid. Met. 10, 554. Leuare laborem alicuius Virg. Aen. 1, 334. Leuandi laboris ſui cauſa paſſim ac libere ſolutas opere volitare Cic. de Orat 2, 23. *de auibus.* Leuare laborem alicui, Minuere laborem *vid. hh. vv.* Mutare laborem Virg. Ecl. 10, 64. Niti praeſtante labore noctes atque dies Lucret. 2, 12. Obire laborem, *vid.* OBEO. Oblita laborum corda Virg. Aen. 4, 528. Parcere labori, *vid.* PARCO. Parta pabula ſine labore Lucret. 5, 867. Perire labore Lucret. 4, 1114. Perit irritus labor anni Ouid. Met. 1, 273. Perferre laborem Quinctil. 1, 9. Perfunctus laboribus, *vid.* PERFVNGOR. Poſtulare laborem Quinctil. 2, 5. Praeſtare ſe inuictum a labore, *vid.* INVICTVS. Rapiunt ſibi quisque laborem Sil. 13, 187. Relegunt ſuo ſermone labores Ouid. Met. 4, 569. Releuare requie longum laborem Id. ibid. 15, 16. Scribere cum labore, *vid.* CVM. Solata longum cantu laborem Virg. Georg. 1, 293. Subire labores Cic. Att. 3, 15. *extr.* Succedere labori Quinctil. 2, 1. Succurre praeſens noſtro labori Virg. Aen. 9, 404. Sum. *vt* eſſe labori alicui, *h. e. Oneri: vel Moleſtiam adferre.* Cic. Verr. , 16 Nemini meus aduentus labori aut ſumtui neque publice, neque priuatim fuit. Eſſe in labore, *i. in opere laborare* Plin. 11, 17. Quum populus in labore eſt, ipſe opera intus circuit ſimilis exhortanti, ſolus immunis. *De rege apum.* Superare omnia continenti labore, *vid.* CONTINEO. Votum neſſe nequeunt blando labori Virg. Georg. 3, 127. Cic. Fam. 4, 2 Superſedeas hoc labore itineris. Id. de Opt. Gen. Orat. 13 Putaui mihi ſuſcipiendum laborem vtilem ſtudioſis, mihi quidem ipſi non neceſſarium. Suſtinere laborem Pſeudo-Cic. Anteq. iret in exil. 4. Terere manum duro labore Virg. Georg. 4, 114. Tolerare labores Ouid. Met. 9, 289 Trahit ingratum laborem Virg. Georg. 3, 96. Vrgent famulas laboribus Ouid. Met. 4, 35. ¶ 4 *Vt monuimus* Labor, *et frequentius pl.* labores, *apud Poëtas frequenter pro Periculo, Calamitate, vel alio quouis incommodo.* Cuius erga me ſingularem beneuolentiam vel in labore meo, vel in honore perſpexi Cic. Fam. 1, 9. Quibus aliquis obiectus eſt labos Ter. Hec. 31, 6. *Conf. ad h. l. Weitz. it. Barth. Adu.* 33, 1. Si quid laboris eſt, nollem Ter. Heaut. 1, 1, 30. *vid. h. l. Dacer. Add.* Hor. Epod. 16, 16. Virg. Aen. 1, 632 Me quoque per multos ſimilis fortuna labores Iactatam, hac demum voluit conſiſtere terra. *vid.* Philargyr. ad Virg. Georg. 2. Requies ea certa laborum Virg. Aen. 3, 393. Series immenſa laborum Ouid. Epiſt. 9, 5. Taedia longa laborum Id. Met. 14, 158. Defunctus laboribus Hor. Carm. 3, 24, 15. Emenſus diuerſum laborem pelagi terraeque Sil. 4, 54 Experta primos Lucinae labores Virg. Georg. 4, 340. *Conf.* Laborare vtero. Ferre longos caſtrorum labores Iuuen. 14, 198. Superare labores magnos Virg. Aen. 3, 368. Superare belligeros labores Valer. Argon. 5, 617. ¶ 5 Labor *i. morbus, valetudo, dolor.* Cor lienoſum, opinor, habeo, iamdudum ſalit: de labore pectus tundit Plaut. Caſ. 2, 6, 62. *Add.* Id. Curc. 2, 1, 4. Neruorum Vitruu. 8, 3. *Conf.* Tac. H. 3, 38, 8. Sine magno labore Scribon. 227. *i. dolore.* ¶ 6 Labos, oris, *etiam pro eodem dicitur.* Plaut. Trin. 2, 1, 35 Quanquam ibi animo labos grandis capitur. *Legitur et apud* Catull. 55, 13. Arduus labos Valer. Argon. 6, 352. *Add.* ib. v. 361. *it.* Ter. Hec. 3, 1, 6. Plaut. Capt. 2, 1, 2. *et* Merc. Prol. v. 73.

LABŌRO, āre. [πονέω, κοπιάω, μοχθέω, κάμνω, ἐπιταλαιπωρέω] *Seſe exercere, fatigari, et cum labore aliquid agere.* Cic. Verr. 3, 130 Omnibus enim neruis mihi contendendum eſt, atque in hoc laborandum, vt omnes, *etc.* Laboro idem quod tu Cic. Att. 13, 9. Propter quae haec Laborantur Id. Fam. 3, 12. *pr.* In aliqua re Id. de Sen. c. 7. Arma laborare, *i. Laborando conficere* Stat. Theb. 3, 579. Ambitioſe circa aliquid laborare Quinctil. 3, 11. Cic. Verr. 5, 104 Si nullam ad rem, niſi ad officium, et veritatem omnes meae curae, vigiliae, cogitationesque laborarunt. Sponſio illa ne fieret laboraſti Cic. Verr. 3, 57. *extr.* Id. Acad. 4, 139 Laboro vt aſſentiar Epicuro, aut Ariſtippo. Illud laboro, vt Cic. Fam. 13, 26. *f.* Laboraui amari ab eo Plin. Epiſt. 1, 10. *Add.* Nep. 16, 3, 1. ¶ 2 Laborare, *per translationem, pro Male habere ſumitur.* Cic. Tuſc. 2, 61 Artus vehementer laborant. Id. ibid. 2, 35 c. 15 Aliud eſt laborare, aliud dolere — Cum varices ſecabantur C. Mario, dolebat; cum aeſtu magno ducebat agmen, laborabat. Eſt inter haec tamen quaedam ſimilitudo. Conſuetudo enim laborum perpeſſionem dolorum facit faciliorem. *Hinc vero fit, vt verba interdum confundantur, et* laborare *vel ſit idem quod dolere, vel certe habere incommodum, quod nos exerceat et fatiget. Sic Medici eo vtuntur, vt* Gr. πόνος *et* πονέω. *v. g.* Laborans Scribon. Epiſt. Med. *i. aegrotans.* Non laboraturum 159. Qui ab ea laborant 197. Ex cauſa occulta laborare 101. Fungis laborare 198. Oculis laborans 170. *Quin* Laborare morbo aliquo Cic. de Fin. 1, 59 c. 18. Veritatem laborare nimis ſaepe aiunt, exſtingui nunquam Liu. 22, 39 *extr.* Fides annalium laborat Flor. 1, 12, 11. *i. vacillat, vbi v. Freinsh.* Luna laborat Plin. 2, 9. *i. deficit.* Ouid. Amor. 2, 5, 37 Aut vbi cantatis Luna laborat equis. Iuuenal. 6, 440. *de garrula,* Vna laboranti poterit ſuccurrere Lunae. *Vid.* LABOR Lunae *et* Solis. *Haec ſidera velut aegra ſunt, cum obſcurantur, hinc et* deficere *dicuntur. Sed etiam Praepoſitio* A *vel* Ex *vel* Ob *additur. Vt* Laborare a frigore Plin. 32, 10. Ab re frumentaria Caeſ. Bell.

Gall. 7, 10. Laborare a veritate Liu. 22. *i. Deſtitui veritatis teſtimonio.* E dolore laborare dicitur puerpera Ter. Andr. 1, 5, 33. Cic. Fam. 16, 11 Non ignoro quantum ex deſiderio labores. Ex inuidia laborare, *Inviſum et odioſum eſſe* Id. pro Roſc. Amer. 149 c. 51. *extr.* Quod ſi omnes, qui eodem loco nati ſunt, facerent, et Reſp. ex illis, et ipſi ex inuidia minus laborarent. Id. de Inuent. 2, 5 Minus in arrogantiam offenderent, non tantopere in vitiis perſeuerarent, aliquanto ex inſcientia leuius laborarent. Ex renibus laborare Id. Tuſc. 2, 60 c. 25. *Et* Fam. 7, 27 Laborare ex inteſtinis. In acie laborat cornu: *h. e. Infirmius et impotentius eſt* Vict. de Viris illuſtr. 26 *extr.* Adeo in quae laboramus ſola, creuimus, diuitias luxuriamque Liu. 7, 25. In ſpem laborare Ouid. Met. 15, 367. Ob auaritiam laborare, *Auarum eſſe quidam* Hor. Serm. 1, 4, 26. *Sed mel. al.* ab auaritia. Ambitione laborare Id. ibid. 1, 4, 26. Animo laborare Caeſ. Bell. Gall. cap. 7, 30. Quinctil. 4, 1 Si cauſa laboramus, perſona ſubueniat, *i. Si cauſa inuidioſa nos premit.* Cerebro laborare Plaut. Milit. 2, 2, 51. Curis laborare Claud. de Phoenice 62. Deſiderio partus laborare Columel. 6, 27. Domicoenio laborare Martial. 5, 79. Fame laborare Columel. 1 praef. Foenore laborare, *h. e. Premi foenore et grauari* Liu. 35, 7. Frigore laborare Columel. 2, 10. Ingenio laborare Martial. 8, 18. Cic. Tuſc. 4, 18 Miſericordia eſt aegritudo ex miſeria alterius iniuria laborantis, *i. immerito miſeri.* Cic. ad Brut. 10 Ingraueſcit enim in dies inteſtinum malum, nec externis hoſtibus magis quam domeſticis laboramus. *i. Opprimimur.* Locis laborare Celſ. 2, 8. *i. ex vulua.* Nota infamiae laborare Vlpianus in lege 2 §. 1 ff. De iis, qui notantur infamia. Laborare in aliquo, *Ardere amore alicuius* Hor. Carm. 1, 17, 19. Liu. Prooem. 1 Et quae ab exiguis profecta initiis, eo creuerit, vt iam Magnitudine laboret ſua. Odio laborare apud hoſtes, et contemtu inter ſocios Liu. 6, 2 *pr.* Opinione arrogantiae laborare Quinct. 4, 1. Omni parte laborare Hor. Serm. 1, 2, 38. Podagra laborare Martial. 1, 99. Re frumentaria laborare Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 9. *al.* a re fr. Cic. Att. 4, 18 Efficiemus rem glorioſiſſimam, nam in campo Martio ſepta tribuniciis comitiis marmorea ſumus, et tecta facturi, *etc. Paullo poſt*, Dicis, Quid mihi hoc monimentum proderit? Ad quid laboramus res Romanas? *hoc eſt, Quorſum igitur de rebus Romanis laboramus? Qui enim hoc monimentum contemnit, apparet eum de rebus Romanis nihil laborare. Sin autem laboramus, non eſt, vt hoc monimentum contemnere poſſimus.* Vitiis laborare Liu. 34, 4. Vtero laborare Hor. Carm. 3, 22, 2. *i. ex vtero.* Laborare alicui rei, *pro Intentum eſſe* Senec. de Vita beata. . . . Non laboro de hac re, *i. Non curo, neque anxius ſum.* Cic. pro Roſc. Amer. 97 Cuius manu ſit percuſſus, non laboro. Idem de Fin. 2, 81 Non laboro, inquit, de nomine. De me Cic. Att. 7, 19. Id. Philipp. 8, 26 Muſtellae et Tironi proſpicit: de ſe nihil laborat. Id. Fam. 7, 26 Quod epiſtolam conſciſſam doles, noli laborare: ſalua eſt domi. Non laboro hoc loco, diſceſſiſſe Merulam Varr. R. R. 3, 17. Nec quarta loqui perſona laboret Hor. A. P. v. 192. Nihil laboro, niſi vt ſaluus ſis Cic. Fam. 16, 6. Nihil eſt quod labores Id. pro Caecin. . . Valde laboro, ne Cic. Fam. 12, 14. Non magnopere laboro, *vid.* MAGNVS. Cic. pro Caecin. 3 De quibus ego antea laborabam, ne ſi improbi eſſent, falſi aliquid dicerent. Idem Tuſc. 2, 29 c. 12 Concludunt ratiunculis Stoici, cur non ſit malum; quaſi de verbo, non de re laboretur. Idem Fam. 13, 27 (26) Sic enim velim exiſtimes, non minus me de illius re laborare, quam ipſum de ſua. Laboratur vehementer: inclinata res eſt Id. ibid. 1, 1. Plin. 2, 96 Locris et Crotone peſtilentiam nunquam fuiſſe, nec vllo terrae motu laboratum, annotatum eſt. Liu. 1, 31 Peſtilentia laboratum eſt. Ibid. 4, 30 Siccitate. Atlas en ipſe laborat Ouid. Met. 2, 296. *i. fatigatur.* ¶ 3 Laborare *pro viuere poſitum volunt in* Caton. Diſt. 1, 33 Quum dubia in certis verſetur vita periclis Pro lucro tibi pone diem, quocunque laboras, *i. viuis, ait Barthius, non vno loco, in primis ad* Stat. Theb. 1, 341 Grata laboratae referens obliuia vitae. *Sed quae ibi protulit, illa oſtendunt, laborioſam eſſe vitam,* viuere *eſſe* laborare *etc. non illud, ſimpliciter* laborare *dixiſſe quemquam pro viuere. Ita Catonis ſententia eſt, In lucro pone etiam illum diem, quo cum laboribus et moleſtiis tibi conflictandum eſt; nam certe viuis, et ſatis eſſe tibi debet, ſeruatam tibi vitam.*

LABŌRANS, antis. Partic. [κάμνων, πονέων, κοπιάων] *vt*, Laborantibus ſuccurrere, eſſe auxilio Sall. Cat. 59. *et* Iug. 52. Luna Iuuenal. 6, 443. Opem ferre laboranti Ouid. de Nuce 14. Puellae vtero laborantes Hor. Carm. 3, 22, 2. Ratem laborantem deſerere Ouid. ex Pont. 2, 6, 22. Siluae laborantes, *ſcil. Onere niuis* Hor. Carm. 1, 9, 3.

LABORĀTVS, a, um. Adi. [διαπεπονημένος] *Compoſitus, cultus, et multo labore atque induſtria factus.* Virg. Aen. 1, 643 Arte laboratae veſtes. Laborati libri Martial. 4, 33. Vita laborata *ex* Statio Theb. 1, 341. *modo prolata in* LABORO n. 3. *Compar. vt*, Continentia laboratior Tertull. de Veland. Virgin. cap. 10.

LABORĀNDVS, a, um. Terra Tertull. adu. Marc. 2, 2.

LABORATIO, ōnis. f. apud Hieronymum.

LABORATOR, ōris. m. apud Auguſt.

LABORIŌSVS, a, um. Adi. [καματώδης, ἐπίπονος, μογερός] *Laboris patiens, multo cum labore factus.* Cic. Tuſc. 2, 36 Itaque induſtrios homines, illi ſtudioſos, vel potius, amantes doloris appellant: nos commodius laborioſos. Idem Philipp. 11, 8 c. 4 Dolores Trebonius pertulit magnos: Multi, ex morbi grauitate maiores: quos tamen non miſeros, ſed laborioſos ſolemus dicere. Cohors laborioſa Hor. Epod. 16, 60. Chartae doctae et laborioſae Catul. 1, 7. Deambulatio laborioſa, *i. Quae non ſine magno labore perficitur* Ter. Heaut. 4, 6, 2. Exercitationes laborioſae Cic. Tuſc. 2, c. 15. *Et* de Fin. 1, 68 Quis noſtrûm exercitationem vllam corporis ſuſcepit laborioſam, niſi vt aliquid ex ea commodi conſequatur? Fabula laborioſa Ter. in Prol. Heaut. v. 44. Gradus laborioſus Martial. 7, 38. Opus laborioſiſſimum Liu. 5, 19. Seruus laborioſus, *cui opponitur* Deſidioſus Caius in l. Si quid. in princip. ff. de aedil. edict. Verſus non laborioſi, *i. faciles* Martial. 11, 7. *Compar.* Cic. pro Milon. 5 c. 2 Quid enim nobis duobus, Iudices, laborioſius? *Et* Nepos 25, 12 Quod vtrum ei laborioſius, an glorioſius fuerit, difficile fuit iudicare. *Superl.* Laborioſiſſimus hominis ſocius in agricultura bos Columel. 6 Prooemio. Laborioſiſſimus arator Cic. Verr. 3, 86.

LABORIŌSE. Adu. [μογερῶς, ἐπιπόνως] *Cum multo labore et moleſtia.* Catull. 36, (39) 1 Male eſt, Cornifici, tuo Catullo, Male, mehercule, et laborioſe. *Compar.* Cic. pro Roſc. Com. 31 c. 11 Iam quo quisque eſt ſollertior et ingenioſior, hoc docet iracundius et laborioſius. Laborioſius erui Plin. 34, 16. *Superl.* Cic. Diu. in Caec. 71 Itaque ſemper ii diligentiſſime laborioſiſſimeque accuſarunt. Illis laborioſiſſime dixit Suet. Caeſ. c. 43. *Add.* Id. Claud. c. 14.

LABORĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [φερέπονος] Currus laboriferi Tithoniae Stat. Theb. 6, 25. *de Aurora cum die laborem afferente.* Hercules laborifer Ouid. Met. 9, 285. Iuuencus laborifer Id. ibid. 15, 129. Muſae Auſon. Eidyll. 4, 7.

LABORIAE, arum. f. pl. *Italiae pars illa, quae vulgo hodie quoque* terra laboris *dicitur, quod ingens labor ſit in ea colenda:* quippe ſolum habet arduum opere, difficile cultu, bonis ſuis acrius paene quam vitiis poſſet, affligens agricolam Plin. 17, 4. Id. Plin. 3, 4 ſ. 9 Certamen humanae voluptatis *illum agrum appellat. Et* 17, 11 ſ. 29 Quantum autem vniuerſas terras campus circumcampanus antecedit, tantum ipſum pars eius quae Laboriae vocantur, quem Phlegraeon Graeci appellant. Finiuntur Laboriae via ab vtroque latere Conſulari, quae a Puteolis, et quae a Cumis Capuam ducit. *Hinc*

LABORINVS Campus nobilis in Campania Plin. 17, 4.

LABRAX, ācis. m. *Lupus piſcis, quod λάβρως, i. auide edat.* Plin. 32, 11.

LABROS, i. m. *Canis nomen apud* Ouid. Met. 3, 224. Λάβρος *vehemens, vorax.*

LABRVM, i. n. [χεῖλος] *Idem quod Labium.* Labia ſunt ſuperiora; labra, inferiora. Labra aſinorum proprie dicuntur Donat. Modica eſſe labra, labia autem immodica, et inde Labeones dici Verr. Flacc. *ap.* Chariſ. l. 1. *Sed neuter accurate.* Cic. in Piſon. 27 Quod quidem tu, qui bene noſſes coniunctionem meam et Caeſaris, edulebas: cum a me trementibus omnino labris, ſed tamen, cur tibi nomen non deferrem, requirebas. Martial. 2, 10 Baſia dimidio quod das mihi Poſthume labro, *etc.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 14 Capilloque ſunt promiſſo, atque omni parte corporis raſa, praeter caput et labrum ſuperius. Aemula labra, *vid.* AEMVLOR. Curta Celſ. 7, 9. Incana labra ſitu Ouid. Met. 8, 802. Laxa Perſ. 3, 102. Pallida labra Iuuen. 10, 229. Trementia labra Iuuen. 10, 198. *al.* Membra. Vncum labrum Lucret. 4, 592. Quinct. 11, 3, 81 Labra et porriguntur male, et ſcinduntur, et adſtringuntur et diducuntur, et dentes nudant, et in latus ac paene ad aurem trahuntur, et velut cum quodam faſtidio replicantur, et pendent, et vocem tantum altera parte dimittunt. Admouere labra poculis Virg. Ecl. 3, 47. *Add.* ib. v. 43. Cic. de Nat. Deor. 1, 20 Hunc cenſes primis, vt dicitur, labris guſtaſſe phyſiologiam. Id. de Orat. 1, 87. Quae iſti rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt. *Sic* pro Cael. 28, c. 12 Primoribus labris attingere genus vitae. Id. de Orat. 3, 138 c. 34 Pericles in cuius labris leporem habitare dixerunt. Apes in labris Platonis pueri dicuntur Conſediſſe Cic. de Diu. 1, c. 36. Verba in labris naſcentia Quinct. 10, 3. Non a ſummis labris iſta venerunt Sen. Ep. 10. Verſabatur mihi in prioribus labris Plaut. Trin. 4, 2, 65. Diducere labra Senec. de Benef. 2, 24. Finduntur Celſ. 7, 12, 6. Immulgere vbera teneris labris Virg. Aen. 11, 572. Mouet labra metuens audiri Hor. Epiſt. 1, 16, 60. Similem habent labra lactucam, *vid.* LACTVCA. ¶ 2 Labrum, *pro Marginibus et extremis oris fluminis, lacus, fontis, et huiusmodi, quae leni aquae motu perluuntur.* Plin. Epiſt. 5, 6, 20 Inter has marmoreo labro aqua exundat circumiectasque platanos, et ſubiecta platanis leni aſpergine fouet. *Add.* Liu. 37, 37 Extra duplex vallum foſſae circumdedit: interiore labro murum cum turribus crebris obiecit. *Add.* Auſon. Vrb. 5, 9. *et ibi Scaliger.* Labra doliorum circumlinas Cato R. R. 107. ¶ 3 Labrum, *Genus vaſis, ad lauandum aptum.* Cic. Fam. 14, 20 Labrum ſi in balneo non eſt, vt ſit. Virg. Aen. 8, 22 Sicut aquae tremulum labris vbi lumen ahenis Sole repercuſſum, aut radiantis imagine lunae. Vitruu. 5, 10 Labrum balnei *eſt lacus depreſſus, in quem deſcendunt lauandi cauſa.* Solium *alias appellatur.* Labrum *etiam* Plin. 29, 1. 31, 2. Cato R. R. c. 66 Oleum in labrum primum indito. Spumat plenis vindemia labris Virg. Georg. 2, 6. Cato 154 Vinum emtoribus ſine moleſtia hoc modo ametiri debet. Labrum culeare illi rei facito: id habeat ad ſummum anſas quatuor, vt transferri poſſit. Eluacrum labrum *eſt, In quo aliquid eluitur et lauatur quod ſordidum eſt. Huius meminit* Cato de R. R. 10, 4. 11, 3. *vid.* ELVACRVM. Fictilia et lapidea Columel. 12, 15, 2. Lupinarium labrum Cato 10, 4. *et* 11, 3. Olearium labrum Id. 13, 2. Vinaticum labrum, ſiue vinarium Id. 10 *et* 11. Vitruu. 9, 10 Labrum ligneum habens vna ſecum coniunctum canalem *ſupponitur rotae hydraulicae, qua* hortis ad irrigandum, et ſalinis ad temperandum praebetur aquae multitudo. ¶ 4 Labrum venerium, *Herba in flumine naſcens, de qua* Plin. 25, 13. Veneris labrum Samonic. v. 1038.

LABELLVM, i. n. Dimin. *prima breui.* [χειλάριον] Plaut. Aſin. 4, 1, 52. Cic. de Diuin. 1, 78 c. 36 At Platoni quum in cunis paruulo dormienti apes in labellis conſediſſent, reſponſum eſt ſingulari illum ſuauitate orationis fore. Aridula labella Catul. Argon. ſ. 62, 316. Attrita Martial. 10, 72. Exporrectum labellum Perſ. 3, 82. Ima labella Ouid. de Art. Am. 3, 284. Purpurea labella Id. Amor. 3, 3, 23. Roſea labella Catul. 78, 1. Tenera labella Ouid. de Arte Am. 1, 667. Comparare Plaut. Aſin. 3, 3, 78. *i. baſiare.* Compeſce labellum digito Iuuenal. 1, 160. Quem baſiabis, cui labella Mordebis Catull. 8, 18. Extendere labellum Iuuen. 14, 325. ¶ 2 Labellum, *pro Vaſculo* Columel. 12, 43, 1 Labellum fictile nouum impleto paleis. Ibid. 28, 3. Cic. de Legib. 2, 66 c. 26 Sepulcris autem nouis finiuit modum. Nam ſuper tumulum noluit quid ſtatui, niſi columellam tribus cubitis non altiorem, aut menſam, aut labellum: et huic procurationi certum magiſtratum praefecerat. Labellum pollulum, *de quo* Cato de R. R. 10, 2. *eſt paruulum. Add.* Cato 88, 2 *it.* 13, 3.

LABRATVM. Vet. Gl. Labratum ἀσπαστικὸν βασιλέως. Labratum φίλημα βασιλικόν. *Nempe eſt* Oſculum labratum, *quod declaramus h. v.*

LABRŌSVS, a, um. Adi. [χειλώδης] *Quod extremitates habet, veluti quaedam labra prominentes.* Celſus 7, 26 verramentum fecit in ſumma parte labroſum, in ima ſemicirculatum. *Et* Gloſſ. Gr. Lat. πρόχειλος, labroſus.

LABRVSCA, ae. f. [ἄμπελος ἀγρία, *ſeu* ἀγριάμπελος] Vitis agreſtis dicitur, ſpiſſis et candicantibus foliis, geniculata, rimoſo cortice: fert vuas rubentes, cocci modo, quae cutem in facie mulierum purgant Plin. 23, 1. Virg. Ecl. 5, 7 Silueſtris raris ſparſit labruſca racemis. Columel. 8, 5 Vua labruſca de vepribus immatura lecta. ¶ 2 *Etiam neutro genere plur.* Virg. in Culice 52 Denſaque virgultis auide labruſca petuntur.

LABVRNVM, i. n. Arboris genus in Alpibus creſcens Plin. 16, 18.

LABYRINTHVS, i. m. [Λαβύρινθος] Locus apud Cretam factus a Daedalo perplexis parietibus, vbi Minotaurus incluſus eſt. *Haec* Seruius *ad* Virg. Aen. 5, 588 Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta, *etc.* Quatuor Labyrinthos Plinius *memorat* 36, 13 ſ. 19 Dicamus et labyrinthos, vel porten-

portentoſiſſimum humani impendii opus, ſed non, vt exiſtimari poteſt, falſum. Durat etiam nunc in Aegypto Heracleopolite nomo, qui primus factus eſt ante annos, vt tradunt quater mille ſexcentos — Hinc vtique Daedalum ſumſiſſe exemplar eius labyrinthi, quem fecit in Creta, non eſt dubium, ſed centeſimam tantum portionem eius imitatum, quae itinerum ambages occurſusque ac recurſus inexplicabiles continet — crebris foribus inditis ad fallendos occurſus, redeundumque in errores eosdem. Secundus hic fuit ab Aegyptio labyrinthus: tertius in Lemno: quartus in Italia. Omnes lapide polito, fornicibus tecti. *Deinde magnificentiam Aegyptii vbi deſcripſit, addit,* Feſſi iam eundo perueniunt ad viarum illum inexplicabilem errorem *etc. Sunt enim plura de hoc ac de* Lemnio Italicoque. *De* Aegyptio *etiam* Mela 1, 9 *de* Cretico Ouid. Met. 8, 158 *vbi* Minos deſtinat *Minotaurum* Multiplicique domo, caecisque includere tectis. Daedalus - Ponit opus, turbatque notas, et lumina flexum Ducit in errorem variarum ambage viarum: — implet Innumeras errore vias: vixque ipſe reuerti ad limen potuit, tanta eſt fallacia tecti. *Metaphor.* Inextricabilem labyrinthum rationibus texens Boëth. Conſol. Phil. 3 Proſ. 12.

LABYRINTHEVS, a, um. Adi. [Λαβυρίνθειος, Λαβυρινθώδης] Flexus Labyrinthei Catul. Argon. *ſ.* 69, 114. *Add.* Sedul. in pr. Op.

LABYRINTHĬCVS, a, um. Adi. Sidonius Anacreontico Ep. 9, 13 Iter aſperum viasque Labyrinthicas cucurrit.

L A C

LAC, lactis. n. [γάλα, γλάγος] *Succus maternus, quo animalia nutriuntur.* Plaut. Amph. 2, 1, 54 Neque lac lacti magis eſt ſimile, quam ille ego ſimilis eſt mei. *Conf.* Id. Menaechm. 5, 9, 30. Virg. Ecl. 3, 6 Et lac ſubducitur agnis. *In ſacris Bonae Deae* Lac nuncupatur vinum Macrob. Sat. 1, 12. Abundans lactis Virg. Ecl. 2, 20. Coagulatio lactis Plin. 28 10. Copia largi lactis Virg. Georg. 3, 308. Copia preſſi lactis Id. Ecl. 1, 82. Denſitas ſpongioſa lactis, coloſtra vocatur Plin. 28, 9. Maſſa coacti lactis Ouid. Met. 8, 666. Maturitas firma lactis Columel. 7, 9. Sinus lactis Virg. Ecl. 7, 33. Alibile maxime lac, *vid.* Alibilis, in ALO. Aquatius lac, *vid.* Aquatus, in AQVA. Aſininum lac Plin. 28, 9. Scribon. 179. 186. 191. Bubulum lac Plin. 31, 10. Scribon. 191. Camelinum lac Plin. 28, 9. Caprinum lac Id. 11, 41. Circumfuſum lac, *vid.* CIRCVMFVNDO. Craſſiſſimum eſt lac aſinae Plin. 11, 41. Equinum lac Plin. 28, 10. Scribon. 186. 191. Ferinum lac Ouid. Faſt. 3, 53. Fertilius caſeo eſt lac bubulum, quam caprinum Plin. 11, 41. Gallinaceum lac, *de re ſingulari et admodum rara dicitur* Plin. in Praef. Hiſt. Nat. p. 4. Vt vel lactis gallinacei ſperare poſſis in volumine hauſtum. *Conf.* Petron. Fragm. p. 130. *vid. Eraſm. Chiliad.* Gelatum lac Scribon. 197. Humanum lac Plin. 28, 9. Maternum Id. 11, 41. Merum Lac Lucret. 1, 262. Muliebre lac Celſ. 6, 6. *de Euelpidis collyrio.* Scribon. 158. 186. 190. Nigrum Plin. 2, 103. Niueum Ouid. Met. 13, 829. Nouum Virg. Ecl. 2, 22. *i.* coloſtrum Seru. Ouillum Plin. 28, 9. Scribon. 135. Pinguius lac, ſtomacho minus vtile Plin. 28, 9 *et* 10. Preſſum, *i. Caſeus. vid. Turneb. Adu. 5, 12. Taubmann. in* Virg. *p.* 13. Recens per ſe, vel decoctum Scribon. 181. Recens Plin. 28, 10. Suauiſſimum Id. 28, 41. Suillum Id. 28, 9. Tepefactum Id. 28, 10. Vaccinum Id. 25, 8. Scribon. 179. 186. ¶ 2 *Verborum formulae*: Aceſcere, aut coire denſarique lac non patitur menta Plin. 20, 14 ſ. 53. Auget lac roſmarinum in vino potum Id. 24, 11. Auget gith lac mulierum Id. 20, 17. Bibere lac Ouid. Amor. 3, 10, 22. Coagulatur lac in ſtomacho Plin. 22, 24. Coagulatur lac in caſeum ſurculo caprifici Id. 23, 7. Cogere lac in duritiam, *vid.* COGO. Lac animalium vtrinque dentatorum non coit: proinde caſeus non fit ex eo Plin. 11, 41. *Conf.* Varr. R. R. 2 c. vlt. Denſare lac Plin. 11, 41. Denſatum lac in caſei ſpeciem Id. 28, 9. Depulſus lacte leo Hor. Carm. 4, 4, 15. Excitat lactis vbertatem eugalacton Plin. 27, 9 *ad finem.* Facit lactis abundantiam ſemen vitis albae Id. 20, 23. Facit lactis vbertatem vitex Id. 24, 9. Facit lactis copiam mulieribus glauciſcus e iure ſumtus Id. 32, 10. Facit lactis foecunditatem nutricibus galactites Id. 37, 10. Fit lactis vbertas puerperis hoc cibo Id. 28, 9. Feruet quum lac, ne circumfundatur, praeſtat cyathus argenteus cum frigida aqua demiſſus, ita ne quid fundat Id. 28, 9. Immulgere lac, *vid.* IMMVLGEO. Minuitur lac ſemine Circaeae Plin. 27, 8. Replet lactis defectu potum hippomarathron mammas Id. 20, 23. Repletur dulci lacte femina quum peperit Lucret. 5, 812. Reſtituit lactis vbertatem intermiſſam glaucion Plin. 27, 10. Solidatur Pallad. Mai. c. 9. Errorem cum lacte nutricis Suximus Cic. Tuſc. 3 c. 1. ¶ 3 Ficulnum lac Plin. 23, 7. Colum. 7, 8, 1. Pallad. Mai. 9, 1. Lac *herbis tribuitur* Virg. Aen. 4, 514. *et* Prud. Praef. 2 in Apoth. Lac, *de* Nucibus *dictum* Ouid. de Nuce 95. *Add.* LACTEO, LACTESCO. Papaueris lac Scribon. 22. Peucedani lac 166. 170. Iucundioris diſciplinae cibo ac lacte ſatiari, *per metaphoram* Quinctil. 2, 4. *In maſculino poſuit* Gell. 12, 1 Quorum ad praebendum lactem adhibetis. *Et* Apul. Met. 8 p. 214 Hominum lactem concupiſcere. *Add.* Plaut. Bacch. 5, 2, 16. *Fallitur ergo* Probus Cathol. p. 1445 *extr.* Hi lactes, genere maſculino numero ſemper plurali.

LACTE, is. n. Plaut. Men. 5, 9, 30 Nec aqua aquae, nec lacte lacti, crede mihi, vſquam ſimilius. *Apud eundem* Bacchid. 5, 2, 16 *vbi vulgo*, Quae nec lactem, nec lanam vllam habent, alii *legunt* Lacte. *Add.* Plaut. Mil. 2, 2, 85. *Quod et* Nonius 8, 4 *probat ex* Varrone. Candidum lacte papilla quum fluit. Caecilius, praeſertim quae non peperit, lacte non habet. ¶ 2 Lact Auſon. Eidyll. 12 in Grammat. 8. p. 496 *Toll.* Vox ſolita, et cunctis notiſſima, ſi memores, *lac* Cur condemnetur ratio, magis vt faciat *Lact.* Martial. cap. 3 p. 81 Quidam cum *Lac* dicunt, adiiciunt T, propter quod facit *Lactis.* Sed Virgilius, Lac mihi non aeſtate nouum, non frigore deſit. Quippe cum nulla apud nos nomina in duas mutas exeunt, et ideo veteres *Lacte* in nominatiuo dixerunt. *Similia* Probus Cathol. p. 1445. *et* Caper Orthogr. 2241.

LACTES, ium. f. Pl. [λοβοὶ τῶν σπλάγχνων, λεπτὰ ἔντερα τῶν ἐρίφων Gloſſ. Lat. Gr.] Partes ſunt inteſtinorum, a Graeco γαλακτίδες dictae: et ſeruauerunt apud nos quoque idem genus, cuius ſingulare haec Lactis eſt. Titinnius in Ferentinati: *Craticula, cerebellum, lactis agnina.* Pomponius in Lare familiari: *Oro te Baſſe per lactes tuas.* Priſcianus 6 p. 686 *Quod autem attinet ad illum Titinnii locum, is nunc ſic in vulgatis* Nonii *codicibus legitur* 4, 270 Lactes dicuntur inteſtina. Titinnius Pſaltria: Farticula, cerebellum, lactis agninas. Lactis *pro* lactes. Probus Cathol. p. 1445 *extr.* Sunt hae lactes partes corporis in inteſtinis pinguiſſimae. *Etiam piſcium inteſtina albicantia et mollia ſic vocantur.* Tranquillus in Vitellio c. 13 In hac *patina* ſcarorum iecinora, phaſianorum et pauonum cerebella, linguas phoenicopterorum, muraenarum lactes commiſcuit. Spartian. Heliog. 23 *extr. ait* Muraenarum lactibus et luporum in locis mediterraneis Heliogabalum paniſſe ruſticos ſuos. Noſtrates piſcium lactes *lactentias* appellant. Budaeus. Perſ. 2, 30 Quidnam eſt, qua tu mercede, deorum Emeris auricolas? pulmone et lactibus vnctis? *i. Inteſtinis pinguibus.* Plaut. Curc. 2, 3, 39 Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame, ita cibi vacuitate venio laxis lactibus. *Idem* in Pſeud. 1, 3, 84 B. Tibi ego credam? P. cur non? B. quia pol qua opera credam tibi, vna opera alligem canem fugitiuam agninis lactibus. Plinius 11, 37 Ab hoc ventriculo lactes in oue et homine, per quas labitur cibus. *Nomen habere putantur Lactes, aut a mollitie, aut a pinguedinis candore: nam ab Lacte denominantur.* Perottus *a verbo* Lacio *deducit, quod cibum alliciant.*

LACTA, ae. f. *Caſiae genus.* Plin. 12, 19 Lactam vocant talem barbaro nomine. *al.* Leda *vel* Lada. *Nec certius eſt* Tertull. de Pudicit. c. 6 Lactae ſordes non ablui idoneae. *al.* iactae ſordes. *Rigalt. velit* Lacteae ſordes.

LACTANEVS, a, um. Oct. Horat. 4 In ſanguineum colorem vel lactaneum mutari.

LACTARIVS, a, um. Adi. [γαλακτικὸς] *Quod ex ſe lac producit.* Plin. 26, 8 Tithymallum noſtri herbam lactariam vocant, alii lactucam caprinam. Varro de R. R. 2, 1, 17 Dandum bubus lupinum: et lactariis, medica et cytiſum, *i. lactantibus, vel lactentibus adeo. Etiam quod ex lacte confectum eſt ſic dici, ſtatim apparebit.*

LACTARIVS, i. m. [γαλακτοπώλης Gloſſ. Gr. Lat.] *Qui cibos ex lacte conficit.* Lampridius in Heliogabalo c. 27 Dulciarios et lactarios tales habuit, vt quaecunque coqui de diuerſis eduliis exhibuiſſent, vel ſtructores vel pomarii, illi modo de dulcibus, modo de lactariis exhiberent.

LACTEVS, a, um. Adi. [γαλακτώδης, γλαγόεις] *Quod lacti ſimile, vel ex lacte eſt.* Circulus lacteus Cic. Som. Sc. c. 3. [γαλαξίας] Plin. 2, 21 Omnes ferme ſub ipſo Septentrione aliqua eius parte non certa, ſed maxime in candida, quae lactei circuli nomen accepit. *Vid.* Macrob. in Somn. Scip. 1, 15. Claud. Conſ. Hon. 6, 174. *Hunc* Ouid. Met. 1, 169 Viam lacteam appellat. Colla lactea Virg. Aen. 8, 660. *i. Alba.* Columel. 10, 189 Punicea depexa coma; ſed lactea crure eſt. *i. Candida, ſuauis, ſucculenta.* Humor lacteus, *candens* Lucret. 1, 259. Liquor lacteus, *Liquor lactis* Tibul. 2, 3, 18. Orbis lacteus, *Circus candens* Cic. in Somn. Scip. 8. Porcus lacteus Martial. 3, 47. *h. e. Adhuc lactens.* Vernae lactei Martial. 3, 58. Lutei *legit Domitius, interpretaturque Sordidos.*

LACTEŎLVS, a, um. *Aliud* Adi. *Dimin.* Puellae lacteolae. Catul. 53 (56) 17. Ouis Prudent. Pſychom. v. 794.

LACTICŎLOR, ōris. m. Auſon. Epiſt. 7, 54 Oblinat Furuam lacticolor ſpongia ſepiam.

LACTIFER, a, um. Vet. Inſcr. *Murator.* 70, 1 Lactifero Siluano.

LACTINEVS, a, um. Venant. Fort. Regia lactineo commutans pallia cultu. *Vid. Barth. Aduerſ.* 46, 3.

LACTEO, ēre. [θηλάζω] *Lac ſugere, item lacte turgere.* Pallad. Febr. 26, 3 Verno — lactent noua virentia, quae porcis ſolent nocere. *Ad h. l. monuimus etiam* Colum. 7, 9, 9 *legendum*, Fabae quoque facienda eſt poteſtas, et vtique vere, dum adhuc lactent viridia pabula, quae ſuibus plerumque nocent. Cic. de Diuin. 2, 47 Romulus lactens fulmine ictus. Idem in Catil. 3, 19 c. 8 Tactus eſt etiam ille, qui hanc vrbem condidit, Romulus: quem inauratum in Capitolio paruum atque lactentem vberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis. Agna lactens Ouid. e Ponto 4, 8, 41. Catuli lactentes Id. de Arte Am. 2, 375. Porcus lactens Varr. de R. R. 2, 4. Porca lactens Ouid. Faſt. 2, 656. Vituli lactentes Id. Met. 10, 227. ¶ 2 *Vt* lac *quarundam plantarum eſſe monuimus* n. 3. *Sic etiam* Lactens. Frumenta lactentia turgent in viridi ſtipula Virg. Georg. 1, 314. *Vbi* Seruius: Frumenta lactentia. *i.* Tenuia et lactis plena. Sciendum, inter Lactantem et Lactentem hoc intereſſe, quod Lactans eſt, Qui lac praebet; Lactens, Cui lac praebetur. *Conf.* Celſ. 2, 28 *et* 29. *et infra* LACTANS. Ficus lactens Ouid. Faſt. 2, 263. *Conf.* Macrob. Sat. 3, 20. *Turneb. Adu.* 18, 4. Fruge lactenti tumet coma ſpicea Vertumni Propert. 4, 2, 14. Ouid. Faſt. 1, 351 Nam ſata vere nouo teneris lactentia ſulcis. *Etiam* Plin. 17, 2 ſ. 2 Sata lactentia *vocat in primo vere.*

LACTESCO, ĕre. [γλαγῶμαι, γαλακτοῦμαι] *In lac conuerti, ſeu Lacte impleri.* Cic. de Nat. Deor. 2, 128 c. 51 Omnis fere cibus matrum lacteſcere incipit. *Add.* Plin. 11, 41. *Qui etiam* 17, 24 ſ. 34, 11 Lacteſcentes germinum oculos *memorat: et* 18, 29 ſ. 69, 2 Sata cuncta lacteſcunt. *Conf. Burm. ad* Samon. v. 349.

LACTO, āre. [θηλάζω, γαλακτουχέω] *Lac praebere: et proprie matrum eſt.* Varro de R. R. 2, 7, 11 Anniculis iam factis dandum hordeum, et furfures, vſquequo aderunt lactantes. *Sed Alii*, Vſque quoad erunt lactantes. *Quod melius. Conf.* Colum. 7, 9. Vulg. Geneſ. 21, 7. *Pro* Lactēre, Infans lactauit Auſon. Epit. 32, 3. Annis lactantibus Id. Eidyll. 4, 67. Lactare, *per translationem, ſignificat Aliquem per blanditias allicere, atque decipere.* Terent. Andr. 4, 1, 24 Nonne tibi ſatis eſſe hoc viſum ſolidum eſt gaudium, niſi me lactaſſes amantem, et falſa ſpe produceres? *Add.* Ibid. 5, 4, 9. Fruſtrando lactans Accius. Malevolentia lactans malo alieno Cic. *Vid.* Non. 1, 54.

LACTANS, antis. Partic. [γαλακτοῦχος, θηλάζων] *Quae lac in mammis habet.* Gellius 11, 1 Nam plerumque ſine crimine quaecunque lactans eſt, id temporis offerri ſolet. *Ad nutricationem ſcilicet.* Lactantia vbera Lucret. 5, 533. Lactantia Celſus *vocat Omnia, quae lac emittunt, vel pro iis, quae vulgo* Lacticinia *dicuntur, accipit: vel pro Cibis lactariis,* 2, 28 Lac, mel, ideoque lactantia, atque omne piſtorium opus. *Et* c. 29 Mel crudum, lac, lactantia omnia, mulſum, *etc. Budaeus. Sed forte rectius al.* lactentia. Lactans, *Deus*, Seru. *ad* Virg. Georg. 1, 314 Sane ſciendum, Varronem in libris rerum diuinarum dicere, Lactantem, Deum eſſe, qui ſe infundat ſegetibus, et eas faciat lacteſcere.

LACTATVM Iſidor. 20, 3. *i. Potio ex lacte.*

LACTĀTVS, ûs. m. [θηλασμὸς] Plin. 32, 2 Ob id ſibilo a piſcatoribus tanquam ſerpentibus euocari et capi, pingueſcere lactatu, *etc. De muraenis. Harduin.* iactatu *melius.*

LACTATIO, ōnis. f. *Idem. apud* Auguſt.

LACTITO, āre. Frequent. Mart. Capell. 7, 101 Cur vxor lactitat.

LACTOSVS, a, um. γαλακτώδης Gloſſ. Gr. Lat.

LACTICVLARIVS, *et* LACTICVLOSVS, i. m. Gloſſ. Gr. Lat. λειπογάλακτος, lacticularius, lacticuloſus. *it.* Lactiguloſus, λειπογάλακτος Gloſſ. Lat. Gr. *Vid. Scheff. ad* Petron. 57. *Eſt autem modo remotus ab vbere.*

LACTICINIVM, i. n. *Cibus ex lacte* Apic. 7, 11.

LACCA, ae. f. *Vegetabile quoddam.* Apul. de Herb. 3, 12 Laccae crudae foliorum ſuccus expreſſus. ¶ 2 *Morbus equorum:* Veget. 1, 27, 4 Si laccae in gambis fuerint. *Add.* 3, 19. *Eſt tumor praeternaturalis, ad ſimilitudinem veſicae inflata cute.*

LACCARIVS, i. m. *Qui puteos et foſſas fodit.* Gloſſ. Lat. Gr. Laccarii, λακκαῖοι. *A Graeco* λάκκος, *foſſa.*

LACEDAEMON, onis. m. [Λακεδαίμων] *Iouis filius: a quo haec* LACEDAEMON, *vel* LACEDAEMONIA *ſecundum Latinos, Peloponneſi vrbs, Menelai regia: cuius ciues* Lacedaemones, *et* Lacedaemonii *dicuntur.* Veget. 3 *prol.* Athenienſes et Lacedaemones ac Macedonas rerum potitos. *al.* Lacedaemonios ante Mac. Virg. Aen. 7, 363 At non ſic Phrygius penetrat Lacedaemona paſtor. *Conf.* Ouid. Epiſt. 1, 5. Armipotens Lacedaemon Claud. Conſ. Hon. 4, 507. Patiens Lacedaemon Hor. Carm. 1, 7, 10. *propter diſciplinam, qui ſunt* plagipatidae.

LACEDAEMONIVS, a, um. Adi. [Λακεδαιμόνιος] Tarentum Lacedaemonium Hor. Carm. 3, 5, 56.

LĂCO *ſ.* LACON, ōnis [Λάκων:] *Lacedaemonius, ſ. Laconiae ciuis.* Stat. Theb. 6, 739 Tandem inſperatus nuda de plebe Laconum Profilit Alcidamas. Nep. 13, 1, 3 A quo cum Laco pecuniam numeratam accepiſſet. *Et* 17, 2, 3 Inducias a Lacone petiuit. Claud. B. Gildon. 222 Ledaei Lacones, *Caſtor & Pollux Ledae Lacaenae filii.* Plaut. Capt. 3, 1, 11 Laconas plagipatidas *appellat. Vid.* SPARTANA nobilitas. ¶ 2 *Canibus nobilitata Laconia. Hinc* Ouid. Met. 3, 219 Praeualidusque Lacon, et curſu fortis Aëllo. Sil. 3, 295 Venator Lacon. *Add.* Hor. Epod. 6, 5.

LACAENA, ae. f. [Λάκαινα] *Lacedaemonia.* Cic. Tuſc. 1, 106 Mulier Lacaena. Virg. Aen. 2, 601 Non tibi Tyndaridis facies inuiſa Lacaenae. *Vbi* Seru. A prouincia Laconica. Et notandum, deriuationem minorem eſſe a principalitate: quod rarum eſt. Principalitas *eſt primitiuum,* Lacedaemon. Adultera Lacaena, *Helena* Hor. Carm. 3, 3, 25. Pulchrae Claud. de Bell. Get. 630. Tenues Claud. Conſ. Stilich. 2, 300. Virgines Lacaenae Virg. Georg. 2, 487.

LACONICVS, a, um. *Lacedaemonius. Sic* Plin. 10, 63 Ager Laconicus *et* Laconicae canes. Purpurae Laconicae Hor. Carm. 2, 18, 7.

LACONICVM *int. Balneum, cuius* ſiccus calor eſt, *vt ait* Celſ. 2, 17 pr. *Meminit etiam* Vitruu. 5, 10 *fin.* Laconicum ſudationesque ſunt coniungendae tepidario, eaeque quam latae fuerint, tantam altitudinem habeant ad imam curuaturam hemiſphaerii, mediumque lumen in hemiſphaerio relinquatur, ex eoque clipeum aeneum catenis pendeat, per cuius reductiones et demiſſiones perficietur ſudationis temperatura, ipſumque (*Laconicum, puto; clipeumque adeo, qui ei accommodatur*) ad circinum fieri oportere videtur, vt aequaliter a medio flammae vaporisque vis per curuaturae rotundationes peruagetur. Colum. 1 praef. 16 Cruditatem Laconicis excoquimus et exſucto ſudore ſitim quaerimus. Cic. Att. 4, 10 Noſtram ambulationem et Laconicum — velim, quod poteris inuiſas. *Publicas balneas Agrippa fecit* Laconici *nomine, de quo Dio* 53 p. 515 A, *ita loquitur, vt etiam ratio nominis* Laconici *vulgaris reddatur:* Τὸ πυριατήριον τὸ Λακωνικὸν κατεσκεύασε. Λακωνικὸν γὰρ τὸ γυμνάσιον, ἐπειδήπερ οἱ Λακεδαιμόνιοι γυμνοῦσθαί τε ἐν τῷ τότε χρόνῳ καὶ λίπα ἀσκεῖν μᾶλλον ἐδόκουν. *i. Vaporarium Laconicum aedificauit. Laconicum enim vocauit illud Gymnaſium, quod Lacedaemonii eo tempore nudari et vncto corpore exerceri maxime videbantur.*

LACONISMVS, i. [Λακωνισμὸς] *Laconica ratio, ſpeciatim in breuitate ſermonis, cuius non minus, quam caeterarum rerum ſparci erant.* Cic. Fam. 11, 25 Sed quid ago? non imitor λακωνισμὸν tuum: altera iam pagella procedit. *De hoc Laconiſmo, i. breuitate, multa Plutarchus in Apophtheg. Laconicis etc.*

LACER, *et* LACĔRVS, a, um. Adi. [ἀμυχθεὶς, δρυφθεὶς, ῥωγαλέος, ῥακώδης] *Dilaceratus.* Proprie (*vt* Aſconius in Act. 1. in Verr. 17 *ait*) Lacerus dicitur Amputatus membris, *vt oculis vel auribus.* Virg. Aen. 6, 495 Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora, *etc.* Tacitus Hiſt. 3, 27 *extr.* Donec ſoluta compage ſcutorum, exſangues laceros que proſternerent. Liu. 1, 28 Deinde in diuerſum concitati equi lacerum in vtroque curru corpus, qua inhaeſerant vinculis membris portantes. Crudeliter lacer Virg. Aen. 6, 495. Membris caeſis vndique lacer Lucret. 3, 404. Lacer, a veteribus dicebatur, Qui auribus curtatus erat: Lacerum autem, Quodcunque in corpore imminutum. Feſtus. Artus laceri Ouid. Met. 9, 169. Aures lacerae ſcabie Claud. in Europ. 1, 136. Comae lacerae Lucan. 2, 31. Cornu lacerum Ouid. Met. 9, 97. Crines laceri Stat. Silu. 3, 3, 133. Currus lacer Ouid. Met. 2, 318. Funus lacerum, *i.* Dilaniatum cadauer Virg. Aen. 9, 491. Seruius. Sparſas, atque, vt ita dicam, laceras Gentilitates colligere atque connectere Plin. in Paneg. c. 39. Morſu lacero diuellere artus Ouid. Met. 8, 875. Nauis lacera Id. de Ponto 2, 3, 28. Puppes lacerae Id. Epiſt. 2, 45 Regni laceri corpus Claud. pr. Conſ. Stilich. 2, 203. Tabulae lacerae Ouid. Met. 11, 428.

LACĔRO, āre. [δρύπτω, ἀμύσσω, καταμύσσω, καταξαίνω, σπαράττω] *Dilaniare, ſaepius vulnerare, et quaſi per membra diſcindere, comminuere.* Terent. Adelph. 3, 2, 17 Tum autem Syrum impulſorem, vah! quibus illum lacerarem modis. Lacerare aliquem virgis Liu. 3, 58. Capillos lacerare Ouid. Met. 14, 420. *vid. mox* Ora. Cornua lacerare ferro Hor. Carm. 3, 27, 46. Fructus lacerari Cic. Verr. 3, . . Plaut. Curc. 4, 2, 22 Vos (*trapezitae*) foenore, hi (*lenones*) male ſuadendo et luſtris lacerant homines. *i. vexant, diripiunt, ſpoliant.* Opes alicuius lacerare Ouid. Epiſt. 86. Ora, comas, veſtem lacerat Ouid. Met. 11, 726. Ora manu lacerans Sil. 8, 154. Viſcera morſu lacerare Cic. Tuſc. 2, 20 c. 8. Vnguibus lacerare Id. ibid. 2, 24. Vrbes lacerandae Lucan. 10, 45. Diem lacerare, *In vanum conſumere diei tempus* Plaut. Sticho 3, 1, 45. Rem ſuam lacerare, *Abſumere bona patria* Id. Merc. Prol. 48. *Add.* Salluſt. Catil. c. 14, 2. Reliquias lacerare vitae alicuius et diſtrahere Cic. pro Quint. 50. Famam alicuius lacerare Liu. 38, 54. Carmina lacerare Ouid. ex Ponto 4, 16, 1. Virum optimum lacerare inceſto ore Cic. Philipp. 11, 5. Aliquem verborum contumeliis Id. ibidem 11 c. 2. *Et* in Brut. 156 c. 42 Tantum abeſt ab obtrectatione inuidiae, quae ſolet lacerare pleroſque. *h. e. inquietos reddere, et inter ſe committere.* Id. Acad. 4, 27 Intolerabili dolore lacerari potius, quam aut officium prodat, aut fidem. Continua Rabie aliquem Vell. 2, 64, 3. Probris lacerare Liu. 31, 6. Rumore vulgi lacerari Tacit. Ann. 15, 73. Scelere omni lacerarunt patriam Cic. Off. 1, 57. Lacerat me meus moeror Id. Att. 3, 8.

LACERATVS, a, um. Oculus laceratus Lucret. 3, 409. Crines lacerati Curt. 3, 11, 25. Nauigia lacerata Idem 9, 9, 24. Tergum virgis laceratum Liu. 26, 13. *Metaph.* Exiſtimatio lacerata Suet. Caeſ. 75.

LACERATIO, ōnis. f. [ἄμυγμα, σπάραγμα] Cic. in Piſon. 42 An ego, ſi te et Gabinium cruci ſuffixos viderem, maiore afficerer laetitia ex corporis veſtri laceratione, quam afficior ex infamia? *Et* Tuſc. 3, 62 c. 26 Muliebres lacerationes genarum. Liu. 7, 4 Acerbitas in delectu non damno modo ciuium, ſed etiam laceratione corporum lata.

LACERĀTOR, ōris. m. *Qui lacerat.* Impius lacerator Auguſtin. de Moribus eccleſ. cathol. c. 1.

LACERĀTRIX, īcis. f. Macer 2, 6 Scabies cutis laceratrix.

LACERABĬLIS, e. *Quod lacerari facile poteſt.* Auſon. Eidyll. 15, 17 Ipſa ſenectus Obiicit innumeris corpus lacerabile morbis.

LACEROSVS, a, um. Apul. *Sed negat index Floridi.*

LACERNA, ae. f. [χλαμὺς] *Virilis veſtis, et militaris Penulae ſimilis, et vſus eiusdem, dicta, vt ait* Feſtus, *vel* Paullus *potius interpolator,* quod capitio minor ſit. *Nempe* capitium *accipit pro* cucullo, *quo etiam caput inuoluitur.* Iuuen. 1, 27 Criſpinus Tyrias humero reuocante lacernas. *Sed etiam lacerna caput inuolui poteſt. Vid.* Cic. Philipp. 2, 76 Primum luce, non tenebris: deinde cum calceis et toga, nullis nec caligis, nec lacerna. *Mox ſequitur,* Capite inuoluto. *Add.* Hor. Serm. 2, 7, 55. Lacerna, *militum quoque erat* Propert. 4, 3, 18. Caſſius lacerna caput circumdedit Vell. 2, 70, 2. *Fugerat e praelio.* Texitur in caſtris quarta lacerna tuis Ouid. Faſt. 2, 745. *Conf. Torrent. ad* Suet. Aug. c. 40. Lacernis *vtebantur Romani, quum ſpectaculis operam ſedentariam praeſtarent, et togae ſuperinduebantur ad arcenda frigora.* Martial. 14, 137 Amphitheatrales nos commendamur ad vſus, Quum tegit algentes noſtra lacerna togas. Iuuenal. Sat. 9, 28 Pingues aliquando lacernas Munimenta togae, duri craſſique coloris, Et male percuſſas textoris pectine Galli Accipimus. *Non erat itaque, quod ita aeſtuaret Burmannus ad* Sueton. Claud. 6 Quin et ſpectaculis aduenienti adſurgere, et lacernas deponere ſolebant: *quas ſumſerant nempe aduerſus caeli iniurias, ponebant, vt togae apparerent, in honorem Claudii. Ita iam* Auguſtus *apud* Sueton. 40 Negotium aedilibus dedit, ne quem poſthac paterentur in foro circoue, niſi poſitis lacernis, togatum conſiſtere. *Cum primum poſuere* Lacernas, togati *erant. Nempe dedecebat* Lacerna *in vrbe. Sic* Cic. Phil. 2, 76 c. 30 *ſuum reditum cum reditu Antonii comparans, rediſſe ſe ait* cum calceis et toga, nullis nec Gallicis nec lacerna. *Obiicit ergo* Lacernam *Antonio.* Lacernis *autem* candidis *vtebantur in ſpectaculis, ſi* Martiali *credimus* 4, 2 *ludenti in Horatium, qui nigra lacerna ſpectaculis aderat. Virorum modo fuiſſe, ſatis indicat* Iuuen. 1, 62 Ipſe lacernatae quum ſe iactaret amicae. *Vbi* Scholiaſtes, Satirice, *inquit,* habitu virili feminam deſcribit. *Nempe de puero meritorio agit Poëta. Nec enim audiendus Corradinus de Allio, qui* Hor. Sat. 2, 7, 48 *legit* Sub clara nuda lacerna. Lacernae *item pauperiorum erant* Iuuen. 3, 146 Quid quod materiam praebet, cauſasque iocorum, Omnibus hic idem, ſi foeda et ſciſſa lacerna. Martial. 8, 28 Cerea, *i. pinguis et vncta a ſordibus,* ſi pendet lumbis ac trita lacerna. Perſ. 1, 54 Scis comitem horridulum trita donare lacerna. Aurata lacerna fulgere mos eſt citharoedis *et ſimilibus* Iuuen. 10, 212. Sciſſa lacerna Id. 3, 146. Triſtis lacerna Martial. 1, 97. Hor. Serm. 2, 7, 55 Tu cum proiectis inſignibus, annulo equeſtri Romanoque habitu — odoratum caput obſcurante lacerna.

LACERNVLA, ae. f. Dimin. Arnobius 2 p. 56 Laenas, lacernulas, trabeas, *etc.* ſibi fecerunt.

LACERNĀTVS, a, um. [χλαμυδωτὸς] *Qui lacerna eſt indutus:* Amica lacernata Iuuen. 1, 62. *ſcortum maſculum.*

LACERTA, ae. f. *et* LACERTVS, i. m. [σαῦρα] *Serpentis genus quadrupes.* Plin. 8, 38 *extr.* Lacertae, inimiciſſimum genus cochleis, negantur ſemeſtrem vitam excedere. Lacerti Arabiae cubitales: in Indiae vero Nyſa monte XXIV in longitudinem pedum, colore fului, aut punicei, aut caerulei. Id. 10, 65 Quadrupedum oua gignentium lacertas ore parere (vt creditur vulgo) Ariſtoteles negat: neque incubant eaedem — Itaque per ſe catuli erumpunt. Parua lacerta Ouid. Met. 5, 458. Virides lacertae *et* lacerti Hor. Carm. 1. 23, 6. Virg. Ecl. 2, 9. Lacertum viuum Veg. Mulom. 2, 58, 3. ¶ 2 *Eſt et piſcis, a ſimilitudine:* Cic. Att. 2, 6 — Nam ad lacertas captandas tempeſtates non ſunt idoneae. Lacertas quoque cum muria ſua contineri eſculenta penu, nec Labeo negauit Vlpian. in l. 3 §. 1 ff. de pen. leg. *al.* lacertos. *Quin etiam* Lacertum, *i. neutri generis probat* Nonius 3, 121 *citans* Accium, Atreo, Concoquit partem vapore, flammam tribuit verubus lacerta in focos. Lacertorum genera *eſſe ait* Plin. 32 *vlt.* Col. 8, 17, 12 Quidquid inteſtini lacertus gerit. Iuuen. 14, 131 Nec non differre in tempora coenae Alterius, conchem aeſtiui cum parte lacerti. *al.* aeſtiuam. Stat. Silu. 4, 9, 13 Aut Byzantiacos colunt lacertos. Martial. 10, 48 Secta coronabunt rutatos oua lacertos, Et madidum thynni de ſale ſumen erit. Martial. 7, 77 Quum Saxetani ponatur cauda lacerti, Et bene ſi coenas, conchis iuncta tibi eſt. *al.* Sexitani. Martial. 11, 53 Mox vetus et tenui maior Cordyla lacerto, Sed quam cum rutae frondibus oua tegant. ¶ 3 *Muſculi ſiue tori muſculorum ſunt* Lacerti, *ſimili ratione appellandi, qua et* Muſculi *dicti ſunt, nempe ob celerem et lubricum motum ſub cute nunc ſurgentium, nunc contrahentium et ſubducentium ſe illarum carnium.* Vet. Gl. Lacerti μύες βραχιόνων. *Sed aliarum quoque partium, non ſolorum brachiorum eſſe, nomen* Lacertoſus *in primis docet. Etiam* Quinct. 8, pr. 18 *generatim ita,* Corpora ſana et integri ſanguinis et exercitatione firmata, ex iisdem his ſpeciem accipiunt, ex quibus vires. Namque et colorata, et adſtricta, et lacertis expreſſa ſunt. Id. 8, 3, 10 Athleta, cuius lacertos exercitatio expreſſit. Id. 12, 10, 44 Lacertos exercitatione conſtringere. Grat. 277 Siccis ego dura lacertis Crura velim, *de Canibus.* ¶ 4 *Ab his* Lacertis *ſ. muſculis,* Lacertus [μυὼν, βραχίων, ὠλένη] *in homine dicitur* Brachii *latius accepti pars ſumma, inter humerum et* cubitum *intercepta, quod cum putarem a me primo annotatum ad Fabrum, vidi iam monitum Cupero Obſ.* 4, 17. Cic. Tuſc. 2 c. 16 Scutum, gladium, galeam in onere noſtri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus. Ouid. Art. 3, 307 Pars humeri tamen ima tui, pars ſumma lacerti Nuda ſit. *Ergo* pars ima humeri *eadem* ſumma pars lacerti, *certe continentes ſunt* humerus et lacertus. Ouid. Met. 14, 304 Redeunt Humeri, ſubiecta Lacertis Bracchia ſunt. *Add. quae adferuntur in hanc ſententiam voce* BRACHIVM. Cic. de Senect. 27 c. 9. Milo Aſpexiſſe lacertos ſuos dicitur, illacrimansque dixiſſe, At hi quidem iam mortui ſunt. Idem Tuſc. 2, 22 O pectora, ô terga, ô lacertorum tori. Adductis ſpumant freta verſa lacertis Virg. Aen. 5, 141. Blandis lacertis tenere colla alicuius Ouid. Met. 2, 100. Captiuis lacertis parabantur vincla Id. ibid. 13, 667. Cupidis lacertis amplecti aliquem

aliquem Ouid. Epiſt. 13, 115. Fatigatis humero ſub vtroque lacertis Id. ibid. 18, 83. Ferox lacertus Id. ibid. 4, 82. Flexi poſt terga lacerti Id. Met. 6, 552. Fluidi pendent lacerti Id. ibid. 15, 231. Formoſi lacerti Id. Amor. 3, 8, 11. Fortes lacerti Lucan. 1, 364. Giganteo iaculantem ſaxa lacerto Ouid. Met. 14, 184. Graui lacerto vibrata fraxinus Id. ibid. 5, 142. Imbelles lacerti Id. ibid. 13, 109. Infirmi lacerti Id. ibid. 10, 407. Iuueniles lacerti Id. Epiſt. 12, 7. Niuei lacerti, *vid.* NIX. Squalentes aere lacerti Valer. 6, 525. Teneri lacerti Ouid. Epiſt. 15, 5. Validus lacertus Id. Met. 12, 368. Aptare lacertos Virg. Georg. 4, 74. Dare colla lacertis Stat. Achil. 2, 270. Intendere lacertos armis Id. ibid. 2, 379. *Metaph. de Rep. Rom.* Mouere lacertos, *pro Conualeſcere* Flor. Praefat. 8. Lacerti *in Oratore qui ſint, vid.* Succus orationis, *in* SVCCVS.

LACERTŌSVS, a, um. Adi. [μυωνώδης] *Robuſtus, ac validis lacertis ſ. muſculis brachiorum ac femorum.* Lacertoſos viros exigunt vineae Colum. 1, 9, 4. Cic. Philipp. 8, 26 c. 9 Quos Centuriones pugnaces et lacertoſos inter mimorum et mimarum greges, collocauit. Coloni lacertoſi Ouid. Met. 11, 33. *Etiam vt* pectus muſculoſum *ſic* Femina lacertoſa *in aſino laudat* Colum. 6, 37, 6. Equus lacertoſus Varro de R. R. 2, 7, 13. Gallus gallinaceus lacertoſus Id. ibid. 3, 9, 5.

LACESCO *pro* Laceſſo Coripp. 3, 396.

LACESSO, īui, *et* ſſi, ĕre. [προπηλακίζω, ἐρεθίζω] *Prouocare, vel ad iram, vel ad certamen, quod fit ſcripto, voce, verbo, facto. Et tam in bonum, quam in malum accipitur. Non tam a* Lacero *videtur deriuandum, quam a* Laico, *vnde* Laceſſo *eſt, ſicut* Faceſſo *a* Facio, *vid. ergo* LACIO. *Si* Lacio *eſt* capere, *vt videbimus,* Laceſſere captare *eſt, i. velle* capere *et illaqueare.* Terent. in prol. Eunuch. v. 16 Is ne erret moneo, et deſinat laceſſere. Cic. Fam. 12, 20 Sic igitur facies, meque amabis, et ſcripto aliquo laceſſes. Ego enim reſpondere facilius poſſum, quam prouocare. *Add.* Id. ad Att. 13, 18. Contentus non laceſſi Curt. 4, 12, 15. Virg. Eccl. 3, 21 Efficiam poſthac, ne quenquam voce laceſſas. Ciere et laceſſere Martial. 4, 45. Laceſſere aliquem, *pro Flagitando obtundere* Hor. Carm. 2, 18, 10. Capitaliter aliquem laceſſere, *vid.* Capitaliter, *in* CAPVT. Laceſſere ad pugnam Liu. 2, 45 *pr.* Bello laceſſere, et tentare populos Cic. pro Lege Manil. 23. Vell. 2, 54, 1. *et* c. 69, 3. Ferro laceſſere fortiſſimum virum auderet Cic. pro Milon. 84 c. 31. Iniuria laceſſere Id. pro Domo 66. Id. pro L. Manil. c. 6. Inſidiis laceſſere aliquem Catul. 16, 16. Iurgiis laceſſere Liu. 38, 33. Maledictis laceſſere Cic. Philipp. 1, 2 c. 1. Praelio laceſſere Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 81. Cic. Verr. 3, 132 Quid? quum palam Syracuſis te audiente, maximo conuentu P. Rubrius Q. Apronium ſponſione laceſſiuit, ni Apronius dictitaret, te ſibi in decumis eſſe ſocium: haec te vox non perculit? Quinctil. 6, 3, 7 Riſus non ſolum facto aliquo dictoue, ſed interdum quodam etiam corporis tactu laceſſitur. Campum laceſſit taurus Stat. Theb. 12, 604. Pelagus laceſſere Hor. Carm. 1, 35, 7. Pugnam laceſſere Virg. Aen. 5, 429. Romam fortuna laceſſit Lucan. 1, 256. Rupes laceſſit taurus Sil. 12, 8. Cic. Fam. 3, 8 Hos ego ſermones quod et multi ſunt, et tuam exiſtimationem, vt ego ſentio, non offendunt, laceſſiui nunquam, ſed non valde repreſſi. Sidera laceſſunt clamore Sil. 17, 387. Viſum laceſſere Lucret. 4, 695. Voces laceſſunt aures Lucret. 4, 601. Laceſſere, *pro Titillare* Sen. de Vita beata c. 11 *extr.* Mollibus, leuibuſque fomentis totum laceſſit eorum corpus. *Nempe, vt e* Quinctiliano *vidimus,* Tactu *etiam* riſus laceſſitur. ¶ 2 Quarta coniugatione Columel. 9, 8, 3 *de apibus,* Solent caeli nouitate laceſſiri. *Add.* 9, 15, 4. *Hinc* Laceſſitus, *de quo mox.*

LACESSENS, entis. Partic. Vulg. Interpr. 2 Macc. 12, 14 Maledictis laceſſentes Iudam.

LACESSĪTVS, a, um. Partic. Duo potentiſſimi reges, alter relictus, alter laceſſitus Cic. pro L. Manil. c. 2. Dente cruento laceſſitus Hor. Epiſt. 2, 1, 150. *Saeuo morſu et diffamatorio.* Iniuria laceſſitus Cic. Off. 1, 20 c. 7. Mare laceſſitum primo Lucan. 3, 193. Princeps laceſſitus Vellei. 2, 68, 5. Laceſſita pluuiis et ventis vindemia Colum. 3, 21, 5.

LACESSITIO, ōnis. f. *Prouocatio, irritatio.* Ammian. 19, 6 Laceſſitionibus crebris occupare obſidioni adhaerentes.

LACESSITOR, ōris. m. Iſidor. 10. in litt. L. Laceſſitor dictus a canibus vel a feris, quae ſolent latrando prouocare.

LACETANI *Hiſpaniae populus* Liu. 21, 60 *etc.*

LACETANIA, ae. *illorum patria* Liu. 21, 23.

LACHANIZO, āre. [λαχανίζω] *Languere.* Sueton. in Auguſt. 87 Et betizare, pro languere: quod vulgo lachanizare dicitur. *Conf. h. l. Caſaub.*

LACHĂNVM, i. n. *Dictio Graeca* λάχανον, *i. Olus.* Hor. Serm. 1, 6, 115 Ad porri et ciceris, refero, lachanique catinum. *Alii legunt* Lagani.

LACHĔSIS, is. f. [Λάχεσις] *Vna ex Parcis eſt, quae de nobis ſortitur. Nam Sortitio Latine interpretari licet.* λαγχάνειν *enim eſt ſortiri. vid.* PARCAE. Dura Lacheſis Ouid. Triſt. 5, 10, 45. Ferrea Lacheſis Claud. de Bell. Get. 55. Longaeua Lacheſis Id. in Eutrop. 2, 288.

LACHRY̊MA, LACRYMA, LACRVMA, LACRIMA, ae. f. [δάκρυον, δάκρυ] *Humor ex oculis flentium manans. A Graeco* δάκρυον, *vel potius* δάκρυμα *fletus, deriuatur,* δ *in* λ *mutata, vt in* Vlyſſes, Lautia. *Vſus tamen obtinuit, vt* Lachryma *cum aſpiratione ſcribatur, quem vſum refert* Gell. 2, 3. Inſerebant literam H veteres noſtri pleriſque vocibus verborum firmandis roborandiſque, vt ſonus earum eſſet viridior (*f.* viuidior, *niſi voluit tamen* ὑγρότερον *ita dicere*) vegetiorque. *Et in hunc cenſum refert* Lachrymas. In his enim, *inquit,* verbis omnibus literae ſ. ſpiritus iſtius nulla ratio viſa eſt, niſi et firmitas et vigor vocis quaſi quibuſdam neruis additis intenderetur. *Quare non ſimpliciter damnanda hic adſpiratio. Sed nec minores auctoritates habet* Lacrima *et* Lacruma. *Et videtur omnino* Lacrima *conſenſu meliorum probari.* Feſtus: Dacrymas pro lacrymas Liuius (Andronicum intelligit) ſaepe poſuit, nimirum quod Graeci δάκρυα appellant. Cic. in Partit. 57 c. 17. Cito areſcit lacrima, praeſertim in alienis malis. Quinct. 6, 1, 27 Nec ſine cauſa dictum, nihil facilius, quam lacrimas inareſcere. Acris lacrima et tenuis Scribon. 27. Gratia lacrimarum Stat. Theb. 6, 623. Riuus lacrimarum Ouid. Met. 9, 655. Rore lacrimarum madidae coronae Id. ib. 14, 707. Fideles lacrimae Id. Epiſt. 14, 127. Mites lacrimae Id. Met. 6, 505. Pauciores lacrimae Tacit. in Vita Agric. 45. Piae lacrimae Ouid. Met. 6, 534. Tenuis et acris lacrima Scribon. 27. Rudes lacrimae Claud. de Nupt. Hon. 80. Afferre lacrimas, Cadunt lacrimae, Ciere lacrimas, Cogere ad lacrimas, *vid. hh. vv.* Cohibere lacrimas Sen. Agamemn. 659. Combibere lacrimas ſuas Ouid. Epiſt. 11, 54. Compeſce lacrimas Sen. Herc. Oet. 1374. Comprimere lacrimas Sil. 15, 822. Conſici lacrimis Cic. Fam. 14, 4. Congelare Pedo Albinou. 113. *vbi vid. Heinſ.* Conſpergere aliquem lacrimis, *vid.* CONSPERGO. Conſumta lacrimis Byblis Ouid. Met. 9, 662. Cic. Philipp. 2, 64 Miſerum me: conſumtis enim lacrimis, tamen infixus animo haeret dolor. Continere lacrimas, *vid.* CONTINEO. Cic. Tuſc. 2, 48 c. 21 Si ſe lamentis muliebriter lacrimiſque dedet. Demittere lacrimas Virg. Aen. 6, 455. Dare lacrimas, *i. Lacrimari* Virg. Aen. 4, 370. Dare lacrimas alicui Albinou. 71. Quinctil. 6, 1. Ouid. Met. 2, 341 Et inania morti Munera dant lacrimas. *Add.* Iuuenal. 15, 133. *Burm. ad* Quinct. l. c. Durare Pedo Albinou. 113. Cic. pro Planc. 104 c. 42 Lacrimae, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudiſti. Effuſae genis lacrimae Virg. Aen. 6, 686. Effundi in lacrimas Tacit. Ann. 4, 8. *it. ib.* 3, 23, 1. Effuſi lacrimis nos contra Virg. Aen. 2, 651. Emitte obortas lacrimas Ouid. Met. 11, 458. Euicta meis lacrimis Virg. Aen. 4, 548. Cic. Att. 10, 14 *pr.* Atque haec ita multis cum lacrimis loquebatur, vt ego mirarer, illas tam diuturna miſeria non Exaruiſſe. Excutere lacrimas Ter. Heaut. 1, 1, 115. Fatigari lacrimis Quinct. 6, 1. Fluit tenuis lacrima Scribon. 24. Fluunt inde lacrimae Ouid. Met. 2, 364. Fluentes per ora lacrimae Id. ibid. 4, 581. Fundit lacrimas verba inter ſingula Virg. Aen. 3, 348. Habet interim lacrimas ex miſeratione eius rei Quinctil. 6, 1. Intus habere Martial. 10, 80. Iacere in lacrimis Cic. Fam. 14, 2. Imperare lacrimis, *vid.* IMPERO. Implere verba lacrimis Ouid. Epiſt. 6, 58. Inareſcunt lacrimae Quinctil. 6, 1. Indulgere lacrimis Ouid. Met. 9, 142. Indulget dulcibus lacrimis Valer. 3, 371. Inhibere lacrimas alicui Senec. Herc. Oet. 1945. Manat illi plurima lacrima Hor. Epiſt. 1, 17, 60. Miſcuimus lacrimas moeſtus vterque ſuas Ouid. Epiſt. 5, 46. Lacrimis adamanta mouebis Id. A. A. 659. Quinctil. 4, 2 Solet nonnunquam mouere lacrimas ipſa confeſſio, *vid.* MOVEO. Obortis lacrimis Virg. Aen. 3, 492. Perfundere lacrimis Ouid. Met. 2, 339. Praebere lacrimas Cic. Att. 3, 14. Id. in Somn. Scip. 5, c. 3. Quem vt vidi equidem, vim lacrimarum profudi. Profudit lacrimas oculis Virg. Aen. 12, 154. Renouare lacrimas alicuius Ouid. Met. 11, 472. Reponere lacrimas Stat. Silu. 5, 5, 48. Reſorbet ira lacrimas Stat. Theb. 5, 654. Rigabat vultum lacrimis Virg. Aen. 9, 251. Saturari lacrimis Virg. Eccl. 10, 29. Siccat lacrimas pollice Ouid. Met. 9, 395. Simulare lacrimas Id. Amor. 2, 2, 36. Spargunt ora rorantibus lacrimis Lucret. 2, 976. Suffuſa oculos lacrimis Virg. Aen. 1, 232. Sume lacrimas, *vox cum lacrimis filium complectentis* Senec. Troad. 807. Superare adamanta lacrimis, *vid.* ADAMAS. Suſpenſae diu lacrimae Ouid. Amor. 1, 7, 57. Temperare a lacrimis Virg. Aen. 2, 8. Tenere lacrimas Cic. Verr. 5, 171 c. 67 Paullo ante, Iudices, lacrimas in morte miſera atque indigniſſima nauarchorum non tenebamus. Tingere lacrimis Ouid. Met. 2, 622. Tradere ſe lacrimis ac triſtitiae Cic. Fam. 5, 14. Volutae per ora lacrimae Virg. Aen. 10, 790. Hinc illae lacrimae, *ex* Ter. Andr. 1, 1, 99. *vſurpatum prouerbialiter per illuſionem videtur ab* Hor. Ep. 1, 19, 41. *vbi inuidiae et malignitatis erga ſe rationem reddit. Vſurpauit ad hunc modum* M. Tullius pro M. Caelio 61 Hinc illae lacrimae nimirum, et haec cauſa eſt omnium horum ſcelerum atque criminum. *Dicetur autem de Rei cauſa aliquamdiu diſſimulata, quae vere tandem deprehendatur.* ¶ 2 Lacrimae plantarum *dicuntur ipſe Humor naturalis, quem interdum ipſae foris oſtendunt, vel qui in ipſis interioribus partibus continetur.* Papaueris lacrima Scribon. 167. 170. Plin. 23, prooem. Lacrima vitium, quae veluti gummi eſt, lepras et lichenas et pſoras nitro ante praeparatas ſanat. Arborum lacrimae Plin. 11, 6. Sycamini lacrima Celſ. 3, 18. Cyrenaica lacrima Scribon. 167.

LACRIMV̆LA, ae. f. Dimin. [δακρύδιον] Ter. Eun. 1, 1, 22. Haec verba (*minacia contra Thaidem*) mehercule vna falſa lacrimula, Quam oculos terendo miſere vix vi expreſſerit, Reſtinguet. Cic. pro Planc. 76 Et mihi lacrimulam Criſpiani iudicii obiectas. Falſae lacrimulae Catull. 64, (67) 16.

LACRĬMO, āre. Neutrum: *et* LACRIMOR, āri. Dep. [δακρύω, δακρυχέω] *Lacrimas effundere, vel profundere.* Ter. Adel. 3, 3, 55. Oh, lachrumo gaudio. Cic. Verr. 5, 120 c. 46 Ecquis fuit, quin lacrimaretur? Decenter lacrimare Ouid. de Arte Am. 3, 291. Lacrimat ex abitu Plaut. Amph. 1, 3, 31. Lacrimat id, *i. Ob id* Ter. Eun. 5, 1, 13. Caſum alicuius Nep. 7, 6, 4. Exequiis moerentibus lacrimandus Stat. Theb. 9, 100. Lacrimari *minus eſt, quam* Plorare. Senec. Epiſt. 64 (63) Ne ſicci ſint oculi amiſſo amico, nec fleant: lacrimandum eſt, non plorandum. ¶ 2 Lacrimare, *i. ſtillare: v. Buchner. ad* Venant. de Reſurr. v. 27.

LACRIMANS, antis. Partic. [δακρύων] Cic. Verr. 3, . . Principem ſuae ciuitatis lacrimantem teſtari ac dicere, *etc.* Multa ſuper nata lacrimans Virg. Aen. 7, 358. *Add.* Id. 11, 150. Lumina lacrimantia Ouid. Met. 13, 132. Oculi lacrimantes Catull. 61, 48. Calamus lacrimans *et* Aridus, *contraria* Plin. 17, 14. *De arboribus.*

LACRIMĀTVS, a, um. Partic. *paſſ.* [δακρυθεὶς] Ouid Faſt. 1, 339 Nondum pertulerat lacrimatas cortice myrrhas Acta per aequoreas hoſpita nauis aquas.

LACRIMĀTIO, ōnis. f. [δάκρυσις] Plin. 11, 37 *ſ.* 54 Quas ſubinde purificant lacrimationum ſaliuis. *Add.* Idem 23 prooem.

LACRIMĀTOR, ōris. m. *apud* Auguſtinum.

LACRIMŌSVS, a, um. Adi. [δακρυόεις, δακρυώδης, ἔνδακρυς] *Abundans lacrimis.* Plin. 17, 28 Quin et vitium radicibus aquam ſalſam iubent affundi, ſi ſint lacrimoſae, *i. ſi nimium humorem exſtillent.* Odor lacrimoſus cepis Plin. 19, 6 ſ. 35. *i. mouens lacrimas. Add.* Lucil. ap. Non. 3, 67. Carmen lacrimoſum Ouid. Triſt. 5, 1, 35. Funus lacrimoſus, *Lacrimas prouocans* Hor. Serm. 1, 5, 80. Funera lacrimoſa Ouid. Epiſt. 13, 137. Lumina lacrimoſa vino Id. Amor. 1, 8, 111. Mater lacrimoſa Apul. Mileſ. 7 p. 199. Oculi lacrimoſi Plin. 28, 6. *it.* 29, 6. Poëmata lacrimoſa Hor. Epiſt. 1, 1, 67. Riſus lacrimoſus Stat. Theb. 6, 164. Singultus lacrimoſus Apul. Mileſ. 5 p. 164.

LACRIMŌSE. Adu. [δακρυωδῶς] Plin. 16, 43 Stamineam hoc vſu probant venam, et vocant fertilem, argumento ſimilitudinis, quoniam lacrimoſe criſpa. *Harduinus legit* Lacinioſe.

LACRIMABĬLIS, e. Adi. [πολύδακρυς, ἀρίδακρυς] Bellum lacrimabile Ouid. Met. 8, 44. Gemitus lacrimabilis Virg. Aen. 3, 39. *Add.* Id. 7, 604. Tempus lacrimabile Ouid. Triſt. 5, 12, 1. Lacrimabile, *Neutrum.* Id. Met. 2, 796 Vixque tenens lacrimis, quia nil lacrimabile cernit.

LACRIMABILITĔR. Adu. *Idem.* Lacrimabiliter indicare Hieronym. adu. Rufin. 2, 7. Deprecari lacrimabiliter Idem Epiſt. 139.

LACRIMABVNDVS, a, um. Adi. [δακρυχέων] Liu. 3, 46 At ille lacrimabundus, Gratum eſt, inquit: craſtina die veſtra opera vtar, ſponſorum nunc ſatis eſt. *De Icilio Virginiae ſponſo loquitur. Add.* Lactant. de mort. perſec. c. 18.

LACINIA, ae. f. *Pars veſtimenti eminula, vel pendens, qua quis capi vel prehendi poteſt, ex verbo* Lacio, *vnde* Laceſſo *eſt, et* Laqueus, *et* Illicio *etc.* Plaut. Aſin. 3, 2, 41 *Philenium* Argyrippum lacrimantem lacinia tenet lacrimans. *Argyrippus* ſc. 3, 1 Cur me, *inquit*, retentas nunc? *Reſpondet Philenium,* Quia tui abeuntis egeo. Sueton. Claud. 15 Illud quoque a maioribus natu audiebam, adeo cauſidicos patientia eius ſolitos abuti, vt deſcendentem e tribunali non ſolum voce reuocarent, ſed et lacinia togae retenta, interdum pede apprehenſo retinerent. *Hinc metaphor.* Cic. de Orat. 3 c. 28 Nam illud alterum genus tenent, atque id ipſum lacinia, *i. non totum, ſed velut fugiens lacinia prehenſa retinere ſtudent.* Petron. 100 *excitandi cauſa,* Tremulis manibus Eumolpi iam in ſoporem labentis laciniam duxi. *In his, vt diximus partem veſtimenti exſtantem et prehendi facilem notat. Hinc Metaphor.* Plin. 15, 30 ſ. 39 *de lauri genere,* Excreſcente in medio folio paruulo, velut lacinia folii. *Et* 8, 50 ſ. 76 *de capris,* Feminarum generoſitatis inſigne, laciniae corporibus a ceruice binae dependentes. *Has* Varro R. R. 2, 3 *pr.* Duas vt mammulas penſiles *vocat:* Colum. 7, 6 *pr.* binas verruculas. Petron. 92 Habebat inguinum pondus tam grande, vt ipſum hominem laciniam faſcini crederes. ¶ 2 *Fimbriam,* κράσπεδον, *oram extremam, veſtis notat.* Plin. 5, 32 ſ. 43 Vnde Craſpedites ſinus vocabatur, quoniam id oppidum velut in lacinia erat. Vet. Gloſſ. Lacinia κράσπεδον. Petron. 12 Quum ergo et ipſi raptum latrocinio pallium detuliſſemus — coepimus — in quodam angulo laciniam extremam concutere, ſi quem forte emtorem ſplendida veſtis poſſet adducere. *Habuit forte limbum ſplendidum praetextum, aut aſſutum, illud pallium.* Sueton. Calig. 35 Ita ſe proripuit e ſpectaculis, vt calcata lacinia togae praeceps per gradus iret. *Et* Neron. 19 Conſurgenti ei lacinia obhaeſit. ¶ 3 *Veſtis integra* Lacinia *vocatur, vt* ῥάκος *apud Graecos, et pannum lacerum et veſtimentum ſignificat, ſimilique* μειώσει *etiam Germanica interdum conſuetudo vtitur.* Apul. Met. 2 p. 118, 15 Pleraeque indolem gratiasque ſuas probaturae lacinias, omnes exeunt, amicula dimouent, magis de cutis roſeo rubore, quam de veſtis aureo colore placiturae. *Et* p. 120, 4 Lacinia remota *etc. Et* p. 122, 9 Laciniis cunctis renudata. *In his* μειώσει *illi locus non eſt: ſed eſt* Met. 1 p. 103, 30 Ipſas etiam lacinias, quas boni latrones contegendo mihi conceſſerant, in eam contuli. *Contra* Met. 6 p. 174, 27 Videt dona pretioſa et lacinias auro literatas, ramis arborum poſtibusque ſuffixas. *Et* Met. 8 p. 203, 13 Aper inuadit iacentem, ac primo lacinias eius, mox ipſum reſurgentem multo dente laniauit. *Etiam ſingulari numero idem* Apul. Met. 10 p. 254, 6 Niſi quod tenui pallio bombycino inumbrabat ſpectabilem pubem: quam quidem laciniam curioſulus ventus *etc. Saepe ita Apuleius.* ¶ 4 *Pars etiam abſciſſa ſ. panniculus* Lacinia *eſt.* Plaut. Merc. 1, 2, 16 Sume laciniam atque abſterge ſudorem tibi. *i. ſudarium.* Cicero fil. Fam. 16, 21 In lacinia ſeruare ex menſa ſecunda ſemina. *Atque haec forte ad integri veſtimenti extremum referri queant: ſed controuerſia caret* Plin. 19, 7 ſ. 36 Quaedam meliora naſcuntur aceruatim ſato ſemine quam ſparſo. Ita certe porrum et allium ferunt, in laciniis colligatum. *Ex Theophraſto, qui* ὀθόνιον *habet, i.* linteolum, *quo vtitur in ea re* Colum. 11, 3, 32. ¶ 5 *Hinc aliarum quoque rerum partes diſtractae hoc nomen habent.* Colum. 7, 5, 3 Grex in lacinias colonis diſtribuatur: nam particulatim facilius, quam vniuerſus conualeſcit. *Et* 7, 6, 5 Vbi caprae primum comparantur, melius eſt vnum gregem totum, quam ex pluribus particulatim mercari, vt nec in paſtione ſeparatim laciniae diducantur, et in caprili maiori concordia quiete conſiſtant. Plin. 36, 13 ſ. 19 *de labyrintho vulgari,* in pauimentis puerorumue ludicris campeſtribus, breui lacinia millia paſſuum plura ambulationis continente. *Sic* Frontin. de Colon. p. 103 *Goeſ.* Ager in laciniis eſt aſſignatus, *i. per particulas. Add.* Frontin. p. 107 *et Goeſ. Antiquitt. agrar.* c. 8 p. 70 ſq. *Haec primo dedimus Chreſtom. Plin.* p. 1032.

LACINIVS, *vnde* Iuno Lacinia. *p. p. videbimus.*

LACINIOSVS, a, um. *Quod multas habet lacinias, excurſus, ambages, appendices, non rotundum et caſtigatum atque adſtrictum. Proprie* Plin. 25, 10 ſ. 77 *de herba, quam* Aliſma, Damaſonion, Lyron, *appellat,* Folia erant plantaginis, niſi anguſtiora eſſent et magis Lacinioſa. *i. excurrente nunc margine, nunc recurrente.* Id 5, 10 ſ. 11 Alexandriam Aegypti *vocat* ad effigiem Macedonicae chlamydis orbe gyrato lacinioſam, *i. duas quaſi alas, appendicesue habentem, vel, vt ipſius vtamur verbis,* dextra laeuaque anguloſo procurſu. Id. 32, 6 ſ. 21 Spondylum oſtrearum fibris *non vult eſſe* lacinioſum, *h. e. in multas fibras diuiſum. Metaphorice* Apul. Apol. p. 287, 30 Namque animi, ita vt corporis ſanitas expedita, imbecillitas lacinioſa eſt: certumque ſignum eſt infirmitatis, pluribus indigere. Tertull. de Virgin. vel. 4 Naturaliter compendium ſermonis et gratum et neceſſarium eſt: quoniam ſermo lacinioſus et oneroſus et vanus eſt. Id. epiſt. 112 ſ. praef. in Eſther, Lacinioſos verborum ſinus *reprehendit. Et* adu. Marcion. 4 Lacinioſa onera legis. Id. in Daniel. c. 11 Sermone lacinioſiſſimo aliquem proſequi.

LACINIOSE. Adu. Plin. 16, 43 Lacinioſe criſpa *dedit Hard. alii* lacunoſe: *Vulg.* lacrimoſe.

LACINIO, āre. *Videtur eſſe,* laciniis *id eſt extremis et finibus ſuis deſcribere, et finire.* Apul. Met. 10 p. 254, 11 *de puella Venerem repraeſentante,* Tenui pallio bombycino inumbrabat ſpectabilem pubem: quam quidem laciniam curioſulus ventus ſatis amanter nunc laſciuiens reflabat, vt dimota pateret flos aetatulae: nunc luxurians adſpirabat, vt adhaerens preſſule membrorum voluptatem graphice laciniaret. *Sic vulgatum.* Liciniaret *ex MS. Elmenhorſtius, qui interpretatur in indice, intorto, implexo volumine obuelare. Pricaeus ſuſpicatur* linearet *legendum pro* delinearet. *Et poteſt fieri, vt* Lacinia, *quae praeceſſit, adhuc occupauerit librarium. Sed aliquid forte praeſidii verbo eſt in*

LACINIATIM. Adu. *Per lacinias ſ. partes diſcerptas.* Apul. Met. 8 p. 208, 20 Non laciniatim diſperſo, ſed cuneatim ſtipato commeatu difficultates illas transabiremus.

LACINIVS, a, um. Adi. *Promuntorii in Calabria, itemque Iunonis, eiuſque in eo promuntorio non procul Crotone templi, epitheton. Vid.* Seru. ad Virg. Aen. 3, 552 — Attollit ſe Diua Lacinia contra, *etc. Et* Liu. 42, 3 Eodem anno aedes Iunonis Laciniae detecta. *Add.* Val. Max. 1, 1, 20. Lactant. 2, 7, 15 *aliique, quos laudat de la Cerda ad* Virg. l. c. Litora Lacinia Ouid. Met. 15, 13 et 701. Templa Lacinia Lucan. 2, 434. *vid. ibi* Scholiaſt.

LACIO, ui *et* xi, ĕre, [δελεάζω] *ſecundum* Priſcianum *ſignificat* In fraudem inducere, decipere. Feſtus, Lacit, Decipiendo inducit. Lax enim eſt Fraus. Lacit, In fraudem inducit. Inde eſt Allicere et Laceſſere. Inde Lactat, Illectat, Delectat, Oblectat. *Haec* Feſtus. Eſt *nempe idem fere quod capere. Inde* Laceſſo *et* Laqueus, *etc.* Lucret. 4, 1201 Quae lacere in fraudem poſſent, *etc.* *Paſſiue,* Idem 4, 1140 — plagas in amoris ne laciamur.

LACOBRIGA, *vid.* LACCOBRIGA.

LACO *et* LACON, LACONICVS, LACONICVM, LACONISMVS, *vid. ſupra ſub* LACEDAEMON.

LACOTOMVS *definitur a* Vitruuio 9, 8 *in horologio ſolari recta linea auferens meridiani circuli portionem inter tropicos interceptam. De ratione appellationis nihil dum extricatum in Lexico Vitruuiano.*

LACTARIVS, LACTEO, LACTEVS, LACTO, *vid.* LAC.

LACTERIS, *ſ.* LACTORIS Apul. de Herb. c. 111. *al.* Lathoris, *vel* lateris, *vel* laceris.

LACTIDIO, āre. *Lapſae Latinitatis verbum e Graeco* λακτίζω *calcibus peto, apud* Cornutum Perſii Scholiaſten, *laudante* Gronouio Obſ. 4, 13 p. 210. Inde eſt, quod lactidiatum dicimus, qui male ſit calce percuſſus.

LACTILĀGO, ĭnis. f. *Herba; al. Chamaedaphne.* Apul. de Herb. c. 27.

LACTORIS, ĭdis. f. [γλαὺξ *ſiue* γλὰξ] *Herbae genus.* Plin. 24, 18 Aeque nota lactoris vulgo eſt plena lactis, quod deguſtatum vomitiones concitat.

LACTVCA, ae. f. [θρίδαξ, θριδακίνη] *a Lactis copia dicta eſt, quod abundantia lactis exuberet.* Eſt vel ſatiua, vel agreſtis. *Vid.* Plin. 19, 8. Varr. L. L. 4, 21. Celſ. 5, 7. Colum. 6, 15. Martial. 13, 14 Claudere quae coenas lactuca ſolebat auorum: Dic mihi, cur noſtras incipit illa dapes? Caules lactucae cum foliis Scribon. 104. Marina Plin. 20, 7. Apul. de Herb. c. 108. Caprina Pallad. Ian. 14 *et* Febr. 24. Colum. 8, 14. Officiunt claritati oculorum lactucae, *vid.* OFFICIO. Silueſtris lactucae ſucco vernam nauſeam draco reſtinguit Plin. 8, 27. *Prouerbii noti originem ita refert* Hieron. ad Chromat. Tom. 1 p. 98 D. *Froben.* Secundum illud quoque, de quo ſemel in vita Craſſum ait riſiſſe Lucillius, *ſimilem habent labra lactucam,* aſino carduos comedente.

LACTVCVLA, ae. f. Dimin. [θριδάκιον] Columel. 10, 111 Iam teneris frondens lactucula fibris. *Add.* Suet. in Auguſt. 77. *It.* Pallad. 1, 30, 1.

LACTVCĬNVS, i. m. *Cognomen Valeriorum a Lactuca.* Plin. 19, 3.

LACTVRCIA, ae. f. *Dea frugum lacteſcentium* Auguſtin. de C. D. 4, 8.

LACVNA, LACVNAR, *vid.* LACVS.

LACVS, ûs, *vel* i. m. [ὑδρίον, λάκκος] Gloſſ. Lat. Gr. *et* Gr. Lat. *Locus profundus, cum aquis perpetuis ibidem natis, qui efficit riuos et flumina. Graecis* λάκκος *dicitur.* Albanus lacus Hor. Carm. 4, 1, 19. Alto lacu ſe condidit fluuius Virg. Aen. 8, 66. Clauſi lacus ſpeluncis Virg. Georg. 4, 364. Coenoſus lacus *vid.* COENVM. Compluuius lacus, *vid.* COMPLVVIVS. Lemanus Caeſ. B. G. 1, 2. Limpidi lacus Catul. 4, 24. Lucrinus lacus Hor. Carm. 2, 15, 4. Patuli lacus Ouid. Met. 2, 379. Pigro quae ſtupet vnda lacu Martial. 9, 100. Torpentes lacus Stat. Theb. 9, 452. Senec. Hippol. 584. *i. inferni.* Viui lacus Virg. Georg. 2, 469. *Lacus ſunt etiam Conceptacula aquarum publicarum* Vitr. 8, 7. Lacus in villa Varr. R. R. 1, 11, 2. ¶ 2 Lacus [λάκκος] *dicitur Locus, qui continet muſtum prelo ex vinaceis expreſſum, et tranſmittit, vt in dolia condatur.* Columel. 12, 29 Antequam prelo vinacea ſubiiciantur, de lacu quam recentiſſimum addito muſtum in amphoram nouam, eamque oblinito, et impicato diligenter. Ouid. Faſt. 4, 888 Praemia de lacubus proxima muſta tuis. *Add.* Cato 25. Colum. 12, 18, 3. *vid. Burm. ad* Petr. c. 70 *et* 135. Lacus *in aedificiis, tabulatum, cauum, quo tectorum ac camerarum ſuperiora ornantur, a quibus* Lacunar *dicitur. Citat* Seru. ad Aen. 1, 730 *ex* Lucilio Reſultantque aedeſque, lacuſque. Lacubus diſtinguuntur granaria, vt ſeparatim quaeque legumina ponantur Columel. 1, 6, 14. Lacus ſalſurae Colum. 12, 53, 3.

LACVSCŬLVS, i. m. Dimin. [λακκίδιον] Columel. 12, 50, 3 Oportet habere lacuſculos tam multos, quam poſtulabit modus oliuae. *Budaeus, Lacuſculi in horreis penſilibus in ſolo extructi ad reponendas oliuas.* Columel. 4, 8, 2 Quoniam ſi iuxta truncum radicem praecideris, aut ex cicatrice plures enaſcentur: aut hiemalis, quae ex pluuiis conſiſtit, in lacuſculis ablaqueationis aqua brumae congelationibus noua vulnera peruret, et ad medullam penetrabit. *Ibidem,* Praedicti lacuſculi aequandi ſunt.

LACVLOR, āri. *In lacunulam formari.* Apul. Florid. 2 p. 21 Modico mento laculatur. *Sic legunt Edit. Ald. et Rom. Al.* Modica mento lacuna. *vid. Coluii Not. p.* 182. *Elmenh. p.* 351 modico mento facies.

LACVLATVS, a, um. Iſidor. 19, 22 Veſtis laculata eſt, Quae lacus quadratos quoſdam cum pictura habet intextos aut additos acu.

LACŪNA, ae. f. [λάκκος, τεῖχγος] Foſſa, *auctore* Seruio, in qua collecta aqua ſtare conſueuit *ad* Virg Georg. 1, 117 Vnde cauae tepido ſudant humore lacunae. Lacuna, aquae collectio, a lacu deriuatur Feſt. *Conf.* Auct. de Limit. p. 274 *Goeſ.* Pallad. 1, 30, 1 Lacuna formetur anſeribus educandis. Salſae lacunae maris Lucret. 3, 1044. Vaſtae lacunae Lucret. 1, 116. *Turgidae Orationis exemplum ponit* A. ad Her. 4, 15 c. 10 Nam qui perduellionibus venditat patriam, non ſatis ſupplicii dederit, ſi praeceps in Neptunias depultus erit lacunas. Lacuna, *dicitur etiam Foſſa ad ſiccandos agros parata.* Virg. Georg. 3, 365 Et totae ſolidam in glaciem vertere lacunae. Bibulae lacunae Stat. Silu. 4, 3, 54. Lacuna, *etiam accipitur pro quacunque Foſſula.* Varro R. R. 1, 29, 3 Lacunam ſtriam facit aratrum vomere, *i.* lacunam *ſ. foſſulam hinc ſtriam ſ. ſulcum elatum iuxta. vid. not.* Id. de R. R. 2, 7 His maiores qui ſunt, intelligi negant poſſe, praeterquam quum dentes ſunt facti brochi, et ſupercilia caua, et ſub ea lacunae, ex obſeruatu dicunt eum equum habere annos ſexdecim. Labrum ſuperius ſub ipſa medietate narium lacuna quadam leui quaſi valle ſignauit Lactant. de Opif. Dei 10, 22. *i.* φίλτρον *Gr.* Lacuna *in pauimento, pro Loco ſidente ponitur a* Vitruuio 7, 1. *Sic* Pallad. 1, 17, 3 Lacunae ciſternarum vt ſarciantur. Lacunam explere *Metaph. de numero deficiente* Varro R. R. 2, 1, 28. *Sic* Lacunam rei familiaris explere, *pro Sarcire damnum, non ſine prouerbii ſpecie dixit* Cicero Verr. 2, 138 c. 55. Idem Att. 12, 6 Vide quaeſo ne quae lacuna ſit in auro. *h. e. Ne quid deſit.* Gell. 1, 3 Famae lacunam *dixit pro Macula;* Minimaque illa labes, et quaſi lacuna famae imminentis, partarum amico vtilitatum ratione ſoluitur.

Quin

Quin et in libris Mendum *dicitur, quod deprauatum eſt :* Lacuna *vbi deeſt aliquid : illud eluitur, haec expletur. Vid.* COLLYBVS.

LACVNŌSVS, a, um. [λακκώδης, τεναγώδης] *Lacunis et foveis plenus, neque aequalis.* Cic. de Nat. Deor. 2, 47 Quid enim pulchrius ea figura, quae ſola omnes alias figuras complexa continet? quaeque nihil aſperitatis habere, nihil offenſionis poteſt, nihil inciſum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum? *Videtur* Eminens *oppoſuiſſe* Lacunoſo. *Et* Apul. Met. 9 p. 221 Via lacunoſis incilibus voraginoſa. Interualla lacunoſa Vitruu. 8, 6.

LACV̄NO, āre. [τεναγόω, καμαρόω] *Lacus aut lacanaria facere.* Ouid. Met. 8, 563 Summa lacunabant alterno murice conchae.

LACVNĀTVS, a, um. Partic. [τεναγωθεὶς] Plin. 15, 10 Intus exiles nucleos lacunatis includi toris. *h. e. Foueatis* (*ſi ita dicere licet*) *et depreſſis.*

LACV̄NAR, āris. n. [ὀρόφωμα, φάτνωμα. Gl. Gr. Lat. ὀροφὴ] *idem quod* Laquear, *vtrumque a* Lacu, *in quantum ornamentum depreſſum ſ. cauum in contignationibus notat : quod genus peperere primo ipſa trabium interſtitia, quae* Lacus *ſunt* Lacunae, *ſ. depreſſiones ; deinde ea tabulis inductis, picturis etiam exornata : loculamenta quaedam quadrata vel alterius figurae. Neſcio cur* deminutione Lacunar fieri *dicat* e Lacu Seruius ad Aen. 1, 730. *Forma illa potius indicat aliquid* Lacubus *aut* Lacunis *inſtructum, vt* Torcular *locus* Torculi *etc.* Vitruu. 7, 2 Camerarum diſpoſitiones in conclauibus explicantur, niſi lacunaribus ea fuerint ornata. Hor. Carm. 2, 18, 2 Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar. Cic. Tuſc. 5, 62 c. 21 In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari, ſeta equina aptum, demitti iuſſit. Sueton. Neron. 34 Lacunaria, quae noctu ſuper dormientem laxata machina deciderent, parauit. Plin. 35, 11 *narrat,* Pamphilium, Apellis praeceptorem primum lacunaria pingere inſtituiſſe, nec cameras ante eum taliter adornari moris fuiſſe. *Conf.* LAQVEAR. *Et Salmaſ. in Solin.* p. 1215. ¶ 2 *In* Gloſſis *etiam vas vrinarium ſ.* οὐροδόχιον, Lacunar *eſt.*

LACVNARIVM, i. n. [λίμνη, ὀρόφωσις Vet. Gloſſ.] *Idem* Vitruu. 4, 3 Incommoda in opere triglyphorum et lacunariorum diſtributione. *Niſi quod hic non de tecto ſ. caelo contignationis ſermo eſt, ſed de Columnarum interſtitiis depreſſionibus et recedentibus.*

LACVNARIVS, i. m. [λακκοποιὸς Gloſſ. Lat. Gr.] *Qui lacunas facit.* Firmic. 8, 21, 9 Nona pars Geminorum ſi in horoſcopo fuerit inuenta, operarios faciet, lacunarios, et perpetuo infelicitatis onere grauatos.

LACVTVRRIS, is. f. Braſſicae ſpecies in valle Aricina, vbi quondam fuit lacus turriſque Plin. 19, 8.

L A D

LADA, ae. f. *ſ.* LEDA, *it.* LADVM *aut* LEDVM, i. n. [λῆδον] *Appellatur* Herba ex qua Ladanum fit in Cypro, barbis caprarum adhaereſcens Plin. 26, 8. Item 12, 17. Celſ. 5, 26.

LADANVM. [λάδανον] *Vid.* LADA.

LADAS, ae. m. *Curſor fuit Alexandri velociſſimus.* Martial. 2, 86. Solinus 6.

LADON, ōnis. m. [Λάδων] *Nomen canis Actaeonis.* Ouid. Met. 3, 216 Et ſubſtricta gerens Sicyonius ilia Ladon. Ladon, *Fluuius Arcadiae, cuius filia fingitur Daphne fuiſſe.* Ouid. Met. 3, 705 Donec arenoſi placidum Ladonis ad amnem Venerat. Vndae Ladonis Stat. Theb. 9, 573.

L A E

LAECASIN, *quid eſſet, diſputatur ad* Petron. c. 42 Frigori laecaſim dico. *Schefferus legit,* Frigori loecos indico. *i. Exitium, a* λοιγός. *Sed Burm.* Laecaſim *explicat ex* λαικάζειν, *quod eſt decipere. Vid. not. in loc.*

LAEDO, ſi, ſum, ĕre. [βλάπτω, ἄτω, δηλέω] *Proprie eſt Contumelia afficere. Sumptum a Graecis, qui* λοιδορίαν *contumeliam vocant. Transfertur tamen ad omne genus offenſionis.* Laedere dicto *vel* facto Plaut. Capt. 2, 2, 53. Laedere aliquem iniuria Cic. Tuſc. 4, . . *it.* Verr. 3, 1. Contumelioſe aliquem laedere, *vid.* CONTVMELIA. Libere laedere, *vid.* LIBER. Contactu lateris laeditur Ouid. Amor. 3, 2, 22. Plin. 12, 25 Balſamum ferro laedi vitalia odit. *i. Incidi.* Fortuna iniqua laedi Ouid. de Ponto 4, 6, 39. Ah te ne frigora laedant Virg. Ecl. 10, 48. Infamia laedere Quinctil. 7, 3. Lingua laeſit eos Tibul. 3, 4, 16. Cic. Fam. 5, 1 Nec abſentem ludibrio laeſum iri. Odore laedi Plin. 17, 24. Cic. pro Caecin. 28 Qui quum ita vehemens acerque veniſſet, vt non modo Caecinnam periurio ſuo laederet, ſed etiam mihi videretur iraſci. Verſu triſti laedere aliquem Hor. Serm. 2, 1, 21. Amores laedere Ouid. Met. 4, 191. Animum lento curarum frigore laedit Id. de Ponto 3, 4, 25. Cic. pro Cluent. c. 5. Itaque diutius ſuſpicionibus obſcuris laedi famam ſuam noluit. Ferrum laedere rubigine Virg. Georg. 2, 220. Fidem laedere Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 44. Herbas morſu laeſere iuuencae. Ouid. Met. 13, 926. Maieſtatem publicam laedere Martian. in l. 3 ff. Ad legem Iuliam maieſt. Cic. Acad. 4 Nihil Me laedit, inquit. Numina laeſit Ouid. Epiſt. 20, 100. Hor. Epiſt. 1, 2, 38 Cur quae laedunt Oculum, feſtinas demere; Si quid Eſt animum, curandi differs tempus in annum. Ter. Adel. 5, 4, 10 Clemens, placidus, nulli laedere os, arridere omnibus. *i.* Nullum praeſentem laedere, *inquit* Donat. Semina laedere ferro retuſo Virg. Georg. 2, 302.

LAESVS, a, um. Partic. [δεδηλημένος, λωβητὸς] Laeſus dente ſerpentium Plin. 28, 3. A ſerpente laeſus Scribon. 170. 195. Eo laeſus 191. Opio laeſus 181. Dum ſpectant oculi laeſos, laeduntur et ipſi Ouid. Rem. Amor. v. 615. Leuiſſime laeſus, *vid.* LEVIS. Ceres laeſa grandine Ouid. Faſt. 5, 322. Crimine turpi laeſus Id. Triſt. 1, 2, 69. Cor vulnere laeſum Id. Met. 12, 421. Dignitas laeſa Cic. pro Cluent. c. 42. Fides laeſa Hor. Carm. 1, 33, 4. Foedus laeſum Virg. Aen. 12, 496. Ingenium longa rubigine laeſum Ouid. Triſt. 3, 12, 21. Pudicitia laeſa Ouid. Epiſt. 5, 103. Rebus ſuccurrite laeſis Id. Triſt. 1, 4, 35. *Rectius leg.* lapſis. Veſtes laeſae Id. Faſt. 3, 821.

LAESIO, ōnis. f. [βλάψις, δυήλησις] Irritat laeſio dolorem Lactant. de Ira Dei c. 17. Cic. de Orat. 3, 203 c. 53 Purgatio, conciliatio, laeſio, optatio, atque execratio, *figurae orationis.* Vlpian. in l. Iuriſgentium, §. Si paciſcar. ff. De pactis, Et in caeteris omnibus ad edictum Praetoris pertinentibus, quae non ad publicam laeſionem, ſed ad rem familiarem reſpiciunt.

LAESV̄RA, ae. f. *Idem.* Vetus inſcriptio apud Gruter. p. 567 n. 8. QVAE. VIXIT. MECVM. ANNIS. XVII. M. II. D. III. SINE. VLLA. ANIMI. LAESVRA. *Et* Tertull. de Patientia c. 7 Laeſura diuitiarum. *i. Detrimentum.*

LAELAPS, ăpis. m. *Canis Cephei.* Ouid. Met. 7, 772 Poſcor et Ipſe meum conſenſu Laelapa magno. *Item Actaeonis canis, a velocitate atque impetu dictus* Id. Met. 3, 221.

LAELIVS, i. m. [Λαίλιος] *Romanae gentis nomen : nobiliſſimus* C. Laelius, *Scipionis Africani ſummus amicus, ſapiens a Romanis appellatus. De hoc multa apud* Ciceronem, *qui libellum* de Amicitia Laelii *nomine inſcripſit.* Quinct. 8, 6, 37 Nos quis ferat, ſi Verrem (*pro hoc cogn. mine ſuo*) ſuem: aut Laelium (*pro* Sapiente) doctum nominemus? Mitis ſapientia Laeli *celebratur* Horat. Serm. 2, 1, 72. *Vid.* Cic. de Orat. 2 c. 6 *vbi* C. Lucillii *dictum refert,* Perſium non curo legere, Laelium Decimum volo: *et addit,* quem cognouimus virum bonum et non illiteratum, ſed nihil ad Perſium.

LAENA, ae. f. *Graeci vocant* χλαῖναν : *vnde* abiectione vnius literae, *vt auctor eſt* Sex. Pompeius, fit Laena. *quamuis* Varro de L. L. 4, 30 *a* Lana *deducat.* Nonius 14, 26 Laena, Veſtimentum militare, quod ſupra omnia veſtimenta ſumitur. Veſtimenti genus habitus duplicis Feſt. Virg. Aen. 4, 262 Tyrioque ardebat murice laena. *Vbi* Seruius; Laena, Genus veſtis: eſt autem proprie Toga duplex, amictus auguralis. *Vid.* Cic. de Clar. Orat. 56 c. 14. Demiſſa ex humeris laena Virg. Aen. 4, 262. Pertuſa laena Iuuen. 5, 131.

LAENAS, ātis. *Cognomen* Popiliorum *a* M. Popilio *ad poſteros propagatum,* qui quum Conſul eſſet, et laena amictus ſacrificium publicum faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebis contra patres concitatione nuntiata, vt erat laena amictus, ita venit in concionem, ſeditionemque cum auctoritate, tum oratione ſedauit Cic. de Clar. Orat. 56 c. 14.

LAËRTES, ae. m. [Λαέρτης] *Acriſii filius, et pater Vlyſſis.* Senex Laërtes Ouid. Epiſt. 1, 98. *Hinc*

LAËRTIVS, a, um. Adi. [Λαέρτιος] Heros Laërtius, *Vlyſſes* Ouid. Met. 13, 124. Regna Laërtia, *Ithaca,* Virg. Aen. 3, 272.

LAËRTIĂDES, ae. m. Patronym. [Λαερτιάδης] *dicitur Vlyſſes* Laërtis *filius.* Lucan. ad Piſon. v. 61 Vim Laërtiadae, breuitatem vincis Atridae.

LARTIDIVS, *i. Vlyſſeus.* Cic. Att. 7, 1, Mirus eſt φυγάτης, germanus Lartidius. *Senſus eſt, Vlyſſes, qui Lartides vel Laërtides erat, aſtutiſſimus et callidiſſimus veterator habitus eſt : talem Philotimum dicere poſſum, et Lartidium, id eſt Vlyſſeum appellare. Turnebus Adu.* 20, 16.

LAESTRYGŎNES, um. m. pl. [Λαιστρυγόνες] *Fuerunt* in extremo Italiae, verſus Siciliam, vbi Formiae Laeſtrygonum habitatione famoſae, *vt ait* Mart. Cap. 6 p. 205. Iuuen. 15, 18 Fingentem immanes Laeſtrygonas, atque Cyclopas. *Vid.* Plin. 7 *pr.* Gell. 15, 21. Tib. 4, 1, 59 Incultos adiit Laeſtrygonas.

LAESTRYGONIVS, a, um. Adi. Amphora Laeſtrygonia, *i. Formiana* Hor. Carm. 3, 16, 34. Campi Laeſtrygonii Plin. 3, 8. Rupes Sil. 7, 276.

LAETVS, a, um. [εὔφρων, εὔθυμος] *Qui hilaritatem quam intus habet, etiam vultu oſtendit. A* latitudine *mentis, vt quidam putant, nam qui gaudium aſpectu promunt, dilatare quodammodo et explicare faciem videntur : vt, contrahit metus ac triſtitia.* Virg. Aen. 4, 295 Imperio laeti parent. Laetus eſt de amica Ter. Adel. 2, 2, 45. Laetus atque alacer, Humilis et demiſſus, *contraria* Cic. Verr. 2, 17. Laetus laetitiis omnibus Id. de Fin. 2, 13. Laetus in aduerſis Lucan. 8, 128. Laetus animi et ingenii Patercul. 2, 93. Frugum pabulique laetus ager Salluſt. Hiſt. 2 p. 959 *Cort.* Irae laetiſſimus Sil. 17, 308 (312). Laboris laetus Id. 15, 569. Iuſto laetior Virg. Georg. 2, 251. Laetus bellare Sil. 16, 564. Spectari Id. 9, 455. Martial. 4, 77, 2 Nunquam divitias deos rogaui, Contentus modicis, meoque laetus. Id. Epiſt. 1, 7, 39 Inſpice ſi poſſim donata reponere laetus. ¶ 2 Laetum, *pro Fauſto et fortunato per Metonymian, quod laetos facit.* Plin. 8, 46 Sunt enim delubria gemina : alterum intraſſe, laetum eſt : in altero, dira portendit. Ouid. Faſt. 6, 464 Miſcentur triſtia laetis. Laetum prodigium Plin. 11, 37. Id. in Paneg. c. 92 Quibus edicto, quibus ſpectaculo celebrare continget diem illum triplici gaudio laetum, qui principem abſtulit peſſimum, dedit optimum, meliorem optimo genuit. Caedem eius laetam fuiſſe Muciano accepimus Tacit. Hiſt. 3, 75, 4. Incrementum imperii laetiſſimum Valer. Max. 5, 3, 2. Laetum colonis vber agri Auſon. Ep. 24, 92. *Tum eleganter cum datiuo conſtruitur : vid. Vlit. ad* Gratii Cyneg. *pr.* Laetas venantibus artes. ¶ 3 *Sed videamus ſubſtantiua, quibus iungitur.* Aeſtas laeta Virg. Georg. 3, 322. Dies laetus Id. Aen. 1, 736. Clamor laetus Id. Aen. 3, 524. Conuiua laetus Hor. Serm. 2, 6, 111. Frons parum laeta Virg. Aen. 6, 862. Honor laetus Id. ib. 1, 595. Locus laetus, atque plauſibilis Quinct. 4, 3. Memoria laeta Tacit. Hiſt. 3, 54. Mentes laetae Virg. Aen. 5, 595. Mercurius laetus, *propitius et diuitiis augere homines* Plaut. Amph. Prol. 2. Ore laeto alloqui aliquem Ouid. Met. 9, 242. Pectora laetiſſima Id. Epiſt. 15, 169. *al.* Lentiſſima. Plauſus laetus Stat. Theb. 6, 894. Pubes laetae Hor. Carm. 1, 25, 17. Res laetae Virg. Aen. 2, 783. Sedes laetae Hor. Carm. 1, 10, 17. Victoria laeta Id. Serm. 1, 1, 8. Vrbes laetae Lucret. 1, 256. Vultus laetus Ouid. Faſt. 4, 343. Laetior Valer. Max. 6, 9. ¶ 4 *Speciali ratione ad vbertatem agrorum et creſcentium rerum refertur :* Ager laetus Virg. Georg. 1, 102. Arbuſta laeta Lucret. 2, 343. *al.* Armenta. Arua laeta Virg. Aen. 6, 744. Fruges laetae Id. Georg. 1, 69. Genus laetum vitis Id. ibid. 2, 262. Herbae laetae Id. ibid. 1, 339. Legumen laetum Virg. Georg. 1, 74. Pabula laeta Id. ibid. 3, 385. Paſcua laeta Hor. Carm. 4, 4, 13. Prata laeta Senec. Herc. fur. 698. Ramus laetior vnus caeteris, quem niſi recideris, tota arbor contriſtabitur Columel. 5, 9 *extr.* Sata laeta Virg. Aen. 2, 306. Segetes Id. Georg. 1, 1. Solum laetum Columel. 4, . . Tellus Virg. Georg. 2, 251. Vineta laeta Lucret. 2, 1157. Viridaria laeta Phaedr. 2, 5, 14. *Sic etiam* Armenta laeta Virg. Aen. 3, 220. Indoles laeta Quinctil. 2, 4. ¶ 5 Laeta, *orum, et* Terrae Laeticae, *ſunt agri publici, vid.* l. 9 C. Th. de Cenſitoribus Inſpectoribus et Peracq. ¶ 6 Laetus *et* Latus *miſcentur a librariis, vid. Drakenb. ad* Sil. 5, 178. *et* Lectus Id. ibid. 8, 548. *et* 14, 409. *it.* Latius, Lentus, Foetus : *quas voces vid.*

LAETE. Adu. [εὐθύμως, εὐφρόνως] *Iucunde et hilariter, cui opponitur* Seuere. Quinctil. 8, 3 Concitate dicere, an moderate, laete an ſeuere, *etc.* Auctorem ſenatus extinctum laete atque inſolenter tulit Cic. Phil. 9 c. 3. *Compar.* Laetius fruticare, Laetius frondere, *i. Vberius* Columel. 5, 9. Plin. 16, 31. Pallad. 4, 9 *extr.* Neque quiſquam aut expulſus inuidioſius, aut receptus eſt laetius Vell. 2, 45, 3. Laetius audere aliquid Quinctil. 2, 4. *Superl.* Gell. 3, 15 Laetiſſime gaudere.

LAETOR, āri. [γηθέω, ἐυθυμοῦμαι, ἐυφραίνομαι, ἥδομαι] *Gaudere, delectationem capere, ſed extrinſecus.* Cic. de Diuin. 2, 22 An Cn. Pompeium cenſes tribus ſuis Conſulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria laetaturum fuiſſe, ſi ſciret, ſe in ſolitudine Aegyptiorum trucidatum iri, *etc.* Nec longum laetabere Virg. Aen. 10, 740. Cic. Fam. 7, 1 Vtrumque laetor, et ſine dolore corporis te fuiſſe, et animo valuiſſe. Id. pro Roſc. Amer. 136 Haec perfecta eſſe gaudeo, vehementerque laetor. Laetor malorum Virg. Aen. 11, 280. More Graecorum hic habet genitiuum, *teſte* Seruio. *Birrius per ſynchyſin explicat.* Laetor hac re Virg. Aen. 6, 718. Praeclaris operibus laetari Cic. Fam. 1, 7. Laetaris tu in omnium gemitu, et triumphas Cic. Verr. 7, 120. Ea libidinum turpitudo, vt in hoc ſit ſemper laetatus Id. Phil. 11 c. 4. Quod Toto pectore laetor Ouid. de Pont. 1, 8, 63. *Metaphor.* Frumenta omnia maxime laetantur patenti campo Pallad. 1, 6. Id. 1, 6, 13 Laetantur beneficio incendii loca ſterilia. Col. 3, 9, 8 Laetatur vitis tepore, *vid.* LAETAMEN.

LAETO, āre. [ἐυφραίνω, ἥδω] *Actiue antiqui dixerunt.* Accius, Et te vt triplici laetarem bono. *et* Liu. Andron. *apud* Non. 2, 494.

LAETANS, antis. Partic. [ἡδόμενος, γηθέων] Cic. Tuſc. 4, 16 Voluptati maleuolentia, laetans malo alieno, delectatio, iactatio, *etc.* *Alii legunt* Lactans. *Vid.* Non. 1, 54. Cic. pro Cluent. 28 c. 9 Itaque nubit Oppianico continuo Saſſia laetanti iam animo, et ſpe optima confirmata. Cigni laetantes Virg. Aen. 1, 397. Loca laetantia aquarum Lucret. 2, 344. *i. Quae laetos reddunt.* Pectus laetans Catull. 62, 221.

LAETANTER. Adu. *Idem quod Laete.* Lampridius in Commodo 5.

LAETANDVS, a, um. Salluſt. Iugurth. c. 14 Laetandum magis quam dolendum puto caſum tuum. Arbores laetandae. *i. Stercorandae.* Pallad. 1, 6 *extr.*

LAETĀTVS, a, um. Armis laetatus Virg. Aen. 10, 827. Arma, quibus laetatus, habe tua: *etc.* Iuno laetata Idem ibid. 12, 841. Vaccenſes laetati biduum modo ex perfidia Salluſt. Iugurth. c. 69.

LAETATIO, ōnis. f. *Laetitia.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 59 *extr.* Neque hoſtibus diutina laetatio, neque ipſis longior dolor relinquatur, *rectius leg.* laetitia.

LAETASTER, tri. m. *Qui laetum ſe oſtendit.* Titin. apud Feſtum *voce* Obſtrudant. Obſtrude lentis aliquid, quod pectam ſedens Aut hic laetaſter, aut formaſter frigidus. Laetaſter χαριεντιζόμενος, formaſter, ὡραϊζόμενος *interpretatur* Scal.

LAETIFĬCO, āre. [εὐφραίνω, ἥδω, γανόω] *Laetum facere.* Cic. de Nat. Deor. 2, 102 Contrahit terram, tum viciſſim laetificat, vt cum caelo hilarata videatur. Gloria laetificat illum Lucan. 3, 48. Terram laetificare, *Fimo iniecto aut re alia pinguefacere, ſtercorare.* Plin. 17, 8 Laetificata ſeges Sedul. exord. 1, 41.

LAETIFĬCOR, āri. Dep. [εὐφραίνομαι] *Laetus fio, ſum.* Plaut. Aulul. 4, 9, 15 Nunc eo alii laetificantur meo malo et damno,

LAETIFICATIO, ōnis. f. *apud* Arnobium.

LAETIFICATOR, ōris. m. *apud* Tertull.

LAETIFĬCVS, a, um. [εὐφραντικὸς] Laetificae vites Cic. Tuſc. 1, 69 *Ex antiquo Poëta. al.* laetiſcere. Plauſus laetifici Stat. Theb. 16, 561.

LAETISCO, ĕre. [εὐφραίνομαι] *Laetum fieri.* Siſenna *apud* Non. 2, 494 Vtrumne dii cultu erga ſe mortalium laetiſcant, an ſupernae gentes humana negligant. *Obſoletum. Conf.* Cic. Tuſc. 1, 69 c. 28 *c. nat. Gebhard.*

LAETITIA, ae. f. [γηθοσύνη, εὐφροσύνη, εὐθυμία] *Exultatio animi, quae gaudio efferuentiore fieri ſolet, propter euentum rerum expetitarum.* Cic. Tuſc. 4, 14 c. 7 Laetitia, opinio recens boni praeſentis, in quo efferri rectum eſſe videatur. Humi, atque ſtirpis laetitia Columel. 4, 24. *non ita procul ab initio.* Loci laetitia Idem 4, 21. Plenus laetitiae Hor. de Arte Poët. 427. Dator laetitiae Bacchus Virg. Aen. 1, 738. Minus diuturna Nep. 7, 7, 1. Tempora laetitiae Ouid. Epiſt. 16, 5. Cic. Tuſc. 4, 15 Quum ratione animus mouetur placide atque conſtanter, tum illud gaudium dicitur. Quum autem inaniter et effuſe animus exultat, tum illa laetitia geſtiens vel nimia dici poteſt, quam ita definiunt, ſine ratione animi elationem. Inſolens laetitia Hor. Carm. 2, 3, 4. Abundare laetitia, *vid.* ABVNDO. Accipere motus laetitiae Lucret. 3, 117. Accipere cum laetitia, Afferre laetitiam, *v. ſſ. ll.* Afficere laetitia Cic. pro Milon. 78. Auctus laetitia, *vid.* AVGEO. Carere laetitia Cic. Poſt red. ad Quirit. 2. Capere laetitiam, Coniicere in laetitiam, *vid. hh. vv.* Contorquere iudicem ad laetitiam Cic. de Orat. 2, 72. Id. pro Planc. 103 Nolite Iudices, per vos, per fortunas veſtras, per liberos, inimicis meis, his praeſertim, quos ego pro veſtra ſalute ſuſcepi, dare laetitiam, gloriantibus vos iam oblitos mei. *i. praebere cauſam laetitiae.* Efferri laetitia Id. pro Deiot. 26 c. 9. Excitari laetitia ad canendum Id. de Diuin. 2, 56. Exorta ingens laetitia Virg. Aen. 3, 100. Expulit ex omni pectore laetitias Catul. 74, 22. Cic. Fam. 2, 10 Nullam me epiſtolam accepiſſe tuam poſt comitia iſta praeclara, quae me laetitia extulerunt. Exultare laetitia in municipiis Id. Att. 14, 6. Exultans laetitia Virg. Aen. 12, 700. Cic. de Fin. 1, 27 — Recta et honeſta quae ſint, ea facere ipſa per ſe laetitiam. Ferre laetitiam. Cic. Att. 14, 13 Laetitiam apertiſſime tulimus omnes. Fremebant laetitia ludisque Virg. Aen. 8, 717. Inceſſi laetitiis omnibus repente Cic. Fam. 2, 9. Mulcent laetitiae haec loca Lucret. 3, 143. Obiicere laetitiam Ter. Heaut. 1, 2, 11. Cic. de Orat. 1, 197 Percipietis etiam illam ex cognitione iuris laetitiam et voluptatem, quod, *etc.* Id. in Catil. 1, 26 c. 10 Hic tu qua laetitia perfruere, quibus gaudiis exultabis, quanta in voluptate bacchabere? Proſequi aliquem laetitia Quinctil. 5, 11. Repetere laetitiam conuiuii Tacit. Hiſt. 13, 16. Viget animus laetitia Lucret. 3, 151.

LAETABĬLIS, e. [εὐθυμητὸς] *Laetitia dignum.* Cic. Tuſc. 4, 37 c. 17 Is eſt ſapiens, quem quaerimus, is eſt beatus, cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animum, aut nimis laetabile ad efferendum videri poteſt. Ibid. 1, 49 c. 21 Quid habet iſta res aut laetabile, aut glorioſum? *Add.* ibid. 5, 15. Factum cunctis laetabile Ouid. Met. 9, 255. Stat. Silu. 4, 8, 21 Ius tibi tergeminae dederat laetabile prolis. *Ius trium liberorum.* Quanto hoc eſt laetabilius ac melius Mamertinus Genethl. Maximini c. 18.

LAETABVNDVS, a, um. *Laetus* Gell. 11, 15.

LAETITVDO, ĭnis. f. [περιχάρεια] *Antiquum verbum, idem ſignificans quod Laetitia.* Accius *apud* Non. 2, 487 Quanta in venando affectus eſt laetitudine?

LAETĀMEN, ĭnis. n. [κόπρος] *Fimus, qui per agros iacitur, quod eos laetos, hoc eſt, pingues faciat.* Seru. ad Georg. 1, 1 Fimus, qui per agros iacitur, vulgo laetamen appellatur. *Similia* Iſid. 17, 2. *Sed etiam* Laetamen anſerum ſatis inimicum Pallad. 1, 23. Laetamine ſaturantur prata Pallad. Febr. 1. Plin. 18, 16 Ipſumque pro laetamine eſt. *Add.* Pallad. 1, 6. 8, 5 *etc.* Laetamen efferre Id. lib. 11.

LAEVA, ae. f. *Subaud.* manus. *a Graeco deducitur. quippe Graeci* λαιὰν, *laeuam dicunt, et ſignificat Siniſtram manum.* Feſtus, Laeua, ſiniſtra: quam Graeci σκαιὰν, vnde tractum cognomen Scaeuola Cic. Acad. 4, 145 — Quum autem laeuam manum admouerat, et illum, *etc.* Comam implicuit laeua Virg. Aen. 2, 552. Ad laeuam: *vel* Ad laeuam manum, *vid.* AD *praepoſitionem.* Petere laeuam Virg. Aen. 3, 563. Plin. 14, 6 Falernus ager a ponte Campano laeua petentibus vrbanam coloniam Syllanam incipit. Verſi ad laeuam Liu. 1, 14. Dextra montibus, laeua Tyberi amne ſeptus Id. 4, 32

LAEVVS, a, um. Adi. [σκαιὸς] *Siniſtrum nunc ſimpliciter relationem illam loci indicat: ſaepe etiam vitium tarditatis, ſtuporis, inertiae, malignitatis, et inuidiae, notat: Ambigue* Plaut. Milit. 4, 7, 24 Habeo quidem hercle oculum. PY. at laeuum dico. *Inertem et parum acutum ſignificare videtur.* Auris laeua Ouid. Met. 12, 336. Ex humero laeuo dependet Id. ib. 8, 320. Iter laeuum radit Virg. Aen. 5, 170. Latus laeuum Hor. Carm. 3, 26, 5. Oculus laeuus Lucret. 4, 301. Dextera transmutare laeuis Idem 2, 487. *Ex altera notione* Hor. de Arte Poët. 301 O ego laeuus Qui purgo bilem ſub verni temporis horam. Virg. Ecl. 1, 16 Si mens non laeua fuiſſet. *Et* Aen. 2, 54 Et ſi fata deûm, ſi mens non laeua fuiſſet. Pectus laeuum Perſ. 2, 53. *ambigue pro corde, et quidem ſtupido.* Laeuum lumen *Sirii* Virg. Aen. 10, 275. *i. noxium.* Tempore laeuo interpellare aliquem Hor. Serm. 2, 4, 4. *h. e. Importuno.* ¶ 2 Laeuus, *quum de caeleſtibus auguriis loquuntur, Proſperum ſignificat.* Virg. Aen. 2, 693. Intonuit laeuum. *Quia ſiniſtra numinum, intuentibus dextra ſunt.* Id. Georg. 4, 7 Si quem Numina laeua ſinunt, auditque vocatus Apollo. *Vid.* Gell. 5, 12. ¶ 3 Boues laeui, *qui cornua geſtant in terram verſus retorta, ſec.* Philargyr. in Virg. Georg. 3. ¶ 4 *In MSS. permutantur* Laeuum *et* Dextrum *itemque* Saeuum. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 5, 660. *et Taubm. ad* Plaut. p. 1187.

LAEVE. Adu. *Idem.* Hor. Epiſt. 1, 7, 52 — puer hic non laeve iuſſa Philippi Accipiebat.

LAEVINVS, i. m. *Cognomen Valeriorum fuit.*

LAEVORSVM. Siniſtrorſum, *inquit* Feſtus. Apul. in Florid. poſt princip. Laeuorſum vel dextrorſum tanta mole corporis labitur.

LAEVORSVS. Adu. *Idem.* Ammian. 31, 10 Laeuorſus flexo itinere.

I. LAEVIS, e. *vel* LEVIS. *Graece* λεῖος, *a quo cum deſcendat Latinum, rectius videtur ſcribi leuis, ſuffragantibus praeſertim libris optimis. Significat autem* Leuis, *Quod tactu aſperum non eſt, idque auctores dicunt inoffenſum, lubricum et tenerum, vt ſunt oua volucrum.* Perſ. 1, 82 Troſſulus exultat tibi per ſubſellia laeuis. Aſpera miſta laeuibus Lucret. 2, 470. Frons leuis Virg. Ecl. 6, 51. Iuuentas Horat. Od. 2, 11, 6. Ora leuia *imberbia* Tibul. 1, 8, 32. Pocula leuia Virg. Aen. 5, 91. Podex laeuis Iuuen. 2, 12. Tactu leue ſcrotum Celſ. 7, 18. Tigna laevia radere Lucret. 5, 1266. *al.* Laeuare et radere tigna. Vir leuior femina Ouid. de Arte Am. 3, 437. Leuior aſſiduo detritis aequore conchis Ouid. Met. 13, 792. Leue, *abſolute, pro Re laeui, quale eſt marmor politum.* Hor. Serm. 2, 7, 87 Externi ne quid valeat per leue morari. *Sapiens ita rotundus, ita leuis eſt, vt curſum illius nihil poſſit morari, quia nihil ſcabri, aſperi nihil, quod adhaereſcat.*

LAEVĬTAS, *ſ.* LEVITAS, ātis. f. [λειότης] *Aſperitati contraria.* Martianus Capella, Lunarem circulum ingreſſa Virgo conſpicatur globoſum quoddam, tenerumque corpus e ſuperni roris laeuitate compactum inſtar ſpeculi praenitentis. Plin. 9, 29 Leui *oppoſuit* Aſperum. Idem 2, 3 Leuitate continua lubricum corpus. Laeuitas inteſtinorum Celſ. 4, 16. *Vid.* Lienteria, *in* LIEN. ¶ 2 *A* Quinctiliano 10, 1, 52 *Heſiodo tribuitur* leuitas verborum *in optimis libris. Recte exprimit enim Graecum* λειότης, *quo in eadem re vtitur Dionyſius Halic.*

LAEVITVDO, ĭnis. f. Lactant. de Ira 10, 7 Laeuitudo granorum.

LAEVOR, *ſ.* LEVOR, ōris. m. [λειότης] *Idem quod Laeuitas, hoc eſt complanatio, ſiue expolitio.* Plin. 13, 12 Spectantur in chartis tenuitas, denſitas, candor, laeuor. Idem 9, 35. Lucret. 4, 547 Et item laeuis laeuore creatur. *Add.* Celſ. Praef.

LAEVĬGO, *ſ.* LEVIGO, āre. [λεαίνω, λειόω] *Complanare, polire; quaſi Laeue facere.* Plin. 36, 18 Sunt quidam in eo genere molliores, qui et cote laeuigantur. Varro de R. R. 3, 11 Omnes parietes tectorio laeuigantur, ne feles, aliaue quae beſtia introire ad nocendum poſſit. Scabritia laeuigatur dente Plin. 13, 12. ¶ 2 *In puluerem minutiſſimum redigere: vid.* LAEVIGATVS *et* POLIRE.

LAEVIGATVS, a, um. Columel. 6, 17 Semina laeuigata. Marmor laeuigatum Lactant. 2, 6 *Add.* Id. 7, 5. *et* 12, 41. Leuigatis parietibus Pallad. 1, 24. Loca albario opere leuigata Id. ib. t. 38. *Compar.* Macrob. Saturn. 7, 12 Quod et laeuigatius et ſpiſſius eſt. Faciliora enim ad coëundum videntur, quae laeuigatiora denſatioraque ſunt. ¶ 2 Combuſta galla cum auſtero vino leuigata Colum. 7, 5. *i. comminuta ſ. contuſa. Conf.* 6, 16. 2. *et* 17, 3. 9, 13, 5. Pallad. Mart. 15, 1.

LAEVIGATIO, ōnis. f. Vitruu. 7, 1 Laeuigationibus et polituris cum fuerint perfecta.

LAEVIGATOR, ōris. m. *Apud* Mart. Capel.

LAEVO, *ſ.* LEVO, āre. [λεαίνω] *Idem quod Leuigo.* Stat. Theb. 1, 519 Pars teretes laeuare manu, ac diſponere menſas. Celſ. 8, 3 *extr.* Leuat quae exaſperata ſunt. Sepiolae cineres ex oſſibus omnia leuant Samon. 154. *vbi conf. Burm.*

LAEVĀTVS, *ſ.* LEVATVS, a, um. [λεαντὸς, ἢ λεανθεὶς] Senec. ad Helu. c. 1 Laeuati menſarum orbes. *Compar.* Gell. 17, 8 Ad coëundum ideo videntur faciliora, quae leuatiora, leuiaque ſunt.

L A G

LAGĀNVM, i. n. [λάγανον] Horat. Serm. 1, 6, 115 Inde domum me Ad porri et ciceris refero laganique catinum. *Hic* Acron, Lagana ſunt quaedam quaſi membranulae ex farina et aqua, quae iure pingui coctae, ex caſeo, pipere, croco, cinnamomoque conditae in cibis dantur. *Add.* Apic. 4, 2.

LAGARI. [λαγαροὶ] *Verſus dicuntur, qui in medio claudicant pede: ſicut Myuri, qui poſtremo; et Acephali, qui a breui ſyllaba incipiunt. Ex Athen.* l. 14. Macrob. Saturn. 5, 14 Lagari, qui in medio verſu breves ſyllabas pro longis habent.

LAGĒNA, ae. f. [λάγηνος, ἢ λάγυνος] *Genus vaſis teſtacei, non tam ad aquam, quam ad vinum, et alios humores continendos adhiberi ſolitum.*

litum. Vid. Burm. ad Petron. c. 22 p. 74. *Auriculas habuit: vid.* Sympoſ. Aenigm. 100. Plaut. Curc. 1, 1, 78 Quaſi tu lagenam dicas, vbi vinum ſolet Chium eſſe. Martial. 4, 46 Et nigri Syra defruti lagena. Vaticana bibas, ſi delectaris aceto: Non facit ad ſtomachum noſtra lagena tuum Martial. 10, 45. Signum laeſum lagenae Hor. Epiſt. 2, 2, 134. Catenata lagena, *vid.* CATENA. Sitiens lagena Perſ. 3, 92. Vapida lagena Idem 6, 17. *Fuit et Menſurae genus.* Hieronym. in Vita Hilarionis, Cumque centum lagenis aeſtimata fuiſſet integra adhuc vinea, poſt dies viginti trecentas fecit. Dicitur etiam Lagoena, Lagona, Laguena, Laguna. *Vid. Geſner.* Lex Ruſt. Vet. Inſcript. apud Gruter. p. 578. n. 4. L. TROPHIMVS. AVG. LIB. A. VESTE. ITEM. A. LAGVNA.

LAGVNCŬLA, ae. f. Dimin. [λαγηνίδιον] *Parua lagena.* Cic. Att. 6, 1 In his inuentae ſunt quinque lagunculae matronarum, in quibus, *etc. Sed eſt locus dubius, vid.* AGVNCVLA, PLANGVNCVLA. *Graeuius retinet* Languncula, *licet non intelligere ſe fateatur.* Laguncula paruula Plin. Epiſt. 2, 6. Picatis lagunculis condere Columel. 12, 38 *extr.*

LAGVNCVLARIS, e. *Ad lagunculam pertinens.* Laguncularis pix Marc. Emp. c. 36.

LAGVNCVLVS *inter bellaria videtur referri a* Statio Silu. 1, 6, 17 Molles Caioli Lagunculique. *Geuartius putat liba fuiſſe forma puerorum*; Caiolum *enim eſſe diminutiuum* Caii, Laguneulum *autem* Lagonis, *celebratae formae pueri, de quo* Plin. 34, 8 ſ. 19, 17 Lyciſcus *ſtatuarius* fecit Lagonem puerum ſubdolae et fucatae vernilitatis. *Et* Martial. 9, 51. *Sed Turnebo placent* Lucunculi, *vbi vid.*

LAGĒOS, i. f. [λάγειος] Vua, quae Latine Leporaria dicitur Seru. ad Virg. Georg. 2, 93 Et paſſo pſithia vtilior, tenuiſque lageos Tentatura pedes olim, vincturaque linguam. Seruius. Lagea Plin. 14, 3. *et* Macrob. Sat. 2, 16. *Add.* Iſid. 17, 5.

LAGO, ĭnis. f. *Herba,* quam aliqui Echiten vocant, alii Laginem, nonnulli Tenuem ſcammoniam Plin. 24, 15.

LĂGŌIS, ĭdis. f. [λαγωΐς] *Genus piſcis.* Hor. Serm. 2, 2, 22 Nec ſcarus aut poterit peregrina iuuare lagois.

LĀGON, ŏnis. Celebratae *formae puer, de quo modo in* LAGVNCVLVS. Martial. 9, 51 *ſua epigrammata cum illo comparat,* Nos facimus Bruti puerum (*vid.* Mart. 14, 171) nos Lagona viuum, Tu magnus luteum Gaure, giganta facis.

LAGONOPONOS, i. m. *Iliorum dolor,* τῶν λαγόνων πόνος. Plin. 20, 4 ſ. 13 Semen eorum toſtum, ipſumque commanducatum prodeſt ad lagonoponon.

LĂGŌPVS, ŏdis. f. [λαγώπους] *Auis, quae in Alpibus viſitur, Perdix alba dicta, de qua* Plin. 10, 48. *Laudatur etiam* Martial. 7, 86, 1 Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus. *Sed hic leg.* glaucopide, *ſicut veriſſime docuit Scaliger ad* Propert. 4, 3. *Nam et modulus Syllabae primae repugnat, et quod ſeries orationis aliquid requirit, quod nemini temere pulchrum videatur.* ¶ 2 Lagopus, *Herba a pedis leporis ſimilitudine dicta.* Plin. 28, 8.

LAGOPHTHALMVS, i. m. [λαγώφθαλμος] *Genus mali eſt apud* Celſum 7, 7, 9 *quoties in aliqua curatione plus aequo exciſa cute, vel alia cauſa euenit,* vt oculus non contegatur. *A leporibus dictum, qui apertis oculis dormire conſueuerunt, quum ſuperior palpebra non deſcendit.*

LAGOTROPHIVM, i. n. *Leporarium.* Colum. 8, 1.

LAGVNCVLA, *vid.* LAGENA.

L A I

LAĬCVS, a, um. Adi. [λαϊκὸς] *Budaeus, Profani dicti ſunt, qui ſacris initiati non erant: quod* Virg. Aen. 6, 258. *ſignificat, quum inquit,* — procul ô procul eſte profani, Conclamat vates. *Nunc* Laicos *vocamus, quaſi Populares.* Laicum *enim vulgo Attrectabile ſignificat: ſicut* Sacrum *dicitur et* Sanctum, *cuius tactu populo interdictum eſt. Sic accipiuntur* Laici panes 1 Regum 21 ad Sacrorum *differentiam. Et* Ezechielis vltimo. *It. Subſtantiue: vid.* Tertull. Exhort. Caſtit. cap. 7. *et* Praeſcript. c. 41.

LAIS, ĭdis. f. [Λαΐς] Corinthia *meretrix,* ob elegantiam, venuſtatemque formae grandem pecuniam demerebat: conuentusque ad eam ditiorum hominum ex omni Graecia celebres erant: neque admittebatur, niſi qui dabat quod popoſcerat. poſcebat autem illa nimium quantum. Hinc, ait *Sotion,* natum eſſe illud frequens apud Graecos adagium, οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ᾽ ὁ πλοῦς quod fruſtra iret Corinthum ad Laidem, qui non quiret dare, quod poſceretur. *Haec* Gell. 1, 8. *vbi plura. Prouerbium illud ita expreſſit* Horat. Epiſt. 1, 17, 36 Non cuiuis homini contingit adire Corinthum. Multis Lais amata viris Ouid. Amor. 1, 5, 12. *al.* Procis.

LAIVS, i. m. [Λάϊος] *Thebarum rex, Labdaci filius, et Oedipi pater, ex Iocaſta Creontis Thebani filia. Vid.* Stat. Theb. 1, 296. *et* 2, 66.

L A L

LALAGE, es. f. *Nomen puellae apud* Hor. Carm. 1, 22, 23.

LALETANIA, ae. f. *Hiſpaniae regio: inde*

LALETANVS, a, um. Laletani populi: *et* Laletanum vinum, magis copia quam bonitate laudatum Plin. 14, 16.

LALISIO, ōnis. m. [λαλισίων] *Pullus eſt onagrorum.* Martial. 13, 97 Quum tener eſt onager, ſolaque laliſio matre, *etc.* Plin. 8, 44 Onagri in Phrygia et Lycaonia praecipui. Pullis eorum ceu praeſtantibus ſapore, Africa gloriatur, quos laliſiones appellant.

LALLO, āre. [θηλάζω] *Videtur puerile verbum ſ.* ὑποκορισμὸς, *quo nutrices bibere vel lactere exprimebant. Vt* pappare *edere puerili illa dialecto notat, ita bibere* lallare. Perſ. 3, 18 Et ſimilis regum pueris pappare minutum Poſcis, et iratus mammae lallare recuſas. *Nec aliter videtur ſumſiſſe* Hieronymus Epiſt. 2, 6 Forſitan et laxis vberum pellibus mater, arata rugis fronte, antiquum referens mammae lallare congeminet. *i. lactere paruulum mammae applicitum repetita voce* lalla *iubebit. Interim etiam naeniam, ſiue cantillationem et allectationem matrum atque nutricum, hoc verbo exprimi, non negauerim, quin ex eo ipſo, quod* lalla *cecinit nutrix, dum inuitauit paruulum ad lactendum, quidquid id eſt verbi, ortum videtur, vid. mox* LALLVS.

LALLVS, i. m. *Deus fuiſſe videtur, qui praeeſſet naeniis illis balbis, quas nutrices pueris occinunt, et pueros reddere cogunt. Nulla enim litera eſt, quam facilius ſonent pueri, quam lambda: quin etiam eius frequentia ſomnum inducebant.* Auſonius *de filio Probini* Epiſt. 16, 91 Nutricis inter lemmata Lallique ſomniferos modos. *Haec Turnebus Aduerſ.* 18, 34. *Sed probabilius Scalig. Auſon. Lect.* 2, 11. *pro ipſa naenia nutricum accipit, qua pueris inducunt ſomnos ſubinde hoc repetendo* Lalla, lalla. *Vnde* lallare *pueri dicebantur, cum hac cantiuncula ſomno declinant oculos. Add. Caſaub. ad Theophraſti Charact. 7 extr.*

L A M

LAMA, ae. f. [τέναγος] Aquae collectio eſt, *inquit* Feſtus. Siluarum ſaltus latebras lamasque lutoſas Enn. *Add.* Horatius Epiſt. 1, 13, 10 Viribus vteris per cliuos, flumina, lamas: *Conf. Terrent.* ¶ 2 Lama *eſt etiam* Spina Indica, ex qua effluit maſtiche Plin. 12, 17.

LAMBĔRO, āre. Eſt, *inquit* Feſtus, Scindere atque laniare. Plaut. Pſeud. 2, 4, 53 Euge pellepide Charine, me meo ludo lamberas. *Sic enim ex ſchedis veteribus reſtituit Turnebus. Verberari autem et vapulare ſe ſuo ludo ſeruus dicit: eisdem enim appetitur iocis, quibus laceſſiuerat.*

LAMBO, bi, ĭtum, ĕre. [λιχμάζω, λάπτω] *Lingere, lingua aliquid ſuauiter tangere, vt ſolent canes bibentes.* Lucil. Sat. 23 Iucundaſque puer qui lamberat ore placentas. Cic. Verr. 3, 28 Voluſii aruſpicis et Cornelii medici, et horum canum, quos tribunal meum vides lambere. Lambere cibos Columel. 8, 17. Lambunt muſcae Martial. 14, 67. Virg. Aen. 3, 574 Attollitque globos flammarum, et ſidera lambit. *Hyperbolice dixit. Metaph. de fluminibus.* Hor. Carm. 1, 22, 7 Vel quae loca fabuloſus Lambit Hydaſpes.

LAMBENS, entis. Ouid. Met. 3, 57 Triſtia ſanguinea lambentem vulnera lingua. Catellae lambentes Martial. 3, 82.

LAMBĬTO, āre. Frequent. [λάπτω] Solinus 15 Aegyptii canes e Nilo nunquam niſi currentes lambitant.

LAMBĬTVS, ûs. m. Aurel. Vict. de Orig. gentis Romanae c. 20 Lupam primo lambitu pueros deterſiſſe.

LAMBRVS, i. m. [Λάμβρος] Fluuius in Ciſalpina Gallia, quem Padus defert in mare Adriaticum Plin. 3, 16. *et* 19. *A quo,*

LAMBRANI, orum. m. pl. [Λαμβρανοὶ] *Accolae.* Suet. in Caeſ. 10 Per Lambranos et Tranſpadanos duxit.

LAMELLA, *vid.* LAMINA.

LAMENTOR, āri. [αἰάζω, θρηνέω, κωκύω, ὀδύρομαι, ὀλοφύρομαι] *Voce querula, triſtique oratione damnum ac dolorem teſtari.* Cic. de Orat. 1, 245 Lapides me hercule omnes flere ac lamentari coëgiſſet. Ter. Andr. 1, 1, 94 Quia tum mihi lamentari praeter caeteras viſa eſt. Conqueri aduerſam fortunam, non lamentari decet Pacuuius apud Cic. Tuſc. 2, 50. Lamentari, *Lamentatione dignum aliquid monſtrare.* Id. Ibid. 1, 75 Nam haec quidem vita mors eſt, quam lamentari poſſem ſi liberet. *Paſſiue,* Apul. Met. 4 *ſub. fin.* Moeretur, fletur, lamentatur diebus pluſculis.

LAMENTANS, antis. Cic. de Orat. 3, 214 Matremne vt miſeram, lamentantemque videam.

LAMENTĀTVS, a, um. Partic. [ὠδυρμένος, θρηνηθεὶς] Fata diu lamentata Sil. 13, 711. Apul. Met. 8 *extr.* Coquus diu lamentatus lacrimis inefficacibus.

LAMENTATIO, ōnis. f. [θρῆνος, ὀδυρμὸς] Ægritudo cum ejulatu, *vt finit* Cic. Tuſc. 4, 18. *Et* 1, 30 c. 13 Sed illa lugubris lamentatio, fletusque moerens, ex eo eſt, quod, *etc.* Lamentatio Ieremiae Iſidor. 6, 1. Moeſta lamentatio Sen. Hippol. 852.

LAMENTATVS, ûs. m. Apul. *laudatur. Non habet Index Flor.*

LAMENTĀTOR, ōris. m. Gloſſ. Gr. Lat. θρηνητὴς, Lugubris, lamentator. Gloſſ. Lat. Gr. Lamentator, θρηνητής.

LAMENTARIVS, a, um. Adj. [θρηνώδης] *Quod lamentationem adfert.* Plaut. Capt. 1, 1, 28 Quae aedes, lamentariae mihi ſunt. *Antiquum.*

LAMENTABĬLIS, e. [θρηνώδης, μεμπτὸς] *Dignum lamentatione.* Virg. Aen. 2, 4. Troianas vt opes, et lamentabile regnum Eruerint Danai. Carmen lamentabile Stat. Silu. 5, 3, 1. Comploratio lamentabilis Liu. 3, 47. Decus lamentabile Stat. Theb. 11, 161. Cic. de Legib. 2, 64 Poſteaquam, vt ſcribit Phalereus, ſumptuoſa fieri funera et lamentabilia coepiſſent, Solonis lege ſublata ſunt. Gemitus lamentabilis Cic. Tuſc. 2, 57. Tributum lamentabile Ouid. Met. 8, 262. Voce lamentabili deplorare Cic. Tuſc. 2, 32 c. 13.

LAMENTA, ae. f. *apud veteres, pro Lamentatione.* Pacuuius Hermiona, Lamentas, fletus facere compendi licet. Nonius 2, 493.

LAMENTVM, i. n. [κώκυμα, θρῆνος] *Ipſa lamentatio.* Cic. de Senect. 73 c. 20 Solonis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat velle ſuam mortem dolore amicorum, lamentisque vacare. Idem pro Milon. 34 Sine cantu, ſine ludis, ſine exequiis, ſine lamentis, ſine laudationibus, ſine funere. Dedere ſe lamentis Cic. Tuſc. 2 c. 21. *vid.* DEDO. Tecta fremunt lamentis gemituque Virg. Aen. 4, 664.

LAMIAE, arum. f. pl. [λαμίαι] *Mulieres, quae ſtrigum inſtar, infantium ſanguinem ſugunt, ſiue ipſae adeo Striges.* Hor. de Arte Poët. 340 Neu pranſae lamiae puerum viuum extrahat aluo. Lamiae turres, et Pectines Solis, *aniles fabellae. vid. in* PECTEN. *De quibuscunque nocentibus mulieribus vſurpatur* Apul. Met. 1 p. 110, 3. *et* 5 p. 164, 6. ¶ 2 Lamia *cognomen Aeliorum Romae.* Hor. Carm. 3, 17, 1 Aeli vetuſto nobilis ab Lamo.

LAMIANVS, a, um. Adi. Horti Lamiani Cic. Att. 12, 21.

LAMĬNA, ae. f. [ἔλασμα, πλὰξ] *Tenuis tabella, cuiuscunque materiae.* Liu. 23, 19 *extr.* Etiam tria ſigna cum titulo laminae aeneae inſcripto, Manitium pro militibus, qui, *etc.* Cic. de Legib. 2, 58 c. 23 Ad eam quum lamina eſſet inuenta, et in ea ſcriptum, DOMINA HONORIS, ea cauſa fuit aedis huius dedicandae. Fulua lamina Ouid. Met. 11, 124. Argenti leuis lamina Id. Faſt. 1, 208. Enſis lamina diſſiluit Ouid. Met. 5, 173. *Quod diximus* Laminam *eſſe cuiusuis materiae, probari facile poteſt, v. g.* Plin. 16, 16 ſ. 27 Laminas *aceris arboris memorat.* Ibid. 43 ſ. 83 Sectiles (*e ligno*) laminas. *Et* 18, 26 ſ. 64 Laminas doliorum. Id. 11, 37 ſ. 45 Vrorum cornua in laminas ſecta tranſlucent *Quin* Aurium laminam *pro Cartilagine poſuit* Cael. Aurel. Tard. 2, 1 et 14. *Et de putamine nucis* Mollis lamina *eſt* Ouid de nuce 95. *In primis tamen de metallis nomen hoc vſurpari certum eſt. Sic* Laminis *argenteis* crepitant baltei Plin. 33, 12 ſ. 54. Religare laminis et clauis Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 10 *de muſculo.* Laminae *in inſtrumento carnificis.* Plaut. Aſin. 3, 2, 4 ſtimulos, laminas, cruces *iungit.* Prudentius, paſſione Romani v. 486 Nec ſic inuſta laminis ardet cutis, Vt febris atro felle venas exedit. Cic. Verr. 5, 162 c. 63 Quid, quum ignes, candenteſque laminae, caeterique cruciatus admouebantur? ¶ 2 Lamna, *pro Lamina, apud* Horat. Carmin. 2, 2, 2

Nullus argento color eſt auaris
Addito terris, inimice lamnae
Criſpe Salluſti: niſi temperato
Splendeat vſu.

Vbi Porphyrio, Lamnam pro Rudi et infabricata materia poſuit: per quod ſignat non libenter

ter habere abſconditas et ſine vſu pecunias. Candente lamna ventres nepotum vrere Hor. Epiſt. 1, 15, 36. Crepitante lamna audiuit ſonitum cuſtos *Heſperidum.* Senec. Agamem. 855. *Add.* Vitruu. 7, 9 *ſub f.*

LAMELLA, ae. f. Dimin. [ἐλασμάτιον] Vitruuius 7, 3 Speculum argenteum tenui lamella ductum. *Add.* ib. c. 12. Seneca De breuitate vitae c. 12 Maiorem dierum partem in aeruginoſis lamellis conſumit. *Add.* Id. de Beat. Vit. c. 21.

LAMELLVLA, ae. f. *aliud* Dimin. Petron. c. 57 Glebulas emi, lamellulas paraui. *i. agros, et aurum argentumque.*

LAMNVLA, ae. f. *aliud* Dimin. Tertull. de Coron. c. 12.

LAMIVM, i. n. *Vrticae genus: de quo* Plin. 21, 15 Quae innoxia eſt morſu carens, lamium vocatur. *Add.* Id. 22, 14.

LAMPAGO, inis. f. *Herba*, Apul. de Herb. c. 97.

LAMPAS, adis. f. [λάμπας, δᾶς, φανός] *Graeca dictio, quae Lychnum penſilem ſignificat.* Virg. Aen. 9, 535 Princeps ardentem coniecit lampada Turnus. Plaut. Men. 5, 2, 89 Lampadibus ardentibus illi oculos exuram. Ter. Adel. 5, 7, 9 Miſſa haec face, hymenaeum, turbam, lampadas, tibicinas. Columel. 12, 18 Ferreis lampadibus ardentibus caleſiunt. Aenea lampas Iuuen. 3, 285. Clara lampas Stat. Theb. 10, 121. Coruſcis lampadibus denſum funale Ouid. Met. 12, 247. Igniferae lampades Lucret. 2, 25. Vacant igne lampades Ouid. de Pont. 3, 3, 60 ¶ 2 *Transfertur ad alia. Sic de meteoris* Plin. 2, 26 Duo genera faciunt: lampades vocant plane faces: alterum bolidas: quale Mutinenſibus malis viſum eſt. Lunaris lampas Stat. Theb. 10, 277. *Add.* ib. v. 121. Phoebea lampas Virg. Aen. 4, 6. Rutilantem attollens lampada Titan Sil. 12, 648. Dies orta luſtrabat terras lampade Virg. Aen. 7, 148. ¶ 3 Lampada curſu tradere, *prouerbialis metaphora, pro eo quod eſt, Partes ſuas quaſi ſucceſſione in alium atque alium transferre* Lucret. 2, 77 Et quaſi curſores vitai lampada tradunt. *De animantibus agit, quae ſucceſſione propagantur, vita per vices ab aliis in alia transfuſa.* Perſ. 6, 61 Qui prior es, cur me in decurſu lampada poſcis? *Add.* Varr. R. R. 3, 16, 9. *Sumta eſt metaphora a lampadum certamine, quod Athenis celebratum fuit Feſtis Panathenorum, Promethiorum, et Vulcanaliorum; in quo certamine Primus facem dabat ſecundo, ſecundus tertio; et ſimiliter omnes, donec currentium numerus impleretur. Vid.* Vet. Interp. Perſ. 6, 61. *Viri docti ad* Iuuenal. 15, 141. Plat. de Rep. l. 1. *pr.*

LAMPĂDA, ae. f. *Idem quod Lampas.* Plaut. Caſ. 4, 4, 16 Tene hanc lampadam. *Conf.* Priſcian. p. 758.

LAMPADARIVS, i. m. *Qui fert lampada, aut Qui eam accendi curat. Vid.* l. fin. C. de diuerſ. off.

LAMPADIAS, ae. m. *Cometae genus.* Plin. 2, 25 Lampadias ardentes imitatur faces.

LAMPADION, i. n. At flagrans, odioſa; loquacula, lampadion ſit Lucret. 4, 1158. *Eſt diminutiuum Graecum a* Lampas, *vt amatores dicunt*, mea lux *etc.*

LAMPADO, ōnis. m. *Bulbus.* Th. Priſcian. de Diaet. c. 10 Bulbi, id eſt lampadones deſiccatiui ſunt.

LAMPETIE, ae. *Vna Phaëtontis ſororum, in arborem ſucci feracem mutata* Ouid. Met. 2, 349. *a fulgore ſ. ſplendore dicta.*

LAMPEVS, i. m. *Mons eſt Arcadiae, teſte* Plin. 4, 6.

LAMPIA, ae. f. [Λαμπία] *Fluuius eſt Arcadiae, cuius meminit* Stat. Theb. 4, 290 cadensque iugis Lampia niuoſis. *al.* Lampea.

LAMPON, onis. m. *Panchates, Pelorus, et Campſaſus, nomina ſunt equorum apud* Sil. 16, 334. *De* Lampone *ſcribit hoc modo*: Euolat ante omnes, rapidoque per aëra curſu Callaicus Lampon fugit, *etc. Interpreteris Candidum vel Splendidum.*

LAMPSĂCVM, i. n. [Λάμψακος] ante Pityuſa vocata, ciuitas eſt Bithyniae in Helleſponto, *de qua pluſcula* Cic. Verr. 1, 63.

LAMPSACĒNVS, a, um. Adi. [Λαμψακηνός] Cic. *ibid.*

LAMPSACIVS, a, um. *Idem quod Lampſacenus.* Martial. 11, 52 Tanta eſt quae Titio columna pendet, Quantam Lampſaciae colunt puellae. Verſus Lampſacius, *pro Salaci et impudico.* Martial. 11, 17 Nam mea Lampſacio laſciuit pagina verſu.

LAMPSĂCVS, i. f. *Idem quod Lampſacum.* Valer. Flac. 2, 623 Tranſmiſſaque puppi Lampſacus, *etc.*

LAMPSĂNA, *v.* LAPSANA.

LAMPYRIS, ĭdis. f. [λαμπυρίς] *Genus vermis, de quo ſic* Plin. 11, 28 Lucent ignium modo noctu, laterum et clunium colore lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc vero compreſſu obumbratae, non ante matura pabula, aut poſt defecta conſpicuae. *Add.* Id. 18, 26.

LAMVS, i. m. *Equus generoſus apud* Sil. 16, 474 Tum Lamus et Sicoris proles bellacis Ilerdae. ¶ 2 Lamus *etiam filius Herculis ex Omphale* Ouid. Epiſt. 9, 54.

LAMYRVS, i. m. *Lacertorum piſcium Genus.* Plin. 32, 11. Ouid. Fragm. Halieut. v. 120.

L A N

LANA, ae. f. [ἔριον, λάχνη] *Pili tenuiores et longiores, quales ouium.* Lana et tela victum quaeritare Ter. Andr. 1, 1, 48. Cic. de Orat. 2, 277 Quando ad me venis cum tua colu et lana? *Ad hominem mollem dictum.* Glomus lanae Hor. Epiſt. 1, 13, 14. Aurea lanea *vellus aureum* Prop. 3, 9, 12. *et* Ouid. Faſt. 3, 876. Mollis lana Virg. Georg. 2, 120. Pectita lana, *vid.* Pectitus *in* PECTO. Sordida lana Ouid. de Arte Am. 3, 222. Succida lana Iuuen. Sat. 5, 24. Scribon. 41, 47. *et ſaepius.* Sulfurata lana Idem 43. Tincta murice lana Ouid. de Arte Am. 1, 251. Tonſae lanae Hor. Carm. 3, 15, 14. Carpere lanam, *vid.* CARPO. Ducunt lanas aut ſtamina pollice verſant Ouid. Met. 4, 34. Excolere rudes lanas Ouid. de Arte Am. 2, 220. Facere lanam Lucret. 5, 1353. Fucatur alba nec Aſſyrio lana veneno Virg. Georg. 2, 465. Inuertere albentes lanas murice Sil. 16, 569. Inuoluere niueam penſis lanam Claud. in Eutrop. 1, 276. Medicata lana fuco Hor. Carm. 3, 5, 28. Mentiri varios diſcet lana colores Virg. Ecl. 4, 42. Mollire lanam Ouid. Faſt. 3, 817. Tingebat bibulas murice lanas Ouid. Met. 6, 9. Tractare lanam Iuſtin. 1, 3. Trahere lanam Iuuen. 2, 54. Ouid. Met. 6, 19, *de Arachne*,

Tantus decor adfuit arti,
Siue rudem primos lanam glomerabat in orbes,
Seu digitis ſubigebat opus, repetitaque longo
Vellera mollibat nebulas aequantia tractu;
Siue leui teretem verſabat pollice fuſum;
Seu pingebat acu; ſcires a Pallade doctam.

Quibus praecipuas partes lanificii Poeta explicat. De lana caprina rixari Hor. Epiſt. 1, 18, 15. *eſt De nihilo contendere, vt piline ſint an lana caprarum.* Lana *non tantum de ouibus dicitur, ſed de aliis etiam quibusdam animalibus et arboribus.* Vlpian. in l. Si cui lana. §. Lana leg. ff. De legatis et fideicom. 3. Lana legata etiam leporinam lanam, et anſerinam, et caprinam credo contineri, et de ligno, quam Graeci ἐριόξυλον appellant. *In eadem lege etiam memoratur* Lana facta, infecta, neta, fucida, lota, tincta. *It.* §. 12 Conſtabat apud veteres lanae appellatione verſicoloria non contineri.

LANVLA, ae. f. Dimin. Celſ. 7, 27 Tenueſque carunculae lanulis ſimiles.

LANARIVS, i. m. [ἐροκόμος] *Qui lanam curat.* Plaut. Aul. 3, 5, 34 Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. *Et* Inſcript. apud Reineſ. Claſſ. 11. n. 96. M. SILANO. M. L. SYRO. LANARIO. *Et* ἐριουργός, lanarius Gloſſ. Gr. Lat.

LANARIA, ae. [στρούθιον] *Herba et radix, quae et* Struthium *Graeco nomine dicitur.* Plin. 24, 18 ſ. 104 Herba lanaria ouibus ieiunis data, lactis abundantiam facit. Colum. 11, 2, 35 Oues Tarentinae radice lanaria lauari debent, vt tonſurae praeparentur. Plin. 19, 3 ſ. 18 Quae vocatur radicula lauandis lanis ſuccum habet, mirum quantum conferens candori mollitiaeque. *Vid. omnino Rhod. ad* Scribon. 10 Struthii, quod eſt radix lanaria.

LANĀRIS, e. [ἐροπόκος] *Quod lanam gerit.* Varr. de R. R. 2, 9, 1 Nos qui paſcimus pecus lanare.

LANĀTVS. Adi. [λαχνήεις, μαλλωτός] *Quod lanam habet.* Lanatum pecus Columel. 11, 2. Plin. 17, 22. Oues lanatae Columel. 7, 3. Pelles lanatae Columel. 6, 2. Lanata pellis non nimium tonſa Scribon. 80. Vites lanatae, *Amineae dictae, quod caneſcunt folia lanugine* Columel. 3, 2, 12. Luporum (*piſcium*) laudatiſſimi, qui appellantur lanati a candore mollitiaque carnis Plin. 9, 17. *Compar.* Lanatiore canitie folia Plin. 21, 20.

LANĒTVM, i. n. Veſtimenti genus ex lana ſuccida confectum Feſtus.

LANEVS, a, um. Adi. [ἐρεοῦς] *Quod ex lana eſt.* Plaut. Mil. 4, 4, 42 Cauſiam habeas ferrugineam, culcitam ob oculos laneam. Infula lanea Virg. Georg. 3, 487. Latuſculum laneum, *i. e. Latus molliſſimum* Catul. 23, 10. Pallium laneum Cic. Nat. Deor. 3, 83. Tracta lanea, *pro Laneis liciis, vel Laneis pannis, vel potius pro Lanae glomis.* Varro ap. Non. 3, 247 Etiam ſuis manibus lanea tracta miniſtraſſet infectori. *Turnebus.* Vitta lanea Propert. 3, 6, 30. Laneus lupus, *Piſcis.* Martial. 13, 89 Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui *i.* lanatus, *quod modo e Plinio declarauimus.*

LANESTRIS, e. Laneus. Vopiſc. Aureliano c. 29 Laneſtre pallium.

LANICIA, ae. f. Laberius *apud* Non. 3, 133 Mollis e lanicia Attica veſtis.

LANICIES, ēi. f. Tertull. adu. Marc. 2, 3 Sed quia lanities renouata haec corpora veſtit.

LANICIVS, a, um. Arnob. 5 p. 174 Cuſtos gregis lanitii.

LANITIVM, *ſiue quod rectius putamus*, LANICIVM, i. n. [ἐριουργία, ταλασιουργία] *dicitur*, ſicut a Fuga, Effugium; *teſte* Seruio *ad* Virg. Georg. 3, 384 Si tibi lanicium curae, primum aſpera ſilua *etc.* Arnob. adu. gentes 7 p. 222 fin. Putor qui ex ardentibus ſetis, ex agnorum laniciis, gallinarumque de plumis, tollitur. Plin. 6, 17 Primi ſunt hominum, qui noſcantur, Seres, lanicio ſiluarum nobiles, perfuſam aqua depectentes frondium caniciem. *Add.* Id. 11, 33. Colum. 7, 3. Lanicium, *non tam Curam lanae ſignificat, quam lanati pecoris, vt ex* Arnobio *apparet, ſic ſcribente* 8 p. 8 Numquid in culpa natura eſt, quod laniciis extulit importuniſſimam belluam? *i. ouibus lupum.* Iterum p. 12 Lanicia curent veſtra numeroſis foetibus multiplicari.

LANICVTIS aries Laber. *ap.* Tertull. de pall. 1.

LANIFICIVM, i. n. [ταλασιουργία] *Lanae opificium.* Columel. 12 in Prooem. Nunc vero quum pleraeque ſic luxu et inertia defluant, vt ne lanificii quidem curam ſuſcipere dignentur. Et Apul. Met. 9 p. 219 Ego miſera et pernox et perdia lanificio neruos meos contorqueo.

LANIFĬCVS, a, um. [ἐριουργός, ταλασιουργός, ἐροτόνος] *Qui lanae artem exercet.* Martial. 6, 58 Si mihi lanificae ducunt non pulla ſorores Stamina, nec ſurdos vox habet iſta deos. *Add.* Id. 4, 54. Artis lanificae doctiſſimus Claud. in Eutrop. 2, 382. Manum lanificam imponere penſis Tibul. 2, 1, 10. Lanifica ſumma Feſtus in Gaia Tanaquile. Lanificus, *cum genitiuo;* Lanificus ſtaminis Iuuen. 12, 65. *Poteſt tamen et aliter conſtrui.*

LANĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [ἐριοφόρος] *Quod lanam fert.* Plin. 13, 14 Aethiopia Aegypto contermina inſignes arbores non fere habet, praeter laniferas *Vid.* LANA.

LANĬGER, ĕra, ĕrum. Adi. [ἐριοφόρος] *Idem.* Plin. 12, 10 Eiuſdem inſulae excelſiore ſuggeſtu lanigerae arbores alio modo, quam Serum. Laniger *abſolute de agno* Phaedr. 1, 1, 6. Innumeris effoetus laniger annis Ouid. Met. 7, 312. Greges lanigeros agitare Virg. Georg. 3, 287. Oues lanigerae Virg. Aen. 3, 660. Pecus lanigerum Accius *apud* Cic. de Diuin. 1, 44. Pecudes lanigerae Virg. Aen. 3, 642. Vellus lanigerum Ouid. Epiſt. 18, 144.

LANILVTOR, ἐριοπλύτης Gloſſ. Lat. Gr.

LANIPENDENS, σταθμοῦχος γυνή Gloſſ. Gr. Lat.

LANIPENDIVS, σταθμοῦχος ἐρίων Gloſſ. Lat. Gr.

LANIPENDIA, ae. f. *Quae lanam pendet et diſtribuit.* l. 33. ff. de donat. inter vir.

LANŌSVS, a, um. [δασύμαλλος, ἐριώδης] *Lana abundans.* Columel. 7, 3 Eliges bimam vaſti corporis, ceruice prolixa, prolixi villi, nec aſperi, lanoſi et ampli vteri. Iuuenis lanoſo barbitio genas inumbrans Apul. Met. 5 p. 162. *De armentis vſurpatur* Pallad. 8, 4.

LANITONDIVM, i. n. Oues aeſtate lanitondium patiuntur Scholiaſt. Horat. Epod. 2, 16.

LANOSITAS, ātis. f. Tertull. de Pallio c. 3 Muſcoſae lanoſitatis conchae.

LANVGO, *vid. infra ſ. l.*

LANCEA, ae. f. *A latitudine ferri dicta eſt, vel quia Graece* λόγχη *dicitur; Teli genus longiſſimum. Hiſpanica dictio eſt, non Latina, vt* Gell. *ait* 15, 30 *extr. ex* Varrone. *Sueuis hoc vocabulum tribuitur a* Siſenna Hiſt. l. 3 ap. *Caſaub. ad Strabon. l. 4.* Feſtus, Lancea a Graeco dicta, quam illi λόγχην vocant: λόγχη enim haſta, et λογχίτης ſatelles. Plin. 15, 30. Tacit. Hiſt. 3, 27 Diſiectam fluitantemque teſtudinem lanceis, contiſque ſcrutantur, donec diſiecta compage ſcutorum exangues proſternerent. Felix lancea Lucan. 6, 190. *Quae non aberrat, ſed deſtinata ferit.* Domitianus *ap.* Sueton. 10 Salluſtium Lucullum Britanniae Legatum *interfici iuſſit*, quod lanceas nouae formae appellari Lucullea paſſus eſſet. Venatoria Apul. Met. 1 *pr.* Idem Met. 8 p. 203, 10 Equi poplites lancea feriens amputat. *Etiam hic de venatu ſermo eſt.*

LAN-

LANCEŎLA, ae. f. Dimin. Capitol. Maxim. Iun. c. 4 Lanceola fiſſa eſt fulmine. Vulgat. 1 Reg. 18, 28 *Baalitae* incidebant ſe iuxta ritum ſuum cultris et lanceolis.

LANCEOLATVS, a, um. Plantago lanceolata Macer. 2, 3, 5 Quod foliis vt lancea ſurgat acutis.

LANCEO, āre. *Lanceam mittere.* Tertull. adu. Marc. 3, 13 Qui ante norint lanceare quam lancinare. *Conf.* Idem adu. Iudaeos c. 9. *Iunius interpretatur per Lances exhaurire.*

LANCEĀTVS, a, um. [λογχωτὸς] *Lancea armatus, vt* Haſtatus *etc. Sed* Lanceatus, Partic. *Ictu lanceae necatus.* Firmicus, Quicunque habuerunt horoſcopum in XXI parte Tauri, lanceati moriuntur.

LANCEARIVS, i. m. [λογχοφόρος] *Qui lanceam gerit. Vid.* Ammian. 21, 13 *et* 31, 33.

LANCĬNO, āre. [κατακνίζω, νύττω] *Ferire, lacerare.* Plin. 11, 34 Eſt et volucre canibus peculiare ſuum malum, aures maxime lancinans, quae defendi morſu non queunt. *Add.* Solin. 40 *al.* 53 In Aſia locus eſt, quo primo aduentus ſui tempore ciconiae aduolant, et eam, quae vltimo aduenerit, lancinant vniuerſae.

LANCINATVS, a, um. Bona paterna lancinata Catull. 27, 15. *Adde* Senec. de Ira 1, 2. Id. de Breu. Vit. c. 12 *et* Epiſt. 32.

LANCINATIO, ōnis. f. *apud* Celſum. . .

LANCINATOR, ōris. m. *Qui lancinat.* Prudent. Romano v. 1057 Lancinatores gregum.

LANDICA, ae. f. [κλειτορὶς] *Pars pudendi muliebris, quam ita deſcribit Auctor* Epiſt. Sorani ad Cleopatram, Intus quod a ſuperiore parte deſcendit in medio dicta eſt Landica, motum ſaepe titillationis habens ex libidine. Exc. V. Gl. Landica ἰσχαράδιν *et* in Exc. ex vet. Lex. p. 244 *inter membra corporis humani obſcena* Landica, ἰσχαράδιν. *Vulcanius ſuſpicatur* ἐσχάρα γυναικεία. *Sed terminatio* άδι *eſt diminutiua nouae Graeciae.* Landira *legendum coniicit Martinius, non improbante Voſſio de Vit. Sermon. Contra ſunt, qui* Ciceroni *ipſi tribuunt; et ad* Landicam *reſpici putant* Fam. 9, 22 Hanc culpam maiorem an ILLAM DICAM? potuit obſcenius? Non, inquis. non enim ita ſenſit. Non ergo in verbo eſt *obſcenitas. Vid. Valeſiana* p. 92. *Sed aliis recentis barbariae nomen videtur, et plane non id ſignificare, quod diximus, ſed* ἐσχάραν *proprie dictam foculum, ferramentum, cui impoſita, tanquam crati, ligna propter aëris ab inferiori parte acceſſum facilius ardeant, ſcribendumque* Landiram, *cum ſit Gallorum* Landier, *quem* ſubicem *ſ.* ſubiicem focarium *interpretatur Budaeus. Sed poterat alicui etiam* Landie *Gallorum, et Italorum* Landra *et* Landrica *in mentem venire.*

LANEVS, *vid.* LANA.

LANGA, ae. f. *Genus animalis, quod alii Languriam vocant, quam dicunt circa Padum inueniri.* Plin. 37, 2 ſ. 11, 1 *vbi de Lyncurio*, Alii dixere langurium, et eſſe in Italia beſtias langurias. Zenothemis Langas vocat easdem, et circa Padum iis vitam affirmat.

LANGĬA, ae. f. *Fons eſt in Nemaea ſilua Arcadiae, vt indicat* Stat. Theb. 4, 728.

LANGVOR, ōris. m. [παρακμὴ, πάρεσις, μαλακία, νωθρότης] *Proprie eſt Defectus virium, et ſucci naturalis.* Vel me haec deambulatio, quam non laborioſa, ad languorem dedit Ter. Heaut. 4, 5, 3. Plaut. Aſin. 3, 2, 28 Vbi ſaepe ad languorem tua duritia dederis octo validos lictores *etc.* ¶ 2 *Poëtis ſolet pro morbo poni.* Aquoſus languor, *Hydrops* Hor. Carm. 2, 2, 15. Diſcedit languor a corpore Ouid. Epiſt 20, 3. Habet perpetuus corpora languor Ouid. Triſt. 3, 8, 24. Inficere animum languore, *vid.* INFICIO. Pereſus multis languoribus Catul. 53, 31. Solutus molli languore Ouid. Met. 11, 648. Soluta membra languore Id. Met. 11, 612. ¶ 3 Languor, *ad animum transfertur, pro Debilitate, defectu, torpore, inertiaque.* Cic. Off. 1, 123 c. 34 Nihil autem magis cauendum ſenectuti, quam ne languori ſe deſidiaeque dedat. Idem Att. 14, 6 Vides languorem bonorum. *Add.* Non. 4, 283.

LANGVEO, ui, ēre. [ἀσθενέω, ὀλιγοδρανέω] *Deficere, infirmum eſſe, diſſolui.* Languens vox Cic. Off. 1, 133. Artus confecti languent Lucret. 3, 960. Corpora languent triſti morbo Virg. Georg. 4, 252. Cor languens Catull. 62, 99. Gratia languet Sil. 17, 361. Flos languentis hyacinthi Virg. Aen. 11, 69. Ictus languens Lucan. 3, 587. Iubar lunae nimboſum languet Stat. Theb. 12, 305. Manu languenti tenere aliquid Ouid. Met. 12, 318. Membra languentia Lucret. 6, 797. Pelagi languentis recurſus Virg. Aen. 10, 388. *i. tranquilli.* Vires in corpore languent Ouid. è Pont. 1, 4, 3. Languere e via Cic. Philipp. 1, 12 c. 5. ¶ 2 *Ad animum quoque refertur, remiſſum a metu, pigritia etc.* Languet auditor, *non attendit, eoque nec mouetur* Quinct. 9, 3, 27. Languere, *Timidum eſſe, remiſſius agere.* Salluſt. Catil. c. 52, 18 Si paullum modo vos languere viderint, iam omnes feroces aderunt. Incitat languentes vis ſonorum, et excitatos languere facit Cic. de Legib. 2, 38 c. 15. Id. in Piſon. 82 c. 33 Nec deſpero tamen (quanquam languet iuuentus, nec perinde atque debeat, in laudis et gloriae cupiditate verſetur) futuros aliquos, qui abiectum hoc cadauer, Conſularibus ſpoliis nudare non nolint. Cic. de Nat. Deor. 1, 7 c. 4 Nam quum otio langueremus, et is eſſet Reip. ſtatus. *etc. Compar. Partic.* Languentior *eſt in* Priapeiis.

LANGVESCO, ĕre. [παρακμάζω, ἀπομαραίνομαι, νωθριάω] *Languere incipere* Virg. Aen. 9, 435 Purpureus veluti quum flos ſucciſus aratro Langueſcit moriens. Cic de Fin. 4, 65 Hebes acies eſt cuipiam oculorum, corpore alius langueſcit. Lumina langueſcunt morte Catull. 62, 188. *Ac de animo,* Quinct. 1, 2, 18 Langueſcit mens in ſecretis. Affectus Id. 11, 3, 2. Cic. in Caton. 28 c. 9 Orator metuo ne langueſcat ſenectute. Cupido langueſcit: *h. e. Minuitur* Plin. Epiſt. 2, 20 *pr.* Induſtria langueſcit Cic. in Orat. c. 2. Langueſcente colore in luteum Plin. 27, 13.

LANGVĬDVS, a, um. [ἄτονος, ἔκλυτος, νωθρὸς, ἀμαυρὸς] *Quod languet.* Languidus vino, vigiliiſque. Cic. Verr. 3, 34 c. 12. *Et* in Catil. 2, 10 Vino languidi, confecti cibo, ſertis redimiti. Aura languida Ouid. e Pont. 2, 1, 2. Auctoritas languida patrum facta eſt Plin. 15, 29. Caſſis languida Martial. 5, 25. Ceruix languida Stat. Theb. 10, 300. Colore languido herba in candidum vergente Plin. 12, 12. Coronae languidulae Quinctil. 8, 3. Conuiua languidus Hor. Serm. 2, 4, 39. Ictus languidus, *cui* Creber *opponitur* Plin. 11, 37. *De pulſu arteriarum.* Ignis languidus Plin. 34, 8. Lumina languida Catull. 62, 220. Oratio languidior Quinct. 4, 1, 67. Cic. de Fin. 2, 39 Vt tardam aliquam et languidam pecudem ad paſtum. Quies languida Virg. Aen. 12, 908. Conſilia Cic. Att. 10, 11. *Compar.* Cic. Quint. Frat. 1, 2 Si qui antea aut alieniores fuerant, et languidiores, nunc horum odio, ſe cum bonis coniungunt. Languidiori ſtudio in cauſa eſſe Cic. pro Lig. c. 9. Ira languidior Plin. Epiſt. 9, 13, 4. Semina nequitiae languidiora facit Ouid. Amor. 3, 4, 10. Vina languidiora promere Hor. Carm. 3, 21, 7. Vultus Quinct. 11, 3, 159.

LANGVĬDE. Adu. [ἀτόνως, νωθρῶς] *Cunctanter, negligenter, otioſe.* Columel. 11, 1 Hoc igitur cuſtodire oportet villicum, ne ſtatim a prima luce familia cunctanter et languide procedat. *Add.* Caeſ. Bell. Gall. 7, 27. Hirt. B. G. 8, 18. *Compar.* Plin. 37, 7 Qui languidius et liuidius lucent.

LANGVIDVˇLVS, a, um. [ὑπόνωθρος] Dimin. Somni languiduli Catull. 62, (65,) 331. Coronae languidulae Quinctil. 8, 3, 66.

LANGVITV̄DO, ĭnis. *et* LANGVĬTAS, ātis. f. Gloſſ. Gr. Lat. ἀῤῥωστία, Languitudo, languitas.

LANGVEFĂCIO, ĕre. Cic. de Legib. 2, 38 c. 15 Languefacit excitatos. *Al.* Languere facit.

LANGVIFĬCVS, a, um. *Languere faciens.* Leo languificus Auſon. Ecl. p. 558. *de ſidere, quod cum aeſtu languorem inducat hominibus.*

LANGVRIVM, i. n. *Electri ſpecies, ex langis ſiue languriis factum* Plin. 37, 2 ſ. 11, 1.

LANGVRIA, *vid.* LANGA.

LANICIVM, LANIFER, LANIFICIVM, LANIFICVS, LANIGER. *Vid.* LANA.

LANIVS, i. *vel* LANIO, ōnis. m. [κρεωπώλης, κρεουργὸς, Lanio, Cornarius, Lanius Gloſſ. Gr. Lat.] *Qui carnes vendit. A laniandis pecoribus, quod eas concidat, lanietque.* Ter. Eun. 2, 2, 26 Concurrunt laeti mihi obuiam cupedinarii, cetarii, lanii, coqui. *Conf.* Cic. Off. 1 c. 42. Liu. 22, 25. Martial. 6, 64 Omnia crudelis lanius per compita portat. Inſtrumentum lanionis, Paullus ICt. l. 18. pr. ff. de Inſtruct. *Add.* Petron. Fragm. Trag. c. 39. ¶ 2 *Ioco ſe* Plaut. 1, 3, 98 Lanios arceſſam duos cum tintinnabulis, *carnifices intelligit.*

LANIENA, ae. f. [κρεωπώλιον] *Officina, in qua fiunt et venduntur carnes.* Plaut. Epid. 2, 2, 15 Per myropolia et lanienas, circumque argentarias. *Adde* Tertull. de Anima c. 33. *Eſt etiam actus ipſe laniandi; vnde Medicorum ſectio*, Laniena Hippocratica *a* Prudent. *dicitur* Roman. v. 498.

LANEA, *vel* LANIA, ae. f. *Idem quod Laniena.* Liu. 44, 16 *extr.* Laneaſque et tabernas coniunctas in publicum emit. *Seu legitur rectius* lanienasque.

LANIGNVS, a, um. Adi. *vt ab* Abiete Abiegnum, *a* Larice Larignum, *ſic a* Lanio Lanignum *pro* Lanionio *veteres formarunt.* Varro, Hoc interuallo primum forenſis dignitas creuit, atque ex tabernis lanignis argentariae factae Non. 12, 55. *Conf. Turneb. Aduerſ.* 14, 19.

LANIONIVS, a, um. [κρεουργικὸς] Adi *Quod ad lanium pertinet. Vnde* Lanioniae menſae, *in quibus ſcinditur car.* Suet. in Claud. c. 15 Carnificem ſtatim acciri cum machaera, menſaque lanionia flagitauit. *Vid. ibi Caſaub.*

LANIO, āre. [ἀμύσσω, λαφύσσω, σπαράττω] *Diſcindere.* Κρεοκοπῶ Gloſſ. Lat. Gr. Liu. 9, 1 Placari nequeant, niſi hauriendum ſanguinem, laniandaque viſcera noſtra praebuerimus. Laniare dentibus Liu. 22, 51 *extr.* Dentibus artus Virg. Georg. 3, 514. Amictus teneres laniauit Ouid. Met. 4, 104. Capillos laniare Id. Ibid. 9, 154. Carnem laniare dicitur lanius Paul. in l Quum de lanionis in princip. ff. De fund. inſtruct. Corpus laniare Ouid. Faſt. 4, 238. Crinem laniare Id. Met. 2, 350. Membra ſua laniare Ouid. Met. 14, 1?5. Mundum laniant venti Id. Ibid. 1, 60. Tunicam laniare Ouid. de Arte Am. 2, 171.

LANIĀTVS, a, um. Partic. [ἠμυγμένος] Capillos laniata Ouid. Epiſt. 12, 157. Laniatum merſit in vndis Id. Met. 7, 349. Claſſis laniata Idem Epiſt. 7, 175. Corpus tractum atque laniatum Cic. Phil. 11 c. 2. Genas laniata Virg. Aen. 12, 606. *Conf.* Id. 6, 494. Nauigia Sall. Fragm. p. 991 *Cort.* Sinus laniata Clymene Ouid. Met. 2, 335.

LANIĀTVS, ûs. m. [ἄμυξις, ἀμυχὴ] Cic. Tuſc. 1, 104 c. 43 Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil ſentienti? Auium aut canum laniatus Iuſtin. 41, 3, 5. Belluarum laniatibus obiectare Arnob. 1 p. 14. Plin. 8, 40 Laniatuque et latratu adactum, vt cogeretur fateri ſcelus.

LANIATIO, ōnis. f. Senec. de Clem. 2, 4 In caedes hominum ac laniationes peruenit.

LANIARIVS, i. m. *Idem qui Lanius.* Vet. Inſcript apud Gruter. p. 1035. n. 4. C. NIGIDIVS. PRIMVS. LANIARIVS. SIBI. *etc. Huc etiam potius, quam ad ſubſtantiuum* LANIARIVM, n. *pro* Laniena, *retulerim locum* Varr. de R. R. 2, 4, 3 Quis enim noſtrum fundum colit, quin ſues habeat, et qui non audierit patres noſtros dicere, ignauum et ſumptuoſum eſſe, qui ſuccidiam in carnario ſuſpenderit potius ab laniario, quam ex domeſtico fundo.

LANIATOR, oris. m. Μακελλάριος Gloſſ. Gr. Lat.

LANIATORIVM, i. n. Κρεοπωλεῖον Gloſſ. Gr. Lat. Μακελλεῖον ibid.

LANISTA, ae. m. [ὁ τῶν μονομαχούντων γυμναστὴς] *Magiſter et inſtitutor gladiatorum: quod genus vitae ſequi fere ſolebant gladiatores, vnde et libertate donati: itaque non minus infames ſunt, quam gladiatores.* Liu. 28, 21 Gladiatorium ſpectaculum fuit, non ex eo genere hominum, ex quo laniſtis comparare mos eſt, ſeruorum, quiue venalem ſanguinem habent. Conferre ſe ad laniſtam Cic pro Roſc. Amer. c. 6. Iuuen. 3, 158 Hic plaudat nitidi praeconis filius inter Pinnirapi cultos iuuenes, iuueniſque laniſtae. *Add.* Martial 11, 67. Sen. de Benef. 6, 12. *Metaphor. pro face et incitatore belli ciuilis.* Cic. Philipp. 13, 40 c. 19 Quod ſpectaculum adhuc ipſa fortuna vitauit, ne videret vnius corporis duas acies laniſta Cicerone, dimicantes. *Vid. etiam* Liu. 35, 33. *et Conf. ibid. Gronou.* Laniſtae auium rixoſarum *dicti ſunt* a Columel. 8, 2, 5 *Qui certaminibus praeparabant gallos gallinaceos.*

LANISTITIVS, a, um. Laniſtitia familia Petron. Fragm. Tragur. c. 45 *quam* Sueton. Aug. 42 Laniſtarum familiam *vocat.*

LĀNIVIVM, *ſiue* LĀNVVIVM, i. n. [Λανούιον] *Oppidum antiquum Latii, de quo* Cicero pro Mil. c. 10. Propert. 4, 8, 3. *vbi vid. Brouckh. vt et ad* 4, 8, 48. *et* 4, 9, 20. Sil. 13, 364. *et quos laudat Drakenb. ad* 8, 363. Liu. 3, 29 Lanuuium in exilium abire iubetur Volſcius. ¶ 2 *In obſcenis eſſe volunt quidam hoc nomen, et muliebre pudendum intelligunt in verſu* Prop. 4, 8, 48 Lanuuii ad portas heu mihi ſolus eram. *Sed fruſtra, nihil enim aliud Poëta, quam ſe tota mente et cogitatione fuiſſe defixum in Cynthia ſua, Lanuuii, vti putabat, agente, vt praeſentium voluptatum fructum capere non poſſet. Vid. Brouckhuſ.*

LANIVINVS, *et* LANVVINVS, a, um. Adi. [Λανουίνιος] Hor. Carm. 3, 27, 3 Ab agro Raua decurrens lupa Lanuuino Liu. 8, 14 Lanuuinis ciuitas data ſacraque ſua reddita cum eo, vt aedes lucusque

que ſoſpitae Iunonis communis Lanuuinis municipibus cum populo Rom. eſſet. *Add.* Sil. 13, 364. Ater Lanuuinus Catull. 37, 12. *Adde* Cic. Fam. 9, 22.

LANOCVLVS, i. m. Qui lana vitium oculi tegit, *inquit* Feſtus. *Nempe lana, vt ſpongia vtuntur ad laeſa, inflammata etc. Conf. Caſaub. ad* Suet. Domit. c. 17.

LANOSVS, *vid.* LANA.

LANTERNA *vid.* LATERNA.

LANVGO, ĭnis. f. [ἴουλος, χνόος, λάχνη] *Tenera pilatio, a* lanae *ſimilitudine, qualis in adoleſcentium genis, et in pomis quibusdam cernitur.* Columel. 3, 2, 12 Lanatam quoque Amineam quidam maxime probant: quae hoc vocabulum non ideo vſurpat, quod ſola ex omnibus Amineis, verum quod praecipue caneſcit lanugine. Nunc primo opacat flore lanugo genas Pacuu. *ap.* Feſt. in GENAS. Martial. 1, 115 Dum nulla teneri ſordent lanugine vultus. Adultae lanuginis iuuenis Ammian. 16, 27. Comae graciles inſtar lanuginis Ouid. Amor. 1, 14. 23. Martial. 10, 42

Tam dubia eſt lanugo tibi, tam mollis, vt illam
Halitus, et ſoles, et leuis aura terat.
Celantur ſimili ventura Cydonia lana,
Pollice virgineo qua ſpoliata nitent.
Fortius impreſſi quoties tibi baſia quinque,
Barbatus labris Dindyme fio tuis.

Fuſcante tamen lanugine malas Lucan. 10, 135. Noua lanugo Ouid. Faſt. 5, 173. Ponere lanuginem, Tractare lanuginem alicuius Suet. Ner. c. 34. A prima lanugine Suet. Oth. c. 12. Primae lanuginis aetas Ouid. Epiſt. 15, 85. Primae lanuginis anni Propert. 3, 7, 59. adoleſcens Ammian. 27, 6. Quaſi lanugo quaedam oxitriphylli Scribon. 163. Rara lanugo Plin. 8, 37. Ridens lanugo Claud. in Conſ. Prob. et Olyb. 70. Roſea lanugine malae Stat. Theb. 9, 703. *De Fructu et Arboribus dicitur.* Mala cana tenera lanugine Virg. Ecl. 2, 51 In pomis cydoniis Col. 12, 45, 2 Frondium lanugine veſtiri Plin. 7, 2. Molli lanugine abundans herba Lucret. 5, 875. *Metaph.* Lanugo *pro Scobe.* Columel. 4, 29, 15 Nulla interueniente lanugine, quam excitabat antiqua terebra.

LANVGINEVS, a, um. Apul. de Herb. c. 62 Floccoſis vel lanugineis adnationibus.

LANVGINŌSVS, a, um. Adi. [χνοώδης] Plin. 19, 3 Eſt et alia ſimilis pſeudanchuſa ob id appellata, a quibusdam vero enchuſa, aut doris, et multis aliis nominibus, lanuginoſior et minus pinguis Id. 22, 20.

LANVVIVM, *vid.* LANIVIVM.

LANX, lancis. f. [μαζονόμιον, δίσκος, πλάστιγξ] *Vas latum et profundum, minus excauatum quam patinae. Vas eſcarium, in quo caro tam toſta, quam elixa conditur, menſaeque infertur.* Ne non et cantharus et lanx oſtendat tibi te Hor. Epiſt. 1, 5, 23. *i. diſcus, ſecundum* Scholiaſt. *Iubet autem ſpeculi inſtar polita eſſe vaſa.* Plaut. Amphit. 4, 2, ſuppoſ. 3, 21 Interea dum iſti certant, in popinam diuertendum eſt mihi: lances detergam omnes, omneſque trullas hauriam. Cic. Att. 6, 1 Lancibus et ſplendidiſſimis caniſtris, oluſculis nos ſoles paſcere. Lanx, *a* Latitudine *dicitur, vt quidam putauere.* Menſas ſecundas et ſcitamenta Exiguae lancis apponere Symmach. ep. 1, 23. Caelata lanx Ouid. ex Pont. 3, 5, 20. Cauatae lances Martial. 11, 32. Grandis lanx Ouid. ex Pont. 4, 8, 40. Pandae lances Virg. Georg. 2, 194. Quadratae lances Vlpian. l. Quum aurum. ff. de aur. et argen. *etc.* legat. Rotundae lances Hor. Serm. 2, 4, 40. Plin. 33, 11 ſ. 52 Lances e centenis libris argenti tunc (*paullo ante bellum Sullanum*) ſuper quingentas numero Romae fuiſſe conſtat, multosque ob eas proſcriptos dolo concupiſcentium. — Claudii principatu ſeruus eius Druſillanus — quingenariam lancem habuit, cui fabricandae officina prius exaedificata fuerat: et comites eius (*lancis lances minores*) octo, DCCCL (*ſimul appenſas*) librarum. ¶ 2 Lances, *Stateras dici certum eſt apud antiquos, quod ad lancium formam factae eſſent et excauatae. Vnde* Bilances *dictae ſunt, Quae duas lances habent.* Vt neceſſe eſt lancem in libra ponderibus impoſitis deprimi, ſic animum perſpicuis cedere Cic. Acad. 4 c. 12. Id. de Fin. 5, 91 Virtutis autem amplitudinem quaſi in altera librae lance ponere. Gemina iuſtum ſuſpendere lance Perſ. 4, 10. ¶ 3 Lanx *etiam Vas fuit ſacrificiis dicatum.* Auſon. Monoſyll. v. 104 Turibula, et paterae, quae tertia vaſa deûm? lanx. Omnia, quae geminis aequabis lancibus ante Sammon. 276. *Vid.* Aequa lance. Virg. Georg. 2, 192

Hic laticis; qualem pateris libamus et auro,
Inflauit quum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,
Lancibus et pandis fumantia reddimus exta.

Lancibus, *inquit* Seruius, Pandis: aut Patulis, aut extorum pondere curuatis. Reddi autem dicebantur Exta, quum probata et elixa arae ſuperponebantur.

LANCICVLA, ae. f. Dimin. Arnob. 2 p. 59 Trulla, lancicula, candelabrum.

LANCVLA, ae. f. *Aliud* Dimin. Vitruu. 10, 8.

L A O

LAOCŎON, ontis. m. [Λαοκόων] *Fuit Priami regis filius, vt nonnullis placet, Thymbraei Apollinis ſacerdos, qui fruſtra monuit Troianos de fraude equi a Graecis relicti, cuius deinde filios Dracones fruſtra ipſo repugnante interimerent.* Virg. Aen. 2, 41 Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce *etc. Add.* 201 ſqq.

LAODAMĪA, ae. f. [Λαοδάμεια] *Proteſilai, qui primus ad Troiam occubuit, vxor. Vid.* Ouid. Epiſt. 13. Seru. ad Aen. 6, 447. *Fuit et* Laodamia, *Bellerophontis filia, quae a Ioue compreſſa, Sarpedonem edidit. Vide apud* Catul. 66, 74.

LAODĬCE, *vel* (*vt nonnulli legunt*) LAODŎCE, es. f. [Λαοδίκη] *Vna filiarum Priami formoſa, quaeque Helicaoni, Antenoris regis Thraciae filio, nupſit. Altera fuit, Agamemnonis ex Clytaemneſtra filia.* Flauaque Laodice, caeloque recepta Celaeno Ouid. 19 Epiſt. 135.

LAODICĒA, ae. f. [Λαοδίκεια] *Vrbs celeberrima in Aſia,* Lyco flumini impoſita, *vt ſcribit* Plin. 5, 29 primo Dioſpolis appellata, dein Rhoas. *Alia, Phoeniciae, ap.* Mel. 1, 12 *extr. etc.*

LAODICENI, orum. m. pl. *Incolae Laodiceae.* Cic. Fam. 12, 13.

LAODICENSIS, e. Adi. Ciuitas Laodicenſis Idem Fam. 5, 20.

LAOMĔDON, ontis. m. [Λαομέδων] *Pater Priami Regis Troiae, et Antigones.* Opes magnae Laomedontis Propert. 2, 14, 2. Laomedon pater Antigones Ouid. Met. 6, 96. Idaeus Laomedon. Ouid. Amor. 3, 6, 54. Senex Laomedon. Id. Met. 11, 757.

LAOMEDONTIĂDES, ae. m. [Λαομεδοντιάδης] Patronym. *in quo additur* A, *vt in multis aliis, ſicut Anchiſiades, Talamoniades, de Priamo* Iuuenal. 3, 326. Laomedontiadae *dicti ſunt Troiani* Virg. Aen. 3, 284.

LAOMEDONTĒVS, a, um. Poſſeſſ. [Λαομεδόντειος] *Item* LAOMEDONTIVS, *et* LAOMEDONTIĂCVS. Paſtor Laomedonteus, *Paris* Sil. 7, 437. Troiae Laomedonteae luimus periuria Virg. Georg. 1, 501. Vrbem Laomedonteam, *Romam intelligit* Sil. 17, 4 *e Troianis per Aeneam ortam.* Heros Laomedontius Virg. Aen. 8, 18. Pubes Laomedontia Id. ibid. 7, 105.

L A P

LAPĂTHVM, i. n. [λάπαθον] *Herbae genus multiplex.* Plin. 20, 21 Nec lapathum diſſimiles effectus habet. Eſt autem et ſilueſtre, quod alii Oxalidem appellant, ſatiuo proximum, foliis acutis, colore betae candidae, radice minima: noſtri vero Rumicem, alii Lapathum cantherinum, ad ſtrumas cum axungia efficaciſſimum. Eſt et alterum genus, fere Oxylapathon vocant, ſatiuo idem ſimilius, et acutiora habet folia ac rubriora, non niſi in paluſtribus naſcens. Eſt et aliud Hippolapathon, maius ſatiuo, candidiusque ac ſpiſſius. *Conf.* Colum. 10, 373. *Add.* Cic. Fin. 2, c. 8. Radix lapathi Scribon. 57. Herba breuis lapathi Hor. Serm. 2, 4, 29. Catherinum lapathum, *vid.* CANTHERIVS.

LAPIS, ĭdis. m. *Ablat. antique* Lapi: Occumbunt multi letum ferroque lapique Enn. Annal. l. 17. [λᾶας, λᾶς, λίθος] *Proprie eſt quem Graeci* λίθον *vocant: et mitior, minorque ac tenacior eſt. Vnde Gemmae,* Lapides, *non Saxa dicuntur.* Plin. 36, 18 *De mola verſatili,* Nuſquam hic vtilior, quam in Italia gignitur, lapiſque non ſaxum eſt. Idem, ib. c. 22 Eſt et viridis lapis, vehementer igni reſiſtens, ſed nuſquam copioſus: et vbi inuenitur, lapis, non ſaxum eſt. Indicorum lapidum in adamantibus dignitas prima Solin. c. 65. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 12, 231. *Panciroll. Rer. Deperd. P. 1 tit. 16 p. 42. Sic etiam vniones et Margaritas* Lapides *vocari oſtendit Brouckhuſ.* ad Tib. 1, 9, 39. Lapidum finalium *genera apud eos, qui de limitibus ſcripſerunt, multa reperiuntur. ſunt enim haec verba* 304 *Goeſ.* Lapis fluuialis, cromaticus vocatur: lapis Tiburtinus, caeſalis dicitur. terminus coctus teſtaceus, vllageris dicitur. lapis albus ſilicineus, ſi peralbus fuerit, Gallienſis nuncupatur: ſi mixtam venam habuerit, ignifer nomen habet, nam in aliquibus locis terminos non dolatos poſuimus, et nihil illis ſubter addidimus, *etc. De emendatione, vid. Goeſ.* Tabida conſumit ferrum lapidemque vetuſtas Ouid. ex Ponto 4, 8, 49. Coniectus lapidum Lucret. 3, 199. Adeſi lapides Hor. Carm. 3, 29, 36. Angularis lapis Cato R. R. 14. Bibulus lapis Virg. Georg. 2, 348 *h. e. Pumex.* Seruius Arenarium vocari *ait.* Clari lapides Hor. Carm. 4, 13, 14 *al.* cari. *Gemmas intelligi, apparet.* Incuſus lapis *Al.* Inciſus, Manualis mola, cudendo exaſperata Virg. Georg. 1, 274. Seruius. Lubricus lapis *Siſyphi* Sen. Med. 747. Manalis lapis, *vid. h. v.* Miſſiles lapides, *vid.* MITTO. Modici lapides, qui funda mitti poſſunt Liu. 38, 20. Molaris lapis Quinctil. 2, 19. Nudus lapis, *pro ſolo ſaxoſo plantis non veſtitur* Virg. Ecl. 1, 48. Numidicus lapis, Operarii lapides, Ordinarius lapis, *vid. hh. vv.* Oſſeus lapis, *vid.* OS. Parius lapis, *Marmor* Virg. Aen. 1, 597. *et* Georg. 3, 34. Pelluciduli lapidis deliciae Catull. 67, 4. *i. gemmae.* Quadrato lapide, vel lapide ſtructili reficiat Vlp. in l. Et ſi forte. §. Modus. D. Si ſeruit. vindic. Sacer Liu. 41, 17 *pr. ſc. qui limites ſignat: v. h. l. Gronou.* Nullus in campo ſacer Diuiſit agros arbiter populis lapis Sen. Hippol. v. 528. Nam veneror, ſeu ſtipes habet deſertus in agris, Seu vetus in triuio florea ſerta lapis Tibull. 1, 1, 17. Qui lapidem colunt informem atque rudem, cui nomen eſt Terminus Lactant. 1, 20. *vbi vid. Gallae.* Liu. 29, 11 Lapis quidam Sacer datur legalis Rom. quem matrem deûm vocabant. *Vid. de* Lapidibus diuis *ad* Lamprid. Heliog. 7. Lapidem e ſepulcro colere pro Deo Cic. pro Planc. c. 40. Stratus lapis Paullus in l. Si prius. ff. De aqua pluu. arcend. Lapis viuus, *Latinis, quem Graeci Pyriten vocant.* Gratius v. 404 Et viuum lapidem et circa melitenſia nectunt Curalia, *etc. vid. Interpp. Turnebus* 6, 9. ¶ 2 *Verborum formulae.* Appetere lapidibus, *vid.* APPETO. Circumſtruere lapidibus, Cooperire aliquem lapidibus, *vid. hh. vv.* Emptos de lapide *dixit* Plaut. Bacch. 4, 7, 17 — O ſtulte, ſtulte, neſcis nunc venire te: atque in eo ipſo aſtas lapide vbi praeco praedicat. *i. Te venalem eſſe pronuntiat.* Columel. 3, 3, 8 Vinitorem vulgus parui aeris vel de lapide noxium poſſe comparari putat: *Seruum nequam, quem ob noxas ſaepe admiſſas prior dominus de lapide vendit praeconio.* Cic. in Piſon. 35 c. 15 Tribunos de lapide emtos eſſe *ait, quia mercede accepta redemti fuerant, vt fauerent, Clodio, ſicut ſerui de lapide pecunia emebantur.* Ferre Lapidem altera manu, panem oſtentare altera Plaut. Aulul. 2, 2, 18. *Prouerbii vim habet petitum ab eo, qui canem allicit, vt certius ferire poſſit.* Iactare lapidem Virg. Georg. 1, 62. Inceſſere aliquem iactu lapidum Ouid. Met. 13, 566. Incidere in lapidem, *vid.* INCIDO. Iurare Iouem lapidem, *vid.* IVPITER. Loqueris lapides, *vid.* LOQVOR. Mouere omnem lapidem, *i. Omnia conari et experiri* Plin. Epiſt. 1, 20 *Graece,* πάντα λιθοκινῶ. *An hoc prouerbium euertit animos militum Antonii Triumuiri in expeditione Parthica, de quibus* Plutarchus in vita p. 937 *B. eos a guſtata per inopiam herba quadam venenata eo furoris actos, vt omnium aliarum rerum obliti nihil aliud, quam humi inclinati lapides mouerent, eruerent, transferrent.* Notare diem candidiore lapide Catul. 66, 148, *vid.* CANDIDVS. Obruere lapidibus, *vid.* OBRVO. Plaut. Aſin. 1, 1, 16 Nunc me illuc ducis, vbi lapis lapidem terit, *i. In piſtrinum. Aliud Prou.* Plaut. Curcul. 1, 3, 41 Noli Verberare lapidem, ne perdas manum. ¶ 3 Lapis, *pro Calculo humano* Scribon. 145. Lapidem extenuat 153. Ad quinquageſimum lapidem reddere Scribon. 146. ¶ 4 Lapidibus *apud veteres miliaria ſignabantur: idcirco* Lapis *pro Miliario ponitur. Vnde,* Ad quartum lapidem, *et ſimilia frequentiſſime apud* Liuium *leguntur. Adde* Flor. 2, 6, 56. Val. Max. 4, 1, 10. *Sic* Plin. 15, 18 Non caſtra Punica ad tertium lapidem vallata: *quod* Liu. 26, 10 tria millia paſſuum ab vrbe *dixit.* Interualla viae feſſis praeſtare videtur, Qui notat inſcriptus millia crebra lapis Rutil. Itin. 2, 7. *Add.* Vlpian. l. 1 §. 4 de Offic. Praefecti Vrbi Sed et ſi quid intra centeſimum miliarium admiſſum ſit, ad praefectum vrbi pertinet: ſi vltra ipſum lapidem, egreſſum eſt praefecti vrbi notionem. Quinctil. 4, 5, 22 Facientibus iter multum detrahunt fatigationis notata inſcriptis lapidibus ſpatia. *Quin elliptice etiam* Tacit. Hiſt. 2, 24 Ad duodecimum a Cremona *int.* Lapidem. *Auctor inſtituti Gracchus, de quo Plutarchus in vita.* ¶ 5 Lapis *conuicium in hominem ſtupidum, qui non* habet plus ſapientiae, quam lapis, *vt eſt* Plaut. Mil. 2, 2, 81. Ter. Heaut. 4, 7, 3 Cape hoc argentum, ac defer. S. hei, quid ſtas lapis? quin accipis? Id. Hec. 2, 1, 17 Tu

inquam

inquam mulier, quae me omnino lapidem, haud hominem putas. *Add.* Id. ibid. 5, 1, 44. Plaut. Merc. 3, 4, 47. *Hoc ſenſu Pierius Valer. Hieroglyph. l. 49 tit. de Lapide, explicat* Matth. 3, 9. et Luc. 3, 8. *Hic tamen potius hyperbole videtur eſſe, vt*, Lapides mehercule omnes flere ac lamentari coegiſſet Cic. de Orat. 1 c. 75. ¶ 6 Lapis, *Feminino genere in vſu apud antiquos, vt auctor eſt* Nonius 3, 123 *citans* Ennium, Tanto ſublatae tunc agmine ſunt lapides. *Idem* Ennius *apud* Priſcian. 6 Occumbunt multi leto ferroque lapique, *quaſi pariſyllabum eſſet* Lapis *Genit.* Lapis.

LAPIDEVS, a, um. Adi. [λίθινος, λάϊνος] *Quod ex lapidis materia conſtat. Sed Metaph.* Plaut. Truc. 4, 3, 44 Lapideus ſum, commouere me miſer non audeo. *Comparat ſe per comicam laſciuiam cum Niobe, quae prae dolore obriguit in lapidem, ſic ſe ait prae metu non audere ſe commouere, et hinc rigere inſtar lapidis.* Cic. Tuſc. 3, 63 Niobe fingitur lapidea, propter aeternum in luctu ſilentium. Duritia lapidea Plin. 27, 11. Cic. de Diuin. 2, 60 Te nec terrae fremitus, nec caeli diſceſſus, nec lapideus aut ſanguineus Imber, nec traiectio ſtellae, nec faces viſae terrebunt. Imbri lapideo pluit Liu. 30, 38. Litus lapideum, *vid.* ALBION. Murus lapideus Liu. 1, 38.

LAPIDŌSVS, a, um. Adi. [λιθώδης] *Quod lapidibus abundat.* Plin. 19, 8 In locis incultis, lapidoſis. Ager lapidoſus Ouid. Met. 8, 799. Corna lapidoſa, *Dura* Virg. Georg. 2, 34. Ictus lapidoſus grandinis Claud. de Bell. Get. 240. Montes lapidoſi Ouid. Met. 1, 44. Nitrum lapidoſum Plin. 31, 10. Panis lapidoſus Senec. de Benef. 2, 7. Pomis lapidoſis obruta terra Columel. 10, 2. Riuus lapidoſus Ouid. Faſt. 3, 273. Terra lapidoſa, Lapidoſa loca Varr. de R. R. 1, 9. *Compar.* Plin. 34, 12 Myſi eſt lapidoſius.

LAPIDOSĬTAS, ātis. f. Tertull. de Habitu Muliebri c. 6 In piſcium cerebris lapidoſitas quaedam eſt.

LAPIDĀRIVS, a, um. Adi. [λιθοξοϊκός] *Quod ad lapides pertinet.* Campi Solin. c. 2. Plaut. Capt. 3, 5, 65 Inde ibis porro in latumias lapidarias. Literae lapidariae, *i. Saxis inciſae* Petron. c. 58. Nauis lapidaria Idem c. 117.

LAPIDARIVS, i. m. [λιθάστης Gloſſ. Gr. Lat. λατόμος Gloſſ. Lat. Gr.] Vlpian. in l. Si vt certo §. Sed interdum D. Commodati, Nam et Mela ſcripſit, ſi ſeruus lapidario commodatus, ſub machina perierit, teneri fabrum commodati, qui negligentius machinam colligarit. *Vid.* Funerarius, *ſubſt. in* FVNVS. *Add.* Petron. c. 65.

LAPILLVS, i. m. Diminut. [λίθαξ] Plin. 10, 23 Nocturnis temporibus lapillum pede ſuſtinentes. Qui litoribus nitent lapilli Martial. 9, 58. Dies ſignandi melioribus lapillis Id. Epigr. 53. Erythraeis Thetidis lapillis, *i. margaritis pro albis calculis* ſignanda nox Stat. Silu. 4, 6, 18. Attritus lapillus, *vid.* ATTERO. Niuei lapilli Hor. Serm. 1, 2, 80. Lapilli, *Lapides pretioſi, vt ſunt gemmae, margaritae.* Hor. Serm. 1, 2, 80 Nec magis huic intra niueos viridesque lapillos. Peregrini lapilli Ouid. de Nuce v. 141.

LAPILLVLVS, i. m. *Aliud Dimin. Idem.* Solin. c. 15 Grues ſublatis lapillulis ad moderatam grauitatem ſaburrantur.

LAPICĪDA, ae. m. *vt* Homicida, *non* Lapidicida. [λατόμος Onomaſt. Vet.] *Qui lapides caedit.* Varr. de L. L. 7, 33 Qui lapides caedunt Lapicidas.

LAPICIDĪNA, ae. f. [λατομία] *Locus vbi lapides exciduntur.* Varro de L. L. 4, 32 p. 36, 30 *de Tulliano carcere*, Syracuſis, vbi ſimili de cauſa cuſtodiuntur, vocantur Latomiae, et de Latomia translatum, quod hic quoque Lapicidinae fuerunt. *In Durdrac. male editum* Lapidicinae. *Melius Scioppius* Lapicidinis, *cum* Lapicida *ipſe* Varro *probet.* Plaut. Capt. 3, 5, 78 In lapicidinas facite deductus fiet. Ibid. 5, 1, 24 In lapicidinas compeditum condidi. Cic. de Diuinat. 1 c. 13 Fingebat Carneades in lapicidinis Chiorum ſaxo diffiſſo Caput exſtitiſſe Paniſci. *Conf.* 2 c. 21. *Scripturam* Lapicidina *probat etiam Manut. Orthogr.* p. 479 *ex Veter. Lapide, quem dum repetit Gruterus* p. 593, 8, *exiit non recte* LAPIDICINIS: *quae quidem poſterior ſcriptura paſſim in ſequioris aeui libros irrepſit. Sic* Scribon. 159 Lapidicinae *et* Saxa in Lapidicinis. *Sic ſcriptum* l. 9 §. 2 ff. de Vſufr. l. 13 §. 5 eod. l. 77 de Contrah. Emt. vend. *quinquies.* l. 13 §. 1 Communia praedior. *et paſſim* in Digeſtis.

LAPICIDINARIVS, i. m. *Idem quod Lapicida*, λαξευτής, λιθοξόος: *in* Gloſſ. Cyril.

LAPĪDO, āre. [λιθοβολέω, λιθάζω, καταλιθάζω,] *Lapidibus caedere.* Quinctil. 8, 2 Lapidare quid ſit, manifeſtum eſt. Praeteriens aliquis tralatitia humanitate lapidabit Petron. c. 114. *i. lapidem aut glebam corporibus noſtris iniiciet, ne maneant plane inſepulta.* Florus 1, 22 Exercitus Poſthumium Imperatorem, inficiantem quas promiſerat praedas, facta in caſtris ſeditione lapidauit. Lapidata templa ſunt Tranquil. in Caligula c. 5. *a plebe DIs irata ob mortem Germanici.* Stephanus quum lapidaretur Tertull. Adu. Prax. c. 30. *Add.* Vulgat. Hebr. 11, 37. ¶ 2 Lapidare, *ad inanimata transfertur, et ſignificat Percutere, pulſareque, etiam ſine lapidibus.* Macrob. Sat. 2, 7 Notantes eius impotentiam, hac dicacitate lapidatam. *Conf. Buchner. ad* Lactant. 6, 23. ¶ 3 Lapidauit, *pro Lapidibus pluit.* Liu. 43, 13 Reate imbri lapidauit. *Sic* 29, 14 Nouendiale ſacrum, quod de caelo lapidatum eſſet factum. Lapidatum eſt, *pro Lapidauit, i. lapidibus pluit* Liu. 44, 18.

LAPIDANS, antis. Partic. Vulg. Interpr. Act. 14, 19 Lapidantes Paullum traxerunt.

LAPIDATIO, ōnis. f. [λιθοβολησις] Cic. pro P. Syll. 15 — Ille ambitus iudicium tollere, ac diſturbare primum conflato voluit gladiatorum, ac fugitiuorum tumultu: deinde id quod vidimus omnes lapidatione, atque concurſu, *i. Lapidum iactu, inquit Budaeus. Add.* Id. pro Domo c. 5. *et* Verr. 4 c. 43. *De grandine dicitur. vt*, Ne ventis grandiniſque lapidatione quaterentur. l. 4 Cod. de Malefic. et Math. *De* Theatralibus lapidationibus *vid. Erhard. et Burm. ad* Petron. c. 90. *Barth. Aduerſ.* 22, 13. *Meurſ. ad Lycoph. Caſſandr.* v. 331. *et Caſaub. Animaduerſ. in Athenaeum* 6, 11. *et ad* Sueton. Calig. c. 5.

LAPIDĀTOR, ōris. m. [λιθαστής] Cic. pro Domo 13 c. 5 Percuſſor, lapidator, fori depopulator, obſeſſor curiae.

LAPĪDESCO, ēre. [λιθόομαι] *pro In lapideam duritiem conuerti. apud* Plin. 2, 163. Idem 32, 2 *de Baccis coralli*, Aiunt tactu protinus lapideſcere. Lapideſcere duritia Plin. 16, 6.

LAPIDICAESOR. [λατόμος Gloſſ. Gr. Lat.] *Eſt itaque idem qui* Lapicida.

LAPIO, īre. *Durum efficere, et quaſi In lapidem conuertere.* Pacuuius *apud* Non. 1, 87 Lapit cor cura, aerumna corpus conficit. *Obſoletum verbum.* Feſtus: Lapit, Dolore afficit.

LAPĪTHAE, arum. m. pl. [Λαπίθαι] *Populi fuerunt, quorum rex fuit Pirithous. Hi Pindum et Othryn Theſſaliae montes habitarunt.* Virg. Georg. 3, 115 Frena Pelethronii Lapithae gyroſque dedere. Seruius in fextum Aeneid. Lapithae, populi Theſſaliae fuerunt, quibus imperabat Ixion amiciſſimus Ioui, Phlegyae filius Virg. Aen. 6, 601. Quid memorem Lapithas? Saeui Lapithae. Hor. Carm. 2, 12, 5 *Quod in epulis nuptialibus Pirithoi regis ſui cum Centauris depugnarunt. vid.* Ouid. Met. 12, 219 ſq.

LAPITHAEVS, a, um. Adi. [Λαπίθαιος] Gens Lapithaea Ouid. Met. 12, 530.

LAPITHEIVS, a, um. *Aliud* Adi. [Λαπιθήϊος] Praelia Lapitheia Ouid. Met. 14, 670.

LAPITHONIVS, a, um. *Idem.* Lapithonia Nympha Stat. Theb. 7, 297.

LAPPA, ae. f. [ξάνθιον] *Herbae genus, cuius flos an fructus facile adhaereſcit.* Plin. 21, 17 Notabile et in lappa, quae adhaereſcit, quoniam in ipſa flos naſcitur, non euidens, ſed intus occultus, et intra ſe germinat, velut animalia, quae in ſe pariunt. Idem 18, 17 *pr.* Lappam inter frugum morbos *numerat.* Lappa boaria, *vid.* BOS. Tenax lappa Ouid. ex Pont. 2, 1, 14. Lappaeque tribulique Virg. Georg. 3, 385.

LAPPACEVS, a, um. Adi. Plin. 22, 17 (18) Semina in capitibus lappaceis adhaerentia veſtibus. *De helxine.*

LAPPĀGO, īnis. f. *Herba ſimilis anagallidi, niſi eſſet ramoſior, ac pluribus foliis aſpera, rugoſa, aſperioris ſucci, grauis odoris* Plin. 26, 10.

LAPSĀNA, ae. [λαψάνη] *Silueſtre olus.* Varr. R. R. 3, 16, 24. Lapſanae vulgares Colum. 9, 4, 5. Lapſanae flos Id. 12, 7, 1. Plin. 19, 8 f. 41 Nec non olus quoque ſilueſtre eſt, triumpho (*ſic nalim cum Elzeuir. quam cum Hard.* trium foliorum) Diui Iulii carminibus praecipue iocisque militaribus celebratum: alternis quippe verſibus exprobrauere, Lapſana ſe vixiſſe apud Dyrrhachium, praemiorum parſimoniam cauillantes. Eſt autem id Cyrna ſilueſtris, *vid.* Harduin. Lampſana *ſcribitur* Celſ. 2, 25 *et* 31. *et alias ex Graeco, niſi fallor.*

LAPSIO, LAPSVS, *vid. in* LABOR.

L A Q

LAQVEAR, καλάθωσις Gloſſ. Cyrilli: et LAQVEĀRE, is. n. [φάτνωμα, ὀρόφωμα] *Idem quod* LACVNAR, *vbi declaramus. Hic modo illud addimus, a* Lacu *etiam ſic deriuari* Ablaqueo *ſ.* Oblaqueo. Virg. Aen. 1, 730 — dependent lychni laquearibus aureis, *vid.* Seruius. Sculpentem faciet ſanctis laquearia tectis Manil 5, 512. *Sed omittit Bentl.* Plin. 33, 3 Laquearia, quae nunc et in priuatis domibus auro teguntur, poſt Carthaginem euerſam primo inaurata ſunt in Capitolio. Lacuaria *etiam probat* Seru. *ad* Aen. 1, 730. *quo etymologia a* Lacu *probatur.* Summi laquearia tecti Virg. Aen. 8, s.

LAQVEARIVM, i. n. ὀροφωσις, ὀροφή Gloſſ. Gr. Lat.

LAQVEARIVS, i. m. *Artifex ſtruendi laquearia, vel lacunaria.* l. 2 Cod. Theod. de excuſat. Artif. Architecti, laquearii, atharii, *etc.*

LAQVEO, āre. Manil. 1, 532 Ignibus in varias caelum laqueantia formas. *Conf.* LAQVEO *ex* LAQVEVS.

LAQVEĀTVS, (*et* LACVATVS Seru. ad Aen. 1, 730.) a, um. Adi. [ὀροφωτός] *Laquearibus ornatus.* Templum vndique tectum, pulcherrimeque laqueatum Cic Verr. 1 c. 51 *pr.* Id. de Legib. 2, 2 Equidem, qui nunc potiſſimum huc venerim, ſatiari non queo, magnificaſque villas et pauimenta marmorea, et laqueata tecta contemno. Laqueatum auro templum Liu. 41, 20. Sueton. Ner. c. 31. Habitare in domibus laqueatis Vulgat. Hagg. 1, 4. ¶ 2 *Alio ſignificatu, vid. ſub* LAQVEVS.

LAQVEVS, i. m. [βρόχος, παγίς] *Funis proprie talis, quo ad capiendum*, iaciendum, illiciendum, *vtuntur venatores et alii: cognatum nomen Ebraicae radici* לקח *et laciniae, qua quid captatur prehenditur, etc.* Cic. Verr. 4, 37 c. 17 Homini iam perdito et collum in laqueum inſerenti ſubueniſti. Tacit. Ann. 15, 57, 2 Epicharis vinculo faſciae, quam pectori detraxerat, in modum laquei ad arcum ſellae (*qua geſtabatur*) reſtricto, indidit ceruicem, et corporis pondere connixa, tenuem iam ſpiritum expreſſit. Teretes laquei *venantium* Senec. Hippol. 45. Tenaci laqueo cadens corpus implicuit Id. ib. 1086. Validi laquei Propert. 2, 34, 48. Captare feras laqueis Virg. Georg. 1, 139. Claudere animam laqueo Ouid. Met. 7, 604. Compellere aliquem ad laqueum, *vid.* COMPELLO. Conſtringere laqueo Scribon. 84, *i. faſcia.* Eripere ſibi ſpiritum laqueis Val. Max. 6, 3 *extr.* Expedire laqueos ad aues capiendas Pallad. Dec. 6, 2. Finire vitam laqueo Sen. Hippol. v. 259. Frangere gulam laqueo Salluſt. Cat c. 55. Implicare collum laqueis Ouid. Epiſt. 2, 192. Iniicere laqueum alicui, *vid.* INIICIO. Interimere aliquem laqueo Hor. Serm. 2, 3, 131. Ligare guttura laqueo Ouid. Met. 6, 132. Nodatus collum laqueo Id. Rem. Amor. 17. Obſtringere ſuum collum laqueo Plaut. Aul. 1, 1, 39. Laqueum venandi cauſa Ponere l. 55 D. de acquir. rer. dom. Pallad. Mart. 9, 4 Laquei fetis pendentibus Ponuntur talpis. Premere collum laqueo Hor. Epiſt. 1, 16, 37. ¶ 2 *Metaphorice ponitur* Laqueus, *pro Quacunque re, qua homo capi et quaſi irretiri poteſt* Diſputationum laquei Cic. de Orat. 1, 42 c. 10. Erroris laquei Iuuenal. 3, 12 *et* 403. Cic. pro Milon. 41 c. 15 Atque illam belluam iudicii laqueos declinantem iam irretitam teneret. Idem pro Cluent. 150 Putant enim minus multos laqueos legum et conditionum ac iudiciorum propoſitos eſſe oportere. Iuris laqueos enodare, *i. difficiles leges explicare* Gell. 13, 10. Periculorum multis laqueis implicari Firmic. 5, 1. *Adde* 4, 14. Quinct. 5, 7, 11 Turbantur *teſtes*, et a patrono diuerſae partis induuntur in laqueum. Inuoluere ſe laqueis inſidioſae interrogationis Plin. Epiſt. 1, 5. Cic. pro Caecin. 83 c. 29 Si ad interdicti ſententiam confugis: et de quo fundo actum ſit tum, quum Ebutius reſtituere iubebatur, id quaerendum eſſe dicis: neque aequitatem rei, verbi laqueo capi putas oportere: in meis caſtris, praeſidiiſque verſaris. Inexplicabiles laquei Quinctil. 5, 10, 101, *De multitudine praeceptorum.* Cadere in laqueos, *pro Decipi*, Ouid. de Arte Am. 3, 591. Reuertamur ad Chryſippi laqueos Cic. de Fato 7.

LAQVEARIVS, i. m. Iſidoro 18, 56 Eſt inter Gladiatores, qui laqueum aduerſario iniiciebat, vt poſterneret et perimeret, *vid.* Lipſ. Saturn. 2, 13. Laquearius *pro Artifice, vid.* LAQVEAR.

LAQVEO, āre. *Laqueo irretire.* Manil. 5, 659 Extentis laqueare profundum Retibus, et pontum vinclis arctare furentem, *de piſcatoribus.* Grat. Cyneg. 29 Caſſem per ſenos ſinus laqueabis, *nectes. Sed* Manil. 1, 532 (*ed. vulg. Nam Bentleius omittit*) Haec igitur texunt aequali ſidera tractu Ignibus in varias caelum laqueantia formas: *ad laquear ſ. lacunar referendum videtur:* Sidera caelum laqueant, *faciunt vt* lacubus, laqueari, lacunari *ſimile videatur. A* laqueo, *ſed tralate* Iuuenc. 1, 524 Si te laqueauerit error. *Vid.* Lutat. ad Stat. Theb. 11. Paullin. Nol. in Natal. Felic. 7, 78 Palaemon, Grammat. p. 1384 *Putſch.*

LAQVEĀTVS, a, um. Adi. [παγιδευθεὶς] *Laqueis irretitus.* Columel. 6, 19, 3. Caeterum corpus laqueatum et diſtentum temonibus obligatur, ſicque immotum medentis arbitrio eſt expoſitum. *Vid.* Solin. c. 25 In alio ſignificatu, *vid.* LAQVEAR.

LAQVEĀTOR, ōris. m. *Idem quod Laquearius, apud* Iſidor. 18, 56. *Conf. Stewech. ad* Veget. 3, 22 p. 261.

L A R

LAR, laris, *vid. poſt* LARA.

LAR, LARS, LARTES, *nec enim ſatis certa eſt ſcriptura, videtur Regem, praeſidem, tutorem notaſſe antiquis Etruſcis, et hinc praenomen factum* Porſenae, *de quo* Liu. 2, 9 Iam Tarquinii ad Lartem Porſenam Cluſinum regem perfugerant: *itemque* Tolumnii, *de quo idem* Liu. 4, 17 Fidenae colonia Romana ad Lartem Tolumnium Veientium regem defecere. *De nominatiuo dubitatur.* Priſcian. 5 p. 645. *vbi de nominibus in* AR, *Lar* quando ſignificat κατοικίδιον θεὸν *Laris* facit genitiuum: ſin autem imperatorem Veientorum, *Lartis*, quem mactauit Coſſus. Et teſtis eſt Ouidius in Epigrammatis ſic dicens, *Larte ferox caeſo Coſſus opima tulit. Sic et* Chariſ. 1 p. 110 *pr. Lar* ſi familiaris erit, genitiuo *laris:* ſi Tolumnii vel Porſennae, *Lartis. Sed* Auſon. Technop. 83 p. 484 *Toll.* Tertia opima dedit ſpoliatus Aremoricus Lars. *Sic omnes libri. Et fauet analogia in nominibus* Ars, Mars, Pars, Fors, Sors; *cum nullum in* R *finitum in genitiuo* T *aſſumat. Apud Dion. Halicarn. Antiq.* 5 p. 293 *eſt* Λάρος ὄνομα, Πορσῖνος ἐπίκλησιν, *et lib.* 11 p. 729 Λάρος Ἑρμίνιος.

LARA, ſiue **LARVNDA**, ae. f. [Λάρα] *Narrante* Ouidio Faſt. 2, 599 ſqq. *Nympha fuit Tiberina, cui Iupiter linguam abſcidit, quod furtiuos amores ipſius cum Iuturna Iunoni indicaſſet, (Huc alludens Ouidius l. c.* Lalam *vocatum eſſe ait,* λάλον, *loquacem) et ad inferos duci iuſſit per Mercurium, vt inter nymphas Stygias conſtitueretur. Mercurius vero, dum mandata exſequeretur, nymphae pulchritudine in itinere captus, cum ea concubuit. Quae praegnans facta peperit geminos, quos a matris nomine Lares appellauit.* Lactant. 1, 20, 35 Quis quum audiat Deam mutam tenere riſum queat? Hanc eſſe dicunt, ex qua ſint nati Lares, et ipſam Laram nominant, vel Larundam. Varro L. L. 4, 10 *fin. e Sabinorum lingua eſſe ait* Laram, Larundam, Lares. *Alias vocatur* Mania Dea mater Larum, *vid.* MANIA, *it.* LARIGENA.

LAR, laris. *et* pl. **LARES**, ium. m. [δαίμονες ἐπίχωροι, ἐφέστιοι θεοὶ, θεοὶ κατοικίδιοι] Lares *dici Graecis* δαίμονας *ſcribit* Cic. de Vniuerſ. 34. A Laſibus Lares Varr. L. L. 5 *pr. dictos ait. Sed qui ſint* Laſes, *non docet. Videtur autem ipſum nomen praeſidem ac tutorem, ſicut modo obſeruauimus, notaſſe, in primis vero domus vniuscuiusque, qui dicitur* Lar familiaris Cato R. R. 2, 1 *quem* ſalutat paterfam. vbi in villam venit. Apul. Flor. p. 349, 25 Crates ille Diogenis ſectator, qui vt Lar familiaris apud homines aetatis ſuae Athenis cultus eſt. Nulla domus ei vnquam clauſa erat: nec erat patris familias tam abſconditum ſecretum, quin eo tempeſtiue Crates interueniret, litium omnium et iurgiorum inter propinquos diſceptator atque arbiter. Plaut. Aulul. Prol. Ego Lar ſum familiaris. *Videndus totus locus. Originem huius* Laris familiaris *declarat* Seru. *ad* Aen. 6, 152 Apud maiores omnes in ſuis domibus ſepeliebantur, vnde ortum eſt, vt lares colerentur in domibus, vnde etiam vmbras *laruas* vocamus. *Conueniunt haec cum iis, quae damus in* LARIGENA, *et* LEMVRES, *et* MANES. *Sed etiam publice colebantur:* Ouid. Faſt. 6, 791 Lucifero ſubeunte Lares delubra tulerunt, Hic vbi fit docta multa corona manu. *Obſerua* Larem *in primis* corona *coli.* Cato 143, 2 Kalendis, Idibus, Nonis, feſtus dies cum erit, coronam in focum indat, per eosdemque dies Lari familiari pro copia ſupplicet. *Vid.* Plaut. Aul. Prol. Feſtus *voce* Donaticae coronae. Sueton. Aug. 31. Ouid. Faſt. 2, 615 *narrationem de* Lara, *quam retulimus, ita concludit,* Fitque grauis, geminosque parit, qui compita ſeruant, Et vigilant noſtra ſemper in vrbe Lares. *Locus claſſicus de Laribus eſt* Arnob. adu. Gent. 3 p. 125 *ſq.* Ouid. Faſt. 5, 129 *ſeqq. inter alia* Praeſtites Lares *cur dicantur, docet,* Quod praeſtant oculis omnia tuta ſuis. Stant quoque pro nobis, et praeſunt moenibus vrbis, Et ſunt praeſentes, auxiliumque ferunt. *Deinde reddit cauſam,* cur canis ante pedes *ſtet Laris? Reſpondet,* Seruat vterque domum *etc.* Exagitant et Lar, et turba Diania (*canes, venaticum animal*) fures: peruigilantque Lares, peruigilantque canes. *Tum* Mille Lares - vrbs habet *etc.* Tib. 1, 1, 23 Vos quoque felicis quondam, nuc pauperis agri Cuſtodes, fertis munera veſtra Lares: *Brouckh. notat praecipuos* Larum *horum fuiſſe Siluanum et Priapum. Nempe vt iam monere coepimus,* Lar *praeſidem et cuſtodem Deum notat. Sic* Martian. Cap. 1 p. 16 Quirinus, Mars Laris (*quid ſi* Lars?) militaris — Mulciber, Lar caeleſtis, nec non etiam militaris — Neptune autem, Lar omnium cunctatis, ac Neuerita — conueniſtis. Lar *itaque praeſes eſt. Hinc* Liu. 40, 52 Laribus Permarinis aedem vouit L. Aemilius nauali praelio, *qui in domibus illis ligneis et per mare fluctuantibus comitarentur Romanos, et tuerentur, ne illae domus in poteſtatem hoſtium venirent. Vid.* PERMARINVS. *Etiam* Hoſtiliis laribus immolabant, quod ab iis hoſtes arceri putabant, Feſtus. *De his* Propert. 3, 2, 11 Hannibalemque lares Romana ſede fugentes. Querquetulani Lares, *vid. h. v.* Plin. 14, 4 Non maria plus conferre temerata mercatori, quam ſedulum ruris Larem. *i. quam habitationem et cultum ruris.* Ruralium Larum vicus *eſt in* Inſcr. Grut. p. 251, 3. Perſ. 5, 31 Bullaque ſuccinctis laribus donata pependit, *quod habitu peregrinantium (coluntur in viis, compitis) erant pellibus amicti, cum cane comite.* Lares viales *apud* Plaut. Merc. 5, 2, 24. *vt ſuſpicor, Dii ſunt, qui viae praeſunt, vt ſint* θεοὶ ἐνόδιοι, *quos inuocare ſolent, qui peregre proficiſcuntur, et ad viam ſe accingunt, quo etiam cognomento colebatur Mercurius. Turnebus. Add.* Brouckh. *ad* Propert. 4, 3, 17 ¶ 2 Lar, *pro ipſis Aedibus, ſeu Domo priuata videtur poni* Hor. Serm. 1, 2, 56 Qui patrium Numae donat, fundumque laremque. Cic. Verr. 3, 125 c. 54 Pauci eſſent reliqui, qui L. Metelli auctoritate in agros, atque ad ſuum larem familiarem redirent. *Sic* Ouid. Faſt. 5, 652 Montibus his ponunt ſpemque Laremque ſuum. *i. Domicilia.* Paruo ſub lare Hor. Carm. 3, 29, 14. Paterni laris inops Id. Epiſt. 2, 2, 50. Patrium larem reuiſurus Apul. Met. 11 p. 270. Preſſus lar Perſ. 5, 109. Fodere larem ſub terris Virg. Georg. 4, 43. Homo ſine lare Curt. 5, 12, 2. *i. Non habens coniugem, liberos, domum. Add.* Plaut. Trin. 1, 2, 1. Lar *item pro Parte interiore domus ipſoque adeo foco.* Ouid. Faſt. 1, 135 Omnis habet geminas hinc atque hinc ianua frontes: E quibus haec populum ſpectat, at illa larem. *Poſſet hic etiam pro foco accipi, ſicut alibi apud Poëtas.* Lar, *pro igne.* Columel. 11, 1, 19 Conſueſcatque *villicus* ruſticos circa larem domini, focumque familiarem ſemper epulari. *Sed ad totam vrbem retulit* Martial. 1, 77 Flacce, Antenorei ſpes et alumne Laris, *i. Patauinae ciuitatis.*

LARARIVM, i. n. [ἐφέστιον θεῶν ἱερὸν] *Sacrarium domeſticum, in quo lares et dii domeſtici colebantur. Scribit* Lampridius in vita c. 29 Alexandrum Seuerum in larario rem diuinam matutinis horis factitaſſe ad effigies deorum, in quibus habebat Abrahamum et Chriſtum. Id. c. 31 *extr.* In ſecundo larario habuit ſimulacrum Virgilii et Ciceronis *etc.*

LARIFVGA, ae. f. Larifuga neſcio quis, qui non valet lotium ſuum Petron. in Fragm. Tragur. c. 57. *qui vel nequitia ſua vel ſcelere domo pulſus eſt.*

LARIGENA. *i. domi natus, ſicut in* Iſid. Gloſſis *pro* Largens *reſtitui vult Barth. Adu.* 7, 13. *Verba ſunt* Largens, domeſticus. *Magis placet Graeuiana coniectura* Lar, genius domeſticus. Auſon. Technop. p. 480 Nec genius domuum Larunda progenitus Lar. Arnob. 3 p. 125 Varro larnas eſſe dicit Lares, quaſi quosdam genios defunctorum.

LARBASON, i. n. *Stibium.* Plin. 33, 6.

LARDVM *et* **LARIDVM**, i. n. [ὕειον τάριχος] *Caro ſuilla eſt quoquomodo ſalſa, praeſertim id Pingue, quod eſt in ſue.* Plin. 28, 11 *dixit,* Lardum pingue hoc vnctum, *quaſi et macrum dici poſſit. Sicut* macra ſus Id. 28, 17 *pr.* Martial. 5, 79 Et pallens faba cum rubente lardo: *hic itaque caro eſt, non pingue tantum.* Fruſtra ſemeſa lardi Hor. Serm. 2, 6, 85. Graue lardum Stat. Silu. 4, 9, 34. Natalitium cognatis ponere lardum Iuuen. 11, 84. Pinguia larda Ouid. Faſt. 6, 169. Macrob. Saturn. 7, 12 Salitam carnem laridum vocamus, vt opinor, quaſi large aridum. *Conf.* Plaut. Capt. 4, 2, 67. *et ib.* ſcena 3 *aliquoties.* Apic. 7, 9. ¶ 2 *Adiectiuum etiam eſt* Laridus. Gloſſa Philox. Laridus ξηρὸς L. 17 C. Theod. de Cohortalibus, Pro octoginta libris laridae carnis.

LARENTALIA, *vid.* LAVRENTALIA.

LARENTIA. *Nobiliſſima meretrix, vid.* FLORA LAVRENTIA.

LARGIOR, īri. [δωρέομαι, προίεμαι, χαρίζομαι, δαψιλεύομαι] *Abunde donare.* Plin. 16, 12 Fructum quaedam proximo anno ab inciſu largiuntur. Beneficium ex facili largiri Senec. de Benef. 3, 8. Patrimonium effundere inconſulte largiendo Cic. Off. 2 c. 15. Id. pro Corn. Balb. 50 Homo tum grauitate et prudentia praeſtans, tum vel nimium parcus in largienda ciuitate. Coenam Plaut. Amph. 1, 1, 155. Exequias et ſollemnia largiri alicui Stat. Theb. 12, 80. Honores largiri alicui Hor. Epiſt. 2, 1, 15. Iniurias reip. *i. condonare,* Tac. Ann. 3, 70. Laetitiam Plaut. Capt. 4, 2, 49. Cic. de Legib. 3, 38 Sed ego, etſi ſatis dixit pro ſe in illis libris Scipio, tamen libertatem iſtam largior populo, vt et auctoritate valeant, et vtantur bonis: ſic enim a me recitata lex eſt de ſuffragiis. Mores Plaut. Aſin. 5, 2, 82. Munera largiri alicui Propert. 1, 3, 25. Occaſionem impudentiae Plin. 2, 23. Cic. Fam. 5, 12 Amori noſtro pluſculum etiam, quam concedet veritas, largiare. Praedam munifice largiri, *vid. poſt* MVNVS. Se largitur vltro Plaut. Mil. 4, 6, 28. *i. offert.* Vitam Id. Aſin. 3, 3, 20. Apul. Met. 6. *Cum ablat.* Alicui aliqua re largiri Plaut. Perſ. 2, 3, 13. *et* Pſeud. 1, 4, 3. Si tempus non largitur, *i. Non concedit, non permittit* Columel. 5, 9. Hoc mi da atque largire Cic. Fam. 13, 50. Plaut. Bacch. 4, 7, 30 Tum libertatem Chryſalo largibere, *pro* Largieris. *Add.* Id. Mil. 4, 6, 28. Largibar *pro* Largiebar, Propert. 1, 3, 24. Largitor de te puer Ter. Adelph. 5, 8, 17. *i. de tuo.* Cic. Fam. 3, 8 Quum et natura ſemper ad largiendum ex alieno fuerim reſtrictior.

LARGITVS. Secunda fortuna regnum largita Cic. de Aruſp. Reſp. c. 25. Plin. 17, 11 Aut ſi id conditio largita non ſit.

LARGIENS, entis. Vulg. Interpr. 2 Paral. 14, 5 Domino pacem largiente.

LARGIO. *Actiue.* Lucil. *apud* Non. 2, 888 Tu primum haec viſcera largi. *Et* Accius *apud eund.* 11, 19 Benigne et pro beneficio largi, atque ampliter. *Laurenberg. Antiqu. legit* largito: *et laudat* Catonem lege Baebia, Pecuniam inlargibo tibi.

LARGITOR, āri. Frequent. Plaut. Trin. 3, 3, 14 Ex ea dote largitari te illi.

LARGĪTOR, ōris. m. [δώτωρ, δοτὴρ, ſeu ὁ δαψιλὴς δοτὴρ] *Qui copioſe dat, quod pro re vel vitioſum eſt, vel laudabile.* Cic. Off. 1, 64 c. 19 Exiſtuntque in Repub. plerumque largitores et factioſi, vt opes quam maximas conſequantur Liu. 6, 16. Honorum pronus largitor Claud. quart. Conſ. Hon. 117. Laticis ſacri Bacchus Sil. 7, 164. Opum largitor Stat. Silu. 3, 1, 91. Opum magnarum largitor Claud. quart. Conſ. Hon. 117. *In bonam partem* Ambroſius de Spir. S. 2, 12 Largitor, ſuae moderator eſt largitatis.

LARGITIO, ōnis. f. [δωρεὰ, παροχὴ, διανομὴ, δαψιλὴς χορηγία] *Copioſa donatio, peculiari autem ratione ea diſtributio, quae fit ad aucupandum fauorem in petitione magiſtratuum.* Cic. Offic. 2, 53 c. 15 Praeclare in epiſtola quadam Alexandrum filium Philippus accuſat, quod largitione beneuolentiam Macedonum conſectetur. *Et* Off. 2, 55 c. 15 Iam in prouerbii conſuetudinem venit, largitionem fundum non habere. Augere aliquem largitione Tacit. Ann. 13, 18. Corrumpere largitionibus, *vid.* CORRVMPO. Caecare mentes largitione, *vid.* CAECO. Huiusmodi incepti duntaxat arguere, paene maleficii largitionem eſt facere Rutil. Lupus de Figuris Sent. l. 1 p. 5. in Metanoea, *i. veniam dare, condonare, vt* Largiri Iniurias. Largitio, *pro Liberalitate* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 39 Quo facto duas res conſecutus eſt, quod pignore animos Centurionum deuinxit, et largitione redemit militum voluntates. ¶ 2 *Sequiori aetate* Largitiones *dictae ſunt res priuatae Principis. Vid. Salmaſ. ad Hiſt. Aug.* Tom. 1 p. 779 ſq. *Hinc* Comites Sacrarum Largitionum, *qui illas curarent, de quibus paſſim mentio in vtroque codice. Vid. Iac. Gothofr. ad* l. 1 C. Th. de Conſularibus et Praeſidibus.

LARGITIONĀLIS, is. m. *Largitionum miniſter, apud* Vopiſc. in Carino c. 20.

LARGITIONĀLIS, e. Adi. Aurum largitionale l. 13. C. de Suſcept. Tituli largitionales l. 12. C. Theod. de Vectigal.

LARGĬTAS, ātis. f. [δαψίλεια] *Abundantia.* Auaritia ſemper odioſos, claros largitas facit Boëth. de Conſ. Phil. 2 Proſa 6. Largitas *humanitatis ac liberalitatis;* largitio *ambitionis eſt Muret. in* Tac. An. 2, 55. Fulgent. Mythol. 1 p. 22 Munifica largitas. Ter. Adelph. 5, 9, 28 Quae iſtaec ſubita eſt largitas? Idem Heaut. 3, 1, 31 Vehemens in vtramque partem Menedeme es nimis, aut largitate nimia, aut parſimonia. Cic. de Nat. Deor. 2, 156 c. 62 Maxima largitate fundit ea.

LARGIMENTVM, i. n. Fulgent. Mythol. 2 pro. Non hominis, ſed diuinum largimentum.

LARGITVDO, ĭnis. f. [δαψίλεια Gloſſ. Gr. Lat.] Largitudo nusquam inuenitur, niſi apud Nepotem Chariſ. 1 p. 78.

LARGVS, a, um. Adi. [δαψιλὴς, εὐδάπανος, λαμπρὸς ἐορὺς] *Copioſus ſ. ſimpliciter, ſiue in dando. A poſteriori ſignificatione incipiamus.* Cic. Off. 2, 55 c. 16 Omnino duo genera ſunt largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Idem pro Deiot. 26 Magnanimum, largum, beneficum, liberalem. Lacrymarum largus Plaut. Aſin. 3, 1, 30. Virg.

Aen. 11, 338 Largus opum, lingua melior, ſed frigida bello Dextra. *Vbi* Seruius, Largus opum, Abundans opibus, diues. Rapinae largus Sil. 8, 250. Animo largus Tacit. Hiſt. 2, 59. Lingua largior eſt Plaut. Aſin. 2, 2, 24. Opera nocturna largus Id. ibid. 3, 3, 8. Donare largus Horat. Carm. 4, 12, 19. *i. Largus in donando.* Mercandi largus Sil. 15. 498. ¶ 2 *Copioſus, multus, ſimpliciter: vt* Aeſtus largus Lucret. 2, 1136. Aether largior Virg. Aen. 6, 640. Alimento largo valida ſoboles Plin. 11, 14. Cremor ptiſanae largior Scribon. 184. *i. copioſior. Conf. quae Rhod. in Lex. Scribon. congeſſit.* Fletus largos effundere Virg. Aen. 2, 271. Flumen largum Id. ibid. 1, 469. Foetu largo pubeſcit vinea Id. Georg. 2, 390. Fons largus Lucret. 5, 282. Herbae largae Hor. Carm. 4, 2, 55. Ignis largior Id. Serm. 1, 8, 44. Imber largus Ouid. Met. 4, 282. *it.* 11, 516. *et* Virg. Georg. 1, 23. Lux larga Cic. de Nat. Deor. 2, 94. Luce larga repletus Lucret. 2, 805 Mero largo celebrare diem Ouid. Faſt. 3, 656. Meſſis larga Id. ibid. 4, 617. Munera larga Hor. Carm. 4, 1, 18. Opes largae, Abundantes et multae Martial. 5, 26. Pabula larga Lucret. 5, 867. Vina larga Hor. Carm. 3, 18, 6. Vino largiore eſt vſus Liu. 40, 13. Vndae largae fluminis Lucret. 1, 1030. *Compar.* Flagitare largiora Hor. Carm. 2, 18, 13. *Superl.* Cic. Verr. 3, 118 c. 50 Si largiſſimus eſſe vellet, *etc.* Largus, *cognomen fuit Caecinarum in gente Licinia. Vid. Spanh. de Vſu et Praeſt. Num. diſſ.* 10 *p.* 10.

LARGE. Adu. [δαψιλῶς] *Liberaliter, abundanter.* Hor. Carm. 1, 9, 5 Ligna ſuper foco large reponens. Large effuſeque donare Cic. pro Roſc. Amer. 23 c. 8. Large blandus Plaut. Aul. 2, 2, 19. Menſae conſtructae large Catull. 62, 304. Facultates large ſunt illi Plin. Epiſt. 3, 2 *pr.* Aeſtimare large, liberaliterque Cic. Verr. 5, 204. Mittere munera ſatis large Id. ibid. 6, 62. *Et* Plin. 7, 46 Annuis victibus large ſufficiens. *Compar.* Ter. Eun. 5, 8, 48 Principio et habet quod det, et dat nemo largius. Circumferre merum largius Curt. 7, 4, 7. *Superl.* Cic. Verr. 1, 158 c. 61 Decuriae mihi copia quam largiſſime facta eſt. Scribon. 9. 133. 136.

LARGĬTER. Adu. [δαψιλῶς, ἀφθόνως] *Idem quod large.* Cic. ad Brut. 17 Sed perſuade tibi, de voluntate propria mea nihil eſſe remiſſum de iudicio largiter. Largiter argenti Plaut. Rud. 4, 4, 144. Largiter mercedis Id. ibid. 5, 2, 28. Plaut. Truc. 5, 11 Opus nutrici vtrem habeat veteris vini largiter, vt dies noctesque potet. *Birr.* largiter *refert ad* potet. Vltionis Tertull. Apol. c. 37. Auferre largiter Hor. Serm. 1, 4, 132. Peccaſti largiter Plaut. Moſt. 2, 2, 8. *Add.* Id. Epid. 3, 4, 49.

LARGĬTVS. *Idem.* Afranius *apud* Non. 11, 44 Quid lacrimas? largitus proloquere.

LARGILŎQVVS, a, um. Adi. [πολυλόγος] *Qui abundanter loquitur.* Plaut. Ciſtel. 1, 2, 2 Quae vbi ſaburratae ſumus, largiloquae extemplo ſumus, plus loquimur quam ſat eſt. Lingua largiloqua Plaut. Mil. 2, 3, 47.

LARGIFĬCVS, a, um. *Aliud* Adi. [δαψιλής] Stipe largifica ditare aliquem Lucret. 2, 627.

LARGIFLVVS, a, um. *Adi.* [ἐυρυρέεθρος, ſeu ἐυρυρέων] Cic. de Orat. 3, 155 c. 39 Grando miſta imbri largifluo ſubita praecipitans cadit. Ex quodam Poëta. Lucret. 5, 597 Largifluum fontem ſcatere, atque erumpere flumen. *Add.* Iuuenc. in Luc. 1.

LARGIVSCVLVS, a, um. *Aliquantum largus.* Solin. c. 7 (12) Largiuſculos hauſtus ſaliuarum facit.

LARICINVS *et* **LARIGNVS**, a, um. *vt*, Reſina larigna. Materies *et* caſtrum larignum *exſtat ap.* Vitr. 2, 9.

LARĪNVM, i. n. *Vrbs in Frentanis, ad fines Apuliae, hodie* Larino. *vid.* Cic. Attic. 7, 13. *Hinc*

LARĪNAS, ātis. *Gentile.* Larinas accola Sil. 15, 568. *Conf.* Idem 12, 174. *et* 8, 404. *et* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 23.

LĀRISSA, ae. f. [Λάρισσα] *Nomen multarum ciuitatum. Nobiliſſima Theſſalica, a qua* Achilles Lariſſaeus *dictus eſt, apud* Virg. Aen. 2, 197. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 97 Vniuerſi ſimul Lariſſam verſus ſe recipere coeperunt. Horat. Carm. 1, 7, 11 Nec tam Lariſſae percuſſit campus opimae.

LĀRISSAEVS, a, um. [Λαρισσαῖος] Lariſſaeus Achilles Virg. Aen. 2, 197. Moenia Lariſſaea Catull. 65, 36. Vertex Lariſſaeus Stat. Theb. 4, 5.

LĀRIVS, i. m. [Λάριος, ſeu Λάριον] *Lacus Italiae eſt, cuius aquas auctore* Plinio, Addua fluuius praeterfluens dulces facit. *Vid. eundem* 9, 18. *Dictus* Larius *a* Larorum *multitudine.*

LĀRIVS, a, um. Adi. [Λάριος] Catull. 36, 4. Veronam veniat, Noui relinquens Comi moenia Lariumque litus.

LĂRIX, (**LAREX** Iſidor. 17, 7.) ĭcis. f. [πεύκη, ſeu λάριξ] *Arbor cognata abieti et pino, teſte* Plin. 16, 10. Lucan. 9, 918 Et larices, fumoque grauem ſerpentibus vrunt Abrotonum. *Add.* Vitr. 2, 9. *Interpp. ad* Pallad. Nou. 15, 1.

LARVA, ae. f. [μορμολύκειον, γόργειον] pl. **LARVAE**, arum. δαιμόνιον, εἴδωλον, φάντασμα Gloſſ. Lat. Gr. *et* Gr. Lat. *Noxiae inferorum vmbrae. Vid.* **MANES**, *it.* **LAR.** Plaut. Aulul. 4, 4, 15 Laruae hunc, atque intemperiae, inſaniaeque agitant ſenem. *Vid.* Apul. de Deo Socrat. p. 50, 14 *de Lemuribus*, Qui vero ob aduerſa vitae merita nullis bonis ſedibus incerta vagatione, ceu quodam exilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, caeterum noxium malis, id genus plerique laruas perhibent. Id. Met. 9 p. 230, 28 Larua vel aliquo diro numine immiſſo violenter eius expugnari ſpiritum. Id. Apol. p. 315, 9 *de Mercurii ſimulacro*, Hiccine eſt ſceletus? haeccine eſt Larua? *Reſpicit ad praecedentia*, p. 314, 35 Macilentam, vel omnino euiſceratam formam diri cadaueris fabricatam, prorſus horribilem et larualem. *Nempe antiquum eſt* Mortem *et mortuos fingere apparere forma ſceleti.* Iſidor. 7 c. vlt. Cum mortuis non niſi Laruae luctantur, *Prouerbium in eos, qui mortuos conuiciis inſectantur* Plin. Praef. Hiſt. Nat. *fin.* Pleni laruarum Plaut. Amph. 2, 2, 145. ¶ 2 Larua *etiam Perſonam ſignificat, quae Barbaris* maſca *dicitur.* Plautus Amph. 4, 2, 18. ſuppoſ. 1, 14 Larua vmbratilis, tu me minis territas? Hor. Serm. 1, 5, 64 Nil illi larua, aut tragicis opus eſſe cothurnis. Σκέλετος, Larua Gloſſ. Vet.

LARVOR, āri. Firmicus 3, 14 In nono ab horoſcopo loco Mercurius cum Venere partiliter conſtituti, faſcinantes mulieres dabunt vxores, quae etiam ipſos artus laruari ac faſcinari faciant. *Conf. Swartius in Analect.* 3, 11.

LARVĀTVS, a, um. Adi. [μανιώδης] Feſtus Laruati, Furioſi, et mente moti quaſi Laruis exterriti. Plaut. Maen. 5, 2, 42 Num laruatus erat, aut cerritus? Hunc qui laruam putat, ipſe eſt laruatus Apul. Apol. p. 315, 20.

LARVĀLIS, e. Senec. Epiſt. 24 Nemo tam puer eſt, vt Cerberum timeat et tenebras, et larualem habitum nudis oſſibus cohaerentium. Forma larualis Apul. Apol. p. 314, 37. Vmbrae laruales Sidon. Epiſt. 3, 13. Laruialis ſcribitur in Priap. Carm. 32.

LARVOSVS, a, um. *apud* Auguſtin.

LARVS, i. *vel* **LAROS**, i. m. [λάρος] *Auis. Vtitur* Vulg. Leuit. 11, 16. *et* Deut. 14, 15. *inter* noctuam *et* accipitrem, *vid.* **GAVIA.**

L A S

LASĂNVM, i. n. [λάσανον] *Vas ad euacuandum ventrem.* Hor. Serm. 1, 6, 108 Te pueri laſanum portantes, oenophorumque. *Sic* Acron. *Et* Petron. c. 41 Ab hoc ferculo Trimalchio ad laſanum ſurrexit. *Vid. ibi Scheffer.*

LASCĪVVS, a, um. Adi. [λάγνος, ἀσελγής, ὑβριστής] *A* laceſſendo *dictum videtur, quaſi* Laceſſiuus, *vt* petulans *a* petendo *velut* petulcus. Laſciui *enim vocantur, qui* laceſſunt *alios, vel ad voluptatem veneream, vel ad iram, vel ad hilaritatem adeo. Hinc eſt, vt et impudicus ſit* laſciuus, *et* petulans *vel cum iniuria alterius, vel ſine illa: quae quidem diuerſitas ab adiunctis facile finitur.* Vet. Gloſſ. Laſciui προκιτῆς. *Hinc* Laſciuus *et* Cunctator *opponuntur a* Spartian. Adrian. 14. *vbi vid. Salmaſ. item Heinſ. et Drakenb. ad* Sil. 18, 329. *Ita ad iocorum petulantiam pertinet.* Quinctil. 6, 4 Siculi quidem, vt ſunt laſciui et dicaces, aiebant in delphino ſediſſe. Varro de R. R. 1, 14 *pr.* Inter ſepta primum eſt naturale ſepimentum, quod obſeri ſolet virgultis, aut ſpinis, quod habet radices viuae ſepis, ac viatoris praetereuntis laſciui non metuet facem ardentem. Laſciuus in vino Plin. 10, 42. *de pſittacis, tanto hilarioribus et loquacioribus.* Aetas Hor. Epiſt. 2, 2, 216. Amor Tibull. 1, 10, 59. Capella Virg. Ecl. 2, 64. Carmina Ouid. Triſt. 5, 1, 15. Corpora Id. Met. 3, 686. Curſus laſciui leporum Martial. 1, 45. Diſcurſus Claud. in Eutrop. 2, 100. Forum Propert. 4, 9, 50. Grex Hor. Carm. 3, 13, 8. Hederis laſciuis ambitioſior, *i. celeriter creſcentibus et vltro amplectentibus adminicula* Hor. Od. 1, 36, 20. Hymenaeus Sil. 5, 22. Iocus vxoris laſciuus cum marito Plin. 8, 40. *ad ſimilitudinem rixae.* Licentia Hor. Carm. 1, 19, 3. Nox Ouid. Amor. 2, 10, 27. Pagina Martial. 1, 34. (5) *i. impudica.* Virg. Ecl. 3, 64 Malo me Galatea petit laſciua puella, *quae vltro me laceſſat.* Laſciuus verſu, mente pudicus erat Hadrian. *ap.* Apul. Apol. Pueri vellunt tibi barbam Hor. Serm. 1, 3, 134. *Compar.* Ouid. Met. 13, 792 Tenero laſcivior haedo. Nil laſciuius eſt Chariſiano Martial. 6, 24. *Superl.* Picturae laſciuiſſimae Suet. Tiber. 43. Verſus Apul. Apol. p. 278, 36.

LASCIVE. Adu. *Idem.* Apul. Apol. p. 278, 31 Etiam mulier Lesbia, laſciue illa quidem, tantaque gratia, *etc.* Laſciue loqui Martial. Praef. l. 8. *Compar.* Auienus in Prognoſt. Arati v. 514. Et ſi perſultans aries laſciuius herbas Appetit.

LASCIVITER. Adu. Laeuius in Ἐρωτοπαιγνίοις. *Conf.* Chariſ. l. 2 in Catal. Aduerb.

LASCIVVLVS, a, um. *Idem.* Laeuius *ſ.* Liuius *ap.* Priſcian. l. 10. p. 410.

LASCIVIA, ae. f. [ἀσέλγεια, ὕβρις, ἐξύβρισις] *Laſciui hominis vel animalis actum aut qualitatem ſignificat. De puero viuidae indolis vſurpatur* Sen. ad Helu. c. 16. *De delphini ludicris curſibus ac recurſibus* Plin. Ep. 9, 33. Plaut. Aſin. 2, 2, 32 O catenarum colone. **LI.** ô virgarum laſciuia, *in quo virgae laſciuiunt, quum tergum tuum verberant: non aliter quam vituli atque hoedi laſciuire ſolent a pabulo et ſanitate. De hominibus ſimiliter* Lucret. 5, 1398

Tum caput atque humeros plexis redimire coronis,
Floribus, et foliis, laſciuia laeta monebat,
Atque extra numerum procedere membra mouentes.

Sic Stat. Theb. 5, 612 Laſciuum et prono vexantem gramina curſu. Laſciuiam Plin. 26, 1. Audax laſciuia Tac. Germ. 24, 2. *de ſaltatione inter gladios. Conf.* Id. Ann. 13, 25, 1. *Iocum petulantia et procacitate improbum vocat.* Vlpian. in l. Cornelia, ad legem Corn. de Sicariis, Quum quidam per laſciuiam cauſam mortis praebuiſſet, comprobatum eſt factum Taurini Ignatii Proconſulis Baeticae. Quinctil. 2 5, 22 Laſciuiae recentis floſculis capti. Tacit. Ann. 11, 13 Theatralem populi laſciuiam ſeueris edictis increpuit. Quinctil. 9, 2, 76 Nam quanto minus aut ipſi in quos dicimus, aut iudices, aut aſſiſtentes oderint hanc maledicendi laſciuiam, ſi nolle nos credant? Liu. 4, 53 Prope ſollemnis militum laſciuia in conſulem. Militiam in laſciuiam vertere Tac. Agric. 5, 2. Piſcium laſciuia Cic. de Diuinat. 1 c. 14. Orationis laſciuia Quinctil. 2, 6. Veneris laſciuia Ouid. Amor. 1, 4, 21. *Conf.* Suet. Calig. c. 36.

LASCIVĬTAS, ātis. f. *Idem quod Laſciuia.* Firmic. 1, 1 Nec Aſiana laſciuitas, ſobria Iouis moderatione corrigitur. *Paullo ante dixerat* Luxurioſi ſemper Aſiani, et voluptatibus occupati. Animi laſciuitas Cael. Aurel. Tard. 3, 8.

LASCIVIO, īre. [ἀσελγαίνω, ἐξυβρίζω] *Laſciue ſe gerere, laſciuiam demonſtrare.* Senec. Ep. 56 Nunquam vacat laſciuire diſtrictis: nihilque tam certum eſt, quam otii vitia negotio diſcuti. *In primis eſt animalium a largo paſtu exſultantium, et ſe mutuo ad pugnam vel ad Venerem laceſſentium. Hinc metaphor.* Liuius 2, 29 Appius Claudius et natura immitis, et efferatus hinc plebis odio, illinc patrum laudibus, non miſeriis ait, ſed licentia tantum concitum turbarum: et laſciuire magis plebem, quam ſaeuire. Fuga laſciuit agnus, *i. curſu* Ouid. Met. 7, 321. Vago paſtu laſciuiunt capellae Apul. Met. 5 p. 169. Laſciuire alicui, *hilarem ſe praebere in illius gratiam* Stat. Silu. 1, 5, 9.

LASCIVIENS, entis. Iuſtin. 16, 4, 3 Plebs nimio otio laſciviens. Bos laſciuiens Vulg. Interpr. 1 Paral. 13, 9.

LASCIVIBVNDVS, a, um. Plaut. Stich. 2, 1, 16 Laſciuibundum tam lubenter currere.

LASER, ĕris. n. *et* **LASERPICIVM**, *ſ.* **LASERPITIVM**, i. n. [σίλφιον] *Planta nobiliſſima, et ſuccus eiusdem, quem in medicamentis et condimentis frequenter commendant.* Plin. 19, 3 ſ. 15. *poſt fungorum mentionem*, Ab his proximum dicetur auctoritate clariſſimum laſerpitium, quod Graeci ſilphion vocant, in Cyrenaica prouincia repertum: cuius ſuccum vocant laſer, magnificum in vſu medicamentisque, et ad pondus argentei denarii penſum. Multis iam annis in ea terra non inuenitur — Vnus omnino caulis repertus noſtra memoria Neroni Principi miſſus eſt. — Diuque iam non aliud ad nos inuehitur laſer, quam quod in Perſide aut Media et Armenia naſcitur large, ſed multo infra Cyrenaicum: id quoque adulteratum gummi, ſagapeno, aut faba fracta. Quo minus omittendum videtur, C. Valerio M. Herennio COSS. Cyrenis aduecta Romam publice laſerpitii (*ſucci puto*) pondo XXX. Caeſarem vero Dictatorem — inter aurum argentumque protuliſſe ex aerario laſerpitii pondo M. D. Id apud auctores Graecos euidentiſſimos inuenimus natum imbre piceo repente madefacta tellure. *Poterat alicui hic*

piceus imber *cogitationem ſubiicere, a* pice laſerpicium *dictum, vel a* πιττα laſerpittium. *Sed intercedit* Solin. c. 27 Apud Cyrenenſes Sirpe gignitur odoratis radicibus — cuius e culmo exſudat — pingue roſcidum — Dictum eſt primum *lac ſirpicum,* quoniam manat in modum lacteum deinde vſu deriuante *laſer* nominatum. *Salmaſ. qui ad h. l.* p. 249 *ſqq. fuſe agit de tota re, coniicit, primam appellationem eſſe* σιρΦι *vel* σιλΦι, *ab hoc* σιλΦιον *ortum, ab illo* ſirpe; *hinc* lac ſirpicium, laſerpicium, *et per apocopen* laſer. *Vid.* infra SYRPE. *Hoc ipſe quoque obſeruat, indifferenter vſurpari tum longiorem illam appellationem, tum alteram breuiorem: quod ipſum exempla mox laudanda probabunt: ipſe ante omnia locus Plinii claſſicus, cuius ante partem modo attulimus, vbi cum* Cyrenaicum *pluribus deſcribit, tum alia genera, vel ſinceri vel adulterati,* Probatio, *inquit* ſ. 16 ſinceri prima in colore modice rufo, et cum frangitur candido intus, mox tranſlucente. Gutta aqua, ſaliuaque liqueſcit. Vſus in multis medicaminibus. *E numis* Laſer Cyrenaicum *illuſtrat more ſuo, i. quidquid ſcitur de eo docet Spanhem. Diſſ.* 6 p. 293 ſqq. Quoties *in medicina vel in condimentis commendetur, non eſt opus hic referre. Specimina ſunto iſta, e quibus illud certe apparebit, indifferenter* Laſer *et* Laſerpitium *adhiberi.* Plaut. Pſeud. 3, 2, 26 *de moribus coquorum,* Apponunt rumicem, braſſicam, betam, blitum, Eo laſerpicii libram pondo diluunt. *De* Cyrenaico *intelligi puto, quod copioſe tum in Italiam aduectum docet* Rud. 3, 2, 16 *quae fabula Cyrenis agi fingitur,* Teque oro et quaeſo, ſi ſperas tibi Hoc anno multum futurum ſirpe et laſerpicium Eamque euenturam exagogam Capuam ſaluam et ſoſpitem. *Capuae ſeplaſia eſt et mercatus talium rerum.* Apul. Met. 10 p. 246, 27 Carnes laſere infectas, altilia pipere inſperſa. Auguſtus *apud* Macrob. Sat. 2, 4 *inter alia* Maecenatem Laſer Aretinum *iocoſe appellat.* Colum. 12, 7, 4 *in caulibus condiendis* paucas radiculas laſeris, quod Graeci σιλΦιον vocant, adiectas *vult. Et* 12, 57, 4 *in caſeo* Laſeris radicis, quod σιλΦιον Graeci vocant, ſeſcunciam. *Saepe vtitur eo* Apicius. *Vid. v. g.* 1, 30 *et ibi Humelb. ac Liſterus. Add. Salmaſius ad Solin.* p. 249 ſeq. *De vſu medico iam* Cato 157, 8 *commendat* Laſerpitium irraſum cum braſſica ex aceto ad morbum articularium. Celſus 4, 3 Piper *et* laſer *ſibi ſubſtituit.* Id. 4, 4, 4 Laſer, porrum, marrubium, ſcillam coniungit. Scribon. 67 Laſer Cyrenaicum *commendat ad anginam,* ſi poterit inueniri: ſin minus Syriacum aqua dilutum craſſius per pinnam faucibus adhibitum. *Add.* 175. 177. Syriacum 16, 67 *et alias.* Laſeris radix 192 *etc.* Veget. Mulom. 3, 65, 12 Laſer, id eſt opium Cyrenaicum (*edebatur antea* Syrenicum) ad magnitudinem fabae. *Eiusdem eſt* Laſer Syriacum 3, 15, 12. Colum. 6, 17, 7 *de vitiis oculorum in bubus,* Facit et radix, quam Graeci σίλΦιον vocant, vulgus autem noſtra conſuetudine laſerpitium appellant. Veg. Mulom. 3, 4, 39 *eadem repetit verbotenus.* Laſes *etiam dictum pro* Laſer *monet* Quinctil. 1, 4, 13. Laſare *pro* Laſere *habent omnes* Veget. Mulom. 3, 48, 8 *et alias. Vanus eſt* Caper de Orthogr. p. 1243 *extr.* Laſerpitium florem, at caulem laſer dicimus.

LASERĀTVS *vel* LASARATVS, a, um. *Laſere conditus.* Acetum laſeratum Plin. Valer. 1, 21. Porcellus laſeratus Apic. 6, 9.

LASERATVM, ī. n. *Condimentum ex laſere.* Apic. 1, 30.

LASERPITĬFER, ĕra, ĕrum. *Laſerpitii ferax;* Laſerpitiferae Cyrenae Catull. 7, 4.

LASERPITIĀTVS, a, um. Adi. [σιλΦιωτὸς] Laſerpitiatum acetum, *i. Laſerpitii ſucco dilutum* Plin. 18, 30. Laſerpitiato aceto lens ſpargitur vt ſeruetur Cato 116.

LASERPITIARIVM, ī. n. *Id quod conditum laſerpitio.* Petron. Fragm. Tragur. c. 35 De laſerpitiario, mimo canticum extorſit. *Scheffer. legit* Laſerpicario *vel* Laſerpiciario vino. *Sed multa multi; nihil certi.*

LASES, *vid.* LAR.

LASSVS, a, um. Adi. [κατάκοπος, κεκμηκὼς] *Labore, tam animo quam corpore fatigatus. Ideoque ad ea proprie ſpectat, quae laboris moleſtiam ſentiunt; metaphorice autem rem affectam et afflictam notat.* Propert. 2, 33, 26 At nondum eſt talos mittere laſſa manus. Laſſus opere faciundo Plaut. Aſin. 5, 2, 23. Studio venandi laſſus Ouid. Met. 3, 237. Laſſus de via Plaut. Pſeud. 2, 2, 66. Amore laſſus Ouid. Amor. 3, 7, 80. Via laſſus Ouid. Triſt. 5, 4, 2. Animus laſſus et cura confectus Ter. Andr. 2, 1, 4. Aures laſſae Hor. Serm. 1, 10, 10. Humus laſſa Ouid. ex Pont. 1, 4, 14. Lumina laſſa Id. Met. 7, 579. Pietas laſſa malis Id. ex Pont. 4, 8, 8. Plaut. Stich. 4, 1, 16 Si res laſſa labat, itidem amici collabaſcunt. Rebus laſſis petere ſolatia Ouid. Triſt. 5, 2, 41. *al.* Lapſis. Sanguis laſſus Stat. Theb. 2, 669. Stomachus laſſus Horat. Serm. 2, 8, 8. Terra laſſa Plin. 17, 5. At Troiani — laſſiores militia Dictys Cret. 3, 1. *alii* laxiores. Viſus laſſus Stat. Silu. 1, 3, 14. *In MSS. permutatur cum* Lapſus *quod vid.*

LASSV̆LVS, a, um. Adi. Dimin. Catul. 61, (64) 35 Itaque vt domum Cybeles tetigerunt, laſſulae Nimio e labore ſomnum capiunt ſine Cerere.

LASSITV̄DO, ĭnis. f. [κόπος] *Moleſtia ex labore et proprie ad corpus pertinet, v. g.* Scribon. 268, 270. Exercitationis finis ſit laſſitudo, quae citra fatigationem ſit Celſ. 1, 3. Cic. Fam. 12, 25 Sed nulla laſſitudo impedire officium et fidem debet. Caeſ. Bell. Gall. 2, 23 Curſu ac laſſitudine exanimatus. Acquieſcere a laſſitudine Nep. 14, 11, 3. Sedare laſſitudinem Id. 18, 9, 6. Reficit laſſitudines nitrum Plin. 31, 10. Prae laſſitudine Liu. 21, 56.

LASSESCO, ĕre. [κοπόομαι, ἀποκάμνω, ἀποτρύομαι] *Laſſum fieri.* Plin. 30, 16 Non laſſeſcere in vllo labore, qui neruos ex alis et cruribus gruis habeant. Viſu laſſeſcere Prudent. in Symm. 2, 101. Sub lorica Hieron. Ep. 22 *ad* Euſtoch. c. 17 *extr.* Torpore femineo laſſeſcere Apul. in Triſmeg. p. 88. *Tranſlate* Plin. 7, 40 Ne laſſeſcat fortuna, metus eſt.

LASSO, āre. [ἀποτρύω, κοπόω] *Fatigare.* Plin. Epiſt. 3, 9 Multisque cauſis non laſſaretur modo, verum etiam confunderetur. Martial. 8, 32 Laſſare dominum ſupplicibus libellis. Artus laſſauimus calamo Ouid. Epiſt. 21, 245. Brachia laſſare aquis Id. ex Pont. 3, 7, 28. Manus tela laſſaret Id. Epiſt. 1, 10. Me iam laſſauit labor inſolitus Id. Met. 10, 554. Robur perpetiendi laſſandique inimicam vim Sen. de Conſt. Sap. c. 9.

LASSOR, āri. Paſſ. [κοπόομαι, ἀποτρύχομαι] Ouid. Met. 2, 577 In molli nequidquam laſſor arena.

LASSĀTVS, a, um. Partic. [κοπωθεὶς] Iuuen. 6, 130 Et laſſata viris, nondum ſatiata, receſſit. Concors cura omnium pro fatigatis, vt laſſatas ſuſtollant Solin. c. 15. *de gruibus.* Sequendo laſſata Ouid. Met. 9, 648. Membra laſſata Id. Met. 6, 353.

LASSATIO, ōnis. f. *apud* Mart. Capell.

LASSATOR, ōris. m. *apud* Auguſtinum.

LASTAVRVS, i. m. [λάσταυρος] Quae pars caeditur in caſtratione Feſt. in Solitauril. ¶ 2 *Scortator, ſalax et impudicus.* Suet. de Grammat. c. 15 Laſtaurum et lurconem appellans.

L A T

LATACE, es. f. *Herba magica.* Plin. 26, 4 Latacen dari ſolitam a Perſarum rege legatis, vt quocunque veniſſent, omnium rerum copia abundarent.

LATE, *vid.* LATVS.

LATEO, ui, ēre. [λανθάνω, διαλανθάνω] *In occulto eſſe.* Latuit ad hanc aetatem Cic. Tuſc. 1, 4. *Vetus MS. habet* Iacuit. Latere abdite Cic. Verr. 4, 181. Id qua ratione conſecutus ſit, latet Nep. 6, 1, 2. *Add.* 17, 6, 3. Abditus latet agro Hor. Epiſt. 1, 1, 5. Bene qui latuit, bene vixit Ouid. Triſt. 3, 4, 25. Clam latere Ouid. Rem. Amor. 437. Furtim latere Id. Met. 14, 275. Lucan. 1, 419 Virg. Aen. 5, 6 — quae tantum accenderit ignem Cauſa latet. Vis et poteſtas, quae et oculis et auribus latere ſolet Varro L. L. 8, 52. *Add.* Tertull. adu. Marc. 1, 3. *et* adu. Hermog. c. 4. *Loca* Cic. Catil. 1 c. 6. *et* poſt Red. in Senatu c. 6 *dubia ſunt, priore enim nimis variat lectio: alter ita habet,* Vbi nobis haec auctoritas tamdiu tanta latuit. Nobis *pleonaſticum ſ.* ἠθικὸν *eſt. Cum Accuſatiuo:* Varr. R. R. 1, 40, 1 Semen — duplex, vnum quod latet noſtrum ſenſum, alterum, quod apertum. *Sic* Virg. Aen. 1, 134 Nec latuere doli fratrem Iunonis et irae. Ouid. Faſt. 5, 361 Lumina reſtabant, quorum me cauſa latebat. *Et* Faſt. 4, 211 Res latuit patrem. Ex Ponto 4, 9, 120 Nil illum latet. *Quamquam hinc inde variant libri. Sic* Sen. Oed. 295 Viſu carenti magna pars veri latet, *obſeruat Grou. in quibusdam libris eſſe* carentem. Iuſtin. 31, 2, 2 Sed res Annibalem non diu latuit. *In proſa tutiſſimum videtur caſu plane abſtinere.* Latet pleroſque Plin. 2, 20. Aequor latet ſub claſſibus Virg. Aen. 4, 482. Amor latet Ouid. Epiſt. 18, 14. Ars latet, Id. Met. 10, 252. Error latet aliquis Virg. Aen. 2, 48. Fures nocte latent Catul. 60, (63) 34. Virtus latet obruta paupertate Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 122. Martial. 5, 59 Nunquid apud Parthos, Armeniosque latet? Latebat apud Voluminium Nep. 25, 10, 2. In loco aliquo latet, aut re aliqua Virg. Ecl. 3, 93. Cic. Verr. 3, 39. Id. Acad. 1 *extr.* Sic omnia latere cenſebant in occulto, neque eſſe quidquam, quod cerni aut intelligi poſſit. Vt ſaepe ſumma ingenia in occulto latent Plaut. Capt. 1, 2, 62. In tenebris latere Cic. Quint. Fratr. 1, 1. Inter dentes latet Plaut. Trin. 4, 2, 80. Sub arcis latent Plaut. Caſin. 3, 5, 32. Sub vmbra Romanae amicitiae latebant Liu. 34, 9 *extr.* Nocte latent mendae Ouid. de Arte Am. 1, 249. Ter. Heaut. 4, 2, 3 Triumpho, ſi licet me latere tecto, abſcedere. *A librariis verbum hoc confunditur cum* Iaceo: *vbi vid.*

LATENS, entis. Partic. [λαθραῖος, κρυφαῖος] In aluo matris latentes Hor. Carm. 4, 6, 19. In latenti retinere ius ciuile, *vid.* In latenti, *in praepoſitione* IN. Manifeſtare latentem Ouid. Met. 13, 106. Dolus latens Stat. Theb. 10, 236. Gemitus Lucan. 1, 257. Ira Id. 5, 256. Saxa latentia Virg. Aen. 1, 112. Verba Ouid. Met. 9, 572. *Compar.* Origo latentior Auguſt. de Geneſi ad lit. 12, 18.

LATENTER. Adu. [λανθανόντως, κρύβδην, λάθρα] *Clam, occulte.* Cic. in Topic. 63 c. 17 Quum enim nihil ſine cauſa fiat, hoc ipſum eſt fortunae euentus, obſcura cauſa, quae latenter efficitur. Amare latenter Ouid. ex Pont. 3, 6, 60. Incendere latenter Ammian. 31, 44. Irrepere latenter Idem 27, 21.

LATESCO, ĕre. *Vix differt a* Lateo, *niſi quod actum velut quendam exprimit, vt* Cic. Arateis 385 Hic equus a capite et longa ceruice lateſcit, *q. d. occultat ſe. Nempe ita pingitur equus ille caeleſtis, vt nihil praeter caput et ceruicem appareat.*

LATĬTO, āre. Frequent. [ἐμφωλεύω] Cic. pro Domo 83 Iube adeſſe, latitat omnino. Vlpianus in l. Fulcinius. D. Quibus ex cauſis in poſſeſſione eat. Latitare, eſt cum tractu aliquo latere: quemadmodum factitare, eſt frequenter facere. Ouid. Epiſt. 7, 134 Parsque tui latitat corpore clauſa meo, *rectius leg.* lateat. Plaut. Trin. 4, 2, 81 Ille ignauiſſimus mihi latitabat. Latitare dicuntur, *Qui ad iudicium vocati fruſtrantur, et ludificantur.* Cic. pro Quint. 54 c. 17 Ego experiri non potui: latitauit, procuratorem nullum reliquit.

LATITANS, antis. Cic. pro Cluent. 39 c. 13 Extrahitur domo latitans Oppianicus. Aper latitans Hor. Carm. 3, 12, 12. Sidera latitantia Ouid. Met. 10, 449.

LATITATIO, ōnis. f. [ἐμφώλευσις] Quinctil. 7, 2, 46 Sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, ſimilia.

LATITĀTOR, ōris. m. *apud* Auguſtin.

LATITABVNDVS, a, um. Sidon. Epiſt. 1, 6.

LATĔBRA, ae. *et* LATEBRAE, arum. f. [κευθμὼν, φωλεὸς] *Loca, in quibus quid deliteſcere et occultari poteſt.* Plin. 7, 45. *Et* 8, 27 Idem hiberna latebra viſu obſcurato, *etc.* Cic. pro Lege Manil. 7 Ita regnat, vt ſe nec Ponto, neque Cappadociae latebris occultare velit. Caecae Virg. Aen. 3, 232. Curuae Id. Georg. 3, 544. Dulces Hor. Epiſt. 1, 16, 15. Tutae Sil. 17, 618. Ferarum latebrae Liu. . . . Plin. 10, 19 Oenanthe quidem etiam ſtatos latebrae dies habet. Cic. Fam. 3, 12 Nullamne in tabellae quidem latebra fuiſſe abſconditam maleuolentiam, quae te impugnare auderet? Adhibere latebram obſcuritatis Cic. de Diuin. 2, 111. Coniicere ſe in mirificam latebram Id. ibid. 2, 46 c. 20. Dare latebram populo, in qua, *etc.* Id. de Legib. 3, 35. Id. pro Sext. 9 c. 4 Quum illa coniuratio ex latebris, atque ex tenebris erupiſſet. In fugam et latebras Impelli Id. pro Rabir. Perd. c. 8. Id. de Fin. 2, 107 c. 33. Ludi, coenatio, villa Luculla (nam ſi tuam dicerem, latebram haberes) ad corpus, *etc.* Peragrare latebras ſuſpicionum, *vid.* PERAGRO. Cic. Off. 3, 106 c. 29 Sed ſi hoc ſibi ſumant, nullam eſſe fidem, quae infideli data ſit, viderint, ne quaeratur latebra periurio, *i. Excuſatio, qua lateat et non videatur periurium.* Refugere in latebras Seneca Ep. 3. *circa fin.* Latebrae et receſſus in animis hominum Cic. pro Marcel. 23 c. 7. *Conf.* RECESSVS.

LATEBRŌSVS, a, um. Adi. [φωλεώδης] Locus latebroſus, *In quo frequentes latebrae ſunt* Plaut. Bacch. 1, 1, 22. Colles latebroſi Sil. 5, 191. Flumina latebroſa Virg. Aen. 8, 713. Frondes latebroſae Claud. Conſ. Stil. 2, 313. Locus latebroſus ad equites tegendos Liu. 21, 54. Nox latebroſa Lucan. 6, 120. Pumex latebroſus Virg. Aen. 5, 214. Via latebroſa Cic. pro Sext. 126. *Superl.* Auguſt. Retract. 1, 19 Latebroſiſſima quaeſtio. *Add.* Id. Enchirid. c. 18.

LATEBRŌSE. Adu. [λαθραίως] *Occulte, clam.* Plaut. Trin. 2, 2 *pr.* Pater adſum, impera quid vis, neque tibi ero in mora: neque latebroſe me abs tuo conſpectu occultabo.

LATEBRICŎLA, ae. c. *Qui latebras incolit.* Plaut. Trin. 2, 1, 14 Latebricolarum hominum corruptor.

LATIBV̇LVM, i. n. [φωλεὸς] *Idem quod Latebra. Non ferarum modo, ſed et hominum eſſe, oſtendit Buchner. ad* Prudent. Hymn. in Natal. Chriſti v. 96. *Sic* Adire omnia latibula Catul. 61, (63) 54. Cic. Att. 12, 14. (13) Ego autem volo aliquod emere latibulum, perfugium doloris mei. Idem Off. 1, 11 c. 4 Omniaque quae ſint ad viuendum neceſſaria, anquirat et paret, vt paſtum, vt latibula, vt alia generis eiusdem.

LATIBV̆LO, āre. [φωλεύζω] *Latere.* Varro *neſcio vbi* Vide ne ſeruus domini latibulet.

LATIBV̆LOR, āri. [φωλεάζω] Dep. *Idem.* Accius: Putatoribus, Progredere, et ne quis latibuletur, proſpice. Naeuius Erotopaegnio, Nocte vt opertus amictu latibuletur. *Antiquum. Vid.* Non. 2, 496.

LATER, ĕris. m. [πλίνθος] *Terra ſeu argilla forma expreſſa, ad ſolem ſiccata, vel igne fornacis cocta et in lapidem durata.* Vitruuius 1, 5 *ſub finem*, ſiue ſilex, ſiue caementum, aut coctus later, ſiue crudus, his erit vtendum. Cic. de Diuin. 2, 98 Num hoc in latere, aut in caemento, ex quibus vrbs effecta eſt, potuit valere? *Proprie* Later *eſt ad ſolem ſiccatus. Quod ſi coctus eſt*, Teſta *dicitur, aut* Later coctus. Varro de R. R. 1, 14, 4 Sepimentum e lateribus coctilibus, — e lateribus crudis — ex terra et lapillis compoſitis in formis. Col. 9, 1, 2 Murus crudo latere ac luto conſtructus. *Conf.* Pallad. Mai. 12. *et* Iun. 8. *vbi faciendi rationem docet. De hac audiamus* Vitruu. 2, 3 Itaque primum de lateribus, qua de terra duci eos oporteat, dicam. Non enim de arenoſo, neque calculoſo, neque ſabuloſo luto ſunt ducendi, quod ex his generibus quum ſunt ducti, primum fiant graues: deinde quum ab imbribus, in parietibus aſperguntur, dilabuntur et diſſoluuntur, paleaeque quae in his ponuntur, non cohaereſcunt propter aſperitatem, Faciendi autem ſunt ex terra albida cretoſa, ſiue de rubrica, aut etiam maſculo ſabulone. — Ducendi autem ſunt per vernum tempus, et autumnale, vt vno tenore ſiceeſcant. Qui enim per ſolſtitium parantur, ideo vitioſi ſunt, quod ſummum corium ſol acriter quum percoquit, efficit vt videantur aridi, interius autem ſint non ſicci: et quum poſtea ſicceſcendo ſe contrahunt, perrumpunt ea, quae erant arida: ita rimoſi facti, efficiuntur imbecilli. Maxime autem vtiliores erunt, ſi ante biennium fuerint ducti, namque non ante poſſunt penitus ſicceſcere. *Sunt ibi plura: vnde apparet proprie eſſe* lateres *ad ſolem ſiccatos*, teſtas *autem vocari, in fornace coctos, ſuo loco docemus. Conf.* LATERANVS. Laterem lauare, prouerbium, *pro Operam ludere.* Ter. Phorm. 1, 4, 8 Purgem me? laterem lauem.

LATERICIVS, a, um. Adi. [πλίνθινος] *Ex latere factum.* Plin. 37, 22 f. 51 Lapide duro, ac ſilice aequo conſtruunt, veluti lateritios parietes. *Ald.* 18, 30. *etc.* Opus latericium Columel. 9, 6. Vrbs latericia *ante Auguſtum Roma, quam ipſe* marmoream reliquiſſe *gloriatur.* Suet. Aug. c. 28.

LATERCV̆LVS, i. m. [πλινθίδιον] Dimin. *Paruus later.* Laterculos facere *et* coquere in fornace Cato c. 39. Plinius 30, 7. *extr.* Crudis laterculis ad formam camini. Curtius 5, 1, 25 *ſcribit* laterculo coctili ſtructos fuiſſe muros Babylonios. *Conf.* ib. ſ. 29. Columel. 8, 14 Sub porticibus deinde quadratae harae caementis vel etiam laterculis exſtruuntur. *Eſt etiam Genus piſtorii operis a forma, in quam fingitur, vocati.* Apul. Met. 10 p. 245 *Elmenh.* Heic panis cruſtula, iucunculos, hamos, laterculos, *etc. De condimento* Cato 109.

LATERCVLVM, i. n. *Codex dignitatum omnium, tam militarium quam ciuilium.* l. 1 *et* 2 Cod. de Offic. Quaeſtor. *Et* Iſidor. 6, 17 Laterculum dictum, quod ordinem habeat ſtatum annorum. *Add. Rhenan. ad* Tertull. p. 77. *Guther. de Offic. Dom. Aug.* 3, 9.

LATERARIVS, a, um. Adi. *Lateribus aptus.* Terra lateraria Plin. 19, 8.

LATERARIVS, i. m. πλινθευργὸς Gloſſ. Gr. Lat.] *Conf.* Non. 5, 97.

LATERARIA, ae. f. [πλινθευργεῖον] *Officina, in qua fiunt lateres.* Plin. 7, 56 Laterarias ac domos conſtituerunt primi Euryalus et Hyperbius fratres Athenis: antea ſpecus erant pro domibus.

LATERINA, ae. f. *Idem.* Tertull. adu. Marc. c. 2, 20 Mercedes pro laterinis deductis.

LATERĀMEN, inis, n. *Vas latericium ſ. fictile* Lucret. 6, 232 Rareque facit lateramina vaſis. *Sic Lambinus, qui cum* Aeramine, *et* Ferramine *comparat.*

LATERANVS, i. m. Deus focorum, et Genius, dictus hoc nomine, quod ex laterculis crudis caminorum iſtud exaedificetur genus. Quid ergo ſi teſta (*terra in fornace cocta*) aut materie fuerint quacunque alia fabricati foci, genios non habebunt? et ab officio tutelae quisquis iſte eſt Lateranus abſcedet, quod regni ſui poſſeſſio non luteis conſtructa eſt formis. *Haec* Arnob. adu. Gent. 4 p. 130. ¶ 2 Lateranus *cognomen Romanum V. G.* Plautiorum, *quorum nobiliſſimus eſt a Nerone interfectus ille, de quo* Tac. An. 15, 49 *et* 60. *Ad hunc pertinet* Iuuen. 10, 17 Egregias Lateranorum obſidet aedes Tota cohors. *Hae ſunt* Lateranae aedes Prudent. in Symmach. 1, 586. *in Baſilicam mutatae, et aſſignatae Chriſtianis Pontificibus. Inde*, Lateranenſe palatium, *et* Lateranenſis baſilica, *Sancti Ioannis aedes vocata eſt, quae in Lateranorum nobiliſſimae gentis aedibus exſtructa fuit. Vid.* Hieron. ep. 30, 1.

LATERCVLVS, *vid.* LATER.

LATERALIS, *vid.* LATVS.

LATERIVM, i. n. *Fuit Qu. Ciceronis villa in ipſius patria Arpino: quam quum vellet vendere, Arpinatum erat fremitus excitatus.* Cic. Att. 4, 7 Arpinatum fremitus eſt incredibilis de Laterio.

LATERIANVS *vel* LATERITANVS, a, um. Pira *hoc nomine memorata* Colum. 5, 10. *et* 12, 10. Plin. 15, 15.

LATERNA, ſ. LANTERNA, ae. f. [φανὸς] *Sic deſcribitur ab* Iſid. 20, 10 Laterna dicta, quod lucem interius habet clauſam. Fit enim ex vitro, intus recluſo lumine, vt venti flatus adire non poſſit, et ad praebendum lumen facile vbique circumferatur. Priſcian. 4 p. 622 *a* Lateo Laternam *deriuat. Sed repugnat modulus Syllabae primae, quae longa eſt in nomine, in verbo breuis. Neque ſignificatio conuenit. Neque enim* latet *lux in* Laterna: *ſed adeſt, vt videatur. Itaque probanda videtur Parei ratio in Lex. Crit. Voc.* Lanterna: *qui hanc, nempe* Lanterna *eſſe antiquam ſcripturam defendit, et a ſe in MSS. pluribus deprehenſam, affirmat.* Lanterna *igitur fuerit initio vndecunque (forte a* Lampade *corrupta voce) dicta. Extruſit literam* n *vſus, manſit tamen modulus primae ſyllabae.* Vet. Gl. Lanterna φανὸς *etc. Pulchre deſcribit* Laternam *et a* Lucerna *diſtinguit.* Martial. 14 ſ. Apophor. 61 Dux laterna viae clauſis feror aurea flammis: Et tuta eſt gremio parua lucerna meo. *Non dicit* Et latet in gremio, *ſed* Tuta eſt. Ibid. 62 *de Laterna ex veſica.* Cornea ſi non ſum, numquid ſum fuſcior? Cic. Att. 4, 3 Clodii veſtibulum vacuum ſane mihi nuntiabatur, paucis pannoſis ſine laterna. Plaut. Aulul. 3, 6, 30 Ita is pellucet, quaſi laterna Punica. *Add.* Id. Amphit. prol. v. 149.

LATERNARIVS, ſ. LANTERNARIVS, *vt Graeu.* i. m. [φανοφόρος] *Qui alteri laternam praefert.* Cic. in Piſon. 20 c. 9 An cum altero barbato Epicureo, cum altero Catilinae laternario? *Forte huc pertinet* Veget. 3, 18 fin. Depoſiti (*demiſſi de muro*) funibus cum hoſtes dormiunt in Laternis portant lucernas, et incenſis machinis rurſus leuantur in murum.

LĂTESCO, *vid.* LATEO.

LĀTESCO, *vid.* LATVS Adiectiuum.

LATEX, ĭcis. m. [νᾶμα] *Omnis humor Poëtis dicitur. v. g. Vinum* Virg. Aen. 1, 690 Regales inter menſas, laticemque Lyaeum. Ouid. Met. 8, 274 Palladios latices *dixit, quum Oleum dicere vellet.* Lucret. 1, 940 Abſinthî laticem *i. ſuccum. De aqua* Cic. de Diuin. 2, 63 Nos circum latices gelidos fumantibus aris, etc. *Ex Homero.* Lucret. 1373 Cedere ſquammiferis latices nitentibus aiunt, *etc.* Cupido laticum, *Sitis* Lucret. 4, 1086. Liquoris vitigeni latex Lucret. 5, 15. Aonius latex Sen. Med. 80. *Dirce, fons Boeotiae.* Calidi latices Virg. Aen. 6, 218. Caerulei latices Ouid. Triſt. 3, 10, 29. Perennes latices Lucret. 5, 263. Sacri Ouid. Met. 5, 263. Congerere laticem in vas Lucret. 3, 1022. Perpotare abſinthî amarum laticem Lucret. 4, 16. Refouere aliquem gelido latice Sen. Agam. 788.

LATHYRIS, ĭdis. f. [λαθυρὶς] *Herba.* Plin. 27, 11 Lathyris folia habet multa lactucae ſimilia, tenuiora, germina multa, in quibus ſemen tuniculis continetur, vt capparis.

LATHYRVS, i. m. *Herba*, quae alias Leontopodion Apul. de Herb. c. 7.

LATIALIS, LATIARIS, *vid.* LATIVM.

LATIBVLVM, *vid.* LATEO.

LATICLAVIVM, *vid.* LATVS, Adi.

LATIFOLIVM, LATIFVNDIVM. *Vid.* LATVS, Adi.

LATINE, LATINVS, *vid.* LATIVM.

LATINI, ōrum. m. [Λατῖνοι] *Populi Italiae in Latio: de quibus* Cato in Originibus *apud* Seru. *ad* Aen. 1, 10 Primo Italiam tenuiſſe quosdam, qui appellabantur Aborigines: hos poſtea aduentu Aeneae Phrygiis iunctos, Latinos vno nomine nuncupatos. *Addit* Seruius, Aeneam victis Latinis, vt eorum fauorem ſibi conciliaret, nomen Latinum non ſolum illis non ſuſtuliſſe, ſed etiam Troianis impoſuiſſe. *Vid.* Liu. 1, 1 *et* 2.

LATĪNVS, i. m. [Λατῖνος] *Laurentum rex, Fauni et Maricae nymphae Laurentis filius, qui Aeneam hoſpitio excepiſſe mox Lauiniam illi filiam et partem imperii tradidiſſe canitur* Virg. Aen. 7, 45 — Rex arua Latinus et vrbes *etc. Vid.* Liu. 1, 1 *et* 2. ¶ 2 Latinus Siluius, *vt ait* Liuius 1, 3 Aeneae Siluii fuit filius, et mortuo patre Albanis imperauit, et ab eo coloniae deductae eorum, qui Priſci Latini nuncupati ſunt.

LATIO, *vid.* FERO.

LATITO, *vid.* LATEO.

LATITVDO, *vid.* LATVS, Adi.

LATIVM, i. n. [Λάτιον] *Pars exigua, ſed nobiliſſima Italiae, quam tranſit Tiberis, vbi mari appropinquat. Vid.* Plin. 3, 5 ſ. 9. *Volunt dictum* Latium *a* Latendo, *quod illic latuerit Saturnus, Iouem filium fugiens.* Ouid. Faſt. 1, 238 Dicta quoque eſt Latium terra latente deo. Virg. Aen. 8, 322 Latiumque vocari Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris. Varro *autem* L. L. 4, 5 Latium dici *putat*, quod latet Italia inter praecipitia Alpium et Apennini. Plin. l. c. Tenuere alii aliis temporibus Aborigines, Pelasgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli. Et vltra Circeios Volſci, Oſci, Auſones *etc.* Cic. pro Arch. 5 Studiaque haec et in Latio vehementius tum colebantur. Id. Fam. 9, 16 Mirifice capior facetiis maxime noſtratibus, praeſertim quum eas videam primum oblitas Latio tum, quum in vrbem noſtram eſt infuſa peregrinitas: nunc vero etiam Braccatis et Tranſalpinis nationibus, vt nullum veteris leporis veſtigium appareat. Ferox Latium Hor. Carm. 1, 35, 10. Felix Latium Hor. in Carm. ſaecul. 66. ¶ 2 Latium *i. ius Latii*, ſ. Latinae ciuitatis, *quae paullo Romana inferior.*

LATIVS, a, um. Adi. [Λάτιος] *Fere poëticum* Columel. 1 in praef. An Latiae muſae non ſolos adytis ſuis Accium et Virgilium recepere, ſed eorum et proximis et procul a ſecundis ſacras conceſſere ſedes? Agri Latii Ouid. Faſt. 3, 606. Arces Latiae Ouid. Met. 15, 582. Gens Latia Ouid. Faſt. 4, 42. Lingua Latia Ouid. ex Pont. 2, 3, 75. Latius, Latus, Laetus *miſcentur a librariis. Vid. Drakenb. ad* Sil. 12, 411. *et* 17, 433.

LATIĀLIS, e. [Λατῖνος] *Quod eſt ex Latio.* Latialis Iupiter, *apud* Cic. pro Milon. 86 c. 31. *Al.* Latiaris. Caput Latiale Lucan. 1, 530. Doctrina Latialis Macrob. 1, 1. Populus Ouid. Met. 15, 481. Plin. 3, 1 Ex his digna memoratu, aut Latiali ſermone dictu facilia. *i. Latino.*

LATIALITER. Adu. Sonare Latialiter Sidon. Carm. 23, 235. *Sirmond. leg.* Latiariter. Peplo circa humeros inuoluto Latialiter tegebatur Mart. Capella l. 5 *pr. i. habitu Latino, qui idem dicitur Gabinus: vid. Barth. ad* Stat. Theb. 4, 19.

LATIAR, aris. n. *i. feriae Latinae. Hoc nomen Ciceroni reſtitui vult Gronou. Obſ.* 4, 25 p. 382. *Vnde ſic edidit illius filius* ad Qu. Fr. 2, 4. *extr.* Dies erant duo, qui poſt Latinas habentur religioſi, caeterum (*ille dies*) quî confectum erat Latiar, erat exiturus (*cum iſta ſcriberem*). *Vid.* CONFECTVS n. 2 Confectae Latinae. Macrob. Saturn. 1, 16 Cum Latiar, hoc eſt Latinarum ſollemne concipitur.

LATĪNVS, a, um. *aliud* Adi. [Λατῖνος] Virg. Aen. 1, 10 genus vnde Latinum. Carmen Latinum Hor. Carm. 1, 32, 3. Conſuetudini Latinae tradere Columel. 12 praef. *i. In Latinum ſermonem vertere.* Feriae Latinae. Var. de L. L. 5, 3 Latinae feriae dies conceptiuus dictus a Latinis populis, quibus ex Albano monte ex ſacris carnem petere ius fuit cum Romanis. A quibus Latinis, Latinae dictae. Cic. pro Planc. 23 Quibus e municipiis vix iam qui carnem Latinis petant, inueniuntur. *Conf.* Liu. 32, 1. *et* 37, 3. *Multa de iis Manut.* in Cic. ad Q. Frat. 2, 4 p. 52. *et* ad Att. 1, 3. *pr. Breuiter: ſacrificium fuit, quo tanquam ſacro vinculo contineri debebant ſocii, qui per Legatos ſuos partem carnis petere ſolebant. Non licuit ante illas peractas in expeditionem ire Conſulibus. Hinc iis retinendis interdum dilatae.* V. Liu. 25, 12. 41, 20 *etc. Vocantur interdum* Latinae *ſimpliciter, vt vidimus, item* Latiar *vbi vid.* Hor. Epiſt. 1, 3, 12 Fidibusne Latinis Thebanos aptare modos ſtudet, *i. carmen Pindaricum Latina lingua ſcribere.* Gens Latina Virg. Aen. 8, 55. Iuniani Latini *apud ICtos libertini, qui iura Latinorum conſecuti fuerant, i. iura quaedam tantum ciuium Rom. alia non item. Vid. Spanh. Orb. Rom.* 1, 8. *Heinecc. Antiquitt. Iuris etc.* Cic. de Fin. 1, 10 Ita ſentio, et ſaepe diſſerui, Latinam

Linguam non modo non inopem, vt vulgo putarent, ſed locupletiorem etiam eſſe quam Graecam. *Contra de illius penuria conqueritur* Sen. Ep. 59. *et* Plin. Ep. 4, 17. Scripta Latina Scribon. Ep. . . Sermonis Latini natiuus lepor, non adſcitus Nep. 25, 4. Vertere in Latinum, *h. e. In Latinam linguam* Quinctil. 10, 5 *ſubaud.* Sermonem. Verbis Latinis miſcere Graeca Hor. Serm. 1, 10, 20. Vocabula parum Latina Martial. 2, 8. Voce Latina loqui Ouid. Triſt. 3, 12, 39. Vrbs Latina Virg. Aen. 9, 367. *Compar.* Hieronym. Epiſt. 13 ad Paullin. Nihil Latinius tuis voluminibus. *Superl.* Idem Epiſt. 51 Homo Latiniſſimus. Viri Latiniſſimi Auguſt. de Grammat. Tom. 1 p. 98.

LATINE. Adu. [Λατινιςὶ] *Latinorum lingua et conſuetudine loquendi.* Dicitur Latine Scribon. 227. Cic. Verr. 6, 2 Latine me ſcitote, non accuſatorie loqui. Idem Philipp. 7, 17 Qui plane et Latine loquuntur. *h. e. Proprie, aperte, et vt res habet, ſine figuris vllaue obſcuritate aut circuitu.* Loqui Latine, *pro aperte, ac ſimpliciter eloqui* Martial. Praefat. Quinctil. Decl. 3. Gell. 4, 1. *Conf. Turneb. Aduerſ.* 24, 5. Loqui Latine, *i. Pure et emendate loqui.* Cic. de Opt. gen. Orat. 4 c. 2. *et* de Clar. Orat. 108 c. 28. *Add.* ib. c. 37. Aliud Latine loqui, aliud Grammatice Quinctil. 1, 6, 27. Cic. pro Caecin. 55 Quid enim facilius eſt, quam probari iis, qui Latine ſciant, in vno ſeruulo familiae nomen non valere?

LATINĬTAS, ātis. f. *Pro Latino ſermone.* Cic. Att. 7, 3 Secutusque ſum non dico Caecilium, Mane vt ex portu in Piraeeum (malus enim auctor Latinitatis eſt) ſed Terentium, *etc.* *Et* ad Herenn. 4, 17 c. 12 Latinitas eſt, quae ſermonem purum conſeruat, ab omni vitio remotum. *Conf.* Diomed. l. 2 de Latinitate, *et* Mar. Victorin. Gramm. l. 1. Latinitas, *Ius Latii, ius ciuium Romanorum, partibus quibusdam minutum.* Cic. Att. 14, 12 Scis quam diligam Siculos. Multa illis Caeſar, neque me inuito, etſi Latinitas erat non ferenda, *etc.* Suet. Aug. c. 47 Vrbium quasdam — Latinitate vel ciuitate donauit.

LATINIENSIS, e. *Idem quod Latinus.* Cic. de Aruſp. Reſponſ. 20 c. 10 Quod in agro Latinienſi auditus eſt ſtrepitus cum fremitu, *ex formula ſollemni.*

LATINO, āre. *Latine vertere.* Cael. Aurel. Tard. 5, 6 Huius nominis vim ſaepe latinauimus.

LATINIZO, āre. *Idem.* Cael. Aurel. Acut. 2, 1 Sorani haec ſunt, quae latinizanda ſuſcepimus.

LATMVS, i. m. [Λάτμος] Plinio 5, 29 Ioniae mons, nobilis ob Endymionis ſabulam, quem aiunt a Luna adamatum in eodem obdormiuiſſe. *Add.* Cic. Tuſc. 1, 92 c. 38 *qui* montem Cariae *vocat.*

LATMIVS *Endymio ap.* Stat. Silu. 3, 4, 40 Cadat tibi Latmius vltro: *inter pulchros.*

LATOMIAE, *vid.* LATVMIAE.

LATŌNA, ae. f. [Λητὼ] *Cei filia, a Ioue dilecta pariter et oppreſſa, Apollinem et Dianam peperit. Vnde Apollo* Latoides, *et Diana* Latonia *dicitur.* Filius Latonae, *Phoebus* Tibul. 3, 4, 72. Genus duplex Latonae Virg. Aen. 12, 198. Puer Latonae, Phoebus Hor. Carm. 4, 6, 37. Candida Latona Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 184. Dilecta Ioui Latona Hor. Carm. 1, 21, 4.

LATONIVS, a, um. Adi. [Λητώϊος] Proles Latonia Ouid. Met. 8, 15. Delos Latonia Virg. Georg. 3, 6 quod in ea Latona enixa ſit Dianam et Apollinem. Seru. Luna Latonia Tibul. 3, 4, 29. Stirps Latonia Ouid. Triſt. 3, 2, 3. *MSS. habent* Latoia. Velox Latonia Stat. Theb. 9, 679.

LATONIA, ae. f. *Diana.* Virg. Aen. 9, 405 Aſtrorum decus, et nemorum Latonia cuſtos.

LATONIGĔNAE, arum. m. [Λητογενῆς] *Apollo et Diana.* Senec. Agam. 320. Duo Latonigenae Ouid. Met. 6, 160.

LATŌVS, i. m. [Λητῷος] *Apollo.* Hor. Carm. 1, 31, 18 Frui paratis, et valido mihi Latoë dones.

LATŌIVS, a, um. *Idem quod Latonius.* Ouid. Met. 8, 541 Parthaoniae tandem Latoia clade Exſatiata domus. *Conf.* Triſt. 3, 2, 3.

LATŌIS, ĭdos. f. *Diana.* Ouid. Epiſt. 21, 153 Confiteor, timeo ſaeuae Latoidos iram.

LATŎĬDES, ae. m. *Apollo.* Stat. Theb. 1, 663 Tenuit reuerentia caedis Latoidem. *Et pl.* Latoidum numina, *i. Apollinis et Dianae* Auſon. Epitaph. 27, 2.

LATOR, ōris. a Fero, fers. *Vid.* FERO.

LATRĪNA, ae. f. *itemque* LATRINVM, i. n. [λουτρὼν Gloſſ. Lat. Gr. ἀφεδρὼν] *Eſt contractum e* Lauatrina, *locus vbi* lauatur, *eluitur quidquid impurum eſt.* Non. 3, 131 Latrina genere feminino, et eſt Lauatrina, quod nunc balneum dicitur. Lucil. lib. 11 Qui in latrina languae. *Sic Mercer. ſed Gothofr.* lacuque. Neutro, Laberius Compitalibus, ſequere in latrinum, vt aliquid guſtes ex cynica haereſi. Lucil. 6 Hoc tu apte, credit quamquam latrina petiſſe. *et plura* Nonius. *Conf.* LAVATRINA *ſub* LAVO. *Sed recentioribus* Latrina *eſt locus, in quem ſordes omnes confluunt. Hinc* Immundis quaecunque vomit latrina cloacis Colum. 10, 85. Apuleius de Aſino 9 p. 223 *Elmenh.* Omnia prorſus vt in quandam coenoſam latrinam, in eius animum confluxerant vitia. Plaut. Curc. 4, 4, 24 Non pluris facio, quam ancillam meam, quae latrinam lauat.

LATRO, āre. [ὑλάω, ὑλακτέω] *Proprium eſt canis, quum impetum facit et voce terret.* Virg. Ecl. 3, 18 Multum latrante Lyciſca. Plaut. Amph. 4, 3, 24 Nec gannio, nec latro. In aliquem latrare Plaut. Poen. 5, 4, 64. Cic. pro Roſc. Amer. 56 c. 20 Quod ſi luce quoque canes latrent, quum deos ſalutatum aliqui venerint, *etc.* ¶ 2 Latrare, *ad homines translatum, pro Vociferari, et intentiore voce clamare.* Cic. de Orat. 2, 220 Quid enim hic meus frater ab arte adiuuari potuit, quum a Philippo interrogatus quid latraret, furem ſe videre reſpondit? de Orat. 3 c. 34. Idem de Clar. Orat. 58 c. 15 Latrant enim iam quidam oratores, non loquuntur. Rumperis, et latras magnorum maxime regum Hor. Serm. 1, 3, 136. Rumperis, *Ex impatientia:* Latras, *More canum amare obiurgas.* Latrare aliquid, *i. Poſcere.* Lucret. 2, 17 Nonne videtis Nil aliud ſibi naturam latrare, *etc.* Feſt. 10 Latrare Ennius pro Poſcere poſuit. *Verſus autem* Ennii *citatur a* Varr. lib. vlt. de Ling. Latina, *non ita procul a fine:* Multa, *inquit*, ab animalium vocibus translata in homines: partim, quae ſunt aperta: partim, obſcura. Perſpicua, vt Ennii: Animus cum pectore latrat, *quo loco multi codices perperam habent* Lactat. Latrare *etiam Poëtis dicuntur aquae.* Claud. 33, 148 Hinc latrat Gaetula Thetis, *etc.* *Vid. Drakenb.* ad Sil. 3, 471. *vid.* Allatro. ¶ 3 Latrare, *cum accuſ.* Hor. Serm. 2, 1, 85 — ſi quis Opprobriis dignum latrauerit integer ipſe *Vid. Bentl. Nempe etiam proprio ſenſu ita conſtruitur.* Gellius 7, 1 *de Scipione Africano,* Quod ſolum id temporis in Capitolium ingredientem canes neque latrarent eum, neque incurrerent. *De eadem re* Sextus Aur. Vict. de V. I. 49 In Capitolium intempeſta nocte euntem numquam canes latrauerunt. *Sic Arntz. ex MSS. pro vulg.* eunti allatrauerunt. *Hanc porro conſtructionem defendunt* Heinſ. ad Ouid. Am. 2, 19, 40 Quid latrent nocte ſilente canes. Stat Silu. 2, 1, 184 Illum nec terno latrabit Cerberus ore. *Et* Sil. 1, 3, 5 Illum nec calido latrauit Sirius aſtro. Horat. Epiſt. 1, 2, 66 Venaticus ex quo Tempore ceruinam pellem latrauit in aula, Militat in ſiluis catulus. Petron. c. 104 Et canis in ſomnis leporis veſtigia latrat. Hor. Epod. 5, 57 Senem adulterum latrent Suburanae canes. *Hinc et Paſſiu.* Plin. 25, 10, 78 Hanc habentes, negant latrari a canibus. Latratur, *Imperſ.* Ouid. Triſt. 2, 459 Scit cui latretur, quum ſolus obambulat ipſe.

LATRANS, antis Partic. [ὑλακτῶν] Colla latrantia canis Propert. 3, 18, 23. Bella vndique latrantia Claud. in Eutrop. 2, 486. Ianitor latrans Virg. Aen. 6, 400. Monſtrum latrans Idem Ecl. 6, 75. Senex latrans, *ſcil. Canis* Phaedr. 5, 10, (11,) 7. *vbi prima corripitur, alias auctoritate optimorum Poëtarum ſemper producta. al. transponunt verba, vt metrum ſeruetur. Vid. Burmann. ad loc. it.* Drakenb. ad Sil. 1, 421. *Conf.* Latratus *et* CIRCVMLATRO. Vndae latrantes Sil. 3, 471. *Vid.* Supra in LATRO, n. 2. Stomachum latrantem lenire Hor. Serm. 2, 2, 17.

LATRĀTVS, a, um. [ὑλαγμένος] *Aliud* Partic. Caput latratum Capharei Stat. Achil. 1, 451. *i. Fluctuum tumultu affectum.* Martial. 4, 53. *de Cynico Philoſopho,* Cui dat latratos obuia turba cibos. *i. Latratu mendicatos more canis.*

LATRĀTOR, ōris. m. [ὑλακτήρ] Virg. Aen. 8, 698 Omnigenumque deûm monſtra, et latrator Anubis, *etc.* Seruius, Latrator quia canino capite pingitur; hunc volunt eſſe Mercurium: ideo quia nihil eſt cane ſagacius. *Adde* Martial. 12, 1. *Pro Rabula moleſto ponitur a* Quinctil. 12, 19 p. 1083 Si a viro bono in rabulam latratoremque conuertitur.

LATRĀTVS, ûs. m. [ὑλαγμὸς] Plin. 8, 40 Ab alio in Epiro agnitum in conuentu percuſſorem domini, laniatu et latratu adactum vt cogeretur fateri ſcelus? *vid.* Varro L. L. 6, 3. Latratus grauis Varr. de R. R. 2, 9. Aper actus latratibus Ouid. Faſt. 2, 231. *al.* Laurentibus. Claris latratibus actus ceruus Ouid. Met. 13, 806. Dare latratus Senec. Medea 841. Edere latratus Scribon. 171. Implet vagis latratibus dumeta venator Sil. 3, 294. Intonare latratu ingenti. *Vid.* INTONO. Remugit nemus latratu Senec. Thyeſt. 8. Saeuit canum latratus in auras Virg. Aen. 5, 257. Terrificique oris ſtrictum Siluiſſe latratum Paullin. Petroc. de Mart. 5, 323. Transmittere latratus Sil. 14, 21. Turbare apros latratu Virg. Georg. 3, 411.

LATRABĬLIS, e. *Latranti ſimilis.* Cael. Aurel. Acut. 3, 11 Vox obtuſa et veluti latrabilis.

LATRATIO, onis. f. Mart. Capella.

LATRO, ōnis. c. [λῃςής,] *Sollemni velut ſignificatu ſic dicuntur* Viarum obſeſſores, *qui publice vel per vim furantur,* quod *a* Latere adoriantur; vel a Latendo: quod latenter inſidientur, *auctore* Feſto. Cantabit vacuus coram latrone viator Iuuenal. 10, 22. Cic. Philip. 2, 62 c. 25 Erat ei viuendum latronum ritu, vt tantum haberet, quantum rapere potuiſſet. *Add.* Martial. 11, 59. Infeſti latrones Hor. Serm. 2, 1, 42. Inſidioſus latro. *Vid.* INSIDIOR. Perditi furioſique, *de Cilicibus* Flor. 3, 6, 2. Latronem, *pro Venatore vſurpant nonnunquam Poëtae.* Virg. Aen. 12, 7 Fixumque latronis Impauidus frangit telum. *Hinc* Latro *conuicium in hoſtem, quem ſic accuſant bellum non legitimum gerere, aut ex ciue perduellem factum.* Cicero *ſaepe, v. g.* Phil. 2 c. 3 Qui tibi, vt tute gloriari ſolebas, detulerat ex latronibus ſuis principatum, *de Caeſare.* Caeſ. B. Ciu. 3, 109. *extr.* Vt potius priuato paucorum et latronum conſilio, quam regio, ſuſceptum bellum videretur. ¶ 2 Latrones, eos antiqui dicebant, qui Conducti militabant ἀπὸ τῆς λατρείας, Feſtus. *Sed audiamus* Varron. de L. L. 6, 3 p. 74, 36 Latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum: quos poſtea a ſtipatione ſtipatores appellarunt, et qui conducebantur mercede. Ea enim merces dicitur Graece λάτρον καὶ σάτρον. Ab eo veteres Poëtae nonnunquam milites appellant latrones. *Hic aliquid deeſſe videtur, de altera ſignificatione, quam primo loco poſuimus, ſubiicitur enim,* quod item *etc.* milites cum ferro, aut quod latent, ad inſidias faciendas. Plaut. Mil. 1, 1, 75 Nam rex Seleucus me opere orauit maximo, vt ſibi latrones cogerem et conſcriberem. ¶ 3 Latrones *etiam ſunt Calculi in luſu calculorum, qui imaginem quandam praelii habet.* Ouid. de Arte Am. 3, 357 Cautaque non ſtulte latronum praelia ludat. *Vid.* LATRVNCVLVS.

LATRVNCVLVS, i. m. Dimin. Cic. de Prouinc. Conſ. 15 c. 7 Res in Sardinia cum maſtrucatis latrunculis a Propraetore vna cohorte auxiliaria geſta. *Paſſim vtuntur ICti de exteris, quaſi iure ſuo in aliena regione, quicum nec bellum nec pacem habent, latrocinantibus. Vid. Strauch. Diſſert. ad Ius Iuſtin.* 15, 6. *v. g.* l. 24 ff. de captiuis *coll.* l. 118 De verb. ſignif. *etc.* *Eſt et Iacobi Thomaſii Diſſ. de* Latrociniis. ¶ 2 Latrunculus, *qui et* Latro, *eſt etiam Quo luditur in XII. ſcriptis gemina acie vtrinque directis.* Martial. 14, 20 Inſidioſorum ſi ludis bella latronum. Seneca Ep. 106 Latrunculis ludimus. Idem de Tranquill. c. 14. *extr.* Ludebat latrunculis, quum centurio agmen, *etc.* *Add.* Plin. 8, 54. Vopiſc. in Proclo c. 13. Macrob. Sat. 2, 5. *De hoc ludo* Ouid. Artis 2, 207

Siue latrocinii ſub imagine calculos ibit,
Fac pereat vitreo miles ab hoſte tuus. *Et* 3, 357
Cautaque non ſtulte latronum praelia ludat
Vnus cum gemino calculus hoſte perit.
Bellatorque ſua prenſus ſine compare bellat
Aemulus et coeptum ſaepe recurrit iter.

Cognatus videtur luſus XII ſcriptorum, *de quo vid.* SCRIPTVM, SCRIPTVLVM *in* SCRIBO.

LATRVNCVLARIVS, a, um. Lateruncularia tabula, *In qua laterunculis luditur.* Senec. Epiſt. 117 *circa finem,* Nemo qui ad incendium domus ſuae currit, tabulam latrunculariam perſpicit, vt ſciat, quomodo alligatus exeat calculus. *Editt. antiquae* Laterunculariam.

LATRVNCVLĀTOR, ōris. m. [λῃςοδιώκτης] *Qui Latrones perſequi et conquirere iuſſus eſt.* Vlpian. 5 Digeſt. de Iudiciis. l. Solemus, Latrunculator de re pecuniaria iudicare non poteſt.

LATROCĬNOR, āri. [λῃςεύω] *Latronum more praedari.* Cic. de Nat. Deor. 1, 87 c 31 Tot millia latrocinantur morte propoſita: alii omnia quae poſſunt fana compilant. Idem de Legib. 1, 43 Ius eſſet latrocinari, ius adulterare, *etc.* Hiſtri latrocinati naues Romanorum fuerant Eutrop. 3, 2. *extr.* Latrocinari ex occulto Plin. 9, 42. Latrocinari, *Mercede militare* Varro de L. L. 6, 3 p. 74, 35.

Laudatur

laudatur locus In Cornicula, Qui regi latorcinatus decem annos Demetrio. Plaut. Frag. 1, 70 Latrocinatus annos decem, mercedem accipio. *Conf.* Trin. 2, 4, 197. Mil. 2, 6, 19. *et* Poen. 3, 3, 90.

LATROCINATIO, ōnis. f. *Actus Latronis.* Plin. 19, 4 Multitudinis innumerae ſaeua latrocinatio.

LATROCINIVM, i. n. *Idem, quod et vſitatius eſt. Vtuntur etiam eo nomine inuidiae faciendae cauſa, ad vim iniuſtam et dolos notandos.* Cic. pro Roſc. Amer. 61 c. 22 Quod putares hic latrocinium, non iudicium futurum. Furtim et per latrocinia potius quam bonis artibus ad imperia et honores nituntur Salluſt. Iug. c. 9. Cic. Verr. 3, 57 Tu quae ex fanis religioſis per ſcelus et per latrocinium abſtuliſti, *etc.* Caeſ. Bell. Gall. 8, 24 Quia repentino latrocinio atque impetu incolae illorum, *etc.* Hor. Serm. 1, 3, 122 — quum dicas eſſe pares res Furta latrociniis. Ouid. de Arte Am. 2, 207 Siue latrocinii ſub imagine calculus ibit. *De Ludo.* Caſtrenſe latrocinium, *vid.* CASTRVM. Nefarium latrocinium, *vid.* NEFARIVS. Tueri fines ab excurſionibus hoſtium et latrociniis Cic. pro Deiot. c. 8. Agitare latrocinia Tacit. Ann. 12, 27. Coniicere in latrocinium, *vid.* CONIICIO. Depellere latrocinia Cic. ad Quint. Frat. 1, 1, 8. Facere latrocinium Sen. Ep. 7. ¶ 2 Latrocinium, *olim ipſa Militia.* Plaut. *apud* Non. 2, 508 Qui apud regem in latrocinio fuiſti, ſtipendium acceptitaſti.

LATROCINĀTOR, ōris. m. *Idem ac Latro in* Dig.

LATROCINALIS, e. Apul. Mileſ. 2 p. 121 *Elmenb.* Quodcunque vel ignotorum miſeratione, vel amicorum beneuolentia extraximus, id omne latrocinalis inuaſit manus. Caſtra latrocinalia Ammian. 27, 2. Globi latrocinales Idem 31, 16.

LATROCINALĬTER. Adu. *Idem.* Mart. Capell. 6 Latrocinaliter interimere.

LATVMIAE, [λατομίαι] *vel* LATOMIAE, *aut etiam quod optimi quique libri habent* LAVTVMIAE, ārum. f. *Lapicidinae,* Feſtus: Latumias ex Graeco et maxime a Syracuſanis, qui latumias et appellant et habent, ex quibus locis exciſi ſunt lapides ad exſtruendam vrbem. Praecipue *nimirum ita nominatus eſt Carcer Syracuſanus, quem deſcribit* Cic. Verr. 5, 68 c. 27 Lautumias Syracuſanas omnes audiſtis, plerique noſtis. Opus eſt ingens, magnificum, regum ac tyrannorum: totum eſt ex ſaxo in mirandam altitudinem depreſſo, et multorum operis penitus exciſo: nihil tam clauſum ad exitus, nihil tam ſeptum vndique; nihil tam tutum ad cuſtodias, nec fieri, nec cogitari poteſt. *Add.* ib. 143 c. 55. Liu. 32, 26 *fin.* Cic. Verr. 3, 14 Qui iuratus apud vos dixit multos ciues Romanos in lautumiis iſtius imperio crudeliſſime per vim morte eſſe mulctatos. Idem Verr. 5, 145 Quaecunque nauis ex Aſia, quae ex Syria, quae Tyro, quae Alexandria venerat, ſtatim certis iudicibus et cuſtodibus tenebatur: vectores omnes in lautumias coniiciebantur. *Fuit etiam locus Romae, qui* Latomiae *vel* Lautumiae *diceretur.* Liu. 26, 27 *De incendio circa forum,* Comprehenſa poſtea priuata aedificia, neque enim tum baſilicae erant: comprehenſae lautumiae, forumque piſcatorium, et atrium regium. *Ad eandem regionem videtur pertinere, quod eſt* Liu. 39, 44 Cato atria duo Maenium et Titium in lautumiis, et quatuor tabernas in publicum emit, baſilicamque ibi fecit, quae Porcia appellata eſt. Plinius 11, 37 *De Ariſtomene Meſſenio a Spartanis capto,* Ipſe conuulneratus et captus ſemel per cauernam lautumiarum euaſit, anguſtos vulpium aditus ſecutus. *Et ita ſcribendum, euidentiſſime apparet ex* Seneca Exc. Controu. 9, 4 *de Sabino quodam:* Ille etiam, *inquit,* quum reus rogaret, vt in lautumias transferretur, Ne nunc, inquit, quemquam veſtrûm decipiat nomen, Lautumiae: illa animo meo lauta res eſt. Iocabatur in miſeriis et periculis ſuis. In quibus non debuiſſe quis neſcit? potuiſſe quis credit? *Licet vero* Lautumia *generatim firmi carceris nomen ſit, tamen paſſim ad proprietatem reſpicitur.* Plaut. Poen. 4, 2, 5 Ita me DI ament, vel in lautumiis vel in piſtrino mauelim agere aetatem, praepeditus latera forti ferro. Id. Capt. 3, 5, 65 Inde ibis porro in latomias lapidarias. Ibi cum alii octonos lapides effodint, Niſi quotidianus ſeſqui opus confeceris Sexcenteplago nomen indetur tibi. Vlpian. l. 1 §. vlt. de Aleatoribus, Aut in lautumias, vel in vincula publica ducatur. Sidon. Epiſt. 1, 7 *fin.* Publicum carcerem, lautumias, ergaſtulum *iungit.*

LATVMARIVS, *ſ.* LAVTVMARIVS *a Turn. Adu.* 21, 15 *tribuitur Ciceroni, pro* Lanternario, *vbi vid. ſub* LATERNA. *Interpretatur nempe hominem, qui propter ſcelera ſua in* Lautumia *detentus fuerit.*

LATVS. [πεφορημένος] Partic. *a* Fero, fers, *vid.* FERO.

LATVS, a, um. ior, iſſimus. [εὐρὺς, πλατὺς, λαῦρος] *Spatioſus, amplus, laxus. Cuius contrarium eſt* Anguſtus. Aditus latus, *vid. ſub* ADEO. Aequor Hor. Epiſt. 1, 2, 20. Agri Virg. Aen. 8, 8. Amnis Id. Georg. 1, 141. Area Ouid. Epiſt. 1, 72. Armi Virg. Aen. 11, 644. Campi Id. Georg. 1, 492. Clauus, *vid.* CLAVVS. Flumina Virg. Georg. 3, 213. Fundi Sic. Flacc. p. 18 *et* 22 *Goeſ. i. latifundium.* Lati *vel* Latis humeris *eſſe dicuntur heroës a Poëtis, vid. Drakenb. ad* Sil. 1, 499. Humum latam habebat diues Ouid. Faſt. 5, 280. Oratio liberior et latior Cic. de Cl. Orat. c. 31. Orbis latus Hor. Carm. 1, 12, 56. Ore lato ingens feneſtra Virg. Aen. 2, 482. Pectus latum Ouid. Faſt. 1, 378. Radice lata arbor Plin. 12, 7. Regna latiſſima Ouid. Epiſt. 2, 3. Taeda latiſſima Iuvenal. 12, 59. Viros latos exigunt vineae Colum. 1, 9, 4. Vnguis latus Plin. 11, 45. Vnguem latum non diſcedere, *vid.* VNGVIS. Latus pectore Martial. 12, 38. Latus, *cum genitiuo,* Columel. 3, 13 Auarius quidam dupondio et dodrante altum ſulcum, latum pedum quinque faciunt. *Vid.* Longus pedum quatuor, *in* LONGVS. Latus, *cum accuſatiuo.* Plin. 6, 26. *De Babylone:* Saxaginta millia paſſuum amplexa muris, ducenos pedes altis, quinquagenos latis. Buccina tortilis in latum Ouid. Met. 1, 336. Cic. Acad. 4, 127 Eſt animorum ingeniorumque naturale quoddam quaſi pabulum conſideratio contemplatioque naturae. Erigimur, latiores fieri videmur, humana deſpicimus. *De permutatione huius vocis in MSS. vid.* LATIVS *ſub* LATIVM.

LATE. Adu. [πλατέως] Plin. Epiſt. 8, 10 Quibus videor a meo, tuoque latere pronum ad honores iter, et audita latius nomina, et non ſubitas imagines relicturus. Sacer late lucus Virg. Aen. 8, 598. Victrices late caternae Hor. Carm. 4, 4, 23. Actae praedae latius Liu. 2, 60. Aperire latius Tacit. in Vita Agric. 38. Audiri latius Id. Hiſt. 3, 3. Complent loca milite late Virg. Aen. 2, 495. Diffuſa late longeque laus Pompeii Cic. pro Corn. Balbo 13 c. 5. Diſcedere late Virg. Georg. 4, 359. Diſſeminatum eſt hoc malum latius opinione Cic. in Catil. 4, 6. Diuiſum late atque diſperſum bellum Id. pro Lege Manil. 31. Effuſum late mare Hor. Epiſt. 1, 11, 26. Facere id, quod nunties, latius Cic. Phil. 1 c. 3. *Grut. leg.* laetius. Fidei bonae nomen Manat latiſſime Cic. Off. 3, 17. Fieri late vulnus Scribon. 121 *pro* Dilatari. Fundere ſe latius Cic. de Orat. c. 35. Fuſus latius locus Quinctil. 6, 5. Cic. de Fin. 2, 17 Rhetoricam palmae, Dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat, quod latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem compreſſius. Patere latiſſime Id. ibid. 2 c. 16. Patet late, et ad multos pertinet haec ars Id. de Orat. 1, 235. *Et* Off. 1, 92 — Hoc latiſſime pateat, ad plurimoſque pertineat. Poſſidere late latius, *i. Amplas poſſeſſiones habere* Ouid. Met. 5, 130. *Vid. Burm. ad* Petron. c. 82. *Barth. Adu.* 10, 3. Remotus longe lateque a vulgo Hor. Serm. 1, 6, 18. Perſcribere latius atque inflatius omnia ad aliquem Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 17. *et* 3, 79. Sparſa late veſtigia currus Ouid. Met. 2, 318. Vagatus late ignis Liu. 24, 47 *extr.* Vagabitur nomen tuum longe atque late Cic. pro M. Marcell. 30. Vehi latiſſime ingenii velis Plin. Ep. 4, 20. Latius, *pro Diuturnius.* Plin. Epiſt. 3, 10 Cuius famae latius conſuletur, ſi diſpenſata et digeſta fuerit.

LATITIA, ae. f. *Latitudo.* Innocent. de caſis litt. p. 222 Proximum caſa venit fines quam maxime in longum habens, in latitia breviores. *Adde* p. 141. *et* 242 *Goeſ.*

LATITVDO, ĭnis. f. [εὖρος, πλάτος] Cic. de Nat. Deor. 1, 54 c. 11 In hac igitur immenſitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. Creſcere in latitudinem, *vid.* CRESCO. Decliuis latitudo Sall. Iug. 17, 4. *i. magna vallis. vid. h. l. Cort. et Waſ.* Cic. de Lege Agr. 3, 67 Qui latitudinem poſſeſſionum tueri, qui inuidiam Syllanorum agrorum ferre non poſſunt. Cic. de Orat. 2, 91 Oris prauitatem et verborum latitudinem imitatur, *cum vitioſe ore nimis aperto, non preſſe et ſubtiliter ſatis pronuntiatur.*

LATESCO, ĕre. [πλατύνομαι] *Latum fieri et in latum extendi.* Columel. 2, 10 Quia non in ventrem lateſcunt, ſed tenuem radicem deorſum agunt. Bis ſex lateſcit faſcia partes Manil. 1, 680. *Part.* Oſſa lateſcentia ad ſpinam tendunt Celſ. 8, 1.

LATIFICO, āre. πλατύνω Gloſſ. Gr. Lat.

LATIFOLIVS, a, um. Adi. [πλατύφυλλος] *Quod lata habet folia.* Plin. 15, 29 Diſtinctio myrti ſatiuae atque ſilueſtris, et in vtraque latifoliae. Idem 15, 7 Optima laurus ad id latifolia. *Add.* Id. 16, 6.

LATIFVNDIVM, i. n. [εὐρυχωρία] *Quod habet latum fundum et magnum: vel fundus latus et amplus.* Plin. 17, 22 Latifundiis non legitima naturae feſtinatio, *i. Non poteſt vna certa ratio praeſcribi putandae vineae in magnis praediis, quod aliae ſerius id, aliae maturius deſiderant.* Idem 8, 6 Latifundia perdidere Italiam. *Conf.* Id. 18, 6. Sen. Epiſt. 88. Valer. Maxim. 8, 6 *de C. Licinio,* Ampla ab eo relicta latifundia feſtinanter conſumſit.

LATILOQVENS, entis. o. πλατυλόγος Gloſſ. Gr. Lat.

LATVSCLĀVVS, *vid. diuiſum in* CLAVVS.

LATICLĀVVS *ſequioris aeui nomen videtur.* Impp. Valentinianus et Valens l. 17 Cod. Th. de Praetoribus et Quaeſtor. Etſi iniuſtum enim atque dedecus videtur, mulieres ad Laticlauum atque inſignia procedere, *etc.* *Sic etiam legitur* l. 42 ff. de Donat. inter vir. et vxor. Si vxor viro LATICLAVII petendi gratia donet. *Sed ibi legendum putamus* lati claui *disiuncte. Certe ſic retulit* Vlpian. Inſtit. 7, 1. *Interim non diſſimulandum, quod habet,* Vet. Schol. Perſii 1, 16 *vbi* album *interpretatur,* Vel veſte candida nondum purpureum adeptus veſtimentum, quod Laticlauium dicitur. *Quid ſi etiam* l. c. C. Theod. Laticlauium *legendum eſt? Certe etiam apud* Lamprid. Commod. 4 *ita legitur* Paternum — per laticlaui (*ſuſpicatur Caſaubonus* laticlauii *vel* laticlauiae, *nempe veſtimenti, vel veſtis*) a praefecturae (*praetorii*) adminiſtratione ſubmouit: *quod nempe illa aetate equeſtris tantum dignitas illa praefectura eſſet.* Latus clauus *autem ſenatorum eſt, vt ſatis ſ. l. demonſtratum.* Gloſſ. Gr. Lat. Laticlauium πλατύσημον.

LATICLAVII, ōrum. m. [πλατύσημοι] *Senatores appellati ſunt, a lato clauo, quo vtebantur.* Suet. Auguſt. 38 Ac ne expers caſtrorum eſſet, binos plerumque laticlauios praepoſuit ſingulis alis. *Sic* A quodam laticlauio caeſus Suet. Ner. c. 26. *Nempe*

LATICLAVIVS, a, um. Adi. Tribunus laticlauius Sueton. Domit. c. 10. Mappa Petron. c. 32. Tunica laticlauia Valer. Max. 5, 1, 7.

LATICLAVIALIS, e. *Idem.* Inſcriptio vetus apud Gruter. p. 180 n. 3 C. MARIVS. DRVSVS. C. F. PR. DICTVS. EX. PROVINCIA. DACICA. TRIBVNVS. LATICLAVIALIS. *etc.*

LATIPES, ĕdis. Auienus Prognoſt. Arat. v. 358 Latipedemque anatem cernes excedere ponto.

LATVS, ĕris. n. [πλευρὰ, λαγὼν, πλευρὸν] *Pars humani corporis infra axillam, et quae in animalibus, aut aliis in rebus, proportione illi reſpondent. Tum totum reſpirationis et vocis adeo noſtrae inſtrumentum. Corpus, aut truncus corporis, in quantum in ſaltatione, in venere item mouetur.* Virg. Aen. 2, 393 Laterique Argiuum accommodat enſem. Artifices lateris *i. Saltatores* Ouid. de Arte Am. 3, 351. Conatus laterum Quinctil. 1, 11, 8 Vt quoties exclamandum ſit, lateris ſit ille conatus, non capitis. Dolor laterum Hor. Serm. 1, 9, 32. *i. pleuritis.* Quinctil. 1, 11, 18 *ex* Cic. de Orat. 3, 218 c. 59 Orator vtatur laterum inclinatione forti ac virili, non a ſcena et hiſtrionibus, ſed ab armis, aut etiam a palaeſtra. *Apud* Ciceronem *eſt* inflexione. ¶ 2 *Epitheta.* Apertum latus, *i. nudum* Siſennae *ap.* Non. 4, 5 Adoriuntur aduerſus, vt apertis lateribus, *i. indefenſis. Etiam in aliis formulis* Latus *ſic ſumitur pro imbecilli et indefenſa parte: vt* Nudum, Dare, Praebere, Tegere. Ardua latera *Polyphemi* Virg. Aen. 3, 665. Forte latus *i. corpus ad vſum voluptatis, ſic* Hor. Epiſt. 1, 7, 26. Inualidum referens emeritumque latus amator laſſus Ouid. Amor. 3, 11, 14. Longum latus Sen. Hippol. 1045. *de belua marina.* Longo nullus lateri modus Virg. Georg. 3, 54. *in bouis laude.* Plaut. Milit. 2, 2, 2 Latera autem veſtra lorea faciam. *Quod corium ſic vapulantium in lora ſcindi videatur. Perinde ac ſi diceret: E veſtro corio ſcindam lora virgis. Turnebus.* Niueum *bouis* Virg. Ecl. 6, 54. Ouid. Met. 2, 865. Nudum latus dare Tibull. 1, 4, 46. *de gladiatoribus: vid. Brouckhuſ. h. l. et ad* 1, 11, 14. Nudum imperii latus oſtentare Flor. 3, 5, 4. Patiens laboris latus Quinct. Prooem. 1. Rigidum Stat. Theb. 6, 708. ¶ 3 *Formulae verborum:* Accinctus enſis lateri, *vid.* ACCINGO. Accommodare enſem lateri Virg. Aen. 2, 393. Adhaerere lateri, *vid.* ADHAEREO. Adiungere aliquem lateri filii Quinctil. 1, 2. Adſtare in latus obliquum, *h. e. Verſo latere verſus aliquem* Ouid. Met. 3, 187. Cinxit latus enſe Ouid. Faſt. 2, 784. Claudere latus *dicitur, qui alterum tanquam inferior comitatur, ſ. comes exterior.* Iuuen. Sat. 3, 131 Diuitis hic ſerui claudit latus ingenuorum Filius. *Vid.* Tegere latus. *Add. Lipſ. Elect.* 22.

Conſerere latus lateri, *i. corpus corpori, de fructu Veneris, vt* n. 2 Forte, *it.* Inualidum latus. *Add.* Iuuenal. 6, 37 *etc.* Ouid. Epiſt. 2, 58. Dare latus, *vid.* Tegere latus. Dolentes latus Scribon. 170. Extentum curſu miſſa latus eruit haſta Ouid. Met. 12, 477. Exſoluere a latere pugionem Tacit. Hiſt 3, 68. Exonerare latus enſe Senec. Agamem. 423. Fodere latus Hor. Epiſt. 1, 6, 50. *de admonente.* Haeret lateri letalis arundo Virg. Aen. 4, 73. Munire latus nauis Ouid. Met. 11, 487. Peregit latus enſe Id. Epiſt. 4, 119. *i. Transfixit, transegit*: *Egit enſem per latus*, *vid.* PERAGO. Praebere latus Sen. Quaeſt. Nat. Praef. 4. *i. nudum dare*, *vid.* Tegere latus. Reſoluit latus enſe, *i. Diſcingit enſem* Lucan. ad Piſon. 132. Soluuntur ima latera Virg. Georg. 3, 523. *de tauro.* Submittere latus Ouid. Met. 3, 23. Tegere latus alicui, *comes exterior dicitur* Hor. Serm. 2, 5, 18 *Tireſias ſuadet Vlyſſi, ſi velit heredipeta felix eſſe*, Nec comes exterior, ſi poſtulet, ire recuſes. *Indignabundus Vlyſſes ait*, Vtne tegam ſpurco Damae latus? *Vbi Interpr.* Latus alicui tegere, dicitur, qui virum honoratum vel ſtipat vt ſatelles, vel comitatur vt aſſecla Sueton. Claud. 24 *extr.* Aulo Plautio — in Capitolium eunti, et inde rurſus reuertenti latus texit. *De eadem re* Eutrop. 7, 13 Vt conſcendenti capitolium laeuus incederet. Iuuenal. 3, 131 Diuitis hic ſerui claudit latus, *vid.* COMES exterior. Tegere latus *etiam dicebantur Gladiatores, qui defendebant, ne inferretur ictus. Hinc*, Tecto latere diſcedere, *eſt Tute et extra periculum diſcedere* Ter. Heaut. 4, 2, 5. *Contraria ratione dicitur* Apertum latus. Adoriuntur aduerſos vt apertis lateribus Siſenna *ap.* Non. 4, 5. Si volet arma, leui tentabis ludere dextra; ſaepe Dabis nudum, vincat vt ille latus; Tibull. 1, 4, 46. *vbi vid. Brouckhuſius.* ¶ 4 *Formulae aliae:* Latus mundi, *Regio* Horat. Carm. 1, 22, 19. Latus, *pro Viribus et ſpiritu.* Cic. de Senect. 27 Neque enim ex te vnquam es nobilitatus, ſed ex lateribus et lacertis tuis. Cic. in Orat. 85 Valentiorum haec laterum ſunt, *h. e. Eorum, qui vehementer clamare poſſunt, qui dicuntur habere* Latera firma: *ſicuti contra* Infirmis *dicuntur eſſe lateribus, Ii, qui vocis contentionem ferre non poſſunt. Conf.* Plin. Ep. 2, 11, 15 *cum not. Cellar. it. Pearce* ad Cic. de Orat. 1 c. 25 not. 5. Homines a latere, *i. Cari et amici principum, et qui eorum lateribus ſemper adſunt.* Curt. 3, 5, 15 Quum ad perniciem eius etiam a latere ipſius pecunia ſolicitaret hoſtis. *Add.* Liu. 24, 5. *Ad Genealogiam et generis enarrationem pertinet* Stat. Silu. 3, 3, 120 Sic quidquid patrio ceſſatum eſt ſanguine, mater Reddidit, obſcurumque latus clareſcere vidit Connubio gauiſa domus. Plin. Epiſt. 3, 10 A meo tuoque latere, *i. noſtri vtriuſque generis.* Campi latus Ouid. Met. 10, 674. Inſulae latera, *pro Extremis vtrinque partibus* Cic. de Legib. 2, 6. Aequa latera Quinctil. 1, 10. Latus *etiam pro Laterone, ſiue Eo, qui latus tegit, ponitur a* Martial. 6, 68 Eutychus ille tuum, Caſtrice, dulce latus. ¶ 5 *Pro medio ſ. media parte* Colum. 3, 13, 2. *Nam quod hic ait*, iuxta latera foſſarum, *ipſe* 3, 15, 2 *interpretatur* a media ſcrobe. *Ita* iuxta diuerſa latera foſſarum diſpoſiti lapides 3, 15, 3 *ſunt quaſi tranſuerſus per mediam foſſam paries. Add.* 3, 13, 11.

LATERĀLIS, e. Plin. 21, 21 Idem ſi lateralis dolor ſit, aut inter ſcapulas, aut in thorace. Lateralis cingula Calphurn. ecl. 6, 41.

LATERALIA, ium. n. Pl. *Sunt Capſulae, in quibus ad ephippium ſuſpenſis neceſſaria in itinere recondimus*; Scaeuola l. 102 ff. de Legat. et fid. 3 Pecuniam in lateralibus condidit.

LATVSCVLVM, i. n. Dimin. [πλευρίδιον] Catul. 23 (25) 10 Ne laneum latuſculum, manuſque mollicellas, Inuſta turpiter tibi flagella conſcribillent. Speculorum latuſcula, *i. Parua latera* Lucret. 4, 311.

LATERARIVS, a, um. Adi. Laterarium lignum: Vitruuius 10, 20 Ipſi autem laterariis circa fixis contineantur, teganturque tabulis maxime palmeis.

LATERĀTIM. Adu. *Ex vtroque latere.* Guil. Brito Phil. 7, 112 Has facit in medio lateratim flumine mergi.

LATERENSIS, e. Tertull. adu. Marc. 4, 43 Laterenſibus vti, *i. Satellitibus, qui ſunt a latere.*

L A V

LAVACRVM, LAVATIO, LAVATRINA, *vid.* LAVO.

LAVDICOENVS, i. m. [ἐπαινόδειπνος] *Qui laudat ob coenam, quam laude meretur, cum alluſione ad* Laudiceam *ſ. Laodiceam vrbem.* Plin. Epiſt. 2, 14 Sequuntur auditores actoribus ſimiles, conducti et redemti mancipes. Conuenitur a conductis et redemtis in media baſilica, vbi tam palam ſportulae, quam in triclinio dantur. Ex iudicio in iudicium pari mercede tranſitur. Inde iam non inurbane σοφοκλεῖς vocantur, ἀπὸ τοῦ σοφῶς καὶ καλεῖσθαι. Iiſdem Latinum nomen impoſitum eſt laudicoeni: et tamen creſcit in dies foeditas vtraque lingua notata.

LAVDO, āre. [αἰνέω, ἐπαινέω, αἰνίζομαι, καθυμνέω] *Verbis extollere.* Placet Hector ille mihi Naeuianus, qui non tantum laudari ſe laetatur, ſed addit etiam a laudato viro Cic. Fam. 6, 12. Hoc ſtatuo, hunc, (*Clodium*) ſi amicus eſſet Pompeio, laudaturum illum non fuiſſe. Quid enim, ſi illi inimiciſſimus eſſet, amplius ad eius laudem minuendam facere potuiſſet Cic. de Aruſp. Reſp. c. 24. *Add.* ib. c. 22. Hunc pro dignitate laudare nemo ſatis commode poteſt Cic. pro S. Roſc. c. 12. Id. pro Flacc. 63. Sic optimatum conſilio gubernatur, vt omnes eius inſtituta laudare facilius poſſint quam aemulari. Id. Fam. 5, 20 Quam quidem omnes non ſolum probant, ſed etiam laudant. Ouid. Met. 10, 582 Laudando concipit ignem. Laudare alterum ad aliquem, *vid.* AD *Praepoſitionem.* Cic. Quint. Frat. 1, 1 Vnum eſt quod tibi ego praecipere non deſinam, neque te patiar (quantum erit in me) cum exceptione laudari. omnes enim qui iſtinc veniunt, ita de tua virtute, integritate, humanitate commemorant, vt in tuis ſummis laudibus excipiant vnam iracundiam. Honoratiſſimum (*apud Germanos*) aſſenſus genus eſt, armis laudare Tac. de Mor. Germ. 11, 7. *Nempe dixerat*, Si placuit ſententia frameas concutiunt. Carmine laudari alicuius Ouid. ex Pont. 3, 1, 61. Laudibus laudare Plaut. Capt. 2, 3, 62. Ore alicuius laudari Ouid. ad Liuiam 465. Vtilitate laudatur, non arte Cic. de Fin. 1. . . ¶ 2 Laudare, *Nominare* Plaut. Capt. 2, 3, 66 Id ſcias, Iouem ſupremum teſtem laudo Hegio, me infidelem non futurum Philocrati. *Conf.* Non. 4, 276. Laudare *inquit* Macrobius Saturn. 6 ſignificat priſca lingua Nominare, appellareque. Cic. de Orat. 3, 65 c. 18 *de Carneade loquens:* Huius ego etſi multos auditores cognoui Athenis, tamen auctores certiſſimos laudare poſſum, et ſocerum meum Scaeuolam, qui eum Romae audiuit adoleſcens, et Quint. Metellum familiarem meum. *Add.* Idem de Clar. Orat. 44. *Et* pro Flacc. 93 His tu igitur epiſtolis, Deciane, recitatis, his mulierculis productis, illo abſente auctore laudato, tantum te crimen prolaturum putaſti, *etc.* Gell. 3, 16 Varro vndecimo menſe naſci hominem poſſe dicit: eiuſque ſententiae tam de octauo, quam de vndecimo menſe, Ariſtotelem laudat auctorem. Pomponius in l. Tenetur. De actionibus emti et venditi, Si tibi iter vendidero, ita demum auctorem me laudare poteris, ſi tuus fuerit fundus, cui acquirere ſeruitutem volueris. *Ratio huius formulae eſt, quod ſolent teſtes cum laude citari, vt e. g.* Cic. Verr. 5, 10. ¶ 3 Laudo, *pro Recuſo, improbo, nolo, dictum volunt* Virg. Georg. 2, 412 — Laudato ingentia rura, Exiguum colito. *Nam latifundia improbat, modicumque agri modum praefert. Sic Turnebus Adu.* 20, 14. *Sed non puto ita plane contrariam ſententiam ſubieciſſe verbo illi Poëtam. Hoc vult, Laudare potes, admirari potes, ſed tibi optare vel colenda ſumere non eſt conſultum. Ita laudare aliquis poteſt ſplendorem aularum, ſed negare, eum ſibi conuenire. Ita Socrates apud* Cic. de Orat. 1, 231 c. 54 Laudauit *Lyſiae orationem: quid enim eſt aliud,* non inuitus legit, et non incommode ſcriptam eſſe dixit; Sed, inquit, vt ſi mihi calceos Sicyonios attuliſſes, non vterer, quamuis eſſent habiles et apti ad pedem; quia non eſſent viriles: Sic illam orationem diſertam ſibi et oratoriam videri; fortem et virilem non videri.

LAVDANDVS, a, um. Partic. [ἐπαινετέος] Ioci non laudandi Ouid. Triſt. 1, 8, 62. Voluntas laudanda eſt Id. ex Pont. 3, 4, 79.

LAVDĀTVS, a, um. [ἐπαινετὸς] Partic. Abunde laudatus Ouid. Triſt. 1, 6, 31. Falſo laudata femina Id. Amor. 3, 12, 43. Forma laudata Id. Epiſt. 16, 131. Virtus laudata creſcit Id. ex Pont. 4, 2, 35. Laudatior Plin. 17, 23. Cic. de Aruſp. Reſp. c. 22. Laudatius Plin. 12, 8. Laudatiora Gell. 4, 9. Aloë laudatiſſima Plin. 27, 5. Forma laudatiſſima Ouid. Epiſt. 19, 131. Virgo laudatiſſima dote formae Ouid. Met. 9, 715.

LAVDATE. Adu. *Compar.* Plin. 14, 17 Saporem vini aſſequi nuſquam laudatius. *Superl.* Idem 36, 6 Domos laudatiſſime adornans.

LAVDĀTOR, ōris. n. [ἐπαινέτης] Cic. pro Font. 6 Eo nos iam laudatore et teſte vtemur. *Add.* ib. c. 26. *De* laudatoribus in iudicio, *vid.* Cic. pro Flacc. 74 *et* 100. *item* in comitiis Plin. Ep. 3, 20. Eloquentiſſimus Plin. Ep. 2, 1. Laudator voluntarius Cic. Verr. 6, 143. Nolo eſſe laudator, ne videar adulator Auct. ad Herenn. 4, 30. Adhibere laudatorem, *vid.* ADHIBEO. Dare laudatores alicui Quinctil. 3, 7. *Conf.* Cic. de Orat. 2, 341. *et* Verr. 4, 114. *Graeu. ad* Cic. Verr. 7, 57.

LAVDĀTRIX, īcis. f. [ἐπαινετὶς] Cic. Tuſc. 3, 4 c. 2 Vitiorum laudatrix fama popularis. Laudatrix Venus eſt inſidioſa mihi Ouid. Epiſt. 17, 126.

LAVDATIO, ōnis. f. [αἴνεσις] *Eſt oratio ipſa laudantis.* Cic. pro Font. 4 Vos autem abſens orat atque obſecrat, vt ſua religio, laudatio, auctoritas, aliquid apud veſtros animos momenti habuiſſe videatur. *de actu iudiciali, pro reo.* Funebres laudationes Quinctil. 3, 7. Praeclara laudatio Cic. Verr. 4, 13. Decernere laudationem, *vid.* DECERNO. Laus *et* Laudatio *differunt.* Sen. Epiſt. 103 (102) Praeterea aliud eſt laus, aliud laudatio. Haec et vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, ſed laudationem: cuius officium oratione conſtat.

LAVDABĬLIS, e. [αἰνετὸς, ἐπαινετὸς] *Quod merito laudari debet.* Plaut. Perſ. 4, 5, 1 Edepol dediſti virgo operam laudabilem, probam, et ſapientem, et ſobriam. Carmen laudabile Hor. de Arte Poët. 408. Opus laudabile Lucret. 5, 179. Res rectae et laudabiles Cic. de Fin. 1, . . Vita laudabilis Id. de Amicit. 23. Laudabilior Id. in Orat. c. 20. Exercitus modeſtiâ poſt victoriam, quam ipſâ victoriâ laudabilior Liu. 36, 21.

LAVDABILĬTER. Adu. [ἐπαινετῶς] Cic. Tuſc. 5, 12 c. 5 Quid? ad recte, honeſte, laudabiliter, poſtremo ad bene viuendum, ſatiſne eſt praeſidii in virtute? *Comparat.* Val. Max. 5, 1 *extr.* 3. *Add.* Idem 5, 4, 3.

LAVDABILĬTAS, ātis. f. L. 1 Cod. de metallariis: Laudabilitas tua.

LAVDATĪVVS, a, um. Adi. [ἐπαινετικὸς] *Quod laudat. Vnde,* Laudatiuum genus *dicitur Demonſtratiuum.* Quinctil. 2, 16 (15) Laudatiuam totam, quae eſt pars rhetorices tertia. Materies laudatiua Ammian. 16, 1. Pars Rhetorices laudatiua Quinctil. 2, 15.

LAVDATORIVS, a, um. *Idem.* Fulgent. Mythol. 1 Laudatorio palmulae tactu alicuius mulcere caeſariem.

LAVS, laudis. f. [ἔπαινος, αἶνος, ἐγκώμιον] *Secunda opinio de bonitate rei vel hominis, commendatio, gloria, ipſaque adeo praeſtantia aut virtus, in quantum laudatur.* Virg. Aen. 5, 355 Primam merui qui laude coronam. Laus caſeo Romae, ex prouinciis Nemauſenſi, *etc.* Plin. 11, 42. Vita mirabili ad laudem et prope ſingulari Cic. pro Dom. 21. In laude olei nominatur id quoque Plin. 13, 1. Beatus omni laudum cumulo Stat. Silu. 4, 3, 158. Conſpicuus laude, *vid.* CONSPICIO. Dignus vir laude Hor. Carm. 4, 8, 27. Inclytus laude Senec. Agamemn. 400. Potentes laude homines Lucret. 6, 12. Aemulus laudis alicuius Ouid. Met. 6, 83. Auarus animus laudis Hor. Ep. 2, 1, 179. *vid.* AVARVS. Cupido immenſa laudum Virg. Aen. 6, 823. Heres laudis alicuius Ouid. Epiſt. 9, 110. Imago falſa laudis Quinctil. 5, 8. Obtrectatio laudis, *vid.* OBTRECTO. Perpetuitas laudis, *vid.* PERPETVVS. Studio laudis trahi Cic. pro Arch. c. 11. ¶ 2 *Epitheta:* Antiquae laudis res Virg. Georg. 2, 174. Armatae laudes, *i. Laudes propter arma et res bellicas* Claud. in Conſ. Stil. 2, 1. Attonſa, *vid.* ATTONDEO. Cic. in Brut. 84 Ex bellica laude aſpirare ad Africanum nemo poteſt. *Rem militarem vocat*, Bellicam laudem, *vt Eloquentiam*, *Dicendi laudem vocare ſolet. Conf.* Abſtrahere ad laudem, *it.* Abundare laude. Bellicae laudes Senec. Troade 769. Blandae laudes Virg. Georg. 3, 185. Continua laus, *vid. ſub* CONTINEO. Imperatoria laus, *vid.* IMPERO. Inclyta laus Senec. Her. Oet. 882. Intempeſtiua *diſcipulis tributa, quam ſit noxia, docet* Quinctil. 2, 2. Ea eſt profecto Iucunda laus, quae ab iis proficiſcitur, qui ipſi in laude vixerunt Cic. Fam. 15, 6. *Conf.* Id. ibid. 6, 12. Marmoratae laudes, *vid.* MARMOR. Modica laus Quinctil. 1, 5. Naſcens laus, *vid.* NASCOR. Numeroſa laus Lucan. ad Piſon. 66. Solidae laudis cupido Valer. Max. 4, 4. ¶ 3 *Verborum formulae:* Abſtrahere ad bellicas laudes, *vid.* ABSTRAHO. Abeſt ab hac laude, *vid.* ABSVM. Abundare bellicis laudibus Cic. Off. 1, 78. Id. . . . Magnam ex ea re laudem adipiſci poteris. Afferre laudem Quinctil. 1, 5. Afferre laudem alicui Virg. Aen. 12, 321. Cic. Off. 2, 47 c. 13 Ex qua aetate qui exercentur, laude Affici ſolent. Agere laudes, *vid.* AGO. Plin. *in totius operis praefatione*, Quanto tu ore patris laudes tonas? quanto fratris amas? quantus in poëtica es? Amittere laudem, Appetere laudem, Adſciſcere ſibi laudem, *vid. hh. vv.* Cic. . . . Sed etiam liberalitatis, laudem aſſequi ſingularem. Aſſerere ſibi laudes alicuius Ouid. Met. 1, 462.

Aſſumere

Aſſumere laudem, *et* laudi, *vid.* ASSVMO. Canendus longa laude Stat. Theb. 8, 552. Capere laudem, *vid.* CAPIO. Celebrare laudes, *vid.* CELEBRO. Celebratus laude illuſtri Cic. pro Muraen. 16. Certare laudibus alicuius Virg. Georg. 2, 138. Colligere omnium laudes, *vid.* COLLIGO. Comparare laudem Cic. Fam. 2, 4 *extr.* Communicare laudem cum altero, *vid.* COMMVNICO. Cic. de Orat. 1, 13 Vt eorum, quibus ſumma dicendi laus a noſtris hominibus conceſſa eſt, *etc.* *Sed* Id. Off. 1, 77 c. 22 Cedant arma togae, concedat laurea laudi, *i. honorifico teſtimonio Senatus, et plauſibus totius populi minorem ſe fateatur triumphus.* Conciliare laudem Quinctil. 2, 7. Condere laudes, *vid.* CONDO. Coniungere laudem ad aliquid Quinctil. 4, 1. Conſequi magnam laudem, *vid.* CONSEQVOR. Contribuere alicui laudem, *vid.* CONTRIBVO. Creſcere laude poſtera Hor. Carm. 3, 30, 8. Creſcere laude Quinctil. 1, 2. Cumulare aliquem laudibus Tacit. Hiſt. 2, 57. Cumulatus orator omni laude Cic. de Orat. 1, 118 c. 26 *vid.* CVMVLO. Debetur illi laus Hor. Serm. 1, 6, 88. Delibare de laudibus Cic. Fam. 10, 21. Deterere laudes alicuius Hor. Carm. 1, 6, 12. Detrectare laudes Ouid. Met. 5, 246. Dicere laudes alicuius Virg. Ecl. 6, 6. Dicere laudem alicuius rei Quinctil. 1, 10. Dicuntur in laudem Gell. 4, 9. Diffuſa, laus Pompeii late longeque, *vid. ſub* LATVS *Adiectiuum.* Dare laudem virtutis neceſſitati Quinctil. 1, 1. Cic. pro Planc. 89 c. 36 Tu id in me reprehendis, quod Q. Metello laudi Datum eſt, hodieque eſt et ſemper erit maximae gloriae. Duci laude ad peiora Quinct. 5, 12. Edunt obliuia laudem Sil. 13, 665. Efferre laudibus ſummis vſque ad caelum Cic. Fam. 9, 14. Egentes animi laudis Virg. Aen. 5, 751. Extollere laudibus ad caelum Cic. Fam. 15, 4. Ferent facta mihi laudem Virg. Aen. 11, 791. Ferre aliquem inſigni laude Id. ibid. 1, 629. Florere laudibus Lucret. 5, 1279. Fraudare aliquem debita laude Quinctil. 2, 14. Cic. de Opt. gen. Orat. 6 Quod omnes laudes habet, id eſt optimum. Cic. Att. 13, 37 Bruti noſtri quotidianis, aſſiduiſque laudibus, quas ab eo de nobis haberi permulti mihi renuntiauerunt, commotum iſtum aliquando ſcripſiſti ad me. Habet breuitas non laudem in eloquentia Cic. de Clar. Orat. 50. Haurire laudem Id. Fam. 6, 6. Illuſtrare laudibus Id. ibid. 6, 14. Imminuere laudem alicuius, Impertire laudem, Incumbere ad laudem, Inuenire laudem, *vid. hh. vv.* Libare laudem Auct. ad Heren. 4, 5. Mereri laudem, *vid.* MEREO. Minuere opinionem de bellicae laudis praeſtantia Cic. Off. 1, 74. Mutuari laudem aliunde, *vid.* MVTVVM. Natus laudi, *vid.* NASCOR. Obſoleſcit laus Tacit. Ann. 4, 26. Obterere laudes maiorum, *vid.* OBTERO. Cic. pro Muraen. 12 Maledicto quidem idcirco nihil in hiſce rebus loci eſt, quod omnia laus occupauit. Onerare laudibus, *vid.* ONERO. Ornare laudibus veris aliquem Cic. Quint. Frat. 2, 7. Pendere ex laude, *vid.* PENDEO. Peragunt carmina veſtrarum praeconia laudum Ouid. ex Ponto 4, 8, 45. Perculſus amore laudum Virg. Aen. 9, 197. Percuſſit ſpes magna laudis cor meum Lucret. 1, 922. Perferre laudem ex vrbe, *vid.* PERFERO. Ponere in laude Cic. Verr. 5, 212. Id. Fam. 1, 17 Naſcenti noſtrae laudi praefuiſti. Praeripere laudem Id. de Aruſp. Reſponſ. 9. Procedere laudibus Id. in Brut. 137. Quaerere laudem Id. pro Flacc. 28. Referre egregiam laudem Virg. Aen. 4, 93. Referre laudes eius Scribon. 19. Seruire laudi Cic. Verr. 3. Scribere laudes Quinctil. 3, 4. Scribere laudem alicuius Id. 2, 15. Suffragari laudi Cic. Fam. 12, 14. Sum. Eſſe magnae laudi Hor. Serm. 2, 3, 99. Eſt tua laus, *Laudandus es propterea.* Cic. Fam. 2, 17 Qui ſi dignum ſe maioribus ſuis praebuerit, vt ſpero et opto: tua laus ex aliqua parte fuerit. Laudis eſt, *et ponitur in vitio, contraria* Cic. *vid.* VITIVM. Sumere laudem a crimine Ouid. Met. 6, 474. Tactus cupidine laudis Id. Triſt. 4, 5, 11. Tollere in aſtra plena manu laudes alicuius, *vid.* MANVS. Tollere aliquem laudibus Hor. Carm. 1, 21, 9. Transfundere laudem ſuam ad alium Cic. Fam. 9, 14. Id. ad Brut. 15 Quanquam ego illi tum verborum laudem tribui, eamque modicam. Venari laudem Auct. ad Heren. 4, 5. Venerari aliquem laudibus, ac gratiis Tacit. Ann. 12, 37. Vertit laudem in crimina Ouid. Epiſt. 8, 55. *i. factum laudandum. Nempe*

¶ 4 *Quod diximus, etiam pro ipſis rebus laudandis* Laus *dicitur,* Cic. Brut. 51 c. 13 At vero extra Graeciam magna dicendi ſtudia fuerunt, maximique huic laudi habiti honores, illuſtre oratorum nomen reddiderunt. *Et* 28 c. 7 Pericles cum floreret omni genere virtutis, hac tamen fuit laude clariſſimus. *De eloquentia loquitur. Sic* Fam. 2, 4 *fin.* Quarum laudum gloriam adamaris. *Et* 2, 2 Qui cum ſuis laudibus, tum vero te filio ſuperaſſet omnium fortunam. *Et* 9, 14 Vulgo hominum opinio ſocium me adſcribit tuis laudibus. Laudes *pro* Virtutibus *dictas obſeruat etiam* Seruius *ad* Aen. 9, 251 Quae vobis, quae digna, viri, pro laudibus iſtis Praemia poſſe rear ſolui? *Et* 10, 825 Quid tibi nunc, miſerande puer, pro laudibus iſtis, Quid pius Aeneas tanta dabit indole dignum. *Sic* Aen. 1, 461 Sunt hic etiam ſua praemia laudi.

LAVDIDIGNVS, a, um. Ἐπαίνου ἄξιος Gloſſ. Gr. Lat.

LAVDIFĪCO, āre. Gloſſ. Gr. Lat. ὑμνῶ laudifico.

LAVER, ĕris. n. *et aliquando* f. [σίον] *Herba.* Plin. 26, 8 Lauer quoque naſcens in riuis, condita et cocta, torminibus medetur, *vid.* SION.

LAVERNA, ae. f. *Dea fuit Furum et fraudulentorum.* Hor. Epiſt. 1, 16, 60 *preces impiae,* Pulchra Lauerna, Da mihi fallere, da iuſto ſanctoque videri; Noctem peccatis et fraudibus obiice nubem. Acron: Laverna, via ſalaria lucum habet. Eſt autem dea furum: et ſimulacrum eius fures colunt, aut qui conſilia ſua volunt tacita. Dicta a lauando. Nam fures lauatores dicuntur. Cum ſilentio preces eius exercentur. Plaut. Aul. 2, 3, 31 Ita me bene amet Lauerna? te iam, niſi reddi mihi vaſa iubes, pipulo hic differam ante aedes. *Sic iurat coquus, quod genus furti accuſatur hac etiam fabula.* Arnob. adu. Gent. 3 p. 115 Non commemorabimus hoc loco Lauernam, Deam furum. Iſid. Gloſſ. Laberna ferramentum (*Barth. ſuſpicatur,* Terriculamentum ſ. Terramentum, *id eſt, ſtilo Eccleſiae idolum*) latronum, vel graſſatorum, vel furum. Laberna, gladiator (*Vulc. legi vult* Graſſator) Laberna latro, aut qui filios alienos ſeducit. *Hic vltimus fuerit plagiarius, pro quo ſenſu literario poſuit etiam* Auſon. Epiſt. 4 *extr.* Hic eſt ille Theon Poëta falſus, Bonorum mala carminum Lauerna. *Sed nec* Taberna, *quod habent editi, damnauerim, vt non plagia illius indicet, ſed quod teneat modo carmina, non intelligat.* Non. 2, 509 Lauerna dea, cui ſupplicant fures. Plautus Corniculario, Litaueram Lauernam: in fures ſceleraſcit manus. Lucil. lib. 17 Si meſſes facias muſas, ſi vendi' Lauernae. Vet. Gloſſ. Lauerna κερδίσκη.

LAVERNIONES fures antiqui dicebant, quod ſub tutela Deae Lauernae eſſent, in cuius luco obſcuro abditoque ſoliti furta praedamque inter ſe luere. *Hinc et*

LAVERNALIS porta *dicta eſt. Illud* Luere *pertinere videtur ad etymon* Lauare, *de quo modo Acronem audiuimus, vid.* LAVATOR.

LAVICI, *ſiue* LABICI, orum. m. *Oppidum Latii, vid.* Liu. 2, 39, 4, 45 *pr.* 41. *Hinc*

LAVICANI, orum. m. Pl. *ſc. Populi* Liu. 4, 55 *et* 6, 21.

LAVICANVS, a, um. Adi. Agri Lauicani Liu. 3, 7. Porta Lauicana Plin. 36, 5. Via Lauicana Liu. 4, 41.

LĀVĪNIA, ae. f. [Λαβινία] *Latini Regis et Amatae filia, vxor Aeneae, propter quam Turnus, cui deſtinata fuerat, iratus, tam in Latinum, quam in Aeneam bella ſuſcepit, a Mezentio impetratis auxiliis, etc. Modum ſyllabarum docebit* Virg. Aen. 6, 764 Quem tibi longaeuo ſerum Lauinia coniux Educet ſiluis regem. *etc.*

LAVINIVM, i. n. [Λαβίνιον, Λαουίνιον] *Vrbs, quae et Laurentum, a Lauinio, Latini fratre, vt ſentit* Seruius. *Deinde Laurentum a lauro inuenta a Latino, dum adepto imperio poſt fratris mortem ciuitatem augeret.* Lauinium *vero a* Lauinia *Aeneae vxore. Alii* Lauinium *a Lauro* Lauinio. *Magnam vim coniecturarum, fabularum etc. dabit pluribus in locis* Seruius. Ouid. Met. 15, 728 Donec Caſtrumque Sacraſque Lauinī ſedes, Tiberinaque ad oſtia venit.

LAVINIENSIS, is. m. Lauinienſes condiderunt oppidum Albam Varr. R. R. 2, 4.

LAVINIVS, a, um. Adi. [Λαουίνιος] Nec prolem Auſoniam et Lauinia reſpicit arua Virg. Aen. 4, 236. Virgo Lauinia Ouid. Met. 14, 570.

LĂVO, lāui, lautum *et* lōtum, *et antique* lăvātum, āre. [λούω, νίπτω, πλύνω] *Abluere, et aqua quaeque ſordida purgare.* Ter. Eun. 3, 5, 52 Abeunt lauatum, perſtrepunt. Ouid. Faſt. 3, 12 Sacra lauaturas mane petebat aquas. Ter. Heaut. 4, 1, 5 Atque illa, ſi iam lauerit, mihi nuntia. Capellas in fonte lauabo Virg. Ecl. 3, 97. Manus inquinatas lauare Scribon. 80. Manus laua, et coena Cic. de Orat. 2, 246. Membra lauabis aqua Ouid. Epiſt. 2, 90. Oliua lauatur aqua calida in aheno Vlpian. in l. Sed addes. §. Illud nobis. D. Locati. Relliquias vino, et bibulam lauere fauillam Virg. Aen. 6, 227. Ter. Phorm. 5, 8, 80 Venias nunc precibus lautum peccatum tuum. Ire lauatum Hor. Sat. 1, 3, 137. *et* 1, 6, 125. Vulnera lacrimis ſaeua lauat Ouid. de Arte Am. 3, 744. Studio geſtire lauandi Virg. Georg. 1, 387. Varro de L. L. 8, 61 p. 123, 10 Omnino et *Lauant* et *Lauantur* dicitur ſeparatim recte in rebus certis: quod puerum nutrix lauat, puer a nutrice lauatur: nos in balineis et lauamus, et lauamur. Sed conſuetudo alterutrum cum ſatis haberet, in toto corpore potius vtimur *lauamur*; in partibus *lauamus*. Quod dicimus, *lauo manus*, ſic pedes et caetera. Quare et in balineis non recte dicunt *Laui*, *Laui manus* recte. *Sed etiam hic apparet, non obſequi Grammaticis homines.* Ter. Eun. 3, 5, 44 Arceſſitur lauatum interea virgo: It lauit, redit. deinde illam in lecto illae collocarunt — Ventulum huic ſic facito dum lauamus. Vbi lauerimus, ſi voles lauato. Iam v. 34 Continuo haec adornant vt lauet. *Sic* Heaut. 4, 1, 5 Atque illa, ſi iam lauerit, mihi nuntia. Liu. 46, 6 Lauanti regi nuntiatur. Sueton. Cal. 24 Iuſtitium indixit, in quo riſiſſe, coenaſſe, lauaſſe, capital fuit. Quinctil. 1, 6, 44 At lauamus, et tondemus (*al.* lauamur, tondemur) et conuiuimus ex conſuetudine. Plaut. in Trucul. 2, 3, 1 — Piſces ego credo, qui vſque dum viuunt lauant, minus diu lauare, quam haec lauat Phroneſium. Ibid. 1, 2, 95 Viſe illam, atque opperire ibi: iam exibit, nam lauabat. Tibi placet lauare quotidie: alia has munditias ſordes putat Hieron. Epiſt. 1, 45 ad Aſellam. *Sed* Petron. 73 Nihil melius eſſe, quam ſine turba lauari. *Sic*, Nec pueri credunt, niſi qui nondum aere lauantur Iuuen. 2, 152. *Alii enim* quadrante lauantur Idem 6, 447. *Add.* Hor. Sat. 1, 3, 137 Dum tu quadrante lauatum Rex ibis.

LAVANS, antis. *Praeter dicta* Hor. Serm. 1, 4, 75 Scripta foro recitent ſunt multi, quique lauantes.

LAVATVS, a, um. Plaut. Poen. 1, 2, 22.

LAVO, laui, lotum *vel* lautum, ĕre. *Abluere.* Cato R. R. c. 65, 1 Si inquinata erit, lauito. *Add.* 25 *it.* 96, 1. Lauis Varro R. R. 2, 44, 2 *et* 2, 49, 1. Corpora ſanguis ater lauit Virg. Georg. 3, 221. *Add.* Id. Aen. 3, 663. Crines lauis amne Xantho Hor. Carm. 4, 6, 26. Mala dulci vino lauere Id. ibid. 3, 12, 2. Ora manuſque tua lauimus Feronia lympha Id. Serm. 1, 5, 24. Saxa humida proluuie larga lauere Lucret. 5, 948. *Add.* Plaut. *ſaepius, vt* Amph. 5, 1, 50. Moſt. 1, 2, 31. Pſeud. 1, 1, 8. Truc. 5, 1, 10. *it.* Enn. *ap.* Non. 10, 2.

LAVANDRIA, orum. n. pl. Laberius *apud* Gell. 16, 7. *pr.* Elutriare lintea et lauandria. (MS. Lauandaria) quae ad lauandum ſunt data.

LAVATIO, ōnis. f. [πλύσις] *Lauandi actus in balneo. Sic* Plaut. Moſtell. 1, 3, 4. Cic. Fam. 9, 5 Vt lauatio parata ſit. *i. Balneum.* Plin. 8, 45 Lauatione calidae aquae traduntur pingueſcere. Ipſos etiam Deos ſuos lauationibus efferunt Tertull. de Bapt. c. 5 *pr.* *Reſpicit ad cerimoniam, de qua* Arnob. 7 p. 237 Lauatio Deûm matris eſt hodie, *etc. Vid. Spanh. ad Callim. H. in lauacr. Palladis pr. Add.* ALMO. *Lauatio eſt etiam omne inſtrumentum balneare. Vas lotioni deſtinatum.* Phaedrus 4, 4, 21 Seponit moechae veſtem, mundum muliebrem, Lauationem argenteam, eunuchos glabros. *Adde* Vlpian. l. 25 §. 4 ff. de aur. arg.

LAVATVRA, ae. f. *Idem.* Lauatura carnis recentis Conſt. Afer. 5, 9.

LAVAMENTVM, i. n. *Idem eſſe dicitur, et laudatur* Veget. 3, 5. *Sed apud neutrum Vegetium inuenio.*

LAVATOR. Acro *ad* Horat. Epiſt. 1, 16, 60 Fures lauatores dicuntur. *Totum locum dedimus in* LAVERNA. *Suſpicio Voſſii* Leuatores *non ſatis conuenit ad* Lauernae *nomen, quod declarare vult Grammaticus.*

LAVATORIVM. κλύσιμον Gloſſ. Gr. Lat. *Forte inſtrumentum intelligendum eſt.*

LAVĀCRVM, i. n. [λουτρόν] *Balneum, in quo quis lauari commode poteſt.* Gell. 1, 2 Propulſabamus caloris incommoda lucorum vmbra ingentium, longis ambulacris, et mollibus aedium poſticum refrigerantibus lauacris. Auidus ſplendere lauacris Claud. in Eutrop. 2, 410. *Media perperam corripitur ab* Alcimo 5, 702. *et* 6, 191: *it.* Fortunat. 5, 4, 96.

LAVATRINA, ae. f. *Vid.* LATRINA. Eſt Lauatrina, quod nunc Balneum dicitur. Varro L. L. 8, 41. Nonius 3, 131. *Vid.* Balneae, *in* BALNEVM.

LAVTVS, *ſiue etiam* LOTVS, a, um. Partic. [λελουμένος] *i. Lauatus vel Lauitus, ex quo contractum eſt.* Ter. Phorm. 2, 1 (2) 25 Tene aſymbolum venire vnctum, atque lautum e balineis? Cic. pro Deiot. 20

Quid igitur cauſae excogitari poteſt, cur te lautum voluerit, coenatum voluerit, occidere? In vnda lotus Stat. Silu. 1, 5, 62. Manus lautae Hor. Serm. 2, 3, 282. Veſtimenta iam ſemel lota Petron. c. 30. Plaut. Pſeud. 1, 2, 32 Facite — lautaque coctaque omnia vt ſint. ¶ 2 Lautus, [λαμπρός, πολυτελής] *Splendidus, nitidus, delicatus vel a diuitiis vel ab ingenii lepore et venuſtate: interdum non minus quam* delicatus *ſimul faſtum et contemtum indicat.* Cic. Verr. 1, 17 Quum iſte atque iſtius amici homines lauti, et vrbani, ſermones huiuſcemodi diſſipaſſent. Militariter lautus Tacit. Hiſt. 2, 80. Plaut. Mil. 3, 1, 192 Lautam vis, an quae nondum ſit lauta? *i. Vis admodum puellam et adoleſcentulam teneriorem que, quae nondum balneis vtatur, an grandiuſculam et matronam nuptamque et virum ſaepe expertam, quae iam publice lauet? Sic Turnebus. Sed vix dubium eſt, quin ſimul laſciuia comica reſpiciatur ad notionem, quam tractamus, qua lauta ſunt, venuſta, nitida, placentia.* Negotium lautum, *vid.* NEGOTIVM. Opera lauta Plin. 13, 4. Serui lautiores, *i. Elegantiores* Cic. in Parad. 5. *Superbiam ſimul notat* Cic. Fam. 7, 14 Valde iam lautus es, qui grauere ad me literas dare, homini praeſertim prope domeſtico. *Ad diuitias in primis pertinet.* Iuvenal. 1, 67 Qui ſe lautum atque beatum exiguis tabulis et gemma ſecerat vda. Lautiſſimi ſolent eſſe in iis locis Cic. pro Planc. c. 26. Ter. Heaut. 4, 5, 50 Omnes te in lauta et bene aucta parte putant. *Conf.* Petron. c. 26 et 27. Cic. Fam. 13, 33 (32) In Haleſina ciuitate tam lauta tamque nobili coniunctiſſimos habeo, *i. opulenta.* Cibus lautus Ter. Adelph. 3, 3, 71 Coena lautiſſima Plin. Epiſt. 9, 17. Coena lautior Suet. Galb. c. 12. Atticus eximie ſi coenat, lautus habetur Iuvenal. 11 *pr.* Coenae lautorum Martial. 13, 7. Conuiuium lautiſſimum Plin. 14, 14. Culina lauta Hor. Serm. 2, 4. Epulae lautiores Stat. Silu. 1, 6, 32. Eques Romanus lautus Nep. 15, 13, 6. Patrimonium lautum Cic. pro Flacc. 90 c. 36. Vina lautiſſima Plin. 14, 13.

LAVTIVSCVLVS, a, um. Dimin. Apul. Met. 7 p. 191 Veſtem lautiuſculam proferunt.

LAVTE. Adu. [λαμπρῶς] *Eleganter.* Laute veſtitus Plaut. Caſin. 4, 1, 10. Adminiſtrare munus ſuum laute Ter. Adelph. 5, 1, 2. Diverſari laute Cic. Verr. 3, 64. Plaut. Milit. 4, 2, 11 Loquitur laute, et minime ſordide. Ter. Eun. 3, 1, 37 Facete, lepide, laute, nihil ſupra. Viuere Nep. 12, 3, 2. *Compar.* Cic. de Legib. 2, 3 c. 1 Villa lautius aedificata. Hodie me ante omnes comicos ſtultos ſenes Verſaris atque luſeris lautiſſime Id. de Amic. c. 23. *ex Poëta anon.*

LAVTITIA, ae. f. [πολυτέλεια] Epularum magnificentia, a lavatione dicta: quia apud antiquos hae elegantiae, quae nunc ſunt, non erant, et raro aliquis lauabat. Feſtus, *quamquam ibi* Lautia *legitur. Lautitia igitur Munditia eſt, quae in veſtitu et cibo ſit.* Plin. 9, 35 Quum exquiſitis quotidie Antonius ſaginaretur epulis, ſuperbo ſimul ac procaci faſtu, vt regina meretrix lautitiam eius omnem apparatumque obtrectans. Cic. Fam. 9, 16 Fama ad te de mea noua lautitia veniet. Inuidia lautitiae Suet. Aug. 71 *pr. quaſi* pretioſae ſupellectilis et Corinthiorum praecupidus *eſſet.* Studioſiſſimus lautitiarum Suet. Caeſ. 46.

LAVTITAS, ātis. f. Πολυτέλεια Gloſſ. Gr. Lat.

LAVTĪA, orum. n. [λαύτεια ξένια] *Munera dicebantur, quae Romani per Quaeſtores legatis exterarum nationum mittebant, vt ait* Plutarchus in Problem. p. 275 C. Liu. 35, 23 *extr.* Aedes liberae Attalo ac lautia decreta. Feſtus: Dautia dicebant veteres, quae Lautia dicimus: dabantur legatis hoſpitii gratia. Liu. 28, 39 Locus inde lautiaque legatis praeberi iuſſa. Liuius 30, 17 Ad hoc aedes, libera loca, lautia, legatis decreta. *Add.* Id. 30, 17 *extr. et* 33, 24. *et* 45, 20. *Conf. Io. Guil. Bergeri peculiaris hac de re Diſſ. Feſtiue* Apul. Met. 9 p. 183, 32 Pric. *de ſe aſino,* Sed mihi, ne rudimentum ſeruitii perhorreſcerem, nouus dominus loca et lautia prolixe praebuit.

LAVTVLAE, arum. f. Locus extra vrbem, quo loco, quia aqua fluebat lauandi vſum exercebant Feſt. *et* Varr. de L. L. 4, 32.

LOTVS, ûs. m. Celſ. 1, 3. *et Linden. Suſpectus locus Birrio.*

LOTIO, ōnis. f. Vitruu. 7, 9 Lotionibus et coctuiris efficitur. *Vid. Lipſ. Sat.* 2, 1. ¶ 2 Lotionibus aluum ducere Celſ. 2, 12. *i. clyſtere purgare.*

LOTOR, ōris. m. Fabrett. Inſcript. p. 435 DIANAE AVG. COLLEG. LOTOR. SACR.

LOTVRA, ae. f. [λοῦσις] *Lauatio.* Plin. 33, 7 Differentiam artis eſſe, quod alii minium faciunt prima lotura: apud alios id eſſe dilutius, ſequentis autem loturae optimum.

LAVRĀGO, ĭnis. f. *Herba ſic dicta.* Apul. de Herb. c. 58.

LAVREA, *vid.* LAVRVS.

LAVRENTIA, ae. f. [Λαυρεντία] *Vxor Fauſtuli, Romuli et Remi nutrix. Vid.* Liu. 1, 4. Ouid. Faſt. 3, 55. Larentia *dicitur a* Lactant. 1, 20. *et* Macrob. Saturn. 1, 10.

LAVRENTALIA, ōrum. n. [Λαυρέντια] *Feſta dicebantur, quae in huius* Accae Laurentiae *honorem fiebant.* Ouid. Faſt. 3, 57. Lactant. 1, 20 Larentinalia *nominat, et* Feſt. Larentalia.

LAVRENTVM, i. n. [Λαύρεντον] *Nomen ciuitatis, quod ibi ſepultus ſit Tatius rex, qui a* Laurentibus *occiſus fuit. Vel a ſilua* laurea, *qua exciſa aedificatus eſt vicus. Vel, vt ait* Priſcianus, a lauro ibi inventa, dum Picus eam conderet. *Vid.* Virg. Aen. 7, 59. *Hinc*

LAVRENS, entis. Adi. *et hic et haec* LAVRENTIS. *Qui ex Laurento ciuitate eſt.* Virg. Aen. 7, 171 — Laurentis regia Pici. Arua Laurentia Id. ibid. 9, 100. Populi Laurentes Id. ibid. 6, 891. Puellae Laurentes Stat. Silu. 1, 2, 163. Tybris Laurens Virg. Aen. 5, 797.

LAVRENTĪNVS, a, um. *Idem quod Laurens.* Plin. Epiſt. 2, 17 Laurentinum meum. *ſcil.* Praedium. Via Laurentina Valer. Max. 8, 5, 6.

LAVREOLA, *vid.* LAVRVS.

LAVREŌTIS, is. f. *Cinerula, quae, dum argentum in fornace vritur, in ipſa fornacis area colligitur ex fauillis argenteis ſurſum aſcendentibus, ac deinde in aream decidentibus.* Plin. 34, 13 Fit et in argenti fornacibus ſpodos, quam vocant laureotin. *Harduin. leg.* Lauriotin.

LAVRETVM, LAVREVS, *vid.* LAVRVS.

LAVRĪCES, um. Plin. 8, 55 Leporum generis ſunt et quos Hiſpania cuniculos appellat, foecunditatis innumerae, famemque Balearibus inſulis, populatis meſſibus afferentes. Foetus ventre exſectos, vel vberibus ablatos, non repurgatis interaneis, gratiſſimo in cibatu habent: laurices vocant.

LAVRICOMVS, LAVRIFER, LAVRIGER, LAVRINVS, *vid.* LAVRVS.

LAVRVS, i. f. *et* LAVRVS, ûs. f. [δάφνη] *Arbor.* Plin. 15, 30 Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratiſſima domibus ianitrix Caeſarum Pontificumque quae: ſola et domos exornat, et ante limina excubat. Duo eius genera tradit Cato: Delphicam et Cypriam. Pompeius Lenaeus adiecit, quam muſtaceam appellauit, quoniam muſtaceis ſubiiceretur. Hanc eſſe folio maximo, flaccidoque et albicante. Delphicam aequali colore, viridiorem, maximis baccis, atque e viridi rubentibus. Hac victores Delphis coronari, et triumphantes Romae. Cypriam eſſe folio breui, nigro, per margines imbricato, criſpam, *et caetera.* Lauri fruticem non icit fulmen Plin. 2, 55. Lauri baccae Scribon. Comp. 3. *it.* 262. Sed Laurus baccae Id. 5. *it.* 263. Amantes carmina laurus Stat. Silu. 4, 6, 98. Apollinea laurus, quia dicata eſt Apollini Ouid. Faſt. 6, 91. Id. Met. 1, 557 *Fabulam de* Daphne *cum Apollinis amores fugeret in arborem ſui nominis* (Daphne *enim Graecis laurus eſt*) *mutata ita finit:*

Cui Deus, at coniux quoniam mea non potes eſſe,
Arbor eris certe, dixit, mea: ſemper habebunt
Te coma, te citharae, te noſtrae, Laure, pharetrae.
Tu ducibus Latiis aderis, cum laeta triumphum
Vox canet; et longae viſent capitolia pompae
Poſtibus Auguſtis eadem fidiſſima cuſtos
Ante fores ſtabis, mediamque tuebere quercum.

Fulgent. Mythol. 1, 13 Amica Apollinis ob hanc rem vocitata eſt, quia illi, qui de interpretatione ſomniorum ſcripſerunt, — promittunt in libris ſuis, laurum ſi dormientibus ad caput poſueris, vera ſomnia eſſe viſuros. Delphica lauro comam cingere Hor. Carm. 3, 30, 15. Fatidica laurus Claud. Conſ. Stil. 2, 59. *Vel quod Apollini fatidico deo eſt dicata. Vel quod ex eius crematae ſtrepitu futura colligebant: cum fragore enim combuſta felicitatem portendere credebatur,* Tibul. 2, 5, 83 At laurus bona ſigna dedit, gaudete coloni. *Contra ſi tacita conflagraſſet, triſte erat augurium:* Propert. 2, 28, 36 Et iacet extincto laurus aduſta foco. *Ab illo fragore dicitur* Fragilis laurus Virg. Ecl. 8, 82. Humida Iuuenal. 2, 158. *de aſpergillo luſtrali in ſacris.* Martia Claud. in 2 Conſ. Stil. Praef. 20. Nitidiſſima, *vid.* NITEO. Pacifera, *vid.* Pacifer, *in* PAX. Parnaſide lauro vinctus caput Ouid. Met. 11, 165. Peneïa. *Quia Daphne* Penei *fluminis filia, in laurum mutata eſt. Vid.* Ouid. Met. 1, 452. Valer. Argon. 1, 386. *Vid.* PENEVS. Phoebea lauro cingentur tempora Ouid. Triſt. 4, 2, 51. Praeſcia venturi laurus Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 109. *vt* Fatidica. Recto Proceras ſtipite laurus Catull. 61, 289. Triumphales lauri, ite circum mea tempora Ouid. Am. 2, 12, 1. Victrices inter hederam tibi ſerpere laurus: Laurus *legit* Chariſ. 1 p. 110. Hor. Od. 2, 7, 19 Depone ſub lauru mea laſſum militia feſſum. Iuuen. Sat. 7, 19 Nectit quicunque canoris Eloquium vocale modis, laurumque momordit. *Nempe a guſtata lauru fiunt Poëtae, exemplo Heſiodi. Etiam vates guſtant laurum: qua de re Spanhem. ad Callim. in Delum* v. 94 *quem prae reliquis omnibus merito laudat Brouckhuſ. ad illud* Tibulli *de Sibylla* 2, 5, 63 Vera cano, ſic vſque ſacras innoxia lauros, Veſcar, et aeternum ſit mihi virginitas. Innectere crinem lauro Ouid. Met. 6, 161 Laurus *pro Victoria ponitur: tum quod victoriae laureatis literis nunciarentur, tum quod in Iouis Capitolini gremio laurus a victoribus deponeretur, etiam cum triumphus ductus haud eſſet. Vid.* Sil. 15, 120. *et infra in* LAVREA *et* LAVREATVS. Parthica laurus Plin. Paneg. 14 *pro Victoria Parthica conf.* Stat. Silu. 4, 1, 41. *et* Plaut. Ciſt. 1, 3, 53.

LAVREA, ae. f. *Folium lauri.* Plin. 15, 30 Vnius arborum Latina lingua nomen imponitur viris. Vnius folia diſtinguuntur appellatione: lauream enim vocamus. Cana laurea Ouid. Faſt. 3, 142. Cedant arma togae concedat laurea linguae Cic. Off. 1 c. 22. *Conf.* Id. in Piſon. c. 30. Gratiſſima Phoebo laurea Virg. Ecl. 7, 62. Laurea, *pro Lauro aliquando ponitur.* Hor. Carm. 2, 15, 9 Tum ſpiſſa ramis laurea feruidis. Laurea, *Corona ex lauro facta, quae in triumphis adhibebatur.* Cic. de Prouinc. Conſul. 35 c. 14 Si in Capitolium inuehi victor cum illa inſigni laurea geſtiret. Laurea magnis periculis parta Cic. de Prou. Conſ. c. 12. Caeſ. B. C. 3, 71, 3 Pompeius eo praelio imperator eſt appellatus. Hoc nomen obtinuit, atque ita ſe poſtea ſalutari paſſus eſt. Sed neque in literis, quas ſcribere eſt ſolitus, neque in faſcibus inſignia laureae praetulit. Incurrit haec noſtra laurus non ſolum in oculos, ſed iam etiam in voculas maleuolorum Cic. Fam. 2, 16. *propter lictorum laureatos faſces.* Plin. 7, 30 *ad Cic.* Salue primus omnium parens patriae appellate, primus in toga triumphum, linguaeque lauream merite, et facundiae Latiarumque literarum parens: atque omnium triumphorum lauream adepte maiorem, quanto plus eſt, ingenii Romani terminos in tantum promouiſſe, quam imperii. Donandus Apollinari laurea Hor. Carm. 4, 2, 9. Mittere lauream ad aliquem Tacit. Hiſt. 3, 77. Referre lauream Ioui Capitolino Suet. Domit. c. 6. *vbi Pitiſc. In eius gremium ſolent interdum deponere imperatores victores; ſed haec depoſitio non fuit triumphus. conf. Caſaub. in l. it. Torrent. ib.* ¶ 2 Lauream, *et* Laurum, *et mutata diphthongo* Loream, *pro eodem accipit Cato* de R. R. *e. c. c.* 8. *ſed emendatius tamen legitur ib.* laurea *it. c.* 133. laurus.

LAVREVS, a, um. Adi. [δάφνινος] *Quod ex Materia lauri eſt:* Laurea corona Liu. 23, 11. Pira laurea Colum. 12, 10. Ramus laureus Plin. 15, 30. Serta laurea Ouid. Triſt. 2, 172.

LAVRĒTVM, i. n. [δαφνών] *Locus lauris conſitus.* Plin. 15, 30 Durat et in Vrbe impoſitum loco, quando lauretum in Auentino vocatur, vbi ſilua lauri fuit.

LAVREŎLA, ae. f. Dimin. Cic. Att. 5, 20 Bibulus coepit laureolam in muſtaceo quaerere, *vid.* MVSTACEVM. Idem Fam. 2, 9 (10) *qualemcunque triumphum* laureolam *appellat:* Velles enim, *ait,* tantum modo vt haberem negotii quod eſſet ad laureolam ſatis.

LAVREŎLVM, i. n. *Scalpellum chirurgicum, apud* Cael. Aurelian. Chron. 5, 2, 33. *Sed videtur locus corruptus eſſe* Scalpreolum *iam coniecit vir doctus in margine.*

LAVREO, āre. Chryſolog. Serm. 66 Poſtes tuos ſuis vlceribus laureauit. *Et* Sareſb. Epiſt. 298 Eccleſia martyrum ſanguine laureatur.

LAVREĀTVS, a, um. Adi. *Lauro coronatus.* Feſtus: Laureati milites ſequebantur currum triumphantis, vt quaſi purgati a caede humana intrarent vrbem. Itaque eandem laurum, omnibus ſuffitionibus adhiberi ſolitum erat: vel quod medicamento ſicciſſima ſit, vel quod omni tempore viret, vt ſimiliter Reſp. floreat. Faſces laureati, *Faſces laurea vel lauro circumuoluti.* Cic. de Diuin. 1, 59 c. 28 Lictores laureati, *Qui laureatos faſces et laureas coronas gerunt* Cic. Att. 7, 10. Literae laureatae Liu. 45, 1. Profequi geſta laureatis *ſubaud. Literis* Tac. Agric. c. 18. *Vid. Gronou. ad* Stat. Silu. *p.* 130. *Barth. ad* Claud. p. 308. *it.* Feſt. *et ſingularis I. G. Bergeri Diſſ.* Poſtes laureati, *Lauro coronati* Quinctil. 8, 6. Poëtarum laureatorum *origo ex ludis Capitolinis. Vid. Scalig. Auſon. Lect.* 1, 10. Tabellae laureatae Liu. 45, 1. Lamprid. in Alexandr. c. 58. *Per translationem* Plin. 18, 3 Ipſorum nunc manibus imperatorum colebantur agri, vt fas eſt credere, gaudente terra vomere laureato, et triumphali aratore.

LAVRĪ-

LAVRĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [δαφνηφόρος] *Laurum ferens.* Plin. 15, 30 Lauriferam tellurem illam oſculatus ex reſponſo. Currus lauriferi Lucan. 5, 332. Phoebus laurifer Ouid. de Arte Am. 3, 389.

LAVRĬGER, ĕra, ĕrum. Adi. [δαφνηφόρος] *Idem.* Martial. 3, 66 Laurigeros ageres quum laeta triumphos. Idem 7, 5 Martia laurigera cuſpide tela virent.

LAVRICŎMVS, a, um. Adi. Montes lauricomi Lucret. 6, 151.

LAVRĬNVS, a, um. Adi. [δάφνινος] *Quod eſt ex lauro.* Plin. 23, 4 Oleum laurinum vtilius quo recentius. Foliis laurinis Id. 19, 8. *i. Foliis lauri ſimilibus, De lepidio.*

LAVRIPŎTENS, entis. *Epitheton Apollinis apud* Mart. Capell. 1 p. 10.

LAVS. *vid.* LAVDO.

LAVTIA, LAVTITIA, LAVTVS, *vid.* LAVO.

LAVTVMIAE, *vid.* LATVMIAE.

L A X

LAX, Fraus eſt, *inquit* Feſtus *voce* Lacil. *Vtrumque obſoletum.*

LAXAMENTVM, LAXE, LAXATVS, *vid.* LAXVS.

LAXVS, a, um. Adi. [χαῦνος] *Arcto, anguſto, et adſtricto oppoſitum; remiſſum ſignificat, et ea de cauſa ſpatii maioris: quo quid enim adſtrictius eſt et magis compreſſum, tanto minora ſpatia occupat, et contra.* Virg. Georg. 3, 166 Ac primum laxos tenui de vimine circlos Ceruici ſubnecte. Columel. 1, 3 Nec dubium, quin minus reddat laxus ager non recte cultus, quam anguſtus eximie. Paludes laxae Lucan. 2, 71. Virg. Aen. 1, 67 Et premere et laxas ſciret dare iuſſus habenas. Amictus laxus Ouid. de Arte Am. 3, 268. Arcus laxus Virg. Aen. 11, 874. Ouid. Rem. Amor. 702. Calceus laxus male haeret in pede Hor. Serm. 1, 3, 31. *Conf.* Ouid. de A. A. 1, 516. Domus laxa, pro Ampla et ſpatioſa Plin. in Paneg. c. 50. Fides, *i. Fluxa: vid. Drakenb. ad* Sil. 8, 322. Funes laxi, *Non contenti* Virg. Aen. 8, 708. Ianua laxa Ouid. Amor. 1, 8, 77. Opes laxae Martial. 2, 30. Sinu laxo ferre aliquid Hor. Serm. 2, 3, 172. Tempus laxius Plin. Epiſt. 4, 9. Cic. Att. 6, 1 Ego ſic diem ſtatuo ſatis laxam, quam ante ſi ſoluerint, *etc. i. Tempus ſatis longum.* Proculus in l. Quum ſtipulatus. D. de verborum obligationibus, Quum ipſe arbitratu meo aliam diem operi faciundo laxiorem dederim, *i. Quum diem protulerim.* Troiani laxiores militia Dict. Cret. 3, 1. Tunica laxa Ouid. Epiſt. 16, 247. Veſtes Lucan. 8, 367. *Conf. Brouckh. ad* Tibull. 1, 9, 70. *Compar.* Spatia laxiora Columel. 4, 30. Stomachus laxior Pallad. 11, 14, 12. Terra Pallad. 1, 8. *Superl.* Cic. de Amicit. 45 c. 13 Alienis nimis implicari, moleſtum eſſe: commodiſſimum eſſe quam laxiſſimas habenas habere amicitiae, quas vel adducas, quum velis, vel remittas.

LAXE. Adu. [χαύνως] Cic. pro Domo 115 c. 44 Habitare laxe et magnifice voluit, duasque et magnas et nobiles domos coniungere. Anguſte *et* Laxe, *contraria.* Varr. de R. R. 2, 10. Diſtare laxe Plin. 13, 4. *Compar.* Salluſt. Bell. Iugurth. c. 87 Romanos, remoto metu, laxius licentiusque futuros. *Superl.* Laxiſſime pererrare, *i. Vagari ſeu ferri* Plin. 2, 16.

LAXVM. Adu. *pro Late.* Martial. 3, 22 — et adhuc ſuperet centies tibi laxum.

LAXO, āre. [χαυνόω, ἐυρύνω] *Laxum facere, dilatare, remittere etc.* Cic. Att. 4, 15 (16) Vt forum laxaremus, et vſque ad atrium Libertatis explicaremus. Arua laxant ſinus Virg. Georg. 2, 331. Id. Aen. 2, 259 Laxat clauſtra Sinon. Cic. de Senect. 7 c. 3 Qui ſe a libidinum vinculis laxatos eſſe non moleſte ferrent. Id. Att. 6, 1 De iſto hactenus dixerim, me vel plurima vincla tecum ſumma coniunctionis optare, etſi ſunt amoris arctiſſima: tantum abeſt, vt ego ex eo quo adſtricti ſumus, laxari aliquid velim. Laxare aliquid ex rigore iuris Vlpian. in l. Quum hic ſtatus in principio. D. de donat. inter vir. et vxor. *Sic enim habent Pandectae Florentinae, quamuis Haloander legat* Relaxare. Animum laxare a laboribus, *Conquieſcere* Liu. 32, 5 *pr.* Annona haud multum laxauerat, *i. remiſerat caritas annonae, ſenſu neutro, vt* mouet tellus, ponit ventus *etc.* Liu. 26, 20. Artus laxauerat quies Virg. Aen. 5, 857. Catenas laxare Lucan. 10, 57. Corpora laxantur rugis, *h. e. fiunt rugoſa* Ouid. de Arte Am. 3, 73. Curas laxare ſomno Virg. Aen. 9, 224. Curas laxare in otia Claud. de Magnete 23. Ferrum laxatur ad vſus innumeros Stat. Achil. 1, 429. Frenos laxat populis furentibus Lucan. 7, 124. Humus die laxatur Ouid. Epiſt. 2, 123. Iras laxare Stat. Theb. 6, 828. Membra laxare quiete Virg. Aen. 5, 836. *Add.* Id. 9, 224. Mentem duram munera Bacchi laxarunt Sil. 11, 287. Seſe laxare ab anguſtiis in latitudinem Plin. 21, 5. Seſe laxare moleſtiis Luccei. *ap.* Cic. Fam. 5, 14. Tempus laxare, *i. Extendere, producere* Sen. Med. v. 420. Vincula laxare Stat. Theb. 1, 135. Vincula epiſtolae Nep. 4, 4, 1.

LAXĀTVS, a, um. Partic. [χαυνωθεὶς] Plin. 19, 1 Maceratas indicio eſt membrana laxatior. Cic. Tuſc. 1, 44 Quodque nunc facimus, quum laxati curis ſumus, vt ſpectare aliquid velimus, *etc.* Corpore laxati Id. Somn. Scip. c. 3. *i. ſoluti vinculis corporis.* Aër denſatus, et laxatus Quinctil. 5, 9. Claſſis laxata Lucan. 3, 543. Cuſtodiae laxatae, *i. Remiſſae* Liu. 21, 32 *extr.* Femina dolore laxata Stat. Theb. 5, 606. Nocte laxata lucida nitent clauſtra Sil. 13, 550. Tacit. Hiſt. 3, 25 Laxati ordines abrumpuntur. Pugnae laxatae Liu. 21, 39. Plin. 19, 1 Lini membrana laxatior.

LAXĬTAS, ātis. f. [χαυνότης] *Dilatatio, relaxatio, amplitudo.* Cic. Off. 1, 139 c. 39 Sic in domo clari hominis, in quam et hoſpites multi recipiendi ſunt, et admittenda hominum cuiusque modi multitudo, adhibenda eſt cura laxitatis. Aëris Pallad. 1, 5. *de valle laxiore.* Domûs laxitas, *i. Amplitudo et vacuitas quaedam* Cic. pro Domo 116 c. 44. Viarum, ſemitarum laxitas, Columel. 4, 18. Loci Salluſt. Fragm. c. 29 *ap.* Non. 2, 492.

LAXATIVVS, a, um. Cael. Aurel. Tard. 2, 3 Laxatiua cataplaſmata. Virtus laxatiua Apul. de Herb. c. 60.

LAXATIO, ōnis. f. Vitruu. 4, 7 Compactura habeat laxationem. *Vid.* Eund. 9, 9. *et* Cael. Aurel. Tard. 2, 1, 56.

LAXAMENTVM, i. n. [χαύνωμα] *Cum ad locum refertur, ſpatium amplum ſignificat, vt* Amplum laxamentum cellae Vitr. 47. Choragia laxamentum habeant ad chorum parandum Id. 5, 9. *Sed* Plin. Pan. 82, 9 An non plerique principes hoc idem tempus in aleam, ſtupra, luxum conferebant, quum feriarum laxamenta curarum, vitiorum contentione ſupplerent? *i. remiſſionem, et interualla. Remiſſio et ſolutio etiam eſt in hoc*: Laxamentum ventris comitatur timorem Macrob. Saturn. 7, 11. *Sed indulgentia eſt*, Laxamentum et veniam non habent leges, ſi modum exceſſeris Liu. 2, 3. Cic. pro Cluent. 89 Non modo cauſae, ſed ne legi quidem quidquam per Tribunos plebis laxamenti datum. *Add.* Iuſtin. 41, 5, 1. Nanciſci puſillum laxamenti Trebon. Cic. Fam. 12, 16. Aliquid laxamenti, quo hominum oculi acquieſcunt Sen. Ep. 7.

L E A

LEA, ae. f. [λέαινα] *Quae et* Leaena *dicitur, eſt Femina leonis.* Lucret. 5, 1317 Irritata leae iaciebant corpora ſaltu. Saeua lea Ouid. Met. 4, 102. *Add.* ib. 9, 647. *et* Faſt. 2, 88. Val. Flacc. 3, 736. Iſidorus 12, 2 *hunc vocem Poëtis tantum tribuit.* ¶ 2 Lea, *Braſſicae genus, quam Graeci λεῖαν appellant, hoc eſt laeuem, a foliorum laeuitate.* Plin. 10, 9 Alternam leam, latis foliis e caule exeuntibus.

LEAENA, ae. f. [λέαινα] *Eadem quae* Lea. Virg. Ecl. 2, 63 Torua leaena lupum ſequitur, lupus ipſe capellam. Plin. 8, 16 Is ergo tradit, leaenam primo foetu parere quinque catulos, ac per annos ſingulos, vno minus ab vno ſterileſcere. Getulae leaenae Hor. Carm. 3, 20, 2. ¶ 2 Leaena *Scortum Athenienſe, cuius fortitudo in reticendis coniuratis laudatur.* Plin. 34, 8. 7, 23. *et apud* Lactant. 1, 20.

LEANDER, *vel* LEANDRVS, i. m. [Λείανδρος] *Viri proprium, Herûs puellae amaſius, ex Abydo vrbe, ad quam tranſnare Seſto ſolebat, donec in Helleſponto periit. Fabula enarrata carmine Muſaei, recentioris Poëtae. Pertinent huc* Ouidii Epiſtola 18 *quam fingitur ſcribere* Leander Heroni, *et* 19 Herûs ad Leandrum. Ouid. Triſt. 3, 10, 41 Si tibi tale fretum quondam Leandre fuiſſet, Non foret anguſtae mors tua crimen aquae.

LEANDRIVS, a, um. Adi. *Denom.* [Λειάνδριος] Helleſpontus Leandrius, *in quo Leander periit* Sil. 8, 622.

LEARCHVS, i. m. [Λέαρχος] *Athamantis et Inûs filius, quem pater furore arreptus occidit.* Ouid. Faſt. 6, 490 Tuque cadis patria, parve Learche, manu. Inous Learchus Valer. Argon. 1, 280.

LEARCHĒVS, a, um. Adi. [Λεαρχεῖος] Ouid. Faſt. 6, 491 Moeſta Learcheas mater tumulauerat vmbras.

L E B

LEBADIA, *vel* LEBADĒA, ae. f. [Λεβαδεία] Vrbs Boeotiae. *Vid.* Stat. Theb. 7, 345 Et valles, Lebadea, tuas. *Add.* Plin. 16, 36.

LEBĔDVS, i. m. [Λέβεδος] *Ciuitas Aſiae, quae a Colophone centum et viginti ſtadiis diſtat.* Hor. Epiſt. 1, 11, 7

An Lebedum laudas odio maris, atque viarum?
Scis Lebedus quam ſit Gabiis deſertior, atque
Fidenis vicis.

LEBES, ētis. m. [λέβης] *Vas aeneum, in quo quid igni applicamus, vt ebulliat.* Ouid. Epiſt. 3, 31 Viginti fuluos operoſo ex aere lebetes. Curui lebetes Ouid. Met. 12, 243. Dodonaei lebetes, *vid.* DODONE. Gemini ex aere lebetes Virg. Aen. 5, 266. *Vid. ibi* Seruium.

L E C

LECHAEVM, i. n. *Nauale Corinthiorum.* Alterius maris portum appellat Liuius 32, 23. Spatia Lechaea Grat. Cyneg. v. 227 *de Lud. Iſthm. Graeci λέχη portus ipſos vocant.* Stat. Silu. 2, 2, 35 Culmen ab Inoo fert ſemita tecta Lechaeo. *Add.* ib. v. 381. Propert. 3, 20, 19.

LECHIAE, arum. *apud* Stat. Silu. 4, 3, 59. *Eodem ſenſu accipiuntur a Geuartio Barthioque. Alii legunt* Deuiae: *Voſſius ad* Catull. p. 62 Cliuiae, *Cl. Marklandus* Lechio *legit. Vid. notas in loc.*

LECTE, *vid.* LEGO, ĕre.

LECTICA, LECTICARIVS, *vid.* LECTVS, lecti.

LECTIO, LECTITO, *et* LECTVS, Partic. *vid.* LEGO, ĕre.

LECTISPHAGĪTES, ae. m. *Olim inter Vina facticia.* Plin. 14, 16 *extr.*

LECTVS, i. m. [κλίνη, λέκτρον, κλιντὴρ] Locus ſuper quo quieſcimus. Dictus, *vt ait* Varro L. L. 4, 35 quod lectis herbis et frondibus ſtramenta facerent. *Vel vt* Feſtus *putat*, ab alliciendo, quod fatigatos ad quieſcendum alliciat. *Vel a Graecis, qui λέκτρον lectum dicunt, vel a λέχος.* Plin. 14, 22 Iam vero alios lectum expectare non poſſe. Iura ſocialia lecti Ouid. Amor. 3, 11, 45. Succuba noſtri lecti Id. Epiſt. 6, 153. Lectus aduerſus in atrio *ſterni ſolebat, i. ex aduerſum ianuae, matrisfamilias, quo in ſollemnibus nuptialibus, forte in puerperiis etiam vterentur.* Laberius *ap.* Gell. 16, 9 Materfamilias tua in lecto aduerſo ſedet. Prop. 4, 11, 81 Cornelia M. Aemilii Lepidi *de his, quae poſt mortem ſuam futura ſint, agens cum ſuis liberis,*

Seu tamen aduerſum mutarit ianua lectum
Sederit et noſtro cauta nouerca toro:
Coniugium pueri laudate et ferte paternum *etc.*

i. ſi nouum matrimonium contraxerit, vt, qui intrant domum, ſtatim in atrio e regione ianuae oppoſitum nouum et diuerſum a ſuperiore lectum videant. Aſcon. Pedian. in Milon. 13 c. 5 Deinde omni vi ianua (domus M. Aemilii Lepidi interregis) expugnata, et imagines maiorum deiecerunt, et lectulum aduerſum vxoris eius Corneliae — fregerunt: itemque telas, quae ex vetere more in atrio texebantur, diruerunt. *Idem eſt* lectus genialis *apud* Lamprid. in Alex. Seu. c. 13. *Locum damus in* ATRIVM. Archiaci lecti, *vid.* ARCHIAS. Communes, *vid.* COMMVNIS. Cubicularis lectus, *a* Cic. de Diuin. 2, 134 c. 65. *dicitur ad differentiam* Tricliniaris lecti. Dapſilis, *vid.* DAPS. Eburni Hor. Serm. 2, 6, 103. Funebris lectus Val. Max. 4, 4, 1. *In quo funus ſeu cadauer efferebatur.* Perſ. 3, 103

Hinc tuba, candelae, tandemque beatulus alto
Compoſitus lecto, craſſisque lutatus amomis
In portam rigidos calces extendit.

Sueton. Caeſ. 84 Lectum pro roſtris in forum magiſtratus et honoribus functi detulerunt. Furtiui foedera lecti Tibull. 1, 5, 7. Hor. Epiſt. 1, 1, 87 Lectus Genialis in aula eſt, *i. parata omnia ad nuptiarum celebrationem.* Aula *hic* Atrium. Iugalis Virg. Aen. 4, 496. Liber, *vid.* LIBER, Adi. Obſcoenus Ouid. Met. 10, 465. Quaſſus ab impoſito corpore Id. Epiſt. 11, 78. Lecti ſuſpenſi motus confert aliquid ad ſomnum Celſ. 3, 18. Temerati foedera lecti Ouid. Epiſt. 5, 101. Vacuis Id. Met. 10, 437. Viduo diſcedere lecto Id. Epiſt. 1, 81. Conminxit lectum potus Hor. Serm. 1, 3, 90. Concutere alienum lectum Iuuen. Sat. 6, 21. Cubare in lecto, *vid.* CVBO. Decidere de lecto, *vid.* DECIDO. Imponere corpus lecto Quinctil. 6, 1. Incumbere lecto Ouid. Met. 11, 657. Sternere lectum, *vid* STERNO. Sum. Cic. Fam. 9, 23 Dixit te in lecto eſſe, quod ex pedibus laborares. Temerare lectum alicuius Ouid. de Arte Am. 1, 743. Teneri lecto, *Decumbere, iacere, et morbo vexari.* Cic. Verr. 7 (5) 16 c. 7 Pater grandis natu iam diu lecto tenebatur. Lectis *etiam incubabant ad menſam, vnde Triclinium dictum a tribus lectis.* Id. ib. 4, 183 Iam non quaero, vnde CCCC ampho-

amphoras mellis habueris, vnde tantam Melitenſem veſtem, vnde quinquaginta tricliniorum lectos, vnde tot candelabra, *etc.* Hor. Epiſt. 1, 18, 11 Imi Deriſor lecti *i. domini conuiuium praebentis et in imo lecto accubantis.* Deſiderato acquieſcimus lecto Catul. 29, 10.

LECTVM, i. n. *Idem quod Lectus.* Vlpian. in l. librorum, in fine D. de leg. 3 Legatum lectum continet et fulcra.

LECTVLVS, i. m. [κλινίδιον] Cic. pro Muraen. 75 Strauit pelliculis hoedinis lectulos Punicanos, et expoſuit vaſa Samia. Idem Att. 14, 13 A ducenda autem vxore ſic abhorret, vt libero lectulo neget eſſe quidquam iucundius. Caſtus lectulus Catul. 62, 88. Membra lectulo iacebant Catul. 48, 15. *Add.* Petron. c. 79 *et* 80 *et* 128. *etc.*

LECTVS, ûs. m. Plaut. Amph. 1, 3, 15. Cornific. *ap.* Priſcian. 6 p. 198. *Ita quoque Faërn. inuenit ap.* Terent. Eun. 3, 5, 45 Deinde eam in lectu illae collocarunt.

LECTISTERNIVM, i. n. [κλινοςρώμνιον] *Caerimonia publica, cum DIs, quorum altaria menſarum inſtar ſunt, lecti circa ea, velut epulandi cauſa, ſternuntur, in quibus ipſorum imagines deinde collocentur. Locus claſſicus* Liu. 40 *extr.* Terra mouit. In foris publicis, vbi lectiſternium erat, Deorum capita, quae in lectis erant, auerterunt ſe, lanaque cum integumentis, quae Ioui oppoſita fuit, decidit. De menſa oleas quoque praeguſtaſſe mures, in prodigium verſum eſt. *De origine* Liu. 5, 13. *Conf.* 7, 2 *et* 27. *it.* 22, 1 *et* 10. *Huc referri etiam debet* Val. Max. 2, 1, 2 Iouis epulo ipſe in lectulum, Iuno et Minerua in ſellas ad coenam inuitantur. *Add.* Liu. 21, 62. *it.* 8, 25. *et* 29, 14. *Eſt* C. E. *Schumanni de Lectiſterniis Romanorum commentatio Lipſ.* 1739.

LECTISTERNIĀTOR, ōris. m. [κλινοςρώτης] *Qui lectum ſternit.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 29 Tu eſto lectiſterniator, tu argentum eluito.

LECTISTITIVM, i. n. *Lecti ſtatio.* Iſidor. Gloſſ.

LECTĪCA, ae. f. [φορεῖον, κράββατος] *Lectus, quo et in cubiculo ad quieſcendum pariter et ſtudendum vtebantur, et in publico ferebantur diuites et potentes.* Cic. Q. Frat. 2, 5 Eo die coenaui apud Craſſipedem, coenatus in hortos ad Pompeium lectica latus ſum. *Add. infra* LECTICARIVS. *Metaph.* Plin. 17, 14 In mollibus arborum lecticis. Interea ſiue illa toro reſupina feretur, Lecticam dominae diſſimulanter adi Ouid. A. A. 1, 487. Geſtamen lecticae Tacit. Ann. 2, 2. Geſtare aliquem lectica Hor. Serm. 2, 3, 214. Tacit. Ann. 12, 69 Ibi monente Praefecto feſtis vocibus exceptus inditur lecticae. *De* Lucubratoria Lectica *v. h. v.*

LECTICVLA, ae. f. Dimin. [κραββάτιον] Scipio lecticula in aciem illatus Liu. 24, 42. Atticus lecticula elatus Nep. 25. *extr.* Vilis lecticula *ſerui* Martial. 9, 94. Sueton. in Auguſto c. 78 A coena ſe in lecticulam lucubratoriam recipiebat. Cic. Fam. 71 Vt noſtras villas obire, et mecum ſimul lecticula concurſare poſſis.

LECTICARIVS, i. m. [φορειοφόρος Gloſſ. Gr. Lat.] *Qui lecticam deferebat.* Cic. Fam. 4, 12 Coactus ſum in eadem illa lectica, qua ipſe delatus eram, meiſque lecticariis in vrbem eum referre. *Conf.* Petron. c. 96 *et* 124. Sen. de Conſt. Sap. c. 14. Sueton. Tib. c. 58. *et* Oth. c. 6. Lecticarii *olim etiam erant Veſpillones efferendis cadaueribus deſeruientes. Vid.* Nouell. Iuſt. 43.

LECTICARIVS, a, um. Plagae, grande linteum tegmen, quod nunc torale, vel lecticariam ſindonem dicimus Non. 14, 5. *al.* Lectuariam.

LECTVARIVS, a, um. *Vid.* Lecticarius.

LECTICARIŎLA, ae. f. Martial. 12, 58 Ancillariolum tua te vocat vxor, et ipſa Lecticariola eſt: eſtis Alauda pares. *h. e. Tu rem habes cum ancillis, ipſa cum lecticariis.*

LECTICALIS, is. m. Qui lectulos facit Gloſſ. Iſidor.

LECTARIVS, i. m. *Idem.* Gloſſ. Gr. Lat. κλινοποιός, Lectarius.

LECTRIX, icis. f. Inſcript. *apud* Fabrett. p. 311. DRVSI. CVBIC. SER. COLIT. OSSA. EIVS. CNIDE. LECTRIX. CONIVNX. EIVS. *An quae lectos curare iuſſa eſt?*

LECTVALIS, e. Spartian. de Adriano c. 23 In morbum incidit lectualem. *Vbi Salmaſius notat, Lectuales eiusmodi Morbos vocaſſe, qui diu in lecto detinerent aegrotantes.*

LECȲTHVS, i. m. *et* f. [λήκυθος] *Ampulla olearia.* Cic. Att. 1, 14 Totum, *inquit*, hunc locum, quem in Ariſtocratia ego varie meis orationibus ſoleo pingere, de flamma, de ferro (noſti illas ληκύθους) valde grauiter pertexuit. *Ad pictores aperte alludit, qui pigmenta habent in* lecythis. *Imitatur* Plin. Epiſt. 1, 2 Tentaui enim imitari Demoſthenem ſemper tuum, nuper meum, duntaxat figuris orationis. *Paullo poſt,* Non tamen omnino Marci noſtri ληκύθους fugimus, quoties paullum itinere decedere non intempeſtiuis amoenitatibus ſubmonebamur. *Locos communes ab vtroque intelligi apertum eſt, in quos ornatus cauſa digredi oratorium eſt.*

LECYTHĬNVS, a, um. *In lecytho aſſeruatus.* Petron. c. 21 Nos lecythino perfuſos oleo refecerunt. *Al.* Legitimo.

L E D

LEDA, ae. f. [Λήδα] *Vxor Tyndari regis Laconiae, cum qua Iupiter in forma Cigni dicitur congreſſus. Illa autem ex eo congreſſu oua duo enixa eſt, vt fabulantur Poëtae. Ex vno nati ſunt Pollux et Helena immortales: ex altero Caſtor et Clytaemneſtra mortales.* Hor. de Arte Poët. 147 Nec bellum gemino Troianum orditur ab ouo. Leda poſt mortem Nemeſis facta Lact. 1, 21, 23. *In ſepulcris exprimi ſolita propter filios, qui viciſſitudinis circa ortum et obitum hominum imago ſunt. Gorius ad Monum. Liuiae* p. 26. *Hinc*

LEDAEVS, a, um. Adi. [Ληδαῖος] Dii Ledaei, *Caſtor et Pollux* Ouid. Faſt. 1, 706. Fratres Ledaei Ouid. ad Liu. 283.

L E G

LEGALIS, *vid.* LEX.

LEGARIVM, *vid.* LEGO, ĕre.

LEGATARIVS, LEGATOR, LEGATVS, *vid.* LEGO, āre.

LEGIBILIS, *vid.* LEGO, ĕre.

LEGIFER, *vid.* LEX.

LEGIO, ōnis. f. [λεγεών, τάγμα, τέλος] *A* Legendo, id eſt eligendo dicitur, quod leguntur milites in delectu, *vt ait* Varro de L. L. 4, 16. Gell. 16, 4 *extr. ex* Cincio de re militari, In legione ſunt centuriae ſexaginta, manipuli triginta, cohortes decem. *De conſtitutione* Legionis Romanae, *diuerſo tempore diuerſa, vid. ex Polybio et reliquis fontibus Lipſius de Mil. Rom. et R. H. Schelius ad Hygin. ipſeque* Vegetius 2, 2 ſqq. *Nos formulas modo aliquot pro inſtituti ratione afferemus. Ac primum* Legionis *vocabulum etiam de aliarum gentium, ipſorumque adeo Carthaginienſium, copiis militaribus vſurpatum a Romanis docet Ciaccon. ad Columnam Duilii. Add. Taubmann. ad* Plaut. p. 28. *Nempe* Amphitr. 1, 1, 63 Teleboae ex oppido legiones educunt ſuas — Nos noſtras more noſtro et modo inſtruximus Legiones *etc. Sic* Samnitium linteata *et aliae* Legiones *memorantur* Liu. 8, 38 Etruſcorum ibid. 10, 5 *etc. De Romanis* Cic. Tuſc. 1, 101 c. 42 Sed quid duces et principes nominem, cum legiones ſcribat Cato ſaepe alacres in eum locum profectas, vnde rediturás ſe non arbitrarentur. ¶ 2 *Formulae de plurimis aliquot:* Acies legionum Tacit. Hiſt. 3, 23. Contubernium legionum Id. Hiſt. 1, 41. Attenuatae praeliis legiones, *vid.* ATTENVO. Completa legio per manipulos Sil. 8, 470. Conferta maniplis legio Sil. 7, 390. Expedita Legio Liu. 24, 41. Semiplenae legiones Paterc. 2, 80. *pr.* Transmotae legiones Tacit. Ann. 13, 35. Validae legiones Lucret. 5, 1227. Vrbanae Liu. 6, 9. Conſtituere legionem Caeſ. B. G. 1, 43. Curare legiones Tacit. Ann. 6, 30. Dare legiones Iuuen. 10, 79 *dicitur populus, i. imperium militare.* Decernere legiones in Siciliam, *vid.* DECERNO. Decimare legiones, *vid.* Decimo in DECEM. Diſſociant legionem a legione Tacit. Ann. 1, 28. *extr.* Dare alicui legiones Liu. 21, 17. Dare legiones in diſcrimen Tacit. Ann. 2, 11. *pr.* Explicuit longa legio cohortes Virg. Georg. 2, 280. Liu. 26, 17 Neroni ex duabus legionibus, quas ad Capuam habuerat, ſex millia peditum — decernunt. Imperitare magnis legionibus Hor. Serm. 1, 6, 4. Inſtruere legiones *habuimus ex* Plauti Amph. 1, 1, 63. Locare legionem Tacit. Hiſt. 4, . . Hor. Serm. 1, 6, 48 Quod mihi Pareret legio Romana Tribuno. Praeeſſe legionibus Liu. . . Pugnare legione Quinctil. 2, 13. Supplere legiones Liu. 29, 24. Iuuenal. 2, 155 Cremerae legio *vocantur CCCVI Fabii ad Cremeram caeſi.* ¶ 3 *Quod de diuerſa magnitudine* legionis Rom. *diximus, iam doceamus.* Liu. 44, 21 Senatus decernit, vt in octo Legiones parem numerum tribunorum conſules et populus crearent. Id. 42, 31 Legiones quatuor nouas ſcribi placuit, binas ſingulis conſulibus. — Cum alterius conſulis legionibus quina millia et duceni equites ex veteri inſtituto darentur in ſingulas legiones: in Macedoniam ſena millia peditum ſcribi iuſſa, equites triceni aequaliter in ſingulas legiones. *Nempe, vt eſt* 8, 8 Scribebantur quatuor fere legiones quinis millibus peditum, equitibus in ſingulas legiones trecentis. *Sed* 6, 22 Quatuor legionibus quaternûm millium ſcriptis. *Et* 7, 25 Decem legiones ſcriptae dicuntur quaternûm millium et ducenorum peditum, equitumque trecenorum. Liu. 23, 34 Decreuerunt patres, vt Q. Fuluius Flaccus quinque millia peditum, quadringentos equites ſcriberet, eamque legionem *etc. Et* 28, 28 Propter quod facinus tota legio, millia hominum quatuor in foro Romae ſecuri percuſſi ſunt. *Et* 39, 38 SCtum factum, Quod plus quam quina millia peditum, treceni equites, in ſingulis legionibus eſſet, dimitterent. *Verum* 44, 21 *Decreuit Senatus in Macedonia* non plus quam duas legiones eſſe, eas repleri, vt ſena millia peditum, trecenos haberent equites. *Hae plenae nimirum legiones. Vis exempla attenuatarum?* Caeſ. B. Ciu. 3, 106 In his (*duabus*) erant legionibus hominum III millia CC: reliqui vulneribus ex praeliis — confecti conſequi non poterant. *Et* Hirt. de B. Alex. 69 *memorat* Legionem VI veteranam — adeo deminutam, vt minus M hominum in ea eſſent. *Maximus numerus Legionum apud* Liuium 26, 1 Tres et viginti, quibus bellum terra marique geſtum. Legiones *diſtinguebantur vel ordine; vt,* Prima, ſecunda, tertia, *etc.* legio: Viceſima *nominatur* Liu. 27, 14. Inſcriptiones *Gruterianae progrediuntur ad* XXXV. *vel cognominibus; quae vel ab inſtitutoribus; vt,* Auguſta, Claudiana, Galbiana, *etc. vel a Prouinciis deuictis; vt,* Parthica, Scythica, Gallica; *vel a Deorum nominibus; vt,* Apollinaris, Venerea, *etc. vel ab euentibus; vt,* Victrix, Fulminatrix, *etc. accipiebant. Vid. Dion. Caſſ. lib.* 55. *Onuph. Panuin. Deſcript. Imp. Rom. lib.* 3. *Spanh. de Vſu et Praeſtant. Num. diſſ.* 10. *p.* 231. *Breuiſſime et certiſſime tamen ea cognoſci poſſunt, ſi inſpicias Gruteriani ſ. Scaligeriani potius Indicis veterum inſcriptionum caput V de re militari, quod ex publicatis poſtea Collectionibus facile augeri poteſt.*

LEGIVNCŬLA, ae. f. Dimin. [λεγεώνιον] *Parua legio.* Liu. 35, 49 Videritis vix duarum plane plenarum legiuncularum inſtar in caſtris regis.

LEGIONARIVS, a, um. Adi. [λεγεωνάριος] *Quod eſt legionis, vel Quod ad legionem pertinet.* Cic. Fam. 10, 32 Militem non modo legionarium, ſed ne auxiliarium quidem vllum quoquam miſi. Plin. Epiſt. 10, 81 Centurio legionarius. Legionarii Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 78. *Et* Bell. Gall. 2, 27. *Item* 6, 33. Cohortes legionariae Liu. 10, 43. Milites legionarii Caeſ. Bell. Gall. 5, 19. *et* 1, 51.

LEGIO SECVNDA AVGVSTA, [Λεγεὼν δευτέρα Σεβαςή] *Britanniae vrbs, vt ſcribit Ptolemaeus lib.* 2. *Vulgo Leskard.*

LEGIRVPA, LEGISLATOR, LEGITIMVS, *vid.* LEX.

LEGIVNCVLA, *vid.* LEGIO.

LEGO, āre. [διαπρεσβεύω] *Eſt aliquid alteri mandare, vel cum mandatis eum mittere: ac de nobilioribus fere reip. negotiis, itemque de his, quae teſtamento deferuntur, adhibetur.* Cic. Att. 4, 2 Ego me a Pompeio legari ita ſum paſſus, vt nulla re impedirer, quod niſi vellem, mihi eſſet integrum, *etc. i. partem negotiorum publicorum mihi mandari ab eo.* Neque eram tam deſipiens, vt priuatae rei cauſa legari putarem Cic. Fam. 3, 8, 13. *Et mox* Niſi forte poſtea coeperunt legare. Id. Verr. 3, 114 c. 48 Nobilem Andronem Centuripinum legarunt ad Apronium. Salluſt. Iugurth. c. 25 Legantur tamen in Africam maiores natu, nobiles amplis honoribus vſi. *Add.* ib. c. 22. *In his omnibus* legare *eſt cum mandatis reip. nomine aliquem mittere.* Catull. 65, 57 Ipſa ſuum Zephyritis eo famulum legarat, *Venus equum alatum.* Legare aliquos Plaut. Amph. 1, 1, 50. Cic. Fam. 6, 6 Caſſium ſibi legauit, Brutum Galliae praefecit. Idem Att. 15, 11 Dolabella me ſibi legauit ad IIII Non. April. Legare negotium alicui, *Committere* Plaut. Caſin. 1, 1, 12. Legare fortunae, *pro Aſſignare* Liu. 28, 42. ¶ 2 Legare [διατίθεσθαι, ληγατεύειν] *aliquid alicui, Teſtamento aliquid alicui relinquere.* Cic. pro Caecin. 11 c. 4 Vſumfructum omnium bonorum ſuorum Ceſenniae legat. Legare ab aliquo, *quod ille ſoluat, vid.* AB. Argentum autem omne legauit Quinctil. 5, 14. *Conf.* Perſ. 6, 66.

LEGĀTVS, a, um. Pſeudo-Cic. ad Octau. Qui tanquam in dotali matrimonio, rempublicam teſtamento legatam ſibi obtineret. *ICti paſſim. v. g.* l. 79 §. vlt. D. de Legatis 3 Seruus quoque legatus, ſi interim manumittatur. *Huc quoque refert Lipſius apud Rhodium illud* Scribon. 120 Vt ab eius (Caſſii medici) ſeruo Atimeto accepi, legato Tiberii Caeſaris. *Legi vult* Tiberio Caeſari.

LEGĀTVS, i. m. [πρεσβευτής, πρεσβεύς, πρέσβυς] *Cui mandatum eſt negotium publicum, ſiue vt ad aliam ipſe ciuitatem cum mandatis mittatur, ſiue alia negotia alterius nomine magiſtratus peragat.* Virg. Aen. 11, 227 Legati reſponſa ferunt. Cic. pro Flacc. 100 Primum magnam partem eiusdem prouinciae, quae pro huius periculis, legatos,

tos, laudatoresque miſit. Cic. Att. 13, 6 Spurium Mumium putaram in decem legatis fuiſſe. *Ibid.* Non dubito, quin fratri fuerit legatus, non in decem. Atque hoc etiam accepi, non ſolitos maiores noſtros legare in decem, qui eſſent Imperatorum neceſſarii. *Paullo poſt*, Illum fratri in primis eius legatis fuiſſe. *i. In iis, quos primum eduxit. Proficiſcentibus enim ad bellum legati, quos vellent, neceſſarii plerumque, dabantur: poſtea, quum quid proſpere geſtum eſſet, et pacem hoſtes peterent, vel conſtituenda eſſet prouincia, decem inſuper legati decernebantur. Fuit igitur Sp. Mumius in primis fratris legatis, in decem non fuit.* Liu. 33, 24 Decem Legati more maiorum, quorum ex conſilio T. Quinctius imperator leges pacis Philippo daret, decreti. *Add.* c. 31 *et* 44. *it.* 37, 55. 52, 20. Cic. Fam. 1, 1 Craſſus tres legatos decernit. *i. mittendos cenſet.* Mittere legatos cum auctoritate, *vid.* MITTO. Miſſi legati de magnis rebus Hor. Serm. 1, 5, 29. Cic. de Orat. 1, 115 Quum Athenienſes ad Senatum legatos de ſuis rebus maximis mitterent. Liu. 2, 18 Legatos de pace mittunt. Obiit legatus Aegyptum et Syriam Cic. in Somn. Scip. 3. Id. de Clar. Orat. 312 Dictatore Sylla legatus ad Senatum de Rhodiorum praemiis venerat.

¶ 2 *Notandi* Legati prouinciales *diuerſorum generum. Libera rep. a Senatu legabantur.* Cic. in Vatin. 35 c. 15 Ne hoc quidem Senatui relinquebas, quod nemo vnquam ademit, vt legati ex eius ordinis auctoritate legarentur? adeone tibi ſordidum conſilium publicum viſum eſt, — vt non nuntios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, non bellici conſilii auctores, non miniſtros muneris prouincialis, Senatus more maiorum deligere poſſet: *quibus verbis munera illorum pulchre expoſuit.* Nepos *de* Attico ſ. 25, 6 Qui ne cum Q. quidem Cicerone (*qui Attici ſororem in matrimonio habebat*) voluerit ire in Aſiam, cum apud eum Legati locum obtinere poſſet. Non enim decere ſe arbitrabatur, cum praeturam gerere noluiſſet, aſſeclam eſſe praetoris. *Sic* Cicero *noluit eſſe* Legatus Caeſaris. *Vid.* Att. 2, 18 *et* 19. Caeſ. B. Ciu. 2, 17 Neque ſe ignorare, quod ſit officium Legati, qui fiduciariam operam obtineret. *Add.* Cic. Att. 5, 21 *de* Afranio *et* Petreio. *Sed ſub Imperatoribus* Legati Caeſarum *erant Praeſides Prouinciarum. Nempe ipſum* Imperatoris *nomen ex antiqua reip. ratione ſeruatum. Quae autem per ſe agere illi non poſſent, ea per* Legatos *adminiſtrabant. Sic paſſim in numis et aliis monumentis memorantur* LEGATI PROPRAETORE, *aut* PROCONSVLE, *aut ſimpliciter* LEGATI AVGVSTI, *adiecto nomine Prouinciae.* Prouincias *autem hic intelligimus, quas ex Auguſti inſtituto Caeſares ſibi vindicabant, non item quas relinquebant Senatui. Talis eſt, quem* Plin. 26, 1 *appellat* Manilium Cornutum e Praetoriis Legatum Aquitaniae Prouinciae. *Etiam* Tac. Agric. 7 Legatos Conſulares Britanniae *et* Praetorium *memorat. Add.* c. 33. *Sic* Ann. 12, 40 *de ead. Prouincia*, At Caeſar, cognita morte Legati, ne Prouincia ſine rectore foret, A. Didium ſuffecit. *Add.* 14, 29. *Ita* Hiſt. 2, 80 *Syriae Praeſes Veſpaſianus* Legatus *ſalutatur. Et* An. 2, 80 Piſo *in Cilicia* Caeſaris ſe legatum teſtabatur, Prouincia, quam is dediſſet, arceri. *Et* Hiſt. 1, 9 Superior (*in Germania*) exercitus legatum Hordeonium Flaccum ſpernebat. A. Plautius Conſularis Legatus, *it.* Legatus Syriae Conſularis ſunt Sueton. Veſp. 4. *Singulare eſſe videtur, cum* Galba *apud* Sueton. 10 Conſalutatus *contra Neronem* Imperator, legatum ſe Senatus ac Populi Rom. profeſſus eſt. Apul. Flor. p. 348, 7 Qui Legatus mittitur (*dimittitur*) Proconſul ad nos cito reuerſus eſt. Legati *minor poteſtas in Prouincia Africa proconſulari. Caeterum de genere hoc* Legatorum Auguſti *vid. Caſaubon. et Salmaſ. ad* Spartiani Adrian. 3 p. 34 *Hack. et Spanhem. Diſſ.* 10 p. 178 ſq.

¶ 3 *Multum his minores ſunt* Legati Legionum, *quorum frequens mentio apud* Tacitum, *v. g.* Ann. 4, 73. 15, 28 *etc. Sic* Legatus Legionis primae Ann. 1, 44. Viceſimae Hiſt. 1, 60. *Sic* Sueton. Veſp. 4 Veſpaſianus Legatus Legionis in Germaniam miſſus eſt. *De hoc genere* Lipſ. de Milit. Rom. 2, 11.

LEGATIO, ōnis. f. [πρεσβεία, πρέσβευμα] Cic. Philipp. 9, 1 Etenim cui legatio ipſa mortis cauſa fuiſſet, eius monimentum extare voluerunt: vt in bellis periculoſis obirent homines legationis munus audacius. Irritus legationis rediit Tacit. Hiſt. 4, 32. Libera legatio. *Budaeus, Legationes liberae olim ornamenti tantum cauſa ab Senatu impetrabantur; quemadmodum honorarii magiſtratus a principibus honeſtamenti cauſa conceduntur, tituloque tenus obeuntur et geruntur.* Cic. Fam. 12, 21 C. Anicius — negotiorum ſuorum cauſa legatus eſt in Africam, legatione libera. *Id.* pro Flacco 86 c. 34 An legationes ſumere liberas exigendi cauſa, ſicut et tu ipſe nuper, et multi viri boni ſaepe fecerunt, rectum eſt? quod ego non reprehendo: ſocios video queri. *Omnino alias hoc reprehendebat Cicero. Itaque in* legibus *ſuis poſuit*, de Legg. 3, 9 c. 3 Rei ſuae ergo ne quis Legatus eſto. *Quem locum deinde declarans* 18 c. 8 Iam illud, *inquit*, apertum profecto eſt, nihil eſſe turpius, quam quemquam legari, niſi rei publicae cauſa. Omitto, quemadmodum iſti ſe gerant atque geſſerint, qui legatione hereditates aut ſyngraphas ſuas perſequuntur. In hominibus eſt hoc fortaſſe vitium. Sed quaero, quid reapſe ſit turpius, quam ſine procuratione Senator, legatus ſine mandatis, ſine vllo reip. munere? Quod quidem genus legationis ego conſul, quanquam ad commodum Senatus pertinere videatur, tamen approbante Senatu frequentiſſimo, niſi mihi leuiſſimus tribunus pl. tum interceſſiſſet, ſuſtuliſſem. Tamen minui tempus, et quod erat infinitum, annuum feci: ita turpitudo manet, diuturnitate ſublata. *Idem* contra Rull. 2, 44 Legatos noſtros homines auctoritate tenui, qui rerum priuatarum cauſa legationes liberas obeunt: tamen exterae nationes ferre vix poſſunt: graue eſt enim nomen imperii, atque id etiam in leui perſona pertimeſcitur: propterea quod veſtro, non ſuo nomine, quum hinc egreſſi ſunt, abutuntur. Idem Att. 15, 8 Habent (vt opinor) liberae legationes definitum tempus lege Iulia, nec facile addi poteſt, ad hoc genus legationis, vt, cum velis introire, exire liceat, quod nunc mihi additum eſt. Bella eſt autem huius iuris quinquennii licentia. Praetor deſignatus legationem liberam impetrauit Suet. Tib. c. 31. Qui libera legatione abeſt, non videtur reip. cauſa abeſſe: hic enim non publici commodi cauſa, ſed ſui abeſt Vlpian. 14 D. de legation. Orba legatio Cic. Philipp. 9, 1. *capite mortuo.* Pacificatoria legatio, *vid.* PAX. Votiua legatio, *Liberae Legationis genus, voti vel veri vel ficti cauſa ſuſceptum.* Cic. Att. 4, 2 Ego me a Pompeio legari ita ſum paſſus, vt nulla re impedirer, quod ne (*i. quin*) ſi vellem mihi eſſet integrum — aut votiuam legationem ſumſiſſe (*ſic Victor. al.* ſuſcipere) prope omnium fanorum, lucorum. *Et eid.* 15, 8 Atque etiam ſcripſi ad Antonium de Legatione — Legatione mihi opus eſſe. Honeſtior eſt votiua: ſed licet vti vtraque: *nempe* votiua *et alia* libera. Ibid. epiſt. 11 Dolabella me ſibi legauit — Votiua ne tibi quidem placebat. Etenim erat abſurdum, quae ſi ſtetiſſet resp. vouiſſem, ea me, euerſa illa vota diſſoluere. *Reliqua dedimus modo in* Libera Legatio. Cic. pro Flacc 45 c. 19 Qui hanc ipſam legationem quam habet, non accepit a ſuis ciuibus, ſed vsque Timolo petiuit. Adminiſtrare Nep. 10, 1, 4. Agere legationem, *vid.* AGO. Decernere legationem contra aliquem, *vid.* DECERNO. Cic. de Lege Agr. 1, 8 Haereditatum obeundarum cauſa, quibus vos legationes dediſtis. Fungi legationibus Quinctil. 3, 2. Gerere legationem Quinctil. 7, 5. Habere legationem Cic. pro Flacc. 45. Mittere legationem ad aliquem Quinctil. 10, 1. Obire legationem, *vid.* OBEO. Perferre legationem pro aliquo Suet. Claud. c. 6. Cic. Fam. 1, 4 Senatus haberi ante Calendas Februarias per legem Pupiam non poteſt: neque menſe Februario toto, niſi perfectis aut reiectis legationibus. Quinctil. 7, 2 Qui aberat, et qui militabat, et qui in legatione erat. *h. e. Legatus creatus erat, necdum tamen legationem abſoluerat.* Renuntiare legationem, *explicare, quid geſſeris* Cic. Philipp. 9, 1. Suſcipere Nep. 2, 6, 5. Fila legere *eſt ductum illorum ſequi* Ouid. Faſt. 3, 462 *de Ariadne et Theſeo* Quae dedit ingrato fila legenda viro.

¶ 2 *Ex altera quoque* Legati *ſignificatione* Legatio *dicta eſt.* Cic. Att. 2, 18 A Caeſare valde liberaliter inuitor in legationem illam. Tac. Agric. 9 Reuertentem ab Legatione Legionis diuus Veſpaſianus inter patricios aſciuit, ac deinde Prouinciae Aquitaniae praepoſuit. *De hac adminiſtratione deinde dicit*, Minus triennium in ea Legatione detentus.

LEGATĪVVM, *an* LEGATITIVM, i. n. [πρεσβεῖον] *Id quod datur legato impenſae nomine.* Arcadius in l. Munerum. D. de Mun. et honor. Legati quoque, qui ad ſacrarium principis mittuntur, quia viaticum (quod legatiuum dicitur) interdum ſolent accipere. Vlpian. l. 2 D. de legationibus, His qui non gratuitam legationem ſuſceperunt, legatiuum ex forma reſtituitur. Legatitium *Haloander et Pandectae Florentinae.*

LEGĀTVM, i. n. [ληγάτον] Modeſtinus in l. Legatum. D. de legatis ſecundo, Legatum, eſt donatio quaedam teſtamento relicta. Et legati appellatione, fideicommiſſum, et mortis cauſa donatio continentur. Legatum, eſt Quod legis modo, id eſt, imperatiue, teſtamento relinquitur. Nam ea, quae precatiuo modo relinquuntur, fideicommiſſa vocantur. Legamus autem quatuor modis: per vindicationem, per damnationem, ſinendi modo, per praeceptionem. Per vindicationem his verbis legamus, *Do, lego, capito, ſumito*, ſiue *habeto.* Per damnationem his verbis, *Heres meus damnas eſto dare, dato, facito: Heredem meum dare iubeo.* Sinendi modo, ita, *Heres meus damnas eſto ſinere Lucium Titium ſumere illam rem, ſibique habere.* Per praeceptionem ſic, *Lucius Titius illam rem praecipito.* Haec *et plura* Vlpianus titulo 24. *Sunt* Digeſtorum lib. 30, 31 *et* 32 De legatis et fideicommiſſis. Hortenſii legata cognoui Cic. Att. 7, 3. Petere legatum ex teſtamento Quinctil. 4, 14.

LEGATARIVS, a, um. [ληγατευόμενος] *Cui ex teſtamento aliquid legatum eſt.* In re legata legatarius quodammodo heres eſt Paullus l. 14 D. de Vſurpationibus. Iuſtin. Inſtit. de legatis. §. Sed ſi rem, Sed ſi rem legatarii quis ei legauerit, inutile eſt legatum. Teſtator *et* Legatarius, *opponuntur.* Pomponius in l. Si ex toto. D. de leg. et fideicommiſſis primo. Prouincia legataria, *Quae alicui delegata eſt.* Cic. Att. 15, 9 O rem miſeram; primum vllam ab iſtis: dein, ſi aliquam, hanc legatariam Prouinciam: atque haud ſcio, an melius ſit, quam ad Eurotam ſedere. *Alii legunt* Prouinciam legatoriam. *Vid. Graeu. in loc.* Tertull. de Spectac. c. 6 Etiam priuatorum memoriis legatariae editiones parentant. *i. Teſtamento mandatae.*

LEGĀTOR, ōris. m. [ληγατευτής] *Qui aliquid legat.* Suet. in Tiber. c. 31 Iterum eo cenſente, vt Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem viae transferre concederetur, obtinere non potuit, quin rata voluntas legatoris eſſet.

LEGATORIVS, a, um. Cic. Att. 15, 9 *pr. Graeu. Locum modo dedimus in* Legataria Prouincia.

LĔGO, lēgi, lectum, ĕre. [ἀναγινώσκω] *Proprietatem verbi ſeruat compoſitum Colligere.* Virg. Ecl. 3, 92 Qui legitis flores, et humi naſcentia fraga. Funem Val. Flacc. 1, 314. *i. in ſpiram colligere.* Halitum alicuius ore legere *i. Ore excipere* [ψυχοῤῥοφεῖν] Virg. Aen. 4, 684. Herbam legere Scribon. 60. Mala legere Virg. Ecl. 2, 51. Mala lecta ex arbore Virg. Ecl. 3, 70 Oleam Cato 3, 2. *it.* 144, 2. Oſſa Suet. Aug. c. 100. Cic. de Legg. 2, 60. *vid.* OSSA. Poma legit ab arboribus Tibul. 1, 7, 32. Reliquias Suet. Aug. c. 100. Sermonem legere alterius, *per translationem dictum, pro Attentius audire et accipere* Plaut. Pſeud. 1, 1, 61. Spolia legere Liu. 5, 36. Vela nauita legit humida Virg. Georg. 1, 373. *Add.* Ouid. Her. 15, 216. Val. Flacc. 2, 13. Venas legere *dixit* Celſus, *et idem* 7, 24 *extr.* Colligendae, *inquit*, venae, vinciendaeque, et ſub nodis praecidendae ſunt. Ouid. Met. 3, 17 Subſequitur, preſſoque legit veſtigia greſſu.

¶ 2 Legere, *Oculis ſcripta percurrere: quoniam literae oculis legi, id eſt colligi videantur.* Cic. Fam. 7, 1 Dummodo is tibi quiduis potius, quam orationes meas legerit. *Conf.* Id. de Orat. 2 c. 55. Plin. Ep. 3, 1. Oculis inuitis legere verba alicuius Ouid. Epiſt. 18, 4. Cic. in Topic. 2 Eos libros per te ipſe legeres. Commode legere Plin. Epiſt. 5, 19. Audio me Male legere, duntaxat verſus: orationes enim Commodius Plin. 9, 34, 1. Intente legere Plin. Epiſt. 190. Iudicio candido legere aliquid Ouid. Triſt. 2, 80. Maligne legere Plin. Epiſt. 9, 38 *fin.* Remiſſius legere Plin. Epiſt. 3, 1. Legi apud Clitomachum quum Carneades, *etc.* Cic. Acad. 4, 13, 7. A Bruto edictum Antonii legi Cic. Att. 16, 7. *Subaudi, Datum, vel Miſſum.* Liber tuus et lectus eſt et legitur a me diligenter Cic. Fam. 6, 5. A poſteritate legi Ouid. ex Pont. 3, 2, 30. Scripta legere ſecum Id. Amor. 2, 2, 19. Omnium bonarum artium Scriptores et Doctores legendi et peruolutandi ſunt Cic. de Orat. 1 c. 34. Verba legenda Ouid. Triſt. 3, 10, 74.

¶ 3 *In nauigatione* Legere *eſt Praeterire.* Liu. 21, 51 Ipſe compoſitis Siciliae rebus, oram Italiae legens Ariminum peruenit. Virg. Aen. 3, 292 Littoraque Epiri legimus. Idem Aen. 3, 127 — et crebris legimus freta concita terris. *Vbi* Seruius, Legimus, Praeterimus. Tractus ſermo a nautis, quod funem legendo, id eſt colligendo, aſpera loca praetereunt. Se recreandi gratia Phrygiam terram legerunt Meſſala p. 3.

¶ 4 *Eſt quoque* Legere, *Eligere* Aur. Vict. de Viris Illuſt. c. 36 Nam quum temere ſeruos manumitterent: dum in curiam legerent, conſenſu ſeruorum oppreſſi, quum multa indigna paterentur, clam Roma auxilium petierunt. Generum exulem legendo Sen. Med. v. 255. Tempus legere Ouid. de Arte Am. 1, 357. Tempus idoneum legere Ouid. Met. 9, 610. Legere in demortui locum Liu. 23, 23 *ſc. in Senatum.* Legere in Senatum Cic. pro Cluent. 132. Milites legere Cic. Att. 8, . . Pompeius ſub Cic. Att. 12, 8. Senatum legere Liu.

40, 51 *pr.* ¶ 5 *Non nunquam* Legere, *eſt Furari.* Sermonem alicuius Plaut. Pſeud. 1, 2, 21. *i. furtim excipere.* Virg. Aen. 10, 79 Quid ſoceros legere, et gremiis abducere pactas? Seruius. Sacra legere Hor. Serm. 1, 3, 117. *vnde* ſacrilegus. Pugno legere aliquem, *i. Ferire* Plaut. Amph. 1, 1, 160. *Quid ſi Datiuus eſt eligere ſibi vel ſuae manui pulſandum.*

LEGENS, entis. Cic. pro Marcell. 28 c. 9 Obſtupeſcent poſteri triumphos audientes et legentes tuos. Mala legens Virg. Ecl. 8, 31. *Add.* Id. Aen. 12, 475.

LECTVS, a, um. ior, iſſimus. [λεκτὸς] *h. e. Selectus, ex aliorum numero ſeparatus.* Lectus ab eo ſocer Vell. 2, 54, 2. Adoleſcens lectiſſimus Cic. Verr. 5. Idem Verr. 1 (Diuinat.) 29 c. 9. Corpora lectiſſima Virg. Aen. 9, 272. Flores lectiſſimi Cic. Verr. 4 c. 48. Femina lectior Id. de Inuent. 1, 52 c. 31. Iuuenes lecti Virg. Aen. 5, 729. Iuuenum lectiſſimus Stat. Silu. 5, 1, 247. Quinctil. 6, 24 Et ab accuſatoribus oſtendi cruentum gladium, et lecta e vulneribus oſſa, et veſtes ſanguine perfuſas. Sententiae et verba lectiſſima Cic. in Orat. c. 68. Lectis et illuſtribus verbis vtendum eſt Id. ibid. 3 c. 37. Vir lectiſſimus Id. pro Flacc. . . Viri lectiſſimi atque ornatiſſimi Id. Verr. 3 (1) c. 6. Virgines lectae Hor. in Carm. ſaecul. 6. Vxor lectiſſima Cic. de Inuent. 1, 52 c. 31. Viſcum lectum Scribon. 214. *De permutatione cum* Laetus *in MSS. vid.* LAETVS.

LECTE. Adu. *Superl.* Cic. in Orat. c. 68 Optimis ſententiis verbiſque lectiſſime dicere, *vid.* Sidon. 9, 9. *Ab* Lego, Lecte, Lectiſſime Varro L. L. 5, 5.

LECTIO, onis. f. [ἀνάγνωσις] Cic. Att. 1, 10 Quotus enim quiſque eſt, qui epiſtolam paullo grauiorem ferre poſſit, niſi eam per lectionem releuerit? *al.* pellectione. In lectione puer ſciat, vbi ſuſpendere ſpiritum debeat, quo loco verſum diſtinguere, vbi claudatur ſenſus, vnde incipiat Quinctil. 1, 8. *fin.* Lectio multorum auctorum et omnis generis voluminum habet aliquid vagum et inſtabile Sen. Ep. 2. Taedium lectionis Quinctil. 2, 12. Virilis lectio, et cum ſuauitate quadam grauis Idem 1, 8. Accelerare lectionem Idem 1, 22. Continuare lectionem Idem 1, 1. Formare lectione Idem 1, 11. ¶ 2 Lectio, *Electio.* Liu. . . Et eam lectionem nemo ratam habuerat. *Add.* Idem 9, 29 *et* 30. Sueton. Aug. c. 35 Senatorum affluentem numerum ad modum priſtinum et ſplendorem redegit duabus lectionibus. Lectio lapidum, *Collectio* Columel. 2, 2, 12.

LECTIVNCVLA, ae. f. Dimin. Cic. Fam. 7, 1 Per eos dies matutina tempora lectiunculis conſumſeris.

LEGIBILIS, e. Adi. *Quod legi poteſt.* Vlpian. in l. j. §. j. D. de his quae in teſtament. delent. Sufficit autem ſi legibilia ſunt inconſulto deleta. Εὐανάγνωστον, legibile Vet. Gloſſ.

LECTVS, ûs. m. [ἐπιλογή] *Pro Delectu.* Tacit. Hiſt. 4, 70, 5 Tutor Treuirorum copias recenti Vangionum, Caratatium, Tribocorum, lectu auctas, veterano pedite, atque equite firmauit. *Alii legunt* Delectu. *Prouocant etiam ad* Macrobii *auctoritatem* 2, 10.

LECTOR, oris. m. [ἀναγνώστης] *Qui libros vel epiſtolas legit.* Cic. de Orat. 2, 213 Quum enim Brutus duos lectores excitaſſet, et alteri de colonia Narbonenſi Craſſi orationem legendam dediſſet, *etc.* Martial. 5, 16 Tu cauſa es lector amice mihi. Nihil eſt aptius ad delectationem lectoris Cic. Fam. 5, 12. Placidus lector Ouid. ex Pont. 3, 4, 9.

LECTRIX, icis. f. Cnide Lectrix, *in inſcript. ap. Fabrettum* p. 311 n. 347.

LECTO, are. Frequent. Hor. Serm. 1, 6, 122 — poſt hanc vagor: aut ego lecto Aut ſcripto, *etc. Conf. h. l.* Vet. Schol.

LEGITO, are. Frequent. Priſcian. 8 c. de ſpec. Verb.

LECTITO, are. Frequent. [ἀναγινώσκω] Cic. de Orat. 1, 95 Aut ſi quis pari fuerit ingenio, pluraque quam hic et audierit, et lectitarit, et ſcripſerit, paullum huic aliquid poterit addere. Idem de Clar. Orat. 121 c. 31. Lectito, excerpo Sidon. Epiſt. 9, 9. ¶ 2 Lectitare, *pro Identidem colligere.* Valer. 8, 8, 2 Conchulas et calculos in litore lectitaſſe.

LECTVRIO, ire. *Legere cupio.* Sidon. Epiſt. 9, 7 Cum merito lecturiremus.

LEGVLVS, i. m. Qui vuas aut oleas colligit, *teſte* Varrone de L. L. 5, 7. *Conf. ib.* 4, 18. Cato c. 144 (145) Legulos quot opus erit, praebeto. Auri legulos *dixit* Paullinus ad Nicet. v. 278. Extremas legulus cum ſuſtulit vuas Calpurn. Ecl. 3, 49. *Conf.* l. 13 §. 6 ff. de Vſufr. Purpurae leguli, Vetus Poëta *apud* Terentianum p. 99.

LEGVLA, ae. f. Aurium legulae Sidon. Epiſt. 1, 2. Μύσρον, legula Vet. Gloſſ. *Forte corrupta fuit ex* Ligula, *de quo vid. in* LINGVA.

LEGVMEN, inis. n. [ὄσπριον] Varr. de R. R. 1, 23 *de cicere.* Hoc enim quoque legumen et caetera quae velluntur e terra, neque ſubſecantur, ſuccum tollunt: quae quod ita leguntur, legumina dicta. *Conf.* Idem ibid. c. 32. Virg. Georg. 1, 74 Vnde prius laetum ſiliqua quaſſante legumen. Cic. de Nat. Deor. 2, 156.

LEGARIVM, i. n. [χέδροψ] *Idem.* Varr. de R. R. 1, 32, 2 Serendum viciam, lentem, cicerculam, eruiliam, caeteraque quae alii legumina, alii (vt Gallicani quidam) legaria appellant: vtraque dicta a legendo, quod ea non ſecantur, ſed vellendo leguntur.

LEGVMENTVM, i. n. *Idem quod Legumen.* Gell. 4, 11 Nullo ſaepius legumento Pythagoram dicit vſum quam fabis.

LEGVMINARIVS, i. ὀσπριοπώλης Gloſſ. Gr. Lat.

LEGVMINOSVS, a, um. Epulae leguminoſae *apud* Celſum.

LEGVLEIVS, *vid.* LEX.

LEGVLVS, LEGVMEN, *vid.* LEGO, *&c.*

L E I

LEIOSTREA, *vel* LIOSTREA, ae. f. *Quaſi tu leuem et politam oſtream dicas.* Primus fecit de piſcibus iſicia, primus de oſtreis, et leioſtreis, et aliis huiuſmodi marinis conchis Lamprid. Heliog. c. 19.

L E L

LELAPS, *vid.* LAELAPS.

LELEGES, *ſiue* LELEGAE. [Λέλεγες] *Populi errabundi, qui quondam Theſſaliam et diuerſa alia loca tenuerunt. Alii tradunt* Cares *et* Leges *eſſe conterminos. Scribit* Plin. 5, 29 Miletum Ioniae caput, Lelegeidem fuiſſe nominatam. *Euſtathius docet Leleges dictos, quaſi* λελεγμένους, *id eſt collectos: eo quod prius errarent, et gens collectitia eſſet. Alii* Leleges *a* Lelege *duce appellatos aſſerunt.* Virg. Aen. 8, 725 Hic Lelegas, Caraſque, ſagittiferoſque Gelonos Finxerat. *Vbi* Seruius, Lelegas, Theſſalos. Armiferi Leleges Ouid. Met. 9, 644.

LELEGEIS, idis. f. Nymphae Lelegeides Ouid. Met. 9, 652.

LELEGEIVS, a, um. Littora Lelegeia Ouid. Met. 8, 6.

L E M

LEMA, ae. f. [λήμη] *Graecis dicitur Lacrima, ſed congelata.* Plin. 23, 1 Aut ſi cruore ſuffunduntur oculi, vel ſi lemae in oculis erunt.

LEMANVS, i. m. *Lacus eſt Galliae, quem influit Rhodanus. Hunc hodie Geneuenſem et Lauſannenſem vocant.* Lucan. 1, 396 Deſeruere cauo tentoria fixa Lemano.

LEMBVS, i. m. [λέμβος] *Nauicula breuis, et velociſſima.* Liu. 28, 8 Inde quinqueremibus ſeptem et lembis viginti amplius quos, vt adiungeret Carthaginienſium claſſi, miſerat in Corinthium ſinum, profectus ad Erythas Aetolorum. Idem 34, 35 Nullam ipſe nauem, praeterquam duos lembos, qui non plus, quam ſedecim remis agerentur, haberet. Piratici lembi Curt. 4, 5, 8. *Vid. Burm. ad* Rutil. Itin. 1, 219. *Scheffer. de Mil. Nau.* 2, 2. Remigiis ſubigere lembum Virg. Georg. 1, 201.

LEMBVLVS, i. m. Prudent. in Vincent. 455 Leuique vectum lembulo Amplum per aequor auferas?

LEMBVNCVLVS, i. m. Dimin. [λεμβίδιον] Tacit. Ann. 14, 5, 6 Nando deinde occurſu lembunculorum Lucrinum in lacum vectam. *Scribitur et* Lemunculus *et* Lenunculus, *v. v.*

LEMBARIVS, i, m. *Miles claſſicus, in lembis conſtitutus, vid.* Vopiſc. in Aurel. c. 38 *Add. not. Salmaſ.*

LEMMA, atis. n. [λῆμμα] *Argumentum, quo res breuiter comprehenditur.* Conſumta eſt vno ſi lemmate pagina Martial. 10, 59. Quoſdam ſolet commendare materia, et aliquotiens fortaſſe lectorem ſolum lemma ſollicitat tituli Auſon. Praef. ſuper Parentalia. *Conf.* Id. Epiſt. ad Gregor. fil. ſuper Idyll. 7. *it.* Epiſt. 16. Martial. 14, 2

Lemmata ſi quaeris cur ſint adſcripta, docebo:
Vt ſi malueris, lemmata ſola legas. Idem 11, 43
Viuida componis epigrammata, mortua ponis
Lemmata.

¶ 2 Cic. de Diuin. 2, 108 c. 53 Sed demus tibi iſtas duas ſumtiones, ea quae λήμματα appellant Dialectici: ſed nos Latine loqui malumus, *etc. Aſſumtiones ſiue aſſumta vocant.*

LEMNISCVS, i. m. [λημνίσκος] *Heſychio auctore, Syracuſanum verbum eſt, quo ſtricta anguſtaque taenia ſignificatur.* Auſon. Epiſt. 20, 5 Et quae iamdudum tibi palma poëtica floret Lemniſco ornata eſt, quo mea palma caret. Feſto Lemniſci *ſunt* Faſciolae coloriae, ex coronis dependentes, propterea dicuntur, quod antiquiſſimum fuit genus coronatum lanearum. Plaut. Pſeud. 5, 1, 21 Vnguenta, atque odores, lemniſcos, corollas dari dapſiles. Liu. 33, 33 Coronas lemniſcoſque *iaciunt Graeci in imperatorem Rom.* Plin. 16, 14 *De Tilia arbore,* Inter corticem et lignum tenues tunicae multiplici membrana, e quibus vincula Tiliae vocantur. Tenuiſſimae earum Philurae coronarum lemniſcis celebres, antiquorumque honore. Id. 21, 3 Craſſus diues, primus argento auroque folia imitatus, ludis ſuis coronas dedit. Acceſſerunt quoque et lemniſci, quos adiici ipſarum coronarum honos erat propter Hetruſcas, quibus iungi, niſi aurei non debebant. Puri diu fuere ii. Celare eos primus inſtituit P. Claudius Pulcher, bracteaſque etiam philurae dedit. ¶ 2 *Medicis v. g.* Celſo 7, 28 *eſt* implicitum in longitudinem linamentum, *quod* aceto intinctum demitti *iubet ad vulnus apertum ſeruandum, ne coaleſcant eius parietes.* ¶ 3 *Grammaticis teſte* Iſid. Orig. 1, 19 Lemniſcus, (*ſic enim leg. pro* Limniſcus) *eſt* virgula inter geminos punctos iacens, apponitur in iis locis, quae ſacrae ſcripturae interpretes eodem ſenſu, ſed diuerſis ſermonibus tranſtulerunt. Coronae lemniſcis aureis interpoſitae Capitolin. in Vero c. 5.

LEMNISCATVS, a, um. Adi. *Lemniſco ornatus.* Cic. pro Roſc. Amer. 99 c. 35 Audio praeterea non hanc ſuſpicionem nunc primum in Capitonem conferri, multas eſſe infames palmas, hanc tamen primam eſſe lemniſcatam, quae Romae deferatur. Seru. ad Aen. 5, 269 Puniceis ibant euincti tempora taeniis *ita,* Vittis roſeis: et ſignificat lemniſcatas coronas, quae ſunt de frondibus et diſcoloribus faſciis: et, ſicut Varro dicit, magni honoris ſunt. *Taeniis* autem modo vittis: alias vittarum extremitates dicit, vt *Fit longae taenia vittae.* Id. ad Aen. 6, 772 Agonales coronas interpretatur lemniſcatas. Lemniſcos *dependiſſe etiam de coronis, docet Plutarchi locus in Sulla* p. 468 *extr. vbi dicit, apparuiſſe Sullae ad Tarentum ſacrificanti iecor coronae figuram habens, duorumque dependentium lemniſcorum* καὶ λημνίσκων δύο κατηρτημένων. *Tales coronae paſſim in numis conſpiciuntur vel per ſe expreſſae, vel in capitibus imperatorum, vel in victoriae manu, etc.*

LEMNOS, i. f. [Λῆμνος] *Inſula, in Aegaeo mari. In ea colebatur Vulcanus, quem caelo eiectum eo decidiſſe finxit Homerus, propter ferrarias officinas.* Aequorea Lemnos Valer. Argon. 2, 323. Calens Lemnus Claud. de Gigantom. 37, 85. Vulcania Lemnos Valer. Argon. 4, 440.

LEMNIAS, adis. *f.* LEMNIA. c. Ouid. Epiſt. 6, 53 Lemniadeſque viros, nimium quoque, vincere norunt.

LEMNIVS, a, um. Adi. [Λήμνιος] *Quod eſt ex Lemno.* Turba Lemnia Ouid. in Ibin 398. Saxa Lemnia Id. Triſt. 5, 1, 62.

LEMNIACVS, a, um. [Λημνιακὸς] *Aliud* Adi. Antra Lemniaca Stat. Silu. 3, 1, 132. Catenae Lemniacae Id. Theb. 3, 274.

LEMNICOLA, ae. c. *Incola Lemni Inſulae.* Ouid. Met. 2, 757 Lemnicolae ſtirpem contra data foedera vidit. *ſc. Erichthonium. Sic optimi codices: nonnulli autem legunt* Lemniacam ſtirpem.

LEMONIA Tribus, *vid.* TRIBVS.

LEMONIVM, *ſiue* LIMONIVM, i. n. *Herba, quam inter* Verbaſcum et Quinqueſolium *ponit* Plin. 25, 9 ſ. 61 Lemonium ſuccum lacteum mittit concreſcentem gummi modo humidis locis. *Conf.* Id. 22, 22. *Betam ſilueſtrem putant.*

LEMVNCVLVS, [πίτυλος, σκαφίδιον Gloſſ. Lat. Gr.] *pro* Lembunculo *vbi vid. it.* LENIS *et* LENVNCVLVS n. 2 *ſub* LENO.

LEMVRES, um. m. [Μορμῶνες] *Laruae* nocturnae et terrificationes imaginum et beſtiarum, *inquit* Nonius 2, 513. Varro de vita P. Rom. lib. 1 Quibus temporibus in ſacris fabam iactant noctu, ac dicunt ſe Lemures domo extra ianuam eiicere. *Conf.* Ouid. Faſt. 5, 479. Auguſtin. de C. D. 9, 11. *et praecipue* Mart. Capella l. 2 p. 40 *cuius verba damus in* MANES. Apul. de Deo Socr. p. 50 Eſt et ſecundo ſignificatu ſpecies daemonum animus humanus, emeritis ſtipendiis vitae corpore ſuo abiurans. Hunc vetere Latina lingua reperio *Lemurem* dictitatum. Ex hiſce ergo Lemuribus, qui poſterorum ſuorum curam ſortitus, placato et quieto numine domum poſſidet, *Lar* dicitur *familiaris;*

familiaris: qui vero ob aduerſa vitae merita nullis bonis ſedibus, incerta vagatione ceu quodam exilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, caeterum noxium malis, id genus plerique *Laruas* perhibent. Cum vero incertum eſt, quae cuique eorum ſortitio euenerit, vtrum Lar ſit an Larua; nomine *Manem* deum nuncupant. Scilicet honoris gratia Dei vocabulum additum eſt. Quippe tantum eos Deos appellant, qui ex eodem numero iuſte ac prudenter vitae curriculo gubernato, pro numine poſtea ab hominibus proditi fanis et caerimoniis vulgo aduertuntur, *etc.* Nigri Lemures Perſ. 5, 185. Nocturni Lemures Hor. Epiſt. 2, 2, 209.

LEMVRIA, orum. n. [Μορμώνια] *Feſtum lemuribus ſacrum.* Lemuria feſta, *quaſi* Remuria *dicta ſunt. Romulus enim* Remuria *defuncto fratri* Remo *inſtituit, quae poſtea* Lemuria, *vnius literae mutatione, dicebantur: vt ait* Ouid. Faſt. 5, 479. *Conf.* ibid. v. 421.

L E N

LENA, *vid.* **LENO.**

LENAEVS, i. m. [Ληναῖος] *Scribitur cum diphthongo, quo nomine dictus eſt Bacchus,* ἀπὸ τῦ ληνῦ, *quod lacum ſignificat: hoc eſt, vas in quo vuae exprimuntur.* Virg. Georg. 2, 4 Huc pater ô Lenaee, tuis hic omnia plena Muneribus.

LENAEVS, a, um. Dona Lenaea, *h. e. Bacchica; Vinum* Stat. Silu. 4, 6, 80. Honorem Lenaeum libat Virg. Aen. 4, 207, *i. Vinum.* Latices Lenaei Id. Georg. 3, 510.

LENIS, is. m. Adi. *Vaſis genus, quod cum* labellis *iungunt* Afranius et Laberius *ap.* Nonium 15, 13. *Vid. Alfen. in* Digeſtis; *et Cuiac. Obſeru.* 6, 7 *et* 10, 15. *A nonnullis etiam tribuitur* Martial. 1, 50, 9 *pro paruo nauigio.* Tepidum natalis lene Congedi vadum. *Sed potius eſt, vt* lene *accipiamus pro* leniter *poſitum. Vid. tamen* **LENVNCVLVS** n. 2 *ſub* **LENO.**

LENIS, e. Adi. [ἤπιος, προσηνής] *Quod tactu nullam aſperitatem habet, minus tamen, quam* molle. *Nempe* Lene *et* Aſperum, *contraria.* Cic. de Finib. 2, 36 c. 12 Iudicat ſenſus dulce, amarum; lene, aſperum; prope, longe, *etc.* Amnis lenior Panegyr. Conſtantino dict. c. 8. Aura lenis Ouid. Met. 7, 811. *et* Rem. Amor. fin. Auſter leniſſimus, et mitis Cic. Att. 7, 7. *Conf.* Id. ibid. 7, 2 *pr.* Cibi lenes *et* Acres, *apud* Celſum *opponuntur* 2, 22. Flabra lenia Virg. Georg. 3, 199. Flatus lenior Lucret. 6, 139. Iugum lene *montis* Caeſ. B. C. 2, 24. *quod aſpero ac praerupto opponitur.* Medicamenta lenia Scribon. 103. Merum lene Hor. Carm. 3, 29, 2. Sonus lenis, *Placidus* Cic. de Orat. 2, 58. Spiritus lenis Tibul. 1, 8, 58. Tormentum lene Hor. Carm. 3, 21, 13. Tormina lenia Scribon. 111. Venenum lene, *Quod dulcem quodammodo et vix ſenſibilem mortem inducat.* Cic. Att. 2, 21 Sed ita lenibus vti videbantur venenis, vt poſſe videremur ſine dolore interire. Ventus lenis Virg. Aen. 6, 203. Volatus lenis Ouid. Met. 12, 527. Vinum lene, *Delicatum non vehemens, aut aſperum, neque linguam aut cerebrum feriens.* Ter. Heaut. 3, 1, 50 Hoc aſperum, pater, eſt: hoc aliud lenius, ſodes, *vide* Celſ. 2, 18. ¶ 2 Lenis, *transfertur ad animum, et pro Miti modeſtoque accipitur.* Plaut. Epid. 1, 1, 35 Habe animum lenem, et tranquillum face. Terent. Heaut. 3, 1, 29 Si te tam leni, et victo eſſe animo oſtenderis. Qui tam lenis iraſceris Plin. Ep. 9, 21. Carmina lenia Lucret. 5, 1379. Conſilium lene Hor. Carm. 3, 4, 41. Dominus non lenis Id. Serm. 2, 7, 93. Homo leniſſimus et natura, et conſuetudine, et diſciplina Cic. Verr. 1 c. 32. Ira lenior Ouid. Triſt. 5, 1, 41. Lenior quam mutum mare Plaut. Mil. 3, 1, 69. Verſus *vid. mox* **LENIVSCVLVS.**

LENĬTER. Adu. [ἠπίως] *Moderate, ſuauiter.* Agere leniter: *h. e. Modeſte* Liu. 27, 9. Arridere leniter Cic. de Somn. Scip. 4. Componitur leniter manipulatim amomum Plin. 12, 13. Diſputare leniter Cic. Acad. 4. Illuſtrans leniter nox Plin. 2, 18. Ire leniter Ouid. Amor. 1, 6, 7. Procedere placide leniterque (Hirt. B. Afric.) 70. Pungit leniter eos animi dolor Cic. Tuſc. 3, 61. *al. rectius leg.* perleuiter. Suſpenſis leniter alis Liu. 1, 34. Tentare leniter aut minaciter Plaut. Stich. 1, 2, 20. *Compar.* Quinctil. 9, 4 Quis dubitat, alia lenius, alia concitatius, alia ſublimius, alia pugnacius, alia grauius eſſe dicenda. Lenius ac remiſſius dicere Cic. de Orat. 1 c. 60. *Superl.* Suet. Veſp. c. 13 Aliorum libertatem et contumaciam leniſſime ferre. Sentire leniſſime Cic. Fam. 5, 2.

LENE Adu. [προσηνῶς] *Idem.* Martial. 1, 50 Tepidum natabis lene Congedi vadum. Nemeſ. Ecl. 4, 47 Hic tibi lene fluens fons murmurat. Calpurn. Ecl. 7, 25 Immenſoſque gradus et cliuos lene iacentes. Aura aſpirans lenius Catull. 66, 64. *Conf.* Auien. Deſcript. Orb. Terr. v. 847.

LENIVSCVLOS *vel* leuiuſculos verſus *ap.* Plin. Ep. 1, 16 *intruſerat Catanaeus. Vera lectio eſt, vt ego arbitror;* Inſerit ſane, ſed data opera, mollibus lenibusque duriuſculos.

LENĬTAS, ātis. f. [ἠπιότης] *Suauitas.* Plin. 26, 8 Differentia intelligitur lenitate guſtus. Lenitas *Fluminis* Araris incredibilis *celebratur* Caeſari B. G. 1, 12 ita vt oculis, in vtram partem fluat, iudicari non poſſit. Orationis Cic. de Orat. 2 c. 29. Verborum Idem de Opt. Gen. Or. c. 2. Vocis Id. de Orat. 2 c. 43. Lenitas, *Manſuetudo, facilitas, modeſtia.* Cic. in Parad. 78 Lenitas eſt iuſtitia in moderatione animaduertendi. Inepta lenitas patris, *vid.* **INEPTVS.** Dare ſe ad lenitatem Id. Fam. 13, 1. Deducere de lenitate Id. in Catil. 2, 28. Reuocare ad lenitatem Id. de Orat. 1, 53.

LENITV̄DO, ĭnis. f. [προσήνεια] *Clementia, ſuauitas.* Cic. Tuſc. 5, 46 c. 16 Lenitudo orationis, mollitudo corporis. Idem Verrem 6 (4) 136 c. 61 Nimia in iſtum non lenitudine, ſed etiam liberalitate oppugnarer.

LENĪMEN, ĭnis. n. [κήλησις] Ouid. Met. 11, 450 Addidit illis Hoc quoque lenimen, quo ſolo flexit amantem.

LENIMENTVM, i. n. [ἠπίασις] *Idem. Quod aliquid lenit et dulcorat.* Plin. 25, 5 Nuper inuenere diſſectis raphanis inſerere elleborum, rurſuſque comprimere raphanos, vt tranſeat vis, atque eo lenimento dare.

LENIO, īui *et* ii, ītum, īre. [ἠπιάω, κηλέω, κηλαίνω] *Eſt lene facere eadem varietate, quam de nomine* Lenis *obſeruauimus.* Salluſt. Catil. c. 48 In tali tempore tanta vis hominis magis leniunda, quam exagitanda videbatur, *i. placide tractando flectenda et mitiganda.* Ter. Heaut. 1, 1, 74 Pro ſe quiſque ſedulo faciebat, quo illam mihi lenirent miſeriam. Aegritudo lenitur Cic. Tuſc. 3, 43. *Conf.* Id. de Diuinit. 2 c. 1. Animos lenire concordia Id. de Fin. 1, 47. Animum dictis Virg. Aen. 6, 468. Clamorem Hor. Carm. 1, 27, 7. Curas ſomno Virg. Aen. 4, 528. Cic. Fam. 15, 21 Tuam profectionem amore proſequar, reditum ſpe expectem: abſentem memoria colam, omne deſiderium literis mittendis, accipiendiſque leniam. Dolentem lenire ſolando Virg. Aen. 4, 393. Dolorem leniuit morte Sil. 17, 472. Dolores lenire requie Ouid. Met. 13, 317. Inuidiam obſequio 10, 6, 5. Moras lenire Id. Epiſt. 19, 210. Noctem lenire Propert. 4, 9, 7. Numina leniri poſſunt Ouid. Triſt. 3, 5, 26. Pauorem hoſpitii leniuit Sil. 8, 77. Remedia aſpera molli manu et leui lenire Quinctil. 2, 49. Stomachum panis leniet Hor. Serm. 2, 2, 18. Superos lenire rogando Ouid. ex Pont. 4, 8, 3. Tempeſtates Plin. 18, 29. Tempus lenit odium Ouid. in Ibin 136. Tigres et leones lenire Hor. de Arte Poët. 393. Timorem lenire Virg. Aen. 1, 455. *Intranſit.* Irae leniunt Plaut. Mil. 2, 6, 100. *i. leniuntur.* Lenibo *etiam facit in futuro.* Propert. 3, 21 (20) 32 Lenibunt tacito vulnera noſtra ſinu. *Sic Imperf.* Lenibant Virg. Aen. 4, 528.

LENĪTVS, a, um. Lepide lenitum reddere, *pro Lenire.* Plaut. Bacch. 5, 2, 31. Ouid. ex Pont. 1, 2, 151 Precibus lenito Caeſare veſtris. Dea Ouid. Met. 12, 35. Vulnus lenitum Idem ex Pont. 2, 3, 6.

LENO, ōnis. m. [πορνοβοσκός, προαγωγεύς] *Alienae libidinis miniſter et Conciliator, qui ancillas meretrices domi ſuae alit, quaeſtus ſui cauſa.* Priſcian. 4 p. 623 A leniendo *dictum putat.* Ter. Adel. 2, 1, 34 Leno ego ſum, fateor, pernicies communis adoleſcentium, periurus, peſtis, *etc. Deſcriptio lenonis eſt ap.* Plaut. Rud. 3, 2, 38.

Fraudis, ſceleris, parricidii, periurii plenus,
Legirupa, impudens, impurus, inuerecundiſſimus:
Vno verbo abſoluam, Leno eſt, quid illum porro praedicem?

Auarus leno Ouid. Amor. 1, 10, 23. Leno inſidioſus Hor. Epiſt. 2, 1, 172. Prud. Hamartig. 261 Ornatus ſoluendi leno pudoris. Id. Periſt. 10, 235 *De aquila Iouis,* Nempe velox armiger, Leno, exoletum qui tyranno pertulit. *i. Ganymedem Ioui.* Gloſſ. Iſid. *ad h. l.* Leno, machinator ſtupri. ¶ 2 Leno *etiam eſt Legatus, fecialis, mediator.* Iuſtin. 2, 3 Scythis bellum indixit Vexoris, rex Aegyptius, miſſis primo lenonibus, qui hoſtibus parendi legem dicerent. *Sed in duobus MSS. legitur* Legatis. *Probat tamen P. Danielis MS.* Gloſſarius: Leno, id eſt, Mediator. Gloſſ. Iſidor. Leno, Lecator, mediator. *Sic* Conciliator *honeſtum nomen ad lenoniam turpitudinem transfertur. Media quadam ſignificatione poſuiſſe videtur* Cic. Catil. 4, 17 c. 8 Lenonem quendam Lentuli concurſare circum tabernas, pretio ſperare ſolicitari poſſe animos egentium atque imperitorum. *Nempe legatus hic eſt* leno, *ſed rei inboneſtae.*

LENA, ae. f. [μαστροπός] Lenas *appellat* Vlpianus de Ritu nupt. l. Palam, Quae mulieres quaeſtuarias proſtituunt, Lenam accipimus et eam, quae alterius nomine hoc vitae genus exercet: ſi qua cauponam exercens in ea quaeſtuaria corpora habet (vt multae aſſolent ſub praetextu inſtrumenti cauponarii proſtitutas mulieres habere) dicendum, hanc quoque lenae appellatione contineri. Lena callida Tibull. 1, 5, 58. Quae ſciat hos illos vendere lena toros Martial. 9, 30. Cic. de Nat. Deor. 1, 77 c. 27 Sed tu hoc, phyſice, non vides, quam blanda conciliatrix, et quaſi ſui ſit lena natura? Claudian. de Nupt. Honorii 25 Non ego — Quaeſiui vultum tabulis, vt nuntia formae Lena per innumeros iret pictura penates: *Igitur* pictura formae nuntia, lena *eſt,* conciliatrix, *amoris. Plura ad h. l. dedit ſimilia Barthius* p. 812. Lena *pro veſte, vid.* **LAENA.** *v. g.* Ouid. Art. 3, 316 Multis pro facie vox ſua lena fuit. *et* 3, 752 Grata mora venies, maxima lena mora eſt. Auſon. Epigr. 89 Incipient operas conducti vendere moechi, Quos modo munificos lena iuuenta facit.

LENVLLVS, i. m. Dimin. [μαστροπιον] *Paruus leno.* Plaut. Poen. 2, 1, 26 Ita vt occoepi dicere lenulle, de illa pugna, *etc.* Gloſſ. Iſid. Lenullus, paruus Laecator.

LENVNCV̆LVS, i. m. *Aliud* Dimin. [μαστροπάριον] Plautus Poen. 5, 5, 7 Sic deriſorem aere militari tetigero lenunculum. ¶ 2 Lenunculus, *Nauigium piſcatorium.* Non. 13, 8 *laudat* Salluſt. Hiſt. 2 Incidit forte per noctem in lenunculo piſcantis. Caeſ. Bell. Ciuil 2, 43 Horum fuga nauium onerariarum magiſtros incitabat. Pauci lenunculi ad officium imperiumque conueniebant. *al.* lembunculi. *Add.* Ammian. 14, 7. *Vbi Conf. Lindenbr. it.* Gell. 10, 25. *Cellar. ad* Caeſ. c. l. *Quidſi huc etiam pertinet.* Vet. Gloſſ. Lenunculus *pro* Lenunculus, πίτυλος, σκαφίδιον.

LENVNCVLARII, orum. Inſcript. *ap. Lindenbrog. ad* Ammian. p. 9 *et Vrſin. ad* Caeſ. B. C. 2, 43.

LENONIVS, a, um. Adi. [μαστρόπειος] *Quod ad lenonem pertinet.* Plaut. Rud. 5, 3, 30 Ne vt leno poſtules te hic fide lenonia vti: non potes, ſeruanda eſt fides. Idem Aſin. 1, 3, 88 Portitorum ſimillumae ſunt ianuae lenoniae. Aedes Plaut. Truc. 1, 1, 30. Illectamenta Apul. Apol. p. 335. Oppidum lenonium Plaut. Pſeud. 2, 4, *v. vlt.* Seruitus lenonia Idem 3, 1, 1.

LENONINVS, a, um. *Adferunt* Plaut. Men. 1, 2, 49 Cauum lenoninum. *Sed Gronou. legit* Leonino.

LENONICE. Adu. *Lenonum more.* Lamprid. in Commodo c. 15 Quae gladiatorie, quae lenonice faceret.

LENOCINIVM, i. n. [μαστροπεία] *Opus, it. vitae ratio lenonis.* Iſidor. Gloſſ. Laecacitas. Vlpian. in l. Palam. ff. De ritu nupt. Lenocinium facere non minus eſt, quam corporis quaeſtum exercere. *Add.* Suet. Calig. c. 40 *extr.* Cic. Verr. 3, 6 Pudorem et pudicitiam qui colit, poteſt animo aequo iſtius quotidiana adulteria, meretriciam diſciplinam, domeſticum lenocinium videre? Vlpian. De iis, qui notant. infam. l. Athletas, Lenocinium facit, qui quaeſtuaria mancipia habuerit: ſed et qui in liberis hunc quaeſtum exercet. ¶ 2 *Sed et ad res honeſtas, minus certe turpes refertur. Sic* Lenocinium *eſt exquiſitior elegantia.* Suet. in Auguſt. c 79 Omnis lenocinii negligens, et in capite comendo incurioſus Cic. de Nat. Deor. 2, 146 c. 58 Perſpicuum eſt enim, quo compoſitiones vnguentorum, quo ciborum conditiones, quo corporum lenocinia proceſſerint. *Pro illecebra ſimpliciter* Cic. pro Sext. 138 c. 66 Et ſe vitiorum illecebris et cupiditatum lenociniis dediderunt. Quinctil. 4, 2, 118 Caret enim caeteris lenociniis expoſitio: et niſi commendetur hac venuſtate, iaceat neceſſe eſt. Qui non ornamenta quaerimus, ſed lenocinia Quinctil. 8 Prooem. 26. Id. 12, 1, 30 Rerum optimarum inuentio: quae etiamſi lenociniis deſtituta ſit, ſatis tamen natura ſua ornatur. Suet. Calig. c. 39 Cui inſtrumento diſtrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit. *Add.* Id. Claud, c. 7. Addere orationi lenocinium Tacit. Hiſt. 1, 18.

LENOCĬNOR, ari. [μαστροπεύω, προαγωγεύω] *Lenocinium facere.* Lenocinari, *per translationem, pro Blandiri.* Cic. Diu. in Caec. 48 c. 15 Tibi ſeruiet, tibi lenocinabitur, minus aliquanto contendet, quam poteſt. Quinctil. 5, 12, 17 Mancipiorum negotiatores formae puerorum virilitate exciſa lenocinantur. *i. pulchriores facere ſic volunt pueros,*

pueros, delicatiores. Plin. Epiſt. 2, 19, 7 Poteſt tamen fieri, vt quamquam in his difficultatibus, libro iſti nouitas lenocinetur.

LENOCINANS, antis. Verba lenocinantia. Symmach. Epiſt. 9, 87 Ergo parce verbis lenocinantibus, et fuco oblitis, et ad gratiam comparatis.

LENOCINĀTOR, ōris. m. Tertull. adu. Marc. 1, 22 Gratiae lenocinator. πορνοβόσκος, καλλωπιστὴς Gloſſ. Lat. Gr.

LENOCINAMENTVM, i. n. Sidon. Epiſt. 7, 9 Pro omni gratiarum priuilegio, docoramento, lenocinamento.

LENO, āre. *Lenocinari. Pareus Lex. Crit.* p. 243. *voce* Conciliare *laudat* Vetus Epigr. Lenandi callidus arte: *et aliud* Epigr. *ineditum* Quod ſi formoſas redeas lenare puellas, Et dederit quaeſtus cottidiana Venus.

LENOSTRIS, is. m. *Idem quod Leno.* Plaut. Poen. ſuppoſ. v. 20.

LENS, lendis. f. [κόνις] *Capitis animalculum, quod deinde in pediculum conuertitur. Ouum pediculi.* Plin. 28, 11 Quo cum aceto calefacto et lendes tolluntur. *Add.* 29, 6 Vnda maris lendes capiti deducit iniquas Samonic. 72.

LENS, lentis. f. [φακὴ] *Genus leguminis.* φακὴ, lens, lenticula: Φακὸς, lentis Gloſſ. Gr. Lat. Lens, Φακὸς Gloſſ. Lat. Gr. Plin. 15, 12 ſ. 31 Inuenio apud veteres auctores aequanimitatem fieri veſcentibus lente. Lentes Scribon. 114. Cocta lens 234. Decocta 230. Virg. Georg. 1, 228 Nec Peluſiacae curam aſpernabere lentis. Lentim, *pro* Lentem, *frequens apud* Catonem R. R. *vt* c. 35 Lentim in rudeto et rubricoſo loco, qui herboſus non ſiet, ſerito. Lens, *maſculinum apud antiquos teſte* Nonio 3, 117 *illud* Titinnii *antiqui auctoris citante*, Lenti calido, heluellae, rumici.

LENTICV̆LA, ae. f. Dimin. [φάκιον] Plin. 35, 11 Folia ſunt lenticulae ſimilia. *Add.* 18, 12. Lenticulae dimidiae figura Plin. 27, 12. Lenticula *quoque vocatur* Lens cocta. Lenticulam, quam minor parauerat, maior immoderatius concupiuit Auguſtin. C. D. 16, 37. *de Eſauo et Iacobo. De hac prouerbium illud fertur,* τὸ ἐν τῇ φακῇ μύρον, *hoc eſt* vnguentum in lenticula, *cuius meminit* Cicero Att. 1, 19 Legati ſunt, Q. Metellus Creticus et L. Flaccus, et τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, Lentulus Clodiani filius. *Nempe alludit ad nomen* Lentuli, *quod ad* Lentes *pertinet, vt* Fabius *ad* fabas *etc. atque indicat, non magis conuenire huic negotio* Lentulum, *quam* vnguentum lenticulae. De Varronis ſatura *hoc* prouerbium *eſſe docet* Gell. 13, 28 *atque committi illud,* ſi quis ſemper atque omni in loco *mortales multos* pro *multis hominibus* dicendum exiſtimet. ¶ 2 Lenticulae, *Maculae in corpore ſunt, quae Lentigines dici ſolent.* Celſ. 6, 5 Lenticulas tollunt galbanum et nitrum. ¶ 3 Lenticula, *Vaſis genus eſt: a figura* lentis *dictum, cuius meminit* Celſus 2, 17 *extr. videturque id eſſe, quod* Diſcos *appellatur Dioſcoridi* Vulg. 1 Sam. 10, 1 Tulit Samuel lenticulam olei, et effudit ſuper caput eius. *Vnde et* Lenticularis forma L. Apuleio in Floridis p. 346. Lenticula *in gemmis.* Plin. 37, 12 Nunc communiter ad omnium gemmarum obſeruationem pertinentia dicemus, opiniones ſecuti auctorum. Cauae aut extuberantes, viliores videntur aequalibus. Figura oblonga maxime probatur, deinde quae vocatur lenticula, poſtea clypeidos et rotunda, anguloſis minima gratia.

LENTICVLVM, i. n. Papias *ait* vaſculum quadrangulum olearium in latere apertum, ex aere vel argento factum.

LENTICVLARIS, e. Forma lenticulari ampulla olearia Apul. Florid. 2 p. 346. *Vid.* LENTICVLA.

LENTICVLĀTVS, a, um. *Idem.* Folia lenticulata Celſus.

LENTE, LENTESCO, *vid.* LENTVS.

LENTĪGO, ĭnis. f. [φακὸς] *Macula ſubrufa, in facie ad* lentis *ſimilitudinem.* Plin. 20, 20 *de atriplice,* Nec niſi mutata ſaepe aqua coquendum, ſtomacho contrarium eſſe lentigines et papulas gignere. Idem 20, 6 Lepras, lichenas, lentigines exulcerat. Inuida ſi maculet faciem lentigo decoram Samonic. Carm. 12.

LENTIGINŌSVS, a, um. *Cuius facies lentigine maculoſa eſt.* Valer. Max. 1, 7, 6 *extr.* Praeualentem, flaui coloris, lentiginoſi oris. φάκοψις, lentiginoſus, ſparſo ore Gloſſ. Vet.

LENTISCVM, i. n. *ſiue* LENTISCVS, i. f. *Arbor, quae maſtichen gummi modo ſudat, et eſt trifera.* σχῖνος, lentiſcum, lentiſcus Gl. Gr. Lat. Lentiſcum σχῖνος Gloſſ. Lat. Gr. Columel. 5, 10 In imum ſcrobem lentiſci taleam inuerſo cacumine demittito. Martial. 6, 74 Foditque tonſis ora laxa lentiſcis. Cic. de Diuin. 1, 15 c. 9 ex antiquo Poëta,

> Iam vero ſemper viridis, ſemperque grauata
> Lentiſcus triplici ſolita grandeſcere foetu:
> Ter fruges fundens, tria tempora monſtrat arandi.

Laudat h. l. Plin. 18, 25 *extr.* Folia lentiſci Scribon. 61. Lentiſcum *dictam putauerim, quod liquore quodam* lenteſcat: *nam et reſinam vbique ſudat.* Ruell. 1, 20 Lentiſcus *pro fructu vel oleo huius arboris* Cato R. R. c. 7. Plin. 15, 6 *pr. Ex lentiſco dentiſcalpium,* Martialis *commendat* 6. 74 Foditque tonſis ora laxa lentiſcis. Id. 3, 82 Cuſpides lentiſci. *Et* 14, 22 Lentiſcum melius: ſed ſi tibi frondea cuſpis Defuerit, dentes pinna leuare poteſt. *Quo in loco* Lentiſcum *generis eſt neutri, quia pro arboris ligno ſumitur.*

LENTISCĬNVS, a, um. Adi. [σχίνινος] *Ex lentiſco factum.* Plin. 23, 2 Tunc addito lentiſcino oleo.

LENTISCĬFER, ĕra, ĕrum. [σχινοφόρος] *Ferens lentiſcos*: Linternum lentiſciferum Ouid. Met. 15, 714.

LENTITIA, LENTITVDO, LENTO, āre. LENTOR, ōris. LENTVLVS, Adi. *vid.* LENTVS.

LENTV̆LVS, i. m. *Cognomen fuit Corneliorum, inde illis inditum, quod* lentem *optime ſererent.* Plin. 18, 3 Cognomina etiam, inquit, prima inde: Pilumni, qui pilum piſtrinis inuenerat. Piſones, a piſendo. Iam Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum, vt quisque aliquod optime genus ſereret. *Hinc*

LENTVLĬTAS, ātis. f. [Λεντυλότης] *Fictum iocoſe nomen.* Cic. Fam. 3, 7 Vllam Appietatem aut Lentulitatem valere apud me plus, quam ornamenta virtutis exiſtimas? *i. nobilitatem, qualis Lentulorum eſt. Vid.* Appietas, *in* APPIVS.

LENTVS, a, um. Adi. [γλίσχρος, καμπτὸς] *Tener et flexibilis.* Plaut. Aſin. 3, 2, 29 Vbi ſaepe ad languorem tua duritia dederis octo validos lictores vlmeis affectos lentis virgis. Nais lenta Ouid. de A. A. 1, 732. *i. gracilis.* Virg. Ecl. 5, 83 Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliuae. Aurum filis immittitur Ouid. Met. 6, 68. Brachia lenta Hor. Epod. 15, 6. *it.* Ouid. Epiſt. 18, 58. *et* 19, 48 *de natante, cui* brachia *ſunt pro remis. Add.* Hor. Serm. 1, 9, 64. Haſtile lentum Ouid. Epiſt. 4, 81. Humor lentus noctis Virg. Georg. 1, 290. *qui lenta facit ea, quae arida et fragilia alioqui fierent.* Manu lenta me traxit ad idem ſpectaculum Petron. 26. *i. molliter, non rapiens. Ita* c. 138 Manu lenta verberare, *de* faſce vrticae viridis, *quae tanto magis vrit, ſi non vi impingatur, ſed moderata et velut ſuſpenſa manu.* Radix lenta Ouid. Met. 11, 78. Rami lenti Virg. Georg. 4, 558. Remi Sen. Hippol. 306. Catull. 63, 183. *vid. Voſſ.* p. 212. *Add.* LENTO. Styrax pinguiter lentus Plin. 12, 25 ſ. 55. *vt nempe* pix *et* cera. Tellus lenta gelu Prop. 4, 3, 39. Vimen Virg. Aen. 3, 31. Vincula lenta eſcaria, *i. Tenacia* Plaut. Men. 1, 1, 18. Lentior et ſalicis Virgis Ouid. Met. 13, 800. Lentus in frangendo calamus Plin. 12, 22. ¶ 2 *Ad animum transfertur, in quantum, cedit, flecti ſe quaſi patitur, accommodat ſe, ſed fere cum exceſſu, vt ſit* Lentus [βραδὺς] *Tardus.* Cic. de Rep. 5 *ap.* Non. 4, 281 Marcellus vt acer et pugnax: Maximus, et conſideratus et lentus. Valer. Max. 1, 2 Lento gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira, tarditatemque ſupplicii grauitate compenſat. Quinctil. 9, 4 Particulae graues, acres, lentae, celeres, remiſſae. Nihil ego illa impudentius, aſtutius, lentius vidi Cic. Att. 1, 12. Lentus coepti terra cunctaris Ibera Sil. 3, 176. Lentus abeſto Ouid. Rem. Am. 243. *i. diu.* In ira lentus Ouid. Epiſt. 17, 249. Amor lentus me torret Hor. Carm. 3, 19, 28. Carbonibus lentis vrere aliquem Ouid. Triſt. 3, 11, 47. Cupido lentus Hor. Carm. 4, 13, 6. Ignibus lentis macerari Idem ibidem 1, 13, 8. Ignis lentus e palmis, *h. e. Diu durans* Plin. 13, 4. Ira lenta Ouid. Epiſt. 3, 22. *Add.* Iuuenal. 13, 100. Lectio Quinct. 1, 1, 33. Materies *homo* tardus Plaut. Mil. 4, 5, 4. Mora lenta Martial. lib. de Spect. 23. Nomen, *i. homo difficilis in ſoluendo: vid. Caſaub. ad* Cic. Att. 1, 12. Paſſibus lentis peragere iter Ouid. Triſt. 5, 10, 6. Pugna lentior Liu. 30, 18. Spatia lentiora aut citatiora Quinct. 11, 3, 17. Spes lenta Ouid. Epiſt. 2, 9. Tepor lentus, *Remiſſus* Plin. 12, 19. Tranquillitatis lentiſſimae taedio laſſant venti ſegnes Sen. Epiſt. 70. Viuacitas lenta, *Tenax et longa* Plin. 8, 27. Vox lentior Quinct. 11, 3, 63. *Sic Securus et otioſus eſt* Virg. Ecl. 1, 4 Nos patriam fugimus, tu Tityre lentus in vmbra Formoſam, *etc. Vid. Heinſ. ad* Ouid. Her. 19, 81. Lentus ſpatiare ſub vmbra Id. de Arte Am. 1, 67. Lentus *etiam Segnis, et qui per ſtuporem ac tarditatem animi nunquam iraſcitur.* Nimium patiens et lentus exiſtimor Antonius *apud* Cic. de Orat. 2 c. 75. Nunc Pari, tu ſapiens, et tu, Menelae, fuiſti: tu, quia poſcebas; tu, quia lentus eras Propert. 2, 2, 47. *i. patiens.* His ego non horam poſſum durare querelis: ah! pereat, ſi quis lentus amare poteſt Id. 1, 6, 11. *Add.* 2, 14 (12) 6. Ouid. Epiſt. 15, 169 Lentiſſima Pyrrhae Pectora. *Vid. Heinſ. hic et ad* Epiſt. 19, 81. Laberius *apud* Gell. 16, 9 Nunc lentus es tu, *etc. Vid. Caſaub. ad* Suet. Tiber. 57. *Brouckh. ad* Propert. 2, 11, 14. *Buchner. ad* Plin. Ep. 9, 21 n. 547. *Burm. ad* Petron. c. 93 *pr.* ¶ 3 *Non audiendus videtur* Non. 4, 281 *cum* Lentum facile *interpretatur. Laudat quidem* Lucillii *verſus,* Cotta ſenex Craſſi pater huius Paceni Magnus trico fuit numarius, ſoluere nulli Lentus. *Sed credibile eſt, non recte interpunxiſſe Nonium. Voluit* Lucillius, ſoluere *i. ſoluebat,* nulli: Lentus *erat* etc. *Non enim patitur hoc ratio, vt eiusdem verbi plane contrarii ſint intellectus.* ¶ 4 Lentus *et* Laetus *miſcentur a librariis. Vid. Drakenb. ad* Sil. 12, 567. *Heinſ. ad* Ouid. Her. 19, 81.

LENTV̆LVS, a, um. Adi. Dimin. Cic. Att. 16, 11 An exiſtimas illum in iſto genere lentulum aut reſtrictum? nemo eſt minus. *De pecuniaria re, et* ſoluendo aere alieno ſermo eſt.

LENTE. Adu. [βραδέως] *Tarde et cunctanter.* Plin. Epiſt. 1, 13 Ac tum quoque lente, cunctanterque veniunt. Agere lente: *h. e. Remiſſe, et ſegniter* Liu. 1, 10. Lente et ſecure aliquid Ferre Suet. Ner. c. 40. Cic. de Orat. 2, 287 Neque facile eſt perficere, vt iraſcatur ei, cui tu velis iudex, ſi tu ipſe id lente ferre videare, *i. Leniter et ſine ira.* Feſtina lente Auguſti et Veſpaſ. *ſymbolum.* Cic. in Hortenſ. *ap.* Non. 4, 281 Qui quum publicas iniurias lente tuliſſet, ſuam non tulit. Gradiens aſellus lente Ouid. Met. 11, 179. Naſci lente, hoc eſt Tarde Plin. 12, 14. Cic. Att. 2, 1 Quem tibi ego non eſſem auſus mittere, niſi eum lente ac faſtidioſe probauiſſem. *Compar.* Agere lentius Hirt. B. Alex. c. 71. Cic. in Parad. 1 Sed haec videri poſſunt obſcuriora, quum lentius diſputantur. Subſequi lentius Caeſ. B. C. 2, 40. *Superl.* Mandere lentiſſime Columel. 2, 15. Stella Saturni iter ſuum lentiſſime efficit Sen. Qq. Nat. 7, 29.

LENTITIA, ae. f. [καμπτότης] *Flexibilitas et mollitia.* Plin. 16, 37 Aliae virgas ſequacis ad vincturas lentitiae Pituitae lentitia Plin. 20, 7. *Vulgus viſcoſitatem vocat.*

LENTITIES, ēi. f. *Idem.* Plumbi lentities Virg. in Aetna v. 542.

LENTITV̆DO, ĭnis. f. [βραδυτὴς] *Tarditas.* Cic. Quint. Fratr. 1, 1, 31 Nam illud non ſolum eſt grauitatis, ſed nonnunquam etiam lentitudinis. Idem Tuſc. 4, 42 c. 19 Eamque quam lenitatem nos dicimus, vitioſo lentitudinis nomine appellant. Lentitudo exitus, vel mortis Tacit. Ann. 15, 51.

LENTOR, ōris. m. [γλισχρότης] *Humor tenax et glutinoſus.* Plin. 9, 51 *de piſcium generatione,* Quae durioris teſtae ſunt, vt murices, purpurae, ſaliuario lentore. Colum. 5, 6 Vt aliquem tamen ſuccum et lentorem habeat, iniiciemus areis. Plin. 13, 5 Fert et folliculos emittentes quaedam animalia ſeu culices, lentoremque reſinoſum. *Add.* Id. 9, 36.

LENTO, āre. [κάμπτω] Virg. Aen. 3, 384. Ante et Trinacria, lentandus remus in vnda. Seruius, Lentandus: aut lente tibi nauigandum eſt. Nam totam Siciliam circuit. Aut flectendus. vnde Lentum vimen dicimus, *i. Flexile. Poſterior vera ratio. Quo enim maiori vi nauigatur, tanto magis inflectuntur inter remigandum remi, qui ab ipſa aqua lenti fiunt* ſ. ὑγροί. *Vidit Turn.* 4, 22. *et* Scal. ad Catulli Argon. 184 Lentos remos. *Imitatus eſt* Sen. Agam. 437 Properat iuuentus omnis Adductos ſimul Lentare remos. *Et* Claudian. Conſ. Mall. Theod. 42 Exſertus lentandis nauita tonſis Praeficitur. *Sic etiam accipiendum illud* Stat. Achill. 1, 436 Nec modus aut arcus lentare, aut fundere glandes, *de fabris cum arcus e ferro parant lentos i. flexiles.* Id. Theb. 3, 588 Alii Gortynia lentant Cornua. *Sed* Theb. 1, 703 Tela tibi longeque feros lentandus in hoſtes arcus, *i. curuandus ſagittis emittendis.* Bella lentare Sil. 8, 11. *Vid. ib. Drakenb.*

LENTATVS, a, um. Treb. Pollio in Claud. c. 6 Videntur fata Romana boni principis occupatione lentata. *i. Tardata.* Manil. 3, 614 *priore editione dederat Scaliger,* Quod ſuper occaſus lentatum eſt. *Sed Bentl. ex veteri ſcriptura,* templatum eſt, *dedit* templum eſt.

LENTEO, ui, ēre. *Eſſe lentum, molle ac tenerum.* Lucil. Lentet opus, *dixit ap.* Diomed. Grammat. *Vſitatius*

LENTESCO, ĕre. [γλισχραίνομαι] *Lentum, ſeu Tenerum ac molle fieri, vel glutinoſum et tenax.* In picem reſinamue lenteſcere Tacit. Germ. 45, 10. *de ſuccino.* Virg. Georg. 2, 250 *de terra bona,* Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo. Seruius: Lenteſcit, Cohaeret. Columel. 11, 2, 29 Quae ſi natura minus lenta eſt, ante dies quindecim praecidenda, et purgata, in ſtercore obruenda eſt, vt lenteſcat, *de ſalice.*

Idem

Idem 2, 11 *extr.* Lenteſcit in aqua cicera. Curae lenteſcunt tempore Ouid. de Arte Am. 357. Dente lenteſcere Plin. 12, 16. *de myrrha.* Cael. Aurel. Tard. 1, 17, 180 Ex hac corporis purgatione — corpus — quadam dimiſſione lenteſcere, et in liquida migrando deperire.

LENTĬPES, ĕdis. *Tardus pedibus.* Auſon. Epiſt. 21, 40. Spondeus ille lentipes ibat comes.

LENVLLVS, LENVNCVLVS, *vid.* LENO.

L E O

LEO, leui, lēre. [ἀλείφω] *Nunc in vſu non eſt: compoſita autem eius vſurpantur: vt,* Deleo, Releo. *Sed vſitatum eſt, quo* Leui, *praeteritum, verbo* Lino *adſcribitur,* Hor. Carm. 1, 20, 3 — Graeca quod ego ipſe teſta Conditum leui. *Vbi* Porphyrio, Leuiſſe ſe gypſo vtique vult intelligi. Huic contrarium eſt Terentianum illud Heaut. 3, 1, 51 Releui dolia atque omnes ſerias. *Quod ſignificat aperui, et quaſi regypſaui. Sic* Cato de R. R. 69, 2 Si recte leueris *habet MS. pro* liueris *editorum. Sed iam ea aetate obſoletum fuiſſe* Leo *colligas, quia eod. loco* Linito *legitur. Vid.* LINO.

LEO, ōnis. m. [λέων, λὶς] *Princeps quadrupedum animal, de quo locus claſſicus* Plin. 8, 16. *ſed longior.* In pace leones, in praelio cerui Tertull. de Cor. Mil. c. 1. In praetoriis leones, in caſtris lepores Sidon. Ep. 5, 7. Genus acre leonum Ouid. Faſt. 4, 215. Seminium triſte leonum Lucret. 3, 741. Vis violenta leonum Idem 3, 297. Aſper leo Hor. Carm. 3, 2, 11. Auidus Ouid. Epiſt. 9, 37. Caeſius Catull. 45, 7. Flauus Hor. Epod. 16, 33. Frendens Sil. 10, 22. Fuluus leo Virg. Aen. 2, 722. Hirſutus Ouid. Epiſt. 9, 111. Horridus Senec. Herc. Oet. 1572. Innoxius, *vid.* INNOXIVS. Inſanus Hor. Carm. 1, 16, 15. Iracundus Ouid. Met. 15, 86. Iubatus Senec. Thyeſt. 732. *vid.* IVBA. Magnanimus Ouid. Triſt. 3, 5, 33. Magnus Virg. Ecl. 4, 22. Rapidus Hor. de Arte Poët. 393. Rigidus leo Martial. 10, 65. Saeuus Lucret. 4, 1010. Sanguineus Valer. Argon. 3, 588. Toruus Claud. in Eutrop. 2, 303. Trux Valer. Argon. 8, 456. Validus Lucret. 5, 983. Violentus Ouid. Met. 2, 81. ¶ 2 Leo marinus, *ex cancrorum genere.* Plin. 32, 11. ¶ 3 Leo, *Signum caeleſte.* Id. 17, 24. Ampel. de 12 Signis. Stella veſani leonis Hor. Carm. 3, 29, 19. Aeſtiuus leo Claud. in Ruff. 1, 365.

LEONĪNVS, a, um. [λεόντειος] *Quod ad leonem pertinet.* Adeps leoninus Plin. 24, 17. Cauum Plaut. Men. 1, 2, 49. Cuneus leoninus, *i. ex oſſe leonis* Pallad. Febr. 17, 2. Species leonina Varro de R. R. 2, 9, 4. *in canibus villaticis.* Societas leonina. *Prouerb. Vbi alius damnum tantum, alter lucrum ſentit. Vid.* l. 29. §. 2 Dig. pro Socio. Verſus leonini *qui ſint, vid. apud Scalig. Poët.* 2, 29.

LEONTĪCE, es. f. *Herba.* Plin. 25, 11 Cacalia, ſiue leontice vocatur: ſemen margaritis minutis ſimile, dependens inter folia grandia, in montibus fere.

LEONTIOS, i. *Gemma.* Plin. 37, 11 Sunt et a leonis pelle et pantherae nominatae, leontios, pardalios.

LEONTIVM, i. *Vrbs Siciliae mediterranea. Vnde*

LEONTINVS, a, um. Poſſeſſ. Campus Leontinus Cic. Verr. 1, 47. *et* de Diuin. 1, 73.

LEONTOCARON, i. n. [λεοντόκαρον] *Herba Polium.* Apul. de Herb. cap. 57.

LEONTOPETĂLON, i. n. [λεοντοπέταλον] *Herbae genus pedi leonis folia ſimilia habentis.* Plin. 27, 11 Leontopetalon, alii rhapeion vocant, folio braſſicae, caule ſemipedali, alae multae, ſemen in cacumine in ſiliquis ciceris modo, radix rapo ſimilis, grandis, nigra.

LEONTOPHŎNON, i. n. [λεοντοφόνον] Exiguus Vermis eſſe dicitur, nec alibi naſcens, quam vbi leo gignitur: quo guſtato ſtatim exſpirat leo Plin. 8, 38.

LEONTOPODION, i. n. [λεοντοπόδιον] Plin. 26, 8. *Herba haec amatoria eſt.*

LEONTOSPERMON, i. n. *Eadem herba.* Apul. de Herb. c. 7.

LEOPARDVS, i. m. [λεοπάρδαλις] *Animal ex leone et panthera natum, vel ex pardo et leaena: nigris maculis leoninam pellem diſtinguentibus, et iubis caret.* Plin. 8, 16 *pr. memorat* Leones, quos pardi generauere. *Sed vox* Leopardi *demum Conſtantini aeuo vſurpari coepit v. g.* Vopiſc. Probo 19 Editi deinde centum Leopardi Libyci; centum deinde Syriaci *etc.*

L E P

LEPAS, adis. f. *Conchae genus.* Plaut. Caſ. 2, 8, 57 Emito ſepiolas, lepadas *etc. Vid.* Rud. 2, 1, 8.

LEPIDIVM, i. n. [λεπίδιον, ἰβηρίς] *Herba.* Columel. 12, 8, 3 Sunt qui ſatiui vel etiam ſilueſtris lepidii herbam quum collegerunt, in vmbra ſiccent. *Conf.* Id. 11, 3, 16 *et* 41. Plin. 19, 8 Peregrinum fuit et lepidium. Seritur a Fauonio. Dein quum fruticauit, iuxta terram praeciditur. Tunc runcatur ſtercoraturque. *Vid. quae collegimus ad* Colum. 10, 125 *vbi* deletura ſigna fugarum *an* focorum? *herba* Lepidium *eſt.*

LEPIDŌTES, ae. f. *Gemma, quae ſquamas piſcium imitatur.* Plin. 37, 10.

LEPĬDVS, a, um. Adi. [χαρίεις] In quo leporis eſt plurimum, *inquit* Donatus *ad* Ter. Andr. 5, 4 *extr. qui a* λεπὶς *ducit: ad* Eun. 3, 1, 37 Politus, vt λεπὶς lamina. *inepte ſatis. Caeterum tam de hominibus, quam de oratione et aliis dicitur rebus, quas a iucunditate quadam, venuſtateque potius, quam a virtute aut vtilitate laudare volumus.* Plaut. Milit. 3, 1, 65 At quidem illuc aetatis qui ſit, non inuenies alterum lepidiorem ad omnes res. Ter. Eun. 3, 3, 25 O capitulum lepidiſſimum. Procreare liberos, lepidum eſt onus. PE. Hercle vero liberum eſſe, id multo eſt lepidius Plaut. Mil. 3, 1, 88. Nimium lepidus, *vid. poſt* NIMIS. Cantio lepida et ſuauis Plaut. Stich. 5, 5, 19. Cardo lepidus Plaut. Curc. 1, 1, 94. Cauſa lepida Id. Trin. 3, 3, 80. Coniux lepidiſſima Catull. de Gallo 76 (79) 1. Dictum lepidum Hor. de Arte Poët. 273. Dies lepidus Plaut. Aul. 4, 8, 4. Facinus lepidum Id. Poen. 1, 2, 95. Fama lepida Id. Trin. 2, 2, 98. Forma lepida et liberalis Id. Epid. 1, 1, 41. Libellus lepidus Catull. ad Cornelium 1, 1. Literae lepidae Plaut. Pſeud. 1, 1, 25. Locus lepidus Id. Bacch. 1, 1, 51. Mores lepidi Id. Moſtel. 1, 3, 12. Nuntius lepidus Id. Stich. 2, 1, 8. Pueri lepidi et delicati Cic. in Catil. 2, 23 c. 10. Tabellis lepidis, Lepida conſcriptis manu Plaut. Pſeud. 1, 1, 26. Verſus lepidi Catul. 6, 17. Vnguentum lepidum Plaut. Caſin. 2, 3, 10. Lepida memoratu Id. Bacch. 1, 1, 28. Lepida et concinna, cito ſatietate afficiunt aurium ſenſum faſtidioſiſſimum: ampla et pulchra diu placere poſſunt Auct. ad Heren. 4, 33. Lepidum, *pro Lepide* Plaut. Poen. 4, 2, 39 Lepidum eloquere.

LEPĬDE. Adu. [χαριέντως] *Cum Gratia et lepore.* Cic. Att. 2, 3 Nunc fit lepide illa ἔκχυσις radiorum. Adiuuas lepide hercle, *h. e. eleganter et ad tempus.* Plaut. Perſ. 4, 2, 5. Efficiam lepide mea hera officium Idem Truc. 4, 2, 1. Ego hoc effectum lepide tibi tradam, tace Plaut. Curc. 3, 15. Intelligere lepide Idem Truc. 3, 2, 13. Ludere Cic. de Orat. 3 c. 43. Memoras lepide Plaut. Bacch. 1, 1, 35. Referre lepide gratiam Id. Truc. 1, 2, 15. Stratus lepide lectus Id. Poen. 3, 3, 84. Tentaui lepide hercle animum tuum Id. Aulul. 5, 17. Volo lepide mollitulas eſcas Plaut. Caſin. 2, 8, 55. Vin' tu lepide facere? PY. loquere Id. Milit. 4, 1, 31. Lepidius Idem Mil. 3, 3, 52. Lepidiſſime Idem Mil. 3, 3, 66.

LEPIDVLVS, a, um. Dimin. Mart. Capella 6 p. 235 Infacetus et impar lepidulis. Satirae lepidulae Idem 8 p. 272.

LEPIDVLE. Adu. Dimin. Plaut. Pſeud. 1, 5, 15 Eam circumducam lepidule.

LEPIS, idis. f. *Squama aeris.* Scribon. Largus Compoſ. 133. Plin. 34, 11. Celſ. 8, 3.

LEPISTA, LEPESTA, LEPISTRA, ae. f. *Vaſis nomen.* Feſtus: Lepiſta genus vaſis aquarii. *A* Nonio *in generibus vaſorum vel poculorum, ſ.* 15. 35 *memorantur* Lepiſtae, *et laudatur* Varro de Vita Pop. Rom. 1 Lepiſtae etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus pleriſque aut fictiles ſunt, aut aenae *i. ahenae ſ. aeneae. Scalig. ad* Feſtum *laudat* Varronis *locum coagmentatum partim ex* Nonio l. c. *partim ex ſchedis Seruianis apud Danielem, hoc modo:* Vbi erat vinum in menſa poſitum, aut lepeſtam, aut galeolam, aut ſinum dicebant. Tria enim, pro quibus nunc Acratophoron dicitur. *Locus Seruii eſt ad* Virg. Ecl. 7, 33. Gloſſ. Philox. Lepiſtra εἶδος χύτρας. *Hoc nomen ſuſpicatur Scaliger etiam fuiſſe apud* Varr. de L. L. 4, 26 p. 31, 16 *vbi poſt* ſinum, Item dicta, *inquit,* Depeſta etiam nunc in diebus ſacris Sabinis vaſa vinaria in menſa deorum ſunt poſita. Apud antiquos ſcriptores Graecos inueni appellari poculi genus δεπέσταν. Quare vel inde radices in agrum Sabinum et Romanum ſunt profectae. *Quid ſi fons eſt et caput* δέπας *poculum Homericum.* Δ *et* Λ *hoc eſt* D *et* L *ſaepe permutata in deriuationibus vocum, notum eſt.*

LEPOR, ōris. m. [χάρις, χαριεντισμὸς] *quod et* LEPOS, ōris, *dicitur, quemadmodum* Honor *et* Honos: *eſt Venuſtas, et voluptatis cuiusdam amoenitas, quae potiſſimum verbis fit.* καλλιέπεια Onomaſt. Vet. Plaut. Caſin. 2, 3, 2 Nec pote quidquam commemorari, quod plus ſalis, plusque leporis habeat hodie. Plin. 17, 1 Craſſus faceto lepore ſolers. Lepos quidam, facetiaeque, et eruditio libero digna Cic. de Orat. 1, 17. Facetiarum et vrbanitatis oratorius, non ſcurrilis lepos Id. de Clar. Orat. 143. Sermonis lepor Id. pro Flac. 58. Admirabilis dicendi lepor, *h. e. Ornatus, concinnitas, elegantia.* Cic. Acad. 4, 16 c. 6 Cuius primo non admodum probata ratio (quamquam floruit acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi) proxime, *etc.* Diſertus leporum ac facetiarum Catull. 12, 8. Non inſaceto lepore, *vid.* INFACETVS. Magnus in iocando lepos erat in homine Cic. de Orat. 1, 27. Nitidus et leuis lepor Lucret. 5, 1258. Affluens lepore ac venuſtate Cic. Verr. 5, 142 c. 54. Conſecutus eſt leporem quendam et ſalem Id. de Orat. 2, 98. Dare aeternum leporem dictis Lucret. 1, 29. Diſtincta vario lepore omnia Idem 5, 1375. Illigantur lepores verborum in eo genere, *vid.* ILLIGO. Perfuſa lepore omnia corrident, *de colore a velis theatralibus relucente* Lucr. 4, 80. Surgit medio de fonte leporum amari aliquid Idem 4, 1126.

LEPORARIVM, LEPORINVS, *vid.* LEPVS.

LEPRA, ae. f. [λέπρα] *Morbus, qui ſquamis corpus opplet, quae* λεπίδες *ſunt Graecis, vnde nomen.* Plin. 24, 1 Lacryma vitium veluti gemma, lepras et lichenas et pſoras nitro ante praeparatas ſanat. *Add.* Scribon. Comp. 250. *Apud* Celſum *et* Caelium Aurelianum *non eſſe puto. Sed* Leprae *generibus videntur* Impetiginis quatuor genera *reſpondere, de quibus* Celſus 5, 27, 17.

LEPRŌSVS, a, um. Gloſſ. Vet. Leproſus, λεπρός. *Vid.* Tertull. Apol. c. 21. *et* de Carne Chriſti c. 4. Decem maculoſa gerentes Leproſi portenta viri Sedul. l. 4 de leproſis Luc. 17. Peccante nil eſt tetrius, Nil tam leproſum aut putidum Prudent. de Paſſ. S. Laurentii v. 285.

LEPTOMERICVS, a, um. [λεπτομερικὸς] *Quod minutas et tenues habet particulas, et vim adeo ſubtilem.* Th. Priſcian. de Diaeta c. 10 Acori radix virtutem habet leptomericam.

LEPTON, i. n. [λέπτον] *Centaurii nomen, a tenuitate ſic dicti.* Plin. 25, 6.

LEPTOPHYLLON, i. n. [λεπτόφυλλον] *Quaedam Tithymalli ſpecies, a tenuitate foliorum ſic dicta.* Plin. 26, 8. Artemiſia leptophyllos Apul. de Herb. c. 12.

LEPTORAGES, um. f. pl. [λεπτόραγες] *Vuae acinos minutos habentes.* Plin. 14, 1 Eſt illa naturae laſciuia, vt praegrandibus (*acinis*) adhaereant parui, mites, et ſuauitate certantes: Leptoragas has vocant.

LEPTYNTĬCVS, a, um. [λεπτυντικὸς] *i. Attenuatorius.* Th. Priſcian. de Diaeta c. 10 Ceparum virtus leptyntica.

LEPVS, ŏris. m. [λαγὼς, λαγωὸς, πτὼξ] *Animal auribus longis et pedum celeritate notum.* Varro de R. R. 3, 12 Lucius Aelius putabat ab eo dictum leporem a celeritudine, quod leuipes eſſet. Ego arbitror a Graeco vocabulo antiquo, quod eum Aeoles Boeotii λέποριν appellabant. *Add.* Gell. 1, 18. *et* Quinct. 1, 6, 33. Plaut. Capt. 1, 2, 81 I modo, venare leporem, nunc erem tenes, *i. nondum conſecutus es magnum quid et dignum labore tuo: amplius laborandum eſt.* Auriti lepores Virg. Georg. 1, 308. Ouid. de Arte Am. 3, 662 Aliae tua gaudia carpent, Et lepus hic aliis Exagitandus erit, *i. iuuenis quo tu frui, puella, optas ardorem a te excitatum reſtinguet in aliis.* Petron. 131 *vetula, quae Polyaenum armauerat in Venerem,* Vides, inquit, Chryſis mea, aliis leporem excitaui. *Quae praeterea de appellatione* Leporis *in re venerea habet Pontanus ad* Macrob. Sat. 6, 5 *longius petita videntur.* Foecundi leporis ſapiens ſectabitur armos Hor. Serm. 2, 4, 44. Inter quadrupedes gloria prima lepus Mart. 13, 92. Niuei Calpurn. Ecl. 7, 58. Pauidum captare leporem Hor. Epod. 2, 35. Proni lepores Ouid. Rem. Amor. 201. Solicitus lepus, *Timidus* Ouid. Faſt. 5, 372. Venari leporem canibus Virg. Georg. 3, 410. Ter. Eun. 3, 1, 36 Lepus tute es, et pulpamentum quaeris. Donatus, Quod in te habes, hoc quaeris in altero. Et eſt τρόπος ἀλληγορία. Multi ſeptem diebus pulchros eſſe dicunt eos, qui leporem comederint Lamprid. in Alexandr. c. 38. *Conf.* Martial. 5, 30. ¶ 2 Lepus, *Piſcis ex lacertorum genere.* Plin. 32, 11. Lepus marinus Scribon. 186. Lepores marini 80. ¶ 3 Lepus *etiam ſignum in aſtris ap.* Colum. 11, 2.

LEPVSCVLVS, i. m. Dimin. [λαγωΐδιον] Cic. Verr. 4, 47 Si minus eiusmodi quippiam venari potuerant, illa quidem certe pro lepuſculis capiebantur, patellae, paterae, turibula, *etc. Sic* de Nat. Deor. 1, 89 c. 31 *extr.* Varr. de R. R. 3, 3. *Et* Columel. 9, 1 *extr.*

LEPORĪNVS, a, um. [λαγῷος] *Quod ex lepore eſt: vt* Leporinus cinis Plin. 28, 11. Lac leporinum Varro de R. R. 2, 11. Lana leporina Vlpian. in l. Si cui lana. §. lana legata. ff. de legat. 3.

LEPORARIVM, i. n. [λαγωτροφεῖον] Varro de R. R. 3, 3 Leporaria te accipere volo, non ea, quae tritaui noſtri dicebant, vbi ſoli lepores ſint, ſed omnia ſepta affixa villae quae ſunt, et incluſa habent animalia, quae paſcuntur. Ibid. 12. *Vid.* Gell. 2, 20.

L E R

LERIA, orum. n. pl. Feſto, Ornamenta tunicarum aurea. *Videtur Graecum. Heſychius* λῆρα τὰ περὶ ταῖς γυναικείοις χιτῶσι κεχρυσωμένα. *Laudauit h. l. Scalig. ad* nugarium vnguentum Varro de L. L. 6, 3 p. 76, 8. *vbi vid.*

LERNA, ae. f. [Λέρνη] *Palus (forte etiam oppidum) Argolidis. Plus certe quam paludem indicare videtur* Stat. Theb. 2, 433 Felicibus Argos Auſpiciis Lernamque regas. *Propter* Hydram *nobilitata ab Hercule interfectam.* Virg. Aen. 6, 803 *de Hercule*, Lernam tremefecerit arcu. Stat. Theb. 1, 360 veteri ſpumauit Lerna veneno. *Hinc*

LERNAEVS, a, um. Adi. [Λερναῖος] Palus Lernaea, *vbi fuit hydra quinquaginta capitum, ab Hercule interfecta.* Alumni Lernaei Stat. Theb. 4, 638. Peſtis Lernaea Lucret. 5, 26. Venena Lernaea Ouid. Epiſt. 9, 115.

LERNĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [Λερνηφόρος] Venenum Lerniferum *legebatur* Ouid. Epiſt. 9, 141. *Sed Heinſius legit* Letifero Eueno.

L E S

LESBOS, i. f. [Λέσβος] *Inſula in Aegaeo, Aeolicarum vrbium metropolis. Hinc*

LESBĬVS, [Λέσβιος] *et* LESBŌVS, a, um. Adi. Hor. Carm. 1, 1, 34 Lesboum refugit tendere barbiton. Plectrum Lesbium Id. ibid. 1, 26, 11. Vina Lesbia Id. Epod. 9, 34. Lesbia regula *neſcio an in veteri ſcriptore Latino memoretur. Sed fundus eſt Ariſtot. de morib.* 5, 14 *Lesbiae aedificationis plumbea norma eſt, ad figuram lapidis accommodat ſe etc.*

LESBIĂCVS, a, um. *Idem.* Sidon. Epiſt. 9, 13 Iuncto Lesbiaco ſiue Anapaeſtico, *genere carminis. Notum Lyricos e Lesbo fuiſſe Alcaeum Sapphonem, etc.*

LESBIS, ĭdis. [Λεσβὶς] *Patronym. f. a loco.* Ouid. Epiſt. 3, 36 Forma praeſtante puellae Lesbides, euerſa, *etc.* Idem Epiſt. 15, 199. Lesbides aequoreae nupturae, nuptaque proles: Lesbides Aeolia nomina dicta lyra.

LESBIAS, ădis. f. *Gemma Lesbi patriae nomen habens* Plin. 37, 10.

LESSVS, ûs. m. [ὀλοφυρμὸς] *Lugubris eiulatio.* Plaut. Truc. 4, 2, 18 Thetis quoque etiam lamentando leſſum fecit filio. Cic. de Legib. 2, 59 c. 23 Mulier genas ne carpito, neue leſſum funeris ergo habeto. Hoc veteres interpretes Sex. Aelius, L. Acilius non ſatis ſe intelligere dixerunt, ſed ſuſpicari veſtimenti aliquod genus funebris: L. Aelius, leſſum, quaſi lugubrem eiulationem, vt vox ipſa ſignificat, quod eo magis iudico verum eſſe, quia lex Solonis id ipſum vetat. *Ergo his verbis Lamentatio* lugubris in funeribus prohibetur. Leſſum *autem* habere, *ea dicitur forma, qua* ferias habere, habere comitia: *quum hera toti familiae lamentationem imperat.*

LESTRYGŎNES, *vid.* LAESTRYGŎNES.

L E T

LETHALIS, LETHALITER, *vid.* LETHVM.

LETHARGVS, i. m. [λήθαργος] *Eſt* Marcor et inexpugnabilis paene ſomni neceſſitas, *inquit* Celſ. 3, 20 *cum alienatione mentis. Add.* Id. 3, 18. Sipontinus, Lethargus, morbus eſt, quem Latini Torporem appellant. *Dicitur autem* Lethargus, *ut quidam putant,* ἀπὸ τῆς λήθης, *h. e. ab obliuione. nam in eo morbo accidit obliuio omnium rerum.* Plin. 20, 12 Praeterea inſaniam facere, et lethargos et iecinoris vitia. *Conf.* Id. 32, 10. Lucret. 3, 841 Adde quod in nigras lethargi immergitur vndas, *i. Obliuiones ſimiles iis, quas facere dicitur aqua Lethaea.* Lucret. 3, 466 *de animo*, Interdumque graui Lethargo fertur in altum Aeternumque ſoporem, oculis nutuque cadenti. Grandi lethargo oppreſſus Hor. Serm. 2, 3, 145. Graui lethargo preſſus Quinct. 4, 2.

LETHARGIA, ae. f. [λήθαργος] *Idem.* Plin. 24, 9 Semen inſtillatur in oleo decoctum capiti in lethargia et phreneſi.

LETHARGĬCVS, i. m. [ληθαργικὸς] *Qui lethargia laborat.* Plin. 20, 4 Hydropicis quoque ex aceto aut ſinapi ſumti, et lethargicis. Idem 26, 11 Lethargicos excitari labor eſt. *Add.* Horat. Sat. 2, 3, 30. Celſ. 3, 18.

LETHARGĬCVS, a, um. Adi. [ληθαργικὸς] Plin. 20, 4 Grauedinem enim, morbumque lethargicum patitur.

LETHATVS, *vid.* LETHVM.

LETHE, es. f. [Λήθη] *Fluuius, quem apud inferos eſſe Poëtae tradiderunt, cuius latices ſi quis guſtauerit, omnium praeteritarum rerum obliuiſcitur. Idcirco* ἀπὸ τῆς λήθης, *i. e. ab obliuione nomen habet. Datus eſt hinc fabulae locus, quia morientibus omnium rerum obliuio ſurrepit. Conſtat autem amnem huius nominis in Africa circa extremum Syrtium cornu, Bernicen vrbem alluere: cum fama eſt ad ea loca inferna inundatione prorumpere.* Lucan. 9, 355 Quam iuxta Lethes tacitus perlabitur amnis, Infernis (vt fama eſt) trahens obliuia venis. Secura Lethe Ouid. ex Pont. 2, 4, 23. ¶ 2 Lethe *pro herba papauere* Apul. de Herb. c. 53.

LETHAEVS, a, um. Adi. Lucan. 3, 28 Non me Lethaeae conjunx obliuia ripae Immemorem fecere tui. Amnis Lethaeus Virg. Aen. 6, 705. Aquae Lethaeae Ouid. Triſt. 1, 7, 36. Fluminis Lethaei vnda Virg. Aen. 6, 714. Ianitor Lethaeus Stat. Silu. 3, 2, 112. Papauera Lethaea Virg. Georg. 4, 545. Ripae Lethaeae obliuia Lucan. 3, 28. Somnus Lethaeus Virg. Georg. 1, 78.

LETHIFER, *vid. mox* LETHVM.

LETHVM, *vel* LETVM, i. n. [θάνατος] *Mors. Secundum Priſcianum* 9 *extr.* p. 873 a Leo fit, quo veteres vſi ſunt pro Deleo, quoniam mors omnia delet. *Quae opinio ſi vera eſt, aſpirationem non recipit* Letum. *Apuleius Grammaticus a* Luo *deducit, ideoque per* OE *ſcribi praecepit.* Varro de L. L. 6, 3 p. 73 *et* Feſtus *a* λήθης, *i. ab obliuione fieri putant, vnde etiam multi per adſpiratam ſ.* TH *ſcribunt, licet apud* Varronem *et* Feſtum *ſimplex* T *habeant libri: quod etiam habent lapides apud Cellarium in Orthogr. Et hodie accuratiſſimi quique editores* Letum *ſcribi curant in* Virgilio, Ouidio *etc. Caeterum eſt vocabulum magis Poëticum quam proſae: vid. Buchner. de Commut. rat. dic. p. 231. Tamen* Liu. 2, 40 Adductis deinde legionibus ex agro Romano, inuidia rei oppreſſum periiſſe tradunt: alii alio leto. Dolor ac morbus leti fabricator vterque Lucret. 3, 473. Nec vlla eſt Aut magno aut paruo leti fuga Hor. Sat. 2, 6, 94. Genus miſerabile leti Ouid. Triſt. 1, 2, 51. Limen leti Lucret. 6, 1155. Viue Memor leti Perſ. 5, 153. Mille Modis leti miſeros mors vna fatigat Stat. Theb. 9, 280. Sopor conſanguineus leti Virg. Aen. 6, 278. Omnibus eſt eadem leti Via Corn. Gallus Ecl. 6, 5. Vis horrida lethi Lucret. 3, 171. Voluntas animoſa leti Stat. Theb. 9, 80. Felices leti Sil. 4, 398. Ignobile letum Sil. 3, 128. Memorabile letum Sil. 11, 173. Nobile letum Hor. Carm. 1, 12, 36. Abſumere animam leto Virg. Aen. 3, 654. Adimere aliquem leto Hor. Carm. 3, 22, 3. Affici leto Nep. in Regib. c. 3. *i. cadere in pugna.* Auehe inſtanti raptum leto Sil. 17, 383. Deuitari non poteſt letum Lucret. 3, 1092. Dare aliquem leto Virg. Aen. 5, 806. *Sic et* Phaedr. 1, 22, 9. *et* Ouid. Epiſt. 2, 147. *Quin* Cic. de Legg. 2 c. 9 Hos leto datos diuos habento. Eripere ſe leto Virg. Aen. 2, 134. Ferre letum Virg. Aen. 11, 872. Interire leto, vel perire Cic. de Diuin. 1 c. 26. Labuntur lumina leto Virg. Aen. 11, 818. Offerre caput leto Lucret. 3, 1054. Oſtentant omnia letum Catull. Argon. 62, 187. Parere ſibi letum manu Virg. Aen. 6, 434. Perire praecipiti leto Senec. Hippol. 263. Praeuertit celeri triſtia leto Lucan. 8, 30. Sternere leto aliquem Virg. Aen. 8, 566. Volui leto Virg. Aen. 9, 433.

LETHĀLIS, *vel* LETALIS, e. *Mortiferum.* Plin. 11 c. vlt. Homini non vtique ſeptimo (*ſubaudi Die*) letalis inedia. Duraſſe et vltra vndecimum (*ſcilicet Diem*) pleroſque certum eſt. Enſis letalis Ouid. Met. 13, 392. Hiems letalis Ouid. Met. 2, 827. Frigus letale Ouid. Met. 2, 611. Iaculum letale Id. Met. 5, 182. Serpens letalis Stat. Theb. 6, 40. Venena letalia Scribon. 169. Vulnus letale Virg. Aen. 11, 749. Letalis *et* Fatalis *a librariis permutantur: vid.* Fatalis. Minari letale Stat. Silu. 4, 4, 84.

LETALE, Adu. Iam letale furens Stat. Theb. 12.

LETHALĬTER. Adu. Plin. 11, 37 Oues quidem lethaliter circum renes concreto pingui.

LETHABĬLIS, e. *Idem quod Letalis.* Ammian. 19, 4 Lues volucri velocitate letabilis.

LETHĬFER, ſ. LETIFER, ĕra, ĕrum. Adi. *Quod infert mortem.* Columel. 7, 12 Et (vt plurimi paſtores affirmant) rabies arcetur, letifer morbus huic generi. *De canibus.* Aeſtus letifer Ouid. Met. 7, 532. Anguis Stat. Theb. 5, 628. Annus Virg. Aen. 3, 139. Arcus Virg. Aen. 10, 169. Caedes Claud. in Conſ. Prob. et Olyb. 19. Certamen belli Catul. Argon. 62, 394. Dextra Ouid. Met. 12, 606. Ictus Id. Met. 8, 362. Locus letifer Ouid. Met. 5, 133. Sanguine letifero totus miſcebitur orbis Ouid. Faſt. 1, 123.

LETHIFĬCVS, ſ. LETIFICVS, a, um. *Idem.* Stat. Theb. 8, 2 Domus letificae. *Al.* Letiferae.

LETHO, *vel* LETO, āre. *Interficere, leto dare.* Virg. in Culice 322. Rurſus acerba fremunt, Paris hunc quod letat, *etc.*

LETHĀTVS, a, um. Adi. Ouid. Met. 3, 55 *De ſociis Cadmi interemptis a ſerpente*, Vt nemus intrauit, letataque corpora vidit, Victoremque ſupra ſpatioſi corporis hoſtem.

LETHVSA, ae. f. *Papauer ſoporiferum.* Apul. de Herb. c. 53.

L E V

LEVAMEN, *ſiue* LEVAMENTVM, LEVATIO. *Vid.* Leuo, in LEVIS.

LEVCA, ae. f. *Spatium, quo Galli terras ſiue itinera metiebantur, quale apud Perſas Paraſanga; apud Romanos Milliarium dicebatur.* Erat mille et quingentorum paſſuum, Papias in Gloſſar. *Petr. Pithoeus Aduerſ.* 1, 13. Ammian. 16, 23 A loco, vnde Romana promota ſunt ſigna, ad vſque vallum barbaricum, quarta leuca ſignabatur et decima, *i. vnum et viginti millia paſſuum. Alii aliter legunt. Vid. Barth. et Nithard. itemque Burm. ad* Rutil. 2, 8. *Voſſ. de Vit. Serm.* 3, 19. *et Valeſ. ad l. c.* Ammian. p. 140. ¶ 2 Leuca, *gemma* Plin. 37, 10. *Harduin. leg.* leucogaea.

LEVCACANTHA, ae. f. [λευκάκανθα] *Herba in cacumine aculeum habens,* radice cyperi, quae commanducata, dentium dolorem ſedat Plin. 22, 16. *Add.* 21, 31. *et* 27, 12.

LEVCACHĀTES, is. m. *Gemma, quaſi tu* album Achatem *dicas.* Plin. 37, 10.

LEVCADIA, LEVCADIVS, *vid. mox* LEVCAS.

LEVCANTHĔMIS, ĭdis. f. *Herba.* Plin. 22, 21 Anthemis magnis laudibus celebratur ab Aſclepiade. Aliqui Leucanthemida vocant, alii Leucanthemum, alii Eranthemon: quoniam vere floreat: alii chamaemilon, quoniam odorem mali habeat: nonnulli melanthemon vocant. Genera eius tria flore tantum diſtant, palmum non excedentia, paruiſque floribus vt rutae candidis, aut melinis, aut purpureis. *Conf.* Plin. 27, 12.

LEVCANTHES, is. f. *Ita alii Parthenium vocant.* Plin. 21, 30.

LEVCANTHVS, i. m. [λεύκανθος] *Herba.* Apul. de Herb. c. 92.

LEVCARGILLION, i. n. Plin. 17, 7 Leucargillion vocant candidum argillam, qua in Megarico argo vtuntur.

LEVCAS, ădis. f. [Λευκὰς] *Et* LEVCADIA *Petra, promontorium Epiri circa Ambraciam, in quo etiam* LEVCADIVS *Apollo, qui idem* Actiacus, *colitur. Ab hac Petra deſiliiſſe in mare dicuntur inuenuſti deſperatique amantes, et morbo ſuo liberati. Locus claſſicus eſt* Ouid. Her. 15, 164 ſqq. *Add.* LEVCATES.

LEVCADIVS, a, um. [Λευκάδιος] Aqua Leucadia Ouid. Epiſt. 15, 180. Deus Leucadius Ouid. Triſt. 5, 2, 76. *et* 3, 1, 42. *Apollo.* Vertex Leucadius Lucan. 5, 638. Vnda Leucadia Ouid. Epiſt. 15, 183.

LEVCASPIS, ĭdis. Adi. [λεύκασπις] *Candido ſcuto vſus.* Liu. 44, 41 Secundam legionem L. Albinus conſularis ducere aduerſus leucaſpidem phalangem iuſſus.

LEVCĀTES, ae. f. [Λευκάτης] *Mons, ſeu promontorium prope Sinum Ambracium in Epiro, mare intrans alias* LEVCAS. Virg. Aen. 3, 274 Mox et Leucatae nimboſa cacumina montis. Nubifer Leucates Claud. de Bell. Get. 186. Auſon. Cupid. crucif. 24 Et de nimbifero ſaltum Leucate minatur Maſcula Lesbiacis Sappho peritura ſagittis. *Conf.* Seru. *ad* Aen. 3, 274 *et* 279. *et quae Scaliger ad* Auſon. l. c. *ex Ptolemaeo Hephaeſtionis, vel Photio potius.*

LEVCE. [λεύκη] *Vitiliginis ſpecies. Vid.* ALPHOS. *it. herba* Plin. 19, 5. *et* lapis Id. 27, 11. *Nempe Albam ſignificat.*

LEVCEORON, i. n. *Herba eadem, quae et Leontopodion, de qua ſupra. Vid.* Plin. 26, 8. Apul. de Herb. c. 7.

LEVCIPPIS, idos. f. *Epitheton Phoebes Leucippi filiae, quam amabat Caſtor.* Propert. 1, 2, 15. *Vid.* Hygin. f. 80.

LEVCOCHRIVS, a, um. Muſtum Plin. 14, 8. *alii leg.* leucochrum.

LEVCOCHRȲSOS, i. m. [λευκόχρυσος] *Gemma, quae fit chryſolitho interalbicante.* Plin. 37, 9 *et* 10.

LEVCO-

LEVCOCOMVS, a, um. [λευκοκόμος] *Albas comas habens.* Punica mala leucocoma Plin. 13, 19.

LEVCOGAEA, ae. f. *Gemma.* Plin. 37, 10.

LEVCOGRĂPHIS, ïdis. f. [λευκογραφίς] *Lapis Aegyptiacus, a lacteo colore nominatus.* Plin. 27, 11.

LEVCOGRAPHIA, ae. f. [λευκογραφία] *Gemma, quae et Galactites.* Plin. 37, 10.

LEVCOION, i. n. [λευκόϊον] *Alba ſ. Candida viola.* Plin. 34, 12 Sed ex eo candidum colorem ſentientem violam, leucoion appellant. *Verum Hard.* Ionchoton. *Neque alias meminit Plinius. Et locus eſt obſcurus. Certior auctoritas* Columellae 9, 4, 4. *et* 10, 97 *vbi* Candida Leuoia et flauentia lumina calthae *iunguntur.*

LEVCON, onis. m. [Λεύκων] *Rex Ponti, a fratre Oxilocho interfectus, quod cum eius vxore adulterii et inceſtus conſuetudinem haberet.* Ouid. in Ibin 310. Leucon *etiam Ardeolae genus* Plin. 10, 60 *et* 11, 37.

LEVCONIVM, *ſiue* LEVCONICVM, i. n. [γνάφαλον] *Tomentum dicitur.* Martial. lib. 11, 22 Culcitra leuconico quam viduata ſuo. Idem lib. 14, 159 Accipe leuconicis vellera raſa ſagis. *Legitur et* Lingonicis.

LEVCONOTOS, i. m. [λευκόνοτος] *Quaſi candidus auſter.* Auſon. Eidyll. 12, 8 Veliuolique maris conſtrator leuconotos libs.

LEVCOPHAEVS, a, um. [λευκόφαιος] *Color natiuus ex albo et nigro nomen trahens,* λευκὸν, *album:* φαιὸν, *medium inter album et nigrum, i. fuſcum et paene nigrum.* Plin. 32, 10 Iecur rubetae vel cor adalligatur in panno leucophaeo, et quartanis prodeſt. Idem 24, 12 Purpurea aut leucophaea, et quae facillime diluitur. *Add.* Vitruu. 8, 3. *Cenſet Bayſius eum eſſe colorem, quem Cineritium vocamus.*

LEVCOPAEĀTVS, *ſiue* LEVCOPHAEĀTVS, a, um. [λευκοφαιωτὸς] *Leucophaeo colore indutus: cuiusmodi ſunt Franciſcani,* Martial. 1, 97 Amator ille triſtium lacernarum, Et baeticatus atque leucopaeatus.

LEVCOPHLEGMATIA, ae. f. [λευκοφλεγματία] *Certa Hydropis ſpecies, qua tumores per totum corpus oriuntur. Vid.* Celſ. 3, 21.

LEVCOPHORVM, i. n. [λευκοφορὸν] *Glutinum auri.* Plin. 35, 6 *et* 23, 3.

LEVCOPHTHALMOS, i. m. *Gemma.* Plin. 37, 10 Leucophthalmos rutila alias, oculi ſpeciem candidam, nigramque continet.

LEVCŌPIS, ïdis. f. [λευκῶπις] *Albos oculos habens. Ita Graeci vocant Artemiſiam ob flores albos.* Apul. de Herb. c. 10.

LEVCOSTICTOS, i. m. *Lapis ab albis punctis nomen habens.* Plin. 36, 7 Rubet porphyrites in eadem Aegypto: ex eo candidius interuenientibus punctis, leucoſtictos vocatur.

LEVCOTHĔA, ae. f. [Λευκοθέα] *Aurora: quaſi alba dea.* Cic. Tuſc. 1, 28 Quid Ino Cadmi filia, nonne Leucothea nominata a Graecis, Matuta habetur a noſtris? *Sic* de Nat. Deor. 3, 39.

LEVCOTHŎE, es. f. [Λευκοθόη] Ouid. Met. 4, 468. *Fuit Orcami Babylonii ex Eurynome filia, quam a Phoebo grauidam factam, pater crudeliter defodit viuam. Sed Phoebus mutauit eam in arborem tus ferentem. Eſt etiam Aſiae Regio turifera. Vid.* Plin. 5, 9.

LEVCOZOMVS, a, um. [λευκόζωμος] *Albo iure conditus.* Pullus leucozomus Apic. 6, 9. *Aliis eſt* Leocozumus.

LEVCRION, i. n. *Herba, Cynogloſſa.* Apul. de Herb. c. 96.

LEVCROCVTA, ae. f. *Fera Indica.* Plin. 8, 21. Solin. c. 55.

LEVCTRA, orum *et* LEVCTRA, ae. [Λεῦκτρα] Solinus c. 12 §. 250 *etiam* Leuctras *videtur vſurpaſſe. Oppidum eſt Boeotiae. De eo* Cic. Tuſc. 1, 110. *et* Off. 1, 61.

LEVCTRĬCVS, a, um. Adi. [Λευκτρικὸς] Cic. Tuſc. 1, 110. Priuſque Leuctra tollentur, quam pugnae Leuctricae gloria. Leuctricam pugnam *appellat, in qua Thebani Epaminonda duce res Lacedaemoniorum gloriamque attriuerunt.*

LEVENNA, ae. m. Homo leuenna Laber. *ap.* Gell. 16, 7 *i. leuis.*

LEVI, *Praeteritum a* Leo, les. *Vid. ſuo loco.*

LEVI. m. *Erat tertius Iacobi filius ex Lea.* Geneſ. c. 29. *Hinc*

LEVITA, *vel* LEVITES, ae. m. *Qui eſt ex familia Leui: Huic rerum ſacrarum adminiſtratio tradita.* Numer. 3, 4. *Vid.* Arat. 1, 600. Leuitae *etiam, Miniſtri dicuntur in* N. Teſt. Fulgentius in praefationem libri de Virgiliana contin. *ſic alloquitur* Chalcidium, Leuitarum ſanctiſſime. *Vid.* Iſidor. 7, 12. Sidon. Epiſt. 9, 2 *Et* Hieron. T. 4 lib. 7. de Ordin. Eccl.

LEVITICVS, a, um. Genus Leuiticum Vulg. Interpr. Deut. 17, 9. Stirps Leuitica Id. Ioſ. 3, 3.

LEVITICVS, i. m. *Liber tertius Moſis* Iſidor. 6, 2. *Conf.* Tertul. aduerſ. Gnoſtic. c. 2. *et* aduerſ. Marc. 4, 23.

LEVITONARIVM, i. n. Colobium ſine manicis Iſidor. Gloſſ.

LEVIATHAN, anis. m. *Bellua marina.* Iob c. 40 *et* 41. *Vid. Bochart. Hieroz.* 2, 5, 16.

LEVICOMIS, LEVICVLVS, *vid.* LEVIS.

LEVIDENSVS, a, um. *An* LEVIDENSIS, e. *legitur* Cic. Fam. 9, 12 Oratiunculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram. Itaque eam tibi miſi, quam velim ſic legas, vt cauſam tenuem et inopem, nec ſcriptione magnopere dignam. Sed ego hoſpiti veteri et amico, munuſculum mittere volui leuidenſe, craſſo filo, cuiuſmodi ipſius ſolent eſſe munera. Seruius (*vt ait Stephanus, ſed neſcio vbi*) *oſtendit,* Leuidenſam veſtis eſſe genus vile, raro tenuique textu. *Quondam inter hoſpitum xenia, veſtes in primis erant. Vnde et apud* Iuuen. 9, 30 *queritur quiſpiam* veſtes donari, duri craſſique coloris Et male percuſſas textoris pectine Galli. Iſid. 19, 22 Veſtis Leuidenſis, quod raro filo fit, leuiterque denſata. Pauitenſis contraria leuidenſi dicta, quod grauiter preſſa atque calcata ſit. *Si igitur corrupta eſt illa vox, quod volunt viri docti, qui* leui dente, leui penſo, vile ac denſum *etc. emendant ex ingenio: antiquam fateantur corruptionem neceſſe eſt, et, ſi non Seruio, cuius locum nondum reperi, at Iſidoro certe, antiquiorem. Quod praetermiſſa vox inſolentior eſt a Grammaticis, aliquid eſt: ſed forte plura praetermiſſa ſunt. Cum nihil varient hic libri, non auſim coniecturae poſthabere nomen forte ludicrum, forte ex comoedia, aut ore vulgi adeo ſumtum, cui tamen nec diſſimilia ſunt* Dulcacidus, *et, de quo mox dicemus,* Leuifidus. *Ludens igitur Tullius de oratione ſua vſurpauerit epitheton veſtimento proprium. Vid. praeter viros Doctos ad ipſum Ciceronis locum Burm. ad* Ouid. Am. 1, 14, 7.

LEVIFACIO, LEVIFIDVS, LEVISOMNVS, *vid. poſt* LEVIS.

LEVIGO, *vid.* Laeuigo ſub LAEVIS.

LEVĬPES, ĕdis. Adi. [ἐλαφρόπους] *Celer et pedibus leuis.* Varr. de R. R. 3, 12, 6 Lucius Aelius putabat ab eo dictum leporem a celeritudine, quod leuipes eſſet. *Add.* Cic. Arat. v. 121 Subterque pedes, quod diximus ante, Orioni' iacet leuipes lepus.

LEVIR, ĭri. m. [δαὴρ] Feſt. Leuir, eſt Vxoris meae frater. Nonius 19, 5 Leuir dicitur Frater mariti, quaſi leuus vir. Modeſtinus Iuriſc. l. 4 D. de Gradibus affinitatis §. 6 l. Non facile, Viri frater, leuir eſt: apud Graecos δαὴρ appellatus, vt eſt apud Homerum relatum: ſic enim Helena ad Hectorem dixit, Δᾶερ ἐμοῖο κυνὸς κακομηχάνου ὀκρυοέσσης. *i.* Leuir mei canis, omnis mali cauſatricis horridae.

LĒVIS, *Penult. longa, vid.* LAEVIS.

LĔVIS, e. [κοῦφος, ἐλαφρὸς] *Quod ſine pondere eſt, et in lance librae poſitum aſcendit, leuatur etc.* Virg. Aen. 10, 169 Corytique leues humeris, et letifer arcus. *Sic,* Leue pondus Plin. 12, 9. Cic. Philipp. 10, 14 c. 6 Noſtrae ſunt legiones, noſtra leuis Armatura noſtri equitatus, *etc. h. e. Pedites et expediti milites. Conf.* Nep. 14, 8, 2. *Hinc metaphorice* Cic. de Diuin. 2, 26 c. 10 Sed haec fuerit nobis tanquam leuis armaturae prima orationis excurſio: nunc cominus agamus, experiamurque ſi poſſimus cornua commouere diſputationis tuae. Animae leues *inſtar aurae, venti* Lucret. 3, 419. Arma leuia Ouid. Triſt. 3, 12, 19. Scribonius teri *iubet* Collyrium, emplaſtrum *etc.* donec factum leue mellis habeat ſpiſſitudinem — *Vid.* Comp. 23. 37. 204. 216. 259. Currus Ouid. de Arte Am. 1, 4. Equus Valer. Argon. 6, 240. Piper leue, Quod pondere tale apparet Plin. 12, 7. Pondus leue Ouid. Met. 2, 161. Rota Virg. Aen. 1, 151. Stipula Virg. Georg. 1, 85. Foliis leuior Ouid. Epiſt. 5, 109. ¶ 2 *Metaphoras parit plures non minus quam* Grauis, *v. g.* Leuis homo, *Inconſtans, et qui facile opinionem mutat* Plaut. Trin. 5, 2, 47 Auctor leuis, nec ſatis fidus Liu. 5, 15 *extr.* Homo leuis, *Vilis et abiectus.* Plaut. Men. 3, 2, 23 Quid ais homo leuior quam pluma? Quid leuius aut turpius quam auctore hoſte de ſummis capere conſilium Caeſ. B. G. 5, 28. Cic. de Amicit. 91 Leuium hominum atque fallacium, *etc.* Idem Verr. 4 Iudex nequam et leuis. *Et* pro Cluent. 75 Leues ac nummarii iudices. *Add.* Cic. ad Q. Frat. 1, 2. Gell. 7, 11. Vulgus leue Ouid. Met. 12, 53. Sapientibus quietis et reip. cura: leuiſſimus quisque et futuri improvidus ſpe vana tumens Tac. H. 1, 88, 5. Leuia haec ſunt, quae et tu pergrauia eſſe in animum induxti tuum Ter. Hec. 3, 1, 12. *i. facilia toleratu.* Acumen leue mentis diſcurrit. *Vid.* ACVMEN. Brachio leui aliquid agere, *i. Indiligenter* Cic. Att. 4, 16. Ter. Hec. 3, 4, 12 Olim quidem te cauſae impellebant leues. *i. Facile commouebaris.* Cic. de Finib. 3, . . Qui leuiori de cauſa. Colla leuia Propert. 2, 3, 13. Cura leuior Virg. Georg. 3, 305. Dolor leuis, *Paruus.* Cic. de Fin. 1, 40 Quod mors ſenſu careat, dolor in longinquitate leuis, in grauitate breuis ſoleat eſſe, vt eius magnitudinem celeritas, diuturnitatem alleuatio conſoletur. Fortuna leuior malorum Ouid. Triſt. 4, 1, 61. Fortunam facere leuem Stat. Theb. 1, 177. Gratia leuis Plaut. Poen. 3, 6, 17. Iactura leuis Claud. in Eutrop. 2, 118. Impenſa leuis Ouid. de Arte Am. 2, 255. Inſania leuis Hor. Epiſt. 2, 1, 118. Iuuentus leuis Hor. Carm. 2, 11, 6. Ter. Heaut. 2, 4, 19 Nam dum abs te abſum, omnes mihi labores fuere, quos cepi, leues. Labor leuior, minorque Ouid. ex Pont. 1, 4, 25. Leui Manu, brachio: *vid. Interpp.* Quinctil. p. 139. *Burm.* Medicamentum leue Scribon. 237. *i. facile.* Aquila leui Meatu, prout agmen incederet, praeuolauit Tac. H. 1, 62, 5. *i. tardo, remiſſo. Pich. malit leg.* leni, *quod recepit Gronou.* Munus leue Ouid. Met. 1, 620. Nomine leuiori appellare, *Minus odioſo.* Cic. pro Roſc. Amer. 93 Sin eos, quos, qui leuiore nomine appellant, percuſſores vocant, *etc. Nomen enim percuſſoris leuius eſt, quam ſicarii.* Pueri inter ſe quam pro leuibus Noxiis plumbeas iras gerunt Ter. Hec. 3, 1, 30. Poena leuior Ouid. Amor. 1, 1, 4. Pretium leuius Ouid. de Arte Am. 3, 171. Reprehenſio leuis Cic. Acad. 4. Res leues Virg. Georg. 4, 3. Ruina non leuis Hor. Carm. 2, 19, 15. Ter. in Prol. Phorm. 5 Qui ita dictitant, quas antea fecit fabulas, tenui eſſe oratione, et ſcriptura leui. Sententia leui mulieres, pueri Ter. Hec. 3, 1, 32. Plaut. Capt. 2, 1, 4 Nunc ſeruitus ſi euenit, ei vos morigerari mos bonus eſt, eamque herili imperio, ingeniis voſtris leuem reddere. Spes leues Hor. Epiſt. 1, 5, 8. Somnus leuis Virg. Aen. 5, 838. Tactus leuis Plin. 11, 53. Verba leuiora foliis Ouid. Amor. 2, 16, 45. Verſus leues Hor. de Arte Poët. 231. Vina leuia, *i. Tenuia.* Plin. 23, 1 Ait leuiſſimum vinum celerrime inueterari. Vmbra leuis Tibul. 2, 5, 96. Vomere leui admodum ſauciare ſummam partem terrae, *h. e. Leuiter terram arare* Columel. 2, 2. Notauit aliquos, quod pecunias leuioribus Vſuris mutuati, grauiori fenore collocaſſent Suet. Aug. c. 39. Vſus leuis amicitiae, *i. Qui non multum prodeſt* Ouid. de Rem. Amor. 590. Vulnus leue Id. Met. 3, 87. Tacit. Hiſt. 2, 21, 4 Quocunque caſu accidit, dum atrociora metuebantur, in leui habitum. Leuis, *cum infinitiuo* Sil. 16, 488 Omnes ire leues, atque omnes vincere digni. *h. e. Agiles ad curſum.* Peltam pro parma fecit, vt ad motus et concurſus eſſent leuiores Nep. 11, 1, 4. *i. agiliores.* Enſe leuis nudo Virg. Aen. 9, 548. Meſſapus leuis curſu Id. 12, 489. Nudi aut ſagulo leues Tac. Germ. 6, 3. Moloſſus leuis Lucan. 4, 440.

LEVICVLVS, a, um. Dimin. [ὑπόκουφος] Cic. Tuſc. 5, 105 c. 36 Leuiculus ſane noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat, aquam ferentis mulierculae, vt mos in Graecia eſt: inſuſurrantiſque alteri, Hic ille Demoſthenes.

LEVIVSCVLVS, *ap.* Plin. ep. 1, 16, 5 *legit Catanaeus cum ſequacibus. Sed leg.* Lenibusque.

LEVĬTAS, ātis. f. [κουφότης, ἐλαφρότης] *De Re, quae ſine pondere eſt, dicitur.* Plin. 12, 12 Sincerum quidem leuitate deprehenditur. Id. 11, 23 Nec puduit has veſtes vſurpare etiam viros, leuitatem propter aeſtiuam. Volucri leuitate ferri Lucret. 4, 203. *Add.* ib. v. 7, 46. *et* 3, 388. Leuitas, *Inconſtantia.* Cic. Acad. 4, . . Vt omittam leuitatem temere aſſentientium, *etc.* Ergo non leuitas mihi, Sed certa ratio cauſam ſcribendi dedit Phaedr. l. 4. *extr. ad* Partic. *Conf.* Gell. 7, 11. Exſultat leuitate puer C. Gallus 1, 105. Vt aduerſas res, ſic ſecundas, immoderate ferre leuitatis eſt Cic. Off. 1 c. 26. Muliebris Petron. c. 110. Poëtica Petron. c. 117. *Add.* Propert. 2, 16, 25. Vana leuitas incertae mentis Sil. 16, 148. Conſtans in leuitate fortuna Ouid. Triſt. 5, 8, 18. Conuincere leuitatis, *vid.* CONVINCO. Culpanda leuitas Ouid. de Arte Am. 2, 429.

LEVĬTER. Adu. [κούφως, ῥίμφα] *Sine pondere: Sed plerumque ad animum et mores transfertur.* Cic. de Fin. 2, 33 Sunt et in animo praecipua quaedam, et in corpore: quae quum leuiter agnouit, tunc diſcere incipit. Cic. Fam. 6, 6 Eodem fonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas, e quo ſit leuiter aſperſus. Attingere leuiter ſtudia, *pro Paruo tempore literis operam dare, et quaſi a limine ſalutare ipſa ſtudia.* Cadere leuius Caeſ. B. C. 3, 92. *De telis militaribus. Hinc Metaph.*

Metaph. Addunt, omnia leuius caſura, rebus diuinis procuratis Cic. de Diuin. 2 c. 10. Sueton. de Clar. Grammat. 9 Functusque militia, ſtudia repetit, quae iam inde a puero non leuiter attigerat. Attingere aliquid leuiter in tranſitu Quinctil. 7, 4. Cic. in Catil. 3, 17 c. 7 Tamen vt leuiſſime dicam, dimicandum nobis cum illo fuiſſet. *i. illud, quod minime graue, maxime tolerabile eſt.* Ouid. Epiſt. 3, 80 *Briſeis Achilli*, Exagitat ne me tantum tua, deprecor, vxor — Et leuiter dicas, Haec quoque noſtra fuit, *i. non grauiter, non minaciter, ſed frigide.* Cic. Att. 1, 10 Eius autem Collega et in me perhonorificus, et partium ſtudioſus, ac defenſor bonarum: quin nunc leuiter inter ſe diſſident. *h. e. Aliquantum diſſident. Tale eſt et illud* Att. 2, 1 Mihi quod defendiſſem, leuiter ſuccenſuit. Dolere leuiter Ouid. Met. 10, 138. Cic. de Nat. Deor. 2, 143 Genae deinde, ab inferiore parte tutantur ſubiectae, leuiterque eminentes *i. Paullulum.* Eruditus leuiter homo, *i. Mediocriter* Cic. de Orat. 3, 24 c. 6. Ferre leuius Id. Fam. 4, 3. Ferre leuiſſime, *h. e. Facile et patienter, non grauiter.* Cic. de Prou. Conſ. 47 c. 20 Hoc velim probare omnibus, P. C. ſed leuiſſime feram, ſi forte his aut minus probaro, qui meum inimicum repugnante veſtra auctoritate texerunt, *etc.* Fundata leuiter fides Liu. 2. Cic. de Diuin. 1, 30 Bacillum incuruum, et leuiter a ſummo inflexum. Plin. Epiſt. 6, 30 *pr.* Villa Camiliani, quam in Campania poſſides, eſt quidem vetuſtate vexata: ea tamen, quae ſunt pretioſiora, aut integra manent, aut leuiſſime laeſa ſunt. Ligurire timide, nec leuiter aliquid Cic. Verr. 5, 177. Ornatus leuiter Cic. in Orat. 21 Alii in eadem ieiunitate concinniores, id eſt, faceti, florentes etiam et leuiter ornati. Saucius leuiter Cic. de Inuent. 2, 154. Id. pro Roſc. Amer. 83 c. 30 Tametſi neque omnia dicam, et leuiter vnumquodque tangam, *h. e. Obiter, et quod dicitur, in tranſcurſu.* Plaut. Poen. 3, 3, 26 Et quanquam bene volumus leuiter lenonibus. Leuius, *pro Minus, aduerbium quantitatis.* Cato Diſt. 2, 24 Nam leuius laedit quidquid praeuidimus ante. *Sic apud* Hor. Serm. 2, 7, 19 — quanto conſtantior idem In vitiis, tanto leuius miſer. Dolere leuius Ouid. ex Ponto 1, 9, 30. *Et* in Ibin 255.

LEVICŎMIS, e. *vel* LEVICOMVS, a, um. Fulgent. Mythol. 1.

LEVIFĂCIO, ĕre. κουφισθῆναι ποιῶ Gloſſ. Gr. Lat. Gloſſ. Lat. Gr. Leueſecit, ἐξουθένησεν.

LEVIFĬDVS, a, um. Adi. [κουφόπιστος] *Qui leui fide vel leuiter fidus eſt.* Plaut. Perſ. 2, 3, 61 Omnes ſunt lenae leuifidae. *Penultima corripitur, vt in* Perfidus.

LEVISOMNVS, a, um. [κουφόϋπνος] *Quod leui ſomno eſt: elegans canum epitheton, qui leui ſomno premuntur.* Lucret. 5, 862 Et leuiſomna canum fido cum pectore cordat.

LEVO, āre. [ἀείρω, ἀέρω] *In altum tollere, veluti leue quiddam.* Leuaſſo *pro leuauero* Enn. *ap.* Cic. de Sen. *pr.* Manum leuare Quinctil. 2, 12. Membra leuare cubito Ouid. Epiſt. 21, 16. Palmas leuauit ad caelum Stat. Theb. 11, 556. Ouid. Met. 2, 427 De caeſpite virgo Se leuat. Leuare in ſublime Plin. 2, 16. Vua leuatur Scribon. 71. *i. eleuatur.* E lectulo ſe leuare 188. Leuare aliquem in regem *ap. ſequioris aeui ſcriptores pro creare: vid. Pithoe. Aduerſ. 2, 6. Lipſ. ad* Tac. Ann. 4. *p. 519. Io. Dau. Koeleri ſingularis Diſp.* ¶ 2 Leuare, *Auferre.* Virg. Aen. 2, 146 Atque arcta leuari Vincla iubet Priamus. Leuare, *Auferre* Scribon. 122. Leuare, *pro abducere, auferre etiam.* Sidon. 7 ep. 2 Leuat diuitem coniugem pauper adamatus. *Vbi Conf. Sauaro.* *Sic* Colum. 3, 21, 5 *Legendum puto* Serum fructum cum praecoque leuet *pro vulg.* eleuet. *Sic* Pallad. Oct. 17, 1 Leuare muſtum ex lacu. *Conf. Erhard. ad* Petron. 140. *Sed* Cic. Tuſc. 1, 118 Emittique nos e cuſtodia, et leuari vinculis arbitremur. *i. liberari.* *Sic* Leuare [κουφίζειν] aliquem onere, *et* Leuare alicui onus, *Exonerare.* Virg. Ecl. 9, 65 — ego hoc te faſce leuabo. Cic. Fam. 3, 12 Leua me igitur hoc onere. Leuare, *ſimpliciter, pro iuuare aegrotos, certe morbum eorum mitigare.* Scribon. 6. 101. 121. 159. *Vid.* n. 2 Leuare Artus. *Sic* Varr. R. R. 2, 5, 16 Leuandae matres, *i. paſtu reficiendae.* Leuari a poena Plin. 28, 4. ¶ 3 *Formulae cum ſubſtantiuis:* Auxilio leuare aliquem Virg. Aen. 2, 452. Cic. Att. 9, 6 Longior vero epiſtola non me ſolum, ſed meos omnes aegritudine leuauit. *Add.* Id. Fam. 5, 13. *extr.* *Sic* Leuare cruciatu Idem de Fin. 4. Cic. de Amicit. 76 c. 21 Tales igitur amicitiae ſunt remiſſione vſus leuandae: et (vt Catonem dicere audiui) diſſuendae magis quam diſcindendae. *i. Senſim leuius colendae, inquit Budaeus. Sed al.* eluendae *it.* eleuandae. Cic. Att. 1, 15 Tu autem qui ſaepiſſime curam et angorem animi mei ſermone et conſilio leuaſti tuo. Animum moleſtiis Cic. Fam. 4, 4. Id. de Senect, 36 Et corpora quidem exercitationum defatigatione ingraueſcunt, animi autem ſe exercendo leuantur. *Add.* Id. Att. 13, 13. Liu. 21, 62 Magna ex parte leuauerunt animos religione. Qui ſalutari leuat arte feſſos corporis Artus Horat. Carm. Saecul. v. 63. Cic. pro Quint. 52 Si res iſta grauiſſima ſua ſponte videretur, tamen eius atrocitas neceſſitudinis nomine leuaretur. *h. e. Minueretur, leuior efficeretur.* Auctoritatem ſuam leuare inconſtantia, *i. Minuere* Cic. Acad. 4, 69. Annonam leuare, *et* Populum leuare, frumento ſuppeditato in caritate annonae: *h. e. Populo annonae penuria laboranti ſubuenire.* Liu. 26, . . Cic. pro Corn. Balb. 40 c. 17 Hoc tempore ipſo populum Rom. quem in caritate annonae, vt ſaepe ante fecerant, frumento ſuppeditato leuauerunt. Cic. pro Roſc. Amer. 7 Deinde a vobis Iudices, vt audaciam ſceleri reſiſtatis, innocentium calamitatem leuetis, *etc.* Ouid. Met. 2, 281

Si placet hoc, meruique, quid ô tua fulmina ceſſant
Summe deûm? liceat periturae viribus ignis.
Igne perire tuo, clademque auctore leuare.

Verba ſunt Terrae ad Iouem, quae optat Cladem auctore leuare. *i. hoc ſolamen habere interitus, quod Iouis fulmine potius quam imprudentia Phaëthontis pueri pereat.* Cic. Verr. 5, 117 Vt leuandi cruciatus ſui gratia lictori pecunia daretur, *rogabant liberi ſuos parentes.* Cura aliquem leuare, *vid.* CVRA. Curas et ſitim leuare vino Ouid. Met. 12, 155. Cura leuanda verbis Ouid. Faſt. 5, 237. Dentes leuare penna Martial. 14, 22. *h. e. Purgare.* Dolorem leuare Scribon. 53, 55. *et* ſaepius. Cic. *ad* Brut. 9 *pr.* Fungerer officio, quo tu functus es in meo luctu, teque per literas conſolarer, niſi ſcirem, his remediis, quibus meum dolorem tum leuaſſes, te in tuo non egere. *Conf.* Id. Fam. 6, 6. Facinus leuare alicuius Liu. 4, 17. *pr. h. e. Excuſare, et minus graue facere.* Famem leuare fronde et caeſpitibus Ouid. Epiſt. 14, 96. Fenus leuare, Fenore leuari Liu. 6, 27. *et* 32. *et* 39. Multa Fidem promiſſa leuant Hor. Epiſt. 2, 2, 10. Ictum ſerpentis leuare, *i. curare* Plin. 7, 2. Iniuriam leuare Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 9. Inopiam leuare Id. Ibid. 3, 48. Inopiam publicam ſuis opibus Nep. 25, 2, 4. Cic. Att. 15, 2 Balbum leuari inuidia per nos velim. Vellei. 2, 31, 4 Sed interdum perſona, vt exemplo nocet, ita inuidiam auget aut leuat. Virg. Aen. 1, 330 — noſtrumque leues quaecunque laborem. *Vbi* Seruius: Leues, Leuem facias. Plaut. Rud. 1, 4, 27 Vt me omnium iam laborum leuas. Cic. de Orat. 2, 23 Adiungam etiam de memoria, vt labore Craſſum leuem. Membra leuare quiete, *Reficere* Ouid. de Rem. Amor. 206. Cic. Tuſc. 2, 59 His leuabat omnem vulnerum metum nobilitas mortis et gloria. Liu. 2, 22 Volſcis leuatis metu, *etc.* Plaut. Milit. 4, 6, 57 Leuandum Morbum mulieri video. M. viden' vt tremit, atque extimuit poſtquam te aſpexit? *i. auferendum.* Nemus leuandum fronde Virg. Georg. 2, 400. Obſidione leuari Virg. Aen. 10, 25. Cic. de Amicit. 74 Qui hac opinione non modo verbis, ſed etiam opere leuandi ſunt. *i. Liberandi ac deducendi ab ea opinione, quae eis grauis eſt. Budaeus.* Ora arida leuare aqua Ouid. de Rem. Amor. 230. Partu leuare aliquam *dicitur* Lucina Ouid. Met. 9, 697. Paupertatem alicui leuare, *pro Subuenire* Plaut. Epid. 4, 1, 29. Plagam leuare, *vel* inſectas partes de arbore: *h. e. Auferre tenuiſſimas partes, quae poſt inciſuram remanſerunt, ne inſitioni noceant.* Columel. 5, 11 Tum arborem fici detrunca, plagamque leua Ibid. c. 9 *Sed forte in his locis legendum* Leuare, *vt idem ſit, quod Laeuigare, hoc eſt plagam laeuem facere, ne quid extet, aſperumue emineat.* Poenamque leuauit honore Ouid. Met. 3, 338. Promiſſa multa fidem leuant Hor. Epiſt. 2, 2, 10. *h. e. Imminuunt. Multa promittentibus non habetur fides.* Se liberare, ſiue leuare aere alieno Cic. Att. 6, 2. Id. Verr. 3, 110 Poteſtas erat iſti homini integro atque innocenti data, vt in Apronium quum animaduertiſſet, ſeſe grauiſſima leuaret infamia. Sitim leuare de fonte Ouid. Met. 15, 322. Sumtum leuare Ter. Heaut. 4, 4, 24. Cic. de Fin. 1, 63 Omnium autem rerum natura cognita, leuamur Superſtitione, liberamur mortis metu. Cic. Verr. 3, 116 Tum iſte homo innocens, qui illam Suſpicionem leuare, atque ab ſe remouere cuperet, recuperatores dicit ſe de cohorte ſua daturum. Tributum leuare alicuius agri, *Redditus illius capere* Vlpian. in l. Forma. §. Si vero. D. de cenſibus. Viam ſermone leuare Virg. Aen. 8, 309. *h. e. Minus moleſtum, et magis iucundum iter facere.* Vitiumque auctore leuauit, *quidam MS. pro vulgato* redemit Ouid. Epiſt. 17, 49. Cic. de Fin. 4, 65 Qui virtuti ſtudent, leuantur vitiis, leuantur erroribus, *h. e. Liberantur.*

LEVANS, antis. Hor. Epiſt. 2, 1, 140

Agricolae priſci, fortes, paruoque beati,
Condita poſt frumenta, leuantes tempore feſto
Corpus, *etc. i. ſaltantes.*

Fomenta leuantia vulnus Idem Epod. 11, 25. Leuantes puras manus Vulg. 1 Timoth. 2, 8.

LEVĀTVS, a, um. Partic. [ἀερθεὶς] Liu. 21, 58 Et mox aqua leuata vento quum ſuper gelida montium cacumina concreta eſſet, tantum niuoſae grandinis deiecit. Leuati ſtatus inſtaurataeque fortunae Mamertin. Paneg. Iuliani c. 7. Nebula leuata in nubes Liu. 37, 41. *pr.* Saxa leuata vadis Hor. Epod. 16, 26.

LEVATIO, ōnis. f. [κούφισις] Onerum facere leuationes Vitruu. 10, 8. *Metaphor.* Cic. Att. 12, 23 Leuatio quaedam eſt, ſi minus doloris, at officii debiti. *Sic,* Leuatio aegritudinum Cic. Tuſc. 1, 119 ſ. *extr.* Aegritudini leuationem reperire Cic. de N. D. 1 c. 4. Id. de Fin. 4, 67 Leuatio igitur vitiorum magna fit his, qui habent ad virtutem progreſſionis aliquantum.

LEVĀMEN, ĭnis. n. [κουφισμὸς] *Quod leuat et minuit, aut tolerabilius malum aliquod facit, ſiue Conſolatio.* Cic. Att. 12, 16 Quod ſi eſſet aliquod leuamen, id eſſet in te vno: et cum primum ab aliquo poterit eſſe, a te erit. Martial. 6, 68 Hic tibi curarum ſocius, blandumque leuamen. Omnis curae caſuſque leuamen Virg. Aen. 3, 709. Mite leuamen Ouid. Epiſt. 3, 62.

LEVAMENTVM, i. n. [κούφισμα] *Idem.* Cic. de Fin. 5, 53 c. 19 Nos autem non ſolum beatae vitae iſtam oblectationem videmus, ſed etiam leuamentum miſeriarum. Plin. Epiſt. 8, 19 Studia, vnicum doloris leuamentum. Malorum leuamenta Tacit. Ann. 4, 8. Modicum in praeſens leuamentum fuere Tacit. Ann. 3, 28. Vxorium leuamentum Tacit. Ann. 3, 34. Praeſtare leuamentum Plin. 30, 3. Cic. Att. 12, 43. *pr.* Quod ſiles recte mî illam rem fore leuamento, bene facis; quum id eſſet (mihi crede) perinde vt exiſtimare tu non potes.

LEVĀTOR, ōris. m. *Qui rem aliquam leuat, quam non debet.* Petron. c. 140 Vnde plani, vnde leuatores viuerent, niſi aut locellos, aut ſonantes aere ſacellos pro hamis in turbam mitterent. *Sed fluctuat lectio. Al.* leccatores, lenatores, lauatores.

LEVABĬLIS, e. Cael. Aurel. Acut. 3, 7 Leuabilis et poſſibilis motus.

LEVAMENTARIVS, i. m. *Qui leuat naues.* Theod. Cod. 13, 4 Si nauicularius originalis leuamentarius fuerit.

LEVANA, ae. f. *Dea, quae pueris de terra leuandis praeeſt, vid.* Auguſtin. de Ciu. Dei 4, 11. *Turneb. Aduerſ. 4, 15. Roſini Antiquitat. Rom.* 2, 19.

LEVOR, LEVVS, *vid.* LAEVOR, LAEVVS.

LEVSON, i. n. *Medulla in abiete.* Plin. 16, 39.

L E X

LEX, lēgis. f. [νόμος, θεσμὸς] *Eſt* formula, *ad quam agendum aliquid vel efficiendum eſt, ac primum quidem verbis concepta, vnde etiam, nempe a Graeco λέγειν, dicta videtur: deinde vero latius etiam patet, et denotat, quidquid id eſt, ad quod agitur aliquid perficiturue, in quantum illud formulae, praeſcriptiue rationem habet, licet verbis enunciatum non cogitemus. Famoſa et eminens eſt illa ſignificatio, quum* regulam actionum humanarum *notat, a qua vel* bonae *ſunt, ſi* conueniant, *vel, ſi ab ea diſcrepent,* malae. *De hac lege generatim* Cic. Phil. 2 c. 12 Eſt lex nihil aliud, niſi recta et a numine deorum tracta ratio, imperans honeſta, prohibens contraria. Id. de Legib. 1, 18 c. 6 Lex eſt ratio ſumma inſita in natura, quae iubet ea, quae facienda ſunt, prohibetque contraria. Eadem ratio quum eſt in hominis mente confirmata et confecta, lex eſt. Itaque arbitrantur prudentiam eſſe legem, cuius ea vis ſit, vt recte facere iubeat, vetet delinquere: eamque rem illi Graeco putant nomine ſuum cuique tribuendo appellatam, ego noſtro a legendo. Nam vt illi aequitatis, ſic nos delectus vim in lege ponimus, et proprium tamen vtrumque legis eſt. Quod ſi ita recte dicitur (vt mihi plerumque videri ſolet) a lege ducendum eſt iuris exordium. Ea eſt enim naturae vis, ea mens ratioque prudentis, ea iuris atque iniuriae regula. Sed quoniam in populari ratione omnis noſtra verſatur

tur oratio, populariter interdum loqui neceſſe erit: et eam legem, quae ſcripto ſancit quod vult, aut iubendo, aut vetando, vt vulgus, appellare. *Sic de* Legg. 2, 8 c. 4 Hanc igitur video ſapientiſſimorum fuiſſe ſententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatam, nec ſcitum aliquod eſſe populorum, ſed aeternum quiddam, quod vniuerſum mundum regeret imperandi prohibendique ſapientia. Ita principem legem illam et vltimam, mentem eſſe dicebant, omnia ratione aut cogentis, aut vetantis dei: ex qua illa lex, quam dii humano generi dederunt, recte eſt laudata. Eſt enim ratio mensque ſapientis ad iubendum et ad deterrendum idonea. *Haec et plura eo in loco eo pertinent, vt maieſtas quaedam et auctoritas concilietur Legi etiam humanae, cuius ita origo ab ipſa dei aeterna mente deducatur.* *Verum* Cic. de Nat. Deor. 1, 36 c. 14 Zeno naturalem legem diuinam eſſe cenſet, eamque vim obtinere recta imperantem, prohibentemque contraria. Quam legem quomodo efficiat animantem, intelligere non poſſumus: Deum autem animantem certe volumus eſſe. *Zeno igitur, ſecundum haec, legem naturae deum eſſe dixit, i. formulam, ordinem, harmoniam, rerum omnium. Sic hodie* Leges naturae, leges motus *in ore philoſophorum ſunt. Ad famoſam illam quam diximus,* Legis *ſignificationem pertinet* Cic. pro Milon. 10 c. 4 Eſt haec non ſcripta ſed nata Lex, quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non docti ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus: vt ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, ſi in tela aut latronum aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta eſſet ratio expediendae ſalutis. *Sed ſtatim pro formula ciuibus praeſcripta ponit:* Silent enim Leges (*int.* ciuiles) inter arma, nec ſe exſpectari iubent, cum ei, qui exſpectare velit, ante iniuſta poena luenda ſit, quam iuſta repetenda. Et ſi perſapienter et quodammodo tacite dat ipſa Lex poteſtatem defendendi, *etc.* *De his legibus ciuilibus* Cic. pro Cluent. 146 c. 53 Tu mihi concedas neceſſe eſt, multo eſſe indignius, in ea ciuitate, quae legibus contineatur, diſcedi a legibus. Hoc enim vinculum eſt eius dignitatis, qua fruimur in rep. hoc fundamentum libertatis, hic fons aequitatis. Mens et animus, et conſilium, et ſententia ciuitatis, poſita eſt in legibus. Vt corpora noſtra ſine mente, ſic ciuitas ſine lege, ſuis partibus, vt neruis, ac ſanguine, et membris, vti non poteſt. Legum miniſtri magiſtratus, legum interpretes iudices, legum denique ideo omnes ſerui ſumus, vt liberi eſſe poſſimus, *etc. Sunt enim ibi pluſcula.*

¶ 2 *Iam de* Romanis legibus, *tum quo modo illae ferrentur, tum quae illae eſſent, totis libris actum a Paullo Manutio, ab Anton. Auguſtino aliisque, nec praetermiſere, qui de antiquitatibus vel generatim omnibus, vel iuris quocunque modo ſcripſerunt. Praeclarus etiam eſt Index Legum, quarum apud Ciceronem mentio fit in Erneſti Claue Ciceroniana. Nos hoc agamus, vt quid vnoquoque loco ſignificet nomen* Legis, *quid formulae, in quibus ponitur, ſibi velint, intelligi poſſit: hiſtoriae et antiquitatis cognitionem totam hic non tractamus. Breuiter modo illud indicandum eſt,* Legem *i. formulam et verba cui alligari populum aliquis vellet, primo a Latore eius, magiſtratu, vel tribuno excogitatam et* ſcriptam, *tum* promulgatam *tribus deinceps nundinis, i. publice propoſitam, vt legere et conſiderare poſſent homines. Tum vel* Lator *vel amici eius* ſuadebant legem, *alii* diſſuadebant. *Deinde itum in ſuffragia eo modo, qui voce* COMITIA *deſcribitur,* rogante *Latore, et ciuibus vel* iubentibus *eam formula* Vti rogas, *vel* antiquantibus *ipſo verbo* Antiquo. *Sic* lata lex *nomen accipit vel a latore, vt* Iulia, Cornelia, *vel a materia, vt* Agraria, Frumentaria, *vel ab vtroque, vt* Cornelia maieſtatis, *etc. Agit lex interdum de vna actione. v.g.* Lex Manilia *de imperatore conſtituendo Pompeio aduerſus Mithridatem; interdum de ſpecie, vt agrariae, quibus hic vel ille ager, per hos homines, huic generi hominum, aſſignatur; interdum ad totum genus pertinet, vt* de ambitu, de Dolo malo, *etc. A genere* Comitiorum *ſunt leges* Centuriatae, Curiatae, Tributae. *Nunc*

¶ 3 *Subſtantiua videamus, quae legi adduntur:* Auctor legis atque adiutor Cic. de Lege Agr. 2, 14 c. 6. Auxilium legum Tacit. Ann. 1, 2. Conſtitutor legis Quinctil. 3, 6. Latores legum Idem 3, 2. Neceſſitudo legis Tacit. Ann. 4, 20. Nexus legis Idem ibid. 3, 28. Peritus iuris, legumque Hor. Serm. 1, 1, 9. Sanctor legum Tacit. Ann. 3, 26. Tutela legum Ouid. Triſt. 2, 233. Vlpian. in l. 1 D. de conſtitutionibus principum, Quod principi placuit, legis habet vigorem. Lex Ambitus Plin. Epiſt. 6, 5, 2. Lex horrendi carminis Liu. 1, 26. *i. cuius ipſa verba iam horrendum aliquid prae ſe ferunt.* Lege populi aliquid poſcere Plaut. Trin. 5, 2, 22. Lex iudiciorum Cic. de Fin. 4 c. 1. Lex maieſtatis Id. in Piſon. c. 21. Tacit. Ann. 2, 50. *i. de crimine laeſae maieſtatis.* Naturae Cic. Phil. 11, 28 c. 12. *Locum damus n. 4 in* Scriptae leges. Repetundarum Plin. Epiſt. 4, 9, 6. Tabularum XII *quarum hiſtoria* Liu. 3, 31 ſq. *elogium* Cic. de Orat. 1 c. 43.

¶ 4 *Epitheta ab auctoribus frequentiſſima, quarum exſtant, vt indicauimus, Catalogi iuſtis libris comprehenſi. v. g.* Hieronica, *quam Siculis dederat Hiero rex ſuus* Cic. Verr. 3, 15 c. 6. Iulia lex iubet perſequi ab iis qui, *etc.* Cic. pro Rabir. Poſth. 8. Iulia lex, qua ciuitas eſt ſociis et Latinis data Id. pro Corn. Balb. 21. Licinia lex, ne quis ipſe ſibi curationem ferret Idem pro Domo 51. Licinia lex, quae eſt de ſodalitiis Idem pro Planc. 36. Maria lex pontes fecit anguſtos Idem de Legib. 3, 18. Papiria lex vetat aedes iniuſſu plebis conſecrari Idem pro Domo 130. Pompeia lege cautum eſt Plin. Epiſt. 10, 83. *hic intelligitur, non Romae lata eo modo, quo diximus; ſed quam Pompeius Magnus prouinciae a ſe deuictae dedit. Alia Epitheta nominum appellatiuorum.* Cic. pro Muraen. 11 c. 5 Vt eos magis lex quaedam Accuſatoria, quam vera maledicendi facultas de vita L. Muraenae dicere aliquid coëgerit, *i. conſuetudo accuſatorum, de qua rhetores praecipiunt.* Acerbiſſima Cic. pro Corn. Balbo c. 24. Agraria Cic. de L. Agr. 2 c. 5. Alimentaria Caelius *ſub* Cic. Fam. 8, 6. Amiſſae pereunt leges Lucan. 3, 120. Annalis, *quae finit annos candidatorum* Cic. de Legg. 3 c. 3. *Conf.* Phil. 5 c. 17. Arctae leges additae, *vid. ſub* ARCEO. Aſpera lex Quinctil. 4, 3. Barbarica lex, *vid. ſub* BARBARVS. Centuriata Cic. Agr. 2 c. 11. *i. Comitiis centuriatis lata.* Colonicae leges, *vid. ſub* COLONVS. Conſulares leges Cic. contra Rull. Curiata Id. Agr. 2 c. 10. *vid ſub* CVRIA. Decemvirales leges, *vid.* DECEMVIR. Derogatiua lex, *vid.* DEROGO, *et* ABROGO. Prop. 4, 11, 47 Mî natura dedit leges a ſanguine Ductas: Nec poſſum melior iudicis eſſe metu. *Natura et educatione ſe bonam indicat.* Duriſſimae leges Quinctil. 1, 10. Exitiabiles leges Patercul. 2, 18 *extr.* Frumentariae leges Cic. pro Sext. c. 48. *item* Bruto c. 62. Flor. 3, 13, 1. Iudiciaria lex Cic. in Piſon. c. 39. Fam. 2, 17 *etc.* Malignae leges Ouid. Met. 10, 329. Mollior lex Cic. Verr. 3, 26. *vid.* MOLLIS. Mortales leges, *vid.* MORIOR. Perniciofae leges Paterc. 2, 18 *extr.* Cic. Philipp. 2. Praediatoria lex, *Quae praediati bona, ſi non ſolueret, vendi iubet.* Sueton. Tiber. c. 9 In vacuum lege praediatoria venalis pependerit ſub edicto praefectorum. Publica lex hominum Perſ. Sat. 5, 98. Iuuen. Sat. 14, 193 — cauſas age, perlege rubras Maiorum leges, *i. Miniatas. Nam capita legum notari ſolent minio. Vnde et* Rubricae *dictae.* Sacratae leges, *vid.* SACER. Sanctae leges Hor. Serm. 2, 1, 81. Cic. Phil. 11, 28 c. 12 Caſſius eſt in Syriam profectus, alienam prouinciam, ſi homines legibus Scriptis vterentur: his vero oppreſſis, ſuam, lege naturae. Secundiſſimae plebi aduerſae nobilitati leges Liu. 8, 12 *extr.* Seuera lex Ouid. ex Pont. 3, 3, 57. Socia lex, *Quae omnes ex aequo alligat.* Id. Epiſt. 4, 62 In ſocias leges vltima gentis eo. *al.* in ſolitas. Socialis Cic. Diu. in Caec. c. 5. Sumtuaria lex, *Quae impenſas praeſcribit, et menſarum ſumtus comprimit.* Suet. Caeſ. c. 43 Legem praecipue ſumtuariam exercuit. *De hac* Cic. Fam. 7, 26. *et* Att. 13, 7. Ollis (*magiſtratibus*) ſalus populi Suprema lex eſto Cic. de Legg. 3 c. 3. Tabellaria Cic. Brut. c. 25. pro Sext. c. 48. *in primis* de Legg. 3 c. 15. Teſtamentaria Idem Verr. 1 c. 42. Theatralis lex Quinctil. 3, 6. Tribunitiae leges Cic. contra Rull. 2, 21. *et* Liu. 6, 35. Vanae leges ſine moribus Hor. Carm. 3, 24, 35. Vetus lex Quinct. 1, 5. Viaria, non diſſimilis agrariae Rulli Cael. ad Cic. 8, 6. Vetus lex Quinct. 1, 5. Viduatae iudice leges Claud. Conſ. Mal. Theod. 117. Liber a legibus, *vid.* LIBER. Quinctil. 5, 10 Quod accuſatores eorum, qui erant et ipſi ambitus damnati, e lege ſint poſt hanc victoriam reſtituti. Legibus et praemia propoſita ſunt virtutibus, et ſupplicia vitiis, *h. e. per leges* Cic. de Orat. 1, 247.

¶ 5 *Formulae verborum:* Lex aut rogatur, id eſt prior fertur: aut abrogatur, id eſt tollitur: aut derogatur, id eſt pars primae tollitur: aut ſubrogatur, id eſt adiicitur aliquid primae: aut obrogatur, id eſt mutatur aliquid ex prima lege Vlpian. Inſtit. Tit. 1 §. 2. Abdicare legem, Abrogare lege, legi, et legem, Abuti legibus ad quaeſtum, Accipere legem, et leges, Accipere aliquid contra leges, *vid. hh. vv.* Adaequare aliquem legibus Tacit. Ann. 12, 60. *i. auctoritatem aequam illi tribuere, vt ſententiae illius ſint pro legibus.* Adminiſtrare leges, *vid.* ADMINISTRO. Agere lege *latiſſimi vſus verbum, quo vtuntur quoties iuris ſui conſequendi cauſa aliquid ſecundum leges iudiciorum petit aut facit litigator, aut facit imperio praetoris miniſter.* Ter. Phorm. 5, 7, 91 Vna iniuria eſt tecum D. lege agito ergo. *i. in ius me voca, accuſa etc.* Cic. Verr. 2, 39 Quis vnquam iſto Praetore Chelidone inuita lege agere potuit? *i. Iure legibus conſtituto experiri et certare.* Nepos Timol. c. 20, 5 Huic quidam Lameſtius — vadimonium cum vellet imponere, quod cum illo ſe lege agere diceret — ſi omnibus quod quisque vellet, legibus experiri liceret. Cic. Diu. in Caec. c. 5 Oportere eorum arbitratu lege agi, quorum cauſa lex ſit conſtituta. Idem de Orat. 1, 167 c. 36 Alter plus lege agendo petebat, quam quantum lex in XII tabulis permiſerat. *Quam late pateat, in primis apparet ex* Cic. pro Muraen. c. 11 Poſſet lege agi nec ne? pauci quondam ſciebant. Faſtos enim vulgo non habeant: *vbi comprehendit, vt diximus, quidquid iuris ſui conſequendi cauſa apud praetorem agunt, qui illum adeunt. Sic* Ouid. *de eadem re* Faſt. 1, 48 Ille *dies* nefaſtus erit, per quem tria verba *Praetoris,* DO, DICO, ADDICO, ſilentur: Faſtus erit, per quem lege licebit agi. Tacit. Ann. 12, 60 Auguſtus apud equeſtres, qui Aegypto praeſiderent, lege agi, decretaque eorum proinde haberi iuſſerat, ac ſi magiſtratus Rom. conſtituiſſent. Cic. pro Caec. c. 12 Vt omnes, qui in eadem cauſa ſunt, et lege agant, et ius ſuum perſequantur. Idem Verr. 2, 90 c. 37 Vt ciues inter ſe legibus ſuis agerent. *Add.* Val. Max. 7, 7, 5. *De lictore ſententiam Magiſtratu exſequente* Liu. 26, 15 Fuluius acceptas literas, neque reſolutas, quum in gremio repoſuiſſet, praeconi imperauit, vt lictorem lege agere iuberet. *Iisdem verbis de eadem re* Val. Max. 3, 8, 1. *Add.* Liu. 26, 16. Sen. de Ira 1, 16. *et* Controu. 9, 2. Aggredi aliquem legibus Suet. Aug. c. 9. Agitant magnis ſub legibus aeuum Virg. Georg. 4, 154. Adſcribere in legem, *vel* in legibus, *vid.* ADSCRIBO. Alligari lege Quinct. 4, 5. Aſſueſcere legibus, *vid.* ASSVESCO. Cic. Quint. Fr. 1, 1 Quoad per ſe negligeret eas leges, quibus eſſet adſtrictus. Cedere legibus, Coactus legibus, Coaequare leges, Coanguſtare legem, Committere contra legem, Comparent leges, *vid. hh. vv.* Componere et ſancire leges Cic. de Legib. 2, 65. Comprobare legem, *vid.* COMPROBO. Deinde ſanctiſſimas leges, Aeliam et Fufiam dico, quae in Gracchorum ferocitate, et inter arma Syllana vixerunt, ſolus conculcaris, *etc.* Cic. in Vatin. 23. Id. Philipp. 2, 56 Hominem vero omnium nequiſſimum, qui non dubitaret et vel in foro alea ludere, lege ea, quae eſt de alea condemnatum. Condere legem Idem de Legg. 2, 11. Confligunt leges diuerſae aut ſimiles Quinctil. 2, 7, 4. Conſcribere legem, Conferere leges, *vid. hh. vv.* Cic. de Lege Agr. 2, 59 In poſterum vero lex haec imperatoribus veſtris conſtituitur. Idem . . . Quas leges auſus eſt non nemo improbus, potuit quidem nemo vnquam conuellere. Virg. Aen. 1, 507 Iura dabat, legesque viris. Dare *autem* leges *is dicitur, qui ſua poteſtate et auctoritate conſtituit et imperat, quid velit fieri, cum* ferre leges *ſit magiſtratus liberum populum rogantis. Sic* Cic. Agr. 2 c. 19 Dare leges prouinciae. Valer. Argon. 1, 213 — legem defendere cuncti Hortantur. Delere legem Cic. pro Sext. 56. Denuntiare lege Quinctil. 5, 7. Diſcedere a lege Cic. pro Cluent. 146. Edomuit mos et lex maculoſum nefas Hor. Carm. 4, 5, 22. Egredi leges Tacit. Ann. 3, 24. Epulari intra legem, *vid.* INTRA. Euertere et perfringere leges Cic. in Catil. 1, 18. Experiri legibus Nep. 20, 5. Cic. poſt Red. in Senat. 10 Legem Tribun. pleb. tulit, ne auſpiciis obtemperaretur Cic. Phil. 1 c. 9 Lex Fertur, ne quis illa lege reus fiat. Fert *autem* legem, *qui ſcribit, promulgat, ſuadet, rogat ac denique perfert: quos actus interdum omnes, interdum excluſo vltimo comprehendit.* Fixit leges pretio, atque refixit Virg. Aen. 6, 622. *Alluditur ad morem leges in albo ſcriptas, vel in aes, marmorue inciſas in publico proponendi.* Cic. Att. 14, 12 Antonius accepta grandi pecunia fixit legem a Dictatore comitiis latam. Legibus Fit iudicium de *etc.* Nep. 19, 3, 4. Florent ſub Caeſare leges Ouid. Faſt. 2, 141. Fundare vrbes legibus Quinctil. in Prooem. 1. Illaedere legem, *pro Diſſoluere, vid.* ILLAEDO. Imponere legem alicui Virg. Georg. 1, 60. *vid.* IMPONO. Imponere leges populo, *vid.* IMPONO. Imponere leges populo per vim et contra auſpicia Cic. Philipp. 6, 3. Incidere leges, *vid.* INCĪDO. Incidere leges ligno Hor. de Arte Poët. 399. Cic. Philipp. 3, 30 Falſas leges C. Caeſaris nomine, et falſa decreta in aes Incidenda, et in Capitolio figenda curauerit. Indicere leges Propert. 4, 9, 55. Infirmare legem Cic. in Philipp. Inquit lex, *vid. mox* Obtinetur lex. Intercedere legi Cic. poſt Red. in Senat. 10. Interpretari legem et aequitate explicare, Inurere leges, *vid. ſſ. ll.* Irritam legem facere Cic. Verr. 3, 21. Irrogare leges, *vid.* IRROGO. Cic. pro Corn. Balb. 37 Legem Populum Rom.

iuſſiſſe

iuſſiſſe de ciuitate tribuenda. Iurare in leges alterius, Labefactare leges ac iura, Manet lex, *vid. hh. vv.* Mitigare leges, *et* Intendere, *contraria* Plin. Epiſt. 4, 9. Nouatam hactenus edicto diui Auguſti legem Pompeiam Traian. ad Plin. 10, 84. Obſeruare legem Cic. Off. 2, 40 Id. Tuſc. 5, 118 c. 41 Mihi quidem in vita ſeruanda videtur illa lex quae in conuiuiis Graecorum Obtinetur, *Aut bibat*, inquit, *aut abeat.* Et recte *etc.* Obtrectare legi, *vid.* OBTRECTO. Pareto legi quiſque legem ſanxeris Auſon. 7 Sap. in Pitt. v. 5. Peragere reum lege Val. Max. 6, 2, 4. *i. facere, cum hoc, vt difficile id fuiſſe et impeditum fuiſſe intelligamus.* Perferre legem Liu. 2, 56. 3, 9 *et* 11 *et* 34 *etc. vbi ſuperandas fuiſſe difficultates intelligimus.* Perfringere leges, *vid.* PERFRINGO. Permiſſum eſt lege, *vid.* PERMITTO. Perrumpere leges Cic. Off. 3, 36. Perrumpere medias milite leges Lucan. 1, 322. Ponere leges Hor. Serm. 1, 3, 105. Promulgare legem Cic. Fam. 13, 4. Liu. 3, 9. Proponitur lex in publicum Cic. de Leg. Agr. 2, 13 c. 5. *i. promulgatur, cum nempe in albo ſcribitur et proponitur per trinum nundinum legenda, conſideranda, etc.* Reddere leges ſuas ciuitatibus Idem in Verr. . . Eius morte ad me lege Redierunt bona Ter. Andr. 4, 6, 4. Refigere leges, *vid. paullo ante*, Fixit leges. Refigere, *i. Improbare.* Repudiare legem Cic. de Amicit. 96. Reſcindere validas aeui leges Lucret. 5, 59. Reſtituere leges, *vid. paullo poſt*, Statuere leges. Rogare leges Lucret. 6, 3. Ruptis legibus arma ferunt vrbes Virg. Georg. 1, 510. Cic. de Amicit. 40 Haec prima lex in amicitia ſanciatur, vt neque rogemus res turpes, *etc.* Sciſcere legem *eſt, ſententia ſua probare* Idem pro Planc. 35 c. 14 Nam quod primus ſciuit legem de publicanis, *i. vt ipſe ſtatim explicat, ſuffragium tulit.* Idem pro Domo 47 Hanc legem Clodius ſcripſit. Sequitur aurum lex Propert. 3, 11, 50. Seruare legem Idem Fam. 2, 17. Siluere leges bello coactae Lucan. 1, 277. Soluere legibus, *i. quod nunc Diſpenſare vocamus* Liu. 10, 13. Cic. Philipp. 11, 11 Ille homo ſummo ingenio, ſumma potentia, qui ex Aedilitate Conſulatum petit, ſoluatur legibus, quanquam leges eum non tenent. *Ironia acerba. Conf.* Suet. Caeſ. c. 18. Solutus lege Lucret. 3, 687. Soluere aenigmata legum Iuuen. Sat. 8, 50. Cic. Philipp. 6, 3 Leges ſtatuimus per vim et contra auſpicia latas : hisque nec populum, nec plebem teneri : num eas reſtitui poſſe cenſetis ? Spretarum legum reus agitur Ouid. Met. 13, 36. Subrogatur lex, *vid.* SVBROGO. Teneri legibus Lucret. 2, 718. Teneri implicatum legibus, *vid.* IMPLICO. Timendae leges in pace Lucan. 2, 251. Tolerare iniquas leges Claud. Conſ. Hon. 4, 259. Tollere legem, Suſtulit duas leges, *etc.* Cic. Agr. 2, 22. Quinctil. 7, 5, 5 Lex omnis aut tribuit, aut adimit, aut punit, aut iubet, aut vetat, aut permittit. Lege vendere, *vt Lege agere : i. Legitime.* Plaut. Merc. 2, 3, 113 Non potes tu lege vendere, *i. Quia mancipio non accepta eſt, ideo lege vendi non poteſt.* Vetita legibus alea Hor. Carm. 24, 58. Vti legibus Lucret. 5, 957.

¶ 6 *Iam denique illud oſtendamus, quod de latiſſimo vſu huius nominis diximus, quo* formulam *quamuis notat, ad quam fieri aliquid, aut fieri debere, intelligitur. Sic* Cic. Verr. 1 c. 51, 55. *it.* de Prouinc. Conſul. c. 5 Lex cenſoria *eſt formula contractus, qua vectigal locatum eſt publicanis. Talis etiam* lex Verris Verr. 1 c. 55. *Tamen* Varr. R. R. 2, 1, 16 Ne ſi inſcriptum pecus pauerint, lege cenſoria committant : *ex parte certe vim legis proprie et ſollemniter dictae habet.* Lex mancipii de Orat. 1 c. 39 *eſt formula venditionis. Ita* Cato 14, 5 *cum dixiſſet*, villam aedificandam ſi locabis — Caetera lex, vti villa ex calce, cementis *etc.* Idem 145, 1 Oleam faciundam hac lege oportet locare, *deinde ponit formulam. Et* 146, 1 Oleam pendentem hac lege venire oportet. *Add.* 147. 149. 150. Varro R. R. 2, 2, 5 In emtionibus iure vtimur, eo quod lex praeſcripſit. In ea enim alii plura alii pauciora excipiunt. *Sic* Cic. Verr. 3, 83 c. 36 Lex decumis vendendis C. Verre Praetore recitari iubetur. *Tales ſunt* Cic. de Orat. 1 c. 58 Manilianae : (*an* Mamilianae? *fluctuat enim lectio:*) venalium vendendorum leges, *quas* actiones *vocat* Varro R. R. 2, 5, 11. *et* 2, 7, 6 : *nihil aliud quam formulas eſſe, ſatis oſtendit* Idem 2, 3, 5 Itaque ſtipulantur paucis exceptis verbis : ac Manilius ſcriptum reliquit ſic, Illas capras hodie recte eſſe et bibere poſſe, habereque recte licere, haec ſpondesne? Vitruu. 1, 1 *ab architecto poſtulat*, vt legibus ſcribendis prudentia cauere poſſit et locatori et conductori. Nam ſi lex perite fuerit ſcripta, erit vt ſine captione vterque ab vtroque liberetur. Idem 7, 5 *extr.* Chryſocolla — legibus excipiuntur, vt a domino repraeſententur. *Sed ad multa alia transfertur, vt ad ordinem et quaſi formulam naturae, vt* Colum. 3, 8, 1 Rerum naturam — reperiemus dixiſſe parem legem, foecunditatis virentibus, atque hominibus caeteriſque animalibus. Id. 4, 10, 3 Maxime naturalis eſt autumnalis *putatio*, quo tempore diuina quadam lege et aeterna fructum cum fronde ſtipites deponunt. Sen. Phoeniſſ. 84 Ipſa ſe in nouas leges natura vertet. Id. Agam. 814 *de Herculis generatione*, Cui lege mundi Iupiter rupta Roſcidae noctis geminauit horas. Colum. 10, 360 Femina, quae iuſtis tum demum operata iuuentae Legibus, obſceno manat pudibunda cruore, *verbo, menſtruata.* Lex naſcendi Quinctil. 10, 3, 4. *Item ad artes, v. g.* Idem 4, 2, 84 Lex defenſionis. Id. 5, 13 60 Lex dicendi. *Et* 12, 11, 15 Leges dicendi. *De Praeceptis nimiis dicendi* Quinctil. 5, 10, 101 Vnde plurimi cum in hos inexplicabiles laqueos inciderunt, omnem etiam quem ex ingenio ſuo potuerant habere conatum, velut adſtricti certis legum vinculis, perdiderunt. *Vid.* Metricae leges *in* METRVM. Id. Quinct. 4, 5, 3 Hoc tamen numero velut lege non eſt alliganda partitio. *Et* 1, 11, 17 Lex geſtus, χειρονομία. *Et* 1, 12, 3 *de Citharoedo*, Ne pes quidem otioſus certam legem temporum ſeruat. *Quin ab eodem* 10, 1, 76 Demoſthenes lex orandi vocatur. *vid.* CANON. Cic. de Orat. 3, 88 c. 49 Hanc ad legem tum exercitatione tum ſtilo formanda vobis oratio eſt. Id. Orat. 198 c. 58 Quo etiam difficilius eſt oratione vti quam verſibus, quod in illis certa quaedam et definita lex eſt, quam ſequi oportet. *Tandem* Lex *vocatur* exemplum, *quod nempe ipſum quoque eſt formula.* Ouid. Her. 5, 134 Et poteras falli legibus ipſe tuis. *Et* ibid. 6, 154 Leges ſanciat ipſe ſuas. ¶ 7 Lex *eſt etiam* Conditio, *pars formulae, ex qua aliquid fieri debet. v. g.* Pax data Philippo in has leges eſt Liu. 33, 16. Tam facillime patris pacem in leges conficiet ſuas Ter. Heaut. 5, 2, 45. Cic. pro Muraen. 60 Iniquam legem Iudices, et miſeram conditionem inſtituet periculis hominum, ſi exiſtimabit, *etc.* Plaut. Aſin. 4, 1, 1 Agedum, iſtum oſtende, quem conſcripſiſti, ſyngraphum inter me et amicam, et laenam, leges pellege. *Conf.* Propert. 4, 9, 55 Inter dicta viris metuenda lege piatur ara. Virg. Aen. 12, 315 Ictum iam foedus, et omnes Compoſitae leges. Conſcribere leges Quinctil. 2, 5. Dicere legem ſibi ipſi Ouid. Met. 13, 72. Diſſoluere firmatas pacis leges Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 63. Facere legem Quinctil. 2, 5. Proponere legem Phaedr. 3, 13, 5. Tendere vltra legem opus Hor. Serm. 2, 1, 2. Tenemur fatali lege Ouid. Met. 10, 203. Tradere ſe ſub leges pacis Virg. Aen. 4, 618. Lege hac, *hac conditione :* Ter. Andr. 1, 2, 29 Verberibus caeſum te in piſtrinum Daue dedam, vſque ad necem, ea lege atque omine, vt ſi te inde exemerim, ego pro te molam. Idem Eun. 1, 2, 22 Verum heus tu, lege hac tibi meam adſtringo fidem.

LEGISDOCTOR, ōris. m. Vulgat. Act. 5, 34. *Sed rectius in duas voces diuiditur.*

LEGISLĀTOR, ōris. m. [νομοθέτης, νομοποιός] *Qui etiam* Legumlator *dicitur, et melius ſeparatim* Lator legum *vel* legis. *Qui legem fert.* Liu. 34, 31 *extr.* Noſter legumlator non in paucorum manu Rempub. eſſe voluit. Cic. in Catil. 4, 10 c. 5 Latorem legis Semproniae, iuſſu populi poenas Reip. dependiſſe.

LEGISLATIO, *vid.* Latio *in* FERO.

LEGISPERITVS, i. m. Vulg. Interp. Luc. 7, 30.

LEGICRĔPA, ae. m. [νομοδίφας Gloſſ. Lat. Gr.] *Qui leges crepat. Laudatur* Varro Atacinus *apud* Fulgent. Legicrepae tundunt, latrant fora, claſſica turbant.

LEGĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [νομοφόρος] *Idem.* Virg. Aen. 4, 58 Legiferae Cereri. Ouid. Amor. 3, 10, 41 Optauit Minos ſimiles ſibi legifer annos. Moſes Paullin. Nolan. Carm. 19 ad Iouium v. 39. Vates Alcim. Auit. 2, 295. *i. Moſes.* Legifer *ſubſtant.* Prudent. Periſt. 2, 363. *i. Moſes.*

LEGIRV̆PA, ae. m [παράνομος] *Qui legem rumpit et violat.* Plaut. Pſeud. 1, 3, 19. *et* Perſ. 1, 2, 16.

LEGIRVPIO, ōnis. m. [νομοκλάστης] *Idem.* Plaut. Rud. 3, 4, 4.

LEGIRV̆PVS, a, um. Adi. Prudent. Harmatig. v. 238 Omnia legirupis quaſſantia viribus orbem.

LEGVLEIVS, *ſiue* LEGVLEVS, i. m. [νομικίσμος] *Qui legum ſtudia ſectatur.* Cic. de Orat. 1, 236 c. 55 Ita et tibi Iuriſconſultus ipſe per ſe nihil, niſi leguleius quidam cautus et acutus praeco actionum, cantor formularum, auceps ſyllabarum. *Laudat h. l.* Quinctil. 12, 3, 11 p. 1067.

LEGITĬMVS, a, um. Adi. [νόμιμος, ἔννομος, γνήσιος] *Aequum, iuſtum, conueniens legibus, vel definitum lege.* Aetas legitima ad petendum aedilitatem Liu. 25, 2. Amor legitimus, *Coniugalis* Ouid. Epiſt. 13, 30. Carmen : *vid. Scalig. ad* Feſt. in AXAMENTA. *Barth. Adverſ.* 60, 3 *p.* 2851 *extr.* Coniux legitima Ouid. Met. 10, 437. Dies legitimus comitiis habendis Cic. Verr. 2, 129. Diem legitimum, *Supremum vocat* Zeno Veronenſ. Serm. de Reſurrect. *quo iudicaturus orbem ſedebit Deus.* Faces legitimae Lucan. 2, 356 *in nuptiis accendi ſolitae.* Finis legitimus Ouid. de Arte Am. 1, 282. Foedere legitimo iunctus amor Id. Triſt. 2, 536. Honores Suet. Claud. c. 5. *i. veri.* Horas legitimas *accipit* Cicero *pro Diebus legis, vid.* HORA. Impedimentum legitimum Id. pro Lege Agr. 2, 24. *Et* Off. 1, 64 Ex quo fit, vt neque diſceptatione vinci ſe, nec vllo publico ac legitimo iure patiantur. Munus iuſtum atque legitimum exhibere Sueton. Claud. c. 21. Nuptiae legitimae Cic. de Inuent. 1, . . Iam faxo nuptias, non impares, ſed legitimas et iure ciuili congruas Apul. Met. 6 p. 724. *Oratio dominica vocatur* legitima Tertull. de fuga in perſec. c. 3. Poëma legitimum, *Iuxta carminis leges factum* Hor. Epiſt. 2, 2, 109. Cic. Tuſc. 1, 74 Nec tamen illa vincula carceris ruperit, leges enim vetant, ſed tanquam a magiſtratu, aut ab aliqua poteſtate legitima, ſic a deo euocatus atque emiſſus exierit. Poteſtas iuſta et legitima Idem de Natur. Deor. 3, 88. Quaeſtiones legitimae Quinctil. 3, 8. Scientia legitima, *i. Legum ſcientia.* Iuſtin. Imp. Prooemio Inſtitut. Verba legitima, *i. Verba legis.* Senec. Controuerſ. 4 p. 174. Viri legitimi, *i. Coniuges, non adulteri.* Ouid. Epiſt. 5, 78. Id. de Arte Am. 3, 293 Quid quum legitima fraudatur littera voce? Blaeſaque fit iuſſo lingua coacta ſono? Vxor legitima Martial. 5, 76.

LEGITIMA, ōrum. n. Pl. *Ceremoniae, quae in publicis iudiciis obſeruantur.* Nepos 19, 4, 2 Inde iudicio, legitimis quibuſdam confectis, damnatus, *etc. vid.* Cic. Philipp. 1, 26 c. 10. Legitima *etiam ſunt Praecepta.* Vulg. Interpr. Leuit. 18, 26 Cuſtodite legitima mea. *Add.* ib. v. 3.

LEGITĬME. Adu. Cic. Off. 1, 13 c. 4 Iuſte et legitime imperanti. Nubere legitime Iuuen. 10, 338.

LEGITIMATIO, ōnis. f. *Actio, qua liberi naturales fiunt legitimi.* Nouell. Collat. 7.

LEGĀLIS, e. [νομικὸς] *Quod ad legem pertinet.* Quinctil. 3, 10. Aliquando etiam incidere poſſunt legales tractatus in priuata maxime conſilia. Papinianus doctrinae legalis theſaurus Spartian. Seuero c. 21. Genus legale quaeſtionum Quinctil. 3, 5. Firmic. 5, 7 Docti, ſapientes, legales, et qui optimo legum ac iudiciorum diſcurſu omnia pertractent. Quaeſtiones legales Quinct. 3, 8.

LEGALĬTER. Adu. Legaliter prouocare Caſſiodor. Epiſt. 4, 37.

LEXIPYRETVS. c. [ὁ καὶ ἡ ληξιπύρετος] *Medicamentum, quod febrim ceſſare facit, vel ardorem adeo atque inflammationem. Laudantur* Plin. 20, 18 *ſ.* 76 *de papaueris ſemine.* Ego tamen damnauerim collyriis addi : multoque magis quas vocant Lexipyretos, quaſque pepticas, et caeliacas. Lexipyretos *inquam, ſecunda declinatione, vt* Antidotos, *etc. Sic et Harduin.* Marcello Empir. 16 Prodeſt et his, qui ſine horrore circuitu febrium vexantur, quamobrem Lexipyretos haec compoſitio dicitur. *Laudatur ab Harduino ad Plin. l. c. etiam* Alexander Iatros 3, 66 Lyxoperita epithimata febrientibus *et emendat*, Lexipyreta epithemata, *quae eadem ſunt* Lexipyreta cataplaſmata *e* Theodoro Priſciano *iam commemorata in Lexicis.*

LEXIPYREXIA, ae. f. [ληξιπυρεξία] Marcell. Emp. c. 20 Sanare lexipyrexias.

LEXIS, eos. f. [λέξις] *Dictio.* Cic. de Orat. 3, 169 c. 43 *ex* Lucillio, Quam lepide lexeis compoſtae vt teſſerulae omnes Arte pauimento atque emblemate vermiculato. Idem in Orat. 149 c. 44 *vbi ait*, cum infinitum tum puerilem laborem *in collocandis verbis ita in* Albucio exagitari *apud* Lucillium *a* Scaeuola.

LEXICON, i. n. [λεξικὸν] *Vocabularium, Dictionarium.*

LEXIDION, i. n. Gell. 18, 7 Gloſſaria namque colligitis, et lexidia, *i. voculas rariores, obſoletas, quae grammaticum deſiderant.*

L I B

LIBA, ae. f. *Quarta pars bin.* Vulg. Interp. Leuit. 23, 13 Liba vini.

LIBADIVM, i. n. *Herbae genus, quae noſtris vulgo Centaurion minus appellatur.* Plin. 25, 6.

LIBAMEN, LIBAMENTVM, LIBARIVS, LIBATIO, *vid.* LIBO, āre.

LIBANIOS. Adi. *De odore vuae vel turis: vid.* Plin. 14, 18.

LIBANITIS, ĭdis. f. *Polium vocatur apud* Apul. de Herb. c. 57.

LIBANOCHNES, is. f. *Gemma, quae turis ſimilitudinem oſtendit, ſed ſuccum mellis.* Plin. 37, 10. *Quo loco legitur a quibusdam* Libanochros; *et ita legitur in Edit. Harduin.*

LIBANŌTIS, ĭdis. f. [λιβανωτὶς] *Herba odorem turis reddens, quae putatur a noſtris, roſmarinus dicitur.* Plin. 19, 12. 20, 16. 21, 10, 26, 8. Apul. de Herb. c. 79 *et* 106.

LIBANŎTVS, i. m. *Ventus ſlans inter Liba, id eſt Africum et Notum.* Plin. 2, 47.

LIBĂNVS, i. m. [Λίβανος] *Mons inter Arabes et Phoenices, excelſas arbores habens.* Libanus *etiam Arbor eſt, quae tus producit, tam maſculini quam femin. generis. Vnde pro ture accipitur, quod et* Libanum *dicitur.*

LIBANVS, a, um. Adi. Libana cedrus Sedul. 4, 55.

LIBELLA, *vid.* LIBRA.

LIBELLVS, *vid.* LIBER, libri.

LIBENS, LIBENTER, LIBENTIA, *vid.* LIBET.

LIBENTĪNA, ae. f. *Dea Venus, ſeu Proſerpina. Vid.* Cic. de Nat. Deor. 2, 61. Varr. de L. L. 5, 6. Auguſtin. de C. D. 4, 8.

LĪBER, ĕri. m. [Βάκχος, Διόνυσος] *Dicitur Bacchus, multos autem fuiſſe* Liberos, *ſiue* Bacchos, *Diodorus ſcribit. Celebratior vero qui ex Semele et Ioue genitus fertur, quem tertium fuiſſe autumant, et Thebis Boeotiis natum: qui* Liber *appellatus eſt a* Liberando. *nam libertatis deus eſt, ſiue quod Boeotiae vrbes liberas fecerit: ipſe enim pro Boeotiae libertate pugnauit, vel quia vinum curas ſoluat, et mentem ab illis liberet, et audaciorem in omnes conatus faciat.* Senec. de Tranquill. vitae c. 15 Varr. *a* Labendo *deducit*, Quod lubrica mens quo lubet prolabitur. Auguſtinus de C. D. 6, 9. *docet* Liberum *vocari*, quod mares in coëundo, per eius beneficium, emiſſis ſeminibus, liberentur. Hoc idem dicunt in feminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant. *Sanius aliquanto* Cic. de Nat. Deor. 62 c. 23 Hinc Liber etiam (*i. e. numero excellentium beneficiis virorum*) hunc dico Liberum Semele natum, non eum, quem noſtri maiores auguſte ſancteque Liberum cum Cerere et Libera conſecrauerunt, quod quale ſit, ex myſteriis intelligi poteſt. Sed quod ex nobis natos *liberos* appellamus, idcirco Cerere nati nominati ſunt *Liber* et *Libera*: quod in Libera ſeruant (*quam nempe omnes Cereris filiam colunt*) in Libero non item. Liber pater Hor. Epiſt. 2, 1, 5. Iocoſi munera Liberi Hor. Carm. 4, 15, 26. Modici tranſilire munera Liberi Idem ibidem 1, 18, 7. Ornatus viridi tempora pampino Liber Idem ibidem 4, 8, 33. *Interdum* Liber *ponitur pro ipſo Vino: ſed tantum apud Poëtas, teſte* Quinctil. 8, 6. Ter. Eun. 4, 5, 6 Sine Cerere et Libero friget Venus. Liber *dicitur Sol*, Virg. Georg. 1, 7 Vos ò clariſſima mundi Lumina, labentem caelo quae ducitis annum, Liber et alma Ceres. *Vid.* Macrob. Sat. 1, 18 *quo toto oſtendit, hoc etiam loco in partes vocato et Graecis pluribus Liberum patrem ſolem eſſe. Add.* Seru. *ad* Aen. 6, 78 *et al.*

LIBERALIA, ōrum. n. [Διονύσια] *Dies Libero ſacer, quo togae pueris dabantur XVI Kalend. April.* Ouid. Faſt. 3, 713. Cic. Fam. 12, 25 Liberalibus literas accepi tuas.

LĪBER, ĕra, ĕrum. [ἐλεύθερος] *non modo ſeruo opponitur, ſed vnicuique, qui non poteſt, vel quacunque de cauſa non audet, quod vult dicere aut facere: itemque paſſiue* liberum *eſt, in quo aliquis non impeditur, qui nullius habito reſpectu, quod ſentit, dicit et facit. Sic* Libera vti lingua Plaut. Ciſt. 1, 2, 9. Libero corde fabulari Idem Epid. 1, 2, 4. Homo liber Quinctil. 6, 3. An quisquam eſt alius liber, niſi ducere vitam cui licet vt voluit Perſ. 5, 83. Plaut. Men. 5, 7, 40 Mea quidem hercle cauſa liber eſto, atque abito quo voles. Omnes profecto liberi libentius ſumus quam ſeruemus Plaut. Capt. 1, 2, 10. Statu liber, *vid.* Status, *in* STO. *Ambigue* Martial. 1, 68 Liber homo es nimium, dicis mihi Choerile, ſemper. *h. e. Nimium libere loqueris ac ſcribis de aliis*: In te qui dicit, Choerile, liber homo eſt. *h. e. Vacuus negotiis, et quid agat non habens. Conf.* 5, 62. *et* 12, 62. *vbi indignos ſuis verſiculis quosdam pronunciat.* Dolet imprudenti Adoleſcenti et libero Ter. Eun. 3, 1, 40. Truculentior, atque plus aequo liber Hor. Serm. 1, 3, 52. Adoleſcentia liberior Cic. pro Cael. c. 18 *pr.* Aedes liberae, *Quibus quis vti poteſt tanquam ſuis*, Plaut. Milit. 3, 1, 84. Animus Liu. 36, 5. Aqua liberior Ouid. Met. 1, 42. *non incluſa ripis anguſtis.* Arbitrium liberum, *Animi voluntas ac ſententia libera* Liu. 37, 1. Idem 4, 43. Bilis libera inaeſtuat praecordiis Hor. Epod. 11, 23. Cic. Tuſc. 1, 58 Multo difficilior occurrit cogitatio, multoque obſcurior, qualis animus in corpore ſit, tanquam alienae domi, quam qualis quum exierit, et in liberum caelum quaſi in domum ſuam venerit: Caelum liberum, *in quo nihil eum coarctat.* Caelo liberiore frui Ouid. Met. 15, 301. Campus liber Liu. 31, 39. Ouid. Faſt. 4, 292. Suet. Tiber. 28 In ciuitate libera linguas mentesque liberas eſſe debere. *De* liberis ciuitatibus *ſtilo Romano. Vid. Spanh. de Vſu et Praeſt. Num. diſſ.* 9 *p.* 674 Cic. Verr. 3, 177 Ita ſerpit illud inſitum in natura malum conſuetudine peccandi libera, finem vt audaciae ſtatuere ipſe ſibi non poſſit. Libera *i. non impedita, reſtricta etc.* Curſu libero ferunt equitem in hoſtem equi concitati Liu. 34. Dies liber Senec. Thyeſt. 1. Egreſſus liber Tacit. Ann. 4, 32. Equus liber habenis Virg. Georg. 3, 194. Exitus patet liber Lucret. 4, 399. Fama libera Propert. 4, 12, 72. Fides nulla parte libera Ouid. Epiſt. 20, 40. Liberiore Indignatione proſcindere Val. Max. 5, 3, 3. Indignatio liberrima Hor. Epod. 4, 10. Iocus liberior Ouid. Faſt. 4, 946. Iter liberum Hor. in Carm. Saecul. 43. Iurisdictio libera Tranquil. 4, 16. Lectulus liber Cic. Att. 14, 13. Legatio libera, *vid.* LEGATIO *ſub* LEGO, legas. Lingua libera Ouid. ex Pont. 3. 2, 22. Cic. Att. 1, 10 (13) Ita neque Achaicis hominibus, neque Epiroticis paullo liberiores literas committere audeo. Locus liber Plaut. Caſ. 3, 2, 7. *Conf.* Id. Poen. 1, 1, 49. *et* 3, 2, 25. Loca ab arbitris libera, *vid.* Abditus, *in* ABDO. Malum liberius *quid eſſet, quaeſitum eſt* Ouid. Ep. 8, 106 Perfruor infelix liberiore malo. *Hoc dicit Hermione, interdiu liberius ſibi conqueri licere de infortunio ſuo, quam noctu in toro raptoris Pyrrhi.* Mandata libera, *Quae plenam rei conſtituendae poteſtatem habent* Liu. 37, 56 *pr. Bud.* Otia libera Ouid. de Arte Am. 2, 729. Liberrima Hor. Epiſt. 1, 7, 36. Cic. de Fin. 1, 33 Nam libero tempore, quum ſoluta nobis eſt eligendi optio, quumque nihil impedit, quo minus *etc.* Toga libera, *Togam ſignificat virilem, qua ſumta adoleſcentes excedebant e magiſterio paedagogorum et tutoris auctoritate, et ſuae libertati permittebantur.* Propert. 4, 1, 132 Matris et ante deos libera ſumta toga eſt. *Eam etiam veſtem* Liberalibus *induere ſolebant pueri in* Liberi *honorem, vel* liberae *vitae ſignificationem.* Verba libera edere Tibul. 1, 9, 26. Via libera facta luxuriae Propert. 3, 13, 4. Vina libera Hor. de Arte Poët. 85. Vitae liberioris iter Ouid. Faſt. 3, 778. Vox libera Liu. 5, 4. Agri liberi atque immunes Cic. Verr. 4, 166. Libera praedia meliore iure ſunt, quam ſerua Cic. de Lege Agrar. 3, 19. ¶ 2 *Diuerſimode conſtruitur hoc nomen. Ac primo cum praepoſitione.* Cic. pro Lege Agrar. 1 *extr.* 27 Omnes, qui ſe incolumes volent, ſequentur auctoritatem Conſulis ſoluti a cupiditatibus, liberi a delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus. Id. Acad. 4, 123. Liber a tali irriſione Socrates, liber Ariſto Chius, qui nihil iſtorum putat ſciri poſſe. A legibus liber, *Qui non ſubiectus eſt legibus* Plaut. Trin. 4, 3, 26. A metu liber inſidiarum campus Liu. 39, 30 *extr.* Cic. pro Lege Manil. 32 Quam prouinciam tenuiſtis a praedonibus liberam per hosce annos? *Aliquando ſubauditur praepoſitio:* Liber omni cura animus, *i. A cura* Cic. de Fin. 1, . . Metu omni liber Liu. 7, . . Pauore liber Plin. 10, 33. *Alii legunt*, In pauore. Religione liber animus Liu. 2, 36 *pr. Conf.* Cic. de Ar. Reſp. c. 6 *pr.* Terrore liber animus Idem de Fin. 5, 87. Ad ſcribendi licentiam liber, *de Epicuro* Cic. Nat. Deor. 1, 123 c. 44. Liber eſt harum rerum Plaut. Amph. Prol. 105. *i. in his rebus agendis, vid. Vechner. Hellenol.* 1, 18. Reuertendi liber Ouid. Her. 1, 80. *vbi vid. Burm.* Laborum liber ruſticus Hor. de Arte Poët. 212. Liberum eſt mihi, *h. e. Licet, poſſum, et in arbitrio meo conſtitutum eſt* Plin. Epiſt. 1, 8. Permittere liberum aliquid, *vid.* PERMITTO. Relinquere liberum alicui Quinctil. 1, 4. Liberum, *Quod eminet et extat* Varr. Eumenid. Iterum Tragici prodeant cum capite libero, cum antiqua fronte. Nonius *laudatur. Sed non inuenio.* ¶ 3 *De* Liberis *i. filiis, vid. poſt* LIBERALITER. Liberior *et* Vberior *confundi in MSS. obſeruat Burm. ad* Quinctil. Declam. 309 p. 607.

LIBĔRE. Adu. [ἐλευθέρως, ἐκποδὼν] *Solute, ſine obſtaculo, vel interno vel externo.* Plaut. Bacch. 5, 2, 19 An non vides, vt ſolae libere graſſentur? Cic. de Amicit. 44 Conſilium verum dare gaudeamus libere. Idem de Fin. 1, 23 A Cyrenaicis melius liberiusque defenditur. Idem de Fin. 2 Sed haec quidem liberius ab eo dicuntur et ſaepius. Liberius atque audacius Dicere, Inire conſilia de bello Caeſ. B. G. 1, 18. *et* 7, 1. Educi libere, *h. e. Ingenue, et quemadmodum liberos pueros decet* Ter. Andr. 5, 4, 8. Ferre liberius Virg. Georg. 1, 128. Fugere imperia alicuius nimis libere Catul. 61, 80. Gerere ſe conſtanter et libere Cic. Att. 4, 16. Idem Verr. 7 In quo homine tantum animi fuit, non ſolum vt iſtum libere laederet, *etc.* Loqui libere Plaut. Truc. 2, 1, 2. Viuere libere, *i. Suo modo viuere, neque ſubiici alterius voluntati* Ter. Andr. 1, 1, 25. *it. de immoderata morum licentia* Nep. 2, 1, 2. Tuto et libere Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 2.

LIBERTAS, ātis. f. [ἐλευθερία, ἄδεια] *Opponitur Seruituti, Coactioni, Metui, Impedimentis, Regno, in quantum his rebus efficitur, vt non agamus, quod lubet* Cic. in Parad. 5 Quid enim eſt libertas? Poteſtas viuendi, vt velis. Libertas (*vt ait* Florentinus Iurisconſ. de ſtatu hominum. l. Libertas) eſt Naturalis facultas eius, quod cuique facere libet: niſi ſi quid vi aut iure prohibetur. *Conf.* Perſ. 5, 83 ſeqq. Deo parere, libertas eſt Sen. de vita beata c. 15 *extr.* Fides, libertas, amicitia, praecipua animi humani bona ſunt Tac. H. 1, 15, 6. *Plural. iocoſe fictus.* Tribus non conduci poſſim libertatibus Plaut. Caſ. 2, 8, 68. Aurea libertas toto non venditur auro Enn. *Neſcio vnde.* Ennianum *et illud apud* Gell. 7, 17 Aduerſus aduerſarios ea libertas eſt, qui pectus purum et firmum geſtitat. Libertas *Romana trifariam contingebat.* Cic. in Topic. 10 Si neque cenſu, neque teſtamento, neque vindicta liber factus eſt, non eſt liber. *quem locum ſic exponit* Boëthius: Faciendi liberi tres ſunt partes. Vna quidem, vt cenſu liber fiat: cenſebantur enim antiquitus ſoli ciues Romani. Si quis ergo conſentiente, vel iubente domino, nomen detuliſſet in cenſum, ciuis Romanus fiebat, et ſeruitutis vinculo ſoluebatur. Atque hoc erat cenſu effici liberum, der domini conſenſum nomen in cenſum deferre, et fieri ciuem Romanum. Erat etiam pars altera adipiſcendae libertatis, quae vindicta vocabatur. Vindicta vero eſt virgula quaedam, quam Praetor manumittendi ſerui capiti imponens, eundem ſeruum in libertatem vindicabat, dicens quaedam verba ſollemnia: atque ideo virgula illa vindicta vocabatur. Illa etiam pars faciendi liberi eſt, ſi quis ſuprema voluntate in teſtamenti ſerie ſeruum ſuum liberum ſcripſerit. *Haec* Boëthius. Caſtigata Stat. Theb. 9, 688. Maturior, *vid.* MATVRVS. Otioſa, *vid.* OTIVM. Potior metallis Hor. Epiſt. 1, 10, 40. Precaria Liu. 39, 37. Abdicare ſe libertate, *vid.* ABDICO. Non modo Conſulatu, ſed etiam libertate ſe abdicare Cic. Philip. 3, 12. ¶ 2 *Formulae verborum:* Accipere libertatem Cic. ad Brut. 16. Idem pro Domo 22 c. 9 Quod idem in poſterum de extraordinariis poteſtatibus libertatem ademiſſes. Amittere libertatem Idem ibidem 77 c. 29. Aſſerere libertatem Reipubl. Quinctil. 6, 5. Capeſſere libertatem, *vid.* CAPESSO. Coaleſcit libertas Tacit. Hiſt. 4, 45. Concedere libertatem, *vid.* CONCEDO. Confirmare aliquem libertati, *vid.* CONFIRMO. Deturbare libertatem Senec. de Benef. 2, 12. Cic. pro Planc. 16 Tabella quae dat eam libertatem, vt quod velint faciant. Id. pro Corn. Balb. 24 Seruos denique, quorum vis et conditio infima eſt, bene de Repub. meritos perſaepe libertate, id eſt ciuitate publice donari videbamus. *Quo in loco Cicero non ſimpliciter* Libertatem *interpetratur* Ciuitatem: *ſed ita loquitur, quia ciuium Romanorum ſerui tum ciues fiebant, quum praemii cauſa, vt ille olim* vindex *libertate a Praetore publice donabantur. Sed alias etiam cum de ciue Rom. ſermo eſt, pro toto iure Quiritium ponitur v. g.* Cic. pro Caecin. c. 33. *et in diſputationibus Tribunorum plebis apud Liuium, vbi* Libertatem *vocant, cum paria iura plebeiorum et patriciorum, ius connubii, honorum communicationem etc. petunt, vel defendunt.* Cic. pro Sext. 69 Sed eos voluntatem ſemper eandem, libertatem non eandem ſemper habuiſſe. Inculcare atque tradere libertatem, *vid.* INCVLCO. Cic. de Legib. 3, 38 Libertatem iſtam largior populo, vt et auctoritate valeant, et vtantur bonis. Moriens libertas Tacit. Ann. 1, 74. Obruere libertatem bello Stat. Silu. 4, 6, 68. Omittere coeptatam libertatem Tacit. Hiſt. 4, 44. Perdere libertatem Cic. pro Rabir. Poſth. 24. Praecidere libertatem Idem Verr. 5, 3. Idem ad Brut. 16 Quae ne traditam quidem, atque inculcatam recipere poſſit libertatem. Idem Att. 15, 3 (13) Sed quod egerit de libertate retinenda (qua nihil eſt dulcius) tibi aſſentior. Idem de Orat. 1, 226 c. 52 Virtus tamen ſuum ius atque omnium rerum libertatem impunitam tenere debeat. Tenere intercluſam libertatem alicuius, *vid.* INTERCLVDO. Tueri libertatem Lucan. 2, 282. Cic. de Orat. 2, 145. *et* de Nat. Deor. 1, 56 Soluti, et in libertatem vindicati. ¶ 3 *Obſeruationes aliae.* Libertas *pro Democratia.* Libertatem et conſulatum L. Brutus inſtituit Tac. Ann. *pr. Conf.* Lucan. 1, 269. *Ita ſaepe ſumitur* Respublica. *Nempe* Seruitus *eſt* regnum *etc.* Libertas et licentia *in malum, pro Effreni quadam animi libidine.* Cic. Acad. 4, 30 Vt verear, ne maiorem largiar ei, qui contradicturus eſt libertatem ac licentiam. Idem pro Flacc. 16 Hoc vno malo concidit, libertate immoderata ac licentia concionum. *De Graecia.*

cia. *De copia venereae libidinis exercendae* Ouid. Epiſt. 17, 153 Lude, ſed occulte, maior, non maxima, nobis Eſt data libertas, quod Menelaus abeſt. Id. Am. 2, 2, 15 *ad Ianitorem de domina, quam ſeruare iuſſus erat,* Huic furtiua tuo libertas munere detur, Quam dederis illi reddat vt illa tibi. Libertas Fandi παῤῥησία, Virg. Aen. 11, 346. *Hoc ſenſu abſolute ſaepe* Curt. Tacitus*que, add.* Iuſtin. 15, 3, 6.

Aſperitas agreſtis et inconcinna grauisque,
Quae ſe commendat tonſa cute, dentibus atris,
Dum vult libertas mera dici veraque virtus Hor. Epiſt. 1, 18, 6.

Cic. Fam. 9, 22 Amo verecundiam vel potius libertatem loquendi. Multa cum libertate notare aliquem Hor. Serm. 1, 4, 5. Affectatores libertatis Quinctil. 6, 2. Iubarum libertas Stat. Theb. 9, 687. *i. iubae libere fluctuantes.* Teſtamentorum libertas Quinctil. 3, 6. Libertas *de licentia ludorum Saturnalium* Stat. Silu. 1, 6, 45. *Conf. h. l. Barth.* ¶ 4 Libertas, *Dea Romanis erat, cui Atrium dedicatum, quod exſtruxit vel refecit* Aſinius Pollio Suet. Aug. 29. *Iam domum Ciceronis palatinam dedicatam a Clodio* Libertati Deae, *conſtat, qua de re multa* Cic. pro Domo ſua *praeſertim* c. 41 ſeq. Tanagraeae meretricis imaginem *fuiſſe, quam* Libertatis *nomine dedicauerit Clodius, dicitur* c. 43.

LIBERĀLIS, e. Adi. [ἐλευθέριος] *Nomen latiſſimi vſus ſignificans quidquid liberum et ingenuum decet, ad liberum pertinet, liberum et honeſtum indicat. Conſuetior fere caeteris ratio eſt, qua munificum et libenter impertientem aliis beneficia notat, et* parco, reſtricto *etc. opponitur.* Roſcius ſemper liberaliſſimus munificentiſſimusque fuit Cic. pro Roſc. Com. 22 c. 8. Largus, beneficus, liberalis Id. pro Deiot. 26. Regium, liberale, munificum Idem de Orat. 1, 32. Largum et liberale viaticum Idem pro Flacc. 14. Liberalis *et* Auidus, *contraria:* Id. pro Roſc. Com. 21 Liberalis auidum fraudaſſe dicitur. Sall. Catil. 7 Laudis auidi, Pecuniae liberales erant. Epulae liberales Tacit. Ann. 12, 55. Liu. 22, 26 Animum ad ſpem liberalioris fortunae adiecit. *Gronouius pro* Animum *legit* Animos; *et pro* Adiecit, Fecit. Liberale iudicium, *et* Cauſa liberalis: *Quum quis aliquem vindicat in libertatem.* Quinctil. 6, 4 *de riſu,* Quod fecit Longus Sulpitius, qui, quum ipſe foediſſimus eſſet, eum, contra quem iudicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit. Plaut. Poen. 5, 2, 4 Si frugi eſſe vis, eas liberali iam afferes cauſa, manu. *Add.* Id. Curc. 4, 2 *pr.* Ter. Adel. 2, 1, 40. *it. integri tituli* Dig. *et* Cod. de cauſa liberali. *Vid. et* ASSERO. Artes liberales *dicuntur, Quae ingenio coluntur, et propterea dignae ſunt liberis hominibus.* Plin. 14 Pro. Peſſum iere vitae pretia: omnesque a maximo bono liberales dictae artes in contrarium cecidere, ac ſeruitute ſola profici coeptum. Cic. de Orat. 1, 73 Ingenuas *appellat. Vid.* Feſt. Coniugium liberale, *i. Honeſtum, ingenuum* Ter. Andr. 3, 3, 29. Doctrina liberalis Cic. Fam. 4, 4. Liberalis et digna homine nobili Id. Acad. 4 *pr.* Eruditio liberalis et doctrina Cic. Tuſc. 2. Facies liberalis Ter. Eun. 3, 2, 20. *i. Libero homine digna, qualis indicat et polliceri videtur ingenuum. Sic* Plaut. Milit. 4, 1, 20 Lepida et liberali forma eſt. Ter. Andr. 1, 1, 96 Et quia erat forma praeter caeteras honeſta ac liberali. *Add.* Val. Max. 9, 2 *extr.* 5. Ingenium liberale Ter. Adelph. 4, 5, 50. Quaeſtus Cic. Off. 1, 42. Ioci liberales, *Libero quodam animo pronuntiati* Plin. in Paneg. 49 *extr.* Cic. Att. 3, 15 Quod ſi non modo tu, ſed quisquam fuiſſet, qui me Pompeii minus liberali reſponſo perterritum a turpiſſimo conſilio reuocaret, quod, *etc.* Studia liberalia Tacit. Ann. 3, 43. *vid.* Sen. Ep. 88. *per tot.* Cic. Off. 2, 42 Non ſolum neceſſarii, ſed etiam liberales ſumtus. Vxor: Ter. Phorm. 1, 3, 16 Vt ne addam, quod ſine ſumtu ingenuam, liberalem nactus es. *Vbi* Donatus: Ingenuam, liberalem: Hoc natalium, illud morum eſt.

LIBERĀLĬTAS, ātis. f. [ἐλευθεριότης, δαψίλεια] *Virtus hominis liberalis, quae non ſemper in dando ineſt, quamquam ſollemnis admodum eſt illa notio; ſed in animo magno quam plurimos beneficio quocunque deuincire parati et ſtudentis.* Cic. Off. 1, 20 Iuſtitiae eſt coniuncta beneficentia: quam eandem vel benignitatem, vel liberalitatem appellari licet. Liberalitas non quia liberis debetur, ſed quia a libero animo proficiſcitur, ita nominata eſt Sen. de Vita beata c. 24. Vnaque et altera liberalitate locupletauit (*Horatium Auguſtus*) Suet. in vita Hor. Conſtat potuiſſe conciliari animos qualicunque parci ſenis liberalitate Tac. Hiſt. 1, 18, 5. Appellari ſingulos iuſſit decima liberalitatis parte apud quemque relicta Id. ib. 1, 20, 2. Reuocare liberalitates Suet. Claud. c. 29. *i. beneficia data. In nummis ſaepe occurrit* LIBERALITAS *vel* LIBERALITATES Augg. *vid. Spanhem. de vſu et praeſt. numiſm. diſſ.* 13 *p.* 529 *ſeq.* Valer. Max. 8, 2, 2 *de C. Viſellio,* C. Viſellius Varro graui morbo correptus, trecenta millia numûm, ab Otacilia Laterenſi, cum qua commercium libidinis habuerat, expenſa ferri ſibi paſſus eſt, eo conſilio, vt ſi deceſſiſſet, ab heredibus eam ſummam peteret, quam legati genus eſſe voluit, libidinoſam liberalitatem debiti nomine colorando. Siniſtra Catul. 27, 15. Diuidere liberalitatem in multos Sen. de Benefic. 2, 28. *Sed pro bonitate* Ter. Adelph. 1, 1, 32 Pudore et liberalitate liberos retinere ſatius eſſe credo, quam metu. Donatus: Pudore, ad filios retulit: Liberalitate, ad parentes. Argumentum a coniugatis: Liberalitate regendi ſunt, propter quod Liberi dicuntur. Liberalitatem autem Bonitatem dicit. *Sic quod Caeſar victor plurimis aduerſarum partium ignouit,* liberalitas *dicitur* Cic. pro Lig. *et* pro Marcello. *defenſionem ſui ſi Cicero ſuſcipiat, liberalitatem vocat* Vatin. *ſub* Cic. Fam. 5, 9. Cic. de Amicit. 11 Quid dicam de moribus facillimis, de pietate in matrem, liberalitate in ſorores, bonitate in ſuos, iuſtitia in omnes? Id. de Fin. 1, 52 Opes vel fortunae, vel ingenii liberalitati magis conueniunt. Idem ad Quint. Fratr. 1, 1, 4 A quibus, rudis cum eſſes, videtur potuiſſe tua liberalitas decipi: nam vt quisque eſt vir optimus, ita difficillime eſſe alios improbos ſuſpicatur. Liberalitas *eleganter Fonti comparatur.* Plin. Epiſt. 2, 4 Sunt quidem omnino nobis modicae facultates, dignitas ſumtuoſa: reditus propter conditionem agellorum, neſcio minor, an incertior: ſed quod ceſſat ex reditu, frugalitate ſuppletur, ex qua velut ex fonte liberalitas noſtra decurrit. Quae tamen ita temperanda eſt, ne nimia profuſione inareſcat. ſed temperanda in aliis: in te facile ratio conſtabit, etiam ſi modum exceſſerit.

LIBERĀLĬTER. Adu. [ἐλευθερίως, φιλοτίμως] *More hominis liberalis, vt Large, abundanter, cui contrarium eſt* Parce: Cic. Verr. 3, 204 c. 88 Qua in re Senatus optime ac benigniſſime cum aratoribus egiſſet, large liberaliterque aeſtimaſſet, in ea, *etc.* Accipi liberalius Id. Att. 16, 6. Id. de Fin. 3, 57 Eſt hominis ingenui et liberaliter educati, velle bene audire a parentibus, *etc. Add.* Id. de Orat. 1 c. 31. Eruditus liberaliter, *Optimis artibus inſtitutus.* Cic. Tuſc. 2, 6 c. 2 *extr.* Eos ſi poſſumus excitemus, qui liberaliter eruditi, adhibita etiam diſſerendi elegantia, ratione et via philoſophantur. *Sic* liberaliter inſtructus, *apud* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 61 Plin. 23, 1 Saluberrimum liberaliter genitis Campaniae quodcunque tenuiſſimum. Habere aliquem accurate et liberaliter Salluſt. Iugurth. c. 103. *Compar.* Viuebat laute et indulgebat ſibi liberalius, quam vt inuidiam vulgi poſſet effugere Nep. 12, 3, 2. Largiri dotem liberaliſſime Apul. Met. 10 p. 250. *Sed etiam ad aliam liberalitatem pertinet, quae non in dando ineſt.* Cic. Att. 5, 13 Thermoque tametſi ante aduentum meum liberaliſſime erat pollicitus tuis omnibus, tamen Philogenem, *etc. Add.* Nep. 6, 4, 2. Seruire liberaliter Ter. Andr. 1, 1, 11. *animo liberali, et libertate digno.* Liu. 1, 34 *extr.* Notitiamque eam breui apud regem, liberaliter dextereque obeundo officia, in familiaris amicitiae adduxerat iura. Cic. Verr. 2, 12 Hi porro, qui ſucceſſerunt, vehementer iſtius cupidi, liberaliter ex iſtis cibariis tractati, non minus acres contra me fuerunt. Id. in Parad. 6 Cui tanta poſſeſſio eſt, vt ad liberaliter viuendum facile contentus ſit. Liberaliter, *pro indulgenter,* Salluſt. Catil. 11 Exercitum quem in Aſia ductauerat luxurioſe, nimisque liberaliter habuerat.

LIBĔRI, orum. m. [παῖδες, τέκνα] *Filii dicuntur et filiae numero plurali, diciturque in plurali etiam de vno filio filiaue. Orta inde videtur appellatio, quod hoc nomine in vnaquaque domo a ſeruis diſtinguerentur.* Caius de Verb. ſignific. l. Non eſt, Non eſt ſine liberis, cui vel vnus filius, vnaue filia eſt. Haec enim enuntiatio, Habet liberos, ſemper pro pluratiuo numero profertur. ſic et pugillares et codicilli. *Tamen de ſingulari non modo teſtantur* Liber *Bacchus, et* Libera *Proſerpina: ſed etiam* L. 33 pr. C. de inoffic. teſtam. Si quis ſuo teſtamento maximam quidem portionem libero relinquat, minuſculam vero alii vel aliis de ſtirpe ſua progenitis. Paullus de Grad. affin. l. Iuriſconſultus, Liberi vſque ad trinepotem: vltra hos, poſteriores vocantur. Papinianus de verborum ſignific. l. Cognoſcere. Calliſtratus Ibidem. l. 220 Liberorum, Liberorum appellatione, nepotes et pronepotes, caeterique, qui ex his deſcendunt, continentur: hos enim omnes liberorum appellatione lex XII Tab. comprehendit. Cic. Verr. 1, 40 Habitus ſis in liberûm loco: ſicut mos maiorum ferebat. Liberi, *de vno tantum filio dictum amplius declaramus.* Ter. Hec. 2, 1, 15 Qui illum decrêrunt dignum, ſuos cui liberos committerent. *Vbi* Donatus, Multum ſonanter, et accuſatorio ſtrepitu nec maſculinum nec femininum poſuit: nec vnam, ſed liberos. *Sic* Cic. (Verr. 3, 93) En cui tuos liberos committas. *Quum de vno ageret. Et* (ibid. 153) Habemus enim liberos omnes. De puella. *Hactenus* Donatus. *Add.* Ter. Andr. 5, 3, 20. *et* Heaut. 1, 1, 99. Cic. Phil. 1 c. 1. Plaut. Aul. 4, 10, 5. Liberi tres, duo mares, quos diligentiſſime inſtituit Plin. Ep. 1, 10. Cic. pro Cluent. 31 Fratris autem liberos vita priuauit. *De vno tantum filio loquitur. Vid.* Gell. 2, 13. Auguſtin. de C. D. 16, 40. *Voſſ. de Analogia* 1, 42. *Munker. ad* Hygin. p. 27. Certi, *vid.* CERTVS. Dulces Hor. Epod. 2, 40. Quid dulcius hominum generi a natura datum eſt, quam ſui cuique liberi Cic. ad Quir. poſt Red. c. 1. Similes patri Sen. Med. 24. Trium liberorum ius, *inter praemia fuit, quae lege Papia, Maritis patribusque decreta fuerunt, cuius haec erat vis, vt in petitione magiſtratûs praeferrentur candidati, quibus plures liberi eſſent: item, vt in ipſo magiſtratu praecederent tales, denique vt ante XXV annum aetatis contra legem annariam poſſunt admitti. Quae beneficia non niſi in illis locum habebant, quibus terni liberi nati eſſent; quibus pauciores, excidebant. Vid. Lipſ. Comment. in* Tacit. Ann. 3, 25 *pr.* n. 45 ſeqq. *Conf.* Plin. Epiſt. 7, 16. Suet. Claud. c. 15. Iuuenal. 9, 87. Amittere liberos Ser. Sulpic. *ſub* Cic. Fam. 4, 5. Auctus liberis Tacit. Ann. 3. Commendare liberos, *vid.* COMMENDO. Dare liberos Catull. 59, 67. *i. procreare.* Imperare liberis, *vid.* IMPERO. Parere liberos Senec. Theb. 1. Procreare liberos Quinctil. 5, 8. Suſcipere liberos Cic. in Topic. *vid.* SVSCIPERE. TOLLERE.

LIBERĀLIS, e. Adi. *Ad liberos pertinens.* Liberalia nomina Varro de L. L. 7, 18 *extr. eadem videntur ac gentilia, quae a parentibus in liberos tranſeunt.*

LIBERTVS, i. m. [ἀπελεύθερος] *cuius correlatiuum eſt* Patronus; *Is eſt, qui quum eſſet ſeruus, factus eſt liber.* Vlpianus eum eſſe libertum *definit,* quem quis ex ſeruitute ad ciuitatem Romanam perduxit. Plaut. Aſin. 3, 3, 100 Magis decorum eſt, libertum potius, quam patronum onus in via portare. Modeſtinus l. 105 de V. S. reſpondit, his verbis, *Libertis libertabusque meis,* libertum libertae teſtatoris non contineri. Aſſignare libertum, *vid.* ASSIGNO. Feci, e ſeruo vt eſſes libertus mihi Ter. Andr. 1, 1, 10. Martial. 1, 2 Libertum docti Lucenſis quaere ſecundum. *Et in quadam inſcriptione reperio* FECIT SIBI ET PETIAE COLLIBERTAE PRIMAE VXORI. *Ex quibus verbis facile coniicere eſt in patronorum libertis ordinem quendam fuiſſe, et quosdam primos, quosdam ſecundos vocatos fuiſſe, quod alteri apud patronum priorem locum obtinerent, alteri proximum. Ergo* Primi *et* Secundi *dicebantur, vt aliis omnibus potiores: ac fortaſſe inde factum eſt, vt apud Iuriſconſultos tam ſaepe nomen* Primi *et* Secundi *legamus. Turneb. Adu.* 18, 3. *De* libertis principum, *vid.* Plin. Paneg. c. 88.

LIBERTA, ae. f. Suet. Aug. c. 65 Cum vna ex conſciis liberta ſuſpendio vitam finiiſſet. Fortiſſima liberta Hor. Serm. 1, 1, 99. *In* Inſcriptionibus *occurrunt* Liberta et coniux *ſ.* vxor, bene merens, cariſſima, gratiſſima, optima, ſanctiſſima *etc. Vid. Gruter. it.* Libertis libertabusque poſterisque eor. *Add.* Plaut. Poen. 1, 1, 36.

LIBERTĪNVS, i. m. [ἀπελευθερικός] *dicitur, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſus eſt: et habet correlatiuum Ingenuus.* Cic. de Or. 1, 38. c. 9 Sempronius libertinos in vrbanas tribus tranſtulit. Liu. 45, 15 *de eadem re,* Omnes qui ſeruitutem ſeruierant. Cic. pro Roſc. Am. 19 c. 7 Mallius Glaucia quidam homo tenuis, libertinus, cliens et familiaris T. Roſcii. *Et* pro Sext. 97 c. 45 Sunt etiam libertini optimates. *Et* Philipp. 3, 17 c. 6 Quae porro amentia eſt, eum dicere aliquid de vxorum ignobilitate, qui — ex libertini filia ſuſceperit liberos? Id. pro Cluent. 132 c. 47 Popillium Lentulus, quod erat libertini filius, in ſenatum non legit: locum quidem Senatorium ludis, et caetera ornamenta reliquit, et eum omni ignominia liberat. Sen. Ep. 31 *fin.* Rectus bonusque animus tam in equitem Rom. quam in libertinum, quam in ſeruum poteſt cadere. ¶ 2 *Quod diximus* Libertinum *opponi ingenuo, id eo vsque verum eſt, vt antiqui Romani interdum* Libertinos *dixerint, qui non ipſi* Seruitutem *ſeruiſſent, ſed quorum patres eſſent manumiſſi. Auctor* Sueton. Claud. c. 24 Latum clauum (*Senatoriam veſtem*) quamuis initio affirmaſſet non lecturum ſe ſenatorem, niſi ciuis Rom. abnepotem, etiam libertini filio tribuit: ſed ſub conditione, ſi prius ab equite Rom. adoptatus eſſet. Ac ſic quoque reprehenſionem verens, etiam Appium Caecum Cenſorem, generis ſui proauctorem, libertinorum filios in Senatum allegiſſe docuit: ignarus temporibus Appii, et deinceps aliquamdiu libertinos dictos non ipſos qui manu

manu mitterentur, ſed ingenuos ex his procreatos. *Recte itaque* Hor. Sat. 1, 6, 20 Cenſorque moueret Appius, ingenuo ſi non eſſem patre natus, *q. d. ne Appium quidem, qui viles ac libertini generis homines in Senatum legerit, laturum eum, qui non eſſet ingenui filius, atque liberti nepos minimum, qualis erat Horatius. Multo laxius ſumſit* libertini *nomen* Sextus Aurelius de Vir. Illuſtr. c. 34 Appius Claudius Caecus in cenſura libertinos quoque in Senatum legit, *i. ſi* Suetonium *interpretem audimus, manumiſſorum ſ. Libertorum nepotes.* Libertinorum filios *vocant* Liu. 9, 46. *et* Liuiana Epitome.

LIBERTĪNVS, a, um. Pater libertinus Hor. Serm. 1, 6, 6, *et* 45 Conditionis libertinae homo Modeſtinus in l. Homo liber. D. de ſtatu hominum. *Add.* Martial. 5, 13, 6. Libertinus homo Cic. pro Balbo 28 c. 11. Hor. Epod. 14, 15 Me libertina, neque vno Contenta Phryne macerat. Plaut. Mil. 3, 1, 189 Ingenuamne an libertinam? ¶ 2 *Subſtantiue* Hor. Serm. 1, 2, 48 Tutior at qanto merx eſt in claſſe ſecunda Libertinarum dico.

LIBERTINĬTAS, ātis. f. in l. Iuxta. Codic. De liberali cauſa, Siue de libertinitate, ſiue de ingenuitate quaeſtio moueatur. Maſurius Sabinus in l. 2 D. Si libertus ingen. eſſe dicat. Qui ex libertinitate igenuitati ſe aſſerunt. *Add.* Vlpian. l. 14 D. de probation.

LIBERTINIVM, i. n. *Idem.* Calpurn. Decl. 14 Ego poſtulo tenue libertinium, quod vix ſufficit iſtius funeri.

LIBĔRO, āre. [ἐλευθερόω, ἀπαλλάττω, ῥύομαι, ἐρύομαι] *Liberum facere, quod in Seruo eſt Manumittere*, Cum iis, quos nuper Manumiſſos liberauerant Caeſ. B. C. 3, 9. Seruos omnes puberes liberauerunt Ib. Nec nos et liberati ab egregiis viris (*percuſſoribus Caeſaris*) nec liberi ſumus Cic. Att. 14, 14. Liberare, *Abſoluere.* Cic. pro Milon. c. 18 Primum certe liberatur Milo, non eo conſilio profectus eſſe. Cic. . . . Nihil antiquius fuit, quam vt te a ſceleratorum hominum calumniis liberarem. Liberatus ſum Daue hodie tua opera: *h. e. Periculo ereptus* Ter. Andr. 2, 2, 33. A creditoribus liberare Senec. de Benef. 2, 7. A mortis diſcrimine liberare Scribon. 70. Ab omni periculo liberare 94. Cum augurato liberaretur capitolium (*ſubaud. religionibus reliquorum deorum*) Liu. 5, 54. *extr.* Liberaſſo *pro liberauero* Plaut. Moſt. 1, 3, 66. De domino liberare Iabolenus in l. Fullo de actione. D. de Furtis. Cic. Att. 6, 1, (2) Ita multae ciuitates omni aere alieno liberatae, multae valde leuatae ſunt. Cic. Att. 13, 22 Ego librarios tuos culpa libero. Cic. 7 (5) Verr. c. 5 Remitto tibi hoc totum atque iſta te cura libero. Cuſtodiis corporis liberare Cic. in Somn. Scip. 6. Scribon. Epiſt. *in.* Animaduertimus, quosdam humiles — ac ne adfines quidem eius profeſſionis, medicamento efficaci dato protinus velut praeſenti numine omni Dolore periculoque liberaſſe aegrum. Cic. de Fin. 1 c. 5 Eum, quem ego arbitror vnum vidiſſe verum, maximiſque erroribus animos hominum liberaviſſe. Obligatam aerario Fidem Suet. Claud. 9. Cic. Verr. 2, 43 Vt odio, inuidia, infamia, turpitudine totum ordinem liberetis. Inuidia magna et inueterata liberare Cic. Offic. 2, 58. Metu aliquem liberare Ter. Andr. 2, 2, 2. Omni moleſtia liberare Scribon. 101. — morbo 16. Obſidionem vrbis Liu. 26, 8 *vbi vid. Gronou. et add.* 36, 25. Cic. Acad. 4, 121 Sic ille et deum opere magno liberat, et me timore. Periculo liberare, *vid.* PERICVLVM. Promiſſa liberare, *pro Abrogare, vel eorum tollere obligationem, ac facere ne ligent* Cic. Off. 1, 33. Id. Fam. 1, 2 Quem ego ipſum quum audio, prorſus eum libero omni ſuſpicione cupiditatis, *i. abſoluo, liberum eſſe puto, vt* Culpae liberare. Taedio liberare Plin. 26, 13. Tumore liberare Scribon. 19. Vagina liberat enſem Ouid. Met. 6, 551. Vitio liberare 171. Voto liberari, *vid.* VOTVM. Liberari, ſimpliciter, pro Curari, Scribon. 18, 231. *it. de aere alieno*, Vlpian. l. 55 ff. de Solutionib. et liberat. Qui ſic ſoluit, vt reciperet, non liberatur. Culpae aliquem liberare Liu. 41, 19. Curae et tutelae liberari Vlpian. l. 50 D. de legat. 3. Liberare fidem ſuam, *Praeſtare promiſſum.* Cic. pro Flac. 46 c. 20 Ipſe tamen Fuſiis abſentibus, et fidem ſuam liberat. Flumen, Fretum liberare *pro traiicere: vid.* Frontin. Strat. 1, 4, 13. 1, 5, 3. 4, 7, 28. Hygin. Fab. 257. *vid. Viri docti ad* Frontin. *Salmaſ. ad* Solin. *p. 9. ed. nou. Schefferus ad* Hygin. *legendum putat* librato: *male.*

LIBERĀTVS, a, um. Plin. 22, 4 Liberatis obſidione, abominandoque exilio totis caſtris. Dominatu regio liberata reſpublica Cic. Tuſc. 4, 1. Poena bis liberatus Curt. 9, 7, 11. In Iudiciis liberatus Nepos 19, 2, 3. Liberata ponebant pro Effata, id eſt, locuta. Feſtus.

LIBERĀTOR, ōris. m. [ῥύστης] *Qui aliquem liberat.* Cic. ad Brut. 16 Non dicam pro liberatoribus orbis terrarum. Cic. Att. 14, 12 Quid cenſes, quum Romam puer venerit, vbi noſtri liberatores tuti eſſe non poſſunt? Orbis terrarum liberatores Curt. 3, 10, 5. Patriae liberatores Nepos 10, 10, 2. Vrbis liberator Liu. 1, 60.

LIBERATIO, ōnis. f. Cic. Q. Frat. 1, 1, 2 Poſſunt in pactionibus faciendis non legem ſpectare Cenſoriam, ſed potius commoditatem conficiendi negotii, et liberationem moleſtiae. Culpae liberatio Cic. pro Ligar. 1. Malorum liberatio Quinctil. 5, 10. Paullus l. 47 de V. S. Liberationis verbum eandem vim habet, quam ſolutionis. Idem l. 54 de Solutionibus et liberationibus, Solutionis verbum pertinet ad omnem liberationem quoquo modo factam, magisque ad ſubſtantiam obligationis refertur, quam ad numorum ſolutionem. *Et ipſum lemma ac titulus huius capitis Pandectarum* de Solutionibus et liberationibus *illud ex parte indicat.*

LĬBER, bri. m. [φλοιός] *Pars corticis interior, quae ligno adhaeret.* Caprifici liber Scribon. 1014. Salicis libri 252. Columel. 5, 10 Ita librum arboris inoleſcere ſinito. Virg. Ecl. 10, 67 Nec ſi quum moriens alta liber aret in vlmo. Idem Georg. 2, 77 Huc aliena ex arbore germen Includunt, vdoque docent inoleſcere libro. *Conf.* Colum. 4, 29. Plin. 13, 11. ¶ 2 Liber, [βίβλος, τεῦχος, λόγος, σύνταξις] *In quo ſcribimus, quia ante vſum chartae, de libris et corticibus arborum volumina compaginabantur. Vid.* Seru. in Virg. Aen. 11, 554. *Aliter tamen ſentit Salmaſius, qui ex Graeco* βίβλος *deducit, pro quo Aeoles* βίβλος, βλίβος, *vel* γλίβος dixerint. *Vid. eum de Modo vſurarum* c. 10 p. 406. *Sumitur autem non modo pro foliis et paginis, in quibus ſcribitur, ſed pro ipſa ſcriptura, argumento, verbis et cogitationibus* etc. Cic. Att. 9, 11 Demetrii librum de concordia tibi remiſi. Cic. Att. 4, 13. *extr.* De libris oratoriis factum eſt a me diligenter, diu multumque in manibus fuerunt, deſcribas licet. Plin. Epiſt. 1, 20, 8 Poſtea reciſa, ac purgata, in vnum librum, grandem quidem, vnum tamen coartaſſe, *de quibusdam Ciceronis orationibus ſ. actionibus maioribus.* Cic. Att. 15, 27 Librum tibi celeriter mittam de gloria. De Gloria *duos libros vno volumine ſcripſit* Cicero. *Sic* Virgilii Aeneis *in* duodecim libros *diſtincta eſt. Origo eius rei inde, quod vnus liber, ſ. volumen eſſet, ſ. codex, non niſi certum modum literarum et orationis adeo caperet.* Liber *etiam dicitur Oratio.* Cic. Att. 2, 1 Libros *appellat, quas paullo ante* Orationes *vocarat.* Iisdem, *inquit*, ex libris perſpicies, et quae geſſerim, et quae dixerim. *Quin et* Verrinas actiones, *et* orationes in Catilinam *ipſe* Libros *vocat.* Aſconius *quoque in* Verrinae tertiae argumento, In caeteris, *inquit*, orationibus defenſor futurus, accuſationis officium his libris, qui Verrinarum nomine nuncupantur, compenſare decreuit. *Paullo poſt*, Libros igitur pro qualitate criminum Tullius diuidens, *etc. Ibidem* tertiam Verrinam *quatuor locis* librum *vocat. Id quod facit et in* quartae Verrinae argumento. Cic. in Orat. 103. *de ſeptem Verrinis loquens*, Quod igitur in accuſationis ſeptem libris non reperitur genus? *De materia librorum* Martian. Capella 2 p. 35 Cernere erat, qui libri quantaque volumina, quot linguarum opera, ex ore virginis defluebant. Alia ex papyro, quae cedro perlita fuerant, videbantur; alii carbaſinis voluminibus complicati libri; ex ouillis multi quoque tergoribus; rari vero in Philyrae cortice ſubnotati. Erantque quidam ſacra nigredine colorati, quorum literae animantium credebantur effigies. *De externa conditione* Vlpian. l. 52 §. 5 de Legatis 3 Vnde non male quaeritur, ſi libri legati ſint, an contineantur nondum perſcripti, — ſed perſcripti nondum malleati vel ornati continebuntur: proinde et nondum conglutinati vel emendati continebuntur: ſed et membranae nondum conſutae continebuntur. Liber grandi volumine Gell. 14, 6. Liber et volumen Quinctil. 9, 4 *circa finem.* Multitudo librorum Sen. Ep. 2. Copia bona librorum Hor. Epiſt. 1, 18, 109. Carminum libri Hor. Epod. 17, 4. Liber de contemnenda morte, ſecundus de tolerando dolore Cic. de Diuin. 2. ¶ 3 *Epitheta:* Bonus liber melior eſt quisque, quo maior Plin. Epiſt. 1, 20, 4. Chronici, *vid.* CHRONICA. Inſignes Plin. Epiſt. 1, 10. Laborati, Lintei, Longi, Muſteus, *vid. hh. ll.* Plin. Epiſt. 3, 5, 10 Dicere ſolebat *Plinii auunculus*, Nullum eſſe librum tam Malum, vt non aliqua parte prodeſſet. Nobiles, vndique coëmpti Hor. Carm. 1, 29, 13. Subtiles tres et diligentes Plin. Epiſt. 5, 5, 3. Venoſus Perſ. Sat. 1, 76. *Vid.* Venoſus in VENA. Verax aperit praecordia Hor. Serm. 1, 4, 89. Colligere librum, *vid.* COLLIGO. Comparare libros in aliquid Quinctil. 1. prooem. Componere librum, Conficere librum, Coniicere in librum, *vid. hh. vv.* Cic. Fam. 6, 7 Ego filio dixeram librum tibi legeret, et auferret: aut ea conditione daret, ſi reciperes te Correcturum, hoc eſt, ſi totum alium faceres. Ibid. *in fine*, Quod ad librum attinet, quem tibi filius dabit, peto a te, ne exeat: aut ita Corrigas, ne mihi nòceat. Hor. Serm. 2, 1, 31 Ille velut fidis arcana ſodalibus olim Credebat libris. Edere libros de re aliqua Quinctil. 6, 3. Edidit librum, non eſſe Caeſaris filium, quem Cleopatra dicat, *etc.* Suet. in Iul. c. 52. Emittere librum de re aliqua Quinctil. 6 prooem. Quinctil. 1. pr. 7 Duo iam ſub nomine meo libri ferebantur artis rhetoricae — Namque alterum ſermone per biduum habito, pueri, quibus id praeſtabatur, Exceperant. Exit liber *v. h. v.* Habemus nos autem in libris, non modo, *etc.* Cic. Att. 9, 11. Inchoare libros et conficere, Incidere in libros alicuius, Inſcribere quidquam in libro, *vid. hh. vv.* Quinctil. 3, 5 Sunt tamen Inſcripti nomine Hermagorae libri. Hor. Epiſt. 2, 2, 83 Et ſtudiis annos ſeptem dedit, Inſenuitque Libris, et curis. Peruolutare libros Cic. Att. 5, 12. Portare faſciculum librorum Hor. Epiſt. 1, 13, 13. Cic. de Orat. 1, 94 Scripſi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente et inuito excidit. Voluere libros Claud. de Nupt. Honor. 232. Voluendi ſunt libri Catonis Cic. de Clar. Orat. 198. Vulgare librum Quinctil. 1 prooem. ¶ 4 *Obſeruationes aliquot addimus: In* Libros *colligebantur epiſtolae negotioſae:* Cic. Verr. 3, 167 Miſit in Siciliam literas ad Carpinatium, quas ego Syracuſis apud Carpinatium in literarum allatarum libris, Romae in literarum miſſarum (libris) apud magiſtrum Tullium familiarem tuum inueni. Allatarum *libri forte ipſa prima exempla authentica habebant;* miſſarum, *exempla deſcripta ante quam mitterentur. Sic Ciceronis epiſtolae ad diuerſos in claſſes redactae: ad Atticum pro temporis ratione diſpoſitae.* Liber *pro Epiſtola ponitur* a Nepote 6, 4, 2 Librum grauem multis verbis conſcripſit, *etc.* Librorum *nomine interdum* κατ' ἐξοχὴν *Sibyllinos intelligebant* Liu. 3, 10. *it.* 21, 62.

LIBELLVS, i. m. Dimin. [βιβλίον, γραμμάτιον, δέλτος, πυκτίς] *Non modo liber paruus eſt, ſed vnumquodque paruum ſcriptum, etiamſi vnius folii, Fabellae, paginaeue ſit, et paucorum adeo verſuum, vt* Cic. pro Arch. 25 c. 10 Cum ei malus Poëta de populo libellum ſubieciſſet, quod epigramma in eum feciſſet tantummodo alternis verſibus longiuſculis. *Ita* Statius Silu. 1 praef. Libellos *vocat ſingulas eclogas eius libri. Et* Auſonius quartum *bodie* Idyllium *ſuum* libellum *in praemiſſa* Epiſtola *appellat. Sic* Cic. *ad* Planc. Att. 16, 16 Atticus libellum compoſuit: eum mihi dedit, vt darem Caeſari; eram autem coenaturus apud eum illo die: quum libellum Caeſari dedi, probauit cauſam: ſcripſit Attico aequa eum poſtulare. Argutus, *vid. h. v. ſub* ARGVO. Aureolus, *vid. ſub* AVRVM. Doctus Martial. 10, 19. Famoſus, *vid.* Famoſus, *in* FAMA. Lepidus nouus Catull. 1, 1. Macer, *vid.* MACER. Obſignatus Plaut. Pſeud. 2, 4, 16. Ruſticulus non nimis Martial. 10, 19. Sacri Iuuen. 13, 19. Seuerus parum Martial. 10, 19. Supplices Martial. 8, 31. Triſtes Propert. 1, 9, 13. Curare libellos recognoſcendos, emendandoſque Plin. Epiſt. 4, 26. Dedicare libellos, *vid.* DEDICO. Deiicere libellos *is ſolebat, qui creditoribus ſe obligare paratus erat, vel ſoluere parabat, vel denique eum, cuius bona proſcribebantur, defendere volebat.* Libellus *enim eſt programma ſ. tabula, qua proſcribuntur bona.* Cic. *pro* Quint. 61 c. 19 Libellos Sex. Alphenus procurator P. Quintii familiaris et propinquus Sex. Naeuii deiicit. *Add.* 27 c. 6. *et* 50 c. 15. Seneca, *de* Benef. 4, 12. *Et* ſuſpenſis amici bonis libellum deiicio, creditoribus eius me obligaturus. Dare libellos de re aliqua Quinctil. 1, 7. Plin. Epiſt. 1, 2 Libelli, quos emiſimus, dicuntur in manibus eſſe. Libello ipſe Fatetur Scribon. 97. Innoteſcere libellis alicuius Ouid. Amor. 3, 12, 7. Proferre libellos Tacit. Ann. 2, 30. *pr. Add.* Liu. 29, 19. *extr. vbi inter Scipionis crimina* Libellis palaeſtraeque operam dare. Scriptus ad Caeſarem libellus Scribon. 97. *i. inſcriptus. Id. Epiſt. fin.* Libellorum neceſſarius admodum numerus nos Sequitur. Libellus, *dicitur quam vulgus Supplicationem appellat.* Sueton. Aug. c. 53 Promiſcuis ſalutationibus admittebat et plebem, tanta comitate adeuntium deſideria excipiens, vt quendam ioco corripuerit, quod ſic ſibi libellum porrigere dubitaret, quaſi elephanto ſtipem. Poſtulationum libelli Plin. Ep. 10, 81. Signare libellos, *vel* ſubnotare Suet. in Aug.

in Aug. c. 1. Plin. Epiſt. 1, 10. Martial. 8, 31 Idem ſupplicibus vacat libellis. A libellis, *dicti* magiſtri, *qui principi in hoc negotio ſubſeruiunt, nempe vt ſupplices libellos miniſtrent.* Suet. in Domit. c. 14 Epaphroditum a libellis capitali poena condemnauit. Lampridius in Alexandro c. 31 Poſtmeridianis horis ſubſcriptioni et lectioni epiſtolarum ſemper dedit operam, ita vt ab epiſtolis, a libellis, et a memoria ſemper aſſiſterent. *Add.* Grut. Inſcr. p. 587, 9. *et* 10. *vbi etiam* a Libellis adiutor *eſt* n. 7. Triphonius in l. Reſcriptum. D. de diſtractione pignorum, Reſcriptum eſt ab imperatore libellos agente Papiniano. *i. Libellis apud imperatorem praefecto. Budaeus.* Libelli *ſpeciatim dicebantur ſcripta, quibus accuſationes conſignatae erant, vid. Colum. ad* Apul. Apol. *pr.* p. 232. Libelli coniurationem nunciantes dati neque lecti Vell. 2, 57, 2. Libellus, *pro Commentario, quam Memoriam vulgo vocant.* Quinctil. 12, 8 Peſſimae vero conſuetudinis eſt libellis eſſe contentum, quos componit aut litigator, qui confugit ad patronum, aut alii ex genere aduocatorum. *Add.* Cic. Philip. 1, 16. Gladiatorum libelli Cic. Phil. 2, 97 c. 38. *in quibus dies muneris, itemque nomina et paria gladiatorum fuiſſe videntur. Illuſtrat* Lipſius Saturn. 2, 18. Suet. in Iul. Caeſ. c. 56 Epiſtolae quoque eius ad Senatum extant, quas primum videtur ad paginas et formam memorialis libelli conuertiſſe, cum antea COSS. et duces non niſi transuerſa charta ſcriptos mitterent: *Oblongi igitur videntur fuiſſe* libelli memoriales. Libellus, *quam citationem vocant.* Plaut. Curc. 1, 3, 6 Vbi tu es, qui me libello Venerio citaſti? ecce me: ſiſto: ades contra. Libelli, *pro Literis, vel etiam edictis,* Cic. Fam. 11, 11 Nec de Planco quidem ſpem adhuc abiecit, vt ex libellis eius animaduerti. Cic. Verr. 2, 183 Recita mihi quaeſo, hunc primum libellum, deinde illum alterum libellum Canuleii. *Reſpicit ad* Libellos ab L. Canuleio miſſos ſociis ex portu Syracuſis, in quibus erat ratio ſcripta menſium complurium rerum exportatarum iſtius nomine ſine portorio. *Sed etiam* Libellus, *Epiſtola eſt aſſertoria, quam vulgo Certificationem vocamus, vt quas tributorum et vectigalium immunes ad publicanos deſtinare ſolent, ne pro vectura res ſuas advehentes importanteſue inhibeant.* Paullus in l. Si publicanus. De publicanis, Significet id libello manu ſua ſubſcripto, eumque ad publicanum mittat. *Budaeus.* Libellum *pro Taberna libraria poſuit* Catull. 56, 3 Te campo quaeſiuimus minore Te in circo, te in omnibus libellis. *Vid. ibi Scalig.* et *Iſ. Voſſ. it. Voſſ. pater Inſt. Orat.* 4 p. 131. ¶ 2 *Videtur quibusdam* Libellus, *Genus menſurae apud* Caton. R. R. 15 Parietes villae ſi locet in pedes centum, id eſt, pedes denos quoquoverſum, habeat libellum in pedes quinos, et perticam vnam pedum III. CIX. *Sed locus eſt corruptiſſimus. Aliis videtur* Libellus, *res culinae* Apic. 7, 1. *Liſter. vero leg.* lumbelli.

LIBELLŬLVS, i. m. Dimin. Mart. Capell. 3 p. 71 Quantum ſolo inditum libellulo.

LIBELLATĬCVS, *Quis eſſet in veteri Eccleſia, vt intelligatur, ſatis erit poſuiſſe vnum locum* Cypriani Epiſt. 55 *qui totam rem continet,* Cum ergo inter ipſos, qui ſacrificant (*idolis, quos* turificatos *dicebant*) multa ſit diuerſitas: quae inclementia eſt, et quam acerba duritia, libellaticos cum iis, qui ſacrificarint, iungere? Quando is, cui libellus acceptus eſt, dicat: Ego prius legeram, et Epiſcopo tractante cognoueram, non ſacrificandum idolis, nec ſimulacra ſeruum dei adorare debere: et idcirco ne hoc facerem, quod non licebat, (cum occaſio libelli fuiſſet oblata, quem nec ipſum acciperem, niſi oſtenſa fuiſſet occaſio) ad magiſtratum vel veni, vel alio eunte mandaui: Chriſtianum me eſſe, ſacrificare mihi non licere, ad aras diaboli me venire non poſſe (*rhetoricatur* Cyprianus: *nemo iſtud ſcripſit totidem verbis, ſed hoc potuit, debuit, cogitare*) dare me ob hoc praemium, ne quod non licet faciam. Nunc tamen etiam iſte, qui libello maculatus eſt, poſteaquam nobis admonentibus didicit, nec hoc ſe facere debuiſſe — flet auditis nobis, et lamentatur *etc. Eſt igitur* Libellaticus, cui libellus acceptus eſt, *h. e. qui libellum a magiſtratu accepit ſua pecunia redemtum, quo teſtaretur, falſo quidem, magiſtratus, ipſum ſacrificaſſe, i. Chriſtum illo ritu abnegaſſe, vt tutus ſit deinde a quaeſitorum aliorum iniuriis.*

LIBELLENSIS, is. m. *Qui libellis praeeſt aut ſuſcipiendis aut recitandis.* l. 32. Cod. de Appell.

LIBELLĀRIS, e. Sidon. Epiſt. 9, 11 Opus libellare conficere.

LIBELLARIVM, i. n. *Ciſta vel capſa, in qua conditi ſeruantur libelli.* Cic. pro Milon. 33 c. 12 Exhibe libellarium illud. *Sic Pareus Lex. Crit. h. v. Alii legunt* Librarium.

LIBELLIO, ōnis. m. *Minutus paruorum librorum inſtitor, qui et* Librariolus dici poſſit. Stat. Silu. 4, 9, 21 Capſae miſeri libellionis *mentionem facit, de qua emtus ſit liber.* Gloſſ. Vet. Libellio, librarius, βιβλιοπώλης, βιβλιογράφος. *Sed* Onomaſt. Gr. Lat. *Vulcanii,* Libelliones γραμματεῖς. Varro *ap.* Non. 2, 499 Tum ad me fuerunt, quod libellionem eſſe ſciebant. *Quo loco videtur ſignificare librorum amatorem, et heluonem, vocabulo* ὑποκοριστικῷ *et ioci cauſa ad contemtum detorto.*

LIBRARIVS, i. m. [βιβλιογράφος] *Qui libros transſcribit.* Cic. pro Lege Agr. 14 Aliquando tandem me deſignato lex in publicum proponitur: concurrunt iuſſu meo plures vno tempore librarii, deſcriptam legem ad me afferunt *Add.* Id. Fam. 16, 21. *et* Att. 6, 6. Mendoſus librarius, *vid.* MENDA. Scrinia librariorum Catul. 14, 17. Liu. 38, 55 In L. Scipione malim equidem librarii mendum, quam mendacium ſcriptoris eſſe in ſumma auri atque argenti. Cic. Agrar. 2, 13 c. 5 Lex in publicum proponitur. Concurrunt iuſſu meo plures vno tempore librarii: deſcriptam legem ad me afferunt.

LIBRARIOLVS, i. m. Dimin. [βιβλιογραφύλλιον] *Pro Seruulo a manu.* Cic. Att. 4, 4 Etiam vellem mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio vtatur glutinatoribus. *Et* de Legib. 1, 7 c. 2 Cuius loquacitas habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex illa erudita Graecorum copia, ſed ex librariolis Latinis.

LIBRARIVS, a, um. Adi. [γραφικὸς] *Quod ad libros pertinet.* Plin. 35, 6 Omne autem atramentum ſole perficitur, librarium gummi, tectorium glutino admiſto. Scriptor librarius Hor. de Arte Poët. 354. Cic. Philipp. 2, 21 c. 9 Niſi ſe ſub ſcalas tabernae librariae conieciſſet.

LIBRARIVM, i. n. *Ciſta, in qua ſeruantur libri.* Cic. in Orat. pro Milon. 33 c. 12 Exhibe quaeſo, Sex. Clodi, exhibe librarium illud legum veſtrarum, quod te aiunt eripuiſſe e domo. *Alii legunt* Libellarium.

LIBRARIA, ae. f. [βιβλιοθήκη] *Locus, in quo reponuntur libri. Graece Bibliotheca.* Gell. 5, 4 Apud Sigillaria forte in libraria ego et Iulius Paullus Poëta, vir memoria noſtra doctiſſimus, conſederamus.

LIBRARIVS, *a Libra, vid.* LIBRA.

LIBRICŎLA, ae. m. Sariſb. in Carm. Nummipetae cum libricolis nequeunt ſimul eſſe.

LIBRĬGER, ĕra, ĕrum. *Qui libros portat.* Paullin. Nolanus Epiſt. 28, (9) 4 Poſtulaſti per eundem librigerum, *etc.*

LIBET, *ſ.* LVBET (*quod conf.*) libuit *vel* libĭtum eſt. Imperſ. [ἀρέσκει] *Idem quod Placet:* a Labendo, *vt* Varro *inquit* de L. L. 5, 6 quod vt lubrica mens prolabitur. Faxis, vt libeat quod eſt neceſſe Auſon. 7 Sapp. in Periandro. Minimum decet libere, cui multum licet Sen. Troad. v. 336. Deſurgere libet Scribon. 142. Hoc loco libet Interponere Nep. 16, 3, 1. Non libet mihi deplorare vitam, quod multi fecerunt Cic. de Senect. 84. *Et* Att. 2, 18 De Repub. non libet plura ſcribere. Inſanire libet tibi Virg. Ecl. 3, 36. Cic. de Nat. Deor. 1, 82 Vt mihi quidem admirari liberet, in homine eſſe Romano, *etc.* Cic. Att. 14, 21 Cui facile perſuaſi, mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modo non libere. Libet, *perſonaliter poſitum:* Cic. de Fin. 2 Aut quod eſſet natura appetendum, aut quod prodeſſet, aut quod iuuaret, aut quod liberet. Sueton. in Iul. Caeſ. c. 20 Caetera, item quae cuique libuiſſent. ¶ 2 *Paſſ.* Libitum eſt *pro* libet: Quae facere meo animo libitum eſt Ter. Andr. 1, 5, 28. *Add.* Id. Phorm. 5, 7, 77. Si libitum fuerit Id. Andr. 1, 3, 8. Mihi libitum eſt Plaut. Curc. 5, 2, 28. Vt libitum eſt Id. Bacch. 5, 1, 9. Ter. Adel. 5, 1, 4 Prodeambulare huc libitum eſt. Cic. de Orat. 2, 348 De quo genere libitum eſt mihi paullo plura quam oſtenderem dicere. ¶ 3 *A librariis permutantur* libet *et* licet: *vid. Drackenb. ad* Sil. 15, 188.

LIBENS, ſ. LVBENS, *quod conf.* entis. [ἄσμενος] *Volens, facilis.* Cic. Fam. 13, 65 Conſecutus es, vt libentiſſimis Graecis nutu quod velis conſequare. Cic. pro Cluent. 6 c. 2 Eamque animis veſtris aut libentibus aut aequis remittatis. Liu. 29, 8 Vt modicas iniurias non aequo modo animo pati, ſed proprie libenti videri poſſent. *Al.* lubenti. Animis libentiſſimis aliquem recipere Caeſ. B. C. 1, 15. Cic. pro Lege Agr. 1, 48 Quam ego dignitatem etſi libente illo, tamen abſente illo per vos conſecutus ſum. Cic. Att. 10, 4 Si vera ſunt, ignoſces; ſi falſa, me libente eripies mihi hunc errorem. Cic. Att. 4, 2 Illam porticum redemtores ſtatim ſunt demoliti libentiſſimis omnibus. Libens, pro Libenter, *auctore* Donato. Ter. Andr. 2, 1, 39 Fugin' hinc? B. ego vero ac lubens. Morior libens Ouid. Met. 14, 721.

LIBENTIA, ae. f. [ἡδυπάθεια] *Voluptas, gratia.* Gell. 15, 2 Cui libentiae gratiaeque omnes conuiuiorum incognitae ſint. *i. Complacentiae, voluptates, quaſi libidines quaedam decentes.*

LIBENTER. Adu. [ἀσμένως, ἡδέως] *Aequo animo.* Cic. de Legib. 2, 1 Illo loco libentiſſime ſoleo vti. Dare libentiſſime Cic. Verr. 4 c. 27. Audire quem libentiſſime Sen. Ep. 30. Studioſe libenterque Audire Cic. Diu. in Verr. c. 12 Non libenter Erat ante oculos ciuium ſuorum Nep. 12, 3, 2. Cic. Att. 2, 1 Quanquam illa tua (legi enim libenter) horridula mihi atque inconita viſa ſunt. Ter. Eun. 5, 9, 44 Et libenter viuis, etenim bene libenter victitas. *Vbi* Donatus; Libenter viuis, *i.* Bonorum ciborum edax es. Cato c. 156 Si voles in conuiuio multum bibere, coenareque libenter, ante coenam eſto crudam quantum voles ex aceto. *De Braſſica loquitur. Conf.* Enn. *ap.* Gell. 12, 4. Qui dormiunt libenter, ſine lucro et cum malo quieſcunt Plaut. Rud. 4, 2, 18. Cauſam puto cur huc libentius venias Cic. de Legg. 2 c. 2. *Compar.* Hor. Epiſt. 2, 1, 262 Diſcit enim citius, meminitque libentius illud Quod quis deridet, quam quod probat, et veneratur.

LIBENTINA, ae. f. *Dea libidinis, Venus.* Auguſtin. de Ciu. Dei 4, 8 Libentinae nomen a libidine. *Conf.* Varr. de L. L. 5, 6. Arnob. p. 132.

LIBITVM, *ſ.* LVBITVM, i. n. *Et* LIBITVS *ſ.* LVBITVS, ûs. m. *Sic vulgo dicitur* pro lubitu, ad libitum. Vsque ad libita Pallantis prouoluta Tac. Ann. 14, 2, 4. *Add.* ib. 6, 1. *extr. et* 12, 6, 3. Qui faciunt libita ſibi Tertull. de idolol. c. 4. *huc etiam a nonnullis referuntur alia loca, quae tamen melius imperſonaliter accipi videntur: vid.* LIBET.

LIBIDO, ſ. LVBIDO, *quod conf.* ĭnis. f. [ἐπιθυμία, λαγνεία] Eſt (*auctore* Donato ad Hec. 2, 2, 3) quaelibet Voluntas temere ſuſcepta. Inteſtini libido Scribon. 142. Incitata libidine, ipſius morbi 112. *i.* Deſiderium. *Add. quae Rhodius collegit in Lex. Scribon.* Cic. Tuſc. 4, 12 Voluntas eſt, quae quid cum ratione deſiderat: quae autem ratione aduerſa incitata eſt vehementius, ea libido eſt, vel cupiditas effrenata, quae in omnibus ſtultis inuenitur. Plaut. Epid. 1, 1, 87 Nequam homo es Epidice, cui libido eſt male loqui. Audacter, ſi libido eſt perdere Plaut. Perſ. 2, 2, 6. Magis libido eſt, obſeruare quid agat: ei rei operam dabo Plaut. Trin. 4, 2, 23. Ter. Heaut. 2, 1, 4 Ex ſua libidine moderantur, quae nunc eſt, non quae olim fuit. ¶ 2 *Speciali tamen et velut propria ſignificatione ad venereas voluptates earumque cupiditatem pertinet.* Quum ſint multarum rerum libidines, tamen quum libido dicitur, neque cuius rei libido ſit additur, non fere ſolet alia occurrere, niſi illa, qua obſcoenae partes corporis excitantur Auguſtin. de C. D. 14, 16. Cic. de Prouinc. Conſ. 8 Lateant libidines eius illae tenebricoſae, quas fronte et ſupercilio, non pudore et temperantia contegebat. Inuaſit libido pleroſque, *vid.* INVADO. Vbi libido dominatur, innocentiae leue praeſidium eſt Cic. in Orat. c. 65. Foedus ac maculoſus auaritia et libidine Tacit. Hiſt. 1, 7. Miniſter libidinum, *vid.* MINISTRO. Adulandi Tac. . . . Aſſentandi Tac. . . . Damnoſa libido Hor. Epiſt. 2, 1, 107. Dira Lucret. 4, 708. *et* Perſ. 3, 36. Epularum Tac. . . . Feminea Ouid. de Arte Am. 1, 341. Furioſa Ouid. de Arte Am. 1, 281. Importuniſſimae libidines, *vid.* IMPORTVNVS. Inextinctae libidinis homo Ouid. Faſt. 1, 413. Intoleranda, *vid.* INTOLERANDVS. Mala Liu. 1, 57. *extr.* Maſculae libidinis femina Hor. Epod. 5, 41. Potens Senec. Octau. 7. Saeua habendi Lucan. ad Piſon. 208. Sanguinis Tac. . . . Tetra Hor. Serm. 1, 2, 33. Vetita Ouid. Met. 9, 576. Vitioſa Hor. Epiſt. 1, 1, 85. Vlciſcendi Cic. Tuſc. 4, . . *i. ira.* Gerere res libidine, non ratione Cic. pro Quint. 14 c. 4. ¶ 3 *Verborum formulae:* Amittere libidinem, *vid.* AMITTO. Capit aliquem libido Liu. 1, 57. *extr.* Commeant libidines, Conſtringi libidinibus, Contegere libidines. Dedere ſe libidinibus, *vid. ſſ. ll.* Plerasque res fortuna Ex lubidine ſua agitat Salluſt. de ord. rep. orat. 2, *pr.* Exſtimulat innata libido hunc Ouid. Met. 6, 458. Facere delicias et libidines in vno Catul. 43, 24. Inuaſit libido plerosque. Obſiſtere libidini. Occluſa libido contumeliis, *vid. ſſ. vv.* Quaſi Per lubidinem dari Sall. de ord. rep. orat. 1. *pr.* Regnat ebrietas geminata libidine Ouid. Met. 12, 226. Rumpere aſſiduis libidinibus membra Propert. 2, 16, 14. ¶ 4 Libido, *Voluntas hominis incerti ac leuis.* Id libido eſt ſemel Plaut. Epid. 2, 2, 56. Fortaſſe aliquando iniquior praeter eius libidinem Ter. Heaut. 1, 2, 27. *vid.*

vid. Drakenb. ad Sil. 11, 312. Ter. Phorm. 4, 5, 4 At matura, dum libido eadem haec manet. Donat. Ad noſtrum arbitrium, libidinemque aduerſariorum minas eludamus Cic. Verr. 2, 10. *Sic* de Fin. 2. Nam et ipſa declinatio ad libidinem fingitur. Libido, *in bonam partem accepta.* Salluſt. in Catil. 7, 4 Magisque in decoris armis, et militaribus equis, quam in ſcortis et conuiuiis libidinem habebant. Id. ad Caeſ. De repub. ordinanda ad finem orationis, Quod ſi tibi bona libido fuerit patriae, et parentibus gratificandi, *etc.*

LIBIDINEVS, a, um. *pro libidinoſus*, Cathol.

LIBIDINOSVS, a, um. Adi. [ἀσελγὴς, ἀκόλαστος, ἀφροδισιαστικὸς] *Qui in libidinem propenſus eſt.* Caper Hor. Epod. 10, 23. Dapes, *i. Curioſae et exquiſitae* Columel. Praefat. 10. Eloquentia Quinctil. 5, 12. Sententiae Cic. pro Domo 4. *i. Quae pro libidine cuiusque feruntur.* *Sic* in Piſon. c. 36 Libidinoſiſſimae reorum liberationes. Voluptas libidinoſa Cic. de Fin. 1, 59 c. 18. Libidinoſus, *Pronus ad Venerem, ſiue appetentiſſimus Veneris.* Cic. de Senect. 29 c. 9 Libidinoſa etenim et intemperans adoleſcentia, effoetum corpus tradit ſenectuti. Plin. 11, 39 Libidinoſiores hominum quoque hirtos colligens. Libidinoſior Anacreon an ebrioſior vixerit Sen. Epiſt. 88. Nihil ſcitote eſſe luxurioſius, nihil libidinoſius (*illo homine*) Cic. in Piſ. c. 27. Libidinoſiſſima Mulier Cic. Verr. 5 c. 33.

LIBIDINŌSE. Adu. [ἀκολάστως] *Appetenter.* Salluſt. Catil. 51, 30 Poſt vbi paullatim licentia creuit, iuxta bonos et malos libidinoſe interficere. Cic. Diuinat. in Verr. 1, 38 c. 12 Vt quae ille libidinoſe, quae nefarie, quae crudeliter fecerit. Libidinoſe et crudeliter Liu. 3, 56. *Comparat.* Libidinoſius ſaeuire Tertull. de Monogam. 16.

LIBIDĬNOR, āri. [ἀκολασταίνω] *Libidinoſe ſe gerere.* Sueton. in Neron. c. 28 *ad finem*, Olim etiam quoties lectica cum matre veheretur, libidinatum inceſte, ac maculis veſtis proditum affirmant. *Conf.* Martial. 7, 66. Abeunt libidinatum ad filias Moab Tertull. adu. Gnoſt. c. 3.

LIBIDINITAS, atis. f. *Libido.* Libidinitate labitur Laber. *ap.* Non. 8, 61.

LIBĒTHRVS, i. m. [Λίβηθρον] *Videtur eſſe Mons Macedoniae habens ad radicem Pimpleam fontem. Vnde* Muſae *dicuntur* Libethrides. *Strabo ſcribit* Libethrum *eſſe locum Thraciae, ex quo nonnulli, qui Boeotiae partem migraſſent, vbi Parnaſſus, eodem nomine Libethrum dicarunt. apud* Plin. 4, 9 *pr. eſt* Libethra, n. plur. *Etiam* Mela 2, 3, 25 Hic (*in Theſſalia*) ſacro nemore nobilia Tempe: hic Libethra, carminum fontes.

LIBETHRĬDES, um. f. pl. *Muſae, nymphae.* Virg. Ecl. 7, 21 Nymphae, noſter amor, Libethrides.

LIBIDINOSVS, LIBIDO, *vid.* LIBET.

LIBITĪNA, ae. f. *Dea eſt, quam alii Proſerpinam, alii Venerem dicunt: in cuius templo vendebantur et locabantur ea, quae ad ſepulturam pertinent, vt docet Plutarchus in Problematis 23. Add.* Scholiaſt. Ined. Iuuenal. 12, 122. Peſtilentia vnius auctumni qua triginta funerum millia in rationem Libitinae venerunt Sueton. Ner. c. 29. Liu. 40, 19 *pr.* In vrbe tanta fuit peſtilentia, vt tunc vix Libitina ſufficeret. *Ad ſuppeditanda ſcilicet funeribus neceſſaria. Vel, Operae libitinariorum, vt vult Budaeus. Sic* Valer. Max. 5, 2, 10 Qui tunc Libitinam exercebant, *etc.* Hor. Serm. 2, 6, 19 Autumnusque grauis Libitinae quaeſtus acerbae. Si Libitinam euaſerit aeger Iuuenal. 12, 122. *Conf.* Martial. 10, 97. Libitina, *pro Morte*, Hor. Carm. 3, 30, 6 — Multaque pars mei Vitabit Libitinam, *vid. h. l.* Acron. *Add.* Sidon. Epiſt. 2, 8. ¶ 2 *Pro mali ominis hominibus poni ap.* Apul. Flor. p. 345, 6. *videntur* Libitinae *vel* Libitini *forte.*

LIBITINARIVS, i. m. [ἐνταφιαστὴς Gloſſ. Lat. Gr. ἐνταφιοπώλης, νεκροθάπτης Gloſſ. Gr. Lat.] *Qui Libitinae praeeſt, ſeu qui conducit funera, aut qui curam ſepeliendorum cadauerum habet.* Vlpian. in l. 55, 8 Quicunque D. de Inſtitoria actione, Si libitinarius (quem Graeci κτερισὴν vocant) ſeruum pollinctorum habuerit, isque mortuum ſpoliauerit, dandam in eum quaſi inſtitoriam actionem. *Meminit et* Seneca de Benef. 6, 38. Petron. c. 38 *et* 78.

LIBITINENSIS, e. *Ad libitinam ſpectans*; Porta libitinenſis, *per quam ex Amphitheatro cadauera interfectorum gladiatorum efferrebantur* Lamprid. Commodo c. 16.

LIBITONARIVM, *vid.* LEVITONARIVM.

LĪBO, āre. [λείβω, σπένδω] *Eſt Leuiter deguſtare, et quaſi Primis labris attingere. Dictum, vt quidam putant, a Labiis, quaſi* Labiare. *Sed non dubie eſt a Graeco λείβω.* Libat, ἀπάρχεται, σπένδει Gloſſ. Vet. Virg. Georg. 4, 54 Purpureoſque metunt flores, et flumina libant, *de apibus.* Nulla nec Amnem Libauit quadrupes Id. Ecl. 5, 26. Cibum libare digitis Ouid. de Arte Am. 1, 577. Dapes libare *dicitur Serpens* Virg. Aen. 5, 92. *i. deguſtare, et ſic imminuere: quam ſignificationem habet* Lucret. 5, 261 Ergo terra tibi libatur, et aucta recreſcit. *Et* 569 Illa ipſa interualla nihil de corpore libant. *Nec opus eſt* limant *vel* librant *cum Lambino reponere.* ¶ 2 *Praecipue tamen ad ſacrificia refertur, in quantum particula rei vel liquidae patera defuſa, vel ſolidae decerpta, in ignem iniicitur. Sic* libare Fontem deae Prop. 4, 4, 15. Honorem laticum libauit Virg. Aen. 1, 740. Merum libatum Propert. 3, 15, 38. *de maſſa decerptum DIs dicare.* Virg. Aen. 7, 133 Nunc pateras libate Ioui. In menſam laeti libant diuosque precantur Idem ibid. 8, 279. Tibull. 1, 1, 13 Pomum libatum. Liu. 39, 43 Vbi libare diis dapes, vbi bene precari mos eſſet, *etc.* Gell. 2, 7 Sollemni die Ioui epulum libaretur. *Sic* Cic. de Legib. 2, 19. Pateris altaria libant Virg. Aen. 12, 174. *Hinc metaphor.* Lacrimas libare alicui defuncto Ouid. ex Pont. 1, 9, 41. Memoriae defunctorum Vino mero libare Apul. Met. 4. Tura libare diis Ouid. ex Pont. 4, 8, 39. Vuam libare deo Tibul. 1, 10, 21. *conf. Drakenb. ad* Sil. 11, 302. ¶ 3 *Parit alias quoque metaphoras ex contextu facile intelligendas, v. g.* Auct. ad Her. 4, 5 c. 3 Vide ne facias impudenter, qui tuo nomini velis ex aliorum laboribus libare Laudem, *i. decerpere.* Virg. Aen. 1, 260 Oſcula libauit natae, *molliter, quaſi deguſtandi cauſa, attigit.* Ouid. Epiſt. 2, 115 Virginitas libata, *i. imminuta. Sic* Libare, *Excerpere legendo auctores, et quod ſibi vtile eſt tranſſumere* Cic. Tuſc. 5, 82 c. 29 Sed a te impetrarim libenter, vt niſi moleſtum ſit, quoniam nulla vincula te impediunt vllius certae diſciplinae, libasque ex omnibus, quodcunque te maxime ſpecie veritatis mouet. *Add.* Idem de Orat. 1, 218. Plin. 7, 37 Variarum artium ſciéntia innumerabiles enituere, quos tamen attingi par ſit florem hominum libantibus. *i. Praecipuos referentibus.* Cic. de Inuent. 2, 4 Omnibus vnum in locum coactis ſcriptoribus, quod quisque commodiſſime praecipere videbatur, excerpſimus, et ex variis ingeniis excellentiſſima quaeque libauimus. Libare *pro perſtringere ferro, Drakenborch. ad* Sil. 9, 523.

LIBANS, antis. Virg. Georg. 2, 529 Te libans, Lenaee, vocat, *etc.* Carcheſia libans Id. Aen. 5, 77.

LIBĀTVS, a, um. Partic. [σπεισθεὶς] *Quaſi decerptus ſiue excerptus.* Cic. de Diuin. 2, 26 c. 11 Naturale (genus diuinationis eſſe dicebas) quod animus arriperet, aut exciperet, extrinſecus ex diuinitate, vnde omnes animos hauſtos, aut acceptos, aut libatos haberemus. *Reſpicit ad* Diu. 1, 110 c. 49 A natura deorum libatos animos habemus. Cibi libati ore alicuius, *i. Praeguſtati.* Ouid. Amor. 1, 4, 34. Potio libata guſtu, *i. Guſtu explorata.* Tacit. Ann. 13, 16. Liu. 21, 29 Integro bello nunquam antea libatis viribus Italiam aggrediendam cenſent *i. attenuatis.* Lucret. 3, 214 Nil ibi libatum de toto corpore cernas. *Et* 716 Partibus amiſſis quoniam libata receſſit. *Sacrificatus* Tibull. 1, 1, 19 Et quodcunque mihi pomum nouus educat annus, Libatum agricolae ponitur ante deo.

LIBĀMEN, ĭnis. n. [σπονδὴ] LIBAMENTVM, i. n. et LIBATIO, onis. f. *pro eodem ſumuntur: ſignificantque Quidquid in ſacris libatur. A* Libero *patre, qui primus Ioui libarit, deriuat ludens* Ouid. Faſt. 3, 733 Nomine ab auctoris ducunt libamina nomen; *qui cum addit,* Libaque, quod ſacris pars datur inde focis, *veriorem originem ipſe fateri videtur.* Cic. de Legib. 2, 29 c. 12 Quod tempus ſacrificiorum libamenta ſeruentur, foetuſque pecorum. Cumulat pingui libamine flammam Valer. Argon. 1, 204. Ferre libamenta ad aras Stat. Silu. 3, 1, 164. Imponit libamina prima ignibus ſacris Virg. Aen. 6, 246. *Metaph.* Ouid. Her. 2, 130 *Phaedra ad Hippolytum* Tu noua ſeruatae carpes libamina famae *primus deguſtabis pudicitiam adhuc ſeruatam, atque imminues.* Famae libamina Ouid. Epiſt. 4, 27.

LIBATIO, ōnis. f. [λοιβὴ] *Sacrificatio, vel ea deguſtatio, quae in ſacrificiis DIs offerri videbatur. Nam qui de hoſtia aut quocunque cibi aut potus genere aliquid ſeparatum in ignem mittit, ille hoc agere videtur, vt primitias et guſtum quendam ſuorum bonorum DIs impertiat.* Cic. de Aruſp. Reſp. 21 c. 9 Te appello Lentule, tui ſacerdotii ſunt tenſae, curricula, praecentio, ludi, libationes, epulaeque ludorum publicorum. Apul. de mundo p. 74. Elmenh. Diis ſacrificatur, Geniis miniſtratur, Obiis (*al.* obitis) libatio profunditur. *Add.* Lipſius Poliorc. 5, 10.

LIBĀTOR, ōris. m. *Apud* Auguſtinum.

LIBATORIVM, i. n. *Crater, quo funditur libamen in ſacris* 3 Eſdr. 2, 13. *et* 1 Maccab. 1, 23.

LĪBVM, i. n. [ψαιστὸς] *Genus dulciarii cibi ex farre, et melle, et oleo: ſic dictum, quod libandi cauſa fiat.* Virg. Aen. 7, 109 Et adorea liba per herbam Subiiciunt epulis. *Vel a verbo Graeco λείβω: vel a* Libero *patre.* Ouid. Faſt. 3, 735 Liba deo fiunt, ſuccis quia dulcibus idem Gaudet, et a Baccho mella reperta ferunt. Cato c. 75 Libum ſic facito: Caſeum bene diſtere in mortario; vbi bene triueris, farinae ſiligineae libram: aut ſi voles tenerius eſſe, ſelibram ſimilaginis ſolum eodem indito, permiſcetoque cum caſeo bene, ouum vnum addito, et vna permiſceto bene. Inde panem facito, folia ſubdito, in foco calido ſub teſta ea coquito leniter. Annua Ouid. Faſt. 1, 670. Calenti libo infuſa mella Id. ibid. 3, 761. Grandia facere Id. ibid. 4, 776. Ruſtica Id. ibid. 3, 670. Toſta Id. ibid. 6, 482. Venalibus libis plena domus Iuuen. 3, 187.

LIBVS, i. m. *Idem.* Nigid. de Diis: Deinde ſurgat, faciat libos quatuor, et intra libos duos a dextra, et duos deuexos Nonius 3, 127.

LIBACVNCVLVS, i. m. Dimin. *Paruum libum.* Tertull. de Spectac. c. 27 Stillicidium mellis de libacunculo venenato. *Sed fluctuat lectio:* Ranunculo *dedit Rigalt. et Prior.* Lucunculo *al.*

LIBARIVS, i. m. *Qui liba vendit.* Senec. Epiſt. 56 Iam libarii varias exclamationes, *etc.*

LIBĬTO, āre. Frequent. Cic. Fam. 3, 8 Etſi de tua prolixa, beneficaque natura libitauit aliquid, *etc. Alii legant* Limauit; *alii* Limitauit, *vid. Parei Lex. Crit. p. 673.*

LIBONOTVS, i. m. *Ventus flans inter Africum ſ. Liba et Notum.* Plin. 2, 47.

LIBRA, ae. f. [λίτρα, σταθμὸς, ζυγὸς] *Quae et As, et Mina ſeu Mna, modus Ponderis, qui duodecim conſtat vnciis.* Expende Hannibalem, quot libras in duce ſummo Inuenies Iuuenal. 10, 147. *Conf.* Martial. 2, 44. Vna libra farris Hor. Serm. 1, 5, 69. Implere libram, *vid.* IMPLEO. Corona aurea libra pondo Liu. 3, 29 *pr. i. pendendo ſ. ad pendendum: vid. Gronou. de P. V. l. 1 c. 6 p. 27. ſq.* ¶ 2 Libra, *Inſtrumentum quo res ponderantur, lancem vnam vtrinque habens. Alio nomine Bilancem vocant.* Cic. Tuſc. 5, 51 Quo loco quam vim habeat libra illa Critolai, quae quum in alteram lancem animi bona imponebat: in alteram corporis externa, tantum propendere illam boni lancem putet, vt terram et maria deprimat. In his emtionibus, quae mancipii ſunt, etiam nunc Libra interponitur Plin. 33, 3 ſ. 13. Proprium eſt, quod quis Libra mercatur et aere Hor. Epiſt. 2, 2, 158. Rem creditori ſoluit, Libraque et aere liberatum emittit Liu. 6, 14. Plin. Epiſt. 9, 9 Iam illa, quanta probitas in ore, quanta in ſermone cunctatio, quam pari libra grauitas, comitaſque. Anceps libra Perſ. 4, 11. Tib. 4, 1, 40

Nec tamen hinc aut hinc tibi laus maiorue minorue:
Iuſta pari premitur veluti cum pondere libra,
Prona nec hac plus parte ſedet, nec ſurgit ab illa:
Qualis inaequatum ſi quando onus vrget vtrimque,
Inſtabilis natat alterno depreſſior orbe.

¶ 3 Libra in ponderibus, in menſuris arborum vel ſpatio terrarum per diuerſas menſuras in duodenario numero comprehendi poteſt Agrimenſor antiq. *ap. Gronou. de P. V. l. 3 c. 11 p. 108. Sic eſt:* Libra *non ſolum Pondus, ſed etiam Menſura, quae et ipſa duodecim vnciis menſuralibus conſtat. Galenus lib. 1. de compoſitione medicamentorum per genera, Appellatur enim a Romanis librale pondus ſolidorum corporum, nomine ſimili libralis liquidorum menſura: quae permulta in tota vrbe eſt, ex cornea materia conſtans. Idem lib. 6. eiusdem operis, Idcirco medicos in libris de medicamentis accuratius oportebat ſcribere, qualesnam vncias vel libras medicinarum liquidarum praeciperent iniici, menſuralesne, an ponderales. Ex quibus locis clariſſime intelligitur, libram duplicem Romanis fuiſſe, menſuralem et ponderalem. Quod ſi ponderalem indicamus, diſcriminis faciendi cauſa adiiciendum eſt pondo: ſi menſuralem, menſura. Quale eſt illud ipſius Galeni lib. 1. eiusdem operis, vbi ſcribit Conſtare album emplaſtrum ex argenti ſpumae et ceruſae ſingulorum libra pondo, olei vero duabus libris menſura. De hac Libra menſurali videtur intelligendus locus ille* Suetonii in Caeſare c. 38 Populo praeter frumenti denos modios ac totidem olei libras, tricenos quoque nummos, quos pollicitos olim erat, viritim diuiſit. *Apparet etiam ex Galeni verbis ſupra citatis, oleum cornibus libralibus vendi conſueuiſſe, hoc eſt libram vnam menſuralem capientibus.*

pientibus. Verum eiusmodi cornua non ſolum fuiſſe librae vnius, ſed aliqua duarum etiam librarum, ex Horatio intelligimus, Serm. 2, 2, 61 — cornu ipſe bilibri Caulibus inſtillat. *h. e. Duarum librarum menſuralium capaci. Sic* Plautus, Bilibrem aqualem, duarum librarum capacem, *dixiſſe videtur in* Milit. 3, 2, 39. *Porro libram menſuralem in duodecim vncias menſurales diuidi, abunde teſtatur Galenus eiusdem operis lib. 3. his verbis: Eſt autem apud ipſos (de Romanis loquitur) menſura, qua oleum metiuntur, interſecta lineis diuidentibus totam in duodecim partes. Atque Menſura integra, vocatur ab ipſis Libra: Duodecima vero pars eius Vncia. Quantum autem pendeat, Libra menſuralis, poteſt vtcunque colligi ex ipſo Galeno, qui lib. 6. de compoſitione medicamentorum per genera, ſic ait, Ego ſane olei libram Romae nuncupatam quam per interſecta cornua metiuntur, appendi aliquando, cupiens ſcire, quantum ponderis haberet. Inueni vero duodecim vncias menſurales, decem ponderalibus aequales.* ¶ 4 Libra, *Signum caeleſte.* Plin. 18, 25 Alterumque aequinoctium Librae. Significatur imber librae occaſu Idem 18, 26. Libra Phoebeos tenet aequa currus Senec. Herc. Fur. 844. *Vid.* Aequa libra: Manil. 3, 305 Iuſtaeque examina librae. Pendula caeleſtes libra mouebat aquas Ouid. Faſt. 4, 386. Libra die ſomnique pares vbi fecerit horas Virg. Georg. 1, 208. ¶ 5 *Inſtrumentum, quo linea horizontalis, et quantum vel infra illam aliquid deprimatur, vel vltra eam aſcendat, explorari poteſt. Ea cum ad aquas ducendas ſit vtilis vocatur* Aquaria libra Vitruu 8, 6. Columel. 8, 17, 4. Sin autem locus, vbi viuarium conſtituere cenſemus, pari libra cum aequore maris eſt, in pedes nouem defodiatur piſcina. Omnes aquae diuerſa in vrbem Libra perueniunt Frontin. de Aquaed. l. 1 *i. altitudine, ſec. Turneb. 5, 5. vid. Polenus ad* Frontin. 1, 18 p. 61. Turres ad libram factae, *i. Eadem altitudine, qua opus erat, vt turrim oppugnandam ſuperarent.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 40. *Alii de aequalitate ponderis intelligunt. Sed illud melius.* ¶ 6 Libra, *pro Libramento.* Plin. 16, 36 Contra flatus quoque peruicax libra Bononienſibus calamis.

LIBELLA, ae. f. Dimin. *Nummulus argenteus, qui et As dicitur, decima pars denarii.* Cic. Verr. 2, 26 Et quis Volcatio, ſi ſua ſponte veniſſet, vnam libellam dediſſet? *Libellam pro Aſſe poſuit: ex eo dictam, quod libram aeris valebat, id eſt aſſem. Quum autem minimam peculiolam ſignificare volebant,* aſſem *et* libellam *dicebant.* Idem *pro* Roſc. Com. 11. de poena plus petentium loquens, Si peteret ſeſtertios ɪↃↃↃ dari: hic, niſi planum facit ſeſtert. ɪↃↃↃ ad libellam ſibi deberi, cauſam perdit. *i. Si minimo quidem numo minus debitum fuit ex formula plus petitionis, cauſa cadit.* Plaut. Capt. 5, 1, 27 At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis. *Conf.* Id. Pſeud. 2, 2, 34. *Libella argenti ideo dicitur, quod nummulus erat argenteus. Haec ex Budaeo.* Cic. Attic. 7, 2 Fecit palam te ex libella, me ex teruncio. *Subaud.* Haeredem, *i. tibi legauit decimam Denarii, vel Seſtertii adeo partem, mihi quadrageſimam. vid. Gronou. de Pec. vet.* 2, 1 p. 55 ſq. *Add.* 3, 12 p. 304. ¶ 2 Libella, *Fabrile eſt inſtrumentum, quo linea horizonti parallela exploratur, et exigitur.* Lucret. 4, 518

Denique vt in fabrica, ſi praua eſt regula prima,
Normaque ſi fallax rectis regionibus exit,
Et libella aliqua ſi ex parte claudicat hilum;
Omnia mendoſa fieri atque obſtipa neceſſum eſt,
Praua, cubantia, prona, ſupina, atque abſona tecta *etc.*

Plin. 36, 22 Structuram ad normam et libellam, et ad perpendiculum reſpondere oportet. Varr. de R. R. 1, 6 Locus ad libellam aequus. Deliberare a libella, qua quid perpenditur, dictum Feſt. *vbi poſſis etiam* bilancem *intelligere.*

LIBRĀLIS, e. Adi. [λιτραῖος] *Quod eſt vnius librae.* Vegetius de re Mil. 2, 23 *ſcribit*, manu ſola omnes milites meditatos libralia ſaxa: qui vſus paratior credebatur, quia non deſiderabat fundam. Plin. 19, 2 Excedunt ſaepe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere. Librales offae Columel. 6. 2. *i. librae menſuralis quantitate, vel ponderalis adeo.* Plin. 15, 11 *ad finem*, Nec non et quaedam e piris libralia appellata, amplitudinem ſibi ponderis nomine aſſerunt.

LIBRARIVS, a, um. Adi. [λιτραῖος] *Idem.* Caementum de ſilice frangatur, ne grauius quam librarium Vitruu. l. 8. *extr.* Columel. lib. vlt. c. 53 Caro in libraria fruſta conciditur. *i. ſingula vnius librae. Sed* librarium foramen Caton. 21, 4 *quid eſſet, vid. not.*

LIBRARIA, ae. f. Fabrett. Inſcript. p. 211. AVG. L. LIBRARIA. CON. SVO. etc. *Videtur enim dicta non a libris ſcribendis; ſed a libra, tanquam partiendis penſis praefecta.* Schol. ad Iuuenal. 6, 475 Periit libraria, Lanipendiam *interpretatur.*

LIBRĪLE, is. n. [ῥοπὴ Onomaſt. Vet.] Scapus librae, *inquit* Feſtus. *Synecdochice pro tota Libra.* Gell. 20, 1 Perpendi in librili. *Eſt etiam Inſtrumentum bellicum.* Feſtus: Librilia appellantur inſtrumenta bellica; ſaxa ſcilicet ad brachii craſſitudinem in modum flagellorum loris reuincta. *Vid. Parei Lex. Crit. p. 677 qui huc refert locum* Caeſ. Bell. Gall. 7, 81 Fundis librilibus ſudibuſque Gallos perterrent. *Nonnulli apud* Feſtum, *pro* Librilia, *legunt* Librilla.

LBRĬPENS, endis. m. [ζυγοστάτης Gloſſ. Lat. Gr.] Qui libram aeneam teneat, qui appellatur libripens Caius ICtus *ap.* Priſc. l. 6 *extr. Abl.* Libripende Id. ibid. Libripendes *Plural.* Plin. 33, 3. *Conf. locus Boëthii in* Top. Cic. 3 p. 797 *quem damus in* MANCIPATIO. Gaius Inſtitut. tit. 6 pro eo, qui libripens appellatur, id eſt ſtateram tenens, *etc.*

LIBRO, āre. [σταθμίζω, σταθμάομαι, ταλαντεύω] *Ponderare, trutinare,* libra *ſeu ponderali, ſiue illa altera aquaria, aeſtimare, et examinare. Laudatur Apuleius, neſcio qua fide: negat enim index Floridi,* Omnia prius, quam aliquid ſtatuas, libranda ſunt. Libratur aut dioptris aut libris aquariis Vitru. 8, 6. Librare pauimentum Cato 18, 7. *i. ad libellam aequare.* Carbaſa ponto Sedul. 3, 49. *i. velis paſſis nauigare.* Metus librare Stat. Theb. 9, 166. *i. ancipiti cogitatione ponderare, vtrum magis metuendum ſit.* ¶ 2 *A motu fluctuante librae* librare *etiam ſignificat mouere ſurſum deorſum, vti alas mouent volucres, eoque ipſo motu aequilibrium et aequabilem ſuſpenſionem, vel etiam ictum fortiorem quaerere.* Plin. 11, 10 Apes, ſi cooriatur procella, apprehenſi ponduſculo lapilli ſe librant, *vid.* Virg. Georg. 4, 196 *de apibus.* Curſum librare in aëre, *de auibus dicitur* Ouid. Amor. 2, 6, 4. Corpus librauit in alas Id. Met. 8, 201. Malleum librare Id. ibid. 2, 624. Seſe librat ex alto, *inquit* Plinius *de aquila.* 10, 3. Tellurem medio librare axe Claud. in Ruf. 1, 11. Virg. Aen. 9, 417 Hoc acrior idem Ecce aliud ſumma telum librabat ab aure. *Conf. Heinſ. ad* Ouid. Her. 3, 25. ¶ 3 Librare *etiam ſignificat Aequaliter, velut libra adhibita diuidere.* Columel. 10, 42 Et paribus Titan orbem librauerat horis.

LIBRĀTVS, a, um. Terra librata ponderibus Cic. Tuſc. 5, 69 c. 24. *velut in aequilibrio ſuſpenſa, vt nuſquam niſi verſus ſuum centrum nutet.* Tellus ponderibus librata ſuis Ouid. Met. 1, 13. Libratum pari momento temperamentum Colum. 3, 12, 4. *Compar.* Liu. 30, 10 Grauior ac pondere ipſo libratior ſuperne ex onerariis ictus erat.

LIBRATIO, ōnis. f. *Librandi actus.* Vitruu. 8, 6 Qui Archimedis libros legit, dicet, non poſſe fieri veram ex aqua librationem. Diuina libratio Minut. Felix c. 17.

LIBRATVRA, ae. f. *Idem.* Veget. de Re Vet. 2, 22 *pr.* Libraturam cutis conſumis Catuſtolico medicamento: Labia cutis *codex alter interpretatur: videtur itaque eſſe eminentia, quae in terra librando intelligitur.*

LIBRĀTOR, ōris. m. [σταθμητὴς] *Qui peritiam habet librandi aquam ad libellam. Vulgo nunc* libellator *dicitur.* Plin. Epiſt. 10, 50 Supereſt, vt tu libratorem vel architectum, ſi tibi videbitur, mittas, qui diligenter exploret, ſitne lacus altior mari, *vid. Buchner. ad h. l.* Idem ibid. 282. ¶ 2 Libratores, *Qui lapides in bello emittebant.* Tacit. Ann. 13, 39 Libratoribus, funditoribusque attributus locus, vnde eminus glandes torquerent: ne qua pars ſubſidium laborantibus ferret. *Contra Turnebus* libratores *apud* Tacitum *eſſe ait, non qui in hoſtem miſſilia vibrant, mittuntue manu, ſed qui ex tormentis excutiunt.* Taciti verba Ann. 2, 20 *ſunt*, Remotiſque paullatim legionibus, funditores, libratoreſque excutere tela, et proturbare hoſtem iubet: miſſae e tormentis haſtae.

LIBRĀMEN, ĭnis. n. *Actus librandi, i. ponderandi, v. g.* Adhibere iudicii libramen Claud. Mamert. 3, 13. Aequato libramine conſtet iudicium Paullin. Nat. Felic. 6, 306. ¶ 2 *Ipſa vis eiaculandi et vibrandi.* Liu. 42, 65 Huic ſpiculo ad libramen pinnae tres, vt ſagittis ſolent, circumdabantur.

LIBRAMENTVM, i. n. [ἰσοῤῥοπία Gloſſ. Lat. Gr.] *Aequamentum.* Columel. 1, 5 Nam eiusmodi poſitio medium temperatumque libramentum ventorum hiemalium et aeſtiuorum tenet. ¶ 2 *Punctum, in quo motus ſit, vt medium illud in iugo* librae. Cic. Acad. 2 c. 36 *in definitione puncti mathematici*, Punctum eſſe, quod magnitudinem nullam habeat: extremitatem, et quaſi libramentum, in quo nulla omnino craſſitudo ſit. *Hinc pro machinatione, qua ſub certis legibus efficitur, ſublato aequilibrio motus.* Plin. Epiſt. 4, 30 *extr.* An neſcio quod libramentum abditum et caecum, quod quum exinanitum eſt, ſuſcitat et elicit fontem, *etc.* Aquae libramentum *Faſtigium, diuerſa altitudo, vnde motus diuerſus oritur.* Plin. 21, 6 Ductus habet longitudinem, ita exigente libramento, paſſuum XLII millium Frontin. de Aquaed. l. 1. Plumbi libramenta, *Maſſae plumbeae in arietes coniectae, quibus eo grauius vibrentur* Liu. 38, 5. Tormentorum libramenta, *Habenae et lora ſeu funes, quibus librabantur ſeu vibrabantur tormenta.* Tacit. Hiſt. 3, 23.

LIBS, Lĭbis. m. [Λὶψ] *Ventus ex Africa ſ.* Libya *ſpirans.* Plin. 18, 34 Ex aduerſo Aquilonis ab Occaſu Brumali Africus flabit, quem Graeci Liba vocant. *Sic* 2, 47. *vid.* AFRICVS. ¶ 2 Libs *etiam Homo Africanus.* Sidon. Carm. 9, 94. *et* 15, 143.

LIBVM, *vid.* LIBO, āre.

LIBVRNIA, ae. f. [Λιβυρνία] *Regio inter Illyriam et Dalmatiam, ſeu (vt quidam aiunt) Pars Dalmatiae, in qua ſunt Salonae vrbs inſignis, cuius populi* LIBVRNI [Λίβυρνοι] *vocitati ſunt, de quibus* Lucanus 4, 530 Pugnaceſque mari Graïa cum claſſe Liburnos.

LIBVRNVS, i. m. [λιβυρναῖος] *Qui eſt ex Liburnia. Item, Qui priuatim quoscunque in iudicium vocabant iuſſu magiſtratuum (quod viliſſimorum hominum officium erat) dicebantur* Liburni, *quod fere e Liburnia eſſent.* Iuuen. Sat. 4, 75. Martial. 1, 50 Procul horridus Liburnus, et querulus cliens. Regna Liburnorum Virg. Aen. 1, 248.

LIBVRNVS, a, um. Adi. [λιβυρνικὸς] Terra Liburna Lucan. 8, 38.

LIBVRNICVS, a, um. *Idem.* Inſulae Liburnicae Plin. 3, 26.

LIBVRNA, *et* LIBVRNICA, ae. f. [λιβυρνὶς] *Subaud.* nauis. *Genus nauis bellicae velociſſimae, a* Liburnis *populis in Illyrico, qui olim nauibus velocibus vſi, Ionium mare, inſulasque praedabantur. Qua ex cauſa Romani naues leuitate celeritateque praeſtantes, appellauere liburnicas, vt refert Appianus.* Hor. Epod. 1, 1 Ibis Liburnis inter alta nauium Amice propugnacula. Lucan. 3, 529 Ordine contentae gemino creuiſſe liburnae. Plin. Epiſt. 6, 16 Iubet Liburnicam aptari: mihi, ſi venire vna vellem, facit copiam. Prop. 3, 9, 44 Roſtra Liburna *vocat per Synecdochen.*

LIBYA, ae. *et* LIBYE, es. f. [Λιβύη] *Africa: quod inde* Libs *ventus flare ſoleat: ſeu quod pluuia indigeat propter nimiam ſiccitatem,* ἀπὸ τοῦ λείπειν. *Vel a* Libya, *Epaphi filia, Iouis filii.* Agri ſoli Libyae Virg. Georg. 3, 249. Aeſtiferae Libyes ſqualentia arua Lucan. 1, 206. Sitientis Libyes calidae arenae Idem 1, 368. Deſerta Libyae Virg. Aen. 1, 388. Litus arenoſum Libyae Idem ibid. 4, 257. Vaſtitas Libyae Cic. de Nat. Deor. 1, 102.

LIBYS, yos. m. *et* LIBYSSA, ae. f. *mulier*, [λίβυς] *quod ex Libya eſt.* Virg. Ciri 440 Nec Libys Aſſyrio ſternatur lectulus oſtro. *Noti* Lectuli Punici. Arena Libyſſa Catul. 7, 5.

LIBYSSĪNVS, a, um. Adi. [λιβυσσῖνος] Martianus Capella, Graui ac Libyſſino calore exuſtus. Montes Libyſſini Catul. 58, 1. *Voſſ. rectius edidit* Libyſtini.

LIBYSTIS, ĭdis. f. [Λιβυστὶς] *Patronym.* Virg. Aen. 5, 37 Pelle Libyſtidis vrſae, *vid. Lipſ. Elect.* 2, 4. *Salmaſ. in* Solin. p. 220. *Voſſ. de Idol.* 3, 52 p. 503.

LIBYSTICVM, i. n. [λιβυστικὸν] *Herba ap.* Veget. Mulom. 3, 52, 3. *Al.* Liguſticum.

LIBY̆CVS, a, um. Adi. [λιβυκὸς] Lĭbycum mare. Libycus campus in agro Argeo dictus, quod in eo primum fruges ex Libya allatae ſunt. Vnde et Ceres ab Argis Libyſſa vocata eſt, *vt ait* Feſtus. Aſparagus Plin. 20, 10. *i. ſilueſtris.* Gentes Libycae Virg. Aen. 4, 320. Terrae Libycae Idem ibid. 4, 271. Vrbs Libyca Id. ibid. 4, 348.

L I C

LICA, ae. m. [Λίχας] Nomen viri, qui Herculem ſecutus eſt, *auctore* Feſto. *Melius ſcribitur* Lichas. *Hunc fabulantur Poëtae verſum fuiſſe in ſcopulum, dum ab Hercule furente praecipitatur in mare, vid.* Ouid. Met. 9, 155.

LICAMBES, *vid.* LYCAMBES.

LICENTER, LICENTIA, LICENTIOSVS, *vid.* LICET.

LICEO: *Quae ad hoc verbum perſonale referri poſſe videntur, ea damus mox in* LICET n. 2.

LICEOR, licitus ſum, ēri. [ἀντωνοῦμαι] *Significat offerre pretium pro re venali, et ſic rogare, quo pretio* liceat *eam auferre.* Plaut. Stich. 1, 3, 68 Iocos ridiculos vendo, agite licemini. Cic. Verr. 3, 77 c. 33. Herbitenſes quum viderent, ſi ad Aeſchrionem pretium rediſſet, ſe ad arbitrium libidinoſiſſimae mulieris ſpoliatum iri: liciti ſunt vſque eo quoad efficere poſſe arbitrabantur. Perſ. 5, 196 Et centum Graecos curto centuſſe licetur. Animoſe liceri Paul. l. 29 D. famil. herc. *Abſolute aliquando ponitur: aliquando accuſatiuo iungitur, adiecto pretio vel in ablatiuo, vel in genitiuo.* Vlpianus, Si res eius vaenierit, et exiſtat qui plus liceatur, *etc.* *Add.* Pompon. l. 7 §. 8 D. de minorib. Cic. Off. 3, 61 c. 15 Non licitatorem venditor, nec qui contra ſe liceatur, emtor opponet. *Sed pulchre Muretus*, Qui contra aſſe *i. paruo et contemto* pretio. *Vſurpatur hoc verbum non in emtionibus tantum, ſed etiam in conductionibus.* Suet. Caeſ. c. 20 Ne in locatione nouorum vectigalium immoderatius licerentur, propalam monuit. Cic. Verr. 3, 27 c. 11 *Conductorem decumarum ita deſcribit*, Qui digito, *numerorum indice*, licitus ſit.

LICENS, entis. *Pretium offerens pro aliqua re.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 18 Illo licente, contra liceri audeat nemo.

LICĬTOR, āri. [πλειστηριάζομαι] Frequent. a Liceor, *pretium ſaepe promittere, augere, quae auctio eſt.* Curt. 4, 1, 12 Et quum habeatis arma, licitamini hoſtium capita, *i. pretium et praemia promittitis, ſi quis ea vobis afferat: niſi* capita *pro vita poſuit, eadem ſententia.* ¶ 2 Non. 2, 505 Licitari, Congredi, pugnare Ennius. Pars ludicre ſaxa iactant, inter ſe licitantur. Caecilius Hymnide, Quae narrare inepti eſt ſcutras feruentis, quin machaera licitari aduerſum aeneum coepiſti ſciens. *Nempe* Licitati *dicuntur* (*inquit* Feſtus) in pugnando, ſiue mercando contendentes.

LICĬTANS, antis. Partic. [ἀντωνούμενος] Caius in l. Locatio. D. de Publicanis, Locatio vectigalium, quae calore licitantis vltra modum ſolitae conductionis inflatur, ita demum admittenda eſt, ſi fideiuſſores idoneos et cautionem is, qui licitatione vicit, offerre paratus ſit.

LICITATIO, ōnis. f. [ἀντώνησις] *Auctio.* Cic. Att. 11, 15 Genus enim conditionis eiuſmodi fuit, in quo non ſolet eſſe controuerſia: quum ea pars, quae videtur eſſe minor, licitatione expleri poſſet. Id. Verr. 2, 133 Exquiſitis palam pretiis et licitationibus factis, deſcribebat Cenſores binos in ſingulas ciuitates Timarchides. Admittere licitationem l. 7 §. 8 D. de minorib. Vincere licitatione, *vid.* VINCO.

LICITĀTOR, ōris. m. [ἀντωνητής] *Qui pretium auget.* Cic. Off. 3, 64 c. 15 Non licitatorem venditor, nec qui contra ſe liceatur, emtor opponet, *vid. in* LICEOR. Id. Fam. 7, 2 Nunc quum tuum pretium noui, licitatorem potius apponam, *etc.*

LICERIVM, i. n. *Vrbs Aquitaniae. Hinc*

LICERIANVS, a, um. Adi. Pira Liceriana Plin. 15, 15.

LĬCET, licuit, ēre. Imperſ. [ἔξεστι, ἐνδέχεται] *Vim verbi huius explicat* Cic. Tuſc. 5, 55 c. 19 Cinna non ſolum eo mihi videtur miſer, quod ea fecit, ſed etiam quod ita ſe geſſit, vt ea facere ei liceret. Etſi peccare nemini licet. Sed ſermonis errore labimur. Id enim licere dicimus, quod cuique conceditur. *Igitur* Licet *ſignificat permittitur, conceditur etc.* Nunc mores nihil faciunt, quod licet, niſi quod lubet Plaut. Trin. 4, 3, 25. *Cum accuſatiuo.* Quinctil. 4, 4, 6 Procuratorem tibi eſſe non licuit. *Quidam legunt* Procuratori, *in datiuo.* *Add.* 7, 1, 19. Cic. pro Corn. Balb. 29 c. 12 Si ciui Romano licet eſſe Gaditanum. Medios eſſe iam non licebit Cic. Att. 10, 8. *Add.* Hor. Sat. 1, 2, 51. Caeſ. B. C. 3, 1. *et* B. G. 6, 35 (34) *qui tamen poſterior locus dubius eſt.* Ouid. Epiſt. 20, 75 Licet flentem conſiſtere. Liceat eſſe miſeros Cic. pro Lig. c. 6. *Cum datiuo.* Idem Tuſc. 1, 33 c. 15 Licuit enim eſſe otioſo Themiſtocli, licuit Epaminondae. Hor. Serm. 1, 1, 19 — eia Quid ſtatis? nolunt, atqui licet eſſe beatis. Cic. ad Brut. 16 Sed quis ſupplicat, vt optime meritis de Rep. liceat eſſe ſaluis? Lucan. 3, 31 Nunquam tibi — genero non eſſe licebit. Licet, *Reſponſio permittentis vel concedentis.* Plaut. Rud. 4, 6, 8 Rogato vt relinquat alias res, et huc veniat. T. licet. Licet mihi diſcere de te? *pro Poſſum* Ter. Eun. 2, 2, 31. Cic. Verr. 5, 179 Sed non idem mihi licet, quod iis, qui nobili genere nati ſunt. Licet me id ſcire quid ſit? Plaut. Pſeud. 1, 1, 14. Ter. Heaut. 5, 2, 28 Modo liceat viuere, eſt ſpes. *Et cum infinit. paſſ.* Cic. Orat. c. 4 Cuius (*Demoſthenis*) ex epiſtolis intelligi licet, quam frequens fuerit Platonis auditor. *Et* c. 60 Sed tamen haec nec nimis eſſe diuerſa — intelligi licet. *Et* ad Brut. Epiſt. 5 Sed quamuis liceat abſentis rationem haberi. Caeſ. B. Ciu. 3, 28 Hic cognoſci licuit, quantum *etc.* Plaut. Rud. 1, 2, 51 Mea quidem hercle cauſa ſaluos ſis licet. Dixerat haec, ſed et haec et multo plura licebat Dicere: regreſſus non dabat ille viro Ouid. A. A. 2, 31. Si per te licet, *i. Si permiſeris: vel, ſi potero, a te non impeditus* Plaut. Aſin. Prolog. 12. Ter. in Prolog. Heaut. 136 Date poteſtatem mihi ſtatariam agere, vt liceat per ſilentium, *Quod ego poſſim vobis tacentibus.* Idem Hec. 5, 4, 33 Per me exquirere licet. Cic. Philipp. 2, 9 c. 4 Petis, vt tibi per me liceat quendam de exilio reducere. *Add.* Id. Acad. 4 c. 29. Licet, *abſolute, pro Poteris facere.* Cato de R. R. 158 *extr.* Et ſi voles inſuper vinum Coum miſtum bibere, licebit bibas. Cic. Off. 1, 102 Licet ora ipſa cernere iratorum. Idem Acad. 4, 57 Hic pugnes licet, non repugnabo. Impune licere Tibul. 1, 9, 5. *Locus eſt etiam huic verbo in precationibus* Hor. Carm. 3, 27, 13 Sis, licet, felix, vbicunque mauis, Et memor noſtri, Galatea, viuas. *Conf.* Ouid. Met. 3, 404. ¶ 2 *Perſonaliter interdum ponitur, et numero plurali:* Scimus haec tibi qua licent ſola cognita, ſed marito Iſta non eadem licent Catull. 59, 146. Quum in ſeruum omnia liceant Sen. de Clem. 1, 18. Quaedam quae licent, tempore et loco non licent Sen. Controu. 25 *in fine diuiſ.* Ne tibi, quid liceat, ſed quid feciſſe decebit, Occurrat, mentemque domet reſpectus honeſti Claud. Conſ. Honor. 4, 267. ¶ 3 *Peculiarem et ſollemnem vim habet hoc verbum in emtionibus et venditionibus. Quam declarabimus loco* Plauti Epid. 3, 4, 36 *vbi emtor rogat*, Eſtne mihi emta haec? *Reſpondet venditor*, Iſtis legibus habeas, licet. *Emtor ſubiicit*, Conciliauiſti pulchre, *i. mihi vendidiſti. Interrogat igitur emturiens*, quanti licet? *ſuppreſſo habere. Reſpondet venditor*, Decem numis licet *tibi habere vel auferre rem meam.* Cic. Att. 12, 23 De Druſi hortis, quanti licuiſſe (*eos emere*) tu ſcribis, id ego quoque audieram. Martial. 6, 86 Puellam vendebat (*venalem proclamabat*) praeco — Paruo cum pretio diu liceret (*eam abducere*) Dum puram cupit approbare cunctis *etc.* *Poſſis etiam perſonaliter accipere* Liceret puella *i. venalis eſſet. Sic certe* Plaut. Menaech. *extr.* Venibunt quiqui licebunt praeſenti pecunia, *i. qui venales eſſe, et vendere corpus ſuum ad libidinem alienam volent.*

LICITVM eſt. [ἀφεῖται] *Idem quod licet.* Ter. Hec. 5, 3, 39 Ego dum licitum eſt, vſa ſum benigno, et lepido et comi. Virg. Aen. 10, 105 Quandoquidem Auſonios coniungi foedere Teucris Haud licitum eſt: nec veſtra capit diſcordia finem. Cic. Fam. 14, 4 Expectaſſem Brunduſii, ſi eſſet licitum per nautas.

LICET. [ἴσω] Adu. *vel* Coniunct.. *concedentis, vocant: Sed non exuit naturam verbi. e. g.* Virg. Aen. 6, 400 — Licet ingens ianitor antro Aeternum latrans exangues terreat vmbras. *Sic* Licet [κἂν, καίτοι] *pro Quamuis, aduerſatiua Coni. vocatur: ſed neque hic opus eſt a Verbi notione diſcedere.* Cic. de Aruſp. Reſp. 19 Quam volumus licet, P. C. ipſi nos amemus, tamen nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, *etc.* Virg. Aen. 6, 803 Fixerit aeripedem ceruam licet. *Vid.* Iuuen. Sat. 8, 18.

LICITVS, a um. Adi. Negotiatio licita Vlpian. in l. 2 D. De iure patrio. Licitae acies, *vid.* ACIES.

LICITV̄RVM eſt. [ἐξεσόμενον] Cic. Att. 2, 1 Quod nihilo magis ei liciturum eſſet plebeio Remp. perdere, quam ſimilibus eius me COS. patritiis eſſet licitum. *i. licitum futurum.*

LICĬTO. Adu. Solin. c. 16 (11) Aedes numinis praeterquam nudus veſtigia nullus licito ingreditur.

LICĬTE. Adu. *Idem.* Licite vſurpare Oroſ. 6, 10.

LICENS, entis. *Qui ſibi licere, rebus et facto indicat.* Propert. 4, 1, 26 Vnde licens Fabius ſacra Lupercus habet. Greſſus licens Martial. 4, 8. Ioci licentes Stat. Silu. 1, 6, 93. *Compar.* [ἐξουσιαστικώτερος] Cic. de Orat. 3, 183 c. 48 Inde ille licentior et diuitior fluxit dithyrambus. Accuſatio licentior Valer. Max. 9, 2, 3. Conuerſatio cum viris licentior Sen. Excerpt. contr. 6, 8. Epiſtola licentior, *In qua libere ſcribimus quidquid volumus* Plin. in Epiſt. Dedicat. Hiſt. Nat. Vita licentior, *pro Diſſoluta* Valer. Max. 9, 1, 2.

LICENTER. Adu. [ἀδεῶς] *Fere exceſſum libertatis notat.* Cic. in Orat. 77 c. 23 Solutum quiddam ſit, nec vagum tamen, vt ingredi libere, non vt licenter videatur errare. Liu. 26, 10 Idem tam licenter atque otioſe facere Flacco indignum viſum eſt. Ede audacter et licenter Catul. 53, 16. Eludere licenter Liu. 29, 31. Vti verbo licenter Sen. Controu. 10. *Compar.* Abuti licentius Cic. de Orat. 3 c. 43. Dicere licentius Quinctil. 1, 2. Aduerſario remoto eorum bona licentius Diſpertiuit Nep. 10, 7, 1. Errare licentius Ouid. ex Pont. 4, 10, 29. Virg. Aen. 7, 557. Eſſe laxius licentiusque Salluſt. Iug. c. 87.

LICENTIA, ae. f. [ἐξουσία, ἄδεια] *Impunita facultas loquendi, vel agendi quaecunque placent, et raro aliter, quam in malam partem pro exceſſu quodam libertatis, et impunitate peccandi accipitur.* Auct. Dial. de Orat. 40 Sed eſt magna iſta et notabilis eloquentia alumna Licentiae, quam ſtulti Libertatem vocabant *etc.* Ciuitas inter libertatem ac licentiam incerta Tac. Hiſt. 2, 10. 1. Ter. Adelph. 3, 4, 63 Verum nimia illaec licentia profecto euadet in aliquod magnum malum. Idem Heaut. 3, 1, 74 Nam deteriores omnes ſumus licentia. Graecia hoc vno malo concidit, libertate immoderata et licentia Concionum Cic. pro Flacc. c. 7. Id. Verr. 3, 3 Niſi facile cupiditates noſtras teneremus, nunquam ipſimet nobis praeciderēmus iſtam licentiam libertatemque viuendi. Poena abfuit, et licentia conſecuta eſt Id. Verr. 3. Pueris non omnem licentiam Ludendi damus Cic. Offic. 1 c. 29. Licentia ad maledicendum Id. pro Font. 30. Licentia temporum Plin. Epiſt. 3, 3 *extr.* Verborum Curt. 8, 2, 2. *quae eidem alio loco* Intemperantia linguae. Conſtricta licentia nullo modo Claud. de Nupt. Honor. 78. Effrena Idem de Bell. Get. 369. Effuſa Tacit. Ann. 4. *h. e. Immodica.* Quinctil. 6, 3 Quin illae ipſae, quae dicta ſunt, ac vocantur, quas certis diebus feſtae licentiae dicere ſolebamus, *etc.* Foecunda vatum Ouid. Amor. 3, 12, 41. Immenſa ponti Id. Met. 1, 309. Indomita Hor. Carm. 3, 24, 28. Laſciua Id. ibid. 1, 19, 3. Nocturna Ouid. Faſt. 5, 367. Poëtica Quinct. 2, 4, 3 *et* 19. *de narratione et figmentis, quibus Poëtae eam expoliunt.* Aſſequi licentiam Cic. Off. 1, 148. Concedere licentiam Id. pro Muraen. 20. Dare licentiam pecunias eripiendi Id. Verr. 1, 220. Dare infinitam licentiam iudici Senec. de Benef. 3, 7. Lucan. 1, 8 Quis furor ô ciues, quae tanta licentia ferri? Iniecit vaganti frena licentiae Hor. Carm. 4, 15, 10. Largiri licentiam Cic. Acad. 4, 30. Notare licentiam verbi Quinctil. 4, 1. Obtinere licentiam Cic. Att. 10, 4. Patere licentiam Idem de Amicit. 89. Permittere licentiam, *vid.* PERMITTO. Pollicetur licentiam luxuriae Id. de Fin. 2, 70. Poſſidere licentiam Idem Verr. 2, 67. Praecidere licentiam Idem ibidem 3, 3. Proceſſit latius licentia Scribon. Ep. m. Prodere licentiam mentiendi Quinctil. 4, 2. Refrenare licentiam Hor. Carm. 3, 24, 28. Frenum Soluit priſtinum licentia Phaedr. 1, 3, 3. Transſcendet haec licentia in prouincias Tacit. Hiſt. 1, 30. ¶ 2 Licentia, *ſimpliciter pro Poteſtate, ſiue Permiſſione* Tacit. Ann. 14, 49 Statuerent vt vellent, data et abſoluendi licentia. Ibidem 50 Mox licentia habendi obliuionem attulit. *Bocchus legatis* agendarum et quocunque modo belli componendi licentiam permittit Salluſt. Iug. 103, 3. Cic. Off. 3, 20 Nobis autem noſtra Academia magnam licentiam dat. Idem Off. 1, 148 Nec quemquam eo errore duci oportet, vt ſi quid Socrates aut Ariſtippus contra morem conſuetudinemque ciuilem fecerit, locutiue ſint, idem ſibi arbitretur licere: magnis enim illi, et diuinis bonis hanc licentiam aſſequebantur. *Sed in vtroque loco tamen relationem habet illam, vt aliquid contra conſuetudinis legem fieri intelligamus.*

LICENTIATVS, i. m. *Honoris hodie vocabulum, i. Deſignatus, vt licentiam habeat ad conſequendam dignitatem ſupremi tituli. De deriuatione huius vocis vid. Hotoman. de verbis iuris: Eraſm. Dialog. de Pronun. p. 35. et Lanſii Comm. 1. de Academ. p. 75. Adfertur etiam ex* Laberio *ap.* Non. 3, 130 Licentiatus. *Sed ibi non eſt concretum nomen, verum abſtractum. Ita autem conſtituendus videtur locus.* LICENTIAM feminino: maſculino Laberius in Paupertate (*hic libri titulus etiam alias laudatur a* Non. 1, 264) Meo licentiatu. *Sic, inquam, legendum pro vulgato* Licentiatus.

LICENTIŌSVS, a, um. Adi. [ἐξουσιαστικὸς] *Laudatur, non recte, puto,* Tacit. Ex moribus imperatoris miles intactus aut licentioſus. Quinctil. 1, 6, 23 Nam ebor dicere, non minus eſt licentioſum, quam ſi ſulphuri et gutturi ſubiicerent O mediam in genitiuo. Licentioſum Ius Arnob. 4 p. 149. Lamentationes Apul. Met. 4 p. 154.

LICENTIOSE. Adu. *vnde* Licentioſius Petr. c. 140. *ſed incerta lectione.*

LICHĂNOS, i. m. [λιχανὸς] Phthongorum mobilium vnus, *apud* Vitruu. 5, 4.

LICHEN, ēnis. m. *vel* LICHĒNE, es. f. [λειχὴν] *Morbi genus, quod Latini Mentagram vocant, quod a mento incipiat.* Plin. 26, 1 *de morbis faciei priori aeuo incognitis*, Grauiſſimum ex his lichenas appellare Graeco nomine: Latine, quoniam a mento fere oriebatur, ioculari primum laſciuia (vt eſt procax natura multorum in alienis miſeriis) mox et vſurpato vocabulo mentagram, occupantem in multis totos vtique vultus, oculis tantum immunibus, deſcendentem vero

 et in

et in colla pectusque ac manus, ſoedo cutis furfure. *Vide etiam reliqua, et conſidera, an non leprae Iudaicae ibi ſint veſtigia.* Martial. 11, 99 Non vlcus acre, puſtulaeue lucentes, Nec triſte mentum, ſordidive lichenes. *Sunt qui ex hoc genere putent eum, qui Neapolitanus hodie vel Gallicus morbus vocatur.* Lichenas oris praeſtantiſſime vincit glutinum factum e genitalibus vitulorum Plin. 28, 12. Aſini lichen naribus illitus ex aceto Lethargicos excitat Idem 28, 17 ſ. 67. Lichenes equi *commendat* Id. 28, 11. ſ. 49. *Qui porro ſint hi* Lichenes, *diſcendum ex* Dioſcor. 2, 45 *nempe calli, circa eorum genua et vngulas, in earum partium flexu indurati.* ¶ 2 Lichen, *Herba.* Plin. 26, 4 Lichen vero herba his omnibus praefertur, inde nomine inuento. Naſcitur in ſaxoſis, folio vno ad radicem lato, caule vno paruo, longis foliis dependentibus. ¶ 3 Plin. 23, 7 ſ. 69 In prunis ſilueſtribus et natiuis eſt limus arborum, quem Graeci lichena appellant, rhagadiis et condyleſmatis mire vtilis.

LICINIO, LACINIO, āre. Vt ventus adhaerens preſſule, membrorum voluptatem graphice liciniaret Apul. Met. 10 p. 254, 11. *Nihildum prolatum eſt, quo ſatis explicaretur vis huius verbi. Forte optimum fuerit acquieſcere in coniectura virorum doctorum* liniaret, *i. delinearet, exprimeret.*

LICINIVM, i. n. *Veſtis nomen apud* Iſidor. 19, 22 Licinium vocatum, quod textura eius ligata ſit in totum, quaſi diceres Liginum, C, pro G, litera commutata. *V. Edit.* 1489 Licinium, *quod magis conuenit cum* Liginum. ¶ 2 *Idem* Iſid. 19, 19 Lignum vocatur Graeca etymologia, (*ad λύχνον reſpicit; quam bene, non diſputo*) quia incenſum in lumen conuertitur, et in flammam. Vnde et Licinium dicitur, quod lumen det. *Nempe idem* 20, 10 Lucerna a Licinio dicta eſt — Licinius autem quaſi Lucinius. Eſt enim candela lucernae. *Videtur itaque* Licinius ſ. Licinium *ſignificare linum ſ. filamentum lucernae, quod bibit oleum, et flammae velut fundus eſt: poteritque forte melius deriuari a* licio, *i. filamento. Apertum id facit ipſe* Iſid. 16, 1 *ibi enim ex* Plinio 35, 15 ſ. 50 *recenſens* Sulfuris genera, Quartum, *inquit*, ad licinia conficienda maxime aptum, *vbi* Plinius, Ellychnia. *Hoc ſuadet etiam vſus medicus.* Veget. Mulom. 2, 22, 2 Aceto et oleo linteolis vel licinio addito, locum ipſum comples et faſciabis. Id. 2, 48, 6 Licinio intorto cum axungia, et aceto et oleo loca, de quibus muſcus (*ſ.* mucus) eiectus fuerit, ſatiare. *Rhodius de Acia Celſi* p. 147 *ex Albuenſis chirurgia* P. 2 c. 64 *affert* Factum licinium ex decem filis.

LICINIVS *nomen gentis Romanae latiſſime per* Craſſos, Lucullos, Muraenas, Neruas, Stolones *etc. fuſae. Quam putemus originem nominis modo indicauimus in* LICINVS n. 2. *vbi et de quantitate Syllabarum laudauimus* Horat. Od. 2, 10, 1 Rectius viues, Licini, neque altum Semper vrgendo. *Hinc*

LICINIVS, a, um. Adi. Lex Licinia Cic. pro Planc. 36. Atria Licinia Id. pro Quint. 12. Oliua Colum. 12, 49 *et* 52. *it.* Pallad. Febr. 18. Stagna Licinia Stat. Theb. 4, 744.

LICINIANVS, a, um. Domus Liciniana Cic. Quint. Fratr. 2, 3. Olea Liciniana Cato de R. R. 6.

LĬCĬNVS, a, um. *Boum epitheton eſſe docet* Seruius *ad* Georg. 3, 55 Qui cornua furſum habent. *Hinc* ¶ 2 *ad homines translatum videtur, quibus crines retro reflexi ſurgunt ſuo ingenio.* Vet. Gl. Licinus ἀνάθριξ. *Hinc dicti videntur* Licinii, *in quo nomine cum ſecundam corripiat* Horatius Od. 2, 10, 1 Rectius viues Licini *etc. non dubitavimus hic etiam breuis notam imponere. Vid.* RELICINVS. ¶ 3 *Quod eſt in* Gl. Iſidori Licini, candelae, lucernae, cicindilia: *cognatum eſt nomini* Licinium, *de quo modo dictum.*

LICIVM, *et* LICIA, ōrum. n. [μίτος] *Fila ſunt, quibus in telis textrices implicant tramas ſtaminis, quorum ope diſtrahi eae poſſunt, et ſubtemen radio immitti.* Virg. Georg. 1, 285 Licia telae addere *eſt incipere et ordiri texturam. Sic* Tib. 1, 7, 85 Firmaque conductis adnectit licia telis. Plin. 8, 48 ſ. 74 Plurimis vero liciis texere, quae polymita appellant, Alexandria inſtituit. *Nempe in ſimplici textura et vulgari ſingula fila, ſingulae tramae ſtaminis ſuum ſibi licium appenſum habent, quae alternis, h. e. primum, tertium, quintum* etc. *ac ſimiliter ſecundum, quartum, ſextum colliguntur ad κανόνα, regulam transuerſam, vt vna et aequabiliter nunc imparis numeri fila, nunc paris ope liciorum ad regulam nexorum trahi et per hiatum illum fila ſubteminis, ope radii, traiici poſſint. Cum vero figurae quaecunque intexi debent, pluribus liciis et ſeriebus liciorum ſ. ordinibus opus eſt, quibus diſtribuantur et diſtrahantur prout opus eſt tramae ſtaminis. Haec* Polymita. Apul. Flor. p. 346, 12 *de Hippia*, Habebat indutui ad corpus tunicam interulam tenuiſſimo textu, triplici licio, purpura duplici. *Tales ſunt apud* Ammian. 14, 6 p. 26 *Gron.* Tunicae varietate liciorum effigiatae in ſpecies animalium multiformes. *Hinc* Trilicem loricam *et* cratem *interpretamur in* TRILIX. Licia, *a quibus aliquid pendet:* Ouid. Faſt 3, 267 Licia dependent, longas volantia ſepes, Et poſita eſt meritae, multa tabella deae. Licium *ergo ipſum quoque a* laciendo, laqueando *dictum arbitror, licet mutata ſit quantitas. Quoniam hic ſumus, arripiamus hanc occaſionem textrini antiqui illuſtrandi, declarando primum loco* Homeri, *qui interpretum veterum et nouorum induſtriam videtur effugiſſe. Eſt autem* ΙΛ. ψ, 760 *vbi ita prope Aiacem Oilei F. eſt Vlyſſes curſu cum illo certans, vt prope pectus mulieris eſt canon (κάλαμον μίτων, arundinem liciorum, vocat aliquis apud Euſtathium ad h. l.* p. 1452, 35 *Baſil.) quem manibus bene extendit (cum liciis ad illum alligatis, quae ſic dirigit canon, vt aequabiliter trahi poſſint, quo ipſo nominis ſui menſuram, notionem regulae, implet) extrahens ita ſtamen, (partem tramarum;) per licium (ſ. licia) et (alternis) ad pectus admouet: ita prope currebat Vlyſſes (vt nunc paene attingeret, nunc paullum relinqueretur) Hanc puto veram paraphraſin. Addo etiam interpretationem loci Theophylacti in Iohannem, quo vtuntur Caſaubonus ad Baron.* 16, 84 p. 560. *et Salmaſ. ad Vopiſci Aurelian.* c. 46. *Alii dicunt, in Palaeſtina telas texi, non vt apud nos, vt ſupra (manum textoris, et illum locum vbi cum maxime opus ſit) ſint licia, et ſtamen (nondum textum) infra autem texatur tela, et ita (paullatim) aſſurgat: ſed contra ea infra eſſe licia, ſupra autem telam texi. Quae* Licia *dedimus, illi* μίτοι *ſunt. Sed redimus in viam.* ¶ 2 Licia *etiam alia fila, filamenta, funiculi ſunt.* Petron. 135 Vt ſoluit ergo licio pannum, *quo nempe extrema colligata erant vt fabas caperet.* Idem 131 Illa de ſinu licium protulit, varii coloris filis intortum, *de magico ſacro ſermo, vbi multus* liciorum *vſus.* Apul. Apol. p. 293, 30 At ſi Virgilium legiſſes, profecto ſciſſes, alia quaeri ad hanc rem ſolere — tura maſcula et licia diſcolora. *Reſpicit ad* Virg. Ecl. 8, 73 Terna tibi haec primum triplici diuerſa colore Licia circumdo. *In quem locum* Seruius, Vt Licia ſtamen implicant, ita adoleſcentis mentem implicare contendit. Plin. 28, 4 ſ. 12 Inguinibus medentur aliqui, licium telae detractum alligantes nouenis ſeptenisue nodis, ad ſingulos nominantes viduam aliquam, atque ita inguina adalligantes Licio, et clauum aliudve, quod quis calcauerit, alligatum ipſos (*qui calcauerint*) iubent gerere, ne ſit dolori vulnus. Ouid. Faſt. 2, 575 Tum cantata ligat cum Fuſco licia rhombo, *i. Incantata ad implicandas vinciendasque hoſtiles linguas. Sed* Dira ſororum licia Stat. Achill. 1, 520, *ſunt Parcarum fila. Sic* Fatorum licia Apul. Met. 11 p. 269, 37. ¶ 2 Licium, *res medicamentoſa.* Scribon. 23 *eſt* Lycium *v. v.* ¶ 3 *De* Furto per lancem et licium concepto, *vid.* FVRTVM.

LICIATVS, a, um. Auguſtin. de Ciu. Dei 22, 14 Ipſa iam membra omnia ſunt latenter in ſemine — in qua ratione — iam quodammodo, vt ita dicam, liciatum eſſe videtur, quod nondum eſt. *Pulchra metaphora: cum ſtamina adſunt in tela, et licia ſuſpenſa, quibus tractis ſubtemen inſeritur, iam tota forma ac deſcriptio et figura telae adeſt etc. Male vett. editt.* innatum. Liciatum *etiam Benedict.*

LICIATORIVM, i. n. *Lignum, in quo licium inuoluitur.* Vulg. Interpr. 1 Sam. 17, 7.

LICITATIO, LICITATOR, LICITOR, *vid.* LICEO.

LICITO, Adu. LICITVM eſt, LICITVRVM eſt, LICITVS, *vid.* LICET.

LICTOR, ōris. m. [ῥαβδοῦχος, ῥαβδοφόρος, δήμιος] Lictores *erant miniſtri maiorum magiſtratuum, liberi homines, ciuesque adeo Romani, qui faſces praeferrent virgarum, et his illigatas ſecures, quibus ad imperium magiſtratus vterentur. Iam* Romulus Liu. 1, 8 Duodecim ſumtis lictoribus ſe auguſtiorem fecit. *Cum regiam poteſtatem haberent Conſules, his* quatuor et viginti lictores apparent Liu. 2, 55. *Itaque* Decemuirorum centum et viginti lictores forum implent Liu. 3, 36. *Diligenter de his egit Lipſ. Elect.* 1, 23. *Illorum erat* Submouere, Animaduertere, *de quibus vid. hh. vv. quod faciebant, dum* praeirent. Liu. 24, 44 Fabius Pater filio legatus venit. Quum obuiam filius progrederetur, lictoresque verecundia maieſtatis eius (Patris) taciti anteirent; praeter vndecim faſces (*ergo ſinguli ibant*) equo praeuectus ſenex, vt conſul animaduertere proximum lictorem iuſſit, et is, vt deſcenderet ex equo, inclamauit; tum demum deſiliens, Experiri, inquit, volui, fili, ſatin' ſcires, conſulem te eſſe. Plaut. Aſin. 3, 2, 29 Vbi ſaepe ad languorem tua duritia dederis octo validos lictores vlmeis affectos lentis virgis. Liu. 2, 5 *extr.* Miſſique lictores ad ſumendum ſupplicium, nudatos virgis caedunt, ſecurique feriunt. Cic. Att. 8, 10 Subito conſilium cepi, vt ante quam luceret, exirem: ne qui conſpectus fieret, aut ſermo, lictoribus praeſertim laureatis. *Nempe poſt reditum e Prouincia, quam diu ſpem triumphi habebat, retinuit apparatum Proconſularem.* Idem Quint. Fratr. 1, 10 Sit lictor non ſuae, ſed tuae lenitatis apparitor, maioraque praeferant faſces illi ac ſecures dignitatis inſignia, quam poteſtatis. Atri lictores Hor. Epiſt. 1, 7, 6. *deſignatoris miniſtri, veſpillones.* Conſularis Id. Carm. 2, 16, 9. Paludati, *vid.* PALVDAMENTVM. Lictor, *vnde dicatur, diſputatur ap.* Gell. 12, 3 Valgius Rufus in ſecundo librorum, quos inſcripſit De rebus per epiſtolam quaeſitis, lictorem dicit a ligando appellatum eſſe: quod quum magiſtratus populi Romani virgis quempiam verberari iuſſiſſent, crura eius et manus ligari vincirique a viatore ſolita ſint: isque, qui ex collegio viatorum officium ligandi haberet, lictor ſit appellatus. Vtiturque ad eam rem teſtimonio M. Tullii, verbaque eius refert ex oratione, quae dicta eſt pro C. Rabir. (13 c. 4) I, lictor, inquit, colliga manus. Haec ita Valgius, et nos ſane cum illo ſentimus. Sed Tiro Tullius M. Ciceronis libertus, lictorem vel a lino, vel a licio dictum ſcripſit. Licio enim transuerſo, quod limum appellatur, qui magiſtratibus, inquit, praeminiſtrabant, cincti erant. *Haec Gellius. Add. Plutarch. Quaeſt. Rom.* 67. *Conf.* Feſt. *it.* Non. 1, 257. Lictor *etiam inter ſacrorum miniſtros cenſebatur.* Feſt. 6 Flaminius lictor eſt, Qui flamini diali ſacrorum cauſa praeſto eſt. *Vid.* Ouid. Faſt. 2, 23. *ibique Heinſ. De* lictoribus atris Deſignatoris *iam monuimus.*

LICTORIVS, a, um. Adi. [ῥαβδουχικός] *Quod ad lictorem pertinet.* Plin. 7, 30 Faſces lictorios ianuae ſubmiſit is, cui ſe Oriens Occidensque ſubmiſerat, *de Pompeio M. et Poſidonio.* Virga lictoria Flor. 1, 26.

L I D

LIDVNA, ae. f. *Receſſus maris, olim Salacia.* Marcell. Empir. c. 25 Liduna ante prandium.

L I E

LIEN, ēnis. *vel* LIĒNIS, is. m. [σπλήν] Splen *etiam dicitur ſedes riſus et triſtitiae.* Plaut. Curc. 2, 1, 29 Lien diruptus eſt. P. ambula: id lieni optimum eſt. Idem Merc. 1, 2, 14 Perii, ſeditionem facit lien, occupat praecordia. Lienem et iecur durum habere Scribon. 89. Celſ. 3, 21 Si iecur aut lienem affectum eſſe, manifeſtum eſt. Id. 2, 8 Quos lienes male habent. Celſ. 4, 9 Aqua in qua candens ferrum ſubinde exſtinctum ſit, vel praecipue lienem coërcet. *Et mox,* Eruca et naſturcium lienem extenuant. *Et ante*, Animalia apud (fabros ferrarios) educata exiguos lienes habent. Id. 4, 9 *pr.* At lienis vbi affectus eſt. *Nota genitiuum eſſe, non nominatiuum. Ibidem tamen p. p. legitur*, Lienis quoque bubulus vtiliter eſui datur. *Sic editur. Et* 5, 15, 4 At ſi lienis torquet. Si lienes turgent Cato 157, 7. Plaut. Curc. 2, 1, 5 Quaſi zona liene cinctus ambulo. *Et* v. 21 Lien necat. v. 29 Lien dierectus eſt.

LIENŌSVS, a, um. Adi. [σπληνικός] *Qui liene laborat.* Scribon. *paſſim* Celſ. 2, 8 Lienoſis bono tormina ſunt. Plin. 7, 2 *de Pyrrho refert*, cuius dextri pedis pollex lienoſis medebatur. Cor lienoſum habeo, iamdudum ſalit, *i. Lienis naturam habens, vt turgeat ſicut lien* Plaut. Caſin. 2, 6, 62. *Conf.* Celſ. 3, 8. Vitr. 1, 4.

LIENĪCVS, a, um. [σπληνώδης] *Idem quod Lienoſus.* Plin. 29, 3 Sic et lienicis. *Harduinus legit* Lientericis.

LIENTERIA, ae. f. [λειεντερία] Inteſtinorum laeuitas, *inquit* Feſtus. Celſus 2, 1 His etiam laeuitas inteſtinorum, quae λειεντερία vocatur. *Pluſcula de illa* 2. 18.

LIENTERICVS, a, um. *Apud* Plin. 29, 3 *vt Harduinus reſtituit. Vid. notas et emendationes eius ad l. c. n.* 15 p. 718.

L I G

LIGAMEN, *vid.* LIGO, are.

LIGARIVS, i. m. *Familiae Romanae nomen, e qua* Quintus *ille, pro quo habuit Orationem apud Caeſarem Cicero. Hinc*

LIGARIANVS, a, um. Adi. [Λιγαριανός] Cic. Att. 13, 12 Ligarianam, vt video, praeclare auctoritas tua commendauit. *Subintelligit* Orationem, *quam pro Ligario habuit.*

LIGATVRA, LIGATVS, *vid.* LIGO, āre.

LIGEA, ae. f. *Nymphae nomen apud* Virg. Georg. 4, 336, *quaſi tu* Argutam *dicas. Haec enim eſt* λιγεῖα.

LIGELLVM, *vid.* LIGO, āre.

LIGER, ĕri. m. *Viri proprium.* Virg. Aen. 10, 584 Dicta volant Ligeri, ſed non et Troïus heros Dicta parat contra. *Add.* Id. 9, 571.

LIGER, ĕris. m. [Λίγηρ] *Galliae fluuius, qui et Ligeris in nominatiuo dicitur. Vnde et* Ligerim *in accuſatiuo lectum eſt.* Caeſ. Bell. Gall. 7, 55 Liger ex niuibus creuerat. Idem ib. 75 Paullo poſt magnis itineribus ad Ligerim peruenit. Auſon. Moſ. 461 Non tibi ſe Liger anteferet, non Axona praeceps.

LIGNVM, i. n. [ξύλον, κᾶλον] a Legendo, *inquit* Varro 5, 7 quod ligna caduca in agris legebantur, quibus ad focum vterentur, *aliter* Iſid. 19, 19. Plin. 12, 11 Conſtat arboribus fructus radice, frutice, cortice, ſucco, ligno, *etc.* Cic. Verr. 1, 69 c. 27 Caedere ianuam ſaxis, inſtare ferro, ligna et ſarmenta circumdare, ignem ſubiicere coeperunt. Aridum compone lignum Hor. Carm. 3, 17, 13. Arida ligna explicare in flammas Lucret. 2, 880. Attrita inter ſe ligna, *vid.* ATTERO. Dedicatum lignum Cic. de Legib. 2. Durum Virg. Aen. 9, 544. Dolatum Iuuen. Sat. 12, 58. Fiſſum Virg. Aen. 9, 413. Fiſſile Virg. Georg. 1, 544. Inutile Hor. Serm. 1, 8, 1. Lunatum, *vid.* LVNA. Mobile neruis alienis, *vid.* MOBILIS. Odoratum Virg. Georg. 2, 118. Oſſeum, *vid.* OS. Viridibus ex lignis atque humidis ignem facere Cic. Verr. 1, 45. Accendere lignum, *vid.* ACCENDO. Conficere ligna ad fornacem, *vid.* CONFICIO. Lignum *pro tabulis ligneis, in quibus ſcribebatur, ap. ICtos, vid. Muret. Var. Lect.* 9. Reponere ligna ſuper foco Hor. Carm. 1, 9, 5. ¶ 2 Lignum *etiam dicitur Vitium in pomis.* Plin. 15, 28 Pomorum aliis intus corpus et foris lignum, vt nucum. Aliis foris corpus intus lignum, vt Perſicis et prunis: vitiumque cinctum fructu.

LIGNEVS, a, um. Adi. [ξύλινος] *Quod ex ligno eſt.* Plaut. Poen. 3, 6, 28 Tantiſper quidem vt ſis apud me lignea in cuſtodia, *i. in neruo vinctus.* Deus Tibul. 1, 10, 20. Equus Plaut. Rud. 1, 5, 10. Materiam ligneam flamma vri poſſe neceſſe eſt Cic. de Inuent. 2, 170 c. 57. Moenia Nep. 2, 2, 6. Ponticulus Cic. Tuſc. 5, 59. Signum Cic. Verr. 6, 1. Simulacra Ouid. Met. 10, 694. Soleas ligneas in pedes inducere Cic. de Inuent. 2, 149. Turris Liu. 23, 37. *pr.*

LIGNEŎLVS, a, um. Adi. Dimin. Cic. Q. Frat. 3, 7 Hanc ſcripſi ante lucem, ad lychnuchum ligneolum. Apul. de Mundo p. 70 Qui in ligneolis hominum figuris geſtus moueat. Circuitus ligneolae Rotae Auguſt. Conf. 11, 23.

LIGNARIVS, a, um. Adi. *Quod ad lignum pertinet: vt,* Faber lignarius. Negotiatio lignaria Capitolin. Pertin. 1.

LIGNARIVS, i. m. Subſtant. ξυλοκόπος, ὁ κόπτων ξύλα Gloſſ. Lat. Gr. *Qui lignatum it.* Liu. 35, 41 Et iidem porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt.

LIGNŌSVS, a, um. Adi. [ξυλώδης] *i. Inſtar ligni durum.* Plin. 12, 7 Arbor radice lata, lignoſaque. Lignoſiore Callo induruit Id. 16, 36. *MS. tamen habet* limoſiore.

LIGNOR, āri. Dep. [ξυλίζομαι] *Ad ferenda ligna ire.* Plaut. Capt. 3, 4, 115 Ite iſtinc, efferte lora. C. num lignatum mittimur? Liu. 25, 34. *pr.* Et deinde aſſidue dies nocteſque infeſtus aderat, vt non vagus tantum procul a caſtris lignatum pabulatumque progreſſos exciperet, ſed ipſis obequitaret caſtris. Ire lignatum Liu. 10, 25. Dum lignantur, interfecti ſunt Hirt. B. H. c. 7.

LIGNATIO, ōnis. f. [ξυλισμὸς] *Lignorum deſectio, vel deportatio.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 39 Vt nonnulli milites, qui lignationis munitioniſque cauſa in ſiluas diſceſſiſſent, *etc.* Columel. 1, 5 Sit autem vel intra villam, vel extrinſecus inductus fons perennis, lignatio, pabulumque vicinum. *i. Locus, vnde ligna accipi poſſint.*

LIGNĀTOR, ōris. m. [ξυλεὺς] *Miles, qui lignatur.* Pabulatores et lignatores tueri Liu. 41, 1. Id. 10, 25. Caeſ. Bell. Gall. 5, 26 Subitoque oppreſſis lignatoribus, magna manu, *etc.*

LIGNICĪDA, ae. c. *Qui ligna caedit.* Varro de L. L. 7, 33.

LĬGO, āre. [δέω, ἀναδέω, ἐπιδέω, δεσμεύω] *Vincire, conſtringere. Quidam a* Lino *deducunt, quaſi* Lino ago: *quod omnia lino ligentur.* Plin. 11, 46 Talus autem rectus eſt in articulo pedis ventre eminens, concauo in vertebra ligatus. In catenas aliqua ligare, et inexplicabili ſerie connectere *Metaph.* Quinctil. 5, 14, 32. *de oratoribus.* Guttura ligauit laqueo Ouid. Met. 6, 134. Vulnera ligare Id. Met. 7, 849. Legibus ligare aliquem Stat. Silu. 4, 3, 75. Pacta ligare Propert. 4, 4, 82. *In veneficiis mala ſignificatione vſurpatur: vid.* Iſidor. 8, 9.

LIGĀTVS, a, um. Partic. [δεθεὶς] Comas ligatas auro ſubſtringere Lucan. 3, 280. *Conf.* Virg. Aen. 10, 794. Crines ligatos impedit vitta Tibul. 1, 6, 66. Cic. Catil. 4, 13 c. 6 Cum filium eius impuberem ligatum a praetore miſſum in carcerem necandum eſſe dixit.

LIGĀMEN, ĭnis. n. [δέσμα, δεσμὸς] *Quo quid ligatur.* Columel. 11, 2 Poſſit etiam ſalix deciſa pridie ad lucubrationem expurgari, et ad vitium ligamina praeparari. Nocturna ligamina mitrae Propert. 2, 29, 6.

LIGAMENTVM, i. n. *Idem.* Tacit. Ann. 15, 54 Vulneribus ligamenta quibusque ſiſtitur ſanguis, *etc.*

LIGATIO, neruorum. Scribon. 255.

LIGATVRA, ae. f. Pallad. 1, 16 Ligatura in vitibus, *etc.* Ad haec omnia pertinent et ligaturae exſecrabilium remediorum, quae ars medicorum condemnat; ſiue in praecantationibus, ſiue in characteribus, vel in quibuscunque rebus ſuſpendendis atque ligandis. *Vid.* LICIVM. Ligaturae, *phylacteria: vid.* Auguſt. Doctr. Chr. 2, 20. *et* Iſid. 8, 9.

LIGELLVM, i. n. [καλύβη] *Breue domicilium, et tuguriolum.* Plaut. Aul. 2, 4, 24 De ſuo ligello fumus ſi qua exit foras. *Sic* Nonius 2, 504. *Turnebus ait, ſibi in mentem veniſſe, vocabulum hoc diminutionis formam quandam adumbrare. Poſtulat autem proportio, vt, quemadmodum a tigno tigillum et tigellum deducitur, vnde et tigellii nomen, ſic a* ligno ligillum *et* ligellum *deriuetur. Paruum igitur lignum intelligit, quod in foco vratur fumumque reddat. Alii ex MSS. legunt* Tigillo, *et ſic Gron. recte. Solet enim inter contignationem et tectum fumus exire.*

LIGO, ōnis. m. [δίκελλα, μάκελλα] *Ruſticum inſtrumentum foſſorium, quod iactatione quadam et percuſſione imprimitur.* Lucan. 1, 169 Rura antiquos Curiorum paſſa ligones. Plin. 18, 6 Adduxit graues ligones, vomeres ponderoſos. Duris ligonibus exhauriebat humum Hor. Epod. 5, 30. Incurui ligones Stat. Theb. 3, 589. Iactati pulſarunt arua ligones Ouid. Amor. 3, 10, 31. Longis purgare ligonibus arua Ouid. ex Pont. 1, 8, 59.

LIGVLA, *vid.* LINGVA.

LIGVRIA, ae. f. [Λιγυστική] *Italiae regio cuius incola vocatur*

LIGVR, ŭris. m. [Λίγυς] *Nomen gentile.* Probus *declinat* hic et haec LIGVR, *et* hic et haec et hoc LIGVS, pro incola Liguriae. Aſſuetus malo Ligur Virg. Georg. 2, 168. Tacit. Hiſt. 2, 13 Auxit inuidiam praeclaro exemplo femina Ligus, quae filio abdito, *etc.* Tonſus Ligur Lucan. 1, 442. Vane Ligus Virg. Aen. 11, 715. *Sic optimi quique libri et Grammatici, vid. Pier.*

LIGVSCVS, *Id. vid.* Varr. R. R. 1, 18, 6. 2, 5, 9. 3, 9, 17. *in MSS.*

LIGVRINVS, i. m. *Idem.* Martial. 3, 44 Circa te, Ligurine, ſolitudo.

LIGVRINVS, a, um. *Vt,* Alpes Ligurinae Gratian. Cyneget. v. 510.

LIGVSTINI, *Ligures* Plin. 10, 24.

LIGVSTIS, ĭdis. *Gentile.* Sidon. Epiſt. 9, 15, 44 Humo atque gente cretus in Liguſtide.

LIGVSTĬCVS, a, um. Adi. [Λιγυστικὸς] Iuuen. Sat. 3, 257 Nam ſi procubuit qui ſaxa Liguſtica portat. Liguſticus ager montanus Varr. R. R. 1, 18, 6. Liguſticum mare Plin. 2, 47 *Eſt maris Tuſci pars a* Liguria *Prouincia, cui adiacet, denominatum. De* Liguſtico *herba mox.*

LIGVRIO *vel* LIGVRRIO, īui *vel* ii, ītum, īre. [λιχνεύω] *Multa auide conſumere, et ſuauiora edulia carpere.* Liguriunt, λιχνεύουσι Vet. Gloſſ. Liguriunt muſcae, *inquit* Varr. de L. L. 3, 16 *vbi vid. Victor.* Ter. Eun. 5, 4, 14 Quae cum amatore ſuo quum coenant, liguriunt. *Vbi* Donatus, Liguriunt, ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ, quod ſecundum Graecos ſuaue intelligitur. Ligurire dicitur, qui eleganter et more ſenum, multo faſtidio ſuauiora quaeque deguſtat. Non. 2, 507 Ligurire, Deguſtare, vnde Abligurire, Multa auide conſumere. Ligurire Aliquem Plaut. Capt. 1, 1, 16. *i. opes eius conſumere.* Liguriunt muſcae Varr. R. R. 3, 16, 6. Furta ligurire, *i. Cibum furto ablatum* Hor. Serm. 2, 4, 79. Ius tepidum ligurire Hor. Serm. 1, 3, 81. Ligurire, *ait Budaeus, eſt Paullatim in ore commanducare aliquid guſtu ſuaue, vnde* Cic. Ligurire lucra, *eſt Senſim lucrifacere, et in eo oblectari: cui opponitur* Deuorare, *quod fit praeauide ab homine hiantis auaritiae. Reſpicit* Verr. 3, 177 c. 76 Non reperietis hominem timide, nec leuiter haec improbiſſima lucra ligurientem. Deuorare omnem pecuniam publicam non dubitauit. Cic. Fam. 11, 21 Quum quidam de collegis noſtris agrariam curationem ligurirent, diſturbaui rem, totamque in aduentum veſtrum integram reſeruaui. *i. Quum legis agrariae mentionem ſenſim tentarent, et cum magna ſuauitate in animo verſarent. Haec Budaeus.*

LIGVRITIO, ōnis. f. [λίχνευσις] *Auiditas, immoderata appetentia.* Cic. Tuſc. 4, 26 c. 11 Aegrotationi autem talia quaedam ſubiecta ſunt, auaritia, ambitio, mulieroſitas, peruicacia, liguritio, vinolentia, cupedia, et ſi qua ſunt ſimilia. Ciceroni *etiam reſtitutum it Gron. ad* Att. 13, 46. *pr. vbi legi vult,* Lepta enim de ſua liguritione laborans me ad eum perduxerat. *Sic per contemtum appellari petitionem curationis munerum et ludorum, quae a Caeſare tum parabantur, de qua re* Fam. 6, 19. *Et vidimus modo formulam* Ligurire curationem agrariam.

LIGVRĪTOR, ōris. m. *Guloſus, antiquis Catillo dictus.* Auſon. Epigr. 120. *in obſcoeno ſenſu.* Liguritor, *Piſcis genus* Macrob. Saturn. 2, 12. *extr.*

LIGVRIVS, Guloſus, catillo, λίχνος Vet. Gloſſ.

LIGVS, LIGVSTICVS, *vid.* LIGVRIA.

LIGVSTĬCVM, i. n. [λιγυστικὸν] *Herba.* Plin. 19, 8 Liguſticum ſilueſtre eſt. In Liguriae ſuae montibus ſeritur. Vbique ſuauius ſatiuum, ſed ſine viribus. Panacem aliqui vocant. Crateuas apud Graecos cunilam bubulam eo nomine appellat: caeteri fere conizoides, cunilaginem. *Dictum autem* Liguſticum *vt vidimus, a patria ſua* Liguria: *Alii* Libyſticum *a* Libya *vocatum putant. Pharmacopolae vocant leuiſticum. Add.* Plin. 20, 15. Colum. 12, 57, 5.

LIGVSTRVM, i. n. [κύπρος] Eadem arbor eſt *inquit* Plin. 24, 10 quae in Oriente Cypros. Suos in Europa vſus habet. Succus eius neruis, articulis, algoribus: folia vbique veteri vlceri, cum ſalis mica, et oris vlcerationibus proſunt. Virg. Ecl. 2, 18 Alba liguſtra cadunt. *Sed hic* Liguſtra *vocat, Flores liguſtri, quos conſtat eſſe candidiſſimos.* Martial. 1, 116 Toto candidior puella cycno, Argento, niue, lilio, liguſtro. Niueum Ouid. Met. 13, 789. Liguſtrum, *Genus herbae, per ſepes et macerias ſerpens.* Columel. 10, 301 Et nigro permiſta liguſtro Balſama. *Quo in loco ſi forte* Liguſtrum *arbuſculam intelligit* Columella, *reſpexit ad eius Semen ſeu Baccas, quas paſſim videmus nigerrimas.*

L I L

LILIVM, i. n. [κρίνον] *Herbae hortenſis genus, de qua apud* Plin. 21, 5. Alba Virg. Georg. 4, 131. Breue Hor. Carm. 1, 36, 16. Candida Virg. Aen. 6, 709. Candentia Ouid. Met. 12, 411. Grandia Virg. Ecl. 10, 25. Tibi lilia plenis Ecce Ferunt nymphae calathis Virg. Ecl. 2, 45. Infringere lilia Ouid. Met. 10, 191. ¶ 2 Lilium, *Genus munitionis appellatur ex ſimilitudine floris, quod deſcribit* Caeſ. Bell. Gall. 7, 73.

LILIACEVS, a, um. Adi. [κρίνινος] Oleum liliaceum Palladio 6, 14. *in lemmate.*

LIRĬNVS, a, um. [λείρινος] *Quod eſt lilii:* Lirinum oleum Plin. 21, 5. 23, 4. 25, 5.

LILIĒTVM, i. n. [κρινὼν] *Locus, in quo liliorum copia eſt.* Palladius; Lilieta, canneta ponenda ſunt. Idem 3, 21 Noua lilieta formabunt.

LILYBAEVM, i. n. [Λιλύβαιον] *Siciliae promontorium eſt, quod Africam reſpicit.*

LILYBĒĬVS, a, um. Adi. [Λιλυβήϊος] Virg. Aen. 3, 706 Et vada dura lego ſaxis Lilybeia caecis.

LILYBAETĀNVS, a, um. *Aliud* Adi. Cic. Verr. 4, 37 A Liſone vero Lilybaetano primo homine, apud quem diuerſatus es, Apollinis ſignum certe eſſe non oportuit.

L I M

LIMA, ae. f. [ῥίνη] *Inſtrumentum denticulatum fabrile, quo ferrum, aut aliquid aliud expolitur terendo.* Nec radio, nec ſubula, nec lima, nec torno, nec id genus ferramentis vti noſſe Apul. Flor. 2.

Lignaria lima Scribon. 141. *Metaphora conſueta* Quinctil. 10, 4, 4 Opus poliat lima non exterat, *vbi nimium emendandi ſtudium damnat. Plane ſimiliter diſcipulus Fabii*, Perfectum opus abſolutumque eſt, non ſplendeſcit lima, ſed atteritur Plin. Ep. 5, 11. Vltima lima defuit meis ſcriptis Ouid. Triſt. 1, 6, 30. Plin. Epiſt. 1, 2 Immo quo magis intendam limam tuam, confiteor et ipſum me, et contubernales ab editione non abhorrere. *h. e. Vt acuam et excitem tuum iudicium ac emendationem in hunc librum quem ad te miſi.* Limae plus in illis eſt Vell. 2, 9, 3. Martial. 5, 81 Quem cenſoria cum meo Seuero Docti lima momorderit Secundi. Plin. Epiſt. 1, 8 Memini quidem te iam quaedam notaſſe, ſed generaliter. Ideo nunc rogo, vt non tantum vniverſitati attendas, verum etiam particulas, qua ſoles lima perſequaris. Raſus liber lima Ouid. ex Pont. 2, 4, 17. Vti lima mordacius Id. ex Pont. 1, 5, 19.

LIMO, āre. [ῥινέω] Lima lignaria limare Scribon. 141. Plin. 18, 1 Atque quum in arbores exacuant, limentque cornua elephanti. Scalpere atque limare gemmas Plin. 36, 7. Limare, *per translationem, pro Expolire, et redundantia circumcidere, vt ait Budaeus.* Cic. de Orat. 1, 115 c. 25 Neque haec ita dico, vt ars aliquid limare non poſſit: neque enim ignoro et quae bona ſint, fieri meliora poſſe doctrina. Ornare ac limare Cic. de Orat. 3, 88. Cura tenui limari Ouid. ex Pont. 4, 6, 36. Politius limare aliquod opus Cic. Acad. 1, 2 c. 1. *i. Ornatius facere.* Ratio limat aliquid Quinctil. 2, 4. Cic. Off. 2, 35 Alia eſt illa, quum veritas ipſa limatur in diſputatione, ſubtilitas: alia, quum ad opinionem communem omnis accommodatur oratio. Limare caput cum altero. *i.* Coniungere, *inquit* Nonius 4, 274. *ex veteribus, vt* Plaut. Poen. 1, 2, 81. *Conf. Turneb. Adu. 15, 6. Alia metaphora ſignificat imminuere et attenuare, vt* de tua prolixa beneficaque natura limauit aliquid poſterior annus Cic. Fam. 3, 8. Hor. Epiſt. 1, 14, 37 Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam Limat. *i.* Atterit, et inuido oculo faſcinat Porphyr.

LIMĀTVS, a, um. Partic. [ἐῤῥινημένος] *metaphora ſollemni.* Cic. de Nat. Deor. 2, 74 Nec vero hoc in te vno conuenit moribus domeſticis, ac noſtrorum hominum vrbanitate limato, ſed *etc.* Limatus et emunctus Quinctil. 12, 10. Terſus ac limatus Idem 12, 10. Cic. de Orat. 1, 180 c. 39 Qu. Scaeuola aequalis et Collega meus, homo omnium et diſciplina iuris ciuilis eruditiſſimus, et ingenio, prudentiaque acutiſſimus, et oratione maxime limatus atque ſubtilis. *Quid eſſet* limatum *in oratione, magis ſentias, ſi conſideres etiam hunc locum* Cic. Bruto 91 Videmus alios Oratores inertia nihil ſcripſiſſe, ne domeſticus etiam labor accederet ad forenſem: alios, quod melius putent dicere ſe poſſe, quam ſcribere, quod peringenioſis hominibus, neque ſatis doctis, plerumque contigit, vt ipſi Galbae: quem fortaſſe vis non ingenii ſolum, ſed etiam animi, et naturalis quidam dolor dicentem incendebat, efficiebatque, vt et incitata, et grauis, et vehemens eſſet oratio: dein, quum otioſus ſtilum prehenderat, motuſque omnis animi tanquam ventus hominem defecerat, flacceſcebat oratio; quod iis, qui limatius dicendi conſectantur genus, accidere non ſolet, propterea quod prudentia nunquam deficit Oratorem, qua ille vtens, eodem modo poſſit et dicere, et ſcribere, ardor animi non ſemper adeſt: iſque quum conſedit, omnis illa vis et quaſi flamma Oratoris extinguitur. Idem in Orat. 20 Tria ſunt omnino genera dicendi, quibus in ſingulis quidam floruerunt. Nam et grandiloqui (vt ita dicam) fuerunt cum ampla et ſententiarum grauitate, et maieſtate verborum, vehementes, varii, copioſi, graues, ad permouendos et conuertendos animos inſtructi et parati. Et contra, tenues, acuti omnia docentes, et dilucidiora non ampliora facientes, ſubtili quadam et preſſa oratione limati. Idem de Orat. 3, 28 Ecce praeſentes duo prope aequales Sulpicius et Cotta. quid tam inter ſe diſſimile? quid tam in ſuo genere praeſtans? Limatus alter et ſubtilis, rem explicans propriis aptiſque verbis, haeret in cauſa ſemper: et quid Iudici probandum ſit, quum acutiſſime vidit, omiſſis caeteris argumentis, in eo mentem orationemque defigit. Sulpitius autem fortiſſimo quodam animi impetu, pleniſſima et maxima voce, ſumma contentione corporis, et dignitate motus, verborum quoque ea grauitate et copia eſt, vt vnus ad dicendum inſtructiſſimus a natura eſſe videatur. Martial. 7, 50 Iure madens, varioque togae limatus in vſu, *i. politus, et ſubactus, vt Optime calleat omnia, quae togato viro conueniunt.* Limatior, *i.* Politior et emendatior Acron. *ad* Hor. Serm. 1, 10, 65 — fuerit Lucilius (inquam) Comis et vrbanus, fuerit limatior idem Quam rudis. Ingenium limatius Plin. Epiſt. 1, 20.

LIMATE. Adu. *Compar.* Ammian. 15 c. vlt. Conſtantinus cum limatius ſuperſtitionum quaereret ſectas, *i. Accuratius.*

LIMATVLVS, a, um. Adi. Dimin. Cic. Fam. 5, 33 Opus eſt huc limatulo et politulo tuo iudicio. *i. Terſo et ſubtili.*

LIMATVRA, ae. f. [ῥίνημα] Puluiſculus limando detractus. Onomaſt. Vet.

LIMATIO, ōnis. f. *apud* Auguſtinum.

LIMĀTOR, ōris. m. ῥινητής Gloſſ. Cyrill.

LIMAX, ācis. m. [ῥινητικός] Qui exquirit, vt aliquid auferat Plaut. Fragm. 3, 42. Limaces viri quod atterant et conſumant Nonius 4, 274.

LIMAX, ācis. m. *et* f. [κοχλίας] *Cochlĕa terreſtris.* Limaces liuidae, *gen. fem.* Plaut. *ap.* Varr. L. L. 6, 3 p. 76, 5 *videtur conuicium eſſe in mulieres, meretrices praeſertim.* Columel. 10, 324 Implicitus conchae limax, hirſutaque campe. Feſtus, Limaces cochleae a limo appellatae. *Add.* Varr. L. L. 6, 3 Limax a limo, quod ibi viuit. Plin. 29, 6 Limacis inter duas orbitas inuentae oſſiculum, *etc.*

LIMBVS, i. m. [κράσπεδον] *Pars veſtis extrema, quae Inſtita dicitur. Originem a limis ducunt* Donat. *ad* Ter. Eun. 3, 5, 53. *et* Hygin. de limitib. p. 161. Virg. Aen. 2, 616 — limbo effulgens, et Gorgone ſaeua. *Alii legunt* Nimbo. Idem Aen. 4, 137 Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo. *Vbi* Seruius; Limbus, eſt Faſcia quae ambit extremitatem veſtium ſecundum antiquum ritum. *Conf.* Luctat. *ad* Stat. Theb. 6, 367. Orbis oceani limbo circumſeptus Oroſ. 1, 2. Aureus limbus obibat chlamydem Ouid. Met. 5, 51. Vltima pars telae tenui circumdata limbo Ouid. Met. 6, 127. Limbum XII ſignorum appellat Varro Zodiacum, *teſte Budaeo.*

LIMBĀTVS, a, um. Chlamydes limbatae Treb. Poll. in Claud. c. 17.

LIMBOLARIVS, i. m. *Qui limbum veſtibus praetexit.* Plaut. Aul. 3, 5, 45 Textores, limbolarii, arcularii ducuntur, datur aes. *Pareus legit* Limborarius. *Similiter ap.* Non. 14, 30. *al. legunt* limborarios, *alii* limbolarios.

LIMEN, ĭnis. n. [οὐδός] *Dicitur, quod ex transuerſo in ianua eſt: a* Limo, *id eſt obliquo,* quod ingredientibus exeuntibuſque transuerſum ſit, *vt eſt apud* Donatum et Feſtum. Ter. Hec. 3, 3, 18 Iam vt limen exirem, ad genua accidit. Limen, *etiam Superiorem partem oſtii ſignificat.* Iuuen. Sat. 6, 227 Pendentia liquit Vela domus, et adhuc virides in limine ramos, *i. ſerta et coronas inde ſuſpenſas.* Cato *vtrumque complectitur, quum inquit* c. 14 Tigna omnia, quae opus ſunt, limina, poſtes, *etc.* Limen ſuperum et inferum dixit Naevius *ap.* Non. 4, 278 Exime limen ſuperum, quod mihi miſero ſaepe confregit caput: inferum quoque, vbi ego omneis defregi digitos. *Limen ſuperum inferumque diſcedentes ſalutabant.* Plaut. Merc. 5, 1, 1 Limen ſuperum, inferumque ſalue, ſimul autem vale. Adſtrictum limen, *Clauſum* Ouid. Amor. 3, 1, 50. Auratum Senec. Herc. Oet. 5. Crudelia Virg. Aen. 3, 616. Dulcia Id. Georg. 2, 54. Incuſtodita et aperta, *vid.* INCVSTODITVS. Lacta Virg. Aen. 1, 711. Marmoreum limen Hor. Epiſt. 1, 18, 73. Perfractum Senec. Troad. 7. Proſperum Stat. Silu. 4, 3, 97. Religioſa deorum Virg. Aen. 2, 366. Reuulſum tellure Ouid. Met. 12, 281. Rigido crudeles cum limine poſtes Ouid. Amor. 1, 6, 73. Superba ciuium potentiorum limina Hor. Epod. 2, 8. Tritum Catul. 66, 71. Adire limina alicuius Virg. Aen. 6, 115. Circumuolitare potentiorum limina, *vid.* CIRCVMVOLITO. Compeſcere ferrea limina Lucan. 1, 62. Exturbatus limine templi Sil. 11, 103. Inſiſtere limen Virg. Aen. 6, 563. *vid.* INSISTO. Irrumpit interiora domus limina Virg. Aen. 4, 645. Perrumpit dura limina bipenni Virg. Aen. 2, 480. Pulſare limina Ouid. Amor. 2, 19, 39. Scandere limina turris Stat. Theb. 12, 15. Sedere in limine Virg. Aen. 4, 473. Tranſire limen cautius Ouid. Amor. 1, 12, 5. Limen, *pro Ingreſſu aliquando ponitur, vid.* Non. 4, 278. Virg. Aen. 2, 453 Limen erat, caecaeque fores, et peruius vſus. *Add.* Plin. Praef. 3. Carceris oſtium limenque Cic. Tuſc. 5, 13. Cubiculi limen Cic. pro Cluent. 15. Portarum obſeſſa tenere limina Virg. Aen. 3, 803. Limen, *Interior pars domus.* Virg. Georg. 2, 504 — penetrant aulas et limina regum. *Vbi* Seruius, Profitentur ſatellitium. Limina autem ait interiorem familiaritatem. Limen, *Locus in quo ſtatur, vid.* Non. c. l. Virg. Aen. 5, 316 Signoque repente Corripiunt ſpatia audito: limenque relinquunt, *carceres, vnde curſus initium.* Ad limina ſeruus, *pro Atrienſi, apud* Apuleium de Aſino 2. *Et apud* Virgil. Aen. 9, 648 — fiduſque ad limina cuſtos. *i.* Aedituus, *ait* Seruius, *v.* AD. Budaeus. Limen, pro Amicitia, teſte Seruio, *enarrante illud de Turno,* Aen. 7, 579 De limine pelli. Iuuen. Sat. 3, 124 Limine ſubmoueor, perierunt tempora longi Seruitii. *i. Repellor ab amicitia. Nempe quem a limine repellunt homines, illum amicum nolunt.* ¶ 2 *Metaphorice initium et principium ſignificat.* Secundi *Anni* liminibus rapuit me ſibi Perſephone Inſcr. Grut. p. 659, 7. In limine belli Tac. Ann. 3, 74. Leti limina Lucret. 6, 1155. Senectutis limen ingreſſus Firmic. 3, 1. Vitae limen *i. natiuitas: vid. Burm. ad* Val. Flacc. 1, 823. *Markl. ad* Stat. Silu. 2, 6, 70. *Oudendorp. ad* Lucan. 2, 106. A limine diſciplinas ſalutare, *vid.* A, *vel* AB. Limina *et* Lumina *miſcentur a librariis, vid. Drakenb. ad* Sil. 1, 66. *Item* Limina *et* Litora, Limen *et* Limes, *vid. Idem ad* Sil. 3, 4. *et* 4, 105.

LIMEN, ĕnis. [λιμήν] *Latine Portum ſignificat. A quo*

LIMENARCHA, ae. m. [λιμενάρχης] *Qui locis maritimis praeeſt, vnde Proiectus eſt ad exteras nationes.* Paullus, D. de ſeruis fugitiuis, l. 4 Limenarchae et ſtationarii fugitiuos deprehenſos recte in cuſtodiam retinent. *Nominantur etiam* l. 18 §. 10 ff. de Muneribus.

LIMINĀRIS, e. *Ad limen pertinens.* Liminares trabes Vitruu. 6, 4.

LIMENTINVS, i. m. *Deus, qui praeeſt liminibus. Vid.* Tertull. de Idol. c. 15. *et* de Coron. mil. c. 13. *Elmenhorſt. ad* Arnob. p. 23.

LIMES, ĭtis. m. [ὅρος, ἀτραπός] *Transuerſa via dicitur, a nomine* Limus, a, um. *Cumque eaedem viae etiam diuidere ſolerent agros vicinorum, hinc* Limes *etiam terminum ſignificat.* Virg. Aen. 9, 324 Et lato te limite ducam. Columel. 1, 8 Semitas, nouoſque limites in agro fieri non patiatur. Feſtus, Limites in agris nunc Termini, nunc Viae transuerſae ſunt. Accliuus limes Ouid. Met. 2, 19. *vid.* ACCLIVIS. Arctior Stat. Theb. 1, 24. Attritus aquarum Ouid. Epiſt. 18, 133. Curuus Senec. Thyeſt. 841. Directus Stat. Silu. 2, 2, 84. Longo limite ſulcus Virg. Aen. 2, 697. Obliquus Senec. Oedip. 365. Scopuloſus Stat. Theb. 1, 332. Sectus in obliquum Ouid. Met. 2, 130. Spatioſus Ouid. Met. 15, 849. Tenuis limes longa ſubnubilus vmbra Ouid. Rem. Amor. 599. ¶ 2 *Verborum formulae:* Latumque per agmen ardens Limitem Agit ferro Virg. Aen. 10, 514. Idem limes Agendus erit Ouid. A. A. 3, 558. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 16, 338. Deſcendere curuo limite Ouid. Met. 14, 830. Graſſari recto limite Ouid. Triſt. 2, 477. Incidere rectum limitem Quinctil. 2, 13. Partiri limite campum Virg. Georg. 1, 126. Poſitus limes agro Virg. Aen. 12, 898. Reſcindere limites Stat. Silu. 4, 3, 41. Limites, *ait* Siculus Flaccus de Conditionibus agrorum, p. 15. *Goeſ.* ab Liminibus vocabula acceperunt: quoniam quo modo limina introitus exituſque locis praeſtant, limites agris ſimiliter introitus exituſque: qui in agris diuiſis et aſſignatis ſemper peruii eſſe debebunt, tam itineribus, quam et menſuris agendis. Quum ergo omnes limites a menſura denûm actuum *Decimani* dicti ſint, hi, qui Orientem Occidentemque intuentur, qui Meridianum et Septentrionem tenent, vnum vocabulum illis erat: *Decumanum* nuncupabant ſpectantem matutini et veſpertini et meridiani et ſeptentrionis cardinem. Alii vero ab regionum poſitione et natura appellauerunt *Maritimos* et *Montanos.* Poſtea vero, quum agri diuiderentur et aſſignarentur, *Decimani* quidem vocabulum permanſit, vt hi, qui Orientem Occidentemque intuentur, *Decimani* dicerentur: ii vero, qui Meridianum et Septentrionem, quoniam cardinem mundi tenerent, *Cardines* ſunt appellati. Et omnes hi limites dirimunt agros, centuriaſque deſignant: qui vt ſupra diximus, in agris diuiſis et aſſignatis ſemper peruii eſſe debebunt, et itineribus, et menſuris agendis. *Limitum autem nomina haec inuenimus in libello extremo eiusdem* Flacci p. 26 Orientales, Septentrionales, Maximi, Actuarii, Interciſiui, Quintani, Cultellati, Nonani, Maritimi, Gallici, Temporales, Regales, Subrunciui, Linearii, Sextanei, Teſſellati, Diagonales, Montani, Auſtrinales, Praefecturales, Vndecimani, Colonici, Paſſiui, Hypotenuſſales, Duodecimani, Egregii, Solitarii, Perpetui, Limites qui antica et poſtica diuidunt. Aggenus de Limitibus Agrorum p. 46 Limes eſt, quodcunque in agro ad obſeruationem finium opera manuum factum eſt. Rigor vero ſuae rectitudinis naturalis nomen accepit. Hyginus de Limitibus conſtituendis *pr.* p. 150 Antiqui menſuras agrorum normalibus longitudinibus incluſerunt. Primum duos limites conſtituerunt: vnum, qui ab Oriente in Occidentem dirigeret: hunc appellauerunt *Duecimanum,* ideo, quod terram in duas diuidat partes, et ab

et ab eo omnis ager nominatur, alterum a Meridiano ad Septentrionem, quem *Cardinem* nominauerunt, a mundi cardine. *Duocimanum* poſtea *Decimanum* appellauerunt : quare (*f.* quaſi) a decem potius quam a duobus, ſicut *duo pondo* nunc dicimus *dupondium*, et quod dicebant antiqui *duo viginti* (*f.* duiginti) : nunc dicimus *viginti*. Similiter *duocumanus*, *Decumanus* eſt factus. Reliquos limites fecerunt anguſtiores : et, qui ſpectabant in orientem, *prorſos*, qui ad Meridianum, *transverſos* appellauerunt. *Limites* autem appellati a *limo*, antiquo verbo, id eſt, transuerſi: nam et *limum cinctum*, ideo quod purpuram transverſam habeat. item *limina* oſtiorum. Poſtea *prorſos* et *transverſos* limites appellauerunt, a liminibus, quod per eos agrorum itinera ſervantur. Poſtea apud quoſdam nomina a loci natura acceperunt : et qui ad mare ſpectant, *maritimos*, qui ad montem, *montanos* appellauerunt. Omnis ergo huius menſurae et recturae longitudo rationalis, *limes* appellatur. nec intereſt quidquam, *decumanum* dicamus, an limitem. *Decumanus* autem *primus*, *maximus* appellatur, item *Cardo* : nam latitudine caeteros praecedunt. Sunt alii limites actuarii, alii linearii. *Actuarius* eſt limes, qui primus actus eſt, et ab eo quintus quisque, quem ſi numeres, cum primo, erit ſextus : quoniam quinque centurias ſex limites cludunt. Reliqui medii limites *linearii* appellantur, in Italia *ſubrunciui*. *Actuarii* autem extra maximos, Decumanum et Cardinem, latitudinem habent pedum XII. Per hos iter populo, ſicut per viam publicam debetur. ita enim cautum eſt lege Sempronia, et Cornelia, et Iulia. Quidam ex his latiores ſunt XII pedibus, vt ſi qui ſunt per viam publicam (militarem) acti. habent enim latitudines viae publicae. *Linearii* limites menſurae tantum diſterminandae cauſa ſunt conſtituti : et ſi finitimi interueniunt, latitudinem ſecundum legem Mamiliam accipiunt. In Italia itineri publico ſeruiunt ſub appellatione *ſubrunciuorum*. habent latitudinem pedem octonûm. Hos conditores coloniarum fructus adſportandi cauſa publicauerunt. nam et poſſeſſiones pro aeſtimio vbertatis, anguſtiores ſunt aſſignatae: ideoque limites omnes non ſolum menſurae, ſed et publici itineris cauſa latitudines acceperunt. Secundum antiquam conſtitutionem limites diriguntur : quare non (*f.* quo nomine) omnis agrorum menſura in Orientem potius quam in Occidentem ſpectat. In Orientem, ſicut aedes ſacrae. nam antiqui architecti in Occidentem templa ſpectare recte ſcripſerunt. Poſtea placuit omnes religionem eo convertere, ex qua parte caeli terra illuminatur. ſic et limites in Orientem conſtituuntur. *Haec Frontinus. Add. apud Goeſ.* p. 216. *et* 290. ¶ 3 Limites *in vrbe ſunt, vt Semitae, Viae transuerſae*, Liuio, *vt* 31, 24 Intra portam, extraque latae ſunt viae : vt et oppidani dirigere aciem a foro ad portam poſſent : et extra limes mille ferme paſſus in Academiae gymnaſium ferens, pediti equitique hoſtium liberum ſpatium praeberet. *Per translationem* Senec. de Benef. 1, 14 Quare ſi quis exiſtimat nos, quum iſta praecepimus, benignitatis fines introrſus referre, et illi minus laxum limitem aperire, *etc.* Limes *a librariis confunditur cum* Limen *et* Miles : *vbi vid.*

LIMĬTO, āre. *et* LIMITOR, āri. [ὁρίζω] *i. Partiri, diuidere, ſiue diſtinguere.* Limitare terminos Sidon. Epiſt. 7, 1. Plin. 17, 22 Vineas limitari decumano oportet, XVIII pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum tranſitus, *etc.* Cic. Fam. 3, 8 Etſi de tua prolixa beneficaque natura limitabit aliquid poſterior annus, propter quandam triſtitiam temporum. *Sic legendum videtur Budaeo : et ita in vetuſtioribus codicibus legitur. Sed melius vulg.* limauit.

LIMITĀTVS, a, um. Ager limitatus, In centurias dimenſus, *inquit* Feſtus. Vlpian. in l. 1 D. de fluminib. ne quid, *etc.* Si inſula in publico flumine nata fuerit, in eaque aliquid fiat : non videtur in publico fieri. Illa enim inſula aut occupantis eſt, ſi limitati agri fuerint : aut eius, cuius ripam contingit. Quaeſtio Varr. R. R. 2, 2, 1. *i. terminata.*

LIMITATIO, ōnis. f. [ὁρισμὸς] Columel. 2, 12. *pr.* Non intempeſtiue commemorabimus Iulii Graecini conſcripta, velut formulam, ad quam poſita eſt limitatio terrae vinealis. *Add.* SScc. Rei Agr. Goeſ. p. 16 *et* 119.

LIMITATOR, ōris. m. Liuio *tribuitur.*

LIMITĀRIS, e. Adi. Iter limitare Varr. de L. L. 4, 4 *i. Semita modica, quae relinquitur inter duo confinia.*

LIMITANEVS, a, um. Adi. [ὅριος] Limitanei milites, *Qui in limitibus regni conſtituuntur in praeſidio, ob incurſus inimicorum vicinorum.* Reparato de limitaneis exercitu S. Rufus c. 25. Iuriſconſult. in l. vltima, de Fundis limitrophis, Agros limitaneos vniuerſos cum paludibus, omnique iure, quos ex priſca diſpoſitione limitanei milites ab omni munere vacuos ipſi curare pro ſuo compendio, atque arare conſueuerunt, *etc.* Fundi limitanei, *i. Limiti deputati. vid.* Spartian. in Nigro c. 7. *et* Vopiſc. in Prob. 14.

LIMITRŎPHVS, a, um. *Vnde milites limitanei aluntur, vid.* Tit. Cod. de fundis limitrophis. *Graece eſt* λιμιτότροφος *in Gloſſ. Graec. Cangii. Vox hybrida.*

LIMEVM, i. n. Herba appellatur a Gallis, qua ſagittas in venatu tingunt medicamento, quod *Venenum ceruarium* vocant Plin. 27, 11.

LIMICOLA, LIMIGENVS, *etc. vid.* LIMVS, i.

LIMINIVM, i. n. Cic. in Topic. 36 Quum ipſius poſtliminii vis quaeritur, et verbum ipſum notatur. in quo Seruius noſter (vt opinor) nihil putat eſſe notandum niſi *poſt*, et *liminium* illud productionem eſſe verbi vult, vt in *finitimo*, *legitimo*, *aeditimo*, non plus ineſſe *timum*, quam in *meditullio tullium.* *Add.* POSTLIMINIVM. *Ineptiunt* Gloſſae Iſid. Liminium, ſeruitium mortiferum, captiuitas. *Paullo melius* Papias, Liminium captiuitas, ſeruitium, quando quis de limine abſportatur. *Nempe finxerunt hoc minuti Grammatici ex* Poſtliminio.

LIMIS, e. *vid. ſub* LIMVS, a, um.

LIMITO, āre. *vid.* LIMES.

LIMMA, ătis. [λῆμμα] *Defectus.* Macrob. in Somn. Scip. 2, 1 Plato ſemitonium limma vocitauit.

LIMNE, es. f. [λίμνη] *Stagnum, lacus.* Vitruu. 8, 3 Limne Aſphaltitis habet ſupernatans liquidum bitumen.

LIMNESTIS *vel* LIMNITES, *Herba eadem quae centaurea maior, ap.* Apul. de Herb. c. 34.

LIMNICE, es. f. *Gladiolus.* Apul. de Herb. c. 78.

LIMNISCVS, *vid.* LEMNISCVS.

LIMOCINCTI, *vid.* LIMVS *veſtis.*

LIMO, āre. *vid.* LIMA.

LIMONIA, ae. f. *Alterum genus anemones.* Plin. 21, 11.

LIMONIATES, ae. f. *Gemma eadem videtur, quae Smaragdus.* Plin. 37, 10.

LIMONIVM, i. n. Frutex eſt nunquam cubitali altior, criſtisque foliorum ac radice nigra, ſed dulci. Recipit eum in cibis Oriens Plin. 22, 22. *vid.* LEMONIVM.

LIMOSVS, *vid.* LIMVS Subſt.

LIMPĬDVS, a, um. Adi. [διαφανής] *Clarus, purus, liquidus quiſcum plane videtur conuenire. Veluti enim a* Liquore *fecerunt* Liquidum, *ita* Limpidum *a* Lympha *quaſi* Lymphidum *videntur dixiſſe. Et ſane* Lympidum *ſcribitur v. g.* Pallad. Oct. 14, 12 Vinum vero eadem die ex auſtero lympidum atque optimum fieri, *etc.* *Et mox* Item faeculentum ſtatim lympidum reddi. *Sic* Lympidum collyrium Veg. Mulom. 2, 13, 7. Mucus 2, 36, 1. Vulnus 2, 22, 2. *Sed hae videntur Grammaticorum recentium argutiae.* Limpidus *a* Lympha *iam eo tempore videtur ad Latinos tranſiiſſe, cum nondum ita accurate elementa Graeca ſeruarent. Certe iam apud* Catull. 4, 42. *ſunt* Lacus limpidi. Columel. 12, 28, 3 Poſtea, quum de doliis aut de ſeriis diffundere voles, vere florente roſa defaecatum quam limpidiſſimum in vaſa bene picata et pura transferto. Liquidiſſimum *edit. primae.* Aqua limpidior Vitruu. 8, 7. Gemmae limpidae Plin. 37, 9. Vocem limpidam ac canoram facit ſandaracha Idem 34 c. vlt. Numquid de luto limpidum quiddam haurire poteſtis S. Bernhard. Epiſt. 8.

LIMPIDĬTAS, ātis. f. Oct. Horat. 4 Vſque ad limpiditatem contere.

LIMPĬDO, āre. Macer. 2, 5 Appoſitum humores limpidat omnes. Veget. Veterin. 2, 18, 1 Vt interdum limpidet oculum paſſio.

LIMPIDATVS, a, um. Zeno Veronenſ. Peccatorum paleis limpidatus.

LIMPITVDO, ĭnis. f. [τὸ διαφανὲς] Plin. 32, 11 Stant veluti ſuillo crure longo in arena defixae, hianteſque qua limpitudo eſt, pedali non minus ſpatio.

LIMVS, i. m. *pro veſtis genere, vid. ſub* LIMVS, a, um.

LIMVS, i. m. [ἄσις, ἰλύς] *Lutum eſt, ſeu coenum illud mollius, quod ex aquis ſtagnantibus relinqui ſolet.* Plin. 11, 37 Labra herbas eruentibus limumque lata, vt ſuum generi. Grauis veteri craterae limus adhaeſit Hor. Serm. 2, 4, 80. *de cuiusuis generis ſordibus.* Informis Virg. Aen. 6, 416. Niger limus Id. Georg. 4, 478. Dureſcit limus igni Id. Ecl. 8, 80. India Conferente fluminum ſuorum limum Plin. 35, 7. Obducere plagam limo, *vid.* OBDVCO. Vnge leui rimoſa cubilia limo Virg. Georg. 4, 45. *Pro pice, quo dolia etc. inducuntur,* Perſ. 4, 28. *Conf. ibi Caſaub. p.* 343. ¶ 2 Limus arborum Plin. 23, 7 *ſ.* 69. *qui in prunis* Lichen *vocatur, nihil aliud videtur eſſe, quam muſcus.*

LIMACEVS, a, um. Adi. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 49 Primus homo de terra choicus, id eſt, limaceus.

LIMARIVS, a, um. Frontin. de Aquaeduct. 1, 15 p. 56 Interpoſita eſt piſcina limaria, vbi inter amnem et ſpecum conſiſteret et liquaretur aqua, *i. ſubſidente limo defaecaretur, vt pulchre Polenus, quem vide.*

LIMŌSVS, a, um. Adi. [ἰλυόεις, τελματώδης] *Limo plenus, et coenoſus.* Plin. 16, 36 Vbi limoſiore callo induruit. *Harduin. legit* lignoſiore. Aqua limoſa Columel. 5, 9. Flumina Ouid. Met. 1, 634. Humus Id. de Rem. Amor. 142. Iuncus Virg. Ecl. 1, 49. Lacus Id. Aen. 2, 136. Radix Plin. 27, 5. Regio Columel. 8, 16. Vlua Lucan. 2, 70.

LIMOSĬTAS, ātis. f. Conſt. Afer. 2, 22 Dentium limoſitas.

LIMICŎLA, ae. c. *Habitator limi.* Auſon. Epiſt. 7, 36 Iunctus limicolis muſculus oſtreis.

LIMIGĔNVS, a, um. *In limo natus.* Auſon. Moſella v. 45 — limigenis ripam praetexeris vluis.

LIMVS, a, um. Adi. [πλάγιος] *Quod et* LIMIS, e. *dicitur.* Feſtus, Limis, Obliquus, id eſt transuerſus : vnde et Limina. Ter. Eun. 3, 5, 53 Ego limis aſpecto ſic per flabellum clanculum. *Vbi* Donatus; Limis, ſi nominatiuus ſingularis eſt, Transuerſus ſignificat, ſi ſeptimus pluralis, deeſt Oculis. Nam Limis, eſt Transuerſus : vnde Limen dicitur quoque, quod ingredientibus exeuntibusque transuerſum ſit. Quum igitur diſſimulant homines, ſe videre quod vident, et non recta facie, ſed transuerſa intuentur : limis dicuntur adſpicere. *Conf.* Varro *ap.* Non. Noniusque *ipſe*, 2, 500. Plaut. Mil. 4, 6, 2 Aſpice limis oculis, ne ille nos ſe videre ſentiat. Limibus oculis contueri aliquem Ammian. 20, 9. Id. Amm. Marc. 17, 7 Climatiae, qui limes ruentes et obliqui vrbes, aedificia, montesque complanant. Ocellis limis ſubridere Ouid. Amor. 3, 1, 63. Venerei appellati ſunt limi oculi Quinctil. 11, 3.

LIMVS, i. Subſt. Eſt veſtis, quae ab vmbilico vsque ad pedes producitur. Haec autem veſtis habet in extremo ſui purpuram limam, id eſt flexuoſam. Inde et nomen accepit. Nam limum obliquum dicimus. *Haec* Iſid. 19, 22. Id. 15, 14 Limus, cingulum, quo ſerui publici cingebantur, obliqua purpura. *Quin iam* Tiro Tullius M. Ciceronis libertus, *apud* Gell. 12, 3 Licio transuerſo, quod limum appellatur, qui magiſtratibus, inquit, praeminiſtrabant, cincti erant. Hygin. de Limit. p. 151 *Goeſ. in etymologia* limitis, Nam et limum cinctum ideo dixere, quod purpuram transuerſam habebat. *Et in* Fragm. p. 215. *It. in excerptis* Varr. Auctor. de Limit. p. 290 Transuerſa omnia antiqui lima dicebant — hinc et Limus vocabulum accepit, cingulum, quo ſerui publici cingebantur, obliqua purpura, *quae vel ex* Iſidori l. c. *vel e communi fonte hauſta ſunt.* Seru. *ad* Aen. 12, 20 Velati lino, et verbena tempora vincti, *primo obſeruat*, Fetiales, *quos hic ſignari nempe ſumit*, nunquam vſos veſtibus lineis — *deinde* Caper, *inquit*, et Hyginus hoc loco dicunt lectionem eſſe corruptam; nam Virgilium ita reliquiſſe confirmant, *Velati limo. Limus* autem eſt veſtis, qua ab vmbilico vſque ad pedes teguntur pudenda poparum. Haec autem veſtis habet in extremo ſui purpuram limam, id eſt flexuoſam, vnde et nomen accepit. *Apud Reineſ.* Inſcr. 6, 43 *iunguntur* Apparitores et limocincti tribunalis eius, *quod forte melius diuiditur,* limo cincti.

LIMVLVS, a, um. Adi. Dimin. [ὑποπλάγιος] Plaut. Bacch. 5, 2, 12 Viden' limulis vt obſcero intuentur?

LIMO. Adu. Solin. c. 40 Nunquam limo vident.

L I N

LINAMENTVM, LINARIVS, *vid.* LINVM.

LĪNEA, ae. f. [γραμμή] *Quo nomine generatim notari videtur aliquid in longum productum, proprie adiectiuum nomen eſt, a lino, planta ductum, quod ſubſtantiue ponitur, intellecto nomine reſtis. Eſt enim linea prima notione funiculus ex lino.* Vet. Gloſſ. Funis σειρά. Varro R. R. 1, 23,

1, 23, 6 Sic vbi *feras* cannabim, linum, iuncum, ſpartum, vnde nectas bubus paleas', (*ſ.* ſoleas) lineas, reſtes, funes. Colum. 3, 13, 9 Aequaliter linea poſita — foſſam educere, — tum per omne ſpatium gradus aequaliter mouenda linea eſt: *i. extentus funiculus, qui diriget foſſores. Add.* 3, 13, 13. Idem 3, 15, 1 Linea per totidem pedes, quot deſtinaueris interordiniorum ſpatiis purpura, vel quolibet alio conſpicuo colore inſuitur, eaque ſic denotata per repaſtinatum intenditur, et iuxta purpuram calamus defigitur. *Huic agricolarum* lineae *affinis eſt altera fabrorum, de qua* Cic. ad Quint. Frat. 3, 1 Columnas neque rectas neque e regione Diphilus collocarat. Eas ſcilicet demolietur. Aliquando perpendiculo, et linea diſcet vti: perpendiculo, *vt rectae fiant*, linea, *vt e regione reſpondeant. Huc pertinet* Rectiſſima linea tenſa Quinct. 3, 6, 82. Colum. 8, 11, 15 Emiſſa ligato pede longa linea gallina cuſtoditur. Vitruu. 5, 3 Vti linea cum ad imum gradum et ad ſummum extenta fuerit. Hygin. de Limit. p. 178 *Goeſ.* Lineam per metas extendemus. *Sic* Linea *eſt funiculus e quo hamus ſuſpenſus eſt:* Plin. 9, 43 At vulpes marinae glutiunt amplius vſque ad infirma lineae, quae facile praerodant. *Et* 32, 2 *ſ.* 5 Muraenae amplius deuorant, quam hamum, admouentque dentibus lineas, atque ita erodunt. *Et ibid.* Spina lineam praeſecare. Martial. 5, 57 Tremulaque captum linea trahit piſcem. *De hac videtur intelligendus* Plaut. Moſt. 5, 1, 22 Docte atque aſtute mihi captandum eſt — mittam lineam. *Sic* Iſid. 19, 4 Catapeirates *definitur*, linea cum maſſa plumbea, qua maris altitudo tentatur. *Add.* CATEIA, *vt a Seruio deſcribitur. Venatorum etiam* Linea *funiculus eſt, quae* Formido *alias vocatur.* Sen. Hippol. 49 Picta rubenti linea pinna Vano eludat terrore feras. *Latius* Nemeſian. Cyneg. 303

Linea quin etiam magnos circumdare ſaltus
Quae poſſit, volucresque metu concludere praedas
Digerat innexas non vna ex alite pinnas.

Grat. Cyneg. 27 Illa (*quam adhuc deſcripſit*) operum patiens, illa vſus linea longi. *Et* v. 83 Ne reprenſa ſuis properantem linea pinnis Implicet. Sen. de Clem. 1, 12 Sic feras lineis et pinna concluſas contine: *Et* de Ira 2, 12 Linea pennis diſtincta. *Funiculus aut filum etiam eſt* Margaritarum linea *apud ICtos, vt* Scaeuolam l. 26 ff. ad L. Falcidiam, Lineam margaritarum triginta quinque ligauit. Vlpian. l. 27 ad L. Aquil. §. 30 Si, maritus vxori margaritas extricatas dediſſet in vſum, ea inuito vel inſcio viro perforaſſet, vt pertuſis in linea vteretur. *Add.* Scaeuola l. Medico §. vlt. ff. de auro, arg. mundo. *Talis eſſe videtur* Linea diues Martial. 8, 78 *nempe varii generis miſſilia vni funiculo inſerta vtcunque, vt inde vno ictu excuti et ſpargi in populum poſſint.* Linea *in arcu neruus eſt* Terentian. Maur. praef. Ceu Parthus ſolet aut Scythes Arcus cornibus extimis Leuem nectere lineam. ¶ 2 *Solidum etiam aliquid eſt* Linea *illa theatralis, de qua* Ouid. Am. 3, 2, 19 Quid fruſtra refugis, *puella, oſculum, aut manum adeo:* cogit nos linea iungi, *qua impediente fruſtra reflecteris et reclinaris. Fuerit itaque haec* linea *loricae genus a tergo imminens gradibus, quod humeros ſedentium coërceret, ne reclinare ſe in poſt ſedentes, neue aliquis de ſuperiore gradu in inferiores detrudi, ac ſtragem ſic ruinamque facere poſſet. Hinc* Quinctil. 11, 3, 133 Tranſire in diuerſa ſubſellia parum verecundum eſt. Nam et Caſſius Seuerus vrbane aduerſus hoc facientes lineam popoſcit, *qua ſcilicet continerentur immoderati motus. Illi* lineae *theatrali ad perpendiculum ſubiecti ſunt* cancelli, *quibus pedes, vt* linea *humeri coërcentur, v. v. Eſt et in* Circo linea, *et quidem alba.* Caſſiod. Var. 3, 51 Alba linea non longe ab hoſtiis (oſtiis) in vtrumque podium quaſi regula directa producitur, vti quadrigis progredientibus, inde certamen oriretur. *Eſt igitur eadem, quae* Calx, *vbi vid. De proverbio* Alba linea *mox dicemus* n. 4. ¶ 3 *Solida etiam eſt* linea lactis Sulpic. Seuer. Dial. 2, 3 Vt ſolet ex vberibus caprarum aut ouium paſtorum manu preſſis longa linea copioſi lactis effluere. ¶ 4 Linea *eſt veſtigium illud coloratum, quod fabrilis* linea *rubrica vel atramento tincta, poſtquam intenta retracta, et tigno dum reſilit illiſa eſt, relinquit. Quod ſi creta vtaris, non apparebit* linea alba *in lapide, vel ſigno, nihilque adeo diſcernet. Porro illa* alba linea, λευκὴ ϛάθμη *non modo eſt in Graecorum prouerbio, de qua Caſaub. ad Theophr. Charact.* p. 130, *Coll. Euſtath. ad* Ιλ. Ο, p. 1022, 60 *edit. Rom. Sed Latinorum etiam:* Gell. praef. Multa et varia lectitantes, in quas res cunque inciderant, *alba*, vt dicitur, *linea* ſine cura diſcriminis, ſolam copiam ſectati, conuerrebant. *Quod autem e* Gellio *afferunt verſum* Lucillii, Nam vt diſcrimen non facit, neque ſignat, linea alba; *eum verſum ego apud Gellium inuenire non potui. Caeterum* linea *etiam pictorum eſt.* Plin. 35, 10 *ſ.* 36 Apelles arrepto penicillo lineam ex colore duxit ſummae tenuitatis per tabulam, *et mox.* Apelli fuit perpetua conſuetudo nunquam tam occupatum diem agendi, vt non lineam ducendo exerceret artem, quod ab eo in prouerbium venit. *Illud Prouerbium ita vulgo effertur*, Nulla dies ſine linea. *Et venit mihi in mentem putare, annon huc reſpexerit forte* Martial. 8, 78 Omnis habet ſua dona dies, nec linea diues ceſſat: *q. d. vt nulla dies Apelli ſine linea, ita hic nulla ſine muneribus. Pictorum ſunt* primae lineae, *quibus opus vtcunque deſignatur.* Quinct. 2, 6, 2 Alii cum primas modo lineas duxiſſent, *de prima inſtitutione rhetorica. Et* 4, 2, 120 Non vt conſumantur affectus, ſed vt tamen velut primis lineis deſignentur, vt plane qualis futura ſit imago rei, ſtatim appareat. Id. 10, 2, 6 Quemadmodum quidam pictores in id ſolum ſtudent, vt deſcribere tabulas menſuris ac lineis ſciant. *Et mox:* non eſſet pictura, niſi quae lineas modo extremas vmbrae, quam corpora in ſole feciſſent, deſcriberet. Idem 12, 10, 4 Parrhaſius examinaſſe ſubtilius lineas traditur, *id eſt, vt mox ipſe interpretatur*, ita circumſcripſit omnia, vt eum legum latorem vocent, quia deorum atque heroum effigies, quales ab eo ſunt traditae, caeteri, tanquam ita neceſſe ſit, ſequuntur. *Conf.* 11, 3, 46 Qui ſingulis pinxerunt coloribus, alia tamen eminentiora, alia reductiora fecerunt, ſine quo ne membris quidem ſuas lineas (*i. circumſcriptionem, magnitudinem*) dediſſent. *Huc pertinent* Lineae *in* Solariis *horologiis* aeſtiuae, hibernae, aequinoctiales, menſtruae *apud* Vitruu. 9, 9. Prudent. Cathem. 11, 11 Scandit gradatim denuo Iubar priores lineas. *Huc per metaphoram forte pertinet* Mors vltima linea rerum Hor. Epiſt. 1, 16, 79: *vel etiam ad ludum teſſerarum, in quo* Lineae *ſunt, quae* XII ſcripta *vocantur.* Vltimae *ad quas aliquis victus redigitur* lineae *ſunt* Incitae, *de quibus h. v. Certe ad has in ludo* lineas *referendum illud videtur* Terent. Eun. 4, 2, 12 Si non tangendi copia eſt, Eho ne videndi quidem erit? Si illud non licet, Saltim hoc licebit. Certe extrema linea amare haud nihil eſt, *i. e longinquo, vt ſis remotus a ſcopo et fine amoris. Quidam malunt referre ad* lineam *in circo* albam *ſ. calcem, de qua* n. 3. *Caeterum conf. locum* Lutatii ad Stat. Theb. 3, 283 Puellam extrema amoris linea diligens ſatis animo ſolo faciebat adſpectu: *quem totum damus in* HYMENAEVS. *Tales ductus intelliguntur, cum in Genealogiis* linearum *mentio fit. v. g.* Paullus l. 9 ff. de Gradib. et affinit. Stemmata cognationum directo limite (*transuerſo ductu*) in duas lineas ſeparantur, quarum altera ſuperior altera inferior. Ex ſuperiore autem et ſecundo gradu transuerſae lineae pendent. *Sic* Linea valli *in* Notit. Imp. *eſt tractus illius in longum productus. Hinc excuſari poſſunt certe Analogia quadam, qui* Lineas *etiam ſcripturae tribuunt. Sed fruſtra prouocatur ad* Apul. de Syllog. p. 31, 23 Propoſitiones non ab re eſt in quadrata formula ſpectare. Sunt igitur in ſuperiore linea, vt infra ſcriptum eſt, vniuerſalis Dedicatiua et abdicatiua — Item in inferiori linea ſub vtraque particulares ſubnotentur — Deinde ducantur obliquae lineae angulares, *etc. Apparet* lineas *eſſe ductus ſimplices, quibus conſtat formula i. figura quadrata. Neque opus eſt hoc nomine, cum* Verſum *dicant veteres v. v.* ¶ 5 *Denique Geometrae extenuantes magis magisque hoc genus lineae, nihil illi praeter longitudinem reliquere.* Eam M. Varro *apud* Gell. 1, 20 ita definit: Linea eſt, inquit, longitudo quaedam ſine latitudine et altitudine. Euclides autem breuius, praetermiſſa altitudine, γραμμὴ, inquit, eſt μῆκος ἀπλατὲς, quod exprimere vno Latino verbo non queas, niſi audeas dicere illatabile. Frontin. Agrim. p. 31 *Goeſ.* Linea eſt longitudo ſine latitudine: lineae autem fines ſigna (*i. puncta*) ordinata. Rectae lineae aequidiſtantes (*parallelae*) ſunt, quae in eadem planitie poſitae eiectae in vtramque partem in infinitum non concurrunt. Linearum genera ſunt tria, rectum, circumferens, flexuoſum. Recta linea eſt, quae aequaliter ſuis ſignis interpoſita eſt. Circumferens, cuius inceſſus a conſpectu ſignorum ſuorum aequaliter diſtabit. Flexuoſa linea eſt multiformis *etc.* Quinctil. 1, 10, 10, 41 Illa circumcurrens linea ſi efficiat orbem, quae forma eſt in planis maxime perfecta, amplius ſpatium complectetur, quam ſi quadratum, paribus oris. *Et* ſ. 44 Quae circumibit, linea. Cic. Tuſc. 1, 40 Subuolent rectis lineis in caeleſtem locum ignea. Idem Parad. 3, 1 Siquidem eſt peccare tanquam tranſire (tranſilire *al.*) lineas: quod cum feceris, culpa commiſſa eſt, quam longe progrediare, cum ſemel tranſieris, ad augendam tranſeundi culpam nihil pertinet. *Speciatim pro perpendiculari linea* Cic. de Fin. 1, 18 c. 6 Cenſet *Epicurus*, illa indiuidua et ſolida corpora ferri ſuo deorſum pondere ad lineam; hunc naturalem eſſe omnium corporum motum. — Cum illud occurreret; ſi omnia deorſum e regione ferrentur, et vt dixi ad lineam, nunquam fore, vt atomus altera alterum poſſet attingere — declinare dixit atomum, *etc.*

LINEŎLA, ae. f. Dimin. Gell. 10, 1 Numerus tertii conſulatus non, vti initio prioribus literis, ſed tribus tantum lineolis inciſis, ſignificatus eſt.

LINEO, āre. [ὑπογράφω] *Lineas ducere, lineis rem aliquam figurare et deformare.* Cato c. 14 Et quae opus ſunt domui, praeſtabit: et ad opus dabit, ſuccidet, dolabit, lineabit, ſecabitque materiam ſolam duntaxat. Radios lineare Vitruu. 9, 4. Lineari Id. ib.

LINEATVS, a, um. Carina bene lineata Plaut. Mil. 3, 3, 42.

LINEATOR, ōris. m. Boëth.

LINEĀRIS, e. Adi. [γραμμικὸς] *Quod lineis conſtat. Vnde* Linearis pictura vocata eſt, Quae lineas circum vmbram hominis deductas habet: cuius auctor Philocles putatur, *teſte* Plin. 35, 3. Linearis, *abſolute pro pictura lineari* Plin. l. c. *Sed* ¶ 2 *Geometricum ſignificat v. g.* Quinctil. 1, 10, 36 Illa vero linearis ratio, *i. pars geometriae, quae non numeros, ſed* formas *tractat. Et in ipſo fine* lineares probationes (*Gr.* γραμμικαὶ ἀποδείξεις) *vocat i. geometricas.*

LINEALIS, e. Adi. *Idem.* Ammian. 22, 40 (Valeſ. 16) Omnes ambitus lineales farina reſperſit. *Loquitur de metatione Alexandriae, quam deſcripſit* Curtius 4, 8, 6.

LINEALĬTER. Adu. Mart. Capell. 8 p. 280 Circulos, quos linealiter fecit.

LINEAMENTVM, i. n. *Idem quod linea.* Cic. Acad. 2, 116 c. 36 Lineamentum eſt longitudo latitudine carens. Id. de Orat. 1, 187 In geometria lineamenta, formae, interualla, magnitudines. *Et* Orat. 186 c. 56 Numerus quaſi quandam palaeſtram, et extrema lineamenta orationi attulit. *Nempe* palaeſtra *lex motus eſt*, extrema lineamenta *picturam expoliunt.* ¶ 2 *Plural. deſcriptionem et formam humani vultus notat, qua alter alteri ſimilis aut diſſimilis eſt, quaſi tu picturam lineamentis ſuis abſolutam dicas.* Iuſtin. 1, 2, 2 Lineamentorum aequalitas matri et filio perſimilis. Oris Gell. 1, 9. *add.* Liu. 21, 4. Lineamenta et formae deorum Cic. de Natur. Deor. 1, 75. Quae compoſitio membrorum, quae Conformatio lineamentorum, quae figura, quae ſpecies, humanâ poteſt eſſe pulchrior Idem ib. 1 c. 18. Idem de Fin. 3, 75 Animi lineamenta ſunt pulchriora quam corporis.

LINEATIO, ōnis. f. Vitruu. 9, 4.

LINEAMENTATIO, ōnis. f. Firmic. 1 c. vlt. Vnde enim ſeſe ſinguli propria corporis lineamentatione cognoſcunt, *etc. i. Lineamentis.*

LINEVS, *vid.* LINVM.

LINGO, linxi, linctum, ĕre. [λείχω] *Aliquid lingua molliter tangere.* Plaut. Caſin. 2, 8, 21 Mel mihi videor lingere. Lingere *rurſus dicimur, quum aliquid in ore tenentes, guttatim defluere in ſtomachum ſinimus.* Plin. 37, 10 Sed lingentium calculos frangit, pellitque. Idem 31, 9 Datusque ſal lingendus, et oculis iumentorum inſpuitur.

LINCTVS, ûs. m. [λεῖγμα] Plin. 31, 9 Multi tuſſim veterem linctu ſalis diſcuſſere. *Conf.* Id. 36, 17.

LINCTOR, oris. m. λίκτης Gloſſ. Gr. Lat.

LINGŎNES, um. m. Pl. [Λίγγονες, Λεῦκοι] *Inter Celtas populi finitimi Heduis, Sequanis ac Tullenſibus, qui dicebantur Leuci.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 26. Pugnaces pictis cohibebant Lingonas armis Lucan. 1, 398.

LINGŎNVS, i. m. [Λίγγονος] *Idem.* Martial. 8, 75 Lingonus a recta, Flaminiaque recens.

LINGONĬCVS, a, um. Adi. [Λιγγονικὸς] Lana Lingonica Martial. Epigr. 11, 57. Tomentum Lingonicum Id. 14, 160.

LINGVA, ae. f. [γλῶσσα] *Pars oris, qua* lingunt *et cibum guſtant, ac varie ſubigunt animalia, homo etiam loquitur. De diuerſa ratione linguarum in animalibus locus claſſicus* Plin. 11, 37 *ſ.* 65 *qui ita finit:* Reliquis in ſuo genere ſemper abſoluta; homini tantum ita ſaepe conſtricta venis, vt intercidi eas neceſſe ſit. Metellum adeo inexplanatae fuiſſe accepimus, vt multis menſibus tortus (*i. torſiſſe ſe*) dicatur, dum meditatur in dedicanda aede Opis vere (*recte*) dicere. Lingua quaſi flabellum eſt ſeditionis Cic. pro Flacco c. 23. Lucret. 4, 625 Diditur et rarae per plexa foramina linguae *Succus ciborum.* Radix vltima linguae Ouid. Met. 6, 557. Lucret. 4, 628 Humida linguaï circum ſudantia templa, *i. palatum.* Humor linguae deficit Ouid. Met.

Met. 9, 566. Aſpera lingua premit fauces Virg. Georg. 3, 508. Aſpera lingua nimia ſiccitate, *vid.* ASPER. Biſulca Ouid. Met. 9, 65. *Acheloi in ſerpentem verſi. Sic* Fiſſa in duas partes Id. ibid. 4, 585. Frigida Virg. Georg. 4, 525. *morientis.* Multifidas linguas vibrans draco Valer. Argon. 1, 61. Nigra lingua ſubeſt Virg. Georg. 3, 388. Suppreſſa palato Ouid. Triſt. 3, 3, 21. Tribus linguis praeſignis draco Id. Met. 7, 150. Triſulcis linguis micat ore Virg. Georg. 3, 439. Vibrantes Id. Aen. 2, 475. Abſtulit comprehenſam forcipe linguam Ouid. Met. 6, 556. Coruſcare linguis *dicuntur* ſerpentes Id. ib. 4, 493. Deterget ſe lingua bos Colum. 6, 6, 1. Cic. de Orat. 3, 4 Haec tibi eſt excidenda lingua: qua vel euulſa ſpiritu ipſo libidinem tuam libertas mea refutabit. Reſecta enſe Ouid. in Ibin 439 ¶ 2 *Formulae, in quibus ad loquendi facultatem reſpicitur.* Situs theſaurus in lingua ſtultis Plaut. Poen. 3, 3, 12, Lingua loqui, *vid.* LOQVOR. Commercia linguae, *i. Colloquia* Ouid. Triſt. 3, 11, 9. Facundia linguae Id. ibid. 3, 5, 29. Intemperantia Curt. 8, 1, 45. Petulantia Suet. Tib. c. 61. Solutio linguae Cic. de Orat. 1, 114 c. 25. *facultas explanate loquendi.* Titubantia Sueton. Claud. c. 30. Tela linguae Ouid. ex Pont. 4, 6, 36. Adſtricta lingua mercede, *vid.* ADSTRINGO. Blaeſa Ouid. de Arte Am. 3, 294. Celeri et exercitata ſunt oratores quidam Cic. de Orat. 1, 83. Diues Hor. Epiſt. 2, 2, 121. Elegans Catul. 41, 4. Exanimis Ouid. Met. 11, 52. Facunda Hor. Carm. 4, 1, 36. Falſae periuria linguae Ouid. Epiſt. 7, 67. Ferina *rabularum* Apul. Apol. p. 275, 10. *vid.* LOCARE Virus. Ficta gratia linguae Ouid. Epiſt. 12. Garrula Tibul. 4, 13, 20. Immodicus lingua Tac. Hiſt. 3, 53, 1. Inexplanata, *vid.* INEXPLANATVS. Poſt effert animi motus Interprete lingua Hor. A. P. v. 111. Interpres animi, *dicitur* Lucret. 6, 1147. *it.* Prudent. Rom. 771. Interpres cogitationis Lactant. de Ira Dei c. 14. Magicae potentia Ouid. Met. 7, 330. Modeſta Id. Epiſt. 19, 63. Nocens Propert. 2, 28, 14. Nulla lingua eſt, qua negem quidquid roges Plaut. Capt. 5, 1, 15. Patruae verbera Hor. Carm. 3, 12, 3. *vid.* PATRVVS. Pia Ouid. Epiſt. 15, 68. Pictae tectoria Perſ. Sat. 5, 25. Procax Sil. 8, 250. Profeſſoria Tacit. Ann. 13, 14. Promta ad rigidos ſonos Ouid. Faſt. 4, 310. Sacrilega Id. de Rem. Amor. 367. Secretior Quinctil. 1, 1. Subdola Ouid. de Arte Am. 598. Tertia *apud* Vulg. Interpr. Sirac. 28, 16 γλῶσσα τρίτη *calumniatrix eſt, quae ſe interponit inter duos amicos, et vtrumque ſuſpicionibus atque odio implet. Vid. Druſius Quaeſt.* 1, 4. *et Buxtorf. Lex. Rabbin.* p. 1160. *Eſt enim ratio Ebraica.* Trepidans Catul. 61, 28. Vanae mendacia Ouid. Amor. 3, 11, 21. Venalis Lucan. 1, 269. ¶ 3 *Verborum formulae:* Acuere linguam cauſis Hor. Epiſt. 1, 3, 23. Auferre vſum linguae alicui Ouid. Met. 14, 99. Cohibere linguam . . . Senec. Epiſt. 84 Tentantur pedes, lingua non conſtat. *De ebrio loquitur.* Continere linguam, *vid.* CONTINEO. Deerat lingua palato, *i. Non poteram loqui* Ouid. Epiſt. 15, 111. Delirat lingua Lucret. 3, 454. Deperdere vſum linguae Ouid. Met. 5, 562. Diuertere linguam ad mores alicuius, *pro Reprehendere* Plaut. Poen. 5, 2, 24. Eripere linguam alicui Ouid. Faſt. 2, 608. Fauere linguis, *vid.* FAVEO, Feruet lingua mero Id. ib. 2, 732. Fundere ſtolidae conuicia linguae Ouid. Met. 13, 306. Habeant fac linguam aedes tuae. A. quid ita? S. quom veniam inuocent Plaut. Caſin. 3, 1, 13. Habere crimen linguae Ouid. Faſt. 1, 445. Haeſit inutilis lingua Id. Epiſt. 4, 7. Haeſitare lingua Cic. de Orat. 1, 115. *vid.* ABSONVS. Infringitur lingua Lucret. 3, 1156. Legere properante lingua Ouid. ex Pont. 3, 5, 9. Loqui titubante lingua Ouid. Triſt. 3, 1, 21. Linguis angelorum Vulg. 1 Cor. 13, 1. Occludere linguam alicui, *vid.* OCCLVDO. Palpitare lingua Scribon. 194. Praeſtringens aciem gladiorum lingua Plaut. Truc. 2, 6, 11. Liu. 33, 3 *extr.* Si Aetolorum linguas Retundere vellent. Riget lingua Ouid. de Arte Am. 1, 515. Silet rapta altera lingua Ouid. Met. 6, 632. Eſſe linguam in quaeſtu Quinctil. Prooem. 1. Tardeſcit lingua Lucret. 3, 478. Non tenere linguam nimio mero Ouid. Triſt. 2, 446. Tenere linguam in ore clauſo Catull. 53, 18. Titubat lingua Ouid. de Arte Am. 1, 598. Torpet lingua Catul. 49, 9. Torpuerat gelido lingua retenta metu Ouid. Epiſt. 11, 82. Lucan. ad Piſon. 58. Denſaque vibrata iaculari fulmina lingua. Cic. Fam. 9, 2 Tibi autem idem conſilii do, quod mihimetipſi, vt Vitemus oculos hominum, ſi linguas minus facile poſſimus. Vti lingua libera, *vid.* LIBER *Adi.* ¶ 4 Lingua, *pro Differentia ſermonum: vnde,* Linguas omnes ſcire *apud* Plaut. Poen. Prol. 112. Plin. 12, 1 Eſt Gortynae in inſula Creta iuxta fontem platanus vna, inſignis vtriusque linguae monumentis. Cic. Tuſc. 5, 116 In his linguis, quas non intelligimus, quae ſunt innumerabiles, ſurdi profecto ſumus. Linguam Graecam Latina copioſiorem eſſe *dicit* Idem ibidem 2, 35. Agmina diſſona lingua Sil. 16, 19. Gentes variae linguis Virg. Aen. 8, 723. Sermo lingua concinnus vtraque Hor. Serm. 1, 10, 23. Egeſtas linguae Lucret. 1, 140. Doctus ſermonis vtriusque linguae Hor. Carm. 3, 8, 5. Ediſcere duas linguas Ouid. de Arte Am. 2, 122. *Intelligit Romanam et Graecam.* Lingua Latina, *vid.* LATIVM. Facere potentiorem linguam Latinam Quinctil. 1, 5. Latinam linguam non modo non inopem, vt vulgo putant, ſed locupletiorem etiam eſſe quam Graecam *ſentit* Cic. de Fin. 1, 10. Tueri linguam Quinctil. 1, 1. ¶ 5 *Ob ſimilitudinem ſ. per metaphoram etiam de aliis quibusdam rebus dicitur, v. g. de lamella quadam in tibiis accipi vult Harduin. apud* Plin. 10, 29 ſ. 43 Homines repertos, qui ſonum luſciniarum addita in tranſuerſas arundines aqua, foramen inſpirantes, linguaeque parua aliqua oppoſita mora, indiſcreta redderent ſimilitudine. *Sed videtur potius ipſa hominis inflantis arundinem lingua intelligi, qua moderetur ipſe influentem ſuo ex ore aëra. Interim nec abſurda Harduini ſententia, cum* γλῶσσα *et* γλωττὶς *apud Graecos ſic accipiantur, et* Lingulam *ſic poni, doceat Feſtus. v. v. Porro* Lingua, *Herba* quae naſcitur circa fontes Plin. 24, 19. Lingua bubula Idem 17, 14. *et* Apul. de Herb. c. 41. *i. bugloſſa.* Canis Apul. de Herb. c. 96. *i. cynogloſſa.* Ceruina Idem c. 78. Linguae *etiam dicuntur Promontoria a ſimilitudine.* Hanc lacus anguſtum iam ſe cogentis in arctum Heſperiae, tenuem producit in aequora linguam Lucan. 2, 613. *de Brundiſio.* Caeſ. Bell. Gall. 3, 12 Erant eiusmodi fere ſitus oppidorum, vt poſita in linguis promontoriisque, *etc. Alii legunt* Lingulis, *ſed alteram lectionem confirmat* Feſtus: Lingua promontorii genus non excellentis, ſed molliter in planum deuexi. Liu. 37, 31 *extr.* Inde in altum lingua mille paſſuum excurrens. *Conf. Schott. Obſſ. Humanit.* 3, 28. *Ciacc. ad* Caeſ. l. c.

LINGVARIVM, i. n. *Intell. aes, aurum, argentum, ſupplicium, vel tale quid.* Sen. de Benef. 4, 36 *de eo, qui temere et ingrato promiſit:* Si exiguum eſt, dabo: non quia dignus eſt, ſed quia promiſi: non tanquam munus dabo, ſed vt verba mea redimam: vt aurem mihi peruellam, damno caſtigabo promittentis temeritatem. Ecce, vt doleat tibi (*ſe ipſum, et animum ſuum alloquitur*) vt poſt ea conſideratius loquaris, quod dicere ſolemus, linguarium dabo. Si maius erit, non committam, quemadmodum Maecenas ait, vt ſeſtertio centies obiurgatus ſim. Linguarium *igitur poſuit, vt* calcearium, cerarium, veſtiarium. *Paruo ſe promiſſo exſoluere vult, et illo damno temeritatem promittendi luere; magno non item. Sic Muret.* V. L. 12, 5. *Gron. de Pec. Vet.* 4, 4. *Quae de neſcio qua theca linguae alii, iocoſa ſunt.*

LINGVLA, *ſiue* LIGVLA, ae. f. Dimin. [γλωσσάριον, γλωττίς] Feſtus, Lingula per diminutionem linguae dicta: alias a ſimilitudine linguae exſertae, vt in calceis: alias inſertae, id eſt intra dentes coërcitae, vt in tibiis. *Nempe ſunt* Calceorum lingulae Scribon. 208. *cum* denigrari *eas dicat* melanteria ſ. creta ſutoria, *lora coriacea intelligi par eſt.* Martial. 2, 29 Non extrema ſedet lunata ligula planta. *Vbi propter primae ſyllabae productionem, alii legunt* Lingula. Iuuen. Sat. 5, 20 Et ligulas dimittere, ſollicitus ne Tota ſalutatrix iam turba peregerit orbem. *i. non adſtringere lora omnia, et anſis ſuis inſerere.* ¶ 2 Columel. 8, 11, 4 Stabulum autem carere debet vligine: cuius in ſolo per ordinem figuntur breues paxilli: eorumque partes ſummae lingulas edolatas habent, quae tranſuerſis foratis perticis inducantur. *Videmur ſatis diſerte illum locum explicaſſe partem tenuiorem trabis ita dolatam, vti conueniat in tigni alterius foramen. Talis videtur* Lingula torcularii, *de qua* Cato 18, 2. 19, 2. *Add.* 84, 2. *Talis eſt* Lingula vectis *et* lingua Vitr. 10, 8. *vbique pars extenuata intelligitur, quae a cauo recipiatur.* ¶ 3 Ligula *Inſtrumentum cauum et oblongum, in ſpeciem linguae factum: quale eſt illud, quo vtuntur aromatarii ad extrahenda e vaſis vnguenta.* Plin. 21, 14 Cera Punica fit hoc modo: Ventilatur ſub dio ſaepius cera fulua. Deinde feruet in aqua marina, ex alto petita, addito nitro. Inde ligulis hauriunt florem, id eſt candidiſſima quaeque, transfunduntque in vas, quod exiguum frigidae habeat. *Nomen habere putatur a ſimilitudine linguae ad palatum retractae, atque ita cauae, quae ſane cochlearis eſt forma.* Columel. 6, 2, 7 *de boue curando,* Librales offas in praeſulſae adipis liquamine tinctas, lingula demittito. *De varia et ſcriptione et pronuntiatione huius nominis.* Martial. 14, 120 *de ligula argentea,* Quamuis me ligulam dicant equitesque patresque, Dicor ab indoctis lingula grammaticis. Indoctos *vocat Grammaticos, i. indociles, qui non velint loquentium non plebeiorum modo, ſed nobilium conſuetudini concedere, ſed ſuis illam diſputatiunculis poſthabeant. Porro* Ligulam *vocat* Columel. 9, 15, 13 *Inſtrumentum ad purgandam e vaſe ſpumam,* Deinde, *inquit,* vbi liquatum mel in ſubiectum alueum defluxerit, transfertur in vaſa fictilia, quae paucis ante diebus aperta ſint, dum muſteus fructus deferueſcat: isque ſaepius ligula purgandus eſt. ¶ 4 *De vſu* ligulae *etiam obſeruari poteſt locus* Caton. de R. R. 84 Pone cum catillo et lingulis, *de* Sauillo, *quod quia integrum non facile eximi poteſt, cum* catillo *in quo coctum eſt ponitur, et* lingulis, *quibus vtantur conuiuae ad eximendum.* Martial. 8, 23 *cum deriſiſſet tenuitatem phialae munere ſibi miſſae, addit,* Quid tibi cum phiala, ligulam cum mittere poſſes? Mittere cum poſſes vel cochleare mihi? *vnde minus* ligula cochleare *indicat. Tamen pro eodem accipiunt viri docti, in quantum eſt* ligula *Menſurae genus, quarta pars cyathi.* Plin. 20, 5 Item opiſthotonicis et iocinorum vitiis, et torminibus, et ſtranguriae, duarum aut trium ligularum menſura. *Vid.* Id. 20, 5. Mellis ligula Scrib. 144. Binae vel ternae ligulae 111. Duae ligulae 230. Columel. 12, 21, 2 Ligula cumulata ſalis. *Conf.* Apicius 8, 6 *ſub fin.* ¶ 5 Lingulam *vocitauere etiam* veteres Gladiolum oblongum, in ſpeciem linguae factum, *vt docet* Gell. 10, 25. *Et addit verſum* Naeuii, Sine mihi morem gere videar lingua; verum lingula. *Sic ex MSS. Gronou.* Varro de L. L. 6, 6 p. 82, 25 Gladii lingula a lingua. *Quid ſi* Lingula *eſt ipſum ferrum gladii ſine manubrio et vagina?* ¶ 6 Lingula *ſiue* Lingua, *pro Promontorio oblongo.* Caeſ. Bell. Gall. 3, 12 Erat eiusmodi fere ſitus oppidorum, vt poſita in extremis lingulis, promontoriisque, neque pedibus aditum haberent, *etc. Bud. vid. ſupra in* LINGVA n. 5. ¶ 7 *Conuicium eſt, et appellatio contumelioſa* Plaut. Poen. 5, 5, 30 Ligula, i in malam crucem. Tune hic amator audes eſſe, *etc.*

LINGVATVS, a, um. *Pro loquaci poſuit* Tertull. de Anima c. 3 Apoſtolus Athenis expertus linguatam ciuitatem.

LINGVAX, ācis. Adi. [γλώσσαργος, λάλος] *Verboſus multum loquens, dicax.* Gell. 1, 15 Veteres noſtri hoc genus homines in verba prouectos, locutuleios, et blaterones, et linguaces dixerunt. *Alii legunt* Lingulacas. *Sed* Onomaſt. Vet. Linguax, λάλος, ἀθυρόγλωττος.

LINGVLĀCA, ae. f. [γλωσσώδης] Lingulaca, Genus piſcis, vel Mulier argutatrix, *inquit* Feſt. *Hermolaus, Quem Plautus atque Varro lingulacam nominant: aut ſolea eſt, aut ei non abſimilis.* Plaut. Caſ. 2, 8, 62 Vin' lingulacas? S. quid opus eſt, quando vxor domi eſt? ea lingulaca eſt nobis: nam nunquam tacet. *De* Varrone *nondum inueni. Sed huc pertinet etiam* Gell. 1, 15 Veteres noſtri hoc genus homines in verba proiectos, locutuleios et blaterones et lingulacas dixerunt. *al.* linguaces. Lingulaca, *quae et lingua, Herba* circa fontes naſcens Plin. 25, 11.

LINGVLĀTVS, a, um. Adi. [γλωσσοειδὴς] *A* Lingula ſ. Ligula, *de qua ſupra* n. 2 *diximus. Dicuntur autem* Lingulati tubuli ex parte altera, vt alius in alium inire conuenireque poſſint Vitruvio 8 c. vlt. p. 170.

LINGVŌSVS, a, um. *Idem quod* Linguax. Petron. c. 43 Durae buccae fuit, linguoſus. *Add.* Id. c. 63. Artes linguoſae Auguſt. Confeſſ. 1, 9 *pr. Conf.* Hieron. Epitaph. Paullae (Ep. 27) c. 10.

LINIO, īui, ītum, īre. [ἐπαλείφω] *pro* LĬNO, leui, linere. *v. v. inferioris et ſordidae aetatis videtur Burmanno ad* Quinctil. Declam. 13, 5 p. 277. *Nam quod laudatur* Prop. 3, 10, 11 Neue tua Medae liniantur caede ſagittae, *Brouckhuſius, ne facta quidem alterius lectionis mentione, non minus quam alii editores, dedit* laetentur. *Quod paſſim legitur apud* Columellam, *v. g.* 4, 24, 6. 6, 26, 4. 6, 30, 3 *etc. in eo librarios accuſat, cum praeſertim optimi codices formam tertiae coniugationis prae ſe ferant. Sed apud* Palladium *certe ea forma tum in ſimplici tum in compoſitis frequentior eſt, quam ut ſolis eam librariis imputare audeam. Nec varietatem obſeruo* Plin. 17 *extr.* Sanguine vrſino liniri volunt poſt putationem easdem (*falces*). *Et* 19, 6 ſ. 35 Porrigines (*curantur*) felle ouillo cum creta Cimolia, linito capite, donec inareſcat. *De hac forma eſt etiam nomen, quod ſtatim damus.*

LINITVS, ûs. m. Plin. 20, 12 ſ. 47 *de petroſelino,* Praeualere contra ſerpentes potu et linitu.

LINO, liui vel leui, litum, ĕre. [ἐπαλείφω, ὑποχρίω] *Vngere, molle et madidum, aut pingue quiddam inducere.* Liu. 21, 8 Id ficut in pilo quadratum ſtuppa circumligabant, linebantque pice. Martial. 4, 39 Nec quae Callaico linuntur Auro. Faciem Iuuenal. 6, 481. *i. fucare.* Labra Martial. 3, 42. Medicamentum linitur aluta Scribon. 81. 82. Ora linere venenis, *i. Fucare faciem* Ouid. de Rem. Amor. 351. Tecta auro ſublimia linuntur Id. de Medicam. faciei 7. Spiramenta

ramenta linere, *Obturare* Virg. Georg. 4, 39. Ventrem Martial. 3, 42. *In praeterito huius verbi laborant Grammatici. De* Liniui *vel* Linii *iam dictum in* LINIO. Liui *probat* Diomed. 1 p. 367. *Sed quod probat ex* Ter. Heaut. 3, 1, 51 Reliui omnia dolia, *accuratiſſimi hodie* Releui. Priſcian. 10 p. 898 *Sperno* quoque *ſpreui* facit, et *Lino liui*, vel magis differentiae cauſa ad nomen *Liui* (*genit. nominis* Liuius) *leui:* quod a *Leo* quoque ſimplici naſcitur, quod in vſu non eſt, ex quo *Deleo Deleui* — Iuuen. in III (9, 58) *Nam quis plura linit* (linit *legitur hodie*) *victuro dolia muſto.* Terent. in Heauton. (3, 1, 51) Releui *omnia dolia, omnes ſerias.* Vetuſtiſſimi tamen etiam *Lini* in praeterito protuliſſe inueniuntur, vt Varro rerum ruſticarum *Oblinerunt vaſa. Sed non inuenio locum.* Obleuerunt ſe viſco accipitres *legitur* 3, 7, 7. *Quod laudatur* Quinctil. Decl. 1, 15 Et ne quid ſceleri impio deeſſet, mariti tui cruore parietem liniſti; luſiſti *Burm. ex ſuperioribus retinuit: et* Liniſti *Badii coniecturam eſſe ait.* Columel. 12, 50, 17 Multi quum ſemel noua dolia, vel ſerias craſſa gummi liuerunt, vna in perpetuum gummitione contenti ſunt. Cato R. R. 69, 2 Si recte leueris, (*MS.* liueris) in dolium quinquagenarium gummi P. IV ſatis erit. Hor. Carm. 1, 20, 3 Sabinum, Graeca quod ego ipſe teſta conditum leui. *Metaphora fuerit, ſi recte legatur* Cic. Quint. Fratr. 2, 11 Lucretii Poëmata (vt ſcribis) lita ſunt multis luminibus ingenii, multae tamen artis. *At ex vetuſto exemplari legitur*, Non ita, *quod magis videtur ſententiae aptum.* Carmina linenda cedro Hor. de Arte Poët. 331. ¶ 2 *Delere.* Cum relego ſcripſiſſe pudet, quia plurima cerno Me quoque, qui ſcripſi, iudice, digna lini Ouid. ex Ponto 1, 5, 16.

LITVS, a, um. [ἐπαλειφθεὶς] *Maculatus, inſperſus.* Virg. Georg. 4, 38 Ardentes auro, et paribus lita corpora guttis.

LITVS, ûs. m. Plin. 33, 6 Vſus eius ad collyria, et litu ad muliebrium cicatricum foeditates tollendas.

LITŪRA, ae. f. [ἐπάλειψις] *Superinductio et complanatio, deletio; fit, quum inducta ope ſtili verſi cera, vel atramento, alioue liquore ſcripturam vel picturam abolemus, ne appareat.* Cic. Verr. 1, 92 Deinde in codicis extrema cera nomen infimum in flagitioſa litura fecit, *i. ita ſcripſit nomen, vt appareret, prius aliquid fuiſſe ſtilo deletum. Claſſicus velut locus eſt* Cic. Verr. 2, 187 ſq. c. 76 Cum iam in manibus tabulas haberemus, repente adſpicimus lituras eiuſmodi, quaſi quaedam vulnera tabellarum recentia — Erant pecuniae acceptae a C. VERRVTIO C. F. ſic tamen, vt vsque ad literam R literae conſtarent integrae, reliquae omnes eſſent in litura — cur ſeruus, qui tabulas confecerit, ſemper in Verrutii nomine certo ex loco mendoſus eſſet? — Literae liturae-que omnes aſſimulatae expreſſae de tabulis (*ceratis*) in libros (*atramento ſcriptos*) transferuntur. — Videtis Verrutium? Videtis primas literas integras? Videtis extremam partem nominis, caudam illam Verris, tanquam in luto demerſam eſſe in litura? Ouid. Epiſt. 3, 3 Quascunque aſpicies, lacrymae fecere, lituras. Martial. 4, 10 Non poſſunt noſtros multae Fauſtine liturae Emendare iocos, vna litura poteſt. Caecae liturae Ouid. Epiſt. 11, 1. Multa litura coërcuit carmen Hor. de Arte Poët. 293. Litura Exſtat Suet. Claud. c. 16. Litura in nomen alicuius Cic. pro Arch. c. 5 *ſubint. facta.* Facta litura admonitu tuo Ouid. ex Ponto 2, 4, 18. Suffuſas lituras habet litera Id. Triſt. 3, 1, 15. ¶ 2 Litura *pro re, quae illinitur.* Columel. 4, 24 Solem etiam et pluuias arcet eiusmodi litura.

LITŪRO, āre. *Inducere, delere.* Sidon. Epiſt. 6, 3 Tunc certius te probaſſe reliqua gaudebo, ſi lituraſſe aliqua cognouero. *Conf. ibid. Sauaro.*

LITVRARIVS, a, um. *Idem quod Deleticius.* Auſon. Praefat. in Centonem, Hoc die vno et addita lucubratione properatum modo inter liturarios meos cum reperiſſem, *etc. Vid. ibi Scalig. ſ. Auſon. Lect.* 2, 13 p. 124. *Verbo* Liturarii *libri ſunt, in quos prima cogitata conii̇cimus, vnde poſt emendationem et lituras deſcribantur.*

LINĪMEN, ĭnis. n. Th. Priſcian. 1, 18 Pro linimine adhibere.

LINIMENTVM, i. n. *Idem.* Pallad. Octob. 4, 14 Linimentum dolii non gypſo, ſed *etc. Add.* Celſ. 5, 25. Oct. Horat. 1, 21.

LINITVS, ûs. m. Plin. 20, 12 *pr.*

LINOSTĒMA, atis. n. [λινόστημα] Veſtis ex lana linoque confecta Iſidor. 19, 22.

LINOSTRŎPHON, i. n. *Herba, quae alias Marrubium dicitur.* Plin. 20, 22 Marrubium plerique inter primas herbas commendauere, quod Graeci praſion vocant, alii linoſtrophon. Vulgo nomen retinet.

LINOZOSTIS, is. f. *Herba, quae alias Mercurialis dicitur, teſte* Plin. 25, 5.

LINQVO, liqui, lictum, *ſecundum* Priſcianum, ĕre. [λείπω] *Idem quod vſitatius compoſitum Relinquere, et Deſerere.* Virg. Ecl. 1, 3 Et dulcia linquimus arua. Cic. pro Planc. 26 c. 10 Minturnenſes coloni quidem, *etc.* quod C. Marium, linquentem terram eam, quam ſeruauerat, lacrimis, votisque omnibus proſequuti ſunt, aeterna in laude verſantur. Animas linquebant Virg. Aen. 3, 140. Hoſpitium linquere Id. ibid. 3, 61. Laborem longum linquere Idem Georg. 3, 160. Lumina vitalia linquere Cic. de Diuin. 1, 18 *Ex quodam* Poëta. Menſas linquere Catul. in Carm. Nupt. 60, 3. Menſas liquere Virg. Aen. 3, 213. Promiſſa linquere Idem Argon. 62, 59. Sueton. Caeſ. c. 45 Extremo tempore repente animo linqui ſolebat. Linqui deinde animo et ſubmitti genu coepit Curt. 4, 6, 20. Quidam ad vulneris noui, quidam ad veteris et purulenti tractationem inſpectionemque concidunt et linquuntur animo Senec. Epiſt. 57 *med. Sed Henr. Stephanus* liquuntur. *Simpliciter ſ. elliptice* Ouid. Ep. 2, 130 Quo magis accedunt, minus et minus vtilis adſto, Linquor et ancillis excipienda cado.

LINQVENS, entis. Curt. 9, 5, 11 Quem vt iniicere corpori ſuo manus ſenſit (credo vltimi dedecoris indignitate commotus) linquentem reuocauit animum, et nudum hoſtis latus ſubiecto mucrone hauſit. *Budaeus voce* ANIMVS.

LINQVENDVS, a, um. [λειπτέος] Ouid. Met. 13, 72 vtque reliquit, Sic linquendus erat.

LICTVS, a, um. Capitol. in Antonin. Philoſ. c. 7 Imperium lictum cum aliquo participare. *Conf. h. l. Caſaub. not.*

LINTEARIVS, LINTEATVS, LINTEO, LINTEOLVM, *vid.* LINTEVM.

LINTER, tris. m. *et frequentius f.* [σκάφη] *Nauicula e caua arbore facta.* Caeſ. Bell. Gall. 7, 60 Conquirit etiam lintres: has magno ſonitu remorum incitatas, in eandem partem mittit. Liu. 21, 26 *extr.* Itaque ingens coacta vis nauium eſt, lintriumque temere ad vicinalem vſum paratarum. Cic. de Clar. Orat. 216 c. 60 C. Iulius ex *Curione*, in vtramque partem toto corpore vacillante, quaeſiuit, Quis loqueretur e lintre? Exiguus linter Tibul. 2, 5, 34. Cauat arbore lintres Virg. Georg. 1, 262. Cic. pro Milon. 75 c. 27 Repente lintribus in eam inſulam materiam, calcem, caementa, atque arma conuexit. Nat in liquida tibi linter aqua Tibul. 1, 7, 38. Transuecti amnem lintribus Claud. in Conſ. Stil. 1, 1, 206. ¶ 2 Lintres *etiam ſunt vaſa*, in quibus vua portatur Seru. *ad* Virg. Georg. 1, 262. *Sic* Seruabit plenis in lintribus vuas Tibul. 1, 5, 23.

LINTRARIVS, i. m. *Qui lintri praeeſt, apud* Vlpian. l. 1. §. De exercitoribus. D. nautae, caupones, ſtabularii, vt recepta reſtituant.

LINTRICVLVS, i. m. Cic. Att. 10, 10. *Sed lectio dubia eſt.*

LINTERNVM, *ſ.* LITERNVM, i. n. [Λείτερνον] *Campaniae vicus, vbi Scipio Africanus inuidiae cedens obiit, ac ſepultus eſt.* Liternum *ſine* n *in prima ſcribi oportere, volunt* Sigon. *ad* Liu. 22, 16. *N. Heinſ. ad* Sil. 6, 654. *Cellar. Geogr. Ant.* 2, 449. Lentiſciferum Linternum Ouid. Met. 15, 713. Paluſtre Liternum Sil. 8, 533.

LINTERNVS, *ſ.* LITERNVS, a, um. [Λείτερνος] Palus Literna Sil. 7, 278.

LINTERNINVS, *ſ.* LITERNINVS, a, um. *Idem.* Rus Linterninum Plin. 14, 4. *et* 16, 44. *Subſtant. ſubaud.* praedium. P. Scipio in Literninum conceſſit Liu. 38, 52 *pr.*

LINTERNVS, *ſ.* LITERNVS, i. m. *Campaniae fluuius ap.* Liu. 32, 29.

LINTEVM, i. n. [ὀθόνιον, σινδὼν] *a Lino fit; Pannus lineus.* Martial. 14, 56 Non tam ſaepe teret lintea fullo tibi. Cic. pro Rabir. Poſth. 39 c. 14 Auditae viſaeque merces fallaces quidem et fucoſae, chartis et linteis et vitro delatae. Tepefacere linteum Celſ. 3, 6. Succinctus linteo Sueton. Calig. Lintea, *Vela quibus vtuntur nautae.* Virg. Aen. 3, 636 Certum eſt dare lintea retro. Caua lintea Valer. Argon. 4, 83. *vid.* CAVVS. Conuerſa domum dare lintea, *Renauigare domum*, Hor. Epod. 16, 27. Orba lintea ventis Ouid. Met. 13, 195.

LINTEARIVS, a, um. Adi. Vlpian. in l. Procuratoris. §. Si plures. ff. De trib. act. Duas negotiationes exercebat, puta ſagariam et lintheariam.

LINTEARIVS, i. m. *Qui lintea conficit aut vendit.* l. 5. §. 4. Dig. de inſtit. Act. et Cod. Theod. l. 16. de murilegulis et gynaeceariis: ſi quis ex corpore lintheariorum, *i. Ex collegio illorum.*

LINTEĀMEN, ĭnis. n. *Idem quod Linteum.* Apul. Met. 11, p. 261 Candido linteamine cinctum pectorale. Lotum linteamen Lamprid. Heliog. c. 26. Linteamina reſoluta ſunt P. Chryſolog. Serm. 84. *de reſurrectione Chriſti.*

LINTEŎLVM, i. n. Dimin. [ὀθόνιον] Spiſſum linteolum Scribon. 53. Duplex 268. Tenue, ſimplex, rarum 227. Carpta linteola 205. Continguntur 237. Plin. 20, 17 Diſtillationem narium diſcutit tuſum, in linteolo olfactum. Plaut. Epid. 2, 2, 46 Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam, linteolum caeſicium. Columel. 6, 16 Praefractis cornibus linteola ſale atque aceto et oleo imbuta ſuperponuntur.

LINTEVS, a, um. Adi. [λίνεος] *vt*, Lintea veſtis, *e lino contexta.* Cic. Verr. 5, 145 c. 56 Illi ad deprecandum periculum proferebant alii purpuram Tyriam, thus alii atque odores, veſtemque linteam. Faſciola lintea Scribon. 47. Libri lintei, *Qui lino fiebant, ſiue Qui in linteis vice chartae erant ſcripti: euiusmodi Sibyllini quidam fuerunt.* Liu. 4, 7 Licinius Macer auctor eſt, et in foedere Ardeatino, et in linteis libris ad Monetae inuentos. Plin. 13, 11 In plumbeis linteisque voluminibus ſcriptitatum conſtat. *Conf.* Vopiſc. Aurelian. c. 1 *et* 8. Loricae Nep. 11, 1, 4. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 9, 587. Texta Symmach. Ep. 4, 34. Thorax Liu. 4, 20, 7. Tunicae linteae candidae Liu. 9, 40.

LINTEĀTVS, a, um. [ὀθονωτὸς] *Linteo indutus.* Liu. 10, 38 Ea legio linteata ab integumento conſepti, quo ſacrata nobilitas erat, appellata eſt, *vid. totus locus.* Senec. de Vita beat. c. 27 Quum linteatus ſenex laurum, et medio lucernam die proferens, conclamat iratum eſſe aliquem deorum, concurritis. *Haruſpicem deſcribit.*

LINTEO, ōnis. m. [ὀθονοποιὸς] Qui texit linteamina pro conficiendis veſtibus, *vt docet* Seruius *in* Aeneid. 7, 14. Plaut. Aulul. 3, 5, 38 Aut manulearii, aut murobathrarii, propolae, linteones, calceolarii. *Add.* Cod. Theodoſ. l. 8. de murileg. et gynaecear.

LINVM, i. n. [λίνον] *Herba illa, cuius cortex in fila ductus, et contextus infinitas hominibus commoditates praeſtat, in primis eum vela ex lino parata ſint. Vnde declamandi contra illud occaſionem arripit* Plin. 19 Praef. Quod miraculum maius, herbam eſſe, quae admoueat Aegyptum Italiae — *Deinde* Paſſum, tuſumque et in mollitiem lanae coactum — *Et c.* 1 Euulſum et in faſciculos manuales colligatum, ſiccatur in ſole — Virgae ipſae merguntur in aquam ſolibus tepefactam, pondere aliquo depreſſae. — Maceratas, indicio eſt membrana laxatior — Mox areſactae in ſaxo tunduntur ſtupario malleo. Quod proximum cortici fuit, ſtupa appellatur, deterioris lini, lucernarum fere luminibus aptior. Et ipſa tamen pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. Medullae numeroſior diſtinctio, candore, mollitia (*Nempe putabat Plinius interiora lini eſſe filamentis aptiora: in quo falſus eſt, cum liber velut lini ſit, qui in fila duci ſe patitur: interiora fragilia etc.*) Linumque nere, et viris decorum eſt. Cortices quoque decuſſi (*immo medulla*) clibanis et furnis praebent vſum. Ars depectendi digerendique. Iuſtum e quinquagenis faſcium libris quinas denas carminari. Iterum deinde in filo politur, illiſum crebro in ſilice ex aqua: textumque rurſus tunditur clauis, ſemper iniuria melius. *Deinde de* lino viuo, *quae mox dabimus, et claudit*, Ergo huic lino principatus in toto orbe. Proximus byſſino *etc.* Lini *et lineae veſtis elogium eſt* Apul. Apol. p. 310 *Elmenh.* Plin. 10, 33 Argatilis appellatur, eadem figura ex lino intexens. Seges lini vrit campum Virg. Georg. 1, 212. Semen lini Plin. 34, 12. Farina ſeminis lini Scribon. 187. Carpere linum, *vid.* CARPO. Crudum linum Celſ. 7, 4. Factum linum, Linum infectum Vlp. in l. Si cui lana legetur. D. de legat. 3. ¶ 2 Linum *etiam vocatur, quidquid ex lino netum, vel nexum, vel textum eſt. Sic* Celſ. 7, 21 Traiicere lina acu. *Et* 7, 14 A quibusdam tumor ad imum acu traiectatur duo lina ducente: deinde vtriusque lini duobus capitibus diuerſae partes adſtringuntur. Multiplex linum, *pro Thorace apud* Sil. 4, 293. *Vid. Drakenb. ad l. c. et ad* 9, 587. Linum, *pro Fune nautico.* Ouid. Faſt. 3, 587 Dumque parant torto ſubducere carbaſa lino. Linum *pro Vinculo, quo epiſtola obligatur.* Cic. Catil. 3, 10, c. 5 Tabellas proferri iuſſimus, quae a quoque dicebantur datae. Primum oſtendimus Cethego ſignum; cognouit. Nos linum incidimus. *Vid. Taubmann. ad* Plaut. p. 1011. Linum, *pro Verriculo.* Virg. Georg. 1, 142 — pelagoque alius trahit humida lina. Lina *pluraliter, pro Caſſibus quibus ferae capiuntur.* Ouid. Met. 3, 148 Lina madent, comites, ferrumque cruore ferarum. Ibid. 153 Siſtite opus praeſens, nodoſaque tollite lina. *Sic* Lina piſcatoria Plin. 24, 9. ¶ 3 Viuum

vum linum, quod ignibus non abſumitur *vocari ait* Plin. 19, 1. *et addit*, Ardentes in focis conuiuiorum ex eo vidimus mappas, ſordibus exuſtis ſplendeſcentes igni magis, quam poſſent aquis. — Vocatur autem a Graecis Asbeſtinum *etc.* ¶ 4 Linum *quoque nonnunquam appellatur granum Gnidium ſ. chamelea et thymelea, vid.* Plin. 13, 21.

LINEVS, a, um. Adi. [λίνεος, λινοῦς] *Quod ex lino factum eſt.* Plin. 12, 6 Sed vnde lineas veſtes faciunt, *etc.* Compes, *vid.* VISCVM. Nebula linea *eleganter a* Petronio c. 55 *dicitur Coa veſtis, molliſſima ac pellucida.* Vincula linea Virg. Aen. 5, 510.

LINEA, *vid. ſupra ſ. l.*

LINIFICVS, i. m. *Idem qui Linteo.* L. Cod. 13. de Murileg. et Gynaec. *it.* Cod. Theod. tit. eod. l. 8 *et* 16.

LINIGER, ĕra, ĕrum. Adi. [λινοφόρος] Ouid. Met. 1, 747 Nunc dea linigera colitur celeberrima turba. *Iſidis ſacerdotes intelligit, veſtibus lineis indui ſolitos.* Linigeri veniunt calui ſiſtrataque turba Martial. 12, 29. Grex liniger Iuuen. Sat. 6, 532. Iſis linigera Ouid. Amor. 2, 2, 25.

LINAMENTVM, i. n. [μοτὸς] *Aliquid ex lino vel linteo.* Plin. 32, 10 Delphini adipe linamenta accenſa excitant vuluae ſtrangulatu oppreſſas. Linamentum Celſus *ſemper accipit pro linteis carptis, vulgo* Carpie: *vt* 6, 26. *Sic* 8, 9 Linamentum demittendum. *Et* 7, 25 Superdare linamenta. *Add.* Id. 5, 26. Colum. 6, 11 Expreſſus ſinus ſuppurationis — linamentis pice liquida et oleo imbutis colligatur. *Et* 6, 12, 2 Poſtea linamenta ſale atque aceto imbuta applicantur. *Et* 6, 38, 2 Suppuratio ferro recluſa linamentis curatur. *De eadem re* Veget. Mulom. 3, 4, 7 Sinus — linamentis ac ſtuppis ſine linteolis pice liquida et oleo infuſis curatur.

LINARIVM, i. n. *Locus vbi linum naſcitur.* Columellae *tribuitur: falſo, puto.*

LINARIVS, i. m. Plaut. Aul. 3, 5, 34. *i. qui lina conficit. Sic MS. Camerar. al.* Lanarius.

LINOSITAS, ātis. f. *vbi linum abundat.* Plaut.

LINYPHVS, i, *vel* LINYPHARIVS, i. m. *Lini textor, vid.* Vopiſc. Saturn. c. 8. *et* Cod. Theod. l. 8. *et* 16 de Murileg. et Gynaeciar. *vbi male legitur* Lyniſos *et* Lyniſariorum. *Sunt etiam* λινυφοὶ *vel* λινῦφοι. *Vid. Gothofr. et Salmaſ. ad ll. cc.*

L I O

LIO, āre. *Tectoria polire, vel inducere.* Ciſternam liare Tertull. de Idol. 5.

LIACVLVM, i. n. *Politio ſiue tectorium, vti Salmaſius reſtituit.* Vitruu. 7, 3 Liaculorum ſubactiones. *ſed in* Gloſſ. eſt Liaculum, λιγίς, *pro inſtrumento, quo liantur parietes. Conf.* Vitruu. 2, 4. *et Salmaſ. in Solin.* p. 142.

L I P

LIPĀRA, ae. *f.* LIPARE, es. f. [Λιπάρα] *Vna ex Aeoliis inſulis.* Claud. Conſ. Hon. 3, 196 Igniſluiſque gemit Lipare fumoſa cauernis, *quia eſt Vulcani officina.*

LIPARENSIS, e. Adi. Cic. Verr. 3, 85 Emit agri Liparenſis miſeri atque ieiuni decumas. *Sic ibidem frequenter.*

LIPARAEVS, a, um. Adi. *Idem.* Liparaea taberna Iuuen. Sat. 13, 45.

LIPARITANVS, a, um. Obſidio Liparitana Val. Max. 2, 6, 4.

LIPARENSIS. *Idem.* Liparenſes piratae Liu. 5, 28.

LIPĀRA, ae. f. [λιπαρὰ] Liparae, *inquit Hermolaus, medicamenta pinguia ſunt, et vt* Celſus *ait*, lenia. Plin. 33, 6 Addunt et in medicamenta quae vocant liparas, ad excreſcentia vlcerum, *etc. Add.* Id. 293, 9. Celſ. 5, 19, 23 Lenia quoque quaedam emplaſtra ſunt, quas λιπαρὰς fere Graeci nominant, *vid.* Scribon. 220. 222. Rufa lipara Idem 223.

LIPARIS, is. m. Genus lacertorum, *teſte* Plin. 32, 11. ¶ 2 Liparis *etiam, ſiue* Lipare, *Gemmae nomen eſt,* quae ſuffita omnes beſtias euocat, *teſte* Plinio 37, 10. ¶ 3 Liparis, *teſte* Plinio 5, 27 Ciliciae fluuius, ἀπὸ τοῦ λιπαροῦ, *quoniam, vt ſcribit* Vitruu. 8, 3 natantes in hoc flumine, aut ſe lauantes, non aliter vngi ab ipſa aqua, quam ſi oleo aut adipe lauarentur.

LIPIO, īre. *de Miluo*, Auct. Philomel. v. 24 Accipiter pipat, miluus hianſque lipit.

LIPPVS, a, um. [λημίας] *Qui oculos habet lacrimantes, vel cui pituita craſſior ab his defluit.* Plaut. Mil. 4, 5, 15 Vbi matrem eſſe aiebat ſoror? cubare in naui lippam, atque oculis turgidis nauclerus dixit. *Eſt et oculorum ipſorum epitheton, vt,* Lippo quaſi oculo me herus meus manum abſtinere nonquit Plaut. Perſ. 1, 1, 11. Plin. Epiſt. 7, 21 Quam ſatis acribus oculis, quanquam adhuc lippis, pinguiſſimam vidi, *de gallina.* Hor. Serm. 1, 3, 25 Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum? Omnibus et lippis notum et tonſoribus Hor. Serm. 1, 7, 3. *i. vetulis mulieribus.* Ficus lippa Martial. 7, 19. *ſtillans adhuc humorem, quo maculetur mappa.* Martial. 8, 53 *in luſcum furem*, Adſpicis hunc vno contentum lumine, cuius Lippa ſub attrita fronte lacuna patet. *Stillans, humectans. Add.* Martial. 8, 9 *vbi* Lippus, Luſcus, Caecus *gradatione ponuntur.*

LIPPVLVS, a, um. Dimin. Arnob. 7 p. 240.

LIPPIDVS, γλαμώδης Gloſſ. Gr. Lat.

LIPPITVDO, ĭnis. f. [λήμη, γλήμη] *Ipſe morbus.* Plin. 16, 37 Flos eius contra lippitudinem illinitur. Cic. Att. 7, 13 Sed dictaui propter lippitudinem. Oculis, qui ad alienam lippitudinem ſuffunduntur Sen. de Clem. 2, 6. Subire lippitudines Celſ. 2, 1. Perodioſa lippitudo, *vid.* PERODIOSVS. Si turpitudo malum eſt; et turpem eſſe malum eſt: tam mehercules quam ſi lippitudo malum eſt, et lippire malum eſt Senec. Epiſt. 117.

LIPPIO, īui, ītum, īre. [λημάω, γλημάω] *Lippum eſſe.* Non lippiturum eo anno Plin. 27, 12. Id. 28, 4 Oculorum vitia fieri negant, nec lippire eos, qui quum pedes lauant, aqua inde ter oculos tangant. Cic. Att. 7, 14 Quum leuiter lippirem, has literas dedi. Fauces lippiunt, *dixit* Plautus Curcul. 2, 3, 39. *ridicule, pro eo quod eſt, ſaliua mihi mouetur. Imperſ.* Plin. 38, 8 Aut ne omnino lippiatur, decoctum cum mellis Attici cyathis tribus, et croci vncia.

LIPPIENS, entis. Lippientes diutius Scribon. 135. Tertull. aduerſ. Marc. 1, 2 Lippientibus etiam ſingularis lucerna numeroſa eſt.

LIPS, *vid.* LIBS.

L I Q

LIQVAMEN, LIQVEFACIO, LIQVEFIO, LIQVESCO, *vid.* LIQVO, āre.

LIQVET, imperſonale, LIQVIDVS, LIQVO, āre, LIQVOR, oris, *vid. poſt* LIQVOR, ĕris.

LIQVOR, ĕris, liqui. Dep. [τήκομαι] *Diſſolui.* Virg. Georg. 1, 44 Vere nouo gelidus canis quum montibus humor Liquitur. *i.* Paullatim defluit, *inquit* Seruius. Lucan. 9, 772 Femorum quoque muſculus omnis Liquitur, *tabeſcit, conſumitur.* Amnes liquuntur Virg. Georg. 2, 187. *i. paullatim colliguntur et confluunt. Add.* Claud. de Raptu Proſ. 3, 251. Lucret. 2, 1131 Inde minutatim vires et robur adultum Frangit, et in partem peiorem liquitur aetas. *Primam in hoc verbo et eius coniugatis deriuatiſque ancipitem eſſe obſeruat Burm. ad* Ouid. 1, 14, 7. *et docent exempla, quae damus hic et in* LIQVENS.

LIQVENS, entis. Principio caelum ac terram Campoſque liquentes, *pro Mari*, Virg. Aen. 6, 724. Mella liquentia, *i. defaecata, pura* Virg. Aen. 1, 436. *Vbi prior longa eſt, ſic et* 9, 679 Liquentia flumina. *Sed* Vina liquentia fundam Virg. Aen. 5, 238. *Metaph.* Gell. 18, 5 Vt non turbidae fidei nec ambiguae, ſed vt purae liquentisque eſſet.

LIQVENTER. Adu. *Idem. Compar. Laudatur* Gell. 18, 5 Vt pure liquentiuſque foret. *Sed eſt* 5, 18 *quem modo dedimus in* LIQVENS.

LIQVĬDVS, a, um. [ὑγρὸς, ῥυτὸς] *Fluidus, et hinc purus, pellucidus non turbidus, non habens quidquam alieni. Eſtque primo humorum epitheton, deinde aliarum rerum, in quibus illa puritas, nihil alieni aut turbidi habens, intelligitur. Primam produxit* Lucret. 1, 350. *et* 3, 428. Idem 4, 1252 Craſſaque conueniunt liquidis, et liquida craſſis. Aluus liquida, *vid.* ALVVS. *Sic* Venter Martial. 13, 116. *h. e. Fluidus et laxus. Sed* Virg. Georg. 4, 102 Dulcia Mella premes, nec tantum dulcia quantum Et liquida, et durum Bacchi domitura ſaporem. *i.* Defaecata, et ſine ſordibus, *inquit* Seruius: non quae fluunt: nam mala ſunt. Cic. pro Caecin. 78 c. 28 Quidquid inde haurias, purum liquidumque te haurire ſentias. Virg. Ecl. 6, 33 Et liquidi ſimul ignis. Idem Georg. 2, 200 Non liquidi gregibus fontes. Sine peſtilentia Seruius. Aër Virg. Georg. 1, 404. Aeſtas Virg. Georg. 4, 59. Aether Virg. Aen. 7, 65. Liquidiſſimus Lucret. 5, 501. Amnis liquidiſſimus Ouid. Met. 6, 400. Aquae liquidae Id. Amor. 1, 8, 6. Aurae Lucret. 5, 213. Eurotas in quo Artem ipſo amne liquidiorem plurimi dixere Plin. 34, 8 ſ. 19, 16. *de opere ſtatuarii.* Carmen liquidum citharae Lucret. 4, 978. Caelum Ouid. Met. 1, 23. *i. aër.* Colores Hor. Carm. 4, 8, 7. Fides liquida, *i. Pura, integra, ſincera, doli expers.* Valer. Max. 6, 5 *de Populo Romano*, Idem, quum P. Claudius Camerinos ductu atque auſpiciis ſuis captos, ſub haſta vendidiſſet: etſi aerarium pecunia, fines agris auctos animaduertebat, tamen quia parum liquida fide id geſtum ab Imperatore videbatur, maxima cura conquiſitos redemit, hiſque habitandi gratia locum in Auentino aſſignauit, et praedia reſtituit. Parum liquida: *quia quum ſe eius fidei dedidiſſent, illos tamen vendiderat. Opponitur* Fides turbida et ambigua Gell. 18, 5. Fontes Virg. Ecl. 2, 59. *et* Georg. 2, 200. Humor liquidus aquarum Lucret. 1, 350. *et* 3, 428. Iter liquidum, *Iter per aquam* Propert. 3, 21, 14. Literae, *oppoſitae* mutis: *vid.* Priſcian. 1, 3 de accid. lit. Lumen Lucret. 5, 282. Medicamentum liquidum Scribon. 37, 38. Idem 51 Liquido vti, *de melle.* Nubes liquidae Virg. Aen. 5, 525. Odor Virg. Georg. 4, 415. Oratio ita pura erat, vt nihil liquidius Cic. de Cl. Orat. c. 79. Plumbum Hor. Carm. 1, 35, 20. Querela liquida cycnorum Lucret. 4, 552. Somni liquidi potentia Valer. Argon. 4, 16. Sorores Ouid. Met. 1, 704. *Sic vocat Nymphas amnium.* Tempeſtas liquidiſſima caeli Lucret. 4, 169. Veritas liquidiſſima Auguſtin. Retract. 2, 1. Vox Hor. Od. 1, 24, 3. *Conf. Burm. ad* Quinctil. 1, 8 p. 94. Voces liquidae auium Lucret. 2, 145. *et* 5, 1378. Virg. Georg. 1, 410. Auſpicium liquidum, *Optimum* Plaut. Pſeud. 2, 4, 72. *vid.* AVSPICIVM. Liquidus Animus et tranquillus Plaut. Epid. 5, 1, 36. Mente liquida videre aliquid Catul. 61, 46. Voluptas liquida et libera Cic. de Fin. 1, 58.

LIQVIDVM, i. n. [ὑγρὸν] *pro Aqua.* Hor. Serm. 1, 1, 54 Vt tibi ſi ſit opus liquidi non amplius vrna Vel cyatho. Ad liquidum Perducere rem Vell. 1, 16, 1. Curt. 9, 2, 14. Sen. ep. 71. Quinctil. 5, 14. Ad liquidum explorata veritas Liu. 3, 8. *vid.* AD. Liquidum, *aduerbialiter.* Et Liquidum tenero gutture cantat auis Ouid. Am. 1, 13, 8.

LIQVIDIVSCVLVS, a, um. Compar. Dimin. *pro Leni, Molli ſiue Sereno vſus eſt* Plaut. Mil. 3, 1, 71 Leniorem dices, quam mutum eſt mare; Liquidiuſculuſque ero, quam ventus Fauonius. *Conf.* Non. 4, 275.

LIQVĬDO. Adu. [καθαρῶς] *De animo fere dicitur, cum in nullam partem dubitamus, nihil incerti, obſcuriue admixtum ſententiae noſtrae indicamus* etc. Pure et manifeſte, *inquit* Donatus. Ter. Andr. 4, 3, 14 Quia ſi forte opus ſit ad herum iurandum mihi non appoſuiſſe, vt liquido poſſim. *Alii malunt interpretari, Vere.* Cic. Fam. 15, 6 Gratiſſimum eſt, te libenter amicitiae dediſſe, quod liquido veritati dares. Diſcere liquido aliquid ab aliquo Liu. 39, 47. *pr.* Cic. 5, (3) Verr. 136 c. 59 Nemo eſſet, quin hoc ſe audiſſe liquido diceret, *i. aperte.* Negare Cic. Fam. 10, 27. Id. Verr. 4, 124 c. 56. *pr.* Confirmare hoc liquido, Iudices, poſſum, valuas magnificentiores ex auro atque ebore perfectiores nullas vnquam vllo tempore fuiſſe. Plin. 37, 2 Nos liquido affirmare poſſumus, in cautibus Alpium naſci, atque adeo auiis, vt plerumque fune pendentes eam extrahant. *De cryſtallo verba facit.* Ouid. ex Pont. 3, 3, 49 Scis tamen, et liquido iuratus dicere poſſes, Non me legitimos ſollicitaſſe toros. Idem 4, 6, 21 Te quoque idem liquido poſſim iurare precari, O mihi non dubia cognite Brute nota. Senec. de Benef. 7, 9 *de perlucidis mulierum veſtibus*, Video Sericas veſtes (ſi veſtes vocandae ſunt, in quibus nihil eſt, quo defendi aut corpus aut denique pudor poſſit) quibus ſumtis, mulier parum liquido nudam ſe non eſſe iurabit; *i. non ſine metu mendacii et periurii.* Vlpian. in l. alias autem. D. de iureiurando, Siue enim dominus petat, cogetur reus docere liquido ſe iuraſſe, poſita ſcilicet exceptione: ſiue ex ſtipulatione de rato agat, neceſſe habebit ipſe de periurio ſuo docere.

LIQVĬDE. [σαφῶς] *Idem.* Liquide conſiſtere *laudatur* Gell. 14, 1. Caelum Liquide ſerenum Gell. 2, 21. *Compar.* Cic. Fam. 10, 10 Liquidius de toto ſenſu tuo iudicaui: *h. e. Apertius, et certius, ac facilius. Superl.* Defendere liquidiſſime Auguſt. Epiſt. 28. Conſtat liquidiſſime Auguſt. Solil. 2, 13.

LIQVIDĬTAS, ātis. f. Aëris liquiditas Apul. de Mundo p. 707.

LĬQVOR, ōris. m. [ὑγρασία] *Ipſe humor liquidus.* Scribon. 84. E naribus liquor 8. Varii liquores 104. Pro potu 105. Plin. 10, 52 Piſcium oua ex liquore mollia. Aquae effuſae liquor declarat ei admiſtum eſſe calorem Cic. de Nat. Deor. 1, 26. Blandus amara-

amaracini floris Lucret. 2, 846. *i. vnguentum amaracinum.* Colatus liquor Scribon. 134. Dulcis, flauuſque mellis Lucret. 1, 936. Fluidus Virg. Georg. 3, 984. Gelidos haurire liquores Ouid. Met. 5, 347. Leuem fundunt oculi liquorem Senec. Oedip. 12. Niueus, *vid.* NIX. Oleaceus, *vid.* OLEA. Perlucidi amnium Cic. de Nat. Deor. 2, 98 c. 39. Perſpicuus Ouid. Met. 4, 300. Vitigeni liquoris latex Lucret. 5, 14. Idem 1, 454 Pondus vti Saxis, calor igni, Liquor aquai, *priore producta.* *Quale quid et in aliis coniugatis obſeruauimus.* ¶ 2 *Pro ſubtili et liquida natura animae humanae poſuit* Prud. Cath. 10, 12 Humus excipit arida corpus, Animae rapit aura liquorem.

LIQVESCO, ĕre. [τήκομαι] *Liquidum et fluidum fieri, molleſcere.* Liqueſcit Scribon. 238. Liqueſcant 201. Ouid. ex Ponto 1, 2, 57 Sic mea perpetuis liqueſcunt pectora curis. *Sed reſtituit Fabric.* Liquefiunt. Virg. Aen. 8, 446 Vulnificuſque chalybs vaſta fornace liqueſcit. *Vbi* Seruius, Liqueſcit, proprie dixit: nam ferrum non ſoluitur, ſed molleſcit. Cera liqueſcit igni Virg. Ecl. 8, 80. Silex fornace liqueſcit Stat. Silu. 3, 1, 122. Cic. Tuſc. 2, 52 c. 22 Opinio eſt quaedam effeminata ac lenis, nec in dolore magis, quam eadem in voluptate: qua quum liqueſcimus, fluimuſque mollitia, apis aculeum ſine clamore ferre non poſſumus. Liqueſcere, *eleganter pro Colari et liquidum fieri.* Hirt. de B. Alex. 5 Alexandria eſt fere tota ſuffoſſa, ſpecusque habet ad Nilum pertinentes, quibus aqua in priuatas domus inducitur, quae paullatim ſpatio temporis liqueſcit ac ſubſidit. Hac vti domini aedificiorum, atque eorum familia conſueuerunt: nam quae flumine Nilo fertur, adeo eſt limoſa atque turbida, vt multos varioſque morbos efficiat. *Dilabi, quod quae liquida ſunt ſic diffluere ſolent.* Vitruu. 8, 1 *de aquis loquens*, Rubro ſaxo, *inquit*, et copioſae et bonae, ſi non per interuenia dilabantur et liqueſcant. Senec. Epiſt. 26 Incommodum ſummum eſt minui et deperire, et vt proprie dicam, liqueſcere. *Conf.* Prudent. Hymn. ante ſomnum *extr. it.* Apoth. v. 1023. *et* Laurent. Nouarienſ. Homilia de poenitentia. *Metaphor.* Ouid. ex Ponto 1, 2, 68 Nil igitur mirum, ſi mens mihi tabida facta De niue manantis more liqueſcit aquae. *Vid.* LIQVEFIO.

LIQVESCENS, entis. Partic. [τηκόμενος] Liu. 21, 36 Per nudam infra glaciem, fluentemque labem liqueſcentis niuis ingrediebatur.

LIQVO, āre. [μέλδω, τήκω] *Liquidum facere, quocunque modo, pro natura rei, de qua agitur.* Lucan. 7, 159 *de fulmine*, Ereptaque pila liquauit. Plin. 15, 6 Vt fraces et amurca liquentur. Celſ. 4, 4 Liquanda aluus, interdum etiam ducenda. *Quo ex loco intelligendum eſt* Liquidam aluum *appellari, quae fluida eſt et libera, neque adſtricta:* Ducta *autem* aluus, *quae liberius fluit, quam natura patiatur, et multum ſoluta eſt.* Aqua liquatur *cum poſt motum turbida conſiſtit et demittit limum.* Frontin. de Aquaed. 15 p. 57 Pote — Piſcina limaria, vbi inter amnem et ſpecum conſiſteret et liquaretur aqua. Per colum liquatus ſuccus Col. 12, 28, 7. *et* acetum 12, 17, 2. Idem 9, 15, 12 Saligneus qualus, vel tenui vimine rarius contextus ſaccus, qualis eſt, quo vinum liquatur. Hor. Carm. 1, 11, 6 Vina, *inquit*, liques. *Vbi Turnebus, Id ex antecedente conſequens ſignificat, i. Vinum bibas, et tibi indulgeas: ex antiquorum conſuetudine, qui vinum vt defaecarent, et liquidius redderent, minusque nocens fractis velut viribus, antequam biberent colo transmittebant.* Tertullianus, Conquirito altilium enormem ſaginam, defaecato ſenectutem vini. *Haec ille.* Martial. 9, 3 Incenſura niues dominae Setina liquantur. *Hinc metaph.* Quinctil. 12, 6, 4 *de Ciceronis iuuenis eloquentia*, Quae deferbuiſſe tempore, et annis liquata ipſe videtur.

LĬQVATVS, a, um. Guttae liquatae ſolis ardore Cic. Tuſc. 2, 25 c. 10. Expreſſis Mella liquata fauis Ouid. Faſt. 4, 152.

LIQVATIO, ōnis. f. *Liquandi actus.* Vopiſc. Aurel. c. 46 Aurum per varios bractearum, filorum et liquationum vſus perit.

LIQVATOR, oris. m. Celſ.

LIQVATORIVM, i. n. *Colum.* Cael. Aurel. Acut. 2, 39 Non aliter, quam ſi vinum ſine faece per liquatoria fundatur.

LIQVABILIS, e. *Quod liqueſcere poteſt.* Cera liquabilis Apul. Apol. p. 454. Saxum liquabile Prudent. Hamart. v. 743.

LIQVAX, ācis. Adi. *Idem quod liquidus vel liqueus, Nic. Heinſius e quibusdam libris attulit ad* Ouid. Rem. 177. *vbi ex MS.* Adſpice iucundo liquaces murmure riuos. *Et* Metam. 8, 457 Flagrantem mater ab igne Eripuit torrem, ſparſitque liquacibus vndis. *Editur* liquentibus. *Sic ſcribendum cenſet* Metam. 3, 486 Quae ſimul adſpexit liquaci rurſus in vnda, *pro* liquefacta. *Et* Prudent. Cathem. 5, 89 Cui ieiuna eremi ſaxa liquacibus Exundant ſcatebris *pro vulg.* loquacibus.

LIQVĀMEN, ĭnis. n. [τῆγμα] *Liquor alicunde expreſſus, vel quacunque ratione eductus, vt garum, et Salſamentorum liquores.* Pallad. Febr. 25, 12 Liquamen de piris caſtimoniale ſic fiet: Pira maturiſſima cum ſale calcantur integra. Vbi carnes eorum fuerint reſolutae, vel in cupellis, vel in vaſculis fictilibus picatis condiuntur. Poſt menſem tertium ſuſpenſae eae carnes liquorem dimittunt ſaporis iucundi *etc.* Colum. 9, 14, 17. *de apibus*, Optimum eſt per aditum veſtibuli ſiphonibus dulcia liquamina immittere, et ita penuriam temporum ſuſtinere. Columel. 7, 4, 7 Succus excocti lupini, veteriſque vini faex, et amurca pari menſura miſcentur, eoque liquamine tonſa ouis imbuitur. *Sollemniter vero de garo dicitur et abſolute apud* Apicium *aliquoties, vid. Liſter.* ad 1, 7. Cael. Aurel. Tard. 2, 1, 40 Garum, quod appellamus liquamen, ex piſce ſiluro confectum. *Sic* 2, 7, 107. *Sed* ibid. 2, 13, 167 Ex vitium cinere confectum liquamen eſt lixiuium.

LIQVAMINARIVS, i. m. γαροπώλης Gloſſ. Lat. Gr.

LIQVAMINATVS, a, um. Porcellus liquaminatus Apic. 8, 7.

LIQVAMINOSVS, a, um. Res ſalſae et liquaminoſae Marcell. Empir. c. 5.

LIQVEFĪO, eri. [ἐκτήκομαι, χέομαι] *Idem quod Liqueſcere.* Senec. Quaeſt. Nat. 3, 30 Tellus liquifiet. *Metaph.* Ouid. ex Pont. 1, 2, 57 Sic mea perpetuis liquefiunt pectora curis. Liquefiet Scribon. 210. Liquefiunt 257. 265. Liquefieri debent 263. igne 298. ad ignem 216.

LIQVEFĂCIO, ĕre. [ἐκτήκω, χέω] Scribon. 66. 175. 270 Oleo ad ignem liquefacere omnia 82. Catull. 87, 6 Omentum in flamma pingue liquefaciens. *Vbi obſeruare licet ſecundam eſſe productam. Metaph.* Cic. Tuſc. 5, 16 c. 6 Beati, quas nullae futiles laetitiae exſultantes languidis liquefaciant voluptatibus.

LIQVEFACTVS, a, um. *Aliud* Partic. [τετηγμένος] Aqua liquefacta Cic. de Nat. Deor. 2, 26. Ab igne liquefacta Scribon. 203. Super ignem 206. Aera Cic. in Catil. 3, 19 c. 8. Carmina lyrâ Sil. 11, 416. Coagula liquefacta lacte Ouid. Faſt. 4, 545. Glacies liquefacta Noto Claud. de cryſtallo 6. Glacies admiſto calore Cic. de N. D. 2 c. 10. Medullae tabe liquefactae Ouid. Met. 9, 175. Membra liquefacta, *i. Conſumta* Sil. 1, 178. Saxa Virg. Georg. 1, 473. Viſcera Id. Ibid. 4, 555. Vnda, *h. e. Liquida, Quae prius turbata, poſt facta eſt limpidior et purior* Ouid. Met. 3, 486. *Heinſ.* liquenti *vel* liquaci *ſubſtituere volens, ab ipſo deſeritur Burmanno.*

LIQVET. Imperſ. [ἀνενδοίαστον ἐστὶ, ἀναμφισβήτητον ἐστὶ] *Conſtat, manifeſtum et certum eſt. Quoniam quae reſoluuntur, certa, conſtantia et manifeſta fiunt. Pro ſignificatione primitiua et propria laudari poſſe videtur* Ouid. ex Ponto 1, 2, 58. *vbi legunt vett. editt.* Sic mea perpetuis liqueſcunt pectora curis, Ignibus admotis vt noua cera liquet. *Sed Fabric. reſtituit*, liquefiunt *et* ſolet. Ter. Eun. 2, 3, 39 Illum liquet mihi deierare his menſibus, *etc.* *Conf. h. l.* Donat. Cic. Acad. 4, 94 Si habes quod liqueat, neque reſpondes, ſuperbis. *Conf.* Id. N. D. 1 c. 12. *et* 2 c. 1. Cic. de Nat. Deor. 1, 3 Sed (quod inter nos liqueat) ne tu quidem intelligis. Gell. 14, 1 Praeter ea mirabatur, id cuique pro percepto liquere, *i. certum et indubium videri, quaſi perceptum eſſet.* *Praet.* Liquuit Africae Tertull. adu. Gnoſt. c. 6. Protagoras cui neutrum Liquerit, nec eſſe deos, nec non eſſe Cic. de N. D. 1, 117 c. 42. Id. de quo Panaetio non liquet, reliquis ſolis luce clarius Cic. Diu. 1 c. 3. Non liquere de cauſa *dicebant veteres, quando probationes et argumenta non ſatis erant idonea ad diiudicandam cauſam.* Cic. pro Cluent. 76 c. 28 Deinde homines ſapientes ex vetere illa diſciplina iudiciorum, qui neque abſoluere hominem nocentiſſimum poſſent, neque eum, de quo eſſet orta ſuſpicio, pecunia oppugnatum, re illa incognita primo condemnare vellent: non liquere dixerunt. Aut fer ſententiam, aut, quod facilius eſt, nega tibi liquere Sen. Ep. 66. Paullus in l. Pomponius. D. de re iudic. Pomponius 38. ad Edictum ſcribit, Si vni, *etc.* Vlpianus de Arbitris, in l. Idem Pomponius, Proinde ſi forte vrgeatur a Praetore ad ſententiam: aequiſſimum erit, ſi iuret ſibi de cauſa nondum liquere, ſpatium ei ad pronuntiandum dari. *De quantitate primae Syllabae, vid.* LIQVENS.

LIQVIRITIA, ae. f. *Idem quod Glycyrrhiza.* Priſcian. de Diaeta c. 9 Liquiritia frigida eſt et dulcis.

LIQVIS, e, *vel* LIQVVS, a, um. *Nomen nondum ſatis explicatum apud* Frontin. Agrim. p. 32 *Goeſ.* Omnium ſummitatum (*i. ſuperficierum*) metiundi obſeruationes ſunt duae, enormis et liquis. Enormis, quae in omnem actum rectis lineis (*ſic leg. non* angulis) continetur. (*recte, i. nihil diſcedentibus ab extremitatibus agri*) Liquis, quae minuendi laboris cauſa, et ſalua rectorum (*verorum in gibbis excurrentibus*) angulorum ratione, ſecundum ipſas extremitates ſubtenditur. *Videtur igitur* liquis *vel* liquus *eſſe a* linquendo *et notare lineam, quae* linquit, *deſerit, diſcedit a recta et vera linea.* Enormis *hic non ſignificat exceſſum normae, ſed aliquid exactum ad normam. Vid. de toto loco Goeſ. in Ind. Caeterum ab hoc nomine* Liquus *Scal. ad* Feſt. Sublices *deriuat ipſum hoc* ſublices *quaſi* ſubliques, *et* obliquus.

L I R

LĪRA, ae. f. *quae eſſet, docet* Columel. 11, 3, 20 Eſt autem lira ſimilis ei porcae, quam in ſationibus campeſtribus ruſtici faciunt, vt vliginem vitent. Idem 2, 4, 11 Liras autem ruſtici vocant easdem porcas, quum ſic aratum eſt, vt inter duos latius diſtantes ſulcos medius cumulus ſiccam ſedem frumentis praebeat. *v. h. l. Geſner.* Porca, quod in arando exſtat: Lira, quod defoſſum eſt Vetus Gromat. Rigalt. p. 298. *Conf.* Non. 1, 62. Column. 2, 8, 3.

LIRO, āre. *Liram facere.* Lirare *eſt* ſemina operire Plin. 18, 20. Varro de R. R. 1, 29 Tertio, quum arant iacto ſemine, boues lirare dicuntur, *i.* quum, tabellis additis ad vomerem, ſimul et ſatum frumentum operiunt in porcis, et ſulcant foſſas, quo pluuialis aqua delabatur. Columel. 11, 2 Lirantur autem iugera duo opera vna: at ſi facilis eſt terra, proſcinditur iugerum duabus operis, iteratur vna: lirantur vna iugera quatuor, quum in ſubacta iam terra latiores porcae ſulcantur. *Add.* Auſon. Ep. 12, 9.

LIRĀTIM. Adu. *Per liras.* Columel. 11, 3, 20 Habet enim velut allium plures cohaerentes ſpicas: eaeque quum ſint diuiſae, liratim ſeri debent, vt in puluinis poſitae, minus infeſtentur hyemis aquis.

LIRAMENTVM, i. n. *Deliramentum.* Vet. Interp. Irenaei 2, 42 Liramenta confirmare.

LIRION, i. n. [λείριον] *i. Lilium.* Apul. de Herb. c. 107. *vnde*

LIRINVS, *quod vide in* LILIVM.

LIRIŎPE, es. f. Nympha, Oceani et Tethyos filia, ex qua Cephiſſus Narciſſum ſuſcepit, *vid.* Ouid. Met. 3, 342.

LIRIS, is. m. [Λεῖρις] *Fluuius Campaniae, Minturnas praeterfluens.* Non rura, quae Liris quieta mordet aqua taciturnus amnis Hor. Carm. 1, 31, 7. Vmbroſae Liris per regna Maricae Lucan. 2, 424. In Lirem praecipitat Fibrenus Cic. de Legib. 2, 6.

LIRVS, i. m. pl. Liri, *Nugae, friuola, Graecum eſt* λῆροι Plaut. Poen. 1, 1, 9 Liroe ſcribitur. *Conf. Turneb. Aduerſ.* 3, 20.

L I S

LIS, litis. f. [ἔρις, δίκη] *a* Limite *dicta eſt, ſi credimus, quod primae inter homines lites de limitibus fuerunt.* Non. 5, 34 Iurgium et Lis hanc habent diſtantiam: quod Iurgium, leuior res eſt. Inter inimicos diſſenſio lis appellatur Marcus Tul. de Republ. 4. Admiror nec rerum ſolum, ſed verborum etiam elegentiam: ſi iurgant, inquit, beneuolorum concertatio, non lis; inimicorum, iurgium dicitur. Et in ſequenti, Iurgare igitur lex putat inter ſe vicinos, non litigare. *Conf.* Varr. L. L. 6, 5. Iudex de lite iocoſa Ouid. in Ibin 265. Cupidus litium et rixae Hor. Carm. 3, 14, 26. Depector litium Apul. Apol. p. 321. Interceptor litis alienae Liu. 3, 72. *pr.* Aeſtimatio litis Cic. pro Cluent. 116. Forum orbum litibus Hor. Carm. 4, 2, 44. Inſtrumentum litis *a* Quinctiliano *dicitur, quidquid ſcriptum habent litigatores, quo aliquid probare volunt.* Quinctil. 12, 8 Ideoque opus eſt intueri omne litis inſtrumentum: quod videre non eſt ſatis: perlegendum erit. Nam frequentiſſime aut non ſunt quae promittebantur, aut minus, *etc.* Nomen litis, *vt vult* Vlpianus in l. Litis. D. de verb. et rer. ſignific. Actionem ſignificat, ſiue in rem, ſiue in perſonam ſit. Quinctil. 2, 1 In mediis litium medullis verſantur. Haereditariae lites Quinctil. 3, 10. Auſon. in Monoſyllabis, v. 101 Quis ſubit in poenam capitali iudicio? vas. Quis quum lis fuerit nummaria, quis dabitur? praes. Noſtra omnis lis eſt, *vid.* NOSTER. Quinctil. 6, 1 Quum Domitiae vxoris ſuae pecuniariam litem aduerſus aliquem ageret. Accipere litem, *vid.* ACCIPIO. Aeſtimare litem Cic. pro Cluent. 116, *vid.* AESTIMO. Agere litem aduerſus aliquem Quinctil. 6, 1. Amittere litem. Auferre litem, *vid. hh. ll.* Cecidiſſe lite dicitur (*inquit* Feſtus)

Feſtus) qui eius rei, de qua agebat, cauſam amiſit, *vid. mox* Perdere. Coire in lites, *vid.* COEO. Componere lites inter aliquos Virg. Ecl. 3, 108. Concire lites, *vid.* CONCIO. Conferre lites, *Rixari* Hor. Serm. 1, 5, 54. Conſtituere ſummam totius litis in re aliqua, *vid.* CONSTITVO. Conteſtari litem, Contrahere lites, Creare et ſerere lites, *vid. hh. vv.* Dare litem ſecundum tabulas alicuius Cic. pro Roſc. Com. 3. Diiudicata lis Hor. Carm. 3, 5, 54. Virg. Aen. 12, 898 Saxum antiquum, ingens, campo qui forte iacebat Limes agro poſitus, litem vt diſcerneret aruis. Diſtineri litibus Nep. 25, 9, 4. Facere litem ſuam dicitur iudex, quum dolo malo in fraudem legis ſententiam dixerit. Dolo autem malo hoc facere videtur, ſi euidens arguatur eius gratia, vel inimicitia, vel etiam ſordes: vt veram aeſtimationem litis praeſtare cogatur. Vlpianus in l. Si filius familias. D. de iudiciis. *Sed aliter* Cic. de Orat. 305 Quid? ſi quae vitia aut incommoda ſunt in aliquo iudice vno, aut pluribus, ea tu in aduerſariis exprobrando, non intelligas te in iudices inuehi, mediocre peccatum eſt? quid? ſi quum pro altero dicas, litem tuam facias: aut laeſus efferare iracundia, cauſam relinquas, nihilne noceas? *i. Si ita agas, vt non alienam cauſam, ſed tuam agere videaris, vid.* Gellius 10, 1. Facere litem Quinctil. 3, 11. Idem 7, 4 Niſi propter verba, quae litem generant. Cic. Acad. 4, 8 Mecum vero quid habent litium, qui ipſorum diſciplinam ſequor? Semper Habet lites alternaque iurgia lectus, in quo nupta iacet Iuuenal. 6, 267. Implicitus atris litibus Hor. de Arte Poët. 344. Virg. Ecl. 9, 14

Quod niſi me quacunque nouas Incidere lites
Ante ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix,
Nec tuus hic Moeris; nec viueret ipſe Menalcas.

Inferre litem capitis in aliquem Cic. pro Cluent. 116. Inſtruere litem, *vid.* INSTRVO. Intendere litem alicui Idem de Orat. 1, 42 *vid.* INTENDO. Ire in litem Ouid. Faſt. 6, 89. Iurare in litem, *vid.* IVRO. Liberare ſe periculo litium Cic. Verr. 1, 95. Morari aliquem iniqua lite Hor. Epiſt. 2, 2, 19. Cic. de Orat. 1, 197 Neque intelligebat, ſi ita eſſet actum, litem aduerſarium perditurum. Plaut. Caſin. 3, 3, 6 Contriui diem dum adſto aduocatus cuidam cognato meo: quem hercle ego litem perdidiſſem gaudeo. Hor. Serm. 1, 7, 37

Ventum erat ad Veſtae, quarta iam parte diei
Praeterita, et caſu tunc reſpondere vadato
Debebat: quod ni feciſſet, perdere litem.

Perorare litem Cic. Off. 3, 43. Hor. Serm. 2, 3, 103 Nil agit exemplum quod litem lite reſoluit. Secantur magnae iudice lites Hor. Epiſt. 1, 16, 42. Sequi lites Ter. Andr. 4, 6, 16. *et* Adel. 2, 2, 40. Lis litem Serit Plaut. Poen. 3, 2, 10. Sum. Eſt adhuc ſub iudice lis Hor. de Arte Poët. 78. Noſtra omnis lis Eſt: vicimus Plaut. Caſ. 2, 8, 73. Suſcipere litem Quinct. 4, 2. Traiicere arbitrium litis in aliquem Ouid. Met. 12, 628. Vertere litem in rem ſuam *dicitur* iudex, *Rem inter duos controuerſam adiudicare ſibi:* Liu. 3 *circa finem.* Orare ne peſſimum facinus peiore exemplo admitterent iudices, litem in ſuam rem vertendo. *Budaeus.* Litem, *pro Diſcrepantia et confuſione quarumcunque rerum, etiam inanimatarum, poſuit* Ouid. Met. 1, 21 — quia corpore in vno

Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis,
Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus.
Hanc deus, et litem melior natura diremit. De Chao.

Stlites *dixiſſe* antiquos Quinct. 1, 4 p. 45. *et marmora teſtantur.*

LITĬGO, āre. [ἐρίζω, ἀμφισβητῶ, διαφέρομαι] *Quaſi Litem agere, diſceptare, contendere.* Plaut. Rud. 4, 4, 16 Qua de re nunc litigatis inter vos? Cic. Philipp. 3, 30 Hic cum C. fratre putat ſe litigare. *Add.* Id. Fam. 9, 25 *et* ad Quint. Fr. 2, 9.

LITIGANS, antis. Cic. pro Cael. 27 c. 11 Aliquot in cauſis eum videram fruſtra litigantem.

LITIGIVM, i. n. [ἔρισμα] *Lis.* Plaut. Caſin. 3, 2, 31 Nam ego quid contrahere cupio litigii inter eos. Plin. 37, 10 Siderites ferro ſimilis, et litigio illata diſcordias facit. Cum viro litigium Natum eſt vxori Plaut. Men. 5, 2, 15.

LITIGIŌSVS, a, um. Adi. [ἐριστικὸς] *Qui in litibus verſatur, Res, de qua litigatur.* Cic. de Orat. 1, 255 Vereris, ne tua domus talis et viri et ciuis ſi a litigioſis hominibus non colatur, a caeteris deſeratur? Idem pro Muraen. 26 Quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderet ille, vnde petebatur, non habebat. Ager litigioſus, Ouid. Faſt. 2, 660. Diſputatio Cic. de Fin. 5, 76 c. 26. Dominus Hor. Serm. 1, 3, 285. Fora litigioſa, *Plena litibus* Ouid. Faſt. 4, 188. Ignoratio iuris litigioſa, potius quam ſcientia Cic. de Legib. 1, 18. *Compar.* Sidon. 8, 3 Anus, quibus nihil vnquam litigioſius. *Superl.* Auguſt. Epiſt. 68.

LITIGATVS, ûs. m. Quinctil. Declam. 6 In hoc litigatu quodammodo tibi ipſe excidiſti.

LITIGATIO, ōnis. f. μάχη ἡ διὰ λόγων Gloſſ. Lat. Gr.

LITIGĀTOR, ōris. m. [ἐριστὴς] *Qui litigat, et patronum adhibet.* Cic. pro Domo 115 c. 44 Emit domum litigatoribus defatigatis prope dimidio carius quam aeſtimabat. *Al.* licitatoribus: *vid. Vrſin. not.* Ruſticus, illiteratusque litigator Quinct. 2, 21. Vrbani litigatores Suet. Aug. 33.

LISTA. [*in* Vet. Gloſſ. γραμμὴ] *Deriuat ab hoc nomine Scal. ad* Virg. Copam p. 260. *nomen* Subleſtus.

LITIGATRIX, īcis. f. *Legi dicitur apud* Suetonium: *negat Index Bernegg.*

L I T

LITATIO, *vid.* LITO.

LITĔRA, *vel* LITTĔRA, ae. f. [γράμμα] *Sermonis humani, in quantum oculis exponi, i. ſcribi poteſt, Elementum, vt* A, B. Cic. pro P. Sylla 45 Literae poſteritatis cauſa repertae ſunt, quae ſubſidio obliuioni *eſſe poſſent.* Idem de Orat. 3, 46 Vt iota literam tollas, et e pleniſſimum dicas. Hic eſt vſus literarum, vt cuſtodiant voces, et velut depoſitum reddant legentibus Quinctil. 1, 7, 31. *Figuras literarum inuenerunt Cadmus, qui ex Phoenicia in Graeciam primum eas intulit, et Euander. Auxerunt Palamedes et Simonides. Vid.* Plin. 7, 56. Tacit. Ann. 11, 14. *et ibi Lipſium; et Scalig. ad Euſeb.* Literae in terminis *inuentae quid ſignificent, oſtenditur in libro variorum* auctorum de limitibus, *in quo ſunt haec* p. 270 *Goeſ.* A, ſi in termino inueneris, finem in proximum ſignificat, aut aquam viuam deſignat. B, ſi in termino inueneris, bifurcium oſtendit, aut triuium ſignificat. C, ſi in termino inueneris, a centuria nunquam recedas. D, ſi in termino inveneris, decimanum oſtendit. E, ſi in termino inueneris, vallem ante ſe ſignificat, aut riuum, aut fluuium: et ſuper ſe ſubrectiore loco per planitiem limes excurrit. F, ſi in termino inueneris, finalem cauſam exponit, et in longinquo terminum oſtendit. G, ſi in termino inueneris, ſui termini auctorem, limitem tortuoſum oſtendit. H, ſi in termino inueneris, grandes longitias limitum oſtendit, et rariora ſigna in fine inuenies. I, ſi in termino inueneris, viam ſignificat, aut collis rigorem oſtendit, hoc eſt iugum. K, ſi in termino inveneris, cardinem oſtendit, quem terminum ſubtiliſſimum et ſpecioſum inuenies, hoc eſt formoſum. L, ſi in termino inueneris, ſuae normae facturam deſignat, limitem gammatum, et in longinquo arcam finalem oſtendit, et conuallia eius fundi finem vindicant. M, ſi in termino inueneris, fines quadras deſignat, et in proximo ſigna finalia inuenies. N, ſi in termino inueneris, proximam aquam ſignificat, et quadras fines habentes aquae, a Septentrione arcam marmoriam inuenies. O, ſi in termino inueneris, a Septentrionali parte ſiluam demonſtrat, et per ipſam ſiluam riuus currit, et trans riuum ſigna demonſtrat. P, ſi in termino inueneris, pedaturam ſignificat, extra aliis ſignis finalibus, vel quod literas ſinales continet. has per ſingulos titulos inuenies, alioſque finales titulos ſine noſtris ſignis in agris poſuimus, qui rationem oſtendunt limitum, et cauſam dirigunt finalem. Q, ſi in termino inueneris, a limite riuum. R, ſi in termino inueneris, per collicellum terminos inuenies. S, ſi in termino inueneris, ſupra poſſeſſionem multas aquas viuas indicat, quae alueum tranſeunt. T, ſi in termino inueneris, trifinium oſtendit. V, ſi in termino inveneris, terminum in collem meridianum oſtendit, per limitem orientalem. X, ſi in termino inueneris, quadrifinium exponit, et pro decumano finem habebis. Y, ſi in termino inueneris, ſub ſe fontanam proximam habet. Z, ſi in termino inueneris, a ſiniſtra parte fontem ſignificat. Caducae literae, *vid.* CADVCVS. Confuſae literae Scribon. 231. *i. turbatae ſ. fugientes; de ſtigmatis, quae literarum notis formata ſunt.* Neque expreſſae, neque oppreſſae, *vid.* Appellare literas, *in* APPELLO. Exoleſcentes Suet. Aug. c. 7. Grandes, *vid. ſ. l.* Immutatis literis, *vid.* IMMVTO. Longae cubitum Plaut. Poen. 4, 2, 15. *et* Rud. 5, 2, 7. Maximae Cic. Verr. 2, 24. Minutae *et* Maximae, *contraria, vid. Diminut.* LITERVLA. Praeformatae Quinct. 5, 14. Petron. c. 29 Superque quadrata litera ſcriptum. Hieronym. Praefat. in Iob. Vnciales *vocat. His Romani vtebantur in Inſcriptionibus.* Salutaris, *vid.* Salutaris, *in* SALVS. Affigere literas alicui Quinctil. 1, 1. Appellare literas, Exprimere literas, Obſcurare literas negligentius, Dilatare literas, *vid.* Appellare literas, *in* APPELLO. Idem 11, 3, 33 Vt eſt autem neceſſaria verborum explanatio, ita omnes computare et velut annumerare literas, moleſtum et odioſum. Idem 1, 4 Vt pro Fundanio Cicero teſtem, qui primam eius literam Dicere non poſſet, irridet. Imprimere literam humi, Inſpirare alicui literae, Intexere literas veſtibus, *vid. hh. vv.* Ordinare literas ſyllabarum, *vid.* Ordino, *in* ORDO. Litera, dicitur quaſi Legitera, eo quod legenti praebeat iter. Vel quod in legendo iteretur, *vt ait* Seruius. *Vel a* lituris, *quod ſcripta deleri poſſit: quia in ceratis tabulis plerumque antiqui ſcribere ſolebant, et inde delebant. Vel a* lino, linis, *quod in ſcribendo illinitur, id eſt leniter inducitur atramentum. Iulius tamen Scaliger lib. 1 de Cauſis linguae Latinae cap. 4. longe aliter ſentit. eius verba ſubiecimus: De litera acturi, veram eiusce nominis rationem ex figura emergere comperiemus, quum literas certis lineis contineri videbimus. Exemptis namque ex priſca nominis origine aliquot elementis, quum primum dictae eſſent* lineaturae, literae *poſtea factae ſunt; ſicut apud Graecos* γράμματα παρὰ τὴν γραμμήν. *Neque enim a lituris literae, quia delerentur: prius enim factae quam deletae ſunt. Nec geminata conſonante ſcribendum eſt: ſub ſuae namque originis forma producit primam natura. Si igitur a lineis dicta eſt, et linea minima corporis dimenſio eſt: erit profecto litera, minima pars dictionis. Vide ibi reliqua.* Literam longam *ex ſe* facere, *pro Laqueo vitam finire, quia ſuſpenſi corpus rectum, et pedes porrecti, ſpeciem habent I literae,* Plaut. Aulul. 1, 1, 38. Idem ibid. 2, 4, 46 Tu trium literarum homo vituperas me? A. etiam fur trifurcifer. Ad literam, *idem quod Ad verbum, et quod barbari literaliter dicunt* Quinctil. 9, 1. *vid.* AD. Literis mandare, *pro Scribere* Plin. 9, 8. Cic. Acad. 4, 2 Itaque vt literis conſignamus, quae monumentis mandare volumus, *vid.* MANDO. Commendare literis, Conſignare literis, *vid. hh. vv.* Dare in literas Macrob. Saturn. 5, 19. Tradere aliquid literis Quinctil. Prooem. ¶ 2 *Speciatim* Literae, arum. *pluraliter tantum, pro Epiſtolis accipitur. Proprie dictum illud,* Tuae literae, quas pluribus epiſtolis accepi Cic. ad Quint. Fr. 3, 1, 3. Idem Att. 12, 52 Hodie tuas literas exſpectabamus matutinas. Literae de Britannia Idem Quint. Frat. 2, 13. Aculeatae literae Id. Att. 14, 18. Acerbae 21 *et* 16 Fam. Minaces 11 Fam. 3. Odioſae 9 Fam. Stomachoſae 3 Fam. 11. Accuratae, *vid.* ACCVRO. Antiquae Cic. Att. 7, 11. Ardentes, Atroces, Compoſitiſſimae, Contumelioſae in aliquem, Crebrae, *vid. hh. vv.* Diſertae Id. Fam. 3, . . . Frigidae Idem ibid. 10, 16. Humanae, *vel* ſparſae humanitate, ſuaues, facetae, refertae officiis, amabiles Idem ib. 7, 33. *etc.* Inanes Idem ib. 6, 22. Inconſtantes, *vid. h. v.* Languidae, *vel* ſomnium adferentes Idem Att. 9, 19. *Et alibi.* Iam Balbi ad me literae languidiores, *etc.* Laureatae Liu. 45, 1. *De his Cellar. ad* Plin. Paneg. c. 8. *Io. Guil. Berger. ſingulari Diſſ.* Lepidae, *vid.* LEPIDVS. Liberiores, *vid.* LIBER. Plenae rerum Cic. Fam. 10. Pomeridianae Idem Attic. 12, 52. Tacit. Ann. 1, 5 Vixdum ingreſſus Illyricum Tiberius, properis matris literis accitur. Recentes, *vel* proximae, *pro recentibus* Cic. Att. 5. Scriptae mea manu Cic. . . Et ſi tuae literae, ſed iam nimis veteres Id. Att. 5. Vnae Cic. Att. 2, 2. Mutum a literis tempus, *vid.* MVTVS. Breuitas literarum Id. Fam. 11, 9. Diligentia literarum Id. Att. 7. Exemplum literarum Id. Fam. 6. Literae tenues et obſcurae Notae voluntatis ſunt Cic. . . Obligationes literarum Tit. in Iure Rom. *i. ſyngraphae, vid. Grot. ad* Luc. 16, 5. Prudentia literarum Cic. Att. 6. Sermo literarum Id. Fam. 7. Accire properis literis, Accipere literas, Accommodare literas ad rem aliquam, Affluunt literae, Afferre literas, Aperire literas, Appellare literis quempiam, Aſſequi literas, Cantant literae, Caſtigare literis, Cognoſcere ex literis, Colloqui per literas, Commeant literae, Committere literas, *vid. ſſ. ll.* Committere literis, *vel* commendare Cic. Fam. 2, 4. Componere literas, *vid.* COMPONO. Cic. . . . Plures literas conficere non potui. Conquieſcunt literae Cic. Att. 12, 38. Conſignare Cic. . . Dare literas, *pro Reddere.* Cic. Fam. 10, 16. *et* 7, 5. Dare *et* mittere *abſolute, pro Dare et mittere literas* Idem Att. 4, 4. *Et* Fam. 7, 5. Deferre literas alicui, *et* ad aliquem, *vid.* DEFERO. Elicere literas Idem Att. 7, 12. Exarare literas Idem ibid. 1. *Et* 13, 17.

Exſpectare auide literas amici, *vid.* AVIDVS. Iuſtin. 27, 2 Inde ad Antiochum fratrem literas Facit, quibus auxilium eius implorat. Incidere literas in alicuius manus Cic. Att. 2. Intercipere literas, *vid. h. v.* Ne patiamur Intermitti literas Cic. . . . Loqui literas Id. de Legib. 1, 8. Mittere literas, Mittere obuiam literas, Monere literis, Obſignare literas, *vid. hh. vv.* Obſtrepere literas Cic. Fam. 5. Perferre literas, *vid.* PERFERO. Recitare literas, Idem ibid. 12, 25. Reddere literas Idem Att. 1, 12. *Et* Fam. 2, 17. Referre literas. Cic. . . Et a te literas mihi referat. Reguſtare literas alicuius, *vid.* REGVSTO. Requirere literas, *vel* deſiderare Idem Brut. 14. Idem Att. 11, 9 Nam quod reſignatae ſunt literae. Reſoluere literas, *i. Reſignare* Liu. 26, 15. Scribere literas Cic. Att. 14, 12. Veniunt literae alicui ab aliquo Id. Fam. 11. Volant literae Id. Att. 2, 19. ¶ 3 *Sed etiam* Litera *in ſingulari, pro Epiſtola, ſcripto, apud Poëtas interdum legitur.* Ouid. Epiſt. 3, 1 Quam legis, ab rapta Briſeide litera venit. *Add.* Id. ex Pont. 1, 7, 1. 2, 7, 1. 4, 8, 1. *Sic* Heroid. 12, 114 Deficit hoc vno litera noſtra, *i. laborat apologia mea, et ſcripta defenſio.* Id. Art. Am. 2, 500 *de Delphis,* Eſt ibi diuerſum fama celebrata per orbem Litera, cognoſci quae ſibi quemque iubet, *i. dictum*, Noſce te ipſum. Arcana Ouid. Met. 9, 515. Deducta mero Id. Epiſt. 17, 88. Infelix, *Quae infauſtum aliquid nuntiat* Idem Amor. 1, 12, 2. Lecta Idem Epiſt. 21, 238. Nuntia Idem ibid. 6, 9. Scripta Idem ibid. 5, 2. Triſtis Id de Arte Am. 483. *Sic* ¶ 4 Litera, *pro Scribentis manu.* Cic. Att. 7, 2 Nam Alexidis animum amabam, quod tam prope accedebat ad ſimilitudinem tuae literae. manum non amabam: quod indicabat te non valere. *Negatiue ſaepe et vniuerſaliter ponitur:* Cic. Att. 13, 39 Neque inde venit, vnde mallem, neque diu obfuit, neque vllam literam ad me. Idem Fam. 2, 16 Ille quum ad Thermum de Parthico bello ſcriberet, ad me literam nunquam miſit. *Sic* Nullam literam ſcripſit, *pro Nihil ſcripſit* Id. pro Arch. 18. *Et* de Orat. 2, 86 De frangendis cupiditatibus, confirmandis hominum moribus, litera in eorum libris nulla inueniretur. *Sic* Verr. 1, 92 Cum ad HS vicies quinquies redegiſſe conſtaret — nullam literam pupillo, nullam matri eius, nullam tutoribus reddidit. ¶ 5 *Omne genus ſcripti* Literarum *nomine ſignificatur.* *Sic* Literae publicae, *quae barbari* Regiſtra *vocant.* Cic. Verr. 1, 89 Quamobrem vnam ex decem (nauibus) non praedonum repentino aduentu, ſed legati latrocinio: non vi tempeſtatis, ſed hac horribili tempeſtate ſociorum amiſſam, in literas publicas retulerunt. Corrumpere literas, *vid.* CORRVMPO. Literae, *pro Edicto et mandato magiſtratus.* Cic. Verr. 5, 56 Cedo mihi eiusdem Praetoris literas, et rerum decretarum, et frumenti imperati. Flammauere inſuper allatae a Veſpaſiano literae, *i. Edictum* Tacit. Hiſt. 4, 24. Literae, *Auctoritates ſcriptae.* Cic. Verr. 1, 16 Quo in negotio induſtriam meam celeritas reditionis, diligentiam multitudo literarum, et teſtium declarauit. *Sic* Condere literas in aerario, *vid.* CONDO. Perſcrutari literas, *vid.* PERSCRVTOR. Quaero manifeſtas literas, *vid.* MANIFESTVS. Literae, *Inſtrumenta, documenta, monumenta.* Id. pro Quinct. 38 In Galliam ad te ipſum venit, in agrum communem: eo denique vbi non modo res erat, ſed ratio quoque omnis, et omnes literae. Literas *vocat, ſocietatis rationes, et ſcripturam ſeu perſcriptiones et tabulas.* Cic. Verr. 5, 164 Itaque ego id ſolum ex literis oſtendam Syracuſanorum. *Conf. ib.* 147. *et* 148. Literas neſcire *i. Neſcire ſcribere.* Paull. in l. 3 D. de accuſationibus, Item ſubſcribere debebit is, qui dat libellos, ſe profeſſum eſſe: vel alius pro eo, ſi literas neſciat. Suet. in Neron. c. 10 Et quum de ſupplicio cuiusdam capite damnati, vt ex more ſubſcriberet, admoneretur: Quam vellem, inquit, neſcire literas. *Sic et* Seneca de Clementia 2. ¶ 6 *Hinc ponuntur* Literae, *pro ſcientiis et diſciplinis, quae literarum monumentis continentur.* Diſciplina literarum Celſ. 1. praef. Corpori inimica elt. Ib. Cic. Fam. 5, 15 Quod enim eſſe poterat mihi profugium ſpoliato et forenſibus, et domeſticis ornamentis, atque ſolatiis? literae credo, quibus vtor aſſidue. Homo ſine ingenio, ſine literis Cic. Verr. 40, 44. Plaut. Truc. 4, 2, 22 Literas didiciſti: quando ſcis, ſine alios diſcere. Cic. Att. 4, 16 Quaeque vita maxime eſt ad naturam, ad eam me refero et literas et ſtudia noſtra. Nullis literis vir, *vid.* NVLLVS. Quinct. 6 Prooem. Tunc igitur optimum fuit infauſtum opus, et quidquid eſt in me infelicium literarum, ſuper immaturum funus conſumturis viſcera mea flammis iniicere. Cic. Fam. 7, 33 Opus eſt hic limatulo et polituio tuo iudicio, et illis interioribus literis meis, quibus ſaepe verecundiorem me in loquendo facis. Vnum eſt Perfugium doctrinae et literae Idem ibid. 6, 12. Columel. 9, 14 *de ſolſtitiis et aequinoctiis,* Nec tamen Hipparchi ſubtilitas pinguioribus, vt aiunt, ruſticorum literis neceſſaria eſt. *Simile eſt illi, Pingui Minerua.* Nihil peius eſt iis, qui paullum aliquid vltra Primas literas progreſſi, falſam ſibi ſcientiae perſuaſionem induerunt Quinct. 1, 1, 8. Cic. Fam. 15, 21 Multae erant, et reconditae literae, vis non erat. Vulgares, *et* Interiores, *ſiue* reconditae literae, *contraria.* Id. de Clar. Orat. 265 Erant in eo plurimae literae: nec eae vulgares, ſed interiores quaedam, et reconditae. Abdere ſe literis, *vid.* ABDO. Agere aetatem in literis . . Alienus a literis, *vid.* Alienus *in* ALIVS. Aſſidere literis, *vid.* ASSIDEO. Cic. Fam. 16, 14 Ego omni delectatione, literisque omnibus careo, quas ante quam te videro, attingere non poſſum, *i. tractare iterum incipere.* Attingere leuiter literas, *vid.* ATTINGO. Cic. in Brut. 19 Ego a te peto, vt ſcribas aliquid: iampridem enim conticuerunt tuae literae. Dare operam literis . . Deditus literis a pueritia, *vid.* DEDO. Diſcere . . Doctus literis Cic. de Clar. Orat. 169. Eruditus literis Quinctil. 1, 10. Valer. Max. 3, 4 *in fine,* Alterius patrem cultellos venditaſſe, omnium paene doctorum literae loquuntur. Eſſe literas in aliquo Cic. Fam. 15, 21. Imbutus leuiter literis Quinctil. 1, 2. Initiatus literis, *vid.* INITIVM. Inſtituere aliquem literis Id. 1, 1. Inuoluere ſe literis, *vid.* INVOLVO. Neſcire literas Cic. de Orat. 3, 259. Perdiſcere literas, *vid.* PERDISCO. Perpolitus literis, *vid. h. v.* Politus literis Cic. in Piſon. 70. Scire literas *dicuntur etiam, qui prima tantum elementa didicerunt: vid. Burm. ad* Petron. c. 10 p. 41. Tinctus literis, *vid.* TINGO. Cic. de Aruſp. Reſp. 18 c. 9 Neque is ſum, qui, ſi cui forte videor plus quam caeteri, qui aeque atque ego ſunt occupati, Verſari in ſtudio literarum, his delecter aut Vtar omnino literis, quae noſtros animos deterrent atque auocant a religione. Vorare literas Id. Att. 4, 10. Literae, *Scripta, ſ. libri.* Idem ib. 1, 11 De Craſſo, qui mihi eam laudem eo minus deberet, quod meis omnibus literis in Pompeiana laude eſſet perſtrictus. Literae, *pro Grammatica,* Idem in Brut. 153 *de Seruio Sulpicio:* Hic enim attulit hanc artem omnium artium maximam, quaſi lucem ad ea, quae confuſe ab aliis aut reſpondebantur, aut agebantur. Dialecticam mihi videris dicere, inquit. Recte, inquam, intelligis. ſed adiunxit etiam et literarum ſcientiam, et loquendi elegantiam. Cicero Orat. 3, 125 Eleus Hippias, quum Olympiam veniſſet, maxima illa quinquennali celebritate ludorum, gloriatus eſt cuncta paene audiente Graecia, nihil eſſe vlla in arte rerum omnium, quod ipſe neſciret: nec ſolum has artes, quibus liberales doctrinae atque ingenuae continerentur, geometriam, muſicam, literarum cognitionem, et Poëtarum, atque illa, quae de naturis rerum, quae de hominum moribus, quae de Rebuspublicis dicerentur: ſed annulum quem haberet, pallium quo amictus, ſoccos quibus indutus eſſet, ſe ſua manu confeciſſe. Idem de Orat. 130 Num Geometriam Euclide aut Archimede, num muſicam Damone aut Ariſtoxeno, num ipſas literas Ariſtophane aut Callimacho tractante, tam diſcerptas fuiſſe, vt nemo genus vniuerſum complecteretur? *Certe ſolet Cicero Grammaticam per literas ſignificare, nec id immerito: nomen quippe habet a literis.* Grammata *literae ſunt.* Literae altiores, *Artes magicae* Plin. 14, 4.

LITERŬLA, ae. f. Dim. [γραμμάτιον, γραμματίδιον] Cic. Verr. 4, 93 Signum Apollinis pulcherrimum, cuius in femine literulis minutis argenteis nomen Myronis erat inſcriptum. Idem Fam. 16, 16 Accepi tuam epiſtolam vacillantibus literulis. Literulae, *Epiſtolium.* Idem Att. 12, 1 Vndecimo die poſtquam a te diſceſſeram, hoc literularum exaraui. Eidem 14, 4. *extr.* Etſi noui nihil, noſtro more tamen ne patiamur intermitti literulas. Literulae *pro Studiis.* Cic. Fam. 16, 10 Literulae meae ſine noſtrae tui deſiderio oblanguerunt. Eidem 7, 2 Chryſippum vero, quem ego propter literularum neſcio quid libenter vidi, in honore habui. At me literulas ſtulti Docuere parentes Martial. 9, 75. Graecis literulis imbutus Hor. Epiſt. 2, 2, 7.

LITERĀLIS, e. Cael. Aurel. 4, 5 Literalis lectio adhibenda. Commercium Symmach. Ep. 4, 54. Series Idem 5, 22.

LITERĀTVS, a, um. Adi. [παιδευτός] *Literis ornatus, eruditus, doctus.* Cic. Verr. 1, 92 Circumpedes autem homines formoſos, et literatos, ſuos eſſe dicebat, ſe emiſſe. Idem de Nat. Deor. 3, 23 c. 9 Hoc (*genus argumentandi*) ſi placet, iam efficies, vt mundus optime librum legere poſſe videatur. Zenonis enim veſtigiis hoc modo rationem poteris concludere. Quod literatum eſt, id eſt melius, quam quod non eſt literatum. Nihil autem mundo melius. Literatus igitur eſt mundus. Viri literati, ac ſtudiis, doctrinisque dediti Cic. pro Corn. Balb. 3 c. 1. Literatus et diſertus fuit Idem de Clar. Orat. 81. Idem Tuſc. 5, 105 Quid eſt dulcius literato otio, *i. In quo literis operam damus.* *Compar.* Gell. 18, 9 Alter literatior fuit, alter literas ſciens. Quibus ineptiis nec Literatior fit quisquam nec melior Sen. Quaeſt. Nat. 4, 13. *Superl.* Cic. Fam. 9, 16 Pueri literatiſſimi. Frater tuus, quem Literatiſſimum fuiſſe iudico, facile diceret, hic verſus Plauti non eſt, hic eſt Cic. Tuſc. 5 c. 37. ¶ 2 Sueton. Grammat. 4 Appellatio Grammaticorum Graeca conſuetudine inualuit: Sed initio *literati* vocabantur. Cornelius quoque Nepos in libello quo diſtinguit literatum ab erudito, *Literatos vulgo quidem appellari* ait *eos, qui aliquid diligenter et acute ſcienterque poſſint aut dicere aut ſcribere: caeterum proprie ſic appellandos, qui a Graecis* γραμματικοὶ *nominentur, eosdem* literatores *vocitatos.* Meſſala Coruinus in quadam epiſtola, *non eſſe ſibi* dicens *rem cum Furio Bibaculo, nec cum Sigida* (*forte* Nigidio?) *aut literatore Catone*: ſignificat enim haud dubie Valerium Catonem, Poëtam ſimul Grammaticumque notiſſimum. Sunt qui *literatum* a *literatore* diſtinguant, vt Graeci Grammaticum a Grammatiſta; et illum quidem abſolute, hunc mediocriter doctum exiſtiment, quorum opinionem etiam Orbilius exemplis confirmat. *Nam apud maiores*, ait, *quum familia alicuius venalis produceretur, non temere quem Literatum in titulo, ſed Literatorem inſcribi ſolitum eſſe: quaſi non perfectum literis, ſed imbutum. Haec Suetonius. Sed puto ego nomen* Literatus *eos in ſeruo venali mali ominis cauſa refugiſſe. Nempe* ¶ 3 Literatus *etiam eſt cuius fronti literae impreſſae ſunt, ſtigmate notatus, ſtigmoſus.* Plaut. Caſin. 2, 6, 49 Si hic literatus me ſinat. Apul. Metam. 9 p. 222 Literati frontes, et capillum ſemiraſi. Semiraſi, *puto ad hoc ipſum, vti ſtigmata melius apparent, tegi minus poſſint.* *Nempe* Literatum eſt, *quidquid literis notatum.* Plaut. Rud. 2, 5, 21 *de vrna,* Haec literata eſt, ab ſe cantat cuia ſit. Idem ibid. 4, 4, 113 In eo enſiculo literarum quid eſt? P. mei nomen patris. poſt altrinſecus eſt ſecuricula ancipes, item aurea literata: ibi matris nomen in ſecuricula eſt. Id. Poen. 4, 2, 14 Haud ſecus tu videas literatas ibi epulas, pice ſignatas, nomina inſunt cubitum longis literis. Laciniae auro literatae Apul. Met. 6 p. 174, 28 Silex Inſcript. Vet.

LITERĀTE. Adu. [παιδευτῶς] *Docte, erudite, eleganter.* Cic. de Aruſp. Reſp. 17 Quid igitur reſponderem? quaero ex eo ipſo, qui ferre me non poteſt, me ciuem eſſe Romanum? literate reſpondiſſem, an tacuiſſem? deſertum negotium. Idem in Piſon. 61 c. 25 Quas rationes ſi cognôris, intelliges nemini plus quam mihi literas profuiſſe. ita enim ſunt perſcriptae ſcite et literate, vt ſcriba, *etc.* Scriptorum veterum literate peritus Cic. de Cl. Orat. c. 56. *Compar.* Idem ibid. 105 c. 28 Iisdemque temporibus L. Furius Pilus perbene Latine loqui putabatur, literatiusque quam caeteri. *Conf.* Auguſtin. Ep. 19, 4.

LITERATŬLVS, i. m. Dimin. Hieron. adu. Rufin. 1, 7.

LITERARIVS, a, um. Adi. [γραμματικός] *Quod ad literas pertinet.* Plin. 9, 8 Ex Baïano Puteolos in ludum literarium itantem, *etc. i. in ſcholam.* Quinct. 1, 4.

LITERŌSVS, a, um. Adi. *Idem quod Literatus.* Caſſ. Hemina Annal. 4. Homo mere literoſus. *Haec* ἐγγράμματος Onomaſt. Vet. Nonius 2, 495.

LITERATIO, ōnis. f. Varro *apud* Auguſt. T. 1 p. 488. *et* Iſidor. 1, 3.

LITERĀTOR, ōris. m. [γραμματιστής] *Qui literas nouit vel docet.* *Vid.* Suet. de Clar. Gramm. c. 4. *quem dedimus in* Literatus n. 2. Quispiam linguae Latinae literator Gell. 16, 6. Literator Sulla Catull. 1, 4, 9. Literator *etiam, Qui prima literarum rudimenta docet* Apul. Flor. 4 p. 363 Prima cratera literatoris, ruditatem eximit, ſecunda Grammatici, doctrina inſtruit, *etc.*

LITERATRIX, īcis. f. *Primas literas docens.* Quinctil. 2, 14 Grammatice literatura eſt, non literatrix.

LITERATORIVS, a, um. Eruditio literatoria Tertull. de Idol. c. 10. *Adde* Quinct. 2, 14.

LITERATŪRA, ae. f. [γραμματεία] *Ars, quae de literis tractat.* Cic. in Partit. 26 Nihil ſane praeter memoriam, quae eſt germana literaturae quodammodo, et in diſſimili genere perſimilis. Prima illa Literatura, per quam pueris elementa traduntur Sen. Ep. 88. Quinctil. 2, 14 Nos ipſam nunc volumus ſignificare ſubſtantiam, vt grammatice literatura eſt, non literatrix, quemadmodum oratrix: nec lite-

literatoria quemadmodum oratoria. Martian. Capella 3 Mihique attributum literarum formas propriis ductibus, lineare: hicque mihi Romulus literaturae nomen adſcripſit. *Verba ſunt Grammaticae. Paullo etiam latius patet* Literatura, *vt ſit Literarum cognitio et ſcientia.* Cic. Philip. 2, 116 c. 45 Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia. *De Caeſare loquens.*

LITERIO, ōnis. m. *Idem qui Literator, cum contemtus notatione.* Ammian. Marcell. 17, 22 Iulianum carpentes appellanteſque loquacem talpam, et purpuratam ſimiam, literionem Graecum.

LITERNVM, *vid.* LINTERNVM.

LITHANICVS, a, um. Adi. *Calculi morbo affectus.* Plin. 20, 22.

LITHARGY̆RVM, i. n. *ſiue* LITHARGY̆ROS, i. m. [λιθάργυρος] *Argenti ſcoria, in duritiem lapideam compacta: cuius vſus eſt in medicinis, appellantque pharmacopolae* lithargyron argenti *corrupte, ad differentiam ſcoriae vel ſpumae aureae, quam* lithargyron auri *nominant.* Plin. 26, 10.

LITHIZONTES, um. m. [λιθίζοντες] *Lapidibus ſimiles, ſiue gemmae languidius lucentes.* Plin. 37, 7.

LITHOCOLLA, ae. f. *Glutinum, quo lapides coniunguntur. fit enim ex lapide Pario, aut marmore cum taurino glutino.* Plin. 7, 56.

LITHOSPERMVM, i. n. [λιθόσπερμον] *Herba, de qua* Plin. 27, 11.

LITHOSTRŌTOS, i. m. *et* LITHOSTRŌTVM, i. n. [λιθόστρωτος] *dictio compoſita ex* λίθος *lapis, et* στρωτὸς *ſtratus, eſt Locus lapidibus ſtratus. Latinis* teſſelatum, *nunc* muſiuum opus. Lithoſtrota *ex paruulis cruſtis conſtabant, quibus ſolum pauimenti incruſtabatur.* Varr. de R. R. 3, 1 Quum enim villam haberes opere tectorio et inteſtino, ac pauimentis nobilibus lithoſtrotis ſpectandam: parum putaſſes eſſe, ni tuis quoque literis exornati parietes eſſent. Ibid. c. 2 Nuncubi hic vides citrum, aut aurum? num minium aut armenium? num quod emblema, aut lithoſtrotum? *Add.* Plin. 36, 25. Iſidor. 19, 4.

LITHOTŎMVS, i. m. [λιθότομος] *Lapidicida,* Celſ.

LITICEN, *vid.* LITVVS.

LITIGATOR, LITIGIOSVS, LITIGO, LITIGIVM, *vid.* LIS, litis.

LITO, āre. [καλλιερεῖν] *et* LITOR, āri. Dep. *Sacrificio facto deos placare, votumque impetrare.* Semper ſacrificare, nec vnquam litare Plaut. Poen. 2, 41. Vict. de Viris illuſt. 4 Et dum Numam Pompilium ſacrificiis imitatur, Ioui Elicio litare non potuit, fulmine ictus cum regia conflagrauit. Cic. de Diuin. 2, 36 Quum triſtiſſima exta ſine capite fuerint, quibus nihil videtur eſſe dirius, proxima hoſtia litatur ſaepe pulcherrime. Ibidem 38 Quid quum pluribus diis immolatur, qui tandem euenit vt litetur aliis, aliis non litetur? Pluribus hoſtiis caeſis litare non poſſe Suet. Caeſ. c. 81. Sacrificio non litante Suet. Aug. c. 96. *vbi tamen de lectione dubitatur.* Inter Litare et Sacrificare hoc intereſt, *vt ait* Non. 5, 12 Sacrificare, eſt Veniam petere: Litare eſt Propitiare et votum impetrare. Virg. Aen. 4, 50 Tu modo poſce deos veniam, ſacriſque litatis, Indulge hoſpitio. Seru. Diis litatis debuit dicere. Non enim ſacra ſed deo ſacris litamus, id eſt placamus. Ergo noue dixit. Succurrite et de latronis huius ſanguine legibus veſtris et diſciplinae publicae litate Apul. Met. 3. Sepulchrum mei Tlepolemi tuo luminum cruore litabo Apul. Met. 8 p. 206. Quem autem honorem litabimus domino deo Tertull. de Pat. c. 7. Plura non habui, dolor, tibi quae litarem Sen. Med. *ſub fin.* Litaſſe *veteres quum dicebant, quo verbo grata acceptaque diis immortalibus ſacra fuiſſe intelligebant, a ſoluendo, ſi* Varroni *credimus, ita loquebantur; proinde quaſi ſit* Litare, Lutare, *i. luere et ſoluere. tum enim denique ſolutum diis eſſe videtur, quum acceptum fecere.* Varronis *verba ſunt,* Habes qui et cuius rei cauſa fecerim Hecatomben, in quo ego, vt puto, quoniam luere eſt ſoluere, lutaui: *Itaque vt Maximus et Maxumus dicitur: ita* Lutaui *et* Litaui *dici* Varro *videtur exiſtimaſſe. Turneb. Adu.* 18, 20. *ex* Non. 2, 482. Mola ſalſa litant qui tura non habent Plin. Praef. *Conf.* Macrob. 3, 5. Non. 5, 12. Exta ouis paſtor litabat Propert. 4, 1, 24. Victimas litare, *apud* Tranquill. Othon. c. 8. *i. Victimis caeſis litare.* Non quacunque manu Victima caeſa litat Martial. 10, 73. Litare, *pro Satisfacere.* Plin. in Paneg. c. 52 *deſtatuis*, Ergo iſtae quidem aereae et paucae manent, manebuntque: illae autem aureae et innumerabiles ſtrage et ruina publico gaudio litauerunt.

LITĀTVS, a, um. Feſtus: Litatum alii ſolutum, deditum Deo, quaſi luitatum: alii ex Graeco a precibus, quas illi λιτὰς dicunt. Virg. Aen. 4, 50 Sacriſque litatis. Venerato Numine hoſtiiſque litato et votis Ammian 22, 23.

LITĀTO. [καλῶς] *Eo modo dictum, quo Auſpicato.* Liu. 5, 38 Non deorum ſaltem, ſi non hominum memores, nec auſpicato, nec litato inſtruunt aciem diductam in cornua.

LITANDVM. Gerund. [καλλιερητέος] Virg. Aen. 2, 118 Sanguine quaerendi reditus, animaque litandum Argolica.

LITATIO, ōnis. f. [λιτανεία Gloſſ. Lat. Gr.] Liuius 27, 23 Per dies aliquot hoſtiae maiores ſine litatione caeſae: diuque non impetrata pax deûm. *Adde* 41, 15. Plaut. Pſeud. 1, 3, 99 Vt hodie ad litationem huic ſuppetat ſatias Ioui.

LITĀMEN, ĭnis. n. *Sacrificium quo litatur.* Prudent. Praefat. Hamartig. v. 50 Cuius litamen ſordet, et terram ſapit.

LITABĬLIS, e. Hoſtia litabilis Minuc. Felix c. 32. Victima litabilis, *i. grata, iuſta* Lactant. 1, 21. Litabilior victima Idem Epit. c. 5.

LITANIA, ae. f. *A* λίτομαι, *pro* λίσσομαι *ſupplico, precor; Graecum nomen ad publicas rogationes et ſupplicationes in Eccleſiis translatum eſt, et latinitate donatum* Sidon. Epiſt. 5, 7. *it.* 14. *et aliis. Vid.* Walafrid. Strabon. de rebus Eccleſiaſticis c. 28.

LITTERA, *vid.* LITERA.

LITVRGIA, ae. f. [λειτουργία] *Miniſterium ſacrum. Vox Eccl.*

LITVRGĬCVS, a, um. Adi. [λειτουργικὸς] Libri Liturgici *apud Eccleſiaſt.*

LITVRGVS, i. m. [λειτουργὸς] *Miniſter publicus.* Mart. Capella 2 p. 45 Cum liturgos caelo miraretur adſtare.

LITVRA, LITVS, *vid.* LINO, linis.

LITVS, *ſiue* LITTVS, ŏris. n. [αἰγιαλὸς, ἠιὼν, ἀκτὴ, θὶν, ῥηγμὶν] *Terra, quae ab aqua tangitur. Dictum quod alluitur, vel quod aqua ad id allidat, vel quod id aqua elidat: proprieque de mari dicitur.* Sueton. in Neron. c. 27 Diſpoſitae, per litora et ripas diuerſoriae tabernae. Litus (*inquit* Celſus iuriſconſultus) l. Litus. D. de Verborum et rerum ſignificatione, eſt Quouſque maximus fluctus a mari peruenit, idque M. Tullium aiunt, quum arbiter eſſet, primum conſtituiſſe. *Conf.* Aquil. *ap.* Cic. Top. c. 7. *Et quae diſputamus ad* Colum. 4, 20, 2. *Add.* Quinct. 5 *extr.* Litus, *de fluminibus etiam dicitur. Vet. Poëta* in Diris 49 Litora quae dulces auras diffunditis agris, *de Mincio.* Virg. Aen. 7, 797 Qui ſaltus Tyberine tuos, ſacrumque Numici Litus arant. Idem ibidem 8, 83 Litus, Terra mari vicina: *inquit* Seruius. Idem ibidem 4, 212 — cui litus arandum. Plin. 9, 57 Cauernaſque faciat ſibi in terra, atque in iis viuat, etiam reciprocis amnibus ſiccato litore. Litus *et Ripa, pro eodem accipi videntur etiam apud* Columel. 1, 5 Villa ſemper mare recte conſpicit, quum pulſatur, ac fluctu reſpergitur, nunquam ex ripa, ſed paullum ſummota a litore, *vid.* RIPA. Catul. 61, 87 At vbi humida Albicantis loca litoris adiit. Aprica litora, *vid.* APRICVS. Arenoſum litus Lybiae Virg. Aen. 4, 257. Bibulum Ouid. Epiſt. 17, 139. Breue et incertum Tacit. Ann. 14 *et* 6. Id. Ann. 33 Breuia litorum nudantur. Curuum Virg. Aen. 3, 16, *vid.* CVRVVS. Denſum Ouid. Met. 2, 572. Deſerta Virg. Aen. 3, 122. Dira Idem ibid. 7, 22. Flauum Ouid. Met. 15, 722. Flauum *vocat propter arenam.* Fluctifragum Lucret. 1, 306. Fruticoſa litora calcare Ouid. Epiſt. 2, 121. Virg. Aen. 5, 149 — ſtudiiſque vauentum Conſonat omne nemus: vocemque incluſa volutant Litora. Incurui litoris bibulam lauit aequor arenam Lucret. 2, 376. Inhoſpitale, *vid.* INHOSPITVS. Inhoſpita Lucan. 1, 367. Iniquum Hor. Carm. 2, 10, 4. Innocuum Virg. Aen. 7, 230. Iuncoſa Ouid. Met. 7, 231. Laetiſſima myrtetis Virg. Georg. 2, 112. Lata Ouid. Epiſt. 2, 122. Nuda Senec. Agamem. 6. Percuſſa fluctu Virg. Ecl. 5, 83. Porrecta Ouid. Epiſt. 10, 93. Procurua Virg. Aen. 5, 765. Raucum Stat. Theb. 5, 291. Scelerata Ouid. Met. 13, 628. *Al.* Limina. Siccum Virg. Aen. 3, 135. Non ſiccum litus, ſed quod mare alluit Scribon. 162. Sinuoſa blando anfractu Valer. Argon. 2, 452. Catul. 62, 121 Aut vt vecta ratis ſpumoſa ad litora Diae. Vdum Hor. Carm. 1, 32, 8. ¶ 2 *Verborum formulae.* Applicare puppim litori Senec. Herc. fur. ſ. 9. Arare litora, *vid.* ARO. Contingere litus Lucan. 8, 33. Quinctil. 5, 10 Piſcium quoque genera alia planis gaudent, alia ſaxoſis, regionibus etiam litoribuſque diſcreta ſunt. Feriunt fluctus litora Virg. Ecl. 9, 43. Interluit anguſto litore diductas vrbes pontus Idem Aen. 3, 411. Nudare litora, *vid.* NVDVS. Petere litora curſu Virg. Aen. 1, 161. *Et* Aen. 7, 10 Proxima Circaeae raduntur litora terrae. Torquere clauum ad litora Idem ibidem 5, 177. Tunditur litus vnda Catull. 11, 3. *Prouerbialiter vtitur* Cic. Att. 1, 18 Metellus non homo, ſed litus atque aër, et ſolitudo mera. *Ponitur etiam pro Seceſſibus amoenis.* Tacit. Hiſt. 2, 63 Vitellius de numero ſeruorum et electione litorum loqui. *vid. ibi Lipſium. Conf.* ACTA. Coenare in litore Quinct. 7, 3 p. 622. Litora *et* Limina *confunduntur a librariis, vid.* LIMEN.

LITOREVS, a, um. Adi. [αἰγιάλιος] *Quod eſt litoris, et ad litus pertinet.* Arena litorea Ouid. Met. 15, 725. Arx Stat. Achill. 2, 28. Virg. Aen. 12, 248 Litoreas agitabat aues. Seruius, Paluſtres. Cancer Ouid. Met. 10, 127 Domus litorea, *Quae in litore, aut iuxta litus conſtructa eſt.* Martial. 10, 58 Anxuris aequorei placidos Frontine receſſus, Et propius Baias litoreamque domum. Virg. Aen. 3, 390. *et.* 8, 43 Litoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus. Myrtus litorea Ouid. Amor. 1, 1, 29.

LITORĀLIS, e. [ἀκταῖος] *Idem.* Catull. 4, 22 Neque vlla vota litoralibus deis Sibi eſſe facta. Piſcis litoralis, *In litore viuens.* Plin. 9, 17 Nec litoralibus gratia.

LITORARIVS, a, um. *Idem.* Cael. Aurel. Tard. 5, 11, 135 Arenae litorariae feruor.

LITORŌSVS, a, um. Adi. [αἰγιαλώδης] Plin. 37, 10 Calais ſapphirum imitatur, candidior, et litoroſo mari ſimilis, *h. e. Eum aquae marinae colorem referens, qui eſt circa litus.* Ager macerrimus litoroſiſſimusque Seru. *ad* Aen. 1, 7. *al.* litorioſ.

LITVVS, i. m. [λίτυος] Gell. 5, 8 Lituus eſt virga breuis, in parte qua robuſtior eſt, incurua, qua augures vtuntur. *Sic* Macrob. Saturn. 6, 8. *Locus claſſicus eſt* Cic. de Diuin. 1, 30 c. 17 Quid lituus iſte veſter (quod clariſſimum eſt inſigne auguratûs) vnde vobis eſt traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit tum, quum vrbem condidit. Qui quidem Romuli lituus (id eſt incuruum, et leuiter a ſummo inflexum bacillum quod ab eius litui quo canitur, ſimilitudine, nomen inuenit) quum ſitus eſſet in curia Saliorum, quae eſt in Palatio, eaque deflagraſſet, inuentus eſt integer. *Sed conf. lib.* 2 c. 38 *pr.* Liu. 1, 18 Augur ad laeuam eius capite velato ſedem cepit, dextra manu baculum ſine nodo aduncum tenens; quem lituum appellauerunt. Qu. Fratrem lituum meae profectionis fuiſſe, ita enim ſcripſit Cic. Att. 11, 12 *al.* illicium. ¶ 2 Lituum Genus eſſe buccinae incuruae, *ſcribit* Feſt. vnde vox gracilior exiret. Virg. Aen. 6, 167 Et lituo pugnas inſignis obibat et haſta. *Ab huius ſimilitudine dictus eſt lituus baculus auguralis, teſte* Cicerone *in ſuperiori exemplo, et* Gell. 5, 8. Stridor lituûm, clangorque tubarum Lucan. 1, 237. Stat. Theb. 6, 228 Et lituis aures circumpulſantur acutis. Quirinalis Virg. Aen. 7, 187 Terribiles Claud. de Conſ. Mal. Theod. 181. Daturus erat iam lituus pugnae ſigna Ouid. Faſt. 3, 217. Obibat lituo pugnas Virg. Aen. 6, 167. Scilicet in vulgus manant exempla potentum, Vtque ducum lituos ſic mores caſtra Sequuntur Claud. de Laud. Stilic. 1, 168. Virg. Georg. 3, 183 Primus equi labor eſt, animos atque arma videre Bellantum, lituoſque pati, *i. lituorum ſono non terreri.* Permiſtus ſonus tubae lituo Hor. Carm. 1, 13. Strepunt litui Id. ibid. 2, 1, 18.

LITĬCEN, ĭnis. m. *Eadem forma qua Tibicen, a* Lituo, *quod eo canat, dictum eſſe, et ab antiquis vſurpatum probat* Nonius 1, 268 Liticines a Lituo; vt Tubicines, a Tuba, *vid. et* Varr. de L. L. 4, 16. Cantus liticinum Ammian. 14, 8. *Add.* 16, 34. *et vid.* Cat. *apud* Gell. 20, 2.

L I V

LIVEO, LIVESCO, LIVIDVS, *vid.* LIVOR.

LIVIVS, a, um. [Λίβιος] *Romanae gentis nomen, quod ſummam dignitatem adeptum eſt in* Liuia Druſilla, *vxore Auguſti, quae matrimonii huius nomine* Auguſta, *et adoptione* Iulia *dicta: de illius conſecratione ſperata,* Ouid. Faſt. 1, 536 Sic Auguſta nouum Liuia numen erit. ¶ 2 *Altera lux gentis Hiſtoricus Patauinus. De hoc* Hieronymus ad Paullinum, Ad Titum Liuium lacteo eloquentiae fonte manantem de vltimis Hiſpaniae Galliarumque finibus quoſdam veniſſe nobiles legimus. Et quos ad contemplationem ſui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. *Vid.* Senec. Epiſt. 45 *et* 100. *et* Quinctil. 10, 1. ¶ 3 *Memorandus etiam, vt reliquos taceamus,* Liuius Andronicus, *Liuii Salinatoris libertus, cuius filios erudiit, ab eodemque ob ingenium libertate donatus. Auctor Euſebius, cuius etiam haec: Primus Romae fabulam dedit, C. Clodio Caeci filio et M. Tuditano COSS. anno ante natiuitatem Ennii. Vid.* Cic. de Clar. Orat. 72. Hor. Epiſt. 2, 1, 69

Non equidem inſector, delendaque carmina Liui
Eſſe reor: nemini quae plagoſum mihi paruo
Orbilium dictare: ſed emendata videri,
Pulchraque, et exactis minimum diſtantia, miror.

¶ 4 Arbos Liuia Columel. 10, 413. *inter ficus.* Familia Liuia Tacit. Ann. 6, 51.

LIVIANVS, a, um. *Idem.* Aes Liuianum Plin. 34, 2. Fici Liuianae Columel. 5, 10, 11.

LIVOR, ōris. m. [πελίωμα, σμῶδιξ] *Veſtigium et nota ſanguinis ſuffuſi, quae ſit ex aliqua percuſſione aut contuſione.* Artuum liuor Scribon. 180. Liuores 250. Liuoribus quaſi maculis variari 187. Plin. 20, 22 Illinitur et liuoribus ſugillatisque cum melle. Celſ. 5, 18 Quod ſi facie contuſa liuor ſuberuentus eſt. Tumidi liuores Iuuen. Sat. 16, 11. Venit liuor preſſos in artus Ouid. Met. 10, 258. Tumore aut liuore decoloratum corpus mortui ſi ſit, ſignificat eum veneno necatum Auctor ad Heren. 2, 8 c. 5. Liuor, *Colorem nigriorem ſignificat.* Varro, Paullatim liuor in candorem vertitur, et omnis macies e corpore abſcedit. Ouid. Amor. 3, 5, 26 Sed niger in vaccae pectore liuor erat. Idem Triſt. 2, 454 Et quibus e ſuccis abeat de corpore liuor. *Metaph. de fructibus*, Columel. 12, 47 Haec candidior eſt oliua, quam ea, quae contuſione liuorem contrahit, *i. nigreſcit.* Iuuen. Sat. 2, 81 Vuaque conſpecta liuorem ducit ab vua, *prouerbialiter.* ¶ 2 Liuor, *pro inuidia.* Liuor tabificum malis venenum, Intactis vorat oſſibus medullas *etc.* Euphorb. in Catal. Virg. p. 175. Lucan. 1, 283 Liuor edax tibi cuncta negat, genteſque ſubactas. Inuidiae liuor, *vid.* IMMACVLO. Tacit. in vita Agric. cap. 41 Peſſimi malignitate, et liuore pronum deterioribus principem extimulabant. Acerbus liuor Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 290. Edax liuor Ouid. Amor. 1, 15, 1. Firmicus 8, 1 Nam et iſtum tractatum Petoſiris inuido voluit liuore celare. Impediuntur maleuolentia et liuore, ne quid faciant Brut. ad Cic. Fam. 11, 20. Laedere viuos liuor, et inuiſo carpere dente ſolet Ouid. ex Ponto 3, 4, 74. Paſcitur in viuis liuor, poſt fata quieſcit Ouid. Amor. 1, 15, 39. Summa Petit liuor Ouid. R. A. v. 369. Rumpere liuor edax Ouid. Rem. Am. v. 389. *vid.* LIVIDVS n. 2.

LIVĒDO, ĭnis. f. *Idem.* Apul. Met. 9 p. 222 Dii boni! quales illic homunculi vibicibus liuedinis totam cutem depicti.

LIVĬDVS, a, um. Adi. [πελιδνὸς, πέλιος] *Qui ex percuſſu carnem nigram habet fluxione cruoris ad eum locum, qui percuſſus eſt.* Plinius . . . Tapſiae ſuccus ſugillatis ac liuidis prodeſt. Articulos et artus liuidos facere Scribon. 188. Colla liuida facta laſciuis notis Ouid. Amor. 1, 8, 98. Ora liuida facta digitis Id. Epiſt. 20, 82. Liuidus, Niger, *vt ait* Seru. *ad* Virg. Aen. 6, 320 — illae remis vada liuida verrunt. Brachia liuida armis Hor. Carm. 1, 8, 10. Cortex Plin. 16, 15. Racemi Hor. Carm. 2, 5, 10. *maturitatis indicium.* Liuida materno feruent adipata Veneno Iuuenal. 6, 631. Vorago paludis liuidiſſima Catul. 18 (17) 11. ¶ 2 Liuidus, *Inuidus*: *quod qui inuidia laborant, exedentes ſe dolore, hunc colorem contrahunt.* Martial. 1, 41 Omnibus inuideas liuide, nemo tibi. Cic. Tuſc. 4, 28 Ergo inuidi et maleuoli, liuidi, et timidi, et miſericordes, quia procliues ad eas perturbationes, non quia ſemper feruntur. Liuidus et mordax Hor. Serm. 1, 4, 93. Dens Hor. Epod. 5, 47. *i. carioſus.* Lingua Ouid. Faſt. 1, 74. Obliuiones Hor. Carm. 4, 9, 33. Multo liuidior ſententia Sen. Contr. 14. *al.* frigidior.

LIVIDVLVS. Adi. Dimin. [ὑποπέλιδνος] Iuuen. Sat. 11, 110 Ponebant igitur Tuſco farrata catino Omnia tunc: quibus inuideas, ſi liuidulus ſis.

LIVĬDE. Adu. *Compar.* Plin. 33, 7 Qui languidius ac liuidius lucent.

LIVĬDO, āre. *Liuidum reddere.* Paullinus Nol. ad Cyther. Pallore vultum liuidet.

LIVIDINANS, antis. Petron. c. 138 Ipſe Paris, Dearum liuidinantium iudex. *Alii legunt* Libidinantium, *alii* Litigantium. *Vid. Gruter. Suſpicion.* 1, 12. *et Barth. ad* Stat. Achil. 2, 337.

LIVEO, ēre. [πελιδνόομαι, πελιδοῦμαι] *Atrum eſſe.* Plin. 20, 43 Quidam eodem nomine appellant puſtulas liuentes ac noctibus infeſtantes. Labellis impreſſis liuere os, aptius erat Ouid. Amor. 1, 7, 41. Rubigine liuent dentes Id. Met. 776. ¶ 2 Liuere, *Inuidere.* Liuere iis, qui eloquentiam exercerent Tac. Ann. 13, 42, 3. Qui mihi Liuet Martial. 6, 86. *Add.* Id. 9, 24. Stat. Epithal. Stellae v. 150. *ibique Gevart.* Pompeius malignus homo fortunis aliorum ſemper liuens. Martial. 8, 61 Liuet Carinus, rumpitur, *etc.* *Adde* Tacit. Ann. 4, 2, 3.

LIVENS, entis. Partic. Subfuſca ac Liuentia Tac. Agric. 12, 9. Thapſiam auxiliari *etc.* item in alopeciis ſugillatisque ac liuentibus Plin. 13, 22 *extr.* Brachia liuentia Ouid. Met. 6, 279. Crura liuentia compedibus Idem Amor. 2, 2, 47. Genae Stat. Silu. 5, 5, 12. Lacertos planctu liuentes atro Lucan. 2, 37. Nebula Sil. 6, 282. Pectora liuentia tundunt Ouid. Met. 8, 535. Plumbi liuentis glandes Virg. Aen. 7, 687. Pruna nigro liuentia ſucco Ouid. Met. 13, 817. Racemi Propert. 4, 2, 13. Terga liuentia equorum Sil. 7, 685. *De Vuis etiam adhibetur*; *vid. Heinſ.* ad Sil. 7, 208. ¶ 2 *Item Inuidus.* Fata liuentia Stat. Silu. 5, 1, 145. *Magis vſitatum eſt* Inuida fata.

LIVENTER. Adu. *Fuſce.* Paullin. Petrocor. 4, 192 Liuenter fracto nigreſcunt gutture fauces.

LIVESCO, ĕre. [πελιδνόομαι] *Liuidum fieri et inuidere.* Claud. de Rapt. Prof. 3, 27 Haud equidem inuideo, nec enim liueſcere fas eſt, Vel nocuiſſe deus. Liueſcit nulla caligine fuſca, nec odit Exploratores nubila maſſa focos, *de Phiala* Martial. 8, 51. Digiti liueſcunt in pedibus Lucret. 3, 527.

LIVESCENS, entis. Partic. Scribon. Larg. Comp. 181 Omni ſenſu carent liueſcentibus membris.

L I X

LIX, licis. f. [κόνις] *Cinis.* Non. 1, 309 Lix etiam cinis dicitur, vel humor cineri miſtus. Varro *apud* Plin. 36, 27 Lix cinis eſt foci. *Videtur cognatum nomen eſſe liquando, liquori etc.* *Sic* Varro L. L. 4, 22 p. 28, 24 Elixum eſt e liquore aquae deductum.

LIXIVIVM, i. n. *ſiue* LIXIVIA, ae. f. [κονία] *Aqua, in qua lauandi gratia decoctus eſt cinis.* Deſtillatio aquae cineribus liquatae, quam Lixiuium vocant C. Aurel. Tard. 2, 3. Lixiuium e ſarmentorum cinere facto potum Scribon. 182. Lixiuia cineris ex ſarmentis pota 198. Columel. 12, 16, 3 Sunt qui culmos fabae exurant, et ex eo, quod cremauerunt, cinere lixiuiam faciant. Deinde in lixiviae ſextarios, *etc.* Lixiuiam eliquato Colum. 12, 22, 1. *i. humore cineribus effuſo elicito.* Idem 12, 16, 1 In olla noua fictili ampla praeparatam lixiuiam cineris ſarmenti calefieri conuenit, *etc.* *Add.* Veget. 3, 46. Scrib. Largus, Lixiuia calda ex cinere ſarmentorum facta 184. Lexiuium *dedit Mercer.* Non. 1, 309.

LIXIVVS, *vel* LIXIVIVS, a, um, Adi. Scribon. Largus 216. 228 Hoc teritur ex cinere lixiua. *Sic ibidem frequenter* Ex cinere lixiva, qua culinarii vtuntur 230. Cinis lixiui 229. *vid. Rhod. Lex Scribon.* Ser. Sammon. v. 802. Cinis lixiuius Plin. 14, 20, *vid.* CINIS. ¶ 2 Vinum lixiuum [πρότροπος οἶνος] *dicitur a* Columel. 12, 41 *quod* Plinius *Protropum vocat, vid.* PROTROPVM. *Nempe ſic vocant quod ſponte, ſine vi prelorum deſtillat, vt aqua de cineribus.* *Sic* Lixiuum (*al.* Lixiuium) muſtum Cato 22, 2. Colum. 12, 27 *et* 36. Lixiuum oleum Veget. Mulom. 3, 13. Quaſi lixiuum defluens oleum, *al.* lixiuium Colum. 12, 50, 11.

LIXA, ae, [σκευοφόρος] *et* pl. LIXAE, arum. m. ſunt [*vt ſcribit* Feſtus Pompeius] Qui exercitum ſequuntur, quaeſtus gratia. dicti quod extra ordinem ſint militiae, eisque liceat quod libuerit. Alii eos a Licha appellatos credunt, quod et ille Herculem ſecutus ſit. Quidam a liguriendo quaeſtum. *At* Non. 1, 309 *haud paullo ſapientius,* Lixarum proprietas haec eſt, quod officium ſuſtineant militibus aquae vehendae. Namque Lixam Aquam veteres eſſe dixerunt. Liu. 39, 1 *extr.* Itaque non lixa ſequebatur, non iumentorum longus ordo agmen extendebat. Idem 23, 16 Impedimenta ſubſequi iuſſit, calones, lixaſque, et inualidos milites vallum ferre. Sil. 5, 31

— Omniſque ruebat
Miſtus eques, nec diſcretis leuia arma maniplis
Inſertique globo pedites: et inutile Marti
Lixarum vulgus, *etc.*

Vid. Burm. ad Quinctil. 8, 6 p. 744. Tacit. Ann. 2, 62. Curt. 3, 3, 26. *et* Suet. Galb. c. 20. Non. 1, 238.

LIXVS, a, um. [ἑφθός] *aiunt*, quod eſt coctum cinere olae ſuppoſito.

LIXO, āre. [ἑψάω] *Lixum facere, i. coquere dicunt.*

LIXABVNDVS, a, um. [σκευοφορώδης] *Lixam agens, qui exiguae mercedis gratia viliſſimis ſeſe obſequiis immiſcet.* Plaut. *apud* Feſtum, (*vbi tamen non inueniebam*) Qui famam tuam lixabundus et nomen foedas. Iſidor. Gloſſ. Lixabundus ambulat, qui voluptatis cauſa ambulat.

LIXĀMEN, ĭnis. *et* LIXAMENTVM, i. n. *Apud* Apicium, *qui eſſe monuit, erraſſe videtur in* Liquamine *et* Liquamento. *Cognatam eſſe* Licem *Liquori, ante dictum.*

LIXATVRA, ae. f. *Idem*, apud Sidonium.

LIXIO, ōnis. m. Aquarum portitor Gloſſ. Iſidor.

LIXVLA, ae. f. Dimin. *Cibi genus ex farina, caſeo et aqua commiſtum* Varr. de L. L. 4, 22 p. 27, 38. *vbi et* circulum magis incondite factum *vocat.*

LIXVS. [Λίξος] Colonia a Claudio Caeſare facta in Mauritania, vel fabuloſiſſime ab antiquis narrata. Ibi regia Antaei, certamenque cum Hercule et Heſperidum horti. Affunditur autem huic aeſtuarium e mari flexuoſo meatu, in quo draconis cuſtodiae inſtar fuiſſe nunc interpretantur. *Verba ſunt Plinii* 5, 1. ¶ 2 *Eſt et* Lixus, *Amnis in eadem ora, cuius meminit ibidem* Plinius, *et* Pomponius Mela *in fine ſui operis.*

L O B

LOBA, ae. f. [ἡ καλαμένη λῶβη] *quid ſit, interpretatur* Plinius 18, 7 Milium intra hos decem annos ex India in Italiam inuectum eſt, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo. Adoleſcit ad pedes altitudine ſeptem praegrandibus culmis: lobas vocant, omnium frugum fertiliſſimum. *Conf.* Apul. de Herb. c. 74.

LOBVS, i. m. [λοβὸς] *Infima pars aurium, item iecoris fibra ſic vocatur vulgo, item binae partes, in quas abeunt ſemina quaedam, vt fabae. Sed Graecum eſt.*

L O C

LOCARIVM, LOCARIVS, LOCATIO, LOCATOR, *vid. in* LOCVS.

LOCELLVS, *vid.* Loculus, *in* LOCVS.

LOCITO, LOCO, *vid.* LOCVS.

LOCRIS, ĭdos. f. [Λοκρὶς] *Regio eſt proxima Phocidi*: *dicuntur et* LOCRI, *eius regionis populi, itemque illorum colonia in Bruttiis Italiae.* Virg. Aen. 3, 399 Hic et Naritii poſuerunt moenia Locri. *Alii ſunt* Locri *in Graecia cognominati* Ozolae, *a malo odore*: *alii* Opuntii *Boeotiis finitimi, qui et* Epicnemidii *dicti ſunt.*

LOCRENSES, ium. m. pl. Cic. Verr. 3, 89.

LOCVLATVS, LOCVLAMENTVM, LOCVLVS, LOCVPLES, *vid.* LOCVS.

LOCVS, i. m. pl. loci, m. *vel* loca, orum, n. [τόπος, χῶρος, χωρίον] *Quidquid aliquid continet*: *ſiue, vt ait* Varro de L. L. 4, 2 Vbi quidquam conſiſtit. *Nempe* Locus *ante appellatus, qui poſtea* fundus: *vid.* Auct. de Limit. ap. Rigalt. p. 337. *Conf.* Locuples. Plaut. Ciſtel. 4, 2, 8 Vbi ea ſit neſcio: niſi, vt opinor, loca haec circiter excidit mihi. Virg. Aen. 8, 46 Hic locus vrbis erit. Cic. in Partit. 36 In locis autem et illa naturalia, Maritimi an remoti a mari, Plani an Montuoſi, Leues an Aſperi, Salubres an Peſtilentes, Opaci an Aprici: et illa fortuita, Culti an Inculti, Celebres an Deſerti, Coaedificati an Vaſti, Obſcuri an rerum geſtarum veſtigiis Nobilitati, Conſecrati an Profani. Loca *et* Locos, Gellius *pro eodem ponit* 6, 6 Nam quoniam non ipſae tantum aues, quae proſperius praeuolant, ſed etiam Loci quos capiunt, quod idonei feliceſque ſunt, Praepetes appellantur: idcirco Daedali pennas praepetes dixit, quoniam ex locis in quibus periculum metuebat, in loca tutiora peruenerat. Virg. Aen. 1, 369 Deuenere locos, vbi nunc ingentia cernis Moenia. *Pro parte corporis humani ſolet vti* Scribonius, *v. g.* Loco flamma praecalfacto 156. *i. parte laeſa.* Morſus locus Scribon. 173. Radicum pilorum 230. Scabiei locus nitro ex aceto fricatur 253. ¶ 2 *Formulae cum genitiuo*: Ad id locorum, *vid.* AD praepoſitionem. Alienus loci, *Qui peregrinus eſt in loco aliquo.* Ouid. Faſt. 1, 396 Di quoque cultores gelidi venere Lycaei, Et quicunque loci non alienus erat. *Al.* loci. Cultus locorum Stat. Silu. 2, 2, 41. Cultus, habituſque locorum Virg. Georg. 1, 52. Tacit. Ann. 14, 10 Non vt hominum vultus, ita locorum facies mutantur. Forma locorum Ouid. Triſt. 3, 4, 56. Virg. Aen. 9, 397 — ac videt Euryalum, quem iam manus

manus omnis Fraude loci, et noctis ſubito turbante tumultu Oppreſſum rapit. Ignarus loci Virg. Aen. 2, 384. Ingenium loci Stat. Silu. 2, 2, 44. Opaca locorum Virg. Aen. 2, 725. Poſitus locorum Stat. Silu. 5, 3, 236. Regio certa loci Lucret. 2, 260. Species, cultusque locorum Stat. Silu. 2, 2, 41. Vbicunque locorum viuitis Hor. Epiſt. 1, 3, 34. ¶ 3 *Epitheta:* Abdita luca, *vid.* Abditum, *in* ABDO. Aeſtiuus, *vid. ſub* AESTAS. Affluens ſtudiis, *vid.* AFFLVO. Amicta niue Catul. 61, 70. Amoenus locus, ab arbitris remotus Cic. Verr. 5, 79. Anceps et lubricus Plin. Epiſt. 1, 8. Appoſitus, Apricus, *vid. hh. vv.* Aptus equis Hor. Epiſt. 1, 7, 41. Arbuſtiuus, *vid.* ARBVSTVM. Aſpera loca Ouid. Met. 1, 510. Bacchata, Bellicoſiſſimus, Bellus, Calculoſa, Capitalis, Circumiecta, Cliuoſus, *vid. ſſ. ll.* Commodior Ouid. ex Pont. 3, 3, 64. Qui oppidum non maximum maximis ex pecunia ſua locis Communibus monimentisque decorauit Cic. Verr. 2 c. 46. *Sed* Locus Communis Plaut. Caſ. prol. v. 19. *i. terra vel orcus. It. Lupanar ap.* Sen. Contr. 1, 2. Concluſus Hor. Serm. 1, 4, 76. Culta Lucret. 1, 210. Decliuis et praeceps locus, *vid.* DECLIVIS. Tacit. Ann. 1, 61 Incedunt moeſtos locos, viſuque ac memoria deformes. Deiecti et inferiores Caeſ. B. C. 1, 46. Deſerta paſtorum Lucret. 5, 1386. Dira furiarum Senec. Herc. fur. 15. Dolens locus Scribon. 229. Editiora Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 7. Effera Ponti Valer. Argon. 4, 318. Finitimi Ouid. Epiſt. 7, 120. Foeta furentibus Auſtris Virg. Aen. 1, 55. Inanis, *vid.* INANIS. Infamis Ouid. Epiſt. 18, 141. Idem in Ibin 365. Integer, *vid. paullo poſt*, Vitiatus locus. Intumeſcens, *vid.* INTVMEO. Laetantia aquarum Lucret. 2, 344. Virg. Aen. 6, 638 Deuenere locos laetos, et amoena vireta Fortunatorum nemorum. Lapidoſa, Latebroſus, Lepidus, *vid. hh. ll.* Ouid. Met. 5, 133 Huius in obliquo miſſum ſtetit inguine ferrum Lethifer ille locus. Liber, Medius mundi, *vid. hh. ll.* Moeſti Tacit. Ann. 1, 61. Montoſus, *vid. ſub* MONS. Muliebres loci Scribon. 156. Munitiſſimus habendi Senatus, *vid.* MVNIO. Natalis Ouid. Amor. 2, 16, 38. Nebuloſus, *vid.* NEBVLA. Nefaſti Stat. Theb. 1, 273. Notus prodigio Ouid. Met. 6, 320. *al.* Lacus. Obnubila, *vid.* OBNVBILVS. Obſita virgultis, *et* Obſita tenebris, *vid.* OBSERO. Occultiſſimus Plin. 34, 6. *vid.* OCCVLTVS. Oculatiſſimus Plin. 34. *vid.* OCVLVS. Opacus, *vid.* OPACVS. Opacus et frigidus in ſilua Cic. de Orat. 3, 18. Opaca et ſiluis redimita Catull. de Berecynth. 61, 3. Oppletus crebro ſalicto, *vid.* CREBER. Opulenta Seneca Herc. fur. 5. Paluſtris, *vid.* Paluſtris, in PALVS. Perbonus, *vid.* PERBONVS. Peruia equo Ouid. Met. 14, 361. Plena metus Idem Met. 4, 111. Plena timoris Idem Met. 10, 29. Praecipites Lucret. 4, 512. Praepetes *ſupra vidimus e* Gell. 6, 6. Priuati, ac publici Tacit. Ann. 11, 38. Purus, *vid.* PVRVS. Redimita ſiluis Catull. de Berecynthia 61, 3. Sacer Perſ. 1, 113. Saluber Claud. Conſ. Hon. 4, 322. Secreta petere Hor. de Arte Poët. 298. Silentia Virg. Aen. 6, 265. *Intelligit Regna inferorum. Al.* Tacentia. Non ſteriles Senec. Herc. Oet. 2. Surda, *In quibus nullus auditur ſtrepitus, aut nulla vox* Senec. Herc. fur. 7. *Sic* Caeca *vocantur* loca, *Quae tenebricoſa ſunt.* Viridis Eurotae, *i. Prata Eurotae* Stat. Silu. 1, 5, 40. Celſ. 5, 26 Si nihilo magis malum conſtitit: vri id, quod eſt inter integrum ac vitiatum locum, debet. ¶ 4 *Formulae verborum:* Abducere in aliquem locum, *vid.* ABDVCO. Adducere in locum, *vid.* ADDVCO. Ambire locum Ouid. Met. 5, 624. Capere locum Virg. Aen. 5, 185. Captus opportune locus ad eam rem Cic. pro Roſc. Amer. 68. Celebrare locum conuentu, Cedere loco, *vid. hh. vv.* Cedit loco ſententia mutata Virg. Aen. 9, 220. Circumſcribere locum alicui, Committere ſe in locum praecipitem, Compellere in vnum locum, *vid. hh. vv.* Complent curſu loca camporum Lucret. 2, 323. Confluere in vnum locum, Congregare vnum in locum, Conquieſcere in loco, Conuenire in locum, Conueſtire locum dicitur hedera, *vid. hh. vv.* Decedere loco Tacit. Ann. 3, 31. Deferre in aliquem locum, *vid.* DEFERO. Tacit. Ann. 11, 38 Cenſendo nomen, et effigies priuatis, ac publicis locis demouendas. *Sed. Metaph.* Quinct. 7, 3, 17 Demouere formidine animum loco et certo de ſtatu. Deſtinare locum vulneri Senec. Theb. 1. Diſplicet iſte locus Hor. Epiſt. 1, 19, 47. Errare ignotis locis Ouid. Met. 4, 294. Explorare nouos locos Virg. Aen. 1, 310. Facere locum muneribus Ouid. Am. 2, 13, 26. Fungitur primo loco leuiſſima quaeque quaeſtio Quinctil. 3, 6, 8 *i. collocatur quaſi in acie.* Impoſuere delubra nefaſtis locis Stat. Theb. 1, 274. Inaugurare locum, *vid.* INAVGVRO. Incolere locum aliquem, *vid.* INCOLO. Ouid. Met. 2, 338

Repperit oſſa tamen peregrina condita ripa,
Incubuitque loco, nomenque in marmore lectum
Perfudit lachrymis.

Incurrere in loca, Inſidere locum inſidiis, Inſtruere locum, Intendere locum ſertis, *vid. hh. vv.* Legunt loca ſorte Virg. Aen. 5, 132. Migrare in locum, *vid.* MIGRO. Moliri locum Virg. Aen. 7, 158. Motus eſt loco grex noſter per tumultum Terent. Phorm. prol. 33. *i. exactus de theatro, vt non liceret agere fabulam.* Mutare locum, *vid.* MVTO. Mutare locum in melius Lucan. 6, 60. Mutare ſe loco Hor. Serm. 2, 7, 64. Cic. Att. 1, 15 Nactus mihi videbar locum reſecandae libidinis, *etc.* Noui locum vbi ſit, *vid.* NOSCO. Obſidere locum, *et* Locus obſeſſus corporibus. *vid.* OBSIDEO. Optare locum, pro Eligere, *vid.* OPTO. Ordinare locum vitibus, *vid.* Ordino, in ORDO. Homo locum ornat, non ornat hominem locus Anon. *ap.* Chariſ. Parare locum, *vid.* PARO. Penetrare locos Lucret. 4, 1240. Pererrare omnem locum Virg. Aen. 5, 442. Poſſidere locum Lucret. 1, 965. Vadit celeberrima per loca Hor. Epiſt. 1, 17, 28. Id. Serm. 1, 8, 18 — fureſque, feraeque ſuëtae Hunc vexare locum. ¶ 5 *Formulae promiſcuae:* Eo loco Scribon. 84. *i. ibi.* Cic. de Orat. 3, 176 Nam ſiue de caeli natura loquitur, ſiue de terrae, ſiue de diuina vi, ſiue de humana, ſiue ex inferiore loco, ſiue ex aequo, ſiue ex ſuperiore. *De inferiore loco, eſt ad Iudices: de ſuperiore, pro Roſtris: ex aequo, eſt in Senatu. Budaeus.* Priore loco cauſam dicere, *eſt Ante defendere, quam quis ſit accuſatus.* Cic. pro Quint. 84 Aut cauſam capitis, ſi ſponſionem feciſſet, priore loco diceret. *Budaeus. Add.* Cic. ib. 8. *et* 31. Poſteriore loco cauſam dicere. *i. Defenſorem eſſe, et pro reo dicere.* Cic. pro Quint. 33 Quoniam maiores ita conſtituerunt, vt qui pro capite diceret, is poſteriore loco cauſam diceret. Cic. Fam. 16, 6 Adhuc dum mihi nullo loco deeſſe vis, nunquam te confirmare potuiſti. Secundo loco, *pro Praeterea.* Cic. Fam. 1, 6 Facile ſecundo loco me conſolatur recordatio meorum temporum. ¶ 6 Locus *eſt Status, Conditio, qua quis eſt aut eſſe dignus habetur, ordo, honos etc* In eum locum res rediit Plaut. Bacch. 4, 2, 24. Ter. Adelph. 3, 2 46. Peiore res loco non poteſt eſſe, quam in quo nunc ſita eſt Cic. ad Brut. 3 Noſtrae res meliore loco videbantur. *Add.* Id. Att. 11 13. *Sic* Virg. Aen. 2, 322 Quo res ſumma loco Panthu? *vid.* Melior *in* BONVS. Deduxit rem in eum locum Cic. Att. 2. Incidi in eum locum, *vid.* INCIDO. Cic. Att. 3, 24 Haec res quemadmodum ceciderit, et tota res quo loco ſit, velim ad me ſcribas. Simus vt meliore loco, ne optandum quidem eſt Cic. de Aruſp. Reſp. 61. Eo loci res erat, et cauſa noſtra, vt, *etc.* Cic. pro Sext. 67 c. 31. Venerat res in eum locum, vel deducta eſt, vt niſi, *etc.* Cic. ad Brut. 7. *Et* Fam. 16, 11, (12) In eum locum res deducta eſt, vt niſi quis deus, vel caſus aliquis ſubuenerit, ſalui eſſe nequeamus. Cic. Fam. 12, 27 (28) Res neque nunc difficili loco mihi videtur eſſe. Id. Att. 6, 1 Quoad mecum rex fuit, perbono loco res fuit. *Speciatim ad genus ſ. naſcendi conditionem refertur.* Salluſt. Catil. 23. *pr.* Natus haud obſcuro loco. Cic. pro Flac. 18 c. 8 Honeſto loco natus. *Sic* Ignobili loco natus, *vid.* IGNOBILIS. Infimo loco natus Cic. pro Flac. c. 11. *pr.* De Summo loco ſummoque genere Plaut. Capt. prol. 30. Summo loco natus Liu. 1, 34. Is erat loci Senatorii Gell. 12, 1. Lamprid. Alex. Seu. c. 19 Libertinos nunquam in Equeſtrem locum redegit, aſſerens ſeminarium ſenatorum Equeſtrem locum eſſe. *Huc refertur, cum* Locus, *pro amore, gratiaque ponitur.* Cic. Philip. 2, 71 c. 29 Quem locum apud ipſum Caeſarem poſt eius ex Africa reditum obtinuiſti? quo numero fuiſti? *Sic* Obſcuro poſitus loco, *i. non celebri et claro* Senec. Thyeſt. *ſ.* 4. Iuuen. Sat. 10, 110

Quid Craſſos, quid Pompeios euertit, et illum
Ad ſua qui domitos deduxit flagra Quirites?
Summus nempe locus nulla non arte petitus, *etc.*

Aſſignare potiſſimum locum Quinctil. 4, 5. Attribuere locum, *vid.* ATTRIBVO. Caeſ. B. Gall. 1, 26. *extr.* Qui ſi iuuiſſent, eodem ſe eos loco quo Heluetios habiturum. Habere eo loco honeſtatem, vt ſine ea, *etc.* Cic. de Fin. . . Obtinere locum primum ac potentiſſimum Quinctil. 6, 5. Cic. de Petit. Conſul. 4 Prodeſt quorum in locum ac numerum peruenire velis, ab his ipſis illo loco ac numero dignum putari. Reponere in aliquo artis loco Cic. de Orat. 2. Eſt locus non Homero ſoli (vt de Graecis loquar) aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro, ſed horum vel ſecundis vel etiam infra ſecundos Cic. in Orat 4. Eſſe eodem loco apud patronum quo alius Cic. Fam. 13. Id. pro Domo c. vlt. *Et* pro Planc. 81 Qui in mea ſalute principem ſemper locum auctoritatemque Tenuiſtis. Cic. de Clar. Orat. 137 c. 36 Qui hoc munere in ciuitate functi ſunt, vt tenerent oratorum locum. Quinctil. 3, 3 Huic quoque igitur neceſſario tribuendus eſt quintus locus. ¶ 7 Locus *pro Vice.* Ter. Andr. 1, 5, 57 Si te in germani fratris dilexi loco, ſiue haec te ſolum ſemper fecit maximi. Idem Heaut. 1, 1, 52 Licere ſperas facere me viuo patre, amicam vt habeas prope iam in vxoris loco? Cic. in Verr. Diuinat. 61 Praetorem Quaeſtori ſuo, parentis loco eſſe oportere. Aſcendere in locum Id. pro Cluent. 150. Amare in loco fratris, *vid.* IN praepoſitionem. Cic. Verr. 2, 29 Reuera multo magis eſt petendum ab hominibus, ſi ſalui eſſe volumus, vt eant nobiſcum in prouinciam, quam hoc illis in beneficii loco deferendum. Ducemini ipſi in hoſtium numero locoque Cic. Verr. 5, 124. Eſſe te mihi fratris loco duco Id. Fam. 5, 3. Habere aliquem loco vetuſtiſſimorum familiarium Aſin. *ad* Cic. Fam. 10, 31. Cic. de Inuent. 2, 144 Petebat id ſibi loco praemii. Poſitum loco Id. Fam. 8, 16 *med. ſubaud. ſuo: vid. Manut. et Victor.* Cic. in Piſon. 31 c. 14 Tune etiam immaniſſimum ac foediſſimum monſtrum auſus es, meum diſceſſum illum, teſtem ſceleris et crudelitatis tuae, in maledicti et contumeliae loco ponere? Putant criminis loco, quod viuam Cic. Fam. 7, 3. Qui voluptatem nullo loco numerat? *h. e. Nihili facit* Cic. de Finib. 2, 90. *vid.* NVMERO. Quinctilianus 12, 1, 28 Nam quomodo pugnam ineuntibus, tot ſimul metus laborum, dolorum, poſtremo mortis ipſius exciderint, niſi in eorum locum pietas et fortitudo et honeſti praeſens imago ſucceſſerit? Cic. ad Brut. 13 Succedere in patris locum. Cooptari in locum alterius, *vid.* COOPTO. Duceretur quae mulier in concubinae locum Cic. de Orat. 1, 183. Inaugurari in locum alterius, *vid.* INAVGVRO. Petere Conſulatum in locum alterius, *vid.* IN praepoſitionem. Mittere aliquem in locum alterius, *vid.* MITTO. Cic. . . In iniuriae loco id numerant ſi quando ab inimicis admoneantur. Cic. . . Reſtitui in eum locum cupit vnde decidit. Subſtituere in locum Quinctil. . . Id. 6, 1 In locum lacrymarum eius ipſe ſucceſſit. Plaut. Bacchid. 4, 9, 116 Verum vt ego opinor, ſi ego in iſtoc ſiem loco, dem potius aurum, quam illum corrumpi ſinam. ¶ 8 Locus *interdum opportunitatem loci, temporis, hominum etc. ſignificat:* Cic. in Partit. 8 Loco tu quidem quaeris, ſed planius quoduis explicabitur, quum ad orationis ipſius, quaeſtionumque rationem venero. Cic. de Legib. 3, 40 Huic iuſſa tria ſunt, vt adſit: nam grauitatem res habet, quum frequens ordo eſt, vt loco dicat: id eſt rogatus. vt modo: ne ſit infinitus, *vid.* DICO. *Add.* Cic. ib. 11. *Sic etiam* locis Quinct. 9, 4, 83 Vtrumque locis vtile, *i. ſuo quidque loco, tempore etc.* Cic. Fam. 11, 16 Quemadmodum coram qui ad nos intempeſtiue adeunt, moleſti ſaepe ſunt: ſic epiſtolae offendunt non loco redditae, *i. non opportune.* Dicere certo loco, *vid.* CERTVS. Cic. Verr. 5, 37 c. 14 Vt haec ipſa aedilitas — recte collocata, et iudicio populi in loco poſita eſſe videatur. In loco, *Opportune.* Ter. Heaut. 3, 2, 26 In loco ego vero laudo. *Budaeus. Interdum, vel Nonnunquam, aut Opportune interpretatur, vid.* IN. *Conf. Manut. ad* Cic. Fam. 11, 16. Dulce eſt deſipere in loco Hor. Carm. 4, 12, 28. Ter. Andr. 1, 4, 6 Dii date facultatem obſecro huic pariundi, atque in aliis potius peccandi locum. Plaut. Capt. 2, 1, 18 Vt ſine hiſce arbitris atque vobis, nobis detis loquendi locum. Veritas locum vbi conſiſtat, reperire non poterit Cic. pro Quint. 5. Id. pro Planc. 81 Si in mea familiaritate locus eſſet nemini niſi litigioſo aut nocenti. Idem pro Muraen. 12 Maledicto quidem idcirco nihil in hiſce rebus loci eſt: quod omnia laus occupauit. Cic. in Catil. 4, 21 Erit profecto inter horum laudes aliquid loci noſtrae gloriae. Admonitionibus alicuius locum relinquere Cic. Fam. 1, 1. Locus ignoſcendi apud hominem conſtantem Cic. pro Muraen. 63. Id. de Fin. 3, 66 Quod ni ita ſe haberet, nec iuſtitiae vllus eſſet, nec bonitati locus. Idem pro Quint. 49 Mors honeſta ſaepe vitam quoque turpem exornat: vita turpis ne morti quidem honeſtae locum relinquit. Preci locus non eſt relictus: *h. e. Precibus amplius flecti non poteſt* Ter. Andr. 3, 4, 22. Liu. 24, 8. *pr.*

Si aut pacem in Italia, aut bellum cum eo hoſte haberemus, in quo negligentiae aut errori locus eſſet. Dare locum Oratori Cic. de Orat. 1, . . Si Peccato locus eſſet Sall. Cat. 52, 35. Rationi dare locum, *Cedere rationi et ratione vti* Cic. pro Quint. 53. Segnitiae nihil loci Ter. Andr. 1, 3, 1. Conſilii locum non habere neque auxilii copiam Id. Andr. 2, 1, 20. Differendi locus Cic. de Fin. 1. Faciendae medicinae non erit locus Cic. pro Quint. 8. Id. Att. 9, 16 Bonis viris quod ais probari quae adhuc fecerimus, ſcirique ab iis non profectis, valde gaudeo: ſi eſt nunc vllus gaudendi locus. Inſtituendi aut docendi locum nullum habeo Cic. in Orat. 143. *i. Nullam temporis partem.* Reſpirandi non eſt locus Cic. Q. Frat. 3, 1. Nulli improbo locus eſt ad Rempublicam violandam Id. Fam. 1, 9. Patet fugae locus, *vid.* PATEO. Ter. Andr. 1, 1, 127 Quis igitur relictus eſt obiurgandi locus? Deſuit fortunae Deſtruendi eius locus Vell. 2, 48, 2. Cic. pro Quint. 61 Qui locus igitur abſentis defendendi procuratori primus datus eſt? *i. Occaſio, vt ait Budaeus.* Exiſtimandi nonnihil loci dare alicui ſecus Cic. Fam. 3, 6. Sermoni obtrectatorum locum non reliquit in tam ſuſpicioſa ac maledica ciuitate Cic. pro Flacc. 68. Locum ad occaſionem Aperire Liu. 4, 31. *pr.* Aperire locum ſuſpicioni, *vid.* APERIO. Dare locum dubitationi Cic. Off. 2, 17. Id. Fam. 12, 14 Ego nullum locum praetermitto (nec enim debeo) non modo laudandi tui, ſed ne ornandi quidem. Quinctil. 3, 5 Erunt quaedam remotae ab affectibus, qui vt non vbique habent locum, ita quocunque irrumpunt, plurimum valent. Quaerere locum inſidiis Liu. *ſaepius.* Seditioni Id. 3, 46. *vbi vid. Gronou.* ¶ 9 Locus *pars argumenti, de quo agitur: pars ſcripti aut libri, quae deſcribitur, legitur, ad quam prouocatur.* Ter. in prol. Adelph. 9 Qui lenoni eripuit meretricem in prima fabula. Eum Plautus locum reliquit integrum. cum hic locum ſumſit ſibi in Adelphos. Cic. de Legib. 2 Et hunc locum ſatis in iis libris, quos legiſtis, expreſſit Scipio. Id. de Orat. 2, 203 c. 50 Qui locus a te praetermiſſus eſt in Cepionem? Cic. in Verr. 5, 2 Noui locum, video vbi ſe iactaturus ſit Hortenſius. Dum ad Locum venias Id. Fam. 5, 12. *Sic* ¶ 10 Loci, orum, *Sedes argumentorum ſunt, quae intra ſe continent argumenta, et ex quibus ipſa argumenta petenda ſunt.* Cic. de Orat. 2, 130 c. 30 Habere *oportet* certos locos, qui, vt literae ad verbum ſcribendum, ſic illi ad cauſam explicandam ſtatim occurrant. Sed hi loci ei demum oratori prodeſſe poſſunt, qui eſt verſatus in rebus, vel vſu, quem aetas denique affert — Nam ſi tu mihi quamuis eruditum hominem adduxeris, — ſi erit idem in conſuetudine ciuitatis — hoſpes, non multum ei loci proderunt illi, ex quibus argumenta promuntur. Cic. in Orat. 46 Idemque locos (ſic enim appellat, quaſi argumentorum notas) tradidit. Ibid. 162 Itaque hunc locum longe, et late patentem philoſophi ſolent in officiis tractare. Idem in Topic. 8 Locus eſt argumenti ſedes. *Et p. a.* Sic (Loci) enim appellatae ab Ariſtotele ſunt hae quaſi ſedes, e quibus argumenta promuntur. *Sed totus nimirum ille Tullii libellus huc pertinet.* Penetralia loci Quinctil. 6, 2. Frequens locus Idem 7, 3. Fuſus eſt latius locus hic Quinctil. 6, 5. Magnus locus philoſophiaeque Proprius Cic. de Diuinat. 2 c. 1. Quinctil. 4 prooem. Quum ad aliquem grauiorem veniſſent locum. Laetus, atque plauſibilis locus Quinctil. 4, 3, 1. Repetiti loci ex intima quaeſtionum naturalium ſubtilitate Idem 1, 4, 4. Eſt hic locus late Patens de natura vſuque verborum Cic. in Orat. c. 48. *extr.* Specioſi Quinctil. 7, 2. Vberes Idem 5, 13. Verboſiſſimi Quinctil. 2, 4. Idem 6, 2 Non tamen potui ac ne debui quidem, locum iſtum in vnam ſpeciem concludere. Conſtituere locum Quinctil. 4, 2. Ediſcere locos electos Idem 2, 7. Excutere locos argumentorum Quinctil. 4, 10. Exercere locum Idem 4, 2. Inſtare loco Quinctil. 7, 2, 36. Cic. de Orat. 104 Loci communes, qui de vniuerſa re tractari ſolent, vt, *etc.* Idem in Orat. 126 Tamen in communibus locis maxime excellet: qui communes appellati, eo quod videntur multarum iidem eſſe cauſarum, ſed proprie ſingularum eſſe debebunt. *De Auxeſi.* Coniicere in communes locos Cic. in Parad. 1. *vid.* CONIICIO. Tradere locos communes Quinctil. 5, 1. *vid.* 2, 1, 9. *et* 11. *etc.* ¶ 11 Locus *pro tempore.* Interea loci Sall. Iug. 63. *et* 72. *Sic*, ad id locorum, tunc locorum *etc.* *Vid. Gronou. ad* Liu. 27, 7. *extr.* ¶ 12 Loca, δῆμοι, κῶμαι: *vid. Graeu. ad* Cic. Att. 7, 3 p. 673. ¶ 13 Loci muliebres ὑστέρα, κόλποι, μῆτραι Vet. Gloſſ. *Sunt nempe* Loci, *pluraliter tantum. Vterus mulieris, quem Matricem etiam vocant.* Muliebres loci duriſſimi Scribon. 156. Varr. de L. L. 1, 2 in Origin. Sic loci muliebres in quibus naſcendi initia conſiſtunt. Plin. 11, 37 Feminis eadem omnia, praeter veſicae iunctus vtriculus, vnde dictus vterus: quod alio nomine locos appellant: hoc in reliquis animalibus vuluam. Loci, *de equa etiam dicitur.* Columel. 6, 27 Quod ſi admiſſarius iners in Venerem eſt, odore perfricatur deterſis ſpongia feminae locis, et admota equi naribus. Loca, *de pauonibus.* Columel. 8, 11 Saepiusque digitis loca feminarum tentanda ſunt: nam in promptu gerunt oua. *De virorum genitalibus eſt ap.* Lucret. 4, 1032. 1041. 1043. ¶ 14 Loca et lautia dare Liu. 28, 39. *i. recipere in domum et victum praebere, de militibus.* ¶ 15 Locus, *Sepulcrum notat. Plura exempla in Inſcriptionibus antiquis: vt Romae;* LOCVS OPORTVNI CIRCITORIS CONIVGISQVE EIVS ALBINAE, *etc.*

LOCŬLVS, i. m. Dimin. [τοπίδιον] *Paruus locus.* Plaut. Milit. 3, 2, 38 Sed in cella paullulum erat loculi lubrici. Loculus Archimedius *quid eſſet, indicauimus in* OSSICVLVM n. 2. ¶ 2 *Loculamentum, pars caui maioris* Varro de R. R. 3, 17 Hortenſius familiaris noſter quum piſcinas haberet magna pecunia aedificatas ac loculos, ita ſaepe cum eo ad villam iui. *Ex vetuſto codice legitur,* Aedificatas ad Baulos. ¶ 3 Loculi [γλωττοκομεῖον] *in quibus pecunia ſeruatur.* Martial. 14, 12 *deſcribuntur* loculi eborei *ſ.* eburnei. Hos niſi de flaua loculos implere moneta Non decet: argentum vilia ligna ferant. Lignei Martial. 14, 13. Loculi, *in* quibus erant claues vinariae cellae, *quas* reſignauit matrona Plin. 14, 12. ſ. 14. Hebeni loculi *ex* quorum tabellis Mercuriolum artifex expediuit Apul. Apol. p. 301. *Sic* Varr. de R. R. 3, 5 Quendam deprehenſum teſſerulas coniicientem in loculum. Iuuen. Sat. 13, 139 Gemmaque princeps Sardonychum, loculis quae cuſtoditur eburnis. Condi loculis Ouid. Amor. 2, 15, 19. Demittere numum in loculos Hor. Epiſt. 2, 1, 175. Depromit gramina loculis eburnis Ouid. Faſt. 6, 749. Loculus *et* ſacculus. Martial. 5, 41 Excuſſi loculoſque ſacculumque, *i. quidquid domi in loculis erat, quidquid mecum geſtabam in ſacculo ſiue crumena.* Iuuenal. 1, 89. *maximam ſummam deſcripturus, ait,* Neque enim loculis comitantibus itur Ad caſum tabulae, poſita ſed luditur arca. Loculi, *quam* ſcatolam *vocant hodie,* arca *maior.* Laeuo ſuſpenſi Loculos tabulamque lacerto Hor. Sat. 1, 1, 74. *et* Epiſt. 1, 1, 56. *i. tabulam loculatam.* Plaut. Caſin. 2, 8, 11 At candidatus cedit hic maſtigia, ſtimulorum loculi. *i. Vt in loculis ſeruatur pecunia, ita hic meretur, vt in ipſo ſtimuli recondantur, quo vexetur magis.* ¶ 4 Loculus, *Feretrum, in quo mortui includuntur.* Plin. 7, 2 Hunc cremari cum reliquo corpore non potuiſſe tradunt, conditumque loculo in templo.

LOCELLVS, i. m. *Paruus loculus.* Martial. 14, 13 Si quid adhuc ſupereſt in noſtri faece locelli, Munus erit: nihil eſt, ipſe locellus erit. *Conf.* 10, 88.

LOCVLĀTVS, a, um. Adi. *Quod habet diuerſos locos.* Varr. de R. R. 3, 17 Nam vt Pauſias, et caeteri pictores eiusdem generis loculatas magnas habent arculas, vbi diuerſi colores ſint, certas: ſic hi loculatas habent piſcinas, vbi diſpares diſcluſos habeant piſces. *Vetus exemplar habet,* Vbi diſcolores ſint cerae.

LOCVLĀRIS, e. Adi. Locularis reſina Pallad. Feb. t. 25, 23. *Sed Geſner. hunc locum ſuſpectum habet, et ſuſpicatur aliquid de larice.*

LOCVLAMENTVM, i. n. *Locus diſtinctus, in cauo maiore, a loculis.* Columel. 8, 8 Vel ſi non ita competit, paxillis adactis tabulae ſupponuntur, quae vel loculamenta, quibus nidificent aues, vel fictilia columbaria recipiant. Idem 9, 12 Loculamentum, *pro Conceptaculo, ſiue theca.* Vitruu. 10, 14 Super autem tertium tympanum planum eadem ratione dentatum, incluſum in alterum loculamentum collocetur. *Ibid.* Inque eius tympani theca (ſiue id loculamentum eſt) fiat foramen. Loculamenta *appellantur etiam, Loculi libris digerendis compoſiti in bibliotheca.* Senec. de Tranquill. vitae c. 9 Apud deſidioſiſſimos videbis, quidquid orationum hiſtoriarumque eſt, et tecto tenus exſtructa loculamenta.

LOCVLŌSVS, a, um. Adi. *Multis loculis plenus.* Plin. 15, 22 Sola differentia generum in putamine duro fragiliue, et tenui ac craſſo, loculoſo et ſimplici.

LOCĀLIS, e. Adi. *Ad locum pertinens.* Locales aerumnae Ammian. 14, 7. Determinatio localis Tertull. aduerſ. Marc. 4, 24. *Add.* Claud. Mamert. 3, 4.

LOCALĬTER. Adu. *Idem.* Localiter appellatus Ammian. 19, 12. *Et* Tertull. de Pallio c. 2 Mutat et nunc localiter habitus, cum ſitus laeditur. *Conf.* Cl. Mamert. 3, 3.

LOCALĬTAS, ātis. f. *Neceſſaria corporis affectio.* *Vid.* Claud. Mamert. de Statu animae 3, 3 *et* 4.

LOCŬPLES, ētis. [πολυπάμμων, πολυκλήμων, εὔπορος] omnis generis *ſecundum* Priſcianum: *ablatiuo* locuplete *vel* locupleti. *Dicitur a lata humo, hoc eſt* locorum plenus: *qui multas poſſeſſiones habet, vid.* Gell. 10, 5. Hinc et Locupletes dicebant loci, hoc eſt agri plenos Plin. 18, 3. *Conf.* Ouid. Faſt. 5, 279. Feſt. Locupletes, locorum multorum domini. Quinctil. 5, 10 Praeterea finimus aut vi, ſicut ſuperiora: aut ἐτυμολογία, vt aſſiduum ab aſſe dando, et locupletem a locorum, pecunioſum a pecorum copia. *Sed latius patet, et genus omne diuitiarum complectitur.* Cic. de Senect. 56 Semper enim boni aſſiduique domini referta cella vinaria, olearia, et penaria: villaque tota locuples eſt, abundat porco, hoedo, agno, gallina, lacte, caſeo, melle. Hor. Serm. 2, 6, 102 in Locuplete domo. Locuples *et* Tenuis *aut* egens, *contraria.* Cic. Verr. 2, 138. *Sic* pro Planc. 86 Egentes in locupletes, perditi in bonos, ſerui in dominos armabantur. Pauperes *et* Locupletes, *contraria.* Hor. Epiſt. 1, 1, 25 Id quod Aeque pauperibus prodeſt, locupletibus aeque. Sic feſtinanti ſemper Locupletior obſtat Hor. Sat. 1, 1, 113. Cenſus inſtitutus, vt inſignis ad inuidiam Locupletiorum fortuna eſſet Liu. 1, 47. *extr.* Parum locuples Hor. Carm. 2, 18, 22. Tu me feciſti locupletem Hor. Epiſt. 1, 7, 15. Locuples copiis rei familiaris, et pecunioſus Cic. pro Roſc. Com. 44. Annus locuples frugibus Hor. Epiſt. 2, 1, 137. Ciuitas locuples copiis Cic. Verr. 3. Hor. Serm. 2, 6, 102 Quum ponit vterque In locuplete domo veſtigia. Homo domi ſuae cum primis locuples Cic. Verr. 2. Prouincia locuples ac referta Cic. de Orat. 1, 161. *et* Verr. 5 c. 19. Regio locupletiſſima Nep. 17, 3, 1. Villa Cic. de Sen. 56 c. 16 *quae* abundat porco, hoedo, agno *etc.* *Ad alia transfertur.* Cic. de Orat. 3, 185 c. 48 Inde ille licentior et diuitior fluxit dithyrambus: cuius membra et pedes, vt ait idem, ſunt in omni locupleti oratione diffuſa. Eloquentia locuples, et ſpecioſa vult eſſe Quinctil. 5, 14. Lingua Latina locupletior quam Graeca Cic. de Fin. 1, 10. Lyſias locuples oratione, rebus ipſis ieiunior Cic. de Fin. 5, 3. Locuples, *Large inſtructus et copioſus. metaphoricôs.* Cic. de Nat. Deor. 1, 313 Locupletior igitur hominum natura ad beate viuendum eſt quam deorum: quod pluribus generibus fruitur voluptatum. Locuples, *Firmus certusque ad rem quamlibet. v. g.* Teſtes *ex cenſu et facultatibus ſpectantur, quod homines tenues et egentes facile pretio ad falſum dicendum adducantur.* *Vnde* Teſtes *idonei,* Locupletes *teſtes dicebantur.* Cic. in Topic. 73 Opulentos homines, et aetatis ſpatio probatos, dignos quibus credatur putamus. non recte fortaſſe: ſed vulgi opinio vix mutari poteſt. Cic. de Diuin. 2, 119 c. 58 Iam Pythagoras et Plato locupletiſſimi auctores, quo in ſomnis certiora videamus, praeparatos, *etc.* Id. Offic. 3 c. 2 *extr.* Accedit eodem teſtis locuples Poſidonius: qui etiam ſcribit in quadam epiſtola, *etc.* Tabellarius locuples, *pro Fideli, certo, et idoneo, cui recte literas committere poſſis.* Cic. Q. Frat. 3 Sed quaero locupletem tabellarium accipiat. Locuples ad augendum facultatem dicendi Quinctil. 10, 1 De Varrone.

LOCVPLETISSIME. Adu. Filia locupletiſſime dotata Epit. Victor. in Veſp. Locupletiſſime muneratus Spartian. Hadr. c. 3.

LOCVPLĒTO, āre. [πλουτίζω] *Locupletem, i. diuitem facere: nam illam locorum i. praediorum notionem plane videtur amiſiſſe.* Columel. 3, 3 *pr.* Vt ante perpenſum, et exploratum habeamus, vt locupletet patrem familiae vinearum cultus. Cic. Verr. 3, 185 Ob haſce res quoniam te locupletaui, hoc annulo aureo dono. Idem Offic. 1, 43 Hi arbitrantur ſe beneficos in ſuos amicos viſum iri, ſi locupletent eos quacunque ratione. Cic. de Clar. Orat. 331 Qui non linguam modo acuiſſes exercitatione dicendi, ſed et ipſam eloquentiam locupletauiſſes grauiorum artium inſtrumento. Multitudinem excurſionibus locupletauit Nep. 1, 2, 1. Fortunis locupletare Cic. de Lege Agrar. 2, 67 c. 26.

LOCVPLETĀTVS, a, um. Cic. Verr. 5, 80 c. 31 Hac tanta praeda auctus, mancipiis, argento, veſte locupletatus, *etc.* Praediis locupletatus Suet. Neron. 30. Voluptas locupletata perfectione vitae Cic. de Fin. 2, 38.

LOCVPLETĀTOR, ōris. m. Eutrop. 10, 7, 9 Familiarium locupletator. *Et* Numo Hadriani *apud* Vaillant. tom. 1 p. 66 LO-

CVPLE-

CVPLETATORI ORBIS TERRARVM. *Adde Spanh. de Vſu et praeſtant. num. diſſ.* 13 p. 556.

LOCO, āre. [τίζω, ἐκδίδωμι, μισθόω, ἀπομισθόω] *quaſi In loco ponere, Conſtituere. Item rem ſuam alteri concedere, vt eam vel meliorem reddat, quo nomine pecuniam accipit, vel ea in rem ſuam vtatur, et pro illo vſu ſoluat pecuniam. Cui ſic* locatur *aliquid, is illud* conducere *dicitur.* Virg. Aen. 1, 432 — hic alta theatri Fundamenta locant. Cic. Fam. 15, 2 Caſtraque ad Cybiſtra locaui. Ordine locare aliquid Virg. Aen. 5, 102. Tacit. de Germ. 6 Quos ex omni iuuentute delectos ante aciem locant. *Iam ſubſtantiua ordine elementari locabimus.* Agrum fodiendum locare: *i. Dare agrum fodiendum pacta mercede.* Plaut. Amphit. 4, 2. ſuppoſ. 1, 27 Perinde eſt praebere, ac ſi Agrum ſterilem fodiendum loces. *Sic* Locare ſternendum locum Cic. Att. 15, 16. Plin. Epiſt. 7 30 Inſtat et neceſſitas Agrorum locandorum perquam moleſta, adeo rarum eſt inuenire idoneos conductores. *Hic de colonis ſermo eſt.* vt Cic. Verr. 3, 55 Xenonis Meneni nobiliſſimi hominis vxoris fundus erat colono locatus. *Sed de aedificatione* Arcem locare, et vrbem condere Lucret. 5, 1107. Plaut. Moſtel. 1, 3, 144 Nec quidquam Argenti locaui tam diu vſquam aeque bene, *i. collocaui, impendi.* Argentum foenori locare, *pro Foenori dare.* Plaut. Moſtel. 3, 1, 1 Sceleſtiorem ego annum locando Argento foenori nunquam vllum vidi. Auerſione lŏcare, *vid. ſ. l. ſub* AVERTO. Beneficium apud gratos locare Liu. 7, 20. Plaut. Aul. 3, 6, 32 Si hercle ego te non elinguandam dedero, vſque ab radicibus: impero, auctorque ſum, vt me cuiuis Caſtrendum loces. Idem Capt. 4, 3, 39 Qui locant Caedundos agnos, et duplam agninam danunt. Equites pro cornibus locare Quinctil. 2, 13. Cic. Fam. 4, 12 Vt iidem Athenienſes in eodem loco Monumentum ei marmoreum Faciendum locarent. Liu. 34 Aediles eam biennio ante ex multaritio argento faciendam locarant *h. e. Commiſerant conductoribus ſ. redemtoribus.* Filiam locare *eſt nuptum tradere, vt* collocare. Ter. Phorm. 4, 3, 41 Quaeſo, quid ſi Filiam ſuam vnicam locaret? Idem Phorm. 5, 1, 26 Vt potiui virginem nuptum locaui huic adoleſcenti. Fundamenta in ſtabilo loco locare Plin. 36, 14. Fundamenta theatri locant Virg. Aen. 1, 432. Fundum locare in quinquennium. Paul. in l. Si a Colono. D. De verborum obligat. Funus locare *intell. Libitinariis, qui pecunia accepta illud curant* Cic. Verr. 5, 119. In arca locare Hor. Serm. 1, 8, 9. Cic. de Fin. 4, 8 Quum autem aſſumta ratio eſt, tanto in Dominatu locatur vt omnia, *etc.* Quinctil. 4, 1 Non inutiliter interim ex quaeſtionibus in Exordio locabuntur, *tanquam in acie.* Plaut. Ciſt. 2, 3, 18 Tu locere in luculentam Familiam: vnde tibi talenta magna viginti pater det dotis. Plaut. Trin. 3, 3, 52 Tum tu igitur demum adoleſcenti aurum dabis, vbi erit locata virgo in Matrimonium. Quinctil. 10, 1 Quem in Numero veterum locare non timeas, *i. Annumerare inter veteres.* Virg. Aen. 1, 374 — eiectum, litore egentem Excepi, et regni demens in Parte locaui. Id. ibid. 2, 525 Sic ore effata, recepit Ad ſacra ſeſe, et longaeuum in Sede locauit. Plaut. Rud. 2, 5, 17 Metuo hercle ne illa mulier mihi Inſidias locet, vt comprehendar cum ſacra vrna Veneria. *h. e. Struat et ponat.* Tacit. Hiſt. 4, 3 Capuae Legio tertia hiemandi cauſa locatur. Marmora ſecanda Hor. Od. 2, 18, 17. Ouid. Amor. 1, 10, 30 Sola viro mulier ſpoliis exſultat ademtis, Sola locat Noctes: ſola locanda venit. Gell. 3, 3 Ob quaerendum victum ad circumagendas molas, quae truſatiles appellantur, Operam piſtori locaſſet. *De Plauto.* Plaut. Amph. 1, 1, 122 Perge nox, vt occoepiſti: gere patri morem meo: optume optumo optumam Operam das datam pulchre locas. Opus aliquod locare alicui Idem Aſin. 2, 4, 37. Opus locatur id, quod ex mea pecunia reficiatur Cic. Verr. 1, 142. Ornamenta locare, *i. vtenda pro pecunia dare* Plaut. Curc. 4, 1, 3. Sedes et templa locarunt in caelo Lucret. 5, 1187. Plaut. Amph. 1, 1, 147 Rex Creon vigiles nocturnos ſingulos ſemper locat. S. bene facit. Cic. de Amicit. *extr.* Vos autem hortor, vt ita Virtutem locetis, ſine qua amicitia eſſe non poteſt: vt ea excepta, nihil amicitia praeſtabilius putetis. *Graeu. ſuſpicatur leg.* colatis. Virus ferinae linguae locare alieno dolori Apul. Apol. p. 275, 11 *de rabulis.* Vitam in tranquillo locare Lucret. 5, 12. Vrbem Patauî, ſedeſque locauit Teucrorum Virg. Aen. 1, 251. Plaut. Rud. 2, 6, 51 Quid, ſi aliquo ad ludos me pro manduco locem. Ad artes nugatorias operam locare Plaut. Trin. 4, 2, 2. Locare, *pro Conducere poſitum putatur* Varro de R. R. 2 Praef. Igitur quod nunc intra murum fere patres familiae correpſerunt, relictis falce et aratro, et manus mouere maluerunt in theatro ac circo, quam in ſegetibus ac vinetis, frumentum locamus qui nobis aduehat ex Africa et Sardinia. *Nempe idem eſt, ac ſi dixiſſet,* frumentum aduehendum locamus, *in quo nihil eſſet inſoliti.*

LOCATVS, a, um. Lucret. 3, 610 Anima incerta regione locata. Benefacta male locata Cic. de Off. 2, 62 c. 18. Ciuitas in fide alicuius locata Id. Att. 6, 1. Equites ab vtroque cornu locati Curt. 3, 9, 8. Exercitus in terra locatus Vellei. 2, 85, 2. Membra ſuo quaeque loco locata Cic. de Clar. Orat. 209 c. 57. Oratio eſt de Re certis in perſonis ac temporibus locata Cic. de Orat. 1 c. 31. *i. de quaeſtione finita.* Tabernaculum ſuper ripam fluminis locatum Curt. 7, 8, 1.

LOCATIM. Adu. *Per loca; ſcil. Pagos.* Valer. Max. 5, 3, *extr.* 3 Ille locatim diſperſos ciues ſuos in vnam vrbem contraxit, *Vid. Graeu. ad* Cic. Att. 7, 3 p. 673.

LOCĪTO, āre. [ἀπομισθόω] *Frequentatiuum formatum a ſupino, A in I mutata.* Ter. Adelph. 5, 8, 26 Agelli hic ſub vrbe eſt paullulum, quod locitas foras.

LOCARIVM, i. n. *vid.* LOCARIVS.

LOCARIVS, i. m. Martial. 5, 25 *de Hermete, gladiatore nobiliſſimo,* Hermes diuitiae locariorum, *i. eorum, qui loca, ſiue ſpectacula locant in theatris, ſiue de* deſignatoribus *intelligas, de quibus ſ. l. ſiue de paupereulis, qui mature occupent loca, iiſque mercedula intercedente aliis cedant.*

LOCARIVM *quid ſit,* Varro *explicat* de L. L. 4, 2 Locarium, quod datur in ſtabulo et taberna, vbi conſiſtant. *Recte igitur ICti vulgo* Locarium *pro mercede locationis ponunt.*

LOCĀTOR, ōris. m. [ὁ ἀπομισθῶν] *Qui locat aliquid faciendum conductori, cui pro opera dat pecuniam; aut vtendum, vt pro vſu, ſpem conductori permiſit, accipiat pecuniam* Locator *dominus rei locatae.* Plin. 7, 52 Romae quoque Corfidium materterae ſuae maritum funere locato reuixiſſe, et locatorem funeris ab eo elatum. *Conf.* Vitr. 1, 1. Domus faciendae l. 60. D. loc. cond. §. 3. Fundi locator. l. 35. Dig. Locati conduct. Operis l. 36 D. loc. cond.

LOCATIO, ōnis. f. [ἀπομίσθωσις] *Locatoris actio, vt conductio conductoris.* Cic. Verr. 1, 152 Hic iſtius ſcelerata locatione, nefarioque latrocinio, bonis patriis, fortuniſque omnibus ſpoliatus venit in iudicium. Idem Att. 4, 3 Diſturbata porticus Catuli, quae ex S. C. COSS. locatione reficiebatur, et ad tectum paene peruenerat. Vectigalium locatio Suet. Caeſ. 20. Cic. Att. 1, 17 Aſiani qui de Cenſoribus conduxerunt, queſti ſunt in Senatu, ſe cupiditate prolapſos nimium magno conduxiſſe: vt induceretur locatio, poſtulauerunt. *i. vt reſciſſa priore locatione, noua inſtitueretur. Vid.* Liu. 39, 4. *Birr. ICti iungere ſolent* Locatio Conductio, *vt* Emtio Venditio. Ludificari locationem, *vid.* LVDVS. Amphibolian fieri vitioſa verborum locatione Quinct. 9, 4.

LOCABILIS, e. *vnde* INLOCABILIS.

LOCATARIVS, i. m. Qui domum, aut fundum, aliudue in locationem conducit. ICt.

LOCATITIVS, a, um. Adi. [Gloſſ. Vet. Locatitius μισθώσιμος.] Fatigatio locatitia Sidon. Epiſt. 6, 8. Manus locatitiae Saluian. Epiſt. 1. *vtroque loco idem fere eſt, quod mercenarius.*

LŎCVSTA, ae. f. [ἀκρίς] *Animal ex inſectorum genere. Vid.* Plinium 11, 29. Hieron adu. Iouin. ſ. 34, B Orientales et Libyae populos, quia per deſertum et calidam eremi vaſtitatem locuſtarum nubes reperiuntur, locuſtis veſci moris eſt. Hoc verum eſſe, Iohannes quoque Baptiſta probat. Bruchus et excuſſo confidens ore Locuſta Alcim. 5, 188. Exorta Vis locuſtarum Tac. Ann. 15, 5, 4. ¶ 2 Locuſtae, *Piſcium ſiue lacertorum genus, de quo* Plin. 9, 30. *et* 32, 11. Celſ. 2, 28. Suet. Tiber. c. 60. Gloſſ. Locuſta, κάραβος. *Conf. Interpp.* Petron. c. 35 p. 135. *Non.* de re Cibar. 3, 36 ¶ 3 Locuſta *etiam, Mulier veneficii peritiſſima, Neroni grata.* Tacit. Ann. 12, 66. *et* 13, 15. *Conf.* Iuuen. Sat. 1, 71 Inſtituitque rudes melior Locuſta propinquas.

LOCVTIO, LOCVTOR, LOCVTVLEIVS, *vid.* LOQVOR.

L O D

LODIX, īcis. f. [ἐπίβλημα] *Operimentum lecti.* Iuuen. Sat. 6, 194 *Verba* modo ſub lodice relicta, *i. laſciua amatoria,* ζωὴ καὶ ψυχή. *Et* Sat. 7, 66

Magnae mentis opus, nec de lodice paranda
Antonitae, currus, et equos, facieſque deorum
Aſpicere.

Vid. Martial. 14, 152. Pollio dixit hos lodices *ap.* Quinctil. 1, 6 *extr.*

LODICVLA, ae. f. Dimin. [ἐπιβλημάτιον] Suet. in Auguſt. c. 83 Ita vt in extremis ſpatiis ſubſultim decurreret, ſeſterio, vel lodicula inuolutus.

L O E

LOEDORIA, ae. f. [λοιδορία] *Conuicium, maledictum, opprobrium, ſales conuicioſi.* Macrob. Saturn. 7 c. 3 Praeter categoriam quae eſt ψόγος, et praeter διαβολὴν quae delatio eſt, ſunt alia duo apud Graecos nomina, Loedoria, et Scomma: quibus nec vocabula Latine reperio, niſi forte dicas Loedoriam exprobrationem eſſe ad directam contumeliam. Scomma enim paene dixerim morſum figuratum, quia ſaepe fraude vel vrbanitate tegitur, vt aliud ſonet, aliud intelligas. Eſt autem Loedoria huiuſmodi: Oblituſne es quum ſalſamenta vendebas? *Vide plura ibidem.*

LOEMODES, is. f. [λοιμώδης] *Species luis peſtilens, volucri velocitate letalis.* Ammian. Marcell. 19, 4.

L O G

LOGĔVM, i. n. [λογεῖον] *Pulpitum ſignificat.* Teſtis Vitruuius 5, 8 Minoreque latitudine pulpitum, quod logeum appellant.

LOGOS, i. m. [λόγος] *apud Graecos modo Sermonem, verbum, orationem ſignificat: modo Rationem, proportionem, ſupputationem. Nonnunquam et pro Libro vſurpatur: A verbo* λέγω, *quod eſt dico, ſiue colligo.* Logos, pro Dicto ridiculo et contemnendo ſumitur. Cic. pro Gallio, Ego te certo ſcio omnes logos, qui ludi dicti ſunt, animaduertiſſe. *Haec* Nonius 1, 318. Ter. Phorm. 3, 2, 8 Foeneratum iſtud beneficium tibi pulchre dices. D. logi. *i. verba, praetereaque nihil.* Ridiculos logos vendere Plaut. Stich. 1, 3, 68. *In bonam partem:* Referenſque paucos de tuis ſcriptis logos, Quaſi labra melle adſperſerit Paullin. Iamb. ad Cyther. v. 425. *ſed forte leg.* locos.

LOGARIVM, i. n. *Ratiuncula.* Vlpian. in l. 3 Qui penum. §. 10 D. de penu leg. Sed et chartas ad ratiunculam, vel ad Logarium paratas contineri. *Mere Graecum videtur.*

LOGĬCE, es: *ſiue* LOGICA, ae. f. [λογική] *Latine Rationalis:* Cic. de Fin. 1, 22 Iam in altera philoſophiae parte, quae eſt quaerendi ac diſſerendi, quae λογικὴ dicitur, iſte veſter, vt mihi quidem videtur, plane inermis ac nudus eſt. Id. de Fato c. 1 Obſcura quaeſtio eſt, quam περὶ δυνατῶν philoſophi appellant, totaque eſt Logice (*ſic adiectiuum fuerit,* quaeſtio λογική, *rationalis: ſed Dauiſ.* Logicae) quam rationem diſſerendi voco. *Conf.* Iſidor. 2 c. 22 *et* 24.

LOGICA, ōrum. n. [λογικά] Cic. Tuſc. 4 c. 14 Habes ea, quae de perturbationibus enucleate diſputant Stoici, quae logica appellant, quia diſſeruntur ſubtilius.

LOGICVS, i. m. *Qui logicam docet. Vid.* Iſidor. 8, 6. *et* Sidon. 15, 101 Phyſica vel logice, logicum vel mittit ad ethos.

LOGISTA, ae. m. [λογιστής] *Rationalis, qui reddendis rationibus praeeſt. apud* ICtos. *Et in* Vet. inſcript. Hiſp.

LOGISTORĬCVM, i. n. [λογιστόρικον] *Liber, ſermonum et dictorum inſignium narrationem continens.* Gell. 4, 19 Marcus Varro in logiſtorico ſcripſit. Mercer. ad Non. p. 207 Logiſtoricos Varronis *dictos eſſe putat libellos minutos eos, qui non vt* Menippeae *haberent verſus admixtos, ſed proſaici eſſent toti, vt* Catus vel de liberis educandis Gell. 4, 19. *et* 20, 11. *Horum reſpectu* Sidon. Epiſt. Varronem Logiſtoricum ſicut popoſceras, et Euſebium chronographum miſi.

LOGODAEDALVS, i. m. *Explicatur* Cic. Orat. 39 c. 12 Thraſymachum, Gorgiam, Theodorum — λογοδαιδάλους appellat in Phaedro Socrates: quorum ſatis arguta multa, ſed vt modo primum naſcentia, minuta, et verſiculorum ſimilia quaedam, nimiumque depicta. *Sunt ergo* Logodaedali, *artifices quidam orationis, ſed artem nondum diſſimulantes, quod ſummi artificis eſt.*

LOGODAEDALIA, ae. f. [λογοδαιδαλία] *Nimis operoſa ſermonis elaboratio.* Auſon. Eidyll. 12 *pr.* E logodaedalia ſtrides modo qui nimium trux. *Add.* Id. Epiſt. 14, 26.

LOGOGRAPHVS, i. m. *Rationarius, qui libros rationum ſcribit; et qui in tabulas publicas refert, quae ad rem publicam refert. Vid.* Cod. lib. 10 t. 69 de Tabulariis, ſcribis logographis, *etc. Et* Dig. lib. vlt. t. 4 l. 18 §. 10.

LOLA, ae. f. Lolae floris Apic. 1, 2, 2. *i. olei floris: ſed et ſic rectius legitur.*

LOLĪGO, ĭnis. f. [τευθὶς] *Genus piſcis, dictum eſt quaſi* Voligo, *vt ait* Varro de L. L. 4, 13. Plin. 32, 15 Sunt lacertorum Genera, loligo volitans, locuſtae, lucernae, *etc.* Idem 32, 2 ſ. 6 Trebius Niger loligines euolare ex aqua tradit, tanta multitudine, vt nauigia demergant. Nigrum niueo portans in corpore virus Loligo Ouid. Hal. 129. *Add.* Plin. 9, 15. Loligo, *pro Liuore hominis atri, id eſt maleuoli,* Hor. Serm. 1, 4, 100 Hic nigrae ſuccus loliginis, haec eſt Aerugo mera. *Vid.* Porphyrio.

LOLIGVNCVLA, ae. f. Dimin. [τευθίδιον] Plaut. Caſin. 2, 8, 57 Emito ſepiolas lepidas, loligunculas hordeias.

LOLIVM, i. n. [αἶρα] *Herbae genus ſegetibus inimicum, quod Graece appellatur Zizania.* Plin. 18, 17 Nam lolium et tribulos, et carduos, lappasque non minus quam rubos, inter frugum morbos potius, quam inter ipſius terrae peſtem numerauerim. Virg. Georg. 1, 154 Infelix lolium, et ſteriles dominantur auenae. Lolio victitare *dicuntur, qui viſu ſunt imbecillo: nocere enim putatur oculis lolium.* Plaut. Mil. 2, 3, 50 Mirum eſt lolio victitare te, tam vili tritico. Ouid. Faſt. 1, 691 Et careant loliis oculos vitiantibus agri. *Conf.* Seru. in Virg Ecl. 5.

LOLIACEVS, a, um. Farina loliacea Varro de R. R. 3, 9.

LOLIARIVS, a, um. Adi. [αἰρικὸς] *Ad lolium pertinens.* Columel. 8, 5, 16 Cribro vitiario, vel etiam loliario, qui (*f.* quod) iam fuerit in vſu, pulli ſuperponantur.

LOLIETVM, i. n. *Locus lolio obſitus.* Guil. Brito Philipp. 5, 170 Per Baiocarum lolieta, per arua Caletum.

L O M

LOMENTVM, i. n. [λείωμα] *Farina fabacea, qua ad eruganda corpora vſa eſt antiquitas.* Martial. 3, 42 Lomento rugas vteri quod condere tentas. Hemina lomenti Scribon. 159. Lomentum *Graeci λείωμα vocant, quod tritum proprie ſignificat, vt ait Hermolaus.* Plin. 33 *extr.* Subtiliſſimum genus lomenti, quod quidam tritum vocant, quinis aſſibus aeſtimatum. Pallad. Oct. 14, 9 Ex piſa Afra lomentum. *Conf.* Id. 18, 12. Cael. *ap.* Cic. Fam. 8, 14 *De Appio, qui ex prouincia infamiam retulerat,* Scis Appium cenſorem hic oſtenta facere? de ſignis et tabulis, de agri modo, de aëre alieno, acerrime agere? Perſuaſum eſt ei, cenſuram lomentum aut nitrum eſſe. Errare mihi videtur. Nam ſordes eluere vult: venas ſibi omnes et viſcera aperit. *Nempe* Lomentum *quaſi* Lauamentum *eſt a* lautus, lotus *etc.*

LOMENTARIVS. σμηγματοπώλης Gloſſ. Gr. Lat.

L O N

LONCHĪTIS, is. f. [λογχῖτις] Non vt plerique exiſtimarunt, eadem herba eſt, quae Xiphion aut Phaſganion, quanquam cuſpidi ſimilis ſemine: habet enim folia porri rubentia ad radicem *etc.* Plin. 25, 11 ſ. 88.

LONDINIVM, i. n. [Λονδίνιον] *Britanniae inſulae hodie metropolis.* Tacit. Ann. 14, 33 *pr.* Londinium cognomento quidem coloniae non inſigne, ſed copia negotiatorum et commeatuum maxime celebre.

LONGĂBO, onis. *Farciminis genus, vid. mox* LONGANON.

LONGAEVVS, *vid.* LONGVS.

LONGANON, *ſ.* LONGAON, onis. m. *Rectum inteſtinum, quia in longum protenditur, et non eſt ita orbibus implicitum, ſicut inteſtina tenuia.* Cael. Aurel. Chron. 4, 25. *it.* 21 *et* 28 Longanonem *pro inteſtino recto hominis poſuit: et ſaepe* Chron. 4 c. 3 *vbi tamen ſemper* Longaon *ſcribitur e. g.* ſ. 50 p. 511 Retenta (defluxio incendioſa) ſeſſionis in locis, quam Graeci hedran vocant, Longaonem exurit. Idem Acut. 3, 22 Defluxio vltimarum partium coli, atque ſeſſionis ſiue Longanonis, vt nos appellamus, *de homine.* *De iumentis* Veget. Mulom. 1, 42, 1 Longanon inteſtinum vocatur, per quod ſtercus egeritur. Idem 1, 49 Si manum miſeris et inueneris valde patere longanonem. *Haec de viuo animali.* *Sed* 1, 56, 17 Longanonem porci pinguis ſalſum *dixit.* *Et* 4, 8, 1 Inteſtinum porcinum recens, quod Longanonem vocant. Apic. 4, 2 p. 111 Longanones porcinos fartos ex iure Tarentino coctos, conciſos, *memorat.* *Huc, credo, pertinet etiam* Varro de L. L. 4, 22 p. 29, 4 Tertium fartum eſt Longabo, quod longius quam duo hila. Arnob. 7 p. 29 *extr.* Longaui *leguntur: ſiue ſcribarum error interceſſit, ſiue in re parum ſcribentibus obuia ipſi variarunt auctores.*

LONGOBARDI, orum. m. *Populi,* quos vulgo ferunt nominatos a prolixa barba et nunquam tonſa Iſidor. 9, 2 *Alii a telo, quod hodie Germani* Helabardam *vocant, dictos volunt; vel quaſi* Lingobardos, *eo quod* Lingones *ex Germania et* Bardi *ex Gallia facta vnione ad vtramque Padi ripam ſedem fixerunt.* Tacit. Germ. c. 40 *Sueuis ſubiungit.*

LONGVS, a, um. Adi. [μακρὸς] *Porrectus, breui opponitur, et ad corporum pariter ac temporis menſuram pertinet.* Virg. Aen. 9, 229 Stant longis innixi haſtis et ſcuta tenentes. Plaut. Trin. 4, 2, 58 Qua facie eſt homo? S. ſeſquipede quidem eſt, quam tu longior. Longum ſeſquipede, latum pede Plin. 35, 14. Idem 6 c. vlt. In hoc caeli circumplexu aequinoctii die media, vmbilicus, quem gnomonem vocant, ſeptem pedes longus, vmbram non amplius quatuor pedes longam reddit. Columel. 2, 11 In morem horti areas latas pedum denûm; longas pedum quinquagenûm facito. *Paullo poſt,* Atque ita menſe vltimo Aprilis ſerito tantum, quantum vt ſinguli cyathi ſeminis locum occupent decem pedum longum, et quinque latum. Non ita longus, *vid.* NON. Abſentia longa et continua Tacit. Ann. 3, 31. Aetas Hor. Serm. 1, 4, 132. *Sed* Catull. 75 *ad moleſtiam, quae longum faciat ſpatium alias ſat breue, refert Voſſ. ad h. l.* p. 304. *Conf. mox* Annus, *it.* Nox. Aeuum Hor. de Arte Poët. 346. Agmen longum paſcitur per valles Virg. Aen. 1, 190. Longiſſimum Caeſ. B. G. 5, 31. Aluus Virg. Georg. 3, 427. Ambages Idem Aen. 1, 345. Amor longus, *i. Diuturnus* Idem ibidem 1, 753. *it.* 3, 487. Anni Ouid. Amor. 1, 3, 5. Annus Iuuenal. 6, 589. *vt Voſſ. ad* Catull. *p.* 304. *legit, i. moleſtus.* Bellum Virg. Aen. 2, 109. Certamen Hor. Epiſt. 1, 10, 35. Circuitus Virg. Aen. 3, 412. Crines Idem ibidem 7, 73. Curſus Idem ibidem 3, 116. Dies Hor. Epiſt. 1, 1 20. *vid. mox* Nox. Plaut. Epid. 4, 1, 17. *i. Longum tempus.* Celſ. 1, 2 Longis diebus meridiari potius ante cibum vtile eſt. Plin. Epiſt. 5, 15 Quod mihi cognitum eſt, non fama, qua alioqui optima et meritiſſima fruitur, ſed longis magniſque experimentis. Fabula non longa Hor. Serm. 2, 1, 95. Facies longa Idem ibidem 2, 4, 12. Feriae Idem Carm. 4, 5, 37. Fletus longos ciebat Virg. Aen. 3, 344. Fluctus Idem Georg. 3, 200. Haſtae Idem Aen. 9, 229. Homo longus, *i. Stultus* Catull. 68, 47 Longus homo eſt, magnas quoi lites intulit olim Falſum mendaci ventre puerperium, *vid.* MAGNVS homo. Interuallum Virg. Aen. 5, 320. Iter Hor. Serm. 1, 5, 94. Latus Virg. Georg. 3, 54. Plaut. Perſ. 3, 1, 64 Librorum enim ecce illum plenum ſoracum habeo. Si hoc accuraſſis lepide, cui rei operam damus, dabuntur dotis inde ſexcenti tibi Longi, atque Attici omnes. Militia Hor. Carm. 2, 7, 18. Mora Ouid. Met. 1, 214. Mora non longior plena hora Idem ibid. 10, 734. Liu. 27, 22 Additae ei ad praeſidium prouinciae quinquaginta longae naues. Negotia Hor. Carm. 3, 5, 53 Idem Epiſt. 1, 1, 21

> Vt nox longa quibus mentitur amica, dieſque
> Longa videtur opus debentibus, vt piger annus
> Pupillis, quos dura premit cuſtodia matris:
> Sic mihi tarda fluunt ingrataque tempora *etc.*

Obliuia Virg. Aen. 6, 715. Tacit. Ann. 14, 31 Rex Icenorum Praſutagus, longa opulentia clarus, *i. opibus longo tempore collectis.* Opus Hor. de Arte Poët. 360. Oratio longior Caeſ. B. G. 2, 21. Ordo Virg. Aen. 1, 399. Longiſſimus comitum Iuuenal. 3, 248. Pes Hor. Serm. 1, 2, 93. Piper Plin. 12, 7. Ouid. Met. 2, 416 Nulla potentia longa eſt. Seceſſus Virg. Aen. 1, 163. Senectus Hor. Carm. 2, 16, 30. Series longiſſima rerum Virg. Aen. 1, 645. Sermo longus Idem ibidem 1, 221. Plaut. Trin. 3, 3, 77 At enim nimis longo ſermone vtimur. Seruitium Hor. Serm. 2, 5, 99. Spatium longius aequo Lucret. 4, 179. Spatium longius anno Ouid. Epiſt. 18, 25. Plaut. Mil. 2, 6, 23 At ita dî me deaeque omnes ament, niſi mihi ſupplicium virgarum de te datur longum, diutinumque, a mane vſque ad veſperum. Tempus Virg. Georg. 2, 80. Tractus longi flammarum Idem ibidem 1, 367. Cic. de Legib. 2, 68 Ne plus quatuor heroicis verſibus, quos longos appellat Ennius. *Add.* Diomed. Grammat. 3 p. 493. Longa cum Veſtae ſacerdos Virg. Aen. 6, 645. *Conf. h. l. Taubmann.* Martial. 1, 33 Et comites longae quaeris habere viae. Vmbrae Plin. 12, 1. ❡ 2 *Interdum aliquid relationis alterius quoque includit. v. g.* Longus, *pro longinquo.* Sil. 5, 9 Lydius huic genitor, Tmoli decus, aequore longo Moeoniam quondam in Latias aduexerat oras Tyrrhenus pubem. *Vid. ibi Drakenb. it. ad* 6, 628. *et Brouckh. ad* Tibul. 1, 4, 18. *et Heinſ. ad* Ouid. Remed. Amor. 591. Nimium longi ſumus in rebus apertiſſimis Cic. de Fin. 2, 41 c. 27 *pr.* Id. de Nat. Deor. 1, 83 c. 36 Poſſum de ichneumonum vtilitate, de crocodilorum, de felium dicere: ſed nolo eſſe longior. Ter. Phorm. 3, 2, 30 Experire, non eſt longum, *i. non multi temporis.* Idem Andr. 5, 6, 13 Memini: atque adeo longum eſt, nos illum expectare dum exeat. Cic. Acad. 4 Longum eſt explicare. *i. longum eſſet.* *Conf.* Vopiſc. in Tac. c. 11. *et* in Caro c. 3. Capitolin. in Op. Macrino c. 12. Commemorare longum eſt et non neceſſarium, quae apud, *etc.* Cic. Verr. 4, 135. Dicere quam improbe fecerit, longum eſt Idem ibid. 1, 156 c. 60. Refellere eſt longum et ſuperuacaneum Plin. 7, 43. Ter. Heaut. 2, 3, 94 Longum eſt Clitipho, ſi tibi narrem, quam ob rem id faciam. Ne longum faciam, *i. vt breuiter dicam* Hor. Serm. 1, 3, 137. Cic. Verr. 2, 156 Atque adeo hoc ne longius aut obſcurius eſſe poſſit, procedite in medium, explicatae, *etc.* Idem pro Rabir. Poſth. 29 Nec mihi longius quidquam eſt Iudices, quam videre hominum vultus, *i. Nihil moleſtius, aut nihil deſideratius.* Cic. Fam. 11, 27 Quem quum obiurgarem, quod parum valetudini parceret, tum ille nihil ſibi longius fuiſſe quam vt me videret. Virg. Ecl. 9, 56 Cauſando noſtros in longum ducis amores, *h. e.* Differs. Seruius. Conferre aliquid in longiorem diem Caeſ. B. G. 1, 40. Durare in longum, *vid.* Duro, *in* DVRVS. Tacit. Hiſt. 4, 22 Ita paucis diebus per licentiam abſumta ſunt, quae aduerſus neceſſitates in longum ſuffeciſſent. Idem Ann. 11, 20 Nec multo poſt Curtius Rufus eundem honorem adipiſcitur; qui in agro Mattiatico recluſerat ſpecus quaerendis venis argenti: vnde tenuis fructus, nec in longum fuit. Trahere in longum, *vid.* IN.

LONGVM. Adu. *Longo tempore.* Virg. Aen. 10, 740 Non me, quicunque es, inulto, Victor, nec longum laetabere. Idem Ecl. 3, 79 Et longum formoſe vale, vale, inquit, Iola. Sis memor ô, longumque vale Claud. de Raptu Proſerp. 2, 234. *Add.* Plaut. Epid. 5, 1, 58. *et* Pſeud. 2, 3, 21. *et* Perſ. 1, 3, 87.

LONGE. Adu. [μακρὰν, πόῤῥω, τῆλε] *pro Longitudine tam temporis quam loci.* Cic. de Fin. 2, 115 c. 34 Quae autem eſt alia cauſa erroris tanti, tam longe, lateque diffuſi, niſi quod *etc.* Idem pro lege Manil. 35 Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longe lateque diſperſum *etc.* Ter. Eun. 3, 3, 13 Rus Sunii et quod habeam et quam longe a mari. Cic. pro lege Manil. 32 Longe a domo bellare. Idem Verr. 2, 13 Qui locus eſt non longe a Syracuſis. *Sic* de Legib. 1 c. 1 Non longe ab aedibus. Liu. 1, 50 Principibus longe ab domo excitis. Abieram longe Ter. Eun. 4, 2, 5. Abeam ne longe, *per translationem* Cic. de Fin. 2. *vid.* ABEO. Abeſt longe Ouid. Met. 8, 811. Plaut. Rud. 1, 5, 8 Ilico nos hic imus haud longule ex hoc loco: verum longe hinc abeſt, vnde vectae ſumus. Cic. Att. 6, 3 Non quo me aliquid iuuare poſſes, quippe res enim eſt in manibus, tu autem abes longe gentium. Abeſt longe a me Plaut. Curc. 1, 2, 24. Cic. Fam. 13, 59 Sentiatque meam ſibi amicitiam, etiam quum longiſſime abſim, prodeſſe in primis apud te. *Conf.* Id. de Sen. c. 16. Abeſſe longe, procul, *etc. vid.* ABSVM. Virg. Aen. 1, 35

> Iactatos aequore toto
> Troas, relliquias Danaûm, atque immitis Achillei
> Arcebat longe Latio.

Arcet longe ſummotos Virg. Aen. 6, 316. Diſcedere longe Ouid. Epiſt. 15, 107. Diſtare Lucret. 2, 334. Plaut. Bacch. 3, 3, 19 Nego tibi annis viginti fuiſſe primis copiam, digitum longe a paedagogo pedem vt efferres ex aedibus. Plaut. Moſt. 2, 1, 43 Si ego ita aduenientem patrem faciam tuum, non modo ne introëat, verum etiam vt fugiat longe ab aedibus? Idem Truc. 4, 3, 79 Nae iſta ſtimulum longe habet, quae vſque illinc cor pungit meum, *h. e. Longe vel in longum protenſum.* Id. Rud. 4, 3, 95 Vbi tu hîc habitas? G. porro illic longe vſque in campis vltimis. Procedere obuiam longe alicui Cic. Verr. 2, 65. Idem de Amicit. 4 Eo loco Fanni et Scaeuola locati ſumus, vt nos longe proſpicere oporteat futuros caſus Reipublicae. Reſonantia longe litora Virg. Georg. 1, 358. Sum. Scin tu ruri Eſſe ad villam longe Plaut. Caſ. 2, 6, 68. Plin. in Paneg. 25 Exſpectatum eſt, prouiſumque, ne quis aeger, ne quis occupatus, ne quis denique longe fuiſſet, *etc.* Eſt longe hinc in ſaltum veſtrum Cic. pro Quint. 79. ❡ 2 Longe eſſe *peculiari elegantia dicitur.*

citur. *Nempe vt* adeſſe alicui *ad auxilium et opem refertur.* *Ita* longe eſſe *contrariam vim habet.* Martial. 1, 82

Vicinus meus eſt, manuque tangi
De noſtris Nouius poteſt feneſtris. *Et tamen*
Tam longe eſt mihi, quam Terentianus,
Qui nunc Niliacam regit Syenen.
Non conuiuere, nec videre ſaltem,
Non audire licet, nec vrbe tota
Quisquam eſt tam prope, tam proculque nobis.

Ergo Longe eſt, *qui nihil iuuat* Virg. Aen. 12, 52 Longe illi Dea mater erit. *Poëtarum ſimilia loca dabunt Cerda ad l. c. Drakenb. ad* Sil. 17, 80 Longe coniugia, ac longe Tyrios Hymenaeos Inter Dardanias acies fore. Brouckh. ad Tib. 1, 5, 2 At mihi nunc longe gloria fortis abeſt. *Neque in proſa inſolitum.* Caeſ. B. Gall. 1, 36 Si id non feciſſent, longe ab his fraternum nomen Populi Rom. abfuturum. Plin. Pan. 49 *pr. de Domitiano,* Dimouit perfregitque cuſtodias poena — longeque tunc illi diuinitas ſua, longe arcana illa cubilia ſaeuique ſeceſſus, *h. e. nihil opis ab illis fuit.* Flor. 2, 6, 34 Longe illi triplex murus, totidemque arces *etc. de Syracuſarum expugnatione.* Id. 2, 2, 8 Longe illis nauticae artes. *Plura collegit Freinsh. in Indice. Et ante caeteros Muret.* Var. Lect. 10, 4. *Add. Barth. ad* Rutil. 1, 335. ¶ 3 *Augendi vim habet cum nominibus et verbis. Iungitur autem Comparatiuo, vt* Virg. Aen. 9, 556 At pedibus longe melior Lycus. Beatior longe longeque cunctis illa eſt Ouid. Met. 4, 325. *Al.* Potentior. *Superlatiuo* Cic. de Orat. 1, 47 c. 11 Principi longe omnium in dicendo grauiſſimo et eloquentiſſimo Platoni. Doctiſſimus longe Hor. Serm. 1, 5, 3. Pulcherrimus panis longe Idem ibid. 1, 5, 89. Cic. de Fin. 2, 68 Alteri plurimum ſe, et longe longeque plurimum tribuere honeſtati, ſed tamen *etc. Poſitiuis iunctum aliquando reperitur. Sed illis fere, qui iam eminentiam aliquam atque adeo comparationem ſignificant. Vt* Apul. de Deo Socratis p. 52. *Elmenh.* Calchas autem longe praeſtabilis hariolus. Id. in Florid. Longe ante caeteros excellens. Cic. Acad. 1, 3 Praeſertim quum et ipſe in eo excellas, et id ſtudium, totaque ea res longe caeteris et ſtudiis et artibus antecedat. Idem pro Domo 41 c. 16 Longe aliter atque a me dicta erant, detulerunt. Aliter longe euenit Liu. 22. Idem 2 Res aliter longe euenit. Cic. Tuſc. 3, 26 c. 14 Haec igitur praemeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum, quae venientia longe ante videris. Ante alias ſpecie ac pulchritudine longe inſignis Liu. 1, 9. Longe Alia in fortuna eſſe Cic. Fam. 14, 11. Salluſt. Catil. 52 *pr.* Longe mihi alia mens eſt, Patres Conſcripti. Cic. pro Font. 39 O fortunam longe diſparem M. Fontei, ſi deligere, *etc.* Diſſimilis longe ſuccus Hor. Serm. 2, 8, 28. Cic. Fam. 13, 14 L. Caſtronius Paetus longe princeps municipii Lucenſis, eſt honeſtus, grauis, plenus officii, *i. Excellentior caeteris.* Liu. 1, 49 *extr.* Is longe princeps Latini nominis erat. Cic. Verr. 2, 65 Longe primus ciuitatis eſt Epicrates. Liu. 23, 32 Qui tum auctoritate atque opibus longe primus erat. Cic. de Clar. Orat. 55 Coruncanum, quod ex Pontificum commentariis longe plurimum ingenio valuiſſe videatur. Longe plurimos captiuos ante currum duxit Liu. . . Cic. de Amicit. 22 Quod ſi ita eſſet, vt quisque valetudinis minimum in ſe eſſe arbitraretur, ita ad amicitiam eſſet aptiſſimus: quod longe ſecus eſt. *Add.* Id. Partit. Orat. c. 5. *Verborum exempla:* Antecellere caeteris longe Cic. Verr. 4, 118. Plaut. Bacch. 5, 1, 3 Quicunque vbi vbi ſunt, qui fuere, quique futuri ſunt poſthac ſtulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, buccones, blenni, ego longe anteeo ſtultitia et moribus indoctis. Cic. Tuſc. 5, 12 Cuius ego iudicium, pace tua dixerim, longe antepono tuo. Idem de Amicit. 31 Ab his, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe diſſentimus. Ter. Adelph. 1, 1, 40 Et errat longe, mea quidem ſententia, qui imperium credat grauius eſſe aut ſtabilius, vi quod fit, quam illud, quod amicitia adiungitur. Praecedere longe Quinct. 10, 1. Praeſtare Lucret. 5, 1178. Cic. de Fin. 5, 40 Quum longe multumque praeſtet mens atque ratio. Plin. Epiſt. 5, 15 Sicut eſt ab omni ambitione longe remotus. Remotus a vulgo longe lateque Hor. Serm. 1, 6, 18. ¶ 4 *Compar.* [πορρωτέρω, ἀποτέρω] *de loco et tempore dicitur.* Plaut. Ciſtel. 2, 3, 37 Auecta eſt, inquit, peregre hinc habitatum longius. Id. Trinum. 3, 2, 95. Abeſſe longius, *h. e. Diutius* Ter. Heaut. 5, 2, 31. Caeſ. Bell. Gall. 3, 18 Neque longius abeſſe, quin proxima nocte Sabinus clam ex caſtris exercitum educat. Abire Ter. Eun. 4, 3, 20. Currere Cic. de Fin. 2. Tacit. Hiſt. 3, 15 Exploratores, vt mos eſt, longius curabant. Diſcedere longius a naturae conſtantia Cic. Tuſc. 4. Ire Lucret. 4, 207. Prodire longius Caeſ. Bell. Gall. 1, 48. Procedunt irae Virg. Aen. 5, 461. Prouehi Quinctil. 4 Prooem. Cic. de Amicit. 34 Quod ſi qui longius in amicitia profecti eſſent, tamen ſemper labefactari, ſi in honoris contentionem incidiſſent. Recedunt a ſtabulis Virg. Georg. 4, 192. *Superl. De loco et tempore etiam dicitur.* Liu. 1, 18 *extr.* Signum, contra quod longiſſime conſpectum oculi ferebant, animo finiuit, *etc.* Abeſt a vero Cic. Acad. 4, 36 c. 11. Prouinciae abſunt Caeſ. Bell. Gall. 1, 1. Abhorret mea ratio voluntasque ab hoc facto Cic. Verr. 2, 10. Comprehendere disiuncta Id. in Piſon. 3. Plaut. Men. 5, 9, 52 Quid longiſſime meminiſti, dic mihi, in patria tua? Plin. 2, 8 *pr.* Pars noſtra terrarum, de qua memoro, ambiente, vt dictum eſt, Oceano velut innatans, longiſſime ab Ortu et Occaſu patet. Plaut. Stich. 4, 1, 24 Quam dudum in portum huc venis? P. longiſſime.

LONGŬLE. Adu. *dimin. a* Longe. Plaut. Rud. 1, 5, 8 Illico nos hic imus haud longule ex hoc loco. Idem Men. Prol. 64 Nam rus vt ibat, et multum forte pluerat, ingreſſum fluuium rapidum ab vrbe haud longule, rapide raptorem pueri ſubduxit fides. Diſſita longule Apul. Flor. 1 *pr. Adde* Ter. Heaut. 2, 2, 10.

LONGŬLVS, a, um. Adi. [ὑπομήκης] Cic. Att. 16, 13 Longulum ſane iter, et via inepta. *vid. Graeu. ad h. l.*

LONGIVSCŬLVS, a, um. Adi. dimin. [ὑπομακρότερος] *A comparatiuo* Longius. Cic. pro Arch. 25 c. 10 Quod epigramma in eum feciſſet tantummodo alternis verſibus longiuſculis.

LONGIVSCŬLE. Adu. *Idem.* Sidon. Epiſt. 8, 11.

LONGĬPES, ĕdis. f. [μακρόπους] Plin. 30 c. 4 Bupreſtis animal eſt rarum in Italia, ſimillimum ſcarabeo longipedi, *i. Longos pedes habenti.*

LONGITŪDO, ĭnis. f. [μῆκος, μακρότης] *Spatii ac temporis habet ſignificationem, vt de* Longus *nomine obſeruauimus.* Plin. 11, 25 Intelligi autem gracilitate et longitudine. Cic. Philipp. 9, 2 c. 1 Non longitudo itineris, non aſperitas viarum, non morbus ingraueſcens retardauit. Cic. Partit. 59 c. 17. Ter. Heaut. 5, 2, 10 Vbi te vidi animo eſſe omiſſo, et ſuauia in praeſentia quae eſſent, prima habere, neque conſulere in longitudinem, cepi rationem, vt neque egeres, neque vt haec poſſes perdere. Dici Cic. de Legib. 3, 30. Idem Verr. 5, 26 Ita dici breuitas, communis: noctis longitudo ſtupris et flagitiis conterebatur. Immodica Quinctil. 4, 1. Loci longitudo *apud Geographos eſt Diſtantia graduum in Aequatore a primo meridiano, vnde apparet, an et quantum locus ſit, altero orientalior, vel occidentalior.*

LONGITIA, ae. f. *Idem.* Innocent. de Caſis liter. p. 230 *Goeſ.* Sub ſe in campo limes excurrit extremus in longitia ahenum eſt *etc. Add.* ib. p. 241 *et* 271.

LONGINQVVS, a, um. Adi. [ἀπώτερος] *Remotum, diſtans.* Cic. de Senect. 85 Quem ego meum caſum fortiter ferre viſus ſum: non quod aequo animo ferrem, ſed me ipſe conſolabar, exiſtimans non longinquum inter nos digreſſum et diſceſſum fore. Aeuum Lucret. 2, 68. Arua Hor. Epiſt. 1, 8, 6. Bellis obruti Plin. 7, 54. Bellum Catul. Argon. 62, 345. *Et* Iuſtin. 1, 1 Sed longinqua, non finitima bella gerebant. Ciuitates longinquiores Caeſ. Bell. C. 1, 60. Plin. 9, 38 Ac modico vapore torreri, et ideo longinquae fornacis cuniculo, *i. longae.* Homo longinquus et alienigena Cic. pro Deiot. c. 3. Itinera longinqua acturi Sarmatae, *etc.* Plin. 8, 42. Id. 9, 17 Longinqua linea per os ad branchias religata. Montes longinquos reſpicit, *i. Remotos.* Id. Epiſt. 2, 17. Liu. 1, 31 Donec ipſe quoque longinquo morbo eſt implicitus. *Brouckhuſ. ad* Prop. 1, 6, 27 *plura exempla dedit.* Noctibus longinquis per hiemem Gell. Praef. p. 3. Oppugnatio Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 80. *i. diutina.* Ouid. Triſt. 3, 1, 26 Longinquo referam laſſus ab orbe pedem. Prouinciae Tacit. H. 1, 76. Spes non longinqua Stat. Silu. 2, 1, 52. Sermo longinquus: *cui* Breuis *opponitur* Plaut. Milit. 4, 2, 29. Tempus Nep. 2, 4, 4 *i. diuturnum.* Vetuſtas Virg. Aen. 3, 415. Vita Plaut. Milit. 3, 1, 133. Plin. 10, 42 Minor nobilitas, quia non ex longinquo venit: ſed expreſſior loquacitas certo generi picarum eſt. Id. 7, 52 Reperimus inter exempla, Hermotini Clazomenii animam relicto corpore errare ſolitam, vagamque e longinquo multa annuntiare, quae niſi a praeſenti noſci non poſſent. Longinquum amanti iſtuc: *h. e. Diuturnum nimis et faſtidioſum* Plaut. Merc. 5, 2, 55. Loqui longinquum, *h. e. Diutius.* Id. ibid. 3, 4, 23. In longinquo abſens Paullus in l. Quum ſeruus. in principio D. de leg. 1. Longinqui, *Qui longe habitant.* Cic. Fam. 15, 17 Non dubito quin praeſentes cenſeant: nos quidem longinqui, et a te ipſo miſſi in vltimas gentes. *Add.* Id. pro Deiot. c. 3.

LONGINQVE. Adu. *pro Longe.* Accius Andromache, *apud* Non. 11, 49 Haec malos annos multosque longinque a domo bellum gerentes, *etc.* *Compar.* Gell. 1, 22 Superſit dixit pro longinquius diutiusque adſit.

LONGINQVĬTAS, ātis. f. *Ipſa diſtantia locorum et temporum.* Cic. Fam. 2, 8 Propter longinquitatem et propter latrocinia tardiſſime omnia perferuntur. Locorum nimia longinquitate commoueri Idem pro Lege Manil. 23 c. 9. *de tempore dicitur.* Nauigandi longinquitas Plin. 31, 6. Eſt tarda quidem illa medicina, ſed tamen magna, quam affert Longinquitas et dies Cic. Tuſc. 3 c. 16. Aetatis Ter. Hec. 4, 2, 20. Nihil eſt, quod longinquitas Temporis efficere non poſſit Cic. de Divin. 1 c. 7. *Add.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 29. Cic. de Fin. 2, 188. Qui autem voluptate vitam effici beatam putabit, quî ſibi is conueniet, ſi negabit voluptatem creſcere longinquitate? Idem Tuſc. 5, 117. *Pro Longitudine poſuit* Gell. 1, 1 Quanta longinquitas corporis ei menſurae conueniret.

LONGINQVO, āre. Claud. Mamert. 1, 1 Deum a ſe longinquare. *Adde* Tertull. de Pudicit. c. 5.

LONGĬTER, *pro Longe,* Adu. *antiq.* Lucil. Non (vt opinor) id a lecto iam longiter acti. *Ex* Nonio 11, 49. *Vſus eſt et* Lucretius 5, 133 *et* 3, 682.

LONGITRORSVS. Adu. Feſtus, Longitrorſus ſic dicitur, ſicut Dextrorſus, Siniſtrorſus.

LONGITVRNVS, a, um. Vulg. Baruch. 4, 35.

LONGO, āre. Fortunat. Tempore longatur, ſed variatur amor.

LONGISCO, ĕre. [μακρύνομαι] *Longum fieri, vel Frangere.* Ennius 17 — neque corpora firma Longiſcunt quidquam. Idem, Cum ſola eſt eadem faciunt longiſcere longe Nonius 2, 506.

LONGVRIO, ōnis. m. [ἐπιμήκης] *i. Longus homo.* Varro Triphalo, *apud* Non. 2, 484 Ego nihil narro, adeo hic ita curat, qui ante me eſt neſcio qui longùrio. *Antiquum.*

LONGVRIVS, i. m. [κάμαξ] *Pertica longior, quae ſepibus hortorum vel etiam bellicis traiici ſolebat ad eas confirmandas.* Varro de R. R. 2, 7 Itaque in ſtabulis ab humore prohibere oportet humum, clauſa habere oſtia ac feneſtras, et inter ſingulas a praeſepibus interiicere longurios, qui eas diſcernant, ne inter ſe pugnare poſſint. Caeſ. Bell. Gall. 7, 84 A caſtris longurios, muſculos, falces, reliquaque, quae eruptionis cauſa parauerat, profert. Ibid. 4, 17 Haec directa materia iniecta contexebantur, ac longuriis, cratibusque conſternebantur. *Conf.* Id. Bell. Ciu. 2, 11.

LONGAEVVS, a, um. Adi. [μακραίων, δηναιός, μακρόβιος] *Quod eſt longi aeui. De huius vocis ſignificatione diſputatio eſt apud* Gell. 2, 16. *ad illud* Virg. Aen. 6, 764 Quem tibi longaeuo ſerum Lauinia coniunx Educet ſiluis. *Nempe Siluius, de quo iſta Poëta,* poſtuma proles *paullo ante vocatur; itaque* Apollinaris Sulpicius Longaeuum *interpretari* malebat *de* immortali et in longum aeuum et perpetuum iam recepto. *Sed locus longior eſt. Vid.* POSTVMVS. Sacra Longaeuum in ſede locauit Virg. Aen. 2, 525. Cunctantem Longaeua manu deducit Ouid. Met. 10, 462. *i. anus.* Longaeua Aetas Cic. de Sen. c. 19 *ſec. Calep. ſed al. rectius leg.* longa. Caput Propert. 4, 1, 52. Martial. 14, 27 Si mutare paras longaeuos cana capillos: Accipe Mattiacas, quo tibi calua? pilas. Noualia Valer. Flacc. 6, 118 *ſed reſtit. Heinſ.* Lagea. Nutrix Ouid. Epiſt. 1, 103. Parens Virgil. Aen. 3, 169. Senecta Propert. 2, 13, 47. Senes Virg. Aen. 5, 715. Vetuſtas Martial. 1, 5.

LONGAEVĬTAS, ātis. f. Macrob. Saturn. 7, 5 Nam non minus edacitatis habent, quam de longaeuitate eorum opinio fabulatur. *De coruis et cornicibus loquitur. Add. ib.* c. 10.

LONGANĬMVS, a, um. Adi. *Tardus ad iram, remiſſior in vlciſcendo. Vox frequens apud* Theologos, *vid.* Iſidor. 10. lit. L. *vbi* Longanimis, e, *exſtat.*

LONGANIMĬTAS, ātis. f. [μακροθυμία] *Eiusdem cenſurae apud Theologos.*

LONGANIMĬTER. Adu. Fulgent. Epiſt. ad Venant. Preſſuras longanimiter tolerare.

LONGIFLVVS, a, um. Tractus Eugen. Toletan. Carm. 25.

LONGILOQVIVM, i. n. Interpres Irenaei.

LŎPAS, ădis. f. [λοπὰς] *Genus conchae marinae. Eadem* Lepas *Gr.* λεπὰς, *ſolentque a librariis permutari, vt obſeruat Voſſ. Etymol.* Plaut. Rud. 2, 1, 8 Habemus echinos, lopadas, oſtreas, balanos captamus, conchas, marinam vrticam, *vid.* Non. 17, 9.

L O Q

LOQVOR, lŏqui. Dep. [λαλέω, αὐδάω, μυθέω, φθέγγομαι] *Proprium ſermonis humani verbum.* Varr. de L. L. 5, 7 p. 55, 10 Loqui ab loco dictum: quod qui primo dicitur fari, et vocabula, et reliqua verba dicit ante quam ſuo quisque loco ea dicere poteſt. *Et paullo poſt.* Igitur is loquitur, qui ſuo loco quodque verbum ſciens ponit. Loquere, vt te videam Socrates: *vid.* Apul. Flor. 1. Plus ſcire ſatius eſt, quam loqui ſeruum hominem, ea ſapientia eſt Plaut. Epid. 1, 1, 57. Loqui *aliquando Dicere ſignificat.* Cic. Fam. 9, 22 Quum loquimur terni, nihil flagitii dicimus. Plaut. Men. 2, 2, 47 Quas mulieres quos tu paraſitos loquere? *Add.* Id. ibid. 5, 9, 7. Petron. c. 117. *vbi Conf. Burm. it. Liuinei ad* Plin. Paneg. 7, 11. *et ad* Nep. 22, 3, 2. Accuratius loqui Quinct. 3, 2. Cic. in Parad. 5, 2 Loquitur ad voluntatem: quidquid denuntiatum ſit, facit: adſentatur, aſſidet, muneratur. Idem de Amicit. 91 Quamuis multis nominibus eſt hoc vitium notandum leuium hominum atque fallacium, ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem. *Etiam* Cic. pro Quint. 93 c. 30 Fatetur ſe non belle dicere, non ad voluptatem loqui poſſe. *Legitur in emendatioribus codicibus,* Voluntatem. Ter. Andr. 1, 2, 31 Ita aperte ipſam rem modo locutus, nihil circuitione vſus es. Cic. de Fin. 3, 9 Saepiusque iſta loquemur inter nos, agemusque communiter. Id. ibid. 2, 74. Mene ergo et Triarium dignum exiſtimas, apud quos turpiter loquare? Idem Att. 2, 22 Sed poſtea tamen ille non deſtitit de nobis aſperrime loqui. Audita ſit mihi fas loqui Virg. Aen. 6, 266. Caetera mitte loqui Hor. Epod. 13, 10. Citra reprehenſionem loqui Quinct. 1, 5. Commode, *vid.* COMMODVS. Commodum Plaut. Trinum. 5, 2, 12. Comprehenſe, *vid. ſub* COMPREHENDO. Id. Amph. 2, 2, 206 Quae non deliquit, decet audacem eſſe, et confidenter pro ſe, et proterue loqui. Confuſe, Conuenienter, *vid. hh. vv.* Cic. Fam. 1, 2 Ita ſum cum illo locutus, vt mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere. Idem ibid. 8, 11 Cum Curione vehementer loquutus eſt. Cum deo Sen. Ep. 10. *i. preces fundere.* Crates adoleſcentulo dicenti, mecum loquor, caue, inquit, ne Cum homine malo loquaris Id. ibid. . . Cic. Att. 9, 11 Illud me praeclare admones, quum illum videro, ne nimis indulgenter, et vt cum grauitate potius loquar. Id. ibid. 10, 4 De ea re nos inter nos locutos. Id. de Amicit. 17 Nulla videbatur aptior perſona, quae de illa aetate loqueretur, quam eius, qui, *etc.* De magnis rebus Lucret. 4, 1012. Deliramenta Plaut. Amph. 2, 2, 64. Dilucide Cic. de Orat. 1 c. 32. Dulce Hor. Epiſt. 1, 7, 27. Efficaciter minus Quinct. 5, 13. Emendate Id. 1, 5. Caeſ. Bell. Civil. 3, 15 Loquuntur ambo ex nauibus cum M. Acilio et Statio Murco legatis. Facta, infecta Stat. Theb. 3, 430. Falſa Ouid. Ep. 14, 45. Familiariter cum aliquo Plaut. Aulul. 2, 1, 15. Ficta Ouid. Met. 1, 771. Fronte porrectiore, *h. e. Audacter.* Plaut. Caſin. 2, 4, 3. Furtim aliquid Ouid. Epiſt. 17, 261. Haud ignota loquor Virg. Aen. 2, 91. Hoc cum palam decumani tota prouincia loquerentur Cicero Verr. 3, 113. Impenſius loqui Senec. de Benefic. 2, 24. Impune, *vid. in dictione* Abditum, *in* ABDO. In eandem ſententiam, *h. e. Eiusdem eſſe ſententiae.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 1 In eandem ſententiam loquitur Scipio, Pompeio eſſe in animo Reip. non deeſſe, ſi Senatus ſequatur. Cic. Verr. 1, 68 Haec quum omnes ſentirent, et quum in eam rationem pro ſuo quisque ſenſu, ac dolore loqueretur, omnes, *etc.* Inconſtanter, *vid.* INCONSTANS. Inductum et quaſi deuium, *vid.* INDVCO. Cic. Att. 5, 1 Ex quo ego veni ad ea, quae fueramus ego et tu inter nos de ſorore in Tuſculano locuti, *vid.* INTER. Lapides loqueris Plaut. Aulul. 2, 1, 30. *Et apud* Martial. 5, 42 Theatra loqueris, et gradus, et edicta. Cic. Verr. 3, 164 Latine me ſcitote, non accuſatorie loqui. Latine, *et* Grammatice loqui, *differunt.* Quinct. 1, 6 Mihi non inuenuſte dici videtur, aliud eſſe Latine, aliud Grammatice loqui. Plaut. Mil. 4, 2, 11 Quia enim loquitur laute, et minime ſordide Id. ibid. 3, 1, 21 Quis homo ſit magis meus, quam tu es? PL. loquere lepide et commode. Libere loqui, *vid.* LIBER. Plaut. Truc. 2, 1, 16 Male corde conſultare, bene loqui lingua. Longinquum loqui, *vid.* LONGVS. Magnifice, *vid.* MAGNVS. Magnifice magna Tibul. 2, 6, 11. Magnum loqui, nitique cothurno Hor. de Arte Poët. 280. Male loqui abſenti: *i. Detrahere abſenti.* Ter. Phorm. 2, 3, 25. Pergin' hero abſenti male loqui, impuriſſime? *vid.* MALVS. *Cum Accuſ.* Omnes qui libere fabulas conſerebant, male Pertinacem loquebantur Capitolin. Pert. 13. Male loqui mandata Horat. de Arte Poët. 104. Plin. Epiſt. 4, 2 *pr.* Commendabat actionem, quod tanquam homo Romanus, et bonus ciuis in negotio ſuo mature et grauiter loquebatur. Mente ſimulata loqui Virg. Aen. 4, 105. Mirabiliter de te loquuntur et ſentiunt Cic. Fam. 4, 13. Quinct. 4, 2 Serui noſtri de peccatis ſuis mollius loquuntur. Monſtra ac portenta loqui Lucret. 4, 594. Non eſt quod multa loquamur Hor. Epiſt. 2, 1, 30. Nec recte loqui, *eſt Maledicere.* Plaut. Bacch. 4, 4, 83 Chryſalus mihi vsque quaque loquitur, nec recte pater. *Sic,* Nec recte dicere, *vſurpatur in* Aſinaria. *Turnebus.* Nomen tuum loquere mihi, *h. e. Dic, effer* Plaut. Men. 5, 9, 7. Optata loqui, *vid.* OPTO. Ore rotundo loqui Hor. de Arte Poët. 324. Omnes ſimul vno ore loquuntur Ouid. Met. 12, 241. Plin. de Viris illuſt. c. 76 *pr.* Mithridates rex Ponti, oriundus a ſeptem Perſis, magna vi animi et corporis, vt ſex iuges equos regeret, duarum et viginti gentium ore loqueretur. Quo muto nititur loqui Ouid. Faſt. 2, 614. Otioſe loqui, *vid.* OTIVM. Ter. Heaut. 4, 6, 24 Quod imperabit facito loquitor paucula. Plaut. Amph. 2, 1, 31 Satin' hoc plane, ſatin' diſerte here nunc videor tibi loquutus eſſe? Praelia loqui Hor. Carm. 4, 15, 1. Cic. Fam. 8, 6 Pro Caeſare loqui coepit. Pro re pauca loquar Virg. Aen. 4, 337. Rancidulum quiddam balba de nare locutus Perſ. 1, 33. Rem Plaut. Epidic. 2, 2, 101. *i. verum dicere, non nugari.* Rem aliquam loqui, *pro De aliqua re* Senec. Epiſt. 91. Virg. Ecl. 6, 74 Quid loquar? aut Scyllam Niſi, *etc.* Secreto loqui cum aliquo Horat. Serm. 1, 9, 67. Plaut. Moſtel. 2, 2, 80 Quid tute tecum loquere? Cic. pro Quint. 53 Ne haec quidem tecum loquutus es. Securius inter coenam loqui de aliquo Quinctil. 6, 3. Submiſſe Idem 6, 5. Superba Propert. 1, 10, 22. Tacenda Ouid. A. A. 2, 604. Verba fortia Id. ad Liu. 10. Verba loquor ſocianda chordis Hor. Carm. 4, 9, 4. Vitioſe loqui Quinct. 1, 6. Voce ſupplice Ouid. ex Pont. 4, 6, 10. Vulgo cum loquerentur, ſuppoſitum in eius locum, quem pro illo probare velles Cic. Verr. 5, 74. Orſa loqui vates Virg. Aen. 6, 125. ¶ 2 *Obſeruationes.* *Differunt* loqui *et* dicere. Cic. in Brut. Scipio collega meus mihi ſane bene et loqui videtur et dicere. *Hic docet* Loqui *et* Dicere *non idem eſſe. Nam diſputandi ratio et loquendi, Dialecticorum eſt: Oratorum autem, dicendi et ornandi.* Cic. in Orat. 309 *de Rhetorica et Dialectica verba faciens:* Vt hoc videlicet differant inter ſe, quod haec ratio dicendi latior ſit, illa loquendi contractior. *Senſus eſt: Ratio dicendi, quae Rhetorica eſt, late copioſeque diſſerit: ratio, vero loquendi ſeu diſputandi, breuiter contracteque rem agit. haec autem eſt Dialectica. Paullo ante dixerat,* Aliud videtur oratio eſſe, aliud diſputatio: nec idem loqui eſſe, quod dicere: attamen vtrumque in diſſerendo. Diſputandi et loquendi ratio, Dialecticorum eſt, Oratorum autem dicendi et ornandi. *Senſus eſt: Loqui eſt, quomodocunque verba facere: Dicere vero, polite et ornate. Sed tamen vtrumque, ſiue quis oratione vtatur, ſiue diſputatione, ſiue loquatur, ſiue dicat, in diſſerendo verſatur, Eſt enim Diſſerere, verbum commune, tam ad Rhetores quam ad Dialecticos pertinens. Nam Dialectica, Ratio diſſerendi Latine vocatur: et qui dicendo valent, Diſerti appellantur.* Loquier, *pro* Loqui *affertur ex* Cic. Att. 12, 32 *pr.* Publia ad me ſcripſit, matrem ſuam cum Publilio loquier, ad me cum illo venturam, et ſe vna ſi ego paterer. *Sed fluctuat lectio: Graeu.* loqui retur. Loqui *dicuntur etiam non homines, ea nempe, e quibus aliquid intelligitur.* Cic. pro Domo 86 Vt annales Populi Rom. et monimenta vetuſtatis loquuntur, *h. e. Referunt, commemorant.* Id. Acad. 4, 5 Ego autem quum Graecas literas M. Catonem in ſenectute didiciſſe acceperim: P. autem Africani hiſtoriae loquantur in legatione illa nobili, *etc.* Cic. Att. 3 Pluribus verbis tecum agerem, niſi pro me apud te res ipſa loqueretur. *Apertiſſima eſſet et ſermone non egeret. Add.* Id. pro Mil. c. 20. Concluſio ipſa loquitur nihil percipi poſſe Cic. Acad. 4, 67. Loquitur fama Martial. 1, 1. Digiti cum voce locuti Tibul. 3, 4, 41. Haec quidem mera ſcelera loquuntur Cic. Att. 9, 14. Loquendi, loquendo, loquendum. [τοῦ φθέγγεσθαι] Complexus, ſeriesque loquendi Quinct. 1, 5. Finem dedit ore loquendi Virg. Aen. 6, 76. Forma loquendi Quinct. 1, 6. Lex, et obſeruatio loquendi Id. 1, 6. Ratio loquendi Id. 1, 6 *et* 4, 2. Studium immane loquendi Ouid. Met. 5, 678. Vices loquendi Id. ex Pont. 2, 10, 35. Vires loquendi habere Id. Faſt. 2, 797. Vſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſeruaui Cic. in Orat. 160. Valet loquendo Ouid. Met. 13, 12. Conſumere tempora loquendo Id. Triſt. 5, 13, 27. ¶ 3 Loqui *paſſiue.* Cael. ad Cic. 8, 8 Magna illico fama ſurrexit et de damnatione feruenter loqui eſt coeptum. *Sed quod laudant ex* Varron. L. L. 1 *pr. non inueniebam.*

LOQVENDVS. Partic. [μυθητέος] Martial. 5, 26 Quem chartis famaeque damus populisque loquendum. Nunquam ſine laude Loquendus Sidon. Paneg. Anthemii v. 192.

LOQVENS, entis. Partic. [φθεγγόμενος] Cic. de Legib. 3, 2 c. 1 Vereque dici poteſt, magiſtratum, legem eſſe loquentem: legem autem, mutum magiſtratum. Plaut. Rud. 4, 4, 70 Eo tacent, quod tacita bona eſt mulier ſemper, quam loquens. Quam muſa loquentibus Annis Battiadae veteris mirando tradidit aeuo Petron. c. 135. Graeca Lingua loquens Nep. 1, 3, 2 *et* 10, 1, 5. Omnia magna loquens Hor. Serm. 1, 3, 13. Id. ibid. 1, 4, 18 Dî bene fecerunt, inopis me, quodque puſilli Finxerunt animi, raro et perpauca loquentis. Verba violenta loquens Ouid. Met. 3, 717. Voce furtiua loquens Catul. ad Ianuam 65, 41. Inducere aliquem loquentem, *vid.* INDVCO. Chordae loquentes Lucret. 4, 978. Lex loquens Cic. de Legib. 3, 2 c. 1. Supercilio paene loquente ſigna dare Ouid. Epiſt. 17, 82. Verba ſuperciliis ſine voce loquentia dicam Ouid. Amor. 1, 4, 19.

LOQVENTIA, ae. f. [λαλία] *Quod frequentius tamen etiam ſeparatim non inauditum eſt. Certe in compoſitione vſurpatur, vt* Breuiloquentia, Multiloquentia, Blandiloquentia. Valerius Probus Grammaticus illuſtris, *apud* Gell. 1, 15 illud Salluſtianum Catil. 5, 4 Satis eloquentiae ſapientiae parum, ſic legere coepit, (*ſic legendum,*) et ſic ab eo relictum affirmauit, Satis loquentiae, ſapientiae parum. quod Loquentia nouatori verborum Salluſtio maxime congrueret, eloquentia cum inſipientia minime conueniret. *Edidit etiam* Loquentiae *ex vno alteroque MS. Cortius.* Plin. Epiſt. 5, 20 Itaque Iulius Candidus non inuenuſte ſolet dicere, aliud eſſe eloquentiam, aliud loquentiam. Nam eloquentia vix vni aut alteri, immo ſi M. Antonio credimus, nemini; haec vero quam Candidus loquentiam appellat, multis atque etiam impudentiſſimo cuique maxime contingit.

LOCVTVS, *ſiue* LOQVVTVS, a, um. Partic. [φθεγξάμενος] Dicenda, tacenda locutus Hor. Epiſt. 1, 7, 72. Sibi commiſſos fibra locuta Deos Prop. 4, 1, 100. Lingua pariter locutus omni Martial. 8, 2. Mirifice ſperabat ſe eſſe locutum Catull. de Ario 82, 3. Lingua titubante furtim locutus Ouid. Triſt. 3, 1, 21. Ore ſic locuta eſt Virg. Aen. 1, 618. Ore blando locutus Valer. Argun. 8, 36. Voce demiſſa locuta eſt Virg. Aen. 3, 320. Voce triſti locutus Ouid. Met. 7, 517. *Add.* Enn. *ap.* Gell. 12, 4.

LOCVTVS, ûs. m. Apul. Florid. 2 *ſub fin.* Paſſis verſibus, ſoluto locutu, libera oratione.

LOCŬTIO, *ſiue* LOQVVTIO, ōnis. f. [φράσις] *Sermo, tota ratio loquendi, vel ſcribendi.* Cic. Offic. 1, 146 Ex moeſtitia, ex hilaritate, ex riſu, ex locutione. Idem de Clar. Orat. 258 c. 74 Solum quidem, inquit ille, et quaſi fundamentum oratoris vides locutionem emendatam et Latinam. Quinct. 1, 10 Quid enim tam neceſſarium, quam certa locutio? Neu diu taceat procax Feſcennina locutio Catull. 62, 127. Graeca Cic. de Cl. Orat. 259 c. 74. Procax locutio Catul. in Epithal. Iul. 59, 127. Recta locutio Quinctil. 1. 6.

LOCVTŎR, *ſiue* LOQVVTOR, ōris. m. [λάλος] *Qui nimium loquitur.* Gell. 1, 15 Qui ſunt leues et futiles et importuni loquutores. *Add.* Auguſtin. Conf. 1, 18.

LOCVTVLEIVS, i. m. [ἀθυρόγλωσσος] *Linguax, lingua prodigus et infrenis.* Gellius 1, 15 Neque minus inſigniter veteres quoque noſtri hoc genus homines in verba proiectos, locutuleios, et blaterones, et linguaces dixerunt. *Conf. Caſaub. ad Theophraſt.* περὶ λαλιᾶς.

LOCVTVLĒVS, a, um. Adi. Alcimus 5, 148 Sueta locutuleis fundet ſuccumbere ranis.

LOCVTIVS, i. m. *Deus apud Romanos, vid.* AIVS.

LOQVITOR, āri. Frequent. Deponens. [λαλέω] Plaut. Bacch. 4, 7, 5 Eho tu loquitatusne es gnato meo male per ſermonem, quia mihi id aurum reddidit? *Et* Apul. in Florid. 2 p. 352 *Elmenhorſt.* Hoc erat primum ſapientiae rudimentum meditari, condiſcere, loquitari, dedicere.

LOQVAX, ācis. Adi. [λάλος] loquacior, loquaciſſimus. *Verboſus, garrulus.* Cic. in Parad. 5, 3 Adoleſcentibus paullo loquacioribus eſt ſeruiendum. Loquax *et* Mutus, *contraria.* Cic. de Orat. 2, 160 Iſtam autem totam dimittamus, quae in excogitandis argumentis muta nimium eſt, in iudicandis nimium loquax. *De Dialectica.* Nutu, manibusque loquax Claud. Conſ. Mall. Theod. 313. Auis Ouid. Triſt. 3, 12, 8. Epiſtola, *i. Verboſior et longior* Cic. Att. 4, 19 (14) Fama Ouid. Met. 9, 157. Lymphae Hor. Carm. 3, 13, 15. Nutus Tibul. 1, 2, 21. Oculi Id. 2, 6, 43. Ranae Virg. Georg. 3, 431. Senectus natura loquacior Cic. de Seneƈt. 55 c. 16. Vultus loquax Ouid. Amor. 1, 4, 17. *Superl.* Vnus omnium loquaciſſimus et minime aptus ad docendum Cic. Att. 8, 4.

LOQVACŬLVS, a, um. Adi. [λαλίσκος] Lucret. 4, 1158 At flagrans odioſa, loquacula, *etc.*

LOQVACĬTAS, ātis. f. [ἀδολεσχία, λαλογία] *Stulta et inanis, certe nimia copia loquendi.* Cic. Att. 7, 13 Loquacitati ignoſces, quae et me leuat ad te quidem ſcribentem, et elicit tuas literas. *Add. ib.* 6, 4. Idem de Orat. 1, 105 Gerendus eſt tibi mos adoleſcentibus Craſſe, qui non Graeci alicuius quotidianam loquacitatem ſine vſu, neque ex ſcholis cantilenam requirunt, Conterrere loquacitatem vultu, *vid.* CONTERREO. Inhibere loquacitatem immodicam Plin. 28, 8. *Pro Facundia poſuit* Sidon. Carm. 14

Eia Calliope, nitente palma,
Da ſacri laticis loquacitatem,
Quem fodit pede Pegaſus volanti.

LOQVACĬTĔR. Adu. [πολυλόγως] Cic. pro Muraen. 26 c. 12 Quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderet ille, vnde petebatur, non habebat. Scribetur tibi forma loquaciter Hor. Epiſt. 1, 16, 4. Dum Loquacius vos fatigo Paullin. Nol. Epiſt. 39. *ad* Aprum. c. 8.

LOQVACĬTO, āre. *Garrire. apud* Hieron.

LOQVĒLA, ae. f. [λέσχη, λαλιὰ] Cic. de Fin. 4, 68 c. 25 Ex ea difficultate illae fallacis loquelae, vt ait Accius, malitiae natae ſunt. *Quaedam exemplaria legunt* Fallaci loquentiae: *et ſic* Non. 2, 354. *Al. leg.* fallaciloquae. Blanda atque infracta nutricis loquela Lucret. 5, 231. Commodare loquelam, *vid.* COMMODO. Fundere ſuaues ex ore loquelas Lucret. 1, 40. *Add.* Virg. Aen. 5, 842. Gaudet Venus verboſa loquela Catul. in Camerium, 53 (56) 30.

LOQVELARIS, e. Iſidor. 1, 12 Praepoſitiones loquelares dicuntur, quia loquelis, id eſt verbis ſemper cohaerent, nec aliquid valent ſolae poſitae. *Conf.* Feſt. *in* Am. Val. Probus l. 1 p. 1427.

L O R

LORA, *vel* LVRA, ae. f. *Vter eſt.* Auſonius Odyſſ. Perioch. 10 Sociique eius opes aliquas in lora eſſe exiſtimantes. *Quo verbo quidam offenſi*, In ſcorto, *ſubiiciunt: ſed hanc dictionem retinendam eſſe Turnebus probat* 10, 11. *Ac videtur iſta* Lora *cum* loro *et* loris *habere aliquam cognationem, corii nempe, vnde vtraque fiunt, atque appellationis ſola terminatione diſtantis. Sic* Iuuen. 5, 165 *Bulla illa ſcortea puerorum vocatur* ſignum de paupere loro.

LŎRA, ae. f [δευτερίας οἶνος] *Vinum ſecundarium.* Varro de R. R. 1, 54, 3 Quum deſiit ſub prelo fluere, quidam circumcidunt extrema, et rurſus premunt: et rurſus, quum expreſſum, circumciſum appellant: ac ſeorſum, quod expreſſum eſt, ſeruant: quod reſipit ferrum, expreſſi acinorum folliculi, in dolia coniiciuntur, eoque aqua additur: ea vocatur lora, quod lota acina, ac pro vino operariis datur hieme. *Add.* Columel. 12, 40. Plin. 14, 10 Non poſſunt iure dici vina, quae Graeci deuterias appellant, Cato et nos loram, maceratis aqua vinaceis. Sed tamen inter vina operaria numerantur. Tria eorum genera: decima parte aquae addita quae muſti expreſſa ſit, et illa nocte et die madefactis vinaceis, rurſusque prelo ſubiectis. Alterum quomodo Graeci factitauere, tertia parte eius quod expreſſum ſit addita aquae, expreſſoque decocto ad tertias partes. Tertium eſt faecibus vini expreſſum: quod faecatum Cato appellat. Nulli ex his plus quam anno vſus. Non. 17, 13 *citat* Varronem de Vita Pop. Rom. Antiquae mulieres maiores natu bibebant loram, aut ſapam, aut defrutum, aut paſſum, quam murrhinam quidam Plautum appellare putat.

LOREA *a* Catone *vocatur* de R. R. c. 25 Indidem ſi voles, lauito paullulum, et lorea erit familiae, quod bibat. *Add. Iuuenal.* 5, 165.

LORAMENTVM, LORARIVS, LOREVS, *vid.* LORVM.

LORĪCA, ae. f. [θώραξ] *a Loro; dicitur Munimentum corporis, coriaceum initio ſ. e loris.* Liu. 5, 38. *extr.* Multosque imperitos nandi, aut inualidos graues loricis, aliisque tegminibus hauſere gurgites. Cic. pro Muraen. 52 Deſcendi in campum cum firmiſſimo praeſidio fortiſſimorum virorum; et cum illa lata inſignique lorica, non quae me tegeret; etenim ſciebam Catilinam non latus aut ventrem, ſed caput et collum ſolere petere. Ouid. Met. 3, 63 Loricaeque modo ſquamis defenſus, et atrae Duritia pellis, validos cute reppulit ictus. Aeneae loricae et galeae Cic. Verr. 4, 97. Nec duplici ſquama lorica Fidelis et auro Virg. Aen. 9, 707. *Add. ib.* 10, 485. Conſerta hamis Virg. Aen. 3, 467. Linteae Suet. Galb. 19, *vid. ibi Torrent. et Caſaub. Add.* Nepot. 11, 1, 4. Rigens ex aere Virg. Aen. 8, 621. Triplex auro Virg. Aen. 5, 259. Ambulare cum lorica Cic. pro Flacc. 41 c. 17. Caelare loricas opere Corinthio, *vid.* OPVS. Nec enim loricam Poſcit Achillis Therſites Iuuenal. 11, 30. Virg. Aen. 12, 88 Auro ſquallentem, alboque orichalco Circumdat humeris loricam. ¶ 2 Lorica, *Pars eſt murorum et ſtructurarum, qua illae muniuntur a ſtillicidio* Vitruu. 2, 8 *de lateritiis parietibus*, Quum enim in tecto tegulae fuerint fractae, aut ventis deiectae, qua poſſit ex imbribus aqua perpluere, non patietur lorica teſtacea laedi laterem, ſed proiectura coronarum reiiciet extra perpendiculum ſtillas. *Loricam appellat Coronarum proiecturam, quae fit in parietibus eiuſcemodi. Add.* Id. 7, 1. *Sic* Plin. 30, 10 ſ. 27 Loricas oſtiorum et feneſtrarum *memorat, in quibus cubilia ponant ſtelliones. Sed* ¶ 3 Curt. 9, 4. *extr.* Anguſta muri corona erat non pinnae, ſicut alibi, faſtigium eius diſtinxerant: ſed perpetua lorica obducta tranſitum ſepſerat. Itaque Rex haerebat magis, quam ſtabat in margine, clypeo vndique incidentia tela propulſans. *Hic* lorica *videtur tenuis murus ad pectoris altitudinem in ipſis moenibus ſ. craſſioribus muris excitatus poſt quem tutius ſtant propugnatores. De hoc* Caeſ. B. Gall. 5, 39 Turres contabulantur, pinnae loricaeque ex cratibus attexuntur, *vid. Lipſ.* Poliorcet. 2, 2. *Stewech. ad* Veget. p. 275. ¶ 4 *In pauimentis etiam ruderatis et parietibus* Lorica *appellatur vel* LORICATIO *Corium e marmore tuſo cum calce et arena.* Vitruu. 7, 1 Itaque ſi neceſſitas coëgerit, vt minime vitioſa fiant, ſic erit faciendum. Quum coaxatum fuerit, inſuper altera coaxatio tranſuerſa ſternatur: clauisque fixa, duplicem praebeat contignationi loricationem. Deinde ruderi nouo tertia pars teſtae tuſae admiſceatur. *De hac re* Varr. de R. R. 1, 57 Parietes et ſolum opere tectorio marmorato loricandi.

LORICŬLA, ae. f. Dimin. *in re militari ſignificat* Munimentum, quod obſeſſores vrbium conſtruunt: nam vltra iactum teli foſſam faciunt: eamque vallo, ſudibus, et turriculis inſtruunt: vt erumpentibus e ciuitate poſſint obſiſtere: quod opus loriculam vocant, et ſaepe, cum obſidio deſcribitur inuenitur in hiſtoriis, loricula vrbem eſſe circumdatam. *Haec* Vegetius de Re Milit. 4, 28. Caeſ. Bell. Gall. 8, 9 Haec (*caſtra*) imperat vallo XII pedum muniri, coronisque pro hac ratione eius altitudinis inaedificari, foſſam duplicem, pedum quinûm denûm lateribus directis deprimi, turres crebras excitari in altitudinem trium tabulatorum pontibus traiectis, conſtratisque coniungi, quorum frontes viminea loricula munirentur, vt hoſtis a duplici propugnatorum ordine depelleretur.

LORĪCO, āre. [θωρακίζω] *Loricam inducere, ſ. corium ex quarta nominis ſignificatione.* Plin. 8, 24 ſ. 30. *de ichneumone*, Mergit ſe limo ſaepius, ſiccatque ſole. Mox vbi pluribus eodem modo ſe coriis loricauit, in dimicationem pergit. *Sic* Solum *et* Parietes loricare, *i. Calce obducere* Varr. R. R. 1, 57.

LORICĀTVS, a, um. Partic. [θωρακωτὸν ἄγαλμα] Liu. 23, 19 Statua eius indicio fuit Praeneſte in foro ſtatuta, loricata, amicta toga, velato capite, *etc.* Liu. 35, 48. *pr.* Partim loricatos, quos cataphractos vocant, partim ſagittis ex equo vtentes. *Conf.* Hirt. de B. Hiſp. c. 4.

LORICATIO, ōnis. f. *Actus, quo lorica ſeu incruſtatio aedificio inducitur.* Vitruu. 7, 1 Coaſſatio clauis fixa praebeat contignationi loricationem. *Conf.* l. 79. fin. ff. de Verb. ſignif. *vbi* Incruſtationes, loricationes, picturae *ad* voluptuarias impenſas *referuntur.*

LORICARIVS, i. m. Gloſſ. Gr. Lat. θωρακοποιός, loricarius.

LORICĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. Eadem Gloſſ. θωρακοφόρος, loricifer.

LORĬPES, ĕdis. [ἱμαντόπους] *Qui pedem in modum lori tortum habet.* Iuuen. Sat. 2, 23 Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus. Plaut. Poenul. 3, 1, 7 Nequidquam hos patronos mihi elegi, loripedes, tardiſſimos. Nec Praetextatum rapuit Nero loripedem Iuuen. Sat. 10, 308.

LŌRVM, i. n. [ἱμὰς, βοεὺς, ῥυτὴρ] *Graeca dictio,* λῶρον, *Latine Corrigia dicitur. Saepe ponitur pro habenis. v. g.* Ouid. Met. 2, 315 Colla iugo erumpunt, abruptaque lora relinquunt. *Al.* Excutiunt. Fluitantia lora Ouid. de Arte Am. 2, 433. *i. Laxae et ſolutae habenae.* Rubra Catull. ad Varum 20, 7. Virg. Aen. 5, 146 Nec ſic immiſſis aurigae vndantia lora Concuſſere iugis, *h. e. Valde effuſa et laxa.* Concute lora per admiſſas iubas Ouid. Amor. 2, 16, 49. Corripe lora manu Ouid. Met. 2, 145. Virg. Georg. 3, 107 Illi inſtant verbere torto, Et proni dant lora: volat vi feruidus axis. Virg. Aen. 1, 481 Fertur equis, curruque haeret reſupinus inani Lora tenens tamen. ¶ 2 Lorum, *Quodcunque corium in longitudinem ſectum.* Hor. Carm. 3, 5, 35 Senſit lora reſtrictis lacertis. Gell. 5, 14 Poſtea, inquit, videbamus Androclum et leonem loro tenui reuinctum. Cic. de Aruſp. Reſp. 23 Puer ille patrimus et matrimus ſi terram non tenuit, aut thenſam, aut lorum omiſit. Ouid. de Arte Am. 1, 41 Dum licet, et loris paſſim potes ire ſolutis, Elige cui dicas, tu mihi ſola places. Lora, *Corrigiae quibus noxii caedebantur.* Donatus: Lora apud veteres Laura dicebantur, a laura triumphorum, ſub qua mos erat captiuos vinciri, ducique per pompam. Ideo autem vt conditionis reminiſcantur, loris caeduntur. Plaut. Epid. 5, 1, 6 Periphanem emere lora vidi: aderat ibi vna Apoecides. Ter. Adelph. 2, 1, 28 Nam ſi moleſtus pergis eſſe, iam intro arripiere, atque ibi vſque ad necem operiere loris. s. loris liber? Caedere loris Cic. Philip. 8, 24 c. 8. *et* 13, 26. *vid.* CAEDO. Variari loris, *vid.* VARIVS. Hor. Epiſt. 1, 16, 47 Nec furtum feci, nec fugi, ſi mihi dicat Seruus, habes pretium, loris non vreris, aio. Lora, *Corrigiae, quibus lecti et ſellae inſtruuntur, ſuper quas tomenta vel culcitrae imponuntur.* Martial. 2, 57 Recensque ſella linteisque lorisque. Vomitorium lorum Scribon. 180. Per lorum vomitorium reiicere *ib. Vid. ibi copioſe Rhodius.*

LORVS, i. m. *Idem.* Apul. Met. 3 p. 84 Et cum dicto lorum quempiam ſinu ſuo depromit.

LORARIVS, i. m. *dicebatur, Qui in ſcenicis fabulis parebat iis, qui ludis erant praefecti, et vel vinciebat, vel caedebat quos iuſſus erat vincire vel caedere.* Gell. 10, 3. *extr.* Itaque ii ſequebantur magiſtratus, tanquam in ſcenicis fabulis, qui dicebantur lorarii. *Sic* Plaut. Capt. 1, 2 Lorarius *perſona eſt, qui vincire et aſſeruare captiuos iubetur.*

LORAMENTVM, i. n. [ἱμὰς] *Ligamentum.* Iuſtin. 11, 7. *extr.* Quum capita loramentorum intra nodos abſcondita reperire non poſſet, violentius oraculo rex vſus, gladio loramenta caedit. *De nodo Gordii loquitur.*

LORĀTVS, a, um. Adi. Virgil. in Moreto v. 122 Sub iuga parentes cogit lorata iuuencos. *i. Loris vincta.*

LOREVS, a, um. [ἱμάντινος] Plin. 18, 31 Antiqui funibus vittisque loreis ea detrahebant, et vectibus. Cato c. 33 Loreus funis. Loreum latus, *vid.* in LATVS.

L O T

LŌTIVM, i. n. [οὖρον] *a nomine* Lotio, onis, *dicitur: Vrina, a diluendis corporibus ſic dicta.* Sueton. in Veſpaſ. c. 23 Reprehendenti filio Tito, quod et vrinae vectigal commentus eſſet, pecuniam ex prima penſione admouit ad nares, ſciſcitans, num odore offenderetur. At illo negante, Atqui, inquit, e lotio eſt. *Prima ſyllaba longa deriuatione, et produxit* Catullus *in hoc Scazonte* 37, 21 Hoc te amplius bibiſſe praedicet lotî. Lotî *pro* Lotii. Lotium difficilius tranſibit Cato c. 122. Suillum lotium Cato c. 7. Non valet lotium ſuum Petron. c. 57. *conuicium ſeruile.*

LOTIOLENTVS, a, um. *Idem quod* Commictilis, *apud* Non. 2, 109.

LOTIOLENTE. Adu. *dictum veluti* Lutulente, a Lotio. Titinnius, Lotiolente flocci fiet, et circulator Non. 2, 485. *Antiquum.*

LOTOMETRA, ae. f. [λωτομήτρα] *Herba.* Plin. 22, 21. ſ. 28 Eſt et lotometra, quae fit ex loto ſata: ex cuius ſemine ſimili milio fiunt panes in Aegypto a paſtoribus, maxime aqua vel lacte ſubacto. *Eſt igitur* Lotos *herba ſatu manſueſcens,* metra *a magnitudine vt* Ortygometra, Echinometra *maiores ſui generis, et reliquorum veluti matres.*

LOTVRA, *et* LOTVS. Adi: *vid.* LAVO.

LOTOS, LOTVS, *et* LOTIS, idis. f. [Λῶτος] *Proprium nomen nymphae Neptuni filiae, quae Priapum, a quo adamaretur, fugiens, et deorum auxilium implorans, illorum miſeratione in arborem ſui nominis verſa eſt.*

eſt. Ouid. Met. 10, 96 Amincolaeque ſimul ſalices, et aquatica Lotos. *Ab hac*

LOTOS *vel* LOTVS, i. f. [λωτὸς] Arbor, frutex, *et* herba Plin. 14, 16 ſ. 19, 2. *Nempe primo eſt Arboris nomen, de qua* Plin. 13, 17 ſ. 32 Eadem Africa qua vergit ad nos, inſignem arborem lotum gignit, quam vocant celtin: et ipſam Italiae familiarem, ſed terra mutatam. Praecipua eſt circa Syrtes atque Naſamonas. Magnitudo quae piro: quanquam Nepos Cornelius breuem tradat. Inciſurae folio crebriores, quae ilicis videtur. (*Sic. Hard. Al.* alioquin ilicis viderentur) Differentiae plures, eaeque maxime fructibus fiunt. Magnitudo huic fabae, color croci, ſed ante maturitatem alius atque alius, ſicut in vuis. Naſcitur denſus in ramis myrti modo, non vt in Italia, ceraſi. Tam dulcis ibi cibus, vt nomen etiam genti, terraeque dederit, nimis hoſpitali aduenarum obliuione patriae. Ferunt ventris non ſentire morbum, qui eum mandant. Melior ſine interiore nucleo, qui in altero genere oſſeus videtur. Vinum quoque exprimitur huic ſimile mulſo, quod vltra denos dies negat durare idem Nepos: baccaſque contuſas cum alica ad cibos doliis condi. Quin et exercitus paſtos eo accipimus, vltro citroque commeantes per Africam. Ligno color niger. Ad tibiarum cantus expetitur. E radice cultellis capulos breueſque alios vſus excogitant. *Hinc* ¶ 2 Lotos *etiam, Fructum loti arboris ſignificat.* Ouid. ex Pont. 4, 10, 18 Nec deguſtanti lotos amara fuit. ¶ 3 Lotos, *Herba.* Plin. 13, 17. *poſt ea, quae de* Loto *arbore modo dedimus.* Eſt autem eodem nomine et herba, et in Aegypto caulis in paluſtrium genere. Recedentibus enim aquis Nili riguis, prouenit ſimilis fabae caule, foliiſque denſa congerie ſtipatis, breuioribus tantum, gracilioribuſque: cui fructus in capite papaueri ſimilis inciſuris, omnique alio modo. Intus grana ceu milium. Incolae capita in aceruis putrefaciunt, mox ſeparant lauando, et ſiccata tundunt, eoque pane vtuntur. Mirum eſt, quod praeter haec traditur, Sole occidente papauera ea comprimi, et integi foliis. Ad ortum autem aperiri donec matureſcant, floſque qui eſt candidus, decidat. *Conf.* Plin. 21, 17 ſ. 63. *et* 22, 21 ſ. 27. ¶ 4 Lotos *pro Tibia ponitur. Vidimus modo,* lignum loti arboris ad tibiarum cantum expeti. Feſtus, Lotos arboris genus, ex cuius materia frequenter tibiae fiebant. Ouid. Faſt. 4, 190 Terret, et horrendo lotos adunca ſono. Mygdonia lotos Sil. 8, 505. *Vid. ibi Heinſ. et* Id. ad Ouid. Met. 4, 759. *et* Rem. Am. v. 753. *Gronou. Obſ.* 4, 15. Phrygia Sil. 11, 432. *vbi vid. Commentatores.*

LOTOPHĂGI, orum. m. [Λωτοφάγοι] *Populi Africae Minoris.* Plin. 5, 4 Lotophagorum oram citra Borion in intimo ſinu Syrtis maioris *ſtatuit:* Id. 13, 17 ſ. 32 Praecipuam, *vt modo vidimus, Loton arborem ait* circa Syrtes atque Naſamonas. — Tam dulcis ibi cibus, vt nomen etiam genti terraeque dederit, nimis hoſpitali aduenarum obliuione patriae. *De his* Sil. 3, 310 Spectari caſtris, quos ſucco nobilis arbor, Et dulci paſcit lotos nimis hoſpita bacca. *Nimis hoſpitam dixit, quod veſcentes, eius dulcedine adeo capiuntur, vt terram non niſi inuiti deſerant. Hinc illa Odyſſeae 9 Homeri de ſociis Vlyſſis fabula. Conf.* Ouid. Rem. Am. 2, 393. Lotophagi obliteratores patriae Paullin. Nolan. Epiſt. 16, 7.

L V A

LVA, ae. f. *Dea quaedam apud veteres fuit, a luendo expiandoque nomen ſortita, quae praeerat luſtrationibus et luſtris.* Liu. 8, 1 Armorum vis magna tum inter caeſa corpora hoſtium, tum in caſtris inuenta eſt. Ea Luae matri dare ſe Conſul dixit. Id. 45, 33 *de Aem. Paullo,* Caetera omnis generis arma cumulata in ingentem aceruum, precatus Martem, Mineruam, Luamque matrem, et caeteros Deos, quibus ſpolia hoſtium dicare ius faſque eſt, ipſe imperator face ſubdita ſuccendit *etc.*

L V B

LVBET, lubuit, [ἀρέσκει] Imperſ. *per* V *ſcripſere veteres: quod tamen per* I *ſcribimus. Conf.* LIBET. Plaut. Perſ. 3, 1, 48 VI. At meo ſi liceat modo, ſapienter potius facias, quam ſtulte. S. lubet. VI. lubere per me tibi licere intelligo: verum lubere haud lubeat, ſi liceat mihi. *Patri ſibi* lubere *dicenti reſpondet filia virgo, ipſum habere ſuae voluntatis poteſtatem: verum ſi penes ſe eſſet, ſe facturam, vt illi non lubeat, ſcilicet filiam vendere.* Idem Amph. prol. 123 In Amphitruonis vortit ſeſe imaginem, omneſque eum eſſe cenſent ſerui, qui vident: ita verſipellem ſe facit, quando lubet. Ibid. 2, 1, 8 Tuus ſum proinde, vt commodum ſiet, lubet quidquid facias. Idem Aſin. 4, 1, 36 Deam ſibi inuocet quam lubebit propitiam, deum nullum. Idem Curcul. 1, 2, 39 Ecquid lubet? LE. lubet. PA. etiam mihi quoque ſtimulo fodere lubet te. PH. tace, noli. *Add.* Id. Ciſt. 2, 1, 7. *et* Trin. 2, 1, 36. Lubet me ſcire Plaut. Merc. 1, 2, 19. Cic. de Senect. 58 Id ipſum tamen vt lubebit: quoniam, *etc.* *Et* de Clar. Orat. 44. Magis lubet, *vid.* MAGIS.

LVBENS, entis. [ἄσμενος] Plaut. Ciſtel. 1, 1, 13 Edepol factum id eſt lubenti animo, fietque. Plaut. Stich. 3, 2, 20 Num quidem hoc tibi tam graue eſt? promitte. E. certum eſt. G. ſic fac inquam. E. certa res. G. lubente hercle me facies. Idem Truc. 2, 4, 10 Coenabo vbi tu iuſſeris. P. hoc me lubente facies. Idem Amph. 2, 2, 217 Mulier iſtam rem inquiſitam certum eſt non amittere. AL. edepol me lubente facies. Idem Men. 2, 1, 47 Cape atque ſerua: me lubente feceris. Hilarem ac lubentem fac te in nati nuptiis Ter. Adel. 4, 7, 38. Plaut. Ciſtell. 4, 2, 13 Sed nonne ecaſtor ego ſum multo inſcitior, hos quae rogem, aut quae fatigem, qui ſemper malo muliebri ſunt lubentes? *i. Delectat eos malum inferre, ſiue nocere mulieri alicui. Conf.* Id. Curc. 2, 3, 1. *et* Perſ. 5, 1, 8. *Compar.* Plaut. Aſin. 2, 2, 2 Vti ego illos lubentiores faciam, *i. Hilariores. Superl.* Cor lubentiſſimum Plaut. Pſeud. 5, 2, 22. Lubens, *pro Lubenter cum verbis iungitur* [ἄσμενος] Plaut. Amph. 4, 4, 36 Faciam id, ſi queo, ſignis palam, tu reſponde prius. A. lubens. Idem Caſin. 5, 1, 12 Hic Pardaliſca eſto, qui hinc exeat, eum vt ludibrio habeas. P. lubens fecero, et ſolens. *Conf.* Id. Truc. 2, 4, 46. Ter. Heaut. 4, 5, 15 Faciam boni tibi aliquid pro iſtac re, ac lubens. Idem Adelph. 5, 5, 6 Seruum haud illiberalem praebes te, et tibi lubens bene faxim. Ibid. 5, 6, 8 Et tibi ob eam rem, ſi quid vſus venerit, lubens bene faxim. Ioui opulento, bonas copias commodanti, lubens meritoque vitulor Plaut. Perſ. 2, 3, 2. *de qua formula,* lubens meritoque, *vid. Briſſon.*

LVBENTER. Adu. [ἡδέως, ἀσμένως] *i. Lubenti animo.* Plaut. Rud. 4, 2, 18 Nam qui dormiunt lubenter, ſine lucro et cum malo quieſcunt. Magis lubenter, *vid.* MAGIS. Nimium lubenter, *vid. poſt* NIMIS. *Compar.* Plaut. Capt. 1, 2, 10 Omnes profecto liberi lubentius ſumus, quam ſeruimus.

LVBENTIA, ae. f. Plaut. Stich. 2, 2. *pr. et* Aſin. 2, 2, 2. *quo poſteriore loco Pareus accipit pro dea laetitiae, vid.* LIBET.

LVBĪDO, inis. f. [λαγνεία] *vid.* LIBIDO. Plaut. Trin. 4, 2, 23 Lubido eſt obſeruare quid agat: ei rei operam dabo. Idem Perſ. 2, 2, 6 Audacter tibi ſi lubido eſt perdere.

LVBIDINĪTAS, ātis. f. *pro* Lubidine, *teſte* Nonio 8, 61 Laberius Colace, Lubidinitate labitur.

LVBITVM *et* LVBITVS, *vid. in* LIBITVM.

LVBRĬCVS, a, um. Adi. [ὀλισθηρός, εὐόλισθος, γλισχρός] *Quaſi tu* labricum *dicas a* labando. *Valla* l. 4 Lubricus locus *eſt, in quo nequeas inſiſtere, nec ingredi, quales ſunt herbae perfuſae ſanguine, vt apud Virgilium de Niſo, et Homerum de Aiace Oilei: quam aliter humectatae: marmora laeuigata, lapideſque vel humore conſperſi, terra glaciata, aqua gelata, pauimenta, caeteraque huiuſmodi, lubrica dicuntur. Metaphor.* Cic. Acad. 4, 68 Tum paucis additis venit ad Soritas, lubricum ſane, et periculoſum locum. *Simili metaphora dixit idem* Cic. pro Cael. 41 c. 17 Vias adoleſcentiae lubricas, quibus illa inſiſtere aut ingredi ſine caſu aliquo aut prolapſione vix poſſet. Semita lubrica canenti cliuo Sil. 3, 519. *de glacie.* Terra Tibull. 2, 3, 52. Via lubrica tota Propert. 4, 4, 49. *Tum* lubrica *ſunt, quae facile elabuntur manibus, difficulter tenentur.* Virg. Aen. 5, 84 Adytis quum lubricus anguis ab imis. Amnis Ouid. Amor. 3, 6, 81 *de amne vt deo.* Conchylia Hor. Serm. 2, 4, 30. Cic. de Nat. Deor. 2, 142, c. 57 Sed lubricos Oculos fecit et mobiles. Ora lubrica tabo Stat. Theb. 9, 73. Virg. Aen. 2, 474 Lubrica conuoluit ſublato pectore Terga. Seruius: Lubricum dicitur et Quod labitur dum tenetur, vt piſcis, ſerpens: et Locus in quo labimur; vt, Et ſeſe oppoſuit Salio per lubrica ſurgens. Ouid. Faſt. 5, 476 Lubrica prenſantes effugit Vmbra manus. Vultus nimium lubricus adſpice Hor. Carm. 1, 19, 8 *quem qui adſpiciat nimis facile labatur in cupiditatem.* Lubricus, *Fallax, mobilis.* Virg. Aen. 11, 716 Nequidquam patrias tentaſti lubricus artes. Seruius. Lubricus aſſenſus, *Inconſtans, non tutus, fragilis.* Cic. Acad. 4, 108 Ego enim etſi maximam actionem puto repugnare viſis, obſiſtere opinionibus, aſſenſus lubricos ſuſtinere, *etc.* Dominandi Cupiditas praeceps et lubrica Cic. Phil. 5 c. 18. Defenſio lubrica Id. pro Planc. 5. Lubricus locus, *per tranſlationem, pro Difficili et incerto.* Cic. Off. 1, 65 Qui locus eſt ſane lubricus, quoniam vix inuenitur qui laboribus ſuſceptis, periculiſque aditis, non quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloriam. Obſeruatio Quinctil. 1, 5. Spes Stat. Achill. 1, 547.

LVBRĬCVM, i. n. [ὄλισθος] *Subſtantiue pro ea, quam Lubricitatem analogia diceres, ſi pateretur* auctoritas. Tacit. Hiſt. 1, 79, 3 Et lubrico itinerum adempta equorum pernicitate. In lubrico Agere Tac. A. 6, 51, 3. Magis lubrico circumagi Celſ. 8, 3. Verſari in lubrico Cic. in Orat. c. 28. Tacit. Ann. 1, 65 Illi ſanguine ſuo, et lubrico paludum lapſantes, *etc.* Lubrico Viae Tac. Hiſt. 2, 85, 5. Idem Hiſt. 3, 82 Per anguſta, et lubrica viarum flexerant. *Metaph.* Idem Ann. 14, 56 Quin ſi qua in parte lubricum adoleſcentiae noſtrae declinat, reuocas, *vid.* ADOLEO. Aetatis lubricum Plin. Epiſt. 3, 3. Modeſtinus in l. Famoſi. D. Ad legem Iul. maieſt. Nam et perſona ſpectanda eſt, an potuerit facere, et an ante quid fecerit, et an cogitauerit, et an ſanae mentis fuerit: nec lubricum linguae ad poenam facile trahendum eſt.

LVBRĬCE. Adu. [ὀλισθηρῶς] *Dubie, periculoſe. Laudatur* Cic. Philipp. 2 c. 24 Et lubrice verſatus in bello eſt. *Sed rectius e vetuſto codice legitur,* Reliquorum factorum eius P. L. difficilis ſane eſt reprehenſio et lubrica, verſatus eſt in bello.

LVBRĬCO, āre. [ὀλισθηρὸν ποιῶ] *Lubricum reddere.* Iuuen. Sat. 11, 173 Qui Lacedaemonium pytiſmate lubricat orbem, *vid.* PITYSMA. Angues lubricare Tertull. in Geneſi c. 1. Cliuum Prudent. Paſſ. Petri *et* Paulli v. 35.

LVBRICĀTVS, a, um. Arnob. aduerſus gentes 1 p. 22 Lubricatus lapis, et ex oliui vnguine ordinatus.

L V C

LVCA, ae. f. Bos luca, *dicitur Elephas.* [ἐλέφας] Plin. 8, 6 Elephantes Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, et boues lucas appellauit, in Lucanis viſos. *Cur* Elephantes *dicti ſint* Lucae boues, *diſputat* Varr. de L. L. 6, 3 p. 72, 30 *Poſtquam enim laudauit prouerbium quod fuerit* apud Ennium, Atque prius pariet locuſta lucam bouem, *addit.* Luca bos elephas. Cur ita ſit dicta, duobus modeis inueni ſcriptum. Nam et in C. Aelii commentario erat, a Libyceis Lucas, et in Verginii commentario, ab Lucaneis Lucas: ab eo, quod noſtri, cum maximam quadrupedem, quam ipſi haberent, vocarent bouem: et in Lucaneis Pyrrhi bello primum vidiſſent apud hoſteis elephantos, — lucam bouem appellaſſe. Si a Libya dictae eſſent Lucae, pantherae et leones non Africanae beſtiae dicerentur, ſed Lucae. Si ab Lucaneis dictae; vrſi cur potius Lucani quam Luci dicti? Quare ego arbitror potius Lucas ab luce, quod longe relucebant, propter inauratos regios clypeos, quibus eorum tum ornatae erant turres. *Tamen Scaliger Append. Coniectan. ad h. l. recte tuetur illam a* Lucania *appellationem: quam probat etiam* Iſid. 12, 2. Lucret. 5, 1301 Inde boues Lucas turrito corpore tetros, Anguimanos, belli docuerunt vulnera Poeni Sufferre. Auſon. Epiſt. 15

Cur me propinquum Santonorum moenibus
Declinas, vt Lucas boues
Olim reſumto praeferoces praelio
Fugit iuuentus Romula.

Sen. Hippol. 351 Amat inſani bellua ponti Lucaeque boues. *Add. Lipſ. Elect.* 2, 4 *et Drakenb. ad Sil.* 9, 572.

LVCĀNI, orum. m. [Λευκανοί] Populi inter Calabros et Apulos ſiti, et a Samnitibus orti, duce Lucio, *vt ſcribit* Plin. 3, 5. *Eorum regio* LVCANIA, Violenta Lucania Hor. Serm. 2, 1, 38.

LVCĀNVS, a, um. Adi. [Λευκανός] Aper Lucanus Hor. Serm. 2, 8, 6. Iuga Sil. 8, 571. Mare Stat. Silu. 3, 2, 85. Paſcua Hor. Epod. 1, 28. Scarabaei Lucani *v. h. v. ex Plinio.* Vrſos *modo habuimus ex* Varron. de L. L. 6, 3. ¶ 2 *Cognomen Romanum, vt in Poëta nobili, cuius habemus Pharſaliam.*

LVCANĬCA, ae. f. [ἀλλᾶς] *Genus farciminis porcinis carnibus infarctum, a* Lucanis *populis primum inuenta.* Martial. 13, 35 Filia Picenae venio lucanica porcae, Pultibus hinc niueis grata corona datur.

LVCAR, aris. n. *recte interpretantur* Vett. Gloſſ. τὸ θεωρικὸν, *et* Chariſ. p. 25, 3 θεωρικὸν ἀργύριον. Plut. Qu. Rom. 88 *vocat* τὸ τελούμενον εἰς θέας.

ἐις θέας. *Ac fuiſſe pretium hiſtrionibus datum, vel vnus conficit* Tertull. adu. Gnoſt. c. 8 *de Iohanne Baptiſta,* Ipſe — contumelioſa caede truncatur in puellae ſalticae lucar. *Huc etiam referunt viri docti* Tac. A. 1, 77 De modo lucaris, et aduerſus laſciuiam fautorum, multa decernuntur, *vbi Lipſius hunc ipſum* modum lucaris *ex antiquis ſcriptoribus ſtudet definire. Mentio etiam fit* lucaris *aliquoties in antiquis* Inſcriptionibus, *quas laudat Rader.* ad Mart. 5, 25. *A* luco *ſ.* lucis *deriuant* Feſtus *h. v.* Lucar appellatur aes, quod ex lucis captatur: *et mox* Lucaris pecunia, quae in luco erat data: *itemque Plutarchus Qu. Rom.* 88 *vbi reditus lucorum publicorum in ſpectacula impenſos monet. Itaque non temere aſſentiar Cerdae, qui Adu. ſacr.* 48, 6 *apud* Feſtum *legi vult* aes, quod ex ludis captatur: *nec* Salmaſio, *qui* locar *a* locis *theatri dictum exiſtimat; licet* Locarios Martialis, *de quibus ſub* LOCVS, *inde dictos, non ſit dubium. Scaliger ad* Feſtum *etiam* Liuio *vult* lucar *reſtitui, apud quem* 23, 11 *ita editur,* Pythio Apollini, rep. veſtra bene geſta ſeruataque, lucris meritis (*Scal.* lucaris meriti) donum mittitote. *Sed non ſatis rem a Scaligero explicatam, monet Gronouius. Quid ſibi velit apud* Chariſium p. 14 *poſt med.* Lucar, lucaris τὸ λύκαφος, *quaerendum eſt. Quod eſt in* Vet. Gl. Lucar μισθὸς ἀπὸ φίσκυ, *illud cum Plutarchi et Feſti ſententia conciliari facile poteſt.*

LVCARIS pecunia *modo e* Feſto *prolata eſt.*

LVCARIA, orum. n. [Λυκάρια καλύμενα] Feſta, quae in luco Romani colebant, qui permagnus erat inter viam Salariam et Tyberim, pro eo quod victi a Gallis fugientes e praelio ibi ſeſe occultauerint. Feſtus.

LVCCEIVS, *gentis Romanae, e qua nobilis Hiſtoricus, quem Cicero rogat, vt res in conſulatu geſtas ſeorſum deſcribat.* Fam. 5, 12.

LVCELLVM, *vid.* LVCRVM.

LVCENS, *vid.* LVX.

LVCEO, *vid.* LVX.

LVCĔRES, um. m. *Tertia pars fuere populi Rom. temporibus Romuli regis.* Seruius *ad* Aen. 5, 560 Conſtat primo tres partes fuiſſe Populi Rom. vnam Tatienſium, a Tito Tatio duce Sabinorum iam amico poſt foedera: alteram Ramnetum a Romulo: tertiam Lucerum, quorum, ſecundum Liuium (1, 13) et nomen et cauſa in occulto ſunt. Varro tamen dicit (de L. L. 4, 10) Romulum dimicantem contra Titum Tatium a Lucumonibus, id eſt Tuſcis, auxilia poſtulaſſe. — Ergo a Lucumone Luceres dicti ſunt. *Haec inquam,* Seruius *in illud* Virg. Aen. 5, 560 Tres equitum numero turmae, ternique vagantur Ductores, *etc.* Luceres, *prima modo producta, modo correpta.* Propert. 4, 1, 31 Hinc Tities, Ramnesque viri, Luceresque coloni. Ouid. Faſt. 3, 132 Quin etiam partes totidem Tatienſibus ille, Quosque vocant Ramnes, Luceribusque dedit. Feſtus Lucerenſes et Luceres, quae pars tertia Populi Rom. eſt diſtributa a Tatio et Romulo; appellati ſunt a Lucero Ardeae rege, qui auxilio fuit Romulo aduerſus Tatium bellanti.

LVCERENSES, *et* LVCERTES, *Iidem* qui Luceres. Feſt.

LVCERIA, ae. f. [Λυκερία] *eſt* Dauniorum colonia in Apulia, *teſte* Plinio 3, 11. Arx Luceriae Lucan. 2, 473. Hor. Carm. 3, 15, 13 Te lanae prope nobilem Tonſae Luceriam, non citharae decent.

LVCERVS, i. m. Ardeae rex, qui auxilio fuit Romulo contra Tatium Feſtus, *vid.* LVCERES.

LVCERNA, LVCESCO, *vid.* LVX.

LVCETIVS, i. m. Dictus eſt Iupiter a luce, quam praeſtare hominibus putabatur. ſic Iuno Lucetia, quod lucis cauſa ſit. Feſt. Seru. *ad* Virg. Aen. 9, 570. Gell. 5, 12.

LVCI, Adu. LVCIDVS, LVCIFER, LVCIFVGA, *vid.* LVX.

LVCILIVS, i. m. [Λυκίλιος] *Nomen Poëtae, qui primus, vt ait* Plinius in Praef. Stili naſum condidit, *i. ſcripſit Satiras.* Hor. Serm. 1, 4, 6 Hinc omnis pendet Lucilius, hoſce ſecutus. ¶ 2 Lucilius Baſſus, *malus Poëta.* Cic. Att. 12, 5 Cato me quidem delectat, ſed etiam Baſſum Lucilium ſua.

LVCILIANVS, a, um. Adi. Filius Lucilianus Cic. Att. 16, 11. Charactere Luciliano libelli Varr. de R. R. 3, 2.

LVCĪNA, ae. f. *dicta eſt* Iuno, *quae partui praeeſt, quod partum ferat in* lucem. *Sunt qui a* luco *deducunt, qui Romae Iunoni ſacer eſt in Exquiliis.* Plin. 16, 44. Ouid. Faſt. 2, 449 Gratia Lucinae, dedit haec tibi nomina lucus: Aut quia principium tu dea lucis habes. *Add. ib.* v. 451. Macrob. Saturn. 7 c. vlt. Lucina, quae Luna eſt, a parientibus inuocatur, quia proprium eius munus eſt diſtendere rimas corporis, et meatibus viam dare: quod accelerando partui eſt ſalutare. *Vox parturientis* Iuno Lucina fer opem Ter. Andr. 3, 1, 15. *Add.* Plaut. Aul. 4, 7, 11. Catull. Carm. Saecul. v. 35. Lucina, Ilithyia, Genialis; *Idem* Hor. in Carm. Saecul. 15. Caſta faue Lucina Virg. Ecl. 4, 10. Experta labores Lucinae Idem Georg. 4, 340. *i. foeta, quae peperit.* Fauente Lucina pignora bina dedi Ouid. Epiſt. 6, 122. Pati Lucinam, *Parere* Virg. Georg. 3, 60. Parce precor grauidis facilis Lucina puellis Ouid. Faſt. 2, 451.

LVCĪNVS, a, um. Horae Lucinae, *i. Horae, quibus edimur in lucem* Prudent. contra Symmach. 2, 222. *Deus loquitur,* Ipſe ego ſum — Et qui Lucinas tribuo naſcentibus horas.

LVCINIA, ae. *vid.* LVSCINIA.

LVCIVS, i. m. [Λύκιος] *Praenomen apud Romanos fuit.* Lucius, (*ait* Pompeius Feſtus) praenomen eſt eius, qui oriente luce natus eſt. Varro de L. L. 5, 2 Lucii, qui prima luce naſcuntur. *Add.* ib. 8, 38 *extr.*

LVCIPOR, ŏris. m. *Lucii puer vel ſeruus.* Plin. 33, 1 ſ. 6 Hoc profecere mancipiorum legiones, et in domo turba externa, ac ſeruorum quoque cauſa nomenclator adhibendus. Aliter apud antiquos ſinguli Marcipores, Luciporesue, dominorum gentiles, victum in promiſcuo habebant.

LVCO, āre. *vnde compoſitum* COLLVCO, *v. v.*

LVCOMĒDI, orum. m. A duce ſuo Lucomo (*Scal. ſuſpicatur* Lucomone) dicti: qui poſtea Lucerenſes dicti ſunt. Feſtus. *Certe ſic interpretari licet* Prop. 4, 2, 51 Tempore quo ſociis venit Lucomedius armis, Atque Sabina feri contudit arma Tati. *Etiam* Lucumonius *legi vult Io. Goropius apud Brouckh. Sed ſi vere Feſtus,* Lucomedius *eſt per Synecdochen poſitum pro plurali, vid.* LVCVMO.

LVCRENSES, *vid.* LVCERES.

LVCRETIA, ae. f. [Λυκρητία] *Gens Romana, e qua Sp. Lucretii filia, quam Sex. Tarquinius Tarquinii Superbi Romanorum regius filius ſtuprauit. Quod ipſa quum patri et viro Collatino indicaſſet, gladio ſe occidit, fecitque vt populus ſcelus vlciſceretur, et reges exigeret.* Claud. de Laud. Seren. 153 Et grauis incumbens caſto Lucretia ferro, *etc.* *Hanc hiſtoriam ſcribit* Liu. 1 *circa finem: et* Ouid. Faſt. 2, 685. Seneca Octau. 300

Te quoque bellum triſte ſecutum eſt
Mactata tua miſeranda manu
Nata Lucreti ſtuprum ſaeui
Paſſa tyranni.

Pro Pudica, et mariti amante ponitur a Petron. c. 9 Cum ego clamarem, gladium ſtrinxit, et ſi Lucretia eſt, inquit, Tarquinium inueniſti. *Vid.* Martial. 11, 105. *Hinc* ¶ 2 Lucretius *Poëta nobilis, de quo* Ouid. Amor. 1, 15, 23 Carmina ſublimis tunc ſunt peritura Lucretî, Exitio terras quum dabit vna dies.

LVCRETILIS, is. m. [Λυκρήτιλος] *Mons eſt in Sabinis, de quo* Hor. Carm. 1, 17, 1 Velox amoenum ſaepe Lucretilem Mutat Lycaeo Faunus. *In hac vicinia etiam*

LVCRETINVM, *praedium Attici, quo reſpiciens* Cic. Att. 7, 11 Vnam mehercule tecum apricationem in illo Lucretino tuo ſole malim, quam omnia iſtiusmodi regna.

LVCRĪNVM, i. n. *Dauniorum eſt oppidum in Apulia, vt ſcribit* Pomponius 2, 4. *vbi tamen rectius legitur* Larinum.

LVCRINVS *et* Auernus [Λυκρῖνος καὶ Ἄορνος] *lacus, vterque in Baiano ſinu eſt.* At Lucrinus Populi Romani cura piſcoſus factus, vectigalibus operam penſantibus. *Vid.* Seruium *apud* Virg. Georg. 2, 161 An memorem portus, Lucrinoque addita clauſtra, *etc.*

LVCRĪNVS, a, um. Adi. [Λυκρῖνος] Aqua Lucrina Propert. 1, 11, 10 Lacus Lucrinus Hor. Carm. 2, 15, 3.

LVCRINENSIS, e. *Idem.* Res Lucrinenſes Cic. Att. 4, 10.

LVCRVM, i. n. [κέρδος] *Quaeſtus. Vid.* Varr. L. L. 4, 36. Ter. Heaut. 4, 4, 25 Nae ille haud ſcit hoc paullum lucri quantum ei damni apportet. Cic. Tuſc. 5, 9 Alii emendi aut vendendi quaeſtu et lucro ducerentur. Cupido lucri Ouid. de Arte Am. 3, 373. Lucri bonus eſt Odor ex re Qualibet Iuuenal. 14, 204. Scabies et contagia lucri Hor. Epiſt. 1, 12, 14. Studium lucri Idem Carm. 12, 25. Bonum lucrum, *vid.* BONVS. Dulce Ouid. Faſt. 1, 194. Perenne, *vid.* PERENNIS. Pudenda Ouid. de Arte Am. 3, 442. Sordidum Quinctil. 1, 12. Vtile Plaut. Capt. 2, 2, 75. Vlpian. in l. j. Quarum rerum actio datur, Neque enim oneratum ſe hoc nomine poteſt queri libertus, ſi lucrum Abruptum ex re patroni non fecerit. Lucrum abruptum *dicit, quaſi Praeceps, et praeter ſpem abactum, ait Budaeus. Legitur et* Abreptum *et* Obruptum. Afficere lucro, *vid.* AFFICIO. Hor. Carm. 1, 9, 14

Quid ſit futurum cras, fuge quaerere; et
Quem ſors dierum cunque dabit, lucro
Appone.

Ter. Phorm. 2, 1, 21 (1, 5, 16) Quidquid praeter ſpem eueniet, omne id Deputabo in lucro. Cic. Verr. 3, 72 Imperat Agyrinenſibus vt decumas ipſi publice accipiant, Apronio lucrum Dent. *Et paullo poſt,* Quare putabas emtori lucrum addi oportere? Facere lucrum Plaut. Capt. 2, 2, 77. Cic. Verr. 3, 86 Quomodo igitur hoc aſſequar, Iudices, vt ſciam lucri quantum factum ſit? Facere lucri rem *dicitur pro Facere lucrum alicuius rei.* Nepos 8, 1, 3 Quae ille vniuerſa naturali quodam bono fecit lucri. Ligurire lucra, *vid.* LIGVRIO. Cic. pro Flacc. 40 Quieſcant igitur et me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. Idem Fam. 7, 24 Id ego in lucris pono. Idem Philipp. 3, 30 c. 12 Reliquas res ad lucrum, praedamque reuocauerit. Eſſe in lucro Ouid. Triſt. 1, 3, 68. Eſt lucro Plaut. Mil. 3, 1, 80. Cic. Philipp. 13, 40 Quibus vtri noſtrûm ceciderint, lucro futurum eſt. Eſt lucri, *Prodeſt.* Ter. Phorm. 1, 2, 11 Vbi quid mihi lucri eſt te fallere? De lucro iam quadriennium Viuimus Cic. Fam. 9, 17. *med.* Lucrus, maſculino genere, *teſte* Nonio 3, 119 *apud* Plautum Perſ. 4, 3, 23 Nunc ea narrabo, vnde tu pergrandem lucrum facias. *al.* pergrande.

LVCRŌSVS, a, um. Adi. [κερδαλέος] *Plenum lucro.* Plin. 18, 31 Id peraeque lucroſiſſimum. Idem 37, 12 Neque eſt vlla fraus vitae lucroſior. Bona Caius in l. Eius. D. de teſtam. Dolus Vlpian. in l. 3 D. de tribut. action. Eloquentia lucroſa, et ſanguinans Tacit. de Orat. c. 12. Poena eſt lucroſa Poëtae Ouid. Triſt. 2, 507. Voluptas Idem Amor. 1, 10, 35.

LVCRŌSE. Adu. *Idem.* Hieron. de Cuſtod. Virg. Epiſt. 22 c. 5 Sub virginali nomine lucroſius pereant. *Sed M. Victorius ibi* Tutius *mauult.*

LVCELLVM, i. n. Dimin. [κερδύφιον] Cic. Verr. 3, 72 c. 30 Age, quid tum? ſi Apronio deliciis Praetoris lucelli aliquid iuſſi ſunt dare, putate Apronio datum: ſi Aproniànum lucellum, ac non Praetoria praeda vobis videbitur. Dulce lucellum Hor. Epiſt. 1, 18, 102. Facere aliquid lucelli Cic. Verr. 3 c. 44.

LVCRATĪVVS, a, um. Adi. Iulianus in l. Omnes. D. de action. et oblig. Omnes debitores, qui ſpeciem ex cauſa lucratiua debent, liberantur, quum ea ſpecies ex cauſa lucratiua ad creditorem perueniſſet. Acquiſitio lucratiua Vlpian. in l. Apud Celſum. §. Auctoris D. de doli mali except. Opera lucratiua Quinctil. 10, 727 p. 958. *Sed vox Lucratiua ſuſpecta eſt Burmanno. Vid. eum ad loc. cit.*

LVCRIFĬCO, āre. Tertull. de Praeſcript. c. 24 Paullus factus omnibus omnia, vt omnes lucrificaret.

LVCRIFICABĬLIS, e. [κερδαλέος] Plaut. Perſ. 4, 3, 46 Nae hic tibi dies illuxit lucrificabilis, *i. Lucrum afferens. Antiquum.*

LVCRIFĬCVS, a, um. *Idem.* Facula lucrifica Plaut. Perſ. 4, 3, 46.

LVCRIFŬGA, ae. m. [φυγόκερδος] *Qui lucrum fugit.* Plaut. Pſeud. 4, 7, 33 Venus mihi haec bona dat, quum hos huc adiicit lucrifugas, damni ſui cupidos.

LVCRIPĔTA, ae. m. Foenerator lucripeta Plaut. Moſt. argument. v. 6.

LVCRO, Act. *legitur a quibusdam ap.* Tertull. ad Mart. c. 2. *ſed emendati libri habent* Lucreris.

LVCROR, āri. Depon. [κερδαίνω, χρηματίζομαι] *Lucrum facere.* Cic. Verr. 5, 61 c. 24 Pretio certo miſſos facere nautas: miſſorum omne ſtipendium lucrari. Si fuerit, vt locupletes ſuum perdant, debitores lucrentur alienum Cic. Off. 2 c. 24 *pr.* Idem Verr. 1, 33 c. 12 Dedecora praetereantur: lucretur iudicia veteris infamiae, *i. Ne repoſcatur ab eo illiusmodi damnorum ratio. al. rectius* indicia. *i. non indicabo. Vid. Graeu. ad h. l.* Moram fati lucrari Stat. Theb. 9, 779.

LVCRANS, antis. Suet. Neron. c. 45 Ex annonae caritate lucrantium accreuit inuidia. *al.* luctantium.

LVCRĀTVS, a, um. [χρηματισάμενος] Lucratus nomen ab Africa domita Hor. Carm. 4, 8, 19. *de Scipione, qui Africanus dictus fuit.* Pythias emuncto lucrata Simone talentum Hor. de Arte Poët. 238.

LVCRATORES aulici *leg. a quibusdam ap.* Suet. Ner. c. 45. *ſed legendum* Luctatores.

LVCRATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Gnoſt. c. 4. *et* ad Vxor. 2, 7.

LVCRICVPIDO, inis. f. Apul. de Philoſ. p. 78. *ſed praeſtat diuiſim legere.*

LVCRIDVCO, ĕre. Tertull. adu. Marc. 5, 20. *melius in duas voces diuiditur.*

LVCRIFĀCIO, ēci, actum, ĕre. [κερδαίνω] *Idem quod lucrari.* Martial. 8, 11 Emit lacernas millibus decem Baſſus, Tyrias coloris optimi lucrifecit. Iniuriam lucrifacere Plin. 7, 39. *i. iniuriam impune committere, et poenam non luere. Sic* A. de B. Hiſpan. 36, 1 Illo beneficio ſuum maleficium exiſtimabant ſe lucrifacere. Notam cenſoriam *ap.* Val. Max. 4, 1, 10. *effugere.* Varr. de R. R. 3, 4 Atque adeo non diſſimulabo, quod volo de ornithone primum, quod lucrifecerunt hoc nomen turdi. Quam plurimum Brut. ad Cic. Fam. 11, 20. *Conf.* Plaut. Poen. 3, 5, 26. *et* Truc. 3, 2, 22. Petron. c. 15. *In multis libris diuiſim ſcribitur.*

LVCRIFACTVS, a, um. Partic. [κερδανθεὶς] Cic. Verr. 3, 174 c. 75 Iam vero ab iſto omnem illam ex aerario pecuniam, quam his oportuit ciuitatibus pro frumento dari, lucrifactam videtis.

LVCRIFĪO, ĕri. Paſſiu. [κερδαίνομαι] Cic. Verr. 3, 111 c. 46 Quid ſi oſtendo in hac vna emtione lucrifieri tritici modios centum? *Conf.* Tertull. ad Vxor. 2, 7. *et* adu. Gnoſt. c. 6.

LVCRIHABITA anima Tertull. de Corona mil. c. 11. *rectius diuiditur.*

LVCRIVS, i. m. *Qui lucro praeeſt: Mercurius.* Arnob. 4 p. 132 Quis eſt, qui credit eſſe Deos Lucrios, et lucrorum conſecutionibus praeſidere? *de Mercurio loquitur, qui* κερδῷος *dictus. Vid. Meurſ. ad Lycoph. Alexandr.* v. 208.

LVCRIO. Ant. Inſcript. f. 189 n. 4. *et* f. 601 n. 2. *vel* LVCRO, ōnis. m. *Lucrari vndique cupiens. Sic* Lucro, *Seruile nomen apud* Petron. c. 60. *Conf.* l. 37. §. 3. ff. de Legat. 3. *Conf.* Feſt. *in* Cerropa.

LVCTATIVS. [Λυκτάτιος] *Gentis Romanae nomen. Vid.* Luctatius Catulus, *qui primo Punico bello trecentis nauibus aduerſum Poenos profectus, ſexcentas eorum naues commeatibus et aliis oneribus impeditas, apud Aegates inter Siciliam et Africam depreſſit, finemque bello impoſuit. al. ſcribunt* Lutatius.

LVCTOR, āri. [παλαίω, διαπαλαίω] *Proprie Luctari dicuntur, qui ſe inuicem complectentes, alter alterum in terram deiicere nituntur: deinde ad aliam quamcunque concertationem vehementemque conatum refertur.* Liu. 7, 38 An aequum eſſe dediticios ſuos illa fertilitate atque amoenitate perfrui, ſe militando feſſos in peſtilenti atque arido circa vrbem ſolo luctari, aut in vrbe inſidentem labem creſcentis in dies foenoris pati? Luctantur inter ſeſe Plin. 17, 12. Cic. de Orat. 1, 74 Tum ridens Scaeuola, Non luctabor, inquit, tecum Craſſe amplius. *Add.* Idem pro Sylla c. 16. Contendunt ludo, et fulua luctantur arena Virg. Aen. 6, 643. Complexu luctari Plin. 9, 30. Equo luctari Sil. 4, 240. *vid. mox* Morti. Molimine magno luctari Ouid. Met. 6, 694. Morti luctari Sil. 10, 296. *i. Cum morte, vid.* LVCTANS. Remis ad opem luctare ferendam Ouid. Triſt. 4, 5, 19. Quinctil. 5, 13 Eſt et illud vitium nimium ſoliciti, et circa omnia momenta luctantis. *Vid. ibi Burm.* Exerceri luctando Nep. 15, 2, 5. Luctandum in turba Hor. Serm. 2, 6, 28. Lucto, are. *apud antiquos.* Ennius 9 Viri a validis viribus luctant. Ter. Hec. 5, 3, 32 Dicitque ſeſe illi annulum dum luctat, detraxiſſe. *Vid.* Non. 7, 31.

LVCTANS, antis. Partic. [παλαίων] Iuuenci luctantes Virg. Georg. 2, 357. Idem Aen. 4, 696 Irim demiſit Olympo: Quae luctantem animam, nexosque reſolueret artus, *h. e. Egredi conantem.* Sil. 2, 514 Luctantem fatis petit inflammata Saguntum. *Multa Silii ſimiliter conſtructa notat Drakenb.* Hor. Od. 1, 1, 15 Luctantem Icariis Fluctibus Africum. Lumina luctantia compoſuit ſomnus Sil. 7, 204 Oſcula luctantia carpit Ouid. Met. 4, 358. Virg. Aen. 1, 57

Hic vaſto rex Aeolus antro
Luctantes ventos, tempeſtatesque ſonoras
Imperio premit.

Vbi Seruius: Luctantes, Elaborantes egredi. Viri luctantes Propert. 3, 14, 4. Luctantes in contignatione dicuntur, quod erecti inuicem ſe teneant more luctantium Iſidor. 19, 19. *ſubaud. trabes.*

LVCTITO, āre, *et* LVCTĪTOR, āri. Frequent. Priſcianus p. 797 *ait* apud vetuſtiſſimos, Luctito pro Luctitor inueniri.

LVCTĀTOR, ōris. m. [παλαιστής] Plaut. Pſeud. 5, 1, 6 Magnum hoc vitium vino eſt: pedes captat primum, luctator doloſus eſt. Ouid. in Ibin v. 393 Vt iacet Aonia luctator ab hoſpite fuſus. Luctator audax Angeli Prudent. Cathem. 2, 74. *i. Iacob.*

LVCTATIO, ōnis. f. [πάλαισμα] Cic. de Fato 12 c. 6 Vigila Chryſippe, ne tuam cauſam, in qua tibi cum Diodoro valente dialectico magna luctatio eſt, deſeras. Gladiatorum luctatio Scribon. 101. *Hic per tranſlationem dictum.* Liu. 21, 36 *extr.* Tetra ibi luctatio erat, vt a lubrica glacie non recipiente veſtigium, *etc.* Spiritus incluſi et in exitum nitentis luctatio Sen. Q. N. 5, 13. Sine aduerſario nulla luctatio eſt Cic. de Fato 30.

LVCTĀTVS, a, um. *Metaph.* Vellei. 2, 63, 3 Dubia fide diu, quarum eſſet partium, ſecum luctatus.

LVCTĀTVS, ūs. m. [διαπάλαισμα] *Idem ac Luctatio.* Plin. 32, 2 Quem luctatum eius ſi forte alius ſcarus extrinſecus videat, apprehenſa mordicus cauda adiuuare nixus erumpentis. *Sic* 8, 12 Scit ille imparem ſibi luctatum contra nexus. *Plur. apud* Tertull. de Spectac. c. 29.

LVCTĀMEN, ĭnis. n. [διαπάλη] *Idem.* Virg. Aen. 8, 89 Mitis vt in morem ſtagni placidaeque paludis Sterneret aequor aquis remo vt luctamen abeſſet. Miſerum luctamen Valer. Flacc. Argon. 2, 234. Emendatio morum iudiciorumque correctio, et Difficile luctamen et periculi plenum negotium eſt Mamertin. Paneg. Iul. c. 4. Operam luctaminibus Mollioribus dare Lamprid. Alexandr. c. 30. *Add.* Capitolin. Maximin. c. 6.

LVCTA, ae. f. *ſiue* LVCTATIO. [πάλη Onomaſt. Vet.] *Vnus ex quinque ludis antiquorum, quo alius alium proſternere in terram nititur.* Hygin. Fab. 273 Aiax vicit lucta. *Vid.* Sidon. Epiſt. 2, 1. Conuincitur lucta Auguſtin. Ep. 106. *et* Auſon. Epigr. 93. Capitolin. in Maximino c. 6.

LVCTVS, LVCTVOSVS, *vid.* LVGEO.

LVCVBRO, āre. [νυκτογραφέω, λυχνεύω] *Aliquid nocte ad lucernam componere.* Liu. 1, 57 Sed nocte ſera deditam lanae inter lucubrantes ancillas in medio aedium ſedentem inueniunt. *De Lucretia.* Farinam peruigilem lucubrare Apul. Met. 9. Viam Idem ibidem l. 6. Lucubrandum eſt Celſ. 1, 2.

LVCVBRĀTVS, a, um. Cic. in Parad. 1 *pr.* Accipies hoc paruum opuſculum, lucubratum his iam contractioribus noctibus. Nox lucubrata Martial. 4, 90.

LVCVBRATIO, ōnis. f. [νυκτογραφία] Columel. 11, 2 Item ad lucubrationem veſpertinam palos decem, vel ridicas quinque conficere, totidemque per antelucanam lucubrationem. Antelucana, Veſpertina Plin. 18, 26. Cic. de Nat. Deor. 1, 91 Nam iſta, quae vos dicitis, ſunt tota commentitia, vix digna lucubratione anicularum. Lucubrationum fuligo bibenda Quinctil. 11, 3. Lucubrationes Detraxi et meridiationes addidi Cic. de Diuinat. 2 c. 68. Columel. 11, 2, 90 Nam multa ſunt, quae in lucubratione recte aguntur. *Et mox:* Nulla regio non aliquid affert, quod ad lucubrationem confici poſſit — Poſſit etiam ſalix pridie deciſa ad lucubrationem expurgari — Tum etiam per lucubrationem ferramenta acuere. Cato de R. R. 37, 3 Per lucubrationem hieme haec facito.

LVCVBRATIVNCVLA, ae. f. Dimin. Gell. Praefat. Si cui forte nonnunquam tempus voluptasque erit, lucubratiunculas iſtas cognoſcere. *Pro Tempore lucubrationis ponitur ab* Auſon. Epiſt. 21 Iſti ſpatio lucubratiunculae vnius effuſi, *i. Vigilia vnius noctis.*

LVCVBRATORIVS, a, um. [νυκτογραφικὸν φορεῖδιον] Lucubratoriam lecticulam Tranquillus *appellat in* Auguſto c. 78. *in qua lucubrare ſolebat Auguſtus. vid. h. l. Caſaub. it. Buchner. ad* Plin. Ep. n. 127 p. 44.

LVCVBRVM, i. n. *Materia, quae facile ignem concipit. Vid.* Plin. 16, 40. *Scalig. in* Moret. *Salmaſ. Proleg. Exerc. Plin. p. 17. Dalechamp. ad* Plin. l. c.

LVCVLENTVS, *vid.* LVX.

LVCVLLVS, i. m. [Λούκουλλος] *Cognomen fuit* Liciniorum, *in quibus diuitiis et magnificentia nobilitatus ille Ciceronis aequalis, cuius elogium eſt prooemium* libri quarti Academicarum quaeſtionum, *qui et* Lucullus *inde vocatur a Grammaticis.*

LVCVLLĒVS, a, um. Adi. [Λουκούλλειος] Plin. 36, 6 Poſt hunc Lepidum ferme quadriennio L. Lucullus Conſul fuit, qui nomen (vt apparet ex re) Lucullco marmori dedit, admodum delectatus illo, primusque Romam inuexit.

LVCVLLĀNVS, a, um. *Idem.* Sidon. Paneg. Antem. v. 511 Lucullanis freta cincta carinis.

LVCVMO, ōnis. m. [Λουκούμων] *Tuſcorum lingua veteri regem ſignificabat aut principem.* Seru. ad Aen. 2, 278 Duodecim enim Lucumones, qui reges ſunt lingua Tuſcorum, habebant. Idem ad 8, 65 De Tuſcia — —nam et Lucumones reges habebat: *Et ad* v. 475 Tuſcia duodecim Lucumones habuit, id eſt, reges, quibus vnus praefuit. *Sed ſingularum ciuitatum quoque magiſtratus ſic dicti, ſi credimus eidem ad* Aen. 10, 202 Gens illi (*Mantuae*) triplex, populi ſub gente quaterni. Quia Mantua tres habuit populi tribus, quae in quaternas curias diuidebantur, et ſingulis ſinguli Lucumones imperabant, quos in tota Tuſcia duodecim fuiſſe manifeſtum eſt, ex quibus vnus omnibus praeerat. *Hinc* Romulus a Lucumone *vel* a Lucumonibus *adeo, id eſt*, a Tuſcis auxilia poſtulaſſe *dicitur, quorſum* Varronem *laudat idem* Seru. ad Aen. 5, 560. *Hinc Luceres dicta tribus Romana. Vid.* Varro de L. L. 4, 9 p. 16, 30. Aur. Vict. de Vir. Ill. 2. Prop. 4, 1, 29 Prima galeritus poſuit praetoria Lucmo *contracte pro* Lucumo. *Itaque ominis cauſa Damaratus Corinthius apud Tarquinios exulans filio ſuo* Lucumoni *nomen eſſe voluit, qui Romam translatus* L. Tarquinium Priſcum nomen edidit Liu. 1, 34. *Add.* Macrob. Sat. 1, 6. Vict. de Vir. Ill. 6. *Talis eſt* Lucumo *ille* Cluſinus, praepotens iuuenis Liu. 5, 33. *Maneat igitur* Lucumonem *eſſe poteſtatis et potentiae adeo nomen ac nobilitatis apud Etruſcos, vndecunque deriuetur. Scaliger ad Orphei hymnos ait eſſe* Lycaonas, *quod Regium in Arcadia nomen fuiſſe, et* λυκάνθρωπον *etiam ſignificaſſe contendit: vnde explicat illud Feſti,* Lucumones quidam homines ob inſaniam dicti, quod loca, ad quae veniſſent, infeſta facerent. *Neſcio quam bene, quam emendate iſta* Feſtus. *Fr. Marianus de Etruria Metropoli* c. 3 *hanc inſaniae notionem inde haeſiſſe nomini putat, quod iidem* Lucumones, *qui* Curetes *et* Corybantes. *Sed hiſtoriam et antiquitates Etruſcas, et Annium Viterbienſem, mittimus merito. In vſu Latinorum ſcriptorum manemus. Igitur non recte putamus a Scaligero factum Auſon. Lect.* 2, 12. *quod ad inſaniae notionem traxit illud* Auſon. Epiſt. 4, 68

Accipe congeſtas myſteria friuola nugas,
Quas tamen explicitis nequeas deprendere chartis,
Scillite decies non ſi purgeris aceto,
Anticipesque tuo Samii Lucumonis acumen.

Plane acumen ſuum deſerit, aut nimis adeo acutus eſt Scaliger, cum Samium Lucumonem *ipſum vocari ait Theonem, i. acute ſtultum, cum* ſaniare *ſit acuere. Debebat ipſa Samii appellatio in mentem illi reuocare Pythagoram, quem* Lucumonem *cum dixit, non principem modo virum intelligi voluit, ſed* Tuſcum. *Cleanthes apud Porphyrium de Vita Pythag. pr. dicit, alios eſſe* οἱ τὸν πατέρα αὐτοῦ Τυῤῥηνὸν ἀποφαίνοντας, τῶν τὴν Λῆμνον ἀποικησάντων *etc. Si ergo patrem ipſius Tuſcum a quibusdam dictum ſciuit, ſi principem virum non ignorauit, quid mirum, ſi* Samium Lucumonem *vocauit hoc ſenſu, haec nugacia myſteria non explicaueris, mi Theon, ſi acutior ſis Pythagora. Pro rege poſuit* Sidon. 5, 7 *fin.* Temperat Lucumonem noſtrum Tanaquil ſua: *Vtroque nomine in laude vſus. De Chilperico enim rege ſermo eſt, quem paullo ante vocauit* virum non minus bonitate quam poteſtate praeſtantem. *De vxore autem ſtatim,* aures mariti viroſa ſuſurronum fece completas opportunitate ſalſi ſermonis eruderat. *Addimus hoc vnum, cognationem maximam literarum eſſe inter literas, h. e. conſonantes nominis* Lucumo, *et* מלך *quo oriens regem denotat.*

LVCVNS, untis. n. *Edulii genus veteribus vſitatum.* Varro *apud* Nonium 2, 483 Ac nulla ambroſia ac nectar, non allia ſardae, Panis, pemma, lucuns, cibus qui puriſſimus multo eſt. *Et*, Vinum, pemma, lucuns nihil adiuuat, iſta miniſtrat.

LVCVNCVLVS, i. m. Dimin. *E paniſiciorum genere fuiſſe, ſatis docet* Apuleius Met. 10 p. 245, 11 Hic panes, cruſtula, lucunculos, hamos, laterculos, plura ſcitamenta mellita. Afranius *apud* Non. l. c. Piſtori cur non, cur non ſcriblitario vt mittat fratris filio lucunculos? Stat. Silu. 1, 6, 17 Molles Caioli lucunculique, *ſi audimus Turn.* 18, 20 *pro vulg.* Lagunculique.

LVCVNTER, ĕris. m. Genus operis piſtorii *ap.* Feſtum. *Vid. ibi Iuſ. Scalig. et Salmaſ. ad Aelium Lamprid.*

LVCVS, i. m. [ἄλσος, τέμενος] *Nemus arboribus denſum et conſecratum.* Cic. pro Mil. 86 Vos enim Albani tumuli, atque luci, vos inquam imploro atque obteſtor. Liu. 35, 51 Luci fanaque ſacroſancta. Cic. de Diuin. 1, 101 Lucus Veſtae. Virg. Aen. 1, 445 Lucus in vrbe fuit media laetiſſimus vmbra. *Vbi* Seruius: Vbicunque Virgilius Lucum ponit, ſequitur etiam

etiam conſecratio. Virg. Aen. 6, 673 Nulli certa domus: lucis habitamus opacis. Dicuntur enim heroum animae lucos tenere. Lucus autem dicitur quod non luceat: non quod ſint ibi lumina cauſa religionis, vt quidam volunt. *Sed merito hanc deriuationem reiicit* Quinctil. 1, 6, 34. Senium venerabile lucorum Stat. Silu. 1, 3, 39. Lucus Dianae Liu. 27, 4. Ferentinae Idem 7, 25. Feroniae Idem 26, 11. 27, 4. Iunonis Laciniae Idem 24, 3. Iunonis Soſpitae Idem 22, 1. Maricae Idem 27, 37. Similae Idem 39, 12. *Sed vid. h. v.* Alti Virg. Ecl. 8, 86. Caligans nigra formidine Id. Georg. 4, 468. Deſertis ceſſant ſacraria lucis Propert. 3, 13, 47. Inacceſſi Virg. Aen. 7, 11. Iners, *i. Quietus* Stat. Theb. 10, 86. Ingens Virg. Aen. 7, 29. Petelinus Liu. 6, 20. Pios errare per lucos Hor. Carm. 3, 4, 7. Praenubilus denſa arbore Ouid. Amor. 3, 13, 7. Sacri Virg. Aen. 5, 761. Sacratus Camoenis, quo ſe Numa conferebat Liu. 1, 21. Sacrati Virg. Aen. 7, 78. Sancti Ouid. Met. 15, 793. Silentes Virg. Georg. 1, 477. Sonantes Id. Ecl. 10, 58. Steriles Stat. Theb. 2, 12. Viridis Virg. Aen. 7, 800. *et* Stat. Theb. 5, 152. Vmbroſi Hor. Carm. 1, 4, 11. ¶ 2 *Hinc nomina quaedam locorum orta videntur, vt* Lucus Auguſti, Lucus Feroniae *apud Geographos.*

LVCVLVS, i. m. Dimin. Suet. in vita Horatii Domusque eius oſtenditur circa Tiburtini luculum.

L V D

LVDIA, LVDIBRIVM, LVDIBVNDVS, LVDICRVS, LVDIFICO, LVDIVS, LVDO, *ſtatim dabimus.*

LVDVS, i. m. [παιδιά, παῖγμα] *Factum dictumue oblectandi animi aut noſtri aut aliorum cauſa ſuſceptum prolatumque: opponiturque* Serio. Cic. de Orat. 3, 58 c. 15 Sed vt homines labore aſſiduo et quotidiano aſſueti, cum tempeſtatis cauſa opere prohibentur, ad pilam ſe, aut ad talos, aut ad teſſeras conferunt, aut etiam nouum ſibi ipſi aliquem excogitant in otio ludum. Hor. Serm. 1, 1, 27 Sed tamen amoto quaeramus ſeria ludo. *Et* Art. Poët. 226 Seria vertere ludo. Virg. Ecl. 7, 17 Poſthabui tamen illorum mea ſeria ludo. Campeſtris, *vid.* CAMPVS. Conſimilis, *vid.* CONSIMILIS. Tempeſtiuum pueris concedere ludum Hor. Epiſt. 2, 2, 142. Plaut. Rud. 2, 4, 13 Otium vbi erit, tum tibi operam ludo et deliciae dabo. *i. Tecum ludam, et delicias faciam.* Dare ludum amori, *Indulgere amori* Hor. Carm. 3, 12, 1. *Conf.* Cic. pro Cael. c. 12 *et* 18. Ducere noctem ludo Virg. Georg. 3, 379 Gaudens ludis Hor. Epiſt. 1, 7, 59. Genuit ludus trepidum certamen et iram Id. ibid. 1, 20, 48. Id. ibid. 1, 14, 36 Nec luſiſſe pudet, ſed non incidere ludum. *h. e. Abrumpere, deſinere ludere.* Inani ludo prohibere animos Virg. Georg. 4, 105. *vid.* INANIS. Horat. Od. 1, 2, 37 *ad Martem,* Heu nimis longo ſatiate ludo *i. bello, qui ludus quidam Marti eſt.* Ludus eſt, illa perdiſcere Cic. de Fin. 2, 27. *Et* de Orat. 2, 72 Omnium caeterarum rerum oratio, mihi crede, ludus eſt homini non hebeti. Iocans ludus Lucret. 4, 586. Adhibere ludos, *vid.* ADHIBEO. Lucret. 4, 794 Scilicet arte valent ſimulacra, et docta vagantur, Nocturno facere vt poſſint in tempore ludos? Ter. in Phorm. 5, 7, 52 Oh tune is eras? D. vt ludos facit. Facere ludos aliquem, *pro Irridere.* Plaut. Capt. 3, 4, 48 Vt ſceleſtus, Hegio, nunc iſte te ludos facit. Idem Bacchid. 5, 1, 4. Facere operam ludos; *i. Perdere operam.* Plaut. Rud. 4, 1, 8 Pol magis ſapuiſſet, ſi dormiuiſſet domi: iam nunc et operam ludos facit, et retia. Noui iam ludum Plaut. Amph. 4, 2 ſuppoſ. 2, 32. *vid.* NOSCO. Ter. Andr. 3, 1, 21 Hiccine me ſi imparatum in veris nuptiis adortus eſſet, quos mihi ludos redderet! Druſo ludus eſt Suggerendus Cic. Att. 12, 44 poſt med. *i. dolo capiendus.* Ludus et Iocus, *pro Re abiecta ac parui pretii, quae merito contemni ac ludibrio haberi poſſit.* Ter. Eun. 2, 3, 7 Hic vero eſt, qui ſi amare occeperit, ludum iocumque dices fuiſſe illum alterum, praeut huius rabies quae dabit. Cic. pro Flacc. 12 quum fidem auctoritatemque eriperet teſtimoniis Graecorum, vſus collatione Romanorum hominum; Num, inquit, illos idem putatis? quibus iusiurandum, iocus eſt: teſtimonium, ludus: exiſtimatio veſtra, tenebrae. Liu. 28, 42 *pr.* in oratione Fabii Max. aduerſus P. Scipionem, res ipſius geſtas in Hiſpania conterentis atque eleuantis, Nae tibi P. Corneli, quum ex alto Africam conſpexeris, ludus et iocus fuiſſe Hiſpaniae tuae videbuntur. Virg. Aen. 5, 674 Galeam proiecit inanem, Qua ludo indutus belli ſimulacra ciebat. Cautique per atria ludi Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 206. ¶ 2 Ludus, [διδασκαλεῖον] *De exercitatione gymnaſtica dicitur, et omni adeo conuentu diſcendi cauſa inſtituto.* Aſconius in Diuin. Verr. 4 Omnem ſcholam ludum dixere Romani. Cic. ad Quint. Fr. 3, 4 Ducensque mecum Ciceronem meum in ludum diſcendi non luſionis. *Talis fuit* Ludus Aemilius Horat. A. P. v. 32 In eodem ludo doctae mihi omnes videntur ad malitiam Ter. Hec. 2, 1, 6. *Add. ib.* v. 7. Sueton. in Caeſ. c. 31 Formam qua ludum gladiatorium erat aedificaturus conſiderauit. Quinctil. in Gladiatore 12 p. 200 *Burm.* Quia redemtorem illis diuitem promiſeram patrem, in ludum vendiderant tanquam decepti *h. e.* Gladiatorum. Ludos *tamen* gladiatorios (*inquit Valla*) *frequentius, quam* Ludum *dicimus, quando vnum pluraue paria gladiatorum ad ſpectaculum pugnatura producuntur. Vid. Torrent. ad l. c.* Suet. *it. ad c.* 26. *et Brouckh. ad* Tibull. 1, 4, 45. Cic. de Orat. 2, 100 Hoc in ludo non praecipitur: faciles enim cauſae ad pueros deferuntur. *Et ſtatim poſt,* Haec eſt in ludo cauſarum fere formula. *De ludo Rhetorico.* Plin. 9, 8 *de delphinis,* Puerum, ex Baiano Puteolos itantem in ludum Literarum. *Et paullo poſt,* Receptumque Puteolos per magnum aequor in ludum ferebat. Liu. 6, 25 Ingreſſus vrbem, vbi patentes ianuas et tabernis apertis propoſita omnia in medio vidit: intentoque opifices ſuo quemque operi, et ludus literarum ſtrepere diſcentium vocibus, *etc.* Horat. Epiſt. 1, 1, 3 Spectatum ſatis, et donatum iam rude, quaeris Mecaenas iterum antiquo me includere ludo. Quinctil. 1, 4 Literarii paene iſta ſunt ludi, et triuialis ſcientiae, *vid.* LITERA. Horat. Sat. 1, 10, 75 An tua demens Vilibus in ludis dictari carmina mauis. Cic. Quint. Fr. 3, 4 Haec ſcripſi ad IX Calendas Nouembris, quo die ludi committebantur, in Tuſculanum proficiſcens, ducensque mecum Ciceronem meum in ludum diſcendi, non luſionis. Magiſter ludi factus eſt Val. Max. 6, 9 *extr.* 6. Magiſtram ludo eſſe Ter. Hec. 2, 1, 7. Habere Plin. 9, 8. Cic. pro Lege Manil. 28 Qui e ludo, atque pueritiae diſciplina, bello maximo atque acerrimis hoſtibus ad patris exercitum, atque in militiae diſciplinam profectus eſt. Cic. Fam. 9, 18 Dionyſius tyrannus quum Syracuſis pulſus eſſet, Corinthi dicitur ludum aperuiſſe. ¶ 3 Ludi, *in plurali, Spectacula publica ſignificant. Quod enim ſingulari numero vtitur* Horat. Od. 4, 2, 42

Concines laetosque dies, et vrbis
Publicum ludum ſuper impetrato
Fortis Auguſti reditu, forumque
Litibus orbum:

Non tam Ludi *proprie dicti, quam generatim publica hilaritas poteſt intelligi: ferias imperatas propter triumphum Caeſaris intelligit* Vet. Schol. Cruq. *Cum ſpectacula pugnantium, certantium, canentium, aurigantium etc. notat, Plurale eſt.* Cic. Verr. 2, 130 Inter binos ludos. Ludis Liu. 2, 36 *pr. i. ludorum tempore, vid. h. l. Gron.* Apollinares Cic. Philipp. 10, 7. Liu. 25, 12 *vid. Spanhem. de Num. Diſſ. 10 p. 121 ſeqq.* Capitolini Liu. 5, 50. Cereales, *vid.* CERES. Circenſes, *vid.* CIRCVS. Celebres Ouid. de Arte Am. 1, 97. Funebres *it.* Megalenſes: *in Terentii Comoediarum didaſcaliis memorantur: vnde diſcimus, Comoedias etiam eorum Ludorum partem fuiſſe.* Funebrium exempla Liu. 28, 21. 31, 50. Ludi Magni Idem 2, 36 *etc.* Matutini Procurator *in Vet. Inſcript. apud Reineſ.* 1, 157. *i. gladiatorii vel pugnae cum feris. Quod recte colligitur etiam ex Grut.* p. 335, 2, 3. *Add.* Sen. Ep. 7. Sueton. Aug. 44. Militares ludos dare Capitol. Max. 2. *Porro exempla* Ludorum Megaleſiorum Liu. 29, 14. Plebeiorum Idem 23, 30. Romanorum Id. 1, 35. *it.* 23, 30. Scenicorum origo Idem 7, 2. *Exempla* 31, 4 *etc.* Votiui Liu. 7, 15. Cic. Quint. Frat. 3, 8 *extr. de Milone,* Ludos apparat magnificentiſſimos: ſic, inquam, vt nemo ſumtuoſiores: ſtulte bis terque, non poſtulatus: vel quia munus magnificum non dederat, vel quia facultates non erant, vel quia magiſter, vel quia potuerat magiſtrum ſe, non aedilem putare. Celebrare dies feſtos ludorum Cic. pro Arch. 13 c. 6. Committere ludos, *Idem quod Celebrare* Id. Quint. Frat. 3, 4. Committuntur ludi, *i. Incipiuntur* Liu. 2, 37. Condecorare ludos, *vid.* CONDECORO. Edere ludos Tacit. Ann. 1, 15. Liu. 28, 21. Facere ludos, *pro Edere.* Plin. 7, 45. Facere ludos Apollini Cic. de Clar. Orat. 78 c. 20. Inſtituere ludos Quinctil. 3, 8. Inſtituit ſacros celebri certamine ludos Ouid. Met. 1, 446. Inſtaurati per triduum Liu. 25, 2. Septies Idem 29, 11. Parati ex inſtauratione Idem 2, 36. Voti tumultus cauſa Idem 4, 27. ¶ 4 Ludos *pro Ludiis ſ. hiſtrionibus poſuit* Iuuen. 11, 20 Sic veniunt ad miſcellanea Ludi. Idem 6, 82 Nupta Senatori comitata eſt Hippia Ludum. *Sic vult Salmaſ. ad* Trebell. Claud. 5 p. 362 *Hack. vbi* Index Ludorum *eſt pars* libelli munerarii.

LVSVS, ûs, m. [παῖγμα] *Ludendi actus, et puerorum proprie dicitur.* Quinctil. 1, 3, 10 Nec me offenderit luſus in pueris: eſt et hoc ſignum alacritatis. Anni luſibus apti Ouid. Epiſt. 15, 21. *i. rei Venereae.* Luſus equi nunc eſt, leuibus nunc luditur armis Id. Triſt. 3, 12, 19 *al.* Vſus, *melius.* Virgineis exercent luſibus vndas Naiades aequoreae Ouid. Met. 14, 556. Aleae luſus Sueton. Cal. 41. Luſus hic ſit Quinctil. 1, 1, 19. *i. puer putet ſe, dum diſcit, ludere.* Luſus duodecim ſcriptorum Idem 11, 2, 38. Luſus *etiam pro Ioco accipitur, opponiturque Serio.* Plin. Epiſt. 5, 3 Quos, quantosque auctores ſequar, facile impetrari poſſe confido, vt errare me, ſed cum illis ſinant, quorum non ſeria modo, verum luſus etiam exprimere laudabile eſt. Luſus et iocus Martial. 2, 4. Carentes grauitate luſus Ouid. ex Pont. 1, 9, 9. Dare de ſe venuſtiſſimos luſus Quinctil. 5, 13, 46. *i. ridiculum ſe praebere.* Inepti luſus Ouid. Triſt. 2, 223. *ſic vocat ſua Poëmata.* Offerre aliquid in luſum *puero* Quinct. 1, 1, 26. Nec, iuueni luſus qui Placuere, placent Ouid. ex Pont. 1, 4, 4.

LVSIO, ônis. f. [παῖξις] *Idem.* Cic. de Fin. 5, 55 Infantes luſionibus vel laborioſis delectantur. Idem de Senect. 58 c. 10 Sibi igitur habeant alii arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clauam, ſibi pilam, ſibi natationes, et curſus: nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquant et teſſeras. *De voluptate ſenili (inquit Valla) locutus eſt, non de ſpe lucri: cuius ſpei cauſa plerique ludunt.* Cic. de Orat. 1, 73 c. 16 Qui pila ludunt, non vtuntur in ipſa luſione artificio proprio palaeſtrae.

LVDIVS, i. m. [ὑποκριτής] *Hiſtrio.* Cic. de Aruſp. Reſp. 22 Quum ille ſeruorum et ludiorum multitudini, *etc.* Saltat tonantem tauricomem ludius Prudent. Rom. v. 222. Ouid. de Arte Am. 1, 112 Ludius aequatam ter pede pulſat humum. *Legitur et* Lydius. Ludii, *inquit Dionyſius Halicarnaſſeus* 2 p. 130. *Adoleſcentes erant tunicalas induti inſignes, galeati, et enſiferi peltatique, qui omnibus circenſibus et theatralibus pompis in verſum incedebant, ipſius velut pompae duces Saliis ſimiles,* Ludii *ex eo vocati, quod a* Lydis *id genus ludicri inuentum videretur. Haec et plura Dionyſius. Si qui eorum eſſent grandiuſculi et iam veſticipes, vellebantur, glabrique reddebantur.* Plautus Aulul. 2, 6, 6 Tu iſtum gallum Glabriorem reddes, quam volſus ludius eſt, *vid.* et Nonium 12, 47. *et Torrent. ad* Hor. Serm. 1, 6, 1. Arnob. 4 p. 148. Ludius *pro gladiatore: vid. Salmaſ. ad* Flor. 3, 20, 3. *et ad* Trebell. Poll. Claud. c. 5.

LVDIO, ônis. m. [ὑποκριτής] *Idem.* Liu. 7, 2 Ludiones ex Hetruria acciti ad tibicinis modos ſaltantes. Idem 39, 6 *extr. Et* conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis.

LVDIA, ae. f. [ὑποκρίτις] *Mulier, artes ludicras exercens, aut vxor vel amica ludii. Hinc* Iuuen. Sat. 6, 104 *Hippiam, quae relicto marito gladiatorem in Aegyptum ſequuta eſt, vocat* Ludiam, Qua tamen exarſit forma? qua capta iuuenta eſt Hippia? quid vidit propter quod ludia dici Suſtinuit. Martial. 5, 25 Hermes cura, laborque ludiarum. Martianus Capella, Ludiam quandam Gaditanam ſaltantem vidimus ſemicinctam. Vndae ludiae Catull. 32, 13. *i.* χορευόντων *ſec. Scalig. Alii leg.* Lydiae. *al.* Lariae.

LVDIMAGISTER. [γραμματιστής] *Qui praeeſt ludo literario. Coniunctim ſcribitur* Cic. de Natur. Deor. 1, 73 c. 26 Sed quum agellus eum non ſatis aleret, vt opinor, ludimagiſter fuit. *Sed apud eundem* in Diuin. in Caec. 47 *legitur,* Magiſter ludi neſcio quis. Magiſtri ludi (*inquit Aſconius*) dicuntur, qui primas literas docent. Valer. Max. 6, 9 *extr.* 6 Magiſter ludi factus ex tyranno, *De Dionyſio loquitur. Conf.* Martial. 10, 6.

LVDIBVNDVS, a, um. Adi. [παίζων] *Dicitur Ludens.* Si Vulteium habebis, omnia ludibundus conficies Cic. Verr. 3, 156. Per laſciuiam et iocum ludibundi redire Liu. 24, 16. Cic. Verr. 3, 156 c. 67 Quia multos per ſe et per alios multa ludibundos, libidinoſe apud Verrem effeciſſe vidit. Idem de Orat. 3, 119 c. 58 *ex Poëta,* Tum ad te ludibunda docte et delicate detulit.

LVDO, ſi, ſum, ĕre. [παίζω] *Ludum vel luſum agere.* Plin. Epiſt. 5, 16, 3 Vt parce cuſtoditeque ludebat. Turpe eſt neſcire puellam Ludere, ludendo ſaepe paratur amor Ouid. de Arte Am. 3, 368. Exſultim ludit velut equa trima Hor. Carm. 3, 11, 10. Ludere, *cum accuſatiuo.* Suet. in Auguſt. c. 71 Aliquando vt vincat, ludit aſſidue

aleam. Ciuem bonum ludere *i. agere, ſimulare* Cael. ad Cic. 8, 9 *pr.* Ter. Eun. 3, 5, 38 Et quia conſimilem luſerat iam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi. Ludum inſolentem ludere Hor. Carm. 3, 29, 50. Soli chamaeleonti datum, quod vulgo dictum eſt de corio ſuo ludere. Tert. de Pall. *quod, obſeruante Salmaſio* p. 200, *reſpectum habet ad prouerbium*, de alieno corio ludere. *Conf. in* CORIVM *ex* Mart. 3, 16. *et add.* Apul. 7 p. 193, 8 Reuera ludis de alieno corio. Operam ludere, *Perdere operam, Fruſtra laborare.* Plaut. Pſeud. 1, 3, 135 In pertuſum ingerimus dicta dolium, operam ludimus. Ter. Phorm. 2, 2, 18 Quia enim in illis fructus eſt, in illis opera luditur. *Vbi* Donat. Luditur opera: exercetur, an illuditur, id eſt fruſtratur? Otium ludere Martial. 3, 25. Par impar ludere Hor. Serm. 2, 3, 248. Sueton. Aug. c. 71. Verba mea ludunt, *pro Inaniter iactantur, incaſſum volant, et tanquam ludibria ſunt* Propert. 2, 33, 25. Ter. Adelph. 4, 7, 21 Ita vita eſt hominum, quaſi quum ludas teſſeris. Cic. de Fato, *Et* Philipp. 2, 56. Talis Suet. Aug. c. 71. Alea luditur pernox Iuuen. Sat. 8, 10. Artes quibus alea luditur Ouid. Triſt. 2, 471. Vopiſc. Proculo 13 Quum in quodam conuiuio ad latrunculos luderetur. Plaut. Moſtel. 5, 2, 36 Scis ſolere illanc aetatem tali ludo ludere. Pictura ludere Paullin. Natali Felic. 9, 580. Pila ludere Cicer. Tuſc. 5, 217. Ludere in numerum, *Saltare ad modum rhythmi et cantilenae, vt ait* Seruius *ad* Virg. Ecl. 6, 28 Tum vero in numerum Faunoſque feraſque videres Ludere. Ludere in ſpeciem chori Ouid. Met. 3, 685. Agni ſatiati ludunt Lucret. 2, 320. Pecus omne ludit campo Hor. Carm. 3, 18, 9. Ter. Adelph. 3, 3, 23 Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere paulliſper. *i.* Moueri, *vt interpretatur* Seruius. *Sic* Virg. Aen. 8, 632 — geminos huic vbera circum Ludere pendentes pueros. ¶ 2 Ludere, *Iocari, et irridere, ſiue ſcurriliter et leuiter loqui, vel deludere alterum, ſiue eludere, vt ait Valla.* Ter. Andr. 4, 5, 48 Hic ille eſt, non te credas Dauum ludere. Cic. de Natur. Deor. 3, 3 Quum vero deos nihil agere, nihil curare confirmat, membriſque humanis eſſe praeditos, ſed eorum membrorum vſum nullum habere, ludere videtur. Sanguine hominis ludere in conuiuio Liu. 39, 43 *extr.* Ludere, *Decipere.* Virg. Aen. 1, 356 — vana ſpe luſit amantem. Cic. Tuſc. 1 In vtroque eandem habuit fortuna poteſtatem, ſed luſa in altero eſt. Aciem oculorum ludere, *vid.* ACIES. Ouid. de Arte Am. 3, 332 Cuiue pater vafri luditur arte Getae. Dolis aliquem ludere, *Dolo circumuenire.* Ter. Eun. 2, 3, 94 An potius haec pati aequum eſt fieri, vt a me ludatur dolis? Imaginibus falſis ludere aliquem Virg. Aen. 1, 412. ¶ 3 *Occupationes et actiones, quae exercendorum vel corporum vel animorum cauſa, ſuſcipiuntur,* ludendi *verbo deſignari ſolent. Sic* Hor. Art. Poët. 379 Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis. Claudian. Conſ. Honor. 4, 558 Simulacraque Martia ludis. Tib. 1, 4, 45 Si volet arma, leui tentabis ludere dextra. Ouid. Tr. 3, 12, 19 Vſus equi nunc eſt, leuibus nunc luditur armis. *Et* 4, 1, 72 Nec niſi luſura mouimus arma manu. Cic. de Off. 1 c. 29 Suppeditant autem et campus noſter, et ſtudia venandi honeſta exempla ludendi. Ouid. Rem. Am. 380 Blanda pharetratos Elegeïa cantet amores, Et leuis arbitrio ludat amica ſuo. *Sic* Gellius, Is optime ludere a magiſtro eius didicerat, *de Muſica.* *Sic de carmine, paruo in primis nec Heroico,* Virg. Ecl. 1, 10 Ludere quae vellem calamo permiſit agreſti. Idem Georg. 4, 565 Carmina qui luſi paſtorum. Hor. Carm. 1, 32, 2 Poſcimus ſi quid vacui ſub vmbra Luſimus tecum. *Add. ib.* 4, 9, 9. Laeta et iuuenilia luſi Ouid. Triſt. 5, 1, 7. Muſa tua luſit Idem Amor. 3, 1, 27. Modis bucolicis luſerat Idem Triſt. 2, 538. *De Virgilio.* Verſu ludere Virg. Ecl. 6, 1. *Quin de auium cantu, vt* Vernula quae vario Carmine ludit auis Rutil. Itin. 1, 112. *Conf. h. l. Burm.* ¶ 4 Ludere *de re Venerea.* Ludite vt lubet, et breui liberos date Catull. Epithal. v. 211. *Add.* Hor. Epiſt. 2, 2, 214. Ouid. A. A. 2, 389. *Conf. Barth. ad* Scriptt. Ven. p. 183. *Interpp.* Petron. c. 10 p. 43 ſeqq. Prop. 2, 5, 4 *de Thaide,* In qua populus luſit Erichthonius. ¶ 5 Luſum, Luſu, *Supina.* Hor. Serm. 1, 5, 48 Luſum it Maecenas, dormitum ego, Virgiliuſque.

LVDENS, entis. Partic. [παίζων] Pueri ludentes Hor. Epiſt. 1, 1, 59. Inter pueros ludens pila Petron. c. 27. Ludentem laſciua verba decent Hor. A. P. v. 107. Lucan. ad Piſon. 162 Si carmina forte Nectere ludenti iuuit fluitantia verſu.

LVSVS, a, um. Partic. [παιχθεὶς] *Deceptus.* Cic. de Fin. 2, 2 c. 1 Sed et illum, quem nominaui, et caeteros Sophiſtas, vt e Platone intelligi poteſt, luſos videmus a Socrate. Chlamys aurato multum Subtemine luſa Nemeſ. Cyn. 91. *i. acu picta. Vid.* Illuſus *ab* ILLVDO. *Sed Spanhem. malit* fuſa *i. effuſa, fluens.*

LVSĬTO, āre. Frequent. [παίζω] Plaut. Capt. 5, 4, 6 Nam vbi illo adueni, quaſi patriciis pueris, aut monedulae, aut anates, aut cothurnices dantur quibuſcum luſitent. Gell. 18, 13 *pr.* Saturnalibus Athenis alea quadam feſtiua et honeſta luſitabamus huiuſcemodi.

LVSOR, ōris. m. [παίκτης] *Qui ludit, aut decipit.* Plaut. Amph. 2, 2, 62 Quid enim cenſes, te vt deludam contra luſorem meum, qui nunc primum te aduenisse dicas, modo qui hinc abieris? Maligni Sen. de Benef. 2, 17. Ouid. Triſt. 4, 10, 1 Ille ego qui fueram tenerorum luſor amorum. *i. Scriptor. Pro Aleatore ponitur apud* Ouid. de Arte Am. 1, 451 Sic, ne perdiderit, non ceſſat perdere luſor, Et reuocat cupidas alea ſaepe manus. *Conf. ib.* 3, 371.

LVSORIVS, a, um. Adi. [παικτικὸς] *Quod ad ludum ſpectat:* Plin. 7, 56 Luſoriam pilam Pyrrhus inuenit. Idem 37, 2 Tranſtulit alueum cum teſſeris luſorium e gemmis duabus. Arma Sen. Ep. 117. Flammae leues et luſoriae, *pro Innoxiis, apud* Senec. Nat. Quaeſt. 2, 44. Paull. in l. vltim. D. Ne quid in loco publico fiat, Qui aduerſus edictum Praetoris aedificauerit, tollere aedificium debet: alioqui inane et luſorium Praetoris imperium fuerit. Naues luſoriae *dicebantur, quas Romani habebant in fluminibus, vt imperium diſterminarent a barbaris. Vid. Baluz. ad* Lactant. de Mort. perſec. c. 21. *et quos ibi laudat, et* Ammian. 18, 2. Nomen luſorium, *pro ficto et ementito.* Senec. de Benef. 5, 8. Quaeſtio luſoria, *Vel quae ludo fit, vel de ludo tractat* Plin. 7, 53. Spectaculum luſorium, *Inane et ridiculum.* Senec. Epiſt. 81.

LVSORIVM, i. n. *Amphitheatrum, aut locus, in quo ludi edebantur.* Lamprid. de Heliogab. c. 25 Strauit ſibi triclinium in ſummo luſorio. *Conf.* Ammian. 17, 3. *et* 18, 2.

LVSORIE. Adu. l. 50 §. 1. Dig. de Legat. et fideicommiſſ. Si hereditatis iudex contra heredem pronuntiauerit non agentem cauſam, vel luſorie agentem.

LVDIFACIO, ĕre. *Deludere:* Plaut. Epid. 5, 2, 41 Quomodo me ludifeciſti de illa conductitia.

LVDIFĬCO, āre. Actiuum: [καταπαίζω] *et* LVDIFĬCOR, Depon. *Deridere, ſeu per iocum et ludum fallere.* Pacis mora Conſulem ludificare Salluſt. Iug. c. 36. Ter. Eun. 4, 4, 49 Tu me hic etiam nebulo ludificabere? Plaut. Amph. 2, 1, 38 Iam ſequere ſis, herum qui ludificas dictis delirantibus. *Add. ib.* v. 15. *Sic paſſiuum,* Lucret. 1, 938 Vt puerorum aetas improuida ludificetur. Plaut. Capt. 3, 1, 30 Nunc redeo inde, quum me tibi video ludificarier. *Deponentis forma,* Cic. pro Roſc. Amer. 55 c. 20 Quum enim aliquid habeat quod poſſit criminoſe ac ſuſpicioſe dicere, aperte ludificari et calumniari ſciens non videatur. Tacit. Ann. 3, 21 Irritum, feſſumque Romanum impune ludificabatur. Liu. 39, 44 *extr.* Cenſores edicto ſummotis ab haſta, qui ludificati priorem locationem erant, omnia eadem paullulum minutis pretiis locauerunt. Plin. 6, 20 *extr.* Plerique lymphati terrificis vaticinationibus et ſua et aliena mala ludificabantur, *i. mendaciis ſuis ridicula faciebant.* Roſtra ludificari fuga, *i. Eludere flexu leui impetum nauis hoſtilis* Flor. 2, 2, 8. Virginem ludificari *i. Stuprare* Ter. Eun. 4, 3, 3.

LVDIFĬCANS, antis. Partic. [καταπαίζων] Sil. 7, 214 Sicci ſtimulabant ſanguinis enſes Ludificante ducem Fabio.

LVDIFICĀTVS, a, um. Partic. [καταπαίξας] Te ludificatus et Me hodie in perpetuum modum Plaut. Moſt. 4, 3, 41. Sil. 7, 645 Leuibus flexo per deuia gyris Ludificatus equo. Plaut. Bacch. 3, 4, 28 Neu quid ei ſuccenſeat, mea cauſa de auro, quod eum ludificatus eſt: *h. e. Per fallaciam aurum abſtulit.* Ludificatus, *paſſiuum* [καταπαιχθεὶς] Salluſt. in Iugurth. c. 50 Ludificati incerto praelio.

LVDIFICĀTVS, ûs. m. Plaut. Poen. 5, 2, 2 Aliquem ſibi habere ludificatui, *i. ludificari. vid. Taubm. ad h. l.*

LVDIFICATIO, ōnis. f. [κατάπαιξις] Cic. pro Sext. 75 c. 35 *pr.* Sed tamen actum nihil niſi de me, quum omni mora, ludificatione, calumnia, Senatûs auctoritas impediretur. Ignari ludificationis Liu. 7, 39. Id. 22, 18 *extr.* Ne nihil actum cenſeret, extincta prope aeſtate per ludificationem hoſtis.

LVDIFICĀTOR, ōris. m. Plaut. Moſt. 5, 1, 18 Ludificator meus, *etc.*

LVDIFICATORIVS, a, um. Imaginatio ludificatoria Auguſt. de Ciu. Dei 11, 46.

LVDIFICABĬLIS, e. Adi. [καταπαικτὸς] Plaut. Caſin. 4, 1, 3 Nec pol ego Nemeae credo, neque ego Olympiae, neque vſquam ludos tam feſtiuos fieri, quam hic intus fiunt, ludi ludificabiles ſeni noſtro.

LVDIFĬCVS, a, um. *Idem. Laudatur* Ludificis caueis habere Plaut. Poen. 5, 5, 2. *Sed Gron.* Tum profecto me ſibi habento ſcurrae ludificatui. *Nondum ergo auctorem habet* Ludificus.

LVDIBRIVM, i. n. [χλεύη] *Res vana et deridenda, certe talis, qua alius ludit.* Virg. Aen. 6, 75 Foliis tantum ne nomina manda, Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. Cic. in Parad. 1 Ille haec ludibria fortunae ne ſua quidem putauit, quae nos appellamus etiam bona. *Ad* Foediſſima ludibria delabi. Quinctil. 1, 6, 32. *de nugis Grammaticis.* Obnoxius ludibriis, *vid.* OBNOXIVS. Haberi ludibrio, *Derideri* Ter. Hec. 4, 1, 11. *Alii pro Vitiare hic poni dicunt, vid.* Donat. Laeſum iri ludibrio Cic. Fam. 5, 1. Proculcare, ac ludibrio ſibi habere aliquid Lucret. 5, 1234. Eſſe ludibrio alicui, *Falli vel irrideri ab aliquo.* Cic. ad Brut. 2 Nec pati ſceleratiſſimo hoſti ludibrio eſſe imperium Pop. Rom. *Sic* Verr. 5, . . . Ludibrio eſſe vobis gloriam. Vertere in ludibria Tacit. Ann. 12, 26, 2. *Ad Venerem refertur vt* Ludere n. 4. Ludibrio corporis ſui quaeſtum facere l. 5 Cod. de Epiſc. audient. Mancipium ludibriorum Prudent. in Agnet. v. 29. *i. ſcortum.*

LVDIBRIŌSVS, a, um. Adi. Firmic. 1, 3 Platonem cum illis animi virtutibus vendidit fatum, et illam diuini animi diſciplinam tyrannicis crudelitatibus, ac ludibrioſis Dionyſii poteſtatibus tradidit, *vid.* Ammian. 15, 13. 27, 22. 29, 11.

LVDIBRIŌSE. Adu. Ammian. 26, 6 Ad hoc dehoneſtamentum honorum omnium ludibrioſe ſublatus. *Add.* Ambroſ. Epiſt. 36 ad Sabin.

LVDĬCRVM, i. n. θεατρικὸν, σκηνικὸν Gloſſ. Lat. Gr. [παίγνιον] *Non modo Ludos hiſtrionicos et ſcenicos ſignificat, ſed quodcunque Opus luſorium et ioculare.* Catull. 62, 21 *de ramis Myrti,* Quos Hamadryades deae Ludicrum ſibi roſcido nutriunt humore. Liu. 1, 5 *pr.* Et quum is, creſcente in dies grege iuuenum, ſeria ac iocos celebraret: iam tum in Palatino monte Lupercal, hoc fuiſſe ludicrum ferunt, et a Palanteo vrbe Arcadica Palanteum, deinde Palatinum montem appellatum. *Ibidem* c. 35 *extr.* Ludicrum fuit equi pugileſque ex Hetruria maxime acciti. Celebrare ludicrum Liu. 27, 37. Indulgere ludicro alicui Tac. A. 1, 54, 3. *Conf.* Id. Hiſt. 1, 32, 1. *et* 3, 62, 4.

LVDĬCRVS, *vel* LVDĬCER, cra, crum. [παιγνιώδης] *Iocularius, luſorius, leuis.* Virg. Aen. 12, 764 Nec enim leuia, aut ludicra petuntur Praemia. Ars ludicra armorum Cic. de Orat. 2, 84 c. 20. *Add.* Columel. 1 praef. Sine ludicris artibus Quinctil. 3, 6. Plaut. Aul. 4, 3, 3 Continuo meum cor coepit artem facere ludicram, *i. Subſilire.* Certamen Senec. Agam. 13 v. 935 Pueri Exercitatione ludicra delectantur Cic. de Nat. Deor. 1 c. 37 *pr.* Res Hor. Epiſt. 2, 1, 180. Clarorum virorum ludicros eſſe Sermones non oportet Cic. Acad. 4 c. 2. Subtilitas Gell. 6, 13. Tibiae ludicrae, *Quibus luditur* Plin. 16, 36. Vertere in prouerbii ludicrum Idem 3, 11.

LVDĬCRE. Adu. Pars ludicre iactant Ennius *apud* Non. 2, 505. *vid.* Apul. Met. 9 p. 220.

L V E

LVES, is. f. [λοιμὸς] *Morbus, praeſertim contagione nocens, et inficiens: ab ea vi verbi* Luo, *quam auget* Polluo. Cic. de Aruſp. Reſp. 24 c. 12 Vt eos ludos haec lues impura pollueret. Feſtus: Lues eſt diluens vſque ad nihil. Tractum a Graeco λύειν. A Luo Lues Priſc. l. 4. Morbi lues Claud. de Bello Gildon. v. 39. Demiſſa caelo Stat. Theb. 11, 274. Dira Ouid. Met. 7, 124. Grauem populis luem ſparſura peſtis Senec. Thyeſt. ſ. 1. Miſeranda lues venit arboribus ſatiſque Virg. Aen. 3, 138. Peſſimam luem abolere ferro Senec. Med. v. 183 Luem *vocat Medeam.* Violenta Valer. Argon. 5, 15. ¶ 2 Lues, *pro Soluta aqua, vt quum niues in tabem, aquamque liquatae ſunt.* Petron. Arbiter c. 123 Vincta fluctus ſtupuere pruina, Et paullo ante lues, iam concidenda iacebat. *Ait enim aquas, quae ante labebantur ſolutae, repente in pluuiam concreuiſſe et glaciem, vt ferro earum rigor frangendus eſſet.* *Sic Turn.* 4, 19 Luis *pro* Lues *nominandi caſu dixit* Prudent. Hamartig. v. 249 Si terras luis incentiua fatigat. *Vid. et* Pſych. 508.

LVGDV-

LVGDVNVM, i. n. [Λούγδουνον] *Ciuitas Galliae: quaſi* Lucii (*Munatii Planci*) dunum, *i. collem dictum volunt.* Sidon. 5, v. 576 Lugdunumque tuum dum praeteris adſpice victor.

LVGDVNENSIS, e. Adi. Iuuen. Sat. 1, 44 Palleat, vt nudis preſſit qui calcibus anguem, Aut Lugdunenſem Rhetor dicturus ad aram, *intell. Auguſti, ad quam* certamen erat Graecae Latinaeque facundiae: Quo certamine ferunt — eos, qui maxime diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpongia linguaue delere iuſſos, niſi ferulis obiurgari, aut flumine proximo mergi maluiſſent, *vt ait* Sueton. Calig. 22. *Ad hanc igitur aram dicturus pallebat merito.*

LVGEO, xi, ctum, ēre. [πενθέω, κωκύω, ὀδύρομαι, ὀλοφύρομαι] *Triſtitiae ſigna voce, veſtibus, aliisque rebus edere: in primis ſuper mortuo.* Qui luget, abſtinere debet a conuiuiis, ornamentis, et alba veſte Iul. Paul. rec. ſentent. l. 2 tit. 21. Cic. Tuſc. 3, 70 Quid qui non putant lugendum viris? Fratrem lugebat ademptum Ouid. Met. 11, 273. Matres luxere Iliae Hectorem Hor. Epod. 17, 11. Mortem alicuius Cic. Phil. 12 c. 10. Rempub. lugere, *Caſum et fortunam Reip. condolere* Cic. Fam. 7, 29. Reip. Occaſum atque Interitum Cic. in Piſ c. 8 *extr.* Vitam lugere hominum Cic. Tuſc. 1, 83. *Etiam* Equi lugent dominos Plin. 8, 42 ſ. 64. Ouid. Met. 11, 47 — poſitis de frondibus arbos Tonſa comas luxit. Luxti, *pro Luxiſti* Catul. Coma Beren. ſ. 64 (67) 21 At tu vero orbum luxti deſerta cubile, *etc.* Vita lugenda Ouid. Triſt. 4, 3, 39. Manil. 4, 847 Et velut elatam Phoeben in funere lugent. Lugetur, *imperſ.* [κωκύεται] Catul. 37, 5 Seu pii ad rogum filii Lugetur, orba quum flet vnicum mater.

LVGENS, entis. Partic. [κωκύων] Solator lugentium Stat. Silu. 5, 5, 40. Die feriarum etiam lugentes rident Petron. c. 134. Campi lugentes Virg. Aen. 6, 441. Imago viri lugens Cic. pro Muraen. 88 c. 41. Lanae lugentes Martial. 14, 147. Senatu lugente, moerentibus bonis omnibus Cic. pro Domo 26.

LVGESCO, ěre. *Acuto ſono clamare.* Ammian. 31, 3. *ſed Valeſ. reſtituit* vigeſcunt.

LVCTVS, ûs. m. [κωκυτὸς, γόος, πένθος, ὀδυρμὸς, ὀλοφυρμὸς] *Eſt dolor, qui exterius proditur vultu ipſo, atque habitu. Et ſaepe ipſe habitus vultus, atque veſtis,* luctus *eſt. Vnde ſecundo bello Punico, poſt cladem illam Cannenſem* cenſuerunt P. C. ne foeminae vltra triginta dies in luctu eſſent Liu. 22, 56 *non videlicet, ne in dolore (non enim imperare dolori poſſumus) ſed in illo lugubri habitu.* Liu. 34, 7 Quid aliud in luctu quam purpuram atque aurum deponunt, quid cum eluxerunt ſumunt? Cic. Tuſc. 4, 18 c. 8 Luctus, aegritudo ex eius qui charus fuerit, interitu acerbo. Cic. pro Planc. 21 Quam quidem nunc multitudinem videtis Iudices, in ſqualore et luctu ſupplicem vobis. Feſſa luctuque viaque Ouid. Met. 14, 426 *de Canente Nympha.* Ater luctus Senec. Herc. fur. ſ. 9. Ouid. Met. 8, 484 Per coaceruatos pereat domus impia luctus. Crudelis vbique luctus Virg. Aen. 2, 369. Grauis Senec. Herc. Oet. 1855. Ingens Virg. Aen. 6, 868. Miſer Valer. Argon. 3, 740. Impudens, *vid.* IMPVDENS. Leuior Ouid. Met. 1, 655. Triſtis Cic. pro Planc. 73. ❡ 2 *Formulae verborum:* Abſtergere luctum Cic. Tuſc. 3, 43. *vid.* ABSTERGO. Abſumi luctu inerti, *vid.* ABSVMO. Accenſa luctu phalanx Virg. Aen. 12, 277. Cic. in Piſon. 18 c. 8 Vt eos, quos luctu afficeret, lugere non ſineret? Attenuare luctum alicuius Ouid. *ad* Liuiam 342. Auertam luctus, et triſtia damna vetabo Stat. Silu. 3, 1, 173. Cepit ciuitatem luctus, *vid.* CAPIO. Cic. Quare quum me afflictum et confectum luctu audies, *etc.* Ouid. Met. 2, 384 — ſeque ipſe, diemque Datque animum in luctus, *etc.* Excidit omnis luctus Ouid. Met. 8, 450. Extendere luctus in aeuum aeternum Ouid. Met. 1, 663. Externare aliquem aſſiduis luctibus Catul. 62, 71. *vid.* EXTERNO. Haurire luctum Cic. pro Sext. 63. Importare luctum alicui Phaedr. 1, 29, 6. Incidere in maximos luctus Cic. Off. 1, 32 c. 10. Quinctil. 6 prooem. Vt aliqua tot luctibus alia cogitatio inſeri poſſit. Leuare luctum Cic. Fam. 4, 6. *pr. et* Tuſc. 3, 40 *et* 60. Id. Equidem in hoc luctu maneo. Minuere luctus Ouid. Met. 15, 639. Miſcentur diuerſo interea moenia luctu Virg. Aen. 2, 298. Senec. Troad. 10, 11 Lentius luctus, lacrymaeque mordent, turba quas fletu ſimili frequentat. Plin. Epiſt. 3, 16 Quo maius eſt, ſine praemio aeternitatis abdere lachrymas, operire luctum, amiſſoque filio matrem adhuc agere. *Moerorem et triſtitiam diſſimulare, et celare.* Percipere luctum Cic. Fam. 14, 1. Quinctil. 2, 10 Affici vero, et ira vel luctu permouere, cuius eſt ludibrii, *etc.* Lucan. 5, 795

Non moeſti pectora Magni
Suſtinet amplexu dulci, non colla tenere,
Extremusque perit tam longi fructus amoris:
Praecipitantque ſuos luctus, neuterque recedens
Suſtinuit dixiſſe vale.

h. e. Ante tempus accelerare ſuos luctus. Praeditus luctu miſer Cic. pro Roſc. Amer. 23. Renouatque luctus et metus miſerae mihi Senec. Octau. 124. *Ibidem* 270 Renouare luctus parce cum fletu pios. Renouantur amari luctus admonitu Ouid. Met. 14, 465. Satia meo tua pectora luctu Ouid. Met. 6, 281. Succenſus acerbo luctu Valer. Argon. 3, 585. Sum. *vt*, Eſſe in maximis luctibus Cic. Off. 3, 94 c. 25. Tabeſcere aeterno luctu Lucret. 3, 924. Tollite muliebrem luctum Hor. Epod. 16, 39. Catul. 62, 199

Vos nolite pati noſtrum vaneſcere luctum,
Sed quali ſolam Theſeus me mente reliquit,
Tali mente deae funeſtet ſeque, ſuosque.

Cic. Att. 3, 7 Ne et meum moerorem exagitem, et te in eundem luctum vocem. ❡ 3 Luctus, i, *apud antiquos declinabatur.* Accius, Ceſſo hinc ire, et rapere lucti veſtem in lecto coniugis? *ap.* Non. 8, 17.

LVCTIFĬCVS, a, um. Adi. [πενθικὸς, γοερὸς] *Quod luctum efficit, aut demonſtrat.* Cic. Tuſc. 2, 25 c. 10 Luctifica clades noſtro infixa eſt corpori. *Ex Aeſchylo.* Clangores luctifici Stat. Theb. 10, 546. Iubar Valer. Argon. 3, 292. Pauor Sil. 6, 557. Puluis camporum Prudent. adu. Symmach. 2, 508. Lucan. 7, 2

Segnior Oceano, quam lex aeterna vocabat,
Luctificus Titan, nunquam magis aethera contra
Egit equos.

Verba Senec. Phoen. 132.

LVCTIFICABĬLIS, e. Adi. *Triſtis, in luctu verſans.* Perſ. 1, 78 Antiope aerumnis cor luctificabile fulta.

LVCTĬFER, ěra, ěrum. Adi. [πενθοφόρος] *Qui luctum fert vel nuntiat.* Senec. Herc. fur. v. 687 Hic vultur, illic luctifer bubo gemit. Senec. Med. 842 Ter latratus audax Hecate dedit et ſacros edidit ignes face luctifera. Id. Herc. fur. 687 Bubo luctifer.

LVCTISŎNVS, a, um. Adi. [γοηχὴς] Ouid. Met. 1, 739 *De Io mutata in vaccam,*

Quos potuit, ſolos tendens ad ſidera vultus:
Et gemitu, et lacrymis, et luctiſono mugitu
Cum Ioue viſa queri eſt, finemque orare malorum.

LVCTVŌSVS, a, um. Adi. [γοώδης, θρηνώδης] *Luctu plenum.* Cic. Att. 3, 9 Non deſeram, neque optimi atque vnici fratris miſeras ac luctuoſas preces, nec, *etc. Sic* de Diuin. 2, 79 Luctuoſa res. Hor. Carm. 3, 6, 8 Dî multa neglecti dederunt Heſperiae mala luctuoſae. *i. Italiae.* Luctuoſum, *Quod luctum affert.* Cic. pro Lege Agrar. 2, 47 Quam me hercle ego praeconi huic ipſam luctuoſam, et acerbam praedicationem futuram puto. Idem Verr. 5, 118 Illorum liberi quum erunt ſecuri percuſſi ac necati, corpora feris obiicientur: hoc ſi luctuoſum eſt parenti, redimat pretio ſepeliendi poteſtatem. Salluſt. Catil. 58. *extr.* Virorum more pugnantes, cruentam atque luctuoſam victoriam hoſtibus relinquatis. *Compar.* Cic. pro Quint. 95 c. vlt. Luctuoſum eſt tradi alteri cum bonis; luctuoſius inimico. *Superl.* Bellum luctuoſiſſimum Cic. Phil. 2 c. 32. Id. pro Sylla 33 c. 11. Crudeliſſimum et luctuoſiſſimum patriae exitium comparaſſet.

LVCTVŌSE. *Adu. Compar.* Liu. 28, 39 Imperatores veſtri luctuoſius nobis prope, quam vobis perierunt. Luſciola *dicta*, quod luctuoſe canere exiſtimatur Varro de L. L. 4, 11. *vid.* Auguſt. de Op. Monach. c. 32.

LVGIVM, i. *Luctus.* Commodian. Inſtruct. 29.

LVGV̆BRIS, e. Adi. [γοερὸς, πενθήριος, πενθικὸς] *Quod ad luctum pertinet.* Carmen et rebus, et verbis, et modis lugubre Cic. Tuſc. 3, 45. Cantus lugubres Hor. Carm. 1, 24, 2. *Conf.* Id. ib. 2, 1, 33. Cic. de Legib. 2, 59 c. 23 Laelius leſſum quaſi lugubrem eiulationem, vt vox ipſa ſignificat. Hedera Plin. 16, 35. Lamentatio lugubris, fletusque Cic. Tuſc. 1, 30. Cic. Verr. 3, 1, 58 Memini, vidi ſimul cum Pop. Rom. forum comitiumque adornatum ad ſpeciem magnifico ornatu: ad ſenſum, cogitationemque, acerbo, et lugubri. Ter. Heaut. 2, 3, 45 Mediocriter veſtitam veſte lugubri. Pectora lugubria Ouid. Epiſt. 10, 145. O rem lugubrem, itaque intercludor dolore Cic. Att. 8, 8. Sordes lugubres Id. ad Quir. poſt red. 7. Vagitus lugubris Lucret. 5, 227. Verbum lugubre, *Quod luctum prae ſe fert.* Cic. Verr. 3, 126 Prope lugubri verbo calamitatem prouinciae Siciliae ſignificat. Sagum Horat. Epod. 9, 28. Voce lugubri liquidam tollunt querelam Lucret. 4, 552 *de cycnis.* Illud grauius et Lugubrius Saluian. de Gubern. D. 4 p. 131. ❡ 2 Lugubria *Plur. Subſtantiue interdum accipitur, pro veſtimentis lugubribus, vt apud* Ouid. Met. 11, 669 Surge age, da lacrymas, lugubriaque indue, nec me Indeploratum ſub inania tartara mitte. Amicta coniux lugubribus Senec. Herc. fur. 626. Id. de Conſolat. ad Helu. c. 16 Noſti quasdam, quae amiſſis filiis impoſita lugubria nunquam exuerunt. Ponere Ouid. Triſt. 4, 2, 73. *i. deponere.* Sumere Propert. 4, 12, 96.

LVGV̆BRE. Adu. [πενθικῶς] *quod et* Lugubriter *dicitur.* Plaut. Ciſt. 1, 1, 47 Nam ſi haec non nubat, lugubre fame familia pereat.

LVGVBRĬTER. Adu. *Idem.* Apul. Mileſ. 3 p. 132 Lugubriter eiulantes.

L V M

LVMA, ae. f. βοτάνη, ὁμοία ὑδυόσμῳ, ἣν τινες ποταμογείτονα καλοῦσιν, ἄλλοι καλαμίνθην Gloſſ. Lat. Gr. *Genus ſpinae, vt ait Perottus ex Hermolao, quae in pratis naſcitur, et locis vliginoſis. Sic dicta, quod agricolae eam e terra luunt, id et ſoluunt. Non habent Plinius, Ruſtici etc. Sed*

LVMETA, *vel* LVMECTA, orum. n. Loca *lumis plena. vid.* Varr. de L. L. 4, 31 p. 33, 34.

LVMARIVS, a, um. Varr. de L. Lat. 4, 31 p. 33, 35 Lumariae *falces* ſunt, quibus ſecant lumecta, cum in agris ſerpunt ſpinae, quas, quod a terra agricolae ſoluunt, id eſt, luunt, Lumecta.

LVMBRĪCVS, i. m. [ἀσκαρὶς] *Vermis e terra naſcens: a lubricitate, vt opinor, dictus.* Columel. 7, 9 Terram rimentur, effodiantque lumbricos. *De ſuibus loquitur.* Hi *ſunt* lumbrici Terreſtres Ser. Samon. v. 51. *Add.* Id. v. 174, 353. *etc. it.* Scribon. 141. Plin. 27, 13 Sunt et gentium differentiae non mediocres: ſicut accepimus de tineis, lumbricisque ineſſe Aegypti, Arabiae, Syriae, Ciliciae populis. Multiplices lumbrici Celſ. 4, 17. Teretes lumbrici maxime exercent pueros Celſ. 4, 17. *Nempe in his* Lumbrici, *Vermes dicuntur, qui in ventre hominis, aut etiam aliorum animalium naſcuntur.* Columel. 6, 25 Solent autem nocere lumbrici, qui fere naſcuntur cruditatibus. Idem 6, 30 Solent etiam vermes quaſi lumbrici nocere inteſtinis. *Conf.* Cato R. R. c. 126. Cael. Aurelian. Tard. 4, 8. Lumbricorum alii ſunt teretes, alii lati, *vid.* Celſ. 4, 17 *et* 20. ❡ 2 *Metaphor.* Lumbricus dicitur, *Qui ex imis ſordibus velut erepſit.* Plaut. Aulul. 4, 4, 1 Lumbrice, qui ſub terra erepſiſti modo.

LVMBRICOSVS, a, um. *Plenus lumbricorum.* Cael. Aurelian.

LVMBVS, i. m. [ψοῖα, ὀσφὺς] *Pars corporis quinque inferiores ſpinae vertebras complectens, et renes continens.* Plin. 20, 2 Lumborum vero dolori, ſemine ſole ſiccato, dein, *etc.* Plaut. Epid. Grex 2 Plaudite, valete: lumbos extollite, atque exſurgite. Iuu. 8, 16 Tenerum attritus Catinenſi pumice lumbum. Dolor lumborum Scribon. 79. 107. 154. 263. Excuſſi Propert. 2, 16, 27. Incurui Ouid. Met. 8, 804. Cic. in Arat. 55 Et Cepheus conditur ante Lumborum tenus a prima depulſus ad vndas. Dolare lumbos alicuius fuſte Hor. Serm. 1, 5, (6) 22. Iuuenal. 6, 314 Cum tibia lumbos Incitat *ad ſaltandi libidinem, et Veneris adeo.* Perſ. 1, 20 Cum carmina lumbum Intrant *i. ſolicitant libidinem.* Hor. Epod. 11, 22 — et heu Limina dura, quibus lumbos, et infregi latus. Mouere lumbos duros qui nequeunt Catull. 17, 11. *i. ſenes ad Venerem inepti. Sic* Iuuenal. 9, 59 Exhauſti lumbos clientis *dicit, i. clientem Veneris obſequio exhauſtum.* Iuuen. 3, 244 Magno populus premit agmine lumbos Qui ſequitur. Lumbus, *etiam de brutis dicitur.* Hor. Serm. 1, 6, 106 Nunc mihi curto Ire licet mulo, vel ſi lubet, vſque Tarentum: Mantica cui lumbos onere vlceret, atque eques armos. Martial. 13, 5 Cerea quae patulo lucet ficedula lumbo, Quum tibi forte datur, ſi ſapis, adde piper. Plin. 8, 51 ſ. 78 In tres partes diuiſo *apro*, media ponebatur, lumbus aprugnus appellata. Id. 17, 23 ſ. 35, 26 Vitium lumbos porrigi *eadem metaphora, qua* palmas, pollices, humeros, pedes *vitibus tribuunt ruſtici.* Lumbos in vite *habet etiam* Colum. Arb. 3, 1.

LVMBVLVS, i. m. Dimin. [ψοιάδιον] Plin. 28, 11 Sicca lippitudo, lumbulis ſuum toſtis, atque contritis, et impoſitis, tollitur. *Conf.* Apic. 7, 8.

LVMBELLVS, i. m. *aliud* Dimin. *apud* Apic. 7, 1.

LVMBIFRAGIVM, i. n. [ψοιάγιον] Plaut. Amph. 1, 1, 298 Nam ſi me irritaſſis, hodie lumbifragium hinc auferes. *h. e. Frangam tibi lumbos.*

LVMBĀGO, ĭnis. f. [ψοιῶν ἀσθένημα] Vitium et debilitas lumborum, Feſtus.

LVMBĀRE, is. n. Quod lumbis religetur, vel quod lumbis haereat, *veſtimenti genus* Iſidor. 19, 22. *et* Hieron. Epiſt. 1, 37.

LVMEN, ĭnis. n. [φάος, φῶς, φέγγος, δάος] *Corpus lucens, dictum quaſi Lucimen, a* Luce Seruius *diſtinguit* Aen. 2, 683. quod in lumine ſit ſplendor, ſed cum fumo: in luce ſolus ſplendor. *Nempe* Lux *abſtractum diceretur a Scholaſticis*, Lumen *Concretum, vt ſi non craſſum corpus ardens, vt ſaepe, certe corpus illud flammae, vaporibus miſtum, complectatur.* Ad lumina adſcendere Capitolium Suet. Caeſ. c. 37. Reuerti Ad lumina Id. Calig. c. 45. Sine lumine exire Curt. 8, 1, 50. Virg. Aen. 2, 173

Vix poſitum caſtris ſimulacrum, arſere coruſcae
Luminibus flammae arrectis: ſalſusque per artus
Sudor iit.

Breue lumen candelae Iuuen. Sat. 3, 286. Florentia flammis Lucret. 4, 452. Fuluum Virg. Aen. 7, 76. Fumea taedis Id. Ibid. 6, 593. Hiberni luminis ignes Idem Georg. 1, 291. Stat. Theb. 3, 142 Multifida attollens antiqua lumina cedro Nocte ſubit campos. Virg. Aen. 7, 13 Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum. Nocturnum lumen extinctum recens Lucret. 6, 791. Piceum fert humida lumen taeda Virg. Aen. 9, 75. Vigilantia, *i. Semper ardentia* Ouid. Epiſt. 18, 31. Vnum, *pauperis apparatus*; *vid. Bynkershoek Obſ. Iur. 1, 14 p. 64. ex* Iuuenal. 3, 285. ſeq. Tac. Ann. 14, 8. *Add. Burm. ad* Quinctil. 10, 3 p. 936. Accendere lumen de lumine Enn. *ap.* Cic. Off. 1 c. 16. Admouere lumen Plin. 10, 75. Collucere luminibus, *vid.* COLLVCEO. Exilit lumen ſi lapidem percutiat lapis Lucret. 6, 161. Virg. Georg. 2, 432 Paſcunturque ignes nocturni, et lumina fundunt. Luſtrare veſtigia lumine Virg. Aen. 2, 754. Stertuit lumen *i. Crepitauit, quod futuri ſucceſſus dat praeſagia* Ouid. Epiſt. 19, 151. ¶ 2 Lumen, *pro Luce ac die.* Cic. pro Rabir. Poſth. 29 Si te ſecundo lumine hic offendero, moriere *i. Cras, ſiue ſecundo die.* Si te ſecundo lumine hic offendero Enn. *ap.* Cic. Att. 7, 26. Virg. Aen. 6, 356 Vix lumine quarto Proſpexi Italiam. *i. Die quarto.* Catull. 65, 90 Diuam Placabis feſtis luminibus Venerem, *i. diebus. Hoc inde factum videtur, quod* ¶ 3 Lumina *ſpeciatim dicuntur* Sol *et* Luna, *dierum noctiumque quidam quaſi Duces. Sic* Vos, o Clariſſima mundi lumina Liber et Ceres Virg. Georg. 1, 5. *i. Sol et Luna. Sed etiam ſidera reliqua:* Sparſa micant ſtellarum lumina caelo Sil. 15, 680. *Et ipſa adeo lux a ſole et ſideribus.* Caſſus lumine aër Lucret. 4, 369. Diurnum lumen, *Lux diei* Lucret. 4, 369. Iucundum caeli Virg. Aen. 6, 363. Laeuum, *vid.* LAEVA. Lurida praebebat terris Sol Ouid. Met. 15, 786. Manifeſtum lumen, pro Claro, aut nimbo, cuius maius eſt lumen, *vt inquit* Seruius *ad illud* Virg. Aen. 4, 358 Ipſe deum manifeſto in lumine vidi Intrantem muros, vocemque his auribus hauſi. Orientia lumina Solis Virg. Aen. 8, 68. Primo cum lumine Solis Virg. Aen. 7, 130. Rubrum Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 229. Sera rubens accendit lumina Veſper Virg. Georg. 1, 251. Serenum Solis Lucret. 2, 149. Ouid. Triſt. 5, 9, 37 Dumque (quod ô breue ſit) lumen ſolare tenebo, Seruiet officio ſpiritus iſte tuo. Splendida Solis Lucret. 2, 107. Spirabile caeli, *i. Vitale aëra a Sole illuſtratum et purgatum* Virg. Aen. 3, 600. Stellantia Valer. Argon. 2, 459. Virg. Aen. 7, 9 Splendet tremulo ſub lumine Pontus, *de Luna.* Vaga lumina noctis, *Sidera* Stat. Theb. 3, 63. Dare lumina terris, *dicitur* Sol Ouid. Met. 2, 149. Quinctil. 5, 12 In rebus apertis argumentari tam ſit ſtultum, quam in clariſſimum Solem mortale lumen inferre. Peruulgant ſolis lumina caelum Lucret. 4, 209 *i. Vulgo ſeu paſſim percurrunt.* Praebebat mundo lumina Titan. Ouid. Met. 1, 10. Premit lumen luna obſcura Virg. Aen. 4, 80. Priuatus lumine aër Lucret. 4, 367. Spoliatur terra lumine Idem 4, 378. Veſtit purpureo lumine campos aether Virg. Aen. 6, 640. ¶ 4 *Vitam ipſam notat, quae dum durat Luce, Sole ac die frui dicimur, finita ea in tenebras ſepulcri, ad caliginoſos inferos ablegamur. Hinc formulae,* Lucret. 3, 1048 Lumine Ademto animam moribundo in corpore ponam. Attingere vitae lumina Virg. Aen. 6, 829. Tum quum gignimur et vitae lumen Adimus Lucret. 3, 687. Virg. Aen. 2, 85 Nunc Caſſum lumine lugent, *i. mortuum.* Lucret. 1, 23 *ad Venerem*, Nec ſine te quidquam dias in luminis oras Exoritur, neque fit laetum, neque amabile quidquam. Plaut. Ciſt. 3, 12 Lumen linque *i. interfice te.* Linquebant dulcia lamentis lumina vitae Lucret. 5, 987. Relinquam inuiſa lumina, *i. Moriar* Virg. Aen. 12, 63. ¶ 5 Lumen, *pro Oculo aliquando ponitur, quod oculorum beneficio lumen conſpiciamus.* Quinctil. 6 prooem. Prior alterum ex duobus eruit lumen. *Sed hic metaphorice loquutus eſt. Alterum enim e duobus filiis mortuum intelligit.* Quinctil. 9, 3 Si quis ducere os exquiſitis modis, et frontis ac luminum inconſtantia trepidare non deſinat, rideatur. Plin. 11, 37 Ab iisdem, qui altero lumine orbi naſcerentur, coclites vocantur. *Pro pupilla ſ. potius humore cryſtallino* Veget. Mulom. 2, 16, 5. Acies luminum Senec. Herc. fur. 9. Luſcus, Lippus lumine Martial. 6, 78. Oculorum lumina Lucret. 4, 823. Ouid. Met. 14, 200 Me luridus occupat horror Spectantem vultus, etiamnum caede madentes, Crudeleſque manus, et inanem luminis orbem. *De Polyphemo.* Orbus luminis, *i. Caecus* Ouid. in Ibin. 262. Idem Met. 14, 189. Receſſus caui luminum, et inanes ſinus Senec. Oedip. ſ. 12 *de Oedipo qui oculos ipſe ſibi eruerat.* Frons laeta parum, et deiecto lumina vultu Virg. Aen. 6, 862. Adoperta lumina ſomno Ouid. Met. 1, 714. Apertum oculorum lumen Lucret. 4, 1137. Virg. Aen. 2, 405 Ad caelum tendens ardentia lumina fruſtra. Caerula lumina Germani Iuuen. Sat. 13, 164. Ouid. Met. 8, 801 *de Fame*, Hirtus erat crinis, caua lumina, pallor in ore. Id. Ibid. 14, 728 Corpora vt exanimi crudelia lumina paſcas. Lucan. 6, 95 Iam riget atra cutis, diſtentaque lumina rumpit. Effoſſum Virg. Aen. 3, 663. Expertia ſomno oculorum lumina Lucret. 6, 1179. Stat. Theb. 2, 31 *de Cerbero*, Ni deus horrentem lethaeo vimine mulcens Ferrea tergemino domuiſſet lumina ſomno. Flammea Ouid. Epiſt. 12, 107. Glauca Claud. in Conſ. Prob. *et* Olyb. 214. Humida Ouid. Met. 9, 536 *i. Lacrymantia.* Lacrymantia Id. Ibid. 13, 133. Languida Catul. Argon. 62, 219. Morientia Ouid. Met. 9, 391. Patentia Lucret. 6, 1178. Spectantia Ouid. Triſt. 4, 3, 44. Acuere lumina, *vid.* ACVO. Virg. Aen. 3, 658 Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademtum. *De Polyphemo, vid.* ADIMO. Amittere lumina oculorum Nepos 20, 4, 1. Ardentes oculi glauco lumine Virg. Georg. 4, 451. Attollens vix lumina Idem Aen. 5, 847. Cernere aliquem obliquo lumine Ouid. Met. 2, 787. Centum luminibus Cinctum caput Argus habebat Ouid. Met. 1, 625. Circumfert lumina campo Sil. 17, 518. Clauduntur in aeternam lumina noctem Virg. Aen. 10, 746. Claudere alicui lumina, *vid.* CLAVDO. Compoſuit luctantia lumina ſomnus Sil. 7, 204. Condit natantia lumina ſomnus Virg. Georg. 4, 496. Ouid. Epiſt. 10, 120 Ergo ego nec lacrymas matris moritura videbo: Nec mea qui digitis lumina condat, erit? Idem Met. 13, 561 — digitos in perfida lumina condit, Expilatque genis oculos. Lucret. 3, 411

Vt lacerato oculo circum ſi pupula manſit
Incolumis, ſtat cernendi viuata poteſtas:
Dummodo ne totum corrumpas luminis orbem.

Declinare lumina ſomno Virg. Aen. 4, 185. Id. ibid. 1, 830 Sic vertice caeli Conſtitit, et Lybiae defixit lumina regnis. Defixus moeſto lumina vultu Id. ibid. 6, 156. Demittere lumina Ouid. Epiſt. 16, 225. Detorquet lumen ab illa Idem Met. 6, 515. Domare lumina ſomno Stat. Theb. 2, 31. Ouid. Triſt. 2, 103 Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci? Id. Met. 4, 177 Retiaque et laqueos, quae lumina fallere poſſent, Elimat, *i. Quae videri non poſſent.* Ouid. Met. 5, 232 Tunc quoque conanti ſua flectere lumina, ceruix Diriguit. Iactare lumina in aliquem Ouid. Epiſt. 3, 11. Labuntur frigida leto lumina Virg. Aen. 11, 819. Occidit lumen, *h. e. Videndi facultas, ſeu virtus viſiua, vt loquuntur.* Lucret. 3, 416

At ſi tantilla pars oculi media illa pereſa'ſt:
Incolumis quamuis alioqui ſplendidus orbis:
Occidit extemplo lumen, tenebraeque ſequuntur.

Orbatus quidam lumine Suet. Veſp. c. 7. Pererrare aliquem tacitis luminibus Virg. Aen. 4, 364. Perſtringit fulmen lumina obliqua flamma, *i. Oculos offuſcat coruſcatione* Lucan. 1, 154. Recipere lumen Celſ. 6, 6. Reſignat lumina morte, *vid.* RESIGNO. Simulatur tecto lumine ſomnus Ouid. Epiſt. 21, 199. *i. Clauſis oculis.* Spectare aliquid inexpleto lumine Idem Met. 3, 439. Spectare aliquem toruo lumine idem ibidem 9, 27. Subduxi flammea medicato lumina ſomno Ouid. Epiſt. 12, 107. Subit ſopor furtim feſſa lumina Idem ibidem 19, 56. Suffecta lumina letho Valer. Argon. 1, 821. Suffundit lumina rore, *i. Flet* Ouid. Met. 10, 360. Tegere ſomno lumina Virg. Georg. 4, 414. Tenere immota lumina Id. Aen. 4, 331. Tergere lumina manu Catul. 64, 30. Terſit rorantia lumina Stat. Silu. 2, 2, 102. Torquens flammantia lumina Virg. Georg. 3, 433. *de Serpente.* Verſantes laſſaque ſupremo lumina motu Ouid. Met. 7, 578. Videre aliquem placido lumine Hor. Carm. 4, 3, 2. ¶ 6 Lumen, *pro Expoſitione illuſtratione* Cic. Fam. 7, 19 Num ius ciuile veſtrûm ex libris cognoſci poteſt? qui quamquam plurimi ſunt, doctorem tamen lumenque deſiderant, *h. e. Interpretationem. Ex vetuſto codice legitur* Vnumque. *Alii legunt* Vſumque, *id eſt exercitationem. al.* vnum quem. Clara lumina praepandere menti alicuius Lucret. 1, 145. *i. Scientiam.* Quinct. 3, 1, 2 Praecipuum lumen ſicut eloquentiae, ita quoque praeceptis eius dedit M. Tullius. Adhibere lumen, *vid.* ADHIBEO. Extollere clarum lumen e tenebris Lucret. 3, 1. *i, Scientiam.* Pſeudo-Cic. anteq. iret in Exil. 9 Vos vos obteſtor, Dii immortales, qui meae menti lumina praetuliſtis, quum conſenſum exſtinxi coniurationis *etc.* Colum. 1 Praef. 23 Quae praenoſcere ſine lumine animi, et ſine exquiſitiſſimis diſciplinis non quemquam poſſe crediderim. ¶ 7 Lumen, *pro Feneſtra.* Cic. de Opt. Gen. Orat. 5 Sed earum omnium rerum vt aedificiorum, memoria fundamentum eſt, lumen actio. *Vulgo tamen parum attendunt* Lumen *eo loco Feneſtras ſignificare, quibus in aedes lumen admittitur: quum tamen in hac ſignificatione non raro a ſcriptoribus vſurpetur, vt a* Catone c. 14, 2 *apud quem etiam* Luminaria, *Foriculas feneſtrarum ſignificant et ſpecularia, vid locum.* Apul. Mileſ. 2 p. 125, 1 Intro me vocat, et conclaue Obſeratis luminibus vmbroſum demonſtrat. Obſtruere luminibus, *verbum antiquum iuris.* Cic pro Domo 115 A Q. Seio contendit, vt Q. Poſthumius ſibi domum venderet. Quum ille id negaret, primo ſe luminibus eius eſſe obſtructurum minabatur. Lumina feneſtrarum intelligit: quibus obſtruere ſolent vicini, id eſt murum, parietem, tectum, vel tale quid contra ſtruere, et ita lumen impedire. *Iuriſconſulti* Officere luminibus *dicunt.* Obſtruere alicuius luminibus, *per metaphoram vſus eſt* Cic. de Clar. Orat. 66 Nam vt horum conciſis ſententiis, interdum etiam non ſatis apertis cum breuitate, tum nimio acumine officit Theopompus elatione, atque altitudine orationis ſuae (quod idem Lyſiae Demoſthenes) ſic Catonis luminibus obſtruxit haec poſteriorum quaſi exaggerata altius oratio. *De Philiſto et Thucydide. Quemadmodum enim, inquit, claritati antiqui nominis Thucydidis tanquam luminibus Theopompus officit hiſtoricus grandiloquentia ſtyli, tanquam altitudine aedificii, et Demoſthenes orator Lyſiae: ſic fuſciorem illum ſplendorem orationis Catonianae recentiores oratores ſublimiore ac florido dicendi genere quaſi praeumbrantes obſcurauerunt. Budaeus.* Vlpian. D. de ſeruitut. vrban. praed. l. Sî arborem, Interdum dici poteſt, eum quoque, qui tollit aedificium vel deprimit, luminibus officere, ſi forte κατ' ἀνταναάκλασιν, vel preſſura quadam lumen in eas aedes Deuoluatur. Paul. D. de ſeruitut. vrban. praed. l. Eos qui, Eos qui ius immittendi luminis non habuerunt, aperto pariete communi, nullo iure feneſtras Immiſiſſe reſpondi. Vlpian. D. de ſeruitut. vrban. praed. l. Si arborem, Si arborem ponat, vt lumini officiat: aeque dicendum erit, contra impoſitam ſeruitutem eum facere. nam et arbor efficit, quominus caelum videri poſſit. Si tamen id, quod ponitur, lumen quidem nihil Impediat, ſolem autem auferat, *etc.* Paul. D. de ſeruitut. vrban. praed. l. 3 Luminum ſeruitute conſtituta, id acquiſitum videtur, vt vicinus lumina vicini excipiat. Quum autem ſeruitus imponitur, ne luminibus officiatur: hoc maxime adeptum videbitur, ne ius ſit vicino inuitis nobis altius aedificare, atque ita Minuere lumina noſtrorum aedificiorum. Cic. de Orat. 1, 179 c. 39 Cum aedes L. Fuſio venderet Bucculeius, in mancipio lumina vti tum eſſent, ita recepit. Fuſius autem ſimul atque aedificari coeptum eſt in quadam parte vrbis, quae modo ex illis aedibus conſpici poſſet, egit ſtatim cum Bucculeio, quod cuicunque particulae caeli officeretur, quamuis eſſet procul, Mutari lumina putabat. Vlpian. D. de ſeruitut. vrban. praed. l. Inter ſeruitutes, In luminibus obſeruatur, ne lumina cuiusquam obſcuriora fiant. Quodcunque igitur faciat ad luminis impedimentum, prohiberi poteſt,

eſt, ſi ſeruitus debeatur. Opus quoque nouum ei nuntiari poteſt, ſi modo ſic faciat, vt lumini Noceat. Marcell. D. de ſeruitut. vrban. praed. l. Scaurus, Qui binas aedes habebat, ſi alteras legauit: non dubium eſt, quin haeres poſſit altius tollendo Obſcurare lumina legatarum aedium. Cai. D. de ſeruitut. vrban. praed. l. 1 Vrbanorum praediorum iura talia ſunt: altius tollendi, et Officiendi luminibus vicini, aut non extollendi. Idem ibidem l. Haec autem. Si aedes tuae aedibus meis ſeruiant, ne altius tollantur, ne luminibus mearum aedium Officiatur: et ego per ſtatutum tempus feneſtras meas praefixas habuero, vel obſtruxero: ita demum ius meum amitto, ſi tu per hoc tempus aedes tuas altius ſublatas habueris. Marcell. D. de ſeruitut. vrban. praed. l. Scaurus, Sine acceſſu nullum eſt fructus legatum: habitari autem poteſt etiam aedibus obſcuratis. Caeterum vſufructu loci legato, etiam acceſſus dandus eſt: quia et hauſtu aquae relicto, iter quoque ad hauriendum praeſtaretur. Sed ita officere luminibus et obſcurare legatas aedes conceditur: vt non penitus lumen Recludatur, ſed tantum relinquatur, quantum ſufficit habitantibus in vſus diurni moderationem. ¶ 8 *Hinc alia quoque apertura* Lumen *vocatur.* Vitruu. 4, 6 *de oſtiis*, Ipſa autem antepagmenta craſſa fiant in fronte altitudine luminis parte duodecima. Frontin. de Aquaed. Art. 27 p. 86 *Polen.* Eodem lumine plures Quinariae *fiſtulae* — amplitudo luminis creſcit. *Et* Art. 19 p. 88 Ex numero digitorum quadratorum, qui area, id eſt lumine cuiusque moduli continentur. — Nam quae *fiſtula* habet areae, id eſt luminis in rotundum coacti digitos quadratos viginti quinque *etc.* ¶ 9 *Quidquid in ſuo genere eminens, praeſtans, pulchrum indicare volunt*, Lumen *appellant. Sic* Lumina ciuitatis, *pro inſignibus viris, et claris quos dicimus, qui conſpiciuntur vt ſtellae in tenebris, aut* Velut inter orbes Luna minores. Cic. in Catil. 3, 24 Tum vero clariſſimis viris interfectis, lumina ciuitatis extincta ſunt. Idem pro Deiot. 15 Omnium gentium, atque omnis memoriae clariſſimum lumen exſtinguere. Quinctil. 1, 2, 9 Lumen illud conuentus honeſtiſſimi tenebris ac ſolitudini praetuliſſem, *de publica inſtitutione priuatae comparata.* Idem 3, 8, 65 Ciceronis ſententiae et conciones non minus clarum, quam eſt in accuſationibus, ac defenſionibus, eloquentiae lumen oſtendunt. Cic. in Brut. 66 Catonis Origines quem florem, aut quod lumen eloquentiae non habent? Lumen, *h. e. Ornamentum, ſchema. Vt enim Ingenii lumen eſt Eloquentia; ſic Eloquentiae lumina ſunt Schemata.* Idem in eodem Brut. 275 Erant autem et verborum et ſententiarum illa lumina, quae vocant Graeci σχήματα, quibus tanquam inſignibus in ornatu diſtinguebatur omnis oratio. Idem in Topic. 34 At quum de ornamentis verborum, ſententiarumque praecipitur, quae vocantur σχήματα, non fit idem. Cic. de Orat. 2 c. 27 Certa dicendi lumina. *Reſpicere haec talia videntur ad* Lumina *in pictura*, Vmbrae *oppoſita* Plin. 35, 5 Tandem ſe ars ipſa diſtinxit, et inuenit lumen atque vmbras, differentia colorum alterna vice ſeſe excitante: deinde adiectus eſt ſplendor alius hic quam lumen: quem quia inter hoc et vmbram eſſet, appellauerunt tonon. *Hinc* Lumina orationis *ſunt Sententiae, praecipue quae in clauſulis ponuntur. Vid.* Quinct. 8, 5, 2. Cic. de Clar. Orat. 261 c. 75 Itaque quum ad hanc verborum Latinorum elegantiam adiungit illa oratoria ornamenta dicendi: tum videtur tanquam tabulas paene pictas collocare in bono lumine. *Add.* Quinct. 9, 1, 25 *etc. vid.* SCHEMA. Imperii Romani lumen Vellei. 2, 52, 2. *Conf.* Id. 2, 99, 1. Ingenii lumen, *vid.* INGENIVM. Virg. Aen. 1, 595 Namque ipſa decoram Caeſariem nato genetrix, Lumenque iuuentae purpureum et laetos oculis afflarat honores. Cic. de Amicit. 27 Quod in eo quaſi lumen aliquod probitatis et virtutis proſpicere videamur, *h. e. Maximam probitatem.* Virtutis lumen, *Clara et magna virtus.* Cic. Fam. 12, 5 Nunc autem opto, vt ab iſtis Orientis partibus virtutis tuae lumen eluceat. Flauentia lumina calthae Col. 10, 97. Gemmantia Loti Id. 258. *i. flores.* ¶ 10 *A librariis* Lumen *confunditur cum* Limen, *vbi vid.*

LVMĬNO, āre. [φωτίζω] *Idem quod illuminare.* Martian. Capel. 1 Quos ſtellantibus oculis interſtinctos crebri vibratus ignium luminabant. *Vid. Locum eiusdem, quem mox damus in* LVNA. Aërias quarta face luminat Oras Auien. Progn. 127. *de luna.* Spiritu S. oculus interior luminatur Paullin. Nol. Ep. 41 (26) n. 2 *extr.* Apul. in Herm. Triſmeg. p. 96 Tibi, Deus ſumme, gratias ago, qui me videndae diuinitatis tuae luminaſti lumine.

LVMINĀTVS, a, um. Apul. Met. 9 p. 280 Male luminati, *i. Male videntes.* Locus feneſtris altioribus luminatus Cael. Aurel. Acut. 1, 9, 58. *Add.* Id. Tard. 1, 5, 155.

LVMINŌSVS, a, um. Adi. [φεγγώδης] Significat Clarum, *inquit* Nonius 2, 489. Omnia Aedificia luminoſa vt ſint, curari oportet Vitr. 6, 9. Cic. in Orat. 125 c. 36 Tum ſunt maxime luminoſae, et quaſi actuoſae partes duae. *Translatio eſt a pictura, in qua lumen dicitur, quod vmbrae opponitur.* Fructus Olei luminoſioris Auguſtin. Epiſt. 137 *extr.* Caelum Auguſtin. Conf. 15, 128 *extr.* Sancta opera luminoſiſſimae Caritatis Idem Ep. 144.

LVMINARE, is. n. [φωστήρ] *Lumen. Metaphor.* Cic. Philipp. 2, 51 c. 21 In te autem M. Antoni id decreuit Senatus, et quidem incolumis, nondum tot luminaribus extinctis, quod in hoſtem togatum decerni eſt ſolitum more maiorum, *i. Tot egregiis viris extinctis. Sic editt. vett. Hodie legunt* Luminibus. *Pro foriculis* Cat. R. R. 14, 2. *Conf. Turneb. Adu.* 8, 13.

L V N

LVNA, ae. f. [σελήνη, μήνη] *Dicta a* Lucendo, quod noctu luceat. *Sic* Varr. L. L. 4, 10. *Alii a Lucina ducunt, tanquam inde contractum.* Cic. in Somn. Scip. 8 c. 3 Erant autem eae ſtellae, quas nunquam ex hoc loco vidimus, et eae magnitudines omnium, quas eſſe nunquam ſuſpicati ſumus: ex quibus erat ea minima, quae vltima caelo, citima terris luce lucebat aliena. Id. de Nat. Deor. 2, 68 Luna a lucendo nominata. Luna modo curuata in cornua, modo aequa portione diviſa, modo ſinuata in orbem, maculoſa, eademque ſubito praenitens, immenſa orbe pleno, ac repente nulla Plin. 2, 19. *Plur.* Lunis coeptantibus Solin. c. 32. Deficientibus Id. c. 36. *Phaſes ſingulorum menſium ſic deſignat. Lunae* phaſes *ſeu* permutationes *ſunt ſeptem.* Primam *in ea phaſin ſtatuunt, quum exoritur, emergitue a ſole. Et* corniculatio *dicitur, aut* corniculans luna. *ea figura a Graecis* Menoides *nominatur, aut* Monoides, *vt legitur (ſed vitioſe, puto) apud* Firmicum in Praefatione libri quarti. *Poſtea eſt* Dichotomos, *hoc eſt dimidio orbe caeſa vel diuidua. Deinde* Amphicyrtos, *quod eſt, vtrinque gibboſa: vtpote maior dimidia, minor plena. Inde* Panſelene, *ſiue* plena: *a Solis regione quum normaliter ſteterit. Rurſusque* Amphicyrtos, *ac denuo* Dichotomos. *Demum luminis vniuerſitate priuatur, quum ſilere intelligitur: et a Graecis* Synodica *nuncupatur, velut cum Sole commeans, vt tradit Theon. Haec ex* Firmico *et* Mart. Capella. *Cael. Rhodig.* 20, 7. *Nempe ſic* Firmicus 4 Praef. *fin.* Eſt Luna aut ſynodica, aut plena, aut dichotomos, aut monoides (menoides *legendum*) aut amphicyrtos: et per has mutatas formas curſus menſtrui luminis complet. Martianus *autem* 8 p. 291 ſq. *ſic:* Quae quidem Luna cum eum (*ſolem*) in orientis partibus comprehenderit, obſcuratur; et cum in occaſu deſeruerit, luceſcit. Cuius primi luminis effigies quibusdam velut cornibus circulata μηνοειδὴς dicitur. Cum vero XC partibus a ſole diſcedens orbem eius mediatenus idem radius luminarit, διάτομος perhibetur. Sed praedictis partibus cum alias XLV adiecerit, perhibetur ἀμφίκυρτος, id eſt maior dimidia, minor plena. Cum vero CLXXX partibus a ſole diſceſſerit, contrario poſita totam partem, quam terris opponit, illuminat, πανσέληνος perhibetur: ac dehinc deficiens ſeruat tum praedictis partibus nomina memorata. *Magis populariter* Plin. 2, 9 ſ. 6 Omnium admirationem vincit nouiſſimum ſidus terrisque familiariſſimum, et in tenebrarum remedium ab natura repertum, Lunae — creſcens ſemper aut ſeneſcens. Et modo curuata in cornua, modo aequa portione diuiſa, modo ſinuata in orbem; maculoſa, eademque ſubito praenitens immenſa orbe pleno, ac repente nulla: alias pernox, alias ſera, et parte diei ſolis lucem adiuuans: deficiens, et in defectu tamen conſpicua, quae menſis exitu latet, cum tamen laborare non creditur. Iam vero humilis et excelſa *etc. Conf.* 18, 35 ſ. 79 *de tempeſtatum ex luna praeſagiis.* Apul. de Deo Socr. *pr.* Lunam ſolis aemulam, noctis decus, ſeu corniculata, ſeu diuidua, ſeu protumida, ſeu plena fit: quanto longius faceſſat a ſole, tanto longius colluſtrata *etc. ſunt enim pluſcula.* Columel. 11, 3 *de allio loquens*, Seruabimus vt luna infra terram ſit. Plin. 18, 32 Seminaria quum luna ſupra terram ſit, fieri: calcari muſta, quum luna ſub terra. Idem 14, 21 Ipſa quoque defruta ac ſapas, quum ſit caelum ſine luna. *h. e. In ſideris eius coitu, neque alio die coqui iubent.* Aucta et damna lunae Gell. 20, 7. Coitus lunae Plin. 16, 39. *Vid.* Silens luna. Idem 2, 13 Defectus ducentis viginti duobus menſibus redire in ſuos orbes certum eſt, ſolisque defectum non niſi nouiſſima primaue fieri luna, quod vocant coitum. Concurſus lunae et ſolis, *pro Coitu* Celſ. 1, 4. Lunae Curſum comitata inſania mentis Iuuenc. 1, 476. *de morbo eorum, qui vocantur* Lunatici. Defectus lunae Plin. 2, 10. Globus lunaï Lucret. 5, 70. Virg. Aen. 6, 725. Idem Georg. 2, 478 Defectus ſolis varios, lunaeque labores, *i. eclipſes, quae cum ſunt,* Laborare luna *dicitur.* Meatus ſolis lunaeque Lucret. 1, 129. Ad lunae Motum variant animalia corpus Manil. 2, 94. Numen lunae Plin. 18, 32. Orbis lunae Idem 2, 9. *vid.* ORBIS. Status lunae Idem 18, 29. Vultus purpureus lunae Ouid. Amor. 1, 8, 12 ¶ 2 *Epitheta:* Alta luna Virg. Aen. 9, 403. Aquilonia Plin. 2, 97. *vid.* AQVILO. Aurea Ouid. Met. 10, 448. Bicornis, regina ſiderum Hor. in Carm. Saecul. v. 35. Candida Virg. Aen. 7, 9. Caua Plin. 8, 54. Celeres Hor. Carm. 4, 7, 13. Decreſcens Plin. 17, 9 *ad finem.* Dimidia, *vid.* Intermenſtrua luna. Dimidiata Plin. 18, 32. Idem 2, 18 In quadrato ſolis diuidua eſt, in triquetro ſeminani ambitur orbe, impletur autem in aduerſo. Errans Quinctil. 1, 10. Varr. de R. R. 1, 37 Dies lunares quoque obſeruandi, qui quodam modo bipartiti. Quod a noua luna creſcit ad plenam, et inde rurſus ad nouam lunam decreſcit, quod veniat ad intermenſtruum, e quo die dicitur luna eſſe Extrema, et prima. Globoſa, an plana, an acuta Quinctil. 7, 3. Hibernae ventoſa cacumina lunae Stat. Theb. 3, 48. Quia ſigna tempeſtatis in lunae cornibus ſunt conſtituta. Luctatius. Plin. 18, 32 Stercus niſi decreſcente luna ne tangito. Maxime Intermenſtrua dimidiaque ſtercorato. Idem 18, 39 Niſi Intermeſtri luna atque dimidiata, ne tangas materiem. Menſtrua Virg. Georg. 1, 353. Minor Hor. Serm. 2, 8, 32. *i. Imminuta.* Naſcentes Id. ibid. 2, 4, 30. Noctiuaga Stat. Silu. 3, 5, 101. Nouae pergunt interire lunae Hor. Carm. 2, 18, 16. Nouiſſima, *vid.* Coitus lunae. Plin. 2, 97. *vid.* NOVVS. Pernox Plin. 2, 9. Liu. 5, 28 *extr.* Caeſ. Bell. Gall. 4, 29 Eadem nocte accidit vt eſſet luna Plena. Plin. 18, 32 Oua luna noua ſupponito. Scrobes luna Plena noctu facito, *vid.* NOVVS. Pauperata luminibus Firmic. 1, 2. Prima luna Scribon. 12. A Prima luna ad triceſimam ib. Quarta luna nati, *i. Laborioſi et infelices, vid. Chiliad.* Radiantis imago lunae Virg. Aen. 8, 23. Redeuntis cornua lunae, *i. Renaſcentis* Ouid. Met. 10, 479. Roſcida Virg. Georg. 3, 337. Rubens Hor. Serm. 1, 8, 10. Ouid. Amor. 2, 1, 23 Carmina Sanguineae deducunt cornua lunae. Secunda Plin. 28, 16. Sera Idem 2, 9. Sicca Idem 17, 9 *ad fin.* Sitiens luna Idem 17, 9. Ibid. c. 14 Luna ſitiente, *hoc eſt ſicca.* Tacit. Hiſt. 3, 23 Donec adulta nocte luna Surgens oſtenderet acies. Tacitae per amica ſilentia lunae Virg. Aen. 2, 255. Triceſima luna Scribon. 12. Turbida Claud. de Bell. Gildon. 495. Viceſima luna, *pro Viceſimo die poſt nouam lunam.* Plin. 2, 97 Aeſtus idem triduo in menſe conſiſtit ſeptima, octaua, nonaque luna. ¶ 3 *Verborum formulae:* Agit luna ſub terra Plin. 18, 32. Quinctil. 1, 10 Iopas ille (Virg. Aen. 1, 746) nonne Canit — errantem lunam, ſolisque labores? Colligit quum primum ignes luna reuertentes Virg. Georg. 1, 427. Complent cornua lunae ſe tertia lumine Virg. Aen. 3, 645. *i. Hic tertius eſt menſis.* Varr. de R. R. 1, 37 Quaedam facienda in agris potius Creſcente luna, quam ſeneſcente. *Paullo poſt,* Lunam et Creſcentem, et contra ſeneſcentem. Plin. 18, 32 Omnia quae caeduntur, carpuntur, tondentur, innocentius decreſcente luna, quam Creſcente fiunt. Creſcit luna Plin. 9, 14. Oſtreis et conchyliis omnibus (*dicitur*) contingere, vt cum luna pariter Creſcant, pariterque decreſcant Cic. Diuin. 2 c. 14. Decreſcente luna Scribon. 16. Decreſcens luna Varr. de R. R. 1, 37. Deducere lunam caelo, *dicuntur veneficae, quibus ſuperſtitio vetus eclipſes huius ſideris adſcriberet; contra iuuari eam putabant tinnitu aeris, etc.* Virg. Ecl. 8, 69. Deducere lunam e curru Tibull. 1, 8, 21. Deficiens luna Plin. 2, 9. Deficit luna Idem 2, 13. Deripere lunam caelo Hor. Epod. 5, 46. Euaneſcunt cornua lunae Ouid. Met. 2, 117. Fudit ſe luna plena per inſertas feneſtras Virg. Aen. 3, 152. Fulgebat caelo luna ſereno Hor Epod. 15, 1. Imminente luna, *i. Sub veſperum* Id. Carm. 1, 4, 5. Implet luna orbem cornibus quater iunctis Ouid. Met. 2, 344. Latuit quater luna, tota quater, orbe recreuit Idem Epiſt. 2, 5. Lucet luce aliena luna, *vid.* LVX. Minuitur luna Plin. 2, 14. Operatur noctes luna, *vid.* OPEROR. Premit lumen obſcura luna Virg. Aen. 4, 81. Protulit os vaga luna deorum Hor. Serm. 1, 8, 21. Rubet luna Hor. Carm. 2, 11, 10. Seneſcens luna, *vid.* Creſcens luna. *Vid. etiam* Plin. 2, 9. Arbores hiemali tempore cum luna ſimul Seneſcen-

ſcentes Cic. Diuin. 2 c. 14. Plin. 16, 39 Lunam vocat Silentem, quando non lucet, *vid.* SILEO. Succurrere laboranti lunae Iuuen. Sat. 6, 442. Tenebat nox lunam in nimbo Virg. Aen. 3, 587. ¶ 4 Luna Dea, *cuius templum Romae in Auentino* Liu. 40, 2. *Meminit etiam* Feſtus. *Conf.* LVNVS Deus. ¶ 5 *De* Luna *in calceis ſenatorum, vid.* LVNVLA.

LVNŬLA, ae. f. [σελήνιον] *Res parua, in lunae modum incuruata, in mundo muliebri.* Iſidor. 10, 31 Lunulae ſunt Ornamenta mulierum, in ſimilitudine lunae bullulae aureae dependentes. Plaut. Epid. 5, 1, 34 Lunulam atque anellum aureolum in digito? Lunulae *in calceis patriciorum vel centenarii Nota fuere, quot primum patres a Romulo delecti, vel ex alia ratione vſurpatae. Vid. Plutarch. probl.* 76. *et* Vet. Interpr. ad Iuuen. Sat. 7, 192 Appoſitam nigrae Lunam ſubtexit alutae.

LVNĀRIS, e. Adi. [σεληναῖος] *Quod ad lunam pertinet.* Cic. in Somnio Scip. 12 Quam ob cauſam ſummus ille caeli ſtelliferi curſus, cuius conuerſio eſt incitatior, acuto et excitato mouetur ſono: grauiſſimo autem hic lunaris et infimus. Annus lunaris, Qui menſe vno ſuum efficit curſum Iſidor. 5, 36. Currus lunares Ouid. Met. 15, 790. Curſus Cic. Somn. Scip. c. 5. Damna oceani lunaria Claud. Conſul. Hon. 6, 499. *Refluxus maris. Vid.* Apul. de mundo p. 65, 39. Equi lunares Ouid. Faſt. 5, 16. Globus Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 298. Iubar Idem in Ruff. 1, 147. Lampas Stat. Theb. 10, 277. Orbita, *vid.* ORBIS. Lunari Poteſtate oſtrearum conchyliorumque et concharum omnium corpora augeri ac rurſus minui Plin. 2, 41. Sidus Senec. de Prouid. Lunaris Plin. 18, 39.

LVNATĬCVS, a, um. Adi. Lunatici *dicuntur, In quos luna agit, et, vt* Apuleius *ait,* Qui curſum lunae patiuntur: *quales ſunt potiſſimum qui comitiali morbo laborant, aut inſania, alioue morbi genere quopiam certis lunae temporibus grauantur et agitantur. Vnde* Paullus mancipium furioſum aut lunaticum redhibendum *cenſuit, in* l. Bouem. §. Aliquando. D. de Aedil. Edicto. Oculus Veget. 2, 18. Iſidorus 10 lit. C, Caducus a cadendo dictus, i. e. Lunaticus, eo quod certo lunae tempore patiatur. Artemidorus quoque eum lunae acceptum ferri ait.

LVNO, āre. [καμπυλιάζω] *In modum lunae, quando in cornua curuatur, flectere.* Ouid. Amor. 1, 1, 23 Lunauitque genu ſinuoſum fortiter arcum, *i. Intendit.*

LVNĀTVS, a, um. Partic. *Curuatus.* [καμψὸς] Ferramentum lunatum Columel. 12, 54. Acie lunata aggredi hoſtem Frontin. Strat. 2, 3. Agmen Stat. Theb. 5, 145. Aequora lunata placido receſſu Stat. Silu. 2, 2, 13. Cauda lunata delphinorum Senec. Oedip. 5 v. 465. Claſſis Lucan. 3, 533. *vid.* CLASSIS. Cornibus lunatis obliquatur mare Caſpium Plin. 6, 13. Flexus lunati Sil. 4, 319. Frons lunata vituli Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 129. Martial. 8, 49 Aurea lunatae quum ſtetit vnda Iubae, *De horrente leonis iuba loquitur.* Iuuenci nondum lunati fronte Stat. Theb. 6, 267. Lignum oſſeum lunatumque Plin. 13, 4. Martial. 1, 50 Lunata nuſquam Pellis, et nuſquam toga; *vbi* Interp. i. e. Non aderant nobiles Romani, quibus moris erat Lunae formam in calceis geſtare. *Vid. Supra in* LVNVLA; *et Alb. Ruben. de Re Veſtiar.* 2, 1 *et* 3. Peltae Virg. Aen. 1, 494.

LVNA, ae. f. [Λοῦνα] *Ligurum in ſolo Etruriae oppidum, portu nobile.* Ennius *ap.* Perſ. 6, 9 Lunaï portum eſt operae cognoſcere ciues. Lunae Portus Scribon. 163.

LVNENSIS, e. [λουνήσιος] Caſeus *ſic dictus ab oppido* Luna. Plin. 11, 42 Lunenſem magnitudine conſpicuum e miſto Hetruriae atque Liguriae confinio mittunt. Martial. 13, 30 Caſeus Hetruſcae ſignatus imagine Lunae, Praeſtabit pueris prandia mille tuis. Ara Lunenſis Suet. Neron. c. 50. Marmor Lunenſe Plin. 36, 6. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 8, 482.

LVNCHVS, i. m. λόγχος *a* λόγχη *lancea.* Tertull. de Coron. Mil. c. 11 Super luncho, quo perfoſſum eſt latus Chriſti.

LVNVS, i. m. *Deus Carrenorum.* Spartian. in Caracalla c. 6 Quum — hibernaret Edeſſae, atque inde Carras Luni Dei gratia veniſſet — c. 7 Et quoniam Dei Luni fecimus mentionem, ſciendum, doctiſſimis quibusque id memoriae traditum, atque ita nunc quoque a Carrenis praecipue haberi, vt qui Lunam femineo nomine ac ſexu putauerit nuncupandam, is addictus mulieribus ſemper inſeruiat: at vero qui marem Deum eſſe crediderit, is dominetur vxori, neque vllas muliebres patiatur inſidias. Vnde quamuis Graeci vel Aegyptii eo genere, quo feminam hominem, etiam Lunam Deam dicant, myſtice tamen Deum dicunt. *Nihil mutandum, quod videbatur Salmaſio, qui fruſtra hic ſudare videtur.* Spartianus *hoc dicit, Graeci et Aegyptii feminino nomine in vulgari ſermone* Lunam *dicunt, vt* hominem feminam. Selene *feminarum nomen Aegyptiis vſitatum etiam in regia familia,* (Gr. σηλήνη) *tamen etiam habent myſticum et occultum nomen in ſacris, quod maſculini generis eſt. Add. Selden. de Diis Syr.* 2, 2 *p.* 239. De Luno *in numis, vid. Spanh. diſſ.* 4 p. 193. ¶ 2 Lunus cinctus *error eſt, vid.* LIMVS.

L V O

LVO, lui, ĕre. [λύω, τίνω, ἀποτίω] *Perſoluere, vid.* Varr. *locum ſupra in* LVMECTA. *A* lauando *quidam ductum volunt, alii a Graeco* λύω, λύεις, λύει. Cic. Att. 12, 6 *pr.* Quomodo hoc ergo lues? ſi mihi librum miſeris, *i. Expurgabis, expiabis hoc peccatum.* Aes alienum luere, *pro Soluere.* Curt. 10, 2, 25. *vid.* AES. Delicta alicuius luere Hor. Carm. 3, 6, 1. Facta luere Stat. Theb. 1, 601. Cic. Verr. 1, 77 Verresne tibi tanti fuit, vt eius libidinem, hominum innocentium ſanguine lui velles? Idem ibid. 5, 120 Errabas Verres, et vehementer errabas, quum te maculas furtorum, et flagitiorum tuorum, ſociorum innocentium ſanguine luere arbitrabare. *Alii legunt* Eluere. Peccata luere, *Delictorum ſupplicium ferre.* Liu. 38, 48 Ego tamen et cum aliis pro dignitate imperii veſtri coactis luere peccata ſua, pacem pepigi. *Add.* Virg. Aen. 10, 31. *vid. ibi* Seruium. Liu. 10, 28 datum hoc noſtro generi eſt, vt luendis Periculis publicis piacula ſimus, *ait Decius ſe deuouens.* Poenas luere, *quod et* Dare poenas *dicitur, pro Ferre ſupplicium.* Cic. Att. 3, 9 Itaque mei peccati luo poenas: quamquam tuae me literae ſuſtentant. *Add.* Liu. 38, 47. Tacit. Ann. 6, 4 Praecipuus olim circumueniendi Titii Sabini, et tunc luendae poenae primus fuit. Stuprum oblatum voluntaria morte luit Lucretia Cicer. de Fin. 5, 54. Acerbum eſt, parentum ſcelera filiorum Poenis lui Cic. ad Brut. Epiſt. 12. Manil. 1, 745 Luit ipſe Incendia Mundus. *Et* 4, 839 Luit ipſum incendia caelum *i. ad ipſum mundum et caelum peruenit incendium, vt nempe luit aliquis interdum poenas ab alio commeritas.* Iuſtin. 2, 5, 6 Quicunque capi potuerunt, Supplicia crucibus luerunt. Liu. 9, 5 Obſides etiam ſexcenti equites imperati, qui capite luerent, ſi pacto non ſtaretur. Lucan. 2, 312 Hac caede luatur Quidquid Romani meruerunt pendere mores. ¶ 2 Luere, *Soluto pretio liberare.* Fundum obligatum l. 78 §. 6 D. ad SCt. Trebell. Praedia obligata l. 6 C. de fideicomm. Vlpian. in l. Qui ſtatus. D. de re militari, Qui ſtatus controuerſiam patiuntur, licet reuera liberi ſunt, non debent per id tempus militiae dare, *etc.* ſed nec qui ab hoſtibus redemti ſunt prius, quam ſe luant.

LVTO, āre. *Idem quod Luere.* Varro ἑκατομβῇ, Habes quî, et cuius rei cauſa fecerim hecatombem, in quo ego (vt puto) quoniam eſt luere ſoluere, lutaui. *ap.* Non. 2, 482. *Antiquum. pro* litaui.

LVITIO, ōnis. f. [λύσις] Vlpian. de Captiuis et poſtliminio reuerſis. l. Si patre, Si patre redemto et ante luitionem defuncto, filius poſt mortem eius redemtionis quantitatem offerat, dicendum eſt ſuum ei poſſe haeredem exiſtere.

LVELA, ae. f. *Idem.* Lucret. 3, 1028 Sed metus in vita poenarum pro malefactis Eſt inſignibus inſignis, ſcelerisque luela Carcer, *etc. i. Carcer ſceleris expiatio et poena. Lambinus.*

LVITŪRVS, a, um. Partic. [τίσων] Luitura poenas puppis Claud. Conſ. Hon. 6, 140.

LVENDVS, a, um. Partic. [λυτέος] Ouid. Triſt. 2, 101 Scilicet in ſuperis etiam fortuna luenda eſt. Innocentium ſanguis iſtius ſupplicio luendus eſt Cic. Verr. 1 c. 3. *i. expiandus, ne reip. grauis ſit.*

L V P

LVPA, LVPANAR, LVPATVM, *vid.* LVPVS.

LVPERCAL, ālis. *n.* [Λουπερκάλιον λύκαιον] *Quid fuerit, doceat* Seruius, Sub monte Palatino eſt quaedam ſpelunca, in qua de capro luebatur, id eſt ſacrificabatur: unde et *Lupercal* dictum nonnulli putant. Alii quod illic lupa Remum et Romulum nutrierit. Alii (quod eſt veriſimilius) locum eſſe hunc ſacratum Pani deo Arcadiae: cui etiam mons Lycaeus in Arcadia eſt conſecratus. Et dictus eſt Lycaeus, quod λύκους *i.* lupos non ſinat in oues ſaeuire. Ideo et Euander deo gentis ſuae ſacrauit locum, et nominauit Lupercal, quod praeſidio ipſius numinis lupi a pecudibus arcerentur. *Haec* Seruius *enarrans illud* Virg. Aen. 8, 343

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Aſylum
Rettulit, et gelida monſtrat ſub rupe Lupercal,
Parrhaſio dictum Panos de more Lycaei.

Conf. Ouid. Faſt. 2, 381. Quinctil. 1, 5, 66 Inueniuntur, qui *Lupercalia* tres partes orationis eſſe contendant, quaſi *luere per caprum.*

LVPERCĀLIS, e. Adi. Sacrum lupercale Suet. Auguſt. c. 31.

LVPERCĀLIA, ōrum. n. [Λουπερκάλια] *Celebritas erat Romae in honorem Panos; et* Luperci *dicebantur, qui haec ſacra faciebant.* Seruius: Quum in honorem Panos Lupercaliorum ſollemnitas celebraretur, pecora Romanorum ſubito a latronibus rapta ſunt. Illi proiectis veſtibus perſecuti ſunt latrones: quibus oppreſſis, et receptis animalibus, propter rem a nudis proſpere geſtam, conſuetudo permanſit, vt nudi Lupercalia celebrarent. *Haec* Seruius *explicans illud* Virg. Aen. 8, 663 Hic exultantes Salios, nudosque Lupercos. *Vid.* Liu. 1, 5. *Et* Valer. Max. 2, 1 tit. vlt. Varr. L. L. 5, 3. Ouid. Faſt. 2, 367. *Fiebant menſe Februario ad expiandos manes. Graeci* λυκεῖα *vocant. Vid.* Cic. Philipp. 2, 89. *Et* Quint. Frat. 2, 12 Hodierni diei res geſtas Lupercalibus habebis.

LVPERCI, ōrum. m. *Dicti ſunt iuuenes illi ſeminudi, qui, vt* Varro *ait* de L. L. 4, 13 *et* 5, 3 Lupercalibus in Lupercali ſacra facerent nudi in honorem Panos. Cic. Philipp. 2, 85 c. 34 *inſectatur M. Antonium;* Ad Lupercalia veniamus. — Sedebat in roſtris collega tuus, amictus toga purpurea, in ſella aurea, coronatus. Adſcendis, accedis ad ſellam (ita eras Lupercus, vt te conſulem eſſe meminiſſe deberes) diadema oſtendis. Gemitus toto foro — Tu diadema imponebas cum plangore populi: ille cum plauſu reiiciebat. *Nempe ſub ludicri ſpecie tentabat populum Antonius, patine poſſet, regem renuntiari, diadema ſumere Caeſarem. Nam nudi ſacerdotes luperci currendo luſtrabant ciuitatem, et verberabant praegnantium manus mulierum (vt facilioris eſſent partus) zona ex corio capri.* Ouid. Faſt. 5, 101 Semicaper coleris cinctutis Faune Lupercis. Plin. 34, 5 Lupercorum habitu.

LVPERCA, ae. f. Dea, quae lupis praeeſt, ne noceant Arnob. 4 p. 128.

LVPIA, *ſiue* LVPPIA, ae. f. [Λουππία] Germaniae fluuius in Rhenum illabens, Pomponio 3, 3. *Coniectura eſt eum eſſe, quem hodie vulgo* die Lippe *vocant. Nominat* Tacit. Ann. 1, 60. *et* 2, 7. *et* Hiſt. 5, 22.

LVPĪNVM, i. n. [θέρμος] *et frequentius* LVPĪNVS, i. m. *Genus leguminis, amarum.* Plin. 18, 14 Lupino eſt vſus proximus, quum ſit et homini et quadrupedum generi vngulas habenti communis. Remedium eius ne metentes fugiat exſiliendo, vt ab imbre tollatur. Nec vllius quae ſeruntur, natura aſſenſu terrae mirabilior eſt. Primum omnium cum ſole quotidie circumagitur, horasque agricolis etiam nubilo demonſtrat. Ter praeterea floret. Terram amat, terraque operiri non vult. Et vnum hoc ſeritur non arato. Quaerit maxime ſabuloſa et ſicca, atque etiam arenoſa. Coli vtique non vult. Tellurem adeo amat, vt quamuis frutectoſo ſolo coniectum inter folia vepresque, ad terram tamen radice perueniat. Pingueſcere hoc ſatu arua, vineasque diximus. Itaque adeo non eget fimo, vt optimi vicem repraeſentet. *Add.* Cato R. R. c. 37. Colum. 2, 10. *Menſurae quantitatis ſ. modi nomen eſt, v. g.* Lupini magnitudine Scribon. 170. Lupini magnitudinis Id. 152. Quantum lupinus Id. 144. Hor. Epiſt. 1, 7, 23 Nec tamen ignorat quid diſtent aera lupinis. *Praeclare hunc locum illuſtrarunt viri docti ex* Plauti Poen. 3, 2, 20 AG. Agite, inſpicite, aurum eſt. CO. Profecto, ſpectatores, comicum. Macerato hoc pingues fiunt auro in barbaria boues. *Nempe,* Boues per hiemem coctum maceratumque probe alit lupinum Columel. 2, 10, 1. *Hinc* Labrum lupinarium, *de quo ſtatim.* Pallentes lupini Ouid. de Medicam. faciei 69. Triſtis lupini fragiles calami Virg. Georg. 1, 75.

LVPILIVS, i. m. Dimin. Plaut. Stich. 5, 4, 9 Lupilli comminuto cruſtulo, *inter cibos cum* nucibus, fabulis, ficulis, olea.

LVPINARIVS, a, um. Adi. Labrum lupinarium Cato de R. R. c. 10 *et* 11. *in quo maceretur lupinum.*

LVPINARII, ōrum. m. *Pl. Negotiatores lupinorum.* Lamprid. Alex. Seuer. c. 33.

LVPINACEVS, a, um. Adi. Lomentum lupinaceum Apul. de Herb c. 21. n. 2.

LVPINVS. Adi. *a* Lupus, *vid. infra.*

LVPVS, i. m. *Notum animal rapacitatis et famis cauſa. Graece* λύκος *dicitur. Ap. veteres epicoenum, vnde* Enn. Lupus femina: *vid. Colom.*

et

et Burm. ad Quinctil. 1, 6 p. 174. Iecur lupi Scribon 123. Barba lupi Hor. Serm. 1, 8, 43 *in inſtrumento magico.* Genus acre luporum Virg. Georg. 3, 264. Incurſus luporum Idem ibid. 3, 407. Acres lupi Hor. Epod. 12, 26. Aſper Ouid. Met. 11, 403. Auidus Id. Triſt. 1, 1, 78. Auius Virg. Aen. 11, 810. Canus Ouid. Met. 6, 528. Ceruarius lupus, *vid.* CERVVS. Cruentus Stat. Theb. 5, 165. Frementes lupi circum ſtabula Ouid. Met. 5, 627. Fuluus Idem ib. 11, 772. Infeſtus pecori Horat. Epod. 15, 7. Ouid. Faſt. 2, 800. Inſatiabiles Idem in Ibin 172. Martiales Hor. Carm. 1, 17, 9. Martiales *vocat, quia olim Marti hoc animal ſacrum fuit. Hinc etiam Martis pueros Romulum et Remum lupa vberibus aluit. vid.* Liu. 10, 27. *Conf.* Iuſtin. 43, 2, 7. Montani Ouid. Epiſt. 11, 90. Proceri Hor. Serm. 2, 2, 36. Rapaces Idem Epod. 16, 19. Superbi Valer. Argon. 3, 635. Vehemens Hor. Epiſt. 2, 2, 28. Vlulantes Virg. Georg. 1, 486. Triſte lupus ſtabulis Idem Ecl. 3, 80. Acuunt agni lupos balatibus, *vid.* ACVO. Inſidiatus pleno lupus ouili Virg. Aen. 9, 59. Petit taurus cornu lupus dente Hor. Serm. 2, 1, 52. ¶ 2 *Proverbia pluſcula ſunt de lupo, quae cum Eraſmianis interpretationibus ponemus.* Lupus eſt homo homini, non homo, quum qualis ſit, non novit Plaut. Aſin. 2, 4, 88. *Hoc prouerbio monemur, ne quid fidamus homini ignoto, ſed perinde atque a lupo caueamus.* Ouem lupo commiſiſti Ter. Eun. 5, 1, 16. *Concinne vtemur hoc prouerbio, quoties ei ſeruandum aliquid committitur, cuius gratia cuſtodem magis oporteat adhiberi.* Cic. Philipp. 3, 27 c. 11 Etenim in concione dixerat ſe cuſtodem futurum vrbis, vſque ad Calendas Maias, ad vrbem exercitum habiturum. O praeclarum cuſtodem ouium (vt aiunt) lupum. Cuſtosne vrbis, an direptor et vexator eſſet Antonius? Eripere agnum lupo Plaut. Poen. 3, 5, 31. *Vtemur hoc prouerbio, vbi quis fruſtra conatur praedam recipere, cui ſemel manus iniecit rapax aliquis. Improbum enim videtur, ſperare futurum, vt lupus agnum ſemel arreptum amittat.* In fabula lupus Ter. Adelph. 4, 1, 21. *Dicitur hoc adagium, quum forte fortuna in medio ſermone interuenit is, cuius mentio fiebat. Vid.* Donat. Seruius *ad* Virg. Ecl. 9, 54 *adhiberi ait,* quoties ſuperuenit ille, de quo loquimur, et nobis ſui praeſentia amputat facultatem loquendi. Cic. Att. 13, 33 De Varrone loquebamur. Lupus in fabula: venit enim ad me, et quidem id temporis vt retinendus eſſet. Plaut. Stich. 4, 2, 71 Atque eccum tibi lupum in ſermone eſuriens adeſt. Ter. Phorm. 3, 2, 21 Mihine domi eſt? immo, quod aiunt, auribus teneo lupum. nam neque quo amittam a me, inuenio: neque vti retineam, ſcio. *Dicitur in eos, qui eiusmodi negotio inuoluuntur, quod neque relinquere ſit integrum, neque tolerari poſſit.* Sueton. in Tiber. c. 25 Cunctandi cauſa erat metus, vndique imminentium diſcriminum: vt ſaepe lupum ſe auribus tenere diceret. *Conf. Beroald. ad* Sueton. l. c. Virg. Ecl. 9, 54 Nunc oblita mihi tot carmina. Vox quoque Moerin Iam fugit ipſa: Lupi Moerin videre priores. *Senis querela. Feſtiuius dicetur in eos, qui metu alicuius obticeſcunt, alioqui feroces.* Seruius *admonet* phyſicos auctores dixiſſe, ineſſe eam vim lupis, vt ſi quem hominem priores viderint, ei vocem adimant. Plin. 8, 22 Sed in Italia quoque creditur luporum viſus eſſe noxius: vocemque homini quem priores contemplentur, adimere ad praeſens. *Conf. Alb. Gentil. Lect. Virgil. c. 18.* ¶ 3 Lupus, [λάβραξ] *Piſcis a rapacitate nomen quadrupedis nactus.* Plin. 32, 2 Minus in prouidendo lupus ſolertiae habet, ſed magnum robur in poenitendo. nam vt haeſerit in hamo, tumultuoſo diſcurſu laxat vulnera, donec excidant inſidiae. Luporum laudatiſſimi, qui appellantur lanati, a candore, mollitiaque carnis. Martial. 13, 89 Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui, Aequoreo dulces cum ſale paſtus aquas. Hor. Serm. 2, 2, 36

Laudas inſane trilibrem
Mullum; in ſingula quem minuas pulmenta, neceſſe eſt.
Ducit te ſpecies, video: quo pertinet ergo
Proceros odiſſe lupos? quia ſcilicet illis
Maiorem natura modum dedit: his breue pondus.

Fluuialis lupus *Romae faſtiditus a delicatioribus, vid.* Varr. R. R. 3, 3, 9. Colum. 8, 16, 4. Rapax lupus Idem 8, 16, 4. *it.* 9, 17, 8. ¶ 4 Lupi, *Freni aſperrimi, a* lupinis *dentibus dicti, quia inaequales ſunt: ſiue quia duritiam habent lupinorum dentium ſimilem, et propterea morſus eorum aſperrimus. Dicuntur et* Lupata, *de quibus mox. His frenis vtebantur Galli.* Ouid. Triſt. 4, 6, 4 Tempore paret equus lentis animoſus habenis, Et placido duros accipit ore lupos. ¶ 5 Lupus, *Inſtrumentum aduncum, quo vaſa, quae in puteum forte ceciderunt, extrahuntur: Harpax Graeco vocabulo, et Harpago nominatur.* Liu. 28, 3 In alios lupi ſuperne ferrei iniecti, vt in periculo eſſent, ne ſuſpenſi in murum extraherentur. *Affine eſt inſtrumentum, de quo* Pallad. 1, 43, 2 Lupos, id eſt ſerrulas manubriatas minores maioresque ad menſuram cubiti, quibus facile eſt, quod per ſerram non poteſt, reſecando trunco arboris aut vitis interſeri. ¶ 6 Lupus ſalictarius, *Herba, cuius meminit* Plin. 21, 15 Lupum ſalictarium *ponit inter* herbas ſponte naſcentes, quibus pleraeque gentium vtuntur in cibis. ¶ 7 Lupus, *Aranei genus.* Plin. 11, 24 ſ. 28 Luporum nomine minimi non texunt, *vid.* LYCOS.

LVPA, ae. f. [λύκαινα] *Femina lupi.* Victor de Viris illuſt. c. 1 *de Romulo et Remo*, Paruulos in Tyberim abiecit, quos aqua in ſicco reliquit: ad vāgitum lupa accurrit, eosque vberibus ſuis aluit. *Et* Liu. 1, 4 Lupam ſitientem ex montibus, qui circa ſunt, ad puerilem vagitum curſum flexiſſe: eam ſummiſſas infantibus adeo mitem praebuiſſe mammas, vt lingua lambentem pueros magiſter regii pecoris invenerit. ab eo ad ſtabula Laurentiae vxori educandos latos. ſunt, qui Laurentiam vulgato corpore Lupam inter paſtores vocatam putent: inde locum ſabulae ac miraculo datum. Vet. Inſcript. Grut. p. 105 n. 2. Plin. 8, 17 Quae de infantibus ferarum lacte nutritis, quum eſſent expoſiti, traduntur, ſicut de conditoribus noſtris a lupa, magnitudini fatorum accepta ferri aequius, quam ferarum naturae arbitror. Inhumana lupa Propert. 4, 4, 54. Rapidae tradis ouile lupae Ouid. de Arte Am. 3, 8. Raua lupa Hor. Carm. 3, 27, 3. ¶ 2 Lupa, *pro Meretrice.* Cicer. pro Milon. c. 21 Ille, qui ſemper ſecum ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas, ducebat. Plaut. Epid. 3, 3, 22 Devortunt mores virgini longe, ac lupae. *Add.* Liu. 1, 4 *cuius verba modo poſuimus:* Catull. Carm. 100 (97) ad Iuuentium. Ipſe propudioſus, vxor lupa Apul. Apol. *vid. Taubmann. ad* Plaut. Pſeud. p. 956. *Vinet. in* Auſon. p. 212. *Hinc*

LVPVLA, ae. f. Dimin. Apul. Met. 5 p. 164, 3 Perfidae lupulae inſidias tibi comparant. It. 3 p. 139, 6 Siccine me vix a lupulis conſeruo Theſſalis.

LVPĀNAR, āris. n. [πορνεῖον, χαμαιτυπεῖον] *Locus in quo diverſantur meretrices.* Quinctil. 7, 4 An deprehenſus in lupanari cum aliena vxore adulter ſit, quaeritur. Iuuen. Sat. 6, 121 Intrauit calidum veteri centone lupanar. *Add. ib. v.* 132. Idem libidinum ganearumque locus, luſtrum, lupanar Apul. in Apol. O lutum lupanar Catull. 40, 13. *Al. aliter v. Interpp.*

LVPANARIVM, i. n. *Idem.* [κασωρεῖον] Vlpian. De petitione hereditatis, Licet a lupanario praeceptae ſint. nam et in multorum honeſtorum virorum praediis lupanaria exercentur. Idem in l Quid tamen. D. De receptis. *et* l. 43 D. de ritu nupt.

LVPANARIS, e. Adi. Apul. Met. 9 p. 229 *Elm.* Larem mariti lupanari maculare infamia. *Conf. Voſſ. ad* Catull. *c. l.*

LVPOR, āri. [πορνεύω] *Scortari, meretricari.* Accius *apud* Non. 2, 497 Qui cum meretrice per vias habitu noſtro lupantur. *Antiquum.*

LVPĀTVS, a, um. Adi. Hor. Carm. 1, 8, 6 Gallica nec lupatis temperet ora frenis. Frena *autem* lupata, *frena ſunt lupos habentia, et duriora, aſperioraque: vt currus falcati dicuntur, qui falces habent: ſecures dolabratae, quae habent dolabram, etc. Turnebus.*

LVPĀTVM, i. n. [χαλινὸς] *Idem, quod Lupus, pro Freno aſperrimo.* Virg. Georg. 3, 208 Preſſique negabant Verbera dura pati, et duris parere lupatis. Dicta lupata, *vt ait* Seruius, a lupinis dentibus, qui inaequales ſunt. Vnde et eorum morſus vehementer obeſt. Ouid. Amor. 1, 2, 15 Aſper equus duris contunditur ora lupatis.

LVPĀTVS, i. m. *Dixit* Solinus c. 57 (45) Equum ouaturus inſiluit: isque adeo ſpreuit lupatos, vt de induſtria cernuatus ruina et ſe et equitem pariter affligeret.

LVPĪNVS, a, um. Adi. [λύκινος] *Quod pertinet ad lupum.* Plin. 28, 9 Maſſurius palmam lupino adipi dediſſe antiquos tradit. Cic. in Catil. 3, 19 c. 8 Quem inauratum in Capitolio paruum atque lactentem vberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis. Galea lupina Propert. 4, 11, 20. Lupino Ritu deuorare Prudent. Paſſ. Calagurrit. v. 98.

L V R

LVRA, ae. f. Os culei, vel etiam vtris, vnde Lurcones capacis gulae homines, et bonorum ſuorum conſumtores. Feſtus. *Conf.* LORA.

LVRCO, ōnis. m. [γαστρίμαργος] *Guloſus, de quo locum Feſti modo dedimus in* LVRA. Plaut. Perſ. 3, 3, 16 Perennisue lurco, edax, furax, fugax. Lucilius *apud* Non. 1, 34 Edite lurcones, comedones, viuite ventres. Suet. de Clar. Grammat. c. 15 Laſtaurum et lurconem, et nebulonem, popinonemque appellans, et vita, ſcriptisque monſtroſum. Labris lurconibus vetitam deguſtant alimoniam *de Adamo* Aldhelmus *apud* Gronou. Obſ. Eccl. 4 p. 45.

LVRCONIĀNVS, a, um. Adi. Tertull. de Anima c. 33 Condimenta Apiciana et lurconiana.

LVRCO, āre; *et* **LVRCOR**, āri. Dep. [λαβροφαγέω] Cum auiditate cibum conſumere, *vt interpretatur* Non. 1, 34, *a quo laudatur* Pomponius Syris, Lardum lurcabat lubens. *Et* Lucilius Satyr. 2 Nam quid Mutio, ſubiectoque huic opus ſigno, Vt lurcaretur lardum, et carnaria furtim. Varro Eumenid. Contra cum pſaltria et cum Flora lurcare, adſtrepis. *Haec* Non. Gron. Obſ. Eccleſ. 23 S. Aldhelmo *reſtituit* Sed gula quae dulcis lurcatur fercula victus.

LVRCABVNDVS, a, um. Lurcans. Quinctil. 1, 6, 44 Neque enim *tuburchinabundum* et *lurchabundum* iam in nobis quisquam ferat, licet Cato ſit auctor. *Ita dedit etiam Burm. Sed in magna lectionis varietate nihil auſim conſtituere, niſi forte illud, adſpirationem abeſſe debere, et ſcribendum* Lurcabundum *vel* Lurcinabundum.

LVRIA, ae. f. Oxymelum appellatum, quod ex aceto et melle componitur Iſidor. 20, 3.

LVRĬDVS, a, um. Adi. [πελιδνὸς] *Quod eſt ſupra modum pallidum, et cadaueroſi coloris. Quidam volunt eſſe quaſi* Loridum *et loro percuſſum, liuidumque factum. Turnebus autem* Luridum colorem *exiſtimat eſſe appellatum a ſimilitudine coloris* lurae, *id eſt vtris coriacei, atque adeo a ſimilitudine corii.* Plaut. Capt. 3, 4, 64 Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Hor. Carm. 3, 4, 74 Moeretque partus fulmine luridum Miſſos ad Orcum. Aconita Ouid. Met. 1, 146. *vid.* ACONITVM. Plin. 18, 10 Quod niſi feſtinato peragatur, lurido colore muceſcere. Dentes Hor. Carm. 4, 13, 10. Varro de R. R. 2, 10 Quum in Liburniam veniſſes, te vidiſſe matresfamilias eorum, afferre ligna, et ſimul pueros quos alerent, alias ſingulos, alias binos, quae oſtenderent foetas noſtras, quae in conopeis iacent dies aliquot, eſſe luridas, mucidas et contemnendas. Horror Ouid. Met. 14, 198. Idem ibid. 15, 786 Solis quoque triſtis imago Lurida ſolicitis praebebat lumina terris. Mors Sil. 13, 560. Pallor Ouid. Met. 4, 267. Pelle lurida amicta oſſa Hor. Epod. 17, 22. Plin. Epiſt. 6, 20 Mox dies vere, ſol etiam effulſit, luridus tamen qualis eſſe, quum deficit, ſolet. Sulfura Ouid. Met. 14, 791.

LVROR, ōris. m. [πελίδνωμα] *Pallor.* Lucret. 4, 333

Lurida praeterea fiunt quaecunque tuentur
Arquati: quia luroris de corpore eorum
Semina multa fluunt ſimulacris obuia rerum.

Deformes lurore Apul. Met. 9 p. 222.

LVRIDĀTVS, a, um. Adi. Tertull. aduerſ. Marc. 4, 8 Qui retro luridati delinquentiae maculis, et nigrati ignorantiae tenebris.

LVRVLENTVS, a, um. *Laudatur ex* Apul. Met. 7 p. 100 Conceptaculum aquae lurulentae. *Verum in Elmenhorſtiana et Stewechiana, emendato mendo typographico, extat* lutulentae.

L V S

LVSCĬNIA, ae. f. [ἀηδὼν Gloſſ. Lat. Gr.] *Auis, dicta quod* lugens canat. Plin. 10, 39 Luſciniis diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus ſine intermiſſu cantus, denſante ſe frondium germine, non in nouiſſimum digna miratu aue. Primum, tanta vox tam paruo in corpuſculo, tam pertinax ſpiritus. Deinde in vna, perfecta muſicae ſcientia modulatus editur ſonus, et nunc continuo ſpiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc diſtinguitur conciſo, copulatur intorto, promittitur reuocato, infuſcatur ex inopinato: interdum et ſecum ipſe murmurat, plenus, grauis, acutus, creber, extentus, vbi viſum eſt vibrans, ſummus, medius, imus. *Graeci Philomelam vocant.* Luſciniae in ſolitudine Africana canticum adoleſcentiae garriunt Apul. Flor. 3. Mart. 7, 86 Luſciniae tumulum ſi Theleſina dedit. Hor. Serm. 2, 3, 245 Luſcinias ſoliti impenſo prandere coëmptas. *Secunda ſyllaba ab his Poëtis correpta videri poteſt. Sed* Ioſ. Iſcanus de B. Troi. 6, 384 Caueat ardea

ardea roſtro Marmoreum foſſore ſolum, Luſcinia planat, *quod defendit Dreſemius, et in* Horatii *atque* Martialis *verſibus Synizeſin intelligit*, I *pronuntiato conſonantis inſtar. Idem locum habet in* Phaedro 3, 18, 2 Cantus luſcinii quod ſibi non tribuerit: *vbi quidam* luſcinI *legunt. Nempe*

LVSCINIVS, i. m. *Idem.* Phaedr. Fab. 3, 18, 2. Sen. Ep. 76 *in MSS. ap. Daum. de cauſſ. amiſſ. R. L. L. p. 126.*

LVSCINVS, ἀηδὼν Gloſſ. Lat. Gr.

LVSCINIŎLA, ae. f. Dimin. [ἀηδόνιον] Plaut. Bacch. 1, 1, 4 Pol ego quoque metuo, luſciniolae ne deſuat cantio. *Prouerb. de iis, quae miraculo affinia ſunt. Conf.* LVSCIOLA.

LVSCIOLA, ae. f. Luſciola, quod luctuoſe canere exiſtimatur Varro L. L. 4, 11. *ſed etymologiae ratio ſuadet, vt legatur* luſcinia, *ſ. potius* luſciniola. *Verum compara, quae de quantitate ſecundae Syllabae in* LVSCINIA *diximus.*

LVSCIŌSVS, *qui et* LVSCITIŌSVS, a, um. Adi. [μύωψ, νυκτάλωψ] Luſcioſi *ſunt, vt quidam exiſtimant, quos Graeci Nyctilopas appellant, qui et mane et veſperi exiliter admodum vident, nec fere niſi interdiu.* Nonius 2, 512 Luſcioſi ad lucernam non vident: et myopes minus videntes vocantur a Graecis. Veſperi non videre, quos appellant Luſcioſos Varro *ap.* Non. l. c. Plin. 29, 6 ſ. 38 Fimum quoque gallinaceorum duntaxat rubrum luſcioſis illinendum monſtrant. *Conf.* Id. 23, 7. *et* 28, 10. Plaut. Mil. 2, 3, 52 PAL. Verbero, edepol tu quidem caecus, non luſcioſus. *Conf. Taub. ad h. l. Add.* l. 10 §. 4 D. de aedil. ed. et redh.

LVSCITIO, ōnis. f. *Vitium viſus, quod Graeci* νυκταλωπίαν *dicunt.* Feſtus, Luſcitio vitium oculorum, quod clarius veſperi quam meridie cernit. *Conf.* NVSCITIOSVS. Vlpian. in l. Idem filius. §. Item. D. de Aedil. edicto, Idem, vbi homo neque matutino tempore videt, neque veſpertino: quod genus Graeci νυκτάλωπας vocant. Luſcitionem quidam putant: vbi homo lumine adhibito nihil videt. *Quidam* Nuſcitionem, *quidam* Eluſcationem *hic legunt. Hinc* Luſcioſus, *qui et* Luſcitioſus *et* Nuſcitioſus, *vt ait Budaeus, vid.* NVSCITIOSVS.

LVSCVS, i. m. [ἑτερόφθαλμος] *Qui altero captus eſt oculo.* Varro de L. L. 8, 43 p. 115. *extr.* Item dicunt, cum ſit ſimile ſtultus, luſcus; et dicatur ſtultus, ſtultior, ſtultiſſimus; non dici luſcus, luſcior, luſciſſimus. Sic in hoc genere multa. Ad quae dico, adeo fieri, quod natura nemo luſco magis ſit luſcus, cum ſtultior fieri videatur. Perſ. 1, 128 — qui poſſit dicere luſce. Cic. de Orat. 2, 246 c. 60 Coenabo, inquit, apud te huic luſco familiari meo C. Sextio: vni enim locum video. Martial. 8, 53 Hunc tu conuiuam cautus vitare memento: Tunc furit, atque oculo luſcus vtroque videt. Iuuen. Sat. 10, 158 Quum Getula ducem portaret bellua luſcum. *Intelligit Annibalem.* Lippo, non luſco collyria nigra Medentur: qui ſemel eſt luſcus, non niſi luſcus erit Alanus Parab. claſſ. 3, 12.

LVSCA, ae. f. [ἑτερόφθαλμος] Martial. 1, 171 Oculo Philaenis ſemper altero plorat: Quo fiat iſtud quaeris modo? luſca eſt.

LVSCINVS, a, um. Plin. 8, 37 Qui altero lumine orbi naſcerentur, Coclites vocabantur: qui paruis vtrisque, Ocellae; Luſcini iniuriae cognomina habuerunt. *Cognomen fuit Fabriciorum Romae.*

LVSIO, *vid.* LVDO.

LVSĪTANIA, ae. f. [Λυσιτανία] *Pars vlterioris Hiſpaniae, quam nunc Portugalliam appellant. Scribit* Plin. 3, 1 ſ. 3 ex Varrone, Luſum Liberi patris, aut Lyſam cum eo bacchantem nomen dediſſe Luſitaniae.

LVSITANVS, a, um. Adi. Tela Luſitana Valer. Max. 9, 1, 5: Sil. 5, 335 Namque per aduerſos, qua Luſitana ciebat Pugnas dira ruanus:

LVSITO, LVSOR, *vid.* LVDO.

LVSTRĀGO, ĭnis. f. *herba* Verbenaca, *in luſtrando olim adhibita* Apul. de Herb. c. 3.

LVSTRVM, i. n. [φώλεος, κατάδυσις] Ferarum habitacula. Feſtus, Luſtra ſignificant lacunas (*editt. vett:* Lamas) lutoſas, quae ſunt in ſiluis aprorum cubilia. *Similia* Non. 4, 272. Varro R. R. 2, 4, 8 Luſtra, in quibus volutantur ſues. Virg. Georg. 2, 471 Non abſunt illis ſaltus ac luſtra ferarum. Deſerta ferarum luſtra Virg. Aen. 3, 647. Deuia Ouid. Met. 3, 146. Inuia Virg. Aen. 4, 151. Tetrica Stat. Theb. 9, 615. ¶ 2 *Pergit* Feſtus, A qua ſimilitudine ii, qui in locis abditis et ſordidis ventri et deſidiae operam dant, dicuntur in luſtris vitam agere. *Sunt igitur* Luſtra, *Popinae et lupanaria, ac meretricum diuerticula.* Seruius, ad Aen. 3, 647 Lupanaria luſtra dicimus, vbi habitant lupae, id eſt meretrices: dictae ab obſcoenitate, et odoris ſimilitudine. *Add.* Schol. Horat. Sat. 1, 6, 68. Plaut. Aſin. 5, 2, 84 Te cuculum vxor ex luſtris rapit. Cic. Philip. 2, 6 c. 3 Quum omnes impuritates pudica in domo quotidie ſuſciperes, vino luſtrisque confectus. Idem pro Cael. 57 In qua luſtra, libidines, *etc. Add.* Id. in Sen. c. 6. Mala Hor. Serm. 1, 6, 69. Iacere in luſtris, *vid.* IACEO. Lucret. 4, 1130 Deſidioſe agere aetatem, luſtrisque Perire. Studere luſtris Plaut. Aſ. 5, 2, 17. *Add.* Id. Caſ. 2, 3, 26. *et* Curc. 4, 2, 22. *et* Bacch. 4, 4, 91. ¶ 3 *Denuo audiamus* Feſtum, Cum eiusdem vocabuli prima Syllaba producitur [*vt ſit* λῦτρον, *cum prius illud pronuntiarint* λύτρον] ſignificat nunc tempus quinquennale, nunc populi luſtrationem. *Ab hoc incipiendum. Eſt igitur* Luſtrum *ſacrificium purgatorium, ſ. expiatorium, quo luerentur, abluerentur impuritates a ſceleribus contractae.* Liu. 45, 41 *Aemilius Paullus*, Delphis, *inquit*, Apollini pro me exercitibusque et claſſibus luſtra ſacrificaui. Lucan. 1, 592

Mox iubet et totam pauidis a ciuibus vrbem
Ambiri, et feſto purgantes moenia luſtro
Longa per extremos pomoeria cingere fines
Pontifices.

Sacra ambarualia deſcribit. Ad haec etiam refert Iac. Gothofredus Luſtrorum ſacrificia, *ad quae* celebranda compelli Eccleſiaſticos *vetat* Conſtantinus M. l. 5 C. Theod. de Epiſcopis: *itemque* Luſtra miſſa ſuouetaurilibus *a fratribus arualibus ap. Gruter.* p. 121. *Haec publica* luſtra. *De priuatis* Cato 141, 3 Harumce rerum ergo, fundi, terrae, agrique mei luſtrandi, luſtrique faciendi ergo, ſicuti dixi, macte hiſce ſuouitaurilibus lactentibus immolandis eſto. *Titulus eſt*, Agrum luſtrare ſic oportet. *Proprie ita vocabatur Romae illud ſacrificium, quo finire cenſum ſolebant.* Liu. 1, 44 Cenſu perfecto — edixit, vt omnes ciues Rom. equites peditesque in ſuis quisque centuriis in campo Martio prima luce adeſſent. Ibi inſtructum exercitum omnem ſuouetaurilibus luſtrauit. Idque conditum luſtrum appellatum, quia is cenſendo finis factus eſſet. Millia LXXX eo luſtro ciuium cenſa eſſe dicuntur. *Add.* Aſcon. ad Diuin. 8. Liu. 3, 3 Cenſus deinde actus, et conditum a Quintio luſtrum. *Et* 3, 24 Cenſus res priore anno inchoata, perficitur: idque luſtrum ab origine vrbis decimum conditum. *Obſerua, hunc fuiſſe annum ab origine vrbis* CCXCV: *cenſum autem a Seruio Tullio inſtitutum non diu certe poſt annum* CC. *Nondum igitur certum ea tempeſtate interuallum. Add. mox dicenda* n. 4. *Sed nec ſemper* cenſu acto luſtrum *etiam* conditum. *v. g.* Liu. 3, 22. *pr.* Cenſus actus eo anno: luſtrum propter capitolium captum, conſulem occiſum, condi religioſum fuit. *Sic* Liu. 24, 43. *pr.* Ne luſtrum perficerent cenſores, mors prohibuit P. Furii. *Tribuitur* luſtrum conditum cenſoribus *plurium numero, vt etiam* Liu. 40, 46 Luſtrum condatis: *tamen ab vno proprie illud factum docent iſta:* Cic. de Orat. 2, 268 Aſello Africanus obiicienti luſtrum illud infelix, Noli, inquit, mirari: is enim, qui te ex aerariis exemit, luſtrum condidit, et taurum immolauit. *Sortiri autem ſolebant Cenſores, vter luſtrum conderet.* Liu. 29, 37 Luſtrum condunt ſerius, quia per prouincias dimiſerunt Cenſores, vt ciuium Romanorum in exercitibus quantus vbique eſſet referretur numerus. Cenſa cum iis CCXV millia hominum. condidit luſtrum C. Claudius Nero. Idem 35, 9. *pr.* Cenſores erant priore anno creati Sex. Aelius Paetus, et C. Cornelius Cethegus. Cornelius luſtrum condidit. *Et* 38, 36. *extr.* M. Claudius Marcellus Cenſor, ſorte ſuperato T. Quintio, luſtrum condidit. *Rurſus* 42, 10. *pr.* Eo anno luſtrum conditum eſt. Cenſores erant, Q. Fuluius Flaccus, L. Poſthumius Albinus. Poſthumius condidit. *Caeterum ipſo hoc* luſtro condito, *cum conſummari demum cenſus et abſolui videretur, hinc* Cic. de Orat. 1, 183 c. 40 Quaeritur, is, qui domini voluntate cenſus ſit, continuone, an vbi luſtrum conditum, liber ſit? *It.* Cic. Att. 1, 18 fin. Sub luſtrum cenſeri, germani mercatoris eſt, *i. non prius, quam cum iam differri diutius non poteſt. Nempe tributum ſimul ex cenſu confertur.* Varro de L. L. 5, 2 p. 46. *pr.* Luſtrum nominatum tempus quinquennale a luendo, hoc eſt ſoluendo: quod quinto quoque anno vectigalia et vltro tributa per cenſores perſoluebantur. Cic. Att. 6, 2 Quaeſiui ipſe de iis, qui annis decem proximis magiſtratum geſſerant. Aperte fatebantur. Itaque ſine vlla ignominia ſuis humeris pecunias populis retulerunt. Populi autem nullo gemitu publicanis, quibus hoc ipſo luſtro nihil ſoluerant, etiam ſuperioris luſtri (pecunias) retulerunt. *Sic* Plin. Epiſt. 9, 37 Nam priore luſtro, quamquam poſt magnas remiſſiones, reliqua creuerunt. *Indicat alias etiam locationes in luſtra factas. Sic* Vlpian. l. Si quis nec cauſam D. de rebus creditis, Nam etſi colonus poſt luſtrum completum fructus perceperit, condici eos conſtat. *Sed*

¶ 4 *De interuallis, quibus* Luſtrum conderetur, *iam dicendum.* Cenſorin. de Die nat. 18. *extr. cum dixiſſet de* Olympiade, quaternum annorum circuitu, *addit*, Idem tempus anni magni Romanis fuit, quod Luſtrum appellabant; ita quidem a Seruio Tullio inſtitutum, vt, quinto quoque anno cenſu ciuium habito, luſtrum conderetur: ſed non ita a poſteris ſeruatum. Nam cum inter primum a Seruio rege conditum luſtrum et id, quod ab Imperatore Veſpaſiano V et Caeſare III COSS. factum eſt, anni interfuerint paullo minus ſexcentis quinquaginta, luſtra tamen per ea tempora non plura, quam ſeptuaginta quinque ſunt facta: et poſtea plane fieri deſierunt. *Cum certum ſit* Olympiada *fuiſſe annorum quatuor, mirum eſt, illam a Cenſorino cum* luſtro *comparari. Sed nempe de* Olympiade *non minus fluctuabant, vt ibi oſtendimus, Latini ſcriptores, cum non ſatis attenderent, aliud eſſe* quinto quoque anno *ineunte celebrari, i. quatuor interiectis, aliud* quinque annos *completos continere, vel* poſt quintum annum *abſolutum celebrari; illud in* Olympiada *conuenit, hoc in* luſtrum, *quod quinque annorum plenorum eſſe, dubitari non poteſt: quod luculenter oſtendit Ioſ. Caſtalio Obſ.* 1, 10 *tum aliunde, tum praeſertim ex* Faſtis Capitolinis, *quos exhibet etiam Gruter. p.* 293. *vbi aliquoties poſt quina Conſulum paria ponuntur cenſores, qui* L. F. *hoc eſt* Luſtrum fecere. *Vtitur etiam hoc argumento Harduin. ad* Plin. 2, 47. *no. mai.* 47. *Contra ea Scal. Auſon. Lect.* 2, 23. *extr. ſibi conſtare ait*, luſtrale aurum *quarto quoque anno pendi ſolitum: quod aliter ſe habere, et illius auri penſionem cum* quinquennalibus, decennalibus, quindecennalibus votis *coniunctam fuiſſe, oſtendit Anton. Pagi diſſ. hypat.* 2, 4, 6. *Caeterum* quinquennale luſtrum *loquuntur omnia.* Varronem *iam audiuimus de* L. L. 5, 2 p. 46. *pr.* Luſtrum nominatum tempus quinquennale *etc.* Aſcon. Pedian. *in* Verr. 1, 104 c. 41 Neque cenſus eſſet, *h. e.* neque cenſus eius in quinquennium illud eſſet factus, quorum annorum ſpatio inſtaurari cenſus ſolet apud cenſores, quorum adminiſtratio per luſtrum, *h. e.* quinquennium extenditur. *Nihil poteſt clarius. Ipſe* Cic. de Legg. 3 c. 3 *de* Cenſoribus, Magiſtratum quinquennium habento. *Hinc* Cenſoribus *in vrbe reſpondent Coloniarum et Municipiorum* quinquennales. Tac. An. 16, 2 Ac forte quinquennale ludicrum ſecundo luſtro celebrabatur. *De Poëtis non eſt dubium.* Hor. Carm. 2, 4. *extr. quadragenarium ſe dicit*, cuius octauum trepidauit aetas claudere luſtrum: *et* Carm. 4, 1, 6 *quinquagenarium*, circa luſtra decem *etc.* Mart. 10, 38 Quindecim annos *diſerte* tribus luſtris *aequat.* Claudian. ſext. Conſ. Hon. 391 Circumflexa rapit centenus ſaecula conſul, His annis, qui luſtra mihi bis dena recenſent. Auſon. Epit. Hero. 31 Aniciae ſedecenni matronae: Omnia quae longo vitae cupiuntur in aeuo Ante quater plenum conſumſit Anicia luſtrum. *Ergo nihil* Luſtro *detrahi patiamur eo, quod* Luſtrum *et* Olympias *a multis eodem ſignificatu vſurpantur.* Ouid. ex Pont. 4, 6, 6 In Scythia nobis quinquennis olympias acta eſt, Iam tempus luſtri tranſit in alterius. Martial. 4, 45 Vt qui prima nouo ſignat quinquennia luſtro, Impleat innumeras Burrus olympiadas. Auſon. de ſuo Faſtorum Lib. ad Proculum, Epigr. 141 Fors erit, vt luſtrum quum ſe cumulauerit iſtis, Confectam Proculus ſignet olympiadem. Seruius *exponens illud* Virg. Aen. 1, 287 — veniet luſtris labentibus aetas, *etc.* Luſtris, inquit, *i.* Quiquenniis. Et bene olympiadibus computat tempora: quia nondum erant vel Roma, vel Conſules. Luſtrum autem dictum, quod poſt quinquennium vnaquaeque ciuitas luſtrabatur. *Cui haec non ſufficiunt, ille cogitet,*

¶ 5 Luſtrum *videri interdum generaliori ſignificatione pro periodo quacunque poni. Pro annua, ſi audimus Scaligerum ad* Manil. 3, 580 Luſtra decem tribuat ſolis, cum menſibus octo: Luſtra ſolis, *i. circuitus, verbo, annos. Sed Bentleius legit*, Luſtra duo tribuent, ſolidis cum menſibus octo. *Etiam* Manil. 3, 321 *dederat Scaliger* Et paribus ſpatiis per ſingula luſtra reſurgunt, *i. interualla, periodos: ſed Bentl.* puncta, *ſenſu ſane commodiſſimo vtroque loco. Sed deſtituitur ab auctoritate librorum. Caeterum* Luſtrum *pro* periodo *poni ſatis euincit* Plin. 2, 47. *extr.* Omnium redire easdem vices quadriennio exacto Eudoxus putat non ventorum modo, verum et reliquarum tempeſtatum magna ex parte. Et eſt principium luſtri eius ſemper intercalari anno, Caniculae ortu. *Sic etiam ſumi videtur* Ouid. Faſt. 1, 165 *vbi de anno intercalari Iuliano*, In luſtrum accedere debet, Quae conſummatur partibus, vna dies. *Quartis partibus diei, i. ſenis horis quatuor annorum ſuperantibus* conſummatur *et colligitur* vna dies, *quae* accedere debet in *illam quatuor annorum periodum, quae hic* luſtrum *appellatur.*

LVSTRO, āre. [ἁγνεύω, ἀποκαθαίρω] *Expiare ſignificat, adſperſione et circuitu praeſertim.* Virg. Ecl. 5, 75 Et quum ſollemnia vota Reddemus nymphis, et quum luſtrabimus agros. Idem Aen. 3, 279 Luſtramurque Ioui, votisque incendimus aras. Seru. Aut, Luſtramur, *i.* Purgamur, vt Ioui ſacra faciamus. Aut certe, Luſtramur Ioui, *i.* Expiamur. *De ritu et formula luſtrandi agros vid.* Cat. R. R. c. 141. *et* Tibull. 2, 1. *vbi Conf. Brouckhuſ.* Lectos aegrotorum Ouid. A. A. 2, 329. Tibull. 1, 5, 11. *Conf. h. l. Brouckhuſ.* Virg. Aen. 6, 231

Idem ter ſocios pura circumtulit vnda,
Spargens rore leui, et ramo felicis oliuae:
Luſtrauitque viros, dixitque nouiſſima verba.

Oues cum paſtore: *vid. Brouckh. ad* Tibull. 2, 1, 13. Vrbem luſtrare Plin. 10, 13. Luſtror, *paſſiuum.* [ἁγνεύομαι] Varro R. R. 2, 1, 10 Populus Rom, cum luſtratur ſuouitanrilibus circumaguntur verres, aries, taurus. Ouid. Met. 13, 953

Ego luſtror ab illis,
Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto,
Pectora fluminibus, iubeor ſupponere centum.

Magico luſtrabere ritu Ouid. Met. 10, 398. ¶ 2 *Ab illo circuitu Luſtrantium* luſtrare *etiam eſt* [περιϊέναι, περιέρχεσθαι, περιοδεύειν] *Circuire, ambire, aut etiam peragrare.* Virg. Aen. 8, 153 Totum luſtrabat lumine corpus. Cic. de Finib. 5, 87 c. 25 Pythagoras Aegyptum luſtrauit. *Add.* Cic. Tuſc. 4, 43. Aequora luſtrare Virg. Aen. 3, 377. Areolas et ſepem horti luſtrauit gradiens *menſtruata, i. circuiuit magicae medicinae cauſa* Colum. 10, 363. Arua luſtrare, *Pererrare* Virg. Georg. 4, 519. Campos oculis luſtrare Lucan. 7, 795. Extrema Libyae Virg. Aen. 1, 581. Limina aliena luſtrare Ouid. in Ibin 113. Muros equo luſtrat Virg. Aen. 9, 58. Opera omnia flammis ſol luſtrat Id. Ibid. 4, 607. Veſtigia luſtrare Id. Ecl. 2, 12. Virg. Aen. 4, 6 Poſtera Phoebea luſtrabat lampade Terras. *Vbi* Seru. Aut illuſtrabat: aut reuera luſtrabat, *i.* purgabat, nam nox quodammodo polluit mundum. *Add.* Virg. Aen. 2, 6. ¶ 3 Luſtrare exercitum, *Recognoſcere, et recenſere exercitum, quod cum ſacrificiis fiebat.* Tum exercitum rite luſtratum ad concionem vocat Tac. Ann. 15, 26. Caeſ. Bell. Gall. 8, 52. Cic. de Diuin. 1, 77 c. 35 Qui exercitu luſtrato quum Aretium verſus caſtra mouiſſet, et contra Annibalem legiones duceret, *etc.* *Vid.* Liu. 38, 12 *et* 40, 6. Curt. 10, 9, 12. *Ciaccon. ad* Caeſ. l. c. n. 529. Luſtrare animo, *pro Conſiderare, reputare, perſpicere* Cic. Off. 1, 57 c. 17. Idem de Fin. 2, 115 Sed luſtremus animo non has maximas artes, quibus qui carebant, inertes a maioribus nominabantur. *Conf.* Non. 4, 277. Pericula incerta luſtrare Virg. Aen. 9, 96. ¶ 4 Luſtrari, *Dep. In luſtris, et lupanaribus verſari.* Plaut. Pſeud. 4, 5, 61 Nam qui liberos eſſe illico ſe arbitrantur, ex conſpectu heri ſui ſi ſeſe abdiderunt, luxuriantur, luſtrantur, comedunt. Idem Caſ. 2, 3, 29 Vnde is nihili? vbi fuiſti? vbi luſtratus? vbi bibiſti? *vid.* Non. 4, 277.

LVSTRĀTVS, a, um. Partic. *paſſ.* [ἁγνευθεὶς] *Expiatus.* Capitolium luſtratum atque purgatum Liu. 3, 19. Id. 36, 42 Luſtrata claſſe ad Lacinium. *De modo luſtrandi claſſes apud Romanos, vid. Appian. Bell. Ciu. 5 p. 727.* Corpus luſtratum diuino odore Ouid. Met. 14, 605. Exercitus luſtratus Cic. de Diuin. 1, 77 c. 35. Infantes luſtrantur die luſtrico, *vid:* LVSTRICVS. Martial. 8 Epiſt. praef. Meminerit non niſi religionis purificatione luſtratus accedere ad templa debere. *Add.* Hor. Od. 3, 25, 12 Pede barbaro luſtratam Rhodopen. Hirt. B. Afr. c. 75 Luſtrato exercitu.

LVSTRABILIS, e. περίβλεπτος, ſpectabilis, luſtrabilis Gloſſ. Gr. Lat.

LVSTRĀLIS, e. Adi. [καθάρσιος] *Quod ad luſtrum, hoc eſt ſacrificium pertinet.* Liu. 1, 28 Caſtra caſtris iungere iubet: ſacrificium luſtrale in diem poſterum parat. Aqua luſtralis Ouid. ex Pont. 3, 2, 73. Aurum, *tributi genus*: *vid. ICti ad* tit. Cod. Theod. de luſtrali collatione et Iuſtin. de Luſtralis auri collat. ſ. libri 11, 1. Cenſus luſtralis Vlpian. Tit. 1, 8. *Nempe verum eſt, quod de vna provincia* Cic. Verr. 2, 139 c. 56 Quinto quoque anno tota Sicilia cenſetur. Certamen luſtrale Tacit. Ann. 16, 4. Exta luſtralia Virg. Aen. 8, 183 veteres dixerunt Praepinguia: eo quod luſtralis, id eſt quinquennalis bos dicitur eſſe perfectae aetatis. *vid.* Seru. ad l. c. Perſ. 2, 33

Ecce auia, aut metuens diuûm matertera, canis
Exemit puerum, frontemque atque vda labella
Infami digito et luſtralibus ante ſaliuis
Expiat, vrentes oculos inhibere perita.

Poſſeſſio luſtralis *apud ICtos eſt* quinquennii praeſcriptio. *vid. Iac. Gothofr. ad* l. vn. C. Th. de quinquennii praeſcript. Vota luſtralia Valer. Argon. 3, 414. *de ſacrificio nocturno.*

LVSTRIFĬCVS, a, um. Adi. [καθαρτήριος] *Idem.* Cantus luſtrificus Valer. Argon. 3, 448.

LVSTRĬCVS, a, um. Adi. [ἁγνευτικὸς] Luſtrici dies infantium appellantur, puellarum octauus, puerorum nonus: quia iis infantes luſtrantur, et nomina eis imponuntur Feſt. Macrob. Saturn. 1, 16 Luſtricus dies olim appellabatur, quo pueri luſtrabantur, et nomen accipiebant. Suet. in Neron. c. 6 Eiusdem futurae infelicitatis ſignum euidens die luſtrico extitit. Nam C. Caeſar rogante ſorore (*Agrippina, matre infantis*) vt infanti quod vellet nomen daret, intuens Claudium patruum ſuum, a quo mox principe adoptatus eſt, eius ſe dixit dare: neque id ipſe ſerio, ſed per iocum, et adſpernante Agrippina, quod tum Claudius inter aulae ludibria erat. *vid. Scalig. ad* Feſt. *et Lect. Auſ.* l. 2 c. 22. *Caſaub. ad* Perſ. ſat. 2 p. 197. ſq. *Torrent. ad* Suet. l. c.

LVSTRATIO, ōnis. f. [περιπορεία] *Circuitio, peragratio.* Cic. Philipp. 2, 57 c. 23 In eodem vero Tribunatu quum Caeſar in Hiſpaniam proficiſcens, huic conculcandam Italiam tradidiſſet, quae fuit eius peragratio itinerum, luſtratio municipiorum? *Sic* Tuſc. 5, 79 Quid beſtiae? nonne frigus, non famem, non montiuagos atque ſilueſtres curſus, luſtrationesque patiuntur? ¶ 2 Luſtratio, [ἅγνευμα] *Sacrificium expiationis.* Columel. 2, 22, 5 Hoc loco certum habeo quosdam, quum ſollemnia feſtorum percenſuerim, deſideraturos luſtrationum caeterorumque ſacrificiorum, quae pro frugibus fiunt, morem priſcis vſurpatum.

LVSTRĀTOR, ōris. m. Apul. Apol. p. 288 Hercules luſtrator orbis. *i. Peragrator.*

LVSTRĀMEN, ĭnis. n. [περιοδεία] *Luſtratio.* Valer. Argon. 6, 509

Seminecesque duces inter ſua tela, ſuosque
Inter equos, ſaeuam miſero luſtramine verſant
Congeriem. *Conf.* Id. 3, 409 *et* 442.

LVSTRAMENTVM, i. n. *Purgatio facta per ſacrificium, aut incantationem, quae tamen interdum veneficii inſtar habetur, vt* Martian. in l. Eiusdem. D. Ad l. Iuliam de ſicar. Pigmentarii, *inquit*, ſi cui temere cicutam, ſalamandram, aconitum, pityocampas, bupreſtim, mandragoram, cantharidas, aut quid luſtramenti cauſa dederint: poena teneantur huius legis. *Hotomann. de Verb. Iur. de intemperanti et effrenata rei Venereae cupiditate intelligit, cum cantharidum ea vis ſit, vt ad eam incitent.*

LVSTRO, ōnis, *qui in luſtris verſatur, vt* Gulo, Heluo, *et ſimilia.* Feſtus, Aleonem, aleatorem: Naeuius, Peſſimorum peſſime, audax, ganeo, Luſtro, aleo. *Sic eſſe in veteribus libris, fatetur Scaliger, ipſe tamen, cum* ganeo *et* luſtro *idem ſint, retinet* Lurco. Catul. Epigr. penult. Omnia magna haec ſunt: tamen ipſe eſt maximu' luſtro. *Ita pro* vltor, *quod eſt in libris, Scaliger. Sed Voſſ.* vltro.

LVSVS, *vid.* LVDO.

L V T

LVTAMENTVM, LVTARIVS, *vid.* LVTVM.

LVTATIVS, *vid.* LVCTATIVS.

LVTER, eris. m. [ὁ λουτὴρ] *labrum, in quo lauatur* Hieron. *in* Iouian. 1. *Vtuntur eo ſeptuaginta Interpr. Exodi* 38.

LVTESCO, *vid.* LVTVM.

LVTETIA, ae. f. [Λευκοτεκία] *Galliae vrbs maxima et nobiliſſima.* Caeſ. Bell. Gall. 6, 3 Vt omnia poſtponere videretur, concilium in Lutetiam Pariſiorum transfert. *Add.* Ammian. 15, 27.

LV̆TEVM, *ſiue* LV̆TVM, i. n. Herba eſt, qua caeruleum inficiunt *auctore* Vitruu. 7, 14. *vid.* Plin. 33, 5. Lutum croceum Virg. Ecl. 4, 44. Tib. 1, 9, 51 Nun illi ſontica cauſa eſt (*morbus, a quo palleat*) Sed nimius luto corpora tangit amor. Suauique Rubeſcere luto Nemeſian. Cyneg. 319. Caeſ. Bell. Gall. 5, 14 Omnes ſe Britanni luteo inficiunt, quod et caeruleum efficit colorem. *Dauiſius* vitro. Luteo *videtur Criticis deberi, qui* Vltro *quorundam codicum* (*pro vitro*) *ſic mutarunt.* Oui luteum, *Vitellus eſt.* Plin. 10, 53 Ipſum animal ex albo liquore oui corporatur, cibus in luteo eſt.

LV̆TEVS, a, um. Adi. [κροκώδης] Luteus color, *qui eſt dilutior rutilus, qualis eſt color auri.* Plin. 21, 8 Lutei video honorem antiquiſſimum in nuptialibus flammeis totum feminis conceſſum. Aurora Virg. Aen. 7, 26. Emplaſtrum luteum Scribon. 215. Fella Samon. 333. *Conf.* Non. 16, 10. Frutex luteus, purpureus flos amelli Columel. 9, 13, 8. Tibul. 3, 1, 9 Lutea ſed niueum inuoluat membrana libellum. Palla Tibul. 1, 7, 46. Pallor Hor. Epod. 10, 16. Papauer Catull. 59, 195. Perſ. 3, 95 Surgit tacite tibi lutea pellis: At tu deterius palles. Sulfura Ouid. Met. 15, 351. Vela lutea, rufaque, et ferruginea Lucret. 4, 73. Plin. 21, 6 Violis honos proximus. Earum plurima genera: purpureae, luteae, albae. *Et paullo poſt*, Sed ſatius maxima auctoritas luteis. Vulcanus luteus, *pro Igni, ſiue flamma.* Iuuen. Sat. 10, 132

Quem pater ardentis maſſae fuligine lippus,
A carbone, et forcipibus, gladiosque parante
Incude, et luteo Vulcano ad Rhetora miſit.

Luteo *legendum per Synizeſin duabus Syllabis: niſi malis* luteum, *i. ſordidum dici a* luto, *i. ſtercore.*

LVTEA, ae. f. *Chryſocollae genus a colore dictum. De chryſocolla enim* Plin. 33, 5 ſ. 26 Vt plane intelligatur nihil aliud chryſocolla quam vena putris. Natiua duritia maxime diſtat, Luteam vocant. Et tamen illa quoque herba, quam Luteam appellant, tingitur. Natura eſt quae lino, lanaeue ad ſuccum bibendum. *Harduin. legit* Lutum. *Et mox* ſ. 27 *de eadem*, Luteam putant a Luto herba dictam (*etiam hic* Lutea *al.*) quam ipſi caeruleo ſubtritam pro chryſocolla inducunt. Lutea *igitur* herba *nondum ſatis firma.*

LV̆TEVS, *a* LVTO, *vid.* LV̆TVM.

LVTEŎLVS, a, um. Adi. dimin. Columel. 9, 4, 4 At in hortenſi lira conſita nitent candida lilia, nec his ſordidiora, leucoia, tum punicae roſae, luteolaeque, et Sarranae violae. Caltha luteola Virg. Ecl. 2, 50. Oliuae luteolae Colum. 12, 47, 9.

LVTO, āre. *Vid.* LV̆TVM.

LVTRA, ae. f. [ἐνυδρὶς] *Animal amphibium, hoc eſt, tum in aqua, tum etiam in terra degens, caſtori ſimile, niſi cauda differret:* Plin. 8, 30 Clauda piſcium iis: caetera ſpecies lutrae. Vtrumque aquaticum: vtrique mollior pluma pilus. *Add.* Idem 32, 11. Varro de L. L. 4, 13 p. 22. *pr.* Lytra *dicta*, quod ſuccidere dicitur arborum radices in ripa, atque eas diſſoluere, vnde Lytra. *Igitur ἀπὸ τοῦ λύειν deriuat. Voſſius ab* ἐνυδρὶς *Aeol.* ἐλυδρίς.

LVTRVM, i. n. *Lauatio frigida.* Vitr. 5, 11 Frigida lauatio, quam Graeci λουτρὸν vocant.

LV̆TVM, i. n. [πηλὸς] Terra humore ſoluta, *inquit* Feſtus, *a* λύειν. Iuuen. Sat. 6, 13 Compoſitique luto nullos habuere parentes, *de primis hominibus a Prometheo ex argilla fictis.* Amica luto ſus Hor. Epiſt. 1, 2, 26. Paleatum lutum, *vid.* Paleatus, *in* PALEA. Palaeſtritarum lutum, *vid.* HAPHE. Recenti luto ſpargere iumenta Iuuen. Sat. 7, 180. Vdum et molle lutum Perſ. 3, 23. Aſperſus imbre lutoque Hor. Epiſt. 2, 11, 11. Compoſuit pocula de facili luto Tibul. 1, 1, 40. Concinnare lutum, *vid.* CONCINNO. Demerſus in luto Cic. Verr. 2, 191. Fictus ex argilla et luto homulus Cic. in Piſon. 59. Volutatus in luto totius corporis veſtigiis Verres Cic. Verr. 4, 53. In medio luto eſſe Plaut. Pſeud. 4, 2, 27 *i. Implicari negotio, aut in periculo eſſe.* In eodem luto haeſitare, *i. Sic implicari cuipiam negotio, vt ſe quisquam nequeat extricare.* Ter. Phorm. 3, 2, 15 Quid nunc porro, quid fiet? in eodem luto haeſitas: vorſura ſoluis, Geta: praeſens quod fuerat malum, in diem abiit, plagae creſcunt. *A viatoribus translatum, qui ſimulatque in lutum inciderint, quum alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur. Rurſum vt hunc extrahant, alter quem eduxerant, denuo eſt infigendus. Add.* Plaut. Perſ. 4, 3, 66. Lutum *per translationem vocat Lenonem* Plaut. in Perſ. 3, 3, 10 Poſſum te facere vt argentum accipias, lutum? Lutum es, *Conuicium apud Romanos in hominem nequam et nullius rei, vid.* Plaut. Moſt. 5, 2, 45. *Conf.* Id. Mil. 2, 3, 54. Lucil. *ap.* Non. 1, 165. Lutum et ſordes Cic. in Piſon. 62. Lutus, i. m. apud antiquos, *referente* Nonio 3, 132. Claud. Annal. 4 Pluuia, imbri lutus erat multus.

LV̆TEVS, a, um. Adi. [πήλινος] *Ex luto factus.* Luteus paries, Vaſa lutea. Cic. Verr. 4, 32 c. 14 Tum illos coepiſſe Praetori dicere, putaſſe ſe id quod audiſſent, alicuius pretii ſcyphos eſſe Pamphili, luteum negotium eſſe, non dignum, quod in ſuo argento Verres haberet. Caput luteum Rheni Hor. Serm. 1, 10, 37. Homo luteus, *Contem-*

tus, nulliusque pretii. Plaut. Poen. 4, 2, 4 Neque periurior, neque peior alter vsquam eſt gentium, quam herus meus eſt, neque tam luteus, neque tam coeno collitus. *Conf.* Iuuenal. 10, 132. Meretrix lutea Plaut. Truc. 4, 4, 1. Peluſiotas nos appellant et luteos Hieron. Ep. 65, 3. *vid. Caſaubon. contra Baron. proleg. p. 20. Nempe* Peluſiotae *nomen ad* πηλὸν, *lutum, alludit.* Ouid. Faſt. 1, 158 Ignotaque prodit hirundo, Et luteum celſa ſub trabe fingit opus. Plaut. Men. 5, 5, 19 Quin me interrogas, purpureum panem, an puniceum ſoleam ego eſſe, an luteum?

LV̆TŌSVS, a, um. Adi. [πηλώδης] *Luto plenus.* Plin. 18, 19 Lutoſam terram ne tangito. Columel. 2, 4 Sed quandocunque arabitur, obſeruabimus, ne lutoſus ager tractetur. Rapa lutoſa, *Quorum radix luto eſt infecta* Columel. 12, 54.

LV̆TENSIS, e. Adi. *Luto nutritum.* Plin. 9, 37 Purpurae, nomine alio pelagiae vocantur. Earum genera plura, pabulo vt ſolo diſcreta. Lutenſe putri limo, et algenſe enutritum alga viliſſimum.

LV̆TO, āre. [πηλόω] *Luto inficere, ſiue oblinere.* Cato de R. R. 92 Eo granarium totum oblinito craſſo luto; poſtea conſpergito amurca bene omne quod lutaueris. Nidosque reuerſa lutabit hirundo Calpurn. Ecl. 5, 17. Lutare, *Maculare.* Martial. 14, 50 Ne lutet immundum nitidus ceroma capillos: Hac poteris madidas condere pelle comas. ¶ 2 *Pro Luere vel ſoluere vſus eſt hoc verbo* Varro *apud* Non. 2, 482 *cuius locum damus in* LITO.

LV̆TĀTVS, a, um. Partic. Perſ. 3, 104 Craſſoque lutatus amomo, *vid. etiam* Lamprid. Heliogab. 14.

LV̆TESCO, ĕre. [πηλοῦμαι] *Lutum fieri, et in lutum verti.* Furius Antias *apud* Gell. 18, 11 Sanguine diluitur tellus, caua terra luteſcit. *Laudat verſum, quem vocat* auctoritatis ignobilis Non. 2, 498. Columel. 8, 17 Quae limo, coenoque luteſcunt (vt ante iam dixi) conchyliis magis et iacentibus apta ſunt animalibus.

LV̆TAMENTVM, i. n. [πήλωμα] *Opus luto oblitum, vt ait Budaeus.* Cato de R. R. 128 Ita neque aſpergo nocebit, neque mures caua facient, neque herba naſcetur, neque lutamenta ſcindent ſe.

LV̆TV̆LO, āre. *Conſpurcare, luto inquinare.* Plaut. Trin. 2, 2, 15 Eosdem lutulant, quos collaudant.

LV̆TVLENTVS, a, um. Adi. [πηλώδης] *Plenum luto.* Plaut. Bacchid. 3, 1, 17 Vt eum ex lutulento coeno propere hinc eliciat foras. Columel. de Arborib. 12 Lutulentam terram neque arare, neque fodere oportet. Amnis Ouid. Amor. 3, 6, 95. Palma Hor. Serm. 2, 4, 83. Cic. in Salluſt. 3 Itaque nihil aliud ſtudet, niſi vt lutulentus ſus cum quouis volutari. *Sic*, Idem in Piſon. 27 At ne tum quidem emerſiſti lutulente Caeſo ex miſerrimis naturae tuae ſordibus. *Et* in orat. pro Roſc. Com. 20 Lutulenta perſona. Hor. Serm. 1, 4, 11 *de Lucilio*, Quum flueret lutulentus, erat, quod tollere velles, Garrulus, atque piger ſcribendi ferre laborem. Vitia Cic. in Piſ. *pr. Compar.* Plaut. Poen. 1, 1, 30 Non lutum eſt lutulentius.

LVTVLENTE. Adu. Non. 2, 485.

LV̆TARIVS, a, um. Adi. [πηλαῖος] *Quod in luto degit.* Plin. 32, 4 Sunt ergo teſtudinum genera terreſtres, marinae, lutariae, et quae in dulci aqua viuunt. Mullus lutarius, *Piſcis* Plin. 9, 17.

LV̆TVM, *vid.* LV̆TEVM.

L V X

LVX, lūcis. f. [φῶς, φάος] *proprie ſignificat Claritatem ſiue ſplendorem, abſtractum a corpore, i. conſideratum per ſe ſine corpore, vt contra ea* Lumen *eſt corpus lucidum.* Coruſca lux Sil. 13, 640. Lucret. 4, 81 Omnia corrident concepta luce Diei. Lucret. 6, 848 Eſt apud Hammonis fanum fons luce Diurna Frigidus, at calidus nocturno tempore fertur. Egens lucis aër Ouid. Met. 1, 17. Egenus lucis Tartarus Lucret. 3, 1024. Larga, *vid.* LARGVS. Maligna, *vid.* MALVS. Praeclara Lucret. 2, 1031. Publica lux mundi Phoebus Ouid. Met. 2, 35. Pura Virg. Aen. 2, 590. Roſea Stat. Silu. 3, 1, 134. Siderea Ouid. Met. 4, 169. Naturale Solatium lux Curt. 8, 4, 8. Valer. Argon. 3, 558 Stagna vaga ſic luce micant vbi Cynthia caelo Proſpicit. Admittere lucem in thalamos totis feneſtris Ouid. de Arte Am. 3, 807. Albeſcit primum lux Virg. Aen. 4, 586. Conueſtit omnia perfundens ſua luce Sol Lucret. 2, 147. Cucurrit ſtella multa cum luce Virg. Aen. 2, 694. Dant clara incendia lucem erranti Virg. Aen. 2, 570. Diſpergere claram lumine lucem Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 8. Funde triſtem lucem per auras Senec. Med. 10. Gignuntur tenebrae et lux alterno tempore Lucret. 5, 976. Haurire lucem Virg. Georg. 2, 340. Oborta lux, *vid.* OBORIOR. Refulſit humus purpurea luce Ouid. Faſt. 6, 252. Subducta lux repente Sil. 8, 634. Subducta luce caelum fretumque miſcet Senec. Agam. 6. *Metaphora huius vocis varia eſt, vt*, Hiſtoria lux eſt veritatis Cic. de Orat. 2, 36 c. 9. Proferre res occultas in lucem Cic. Acad. 4, 62 c. 19. Id. Verr. 2, 186 Erit vobis luce clarius, Iudices, quum eos ipſos produxero, qui dederunt. Signa omni luce clariora Cic. pro Cael. c. 9. Luces, *in plurali.* Cic. in Arat. 96 Illae quae fulgent luces ex ore coruſco. *pro Stellis.* Lux, *pro Coruſcatione.* Sil. 17, 478 Lux atrox micat. Lux maſculino genere apud antiquos reperiri *probat* Non. 3, 118 *tum aliunde, tum* ex Plaut. in Aulul. 4, 10, 18 Luce claro diripiamus aurum matronis palam. *Add.* Donat. ad Ter. Ad. 5, 3, 54. ¶ 2 Lux, *pro Die.* Gell. 2, 29 Alia luce orta auis in paſtum profecta eſt. Martial. 8, 20 Quum facias verſus nulla non luce ducentos. Luce viceſima, *pro Viceſimo die* Plin. 2, 9. Cic. pro Milon. 99 c. 35 Centeſima lux eſt haec ab interitu P. Clodii, et opinor vltra, *etc.* Multis ante lucibus, *i. Multis diebus ante* Ouid. ex Pont. 2, 1, 25. Varro *apud* Non. 12, 39 Hic Demetrius eſt catus, Quot lucis habet annus abſolutus, *i. nouit quot dies contineat annus integer.* Lucret. 5, 687 Vbi anni Nodus nocturnas exaequat lucibus vmbras. Acerba Senec. Herc. Oet. 1419. Exacta lux, *exactus dies* Stat. Silu. 2, 2, 47. Feſtae Hor. Carm. 4, 6, 42. Heſterna Ouid. Amor. 2, 2, 3. Hodierna Id. Epiſt. 9, 167. Honorata Claud. in ſec. Conſ. Stilich. 79. Iuuen. Sat. 14, 105 de Moſe, Sed pater in cauſa, cui ſeptima quaeque fuit lux Ignaua, et partem vitae non attigit vllam. *Sabbathum intelligit.* Longior toto anno Virg. Ecl. 7, 43. Natalis Ouid. in Ibin 219. Oriens Catul. Argon. 62, 376. Patens Ouid. de Arte Am. 2, 620. Peracta Id. Epiſt. 21, 85. Profeſtae et ſacrae Hor. Carm. 4, 15, 25. Prona lux in aſtra, *i. Dies vergens ad noctem, in qua lucent aſtra* Senec. Agam. 6. Renata Senec. Herc. fur. 2. Sacra Stat. Achil. 1, 287. Serena Virg. Aen. 5, 104. Viridans fluuii, *vid.* Viridans, *in* VIRIDIS. Ab ortu lucis ad vmbram Hor. Epiſt. 2, 2, 187. Abſtulit nox lucem tenebris Lucan. 8, 58. Condit nox alma lucem Senec. Med. 11. Data eſt menſae pars optima lucis Ouid. Met. 7, 622. Dormire in lucem Hor. Epiſt. 1, 18, 34. In vno die Inuenit lucem et noctem Sen. Ep. 12. Inuocare lucem Suet. Calig. c. 51. Lucebit luce Plaut. Curc. 1, 3, 36. Perditur lux, *i. Amittitur dies ſine commodo* Hor. Serm. 2, 6, 39. Propinquat inimica lux Virg. Aen. 9, 355. Reducet aurora lucem. Ouid. Met. 3, 149. Cic. in Piſon. 23 Etenim illa iam omitto, quum ſeruorum delectus haberetur in foro, arma in templo Caſtoris luce et palam comportarentur. Id. Off. 3, 93 Si quis ſapiens rogatus ſit ab eo, qui eum heredem faciat, quum ei teſtamento ſeſtertiûm milies relinquatur, vt antequam haereditatem adeat, luce palam in foro ſaltet. Luce demum auſus incurſare in hoſtem Liu. 8, 38. Clara luce Plaut. Aulul. 4, 10, 18. Multa luce reuecti hoſtes Tac. Hiſt. 5, 22. Ouid. Met. 1, 630 Luce ſinit paſci: quum Sol tellure ſub alta eſt, Claudit, et indigno circumdat vincula collo, *i. interdiu.* Ter. Adelph. 5, 3, 54 Caeterum rus cum filio cum prima luce ibo hinc. Donatus *legit* Cum primo lucu; *dicens*, Cum primo lucu veteres dicebant, Lucum pro Luce, pro Sole ponentes. Ergo cum primo lucu, Quum primum Sol coeperit luceſcere. *Etiam Faërnus dederat* cum primo lucu. *Sed Bentl. ex MSS.* cum promo luci. *vid.* n. 4. Liu. 1, 44 Vt omnes ciues Romani, equites, peditesque in ſuis quisque centuriis in campo Martio prima luce adeſſent. Cic. Att. 4, 3 *fin.* Metellus cum prima luce in campum currebat. Prima luce Sabinus ante quam hoſtilia coeptarent, *etc.* Tacit. Hiſt. 3, 70. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 81 Idem poſtero die a prima luce faciunt. Leniter illuſtrans lux, *vid.* LENIS. Ad lucem Suet. Caeſ. c. 31. Bibere in lucem, *et* Coenare in lucem, *vid.* IN praepoſitionem. Pugnare ad lucem, *vid.* AD praepoſitionem. Ante lucem, *vid.* ANTE praepoſitionem. Ante lucem Galli cantant Cic. Diu. 2 c. 26. Tacit. Hiſt. 4, 50 Illi raptim vecti obſcuro adhuc coeptae lucis, domum Proconſulis irrumpunt. Coepta luce, miſſae in latera legiones Tacit. Ann. 1, 65. Idem 15, 55 Coepta luce Milichus in hortos Seruilianos pergit. Dubiae lucis crepuſcula Ouid. Met. 11, 596. Seram pepulere crepuſcula lucem Idem ibid. 15, 651. Virg. Georg. 4, 52 Vbi pulſam hiemen ſol aureus egit Sub terras, caelumque aeſtiua luce recluſit. Ouid. Triſt. 1, 11, 39 Iactor in indomito brumali luce profundo. ¶ 3 Lux, *pro Vita, vti* Lumen. Cic. Tuſc. 2, 10 c. 4 Etſi enim mihi conſcius ſum, nunquam me nimis cupidum fuiſſe vitae, tamen obiiciebatur interdum animo metus quidam, et dolor cogitanti, fore aliquando finem huius lucis, et amiſſionem omnium vitae commodorum. Contemtor lucis animus Virg. Aen. 9, 205. Quinctil. 3, 8 Non cupiditatem lucis allegabimus? Plin. 7 praefat. Ab hoc lucis rudimento, quae ne feras quidem inter nos genitas, vincula excipiunt. Abrumpere inuiſam lucem, *vid.* ABRVMPO. Abrumpere enſe inuiſae lucis moras Senec. Troad. ſ. 10. Accipere lucem Cic. pro Cluent. 31. Adſpicere lucem, *vid.* ADSPICIO. Carere luce, *vid.* CAREO. Carentum luce corpora, *i. Mortuorum* Virg. Georg. 4, 255. Dilecta magis luce Idem Aen. 4, 31. Cic. Verr. 5, 74 c. 29 Cur inquam, ciuibus Romanis, quos piratae ceperant, ſecuri ſtatim percuſſis, ipſis piratis lucis vſuram tam diuturnam dediſti? *i. viuere permiſiſti.* Editi in lucem gnati. Senec. Oedip. 939. Frui communi luce Claud. de Rapt. Proſerp. 261. *al.* Sole. Frui optata luce Virg. Aen. 4, 619. Catull. 5, 5 Nobis cum ſemel occidit breuis lux, Nox eſt perpetua vna dormienda. Cic. Tuſcul. 3, 26. Tu te Thyeſta damnabis, Orbabisque luce, propter vim ſceleris alieni? Piget lucis, *Taedet vitae* Virg. Aen. 5, 678. Relinquere lucem Id. ibid. 4, 452. ¶ 4 *Formulae aliae.* Lux mea, *Blandimentum.* Cic. Fam. 14, 2 Hem mea lux, meum deſiderium. Lux, *pro Oculis.* Stat. Theb. 11, 585 — et effoſſae ſqualent veſtigia lucis. Non poſſum ſicca dicere luce, vale Rutil. It. 1, 166. Ademtae lucis damnum, *i. Caecitas* Ouid. Met. 14, 197. Lux, *pro felicitate.* Cic. pro Lege Manil. 33 c. 12 Proh, dii immortales, tantanae vnius hominis incredibilis ac diuina virtus, tam breui tempore lucem adferre Reip. potuit? Lux altiſſima Fati occultum nihil eſſe ſinit Claud. Conſ. Honor. 4, 273. Lux, *pro Publico: quoniam omnes in luce degunt.* Cic. de Senect. 12 Nec vero ille in luce modo, atque in oculis ciuium magnus, ſed intus domique praeſtantior. Verſari in luce Aſiae Id. pro L. Man. c. 3. Vocare in lucem Idem pro Deiot. 30. Idem de Clar. Orat. 32 Iſocrates, cuius domus cunctae Graeciae quaſi ludus quidam patuit, atque officina dicendi, magnus Orator, et perfectus magiſter, quamquam forenſi luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem meo iudicio eſt poſtea conſequutus, *h. e. Foro, quod lux et theatrum ingenii eſſe ſolet.* Honorum luce conſpicui L. 3 C. de commerc. et mercat. Lux doctrinarum altera Cicero Plin. 17, 5. *dixit, quo inſigne quid et praeſtantiſſimum ſignificatur. Sic* Cic. Catil. 4, 11 c. 6 Videor enim mihi hanc vrbem videre, lucem orbis terrarum, *etc. Et* Virg. Aen. 2, 281 O Lux Dardaniae, *etc.* Lux *pro Nitore vel ſplendore.* Viridi cum luce ſmaragdi Lucret. 4, 1120. Virg. Aen. 2, 470 Primoque in limine Pyrrhus Exultat telis, et luce coruſcus ahena. Tyriae luces, *i. Colores.* Fulgores, ſplendores, Manilius 258. *Vid. Gronou. Obſeru.* 2, 7. *Sed Bentl.* Tyrios fucos *repoſuit.* ¶ 5 *Non ſatis certum, an* Lucus, m. g. dixerint veteres, *vt vult* Donatus, *ad* Adelph. 5, 3, 54. *Certe in antiquis editt. apud* Plautum *et* Terentium *ſaepius legitur* Lucu *in ablatiuo, vt* Cum lucu ſimul abii hinc mane Plaut. Merc. 2, 1, 31. *Sed Gronou.* cum luci. Cum primo lucu Plaut. Ciſtel. 2, 1, 49. *vbi itidem* luci *Gron.* Lucret. 4, 236 *ſine varietate, quam obſeruarint editores, eſt*, In luci quae poterit res Accidere ad ſpeciem, quadrata niſi eius imago. *Sic apud* Ter. Adel. 5, 3, 56 Cum primo lucu *legit* Donatus. *Sed Bentl.* luci. *Vide paullo ante* n. 2 prima Luce.

LVCI. Adu. [μεθ' ἡμέραν] *i. Die, ſiue Mane.* Plaut. Caſin. 4, 2, 7 Sed properate iſtum atque iſtam actutum emittere tandem, vt veniamus luci. Cic. Philipp. 12, 25 c. 10 Quis enim audeat luci, quis in militari via, quis bene comitatum, quis illuſtrem aggredi?

LV̆CV̆LENTVS, a, um. Adi. *Plenum luce, ſplendens, perſpicuum, ornatum, elegans, pulchrum, magnum.* A luce *enim dicitur, teſtibus* Feſte *et* Nonio. *Quantitatem docet Phaleucus iſte* Martial. 2, 86 Nec dictat mihi luculentus Atys. Plaut. Moſtel. 3, 2, 131 Viden' veſtibulum ante aedes, et ambulacrum cuiusmodi? TE. luculentum edepol. Cic. Fam. 7, 10 Camino luculento vtendum. Idem Att. 10, 16 Non credo, vt eſt luculentus auctor: potuiſſe certe tenere illam prouinciam ſcio. Plaut. Milit. 4, 1, 6 Quin tu rem tuam cura potius, quam Seleuci, quae tibi conditio noua et luculenta fertur per me interpretem. *Optima, vel opima.* Dies luculentus Plaut. Epid. 3, 2, 5. *i. Felix, fortunatus.* Diuitiae Id. Rud. 5, 2, 33. Facies Apul. Met. 4. Plaut. Men. 1, 2, 32 Vin' tu facinus luculentum inſpicere? *i. inſigne.* Idem Ciſtel. 2, 3, 17 Ego te reduco et reuoco ad diuitias,

vbi tu iam locere in luculentam familiam. Femina luculenta atque feſtiua Idem Milit. 4, 1, 12. Forma Ter. Heaut. 3, 2, 12. Hereditas luculenta atque magna Plaut. Truc. 2, 3, 24. Homo Idem Capt. 2, 2, 76. Plin. Epiſt. 5, 17 *pr.* Recitabat κατασεισμὸν eruditum ſane, luculentamque materiam. Nauigia Cic. Att. 16, 3. Oratio luculenta, *Aperta vel etiam optima* Salluſt. Catil. c. 31. Patrimonium Cic. Philipp. 12, 19. Patronus Id. in Brut. 129. Idem Philipp. 7, 17 Luculentam tamen ipſe plagam accepit, vt declarat cicatrix. *i. Magnam.* Reclamatio praeclara et luculenta Idem ibid. 4, 5. Cic. Att. 4, 16 De re filiae quod ſcribis, erit mihi curae: etenim eſt luculenta res. Scriptor luculentus, *Probatus, optimus* Id. Att. 7, 17. *Add.* Id. de Cl. Orat. c. 26. Verba luculentiora Id. Att. 12, 21.

L V C V L E N T E. Adu. [διαφανῶς] *Clare, ſplendide.* Cic. de Diuin. 1, 131 Quum ipſe paucis interpoſitis verſibus dicas ſatis luculente. Habere luculente diem, *i. Laute atque opipare ſe curare* Plaut. Epid. 1, 2, 54. Cic. de Clar. Orat. 76 Et luculente ſcripſerunt, etiam ſi minus quam tu, polite, *i. perſpicue. Add.* Id. Att. 14, 21. Vendere luculente Plaut. Merc. 2, 3, 88.

L V C V L E N T E R. Adu. *Idem.* Cic. Off. 3, 60 Hoc quidem ſane luculenter, vt ab homine perito definiendi. Idem de Fin. 2, 15 c. 5 Quum Graece, vt videor, luculenter ſciam. Sane Opus Texebatur luculenter Idem ad Q. Fratr. 3, 5.

L V C V L E N T I A E, arum. f. *Splendores nitores.* Arnob. 3 p. 103 Verborum luculentias ſumere a Cicerone.

L V C V L E N T I T A S, ātis. f. [τὸ διαφανὲς] *Antique dictum.* Caecilius Hymnide, Vide luculentitatem eius et magnificentiam. Laberius Tucca, Dominus noſter tua luculentitate captus. Nonius 2, 510.

L V C E O, luxi, ēre. [λάμπω, σελαγέω, ἀμαρύσσω] *et ſaepius* Lucet. *imperſonaliter, Splendere, lucem emittere.* Cic. pro Roſc. Amer. 97 c. 34 Occiſus eſt a coena rediens: nondum lucebat, quum Ameriae ſcitum eſt. *Sic* Verr. 5, 94 Lucebat iam fere. Lucet hoc iam Plaut. Mil. 2, 2, 63. Facem lucere alicui, *pro Ante faciem lucem ferre: id eſt, alicui praeferre lumen* Plaut. Caſin. 1, 30 Primum omnium huic lucebis nouae nuptae facem. Idem Curcul. 1, 1, 9 Tu te tibi puer es, lautus luces cereum. Focus lucet igne Tibul. 1, 1, 6. Luna lucere luce aliena dicitur, quod a ſole lumen ſuum mutuetur Cic. in Somn. Scip. 8 c. 5. Oculi lucent Ouid. Met. 1, 239. Cic. Att. 3, 15 Meaque Officia et ſtudia, quae parum antea luxerunt, ſic exequar, vt, *etc.*

L V C E N S, entis. Partic. [λάμπων] *Splendens, conſpicuus.* Virg. Aen. 6, 725 Lucentemque globum lunae. Faces lucentes Ouid. Faſt. 3, 270. Lympha lucens Idem Met. 4, 297. Marmora lucentia Stat. Silu. 1, 3, 36. Tunicae lucentes auro Id. Theb. 9, 691.

L V C E S C O, *vel ſecundum alios* L V C I S C O, ĕre. Virg. Ecl. 6, 37 Iamque nouum terrae ſtupeant luceſcere ſolem. Luceſcit *antique* Luciſcit, *Imperſ.* [ἡμέρα γίνεται] *Lux oritur.* Liu. 4, 28 Et iam luceſcebat, omniaque ſub oculis erant. Ter. Heaut. 3, 1, 1 Luciſcit: hoc iam ceſſo pultare oſtium vicini? *i. in media Syllaba dedit ex MS. 900 annorum etiam Bentl. Add.* Plaut. Amph. 1, 3, 45.

L V C V L E N T O, āre. *Luce perfundere.* Vitr. . . .

L V C I B I L I S, e. Seru. *ad* Aen. 6. . .

L V C Ĭ D V S, a, um. Adi. [φωτεινὸς] *Clarum, perſpicuum.* Lucida nox Plin. 2, 79. Aër candens Lucidus Lucret. 4, 341. Amnis Quinct. 12, 10, 60. Domus lucidior Ouid. Faſt. 1, 94. Gemma lucida Idem Epiſt. 15, 74. Lucidior Glacie Idem Met. 13, 796. Ouis, *i. Candida* Tibull. 2, 1, 62. Saxa Stat. Silu. 3, 3, 200. Sedes, *Sedes deorum* Hor. Carm. 3, 3, 33. Sidera Idem ibid. 1, 3, 2. Spicula Virg. Aen. 7, 626. Stella lucidiſſima Vitruu. 9, 6. Oculi fulgentes lucidum Hor. Carm. 2, 12, 14. ¶ 2 *Metaph.* Narratio lucida Quinct. 4, 2, 31. Lucidus Ordo Hor. Art. Poët. 41. Philiſtus imitator Thucydidis, vt multo infirmior, ita aliquatenus lucidior Quinctil. 10, 1, 74.

L V C I D E. Adu. *Idem.* Cic. de Orat. 2, 108 c. 25 Lucide breuiterque definire. *Compar.* Senec. Epiſt. 2 p. 265 Animus lucidius tranquilliusque inter diuina manſurus. Lucidius poſſe dici non putatur A. *ad* Herenn. 4, . . . Sic oſtendit Lucidiſſime cauſam Quinctil. 4, 5, 12.

L V C Ĭ D O, āre. Chryſol. Serm. 112 Obſcura lucidare.

L V C Ĭ F E R, ĕri, m. [φωσφόρος] Stella Veneris, quum antegreditur Solem: quum vero ſubſequitur, appellatur Heſperus, *teſte* Cic. de Nat. Deor. 2, 54. *Ibidem* Lucifera Diana *dicitur. Conf.* Plin. 2, 8. Tibul. 1, 10, 62 Dum Rota Luciferi prouocet orta diem. Sidus Luciferi Virg. Georg. 3, 324. Nitens Tibul. 1, 3, 94. Obſcurus Lucifer illa nocte fuit Ouid. Met. 11, 570. Renouatus Sil. 7, 639. Vndecimus Lucifer ſtellarum coëgerat agmen Ouid. Met. 11, 98. Virg. Ecl. 8, 17 Naſcere, praeque diem veniens age Lucifer almum. Ducit diem Lucifer Virg. Aen. 2, 802. Exit clarus Lucifer albo equo Ouid. Met. 15, 189. Exit aquis Eois vigil Lucifer Id. Faſt. 6, 474. Pulſabat tertius auroram Lucifer Stat. Theb. 12, 50. Retegens diem, noctiſque fugans tempora Lucifer Ouid. Met. 8, 1. Surgebat iugis ſummae Idae Virg. Aen. 2, 801. ¶ 2 Lucifer *pro die.* Ouid. Faſt. 3, 772 Reſtat, vt inueniam, quare toga libera detur Lucifero pueris, candide Bacche, tuo, *i. die tibi feſto. Et* Faſt. 1, 46 Non habet officii Lucifer omnis idem. Propert. 2, 15, 28 Memento venturum paucis me tibi Luciferis. Tib. 1, 4 *extr.* Hunc precor, hunc vtinam nobis Aurora nitentem Luciferum roſeis candida portet equis. *Rurſus* Ouid. Faſt. 2, 568 Nec tamen haec vltra, quam tot de menſe ſuperſint Luciferi, quot habent carmina noſtra pedes. Perſ. 5, 103 Luciferi rudis *eſt imperitus dierum nauigationi commodorum.* Ouid. Faſt. 3, 877 Tres vbi luciferos veniens praemiſerit Eos. Prop. 2, 15, 28 Venturum paucis me tibi Luciferis.

L V C Ĭ F E R, ĕra, ĕrum. Adi. [φωταγωγὸς] Diana lucifera Valer. Argon. 7, 179. *quod probat Heinſ. Al.* Letifera. Ouid. Epiſt. 11, 46 Denaque luciferos luna mouebat equos. Faces Val. Flacc. 5, 370. Ouid. Epiſt. 20, 192 In partu nempe rogabis Vt tibi luciferas adſerat illa manus, *i. auxiliatrices in partu*; *de Diana, quam* Luciferam, φωσφόρον *ex numis hic etiam laudat Heinſius: nempe in lucem producentis partibus auxiliari putabatur Diana.* Feneſtrae luciferae *opponuntur* Proſpectiuis *in* Cod. lib. 8. t. 10. l. 12 §. 3. Iubar Nemeſian. Cyneg. v. 143. *Conf. h. l. Burmann.*

L V C I F I C A R E Laber. *apud* Gell. 10, 17. *ſec. lectionem Gron. ſed alii aliter.*

L V C Ĭ F Ĭ C V S, a, um. Adi. Solis Lucifici vapor Cael. Aurel. Acut. 2, 9. *Vid.* Auguſt. contra Manich. 1, 9.

L V C I F L V V S, a, um. *Luce fluens.* Prudent. Pſych. v. 625 Quaerite Luciſluum caeleſti dogmate paſtum. *Add.* Iuuenc. in Matth. c. 24.

L V C I F V̆ G V S, a, um. Adi. *Qui fugit lucem.* Cic. de Fin. 1, 61 c. 18 Ecce autem alii minuti et anguſti, aut omnia ſemper deſperantes, aut maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monſtroſi. Blattae Virg. Georg. 4, 243. Coniux Fulgent. Mythol. 3. Natio lucifuga Minuc. Felix c. 8. *Ita MSS. et veteres libri*; *vulgo* Lucifugax. Viri Rutil. Itin. 1, 440. *i. monachi.*

L V C I F V̆ G A, ae. c. Senec. Epiſt. 122 *ſub fin.* Lucifugarum turba. *Et* Apul. Apol. p. 430 Cum ipſe humilitate abditus et lucifuga, non ſis mihi mutuo conſpicuus.

L V C I F V̆ G A X, ācis. Adi. *Idem ac Lucifugus, vid. ſupra in* L V C I F V G V S.

L V C I N I V M, i. n. *Cicindela in* Gloſſar. Vet. *Conf.* Iſidor. 19, 19. *et* 20, 10. *it.* Gloſſ. Iſidori *voc.* Licini. ¶ 2 *Id quod emungitur a lucerna ſ. candela.*

L V C I P Ă R E N S, entis. *Idem quod Lucifer.* Luciparens nox Auienus in Phaenom. Arat. v. 854.

L V C I P O R, *vid.* L V C I V S.

L V C I S Ā T O R, ōris. m. *Auctor lucis.* Prudent. Cathem. 3, 1 O Crucifer bone, luciſator.

L V̄ C E R N A, ae. f. [λύχνος] *Inſtrumentum nocturni luminis, ſec.* Seru. *ad* Aen. 1, 730 *a* λύχνος *dicta, vnde prima corripitur, vid.* L Y C H N V S. Cic. Acad. 4, 80 Itaque Timagoras Epicureus negat ſibi vnquam quum oculum torſiſſet, duas ex lucerna formulas eſſe viſas. Appoſita narramus verba lucerna Propert. 2, 15, 3. Cubicularis, *vid.* C V B I L E. Cubicularia Martial. 14, 39. Dulcis ad Extremas fuerat mihi rixa lucernas Propert. 3, 7, 1. Matutinae Iuuen. Sat. 12, 92. Serae Martial. 10, 19. Simplex *h. e. Vnam tantum partem exporrectam et quaſi naſum habens, et vno ellychnio contenta, quae Cubicularia dicitur: de qua* Martialis 14, 39. *aut* dimyxos, *ad duo ellychnia ferenda: aut* trimyxos, *ad tria: aut* polymyxos, *ad plura.* Idem 14, 41 Illuſtrem quum tota meis conuiuia flammis, Totque geram myxos, vna lucerna vocor. Vigiles Hor. Carm. 3, 8, 14. Viuae Id. ibid. 3, 21, 23. Lumen lucernae obſcuratur luce ſolis Cic. de Fin. 3 c. 14. Taedis, Lucernis, cereis, ſebaceis, nocturni luminis inſtrumentis, clareſcunt tenebrae Apul. Met. 4. Diſpoſitae pinguem nebulam vomuere lucernae Perſ. 5, 181. Cic. Att. 8, 2 Ego XIIII Kalend. quum eadem lucerna hanc epiſtolam ſcripſiſſem, qua inflammarani tuam, Formiis ad Pompeium, ſi de pace ageretur, praefectus: ſi de bello, quid ero? *i. eodem tempore.* Idem 7, 7 Facerem diutius, niſi me lucerna deſereret. Hor. Serm. 1, 6, 124 Non quo fraudatis immundus Natta lucernis. *Quo loco Turnebus, Non vt opinor, inquit, oleum intelligit e lucerna ſumtum. Nec enim in ea ſatis eſt olei ad vnctionem: deinde quis e lucerna quam ampulla ſumere mallet? Ego genus quoddam olei lucernarium fuiſſe appellatum lego, quod vile et rancidum eſſet, et ad lumina relegatum: quo tamen inopes et ſordidi vngere ſe ſolebant, quum Horatius optimo oleo primaeque notae vteretur. Nam qui oleo ſe vngit, eo quo ſolent lucernae accendi, is lucernas defraudat alimento ſuo, ſuoque fomento. De oleo lucernario Aëtius meminit, vt ibidem Turnebus refert.* Olere lucernam *Prouerbium Graecum,* λύχνον ὄζειν, *quod in diligentiam Demoſthenis iactabatur a cenſoribus.*

L V C E R N V̆ L A, ae. f. Dimin. Hieron. Epiſt. 47 Extemporalis eſt dictatio, et tanta ad lumen lucernulae facilitate profuſa, vt notariorum manus lingua praecurreret.

L V C E R N A T V S, a, um. *Lucernis illuſtrata.* Tertull. ad Vxor. 2, 6 Ianua laureata et lucernata.

L V C E R N A R I A, ae. f. *Verbaſcum, berba.* Marc. Empir. c. 20.

L V C E R N A R I V M, i. *Veſpertinum tempus, quo lucernae accendi ſolent.* Auguſtin. in Reg. Cleric.

L V X O, āre. [ἐξαρθρόω] *A* Luo, luis: *ſignificat Soluere, ſuo loco mouere.* Plin. 17, 24 Aut circumfoſſor iniurioſo ictu verberauit. Vel etiam ſubarator imprudens luxauit radices.

L V X A N S, antis. *Paſſiuo ſignificatu.* Luxante claudus poplite Prudent. Cath. 2, 78. *de Iacobo ab angelo percuſſo. al.* lapſante.

L V X Ā T V S, a, um. Luxata [ἐξαρθρήματα, σπάσματα] dicuntur, *inquit* Feſtus, Locis ſuis mota et ſoluta. Plin. 17, 28 Verba a Catone prodita contra luxata membra, iungenda harundinum fiſſurae. *Reſpicit ad* Caton. c. 160. 157, 4 Et luxatum ſi quod eſt, bis die calida foueto. Fregit aliquis crus aut extorſit articulum? non vehiculum nauemque conſcendit, ſed aduocat medicum, vt fracta pars iungatur, vt luxata in locum reponatur Sen. Ep. 104. *ap.* Celſum *non extat hoc verbi niſi in* Lemmatibus, *quae tamen non ſunt ipſius* Celſi. *Sed* Plinius *frequentiſſime vtitur.*

L V X A T I O, ōnis. f. Vet. Gloſſ. Luxatio, σπάσμα.

L V X A T V R A, ae. f. *Idem* Marcell. Empir. c. 36.

L V X V S, a, um *Idem quod Luxatus apud* Non. 1, 272. Luxum ſi quod eſt, vt excantes Cato R. R. c. 160. Luxum, *Neut. Sing. ſimpliciter* Scribon. 209. 259. 266. Luxa, *Neut. Plur.* Scribon. 208. *intell. membra.* Non. 1, 272 Luxum, *i.* vulſum et loco motum, quod nunc *luxari* ignari Latine dicimus. Pede luxo Salluſt. Fragm. c. 32 lib. 3 p. 1009 *Cort.*

L V X V S, ûs. m. *Idem quod Luxatio.* Apul. Florid. 3 p. 27. Cruris articulus loco conceſſit, atque eo luxu adhuc fluxus eſt. *Vid.* et Apul. de Herb. c. 31, 4. *et* Plin. Valer. 2, 49. ¶ 2 *De altero* Luxu *m. x.*

L V X O R, āri. Luxantur a luxu dictum, id eſt luxuriantur Feſt. *Conf.* Non. 4, 277. *qui* Plaut. Pſeud. 4, 7, 6. *ſic legit,* Luxantur, luſtrantur, comedunt quod habent: *quod defendit etiam Pareus. In Gronouiana tamen expreſſum* Luxuriantur.

L V X V S, ûs. m. [ἀσωτία] *Superfluitas, et nimia profuſio: Sumtuoſior cibi, veſtitus, et aliarum rerum cura.* Non. 1, 277 Luxuriam *et proinde* luxum *etiam inde deriuat,* quia a recte viuendi via ſit excluſa et eiecta. Cic. Verr. 3, 62 Niſi forte exiſtimatis, eum in viro ac luxu non riſiſſe, qui, *etc.* Ter. Adel. 4, 7, 42 Domus ſumtuoſa, adoleſcens luxu perditus. Diſſuaſor honeſti, luxus Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 28. Populator opum, luxus Idem in Ruff. . . , 35. Famoſus Tarenti Idem Conſ. Mall. Theod. 158. Pudendus Tacit. Ann. 3, 53. Regali luxu ſplendida domus Virg. Aen. 1, 641. Regiſico luxu paratae epulae Idem ibid. 6, 605. Combibat illapſos ductor per viſcera luxus Sil. 11, 402. Ducere pocula multo luxu Propert. 2, 3, 21. Effuſus in luxum Tacit. Hiſt. 4, 36, 3. Explicare ſuos luxus Lucan. 10, 110. Fouere hiemem luxu Virg. Aen. 4, 193. Solutus luxu Quinctil. 3, 8. *Ad epulas fere pertinet*: *In* luxuria varius: nam ſaepe appetens vini, frequenter abſtinens Capitolin in Cl. Albino c. 13 *pr.* Sed vel praecipue luxuriae ſaeuitiaeque deditus Sueton. in Vitell. c. 13. *Ad Vene-*

Veneream turpitudinem refertur Tac. Hiſt. 4, 14 Delectum ſuapte natura grauem onerabant miniſtri auaritia et luxu, ſenes aut inualidos conquirendo, quos pretio dimitterent. *Haec* auaritia *erat: ium de luxuria:* ſed forma conſpicui ad ſtuprum trahebantur.

LVXVRIA, ae. f. [ἀσωτία] *Idem.* Nonius 1, 272 Luxum, *i.* Vulſum et loco motum, quod nunc Luxari ignari Latine dicimus: inde Luxuria: quia a recta viuendi via ſit excluſa et eiecta. *De triplici genere luxuriae vid.* Boëth. de Diſciplina ſcholar. 1, 2. Cic. Off. 1, 106 c. 30 Intelligimus quam ſit turpe diffluere luxuria, delicate ac molliter viuere. Idem pro Muraen. 76 Odit Pop. Rom. priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. Luxuria, (*inquit* Feſtus) Morum eſt ſolutio. Luxuriae Grata eſt inopia Plaut. Trin. Prol. v. 8. Quinctil. 4, 2 Vt ſi defendendus eſt M. Caelius, nonne optime patronus occurrat prius conuitiis luxuriae, petulantiae, impudicitiae, quam veneficii? Blandum malum luxuria Val. Max. l. 9 *in.* Inſtrumenta luxuriae Ouid. Faſt. 5, 279. *Intelligit, Aurum et argentum.* Diligentiſſimus luxuriae interpres Menander Plin. 36, 6. *de apparatu marmorum.* Peſtis blanda, luxuria Senec. Octau. ſ. 7. Miſera Propert. 1, 2, 33. Luxuria cum omni aetati Turpis, tum ſenectuti Foediſſima eſt Cic. Off. 1 c. 34. Solers Perſ. 5, 142. Cepit praefectos luxuria, *vid.* CAPIO. Circumſcribere luxuriam vtilitate, *vid.* CIRCVMSCRIBO. Luxuria et laſciuia Diffluere Terent. Heaut. 5, 1, 72. *Conf.* Laurent. Nouar. Homil. de poenit. *paſſim* Tertull. ad Nation. 1, 16. Facta eſt via luxuriae Propert. 3, 13, 4. Indulgere luxuriae, *vid.* INDVLGEO. Luxuria Pullulans reprimenda Nep. 24, 2, 3. ¶ 2 *Metaphor.* Luxuria *eſt Redundantia* Virg. Georg. 1, 191 At ſi luxuria foliorum exuberat vmbra Plin. 9, 2 Cauſa euidens, humoris luxuria. *Vid.* Non. 4, 286.

LVXVRIES, ēi. f. [ἀκολασία] *Idem.* Cic. Diuin. Verr. 1, 3 Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in ſuppliciis, auaritia in rapinis, *etc.* Ibid. 4 Quum perferre non poſſent luxuriem, crudelitatem, auaritiam, ſuperbiam. *Et* pro Roſc. Amer. 75 c. 27 In vrbe luxuries creatur, ex luxuria exiſtat auaritia, neceſſe eſt. Perferre luxuriem alicuius, *vid.* PERFERO. Praedulce malum luxuries Claud. Conſ. Stil. 2, 132. Segetum luxuries, *quam* Plin. 18, 17. *inter vitia frugum ponit, i. Redundantia germinis: nempe quando ſeminis abundantia graminis ipſas ſegetes ſuffocat.* Cic. de Orat. 2, 96 c. 23 Quod ſi hic noſter Sulpitius faceret, multo eius oratio eſſet preſſior, in qua nunc interdum, vt in herbis ruſtici ſolent dicere, in ſumma vbertate ineſt luxuries quaedam, quae ſtylo depaſcenda eſt. *i. Scribendi frequentia, et aſſidua meditatione reprimenda illa naturalis vbertas, quae interdum redundat.* Virg. Georg. 1, 112 Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba.

LVXVRIŌSVS, a, um. Adi. [ἄσωτος] In re familiari ſolutus, *inquit* Feſtus. Luxurioſus, ganeo Iſidor. l. 10. Cic. de Fin. 2, 21 Si ea, quae ſunt luxurioſis efficientia voluptatum, liberarent eos deorum et mortis et doloris metu *etc.* *Add. ib.* c. 7. Cic. pro Lege Agrar. 2, 57 Vt in ſuis rebus, ita in Rep. luxurioſus nepos, qui prius ſiluas vendat, quam vineas. Amor luxurioſus Ouid. Rem. Amor. 746. Quinctil. Prooem. 8 Muliebris et luxurioſus cultus non corpus exornat, ſed detegit mentem. ¶ 2 *Nimis abundans.* Frumenta luxurioſa, *Quae confertim et copioſe nimis proueniunt: ita vt immitti in ea ſoleant oues ad depaſcendum.* Cic. in Orat. 81 c. 24 *de ruſticis loquens,* Siquidem eſt eorum gemmare vites, ſitire agros, laetas eſſe ſegetes, luxurioſa frumenta, *etc.* *Hinc noua metaphora,* Liu. 2, 21 Eo nuntio erecti Patres, erecta plebs, ſed Patribus nimis luxurioſa ea fuit laetitia, *i. Nimia, et profuſior quam par eſt.* Plin. 17, 4 Nec luxurioſa pabula, pinguis ſoli ſemper indicium habent, *Quae maximam herbarum copiam adferunt.* Seges luxurioſa Ouid. Faſt. 1, 690. Columel. 5, 6 Plerique vitem validam et luxurioſam falſo crediderunt feraciorem fieri. Luxurioſior Sen. Ep. 7. *Compar.* Plin. 17, 3 Alterum genus luxurioſius. *Superl.* Columel. 8, 16, 3 Luxurioſiſſimum factum atque dictum. Oppida luxurioſiſſima *ap.* Seru. *ad* Virg. Aen. 1, 165. Peſtis luxurioſiſſima Treb. Poll. c. 8.

LVXVRIŌSE. Adu. [ἀσώτως] Cic. pro Cael. 13 Cum facinoroſis audacter, cum libidinoſis luxurioſe viuere. *Add.* Id. de Fin. 2 c. 7. *Compar.* Nepos 4, 3, 2 Epulari luxurioſius. Luxurioſius fercula ſtruere Colum. Prooem. *Superl.* Bibere luxurioſiſſime Auguſt. de Morib. Eccleſ. Cathol. c. 34.

LVXVRIO, āre, *vel* LVXVRIOR, āri. [ἀσωτεύω] *Luxu peccare, Modum et velut articulos excedere rerum alias bonarum et laetarum.* Liu. 1, 19 Poſitis externorum periculorum curis ne luxuriarent otio animi, quos metus hoſtium, diſciplinaque militaris continuerat. Lecta principia eius magiſtratus nimis luxuriauere Liu. 3, 33 *pr.* Plaut. Pſeud. 4, 7, 6 Luxuriantur, luſtrantur, comedunt. Deliciis luxuriare Ouid. Epiſt. 16, 192. Liber luxuriat vmbilicis Martial. 3, 2. *Splendide ornatus eſt.* Picturis variis colorum luxuriari Plin. 16, 25. Animi luxuriant rebus plerumque ſecundis Ouid. de Arte Am. 2, 437. Animi luxuriant iuuenilibus annis Id. Faſt. 5, 246. Vereor, ne haec quoque Laetitia luxuriet nobis et vana euadat Liu. 23, 12. Mens luxuriat Ouid. de Arte Am. 1, 360. Membra luxuriant Id. Met. 7, 292. Pecus luxuriat in pratis Id. Faſt. 1, 156. Luxuriare, *Nimis abundare.* *Sic* Arbores luxuriantur, *quum abundantius ramos emittunt,* ſiue producunt. Columel. de Arbor. c. 11 Cacumina virgarum ne luxurientur demutilato. Ager aſſidua luxuriabat aqua Ouid. Faſt. 4, 644. Humus luxuriat Id. Epiſt. 1, 54.

LVXVRIANS, antis. Partic. [ἀσωτεύων] Compeſcere luxuriantia Hor. Epiſt. 2, 2, 122. Emicat, arrectiſque fremit ceruicibus alte Luxurians Virg. Aen. 11, 496.

LVXVRIĀTVS, a, um. *Aliud* Partic. Ouid. Triſt. 5, 1, 44 Non tamen, vt luſit, rurſus mea littera ludet: Sit ſemel illa meo luxuriata ioco. Aliquot ex his *Crotonienſibus* Luxuriatos, incredibile videbatur Iuſtin. 20, 4, 7. Fames luxuriata multo ſanguine Stat. Theb. 2, 676.

L Y AE

LYAEVS, i. m. [Λυαῖος] *Dicitur* Bacchus, *vt Grammaticis placet* παρὰ τὸ λύειν *id eſt ſoluere, quod curas ſoluat, atque diſcutiat.* Pater Lyaeus Virg. Aen. 4, 58. Sil. 7, 169 Pocula nec norant ſuccis mulcere Lyaei: Fonte ſitim, et pura ſoliti defendere lympha. Tempora vda Lyaeo Hor. Carm. 1, 7, 22. Annoſus Lyaeus, *Vinum vetus* Tibul. 3, 2, 1. Corniger Lyaeus Ouid. Amor. 3, 15, 17. Dulci Lyaeo curam ſoluere Hor. Epod. 9, 38. Iocoſo Lyaeo conſilium arcanum retegere Idem Carm. 3, 21, 14. Largi flumina Lyaei Stat. Silu. 1, 6, 95. Pubeſcentem Lyaeum, *i. Vuas mateſcentes, dixit* Idem ibidem 2, 2, 100.

LYAEVS, a, um. Adi. [Λυαῖος] *Pro* Lyeius, *figurate:* Latex Lyaeus, *i. Vinum* Virg. Aen. 1, 690.

L Y C

LYCAEVS, *vid.* LYCEVS.

LYCAMBES, is. m. [Λυκάμβης] *Vir Thebanus, quem Archilochus Poëta iambis ad ſuſpendium adegit: de quo vide in dictione* ARCHILOCHVS. Infidus Lycambes Hor. Epod. 6, 13. *Idem de Lycambe* Epiſt. 1, 19, 25.

LYCAMBĒVS, a, um. Adi. [Λυκαμβεῖος] Ouid. in Ibin v. 51 In te mihi liber iambus Tincta Lycambeo ſanguine tela dabit. *Et* Martial. 7, 11 Si qua Lycambeo ſanguine tela madent.

LYCĀON, ŏnis. m. [Λυκάων] Titani ac Terrae filius, Arcadiae rex, qui (vt in fabulis fertur) a Ioue in lupum conuerſus fuit, quod Iouem hoſpitem necare molirétur. Seruius *enarrans locum* Virg. Georg. 1, 138 Nauita tum ſtellis numeros, *etc.* *Vid. fabulam pulchre enarratam* Ouid. Met. 1, 165. Notus feritate Lycaon Id. ibid. 1, 198. Arae fontes Lycaonis Stat. Theb. 11, 128.

LYCAONĬVS, a, um. Adi. [Λυκαόνιος] *Quo deſignatur in primis* Calliſto Lycaonis *filia, et* Arcas, *quem illa e Ioue concepit, mutata in vrſam, et in caelum cum filio translata.* Axis Lycaonius, *Septentrionalis* Ouid. Triſt. 3, 2, 2. Aſtra Claud. Conſ. Mall. Theod. 299. Calliſto Catull. de coma Berenicis 64, 66. Menſae Lycaoniae foeda conuiuia Ouid. Met. 1, 165. *quod obſidis occiſi viſcera Ioui hoſpiti apponere auſus eſſet.* *Conf.* 1, 227 ſq.

LYCAŎNIS, ĭdis. f. Ouid. Faſt. 2, 173 Periura Lycaoni, *i. Calliſto, Lycaonis filia, vocandi caſu.*

LYCAONES, um. m. [Λυκάονες] Populi ſunt Aſiae, Phrygibus et Gallograecis, quos Galatas nominari ante ſcripſimus, vicini. *Auctor* Pompon. Mela 1, 2. ¶ 2 Sunt et Lycaones, *vt ait* Solinus c. 43 Lupi ceruice iubati, et tot modis varii, vt nullum eis abeſſe colorem dicant. Plin. 8, 34 ſ. 52 In Indis Lycaon, cui iubata traditur ceruix. Pomponius Mela 3, 10 *de Aethiopia ſcribens,* Sunt et ſaeuiſſimae ferae omni colore varii lycaones, et quales accepimus ſphingas.

LYCES, i. m. *Fluuius, idem qui et Lycus.* Valer. Argon. 4, 719 Quas Tanais, flauusque Lyces, Hypaniſque, Nomasque Addat opes *vid.* LYCVS.

LYCĒVM, *vel* LYCĬVM, i. n. *Nam* Λύκειον *per* ει *ſcribitur: fuit Athenis Schola Ariſtotelis. Vnde Peripateticorum nomen effulſit.* Cic. Acad. 1, 17 Qui erant cum Ariſtotele, Peripatetici dicti ſunt: quia diſputabant inambulantes in Lycio. Lyceum, *fuit etiam Gymnaſium Ciceronis in Tuſculano, a nomine ſcholae Ariſtotelicae, de quo* de Diuin. 1, 8 *ſic refert,* Nuper quum eſſem cum Qu. Fratre in Tuſculano diſputatum eſt. Nam quum ambulandi cauſa in Lyceum veniſſemus (id enim ſuperiori gymnaſio nomen eſt,) Perlegi, ille inquit, tuum paullo ante tertium de natura deorum.

LYCĒVS, i. m. [Λύκειος] *Mons Arcadiae, qui Pani deo ſacer eſt, et vbi templum bicornis Fauni.* *A quo* Lycea, *ludicra illi ſacrata,* Lupercalia *Latine dicta.* *Dictus enim Lyceus* ἀπὸ τῶν λύκων, *id eſt a lupis, quibus propter frequentiam pecudum abundabat.* Ouid. Faſt. 2, 424 *de hoc monte loquitur,* Quid vetat Arcadio dictos a monte Lupercos? Faunus in Arcadia templa Lyceus habet. Amnes Lycei Virg. Georg. 3, 2. Saltus Lycei Idem ibidem 1, 16. Culti arbuſta Lycei Ouid. Met. 2, 710. Virg. Ecl. 10, 15 Maenalus et gelidi fleuerunt ſaxa Lycei. Viridis Lyceus Idem Georg. 4, 539. Vmbroſus Lyceus Stat. Theb. 1, 363.

LYCĒVS, a, um. Adi. [λύκειος] Collis Lyceus Ouid. Met. 1, 698. Nemus Lyceum Idem ibid. 8, 317.

LYCHAS, ae. m. [Λύχας] *Nomen famuli Herculis, cui Deianira veſtem imbutam cruore Neſſi, ad maritum perferendam dedit. Ille vero quum veſtis ardore et veneno conſumeretur, furore actus Lycham in mare Euboicum ex Oeta monte deiecit, qui illic in ſcopulum mutatus fuiſſe dicitur.* *Fabulam vide apud* Ouid. Met. 9, 226 *quam his verſibus claudit:*

Nunc quoque in Euboico ſcopulus breuis eminet alte
Gurgite, et humanae ſeruat veſtigia formae,
Quem quaſi ſenſurum nautae calcare verentur,
Appellantque Lychan.

LYCHNIS, ĭdis. f. [λυχνίς] *Herbae genus.* Flos aeſtiuus Plin. 21, 11 ſ. 39 *etc.* Id. Plin. 31, 4 ſ. 10 *de roſis,* Nec odore nec ſpecie probabilis eſt, quae Graeca appellatur a noſtris, a Graecis Lychnis, non niſi in humidis locis proueniens, nec vnquam excedens quinque folia, violaeque magnitudine, odore nullo. ¶ 2 *Iſt et gemma.* Plin. 37, 7 ſ. 29 Ex genere ardentium Lychnis appellata a lucernarum accenſu, tamen praecipue gratiae. *Repetit* Iſid. 16, 13.

LYCHNĪTES, is. m. [Λυχνίτης] *Lapidis genus, de quo* Plin. 36, 5 Omnes autem tantum candido marmore vſi ſunt e Paro inſula, quem lapidem coepere lychnitem appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis caederetur, vt auctor eſt Varro, multis poſtea candidioribus repertis. *Add.* Plin. 37, 7.

LYCHNĪTIS, ĭdis. f. [λυχνῖτις] *Herbae ſpecies: de qua* Plin. 25, 10 ſ. 74 Sunt et phlomides duae hirſutae — Tertia lychnitis vocatur, ab aliis Thryallis, foliis ternis, aut cum plurimum quaternis, craſſis, pinguibusque, ad lucernarum lumina aptis, *i. ad ellychnia, vnde nomen eſt.*

LYCHNĬCVS, a, um. Adi. Lapides lychnici Hygin. Fab. 223 *ſunt* Marmor candidum e Paro inſula, quod et Lychniten appellauere. *Conf.* Plin. 36, 5.

LYCHNVS, i. m. [λύχνος] *Latine Lucerna dicitur.* Varro de L. L. 4, 25 Lucerna a luce dicta eſt: aut ab eo, quod vocant Graeci λύχνον. Cic. Qu. Fratr. 3, 7 Hanc ſcripſi ante lucem, ad lychnum ligneolum, qui mihi erat pernicundus, quod eum te aiebant, quum eſſes Sami, curaſſe faciendum. *Legitur et* Lychnuchum, *quod probat Spanh. de vſu et praeſt. Num.* T. 1 p. 170. Idem pro Cael. 67 Lux denique longe alia eſt Solis et lychnorum. Pendentes lychni Lucret. 5, 296. Virg. Aen. 1, 730 Dependent lychni laquearibus aureis Incenſi.

LYCHNVCHVS, i. m. [λυχνοῦχος] *Dicitur Quidquid lucernam ſuſtinet.* Plin. 34, 3 Placuere et lychnuchi penſiles in delubris aut arborum modo mala ferentium lucentes. Sueton. in Caeſ. 37 Aſcenditque Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextra atque ſiniſtra lychnuchos geſtantibus. *Add.* Cic. ad Q. Fratr. 3, 7 *quem dedimus modo in* LYCHNVS.

LYCHNOBII, orum. m. pl. [λυχνόβιοι] Qui ad Lucernam vitam degunt Senec. Epiſt. 122 *extr.* *Dictum in eum, qui peruerſe Diei munera in noctem conferret.*

LYCIA,

LYCIA, ae. f. [Λυκία] *Minoris Aſiae regio inter Pamphyliam et Cariam ſita, cognominata eſt a Lyco rege Pandionis filio, atque, vt ferunt, inteſtata olim Chimaerae ignibus.* Pompon. 1, 15 Lycia prope tota Tauro monte premitur, eius iugis bona parte clauſa. Dumeta Lyciae Hor. Carm. 3, 5, 62. Vrbes Lyciae Ouid. Met. 4, 296. Fertilis agris Lycia Id. ibid. 6, 317. Virg. Aen. 4, 143 Qualis vbi hibernam Lyciam, Xantique fluenta Deſerit, ac Delum maternam inuiſit Apollo.

LYCII, orum. n. Pl. *Incolae Lyciae regionis.* Virg. Aen. 1, 117.

LYCIVS, a, um. Adi. [Λύκιος] Cateruae Lyciae Hor. Carm. 1, 8, 16. Coma Lycia, *pro Ea, quae promiſſior ſit et comtior: prouerbium eſt inde natum, quod Lycii conſueuerant ſtudioſe fouere comam, atque adeo, vt mulctam ſubire maluerint, quam eam praecidere. Vid. Cael. Rhodig.* 16, 19. Deus Lycius, *Apollo* Propert. 3, 1, 38 Ne mea contemto lapis indicet oſſa ſepulcro Prouiſum eſt, Lycio vota probante deo. Montes Lycii Stat. Silu. 1, 2, 222. Pharetra Lycia Virg. Aen. 7, 816.

LYCIDAS, ae. m. *Centauri nomen ap.* Ouid. Met. 12, 310. *et paſtoris apud* Virgilium. Lycida, *Vocatiuus.* Virg. Ecl. 7, 67 Saepius at ſi me Lycida formoſe reuiſas. Lycidas, *Nomen etiam pueri apud* Hor. Carm. 1, 4, 19 Nec tenerum Lycidam mirabere, quo calet iuuentus Nunc omnis.

LYCISCA, ae. f. *Nomen canis, diminutiuum a λύκος, quod lupum ſignificat, appellata ſic, quod vel ex lupo nata ſit, vel ſimilis ſit lupo. De priori verſus eſt* At lupus et catula formant coëundo Lyciſcam Eugen. Tolet. Carm. 22. *vid.* AMBIGENVS. *Conf. Vlit. ad* Grat. v. 253. *Vid.* Iſidor. 12, 2. *et* Seru. *ad* Virg. Ecl. 3, 18. Virg. Ecl. 3, 18 Multum latrante Lyciſca. Ouid. Met. 3, 220 Et Thous, et Cyprio velox cum fratre Lyciſca.

LYCISCVS, i. m. *Pueri nomen apud* Hor. Epod. 11, 36 (*Bentl.* 24) Nunc glorianti quamlibet mulierculam Vincere mollitia, amor Lyciſci me tenet.

LYCIVM, i. n. [λύκιον] *Medicamentum ex radice rhamni ſylueſtris factum.* Plin. 24, 14 Huius radice decocta in aqua fit medicamentum, quod vocant lycium. *Et paullo poſt,* Lycium praeſtantius e ſpina fieri tradunt, quam et pyxacanthon chironiam vocant. *Vid.* Scribon. 113. 115. *Cuius et eſt* Indicum Lycium 142. Indicum verum 19. Patarieum Lycium 142.

LYCŎPHOS, otis. n. Feſtus: Lycophos Graeci dicunt, quod nos Primum tempus lucis. dictum autem Lycophos, quaſi λευκὸν φῶς, *i.* lumen candidum. *Sed Scalig. ad h. l. a λύκη mauult deriuare, quod lucem ſignificat antiquis, vnde et lucis ipſum nomen deriuat.*

LYCŎPHRON, ŏnis. m. [Λυκόφρων] *Chalcidenſis ex Euboea,* Stat. Silu. 5, 3, 157 Carmina Battiadae, latebraſque Lycophronis atri. *Atrum vocat quaſi obſcurum, vel quia in omnibus ſcriptis obſcurior fuit: vel certe ad Alexandram alludit ſ. Caſſandram, quod carmen exſtat.* Ouidius *eum ſagittis interfectum eſſe innuit, quum inquit in* Ibin 532 Vtque cothurnatum periiſſe Lycophrona narrant, Haereat in fibris fixa ſagitta tuis.

LYCOPHTHALMOS, i. m. Gemma quatuor eſt colorum, ex rutilo et ſanguineo: in medio nigrum candido cingitur, vt luporum oculi, illi per omnia ſimilis Plin. 37, 11.

LYCOPHON, i. n. Herba, Latine Scelerata dicta Apul. de Herba c. 8.

LYCOPSIS, ĭdis. f. [λυκοψίς] *Herba. Vid.* Plin. 27, 11.

LYCORIS, ĭdis. *Mulieris nomen, quod poſuiſſe putatur* Virg. Ecl. 10, 2 *pro* Cytheride, *ſ.* Volumnia *mima, quam Antonius Triumuir amarunt, et Poëta Gallus.*

LYCORMAS. [Λυκόρμας] *Fluuius eſt Aetoliae, vocatus poſtea* Euenus, *ab* Eueno, *qui ſe in eum praecipitauit, de quo Strabo* 7. Ouid. Met. 2, 245 Arſuruſque iterum Xanthus, flauuſque Lycormas.

LYCOS, i. Genus aranei Plin. 30, 6 ſ. 17. *quaſi* Lupus *ſui generis. Add.* 30, 11 ſ. 30. *vbi illius* tela *etiam laudatur.* Lupos *vocat* 11, 24 ſ. 28.

LYCTVS, i. Vrbs Cretae, *a* Lycto *filio Lycaonis appellata. Hinc*

LYCTIVS, a, um. Adi. [Λύκτιος] Lyctius Idomeneus, *i. Cretenſis* Virg. Aen. 3, 401. *Vid.* Ecl. 5, 72.

LYCVRGVS, i. m. [Λυκοῦργος, Λυκόεργος] *Lacedaemonum rex, qui cum eſſet philoſophus, Lacedaemoniis leges ſanctiſſimas condidit: adſtrictis ciuibus iuramento, ſe tam diu eas intemerate obſeruaturos, donec ipſe rediret; e patria nunquam rediturus emigrauit. De quo v. g.* Iuſtin. 3, 2 *et* 3. *vbi praecipua inſtituta eius enarrantur.* Lycurgus duriſſimarum Lacedaemoniis legum auctor muſices diſciplinam probauit Quinctil. 1, 10. ¶ 2 Lycurgus *item rex Nemeae apud* Stat. Theb. 5, 39. ¶ 3 Lycurgus *praeterea rex Thraciae fuit, qui, vt habet fabula,* dum contemnens Liberum, eius amputat vites, crura ſua incidit. Re vera autem abſtemius fuit: quos conſtat acrioris eſſe naturae: quod etiam de Demoſthene dictum eſt. *Haec Seruius enarrans illud* Virg. Aen. 3, 14 Thraces arant acri quondam regnata Lycurgo. Exitium Thracis Lycurgi Hor. Carm. 2, 19, 16. Regna latiſſima Lycurgi Ouid. Epiſt. 2, 111. Bipennifer Lycurgus Id. Met. 4, 22. *de Baccho.* Veſanus Lycurgus Propert. 3, 17, 23. ¶ 4 Lycurgus *rhetor Athenienſis vehementiſſimus, cuius nomine per Antonomaſiam ſeueros iudices deſignat* Ammian. 22, 9. *it.* 30, 8. *Vid. Valeſ. ad locum priorem* p. 347 *Gron.*

LYCVRGEVS, a, um. Adi. [Λυκούργειος] Cic. Att. 1, 13 Noſmetipſi, qui Lycurgei a principio fuiſſemus, quotidie demitigamur. *De ſuo ardore accuſandi Clodii remittente, reſpiciens ad oratorem, de quo modo dictum n. 4. de cuius vehementia in malis perſequendis ſatis ad l. c. interpretes.*

LYCVS, i. m. *Nomen proprium viri, quo nomine multi vocati ſunt, v. g. Troianus de quo* Virg. Aen. 1, 226 Fata Lyci, fortemque Gyan, fortemque Cloanthum. *Acres boni ominis cauſa: Poëtae rapaces et ſaeuos ita videntur appellaſſe.* ¶ 2 Lycus, *Araneae genus, vid.* LYCOS.

L Y D

LYDA, ae. f. [Λύδη] *Antimachi Poëtae vxor fuit, quam egregie animo caram habuit, quae quum mortua eſſet, elegiam qua moerorem ſolaretur ſibi fecit nomine* Lyden, *vbi enumeratis heroicis calamitatibus et infortuniis, malis alienis aegritudinem ſibi minuit. Huius meminit Plutarch. in lib. de Conſolat. Hinc* Ouid. Triſt. 1, 5, 1 Nec tantum Clario Lyde dilecta Poëtae, *etc.*

LȲDIA, ae. f. [Λυδία] *Aſiae regio Aeolis et Ioniis, vicina, nota eſt Croeſi fortuna et rebus geſtis, tum etiam Pactoli fluuii fama aurum trahentis. Vid.* Pomponium 1, 2. Virgil. Georg. 4, 211 Praeterea regem non ſic Aegyptos, et ingens Lydia, nec populi Parthorum *etc.* Lydia tota fremit Ouid. Met. 6, 146.

LYDVS, i. m. [Λυδός] *Qui eſt ex Lydia.* Lydorumque manum, collectos armat agreſtes Virg. Aen. 9, 11. *De Tyrrhenis ſ. Tuſcis Lydorum colonis.*

LYDVS, a, um. Adi. [Λυδός] Ouid. Faſt. 2, 356 Ridet amatorem Lyda puella ſuum. *Intelligit Iolen.*

LYDIVS, a, um. *aliud* Adi. [Λύδιος] Aurifer amnis Lydius Tibul. 3, 3, 29. *Intelligit Pactolum.* Sonus Lydius *et* modus *muſicus, de quo* Plin. 7, 56 Lydios modulos inuenit Amphion. Querulum *vocat* Apul. Flor. 1, 4 p. 342, 19. Lapis Lydius, *idem qui* Heraclius, *quem Latini vocant* Indicem, *in quem Battus ille paſtor apud* Ouid. Met. 2, 688. *transfiguratus eſt, manente nimirum etiamnum in lapide proferendi ſtudio,* Plin. 33, 8 Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non ſolitus inueniri, niſi in flumine Tmolo, vt auctor eſt Theophraſtus: nunc vero paſſim, quem alii Heraclium, alii Lydium vocant. Sunt autem modici, quaternas vncias longitudinis, binaſque latitudinis non excedentes. Iis coticulis periti, quum e vena vt lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri ſit in ea, quantum argenti, vel aeris, ſcrupulari differentia, mirabili ratione non fallente.

LYDVS, i. m. *Herculis filius ex Iole.* ¶ 2 Lydus *alter filius Atbyos, et frater Tyrrheni: a quo Lydia regio eſt appellata.* Nam quum propter terrae ſterilitatem fratres ſimul ferre non poſſet: Tyrrhenus ſorte iacta diſcedens, cum ingenti multitudine ad Italiam veniens eam tenuit partem, quae ad mare inferum verſa eſt, et a ſe Tyrrheniam nominauit. Lydus vero remanens, Maeoniam de ſuo nomine vocauit. Seru. in Aen. 8, 479.

L Y G

LYGDĪNVS, i. m. Lapis in Tauro (Paro *Harduin.*) repertus candoris eximii Plin. 36, 8.

LYGDON, i. n. *Ipſum lapidem ita appellat* Martial. 6, 42.

LȲGOS, i. m. [λύγος] *Frutex, idem qui Vitex.* Plin. 24, 9.

L Y M

LYMĪRA, ae. f. Lyciae flumen eſt, et eodem nomine ciuitas, *inquit* Mela 1, 15. *vid.* Ouid. Met. 9, 646.

LYMPHA, ae. f. [νύμφα] *Aqua dicitur Latinis, Graecis vero νύμφη: mutauerunt autem Latini ν in λ.* Columel. 10, 135 Doctaque Parthenope Sebethide roſcida lympha. Fluuialis Virg. Aen. 4, 635. Fugax lympha trepidat obliquo riuo Hor. Carm. 2, 3, 12. Gelida Ouid. de Medic. faciei 99. Leuis Hor. Epod. 16, 48. Liquidae Ouid. Met. 3, 451 Loquaces lymphae ſaxis deſiliunt Hor. Carm. 3, 13, 16. Lucentis lymphae ſtagnum Ouid. Met. 4, 298. Manantes Hor. Epod. 2, 27. Lymphae, vini Pernicies Catull. 27, 5. Puteales Lucret. 6, 1172. Sobria lympha miſta mero Tibull. 2, 1, 46. Abluere vulnera lymphis Virg. Aen. 4, 683. Dare lymphas manibus Idem ibidem 1, 705. Finit copia lymphae ſitim Horat. Epiſt. 2, 2, 146. Hauſit de gurgite lymphas Virg. Aen. 9, 23. Lauimus ora manuſque tua Feronia lympha Hor. Serm. 1, 5, 24. Reſtinguere pocula lympha Idem Carm. 2, 11, 20. Siccare vulnera lymphis Virg. Aen. 10, 834. ¶ 2 Lympha *tanquam dea* inuocatur Varr. R. R. 1, 1, 6. ¶ 3 Lymphae *et* Nymphae *confunduntur a librariis. Drakenb. ad* Sil. 11, 420.

LYMPHACEVS, a, um. *Cryſtallinus.* Mart. Capell. 6 p. 188. *vid. ibi Not. Grotii.*

LYMPHOR, ŏris. m. *Antiquum, Idem quod Lympha.* Lucilius, Impermiſtum lymphorem Non. 3, 129.

LYMPHATICVS, a, um. Adi. [νυμφόληπτος] *Furioſus, inſaniens, qui vitium ex aquae conſpectu contraxit, vel ex imagine viſa in aqua.* Plin. 25, 5 ſ. 24 *ſcribit,* Helleborum mederi melancholicis, inſanientibus, et lymphaticis, elephantiae, et tetano. Feſtus, Vulgo memoriae proditum eſt, quicunque ſpeciem quandam e fonte, id eſt effigiem nymphae viderint, furendi non feciſſe finem, quos Graeci νυμφολήπτους vocant, Latini lymphaticos appellant. Iſid. 10 lit. L. Lymphaticus, quod aquam timeat, quem Graeci ὑδροφόβην vocant. Lymphaticus proprie dicitur, qui vitium ex aqua contrahit, cuius vitium eſt huc atque illuc currere, aut a fluore aquae ſumto vitio. Sed Poëtae iam hoc genus nominis pro furioſis vſurpant. Lymphatici *etiam dicuntur Hydropici.* Serenus *de hydrope loquens,* v. 507 Helleboro quoque purgatur lymphaticus error. Metus inter lymphaticos captiuitatem, catenas, verbera, numerat ſapiens *apud* Sen. Epiſt. 85. Plaut. Poen. 1, 2, 132 AG. Sunt mihi intus neſcio quot nummi aurei lymphatici. M. deferto ad me, faxo actutum conſtiterit lymphaticum, *i. Nummi, qui ſe in crumena continere non poſſunt.* Pauor lymphaticus Liu. 10, 28. Somnia lymphatica Plin. 26, 8.

LYMPHO, āre. *Perturbare, et in furorem impellere.* Valer. Argon. 3, 46 Rupta quies: deus ancipitem lymphauerat vrbem. Stat. Theb. 7, 113 *de Pauore deo,* Bonus omnia credi Auctor, et horrificis lymphare incurſibus vrbes. *Vid. Barth. ad* Theb. 10, 154. Plin. 24, 17 ſ. 102 Hac (*herba* potamitide) pota lymphari homines, obuerſantibus miraculis.

LYMPHANS, antis. Partic. Stat. Theb. 10, 154. (*al.* 160) Ecce recens, ſuperis animum lymphantibus, horror Thiodamanta ſubit. *Id.* Theb. 7, 662 It lymphante deo.

LYMPHOR, āri. Dep. [μαίνομαι] *Inſanire, deſipere.* Plin. 34, 17 Hac herba epota, lymphari homines obſeruantibus miraculis. Curtius 4, 12, 14 Quippe lymphati trepidare coeperunt, omnia pectora occulto metu percurrente. *Add.* Id. 4, 13, 13. *et* 9, 7, 8.

LYMPHĀTVS, a, um. [νυμφόληπτος] *Idem quod Lymphaticus, Inſanus, quaſi Nympharum ſpiritu correptus: vel ſi audimus Cerdam ad* Virg. Aen. 7, 377. *a vino aquis* (*hae enim nymphae*) *mixto turbatus.* Liu. 7, 17 Et tunc quidem velut lymphati et attoniti munimentis ſuis trepido agmine inciderunt. Cic. de Diuin. 1. *Et* Plin. 30, 10 Rurſus magi tradunt lymphatos ſanguinis talpae adſperſu reſipiſcere. Animi caeco pauore lymphati Tacit. Hiſt. 1, 82, 2. Diſcurrunt lymphatis ſimiles Curtius 6, 2, 16. Lucan. 1, 496 It Fama per vrbem Praecipiti lymphata gradu. Plin. 8, 46 ſ. 71 Hi greges (*puerorum Apin comitantium*) repente lymphati futura praecinunt. Furit lymphata per vrbem Virg. Aen. 7, 377. *vid. ad h. l. la Cerda, it. Drakenb. ad Sil.* 1, 459. Furor lymphatus Senec. Med. ſ. 6. Mens lymphata Maeotico Horat. Od. 1, 37, 14. *inebriata, furioſa, et hinc in terrorem panicum impulſa.*

pulſa. Metu lymphato trepidare Lucan. 7, 186. Sen. Epiſt. 13 Nulli tam pernicioſi tam irreuocabiles, quam lymphati metus ſunt: caeteri enim ſine ratione, hi ſine mente ſunt. Mente lymphata furebant Catul. Argon. 62, 254. Ore lymphato furens Senec. Troad. 1. Pectora lymphata Ouid. Met. 11, 3. Vrbs lymphata incertis horroribus Stat. Theb. 10, 551. Flexanima tanquam lymphata, vt Bacchi ſacris Commota, in tumulis Teucrum commemorans ſuum Pacuu. *ap.* Varr. de L. L. 6, 5 *et* Cic. de Diuin. 1, 80.

LYMPHATIO, ōnis. f. [νυμφοληψία] *Morbus eius, qui* Lymphatus *dicitur.* Plin. 34, 15 Namque circumſcribi circulo, terue circumlato mucrone, et adultis et infantibus prodeſt contra noxia medicamenta: et praefixiſſe in limine, e ſepulcro euulſos clauos, aduerſus nocturnas lymphationes.

LYMPHĀTVS, ûs. m. Plin. 37, 10 Aliam eodem nomine argentei coloris, contra lymphatum habendam.

LYMPIDVS, *vid.* LIMPIDVS.

L Y N

LYNCESTVS, i. m. *Fons et* LYNCESTIS, aqua. [Λύγκεστος] *Fons eſt circa* Lyncum *oppidum Macedoniae, cuius ciues* Plin. 4, 10 Lynceſtae *vocantur, de quo* Vitruu. 8, 3 Sunt nonnullae acidae venae fontium, vt Lynceſto *etc.* Plin. 2, 103 Lynceſtis aqua, quae vocatur, acidula vini modo temulentos facit. *Hinc* aqua, quae vocatur acidula, vini modo temulentos facit.

LYNCESTIVS, a, um. Adi. [Λυγκέστιος] Ouid. Met. 15, 329 *Quum de Clitorio amne dixiſſet,*

Clitorio quicunque ſitim de fonte leuarit,
Vina fugit, gaudetque meris abſtemius vndis. *Subiungit deinde,*
Hinc fluit effectu diſpar Lynceſtius amnis,
Quem quicunque parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quam ſi mera vina bibiſſet.

LYNCEVS, *Vnus de quinquaginta filiis Aegypti, cui ſoli fratrum Sponſa ſua Hypermneſtra pepercit. Fabulam damus in* AEGYPTVS. *Add.* Ouid. Her. 14. ¶ 2 Lynceus, [Λυγκεύς] *diſſyllabum, huius* Lyncei *vel* Lynceŏs, m. *Nomen proprium vnius ex Argonautis, Apharei filii, Idae fratris, acutiſſima oculorum acie praediti: vnde alios quoque acie oculorum valentes* Lynceos *vocare mos obtinuit: vt illum, quem* Solinus c. 6 Strabonem *vocat, de quo* Plin. 7, 21 Tradidit Cicero fuiſſe, qui peruideret centum triginta quinque millia paſſuum. Huic et nomen M. Varro reddidit, Strabonem vocatum. Solitum autem Punico bello, a Lilybaeo Siciliae promontorio, exeunte claſſe Carthaginis portu, etiam numerum nauium dicere. *Hunc, inquam,* Lynceum *dicit* Schol. ad Horat. Sat. 1, 2, 90. *Sic in veteri lemmate* Lynceus *eſt idem* Strabo, *de quo* Valerius Maxim. 1, 8, 14 Nec illius quidem paruae admirationis oculi, quem conſtat tam certa acie luminum vſum eſſe, vt a Lilybaeo portu Carthaginienſium egredientes claſſes intueretur. *Vid. Perizon. ad Ael. Hiſt. Var.* 11, 13. Apul. Met. 2 p. 124, 39 Vides hominem ferreum et inſomnem, certe perſpicaciorem ipſo Lynceo vel Argo, et oculeum totum. Sen. Medea 228 *ex perſona Medeae,* Munus eſt Orpheus meum, — Quique trans Pontum quoque Summota Lynceus lumine immiſſo videt. Horat. Epiſt. 1, 1, 28 Non poſſis oculo quantum contendere Lynceus, Nunc tamen idcirco contemnas lippus inungi. Quis eſt tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat Cicer. Fam. 9, 2. Horat. Sat. 1, 2, 90 Tu corporis optima Lyncei Contemplare oculis: Hypſaea caecior illa, Quae mala ſunt ſpectas. Plin. 2, 17 Nouiſſimam lunam primamque in eadem die vel nocte, nullo alio in ſigno quam Ariete conſpici: id quoque paucis mortalium contigit. Et inde fama cernendi Lynceo. Hyginus fabula 14 Lynceus et Idas Apharei et Arenae Bibali filiae filii, Meſſenii ex Peloponneſo. Ex his Lynceus ſub terra quaeque latentia vidiſſe dicitur, neque vlla caligine inhibebatur, ideo quod aurifodinas norat, in quas deſcendebat, et aurum ſubito oſtendebat. Ita rumor fuit, eum ſub terra ſolitum videre. Valer. Flacc. Argon. 1, 462

Occupat et longe ſua tranſtra nouiſſimus Idas.
At frater magnos Lynceus ſeruatus in vſus,
Quem tulit Arene, poſſit qui rumpere terras,
Et Styga tranſmiſſo tacitam deprendere viſu.
Fluctibus e mediis terras dabit ille magiſtro,
Et dabit aſtra rati. quumque aethera Iupiter vmbra
Perdiderit, ſolus tranſibit nubila Lynceus.

Magnos ſeruatos in vſus: *quia demortuo ſuccedens gubernatori, nauim moderabitur.* Rumpere terras: *Irrumpere, viſu penetrare.* Terras dabit ille magiſtro: *Dicet, indicabit, oſtendet ipſi etiam nauis magiſtro et gubernatori, quae terrae vitandae, quae adeundae. erit ipſius magiſtri magiſter.* Perdiderit: *Offuſcauerit, occultauerit.* Idae *et* Lyncei *mortem exſequitur* Hyginus fabula 80.

LYNCĒVS, a, um. Adi. [λύγκειος] Ouid. Faſt. 5, 709 Pectora traiectus Lynceo Caſtor ab enſe. *Conf.* Boëth. de Conſol. Philoſ. l. 3 proſ. 8.

LYNCĪDES, ae. m. *Patronym.* Ouid. Met. 4, 767.

LYNCVRIVM, i. n. [λυγκούριον] *Gemma, quae e lyncis vrina coacta putabatur.* Plin. 8, 38 Lyncum humor ita redditus, vbi gignuntur, glaciatur areſcitue in gemmas carbunculis ſimiles, et igneo colore fulgentes, lyncurium vocatas, atque ob id ſuccino a plerisque ita generari prodito. Nouere hoc ſciuntque lynces: et inuidentes, vrinam terra operiunt. *Add.* Id. Plin. 37, 3 *et* Ouid. Met. 15, 413.

LYNCVS, i. m. [Λύγκος] *Inquit* Seruius *ad* Aen. 1, 327 Rex Scythiae fuit, qui miſſum a Cerere Triptolemon, vt hominibus frumenta monſtraret, ſuſceptum hoſpitio, vt in ſe gloria tanta migraret, interimere cogitauit. ob quam rem irata Ceres eum conuertit in lyncem feram varii coloris, vt ipſe variae mentis extiterat.

LYNSA, ae. f. *Dea, apud* Martian. Cap. 1 p. 16. *Grot. ad l. c.* Lymfam *ſ.* Lympham *ſuſpicatur.*

LYNX, lyncis. m. *vel* f. [λύγξ] *Animal eſt ex ceruariorum genere, vario colore, et maculoſo tergore, et acutiſſimo viſu praeditum.* Virg. Aen. 1, 327 Maculoſae tegmine lyncis. Plin. 28, 8 Peregrinae ſunt et lynces, quae clariſſimae omnium quadrupedum cernunt. Variae lynces Bacchi Virg. Georg. 3, 264. Varias *dicit quas alibi* Maculoſas *dixerat. Sunt autem in tutela Bacchi. Hinc* Lyncibus in caelum vecta Ariadna tuis *ad Bacchum canit* Propert. 3. 16, 8. *Conf. de* Lyncibus Hieron. Epiſt. 1, 4. Timidos agitare lyncas Hor. Carm. 2, 13, 40. Imbelles lynces ſectari Stat. Ach. 2, 407. Fugaces lyncas cohibere arcu Hor. Carm. 4, 6, 34.

L Y O

LYO, āre. *A Graeco* λύειν, *ſignificat liquare, in humorem ſoluere, vt,* Alicam, Ptiſanam lyare Apic. 5, 1 *et* 44. *Add.* Id. 5, 3 *et* 5. Lyata pulpa Id. 5, 1. *i. minutatim conciſa.*

L Y R

LYRA, ae. f. [λύρα] *Inſtrumentum muſicum,* ἀπὸ τοῦ λύρειν, *canere ſec.* Etymol. *vel* οἱονεὶ λύτρα λέγεται, *ſec.* Euſtath. Plin. 7, 56 Citharam Amphion, vt alii, Orpheus; vt alii, Linus *inuenit.* Septem chordis additis Terpander. Octauam Simonides addidit, Nonam Timotheus. Cithara ſine voce cecinit Thamyras primus: cum cantu Amphion, vt alii Linus. Citharoedica carmina compoſuit Terpander. *Haec Plinius.* Hieron. *ſcribit* effici in modum Δ literae cum chordis viginti quatuor, et per digitos variis vocibus, tinnulisque ictibus in diuerſis modis concitari. *Sed* Lyrae *figuras diuerſas exhibent antiqua monumenta. Simplicitatem antiquam prae ſe fert illa ratio, qua Lyram a Mercurio inuentam narrat Homerus Hymno in Mercurium v.* 25 ſqq. Teſtudo *enim ſ.* Chelys *et* Lyra *aut non differunt, aut ſaepe miſcentur: vt in hymno laudato* λύρα, *et* χέλυς *et* φόρμιγξ *et* κίθαρα *de eadem re dicuntur.* Plin. 9, 10 ſ. 12 Trogloditae cornigeras habent (*teſtudines, animalia*) vt in Lyra annexis cornibus latis *etc. Conf.* CHELYS. Poëmata omne genus, apta virgae, Lyrae, ſocco, cothurno Apul. Flor. 2. Canor lyrae Ouid. Epiſt. 16, 180. Canorus aſſumta lyra Idem de Arte Am. 3, 142. Fidicen lyrae Idem ex Pont. 4, 16, 28. Solers lyrae muſa Horat. de Arte Poët. 407. Aurata Ouid. Met. 8, 16. Canorae Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 257. Curuae lyrae parens, *Mercurius* Hor. Carm. 1, 10, 6. Ouid. Met. 11, 167 Diſtinctamque lyram gemmis et dentibus Indis Suſtinet a laeua. *Al.* Inſtructamque fidem. Eburna Hor. Carm. 2, 11, 22. Garrula Tibull. 3, 4, 38. Imbellis Hor. Carm. 1, 6, 10. Inuita Ouid. Amor. 3, 9, 24. Canere alicuius laudes lyra Idem de Arte Am. 3, 50. Increpare lyram digitis Idem Epiſt. 3, 118. Inſtitui lyra Quinctil. 1, 10. *Sub Lyrae cantu omnem Poëtas intelligere muſicam, notat Barth. ad* Claud. p. 501. ¶ 2 Lyra, *Signum caeleſte.* Varro de R. R. 2, 5 Hoc ſecundum aſtri ortum facio, quod Graeci vocant Lyram, Fidem noſtri Ouid. Faſt. 2, 75. Columel. 10, 79 Sidereoque polo cedet Lyra merſa profundo. ¶ 3 Lyrae lyrae; *vox effutitia eſt, quam pro Nugis et friuolis veteres poſuerunt.* Plaut. Poen. 1, 1, 9 Gerrae germanae, atque edepol, lyrae lyrae. *Sic Turneb. Aduerſ.* 3, 20 *et* 15, 6. *Al. et Gronou.* liroe *vel* leroi, λῆροι *quibus metri lex repugnat.*

LYRĬCVS, a, um. Adi. [λυρικός] *Quod ad lyram pertinet: hine* Poëtae lyrici *dicti, qui ad lyram ſua carmina cantabant.* Modi lyrici Ouid. Epiſt. 15, 16. Vates lyrici Horat. Carm. 1, 1, 35. Lyrica, *pro Carminibus lyricis, dixit* Plinius Epiſt. 3, 1 Scribit enim et vtraque lingua lyrica doctiſſima. Senec. Epiſt. 49 Negat Cicero, ſi duplicetur ſibi aetas, habiturum ſe tempus, quo legat Lyricos, *intell. Poëtas.*

LYRĬCEN, ĭnis. m. [λυρῳδός] Qui lyra canit Onomaſt. Vet.

LYRISTES, ae. m. [λυριστής] Sidon. Ep. 8, 11 Alceo potior lyriſtes ipſo. Plin. Epiſt. 9, 17 Quam multi, quum lector aut lyriſtes aut comoedus inductus eſt, calceos poſcunt?

LYRCAEVS, *ſiue rectius* LYRCEVS, *vel* LYRCIVS, i. m. [Λύρκειος] *Fons eſt, ex quo Inachus fluuius oritur ad Cynuriam montem Arcadiae. Auctor Strabo l. 8.* Stat. Theb. 4, 711 Aret Lerna nocens, aret Lyrcaeus, et ingens Inachus.

LYRCAEVS, a, um. Adi. [Λύρκειος] Ouid. Met. 1, 598 Iam paſcua Lernae, Conſitaque arboribus Lyrcaea reliquerat arua.

LYRCEIVS, a, um. *Aliud* Adi. [Λυρκήϊος] Valer. Flacc. Argon. 4, 355 — Lyrceia tellus.

LYRIS, *vid.* LIRIS.

LYRNESSVS, [Λυρνησσός] Ciuitas eſt Phrygiae, vnde fuit Briſeis. *Hinc*

LYRNESSIVS, a, um. Patron. Seruius *in illud* Virg. Aen. 10, 128 Fert ingens toto connixus corpore ſaxum, Haud partem exiguam montis, Lyrneſſius Acmon. Ouid. Met. 12, 108 Lyrneſſia moenia.

LYRNESSIS, ĭdis. f. Patronym. [Λυρνησσίς] Ouidius *pro gentili poſuit* Triſt. 4, 1, 15 Fertur et abducta Lyrneſſide triſtis Achilles. *i. Briſeide.*

LYRON, i. n. *Herba.* Plin. 25, 10 ſ. 77 Item Aliſma, quam alii Damaſonion, alii Lyron appellant. Folia erant plantaginis, niſi anguſtiora eſſent *etc.*

L Y S

LYSANDER, dri. [Λύσανδρος] *Dux Lacedaemoniorum, de quo Nepotem legunt omnes.*

LYSAS, antis. m. *Herba, alias Artemiſia, ap.* Apul. de Herbis c. 10.

LYSIAS, ae. m. [Λυσίας] *Oratorum Athenienſium qui ſub exitum belli Peloponneſiaci floruere, vt aetate, ita quoque laude fere primus.* Cic. in Bruto 35 Fuit Lyſias in cauſis forenſibus non verſatus, ſed egregie ſubtilis ſcriptor atque elegans, quem iam prope audeas Oratorem perfectum dicere. Id. in Orat. 29 Venuſtiſſimus ſcriptor ac politiſſimus. Quinctilianus 10, 1 Lyſias ſubtilis atque elegans, et quo nihil, ſi Oratori ſatis ſit docere, quaeras perfectius. Nihil enim eſt inane, nihil arceſſitum, puro tamen fonti quam magno flumini propior. *Et* 9, 4 Nam neque illud in Lyſia dicendi textum tenue atque rarum laetioribus numeris corrumpendum erat. Perdidiſſet enim gratiam, quae in eo maxima eſt, ſimplicis atque inaffectati coloris, perdidiſſet fidem quoque. Gell. 2, 5 Fauorinus de Lyſia et Platone ſolitus eſt dicere, Si ex Platonis, inquit, oratione verbum aliquod demas mutesue, atque id commodiſſime facias, de elegantia tantum detraxeris: ſi ex Lyſia, de ſententia.

LYSIDĬCVS, i. m. [Λυσίδικος] *Nomen proprium, quod ludens interpretatur* Cic. in Philipp. 11, 14 c. 6 Qui iura omnia diſſoluit. *Reddi etiam poteſt Diremtor controuerſiarum.*

LYSIMACHIA, ae. f. *Vrbs Aetoliae: et alia* Helleſponti *ap.* Iuſtin. 17 *pr. Conf.* Liu. 34, 58. ¶ 2 *Herba, de qua* Plin. 25, 7 *et* 8.

LYSI.

LYSIMACHIENSIS, e. Adi. *Gentile nomen ab vrbe ductum.* Liu. 33, 38. *Nimirum*

LYSIMĂCHVS, i. m. [Λυσίμαχος] *Agathoclis filius, e ſucceſſoribus Alexandri magni. Vid.* Iuſtin. 17, 2. ¶ 2 *Gemma ap.* Plin. 37, 10 ſ. 62 Lyſimachus Rhodio marmori ſimilis eſt aureis venis.

LYSIPPVS, i. m. [Λύσιππος] *Sicyonius nobilis ſculptor.* Cic. Fam. 5, 12 Neque Alexander ille gratiae cauſa ab Apelle potiſſimum pingi, et a Lyſippo fingi volebat: ſed quod illorum artem cum ipſis, tum etiam ſibi gloriae eſſe putabat. Propert. 3, 9, 9 Gloria Lyſippo eſt animoſa effingere ſigna. *De* Lyſippo *et* Alexandro Hor. Epiſt. 2, 1, 239 *Multa habet* Plin. 34, 7. *Conf.* Stat. Silu. 1, 1, 86.

LYSIS, is *et* ios. f. [Λύσις] *i. Solutio.* Cic. Tuſc. 3, 61 c. 25 Ex quo ipſam aegritudinem λύπην quaſi λύσιν Chryſippus, quaſi ſolutionem totius hominis appellatam putat. *Alii Codd. omittunt*, quaſi λύσιν. ¶ 2 Lyſis *in architectura*, Hiatus eſt ianuarum, *i. ſolutio continui parietis* Vitruu. 6, 11. *Verum h. l. interpretatio dubia eſt, vid. Baldi Lex. Pro membro columnae ſumitur ab eodem* 3, 3 *et* 5, 7.

LYSIS, is. m. *Philoſophus Pythagoreus, de quo* Nep. 15, 2.

LYSISTRĂTVS, i. m. Sicyonius, Lyſippi ſtatuarii frater, primus ſtatuas e gypſo finxit, creuitque res in tantum, vt nulla ſigna ſtatuaeue ſine argilla fierent Plin. 35, 12.

L Y T

LYTAE. [Λύται] *De quibus mentio fit in* Edicto Iuſtiniani ad Anteceſſores §. 5 quo iuris auctoritas confirmatur, *Solutores interpretandi ſunt, videlicet qui iam tantos progreſſus habent in iure, vt de eo reſpondere prope poſſint, et quaeſtiones ſoluere. Atque ii erant, qui reſponſis prudentum operam dabant et quaeſtionibus.* Lyti, *i. Soluti quibusdam dicuntur, ſed male. Turnebus Adu.* 8, 19.

LYTRA, *vid.* LVTRA.

LYTRON, i. n. *Pretium, quod pro redemtione liberatoribus datur: vid. Rhodigin.* 13, 30 *et* 20, 29. Feſtus *et* Nonius *paſſim laudant* Ennium in Hectoris lytris, *quae ab aliis luſtra appellantur. vid.* Fragmenta Ennii p. 227 *Heſſel.*

LYTTA. [Λύσσα] Vermiculus eſt in lingua canum, quo exemto infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec faſtidium ſentiunt Plin. 29, 5 ſ. 32.

M.

Litera M.

M Mῦ *Graecorum, Hebraeorum autem Mem. Litera liquida, Semiuocalis.* Labris imprimitur Martian. Cap. 3 p. 58. *Dicta eſt* litera mugiens. Terentianus, Clauſo quaſi mugit intus in ore. *Et alibi*, Mugit intus abditum et caecum ſonum: *et* Quinctilian. 12, 10 Quid quod pleraque nos illa quaſi mugiente litera cludimus M, qua nullum Graece verbum cadit. *Sic* Auſon. in Technopaegnio p. 492 Vocibus in Graiis nunquam vltima conſpicior M. C. Victorinus Afer p. 2455 M, impreſſis inuicem labiis, mugitum quendam intra oris ſpecum attractis naribus dabit. *Vid.* METACISMVS. *Facillimae et naturalis eſt pronuntiationis. In H enim, I, L, M, N, R, quid inſiſtam? De ſono et elatione conſtat, et vix, ſi quis velit, in iis peccet. Lipſ. de Recta pronuntiat. L. L. c.* 15. *Et fortaſſe religioſior eſt paullo* Priſcian. *quam oportuit, cum ei tres ſonos tribuat* L. 1 p. 555. M, obſcurum in extremitate dictionum ſonat, vt Templum; apertum in principio, vt Magnus; mediocre in mediis, vt Vmbra. Tranſit in N, et maxime D vel T vel C vel Q ſequentibus, vt *tam tandem, tantum tantundem, idem identidem, num nuncubi*; et, vt Plinio placet, *nunquis, nunquam, anceps* pro *ambiceps. Am* enim praepoſitio F vel C vel Q ſequentibus in N mutat M, vt *anfractus, anciſus, anquiro.* Vocali vero ſequente intercipit B vt *ambitus, ambeſus, ambuſtus, ambages:* nec non etiam in *comburo combuſtus* idem fit. *Haec* Priſcianus. *Sic In praepoſitionibus* In *et* Con *illud* N *mutatur in* M *ante* B, P *et* M: *vt*, imbibo, impono, imminuo, combibo, compono, comminuo. *Et alias quoque amat poſt ſe* B, P, M, N: *vt in* flamma, amnis, ſomnus, ambra, vmbra, amplus, exemplum. *Vnde videtur eſſe, quod frequenter etiam* emptus, ſumptus, *quin* tempto *et ſimilia deprehendas, quae nimiae cuidam diligentiae pronuntiationem popularem exprimendi videntur deberi.* ¶ 2 M *eſt quaſi ſeruilis, et adhibetur in flectendis Nominibus et Verbis: aliquando pro* ν *Graecorum poſita: vt, quod illi* μοῦσαν, φάρμακον, *Latini* Muſam, Pharmacum *exprimant: aliquando aduentitia, idque maxime in accuſ. tertiae, vt* λαμπάδα lampadem, πατέρα patrem. *In verbis eſt quaſi index primae perſonae, quaſi ab* ἐμὲ, ἡμεῖς: vt Legebam, legebamus; Docuerim, imus; Amarem, *etc. Apud Poëtas eliſioni eſt obnoxia, cum apud antiquos ſaepiſſime breuis erat.* Inſignita fere tum millia militum octo Duxit delectos bellum tolerare potentes Ennius *ap.* Priſcian. p. 556. *add.* Lucret. 4, 1268. *etc. Ante* H *longam ſyllabam facit* Tibullo 1, 5, 53 Et tantum venerata virum hunc ſedula curet. *Plura ad h. l. Brouckh. Sed* M *etiam antiquo more, ante initialem ſequentis vocis vocalem, vna cum illa vocali ſequente abiicitur, vt*, optimu'ſt, ferendu'ſt. *Exemplorum abunde ſuppeditat Terentius. v. g.* Andr. 1, 1, 16 Sed hoc mihi moleſtuſt *pro* moleſtum eſt. *Bentl.* Moleſtumſt. *Sic* 125 Viuenduſt. *Bentl.* viuendumſt *pro* viuendum eſt, *etc. De illa ordinaria eliſione, qua legimus v. g. pro* Orandum eſt, Orandeſt, *ne quidem opus eſt dicere.* ¶ 3 M *in notis numeralibus vulgo refertur, et* Mille *ſignificat, ſiue a prima litera, vt* C centum *notat; ſiue corrupta eſt barbaro demum aeuo ex* CXƆ *vel* CIƆ, *quorum prius eſt* XΓ *Graecum, nota* τῶν χιλίων, *parentheſi incluſum, alterum vnitatis nota per illam circumſcriptionem ad poteſtatem millenarii euecta. Vid.* Priſcian. de Figur. et nominibus numeror. ante lib. de Ponderibus p. 1346 *Putſch. Caeterum figura* CIƆ *interdum in* ∞ *mutata deprehenditur. Dimidiata haec figura* IƆ *quingentos notat, in* D *corrupta, eadem ratione, qua dimidiata* ⊏ *pro* C, *hoc eſt* L *quinquaginta, centenarii dimidium ſignificat. Porro* CCIƆƆ *decies mille*, IƆƆ *quinquies mille.* CCCIƆƆƆ *centies mille*, IƆƆƆ *quinquagies mille: quae omnia iam Priſcianus l. c. habet. Add. Alciat. Parerg. Iur.* 10, 25. ¶ 4 *Iam reliquam poteſtatem literae* M *in notis perſequemur.* M' *cum apoſtropho*, Manius, *in numis* NV *vid. Spanh. diſſ.* 9, 26. M. Marcus, Maceria, Macula, Magiſter, Magiſtratu, Magnus, Male, Mallius, Manibus, Manumiſſus, Manus, Marius, Marti, Martius, Mater, Maximus, Mecum, Meam, Meis, Memmius, Memoria, Menſa, Menſis, Mercede, Miles, Militauit, Militiae, Mille, (*vt vidimus*) Minucius, Miſſio, Miſſus, Modo, Moneta, Monumentum, Moram, Mordax, Mors, Mos, Mortuus, Mucius, Mulier, Mundus, Municeps, Munius. MA. Macuuius, Magnus. MAC. AVG. Macellum Auguſti. MAEC. Maecia tribus. MAG. Magiſter, Magiſtratu. MAG. EQ. Magiſter Equitum. MAG. IVV. Magiſter Iuuenum. MAG. MIL. Magiſter Militiae. MAG. MVN. Magiſter Municipii. MAG. AVG. Magiſter Auguſtalis. M. A. G. S. Memor Animo Grato Soluit. MAG. VIC. Magiſter vici. MAM. Mamercus. MAN. Manibus, Manius. MAN. IRAT. H. Manes Iratos Habeat. MAR. CARIS. Maritus Cariſſimus. MARIT. Marita, Maritae. MARIT. OP. FAC. CVR. Marito Optimo Faciendum Curauit. MART. Marti. MART. PAC. Marti Pacifero. MART. VICT. Marti Victori. MART. VLT. Marti Vltori. MATR. Matralia. MAX. Maximus. MAX. CS. Maximus Caeſar. MAX. POT. Maximus Pontifex, Maximae Poteſtatis. MAX. SEN. Maxima Senectute. M. B. Memoriae Bonae, Merenti Bene, Mulier Bona. M. B. M. Matri, vel Monumentum Bene Merenti. M. B. M. F. Marito Bene Merenti Fecit, *vel* Matri, *vel* Mulieri, *vel* Monumentum, *vel* Memoriae. M. C. Marcus Cato *vel* Cicero, Mater Caii, Memoriae Cauſa, Mille centum, Monumentum Condidit, Conſecrauit, Confectum, Conſtituit, Curauit; Mortis Cauſa. M. C. D. Memoriae Cauſa Dedit, *vel* Donatum. M. C. F. Memoriae Cauſa Factum, Mortis Cauſa Fecit, Monumentum Curauit Fieri, *vel* Faciendum. M. C. M. Memoriae *vel* Mortis Cauſa Manumiſſus, *vel* Miles Cohortis Maternae *aut* Miliariae. M. COH. Miles Cohortis. M. C. P. Maceria Centum Pedum. M. CS. Marcus Caeſar. M. C. T. Mala Coniux Tua, Mali Cauſa Tui. Monumentum Curauit Teſtamento. M. C. V. Manu Conſertum Vocat, Monumentum Curauit Viuens, *vel* Miles Cohortis Victricis, *aut* Vigilum, *aut* Vlpiae, *aut* Voluntariorum, *aut* Vrbanae. M. D. Manibus Diis, Manu Diuina, Matri Deûm, Memoria Dignus, Merenti Dedit, Monumentum Dedit, Dedicauit, Donauit. M. D. D. Mercede Deductus, Monumentum Dedicauit, Dedicauerunt. M. D. H. Mandauit Dari Hoc, Mortis Domus Haec. M. DIG. Memoria, Mercede, Morte dignus; Mulier Digna. M. D. M. Magnae Deûm Matri. M. D. M. I. Magnae Deûm Matri Idaeae, *vel* Iſidi. M. D. SVO FEC. Monumentum De Suo Fecit. M. E. Memoriam Erexit, *vel* Municeps Eius. M. E. M. Municeps Eius Municipii. M. E. M. D. D. E. Municipibus Eius Municipii Dare Damnas Eſto. MEN. Menenia Tribu. MERK. D. Merkedonius Dies. M. EOR. Mater Eorum. M. EQ. Magiſter Equitum. M. F. Malae Fidei, Monumentum Fecit. M. F. C. Memoriam, Monumentum Fieri Curauit. M. F. I. Monumentum Fieri Inſtituit. M. FI. P. Malae Fidei Poſſeſſor. M. F. L. Monumentum Fieri Licebit. M. H. Monumentum Hoc. M. H. AD H. N. T. Monumentum Hoc Ad Heredes Non Tranſit. M. H. E. Mihi Heres Erit, Eſto; *vel* Monumentum Heredis Eſto, *aut* Hoc Erexit. M. H. E. N. R. Monumentum Hoc Heredem Non Recipit, *vel* Exterum. M. H. F. C. Monumentum Heres Faciundum Curauit, Monumentum Hic *vel* Hoc Fieri Curauit. M. H. H. S. Monumentum Hoc Heres Sequitur. M. H. H. N. S. Monumentum Hoc Heredem Non Sequitur. M. H. S. F. Monumentum Hoc Sibi Fecit. M. H. S. M. Memoriam Hanc Sibi Mandauit, Monumentum Hoc Sibi Mandauit. M. I. Matri Idaeae, Maximo Ioui, Monumentum Inſtituit, Iuſſit. MI. ME. H. DD. S. Mihi Meisque Hoc Dedicaui Sepulcrum. MIN. Mineruae, Minor, Minucia. M. L. Mandauit Lege, Merito Libens, Miles Legionis, Militum Locus, Mille Quinquaginta, Miſſae Literae, Monumenti *vel* Monumento Locus, Monumentum Legauit, Monumentum Liberti, Munere Libero, Marci Libertus. ML. CL. PR. RA. Miles Claſſis Praetoriae Rauennatis. M. L. D. Merito Libens Dedicauit, Monumentum Liberto Decreuit, Monumentum Libens Dedit. M. L. D. D. Merito Libens Dedicauit, Dono Dedit, Monumenti Locum Dono *vel* Decreto Dedit. M. L. D. D. D. Monumenti Locus Datus Decreto Decurionum. M. L. VII. G. F. Miles Legionis Septimae Geminae Felicis. ML. PR. Miles Praetorianus. M. M. Magiſter Magiſtratus, Militum, Munerum; Magnae Matri; *aut* Memoriae Merenti *ſ.* Meritiſſimae. M. M. D. Matri *vel* Marito Monumentum Dedit, Matri Magnae Deae, *ſeu potius* Deûm, Merenti Monumentum Dedit. M. M. F. Marito Monumentum Fecit, *vel* Merenti, *vel* Matri, *vel* Meritiſſimo. M. MIL. Magiſter Militiae. M. MM. More Maiorum. M. M. P. Monumentum Petit, Poſuit; Marito Monumentum Poſuit, *vel* Matri, Merenti *etc. vel* Merenti Memoriae. M. M. T. FEC. Marito Monumentum Titulum Fecit. M. N. Memoriae Noſtrae, Meo Nomine, Millia Numûm, Marci Nepos. M. O. Matri Optimae. M. O. P. Marito Obſequens, (*quin* Optimo) Poſuit. M. P. Male Poſitus; Memoriam, Menſam Poſuit, Mille Paſſus, Moerens Poſuit, Monumentum Poſuit. M. P. C. Monumentum Ponendum Curauit. M. POT. Maximus Pontifex. M. P. P. Monumentum Pie Poſuit. M. P. TR. POT. Maximus Pontifex Tribunitiae Poteſtatis. M. P. V. Millia Paſſuum Quinque, Monumentum poſuit Viuens. M. P. XI. Mille Paſſus Vndecim, Monumentum Pedes Vndecim. M. R. Miles Romanus. MS. Maieſtati, Menſes. M. S. Manibus Sacrum, Memoriae Suae, Statuit, Merito Soluit, Monumentum Statuit, Municipi Suo. M. S. C. Monumentum Sibi Conſtituit. M. S. D. Municipibus Suis Dedit. M. S. D. D. Municipes Sui Decreto Decurionum. M. S. P. Memoriae Suae Poſuit. M. S. S. E. H. N. S. Monumentum Sententia Senatus *aut* Siue Sepulcrum, *aut* Supra Scriptum, Exterum Heredem Non Sequitur. M. S. S. H. N. S.

Monumentum Siue Sepulchrum Heredem Non Sequitur. M. T. C. Marcus Tullius Cicero. M. T. F. E. Malo Tuo Factum Eſt. M. V. Manibus, Monumentum, Viuens. Mineruiae Victricis (*Legionis*) M. V. S. Merito Votum Soluit. M. X. Menſes Decem. M. X. D. II. Menſes Decem, Dies Duo.

M A C

MACAERINTHEN, Prophetae vocant Roſmarinum *apud* Apul. de Herb. c. 79. *i. beatam et ſalutarem.*

MACARĔVS, i. m. [Μακαρεὺς] Filius Aeoli, qui Canacen ſororem ſuam vitiauit. Ouid. Triſt. 2, 384 Nobilis eſt Canace fratris amore ſui. *Inter* Heroidas Ouidii *eſt nona quam ſcribit* Canace Macareo. *Vbi* v. 21 O vtinam, Macareu, quae nos commiſit in vnum Veniſſet leto ſerior hora meo.

MACARIA, *Aeon Valentini.* Tertull. adu. Valent. c. 8.

MACARIOTES. *ſimiliter Aeon Valent. ib.*

MACCVS, i. *et plural.* MACCI, orum. m. Macci *dicuntur Stolidi, et fatui, idque de nomine mulieris cuiusdam ſtupidae et bardae.* Maccos Atellanarum Poëtae *fecere perſonas ſordidas, fatuas, ſtultas, ſecundum* Diomed. l. 3. Apuleius Apol. p. 325 Si cum hac vna Rufi fallacia contendantur, macci prorſus et buccones videbuntur. Nouium *etiam in* Macco exule, *it. in* Maccis *citatum a* Nonio *inuenimus, qui tituli fabularum. Vid. Index Mercer.*

MACĔDO, ŏnis. m. [Μακεδὼν] *Filius Oſiridis, filii Iouis, a quo* MACEDONIAM *quidam dictum volunt, de qua* Plin. 4, 10. ¶ 2 *Qui Macedoniam habitat.* Lucan. 8, 694 Quum tibi ſacrato Macedo ſeruetur in antro. Vir Macedo Hor. Carm. 3, 16, 24. *de Philippo rege.* Alexander Macedo, quum ab incunte aetate res maximas gerere coepiſſet, nonne tertio et triceſimo anno mortem obiit? Cic. Tuſc. 5, 48. ¶ 3 Macedo, *Philoſophus* familiaris Gellii, *de quo* 13, 8 pro foribus omnium templorum ſcribi debere cenſebat verſum *hunc Pacuuii*, Ego odi homines ignaua opera, et philoſopha ſententia.

MACĔTA, *vel* MACETES, ae. m. *Idem, qui* Macedo, [Μακέτης.] Stat. Silu. 4, 6. *extr.* Nec te, regnator Macetûm. *i. Alexander. Nonnulli legunt* Macedûm *pro* Macedonum, *qui talem contractionem haud patitur.* Macetûm *pro* Macetarum, *ſiue* Maceton *reſtituit Scaliger ad* Auſon. de Clar. Vrb. 3. *ſ. Auſon. Lect.* 1, 23. *vid. Drakenb. ad* Sil. 17, 633. Fines Macetûm Lucan. 10, 28. Grat. Cyneg. 117 Quid, Macetûm immenſos libeat ſi dicere contos. Claudian. in Rufin. 2, 279 Tangebat Macetûm fines. Rutil. Itin. 1, 85 Magni Parthorum reges, Macetûmque tyranni. Priſc. Perieg. Ad cuius Zephyrum Macetûm ſunt moenia regis.

MACEDONIVS, a, um. Adi. [Μακεδόνιος] Ouid. Met. 12, 466 Qui clypeo, gladioque, Macedoniaque ſariſſa Conſpicuus. *Vbi neceſſitate metri coactus, propter tot ſyllabas breues ſecundam produxit.*

MACEDONĬCVS, a, um. Adi. Poſſeſſ. [Μακεδονικὸς] *a* Macedonia. *vnde* Mare Macedonicum Plin. 4, 11.

MACEDONIANVM Senatus-Conſultum, *quod cauet, ne filiis famil. mutuum detur, titulum ſibi ſuum habet in Digeſtis.*

MACEDONIENSIS, e. *qui venit e Macedonia.* Plaut. Pſeud. 4, 4, 4 Vir Macedonienſis.

MACELLVM, i. n. [ὀψοπώλεον] *Locus quo venalia omnia, quae ad victum humanum pertinebant, contrahebantur.* Plaut. Aulul. 2, 8, 3 Venio ad macellum: rogito piſces, indicant caros. Cic. de Diuin. 2, 59 c. 27 Si Epicuri de voluptate liber roſus eſſet, putarem annonam in macello cariorem fore. *Vid. Caſaub. ad* Suet. Caeſ. c. 26. Ex horto plebi macellum Plin. 19, 4 ſ. 19, 2. E carnario aut macello viuendum eſſe Id. l. c. Forum olitorium: hoc erat antiquum macellum, vbi olerum copia Varro L. L. 4, 32. Macellum a mactandis pecoribus dictum Donat. in Terent. Eun. 2, 2, 24. *Conf.* Iſidor. 15, 11. *Fabellam ſapit, quod narrat apud* Donatum ad Ter. Eun. 1, 2, 25 Varro in libris Rerum human. Numerius Equitius Cupes, et Romanius Macellus ſingulari latrocinio multa loca habuerunt infeſta. His in exilium actis, publicata ſunt bona, et aedes vbi habitabant dirutae: eque ea pecunia ſcalae deûm penatium aedificatae ſunt. Vbi habitabant, locus, vbi venirent ea, quae veſcendi cauſa in vrbem erant allata. Itaque ab altero macellum, ab altero forum cupedinis appellatum eſt. *Haec ille. Ipſe* Varro de Ling. Lat. 4, 32 p. 35, 28 Forum olitorium. Hoc erat antiquum Macellum, vbi olerum copia. Ea loca etiam nunc Lacedaemonii vocant μακελλῶτας. ſed Iones oſtia hortorum et caſtelli μακέλλας. *Deinde poſtquam de* foro piſcario *et* cupedinis foro *dixit, pergit,* Haec omnia poſtquam contracta in vnum locum, quae ad victum pertinebant, et aedificatus locus, appellatum Macellum, vt quidam ſcribunt, quod ibi fuerit ortus (*hortus*) alii, quod ibi domus fuerit, cui cognomen fuit Macellus, quae ibi publice diruta, e qua aedificium hoc, quod vocatur ab eo macellum. Feſtus, Macellum dictum a Macello quodam, qui exercebat in vrbe latrocinia, quo damnato Cenſores Aemilius et Fuluius ſtatuerunt, vt in domo eius opſonia venderentur. *Sed fabellam ſapit iſta narratio. Si ſuſpicioni etymologicae locus ſit, his, quas ad Feſtum dedere viri docti, adiecerim, a* macerandis *ſalſamentis primo dictum, cum hoc opſonium antiquiſſimum et vulgatiſſimum fuerit, et magna pars recentioris etiam macelli cetarii.* Pernicies et tempeſtas, barathrumque macelli. Hor. Epiſt. 1, 15, 31 *in hominem edacem.* Liu. 27, 11 *extr.* Locauerunt inde (*cenſores*) reficienda, quae circa forum incendio conſumta erant, ſeptem tabernas, macellum, atrium regium. Ter. Eun. 2, 2, 24 Interea loci ad macellum vbi aduenimus, Concurrunt laeti mî obuiam cupedinarii omnes, Cetarii, lanii, coqui, fartores, piſcatores, aucupes. *Horum itaque* macellum *forum fuit.* Sueton. Caeſ. 43 Diſpoſitis circa macellum cuſtodibus, qui opſonia contra vetitum retinerent. Varro R. R. 3, 2, 16 *vbi de turdis*, Coenae tunc innumerabiles excandefaciebant annonam macelli. Id. 3, 17, 7 Macellum cetariorum. ¶ 2 *Maſculino genere, forte cum reſpectu ad* Macellum *illum antiquum dominum*, Martial. 10, 96 Hic pretioſa fames, conturbatorque macellus, *qui facit, vt conturbent et decoquant homines.*

MACELLARIVS, i. m. [ὀψωνιοπώλης Vet. Gloſſ.] *Qui in macello omnia opſoniorum genera, vendit.* Sueton. in Caeſ. 26 Ea quae ad epulum pertinebant, quamuis macellariis oblocata, etiam domeſticatim apparabat. *Differunt interdum a laniis.* Varro R. R. 3, 2, 11 Et num pluris tu e villa illic natos verres lanio vendis, quam hic apros macellario Seius? Macellarios *quidam libri, quaſi ſint* apri Macellarii. *Sic* Turdos alunt Macellarii *apud eundem* Varr. R. R. 3, 4, 2.

MACELLARIVS, a, um. Adi. Valer. 3, 4, 3 Miro gradu Varro ex macellaria patris taberna ad Conſulatum conſcendit. *An ſint* Apri macellarii, *quaerendum* Varr. de R. R. 3, 2, 11. *de quo modo dictum.*

MACELLŌTA, ae. f. ab Ionibus hortorum oſtium dicitur, *teſte* Varrone de L. L. 4, 32 *vt modo vidimus.*

MACEO, MACESCO, *vid.* paullo poſt MACER.

MACER, eris. *vid.* MACIR.

MACER, cra, crum. [ἰσχνὸς] *Exilem extenuatumque ſignificat, quem pingui, obeſo, ſaginato, certe bene habito, opponunt.* Virg. Ecl. 3, 100 Eheu quam pingui macer eſt mihi taurus in aruo. *Sipontinus a Graeco deduci putat. Graeci enim* μακρὸν *longum dicunt, quae autem tenuia ſunt, longiora videntur.* Macer, *a* Marcere. Varro de L. L. 5, 6. *extr.* Moerere a marcere, quod moerore corpus marceſcere videatur: hinc etiam dicti Macri. Agello macro pauper Hor. Serm. 1, 6, 71. Boues macrae Propert. 4, 1, 22. Humus pinguiſſima vel macerrima Columel. 2, 9. *Add.* Id. 4, 23. *et* 8, 1. Libellus macer Martial. 2, 6. *i. exiguus.* Solum exile et macrum Cic. de Lege Agr. 2, 66. Macra cauum repetes arctum, quem macra ſubiſti Hor. Epiſt. 1, 7, 33. Macrior, *Compar.* Varr. de L. L. 7. Vitis macrior Columel. 4, 24. Macrior ager Cato R. R. c. 6, 2. Macerrimus, *Superl. De hoc* Varr. de L. L. 7, 39 p. 99, 15. Maximi dolores conſiſtunt in macerrimis corporis partibus Sen. Ep. 78.

MACELLVS, a, um. Adi. dimin. [ἰσχνίδιος] *pro Macilento.* Si noſti non magnus homo eſt, naſutus, macellus Lucil. *apud* Non. 2, 524. Varro de L. L. 7, 40 p. 99, 35 Macer, macricolus, macellus: niger, nigricolus, nigellus. *Sed* Conturbator Macellus, *vid. ante ſub* MACELLVM n. 2.

MACILENTVS, a, um. Adi. [λεπτόκρεος] *Idem qui Macer.* Feſtus: Macilenti, Macie attenuati. Plaut. Capt. 3, 4, 113 Sed qua facie eſt tuus ſodalis Philocrates? AR. dicam tibi, macilento ore, naſo acuto, corpore albo, et oculis nigris.

MACIES, ēi. f. [ἰσχνότης, φθίσις] *Corporis macri et extenuati habitus.* Columel. 6, 14 Eſt etiam illa grauis pernicies, quum pulmones exulcerantur, inde tuſſis et macies. Aquarum Solin. c. 36. Terrae Iuſtin. 43, 3, 5. Adducit cutem macies Ouid. Met. 3, 397. Concidimus macie Id. Epiſt. 21, 215. Confecta viri forma ſuprema macie Virg. Aen. 3, 590. Deformat macies horrida vultum Id. Georg. 4, 255. Ire in maciem Solin. c. 8. Minari maciem, et infirmitatem *metaphor. de facultate dicendi* Quinctil. 2, 4. Narrare de ſua ſolicitudine macieque Cic. Att. 3, 15. Occupat turpis macies decentes malas Hor. Carm. 3, 27, 53. Sedet in corpore toto macies Ouid. Met. 2, 775. Seneſcere aeuo et macie Lucret. 1, 326. Tenuare aliquem macie Virg. Georg. 3, 129.

MACREDO, inis. f. *macies, ap.* Columell. *eſſe dicitur.*

MACRITAS, atis. f. [λεπτότης Vet. Gloſſ. Lat. Gr.] Macritas arenae Vitr. 2, 4. Propter macritatem ſemen aliud ferre non valet *terra* Pallad. 11, 1, 2.

MACRITV̄DO, ĭnis. f. [ἰσχνότης] *Idem.* Plaut. Capt. 1, 2, 32 Oſſa, atque pellis ſum miſera macritudine. *vid.* Non. 2, 517.

MĀCROR, ōris. m. *ſiue* MACOR, *absque* r *poſt* c. [ἰσχνότης] *Ipſa macies.* Pacuuius Periboea *apud* Non. 2, 525 Corpusque meum tabe, moerore, errore, macore ſenet. *Conf.* Sen. de Tranquill. c. 2.

MACEO, *ſiue* MACREO, ui, ēre. [λεπτύνομαι] *Macrum eſſe.* Plaut. Aulul. 3, 6, 28 Qui oſſa atque pellis totus eſt, ita cura macet.

MACESCO, ĕre. [ἰσχναίνομαι, συντήκομαι, ἐκτήκομαι] *Macrum fieri.* Plaut. Capt. 1, 2, 31 Ego, qui tuo moerore maceor, maceſco, conſeneſco, et tabeſco miſer. Varro de R. R. 3, 16, 20 *de apibus*, Tum enim propter laborem aſperantur et maceſcunt. Semine maceſcunt arua Pallad. 11, 1. Feminae boues Maceſcentes melius concipere dicuntur Varr. R. R. 2, 1.

MACRESCO, ĕre. [ἰσχναίνομαι] *Idem.* Varr. de R. R. 2, 5, 12 Algor enim eas, et fames macreſcere cogit. Inuidus alterius macreſcit rebus opimis Hor. Epiſt. 1, 2, 57.

MACIO, āre. [ἰσχναίνω] *Macrum facere. A quo* Emacio. Solin. c. 15 Maciari imbribus.

MACĔRO, āre. [ἐκτήκω, ἀποτρύω] *Attenuare, conterere; et ad corpus tunc refertur.* Liu. 26, 13 Alterum annum circumuallatos incluſosque vos fame macerant. Se Macerare, *ad animum translatum, eſt Nimia cura, ſtudio, vel ſolicitudine ſeipſum conficere et attenuare.* Ter. Andr. 4, 2, 2 Tu modo anime mi noli te macerare. Cur me excrucio? cur me Macero Id. ib. 5, 3, 15. Lucret. 3, 75 Conſimili ratione ab eodem ſaepe timore Macerat inuidia. Florus 2, 6, 28 Itaque per Samnium totum, per Falernos, Gauranosque ſaltus ſic macerauit Annibalem, vt, qui frangi virtute non poterat, mora comminueretur. ¶ 2 Macerare, *Mollificare, vt fit quum quippiam tam diu in aqua tenetur, donec tenerum et molle fiat.* Ter. Adelph. 3, 3, 27 Salſamenta haec Stephanio fac macerentur probe. Columel. 2, 9 Hoc medicamine vna nocte ſemina macerata iaciuntur. Braſſicam macerare in aquam Cato 156, 5. Sale macerare Plin. 31, 7. *extr.* Plin. 11, 41 *de lacte aſinino*, Balnearum etiam ſolio totum corpus illo lacte macerabat *Poppea.* Vitruuius 7, 2. *pr.* Item iubet calcem coctam diu macerari ante quam fabri ea vtantur. Colum. 4, 22, 6 Macerat arborem ſitu et veterno muſcus. Id. 1, 6, 21 Macerare lupinum, vimina, virgas. *Et* 11, 3, 51 Macerare lacte ſemen. *Et* de Arb. 19, 1 Macerantur ſcrobes ſole et pluuia. *Et* 1, 6, 22 Macerari aſſiduo liquore. Macerari in ſextarium vnum Scribon. 148. Macerantur vaſe fictili 269. Vini hemina vna 265. *Metaph.* Hor. Carm. 1, 13, 8 Quam lentis Penitus macerer ignibus. *i. Tabeſcam, liqueſcam, conſumar.* Maceror interdum, quod ſim tibi cauſa doloris Ouid. Epiſt. 20, 125. Male maceror, *vid.* MALVS.

MACERĀTVS, a, um. Partic. *Mollis et tener factus.* Plaut. Poenul. 3, 2, 21 Macerato hoc pingues fiunt auro in Barbaria boues. Lana ſaepius macerata Senec. Epiſt. 71. Calx Pallad. 1, 14. Oua aceto Plin. 10, 60. Maceratum in aqua Scribon. 85. — ex aqua 227. — aqua 24. 35. 112. — muria 60. Macerata, ſimpliciter, Scribon. 21. macerata aceto, ex aceto, vino 248. 251. 173. *et* 256. Crocum maceratum 8. Panis maceratus 227. *Metaph.* Pars exercitus macerata Vellei. 2, 112, 3.

MACERATIO, ōnis. f. Vitruu. 7, 2. Viſcerum maceratio Arnob. 4.

MACERESCO, ĕre. *Maceratum fieri; Antiquum.* Cato de R. R. 92 Frumento curculio ne noceat, neu mures tangant, lutum de amurca facito: palearum paullum addito, ſinito matereſcant bene. *Ante Victorium edebatur* Marceſcant.

MACRO, āre. *vnde* Emacrare, *vid. p. a.*

MACERIA, ae. *vel* MACERIES, ēi. f. [τειχίον] *In muri formam ordinata congeries lapidum ſine calce aut alio genere ferruminis*, Seru. *ad* Georg. 2, 417 Antes alii intelligunt macerias, quibus vinea clauduntur: quia maceriae ſunt de aſſis, *i.* ſiccis lapidibus (*vid.* ASSVS, a, um) Siſenna *ap.* Non. 2, 560 Poſt villarum macerias ac parietinas quinque cohortes in inſidiis relinquit. *Sed quam late hoc nomen pateat, docere poteſt* Varr. de R. R. 2, 14, 4 Maceriae ſpecies fere quatuor: quod fiunt e lapide — e lateribus coctilibus — e lateribus crudis — ex terra et lapillis compoſitis in formis. *In his omnibus nulla* calcis *mentio, et a muro hac ipſa re differre, apertum eſt: Videturque adeo* maceries *ab hoc ipſo dicta, quod* macra *eſt, et nihil admiſſum habet, quo deuinciantur partes.* Ter. Adelph. 5, 7, 10 Atque hanc in horto maceriam iube dirui quantum poteſt. Cic. Fam. 16, 18 Helico nequiſſimus HS M dabat nullo aprico horto, nullo emiſſario, nulla maceria, nulla caſa. Gladium in publicum trans maceriam horti abiecit Liu. 23, 9. *fin.* *Sed etiam* ¶ 2 Maceries, [ἰσχνότης] pro Macritudine, ſiue maceratione. Afranius Excepto, Si ille hoc nunc ſentit facere illi ſatis, vis quanta illius mors ſit maceries tibi Nonius 2, 536.

MACEREŎLA, *ſiue* MACERIOLA, ae. f. Dimin. *Vet.* Inſcript. apud Spon. Miſc. Erud. Antiq. p. 293 LOCVS MACEREOLA CLVSVS. *Vbi Sponius dicit* Maceriolam *eſſe Murum, quo ſepulcrorum arcae claudebantur ſ. buſta, vid.* Suet. Ner. c. 33.

MACĬDVS, a, um. *Macilentus.* Conſtant. Afer 13, 12 Si materia ſit cholerica, corpus erit macidum. *Add.* Id. 6, 9.

MACERO, MACESCO, *vid.* MACER.

MACHAERA, ae. f. *Graece μάχαιρα, Latine Sica, gladius, culter. Carnifici ad amputandas manus tribuitur ap.* Suet. Claud. c. 15. Plaut. Curcul. 3, 54 Clupeatus elephantum vbi machaera difficit. Iuuen. Sat. 7, 9 Ames nomen, victumque machaerae. Liu. 7, 24 *pr.* Laeuo humero machaera prope traiecto ceſſerat parumper ex acie. *Ex vetuſto codice legendum* Matari. Hebes Plaut. Mil. 1, 1, 53. *Add.* Plaut. Bacch. 1, 1, 35. *et* 4, 8, 46. *it.* Merc. 5, 2, 85. Idem Pſeud. 4, 7, 85 *hoc verbum obſceno ſenſu vſurpat. Sed* Atque tuam Fulgens animam, mihi crede, machaera *ſc.* percurret Iuuenc. in Luc. 2.

MACHAERIVM, i. n. [μαχαίριον] *Cultellus coquinarius.* Plaut. Aulul. 2, 9, 1 Tu machaerio congrum, muraenam, exdorſua, *etc.* *Item Gladiolus.* Plaut. Rud. 2, 2, 9 Qui tres duceret chlamydatos cum machaeriis.

MACHAEROPHŎRVS, i. m. [μαχαιροφόρος] *Sicarius gladium ferens.* Cic. Q. Frat. 2, 8 (*al.* 9 *vel* 10) *med.* Machaerophoris centum ſequentibus miros riſus nos edere.

MACHAERVS, untis. [Μαχαιροῦς Stephano] *Arx Iudaeae, ſecundum olim ab Hieroſolymis dignitatis locum obtinens.* Plin. 5, 16.

MACHAEROPHYLLON, i. n. [μαχαιρόφυλλον] *Herba.* Apul. de Herb. c. 78.

MACHAGISTIA, ae. f. *Verbum myſticum, quo, vt* Ammianus 23, 6 *loquitur*, Magiam Plato Machagiſtiam verbo myſtico eſſe docuit; diuinorum incorruptiſſimum cultum. *In Platone hodie legi hoc verbum, negat Lindenbrog.* p. 405. *Gron.*

MACHĀON, ŏnis. m. [Μαχάων] *Aeſculapii filius. Is ob praeſtantiam medicae artis cum aliis heroibus Graecorum ad Troiam e Creta conuocatus fuit.* Propert. 1, 2, 59 Tarda Philoctetae ſanauit crura Machaon.

MACHAONIVS, a, um. [Μαχαόνιος] Ouid. ex Pont. 1, 3, 5 Machaoniae artes. Idem Rem. Amor. 546 Ille Machaonia vix ope ſanus erit. Saeua Machaonio coierunt vulnera Succo Stat. Silu. 1, 4, 114.

MĀCHĬNA, ae. f. [μηχανή, ἐπίνοια] *Generali notione videtur ſignificare, quidquid ad mouendum aliud excogitatum eſt: v. g. ad onera molienda vt* Horat. Epiſt. 2, 2, 73 Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina lignum. Vitruuius, *qui totum librum decimum* machinis *deſcribendis impendit, ſic incipit*, Machina eſt continens ex materia coniunctio, maximas ad onerum motus habens virtutes — Eſt autem vnum genus ſcanſorium — cum machinae ita fuerint collocatae, vt ad altitudinem tignis ſtatutis et transuerſariis colligatis, ſine periculo ſcandatur ad apparatus ſpectationem. Spiritale eſt, cum Spiritus expreſſionibus impulſus, et plagae vocesque ὀργανικῶς exprimuntur. — Inter machinas et organa hoc videtur eſſe diſcrimen, quod machinae pluribus operibus aut vi maiore coguntur effectus habere, vti baliſtae torculariumque prela. Organa autem vnius operae prudenti tactu perficiunt quod propoſitum eſt *etc.* Plin. 19, 2 ſ. 8 Quanto ſit in vſu omnibus terris, nauium armamentis, machinis aedificationum, *de Sparto.* Mundi machina Lucret. 5, 97. Machina dicitur, *vt ait* Vlpianus, vbi non tam materiae ratio, quam manus, atque ingenii ducitur. Machinae *etiam olim dicebantur, quibus ſerui in ergaſtulo aut alibi continerentur, et coërcerentur.* Amicam, quam palam domi haberet, de Machinis emit Q. Cic. de petit. conſ. c. 2. *intelligit* Cataſtam. *De pictoris apparatu* Plin. 35, 10 Paucis diei horis pingebat, id quoque cum grauitate, quod ſemper togatus, quanquam in machinis. Belli machina *an ſit, equus Troianus, quaerunt* Virg. Aen. 2, 151. Arietaria, *vid.* in ARIES. Frumentaria l. 12 §. 10 D. de inſtructo vel inſtrum. leg. Murales, *vid.* MVRVS. Admouere machinam, *vid.* ADMOVEO. Apponere, *vid.* APPONO. Audere machinas Tacit. Hiſt. 4, 23. Fabricata Virg. Aen. 2, 46. Machinae, *per translationem, Conſilia quibus decipere hoſtem conamur.* Plaut. Bacch. 2, 2, 54 Aliquam machinabor machinam. Cic. de Nat. Deor. 3, 73 — nec quid inde auferam, Nec quem dolum, ad eum, machinamue commoliar, Scio quidquam. *Et paullo poſt*, Quid ergo iſti doli, quid machinae, quid praeſtigiaeque, Num ſine ratione eſſe potuerunt? *Ex Poëta.* Cic. ad Brut. Epiſt. vlt. Ad reliquos hic quoque labor mihi acceſſit, vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adoleſcentem. Machina et Machinari, *de tabulatis illis, et fabrili apparatu aedificationum quaſi κατ' ἐξοχὴν dicitur:* ſcanſorium genus *e* Vitruuio *dictum eſt.* Vlpian. l. 5 D. Commodat. Si ſeruum tibi tectorem commodauero, et de machina ceciderit: periculum meum eſſe Viuianus ait. Sed ego hoc ita verum puto, ſi tibi commodaui, vt in machina operaretur. Caeterum, ſi vt de plano opus faceret, tu eum impoſuiſti machinae: aut ſi machinae culpa factum eſt, minus diligenter non ab ipſo ligatae, vel funium perticarumque vetuſtate: dico periculum, quod culpa contigit rogantis commodatum, ipſum praeſtare debere. nam et Mela ſcripſit, Si ſeruus lapidario commodatus, ſub machina perierit, teneri fabrum commodati, qui negligentius machinam colligarit. Machina, *Ariſtoteli lib. de Poëtica Arte dicitur, quoties in tragoedia adhibendus eſt deus, ad ea, quae ſunt extra fabulam expedienda: quae vel ante facta ſunt, neque hominem ſcire fas eſt, vel poſtea futura ſunt, et praedictionem ac nuntiationem deſiderant. Hac reſpicit* Hor. Art. Poët. 191 Nec deus interſit, niſi dignus vindice nodus Inciderit. *Et hinc Graecorum illud* Deus ex machina, *de ſubito auxilio, vel de commento parum probabili. Conf. Heinſ. de conſtit. tragoed. c. 12.*

MACHINVˇLA, ae. f. Dimin. Feſtus in Groma: Genus machinulae cuiusdam, *vid. eund. in* Incitega, *et* Muſtricola.

MACHINĀLIS, e. Adi. [μηχανικός] *Quod ad machinas ſpectat.* Machinalis ſcientia Plin. 7, 37. Pondus machinale Auſon. Epiſt. 21, 34.

MACHĬNOR, āri. [μηχανάομαι, ἐπινοέω, τεχνάομαι, ἐπιτεχνάομαι] *A* machinis *deſumta metaphora, plerumque eſt Imaginari, cogitare, invenire per dolum.* Cic. Verr. Act. 1, 15 Quum interea aliud quiddam iamdiu machinetur. Plaut. Caſin. 2, 4, 22 Illa iubet mihi, machinate quod lubet quouis modo. Calamitatem alicui A. ad Herenn. 4 c. 8. Necem alicui machinari Liu. 1, 51. *pr.* Peſtem aliquam machinari in omnes. Cic. de Nat. Deor. 3, 66 c. 26. *pr.* Machinari, *etiam in bonam partem accipitur, pro Inuenire ratione.* Cic. de Nat. Deor. 2, 128 Nam primum aliae mares, aliae feminae ſunt: quod perpetuitatis cauſa machinata natura eſt. *De beſtiis.* Nam tibi praeterea quod machiner, inueniamque, nihil eſt: *h. e. Nam quod tibi praeterea excogitem, aut fabricer, quod tibi placeat, nihil eſt* Lucret. 3, 957.

MACHINATVS, a, um. *Actiue, v. g.* Alteri exitium per inſidias Machinata Iuſtin. 39, 4, 6. *Paſſiue* Strepitus machinatus, *i.* Per machinas effectus Salluſt. *apud* Non. 2, 859. *Sic* Illud a P. Antronio machinatum Salluſt. Catil. 48, 7.

MACHINATVS, ûs. m. Apul. Apol. p. 321 Me ſuo machinatu reum poſtulatum, *vid. et* Sidon. Epiſt. 5, 6.

MACHINAMENTVM, i. n. [μηχάνημα, τέχνασμα] *pro Machina.* Liu. 24, 34 Turres contabulatas, machinamentaque alia quatiendis muris portabant. Saxa maxima pondere, dimiſſa per praeceps, machinamenta Confringunt Veget. 4, 8. Tacit. Ann. 12, 45, 4 Nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta et aſtus oppugnationum. Suſpenſum et nutans machinamentum Tacit. Hiſt. 4, 30. Idem Ann. 15, 4 Adiabeni quum promouere ſcalas et machinamenta inciperent, facile detruſi.

MACHINĀTOR, ōris. m. [μηχανοποιός] *i. Architectus.* Tac. Ann. 15, 42, 2. BAEBIO MVSAEO MACHINATORI Inſcr. Grut. p. 642 n. 4. Liu. 24, 34 Archimedes machinator bellicorum tormentorum. Machinatores, qui pegmata per ſe ſurgentia excogitant Sen. Ep. 88. Belli machinator Liu. 1, 28. Doli machinator Tacit. Ann. 1, 10, 2. Omnium architectus et machinator Cic. pro Roſc. Amer. 132. Scelerum omnium improbiſſimus machinator, *h. e. Inuentor et auctor* Cic. in Catil. 3 c. 3. *Quin* Rerum omnium machinator, Deus Lactant. 2, 11. *et* 4, 6.

MACHINĀTRIX, īcis. f. Seneca Medea v. 266 Sed tu malorum machinatrix facinorum.

MACHINATIO, ōnis. f. [μηχάνησις, παλάμη, ἐπιτέχνησις] *Aliquid artificioſe excogitatum* Cic. de Orat. 2, 72 Qui tanquam machinatione aliqua, tum ad ſeueritatem, tum ad remiſſionem animi, tum ad triſtitiam, tum laetitiam eſt contorquendus. *i. Inuentione et aſtutia.* Machinatio, *pro Machina.* Caeſ. Bell. Gall. 2, 21 Primum irridere ex muro, atque increpitare vocibus, quod tanta machinatio ab tanto ſpatio inſtrueretur. *Conf.* Id. 4, 17. Liu. 34, 34 Nunc impenſa quoque magna eget in opera, in machinationes et tormenta, quibus tanta vrbs oppugnanda eſt. *Adde* 37, 5.

MACHINARIVS, i. m. Paullus in l. Si putator. D. Ad legem Aquiliam, Si putator quum ex arbore ramum deiiceret, vel machinarius, hominem praetereuntem occidit, *etc.*

MACHINARIVS, a, um. Adi. Machinarius Commentator Archimedes fuit Solin. c. 5. Mola machinaria Apul. Met. l. 7. Aſinus machinarius Africanus in l. Quum quaereretur. §. vltimo. D. de legat. et fideicommiſ. 3. *Eſt autem* Aſinus machinarius, *Molendarius, qui molit: i. Qui molam machina quadam incluſam voluit et torquet, quam et Machinam frumentariam vocat Iuriſconſultus. Sic Machinalia pondera vocat* Auſonius, *Piſtrinalia pondera;* Qui machinali, *inquit*, ſaxa voluunt pondere. Vlpian. in l. Vel cuius. D. Si menſor. fal. mo. *etc.* Etſi menſor machinarius fefellerit.

MACHINŌSVS, a, um. Adi. [μηχανώδης] Nauigium machinoſum, *apud* Suet. in Neron. c. 34. *Paullo ante Nauem ſolutilem appellarat. q. d. machinatione ſubtili ſtructum.*

MACHIO, ōnis. m. Iſidor. 19, 8 Machiones dicti a Machinis, in quibus inſiſtunt propter altitudinem parietum.

MACHLYAE. [Μάχλυες Herodoto] Populi Africae ſupra Naſamones, quos Androgynos eſſe tradit Calliphanes, vtriusque naturae vicibus inter ſe coëuntes. His Ariſtoteles tradit dextram mammam eſſe virilem, laeuam muliebrem Plin. 6, 2.

MACHLIS, is. f. Fera eſt Scandinauiae inſulae peculiaris, alcae ſimilis, ſed nullo ſuffraginum flexu. Vnde dormitura non cubat, ſed arbori ſe acclinans ſomnum capit: quae a venatoribus ante ſucciſa, quum ſemel ceciderit, erigere ſe non poteſt, eaque ſola ratione capitur: alias mirae velocitatis. Labrum ei ſuperius praegrande: ob id retrograditur in paſcendo, ne in priora tendens inuoluatur Plin. 8, 15. *Harduin. legit* Achlin. *Conf. Cluuer. Germ. Ant.* 3, 47.

MACIA, ae. f. *Herba, alias Anagallis dicta*, Marcel. Emp. c. 1.

MACIDATVS, a, um. *Liquoris infuſione madens.* Apul. Met. 8 p. 210, 6 Ille ſpongiis macidatis tumores comprimere. *Al.* inacidatis. *Elmenh.* madidatis.

MACIES, MACILENTVS, MACIO, are, *vid.* MACER.

MACIR, Plinio 12, 8. *pr. aliis* MACER, [μακὲρ *Dioſcoridi*] Cortex eſt ſubrufus et magnae radicis, qui ex India aduehitur, detractus ex arbore ſui nominis. Genit. Maceris, Scribon. 167.

MACREO, MACRESCO, MACRO, *vid.* MACER.

MACROBII Meroeni [Μακρόβιοι] *ſupra Aegyptum populi: dicti quod ipſorum vitae ſpatium noſtram aetatem dimidio exſuperet.* Meroenos *autem intra Cancri tropicum, et aequatorem eſſe Ptolemaeus auctor eſt. Vid.* Pomponium 3, 10. *Nempe Omnes apud Graecos, qui praeter ſolitum aetatem ſuam protraxerunt*, Macrobii *dicuntur, vid.* Plin. 7, 48. *et* Valer. Max. 8, 13. *extr.* 5.

MACROCHĔRA, ae. f. [μακρόχειρα] *Tunica manicata.* Lampridius in Alex. Seuero c. 33 Macrocheras ex purpura ad vſum ſuum reuocauit.

MACROCOLLVS, a, um. [μακρόκολλος] *proprie enim Adiectiuum eſt, licet vix aliter quam ſubſtantiue, h. e. elliptice poſitum deprehendatur.* Macrocolla *charta, et* Macrocollum *volumen ex maioris moui ſchedis et philyris papyri Aegyptiae contextum, vid.* CHARTA *ex* Plinio, *qui idem* 13, 12 ſ. 24 *de* charta Claudia Auxit et latitudinem. Pedalis

Pedalis erat menſura, et cubitalis macrocollis. Macrocollis, *inquam, non* Macrocolis. *Non enim a κώλῳ membro, ſed a κόλλα glutino dictum eſt* Macrocollum, *non minus quam* Protocollum *etc. vt oſtendit etiam Salm. ad* Vopiſci Firm. p. 705, 1. Cic. Att. 13, 25 Sed tamen ego non deſpero probatum iri Varroni: et id, quoniam impenſam fecimus in macrocolla, facile patior teneri. Idem 16, 3 Sed tamen σύνταγμα miſi ad te retractatius: et quidem archetypum ipſum crebris locis inculcatum et refectum. Hunc tu tralatum in macrocollum, lege in Arcano conuiuis tuis. *Vtroque loco intelligimus,* Macrocolla *eſſe ampliora et pretioſiora volumina, in quae ex commentariis ſordidioribus, per calligraphos ſcripta transferrentur.*

MACROLOGIA, ae. f. Iſidor. 1, 33 Macrologia, longiloquium res non neceſſarias comprehendens.

MACRONOSIA. [μακρονοσία] *Longa aegrotatio eſſe dicitur* Auguſtini.

MACROR, *vid.* MACER.

MACTATOR, MACTE, *etc. vid. poſt* MACTO.

MACTEA, *vel* MATTEA, *vel* MATTYA, ae. f. *Cibi genus delicati, cupediae, et deliciae ciborum quaeuis.* Petron. 65 Hanc humanitatem inſecutae ſunt matteae, — Singulae enim gallinae altiles pro turdis circumlatae ſunt, et oua anſerina pileata, quae vt comeſſemus, ambitioſiſſime a nobis Trimalchio petiit, dicens, exoſſatas eſſe gallinas. *Et* c. 74 Sumtis igitur matteis. *Graecis ματτύη eſt. Vid. Athenaeus* 14, 23. Sueton. Calig. 39 Multis venenatas Macteas miſit. *Sic Burm.* Martial. 10, 59 Diues et ex omni poſita eſt inſtructa macello Coena tibi: ſed te mattea ſola iuuat. *Ita MSS. Gruteriani. Al.* mactea. *Al.* mattya. *Quidam etiam* iuuant, *vt ſit neutrum plurale.* Mart. 13, 89 (92) Inter aues turdus, ſi quid me iudice certum eſt, Inter quadrupedes mattea prima lepus. *Sic Gruter. ex MSS. quidam* mattya. *Vulg. ex emendatione eius, qui* macteam *non intelligeret,* gloria. Sen. Controu. 27 Cum multitudo poſtularet, vt Romam Sabinus cum Turdo proficiſceretur, Sabinus ſilentio facto ait, Ego ad Caeſarem non ſum iturus cum mattea. *Alludit ad* turdum *auem, quam inter* matteas *eſſe, e Petronio vidimus.* Tertull. de teſtim. Anim. 4 Vocas porro ſecuros, ſi quando extra portam cum opſonils et matteis tibi potius parentans, ad buſta recedis, *de epulis ſepulcralibus. Turn.* 22, 6 *reſtitui vult etiam* Varroni de L. L. 4, 22 p. 29, 10 Macteae ab eo quod Graeci μακτύαι.

MACTEŎLA, ae. f. Dimin. Arnobius 7 p. 231 Fruſtilla haec paruula pro ſuauibus macteolis (Mateolis, Matteolis *al.*) ſumunt.

MACTĬCVS, a, um. Qui habet magnas malas, et os patens, quaſi Malacticus. Feſtus *habere dicitur: ſed non inueniebam.*

MACTO, āre. [φονεύω, θύω, σφάττω] *Interficere.* Virg. Aen. 4, 57 Mactant lectas de more bidentes. *Vbi* Seruius, Mactant, Verbum ſacrorum, κατὰ εὐφημισμὸν, dictum, *vt adolere,* nam *mactare* eſt proprie magis augere. *Mallem eſſe quaſi* Magitare. Cic. in Piſon. 16 Quorum ego furori niſi ceſſiſſem, in Catilinae buſto vobis ducibus mactatus eſſem. Caprum mactare Ouid. Faſt. 2, 445. Sic fatus meritos aris mactauit honores, Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo Virg. Aen. 3, 118. Gloriae et vltioni aliquem mactare Tacit. Ann. 2, 13. Iuuencos mactare Virg. Aen. 6, 38. Orco mactare, *In Orcum demittere et praecipitare* Liu. 9, 40. Cic. in Catil. 1, 27 ſ. *extr.* Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non ſummo ſupplicio mactari imperabis? Me dede morti, noxium macta caput Sen. Med. 1005. ¶ 2 *Scilicet proprie* Macto, dictum eſt quaſi Magis aucto, *i.* Augeo. Nam prius quam victimam immolarent, thus ac vinum ſuper eam fundebant. Vnde mactum eſſe taurum dicebant, ture vel vino cumulatam hoſtiam, et magis auctam. *Haec fere* Seruius *ad* Aen. 4, 57. *et* 9, 641. *Et ſane* Mactare, *pro Augere vſurparunt veteres e* Cic. de Repub. 6. Ferunt laudibus, mactant honoribus Nonius 4, 291. Cic. in Vatin. c. 6 Cum puerorum extis Deos manes mactare ſoleas. *Sic* Arnob. 1 p. 24 Liberum patrem fanorum conſecratione mactatis. Idem 7 p. 228 Primum quod Dii boni male non queant facere, etiamſi nullo fuerint honore mactati. Lactant. 5, 9 Eos laudant et honoribus mactant. Non. *l. c.* Mactare, Honorare. Plaut. Tamen honeſte mactatum reducam domum. Accius Didaſcalico 1 Sapientiaeque inuictae gratia atque honoris patera Neſtorem mactauit aurea. Arnob. 5 p. 160 Hiſtoriam — perpetuitatis honore mactaſtis. Id. 7 p. 221 Cum honorari ab homine Deus dicitur, et muneris alicuius oblatione mactari. *Et mox:* Vt inferior Deus ſit, qui honoribus mactatur humanis: homo vero ſublimior, qui auget potentiam numinis. *Sic* p. 222 Dei munus et honor eſt? mactanturque hec illi? *Etiam cum accuſatiuo rei,* Varro de Vita Pop. Rom. *ap.* Non. l. c. Quod Kalendis Iuniis et publice et priuatim fauatam (fabatam) pultem Dîs mactat. *Hinc charientiſmo quodam et lepore dicendi* ¶ 3 Mactare, pro malo afficere, ſeu male tractare ponitur: *vt docet* Nonius *l. c. Sic* Plaut. Curcul. 4, 3, 5 Non pol nunc ego te mediocri macto infortunio: ſed eopſe illo, quo mactare ſoleo cui nihil debeo *Add.* Terent. Phorm. 5, 8, 39. Malo et damno mactare Plaut. Aulul. 3, 5, 61. Cic. pro Cael. 36 Poſt te continuo fecit idem in duobus prodigiis Reip. Clodius, quo etiam maiore malo es mactandus. Re magna mala mactari cupis Plaut. Moſt. 1, 1, 58. Si ſapiam, hoc, quod me mactat, concinnem lutum, *i. Affligit* Plaut. Rud. 1, 2, 8. Cic. pro Flacco c. 22 Huic illi legato — patronum ſuum — mactandum ciuitatis teſtimonio tradidiſſent, *i. iugulandum opprimendum.* Id. Verr. 4, 26 Ius ciuitatis ſupplicio mactatum, *i. ciuis Romanus, ob id ipſum, quod ſe diceret ciuem, in crucem ſublatum.* Mactare, Praecipitare. Accius Antenoridis, Qui aut illorum copias fundam in campo, aut naues vram, aut caſtra mactabo in mare Nonius *c. l.*

MACTANS. Partic. Opis expertes Mactans Lanigeras tanquam pecudes Lucret. 6, 1239.

MACTATVS, a, um. Partic. [τεθυμένος] Hoſtia mactata Hor. Carm. 1, 19, 16. Caper Bacchi mactatus ad aras Ouid. Met. 15, 114. *Sed* ¶ 2 Animas immortalitatis conditione mactatas, Arnob. 2 p. 63. *i. auctas.*

MACTANDVS, a, um. *Aliud* Partic. [θυτέος] Mactanda virgo eſt Theſſali buſto ducis Senec. Troad. 4.

MACTĀTVS, ûs. m. [θύσις] *Immolatio, mactatio.* Lucret. 1, 100 Nubendi tempore in ipſo Hoſtia conciderct mactatu moeſta parentis. *De Iphianaſſa.*

MACTĀTIO, ōnis. f. Arnob. 7 p. 213 Innoxiorum animantium mactatione laetari. *Vid.* Iſid. 6, 19.

MACTĀTOR, ōris. m. [φονεὺς] Seneca Troad. 1002 Perge mactator ſenum.

MACTABĬLIS, e. *Quod mactare poteſt, i. interficere.* Lucret. 6, 805 At quum membra hominis percepit feruida febris: Tum fit odor vini plagae mactabilis inſtar. *Alii legunt* Manabilis, *ſed corrupte. Locus vehementer vexatus. Sed de lectione et ſignificatione huius vocabuli vix dubitandum.*

MACTVS, a, um. *Origine ſua videtur Participium verbi obſoleti* Magere, *quod idem ſignificaſſe putamus, quod augere, quodque ſe habeat ad aduerbium* Magis *ita, vt Graecum μογῶν ad μόγις. Certe ex eodem fonte ſunt* magis, maginus *contracte* magnus maior *quaſi* magior, maximus *pro* magiſſimus: *tum vt ex Ago* agito, *ita ex* Mago Magito *contracte* Macto: *ex eodem* Mago *eſt* Magitus Mactus, *vt* pro agitus actus, *pro* augitus auctus *etc. Certe* Mactum *eſſe auctum, certatim docent Grammatici.* Feſtus, Mactus, *ait,* magis auctus. Seruius *ad* Aen. 9, 641 Macte, magis aucte *etc. Ac videtur ſatis late olim patuiſſe, vt indicat* Lucret. 5, 1238 Vt nunc ſaepe boues Lucae ferro male mactae Diffugiunt, fera facta ſuis cum multa dedere, *i. elephantes malo aucti, male mulcati, primo ſuos retro eundo obierunt, deinde plane diffugiunt. Haec optima lectio, quam librorum auctoritas firmat, et claritas ſententiae. Laudat* Plin. 17, 9 ſ. 6 *e* Catonis 37 Circum ſalicta herbam altam. *Notat ad Catonem* Victorius *in vetuſto Plinio* mactam *legi:* actam *e MSS. profert Dalecampius, vnde poſteriores* auctam *feciſſe videntur. Niſi quis* mactam *interpretatus eſt* auctam. *Certe ſi ponas ita ſcriptum* herbamactam, *ſollemni librariorum more continuatis verbis et* m, *quod geminari debebat, ſemel poſito; vnde reliqua varietas nata ſit, intelliges.* Macta munera *apud* Salluſtium *in libris ſcriptis fuiſſe, et apud* Terentium mactas partes, *et* mactum infortunio Chremetem, *contendit Ia. Mell. Palmerius Spicil. ad* Plauti Mil. *Facis Grut.* Tom. 4 p. 673. *Si* Salluſtii Iug. 13 *et* 80 *reſpicit, vbi* munerum *mentio eſt, nihil praeſidii ſuppeditat Cortiana diligentia. Nec hodie ſunt apud* Terentium, *puto,* mactae partes: *niſi quod* Heaut. 4, 5, 50 *poſſit legi* Omnes te in lauta et bene macta parti putant, *pro* bene acta. *Bentl. ita:* omnes te in lauta eſſe et bene aucta (*quid ni* macta?) re putant. *De* Chremete *eſt locus* Phorm. 5, 9, 45 *vbi ſic Bentl.* Faxo eum tali mactatum atque hic eſt infortunio. *Iſta ergo non ſatis firma. Sed illud tamen manet,* Mactum *eſſe auctum.* ¶ 2 *Speciatim vtuntur hoc verbo in ſacrificiorum verbis ſollemnibus.* Seruius ad Aen. 9, 641 Eſt ſermo tractus a ſacris. Quotiens enim aut tus aut vinum ſuper victimam fundebatur, dicebant, *Mactus eſt taurus vel vino vel ture,* hoc eſt, cumulata eſt hoſtia et magis aucta: *Seruauit formulas paullo alias* Cato de R. R. *verbi cauſa* 132, 1 Iupiter dapalis — macte hac illace dape pollucenda eſto. *Et* c. 134, 2 Iupiter te — precor, vti ſies volens propitius mihi — mactus hoc fercto. *Et mox,* Macte vino inferio eſto. — Iupiter macte fercto eſto. *Et* 139 Harumce rerum ergo macte hoc porco piaculo immolando eſto. *Quid ſibi velit* Macte *pro* Mactus, *deinde videbimus. Iam ipſam formulae vim declarabimus ex* Arnobio 7 p. 236 Operae pretium eſt etiam verba ipſa depromere, quibus, cum vinum datur, vti ac ſupplicare conſuetudo eſt. Mactus hoc vino inferio eſto — *Poſtquam ter poſuit formulam, et quid ſibi vellet* vinum inferium *declarauit, addit.* Quid eſt *hoc* aliud quam dicere, tantum eſto mactus, quantum volo; tantum amplificatus quantum iubeo: tantum honoris aſſumito, quantum te habere decerno *etc. Eſt igitur hic quoque* mactus *auctus,* amplificatus, *honoratus.* ¶ 3 Mactus virtute *dicitur, ſi audimus* Donatum edit. ſecund. p. 1750 *pr. vt* dignus munere. *Etiam hic licet* auctum *intelligere. Ab hoc nominatiuo ſingulari ſine dubio eſt Plur.* Macti *v. g.* Liu. 7, 36 Macti virtute milites Romani eſte; Veſtrum iter ac reditum omnia ſaecula laudibus ferent. Plin. 2, 12 *ad Aſtronomos,* Macti ingenio eſte caeli interpretes rerumque naturae capaces. *Sic editt. antiquae et Dalec. item Hard. Sed* macte *Elzeu.* Curt. 4, 1, 18 Vos quidem macti virtute eſtote. *In his non eſt dubium, quin ſit nomen aut participium adeo,* macti eſte, *i. aucti, ornati hac virtute eſte, creſcite: Sed frequentior multo poſitio* Macte: *eaque vel ſine verbo, vt apud* Non. 4, 291 Accius, Macte his armis, macte virtute patris. Virg. Aen. 9, 64 Macte noua virtute puer! ſic itur ad aſtra. Martial. 12, 6 Macte animi, quem rarus habet, morumque tuorum. Sil. 4, 477 Macte o macte indole ſacra, Vera Iouis proles *i. o Scipio, qui es proles. Sic* Val. Flacc. 6, 547 Macte, ait, o noſtrum genus, et iam certa propago. Stat. Theb. 7, 280 Macte animo iuuenis. *vbi* Gloſſae et Scholia Vet. *apud Barthium, i.* Laudande propter magnanimitatem et contemtum periculorum. Macte, *i.* virtute plene. *Nec aliter* Lutatius *ſ.* Lactantius *eſt,* vt ſi diceret perfectae indolis iuuenis. Id. Stat. Theb. 2, 495 Macte animi tantis qui dignus crederis armis. Gloſſ. Probus es et fortis. Cic. Tuſc. 1, 40 c. 17 A. Errare mehercule malo cum Platone — M. Macte virtute. Ego enim ipſe cum eodem ipſo non inuitus errauerim. *Redimus ad Poëtas.* Sil. 12, 256 Macte o virtutis auitae Macte Antenoride. Stat. Theb. 2, 495 Macte animi, tantis dignus qui crederis armis. Stat. Silu. 1, 2, 201 Macte toris, Latios inter placidiſſime vates. Claudian. in Stilic. 3, 200 Macte nouis Conſul titulis. *In his non temere dubitabit quiſquam, quin* Macte *vel vocatiuus ſit, vel interiectio inde orta. Sic et* Plin. Paneg. 46, 5 Macte hac grauitatis gloria Caeſar, qua conſecutus es *etc. Et* 89, 3 Macte vterque ingenti in remp. merito, cui hoc tantum boni contuliſtis. *Gratulandi et hortandi vbique vox eſt. Interdum adiicitur verbum* eſto. Seneca Epiſt. 66 Macte virtute eſto ſanguinolentis et ex acie redeuntibus dicitur. Lucil. *ap.* Non. 4, 291 Macte, inquam, virtute, ſimulque his verſibus eſto: *vbi verſus, velut res ſacra aut hoſtia offeruntur. vid. n.* 2. Turpil. Macte virtute eſto. Pacuuius Macte eſto virtute operaque Mart. 4, 13 Macte eſto taedis o Hymenaee tuis *i. taedas tibi, o Hymenaee, has accendimus: vel etiam, ſalue cum taedis tuis.* Liu. 7, 10 *Dictator* Macte, *inquit* virtute ac pietate in patrem patriamque T. Manli eſto. Perge, et nomen Rom. inuictum, iuuantibus Dîs, praeſta. Id. 4, 14 Macte virtute, Seruili, eſto, liberata republica. *Et* 23, 15 Itaque macte virtute eſto, Apud me tibi omnis honos atque omne praemium erit. Horat. Sat. 1, 2, 31 Quidam notus homo cum exiret fornice, Macte Virtute eſto, inquit ſententia dia Catonis. Petron. 94 O felicem matrem tuam, quae te talem peperit. Macte virtute eſto. Raram facit miſturam cum ſapientia forma. *In talibus quaeri in primis poteſt, ad quam partem orationis referendum ſit* Macte. *Vulgo ſequuntur Grammatici* Seruii *ſententiam, qui ad* Aen. 9, 641 *vult eſſe* Vocatiuum, poſitum pro Nominatiuo. *Et eſſe Poëtis non infrequentem figuram cum ſecundis perſonis verborum iungere vocatiuum, vbi nominatiuo opus erat, ſatis conſtat. Vid. v. g. Vechner. Hellenol.* 1, 2, 13. *Et militat pro hac opinione poſterior ſyllaba correpta. Itaque etiam Ioſ. Scaliger in hac ſententia eſt epiſt. ad Franc. Vertanianum in Opuſculis a Caſaubono editis* p. 270. *Et Voſſ. de Analog.* 1, 47. *Sed pro aduerbio erudite et calide propugnat Io. Brunsmannus libello, cui titulum fecit, Porticula aduerbiorum, exhibens* macte *in accuſatiuo et vocatiuo funeratum, in aduerbio reuiuiſcens*

iuxta

iuxta ac faculam aduerbialium dictionum pro adiectiuis vſurpatarum. Hafn. 1680, 8. *Naturam certe vocatiui interdum exuit, vt* Liu. 2, 12 Iuberem macte virtute eſſe, ſi pro mea patria iſta virtus ſtaret, *in quo conſentiunt MSS. vt fruſtra* mactum *ſubſtituant viri docti. Sic* Cic. Att. 15 *extr.* Seruulos autem dicere, eum et agripetas eiectos a Buthrotiis. Macte! Sed amabo te, perſcribe mihi totum negotium. *Sic poſitum* Macte! *vt* Euge *etc. Claudimus hanc diſputationem in loco* Flori 2, 18 *extr. quem ita legendum et interpungendum putamus. Agit de Numantinis.* Duces ſuos ſeque, patriamque, ferro et veneno, ſubiectoque vndique igne peremerunt. Macte! Fortiſſimam et meo iudicio beatiſſimam in ipſis malis ciuitatem! Aſſeruit cum fide ſocios *etc. Sic fere Freinsbemius, niſi quod* Macte ciuitatem *iunxit, vt* Bene me, bene te, bene nos, bene Meſſalam.

MACTRA, ae. f. *Graeca vox, quam idem plane ſignificare ac κάρδοπον, obſeruat* Gell. 13, 24. *i. arcam panariam, vel vas, in quo ſubigitur panis. Volunt illam vocem quidam reſtituere* Petronio c. 74 *et pro corruptis* ſede machillam illam ſuſtuli *legere* ſed de mactra, *vel* MACTRILLA illam ſuſtuli *i. de piſtrino et panificio. Vid.* Lex. *apud* Vulcan. p. 265 Magidem *μάκτραν.*

MACVLA, ae. f. [κηλὶς, σπίλος, μῶμος] *Labes, ſiue ſordes.* Plin. 20, 8 f. 28 *de beta ſilueſtri* Aqua et e radice coctae maculas veſtium elui dicunt. *Sed et pars quaeque diuerſicolor* Macula *eſt.* Lucentes maculae *marmoris* Stat. Silu. 1, 5, 38. Pullis maculis infuſcate vellera *aries* Virg. Georg. 3, 389. Plaut. Capt. 3, 4, 24 Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Plin. 13, 15 Maculaeue diſcolores. Nigrae maculae ſub aduerſo pectore Ouid. Amor. 3, 5, 43. Squalentes auro Virg. Georg. 4, 643. Inſignis bos maculis Id. ibid. 3, 55. Albis maculis bicolor equus Idem Aen. 5, 566. *Conf.* Id. 9, 49. Emendare, Extrahere maculas Plin. 20, 13. Fugare maculas ore Ouid. de Medic. faciei 78. Increſcunt maculae ac Verrucae, *vid.* INCRESCO. Tollere maculas e facie Plin. 20, 2. ¶ 2 *Metaphor.* Macula, *Infamia.* Cic. Verr. 1, 11 Cuius vt adoleſcentiae maculas, ignominiasque praeteream. Ter. Adelph. 5, 8, 32 Vitium commune omnium eſt, Quod nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus: hanc maculam nos decet effugere. Cic. pro Corn. Balb. 15 c. 6 Eſt huius ſaeculi labes quaedam et macula virtuti inuidere. Id. pro Roſc. Com. 133 Legationis ipſius caerimoniam polluerit, maculaque Affecerit. Aſpergere maculis, *vid.* ASPERGO. Concipere, *vid.* CONCIPIO. Delenda eſt vobis illa macula Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta Cic. pro Lege Manil. 7. Id. pro Sext. 63 c. 29 Illa in Repub. macula regni publicati maneret, quam nemo iam poſſet Eluere. Imprimere maculam laudibus Senec. Herc. Oet. 11. Macula quae penitus iam Inſedit, atque Inueterauit in Populi Romani nomine, *vid.* INSIDEO, *et* INVETERO. Inurere aeternas maculas alicui, quas reliqua vita eluere non poſſit Cic. in Salluſt. 16. Luere maculas ſanguine, *vid.* LVO. Suſceptam delere Cic. pro Lege Manil. 7 c. 3. Paucae maculae in carmine Hor. de Arte Poët. 352. ¶ 3 Macula, *Foramen retis, ſeu plagae* Cic. Verr. 5, 27 c. 11 Reticulumque ad nares ſibi apponebat tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenum roſae. Varr. de R. R. 3, 11 Idque ſeptum totum rete grandibus maculis integitur, ne eo inuolare aquila poſſit, neue ex ea euolare anas. Diſtincta maculis retia Ouid. Epiſt. 5, 19. *Add.* Auſon. Epiſt. 21 *ad* Thebonem, Nemeſian. Cyneg. v. 30. ¶ 4 Macula *etiam dicitur gemma Aelicardios* Plin. 37, 10 *extr.*

MACVLŌSVS, a, um. Adi. [σπιλωτὸς, κατάστικτος] *Maculis deformis, certe conſpicuus.* Cic. Philipp. 2, 73 Auctionis vero miſerabilis adſpectus, veſtis Pompeii non multa, eaque maculoſa. Virg. Aen. 1, 327 Succinctam pharetra, et maculoſae tegmine lyncis. Plin. 35, 6 Glebis ſuus colos, extra maculoſus. Cutis maculoſa Plin. 26, 1. Fulgor maculoſus ſquamam incendebat auro, *de ſerpente* Virg. Aen. 5, 87. Litera maculoſa ſuffuſas habet lituras Ouid. Triſt. 3, 1, 15. Maculoſa myrrha Martial. 10, 80. Notis grandibus maculoſus, *ſerpens* Virg. Georg. 3, 427. Vellere maculoſo velat corpus Ouid. Met. 3, 197. Maculoſus homo, *per translationem, pro Immundo et impuro.* Cic. Att. 1, 13 (16) Non enim vnquam turpior in ludo talario conſeſſus fuit, maculoſi Senatores, nudi Equites, Tribuni *etc.* Iupiter in expugnanda feminarum pudicitia maculoſus Lactant. 1, 10 *ſub fin.* Auaritia, et libidine foedus, et maculoſus Tacit. Hiſt. 1, 7, 2. Dedecore maculoſus Id. ibid. 3, 38, 6. Nefas maculoſum Hor. Carm. 4, 5, 22. Oratio maculoſa Petron. c. 2. *opponitur pudicae, et eſt quaſi meretricio fuco imbuta: vid. Berger. de Pulchrit. orat. p. 11 ſeq. Add.* MACVLATVS.

MACVLO, āre. [σπιλόω] *Deturpare, foedare.* Plaut. Capt. 3, 4, 24 Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? *Metaph.* Plin. Epiſt. 6, 31 Nupta haec Tribuno militum honores petituro, et ſuam, et mariti dignitatem, Centurionis amore maculauerat. Terram tabo maculant Virg. Aen. 3, 29. Ferrum maculauit ſanguine Ouid. Met. 7, 315. Gloriam turpi morte Nep. 4, 5, 4. Nomen alicuius crimine Virg. Aen. 10, 851. Cic. de Aruſp. Reſp. 27 c. 13 Quo minus caſtiſſimos ludos omni flagitio pollueret, omni dedecore macularet. Maculare partus ſuos parricidio, *ſanguine parentum liberos vel nepotes reſpergere* Liu. 1, 13 *pr.* Sanguine maculans ſola terrae Catul. 61 (64) 7. Metus poenarum maculat praemia vitae Lucret. 5, 1150.

MACVLATVS, a, um. *Inquinatus. It. de ornatu:* Perque leuem et multo maculatam murice Tigrim. Val. Flacc. 6, 704.

MACVLABILIS, *vnde* IMMACVLABILIS, *v. v.*

MACVLATIO, ōnis. f. Firmic. 1, 3 Ignauus ille vir, et omni infamia maculationeque pollutus. Item 3, 15 Matrem ignobilem, vel aliqua infamiae faciet maculatione pollutam. Maculationibus conuariat Apul. Apol. p. 306.

M A D

MADAROSIS. [μαδάρωσις] *Latine Glabritas, medicis affectio eſt, vbi ex palpebris defluunt pili. De hac* Celſ. *Galen. et alii, vt refert* Cael. 19, 1.

MADAVRA. [Μαδαύρα] *Ciuitas in confinio Getuliae, et Numidiae, a qua* Apuleius MADAVRENSIS *eſt vocatus.*

MADEFACIO, *vid. paullo poſt.*

MADEO, ui, ēre. [κάθυγρος εἰμὶ] *Madidum eſſe, et humore aliquo conſperſum.* Plin. 8, 25 Tergoris ad ſcuta galeasque impenetrabilis praeterquam ſi humore madeat: *de Hippopotamo.* Plaut. Moſt. 1, 3, 9 *nugatoria allegoria de meretrice adoleſcens,* Haec illa eſt tempeſtas mea, mihi quae modeſtiam omnem detexit, tectus qua fui: quam mihi amor et cupido in pectus perpluit meum: neque iam vnquam obtigere poſſum. Madent iam in corde parietes. Enſis cruore maduit Ouid. Met. 13, 389. Lucan. 1, 95 Fraterno primi maduerunt ſanguine muri. Genae madent imbre triſti Catul. 66 (68) 56. Humus madebit caeleſti rore ſparſa Ouid. Faſt. 1, 312. Natabant pauimenta vino, madebant parietes Cic. Philipp. 2, 105 c. 41. Pocula madeant generoſo Baccho Tibul. 3, 6, 5. Vindemia madet nimbis continuis Martial. 1, 27. ¶ 2 *Ad ebrietatem refertur:* Vino membra madent Plaut. Truc. 4, 4, 2. Vino madere Martial. 11, 16. Apul. Met. 3 p. 137, 21 Crapula madens. Madet homo Plaut. Moſt. 1, 4, 7. *i. ebrius eſt. Conf.* Drakenb. ad Sil. 12, 18. Mero Tibul. 2, 2, 8. Id. 2, 1, 30 Vina diem celebrent non feſta luce madere Eſt rubor, errantes et male ferre pedes. Mens madet Lucret. 3, 478. *in deſcriptione ebrii. Sed noua metaphora,* Metu madere: *h. e. Prae timore ſudore aſperſum eſſe* Plaut. Moſt. 2, 1, 48. *vel, metu ebrium quaſi, i. plenum eſſe.* Sermonibus Socratis madet Hor. Carm. 3, 21, 9. Madet, *i. Refertus et plenus, et quaſi ebrius eſt praeceptis Socraticis. Hoc enim magis placet, quam quod* Acron *ait,* Madet, *i.* Fluit. Martial. 7, 78 Cuius Cecropia pectora voce madent. Diuitiis madent fercula Propert. 4, 4, 76. Arte madent ſimulacra, et docta vagantur? *Ironice de ſpectris Epicuri* Lucret. 4, 793. Madere, *pro Coqui.* Virg. Georg. 1, 196 Et quamuis igni exiguo properata maderent. Plaut. Perſ. 1, 3, 12 Collyrae facile madeant, et coliphia. Idem Men. 2, 2, 51 Iam ergo haec madebunt faxo, nihil morabitur. *Rurſum* Aul. 1, 3, 28 Madida quae mihi appoſita, *i. Cocta.*

MADENS, entis. Partic. [κάθυγρος ὢν] *Humore aliquo conſperſus.* Cic. Poſt Red. in Senat. 12 Primum proceſſit: qua auctoritate vir? vini, ſomni, ſtupri plenus, madenti coma, compoſito capillo, *i. Vnguento illita et vncta.* Enſe madens, *i. Cruore madens hauſto ab enſe* Stat. Theb. 3, 230. Fletu madens os Ouid. Triſt. 3, 5, 12. Madens *pro Coctus.* Caules Samonic. 295. Siliquae Id. 315. Oculis madens, *Flens* Stat. Silu. 5, 3, 58. Sanguine madens veſtis, *apud* Quinctil. 6, 2. *de praetexta Caeſaris interfecti.* Sudore madens Petron. c. 6.

MADESCO, ēre. [καθυγραίνομαι, διαίνομαι] *Humeſcere vel humectari.* Partes corporis paullum madeſcunt Celſ. 3, 6. *Pro coqui* Columel. 11, 3, 23 Haec enim res efficit, vt in coctura celerius madeſcat, et viridem colorem ſine nitro conſeruet. *De braſſica transferenda loquitur. Sic* Col. 10, 398 *de cucumere* Riguoque madeſcit luteus aruo, *i. molleſcit, percoquitur, coqui enim dicuntur, quae matureſcunt,* madere *autem et* madeſcere *idem eſſe quod coqui obſeruamus. De coctione* Apic. 8, 1 Aqua marina — aprum elixas, quousque madeſcat: corium ei tolles. Madeſcere, *etiam extrinſecus dicitur.* Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 311 Largis tunc imbribus ora madeſcunt. Tellus madeſcit nubibus Ouid. Met. 1, 65.

MADEFĂCIO, ēci, actum, ĕre. [καθυγραίνω, διαίνω] *Inficere, et humore adſpergere.* Cic. de Diuin. 1, 68 c. 32 Vaticinatum, madefactum iri minus XXX diebus, Graeciam ſanguine. Virides madefecerat herbas Sanguis fuſus Virg. Aen. 5, 330. Madefacere terram Columel. 2, 4. Plaut. Pſeud. 1, 2, 51 Vino — vos voſtros panticesque adeo madefacitis, cum ego ſim hic ſiccus.

MADEFĪO, ĕri. [διαίνομαι] *Extrinſecus aqua, alioue liquore adſpergi.* Sueton. in Caeſ. 64 Quum decidiſſet in mare, per ducentos paſſus euaſit ad proximam nauem elata laeua, ne libelli, quos tenebat, madefierent. Caede madefieri Ouid. Met. 15, 824. Sepulcra madefient caede Catul. Argon. 62, 368. Tyrio madefactus tempora nardo Tibull. 3, 7, 31. Imbuti ſanguine Gladii, madefacti praelio Cic. Phil. 14, 6 c. 3 *pr.* Plumae madefactae ſanguine Ouid. Met. 6, 529. Terra madefacta cruore Id. Met. 8, 402. Apic. 3, 15 *extr.* Caules madefactos in aqua abſinthii contegito.

MADEFACTIO, ōnis. f. Octau. Hor. 1, 2.

MADEFACTO, āre. Venant. Fortun. 1, 21, 26. Plauto Pſeud. 1, 2, 51 *etiam tribuitur a* Nonio 4, 426. *Hodie legitur* Madefacitis, *vt vidimus.*

MADIFĬCO, āre. Plin. 28, 7.

MADĬDVS, a, um. Adi. [ὑγρὸς, κάθυγρος, δίυγρος] *Aliquo liquore reſperſus. Cui opponitur* Siccus. Plin. 13, 24 Hieme vero quod inaruit, madidum. Alis madidis euolat Notus Ouid. Met. 1, 264. Barba Id. ib. 1, 339. Capilli madidi myrrha Id. ibid. 5, 53. Ille Faſciculus totus aqua madidus mihi redditus Cic. ad Q. Fratr. 2, 11. Genae Ouid. de Arte Am. 1, 660. Palus Ouid. de Arte Am. 1, 554. Veſtis Virg. Aen. 5, 179. ¶ 2 *Vt verbum* Madere, *ita hoc nomen de iis adhibetur, quae coquendo mollita ſunt. vt* Cortex fiat madida Scribon. 248. Mala fiunt madida Scrib. 41. 111. 158. Collyrae facite vt madeant et colliphia: ne mihi incocta detis. — nihil ſunt crudae, niſi quas madidas glutias Plaut. Perſ. 1, 3, 12. *Conf. Douſa Praecid. in* Petron. c. 1. ¶ 3 Madidus, *pro Ebrio ponitur aliquando, quemadmodum prius* Madere vino *poſitum eſt.* Plaut. Amph. 3, 4, 18 Faciam vt ſit madidus ſobrius, *i. Efficiam, vt videatur ebrius, quum nihil biberit. Nempe imbutum ſignificat,* Martial. 5, 24 Non niſi vel cocco madida, vel murice tincta. *Et Metaph.* Idem 1, 40 Si quis Cecropiae madidus Latiaeque Mineruae Artibus. *Compar.* Semina madidiora Plin. 27, 5 f. 21.

MADĬDE. Adu. Plaut. Pſeud. 5, 2, 7 Non vides me vt madide madeam.

MADĬDO, āre. [ὑγραίνω] *Madidum eſſe.* Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 88 Ille nouo madidantes nectare pennas Concutit, et glebas foecundo rore maritat. *i. Imbutas, madidas. Sed actiue* Proluuie linerent et madidarent ſe ſua Arnob. l. 2. Mero multo madidari Id. l. 5. Madidatae ſpongiae Apul. Met. l. 8. Madidata ex imbribus arua Arnob. l. 1.

MADOR, ōris. m. [ὑγρασία] *Humiditas.* Salluſt. *apud* Non. 2, 534 Quaſi par in oppido feſtinatio, et ingens terror erat, ne ex latere noua munimenta madore infirmarentur. *Add.* Ammian. 17, 15. *et* 20, 14. Arnob. 2 p. 70.

MADON, i. n. Vitis alba alias dicitur, *teſte* Plin. 23, 1 *qui et iſta habet* Huius ſarmenta longis et exilibus internodiis geniculata ſcandunt. Folia habet pampinoſa, ad ſimilitudinem hederae.

MADVLSA, ae. m. [μέθυσος] *Ebrius, quia madidus ſatis vino ſit.* Plaut. Pſeud. 5, 1, 7. *Apud* Feſt. Maduſa, *ſine* L, *legitur his verbis;* Maduſa, Ebrius, a Graeco μαδᾷν, deductum: vel quia madidus ſit vino. *Sed etiam hic quibusdam* Madulſa *magis placet.*

M A E

MAEANDER, dri. m. [Μαίανδρος] *Cum Diphthongo, qui et* MAEANDRVS, *Fluuius Phrygiae ſiue Maeoniae, ita ſinuoſis flexibus, vt ſaepe*

credatur ad fontem reuerti. Per Phrygiam currit, Lydiamque diſterminat a Caria. Perſonam faciunt Poëtae et hunc fluuium, dantque illi Cyaneen *filiam, e qua* Miletus Caunum *et* Byblida *ſuſtulerit.* Ouid. Met. 9, 450. ſq. *De vario eius flexu* Ouid. Met. 8, 162 Non ſecus ac liquidus Phrygiis Maeander in arnis Ludit et ambiguo lapſu refluitque, fluitque. *Add.* Sil. 7, 139. Plin. 5, 29 Maeander ortus e lacu in monte Aulocrene, *etc.* Apamenam primum peruagatur regionem, mox Eumeneticam, ac dein Bargylleticos campos: poſtremo Cariam placidus, omnesque eos agros fertiliſſimo rigans limo, ad decimum a Mileto ſtadium lenis illabitur mari. Vagus Maeander incerta vnda ludit Senec. Herc. fur. 5, 9. Maeandri. *Eraſmus, Quum res agitur non ſimpliciter, ſed vafris et obliquis conſiliis, Maeandros dicimus: metaphora ſumta a fluuio Maeandro, qui ſinuoſus ac flexuoſus labitur: vnde et nomen habere videtur, quaſi oberret, quaerens hominum conſortia.* Cic. in Piſon. 53 c. 22. Quos tu Maeandros, dum omnes ſolitudines perſequeris, quae diuerticula, flexionesque quaeſiſti? tortuoſe ſerpens. Qui mille per Maeandros Fraudesque flexuoſas Agitas quieta corda Prudent. Cath. 6, 141. Maeandri more: *h. e. Flexuoſe et tortuoſe* Columel. 8, 17. Virg. Aen. 5, 251 Victori chlamydem auratam, quam plurima circum Purpura, Maeandro duplici Meliboea concurrit. *Vbi* Seruius, Maeandro duplici, flexuoſo. Et hoc dicit, Erat in chlamyde, flexuoſa, et in ſe remeabilis purpura, in modum Maeandri fluminis Cariae prouinciae. Feſtus *neutro genere dicit,* Maeandrum, *inquit*, genus picturae, dictum eſt a ſimilitudine flexus amnis, qui appellatur Maeandrus. *Add.* Non. 2, 550.

MAEANDRIVS, a, um. Adi. Ouid. Met. 9, 573 Iuuenis Maeandrius, *Caunus, qui cum Byblide ſorore ex Cyanee Maeandri filia natus erat.*

MAEANDRĬCVS, a, um. Adi. Tertull. de Pallio c. 4 Fluxus Maeandricus, *Salmaſ. reſtituit*, Menandricus, *quem vid.* p. 339.

MAEANDRĀTVS, a, um. Adi. *antiquum.* Varr. Mihi facies maeandrata, et vermiculata, atque etiam adeo ingens (*alii* cingens) orbem terrae. *Ex* Non. 2, 550. *Conf. Heinſ. ad* Prudent. Cath. 6, 141 p. 13.

MAECĒNAS, ātis. m. [Μαικήνας] *Sic enim ſcribendum eſt, non vt quidam,* Moecenas, *vel vt alii,* Mecaenas, *Cilniorum cognomen. Plures fuerunt Romani, qui hoc nomine vſi ſunt. Primus omnium memoratur a* Silio 10, 40. *Proximus ab illo eſt, cuius mentionem fecit* Cicero pro Cluent. 153. *Fuit autem celeberrimus ille, qui tempore Auguſti floruit, ab Hetruriae regibus oriundus, cui, tanquam vnico literarum ac literatorum patrono, Virgilius Georgica ſua, et Horatius primum Carminum ſuorum inſcripſit. Hinc* Martial. 8, 56 *eos vocat* Maecenates, *qui doctis fauent, et patrocinantur.* Sint Maecenates, non deerunt, Flacce, Marones. *De* Maecenatis *vita, moribus et rebus geſtis exſtat liber ſingularis* I. H. Meibomii.

MAECENATIĀNVS, a, um. Adi. *Quod Maecenatis eſt.* Suet. Neron. 38 Turris Maecenatiana.

MAELIVM, i. n. Varro de R. R. 2, 9 Maelium eſt cingulum circum collum ex corio firmo cum clauulis capitatis. *Al.* Millus, *ex coniectura Scaligeri, vid.* MILLVS.

MAELIVS, *vid.* MELIVS.

MAENA, ae. f. [μαινὶς] *Piſciculus marinus, non magni pretii.* Cic. de Fin. 2, 91 c. 28 Qui voluptatem ipſam contemnunt, iis licet dicere, ſe acipenſerem maenae (*editur* Menae) non anteponere. *Sale condiebatur in orcis:* Perſ. 3, 76 Maenaque quod prima nondum defecerit orca. Mart. 12, 32 Fuiſſe gerres atque inutiles maenas, Odor impudicus vrcei fatebatur, Qualem marinae miſit aura piſcinae. *Cum irriſione ab* Arnobio 3 p. 118 Neptunus *vocatur* piſtricum dominus atque maenarum. Plaut. Poen. 5, 5, 33 Deglupta maena *conuicium in hominem impurum et contemtiſſimum. Male enim* Maenas *vel* Mena *ibi legitur.* Ouid. Halieut. 120 Fecundumque genus Maenae, Lamyrosque, Smarisque. Maenas *etiam quidam inueniunt* Caton. 23, 2 Menae emantur, *vbi al.* Bennae. *Certior eſt locus* 188 *de muria probanda*, Maenam aridam, vel ouum demittito: ſi natabit, ea muries erit, vel carnem, vel caſeos, vel ſalſamenta quo condias. *Quae de* Maena *diximus omnia et plura multo habet Heinſ. ad* Ouid. Faſt. 2, 578 Obſutum maenae torret in igne caput. *De vſu praeſertim medico multa Io. Rhodius ad* Scribon. 71. *Plura ſuppeditare volenti poteſt Index Harduini in Plinium.*

MAENVLA, ae. Plinii *eſſe dicitur, vid.* MAENOMINIA.

MAENAS, ădis. f. [Μαινὰς] *Mulier bacchio furore concitata, a* μαίνεσθαι, *i. furere, inſanire dicta.* Seneca Med. 382 Incerta qualis entheos curſus tulit, Cum iam recepto Maenas inſanit deo. Sil. 3, 102 *Bacchus* Concutiens thyrſo atque armata Maenade Calpen. Catull. de Aty ſ. 62, 23 Vbi capita Maenades vi iaciunt hederigerae. Ouid. Met. 11, 22 Maenades *vocantur Thraciae mulieres, a quibus Orpheus diſcerptus eſt. Sic* Martial. 11, 85 Ad matrem fugiat Pentheus, ad Maenadas Orpheus. Ouid. Faſt. 6, 504 Lucus erat, dubium Semelae Stimulaene vocetur; Maenadas Auſonias incoluiſſe ferunt. Iuuenal. *acerbe transfert hoc nomen ad mulieres libidine inſanientes* 6, 316 Cornu pariter vinoque feruntur Attonitae, crinemque rotant, vlulantque Priapi Maenades. Prop. 3, 6, 14 Seu ſequitur medias Maenas vt icta vias. *Sic Brouckh. al.* acta.

MAENALVS, i. m. *et* MAENALA, orum. [μαίναλον] Mons Arcadiae altiſſimus, *vt auctor eſt* Plin. 4 et amoeniſſimus ad Argos, *vt ſcribit* Liu. 33. Virg. Ecl. 8, 22 Maenalus, argutumque nemus, pinosque loquentes Semper habet: ſemper paſtorum ille audit amores. Frondens Maenalus Stat. Theb. 9, 639. Pinifer Virg. Ecl. 10, 55. Maenala. Virg. Georg. 1, 17 Tua ſi tibi Maenala curae, Adſis ô Tegeaee fauens. Horrenda latebris ferarum Maenala Ouid. Met. 1, 216. *Diuerſitas generis eſt a ſubſtantiuis, quae intelliguntur.* Maenalus mons, Maenala iuga, *vt Graece* Μαίναλον ὄρος. Seruius *ad* Georg. 1, 17 Menala *ſcribit ſine Diphthongo, et deriuat* ἀπὸ τῶν μήλων, *ab ouibus, quibus abundat.*

MAENALIVS, a, um. Adi. [Μαινάλιος] *Quod eſt ex Maenalo. Vnde* Bacchus *dictus eſt* Maenalius, ἀπὸ τοῦ μαίνομαι, *quod eſt Furere, inſanire. Siue a* Maenalo *Lycaonis filio. Et* Aper Maenalius, *quem Hercules Euriſteo detulit. Et* Verſus Maenalius, *i. Arcadicus* Virg. Ecl. 8, 21. Deus Maenalius, *Faunus* Ouid. Faſt. 4, 650. Ferae Ouid. Amor. 1, 7, 14. Nemus Stat. Theb. 9, 719. Sinus Ouid. Met. 5, 608. Siluae Ouid. de Arte Am. 2, 193.

MAENALIS, ĭdos. f. Patronym. [Μαιναλὶς] Ouid. Triſt. 3, 11, 8 Cumque truci Borea, Maenalis vrſa videt. *Poſitum eſt pro adiectiuo, i. Vrſa Maenalia, i. Arcadica, et intelligit Arcton.*

MAENARIA. Inſula eſt in mari Liguſtico, ita dicta a Maenis piſcibus, quorum ibi magna capitur copia. Meminit inſulae huius Plin. 3, 6.

MAENIS, *vid.* MAENA.

MAENIA *Gens Romana, (cuius nomen hac diphthongo ſcribi in denariis et lapidibus, viri docti obſeruarunt) e qua* C. Maenius, [Μαίνιος] COS. *Rom. anno ab Vrbe condita* CCCCXVII, *deuictis Antiatibus, eorum roſtra nauium aerata in foro poſuit, appellarique inde ea pars fori* Roſtra *coepit. Auctor* Liu. 8, 14. Plin. 34, 5 ſ. 11 *de eodem,* Antiquior (*quam bigarum*) columnarum (*celebratio*) ſicut C. Maenio, qui deuicerat priſcos Latinos — eodemque in conſulatu in ſuggeſtu roſtra deuictis Antiatibus fixerat Anno vrbis CCCCXVI. *Haec igitur fuiſſe videtur* Columna Maenia, *cuius mentionem facit* Cic. Diuin. in Caecil. 50 c. 16. *et obſeruat* Aſconius, Fures et ſeruos nequam apud Triumuiros capitales apud eam columnam puniri ſolitos. *Oſtendit hoc diſerte* Cic. pro Cluent. 38 *et* 39 c. 13 In Aſinium (*caedis ſuſpectum*) inuadunt, et ante pedes Q. Manilii, qui tum erat triumuir, conſtituunt — Ille Manilius ex petulanti atque improbo ſcurra in diſcordiis ciuitatis ad eam columnam, ad quam ſaepe multorum conuiciis perductus erat, tum ſuffragiis populi peruenerat. *Add.* COLVMNARII. *Sed ponamus etiam alia Aſconii verba:* Maenius, cum domum ſuam venderet Catoni et Flacco cenſoribus (*vid.* Liu. 39, 44) vt ibi baſilica aedificaretur, exceperat ius ſibi vnius columnae, (*forte in vicem illius ipſius, quae gloriam gentis ſeruabat, ante domum C. Maenii olim poſita, de qua audiuimus modo Plinium*) ſuper quam tectum proiiceret ex prouolantibus tabulatis, vnde ipſe et poſteri eius ſpectare munus gladiatorium poſſent, quod etiam tum (*quum nondum eſſet Amphitheatrum*) in foro dabatur. *Hunc domus ſuae venditorem volunt eſſe veteres Scholiaſtae, cuius nomine decoctores et prodigos notat* Horatius Sat. 1, 3, 22. *et* Epiſt. 1, 15, 26. *Ab huius porro columnae projectu, quod memorat Aſconius,*

MAENIANA *dicta volunt Grammatici. Diſerte* Non. 1, 333 Maeniana ab inuentore eorum Maenio dicta ſunt, vnde et columna Maenia. Cic. Acad. 4 Item ille, quum aeſtuaret veterum vt Maenianorum ſic Academicorum vmbram ſecutus eſt. *Haec* Nonius. Feſtus, Maeniana aedificia a Maenio ſunt appellata: is enim primus vltra columnas extendit tigna, quo ampliarentur ſuperiora. *Similia* Iſidorus 15, 3 *quae, licet corruptiſſima, tamen ad declarationem* Maenianorum *faciunt.* Maeniana dicta ſunt, quod maneamus. Maenianus collega Craſſi in foro proiecit materias, vt eſſent loca, in quibus ſpectantes inſiſterent, quae ex nomine eius Maeniana appellata ſunt (*ita melius antiqua editio* 1489. *quam Gothofr.* eſt) Haec et Solaria, quia patent Soli. Poſt haec alii lapide, alii materia (*i. lignis*) aedificauere, porticibus Maeniana et foribus et domibus adiiecerunt. Vitruu. 2, 8 p. 31 Maenianorum *in domibus priuatis, et* 5, 1 *in porticibus fori mentionem facit.* Sueton. Calig. 18 Commiſit et ſubitos (*ludos*) cum e Gelotiana (*domo*) apparatum circi proſpicientem pauci ex proximis Maenianis poſtulaſſent. Ammian. 27, 9 de *Praetextato Praefecto vrbis in laudibus illius commemorat,* Maeniana ſuſtulit omnia, fabricari Romae priſcis quoque vetita legibus, et diſcreuit ab aedibus ſacris priuatorum parietes, iisdem inuerecunde connexos. Iauolenus l. 242 de V. S. Proiectum *ita definitum ait* a Labeone, quod ita proueheretur, vt nusquam requieſceret, qualia Maeniana et ſuggrundia eſſent. Paullus l. 20 ff. de ſeruit. praed. vrb. Idem eueniet, et ſi maenianum in tuum immiſſum habuero. *Supereſt vt Salmaſianae ſententiae mentionem faciamus, qui ad* Spartiani Peſc. Nigr. *extr.* p. 676 *nugas magnas eſſe ſibi perſuadet, quae de* Maenianorum *a* Maenio *deriuatione prodidere Grammatici. Ipſe a* moenibus *deſcendere ait, i.* peribolis, περιβόλοις, loricis, *quibus munirentur in circuitu Solaria contra praecipitii periculum. Sed non probauit, illam loricam dici* maenia: *neque analogian deriuationis illius protulit: quae in propriis nominibus eſt frequentiſſima. Itaque liceat nobis in etymologia minime abſurda manere, dum idoneis argumentis ea refellatur. Conferri poſſunt cognatarum rerum nomina* CHALCIDICVM, DOMA, ITERVM, PODIVM, PROIECTVM, BOPHORVM.

MAENOMĔNON, i. n. *ſcil.* Mel. [μαινόμενον μέλι] Genus eſt mellis venenati, quod in Ponto ex rhododendri flore contrahitur; ita dictum ab inſania quam gignit Plin. 21, 13. ¶ 2 Maenomenae *videntur poſteriori aetate dicti piſciculi* Maenae. *Certe ita interpretatur Heinſ. ad* Ouid. Faſt. 2, 578 *locum in* vita S. Ioannis Eleemoſynarii c. 19 Mitte reſtes ſiccatorum piſcium, qui maenomenae dicuntur. *Eadem ſunt, ſi Heinſium audimus,*

MAENOMINIA *apud* Io. Caſſian. Inſtit. 4, 22 Piſciculi minuti, ſaliti; quos illi Maenominia vocant, ſumma voluptas eſt.

MAEONIA. [Μαιονία] *Lydia eſt, regio minoris Aſiae. Vnde* Maeones, *populi.*

MAEONIVS, a, um. Adi. [Μαιόνιος] Bacchus Maeonius Virg. Georg. 4, 380. Puellae Ouid. Epiſt. 9, 65. Ripae Ouid. Met. 2, 252. Senex Maeonius, *Homerus* Stat. Silu. 2, 1, 117. Homerus Maeonius Hor. Carm. 4, 9, 5. Maeonius, *abſolute, dictus eſt Homerus.* Martial. 14, 183 Perlege Maeonio cantatas carmine ranas. Carmen Maeonium, *Homericum* Hor. Carm. 1, 6, 2. Carmine Maeonio conſurgere Ouid. ex Pont. 3, 3, 31. Chartis Maeoniis condere aliquid Ouid. ex Pont. 4, 12, 27. Maeonius Automedon, *titulus erat Satirae cuiusdam* Varronis, *quo nomine ſignificabantur iuuentutis inſtitutores rectoresque, eam Homeri et Poëtarum ſcriptis erudientes. Sic Turneb.*

MAEONIDAE, arum. *Lydii* Virg. Aen. 11, 759.

MAEONĬDES. [Μαιονίδης] *per excellentiam dicitur Homerus.* Martial. 5, 10 Et ſua riſerunt ſaecula Maeoniden.

MAEŎNIS. f. [Μαιονὶς] Ouid. Met. 6, 103 Maeonis eluſam deſignat imagine tauri Europam. *Arachnen intelligit puellam Lydiam.* Idem Met. 5, 268 Feliceſque vocat pariter ſtudioque, locoque Maeonidas, *i. Muſas. Heinſius hic legit* Mnemonidas.

MAEOTAE, arum. m. pl. [Μαιῶται] *Scythiae populi, a quibus* Maeotidi paludi *nomen eſt inditum.* Plin. 4, 12 A Buge ſuper Maeotin Sauromatae, et Eſſedones. At per oram ad Tanaim vsque Maeotae, a quibus lacus nomen accepit.

MAEŌTIS, ĭdos. f. [Μαιῶτις] Palus Scythica in regione Septentrionali iuxta Phaſidis oſtium, frigore congelaſcens, *vt ait* Seruius. Cic. Tuſc. 5, 49 c. 17 *refert antiquum epigramma in Scipionem Africanum,* A ſole exoriente, ſupra Maeotis paludes, Nemo eſt, qui factis aequiperare queat. Solida Maeotis Stat. Theb. 12, 526. *i. Gelu concreta.*

MAEOTIS, ĭdis. Patronym. f. [Μαιῶτις] *ap.* Ouid. Epiſt. Sabin. 2, 9 Qui modo peltiferas fudit Maeotidas armis. Intelligit Amazones. Ara Maeotis, *h. e. Maeotica* Iuuen. Sat. 15, 114. *Aram intelligit Dianae Tauricae, cui hoſpites immolabantur.* Hiems Maeotis Ouid. Triſt. 3, 12, 2. *vbi primam licenter corripuit Poëta. Verum dubia eſt lectio.*

MAEOTICVS, a, um. Adi. [Μαιωτικός] Virg. Georg. 3, 349 At non qua Scythiae gentes, Maeoticaque vnda. Maeotica tellus, Scythica; cuius palus eſt Maeotis, *inquit* Seru. Virg. Aen. 6, 799.

MAERA. [Μαῖρα] *Mulier in canem conuerſa.* Ouid. Met. 7, 362 Et quos Maera nouo latratu terruit agros. ¶ 2 *Sed etiam* Maera canis *eſt Icarii et Erigones comes, de quo* Hygin. f. 130 *vbi de Orionis cane cognomine e Graecis Munckerus.* ¶ 3 Maera *ſacerdos Veneris apud* Stat. Theb. 7, 477 *vbi plures memorat Barthius.*

MAEREO, MAEROR, MAESTITIA, *vid.* MOEREO.

MAESIVS. *lingua Oſca Maius.* Feſt.

MAESON, perſona comica appellatur, aut coci, aut nautae, aut eius generis Feſt. *Conf. L. Cael. Rhodig. 6, 17. ſc. a* Maeſone *quodam, qui primus eiusmodi perſonam excogitauit.*

M A G

MAGALIA, f. MAGARIA, orum. *tuguria et habitationes Poenorum.* Chariſ. 1 p. 21 Magalia καλύβαι ἀφρῶν. Mapalia καλύβαι ἀγρῶν. Diomed. 1 p. 315 Magalia caſae Afrorum. Seru. ad Aen. 1, 425 Miratur molem (*arcis Byrſae*) Aeneas, magalia quondam. Magalia antiſtoechon eſt; nam debuit *Magaria* dicere, quia *Magar* non *Magal*, Poenorum lingua villam ſignificat. Cato originum primo, *Magalia aedificia quaſi coortes* (*f.* cohortes) *rotundas dicunt.* Alii *Magalia* caſas Poenorum paſtorales dicunt. De his Salluſtius, *Quae Magalia ſunt circumiecta ciuitati*, ſuburbana aedificia *Magalia.* Et alibi Caſſius Hemina docet ita, *Sinueſſae Magalia circumdanda, murumque circum eam. Haec* Seruius. *Quod ait*, Magar villam ſignificare, Magariaque *proinde verum nomen eſſe, firmatur a Bocharto, qui a* מגור *rad.* גור *deriuat, atque habitationem, peregrinorum in primis, quales erant Poeni, interpretatur. Et viderat iam Scal. ad* Feſtum, *v.* Mapalia. *Multo certe haec probabiliora, Salmaſiana deriuatione a* מגל falx, *eiusque curuitate ad* Solin. p. 220, a D. Magaria *ſunt Graecorum* Μέγαρα. *Nempe ſpeciatim de exteriore Carthagine hoc nomen adhibetur.* Seru. *ad* Aen. 1, 372 Carthago ſpeciem habuit duplicis oppidi, quaſi aliud alterum complecteretur: cuius interior pars Byrſa dicebatur, exterior *Magalia.* Huius rei teſtis eſt Cornelius Nepos in eo libro, qui Vita illuſtrium inſcribitur. *Sic* Virg. Aen. 4, 259 Vt primum alatis tetigit magalia plantis, Aeneam fundantem arces, ac tecta nouantem Conſpicit. *Fragmentum etiam Salluſtianum, quod modo e* Seruio ad Aen. 1, 425 *protulimus ad hanc notionem referendum videtur.* Plaut. in Poen. prol. 86 A Magaribus (*Carthaginis*) eas qui ſurripuit. *Nec alium ſenſum habet* Eiusd. Perſ. 1, 3, 57 Siquidem hic leno nondum ſex menſes Megaribus Huc eſt cum commigrauit. *Sunt qui* Mapalia *et* Magalia *eandem rem putant, vt* Seru. ad Aen. 4, 259, *licet ibidem fateatur* Magalia ma *producere*, Mapalia *vero corripere. Et locus Catonis, quem, vt modo vidimus, laudat* ad Aen. 1, 425, *ad* Mapalia *refertur* a Feſto. *Et ſic diſputat etiam Cortius ad* Salluſt. Iug. 18, 8 *Tutius tamen videtur diſtinguere. Conf.* MAPALIA.

MAGDALIA, ae. f. *Furfures, quibus manus purgantur.* Canis viuens e magdalia Prouerb. *vid. Eraſmi Chil.*

MAGDALIA, orum. n. *plur. Cylindri empluſtrorum.* Ex quibus et magdalia fiunt Marcell. Empir.

MAGDALIS, idis. f. *quae eſſet, docet* Scribonius Largus, Compoſ. 201 Dum deſinit feruere, emplaſtrum manibus ſubigetur; et redactum in rotundas ampliores, quas magdalidas dicunt, reponetur. *al.* MAGDALIAS, μαγδαλιάς, *maſſas in cylindrum formatas.*

MAGINIVM, i. n. Infeſta peſtis eſt bubulino pecori, quam maginium ruſtici vocant Veget. 3, 4.

MAGIA, MAGICVS, *vid.* MAGVS.

MAGIDA, *vid.* MAGIS.

MAGIRVS, i. m. *vnde*

MAGIRISCIVM, i. n. Plin. 33, 12 Fecit idem et coquos magiriſcia appellatos, paruulis potoriis, ſed e quibus ne exemplaria quidem liceret exprimere. Tam opportuna iniuriae ſubtilitas erat. *Palam eſt diminutiuum eſſe*, μάγειρος *enim coquus dicitur, vnde eſt* μαγειρίσκιον.

MAGIS, idis. f. [μαγίς] Magidem μάκτραν, *vid.* Lex. *apud* Vulcan. p. 265. *Interpretatio a Graecis repetenda. Pollux lib. 7 Magis, inquit, et mactra, vas in quo farinae ſubiguntur. Et 10 Quae autem tripodibus imponuntur, et trapezae, id eſt menſae, et magides appellantur.* Paul. in l. Seruus. D. de condict. indebiti. Seruus cuiusdam — magidem commodauit. Is — pignori eam poſuit. Magis, *Genus lancis eiusdem formae.* Plin. 33, 11 Feneſtella tradit tympana ſe iuuene appellata ſtateras, et lances, quas antiqui magidas appellauerant. Magida, ae, *declinat* Varro, *aitque* Magidam a magnitudine dici, *vid.* de L. L. 4, 25.

MAGIS. [μᾶλλον] *Aduerbium, cum obſoleto verbo* Magere *cognatum, quod eſſe augere, diximus in* MACTVS: *item cum nomine* Magnus *quaſi* Maginus *etc. Significationem ergo augmenti et acceſſionis habet.* Plaut. Curc. 3, 6 Si magis me inſtabunt, ad Praetorem ſufferam. Accipiunt magis ad contumeliam omnia Ter. Adel. 4, 3, 15. Cic. de Amicit. 9 Aut enim nemo (quod quidem magis credo) aut ſi quisquam, ille ſapiens fuit. Cic. de Amicit. 25 Tu magis id diceres Fanni, ſi nuper in hortis Scipionis, quum eſt de Rep. diſputatum, affuiſſes, qualis tum patronus iuſtitiae fuit contra accuratam orationem Phili. Magis dicas, ſi ſcias quod ego ſcio Plaut. Mil. 5, 36. Dabimus etiam magis Plaut. Perſ. 5, 2, 66. Magis eſt, deficere ſtipulationem Marcel. in l. Qui decem. §. Stichum. D. de ſolut. Martianus in l. Statuae. ff. de vſufr. Statuae et imaginis vſumfructum poſſe relinqui magis eſt. Magis eſt, vt edicto locus ſit Vlpian. in l. 3. §. vlt. D. Quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. Paul. in l. Si tibi domum. D. locat. Etſi magis eſt quod gratuler tibi, quam quod te rogem, tamen etiam rogo, vt ſi quae, *etc.* Cic. Att. 16, 5. Magis loqui Plaut. Caſin. 2, 2, 40. Magis lubet Plaut. Perſ. 4, 4, 108. Magis metuo Plaut. Milit. 5, 43. Ter. Heaut. 5, 1, 16 Magis, ſi magis noris, putes ita rem eſſe. Magis quadraginta annos natus Cic. pro Roſc. Amer. 39 c. 14. Magis optandum quam ſperandum, *vid.* OPTO. Placebat Nep. 2, 3, 1. Cic. de Amicit. 20 Sed antiquior et pulchrior, et magis a natura ipſa profecta alia cauſa. Magis ſcibo, *antique, pro Magis ſciam* Plaut. Trucul. 2, 6, 69. Magis vellem, *pro Mallem* Ter. Eun. 5, 7, 1. Magis vereor Ter. Heaut. 1, 2, 23. Magis vidi Plaut. Merc. 4, 3, 24. Plaut. Poen. prol. 82 Argentum, niſi qui dederit, nugas egerit: verum qui dederit, magis maiores egerit. *Et* Amph. 1, 1, 145 Igitur magis in modum maiorem concipiet metum. Virg. Cul. 78 Qui queat optato magis eſſe beatior aeuo. Magis, *cum poſitiuo, implet vicem comparatiui cum caſu.* Ouid. Met. 2, 856 Cornua parua quidem, ſed quae contendere poſſes Facta manu, puraque magis pellucida gemma, *vid. Burman. ad* Quinct. p. 997. Magis anxius Ouid. Met. 1, 182. ¶ 2 *Iungitur adiectiuis et aduerbiis, loco comparatiui: v. g.* Magis aperte Ter. Adelph. 4, 5, 30. Apta dona Hor. Epiſt. 1, 7, 47. Carus vita Virg. Aen. 5, 725. Deformis Quinctil. 9, 4. Dulce Plaut. Perſ. 5, 1, 12. Magis dulcius Plaut. Stich. 5, 4, 22. Elegans Ter. Eun. 5, 4, 13. Humanum Ter. Hec. 4, 1, 39. *vbi* Donatus, nota pro Humanius, Terentiano more. Impenſe cupere Ter. Adelph. 1, 9, 36. Incondite facere Varr. de L. L. 4. Indubitatus, *Certior* Stat. Achil. 2, 21. Lubenter Plaut. Moſt. 1, 3, 1. Mirum Idem Amphit. 2, 1, 48. Moleſtus Ter. Eun. 3, 1, 24. Seuerus Id. Eun. 2, 1, 21. Similis Plaut. Amphit. 2, 2, 43. Varium Varr. de L. L. 8. Ter. Andr. 4, 2, 15 Non Apollinis magis verum atque hoc reſponſum eſt. Veſpere, *ſignificat Nouiſſimum veſper* Varr. de L. L. 8, 44. Virilis Quinctil. 9, 4. *Sic* Ter. Eun. 5, 9, 47 Ad omnia haec, magis opportunus, nec magis ex vſu tuo nemo eſt, pro Vtilior, *inquit* Donatus. Ter. Andr. 5, 4, 52 Quia habet aliud magis ex ſeſe, et maius. Cic. de Amicit. Vereor ne inuidi magis, quam amici ſit. Magis id adeo Ter. Andr. 1, 1, 135. Cic. de Orat. 2, 15 Magis adeo id facilitate, quam alia vlla culpa mea contingit. ¶ 3 Mage, *pro Magis, apud* Plaut. Trucul. 4, 4, 34 Quem ecaſtor mage amo, quam dudum. *Apud* Terentium *etiam legitur, auctore* Donato. Mage pollens aër Lucret. 4, 344. Phaedr. 5, 4, 11 Hoc argumentum veniam mage dari docet. *Adde* Virg. Aen. 10, 481. Lucret. 4, 79. *et* 757. *it.* 5, 1204 *et* 1260. Plaut. Aſin. 1, 1, 52. *et* Men 2, 3, 35. *et* Poen. 2, 1, 15. *et* Truc. 1, 2, 74. *etc.* ¶ 4 *Obſeruationes aliae:* Magis, magis, *repetitum: h. e. Frequentius.* Plaut. Moſt. 3, 2, 13 Quo magis ac magis ego cogito cum meo animo, *etc.* Suet. in Vitell. c. 11 Magis deinde ac magis. Cic. Att. 14, 20 (18) Itaque de Graecia quotidie magis et magis cogito. Magis atque magis clareſcunt ſonitus Virg. Aen. 2, 301. Cic. fil. Fam. 16, 21 Enitar, vt in dies magis magisque haec naſcens de me duplicetur opinio. Catull. Argon. 62, 274 Poſt vento creſcente, magis magis increbreſcunt. *Poteſt et legi*, Poſt vento creſcente magis, magis increbreſcunt. Cic. pro Planc. 60 Quaeris quid potuerit amplius aſſequi Plancius, ſi Cn. Scipionis fuiſſet filius? Magis aedilis fieri non potuiſſet: ſed hoc praeſtare, quod ei minus inuideretur. Cic. in Parad. 3 Nihil huc addi poteſt, quo magis virtus ſit. Niſi forte magis erit parricida, ſi quis Conſularem patrem, quam ſi quis humilem necauerit Cic. pro Milon. 17. Cic. Fam. 1, 9 Quumque Pompeius ita contendiſſet, vt nihil vnquam magis. Aliquanto magis Celſ. 1 praef. Nihilo magis, *vid.* NIHILVM. Cic. Fam. 16, 19 Expecto tuas literas de ipſis rebus, te ipſum multo magis. Hoc magis quod, *etc.* Cic. pro Flacc. 69. Eo magis *vel* quam, *etc.* Cic. Verr. 3, 1 Atque eo magis, ſi, *etc.* Neque eo magis carebat ſuſpicione Nep. 4, 3, 5, *i. nihilo minus erat ſuſpectus.* Quam magis te in altum capeſſis, tam aeſtus te in portum refert Plaut. Aſin. 1, 3, 6. Magis *nonnunquam per ellipſin deeſt, vt,* Tacita bona eſt ſemper mulier quam loquens Plaut. Rud. 4, 4, 70. Aſinius Agrippa claris maioribus quam vetuſtis, vitaque non degener Tac. A. 4, 61, 1. *Conf. Cort. ad* Sall. Catil. 9 *extr. et* 20 *extr.* Magis *idem reuera eſſe quod* maius, *et ablatiuo iungi, cum Valla* 1, 12 *et Bentl. ad* Horat. Od. 1, 25 *putat Burm. ad* Quinctil. 11, 3 p. 997. Magis *a librariis ſaepe permutatum eſſe cum* minus, *obſeruat Heinſ. ad* Ouid. ex Pont. 4, 15 *extr. idemque in* Lucret. 2, 553 *deprehendit Burm. ad* Quinctil. Declam. 7, 1 p. 153. Lucret. 3, 275 Nec magis hac infra quidquam eſt in corpore noſtro. *i. Nihil magis abſtruſum. Quidam legunt* Intra. *Lambinus.*

MAXIME. *Superl.* [μάλιστα] *pro Summe, vel admodum, ſeruitque formandis Superlatiuis.* Maxime adoleſcens Plaut. Milit. 3, 1, 190. Cognata Ter. Phorm. 2, 1, 65. Cupiens illius Plaut. Amphit. Prol. 133. Dignus Ter. Eun. 5, 2, 27. In culpa eſſe Cic. Verr. 5, 20. Id. Att. 12, 37 Siue hanc aberrationem a dolore delegerim, quae maxime liberaliſſima, doctoque homine digniſſima, laudari me etiam oportere. *qui tamen locus ſuſpectus eſt.* Cic. de Amicit. 82 Itaque pulcherrima illa, et maxime naturali carent amicitia. Neceſſarius Id. Acad. 1. Peſſima corpora Columel. 9, 3. Potentes Ter. Adelph. 3, 4, 56. Vtile Id. Andr. 5, 1, 16. ¶ 2 *Cum verbis:* Cic. Off. 1, 49 c. 15 Vt quisque maxime opis indigeat, ita ei potiſſimum opitulari. Plaut. Men. 5, 9, 59 Filii quot eratis? MEN. vt nunc maxime memini, duo. Cic. in Brut. 78 Qui maxime omnium nobilium Graecis literis ſtuduit. *i.* Magis quam alii omnes. Velleın, vt, *etc.* Cic. Philipp. 8, 31. Quod ego cum audiſſem ex aliis, Maxime ex meo fratre cognoui Id. Fam. 1, 9. Aream eſſe oportet ſolida terra pauitam, maxime ſi eſt argilloſa Varr. R. R. 1, 51. Cic. pro Domo 47 Intuemini paulliſper animis iuuentutem, et eos maxime, *etc. i. praecipue.* Maxime quod, *pro Potiſſimum.* Cic. Att. 9, 22 Ego tuis conſiliis vſus ſum, maximeque quod et grauitatem in congreſſu noſtro tenui quam debui, et ad vrbem, *etc.* Id. in Orat. 120 Cognoſcat etiam rerum geſtarum, et memoriae veteris ordinem, maxime ſcilicet noſtrae ciuitatis. Colendus eſt ita quisque maxime, vt quisque maxime virtutibus lenioribus erit ornatus Id. Off. 1 c. 15. *Add. ib.* c. 19. Cic. Att. 7, 12 Scribe aliquid, et maxime ſi, *etc.* Et id maxime fieri temporibus hibernis Id. de Nat. Deor. 2, 25. Tam amicus reip. quam qui maxime Id. Fam. 5, 2. Grata ea res, vt quae maxime ſenatui vnquam fuit Liu. 5, 25. *Add.* Id. 7, 33. Cic. in Partit. 114 Quae quidem vel maxime ſuſpicionem mouent. Id. Epiſt. 1, 8 Ego is ſum, cui vel maxime concedant omnes, vt — vel etiam, id quod mihi maxime lubet, ad noſtra me ſtudia referam literarum. Maxime, *Reſponſiu concedentis, vel annuentis, pro Sane, vel certe.* Ter. Andr. 4, 6, 23 Duc me ad eam: quando huc veni, vt videam. M. maxime. Idem Eun. 1, 2, 109 Fac illi adducantur. P. maxume. Maxime *cum ſuperlatiuo:* Virgilius maxime probat apes paruulas, — ſi vero ſeruior apis, maxime peſſima eſt Colum. 9, 3, 3 *ſed legendum fortaſſe* maxima. Cic. Att. 12, 38 Siue hanc aberrationem a dolore delegerim, quae maxime liberaliſſima *etc. Sic Graeci. Sed alii aliter.* Gell. 13, 16 Hi ſunt vel maxime humaniſſimi. *Non igitur temere ſic loquar.*

MAXIMITAS, atis. f. [μεγιστότης] *ſumma Magnitudo.* Lucret. 2, 497 Ne quaedam cogas immani maximitate Eſſe. Arnob. 6 p. 204 Porrigere ſe longius, atque in maximitatem producere. *Vt alias inuenias. Similis eſt* Proximitas, *it.* Optimitas.

MAGISTER, tri. m. [διδάσκαλος, καθηγητής] *dictus videtur, quicunque in ſocietate aliqua plurium paucorumue magis, ſ. plus poſſet, valeret, aliisque praeeſſet adeo, vt contra ea miniſter, qui minus et ad alienam voluntatem poteſt.* Paullus de Verb. ſignif. l. 57 Cui praecipua cura

cura rerum incumbit, et qui magis quam caeteri diligentiam et ſolicitudinem rebus, quibus praeſunt, debent: hi magiſtri appellantur. Quin etiam ipſi magiſtratus per deriuationem a magiſtris cognominantur. Vnde etiam cuiuslibet diſciplinae praeceptores, magiſtros appellari a monendo vel monſtrando. *De etymologia viderit Paullus. Sed hoc recte,* Magiſtrum *ſumi pro ſuaſore, ſiue Auctore, vid. Burm. ad* Phaedr. 2, 6, 15. Ἐπιστάτης, ἔξαρχος, διδάσκαλος Gloſſ. Lat. Gr. *Caeterum* Magiſter Bonar. Artium Petron. 99. Declamandi magiſter Quinct. 2, 1. Dicendi Idem 2, 8. Optimus, ſtilus Cic. de Orat. 1 c. 33. Quinctil. 10, 3, 1. Artis Idem 2, 2. Eloquentiae magiſtrum ſe polliceri Idem 2, 5. Petron. 3 Magiſtri *peculiariter a* Terentiano Mauro *paſſim appellantur profeſſores artis Grammaticae. Sic* Remmius Palaemon magiſter Suet. de Ill. Gramm. c. 23. Iſo Magiſter, *ille qui in Prudentium gloſſas ſcripſit. Nempe hi fere primi ſunt, quos puerorum aetas magiſtros accipit.* Ter. Andr. 1, 1, 2 Nam antea qui ſcire poſſes, dum aetas, metus, magiſter, *i. paedagogus, Comes,* prohibebant? *Add.* Phorm. 1, 2, 22. Horat. Epiſt. 1, 18, 13. Quinctil. 1, 2. *etc. Ad ſcholam pertinet* Magiſter. Aridus Quinctilian. 2, 4. *Ad contemtum quoque, certe ad eleuandam auctoritatem pertinet* Carmen magiſtri *apud* Cic. de Orat. 1, 245 c. 57. *Ponamus totum locum, qui ſatis inepte, ſit venia verbo, ad venditionum et auctionum magiſtros tractus eſt:* Vel ſi cauſam ageres militis (*a patre inſciente exheredati*) patrem eius vt ſoles, dicendo a mortuis excitaſſes, ſtatuiſſes ante oculos, complexus eſſet filium, flensque eum centumuiris commendaſſet: lapides mehercule omnes flere ac lamentari coëgiſſet, vt totum illud, VTI LINGVA NVNCVPASSIT (*ita ius eſto*) non in XII tabulis, quas tu (*alioqui*) omnibus bibliothecis anteponis, ſed in magiſtri (*alicuius humilis regula Grammatica vel rhetorica, formula, ſ.*) carmine ſcriptum videretur, *a quo proinde, ſi res poſtulet, recedere nemo ſibi religioni ducat.* Iuuenal. 14, 12 *de puero lautitiis adſuet.*, Barbatos licet admoueas mille inde magiſtros, Hinc totidem, cupiet lauto coenare paratu Semper, *etc.* Barbatum hoc crede magiſtrum Dicere Perſ. Sat. 4. *pr.* Muti Gell. 14, 2. *i. libri.* Iuris magiſter, Legum magiſtri Idem 4, 1 *et in* Pandect. Prooem. Studiorum magiſtri l. 7 C. de prof. et med. Ter. Andr. 1, 2, 19 Tum ſi quis magiſtrum Cepit ad eam rem improbum. Exueret magiſtrum, *Neroni ſuadent adulatores, i. Senecam amoliretur* Tacit. Ann. 14, 52. Ferre ſe magiſtrum alicuius rei Idem Hiſt. 4, 10. * Fingit equum tenera docilem ceruice magiſter Hor. Epiſt. 1, 2, 64. Linquere regimen indocto magiſtro Senec. Medea ſ. 8. Saepe in magiſtrum ſcelera redierunt ſua Idem Thyeſt. 311. Seruire timido pudet magiſtro Stat. Achill. 2, 189. Martial. 7, 31 At iuuenes alios Fracta colit aure magiſter, Et rapit innumeras ſordidus vnctor opes. *A Graeco ſumtum, Graecorumque exercitationibus, apud quos, qui Gymnaſiorum plagis contuſi multatique fuerant, propterea, quod a concertatoribus fere tempora et aures feriri ſolerent,* auribus fractis *dicebantur. Igitur,* Magiſter fracta aure, *eſt, Magiſter exercitationum, et Gymnaſiorum exercitor, qui luctam pugilatumue docet, quique pila vel folle ludere. Pollux* ἐπὶ δὲ τῶν ἐν γυμνασίοις πληγῶν τὰ ὦτα κατεαγένοι, καὶ ὠτοκάταξις. *Heſychius,* ὠτοκάταξις, τὰ ὦτα τεθλασμένος. ¶ 2 *Iam quam late pateat* Magiſtri *appellatio, exemplis declarabitur. Neque vero omnes huc colligere iam otium eſt, quos magno numero ſuppeditant* Inſcriptiones, vterque Codex, Notitia vtriusque imperii; *Sed eos fere, quorum in bonae etiam aetatis monumentis mentio eſt.* Cic. de Fin. 2, 70 c. 22 *enumerans homines voluptuarios,* Quid affers, *inquit,* cur Thorius, Poſtumius, cur Chius, cur omnium horum magiſter, Orata, non iucundiſſime vixerit? *Hic* magiſter *eſt, qui caeteris tantum praeſtat, vt illos docere poſſit. Nempe* Magiſtri, (*inquit* Feſtus,) non ſolum doctores artium, ſed etiam pagorum, ſocietatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur: quia omnes ii magis caeteris poſſunt, vnde et magiſtratus, qui per imperia potentiores ſunt quam priuati. Magiſter Conuiuii, Apuleio Apol. p. 336, 11. Varro de L. L. 4, 26 p. 31, 8 Etiam nunc in publico conuiuio antiquitatis retinendae cauſa cum magiſtri fiunt, *vid.* MAGISTERIVM. *Idem* Varroni *Modimperator,* Horatio *Arbiter bibendi, Graecis* συμποσίαρχος, βασιλεύς. Plaut. Aulul. 1, 2, 29 Nam noſter noſtrae qui eſt magiſter Curiae. Magiſter curiae, *inquit hîc Turnebus, videtur eſſe is, quem Graeci* τριττυάρχην *appellant. Vt enim curia pars eſt tribus Romanis; ſic et Graecis* τριττύς. *Graeca ad conſuetudinem Romanam traducta ſunt: et vt pagorum erant magiſtri, ſic et curiarum.* Varr. de L. L. 4, 14 p. 22, 27 Magiſter Equitum dicebatur, quod ſumma poteſtas huius in equites et accenſos, vt eſt ſumma populi Dictator; a quo is quoque Magiſter populi eſt appellatus. Pomponius in l. 2. §. Populo deinde aucto. D. de Origine iuris. Et his Dictatoribus Magiſtri equitum iungebantur, ſic quo modo Regibus Tribuni Celerum; quod officium fere tale erat, quale hodie Praefectorum Praetorio; magiſtratus tamen habebantur legitimi. *Add.* Liu. 3, 27. *et* 22, 26. Equorum magiſter Apul. Met. 8 p. 207, 35. *quem ſupra* 7 p. 194, 19 armentarium equiſonem dixerat. Horreorum: *vid. Reineſ. V. L.* 3, 12. Cic. Diuinat. Verr. 47 Si ab iſto libro, quem tibi magiſter Ludi neſcio quis ex alienis orationibus compoſitum dedit, verbo vno diſceſſeris. Militiae vtriusque, *In* Cod. Theodoſ. *et antiquis* Inſcript. *vid. Noriſ. ad* Cenotaph. Piſan. p. 441. Morum, *i. Cenſor.* Cic. Fam. 3, 13 Eo breuior eſt haec Epiſtola, et vt aduerſus magiſtrum Morum modeſtior. Nauis magiſtrum accipere debemus eum, cui totius nauis cura mandata eſt Vlpianus de Exercitoria actione, l. 1. Liu. 29, 25 Vt ex omnibus nauibus gubernatoresque et magiſtri nauium, et bini milites in forum conuenirent ad imperia accipienda. *Adde* Petron. c. 75 *et* 115. *et Burman. ad* c. 101. *Aliquando pro gubernatore, vt:* ipſe gubernaclo rector ſubit, ipſe Magiſter Virgil. Aen. 5, 176. *vid. Heinſ. et Drackenb. ad* Sil. 4, 719. *Sic* Val. Flac. 1, 18 Graiis helice ſeruanda magiſtris, *i. gubernatoribus, qui ad borealia* illa ſidera naues dirigunt. Officiorum: officiis regerem cum regia tecta magiſter, Rutil. 1, 563. *Conf. Io. Frid. Chriſtii Noct. Acad.* 1, 1. *vid.* n. 4. Pagorum. *vid.* Sicul. Flacc. p. 25. *Adde Meurſ. Miſcell.* 1, 7. Varro de R. R. 2, 10 Contra, pernoctare ad ſuum quemque gregem, eſſe omnes ſub vno magiſtro Pecoris; eum eſſe maiorem natu, potius quam alios, et peritiorem, quam reliquos. *Conf.* Idem 1, 2. Aur. Victor Orig. Rom. 1, 16, 1. Cicer. Verr. 5, 17 Nominat iſte ſeruum, quem magiſtrum Pecoris eſſe diceret. Cic. de Fin. 3, 75 c. 22 Rectius Magiſter Populi (is enim eſt Dictator) quam Sylla, qui trium peſtiferorum vitiorum, luxuriae, auaritiae, crudelitatis magiſter fuit. Sen. Epiſt. 108 *ad fin.* Cum Ciceronis libros de Rep. prehendit — Philologus, — notat, eum quem nos Dictatorem dicimus, et in hiſtoriis ita nominare legimus, apud antiquos magiſtrum populi vocatum. Hodieque id exſtat in auguralibus libris, et teſtimonium eſt, quod qui ab illo nominatur magiſter equitum eſt. Liu. 2, 18 Moderator et Magiſter Conſulibus appoſitus Dictator. Varronis de L. L. 4, 14 *locum dedimus modo in* Magiſtro Equitum. Sacrorum dicebatur, *Qui velut princeps, et ſacri ipſius pontifex, aliisque ſacerdotibus maior erat.* Liu. 39, 18 *in SCto contra bacchanalia cauetur,* Ne quis magiſter ſacrorum, aut ſacerdos eſſet. *Apud* Capitolinum *quoque ſcribitur in* Antonini vita c 4 *de Saliorum ſacerdotio,* Fuit in eo ſacerdotio et praeſul, et vates, et magiſter. *Et in* inſcriptione *antiqua legitur,* SALIVS ALBANVS, IDEM MAGISTER SALIORVM. *Annotauit Turnebus.* Societatis Cic. Fam. 13, 9 *dicebatur, Qui maximam partem vectigalium in illa ſocietate, quae coierat ad huius vel illius prouinciae aut portaria, aut ſcripturam, aut decumas conducendas, conduxerat, ſiue in Vrbe eſſet, ſiue in prouincia. Add.* Idem Fam. 13, 65 *et* Verr. 2 c. 74. *pr.* Scripturae, *Qui ciuitatis alicuius publicos pecorum prouentus ſcribendi munus habet.* Cicer. Verr. 3, 167 Miſit in Siciliam literas ad Carpinatium, quum eſſet Magiſter ſcripturae et eius ſocietatis publicanorum. Pro magiſtro in ſcriptura eſt Carpinatius Cicer. Verr. 2, 169 c. 70. *pr. Conf.* Idem Att. 5, 15 *extr.* Tabernae Iul. Paull. Recept. ſentent. l. 2 tit. 8 §. 1. Suet. Aug. c. 30 Spatium vrbis in regiones vicosque diuiſit: inſtituitque, vt illas annui magiſtratus ſortito tuerentur. Hos magiſtri e plebe cuiusque viciniae electi. ¶ 3 Magiſtri *ſimpliciter dicuntur, qui bonis auctione vendendis praeſunt. Horum mentio apud* Cic. Att. 1, 1 Is, quem putabant magiſtrum fore, ſi bona venirent, L. Pontius. *It.* Fam. 12, 30. *fin.* A magiſtris cum contenderem de proferendo die, probauerunt mihi, ſe quo minus id facerent et compromiſſo et iureiurando teneri. *Huc reſpicit iocus* Ciceronis *apud* Quinctil. 6, 3, 51 in Pletorium, cuius matrem dixit, dum vixiſſet, ludum, poſtquam mortua eſſet, magiſtros habuiſſe: *quod ipſe ita interpretatur Fabius,* Dicebantur autem dum vixit infames feminae ad eam conuenire ſolitae, poſt mortem eius bona venibant. ¶ 4 *Illud addere liceat* Magiſtrum *ſimpliciter dici videri a* Caſſiod. Varr. 6, 6 *eum, qui* Officiorum *alias* Magiſter eſt, *quique ita deſcribitur l. c. vt hodie fere* Aulae Mareſchalli. Ad eum nimirum palatii pertinet diſciplina, *etc.* ¶ 5 Mageſter *pro* Magiſter *dixiſſe veterum quosdam, monet* Quinct. 1, 4, 17.

MAGISTRA, ae. f. Cic. de Finib. 1, 128 Magiſtra ac duce natura. Idem pro Roſc. Amer. 75 Vita haec ruſtica, quam tu agreſtem vocas, parſimoniae, diligentiae, iuſtitiae magiſtra eſt. Magiſtra ei ludo Ter. Hec. 2, 1, 7. Vt lex Poſtumiae iubet Magiſtrae Catull. 27, 3. *ſc. bibendi.* Aetas Ouid. Epiſt. 5, 96. Omni nunc Arte magiſtra opus eſt Virgil. Aen. 8, 442. Magiſtrae artes Ouid. Epiſt. 15, 83. Certiſſima loquendi magiſtra, conſuetudo Quinctil. 1, 6. Roma magiſtra luxuriae Propert. 13, 12, 18. Hac condiſcipula, vel hac magiſtra eſſes doctior et pudica Sappho Martial. 10, 53.

MAGISTELLVS, i. m. Dimin. *Vid.* Priſcian. c. de Diminutiuo. *Voſſ. de Anal.* 4, 29.

MAGISTERIVM, i. n. [δίδαγμα] *Magiſtri dignitas ſeu officium.* Plaut. Bacch. 1, 2, 40 Iam exceſſit mihi aetas ex magiſterio tuo, *h. e. Regimine et auctoritate.* Plaut. Moſt. 1, 2, 32 Virtute id factum tua, et Magiſterio tuo, *i. Doctrina, et (vt loquuntur) inſtructione.* Magiſterium Collegii Suet. Domit. c. 4. Equitum Idem Tib. c. 3. Pecuarium Apul. Met. 10. Sueton. in Auguſt. c. 2 Auus municipalibus magiſteriis contentus, abundante patrimonio tranquilliſſime ſenuit, *h. e. Praefecturis et magiſtratibus, vid. h. l. Caſaub. et Torrent.* Cic. de Senect. 46 c. 14 Me vero et magiſteria delectant a maioribus inſtituta, et is ſermo, qui more maiorum a ſummo adhibetur magiſtro in poculo. Columel. 11, 1 Potiſſimum autem eſt in eo magiſterio ſcire et aeſtimare, quale officium ſit cuique iniungendum. Nullius Egere magiſterio praeceptoris Colum. de R. R. praef. Expetere magiſteria, *i. religionem Chriſtianam.* Arnob. l. 1. Magiſteriis *Chriſti* accepimus, ac legibus, malum malo rependi non oportere Id. l. 1. Non hoc ſine magiſterii diuini auctoritate faciebam Cyprian. adu. Demetrian. l. 1. Quum mea ridebunt Vana magiſteria Tibull. 1, 4, 84. *ſ. extr.*

MAGISTERIVS, a, um. Adi. Magiſteria poteſtas, l. 6. C. de Iurisdict. *et* l. 3 C. vbi Senator. *conf. Salmaſ. in* Script. Hiſtoriae Auguſtae p. 293. Formula Magiſteriae dignitatis et de eius excellentia *eſt Lemma* Caſſiod. Var. 6, 6. *vid.* MAGISTER n. 4.

MAGISTRO, *ſiue* MAGISTERO, āre. [διδάσκω] Moderari, gubernare. Feſtus. Magiſterare, Regere et temperare eſt, vnde Magiſtri non ſolum doctores artium, ſed et pagorum, ſocietatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur, quia omnes hi caeteris magis poſſunt, vnde et Magiſtratus, qui per imperia potentiores ſunt quam priuati. Inter manipulares vitam militarem magiſtrans Spartian. in Hadr. c. 10. *Vid. Caſaub. ad loc.* Te Magiſtrante Hieron. Epiſt. 25 c. 5 *extr.*

MAGISTRĀTVS, ûs. m. [ἄρχων] Feſtus, *poſt ea, quae modo in* MAGISTERO *dedimus, pergit:* Quae vox duabus ſignificationibus notatur: nam aut perſonam ipſam demonſtrat, vt cum dicimus, Magiſtratus iuſſit; aut honorem, vt cum dicimus, Titio magiſtratus datus eſt. Varro de L. L. 4, 14 *Cum de* Magiſtro equitum *dixit et obſeruauit, dictatorem* magiſtrum populi *appellatum,* Reliqui, *inquit,* quod minores, quam hi magiſtri, dicti magiſtratus, vt ab albo albatus. *Et ſane* Magiſtratus *diſtinguuntur ab* imperiis, *quae ſc. belli ſunt,* Sueton. Caeſ. c. 53. *Interim tamen* Magiſtratus *etiam, qui prouincias obtinent.* Vell. 2, 42 Qui obtinebat Aſiam magiſtratus Pop. Rom. Vetus SCtum *ap. Gruter.* p. 503 Literas ad magiſtratus noſtros, qui Aſiam, Macedoniam, prouincias obtinent. *Vid.* Spanhem. Diſſ. 10 p. 175. Cic. Offic. 1, 124 c. 34 Eſt igitur proprium munus magiſtratus, intelligere ſe gerere perſonam ciuitatis, debereque eius dignitatem et decus ſuſtinere, ſeruare leges, iura deſcribere, et fidei ſuae commiſſa meminiſſe. Idem de Legib. 3, 2 c. 1 Videtis magiſtratus hanc eſſe vim, vt praeſit, praeſcribatque recta et vtilia, et coniuncta cum legibus. Vt enim magiſtratibus leges, ita populo praeſunt magiſtratus; vereque dici poteſt, magiſtratum legem eſſe loquentem, legem autem mutum magiſtratum. *De* magiſtratibus *qui ſint* maiores, *et qui* minores, *et quamobrem ita vocentur, vid.* Gell. 13, 15. Liu. 5, 17 Nihil profecto aliud eſſe, quam magiſtratus vitio creatos, *vid.* CREO. Largitiones magiſtratuum Nep. 1, 6, 4. Nuda a magiſtratibus Reſpub. *vid.* NVDVS. Maior magiſtratus, *vid.* MAGNVS. Minores Suet. Caeſ. c. 41. Patricius, *vid.* PATER. Magiſtratus, [ἀρχή] *Ipſa poteſtas, ſeu officium.* Cicer. de Amicit. 64 Vbi eos inueniemus, qui honores, magiſtratus, imperia, poteſtates, opes, amicitiae non anteponant, *etc.* Abdicare magiſtratum, *et* Abdicare ſe magiſtratu Cic. de Diuin. 2 c. 35. Liu. 8, 17. *vid.* ABDICO. Abire magiſtratu Liu. 3, 31 *et* 40 *et* 41 *et* 51. Cic. de Leg. 3 c. 20. Abolere magiſtratum, *pro Abrogare.* Liu. 3, 38. Abrogare, Accelerare, *vid. hh. vv.* Accipere loco praedae Pſeudo-Cic. in Salluſt. 17. *Sed verus* Cic. Verr. 5, 35 Quos adhuc mihi magiſtratus Populus Rom. mandauit, ſic eos Accepi *etc.* Adipiſci Idem Off. 1,

Off. 1, 124. Aſſequi Idem in Piſon. 2. Capere, *vid.* CAPIO. Cicer. pro Planc. 60 c. 25 Honorum populi finis eſt Conſulatus, quem magiſtratum iam octingenti fere Conſecuti ſunt. *Et mox* Commiſſi ſunt iis magiſtratus. Continuare Liu. 27, 6. Creare Lucret. 5, 1142. Cic. de Lege Agrar. 2, 26 Iam hoc inauditum et plane nouo more, vt Curiata lege magiſtratus Detur, cui nullis comitiis ante ſit datus. Declarare Idem pro Muraen. 2. Deponere Caeſ. Bell. Gall. 7, 33. Deſignare Cic. Fam. 10, 3. Eiurare Tacit. Ann. 12, 4. Eſſe in magiſtratu Liu. 5. Cic. pro Planc. 8 c. 3 Tum magiſtratum non Gerebat is, qui ceperat, ſi Patres auctores non erant facti. *Add.* Nep. 13, 3, 1. Cicero Verr. 6 (4) 137 c. 61 Venit ad me Heraclius is, qui tum magiſtratum Syracuſis Habebat. Imminuere *dicebant veteres, quod nunc Derogare iuribus, et praerogatiuis officii dicunt.* Cic. Verr. 1, 31 Cur imminuiſti ius legationis? *Quo in loco* Aſconius, Qui poteſtatem, *inquit*, ſuam in adminiſtrando non defenderit; Imminuti magiſtratus, veluti maieſtatis laeſae, reus eſt. Infringere Cic. de Orat. 1, 24. Ingredi Salluſt. in Iugurth. c. 43 *pr.* Inire Cicer. Verr. 2 c. 10. *Sic* Idem de Fin. 2, 74 c. 22 Quid mereri velis iam, cum magiſtratum inieris, et in concionem adſcenderis (eſt enim tibi edicendum, quae ſis obſeruaturus in iure dicendo: et fortaſſe etiam ſi tibi erit viſum, aliquid de maioribus tuis, et de te ipſo dices) quid merearis igitur, vt te dicas in eo magiſtratu omnia voluptatis cauſa facturum eſſe, *etc.* Legere Virg. Aen. 1, 430. *i. viros, quibus mandetur magiſtratus: quin poteſtatem ipſam et honorem finire.* Cic. pro Muraen. 74 Cato negat iudicium hominum in magiſtratibus Mandandis, voluptatibus corrumpi oportere. *Ibid.* 76 Nulla re allici mentes hominum oportere ad magiſtratum Mandandum, niſi dignitate. Obrepere ad, *vid.* OBREPO. Obtinere Nep. 16, 3, 2. Occipere Tacit. Ann. 3, 2. Peragere Cic. Fam. 12. Petere Quinctil. 2, 4. Renuntiare Cic. in Piſon. 13. Lentul. ad Cic. Fam. 12, 14 Nam quod huc properent in magiſtratum Venire, aut exercitum mittere, cauſam non habent. ¶ 2 *Ad* magiſtratum *in concreto, vt loquuntur, i. homines magiſtratum gerentes, iſtae etiam pertinent formulae:* A. ad Heren. 4, 47 c. 35 Magiſtratus officium eſt opera et diligentia conſequi voluntatem Senatus. Idem de Orat. 2, 167 c. 40 Si magiſtratus in Populi Rom. poteſtate eſſe debent, quid Norbanum accuſas, cuius tribunatus voluntati paruit ciuitatis. *Et* pro Planc. 62 c. 25 Populus Rom. deligit magiſtratus, quaſi reip. villicos: in quibus, ſi qua praeterea eſt ars, facile patitur. Sin minus, virtute eorum et innocentia contentus eſt. Idem Tuſc. 4, 3 Epulis magiſtratuum fides praecinunt. *Sic* Nep. 15, 4, 3 Tradam te magiſtratui. ¶ 3 *De* Magiſtratibus *Romanis totis libris a Paullo Manutio, I. Lipſio omnibusque iis actum, qui vel vniuerſim de antiquitatibus egere, vel iuris origines et antiquitates perſecuti ſunt, de quibus hic agere noſtrum non eſt. Satis fuerit indicaſſe, hunc quaſi curſum fuiſſe Magiſtratuum et honorum, vt primo* Quaeſtores *fierent, deinde* Aediles curules, *tum* Praetores, *denique* Conſules. Tribunatus *enim et* cenſura *extra hunc curſum.* Dictatores *et* Magiſtri Equitum *Magiſtratus plane extraordinarius, vt et* Triumuiri reip. conſtituendae: *itemque* Tribuni militares conſulari poteſtate. *Etiam qui* Prouincias *regerent* pro Praetoribus *aut* pro Conſulibus, Magiſtratus *dictos, iam obſeruatum eſt. Magiſtratus in municipiis et coloniis* Duumuiri, Aediles *etc.*

MAGISTRATIO, ōnis. f. Apul. de Dogm. Plat. 2 p. 15 *Elmenh.* Quae beneficio ſolo naturae proueniunt, vel quae ſolis diſciplinis traduntur, et magiſtratione diſcuntur. *Ita reſtituit Salmaſ. ad* Solin. p. 336 *e vulg.* magiſtra ratione: Publicae magiſtrationes in Cod. Theod. *ſunt Scholae publicae.*

MAGISTRALIS, e. Adi. *Ad magiſtrum pertinens.* Vopiſc. in Saturnin. c. 10 Romae frequentauerat pergulas magiſtrales. Idem in Tacit. c. 6 Qui manuum magiſtralium ictibus terrorique ſubiaceat.

MAGISTRIVVS, a, um. Adi. *Id.* Apul. Flor. 4 p. 36 Pueritia apud magiſtriuos. *Sed* Stewech. p. 27. *et* Elmenhorſt. p. 359 et pueritia apud vos, et magiſtriuos.

MAGMA, ătis. n. [μάγμα] *Paſtillus et maſſa facta ex vnguentorum faecibus.* Plin. 13, 2 Siccis odoribus conſtant, quae diapaſmata vocantur. Nam faecem vnguenti magma appellant. Magma croci, quod quaſi Recrementum eſt eius Celſ. 5, 18. *adde* Scribon. Larg. Compoſ. 157.

MAGMAMATARIVS, i. m. μυρεψός Gloſſ. Lat. Gr. Magmamentarius, *aut* magmentarius, *Coniecturae ſunt recentium. Eſt autem qui vnguenta conficit, quaſi coquus vnguenti.*

MAGMENTVM, *vt ait* Feſtus, veteres dixerunt quaſi Magis augmentatum. *Non multum hinc abit, qui deriuat* Magmentum, a Magis: quod ad religionem magis pertinet Varr. de L. L. 4, 22 p. 29, 7 *ad quem locum Scaliger, Erat daps, quae profanabatur a ruſticis, Iano, Siluano, Marti, Ioui dapali. Reſpicit, puto ad loca* Catonis de R. R. 132. 134. 139. *quae damus in* MACTVS. *Nempe et ipſe putauit* mactare, mactus, magmentum *eſſe eiusdem originis, et cognatae ſignificationis.* Arnob. 7 p. 230 *extr.* Non magmenta, non augmina, non mille ſpecies vel farciminum vel fitillarum, quibus nomina indidiſtis obſcura, vulgoque vt eſſent auguſtiora feciſtis. Vetus Inſcr. *Patavina, prolata a Briſſon. form.* 1 p. 104. *Grutero* p. 23, 12. *Schotto Obſ. Philol.* 1, 11. *etc.* Si quis hic hoſtia ſacrum faxit, quod magmentum nec protollat, idcirco tamen probe factum eſt. *Sed oſtendit Pignorius Epiſt. Symbol.* 30 *cuius verba repetiit Sertor. Vrſat Mon. Patau.* 1, 6 p. 223 *priora verba vſque ad* nec *eſſe ab interpolatione lapidis recentiore.* Seru. *ad* Aen. 4, 57 *Mactant* verbum ſacrorum — quaſi magis auctum, vnde et *magmentum* dicebant, quaſi maius augmentum. *Breuius et hic defungi licebat, ſi dixiſſet eſſe vt* magitus mactus, *ita* magimentum magmentum. *Sunt qui* Magnentum *praeferant, vt* Turn. 22, 6: *nempe vt* Menbra *habent quidam libri pro* membra, *etc. Plura vid. apud Vrſatum l. c.*

MAGMENTARIVS, a, um. Adi. *Hoc nomen Turn.* 22, 6 *reſtitui vult* Varroni de L. L. 4, 22 *vbi poſt* Magmenti *mentionem ſequitur,* Itaque propter hoc magmentaria fana conſtituta ſunt certis locis, quo id imponeretur. *Nempe pro eo, quod Turnebus vult* magmentaria, *habent libri* mentarea, *vel, vt Scal. edidit,* montana. *Sunt autem* Magmentaria fana, *Vaſa ſacra, quibus magmenta et exta ſacra impoſita arae inferebantur.* Vetus lexicon Lat. Gr. MAGMENTARIVM, ἐφ᾽ οὗ τὰ σπλάγχνα ἀνατιθέμενα τοῖς βωμοῖς προσφέρονται. *Itaque* Magmentaria vaſa *legere apud Varronem forte quis malit.*

MAGNALIA, ium. n. Pl. [μεγαλεῖα] *Res magnae atque illuſtres.* Tertull. ad Vxor. 2, 7 Senſit magnalia, vidit experimenta, *de muliere fideli. Vtitur etiam* Cyprian. *vid. Borrich. Cogitat. p.* 157. *Vſus eſt* vulgatus Interpres Act. 2, 11 Magnalia miraculorum.

MAGNANIMITAS, MAGNANIMVS, *vid.* MAGNVS.

MAGNARIVS. [μεγαλέμπορος Onomaſtic.] *apud* Apuleium Met. 1 p. 104 *Elmenh. pro Magno negotiatore ponitur, a negotiorum magnitudine, tanquam clarus in obeundis magnis mercaturis.* Vetus Inſcr. *apud* Gruter. 283, 1 CORPVS CORIARIORVM MAGNARIORVM. *vid. Turneb. Aduerſ.* 27, 21.

MAGNATES, ium. m. pl. *Optimates.* Magnas, magnates, μεγιστᾶνες Onomaſt. Vet. Vet. Inſcript. *quam produxit* Demſter. ad Roſin. Antiq. 2, 12 MANSIONES PALATINORVM SALIORVM A VETERIBVS OB ARMORVM MAGNATIVM CVSTODIAM CONSTITVTAS, LONGANIMITATE NEGLECTAS PECVNIA SVA REPARAVERVNT PONTIFICES VESTAE VVCC PRO MAGISTRO PROTI IACILII LVCILII PRAETEXTATI. *Conf. Borrich. Cogit. p.* 158.

MAGNES, ētis. m. [μαγνῆτις] *Genus lapidis ad ſe ferrum attrahentis, a patria* Magneſia *dicti.* Plin. 36, 16 Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit et patitur mores; trahitur namque a magnete lapide, domitrixque illa rerum omnium materia ad inane neſcio quid currit; atque vt propius venit, aſſiſtit, teneturque et complexu haeret. Sideritin ob hoc alio nomine appellant, quidam Heracleon. Magnes adpellatus eſt ab inuentore, vt auctor eſt Nicander, in Ida repertus. Namque et paſſim inuenitur, vt in Hiſpania quoque. Inueniſſe autem fertur clauis crepidarum, et baculi cuſpide haerentibus, quum armenta paſceret. *Haec* Plin. Lucret. 6, 906 *multus eſt, in explicanda natura huius lapidis,* Quem magneta vocant patrio de nomine Graii, Magnetum quia ſit patriis in finibus ortus, *etc. Sunt enim plurima.* Cic. de Diuin. 1, 86 c. 39. Si magnetem lapidem eſſe dicam, qui ferrum ad ſe alliciat et attrahat; rationem, cur id fiat? adferre nequeam: fieri omnino neges? *Eſt* Eidyllion 5 Claudiani de Magnete, *vbi in primis deſcribit ſtatuam Veneris e magnete, quae ſignum Martis ferreum ſolemni ſacro rapiat. Multa ad eum locum de Magnete Barthius.* Magnetem nouimus mirabilem eſſe ferri raptorem Auguſtin. C. D. 22, 4. *Add.* Iſid. 17, 4. *Non habuiſſe veteres cognitam Magnetis vim directricem ad ſeptentriones, contra Fullerum oſtendit Bochartus* Phaleg. 1, 38.

MAGNĒTICVS, a, um. Adi. [μαγνητικός] Claud. de Magn. 26 Venerem magnetica gemma figurat.

MAGNESIA, ae. f. [Μαγνησία] Macedoniae regio, Theſſaliae annexa Plin. 4, 9. *it. eiusdem regionis oppidum. Eſt et* Magneſia *vrbs in Aſia* ad Sipylum *montem, apud quam Scipio Aſiaticus Antiochum regem magna clade affecit; vid.* Liu. 37, 37. *etc. Et ciuitas item Aſiae minoris Themiſtocli donata: vid.* Nep. 2, 10, 3.

MAGNES, ētis. f. MAGNESSA, pl. MAGNĒTES, is. m. [Μάγνητες] *qui et* Magneſii *populi vocati ſunt.* Lucan. 6, 385 Et Magnetes equis Minyae gens cognita remis. Hor. Od. 3, 7, 18 Magneſſa Hippolytae *Amazon.*

MAGNĒSIS, ĭdos. f. [Μάγνησις] *Quae ex Magneſia eſt.* Ouid. Epiſt. 12, 9 Cur vnquam Colchi Magneſida vidimus Argo?

MAGNĒSIVS. Lucret. 6, 1062 Magneſi ſemina ſaxi.

MAGNETARCHES, ae. m. Magnetum ſummus magiſtratus Liu. 35, 31.

MAGNVS, a, um. Adi. [μέγας, μεγαλεῖος] *Paruo opponitur, et eſt quaſi* Maginus *ab obſoleto verbo* Magere *i. augere. Hoc etiam indicat Comparatiuum* Maior, *Superlatiuum* Maximus, *quaſi a* Magis, Magior, Magiſſimus. Nihil magnum, quod non eſt placidum Sen. de Ira 1 *extr.* Quo quisque eſt maior, magis eſt placabilis irae Ouid. Triſt. 3, 5, 31. Magni *dicuntur homines, Qui res magnas geſſerunt, vt Alexander et Pompeius. Vid. Spanheim. de Vſu Num. diſſ.* 10 *p.* 66. *Conf. Id. diſſ.* 7 *p.* 445. Magnus *pro Opulento.* Magna et vetere proſapia Suet. in Galb. c. 2. *Sic,* Magnas propinquitates *pro Opulentis dixit* Idem Othon. c. 1. Magnus *et* Bonus vir *diſtinguuntur:* bonum virum facile crederes, magnum libenter Tac. Agric. 44, 2. *Conf.* Sen. ad Marc. c. 16. Vir ingenii magni magis quam boni Liuio *tribuit, ſed verum eſſe negat* Sen. de ira 1, 16. Magna *nonnunquam* multa *ſignificant: vid. Brouckhuſ. ad* Tibull. 1, 1, 2. Alia Clariora ſunt, alia Maiora Plin. Epiſt. 3, 16. ¶ 2 *Iam Subſtantiua ponamus, quae hoc epitheto augeri ſolent.* Magnus Aceruus Virg. Georg. 1, 158. Achilles, *vid.* ACHILLES. Adiutor Hor. Serm. 1, 9, 46. Aedibus ex Id. ibid. 2, 7, 11. Aequor Virg. Georg. 4, 388. Agmen Id. ibid. 1, 381. Amator mulierum Plaut. Men. 2, 1, 43. Cic. Fam. 7, 29 Sed Amice magne noli hanc epiſtolam Attico oſtendere. *Veteribus, inquit Turnebus,* magni *erant amici homines potentes, qui ab inferioribus, vt clientibus patroni, obſeruantia omni et officio neceſſitudinis et obſequii colebantur.* Iuuen. Sat. 6, 312 — Tu calcas, luce reuerſa, Coniugis vrinam, magnos viſurus amicos, *i. Dum ſalutatum is homines potentes.* Amore dilectus Virg. Aen. 1, 248. Animae, *h. e. Excellentium et praeſtantium virorum animi et manes.* Sueton. Si, vt ſapientibus placet, non cum corpore extinguuntur magnae animae. Animaeque magnae prodigum Poeno ſuperante Paullum Hor. Od. 1, 12, 37. Maiorem ad res gerendas Animum facit cura Cic. Off. 1, 12. Annus, *vid. h. v.* Bellum Virg. Aen. 2, 193. Calceus pede maior Hor. Ep. 1, 10, 43. Caput Plaut. Pſeud. 4, 7, 21. Caterua Virg. Aen. 1, 501. *et* 2, 40. Cauſa doloris Propert. 1, 16, 35. Certamen Virg. Ecl. 7, 16. Clamor Idem Georg. 3, 375. Coena Horat. Serm. 2, 6, 104. Cogitatio Tacit. Ann. 15, 54. Concurſu accedere magno Virgil. Aen. 1, 513. Corpus craſſa farragine Idem Georg. 3, 205. Cultus maximi Flor. 4, 11, 11. *i. maximi pretii.* Cura Virgil. Georg. 4, 354. Dedecus Horat. Serm. 1, 4, 51. Tacit. Agric. 34 Tranſigite cum expeditionibus. Imponite quinquaginta annis magnum Diem. Magnum Diem, *feliciſſimae et laetiſſimae victoriae diem, quo bellum erit totum confectum, nullis ſuperſtitibus eius reliquiis, appellat. Turnebus.* Dii magni Virg. Aen. 3, 13. Documentum Horat. Serm. 1, 4, 110. Dos Idem Carm. 3, 24, 21. Duces Idem ibidem 2, 1, 21. Eques Idem Epod. 4, 15. Exitium Virg. Aen. 2, 190. Fas Hor. Epod. 5, 87. Faſtidia Hor. Serm. 2, 4, 78. Fortuna Idem Carm. 3, 27, 74. Magna Graecia *vocatur ora Italica vrbibus Graecis culta, vid. Graecia: Sic* Magna Heſperia, *Italia eſt; vtrinque notat nomen regionis latius extenſum.* Gratia maior debetur illi Hor. Serm. 1, 6, 18. Grex, *vid.* GREX. Magnus homo *pro ſtolido dici nonnunquam videtur. Certe ita accipit Meurſius* Plaut. Mil. 3, 3, 48 *vbi pro* magnidicum, cincinnatum, *legit* magnum illum: *et laudat* Lucilii *verſum apud* Varron. de L. L. 6, 3 p. 71, 26 Nequam et magnus homo, laniorum immani canes vt: *vbi notat Scaliger, etiam Ariſtophani* μέγαν *eſſe ſtolidum. Sulſe, ſi hoc ſpectauit,* Martial. 9, 51

Ingenium mihi, Gaure, probas ſic eſſe puſillum,
Carmina quod faciam, quae breuitate placent.

Confiteor : ſed tu, bis denis grandia libris
Qui ſcribis Priami praelia, magnus homo es.
Nos facimus Bruti puerum, nos Lagona viuum,
Tu magnus luteum, Gaure, giganta facis.

Sic Longum *dici Catullo, obſeruamus ſ. l. Add. Barth. ad* Claudian. Merc. p. 373. *Sed* Martial. 7, 99 *et* 2, 31 *huc trahi non debebant: ibi enim* magnus homo, *potens eſt, et eam ob rem timendus.* Honos Ouid. Met. 13, 95. Ignis Plaut. Capt. 4, 2, 64. Ingenium Cic. Acad. 4, 1. Interualla Lucret. 2, 97. Ira Virg. Aen. 5, 707. Labor Hor. Serm. 1, 9, 59. Laetitia Catull. 81, 2. Laus Hor. Serm. 2, 3, 99. Licentia Horat. de Arte Poët. 211. Lingua, *Magniloqua, ſuperba.* Horat. Carm. 4, 6, 1. Lites Idem Epiſt. 1, 16, 42. Lues Virgil. Georg. 4, 454. Mare *ſaepiſſime ita vocatur: vid. Burm. ad* Valer. Flacc. 1, 50. Mens maior humana Sil. 7, 5. In maiorem Modum eum tibi commendo Cic. ad Quint. Frat. 2, 14. Magnum in omnia Momentum Syphax affectanti res Africae erat opulentiſſimus eius terrae rex, *etc.* Liu. 28, 17. Morbus maior *quis eſſet, docet* Celſ. 2, 23 *pr.* Inter notiſſimos morbos eſt etiam is, qui comitialis, vel maior nominatur. Homo ſubito concidit *etc.* Motus Virg. Georg. 4, 68. In magno Munere Ciſſeus Ferre ſui dederat monumentum et pignus amoris Idem Aen. 5, 537. Murmur Idem ibid. 1, 59. Naufragia Lucret. 2, 552. In magno Negotio habere aliquid Suet. Caeſ. c. 23. Numerus frumenti Cic. Verr. 2, 176. Numina magna loci Virg. Aen. 3, 697. Omnia magnus Nemeſ. Cyneg. v. 114. Onus maius noſtris viribus Ouid. Triſt. 4, 10, 36. Opes Hor. Carm. 3, 16, 28. Tac. Hiſt. 1, 49, 4. Opprobrium Hor. Carm. 3, 24, 42. Opus magnum in manibus habeo Cic. Acad. 1, 4. *Add.* Id. in Orat. c. 10. Ore magno ſonare Virg. Georg. 3, 294. Ouid. Met. 1, 383 Oſſaque poſt tergum Magnae iactate parentis. *Et non multo poſt,* Magna parens terra eſt. *Ad quem locum Turnebus, Quum Magnus pater, inquit, Latinis ſit Auus, maior pater, proauus, maximus, abauus,* Magnam parentem *reor dici Tellurem, antiquam et primam humani generis procreatricem. Eodem fortaſſe modo et Patria, Magna parens vocari poſſet, quam* Cicero *in libris* de Republica *appellat* Antiquiorem parentem. *Sic enim ſcribit,* Sed quoniam plurima beneficia continet patria, et eſt antiquior parens, quam ſi quis, vt aiunt, curauerit, maior ei profecto quam parenti debetur gratia. *Haec ille.* Pars Arabiae Plin. 12, 14. Virg. Aen. 4, 448 Haud ſecus aſſiduis hinc atque hinc vocibus heros Tunditur, et magno praeſentit Pectore curas. Pondus Plin. 12, 19. Pondus auri Virg. Aen. 3, 49. Populus Plaut. Truc. 1, 1, 55. Populo in magno coorta ſeditio Virg. Aen. 1, 152. Pretii Plaut. Stich. 1, 3, 81. Pretii maximi homo, vir Ter. Adelph. 5, 6, 3. Prudentia maior rerum Virg. Georg. 1, 416. Pueri magni, *Nobiles et magnorum virorum filii* Hor. Serm. 1, 6, 72. Lucret. 1, 727 Quae quum magna modis multis miranda videtur, Gentibus humanis Regio. Res magnae Hor. Serm. 1, 5, 15. Res maior Nep. 2, 1, 3. Riſus, iocuſque Hor. Serm. 1, 8, 50. Ritus Plin. 11, 37. Rumor Idem Epiſt. 9, 3. Signum Ter. Andr. 2, 2, 29. Spiritus et inceſſus maior corpore Hor. Serm. 2, 3, 310. Stridor Virg. Georg. 1, 407. Terrorem magnum inferre alicui Hor. Carmin. 3, 4, 49. Turba maxima Virg. Aen. 6, 611. Ventus Plaut. Milit. 2, 6, 33. Nemo Vir magnus ſine aliquo afflatu diuino vnquam fuit Cic. de Nat. Deor. 2 c. 66. Cic. de Amicit. 9 Hi ne comparentur Catoni maximo et ſpectato Viro. Vires maiores Plin. 11, 30. Vis magna Virg. Georg. 1, 169. Vis maior, *cui humanis viribus reſiſti non poteſt, vid.* VIS. *Eſt impulſus et inſtinctus Dei.* Vitium Hor. Serm. 2, 2, 69. Voce magna confiteri Cic. pro Caecin. 92.

¶ 3 *Formulae aliae.* Animo magnus, maior imperio ſui Plin. 35, 10. Animo ſtabili et firmo et magno vir Cic. de Finib. 3, 29. Magnus hoc bello Themiſtocles fuit, nec minor in pace Nep. 2, 6, 1. Virg. Aen. 1, 550 Rex erat Aeneas nobis, quo iuſtior alter Nec pietate fuit, nec Bello maior et armis. Maximus ille armis, maximus ille toga Ouid. ad Liu. 14. Vir maximus factis Id. Met. 14, 108. Magis maior, *vid.* MAGIS. Multo maximus, *vid.* MVLTVS. Principum maximus Hor. Carm. 4, 14, 6. Regum magnorum maxime Hor. Serm. 1, 3, 136. Inter omnes maximus Ouid. ex Pont. 4, 10, 57. Maior, *ad annos relatum, pro Longiori aeuo.* Ter. Eun. 3, 3, 21 Verum ea ſi viuit, annos nata eſt ſedecim: non maior. Martial. 9, 31 — maior erat menſibus illa tribus. Sexagenario maior Capitolin. in Pertin. c. 4. Liu. 3, 71 Conſurgit P. Scaptius de plebe Magno natu. Cic. Tuſc. 1, 3 Anno ante natum Ennium, qui fuit Maior natu quam Plautus et Naeuius. Scribon. 13, 171. Audiui ex maioribus natu hoc idem fuiſſe Idem Off. 1, 109. Maiores natu conſulemus Liu. 1. *Add.* Nep. 2, 2, 8. *et* 11, 1, 1. Maximus natu Liu. 21, 19. *et* Ter. Adel. 5, 4, 27. *Pro quo* Nepos 14, 7, 1 Maximo natu filius. Natu maxima Pyrgo Virg. Aen. 5, 644. *Sed* maior inuidia, *i. ſuperior, ad quem illa non pertingere, cui nocere non poteſt.* Hor. Carm. 2, 20 *pr.*

Non vſitata, nec tenui ferar
Penna, biformis per liquidum aethera
Vates, neque in terris morabor
Longius, Inuidiaque maior
Vrbes relinquam.

Magnum eſt quidquid Quaeritat Plaut. Merc. 4, 5, 17. Magnum facere aliquid *pro* magni: Me facere magnam πρᾶξιν Dolabellae Cic. Att. 14, 19 *extr.* Merito te ſemper maximum feci Ter. Andr. 3, 3, 42. *alii,* maximi. *Sed* Magnum facere, *i. Magnum aliquid praeſtare* Hor. Serm. 1, 10, 20. Omnia magna Loquens Idem. Sat. 1, 3, 13. Narras magnum, vix credibile Idem Serm. 1, 9, 52. Tacit. Ann. 11, 36 Sponte an coactus tam Magna peccauiſſet, nihil referre. Magnum eſt efficere, vt quis intelligat, quid ſit illud verum et ſimplex bonum Cic. Acad. 1, 7. Magnum (*al.* Maximum) eſt in amicitia, ſuperiorem parem eſſe inferiori Id. de Amicit. 69 c. 19. Maior fit dolor Scribon. 130. Plaut. Truc. 5, 17 Quamquam parum eſt. M. ad omne Maius iſtuc poſitum parum eſt. *al. aliter.* Cic. de Amicit. 29 c. 9 Quod ſi tanta vis probitatis eſt, vt eam vel in eis quos nunquam vidimus, vel (Quod maius eſt) in hoſte etiam diligamus. Concipere maiora animo Ouid. Met. 15, 5. Viribus maiora audere Virg. Aen. 10, 811. Magna ex parte, *aut* magnam partem, *pro Fere.* Cic. Tuſc. 1, 1 Aut omnino, aut magna ex parte eſſem aliquando liberatus, *etc.* Idem ibid. 4, 9 Chryſippus et Stoici quum de animi perturbationibus diſputant, magnam partem in his partiendis et definiendis occupati ſunt. Magno, *abſolute poſitum, pro Magno pretio.* Plin. Paneg. 37 Magno aeſtimabatur. Idem Epiſt. 2, 6 Magno conſtat. Cic. Verr. 3, 71 Qui, vt ais, magno vendidiſti. Emere agros quam volent magno poterunt Id. de L. Agrar. 2 c. 13. *Conf. Caſaub. ad* Suet. Caeſ. c. 23. Mercari aliquid magno Virg. Aen. 2, 104. Maximo pretio Plin. 12, 12. Magni *item abſolute, pro eodem.* Cic. Fam. 15, 15 Magni erunt mihi literae tuae, *i. Habeo eas in pretio.* Magni aeſtimare Suet. Aug. c. 40. Maximi facere fidem Plaut. Caſ. Prol. v. 2. In eo bello eius opera magni fuit Nep. 9, 1, 1. *Add.* Id. 14, 1, 4. *vid. Voſſ. de Conſtr. c.* 39. Magnum, *pro Valde.* Magnum clamare Plaut. Mil. 3, 2, 10. Plaut. Moſtell. 2, 2, 57 Atque ille exclamat de repente maximum. Peccatum a me maximum eſt Ter. Heaut. 1, 1, 106.

¶ 4 Maiores [πρόγονοι] *Patres, aui, abaui, proaui, ataui, tritaui, et ante hos in infinitum.* Plaut. Mil. 2, 4, 19 Noli mihi minitari, ſcio crucem mihi futuram ſepulcrum. Ibi enim mei maiores ſunt ſiti, pater, auus, proauus, abauus. *Et* Perſa 1, 2, 3 Nam nunquam quiſquam meorum maiorum fuit, Quin paraſitando pauerint ventres ſuos: Pater, auus, proauus, abauus, atauus, tritauus, quaſi mures ſemper edere alienum cibum. *Sic* Terent. Ad. 3, 4, 47 Spero erit ſimilis maiorum ſuorum, *vel maxime includitur pater. Hinc recte intelligendus* Paullus ICtus l. 10 §. 7 ff. de Gradib. Patres vſque ad tritauos proprio vocabulo nuncupantur apud Romanos. Vlteriores, qui non habent ſpeciale nomen, Maiores appellantur. *Non excludit neque* Patrum *appellatione eos, qui ſunt vltra* Tritauum, *neque* Maiorum *illos, qui infra eum ſunt. Hoc notandum contra calumniam Vallae* 6, 55. *Vid. Duckeri Opuſc. de Latinit. ICtor.* p. 213 ſqq. Cic. in Salluſt. 5 Ego meis maioribus virtute mea praeluxi: vt, ſi prius noti non fuerint, a me accipiant initium memoriae ſuae. Hor. Serm. 1, 5, 55 Ab his maioribus orti Ad pugnam venere. *Cum ironia quadam: nam dixerat,* Meſſi clarum genus, Oſci: Sarmenti domina exſtat. *Videtur* Horatius *intelligere eos* maiores *noſtros vocari, non quicunque aetate nos anteceſſerunt, ſed tantum, qui in honore aliquo et dignitate fuerunt. Nam et hoc loco manifeſta ironia eſt: et infra paullo,* Sat. 6, 10. *apertius indicat, quum inquit, quoſdam etiam* nullis maioribus ortos *eſſe; i. Obſcuro genere natos, et nouos homines. Conf.* Iuſtin. 11, 4, 6. Maiores, *de Auctoribus ſectae, aut diſciplinae.* Maiores noſtri conditores ſectae Stoicae Gell. 20, 1. Maiores meos Ariſtotelem dico et Theophraſtum Apul. Apol. p. 297. *et in* Florid. *pr.* At non itidem maior meus Socrates. Maior herus, *Paterfamilias;* Minor, *Filius.* Plaut. Truc. 2, 2, 53 Niſi iſta ego veſtra hero maiori facta denarrauero. *Sic,* Dominas minores, *pro Filiabus ponit* Auguſtin. Confeſſ. 9, 8 5. Maior domus, *i. gubernatrix domus.* Solus cum ſola, ſecreto et abſque arbitrio vel teſte non ſedeas: ſi familiarius eſt aliquid loquendum, habet nutricem maiorem domus, virginem, viduam, maritatam Hieron. ad Nepotian. de vita Clericorum. *Sic olim in Gallia praefecti aulae, qui a rege proximi erant, appellabantur* Maiores domus. *Vid.* Eginhard. de vita Caroli M. *etc.* Optimus maximus, *non ſolum de Deo dicitur et de principe, ſed de fundo, agro, domo, et aliis.* Optimi maximique Principes noſtri l. 30 D. de excuſat. Celſ. in l. Quum venderes D. de Contrahenda emtione, Quum venderes fundum, non dixiſti, Ita vt optimus maximuſque eſt: verum eſt (quod Quinto Mutio placebat) non liberum, ſed qualis eſſet fundum praeſtari oportere. *Add.* l. 69 §. 3 D. de legat. 3, *et* l. 126 de verbor. ſignif.

¶ 5 *Addimus iſta Feſti i. Paulli et forte aliorum Grammaticorum:* Maximus Pontifex dicebatur, quod maximus rerum quae ad ſacra, et religiones pertinent, iudex ſit, vindexque contumaciae priuatorum, magiſtratuumque. Minorum Pontificum maximus dicitur, qui primus in id collegium venit. Item minimus qui nouiſſimus. Feſtus. *vid.* PONTIFEX. Maximae dignationis Flamen dialis eſt inter quindecim Flamines: et quum caeteri diſcrimina maieſtatis ſuae habeant, minimi habetur Pomonalis, quod Pomona leuiſſimo fructui agrorum praeſidet pomis. Feſtus. Maiores Flamines appellabantur patritii generis: Minores, plebei. Feſtus. Maximus curio, Cuius auctoritate curiae, omneſque curiones reguntur. Feſtus. *vid.* CVRIO. Maximi annales appellabantur non magnitudine, ſed quod eos Pontifex maximus conſecraſſet. Feſtus. Maiorem Conſulem L. Caeſar putabat dici, vel eum, penes quem faſces ſunt, vel eum, qui prior creatus ſit. Praetorem autem maiorem, vrbanum: minores, caeteros. (praetor maximus eſt dictator Liu. 7, 3.) Maximum Praetorem dici putant alii eum, qui maximi imperii ſit: alii qui aetatis maximae. Pro collegio quidem augurum decretum eſt, quod in ſalutis augurio Praetores maiores et minores appellantur, non ad aetatem, ſed ad vim imperii pertinere. Feſtus. Maximam hoſtiam ouili pecoris appellabant, non ab amplitudine corporis, ſed ab animo placidiore. Feſtus. Magnum ſocerum appellat vir Auum vxoris ſuae. Magnam ſocrum vir Auiam vxoris ſuae appellat. Feſtus. Maior ſocer, Vxoris meae proauus. Maior ſocrus, Vxoris meae proauia. Feſtus. Maior patruus, Aui et auiae patruus. Maior amita, Aui et auiae amita. Feſtus. Maior auunculus, Aui et auiae auunculus. Feſtus. Maior magiſtratus Conſul dicitur. Feſtus

¶ 6 *In MSS. permutantur* Maior *et* Melior: *vid. Drakenb. ad* Sil. 4, 824.

MAIVSCVLVS. Dimin. *Tam ad corpus, quam ad aetatem refertur.* Plin. 26, 6 Folia ſunt maiuſcula, quem hederae. De tuſſilagine ſeu bechio herba. Ter. Eun. 3, 3, 21 Thais, ego quam ſum, maiuſcula eſt, *i. Paullo maior.*

MAGNE. Aduerb. *Laudatur* Sponte an coactus tam magne Peccauiſſet Tac. Ann. 11, 36, 2. *Sed*

MAGNAEVVS, a, um. Adi. ἀρχαιογέρων Gloſſ. Gr. Lat.

MAGNANIMVS, a, um. Adi. [μεγαλόψυχος, εὔψυχος, μεγαλήτωρ] *Qui magno animo eſt.* Cic. Tuſc. 4, 61 Conſtantem enim volumus quendam ſedatum, grauem, humana omnia prementem, illum eſſe quem magnanimum et fortem virum dicimus. Talis autem nec moerens, nec cupiens, nec geſtiens eſſe quiſquam poteſt. *Add.* Off. 1 c. 19. Achilles magnanimus, *vid.* ACHILLES. Duces Virg. Georg. 4, 4. Equi Idem Aen. 3, 704. Gentes Id. ibid. 10, 159. Heroes Idem ibidem 6, 647. Leo Ouid. Triſt. 3, 5, 33. Phaëthon Lucret. 5, 401. Ouid. Met. 2, 111.

MAGNANIMĬTAS, ātis. f. [εὐψυχία, μεγαλοψυχία] *Sublimitas, et praeſtantia animi.* Cic. Offic. 1, 152 c. 43 Nam quum omnis honeſtas manet a partibus quatuor, quorum vna ſit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, *etc. Hoc, puto, ſemel:* Magnitudinem animi, et magnum excelſumque animum *alias dicere* ſolet.

¶ 2 Magnanimitas, *quod eſt ſubinde, in literis apoſtolicis* μακροθυμία, *quod alii vertunt Longanimitatem.* Cyprianus in tractatu de Eleemoſyna, Haec haereant firmiter ſenſibus noſtris, haec intelligantur plena fide, haec corde toto diligantur, haec indeſinentium operum magnanimitate redimantur. *De praemiis caeleſtibus homini Chriſtiano promiſſis.* Idem in tractatu de Zelo et liuore, Charitas magnanima eſt, charitas benigna, charitas non zelat: docens ſcilicet et oſtendens eum poſſe charitatem tenere, quiſquis magnanimus et benignus, et a zelo et liuore alienus eſt. *Haec ex Eraſmo in* Cyprianum.

MAGNIDĬCVS, a, um. Adi. Plaut. Rud. 2, 6, 51 Dum tuis auſculto magnidicis mendaciis. Id. Mil. Glor. 3, 3, 48. *et* Ammian. 23, 6. Perſis.

MAGNIFĂCIO, ĕre. *Extollere.* Ter. Hec. 2, 2, 18 Aliquem haud minus quam ſeipſum magnifacere. *Et* Cic. Fam. 13, 16 Eius libertum Apollonium iam tum equidem, cum ille viueret, et magnifaciebam et probabam. *Sed haec forte diuidenda ſunt.*

MAGNIFICATIO, ōnis. f. Macrob. Saturn. 5, 13 Perſonarum varia magnificatio.

MAGNIFĬCVS, a, um. Adi. [μεγαλοπρεπὴς, μεγαλεῖος, μεγαλοῦργος] *Qui in magnis pro dignitate ſumtum facit, quique circa publicam liberalitatem impenſas facit honorificas, veluti in ludis, in rebus diis ſacrificatis, in aedificiis, in epulo publico: non autem qui in ſeipſum ſumtuoſus eſt. Haec proprietas: a qua tamen ſubinde recedi, vt etiam ad priuatam diuitiarum aut aliarum rerum bonarum oſtentationem referatur: ſiue ea in oculos ſ. in aures incurrat, exempla docebunt. Quin eam propriam notionem putat Io. Ba. Pius Annot. poſt.* c. 8 *qua ſuperfluum quid ac proinde vitioſum ſimul indicet.* Ter. Heaut. 2, 1, 15 Mea eſt potens, procax, magnifica, ſumtuoſa, nobilis. Liu. 1, 10 Inde exercitu victore reducto, ipſe cum factis vir magnificus, tum factorum oſtentator haud minor *etc.* Aedes magnifica Ouid. Faſt. 6, 637. Apparatus *h. e. Sumtuoſus et lautus, vel potius immodicus* Cic. Offic. 1, 25 c. 8. Coena Id. Fam. 9, 16. Defenſio Id. Verr. 5, 1. Domus Plin. 17, 1. Genus dicendi Cic. de Orat. 2, 89. Ludi Id. Q. Fratr. 3, 8. Ornatus Id. Verr. 1, 58. Splendor Lucret. 4, 1023. Succus in vſu, medicamentisque Plin. 19, 3. Triumphi Ouid. Amor. 1, 2, 28. Ter. Eun. 4, 6, 3 Vſque adeo ego illius ferre poſſum ineptias, et magnifica verba, *i. Iactantiae et oſtentationis plena.* Vrbes Ouid. ex Pont. 2, 10, 21. Magnificum abunde eſt voluiſſe Plin. in Praef. Dicere aliquid magnificum Tibul. 1, 5, 6 Horrida verba *mox appellat.* Nep. de Attic. 13, 5 Elegans, non magnificus, ſplendidus, non ſumtuoſus. *Nempe in priuato cultu* magnificus *aliquis non eſt ſine vitio. Compar.* Magnificentius eſt dicere, quemadmodum geſſerimus conſulatum Cic. in Piſ. c. 2. Nihil illa victoria magnificentius Vell. 2, 52, 4. *Superl.* Magnificiſſima dicebant antiqui pro Magnificentiſſima. Re enim vera Magnificens dici non poteſt, vnde Magnificentiſſima videtur deduci. Feſt. Priſcian. 3 p. 603. Cic. de Fin. 2, 113 Ad altiora quaedam et magnificentiora mihi crede Torquate nati ſumus. Magnificentiſſimum Senatusconſultum, *h. e. Ampliſſimum et honorificentiſſimum* Cic. de Diuin. 1, 59. Factum Nep. 8, 1, 4. Spectaculum Vell. 2, 56, 1. Triumphus Idem 2, 40, 3. Magnificentiſſima aedilitas Cic. Off. 2, 57.

MAGNIFICENTIA, ae. f. [μεγαλοπρέπεια, μεγαλειότης, μεγαλουργία] Eſt (*inquit* Cic. de Inuent. 2, 167) Rerum magnarum et excelſarum cum animi ampla quadam et ſplendida propoſitione agitatio atque adminiſtratio. Odit Populus Rom. priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit Cic. pro Mur. c. 39. Epularum Cic. in Orat. c. 25. Ludorum magnificentia populo voluptati eſt Cic. pro Muraen. 38. Ter. Phorm. 5, 7, 37 I hinc in malam rem, cum iſtac magnificentia fugitiue, *i. iactatione magniloquentia.* Cic. pro Muraen. 38 c. 19 Noli ludorum huius elegantiam, et ſcenae magnificentiam valde contemnere. Adhibere magnificentiam, *vid.* ADHIBEO. Abſtruere aliquid magnificentia, *vid.* ABSTRVO. Cic. de Amicit. 21 c. 6 Ne metiamur eam, vt quidam docti, verborum magnificentia. Idem Offic. 1, 72 c. 21 Capeſſentibus autem Remp. nihilominus quam Philoſophis haud ſcio an magis etiam et magnificentia et deſpicientia adhibenda ſit rerum humanarum.

MAGNIFĬCE. Adu. [μεγαλοπρεπῶς, μεγαλείως, μεγαλωστὶ] *Laute, honorifice: et generatim intendendi vim habet.* Ter. Heaut. 3, 2, 45 Et ne ego te (ſi vſus veniat) magnifice, Chreme tractare poſſim, *i. cum magna ſpecie tuarum te ſententiarum et conſiliorum admonere.* Magnifice aliquem accipere, *i. Honorifice* Plaut. Pſeud. 1, 2, 4. Cic. pro Roſc. Com. 5 c. 2 Vsque eone te diligis, et magnifice circumſpicis? *i. tibi places, alios contemnis.* Compellare aliquem Plaut. Pſeud. 2, 4, 11. Dicere, *Laudabiliter, cum excellentia quadam* Ter. Adelph. 2, 3, 4. Efferre ſe, *Multum, mirum in modum* Id. Heaut. 4, 3, 31. Habitare Cic. pro Domo 115. Incedere Liu. 2, 6. Ire aduorſum Plaut. Caſ. 3, 6, 4. Cic *ad* Brut. 16 Iuuat magnifice Loqui, et certe decet apud ignorantes. Loqui magna magnifice Tibul. 2, 6 (7) 11. Ornatus Nep. 14, 3, 5. Prodeſt magnifice Scribon. 83. Cic. Offic. 1, 92 Haec praeſcripta ſeruantem licet grauiter, magnifice, animoſeque viuere, atque etiam ſimpliciter, fideliter, et vitae hominum amice. Magnifice vtilis Plin. 23, 7. Magnificius, Cato pro Magnificentius dixit: et non fruſtra. Nam poſitiuus eius Magnifice eſt. Feſtus. Omnia excelſius Magnificentiusque et dicet et ſentiet Cic. in Orat. c. 34. Neceſſaria fiunt Magnificentius quam docentur Id. ibid. c. 43. Cum conſulatum Magnificentiſſime geſſeris Id. Fam. 4, 7. *Conf.* Curt. 10, 4, 7.

MAGNIFICENTER. Adu. Vitruu. 6, 11 Cum magnificenter opus perfectum adſpicietur. *Et* 1, 6 Oppidum magnificenter aedificatum.

MAGNIFĬCO, āre. *Magni facere ſ. aeſtimare, extollere, exaltare.* Μεγαλύνω amplio, amplifico Gloſſ. Gr. Lat. Plin. 17, 9 M. Varro principatum dat turdorum fimo ex auiariis. Quod etiam pabulo boum ſuumque magnificat: neque alio cibo celerius pingueſcere aſſeuerat. Quia me colitis et magnificatis Plaut. Ciſt. 1, 1, 23. Idem Men. 2, 3, 19 Te vnum ex omnibus Venus voluit me magnificare. Et tectis crucibus magnificatur opus Venant. Fortunat. 2, 3. *Conf.* Ter. Hec. 2, 2, 18 Quem ego intellexi illam haud minus quam ſe ipſum magnificare. *Sic* MSS. *Sed Bentl. hic et in Plauti locis* magnafacere *praefert.*

MAGNIFICIVM, i. n. μεγαλοεργία Gloſſ. Gr. Lat.

MAGNILŎQVVS, a, um. Adi. [μεγαλοῤῥήμων, κομφαστικὸς] *Qui magna loquitur.* Martial. 2, 43 Candide κοινὰ φίλων haec ſunt tua Candide πάντα, Quae tu magniloquus nocte dieque ſonas. Homerus magniloquus Stat. Silu. 5, 3, 62. Flatus magniloqui Stat. Theb. 3, 192. Ore magniloquo tumidus Ouid. Met. 8, 396.

MAGNILOQVAX, ācis. μεγαλολάλος Gloſſ. Gr. Lat.

MAGNILOQVENTIA, ae. f. [μεγαλοῤῥημοσύνη] Cic. in Orat. 191 Quod ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiae ſit accommodatior. Homeri magniloquentia Cic. Fam. 13, 15. Rhodiorum legati magniloquentiam vix Curia ante ceperat Liu. 44, 15 *pr. i. ſuperbam iactantiam.*

MAGNIPENDO, ĕre. [περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι] *In magna aeſtimatione habere.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 85 Sed, ſcio, tu haud oleum magnipendis, vino te deuincis. Ter. Adel. 5, 4, 25 Ego quoque a meis me amari, et magnipendi poſtulo. *Sed melius diuiſe ſcribitur,* pendo magni.

MAGNĬTAS, ātis. f. [μεγαλότης] *Pro magnitudine apud antiquos.* Accius *apud* Non. 2, 523 Neque ſat fingi, neque dici poteſt pro magnitate.

MAGNITIES, ei. f. Auctor Carminis de Phoenice *ſub fin.*

MAGNITVDO, ĭnis. f. [μέγεθος, ὄγκος] *Interdum nihil niſi modum aut molem ſignificat, vt* Nucis magnitudo Scribon. 135. *i. quantitas. Et* 205 In vulneris magnitudinem dilatatum emplaſtrum. *Sed ordinarie eſt Amplitudo, ſublimitas.* Sen. de Ira 1 *extr.* Magnitudinis firmamentum roburque bonitas eſt. Magnitudo non habet certum modum; comparatio illam aut tollit aut deprimit Sen. Ep. 43. Ampla magnitudo, Inaudita, Inhabilis magnitudinis nauis, Iuſta, Capere magnitudinem. Cogere in, *vid. in his verbis.* Complere magnitudinem alicuius rei Plin. 16, 7. Excedere in nimiam magnitudinem Celſ. 2, 21. Implere magnitudinem ſuam anno, *vid.* IMPLEO. Acerbitatis et odii magnitudo Cic. pro Deiot. 30. Aeris alieni Idem pro Roſc. Amer. 39. Amoris Idem Fam. 2, 7. Idem in Partit. 81 Magnitudinem Animi ſuperbia imitatur in animis extollendis. *Et* Fam. 1, 7 Magnitudinem Animi his ne inflectas cuiusquam iniuria. *Quibus in rebus conſiſtat, docet* Cic. Off. 1 c. 20. Cauſarum magnitudo et varietas Idem de Orat. 1, 15. Frigorum Idem Verr. 5, 23. Fructuum Idem contra Rull. 2, 94. Maris Aegaei Idem de Fin. 3, 45. Mundi Id. Off. 1, 154. Quaeſtus Cic. Verr. 5, 23. Periculi Idem pro Quint. 6. Profeſſionis magnitudo Scribon. Ep. *fin.* Regionum Cic. Philipp. 13, 5. Conſpicuus magnitudine, *vid.* CONSPICIO. *Pl.* Cic. de Orat. 1, 187 In geometria lineamenta, forma, interualla, magnitudines. ¶ 2 *Inter titulos honoris inferiori aetate erat* Magnitudo. Caſſiod. Var. 9, 13 Ad Comitem patrimonii ſcribit Athalricus, Magnitudinis tuae ſuggeſtione comperimus, de Domeſticorum exceſſibus *etc.*

MAGNOPĔRE. Adu. [λίαν, μεγάλα] *Valde, vehementer.* Ter. Heaut. 4, 1, 13 Meminiſtine me eſſe grauidam, et mihi te magnopere interminatum, ſi puellam parerem, nolle tolli? Lucret. 2, 176 Sed in omnibus rebus Magnopere, a vera lapſi ratione videntur. Magno opere, *ſeparatim etiam aliquando legas.* Cic. de Inu. 2, 2 Cum puerorum igitur formas et corpora magno hic opere admiraretur. Idem Fam. 13, 34 Magnoque opere abs te peto. *vti* Ter. Eun. 3, 4, 26 Thais maximo te orabat opere, vt cras redires. Cic. Fam. 15, 14 Ego caeterarum rerum cauſa tibi Romam magnopere properandum cenſeo. Nemo magnopere eminebat Liu. 1, 17 *pr.* Magnopere prouidendum Cic. pro Font. *Et* Verr. 2, 28 Qua de re, Iudices, vobis magnopere prouidendum eſt. Idem Verr. 5, 107 c. 41 Quid, inquam, magnopere potuit Cleomenes facere, iſtius auaritia nauibus exinanitis? Id. pro Roſc. Com. 43 c. 15 Et quorſum recidat reſponſum tuum non magnopere laboro. Non magnopere miror Cic. Acad. 4. Id. Verr. 4, 1 Genus ipſum prius agnoſcite, iudices, deinde fortaſſe non magnopere quaeretis, quo nomine appellandum putetis. Idem pro Roſc. Amer. 124 Tametſi ita res ſe habet, vt mihi in communem cauſam ſectorum dicendum nihil magnopere videatur. Non magnopere viſus Phoenix in toto orbe Plin. 10, 2.

MAXIMOPĔRE. [σφοδρότατα] *Superlatiui gradus aduerbium. Idem quod Vehementiſſime.* Cic. Fam. 3, 2 A te maximopere pro noſtra ſumma coniunctione, tuaque ſingulari humanitate etiam atque etiam quaeſo et peto, vt quibuscunque, *etc. Sed etiam hoc in bonis libris diuiditur, de qua ratione dubitationem eximit illud* Thais maximo te orabat opere, vt cras redires Ter. Eun. 3, 3, 26.

MAGVDĂRIS, *ſiue* MAGYDĂRIS. [μαγύδαρις] Priſcian. 7 c. de accuſatiuo, Magudaris, *inquit*, ſignificat frugis, id eſt cauli genus, qui naſcitur ex ea parte, cuius radix ſilphii auellitur. vel, vt alii volunt, ſiliginem. *Hanc, caulem laſerpitii quidam exiſtimant.* Plaut. Rud. 3, 2, 19 Seu tibi confidis fore multam magudarim Columel. 6, 17. *vid.* LASER. Plin. 19, 3 ſ. 15 Caulem laſerpitii *vocat; et* ſ. 16 Alterum genus laſerpitii. *Add. Salmaſ. ad loc.* Plaut.

MĂGVS, i. m. [μάγος] *Dictio Perſica, qua apud eos Sapiens ſignificatur, eos enim Perſae Magos vocant, quos Graeci Philoſophos, Latini Sapientes, Galli Druydas, Aegyptii Prophetas, ſiue Sacerdotes.* Perſarum lingua magus eſt, qui noſtra ſacerdos Apul. Apol. Cic. de Legib. 2, 26 Patrum delubra eſſe in vrbibus cenſeo; nec ſequor magos Perſarum, quibus auctoribus Xerxes inflammaſſe templa Graeciae dicitur. Catullus 87 Nam magus ex matre et gnato naſcatur oportet, ſi vera eſt Perſarum impia relligio. Artes magorum Ouid. Met. 7, 195. Portenta magorum Cic. de Nat. Deor. 1, 43 c. 16. Sapientum et doctorum genus magorum habebatur in Perſis Cic. de Diuin. 1, 46 c. 23. *Sed* More vulgari, *ait* Apul. Apol. p. 291 *pr.* eum proprie Magum exiſtimant, qui communione loquendi cum Dîs immortalibus ad omnia quae velit, incredibili quadam vi cantaminum polleat — Qui magum qualem iſti dicunt in diſcrimen capitis deducit, quibus comitibus, quibus ſcrupulis, quibus cuſtodibus perniciem caecam et ineuitabilem prohibeat? — Qui prouidentiam mundi curioſius veſtigant, et impenſius deos celebrant, eos vulgo Magos nominant; quaſi facere etiam ſciant, quae ſciant fieri: vt olim fuere Epimenides, et Orpheus, et Pythagoras, et Oſtanes.

MAGA, ae. f. Auguſtin. de Ciu. Dei 18, 17 Maga famoſiſſima Circe.

MAGVS, a, um. *Re vera adiectiuum eſſe,* docet Sen. Herc. Oet. 467 Carmine in terras mago deſcendat aſtris luna deſertis licet. *Itemque* Ouid. Amor. 1, 8, 5 Illa magas artes Aeaeaque carmina nouit.

MAGĪA, ae. f. [μαγεία] *Vocabulum medium. Primo enim, damus Apuleii verba* Apol. p. 290, 23 Id eſt, quod Plato interpretatur θεῶν θεραπεία — Auditisne Magiam artem eſſe Dîs immortalibus acceptam, colendi eos ac venerandi pergnaram, piam ſcilicet et diuini ſcientem, iam inde a Zoroaſtre et Oromazo auctoribus ſuis nobilem, caelitum antiſtitam? *etc. Hanc deinde Magorum Perſarum artem eſſe contendit. Deinde eſt ars quaedam occulte ope daemonum nocendi. De hac* Apul. Apol. p. 304, 24 Magia iſta res eſt legibus delegata, iam inde antiquitus duodecim tabulis propter incredundas frugum illecebras interdicta. Igitur et occulta non minus quam tetra et horribilis, plerumque noctibus vigilata, et tenebris abſtruſa, et arbitris ſolitaria, et carminibus murmurata. *De hac* Magia *toto hoc opere plura Apuleius, quippe in quo* Magiae *crimen depellat. Multa etiam in libris Metamorphoſeos ſuae, tribus praeſertim prioribus. Alter locus claſſicus eſt* Plin. 30, 1 *vbi inter alia* Fraudulentiſſima artium plurimum in toto terrarum orbe plurimisque ſaeculis valuit. Auctoritatem ei maximam fuiſſe, nemo miretur, quandoquidem ſola artium tres alias imperioſiſſimas humanae mentis complexa in vnam ſe redegit. Natam primum e *medicina*, nemo dubitat, ac ſpecie ſalutari irrepſiſſe velut altiorem ſanctioremque medicinam: ita blandiſſimis deſideratiſſimisque promiſſis addidiſſe vires *religionis* — atque — miſcuiſſe artes *mathematicas* nullo non auido fu-

tura de ſe ſciendi, atque ea e caelo veriſſime peti credente. Ita poſſeſſis hominum ſenſibus triplici vinculo, in tantum faſtigii adoleuit, vt hodieque etiam in magna gentium parte praeualeat, et in oriente regum regibus imperet. Sine dubio illic orta in Perſide a Zoroaſtre *etc. Pertexit enim longam deinde hiſtoriam eius, quam nunc* Magiam *nunc* Magicen *appellat. Inter alia* c. 2 ſ. 6 Proinde, *ait*, ita perſuaſum ſit, inteſtabilem, irritam, inanem, eſſe, habentem tamen quasdam veritatis vmbras: ſed in his veneficas artes pollere, non magicas.

MAGĬCE, es. f. [μαγικὴ] *Ars ipſa incantandi, quam et* Magiam *vocant.* Plin. 30, 1 Si non expers ſedes eius tota Thrace magices fuiſſet.

MAGĬCVS, a, um. Adi. [μαγικὸς] *Quod ad magum vel etiam magicen pertinet.* Magica ars Plin. 11, 37. Artes magicae Virg. Aen. 4, 493. Auxilia Tibul. 1, 8, 5. Carmen Cic. de Orat. 1, 245. *ſed rectius ibi legitur,* magiſtri carmine. Linguae magicae potentia Ouid. Met. 7, 330. Os Ouid. Met. 14, 58. Portenta Plin. 25, 3. Ritu luſtrari Ouid. Met. 10, 398. Sacra Virg. Ecl. 8, 66. Soni Ouid. de Arte Am. 2, 102. Terrores Hor. Epiſt. 2, 2, 208.

MAGYDARIS, *vid.* MAGVDARIS.

M A I

MAIA. [Μαῖα] *Atlantis filia, ex qua Iupiter Mercurium ſuſcepit.* Almae filius Maiae, *Mercurius* Hor. Carm. 1, 2, 43. Genitus Maia, *Mercurius* Virg. Aen. 1, 301. Natus Maia, *Mercurius* Hor. Serm. 2, 6, 5. Maia, *pro ſtella vna ex Pleiadibus* Virg. Georg. 1, 225. ¶ 2 *Eſt etiam Romanum numen* Maia, *de qua locus claſſicus* Macrob. Sat. 1, 12 Cincius *Maium* menſem nominatum putat a Maia, quam Vulcani dicit vxorem; argumentoque vtitur, quod Flamen Vulcanalis Calendis Maiis huic Deae rem diuinam facit. Sed Piſo vxorem Vulcani Maieſtam non Maiam dicit vocari. Contendunt alii Maiam Mercurii Matrem menſi nomen dediſſe, hinc maxime probantes, quod hoc menſe mercatores omnes Maiae pariter Mercurioque ſacrificant. Affirmant quidam, quibus Cornelius Labeo conſentit, hanc Maiam, cui menſe Maio res diuina celebratur, terram eſſe, huc adeptam nomen a magnitudine; ſicut et Mater Magna in ſacris vocatur, — Auctor eſt Cornelius Labeo, huic Maiae aedem Calendis Maiis dedicatam, ſub nomine Bonae Deae. *Vid.* Bona Dea in BONVS. ¶ 3 Maia *genus cancri* Plin. 9, 31.

MAIĀLES. [τόμιαι] Vet. Gloſſ. Maialis, δέλφαξ. *Sic autem porci caſtrati dicti ſunt antiquis.* Varr. de R. R. 2, 4 Caſtrantur verres commodiſſime anniculi, vtique ne minores quam ſemeſtres, quo facto nomen mutant atque e verribus dicuntur maiales. *Add. ib.* c. 7. *Conf.* Iſidor. 2, 31. *Hotomann. Obſeru.* 8, 7. *Et* Cic. in Piſon. 19 c. 9 Conſulem quaerebam, quem in iſto maiali inuenire non poteram. *Eleganter* Titin. *apud* Non. 2, 330 Ne ego maialis fiam: pro, Ne ego caſtrer.

MAIESTAS, ātis. f. [μεγαλειότης] a Magnitudine dicta eſt, *auctore* Feſto. *Et eſt ſane nihil aliud, quam* magnitudo, *qua quis vel quid excedere ſui generis homines aut res videtur. Sollemnior autem ea ſignificatio eſt, qua magnitudinem auctoritatis, poteſtatis, reuerentiae et honoris, atque ſummum adeo amplitudinis faſtigium in republica denotat, et penes eos eſt, qui ſummae rerum praeſunt.* Hor. Epiſt. 2, 1, 258 Sed neque paruum Carmen maieſtas recipit tua. *de Auguſto.* Maieſtatem *lepide fingunt Poëtae,* Honoris *et* Reuerentiae *filiam eſſe: vid.* Ouid. Faſt. 5, 25. Maieſtas, *populi dicebatur:* Auctoritas *autem, Senatûs. Populus enim ſciſcere ſolebat et iubere; Senatus cenſere, et auctor eſſe.* Cic. Philipp. 3, 13 Tantus autem eſt conſenſus municipiorum, coloniarumque prouinciae Galliae, vt omnes ad auctoritatem huius ordinis, maieſtatemque Populi Rom. defendendam conſpiraſſe videantur. *Legitur et* Maieſtas Senatus: *vt apud* Plin. Epiſt. 8, 6 Erat enim contra maieſtatem Senatus, ſi, *etc.* Actio maieſtatis *int.* laeſae Quinctil. 5, 10. Maieſtas Imperii Hor. Carm. 4, 15, 15. Imperatoria Tac. A. 1, 46, 2. Claud. in Conſ. Prob. et Olyb. 126 — et inhorruit acri Maieſtate nemus. Dictatoria Liu. 4, 14. Rectoris Sil. 15, 417. Regia Claud. de Nupt. Honor. 198. Sancta Ouid. de Arte Am. 3, 407. Summae maieſtatis reges Iuſtin. 11, 4, 6. Verenda Ouid. Met. 4, 539. Arcerſere maieſtatis, *vid.* ARCERSO. Cic. pro Rabir. 20 c. 7 Fit Senatusconſ. vt C. Marius, L. Valerius Conſules, adhiberent Trib. pleb. et Praetores, quos eis videretur: operamque darent, vt imperium Populi Romani maieſtasque conſeruaretur. Idem pro Corn. Balb. 36 Adiunctum illud etiam eſt, quod non eſt in omnibus foederibus: Maieſtatem Populi Rom. comiter conſeruent, *etc. h. e. Obſequium, obſeruantiamque liberis non indignam nec indecoram imperio Romano, populoque benigne exhibeant: et vt comiter obſequioſum ſe ille populus Populo Romano praebeat: curetque vt imperium ſemper penes Romanos ſit. Ex Budaeo.* Saluſt. in Bell. Iugurth. 31, 17 *in C. Memmii oratione:* Maiores veſtri parandi iuris, et maieſtatis conſtituendae gratia, per ſeceſſionem armati bis Auentinum montem occupauere. Damnatus maieſtatis Cic. pro Cluent. c. 35. Id. de Orat. 2, 164 c. 39 Si maieſtas eſt amplitudo ac dignitas ciuitatis, is eam minuit, qui exercitum hoſtibus Populi Romani tradidit. Ibid. 107 c. 25 Mihi ipſi cum Sulpicio fuit in Norbani cauſa ſumma contentio. Pleraque enim de iis, quae ab iſto obiiciebantur, quum confiterer, tamen ab illo maieſtatem imminutam negabam. Cic. de Inu. 2, 55 c. 18 Maieſtatem minuere eſt aliquid de rep. cum poteſtatem non habeas, adminiſtrare. Laedere *etiam veteres dixere* Marcianus l. 3 ff. ad L. Iul. Mai. Eum, qui maieſtatem publicam laeſerit, teneri. *Et* Papinianus l. 8 eod. In quaeſtionibus laeſae maieſtatis etiam mulieres audiuntur. Sueton. in Claud. c. 16 Notauit et quendam, quod comes regis in prouincia fuiſſet: referens maiorum temporibus Rabirio Poſthumo Ptolemaeum Alexandriam crediti ſeruandi cauſa ſecuto, crimen maieſtatis (*ſubaud.* laeſae) apud iudices motum. *Eſt ille* C. Rabirius Poſtumus, *pro quo Cicero orationem habuit, quae exſtat. Sed de hoc crimine, et quam late patuerit videndi, qui de Legibus egere,* Cornelia Maieſtatis *etc. Nobis ſat erit vnum adhuc* Ciceronis *locum interpretari* Fam. 3, 11 Eſt maieſtas, vt Sulla voluit, *h. e. Sulla ideo legem Maieſtatis tulit,* vt (*ſic leg. cum Lambino, non* ne) in quemuis impune declamare liceret. *Nempe in hac lege multo maior delatoris et accuſatoris impunitas, cum calumniae eum poena lex Cornelii Sullae liberaret.* Cic. in Orat. 102 Ius omne retinendae maieſtatis Rabirii cauſa continebatur. Ergo in omni genere amplificationis exarſimus. Liu. 22, 42. *extr.* Horum opportunus aduentus Conſules imperii potentes fecit, quum ambitio alterius ſuam primum apud eos praua indulgentia maieſtatem ſoluiſſet. Quinctil. 3, 7 Verum in deis, generaliter primum maieſtatem ipſius eorum naturae Venerabimur. Cic. Acad. 4, 120 Negatis haec tam polite, tamque ſubtiliter effici potuiſſe ſine diuina aliqua ſolertia, cuius quidem vos maieſtatem deducitis vſque ad apium, formicarumque perfectionem. Maieſtas nominis, *h. e. Magnitudo et dignitas* Martial. 8, 1. Praetoris maieſtas contemta Paul. in l. Si famil. D. de iurisdict. omnium iudic. Detrahere maieſtatem Amicitiae Sen. Ep. 9. Maieſtas alicuius loci, *h. e. Praeſtantia et excellentia* Liu. 1, 53 *quae ibid.* c. 38 *extr.* amplitudo *dicitur.* Maieſtas in oratione, *h. e. Grauitas* Cic. de Amicit. 96 c. 25. Afferre orationi maieſtatem aliquam Quinctil. 1, 6. Stat. Silu. 4, 6, 36 *de ſtatua Herculis,* Tantus honos operi firmosque incluſa per artus Maieſtas. Maieſtas *vt monuimus, interdum ſimpliciter magnitudo eſt, absque veneratione proprie dicta conſiderata.* Varro de R. R. 2, 5, 4 Noui maieſtatem boum, et ab his dici pleraque (*apud Graecos*) magna. *Quin ad horrorem et metum pertinet, v. g.* Stat. Theb. 7, 478 *de Iocaſta,* Eumenidum velut antiquiſſima portis Egreditur, magna cum maieſtate malorum. *Sic de Dite* Claudian. de R. R. 1, 80 Nigraque verendus maieſtate ſedet.

MAIORES, *vid.* MAGNVS.

MAIORĪNA, ae. f. *Species oliuae.* Plin. 15, 3. ¶ 2 Imp. Conſtantius l. 6 C. Th. de falſa moneta Maiorinam pecuniam ſeparato argento ab aere *prohibet: vbi vix aliud conſtituit Iac. Gothofredus, quam, quod lex ipſa ſatis indicat, ex argento et aere conflatam fuiſſe.*

MAIV̆MA, ae. f. *Ludi genus apud Romanos.* Theod. Cod. l. 15 t. 6 Placuit, vt Maiumae laetitia prouincialibus redderetur. *Vid. Iac. Gothofr. ad l. c.* Cod. *Dilherr. T. 2 Diſpp. p. 81. et Chok. Fac. Hiſt. Cent. 1, 56. fol. 111. it. Andr. Riuini diſſ. de* Maiumis, Maicampis et Roncaliis, *quam Syntagmati* Graeuius *ſuo inſeruit.* Foedum atque indecorum ſpectaculum, procaci licentia *vocatur* l. 2 C. Th. de Maiumis.

MAIVS. [Μάιος, Μεταγειτνιὼν] Menſis a maioribus dictus eſt, quia (*inquit* Macrob. Saturn. 1, 12.) maioribus conſecratus erat, quorum conſilio Respub. gerebatur. *Conf.* Feſt. Ouid. Faſt. 5, 73 Hinc ſua maiores tribuere vocabula Maio. *Sunt qui* Maium *a* Maieſtate *dea denominatum velint, quod flamen Vulcanalis Calendis* Maiis *huic deae rem diuinam facit. Alii a* Maia *Mercurii matre, propterea hoc menſe mercatores omnes Maiae pariter et Mercurio ſacrificare ſoliti erant, vid.* Macrob. Sat. 1, 12. Tertius a maioribus Maius Varr. de L. L. 5, 4 *De Menſibus loquitur.* Menſis Maius Cic. Philip. 2, 100 c. 39. *et* Att. 13, 5. *Ita,* Calendae, Idus, Nonae Maiae. *Vid.* Cic. Att. 3, 7 *et* 8. Id. Fam. 1, 9. *et* 4, 3. *etc.*

MAIVSCVLVS, *vid.* MAGNVS.

M A L

MALA, ae. f. [μῆλον, παρειὰ, σιαγὼν] *Faciei pars eſt, dicta, ſi credimus* Iſid. 11, 1, *quod rotunda,* mali *ſpeciem prae ſe ferat: Magis audiendus* Cic. Orat. 153 c. 45 Quomodo enim veſter *Axilla Ala* factus eſt, niſi fuga literae vaſtioris? Quam literam etiam e *maxillis* et *taxillis* et *vexillo,* et *paxillo* conſuetudo elegans Latini ſermonis euellit. *Poterat addere* Texelam, *quae in* Telam *contrahitur: quod in primis notabile exemplum eſt, cum etymologia a* Texo *ſatis oſtendat, Literam* X *eſſe in primitiuo.* Plin. 11, 37 Infra oculos malae, homini tantum, quas priſci genas vocabant, XII Tabularum interdicto radi a feminis eas vetantes. Pudoris haec ſedes: ibi maxime oſtenditur rubor. Pars vtraque malarum Lucret. 1, 89. Audaces Virg. Aen. 7, 114. Diſſutae Perſ. Sat. 3, 59 *oſcitantis a crapula heſterna.* Horribilis mala leonis Hor. Carm. 2, 19, 24. Crepitant duro ſub vulnere Virg. Aen. 5, 435. Flaueſcere malae *dicuntur, quum primum barbae lanugo creſcere occipit* Ouid. Met. 6, 718. Abſumere menſas ambeſas malis Virg. Aen. 3, 257. *Citatur verſiculus antiqui Poëtae a* Cicerone, ex Atreo fabula, de Orat. 3, 217 c. 58 Impius hortatur me frater, vt meos malis Mandem natos. *Sic enim rectius legitur; nam* Mandare malis, *eſt Malis committere et comeſſe; vt apud* Lucret. 2, 637 Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus. *Eſt igitur vetus loquendi formula, quam et menſura verſus poſtulat, vt Turneb. et Lambin. annotarunt. Caeterum vulgo legitur,* Manderem, *etc.* Signarat teneras dubia lanugine malas Ouid. Met. 13, 754. Iuuentas molli veſtit lanugine malas Lucret. 5, 887.

MALABATHRVM, *vid.* MALOBATHRVM.

MALĂCHE, es. f. [μαλάχη] *Malua.* Plin. 20, 21. Columel. 10, 247. Apul. de Herb. c. 40.

MALACHRA, quam alio nomine Maldacon vocant, arbor eſt in Bactriana regione, magnitudine oleae, folio roboris, fructu caprifici gummi genus exudans, quod Bdellium vocant Plin. 12, 9.

MALACION. [μαλάκιον] *Genus quoddam ornamenti muliebris, Polluci 7, 13. Idem quoque 5, 16 inter colli ornamenta numerat. Huius forte meminit* Naeuius *Poëta apud* Non. Marcell. 14, 19 Pallis, patagiis, crocotis, malicis (*ſic Mercer.*) mortualibus. *Sed poteſt etiam Adiectiuum eſſe, de quo ſtatim.*

MALĂCVS, a, um. Adi. [μαλακὸς] *Mollis.* Plaut. Bacch. 2, 3, 121 Hic noſtra agetur aetas in malacum modum, *i. Molliter.* Idem Truc. 2, 7, 49 Moechum malacum amas. *Sic* Mil. 3, 1, 93 Eme mi vir lanam, vnde tibi pallium malacum, et calidum, conficiantur tunicae mihi hibernae bonae, ne algeas hac hieme. Tum ad ſaltandum non cinaedus malacus aeque eſt atque ego Plaut. Mil. 3, 1, 74. In malaco ſanum Quinctil. 8, 2, 13 *His verbis non aliud ſignificari putat, quam in carnis mollitie et raritate ſummam intelligi mentis ſanitatem, id eſt prudentiam et perſpicaciam Cael. 6, 1. Nec facile eſt melius aliquid afferre.*

MALACIA, ae. f. [μαλακία] *Tranquillitas, quum maris fluctus omnino quieſcunt et languent, neque vlla aura commouentur.* Caeſ. Bell. Gall. 3, 15 Ac conuerſis in eam partem nauibus, quo ventus ferebat, tanta ſubito malacia ac tranquillitas exſtitit, vt ſe loco mouere non poſſent. In otio inconcuſſo iacere, non tranquillitas eſt, malacia eſt Sen. Ep. 67. Per malaciam maris Aur. Vict. de viris ill. c. 22: *ſicut leg. videtur pro vulgato,* mollitiem; *ſimiliter ap.* Sulpic. Seu. de Virt. monach. Orient. Dial. 1 c. 4. ¶ 2 Malacia, *eſt in grauidis ille Languor et mollities diſſoluti et cuncta faſtidientis ſtomachi.* Plin. 23, 6 Malicorium expetitur grauidarum malaciae, quoniam guſtatu moueat infantem. *Sic* 28, 7 Malacia ſtomachi, *i. languor.*

MALACISSO, āre. [μαλακίζω] *Mollire, ſubigere.* Plaut. Bacch. 1, 1, 40 Ah, nimium ferus es. P. mihi ſum. B. malaciſſandus es. Malaciſſandi articuli Sen. Ep. 66. *al.* malaxando. *vid. Taubm. ad* Plaut. p. 539. Malacizo, Malaciſſo Cornut. de Orthogr. c. 1 *extr.*

MALASSO, āre. *Mollio, ſubigo, maturo. vnde* Commalaſſo, *quod vide.*

MALAGĬNVM, i. n. Emplaſtrum quod ſine igne conficitur Plin. Valer. 3, 12.

MALAGMA, ătis. n. [μάλαγμα] *Fomentum, ad rem duram emolliendam ſuperpoſitum, a μαλάττω, mollio, quia his molliuntur apoſtemata, et matura fiunt. Differentiam inter* malagmata, emplaſtra, paſtillosque, *vid. in* EMPLASTRVM *ex* Celſ. 5, 17. Scribon. *ſaepiſſime vtitur, v. g.* Liquefactum oleo malagma 255. Genera malagmatorum 255. Tit. Medici quosdam curant malagmatum placabilitate Saluian. de Prouid. 6, 14. Columel. 6, 17, 5 Cuminum conteritur, eique adiicitur exiguum picis liquidae et axungiae, vt lentorem malagmatis habeat. Plin. 22, 24 Non fecit cerata, malagmata, emplaſtra, *etc.* Expeditum malagma Celſ. 5, 14. *Add.* Colum. 6, 17. *Reineſ. Var. Lect.* 2, 8.

MALANDRIA, orum. *Plurale. Vulnera in collo. Vnde*

MELANDRIOSVS, a, um. Adi. Marcell. Empir. c. 9.

MALASSO, *vid.* MALACVS.

MALAXO, āre. *Idem quod Malaciſſo.* Laber. *apud* Gell. 16, 7 Malas malaxaui. *Hinc,*

MALAXATIO, ōnis. f. *apud* Theod. Priſcian. 1, 28.

MALACTĬCVS, a, um. Adi. *Vim habens molliendi.* Priſcian. de Diaet. c. 15.

MALDĂCON. Gummi genus ex bdellio arbore Plin. 12, 9.

MALE. Adu. *vid.* MALVS, Adi.

MALEA, *penultima interdum breui, interdum producta,* [Μαλέα et Μάλεια] *Promontorium eſt Laconicae prouinciae, quod, teſte* Seruio, per quinquaginta milliaria in mare protenditur, vbi vnda adeo ſaeua eſt, vt perſequi nauigantes appareat. Virg. Aen. 5, 193 Ionioque mari, Maleaeque ſequacibus vndis. *i. Perſecutricibus.* Lucan. 6, 58 Et ratibus longe flexus donare Maleae. *Nomen a* Maleo *Argiuorum rege inditum eſt; et loci periculo locus adagio datus,* Maleam ſegens, quae ſunt domi obliuiſcere; *quo in omni praeſente periculo ſignificando vtimur.* Nec timeam veſtros, Curua Malea ſinus Ouid. Amor. 2, 16, 24. Raucae circumtonat ira Maleae Stat. Theb. 7, 16. Saeua Propert. 3, 19, 8. Spumantis Maleae formidatum caput Stat. Theb. 2, 33.

MALEVS, a, um. Adi. *a Malea.* Iugum Maleum Flor. 2, 9, 4. Sinus Maleus Idem 3, 6, 3.

MALEDICO, MALEDICTVM, MALEFACIO, *vid.* MALVS, Adi.

MALEVENTVM. *Campaniae vrbs, quam nunc, boni ominis cauſa* Beneuentum *dicimus, vid.* Plin. 3, 10. Liu. 9, 27 Niſi qui Maleventum, cui nunc vrbi Beneuentum nomen eſt, perfugerunt. *Add.* 25, 13.

MALEVOLENTIA, *vid.* MALVS, Adi.

MALEVS, *vt refert* Plin. 2, 73 in Indiae gente Oretum mons eſt, iuxta quem vmbrae aeſtate in Auſtrum, hieme in Septentrionem iaciuntur.

MALICORIVM, i. n. [σίδιον] *Putamen mali granati.* Plin. 24, 11 Cuius aridis foliis, vt malicorio, coria perficiuntur. Idem 23, 6 Vulgus coria maxime perficere illo nouit, ob id malicorium appellant medici. De malo Punico. *Add.* Petron. c. 47.

MALIGNE, MALIGNVS, *vid.* MALVS, Adi.

MALINA, ae. f. *i. venilia. Vid.* Auguſtin. de Mirabil. S. Script. c. 7.

MALISTVS, a, um. Adi. *a Graeco* μάλιςος, maximus. Petron. c. 57 Satiſfacere homini maliſto et dignitoſo. *Verum plebeia oratio, et dubius locus eſt.*

MALITIA, *vid.* MALVS, Adi.

MALLEVS, i. m. [σφῦρα, ῥαιςὴρ] *Fabrile inſtrumentum; dictum quod res duras molliat, quaſi* molliens. Plaut. Men. 2, 3, 52 Quam tu nunc mihi nauem narras? MEN. ligneam, ſaepe tritam, ſaepe fixam, ſaepe excuſſam malleo. Malleum ſapientiorem manubrio! Plaut. Epid. 4, 1 *extr. per exclamationem accipiendum hac ſententia, ita ſtultus alio ſe ſtulto ſapientiorem putat, vel etiam, alium ſtultum ſibi praefert.* Malleus *et* manubrium *aeque et tantundem ſapiunt, ambo nihil, vt hic duo ſenes Apoecides et Periphanes.* Varr. de R. R. 1, 22 Corbes, fiſcinae, tribula, mallei, et raſtelli. *Add.* l. 2 §. 1 D. de Lege Rhod. ¶ 2 *Morbus veterini pecoris ap.* Veget. Mulomed. 3, 9 *et* 33. *Vid. inprimis* 1, 2. *pr.*

MALLEŎLVS, i. m. Dimin. [μόσχευμα] Columel. 3, 6, 3 *dicitur* Nouus palmes *vitis* innatus prioris anni flagello, cognominatusque a ſimilitudine rei, quod in ea parte, quae deciditur ex vetere ſarmento, prominens vtrinque malleoli ſpeciem praebet. *Vel* quod (*vt* Plin. *ait* 17, 21) ſolebat capitulatus vtrinque e duro ſurculus ſeri. Cic. de Senect. 52 c. 15 Malleoli, plantae, ſarmenta, vites, traduces, propagines, nonne ita afficiunt, vt quemuis cum admiratione delectent? ¶ 2 *Teli genus.* Cic. pro Milon. 65 Domus in cliuo Capitolino ſcutis referta, plena omnia malleolorum ad vrbis incendia comparatorum. *Nempe vt ait* Feſtus, Malleoli vocantur non ſolum parui mallei, ſed etiam ii, qui ad incendium faciendum aptantur; videlicet ad ſimilitudinem priorum dicti. *Eſt ergo* Malleolus, *Genus ſagittae capitatae, in cuius capite includebatur ignis, qui turres ligneas vrbem oppugnantes incenderet.* Malleolos et faces ad inflammandam vrbem comparare Cic. Catil. 1 c. 13. Veget. 4, 18 Quod ſi oppidani exire non audeant, maiores balliſtas, malleolos, vel phalaricas cum incendio deſtinant; vt perruptis coriis, vel centonibus, intrinſecus flamma condatur. *Conf.* Vitr. 10, 22. Non. 18, 27. Ammian. 23, 16.

MALLEOLĀRIS, e. Adi. [μοσχευματικὸς] *a* Malleolus *fit.* Columel. de Arborib. c. 3, 4 Virgam malleolarem non amplius quam ſex gemmarum eſſe conuenit.

MALLEĀTOR, ōris. m. [σφυρωτὴς] Martial. 12, 57 Illinc paludis malleator Hiſpanae Tritum nitenti fuſte verberat ſaxum. Malleator σφυροκόπος Gloſſ. Lat. Gr.

MALLEĀTVS, a, um. Adi. [σφυρωτὸς] *Quod malleo factum eſt.* Vlpian. in l. Librorum appellatione. D. de Leg. tertio, Sed perſcripti libri nondum malleati, vel ornati continebuntur. Columel. 12, 19 Iſque qui praeerit huic decoquendo, cola iuncea vel ſpartea, ex crudo, id eſt non malleato ſparto praeparata habeat.

MALLO, onis. m. Ceparum Veget. Mulom. 1, 63. *i. ſtilus ſiccatus, vid.* Id. 2, 60, 1.

MALLOS. [Μάλλος] Vrbs Ciliciae. Lucan. 3, 227 Mallos, et extremae reſonant naualibus Aegae.

MALLVS. [Μάλλος] Mons eſt in ea parte Indiae, quae eſt intra Gangem, a quo vicini populi Malli appellantur. *Auctor* Plin. 6, 17.

MALLVVIVM, i. n. [χειρόνιπτρον Gloſſ. Lat. Gr.] *Vas in quo lauantur manus. Eſt autem quaſi* Manuluuium, *ſicut* Pelluuium Pediluvium. Feſt. Malluuium dicitur, quo manus lauantur: Malluuiae, quibus manus ſunt lotae.

MALO, mauis, mauult, malle. [προαιρέομαι] *Magis velle, praeoptare.* Malo me cum Pompeio vinci, quam cum illis vincere Cic. Att. 8, 7. Scripta noſtra nuſquam malo eſſe quam apud te Id. ib. 13, 22. Malle te quietam ſenectutem potius agere, quam ſolicitam Anton. *ſub* Cic. Att. 14, 13. Quinctil. 1, 5, 64 Qui Graecam figuram ſequi malet. Cic. Verr. 3, 69 Quid ergo? in ſingulos HS. quinquagenis millibus damnari mauultis? Cato ipſe ſeruire quam pugnare mauult Cic. Att. 7, 15. Quinctil. 1, 6, 43 Paene ridiculum eſt malle ſermonem, quo locuti ſint homines, quam quo loquantur. Cic. Tuſc. 1, 39 c. 17 Errare me hercule malo cum Platone — quam cum iſtis vera ſentire. Cic. in Orat. 154 Malle pro magis velle, nolle pro non velle *poni affirmat.* Mauellem, mauolo, mauelim *dixit* Plaut. in Amphit. 1, 3, 14 Experiri iſtuc mauellem me, quam mihi memorarier. Idem Aſin. 5, 1, 8 Amari mauolo mi gnate me abs te. *Et* Aul. 4, 5, 1 Mortuum ego me mauelim leto malo. Mauelis Id. Capt. 2, 2, 20. Magis malle ICti *ap.* Scip. Gentil. Parerg. l. 1. vt me aliis omnibus mallet Apul. Apol. p. 321, 10.

MALOBĂTHRVM, MALABATHRVM, i. n. [μαλόβαθρον] *Arbor.* Scribon. 170. Plin. 13, 26 Dat et malobathron Syria arborem folio conuoluto, arido colore, ex quo exprimitur oleum ad vnguenta, fertiliore eiuſdem Aegypto, laudatius tamen ex India venit. Hor. Carm. 2, 7, 7 Coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos. *Iungenda non* coronatus, *ſed* nitentes *et* Malobathro. *Ex malobathrinis enim foliis vnguentum ſiue oleum componebant ad tingendos, ſiue etiam odore adſpergendos, mulierum capillos, atque hoc ideo* Foliatum *appellabant. Add.* Sidon. Carm. 2, 415. Plin. 13, 1. Celſ. 5, 23.

MALOBATHRĀTVS. *Malobathro vnctus* Sidon. Epiſt. 8, 3.

MALOBATHRARIVS, i. m. *Qui malobathrum vendit. Ita pro* Murobathrarius *Lambin. leg. in* Plaut. Aul. 3, 5, 37. *Aliis placent* Murobractarii.

MALOPE. *Malua.* Plin. 20, 21.

MALTHA, ae. f. *quid eſſet, docebimus verbis* Plin. 36, 24 Maltha e calce fit recenti: gleba vino reſtinguitur: mox tunditur cum adipe ſuillo et fico, duplici linamento quae res omnium tenaciſſima, et duritiam lapidis antecedens. Quod malthatur, oleo perfricatur ante. *Nempe eſt natura pinguis ac tenax, qua obſtrui rimae eorum canorum debent, in quibus aquam volumus contineri.* Pallad. 1, 17, 2 *poſtquam* Signinum opus *facere docuit,* Si aliquando in quocunque loco pauimenti vel parietis tectura ſuccumbat, hoc genus malthae adhibebimus, vt humor in exitum nitens poſſit includi. Rimas et lacunas ciſternarum, et piſcinas vel puteos ſarciemus hoc genere, et ſi humor per ſaxa manabit. *Deinde docet facere. Et* 1, 41, 1 Scire conuenit, quoniam de balneis loquimur, quae ſint malthae calidariae vel frigidariae, vt ſi quando in ſoliis ſciſſa ſint opera, poſſit repente ſuccurri. *Naturalis* Maltha *eſt, de qua* Plin. 2, 104 In Commagenes vrbe Samoſata ſtagnum eſt, emittens limum (maltham vocant) flagrantem. Cum quid attigit ſolidi, adhaeret. Praeterea tactus ſequitur fugientes. Sic defendere muros oppugnante Lucullo, flagrabatque miles armis ſuis. Aquis etiam accenditur. Terra tantum reſtingui docuere experimenta. *Dilute nimis* Feſtus Maltha pix cum cera miſta. Gloſſ. Maltana πισσόκηρον. ¶ 2 Malthas (Maltas *Mercer.*) veteres Molles appellari voluerunt a Graeco, quaſi μαλθακὸς, *vt ait* Non. 1, 167 *laudatque* Lucil. Infanum, vocant quem maltam et feminam dici videt. *Inde Horatianus* Malthinus, *Mollis homo eſt et effeminatus,* Serm. 1, 2, 25. Malthinus tunicis demiſſis ambulat, *etc. vid. Lambin. in* Serm. 1, 6, 26. *Turneb.* 11, 23.

MALTHO, āre. *Maltha ferruminare, vid. primum* Plinii *exemplum, modo citatum.* Sulphure ſolent vitrum ſolidare, id eſt malthare Scholiaſt. Iuuenal. 5, 48.

MALVA, ae. f. [μαλάχη] *Herba, quae antiquis in deliciis acetariorum erat, quam quidam a molliendo dictam putant, quaſi* Moluam, *quod ventrem molliat. Verum* Malua *a* μαλάχη Varroni de L. L. 4, 21. *Vid.* Plin. 20, 21. Martial. 3, 89 Vtere lactucis, et mollibus vtere maluis. Cic. Fam. 7, 26 A beta et a malua deceptus ſum. Exoneraturae ventrem Martial. 10, 48. Erratica Apul. de Herb. c. 40. Laeues maluae Hor. Carm. 1, 31, 16. Salubres maluae graui corpori Hor. Epod. 2, 58. Virides maluae Ouid. Faſt. 4, 697.

MALVACEVS, a, um. Adi. [μαλαχώδης] *Quod ad maluam pertinet, ſiue ad maluae ſimilitudinem factum.* Plin. 21, 4 Alia funditur e caule maluaceo. Maluaceus, *ſubſtantiuum. Scribit enim* Priſcian. libro 3 *extremo,* quaedam eſſe diminutiua, quae genere diſcrepant a ſua origine, vt beta, malua, hic betaceus, maluaceus: *h. e. Paruula beta, paruula malua, vt interpretatur Turneb. De hoc vide plura in dictione* BETACEVS, *ſuo loco. Add. Voſſ. de Anal.* 4, 29.

MALVANVS, i. m. Luporum exactor Lucil. *ap.* Non. 2, 324: *ſed Turneb. Adv.* 29, 23 *leg.* Martem Siluanum.

MALVAVISCVS, i. m. *Ibiſcus.* Apul. de Herb. c. 38.

MALVM Terrae, *Herba: cuius ſunt genera quatuor, quae recenſentur a* Plin. 25, 8. Terrae malum Scribon. paſſim. Malum terrae, quod ἀριςολοχίαν Graeci dicunt 202. — rotundum, quae ἀριςολοχία ςρογγύλη 206. Radix mali terrae 220, 237. *Conf.* Plin. 26, 8 *prope fin.* Malum terrenum *vocat* Veg. Mulom. 4, 13, 3.

MĂLVS, i. f. [μηλέα] *Arbor. Tractum nomen a Graecis, qui malum* μῆλον *dicunt.* Et ſteriles platani malos geſſere valentes Virg. Georg. 2, 70.

MĀLVM, i. n. *Mali fructus.* Malo aliquem petere, *amatorium eſt.* Virg. Ecl. 3, 64 Malo me Galatea petit, laſciua puella, Et fugit ad ſalices, et ſe cupit ante videri. *Vid. la Cerda ad h. l. et add. Heliod. Aeth.* 3 *p.* 132 Ἤδη δὲ ὅσαι δημώδεις γυναῖκες, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς πάθος ἐγκρατείᾳ κρύπτειν ἀδύνατοι, μήλοις τε καὶ ἄνθεσιν ἔβαλλον, εὐμένειαν ἀπ' αὐτοῦ τινα ἑλκόμεναι. Malum, quod Aeoles dicunt μᾶλον Varr. de L. L. 4, 21 *pr.* Cortex malorum Scribon. 248. Grana Punicorum malorum 186. Felicis mali aurea imago Ouid. Epiſt. 20, 237. Aurea mala Virg. Ecl. 3, 71. Cana mala tenera lanugine Id. Ibid. 2, 51. Citreum Martial. 13, 37. Cotoneum, *ſ.* Cydoneum Plin. 15, 11. Erraticum Plin. 26, 8 *prope fin.* Granatum Plin. 26, 8. Scribon. 234. Granata Id. 41. Orbiculatum, *ſ.* Epiroticum Plin. 15, 14. Colum. 5, 9 *extr.* Orbiculata mala Scribon. 104. Peluſiana, *vid.* PELVSIVM. Perſicum Plin. 15, 14. *Sunt plura alia genera apud ipſum* Plin. *et* Columel. 12, 45, 5. *et* Varr. de R. R. 1, 59. *Apud* Macrob. 2, 15 Ex Cloatio haec genera *enumerantur,* Amerinum, Cotoneum, Citreum, Coccimelum, Conditiuum, Epimelis, Muſteum, Mattianum, Orbiculatum, Ogratianum, Praecox, Pannuceum, Punicum, Perſicum, Quirianum (*ſ.* Quirinianum) Proſiuum, Rubrum, Scandianum, Siluestre, Struthium, Scantianum, Tibur, Verianum. *Addi his poſſunt* Mala Caeſiana, *et ex genere* Cydoniorum Struthea, Chryſomeliana, Muſtea: *tum* Melimela, Seſtiana, Syriaca *ſ.* Syrica. *De plerisque omnibus agimus ſ. l.* Redolentia mala in patulis caniſtris Ouid. Met. 8, 676. Roſcida Virg. Ecl. 8, 37. ¶ 2 Malum *in*

in obſcoenis, vti Pomum, *vbi vid.* Priap. 74 Quod mouear non eſt, quia ſi furaberis ipſe Grandia mala tibi, mala dabo βραχέα. *Sic* Lipſ. Ant. Lect. 3 p. 128. *Sed variat lectio, Scaliger. fluctuat.*

MALARIVM, i. n. *Pomarium* Gloſſ. Iſidori.

MALĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. *Pomifer.* Virg. Aen. 7, 740 Et quos maliferae deſpectant moenia Abellae.

MALOGRANATVM. *Compoſita vox pro* Malum granatum. Vulg. Hagg. 2, 20. *et* Hieron. in Comment. *Conf.* Numer. 20, 5. Plin. 26, 8. Iſidor. 17, 7.

MALOGRANATA, ae. f. *Arbor.* Iſidor. 17, 7.

MALOMELLVM, i. n. A dulcedine appellatum, quod fructus eius mellis ſaporem habeat Iſidor. 17, 7. *vid.* MELIMELVM.

MALĬNVS, a, um. Adi. [μηλεινὸς] *Quod eſt ex malo arbore factum.* Columel. 7, 8, 7 Eſt etiam non ingrati ſaporis muria perduratus, atque ita malini ligni vel culmi fumo coloratus. *De caſeo. Quidam libri* maligni, *quod non modo huc referri poteſt, ſed etiam ad adiectiuum* Malus, *vt* malignum *ſit parcum, e quo plus fumi, quam caloris.* Pruna malina malis inſita Plin. 15, 13.

MALVNDRVM, i. n. *Herbae genus.* Plin. 26, 7. *al. leg.* Melandryum.

MĀLVS, i. m. [ἱςὸς] *Arbor nauis.* Lucret. 2, 554 Antennas, proram, malos, tonſasque natantes. Cic. de Senect. 17 c. 6 Vt ſi qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, quum alii malos ſcandant, alii per foros curſent. Velifer malus Valer. Argon. 1, 126. Saucius celeri Africo Hor. Carm. 1, 14, 5. Rigido pendentia lintea malo Ouid. Epiſt. 5, 53. Virg. Aen. 5, 487 Ingentique manu malum de naue Sereſti. Erigit.

MĂLVS, a, um. Adi. [κακὸς, φαῦλος, λυγρὸς, δεινὸς] *Quod eſt Bono contrarium.* Nec quiſquam eſt tam malus, vt malus videri velit Quinctilian. 3, 8. Nemo malus felix Iuuenal. 4, 8. Cic. Off. 3, 39 c. 9 Philoſophi quidam minime mali illi quidem, ſed non ſatis acuti. *Nimirum* Minime malus homo, *tarditatis et ſtuporis quandam exprobrationem habet vt Gr.* εὐήθης. Cicer. Diu. in Caec. 45 c. 14. Qui tibi aeſtus, qui error, quae tenebrae, dii immortales! erunt, homini minime malo. Plaut. Bacch. 5, 2, 20 Stultae atque haud malae videntur, *de ſenibus loquitur, quos oues appellat. Conf.* v. 13 Eaſtor ſine omni arbitror malitia eſſe. Fortuna malorum leuior Ouid. Triſt. 4, 1, 61. Poenas exercere malorum, *Caſtigare malos* Virg. Aen. 6, 542. Mala aetas, *i. ſenectus.* Plaut. Aul. 1, 1, 4 Atque vt te dignam, mala malam aetatem exigas. *Add.* Id. Men. 5, 2, 6. Non. 1, 1 *pluribus hoc exemplis* Accii, Turpilii, Pacuuii *probat. Ponamus vnum* Afranii Vopiſco

Si poſſent homines delenimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus.
Aetas, et corpus tenerum, et morigeratio,
Haec ſunt venena formoſarum mulierum:
Mala aetas nulla delenimenta inuenit.

Ager Virg. Georg. 2, 243. Ambitio Hor. Serm. 2, 3, 18. Carmina Idem ibid. 2, 1, 74. Conſuetudo Idem ibid. 1, 3, 36. Contagia Virg. Ecl. 1, 51. Dapes Hor. Epod. 3, 12. De Dolo malo iudicium, *vid.* DOLVS. Error Virg. Ecl. 8, 41. Facinus Plaut. Pſeud. 2, 4, 56. Ter. Phorm. 1, 3, 17 Quod habes, ita vt voluiſti, vxorem ſine mala Fama; palam beatus. Plaut. Merc. 2, 3, 78 Recte ego emero matri tuae ancillam viraginem aliquam, non malam forma mala. *i. Illiberali, indecenti.* Fraus Hor. Od. 1, 3, 28. Virg. Aen. 6, 278 Tum conſanguineus lethi ſopor, et mala mentis Gaudia. Gramina Idem ibid. 2, 471. *i. venenata, veneficiis apta.* Plaut. Men. 4, 2, 78 O Hominem malum! vt diſſimulat! Lingua Virg. Ecl. 7, 28. Merx Plaut. Perſ. 2, 2, 56. Mors, *i. dura.* Plaut. Aſin. 3, 3, 144 Hinc inerunt viginti minae bonae, mala Opera partae. Idem Amph. 1, 1, 56 Haud malum huic eſt Pondus pugno. S. perii, pugnos ponderat. Horat. Epiſt. 1, 17, 39 Stultorum incurata Pudor malus vlcera celat. Puella Propert. 4, 4, 17. Re mala magna mactari, *vid.* MACTO. Nota mala Res, optuma eſt Plaut. Trin. 1, 2, 25. Scabies Horat. de Arte Poët. 143. *Turneb. hic,* Malam ſcabiem *interpretatur Feram, quam Graeci ψώραν ἀγρίαν vocant, credebantque veteres Romani contagione ad alios tranſire.* Martial. 12, 6 Temporibusque malis auſus es eſſe bonus. Tenebrae orci Catull. 3, 12. Plaut. Trin. 1, 2, 30 Quid venis? M. malis te vt Verbis multis multum obiurgem. Verſus Cic. in Piſon. 73. ¶ 2 *Obſeruari et iſta merentur:* Malus *pro Inuenuſtus. vt,* Plaut. Bacch. 5, 2, 42 Haud mala eſt mulier. *Sic* Quinctil. 6, 3, 32 Longus Sulpicius, cum ipſe foediſſimus eſſet, eum, contra quem iudicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit: cui reſpondens Domitius Afer, Et tu, inquit, ex animi ſententia, Longe? Qui malam faciem habet, liber non eſt? Mala manus, *i. Furtiua.* Plaut. Perſ. 2, 5, 12. Falce incidere vites nouellas Virgil. Ecl. 3, 11. Manu vellere poma Tibull. 3, 5, 19. Malas furis arceo manus Phallic. 86. *Sic* mala brachia Calpurn. Ecl. 3, 73. *In MSS. permutatum deprehenditur cum* Nouus: *quod vid.* Malus, *i. Magicus.* Herbae Tibull. 1, 2, 51. *et in* XII Tabb. Malum carmen *eſt Incantatio.* Gramina Sil. 8, 499. Malus, *i. Infelix.* Mala ales Hor. Epod. 10, 1. Mala auis Hor. Carm. 1, 15, 5. Mala arbor Calpurn. Eclog. 3, 89.

MALVM, i. n. *Subſtantiue ſumtum, multas parit formulas.* Cic. Att. 5, 27 Heri etiam effeci epiſtolam ad Caeſarem; tibi enim placebit, quam non fuit malum ſcribi. Plaut. Poen. 3, 5, 47 Si quid boni promittunt, pro ſpiſſo euenit; id quod mali promittunt, praeſentarium eſt. *Pro labore et aerumna ponitur in illo.* Aſſuetumque malo Ligurem Virg. Georg. 2, 168. Ter. Andr. 1, 1, 116 Quid facias illi qui dederit Damnum aut malum? Malum *pro veneno aut veneficio.* Sen. Herc. Oet. 466 *vbi Deianira philtrum circumſpiciens,* Quas Pontus herbas generat, aut quas Theſſala ſub rupe Pindus? aut vbi inueniam Malum, Cui cedet ille? *Deinde* v. 524 *Neſſus centaurus ſuo de ſanguine,* Hoc, *inquit,* magae Dixere, amorem poſſe defigi Malo. Malum, *pro Iniuria et contumelia, verberibusque.* Cic. Verr. 3, 62 Tu niſi malo coactus recte facere neſcis? *Ibid.* 56 Nam vi, malo, plagis adductus eſt, vt frumenti daret, non quantum haberet, ſed quantum cogeretur. Herus ſi minatus eſt malum ſeruo ſuo Plaut. Perſ. 3, 1, 33. *Add.* Id. Rud. 4, 4, 81. Non poteſt ſine malo fateri, video Ter. Eun. 4, 4, 46. *Conf.* Id. Andr. 2, 5, 20. Auditis, Quirites, ſicut ſeruis malum minitantem militibus Liu. 4, 49. Pudore magis quam malo exercitum coërcebat Salluſt. Iug. c. 100. Malum *de furto.* Niſi nos putas aes noſtrum de malo habere Apul. Met. 9 p. 220. Mala *dicuntur morbi, ipſaeque partes iis affectae: vid. Barth. ad Script. Ven. p.* 143. ¶ 2 *Sed nempe, vt eſt res foecundiſſima, et late patens, ita non ſemper definitum quiddam notat. Certe nihil eſt incommodi, de quo dici nequeat.* Intolerabilibus malis comes eſt angor Lucret. 6, 1156. Feſſus malis Ouid. Met. 9, 293. Id. Rem. Amor. 138

Ergo, vbi viſus eris noſtra medicabilis arte;
Fac monitis fugias otia prima meis.
Haec, vt ames, faciunt; haec, quae fecere tuentur:
Haec ſunt iucundi cauſa, cibusque mali. *i. Otia faciunt, et nutriunt malum.*

Se cauſam clamat *Amata,* Crimenque Caputque malorum Virgil. Aen. 12, 600. Copia magna mali Lucret. 6, 829. Euitatio, liberatio, imminutio, conuerſio malorum Quinctil. 5, 10. Domitor malorum ſomnus Senec. Herc. Fur. 1065. Fontem auerte mali Grat. 377. Irritamenta malorum opes Ouid. Met. 1, 140. Labes mali Virg. Aen. 2, 97. Lucret. 3, 1069 Tanta mali tanquam Moles in pectore conſtat. Requies nulla Lucret. 6, 1176. Solamen Virgil. Aen. 3, 661. Terminus Lucret. 3, 1033. Timor Quinctil. 3, 8. Deforme malum Ouid. de Arte Am. 3, 373. Dura Horat. Carm. 2, 13, 28. E Duobus malis cum fugiendum maius ſit, leuius eſt eligendum Pſeudo-Cicer. Epiſt. *ad* Octau. E multis malis malum quod Minimum eſt, id minimum eſt malum Plaut. Stich. 1, 2, 63. Exitiale ambitus Sil. 8, 258. Fatale Ouid. Triſt. 5, 1, 59. Tacit. Ann. 6, 16. Sane vetus Vrbi Foenebre malum. Funeſtum Ouid. Triſt. 3, 6, 28. Furiale Senec. Thyeſt. 19. Gliſcens Sil. 7, 353. Grande Hor. Serm. 2, 1, 49. Grauius Id. ibid. 1, 2, 59. Immedicabile malum cancer Ouid. Met. 2, 825. Inſitum in natura, *vid.* INSERO, inſeui. Inſperatum, nec opinatum Cic. Tuſc. 3, 28. Iocularium, *vid.* IOCVS. Inteſtinum, *vid.* INTESTINVS. Iucundum Ouid. Rem. Amor. 138. *Sic vocat Amorem.* Letale malum Grat. 384. Catull. 76 Rufe mihi fruſtra ac necquidquam credite amicis Fruſtra? immo Magno cum pretio atque malo. Mediocre, *vid.* MEDIOCRIS. Mortale Ouid. Met. 7, 525. Cic. Philipp. 5, 31 Omne malum Naſcens facile opprimitur, inueteratum fit plerumque robuſtius. Natiuum, *vid.* NASCOR. Perpetuum Ouid. Am. 2, 5, 4. Praedulce malum luxuries Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 132. Publica Tacit. Ann. 14, 51. ¶ 3 *Verborum formulae:* Abſtrahere a malis, a bonis, *vid.* ABSTRAHO. Accedit aliud malum, *vid.* ACCEDO. Cic. de Amicit. 10 Nihil mali Accidiſſe Scipioni puto. Quinct. 1, 2 Non Accipiunt ex ſcholis mala iſta, ſed in ſcholas afferunt. Adiicere multum malo, *vid.* ADIICIO. Afferre in ſcholas Quinct. 1, 2. Idem Prooem. 6 Ego vel hoc vno malo ſic eram Afflictus, vt me iam nulla fortuna poſſet efficere felicem. Apportare, *vid.* APPORTO. Auocare, a contuendis, *vid.* AVOCO. Cic. de Orat. 1, 247 Quam ſit bellum Cauere malum, ſcire poſſumus. Circumuentus malo Scribon. 186. Coenare malum, Comparare, Conficere, Coniicere ſe in, Conuertere malum aliquod ad ſalutem, *vid. hh. vv.* Creſcere Cic. in Philipp. . . . Emergere e Ter. in Andr. 3, 3, 30. Eripere aliquem Virg. Aen. 6, 365. Erumpere Cic. de Aruſp. Reſp. 4. Eſſe alicui malo Idem Att. 14, 22. Nep. 7, 7, 3. Celſ. 3, 15 Nam quartana neminem iugulat: ſed ſi ex ea facta quotidiana eſt, in malis aeger Eſt. Euadere malum in perpetuum Celſ. 4 c. vlt. Lucret. 3, 311

Sic hominum genus eſt, quamuis doctrina politos
Conſtituat pariter quoſdam, tamen illa relinquit
Naturae cuiusque animae veſtigia prima:
Nec radicitus Euelli Mala poſſe putandum eſt.

Excitare Cic. Att. 7, 17. *extr.* Exortum eſt malum Sen. Oct. f. 7. Cic. Att. 5, 20 Commemorat quid olim mali C. Iulius Fecerit, *etc.* Graueſcentibus in dies publicis malis Tac. Ann. 14, 51. Cic. Att. 7, 2 Virum bonum oportere eſſe dicant ne malum Habeat. Idem Tuſc. 1, 15 Infinitum quoddam et ſempiternum malum haberemus in vita. *i. pati.* Iacere in Cic. Att. 2. Impendent te mala, *vid.* IMPENDEO. Impertire aliquem malis, *vid.* IMPERTIO. Incaluit vis illa mali Ouid. Met. 9, 161. Incidere in malum, *vid.* INCĪDO. Inferre mala in domum alicuius Nep. 2, 9, 2. Ingerere in aliquem, Ingraueſcit in dies, *vid. hh. vv.* Inſultare malis, rebusque aegreſcere laetis Stat. Theb. 2, 18. Inuaſit hoc malum in Rempub. *vid.* INVADO. Inuehere, *vid.* INVEHO. Inuigilare Ouid. Faſt. 4, 530. Interuenit cogitationibus auitum malum, *vid.* INTERVENIO. Lenire Celſ. 6, 6 de Euelpidis collyrio. Leuare malum arte Apollinea Ouid. Triſt. 3, 3, 10. Mactare malo et damno, *in* MACTO. Manabat illud malum vrbanum, *vid.* MANO. Mendicare, *vid.* MENDICVS. Metuere Reipublicae malum ab aliquo, *vid.* METVO. Minitari . . . Cic. pro Caec. 27 Cum Aebucius Caecinae malum Minaretur. Miſcere, *vid.* MISCEO. Nanciſci, *vid.* NANCISCOR. Naſcitur, *vid.* NASCOR. Obliuiſci malorum Horat. Epod. 2, 37. Obſtare Senec. Theb. 1. Onerare aliquem Virg. Aen. 4, 549. Cic. Fam. 9, 20 Me autem a te, vt ſcurram velitem, malis oneratum eſſe, non moleſte tuli. Malis oneratur, *qui male mulctatur et vapulat, oneraturque plagis, de iocoſis quibusdam maledictis videtur ſermo eſſe.* Tibull. 4, 13, 20 Hoc Peperit miſero garrula lingua malum. Premi Quinctilian. 7, 3. Relegare mala omnia ad crimen fortunae. Idem Prooem. 6. Reſiſtere malo Ouid. Met. 1, 288. Sanant vina malum Propert. 3, 17, 10. Satiari Stat. Silu. 2, 1, 14. Cicer. Philipp. 2, 46 Quo ego tempore tanta mala florentiſſimae familiae ſedaui, vel potius ſuſtuli. Quum Serperet in vrbe infinitum malum Idem ibid. 1, 5. Aliquid mali Subeſt Celſ. 1, 26. Cic. Att. 7, 8 Quid horum malorum quorum aliquod certe Subeundum eſt, minimum putes. Idem ibid. 11, 11 Nihil eſt mali, quod non Suſtineam et exſpectem. Tentari Celſ. 5, 28. Tranſire multa malorum, *Superare multa mala.* Lucret. 5, 228. Tacit. Ann. 6, 19 Ac ne dubium haberetur magnitudinem pecuniae malo Vertiſſe. Vexari malis Scribon. 182. *i. ſymptomatibus.* Vitare Lucret. 5, 842. Cic. . . Nihil fingi poteſt mali, quo non Vrgear.

MALVM. Interiectio *iraſcentis.* Ter. Eun. 4, 7, 10 Vbi alii? S. qui, (malum) alii? ſolus Sannio ſeruat domum. *Vbi Donatus,* Malum per παρένθεσιν ſuauiter infertur. Plautus (Epid. 5, 2, 45) Quae (malum) haec ferocia eſt? Et non interponitur Malum, niſi oculis conuerſis ad eum, qui id, quod reprehendimus, dixerit. Ter. Phorm. 4, 5, 11 Quid tua (malum) id refert? Donatus, Malum interiectio eſt. Idem *alio loco,* Malum, aduerbium interpoſitae indignationis. Ter. Phorm. 5, 7, 55 Condonamus te. P. audio. quid vos (malum) ergo me ſic ludificamini, inepti veſtra puerili ſententia? Plin. 7, 55. Quae (malum) iſta dementia eſt, iterari vitam morte? *Vbi Hermolaus, Hic loquendi mos per interrogationem et honeſtus et vſitatus* Plinio, Ciceronique. Cicer. Attic. 5, 20 Qui (malum) iſti Pindiniſſae? qui

qui ſunt ? inquies. Idem Verr. 2, 43 c. 17 Quae (malum) iſta fuit amentia ? Idem Philipp. 1, 15. *Et* pro Roſc. Com. 56. *et* de Off. 2 c. 16. Liu. 5, 54.

MALE, Peius, Peſſime. Adu. [κακῶς] *Variis verbis iungitur.* Ter. Adelph. 4, 5, 21 Miletum vſque obſecro ? M. ita AE. animo male eſt. quid ipſae, quid aiunt? *Vbi* Donatus, Animo male fieri dicitur, quum ictu alicuius moeroris perculſus animus, non ſuſtinet corpus, ſequiturque ruina membrorum. Plaut. Curcul. 2, 3, 33 Animo male eſt. PH. vin' aquam ? CV. ſi fruſtulenta eſt, da obſecro, hercle obſorbeam. Male nunc ſic excipe, quemadmodum a populo ſolet dici, dure, aſpere, laborioſe Sen. Epiſt. 72. Nimis male, *vid.* NIMIS. Concordes male Lucan. 1, 87. *i. non ſatis concordes.* Dicax Plaut. Curc. 4, 2, 26. Hor. Carm. 1, 17, 25 Nec metues proteruum ſuſpecta Cyrum, ne male diſpari Incontinentes iniiciat manus. Male diſpar puella, *quae non vt illa Fotis Apuleiana,* aemula libidine in amoris parilitatem congermaneſceret; *ſed male reſponderet illius luſibus.* Fidus, *non ſatis fidus* Ouid. Triſt. 1, 5, 13. Fidum Caput Idem in Ibin 83. Fida male Statio carinis Virg. Aen. 2, 23. Male Fida Veſtigia luſit Petron. 123. Lacheſis male Fortia fila Prud. in Symm. 2, 453. *i. imbecilla.* Homines rei male Gerentes Plaut. Truc. 2, 1, 13. Gratus Ouid. Amor. 2, 18, 23. Moratus, *Malis moribus praeditus.* Plaut. Stich. 1, 2, 52 Facile inuenies et peiorem, et peius moratam pater, quam illa fuit. Suet. de Clar. Rhet. c. 5 Sextus Claudius e Sicilia Latinae ſimul, Graecaeque eloquentiae profeſſor male Oculatus et dicax. Paruus Hor. Sat. 1, 3, 45 *cum Deformitate.* Pinguis arena *non pinguis* Virg. Georg. 1, 105. Praecinctus, *i. Luxurioſus ac effoeminatus.* Suet. Caeſ. c. 45. Cic. Att. 9, 15 Ego autem illum male ſanum ſemper putaui, nunc etiam impurum et ſceleratum puto. Sani Poëtae Hor. Epiſt. 1, 19, 3. Male ſana *Dido* Virg. Aen. 4, 8 *amore ſaucia.* Sana cicatrix Ouid. Rem. Amor. 623. *al. legunt* Firma. Salſus *peruerſe et cum moleſtia mea iocoſus* Hor. Serm. 1, 9, 65. Sarta gratia Idem Epiſt. 1, 3, 31. Ouid. de Arte Am. 3, 699 Coniugis ad timidas aliquis male Sedulus aures Auditos memori detulit ore ſonos. Sobrius, *non ſatis* Ouid. Faſt. 6, 785. Suadus, *Qui male ſuadet.* Plaut. Moſt. 1, 3, 55 Perii hercle, ni ego illam peſſimis exemplis enicaſſo ; illa hanc corrumpit mulierem male-ſuada vulgi lena. Suadus ſceptri Stat. Theb. 11, 656. Suada fames Virgil. Aen. 6, 276. *Hoc forte melius iungitur, vid.* MALE-SVADVS. ¶ 2 *Verbis proprie iungitur prope omnibus, v. g.* Male accipere aliquem verbis, *pro Iniuria afficere. Subauditur tamen aliquando* Verbis. Cic. Verr. 2, 56 Epicrates homines multis verbis male a ſe acceptos dimiſit. Id. ibid. 1, 141 Male accipit verbis Rabonium. *Et* Fam. 12, 14 Excluſus enim ab Antiochia Dolabella, et in oppugnando male acceptus, nulla alia confiſus vrbe, Laodiceam, quae eſt in Syria, ad mare ſe contulit. Hirt. de Bell. Afric. 18 Itaque aduerſarii male accepti, tum demum praeſidia contulerunt. *Conf.* Nep. 18, 8, 1. Cic. Fam. 11, 13 Recurri ad meas copiolas: ſic enim vere eas appellare poſſum; ſunt enim extenuatiſſimae, et inopia omnium rerum peſſime Acceptae. Suet. in Vitel. c. 7 Aduenientem male Animatus erga principem exercitus, pronusque ad res nouas, libens ac ſupinis manibus excepit. Audire, *nempe Crimina ſua et dedecora, cuius contrarium eſt* Male dico. Ter. Phorm. 2, 3, 12 Si herum inſimulabis auaritiae, male audies. Cic. Att. 6, 1 Nonnulli amici Appii ridicule interpretantur, qui me idcirco putant bene audire velle, vt ille male audiat. *Add.* Id. ibid. 1, 17. Nep. 10, 7, 3. Cadere, *i. Male ſuccedere, ſiue accidere alicui, quod non ſperabat.* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 15 Vbi tantos ſuos labores et apparatus male cecidiſſe viderunt. Cic. de Senect. 18 c. 7 At Senatui quae ſunt gerenda praeſcribo, et quomodo Carthagini male iam diu Cogitanti bellum inferatur, *i. conſilia nobis noxia cogitanti.* Ter. Eun. 4, 4, 2 Fugitiue prodi, male Conciliate. *Vbi* Donatus; Male, Magno ſignificat: vt, Plaut. (Amphit. 1, 1, 132) Haec nox ſcita eſt, exercendo ſcorto conducto male. Ergo Male Conciliate, Magno emte ſignificat. Nam omnis contentio conciliatio nominatur. Plaut. Pſeud. 1, 2, 1 Exite hinc, agite, ite ignaui, male habiti, et male conciliati. Hinc melius emere Cic. Offic. 3. *et apud* Sueton. Caeſ. c. 50. Ouid. Am. 1, 10, 44 Pro male Conducto gratia nulla toro, *vid. mox* Male emtus. Conditum ius Hor. Serm. 2, 8, 96. Ter. Heaut. 5, 1, 28 Peſſime iſtuc in te atque in illum Conſulis, ſi te tam leni et victo eſſe animo oſtenderis. Conſulere patriae Nep. 15, 10, 1. *et* 19, 2, 2. Plaut. Poen. 4, 2, 67 Male Credam, et credam tamen, ſed hoc tu tecum tacitum habeto. M. fidei non melius creditur. *i. Tutum non fuerit tibi credere.* Idem Curcul. 5, 3, 1 Argentariis male credi qui aiunt, nugas praedicant, nam et bene et male credi dico : id adeo hodie expertus ſum, nam male Creditur, qui nunquam reddunt, ſed prorſus perit. Defendere aliquem Virg. Georg. 1, 448. Ter. in Prol. Eun. 7 Qui bene vertendo, et eas Deſcribendo male, ex Graecis bonis, Latinas fecit non bonas. Ter. Andr. 4, 5, 15 Verbum ſi mihi vnum, praeterquam quod te rogo, faxis caue. M. male Dicis. D. vnde eſt? dic clare. Donatus; Male dicis, Cum contemtu loqueris, conuicium facis. Apparet ergo, Male dicis lentius eſſe dictum, quum ſubiungit, Dic clare. *Rurſum* Donatus; Male dicis, Noue Male dicis, pro Comminatione poſuit, quum pro Conuicio ſoleat poni. Niſi forte quia contumeliae genus eſt comminatio, *vid.* MALEDICO. Ter. Heaut. 4, 1, 40 Male Docet te mea facilitas multa, *i. Cauſa eſt tibi, vt male agas : Arripis inde anſam male faciendi.* Emtae aedes Plaut. Moſt. 3, 2, 112. Cic. Fam. 11, 21 Dii iſti Segulio male Faciant homini nequiſſimo omnium qui ſunt, qui fuerunt, qui futuri ſunt. Idem Att. 9, 12 Quod ſi iſte Italiam relinquet, Faciet omnino male. Fauere alicui Ouid. Epiſt. 2, 104. *i. non ſatis, maligne.* Feriati Hor. Carm. 4, 6, 14. *malo ſuo et calamitate.* Formidare, *pro Multum, et valde timere.* Plaut. Amphit. 1, 1, 149 Formido male, ne ego hic nomen commutem meum. Idem Ciſt. 4, 2, 4 Quae in tergum meum ne veniat, Formido male. *Vid. mox* Male metuo. Gerere rem Nep. 1, 3, 3. Cic. de Sen. c. 7. *i. infeliciter, etiam ſine culpa.* Geſta res Hor. Serm. 2, 3, 37. Habet me haec res, *i. Illud me moleſtat, angit, vexat, ſolicitat.* Plaut. Aſin. 5, 1, 14 Scio equidem, quamobrem me pater triſtem credas nunc tibi : quia iſthaec eſt tecum : atque ego quidem hercle, vt verum tibi dicam pater, ea res me male Habet. Ter. Andr. 2, 6, 5 Praeter ſpem euenit ſentio; hoc male habet virum. Idem Eun. 4, 2, 6 Male vero me Habens, vbi ad ipſum veni diuerticulum, conſtiti. *Add.* Id. Hec. 4, 2, 30. Impendere *pecuniam* Petron. c. 45. Locata beneficia Cic. Offic. 2, 70 *ex* Ennio. Loqui alicui Plaut. Capt. 3, 4, 33. Ter. Phorm. 2, 3, 25 Pergin' hero abſenti male Loqui impuriſſime ? Donatus; Male Loqui, pro Male dicere. Maceror Plaut. Ciſtel. 1, 1, 61. *i. Vehementer, valde.* Mereri de aliquo, *pro Nocere alicui, et illi incommodare.* Plaut. Aſin. 1, 2, 3 Bene merenti mala es, male Merenti bona es ? Cic. de Fin. 1, 10 Male credo Mererer de meis ciuibus. Idem ibid. 5, 28 Quare quotieſcunque dicetur, male de ſe quis Mereri, ſibique eſſe inimicus, atque hoſtis, vitam denique fugere, *etc.* Meriti Cic. poſt Red. ad Quir. c. 9. A. *ad* Her. 3 c. 3. Metuo, *i. Valde timeo.* Plaut. Curcul. 5, 3, 6 Peſſume metui, ne mihi hodie apud Praetorem ſolueret. Ter. Hec. 3, 2, 2 Male metuo ne Philumenae magis morbus aggraueſcat. Mori Plin. Epiſt. 3, 16. *i. difficulter.* Multari, *Male tractari, affici, et puniri.* Cicer. Verr. 4, 94 Qui primo quum obſiſtere ac defendere conarentur, male Multati clauis ac fuſtibus repelluntur. Nati verſus Horat. Epiſt. 2, 1, 233. Nupta, *Male collocata.* Plaut. Caſin. 2, 2, 7 Ita ſolent omnes quae ſunt male Nuptae, domi et foris, quod aegre ſit, ſatis ſemper eſt. Odi, *i. Valde.* Cic. Att. 14, 50 Non dubito quin me male Oderit. Idem Tuſc. 4, 53 Vt male Olere omne coenum. Precari alicui, *Maledicere alicui.* Plaut. Merc. 2, 1, 11 Male mihi Precatur, et facit conuicium. Idem Trinum. 5, 2, 49 Miſerum eſt, male Promerita vt merita ſi mihi vlciſci non licet. Quaeſitae opes Ouid. Amor. 3, 8, 66. Cic. Piſon. 10 An poteſt eſſe vlla excuſatio, non dicam male Sentienti, ſed *etc.* Plaut. Trinum. 4, 3, 41 Male fidem Seruando, illis quoque abrogant etiam fidem, qui nihil meriti. Suadere Plaut. Curcul. 4, 2, 22. Sit Antonio: ſiquidem Buthrotiis moleſtus eſt Cic. Att. 15, 15. *h. e. Male illi vertat fortuna, eſt enim imprecantis.* At vobis male ſit malae tenebrae Catull. 3, 13. Non petito, vt bene Sit: ſed, vti male tutius Ouid. ex Pont. 1, 2, 105. *i. vti tutiore loco exſulem, ſemper autem male eſt exſuli. Fruſtra ſatagunt de emendatione viri docti.* Male tibi Eſſe malo quam molliter Sen. Epiſt. 72. Catull. 36, 1 Male Eſt Cornifici tuo Catullo, Male Eſt, mehercule, et laborioſe. Timeo, *i. Valde.* Ter. Heaut. 4, 1, 56 SO. Vt praeter ſpem euenit, quam Timui male. Timere alicui, *Valde timere, ne quid mali alicui accidat.* Idem ibid. 3, 2, 20 Quid ego neſciam ? Hominem piſtrino dignum! S. quem? C. iſtum ſeruulum dico adoleſcentis. S. Syre tibi Timui male. Vertat, *Male optantis vel imprecantis quid alicui, locutio eſt.* Ter. Adelph. 2, 1, 36 Minis viginti tu illam emiſti, quae res tibi Vertat male. *Vbi* Donatus, Adiicit contumeliam, quaſi et hoc multum ſit inimicum, ſaepe autem male cedit, quod bonum putatur; et hoc eſt male vertiſſe. Vt ille gladius, qui muneri datus, adminiculum fuit reginae pereunti, de quo Virg. Aen. 4, 646 — enſemque recluſit Dardanium, non hos quaeſitum munus in vſus. Cic. in Piſon. 61 Ipſe cum hominibus quindecim male Veſtitis ad portam, *etc.* Viuere, *i. Pauperrime, et inegeſtate, vel Anxie et ſolicite.* Plaut. Trinum. 4, 2, 154 Ego abeo, male viue, et vale. ¶ 3 Male, *pro Parum, minus, vel non multum, praeter ea, quae iam retulimus, notat in iſtis* : Male numen Amicum Virg. Aen. 2, 735. Petron. c. 86 Conſurrexi ad aurem male Dormientis. Facundum, ſed male Forte genus Ouid. Faſt. 3, 102. Male Obrutum reſurrexit incendium Flor. 3, 21. Male Parens aſellus Hor. Epiſt. 1, 20, 15. Idem Carm. 1, 9, 23 Pignus direptum lacertis Aut digito male Pertinaci. Repugnans Petron. c. 87. *tanquam qui vincere nollet.* Male-deus, male-homines, male-mater, *de quibus Barth. ad* Grat. 406 *non ſunt ſatis certa.* Seneca Thyeſte 3 Quis male deorum Tantalo viuas domos oſtendit iterum : *rectius iungere docet Gronouius* male oſtendit, *i. in poenam, cum malo.* Male-homines *vnde hauſerit non indicat.* Male-mater, *infirmum ipſa quoque tibicinem habet.* Ouid. Met. 7, 397 Vltaque ſe male-mater, Iaſonis effugit arma. *Nam praeterquam, quod ipſe verſus pro genuino vix cenſendus videtur Heinſio, illud* male *ad* vlta *commodiſſime refertur. Neque* male-Poëtas *puto dixiſſe* Catullum 14. *Sed* male perdere κακῶς ἀπολέσαι, *cum dixit,* Nam quid feci ego, quidue ſum locutus, Quur me tot male perderes Poëtis. *Certiora ſunt eiusd.* Catulli 16 Male me marem putatis, *et* Ouid. Art. Am. 1, 524 Et ſi quis male vir quaerit habere virum. *In his enim* marem *et* virum *adiectiue poſita eſſe, apparet: de quo genere plura modo dedimus: et habet plura Pareus Lex. Crit.*

MALEBARBIS, *vel* MALIBARBIS σπανιοπώγων Gloſſ. Lat. Gr.

MALEDĪCO, ĕre. [κακηγορέω, κακολογέω, κακοστομέω, βλασφημέω] *Verbis laedere alium.* Aliud eſt Maledicere, aliud Accuſare Cic. pro Cael. 6. Idem in Salluſt. 21 Is demum maledicit, qui non poteſt ab altero verum audire. Ter. Eun. 4, 7, 29 Caue ſis, neſcis cui maledicas nunc viro. Quinctil. 2, 13. Cic. Fam. 3, 8. Liberius maledicere Hor. Serm. 2, 8, 37. Petulanter maledicere alicui Cic. pro Cael. 8 c. 3. Idem de Natur. Deor. 1, 94 Epicurus Phaedoni Socratico Turpiſſime maledixit. Plaut. Aſin. 4, 1, 55 Nec vlli verbo maledicat.

MALEDĪCENS, entis. Partic. Plaut. Merc. 2, 3, 75 Vt nunc ſunt maledicentes homines.

MALEDĬCVS, a, um. Adi. [κακόλογος, βλάσφημος, κακόθρους, κακοῤῥήμων] Maledicentior, Maledicentiſſimus. *Obtrectator, mordax.* Plaut. Merc. 1, 2, 31 At ego pol maledicentiorem, quam te noui neminem. Cic. de Fin. 1, 61 Lucifugi, maledici, monſtroſi. Maledici non deſunt Hamilcari Nep. 22, 3, 2. Cic. pro Flacc. 68 In tam ſuſpicioſa et maledica Ciuitate, locum ſermoni obtrectatorum non reliquit. Ibid. 7 c. 3 Qui in vberrima re turpe compendium, in maledicentiſſima Ciuitate, in ſuſpicioſiſſimo negotio maledictum omne, non modo crimen effugit. Conuiciator maledicus Cic. pro Mur. 13 c. 6. Maledicus in omnes Quinctil. 4, 1. Hiſtorici maledicentiſſimi Nepos 7, 11, 1.

MALEDĬCE. Adu. Cicer. Off. 1, 134 c. 37 Cum de abſentibus maledice contumelioſeque dicitur.

MALEDICENTIA, ae. f. [κακηγορία] *Obtrectatio, conuicium.* Gell. 3, 3 Ob aſſiduam maledicentiam et probra in principes ciuitatis, de Graecorum Poëtarum more dicta.

MALEDĬCAX, ācis. Macrob. Saturn. 7, 3 Importuna vrbanitas maledicacem vrbe priuauit. *Sed diuidendae ſunt voces :* male dicax *eſt, qui intempeſtiue et importune ingenium et dicacitatem oſtendit, ſuo cum malo. Sic* Plaut. Curcul. 4, 3, 26 An male meditate, male dicax es: *i. importune.*

MALEDICTVM, i. n. [κακολόγημα] *Conuicium, probrum, contumelia.* Indignis ſi maledicitur, maledictum id eſſe dico : verum ſi dignis dicitur, benedictum eſt, meo quidem animo Plaut. Curc. 4, 2, 27. In maledicto plus ineſt iniuriae, quam in manu Quinctilian. 6, 3. Cic. Quint. Frat. 2, 3 Quum omnia maledicta, verſus denique etiam obſcoeniſſimi in Clodium et Clodiam dicerentur. Refutatio maledictorum Quinctil. 4, 3. Vocis inſanae maledicta Propert. 3, 8, 2. Senec. de Benefic. 3, 16 Pudorem rei tollet multitudo peccantium, et deſinet eſſe probri loco Commune maledictum. Superuacua Quinctil. 7, 3. Vana Idem 7, 3. Abſtinere maledicto, et maledictis,

vid.

vid. ABSTINEO. Addere culpae Ouid. Met. 5, 666. Arripere ex triuio, *vid.* ARRIPIO. Cic. pro Cael. 6 Quod obiectum eſt de pudicitia, quodque omnium accuſatorum non criminibus, ſed vocibus, maledictisque Celebratum eſt, id nunquam tam acerbe feret Caelius, *etc.* Certare, *vid.* CERTO. Si conuicia docueris *coruum aut pſittacum* conuiciabitur, diebus ac noctibus perſtrepens maledictis Apul. Flor. 2. Conferre omnia in aliquem Cic. Att. 11, 8. Congerere Quinctil. 7, 3. Coniicere in vitam alicuius Cic. pro Planc. 30 c. 12 *extr.* Dicere in aliquem Id. Q. Fratr. 2, 3, - - - aſpere, et ferociter et libere Id. pro Planc. c. 13. Effugere Id. pro Flacco 7. Id. pro Domo 94 Extinctum iam eſt illud maledictum crudelitatis. *Et* Cic. de Nat. Deor. 1, 94 Zeno quidem non eos ſolum, qui tum erant, Apollodorum, Syllum, caeteroſque Figebat maledictis, ſed Socratem ipſum, parentem philoſophiae, Latino vocabulo vtens, ſcurram Atticum fuiſſe dicebat. Inſectari aliquem, *vid.* INSECTOR. Inurere notis maledictorum Cic. Philipp. 13, 40. Id. in Vatin. 5 Quum tu mihi Cornelii defenſionem in maledictis Obiiciendam putaris? Obiicere in maledicti vel criminis loco aliquid alicui Id. pro Cluent. 62. Ponere aliquid maledicti et contumeliae loco Id. in Piſon. 31. Vexare aliquem probris et maledictis Id. pro Flacc. 48.

MALEDICTVS, a, um. Spartian. in Geta c. 3 Maledicte parricida. *Vid. Salmaſ. in* Hiſt. Aug. p. 168. *Conf.* Tertull. adu. Marc. 5, 3.

MALEDICTIO, ōnis. f. [κακολογία] Cic. pro Cael. 6 c. 3 Maledictio nihil habet propoſiti praeter contumeliam, quae, ſi petulantius iactatur, conuicium: ſi facetius, vrbanitas nominatur. *Add.* Tertull. adu. Marc. 5, 3.

MALEDICTOR, ōris. m. Feſtus, Maledictores dicebantur ab antiquis, qui nunc Maledici.

MALEDICTO, *vel* MALEDICTĬTO, āre. Frequent. Plaut. Trin. 1, 2, 62 Maledictitatur vulgo tibi in ſermonibus.

MALEFĂBER, bra, brum. Adi. Prudent. Hamartig. 714 Suadelis ſe malefabris Illectam ſuaſiſſe viro. *de Eua.*

MALEFĂCIO. [κακίνω, κακεργέω] *Vid.* Male facio, *in* MALE, *paullo ante. Plerumque enim ſeparatim ſcribunt.* Ter. Adelph. 2, 1, 10 Neque tu verbis vnquam ſolues, quod mihi re malefeceris. Cic. Fam. 11, 21 Dii iſti Seguleio malefaciant. Plaut. Men. 5, 2, 108 Metuo, ne quid malefaxit mihi.

MALEFACTVM, i. n. Lucret. 3, 596 Quod genus eſt animo malefactum quum perhibetur. *Genus loquendi vſitatum veteribus, quum ſignificare volebant* λειποψυχίαν, *ſeu animi defectionem.* Plaut. Mil. 2, 2, 11 Poſtquam abs te abiit, animo malefactum eſt huic repente miſerae. *Et* alicui Malefactum *dicebant, cui aliquid incommodi eueniſſet, vt* idem ibidem Neſcio quid malefactum huic noſtrae familiae eſt. *Contra* Benefactum, *et* melius factum. Cic. Tuſc. 1, 86 Praeterea Pompeio noſtro familiari, quum grauiter aegrotaret Neapoli, melius eſt factum. *Monuit Lambin. Hanc* λειποθυμίαν *Medici* Malefactionem *dicunt. Vid.* Macer. de Herb. 2, 4, 28. *Alias multo latius patet* Malefactum, *et eſt vnumquodque Incommodum alicui illatum, vt* Cic. Off. 2, 61 c. 18 Benefacta male locata, malefacta arbitror, *ex* Ennio.

MALEFACTOR, ōris. m. Plaut. Bacch. 3, 2, 11 Malefactorem amitti ſatius, quam relinqui beneficum.

MALEFACTIO, ōnis. f. [λειποθυμία] *Ita a medicis appellari, docet* Macer. de Herbis 2, 4, 28.

MALEFĬCVS, a, um. Adi. [κακοῦργος, κακότεχνος, κακοποιός, κακοπράγμων] *Qui damnum infert, qui nocet alteri.* Cic. Verr. 5, 144 c. 55 In externorum hominum et maleficorum, ſceleratorumque cuſtodias, in praedonum, hoſtiumque tu tantum numerum ciuium Romanorum includere auſus es? Plin. 11, 52 Oculi quibuscunque ſunt longi, maleficos eſſe indicant. Maleficum frondibus animal capra Plin. 11, 17. Ageſilaus vt Naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, ſic maleficam nactus eſt in corpore Nep. 17, 8, 1. Vis malefica Plin. 31, 2. Vita Tacit. Ann. 4, 21 Malefici κατ' ἐξοχὴν *dicuntur Magi, Venefici, Sortilegi. Vid.* Cod. Iuſtin. l. 9, 18. *et* Theod. 9, 16 *qui agunt* de Maleficis et Mathematicis. *Omnia declarat in Paratitlo et Commentt. Iac. Gothofredus. Superl.* Suet. in Galb. 15 Maleficentiſſimos incolumes praeſtitit.

MALEFICE. Adu. *Idem.* Plaut. Pſeud. 4, 7, 113 Ego nec ſycophantioſe quidquam ago nec malefice.

MALEFICIVM, i. n. [κακούργημα, κακοτεχνία] *Damnum, iniuria, facinus. Budaeus,* Maleficium *dicitur, quidquid improbe admiſſum eſt.* Vlpian in l. 1 D. Si familia furtum feciſſe dicatur, Vtiliſſimum id edictum Praetor propoſuit, quo dominis proſpiceret aduerſus maleficia ſeruorum. Cic. pro Roſc. Amer. 103 Vt ſi diſſimulare omnes cuperent, ſe ſcire, ad quem maleficium pertineret. Idem Off. 2, 40 Vt ne illi quidem qui maleficio et ſcelere paſcuntur, poſſint ſine vlla particula iuſtitiae viuere. Abeſt ab illo maleficium, Admittere, *vid. hh. vv.* Committere maleficium, *et* Admittere maleficium Cic. pro Roſc. Amer. 62 c. 22. Conquirere Varr. de L. L. 4, 14. Contaminare ſe maleficio Cic. pro Roſc. Amer. 116. Conuictus maleficii, *vid.* CONVINCO. Facere maleficium Auctor. ad Heren. 2, 8. Occultare Cic. pro Cael. 53. Perficere Id. ibidem. Perſequi Salluſt. in Catil. 52 *pr.* Caeſ. Bell. Gall. 2, 28 Finitimis imperauit, vt ab iniuria et maleficio ſe ſuoſque prohiberent. Suſcipere Auctor ad Heren. 2. Caeſ. Bell. Gall. 1, 15 Neque homines data facultate itineris per prouinciam faciendi, exiſtimabat Temperaturos ab iniuria et maleficio. Exercitus Tranſit ſine maleficio, *i. Innoxius, nihil damni adferens* Caeſ. Bell. Ciuil. 9 *extr. Conf.* Id. B. G. 1, 7. *et* B. C. 2, 20. Plin. 8, 37 ſ. 56 *herinacio tribuit, quum ſpinas vrina corrumpat.* Maleficium, *per excellentiam, ita v.* Maleficus, *pro Veneficio etc. Vid. Byncker*ſ*h. Obſ. Iur. Rom.* 3, 10. *et Hambergeri Diſſ. de Incendiis pars altera, p.* 104. *qui laudat* Apul. Met. 9 p. 230, 24 Veteratricem quandam feminam, quae deuotionibus et maleficiis quiduis efficere poſſe credebatur. *Et* p. 231, 28 Eique totum nouercae ſcelus aperuit, de adulterio, de maleficio, et quemadmodum laruatus ad inferos demeaſſet.

MALEFICENTIA, ae. f. [κακουργία] *Idem.* Plin. 9, 9. Caeſ. Bell. Gall. 1, 7 Sibi eſſe in animo iter facere per prouinciam ſine vlla maleficentia. *Al. rectius,* maleficio.

MALEFICIŌSE. Adu. [κακοπραγμῶς] *Laudatur* Cic. pro Caecin. 20 c. 7 Quum hoc nouae litis genus tam maleficioſe intenderet, *etc. Sed hodie omnia exemplaria habent* Malitioſe.

MALEFERIATVS. *Potius diſtincte ſcribendum* Male feriatus, *vid.* FERIATVS.

MALEFĪDVS *etiam ſeparatim dedimus in* MALE n. 1.

MALEFORMIS, e. Gloſſ. Lat. Gr. δύσμορφος.

MALEFORTIS, *ipſum quoque ſeparatim dedimus in* MALE.

MALELŎQVAX, ācis. Gloſſ. Gr. Lat. κακολόγος. Publ. Syro *eſt* Maliloquax.

MALEMORATVS, a, um. δύστροπος Gloſſ. Gr. Lat.

MALEOLENS. Cic. de Orat. 2, 249 At in maleolentem video me a te circumueniri.

MALESĀNVS, *vid.* MALE n. 1.

MALESVĀDVS, a, um. Adi. Plaut. Moſt. 1, 3, 56 Maleſuada vulgi lena. Virg. Aen. 6, 276 Et metus et maleſuada Fames, *etc.*

MALETRACTATIO, ōnis. f. *i. maledictum, blaſphemia, vnico vocabulo apud* Arnobium legitur Aduerſ. Gent. 4 p. 142 Et tolerari forſitan haec maletractatio poſſet. *Et* p. 149 Immunes tamen a deorum maletractatione nec ſic eſtis. *Alia eſt* mala tractatio *in ſcholis declamatorum, de qua ſ. l.*

MALEVŎLVS, a, um. Adi. [κακόνους, δύσνοος] *Inuidus: malum cuiquam exoptans.* Maleuolorum ſermunculi Cic. pro Deiot. c. 12. Id. *ad* Brut. 15 Atque illo die cognoui paullo plures in Senatu maleuolos eſſe quam gratos. Qui maleuolo ſunt Animo deteriores ſunt rogati Id. Fam. 2, 17. Maleuoli ſermones Idem ibidem 3, 10. Malevolus pro Faſcinatore. *Vid.* Barth. ad Scriptt. Venat. p. 137 *et* 138.

MALEVŎLENS, entis. [κακονοῶν] *Idem quod* Maleuolus. Plaut. Bacch. 4, 3, 4 Viuo maleuolente ingenio natus. *Conf.* Capt. 3, 4, 51. *et* Stich. 2, 3, 68. *Hinc Superl.* Cic. Fam. 1, 7 Maleuolentiſſimae obtrectationes.

MALEVOLENTIA, ae. f. [κακόνοια, δύσνοια] Eſt Voluptas ex malo alterius ſine emolumento ſuo; *vt ait* Cic. Tuſc. 4, 20 c. 9. Id. Q. Fratr. 1, 34, c. 15 Quamquam illorum erit verius iudicium obtrectatione et maleuolentia liberatum. Occurrere maleuolentiae hominum Idem Fam. 11, 11. Maleuolentia ſuffuſus Idem ibidem 1, 9. Idem pro Planc. 22 Vicinitas non infuſcata maleuolentia.

MALICORDIS, e. Adi. πονηροκάρδιος Gloſſ. Gr. Lat.

MALILOQVIVM, i. n. Non ſumſimus linguam ad maliloquium, et aures ad exceptaculum maliloquii Tertull. de Spect. c. 2. *Add.* Idem Apologet. c. 45.

MALIGNVS, a, um. Adi. [πονηρός, κακοήθης Gloſſ. Lat. Gr.] Qui difficultatem ſui oſtendit, *inquit* Donatus. Ter. Hec. 1, 2, 84 Maligna multo, et magis procax facta illico eſt. *Nempe* Malignum *eſt proprie attributum animi non bene cupientis, et ſubtrahentis proinde alteri, quidquid in ſe eſt boni, quin detrahentis etiam quae habet. Hinc eſt, vt tum etiam vſurpetur, vbi tantum parſimonia quaedam, et tenuis nimium copia, etiam ſine affectu indicanda eſt. Oppoſitum in hoc nomen Benigno, etymologia ſimili, vbi vid. et add. quae diſputat Buchnerus ad* Plin. Epiſt. 8, 12. Fama maligna alicui Ouid. Triſt. 4, 10, 126. *i. Fama anguſta et tenuis.* Ignis Martial. 10, 96. *i. paruus ob caritatem lignorum.* Mente maligna facere aliquid Catull. 66, 37. Miniſteria maligna humanae libidini dedit natura Sen. Q. Nat. 1, 16. Incertum ac fragile nimirum eſt hoc naturae Munus, quidquid datur nobis; malignum vero et breue in his etiam, quibus largiſſime contigit Plin. 7, 50. Virg. Aen. 5, 653 At matres primo ancipites, Oculiſque malignis Ambiguae, ſpectare rates. Oſtio retenta pars *fluminis* reſtagnat Sen. Q. Nat. 3, 27. Profeſſio maligna Scribon. 199. Tellus ſorbebat rotas Stat. Silu. 4, 3, 29. *i. prae mollitie cedens, lutoſa humus.* Venus Ouid. Amor. 1, 4, 66. Venae malignae parua vnda Lucan. 9, 500. *vt emendandum videtur.* Vulgus Hor. Carm. 2, 16, 39. Quinctil. 2, 2 In laudandis diſcipulorum dictionibus nec malignus, nec effuſus. Ager malignus gracilis, Agricolis illiberalis, et minus ferax, *inquit* Nonius. Vnde etiam Maligni montes, Virg. Georg. 2, 179 Difficiles primum terrae, colleſque maligni. Virg. Aen. 11, 525 Tenuis quo ſemina ducit, Anguſtaeque ferunt fauces, aditusque maligni, *i. Anguſti et ardui.* Lux, *Subobſcura.* Virg. Aen. 6, 270 Quale ſub incertam lunam ſub luce maligna. *Compar.* Nec ronchos metues Maligniorum Martial. 4, 86. Malignior terra Plin. Epiſt. 2, 17, 15. *Superlat.* Maligniſſima capita et optimo cuique inimiciſſima Sen. de vita beata c. 18. Aliquis peccator et maligniſſimus Saluian. de Gubern. Dei 4 p. 83.

MALIGNĬTAS, ātis. f. [κακοήθεια, κακοθυμία, κακότης] *Malus animus, peruerſa et deprauata voluntas.* Plaut. Capt. 3, 1, 5 Nam hercle huic diei, ſi liceat, oculos effodiam lubens; ita malignitate onerauit omnes mortales mihi. Plin. 25, 8 Notata eſt autem haec animalis huius malignitas in alia herba maior. Malignitas Patrum, qui militem praeda fraudauere Liu. 2, 42. Nulla tam modeſta felicitas eſt, quae malignitatis Dentes vitare poſſit Val. Max. 4, 7 *extr.* 2. Malignitas, *Parcitas.* Liuius 34, 34 Malignitas conferendi ex priuato.

MALIGNE. Adu. [κακοήθως] *Malitioſe, aut nimis parce.* Liu. 3, 63 Maligne Senatus in vnum diem ſupplicationes COSS. nomine decreuit. Bene facta maligne detrectare Ouid. Met. 13, 270. Liu. 8, 12 Materiam autem praebebat criminibus ager in Latino, Falernoque maligne plebi diuiſus. Laudare aliquem maligne Hor. Epiſt 2, 1, 209. Maligne omnia Praebentibus ſuis, meretriculae munificentia ſuſtinebatur Liu. 39, 9. Maligne virens Plin. 34, 11. *h. e. Deprauate, non optime. Compar.* Curt. 8, 29. *et* Sen. Epiſt. 44.

MALIGNO, *et* MALIGNOR. [κακοηθεύομαι Gloſſ. Gr. Lat.] Vulg. Interpres Pſalm. 73, 3. *et* 83, 3.

MALIGNANS, antis. Partic. Volucres venena malignantes Ammian. 22, 15. *Conf.* Vulgat. Pſalm. 21, 17. *et* 63, 3.

MALIGNOSVS, a, um. Adi. κακεντρεχής Gloſſ. Lat. Gr.

MALĬTAS, ātis. f. Vlpian. l. 5. D. Quod metus cauſa, Metum Labeo accipiendum dicit, non quemlibet timorem, ſed maioris malitatis.

MALITIA, ae. f. [κακή, κακία Vet. Gloſſ. ῥᾳδιουργία] *Eraſmus,* Malitia, *Peruerſitatem ſonat, quum quis data opera male agit.* Cic. Tuſc. 34 c. 15 Huius igitur virtutis contraria eſt vitioſitas: ſic enim malo quam malitiam appellare eam, quam Graeci κακίαν appellant. Nam malitia certi cuiusdam vitii nomen eſt, vitioſitas omnium. *Nempe, vt docet* Idem de Nat. Deor. 3, 75 c. 30 Malitia eſt verſuta et fallax nocendi ratio. Idem Off. 3, 71 Nec vero in praediis ſolum ius ciuile ductum a natura, malitiam, fraudemque vindicat; ſed etiam in mancipiorum venditione venditoris fraus omnis excluditur. Idem de Legib. 1, 49 Atque etiam ſi emolumentis non ſua ſponte natura virtus expetitur, vna erit virtus, quae malitia rectiſſime dicetur. *Et paullo poſt,* Vt enim quisque maxime ad ſuum commodum refert quaecunque agit, ita minime eſt vir bonus; vt qui virtutem praemio metiuntur, nullam virtutem, niſi malitiam putent. *Add.* Id. Off. 3 c. 17 *extr. in mediis ponitur a* Non. 6, 38. ¶ 2 *Tamen interdum omnem* κακίαν *ſ. vitioſitatem notat, inprimis apud* Senecam, *v. g.* Epiſt. 47 Hoc haent inter

ter caetera boni mores, placent ſibi et permanent; leuis eſt malitia, ſaepe mutatur non in melius, ſed in aliud. *Sic* Malitia praemiis exercetur: vbi ea demſeris, nemo gratuito malus eſt Sall. de Rep. ord. Orat. 2. Malitia ipſa maximam partem ſui veneni bibit Sen. Epiſt. 82. Malitia non habet tantas vires, quantos conatus Hieron. Apol. adu. Ruffin. Quidquid facimus, aut malitiae aut virtutis gerimus imperio Sen. Epiſt. 106 *extr. Add.* Id. Ep. 31. Malitia et virtus *contraria* Gell. 18, 1. Plaut. Aul. 2, 2, 58 Certe edepol equidem te ciuem ſine omni malitia mala etiam ſemper ſum ratus, et nunc arbitror. Quinctil. 3, 8 Sic Catilina apud Salluſtium loquitur, vt rem ſceleratiſſimam non malitia, ſed indignatione videatur audere. Certare, *vid.* CERTO. *Etiam extra humanam mentem aliarum rerum eſt* Malitia. Pallad. Octob. 8, 3 Malitia arboris durante. Idem Pallad. 1, 6, 16 Malitia terrae ſalſae hibernis imbribus eluitur: *Et* 1, 6, 8 Malitia viae. *Laudantur quoque, neſcio qua fide* Plin. Quod modo caeli, modo terrae malitia facit. Varr. . . . Id ſaepe accidit malitia ſoli. *Indices certe nihil docent.*

MALITIŌSVS, a, um. Adi. [κακότεχνος] *Verſutus, callidus, aſtutus, fallax:* Cic. Off. 3, 58 Hoc autem celandi genus quale ſit, et cuius hominis, quis non videt? certe non aperti, non ſimplicis, non ingenui, non iuſti, non viri boni; verſuti potius, obſcuri, aſtuti, fallacis, malitioſi, callidi, veteratoris, vafri. Malus et malitioſus humo Gell. 9, 2. Malitioſa iuris interpretatio Cic. Off. 1, 33 c. 9. *et* 3, 57.

MALITIŌSE. Adu. [κακοτέχνως] *Callide et doloſe.* Cic. Verr. Act. 1, 33 Malitioſe neceſſe eſt iſtiusmodi rationi aliquo conſilio obſiſtere. Facere malitioſe in eligendo Id. in Orat. 190. Id. Off. 3, 61 Aut quum dicitur, inter bonos bene agier; quidquam agi doloſe aut malitioſe poteſt? Id. Verr. 2, 162 Sed ego Metello non iraſcor: neque ei ſuam purgationem eripio, qua ille apud omnes vtitur, vt nihil malitioſe neque conſulto feciſſe videatur. *Add.* Verr. 2, c. 53. Malitioſius gerere rem mandatam Cic. pro Roſc. Amer. 111 c. 38. Malitioſe verſari in re aliqua Vlpian. in l. Si rem alienam in principio D. de pignorat. action.

MALITIOSĬTAS, ātis. f. *Apud* Tertullian. adu. Marc. 3, 15 *extr.*

PEIOR, ūs *Compar.* [χείρων] *quo vtuntur pro* Malior *a* Malus. Cic. Phil. 8, 29 Turpis autem fuga mortis, omni eſt morte peior. Aetatis parentum peior auis tulit nos nequiores Hor. Od. 3, 6, 46. Peiore res loco non poteſt eſſe, quam in quo nunc ſita eſt Ter. Adelph. 3, 2, 46. Peior illi res familiaris erat Vell. 2, 68, 1. In peius ruere Virg. Georg. 1, 200. Ficto in peius vultu Hor. Epiſt. 2, 1, 265. Viri peiora paſſi Hor. Od. 1, 7, 30.

PEIŌRO, āre. *Peius deteriusue reddere.* Paul. 2 Sententiarum 19 (*tit.* 28) Homo liber qui ſtatum ſuum in poteſtate habet, et peiorare eum, et meliorem facere poteſt. *Hinc*

PEIORANS, Partic. *non ſemel apud* Medic. Peiorans morbus Cael. Aurel. Acut. 2. 1, 3, *Add.* Id. Tard. 4, 1.

PEIVS. Adu. [χεῖρον] *pro Magis, et multo magis ac vehementius.* Caeſ. B. Gall. 1, 31, 10 Sed peius victoribus Sequanis, quam Aeduis victis accidiſſe. Vide ne tu peius conſulas Nep. 15, 10, 1. Cic. Philipp. 11, 12 Quum haec veteranus Capho, quo neminem veterani peius oderunt. Cane peius et angue Vitare Horat. Epiſt. 1, 17, 30. Spe peius Hor. Epiſt. 1, 6, 13.

PESSIMVS, a, um. *Superl.* [κάκιστος] *pro* Maliſſimus *a* Malus, Plin. 11, 37 Eſt autem iecur nihil aliud, quam purgamentum peſſimi ſanguinis. Omnium peſſimus Poëta Catull. *ad* Cic. 47 (50) 5. Peſſima ſit, nulli non ſua Forma placet Ouid. A. A. 11, 615. Monumenta peſſima ſcelerum Id. Amor. 1, 7, 31. Sors peſſima rerum Id. Met. 14, 489. Varr. de R. R. 1, 13 Nunc contra, villam vrbanam quam maximam ac politiſſimam habeant, dant operam; ac cum Metelli, ac Luculli villis peſſimo publico aedificatis certant, *vt nempe dicitur* bono publico, malo publico: peſſimo publico, *cum ſummo detrimento rei publicae. Sic* Liu. 2, 1 Neque ambigitur, quin Brutus idem, qui tantum gloriae Superbo exacto meruit, peſſimo publico id facturus fuerit, ſi libertatis immaturae cupidine priorum Regum alicui regnum extorſiſſet.

PESSIME. Adu. [κάκιστα] Cic. Verr. 3, 119 Intelliget ſecum actum eſſe peſſime. Peſſime iſtud in te atque in illum Conſulis Ter. Heaut. 3, 1, 28. Sentire peſſime de Republica Cic. Philipp. 14, 18 c. 6.

PESSVMVM. Plaut. Rud. 2, 3, 64 Nunc eam cum naui ſcilicet abiiſſe peſſumum in altum.

PESSIMO, āre. [κακῶ] *Peſſime afficere.* Vulg. Sirac. 36, 11. Aetate Peſſimata Lactant. 1, 11, 46. *Verum nunc leg.* peſſum acta:

M A M

MAMERCVS. *Praenomen* Aemyliorum. Mamercorum *meminit* Cic. de Claris Orat. 175. *Et* Off. 2, 58. *Vid. Spanh. de Vſu Numiſm. vid. ſtatim* MAMERS.

MAMERS. [Ἄρης] Lingua Oſcorum, dictus eſt Mars, Feſtus, Mamercus nomen eſt Oſcum, eo quod hi Martem Mamertem appellant. *Et*, Mamers Mamertis facit, id eſt lingua Oſca Mars Martis. Vnde et Mamertini in Sicilia dicti, qui Meſſanae habitant. *Sic* Μάμερτος *Mars eſt Lycophroni* 938 *vbi id comptius docet Tzetzes.*

MAMERTĪNI. [Μαμερτῖνοι] *Populi Campani. Hi quum Meſſanam colonos miſiſſent, ipſi quoque* Mamertini *potius quam Meſſanenſes ſunt vocati. Et quum ager eorum vini feraciſſimus ſit:* Mamertianum vinum appellatum eſt. Martial. 13, 117 Amphora Neſtorea tibi Mamertina ſenecta, Si detur, quoduis nomen habere poteſt. *De* Mamertinis *et* Mamertina ciuitate Cic. Verr. 2, 13. *It.* Plin. 14, 6.

MAMERTES. [Μαμέρτης] *Corinthius, filios fratris ſui Siſyphonis libidine regnandi interfecit, maximo ſuo malo. Nam vbi Siſypo factum reſciuit, eum membratim diſcerpſit, vt eſt auctor* Ouid. in Ibin 547 Trunca geras facuo mutilatis partibus enſe, Qualia Mamertis membra fuiſſe ferunt. *Legitur et* Myceṙni *et* Mymnermi.

MAMILIA *Gens, inter antiquiſſimas Romae, de cuius originibus* Liu. 1, 49 *de Tarquinio Superbo,* Octauio Mamilio Tuſculano, (is longe princeps Latini nominis erat, ſi famae credimus, ab Vlyſſe deaque Circe oriundus) ei Mamilio filiam nuptum dat. *Illam originem nummis celebratam docet Spanh. diſſ.* 10 *p.* 15. *Conf.* Feſtus. *Apud* Feſtum *et alias antiqui editores* Mamiliam *et* Maniliam, Manliamque *gentes ſaepe confundunt. Ita* Manilianae *an* Mamilianae actiones an laudentur Cic. de Or. 1 c. 58 *non ſatis conſtat. Vid. ad* Varron. R. R. 2, 3, 5.

MAMILLANA. Fici genus eſt, a mamillarum ſimilitudine ita dictum; *cuius meminit* Plin. 15, 18.

MAMMA, ae. f. [μαζός, τιτθίον, μαστός] *Ornamentum pectoris muliebris, vbi* fons ſanctiſſimus corporis humani generis educator Gell. 12, 1. Mulierum mammae Scribon. 206. 220. Muliebres mammae 82. Duritia mammarum 80. 82. Ter. Adelph. 5, 9, 17 Et quidem tuo nepoti huius filio hodie primam mammam dedit haec. Cic. de Fin. 5, 18 Alia autem nullam ob vtilitatem, quaſi ad quendam ornatum, vt cauda pauoni, plumae verſicolores columbis, viris mammae atque barba. Puer lactens, in gremio matris ſedens, mammam matris Appetens Cic. de Diuin. 2 c. 41. Virg. Aen. 1, 496 Pentheſilea furens, mediiſque in millibus ardet; Aurea ſubnectens exertae cingula mammae. Feſtus: Mimam Aelius vocitatam ait mammam alteram, quaſi minorem factam. Preſſis manabunt flumina mammis Virg. Georg. 3, 310. Putres Hor. Epod. 8, 7. Plin. 11, 40 Quibus ſolida vngula, nec ſupra geminos partus, haec omnia binas habent mammas, nec aliubi, quam in feminibus. Eodem loci biſulca et cornigera; boues quaternas, oues capraeque binas. Munifex Plin. 11, 40. *i. lacte ſcatens. Locum ſtatim dabimus plenius.* Balenae vitulique mammis nutriunt foetus Plin. 11, 40 *ad finem.* Vrſae mammas quaternas gerunt Id. 11, 40. Emaereſcunt Celſ. 2, 9. Deſcendit mamma *cum augeſcit, cui opponitur* Sterileſcit ac reſilit. Plin. 11, 40 Primis genitis in quoque partu ſues primas praebent; eae ſunt faucibus proximae; et ſuam quisque nouit in foetu quo genitus eſt ordine, eaque alitur, nec alia, detracto illa alumno ſuo ſterileſcit illico, ac reſilit. Vno vero ex omni turba relicto, ſola munifex, quae genito fuerat attributa, deſcendit. Reſilit, *i. intro retrahitur.* Mammae porci Martial. 2, 37. ¶ 2 Mamma: *pro Matre, vel Nutrice. Conf.* Non. 2, 97. Plaut. Moſt. 1, 4, 7 Ecquid tibi videor mammam adire? Cato, Qui cibum ac potionem buas et papas docent; et patrem tatam, et matrem mammam. Iratus Mammae lallare recuſas Perſ. 3, 18. Mammas atque Tatas habet Afra, ſed ipſa Tatarum dici et Mammarum maxima Mamma poteſt Martial. 1, 101. MAMMAE PIENTISSIMAE Inſcript. Fabrett. p. 58. *Conf. Turneb. Adu.* 8, 8. *De* diaetis ad mammam, *vid. ſtatim in* MAMMAEA. Mamma, Graeca dictio, *i.* Auia, patris ſeu matris mater. Mamma, in ſurculis arborum, Parua illa extuberantia corticis, e qua profiliunt et enaſcuntur rami Plin. 17, 16. *de illo inſerendi genere loquens, quam emplaſtrationem vocant.*

MAMILLA, *ſ.* MAMMILLA, ae. f. Dimin. [τιτθίδιον, θήλη] Iuuenal. Sat. 6, 400 Illa loqui recta facie, ſtrictisque mamillis. *Add.* Id. 13, 163. Varr. de R. R. 2, 3 Duo enim genera earum, ſub roſtra duas vt mamillas penſiles habeant. *Alia exemplaria habent* Mammulas. Siniſtra, qua cor emicat Vell. 2, 70, 5. ¶ 2 *Dimidiata ſphaera foraminoſa in fonte ſaliente, ap.* Varr. R. R. 3, 14, 2.

MAMMŬLA, ae. f. Dimin. Celſ. 7, 26 Femina breuius vrinae ſimiliter et rectius iter habet: quod mammulae ſimile, inter imas oras ſuper naturale poſitum, non minus ſaepe auxilio eget.

MAMMŌSVS, a, um. Adi. [τιτθώδης] *Quod habet magnas mammas.* Martial. 14, 149 Mammoſas metuo: tenerae me trade puellae. Mammoſa, a mamma Varr. de L. L. 7, 5. Feminas *canes* volunt eſſe mammoſas Varr. R. R. 2, 9, 5. Plin. 15, 15 Pomponiana *pyra* cognomine mammoſa, liceriana, ſeueriana, *etc.* Plin. 18, 7 Sunt et panico genera: Mammoſo e pano, paruis racemato paniculis et cacumine gemino. Idem 12, 14 *de* Ture, Praecipua autem gratia eſt mammoſo, quum haerente lacryma priore, conſecuta alia miſcuit ſe. *i. Feminini, ad differentiam turis maſculi.*

MAMMĀTVS, a, um. Adi. [μαστοειδής] *Quod mammarum ſimilitudinem refert: vnde* tegulae mammatae dictae ſunt, quae balneis adhibentur et aquaeductibus. *Vid.* Plin. 35, 12, ſ. 46. *etc.* Non. 2, 529

MAMMEĀTVS, a, um. Adi. [τιτθωτός] *Idem.* Plaut. Poen. 1, 2, 181 Cuius amicam mammeatam vidimus.

MAMMALIS *Latine dicitur Herba Chamaepitys ap.* Apul. de Herb c. 26.

MAMILLANVS *ſ.* MAMMILLANVS, a, um. Adi. *Mamillae ſimilis.* Ficus Plin. 15, 18.

MAMILLĀRE, is. n. *Velum ſiue faſcia, qua mulieres mammas tegunt: de quo epigramma apud* Martial. 14, 66 Taurino poteras pectus conſtringere tergo: Nam pellis mammas non capit iſta tuas.

MAMMACVTHVS. *Vir quidam fuit ſola illuſtris fatuitate, ſicut et quidam* Melitides. *Vnde apud Ariſtophanem* κεχηνότες μαμμάκυθοι id eſt hiantes mammacuthi. *Hinc factum opinor, inquit Cael.* 17, 4 *vt homines id genus quandoque* Mammacuthos *dicamus.*

MAMMAEA. *Imperatoris Alexandri Seueri mater, a qua aedificia etiam quaedam nomen habuere.* Lamprid. Alex. 26 In matrem Mammaeam vnice pius fuit, ita vt Romae in palatio faceret diaetas nominis Mammaeae, quas imperitum vulgus hodie *ad Mammam* vocant. Et in Baiano palatium cum ſtagno, quod Mammaeae nomine hodieque cenſetur. *Ab eadem dicti*

MAMMAEANI pueri, et puellae Mammaeanae, *quas idem Imperator* inſtituit, *teſte* Lamprid. 57.

MAMMŌNAS, ae. [πλοῦτος] *Chaldaeorum et Syrorum lingua Diuitiae et opes nuncupantur.* Amicos de mammona fabricare ſibi Tertull. de Pat. c. 7. *Vid. viri docti ad Matth.* 6, 24. *Add. Lud. Viues ad* Auguſtin. C. D. 1, 10. *Ang. Canin. de locis Hebr.* c. 8.

MAMMONEVS, a, um. Adi. Mammoneam fidem ſequi Prudent. Hamart. v. 428.

MAMMOTHREPTVS, i. m. *A nutrice educatus* Auguſtin. in Pſalm. Conc. 30.

MAMPHVLA, ae. f. *Secundum* Feſtum appellatur panis Syriaci genus, quod, vt ait Verrius, in clibano ante quam percoquatur, decidit in carbones cineremque, cuius meminit Lucilius, Piſtricem validam ſi numi ſuppeditabunt, Addas empleuron, mamphulas quae ſcias omnes. *Nomen poteſt eſſe ex radice Ebraeis etiam vſitata* נפל cadere, decidere.

MAMPHVR, ūris. n. Lignum rotundum loro circumuolutum, quod circumagunt fabri in operibus tornandis. Feſt. *Scaliger deriuat ex Gr.* μανόφορον.

MAMVRIVS. [Μαμούριος] Veturius. *Huius* nomen, *vt ait* Feſtus, frequenter in cantibus Romani frequentabant, *quod inter ancilia facta* eiusdem generis plura, quibus caeleſte illud miſceretur, ne internoſci poſſet, probatum opus eſt maxime *ipſius*, qui praemii loco petiit, vt ſuum nomen inter carmina Salii (*ancilia circumferentes*) canerent. *Vid.* Ouid. Faſt. 3, 382. Propert. 4, 2, 61 At tibi Mamuri formae caelator aheneae. *Quo in loco ſecunda ſyllaba producitur, quae apud Ouidium corripitur tribus locis.*

MAMVRRA. [Μαμούρρα] Formiis natus, Eques Romanus, *vt tradit* Corn. Nepos, praefectus fabrum C. Caeſaris in Gallia fuit, *quem* primum Romae parietes totius domus ſuae in Caelio monte cruſta marmoris operuiſſe *etiam* Plin. *tradidit* 36, 6. Vrbs Mamurrarum Hor. Serm. 1, 5, 37. *i. Formiae.*

MANA, *vid.* MANIA.

MĀNĂCVS, i. m. *Tarentina voce, lunae orbitam,* Circulum manacum *veteres appellarunt, quaſi* μανιακὸν *Dor. pro* μηνιακόν. *Vtitur* Vitruu. 9, 8. *Vid. Lex. Vitruu. vbi refutatur Scaliger, qui nomen* Almanach *inde deriuauit.*

MANALIS Lapis, *vid.* MANO, āre.

MANCEPS, ĭpis. m. [ἐργόλαβος] eſt (*inquit* Feſt.) Quisquis a populo aliquid emit, conducitue, quia manu ſublata ſignificat auctorem ſe emtionis eſſe. Conductor *alias Latine dicitur, aut* Redemtor. *Conf. Sigon. de Iur. Ciu. Rom.* 2, 4. Mancipes, ſunt publicanorum principes, Romani homines, qui quaeſtus ſui cauſa ſi decumas redimunt, Decumani appellantur, ſi portum, aut paſcua publica, Portitores, aut Pecuarii: quorum ratio ſcriptura dicitur Aſcon. in Diuinat. 33. *Etiam qui vias muniendas conducunt:* Plurima per Italiam itinera fraude Mancipum et incuria magiſtratuum interrupta et imperuia Tac. Ann. 3, 31, 6. *vbi vid. Lipſ.* Mancipes, *Publicani, qui a Cenſ. quinto quoque anno publica, id eſt populi vectigalia redimebant: ii, ſi vectigales agros, vt Decumani, redimebant, eos poſtea colonis et aratoribus elocabant.* Papin. l. 53. D. locat. Qui fideiuſſor extitit apud mancipem pro colono publicorum praediorum, quae manceps ei colono locauit, reip. non tenetur. Manceps, *pro Emtore bonorum hominis proſcripti et ſectore.* Cic. pro Roſc. Amer. 21 Hominis ſtudioſiſſimi nobilitatis manceps fit Chryſogonus. *Exoſum hoc genus negotii* (*vid.* SECTOR) *cum eſſet, in laude* Attici *ponit* Nep. 25, 6, 3 *Quod* Nullius rei neque praes, neque Manceps factus eſt. *Talis ſector intelligitur* Cic. Att. 12, 3 Nomen illud, quod a Caeſare, tres habet conditiones: aut emtionem ab haſta, aut delegationem a mancipe annua die, aut Vecteni conditionem, ſemiſſe. Manceps, *pro Negotiatore et coëmtore et propola.* Plin. 33, 4 Aut aliquis praeualens manceps annonam flagellet. *Apud ICtos ſunt* Mancipes curſus publici, *ſ.* mutationum, ſalinarum *etc.* *Metaphoricôs* Plin. Epiſt. 2, 14 Sequuntur auditores actoribus ſimiles, conducti et redemti. Manceps conuenitur in media Baſilica, vbi tam palam ſportulae, quam in triclinio dantur. Manceps *eſt perſona media, quae acceptam ab oratore pecuniam diſtribuit conductis a ſe laudatoribus.* Manceps, *pro Mancipatore, qui dat aliquid mancipio.* Plaut. Curc. 4, 2, 29 Ego mancipem te nihil moror, nec lenonem alium quenquam. *Antea* 4, 3, 9 *enim dixerat,* Egon' ab lenone mancipio aliquid accipiam, quibus ſui nihil eſt, niſi vna lingua?

MANCĬPO, *ſ.* MANCVPO, āre. [χειρόω, ἀνδραποδίζομαι, ἐξανδραποδίζω] *quaſi Manu capiendum dare aliquid alteri, i. alienare, in alterius dominium et poteſtatem transferre.* Epit. Inſtit. Gaii 6 Naturalis pater filium ſuum fiduciario patri Mancipat, hoc eſt, manu tradit. *Ipſe* Plaut. Curc. 4, 2, 10 Alienos mancupatis, alienos manumittitis. Cic. Philipp. 2, 51 c. 21 Tum iſte venditum atque mancipatum Tribunatum, conſiliis veſtris oppoſuit. Mancipatum *emphaticôs dixit, plus quam venditum.* Plin. Epiſt. 7, 18 Nam pro quingentis millibus nummûm, quae in alimenta ingenuorum ingenuarumque promiſeram, agrum ex meis longe pluris actori publico mancipaui, eundemque vectigali impoſito recepi. Vſus quaedam mancipat Hor. Epiſt. 2, 2, 159. Mancipabatur poteſtas capitis in manum carnificis Apul. Met. 10 p. 243. *Sic* l. 163 C. Theod. de Decurion. Clericorum conſortio ſe mancipare. *Et* l. 175 Ordini mancipari. *Et* l. 83 Curiarum functionibus *etc.* Ita capitur *fera*, alioqui difficile eſt eam mancipari Solin. c. 20.

MANCIPĀTVS, a, um. Partic. [ἀνδραποδισθεὶς] *Deuinctus, adſtrictus.* Cic. de Senect. 37 c. 11 Ita enim ſenectus honeſta eſt, ſi ſe ipſa defendit, ſi ius ſuum retinet, ſi nemini mancipata eſt, ſi vsque ad vltimum ſpiritum dominatur in ſuos. *Al.* emancipata, *quod melius.* Prudent. Cath. 11, 39 Et mancipatam fumido vitam barathro immerſerant *de gentilibus impiis.*

MANCIPĀTVS, ûs. m. Plin. 9, 35 *de vnione,* Et hoc tamen aeternae prope poſſeſſionis eſt, ſequitur haeredem, in mancipatum venit vt praedium aliquod. *i. Sollemnitates eae adhibentur, quae ſolent in iis rebus, quae ſunt mancipi. Budaeus.*

MANCIPATIO, ōnis. f. [ἀνδραπόδισις] eſt (*inquit* Caius ICtus *apud* Boëthium *in* Topic. Cic. 3 p. 797) Imaginaria quaedam venditio; quod ipſum ius, proprium eſt Romanorum ciuium. Ea res ita agitur, Adhibitis non minus quam quinque teſtibus ciuibus Romanis puberibus; et praeterea alio eiusdem conditionis, qui libram aeneam teneat, qui appellatur libripens: is qui mancipium accipit, aes tenens ita dicit, Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum eſſe aio, isque mihi emtus eſt hoc aere, aeneaque libra. Deinde aere percutit libram, idque aes dat ei, a quo mancipium accipit, quaſi pretii loco. *Conf.* Gaius inſtitut. tit. 6. *et add.* l. 77 D. de diu. reg. iur. l. 1 Inſtit. tit. 6. *Videantur* IC. *maxime Schulting. ad* Vlpian. 19, 3 p. 620. *Heinec. Antiquit. ad* Inſtit. 1, 12, 6 ſq. *Scribitur et* Mancupatio, *vt Mancupium.* Plin. 9, 35 ſ. 38 Ipſa confeſtim parata mancupationem tabulis probare. *Sic Hard. ex MSS. Al.* nuncupationem, *vel* aucupationem, *ſub quo nomine totum locum dedimus.*

MANCIPIVM, *vel* MANCVPIVM, i. n. [ἀνδράποδον, δορυάλωτος] *Seruus, vel ab hoſtibus* manu captus, *vt ait* Imperator §. 1 de iure perſonar. *vel, vt* Cic. Parad. 5, 1 Mancipia quae ſunt dominorum facta nexu, aut aliquo iure ciuili: *de ſeruis loquitur.* Varr. de L. L. 5, 8 Mancipium dicitur, quod manu capiatur Plin. 28, 2. Chriſti Prudent. Apoth. v. 408. Mancipia fugitiua retinere. Qualia mancipia, qualesque qui iis praeſint, *eſſe debeant, docet* Varr. R. R. 1, 17, 3. Extrema Sen. Ep. 70. Locuples mancipiis Hor. Epiſt. 1, 6, 39. Mancipia ergaſtuli Colum. 1, 8, 16. Negotiatores mancipiorum Quinctil. 5, 12. Amicum mancipium domino, et frugi Hor. Serm. 2, 7, 3. Conciliatum, *vid.* CONCILIO. Vt mancipia haec Deducam ad Thaïdem Ter. Eun. 2, 3, 72. Ouid. ex Pont. 4, 5, 40 Pro quibus vt meritis referatur gratia, iurat Se fore mancipium tempus in omne tuum. *Sic antiquae editt. Sic reduxit Burm. Nam Heinſ.* Mancipii tui. *Briſſon. de Form. 6 p. 517* Mancipio tuum: *quod puto verum eſſe. Nemo enim Romanus ſe* ſeruum *aut* mancipium *alterius dixit: licet* Ouid. ex Ponto 4, 8, 66 *poſuerit,* Si quid — Reſtat in ingenio, ſeruiet omne tibi. ¶ 2 Mancipium, *Dominii comparatio, poſſidendique ius, atque etiam dominium et mancipatio.* Varr. de L. L. 5, 7 p. 59, 19 Ab eo ſcribi coeptum in lege mancipiorum, vadem ne poſceret, nec dabitur, *i. in formula, qua dominium transferebatur.* Cic. de Orat. 1, 178 c. 39 Quum enim Marius Gratidianus aedes Auratae vendidiſſet, neque ſeruire quandam earum aedium partem in mancipii lege dixiſſet, defendebamus quidquid fuiſſet incommodi in mancipio, id ſi venditor ſciſſet, neque declaraſſet, praeſtare debere. *Eandem rem narrans* Cic. Off. 3, 67 c. 16 Hoc in mancipio Marius non dixerat. *Nempe breuiter ſic loquebantur. Pulcre idem* Cicero Topica ad Trebatium *ita finit.* Plura quam a te deſiderata erant, ſum complexus, fecique, quod ſaepe liberales venditores ſolent, vt cum aedes fundumue vendiderint, rutis caeſis receptis, concedant tamen aliquid emtori, quod ornandi cauſa apte et loco poſitum eſſe videatur. Sic tibi nos ad id, quod quaſi mancipio dare debuimus, ornamenta quaedam voluimus non debita accedere. *Puto* mancipio *hic eſſe ablatiuum, et idem eſſe, quod ex lege et formulà mancipii.* Cic. Fam. 7, 29 Sum enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici noſtri: ergo fructus eſt tuus, mancipium illius. *Et* 7, 30 Attici proprium te eſſe ſcribis mancipio et nexu, meum autem vſu et fructu. Mancipio vendere, *eſt Eas res, quae mancipi ſunt, ita vendere libra et aere adhibitis, vt euictionis periculum praeſtetur. Verum hoc amplius animaduerti moris fuiſſe, vt Auctor, id eſt venditor nexu ſe dicis cauſa obligaret, ad rem mancipi, hoc eſt emptori perpetuo praeſtandam.* Cic. pro Muraen. 3 Quod ſi in iis rebus repetendis, quae mancipi ſunt, is periculum iudicii praeſtare debet, qui ſe nexu obligauit: profecto etiam rectius, *etc.* *Hinc* Mancipio et nexu *coniungi videmus.* Var. de L. L. 6, 5 p. 82, 5 Nexum Manilius ſcribit omne, quod per libram et aes geritur, in quo ſint mancipi. Mutius Scaeuola, quae per aes et libram fiant, vt obligentur, praeterquam quae mancipio dentur. Hoc verius eſſe ipſum verbum oſtendit, de quo quaeritur. Nam idem quod obligatur per libram, neque (ni quid *legi vult Schulting. ad* Paulli Sent. 2, 17, 3) ſuum ſit, inde nexum dictum. *Haec ille; quae ſic intelligo, vt ex Mutii ſententia ea* Nexa *dicantur, non tantum quae abalienata ſunt, ſed etiam quae oppignorata.* Cic. Fam. 7, 30 Attici proprium te eſſe, ſcribis, mancipio et nexu; meum autem vſu et fructu. *Et* de Aruſp. Reſp. 14 Multae ſunt domus iure mancipii, et iure nexi. In Topic. 28 Abalienatio eſt eius rei, quae mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in iure ceſſio. *quo ex loco coniuncto cum altero* de Legib. 3 *animaduertere eſt, eum qui mancipabat nexu obligatum, rem mancipi tradidiſſe.* Idem in Parad. 5 Non enim ita dicunt eos eſſe ſeruos, vt mancipia quae ſunt dominorum facta nexu, aut aliquo iure ciuili. *i. In iure ceſſione et vſucapione. Caeterum qui mancipio vendebat, euictionis periculum in ſe recepiſſe, ex* Plauto *patet, qui ſic in* Perſ. 4, 3, 55 Ac ſuo periculo is emat, qui eam mercabitur; mancipio, neque promittet, neque quisquam dabit. *Et paullo poſt,* 4, 3, 63 Nihil mihi opus eſt litibus. niſi mancipio accipio, quid eo mihi opus mercimonio? *Haec Hotoman. Conf. Salmaſ. de Vſur. p. 205 ſq. De* Satisdatione ſecundum mancipium, *vid. Interpp.* Cic. Att. 5, 1 p. 464. *Graeu.* Plaut. Trin. 2, 4, 19 Minas quadraginta accepiſti a Callicle, et ille aedes abs te mancupio Accepit. L. admodum. *Conf.* Id. Curc. 4, 2, 9. Cic. Att. 1, 1 *fin.* Agere coepit cum Caninio de iis rebus, quas eum dolo malo mancipio accepiſſe de Vario diceret. Mancipio dare, *pro Tradere in ius proprietatis.* Seneca Epiſt. 73 Fortuna nihil dat mancipio. *Huc pertinet* Lucret. 3, 985 Vitaque mancipio nulli datur, omnibus vſu. *i. Nulli ita datur, vt propriam ac perpetuam habeat.* Poſcere aliquid mancupio Plaut. Moſt. 5, 1, 43. *al.* mancupi. Sui mancipii eſſe, *Nullius dominio ſubiectum eſſe.* Cic. ad Brut. 16 An vt eſſet ſui iuris ac mancipii Respublica? niſi forte non de ſeruitute, *etc.* ¶ 3 *An* Mancipia *veteres dixerint ea, quae* Mobilia *alias vocamus, vt contra Praedia ea, quae dicuntur vulgo hodie* Immobilia, *non affirmauerim. De verbis* Modeſtini l. 3 D. de diuerſ. temp. praeſcr. Longae poſſeſſionis praeſcriptionem tam in praediis, quam in mancipiis locum habere manifeſtum eſt, *ICti viderint. Certe huc non facit.* Cic. Off. 3, 71 Nec vero in praediis ſolum ius ciuile ductum a natura, malitiam fraudemque vindicat, ſed et in mancipiorum venditione, venditorum fraus omnis excluditur. *De ſeruis enim ſermonem eſſe, ſatis oſtendunt, quae ſequuntur,* Qui enim ſcire debuit de ſanitate, de fuga, de furtis, praeſtat edicto aedilium. *Similis eſt ratio* Cic. in Rull. 2, 38 Qui agri, quae loca, aedificia. Quid eſt praeterea? multa in mancipiis, in pecore, auro, ebore, veſte, ſupellectili, caeteris rebus. *Neque enim* Mancipia *diuidit in* pecus, aurum, ebur: *ſed enarrat res et poſſeſſiones ſimpliciter, quae non ſint* agri, loca, aedificia. *Et repugnare videtur huic rationi ipſa enumeratio rerum* mancipi, *i.* mancipii, *de qua mox vid.* MANCIPI.

MANCĬPI, *ſiue* MANCV̆PI. *Genitiuum eſſe contractum* Mancipii *docent Voſſ. de Art. Gram.* 3, 46. *Salmaſ. de Vſur. c. 8. et Perizon. ad Sanct.* 4, 4, 12. Plin. 33, 34 Quin et militum ſtipendiorum, hoc eſt ſtipis ponderandae penſatores, libripendes dicuntur; qua conſuetudine in iis emtionibus quae mancipi ſunt, etiam nunc libra interponitur. Cic. pro Flacco 80 c. 32 Illud quaero: ſintne iſta praedia cenſui cenſendo? habeant ius ciuile? ſint nec ne ſint mancipi? ſubſignari apud aerarium, apud cenſorem poſſint? *Nempe* Omnes res aut mancipi ſunt, aut nec mancipi. Mancipi res ſunt, praedia in Italico ſolo, tam ruſtica, qualis eſt fundus, quam vrbana, qualis domus. Item iura praediorum ruſticorum, velut via, iter, actus, et aquaeductus. Item ſerui, et quadrupedes, quae dorſo colloue domantur, velut boues, muli, equi, aſini. Caeterae res nec mancipi ſunt. Elephanti et cameli quamuis collo dorſoue domentur, nec mancipi ſunt; quoniam beſtiarum numero ſunt. *Haec* Vlpian. tit. 19 *eius libri, qui inſcribitur,* Tituli ex corpore Vlpian. *Additur a ICtis* Hereditas et familia, *quae et ipſa* per aes et libram manciparetur Gell. 15, 26. *et* §. 1 Inſt. de teſtam. ordin. *Ac proinde etiam filii familias erunt inter* res mancipi. *Vid. Bynckersh. de iure occid. liberos lib. 1 p. 145.* Margaritas etiam in mancipatum venire *ait* Plin. 9, 35. *Et cum etiam* monumenta *et* columbaria mancipata *ſ.* per aes et libram translata *videamus in* Vet. Inſcr. Grut. p. 1081, 1. *et Reineſ. 7, 21 etiam ius certe ſepeliendi in rebus mancipi fuiſſe, colligunt. Caeterum de communi quodam charactere rerum mancipi, quo ab aliis rebus differant, et cauſa proinde, cur eas mancipi eſſe placuerit, diſputant ICti. Recentiſſimi, cum iſta commentaremur, libri erant Bynkershoekii diſſertatio in opuſculis: tum Fr. Car. Conradi de veris* mancipi *et* nec mancipi *rerum differentiis liber ſingularis Helmſt. 1739. Andr. El. Roſſmann Diſp. de rebus* mancipi *et* nec mancipi *Hal. 1740. Add. quae ad* Cic. pro Flacco 80 c. 32 *extr. viri docti diſputant.* Plaut. Moſt. 5, 1, 43 Vel hominem iube aedes mancupi poſcere.

MANCIOLAE tenellae, *pro manibus, antiquum verbum* Laeuii *apud* Gell. 19, 7.

MANCVS, a, um. Adi. [κυλλὸς Gloſſ. Lat. Gr.] *proprie ſignificat eum, qui ſine manu eſt; quaſi* Manu carens. Cic. pro Rabir. 21 c. 7 Quintus Scaeuola confectus ſenectute, praepeditus morbo, mancus et membris omnibus captus ac debilis. Ouid. Faſt. 3, 826 Et licet antiquo manibus collatus Epeo Sit prior, iratâ Pallade mancus erit. *Metaph.* Officiis mancus Hor. Epiſt. 2, 2, 21. *h. e. Ad talia officia*

officia perficienda inutilis. Cic. Off. 1, 154 c. 43 Etenim Cognitio, contemplatioque naturae, manca quodammodo, atque inchoata ſit, ſi nulla actio rerum conſequatur. Fortuna Hor. Serm. 2, 7, 88. Cic. pro Milon. 25 c. 9 Occurrebat mancam ac debilem Praeturam ſuam futuram Conſule Milone. Cic. de Fin. 3, 20 c. 9 Qui mancam fore putauerunt ſine aliqua acceſſione Virtutem.

MANDATVM, *vid.* MANDO, āre.

MANDĒLA. Pagus eſt in Sabinis, *vt auctores ſunt* Acron *et* Porphyrion *ad* Hor. Epiſt. 1, 18, 105 Gelidus Digentia riuus Quem Mandela bibit rugoſus frigore pagus.

MANDIBVLA, *vid.* MANDO, ĕre.

MANDO, āre. [ἐντέλλομαι, ἐπιστέλλω, παρεγγυάω, ἐπιτίθεμαι] *quaſi tu dicas in* manum dare, *1. faciendum, curandum, ſeruandum aliquid alteri committere.* Plaut. Perſ. 3, 3, 65 Iam hic credo aderit, acceſſi illum mandaui. Ter. Adelph. 3, 3, 18 Huic mandes, ſi quid recte curatum velis. Tacit. Ann. 4, 66 Res ſuas Caeſar ſpectatiſſimo cuique, quibusdam ignotis Ex fama, mandabat. Extremas preces P. Quirino, propinquo ſuo, ad principem mandat Tacit. Ann. 2, 30. Cic. pro Quint. 50 c. 15 Is non modo ex numero viuorum exturbatur, ſed ſi fieri poteſt, infra etiam mortuos mandatur. Plin. in Paneg. 75. *pr.* Ante orationes principum tantum eiusmodi genere monumentorum mandari Aeternitati ſolebant. Cic. Tuſc. 2, 13 Cultura autem animi philoſophia eſt, quae extrahit vitia radicitus, et praeparat animos ad ſatus accipiendos, eaque mandat his, et (vt ita dicam) ſerit, quae adulta fructus vberrimos ferant. Animis et mentibus mandare, *quemadmodum et* Mandare poſteritati *dicitur; hoc eſt, Memoriae committere.* Id. in Catil. 1, 27 c. 11 Percipite quaeſo diligenter quae dicam, et ea penitus Animis veſtris mentibusque mandate. Arenae ſemina Ouid. Epiſt. 5, 115. Fidei alicuius pecuniam Plaut. Trin. 1, 2, 91. Ter. Andr. 1, 5, 62 Bona noſtra haec tibi committo, et tuae mando Fidei. Foliis carmina Virg. Aen. 6, 74. Fugae ſe, *i. Fugere.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 18 Vt hoſtes impetum legionum atque equitum ſuſtinere non poſſent, ripasque dimitterent, ac ſe Fugae mandarent. *Vſus etiam* Siſenna *apud* Non. 2, 516. Cic. in Catil. 1, 20 Quae quum ita ſint Catilina, dubitas, ſi emori aequo animo non potes, abire in aliquas terras, et vitam iſtam multis ſuppliciis iuſtis debitisque ereptam, Fugae ſolitudinique mandare? Humo aliquem, *pro Inhumare* Virg. Aen. 9, 214. *Sic apud* Cic. Tuſc. 3. *ex Homero*, Quo magis eſt aequum Tumulis mandare peremtos. Immortalitati, *Aeternum vt ſit curare.* Cic. pro Domo 76 c. 29 Semel, quum id feci, quod omnes non negent, Immortalitati, ſi fieri poteſt, mandandum, tu ſupplicio puniendum putaſti. Id. de Fin. 1, 1 Non eram neſcius Brute, quum quae ſummis ingeniis, exquiſitaque doctrina philoſophi Graeco ſermone tractauiſſent, ea Latinis Literis mandaremus, fore vt hic noſter labor in varias reprehenſiones incurreret. Id. Tuſc. 1, 6 Sed mandare quenquam Literis cogitationes ſuas, qui nec eas diſponere, nec illuſtrare poſſit, nec, *etc.* Id. Philipp. 12 Quid huic facias, qui hoc Literis, Memoriaeque mandauerit? *Add.* Id. de Nat. D. 1 c. 4 *pr. et* Off. 2 c. 2 *pr.* Sen. Ep. 8. Malis Lucret. 2, 637. *vid. in* MALA. Gell. 3, 17 Memoriae mandatum eſt, Platonem philoſophum tenui admodum pecunia familiari fuiſſe. *i. Scriptum eſt.* Memoriae mandare aliquid, *In memoria figere, et reminiſci.* Cic. de Amicit. 1 Eius diſputationis ſententias Memoriae mandaui. Id. Acad. 4, 2 c. 1 Vt literis conſignamus, quae Monumentis mandare volumus; ſic ille in animo res inſculptas habebat. *Ibid.* 1, 3 Nunc poſtea quam ſum ingreſſus res eas, quas tecum ſimul didici, mandare Monumentis, philoſophiamque veterem illam a Socrate ortam, Latinis literis illuſtrare, *etc.* Id. pro Sext. 102 Haec fama celebrantur, Monumentis annalium mandantur, poſteritati propagantur. Id. Off. 2, 3 c. 1 Deinde ipſis Scriptis non ea quae nunc, ſed actiones noſtras mandaremus, vt ſaepe fecimus. Sulcis hordea Virg. Ecl. 5, 36. Terrae ſemina, *pro Seminare* Columel. 1, 7. Cic. pro Arch. 20 Neque eſt quisquam tam aduerſus a Muſis, qui non mandari Verſibus aeternum ſuorum laborum facile praeconium patiatur. Id. in Catil. 4, 10 Homo mitiſſimus atque leniſſimus, non dubitat P. Lentulum aeternis Tenebris, vinculisque mandare. Cauſam alicui, *i. Committere* Ouid. Met. 13, 199. Caius in l. ex maleficio. §. ideo autem. D. de actione et obligationib. Nec vlli Curam negotiorum ſuorum mandant. Honores mandare alicui, *pro Tribuere.* Cic. Verr. 4, 81 c. 27 Deſinat queri, Pop. Rom. hominibus nouis, atque induſtriis libenter Honores mandare, ſemperque mandaſſe. *Add.* Liu. 24, 8 *pr.* Iuuen. Sat. 10, 53 Cum Fortunae ipſe minaci Mandaret laqueum. *Nempe extremi neglectus vox*, Suſpende te! *vid.* SVSPENDO *ex* Sen. de Ira 3, 23. Lethum alicui Senec. Herc. Oet. 10. Magiſtratum, *Decernere.* Cic. de Legib. 3, 33 Suffragia in Magiſtratu mandando, aut reo iudicando, aut lege aut rogatione ſciſcenda, clam, an palam ferre melius eſſet. *Conf.* Id. Verr. 5 c. 14. Cum diuitiſſimus eſſe poſſet propter frequentes delatos honores Poteſtatesque ſummas, quae ei a populo mandabantur Nep. 19, 1, 2. *al.* dabantur. Sile obſecro, Quaeſtusque ſecreto abditos manda dolori Sen. Med. v. 150. Plin. Epiſt. 6, 110 Aliquanto magis me delectat mandatum mihi Officium, poſtquam par Cornuto datum video. Opus miſerum mandat ſociis Stat. Theb. 9, 168. Salutem ſuam mandare alicui Ouid. ex Pont. 4, 6, 13. *i. commendare.* Accidit hoc, quod totum cuiusmodi ſit mando tibi, Vt perſpicias Cic. Att. 1, 12. Primum Scelus mandat inſidiis Flor. 3, 1, 3. ¶ 2 *Mittere ſignificat, quod indicat compoſitum* AMANDO. Cic. pro Sulla 57 c. 20 Familiariſſimum ſuum dimittere ab ſe, et mandare in vltimas terras? *i. mittere.* Id. pro Quint. 49 c. 15 Is non modo ex numero viuorum exturbatur, ſed, ſi fieri poteſt, infra etiam mortuos mandatur. *Sic membranae Gruteri omnes: al.* Amandatur.

MANDANS, antis. Partic. [ἐντελλόμενος] Ouid. Epiſt. 16, 314 Vtere mandantis ſimplicitate viri. *Al.* non vafri.

MANDĀTVS, a, um. Partic. [ἐντεταλμένος] Cic. pro Roſc. Amer. 111 c. 38 In priuatis rebus ſi quis rem mandatam non modo malitioſius geſſiſſet, ſui quaeſtus aut commodi cauſa, verum etiam negligentius, eum maiores ſummum admiſiſſe dedecus exiſtimabant: itaque mandati conſtitutum eſt iudicium, non minus turpe quam furti, *etc.* Arma mandata nepotibus Sil. 1, 18. Caſtra mandata proſequi Stat. Silu. 3, 2, 121. Cauſa Ouid. Met. 7, 505. Cic. pro Lege Manil. c. 16 Ego ſic exiſtimo, Maximo, Marcello, Scipioni, Mario, et caeteris magnis imperatoribus, non ſolum propter virtutem, ſed etiam propter fortunam, ſaepius imperia mandata, atque exercitus eſſe commiſſos.

MANDĀTVM, i. n. [ἔνταλμα, ἐντολή, ἐφετμή] *Subſtant. intell.* negotium: *non ſemper ad ſuperiorem* ſ. *imperantem refertur, ſed eſt etiam aequalis, vel inferioris adeo: hodie vulgo* Commiſſionem *appellant.* Salluſt. Catil. c. 32 *extr.* C. Manlius ex ſuo numero legatos ad Martium regem mittit, cum mandatis eiusmodi. Accipere mandata ad aliquem Quinctil. 3, 10. Addere Plin. 8, 40. Admitti ad, Agere, Bibere, *vid. hh. vv.* Conficere Cic. Phil. 9 c. 3. Curare, *vid.* CVRO. Cic. Q. Frat. 2, 13 Facies ſcilicet, vt mea mandata Digeras, perſequare, conficias. Dare Ouid. Epiſt. 13, 143. Cic. Fam. 3, 11 Omnibus ei de rebus quas agi, quas curari a me voles, mandata Des velim. - - omnibus de rebus Id. Fam. . . Dare alicui de magnis rebus Id. Phil. 8 c. 7. *add.* Philip. 6, 6 c. 3. Deferre Id. Att. 10, 14 *pr.* Lucius Caeſar mandata Caeſaris ad Pompeium detulit. Depoſcere, *Luy demander s'il veut rien commander. Vt abeuntes ſolent.* Cic. Att. 5, 2 In Cumano quum eſſem, venit ad me noſter Hortenſius; cui depoſcenti mea mandata, caetera vniuerſe mandaui, illud proprie, ne pateretur, quantum eſſet in ipſo, prorogari nobis prouincias. Excipere Tacit. in Agric. 45. Exequi alicuius Ouid. Met. 14, 602. *Conf.* Cic. Phil. 9 c. 4 *extr.* Exhaurire, *pro Exequi et abſoluere.* Id. Att. 5, 1 Reliquum eſt, vt antequam proficiſcare, mandata noſtra Exhaurias. Explicare Id. Ibid. 13, 23. Facere Quinctil. 4, 4. Fallere alicuius, *i. Non exequi mandata, verum ſimulare ſe executum eſſe* Ouid. Met. 9, 696. Ferre per auras Virg. Aen. 4, 270. Fungi mandatis Tacit. Ann. 13, 21. Gerere Stat. Silu. 5, 2, 56. Cic. Philipp. 2, 86 c. 34 A nobis Populoque Rom. mandatum id certe non Habebas. Inſtruere aliquem mandatis, *vid.* INSTRVO. Loqui Senec. Med. 7. Cic. Verr. 2, 161 In quem ipſi cum grauiſſimo teſtimonio, quod nunquam antea Romam mandata legatosque Miſiſſent. Negligere alicuius Ouid. Epiſt. 16, 303. Peragere Id. Met. 7, 502. Perferre ad aliquem Id. ex Pont. 2, 2, 125. Referte mandata mea regi Virg. Aen. 7, 267. Suſcipe cauſam mandati mei Ouid. ex Pont. 2, 2, 45. Tenere conſtanti mente Catul. Argon. 62, 209. Tenere memori mente Lucret. 2, 582. Cic. Verr. 4 (2) 153 c. 64 Veniunt cum mandatis, veniunt cum teſtimoniis publicis.

MANDĀTVS, ûs. m. *apud* Iuriſconſultos *legitur, praeſertim* titulo Mandati. Paul. Mandatu meo in diem fideiuſſoris. Caius, Si mandatu meo Titio credideris. Iulian. Mandatu creditorum. *Sic ſaepius. Idem vocabulum in quibusdam libris legitur apud* Cic. pro Caec. c. 7. *et* Suet. Caeſ. c. 7.

MANDĀTOR, ōris. m. [ἐντολεύς] *Qui mandauit.* Nec miſſus credetur, quem nunquam mandator deſignauit, nuncupaturus pater et deſignaturus mandator ſi fuiſſet Tertull. adu. Marc. 3, 2. Tranquil. in Tito Veſp. c. 8 Inter aduerſa temporum et delatores, mandatoresque erant. *Turneb.* Mandatores, *qui accuſatores ſubornabant et inſtruebant, et in exilium homines hac ratione calumnia oppreſſos pellebant.* Paullus in l. Et ſi certus. D. ad Senatuſc. Syllanianum, Et ſi certus ſit percuſſor, tamen habenda eſt quaeſtio, vt Caedis mandator inueniatur. Calliſtrat. in l. Ex quibusdam. §. Diuus Pius. D. de Iure fiſci, Diuus Pius Caecilio Maximo reſcripſit: conſtitutionem patris ſui, qua compelleretur Delator edere mandatorem, ac niſi edidiſſet, vt in vincula duceretur: eo pertinere, non vt delator poena ſubduceretur, ſi mandatorem haberet: ſed vt mandator quoque perinde, atque ſi ipſe detuliſſet, puniretur. Mandator Iuriſconſultis *dicitur, Qui alicui auctor eſt, vt ſuam pecuniam alteri credat: qui et Fideiuſſor dicitur. Tametſi hoc plerumque differant, quod illud fere in eo ponitur, qui ſuaſu ſuo nihil tale cogitantem induxit vt crederet: hoc vero in eo, qui ad creditionem acceſſit, et obligationem quaſi trabali clauo confirmauit, vti intelligitur ex* tit. de Fideiuſſ. et mandat. lib. 46. Pandect. Hotoman.

MANDATORIVS, a, um. Adi. ICti, *vt*, vel fideiuſſorio ſiue mandatorio, vel quocunque alio nomine l. 19 C. de fideiuſſ. et mandator.

MANDATIO, ōnis. f. *Idem quod Mandatus.* Iulian. l. 37. pr. D. de acquir. rer. domin. Nec ſtipulatione, nec mandatione.

MANDĀTRIX, īcis. f. *a Mandator.* Mandatrix operum Claud. Conſ. Hon. 4, 235.

MANDATARIVS, i. m. ICt. *eſt Qui mandatum ſuſcipit ad implendum.*

MANDATIVVS, a, um. Videte, imperatiuum eſt: videtote, mandatiuum Fronto Gramm. p. 1331. *Conf. Bang. Obſſ. Philoll. de modo verb. p. 477.*

MANDO, ĕre. [μασσάομαι, φλάω] *Dentibus cibum conficere.* Mandit, μασσᾶται Vet. Gloſſ. Martial. 13, 65 *de perdice*, Ponitur Auſoniis auis haec rariſſima, menſis Hanc in lautorum mandere ſaepe ſoles. Cic. de Nat. Deor. 2, 122 Alia ſugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt. Lentiſſime mandere, *vid.* LENTVS. Artus ſuos Senec. Thyeſt. ſ. 8. Ferrum admorſu Sil. 16, 359. *i. Lupatos, de equo loquitur.* Stat ſonipes, ac fraena ferox ſpumantia mandit Virg. Aen. 4, 135. Vulnera ſaeuo dente Ouid. Met. 15, 92. Mandi, *paſſiuum.* Cic. de Nat. Deor. 2, 134 c. 54 Dentibus autem in ore conſtructis manditur, atque ab his extenuatur, et molitur cibus. Morſu leonis Lucret. 4, 1011. Cibum mandendo exprimimus Lucret. 4, 622. Mandier, *pro Mandi.* Matius Poëta apud Varr. de L. L. 6, 5 Corpora Graiorum maerebar mandier igni. Mandentes Plin. 9, 45.

MANSĬTO, āre. Frequent. Plaut. Amphit. 4, 3, 4 Mutatos Atticos in Arcadia homines, et ſaeuas belluas manſitaſſe, *etc.* Manſito, *a verbo* Maneo, *vid.* MANEO.

MANDO, ōnis. m. [φάγος] *Edax.* Lucilius, Atque omnes mandonum gulae. Varr. Bimargo, Magna vt tremiſcat Roma, et magnae mandonum gulae Non. 1, 58.

MANDŪCO, āre. [μασσῶμαι] *Idem quod Mandere, et ore vel dentibus conficere.* Piper manducare Scribon. 103. Suet. in Auguſt. c. 76 Qui in balneo demum poſt horam primam noctis duas bucceas manducaui prius, quam vngi inciperem. Radix manducata Scribon. 198. *Frequentari coepit hoc verbum aeuo ſequiori, praeſertim ab Eccleſiaſticis, adeo quidem, vt Italorum* mangiare, *et* manger *Gallorum inde orta ſint, cum paſſim* manducare *dicerent homines pro edere.*

MANDVCĀTVS, a, um. Partic. Varr. R. R. 2, 7 Pullos columbinos manducato candido farciunt pane, *i. manſo dentibus cuſtodis.*

MANDVCANS, antis. Partic. Vulg. Matth. 11, 19. Rom. 14, 3.

MANDVCOR, āri. *Deponens apud antiquos.* Lucil. 14, *vt citat* Non. 17, 79 Quum illud quid faciat quod manducamur in ore.

MANDVCATIO, onis. f. Hieron.

MANDŪCO, ōnis, *ſiue* MANDŪCVS, i. m. [ἀδδηφάγος] *Edax.* Pompon. Pictoribus, Magnus Camillus manducus canterius. *Vid.* Non. 1, 58. Apul. Mileſ. 6. *ſub fin.* De iſto aſino, ſemperpigro quidem ſed manducone ſummo. ¶ 2 Manducus effigies in pompa antiquorum, inter caeteras ridiculas formidoloſasque ire ſolebat imagines, magnis malis ac late dehiſcens, et ingentem dentibus ſonitum faciens:

ciens: de qua Plautus ait, Quid ſi aliquo ad ludos me pro manduco locem? *Haec* Feſtus. *Locus Plauti eſt* Rud. 2, 6, 51 *apud quem ſequitur*, LA. Quapropter? CH. Quia pol clare crepito dentibus. *Talis eſt quem* Iuuen. 3, 175 *verbis poſſis deſcribere*, Perſonae pallentis hiatus, quum In gremio matris formidat ruſticus infans: *quamquam de perſonis comicis ibi agitur. Caeterum ſunt Exemplaria, in quibus* Manduca *legitur, alia, vbi* Manduces. *Conf.* CITERIA *et* PETREIA, *et mox* MANSVCIVS.

MANDVCVM, i. n. *Opſonium apud veteres dicebatur.* Varr. de L. L. 6, 5 Vnde manducari, a quo in Atellanis opſonium vocant manducum.

MANSVS, a, um. Partic. [μεμασσημένος] Quinctil. 10, 1 Cibos manſos ac prope liquefactos demittimus. Cic. de Orat. 2, 162 c. 39 Atque omnia minima manſa (vt aiunt) nutrices infantibus pueris in os inferant. *Conf.* Non. 2, 551.

MANDIBVLA, ae. f. *ſ.* MANDIBVLVM, i. n. [Mandibulum, φάλωμα Gloſſ. Lat. Gr.] *In qua ſiti ſunt dentes: quae et Maxilla dicitur.* Macrob. Saturn. 7, 4 Deorſum trahit cibaria confecta mandibulis. Idem in Somn. Scip. 1, 6 Poſt ſeptem vero menſes dentes incipiunt mandibulis emergere. *Add.* Iſidor. 11, 1.

MANDALIA, um. n. pl. *Fruſtilla.* Plin. Valer. 1, 6 Facere mandalia. *Conf.* Id. 2, 37. *Adde Reineſ. Var. Lect. 2, 8. Barth. Adverſ. 1, 14.*

MANDONIVS. [Μανδόνιος] *Dux Hiſpanus. Hic et Indibilis partes Romanorum cum Scipione Africano in Hiſpania iuuerant. Deinde Scipione aegrotante, ſeditionem agitauere, in Romanosque inſurgere coeperunt. Quos quum Scipio morbo liberatus comprehendiſſet, veteris officii memor tantum caſtigatos verbis dimiſit. Vid.* Liu. 29. *et* Sil. Ital. 3, 376.

MANDRA, ae. f. [μάνδρα] *Ouile eſt, caula, vel aliarum pecudum ſtabulum, ex vſu Graecorum.* Iuuen. Sat. 3, 237 Et ſtantis conuicia mandrae Eripiunt ſomnum Druſo. *Hoc vult Poëta, tot iumenta, tot animalia onerata, vel vacua concurrunt, vt plateae et vici vrbis mandrae fiant, in quibus frequentia etiam cedere iubentium et detrectantium conuicia audiuntur. Simili ratione* Martial. 5, 22 Vixque datur longas mulorum vincere mandras; Quaeque trahi multo marmora fune vides. Quae ſunt iſtae oues, quae ſunt de mandra mea Laurent. Nouar. Homilia de Poenit. ¶ 2 *Sedes et ſepta tabularum luſoriarum, in quibus diſcolores calculi collocantur. Vid.* Martial. 7, 72 *de Saturnalibus ludis:* Sic vincas Nouiumque Publiumque, Mandris et vitreo latrone clauſos. *it.* Auctor Panegyr. ad Piſon. 190 Hic ad maiora mouetur, Vt citus, et fracta prorumpat in agmina mandra. *Audiendus hic prae Scaligero, ipſos latrunculos vel eburnas quadrigas intelligente, Lindebrogius.* ¶ 3 *Apud Graecos et Latinos* Mandra *etiam Monaſterium*, Mandrita, *Monachus: Vid.* ARCHIMANDRITA.

MANDRAGŎRA, ae. f. [μανδραγόρας] *Herba.* Plin. 25, 13 Mandragoram alii Circeium vocant. Duo eius genera; candidus, qui et mas: niger, quae femina exiſtimatur, anguſtioribus foliis quam lactucae, hirſutis et caulibus, radicibus binis ternisue rufulis, intus albis, carnoſis tenerisque, paene cubitalibus. Ferunt mala auellanarum nucum magnitudine, et iis ſemen ceu pirorum. *Eius* inter venenum et ſoporem media vis eſt Frontin. Strateg. 2, 5, 13. Dedi non venenum, ſed Somniferum mandragoram, illum grauedinis compertae famoſum, et morti ſimillimi ſoporis efficacem Apul. Met. 10 p. 243, 37. Columel. 10 *Non procul ab initio*, Quamuis ſemihominis veſano gramine foeta Mandragorae pariat flores, moeſtamque cicutam. *Conf.* Celſ. 5, 25. *et* 6, 6. Plin. 8, 27. *et* 26, 5. Solin. c. 29. Mandragoram bibiſſe, Prouerbio *docte ac eleganter ii videntur poſſe dici, qui velut aſpide icti ſomniculoſi, nimis deſides ſunt, atque ita quodammodo a ſenſu diſſiti abiunctique, vt excitari non queant. Vſus eſt Demoſthenes Philip. 4. et Lucian. in Timone. Ratio vero prouerbii eſt, quoniam is fructus eſt ſomni conciliator, vt tradit Plinius.*

MANDVCO, āre. *et* MANDVCVS, *vid.* MANDO, ĕre.

MĀNE. Adu. [πρωΐ, πρωΐας, ἕωθεν] *Diei pars prima, a* MANIS, e, *quod idem ac* MANVS, a, um: Vet. Schol. Hor. Carm. 1, 4 *extr.* Manum, Clarum veteres dicebant, *teſte* Nonio 1, 337. Seruius ad Aen. 1, 143 Manum antiqui Bonum dicebant: vnde et Mane dicitur; quid enim melius? Ter. Heaut. 1, 1, 15 Nunquam tam mane egredior, neque tam veſperi domum reuertor, quin te in fundo conſpicer. Cic. Fam. 7, 31 Qui vsque ad Calendas Ianuarias eſſet, quae erant futurae mane poſtridie. Mane, *inquit* Varro de L. L. 5, 2. Diei principium, quod tum manat dies ab oriente: niſi potius quod Bonum antiqui dicebant Manum; ad cuiusmodi religionem Graeci quoque, quum lumen adfertur, ſolent dicere, φῶς ἀγαθόν. Macrobius Sat. 1, 3 *deriuat a* diis manibus. *Add.* Feſt. Mane, magis et minus eſſe non poteſt, ante et poſt poteſt Varr. de L. L. 8, 44. Mane vigilare Hor. Epiſt. 2, 1, 104. Mane piger ſtertis Perſ. Sat. 5, 132. Mane et Mani dixerunt veteres, quemadmodum Here et Heri, propter cognationem literarum E et I, auctore Donato in Ter. Phorm. 1, 1, 2. Seruius Mani ablatiuum eſſe dicit a Mane, adducens Plauti exemplum, A mani vsque ad veſperam. *Add.* Plaut. Poen. 3, 3, 37. *ratio eſt, quia eſt ablatiuus a* Manis. Eo die mane Cic. Att. 11, 12. Hodie mane Dolabella, multus ſermo ad multum diem Cic. Att. 13, 9. Poſtridie mane Cic. Verr. 1, 68. Bene mane haec ſcripſi Cic. Att. 4, 11 (9) Mane totum dormire Martial. 1, 46 (50, 36) Hirt. de Bell. Afric. 42 Praeſertim quum milites a mane diei ieiuni ſteſſent defatigati. Perſ. 3, 1 — iam clarum mane feneſtras Intrat, et anguſtas extendit lumine rimas. A mane, *vid.* A. Hirt. de B. Afric. c. 42. Obſcurum Columel. 7, 12. Semel mane Scribon. 271. Vel poſt nonam, vel poſtero mane Columel. 9, 15. Multo, *vid.* MVLTVS. Cic. Att. 5, 4. Nimis, *vid.* NIMIS. Plin. Epiſt. 1, 5 Rogo, mane videas Plinium domi, ſed plane mane; neque enim diutius perferre ſolicitudinem poſſum; et quoquo modo efficias, ne mihi iraſcatur.

MANICO, āre. *Mane aduenire.* Vulgat. Luc. 21, 38. P. Chryſol. Serm. 82.

MANEO, ſi, ſum, ēre. [μένω, μιμνάζω, αὐλίζομαι, διαρκέω] Loco inſiſtere, *inquit* Nonius, *ſiue, vt ait Sipontinus, Continere ſe, et firmum ſtare. Nempe* manet, *qui locum non mutat, aut aliud quodcunque attributum.* Virg. Aen. 10, 770 Manet imperterritus ille, Hoſtem magnanimum opperiens. Ter. Eun. 3, 5, 31 In interiore parte vt maneam ſolus cum ſola; adnuo. *Vbi* Donatus Maneam, Remaneam, perſeueremque in loco. Paulliſper manere, *vid.* PAVLLISPER. Diem vnum Propert. 2, 9, 20. Domi Catull. 30, 7. Liu. 3, 29 Ita ſe Minucius abdicat Conſulatu, iuſſusque ad Exercitum manet. *i. in exercitu.* Idem 30, 27 In eadem prouincia et Cn. Seruilio prorogatum imperium, ſi Conſulem manere ad Vrbem Senatui placuiſſet. *Ex vetuſto codice legitur* Remorari. *i. ante vrbem, neque intrare.* Maneas apud me cum tuis Cic. Att. 4, 17 (18). Ter. Eun. 3, 3, 28 At apud nos hic mane dum redeat ipſa. ¶ 2 *Formulae:* Mane, mane; *habet ſingularem vim reuocantis.* Ter. Phorm. 1, 4, 40 Ah, quid agis? quo abis Antipho? mane, mane inquam. *Sed adhibetur etiam, vbi actioni cuicunque moras iniicere volumus:* PE. mentitur: feri. PY. mane, dum narro Plaut. Mil. 5, 10. *i. exſpecta, differ caſtrationem.* Mane; *gaudentis aliquando, non autem operiri iubentis, inquit* Donatus. Ter. Adelph. 2, 3, 11 Sed quidnam foris crepuit? S. mane, ipſe exit foras. Idem Heaut. 3, 3, 52 Mane, mane, quid eſt quod tam a nobis grauiter crepuere fores? Plaut. Curcul. 1, 3, 3 Placide egredere, et ſonitum prohibe forium, et crepitum cardinum; ne, quod hic agimus, herus percipiat fieri, mea Planeſium, mane, ſuffundam aquulam, *nempe cardini, ne crepet.* Manere *pro* Pernoctare. Hor. Carm. 1, 1, 25 Manet ſub Ioue frigido Venator. Suet. Caeſ. c. 39 Tantum vndique confluxit vt plerique aduenae, aut inter vicos tabernaculis poſitis manerent. *et* Aug. 72 Eodem cubiculo hieme et aeſtate manſit. Cic. Philipp. 1, 8 Cum intempeſta nox eſſet, manſi in villa P. Valerii. *Sic* manere apud aliquem Sen. de Benef. 3, 16 *de concubitu.* Donat. *ad* Ter. Andr. 2, 5. *extr.* Dicit, quod vulgo dicitur, cum illa manere, cum illa dormire. *Hinc*, Manere ab aliquo, *Secubare.* Capitolin. in M. Anton. c. 7 Per viginti et tres annos in domo patris ita verſatus, vt eius quotidie amor creſceret, nec praeter duas noctes per tot annos ab eo manſit diuerſis vicibus. Manere vt, *pro Exſpectare.* Plaut. Stich. 1, 2, 1 Qui manet vt moneatur ſemper ſeruus homo officium ſuum, nec voluntate id facere meminit, ſeruus is habitu haud probus eſt. Manere aliquem, *Exſpectare.* Plaut. Men. 5, 7, 49 Hic me mane. Ter. Phorm. 3, 1, 16 Manſurus patruum pater eſt, dum huc adueniat. Qui nudus et inermis Hoſtem maneat Liu. 10, 35. Manet *cum accuſ. caſu: i.* Mane Puluillum Plaut. Stich. 1, 2, 37. *i. exſpecta, dum tibi detur.* Manet te bonum Plaut. Moſtel. Prol. 47. Virg. Aen. 12, 61 Qui te cumque manent iſto certamine caſus, *i. Inſtant, imminent, et futuri ſunt.* Cic. Philipp. 2, 7 Cuius quidem te fatum, ſicuti C. Curionem, manet. Ibid. 37 Neque vero eram tam indoctus, ignarusque rerum, vt frangerer animo, propter vitae cupiditatem, quae me manens conficeret angoribus. Cura ea nepotes noſtros maneat Virg. Aen. 3, 505. Gloria te manet Idem Georg. 1, 168. Nox vna manet omnes Horat. Carm. 1, 28, 15. Liu. 24, 22 Periculumque ingens manet, niſi communi concordiae conſulitis. Poena te Tibull. 1, 8, 77. Supplicium te Virg. Aen. 7, 596. Manet, *cum dandi caſu:* Manet tibi, *i. Tibi paratum eſt, te exſpectat.* Cic. Philipp. 2, 7 Cuius quidem tibi fatum, ſicut C. Curioni manet. Catull. 8, 15 Sceleſta, tene? quae tibi manet vita? Virg. Aen. 9, 302 Haec eadem, matrique tuae, generique manebunt. *Conf. Borrich. Vind. p.* 135. Aliis ritus patrii Manſit Cuſtodia Vell. 1, 4, 2. Manent immota tuorum Fata tibi Virgil. Aen. 1, 2, 57. Contentio ſibi Manet cum illo Cic. Att. 14, 13. Non manebat aetas virginis meam negligentiam Ter. Phorm. 4, 1, 4. i. Virgo nubilis non poterat me exſpectare diutius immorantem: quod retardarem nuptias eius. Manere, *pro Reſtare* Scribon. 21. ¶ 3 *Subſtantiua elementari ordine diſpoſita:* Amicitia manente Tacit. Hiſt. 4. Cicer. Verr. 2, 2 Pleraeque autem et maxime illuſtres in Amicitia perpetuo manerent. Arbor Virg. Georg. 2, 294. Amor manſit, nec ſolutum eſt coniugale foedus Ouid. Met. 11, 743. Cic. Fam. 13, 37 Eidem Dolabellae, me audiente Caeſar dixit, nihil eſſe quod de Mega vereretur, Beneficium ſuum in eo manere. Cic. Att. 12, 28 Sed erant Cauſae, cur hoc tempore iſtic eſſe nollem: quae ſi manebunt, quaerenda erit excuſatio ad Brutum, et, vt nunc eſt, manſurae videntur. *h. e. Duraturae.* Manſit Syluiis poſtea omnibus Cognomen, qui Albae regnauerunt Liu. 1, 3. Cic. Att. 7, 15 Plerique negant, Caeſarem in Conditione manſurum. Idem Fam. 2, 6 Eaque mihi Conditio maneat, qua profectus ſum. Idem Att. 14, 14 (13) Mihi cum illo nulla Contentio iam maneret. At tu Dictis, Albane, maneres Virg. Aen. 8, 643 *de Metio a Tullo Hoſtilio ob perfidiam punito.* Cicer. de Fin. 2, 93 Quid enim? ſummus Dolor plures dies manere non poteſt. Fama Plin. Epiſt. 9, 3. Fortuna manet ſtabili fundamento Lucret. 5, 1120. In curſu ſuo manet Fortuna Ouid. Epiſt. 15, 60. Intra Fortunam ſuam manere Idem Triſt. 3, 4, 26. Gnatus vnicus manſit domi: *h. e. Remanſit* Ter. Heaut. 3, 2, 29. Honos nomenque tuum, laudesque manebunt Virg. Ecl. 5, 78. Ingenia ſenſibus manent, modo permaneat ſtudium et induſtria Cic. de Senect. 22. Caeſ. Bell. Ciuil. 3 c. 16 Interea manerent Induciae, dum ab illo reduci poſſent, neue alter alteri noceret. Lex manet, *cui opponitur* Abrogata. Cic. de Prouinc. Conſul. 46 Quare aut vobis ſtatuendum eſt Legem Heliam manere, legem Fuſiam non eſſe abrogatam. Idem Off. 2, 43 Tib. enim Gracchus P. F. tamdiu laudabitur, dum Memoria rerum Romanarum manebit. Idem Fam. 5, 20 Dein ſi rationum referendarum ius vetus, et Mos antiquus maneret. Quinct. 1, 4 Kappa apud Graecos, nunc tantum in Numero manet. In Officio manere, *quod et Stare in officio dicitur: h. e. Munus ſuum diligenter exequi.* Cic. Att. 1, 1 Auiam tuam ſcito deſiderio tui mortuam eſſe; et ſimul quod verita ſit, ne Latinae in Officio non manerent, et in montem Albanum hoſtias non adducerent. *Conf.* Nep. 9, 3, 1. In fide et in Officio Liu. 28, 24. Cicer. Off. 2, 29 Itaque Parietes vrbis modo ſtant et manent, iique ipſi iam extrema ſcelera metuentes. Liu. 1, 27 *pr.* Nec diu Pax Albana manſit. Promiſſis manere, *idem quod Stare promiſſis.* Virg. Aen. 2, 160 Tu modo promiſſis maneas, ſeruataque ſerues Troia fidem. *i. in promiſſis* Seru. *de huiusmodi formulis, vid. Pric. ad* Apul. Mileſ. 2 p. 110. *Gronou. ad* Stat. Theb. 6, 630. Cicer. Att. 8, 22 Simul et elicere cupio Sententiam tuam, ſi manet, vt firmior ſim: ſi mutata eſt, vt tibi aſſentiar. Idem Fam. 7, 24 Sed velim maneat Damaſippus in Sententia. Id. de Diuin. 1, 5 Quum omnes Socratici Zenoque, et ii, qui ab eo eſſent profecti, manerent in antiquorum Philoſophorum Sententia, *etc.* Idem Fam. 12, 27 Quae Societas inter nos ſemper, mi Cornifici, manebit. In Statione Lucret. 4, 396. Cic. Att. 5, 9 Memento curare per te et per omnes noſtros, in primis per Hortenſium, vt annus noſter maneat ſuo Statu, ne quid noui decernatur. Liu. 31, 29 Sperare quidquam eodem Statu manſurum. Cic. pro Quint. 34 Non patiar iſtam manere Suſpicionem, nos rem iudicari nolle. Verba maneant in animo Senec. Med. 7. Virg. Aen. 5, 724 Nate mihi vita quondam dum vita manebat, Chare magis. In Vita manere, *cui* Excedere e vita *opponitur.* Cic. de Fin. 3, 45 In quo enim plura ſunt, quae ſecundum naturam ſunt, huius officium eſt in Vita manere. Idem pro Quinct. 82 Si te nihil impediret, ſi Voluntas eadem maneret, ſi valeres denique, *etc.* ¶ 4 *Obſerua:* Maneat ergo, quod turpe ſit, id nunquam eſſe vtile: *h. e. Sit*

Sit ita, vt adhuc oſtendimus : teneamus hoc pro certo. Cic. Off. 3, 49 c. 12. Manedum, *Cohibendi particula.* Plaut. Aſin. 5, 2, 27 Nihil ecaſtor eſt, quod facere mauelim, P. A. manedum. Plin. Epiſt. 8, 6. Ter. Hec. 5, 4, 4. Maneri, *imperſonale.* Cic. Att. 11, 15 Sed ad primum revertor: quid putes faciendum, occultene aliquo propius veniendum, an mare tranſeundum? nam hic maneri diutius non poteſt. Id ſi eſt, in Italia fortaſſe manebitur Idem ibid. 8, 3. Caeſ. Bell. Gall. 5, 31, 5 Omnia excogitantur, quare nec ſine periculo maneatur. Manſum, *Supinum.* Ter. Heaut. 1, 2, 26 Quid tu tecum? CH. dicam, vtut erat, manſum tamen oportuit. *i. Manendum erat, non diſcedendum.*

MANENS, entis. Part. Terra immobilis manens, ima ſede ſemper haeret Cic. Somn. Sc. c. 5. Vitia, affectiones ſunt manentes Idem Tuſc. 4 c. 13. Rupes, immota manens Virg. Aen. 10, 696.

MANSVRVS, a, um. Partic. [διαρκήσων] Amor manſurus Ovid. de Arte Am. 2, 242. Carmen manſurum, *Immortale.* Stat. Silu. 4, 2, 3. Decus per ſaecula Sil. 17, 626. Fama in ſaecula Lucan. 8, 74. Monumenta per aeuum Ouid. Met. 5, 227. Opus poſt mea fata Id. Amor. 3, 15, 20. Vrbs Virg. Aen. 3, 86.

MANENDVS, a, um. Gerundiu. Aetas manenda, *i. tranſigenda.* Lucret. 3, 1086

Temporis aeterni quoniam, non vnius horae
Ambigitur ſtatus, in quo ſit mortalibus omnis
Aetas poſt mortem, quae reſtat cumque, manenda.

Senſus eſt, In quo ſtatu temporis aeterni, omnem aetatem quaecunque poſt mortem reſtat, neceſſario permanebunt et perdurabunt homines. Lambinus.

MANSIO, ōnis. f. [μονή, διαμονή] *Actus ipſe manendi et quieſcendi in aliquo loco.* Ter. Phorm. 5, 8, 23 Haeccine erant itiones crebrae, et manſiones diutinae Lemni? Cic. Fam. 4, 4 Is mecum ſaepe de tua Manſione aut Deceſſione communicat. De hibernis et aeſtiuis manſionibus Pallad. 1, 9 ſeqq. Cic. de Fin. 3, 60 Quum ab his mediis omnia proficiſcantur officia, non ſine cauſa dicitur ad ea referri omnes noſtras cogitationes; in his et exceſſum e vita, et in vita manſionem. Manſiones integritatis ſuae conſeruare Arnob. 2 p. 75 *eſt manentem et durabilem integritatem retinere.* Manſio, *Hoſpitium,* Suet. in Tit. Veſp. c. 10 Deinde ad primam ſtatim manſionem febrim nactus, quum inde lectica transferretur, *etc.* Sumo ſarcinulam, et pretio manſionis ſtabulario perſoluto, capeſſimus viam Apul. Met. 1. Manſio, (*inquit Spontinus*) *Iter eſt vnius diei.* Plin. 12, 14 Gebanitarum caput Thomna eſt; abeſt a Gaza noſtri litoris Iudaeae oppido M. D. XXXVII. millia paſſuum; quod diuiditur in manſiones camelorum ſexaginta duas. Bethleem ab Alexandrea ſedecim manſionibus abeſt Sulp. Seuer. de virt. monach. orient. c. 4. *Conf. Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 495.

MANSIVNCVLA, ae. f. Manſiunculas in arca facies Vulgat. Geneſ. 6, 14. *i.* οἰκίσκους, *habitatiunculas.*

MANSITO, āre. Frequent. [διαμένω] Tacit. Ann. 13, 44 Quippe manſitaſſe vna conuincebatur. Manſito, *a verbo* Mando, *vid.* MANDO, ĕre.

MANSVS, i. m. *Eſt* ICt. *Fundus, vnde quis ſe et familiam alere poteſt, vid. Cuiac. Feud.* 1, 1.

MANSOR, ōris. m. *Hoſpes.* Sedulius 5, 495 Et faciat tenues tanto manſore capaces.

MANSIONARIVS, a, um. Adi. *Ad manſionem pertinens.* Fulgent. Myth. 3 Ignoto atque manſionario vti coniugio.

MANSIONARIVS, i. m. *Qui peregrinantes hoſpitio excipit, it. qui manſiones inter milites diſpertit, vid. Voſſ. de Vit. L. L.* 3, 23 *p.* 511.

MANES, is, *Sing. et* ium, *Plur. Animum humanum ſic vocabant a corpore ſolutum.* Apul. de Deo Socr. p. 50 *poſtquam docuit* Animum humanum — corpore ſuo abiurantem — Lemurem dictitatum; ex his Lemuribus *bonos eſſe* Lares, *malos* Laruas, *pergit*: Cum vero incertum eſt, quae cuique eorum ſortitio euenerit, vtrum Lar ſit, an Larua; nomine Manem Deum nuncupant. Scilicet honoris gratia Dei vocabulum additum eſt. Quippe tantum eos Deos appellant, qui ex eodem numero iuſte et prudenter vitae curriculo gubernato *etc.* Martian. Cap. 2 p. 40 A medietate aëris vſque in montium terraeque confinia, Hemithei Heroësque verſantur — Ibique Manes, i. corporis humani praeſules attributi, qui parentum ſeminibus manauerunt. — Verum illi manes, quoniam corporibus illo tempore tribuuntur, quo fit prima conceptio, (*al.* congeſtio) etiam poſt vitam hiſdem corporibus delectantur, atque cum his manentes appellantur *Lemures.* Qui ſi vitae prioris adiuti fuerint honeſtate, in *Lares* domorum vrbiumque vertuntur: ſi autem deprauantur ex corpore, *Laruae* perhibentur ac *Maniae.* Manes igitur hi tam boni quam truces ſunt conſtituti, quas ἀγαθοὺς καὶ κακοὺς δαίμονας memorat Graia diſcretio. In his etiam locis *Sumanes* eorumque praeſtites *Mana* atque *Manuana*: Dii etiam, quos *Aquilos* dicunt, item *Fura, Furinaque* et *Mater Mania Intemperiaeque* et alii. Acron. *ad* Hor. Carm. 1, 4. *extr.* Dii manes, dii boni, a manum, quod eſt bonum. Antiqui animum a corpore ſeparabant, manem deum nuncupabant. Seruius ad Aen. 1, 143 Per antiphraſin *ait* Manes eſſe deos inferos, quia non ſint boni. Idem *dicit* 3, 63 eſſe Animas corporibus exutas, quae nondum in alia corpora migrauerint. Feſtus, Manes dii ab auguribus vocabantur, quod per omnia manare credebant, eoſque deos ſuperos, atque inferos dicebant. Cic. de Legib. 2, 22 c. 9 Deorum manium iura ſancta ſunto. *De Manibus eſt eruditum opus Gutherii de iure Manium: et erudite diſputat Cl. Noriſius* Cenotaph. Piſ. *Add. Dan. Heinſ. ad* Sil. 2, 588. Sunt aliquid manes, letum non omnia finit, Lucidaque euictos effugit vmbra rogos Prop. 4, 7 *in.* Virgil. Aen. 6, 743 Quiſque ſuos patimur manes. Seruius: Manes, Supplicia quae ſunt apud manes. *Potius* Manes *eſt Accuſatiuus Graecus ſ. Synecdochicus,* ſecundum manes, manibus. Manes animae Hor. Serm. 1, 8, 29. Teſtor mea numina manes Sil. 6, 113. *de animabus propinquorum. Conf.* Ouid. Her. 3, 105. Quinctil. Prooem. 6, 10. Di manes Horat. Epod. 5, 94. Lucret. 6, 764. Id. 3, 52 Et nigras mactant pecudes, et Manibu' diuis Inferias mittunt. *Male quid.* Manibusque Deisque. Imi Virg. Aen. 4, 387. Nocentes Lucan. 3, 13. Profundi Virgil. Georg. 1, 243. Semidei Lucan. 9, 7. Sacrati Sil. 15, 447. Sepulti Virg. Aen. 4, 34. *Conf.* 3, 67. Stygii Ovid. Met. 13, 465. Aeraque et argentum, cumque auro pondera ferri Manibus Admorat Idem Am. 3, 8, 37. *i. in abditis terrae.* Elicere manes ex foſſis Horat. Serm. 1, 8, 29. *De* Euocatione manium, *vid. Brouckh. ad* Tib. 1, 2, 45. *Barth. ad* Stat. Theb. 4. *p.* 1088 *et* 1108. *Salmaſ. ad* Sol. p. 412. Ciere Virg. Aen. 4, 490. Conditi rite manes Plin. Epiſt. 7, 27, 11. *i. Exequiae perfectae, et corpori funerato iuſta perſoluta.* Caros vrna Confundite manes Stat. Theb. 3, 168. *Nempe ponuntur* Manes *pro cadauere.* Pleraeque alitum e Manibus hominum oculos potiſſimum appetunt Plin. 11, 37 ſ. 54. Specus, in quo Manes Scipionis draco cuſtodire traditur Id. 16, 44 ſ. 85. Laedere manes alicuius Tibull. 1, 1, 67. Iam ego hanc mactatam victimam legatorum manibus Dabo Liu. 4, 19. *pr.* Collegae manes fraude Liberat Id. 3, 19 *pr.* ¶ 2 Manes, *dii lactentium curam gerentes colligere licet ex illo* Varronis Cato, vel de liberis educandis *apud* Non. 2, 756 Hiſce manibus lacte ſit, non vino: Cuninae, propter cunas; Runinae, propter rumas.

MANETHVS, *vid. paullo ante* MANAETHVS.

MANGO, ōnis. m. Veteribus Gloſſis κυνοτρόφος, *quaſi tu canum altorem et educatorem dicas, videtur viuorum corporum quidam mercator eſſe, quod genus cum fraudulentum admodum eſſe putaretur, hinc non tam mercis quam fraudis nomen eſſe coepit: niſi tamen ipſum nomen eſt Graecum, apud quos* μαγγανευτὴς *ad fraudulentam interpolationem refertur.* Mulorum mangones *fuiſſe* Sueton. Veſpaſ. 4 *docet, cum ob* mangonicos quaeſtus *Veſpaſianum* mulionem *dictum memorat, quod a praediis illius Reatinis dictum, pulchre coniecit Caſaubonus. Negotiationem hominum exercuiſſe, palam eſt.* Sueton. Aug. 69 Conditiones quaeſitas per amicos, qui matresfamilias et adultas virgines denudarent, atque perſpicerent, tanquam Toranio mangone vendente. *Idem* Toranius mango Antonio Triumuiro eximios forma pueros, alterum in Aſia genitum, alterum trans Alpes, vt geminos vendidit Plin. 7, 12 ſ. 10. Symphoniacos *eiusdem* mangonis memorat Macrob. Sat. 2, 4. Iuuenal. 11, 147 A mangone petitus pretioſi *ſerui deſcriptio.* Martial. 1, 59 Millia pro puero centum me mango popoſcit. Sueton. in Domit. c. 7 Caſtrari mares vetuit; ſpadonum, qui reſidui apud mangones erant, pretia moderatus eſt. Quinctil. 2, 15, 25 Adulationem artis exercitatricis (τῆς γυμναστικῆς) *vocat ex Platone artem* mangonum (τὴν κομμωτικὴν) qui colorem fuco, et verum robur inani ſagina mentiantur. Sen. Epiſt. 80 *fin.* Mangones quidquid eſt quod diſpliceat aliquo lenocinio abſcondunt. Mangones, *aliarum etiam rerum dicuntur, Qui merces poliunt atque interpolant, vt pluris vendant.* Plin. 37, 13 Decuſſi fragmenti paullum, quod in lamina ferrea teratur, efficaciſſimum experimento excuſant mangones gemmarum. Vini Id. 23, 1 ſ. 23.

MANGONIZO, āre. [μαγγανεύω] *Ornare, et quaſi componere rem aliquam ad alliciendos emtores.* Plin. 32, 10 Ita pueros mangonizauit Salpe obſtetrix. Illitus per ſe *vitis albae ſuccus* et cum eruo, laetiore quodam colore et cutis teneritate mangonizat corpora Plin. 23, 1 ſ. 16.

MANGONIZATVS, a, um. Part. [μαγγανευθεῖσα] *Interpolatus, mangonio quodam aut lenocinio fucatus et politus.* Plin. 9, 54 Vt qui primus penſiles inuenit balineas, ita mangonizatas villas ſubinde vendendo.

MANGONĬCVS, a, um. Adi. [μαγγανευτικός] *Quod ad mangonem pertinet.* Plin. 21, 26 ſ. 67 *de Hyacintho,* Radix eſt bulbacea mangonicis venalitiis pulchre nota, quae e vino dulci illita pubertatem coërcet, et non patitur erumpere. Sueton. in Veſpaſian. c. 4 Neceſſarioque ad mangonicos quaeſtus ſuſtinendae dignitatis cauſa deſcendit.

MANGONIVM, i. n. [μαγγανεία] *Artificium, quod ad res facilius vendendas adhibetur.* Plin. 10, 50 Dedere et Parthi cocis ſuos mores; nec tamen in hoc mangonio quidquam totum placet, hic clune, alibi pectore tantum gallinarum laudatis.

MANIA, ae. f. Mater Larum. Macrob. Sat. 1, 7 *De Compitalibus ludis memorat, eos* reſtitutos a Tarquinio Superbo Laribus ac Maniae, — deae matri Larum. *Totum locum damus in* COMPITALICII ludi. Martian. Cap. 2 p. 40 Fura, Furinaque et mater Mania *cum* Manibus *eadem ſede collocantur.* Varro de L. L. 8, 38 p. 113, 15 Videmus Maniam matrem Larum — Saliorum carminibus appellari. Arnob. adu. Gentes 3 p. 124 *de* Laribus *agens,* Varro ſimiliter haeſitans nunc eſſe illos Manes, et ideo Maniam eſſe cognominatam matrem Larum *etc. Eadem* MANA *videtur eſſe, de qua* Martian. Cap. l. c. In his etiam locis (a medietate aëris vſque in montium terraeque confinia) Sumanes eorumque praeſtites Mana atque MANVANA. *Haec* Genita Mana *denique, de qua* Plut. Quaeſt. Rom. f. 52 p. 277, B. *Wech.* Διὰ τί τῇ καλουμένῃ Γενείτῃ Μάνῃ κύνα θύουσι κ. τ. λ. *Hinc Harduin. apud* Plin. 29, 4 ſ. 14 *legi vult* Genitae Manae catulo res diuina fit, *pro vulgato* Genito mane. *Eandem putat ab* Auguſtino C. D. 11, 4 Deam Menam *vocari refertque huc* GENITALES DEOS *in numo* Criſpinae Auguſtae *apud Triſtan. Tom.* 1 p. 750. *Add. Lipſ. Elect.* 2, 8. ¶ 2 Maniae, arum. [μορμολύκεια] Feſtus, Maniae, turpes, deformesque perſonae. Manias Aelius Stilo dici ait ficta quaedam ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant, quas alii Maniolas appellant. Manias autem, quas nutrices minitentur pueris, eſſe laruas, id eſt Manes, quos deos deaſque putabant, quoſque ab inferis ad ſuperos emanare credebant. Martian. Cap. 2 p. 40 Si Manes deprauantur ex corpore Laruae perhibentur ac Maniae. Iſid. Gl. Maniae formidinum imagines. ¶ 3 Mania, *Inſania etiam dicitur; Graecum enim eſt vocabulum.* Cic. Tuſc. 3, 11 c. 5 Graeci autem maniam vnde appellent, non facile dixerim, eam tamen ipſam diſtinguimus nos melius quam illi. hanc enim inſaniam, quae iuncta ſtultitiae patet latius, a furore diſiungimus. *Conſecratam hanc quoque* Maniam, *intelligas ex* Martian. Cap. 2 p. 40 *vbi* Fura, Furinaque et mater Mania, Intemperiaeque — *iunguntur.*

MANIOSVS, a, um. Adi. *Furioſus.* Quid faciat manioſus et nequam Ammian. 28, 4. *alii aliter.*

MANICVS, a, um. Adi. [μανικός] *Quod furorem efficit.* Plin. 21, 31 ſ. 105 *de* Trychni *ſ.* ſtrychni tertio *genere,* inſaniam facit, paruo quoque ſucco. Quanquam et Graeci auctores in iocum vertere. Drachmae enim pondere luſum pudoris gigni dixerunt, ſpecies vanas imagineſque conſpicuas obuerſari demonſtrantes. Duplicatum hunc modum legitimam inſaniam facere. Quidquid vero adiiciatur ponderi, repraeſentari mortem — Manicon cognominauere *etc.*

MANIOPOEOS, i. m. *Herba, alias* Symphoniaca, *ap.* Apul. de Herb. c. 4.

MANIBVLA, ae. f. In aratri ſtiua tranſuerſa regula manibula, quod manu bubulci tenetur Varro L. L. 4, 31. *Alii leg.* Manicula, *v. v.*

MANĬCA, ae. f. [χειρίδωμος, χειρίς] *A Manu deriuatur: Veſtis pars, qua manus teguntur.* Virgil. Aen. 9, 616 Et tunicae manicas, et habent redimicula mitrae. Manica, a manu Varr. de L. L. 5, 8. Cic. Phil. 11, 26 c. 11 *De Antonio,* Solet enim accipere ipſe manicas, nec diutius obſidionis metum ſuſtinere, *i. mollis eſt, et cauet ſibi nimis contra pericula.* Iuuen. Sat. 6, 255 Baltheus, et manicae, criſtae, cruriſque ſiniſtri Dimidium tegmen. Manicae, *Quibus aduerſum vim frigoris manus muniuntur, quas Graeci Chirothecas vocant.* Plin. Epiſt. 3, 5 Cuius manus hyeme manicis muniebantur; vt ne caeli quidem

quidem aſperitas vllum ſtudii tempus eriperet. ¶ 2 Manicae, [χειρόπεδαι] *Manuum vincula.* Virgil. Aen. 2, 146 Manicas atque arcta leuari Vincla iubet Priamus. Truces Valer. Argon. 2, 463. Occupare aliquem manicis Virg. Georg. 4, 439. In manicis et compedibus tenere aliquem Hor. Epiſt. 1, 16, 76. Quid ſi manus manicis reſtringantur? quid ſi pedes pedicis coarctentur Apul. Flor. 3. *Add.* Plaut. Moſt. 5, 1, 17. ¶ 3 *Manus ferreae, machinae quae nauibus iniiciebantur ad eas retinendas, ap.* Lucan. 3, 565 Aſt alias manicaeque ligant tereteſque catenae.

MANICATVS, a, um. Adi. [χειριδωτός] *Quod habet manicas.* Columel. 11, 1, 21 Quae vtraque prohibentur optime pellibus manicatis et ſagatis cucullis, *leg.* ſagis cucullatis. Cic. in Catil. 2, 22 c. 10 Quos pexo capillo nitidos aut imberbes, aut bene barbatos videtis, manicatis et talaribus tunicis, velis amictos, non togis. *Probroſe nominat* Cicero Manicatas tunicas, *quaſi hominum effeminatorum, quomodo etiam* Virgil. Aen. 9, 616 Et tunicae manicas, et habent redimicula mitrae, *vid. Interpp. ad h. l. it.* Gell. 7, 12. Curt. 3, 3, 13.

MANICLEATVS, a, um. Adi. *Idem.* Tunica Iſidor. 19, 22.

MANICVLA, ae. f. Tranſuerſa eſt regula in ſtiua aratri; ſic dicta, quod manu bubulci tenetur; qui quaſi eſt temo inter boues Varr. de L. L. 4, 31. *Turnebus autem hunc locum ſic legit*, Et in ea tranſuerſa regula, manibula, quod manu bubulci tenetur; qui quaſi temo eſt inter boues, bura a bubus, alii a curuo curuum appellant. *Aliter interpungitur in* Varronis *codicibus, ſed haec lectio mihi ſit veriſimilior.* ¶ 2 *Eſt etiam dimin. a* Manus. Vbi mamma manicula opprimitur Plaut. Pſeud. 5, 1, 16. *Conf.* Rud. 4, 4, 125. *Vid. ſub* MANVS.

MANIFESTVS, a, um. Adi. [δῆλος, ἔκδηλος, κατάδηλος, σαφής, φανερός, καταφανής] *Clarus et apertus, quaſi* manibus *palpabilis.* Cic. Verr. 2, 181 Manifeſtis in rebus hominem iam teneri videbitis. Amator manifeſtus Ouid. Amor. 1, 4, 39. Caedes Liu. 1, 26. Cauſa Propert. 3, 13, 3. Culpa Ouid. Amor. 2, 2, 55. Deus Id. ex Pont. 1, 1, 63. Dii, *quos ſine terrore aut periculo videre licet: vid. Burm. ad* Val. Flacc. 1 v. 105. Fides Virg. Aen. 2, 309. Furtum Cicer. Verr. 2, 48 c. 20. Ira numinis Ouid. Met. 6, 313. Libido Idem ibid. 9, 482. Literas manifeſtas quaeris Cic. Verr. 5, 146. Pietas Ouid. de Arte Am. 2, 321. Manifeſtiſſimum Scelus Quinctil. Decl. 14. Quo manifeſtior fieret Securitas Gell. . . Signa dare Ouid. Met. 5, 468. Veſtigia rotae Id. ibid. 2, 133. Manifeſtius eſt quam Vt Quinct. 3, 8. Manifeſtum facere Plin. Epiſt. 318 c. 41 *extr.* Salluſt. in Catil. Cicero per Sangam conſilio cognito, legatis praecipit, vt ſtudium coniurationis vehementer ſimulent, caeteros adeant, bene polliceantur: dentque operam, vti eos quammaxime manifeſtos Habeant. Negare manifeſta Ouid. Epiſt. 4, 3. Manifeſta Res eſt Plaut. Moſt. 3, 1, 8. Cicer. Verr. Act. 1, 48 Eiuſmodi res, ita notas, ita Teſtatas, ita magnas, ita manifeſtas proferam, vt, *etc.* Manifeſtus mendacii, *aut* ſceleris, *Cuius ſcelus aut mendacium omnibus palam eſt* Plaut. Truc. 1, 2, 30. Salluſt. in Iugurth. c. 35 At Iugurtha manifeſtus tanti ſceleris non prius omiſit contra verum niti, quam animaduertit ſuper gratiam atque pecuniam ſuam inuidiam facti eſſe. Vanitatis, flagitii, ambitionis manifeſtus, *et ſimiles loquutiones, quibus quidem frequenter vtitur* Tacit. *vt* Ann. 4, 53 Ne tamen offenſionis, aut metus manifeſtus foret. Coniurationis Idem ibid. 15, 60, 3. Delicti Idem ibidem 2, 85, 3. *Quod diximus* manifeſtum *eſſe manibus palpabile, ad etymon reſpeximus. Videtur antiquum* Fendo, *cuius vim declarant* Offendo *et* Defendo, *habuiſſe participium non modo* Fenſus, *ſed etiam* Feſtus: *idque adeo inde colligas, quod idem eſt* Infeſtus *et* Infenſus: *ita* Subleſtum *a* Sublino *deriuat Scaliger.*

MANIFESTE. Adu. [σάφα, σαφῶς, φανερῶς, ἐναργῶς, κατάδηλον, ἀποφασμένως] *Palam, perſpicue, clare, non obſcure.* Cic. in Catil. 3, 4 Vt, quod erat difficillimum, quodque ego ſemper optabam a diis immortalibus, tota res non ſolum a me, ſed etiam a Senatu, et a vobis manifeſte deprehenderetur. *adde* 3, 17 c. 11 *et pro* Flacc. 68. Prodeſſe manifeſte Scribon. Ep. . . *Compar.* Tacit. Hiſt. 4, 23, 2. *et* 1, 88, 3. Virg. Aen. 8, 16. *Superl.* Hieron. Epiſt. 59 c. 21. *et* Apul. Apolog. p. 316. *it.* Auguſtin. Conf. 12, 17.

MANIFESTO. Adu. [ἀμφαδὸν] *Idem.* Cicer. pro Cluent. 20 Quum manifeſto venenum deprehendiſſet, *etc.* Manifeſto verberari, *i. Palam* Plaut. Aſin. 3, 2, 23. Cic. pro Cluent. 42 c. 14 Exponam vobis Oppianici facinus manifeſto compertum atque deprehenſum.

MANIFESTARIVS, a, um. Adi. [ἐναπόληπτος, χειρόληπτος, ἐνσύνοπτος] *Idem quod Manifeſtus. Quod vulgo notorium dicitur.* Manifeſtaria Res eſt Plaut. Mil. 2, 5, 34. Idem Aul. 3, 4, 10 Capio fuſtem, obtrunco gallum Furem manifeſtarium. Soloeciſmus Gell. 1, 7. Plaut. Trin. 4, 2, 50 Teneo hunc manifeſtarium, me ſibi epiſtolas dediſſe dicit, ludam hominem probe.

MANIFESTO, āre. *Manifeſtum facere.* Iuſtin. 41, 1, 2 Hoc ipſorum vocabulo manifeſtatur. Ouid. Met. 13, 106 Inſidias prodet manifeſtabitque latentem.

MANIFESTATVS, a, um. Partic. Vulg. Interp. Rom. 3, 21. 1 Petr. 1, 20. 1 Ioh. 1, 2.

MANIFESTATIO, ōnis. f. Sulp. Seuer. Dial. 3, 4. Gloſſ. Vet. Lat. Gr. φανέρωσις, φανεροποίησις. Auguſtin. C. D. 20, 30. *et* Ambroſ. Serm. 18 de Temp.

MANIFESTATOR, ōris. m. Non. 1, 46 Huius rei manifeſtator eſt Lucretius.

MANIFOLIVM, i. n. *Herbae nomen apud* Apul. de Herb. c. 36.

MANILIA. *Gens plebeia Romae, e qua ille auctor* Legis Maniliae *pro qua dixit* Cicero. *Confunditur cum* MAMILIA, *vt et cum* MANLIA. *v. v.*

MANIPVLVS, *et in verſu* MANIPLVS, i. m. [χειρόβολον, ἄμαλλα] *A* Manu *fit: et proprie ſignificat Faſciculum, quem manu quis apprehendit metendo.* Plin. 18, 28. Columel. 11, 2 Bonus operarius prati iugerum deſecat, nec minus mille ducentos manipulos vnus obligat, qui ſint ſinguli quaternarum librarum. *Vid. eundem* 2, 19. *et* Varr. de R. R. 1, 49 *et* 50. Iſidor. 9, 3. Manipulus, qui manu comprehendi poteſt Celſ. 5, 25. *quem tamen locum Morgagn. tentat* Epiſt. 1 in Celſ. Filicum manipli, *pro* Manipuli Virgil. Georg. 3, 297. ¶ 2 Manipulus, [λόχος] *Exigua militum manus, quae vnum ſequitur ſignum. Erat enim pars centuriae: ita dicta, quod Romulo adhuc paupere, Romanus exercitus* manipulos foeni *haſtis alligatos, pro ſignis gerebat. Vid.* Donat. *ad* Ter. Eun. 4, 4, 6. *Conf.* Aur. Victor de Orig. gentis Rom. 22, 4. Ouid. Faſt. 3, 119 Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos: Vnde maniplaris nomina miles habet. Veget. 2, 13 *ſcribit* Manipulum vocari Contubernium decem tantummodo militum ſub vno papilione degentium: ab eo dictum, quod coniunctis manibus dimicarent. Ter. Eun. 4, 7, 6 Cedo alios, vbi centurio eſt Sangā, et manipulus furum? *i. Militum.* Manipulos militum minimas manus, quae vnum ſequuntur ſignum Varr. de L. L. 4, 16. *Et* 5, 8 Quum iungit plures manus, manipulus, vnde manipularis miles, *etc.* Armatos manipulos ad ſigna conuocat Lucan. 1, 296. Proſtrati manipli Sil. 17, 604. Disiectique duces deſolatique manipli Virg. Aen. 11, 870. *Numerus* Manipulo *non magis poteſt certus aſſignari, quam hodie* companiis, regimentis *etc. Videndus Lipſius de Re mil. lib. 2. In Legione florentis reip. ſunt* cohortes X, Cohors *vnaquaeque tribus conſtat* manipulis *ex omni genere peditum decerptis. In manipulo Haſtatorum ſunt CXX milites, in binas centurias diuiſi, quibus adiuncti quadrageni velites: Principum eadem ratio: Triarii dimidiato tantum numero militum totidem velites adiunctos habent. Cohors itaque talis hominum CCCCXX. etc.*

MANIPVLARIS, *et in carmine* MANIPLARIS, e. [λοχίτης] *Quod ad manipulum pertinet, quodque de manipulo eſt.* Plaut. Moſt. 1, 3, 154 Conueniunt manipulares, eccos: praedam participes petunt. Cic. ad Attic. 9, 12 Et me vna haec res torquet, quod non omnibus in rebus labentem, vel potius ruentem Pompeium, tanquam vnus manipularis ſequutus ſim. Miles Caeſ. B. G. 7, 50. *et* Ouid. Faſt. 3, 119. Manipulares iudices Cic. Philipp. 1, 20 c. 8.

MANIPVLARIVS, a, um. Adi. Habitus manipularius, *qualis eſt gregariorum in manipulis militum. Apud* Suet. in Calig. c. 9 Caligulae cognomen caſtrenſi ioco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur.

MANIPVLĀTIM. Adu. (λοχηδὸν] *Per manipulos.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 48 Manipulatim mihi munigeruli facite ante aedes iam hic adſint. Liu. 8, 8 Et quod antea phalanges ſimiles Macedonicis, hoc poſtea manipulatim ſtructa acies coepit eſſe. *Add.* Id. 2, 53. Tac. H. 1, 82, 5. Manipulatim, *Collecta manu.* Siſen. Hiſt. 3 Requieſcendi ſpatium nacti, condenſiores manipulatim reſiſtere hoſtibus inſtituiſſent *apud* Non. 2, 561.

MANIVS. [Μάνιος] *Praenomen* dictum eſt ab eo, quod mane quis initio natus ſit, vt Lucius qui luce. Varro de L. L. 8, 38 p. 113, 11. Feſtus. *Alii ominis cauſa, quaſi bonos, dictos volunt, quod* manum *antiqui bonum vocabant. Scribitur hoc nomen ita* M', *vt diſtinguatur a Marco. Vid. Spanh. de Vſu Numiſm. diſſ.* 10 p. 26. Manius Marcius Aedilis plebis primum frumentum populo in modios aſſibus donauit, vt ſcribit Plin. 18, 3.

MANLIANVM. *Villa* Ciceronis Qu. Fratr. 1, 1, 3.

MANLIA *Gens Romae nobiliſſima: in primis eam nobilitauit* Manlius Capitolinus, *ob defenſum Capitolium dictus, de quo vid.* Plin. 7, 28. *item* T. Manlius Torquatus, *cognomento* Imperioſus, quod ſaeuiſſimi exempli auctor *ſecuri percuſſo filio, qui iniuſſu pugnans vicerat,* inſignem crudelitatis titulum occupaturus fuerat. Atque inde imperia MANLIANA dicta. *Vid.* Gell. 9, 13. Cic. de Fin. 2, 105. Liu. 4, 29. Idem 8, 7. *et alibi.*

MANNA, ae. f. *Mica turis.* Plin. 12, 14 ſ. 32 *in deſcriptione turis,* Micas concuſſu eliſas mannam vocamus. Id. 29, 6 ſ. 38 Manna turis vna. *Add.* Scribon. 81. *Haec itaque plane diuerſa ab ea, quam* Mannam *hodie officinae vocant. Vid. Cael.* 13, 56. *Reineſ. V. L.* 2, 18. ¶ 2 *De caeleſti* Manna, *quo Iſraëlitae ſuſtentabantur, vid.* Tertull. de Carne Chr. c. 6.

MANNVLVS, i. m. Martial. 12, 24 Nuſquam eſt mulio, mannuli tacebunt. Plin. Epiſt. 4, 2, 3 Habebat puer mannulos multos, et iunctos et ſolutos: habebat canes maiores minoreſque. Dicti ſunt autem Mannuli, *ſiue, vt eſt apud* Hor. Carm. 3, 27, 7 Manni, quod manſuetudine manum ſequantur, *vt ibi inquit* Acron.

MANNVS, i. m. *Paruulus equus* Mannis, [βερίχοις Vetus Gloſſ.] *Dicuntur* burdi *et* burdones, *it.* burichi *ap.* Vet. Schol. Horat. Detonſi manni Propert. 4, 8, 15. Impoſitus mannis Hor. Epiſt. 1, 7, 77. *Add.* Id. Epod. 4, 14. *et* Carm. 3, 27, 7. *it.* Petron. c. 45. Currit agens mannos ad villam Lucret. 3, 1076.

MANO, āre. [βρύω, ἀποῤῥέω, ἀποῤῥέω] *Verbum quo naturalis, placidus in primis motus liquidorum et continuatus indicatur.* Sudor ad imos manabat talos Hor. Serm. 1, 9, 11. Aqua manat de flumine Ouid. Rem. Amor. 618. Dies ab oriente Varr. de L. L. 5, 2. Guttae ſanguineae de vulnere Ouid. Met. 2, 360. Cic. Tuſc. 1, 6 Quare ſi aliquid oratoriae laudi noſtra attulimus induſtria, multo ſtudioſius philoſophiae fontes aperiemus, e quibus etiam illa manabant. Ingenium meum manat paupere vena Ouid. ex Pont. 2, 5, 21. Mella caua manant ex ilice Hor. Epod. 16, 47. *Tranſitiue hoc verbum poſuit* Hor. Epiſt. 1, 19, 44 Fidis enim manare Poëtica mella Te ſolum, *i. Confidis te verſus edere quouis melle dulciores. Genus eſt loquendi rariuſculum: de quo vid. Muncker. ad* Hygin. 9. *Heinſ. ad* Ouid. Met. 6, 312. *Giſan. in Ind.* Lucret. *et, qui hos laudat, Burm. ad* Samon. v. 840. Plin. 14, 20 *pr.* Arborum ſucco manantium picem reſinamque, aliae ortae in Oriente, aliae in Europa feruntur. In attritu Sudorem purpureum manat Id. 37, 10. Lacrimae genis Sil. 7, 709. Sanguis palato Ouid. Met. 3, 85. Virg. Aen. 3, 173 Dum gelidus toto manabat corpore Sudor. Vnda fontibus Tibull. 3, 5, 1. Manat cruore culter Liu. 1, 59 *pr.* Manat ſudore ſimulacrum Cic. de Diuin. 1, 74 c. 34. Sanguine terra Ouid. Met. 13, 629. ¶ 2 Manare, *per metaphoram eſt Diſpergi, diſſeminari, ſerpere, percrebreſcere* Cic. Tuſc. 2, 66 Latius enim manabat haec ratio, et aliquanto maiorem locum, quam de vno dolore occupabit. Idem Philip. 1, 5 c. 2 Cum ſerperet in vrbe infinitum malum, idque manaret indies latius. *Et* Tuſc. 5, 8 Idque eorum nomen vſque ad Pythagorae manauit aetatem. *Et* in Catil. 4, 6 Latius opinione diſſeminatum eſt hoc malum: manauit non ſolum per Italiam, ſed etiam tranſcendit Alpes. Conſilium Liu. 7. Cic. Philipp. 14, 15 Quum, vt ſcitis, hoc triduo vel quatriduo triſtis a Mutina Fama manaret. *Conf.* Liu. 2, 49 *pr.* Cic. Fam. 12, 1 Manabat enim illud Malum vrbanum et ita corroborabatur quotidie. Fidei bonae Nomen manat latiſſime Id. Off. 3 c. 17.

MANANS, antis. Partic. [ῥέων] Aqua manans de niue Ouid. ex Pont. 1, 1, 68. Lacrimis vberrim manantibus Petron. c. 134. Lymphae manantes Hor. Epod. 2, 27. Vlcera, Plinius *identidem pro iis, quae ſerpunt, accipit: vt* 23, 3. *Add.* Plin. 22, 25. Manantia corpuſcula per inuiſibilia foramina Celſ. 1 Praef.

MANATIO, ōnis. f. *Actus manandi, apud* Auguſtin. de Trin. c. 20 *et* Frontin. de Aquaeduct. 2 *ſub init.*

MANĀLIS, e. Adi. Manalem lapidem putabant eſſe Orci oſtium, per quod animae inferorum ad ſuperos manarent, qui dicuntur Manes. Manalem lapidem etiam vocabant Petram quandam, quae erat extra portam Capenam, iuxta aedem Martis; quam quum propter nimiam ſiccitatem

tatem in vrbem pertraherent, ſequebatur ſtatim pluuia, eumque, quod aquas manaret, Manalem lapidem dixere. Feſtus. *Conf. Scalig. ad* Feſt. *it.* Non. 15, 32. *in* Trulleum. Fulgent. Planc. n. 4.

MANABĬLIS, e. Adi. Lucret. 1, 535

Nam neque conlidi ſine inani poſſe videtur
Quidquam, — —
Nec capere humorem, nec item manabile frigus.

Manabile, *inquit Lambinus, i. Quod facile in partes intimas penetrat.*

MANOBARBVLVS, *vid.* MARTIOBARBVLI.

MANON, *Graecum eſt* μανὸν, *et rarum ſignificat, denſo oppoſitum.* Plin. 9, 45 ſ. 69 Spongiarum tria genera accepimus: ſpiſſum, praedurum, et aſperum. Tragos id vocant: minus ſpiſſum et mollius, manon: tenue denſumque, ex quo penicilli, Achilleum.

MANSISTERNA. *Aquae vrna, id eſt vrceus.* Plaut. Bacch. . . Effer manſiſternam cum aqua foras. *Corruptus locus:* Naſiterna *legendum: vbi vid.*

MANSIO, *vid.* MANEO.

MANSITO, *vid.* MANDO, ĕre. *et* MANEO.

MANSTVTOR, *vid.* MANVS.

MANSVCIVS, Edax. Feſt. *Alii* Manſucus, *forte pro* Manducus, *v. v.*

MANSVĒTVS, a, um. Adi. [πρᾶος, ἥμερος, ἐπιεικής, τιθασσός] *Mitis, quaſi Manu adſuetus: quod omnia, quae ſunt natura fera, manuum permulſione miteſcant. Vid.* Non. 1, 294. Feſtus: Manſuetus, neque miſericordia moeſtus, neque crudelitate ſaeuus, ſed modeſtia temperatus. Ter. Andr. 1, 1, 87 Haec ego putabam eſſe omnia humani ingenii, manſuetique animi officia. Manſuetus *et* Ferus, *contraria.* Cic. de Inuent. 1, 2 c. 2 Deinde propter rationem atque orationem ſtudioſius audientes, ex feris et immanibus, mites reddidit et manſuetos. Amor manſuetus Propert. 1, 9, 12. Beſtiae manſuetae, *Placidae et cicures dicuntur, vid.* MANSVES. Ciuis beneficus, ſalutaris, et manſuetus Cic. pro Milon. 20. Ingenium manſuetiſſimum Val. Max. 2, 7, 11. Ira manſuetior Ouid. Triſt. 3, 6, 23. Litora Propert. 1, 17, 28. Manus Ouid. ex Pont. 4, 5, 28. Muſae manſuetiores Cic. Fam. 1, 9. Pectus Ouid. in Ibin 26. In moribus ſuis erga neceſſarios declarandis manſuetiſſimus Cic. de Orat. 2, 201 c. 49. Facere manſuetum, *vel* reddere Plaut. Aſin. 3, 1, 1.

MANSVĒTE. Adu. [πρᾴως] Cic. pro Marcell. 9 c. 3 At vero quum aliquid clementer, manſuete, iuſte, moderate, ſapienter factum, *etc.* Perferre fortunam Auct. *ad* Her. 4 c. 52. *Compar.* Apul. Met. 4.

MANSVETVDO, ĭnis. f. [πρᾳότης, ἐπιείκεια, ἡμερότης] Cic. Verr. 5, 115 c. 44 Illam clementiam, manſuetudinemque noſtri imperii, in tantam crudelitatem inhumanitatemque eſſe conuerſam? Morum et facilitas Cic. Off. 1 c. 9. Lenitas et manſuetudinis genus orationis, *cui opponitur* Vehemens et atrox Cic. de Orat. 2, 200. ¶ 2 Manſuetudo *in titulis Principum.* Eutrop. Praef. ad Valentem Imp. Res Romanas ex voluntate manſuetudinis tuae *etc.* collegi.

MANSVEFĂCIO, fēci, ĕre. [πρᾳΰνω, ἡμερόω, τιθασσεύω] *Manſuetum reddere,* Plin. 11, 37 Quae cauſa etiam manſuefacta, vbi ad vicinum ſanguinem peruenit ſaliua, inuitat ad rabiem. Manſuefeciſti iugo meo Ceruicem tuam Auguſtin. Conf. 10, 36. Manſuefacere plebem Liu. 3, 14. Cic. Tuſc. 1, 62 c. 25 A quibus manſuefacti et exculti, a neceſſariis artificiis ad elegantiora defluximus. Fulmen Prud. Cath. 7, 84. Domitus, et manſuefactus, *De aere* Plin. 34, 9. Leges ad manſuefaciendos homines ſunt inuentae Apul. de Mundo p. 27. Caeſ. Multaque erant intra eum locum manſuefacta, quibus interim iumenta paſcerentur, *i. vt ipſe dicit, Inter munitiones ſata. Budaeus.*

MANSVEFĪO, ĕri. [πρᾳΰνομαι] Caeſ. Bell. Gall. 6, 28 Sed aſſueſcere ad homines et manſuefieri, ne paruuli quidem excepti poſſint.

MANSVES, ētis, *et* is. Antiqui dicebant pro Manſueto. Plaut. Aſin. 1, 2, 19 Reddam ego te ex fera fame manſuetem. Accius Meleagr. Nunc me matrem manſues miſericordia capſit *apud* Non. 8, 5. *Add.* Feſt. *et* Apul. Met. 11 p. 261. *et* 7 p. 198 (Pric. p. 148.)

MANSVETO, āre. Manſuefacere. Quodam tempore manſuetabatur ignis Vulgata Sap. 16, 8.

MANSVETARIVS, i. m. ἡμεροποιὸς Gloſſ. Gr. Lat. [πραΰντικός] *Qui feras manſuefacit. Vnde etiam* Ferarum manſuetarius *dicitur.* Lamprid. in Heliog. c. 21 Habuit leones et leopardos, quos edoctos per manſuetarios, ſubito ad ſecundam menſam iubebat accumbere. Firmic. 8, 17 Septentrione oriente nati, erunt manſuetarii ferarum, qui beſtias feritate depoſita humanis conuerſationibus ſociant.

MANSVESCO, ēui, ĕre. [τιθασσεύομαι] *Manſuetum fieri, miteſcere.* Columel. 6, 2 *de bobus domandis,* Nam per haec blandimenta triduo fere manſueſcunt. Corda neſcia manſueſcere precibus Virg. Georg. 4, 470. Ferae manſueuere clauſo carcere Lucan. 4, 238. Fructus manſueſcunt terra Lucret. 5, 1376. ¶ 2 Manſueſcere, *pro Manſuefacere poſuit* Varr. de R. R. 2, 1, 4 Sic ex animalibus, quum propter eandem vtilitatem quae poſſent ſilueſtria deprehenderent, ac concluderent, et manſueſcerent. *Fortaſſe legendum* Manſuefacerent: *et ita Gron. coniecit. Sed ſic etiam* Conſueſco *et* Inſueſco *ponuntur.*

MANSVS, *vid.* MANDO, ĕre.

MANTELE, MANTELIVM, MANTELVM, *vid.* MANTILE.

MANTES, *vel* MANTIS, is. [μάντις] *Vates Latine dicitur.* Cic. de Diuin. 1, 95 c. 43 Nam et Athenienſes omnibus ſemper publicis conſiliis diuinos quoſdam ſacerdotes, quos Mantes vocant, adhibuerunt.

MANTĒVM, i. n. [μαντεῖον] *Locus oraculis dicatus.* Plin. 5, 29 Ab Epheſo manteum aliud Colophoniorum.

MANTIA, ae. f. [μαντεία] *Diuinatio. Hoc nomine vocatur a Dacis rubus.* Apul. de Herb. c. 87.

MANTĪCE, es. f. [μαντική] *Ars ipſa diuinandi.* Cic. de Nat. Deor. 1, 55 c. 20 Sequitur μαντικὴ veſtra, quae Latine diuinatio dicitur, qua, *etc.*

MANTĪCA, ae. f. [πήρα, ἱπποπήρα] *Pera, vel ſaccus equi aut hominis adeo tergo impoſitus,* Perula viatoria, *auctore* Porphyrio *ad* Hor. Serm. 2, 6, 106 Ire licet mulo, vel, ſi libet, vſque Tarentum, Mantica cui lumbos onere vlceret, atque eques armos. Manticam meam humero exuo Apul. Met. 1 p. 160, 27. Non videmus manticae quod in tergo eſt, *Prouerbium* Catul. 22 *extr. i. Non videmus noſtra ipſorum vitia, quum aliena curioſis oculis perſpiciamus. Prouerbium natum ex apologo, quem ita propoſuit* Phaedrus 4, 9,

Peras impoſuit nobis Iupiter duas
Propriis repletam vitiis poſt tergum dedit,
Alienis ante pectus ſuſpendit grauem.
Hac re videre noſtra mala non poſſumus:
Alii ſimul delinquunt, cenſores ſumus.

Perſ. 4, 24 Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo, Sed praecedenti ſpectatur mantica tergo. *Vid. Caſaub. ad loc.*

MANTICVLA, ae. f. Dimin. [πηρίδιον] Feſt. Manticularum vſus pauperibus in nummis recondendis etiam noſtro ſaeculo fuit: vnde MANTICVLARI dicebantur, qui furandi gratia manticulas attrectabant, *vid.* MANTICVLOR.

MANTICVLARIA, dicuntur Ea, quae in frequenti vſu habentur, et quaſi manu tractantur: frequens enim ad manus tergendas vſus fuit mantelorum, vnde haec trahitur ſimilitudo. Feſtus.

MANTICVLARIVS, i. m. [βαλαντιοτόμος] *Dicitur Fur, qui inferens ſe confertae multitudini,* manticulas, *i. bulgas aut marſupia, aut ſecat, aut artificio doloſo aperit et euacuat, ablata pecunia. Vtitur* Tertul. Apol. c. 44.

MANTICVLOR, āri. [κλέπτω] Eſt (*auctore* Feſto) Manticulas furandi gratia attrectare. *Pergit,* Vnde Poëtae pro doloſe quid agendo vſi ſunt eo verbo. Pacuuius, Ad manticulandum aſtu aggreditur. *Sunt ibi plura, ſed non ſatis emendata.* Plaut. Capt. 4, 2, 11 Nam hercle niſi manticulatus probe haec fuiſti. *al. aliter. Adde* Apul. Apol. p. m. 297 *et* 309.

MANTICHORA, ae. f. [μαντιχώρα] *vel, vt plerique ſcribunt,* MANTICORA, *animal ferum, quod ita deſcribit* Plin. 8, 21 ſ. 30 Apud eosdem (*Indos*) naſci Cteſias ſcribit, quam mantichoram appellat, triplici dentium ordine pectinatim coëuntium, facie et auriculis hominis, oculis glaucis, colore ſanguineo, corpore leonis, cauda ſcorpionis modo ſpicula infigentem: vocis, vt ſi miſceatur fiſtulae et tubae concentus, velocitatis magnae, humani corporis vel praecipue appetentem. *Libri quidam Graeci* Μαρτιχώραν *appellant. Sed* Calpurn. Ecl. 7, 59 Manticoram ſiluis etiam quibus editur, Alcen Vidimus *etc. Add.* Solin. 52.

MANTĪLE, *vel* MANTĒLE, is. n. *it.* MANTILIVM, MANTELIVM, MANTELLVM, i. n. [χειρόμακτρον] *Eſt Linteolum, quo manus tergere ſolemus.* Virg. Aen. 1, 705 Dant famuli manibus lymphas, Cereremque caniſtris Expediunt, tonſiſque ferunt mantilia villis. Id. Georg. 4, 378 Manibus liquidos dant ordine fontes Germanae, tonſiſque ferunt mantelia villis. Seruius, quibus manus tergantur. Varro appellat *mantelia* quaſi *manutenias.* (Varro de L. L. 5, 8 *extr.* p. 61, 35 Mantelium quaſi manuterium, vbi manus terguntur: *hinc emendandus videtur Seruius. Et fuerit forte cui magis placeat etymon a tela, vt ſit* tela ad manus: *Sed porro audiamus Seruium*) Caeterum Plautus huius ſingulare *mantellum* poſuit in Captiuis: Nec his Sycophantiis, nec fucis vllum mantellum obiiciam. (*Locus eſt* 3, 3, 5 *quem ita dedit Gronou.* Neque mendaciis ſubdolis mihi vſquam mantellum eſt meis, Nec ſycophantiis, nec fucis vllum mantellum obuiam eſt. *Poteſt hic quoque ſeruari propria ſignificatio, Tyndarus pollucerat ſe ſuis mendaciis, his quaſi abſtergendis quaerit, tanquam* mantele, *alia mendacia. Conf. quae formula* Laua Manus *dicentur in* MANVS n. 3. *Ad menſam aperte pertinet, quod ſequitur apud Seruium*) Lucilius *mantella* dicit: Mappas, mantella, merumque. *Huc vsque* Seruius. *Locum* Feſti *dedimus modo in* MANTICVLARIA. Ouid. Faſt. 4, 933 Dixerat: a dextra villis mantele ſolutis Cumque meri patera turis acerra fuit. *Conf. ad h. l. Neapolis.* Plin. 7, 2 Anthropophagos oſſibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo pro mantelibus ante pectora vti, Iſogonus Nicaeenſis *tradit. Suſpendunt itaque ad pectus, et manus in iis tergunt.* Arnob. 2, p. 59 Mantele *in veſtimentis refert: nempe vt* veſtem ſtragulam, *vt* puluinum, *vt* muccinium. *Scalig. Coniect. ad Varron.* l. c. *et Caſaub. ad Athenaeum* 9, 18 Mantele *ad tegendum quoque adhibitum fuiſſe dicunt: quod de* χειρόμακτρῳ *ibi docet Athenaeus, capiti velando etiam ſeruiiſſe. Et ſane ſequior aetas per totam fere Europam humeros texit* Mantello. *Sed de antiquis loquimur. Conf. Boxhorn. ad* Plaut. p. 203. *H. Grot. in Arat. ad imag. aſteriſm.* p. 62. *De differentia* mapparum *et* mantilium *vid. Voſſ. Etymol.* p. 310. *Taubm. ad* Plaut. p. 270. *Ruaei* Virgil. p. 212. *Breuiter* Mappa *Ori etiam ſeruit,* mantele *manibus tantum, cum ſit menſae inſtratum. Sed perpetuam eſſe differentiam, non auſim dicere.*

MANTILIARIVS, i. m. *Qui mantilia conficit.* Plaut. Aul. 3, 5, 37.

MANTINĒA, [Μαντίνεια] *Arcadiae vrbs, quam Epaminondas ſuperatis ſecunda pugna Lacedaemoniis illuſtrem reddidit, in qua et ipſe diem obiit. Haec Strabo lib.* 8. *Vid.* Nepos Epam. 9.

MANTISCĬNOR, āri. *Vorare, Lurcari.* Plaut. Capt. 4, 2, 116 Nam niſi mantiſcinatus probe ero, fuſti pectito. Mantiſcinari *pro* manticinari, *manticam i. ventrem implere. Sed Salmaſ. legit* panticinatus *a* PANTICES.

MANTISSA, *ſ.* MANTISA, ae. f. [ἐπίμετρον] Additamentum dicitur lingua Tuſca, quod ponderi adiicitur, ſed deterius, et quod ſine vllo vſu eſt. Lucil. Mantiſſa opſonia vincit. Feſtus. Magnam Mantiſſam habere Petron. c. 65. *locus obſcurus, de quo Burm. de Vectigal.* c. 10.

MANTO, āre. [μίμνω] Veteres pro Manere vſurparunt, *teſte* Non. 10, 9. Plaut. Pſeud. 1, 3, 49 At dabit, parabit aliquid hos dies, manta modo. Idem Poen. 1, 2, 52 Nos herus apud aedem Veneris mantat. *Add.* Plaut. Moſt. 1, 2, 35. *et* Pſeud. 1, 3, 22. Feſtus *interpretatur* ſaepe manere: *malim ſtudioſe, diu manere.*

MANTO, ūs. f. [Μαντώ] Tireſiae vatis Thebani filia, quae poſt Patris interitum ad Italiam venit. *Huius* Bianor *filius aut* Ocnus *adeo,* (Aucnus) *conditam a ſe* Mantuam *vrbem matris nomine appellauit. Haec et alia* Seruius *ad* Virg. Aen. 10, 199

Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidicae Mantûs, et Tuſci filius amnis,
Qui muros, matriſque dedit tibi Mantua nomen.

MANTVA. [Μάντυα] *Vrbs clariſſima vel hoc ſolo nomine, quod genuit Virgilium. Vid.* MANTO. Virg. Ecl. 9, 28 Mantua, vae miſerae nimium vicina Cremonae. Mantua Muſarum domus Sil. 8, 595. Diues auis Mantua Virg. Aen. 10, 200. Mantua diues auis *dicitur, quod olim potens fuerit ea vrbs, quum Virgilii aetate plurimum amiſiſſet de antiqua dignitate, et priſtina magnitudine, eſſetque inferior multis Hetruriae vrbibus. Turneb.*

MANTVĀNVS, a, um. Adi. [Μαντυανός] *Vnde,* Mantuanus

nus Homerus Virgilius *dictus eſt*. Fama Mantuana Stat. Silu. 4, 7, 27.

MANTVM, i. n. Breue amictum, quod manus tegat tantum Iſidor. 19, 24.

MANTVS, veſtis virginalis Iſidor. Gloſſ.

MANTVĒLIS, e. Adi. *In modum manti factus.* Chlamys mantuelis Treb. Poll. Claud. c. 17. *Vid. Salmaſ.*

MANTVRNA, ae. f. Coniugii dea Auguſtin. de Ciu. Dei 6, 9.

MANVALIS, MANVARIVS, MANVBIAE, MANVBRIVM, MANVLEATVS, MANVMISSIO, MANVPRETIVM, *vid.* MANVS.

MANVANA, *vid.* MANIA.

MĂNVCLA, ae. f. *Pars illa in Catapultis, quae neruum attractum continet. Sic explicatur* Vitruu. 10, 15. *in Baldi Lex. Turn. leg.* manulea 2, 4.

MANVM. [αἴθριον] Dicitur Clarum: vnde etiam Mane, poſt tenebras noctis diei pars prima Nonius 1, 337. *qui addit* — Inde volunt etiam Deos Manes appellari, id eſt bonos ac proſperos, quod melior mors ſapientioribus quam vita probetur — Inde Immanes non boni, vt ſaepe. Manum antiqui Bonum dicebant Varr. de L. L. 5, 2. *Conf.* Feſt. *in* Mano, Mane, Manes. Manon *eſſe Graecum* μανὸν, *rarum, ſupra diximus h. v.*

MĂNVS, ûs. f. [χεὶρ] *Inſtrumentum illud nobiliſſimum, de quo* Cic. de Nat. Deor. 2, 150 c. 60 Quam vero aptas, quamque multarum artium miniſtras manus natura homini dedit! Digitorum enim contractio facilis, facilisque porrectio propter molles commiſſuras et artus nullo in motu laborat. Itaque ad pingendum, ad fingendum, ad ſcalpendum, ad neruorum eliciendos ſonos ac tibiarum apta manus eſt admotione digitorum *etc. Nempe Manus proprie eſt anterior illa pars brachii digitis inſtructa. Interdum tamen latius ſumitur, vt brachium lacertumque adeo complectatur. Dat.* Manu Prop. 1, 11, 12. *vbi vid. Broukh. Iam Epitheta elementari ordine ponamus.* Aegra Ouid. Epiſt. 21, 246. Aequa manu diſcedere Sall. Cat. 39, 4. *i. aequo Marte.* Aequis manibus Tac. Ann. 1, 63. *Add.* Ammian. 24, 4. *et ipſe* Liu. 27, . . Amica Ouid. Epiſt. 10, 122. Arguta, *vid.* Argutus, *in* ARGVO. Armiferae Ouid. Amor. 1, 13, 14. Artifices Id. Amor. 3, 2, 52. Auarae Idem ibid. 2, 6, 39. Audaces ad omne facinus Senec. Herc. Fur. 4. Auidae Hor. Carm. 4, 7, 19. Breues iunctae, extenſiores, *in actione oratoris* Quinct. 11, 3, 116. Candida Stat. Silu. 3, 4, 59. Sil. 1, 173

— non verbera paſſim
Ictibus innumeris lacerum ſcindentia corpus
Carnificesque manus, *etc.*

Caſſa Stat. Theb. 9, 770. Cauae Virg. Aen. 12, 85. Certa Quinctil. 9, 8, 4. Citatior Idem 11, 3, 102. Collecta per ſingulos digitos Idem 11, 3, 100. Compreſſa in pugnum Idem 2, 20. Diuinae manus Scribon. . . . Docta, *vid. infra*, Diſtinguere crinem docta manu. Expedita Hirt. de Bell. Afric. 29. Explicita *ſ.* explicata Quinctil. 2, 20. Fatalis Virg. Aen. 12, 232. Ferox Senec. Herc. Oet. 4. Fida manus, et fideles ſocii Ouid. Triſt. 1, 4, 63. Firma Cic. Fam. 15, 4. Femineae Ouid. Epiſt. 8, 6. Formoſa Idem ibid. 18, 16. Formatae ad vnum modum Quinctil. 2, 13. Formidatae Ouid. Amor. 1, 7, 62. Fulmineae Stat. Theb. 6, 747. Furibunda Senec. Troad. 2. Grata ſume manu Hor. Epiſt. 1, 11, 23. Gypſatae Cic. Fam. 7, 6. *Turnebus* 12, 18 *per* Gypſatas manus, *Mulierem barbaram ſignificari putat: nam barbarae mulieres manus ſibi pingere ſolebant, vt* Valerius Flaccus *ſcribit: (ſed vid. mox* Picta manus) *et, vt opinor, etiam ad candorem gypſare. Gypſo enim ad ſe candefaciendas vſas mulieres eſſe ex epigrammate Rufini conſtat, vbi ſcribit,* Ἀντὶ δέ μοι παίδων ἁδόλω χεροὶ, ἤρεσε γύψῳ χείσματα, *etc. Mihi, Geſnero, haud paullo magis arridet eorum ſententia, qui legunt,* Quibus illa gypſatiſſimis III anibus, *i. tribus anibus, ſ. matronis vetuſtis, perſuadet, vid.* GYPSATVS *ſ.* GYPSVS. Horrida ferro Sen. Herc. Oet. f. 13. Ignauae Lucan. 9, 26. Illigatae poſt tergum, *vid.* ILLIGO. Immunis manus, *i. Non particeps ſceleris* Hor. Carm. 3, 23, 17. Impia Hor. Epod. 3, 1. Quinctil. 4, 5 Vt certa manus vno telo poſſet eſſe contenta, incertae plura ſpargenda ſunt. Incontinentes Hor. Carm. 1. 17, 26. Indoctae, ruſticaeue Quinct. 1, 11. Inermes Virg. Aen. 1, 491 Iners Ouid. de Arte Am. 706. Ingens Virg. Aen. 5, 487. Importuna Cic. in Catil. 1, 21. Inſinuatis manibus, apud Hermolaum, pro In ſinum compreſſis, teſte Budaeo. Inualidae Lucan. 5, 275. Languida facta manus in gremio iacet Ouid. Epiſt. 9, 136. Lanifica Idem Amor. 113, 24. Lenior Quinct. 11, 3, 102. Lepida, *vid.* LEPIDVS. Leuata manu Quinct. 2, 12, 9. *impudentiam et velut vim iniuſtam oratoris notat, vt* Sublata 11, 3, 119. Leuis, *vid. paullo poſt* Mollis, *etc.* Magna Virg. Aen. 5, 241. Cic. pro Domo 23. Pop. Rom. exercitus eodem duce non Maxima Manu innumerabiles Armeniorum copias fudit. Manu Mea Cic. Fam. 3, 6 *pr. i. vt vulgo, propria: ita manu tua, ſua etc.* Quinct. 11, 2, 3 Quum ſemper cogitatio vltra id quod eſt, longius quaerit, quidquid interim reperit, quodammodo apud memoriam deponit, quod illa quaſi Media quaedam manus acceptum ab inuentione tradit elocutioni, Media *ergo* manus, *quae a primo acceptum dat tertio.* Medica Virg. Aen. 12, 402. Miniſtrae Lucret. 4, 828. Mollis Ouid. Amor. 1, 4, 24. Mollis et leuis Quinctil. 2, 4. Nexae ex ordine Ouid. Met. 8, 747. Niueae Catul. de Berecynth. 61, 8. Noua Caeſ. de Bell. Gall. 1, 37. Nuda Iuuen. Sat. 15, 54. Plaut. Aſin. 1, 3, 50 Quum a piſtore panem petimus, vinum ex oenopolio; ſi aes habent, dant mercem; eadem nos diſciplina vtimur, ſemper Oculatae noſtrae ſunt manus, credunt quod vident. Oculatas manus *dixit* Plautus, *Quae promiſſa velint exhiberi re, non oratione promitti. Nam oculos habere, quibus videant exhibita; aures non habere, quibus audiant pollicitationes. Eraſmus.* Pandata leuiter Quinct. 11, 3, 100. Parca Hor. Carm. 3, 16, 44. Peſtifera Ouid. Met. 4, 495. Piceata, *vid.* PICEATVS, *in* PIX. Picta manus, vſtoque mento Threiſſa, Barbara Valer. Argon. 2, 150. *non gypſata, vt quibusdam viſum, ſed notis compuncta, vt oſtendit ad h. l. Voſſius.* Pigra Ouid. Epiſt. 21, 159. Plena manu, *h. e. Ampliter, copioſe, prolixe, minimeque maligne.* Cic. Att. 2. Epiſt. vlt. At hercle alter tuus familiaris Hortenſius, quam plena manu, quam ingenue, quam ornate noſtras laudes in aſtra ſuſtulit? *Translatum ab iis, qui non minutim et parce, ſed plena manu largiuntur.* Manus plenae menſura ſorbentur ad firmandas fauces Plin. 20, 22. Potentes Hor. in Carm. ſaec. 53 Praeſtricta vinclis Sen. Troad. 6. Prima manu marmora deformata Quinctil. 5, 11. Primae, ſecundae, tertiae *etc.* manus *in re gladiatoria vid mox* n. . . . Procax Sen. Agam. f. 3. Prolata paullum Quinct. 11, 3, 96. Ouid. Met. 2, 755 — ſubit hanc arcana Prophana Detexiſſe manu. Prona Quinct. 11, 3, 96 *et.* 99. Proteruae Ouid. Met. 12, 234. Purae Hor. Epod. 17, 49. Retortae Hor. Epiſt. 2, 1, 191. Rigida Ouid. Met. 14, 647. Stat. Theb. 6, 786

Praecipitatque retro iuuenem, atque in terga ſupinat,
Dentibus horrendum ſtridens; geminatque Rotatas
Multiplicatque manus.

Ruſticae, *vid. paullo ante,* Indoctae, *etc.* Sacrilega Hor. Carm. 2, 13, 2. Sceleſtae Sen. in Agam. 11. Siniſtra Catul. in Aſinium, 12, 1. Strictae in fata alicuius Ouid. Amor. 1, 6, 14. Sublata, *vid. p. a.* Leuata. Sublatae ad caelum Hor. Serm. 2, 5, 97. Summiſſae Ouid. Epiſt. 20, 78. Supinae manus, *vid. paullo poſt,* Arripere. *Eſt et orantium geſtus* Hor. Od. 3, 23, 1 Caelo ſupinas ſi tuleris manus. Supinata Quinct. 11, 3, 119. Supplex Ouid. Met. 11, 279. Suſpenſa manu aliquid facere, *vid.* SVSPENDO. Tacita Valer. Argon. 6, 262. Tenerae Propert. 3, 3, 34. Torpens Lucan. 2, 78. Tremens manus Ouid. Epiſt. 14, 44. Tremulae Id. Met. 10, 414. Quinct. 11, 3, 103. Trepida Idem 11, 3, 119. Truculenta Sen. Herc. fur. 4. Valida Ouid. Amor. 3, 2, 72. Varae Idem Met. 9, 33. Velatae Plaut. Amphit. 1, 1, 103. Veſana Ouid. Amor. 1, 7, 4. Victrix manus mille laborum Id. Epiſt. 9, 75. Virginea Id. Amor. 1, 3, 24. Vnca Stat. Theb. 1, 427. ¶ 2 *Verborum formulae:* Abrumpere manibus Ouid. Met. 2, 359. Abſcedere aequis manibus Tacit. Ann. 1, 63. Abſciſſa lacerto Lucan. 3, 617. Abſtinere manus ab alienis, Abſtinere manus in iudicio, Abſtineo me manum, Abſtinere manum alieno. *Vid.* ABSTINEO. Accedere ad manum Cic. Att. 2, 1. Iuſtin. 1, 4 *de Cyro infante,* Quem vt in manum mulier Accepit, veluti ad notam alluſit. Accipere manibus ſupinis Sen. de Beneſ. 1, 15. Addere in vincula, *vid.* ADDO. Adducere rem ad mucrones et manus Tacit. in Vita Agric. 36. Adhibere manus artificum diſponendis et collocandis Saxis *etc.* Quinctil. 7 Pro. 1. Adhibere medicas ad vulnera Virg. Georg. 3, 455. Adhibere genibus Ouid. Met. 9, 216. Adire alicui manus, *eſt, lepide fruſtrari: vid.* Plaut. Poen. 2, 1, 11. *et* Caſ. 5, 2, 6. *et* Perſ. 5, 2, 18. *et* Aul. 2, 8, 8. *Conf. Barth. Aduerſ.* 23, 16. *Muret. Var. Lect.* 19, 19. *Parei Lex. Crit. p.* 720. *Ratio ducta ab his, qui aliquid velut daturi admouent alterius manibus, et ſubito retrahunt.* Adiuuat ira infirmas Ouid. Amor. 1, 7, 66. Admoliri manus alicui Apul. Met. 1. Admouere manum alicui Catul. 15, 3. Afferre manus, *Interficere* Sen. de Beneſ. 2, 5. Vbi manu Agitur, modeſtia ac probitas nomina ſuperioris ſunt Tac. Germ. 36, 2. Plura manu Agens, calliditatem fori non exercet Tac. Agric. 9, 2. Agere aliquid inaſſueta Ouid. de Arte Am. 1, 300. Appetere, *vid.* APPETO. Apponere ad os Cael. ad Cic. 8, 1 *Significat autem aliquid dici, quod is, qui dicat, ab aliis exaudiri nolit.* Apprehendere manu, *vid.* APPREHENDO. Armare Virg. Aen. 9, 115. Armare procacem Sen. Agam. 3. Arripere beneficium manibus ſupinis Sen. de Beneſ. 1, 15. Arripere aliquem inter manus, *eſt Collatis ſimul manibus aliquem ſublimem ferre* Plaut. Moſtel. 2, 1, 30. Aſſerere manu et manum, *vid.* ASSERO. Aſſerere a lenone manu, *vid.* A *vel* AB *praepoſitiones.* Martial. 1, 16 Haec vtraque manu, complexuque Aſſere toto, Saepe fluunt imo ſic quoque lapſa ſinu. *De Gaudiis. Conf.* Petron. 94. *et* 140. Cic. Verr. 5, 28 Itaque erant exitus eiusmodi, vt alius inter manus e conuiuio, tanquam e praelio Auferretur, alius tanquam occiſus relinqueretur. Cadere manu alicuius Ouid. Met. 5, 109. Capere manu, et in manum, *vid.* CAPIO. Quantum manus capit Scribon. 153. Capio tela tremente manu Ouid. Epiſt. 14, 44. Capere manu, *i. Bello quaerere.* Salluſt. Iug. c. 5 Pop. Rom. quascunque vrbes et agros manu Ceperat, regi donat. Capeſſit pugnam manu Tacit. Ann. 12, 30. Ouid. Epiſt. 21, 200 Captantem tactus eiicioque, *i. Remoueo manum cupientem me tangere.* Carpere pomum Virg. Aen. 6, 146. Carpendae frondes vncis manibus Id. Georg. 2, 365. Cedo manum, *vid.* CEDO. Cogere manum Caeſ. Bell. Gall. 2, 2. Cohibere, *vid.* COHIBEO. Quinctil. 2, 12 Iam Collidere manus, terrae pedem incutere, femur, pectus, frontem caedere, mire ad pullatum circulum facit. Commaculare ſanguine Virg. Ecl. 8, 48. Componere manus manibus, *vid.* COMPONO. Componere aliquid facili manu Ouid. de Arte Am. 1, 160. Quantum manu Comprehendi poteſt Scribon. 83. Comprimere, *vid.* COMPRIMO. Conferre, *vid.* CONFERO. Conferre manum, *Certare cum aliquo* Virg. Aen. 9, 44. Sil. 6, 600. Conferre manu certamina pugnae Lucret. 4, 841. Confirmare Cic. pro Lege Manil. Confligere manu, *vid.* CONFLIGO. Congeſta manu oppida Virg. Georg. 2, 156. Conſerere manum cum hoſtibus, *vid.* CONSERO. Liu. 27, 18 Inſtabilis hoſtis ad cominus conſerendas manus. Conſertum ex iure manu, *vid.* EX *praepoſitionem.* Conſerere conſtrictas in ſe manus Ouid. Epiſt. 12, 100. *Al.* inter ſe ſtrictas. Continere manus, *vid.* CONTINEO. - - ab aliquo Cic. Cat. 1 c. 8. Continere manum alicuius Ouid. Faſt. 1, 504. - - intra pallium Quinctil. 12, 10, 21 *id quod in oratoribus pudoris ac modeſtiae ſignum erat.* Vix continet manus ab ore miſero Ouid. Epiſt. 11, 80. Contingere aliquid manibus cruentis Virg. Aen. 2, 167. Contrahere et explicare alterno motu Quinctil. 11, 3, 102. Conuenire in Cic. in Topic. 23. *v. h. v.* Quinctil. 2, 3 Vt velociſſimus quisque, ſi forte iter cum paruulo faciat, Det manum, et gradum ſuum minuat. Dare placidam Ouid. Triſt. 3, 1, 2. Donec aut virtute viciſſent aut victi manus Dediſſent Nep. 22, 1, 4 *vbi vid. Schott.* Dare victas Ouid. Epiſt. 4, 14. Dare in manum, *vid.* IN *praepoſitionem.* Datos in manum milites, cerni effigiem, *etc.* Tacit. Ann. 4, 7. Dare fata miſeris ſaeua manu Senec. Troad. 10. Dare ſignum alicui concuſſa manu Ouid. Met. 11, 465. Decertare manu, *vid.* DECERTO. Dedere manus, *figura prouerbiali, ſignificat Victum ſe fateri.* Lucret. 2, 1052 — ſed magis acri Iudicio perpende: et ſi tibi vera videntur, Dede manus: aut ſi falſa eſt, accingere contra. Defendere ſe manu, *vid.* DEFENDO. Deficiunt ad coepta manus Ouid. Met. 8, 492. Plaut. Epid. 3, 2, 17 Leno omne argentum abſtulit pro fidicina: ego reſolui, Manibus his Denumeraui. Deponere e, *vel* de manibus Cic. Acad. 1, 3. Diſtinere Caeſ. Bell. Gall. 3, 11. Cic. in Orat. 105 Demoſthenem totum cognouiſti, nec cum Dimittis e manibus. Diſtinguere crinem docta manu Senec. Troad. 10. Diuellere montes manibus Lucret. 1, 202. Idem 2, 868 Sed magis ipſa manu Ducunt. Ducere aliquem manu Virg. Aen. 3, 372. Cic. de N. D. 1, 49. Emittere aliquem manu Plaut. Curc. 5, 2, 18. Ter. Phorm. 5, 5, 2. Plin. Ep. 8, 18. *pro manumittere.* Erigere ad tectum Quinct. 11, 3, 118. Eruere ſiluas Virg. Georg. 4, 329. Euadere alicuius Id. Aen. 9, 560. Exercent puellae Propert. 3, 3, 34. Explicare, *vid.*

vid. CONTRAHERE. Facere praelium in manibus, *idem quod Conſerere manus cominus* Salluſt. in Iugurth. c. 57. Facere manu aliquid, *i. ipſum in cauſa eſſe: qua formula ſaepe* Sen. *vtitur, vt e. c.* orbitatem manu Facere Sen. ad Marc. Conſol. c. 19. *vbi vid. Lipſ.* Quaedam ingenia facilia et expedita: quaedam manu, quod aiunt, Facienda Sen. Ep. 52. *i. formanda labore et diſciplina.* Ne iis quidem, quae naſcuntur, contenti, quando plura eorum humana manu Fiunt Plin. praef. l. 8 *de venenis.* Virg. Aen. 3, 490 Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora Ferebat. Ferre in praelia Virg. Aen. 5, 402. Ferre manum contra, *vid.* FERO. Fingere manu, *eſt Arte, curaque formare. Metaphora ſumta ab iis, qui e cera, ſiue argilla fingunt imagines.* Senec. Epiſt. Tibul. 1, 2, 96. Flagellare in tergum Quinct. 11, 3, 118. Fricare manibus ſiccis Scribon. 180. Plaut. Epid. 3, 4, 16 Immo ſi audias meas pugnas, Fugias manibus demiſſis domum. Geminare, *vid.* n. 2 *ſub* Rotatas. Glomerare bello Virg. Aen. 2, 315. *Hoc tamen videtur ad numerum militum pertinere, de qua ratione* n. 6 *agimus.* Quinctil. 12, 5 Haec arma Habere ad manum, horum ſcientia debet eſſe ſuccinctus. *Vid.* AD *praepoſitionem.* Hor. Serm. 1, 4, 72 Libelli, Queis manus Inſudet volgi Hermogenisque Tigelli, *deſcribendi intellige.* Iactare Quinctil. 6, 3. Cic. pro Muraen. 26 Poſtea vero peruulgata, atque in manibus Iactata et excuſſa, inaniſſima prudentiae reperta ſunt. Illidere, *vid.* ILLIDO. Immiſcere manus manibus Virg. Aen. 5, 429. Imponere, *vid.* IMPONO. Imponere manum ſtudiis Ouid. ex Pont. 4, 8, 82. Imponere ſummam manum alicui operi, *vid.* IMPONO. Impoſita eſt coepto vltima manus Ouid. Met. 8, 201. Imponere ſummam in eloquentia manum Quinctil. in Prooem. 1, 4. Incidit tremor vnctis manibus Hor. Epiſt. 1, 17, 23. Cic. de Clar. Orat. 133 Numquam enim in manus inciderent. Incidere in manus hoſtis, *vid.* INCIDO. Inferre manus alicui, *vid.* INFERO. Senatus vim ac manum Intulit Cic. Cat. 1 c. 8. Inter multa ſcelera multorum nullum atrocius videbatur, quam quod in ſenatu ſenator ſenatori, praetorius conſulari, reo iudex manus Intuliſſet Plin. 9, 13. Inferre ſibi manus. . . Iniicere, *vid.* INIICIO. Iniice non timidas in tua iura manus Ouid. Epiſt. 8, 16. Iniicere manus alicui Ouid. de Arte Am. 1, 106. Patercul. 2, 103 Laetitiam eius diei, concurſumque ciuitatis, et vota paene inſerentium caelo manus, ſpemque conceptae perpetuae ſecuritatis, *etc.* Inſerere manum tunicis Ouid. Amor. 2, 15, 2. *i. Imponere, immittere.* Intenderat Seiano manus Tacit. Ann. 4, 3. Intentare manus in aliquem, *vid.* INTENDO. Intentare manus alicui Tacit. Ann. 3, 36. Interfici manu Quinctil. 5, 11. *Sic etiam dicitur de illo, qui gladio aut ſagitta occiditur: vid. Burm. ad* Quinctil. Declam. 1 p. 29. Inuoluere manum caudis ſerpentum Ouid. Epiſt. 9, 86. Iungere manus Stat. Silu. 5, 3, 276. Laua manus; *aenigmatice in eum dicitur, qui aut furto, aut homicidio, aut alio quouis turpi facinore ſuas ipſe manus polluit. Inde iocus ille* Sextii *apud* Cic. de Orat. 2, 246 c. 60 Manus laua, et coena. *Depeculatorem ſignificabat et furem, qui ſordidis et turpibus furtis eſſet ditatus. Furum enim manus inquinatas eſſe dicebant, vt de fure balneario* Catul. 31

O furum optime balneariorum,
Vibenni pater, et cinaede fili,
Nam dextra pater inquinatiore,
Culo filius eſt voraciore,
Cur non exilium malasque in oras
Itis, quandoquidem patris rapinae
Notae ſunt populo? *etc.*

Vid. Plaut. Capt. 3, 5, 5 *vbi ſeruus, qui herum aere emunxerat* mantelum *circumſpicit.* Manus manum Lauat Sen. de Morte Claudii. *Add.* Petron. c. 45. Leuata manu Quinct. 2, 12, 9. *de vi et impetu orantis.* Miſceri manibus Scribon. 257. Miſcere manus Tacit. Ann. 2, 15. Mittere manus ad rem aliquam, *i. Sumere in vſum aliquem.* Vlpian. in l. At ſi quis. §. Sed etſi. D. de relig. et ſumt. fun. Sed etſi res legatae ſint a teſtatore, de cuius funere agitur, nec ſit vnde funeretur: ad eas quoque manum Mittere oportet. Mittere manu: *vid.* MANVMITTERE. Mittunt ſalutem milites manu Plaut. Pſeud. 4, 2, 48. Mouere bella ſanguinea manu Ouid. Epiſt. 13, 64. Multiplicare, *vid.* n. 2 Rotatas. Obire forti manu Senec. Herc. Oet. 10. Obiectum malum manu, *vid.* MALVS. Liu. 37, 12 *pr.* Haec agentibus quum interveniſſet nuntius Rhodiorum claſſis, Omiſſa de manibus res eſt. *i. Vrbs iam capi coepta.* Onerare ambas manus acutis iaculis Virg. Aen. 10, 868. Opprimere coniurationem manu Flor. 4, 1, 5. Parere ſibi lethum manu Virg. Aen. 6, 435. Parta manu Varr. de L. L. 5, 36. Perire manibus hominum Virg. Aen. 3, 606. Perire manu aliena Quinctil. 5, 9. Perungere ora manu immunda Ouid. de Arte Am. 3, 756. Plangere pectora inſana manu Ouid. Amor. 3, 6, 58. Catul. in Epithal. Iuliae 216

Torquatus volo paruulus
Matris e gremio ſuae
Porrigens teneras manus
Dulce rideat ad patrem.

Porrigere extentas Ouid. Faſt. 3, 872. Poſcit hoc opus manus multas, *h. e. Multi eſt laboris* Plin. Epiſt. 10, 50. Praerigent manus Tacit. Ann. 13. Premere aliquid manu Lucret. 4, 623. Nec deerat Otho Protendens manus, adorare vulgum, iacere oſcula, et omnia ſeruiliter pro dominatione Tac. Hiſt. 1, 36, 4. Pulſare aliquem vtraque Virg. Aen. 5, 460. Rapi auaris Ouid. Amor. 2, 6, 39. Recipere vltimam manum *dicitur opus aliquod* Petron. c. 118 *vbi vid. Wouer.* Reducere manu Flor. 1, 11, 1. *i. vi.* Regere manum alicuius manu ſuperimpoſita Quinct. 1, 1. Remittere manus in aleae ludo, *vid. mox* n. 11. *Conf. Caſaub. ad* Suet. Aug. c. 71. Remouere manum ab opere perfecto Sen. Ep. 9. Vix retinere manum Ouid. Met. 6, 35. *Subauditur,* Ab ictu. Reuocauit rem ad manus Cic. Verr. 5, 28. *Et* pro Cluent. 136 Quum Trib. pleb. populo concitato rem paene ad manus Reuocauiſſet. *h. e. Ad contentionem et pugnam.* Multa erant inter eum locum manu Sata Caeſ. B. C. 3, 44. Satiare manus ſanguine Lucan. 5, 243. Structa manibus moenia Virg. Aen. 5, 811. Subducere manum ferulae, *eſt* Iuuen. Sat. 1, 15 Et nos ergo manum ferulae Subduximus, et nos Conſilium dedimus Syllae. Vt Subeant tenerae verbera ſaeua manus Ouid. Am. 1, 15, 18. Subuoluere ſaxa manibus Virg. Aen. 1, 428. Plaut. Milit. 3, 2, 58 Lepide hoc Succedit ſub manus negotium. Idem Perſa 4, 1, 2 Si quam rem accures ſobrie, aut frugaliter, ſolet illa recte ſub manus Succedere. *Cum verbo* Sum *varie ponitur. v. g.* Ad manum eſſe. *vid.* AD. In manu, et in manibus eſſe Cic. Tuſc. 4. Liu. 7. In manibus eſſe, vel habere, *vid.* IN. In manibus terrae; *ſubaudi,* Sunt Virg. Georg. 2, 45. *h. e.* In facili et in promtu eſt terrarum deſcriptio. Seruius. In manibus veſtris quantus ſit Caeſar habetis Lucan. 7, 253. *h. e. In veſtra poteſtate.* Tum ſolus Seneca fere in Manibus adoleſcentium fuit Quinctil. 10, 1, 126. Eſſe in manibus laudatio, oratio, *aut* liber *dicitur, Qui editus eſt et legitur.* Cic. de Senect. 12 Eſt in manibus laudatio, quam quum legimus, quem philoſophum non contemnimus? In manu mea eſt, *vid.* IN. Inter manus aliquid eſſe *dicitur, per translationem: pro In poteſtate eſſe.* Virg. Aen. 11, 312 Ante oculos, interque manus ſunt omnia veſtra. Plus illi eſt in manu, *i. Ditior eſt. Habere enim in manibus dicuntur, qui aliquid poſſident et diuites ſunt* Plaut. Aſin. 1, 1, 73. Cic. de Orat. 3, 15 Poſtulamus non a te quidem qui nobis ſumma omnia tribuis, ſed a caeteris, qui haec in manus Sument, vt maius quiddam de L. Craſſo, quam quantum a nobis exprimetur, ſuſpicentur. *i. Legent.* Quinctil. 10, 1 Illud vero vtiliſſimum, noſſe eas cauſas, quarum orationes in manus ſumſimus. Hor. Carm. 3, 23, 17 Immunis aram ſi Tetigit manus. Tendere manus, *Petentis auxilium, vel miſericordiam implorantis ſignum.* Caeſ. Bell. Gall. 2, 13 Hedui manus Tendere, deditionem ſignificare. Vobis ſupplex manus Tendit patria communis Cic. Catil. 4 c. 9. Virg. Aen. 6, 314 Tendebantque manus ripae vlterioris amore. Tendere ſupinas manus ad caelum Virg. Aen. 3, 177. Tendit ad veſtra genua ſupplices manus Quinctil. 6, 1. Tenere aliquid languenti manu Ouid. Met. 12, 318. Tenere correptum manibus Virg. Georg. 4, 405. Tollere manus, *Modus loquendi Signum laetitiae ſignificans.* Cic. Fam. 7, 5 Suſtulimus manus et ego et Balbus, tanta fuit opportunitas. Hortenſius vehementer admirans, quod quidem perpetuo Lucullo loquente fecerat, vt etiam manus ſaepe tolleret Cic. Acad. 4 c. 19. Admirans ait haec manumque Tollens Catull. 54, 4. Tollere manus *dicitur etiam de iis, qui victos ſe fatentur:* Cedo, et Tollo manum Cic. *ap.* Lactant. 3, 8. En Tollo manum, cedo, viciſti Hieron. adu. Luciferianos. *Conf. P. Fabr. Agoniſt. 1, 8. Sed* Sublata manu Quinctil. 11, 3, 119. *de impudenti vi oratoris: nam audaciae etiam eſt, manum quaſi inferre volentis.* Tradere manu longa, et manu breui. Iabolenus in l. Pecuniam. D. de Solutionibus, Pecuniam quam mihi debes, aut aliam rem, ſi in meo conſpectu ponere te iubeam, efficitur, vt et tu ſtatim libereris, et mea eſſe incipiat. Nam tunc quod a nullo corporaliter eius rei poſſeſſio detineretur, adquiſita mihi et quodammodo manu longa tradita exiſtimanda eſt. Vlpian. in Tit. de Iure dotium, l. Licet ſoleat, Quoties autem extraneus accepto fert debitori dotis conſtituendae cauſa: ſi quidem nuptiae inſequutae non fuerint, liberatio non ſequetur, niſi forte ſic accepto tulit, vt velit mulieri totum donatum. Tunc enim credendum eſt breui manu acceptum a muliere, et marito datum. *Quae ſi deflectas, plus habebunt veneris: veluti qui promiſſis agit, ac ſpem tantum oſtendit, longa* manu dat, *quod animo contueri poſſis, non ſtatim etiam tollere. Contra, qui praeſens ac ſtatim exhibet quod promittit,* breui manu dat. *Pueri aſſem oſtendunt elephanto, nec audent porrigere.* Eraſmus. Venerari manu; *honoris cauſa Manum ori admouere, et aliquem colere, quod* Adorare *etiam dicitur, v. v.* Tacit. Ann. 16, 4, 3 Poſtremo flexus genu coetum illum manu veneratus, ſententias iudicum opperiebatur. *Et* Suet. Claud. c. 12 Eosdem ſpectacula edentes voce manuque veneratus eſt. Venire ad manum Quinctil. 2, 11. *vt* conſerere manum. Salluſt. in Iugurth. c. 89 Exiſtima Iugurtham ob ſuos tutandos in manus Venire. *Conf.* Caeſ. Bell. Gall. 2, 19 Vt paene vno tempore et ad ſiluas, et in flumine etiam in manibus noſtris hoſtes viderentur, *i. manus contuliſſe.* *Add.* Tacit. Hiſt. 4, 71. *et Gronou. ad* Liu. 2, 46. pr. *Sed ſenſu vulgari* Scribon. 97 Venit in manus noſtras, *i. nacti ſumus.* Cic. Fam. 8, 3 Genere tamen, quod et ad nos pertineat, et διδασκαλίαν quandam vt verſetur inter manus, habeat. Hor. in Arte Poët. 269 Vos exemplaria Graeca Nocturna Verſate manu, verſate diurna. Apuleius in Apologia p. 2,8 Quid de me inquit, Mezentius ſentiat, manum non Verterim. Item Cic. de Fin. 5, 93 c. 31 Qui ſe fatentur virtutis cauſa, niſi ea voluptatem acciret, ne manum quidem Verſuros fuiſſe: *vt Germani,* Keine Hand umwenden. Plaut. Trucul. 5, 7 Mea voluptas, ſi quid peccaui prius, ſupplicium ad hanc minam fero auri, ſi mihi rides. P. manus vetant, prius quam penes ſeſe habeant, quidquam credere. *i. Nihil credam te daturum, niſi prius numeraueris.* Vibrant tela manus Lucan. 7, 82. Vincire manus poſt terga Virg. Aen. 11, 81. Vindicare manu Salluſt. Iug. 106 *extr.* Cic. Verr. 1, 114. ¶ 3 *Formulae cum praepoſitionibus.* Ad manum, *vid.* AD *praepoſitionem.* A manu ſeruus, *et* a manibus, *vid.* A *vel* AB. Ad manum ſeruus, *vid.* AD. De manu dare aliquid alicui Lamprid. Seuero c. 37. *i. ſua ipſius manu.* De manu reddere aliquid Suet. Tib. c. 34. Cic. Fam. 7, 5 Totum hominem tibi trado De manu (vt aiunt) in manum tuam iſtam, et victoria et fide praeſtantem. De manibus aliquid amittere, *pro* E manibus. Cic. Verr. 3, 32 Te quum tuos omnes fructus publicano tradidiſſes, et rem De manibus amiſiſſes, tum bona tua repetere, ac perſequi lite atque iudicio. Cic. Fam. 7, 26 Heus tu, manum De tabula: magiſter adeſt citius quam putaramus. *Apparet, Ciceronem monere, ne in Caeſarem ſcribere pergat Gallus, vix enim aliter poterat, qui Catonem Vticenſem laudarat. Eſt autem translatio, vel a tabula literaria, in qua pueri literas diſcebant; in qua abſente magiſtro ludere manu ducendis, non literis, ſed lineamentis, vt pueris vſitatum eſt, ſolebant; deinde ſubito praeceptore redeunte, alter alterum monebant, vt manum de tabula tollerent. Vel a pueris pictorum, qui abſente magiſtro illudunt tabulis, et illinunt temere pigmenta.* Inter manus Virg. Aen. 2, 681 *i. Per, ſec.* Seru. Abripite hinc intro actutum Inter manus Plaut. Moſt. 2, 1, 39. Hinc agger Inter manus proferebatur Caeſ. B. C. 2, 2. In manibus cupere praelium facere Sall. Iug. c. 57, 4. Quorum res fidesque In manibus ſitae erant Sall. Iug. 73, 6 *de opificibus.* Per manus, *quod Cicero De manu in manum dicit.* Caeſ. Bell. Gall. 6, 38 Per manus tractus ſeruatur. *De vulnerato in praelio.* Per manus tradita diſciplina *vel* hiſtoria *dicitur, Quae non monumentis literarum, ſed verbo tantum traditur, et a maioribus ad poſteros ſine literis transmittitur.* Quinct. 12, 4, 1 Quae conſcripta ſunt hiſtoriis, aut ſermonibus velut per manus tradita. Liu. 5, 57 Etiam ſi nobis cum Vrbe ſimul poſitae traditaeque Per manus religiones nullae eſſent. *Et* . . . . Diſciplina militaris tradita, Per manus iam inde ab initiis vrbis. Prae manu, *pro Ad manum.* Vlpian. in l. petenti. D. de pignorat. action. Petenti mutuam pecuniam creditori, quum prae manu debitor non haberet, ſpecies auri dedit, vt pignori apud alium creditorem poneret. *Antiqua ratio, qua vſus ipſe* Ter. Adelph. 5, 9, 23 Si quidem porro Mitio tu tuum officium facies, atque huic aliquid paullulum Prae manu dederis, vnde vtatur, reddet tibi cito. *Et* Plaut. Bacch. 4, 3, 10 Reddidi patri omne aurum, quod mihi fuit Prae manibus. Sub manu, *idem*

idem eſt quod Fere eſſe ad latus, expeditum, promptum in vſum. Cic. Fam. 10, 23 Adiunxi haec, in loco eligendo flumen oppoſitum vt haberem, in quo mora tranſitus eſſet. Vocontii Sub manu vt eſſent, per quorum loca fideliter mihi pateret iter. *i. In promtu et in proximo, inquit Budaeus.* Senec. Epiſt. 71 Conſilia rebus aptantur. Res noſtrae feruntur, immo voluuntur. Ergo conſilium ſub die naſci debet; et hoc quoque tardum eſt nimis: Sub manu (quod aiunt) naſcatur. Significatur Summa temporis celeritas. Lepide hoc ſuccedit Sub manu negotium Plaut. Mil. 3, 2 *extr.* Et quo celerius ac Sub manum annunciari poſſet Suet. Aug. c. 4. *Conf. Torrent. ad h. l.* ¶ 4 *Formulae aliae:* Manibus pedibusque, *Extremum conatum ſignificantes dicimus.* Ter. Andr. 4, 1, 52 Ego Pamphile hoc tibi pro ſeruitio debeo, conari manibus, pedibus, noctesque et dies capitis periculum adire, dum proſim tibi. *Add.* Id. ib. 1, 1, 133. Vlpian. in l. Sed ſi. D. De in ius vocando, At ſi venditor, qui manus Iniectionem excepit, ipſe proſtituit, *etc.* Manus pretium *et interdum iunctim* Manupretium, *pretium laboris materiae impenſi et artis, demta materia.* Cic. Verr. 1, 147 c. 56 Lapis aliquis caedendus et apportandus fuit machina ſua. Nam illo non ſaxum, non materies aduecta eſt: tantum operis in iſta locatione fuit, quantum paucae operae fabrorum mercedis tulerunt, et manus pretium machinae. *Conf.* Aſcon. Caius de Verb. ſignificatione, l. Mulieris, Quoniam in manupretio plus eſt quam in re. Cedo aurum, ego manupretium dabo Plaut. Men. 3, 3, 20. A manu, manupretium. *Et paullo ante*, Quod manu factum erat, et datum pro eo, manupretium, a manibus et pretio. *Verba ſunt* Varr. de L. L. 5, 36. *Conf.* Iſidor. 11, 1. Manipretium *nonnulli ſcribunt, vt* Senaticonſultum. Plin. 34, 7 ſ. 17 *Hard.* Solitum enim ex manipretio cuiusque ſigni denarios ſeponere aureos ſingulos. Idem 35, 10 Manipretium eius tabulae. Plin. 33, 11 ſ. 53 Nec copia tantum argenti furuit vita, ſed validius paene manipretiis. *Sic Hard. ex MSS. Diuiſim* Alfenus in l. Qui inſulam. §. Qui aedem. D. Locati, Qui aedem faciendam locauerat, in lege dixerat, Quo ad opus lapidis erit, pro lapide et manus pretio dominus redemtori in pedes ſingulos ſeptem dabit. Vlpian. l. mulieris ff. de V. S. Plerumque plus eſt in manus pretio quam in re. ¶ 5 *Metaphor.* Manus *inſtrumentum notat idque vel mutum, vel vocale. Mutum, vt* Lucan. 3, 635 Ferrea dum puppis rapidos manus inſerit vncos. *Intelligit Harpagonem. Vid.* Curt. 4, 2, 12. *et* Ib. c. 3. *Conf. Interpp.* Flori 2, 2 Iniectae *nauibus hoſtium* ferreae manus. *Sic Proboſcis elephanti* manus *illius vocatur* Cic. de Nat. Deor. 2, 123 c. 47. Plin. 8, 10. Curt. 8, 14, 27 *et* 29. ¶ 6 *Vocale inſtrumentum notat* Manus, *cum idem eſt quod multitudo aut numerus certe hominum armatorum.* Vet. Gloſſ. Manus πλῆθος. Virg. Aen. 6, 660 Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi. Agreſtes manus Id. Ibid. 11, 682. Ardens iuuenum Id. Ibid. 6, 5. Comitum Stat. Silu. 5, 3, 262. quam maximas manus cogere Caeſ. Bell. Gall. 5, 38. Delecta Nepos 1, 1, 4. Militaris manus Vlpian. in l. qui reſtituere. D. de rei vendicat. *Vid. Bynkerſh. Obſ. Iur. Rom. 3, 14 p. 274 ſeq.* Multa Poëtarum Hor. Serm. 1, 4, 141. Parata praelio Tacit. Ann. 2, 79. Paruulam manum peditum habet Antonius Brut. ad Cic. Fam. 11, 10. Tam mari terraque manus Potentes Medus Albanasque timet ſecures Horat. Carm. ſaec. v. 53. Valida Tacit. Ann. 2, 62, 79. Comparare manum Nep. 10, 4, 3. Manus conuenientes Diſſipare Caeſ. Bell. Gall. 8, 6. Facere, *i. colligere* Cic. pro Caecin. 33. Glomerare manum bello Virg. Aen. 2, 315. Manu Facta virginem rapiunt Liu. 4, 9. Noſtra Superat manus Plaut. Amph. 1, 1, 80. Orare pacem manu, *i. armata* Virg. Aen. 10, 80. ¶ 7 Manus *etiam eſt Famulus, ſiue Operae quibus vtimur.* Comites illi tui delecti manus erant tuae: praefecti, ſcribae, medici, accenſi, haruſpices, praecones erant manus tuae *etc.* Cic. Verr. 2, 27 c. 10. *Conf.* Tac. Agric. 15, 4 *ibique Boxhorn.* Martial. de Demetrio ſeruo 1, 101 Illa manus quondam ſtudiorum fida meorum. *Ita* Plin. Epiſt. 9, 37 Agriculturam numeroſas manus poſcere dixit. Hoc opus multas manus poſcit Plin. Ep. 10, 50. ¶ 8 *Metonymicῶς* Manus *de artificum operibus.* Nam et Zeuxidis manus vidi, nondum vetuſtatis incuria victas Petron. c. 83. *vbi vid. Burm.* Siue ebore exactae ſeu magis aere manus Prop. 3, 21, 30. Mentoris haec manus eſt, vel, Polyclete, tua Martial. 8, 51. Praxitelis Mart. 4, 38. Si Parium marmor Praxiteles expoliuiſſet, plus in manibus fuiſſet, quam in marmore Quinctil. 2, 19 *extr.* Protogenis Gell. 15, 31. *vid. Barth. ad* Stat. Silu. p. 101, 102, 228. *Salmaſ. de mod. vſur. p. 391. Rigalt. in Artemidor. p. 7 et 18. Sic* ¶ 9 Manus *Scriptio, Chirographum.* Cic. Q. Frat. 3, 3 Occupationum mearum ſignum ſit tibi librarii manus. *Et* Att. 7, 2 Nam Alexidis manum amabam. *Add.* Cic. Att. 4, 16. Quomodo et ipſum *Ciceronem* et Virgilium ſcripſiſſe, manus eorum docent Quinctil. 1, 7, 20. *Vid. Voſſ. Inſt. Orat. 4 p. 116.* ¶ 10 *Ictus aut certe habitus et figura manus in gladiatoria re* Manus *vocatur.* Quinct. 5, 13, 54 Vt gladiatorum manus, quae ſecundae vocantur, fiunt et tertiae, ſi prima ad euocandum aduerſarii ictum prolata erat, et quartae, ſi geminata captatio eſt, vt bis cauere, bis repetere oportuerit. *Sic* 6, 4, 8 Opus eſt — animo praeſenti et acri. Non enim cogitandum, ſed dicendum ſtatim eſt, et prope ſub conatu aduerſarii manus exigenda, *i. ictus perficiendus. Luculentus praeſertim eſt* 9, 1, 20 Vt in armorum certamine aduerſos ictus et rectas ac ſimplices manus cum videre tum etiam cauere ac propulſare facile eſt; aduerſae tectaeque minus ſunt obſeruabiles, et aliud oſtendiſſe quam petas, artis eſt. ¶ 11 *Hinc translata appellatio ad ludum talorum, qui enim in gladiatorio ludo* ictus *eſt, ille* iactus *in teſſerario.* Sueton. Aug. 72 *ex epiſtola Auguſti*, Ego perdidi viginti millia numûm meo nomine: ſed cum effuſe in ludo liberalis fuiſſem, vt ſoleo plerumque. Nam ſi, quas manus remiſi cuique, exegiſſem, aut retinuiſſem quod cuique donaui, viciſſem vel quinquaginta millia. Manus *eſt iactus, damnoſus hoc loco.*

MANVMITTERE [ἀπελευθερῶν] *ſeruum, (ſiue diuiſim, ſiue coniunctim legas) eſt Dare ei libertatem.* Nam quamdiu quis in ſeruitute eſt, manui, hoc eſt poteſtati ſubditus eſt, et manumiſſus liberatur poteſtate Vlpian. l. 4 D. De iuſtit. et iure. Plaut. Aulul. 5, 19 Igitur orabo, vt manu me mittat. *Adde* Cic. pro Milon. 58 c. 22 *pr.*

MANVMISSIO, ōnis. f. [ἀπελευθερία] Manumiſſio ad ſeruos pertinet, non ad filios Vlp. l. 1 §. 4 D. quando de peculio. *Sed poſtea emancipatio quoque ſub manumiſſione comprehendebatur. Conf.* Suet. Galba c. 10. Sen. de Clem. c. 3. Cic. pro Cael. 68 c. 29 Sed ſcire cupio, quid habeat argumenti iſta manumiſſio. Maſſilienſes tres in eodem Manumiſſiones reſcindi permittunt Val. Max. 2, 6, 7. Manumiſſio, *inquit* Vlpian. l. 4 D. de iuſtit. et iur. a iure gentium originem ſumſit; vtpote quum iure naturali omnes liberi naſcerentur, nec eſſet nota manumiſſio, quum ſeruitus eſſet incognita. Sed poſteaquam iure gentium ſeruitus inuaſit, ſequutum eſt beneficium manumiſſionis. *Conf.* Dig. tit. Si a parente quis manumiſſus ſit: *it.* Plin. Ep. 8, 18. Iſidor. 9, 4.

MANVMISSVS, a, um. Partic. Cic. Att. 2, 18 *et* 19. pro Cael. 68 c. 29. *Et* Fam. 13, 77. Mortui manumiſſi *exemplum reperitur ap.* Petron. c. 65 *vbi vid. Interpp.*

MANVMISSOR, ōris. m. Vlpian. l. 1 §. 5 D. Si a parente quis, *etc.* vſus eſt. *It.* Tertull. adu. Marc. 5, 4.

MANVFACTVS, *vnica dictione, aut duabus, opponitur* Naturali. Celſus 3, 27 Naturales, vel manufactae natationes. Cic. de Fin. 3, 74 c. 22 Quid enim aut in natura, qua nihil eſt aptius, nihil deſcriptius; aut in operibus manu factis tam compoſitum, tamque compactum et coagmentatum inueniri poteſt? Opus manufactum Paullus in l. ſupra. §. vlt. D. de aqua pluu. arcend. Idem in l. Ateius. eod. tit. Manufactum aliquid. Manu facta piſcina Varr. de R. R. 3, 11. *Sic* Cic. Off. 2, 14 Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum, agrorum irrigationes, moles oppoſitas fluctibus, portus manufactos.

MANIFICAE vlcerationes Cael. Aurel. *i. manufactae: vid. Reineſ. Var. Lect. p. 667.*

MANVSATVS, *rectius diuiſe* Caeſ. Bell. Ciu. 3, 44.

MANSTVTOR, ōris. m. *Qui manu tuetur et tenet, quique poſſidet.* Plaut. Trucul. 4, 4, 6 Video eccum qui manſtutorem meum adoptauit bonis.

MANVA, ae. f. Dragma, manipulus *in* Gloſſ. *Conf.* Iſidor. *it. Salmaſ. in* Solin. p. 266.

MANVATVS eſt, *pro* Furatus eſt, *vſurpat* Laberius in Mimis. Et in Fullone, Furem, Manuarium *appellat. Sed haec obſoleta. Vid.* Gell. 16, 7. *Et* Manuatus, *pro In manipulos collectus* Plin. 19, 2.

MANICVLA, ae. f. Dimin. [μαρυίδιον] *Parua manus.* Plaut. Pſeud. 5, 1, 16 Vbi mamma manicula opprimitur. *vid. h. l. Boxhorn. Conf.* Rud. 4, 4, 125.

MANVĀLIS, e. Adi. [χειραῖος] Plin. 24, 15 Ob id incipientibus hydropicis efficax, manualibus ſcapis eius in tribus heminis aquae decoctis vsque ad tertias. Aqua Tertull. Apologet. c. 39 *vbi vid. Pamel.* Pecten manualis Plin. 18, 30. Faſciculus lini Plin. 19, 1. *h. e. Qui manum implet.* Saxa, *Quae manu commode tolli et proiici poſſunt* Tacit. Ann. 4, 51, 1.

MANVALE, *apud* Iſid. Gloſſ. Liber ad gerendum aptus, Enchiridion. *Huc pertinet* lemma Martial. 14, 84 Manuale, *ſermonem enim ibi eſſe de libello, qui in ſinu circumferatur, ſatis ipſum epigramma indicat, quod damus in* BARBATVS.

MANVARIVS, a, um. Adi. Manuarius *pro fure* Laber. *ap.* Gell. 16, 7. Gell. 18, 13 Hoc aere collecto, quaſi manuario coenula curabatur omnibus, *etc.* Eſt autem Manuarium aes, *quo quisque colluſorum* manum, *i. iactum in illo luſu redimebat. Vid. totus locus et conf.* MANVS n. 11. Molae manuariae, et iumentariae Iabolenus in l. Dolia. D. de fund. inſtruct.

MANVLEA, ae. f. *Idem quod Manica.* Plaut. Fragm. Clitell. 14. *Vid. etiam Turneb. Aduerſ. -, 4. Hinc,*

MANVLEĀTVS, a, um. Adi. [χειριδωτὸς] Homo manuleatus, *Tunica indutus manicata. Et,* Manuleatam tunicam *dicimus, Manicas prolixiores habentem.* Plaut. Pſeud. 2, 4, 48. Suet. in Calig. c. 52. *al. leg.* maniclatus. Manuleatus, *metaphorice pro Delicato.* Senec. Epiſt. 33 *pr.* Apud me vero Epicurus eſt et fortis; quanquam manuleatus ſit.

MANVLEARIVS, i. m. [χειριδωτοποιὸς [*Qui veſtimenta manicata conficiebat.* Plaut. Aulul. 3, 5, 37 Flammearii, violarii, carinarii, aut manulearii, aut myrobrecharii. *Adde Reineſ. ad Claſſ. 2, Inſcript. 83. et Spon. Miſc. p. 224.*

MANVBRIVM, i. n. [κώπη, λάβη] *Capulum cuiuscunque rei ſignificat.* Plin. 16, 43 Hyginus manubria ruſticis carpinea, iligna, cerrea. Manubrium, dictum quod manu teneatur Varr. de L. L. 5, 8 *extr.* Trulla excauata cum manubrio aureo Cic. Verr. 2, 62. Oſſea manubria cultellorum Iuuen. Sat. 11, 133. Eximere e manu manubrium Plaut. Aul. 3, 4, 12 *prouerbialiter, i. occaſionem ac facultatem agendi praeripere.* Malleus ſapientior Manubrio Plaut. Epid. 3, 4 *extr.*

MANVBRIŎLVM, i. n. Dimin. [κωπίδιον] Celſ. 7, 6 *de vngue oculorum*, Lini duo capita apprehendere; et per ea erecto vngue, ſi qua parte oculo inhaeret, manubriolo ſcalpelli diducere, donec ad angulum veniat.

MANVBRIATVS, a, um. *Manubrio praeditus.* Ammian. 25, 4 Manubriati cultri. *Adde* Pallad. 1, 43.

MANVBALISTA, *Baliſta minor, quae manu geri vnius, et adminiſtrari poteſt, nec rotis eſt impoſita.* Veget. 4, 22 Scorpiones dicebant, quas nunc manubaliſtas vocant, ideo ſic nuncupati, quod paruis ſubtilibusque ſpiculis inferant mortem. *Add.* 2, 15 *extr.*

MANVBALISTARIVS, *qui parua id genus baliſta vtitur.* Veget. 4, 21 *pr.* Admotis turribus ſunditores lapidibus, ſagittarii iaculis, manubaliſtarii vel arcubaliſtarii ſagittis — ſubmouent hoſtes. *Add.* 3, 14.

MANVBIAE, arum. f. [λάφυρα, σκῦλα ἀπὸ ζώντων ἀφαιρούμενα Gloſſ. Lat. Gr.] *pluraliter tantum legitur, Praeda ex hoſtibus capta. Et quidem proprie, vt* Aſconius *ſcribit* in Verr. de Praet. Vrb. ſ. 1, 154 c. 59 Manubiae ſunt praedae imperatorum pro portione de hoſtibus captae. Cic. Verr. 3, 186 Qua ex praeda aut manubiis, haec abs te donatio conſtituta eſt? Nonius Marcellus 5, 39 Manubias (*inquit*) a Praeda hoc diſtare veteres exiſtimauerunt; vt ſit Praeda, corpora ipſa rerum quae capiuntur: Manubiae vero, pecuniae ex praeda vendita redactae *et ita explicat illud* Cic. de Lege Agr. 1, 12 c. 4 Quod ad quemque peruenit, peruenerit ex praeda, ex manubiis, ex auro coronario. Gell. 13, 24 *copioſe diſputat, quid ſibi velit ſubſcriptio* ſimulacrorum in foro Traiani, EX MANVBIEIS: *et ſinit*, Itaque haec inſcriptio non res corporaque ipſa praedae demonſtrat, — ſed facta eſſe haec comparataque ex manubiis, id eſt ex pecunia praedaticia, declarat. Manubiae enim ſunt non praeda, ſed pecunia per quaeſtorem Populi Rom. ex praeda vendita contracta. *Et tamen tempore florentis reip.* manubiae *ea tantum praedae pars vocata fuiſſe videtur, quae imperatori aſſignabatur, atque ab eo plerumque in rem ſacram aut opera publica impendebatur.* Flor. 1, 7 De manubiis captarum vrbium templum erexit. EX MANVBIEIS Inſcriptio *ap.* Gell. l. c. Fuluius non dubitauit Martis manubias muſis conſecrare Cic. pro Arch. c. 11. Ex Manubiis Athenarum arx eſt ornata Nep. 5, 2, 5. *Vid. Heinſ. in Epiſtolarum Sylloge Burmann. T. IV p. 782 et 783 ſeq. et 787 etc.* Cic.

Verr.

Verr. 3, 9 Nonne perſpicuum eſt Verrem eſſe qui veſtras villas ſuis manubiis ornet? *i. Signis et ſupellectili quae depraedatus eſt. Conf.* Suet. Veſp. c. 16 *ibique Torrent.* Manubias facere, *Praedari.* Cic. Verr. 1, 154 Dubitamus, quid iſte in hoſtium praeda molitus ſit, qui manubias ſibi tantas ex L. Metelli manubiis fecerit? *Add.* pro Domo 114 c. 43. ¶ 2 In libris Etruſcorum (*apud* Seru. *ad* Aen. 1, 46) lectum eſt, iactus fulminum Manubias dici, et certa eſſe numina, poſſidentia fulminum iactus; vt Iouem, Iunonem, Mineruam, ſicut ſupra dictum eſt, vnde cauendum, ne hoc aliis numinibus demus. *Nempe paullo ante dixerat :* Cum Varro Diuinarum V. quatuor DIs fulmina adſignet, inter quos et Mineruae, quaeritur, cur Minerua Iouis fulmen miſerit? *etc.* Tuſcorum literae *apud* Plin. 2, 52 nouem Deos emittere fulmina exiſtimant *etc. Conf.* Sen. Qu. Nat. 2, 32 ſqq. *In primis* c. 41 Etruſci dicunt fulmina a Ioue mitti, et tres illi manubias dant. Prima, vt aiunt, monet et placata eſt, et ipſius conſilio Iouis mittitur. Secundam mittit quidem Iupiter, ſed ex conſilii ſententia : duodecim enim deos aduocat. Hoc fulmen boni aliquid aliquando facit, ſed tunc quoque non aliter, quam vt noceat. Ne prodeſt quidem impune. Tertiam manubiam idem Iupiter mittit, ſed adhibitis in conſilium Diis, quos ſuperiores et inuolutos vocant. Quae vaſtat et includit et mutat ſtatum priuatum vtique et publicum, quem inuenit. Ignis enim nihil eſſe quod ſit patitur. *Itaque etiam ſingulari numero* Manubia *eſt. Paullo aliter* Feſtus: Manubiae Iouis tres eſſe dicuntur, quarum vnae ſunt minimae, quae moneant, placidaeque ſint. Alterae, quae maiores ſunt, ac veniant cum fragore, diſcutiantque aut diuellant quae a Ioue ſint, et conſilio deorum mitti exiſtimentur. Tertiae his ampliores, quae cum igne veniant; et quanquam nullum ſine igne fulgur ſit, hae propriam differentiam habeant, quod aut adurant, aut fuligine deforment, aut accendant, quae ſtatum mutent deorum conſilio ſuperiorum. Ammian. Marcell. 17, 7 Velut numine ſummo fatales contorquente manubias. Martian. Cap. 9 p. 303 Huic pater tuas aſſereris crediſiſſe manubias ac triſulcae lucis commiſiſſe fulgorem, quae vias, veſtigia, aduentum, exitusque igniuagae denuntiationis agnoſcit : *Sic auguralem diſciplinam deſcribit.' Add.* Seru. *ad* Aen. 8, 429. *Caeterum quod ait* Varro de L. L. 7, 4 Manubias a manu *dictas, illud tum ad ſpolia, tum has Iouis* Manubias *referri poſſe, apparet. Addimus* Charif. 1 p. 75 Manibias per duo i dicendum, quia ſunt a manibus, vt putat Verrius, dictae. Sed et per u dici poſſunt, a manus virtute contractae. ¶ 3 *Hinc Thraſonice* Stratophanes Plautinus Truc. 5, 35 Abſtine hoc, mulier, manum, Niſi te mea manubia machaera et hunc vis emori. *Poſſit quidem intelligi pars ſpoliorum opimorum regi alicui aut imperatori detracta, ſed ſplendidius tamen, et hoc Thraſone dignius eſt intelligere* Machaeram *fulminatricem. Priori alioquin rationi fauerent* Armorum Manubiae Flor. 2, 18. *i. arma, quae Numentini Romanis ademerant.*

MANVBIĀLIS, e. Adi. [σκυλευματικὸς] *Quod ad manubias pertinet ;* Manubialis pecunia, *quae ex venditione praedae contracta eſt* Sueton. in Aug. c. 3.

MANVBIARIVS, a, um. Adi. [λαφύρων, μέτοχος] *Manubiarum particeps.* Plaut. Trucul. 4, 4, 27 Amicus mihi eſto manubiarius, *i. Qui manubias et exuuias affert et ſpolia. Turneb.*

MANVBIO, āre. De Arabe aut Sarmata Manubians Flor. *apud Barth. Adu.* 4, 5.

MANVCIOLVM, i. n. *Faſciculus, manipulus.* Petron. c. 63. *vbi* mater videt filium ſuum manuciolum de ſtramentis factum.

MANVINSPEX, ĭcis. m. χειροσκόπος Gloſſ. Vet.

MANVPLETIVS, a, um. Adi. χειροπλητὲς, Manupletium Gloſſ.

MANVSINIECTIO, ōnis. f. *Vid. diuiſim in* Manus.

MANVPRESSVS, a, um. Adi. Caſeus Columel. 7, 8 *extr. Praeſtat disiungere vocem.*

MANVPRETIVM, *ſ.* MANVSPRETIVM : *vid.* Manus.

MANVTIVS, i. m. *Qui longas habet manus.* Gloſſ. Iſidori.

MANVTERGIVM, i. n. *Mantile.* Iſidor. 19, 26.

MANVTEXTOR, oris. m. *Dicitur eſſe ap.* Auctor. *ad* Herenn. l. 4.

MANVTIGIVM, i. n. *Leuis contrectatio.* Cael. Aurelian. Tard. 1, 4. *Conf. Reineſ. V. L. p.* 667.

M A P

MAPALIA, ōrum. n. [μαπάλια] *Punica lingua Agreſtes caſae dicuntur.* Feſtus : Mapalia, Caſae Poenice appellantur ; in quibus, quia nihil eſt ſecreti, ſolet ſolute viuentibus obiici id vocabulum. Cato Originum 4 Mapalia vocantur vbi habitant ; ea quaſi cohortes rotundae ſunt. Plin. 5, 3 Numidae vero Nomades, a permutandis pabulis, mapalia ſua, hoc eſt domus plauſtris circumferentes. Martial. 8, 55 Pallidus attonitos ad plena mapalia paſtor. Cum reuocat tauros. Idem 10, 20 Tecum ego ſicci Gaetula mapalia, Poeni, Et poteram Scythicas hoſpes amare caſas. Virgil. Georg. 3, 340 Et raris habitata mapalia tectis. Diſperſa mapalia Sil. 17, 90. Vacua Lucan. 2, 89. Sall. Iug. 18, 8 Caeterum adhuc aedificia Numidarum agreſtium, quae mapalia illi vocant, oblonga, in curuis lateribus tecta, quaſi nauium carinae ſunt. Idem 46, 5 In Numidiam procedit, vbi — ex oppidis et mapalibus praefecti regis obuii procedebant. *Hic collectiue ſumitur de pagis et vicis, e* mapalium *multitudine* conſtantibus. Hieron. in Amoſ. . . . . Agreſtes caſas et furnorum ſimiles Afri vocant mapalia. *Et* Epiſt. ad Demetriaden Cunctae per Africam Eccleſiae quodam exſultauere tripudio: non ſolum ad vrbes, oppida, viculosque, ſed ad ipſa quoque mapalia celebris fama penetrauit. Sidon. 2, 1 Habent tamen tuguria ſ. mapalia mea ciuicum frigus. Et in Paneg. Maioriani *extr.* Cinyphii captiua mapalia Bocchi. Mapalia *an eadem ſint quae* Magalia, *ſupra h. v. diſputatum eſt : et obſeruatum tutius diſtingui. Certe* modus *primae ſyllabae repugnat : et nimis facile fuit librariis* p *et* g *permutare. Quod* Victor Vticenſis l. 1 (*apud Sauaro.* ad Sidon. 2, 1 p. 128) *ait de loco extra murano* (Carthaginis) qui locus mapalia vocatur, vbi ſepultus S. Cyprianus : *de quo* in actis Paſſionis S. Cypriani *dicitur*, in via Mappalienſi iuxta piſcinas, *poſſunt re vera caſae agreſtes intelligi, quia additur,* in areis Macrobii Candidi *etc. Certe nihil magnopere inde contra diſtinctionem dictam efficitur.* ¶ 2 *Figura eſt, cum* Iupiter *ap.* Senecam in Apocol. Ego, inquit, P. C. interrogare vobis permiſeram, vos mera mapalia feciſtis. Volo ſeruetis diſciplinam curiae. *i. vos tumultum et ſtrepitum ruſticorum barbarorum tuguriis, quam caeli curia digniorem excitaſtis.*

MAPPA, ae. f. *Linteum, quo recumbentes inter ſcyphos et epulas vtebantur.* Χειρόμακτρον Gloſſ. Lat. Gr. χειρεκμαγεῖον, mantela Gloſſ. Graeco-Lat. χειρόμακτρον, mantela Id. Mappa μάκτρον, mantile ἐπιτραπέζιον, Colloquia vet. Gr. Lat. *Eam pro ſe quiſque afferebat.* Martial. 12, 29 Attulerat mappam nemo, dum furta timentur. Idem 10, 87 Et vani triplices, breuesque mappae. Seru. *ad* Aen. 1, 702 Mantilia Virgilii *reddit* mappas. Idem *hoc vocabulum* ſecundum artem plurali tantum numero dici *tradit ad* Aen. 2, 272. Candidae Stat. Silu. 1, 6, 31. Luridae Idem ibidem 4, 9, 25. Sordida Horat. Epiſt. 1, 5, 22. Triclinariae Varr. de L. L. 8, 33. Variata Martial. 4, 46. Compeſcere riſum mappa Hor. Serm. 2, 8, 63. *In conuiuio enim mappa ori apponitur, alias detergendi, hic compeſcendi riſus gratia.* ¶ 2 Mappa *eſt pannus cretatus, quo magiſtratus ludis praeſidens eos committit, h. e. ſignum dat procurrendi et certamen incipiendi.* Sueton. Neron. 22 Vniuerſorum ſe oculis in circo maximo praebuit, aliquo liberto mittente mappam, vnde magiſtratus ſolent. *Forte ab hoc ipſo loco inductus* Caſſiod. Var. 3, 51 *ſcripſit*, Mappa vero, quae ſignum dare videtur Circenſibus, tali caſu fluxit in morem: Cum Nero prandium protenderet, et celeritatem, vt aſſolet, auidus ſpectandi populus flagitaret, ille mappam, qua tergendis manibus vtebatur, iuſſit abiici per feneſtram, vt libertatem daret certaminis poſtulandi. Hinc tractum eſt, vt oſtenſa mappa certa videatur eſſe promiſſio Circenſium futurorum. Quinctil. 1, 5, 57 Mappam, vſitatum Circo nomen, Poeni ſibi vindicant. Taurum color rubicundus excitat, vrſos leonesque mappa proritat Sen. de Ira 3, 30. Martial. 12, 29 Cretatam Praetor quum vellet mittere mappam ; Praetori mappam ſurripit Hermogenes. Iuuen. Sat. 11, 191 Interea Megaleſiacae ſpectacula mappae. *i. circenſium in Megaleſiis.* Tertull. de Spectac. c. 16 Cognoſce dementiam de vanitate; miſit dicunt, et nuntiant inuicem, quod ſimul omnibus viſum eſt. Teneo teſtimonium caecitatis : non vident miſſum quid ſit, et mappam putant, ſed eſt diaboli ab alto praecipitati figura. Mappâ, quod aiunt, miſſâ Tertull. adu. Valent. c. 16. *Add. figuram ap. Ruben. Elect. 1, 30.* ¶ 3 Mappae *dicti fuerunt etiam apud veteres libri lintei : vid. Salmaſ. ad* Vopiſci Aurelian. *et hodieque* Mappae geographicae *dicuntur.*

MAPPVLA, ae. f. Dimin. *Linteum, quo aegrotantes terguntur, ap.* Hieron. Epitaph. Paullae, ſ. Epiſt. 27, 13.

MANZER, eris. m. *Vox Hebraica, quae idem valet ac ſpurius : et de Iudaeis vſurpatur, vt,* Chriſticolae vt cernunt tunc agmina Manzera iungi Fortunat. Carm. 5, 4, 75. Manzeribus populis in deteriora volutis Sedul. Paſch. 4, 259.

M A R

MARĂTHON. [Μαραθὼν] *Campus Atticae, inſignis Miltiadis gloria, qui centum millia ex Darii Perſarum regis exercitu in eo profligauit.* Ouid. Met. 7, 434 Te, maxime Theſeu, Mirata eſt Marathon Cretaei ſanguine tauri.

MARATHONIVS, a, um. Adi. [Μαραθώνιος] Taurus Marathonius *dictus eſt, Qui apud Marathonem a Theſeo interfectus eſt.* Cic. Tuſc. 4, 50 c. 22 An etiam Theſeus Marathonii tauri cornua comprehendit iratus? Virgo Marathonia, *Erigone* Stat. Silu. 5, 3, 74. Marathonia pugna Cic. Att. 4, 12. *et* Nepos 2, 2, 6.

MARĂTHRVM. [Μάραθρον] *Herba, quam* Latini Foeniculum vocant Plin. 20, 10. *et* 21, 9. *et* 30, 4. Apul. de Herb. c. 124. Expreſſae marathro guttae Samon. v. 207. *Conf.* Idem v. 313 *et* 944.

MARATHRĪTES. [Μαραθρίτης] *Vinum, eo modo dictum, quo Aromatites, nempe quod marathrum infuſum habet ; valetque ad viſus imbellicitatem adiuuandam. Vid.* Columel. 12, 35.

MARĂTHVS. [μάραθος] *Herba, cuius meminit* Ouidius de Medicam. faciei 91 Profuit et marathos bene olentibus addere myrrhis. *Alii* Marathros.

MARCELLVS, i. m. [Μάρκελλος] *Cognomen, quo illuſtriſſima Claudiae gentis familia plebeia diſtinguebatur. Interpretantur quaſi* Martellum *i. paruum Martem. Sed v. mox* MARCVS. *Virtus eorum bello in primis Punico ſecundo enituit.* Hor. Carm. 1, 12, 46 Creſcit occulto velut arbor aeuo Fama Marcelli. Ferox Marcellus Claud. in Eutrop. 1, 456.

MARCELLEA. [Μαρκέλλεια] *Feſta inſtituta Syracuſis in honorem* Marcelli, *quod is Siciliam optime rexiſſet. Horum meminit* Cic. Verr. 2, 51 *et* 154.

MARCEŎ, ui, ēre. [μαραίνομαι] *A virore, vigore, ſucco, viribus deſtitui : opponitur his, quae a ſucco turgent, aut alias vehementer viuida ſunt.* Martial. 5, 79 Marcentes tibi porrigentur vuae, *i. rugoſae, a maturitate.* Liu. 23, 45 Marcere Campana luxuria, vino et ſcortis, omnibusque luſtris per totam hiemem confectos. Epulis marcere Claud. de Bell. Get. 368. Animus marcet Celſ. 2, 2. Corpus marcet annis Lucret. 3, 959. Silua marcet comis Stat. Silu. 5, 5, 29. Venae marcent Lucan. 4, 326. Vir marcet ab annis Ouid. Amor. 1, 13, 41. Marcere, *abſolute, pro triſtem, moroſum eſſe.* Lucret. 3, 970 Omnia perfructus vitai praemia, marces?

MARCENS, entis. Partic. Marcidus et Marcens, τετηκώς, νωθὴς ἀπὸ κραιπάλης Vet. Gloſſ. Plin. 9, 45 Alias marcenti ſimilis, et iactari ſe paſſa fluctu algae vice. Arma marcentia Sil. 15, 746. *i. Hominis marcentis al.* Anni. Colla Stat. Theb. 2, 632. Guttura Ouid. Met. 7, 314. Pocula Stat. Silu. 4, 6, 56. Potorem marcentem recreare Horat. Serm. 2, 4, 58. Viſu marcente Senec. Agamemn. 8. *i. Languente.*

MARCESCO, ui, ĕre. [μαραίνομαι] *Putreſcere.* Plin. 10, 48 Corpus occiſae ſtatim marceſcit. Marceſcere deſidia et otio, *Langueſcere.* Liu. 28, 35. Languore Colum. 7, 7, 1. Otio ſituque Liu. 33, 45, 7. Vino nimio Ouid. ex Pont. 1, 5, 45. Otia marceſcunt per inertes ſomnos Idem ibidem 2, 9, 61. Marceſcente adhuc ſtomacho pridiani cibi onere Sueton. in Calig. 58. *al.* marcente.

MARCĬDVS, a, um. Adi. *Langueſcens, marcens, vigore carens.* Lilia demittunt ſubito caput Ouid. Met. 10, 192. Pingui Otio Sidon. Epiſt. 1, 6. Plin. 11, 37 Feſſis equis aures marcidae. Marcidus ſomno, et heſterna coena redundans Plin. in Paneg. c. 63. Otia marcida luxu Claud. Conſ. Hon. 3, 40. Vina marcida Stat. Silu. 1, 6, 33.

MARCIDVLVS, a, um. Dimin. Mart. Capel. 7 *init.*

MARCIDO, āre. Marcidat, τήκει, τήκεται Gloſſ. Vet.

MARCESCIBILIS, e. *Vnde* Immarceſcibilis.

MARCOR, ōris. m. *Languor, vigoris defectus.* Segetum ſine fruge ſurgentium marcor Sen. Qu. Nat. 3, 27. Celſ. 3, 20 In hoc marcor, et inexpugnabilis paene dormiendi neceſſitas. Marcor, *Ignavia,*

via, torpor. Inde moeror marcorque et mille fluctus mentis incertae Sen. de Tranquill. c. 2. Paterc. 2, 119, 2 Exercitus omnium fortiſſimus, marcore ducis, perfidia hoſtis, iniquitate fortunae circumventus. Turpis marcor Stat. Theb. 10, 263.

MARCVLENTVS, a, um. Adi. *Idem ac Marcidus.* Fulgent. Mytholog. 2, 8 Marculenta caluities.

MARCĬPOR, oris. m. [μαρκίπαις] Marci puer, hoc eſt famulus, *inquit* Feſtus *in* Quintipor: *eſt ibi etiam* Caipor. Plin. 33, 1 Singuli Marcipores, Luciporesue dominorum gentiles, omnem victum in promiſcuo habebant. *Significat priſcos Romanos ſingulis ſeruis contentos fuiſſe: quare* Marcipores *et* Lucipores, *quaſi* Marci pueri, *vel* Lucii *vocabantur, quaſi miniſtri et aſſeclae, vt Graeci* παῖδας *vocant ſeruos: quod in numeroſa familia poſtea fieri non potuit.* Quinctil. 1, 4, 26 In ſeruis iam intercidit genus illud *nominis*, quod ducebatur a domino, vnde Marcipores, Publipores. *Adde* Priſcian. 6 p. 700. *Voſſ. Inſtitut. Orator.* 4, 12 p. 225. Marcipor, *Satira quaedam* Varronis *inſcripta fuit, in qua, vt ſuſpicatur Turnebus, de ſeruitute diſſerebat, et herili imperio. Vid. plura apud eundem* Adu. 24 c. vlt.

MARCIVS, a, um. Adi. *Gentis Romanae nomen, quam antiquiſſimam fuiſſe, ſuadet* Liu. 1, 20 *vbi Numa Rex* Pontificem legit Numam Marcium Marci filium, ex patribus. *Hinc* Marcia aqua *a* Q. Marcio Rege *ducta in vrbem.* Plin. 31, 3. 36, 15.

MARCIANVS, a, um. Adi. *Ex Marcia gente.* Marciana carmina *a* Marcio *vate.* Liu. 25, 12. Plin. 7, 33. Marcianum foedus, *apud* Cic. pro Balb. 34 *et* 39 c. 15 *et* 16.

MARCOMĂNI. [Μαρκόμανοι] *Germaniae populi.* Stat. Silu. 3, 3, 170 Quae modo Marcomanos poſt horrida bella, vagosque Sauromatas.

MARCŬLVS, i. m. [ῥαιστὴρ] *Inſtrumenti nomen, quo fabri aerarii vti ſolent.* Marculus, malleolus et malleus, σφῦρα, σιδηρᾶ, καὶ κόπανον Vet. Gloſſ. Plin. 7, 56 Tegulas inuenit Cinyra Agrippae filius, et metalla aeris: vtrumque in inſula Cypro: item forcipem, marculum, vectem, incudem. Martial. 12, 57. Theodulf. Carm. 2, 284. *vid.* Feſt. *it. infra* MARTELLVS.

MARCVS, i. m. Malleus maior; Marcellus, mediocris; Marculus, puſillus Iſidor. 19, 7. ¶ 2 Marcus, *Praenomen.* Marcum *vero dictum volunt, quaſi* Maſcum, *quod primus qui fuit eo praenomine, plane maſculus eſſet. Alii a* Marra, *quaſi* Marricum, *deducunt, quod a rebus ruſticis Romani ſaepe nomina capiebant. Alii* Marcum *putant eum eſſe dictum, qui* Martio *menſe natus eſſet, nec eos mouet, quod* Marcus *non* Martius *ſcribatur. Haec poſtrema ratio placet auctori* Epitomes de Nominibus Romanorum. Marci municipem vides: *Aenigmatice dictum putat* Turneb. 24, 46. *a* Senec. in Apocolocyntoſi, *Exiſtimat autem ſignificari Claudium Caeſarem non verum germanumque Romanum eſſe, ſed inquilinum, quales erant municipes Ciceronis, quos tamen contendebat veros eſſe Romanos, quum municipibus diceret duas eſſe patrias, vnam loci, alteram iuris. Claudius vero non Romae, ſed Lugduni natus fuerat. Haec ille. Sed contortum merito videtur Gronouio: qui Munatii aut Planci legendum putat.*

MARE, is. n. [θάλασσα, ἅλς] *Magna illa aquarum ſalſarum colluuio.* Acceſſus maris, *vid.* ACCEDO. Aequor maris Virg. Aen. 2, 780. Aeſtus, *vid.* AESTVS. Aſpera maris Tacit. Ann. 4, 6. Forma iniuſti caerula maris Ouid. Amor. 2, 11, 12. Proxima maris Tacit. Ann. 3, 1. Rabies caelique marisque, *h. e. Intempeſtas.* Virg. Aen. 5, 802. Via tuta maris Ouid. Met. 11, 747. Vnda reſtagnantis maris Idem ibid. 11, 364. ¶ 2 *Epitheta:* Acclinata terris maria Stat. Silu. 5, 4, 6. Adueniens mare, *vid.* ADVENIO. Altum Catul. de Berecynth. 61, 1. Ardua Valer. Argon. 8, 352. Aſpera Virg. Aen. 6, 351. *Quae multum mihi incommodi attulere.* Auarum Hor. Carm. 3, 29, 61. Caeruleum Senec. in Hippol. 5, 1. Clauſum, *vid. infra* Claudi. Commune omnibus, *vid.* COMMVNIS. Effuſum late Hor. Ep. 1, 11, 26. Ferum Catul. de Berecynth. 61, 40. Fluctuoſum Plaut. Rud. 4, 2, 5. Graue remigantibus Tac. Agr. 10, 7. Hibernum . . . Humida Virgil. Aen. 5, 594. Iactabundum Gell. 19, 1. Ignotum Martial. 7, 18. Cic. Tuſc. 1, 73 Tanquam ratis in mari Immenſo noſtra vehitur oratio. Importuoſum Tacit. Ann. 12, 20. Inclinata Stat. Theb. 4, 62. Indomitum Tibull. 2, 3, 49. Infectum venenis, *vid.* INFICIO. Inferum *ratione Italiae, i. Tyrrhenum, vel Tuſcum: vt* Mare ſuperum, *id eſt Adriaticum, vel Ionium.* Cicer. Att. 9, 3. *Adde* de Orat. 3, 69. *Et* Att. 8, 3. *et* 25. Infuſa terrae, *vid.* INFVNDO. Ingens Ouid. Met. 3, 448. Iratum Hor. Epod. 2, 6. Laceſſitum, *vid.* LACESSO. Magnum Lucret. 2, 553. Mediterraneum, *vid. poſt* MEDIVS. Medium Virg. Ecl. 3, 58. Pacatum Liu. 24. Hor. Od. 4, 5, 19. Pigrum Tacit. Agric. 10, 7. Placidum Virg. Ecl. 2, 26. Proceloſum Senec. Medea 6. Cicer. pro Planc. 15 Illae vndae comitiorum, vt mare Profundum et immenſum, ſic efferueſcunt, *etc.* Purpureum Virg. Georg. 4, 373. Purpureum mare videtur Fauonio naſcente Cic. Acad. 4, 105. Refluum Oceani Ouid. Met. 7, 267. Refugum Stat. Theb. 12, 634. Rubrum, *ſ.* Erythraeum, *vid.* Mela 3, 7. Saeuum Senec. Octau. 6. Sollicitum, *i. Impulſum et ventis agitatum.* Virg. Georg. 4, 262. Tempeſtiuum ad nauigandum Cic. pro L. Manil. c. 12. Tranquillum Stat. Silu. 4, 3, 93. Tumidum Virgil. Aen. 8, 671. Tumultuoſum Hor. Carm. 3, 1, 26. Turbatum Liu. 24. Turgidum Hor. Carm. 1, 3, 19. Vaſtum Senec. Oedip. 14. Gell. 19, 1. Veliuolum Virg. Aen. 1, 228. Ventoſum Hor. Carm. 3, 4, 45. Violentum Gell. 19, 1. ¶ 3 *Verba:* Adornare mare, *vid.* ADORNO. Aduehere per mare, *vid.* ADVEHO. Agitari mare et turbari vi ventorum Cicer. pro Cluent. 138. Vt mare quod ſua natura tranquillum ſit, ventorum vi agitari atque turbari: ſic, *etc.* Agitatur mare ventis Ouid. Epiſt. 2, 35. Ambulare maria, *vid.* AMBVLO. Ardet ventis mare Florus 4, 2. *i. Vehementiſſime agitatur.* Claudi mare *dicitur, cum nauigationes per tempeſtatum acerbitatem ceſſant. vid.* Veget. 5, 9. l. Quoties 3 C. de naufragiis. Plin. 2, 47. *Vid. Turneb. Adu.* 18, 24. *Aliter* Caeſ. Bell. Gall. 3, 9 Concluſum mare *pro Interno vel Mediterraneo.* Collucet mare a Sole, *vid.* COLLVCEO. Confundere mare caelo Iuuen. Satir. 6, 282. *tumultuari prae ira, et exclamare vt ille* Terentianus Demea Adel. 5, 3, 4 O caelum! o terra! o maria Neptuni! *vid. mox* Miſcere. Conglobatur, *vid.* CONGLOBO. Contrahitur Ouid. Met. 2, 262. Conuoluit turbo Senec. Agamemn. 6. Decurrere tuto mari Ouid. Met. 9, 590. Dant maria placata venti Virg. Aen. 3, 70. Viam qui neſcit qua Deueniat ad mare, eum oportet amnem quaerere comitem ſibi Plaut. Poen. 3, 3, 14. Ferri mari incerto Horat. Epod. 9, 32. Habere infeſtum, *vid.* INFESTVS. Hiemat atrum Hor. Serm. 2, 2, 17. Iacet planum Iuuen. Sat. 12, 62. Incubuere mari venti Virg. Aen. 1, 88. Ingredi mare pedibus, *vid.* INGREDIOR. Inuehi per mare, *vid.* INVEHO. Mergit ſe in mari, *vid.* MERGO. Iuuen. Sat. 2, 25 Quis caelum terris non Miſceat, et mare caelo, Si fur diſpliceat Verri *etc. Eſt omnia turbare clamoribus. Vid.* Confundere *et n.* 4 Mare, Terra. Mollit mare, Mouere omnes terras, omnia maria, Nauigare mare, Peragrare pedibus maria, Pergere per mare, *vid. hh. vv.* Polliceri maria et montes Salluſt. Cat. c. 23. *i. res maximas.* Praebere nauigabile, *vid.* NAVIS. Praeteruectus laeua maris Tacit. Hiſt. 2, 2. Saeuibat coortum Lucret. 5, 1000. Scindere nauigiis Ouid. de Arte Am. 2, 671. *al.* Findere remigiis. Hor. Carm. 1, 1, 14 Myrtoum pauidus nauta Secet mare. Siſtere turbatum Ouid. Met. 7, 154. Stat mare placidum ventis Virgil. Ecl. 2, 26. Stridet Idem Georg. 4, 262. Ouid. Epiſt. 11, 75 Vt mare fit tremulum tenui quum Stringitur aura. Subſidit Idem Triſt. 1, 2, 73. Sulcare Virgil. Aen. 10, 197. Tranſire vaſtiſſimum Cicer. in Piſon. 57. Tranſilire Perſ. Satir. 5, 146. Tumeſcunt alta Virg. Georg. 2, 479. Tumuit inſanum Senec. Medea 10. Volitant per mare nautae Hor. Carm. 4, 5, 19. Voluunt mare venti Virgil. Aen. 3, 196. ¶ 4 *Formulae:* Mare Magnum et difficile tibi reſtat Cic. Fam. 16, 9. *Metaph. Sed* Mare magnum, *per excellentiam Mediterraneum mare a Latinis appellatur.* Cic. de Diuin. 1, 67 ex antiquo Poëta, Iamque mari magno claſſis cita Texitur. Plin. 9 Intrant e Magno mari Pontum verno tempore gregatim. Iſidorus 13, 16 Mare magnum eſt, quod ab Occaſu ex Oceano fluit, et in Meridiem vergit, deinde ad Septentrionem tendit, quod inde Magnum appellatur, quia caetera maria in comparatione eius minora ſunt. *Graeci quoque* ἅλα δῖαν *ex magnitudine vocant.* Mentula habet iuſta iugera prati, quadraginta arui: caetera ſunt maria Catull. 116 *pr. vid. Scalig. h. l. Rigalt. ad Onoſand. Strateg. p.* 4. *Verbo* Maria, *i. infinitae opes.* Plaut. Aſin. 1, 2, 8 Nam mare, haud eſt mare, vos mare Acerrumum. *de meretricibus.* Mare, terra, caelum, di veſtram fidem, ſatin' ego oculis plane video? Plaut. Trin. 4, 3, 63. *Exclamatio eſt perturbati et perterriti animi. Vid. p. a.* Confundere *et* Miſcere. Mari terraque quaerere, *i. Vbique.* Plaut. Poen. Prol. 105. *Sic* Vatinius Cic. Fam. 5, 9 *ad finem,* Terra marique conquirere. Mare, *pro Fluuio.* Virg. Aen. 1, 249 Vnde per ora nouem vaſto cum murmure montis It mare proruptum. *Vid.* Seru.

MARĪNVS, a, um. Adi. [ἅλιος, πελάγιος, ἐπιθαλάσσιος, ἔφαλος, ἁλιτρόφος, ἁλιγενής] *Quod mare incolit, vel quod ex mari eſt, vel quod trans mare venit.* Aeſtus marini Cic. de Diuin. 2, 34. Aqua Plin. 14, 16. Scribon. 43, 160. Conchae Ouid. Met. 15, 264. Dî Idem ibid. 13, 964. Echinus Hor. Epod. 5, 27. Fremitus Virg. Georg. 2, 160. Humores Cic. de Nat. Deor. 2, 43 c. 16. Lactuca Col. 6, 15, 2. Latex Ouid. ex Pont. 3, 1, 16. Monſtra Virg. Aen. 7, 780. Nauis Vlpian. in l. 1. §. nauem. D. de exercit. action. Oſtreae Plin. 10, 69. Paſſer, *i. trans mare aduectus, i. ſtruthiocamelus, vid. Scalig. Lect. Auſon.* 2, 7. *Sic Germani* feles marinas *vocare ſolent cercopithecos. Tales forte* Marini Caballiones, Vngues, Caudae, Vuae *apud* Veget. Mulom. 1, 20, 2 *itemque* ſtellae et pallae ibid. 4, 12, 3: *niſi malumus eſſe res in mari natas, etc.* Vitulus Plin. 9, 13. Volucres Ouid. Epiſt. 10, 123.

MARITĬMVS, a, um. Adi. [παραθαλάσσιος, παράλιος] *Quod mare accolit, vel quod ad mare eſt, vel quod ad mare fit.* Cicer. Att. 2, 16 Quod extremum eſt, te in Arpinati videbimus, et hoſpitio agreſti accipiemus, quoniam maritimum hoc contemſiſti. Maritimus *et* Remotus a mari, *contraria.* Cic. in Partit. 36. Alpes Plin. 8, 39. Bella Idem pro L. Manil. c. 19. Cuſtodiae Caeſ. Bell. C. 3, 17. Domus Liu. 27, 31. Fluctus Nep. 25, 6, 1. Cic. Verr. 5, 68 c. 27 Tamen Homines maritimos non plane reformidat. Imperium Nep. 3, 2, 2. Moribus maritimis mecum experitur, *etc.* Plaut. Ciſt. 2, 1, 11. *i. Periculum de me facit eiusmodi, cuiusmodi quum mare iactatur variis fluctibus.* Officium Caeſ. Bell. Gall. 3, 5. Oppida Id. Bell. Ciu. 3, 5. Ora Cicer. Tuſc. 5, 40 c. 14. Praedo Nep. 2, 2, 3. Praelium Gell. 5, 6. Vita Plaut. Bacchid. 2, 3, 108. Maritimum, *quod maris eſt.* Plaut. Rud. Prol. 69 Fluctus maritimos. Cicer. Tuſc. 5, 40 Quod multas naues in omnem oram maritimam dimiſiſſet, *etc.* Idem de Natur. Deor. 2, 132 Aeſtus maritimi multum accedentes et recedentes.

MARIPLACIDAE, ārum. f. Plur. *Naues quibus non niſi mari placido et tranquillo vehi licebat, ap.* Gell. 10, 25.

MAREŌTIS, ĭdis. [Μαρεώτης] *Lacus in Aegypto Straboni.* Plin. 14, 3 *etiam ait* Mareotida partem Libyae Aegypto conterminam appellari, et Mareotas, Populos in ea habitantes. *Ab hac* Mareotides vites *dictae ſunt.* Virg. Georg. 2, 91 Sunt Thaſiae vites, ſunt et Mareotides albae. *Aegypto tribuit* Seruius, *et aſſerit Cerda. Hinc*

MAREOTĬCVS, a, um. Adi. [Μαρεωτικός] Vites Mareoticae Columel. 3, 2, 24 *vbi perperam inter* Graeculas *refert, niſi tamen nomine patriae ſeruato in Graeciam translatae ſunt. Caeterum* Vites Mareotidas *et* Vinum Mareoticum *Aegypto vindicat Vlit. ad* Grat. 313 *contra Barthium, qui ipſe retractaſſe videtur ad* Stat. Silu. 3, 2, 24. Mareoticum, *abſolute, pro Vino quod ad Mareotidem Aegypti paludem naſcitur.* Hor. Carm. 1, 37, 14 Mentemque lymphatam, Mareotico.

MARGA, ae. f. [μάργα] *Genus terrae in modum cretae albae, qua vtuntur ad agros ſtercorandos. vid.* Plin. 17, 6.

MARGARIDES. [μαργαρίδες] *Palmae ſ. Dactyli,* a margaritis nomen accepere, quoniam et breues, et candidae et rotundae ſunt, acinis quam balanis ſimiliores Plin. 13, 4 ſ. 9.

MARGARĪTA, ae. [Μαργαρίτης] *Vnio alias dicitur.* Plin. 9, 35 Principium ergo, culmenque omnium rerum pretii margaritae tenent. Ibid. 8 Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, laeuore, pondere, haud promtis rebus, in tantum vt nulli duo reperiantur indiſcreti; vnde nomen vnionum Romanae ſcilicet impoſuere deliciae. *Plura ibidem: eſt enim locus claſſicus.* Margaritae, *videntur differre a Gemmis ob verba* Ciceronis in Verr. 4, 1 Neque vllam gemmam, aut margaritam fuiſſe. *Et ſane toto genere diſtant, niſi quod ambae res pretioſae.* Margaritas inter ornamenta muliebria *ponit* Iuriſconſult. in l. argumento. §. ornamentorum. D. de aur. et arg. leg. Ornatus margaritarum inſignis Cic. in Orat. 78. Imperito nonnunquam concha videtur margarita, vt amethyſtus, ſmaragdus Varro *ap.* Non. 3, 138.

MARGARĪTVM, i. n. [μαργαρίτης] *Idem.* Tiberinum margaritum Maecenas *dictus ab Auguſto ap.* Macrob. Sat. 2, 4. Tacit. de vita Iulii Agric. 12, 9 Fert Britannia aurum et argentum et alia metalla gignit, et Oceanus margarita, ſed ſuffuſca et liuentia. *Add.* Maecenas ap. Sueton. in Vita Horatii. Chariſ. 1 p. 42 *extr. Margarita* an *Margaritum* dicendum ſit, quaeritur: et ferunt peritiores huius conchae, ipſum

ipſum corpus, quo plena eſt, animale eſſe, et ideo — feminino genere *margaritam* proferendum, quemadmodum oſtream. Ego de *margarita* contra ſentio. Non enim ipſa caro, qua concha praegnans, *margaritum* eſt, ſed dicitur illi ineſſe calculus hic, quem nos margaritum vocamus: ſicut in cerebris piſcium lapilli quidam ſunt — longe ſuauius — *margaritum* neutrali genere dicitur. *Sed* p. 83 *extr.* Margarita feminini generis eſt, quia Graeca nomina in *ης* terminata in *a* tranſeunt, et fiunt feminina, vt *ὁ χάρτης haec charta*, *ὁ μαργαρίτης margarita.* Ergo neutraliter *hoc margaritum* dicere vitioſum eſt, et tamen multi dixerunt, vt Valgius in Epigrammate *Situ rugoſa rotunda margarita. Et* Varro epiſtolarum 8 *Margaritum vnum, margarita plura.* Sed idem Varro et alii plures *Margarita* feminine dixerunt, in genitiuo tamen plurali non niſi feminino genere *margaritarum.*

MARGARITARIVS, i. m. *Negotiator margaritarum. Apud* Firmicum 4, 6 Erunt, inquit, aut tinctores, aut margaritarii. MARGARITARIO DE SACRA VIA Reineſ. Inſcr. 110 cl. 11 p. 617 Porticus margaritaria Aur. Victor. de Regionib Vrbis Rom. reg. 8.

MARGARITATVS, a, um. Adi. Vitta margaritato flexilis arte ſinu Fortunat. Carm. 7.

MARGARITĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [μαργαριτοφόρος] *Ferens margaritas.* Plin. 32, 11 Concharum genera inter quae et margaritiferae cochleae.

MARGELLA, ae. f. κοράλλιον Gloſſ. Gr. Lat.

MARGO, ĭnis. c. [κράσπεδον, λῶμα] *Extrema ora et circumſcriptio rei, quae illam continet.* Ouid. Met. 1, 14 Longo margine terrarum brachia porrexerat Amphitrite. Iuuen. Sat. 1, 4 Plena iam margine libri. *Sic quoque feminino genere adhibuit* Aem. Macer, *prout citat* Soſip. Chariſius l. 1 p. 49. *et* Rabirius ſumma cum margine colles. Extremo in margine raſa litera Ouid. Amor. 1, 11, 12. Margo conchae Plin. 9, 33. Teſtudinis Idem 9, 10. Fluminis Varr. de R. R. 3, 5. Gramineus margo fontis Ouid. Met. 3, 162. Primus Curt. 7, 9, 5. Ripae Ouid. Met. 1, 729. Terrarum Idem ibidem 1, 14. Margines imperii Plin. 12, 20. Continere marginibus ſulcorum vtrinque Quinctil. 1, 1, 27.

MARGĬNO, āre. Liu. 41, 27 Cenſores vias ſternendas ſilice in vrbe, glarea extra vrbem ſubſternendas marginandasque primi omnium locauerunt.

MARGINĀTVS, a, um. Adi. Marginata tabula, *quae marginem habet* Plin. 35, 12. Signa limbis marginata puniceis Sidon. Ep. 4, 20.

MARGOPOLIS. *Titulus erat* Satirae Varronis, *inſaniam ex profeſſo ciuitatis in comitiis et magiſtratibus furentis, et honorum ſtudio et ambitione luxuque et ingluuie perditae et inſanae, acerrime notans. Ex ea citantur nonnulla in quibusdam auctoribus. Annotauit Turneb.*

MARIA. [Μαριάμ] *Nomen Virginis Deiparae, aliis deinde feminis boni ominis cauſa tributum, vt ſponſae Honorii, de qua* Claud. de Nupt. Hon. 11 Iam munera nuptae Praeparat, et pulchros, Mariae ſed luce minores Eligit ornatus. *Tractauit nempe, quaſi e gente* Maria *deriuatum nomen eſſet. Caeterum pro Deipara virgine vult Valla* Mariam *nominatiuo caſu legi, quemadmodum Abraham, indeclinabile, et accentu in vltima. Sic certe Graeci N. T. ſcriptores. Sed alii non ſeruarunt.*

MARIANDȲNI. [Μαριανδυνοὶ] *Bithyniae populi iuxta Pontum.* Valer. Argon. 4, 171 Et Mariandynûm patrias penetrauit ad vrbes.

MARIĀNVS, a, um. Adi. *a* Mario, vid. MARIVS.

MARĪCA. [Μαρίκη] *Dea eſt litoris Minturnenſium.* Hor. Carm. 3, 17, 7

Qui Formiarum moenia dicitur
Princeps, et innantem Maricae,
Litoribus tenuiſſe Lirim.

Virg. Aen. 7, 47 Hunc Fauno, et Nympha genitum Laurente Marica Accipimus. *Ea Circe erat, interprete* Lactantio 1, 21 *cuius verba ſunt,* Nam et Romulus poſt mortem Quirinus dictus eſt, Leda Nemeſis, et Circe Marica.

MARINVS. Adi. *vid.* MARE.

MARIO, ōnis. m. Piſcis in Danubio, porculo marino ſimilis Plin. 9, 15.

MARISCA, ae. f. [σῦκον ἄκνιστον] *Ficus inſipida dicitur.* Plin. 15, 18 Ficos mariſcas in loco cretoſo aut aperto ſerito *ex* Caton. 8, 1. Claud. Conſ. Prob. 259 Flauaeque tenens querceta mariſcae Liris. Mariſcas *quidam dicunt eſſe Ficus, quae prae pinguedine aperiuntur, ſemenque oſtentant.* Columel. 10, 415 Purpureaeque chelidoniae, pinguesque mariſcae. Martial. 11, 19 *in deſcriptione ruris nimis parui, in quo* Non boletus hiare, non mariſcae Ridere, aut violae patere poſſunt. Fatuae mariſcae Martial. 7, 24. ¶ 2 Mariſca, [σῦκον] *Genus morbi, ad ſimilitudinem fici, vid.* FICVS. Iuuen. Sat. 2, 13 Caeduntur tumidae, medico ridente, mariſcae.

MARISCVM, i. n. *vel* MARISCVS, i. m. *Genus iunci.* Plin. 21, 18. (17)

MARITIMVS, *vid.* MARE.

MARĪTVS, i. m. [ἀνὴρ, ἀκοίτης, γαμέτης, πόσις] *Vxoris vir, ſic tamen, vt ad animalia etiam pertineat.* Plaut. Caſ. 5, 4, 5 Quid agis tu marite, mi vir? *etc.* Maritus, *de gallinaceo,* Columel. 8, 5 Rarior eſt in his auibus maritis bonitas. Plin. 10, 55 ſ. 76 Traduntur mortua gallina mariti earum viſi ſuccedentes inuicem, et reliqua fetae more facientes, abſtinentesque ſe a cantu. Votis nuptialibus pacto iugali deſtinatus, tabulis etiam maritus nuncupatus Apul. Met. 4. Cic. de Inuent. 1, 52 Multo maxime requiretis, et tu vt maritus ſis quam optimae mulieris, et haec vt quam optimo viro nupta ſit. Ignara puella mariti, *Virgo* Hor. Epiſt. 2, 1, 132. Pecoris lanigeri maritus Martial. 9, 73. Sororis maritus Cic. pro Rabir. 8. Iura violata mariti Ouid. de Arte Am. 2, 381. Virg. Georg. 3, 125 Quem legere ducem, et pecori dixere maritum, *i. taurum.* Durus Ouid. Epiſt. 4, 141. Iuuenis Hor. Carm. 3, 11, 37. Plaut. Caſ. 4, 2, 4 Nouum maritum hinc, et nouam nuptam volo rus proſequi. Olens maritus *caper* Hor. Od. 1, 17, 7. Martial. 14, 140. *Vid.* VXOR. Proteruus Hor. Carm. 3, 11, 12. Turpis coniuge barbara Idem ibidem 3, 5, 6. Captare maritos Catul. 59, 55. Colere maritum Martial. 7, 22. Somno maritorum inſidiari Cic. in Catil. 1, 26. Sparge, marite, nuces Virg. Ecl. 8, 30. Maritum eſſe vel fieri Plaut. Caſ. 2, 4, 11. Plin. Epiſt. 7, 24 Intra quartum et viceſimum annum maritus; et ſi deus adnuiſſet, pater.

MARĪTA, ae. f. *Vxor.* Ouid. Epiſt. 12, 175 Forſitan et ſtultae dum te iactare maritae Quaeris. Hor. Epod. 8, 13 Nec ſi marita quae rotundioribus Onuſta baccis ambulet. Ouid. Faſt. 2, 139 Tu rapis; hic caſtas duce ſe iubet eſſe maritas.

MARĪTVS, a, um. Adi. Ouid. Epiſt. 4, 134 Iupiter eſſe pium ſtatuit, quodcunque iuuaret; Et fas omne facit fratre marita ſoror. Maritae arbores *dicuntur, Ad quas vites aut alia id genus applicantur, quasque ſuis clauiculis complectuntur,* Plin. 14, 1. Columel. 11, 25, 32 Vel ſi quae in agris aut vepribus ſingulares maritae a putatoribus relictae ſunt. Arbores bene maritae Cato 32, 2. Maritum oliuetum Columel. 3, 11, 3. Vitis vlmo coniuncta marito Catul. 60, 54. Liu. 27, 31 Vagabatur enim cum vno aut altero comite per maritas domos dies noctesque, *i. Per domos maritorum adulterium committebat cum maritis vxoribus.* Faces maritae Ouid. Epiſt. 11, 101. Fides Propert. 4, 3, 11. Foedus Ouid. ex Pont. 3, 1, 73. *h. e. Maritale.* Lex marita Hor. Carm. Saec. 20. *eſt lex Iulia de maritandis ordinibus.* Plaut. Epid. 2, 1, 11 Pulchra edepol dos pecunia eſt. P. quae quidem edepol eſt non marita. *Quaſi dicat, Fateor, pecuniam eſſe pulchram dotem; ſed eam pecuniam, quae non ſit vxori coniuncta; id eſt, dummodo extra matrimonium habeatur.* Fratre marita Soror Ouid. Her. 4, 134. *i. Iuno.*

MARITE. Adu. *Allatum ex* A. Peruigilii Ven. v. 26. *Sed omnia ibi corrupta, confuſa, obſcura.*

MARĪTO, āre. [συνοικίζω] *Locare in matrimonium.* Suet. Veſp. c. 14 Vitellii hoſtis ſui filiam ſplendidiſſime maritauit, dotauitque etiam, et inſtruxit. Tacit. Ann. 12, 6 Capto rurſus initio, quando maritandum principem cuncti ſuaderent, deligi oportere feminam nobilitate, puerperiis, ſanctimonia inſignem. *Inde* Lex Iulia de maritandis ordinibus Suet. Auguſto c. 33. *v. h. l. Interpp.* ¶ 2 *Metaph.* Maritare, *de arboribus etiam dicitur, et vitibus.* Columel. 4, 22 Qui poſſint vel ſua maritare ſtatumina; vel ſi qua ſunt vidua, in propinquo propaginibus veſtire. Idem 5, 6 Si teneram vlmum maritaueris, nouam ſufferet; ſi vetuſtam vitem applicueris, coniugem necabit. *Conf.* Id. 5, 5. Hor. Epod. 2, 10 Ergo aut adulta vitium propagine Altas maritat populos, *etc.* Maritari *etiam dicuntur canes.* Varr. de R. R. 2, 9 Tum enim dicuntur catulire, id eſt oſtendere ſe velle maritari. Maritari, *Praegnantem fieri.* Solin. c. 36 In proximis Vlyſſipponis equae laſciuiunt mira foecunditate, Nam ſpirante Fauonio vento concipiunt, et ſitientes viros aurarum ſpiritu maritantur.

MARITATVS, a, um. Lamech duabus vxoribus maritatus Tertull. de Monogam. c. 4. Maritatus aër igne Fulgent. Myth. 1.

MARITĀLIS, e. Adi. [γαμετικός] Columel. 12 prooemio Maritale coniugium. Iuuen. Sat. 6, 43 Stulta maritali iam porrigit ora capiſtro. Veſtis Ouid. de Arte Am. 2, 258.

MARIA. *Gens Plebeia Romae fuit, ex qua* C. Marius *Cimbrorum victor, ſepties Conſul, municeps Ciceronis, nempe Arpinas, cuius vitam habemus a Plutarcho, popularis i. plebis fautor, contra Sullam nobilitatis patronum, crudelitate et caedibus certauit etc.* Virg. Georg. 2, 169 Volſcosque verutos Extulit; haec Decios, Marios, magnosque Camillos.

MARIĀNVS, a, um. Adi. [Μαριανός] Cic. de Lege Agrar. 3, 7 Quid ergo ait Marianus Trib. pleb. qui nos Syllanos in inuidiam rapit? *i. qui vult popularis videri, et nos, vt optimates, exoſos reddere.* Propert. 3, 3, 43 Marianum ſignum. Muli Mariani, *vid.* MVLVS. Foſſae Plin. 3, 6. Colonia Corſicae Idem 3, 6. Quercus *vid* Cic. de Legib. 1, 2.

MARMARĬCA. [Μαρμαρική] *Regio Aegypto et Libyae vicina, auctore* Ptolem. 4, 5. Sil. 3, 687 Marmaricis ales populis reſponſa canebat.

MARMARĬDAE. [Μαρμαρίδαι] *Teſte* Plinio 5, 5 Populi *ſunt* Africae, Aegypto contermini, qui et vsque ad maiores Syrtes protenduntur. Solino, Populi *ſunt* ſupra Garamantes contra noxium virus incredibili corporis firmitate muniti: Pſylli dicti, quia nimio calore ſolis nudi incedunt, *vid.* PSYLLI. Phalanx Marmaridum Sil. 5, 184. Marmaridae Pſylli Lucan. 9, 893. Marmaridae medicum vulgus Sil. 3, 300.

MARMARĪTIS, ĭdis. f. [μαρμαρῖτις] *Herba, de qua* Plin. 24, 17 Aglaophotin herbam, quae admiratione hominum propter eximium colorem acceperit nomen, in marmoribus Arabiae naſcentem, Perſico latere. Qua de cauſa et marmaritin vocari. Magos vtique ea vti, quum velint deos euocare.

MARMESSVS *pro Marte, quem hic poſuerant* Mamertus *eſt. v. v.*

MARMOR, ŏris. n. [μάρμαρος] *Genus lapidis, cuius diuerſae ſunt ſpecies. Vid.* Plin. 36, 1 ſq. *bona enim pars libri marmoris et operum ex eo contemplationi impenditur.* Marmoris *nomen hinc ductum eſt, quod politum nitet μαρμαίρω, id eſt reſplendeo, ſplendeo; hinc μάρμαρος, id eſt marmor. Variarum ſpecierum nomina habentur ap.* Sidon. Epiſt. 2, 2 Iam ſi marmora inquiras, non illic quidem Paros, Caryſtos, Proconiſſos, Phryges, Numidae, Spartiatae, rupium variatarum poſuere cruſtas: neque per ſcopulos Aethiopicos, et abrupta purpurea gemino fucata conchylio ſparſum mihi ſaxa furfurem mentiuntur. Nitor marmorum, *vid.* NITEO. Templum de marmore Virg. Aen. 4, 457. Candens marmor Lucret. 2, 766. Deformata prima manu Quinctil. 2, 19. Inciſa notis Hor. Carm. 4, 8, 13. Laeue Virg. Ecl. 7, 31. Mygdonium Ouid. Epiſt. 15, 142. Numidicum, *vid.* NVMIDIA. Parium marmor mallem rude Quinctil. 2, 19. Solido de marmore templa Virg. Aen. 6, 69. Cic. pro Arch. 22 c. 9 *de Ennio*, Itaque etiam in ſepulcro Scipionum putaturis eſſe conſtitutus e marmore. Non in omni marmore neceſſe eſt ineſſe Praxitelia capita Cic. de Diuin. 2, 48. Expolire marmor Quinctil. 2, 19. Incidere in marmor, *vid.* INCĪDO. Nobilitatus marmore Praxiteles, *vid.* NOBILIS. Simulacrum e marmore Cic. pro Domo 111 c. 43. Secare marmora Hor. Carm. 2, 18, 17. Marmor *pro Aequor poſuerunt Poëtae. Vid.* Virg. Aen. 7, 28. *Conf. Burm. ad* Nemeſ. Cyneg. v. 276. Marmorem *dixit* Plin. Valer. 3, 14.

MARMOREVS, a, um. *Adi.* [μαρμάρινος] *Quod ex marmore eſt, vel marmori candore, duritie, ſplendore ſimile.* Plin. 31, 2 Varro auctor eſt, Titium quendam Praetura functum, marmorei ſigni faciem habuiſſe propter id vitium, *de vitiligine loquitur.* Aequor marmoreum Virg. Aen. 6, 729. *politum, reſplendens.* Candor Lucret. 2, 764. Ceruix Virg. Georg. 4, 523. Collum Ouid. Faſt. 4, 135. Columnae Cic. pro Domo 62 c. 24. Domus Tibul. 3, 2, 22. Gelu Ouid. Faſt. 4, 918. Opus Idem Met. 4, 674. Palmae Idem ibidem 3, 481. Pauimenta Cic. de Legib. 2. Pedes Ouid. Amor. 2, 11, 15. Pollex Idem Met. 13, 746. Signum Cic. Verr. 4, 1. Sola Cic. in Parad. 6. Tecta Idem ibid. 1.

MARMŎRO, āre. *Marmore incruſtare.* Lamprid. Alexandr. c. 25. *et* Inſcript. *apud* Gruter. p. 129. *Hinc*

MARMORĀTVS, a, um. Partic. [μαρμαρωτός] *Quod ſuperficiem tantum ex marmore habet.* Varr. de R. R. 1, 57 Parietes et ſolum ope-

re tectorio marmorato loricandi. Laudes marmoratae Cic. pro Arch. c. 9. *aliquando legebatur, nunc aliter.* Stat. Silu. 4, 3, 96 Pariterque ſe leuarat Ingenti plaga marmorata dorſo. *Add.* Petron. c. 77. Marmoratum, *ſubſtantiue dixit* Varr. de R. R. 3, 7 *pro opere ſ. tectorio, quod eſt ex marmore, luto, et calce factum*; Intrinſecus quam laeuiſſimo marmorato, toti parietes ac camerae obliniuntur, et extrinſecus, circum feneſtras, ne mus aut lacerta qua adrepere ad columbaria poſſit. *Et* Plin. 36, 23 Experimentum marmorati eſt in ſubigendo, donec rutro non cohaereat. *Sic* Arenatum.

MARMORATIO, ōnis. f. [μαρμάρωσις] *Ex marmore conſtructio.* Apul. Flor. 4 p. 359 *Elmenh.* Quid igitur ſupereſt ad ſtatuae meae honorem? pauimenti marmoratio, nec proſcenii contabulatio, *etc.*

MARMORŌSVS, a, um. *Aliud* Adi. [μαρμαρώδης] *Quod marmoream formam vel duritiem habet.* Plin. 35, 6 Fit et Romae cremato ſile marmoroſo et reſtincto aceto.

MARMORARIVS, a, um. Adi. Sen. Epiſt. 90 Poſſe nos habitare ſine marmorario fabro.

MARMORARIVS, i. m. [μαρμαροποιὸς, ἀγαλματογλύφος Gloſſ. Lat. Gr.] *Qui marmora vel ſecat vel polit.* SEMPRONIO FELICI MARMORARIO Inſcript. Grut. p. 640. n. 6. Senec. Epiſt. 89 Non enim adducor, vt in numerum liberalium artium pictores recipiam, non magis quam ſtatuarios, marmorarios, aut caeteros luxuriae miniſtros. Firmic. 8, 19. Plin. 36, 5.

MARNAS, Iupiter dictus, et hoc nomine Gazae cultus fuit: quae vox Cretenſibus indicat Virginem. Hieronym. Gazae Marnas luget incluſus. Meminit idem auctor in Enarrationibus in Eſaiam.

MARO. [Μάρων] *Cognomen Poëtae principis* P. Virgilii. Altiſoni Maronis carmina Iuuen. Sat. 11, 178. Toruus Maro Stat. Silu. 5, 3, 63. ¶ 2 Maro, *item Optimus vinitor fuit, comes expeditionum Oſiridis, quem aetate prouectum, vt Diodor. ſcribit, in Thracia reliquit, Maroneaeque conditor vrbis fuit. De hoc forſan intelligi poſſit illud* Propertii 2, 30, 28 Flumina ſopito quaeque Marone cadunt. *Sic Turn. ſed Scaliger et Brouckh. malunt intelligere Maronem Peloponeſi fluuium.*

MARONĒVS, a, um. Adi. [Μαρώνειος] *A* Marone. Stat. Silu. 4, 4, 54

Vbi Auſonio ſe condidit hoſpita portu
Parthenope, tenues ignauo pollice chordas,
Pulſo, Maroneique ſedens in margine templi
Sumino animum, et magni tumulis accanto magiſtri.

MARONĒA. [Μαρώνεια] *Ciconum vrbs vino laudata: cuius meminit Homerus. Hinc*

MARONEVS, a, um. Adi. Maroneus Bacchus, *i. Vinum ex Maronea vrbe.* Tibull. 4, 1, 57. *Adde* Plin. 14, 4.

MARONION, i. n. *Herba, al. centauria maior, apud* Apul. de Herb. c. 34.

MARPESVS. [Μάρπησσα] *Mons in Paro inſula, a quo* Marpeſiam cautem, *id eſt lapidem Parium, dixit* Virg. Aen. 6, 471. Seru.

MARRA. *Inſtrumentum ferreum ad excidendas herbas.* Columel. 10, 72 Tu penitus marris eradere viſcera matris Ne dubita. Iuuen. Sat. 3, 311 Ne marrae et ſarcula deſint. Plin. 18, 16 ſ. 43. *it.* 17, 21 ſ. 35 n. 4. *et h. l. Harduin.* *Vid. etiam* Plin. 9, 15 ſ. 17 no. mai. 27. *ex emendatione Harduini.*

MARRVBII, *ſ.* MARRVVII. *Populi Italiae, circa Fucinum lacum habitantes.* Virg. Aen. 7, 750 Quin et Marrubia venit de gente ſacerdos.

MARRVBIVM, i. n. [πράσιον] Plin. 20, 22 Marrubium plerique inter primas herbas commendauere, quod Graeci praſion vocant, alii linoſtrophon, nonnulli philopeda aut philochares, notius quam vt indicandum ſit. Huius folia ſemenque contrita proſunt contra ſerpentes, pectorum et lateris dolores, tuſſim veterem. *Vid.* Scribon. 100. Tenue 167.

MARRVCĪNI. [Μαρυκηνοὶ] *Populi, quorum meminit* Plin. 15, 19. *Graecis ſimplici* R *ſcribitur.* Domus Marrucina Sil. 17, 454. Gens Marrucina Sil. 15, 564. Montes Stat. Silu. 4, 4, 86. Pubes Sil. 8, 521.

MARS, Martis. m. [Ἄρης, Ἐνυάλιος] *Deus belli: dictus quod* maribus in bello praeſit Varr. L. L. 4, 10. *ſiue quod a Sabinis acceptus eſt, apud quos* Mamers *vocatur: a Poëtis* Mauors, *quaſi qui* magna vertat, *per epentheſim dicitur. Triumphum Martis ita deſcribit* Claudian. Stilic. 2, 367

Talis ab Iſtro
Vel Scythico victor rediens Gradiuus ab axe
Depoſito mitis clypeo, candentibus vrbem
Ingreditur trabeatus equis: Spatioſa Quirinus (*diuerſus ergo hic*)
Frena regit, currumque patris Bellona, cruentam
Ditibus exuuiis tendens ad ſidera quercum
Praecedit, lictorque Metus cum fratre Pauore
Barbara ferratis innectunt colla catenis
Velati galeas lauro: propiusque iugales
Formido ingentem vibrat ſuccincta ſecurim.

Arma horrentia Martis Virg. Aen. 1, 4. Opus graue Martis Idem ibid. 8, 516. Belliger Senec. Hippol. ſ. 6. Dubius mediis Mars errat in armis Virg. Georg. 2, 283. Duri Martis arma Virg. Ecl. 10, 44. Gradiuus, *vid. h. v.* Indomitus Virg. Aen. 2, 440. Cui Mars Iratus eſt Plaut. Poen. 3, 3, 32. Virg. Aen. 12, 187 Sin noſtrum annuerit nobis victoria Martem. Mars *illorum eſſe videtur, quibus fauet, qui victoriam obtinent, vt e contrario non videtur eſſe illorum, quibus aduerſatur, quique vincuntur. Senſus igitur eſt huius carminis, Si Mars nobis fauerit, victoriamque dederit. Haec ideo adſcripſi, quod non ſatis accommodate explicata a* Seruio *viderem. Turnebus.* Toruus Hor. Carm. 1, 28, 17. ¶ 2 *Metonymia ſollemni ponitur* Mars, *pro ipſo Bello.* Quinctil. 8, 6 Vario Marte pugnatum, eruditus eſt ſermo. Amantes Martis Iberi Sil. 16, 106. Rigidi certamina Martis Ouid. Met. 8, 20. Aequo Marte contendere Curt. 4, 1, 8. Anceps Mars Liu. 1. Aperti copia Martis nulla fuit Ouid. Met. 13, 208. Caeco Marte reſiſtunt Virg. Aen. 2, 335. Cruentus Hor. Carm. 2, 14, 13. Plus quam Dubio marte Vell. 2, 55, 3. Ouid. Met. 13, 11 Quantumque ego Marte Feroci Inque acie valeo, tantum valet iſte loquendo. Impius Virg. Georg. 1, 511. Tacit. Hiſt. 4, 35 Pugnatum longo agmine, et Incerto Marte, donec praelium nox dirimeret. Sanguineus Ouid. Rem. Amor. 153. Accendere Martem cantu Virg. Aen. 6, 165. *tuba animare milites ad pugnam.* Acuere Martem. *vid.* ACVO. Cadere ſuo Marte Ouid. Met. 3, 123. Inuadunt Martem clypeis, atque aere ſonoro Virg. Aen. 12, 712. Inſano Marte petere vrbem Claud. de Bell. Get. 507. Collato Marte, et eminus pugnare, *vid.* EMINVS. Caſſius fortibus ſane oculis, Martem Spirare diceres Cic. Att. 15, 11 *pr.* Tentare nouum Martem Sil. 15, 360. Mars communis: *Hoc dicto, Incertum ac varium belli euentum notabant veteres.* Cic. Philipp. 10, 20 c. 10 *pr.* Sed vt concedam incertos exitus eſſe belli, Martem communem: tamen pro libertate, vitae periculo decernendum. *Add.* Id. Fam. 6, 4. Noſtro Marte *rem aliquam peragere dicimur, quoties noſtropte ingenio, propriiſque viribus, aut etiam noſtro periculo eam rem peragimus.* Cic. Off. 3, 34 c. 7 Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, ſed vt dicitur, noſtro Marte. Rex Suo marte res ſuas recuperauit Cic. Phil. 2 c. 37. Eques ſuo marte pugnare Liu. 3, 62 *extr. dicitur, quum ex equo praeliatur* alieno, *quum pedibus.* Forenſis Mars, *Eloquentia* Ouid. ex Pont. 4, 6, 29. ¶ 3 Stella Martis quatuor et viginti menſibus, ſex diebus minus, luſtrat orbem Cic. de Nat. Deor. 2, 54 c. 20. Rapax Propert. 4, 1, 83. De ſtella Martis. ¶ 4 Mars Siluanus, *cultus olim et celebratus fuit a ruſticis.* Cato R. R. c. 83 Marti Siluano in ſilua interdius. ¶ 5 *In MSS. confundi ſolere* Mars *et* Mors, *obſeruat Drakenb. ad* Sil. 4, 228. *et* 10, 474.

MARTIVS, a, um. Adi. [Ἄρειος, Ἀρήϊος] *Ad Martem pertinens:* Martia auis, *Marti dicata* Ouid. Faſt. 3, 37. Anguis Ouid. Met. 3, 32. *quem Cadmus interemit.* Bella Ouid. Faſt. 3, 232. Calendae Cic. Att. 4, 5. *Conf. Interpp.* Horat. Od. 3, 1, 11. *Brouckhuſ. ad* Tib. 3, 1. Campus, *vid. h. v.* n. 2. Canor Martius rauci aeris Virg. Georg. 4, 71. Caſtra Tibull. 1, 2, 70. Certamen Hor. Carm. 4, 14, 17. Horror Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 147. Cic. Philipp. 4, 5 Quid Legio Martia, quae mihi videtur diuinitus ab eo deo traxiſſe nomen, a quo Pop. Romanum generatum accepimus, *etc.* Miles Ouid. Met. 14. 798. Vulnera Virg. Aen. 7, 182. ¶ 2 Martius menſis [Μάρτιος] *dictus eſt primus menſis anni:* quoniam Romulus primum anni menſem genitori ſuo dicauit. *Vid. Feſt.* Ouid. Faſt. 3, 75 A te principium Romano dicimus anno. Plin. 11, 3 Differantur in Martium menſem calloſae. Idus Martiae Cic. Phil. 2 c. 36 *et* 37.

MARTICŎLA, ae. f. [Ἀρεσσεβὴς] *Qui Martem colit.* Ouid. Triſt. 5, 3, 22 Nec patria eſt habitata tibi, ſed adusque niuoſum Strymona veniſti, Marticolamque Geten.

MARTIGĔNA, ae. [Ἀρεογενὴς] *Qui eſt ex Marte natus.* Ouid. Amor. 4, 39 In qua Martigenae non ſunt ſine crimine nati, Romulus Iliades, Iliadesque Remus. Quirinus Martigena Ouid. Faſt. 1, 199. *Vid.* Plaut. Amphit. 4, 3, 14.

MARTIĀLIS, e. Adi. [Ἀρήϊος] *Qui Marti ſeruit, vel adſcriptus eſt.* Cic. pro A. Cluent. 43 c. 15 *pr.* Martiales quidam Larini appellabantur miniſtri publici Martis, atque ei deo veteribus inſtitutis religionibusque Larinatium conſecrati. Flamen Martialis Idem de Aruſp. Reſp. 12. Lupi Martiales Hor. Carm. 1, 17, 9. ¶ 2 *Eſt et proprium nomen, ſ. cognomen* Valerii *illius, cuius habemus Epigrammata.*

MARTICVLTOR, ōris. m. *Qui martem colit.* Inſcript. vet. apud Guter. 55, 10.

MARSVS. Circes filius, a quo MARSI, quibus vi quadam genitali datum eſt, vt ſerpentium virulentorum domitores ſint: et incantationibus, herbarumque ſuccis faciant medelarum miracula. *Refert* Gell. 16, 11. *Adde* Sil. Ital. 8, 496. Plin. 26, 4. 28, 2 *et* 3. Arnob. 2 p. 66. Cic. pro Domo 116 Qui in Marſis natus eſt, *etc.* Plin. 7, 2. *Et* in Prooem. 25.

MARSVS, a, um. Adi. [Μαρσικὸς] Naenia Marſa Hor. Epod. 17, 29. *Carmen magicum: vt et* Cantus Marſi Ouid. de Medic. faciei 39. Horat. Carm. 3, 14, 18 Et cadum Marſi memorem Duelli, *i. tempore belli Marſici diffuſum.* Montes Colum. 6, 5, 3. Niues Sat. Silu. 1, 4, 26. Voces Hor. Epod. 5, 76. *magicae.*

MARSĬCVS, a, um. *Aliud* Adi. [Μαρσικὸς] Cic. de Lege Agr. 2, 89 Multae in hac Repub. ſeditiones domeſticae, quas praetermitto, bella cum ſociis, Fregellanum, Marſicum; quibus omnibus, *etc.* Marſica vina, *et* Marſica cepa Columel. 12, 10, 1. *Et* 2, 9, 8 Marſicae fabae.

MARSPEDIS, ſiue ſine R litera, MASPEDIS, quid ſignificet ne Meſſalla quidem augur in explicatione auguriorum reperire ſe potuiſſe ait, *apud* Feſtum. *Sed Scaligerum ſi audimus,* Marſpiter *eſt, de quo ſtatim.*

MARSPĬTER. [Ἄρης πατὴρ] Mars pater; ſicut Iouis pater *i.* Iupiter, Ianus pater, *etc. teſte* Gell. 5, 12. Marſpitris Varr. L. L. 8, 46. Mars pater Catoni 141, 2. *idem eſt, qui* Mars Siluanus Ibid. 83. *Vid. Scalig. ad* Feſtum, *voce* Marſpedis.

MARSVPIVM, i. n. [μαρσύπιον] *Saeculus numarius; hoc eſt in quo numi reconduntur.* Ex quo perſpicuum eſt, maiorem curam habere nos Marſupii, quam vitae noſtrae Non. 2, 563. *ex* Varronis Caton. Plaut. Epid. 2, 2, 2 Acutum cultrum habeo, qui ſeni exenterem marſupium. Varr. de R. R. 3, 17 Magis ad oculos pertinent, quam ad veſicam; et potius marſupium domini exinaniunt, quam replent. Numatum marſupium, *vid. ſub* NVMVS. Inſpicere marſupium, *vid.* INSPICIO.

MARSYAS, *vel* MARSYA, ae, m. [Μαρσύας] *Phryx tibicen, qui tibiis a Minerua primum inuentis, deinde abiectis, cum Apolline certauit, a quo victus et excoriatus eſt.* Ouid. Faſt. 6, 707 Prouocat et Phoebum, Phoebo ſuperante pependit: Caeſa receſſerunt a cute membra ſua. *Adde* Liu. 38, 13. *Fuit eius ſtatua, vbi cauſae agebantur.* Hor. Serm. 1, 6, 120 — non ſollicitus mihi quod cras Surgendum ſit mane, obeundus Marſya. ¶ 2 *Fluuius Phrygiae Apameam praeterfluens; qui ex Nympharum lacrymis* Marſyam *deflentium creuit, vt eſt apud* Ouidium Met. 6, 385 ſeqq. *Huius meminit* Claud. in Eutrop. 2, 265 *his verbis,*

Icarium pelagus, Mycalaeaque litora iuncti
Marſya Maeanderque petunt; ſed Marſya velox
Dum ſuus eſt, flexuque carens, id flumine miſtus
Mollitur, Maeandre, tuo contraria paſſus,
Quam Rhodano ſtimulatus Arar, quos inter aprica
Planities, Cererique fauet, denſiſque ligatur
Vitibus, et glaucos fructus attollit oliuae. *Conf.* Curt. 3, 1.

MARTELLVS, *vel* MARTEVS, i. m. *Malleus.* Petron. c. 57 Martellum de ſinu proferens. *Alii* Martiolum, *vel* Martulum, *vel* Marculum, *quod probat Pet. Burm.*

MARTES, is. f. *Animal e genere muſtellino, cuius pellis magno habetur in pretio.* Martial. 10, 37 Venator capta marte ſuperbus adeſt.

MARTIALIS, MARTIANVS, MARTICOLA, MARTIGENA, MARTIVS, *vid.* MARS.

MARTIOBARBVLI, *laſciuia militari appellati ſunt Milites, qui plumbatas gerebant, quae et ipſae etiam nomine* Martiobarbuli *vocatae per ludum et iocum videntur eſſe, quod quum piſces in deliciis eſſent, in quibus numerantur barbi et barbuli, plumbatae, quaſi non conuiuii, ſed Martis barbi eſſent et cibi, iocu'ariter Martiobarbuli dici potuerint. Haec* Turn. 24, 11. *quae iocularia vocat Scriuerius, et meliora promittit.* Veget. 1, 17 Plumbatarum quoque exercitatio, quas Martiobarbulos vocant, eſt tradenda iunioribus MSS. *quid.* Mattiobarbuli.

MARTIOLVS, *vel* MARTEOLVS, i. m. *Pro malleolo apud* Saresber. 4, 5. *Eandem vocem apud* Petron. in Fragm. p. 23 *legit Reineſ. quem v. in Not. p.* 74. *et contra Burm. ad* Petron. c. 51. *qui pro* Marculo *propugnat.*

MARTVLVS, *A* Plin. 7, 56 *pro Malleo vſurpatur. vid. Harduin. Sed* Marculum *defendit Burm. ad* Petron. 51. Caper Grammaticus p. 2246 Martulus, *inquit*, a Marte non Marculus.

MARTISIVM, i. n. *Eſcae genus ap.* Iſidor. 20, 2.

MARTYR, ўris. c. [μάρτυρ] *Latine Teſtis dicitur. Quo factum eſt, vt qui ſanguinis ſui pignore Chriſto diuinitatis teſtimonium dederunt,* Martyres *vocentur. e. g.* Prudent. Hymn. Epiphan. v. 125. Auguſtin. contra Creſcon. Gramm. 7, 48. *et* Epiſt. 61 *et* 167.

MARTYRIVM, i. n. *Teſtimonium. it. ſupplicium propter fidem irrogatum, apud* Patres, *vt e. c.* Tertull. de Spectac. c. 29. *it. Hoc nomen templo, in loco reſurrectionis Ieſu Chriſti exſtructo, dedit Conſtantinus: quod deinde etiam aliis templis datum eſt. Vid. H. Valeſ. in Epiſtola Euſebio ſuo adiecta,* Anaſtaſ. in Leone, *Spelmann. in Gloſſ.*

MARON. [μάρον *Dioſcoridi*] *Herba eſt ſurculoſa, flore origani, ſed odoratiore, foliisque multo candidioribus, quae circa Magneſiam et Tralleis copioſa gignitur.* Plin. *quoque* 12, 24 In Aegypto marum naſci *tradit*, ſed peius quam Lydium, maioribus foliis, ac variis. *Add.* Plin. 13, 1 *et* 2.

M A S

MAS, măris. m. [ἄρρην, ἔνορχος, ἐνόρχης] *Sexus nobilioris nomen, cui contrarium eſt* Femina. Cic. de Nat. Deor. 128 Beſtiae aliae mares, aliae feminae ſunt. Admittere marem, *vid.* ADMITTO, Mas omnis Infans occidat Prudent. hymn. Epiphan. v. 101. Intromittere mares in feminas, *vid.* INTROMITTO. Mutari in marem, *vid.* MVTO. Dum dubitat natura marem Faceretne puellam. Factus es, o pulcher, paene puella, puer Auſon. epigr. 101. Parere marem Ouid. Met. 9, 675. Permittere maribus feminas, *vid.* PERMITTO. Vitellus mas Hor. Serm. 2, 4, 14. *Conf.* Id. Epiſt. 1, 1, 63. Animi mares Hor. de Arte Poët. 402. *Nam aliquando adiectiue ſumitur pro Virili et forti.* Maribus animis et viribus alacribus dormientes aggrediamur Apul. de Aſino Aureo 3 p. 131 *Elmenh.* Mare *neutro genere dixit* Apul. de Mundo p. 66, 20 Sic mare et femineum ſecus iunguntur, et diuerſus vtriusque ſexus ex diſſimilibus ſimile animal facit. *Sic Elmenh. ex MSS.*

MASCVLVS, i. m. Dimin. [ἀνδράριον] *inquit* Feſtus. Plaut. Ciſt. 4, 2, 39 Bona femina, et malus maſculus hic te volunt. Liu. 13, 12 Incertus maſculus an femina eſſet.

MASCVLVS, a, um. Adi. [ἀνδρικός, ἄρρην] Pro Forti et vehementi aliquando accipitur, *vt vult* Non. 2, 557 Varro, Si non plus teſticulorum offenderis, quam in caſtrato pecore in Apulia, vincor non eſſe maſculum ad rem. Animum ſumere Apul. Met. 6. Perſ. Sat. 5, 144 Calido ſub pectore maſcula Bilis Intumuit, quam non extinxerit vrna cicuti. Aerumnas Ingenio maſculo ſuſtinere Apul. Met. 6. Proles Hor. Carm. 3, 6, 73. Hor. Epiſt. 1, 19, 28 Temperat Archilochi muſam pede maſcula Sappho. Maſculam *intelligit, quamuis quidam obſcoenius interpretentur, quae tam audaci et virili animo fuerit, vt de Leucade petra praecipitem dare ſe auſa ſit: quod a* Papinio in Siluis *ita canitur* 5, 3, 155 Saltusque ingreſſa viriles Non formidata temeraria Leucade Sappho. *Turnebus.* Cardo Vitr. 9, 9. *feminae opponitur vel potius immittitur.* Germen Prud. Periſt. 10, 1069. Membra Phaed. 4, 14, 13. Tus Plin. 12, 14 ſ. 32 Quod ex eo rotunditate guttae pependit, maſculum vocamus, quum alias non fere mas vocetur, vbi non ſit femina. Maſculum aliqui putant a ſpecie teſtium dictum Ouid. de Medic. faciei 94. Virg. Ecl. 8, 65. *et ibi* Cerda. *cui placet* Maſculum *dici, quod alio praeſtantius. Vtitur et* Seren. Samon. c. 11 v. 165. *Et* Arnob. 7 p. 234 Non ſi mille tu pondera maſculi turis incendas.

MASCVLĪNVS, a, um. Adi. [ἀρσενικός] *Idem.* Rapum maſculinum et femininum Plin. 18, 13. Maſculina et feminina vocabula dici melius eſt ſecundum Graecorum quoque conſuetudinem, *inquit* Feſtus.

MASCVLĪNE. Adu. Chariſ. 1 Forum neutro genere dicimus locum rebus agendis deſtinatum, aut quum commercium ſignificamus. Maſculine autem, tabulata nauium, et ſemper pluraliter, quamuis Gellius fora nauium neutraliter dixerit: et Lucil. negotiorum forum maſculine extulerit lib. 3. Forus olim ornatus lucernis. *Paullo poſt,* Caelum quum ſit neutrum, etiam maſculine veteres dixerunt. *Iterum,* Vulgus inuenitur et maſculine elatum. *Add.* Arnob. 1 p. 36.

MASCVLINITER. Adu. Interp. Irenaei 1, 1.

MASCVLINĬTAS, ātis. f. Conſtantin. Afer 6, 1.

MASCVLO, āre. *Vnde*

MASCVLATVS, a, um. Mercurialis maſculata Apul. de Herb. c. 82.

MASCVLOFEMINA, ae. f. Interp. Irenaei 1, 1.

MASCVLESCO, ĕre. [ἀρρενοῦμαι] *Maſculum fieri.* Plin. 18, 13 de rapis et napis loquens, Denſiore enim ſatu maſculeſcere, item in terra difficili.

MASCVLĒTVM, i. n. [μασκύλη] *Locus, in quo plantae vinearum maſculae conſitae ſunt.* Plantae *autem* maſculae *ſunt, Quae non ſubiguntur, vt palmites alios emittant, ſed altius creſcunt, et in altum attolli dimittuntur.* Plin. 17, 22 *de vinearum putatione,* Nec veterem placet palmitem in longum, et ad quartum vsque pedamentum emitti, quod alii dracones, alii iuniculos vocant, vt faciant quae maſculeta appellant.

MASCARPIO, ōnis. m. *Idem quod Emaſculator.* Petron. c. 134.

MASCAVDA, ae. f. [βαύκη Gloſſ. Lat. Gr.] *Id eſt vas eſcarium aut potorium, dicitur alias* Baſcauda. *Vid. Salmaſ. ad* Hiſt. Aug. p. 333. *et ad* Solin. p. 923.

MASAESYLI, *vid. mox* MASSAESYLIA.

MASINISSA. [Μασανάσσης] *Numidarum rex in Africa, primum Populi Rom. hoſtis capitalis fuit: deinde amiciſſimus effectus, vsque ad finem vitae perſeuerauit. De quo multa* Liu. 27. Ouid. Faſt. 6, 769 Superat Maſiniſſa Syphacem. Maſiniſſa annos nonaginta natus, quum iter ingreſſus erat, in equum omnino non aſcendebat: quum equo, ex equo non deſcendebat: nullo imbre, nullo frigore adducebatur vt capite operto eſſet: ſumma erat in eo corporis ſiccitas: itaque exſequebatur omnia regis officia et munera Cic. de Senect. 34. *Graeci videntur a adhibuiſſe, quod allu.lerent ad ſuum* ἄναξ, ἀνάσσω. *Sic* Maſſilia Μασσαλία.

MASPĔTVM, i. n. [μάσπετον] *Folium laſerpitii.* Plin. 19, 3 In ea laſerpitium gigni ſolitum, rem feram ac contumacem: et ſi coleretur, in deſerta fugientem: radice multa, craſſaque, caule ferulaceo, haud ſimili craſſitudine. Huius folia maſpetum vocabant, apio maxime ſimilia.

MASSA, ae. f. [μάζα, φύραμα, μάγμα Gloſſ. Lat. Gr.] *Farina omnis ad pinſendum macerata, et aqua ſubacta, vnde panis coquitur.* Maſſa *etiam ſignificat, Quidquid denſum ſpiſſumue eſt, ad ſimilitudinem farinae ſubactae.* βῶλος ἀργύρου, ἢ ἄλλης ὕλης Gloſſ. Lat. Gr. *Eo autem nomine ſic dicitur, quod informis moles eſt, in qua nihil niſi moles et magnitudo ſpectetur.* Columel. 12, 5 Quidam ferri maſſas exurunt: ita vt ignis ſpeciem habeant. Virg. Georg. 4, 170 Ac veluti lentis Cyclopes fulmina maſſis, *etc.* Maſſam picis vrbe reportat Virg. Georg. 1, 275. Ardentis maſſae fuligo Iuuen. Sat. 10, 130. Lactis maſſa coacti Ouid. Met. 8, 666. Dura maſſa et pondus iners Ouid. de Arte Am. 3, 220. Nubila, *vid.* NVBES. Maſſa *etiam vocatur Fundus vel certa agri pars, et quaeuis Moles denſa.* Ammian. 14, 11 Natus apud Tuſcos in maſſa Veternenſi. *Conf. Barth. Aduerſ.* 45, 17. *Fabrett.* Inſcript. p. 98. Caſſiodor. Var. Epiſt. 9, 3.

MASSVLA, ae. f. Dim. [μαζίδιον] Columel. 12, 38 Poſthaec complures ex ea maſſulae fiunt, et ita per latera feriae in muſtum demittuntur, ne altera offa ſuper alteram perueniat.

MASSALIS, e. Adi. *Totalis ap.* Tertull. adu. Hermog. c. 30. *et* adu. Marc. 4, 18. *Hinc*

MASSALITER. Adu. Id. Tertull. adu. Valentin. c. 16. *et de* Fuga in Perſecut. c. 13.

MASSO, āre. *In maſſam redigere, Conglobare, condenſare. Laudatur* Lucret. 1, 666 Quod ſi forte vlla credunt ratione poteſſe Igneis in coetus ſtringi, maſſareque corpus, *etc. Sed probabilius alii* Mutare. ¶ 2 *Pro maſticare:* papaueris radix maſſata Theod. Priſc. 2, 29. *Add.* Idem 1, 8. *Graecum eſt* μασσᾶν.

MASSAESYLIA. [Μασσαισυλία] *Siue, vt apud Steph. et Strab. legitur,* Μασαισυλία *vnico σ, Africae regio, a Mauris Mulucha fluuio (quem Strab. Molochat appellat) diremta. Vid. Strabon.* 17. *et* Plin. 5, 2. *Huius regionis populi* Maſſaeſyli *vocati fuerunt, quos Plinius teſtatur ſua aetate extinctos fuiſſe. De confuſione* Maſſylorum *et* Maſaeſylorum *vid. Drackenb. ad* Sil. 16, 171.

MASSAGĔTAE. [Μασσαγέται] *Populi nobiles Scythiae Aſiaticae Orientem verſus, trans Araxem.* Maſſagetes, *numero ſingulari dicitur.* Claud. in Ruff. 1, 312 Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax Maſſagetes. *Nempe in ſiti equi vena percuſſa ſanguinem eius bibere dicuntur. Et* Lucan. 3, 283.

MASSARIS. Vua eſt, quae ex vite ſilueſtri cum flore in Africa decerpitur; medicinae tantum et odoramentis idonea. *Vid.* Plin. 12 c. vlt. *et in* Prooem. 23.

MASSIA. [Μασσία Stephano] *Oppidum Hiſpaniae vlterioris, non procul a Tarteſſo, circa quod lateres fiebant ex terra pumicoſa, qui ſiccati non mergebantur in aqua. Vid.* Plin. 35, 14 ſ. 49. *vbi tamen Hard. ex* MSS. Maxilua, *quod nomen reſtitui etiam vult* Vitruu. 2, 3.

MASSĬCVS. [Μασσικός] *Mons Campaniae, optimi vini ferax. Docet* Seruius Maſſicus in plurali facere Maſſica *ad* Virg. Aen. 7, 726 Vertunt felicia Baccho Maſſica. Sil. 7, 263 Maſſicus vuiferis addebat nomina glebis. Montes Maſſici Plin. 14, 6. Radices Maſſici Cic. de Lege Agrar. 2, 65. Vuifer Maſſicus Stat. Silu. 4, 3, 64.

MASSICVS, a, um. Adi. [Μασσικός] Munera Maſſica Bacchi Virg. Georg. 3, 526. Cella Maſſica Martial. 1, 27. Humor Maſſicus Bacchi Virg. Georg. 2, 143. Vina Maſſica Hor. Serm. 2, 4, 55. *Et* Martial. 4, 13.

MASSĬCVM, i. n. [Μασσικόν] *Dicitur etiam ſimpliciter, i. elliptice, Vinum ipſum ex Maſſico proueniens.* Hor. Carm. 1, 1, 19 Eſt qui nec veteris pocula Maſſici, *etc.* Vinum Maſſicum *autem laudat* Plin. 14, 6 Naſcitur in iis Campaniae montibus, qui Maſſici nominantur. Obliuioſum Maſſicum Hor. Carm. 2, 7, 21. *Quod faciat obliuiſci curarum.* Idem ibidem 3, 21, 5 Quocunque lectum nomine (*i. conſule*) Maſſicum. *Etiam Plur.* Martial. 3, 49 Veientana mihi miſces, tu Maſſica potas. *Et* 4, 69 Tu Setina quidem ſemper vel Maſſica ponis.

MASSĬLIA. [Μασσαλία] *Galliae Narbonenſis vrbs, aliquando fama rerum geſtarum, abundantia opum viriumque et doctrinarum gloria florentiſſima, quae a* Cic. Off. 2, 28 *multis verbis laudatur; tum etiam pro* Flacc. 63 Neque vero te Maſſilia praetereo, quae L. Flaccum militem Quaeſtoremque cognoſti; cuius ego diſciplinam atque grauitatem non ſolum Graeciae, ſed haud ſcio an cunctis gentibus anteponendam iure dicam. Quae tam procul a Graecorum omnium regionibus, diſciplinis, linguisque diuiſa, quum in vltimis terris cincta Gallorum gentibus, barbariae fluctibus alluatur: ſic optimatum conſilio gubernatur, vt omnes eius inſtituta laudare facilius poſſint, quam aemulari. *De huius origine* Iuſtinus 43. *multa.* Ammianus 15, . . A Phocide (inquit) Aſiaticus populus, Harpali inclementiam vitans Cyri regis praefecti, Italiam nauigio petit; cuius pars in Lucania Veliam, alia condidit in Viennenſi Maſſiliam. Quae verba ex libro decimo Noctium Atticarum Gellii mutuatus eſt. De vrbis huius veteribus inſtitutis multa Valer. 2, 6 *et* 7. Inclytam fuiſſe clariſſimo gymnaſio in Agricolae vita Tacitus teſtatur. Lege Strab. 4. Lucan. 3, 308 Semper in externis populo communia veſtro Maſſiliam bellis teſtatur fata tuliſſe. *Haec vini optimi ferax fuit: vnde* Martial. 13, 123 Fumea Maſſiliae ponere vina potes. *A* Maſſilia *fiunt,*

MASSILIENSIS. [Μασσαλιώτης] Plaut. Caſin. 5, 4, 1 Vbi tu es, qui colere mores Maſſilienſes poſtulas, *i. ſeueros et pudicos: Vid. Brodaeus Miſc.* 3, 27 *vbi docet pro diuerſitate temporis etiam male ob mollitiem audiiſſe Maſſilienſes.* Auſon. Epiſt. 9, 27 Ex interuallo: quae Maſſilienſia: portum Quae Narbo ad Veneris nutrit.

MASSILITANI. Vitruu. 10, 22.

MASSALIOTICVM os Rhodani Plin. 3, 4.

MASSYLI. [Μασσύλοι] *Mauritaniae mediterraneae populi, de quibus* Virg. Aen. 4, 132 Maſſylique ruunt equites, *etc. Et* 4, 483 Hinc mihi Maſſylae gentis monſtrata ſacerdos. *Meminit* Plin. 5, 4. Ora Maſſyla Sil. 16, 171. Oppida Claud. de ſext. Conſ. Hon. 378. Robora Stat. Silu. 3, 3, 94.

MASSYLIVS. *Aliud* Adi. [Μασσύλιος] *Idem.* Lucan. 4, 682 Et gens quae nudo reſidens Maſſylia dorſo Ora leui flectit frenorum neſcia virga.

MASSYLAEVS, a, um. *Aliud* Adi. [Μασσύλαιος] Martial. 9, 23 Et Maſſylaeum virga gubernat equum.

MASTĬCHE, es. f. [μαστίχη] *Lacrima eſt, quam lentiſcus arbor gummi modo ſudat.* Plin. 12, 17 Sed maſtiche quoque gemina eſt; quoniam et in Aſia Graeciaque reperitur herba radice folia emittens. *Et paullo poſt,* Laudatiſſima autem Chia, candida, cuius pretium in libras XX, nigrae vero XII. Chia e lentiſco traditur gigni gummi modo. Chiae Maſtiches Scribon. 60, 110. Chiae candidae 108. Maſtichis Samon. v. 450. *Add.* Id. v. 426. *Sic* Rugarum ſulcos lentiſci Maſtiche tendes Samon. v. 159. *id quod videtur a nominatiuo* Maſtix *deflexum eſſe: vid. Interpp. Add.* Iſid. 17, 8.

MASTICHATVS, a, um. Adi. *Ex maſtiche factus.* Poculum maſtichatum Lamprid. in Heliogab. c. 19.

MASTICHĪNVS, a, um. *Idem.* Oleum maſtichinum Pallad. Mart. t. 9. Maſticina veſtis Iſidor. 19, 22. Maſticinum Iſid. 19, 27. *i. quod colore maſtichen refert. Nempe vitio librariorum omiſſa adſpiratio.*

MASTICHELAEON, i. n. *Oleum ex maſtiche.* Conſtantin. Afer. 7, 6.

MASTĬCO, āre. *Mando.* Macer de viribus Herb. Carm. 3. *Add.* Id. Carm. 71. *Hinc*

MASTICATVS, a, um. Partic. *apud* Apul. de Herb. c. 79. Theod. Priſc. de Diaeta c. 10.

MASTICATIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Tard. 4, 3.

MASTIGIA, *vid.* MASTIX.

MASTIX, īgis. m. [μάστιξ] *Flagellum, ſcutica. A verbo Graeco* μαστιγόω, *ſiue* μαστίζω *flagello. Vnde Homeromaſtix dictus eſt Zoilus ille, qui contra Iliadem et Odyſſaeam Homeri ſcripſit.* ¶ 2 Pro Maſtiche Iſidor. 17, 8.

MASTIGOPHORVS, i. m. [μαστιγοφόρος] *Qui agonothetas ſ. Praeſides in ſacris certaminibus comitabatur.* Maſtigophori, *id eſt flagelliferi, erant lictores agonothetarum, ad ſubmouendam turbam, et cohibendas ſeditiones. Budaeus.* Prudent. in Symmach. 2, 516. *et* L. 18, §. 17 ff. de muner. et honor.

MASTĪGIA, ae. m. [μαστιγίας] *Verbero, ſiue qui verberibus dignus eſt.* Plaut. Amphit. 4, 2, 13 Ita ego te certo cruce et cruciatu mactabo. Exi foras maſtigia. *Conf.* Plaut. Moſt. 1, 1, 1. Ter. Adelph. 5, 2, 6.

MASTIGEVS, i. m. [μαστιγεύς] *Idem. Profertur ex* Plauto Trin. 4, 2, 121 *legitur,* Aggrediundus eſt hic homo Maſtigeus. *Sed recte Gronou.* Aggrediundu'ſt hic homo mihi aſtu. heus, pax, de tribus verbis volo.

MASTIGO, āre. *Flagellare, ap.* Cyprian. Serm. de rat. circumciſ. p. 489.

MASTOS. *Herba.* Plin. 26, 15 ſ. 92 Quae vero maſtos vocatur, inquit, indita, pilos mammarum e partu naſcentium aufert, et tineas in facie, aliaque cutis vitia emendat.

MASTRŪCA, ae. [μαστρούκα] *Veſtis ſcortea, peſſime et grauiſſime olens, qua Sardi vtuntur.* Cic. pro Scaur. Fragm. Quem purpura regalis non commouit, eum Sardorum maſtruca mutauit. *Sed et barbari Septentrionales qui pelliti erant, illa vtebantur.* Prudent. adu. Symmach. 2, 698 Maſtrucis proceres veſtire togatos. *Conf.* Iſidor. 19, 23. *Interpp. ad* Quinctil. 1, 5 p. 53. *Barth. ad* Claud. p. 56. *Iam ad* Quinctil. *l. c. monuimus* Maſtrucam *videri ſagum cucullatum,* ein Mützrock: Rock *enim noſtris eſt toga,* Mütze *autem tegumentum capitis.*

MASTRVCĀTVS, a, um. Adi. [μαστρουκωτός] *Qui maſtruca vtitur.* Plaut. Poen. 5, 5, 34 Maſtrucatus et plenus puluere. Cic. de Prouinc. Conſul. 15 c. 7 Res in Sardinia cum maſtrucatis latrunculis a Propraetore vna cohorte auxiliaria geſta.

MASTVRBĀTOR, ōris. m. *Qui thalaſſionem indicit manibus libidinoſis, fitque ſine femina maritus. Vtitur* Martial. 14, 203. *Conf. Sciopp. ad* Priap. Carm. 18.

MASTVRBO, āre. Martial. 11, 105 Maſturbabantur Phrygii poſt oſtia ſerui, *i. ipſi ſibi libidinis et effundendi ſeminis miniſtri erant. Al.* Maſtupro, Maſtuprator *etc.*

MASTVRBAT, δέφει, δέφεται Vet. Gloſſ.

MASTVRBATVS, *ſ.* MASTVPRATVS, i. m. Martial. 9, 42 *qui ſe hoc genere turpitudinis polluit.*

MASTVS, i. m. [μαστός] *Latine Mamma dicitur; et proprie animalium eſt. Hinc* Tubuli mammati *ſeu mammae in balneis et fontibus intelliguntur; quas* Vitruu. 8, 3 Maſtos *Graeca voce nominauit.* Athenis, *inquit,* ex huiusmodi locis et fontibus maſti vsque ad portum Pireaeum ducti ſunt ſalientes. *Eas* Varr. de R. R. 3, 14 Papillas conuertit. ¶ 2 *Herbae genus ap.* Plin. 26, 15. *Vid.* MASTOS.

MĂSŬRIVS, Sabinus *nobilis ICtus, a quo Sabiniani ICti dicti ſunt: huc referendus propter illud* Perſii 5, 90 Cur mihi non liceat iuſſit quodcunque voluntas, Excepto, ſi quid Maſuri rubrica vetauit, *i. generatim lex, ſecundum interpretationem Sabini.*

M A T.

MATAEVS, a, um. Petron. c. 41. *Al.* matus *vel* mattus *v. v.*

MATARA *vel* MATARIS *ſ.* MATERIS, *it.* MAZARA, *Genus teli.* Liu. 7, 24 Conſul laeuo humero matari a prope traiecto ceſſerat parumper ex acie Caeſ. Bell. Gall. 1, 26. Nonnulli inter carros rotasque mataras ac tragulas ſubiiciebant. *Graecus interpres* παλτὰ καὶ ξυστά. Materibus configunt Non. 18, 26 *ex* Siſenna. Materis transalpina Auct. ad Herenn. 4, 43 c. 32.

MATAVITATAV. Gladium ſtrinxi et matauitatau vmbras cecidi Petron. c. 62. *Ignoratur, quid ſit: niſi forte ſonus, quo actio gladio verberantis aëra vtcunque exprimitur.*

MATAXA, *ſ.* METAXA, ae. f. *Dicitur eſſe Reſtis ſeu funiculi ſpecies.* Iſidorus Etymolog. 19, 4 *inter funium genera,* Catapirates, linea cum maſſa plumbea, qua maris altitudo tentatur. Lucil. Hanc (*ſ.* Huc) catapiratem puer eodem deferet vnctum, Plumbi pauxillum rudus, linique mataxam. *Deſcriptio eſt Bolidis.* Id. 19, 29 *in veſtium inſtrumentis* Mantaxa; quaſi, metaxa; a circuitu ſcilicet filorum. Nam meta circuitus dicitur, vel quod transferatur. *Hi duo loci conueniunt, vt poſſimus intelligere inſtrumentum, in quod circumactu voluuntur et deuoluuntur fila, funiculi. Sed obſcurus admodum eſt locus* Vitruuii 7, 3 Sin autem, *ait,* arundinis Graecae copia non erit, de paludibus tenues (arundines) colligantur, et mataxae et tomicae ad iuſtam longitudinem vna craſſitudine alligationibus temperentur, dum ne plus inter duos nodos alligationibus binos pedes diſtent. *Sunt qui legant,* et mataxae tomicae, *omiſſo* et. *Quid ſi fuit,* et mataxa tomicae — temperentur, *vt etiam hic* Mataxa *ſit inſtrumenti nomen, quo* temperentur tomicae. *Illud quidem certum videtur, Italorum* Mataſſa *et* Madexa *Hiſpanorum eſſe* Mataxam *illam, vel* Metexam *antiquorum: eoque primum ſignificare inſtrumentum, cui inuoluitur funiculus aut filum, ac deinde illud ipſum, quod ſic inuolutum et glomeratum eſt. Hinc* ¶ 2 Mataxa *non modo in* Gloſſ. Philox. *eſt* σειρὰ, *i.* σειρὰ *funis: Sed* l. vlt. ff. §. 7 de publicanis *itemque* l. 13 C. Th. de Murileg. *et* Gynaec. Mataxa, Metaxa, μέταξα *eſt ipſum Sericum, rude et nondum humana manu in fila deductum, vt poſt Cuiacium explicat Iac. Gothofredus ad l. c.* C. Theod. *et e Graecis praeſertim copioſe illuſtrat. Hinc*

MATAXARIVS *vel* METAXARIVS *eſt* metaxae *huius ſ. Serici crudi negotiator* l. vlt. C. de pignor.

MATELLA, MATELLIO, *vid.* MATVLA.

MATEŎLA, ae. f. *nomen, quo vtitur* Cato de R. R. c. 46, 2 Quum taleam demittes, pede taleam opprimito; ſi parum deſcendet, malleolo, aut mateola adigito. *Turnebus* 11, 13 Materiola *legendum putat, aut ſaltem* Mateolam *pro Fuſte interpretandum.* Hard. *ad* Plin. 17, 17 ſ. 27 *Manubrium bipalii interpretatur.*

MĀTER, tris. f. [μήτηρ] *Quae peperit, reſpectu eius, quod peperit.* Cic. pro A. Cluent. 12 Saſſia mater huius Auiti (mater enim a me nominis cauſa, tametſi in hunc hoſtili odio, et crudelitate eſt) mater inquam appellabitur; neque vnquam illa ita de ſuo ſcelere et immanitate audiet, vt naturae nomen amittat. Ad matrem, *vid.* AD. *De* Matre familias *mox ſeparatim dicemus.* Feliciſſima matrum Ouid. Met. 6, 155. Turba matrum Virg. Aen. 7, 357. Id. Ecl. 8, 48 Crudelis tu quoque mater. Orbae, *vid.* ORBVS. Orbata Lucret. 2, 355. Carentes matre priuigni Hor. Carm. 3, 24, 17. Natus humana, *vid.* NASCOR. Virg. Georg. 4, 321 Mater Cyrene, mater. Mater, *inquit* Nonius, Quae quoduis animal partu edit. Foeta mater Stat. Theb. 9, 116. *Vaccam intelligit.* Excretos prohibent a matribus hoedos Virg. Georg. 3, 398. Mater, *Diuinitatis etiam nomen eſt: vt,* Lua mater, mater Matuta. DEABVS MATRIBVS *dicatae arae ap.* Selden. de DIs Syr. 2, 2. Mater Deûm, Cybele, *v. v. et* Seruius *locis plurimis.* Mater Eleuſina *eſt* Ceres. Mater Eumenidum, nox. *Vid.* Seru. *ad* Aen. 6, 350. Veſta mater Sen. Controu. 4, 4. *Eſt et Dignitatis;* Iubemus te ſaluere, Mater Plaut. Rud. 1, 5, 5. *Conf. Wower. et alii ad* Petron. c. 7. *Erat hoc inprimis apud veteres Chriſtianos in vſu, vt ex* Hieronymo *aliisque patet. Nempe* Mater *eſt honorata mulier, matrona.* Virg. Aen. 8, 665 Caſtae ducebant ſacra per vrbem, Pilentis matres in mollibus. *Significari enim puto Senatorias, nobiles, patricias mulieres, quae ſacerdotes erant. Vid.* Seru. ad Aen. 2, 489. *et* 9, 217. *Et apud* Lucret. 4, 76

Namque ibi conſeſſum caueai ſubter et omnem
Scenai ſpeciem patrum matrumque deorumque
Inficiunt.

Hic patres et matres coniunxit, et a cauea cuneisque populi ſeparauit, orcheſtram ſignificans, vnde ſpectabant ſenatores et ſenatorum vxores. Turnebus. Mater *pro animi materni affectu.* Ira diſceſſit loco, Materque, tota coniuge expulſa, redit Sen. Med. 628. *De* Matre familias *mox ſeparatim agemus.* ¶ 2 *Improprie* Mater, Nutricem aliquando ſignificat Plaut. Men. prol. 19. Virg. Aen. 8, 632. Non. 4, 294. Mater, *ad Arbores translatum.* Colum. 3, 17, 1. *et al.* Plin. 12, 5 Superiores eiusdem rami in excelſum emicant, ſiluoſa multitudine, vaſto matris corpore. *Add.* Virg. Georg. 2, 19 *de lauro pullulante.* Vini, vitis *dicitur* Plaut. Amph. 1, 1, 274. Mellis matres *apes* Varr. R. R. 2, 5, 5. Luxuries, auaritiae mater Cic. de Orat. 2, 171 c. 40. Sapientia, omnium bonarum rerum mater Cic. de Legib. 2, 58 c. 22. Mater dura, *i. craſſior,* *et* pia, *i. tenuis* mater *ap. Anatomicos ſunt meninges cerebrum ambientes.*

MATERCŬLA, ae. f. Dimin. [μητρίδιον] Cic. pro Flacc. 91 c. 36 Nunc denique materculae ſuae feſtiuus filius aniculae minime ſuſpicioſae purgat ſe per epiſtolam. *Conf.* Hor. Epiſt. 1, 7, 7.

MATERNVS, a, um. Adi. [μητρικός, μητρῷος] *Quod eſt matris.* Magnam vim magnam poſſidet religionem Maternus paternusque ſanguis Cic. pro Roſc. Amer. 66. *et* pro Cluent. 12 c. 5 Nomen amantius indulgentiusque maternum. Virg. Aen. 4, 258 Materno veniens ab auo Cyllenia proles. *Intelligit Atlantem auum Mercurii. Maia enim Mercurii mater, filia fuit Atlantis.* Vbera materna Stat. Theb. 1, 118. Animus maternus Ter. Heaut. 4, 1, 24. Ouid. Met. 8, 498 Mens vbi materna eſt? Res maternae atque paternae abſumtae Hor. Epiſt. 1, 15, 26. Ouid. Met. 3, 312 *de Baccho,*

Imperfectus adhuc infans genetricis ab aluo
Eripitur, patrioque tener, ſi credere dignum,
Inſuitur femori, maternaque Tempora complet,

i. tempus, quod legitimae in vtero geſtationi deerat.

MATERFAMILIAS *ſaepe ita iunctim ſcriptum inuenias, genitiuo antiquo, ad imitationem Graecorum, qui femininorum in* A *purum deſinentium genitiuos in* AS *mittunt. Dicitur tamen et* Mater familiae, *et* Matres familiarum. Eſt *autem* Mater familias, *vt docet* Gellius 18, 6 Ea ſola, quae in mariti manu mancipioque eſt, aut in eius, in cuius maritus manu mancipioque eſſet: quoniam non in matrimonium tantum, ſed in familiam quoque mariti, et in ſui heredis locum veniſſet. *Paullo ante refutarat eius opinionem, qui dixerat,* matrem familias eſſe, quae ſaepius peperiſſet. *Conf.* Non. 5, 12. Seruius *ad* Aen. 11, 676. Feſtus, Mater familiae non ante dicebatur, quam vir eius pater familiae dictus eſſet. nec poſſunt hoc nomine plures in vna familia praeter vnam appellari. Vlpianus de Verborum ſignif. l. Pronuntiatum, Matrem familias accipere debemus eam, quae non inhoneſte vixit. matrem enim familias a caeteris feminis mores diſcernunt atque ſeparant. proinde nihil intererit, nupta ſit, an vidua: ingenua ſit, an libertina. nam neque nuptiae, neque natales faciunt matres familiarum, ſed boni mores. *Alia exemplaria legunt* Matres familias. Idem de Liberis exhibendis, l. Deinde, Quum audis matrem familias, accipe notae auctoritatis feminam. *Conf.* Tertull. de vel. Virg. c. 11. Seru. *ad* Aen. 11, 581. *it.* 4, 76. Petulanter facimus, ſi matrem familias, ſecus quam matronarum ſanctitas poſtulat, nominamus Cic. pro Cael. 32 c. 13. Species et forma vxoris eſt mater familias Id. in Topic. 14 c. 3. Mater familias, *pro Vxore.* Liu. 34, 7 Et quum tibi viro liceat purpura in veſte ſtragula vti, matrem familias tuam purpureum amiculum habere non ſines? *al.* matrem familiae. Iuſta mater familias, *et* Pellex, *contraria.* Liu. 39, 53 *pr. vid.* IVSTVS. Mater familias quoque dicitur, Quae eſt ſui iuris et emancipata. Vlpianus in l. Poſt mortem. D. De adopt. et emanc.

MATRŌNA, ae. f. [οἰκοδέσποινα, γυνή] dicitur (*inquit* Gellius 18, 6)

18, 6) Quae in matrimonium cum viro conuenit, quoad in eo matrimonio manet, etiam ſi ſibi liberi nondum nati ſint. Dictaque eſt a matris nomine, non adepto iam, ſed cum ſpe et omine mox adipiſcendo. Vnde ipſum quoque Matrimonium dicitur. *Diſputat eo loco aduerſus* Aelii Meliſſi *ineptias*, *qui* Matronam *eſſe docebat*, quae ſemel peperit; quae ſaepius, Matrem familias. Cic. de Finib. 2, 11 Tanquam meretricem in matronarum coetum. Ouid. Faſt. 6, 33 Si torus in pretio eſt, dicor, matrona tonantis. *Verba ſunt Iunonis*, *quae vxor eſt Iouis.* *Add.* Id. Heroid. 5, 85. *et* Met. 6, 581. Honores matronis habiti Liu. 5, 25. *et* 50. *extr.* Matrona pudicior Ouid. in Ibin 351. Vera Ornamenta matronarum pudicitiam, non veſtes eſſe Iuſtin. 20, 4, 12. Partus matronarum Cic. de Nat. Deor. 3, 47. Sanctitas matronarum Id. pro Cael. 32 c. 13. Matronae nomen amittere Vlp. in l. Si. vxor. D. ad l. Iuliam de adult. Conſtuprare matronas, *vid.* CONSTVPRO. Matrona meretrici diſpar Hor. Epiſt. 1, 18, 3. Honeſta matrona Scribon. 16. Opulentae, optimates matronae Cic. Fam. 7, 6. Pollens matrona Ouid. Met. 5, 508. Primores ciuitatis Liu. 29, 14. Summates matronae Plaut. Ciſt. 1, 1, 27.

MATRONĀLIS, e. Adi. [γυναικῆος] *Quod matronae eſt.* Plin. Epiſt. 5, 16 Nondum annos quatuordecim impleuerat, et iam illi anilis prudentia, matronalis grauitas erat. *Sic apud* Liu. 26, 49 Matronale decus. *Et apud* Columel. 12 prooemio, Matronalis labor. Matronales genae Ouid. Faſt. 2, 828.

MATRONALIA, um. n. *Feſta fuerunt Kal. Martiis in Martis honorem, ob diremtum a matronis bellum cum Sabinis. Vid. Plutarch. in Romulo.* Ouid. Faſt. 3, 170 *rem ipſam declarat. Alludit* Plaut. Mil. 3, 1, 96. Matronales feriae *dicuntur* Tertull. de Idolol. c. 14.

MATRONATVS, ûs. m. *Conditio matronae.* Apul. Met. p. 153, 9 Vt matronatus eius indicabat. *Vix poteſt aliud quam ornatus et cultus intelligi.*

MATRALIA. [μητρωνάλια] *Feſta erant matronarum ſ.* Matrum *potius, a quibus excludebantur famulae. Vid.* Ouid. Faſt. 6, 475 Ite bonae matres, veſtrum matralia feſtum, Flauaque Thebanae reddite liba deae. *Celebrantur* III *Non. Iunii. Add.* Varr. L. L. 4, 22.

MATRIMONIVM, i. n. [ἐπιγαμία, συζυγία] *Maris et feminae coniugatio.* Cic. Verr. 3, 164 Vectius tuus affinis, cuius ſororem habes in matrimonio. Tacit. Ann. 12, 7 Neque tamen repertus eſt, niſi vnus talis matrimonii Cupitor. Dignitas Cic. pro Cluent. 35. Ius matrimonii caſtum et legitimum Id. pro Cluent. 175 c. 62. Iuſtum Quinctil. 5, 11. Stabile et certum Cic. Philipp. 2, 44. Violata Quinctil. 5, 11. Abire ex matrimonio, *vid.* ABEO. Accipere aliquem in matrimonium Tacit. Hiſt. 3, 45. Amare in matrimonium, *vid.* AMO. Collocare aliquem in matrimonium Cic. de Diuin. 1, 104. Curtius 6, 9, 30 Tunc Coenus, quanquam Philotae ſororem matrimonio ſecum Coniunxerat, tamen acrius quam quiſquam, in Philotam inuectus eſt. Dare in matrimonium Caeſ. Bell. Gall. 1, 4. Ducere in matrimonium aliquam Cic. pro Cluent. 125 c. 44. Exigitur matrimonio vxor Plaut. Merc. 4, 6, 6. Tacit. Ann. 11, 12 In C. Silium iuuentutis Romanae pulcherrimum ita exarſerat, vt Iuliam Syllanam nobilem feminam matrimonio eius Exturbaret. *De Meſſalinae adulterio cum C. Silio loquitur.* Habere aliquam in matrimonio Cic. Verr. 3, 89. *et* de Legib. 3, 36 c. 16. Iungere ſecum aliquam matrimonio Curtius 5, 3, 12. Sibi aliquam matrimonio Curt. 8, 1, 9. Locare aliquam in ſtabili et certo matrimonio Cic. Philip. 2, 44. Iuſtin. 1 *extr. de Dario*, Cyri regis filiam in matrimonio Recepit. *i. Accepit.* Tenere aliquam matrimonio Tacit. Ann. 15, 71. Tradere filiam in matrimonium mediocri viro Iuſtin. 1, 4 *De Aſtyage. Plurima, quae ad ritus et ſollemnitates matrimoniorum pertinent, verba occurrunt ap.* Liu. l. 4 *pr. et* Ouid. A. A. 2, 598. ¶ 2 Matrimonium, *pro Matrona ſeu coniuge.* Liu. 23 Matrimoniis conuocatis. Iuſtin. 3, 3, 8 Vt ſeuerius matrimonia ſua viri coërcerent. *Add.* Id. 3, 5, 6. Suet. Calig. c. 25. *Pro viro accipi videtur* Plin. 15, 30 Liuia, quae poſt Auguſta matrimonii nomen accepit.

MATERTĔRA, ae. f. [μητροκασιγνήτη] Matris ſoror; quaſi Mater altera, *inquit* Feſtus. Plaut. Curc. 5, 2, 4 Pater iſtum meus geſtauit. PL. at pol mea matertera. Cic. de Orat. 2, 2. *et* de Diuin. 1, 104. Tacit. Ann. 4, 71, 3. *et* Perſ. Sat. 2, 31. *et* 6, 54.

MATRIMONIĀLIS, e. Adi. Firmicus 7, 17 Aut ſine tabulis matrimonialibus coibunt.

MATRVĒLIS. [ἀνεψιός] *Ex matris fratre natus.* In l. prima, Ad legem Pompeiam de Parricidiis. *Et* Aurel. Vict. de Orig. Gent. Rom. c. 13 Turnus matruelis Amatae.

MATRESCO, ĕre. [μητριάζω] *Matri ſimilem fieri.* Pacuuius Duloreſte, Vtinam nunc matreſcam ingenio, vt meum patrem vlciſci queam Nonius 2, 526.

MATRĪMVS, i. Cuius mater adhuc viuit, *vt ait* Feſtus. Cic. de Aruſp. Reſp. 23 c. 11 An ſi ludus conſtitit, aut tibicen repente conticuit, aut puer ille patrimus et matrimus, ſi terram non tenuit, *etc.* Liu. 37, 3 Decem ingenui, decem virgines, patrimi omnes, matrimique ad id ſacrificium adhibiti. Tac. Hiſt. 4, 53 *in Capitolii dedicatione adhibiti.* Feſto *ſunt* Matrimes et Patrimes. *Conf.* PATRIMI.

MATRIX, īcis. f. *Femina, quae foetus gratia tenetur.* Columel. 8, 2, 8 Sint ergo matrices robuſti corporis, quadratae, pectoroſae, magnis capitibus, *de gallinis. De bubus* Varr. de R. R. 2, 5, 12 Habeo tauros totidem quot Atticus, ad matrices ſeptuaginta duas, vnum anniculum, alterum bimum. Col. 7, 3, 12 *de ouibus.* Suet. in Auguſt. c. 94 Matricem arborem *dicit*, *Ex qua ſtolones ſuccreuerunt.* ¶ 2 Matricem [μήτραν] *medici accipiunt pro Vtriculo qui in feminis iunctus eſt veſicae, et ad progenerandum aptus eſt.* Plin. 27, 10 Matricem autem et ſtomachum decocta in vino, ſanat. ¶ 3 *Vena in ceruice iumentorum* Veget. Mulomed. 1, 25, 1 *et ſaepius, vid. Geſn. Lex. Ruſt.* ¶ 4 Matrix *etiam eſt*, Regeſtum ſiue Album. *Vid.* Gloſſ. Philoxen. *et* Tertul. de Fuga in perſecut. c. 13. *Pro qua tamen vſitatius ponitur*

MATRICVLA, ae. f. Dimin. *Catalogus militum.* Veget. 1, 26. *et* 2, 2. *Inde ad alias res transfertur. Vid. Voſſ. de Vitiis Serm.* 3, 24.

MATRICVLARIVS, i. m. *Qui matriculam ſeruat apud* ICtos. *Item*, Inops, *in* Gloſſ. Iſidor.

MATRICVLVS, i. m. *Genus piſcis.* Apul. Apol. 1 p. 162. *Conf. tamen Coluii Notae p.* 253.

MATRICALIS, e. Adi. Matricalis vena Veget. 1, 10, 7. 1, 13, 2. Matricalis herba Apul. de Herb. c. 66.

MATRICI, *vid.* MATTICI.

MATRĬCĪDA, ae. m. [μητροκτόνος] Qui matrem occidit. Cic. Q. Frat. 1, 2 Quem ſcribis certiſſimum matricidam. *Et* Nepos 15, 6, 2. Matrique cida Nero proprii vim pertulit enſis Auſon. in Caeſarib. *perperam autem ſecunda ſyllaba producitur ab eodem* Auſon. Caeſ. 35. *itemque* Sidon. Carm. 5, 290 *vbi vid. Sauaro, et add. Voſſ. de Arte Gramm.* 2, 20.

MATRICĪDIVM, i. n. [μητροφονία] *Actus ipſe.* Cic. de Invent. 1, 18 c. 13 Oreſtes ſi accuſetur matricidii, *etc.*

MATERA, *vid.* MATARA.

MATERIA, ae. *vel* MATERIES, ēi. f. [ὕλη, ὑπόθεσις] *Omne illud, e quo aliquid fieri, formari, fingi intelligitur. A matre videtur nomen habere, quae cum maſſam et particulas ſuppeditare foetui videatur: hinc quidquid eſt, e quo aliquid oriri, fingi, formari, excudi ponimus*, materiam *vocari inualuit. Sed etiam de iis dicitur, quae corpora non ſunt, ſed animo tantum obuerſantur, in quantum de iis cogitatur, diſputatur ſcribitur* etc. *item ipſe animus hominis, in quantum et ipſe formari, fingi, flecti dicitur.* Ouid. Met. 2, 5 Materiam ſuperabat opus. Rudis materia, *i. Primum chaos.* Lucan. 2, 8. Scribon. 6 Oportet permanente capitis dolore materiam quoque detrahere ex eo per nares vel os, *i. humorem, pituitam, in qua et e qua dolor ille eſſe videtur. Add.* Comp. 9. *Paullo aliter* Comp. 84 Quandoquidem omnis conſtrictio in vtramque partem exiget aeque ſubiectam materiam, ſicut vtrem ſi quis medium laqueo conſtrinxerit, animaduertet in vtramque partem excludere ſubiectum liquorem. Celſ. 3, 4 Minui materiam ſuperantem oportet, quae naturaliter digeritur, vbi nihil noui accedit. Incorrupta *it.* Surda Materia, *vid. hh. vv.* Illud modo videndum, vt Materies ſuppetat ſcutariis Plaut. Epid. 1, 1, 35. *i. vt habeant, quod agant.* In ſingulis rebus eiusmodi Materies eſt, vt dies ſingulos poſſit conſumere Cic. pro Roſcio Am. c. 32. *Frequenter in primis* Materia libri, *ſiue* Materies: *Hypotheſis ipſa, et argumentum quod vocant.* Hor. de Arte Poët. 38 Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, aequam Viribus. Cic. de Orat. 3, 51 Quandoquidem in ea verſatur orator, atque ea eſt ei ſubiecta materies, omnia, *etc. Sic* Nitor materiae Quinctil. 3, 8. Abundantior, atque vltra quam oportebat fuſa materia Quinctil. 2, 4. Compoſitae materiae ad oſtentationem Idem 3, 7. Deliberatiuae iudicialesque Id. 2, 1. Felix materia in carmina Ouid. Amor. 1, 3, 19. Ingens ad dicendum Quinctil. 2, 4. Iocoſa Ouid. Rem. Amor. 387. Luculenta, *vid.* LVCVLENTVS. Mortales Tacit. Hiſt. 5, 5. Multiplex, variaque Quinctil. 2, 4. Performata, *vid.* PERFORMO. Plurima ad fingendum, credendumque Tacit. Hiſt. 1, 51. Vberior Quinctil. 3, 11. Aperiens ſe latius Quinctil. in prooem. 1. Creſcit mihi materies ſcribendi, *vid.* CRESCO. Decoquunt anni materiam Quinct. 2, 4, 7. Deſtinata ad ſcribendum Idem 5, 10. Detrahere materiem ſceleri Tacit. Ann. 12, 22. Dicere materias fictas Quinctil. 2, 4. Dictare materias, quas imitetur puer Idem 2, 4. Dare materiam exordio Idem 4, 1. Dare praeformatam materiam, ſecundum cuiusque vires Id. 2, 6. Dare alicui reſpondendi materiam Id. 6, 3. Duplicat materiam Quinctil. 2, 4. *De comparationis exercitatione.* Fingere materias veritati quam ſimillimas Id. 2, 10. Expatientur, et gaudeant materia Id. 2, 10. Habere materiam Cic. in Salluſt. 9. Nanciſci Id. Fam. 3, 7. Praebuit iuueni materiem adipiſcendi fauoris Tacit. Ann. 3, 31. Praebet vita materiem malis Ouid. ex Ponto 4, 16, 50. Praebere materiam ſuo damno Id. Met. 2, 213. Quaerere amori materiam Id. de Arte Am. 1, 49. Relinquere materiem Druſi fratris gloriae Tacit. Ann. 2, 26. Scribere de integro materiam retractatam Quinctil. 2, 4. Sere materiam Cic. pro Domo. . . Suggerere Quinctil. 5, 7. Trahere materiam a re aliqua Id. 4, 1. Belli praebere Vell. 2, 62, 3. Plin. in Paneg. c. 38 *pr.* Delibaſſe quaedam, ſeu potius demonſtraſſe contentus, largam, ac prope intactam benefaciendi materiam filio reſeruauit. Mali materia Hor. Carm. 3, 24, 49. Cupido pecuniae primo, deinde imperii creuit: ea quaſi Materies omnium Malorum fuere Sall. Cat. c. 10. Ea vetuſtiſſima militaribus odiis materies Tacit. Ann. 1, 32. Angebatur Tullia, nihil Materiae in viro neque ad cupiditatem, neque ad audaciam eſſe Liu. 1, 46. Materiem ingentis publice priuatimque Decoris omni indulgentia noſtra nutriamus Liu. 1, 39. *i. indolem.* Fac fuiſſe in illo C. Laelii aut M. Catonis Materiem atque indolem Cic. Verr. 3 c. 68. Cic. de Inu. 1 c. 2 Quae materia eſſet, et quanta ad maximas res opportunitas animis ineſſet hominum *etc. Conf. Geſner. ad* Quinctil. 2, 8, 12. Quid enim odiſſet Clodium, ſegetem ac materiam ſuae Gloriae Cic. pro Mil. c. 13. *Conf.* Quinctil. 8, 6, 7. Plaut. Mil. 4, 5, 4 Vt lenta fuit materies, *i. negotium, quod tarde proceſſit.* Ouid. Her. 4, 86 Non ſum materia digna perire tua. *Comparat amorem ſuum cum igne, cui materiam et alimenta praebeat Hippolytus. Non merui, vt peream amore, quem incendunt et alunt tuae dotes corporis atque animi. Nempe* ¶ 2 *Speciali ſignificatione* Materia *lignum et arbores ſignificat: ac nonnunquam illa appellatione, Ligna omnia comprehenduntur: quod Graeci* ὕλην *et ſiluam et materiem vocent.* Vet. Gloſſ. Materia ξυλεία Materia cuiusque generis, vt in Gallia eſt, praeter fagum atque abietem Caeſ. Bell. Gall. 5, 12. Propriis nominibus incuſant vallum, foſſas, pabuli, materiae, lignorum aggeſtus Tac. Ann. 1, 35, 2. Materia ad omnia vtuntur, informi, et citra ſpeciem ad delectationem Tac. Germ. c. 16 *de aedificiis veterum Germanorum.* Cato de R. R. c. 17 Robur, materies item pro ridica, vbi ſolſtitium fuerit ad brumam, ſemper tempeſtiua eſt. Caetera materies, quae ſemen habet, quum maturum ſemen habet, tum tempeſtiua eſt. Cic. pro Milon. 75 Repente lintribus in eam inſulam materiam, calcem, caementa, atque arma conuexit: *vbi tamen proprie ad aedificationem referri poteſt. Sed* Colum. Arb. 1, 1 Materiae magis aptum quoddam genus ſurculorum, *et ignis alimentum et aedificiorum materiam complectitur.* Materiem *pro Ligno quod eſt inter corticem accipit* Colum. 5, 11. *dicens*, Cuneum ferreum vel oſſeum inter corticem et materiem conſiderate demittito, ne laedas, aut rumpas corticem. Materia *interdum differt a Ligno.* Vlpian. in l. arboribus in princip. D. de vſufruct. Arboribus euerſis, vel vi ventorum deiectis, vſque ad vſum ſuum et villae poſſe vſufructuarium ferre, Labeo ait: nec materia eum pro ligno vſurum, ſi habet vnde vtatur ligno. Idem in l. ligni D. de legat. 3 Ligni appellatio nomen generale eſt; ſed ſic ſeparatur, vt ſit aliud materia, aliud lignum. Materia eſt, quae ad aedificandum fulciendumue neceſſaria eſt. Lignum, quidquid comburendi cauſa paratum eſt. *Add.* l. 62 *et* 67 ff. de V. S. Quinctil. 7, *pr.* 1 Opera exſtruentibus non ſatis eſt ſaxa et materiam, et caetera aedificanti congerere vtilia, niſi diſponendis eis collocandisque artificum manus adhibeatur. Plaut. Poen. 4, 2, 93 Proba materia eſt, ſi probum adhibeas fabrum. ¶ 3 Materia *in vite quidquid ligneum eſt appellatur* Col. 3, 17, 4. *Qui proinde palmitem omnem etiam* materiam *nominat*,

minat, vt de materiae ſubmittendae longitudine 4, 24, 19. Materiis compluribus e ſingulis gemmis germinans vitis 3, 6, 2 *etc. Sed etiam peculiari ratione* genus palmitis eſt, quod de nouello naſcitur, et in tenero alligatum dependet 5, 6, 35. ¶ 4 Materies, *de Equis etiam dicitur.* Columel. 6, 27, 1 Equinum pecus tripartito diuiditur; eſt enim generoſa materies, quae Circo ſacrisque certaminibus equos praebet. *Conf.* 7, 3, 15. *de ouibus.* ¶ 5 Materiam *pro pure, quae hodie vulgaris ratio eſt, dixiſſe* videtur Veget. 1, 46, 1.

MATERIŎLA, ae. f. Dimin. Tertull. de Bapt. c. 17 Concludere materiolam.

MATERIĀLIS, e. Adi. *Ad materiam pertinens.* Macrob. de Somn. Scip. 1, 12 Priusquam materialis influxio in corpus venientes animos ebriaret.

MATERIALĬTER. Adu. *Idem.* Sidon. Epiſt. 8, 11.

MATERIARIVS, a, um. [τέκτων Onomaſt. Vet.] *Faber lignarius, vel qui materiam praeſtat.* Plaut. Milit. 3, 3, 46 Adſunt fabri, architectique, eam quidem ad rem haud imperiti. A. ſi non nos materiarius remoratur, quod quidem opus eſt, noui indolem noſtri ingenii, cito erit parata nauis. Inſcript. apud Gruter. DCXLII. 6. FVLVIVS L.F. QVINTIANVS FABER MATERIARIVS. Materiaria fabrica, *Lignaria* Plin. 7, 56.

MATERIARI. [ὑλίζεσθαι] *ea forma dictum, qua Lignari; idemque ſignificat.* Caeſ. Bell. Gall. 7, 73 Erat eo tempore et materiari et frumentari, et tantas munitiones fieri neceſſe.

MATERIĀTVS. Partic. [ἐνύλωτος] Cic. Off. 3, 54 c. 13 Male materiatae aedes, *i. Compoſitae ex mala materie, vt ex lignis non caeſis tempeſtiue.*

MATERIANDVS. *aliud* Partic. Vitruu. 5, 12 Ea aedificia minime ſunt materianda propter incendia, *i. non e ligno, ſed e lapide vel lateribus facienda.*

MATERIATIO, *et* MATERIATV̄RA, f. [ἐνύλωσις] *apud* Vitruuium *legitur* 4, 2 In aedificiis omnibus inſuper collocatur materiatio variis vocabulis nominata. *Paullo poſt*, E quibus rebus, et a materiatura fabrili in lapideis et marmoreis aedium ſacrarum aedificationibus, *etc.* Materiationem *etiam* Feſto *reſtitui volebat Scaliger, loco quem laudamus in* ABIETARIVS.

MATERĪNVS, a, um. Adi. Terra materina Cat. R. R. c. 34 *i. Dura, ſolida, et prope lignea, vt exponit Turneb. Aduerſ.* 21, 25. *Mihi potius videtur ea, vbi fuit* materies *et rudus, aedificiorum.*

MATERIOSVS, a, um. Adi. *Idem.* πολύυλος Gloſſ. Gr. Lat.

MATERIS, *vid.* MATARIS.

MATERNVS, MATERTERA, *vid.* MATER.

MATHĒSIS, is. f. *vel* MATHĒMA, ătis. n. *vnde* MATHEMATICI *dicuntur*, [μάθησις, μάθημα] *Latine Diſciplina dicitur. Ad hanc diſciplinam ſpectant geometria, arithmetica, et quidquid ex eo genere eſſe indicare volumus, vt diſcatur plane, et per demonſtrationem quandam percipiatur. Alias* Mathematici *vocantur Genethliaci, aſtrologique, et qui Chaldaei vocantur.* Inuoluit *diabolus* Matheſi, magicas impellit in artes Prudent. contra Symmach. 2, 888. Thraſyllus multarum artium ſcientiam profeſſus, poſtremo ſe dedit Platonicae ſectae, ac deinde Matheſi Scholiaſt. Iuuenal. 6, 574. *i. genethliacae. Sic* Firmicus *libros, quibus aſtrologiam tradit*, Matheſeos *nomine inſcripſit.* Cic. de Orat. 1, 10 Quis ignorat, ii, qui mathematici vocantur, quanta in obſcuritate rerum, et quam recondita in arte, et multiplici, ſubtilique verſentur? Gell. 1, 9 *de ordine diſciplinae Pythagoricae*, Tum verba facere, et quaerere, quaeque audiſſent, ſcribere, et quae ipſi opinarentur, exponere poteſtas erat: Ii dicebantur in eo tempore μαθηματικοὶ, ſcilicet ab iis artibus, quas iam diſcere atque meditari incoeperant; quoniam geometriam, et gnomonicam, muſicam, caeteraſque item diſciplinas altiores, μαθήματα veteres Graeci appellabant. Vulgus autem quos gentilicio vocabulo Chaldaeos dicere oportet, mathematicos dicit. Cic. Tuſc. 1, 4 In ſummo apud illos honore Geometria fuit. Itaque nihil mathematicis illuſtrius. *Sed vt modo ex* Gellio 1, 9 *oſtenſum eſt, haec nomina vſurpari etiam de his coepere, qui praedictiones, non iam* Aſtronomicas *et* Mathematicas *proinde, ſed fraudulentas, nugatoriasque ex aſtris eorumque poſitu natalicio promitterent.* Nota mathematicis geneſis tua Iuuen. Sat. 14, 248. *Conf.* Id. 6, 560. Tac. Hiſt. 1, 22, 2 *et alibi.* Suet. Aug. c. 94 *extr. et* Tib. c. 36. *et* Calig. c. 57. ¶ 2 *Secundam contra naturam Graecae literae corripiunt* Prud. adu. Sym. 2, 888 Inuoluit Matheſi, magicas impellit in artes. *Sic* Sidon. Carm. 5, 130.

MATHEMATICVS, a, um. Adi. *vt*, Mathematicae diſciplinae. *Conf.* Vitruu. 1, 1. Plin. 30, 1. Macrob. Somn. Sc. 2, 2.

MATHEMATICA, ae. f. *Ars ipſa.* Vitruu. 1, 1. Sueton. Tiber. 69 Circa deos ac religiones negligentior, quippe addictus Mathematicae, perſuaſioniſque plenus, cuncta fato agi. Sen. Epiſt. 88. Cic. de Fin. 1, 72.

MATHIOS. Herba, quam quum ſerpentes comederunt, ſenium deponunt aetatis. *Haec* Lactant. in 4. Thebaid.

MATĪNVS. [Ματῖνος] *Mons eſt Calabriae.* Lucan. 9, 185 Et calidi lucent buxeta Matini.

MATINVS, a, um. Adi. [Ματῖνος] Apis Matina Hor. Carm. 4, 2, 27. Cacumina Matina Hor. Epod. 16, 28.

MATIVS, *gentis nomen: in qua fuit aliquis pomis inſerendis inſignis* Plin. 15, 14. *Vnde*

MATIĀNVS, a, um. Adi. Poma Matiana Columel. 12, 45. *Vid.* Macrob. Saturn. 2, 15. *Et* Apic. 4, 3.

MATRALIA, *vid.* MATER.

MATRICARIA, *vid.* AMARACVS *et* PARTHENIVM.

MATRESCO, *vid.* MATER.

MATRICIDA, MATRIMVS, MATRIMONIVM, MATRIX, *vid.* MATER.

MATRONA, MATRONALIS, *vid.* MATER.

MATRŎNA. [Μάτρονα] *Fluuius Galliae, ortus in finibus Lingonum, et Celtas a Belgis ſeparans.* Auſonius in Moſella 462 Matrona non Gallos Belgasque interſita fines.

MATTA, ae. f. [ψίαθος, φορμὸς] *Storia vel teges, in quibus ſtuppa, vel foenum, vel lanae rudiores, aut aliud aliquid ſimile infertum eſt; ſuntque interdum e canabe, aut ſcirpo.* Ouid. Faſt. 6, 679 At dominus, diſcedite, ait; plauſtroque morantes Suſtulit, in plauſtro ſcirpea matta fuit.

MATTARIVS, i. m. *cui matta pro lecto eſt.* Auguſtin. contra Fauſt. 5, 5.

MATTEA, MATTEOLA, *vid.* MACTEA.

MATTIACA Pila, *Saponis erat quoddam vile genus, quo ad ruffandos crines mulieres vtebantur.* Martial. 14, 27 Si mutare paras longaeuos cana capillos: Accipe mattiacas (quo, tibi calua?) pilas. *Dictae ſunt autem* Mattiacae pilae, *a* Mattiaco *Germaniae oppido, de quo* Plin. 31, 2.

MATTICI, [ςομίαι] cognominantur Homines malarum magnarum, atque oribus late patentibus. Feſtus. *Al.* Matrici.

MATTVS, *vel* MATVS. Humidus, lutoſus; *quaſi ex* Madidus. Petron. c. 41 Plane matus ſum. Gloſſ. Iſidor. Matum eſt, humectum eſt, emollitum, infectum. *Salmaſ.* Hiſt. Aug. p. 461 *in* Cic. Att. 16, 13 *legit* Via matta *pro* Via inepta. *Sed locus eſt vexatiſſimus. Gron.* via amara. *Sed fauent ſane Salmaſianae lectioni aliquot Codices.*

MATTYA, *vid.* MACTEA.

MATV̆LA, ae. f. [ἀμὶς] Vas vrinae, Feſt. Plaut. Moſtel. 2, 1, 39 Iam hercle ego vos pro matula habebo, niſi matulam datis. Matulam *pro Meticuloſo vanoque accipere videtur* Plaut. in Perſa 4, 3, 64 Nunquam ego te tam eſſe matulam credidi: quid metuis?

MATELLA, ae. f. [ἀμίδιον] Dimin. *a* Matula; eſt Aquarium vas, *inquit* Nonius 15, 2. Varro Endymionibus, Diuitum aphocaſchias (amphoras chias *ſuſpicatur Mercer.*) ad communem reuocat matellam. Idem Manio, Lecto ſtrato, matella, lucerna caeteras res huius, vbique prae ſe portant. *Poteſt autem etiam in his exemplis* Matella *Vas eſſe, in quod vrinam reddimus: vt* Martial. 10, 11 Diſpeream, ſi tu Pyladi praeſtare matellam Dignus es.

MATELLIO, ōnis. m. [σκάφιον] Dimin. *a* Matula, *inquit* Feſtus; *et* Varro de L. L. 4, 25 p. 30, 19 *inter vaſa menſae* Matellio, a matula dictus, et dictus poſteaquam longius a figura matulae diſceſſit. Idem de Vita Pop. Rom. *ap.* Non. 15, 32 *iungit* trulleum, matellionem, peluim, naſiternam. Cic. Parad. 5, 2 Si L. Mummius aliquem iſtorum videret matellionem Corinthium cupidiſſime tractantem, *etc.*

MATV̄RVS, a, um. Adi. [ὡραῖος, ὥριμος, πέπων, πέπειρος] *proprie de frugibus dicitur, Quod neque crudum, neque mite, neque caducum, neque nimium coctum, ſed in tempore temperatum prouenit: vt*, Poma matura. Cic. de Senect. 71 Et quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi auelluntur; ſi matura et cocta, decidunt, *etc.* Aetas matura Vlpian. in l. Cum filio familias, in fine D. de legat. 3. Arbuta Lucret. 5, 939. Meſſis albeſcit maturis ariſtis Ouid. Faſt. 5, 357. Foetus maturos edere Id. de Nuce 93. Fruges Virg. Ecl. 3, 80. Vuae maturae vinitor Id. Ibid. 10, 36. Maturus aeui, *per tranſlationem, pro Sene quandoque accipitur.* Id. Aen. 5, 73 — aeui maturus Aceſtes. Id. Ibid. 9, 246 Hic annis grauis, atque Animi maturus Alethes. Animo maturus et aeuo Ouid. Met. 8, 617. Annis maturus Tacit. Ann. 1, 4. Ad arma maturus Sil. 16, 656. Cibo maturus Plin. 12, 27. Militiae Liu. 42, 52. Hic ſponſae maturus illa marito Stat. Silu. 3, 1, 176. Centuriones Suet. Calig. c. 44. *i. qui ſtipendia impleuerunt.* Conſilium maturum Claud. de Bell. Get. 116. Dies Lucret. 4, 1025 *i. Tempus maturum et idoneum.* Cic. de Orat. 1, 95 Non deſpero fore aliquem aliquando, qui et ſtudio acriore, quam nos ſumus, atque fuimus, et otio ac Facultate diſcendi maiore ac maturiore, et labore atque induſtria ſuperiore, *etc.* Filia matura viro Virg. Aen. 7, 53. Funeri maturo propior, *i. Morti vicinior* Hor. Carm. 3, 15, 4. Gloria Liu. 2. Cic. de Clar. Orat. 287 Ipſe Thucydides, ſi poſterius fuiſſet, multo maturior fuiſſet et mitior. Iudicium Id. pro Caecin. 7 Si quis quod ſpopondit, qua in re verbo ſe vno obligauit, id non facit, maturo Iudicio, ſine vlla religione iudicis condemnatur. Libertas Liu. 1. Reuoluta ruebat matura iam Luce dies Virg. Aen. 10, 256. Columel. 12, 6 Quum ſalem per aliquot dies videbis liqueſcere, ex eo intelliges nondum eſſe Muriam maturam. Itaque ſubinde alium ſalem tamdiu ingeres, donec in ſporta permaneat integer, nec minuatur: quod quum animaduerteris, ſcies habere muriam maturitatem ſuam. *Paullo poſt*, Eſt et aliud Muriae maturae experimentum. Nam vbi dulcem caſeum demiſeris in eam, ſi peſſum ibit, ſcies eſſe adhuc crudam: ſi innatabit, maturam. Feſtinato ſol curſu occidit, et miſericordia Dei celerior matura Nocte aduenit Hieron. Ep. ad Innocent. de muliere ſepties icta. Onus maturum auferre vtero Ouid. Faſt. 2, 452. Probitas maturior aeuo Stat. Silu. 2, 1, 40. Partus Hor. in Carm. Saecul. 13. Quinctil. 2, 1 Nos porro quaerimus, quando iis, quae Rhetorice praecipit, percipiendis Puer maturus eſſe videatur. Reditus Hor. Carm. 4, 5, 3. Cic. Att. 15, 4 Non recuſo id quidem, ſed et componendum argumentum eſt, et ſcribendi exſpectandum Tempus maturius. Tempus maturum vino Celſ. 4, 11. *h. e. Vt aegroto detur vinum bibendum.* Tempore maturo adepta coniugium Catul. 60, 57. Venter Ouid. Met. 11, 311. Maturis iam Viribus Liu. 2 *pr.* Virgo matura viro Virg. Aen. 7, 52. Virginitas matura toris Stat. Achill. 1, 292. ¶ 2 Maturum, *ſignificat aliquando Feſtinum et repentinum, praeſertim comparatiuo gradu.* Cic. Verr. 5, 146 Vt etiam illa vox et illa imploratio, ciuis Romanus ſum: quae ſaepe multis in vltimis terris opem inter Barbaros et ſalutem tulit, ea mortem illis acerbiorem et ſupplicium maturius ferret. Maturo cupiens me vegetare Die Auſon. Eidyll. 14, 6 *de roſis.* Caeſ. Bell. Gall. 4, 20 Et ſi in iis locis, vbi omnis Gallia ad Septentrionem vergit maturae ſunt hiemes. Cic. de Senect. 76 c. 20 Satietas vitae tempus maturum mortis affert. *Et* Q. Frat. 1, 1 Ego tibi ſpem maturae diſceſſionis afferebam. Autumnalis *Satio* ſerior fieri poteſt, et verna maturior Pallad. 1, 34 *fin.* Senectus Celſ. 1, 1. Maturum papauer ad excipiendum lacrimam Celſ. 5, 25. Maturum facere, *pro Cito expedire* Gell. 3, 7. Hor. Carm. 2, 17, 6 Ah! te meae ſi partem animae rapit Maturior vis, *i. celerior iuſto, prius veniens, quam ſpes erat. Superl.* [ὡριμώτατος] Aetas maturiſſima *adoleſcentia prima eſt* Auct. ad Herenn. 4, 25 c. 17 Hi ſapienter faciunt, qui adoleſcentes maxime caſtigant, vt, quibus virtutibus omnem vitam tueri poſſunt, eas in aetate maturiſſima velint comparare, *i. opportuniſſima.* Columel. 4, 29 Foecundos et quam maturiſſimos ſurculos viti detraxerit. Maturrimus, *aliud ſuperl.* Tacit. Ann. 12, 65, 5 Robur aetatis quam maturrimum precari.

MATVRA, ae. f. *Dea frugibus matureſcentibus praefecta ap.* Auguſtin. C. D. 4, 8.

MATVRĬTAS, ātis. f. [ὡραιότης, ὡρία] *Tempus maturum.* Cic. de Nat. Deor. 2, 119 Sol mundum omnem ſua luce compleat, ab eoque luna illuminata grauiditates et partus afferat, maturitatesque gignendi. Maturitas frugum Idem Tuſc. 1, 68 c. 28. Frumenti Caeſ. Bell. Ciu. 3, 49. Cic. de Orat. 2, 88 c. 21 Non poteſt in eo eſſe ſuccus diuturnus, quod nimis celeriter eſt maturitatem aſſecutum. Feſtinata maturitas occidit celerius Quinctil. 6 prooem. Firma lactis maturitas Colum. 7, 9. Inchoata maturitas, *vid.* INCHOO. Cic. Fam. 9, 14 Vt res ipſa maturitatem tibi animaduertendi omnium conſenſu

conſenſu daret. Cic. Fam. 6, 18 Etſi abeſt maturitas Aetatis : iam tamen perſonare aures eius huiusmodi vocibus non eſt inutile. Id. de Clar. Orat. 161 Quod idcirco poſui, vt Dicendi Latine prima maturitas, in qua aetate extitiſſet, poſſet notari. Idem ibid. 8 Quumque ipſa oratio iam noſtra caneſceret, haberetque ſuam quandam maturitatem, *etc.* *Add.* Quinctil. 12,10,11. Auct. Dial. de Cauſſ. Corr. Eloqu. c. 26. Cic. in Catil. 1, 31 Neſcio quo pacto omnium Scelerum, ac veteris furoris et audaciae maturitas, in noſtri Conſulatus tempus erupit. Idem de Senect. 33 Vt enim infirmitas eſt puerorum, et ferocitas iuuenum, et grauitas iam conſtantis aetatis : ſic Senectutis maturitas, naturale quiddam habet, quod ſuo tempore percipi debeat. Id. pro Cael. 76 c. 31 Quae ſtudia in his iam aetatibus noſtris contractiora eſſe debent; in adoleſcentia, tanquam in herbis, ſignificant quae Virtutis maturitas, et quantae fruges induſtriae ſint futurae. Cic. Att. 1, 17 Inducendi Senatusconſulti maturitas nondum eſt. *i. Nondum eſt tempus maturum.* Aſſequi maturitatem, *vid.* ASSEQVOR. Capere maturitatem, *vid.* CAPIO. ¶ 2 *Virtus* maturitatem *i. tempeſtiuum cuiusque rei articulum, obſeruandi ipſa quoque* Maturitas *vocatur.* Vell. 2, 125, 3 Sed haec omnia veteris imperatoris maturitas, multa inhibentis, aliqua cum grauitate pollicentis, inter ſeueram praecipue noſtrorum vltionem mitis aliorum caſtigatio, breui ſopiit ac ſuſtulit. *Sic ſumitur etiam* Tac. Hiſt. 1, 87, 6.

MATVRE. Adu. [ὡρίως, κατὰ καιρὸν, ἐπισπερχῶς] *Tempeſtiue, ſiue Ad tempus, vid.* Nigid. *ap.* Gell. 10, 11. Ter. Eun. 2, 1, 2 Fac ita vt iuſſi; deducantur iſti. P. faciam. PH. at diligenter. P. fiet. PH. at mature. P. fiet. Ibid. 5, 4, 11 Quomodo adoleſcentulus meretricum ingenia et mores poſſet noſcere; mature, vt quum cognorit, perpetuo oderit. *Vbi* Donat. Mature, Cito, et ante tempus. *Sic,* Pater mature deceſſit Nep. 25, 2, 1. *i. citius, quam debuerat, vel certe optabile erat.* Mature Fias ſenex, diu ſi velis eſſe ſenex Cic. de Sen. c. 10. Mature duo ſignificat, et Cito, et Tarde. Plaut. in Curc. (3, 10) Qui homo mature quaeſiuit pecuniam, niſi eam mature parſit, mature eſurit. Eſt enim ſenſus, Qui homo vix et aegre quaeſiit pecuniam. *Haec* Chariſ. 2 p. 183. *Sed non eſt audiendus. Poteſt enim commode tribus vniverſis locis tempeſtiue et mox ſignificare.* Plaut. Mil. 4, 1, 43 Viden' tu illam oculis mature facere, atque aucupium auribus ? *i. Vt feſtinat audire.* Quae ſi fuit ſine mora, matureque decreta facilius, *etc.* Cic. Philipp. 5, 54. Ad has epulas ſolito maturius Ibat Iuuenal. 11, 88. Cic. Fam. 15, 1 Hoc autem tempore res ſeſe ſic habet, vt niſi exercitum tantum, quantum ad maximum bellum Mittere ſoletis, mature in has prouincias miſeritis, *etc.* Redeat mature, repetatque relicta Hor. Epiſt. 1, 7, 97. Venit ipſe mature Cic. Off. 3, 59. Mature extollere aliquem ad ſummum imperium per omnes honorum gradus Idem in Catil. 1, 28. *Compar.* Idem Acad. 4, 9 Quo quidem et maturius venimus, quod erat conſtitutum, *etc.* *Et* Verr. 5, (3) 60 c. 24 Eo celerius de iſto tranſigamus, quo maturius ad Apronium veniamus. *Et* Liu. 6, 23 Patere te vinci conſilio, vt maturius bello vincas. *Superl. cui* Tardiſſime *opponitur.* *Dicitur etiam* Maturrime, *per contractionem, quemadmodum* Celerrime. Cic. pro Caecin. 7 Nam vt quaeque res eſt turpiſſima, ſic maxime et maturiſſime iudicanda eſt; at ea, in qua exiſtimationis periculum eſt, tardiſſime iudicatur. Caeſ. Bell. Gall. 1, 33 Quibus rebus quam maturrime occurrendum putabat. Quam Maturiſſime ſolicitudini meae conſulas Plin. Epiſt. 8, 17. *Add.* Idem ibid. 8, 21. *et* 10, 14. Apul. Met. 10 p. 250. *Add.* Tac. Ann. 1, 63, 4. Salluſt. Hiſt. 1. *ap.* Chariſ. l. 2.

MATVRVM. *Idem.* Cato *apud* Gell. 3, 7 Maturum cenſeo faciundum, vt milites ad verrucam ire iubeas.

MATVRO, āre. [πεπαίνω, πέπτω] *Accelerare, ſed ita, vt adhibeatur induſtriae celeritas, et diligentiae tarditas; ex quibus duobus contrariis fit maturitas, vt neque aliquid citius, neque ſerius fiat.* Ter. Heaut. 3, 1, 87 Quod ſenſiſti illos me incipere fallere, id vt maturent facere. Salluſt. Catil. c. 36 Antonius Catilinam cum exercitu perſequi maturet. Plin. 15, 7 Alii foliorum molliſſima decoquunt in oleo, et exprimunt; alii deiecta ea in oleum prius, Sole maturant. Coepta maturare Liu. 24, 13. *Add.* Virg. Georg. 1, 260. Maturate Fugam Idem Aen. 1, 141. *q. d. fugite, dum tempus eſt.* Cic. pro Cluent. 171 c. 61 Huic Mortem maturabat inimicus, quod illi vnum in malis perfugium erat calamitatis. *Et* Celſ. 7, 26 In veſica vero non tuto vel hi conquiruntur vel attrahuntur, quoniam vbi illam conuulnerarunt, ex diſtentione neruorum mortem maturant. Pallad. in Novembri, c. 22 Electas Oliuas muria maturabis. *Quidam legunt* Macerabis, *ſed inepte. Sic enim loquitur* Columel. 12, 47 Quum muria dura Pauſea alba maturuerit, omne ius defundatur. Oua Plin. 9, 57. Idem 16, 25 Floret prima omnium amygdala menſe Ianuario, Martio vero Pomum maturat. Annus in apricis maturat collibus Vuas Tibull. 1, 4, 19. *Dicimus (vt ex praecedentibus, et ſequentibus exemplis eſt manifeſtum)* Maturare, *abſolute; et* Maturare rem aliquam. Cic. *ad* Brut. 10 Quod vt faceres, idque maturares, magnopere deſiderabat Resp. Plin. 16, 25 Serotino quaedam germinatu florent, maturantque celeriter, ſicuti morus. Maturare, *Perficere.* Quinct. in Epiſt. ad Tryphonem, Nam ipſe eos nondum opinabar ſatis maturauiſſe. *Quidam legunt* Maturuiſſe; *idque rectius, nempe a verbo* Matureſco. Maturare *cum infin. vt,* Maturare proficiſci, *i. Mature proficiſci, et* Maturare facere funus Liu. 2, 38. Te exſpecto et oro, vt matures venire Cic. Att. 4, 1. Liu. 34, 46 Nuncium ad collegam mittit, vt, ſi ei videretur, maturaret venire. *Et mox* Quae cauſa conſuli cunctandi, eadem Gallis rei maturandae erat. *Multa de hoc verbo* Gell. 10, 11.

MATVROR, āri. Paſſ. Neroni virilis toga maturata fuit Tacit. Ann. 12, 14, 1. Plin. 15, 18 Nouiſſima ſub hieme maturatur chelidonia.

MATVRĀTVS, a, um. Partic. [πέπαντος, πεπαινόμενος] *Maturum factum.* Cicer. de Senect. 53 c. 15 Primo eſt peracerba guſtatu; deinde maturata dulceſcit. Quae terra gignit, maturata pubeſcunt Id. de Nat. Deor. 1 c. 2. Tempore ſuo adulta maturataque ſc. Poma Gell. 10, 11. Maturatum negotium, *Acceleratum, aut perfectum. Et apud* Plin. 11, 79 Maturata concoctio, *Perfecta.* Maturato, *ablatiuus iunctus cum hac dictione* Opus; *vt,* Maturato eſt opus, *h. e. Celeritate et maturitate.* Liu. 24. Idem 1, 58 Vt cum ſingulis fidelibus amicis veniant; ita facto, maturatoque opus eſſe, rem atrocem incidiſſe.

MATVRĀTE. Adu. [ἐπειγομένως] *Feſtinanter.* Liu. 32, 16 Iuſſis caeteris, quantum maxime poſſent maturate ſequi. Maturate properare Plaut. Pſeud. 4, 7, 58.

MATVRATIO, ōnis. f. [ἔπειξις] Auctor. ad Heren. 3, 3 c. 2 Dolus conſumitur in pecuniam, pollicitationes, diſſimulationes, maturationes, mentiones, et caeteras res.

MATVRESCO, ĕre. [περκάζω, ὑποπερκάζω] *Maturum fieri; a* Matureo *deriuatur.* Plin. 11, 11 Quum mella coeperunt matureſcere, abigunt fucos, *vid.* Columel. 3. *ſub fin.* Caeſ. Bell. Gall. 6, 28 Ipſe, quum matureſcere frumenta inciperent, ad bellum Ambiorigis profectus. Lucus maturuit pleno anno Ouid. Met. 11, 191. Annis nubilibus maturuit puella Idem ibidem 14, 336. Partus matureſcunt ſeptem nonnunquam, aut, vt plerumque, nouem lunae curſibus Cic. de Natur. Deor. 2, 69. Libros nondum opinabar ſatis maturuiſſe Quinctil. in Epiſt. ad Tryphonem, *h. e. Satis caſtigatos et recognitos, vt emitterentur, ſicut virgo matura viro emittitur.* Vites matureſcunt Plin. 16, 25. In ſemen matureſcere Idem 18, 16. Eripit ſe aufertque ex oculis perfecta virtus, nec vltimum tempus reſpectant, quae in primo maturuerunt Sen. Conſol. ad Marc. c. 23.

MATVRESCENS, entis. Particip. [περκάζων] Matureſcente virtute Liu. 21, . . Plin. 21, 3 Malus Aſſyria omnibus horis pomifera eſt, aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis ſubnaſcentibus.

MATVREFACIO, ĕre. Theodor. Priſc. de Diaeta c. 14.

MATV̄TA, ae. f. [Λευκοθέα] *Aurora a Latinis dicitur, quae a Graecis* Λευκοθέα. Cic. Tuſc. 1, 28 Quid Ino Cadmi filia? nonne Leucothea nominata a Graecis, Matuta habetur a noſtris ? *Dicta eſt quod matutino tempori praeſit.* Matrem matutam, *vt nempe ipſum quoque* mane, a bonitate appellatam (manum *nempe* bonum *eſſe*) *eſt apud* Feſtum. Seruius *ad* Aen. 5, 241 Ino in Matutam verſa eſt, quae Graece dicitur Leucothea, *vid.* INO. *Adde* Cic. de Nat. Deor. 3, 48 c. 19. Liu. 6, 33. *et* Ouid. Faſt. 6, 545.

MATVTĪNVS, a, um. Adi. [πρωϊνὸς, ἑωθινὸς] Tempus matutinum *pro Mane.* Cic. Att. 1, 15 Itaque quum bene completa domus eſt tempore matutino, quum, *etc.* Alites matutini Propert. 1, 16, 46. *i. Galli.* Cliens Martial. 12, 69. Dies Plin. 8, 32. *ad fin.* Frigora Hor. Serm. 2, 6, 45. Horae Plin. 28, 6 *extr.* Itineris matutini gratia Apul. Met. 1. Paſtus Plin. 12, 17. Pruina Propert. 2, 9, 41. Radiis iuga ſubdita matutinis Ouid. Met. 1, 62. Salutatio Cic. ad Brut. 4. Tempora Ouid. Met. 3, 581. *et* Cic. Fam. 7, 1. Vmbrae Plin. 16, 13. Matutinis omnibus, *pro Quolibet mane* Plin. 10, 43. Matutinus, *Epitheton Iani, quod ab eo diei et anni principium ducatur.* Hor. Serm. 2, 6, 25. (*Vid. et* Macrob. Saturn. 1, 9.) Matutino, *pro Mane; et ſubauditur Tempore.* Plin. 7, 53 Nullis euidentibus cauſis obiere, dum calciantur matutino, duo Caeſares. *Add.* Idem 9, 10 ſ. 12. Apul. Met. 5 p. 166. Quinctilian. 12, 8 Pridie ad ſe venire litigatorem, aut eodem matutino iubent. Omnibus matutinis Plin. 10, 43 *pr.* Virg. Aen. 8, 465 Nec minus Aeneas ſe matutinus agebat. *Vbi* Seruius: Rem temporis, ad perſonam tranſtulit.

MATVTINALIS, e. Matutinali tempore Auctor Philomelae v. 16.

M A V

MAVELIM, MAVELLEM, MAVOLO, *vid.* MALO, mauis.

MAVORS, tis. m. [Ἄρης] (*Inquit* Seruius ad Georg. 1, 137) per epentheſim Mars dicitur : vt Nauita, pro Nauta; Ouid. Faſt. 3, 171 Sic ego; ſic poſita dixit mihi caſſide Mauors. Dictus eſt porro Mauors, quod magna verteret. *Auctor* Cic. de Nat. Deor. 2, 62 c. 26. Armipotens Mauors Lucr. 1, 33. Fortiſſimus Ouid. de Arte Am. 2, 586. Furibundus Senec. Thyeſt. 7. Inclitus Virg. Aen. 12, 179. Rigidus Stat. Silu. 5, 2, 128. Saeuus Sil. 7, 705. Sanguineus Virgil. Aen. 12, 332.

MAVORTIVS, a, um. Adi. [Ἄρειος] Cuſpis Mauortia Stat. Theb. 9, 838. Aetas Claud. de Bell. Get. 35. Facta Sil. 1, 55. Moenia Virg. Aen. 1, 280. Terra Idem ibid. 3, 13.

MAVORTES, is, *et* MAVORTA, ae. f. Gr. μαφόριον ſ. μαφόρτιον. *Genus veſtis muliebris, vid.* Seru. ad Virg. Aen. 1, 286 Recinus dicitur ab eo, quod poſt tergum reiicitur, quod vulgo Mauorte dicunt. *Femineam veſtem eſſe et Togae ſimilem,* reliqua oſtendunt. *Et* Iſidor. 19, 25. Non. 14, 33. Hieron. Epiſt. 22 ad Euſtoch. Adhelmus T. 5.

MAVRELLA, ae. f. *Herba, de qua* Macer. 2, 34.

MAVRITANIA. [Μαυριτανία, Μαυρουσία] Africae regio extrema, verſus Gaditanum fretum, et Occidentalem Oceanum. In ea Antheus gigas regnaſſe dicitur, ab Hercule victus. Eſt autem duplex, Caeſarienſis a Caeſarea, et Tingitana a ciuitate Tingi. Dictaque eſt Mauritania, a μαῦρον, quod eſt nigrum; quod nigros habeat colonos. Gignit ſimias, dracones, ſtruthiones, et elephantes. Rex Mauritaniae Cic. pro Sil. 56.

MAVRI. [Μαῦροι, Μαυρούσιοι] *Populi, qui Mauritaniam regionem incolunt.* Salluſt. in Iugurthino c. 18 Mauros et Numidas, reliquosque qui maritimam Africam cultiorem reddiderunt, Medos, Armenios, Perſas, et Phoenices fuiſſe *indicat.* Incocti corpora Mauri Sil. 17, 633. Leues Claud. de Conſ. Hon. 3, 54. Occidui Lucan. 3, 294. Terrificus nigris prorumpit Maurus in armis Sil. 7, 682.

MAVRVS, a, um. Adi. [Μαῦρος] *Pro Mauritanus, ſiue Mauritanicus.* Mauris iaculis, non eget integer vitae ſcelerisque purus Horat. Carm. 1, 22, 2. Idem ibidem 2, 6, 3 — vbi Maura ſemper Aeſtuat vnda.

MAVRĬCVS, a, um. Adi. *Quo cognomine vſi quidam.* Martial. 5, 29 Licet vincas aequitate Mauricos.

MAVRICE. Adu. *a* Mauro Gell. 2, 25.

MAVRVSIVS, a, um. Adi. [Μαυρούσιος] *Idem.* Sil. 10, 400 At multa thorax perfoſſus cuſpide; et haerens Loricae interdum Maurusia pendet arundo, *i. Mauricum telum ab hoſte Mauro immiſſum.* Gens Virgil. Aen. 4, 206. Praeda Sil. 16, 554. Tellus Claud. ſec. Conſ. Stilich. 278.

MAVRVSIACVS, a, um. Adi. *Idem, quod Mauruſius.* Martial. 12, 67 Gemmantes prima fulgent teſtudine lecti Et Mauruſiaci pondera rara citri.

MAVSŌLVS, i. m. [Μαυσωλος] *Dictio triſyllaba;* fuit, *inquit* Gellius, vt Marcus Cicero ait, Rex terrae Cariae : vt quidam Graecarum hiſtoriarum ſcriptores dicunt, Praefectus prouinciae Graecae, quem σατράπην Graeci vocant. Is Mauſolus vbi fato perfunctus eſt, et inter lamenta et manus vxoris funere magnifico ſepultus eſt, Artemiſia luctu atque deſiderio mariti flagrans, oſſa, cineremque eius miſta odoribus, contuſaque in pulueris faciem, aquae indidit, ebibitque multaque alia violenti amoris indicia feciſſe dicitur. Molita quoque eſt ingenti impetu operis, conſeruandae mariti memoriae cauſa ſepulcrum illud memoratiſſimum, dignatumque memorari inter ſeptem omnium terrarum ſpectacula. *Hactenus* Gell. 10, 18

MAVSOLĒVM, i. n. [Μαυσώλειον] *Tetraſyllabum, vt* Timoleonteum, *et ſimilia monumentorum nomina.* Propert. 3, 2, 21 Nec Mauſolei diues fortuna ſepulcri. *Hoc ſepulcrum attollebatur in altitudinem viginti quinque cubitis, cingebatur columnis triginta et ſex. Vid. deſcriptio* Plin. 36, 5 ſ. 4, 9. *Ab hoc ſepulcro, Omnia pretioſa ſepulcra ex nomine eius Mauſolea dicuntur. Vnde* Suet. in Auguſt. c. 100 *Sepulcrum Caeſarum appellauit* Mauſoleum, *quod exſtruxit Auguſtus.* Mauſoleum Caeſarum Sueton. Ner. c. 46. *et* Veſp. c. 23. Idem in Caligula, Duobus forulis ſubuectos mauſoleo intulit Flor. 4, 11 *extr.* Quod vbi deſperauit a Principe (Cleopatra) ſeruarique ſe triumpho vidit, incautiorem nacta cuſtodiam in Mauſeolum ſe, ſepulcra regum ſic vocant, recipit. *Add.* Hieron. adu. Iouinian. 1, 28 p. 134. Vulg. 2 Paral. 35, 24. Martial. Spectac. 1 Aëre nec vacuo pendentia Mauſolea Laudibus immodicis Cares in aſtra ferant. *Add.* Id. 5, 66.

M A X

MAXILLA, ae. f. [παρειὰ] *Diminutiuum a* Mala, *vt putauit* Priſcianus. *Verum potius,* Mala *a* Maxilla *fit per detractionem literae mediae, auctore* Cic. in Orat. 153 c. 45 Quomodo (inquit) veſter Axilla, Ala factus eſt, niſi fuga literae vaſtioris? quam literam etiam e maxillis, e taxillis, et vexillo, et paxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis euellit, *vid.* AXILLA. Maxilla, *proprie eſt, in qua fixi ſunt dentes; ſed etiam de parte exteriore dicitur, quae barbam emittit.* Perſ. Sat. 4, 36 Tu, quum maxillis balanatum gauſape pectas, Inguinibus quare detonſus gurgulio extat? *i. barbam e malis creſcentem;* maxillis *reſpondet in altero verſu* inguinibus. *Tamen Caſaubonus* p. 348 maxillis *intelligit pectine dentato, quod non de viris barbam alentibus ſermo hic ſit, ſed de adoleſcentibus delicatulis. Verum neſcio, an hoc ſatis probet. Videtur ſane philoſophum quod ad barbam, mollem caetera, ridere.* Sub lentis maxillis eſſe Sueton. Tib. c. 21. *i. lento ſupplicio affici, vid. Caſaub.* Ordo maxillarum Plin. 11, 37. Theſaurus maxillarum, *vid.* THESAVRVS.

MAXILLĀRIS, e. Adi. [παρειαῖος, γόμφιος] *Quod ad maxillam pertinet.* Dens maxillaris, *qui et Molaris dicitur.* Plin. 23 Maxillaresque ita ſanari dentes praecipue putant. *Add.* Id. 11, 37. Oſſa maxillaria Veget. 4, 1.

MAXILLO, āre. γομοκοπῶ Gloſſ. Gr. Lat. *Fuerit itaque, maxillam alicuius verberare, malam percutere.*

MAXĬME. Adu. *Superl. a* Magis, *vid.* MAGIS.

MAXIMINVS, i. m. *Cognomen in Imperatore illo Thrace nobilitatum.*

MAXIMOPERE, MAXIMVS, *vid.* MAGNVS.

M A Z

MAZA. [μᾶζα] *Quae et* Maſſa *dicitur, ſolet ex farina, aqua, et oleo, aut etiam lacte, confici.* Lacte nouam pubem facilique tuebere Maza Grat. Cyneg. v. 307. *de canum catulis, quem cibum* panem cum lacte intritum Varro R. R. 2, 9; Nemeſianus Cyneg. 161 Cererem cum lacte *vocat.*

MAZĂCA. [Μάζακα] Ciuitas eſt Cappadociae, *teſte* Plin. 2, 208. *ſub monte Argeo, quae nunc Caeſarea. Inde,* Mazacae populi, *eidem* 6, 7. *Hinc,*

MAZACENIVS, *et* MAZACES, is. [Μαζακηνὸς] Suet. in Neron. c. 30 Turba Mazacum.

MAZĂRA, *vid.* MATARA. *Alii* MATERI. *Quid autem ſit* Materis, *vide ſuo loco: vid. etiam et* MATERA.

MAZAX, *Pl.* Mazaces. [Μάζυς] *Africae Populus.* Lucan. 4, 681 Aequaturusque ſagittas Medorum, tremulum quum torſit miſſile Mazax. *Dicebantur et* Mazaces equites, *qui in comitatu nobilium erant fere ex Africa.* Sueton. in Ner. c. 30 *extr.* Phalerata Mazacum turba atque curſorum. *Quin et* Nemeſianus Cyneg. v. 261 Equiſones Mazacas *laudat, qui ex interiore Africa erant,* Quemque coloratus Mazax deſerta per arua Pauit. *etc. Vid. Commentator. et Oudend.* *ad* Lucan. l. c. *Nam variat ſcriptio. In primis notabile, quod Salmaſius et Holſtenius putant, verum eſſe* Mazyx, *vel* Mazux, *leguntque apud* Sidon. Carm. 5, 337 Mazuge, Marmarida, Pſyllo, Naſamone, timetur, *pro vulg.* Auzuge.

MAZONOMVM. [μαζόνομον] Graeca dictio, qua Lanx grandior ſignificatur, *vt ait* Acron, quo cibi feruntur in conuiuia. Horat. Serm. 2, 12, 86 Mazonomo pueri magno diſcerpta ferentes Membra gruis. Varr. de R. R. 3, 4 Vt in eodem tecto ornithonis incluſum triclinium haberet, vbi delicate coenitaret, et alios videret in mazonomo poſitos coctos, alios volitare circa feneſtras captos.

MAZVX, ſ. MAZYX, *vid.* MAZAX.

M E

ME, *accuſatiuus, et ablatiuus,* [ἐμὲ ſ. με] *ab* Ego, mei. Me, pro Mihi, *inquit* Feſtus, dicebant antiqui; vt Ennius, quum ait lib. 2 Siquid me fuerit humanitus, vt teneatis, *etc. Conf.* Plaut. Moſt. 5, 2, 44. 1, 3, 65. *et* Aul. 4, 10, 46. Ter. Adelph. 4, 4, 2. *et Parei Lex. Crit. p.* 724. *Laurenberg. Antiquar. p.* 270.

MEAPTE, *vid. infra ſ. l. ſub* MEVS.

MEABILIS, MEATVS, *vid.* MEO.

M E C

MECASTOR, *Iurandi aduerbium.* Feſtus, Mecaſtor et Mehercules, iuſiurandum erat; quaſi diceretur, ita me Caſtor, ita me Hercules; vt ſubauditur iuuet. Ter. Hec. 1, 2, 8 O ſalue Parmeno. SY. ſalue mecaſtor Parmeno. *Vbi* Donatus, Olim ſalutantes addebant iuſiurandum, vt hoc ſedulo facere viderentur. ME, aut adiectio eſt, et abundat; aut poſitum eſt pro μὰ ſyllaba, vt Graeci μὰ τὸν Ἀπόλλωνα dicunt. Gell. 11, 6 *poſt alia,* Nuſquam ſcriptum inuenire eſt apud idoneos quidem ſcriptores, aut *me Hercle* feminam dicere, aut *me Caſtor* virum. *Edepol* autem, quod ius iurandum per Pollucem eſt, et viro et feminae commune eſt. Sed M. Varro aſſeuerat, antiquiſſimos viros neque per Caſtorem, neque per Pollucem deierare ſolitos; ſed id iuſiurandum fuiſſe tantum feminarum ex initiis Eleuſiniis acceptum: paullatim tamen inſcitia antiquitatis viros dicere *Edepol* coepiſſe; factumque eſſe ita dicendi morem: ſed *me Caſtor* a viro dici, in nullo veteri ſcripto inueniri.

MECHANĬCVS, i. m. [μηχανικὸς] *Faber Machinarum, opifex eorum operum, quae ingenio ſimul ac manibus fiunt.* Sueton. in Veſp. c. 18 Mechanico quoque grandes columnas exigua impenſa perducturum in Capitolium pollicenti, praemium pro commento non mediocre obtulit. Mechanicos et Geometras et Architectos *hoc ordine laudant* Impp. Conſtantius et Conſtans l. 3. C. Th. de excuſationibus artificium. *Vbi etiam ita definiuntur,* qui diuiſiones et inciſiones operum ſeruant, *i. qui fabricationi modum dant, qui curam operis habent, vt explicat Gothofredus, qui etiam laudat* Symmach. Epiſt. 5, 76. *et* 10, 38 *et* 39. *it.* Spartian. Carac. 9. Columel. 3, 10, 2 Per ſiphonem, quem diaceten vocant Mechanici. *Conf.* MACHINA *cum deriuatis.*

MECHANICVS, a, um. Adi. [μηχανικὸς] Firmic. 6, 31 Haec genitura diuinum facit artis mechanicae repertorem. *Paullo poſt,* Hic eſt Syracuſanus Archimedes, qui Romanos exercitus mechanicis artibus ſaepe proſtrauit. *Adde* Gell. 10, 12. Fann. de Ponder. 103. Veget. de Re milit. 4, 17. Mechanica Opera Romae plurima inſtituit Lamprid. Seuer. c. 22.

MECHANĬCE, es. f. *Ars mechanica, vid. Voſſ. de Scient. Mathemat. p.* 264. Mechanicae profeſſor Symmach. 10, 45.

MECHANICÔS. Adu. Vitruu. 10, 1 Sunt alia, quae mechanicôs, alia, quae organicôs mouentur.

MECHANĒMA, ătis. n. *Artificium, commentum.* Sidon. 1, 9 Deus bone, quae ille digitis mechanemata facit.

MĒCON, ōnis. f. *Papauer. Vid.* Plin. 20, 19. Apul. de Herb. 53, 91. *et* Plin. 27, 12.

MECŌNIS, ĭdis. f. *Lactucae atrae genus, a ſimilitudine quadam ad* meconium, *i. papaueris ſuccum.* Plin. 19, 8 Eſt etiamnum alia diſtinctio atrae, quae meconis vocatur, a copia lactis ſoporiferi, quamquam omnes ſomnum parere creduntur. Apud antiquos Italiae hoc ſolum genus earum fuit, et ideo lactucae nomen adeptae. Idem 20, 7 *ſub finem,* Et amara lactenſque, quam meconidem vocauimus.

MECONĪTES. [μηκωνίτης] *Gemma eſt papaueris ſimilitudinem exprimens, de qua* Plin. 37, 10.

MECŌNIVM, i. n. *Papaueris ſuccus, opio ignauior.* Paſſim meconium Scribon. 86. Plin. 20, 18. 25, 12 *et* 13. 28, 8. 32, 3.

MECVM. [μετ' ἐμοῦ] *i. Cum me.* Cicer. in Orat. 154 c. 45 Quid illud? non olet vnde ſit, quod dicitur *cum illis; cum* autem *nobis* non dicitur, ſed *nobiſcum?* quia ſi ita diceretur, obſcoenius concurrerent literae, vt etiam modo, niſi *autem* interpoſuiſſem, concurriſſent. *Conf.* Cic. Fam. 9, 22 *de* Cumnos *et* Connus. Cumme *noluerunt dicere, ne conueniret cum* Cunne. Ex eo eſt mecum, et tecum, non cum me, et cum te, vt eſſet ſimile illis vobiſcum atque nobiſcum. Plaut. Ciſt. 3, 15 Nihil mecum tibi; mortuus tibi ſum; hanc vt habeo, certum eſt non amittere. Indignabar mecum Virg. Aen. 2, 93. Cic. Att. 3, 8 Atque vtinam iam ante vidiſſes, neque totum animum tuum moerori mecum ſimul dediſſes. Mecum Facit Hor. Epiſt. 2, 1, 68. Ter. Hec. 1, 2, 56 Vt colloqui mecum Vna poſſit. Idem Heaut. 5, 1, 34 Hem Clinia haec fieri videbat? M. quidni? mecum vna Simul. Ter. Andr. 2, 1, 26 Quid eſt? B. ſponſam tuam amat. P. nae iſte haud mecum Sentit. Mecum, *Intra me, vel apud me.* Ter. Hec. 1, 2, 32 Haud propterea te rogo, vt hoc proferam: ſed vt tacita mecum gaudeam. Cic. de Inuen. 1, 1 Saepe hoc mecum cogito.

M E D

MEDDIX, ſ. MEDIX. Summi magiſtratus nomen erat apud Oſcos. Ennius, Summus ibi capitur Meddix, occiditur alter. *Haec* Feſtus. *Scal. malit* Vnus *pro ſummus, et* Medix, *quod probat etiam Columna: itemque Merula. Hinc eſt*

MEDIXTVTICVS, *Magiſtratus apud Campanos, qui pars Oſcorum ſunt, nomen.* Liu. 24, 19 Praeerat Statius Metius, miſſus a Cn. Magio Atellano, qui eo anno Medixtuticus erat. Idem 26, 6 Medixtuticus, qui ſummus Magiſtratus apud Campanos eſt, eo anno. Seppius Leſius erat. *Sic recte Gronou. pro vulgato* Mediaſtuticus *vtroque loco: al.* Mediſtriticus *apud Merulam ad Ennium* p. 485. *Lipſius Epiſtol. quaeſt.* 1, 19 *iam* Medixtutichus *ex MS. protulerat, et coniecerat ad Ennium Columna. Videtur cognatum Graeco* μέδων *vnde* Eurymedon *et ſimilia. Ad ipſos Campanorum Magiſtratus verſum Ennii retulit l. c. Merula.*

MEDĒA. [Μήδεια] Filia Aeetae, regis Colchorum, ex Idyia coniuge, *vt ait etiam* Cic. de Nat. Deor. 3, 49. *quae Iaſonem ex Theſſalia cum Argonautis profectum amauit. Cui quum iuraſſet ille, eam ſe nunquam relicturum, adiumento fuit, vt vellus aureum dracone occiſo auferret. Quum igitur cum Iaſone clam abiret, et pater eam perſequeretur, vt illum retardaret, fratrem ſuum paruulum nomine* Aegialeum *vel* Abſyrtum, *quem ſecum habebat, occidit, et eius corpus membratim diſcerpſit.* (*Vid.* Cic. pro Lege Manil. 22.) *Quumque iam multis annis cum Iaſone vixiſſet in Graecia, et aliquot filios ex illo ſuſcepiſſet, Iaſon eam repudiauit, et* Glaucam, *ſiue* Creuſam, *vt alii vocant,* Creontis *regis filiam duxit. Medea repudiata filios Iaſonis occidit; et regia incenſa, Glaucam et Creontem exuſſit: Iaſon vero ſeipſum interfecit. Poſtea Medea facta eſt vxor Aegei regis Athenienſis. Deinde in Aſiam refugit, vbi ex rege* Medum *filium ſuſcepit, a quo* Media *prouincia appellata eſt. Haec fere ſumma capita narrationum de Medea: quae deſcribitur, vt venefica, et incantatrix inſignis. Vocatur etiam* Aetias *a nomine patris, et* Colchis *a patria. Loci claſſici de illa* Ouid. Met. 7 *pr. et* Epiſt. 12. *quam ſcripſiſſe fingitur* Medea Iaſoni. *Tum Tragoedia* Medea *inter adſcriptas* Senecae. *Add.* Iuſtin. 42, 2. *Omnia ſtudioſe et accurate perſecutus eſt Bachetus Commentario Gallico ad* Ouid. Epiſt. 12. Barbarae Medeae venena Hor. Epod. 5, 61.

MEDĒIS, ĭdis. f. *Patronymicum pro poſſeſſiuo.* Ouid. de Arte Am. 2, 101 Non facient vt vincat amor, Medeides herbae, *etc.* Medeides herbae, *h. e. Veneficae, quibus vtebatur Medea.*

MEDEA, ae. f. *Gemma nigra.* Plin. 37, 10.

MEDELA, *vid.* MEDEOR.

MEDERGA. [πρὸς, ἐμὲ] *pro Erga me; interpoſitum eſt* D, *propter hiatum vocalium.* Plaut. Epid. 3, 3, 9 Quaſi quid filius meus deliquiſſet mederga.

MĔDEOR, ēri. Dep. [ἀκέω, ἰάομαι, ἀλθαίω, φαρμακεύομαι] *Morbum aut malum quodcunque arte leuare aut tollere.* Plin. 12, 3 Malus Aſſyria, quam alii vocant medicam, venenis medetur, *i. noxam venenorum tollit.* Manu, Medicamentis Victu mederi Celſ. Praef. 1. Mederi, *cum Accuſatiuo.* Ter. Phorm. 5, 4, 2. *Cupiditates,* quas, quum res aduerſae ſint, *paullo* mederi poſſis, *i. paruo ſumtu. Et* Cic. Quint. Frat. 1, 24 Mederi incommoda hominum. Mederi contra ſerpentium ictus Plin. 9, 31. *Cum Dat.* Mederi vitiis et erroribus Idem Panegyr. c. 46. *extr. qua conſtructione potiſſimum gaudet, hoc verbum. Sic* Cic. Fam. 16, 10 Cui quum cuperem mederi, et vt arbitror, poſſem, cupi-

cupiditates certorum hominum impedimento mihi fuerunt. Cic. Fam. 12, 10 Sunt permulta quibus erit medendum. Amori Ouid. Met. 9, 652. Id. pro Roſc. Amer. 128 Intelligo me errare, qui cum Capiti mederi debeam, reduuiam curem oculis. Idem de Orat. 2, 186 c. 44 Caeſ. Bell. Gall. 5, 24 Ad hunc modum diſtributis legionibus, facillime Inopiae frumentariae ſeſe mederi poſſe exiſtimant. Labori alicuius Ouid. Met. 7, 837. Malo alicui Cic. contra Rull. 1 c. 9. Morbis Celſ. 1 Praef. Morbo Cic. de Orat. 2, 186 c. 44. *Pro opem ferre,* Cic. pro Sext. 31 c. 13 Vt afflictae et perditae Reip. quantum poſſet, mederetur. Ibid. 135 Ii medentur Reip. qui exſecant peſtem aliquam, tanquam ſtrumam ciuitatis. Idem Verr. 4, 114 Medemini Religioni ſociorum, conſeruate veſtram auctoritatem. Satietati lectorum Nep. 16, 1, 1. Dies etiam Stultis mederi ſolet Cic. Fam. 7, 28. Timori alicuius Ouid. Met. 9, 774. Vulneribus Cic. Tuſc. 3, 54. *Et* de Orat. 2, 186. Vulneribus ferro et medicamentis mederi Celſ. Praef. 1. Ratio medendi Idem ibid. 1. Scientia medendi Idem ibid. Virg. Aen. 12, 46 Exſuperat magis, aegreſcitque medendo. *Vbi* Seruius: Medendo, Dum ei medetur: nam gerundi modus eſt a paſſiua ſignificatione. Ars medendi Ouid. de Arte Am. 2, 735. Vſus medendi Virg. Aen. 12, 396. Vtilis medendi radix Ouid. Epiſt. 5, 147. *Sed rectius Burm.* Medenti *i. medico, eodem plane ſenſu. Procederet etiam constructio, ſi legeres* Medendo. Medendi *plane nihil eſſe puto. Pro hac forma potius eſt* Auſon. Gripho Ternarii 67 Triplex quoque forma medendi, Quoi logos, aut methodos, cuique experientia nomen: δόγμα, μέθοδον, ἐμπειρίαν *vocat* Hieror. *ad* Paullin. *Add.* Iſid. 4, 4. *Sumitur etiam paſſiue.* Medendae valetudini, nullam diuinam humanamque opem non adhibuit Sueton. in Tit. c. 8.

MEDENS, entis. Partic. Medentes manus Apul. de Philoſ. mor. p. 21 Verba medentia Stat. Silu. 2, 1, 5. *Subſtantiue, Medicus.* Plin. Paneg. c. 22 Te paruuli noſcere, oſtentare iuuenes, mirari ſenes, aegri quoque neglecto medentium imperio, ad conſpectum tui, quaſi ad ſalutem ſanitatemque prorepere. Ouid. Epiſt. 5, 147 Vtilis medenti radix. Artes medentum Ouid. Met. 15, 629. *Adde* Lucret. 1, 834.

MEDĒLA, ae. f. [φάρμακον] *Curatio, medendi ratio, medicamentum.* Iulius Firmicus 4, 2 Tales decernit aegritudines, quibus curandi gratia, medela cauteriorum aduſtionibus conferatur. Gell. 17, 16 Ipſum autem regem aſſiduo talium medelarum vſu a clandeſtinis epularum inſidiis cauiſſe. De Mithridate loquitur, et eius antidoto. *Add.* Id. 16, 11. Idem 20, 1 Non enim profecto ignoras legum opportunitates, et medelas, pro temporum moribus, et pro rerum publicarum generibus, ac pro vtilitatum praeſentium rationibus, proque vitiorum, quibus medendum eſt, feruoribus, mutari atque flecti. Quinctil. Declamat. 13 Nobis habere medelam non liceat, vobis liceat habere venena? Gell. 4, 13 Tanta prorſus eſt affinitas corporibus hominum mentibusque, et propterea quoque vitiis aut medelis animorum et corporum. Medela noſtri, Nepotianae, Pectoris Auſon. Prof. Burdigal. 15. Gell. 12, 5 Quum Taurus et medicos accerſiſſet, collocutusque de facienda medela eſſet, *etc.*

MEDIBĬLIS, e. Adi. Medicabilis. Feſtus.

MEDICO, āre. [φαρμακεύω] *Mederi.* Virg. Georg. 1, 193 Semina vidi equidem multos medicare ſerentes. Plin. 16, 27 Ficus ſola ex omnium arborum foetu maturitatis cauſa medicatur. Vulneris aeſtus expertis medicare modis Sil. 6, 98. Ouid. Amor. 1, 14, 1 Dicebam, Medicare tuos deſiſte capillos, *i. colorem, qui deterior cenſetur, in pulchriorem mutare.*

MEDĬCOR, āri. Dep. [ἰατρεύω] *Vſitatius quam Medico. Datiuo aliquando iungitur.* Ter. Andr. 5, 4, 42 Quum ego poſſim in hac re medicari mihi? Virg. Georg. 2, 135 Senibus medicantur anhelis. *Accuſatiuo.* Plaut. Moſt. 2, 1, 40. Virg. Aen. 7, 756 Sed non Dardaniae medicari cuſpidis ictum Eualuit. *Vbi* Seruius; Medicor illam rem, et illi rei. Auferre dolorem medicando Tibul. 3, 6, 3.

MEDICĀTVS, a, um. [φαρμακευθεὶς] *Quod medicamentis admiſtis confectum eſt:* Medicatae ficus Plin. 23, 7. Boletum Suet. Claud. c. 44. Fontes Plin. 2, 93. Fruges Virg. Aen. 6, 420. Lana Hor. Carm. 3, 5, 28. *i. Tincta, infecta.* Artus medicati nimia cura Apul. de Habitud. doctrin. Platon. *Sed Elmenb.* p. 21, 19 Medullatos. Medicatos *probat etiam Floridus* p. 614, 4. *poſt Wowerum.* Pauera Sil. 10, 353. Pocula Martial. 9, 95. Res medicatiſſima Plin. 28, 7. Sapor, vel odor Idem Epiſt. 8, 20. Sedes Virg. Georg. 4, 65. *i. Mellitis floribus refertae.* Somnus Ouid. Epiſt. 12, 107. Vina medicata ſuffitione Columel. 1, 6. Tela veneno Sil. 7, 453. *Compar.* Plin. 28, 9. *Et Superl.* Idem 28, 7. *Vid. ſupra.*

MEDICATVS, ûs. m. Ouid. Epiſt. 12, 165 Quaeque feros pepuli doctis medicatibus ignes.

MEDICATIO, ōnis. f. [φαρμακεία] Columel. 2, 10 Poteſt tamen etiam citra iſtam medicationem cineri miſta commode ſeruari.

MEDICATOR, ōris. m. *Medicus. Hoc nomine appellatur Chriſtus a* Tertull. adu. Marc. 3, 17 *extr. Et Aeſculapius ab* Auieno in Ophiucho v. 216.

MEDĬCVS, i. m. [ἰατρὸς, ἰατὴρ, ἀκέστης, ἰατροτέχνης] *Medendi artem qui profitetur vel exercet.* Non eſt in Medico ſemper, releuetur vt aeger Ouid. ex Pont. 1, 3, 17. Cic. pro Cluent. 57 Iam hoc quoque prope iniquiſſime comparatum eſt, quod in morbis corporis, vt quisque eſt difficillimus, ita medicus nobiliſſimus atque optimus quaeritur, in periculis capitis, vt quaeque cauſa difficillima eſt, ita deterrimus, obſcuriſſimusque patronus adhibetur. Medici plus interdum quiete, quam mouendo atque agendo proficiunt Liu. 22, 18. Varr. de L. L. 4, 18 Artificibus maxima cauſa ab arte, id eſt ab arte medicina, vt ſit medicus, a ſutrina, ſutor; non a medendo ac ſuendo, quae omnino vltima. Auctoritate praecellentes medici Scribon. Ep. *in.* Cura ſolers medicorum Ouid. ex Pont. 1, 6, 35. Celer atque fidelis medicus Hor. Serm. 2, 3, 147. Domeſtici et Familiares Sen. de Conſtant. *pr.* Fidi medici Hor. Epiſt. 1, 8, 9. Optimi medici conclamatis deſperatisque corporibus non adhibent medentes manus Apul. de Philoſ. Mor. p. 22. Securus Celſ. 2, 6. Adducere medicum Cic. de Diuin. 2, 9. *Et* pro Cluent. 40. Terent. Hec. 3, 1, 43 Adhibere Cic. de Fato 29 c. 13. Cogere medicos, *i. plures aduocare* Id. Fam. 4, 12. Conuocare Catull. 39. Honorem Habere medico Cic. Fam. 16, 9. Imperauit medico, eidemque Seruo ſuo Sen. de Benef. 3, 24. Mitto praeterea, cum eo ex Seruis meis medicum Auguſtus *apud* Suet. Calig. c. 8.

MEDĬCVS, a, um. Adi. [ἰατρικὸς] *Quod eſt medici.* Virg. Georg. 3, 455 Dum medicas adhibere manus ad vulnera paſtor Abnegat. Ope medica iuuare aliquem Ouid. Amor. 2, 9, 8. Ars Tibull. 2, 3, 14. Ouid. Met. 2, 618. Vſus Plin. 22, 8.

MEDICA, *pro Obſtetrice.* Vet. Inſcript. Gloſſ. Iſidor. *voce* Maia, *vbi pro* Media *leg.* Medica. Grut. Inſcript. p. 636. *Vid. Bartholin. de Ritu Puerper. Rhod. ad* Scribon. Larg. Compoſ. 122 p. 193.

MEDICŌSVS, a, um. Adi. Medicoſae fermentationes Cael. Aurel. Tard. 2, 1.

MEDICĪNA, ae. f. [ἰατρική, ἰατρία, φάρμακον, φαρμακεία, ἄκεσις *Et artem medendi ſignificat, et rationem, et rem ſalubrem.* Celſ. Praef. *pr.* Vt alimenta ſanis corporibus agricultura, ſic ſanitatem aegris medicina promittit. — Multiplex iſta medicina, neque olim neque apud alias gentes neceſſaria, vix aliquot ex nobis ad ſenectutis principia perducit. — In tres partes medicina diducta eſt, vt vna eſſet, quae victu; altera, quae medicamentis; tertia, quae manu mederetur. Primam διαιτητικὴν, ſecundam φαρμακευτικὴν, tertiam χειρουργικὴν Graeci nominauerunt, *etc. Tota enim paene huc transferenda eſſet praefatio, ſi nihil notatu dignum omittere vellemus.* Cic. Offic 1, 151 Quibus autem artibus aut prudentia maior ineſt, aut non mediocris vtilitas quaeritur, vt medicina, architectura, vt doctrina rerum honeſtarum, hae ſunt iis, quorum ordini conueniunt, honeſtae. Cic. de Finib. 5, 16 Quoniam vt medicina valetudinis, nauigationis gubernatio, ſic viuendi ars eſt prudentia *Per appoſitionem.* Ne quis ſeruus Artem medicinam diſceret Hygin. Fab. 274. *Vid.* Munck. *Conf.* Varr. L. L. 4, 18. Macrob. Sat. 7, 15 Medicina phyſicae partis extrema faex eſt, cui ratio eſt cum teſteis terrenisque corporibus *etc.* Adulatio medicinae coquorum artificium, *i. imitatio quaedam non ad ſalutem, ſed ad delectationem, excogitata:* κολακευτική *ex diſciplina Platonis*, Quinctil. 2, 15, 25. Requies et medicina curae Ouid. Triſt. 4, 10, 118. Somnus publica medicina curae Id. ex Pont. 1, 2, 43. Furoris Virg. Ecl. 10, 60. Mali Propert. 1, 5, 28. Imbecillis, *vid.* IMBECILLIS. Medicina deducta ab experimentis Celſ. Prooem. Cic. pro Sext. 135 c. 65 Et cohortari auſus eſt accuſator in hac cauſa, vos Iudices, vt aliquando eſſetis ſeueri, aliquando medicinam adhiberetis Reip. non ea eſt medicina, quum ſanae parti corporis ſcalpellum adhibetur, atque integrae, carnificina eſt iſta et crudelitas. Cic. Fam. 14, 7. *et* Att. 16, 15. Admittere, *vid.* ADMITTO. Cic. in Cat. 2, 17 c. 8 Deinde ſingulis medicinam conſilii, atque orationis meae, ſi qua potero, Afferam. Excolere Celſ. 7 Prooem. Exulta eſt Celſ. Praef. Exercere Cic. pro Cluent. 178 c. 65. Celſ. Praef. *Add.* Scribon. Ep. med. Cic. Fam. 14, 7 Ita ſum leuatus, vt mihi Deus aliquis medicinam Feciſſe videatur. Facere medicinam morbo Plaut. Ciſt. 1, 1, 76. Factitare Quinctil. 7, 3. Fungi munere medicinae Ouid. Rem. Amor. 795. Parare Idem ibid. 91. Petere medicinam a literis Cic. Fam. 5, 15. Poſcunt medicinam vulnera Sil 11, 166. Struere dolori Stat. Silu. 5, 1, 16. Plin. 1, 37 Deſcriptus ab Herophilo medicinae Vate. Rationalis medicina, *Quae rationibus nititur, non ſolum vſu et experimentis.* Celſ. in Prooem. *huic opponitur* Empirice. Celſ. 3, 9 Neque ideo tamen non eſt Temeraria iſta medicina: quia plures, ſi protinus a principiis excepit, interemit, *i. Contra artem, ſine conſilio et prudentia tentata. Temeritas et ratio, contraria.* Auſon. Gripho Tern. 69 Medicina Triplex ſeruare, curare, mederi. Trunca medicina et debilis ſine naturae rerum cognitione Celſ. in Praefat. Medicina *pro Medicamento* Scribon. Ep. Medicinam, *inquit* Nonius 1, 75 dicimus et Venenum; tractum a Graecis, qui venenum φάρμακον appellant. Accius Phoeniſſis, Sterilem eſſe illius opera et medicina autumans. *Sic* Medicamen *v. v.* ¶ 2 Medicina *Medicorum taberna eſſe dicitur apud* Macrob. ἰατρεῖον Graece medicinam, hoc eſt medicorum officinam ſignificat. Plaut. Amphit. 4, 1, 5 In medicinis, in tonſtrinis apud omnes aedes ſacras. *Et* Epid. 2, 2, 14. *Vid. Douza et Manut. ad* Cic. Fam. 13, 21.

MEDICINI *an pro* Medicis *dicti vnquam ſint, quaerendi occaſionem praebet Pontanus ad* Macrob. in Somn. Scip. 1, 3 *qui apud* Apul. Met. 1 *legendum ſuſpicatur* Medicini, *vbi* Elmenh. p. 110, 16 Nae in merito medici fidi cibo et crapula diſtentos ſcaeua et grauia ſomniare autumant. *Addit illud eſſe etiam apud* Auſonium in epiſtolis. *Sed nihil tale inueniebam, indice etiam vſus Floridi. Vid. tamen mox* MEDICINIVS. *Caeterum pro vſu adiectiuo fuerit* Ars medicina, *de qua copioſe Muncker. ad* Hygin. f. 274.

MEDICINĀLIS, e. Adi. [ἰατρικὸς] *Quod ad medicinam pertinet,* Herba medicinalis Plin. 32, 10. Celſus in prooemio, *non procul a fine,* Vix vlla perpetua praecepta ars medicinalis recipit. Scalprum medicinale Scribon. 53. Scripta medicinalia Ep. Medicinalis digitus dictus eſt Minimo proximus, *vt ait* Macrob. Saturn. 7, 13 Quoniam arteria quaedam a corde nata pergit vſque ad quartum digitum manus ſiniſtrae. Ob quam cauſam nouus nuptus huic digito, tanquam cordis vicario, ſuae ſponſae imponit annulum.

MEDICINALITER. Adu. Sariſber. 4, 8.

MEDICABĬLIS, e. Adi. [ἰατὸς, ἰάσιμος] *Cui medicina cum ſucceſſu adhiberi poteſt, quod curari poteſt.* Ouid. Met. 1, 123 Hei mihi, quod nullis amor eſt medicabilis herbis! Idem Epiſt. 5, 149 Nulla medicabilis arte Laeſa pudicitia eſt. Vulnus Sil. 10, 416. Cura quoque interdum nulla medicabilis arte Ouid. ex Pont. 1, 3, 25. Medicabilis, *pro Medicinalis aliquando ponitur.* Columel. 7, 10, 1 Quippe ligni ſuccus medicabilis, epotus inteſtini tumorem compeſcit. Pallad. Ian. 15, 19 Medicabile ita fieri mel. *Et* Prudent. Hymn. ante ſomn. 23.

MEDICABILITER. Adu. Pallad. Febr. c. 31.

MEDICINIVS, a, um. Adi. *Laudantur* Libri medicinii Auſon. Ep. ad Symmach. Grypho Praef. *Sed dedit Tollius,* librosque Medicinae. *Sic et Floridus: nec faciunt alterius lectionis mentionem.*

MEDICABV̆LVM, i. n. *Quod medicinam affert.* Apul. Princ. 3 Florid. Gratiſſima prorſus ſanis natabula et aegris medicabula.

MEDICĀMEN, ĭnis. n. [ἄκημα] *Idem quod Medicina.* Scribon. 37. Plin. 7, 16 Inunctis medicamine oculis. Fortia medicamina Ouid. de Arte Am. 2, 489. Idem Met. 6, 140 Extemplo triſti medicamine tactae Defluxere comae. Cic. in Piſon. 13 c. 6 Et quum iſto ore foetido teterrimam nobis popinam inhalaſſes, excuſatione te vti valetudinis: quod diceres Vinolentis te quibusdam medicaminibus ſolere curari? *h. e. Vino imbutis.* Medicamen, *pro Succo purpurae.* Plin. 9, 38 Centenas atque quinquagenas medicaminis libras aequari, *etc.* Infuſum delectabili cibo boletorum venenum, nec Vis medicaminis ſtatim intellecta Tac. A. 12, 67, 1. *i. veneni. Idem de* Medicina *obſeruauimus ex* Non. 1, 75. *Vid. mox* MEDICAMENTVM malum.

MEDICAMENTVM, i. n. [φάρμακον ἰάσιμον Gloſſ. Lat. Gr. φάρμακον, ἄκεσμα] *Quo homines et caetera animalia curantur.* Cic. de Nat. Deor 2, 132 c. 53 Medicamentorum ſalutarium pleniſſimae terrae. Idem Offic. 3, 92 c. 24 Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam

intercu-

intercutem. Medicamentum, *pro Compoſito, apud* Scribon. 10. *Pro Simplici* Id. Ep. *fin.* Simplex medicamentum 67. Compoſitum 68. Cerati medicamentum 120. Medicamentorum vtilium vſum habere 200. Medicamentum praeſentaneum Plin. 28, 13. Opitulantur medicamenta Celſ. Prooem. 5. Innoxium Sen. de Benef. 3, 24. Malum *ap.* Sen. Controu. 18. Malum Medicamentum *venenum eſt.* Scribon. Comp. 199 Medicamentorum malorum non nocet nominum aut figurarum notitia, Sed ponderis ſcientia. Hanc porro medicus nec quaerere nec noſſe debet, niſi Dîs hominibusque inuiſus merito eſſe vult *etc.* *Sic* 200 Quoties autem ſuſpicio mali medicamenti accepta fuerit. *Sic* Comp. 170. 173. 178. 188. *Sed etiam ſimpliciter nonnunquam* medicamentum *pro veneno accipitur.* Varro *apud* Non. 4, 297. Quaerit ibidem ab Annibale, cur biberit medicamentum? Quia Romanis, me Pruſiades tradere volebat. Scribon. c. 195 Et hoc etiam ad omne medicamentum facit. *Verſatur in Antidotis. Nempe eſt medium nomen, vt* Gr. φάρμακον. *Ridiculus enim eſt* Nonius *l. c. qui hariolatur, hoc intellectu* producta prima ſyllaba *eſſe pronunciandum,* quod apud Medos venefici ſint plurimi: *quorſum vtitur illo* Virg. Georg. 2, 126 Media fert triſtes ſuccos *etc.* Medicamentorum vtilium Compoſitiones literis mandare Sen. Ep. 8. Vinci medicamentis Celſ. 5, 28. Medicamenta doloris Cic. de Finib. 2, 22. Vti medicamento Idem Off. 3, 92 c. 24. Fucati medicamenta Candoris et Ruboris Idem in Orat. c. 23. Medicamentum, *pro Succo purpurae* Plin. 9, 40.

MEDICAMENTARIVS, i. m. [Φαρμακοτρίβης] *Qui medicamenta conficit.* Plin. 19, 6 Sectiui duo genera; herbaceum folio inciſuris eius euidentibus, quo vtuntur medicamentarii, *Et pro venefico* Cod. Theodoſ. 3 tit. 16 Homicidam aut medicamentarium maritum ſuum eſſe probare.

MEDICAMENTARIA, ae. f. *Venefica.* Vxorem moecham vel medicamentariam probare Cod. Theod. 3 tit. 16. *Nempe*

MEDICAMENTARIVS, a, um. Adi. [Φαρμακευτικὸς] Plin. 7, 56 Herbariam et medicamentariam. *ſcilicet*, Artem.

MEDICAMENTŌSVS, a, um. *Aliud* Adi. [Φαρμακώδης] *Quod remedium adfert, et medicamenti vice eſt.* Cato c. 157, 2 Et pimum ſcito de omnibus braſſicis, nulla eſt illiusmodi medicamentoſior. *Et* Vitruu. 8, 3 Aqua medicamentoſa.

MEDIA, ae. f. [Μηδία] *Regio in Aſia, Medorum patria.*

MEDVS, a, um. Adi. [Μῆδος] *Qui eſt ex Media, Poëtae* Medos *appellare ſolent etiam, vbi de Perſarum Imperio ſermo eſt, vel Parthorum.* Horribilis Medus Hor. Carm. 1, 29, 4. Perſ. Sat. 3, 53 Sapiens Braccatis illita Medis Porticus, *i. Poecile illa Athenienſis, vbi depicta pugna Marathonia contra Perſas et Medos, in qua etiam diſputabant Philoſophi.* Decori pharetra Hor. Carm. 2, 16, 6. Id. ibid. 1, 2 *extr.* Neu ſinas Medos equitare inultos Te duce Caeſar. *Et* ibidem 3, 3, 44 Roma ferox dare iura Medis. *Sicut enim Attici Perſas ſolent appellare Medos, quod a Medis ad Perſas imperium translatum ſit; ſic quum Orientis et Perſarum opes in Parthorum tandem conceſſerint ditionem, qui proprie, vt fieri ſolet fere ab Hiſtoricis,* Parthi *vocandi erant, eos vel* Perſas *vocant, vel altius repetito nomine* Medos. ¶ 2 *Adiect.* Hor. Od. 1, 27, 5 Medus acinaces. Manil. 5, 265 Medos flatus referentia vnguenta. *Ex felici Bentleii emendatione, pro* Medicos, *i. vnguenta odorem pomorum Medicorum referentia.*

MEDĬCVS, a, um. Adi. *Idem.* Medicum imperium, Medica veſtis Nep. 4, 3, 2. Curt. *etc.* ¶ 2 *Pro* Medicus *eſt* Melicus *v. v.*

MEDĬCA, ae. f. [μηδική] *Herba equorum pabulo quam optima.* Servius *ſcribit* medicam a Medis in Graeciam translatam, quo tempore eam inuaſerunt. *Vid.* Plin. 18, 16. Columel. 2, 11, 2 Pabulorum genera complura, *etc.* *Et paullo poſt,* Sed ex iis quae placent, eximia eſt herba medica: quod quum ſeritur decem annis durat: quod per annum, deinde recte quater, interdum etiam ſexies demetitur; quod agrum ſtercorat; quod omne emaciatum armentum ex ea pingueſcit; quod aegrotanti pecori remedium eſt; quod iugerum eius toto anno tribus equis abunde ſufficit. *De eadem* Cato de R. R. c. 42. *Et* Varro de Re Ruſt. 1, 42. *it.* Pallad. 3, 6. *Add.* Iſid. 17, 4. Virg. Georg. 1, 215 Tunc te quoque medica putres Accipiunt ſulci, et milio venit annua cura. *Add. Salmaſ. ad* Solin. p. 172. *Bochart.* Hieroz. 1, 2, 31.

MEDICA, ae. f. *Arbor Aſſyria.* Plin. 12, 3 Malus Aſſyria, quam alii vocant Medicam, venenis medetur. *De hac* Virg. Georg. 2. 126 *vt* citrea *vel* Aurantia *deſcribi appareat:*

Media fert triſtes ſuccos, tardumque ſaporem,
Felicis mali, quo non praeſentius vllum,
Pocula ſi quando ſaeuae infecere nouercae,
Miſcueruntque herbas, et non innoxia verba,
Auxilium venit, ac membris agit atra venena:
Ipſa ingens arbos, faciemque ſimillima lauro;
Et, ſi non alium late iactaret odorem
Laurus erat: folia haud vllis labentia ventis:
Flos ad prima tenax. Animas et olentia Medi
Ora fouent illo, et ſenibus medicantur anhelis.

MEDIDIES, ēi. *non dicitur, ſed* Meridies. [μεσημβρία] Priſcian. p. 551. Cic. in Orat. 157 c. 47 Ipſum meridiem, cur non medidiem? credo quod erat inſuauius. *Conf.* Non. 1, 229. Quinctil. 1, 6, 30. *Hoc volunt,* Meridiem *eſſe dictum pro* medio die. *Vid.* D *litera.*

MEDIETAS, *vid.* MEDIVS.

MEDIMNVS, *et* MEDIMNVM, i. [μέδιμνος] *Genus menſurae aridorum apud Atticos.* Nep. 25, 2, 6 Nam vniuerſos frumento donavit, ita vt ſingulis ſex modii tritici darentur, qui modus menſurae Medimnus Athenis appellatur. *Quod idem ſummae frumenti in libro tertio in* Verrem Ciceronis *oſtendunt.* Fannius *de Amphora.* Huius dimidium fert vrna, vt et ipſa medimni Amphora, terque capit modium. Lucil. Sat. 15 Praeterquam in pretio primus ſemiſſe, ſecundus Numo, tertius iam plures quam totus medimnus. Cic. Verr. 3, 112 c. 47 In iugere Leontini agri medimnum fere tritici ſeritur perpetua atque aequabili ſatione; ager efficit, cum octauo bene vt agatur: verum vt omnes dii adiuuent, cum decimo: quod ſi quando accidit, tum fit, vt tantum decumae ſit, quantum ſeueris: hoc eſt, vt quot iugera ſunt ſata, totidem medimna decumae debeantur, Auſon. in Gripho Ternarii 46 Sicana medimna *vocat.*

MEDIOCRIS, MEDIOCRITAS, MEDIOCRITER, MEDIOXIME, MEDIOXIMVS, *vid.* MEDIVS.

MEDIOLĀNVM. [Μεδιόλανα, Μεδιολάνιον] *Vrbs eſt Inſubrium in Ciſalpina Gallia, de qua* Plin. 3, 17. Liu. 5, 34 *extr.* Galli per Taurinos ſaltusque Iuliae Alpis tranſcenderunt: fuſisque acie Tuſcis haud procul Ticino flumine, quum, in quo conſederant, agrum Inſubrium appellari audiſſent, cognominem Inſubribus pago Heduorum: ibi omen ſequentes loci, condidere vrbem, Mediolanum appellarunt. Auſonius in vrbium catalogo,

Et Mediolani mira omnia, copia rerum,
Innumerae cultaeque domus; facunda virorum
Ingenia, *etc.*

Paſſim reſpiciunt Poëtae ad etymon vrbis fabuloſum, de quo Iſid. Orig. 15, 1 Galli Mediolanum atque alias vrbes condiderunt. Vocatum autem Mediolanum, ab eo, quod ibi ſus in *medio lanea* perhibetur inuenta. *Hinc* Claudian. de Nupt. Hon. 183 Sublime volans ad moenia Gallis Condita, lanigeri ſuis oſtentantia pellem.

MEDIOLANENSIS, e. Adi. [Μεδιολάνιος] *Qui Mediolani habitat.* Cic. in Piſon. 62.

MEDIOMATRICI. [Μεδιομάτρικοι] *Populi ſunt inter Belgas Leucis et Eburonibus vicini. apud* Caeſ. B. G. 4, 10. *Poſtea* Meti, Metti: *vnde hodiernum* Metz.

MEDION. [μήδιον] *Herba eſt* Mediae *peculiaris, (vnde et nomen accepit) in locis vmbroſis petroſisque naſcens. Romani Trifolium odoratum vocant. Vid.* Plin. 27, 12.

MEDIOXVMI Dii, *vid.* Mediocris *in* MEDIVS.

MEDIPONTVS, i. m. *Inſtrumentum funarium, apud* Catonem de R. R. c. 3, 5. Funes loreos priuos, vectes ſenos, fibulas duodenas, medipontos priuos loreos, trochleas Graecanicas binas. *Vtitur* Idem c. 12. Medipontus *autem dictus eſt, vt vult Turn.* 8, 6. *quod* Medi, *id eſt Xerxis* pontem, *quam* σχεδίαν *Herodotus appellat, imitabantur. Funium enim ponte Xerxes Helleſpontum coniunxerat; cuius tamen vſus eſſet in torculari non facile dixerim, niſi ſi ad traducendum forte haberetur, aut potius craſſiſſimi funes eſſent ad vehementiſſime premendum. Auſ. Popma de inſtr. fundi* p. 31 *leg.* Meliponti. *Vid. Lex. ruſticum.*

MEDITERRANEVS, MEDITVLLIVM, *vid.* MEDIVS.

MEDĬTOR, āri. [μελετάω, φροντίζω, σκέπτομαι] *Curare aliquid, vel ſola cogitatione animi, vel exercitatione adhibita. Plane reſpondet verbo* μελετᾶν, *a quo etiam deducit* Seru. ad Ecl. 1, 2 *permutatis* D *et* L, *vt in* Medicus, Melicus, Ὀδυσσεύς, Vlyſſes, *vid.* MELITO. Ter. Phorm. 2, 1, 12 Quamobrem omnes, quum ſecundae res ſunt maxime, tum maxime meditari ſecum oportet, quo pacto aduorſam aerumnam ferant. Cic. Off. 2, 144 Vt ſi quis quum cauſam ſit acturus, in itinere aut in ambulatione ſecum ipſe meditetur, aut ſi quid aliud attentius cogitet, non reprehendatur. Meditari male nugis Plaut. Pſeud. 4, 7, 107. Sic facies vere, quod meditatus eris Ouid. Rem. Am. 498. Accuſationem meditari Cic. pro Muraen. 43. Amorem Virg. Aen. 4, 171. Animo Nep. 17, 4, 1. Arma Deus Caeſar dites meditatur ad Indos Propert. 3, 3, 1. Exilium Cic. Att. 14. Forum, Subſellia, Roſtra, Curiam meditari Cic. de Orat. 1, 32. Fugam Columel. 19, 8. Inſidias aut dolum alicui Virg. Ecl. 5, 60. Poenam in Fratrem Cic. Tuſc. 4, 77. Cic. Fam. 2, 2 Aut ne ad id meditere, imparatum te offendam. *Conf.* Id. Fam. 11, 3 *pr.* *Et* Plaut. Stich. 2, 1, 34 Ad curſuram meditabor me. Meditari aduerſus aliquem cauſam ſuam Cic. Att. 5, 11. Meditans in praelia taurus Virg. Aen. 10, 454. *Vid. Nic. Heinſ. ad* Sil. 5, 315. Cic. Fam. 1, 8 Haec ego ad te ob eam cauſam maxime ſcribo, vt iam de tua quoque ratione meditere. *Et* Verr. Diuinat. 12. De tenero meditatur vngui amores inceſtos Hor. Carm. 3, 6, 24 *id eſt quod Graeci dicunt,* ἐκ τῶν ἀπαλῶν ὀνύχων: *Latini, Ab ineunte aetate.* Cic. Att. 9, 20 Ex eius nuntio Matiique literis meditabar quomodo cum illo loquar. Idem Philipp. 2, 116 Non multos annos regnare eſt meditatus. Meditari ſe, *eſt Attento animo ſe exercere.* Virg. Ecl. 6, 8 Agreſtem tenui meditabor arundine muſam, *i.* Carmen ruſticum ſcribam, *inquit* Seruius. *Conf.* Id. Georg. 1, 133. Cic. de Orat. 1, 260 c. 61 Demoſthenes perfecit meditando, vt nemo planius loqueretur eo. Idem ibid. 147 Quae in foro agenda ſunt, exercitatione quaſi ludicra praediſcere et meditari. *Et* de Clar. Orat. 302 c. 88 Nullum patior eſſe diem, quin aut in foro dicam aut mediter extra forum. Paullatim et ipſe meditari exercerique coepit Suet. Ner. c. 20. Ter. Adelph. 2, 1, 41 Nunc vide vtrum vis, argentum accipere, an cauſam meditari tuam, *i. Exercere, tutari, defendere ius tuum in hac cauſa liberali, quam in te volo intendere.* Cauſam meditari Cic. Att. 4, 11. *Add.* 8, 11. ¶ 2 *Paſſiue* Minuc. Fel. 25, 12 Vbi autem magis a ſacerdotibus quam inter aras et delubra conducuntur ſtupra, tractantur lenocinia, adulteria meditantur? *vid.* MEDITATVS.

MEDĬTANS, antis. Partic. [μελετῶν] Ictum obliquum meditans aper Hor. Carm. 3, 22, 7. Longam, et continuam abſentiam paullatim meditans Tacit. Ann. 3, 31, 2. *Add.* Virg. Ecl. 6, 82. Gell. 9, 15.

MEDITĀTVS, a, um. Partic. [μελετήσας] Ter. Andr. 2, 4, 3 Venit meditatus alicunde ex ſolo loco. Plin. in Paneg. c. 3 Igitur quod temperamentum omnes in illo ſubito pietatis calore ſeruamus, hoc ſinguli quoque meditati teneamus, *etc.* Meditati, *i. Praeparata oratione.* Meditati ad dicendum paratique venimus Cic. Verr. 2 c. 6. Idem pro Quint. 39 In Siciliam paratus ad praedam, meditatusque venire cupiebat. ¶ 2 Meditatus, [μεμελετημένος] *in paſſiua ſignificatione* Ter. Phorm. 1, 5, 18 Meditata mihi ſunt omnia mea incommoda. Cic. Off. 1, 27 Leuiora enim ſunt ea, quae repentino aliquo motu accidunt, quam ea, quae meditata et praeparata inferuntur. *Et* Catil. 1, 26 c. 10 Ad huius vitae ſtudium meditati illi ſunt, qui feruntur, labores tui. *Et* de Aruſp. Reſp. 55 Veruntamen nocturnis vigiliis illud conceptum ac meditatum eſt. Id. ibid. 3 c. 1 Nihil feci non diu conſideratum et multo ante meditatum. Id. Philipp. 2, 85 c. 54 Attuleras domo meditatum et cogitatum ſcelus. Id. de Orat. 1, 257 Accuratae et meditatae commentationes. *Add.* Id. Tuſc. 3 c. 14. Meditata oratio Tacit. Ann. 14, 55, 1. Conſilium 4, 57, 1. Carmen Plin. Pan. 3. Verba meditata componere Ouid. Met. 9, 520.

MEDITATE. Adu. [μεμελετημένως] Plaut. Bacch. 3, 6, 16 Ne tu illorum mores perquam meditate tenes. *Quaſi dicat, Probe calles illorum mores, tu illos ad vnguem noſti, ex longa meditatione et vſu ſive experientia.*

MEDITATIO, ōnis. f. [μελέτη, μελέτημα] Nihil eſt tam difficile et arduum, quod non humana mens vincat, et in familiaritatem perducat aſſidua Meditatio Sen. de Ira 2, 12. Cic. Tuſc. 2, 41 c. 17 Tantum exercitatio, meditatio, conſuetudo valet. Idem de Orat. 2, 118 Quos quidem locos multa commendatione atque meditatione paratos atque expeditos habere debetis. Idem de Diuin. 2, 96 c. 16 Multi etiam naturae vitium meditatione atque exercitatione ſuſtulerunt; vt Demoſthenem ſcribit Phalereus, quum, *etc.* Idem Philipp. 9, 2 Seruius in ipſa cura et meditatione obeundi ſui muneris obiit. Campe-

ſtris meditatio Plin. Paneg. c. 13. *i. Armorum et diſciplinae equeſtris exercitatio.* Dicendi meditatio Quinctil. 2, 10, 2. *Add.* 10, 1, 70 *vbi* meditatio cauſae. Stulta eſt meditatio futuri mali Cic. Tuſc. 3, 32. Idem pro Cluent. 82 Anni ſunt octo, quum iſta cauſa in iſta meditatione verſatur. Ipſe an in ſenatum venire deceret, meditationi ſuae Reliquit Tac. Ann. 16, 26, 8.

MEDITAMENTVM, i. n. [φρόντισμα] *Idem.* Tac. Ann. 15, 35 Nomina ſummae curae, et meditamenta. Idem Hiſt. 4, 26, 4 Et caeteris belli meditamentis militem firmabant.

MEDITATIVVS, a, um. Adi. [σκεπτικός, μελετικός Gloſſ. Lat. Gr.] Verbum meditatiuum. *Grammaticis. v. g.* Diomed. 1 p. 336 Meditatiua eſt verborum forma, qua non actus ſed apparatus oſtenditur, vt *parturio, lecturio, amaturio, eſurio.*

MEDITĀMEN, ĭnis. n. *Idem quod* Meditamentum. Prudent. Pſych. 234. Lenti meditamina belli Sil. 8, 325.

MEDITĀTVS, ûs. m. *Idem.* Theodulf. Carm. 2, 187.

MEDITATOR, ōris. m. Prudent. Vincent. 266. *Alii legunt* Meditatus.

MEDITATORIVM, i. n. [μελετητήριον] Hieron. adu. Iouin. Pridianis epulis diſtendimur, et guttur noſtrum meditatorium fit latrinarum. *Laudat hoc et his ſimilia Caſaubon. ad* Perſ. 3 p. 302. *quaſi tu dicas* Praeparatorium.

MEDITABVNDVS, a, um. Adi. Iuſtin. 38, 3, 7 Romanum meditabundus bellum.

MEDITRĪNA. Medicamentorum dea, Feſto.

MEDITRINALIA, orum. n. *Sacra deae Meditrinae.* Mos erat, *ait* Feſtus, Latinis populis, quo die quis primum guſtaret muſtum, dicere ominis gratia, Vetus nouum vinum bibo; veteri nouo morbo medeor. A quibus verbis etiam Meditrinae deae nomen coeptum; eiusque ſacra Meditrinalia dicta ſunt. Varr. de L. L. 5, 3 Meditrinalia, dies dictus a medendo; quod, vt ait Flaccus, Flamen Martialis dicebat hoc die ſolitum vinum nouum et vetus libari, et deguſtari medicamenti cauſa; quod facere ſolent etiam nunc multi, quum dicant, Novum vetus vinum bibo; nouo veteri morbo medeor.

MEDIVS, a, um. Adi. [μέσος, μέσατος, μεσαίτατος, μεσαίχμιος] *Quod menſuratum aequaliter diſtat ab extremis.* Hor. Epiſt. 1, 18, 9 Virtus eſt medium vitiorum vtrinque reductum. *et* Liu. 4, 43 *extr.* Remittendo de ſumma quisque iuris mediis copularent concordiam. *vid. h. l. Gronou. A Graeco deduci putat Sipontinus, quod eſt* μέσον. *Alii a* Modus. *Vid.* Priſcian. Medius ex tribus Sall. Iug. 11, 3. *Conf. h. l. Cort.* Non ego ſi Medius Polluce et Caſtore ponar Ouid. Am. 2, 16, 13. Medium *dicitur etiam Quidquid inter duo extrema eſt, etiam ſi non aequaliter diſtet.* Ter. Prol. Phorm. 17 Is ſibi reſponſum hoc habeat, in medio omnibus palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam. *Sic* Seru. *ad* Aen. 5, 1 Interea medium Aeneas iam claſſe tenebat Certus iter, Aut Medium eſt quidquid a principio recedit, et nec dum finem ſortitur: aut Medium ſic altum, vt medium putares, vt (Aen. 3, 664) Graditurque per aequor Iam medium. Nam vere medium indicat (Aen. 5, 8) Vt pelagus tenuere rates nec iam amplius vlla occurrit tellus. Cic. Philipp. 8, 3 Quum inter bellum et pacem medium nihil ſit, neceſſe eſt tumultum, ſi belli non ſit, pacis eſſe. Virg. Georg. 1, 297 At rubicunda Ceres medio ſucciditur aeſtu, *i.* Per diem, quando aeſtus eſt. Seruius. Plaut. Aulul. 2, 1, 40 Poſt mediam aetatem qui mediam ducit vxorem domum, *etc. i. Mediae aetatis vxorem. Conf.* Phaedr. 2, 2, 3. Amicus, *Qui duorum hoſtium amicus, eorum contentionibus et odiis ſe non miſcet.* Liu. 35, 48. Annus Plin. in Paneg. c. 59. *intercedens.* Quinctil. 2, 20, 1 Mediae Artes, quae neque laudari per ſe, neque vituperari poſſunt, ſed vtiles aut ſecus ſecundum mores vtentium fiunt. Bella media, *i. Mediocria* Liu. 5, 37. *Vid. infra.* Caedes per medias rapit ira Hor. Carm. 3, 2, 12. Curſus medius Cic. in Vatin. 16. Dies Columel. 7, 3. *Sic apud* Liu. 27, 49 Medium diei. Dies medius, *Meridies* Virg. Georg. 3, 303. In medios dormire dies Hor. Epiſt. 1, 2, 30. Digitus Plin. 11, 43. Cic. pro Domo 49 Quum tu florens ac potens per medium forum popularis volitares. Idem Q. Fratr. 2, 2 Dixi pro Beſtia de ambitu apud Praetorem Cn. Domitium in foro medio. Frigoribus mediis Virg. Ecl. 10, 65. Ingenium medium in Anco et Numae (*pacifici*) et Romuli (*bellicoſi*) memor Liu. 1, 32. Cic. Tuſc. 1, 40 c. 17 Vt illae ſuperiores in medium locum mundi grauitate ferantur, et pondere. In medio mundi terra ſita eſt Idem Tuſc. 1, 40 c. 17. *al.* mundi. Magnitudinis mediae Scribon. 70. Nox: In media nimborum nocte Virg. Georg. 1, 328. Caeſ. Bell. Gall. 5, 8. Pars: Plus media parte Ouid. Met. 3, 43. In media Potione exclamauit mulier Cic. pro Cluent. 30. *inter bibendum.* Pulpae mediae Scribon. 74. Sermonem medium abrumpere Virg. Aen. 4, 388. Plin. 10, 29 Modulatus editur Sonus. *Et paullo poſt,* Summus, medius, imus. Tempus Id. Epiſt. 3, 5. Medio tempore, *pro Interea* Sueton. in Caeſ. c. 76. In voce media reſiſtit Virg. Aen. 4, 76. Pacis et belli medius Hor. Carm. 2, 19, 28. Mediam locauit Virg. Aen. 1, 702. *h. e. In medio.* Accipere aliquem medium . . . Tiberius medium Agebat plurima diſſimulantis, aliqua inhibentis Vell. 2, 114, 3. Medium arripere; *h. e. Per medium corpus.* Ter. Adelph. 3, 2, 18 Sublimem medium arriperem, et capite primum in terram ſtatuerem. Mediam mulierem complectitur Ter. Andr. 1, 1, 106. Medium reſponſum, *Dubium* Liu. 39, 39. Medius et ambiguus ſermo Plin. Epiſt. 9, 13, 17. Ouid. Art. Am. 2, 507 Sed neque declament medio ſermone diſerti. *i. in medio ſermone, in familiari colloquio, vbi importunum eſt declamatorio genere dicendi vti. Igitur hic nihil indicatur niſi occaſio, vbi non ſit declamandum: et poterat hic* medio *plane abeſſe, cum ipſum* ſermo *iam indicet de familiari colloquio agi. Alias* Met. 7, 674 Pauca prius mediis ſermonibus ille locutus, *et* 8, 650 Interea mediis fallunt ſermonibus horas: *medii ſermones ſunt promiſcui, qui nihil ad rem propoſitam faciunt, ad quam per illos quaſi acceſſio quaeritur.* Indifferentes *hodie vocare ſolent.* Media et communia Vocabula Gell. 12, 9 quae ſignificare et capere poſſunt duas inter ſe res contrarias — vt Tempeſtas, Valetudo, *Facinus, Dolus, Gratia, Induſtria.* Haec enim fere iam vulgatum eſt ancipitia eſſe, et vtroque verſus dici poſſe. *Periculum* etiam et *Venenum* et *Contagium, etc.*

¶ 2 *Iam lancem ſaturam obſeruationum Dabimus.* Medius, *cum Genitiuo.* Sil. 14, 481 Tranſigitur valida medius dum ſe alleuat alui Cuſpide, *i. Transfoditur per mediam aluum. Sed Drakenb.* alni: *quod ad* cuſpide *refertur, vt* medius *ad* Tranſigitur. *Caeterum* Medium *etiam dici illud, quod circumdat aliam rem, ſatis docet* Virg. Aen. 3, 270 Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos. Idem Silius 1, 307 Concidit exacti medius per viſcera teli: *de quo Gron. ad* Liu. 28, 6. Medius, *Importunus, incongruus, qui interrumpit et impedit.* Virg. Aen. 1, 686 Ne qua ſcire dolos, mediusue occurrere poſſit. Cic. Acad. 1, 36 Iis ipſis alia interiecta et media numerabat. Idem de Opt. Gen. Orat. 2 Alios eis interiectos et tanquam medios putet. *Et* Philipp. 10, 10 Qui duorum fratrum aetatibus medius interiectus, vitiis cum vtroque certabat. Virg. Aen. 2, 377 Senſit medios delapſus in hoſtes. Seruius, Manifeſtos. *vt Idem* Virg. Aen. 2, 533 Quamquam in media iam morte tenetur. *Vtrumque nimis acutum.* Medii *notio ſollemnis vtrique loco conuenit. Sic loquuntur omnes hodie.* Medium *pro dimidio ſequioris aeui eſt* Capitol. Pio c. 4 Aurum quod oblatum fuerat, Italicis totum, medium prouincialibus reddidit. Medius *pro Mediocris.* Paterc. 2, 29, 3 Innocentia eximius, ſanctitate praecipuus, eloquentia medius. Tacit. Hiſt. 1, 49, 4 Ipſi medium ingenium magis extra vitia quam cum virtutibus. Medii *item dicuntur Arbitri ſeu ſequeſtri mediatores.* At Medius fratrisque ſui moeſtaeque ſororis Iupiter Ouid. Met. 5, 564. Quinct. 12, 8 Sequeſter ille et media litium manus et quidam interpres. *Conf.* Ouid. R. A. v. 678. Caſſiod. Var. Ep. 3, 5. Symmach. Ep. 6, 5. *Add. Iuret. ad* Symmach. p. 117. Medii *item, Qui neutrius partis.* Suet. Caeſ. 75 Ipſe medius et neutrius partis. Cic. Att. 10, 8 Medios eſſe iam non licebit. *Et* 10, 10 Qui ſe medium eſſe vult, in patria manet. Paterc. 1, 9, 2. *Et* 2, 21, 2. Suet. Ner. c. 2. *Conf. Drakenborch. ad* Sil. 16, 222. Medium, pro Legitimo Seru. ad Virg. Georg. 1, 230. Ad medias ſementem extende pruinas. *Hic idem obſeruandum, quod modo diximus: nimis argutatur Grammaticus. Poteſt ſubſtitui* legitimas, *i. plenas, hoc nomine dignas. Sed quidni etiam* mediae *ſint, inter primas et vltimas interiectae. Docet non ſtatim primas ſub pruinas deſinendum ſerere.* Medium *Dicitur* Mare, *etiamſi non longe foret a litore.* Virg. Aen. 3, 270 Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos, *i. circumdata fluctu.*

¶ 3 Medium *Subſtantiue ponitur non tantum pro* loco medio, *ſed vt communionem, et publicam rem notet, certe pluribus propoſitam et nemini attributam, itemque multitudinem et ſocietatem adeo hominum. De loco* Cic. Timaeo c. 6 A medio ad ſummum parem, et perfectum. *Et p. p.* Animum autem in eius medio collocauit. *Sed vidit in MS. Gronovius,* in eo medio. *Sic* Cic. Tuſc. 1 c. 17 Terram in medio mundi ſitam *hodie edunt accuratiores* in medio mundo. *Sed* Liu. 1, 57 In medio aedium ſedentem inueniunt. Plin. 2, 23 Ferri lunam in medio ſolis et terrae. Medio campi, montium *et ſimilia ſunt* Taciti *v. g.* An. 1, 64. Id. 13, 38 Medio temporis contradicere liceret. Liu. ipſe 27, 48 *extr.* Medium diei erat: *quod exſtat etiam* Salluſt. Fragm. Hiſt. 1 p. 956 *Cort. De communione* Cic. Off. 1, 22 c. 7 Et communes vtilitates in medium afferre mutatione officiorum. *i. In communem vſum.* Conſulere in medium, *pro In commune* Virg. Aen. 11, 335. Diſcedere e medio, *pro Secedere et occultari.* Suet. in Caeſare in principio. Excedere e medio, *pro Mori* Ter. Hec. 4, 3, 14. Ouid. Art. Am. 3, 479 Munda, ſed e medio conſuetaque verba puellae Scribite: ſermonis publica forma placet. E medio, *i. ex vſu communi.* Medio tutiſſimus Ibis Ouid. Met. 2, 137. Cic. Off. 3, 37 c. 8 Hoc quidem deliberantium genus pellatur e medio. Id. de Nat. Deor. 1, 13 Ponam in medio ſententias Philoſophorum. In medio omnibus palmam eſſe Poſitam Ter. Phorm. Prol. 17. Producere in medium Sen. Epiſt. 7. Proferre aliquid in medium Cic. Verr. Act. 1, 29. Idem Fam. 15, 2 Sed tamen ante illud tempus, eam rem nunquam in medium propter periculi metum protuliſſe. Idem de Orat. 2, 102 Vt quidquid de re ſua cogitarit, in medium proferat. *Et* pro Cluent. 72 Quaeſtus forenſis in medium proferebatur. Quaerere in medium Virg. Georg. 1, 126. *i. in commune.* Seruius. Recede de medio, per alium tranſigam Cic. pro Roſc. Amer. 112 c. 38. Idem pro Cael. 48 c. 20 Mulierem nullam nominabo; tantum in medio relinquam, ſi qua, *etc. i. Controuerſum relinquam, nihil ſtatuam vel conſtituam.* Relinquere in medium Gell. 6, 14. *et* 17, 2. Tac. Germ. 46, 9. Lact. de Vita beata 1, 4. Salluſt. Catil. c. 19. Cic. Acad. 1, 36. *et* Paterc. 2, 48, 4. In medio eſſe, *vel* ſitum *aut* poſitum eſſe, *quibus contrarium eſt* Obſcurum. Mater virginis in medio eſt Ter. Adelph. 3, 4, 33. *i. adeſt, vt copia eius fieri poſſit.* Cic. Verr. 2 c. 42 Tabulae ſunt in medio. Idem de Orat. 1, 12 Dicendi autem omnis ratio in medio poſita. Suet. Vitell. 2 Sed quod diſcrepat, in medio ſit; *i. Sit pro incomperto.* Cic. pro Domo 138 Non ſunt quaeſita ex occulto aliquo genere literarum, ſed ſumta de medio, ex rebus palam per magiſtratus actis. Tollere de medio, *pro Occidere.* Cic. pro Roſc. Amer. 20 c. 7 Perfacile hunc hominem incautum et ruſticum, et Romae ignotum de medio tolli poſſe. Venire in medium, *et* Procedere in medium, *i. in publicum.* Cic. Verr. 2, 175. *Et* de Inuent. 2, 46. *Item* de Finib. 1, 13 Prima veniat in medium Epicuri ratio, *declaretur cognoſcatur. Adde* de Fin. 2, 76. *Et* Fam. 15, 2. Cic. pro Cluent. 77 Homines totius ignari negotii, qui Oppianicum nunquam vidiſſent, virum optimum et hominem prudentiſſimum pecunia oppreſſum arbitrarentur, incenſi ſuſpicione, rem in medium vocare coeperunt, et cauſam illam totam depoſcere.

¶ 4 *In MSS. confundi ſolent* Medius *et* Viduus *vel* Vacuus, *Burm. ad* Quinctil. Decl. 13, 3 p. 274. *it.* Medius *et* Dubius *ibid. ad* 16, 8 p. 329.

MEDIE. Adu. *frequenter vtitur* Firmic. 2, 28. *Item* Apul. de Doctr. Plat. 2 p. 22 Hic medie imperauit, *i. Nec optime, neque peſſime* Eutrop. 7, 8.

MEDIĀLIS, e. Adi. Solinus c. 51 Lignum omne atque mediale, eadem ferme et facie et nitore, quae eſt in lapide gagate, *h. e. Omnes hebeni partes, tam exterae, quam mediae, ſeu medullaceae, ſimiles ſunt gagati lapidi.* Idem c. 33. *Vid.* Feſtus.

MEDIĔTAS, ātis. f. [μεσότης, μέση] *Locus medius, medium, mediocritas.* Cic. de Vniuerſ. 20 c. 7 Vt in ſingulis eſſent bina media; vix enim audeo dicere medietates; quas Graeci μεσότητας appellant; ſed quaſi ita dixerim, intelligatur, erit enim planius. Paullus in l. Antiqui. D. Si pars hereditatis pet. Prudentiſſimi iuris auctores medietatem quandam ſecuti ſunt, vt quod fieri non raro admodum poſſet, intuerentur. Lactantius *quoque* de Opific. Dei c. 10 Sub ipſa medietate narium, lacuna quaedam leuis, quaſi vallis. *Vox eſt frequens* Macrobio; *vt in* Somn. Scip. 1, 6 Habet enim medietatem; et eſt medietas. *Paullo poſt,* Quum vero medietas ipſa geminatur, *etc.* Ibidem, Quaternarius vero duas medietates primus omnium nactus eſt. *Sic alibi frequenter.* Medietates inter virtutes et vitia Apul. de Doctr. Plat. 2 p. 14. *Vid. Cellar. Antibarb.* p. 222.

MEDIO, āre. *Medium facere, diuidere.* Apic. 3, 9.

MEDIANS, antis. Partic. Pallad. 4, 10. *Vid. Cur. Poſt. Cellar.* p. 379.

MEDIATIO, ōnis. f. ICt.

MEDIATOR, ōris. m. *Hoc nomine a Chriſtianis appellatur Chriſtus ὁ μεσίτης, vt,* Tertull. de Carne Chr. c. 15. *it.* de Reſurr. Carnis

c. 51. *et* 63. Lactant. 4, 25. Prudent. hymno in Natal. Saluat. v. 16 (*vbi conf. Buchner.*) *et* Apoth. 242. *Add.* Sidon. Epiſt. 6, 8. Iſidor. 7, 2.

MEDIATRIX, icis. f. Vt mediatricis curet tutela columnae Alcim. 5, 554.

MEDIOCRIS, e. Adi. [μέτριος, μεσήης] *Quaſi Medium tenens, v. g. inter optimum et peſſimum, maximum et minimum etc.* Actor mediocris cauſarum Hor. de Arte Poët. 370. Cic. de Orat. 1, 6 Permultos excellentes in quoque genere videbis, non mediocrium artium, ſed paene maximarum. Cura non mediocris Hor. Serm. 2, 4, 94. Gloria non mediocris Scribon. Ep. *in.* Nepos 25, 13, 4 Non mediocris eſt induſtriae. Infortunium Plaut. Curc. 4, 3, 5. Non mediocris Hominis haec ſunt officia Ter. Adelph. 5, 9, 9. Cic. de Orat. 2, 119 Haec ſunt omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem vel maximae. Initium Suet. de Clar. Grammat. c. 1. Iracundia mediocri iratus Plaut. Curc. 4, 3, 1. Cic. Tuſc. 3, 22 Omne Malum etiam mediocre, magnum eſt. Id. de Clar. Orat. 137 c. 36 L. Cotta in mediocrium Oratorum numero, dicendi non ita multum laude proceſſit. *Ibid.* 100 c. 26 Fannius in mediocribus Oratoribus habitus eſt. Poenae Plaut. Bacch. 3, 3, 21. Cic. de Orat. 2, 119 Hoc tamen Prudentiae eſt paene mediocris. Non mediocris ille Samaritanus Ambroſ. in Luc. c. 10. Spatium Plin. 7, 38. Sponſalia Id. 9, 35. Cic. Q. Frat. 1, 1 Quod ſi in mediocri Statu ſermonis ac praedicationis noſtrae res eſſent, nihil abs te eximium, praeter aliorum conſuetudinem, poſtularetur. Id. de Amicit. 62 c. 17 Nec vero negligenda eſt fama, nec mediocre telum ad res gerendas exiſtimare oportet beneuolentiam ciuium. Vitia Hor. Serm. 1, 4, 130.

MEDIOCRĬTAS, ātis. f. [μετριότης] Medium dicitur, *vt ait* Nonius 1, 122. Cic. Acad. 4, 135 c. 44 Mediocritates illi probabant, et in omni permotione naturalem volebant eſſe quendam modum. Columel. 3, 5 Mediocritas in electione loci maxime probatur; quoniam in confinio boni malique poſita eſt. Mediocritates vel perturbationum vel morborum animi mihi non ſane probant Peripatetici Cic. Tuſc. 3, 22 c. 10. *Al.* mediocritatem. Cic. Off. 1, 89 Nunquam enim iratus qui accedit ad poenam, mediocritatem illam tenebit, quae eſt inter nimium et parum, quae placet Peripateticis. *Et* de Clar. Orat. 149 Omnis virtus eſt, vt vetus Academia dixit, mediocritas. Mediocritas regula optima eſt Cic. Off. 2 c. 17. Id. Philip. 2, 2 c. 1 Non video, nec in vita, nec in gratia, nec in rebus geſtis, nec in hac mea mediocritate ingenii, quid deſpicere poſſit Antonius. *Vid.* n. 2. Vultus mediocritas Auct. ad Herenn. 3, 26. *Vultus neque hilaris, neque triſtis.* Hor. Carm. 2, 10, 5 Auream quisquis mediocritatem Diligit, *etc. h. e. Beatam, optimam, et pulcherrimam.* Minus ſuperba mediocritas praeceptoris ad ſuſcipiendas elementorum moleſtias Quinctil. 2, 3. ¶ 2 *In modeſtiae ſignificatione cum de ſe loquuntur, adhibere hoc vocabulum ſolent.* Quinctil. 11, 2, 39 Sic contingit, vt etiam quae ex tempore videbantur effuſa, ad verbum repetita reddantur: quod meae quoque memoriae mediocritatem ſequebatur *etc.* Vellei. 2, 111, 3 Habuit in hoc quoque bello mediocritas noſtra ſpecioſi miniſtri locum, *i. ego homo mediocris.* Id. 2, 130, 3 Si aut natura patitur, aut mediocritas recipit hominum, apud aures deorum de his queri. *Vid.* PARVITAS.

MEDIOCRĬTER. Adu. [μετρίως] *Medio quodam modo: h. e. Prudenter et moderate.* Cic. de Finib. 1, 6 Quid Theophraſtus, mediocriterne delectat, quum tractat locos ab Ariſtotele ante tractatos? Mediocriter doctus Plin. Epiſt. 1, 10. Literatus A. ad Her. 4 c. 4. Corpora mediocriter laeſa Scribon. 215. Etiam mediocriter a me tibi commendatus Cic. Fam. 13, 29. Id. Verr. 3, 95 Quod mehercule, Iudices, mihi non mediocriter ferendum videtur. Idem pro Quint. c. 18. Tamen eſſet non mediocriter conquerendum. Haud mediocriter Plaut. Merc. 2, 1, 13. Mediocriter facere Ter. Andr. 1, 1, 32. Mediocriter veſtita veſte lugubri Id. Heaut. 2, 3, 45.

MEDIOCRICŬLVS. *Idem quod Mediocris, ex* Catone *apud* Feſtum.

MEDIAR, aris. n. *pro media parte laudatur ex* Tertull. adu. Hermog. *ab Auſ. Popma ad* Varr. R. R. 1, 2, 10. *Sed non eſt in Indice Gloſſ. rum Tertulliani.*

MEDIOXĬMVS, *vel* MEDIOXŬMVS, a, um. Adi. [διάμεσος] *Mediocris, ſiue medius. Vnde* Medioxumi dii *vocantur, Poteſtatis mediae.* Seru. *in* Aen. 8, 275 *dicit* Herculem communem deum vtriusque naturae, medium et inter mortalitatem et inter diuinitatem. Sunt numina aliqua tantum terreſtria, aliqua tantum caeleſtia, aliqua media, quos deos medioxumos Apuleius (de Hab. Doctr. Plat. p. 8 Elmenh.) vocat. hoc eſt, qui ex hominibus Dii fiunt. Plaut. Ciſtel. 2, 1, 36 At ita me dî deaeque, ſuperi, inferi, et medioxumi, *etc.* Medioxuma vxor Plaut. Ciſtel. 2, 3, 67. *i. media, ſecunda de tribus.*

MEDIOXIME. Adu. *Medio modo.* Varr. Modio, Quid aliud eſt quod Delphica canat columna literis ſuis, ἄγαν μηδέν. Quam nos facere adit mortalem modum medioxime, vt quondam patres noſtri loquebantur. *Ex* Nonio 2, 556.

MEDIATĔNVS. Adu. Mart. Capell. 6 p. 220. *et* 8 p. 283.

MEDICVRRIVS. *i. Medius currens.* Arnob. 3 p. 118. *et* Iſidor. 8, 11.

MEDILŪNIVS, a, um. Adi. Mart. Capell. 7 p. 241 Luna primo corniculata, deinde medilunia.

MEDIVSFIDIVS [μὰ τὸν Διὸς υἱὸν] compoſitum videtur, et ſignificare Iouis filium, id eſt Herculem; quod Iouem Graece Ζεὺς, Διὸς, et nos Iouem; ac fidium, id eſt pro filio; quod ſaepe antea pro L litera, D vtebantur. Quidam exiſtimant iusiurandum eſſe per diui fidem; quidam per diurni temporis, id eſt dici fidem. *Haec* Feſtus. *Alii ſic*, Mediusfidius, *h. e. Per deûm Fidium. Nam Fidius deus eſt, qui fidei praeeſt.* Plaut. Aſin. 1, 1, 8 Per dium Fidium quaeris: iurato mihi opus eſt. *Add.* Cic. Att. 8, 24. *Et* pro Sul. 83. Chariſ. 2 p. 183 *inter Aduerbia*, Medio fidio, per Iouem, aut fidem filiumue Iouis Herculem, quae iuratio propria virorum eſt, vt feminarum Edepol, Ecaſtor, Eiuno. Denique Titinnius in Setina Molliculum adoleſcentulum effeminate loquentem cum reprehendere magis vellet, *An*, inquit, *quia Pol Edepol fabulare, edi medi.* Edi, Titinnius in Barathro, *Id neceſſe reſpondet edi*, pro edius fidius. *Ex his Chariſii illud certe colligi poſſe videtur*, Me *et* E *eſſe iurandi ſigna, vt apud Graecos μὰ et νὴ. Reliqua neſcio interpretis an correctoris operam valde deſiderant.*

MEDIĀNVS, a, um. Adi. [μεσίτιος] *Quod in medio eſt. Vnde* Medianas columnas Vitruuius 3, 1. *et* 2. *et vlt. dixit, vt ab Angularibus, quae craſſiores ſunt, diſtingueret.* Medianum coenaculi Vlpian. in l. Si vero. §. interdum D. de iis, qui deiecer. vel effud. Mediana maluarum Apic. 4, 2. Medianus digitus Veget. 2, 4.

MEDIASTĪNVS, i. m. [μεσαύλιος] A medio ſtando vel tenendo componi videtur Priſcian. 2 p. 594. Nonius 2, 573 Mediaſtinos pro Balneatoribus, *itemque* pro Miniſtris et curatoribus aedium *accipit*, qui in medio ſtent, vt omnibus miniſtrent. *Sic certe* Plin. 29, 1 ſ. 2 Prodicus inſtituens Iatralepticem reunctoribus quoque medicorum ac mediaſtinis vectigal inuenit. *Sed viliſſima quaeque mancipia, in agro maxime*, mediaſtinos *eos accipere debemus, qui abiectiſſima quaeque inter ſeruos officia obeunt; cuiusmodi ſunt hodie in principum domibus, cognomine Lignarii, Bacularii; quorum vna illa functio eſt, vt omnibus pareant, nec vllius imperium detrectent, in medio ſemper et propatulo ad nutus omnes excubent. Laudatur* Cic. in Catil. 2, 5 Itaque ego illum exercitum, *etc.* magnopere contemno, collectum ex ſenibus deſperatis, ex agreſti luxuria, ex ruſticis mediaſtinis, ex decoctoribus, *etc. Alia exemplaria habent* Mediaculis, *alia* Mendiculis *Gron.* ex ruſticis decoctoribus. Columel. 1, 9, 3 Mediaſtinus qualiscunque ſtatus poteſt eſſe, dummodo perpetiendo labori ſit idoneus. Col. 2, 13, 7 Poſſe agrum ducentorum iugerum ſubigi duobus iugis boum, totidemque bubulcis, et ſex mediaſtinis. Vlpian. in l. 1. §. Caeterum. D. Nautae, caupones, ſtabularii, Qui mediaſtini opera ſungitur, non continetur, vt purpurarii, atriarii, et focarii, et his ſimiles. *Cael.* 25, 20 *legit* Mediaſtina opera, *vt ſit adiectiuum. Vid. Pignor. de Seruis, et Torrent. ad* Hor. Epiſt. 1, 14, 24 Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas.

MEDIASTVTĪCVS, *vid. ſub* MEDDIX.

MEDITERRANEVS, a, um. Adi. [μεσηγαῖος, μεσόγειος] *Quod eſt a mari remotum, quaſi In media terra.* Quinctil. 5, 10 Montanus an planus, maritimus an mediterraneus. Villa noſtra etiam mediterraneas Copias praeſtat, lac inprimis Plin. Ep. 2, 17. *extr.* Suet. in Tib. c. 12 Mediterraneis agris abditus, vitansque praeternauigantium officia. Oppidum Plin. 6, 23. Mediterranei *int. homines a mari remotiores.* Cic. de Nat. Deor. 1, 89 c. 31 Mediterranei mare eſſe non credunt. *Et* Verr. 1, 85 Ab hac inſula haec lucra tanquam mediterraneis exigebantur. *Et* 5, 69 Homines maxime mediterranei. *Add.* Liu. 35, 26. Maris mediterranei *appellatio recentior videtur. Certe apud* Plinium *et* Melam *nondum inuenio. Sed* Iſid. Orig. 13, 16 Iſtud eſt mediterraneum, quia per mediam terram vsque ad orientem perfunditur, Europam et Africam Aſiamque diſterminans. ¶ 2 *Subſtantiue* Mediterraneum *eſt, cui opponitur* Ora, *ſeu* Litus. Plin. 3, 1 Celeberrima inter Baetim fluuium et Oceani oram in mediterraneo Segeda. *h. e. In medio regionis, proculque ab ora litorali. Rurſus* eod. c. *paullo poſt. Et* 5, 27 *et* 30.

MEDITERREVS, a, um. Adi. Feſtus, Mediterream melius quam Mediterraneam Siſenna dici putat.

MEDITVLLIVM, i. n. [μεσηγαῖον] non Medium terrae dicitur, *inquit* Feſtus; ſed Procul a mari, quaſi Meditellium, ab eo quod eſt Tellus. Cic. in Top. c. 8 dicit Tullium in hoc verbo extenſionem eſſe vocabuli, nihil ſignificantem. *Vtitur hac voce aliquoties* Apul. in Aſino Aureo, *it.* de Philoſ. Mor. p. 15.

MEDON. [Μέδων] *Quod regem, aut certe magiſtratum Graecis ſignificat, proprium eſt. V. g.* Medon, *Vnus procorum Penelopes* Ouid. Epiſt. 1, 91. Medon, *Vnus ex nautis, qui a Baccho in delphines mutati fuerunt* Ouid. Met. 3, 671. *Item filius Codri, primus Archon Atheinenſium* Paterc. 1, 2, 4. *Vnde*

MEDONTIDAE. *Poſteri Medontis.* Paterc. 1, 2, 4.

MEDVANA. *Fluuii nomen in Gallia, quam Belgicam vocant.* Lucan. 1, 437 Nec vltra Inſtabiles Turones circumſita caſtra coërcent, In ripis Meduana tuis marcere peroſus, *etc. Sed habentur hi verſus pro ſpuriis.*

MEDVLLA, ae. f. [μυελὸς, ἐντεριώνη] *Pingue illud in oſſibus medium eſt.* Plin. 11, 37 Et medulla ex eodem videtur eſſe in iuuenta rubens, et ſenecta albeſcens. Id. 11, 37 ſ. 67 Spina — tereti ſtructura, per media foramina a cerebro medulla deſcendente. Apul. de Dogm. Platon. p. 37 Per medullas renum commeant venae, *i. intimum illud fungoſius et mollius.* Plaut. Stich. 2, 2, 16 At ego perii, cui medullam laſſitudo perbibit, Cui medullam Ventris percepit fames. In viſceribus medulliſque condidit omne bonum Metrodorus Cic. Tuſc. 5, 27. Albae medullae Ouid. Met. 14, 208. Bubula medulla Scribon. 39. Ceruina 238. 262. 270. Vitulina 238. Liquefactae medullae caeca tabe Ouid. Met. 9, 175. Nemeſ. Cyneg. 162 Fortibus vt ſuccis Teneras complere medullas Poſſint, et validas iam tum promittere vires, *de catulis ad venandum.* Iuuenal. 8, 90 Oſſa vides regum vacuis exhauſta medullis. ¶ 2 Medulla *etiam in arboribus intimum illud et molle eſt, vt* Vitis Colum. 3, 18, 5. Vsque ad medullam reciſae arbores Pall. Nou. 15, 1. Medulla taedae pineae Veget. Mulom. 4, 12, 3. Abſinthii Pontici Plin. 27, 7 ſ. 28. *Quin* Medulla candoris *in beryllis* Id. 37, 5 ſ. 20 *i. intima pars candida.* Medulla, *quod in quaque re medium, optimum, delicatiſſimum. Hinc dicta videtur* Anſeris medulla Priap. 64 Quidam mollior anſeris medulla, *i. plumis illis tenerrimis ſubalaribus. Add.* MEDVLLVLA. *Vnde et* Ennius *apud* M. Tullium de Claris Orat. 59 M. Cornelium Cethegum, Suadae medullam *appellat, ob ſingularem ſuauiloquentiam. Nam quod optimum eſt, id natura videtur intime recondidiſſe. Vnde et illa paſſim obuia*, in medullis, *et* medullitus amare. Ardet mollibus ignis in medullis Catul. 43, 16. Eſt mollis flamma medullas Virg. Aen. 4, 66. Fouet igne medullas amor Ouid. Epiſt. 4, 15. Haerere in medullis alicui Cic. Fam. 15, 16. Haerere in Populi Romani medullis ac viſceribus Id. Philip. 1, 36 c. 15. Implicitus medullis alicuius Auſon. Epiſt. 5, 21. Includere aliquid medullis Cic. Att. 15, 4. Inſidet in medullis feruor Id. Tuſc. 4, 24 c. 10. Intrauit calor medullas Virg. Aen. 8, 389. Labitur totas furor in medullas Senec. Hippol. 3. Auidis medullis ſubdita flamma Virg. Georg. 3, 271. Quinctil. 2, 1 Et in mediis litium medullis verſantur.

MEDVLLĬTVS. Adu. [ἐκ μυελῶν] *Ex intimo affectu, vel intime.* Plaut. Moſt. 1, 3, 86 Vt videas eam medullitus me amare. Idem Truc. 2, 4, 85. *Vid.* Non. 2, 544. *Vſus eſt aliquoties* Apuleius in Flor. *et* in Met. *It.* Prudent. Hamartig. v. 391.

MEDVLLŬLA, ae. f. Dimin. [μυελίδιον] Catull. Carm. 25, 2 Cinaede Thalle mollior cuniculi capillo, Vel anſeris medullula, velimula oricilla.

MEDVLLARIS, e. Adi. Apul. Mileſ. 7 p. 193 Dolor medullaris mihi inſidet.

MEDVLLATVS, a, um. Partic. *apud* Apul. Doctr. Plat. 2 p. 21 *vbi al.* medicati; *et* Vulg. Interp. Pſalm. 65, 15.

MEDVLLŌSVS, a, um. Adi. Celſ. 8, 1 Humeri medulloſi.

MEDVLLI, ōrum. *Populi Alpini. Vid. Harduin. ad* Plin. 3, 20. *et* Vitruu. 8, 3.

MEDVLLĪNVS, a, um. Adi. *Ad Medullos pertinens.* Auſon. Epiſt. 5, 28.

MEDVS, i. m. Proprium fluuii nomen in Media, quod ex Strabone cognoſcere licet lib. 15. vbi commemorat quos fluuios traiecerit Alexander Magnus, quum Perſidem peragraret, ferroque vaſtaret. De hoc intelligendus locus eſt Hor. Carm. 2, 9, 21 vbi ait, Medumque flumen gentibus additum, etc. non de Araxe, aut Tigri, aut Euphrate, vt alii arbitrantur. Neque vero eſt quod quisquam miretur Horatium ita locutum eſſe, Medum flumen, ſi Medus proprium fluuii nomen eſt. Nam ſic reperies pluribus locis locutum, vt 4, 5. et 2, 6. et in Epiſt. ad Piſon. Lambinus.

MEDVS, vid. MEDIA.

MEDVS, i. m. Potio; quaſi Melus, quia ex melle fit Iſidor. 20, 3. Hodie Germania vocat Meet.

MEDŪSA, ae. f. [Μέδουσα] Filia fuit Phorci ex Cetho coniuge, quae vna cum duabus ſororibus Euryale, et Stenone, Gorgadas inſulas in Oceano Aethiopico tenuiſſe feruntur. Eius capilli in angues a Minerua immutati ſunt: et qui illam adſpiciebant, in lapides vertebantur. Quam Perſeus peremit; ex cuius cruore natus eſt Pegaſus. De hac plurima Graeci. Attingit Ouid. Met. 4, 781. Torua Meduſa Ouid. de Arte Am. 2, 309.

MEDVSAEVS, a, um. Adi. [Μεδουσαῖος] Equus Meduſaeus Ouid. Faſt. 5, 8. i. Pegaſus. Os Meduſaeum Id. Met. 5, 249. Chelydri Sil. 7, . . . Meduſa, a quibusdam appellatur herba ea, quam Romani Veneriam, ſiue Lanceolam, Dioſcorides λογχῖτιν appellauit.

MEFANCĪLVM, i. n. Teli genus apud Feſt. pro Meſancylum, ſi fides Turnebo Aduerſ. 19, 32. et Scaligero etc.

M E G

MEGABYZI, ſiue MEGALOBYZI. [Μεγάβυζοι] dicebantur Epheſiae Dianae ſacerdotes, quos eunuchos eſſe oportebat; vnde et pro Imbellibus ac mollibus poni conſueuerunt, quales ſunt ſpadones. Quinctil. 5, 12. Megabyzi dicuntur etiam Plinio ita ſcribenti 35, 10 Epheſi vero eſt Megabyzi ſacerdotis Epheſiae Dianae ſepulcrum. Nec enim hic vt proprium nomen accipiendum videtur, ſed vt appellatio omnium ſacerdotum Dianae communis. Vid. Harduin. ad Plin. 35, 10. Perizon. ad Aelian. 2, 2. Burm. ad Quinctil. 5, 12. et omnium diſertiſſime Hemſterhuſ. ad Luciani Timonem p. 134 ſq. qui cum illud de ſacerdotibus Epheſiis confirmat, tum docet Perſarum viros illuſtres et regum cognatos quoque Megabyzos ſ. Megabazos dictos eſſe.

MEGAERA, ae. f. [Μέγαιρα] Vna eſt e tribus Furiis. De qua Virg. Aen. 12, 846

Dicuntur geminae peſtes, cognomine Dirae,
Quas et Tartaream nox intempeſta Megaeram
Vno eodemque tulit partu.

Improba Claud. in Ruf. 1, 74. Torua Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 387.

MEGALENSIS, vid. MEGALESIA.

MEGALESIA, orum. n. [Μεγαλήσια] et Ludi MEGALENSES, it. MEGALENSIA, orum. n. plur. Liu. 36, 36 M. Iunius Brutus aedem Magnae matris deûm in palatio dedicauit: et ludos ob eam dedicationem factos, Megaleſia appellauit. Megalenſibus Cic. Fam. 1, 11 extr. Lambin. ibid. quoque legi iubet Megaleſiis. Cic. de Aruſp. Reſp. 24 c. 12 Nam quid ego de illis ludis loquar? quos in palatio noſtri maiores ante templum, in ipſo Matris magnae conſpectu Megalenſibus fieri celebrarique voluerunt? Quinctil. 1, 5 Quaedam tamen et faciem ſoloeciſmi habent, et dici vitioſa non poſſunt, vt Tragoedia Thyeſtes, et ludi Floralia, ac Megaleſia. Add. Liu. 34, 54. Ouid. Faſt. 4, 355. Varro L. L. 5, 3. Feſt. Graeu. ad Cic. de Aruſp. Reſp. 24 c. 12. Falſus autem eſt Donat. ad Terent. prolegom.

MEGALESIACVS, a, um. Adi. Megaleſiacae matris operta Auſon. Ecl. de Feriis Rom. v. 2. et Iuuen. Sat. 11, 193 Megaleſiacae ſpectacula mappae.

MEGALIVM, i. n. [μεγάλειον] Propter gloriam, vt ait Plin. 13, 1 ſ. 2 ſic appellatum vnguentum ex oleo balanino, balſamo, calamo, iunco, xylobalſamo, caſia, reſina. Huius proprietas, vt ventiletur in coquendo, donec deſinat olere: rurſus refrigeratum odorem ſuum coepit.

MEGALOGRAPHIA, ae. f. Picturae genus apud Vitruu. 7, 4 qui c. 5 ſic explicat, Deorum ſimulacra, ſeu fabularum diſpoſitas explicationes, non minus Troianas pugnas, ſeu Vlyſſis errationes, et topia. Verbo, magnarum rerum operoſiores picturae.

MEGALOPŎLIS. [Μεγάλη πόλις] Arcadiae vrbs, e qua Polybius hiſtoricus. Meminit Liu. 32, 5. et 36, 31.

MEGALOPOLITAE. [Μεγαλοπολῖται] Megalopolis incolae. Liu. 28, 8. et 35, 27.

MEGALOPOLITĀNVS, a, um. Adi. [Μεγαλοπολίτης] qualis Polybius fuit Liu. 32, 22.

MEGĂRA. [Μέγαρα] Vrbs iuxta Iſthmum Corinthiacum, media inter Peloponneſum Atticam, et Boeotiam. Meminit Seruius ad Cic. Fam. 4, 5. Et ipſe Cic. de Diuin. 1, 57 Patria fuit Euclidis geometrae. Col. 10, 106 Iam Megaris veniant genitalia ſemina, bulbi. ¶ 2 Megara Herculis vxor a furente interemta. Vid. Sen. Herc. fur. 1015 ſqq.

MEGĂRVS, a, um. Adi. [Μέγαρος] Sinus Megari in Sicilia. Virg. Aen. 3, 689.

MEGARĬCVS, a, um. Poſſeſſ. [Μεγαρικός] Cic. Acad. 4, 129 Qui (Herillus) quum Zenonis auditor eſſet, vides quantum ab eo diſſenſerit; et quam non multum a Platone Megarici, quorum fuit nobilis diſciplina etc. Vid. ſtatim MEGAREVS. Megarici bulli Cato R. R. 8.

MEGARĒVS. [Μεγαρεύς] Idem. Cic. Acad. 4, 129 Poſt Euclides Socratis diſcipulus Megareus, a quo iidem illi Megarici dicti, etc. ¶ 2 Megareus, Hippomenis pater, Oncheſtii filius, Neptuni nepos ap. Ouid. Met. 10, 605.

MEGARĒIVS, a, um. Adi. [Μεγαρήιος] Heros Megareius Hippomenes apud Ouid. Met. 10, 659.

MEGARENSIS, e. Adi. Ex Megara. Gell. 6, 10 Decreto ſuo Athenienſes cauerant, vt qui Megaris ciuis eſſet, ſi intuliſſe Athenas pedem prehenſus eſſet, vt ea res ei homini capitalis eſſet. Tanto Athenienſes odio flagrabant finitimorum hominum Megarenſium, etc.

MEGARIS, ĭdis. f. [Μεγαρίς] Regio circa Megara. Vid. Plin. 4, 7. ¶ 2 Vrbs Siciliae Mel. 2, 7.

MEGISTĀNES. [μεγιστᾶνες] Dicuntur Proceres, primatesque. Nam μέγιστος Latine dicitur magnus. Corn. Tacit. Ann. 15, 27 extr. Simul conſilio terrorem adducere, et megiſtanas Armenios, qui primi a nobis defecerant, pepulit ſedibus. Add. Suet. in Calig. c. 5. Conf. Sen. Epiſt. 21.

MEHERCLE, MEHERCVLE. Adu. iurandi. [μὰ τὸν Ἡρακλέα] Per Herculem. Cic. Att. 10 Epiſtola tua gratiſſima fuit meae Tulliae, et mehercule mihi: ſemper ſecum aliquid afferunt literae tuae.

MEHERCVLES. Idem. [μὰ τὸν Ἡρακλῆ] Feſtus, Mecaſtor et Mehercules iusiurandum erat, quaſi diceretur, ita me Caſtor, ita me Hercules. vt ſubaudiatur iuuet. Cic. Verr. 4, . . . Vere mehercules hoc Iudices dicam. Idem in Orat. 157 Impetratum eſt, inquit, a conſuetudine, vt peccare ſuauitatis cauſa liceret, et pomeridianas quadrigas, quam poſtmeridianas libentius dixerim: et mehercule, quam mehercules.

M E I

MEI, vel MIS. [ἐμοῦ] Genitiuus ab EGO. Vide ſuo loco.

MEIO, vel MINGO, minxi, mictum, ĕre. [ὀμίχω] Vrinam emittere. Diomedes Praeteritum Meii eſſe dicit, ſed in vſu Minxi. Perſ. 1, 113 Sacer eſt, pueri, locus, extra Meiite. Quum vrina ſuper potionum modum mingitur Celſ. 4, 20. Martial. 3, 78 Minxiſti currente ſemel Paulline carina: Meiere vis iterum, iam Palinurus eris. Lamprid. in Heliog. 32 Onus ventris auro excepit: in myrrhinis et onychinis minxit. Mictum, Supinum. Hor. Serm. 1, 8, 38 Atque in me veniat mictum atque cacatum Iulius, et fragilis Pedatia. Mula meiens Catul. de Aemylio 92. Nec ſtando Mingens, nec ad requiſita naturae ſecedens facile viſitur Perſa Ammian. 23, 6. Metaph. Martial. 12, 32 Matella curto rupta latere meiebat.

MICTŪRIO, īre. Deſideratiuum verbum a Meio. Iuuen. Sat. 6, 308 Noctibus hîc ponunt lecticas: micturiunt hîc. Pruriunt in Venerem.

MICTVS, ûs. m. Difficultas mictus C. Aurelian. Tard. 2, 1. Sanguinis mictu affectus Id. Ibid. 5, 3.

MINCTIO, onis. f. Minctionem prouocare Veget. 1, 51. Al. MICTIO.

MICTVRA ſ. MINCTVRA, ae. f. Veget. 1, 23.

MICTILIS, e. Adi. i. vilis, vt, merx Lucil. ap. Non. 2, 532.

MICTORIVS, a, um. Adi. Mictoria medicamenta, quae appellant diuretica C. Aurel. Ac. 3, 8.

MICTVALIS, e. Adi. Via C. Aurel. Ac. 5, 4. Ocimum, herba virtutis mictualis Apul. de Herb. c. 117. Add. Id. c. 70.

M E L

MEL, mellis. n. [μέλι] Opus illud dulce apum. De quo locus claſſicus Plin. 11, 14. Cic. de Finib. 3, 34 Mel, etſi dulciſſimum eſt, ſuo tamen proprio genere ſaporis, non comparatione cum aliis dulce eſſe ſentitur. Coniugatio quaedam mellis et fellis. Vbi vber, ibi tuber Apul. Flor. l. 4. Plaut. Truc. 1, 2, 75 In melle ſunt linguae ſitae voſtrae atque orationes: corda in felle ſunt ſita, atque acerbo aceto. Dulcior melle Ouid. Triſt. 5, 4, 30. Aërii mellis caeleſtia dona Virg. Georg. 4, 1. Attica mella, de Flauis fauis Ouid. de Medic. fac. 82. Atticum mel Scribon. crebro. Conſtructa mella Virg. Georg. 4, 213. Corſicum Ouid. Am. 1, 12, 10. Decoctum mel Scribon. 154. Dulcia Virg. Georg. 4, 101. Flaua Ouid. Met. 1, 112. Fragrantia mella thymo redolent Virg. Georg. 4, 169. Humida Id. Aen. 4, 486. Liquata expreſſis fauis Ouid. Faſt. 4, 152. Liquentia ſtipant apes Virg. Aen. 1, 436. Liuentia veneno Valer. Argon. 1, 63. Preſſa puris condit amphoris Hor. Epod. 2, 15. Puriſſima Virg. Georg. 4, 163. Redolentia flore thymi Ouid. Met. 15, 80. Reperta a Baccho Id. Faſt. 3, 736. Roſcida Virg. Ecl. 4, 30. Spumantia cogere preſſis fauis Id. Georg. 4, 140. Tenacia figunt Id. Ibid. 4, 57. Generandi gloria mellis Id. Georg. 4, 205. ¶ 2 Metaph. Fidis enim manare poëtica mella Te ſolum Hor. Epiſt. 1, 19, 44. i. Ita tibi places, vt te ſolum confidas verſus effundere ſuauiſſimos poſſe. Muſaeum dulce mel Lucret. 1, 946. Mel, pro Eloquentia, ſeu dicendi ſuauitate. Lucan. ad Piſon. 64 Inclyta Neſtorei cedit tibi gratia mellis. Qui melle carmen atque felle temperans, torpere muſas non ſinis Auſon. Epiſt. 15, 5. Mel meum, Blandientis vox: quemadmodum eſt Meum ſuauium Plaut. Moſt. 1, 4, 12. Cic. Fam. 8, 8. Mel meum, lumen meum, meum deſiderium, omnes delicias et lepores et riſu dignas vrbanitates, et caeteras ineptias amatorum in comoediis erubeſcimus, in ſaeculi hominibus deteſtamur Hieron. ad Nepotian. de vita Cleric. cuncta blandimentorum Mella vincere Sidon. Epiſt. 9, 11. Hinc, Hoc iuuat et Melli eſt, pro Gratiſſimum et iucundum Hor. Serm. 2, 6, 32. Mel frugum Plin. 22, 25. i. quod alias vocatur panicum. Mel quoque dicitur ſuccus ex floribus liliorum expreſſus ap. Plin. 21, 19.

MELLICVLVM, i. n. Dimin. blandientis. [μελίτιον] Plaut. Caſ. 4, 4, 19 Meum corculum, melliculum, verculum.

MELLILLVS, a, um. Dimin. alterum, [μελιτίδιον] ſimiliter blandientis. Plaut. Caſ. 1, 1, 47 Mea vita, mea mellilla, mea feſtiuitas.

MELLARIVS, a, um. Adi. Quod ad mel pertinet. Plin. 21, 14 Vaſa mellaria aut fauos lauari aqua praecipiunt: haec etiam apiaria dicuntur. ¶ 2 Subſtant. [μελιττουργός] Qui mellis opus exercet. Varr. de R. R. 3, 16 Ad extrema, qua mellarii fauum eximere poſſint, opercula imponunt alueis.

MELLARIVM, i. n. [μελιττών] Vbi apes nutriuntur. Varr. de R. R. 3, 16, 12 Melittônas ita facere oportet, quos alii melitrophia appellant: eandem rem quidam mellaria. Conf. Colum. 9, 5. Pallad. 1, 37. In ſacris Bonae Deae vas, in quo vinum inditum eſt, Mellarium nominatur Macrob. Sat. 1, 12.

MELLITVRGVS, i. m. [μελιττουργός] Idem qui Mellarius, qui mellaria exercet. Varr. de R. R. 3, 16, 4 Merula, vt caetera fecit hiſtoricôs, quae ſequi meliturgi ſoleant, demonſtrabit.

MELLO, are. Mel colligere. Vid. Gronou. Obſ. 2, 16.

MELLATIO, ōnis. f. [μελιτοτρύγησις] Mellis vindemia, quum mel eximitur. Plin. 11, 16 Haec ergo mellatio fine vindemiae et Vergiliarum occaſu. Idem 11, 15 Aeſtiua mellatione decimam partem Thaſio Dionyſio apibus relinqui placet. Add. Colum. 11, 2.

MELLATIVM ſ. MELLACIVM, i. n. [μελίτωμα Gloſſ. Lat. Gr.] Non. 17, 14 Sapa, quod nunc mellatium dicimus, muſtum ad mediam partem decoctum.

MELLEVS, a, um. Adi. [μελίσσιος] Quod ex melle eſt, vel mel refert ipſo guſtu. Coloris mellei Rex apum Plin. 11, 16. Odor melleus Idem 21, 14. Sapor melleus Idem 15, 14. Melleus, aliquando pro Dulci accipitur, vt, Vox mellea.

MELLEVSCVLVS forte Dimin. ex Melleus. Sic certe ſuſpicabar legendum Colum. 9, 4, 2 vbi apes memorat magis exiguas, nec tam rotundas — coloris melleuſculi.

MELLIO, ire. Fellitum patitur riſum, quem Mellit inanis gloria: vera parit taedia falſus honor Auctor vetus Fabularum.

MELLĪTVS, a, um. Adi. [μελιτωτός] *Quod eſt melle conditum.* Plin. 36, 19 Mellitites ſuccum remittit dulcem, mellitumque tuſus. Varr. de R. R. 3, 16 Et faui melliti intus ponendi a faucibus longe. Sueton. in Claud. Neron. c. 27 Indicebat et familiaribus coenas, quorum vni mellita quadragies HS conſtiterunt. *Al.* Mitellita. *Porro* Mellita *vocabantur*, *Cibaria dulciora*, *melle condita*, *quum luxuria nondum ſaccharum materiam ganeae feciſſet. Antiquitus enim ſaccharum ad medicinae duntaxat vſum adhibebatur: cuius hac tempeſtate tam frequens vſus eſt, ad gulae condimenta.* Bellaria mellita, *vid.* BELLARIA. Placentae mellitae Hor. Epiſt. 1, 10, 11. ¶ 2 Mellitus puer, *pro Suaui et iucundo.* Cic. Att. 1, 15 (18) Ita ſum ab hominibus deſtitutus, vt tantum requietis habeam, quantum cum vxore et filiola et mellito Cicerone conſumitur. Puella Plaut. Pſeud. 1, 2, 47. Catul. 46, 1 Mellitos oculos tuos Iuuenci, *etc.* Suauium mellitiſſimum Apul. Met. 2 p. 119.

MELLITVLVS, a, um. Dimin. Apul. Met. 3 p. 139 Mea mellitula. Plaut. Caſin. 4, 4, 19 *quidam habent* Meum corculum mellitulum. *Al.* corculum, melliculum.

MELLICRATIVM, i. n. *i. melicraton.* Oct. Horat. 1, 8.

MELLIFEX, icis. m. *Laudatur* Colum. 9, 8, 2 Vbi ſaltus ſunt idonei mellifici. *Sed rectius refertur ad* MELLIFICVS, a, um.

MELLIFLVVS, a, um. Adi. [μελίρρυτος] *Ex quo fluit mel, vel fluere videtur; hoc eſt Dulce, iucundum.* Mellifluis ſub Antris Auien. Perieg. v. 468. Carmen Drepanius ad Vultin. Gramm. v. 11. Homerus melliflui Oris Boëth. Met. 5, 2.

MELLIFLVENS, entis. *Idem. apud* Auſon. Epiſt. 16, 14.

MELLĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [μελιτοφόρος] Ouid. Met. 15, 383 Melliferae apes. Exercitus Claud. de Raptu Proſ. 2, 127.

MELLIFĬCO, āre. [μελιτοποιέω] *Mel facere.* Plin. 11, 18 Aliarum quae in arboribus mellificant. Sic vos non vobis Mellificatis apes Virg. *ap.* Donat. in vita.

MELLIFICATIO, ōnis. f. *apud* Varr.

MELLIFĬCVS, a, um. Adi. [μελιτοποιός] *Quod mel facit.* Columel. 9, 13 *ad finem*, Vt ab opere mellifico euocatae apes foetibus ceras expleant. Locus Colum. 9, 8, 7. *et* Pallad. Apr. 8. Saltus mellifici Columel. 9, 8, 7.

MELLIFICIVM, i. n. [μελιττουργία] *Mellis parandi ſtudium et ratio.* Varro de R. R. 3, 16 Sed vt hoc aptiſſimum ad ſanitatem apium, ſic ad mellificium thymum. Columel. 9, 13, 13 Apes magis mellificiis, quam foetibus ſtudent.

MELLĪGO, ĭnis. f. *Succus ex floribus, quem ad mellificationem apes conuehunt* Plin. 11, 6. Idem, Succum vuae immaturae Melligineu dixit 12, 27.

MELLIGĔNVS, a, um. Adi. [μελιτογενής] *Quod eſt eiusdem generis cum melle.* Plin. 16, 7 Fert et aliam inutilem pilulam cum capillo, verno tamen tempore melligeni ſucci. *h. e.* Eiusdem ſucci, cuius eſt mel ipſum.

MELLINA, *vel* MELINA, ae. f. *Potio eſt confecta adiecto melle.* Plaut. Pſeud. 2, 4, 51.

MELLINIA, ae. f. *Dulcedo.* Plaut. Truc. 4, 1, 6 Cum hoc iam volupe'ſt, tum hoc nimio magnae Melliniae mihi. *Proprie forte fuit mulſa, vel certe potio melle temperata, eademque adeo quae* Mellina.

MELLĪTĪNVS, a, um. Adi. *Idem ac Mellitus.* Plin. Valer. 3, 26 Carae mellitinae libra vna.

MELLŌNA, ae. f. *Dea mellis.* Arnob. 4 p. 131. *Et* Auguſtin. de Ciu. Dei 4, 34.

MELLŌSVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Acut. 2, 29 Melloſa dulcedo.

MELA, ae. m. *Fluuius Galliae Ciſalpinae.* Virg. Georg. 4, 278. *Et* Catull. 68, 33.

MELAENA. [Μέλαινα] *Inſula eſt, quae alio nomine Corcyra appellatur.* Stat. Theb. 12, 619 Icarii, Celeique domus, viridesque Melaenae.

MELAENAĔTOS, i. m. *Aquila nigra.* Plin. 10, 3.

MELAMPHYLLVM, i. n. [μελάμφυλλον] *Species Acanthi herbae, a foliorum nigredine ſic dicta, quaſi* melanophyllum Plin. 22, 22.

MELAMPODIVM, i. n. [μελαμπόδιον] *Genus nigri Hellebori, a* Melampode *vate dictum* Plin. 25, 5.

MELAMPRASION, i. n. *Herba.* Plin. 27, 8.

MELAMPSYTHIVM, i. n. Paſſi genus, ſuum ſaporem, non vini referens Plin. 14, 9.

MELAMPVS, ŏdis. m. [Μελάμπους] *Fuit, teſte Homer. Odyſſ. 15. Filius Amythaonis ex patria Argo.* Stat. Theb. 3, 453 Amythaone cretus, Iam ſenior, ſed mente virens Phoeboque Melampus Aſſociat. *Medicus illuſtris, qui filias Prœti ſanarit helleboro.* Virg. Georg. 3, 550 Quaeſitaeque nocent artes: ceſſere magiſtri Phillyrides Chiron, Amythaoniusque Melampus. ¶ 2 Melampus, *Canis nomen apud* Ouid. Met. 3, 206. *dicti ſic*, παρὰ τὸ μέλανας ἔχειν τοὺς πόδας, *quod nigros habeat pedes.* Ouid. Met. 3, 206 Primusque Melampus Ichnobatesque ſagax latratu ſigna dederunt.

MELANCHOLIA, ae. f. [μελαγχολία] *Latine dicitur Atra bilis, quae ſaepe in furorem agit homines.* Cic. Tuſc. 3, 11 Graeci volunt illi quidem (*diſtinguere a furore*) ſed parum valent verbo: quem nos furorem, μελαγχολίαν ipſi vocant. Quaſi vero atra bili ſolum mens, ac non ſaepe vel iracundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur. *Conf.* Gell. 18, 7.

MELANCHOLĬCVS, a, um. Adi. [μελαγχολικός] *Qui atra bile plurimum abundat.* Cic. Tuſc. 1, 80 c. 33 Ariſtoteles quidem ait omnes ingenioſos melancholicos eſſe.

MELANCHLAENI. [Μελάγχλαινοι] *Scythiae populi, a nigris veſtibus quas ferunt, ita nominati. Vid.* Mela 2, 1. *et* 1, 19.

MELANCORYPHVS, i. [μελαγκόρυφος] Feſtus, Melancoryphi genus auium, quae Latine vocantur atricapillae, eo quod ſumma eorum capita nigra ſint. Plin. 10, 29 Alia ratio ficedulis, nam formam ſimul coloremque mutant. Hoc nomen non niſi autumno habent. Poſtea melancoryphi nominantur. *Conf.* c. 60. *it.* 37, 8.

MELANCHRĀNIS, is. f. *Iunci genus.* Plin. 21, 18.

MELANDRYS, yos. m. *Piſcis ex Thynnorum genere. Athen.* 3, 34. Plin. 9, 15.

MELANDRYVM, i. n. [μελάνδρυον] *Genus herbae.* Plin. 26, 7 Melandryum vero apud Theophraſtum eſt exalburnatum robur, de nigritie conciliato nomine. ¶ 2 *Sed et Salſamenti genus* Melandryum *eſt, ex thynnis confectum* Pars Thynni viliſſima Plin. 9, 15. Etiam Varro L. L. 4, 12 p. 21, 21 *partem Thynni ſignificat.* Martial. 3, 77 *inter cibos foetidos*, Teque iuuant gerres et pelle melandrya cana.

MĔLĀNEVS. *Nomen canis apud* Ouid. Met. 3, 222 Harpalos et Melaneus, hirſutaque corpore Lachne.

MELANIA, ae. f. *Idem quod Nigritia ſeu nigredo.* Plin. 24, 8 Et lentiginem et carcinomata, melanias quoque veteres, addito melle emendant. *Add.* Plin. 26, 14.

MELANION, i. n. *Flos niger violae.* Plin. 21, 11.

MELANIPPE, es. Melanippen, Deſmontis filiam, ſiue Aeoli, vt alii Poëtae dicunt, formoſiſſimam Neptunus compreſſit, ex qua procreauit filios duos. Quod cum Deſmontes reſciſſet, et Melanippen excoecauit, et in munimento concluſit, *etc. eſt enim longior fabula. Filii illi* Boeotus *et* Aeolus, *Boeotiae et Aeoliae Conditores. Conf.* MENALIPPE.

MELANTERIA, ae. f. Scribonius Largus Comp. 208 Melanterias, quae creta ſutoria dicitur, qua ligulae calceolorum denigrantur.

MELANTHEMON, i. n. *Herba.* Plin. 22, 21.

MELANTHIVM, i. n. [μελάνθιον] *Herba.* Plin. 20, 17 Gith ex Graecis alii melanthion, alii melaſpermon vocant: optimum quam excitatiſſimi odoris, et quam nigerrimum. Medetur ſerpentium plagis et ſcorpionum. *Conf.* Cato R. R. c. 102. Colum. 10, 245. Sammonic. p. 19.

MELANVRVS, i. [μελάνουρος] *Piſcis ſic dictus, quod nigricantem caudam habeat, et inter ſaxatiles numeratur.* Ennius *ap.* Apul. in Apol. p. 299. Melanurum, turdum, merulamque, vmbramque marinam. *Vbi Anapaeſtus pro Dactylo.* Ouid. Halieut. 113 Quin laude inſignis caudae Melanurus, et ardens *etc. Add.* Plin. 32, 2.

MELAPIVM, i. n. [μηλοπέλινον] Melapia *ſunt Mala, quae et malorum et pirorum aliquam ſpeciem prae ſe ferunt; vnde etiam nomen habent ex pomis et piris compoſitum. Atque hoc eſt quod* Plinius 15, 14 *ait*, Caetera e cauſis traxere nomen: germanitatis, cohaerentia et gemella, nunquam ſingula in foetu; coloris, Syrica; cognationis, melapia. *Neque enim accipiendum eſt* melappia (*ſic enim fere in omnibus exemplaribus legitur*) *cognationis nomen a gente vel familia Appiorum accepiſſe, ſed a cognatione, quam ea ipſa mala cum piris habent,* ἄπιος *enim pirum eſt Graecis,* μῆλον *malum, ſiue pomum. Plinium ipſum non aliter quam* melapia *ſcripſiſſe, et vt dico accepiſſe, ex eo manifeſtum eſt, quod paullo ante* Appianorum malorum *mentionem fecit, quae ex* Appio *e Claudia gente ſunt cognominata, et* melapiorum *nomen non ex gente, ſed* ex cauſa cognationis *tractum eſſe ait.* Melapia *legit etiam Harduinus, et memorat fructum,* Pommes-poires *dictum hodie Francis.*

MELAS. [Μέλας] *Multorum fluuiorum nomen eſt. Nam vnum eſſe in Mygdonia oſtendere videtur* Ouid. Met. 2, 247 Mygdoniusque Melas. *Alium in Sicilia deſcribit* Idem Faſt. 4, 476 Sacratumque Melam paſcua laeta boum. Nigrum *ad verbum ſignificat, i. turbidum.*

MELAS, ănos. m. *Vitiliginis ſpecies. Vid.* Celſ. 5, 28, 19. Lactant. 4, 14. *vbi tamen non inuenio.*

MELASPERMON, *vel* MELANSPERMON, i. n. *Idem quod melanthium.* Plin. 20, 17.

MELEĂGER, *vel* MELEĀGRVS, Ouidius MELEAGROS, i. m. [Μελέαγρος] Tydei *frater fuit, Oenei filius, qui quum aprum Calydonium interfeciſſet, eiusque pellem et caput Atalantae Schoenei filiae donaviſſet, Theſtiadae eius auunculi vtrumque illi ademerunt, quos ille interfecit. Althaea Meleagri mater ob fratrum ſuorum caedem filio irata, ſtipitem fatalem, quo vita filii continebatur combuſſit, ſicque necis cauſa filio exſtitit. Haec copioſe narrat ornatque* Ouid. Met. 8, 270. ſqq. Huius opem Calydon, quamuis Meleagron haberet *etc. Et alias* Meleagros.

MELEAGRĬDES. [μελεαγρίδες] *Sorores Meleagri dum lugent fratrem in aues huius nominis mutatae,* Ouid. Met. 8, 534. ſqq. *Sunt enim* ¶ 2 *Gallinae Africae.* Plin. 10, 26 Simili modo pugnant meleagrides in Boeotia Africae; hoc eſt gallinarum genus gibberum, variis ſparſum plumis, quae nouiſſimae ſunt peregrinarum auium in menſas receptae propter ingratum virus. Verum Meleagri tumulus nobiles eas fecit. Columel. 8, 2. *vid. Geſner. ad* Varr. 3, 9, 18.

MELESIGĔNES. *Nomen Homeri.*

MELETAEVS, a, um. Adi. *i. Homericus.* Tibull. 4, 1, 201. *vbi vid. Brouckh.*

MELETA, ae. f. *Herbae nomen, eadem quae Chamaeleon.* Apul. de Herb. c. 25. ¶ 2 Melete, muſarum vna *ap.* Cic. Natur. Deor. 3 c. 21.

MELIA *haſta, vid.* MELIS *n. 2.*

MELIA Terra. [μηλία γῆ] *Terrae genus eſt Eretriae cinereae non diſſimile, quodque digitis confricatum ſtridorem reddit trito pumici ſimilem. Vires habet in medicina easdem fere cum alumine, paullo tamen ignaviores. Pictoribus etiam vſui eſt, ad diuturniorem colorum firmitatem.* Plinius Melinum *vocat, nomine deducto a* Melo, *inſula vna Sporadum, vnde aduehi ſolet. vid.* Plin. 35, 6.

MELIBOEA. [Μελίβοια] *Vrbs eſt litoralis Magneſiae, propinqua Theſſaliae, vt teſtis eſt Herodot. lib. 6. Fuit etiam patria Philoctetae, dicente* Lucan. 6, 354 — pretioque nefandae Lampados, Herculeis fortis Meliboea pharetris.

MELIBOEVS, a, um. Adi. *Vnde,* Purpura Meliboea, h. e. Meliboeenſis, *ait* Seruius, ad Aen. 5, 251 Purpura maeandro duplici Meliboea cucurrit. Fulgens Meliboea purpura Lucret. 2, 499. Sidon. 9, 13 Rutilasque ſerte blattas, Recoquente quas aheno Meliboea fucat vnda.

MELICEMBALES, *aut ſecundum alios* MELICERIBALI, *cochlearum genus ap.* Plin. 32, 11.

MELICĒRIS, ĭdis, *vel* MELICERIA, ae. f. [μελικηρίς] *A Cera et Melle nomen accepit.* Celſus 5, 18, 18 Tubercula quae μελικηρίδες, id eſt faui, vel φύματα nominantur. Idem 5, 26, 13 Eſt etiam vlceris genus, quod a faui ſimilitudine μελικηρίς Graecis nominatur. Idque duas ſpecies habet. Alterum eſt ſubalbidum, et furunculo ſimile; ſed maius, et cum magno dolore. Quod, vbi matureſcit, habet foramina — Raro fit, niſi in capillis. Alterum eſt minus, et ſuper caput eminens, durum, latum, ſubuiride, ſubpallidum, magis exulceratum: ſiquidem ad ſingulorum pilorum radices foramina ſunt, per quae fertur humor glutinoſus *etc. ſunt enim pluſcula. Etiam* 7, 6 *pr. Capiti vt* certae ſedi *aſſignat* μελικηρίδας. Plin. 20, 21 Radice melicerias et lepras curant. Idem 21, 20 Et contra meliceridas efficax. *Sunt qui ſcribant* Melliceris. *Vid.* Celſum 5, 26, 19 *vbi* Melicera *vocantur; add. ib.* c. 78. *vbi* Meliceria, μελικηρία.

MELICERTA. [Μελικέρτης] Filius Athamantis et Inûs, cum quo mater quum videret Athamanta, regem Thebarum maritum furentem, in mare ſe praecipitem dedit; et poſtquam in numina ſunt commutati, Graece Leucothea et Palaemon ſunt appellati; Latine Portunus, et mater Matuta. *Auctor* Seruius *ad* Virg. Georg. 1, 437 Votaque ſeruati ſoluent in litore nautae Glauco, et Panopeae, et Inoo Melicertae.

Fabulam deſcribit Ouid. Faſt. 6, 494. It. Met. 4, 528. Perſ. 5, 102 Nauem ſi poſcat ſibi peronatus arator Luciferi rudis, exclamat Melicerta (*marinum numen, quem nouus nauta inuocat;*) periſſe Frontem de rebus.

MELICHLŌROS, ōtis. m. *Gemma parte flaua, parte mellea.* Plin. 37, 11.

MELICHROS. *Lapis modo niger, modo flauus; a mellis colore vocatus.* Plin. 37, 11. *Adde* Lucret. 4, 1153.

MELICHRYSVS, i. m. *Gemma, quae ex India mittitur, quaſi per aurum ſincero melle tranſlucens.* Plin. 37, 9.

MELICRATON, i. n. *Aqua mulſa.* Iſidor. 20, 3.

MĔLICVS, *vid.* MELOS.

MĔLICVM. *Ab imperito vulgo dicitur Gallinarum genus, quod* Medicum *dici debet, teſte* Columel. 8, 2, 4. *his verbis*, Praecipue Tanagricum genus, et Rhodium probabant, nec minus Chalcidicum et medicum, quod ab imperito vulgo litera mutata melicum appellatur: nobis noſtrum vernaculum maxime placet. *Add.* Varro 3, 9, 19. *et* Feſtus *h. v.*

MELIGVNIS. [Μελιγουνὶς] Inſula eſt Siciliae adiacens, vna ex Aeoliis, quae notiore nomine Lipara dicitur. Plin. 3, 9.

MELILŌTOS, i. f. [μελίλωτος] *Herba, quam Latini* Sertulam Campanam *appellant, quod in* Serta *vrbe* Campaniae *frequentiſſima ſit.* Melilotum, quod a nobis Sertula Campana dicitur Scribon. 258. Plin. 21, 11 Melilotos vbique naſcitur. Laudatiſſima tamen in Attica Ouid. Faſt. 4, 440 Pars thyma, pars caſiam, pars meliloton amat. *Conf.* Plin. 33, 4. *et* Pallad. 11, 14.

MELĪMĒLI, *vel* MELOMELI, n. *quod melius,* [μηλόμελι] *Quid eſſit, docet* Columel. 12, 45, 3. *vbi iubet malis cydoniis affundi mel optimum et liquidiſſimum. Addit,* Haec ratio non ſolum ipſa mala cuſtodit, ſed etiam liquorem mulſei ſaporis praebet, qui ſine noxa poſſit interdum dari febricitantibus, isque vocatur Melomeli.

MELIMĒLVM, i. n. [μελίμηλον] *Dicitur Pomum muſteum, ſiue dulce, quaſi* Mellitum pomum; Plinius 15, 14 Muſtea a celeritate miteſcendi; quae nunc melimela dicuntur a ſapore melleo. Orbiculata, a figura orbis in rotunditatem circumacti. Martial. 7, 25 Infanti melimela dato, fatuasque mariſcas. *Add.* Idem 13, 24. Plin. 23, 6. Horat. Serm. 2, 8, 31 Poſt hacc me docuit melimela Rubere minorem Ad Lunam delecta. *Laudant etiam* Varro 1, 59, 1. Col. 5, 10, 19. *et* 12, 45, 5. Iſidor. Orig. 17, 7 Melimelum a dulcedine appellatum, quod fructus eius mellis ſaporem habeat, vel quod in melle ſeruetur, vnde et quidam, Si tibi Cecropio ſaturata Cydonia melle Ponantur, dices, haec melimela placent. *Itaque* Melimela *etiam ſunt* cydonia *melle condita, quorum ſuccus vocatur* Melomeli.

MELĬNVM, i. n. [μέλινον] *Apiaſtrum vocat* Varro de R. R. 3, 16, 10. *his verbis*: Et hortum habuiſſe, ac reliquum thymo, et cytiſo obſeuiſſe et apiaſtro, quod alii meliphyllon, alii meliſſophyllon; quidam melinum appellant. *Victor. et reliqui Graece ſcribunt* μελίφυλλον, μελισσόφυλλον, μέλινον. *Conf. Cerda ad* Virg. Georg. 4, 63. ¶ 2 *Oleum ex flore malorum.* Plin. 23, 6 Fit et oleum ex his, quod melinum vocauimus, quoties non fuerint in humidis nata. Ideo vtiliſſima quae ex Sicilia veniunt. *Hoc igitur* μήλινον *ex* μῆλον *malum. Idem forte, de quo* Plin. 13, 1 Poſtea eodem loco praelatum eſt melinum, Cyprinum in Cypro. ¶ 3 *Pigmenti candidiſſimi ſpecies.* Plin. 35, 6 Melinum candidum et ipſum eſt, optimum in Melo inſula; in Samo quoque naſcitur; ſed eo non vtuntur pictores propter nimiam pinguedinem. *Vtitur etiam* Plaut. Moſtel. 1, 3, 107. *Quidam volunt eſſe colorem medium inter album et fuſcum, qui dicitur Giluus. Conf.* Plaut. Epid. 2, 2, 49. Vitr. 7, 7. *Hinc* Color melinus l. 78. §. 5. D. de legat. et fideicomm. ¶ 4 *Aluminis ſpecies* Plin. 35, 15.

MELĪNVS, a, um. Adi. *Ab animali etiam* Melis *vel* Meles *dictum videtur*: Plautus in Epid. 1, 1, 21 Vbi ergo eſt? niſi ſi in vidulo, aut ſi in melina attuliſti. *i. in bulga vel crumena e pelle melis. Scaliger interpretatur* μηλωτὴν, *pellem ouillam, ac deinde quidquid ſcorteum eſt.* ¶ 2 *Eſt item* Melina *tibiae genus acutiſſimi ſoni, vt* Feſtus *ait. Sed non inueniebam.*

MELIOM. Meliorem dicebant, Feſtus. *Sic legendum cenſet Scal. pro* MELTOM. *Caeterum*

MELIOR, MELIVSCVLVS, MELIORESCO, MELIORO, *vid.* BONVS.

MELIPHYLLON. [μελίφυλλον] *Nomen herbae.* Varro de R. R. 3, 16, 10 Reliquum thymo et cytiſo obſeuiſſe, et apiaſtro, quod alii μελίφυλλον, alii μελισσόφυλλον, quidam μέλινον appellant. *Conf.* Colum. 9, 8. Plin. 20, 11. Virg. Georg. 4, 63 Trita meliphylla, et cerinthae ignobile gramen. *Alii legunt* Meliſphylla.

MĔLIS, is. *vel vt alii malunt,* MELES, is. *aut* MAELIS *adeo* f. [μέλις] *Animal, quod hodie fere et* Taxo, *ſiue* Taxus *dicitur, cui hoc nomen tributum putatur, quod ſit mellis auidiſſimum, et aluearibus ſemper infeſtum, in cauernis viuens, aſperum, mordaxque, magnitudine vulpis, colore felis; ex cuius pelle pharetras et canum collaria obtegunt.* Plin. 8, 38. ſ. 58 Alia ſolertia in metu melibus: Sufflatae cutis diſtentu ictus hominum et morſus canum arcent. Varro de R. R. 3, 12, 4 Alterum ne felis, aut melis, aliaue quae beſtia intrare poſſit. Gratius de Venatione 402 — Collaribus ergo Sunt qui lucifugae criſtas inducere melis Iuſſere. *De collaribus canum loquitur. Add. Vlit. ad h. l. et reliqui apud Burm. it. Morgag. ad* Seren. Sammon. Epiſt. p. 63. *quibus lectis vix equidem dubitabam,* criſtas, *i. villoſam pellem* melis lucifugae *ſ. in tenebris cauernarum habitantis,* inducere *Poëtam iubere* collaribus *canum. Ab eod.* Gratio 340 *commendantur* cana e mele galeri. Martial. 10, 37 Venator capta mele ſuperbus adeſt. *Vid. Lotich. ad* Petron. p. 392. Sammonic. v. 896 Nec ſpernendus adeps, dederit quem beſtia melis. *Add.* 380. ¶ 2 Melis item Haſta a ligno mali dicta. Feſtus. *Sed leg.* Melia, μελία, *fraxinea: quod enim de malo Feſtus, ineptum eſt.*

MELISSA, *vid.* MELISSVS.

MELISSON, *vid.* MELITTON.

MELISSOPHYLLVM, i. n. [μελισσόφυλλον] Plin. 20, 11 Apiaſtrum Hyginus quidem meliſſophyllon appellat; ſed in confeſſa damnatione eſt venenatum in Sardinia. Virgilius *per ſyncopam dixit* Georg. 4, 63 Trita meliſphylla.

MELISSVS. [Μέλισσος] Rex fuit Cretenſis antiquiſſimus, *qui, vt ſcribit* Lactantius Inſtit. 1, 22 primus diis ſacrificauit, habuitque filias Amaltheam et Meliſſam, quae Iouem puerum caprino lacte ac melle aluerunt, vnde Meliſſa apes dicta fuit: et Amalthea caprae eiusdem nomen accepit. Columel. 9, 2 Nec ſane ruſtico dignum eſt ſciſcitari, fuitne mulier pulcherrima ſpecie Meliſſa, quam Iupiter in apem conuertit. *Vnde et apes Graecis* μέλιτται *dicuntur.*

MELITE, es; *ſiue* MELITA, ae. f. [Μελίτη] *Inſula inter Italiam Epirumque poſita, vt ſcribit Strabo: ſiue, vt ſcribit* Plin. 3, 26 inter Corcyram et Illyricum in Adriae ſinu. ¶ 2 *Alia item notabilior inter Siciliam et Africam, de qua* Cicer. Verr. 4, 103 Melita inſula ſatis lato ab Sicilia mari, periculoſoque disiuncta; in qua eodem nomine oppidum. *Nunc vulgo dicitur Malta. De hac* Ouid. Faſt. 3, 567 Fertilis eſt Melite.

MELITAEVS, a, um. *et* MELITENSIS, e. Adi. [μελιταῖος] Canes Melitaei *et* Melitenſes Plin. 30, 5. Melitenſem roſam commendat Cic. Verr. 5, 27. Veſtem Idem ibid. 2, 176. *et* Sil. 14, 251. Catuli Melitaei Plin. 3 c. vlt.

MĔLĪTES. Gemma eſt mali coloris, *vt inquit* Plin. 37, 11.

MĔLĪTĪTES, is. m. Plin. 36, 19 Melitites lapis ſuccum remittit dulcem, mellitumque tuſus. *Item* Potio ex muſto et melle facta, *auctore* Plinio 22, 24. *et* 14, 9.

MELITO, āre. [μελιτῶ] *Verbum ſimpliciter e Graeco aſſumtum, ſi bene* Diomedes 1 p. 373 med. Meditor et Melito (differunt) vt putat Plinius: meditantem eſſe ſecum cogitantem, melitantem voce dicentem.

MELITON, i. n. *Genus vini ap. Vitr.* 8, 3. *vid. Philand.*

MELITTAENA, ae. f. *Herba, alias marrubium.* Apul. de herb. c. 45. Plin. 21, 20 *hoc nomine appellatur Meliſſophyllon: alii tamen c. l. legunt* Melittis, idis.

MELITTON, *ſ.* MELISSON, ōnis. m. [μελιττών] *Vbi apes nutriuntur.* Varro de R. R. 3, 16. μελιτσῶνας ita facere oportet; quos alii μελιττοτροφεῖα appellant, eandem rem quidam mellaria, *Vid.* Columel. 8, 1.

MELITVRGVS, *vid.* MEL.

MELIVM, *ſ.* MAELIVM *legunt quidam pro* Millo *canum collari, v. v.*

MELIVS, i. m. *Gentis Romanae nomen, e qua ille* Spurius, *largitionibus celebris. Vid.* Liu. 4, 13. ſeqq. Valer. Max. 6, 3, 1. *Hinc*

MELIANVS, a, um. Adi. Frumentum Melianum; Meliana caedes Liu. 4, 16.

MELIVS, *Comparatiuum a* Bene. *et* MELIVSCVLE, *vid.* BONVS.

MELIZOMVM, i. n. *Ius mellitum.* Apic. 1, 2 Adiicere melizomo parum vini.

MELLA. [Μέλλα] Fluuius Galliae eſt, iuxta quem Amella herba frequens naſcitur. Seruius Catull. 65, 33 Flauus quam molli percurrit flumine Mella, Brixia Veronae mater amata meae. Flumina curva Mellae Virgil. Georg. 4, 278.

MELLA, ae. f. *Aqua e melle ſic fieri ſolita*; Quum ſecundarium mel de fauis fuerit exceptum, certae ſtatim minute reſoluantur, et aqua fontana vel caeleſti macerentur. Expreſſa deinde aqua coletur, et in vas plumbeum defuſa decoquatur, omnisque ſpurcitia cum ſpumis eximatur. quae decocta, quum tam craſſa fuerit quam defrutum, refrigeretur; et bene picatis lagenis condatur. Hac mella quidam pro aqua mulſa vtuntur; nonnulli etiam pro defruto in conditura oliuarum. *Haec* Columella 12, 11. *Erat igitur* mella *velut ablutio cerarum aliquid mellis adhuc habentium; aqua vero mulſa ex optimo melle fiebat, vt idem auctor docet capite proximo.*

MELLARIVM, MELLARIVS, *et* MELLATIO, *vid.* MEL.

MELLICERIS, *vid.* MELICERIS; *nam vnico* L *ſcribi debet.*

MELLICVLVM, MELLIFER, MELLIFICO, MELLIFICVS, MELLIFICIVM, MELLIGO, MELLILLVS, MELLITVS, *vid.* MEL.

MELLONA, *vid.* MEL.

MELLOPROXIMVS. *Vox hybrida e Graeco et Latino etc. Proximus deſignatus.* Legg. 5, 7 *et* 14. C. de Proxim. ſacr. ſcrin. *et* Theod. Cod. 6, 26.

MELLVS *aut* MELLVM. *Quidam ap.* Varr. R. R. 2, 9, 15. *pro* MILLVS.

MELO. *Fluuius, qui et Nilus appellatus eſt.* Auſonius in Aenigmate. *Vid.* Feſt. *in vocibus* Alcedo, Alumento, et Melo; *et* Seru. *ad* Georg. 4, 291 *et* Aen. 4.

MELOCARPVS. [Μηλόκαρπος] *Herba eſt, quae alio nomine* Ariſtolochia longa *appellatur.* Apul. de Herb. c. 19.

MELODES, MELODIA, *vid.* MELOS.

MELOFŎLIVM, i. n. *Genus malorum,* quibus folium vnum aliquando et geminum erumpit e latere medio Plin. 15, 14.

MELOLONTHA, ae. f. *Scarabaei genus.* Ioël. 2, 25.

MELOMELI, *vid.* MELIMELI.

MELONES. *Dicuntur ſtatim ante* Cucumeres a Palladio 4, 9, 6 Genus peponis, *quod aliis Melopepo appellatur.* Melones Hoſtienſes *memorat* Lamprid. Albino 11.

MELOPEPONES. [μηλοπέπονες] *Sic deſcribuntur a* Plinio 19, 5 ſ. 23 *inter* cucumeres: Ecce cum maxime noua forma eorum in Campania prouenit, mali Cotonei effigie. Forte primo natum ita audio vnum: mox ſemine ex illo genus factum: melopeponas vocant. Non pendent hi, ſed humi rotundantur. Mirum in his praeter figuram coloremque et odorem, quod maturitatem adepti quamquam non pendentes, ſtatim a pediculo recedunt.

MELOPHYLLON, i. n. *Herba eadem cum Millefolio* Apul. de Herb. c. 88.

MELOS. n. [μέλος] *Cantus, modulatio. Speciatim* menſura vocis altior, *vt finit* Gell. 16, 18. *Inueniuntur caſus illius vel Graeci vel Latini, iſti.* Perſ. in Prolog. 15 Cantare credas Pegaſeium melos. Lactantius de Reſurrectione, v. 32 Fitque repercuſſo dulcior aula melo. Chorus nouae Hieruſalem nouam Meli dulcedinem promat Ambroſ. hymno Paſch. Siluani Melo conſimilem ad aures cantum et auditum refert Accius *ap.* Cic. de Nat. Deor. 2, 89 c. 35. Pange et Anaſtaſio flebile, muſa, Melum Auſon. Profeſſ. Epigr. 10, 35. Cui breuia Mela modifica recino Idem Parental. Epigr. 37. *Sed Graece maluerunt antiqui, v. g.* Longum melos Hor. Carm. 3, 4, 2. Mele [μέλη] *nominatiuus plur.* Lucret. 2, 412 Aeque Ac Muſaea mele per chordas, organici quae Mobilibus digitis expergefacta figurant. *Sic* Cycnea mele Lucret. 2, 504.

MELODIA, ae. f. [μελῳδία] *Cantus.* Mart. Capell. 9 p. 306.

MELŌDES. [μελῳδὸς] *Qui carmina cantat.* Sidonius Epiſt. 9, 15 Proculus melodes inſonare pulſibus.

MELĬCVS, a, um. Adi. [μελικὸς] *Qui cantica facit: Poëtae lyrici,* Melici *dicti ſunt.* Auſonius Idyll. 4, 54 Tu melicos lyricosque modos. Cic. de Opt. Gen. Orat. 1 Poëmatis enim tragici, comici, epici, melici, etiam ac dithyrambici, *etc.* Melici ſonores Lucret. 5, 335.

MELODVS. *Suauiter canens apud inferioris aetatis Poëtas.* Dulce carmen et Melodum Prudent. Cath. 9, 2. Canentes Melodae virgines Auſon. Profeſſ. Epigr. 16 *i. ſirenes.*

MELOPOEIA, ae. f. Mart. Capella 9 p. 326.

MELOSMOS, i. m. *Herba eadem cum polio* Apul. de Herb. c. 57.

MELŌTA, ae. f. *vel* MELOTE, es. f. *Pellis ouilla*; Vulg. Hebr. 11, 37. *Sed non tam pellem ouis ſignificat, quam exuuium, hoc eſt pellem corpori detractam vna cum lana.* Eraſmus in Epiſt. ad Hebraeos c. 11, 37.

MELOTHRVM. [μήλωθρον] *Herba putatur ea, quae alio nomine ἄμπελος λευκή, hoc eſt vitis alba appellatur. Nominat* Plin. 21, 9 ſ. 29.

MELPŎMĔNE. [Μελπομένη] *Vna muſarum. Vid.* MVSAE. Horat. Carm. 1, 24, 3 Praecipe lugubres Cantus Melpomene; cui liquidam pater Vocem cum cithara dedit.

MELTOM, *vid.* MELIOM.

M E M

MEMBRVM, i. n. [κῶλον, μέλος, γυῖον] *Pars corporis, quae artibus, et tendinibus adnexa eſt, iiſque, quae inde* Membranae *vocantur, vt* Manus, Pes, Caput. *Videtur eſſe e Graeco μέλος, μέμλος etc.* Cic. de Fin. 3, 18 Iam membrorum, id eſt partium corporis alia videntur propter eorum vſum a natura eſſe donata, vt manus, crura, pedes, *etc.* Alia autem nullam ob vtilitatem, quaſi ad quendam ornatum, vt cauda pauoni. Iners membris, *vid.* INERS. Artus magni membrorum Virgil. Aen. 5, 422. Flexus membrorum Quinctil. 1, 1. Grauitas Lucret. 3, 477. Abalienata, *vid.* ABALIENO. Accommoda bellis Stat. Silu. 4, 4, 65. Aegra Ouid. Epiſt. 21, 190. Auulſa Virg. Aen. 9, 490. Caeſa Ouid. Met. 6, 708. Candida Idem ib. 2, 607. Compacta et firma Sueton. Veſp. c. 20. Curua Ouid. Met. 3, 277. Debilia Sil. 10, 395. — metu ſunt Ter. Adelph. 4, 4, 3. Direpta manibus Ouid. Met. 3, 731. Diſcerpta gruis Horat. Serm. 2, 8, 87. Disiecta laceri corporis Sen. in Hippol. ſ. 12. Exanguia Sil. 7, 679. Exilia Ouid. Met. 5, 433. Feſſa diurnis miniſteriis Id. ibid. 4, 215. Hiſpida Iuuen. Sat. 2, 11. Immania Ouid. Met. 12, 501. Implicita Lucan. 3, 690. Liquefacta Sil. 1, 178. Muliebribus membris puer Lucret. 4, 1046. *i. Puer tener.* Macrob. Som. Scip. 1, 6 p. 29 Septem ſunt intra hominem, quae a Graecis Nigra membra vocitantur, lingua, cor, pulmo, iecur, lien, renes duo. Procera Sil. 16, 351. Rigentia fugiente vita Lucan. 2, 25. Saucia Ouid. Met. 2, 652. Senecta Lucret. 3, 779. Squalida Idem 5, 954. Tenera Idem 4, 1097. Truncata Claud. de Bello Get. 263. Turpia vdo fimo Virgil. Aen. 5, 358. Valida ac iuuenilia Iuuen. Sat. 11, 5. Velocia Sil. 17, 537. Vieta Hor. Epod. 12, 7. Viuida Sil. 7, 64. ¶ 2 *Verborum formulae:* Abluere membra laſſata Ouid. Met. 6, 353. Abſcindere Lucret. 3, 642. Cadunt membra languida Ouid. Epiſt. 21, 156. Captus membris, *vid.* CAPIO. Componere membra defeſſa Virgil. Georg. 4, 438. Corripiunt membra pauore Lucret. 5, 1218. Dilaniat membra viua Ouid. Met. 6, 644. Diſſoluuntur membra, fluuntque Lucret. 4, 917. *de ſomno.* Ouid. Amor. 1, 6, 36 Hunc ego ſi cupiam, nunquam dimittere poſſum, Ante vel a membris Diuidar ipſe meis. Dare curata membra ſopori Hor. Serm. 2, 2, 81. Dat placidam membris cura quietem Virgil. Aen. 4, 5. Durare membra in duro opere Lucret. 5, 1359. Erigere cubili Sil. 7, 287. Excutit membra pauor Senec. Thyeſt. 1. Expreſſus membris infans Quinct. 2, 4. Irrigare alicui quietem per membra Virgil. Aen. 1, 995. Langueſcunt membra Lucret. 4, 948. Laxare quiete Virg. Aen. 5, 836. Leuare baculo Ouid. Met. 8, 693. Luxuriant membra Id. ibid. 7, 291. Madent vino, *vid.* MADEO. Mouere mollia Lucret. 4, 457. Poſuere ſolo incuruata membra Ouid. Met. 6, 246. Quatit horror membra Virg. Aen. 3, 30. Recidere genitalia Ouid. Amor. 2, 3, 3. Soluuntur frigore Virgil. Aen. 1, 96. *Et* 12, 951. Soluta languore Ouid. Met. 11, 612. Valens membris Virg. Aen. 5, 431. Venit membris lues tabida Id. ibid. 3, 137. Venit vigor habilis membris Idem Georg. 4, 418. ¶ 3 *Obſeruationes. Interdum ad carnem et eos, qui muſculi vocantur in primis videtur referri.* Sil. 1, 177 Oſſa liquefactis fumarunt feruide membris: *in deſcriptione tormentorum. Et in famis effectibus* 2, 468 Venis male iuncta trementibus oſſa Exſtant, conſumtis viſu deformia membris. *Vtroque loco* neruis *quidam legunt. Sed praefert* membris *vtroque loco Heinſius. Dicuntur et* Membra *in ſtatuis.* Quinctil. 2, 1 Is ne ſtatuam quidem inchoari credet, quum eius membra Fundentur. Idem 7, 1 Neque enim, quamquam fuſis omnibus membris, ſtatua ſit, niſi collocetur. Membrum κατ' ἐξοχήν, *Illa pars, qua ſexus diſcernitur.* Poëta Phallicus Epigr. 69 Huius et Alcinoi mirata eſt filia membrum Frondenti ramo vix potuiſſe tegi. ¶ 4 *Metaphor.* Membrum, *in oratione, eſt (inquit Valla) Senſus numeris concluſus, ſed a toto corpore abruptus, et per ſe nihil efficiens.* Auctor. ad Heren. 4, 27 c. 19 Membrum orationis appellatur res breuiter abſoluta, ſine totius ſententiae demonſtratione, quae denuo alio membro orationis excipitur. Cic. in Orat. 223 c. 62 Neſcio cur, quum Graeci κόμματα et κῶλα nominent, nos non recte Inciſa et Membra dicamus. *Aliter pro partibus totius orationis.* Idem Verr. Diuinat. 45 Quid quum accuſationis tuae membra diuidere coeperit, et in digitis ſuis ſingulas partes cauſae conſtituere? ¶ 5 *Sunt et domus* membra: Plin. Epiſt. 2, 17 Adhaeret Dormitorium membrum tranſitu interiacente, *i. Pars domus, quieti corporum dicata. Videtur autem eſſe* Dormitorium membrum, *quod idem* Plin. Epiſt. 5, 6 Dormitorium cubiculum *vocat, quod etiam* Sidonius *imitatus eſt. Partem domus* Columella *quoque* Membrum *nominat* 1, 6. Modus membrorumque numerus aptetur vniuerſo conſepto: et diuidatur in tres partes, vrbanam, ruſticam, et fructuariam. Singula domus Membra cingit armata factio Apul. Met. 3. *ſub fin. Et* Vlpianus de manumiſſis teſtamento. l. Si ita fuerit. Quaeri inquit, poteſt, ſi fabris duobus vel pictoribus, ſi membrum depinxiſſent, vel fabricaſſent nauem, quid adſcriptum ſit. *Conf.* Cic. ad Quint. Fr. 3, 1.

MEMBRŌSVS, a, um. Adi. *Vnde Comparatiuum,* Membroſior, *i. Mentulatior.* Poëta Phallicus praefat. Carm. Sed ruber hortorum cuſtos membroſior aequo.

MEMBRATIM. Adu. [κατὰ κῶλα, μεληδὸν] *Per ſingula membra.* Plin. 9, 15 Hi membratim caeſi, ceruice et abdomine commendantur, *de thynnis ſaliendis.* Membratim tractare aliquid Plin. 11, 37. Cicer. in Partit. 121 Narratio autem accuſatoris erit, quaſi membratim geſti negotii ſuſpicioſa explicatio. Generatim *et* Membratim, *contraria.* Plin. 25, 11 *et* 12 Prooem. Senſum vitalem membratim deperdere Lucret. 3, 526. Cic. in Orat. 212 c. 63 Quo autem pacto deceat Inciſe membratimue dici, iam videbimus. Quinctilian. 9, 4 Vbicunque acriter erit et inſtanter, pugnaciterque dicendum, Membratim caeſimque dicemus. *i. Per inciſa et membra, ſiue per cola et commata.*

MEMBRĀNA, ae. f. [ὑμὴν] *Pellis, quae artus tegit et iungit.* Cicer. de Natur. Deor. 2, 142 c. 57 Quae primum oculos membranis tenuiſſimis veſtiuit et ſepſit Plin. 9, 29. Squamea membrana chelydri Ouid. Met. 7, 272. *Eodem ſenſu ſaepe ap.* Plin. *occurrit.* Membranas mittunt vituli de corpore ſummo Lucret. 4, 57. Plin. 16, 14. *de tilia,* Inter corticem et Lignum tenues tunicas multiplici membrana. Tegens cerebrum membrana Scribon. 206. Violare membranam Celſ. 8, 3. ¶ 2 Membrana, *Charta Pergamena, e pellibus animantium concinnata.* Abducere innatantes membranas 37. Plin. 13, 11 Mox Aemulatione circa bibliothecas regum Ptolemaei et Eumenis, ſupprimente chartas Ptolemaeo, idem Varro membranas Pergami tradidit repertas. *Add.* Idem 21, 11. Hieron. Epiſt. 43. Horat. de Arte Poët. 389 Membranis intus poſitis delere licebit Quod non ediderìs. Bicolor membrana Perſ. Sat. 3, 10. Conſecare in tenues membranas, *vid.* CONSECO. Directa plumbo membrana Catul. ad Varum 20, 7. Lutea membrana niueum inuoluat libellum Tibull. 3, 1, 9. ¶ 3 Membrana, *pro Superficie, figura et ſimulacro aliquo rerum.* Lucret. 4, 93 At contra, tenuis Summi membrana coloris Quum iacitur, nihil eſt quod eam diſcerpere poſſit, *etc.*

MEMBRANVĽA, ae. f. Dimin. [ὑμένιον] Cicer. Att. 4, 4 Iiſque imperes, vt ſumant membranulam, ex qua indices fiant Celſ. 7, 7.

MEMBRANVĽVM, i. n. *Idem.* Apul. Met. 6 *ſecundum lectionem Elmenhorſt. et Pricaei. Verba ſunt* p. 184, 20 Corium non aſini craſſum, ſed hirudinis tenue membranulum. *Poteſt aliquis ſuſpicari, a prima nominis* membranulam *abſorptam vltimam in* tenuem *induxiſſe Criticos, vti neutram quoque terminationem adderent.*

MEMBRANACEVS, a, um. Adi. [ὑμενώδης] *Quod ſimilitudinem membranae habet.* Plin. 16, 31 Quibusdam cortex membranaceus, vt viti. Idem 10, 61 Volucrum animal parit veſpertilio tantum, cui et membranaceae pinnae vni.

MEMBRANEVS, a, um. *Aliud* Adi. [ὑμενινὸς] *Quod ex membranis eſt.* Vlpianus de Legat. 3. l. Librorum appellatione, Quod ſi in codicibus ſint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis.

MEMBRANARIVS, i. m. διφθεροποιὸς Gloſſ. Lat. Gr.

MEMBRARI. [μελοῦσθαι] *Per membra formari: quo verbo vtitur* Cenſorinus de Die natali c. 11.

MEMBRATVRA, ae. f. [μελοθεσία] *Membrorum compoſitio.* Vitruu. 8, 5.

MEME, *Accuſatiuus geminatus, maioris vehementiae gratia, ab* Ego *primitiuo.* Virg. Aen. 9, 427 Meme, adſum qui feci, in me conuertite ferrum O Rutuli. *Vbi* Seruius; Meme, ſubaudi, Interficite; et eſt interrupta elocutio dolore turbati.

MEMECYLON. [μεμέκυλον] *Fructus ſ. pomum arboris Vnedonis.* Plin. 15, 24 Duobus tamen hoc nominibus appellant Graeci Comaron, et Memecylon, ex quo apparet, totidem eſſe genera apud nos. *Variat Graeca appellatio. Nam* μιμαίκυλον, μιμάκυλον *et* μημέκυλον *etiam inuenitur.*

MEMET. *Pronomen compoſitum, pro Meipſum.* Plaut. Capt. 2, 3, 68 Nec me ſecus vnquam ei facturum quidquam, quam memet mihi. Id. Ciſt. 4, 2, 24 Sed nunc ego memet moror. *Conf.* Salluſt. Iug. 4 *et* 85. Virg. Aen. 4, 606. *vid.* EGOMET.

MEMIGMENON, i. n. Celſ. 6, 6, 17 *inter* Collyria *laudatur* Euelpidis, quod μεμιγμένον appellabat, *i. mixtum.*

MĔMĬNI. [μέμνημαι, ἀναμέμνημαι] *Verbum defectiuum in Praeterito tantum coniugatur, et temporibus a Praeterito formatis, praeter haec etiam habet in Imperatiuo,* Memento, mementōte. Memini, *a* Meno, *antiquo verbo fit, a quo etiam* Mens, *et* Mentis, *et* Comminiſcor *eſt.* Plaut. Perſ. 2, 1, 8 Potin' ne moneas? Memini et ſcio, et calleo, et commemini. Ter. Andr. 5, 5, 13 Facturum quae voles ſcio eſſe omnia. P. memini. Cicer. pro Quint. 55 Memini, vetus eſt, de ſcurra multo facilius diuitem, quam, *etc.* Faciam, vt mei memineris, dum vitam viuas Plaut. Poen. 4, 4, 24. Bene memini Hor. Serm. 1, 9, 68. Libentius meminit illud Idem Epiſt. 2, 1, 262. Longiſſime, *vid.* LONGVS. Maxime memini, *vid.* MAGIS. Memoriter meminit, *vid.* MEMOR. Dum ſanitas conſtabit, Pulchre meminero Phaedr. 4, 25. *extr.* Ita in prandio nos lepide atque nitide accepiſti ter vt Semper meminerimus Plaut. Ciſt. 1, 1, 9. Meminĕro. Idem Aſin. 1, 1, 104 Ibi ſi quid opus fuerit L. meminero. Memineris vnde ſit oriundus Idem Aul. 3, 6, 5. Ac non ſolum erat adminiſter ipſius cupiditatum; Sui meminerat aeque Cic. Verr. 2 c. 54. *i. rationem habebat.* Memento, memento Plaut. Caſ. 3, 6, 13. *in monendo et comminando.* Cic. de Amicit. 2 Meminiſti enim profecto vt opinor Attice, *etc.* Quanta eſſet hominum vel admiratio vel querela. *Conſtruitur eleganter cum Praeſenti pro Praeterito.* Memini comprimere Plaut. Epid. 4, 1, 13. Ter. Andr. 2, 5, 18 Ego illam vidi virginem, forma bona memini videre. *Vbi* Donatus, Memini videre, aut Memor ſum me vidiſſe. Aut, Memini me videre: h. e. Intelligo, ſcio: aut, Memini quod viderim. Memini videre, pro Vidiſſe. Cic Verr. 4, 32 c. 14 Hoc me memini dicere. Idem de Legib. 1, 13 Iuri ſtudere te memini. Virg. Ecl. 9, 52 Cantando puerum memini me condere ſoles. *Add.* Idem Ecl. 1, 17. *Nempe ipſum* Memini *vt* Odi *quoque et* Noui, *ſtatum mentis cum cogitauit, indicant, et praeſens includunt adeo. Aliquando tamen cum praeterito ponitur:* Memini permiſiſſe Cic Att. 1, 10. Idem pro Roſc. Amer. 122 c 42 Meminiſtis me ita diſtribuiſſe initio cauſam. Memini me Poſuiſſe pro argumento Idem Bruto c. 80. *Conf. Cellar. Cur. Poſt. p. 97. Iam Conſtructionem cum caſu videamus.* Ter. Eun. 4, 7, 31 Faciam vt huius loci, Dieique meique ſemper memineris. Officium Plaut. Caſ. 2, 3, 42. Plin. 8, 40. *de canibus,* Itinera quamuis longa meminere. Ter. Phorm. 2, 3, 40 Si meminiſti quod olim dictum eſt, ſubiice Cic. Acad. 4, 160. Numeros memini, ſi verba tenerem Virg. Ecl. 9, 45. Omnia amantes meminerunt Ouid. Epiſt. 15, 43. *Add.* Cic. Fam. 4, 13 *verſus fin.* Virg. Ecl. 7, 69. Non. 12, 25. Memini, *pro eo, quod eſt Mentionem facio: recuſat Accuſatiuum, poſtulatque Genitiuum, vel Ablatiuum cum praepoſitione De. vt,* Quinct. 11, 2 Neque omnino huius rei meminit vſquam Poëta ipſe. *et iterum,* De quibus multi meminerunt. *Haec Valla* 3, 58. Meminiſſe; *Infinitiuus pro Nomine, quod Graeci dicunt* τὸ μεμνῆσθαι. *id eſt, memoria, ſeu vis ac poteſtas animi, qua res praeteritas meminimus.* Lucret. 4, 769 Praeterea meminiſſe iacet, languetque ſopore, *i. Memoria. Sic loquitur* Ennius, Aut occaſus vbi, tempusue audere repreſſit. *i. Audaciam,* τὸ τολμᾶν. *monuit Lambinus.* Non. 5, 78 Meminiſſe et In memoriam reuocare, hoc

differre

differre Ariſtoteles putat; διαφέρει μνημονεύειν τῷ ἀναμεμνῆσθαι. et vult *meminiſſe* omnium eſſe animantium, vt cibi, potionis, ſomni, voluptatis: in memoriam reuocare quod exciderit, non niſi homines poſſe.

MEMĬNENS. Partic. *ab antiquo* Memino. Sidon. Epiſt. 2, 20. *et* Auſon. 4, 12. *item* in Profeſſor. 2, 39. *Conf. Voſſ. de Vit. L. L. p.* 767.

MEMOR, ŏris. omn. gen. [μνήμων] *Secundum* Priſcianum, *a* Memini *fit.* Virg. Aen. 9, 447 Nulla dies vnquam memori vos eximet aeuo. Aeuum *vt ſaeculum pro hominibus.* Ter. Andr. 1, 5, 47 Vnum hoc ſcio, hanc meritam eſſe, vt memor eſſes ſui. Virg. Aen. 4, 539. *Veteres Chriſtiani ſeſe ſibi inuicem commendabant hoc modo, vt rogarent, vt* ſui memores eſſent, *vt* ſui apud Deum memores eſſent: *vid.* Auguſt. de C. D. 21, 27. Licent. Carm. *ad* Auguſtin. Tertull. de Bapt. *extr.* Cyprianus paſſim in clauſulis Epiſtolarum. Hieron. Epiſt. 55. *ad* Ripar. Paullin. Nol. de Ob. Celſi v. 594. Humanitatis tuae memor Scribon. Ep. in. Admiſſi memor Ouid. Met. 11, 380. Venturae hiemis memores apes Virg. Georg. 4, 156. Facere aliquem memorem ſui Id. Aen. 6, 664. Viue memor quam ſis aeui breuis Hor. Serm. 2, 6, 97. Memor et gratus Cic. Verr. 4. *Add.* Ter. Adelph. 2, 2, 44. Memor, *Cuius nos memores ſumus.* Virg. Aen. 1, 8 — ſaeuae memorem Iunonis ob iram. Hor. Carm. 1, 13, 12 Siue puer furens Impreſſit memorem dente labris notam. *Paſſiua notione, tam vehementem, vt non facile excidat memoria.* Memorem in bene meritos Animum praeſtare Cic. Fam. 1, 9. Anni *vid. h. v.* Medium erat in Anco ingenium, et Numae et Romuli memor Liu. 1, 32, 4. Aure memori vocem condidit Ouid. Epiſt. 20, 98. Cura memor Id. ex Pont. 4, 2, 7. Faſti memores Hor. Od. 3, 17, 4. *et* 4, 14, 4. Ira memori re vindicat Id. Epiſt. 21, 9. Mens memor Hor. Serm. 2, 6, 31. Memorem mones. *Prouerbium.* Plaut. Stich. 4, 1, 72 Capti conſilii memorem mones. *Conuenit in eos, qui conſilium dant conſultiſſimo, vel docent doctiorem.* Lucret. 3, 1053 Admonuit memorem dixit.

MEMORE. Adu. *Pro memoriter* Pompon. *ap.* Non. 11, 42.

MEMORIA, ae. f. [μνήμη, μνημοσύνη, μνεία, μνῆσις] Eſt (*inquit* auctor ad Herennium) firma animi rerum et verborum diſpoſitionis perceptio. Cic. de Inuent. 2, 160 c. 7 Memoria eſt per quam animus repetit illa, quae fuerunt. *Dupliciter ſumitur. Eſt enim vel Facultas, per quam animus repetit illa, quae fuerunt.* Cic. de Orat. 1, 18 c. 5 Theſaurus rerum inuentarum et cuſtos ad Heren. 3, 27 c. 15. *Conf.* Cic. Tuſc. 1 c. 24 *et* 25. *Vel eſt Actus reminiſcendi; vt dicimus* Redire in memoriam. Ter. Andr. 5, 4, 41 Numquid meminiſti? CR. id quaero. P. egone huius memoriam patiar meae voluptati obſtare, quum ego poſſim in hac re medicari mihi? Memoria a manando dicta, quaſi manimoria. Itaque, *inquit*, Salii, qui cantant Mamurium Veturium ſignificant Veterem memoriam. *Sic ludit* Varro de L. L. 5, 6. *De* memoria *locus claſſicus eſt* Quinctil. 11, 2 *vbi et de naturali eius ratione, et de* Arte memoriae *copioſe et diſerte agit. De* arte *vid. etiam* Cic. de Orat. 2 c. 86 Gratiam habeo Simonidi illi Ceo, quem primum ferunt artem memoriae protuliſſe. *Conf.* Phaedr. 4, 24. *Iam loquendi formas perſequamur.* Cic. de Clar. Orat. 9 Quorum memoria et recordatio in maximis noſtris grauiſſimisque curis iucunda ſane fuit. Ad memoriam, *vid.* AD *praepoſitionem.* Inſigne ad memoriam, *vid.* INSIGNIS. In memoriam ſempiternam, *vid.* IN *praepoſitionem.* Tacit. Ann. 4, 43 *pr.* Lacedaemonii firmabant annalium memoria, *i. mentione, quae ea de re facta eſt in annalibus.* Cic. pro Font. 13 c. 7 Quod perſaepe et noſtra, et patrum memoria, ſapientiſſimi iudices, de clariſſimis noſtrae ciuitatis viris dubitandum non putauerunt: *eo tempore cuius recordari poſſumus.* Id. Fam. 10, 32 Et quidem quum ageretur, fleuit memoria rerum geſtarum commotus. Nihil poſt hominum memoriam glorioſius, nihil gratius, ne tempore quidem ipſo opportunius accidere vidi Cic. Fam. 10, 16. Maxima poſt hominum memoriam claſſis eſt deuicta Nep. 2, 5, 3. Vnus poſt hominum memoriam cognomine Iuſtus appellatus Id. 3, 1, 2. Cic. de Orat. 1, 16 Quis non iure miretur ex omni memoria aetatum, temporum *etc.* Idem poſt Redit. in Senat. 5 Cn. Pompeius omnium gentium, ſaeculorum omnium, omnis memoriae facile princeps. Id. de Aruſp. Reſp. 37 Quod quidem ſacrificium nemo ante P. Clodium omni memoria violauit, nemo vnquam adiit. Inauditum in omni memoria, *vid.* INAVDIO. Multi etiam ſuperiore memoria ciues Romani, *etc.* Cic. pro Corn. Balb. 28 c. 11 *extr.* Vsque ad hanc memoriam, *h. e. Vsque ad hoc tempus* Liu. 2, 41 *pr.* Vt mea memoria eſt Cic. Att. 13, 31. *h. e. Quantum poſſum meminiſſe.* Idem pro Sext. 36 Nec vero huic tantae multitudini, quanta mea memoria nunquam vllo in iudicio fuit, deero. Idem pro Rabir. 25 Cauſam enim ſuſcepiſti antiquiorem memoria tua. ¶ 2 *Epitheta* Alta memoria, *vid.* ALTVS. Bona, *vid.* BONVS. Egregia Tacit. Ann. 4, 34. Liu. 37, 1 Res vetuſtate exemplorum memoriae iam Exoletae. Immortalis, *vid.* IMMORTALIS. Incredibilis memoria Plin. Epiſt. 2, 3. Intermortua memoria, *vid.* INTERMORIOR. Laeta Tacit. Ann. 3, 48. Ab Recenti memoria perfidiae, aliquanto minore cum miſericordia auditi ſunt Carthaginenſium legati. Liu. 30, 36 *extr. i. Ob recentis perfidiae memoriam.* Sacra Quinct. 11, 1, 59. Tacit. Hiſt. 4, 18 Quippe Sorani Sancta memoria. Sempiterna Cic. pro Domo 112. Tenaciſſima Quinctil. 1, 1, 19. E vetere Tacit. Ann. 3, 21. ¶ 3 *Verba:* Abiicere memoriam doloris, Abit, Accipere, Adaequare memoriam, *vid. hh. vv.* Adhibere memoriam Nep. 15, 7, 2. Adimere, Afferre, *vid. hh. vv.* Affigere memoriae Quinctil. 10, 1. Agitare Idem 1, 8. Amittere, Amplecti, *vid. ſſ. ll.* Memoria excolendo, ſicut alia omnia, Augetur Quinctil. 11, 2. Celebrare memoriam nominis alicuius, Circumferri auorum memoria, Colere memoriam, *vid. in verbis.* Colligere memoriam Cic. de Clar. Orat. 114. Commendo memoriae, *vid.* COMMENDO. Complecti Cic. *ad* Brut. 14. *et* de Diuin. 2 c. 71. Comprehendere, *vid.* COMPREHENDO. Memoriam rerum Cic. de Cl. Orat. c. 5. Columel. 7, 9 In maiore numero diuerſis notis opus eſt, ne confundatur memoria cuſtodis. Conſecrare nominis memoriam, *vid.* CONSECRO. Conſeruare memoriam Cic. Fam. 4, 13. Conſignata literis, *vid.* CONSIGNO. Omnis diſciplina memoriâ Conſtat Quinctil. 11, 2. Continere memoria Idem 9, 4. Animo percipere, et memoria Cuſtodire Cic. de Orat. 3, 127. Cuſtodiri hominum memoria, *vid.* CVSTODIO. Cic. Fam. 8, 1 Non quin mihi ſuauiſſimum ſit et occupato, et ad literas ſcribendas (vt tu noſti) pigerrimo, tuae memoriae Dare operam. Columel. 7, 9 Qui ſi memoria Deficitur, quo minus agnoſcat cuiusque progeniem, pice liquida eandem notam ſcrofae et porcis imponat. Delere memoriam rerum Cic. Fam. 2. Deponere memoriam, *vel* ex memoria Id. pro Cael. 50. Dilabi, *vel* elabi memoria Id. Philipp. 13, 11. Diſcedere memoriam Id. in Somn. Scip. 1. Cic. de Orat. 2, 95 Omnis eorum memoria ſenſim obſcurata eſt, et Euanuit. Euellere e memoria Id. Fam. 5, 8. Excitare memoriam, *et* ad memoriam Id. pro Sext. 11. *et* in Topic. 5. Cato *apud* Cic. de Sen. c. 11 Pythagoraeorumque more Exercendae memoriae gratia, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro veſperi. Exolere memoriam Quinctil. 11, 2. Expellere Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 34. Ex memoria Exponere aliquid Cic. Cat. 3 c. 6. Extinguere Cic. pro Milon. 74. Plin. 10, 42 Conſtat picas emori difficultate verbi victas, ac niſi ſubinde eadem audiant, memoria Falli. Firmare Quinctil. 2, 4. *et* 1, 1. Firmauit vetus memoria Tacit. Ann. 5, 28. Fugiet memoriam iudices Quinctil. 4, 5. Habere in memoria, *Meminiſſe.* Ter. Andr. 1, 1, 13 *Vbi* Donat. In memoria habeo; plus eſt quam ſi dixiſſet Scio: nam quae ſcimus, poſſumus obliuiſci; quae vero memoriae mandamus, nunquam amittimus. Implorare memoriam alicuius, *vid.* IMPLORO. Incurrere in memoriam communium miſeriarum, *vid.* INCVRRO. Inducere aliquem in memoriam rei alicuius, *vid.* INDVCO. Inferre memoriam ſempiternam in domum ſuam, *vid.* INFERO. Infixa mentibus memoria conſulatus amici, *vid.* INFIGO. Inhaeret oculis memoria imaginis, *vid.* INHAEREO. Inſidere memoriae, *vid.* INSIDO. Cic. de Orat. 2, 122 Nihil quisquam vnquam me audiente egit orator, quod non in memoria mea penitus Inſederit. Intercidit memoria negligentia Quinct. 11, 2. Iuuandae ſtudio memoriae operam dare Quinctil. 11, 2. Labat memoria, *vid.* LABO. Cic. de Amicit. 1 Eius diſputationis ſententias memoriae Mandaui, quas in hoc libro expoſui meo arbitratu. Idem pro Quint. 24 Quaeſo vt eum diem memoriae mandetis. *Add.* Auct. *ad* Herenn. 3 c. 11. Manet, *vid.* MANEO. Memini memoria facile Plaut. Capt. 2, 3, 33. Moritur, *vid.* MORIOR. Obruere memoriam, *vid.* OBRVO. Obſcurare Cic. de Orat, 2, 95. Occidit, *vid.* OCCIDO. Tertull. de Spect. *de ludis funebribus,* Inter quos etiam priuatorum memoriis legatariae editiones Parentent. Cic. de Sen. c. 7 *ex Catonis perſona,* Nec ſepulcra legens vereor, quod aiunt, ne memoriam Perdam. Idem de Orat. 3, 14 Sed quoniam haec iam neque in integro eſſe poſſunt, et ſummi labores magna compenſati gloria mitigantur, pergamus ad ea ſolatia, quae non modo ſedatis moleſtia iucunda, ſed etiam haerentibus ſalutaria nobis eſſe poſſunt, ſermonemque L. Craſſi reliquum ac paene poſtremum memoriae Prodamus. Idem ibidem 1, 181 Quia memoria ſic eſſet Proditum, quem pater, *etc.* Prodere memoriam alicuius rei poſteris Cic. Fam. 8, 3. Id. de Amicit. 39 Tum etiam cum iis, et inter ſe coniunctiſſimos fuiſſe M. Curtium, et T. Coruncanum memoriae proditum eſt. Idem de Amicit. 102 Nemo vnquam aut animo aut ſpe maiora concipiet, qui ſibi non illius memoriam atque imaginem Proponendam putet. Proſequi memoriam Id Philipp. 10, 8. Repetere memoriae euentus aliorum, ſiue vetera Id. de Orat. 1, *pr.* Recordari Cic. pro Arch. 1. Redintegrare Idem de Inuent. 1, 99. Redire et regredi in memoriam, *vid.* IN *praepoſitionem.* Plaut. Capt. 5, 4, 25. Rediit in memoriam Quintius, quo die, *etc.* Cic. pro Quint. 57. Redite in memoriam quaeſo, quae libido iſtius fuerit Id. Verr. 1 c. 46. Redigere in memoriam *et* Reuocare animos ad memoriam, ſiue Reducere in memoriam Ter. Phorm. 2, 3, 36. *Conf.* Cic. Fam. 1, 9. Idem pro Flacc. 60 Reuocarem animos veſtros ad Mithridatici belli memoriam. Referre memoriam alicuius Idem pro Sull. 37 c. 13. Reficienda memoria breui repetitione rerum Quinctil. in Prooem. 4, 5. Refricare memoriam, vel memoria Cic. Philipp. 3, 18. Relinquunt acrem ſui memoriam Tacit. Ann. 15, 68. Cic. pro Muraen. 16 Et vt Scaurus memoriam prope intermortuam generis ſui virtute Renouare. Repetere memoria Quinctil. 1, 6. Replicare memoriam Cic. pro Sull. 27. Repraeſentare memoriam Idem pro Sext. 26. Immortali memoria percepta beneficia Retinere Nep. 25, 11, 5. Sequuntur antecedentem memoriam Quinctil. 1, 1. Sum. Meliore memoria eſſe, *vid.* Melior in BONVS. Cic. pro Sull. 34 P. Sullae nomen in memoria Caſſio non fuit. Memoria eſt Plaut. Truc. 2, 1, 10. *i. Memini.* Seruare memoriam Cic. Fam. 4. Subeat tibi memoria noſtri Senec. Med. 7. Tenere memoria, *ſiue* retinere, *apud* Cic. pro Roſc. Amer. 35. *et* in Catil. 3, 19. Idem Fam. 13, 74 Etſi non dubito pro tua in me obſeruantia, proque noſtra neceſſitudine, quin commendationem meam memoria teneas. *Add.* Id. Fam. 7, 3 *pr.* Id. de Orat. 2, 8 Deberi hoc a me tantis hominum ingeniis putaui, vt cum etiam nunc viuam illorum memoriam teneremus, hanc immortalem redderem ſi poſſem. Tollere memoriam Id. de Off. 3, 40. Cic. in Parad. 3 Iſtum doctum et ſapientem virum fuiſſe, memoriae traditum eſt. Tradidit memoria Columel. 8, 13. Turbari memoria Quinctil. 4, 1. Vacillare memoria Cic. Att. 1, 1, *Add.* ibid. 12, 1. Venerari memoriam alicuius Tacit. in Vita Agric. 46. Cic. de Amicit. 28 Quis enim eſt qui C. Fabricii, M. Curii cum caritate aliqua et beneuolontia memoriam non Vſurpet, quos nunquam viderit? ¶ 4 *Res ipſa memorata vel narratio adeo.* Cic. de Oratore 1 c. 2 *pr.* Ac mihi repetenda eſt veteris cuiusdam memoriae non ſane ſatis explicata recordatio. Nep. Annib. 8, 2 De Magonis interitu duplex memoria eſt. ¶ 5 *Hinc libri aut ſcripta memoriam rerum geſtarum continentia* Memoriae *vocantur, quas* Commentarios *veteres dicebant,* Memorias *etiam hodierna Francorum conſuetudo appellat. Sic* Auguſtus Germanici vitae memoriam proſa oratione compoſuit Sueton. Claud. 1. Gell. 10, 12 Nam et plerique nobilium Graecorum, et Phauorinus philoſophus memoriarum veterum exequentiſſimus affirmatiſſime ſcripſerunt, *etc.* *Adde* 4, 6 In veteribus memoriis ſcriptum eſt. *Add.* 5, 5 *et* 9. Memoriae et tragoediae veſtrae inceſtis gloriantur Min. Felix c. 3. *Add.* Id. 16, 6. Ite per Memorias veteres Tertull. *eſſe dicitur.* Canas memoriarum, *i. antiquiſſimas hiſtorias idem dixit* Apol. 19 *pr. Et* adu. Iud. 1 Secundum ſcripturarum diuinarum memorias. ¶ 6 *Inter* ſcrinia Sacri Palatii quatuor, *etiam vnum erat* Memoriae, *cuius* praefectus, Ἀντιγραφεύς, Dictator, Magiſter memoriae; *et eius* Adiutores Memoriales. *Vid.* l. 10 C. de Diu. Offic. l. 2 C. Th. de iis, qui in Sacro Pal. Mil. *Ex inſcript.* Reineſ. *ad* 6, 13. ¶ 7 *Etiam de aliis rebus, quae recordatione iuuant,* memoria *dicitur. Sic* Salluſtius ab auctore Declamationis in ipſum 8, 35 *vocatur* Memoria ciuilis belli. ¶ 8 *Pro monumento ſ. ſepulcro et reliquiis adeo Memoriam dixere Chriſtiani ſcriptores.* Inſcr. Grut. p. 828, 8 SERVILIVS TROILVS SE VIVO COMPARAVIT MEMORIAM SIBI ET SVIS. Auguſtin. de Cura pro Mort. 4 Non ob aliud vel *memoriae* vel *monumenta* dicuntur ea, quae inſignita fiunt ſepulcra mortuorum, niſi quia eos, qui viuentium oculis morte ſubtracti ſunt, ne obliuione etiam cordibus ſubtrahantur, in memoriam reuocant, et admonendo faciunt cogitari. *Sic aliquoties idem* Auguſtin.

guſtin. de C. D. 22, 8: *vt* ſ. 7 Memoria Martyrum Mediolanenſium Protaſii et Geruaſii: *et* 9 ad viginti Martyres, quorum memoria apud nos eſt celeberrima. ſ. 10 *et ſeqq.* Memoriam *vocat loculum, credo, in quo reliquiae Martyris Stephani. Sed haec ſequioris aeui, et Chriſtianorum tantum. Vt et illud, quod* ¶ 9 *Honorifica mortuorum appellatio etiam* Memoriae *nomen habet.* Ambroſ. Epiſt. 30 A fratre clementiae tuae auguſtae memoriae: *et* 31 *extr.* Conſtantius (*f.* Conſtans) auguſtae memoriae. *Vid.* BEATVS. ¶ 10 *Non puto ſanum eſſe locum* Non. 2, 571 *aut non accuratum eſſe Grammaticum, cum ibi legitur,* Memoria pro vetuſtate antiquum. Pacuu. Chryſe, Perque noſtram egregiam vnanimitatem, quam memoria deiugat.

MEMORIŎLA, ae. f. Dimin. [μνημίδιον] Cic. Att. 12, 1 Sed quod ſcribis igniculum matutinum, γεροντικώτερον eſt memoriola vacillare. *In* Inſcript. Fabrett. p. 85 *Idem eſt atque* Conditorium.

MEMORIĀLIS, e. Adi. Memorialis liber, *Enchiridion ad iuvandam memoriam.* Suet. in Caeſ. 56 Epiſtolae quoque extant ad Senatum, quas videtur primum ad paginas et formam memorialis libri conuertiſſe. Memoriales *etiam inter Palatina officia. Meminit* Ambroſ. Ep. 31. *Vid.* l. 10 *et* 11. C. de proximis ſacrorum ſcriniorum. *Vid.* MEMORIA n. 6.

MEMORĀLIS, e. Adi. *Idem quod Memorialis.* Arnob. 6 p. 196. *Et abſolute* l. 144. D. de Verb. ſignif. Memoralium liber Maſurii *laudatur. Sed Gothofr.* Memorialium.

MEMORALĬTER. Adu. Fortunat. Carm. 4 Annuat omnipotens longo memoraliter aeuo.

MEMORALIVS, i. m. Gloſſ. Gr. Lat. ὑπομνηματογράφος, Actuarius, memoralius.

MEMORĬTER. Adu. [ἀπὸ ςόματος, ἀπὸ μνήμης, μνημονικῶς] *Ex memoria, non ex libro ſ. commentario.* Cic. Acad. 4 c. 19 Si te, inquit, Luculli oratio flexit, quae eſt habita memoriter, accurate, copioſe. Memoriter cognoſcere Signa, *h. e. Optime, et mente memori tenere, vt non ſit opus admonere, aut redducere in memoriam* Ter. Eun. 5, 3, 6. Cic. de Fin. 34 c. 10 Quos tu paullo ante cum memoriter, tum etiam erga nos amice et beneuole collegiſti. Enumerare ſententias philoſophorum Id. de Nat. Deor. 1, 92. Exponere Cic. de Fin. 4. Memorat Plaut. Amph. 1, 1, 261. Meminit Idem Capt. 2, 1, 53. Cic. de Amicit. 1 Q. Mutius Augur, multa Narrare de C. Laelio ſocero ſuo memoriter et iucunde ſolebat. Ter. Phorm. 2, 2, 46 Primus eſſes memoriter progeniem veſtram vſque ab auo atque atauo Proferens. Pronuntiare Cic. de Orat. 1, 88 c. 19. Recitare Id. Att. 4, 3. Id. in Vatin. 10 c. 4 Tum memoriter Reſpondeto ad ea, quae de te ipſo rogaro. Salutare, *i. ſine monitore* Suet. Neron. c. 10. Vocare Plaut. Aſin. 3, 2, 38.

MEMORABĬLIS, e. Adi. [μνημόνευτος] *Quod eſt dignum memoria aut memoratu.* Ter. Andr. 4, 1, 1 Hoccine credibile eſt, aut memorabile, *etc.* Idem Heaut. 2, 3, 73 Heus, tu non fit ſine periclo facinus magnum et memorabile. Cic. de Amicit. 4 Sic quum accepiſſemus a patribus maxime memorabilem C. Laelii et P. Scipionis familiaritatem. Cauſa memorabili, ſed euentu miſero Plin. 7, 43. Ingenium Id. 5, 10. Lethum memorabile Sil. 11, 172. Munus Tibull. 2, 1, 57. Nomen Virg. Aen. 2, 583. Ortus Martial. 7, 21. Cic. de Fin. 3, 11 Si ſapiens aliquis miſer eſſe poſſit, nae ego iſtam glorioſam memorabilemque virtutem non magno aeſtimandam putem, *Add.* Id. Phil. 13 c. 19. Multa iam memorabilia et in domeſticis et in bellicis rebus effecerat Cic. de Cl. Orat. c. 13. *Compar.* Liu. 38, 53 Memorabilior prima pars vitae quam poſterior.

MEMORIŌSVS, a, um. Adi. Memorioſus, Memorioſior facit Feſt. *Add.* Gloſſae Lat. Gr.

MEMORIŌSE. Adu. *Idem.* Corn. Fronto p. 2194 Memorioſe qui facit, oſtendit in omni re naturae bonum. Memorioſius, Memorioſiſſime. Feſt.

MEMOROSVS, a, um. Adi. μνημονικὸς Gloſſ. Gr. Lat.

MEMŎRO, āre. [μνημονεύω, ἀπομνημονεύω, ἱςορέω, λέγω] *In memoriam reducere.* Plaut. Poen. 4, 2, 44 Patris atque matris memini. P. memorandum mihi, ſi noui forte, aut ſi ſunt cognati mihi. Memorare, *Commemorare, narrare.* Cic. de Legib. 1, 7 Nam quid Accium memorem? Haec memorans Virg. Aen. 10, 680. De re aliqua memorare Tacit. Ann. 11. Honoratorum virorum Laudes in concione Cic. Leg. 2 c. 24. Ordine memorare, *vid.* ORDO. Bella Propert. 2, 1, 25. Talia memorante Sibylla Ouid. Met. 14, 154. Memorant, *pro Aiunt, ferunt.* Liu. 1, 7 Herculemque in ea loca Geryone interemto boues mira ſpecie abegiſſe memorant. Memorare memoriter, *vid.* MEMORITER *ſupra.* Verbum eſt verum quod memoratur: *h. e. Quod dicitur, vel circumfertur.* Plaut. Truc. 4, 4, 32. Cic. Verr. 4, 107 Enna autem, vbi ea, quae dico geſta eſſe, memorantur, eſt loco praecelſo atque edito. Memorare ſignificat nunc dicere, nunc memoriae mandare Feſt. Plaut. Trin. 4, 2, 41 Agedum nomen tuum primum memora mihi. Virg. Aen. 1, 12 Muſa mihi cauſas memora. Lepide memoras. *vid.* LEPIDVS. Incredibile memoratu eſt Sall. Cat. 6 *et* 7. ¶ 2 Memorare *a librariis confunditur cum* Numerare: Drakenb. *ad* Sil. 2, 4. ¶ 3 *Paſſiue.* Plaut. Amph. 1, 3, 14 Experiri iſtuc mauellem me, quam mihi memorarier. Cic. de Legib. 2, 61 c. 24 Honoratorum virorum laudes in concione memorentur.

MEMORANDVS, a, um. Part. [ἀπομνημονευτέος] Ouid. Met. 13, 13 Nec memoranda tamen vobis mea facta Pelaſgi Eſſe reor: vidiſtis enim. Poſt nullos memorandus, *i. Omnium primus memorandus* Ouid. Triſt. 1, 4, 1. Longum memorandus Stat. Silu. 1, 3, 13. Iuuenis Virg. Aen. 10, 793. Iuuenta Idem ibid. 4, 283. Pugnae memorandae Plaut. Epid. 3, 3, 52. Hoc memorandum contigit vrbi Lucan. 3, 388. Nomen memorandum condere Sil. 4, 37.

MEMORATVS, a, um. Partic. Regna Iuſtin. 41, 1, 8 Quid iſtis memoratis opus eſt? Plaut. Mil. 3, 3, 40. Nondum memoratis omnibus Ouid. Met. 4, 687. *Superl.* Gell. 10, 18 Sepulcrum memoratiſſimum. *Et* 19, 8 Memoratiſſimus liber. *Et* Arg. 8, 4 Herodotus ſcriptor hiſtoriae memoratiſſimus.

MEMORĀTOR, ōris. m. [ἀπομνημονευτὴς] Propert. 3, 1, 33 Nec non ille tui caſus memorator Homerus.

MEMORATRIX, īcis. f. Valer. Flacc. 6, 142 Eoae memoratrix tibia pugnae.

MEMORĀTVS, ûs. m. [ἀπομνημόνευσι:] *Idem quod Memoria.* Gell. 10, 4 Eos verſus non minus frequenti aſſiduoque memoratu dignos puto, quam philoſophorum de officiis decreta. *Adde* Plaut. Bacch. 1, 1, 28. Gell. 19, 11. *et* Plin. 21, 12.

MEMORATIO, ōnis. f. C. Gallus 1, 291 Dure ſatis miſeris memoratio priſca bonorum.

MEMORACVLVM, i. n. Dixi, me ſanctiſſime tot ſacrorum ſigna et memoracula cuſtodire Apul. Apol. p. 311 *Elm.*

MEMMIVS. [Μέμμιος] Memmia gens *nomen habere putatur a* Mneſtheo *Troiano, Aeneae comite.* Virg. Aen. 5, 116 Velocem Mneſtheus agit acri remige Priſtim, Mox Italus Mneſtheus genus a quo nomine Memmi. Mox Italus, ſubaudi, Futurus. Ipſe enim familiam Memmiorum conſtituit. Nobiles autem fuiſſe familias a Troianis Iuuen. oſtendit Sat. 1, 100 — iubet a praecone vocari Ipſos Troiugenas. A quo nomine, ſcilicet Mneſthei, ducunt Memmii genus. Seruius.

MEMMIADES *Patronymicum Graeco more formatum, pro* Memmio, *ad quem ſcribit* Lucretius 1, 45.

MEMNON, ŏnis. m. [Μέμνων] *Filius Tithoni et Aurorae, qui Troianis ex Oriente ferens auxilia, et fortiter pugnans, ab Achille occiſus fuit. Ad cuius ſepulcrum, quod eſt prope Ilium, quotannis ex Aethiopia volant aues, quas vocant Memnonias. Vid.* Ouid. Met. 13, 595. Niger Memnon Virg. Aen. 1, 493. *Dux Aethiopum.*

MEMNONIVS, a, um. Adi. [Μεμνόνιος] Color Memnonius, *Niger* Ouid. ex Pont. 3, 3, 96. Domus Memnoniae Properr. 1, 6, 4. Regna Lucan. 3, 284. *Intelligit Parthos et Babylonios.* Iſid. 12, 7 Memnonides aues Aegyptiae appellatae a loco vbi Memnon periit. Nam cateruatim aduolare dicuntur ex Aegypto ad Ilium iuxta Memnonis ſepulcrum, et proinde eas Ilienſes Memnonias vocant. Quinto autem anno ad Ilium veniunt, et cum biduo circumuolauerint, tertia die ineuntes pugnam viciſſim ſe vnguibus roſtriſque dilacerant.

MEMNONIDES. [Μεμνονίδες] *Aues ex cineribus Memnonis.* Ouid. Met. 13, 618. *Vid.* Iſidor. *loco quem modo dedimus.*

MEMOR, MEMORIA, MEMORITER, MEMORO, *vid.* MEMINI.

MEMPHIS. [Μέμφις] *Aegypti vrbs capitalis, vnde pro tota Aegypto interdum nominatur.* Martial. 1, 1 Barbara pyramidum ſileat miracula Memphis. Carens Sithonia niue Memphis Hor. Carm. 3, 26, 10.

MEMPHĪTIS, ĭdis. Patronym. [Μεμφιτὶς] Iuuen. Sat. 15, 122 Anne aliam terra Memphitide ſicca Inuidiam facerent nolenti ſurgere Nilo? Memphitis, *item Marmoris genus* Plin. 36, 17. Iſidor. 16, 4.

MEMPHĪTES. Patronym. m. [Μεμφίτης] *ponitur loco adiectiui.* Tibull. 1, 7, 28 Barbara Memphiten plangere docta bouem.

MEMPHITĬCVS, a, um. Adi. [Μεμφιτικὸς] Martial. 14, 38 Dat chartis agiles calamos Memphitica tellus. Ouid. de Arte Am. 1, 77 Neu fuge Niligenae Memphitica ſacra iuuencae. Enſis Memphiticus Lucan. 10, 5.

M E N

MENA. *Apud* Romanos fuit dea, quae menſtruis fluoribus praeeſſe putabatur. *Vid.* Auguſtin. de Ciu. Dei 4, 11. *et* 7, 2.

MENA. [μαινὶς] *Piſcis. Vid.* MAENA.

MENAECHMI. *Apud* Plautum *comoedia, in qua* Menaechmus *introducitur.*

MENAEVS. *Apud* Vitruu. 9, 8 *legebatur. i.* μηναῖος, *Menſtruus, pro quo tamen hodie legitur* Manacus. *v. v.*

MENAIS, ĭdis. f. *Herba* magica ſerpentium ictus ſanans Plin. 24, 17. *Harduin. legit* Minyas.

MENALIPPE. [Μεναλίππη] *fuit Antiopes Amazonum reginae ſoror. Haec ab Hercule capta fuit in bello, quod contra Amazones geſſit.* Iuuen. Sat. 8, 220 Syrma vel Antigones, ſeu perſonam Menalippes. *De confuſione nominum* Menalippe *et* Melanippe *vid. Muncker. ad* Hygin. f. 186.

MENALIPPVS. [Μενάλιππος] *Tydei fuit interfector, cui caput ante obitum corroſit Tydeus ex rabie, qui apud* Stat. Theb. 8, 740 *ita vociferatur,* Caput ô caput, ô mihi ſi quis Adportet Menalippe tuum.

MENANDER. [Μένανδρος] *Athenienſis comicus nouae comoediae. Vid.* Quinctil. 10, 1. *et* Phaedr. 1, 5, 18. Facundus Menander Stat. Silu. 2, 1, 114. Fabula iucundi nulla eſt ſine amore Menandri Ouid. Triſt. 2, 369. Menandrus *et* Menander, *vtroque modo* dicitur. Propert. 3, 21, 28 Librorumque tuos docte Menandre ſales.

MENANDRĒVS, a, um. Adi. [Μενάνδρειος] Propert. 2, 6, 3 Turba Menandreae fuerat nec Thaidos olim Tanta.

MENANDRĬCVS, a, um. Adi. *Idem.* Menandricus fluxus Tertull. de Pallio c. 4. *Alii* Maeandricus. *Adde Salmaſium ibidem* p. 339.

MENCEPS. Mente captus Priſcian. 5 p. 668. *vt,* Auceps, *aues capiens.*

MENDA, ae. f. *et* MENDVM, i. n. [πταῖσμα] *Error, ſiue erratum.* Caecin. ad Cic. Fam. 6, 7 Mendum ſcripturae litura tollitur. *Hinc eſt* Emendare. Cic. Att. 2, 7 Caſtricianum mendum nos corrigemus. Idem Att. 13, 23 Tantum librariorum menda tolluntur. *Metaph.* Facies menda caret Ouid. de Arte Am. 3, 781. *i. labe, macula.* Cic. Att. 14, 24 Idus Martiae magnum mendum Continent. Idem Verr. Act. 1, 104 Quid fuit antea ſcriptum? quod mendum iſta litura Correxit? Eximere mendas de corpore Ouid. de Arte Am. 2, 653. Nocte latent mendae Idem ibid. 1, 249. in toto nuſquam corpore menda fuit Idem Amor. 1, 5, 18.

MENDŌSVS, a, um. Adi. [πταισμώδης] *Plenum mendis et erratis.* Exemplar mendoſum, *apud* Plin. Epiſt. 10, 75. Nihil mendoſum, ſed recte atque integre ſcriptum Gell. 18, 9. Hiſtoria mendoſior Cic. de Clar. Orat. 62 c. 16. Mendoſum eſt deeſſe aliquam partem, et ſuperare *etc.* Id. de Orat. 2, 83. *i. Vitioſus, inquit Budaeus.* Librarius Id. Verr. 4 (2) c. 77. Mendoſus et mendax Hor. Epiſt. 1, 16, 40. Facies Ouid. Met. 12, 399. Natura, *Vitioſa* Hor. Serm. 1, 6, 66. Mores Ouid. Amor. 2, 4, 1.

MENDŌSE. Adu. *Incorrecte, inemendate.* Cic. Q. Fratr. 3, 5 De Latinis vero, quo me vertam neſcio, ita mendoſe et ſcribuntur et veneunt. Mendoſe colligis, *inquit* Perſ. 5. 85. *i. Vitioſe.* Reddere mendoſe cauſas Lucret. 4, 506. Mendoſe, *Perperam, male.* Id. 4. 519 Omnia mendoſe fieri, atque obſtipa neceſſum eſt. Eius ars, quam edidit, mihi Mendoſiſſime ſcripta videtur Cic. de Inu. 1 c. 6.

MENDOSĬTAS, ātis. f. *Apud* Auguſtinum Epiſt. 10, 3. *et* Retract. 1, 1.

MENDACIVM. i. n. [ψεῦδος, ψευδολογία] *Vero opponitur.* Linguae blandae mendacia Ouid. Epiſt. 5, 55. Calidum audiui eſſe optumum mendacium Plaut. Moſt. 3, 1, 136. Callidum mendacium, Infacetum, *vid. hh. vv.* Magna Stat. Silu. 4, 6, 43. Magnum et impudens Cic. pro Cluent. 168 c. 60. Nullum tam Impudens eſt menda-

mendacium, vt teſte careat Plin. 8, 22 ſ. 34. Officioſa Auguſtin. Ep. 8 c. 3. *et* 9 c. 3. Prodigioſa Ouid. Amor. 3, 6, 17. Accommodare mendacium, Componere, Conflare, *vid. hh. vv.* Haec eſt mendaciorum natura, vt Cohaerere non poſſint Lactant. 5, 3 *pr.* Dicere mendacium alicui Cic. de Petit. Conſ. 37. Dicere mendacium et Mentiri, quemadmodum diſtent, P. Nigidius (*inquit* Nonius 5, 80) ſtudiis bonarum artium praeclariſſimus, manifeſtiſſime ſeparauit, Qui mentitur, ipſe non falſus, alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipſe fallitur. Quantum in ſe eſt, vir bonus praeſtare debet, vt non mentiatur: prudens, ne mendacium dicat. Alterum iudicet in homine, alterum non. *Conf.* Gell. 11, 11 *qui vltima verba ita legit,* Alterum incidit in hominem, alterum non. *Saepe tamen* Mendacium dicere *idem ſignificat quod* Mentiri: *vt apud* Nep. 25, 15, 1. *et* Quinctil. 12, 1, 38. Eluditur mendacium mendacio Idem 6, 3. Facere mendacium Idem 5, 4. Fallere mendacio Cic. pro Muraen. 92 c. 30. Perducere aliquem ad mendacium, *vid.* PERDVCO. Vti mendacio pro argumento Scribon. Ep.

MENDACIVNCŬLVM, i. n. Dimin. [ψευδύλλιον] Cic. de Orat. 2, 241 c. 59 Quod tamen eſt mendaciunculis adſpergendum. *Quidam hic legunt* Mendaciolis.

MENDAX, ācis. Adi. [ψεύστης, ψεύδης] *Proprie, Qui frequenter dicit mendacium.* Cic. pro Roſc. Com. 46 At quid intereſt inter periurum et mendacem? qui mentiri ſolet, peierare conſueuit. Mendaci homini ne verum quidem dicenti credere ſolemus Idem de Diuin. 2 c. 71. *Conf.* Hieron. Ep. 2. Mendacem memorem eſſe oportet. *Vid.* Apul. Apol. p. 318. Quinctil. 4, 2, 91. Plaut. Men. 2, 2, 58 Edepol haud mendacia tua verba. Ouid. Epiſt. 2, 11 Saepe fui mendax pro te mihi, ſaepe putaui Alba procelloſos vela referre Notos. Splendide mendax in parentem periurium *Hypſipyle Danaidum vna, i. honeſte illum fallens* Hor. Carm. 3, 11, 35. Mendax huius rei eſt, *i. De hac re mentitur* Plaut. Aſin. 5, 2, 5. Damnum mendax Ouid. de Arte Am. 1, 431. Fama Propert. 4, 2, 19. Forma Ouid. Met. 3, 439. Fundus, *Qui plus promittit, quam praeſtat* Hor. Carm. 3, 1, 30. Nuntius Claud. de Bell. Get. 366. Os Ouid. Met. 9, 322. Somnus Tibull. 3, 4, 12. Speculum Ouid. Triſt. 3, 7, 38. Vir Virg. Aen. 8, 644. *Compar.* Hor. Epiſt. 2, 1, 112 Inuenior Parthis mendacior. *Ex eo ſunt Parthi mendaces, quod fugientes et tergo verſo ſimulent ſe pugnare nolle, quum tamen fugiendo maxime pugnent. Alii, Parthos omnium hominum eſſe mendaciſſimos. Et quidem ita Muretus hunc locum explicat. Sed priorem ſequitur Lambinus. Superl.* Plaut. Rud. 3, 4, 49. *Et* Columel. Praefat. Salutatoris mendaciſſimum Aucupium.

MENDACĬLOQVVS, a, um. Adi. [ψευδολόγος] *Qui mendacium loquitur.* Plaut. Trin. 1, 2, 163 Nihil eſt profecto ſtultius, neque ſtolidius, neque mendaciloquius, neque argutum magis.

MENDACILOQVIVM, i. n. ψευδολογία Gloſſ. Gr. Lat.

MENDACĬTER. Adu. Solin c. 4. Auguſtin. *ad* Hieron. Ep. 9, 4. Arnob. 5. aduerſus Gentes p. 166. *it.* l. 1 p. 33. *Superl.* Auguſtin. lib. 1 (*al.* 5) contra Iulian. c. 104. *it.* de Morib. Eccleſ. Cathol. c. 17.

MENDACĬTAS, ātis. f. *Apud* Tertull. de Praeſcript. c. 13.

MENDESIVM. [μενδήσιον] *Vnguentum.* Plin. 13, 1 *ita deſcribit, vt fiat* balanino reſina mixta.

MENDĪCVS, a, um. Adi. [πτωχὸς, ἐπαίτης προσαίτης] *Inops, et alienam miſericordiam implorans paruae ſtipis cauſa. Satis abſurdae ſunt veterum etymologiae.* Feſtus, Mendicum dici Verrius putat a mente eius, quam fefellerit fortuna: vel quod precetur quemque, vt vitae ſuae medeatur cibo. Varr. de L. L. 4, 17 Mendicus a minus: cui quum opus eſt, minus nullo eſt. *Nugatorium illud eſt,* Vna litera plus ſum quam medicus. GR. tum tu Mendicus es. CA. Tetigiſti acu Plaut. Rud. 5, 2, 18. Placet ille meus mihi Mendicus: ſuus rex reginae placet Id. Stich. 1, 2, 76. Viderunt, ex Mendicis fieri repente diuites Cic. Phil. 8 c. 3. *Add.* Hor. Sat. 1, 2, 2. Habitu mendico ſemper incedit Apul. Met. 1 p. 112, 6. Plaut. Bacchid. 3, 4, 16 Mendicum malim mendicando viuere. Cic. de Finib. 5, 84 Paupertas ſi malum eſt, mendicus beatus eſſe non poteſt, quamuis ſit ſapiens. Mendicum *ſ.* Mendicium dici putant velum, quod in prora ponitur. Feſtus. *Comp.* Mendicior, us. Tertull. de Anima c. 33. Ambroſ. Serm. 81 p. 380. *Superl. ap.* Cic. pro Muraen. 61 c. 29 Sapientes, ſi mendiciſſimi ſint, etiam diuites eſſe. ¶ 2 *Metaph.* Cic. de Orat. 3, 92 c. 24 Inſtrumentum autem hoc forenſe, litigioſum, acre tractatum ex vulgi opinionibus, exiguum ſane atque mendicum eſt.

MENDĪCE. Adu. Sen. Epiſt. 33 Non tam mendice tecum agam, ſed plena manu fiet. *Compar.* Tertull. de Pallio *extr.* Credo ne mendicius patre coenaſſet.

MENDICVĬVS, i. m. Dimin. [πτωχάριον] Cic. in Catil. 2, 5 c. 3 Collectum ex ſenibus deſperatis, ex agreſti luxuria, ex ruſticis mendiculis, ex decoctoribus, *etc. Sed omittunt inde a Grutero.*

MENDICVLA *ficticium nomen veſtis apud* Plaut. Epid. 2, 2, 39 Quid erat induta? an regillam induculam? an mendiculam? *Ludit in oppoſitione nominum.*

MENDĪCO, āre. [πτωχεύω, ἐπαιτέω, προσαιτέω] *Vitae alimenta oſtiatim poſtulare.* Iuuen. Sat. 6, 542 Arcanam Iudaea tremens mendicat in aurem. *Add.* Id. 4, 117. Sen. Controu. 33. *tractatur hoc thema,* Quidam expoſitos debilitabat, et debilitatos mendicare cogebat, ac mercedem exigebat ab eis. Reip. laeſae accuſatur. *Hinc plures formae peti poſſunt.* Mendicare ſibi malum, *per metaphoram dixit* Plaut. Amphit. 4, 2, 12. ¶ 2 *Depon.* Mendicarier, *pro* Mendicare, *apud* Plaut. in Vidul. Malim moriri meos quam mendicarier Nonius 2, 541.

MENDĪCANS, antis. Partic. [πτωχεύων] Plaut. Capt. 2, 2, 73 Vbi minime honeſtum eſt mendicantem viuere.

MENDICĀTVS, a, um. *Aliud* Partic. [πτωχευθεὶς] Cibo mendicato paſci Ouid. Triſt. 5, 8, 14.

MENDĪCĬTAS, ātis. f. [πτωχεία] Cic. pro Roſc. Amer. 86 In hac enim cauſa quum viderent illos ampliſſimam materiam poſſidere, hunc in ſumma mendicitate eſſe. Offerre mendicitatem Plaut. Rud. 2, 6, 30. Conſors mendicitatis Cic. pro Flac. 35. Perpeti mendicitatem Id. de Fin. 5, 32 c. 11. Emergere ex mendicitate Id. in Vatin. 23 c. 9. Detrudere ſe ad mendicitatem Plaut. Menaechm. 1, 3, 21.

MENDICĀTIO, ōnis. f. Senec. Epiſt. 101 Quid ſibi vult tam foeda vitae mendicatio? Firmic. 1, 3.

MENDICIMONIVM, i. n. [προσαίτησις] *Pro eodem accepit* Laber. *teſte* Nonio 2, 55. *Conf.* Gell. 16, 17.

MENDICABŬLVM, i. n. [ἐπαίτησις] *Mendicus* Plaut. Aul. 4, 8, 3 Nam iſtos reges caeteros memorare nolo hominum mendicabula. Nonius 2, 541. Apul. Florid. 1 *fin.* Palliata mendicabula obambulant. *Add.* Apul. Apol. p. 288. *Videtur autem forma nominis potius rem, quam hominem notare, ac poſitum deinde per metonymiam, vt* Scelus *pro* Sceleſto.

MENDICABVNDVS, a, um. Adi. *Mendicans.* Auguſtin. Epiſt. 140 Mendicabunda prece ſtipem rogare.

MENDOSVS, MENDVM, *vid.* MENDA.

MENELAËTVS. Auis ex aquilarum genere, minima magnitudine, viribus praecipua, colore nigricans, quae ſola foetus ſuos alit, frequensque verſatur in montibus Plin. 10, 3.

MENELĀVS. [Μενέλαος] *Filius Atrei, frater Agamemnonis, Rex Spartae ciuitatis, et maritus Helenae, quam rapuit ei Paris. Quantitatem doceat* Hor. Sat. 2, 3, 198 Inclytum Vlyſſem Et Menelaum vna mecum ſe occidere clamans. Menelaum ipſum, dulcem illum quidem tradit Homerus, ſed pauca dicentem Cic. de Clar. Orat. 50. Menelai portus, *inter Cyrenas et Aegyptum, de quo* Nep. in Ageſil. c. 8 n. 6.

MENELAĒVS. Adi. Propert. 2, 15, 13 Ipſe Paris nuda fertur periiſſe Lacaena, Cum Menelaeo ſurgeret e thalamo.

MENENIA *Gens, Romae fuit, ex qua* Agrippa Menenius C. F. Lanatus COS. cum P. Poſtumio Ann. CCL. Caſſiodorus. *Legatus ad plebem in ſacrum montem, fabula illa de membris corporis humani inter ſe diſſidentibus, pacem impetrauit. Vid.* Liu. 2, 32.

MENĔPHRON. [Μενέφρων] *Viri proprium, qui cum matre concubuit, auctore* Ouid. Met. 7, 387. *Vid.* Hygin. Fab. 25.

MENERVO, Moneo. Vox antiqua et obſoleta, vnde Promenervat, Monet, in Saliari carmine: et Menerua poſtea Minerua. *Vid. Scal.* Coniect. *in* Varr. *voce* Minerua.

MENESTHEVS. *Auriga Diomedis, de quo* Stat. Theb. 6, 712. *Alius fuit Athenarum dux, Theſei et Phedrae filius, ac frater Demophoontis.*

MENIANVM, i. *pl.* MENIANA, *vid.* MAENIVS.

MENINX. [Μῆνιγξ] Inſula eſt, *teſte* Plin. 5, 7. circa Africam clariſſima, longitudine XXXV. mill. paſſ. latitudine XXV. ab Eratoſthene Lotophagitis appellata. *Add.* Sil. 3, 318. ¶ 2 *Item Cerebri inuolucra, quae vulgo Duram et Piam Matrem vocant. A Graecis* μήνιγγες ſ. meninges *vocantur, vnde*

MENINGOPHŸLAX [μηνιγγοφύλαξ] cuſtos illius membranae, *quae cerebrum veſtit, inſtrumentum, quod deſcribit* Celſ 8, 3.

MENIPPVS Stratonicenſis, *in* tota Aſia diſertiſſimus, *praeceptor* Ciceronis, *vt ipſe in* Bruto 315. *teſtatur*, Poſt a me, *inquit*, Aſia tota peragrata eſt, cum ſummis quidem oratoribus, quibuscum exercebar ipſis lubentibus; quorum princeps erat Menippus Stratonicenſis, meo iudicio tota Aſia illis temporibus diſertiſſimus; et ſi nihil habere moleſtiarum, nec ineptiarum, Atticorum eſt, hic Orator in illis numerari recte poteſt. ¶ 2 *Alium eius nominis* Macrobius *adducit* Menippum, quem philoſophum et ſeruum fuiſſe *tradit*, ſcripſiſſeque libros, quos in Satiris M. Varro imitatur, quas MENIPPEAS nominauit; alii vero Cynicas. *Vide ipſum* Macrob. Saturn. 1, 11.

MENIS. *Lunula in fronte librorum ad ornatum depicta. Sic Turneb. Aduerſ.* 22, 10 *explicat illud* Auſon. Profeſſ. Coronide, p. 187 Toll. Quos legis a prima doctores Menide libri Doctores patriae ſcito fuiſſe meae *Oppoſitum ſignum in fine* Coronis. *v. v.*

MENIVS. [Μήνιος] Lycaonis filius, qui quum, patre in lupum verſo, et domo conflagrante, Iouem deteſtaretur, ab eodem fulmine percuſſus eſt Ouid. in Ibin 472.

MENNONIA, ae. f. *Gemmae nomen apud* Plin. 37, 10.

MENO. *Verb. antiq. pro Recordor. Vnde* Memini, *v. v.*

MENION, i. n. *Herba, al. Paeonia.* Apul. de Herb. c. 64.

MENISCOR, ſci. *Vnde* Comminiſcor, Reminiſcor, *quae* Varro L. L. 5, 6. *Simpliciter a* mentis *nomine deriuat.*

MENOECEVS. *Iuuenis Thebanus, filius Creontis, qui pro patriae ſalute ſanguinem ſuum, atque adeo vitam ipſam ſponte profudit.* Stat. Theb. 7, 251 Video, quae noſter ſigna Menoeceus, Quae noſter gerat arma Creon. *Add.* Stat. Theb. 10, 840. *et* Cic. Tuſc. 1, 116.

MENOETES. [Μενοίτης] *Nomen vnius ex ſociis Aeneae, qui gubernator fuit nauis, cui nomen erat Centauro.* Virg. Aen. 5, 161 Rectorem nauis compellat voce Menoetem.

MENOETIVS. [Μενοίτιος] *Filius Actoris pater Patrocli; vnde et Patroclum* Menoetiadem *vocant Poëtae.* Ouid. Epiſt. 3, 23 Ipſe Menoetiades tunc quum tradebar, in aurem, *etc.* Propert. 2, 1, 38.

MENOGENON, i. n. *Herba.* Apul. de Herb. c. 64.

MENS, mentis. f. [νοῦς, φρὴν] *Animus noſter, rector ille corporis, in quantum cogitat, intelligit, vult etc. Recte deriuat a* μένος, *vt gens a* γένος *Voſſ. Inſt. Or.* 4, 13 *p.* 253. Mentis, *nominatiuus*, Enn. *ſecundum Scalig. ad* Varr. L. L. 4, 17. *Citat* Priſcian. 7 p. 764 *ex* Ennio, Terra corpus eſt, at mentis ignis eſt. Liu. 1, 58 Mens peccat non corpus. Lactant. 7, 12 Primum non idem eſt Mens et Anima: aliud eſt enim quo viuimus, aliud quo cogitamus. Nam dormientium mens, non anima ſopitur; et in furioſis mens exſtinguitur, anima manet. Cic. Off. 1, 105 Hominis autem mens diſcendo alitur, et cogitando ſemper aliquid aut inquirit, aut agit, videndique et audiendi delectatione ducitur. Plaut. Ciſt. 2, 1, 5 Nullam mentem animi habeo. Mens, *Voluntas, ſententia, et quam vulgus* intentionem *vocat.* Virg. Aen. 1, 308 In primis regina quietum Accipit in Teucros animum, mentemque benignam. Vna mens omnibus Virg. Georg. 4, 212. Cic. de Orat. 1, 380 Ego autem defenderem hac eum mente fuiſſe, *etc.* Nep. 9, 4, 4 Hac mente magnam contrahunt claſſem. *Add.* 16, 1, 4. Senatus princeps ſalutis mentisque publicae Cic. de Aruſp. Reſp. 58. *i. conſiliorum capiendorum auctor.* Quae mens eum aut quorum conſilia a tanta gloria auocarint? Cic. Fam. 10, 24. Mens, *pro Memoria.* Cic. in Brut. 219 *de Curione:* Tum Brutus admirans, Tantamne fuiſſe obliuionem, inquit, in ſcripto praeſertim, vt ne legens quidem vnquam ſenſerit, quantum flagitii commiſiſſet? *Paullo poſt,* Iam qui hac parte animi, quae cuſtos eſt caeterarum ingenii partium, tam debilis eſſet, vt ne in ſcripto quidem meminiſſet, quid paullo ante poſuiſſet, huic minime mirum eſt ex tempore dicenti ſolitam effluere mentem. Mens, *de Conſilio, quod alteri damus* Virg. Aen. 1, 680 Qua facere id poſſis, noſtram nunc accipe mentem. Mens, *pro Anima qua viuimus* Prudent. Hymn. ad Exequias 34. Mens, *Dea apud Romanos* Ouid. Faſt. 6, 241. Liu. 23, 31. *Quae et aliquando* Bona Mens *appellatur* Propert. 3, 23, 19. *Conf. Paſſerat. h. l.* Auguſtin. de C. D. 7, 3. *Cuper. Obſ.* 2, 17. *Inprimis in exitu conuiuiorum moris erat optare* bonam mentem. *Vid. Scheffer. ad* Petron. c. 61 p. 306. *Vid.* n. 3 Bona mens. Cic. Verr. 5, 35 O dii immortales, quid intereſt inter

inter mentes hominum et cogitationes. Cic. pro Muraen. 1 Vt veſtrae mentes atque ſententiae cum Populi Romani voluntate ſuffragiiſque conſentiant. Id. de Aruſp. Reſp. 41 Vt dolerent boni omnes, non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatemque eſſe conuerſa.

¶ 2 *Iam formulas ponemus, et eas primum, vbi* Mens *genitiuo caſu ponitur poſt alia nomina:* Agitatio mentis Quinctil. 1, 1. Agitatus mentis Varr. de L. L. 5, 6. Alienatio Plin. 21, 21. Scribon. 179. Compos mentis, *Idem quod Sanae mentis, vel ſuae mentis.* Cic. in Piſon. 48 Praeſidium tu Populi Romani, cuſtodiam prouinciae, iniuſſu Populi Senatuſque dimiſiſſes, ſi tuae mentis Compos fuiſſes. Commotus mente Plin. 23, 1. Ouid. Met. 10, 445.

— non toto pectore ſenſit
Laetitiam virgo, praeſagaque pectora moerent.
Sed tamen et gaudet: tanta eſt Diſcordia mentis.

Ouid. Met. 9, 409 Attonituſque malis, Exul mentiſque, domuſque. Ouid. Met. 5, 568

Vertitur extemplo Facies et mentis, et oris;
Nam modo quae poterat Diti quoque moeſta videri,
Laeta deae frons eſt.

Ferox mentis Ouid. Met. 8, 613. Gaudia mala mentis Virg. Aen. 6, 278. Ouid. Met. 2, 200 — minitantem cuſpide vidit Mentis Inops. Integer mentis, *vid.* INTEGER. Quinctil. 2, 9 Diſcipulos id vnum interim moneo, vt praeceptores ſuos non minus, quam ipſa ſtudia ament: et Parentes eſſe non quidem corporum, ſed mentium credant. Non Potens mentis Senec. Thyeſt. 7. Praeſagia Ouid. Met. 15, 440. Quaeſtio Quinctil. 3, 6. Ouid. Epiſt. 12, 32 Tunc ego te vidi, tunc coepi ſcire quis eſſes, Illa fuit mentis prima Ruina meae. Stat. Theb. 3, 246 Arcem hanc aeternam, mentiſque Sacraria noſtrae Teſtor. *Verba ſunt Iouis.* Lucret. 5, 104 Via qua munita fidei Proxima fert humanum in pectus, Templaque mentis. *h. e. In ſecreta mentis et interioris animi, qui res a ſenſibus cognitas iudicat et diſcernit.* Tumultus Hor. Carm. 2, 16, 11. Vitium Ouid. Amor. 1, 10, 14. Anxius mentem Stat. Theb. 12, 193.

¶ 3 *Epitheta.* Abderitica mens, *i. Stupida. Vid.* ABDERITA, ae. Ouid. Amor. 3, 4, 5 Vt iam ſeruâris bene corpus, Adultera mens eſt. Aegra Tibul. 3, 4, 19. Altae mentis capax animal Ouid. Met 1, 76. *h. e. Diuinae mentis particeps homo.* Antiqua Ouid. Met. 2, 485. *i. Priſtinus animus.* Valer. Argon. 7, 244 Nulla quies animo, nullus ſopor, Arida mens eſt. Armata mens dolis Sil. 1, 188. Arrectae mentes, ſtupefactaque corda Virg. Aen. 5, 643. Auerſa deae mens, *i. Non fauens nobis* Virg. Aen. 2, 170. Auguſta Ouid. Met. 15, 145. Auida bellis Lucan. 6, 29. Bona Perſ. 2, 8. Mens Bona ducetur manibus poſt terga retortis, et pudor, et caſtris quidquid amoris obeſt Ouid. Amor. 1, 2, 31. Bonae mentis iuuenes Quinctil. 2, 12. *Sed vid. mox* Melior. Bonae mentis ſoror paupertas Petron. c. 84. Demetrium memini dicere cuidam libertino potenti, facilem ſibi eſſe ad diuitias viam, quo die ipſum poenituiſſet Bonae mentis Sen. Qu. Nat. l. 4 praef. Roga Bonam mentem Sen. Ep. 10. Bona mens *Dea, vt vidimus modo n. 1.* Caeca futuri mens hominum Stat. Theb. 5, 719. Ouid. Amor. 1, 2, 11 Ipſe ego praeda recens, factum modo vulnus habebo, Et noua Captiua vincula mente feram, Circumflua luxu Claud. in Conſ. Prob. *et* Olyb. 40. Commota Hor. Serm. 2, 3, 278. Virg. Aen. 2, 736 Hic mihi neſcio quod trepido male numen amicum Confuſam eripuit mentem. Conſcelerata, *vid.* CONSCELERO. Conſcia, *vid.* CONSCIVS. Conſcia ſibi mens facti Lucret. 3, 1031. Conſcia ſibi mens recti Virg. Aen. 1, 608. Crudelior ipſo mens pelago Ouid. Met. 11, 701. Cupida Id. Epiſt. 6, 71. Dira Virg. Aen. 2, 519. Diuinae mentis pars Id. Georg. 4, 220. Lactant. 1, 4 Quis enim mentis Emotae, non modo futura praecinere, ſed etiam cohaerentia loqui poſſit? *i. Quis furioſus, etc.* Erecta mens circa ſtudia Quinctil. 1, 3. Facilis ad peiora Id. 1, 2. Firmata Ouid. Rem. Amor. 245. Fluxa ſenio Tacit. Ann. 5. Fortis Ouid. Amor. 3, 2, 1?. Fragilis Stat. Theb. 10, 165. Frigida Lucret. 3, 300. Furiata mente iuuenis Virg. Aen. 2, 406. Furtiua Ouid. Epiſt. 17, 265. Generoſa Id. Triſt. 3, 5, 32. Honeſta Senec. Phoeniſſ. ſ. 1. Humanae Ouid. Met. 1, 55. Ignara culpae Stat. Silu. 4, 6, 92. Ignea Sil. 3, 136. *i. Caeleſtis, et ardens omni virtute.* Illiberalis Quinctil. 1, 3. Impenetrabilis irae mens Sil. 7, 561. Impia Senec. Octau. ſ. 5. Impigrae experientia mentis Lucret. 5, 1451. Impoſta mens cunctis Stat. Theb. 1, 227. Incertae diſcordia mentis Ouid. Met. 9, 629. Incertae mentis leuitas, et mobile pectus Sil. 16, 147. Infirma Ouid. Epiſt. 19, 7. Infixa in imagines, *vid.* INFIGO. Inſana Tibull. 2, 6, 18. Integra Hor. Carm. 1, 31, 19. Intenta malis Ouid. Triſt. 4, 1, 4. Interrita mens lethi Id. Met. 10, 616. Inuicta Sil. 4, 193. Laeua Virg. Ecl. 1, 16. Lapſae ſpes et mentes Sil. 10, 310. Liberae Quinctil. 5, 11. Lymphata Hor. Carm. 1, 37, 14. Maculatae crimine Sil. 11, 200. Virg. Aen. 6, 12 — Magnam cui mentem animumque Delius inſpirat vates. *De Sibylla.* Mala. Ingeret hic potus iuuenis maledicta puellae, poſtmodo quae votis irrita facta velit: nam ferus ille ſuae plorabit ſobrius idem, et ſe iurabit mente fuiſſe Mala Tibull. 2, 5, 101 ſeqq. *Conf. h. l. Brouckhuſ. it.* Senec. de Benef. 3, 27. Melior. Cic. pro Quintio 4 c. 1 Eo te — Meliori mente verba noſtra audire oportebit, *i. tanto maiore beneuolentia.* Miſerae hominum mentes Lucret. 2, 14. Nutrita mens et indoles ſub fauſtis penetralibus Hor. Carm. 4, 4, 25. Pernicioſiſſima mens, multiſque malo futura Quinctil. 5, 9. Perturbata animi mens in moerore Lucret. 6, 1181. Pia Ouid. Met. 8, 767. Placida et alta Quinctil. 6 prooem. Idem 6, 5 Quo genere defenſionis etiam oſtendiſſet nondum Praemollitas iudicum mentes. Praeſaga mali Virg. Aen. 10, 843. Praeſcia Sil. 16, 89. Priſtina Ouid. Met. 3, 104. Claud. de Bell. Get. 85 — qui mente Profunda Hauſerat vrbis opes. Mentem *vocat Cupiditatem.* Profuſa, *Liberalis* Stat. Silu. 3, 1, 91

Tune, inquit, largitor opum, qui mente Profuſa
Tecta Dicarchaei pariter, iuuenemque repleſti
Parthenopen? *etc.*

Prona mens in ferrum Lucan. 1, 456: In ferrum, *In caedes.* Prouida Ouid. Met. 7, 712. Releuata ab hac cura Id. Triſt. 1, 11, 12. Rudis Quinctil. 1, 11. Ouid. Faſt. 6, 6 Impetus hic ſacrae ſemina mentis habet. Sagax Lucret. 1, 1021. Sanae mentis compos Ouid. Met. 8, 35. Segnis ad artem Claud. in Eutrop. 1, . . . Seuera Id. in pr. Conſ. Stilic. 26. Claud. Conſ. Hon. 4, 229 — aethereis miſcens terrena Prometheus, Sinceram patri mentem furatus Olympo, *etc.* Sobria Claud. in Eutrop. 1, 229. Solida, *Conſtans* Hor. Carm. 3, 3, 4. Stolidae praecordia mentis Ouid. Met. 11, 149. Surda, *vid.* SVRDVS. Temperata Hor. Carm. 2, 3, 3. Tenerae Quinctil. 2, 4. Triſtis Ouid. Epiſt. 12, 148. Turbata Virg. Aen. 11, 3. Virg. Georg. 3, 3 Caetera quae Vacuas tenuiſſent carmina mentes Omnia iam vulgata.

¶ 4 *Verborum formulae:* Abalienare mentem Scribon. 192. Abalienari mente 181. Accendere mentes in praelia Sil. 4, 170. Accipere benignam mentem in aliquam Virg. Aen. 1, 308. Addere mentibus, *vid.* ADDO. Addere ardorem mentibus Virg. Aen. 9, 184. Adhibent ſolatia ſurdae menti Ouid. Met. 9, 653. Adiicere mentem dictis, *Auſcultare diligenter* Ouid. Met. 14, 319. Aduertite mentes faciles Ouid. de Arte Am. 1, 267. Aduerte huc mentem, *vid.* ADVERTO. Agitare aliquid mente Ouid. Faſt. 1, 93. Virg. Aen. 9, 186 Aut pugnam, aut aliquid iamdudum inuadere magnum Mens Agitat mihi, *etc.* Agitatur furiis mens vecors Ouid. in Ibin 345. Agit ſuccenſas mentes libido Senec. Hippol. ſ. 4. Agor miſerae turbine mentis Ouid. Amor. 2, 9, 28. Agere in mente Varr. de L. L. 5, 6. Alienari mente, *vid.* ALIENO. Alere mollius teneras mentes more nutricum Quinctil. 2, 4. Amouere mentem Varr. de L. L. 5, 6. Ouid. Faſt. 1, 445 *de auibus*, Sed nihil iſta iuuant, quia linguae crimen habetis, Dîque putant mentes vos Aperire ſuas. Idem de Arte Am. 1, 241 Tunc Aperit mentes aeuo rariſſima noſtro Simplicitas. Appellere mentem ad philoſophiam, *vid.* APPELLO. Ardebant mentibus captis Ouid. Met. 4, 62. Captis, *amore.* Audire aequis mentibus Virg. Aen. 9, 234. Id. Ibid. 7, 273 — hunc illum poſcere fata, Et reor, et (ſi quid veri mens Augurat) opto. Calere morbo mentis aliquo Hor. Serm. 2, 3, 80. Captus mente, dicitur (*auctore* Feſto) quum mens ex hominum poteſtate abiit. Capere mente, *vid.* CAPIO. Carere bona mente Ouid. Amor. 2, 8, 10. Circumſpice celeri mente Id. Rem. Amor. 89. Quinctil. 5, 11 Nihil obſtat, quo minus iuſtum matrimonium ſit mente Coëuntium. Ouid. Met. 14, 352 Vt primum valido mentem Collegit ab aeſtu, Quid caperet faſſura fuit. Commoueri mente, *vid.* COMMOVEO. Componere mentem belligeram ſomno Sil. 3, 162. Comprehendere aliquid mente Cic. de Nat. Deor. 3, 21 c. 8 *extr.* Concidere mente, *vid.* CONCĬDO. Concipere aliquid mente Tacit. Ann. 2, 54. Concitare mentis furorem Scribon. 194. Concuſſa metu mente virago Virg. Aen. 12, 468. Conquaſſatur mens, animaeque poteſtas Lucret. 3, 599. Conſentire mente vna, *vid.* CONSENTIO. Conſiſtere mente, *vid.* CONSISTO. Virg. Aen. 1, 647 Aeneas (neque enim patrius Conſiſtere mentem Paſſus amor) rapidum ad naues praemittit Achatem. *i. quieſcere.* Conſitus caeca caligine mentis Catull. Argon. 62, 207. Conſpicere mente aliquem, *vid.* CONSPICIO. Conſtringere dubias mentes, *Coërcere* Lucan. 5, 256. Conuertere mentem alio Lucret. 4, 1058. Conuertere mentes hominum oratione, *vid.* CONVERTO. Corruere molem mentis Lucret. 3, 824 *h. e. in ruinam perditionemque dare.* Creſcit et ſeneſcit mens Idem 3, 447. Cic. pro Milon. 89 Hîc dii immortales mentem Dederunt illi perdito ac furioſo, vt huic faceret inſidias. *Supra dixerat*, Mentem iniecit: Ea, *inquit*, vis igitur ipſa, quae ſaepe incredibiles huic vrbi felicitates atque opes attulit, quae illam perniciem extinxit ac ſuſtulit, huic primum mentem Iniecit, vt vi irritare, ferroque laceſſere fortiſſimum virum auderet. *Significat autem* Mentem dare, *vel* iniicere, *Excitare deſiderium in pectore alicuius, ſubitoque ad aliquid gerendum impellere.* Virg. Georg. 3, 267 *de furore equarum agens*, Et mentem Venus ipſa dedit. Liu. 6, 18 *vbi Manlium plebis animos contra Patres inflammantem inducit:* Dii prohibeant haec; ſed nunquam propter me de caelo deſcendent: vobis dent mentem oportet vt prohibeatis, ſicut mihi dederunt armato togatoque, vt vos a barbaris hoſtibus, a ſuperbis defenderem ciuibus. Deditae mentes cum oculis, *vid.* DEDO. Deducere mentes Perſ. 5, 35. Deduci a mente et conſilio, *vid.* DEDVCO. Deficere tota mente Ouid. Met. 9, 635. Deflectere duram mentem Lucan. 3, 303. Demittere mentem, Deſperare Virg. Aen. 12, 609 Hinc totam infelix vulgatur fama per vrbem: Demittunt mentes: it ſciſſa veſte Latinus, *etc.* Seruius. Cic. Philipp. 13, 24 Tu vero qui te ab eodem Caeſare ornatum negare non potes, quid eſſes, ſi tibi ille non tam multa tribuiſſet? ecquo te tua virtus prouexiſſet? ecquo genus? in luſtris, popinis, alea, vino, tempus aetatis omne conſumſiſſes: vt faciebas, quum in gremiis mimarum mentem, mentumque Deponeres. Deprehendere aliquid memori mente Lucret. 3, 871. Deſiſtere a Cic. Fam. 5, 2. Deſtituunt verba paratam mentem Lucan. 5, 731. Diſcedere a mente Varr. de L. L. 5, 6. Catull. 60, 15 Nos alio mentes, alio Diuiſimus aures. Dominatur in aequas mentes Venus Lucan. 5, 727. Durat mentem Tacit. Ann. 3, 15. Efferveſcit in ira iracunda mens Lucret. 3, 296. Effluit illi mens, *vid. paullo ante* Mens, pro Memoria. Exacuere mentem ad varia conamina Sil. 7, 142. Excoquit mentem ignis acrior Senec. Herc. fur. ſ. 1. Excutere mentem alicui, *vid.* EXCVTIO. Explorant mentes deorum Sil. 5, 60. Extrahit mentem ſpes anxia Stat. Theb. 1, 322. Virg. Aen. 4, 319 — et iſtam Oro (ſi quis adhuc precibus locus) Exue mentem. Quinctil. 5, 10 Vt ſi dicam, bona mente Factum, ideoque palam. Ouid. de Arte Am. 3, 572 Hic fera compoſita vulnera mente Feret. Ferre aliquid iniqua mente Idem Met. 8, 634. Ferre aliquid placida mente Id. Ibid. 13, 214. Flectere mentem duram Id. Ibid. 9, 607. Flectere conſilium mentis crudelis Catull. Argon. 62, 136. Fodere mentes ſtimulo inuidiae Sil. 7, 512. Formandam quam optimis inſtitutis mentem infantium iudicat Quinctil. 1, 1 *de Chryſippo.* Formandae aſperioribus ſtudiis tenerae mentes Hor. Carm. 3, 24, 53. Ouid. Epiſt. 9, 135 Mens Fugit admonitu, friguſque perambulat artus. Gerere aliquid certa mente, *i. Obfirmata mente.* Idem Epiſt. 18, 38 Quid mecum certa praelia mente geris? Gerere ſollicitam mentem formidine Lucret. 3, 1062. Gerere tumores magnos mente, *Superbire* Lucan. 10, 99. Stat. Thebaid. 12, 494 Nulla autem effigies, nulli commiſſa metallo Forma Dei, mentes Habitare, et pectora gaudet. Hor. Epiſt. 2, 1, 53 Neuius in manibus non eſt, et mentibus Haeret Paene recens. Dii illum in eam mentem Impulerunt, Dii illi mentem dederunt, Dii illi mentem iniecerunt vt conaretur, *etc.* Cic. pro Milon. 85. Incidit mihi in mentem haec res, *vid.* INCĬDO. Incitatus mente, *vid.* INCITO. Induit in mentes animoſque hominum apologos Aeſopus, *vid.* INDVO. Quinct. 1, 11 Et mentem praecipue in aetate prima teneram adhuc, et rudem Inficiunt. Mens intelligentiaque noſtra Infixa in eas imagines, *etc.* Cic. de Nat. Deor. 1, 49. Infixa mentibus memoria alicuius, *vid.* INFIGO. Inhaereſcunt penitus in mentibus, *vid.* INHAEREO. Innectere mentem alicuius Senec. Hippol. 4. *Implicare.* Inſèrtare mentem caelo, *Caeleſtia inueſtigare animo* Stat. Theb. 3, 550. Inſidere in mente, *vid.* INSIDEO. Inſiſtere mente et animo in rem aliquam,

aliquam, *vid.* INSISTO. Inſtigat mentes furor Senec. Thyeſt. ſ. 1. Intrare, Irrumpere mentem deorum, *dicitur de vatibus: vid. Drackenb. ad* Sil. 1, 124. Intrare in mentem iudicis dicitur quippiam, *vid.* INTRO. Introſpice in mentem tuam ipſe, *vid.* INTROSPICIO. Labat mens Celſ. 4, 19. Labi mente, *vid.* LABOR, ĕris. Suet. Aug. c. 48. Laxarunt duram mentem munera Bacchi Sil. 11, 288. Loqui mente ſimulata Virg. Aen. 4, 105. Madet mens Lucret. 3, 478. *h. e. Tanquam ebria vacillat.* Mandare animis et mentibus, *vid.* MANDO, are. Mens mihi non manet certa ſede Hor. Carm. 1, 13, 4. Manet immota mens Virg. Aen. 4, 449. Mouere mentem Scribon. 185. Mulcere mentes Ouid. Met. 10, 301. Mutare, *vid.* MVTO. Mutat inſania mentem Virg. Aen. 4, 595. Negare rigida mente aliquid Ouid. Epiſt. 3, 96. Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 29 — diſſuaſor honeſti Luxus, et humanas oblimat copia mentes, *vid.* OBLIMO. Obtundere, *vid.* OBTVNDO. Pacificare Senec. Agamemn. 3. Peragrare omnia mente, animoque Lucret. 1, 75. Perculſa mentem formidine mater Virg. Georg. 4, 357. Perculſae ſemel mentes mobiles ad ſuperſtitionem Tacit. Ann. 1, 28. Perculſa mente dederunt lacrimas Virg. Aen. 9, 292. Percutit mentem pietas Stat. Theb. 11, 606. Perfert obſtinata mente Catull. 8, 11. Permanet firma mens Ouid. Epiſt. 16, 168. Permotus mente, *vid.* PERMOVEO. Virg. Aen. 4, 100 — habes tota quod mente Petiſti. Praecipitat mentem furor, iraque Id. Ibid. 2, 317. Praeditus alta mente, *vid.* ALTVS. Preſſus mentem formidine Virg. Aen. 3, 47. Receptum munus laeta mente Ouid. Amor. 2, 15, 3. Recludere mentes ſuperas, *Conſilia aperire Deorum* Sil. 1, 19. Ouid. Met. 9, 582 Mens tamen vt Rediit, pariter Rediere furores. Reducit ſpem Lyaeus anxiis mentibus Hor. Carm. 3, 21, 17. Relaxare mentem Senec. Hippol. 4. Relinquere aliquem ſuae menti Sil. 11, 326. Repetere aliquid mente inoblita Ouid. ex Pont. 4, 15, 37. Reponere mentem alicui, *Reddere animum* Valer. Argon. 7, 245. Repôſtum alta mente Virg. Aen. 1, 30. Reſtituere ebrio mentem Scribon. 12. Reuincire mentem amore Catull. 59, 33. Lucret. 3, 509

Et quoniam mentem Sanari, corpus vt aegrum
Cernimus, et flecti medicina poſſe videmus:
Id quoque praeſagit mortalem viuere mentem.

Quinctil. 2, 4 Quin ipſis doctoribus hoc curae eſſe velim, vt teneras adhuc mentes more nutricum mollius alant, et ſatiari velut quodam iucundioris diſciplinae cibo, lacteque patiantur. Scrutari mentes deûm in fibris Ouid. Met. 15, 136. Seneſcit mens Lucret. 3, 447. Seuocare mentem ab oculis Cic. de Nat. Deor. 3, 21. Stetit in dubio mens Lucan. 7, 247. Virg. Aen. 10, 824 Et mentem patriae Subiit pietatis imago. Succubuit mens labefacta Senec. Troad. 10. Suſcipere Cic. in Catil. 3, 22. Sum. Cic. in Piſon. 50 Hic ſi mentis eſſet ſuae, niſi poenas patriae, diisque immortalibus eas, quae grauiſſimae ſunt, furore atque inſania penderet, auſus eſſet, *etc.* In mente, *et* in mentem eſt mihi, *vid.* IN praepoſitionem. Eadem mente eſſe Nep. 23, 2, 5. Eſt mens mihi, *i. Placet mihi, Volo* Ouid. Epiſt. 2, 134. Non eadem eſt mens Hor. Epiſt. 1, 1, 4. *i. Non idem nunc placet.* Pandere valuas, mens erit Nemeſian. Cyneg. v. 175. Varr. de L. L. 5, 6 Sic reminiſci cum ea, quae tenuit mens, ac memoria, *etc.* Teneraſcit mens in tenero corpore Lucret. 3, 766. Tepeſcunt mentes Lucan. 4, 284. Terrent etiam nunc nubila mentem Ouid. Met. 1, 357. Trepidat metu Hor. Carm. 2, 19, 5. Turbatus vulnere mentis Virg. Aen. 12, 160. Cic. de Nat. Deor. 2, 168 Haec mihi fere in mentem Veniebant, quae dicenda putarem de natura deorum. Idem Att. 12, 36 Nunquam ea res tibi tam belle in mentem venire potuiſſet. Idem 7, 13 Quum autem Dolabellae Venit in mentem, paullum reſpiro. Cic. Fam. 7, 3 Solet in mentem Venire illius temporis. Idem pro Quint. 6 Non minus ſaepe ei Venit in mentem poteſtatis, quam aequitatis tuae. *Et* de Orat. 2, 249 Vt quotiescunque gradum facimus, toties tibi tuarum virtutum Veniat in mentem. Cic. de Petit. Conſ. 41 Haec mihi Veniebant in mentem de duabus illis commotionibus, *etc.* Id. pro Font. 9 Fonteio non in Gallia primum Veniſſe in mentem, vt portorium vini inſtitueret. Cic. de Orat. 1, 24 Quid tibi in mentem Venit ita reſpondere? Idem de Diuin. 2, 57 Quid in mentem Venit Caliſtheni dicere deos, *etc.* *Sic* de Clar. Orat. 22 Mihi Brute in te intuenti crebro in mentem Venit vereri ecquodnam, *etc.* *Et* Fam. 4, 13 Nec mihi quidquam tali tempore in mentem Venit optare. Videre aliquid mente Ouid. ex Pont. 2, 4, 8. Videre liquida mente Catull. 61, 46. Vigilat mens animi Lucret. 4, 762. Virens mente Stat. Theb. 3, 453. ❡ 6 Mentes *pro membrana cerebri ſ. Meninge poſuit* Cael. Aurel. Acut. 2, 9, 42 Dehinc odore penetrando membranas inurit, et tanquam acre collyrium oculos ſic mentes inflammat. ❡ 7 *In MSS. permutantur* Mens *et* Gens: *vbi vide.*

MENTIO, ōnis. f. [μνήμη] *a Supino* Mentum, *quod a* Meno *verbo antiquo deducitur, vnde eſt Perf.* Memini. *Conſtruitur non raro cum* De: Cic. Philip. 2, 39 Nunquam ab eo mentio de me, niſi honorifica, niſi plena amiciſſimi deſiderii. Agitare mentionem, *vid.* Agito, *in* AGO. Facere mentionem, *Commemorare.* Cic. de Senect. 63 Lyſandrum Lacedaemonium (cuius modo mentionem feci) dicere aiunt ſolitum, Lacedaemone eſſe honeſtiſſimum domicilium ſenectutis. *Conf.* Cic. pro S. Roſc. c. 2. *et* in Piſ. c. 10. Facere mentionem neceſſariam alicuius rei Quinctil. 2, 2. Cic. pro Quint. 37 Quum ſtatuiſſes de pecunia mentionem Facere. Idem de Legib. 3, 14 Demetrius ille de quo Feci ſupra mentionem. *Et* Q. Frat. 2, 10 De te a Sipylo mentio eſt honorifica Facta. *Add.* Cic. de L. Agrar. 3 c. 2. *et* Phil. 2 c. 15. Nep. 15, 4, 5. Habere mentionem Quinctil. 4, 2. Liu. 38, 56. Habita eſt mentio Scribon. 231. *Add.* Vell. 2, 62, 5. Paterculus 2, 65, 1 Tum inter Lepidum, Caeſarem, et Antonium commercia epiſtolarum, et conditionum Iacta mentio. Cic. Diu. Verr. 50 Caſu in eorum mentionem Incidi. Idem de Amicit. 3 c. 1 Scaeuola quum in eam mentionem Incidiſſet. Incidit de Philippo, *vid.* INCĬDO. Inferre Liu. 4, 1. Iniecta mentio de aliquo Hor. Serm. 1, 4, 94. Cic. Att. 5, 9 Nec tui mentionem Intermitti ſinit. Mouere rei cuiuspiam Liu. 28, 11. Opprimere aliquam, *vid.* OPPRIMO. In mentione terrae dicetur: *h. e. Dum mentionem terrae faciemus* Plin. 2, 8. *In ſponſaliis habet vſum.* Mentionem enim facere, *eſt Poſcere ſponſam*; *et Repromittere eſt reſpondentis.* *Vid. Taubman. ad* Plaut. Aul. 2, 2, 27 p. 183.

MENTIO *tribuitur vetuſtiſſimis a* Priſciano 8 p. 799.

MENTIOR, īri. Depon. [ψεύδομαι, ψευδομυθέω, ψευδολογέω, ἀλιτομαι] *Falſum dicere ſignificat, ac videtur cognationem habere cum verbo antiquato* Meno, *vnde* Miniſcor, Comminiſcor, commentus *ſum: eſt enim* Mentiri *fingere et comminiſci aliquid, quod nusquam ſit etc.* Ter. Heaut. 3, 2, 38 Non eſt mentiri meum. *i. Non conſueui mentiri, ſiue ſolitus ſum.* In virum bonum Mentiri non cadit emolumenti ſui cauſa Cic. Off. 3 c. 20. *Quomodo nonnulli diſtinguant* Mentiri *et* Mendacium dicere, *vid. in* MENDACIVM. Natura, frons, oculi, vultus perſaepe mentiuntur, oratio vero ſaepiſſime Cic. ad Q. Frat. 1, 1, 5. Mentiri *cum Accuſ.* Ter. Adelph. 1, 1, 30 Qui mentiri aut fallere inſuerit patrem, tanto magis audebit caeteros. Mentiebatur ad milites Gell. 15, 22. Palam mentiri, *vid.* PALAM. Mentior niſi, *vid.* NISI. Aduerſus aliquem mentiri Plaut. Aulul. 4, 7, 9. Pſeudo-Cic. in Salluſt. 2 Dabo operam, vt et pro me minimo cum faſtidio reſpondeam, et in hunc minime mentitus eſſe videar. Alicui Plaut. Amphit. 1, 2, 6. Cic. de Orat. 2, 189 c. 45 De me autem cauſa nulla eſt, cur apud homines prudentiſſimos atque amiciſſimos mentiar. De annis aetatis ſuae multum mentiri Quinctil. 6, 3. Mentiri ſe eſſe Aliquem, *Fingere et ſimulare* Plin. de Viris Illuſt. c. 62 *pr.* Amorem Ouid. Epiſt. 21, 183. Cauſam fugae Id. Met. 11, 281. Colorem fuco Quinctil. 2, 15. Colores varios mentitur lana Virg. Eclog. 4, 42. Color ille Chryſocollam mentitur Plin. 35, 6. *i. illi ita ſimilis eſt, vt pro ea haberi poſſit.* Dolorem capitis mentita puella Ouid. Amor. 2, 19, 11. Fidem Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 108. Martial. 3, 43 Mentiris Iuuenem tinctis Lentine capillis, Tam ſubito coruus, qui modo cycnus eras. Verum robur inani ſagina Quinctil. 2, 15, 25. Sexum muliebri motu Columel. 1 praefat. Martial. 1, 86 Mentiturque Virum prodigioſa Venus. Vitam vanitas mentitur ſibi Plin. 7, 55. Mentiri, *pro Falſo ſcribere.* Id. 12, 15 Nec non fuere qui e ture arbore vtrumque naſci mentirentur. Mentibor, [ψεύσομαι] Plaut. Milit. 2, 2, 99 Et aſſentandum eſt quidquid hic mentibitur.

MENTIENS, entis. Partic. Quinctil. 6, 3, 73.

MENTĪTVS, a, um. Partic. [ἐψευσμένος] Cic. Acad. 4, 96 Ne tu qui idem me facturum paullo ante dixeris, videare mentitus. Quum neuter ab eo, quo arguebatur, mentitus argui poſſet Vell. 2, 33, 2. *Et dicitur etiam paſſiue pro Falſo et fucato, aſſimulato, vt ap.* Val. Flacc. 7, 155. *et* 211. *Vid. Drackenb. ad* Sil. 2, 637. *Barth. ad Script. Ven. p. 78.* Os mentitum Ouid. Faſt. 6, 426. Cic. de Nat. Deor. 2, 56 Quaeque his vacant, mentita, et falſa, plenaque erroris. *Legitur et* Ementita. Color mentitus Quinctil. 12, 10, 76. Honor Anon. *ap.* Suet. in Oth. c. 3. Fama mentita Ouid. Met. 10, 28. Figuris mentitis celare ſe Id. Ibid. 5, 326.

MENTITVRVS, a, um. *Aliud* Partic. [ψευσόμενος] Ouid. in Ibin 66 Non mentituro quilibet ore legat. Vox mentitura Ouid. Triſt. 4, 3, 16.

MENTITIO, ōnis. f. Verbale. Auctor ad Heren. 3, 3 c. 2 Dolus conſumitur in pecuniam, pollicitationes, diſſimulationes, maturationes, mentitiones, et caeteras res, *etc.*

MENTIS, *pro Mens, ex* Ennio *citat* Priſcian. 7 p. 764. *Antiqui ita proferebant plura nomina Sanguinis, Gruis, pro Sanguis, Grus. Vid. Rittershuſ. ad* Phaedr. Fab. 1, 8.

MENSA, ae. f. [τράπεζα, θύωρος] *Tabula, in qua cibi apponi ſolent, non tantum maior et communis, circa quam accumbitur vel aſſidetur, ſed minor etiam, qualis ſingulis deſtinatur.* Virg. Aen. 1, 710 Pars epulis onerant menſas, et plena reponunt Pocula. Chariſius 1 p. 43 Menſam ſine N litera dictam Varro ait, quod media poneretur. Sed auctores cum N litera protulerunt, Virgilius ſaepe. Sed et Menſam cum N poſſe dici, idem Varro ait, quod et menſa ἔρωτα, (*ſic leg. pro* ἄβρωτα, *cui adhaeſit vltima vocalis ex* menſa) edulia et eſculenta ponerentur. *Haec* Chariſius. Varronis *hac de re verba* de L. L. 4, 25 p. 30 *ſunt haec:* Menſam eſcariam cibilla appellabant. Ea erat quadrata, vt etiam nunc in caſtris eſt, a cibo cibilla dicta. Poſtea rotunda facta eſt. Et quod a nobis media, et a Graecis μέσα, menſa dici poteſt; Niſi etiam quod ponebant pleraque in cibo menſa. *Vid. Plut. Probl. 63.* ❡ 2 *Epitheta:* Acerna Ouid. Met. 12, 254. Argenteae in delubris Cic. de Nat. Deor. 3, 84. Macrob. Sat. 3, 11 ex iure Papiniano, In templo Iunonis Populoniae auguſtata menſa eſt. Auguſtatam *vocat, Quae auguſta facta eſt, id eſt conſecrata. Al.* Auguſta. Citrea *et* acerna Martial. 14, 94 *et* 95. Cic. Verr. 4, 37 Tu maximam et pulcherrimam menſam citream a Lutadio abſtuliſti. Conſcripta vino Ouid. Amor. 2, 5, 17. Curionales, *vid.* CVRIA. Eſcaria Varro de L. L. 4, 25. Delphicae e marmore Cic. Verr. 4, 131. Gemmiferae Claud. Conſ. Prob. *et* Olyb. 265. Lanionia Sueton. Claud. c. 15 *vbi vid. Caſaub. et Beroald.* Pantherinae, *vid.* Pantherinus, *in* PANTHER. Polluta cruore Sil. 7, 183. Supina Propert. 4, 9, 18. Tripes Hor. Serm. 1, 3, 13. Vinaria rotunda Cylibathum Varro de L. L. 4, 26 *pr.* ❡ 3 *Formae verborum;* Adſtare menſae domini, *vid.* ADSTO. Cic. Tuſc. 5, 61 Tum ad menſam eximia forma pueros delectos iuſſit Conſiſtere. Diſcumbere menſis Stat. Silu. 4, 2, 33. Exſtruere conquiſitiſſimis cibis Cic. Tuſc. 5, 62 c. 21. Idem in Piſon. 67 Exſtructa menſa non conchyliis, aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida, ſerui ſordidati miniſtrant, nonnulli etiam ſenes. Inſtruere Virg. Aen. 3, 231. Onerare epulis Idem Georg. 4, 378. Opulentare pretioſis dapibus, *vid.* OPVLENTO. Reponere vina menſis Virg. Aen. 7, 134. Tangunt *aut* Tenent menſam *tanquam* aram *orantes. Vid. Heinſ. ad* Ouid. Amor. 1, 4, 27. ❡ 4 *Pro ipſis epulis accipitur.* Menſa, *Prandium, vel Coena quandoque dicitur.* Verecundari neminem apud menſam decet Plaut. Trin. 2, 4, 77. Iuuen. Sat. 1, 138 Nam de tot pulchris, et latis orbibus, et tam Antiquis vna comedunt patrimonia menſa. Aſſecla omnium menſarum Cic. in Salluſt. 21. Reuerentia menſae Iuuen. Sat. 2, 110. Menſa ſine arte Martial. 10, 47. Senec. Thyeſte v. 452 Tutusque menſa capitur Anguſta cibus. *i. Tenui, non ſumtuoſa.* Appoſita Ouid. Epiſt. 17, 75. Apta ioco Id. de Arte Am. 1, 594. Breuis Hor. de Arte Poët. 198. Cara, *Quae magno conſtat* Hor. Serm. 2, 4, 37. Diuites Hor. Serm. 2, 4, 87. Nitentes Id. Ibid. 2, 2, 4. Opimae menſae inconſuetus miles Sil. 11, 283. Pingues Catul. in Carm. nupt. 60, 3. Plena Virg. Aen. 11, 738. Primae menſae, *i. Primi cibi.* Macrob. Saturn. 7, 1 Primis menſis poſt epulas iam remotis, et diſcurſim variantibus poculis minutioribus, *etc.* Regales Virg. Aen. 1, 690. Secundae menſae, *i. Secundi cibi, vel epulae* Id. Georg. 2, 101. Cic. Att. 14, 6 Haec ad te ſcripſi appoſita ſecunda menſa. *Conf.* Id. Fam. 16, 21. Nep. 17, 8, 4. Syracuſanae menſae, *Prouerbium, vid.* SYRACVSAE. Tenuis Hor. Carm. 2, 16, 14. *Huc referas etiam formulas:* Apponere menſam, *vid.* APPONO. Auferre, *vid.* AVFERO. Communicare aliquem menſa, *vid.* COMMVNICO. Conſidere menſis perpetuis Virg. Aen. 7, 176.

Data eſt menſae pars optima lucis Ouid. Met. 7, 662. *Alii legunt* Vltima pars. Linquere menſas pingues Catul. in Carm. Nupt. 60, 3. Mittere de menſa, *i. De iis, quae menſae appoſita erant.* Cic. Att. 5, 1 Diſcubuimus omnes praeter illam; cui tamen Quintus de menſa miſit; illa reiecit. Percurrere menſas, *vid.* PERCVRRO. Virgil. Aen. 1, 220 Poſtquam exemta fames epulis, menſaeque remotae. *Turnebus hic intelligit Menſas, Fercula et magidas, et lances. Nam ſaturis conuiuis remouentur.* Repellit menſas ingenti clamore Ouid. Met. 6, 661. Menſam tolli iubet Cic. in Piſon. 67. ¶ 5 Menſa, *etiam Diſcus et quadra dicitur, nempe vt ſuam ſibi menſam vnusquisque Conuiuator habeat.* Virg. Aen. 7, 116 Heus! etiam menſas conſumimus, inquit Iulus? i. Panitias menſas, *inquit* Seruius, epularum ſuſtentaculum. *Add. ibid.* v. 125. *Vid. Burman. ad* Petron. c. 34. ¶ 6 Menſa, *Tabula in qua argentarii pecuniam numerant, a qua* Menſarii, Trapezitae *dicuntur.* Cic. in Piſon. 88 Quid ſtipendium militibus per omnes annos a ciuitatibus menſis palam propoſitis eſſe numeratum? Idem pro Flacc. 44 c. 19 Si Praetor dedit, vt ſcriptum eſt, a Quaeſtore numerauit, Quaeſtor a menſa publica, menſa aut ex vectigali, aut ex tributo. ¶ 7 Menſa, *Particula quaedam in baliſtae fabrica, de qua ſic* Vitruuius, Regulae, quae in menſa, longitudo foraminum octo. *Quid autem ſit* menſa, *declarat Turnebus his verbis*, Menſa *interior eſt, et media inter duas hinc et inde ſcutulas, conſtatque regulis diapegmatis; et tabula, inter regulas et diapegmata collocata: eſtque in ſummo et imo capitulo, vt et peritreta. Cteſibius vel Hero,* καλεῖται δὲ τὸ πῆγμα τὸ συγκείμενον ἐκ τε τῶν κανόνων, καὶ τῶν διαπηγμάτων, καὶ τῆς σανίδος, τράπεζα. *Hactenus ille*, 2, 5. ¶ 8 Menſa, *etiam Arula ſ. turibulum.* Petron. c. 135 Enothaea menſam veterem poſuit in medio altari, quam viuis impleuit carbonibus. *Vid.* Feſt. *et Scalig. ad loc.*

MENSŬLA, ae. f. Dimin. [τραπέζιον] Plaut. Moſtel. 1, 3, 150 Cedo aquam manibus puer, appone hic menſulam. *Adde* Apul. Met. 2 p. 121.

MENSARIVS, i. m. [τραπεζίτης] *Argentarius, qui et Collybiſta et vel priuatae negotiationis nomen eſt, vel muneris publici, vt exempla oſtendent.* Cic. pro Flacc. 44 c. 19 Cum ciuitate mihi res eſt acerrima et conficientiſſima literarum, in qua numus moueri nullus poteſt ſine quinque Praetoribus, tribus Quaeſtoribus, quatuor Menſariis, qui apud illos a populo creantur. Liu. 7, 21 Noui Conſules ſolutionem aeris alieni in publicam curam verterunt; quinque viris creatis, quos Menſarios ab diſpenſatione pecuniae appellarunt. Liu. 23, 21 *Sunt* Triumviri menſarii, *de quibus h. v. Sed et priuati ſunt* menſarii, *vt diximus. Sic* Sueton. Aug. *quem* c. 3 Argentarium *dixerat, eum* c. 4 *appellat* Menſarium.

MENSĀLIS, e. Adi. *Ad menſam pertinens*; Argentum menſale Vopiſc. in Tacit. c. 10. *Et* Vinum Idem Aurelian. c. 9.

MENSVLARIVS, i. m. [τραπεζίτης Gloſſ. Lat. Gr.] *Idem qui Menſarius.* Senec. Controuerſ. 4, 24.

MENSĀTIM. Adu. Iuuencus 3, 214.

MENSIO, ōnis. *Vid.* METIOR.

MENSIS, is. m. [μήν, μείς] *A* Metior *deducitur, quaſi res numero dierum menſa.* Cic. de Nat. Deor. 2, 69 c. 27 Qui quia menſa ſpatia conficiunt, menſes nominantur. *De curſibus Lunae.* Macrobius Sat. 2, 11 *a Graeco* μήνη, *id eſt a Luna trahit, et ipſum* μὴν *Graecum conſonat.* Nam lunae curriculo menſis conficitur. Ter. Adelph. 3, 4, 29 Compreſſu grauida facta eſt, menſis hic decimus eſt. Plaut. Perſ. 4, 4, 76 Nunquam hercle hunc menſem vertentem credo ſeruibit tibi. Menſis a Lunae motu dictus, dum ab Sole profecta, rurſus redit ad eum Luna, quod Graece olim dicta μήνη; vnde illorum μῆνες, *etc.* Varro de L. L. 5, 2. Liu. 1, 19 Numa ad curſum lunae in duodecim menſes deſcribit annum. Primis a menſibus Virg. Georg. 1, 64. In menſe Scribon. 58. Duobus menſibus repoſitum 25. *Gen. Plur. contractus eſt* Ouid. Met. 8, 500 Et quos ſuſtinui bis menſum quinque labores, *quod ſirmat* Priſcian. 7 p. 771. *Plura Heinſ. ad h. l. e. g.* Faſt. 5, 187. *et* 424. Aprilis menſis marinae Veneris Horat. Carm. 4, 11, 15. Auguſtus menſis, *vid.* AVGVSTVS. Biſſeni menſes Stat. Silu. 5, 1, 18. Breuis Horat. Epiſt. 2, 1, 34. Commodus Lamprid. in Comm. c. 11. *Add.* Herodian. 1, 14. Gelidi menſes, *Tempora hiemis.* Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 224. Germanicus menſis *September vt voluit* Caligula *apud* Sueton. 17. Res tota in menſem Ianuarium reiecta eſt Cic. Fam. 5, 6. Incerti menſes ſunt, Veris et Autumni. Nam et hiemis certum eſt frigus, et aeſtatis certus eſt calor; veris vero et autumni nunc frigus, nunc calor eſt. Seruius *in illud* Virg. Georg. 1, 115 Praeſertim incertis ſi menſibus amnis abundans Exit. Intercalaris, *vid. h. v.* Neroneus Sueton. Ner. c. 55. Opportunus et rectus Plin. 10, 63. Pauci, *vid.* PAVCVS. Quinctilis *qui poſtea a Iulio Caeſare* Iulius. Sextilis menſis, Auguſtus Hor. Epiſt. 1, 11, 19. Tardi Virg. Georg. 1, 32. Totus ex ordine Idem ibid. 3, 341. Vertens, *vid.* Vertens annus, *in* ANNVS, *ex Plauto et* Vitruuio. Voluendi, *Volubiles.* Virg. Aen. 1, 273. ¶ 2 *Formulae:* Ter. Adelph. 4, 5, 57 Haec dum dubitas, menſes Abierunt decem. *Vbi* Donatus: Quaſi dicat, Te ceſſante, decem menſes ceſſere. Et abire dicitur quod paullatim nos deſerit. Abeſſe tres menſes, *vid.* ABSVM. Agitur menſis, *vid.* AGO. Conſumere menſem Cicer. Att. 6, 2. Non annis anni, non menſes menſibus vſque Conueniunt Manil. 3, 526. Exactis menſibus grauidae errant Virg. Georg. 3, 139. Incipiunt magni procedere menſes Virg. Ecl. 4, 12. Inire menſem Cic. Att. 1, 1. Occupare primos menſes, *vid.* OCCVPO. Ponere menſem Cicero Attic. 6, 2. Pronos voluit menſes Luna Hor. Carm. 4, 6, 40. ¶ 3 Menſes, *in Plurali, pro Menſtruis mulierum.* Plin. 21, 21 Prodeſt et orthopnoicis et anhelationi, mulierumque menſibus retardatis. Menſis *etiam in Singulari idem ſignificat.* Plin. 17, 28 Priuatim autem contra erucas ambiri arbores ſingulas a muliere incitati menſis nudis pedibus recincta. Commorantes menſes trahit lens Plin. 22, 25. Menſes feminarum trahere dicitur maſtiche condrilli Idem 22, 22. Menſes mulierum abundant, vel ſubſidunt Idem 22, 8. Abundantia menſium Idem 23, 7. Monſtrifici Idem 28, 7. Siſtere Idem 7, 15. Euocare menſes Idem 26 c. vlt.

MENSTRVVS, a, um. Adi. [μηνιαῖος, ἐπιμήνιος, ἐμμηνος] *Quod eſt vnius menſis.* Cic. de Nat. Deor. 1, 86 c. 31 Huius hanc luſtrationem eiusdem incenſa radiis menſtruo ſpatio luna complet. Idem pro Roſc. Com. 86 Quid eſt, quod negligenter ſcribamus Aduerſaria? quid eſt, quod diligenter conficiamus tabulas? qua de cauſa? quia haec ſunt menſtrua, illae ſunt aeternae. Cibaria Cic. Verr. 3, 72 c. 30. Curſus menſtruus Dianae Catul. in Carmine ſaecul. c. 33, 17. Lunae Varr. de R. R. 1, 5, 4. Curſus menſtrui, Menſtrua muliebria Plin. 11, 39. Feriae menſtruae Varro de L. L. 5, 3. Luna Virg. Georg. 1, 353. Prudent. Hymn. Epiphan. v. 10. Opus Cicer. de Legib. 2, 45. Ratio Id. pro Roſc. Com. c. 3. Spatium menſtruum Id. de Nat. Deor. 1, 88 c. 31. Tura menſtrua reddere Lari, *i. Singulis menſibus.* Tibul. 1, 3. Vita Cicer. de Finib. 4, 30. Vſura Idem Attic. 6, 1. ¶ 2 *Subſtantiue ponitur* Menſtruum, *pro Alimento in ſingulos menſes legato; vt* Annuum, *quod in ſingulos annos.* Vlpianus in l. Qui bonis. D. De ceſſione bonorum, Si quid miſericordiae cauſa ei fuerit relictum, puta menſtruum vel annuum, alimentorum nomine. Liu. 44, 2 Menſtruum iuſſo milite ſecum ferre, *i. cibaria totius menſis. De menſibus mulierum* Plin. 28, 7 Quocunque autem alio menſtruo, ſi nudatae ſegetem ambiant, erucas ac vermiculos ſcarabaeosque ac noxia alia decidere. *Sed haec ſollemnius dicuntur* Menſtrua, pl. [ἐμμηνα] Mulieribus mouet menſtrua Scribon. 106. *Vid.* Plin. 7, 15. Colum. 11, 3, 38 Eiusdem frutex pluribus annis permanet innoxius; niſi ſi mulier quae in menſtruis eſt, contigerit eum, et ob hoc exaruerit. *Add.* 11, 3, 50. Menſtrua bene reſpondentia Ceſ. 6, 6.

MENSTRVĀLIS, e. Adi. [ἐμμήνιος, καταμήνιος] *Quod ſingulis menſibus fit.* Plaut. Capt. 3, 1, 23 Qui ſolebam menſtruales epulas ante adipiſcier. Sphaera Prudent. in Rom. v. 538 *i. luna.* Menſtruale animal mulier, *Quae menſtrua patitur* Plin. 7, 15. *Conf.* Solin. 1 (*al.* 4.) Mulier menſtrualis, *Menſtruo laborans* Plin. 19, 10. Pannus menſtrualis, *Menſtruo pollutus* Marcell. Emp. c. 35.

MENSTRVO, āre. *vnde*

MENSTRVANS, antis. Partic. Col. 11, 3, 63 Menſtruans mulier. *Sic* Pallad. 1, 35, 3. Octau. Hor. Med. 4.

MENSTRVATVS, a, um. *Aliud* Partic. Vulg. Interp. Eſ. 64, 6 Pannus menſtruatus.

MENSOR, MENSVRA, MENSVS, *vid.* METIOR.

MENSVLA, *vid.* MENSA.

MENSVRNVS, a, um. Adi. *Idem quod Menſtruus, eadem analogia atque Diurnus, Nocturnus. Vid.* Priſcian. 2. *fin. qui* Cic. *vindicat ex* 1 de Inuent. 39 c. 26. *Vbi hodie* Menſtrui; *Nonnulli tamen codices* Menſurni. *Vid.* Gruter. *Vſus eſt et* Cyprian. Epiſt. 34. *extr. et* Nouatian. de Trin. c. 1.

MENTA, *ſ.* MENTHA, ae. f. *Herba, quae a Graecis* ἡδύοσμος *dicitur; hoc eſt ſuaueolens.* Menta *autem appellata, vel a* μίνθη *Graecorum, vel quod ſuo odore* mentem *feriat.* Cic. Fam. 9, 22 Ruta et Menta rectum vtrumque. Volo mentam puſillam ita appellare, vt rutulam: non licet *per modeſtiam et pudorem. Fiat enim* Mentula, *obſcoenum nomen. Caeterum, incidiſſe hinc videtur Pomponius Grammaticus in elegantem, ſi cui placeat*, mentae et mentulae *mythologiam ad* Colum. 10, 119. Plin. 20, 14 Mentae ipſius odor animum excitat, et ſapor auiditatem in cibis. *Conf.* Plin. 19, 8. Columel. 11, 3, 37. Pallad. Febr. Tit. 24, 9. Ouid. Met. 8, 663. *et* 10, 729. Olentes mentae Idem ibid. 10, 729. Ructatrix Martial. 10, 47. Venerea Apul. de Herb. c. 105. *i. ſiſymbrium.*

MENTĀGRA, ae. f. [λειχὴν] *Morbus cutis exaſperatae, dictus a* Mento. Plin. 26, 1 Grauiſſimum ex his lichenas appellauere, Graeco nomine: Latine, quoniam a mento fere oriebatur, ioculari primum laſciuia (vt eſt procax natura multorum in alienis miſeriis) mox et vſurpato vocabulo, mentagram, occupantem in multis totos vtique vultus, oculis tantum immunibus, deſcendentem vero, et in colla pectusque ac manus foedo cutis furfure.

MENTASTRVM, *ſ.* MENTHASTRVM, i. n. [ἡδύοσμος, ἄγριος] *Menta ſilueſtris.* Plin. 20, 14 Mentaſtrum ſilueſtris menta eſt, differens ſpecie foliorum quaſi figura ocimi, pulegii colore. Propter quod quidam ſilueſtre pulegium vocant. Mentaſtrum ſilueſtre Colum. 11, 3, 37.

MENTĪGO, īginis. f. [λειχὴν] *Genus morbi, quod oues inuadere ſolet*, Oſtigo etiam dicta paſtoribus Columel. 7, 5, 21.

MENTIO, MENTIOR, MENTITVS, *vid.* MENS.

MENTOR, ŏris. m. [Μέντωρ] *Fuit in vaſis caelandis mirus artifex, de quo* Plin. 12. *Et* 33, 12. Iuuen. Sat. 8, 102 — rarae ſine Mentore menſae.

MENTORĒVS, a, um. Adi. [Μεντόρειος] Propert. 1, 14. *pr.* Lesbia Mentoreo vina bibas opere. *Adde* Martial. 9, 60.

MENTVLA, ae. f. *Membrum virile.* Priapeia. *Conf.* MENTA.

MENTVLATVS, a, um. Adi. Mentulatior priapo Priapeia: *al.* mutoniatus.

MENTVM, i. n. [γένειον, ἀνθερεών] *Pars faciei ori ſubiecta, vbi coëunt vtrinque maxillae, barbae ſedes.* Plin. 11, 37 Mentum nulli praeter hominem, nec malae. Cicero Tuſcul. 1, 10 Mento ſummam aquam attingens, ſiti enectus Tantalus. Deductum elementer a genis mentum, et ita inferius concluſum, vt acumen eius extremum ſignare videatur leuiter impreſſa diuiſio Lact. de Opif. Dei c. 10. Canities inculta mento iacet Virgil. Aen. 6, 299. Incana menta Idem Georg. 3, 311. Pediculoſum mentum, *vid.* Pediculoſus in PES. Antiquis Graeciae in ſupplicando mentum Attingere, mos erat Plin. 11, 45. Intorquere Mentum, *vid.* INTORQVEO. A mento palearia pendent Virg. Georg. 3, 53. Nutanti mento percutere pectus Ouid. Met. 11, 620. *Geſtus eſt eorum, qui ſedentes, vel cubito caput innixi dormiunt.*

MENTO, ōnis. m. *Maiore mento praeditus.* Arnob. 3 p. 108.

MENVTRON, i. n. *Quaſi indicinae praemium. Eſt enim* μήνυτρον *a* μηνύω indico. ICtis *vocatur remiſſio poenae propoſita ei, qui facinoris conſcios indicauerit.*

M E O

MEO, āre. [διαβαίνω, πορεύομαι, μεταβαίνω] *Vltro citroque ire. Item Exire, manare, hoc eſt fluere.* Plin. 10, 38 Aues non in eadem natura meare videntur. Anima means in membra diuerſa Lucan. 3, 640. *Add.* Lucret. 1, 438. *et* 4, 371. Mobilitas meandi per magnum inane Idem 2, 64.

MEĀTVS, ūs. m. [πορεία] Plin. 10, 38 Aues ſolae vario meatu feruntur et in terra et in aëre. *h. e. Varia incedendi aut volandi ratione.* Danubius in Ponticum mare ſex meatibus erumpit Tacit. Germ. 1, 4. Bifido meatu diuiſus Rhenus Claud. de Bell. Get. 336. Meatus *etiam dicuntur* πόροι *in corpore.* Plin. 20, 21 Succus maluae decoctae, poros, hoc eſt meatus ſuaues facit. *Noſtra exemplaria habent*, Succus decoctae, pori meatus ſuaues facit. Meatus ſiderum, *h. e. Curſus et motus aſtrorum.* Plin. 2, 8. Caeli meatus Virg. Aen. 6, 849. Solis curſus, Lunaeque meatus Lucret. 5, 772. Solis, Lunaeque meatus Idem 1, 129. Nubilagus meatus Sil. 12, 102. *de Daedali volatu: vid.* Drakenb. *ad h. l.*

MEACVLVM, i. n. *Idem.* Vindicianus ad Valentinianum Imperatorem, Meacula venarum.

MEABILIS, e. Adi. [διαβατός] *Actiua ſignificatione de aëre.* Plin. 2, 5 Vitalem hunc, et per cuncta rerum meabilem, totoque conſertum. *i. qui facile per omnia meat et fluit. Contra Paſſiue, quod tranſiri poteſt, vt* Meabilis tranſitus Plin. 6, 1.

M E P

MĔPHĪTIS, is. f. [μεφῖτις] Proprie eſt Terrae putor, qui de aquis naſcitur ſulphuratis; et eſt in nemoribus grauior ex denſitate ſilvarum. Alii Mephitin Deum volunt Leucotheae connexum, ſicut eſt Veneri Adonis, Dianae Virbius. Alii Mephitin Iunonem volunt, quam aërem eſſe conſtat. Nouimus autem putorem non niſi ex corruptione aëris naſci; ſicut etiam bonum odorem de aëre incorrupto: vt ſit Mephitis dea odoris grauiſſimi, id eſt graueolentis. *Haec* Seruius ad Virg. Aen. 7, 83 Nemorum quae maxima ſacro Fonte ſonat; ſaeuamque exhalat opaca mephitin. *De* Albunea. Perſ. 3, 99 Atque albo ventre lauatur, Gutture ſulphureas lente exhalante mephites. *i. Odorem teterrimum, ſeu halitus graues et olentes.* Plin. 2, 93 In Hirpinis Amſancti, ad Mephitis aedem, locum, quem qui intrauere moriuntur. Templum Mephitis, *iuxta Cremonam.* Tacit. Hiſt. 3, 33, 7.

MEPHITICVS, a, um. Adi. [μυδάλεος] *Apud* Sidonium Apollinarem Epiſt. 3, 13. *pro Foetulento.*

MEPTE. *Pro Meipſum.* Plaut. Men. 5, 8, 10.

M E R

MERA, *vid.* MAERA.

MERACLVM, *per contractionem a* Meraculum. Plaut. Caſ. 3, 5, 15 Niſi haec meraclo ſe vſpiam percuſſit flore Libyco, *vid. Lipſ. Ant. Lect.* 5, 1.

MERACIVS. Adu. Amare Sidon. l. 4 *pr.* Meracius mixtum (vinum) Scribon. 170.

MERĀCVS, a, um. Adi. [ἄκρατος] *Solum et purum: vnde* Vinum meracum *dicimus, quod merum eſt, nulla aqua admiſſa.* Celſ. 5, 27. Plin. 23, 1 ſ. 23 Meracis potionibus per viginti dies ante canis ortum, totidemque poſtea, ſuadet Heſiodus vti. *Reſpicere videtur ad Op. et dier. v.* 587. ſq. Ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γούνατα Σείριος ἄζει, *ſic deſcribitur ibi aeſtas, tum iubet πίνειν αἴθοπα οἶνον* — Τρὶς δ' ὕδατος προχέειν τὸ δὲ τέτρατον ἱέμεν οἴνου. *Vnde colligit Harduinus* meraco *tamen aquam mixtam fuiſſe. Illud quidem certum,* meracius *dici fortius, quod minus aquae habeat v. gr.* Celſ. 1, 3 Minus, ſed meracius bibere. *Add.* Scribon. 170 Meracius mixtum *int.* vinum. Hor. Epiſt. 2, 2, 137 Expulit helleboro bilem, morbumque meraco. *Hic merum ipſum intelligi ſuadet idem* Plin. l. c. Merum quidem remedio eſt contra cicutas — contraque omnia, quae refrigerando nocent. Cic. de Nat. Deor. 78 c. 31 Vt ſi medicus ſciat eum aegrotum, cui iuſſiſſet vinum ſumere, meracius ſumturum, ſtatimque periturum; magna ſit in culpa. ¶ 2 *De aliis* Anticyras ſorbere meracas Perſ. 4, 15. Muſarum cratera Meracior Apul. Flor. l. 4. *ſub fin. Et* Sidon. 3, 10 Meraciſſimus ſcientiae fons.

MERACVLVS, a, um. Dimin. Meraculum Scribon. 134. Plin. 20, 19 ſ. 80 Opium ex vino meraculo, ſi protinus detur, ſcorpionum ictibus reſiſtit. Meraclum *ſeparatim modo poſitum.*

MERALIS, e. Adi. *Ad merum pertinens.* Marcell. Empir. c. 27 Meralem calicem ieiuno dare.

MERCATIO, MERCATOR, MERCATVRA, MERCATVS, *vid.* MERCOR.

MERCEDVLA, MERCENARIVS, *vid.* MERCES.

MERCES, ēdis. f. [μισθός] *Praemium, quod datur pro labore, ſeu ſtipendium: a Merendo, et Aere dicta, vt* Varro *ludit* de L. L. 4, 7 *extr. vel a* merendo *ſimpliciter, vt melius idem ib.* 4, 36. *et* 7, 7. Iuuen. Sat. 7, 157 Scire volunt omnes, mercedem ſoluere nemo. Dulcis labor mercede Ouid. Faſt. 6, 661. Pactiones mercedum Cic. in Parad. . . . Pro qua mercede Virg. Georg. 4, 150. *pro eo, quod ſ.* ἀνθ' ὧν. Hor. Sat. 2, 2, 116 Videas — fortem mercede colonum. Alta merces, *i. Magna.* Sil. 17, 390 Diſcriminis alta In medio merces, quidquid tegit vndique caelum. Dilata merces officiis Claud. Conſ. Mall. Theod. 256. Duplices Quinctil. 2, 3. Geminata Ouid. Met. 2, 702. Illis quieta mouere, Magna merces videbatur Salluſt. Catil. 21, 1. Pacta Hor. Carm. 3, 3, 22. Virtus ſibimet pulcherrima merces Sil. 13, 663. Accerſere mercede, *vid.* ACCERSO. Accipere mercedem Cic. pro Roſc. Amer. 80. Accipere mercedem publice Scribon. 171. *i. praemium ſ. ſoſtrum.* Aget mercede caballum olitoris Horat. Epiſt. 1, 18, 36. Idem Carm. 1, 27, 13 Non alia Bibam mercede. Caret mercede virtus Ouid. ex Pont. 2, 3, 35. Conducere mercede, *vid.* CONDVCO. Cicer. Off. 2 c. 6. Conductum diurna mercede pauit Hor. Serm. 2, 7, 18. Conſtituere mercedem Cic. Verr. 5, 133. Idem ibid. 5, 76 Dubito an Apronio ipſi Data ſit merces. Exigere duplices ab aliquo Quinct. 2, 3. Militare mercede, *vid.* MILES. Negare mercedem operis Ouid. Met. 11, 214. Numerare in locum mercedis Cic. Fam. 2, 6. Paciſci mercede cum, *etc.* Liu. 25, 33. Promittere Cic. Fam. 16. Sequi paruas Hor. Serm. 1, 6, 87. Soluere vel perſoluere Cic. pro Domo 23. Tribuere Id. Fam. 3, 10. Virg. Georg. 4, 150 *peculiaris conſtructio eſt*

Nunc age naturas apibus quas Iupiter ipſe
Addidit, expediam, pro qua mercede canoros
Curetum ſonitus crepitantiaque aera ſecutae
Dictaeo caeli regem pauere ſub antro.

Pro qua mercede, *i.* ἀνθ' ὧν, *propterea quod, vel, vt merces illis facti ſui perſolueretur.* Merces, *pro Penſione et reditu annuo.* Cic. de Finib. 85 c. 26 *extr.* Vides igitur, ſi amicitiam ſua caritate metiare, nihil eſſe praeſtantius: ſin emolumento, ſummas familiaritates praediorum fructuoſorum mercede ſuperari. Lex, qua Mercedes habitationum annuas conductoribus donauit Caeſ. Bell. Ciu. 3, 21. Mercedes Suet. Caeſ. c. 20 *dicuntur penſiones, quas publicani pro conductis vectigalibus ſoluebant.* Merces, *pro damno, vel incommodo ad commodum adiuncto.* Sine mercede *temere, ſine fructu* Phaedr. 4, 1, 9 Hoc ne locutus ſine mercede exiſtimer. *Sic* Propert. 4, 7, 33 Hoc etiam graue erat nulla mercede hyacinthos Iniicere *flammae, nempe vnde nihil vtilitatis ad te rediturum erat.* Cic. Tuſc. 3, 12 Nam iſtuc nihil dolere, non ſine magna mercede contingit immanitatis in animo, ſtuporis in corpore. *Et* Fam. 1, 9 Tamen in moleſtia gaudeo te eam fidem cognoſcere hominum non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram.

MERCEDVLA, ae. f. Dimin. [μισθάριον] Cic. Att. 13, 11 Credebam eſſe facile: totum eſt aliud, poſteaquam ſum a te diſiunctior, ſed fuit faciendum, vt et conſtituerem Mercedulas praediorum, et ne magnum onus obſeruantiae Bruto noſtro imponerem. *i. Vectigal, quod ex praediorum locatione capiebat.* Cicer. de Orat. 1, 198 c. 45 Homines mercedula adducti. Diurna Sen. Epiſt. 6. *Conſ.* Idem ibidem 15.

MERCEDARIVS, *vid. p. p.* MERCEDONIVS.

MERCENARIVS, i. m. [μισθωτός, μισθοφόρος Gloſſ. Lat. Gr.] *Qui mercedis gratia operam ſuam alicui praeſtat.* Marcellus in l. Reſpiciendum. D. de Poenis, Domeſtica furta vocantur, quae ſerui dominis, vel liberti patronis, vel mercenarii, apud quos degunt, ſurripiunt. Cic. Off. 1, 41 Eſt autem infima conditio et fortuna ſeruorum: quibus non male praecipiunt, qui ita iubent vti, vt mercenariis, operam exigendam, iuſta praebenda. *Et* Off. 1, 150 c. 42 Illiberales et ſordidi quaeſtus mercenariorum, omniumque quorum operae, non quorum artes emuntur. Mercenarius *et* Gratuitus, *contraria.* Cic. pro Font. c. 10 Cupidos moderatis, mercenarios gratuitis, impios religioſis, *etc.* anteferre? Idem de Legib. 1, 48 c. 18 Quid liberalitas? gratuitane eſt, an mercenaria?

MERCENARIVS, a, um. Adi. [μίσθιος Gloſſ. Lat. Gr. ἔμμισθος Onomaſt.] Gabinius tribuit ſe mercenarium comitem regi Cic. in Piſ. c. 21. Diſcurſus Apul. Met. 7 p. 194. Hor. Epiſt. 1, 7, 67 Ille Philippo Excuſare laborem, et mercenaria vincla. *i. Occupationes mercenarias, et praeconias. Erat enim praeco: et mercede conductus, interdum merces venales praedicabat.* Milites Nep. 20, 1, 3. *Add.* Liu. 29, 49. Mercenarii teſtes Cic. Fam. 3, 11. Mercenarii Praetoris decretum Idem Verr. 5, 54. Idem ibid. 1, 11 Itaque quum a te caput illud tam multis verbis Mercenario Prooemio eſſet ornatum, ecquis eſt inventus poſtea Praetor, qui illud idem ediceret? Scribae Nep. 18, 1, 5.

MERCEDARIVS, *et* MERCEDONIVS, *vid.* MERK.

MERCEDICIVS, *vel* MERCEDICVS. *Idem ac* Mercenarius. Feſtus.

MERCIMONIVM, *vid.* MERX.

MERCIPRETIVM, i. n. *Vna dictione.* Plaut. Mil. 3, 1, 133 Sicuti mercipretium ſtatui. *Sed recte Gronou. diuidit: Merci enim Datiuus eſt.*

MERCOR, āri. Dep. [ἐμπορεύομαι, ἀντικαταλλάττομαι] *A* Merce, *ſignificat modo Emere, modo Emendi aut Vendendi cauſa mercaturam exercere.* Ter. Heaut. 1, 1, 2 Inde adeo quod agrum in proximo hic mercatus es. Cic. Fam. 7, 24 Eſſent mi Galle, omnia facilia, ſi et ea mercatus eſſes, quae ego deſiderabam, et ad eam Summam, quam volueram. Idem Off. 1, 150 c. 42 Sordidi etiam putantur, qui mercantur A mercatoribus, quod ſtatim vendant. Idem pro L. Flacc. 46 Fundum Cymeum Romae mercatus eſt De pupillo Meculonio. Ter. Eun. 3, 5, 20 Erat quidam Eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi. Amicam quiuis mercatur muneribus Propert. 2, 16, 15. Delicias mercatus ſum Stat. Silu. 5, 5, 66. Equos mercari Horat. Serm. 1, 2, 86. Cic. Verr. 4, (2) 122 c. 49 Ab iſto, et praeco qui voluit, iſtum ordinem Pretio mercatus eſt. *Conſ. Bernegg. ad* Sueton. Caeſ. c. 9. Libra et aere aliquid Hor. Epiſt. 2, 2, 158. Magno aliquid Virg. Aen. 2, 104. Praeſenti pecunia Plaut. Capt. 2, 2, 8. Pretio aliquid Hor. Carm. 3, 19, 6. Pretio minore mercatur Gell. 1, 19. Seſtertiis ſexcentis Columel. 3, 3. Plaut. Aſin. 1, 3, 46 Diem, aquam, ſolem, lunam, noctem: haec argento non emo: caetera quae volumus vti, Graeca mercamur Fide. Plautus Graecam fidem *dixit, Vbi non verbis, neque ſtipulationibus, ſed praeſenti pecunia res agitur. Ob leuitatem enim Graecis nihil habebatur fidei, niſi praeſentem pecuniam numeraſſent.* Largus mercandi dextras Sil. 15, 498. *i. in conducendis militibus.*

MERCANS, antis. Partic. [ἐμπορευόμενος] *Qui mercatur.* Columel. 7, 6, 8 Quae videntur eſſe robuſtiora, in ſupplementum gregis referuantur, caetera mercantibus traduntur. *Quid.* mercatibus.

MERCĀTVS, a, um. Partic. *Paſſ.* [ἐμπορευθείς] *Emtus.* Plin. 37, 2 Trullam vnam non ante multos annos mercatam. Commeatibus mercatis Salluſt. *ap.* Non. 2, 5, 35. Cultus mercatus Propert. 1, 2, 5.

MERCĀTVS, ūs. m. [ἐμπόρευμα] Plaut. Aſin. 2, 3, 18 Aſinos vendidit Pellaeo mercatori mercatu. Meretricius Plaut. Poen. 1, 2, 126. Mercatus, [ἐμπόριον] *Locus in quo res venduntur, vid.* Non. 5, 35. Plaut. Perſ. 2, 3, 8 Nam ibi mercatum dixit eſſe die ſeptimi. Ter. Adelph. 2, 2, 23 Niſi eo ad mercatum veniam, damnum maximum eſt. *Vbi* Donat. Mercatus, Locum, tempuſque ſignat. Cic. de Inuent. 2, 14 Quidam proficiſcens ad mercatum quendam, et ſecum aliquantum nummorum ferens. Frequens mercatus Liu. 1, 30. Concelebrare, *vid.* CONCELEBRO. Cic. Verr. 4 (2) 133 c. 53 Tanto mercatu Praetoris Indicto, concurritur vndique ad iſtum Syracuſas: flagrabat domus tota Praetoria ſtudio hominum et cupiditate. Cic. Philipp. 5, 30 c. 12 Earumque rerum omnium domeſticum mercatum Inſtituerit, Populo Romano leges impoſuerit: armis et praeſidiis Popul. Roman. et magiſtratus foro excluſerit. Magna pars Italiae Stato in eoſdem dies mercatu congregata Tac. Hiſt. 3, 30, 2.

MERCATIO, ōnis. f. [ἐμπόρευσις] Gell. 3, 3 Pecunia omni in mercationibus perdita. Auien. Aſtron. 250.

MERCĀTOR, ōris. m. [ἔμπορος] *Qui ſuas merces emendo et vendendo tractat, in quo differt ab* Inſtitore, *qui alienas; et* Negotiatore *qui non ſolas merces, ſed alia quoque lucroſa negotia tractat.* Hor. Epiſt. 1, 1, 15 Impiger extremos currit mercator ad Indos. Cic. in Orat. 232 Neque me diuitiae mouent, quibus omnes Africanos et Laelios multi venalitii, mercatoreſque ſuperarunt. Sacci mercator olentis Iuuen. Sat. 14, 269. Diues Hor. Carm. 1, 31, 11. Incinctus tunica Ouid. Faſt. 5, 675. Vagus Hor. de Arte Poët. 117.

MERCATORIVS, a, um. Adi. Mercatoria nauis Plaut. Bacch. 2, 3, 2.

MERCATVRA, ae. f. [ἐμπορία] Non. 5, 35 *Definit* actum, vel lucrum de merce, *laudatque* Cic. de Rep. 3 Phoenices primi mercaturis et mercibus ſuis auaritiam et magnificentiam, et inexplebiles cupiditates omnium rerum exportauerunt in Graeciam. Cic. Off. 1, 51 Mercatura autem ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt: ſin magna et copioſa, multa vndique apportans, multiſque ſine vanitate impertiens, non eſt admodum vituperanda. Idem ibid. 3, 6 c. 2 Ad quos quum tanquam ad mercaturam bonarum artium ſis profectus, inanem redire turpiſſimum eſt. Mercaturam *a* mangonio *veteres ſeparauere.* Plaut. Trin. 2, 2, 51 Mercaturam an venales habuit? Senec. de Benef. 4, 13 *extr.* Mercator vrbibus prodeſt, medicus aegris, mango venalibus. Abire Tarentum ad mercaturam, *vid.* ABEO. Cic. Verr. 5, 71 c. 28 Alios qui a praedonibus erant capti, quum mercaturas facerent, vt aliquam ob

ob cauſam nauigarent. Verti in mercatura Plaut. Moſt. 3, 1, 109. Hor. Serm. 2, 3, 107 Auerſus mercaturis, *i. alienus a mercatura.* Quaeſtuoſa Cic. Tuſc. 5 c. 31 *pr.* Quaeſtuoſiſſima emendi et vendendi mercatura Id. de Finib. 5, 91.

MERCĀLIS, e. Adi. *i. venalis, mercede comparabilis, vt ſtatim de* Mercabili *videbimus.* Impp. Dioclet. et Maxim. l. 5 C. de condict. ob turp. cauſ. Mercalem te habuiſſe vxorem proponis: vnde intelligis et confeſſionem lenocinii preces tuas continere, et cautae quantitatis (*pecuniae, quam tibi ſtipulatus es*) ob turpem cauſam exactioni locum non eſſe.

MERCABĬLIS, e. *Idem.* Ouid. Amor. 1, 10, 21 Stat meretrix certo cuiuis mercabilis aere.

MERCVRIĀLIS, is. f. [λινόζωστις] *Herba.* Scrib. 13 Mercurialis herba 135, 184. Plin. 25, 5 Linozoſtis ſiue parthenion Mercurii eſt inuentum, ideo apud Graecos hermupoan multi vocant eam, apud nos omnes mercurialem, *etc.* *Vid.* Apul. de Herb. c. 83. *Et* Cato de R. R. c. 158.

MERCVRIVS, i. m. [Ἑρμῆς, Ἑρμείας] *Quaſi* Medicurrius ſ. Medius *inter homines* currens, *quod ſermo currat inter homines medius, vel vt ait* Seru. *ad* Aen. 8, 138 Quod inter caelum et inferos ſemper incurrat. *Eſt enim* ſuperis deorum gratus et imis Hor. Od. 1, 10 *extr. quae tota eſt in Mercurium: vel vt* Claudian. de Raptu Proſ. 1, 89 Commune profundis Et ſuperis numen, qui fas per limen vtrumque ſolus habet, geminoque facit commercia mundo. *Graeci hoc nomine* ψυχοπομπὸν *vocant.* Animarum vector Apul. Apol. p. 295, 7 *ex emend. Scaligeri, pro* Carminum. *Artium omnium praeſes, in primis autem ſermonis. Ideo et alas in capite et pedibus ponunt, volentes ſignare, velocem ferri per aëra ſermonem. Ideo nuntium volunt dictum, quoniam per ſermonem omnia cogitata enuntiantur. Dictus eſt porro deus mercatorum, palaeſtrae, furum, muſicorum item, qui lyram inuenerit etc. Qui noſſe penitius Mercurium voluerit, illi legendus eſt Homeri in illum Hymnus, et Lucianus in illis Deorum mortuorumque dialogis, quibus loquentem illum introducit. Add.* Seruius *ad illud* Virg. Aen. 8, 138 Vobis (*Arcadibus*) Mercurius pater eſt, quem candida Maia Cyllenae gelido conceptum vertice fudit. Quinque Mercurii Cic. de Nat. Deor. 3, 56 *numerantur, vbi de hoc Deo vel Dis adeo plura.* Apul. Met. 5 p. 175 *extr. Mercurium ita alloquitur Venus,* Frater Arcadi, ſcis nempe, ſororem tuam Venerem ſine Mercurii praeſentia nihil vnquam feciſſe — *Deinde praeconium facit Mercurius.* Id. Apol. p. 315 *ſtatua parua* Mecurii *ita deſcribitur,* En vide, quam facies eius decora, et ſucci palaeſtrici plena ſit, quam hilaris dei vultus, vt decenter vtrinque lanugo malis deſerpat, vt in capite criſpatus capillus ſub imo pilei vmbraculo appareat, quam lepide ſuper tempora pares pinnulae emineant; quam autem circa humeros veſtis ſuſtricta ſit. *Comparare iuuabit picturam* Martian. Capellae 1 p. 3 *per quod totum opus multa de Mercurio ſparſa legas, de cuius et* philologiae nuptiis *totum opuſculum inſcriptum ſit. In prouerbium abiit vox Pythagorae apud* Apul. Apol. p. 302, 5 Non ex omni ligno debet Mercurius exſculpi. Communis Mercurius *Graecum eſt, quo vtuntur, vbi ſubito aliquid boni inuentum commune eſſe volunt. Vid. Spanh. ad Callimach. Hymn. in Dian. 70. Otto de tutela viar.* 1, 9 *quod totum agit de Mercurio.* Aliger Stat. Theb. 2, 1. Arcas Tegeaticus Id. Silu. 1, 2, 18. Mercuri, facunde nepos Atlantis Hor. Carm. 1, 10, 1. Celer Mercurius Hor. Carm. 2, 7, 13. Cyllenius et Maiugena Martian. Cap. 1 p. 15. MERCVRIO MAXIMO CONSERVATORI ORBIS ſtatua et ara conſecrata *apud Reineſ. Inſcr.* 1, 81. ¶ 2 Mercurius *Planeta ſoli proximus. Vid.* Plin. 2, 8. Cic. de Nat. Deor. 2, 54. Gr. στίλβων. ¶ 3 Mercurii *in viis ſtatuae vel cubi potius, aut priſmata, quibus caput iuuenile impoſitum et rigens faſcinum affixum. Vid.* Seru. *ad* Aen. 8, 138. *et* Macrob. Sat. 1, 18. Nep. Alcib. 3 Accidit, vt vna nocte omnes Hermae, qui in oppido erant Athenis, deiicerentur, praeter vnum, qui ante ianuam erat Andocidi. Itaque ille poſtea Mercurius Andocidis vocatus eſt. *Collegit omnia diligenter laudatus Otto.* ¶ 4 Mercurius *in equi partibus quis ſit, mihi non liquet.* Veget. Mulom. 4, 2, 1.

MERCVRIALES. [Ἑρμαϊσταί] Cic. Q. Fratr. 2, 5 M. Furium Flaccum, Equitem Romanum, hominem nequam, Capitolini et Mercuriales de collegio eiecerunt. *Collegium erat mercatorum, inſtitutum Appio Claudio, et Seruilio Coſſ. Vid.* Liu. 2, 21 *et* 27. *Sic dictum, quod* Mercurius, *mercibus et quaeſtibus praeerat. De qua re vide plura,* Prol. Amphitr. Plaut. *et Taubmann. ad loc.* Mercuriales viri, *pro Eruditis* Hor. Carm. 2, 17, 29.

MERDA, ae. f. [σκῶρ, σκατὸν, μίνθος] *Eſt Cibi retrimentum.* Hor. Serm. 1, 8, 37

Mentior at ſi quid, merdis caput inquiner albis
Coruorum, atque in me veniat mictum atque cacatum
Iulius, *etc.*

Phaed. 4, 17 Odorem cum merdis cacant. Bubula Veget. 2, 8, 4.

MERE. Adu. *vid.* MERVS.

MERENDA, ae. f. [δειλινὴ Gloſſ. Gr. Lat.] Dicitur (*auctore* Nonio 1, 118) Cibus, qui poſt meridiem datur. Plaut. Moſt. 4, 2, 50 Eia maſtigia, numquid ad merendam iſtic ero? Feſtus: Merendam antiqui dicebant pro Prandio: quod ſcilicet medio die caperetur. *At rectius Ioſ. Scal. a* Merendo *ducit; quod iis, qui merebant aere, antequam labore mitterentur a domino dabatur. Neque enim in meridiem, ſed poſt meridiem, ſub veſperam ſcilicet, merenda apponebatur. Vid.* Calpurn. Ecl. 5, 60. Iſidor. 20, 2. *Mercurial. Var. Lect.* 4, 17. *Muret. Var. Lect.* 4, 12. *Turneb. Aduerſ.* 17, 7. *et Voſſ. Inſtit. Orat.* 4 p. 222

MERENDARIVS, i. m. *Seruus, qui merenda veſcitur.* Sen. in Controu. 5, 33 *extr.* Oſtende nobis merendarios tuos, *Mutilatos a te miſeros, cum illis poſt opus diurnum, cum tibi meruere ſtipes, merendam diſtribuis.*

MERENDO, āre. Quaſi Meridie edere, vel merendam edere Iſidor. 20, 2.

MEREO, ui, ĭtum, *et* MEREOR, itus ſum, ēri. Dep. [μισθοφορέω, μισθοδοτοῦμαι] Significat (*vt ait* Donatus) Aliquid mercedis pro labore parare vel ſumere, dignum eſſe: *eſtque medium, quod tum ad bona, tum ad mala pertineat.* Plaut. Trin. 5, 2, 5 Non videor meruiſſe laudem, culpa caruiſſe arbitror. Ter. Andr. 1, 5, 46 Vnum hoc ſcio, hanc meritam eſſe, vt memor eſſes ſui. Aera merere Hor. de Arte Poët. 345. Amorem Id. Serm. 1, 1, 87. Coronam primam laude merui Virg. Aen. 5, 355. Decus meruere non minimum Hor. de Arte Poët. 286. Exempla nouiſſima meritus, *h. e. Vltimum ſupplicium* Tacit. Ann. 12, 20, 4. Exitium Ouid. Met. 2, 290. Famam apud Graecos Alcibiades Plin. 14, 22. Fauorem Quinct. 4, 1. Caeſ. Bell. Gall. 1, 40 Non minorem Laudem exercitus, quam ipſe imperator, meritus eſſe videbatur. Laudem pietate Ouid. ex Pont. 2, 6, 31. Lauream linguae Cicero Plin. 7, 30. Magna merens Stat. Silu. 5, 1, 112. Necem meruiſſe Ouid. Epiſt. 11, 109. Notam exhaeredationis non meruerunt Vlpian. in l. 1. in Princip. D. de coniung. cum emanc. liber. eius. Odium Quinctil. 4, 1. Offenſam Id. 4, 2. Officio meruit a quolibet hoc ſibi donari. Florent. in l. Peculium ex eo conſiſtit. D. de pecul. Poenas meritas dare Ouid. Faſt. 4, 239. Caeſ. Bell. Gall. 7, 34 Eaque, quae meruiſſent Praemia, ab ſe deuicta Gallia exſpectarent. Suet. . . . Prima Stipendia meruit. Cic. de Sen. 49 Emeriti ſtipendia, *Qui militia perfuncti ſunt. Budaeus. Add.* Liu. . . Supplicium meruiſſe Ouid. Met. 5, 666. Veniam meruere Lucan. 4, 123. Virum dote Plaut. Moſt. 1, 3, 124. Mereri, de turpi lucro dictum, pro Quaeſtum ſordidum facere. Varro Eumenidibus, Primum iſte, qui meret ſeſtertios vicenos Non. 4, 296. Suet. Calig. c. 40 Ex capturis proſtitutarum, quantum quaeque vno concubitu mereret. ¶ 2 Mereri de aliquo, *Conferre aliquid in aliquem.* Plaut. Aul. 2, 2, 45 Nam de te, neque re, neque verbis merui vt faceres quod facis, *i. Nunquam in te quidquam commiſi, propter quod iure nunc me irrideas.* Ter. Heaut. 1, 1, 33 Quaeſo quid de te tantum meruiſti? *Quid in te admiſiſti? Sed in bonam partem* Cic. Verr. 4, 81 Talis ille vir fuit, ita de Pop. Rom. meritus eſt, vt non vni familiae, ſed vniuerſae ciuitati commendatus eſſe debeat. *De P. Africano.* Bene mereri [ἀγαθοποιεῖν] de aliquo, *Conferre beneficium in aliquem.* Virg. Aen. 4, 317 Si bene quid de te merui. Cic. Fam. 1, 9 Erat infinitum bene de me meritos omnes nominare. Deſine de quoquam quidquam Bene velle mereri Catull. 74, 1. L. BAEB. PARDVS OMNI BONO DE SE MERITAE FECIT Inſcr. Grut. p. 787 n. 5. Male mereri de aliquo, *Offendere aliquem, incommodare alicui.* Cic. de Finib. 1, 7 Male credo mererer de meis ciuibus, ſi ad eorum cognitionem diuina illa ingenia transferrem. Mereri erga aliquem, Plaut. Amphit. 5, 1, 49. Mereri, *Praeſtare beneficium.* Ter. Hec. 3, 5, 37 Quae nunquam quidquam erga me commerita eſt pater quod nollem, et ſaepe quod vellem meritam ſcio. *Vbi* Donat. Mereri bona dicimus, Commereri mala, *i.* Delinquere, peccare. Ergo hic Meritam, pro Praeſtitiſſe dixit. Idem alio loco, *ad* Adelph. 2, 1, 47 Et Mereri et promereri, eſt praeſtare beneficium. Virg. Aen. 6, 664 Quique ſui memores alios fecere merendo. ¶ 3 *Formulae aliae,* Mereri, *Stipendia facere,* Cic. Verr. 5, 160 Clamabat ille miſer, ſe ciuem eſſe Romanum, municipem Coſſanum, meruiſſe cum Lucio Precio ſplendidiſſimo Equite Romano, qui Panormi negotiaretur. Idem pro Rabir. 21 Quo tu imperatore Labiene meruiſti. Qui in caſtris ductor meruit Tac. Ann. 2, 10, 4. *Sic* Liu. 21, 4 Triennio ſub Aſdrubale imperatore meruit. Lucan. 6, 144 Caſtrorum in plebe merebat, *gregarius miles erat.* Merere, *cum Ablat.* Cic. pro Roſc. Comoed. 28 Nam illa membra merere per ſe non amplius poterant duodecim aeris: diſciplina quae erat ab hoc tradita, locabat ſe non minus ſeſtertiis CCCIↃↃↃ. Lucan. 10, 409 Aere merent paruo. Merere equo, *et* Merere equo publico, *ad militiam pertinet* Plin. 33, 1. *Add.* Liu. 27, 11 *extr.* Cic. Philipp. 1, 20. *Hinc* Corpore olim ſuo, nunc coniugis vulgo meret, *i. olim puer meritorius, nunc leno ſuae vxoris* Apul. Apol. p. 322, 12. Vulgo *eſt Datiuus.* Merere pedibus Liu. 24, 18. Stat. Theb. 4, 237 Non hi tibi ſolum Amphiaraë merent, *i. militant. Eſt forma loquendi elegantiſſima,* Non meream hoc vel hoc; vt Hoc vel illud faciam. Plaut. Men. 1, 3 *extr.* Neque hodie vt te perdam, meream Deum diuitias mihi. Idem Moſt. 4, 2, 71 Quid merear quamobrem mentiar? *Et* Bacch. 5, 2, 65 Quem quidem ego vt non excruciem, alterum tantum auri non meream. Cic. de Finib. 2, 74 Quid merearis igitur, vt te dicas in eo magiſtratu omnia voluptatis cauſa facturum? *Et* de Nat. Deor. 1, 67 c. 24 Quid enim mereas, vt Epicureus eſſe deſinas Nihil equidem, vt rationem vitae beatae veritatemque deſeram. *In delationibus honorum, praemiorum, et laudum, vrbane vtebantur Antiqui hac forma,* Si meruero. Suet. Neron. c. 10 Agenti Senatui gratias, reſpondit, Cum meruero. Idem Aug. c. 56 Nunquam filios ſuos populo commendauit, vt non adiiceret, Si merebuntur. ¶ 4 Mereri *etiam eſt plus quam* ἀξιωθῆναι, *eſt* τυγχάνειν *Conſequi; idque etiam ſine praecedenti aliquo merito, gratia conſequi. Vid. Caſaub. ad* Plin. Epiſt. 1, 8 n. 14. *ad verba,* Si caſu aliquo non ſequatur, idcirco quod gloriam non meruit, minus pulcrum eſt. *Add.* Plin. 10, 3, 4. 10, 19, 3. *et* Paneg. 89, 3. Prudent. Cathem. 3, 15 Edere namque deum merita omnia Virgo venena domat, *i. Maria.* Dracont. Hexaëm. 125 Exſilit inde volans gens plumea lacta per auras — collaudans dominum, meruiſſe creari: *aues, quae nondum fuere, nihil facere potuerunt etc.* Iuuenc. 3, 495 *de infantibus,* Tales affirmat regna mereri Aulae caeleſtis. Alcim. Auit. de Virgine Matre, ad Soror. v. 214

— quae pondere caſto
Factorem portare ſuum, Dominumque perennem
Edere commeruit.

i. Conſecuta eſt per gratiam, quod aliis erat praelata, vt ederet. Similiter Legatum mereri *dicitur* Paullo l. 21. D. ad Leg. Falcid. *qui accipit ſiue conſequitur legatum. Ita quoque* Donationem merere. l. 10. de Piſtor. Cod. Theodoſ. *Conf.* Claud. in Eutrop. 1, 176. *Elmenhorſt. ad* Arnob. 1 p. 15. *Muncker. ad* Fulg. Mythol. 2, 5.

MERENS, entis. Partic. Virg. Aen. 2, 229 *et* 585. *Paſſim in* Inſcript. *etiam in Superlat. vt* Gruter. p. 932 n. 7. Reineſ. Cl. 16 Inſcr. 8.

MERITVRVS. Cic. Acad. 1, 26 c. 7 Tu vero etiam bene meriturus mihi videris de tuis ciuibus.

MERĬTVS, a, um. Partic. [ἄξιος Gloſſ. Lat. Gr.] Ter. Phorm. 5, 9, 25 Ego Nauſiſtrata eſſe in hac re culpam meritam non nego, ſed eam, quae ſit ignoſcenda, *i. Non eo inficias, me in hac re deliquiſſe, et aliquid tale commiſiſſe, vnde culpari merear.* Diu meritus Tac. Ann. 11, 18, 2. *i. opera militari praeſtita.* Meritus nouiſſima Exempla Idem ibid. 12, 20, 4. Stipendia meriti Id. ibid. 1, 36, 4. Sic meritus, *apud Poëtas: vid. Burm. ad* Ouid. Her. 4, 127. Plin. 7, 30 Primus in toga triumphum, linguaeque lauream merite. Grates meritas agere Ouid. in Ibin 26. Meritos aris imponit honores, *i. Congruos et conuenientes* Virg. Aen. 3, 118. Honores meritos indicit Idem ibid. 3, 264. Aliquam iracundiam non iniuſtam, ſed meritam ac debitam fuiſſe defendere Cic. de Orat. 2, 203 c. 50. Morte iacent merita Ouid Faſt. 3, 707. Meritas dare ſanguine Poenas Idem ibid. 4, 239. *Paſſiue.* Plin. 7, 18. *Superl.* Plin. Epiſt. 5, 15 Quod mihi cognitum eſt non fama, qua alioqui optima et meritiſſima fruitur, ſed longis, magniſque experimentis. *Conf.* Reineſ. Inſcript. 5, 35. *et Index Affectuum ad Opus Grut.*

MERĬTVM, i. n. [ἀγαθοποιΐα, εὐεργέτημα] *Praeſtitum beneficium, Officium.*

Officium. Ἀξία, meritum dignitas Vet. Gloſſ. Tanta eſt magnitudo tuorum in me meritorum Cic. Fam. 1, 1. Idem ibid. Quid enim tibi pro maximis tuis, ac paene immortalibus in me meritis, praeſtare amplius poſſim? Idem Att. 2, 17 Merita in patriam ad annos ſexcentos maiora viderentur. Memor meriti Ouid. Triſt. 5, 9, 3. Tanti meriti non immemor Virg. Aen. 9, 256. Praedicator meritorum alicuius Plancus Cic. Fam. 10, 7. Praemia grandia meritorum Hor. Epiſt. 2, 2, 38. Immane meritum Lucan. 9, 1044. Diuinum atque Immortale meritum Cic. Phil. 3 c. 6. Vilia Ouid. Met. 13, 101. Aſſequi alicuius meritum, *vid.* ASSEQVOR. Conſtare meritum Cic. Fam. 1, . . Cic. de Amicit. 26 c. 8 Vt Dandis Recipiendisque meritis quod quisque minus per ſe ipſe poſſet, id acciperet ab alio viciſſimque ipſe redderet. Exprobrare meritum alicui Ouid. Epiſt. 12, 21. Faciam pro tuis in me meritis, *etc.* Cic. pro Milon. 100. Habere meritum Id. 10, 24. Illuſtratur magnis in Rempublicam meritis virtus alicuius Id. ibid. 10, 12. Implere aliquem meritis Ouid. Amor. 2, 3, 11. Oblitus meritorum Id. Met. 8, 140. Merita ad nihilum venire Cic. Fam. 11, 12. ¶ 2 *Ponitur* Meritum *pro praecipuo in aliqua re, quo illa cenſetur, aeſtimatur.* Et quo ſit Merito quaeque notata dies Ouid. Faſt. 1, 8. Grande loci Meritum teſtantur et altera dona Martial. 8, 65. Nec rudis in tali ſuffecit gratia textu, Auget acus Meritum, picturatumque metallis Viuit opus Claud. Conſul. Honor. 4, 589. *de veſtimento.* Veterani quoque ſacris conſtitutionibus delatores eſſe prohibentur propter honorem vtique et Merita militiae l. 18 §. 5 D. de iure fiſci. Qua forma aut Merito fueris, qua ſtirpe parentis Auſon. Profeſſor. Burdigal. Epigr. 13. *Conf.* Grat. Cyneg. v. 249 *et* 370 Pallad. de Inſit. *vbi* de piſtaceis. *Ita ſaepe Eccleſiaſtici Scriptt. vt* Prudent. Hieron. Tertull. *etc.* ¶ 3 Meritum *in malam etiam partem, certe media ſignificatione.* Meriti ſi nulla eſt noxia tanti Gratius Cyneg. v. 439 Probum Improbumue Macrob. Somn. Scip. 1, 1. Caeleſtis iudicii dies, quo ipſe *Deus* pro ſuis quemque meritis aut honoret aut puniat Lactant. 5, 23. *Conf.* Id. 7, 20. Iuſtin. 1, 6 *de Aſtyage, qui Harpagi filium interfecerat, epulandumque patri tradiderat*; Aſtyages, *inquit*, meriti in Harpago oblitus, ſummam belli eidem committit, qui exercitum acceptum ſtatim Cyro per deditionem tradidit, regis crudelitatem perfidia defectionis vlciſcitur. *Vid.* Macrob. Saturn. 1, 1. ¶ 4 *Obſeruationes aliae:* Meritum, *pro Mercede.* Ter. Phorm. 2, 1, 75 Egone illam cum illo vt patiar nuptam vnum diem? nihil ſuaue meritum eſt. Donatus, Nihil mihi mercedis ſuaue eſt, vt ego illam cum illo nuptam feram: ſuaue meritum enim ſuauem mercedem ſignificat. *Conuenerit itaque ex Donati mente cum illis formulis, quas dedimus in* MEREO n. 3. Non meream diuitias *etc.* *Sed Bentl. legit,* Nil ſuaue merita eſt: *et Donatum reprehendit ſatis quidem confidenter, neſcio an ſatis iuſte.* Specta, quale caeleſti prouidentia Meritum reportauerit Apul. Met. 8 p. 258. Multo magis eligeret tunicam Paulli cum Meritis eius, quam regum purpuram cum poenis Hieron. in vita Paulli *extr.* Meritis rependet congrua Prudent. Hymn. de Nat. Chriſti *extr.* *Conf. ad h. l. Buchner.* *Add.* Proſper in Ingratos Praef. *extr. et* v. 992. Rad. Ardens Homil. in Vigil. Aſcenſ. Dom. p. 484 ſeq. *Dorſch. in relat. Anon. de S. Marci corpore not.* p. 211. Meritum meum eſt, *h. e. Meritus ſum* Ter. Heaut. 1, 1, 40. Merito meo Plaut. Aſin. 2, 4, 84. Cic. Fam. 5, 9 Scis meam fortunam neſcio quo modo obtrectatores inuenire non meo quidem mehercules merito. Ter. Eun. 3, 2, 5 Ecquid nos amas de fidicina iſtac? *etc.* THA. plurimum merito tuo. Piſonem noſtrum merito eius Amo plurimum Cic. Fam. 14, 2. Pro merito, *Ita vt meritus eſt quis* Ter. Phorm. 2, 2, 23. Ouid. Epiſt. 5, 7 Leniter, ex merito quidquid patiare, ferendum eſt.

MERITISSĬMVM. [μέγιστον εὐεργέτημα] *h. e. Maximum meritum.* Plaut. Aſin. 3, 3, 147 Iube aduenire quaeſo, meritiſſimo eius quae volet faciemus.

MERĬTO. Adu. [ἀξίως, εἰκότως, πρὸς ἀξίαν] *Digne, dicitur.* Ter. Andr. 3, 2, 50 Si nolit quin eum merito poſſim cogere. Cic. Verr. 3 c. 68 Quamquam merito ſum iratus Metello, tamen haec, quae vera ſunt, dicam. *Superl.* Hymetto meritiſſime tribuitur principatus Solin. c. 12. Caecil. Aſoto, Meritiſſimo hic me deiecit ex hac decuria. Cic. de Orat. 234 c. 55 Primum Scaeuolae te dediſti, quem omnes amare meritiſſimo pro eius eximia ſuauitate debemus. *Add.* Non. 2, 545.

MERITO, āre. [μισθοφορέω] Cic. Verr. 3, 119 c. 50 Si quis villicus ex eo fundo, qui HS. dena meritaſſet — domino XX millia nummûm pro X miſerit. Plin. 7, 39 Quippe quum iam apud maiores Roſcius hiſtrio HS. quinquaginta annua meritaſſe prodatur, *etc.* *Add.* Cato *ap.* Feſt. Sil. 10, 656.

MERITORIVS, a, um. Adi. [μισθωτικὸς] Meritorius puer, *Qui quaeſtum facit corpore ſuo.* Cic. Philipp. 2, 105 Ingenui pueri cum meritoriis, ſcorta inter matres familiâs verſabantur. *Differunt a catamitis, qui dominorum ſuorum libidini ſeruiunt.* Rheda Suet. Caeſ. c. 57. Meritorium coenaculum, *Quod quaeſtus gratia locatur* Sueton. in Vitell. c. 7. Salutatio Senec. de Breuit. vitae c. 14. *de clientibus.* Taberna, *Diuerſorium atque hoſpitium mercenarium, vbi cuique licet introire danti mercedem.* Val. Max. 1, 7 *extr.* 10. Scorta Suet. Claud. c. 15. Vehicula Sueton. in Calig. c. 39. Meritorium, *pro Lupanari, in quo proſtant meretrices.* Firmic. 6, 31 Si autem iis Veneris acceſſerit ſtella, illuſtribus viris de meritorio detracta mulier coniugali gratia copulatur. *Paullo poſt,* Eritque in publicis meritoriis proſtituta. An putas, tunc primum te intrare Meritorium, quum fornicem meretricis ingredieris Ambroſ. in Pſalm. 118. *Vid. Barth. Aduerſar.* 48, 6. Meritorium, *abſolute, quandoque pro ſtabulo ſ. diuerſorio:* ξενοδοχεῖον Gloſſ. Lat. Gr. Iuuen. Sat. 3, 234 — nam quae meritoria ſomnum Admittunt? Vlpian. in l. Si cuius rei. §. Item ſi domus. D. de vſufruct. et quemadm. Item ſi domus vſusfructus legatus ſit, meritoria illic facere fructuarius non debet, nec per coenacula diuidere domum. *Et paullo poſt,* Quod autem dicitur meritoria, non facturum, accipe quae vulgo diuerſoria, vel fullonica appellantur. *Igitur Generis nomen eſt* Meritorium, *hoc eſſe poteſt* Diuerſorium, *poteſt eſſe* Fullonicum.

MERĔTRIX, īcis. f. [ἑταῖρα, πόρνη, μαχλὰς] *A* Merendo: *nam mercede ſuam exercet militiam, inquit Valla.* Terent. in Prol. Eun. 37 Meretrices malas paraſitum edacem. Plaut. Truc. 2, 7, 16 Meretricem ego item eſſe reor mare vt eſt, quod des deuorat: nunquam abundat. Id. Caſin. 3, 3, 21 Non matronarum eſt officium, ſed meretricium, Viris alienis ſubblandirier. Peregrinae olim meretrices dicebantur, *vid.* PEREGRINVS. Amor turpis meretricis Hor. Serm. 1, 4, 111. Artes ſacrilegae meretricum Ouid. de Arte Am. 1, 435. Alicariae meretrices, *vid.* ALICA. Arguta Hor. Serm. 1, 10, 40. Blanda Ouid. Amor. 1, 15, 18. Commoda, Ingenua, Lutea, *vid.* *ſſ. ll.* Mercabilis certo aere Ouid. Amor. 1, 10, 21. Periura Hor. Carm. 1, 35, 26. Mulier, non ſolum meretrix, ſed etiam procax Cic. pro Cael. 49. Auellere ſe a meretrice, *vid.* AVELLO. Amica meretrice inſanire Hor. Serm. 1, 4, 49. Ter. Eun. 5, 4, 10 Meretricum ingenia et mores poſſet noſcere.

MERETRICVLA. Dimin. [ἑταιρίδιον] Cic. Verr. 3, 30 A meretricula commendati. Idem de Nat. Deor. 1, 94 c. 33 Sed meretricula etiam Leontium contra Theophraſtum ſcribere auſa eſt. *Adde* Hor. Serm. 2, 7, 46.

MERETRICIVS, a, um. Adi. [ἑταιρικὸς] *Quod eſt meretricis, vel quod ad meretricem pertinet.* Ter. Andr. 5, 4, 10 Ac meretricios amores nuptiis conglutinas? Amores meretricii Cic. pro Cael. 48. Diſciplina Id. Verr. 3, 6. Domus Ter. Eun. 5, 5, 18. Corpora Ouid. Triſt. 2, 511. Opes Cic. pro Cael. 1. Quaeſtus Id. Philipp. 2, 44. Turba Ouid. Faſt. 5, 349. Vicinitas Cic. pro Cael. 37. Vita Id. pro Cael. 48.

MERETRICIVM, i. n. [ἑταιρίτης] *Ipſa meretricum ars, et vita.* Tranquil. in Calig. c. 40 Additumque ad caput legis, vt tenerentur publico et quae meretricium, et quae lenocinium feciſſent.

MERETRICIE. Adu. [ἑταιρικῶς] *In modum meretricis.* Plaut. Milit. 3, 2 *extr.* Quam digne ornata incedit, haud meretricie?

MERETRĬCO, āre. *et* Depon. MERETRICOR. [Vet. Gl. Meretricor ἑταιρεύω] *Recens verbum, cuius antiquiſſimus auctor* Cledonius Grammaticus p. 1913. Brito Aremor. 1, 441 Et quod peius erat, meretricabatur in illo *imperſonal.* *Quod vero in* Columellae *editiones irrepſit* 11, 1, 16 Quippe plurimum affert mali, ſi operario meretricandi poteſtas fiat: *iam monuimus emendandum ex MS. antiquiſſimo* tricandi, *quod ſententiae pulchre congruens verbum, cum non intelligerent monachi, quibus notius erat* meretricandi *opus, hoc ſubſtituere auſi ſunt.*

MERETRICATIO, ōnis. f. Chryſologus Serm. 19.

MERGA, ae. f. *Furcula qua aceruі frugum fiunt.* Columel. 2, 21, 3 Mergis ſpicam legere. Dictae mergae a mergis volucribus: quia vt illi ſe in aquam mergunt, dum piſces perſequuntur, ſic meſſores eas in fruges demergunt, vt eleuare poſſint manipulos. *Haec* Feſtus. Plaut. Poen. 5, 2, 58 Palas vendundas ſibi ait, et mergas datas, vt hortum fodiat, atque vt frumentum metat. Idem Rud. 3, 4, 58 Si attigeris oſtium, iam hercle tibi meſſis in ore fiet mergis pugnis probe. Mergis pugnis *dixit, quaſi eis vti velit pro furculis ad dentes colligendos. Proinde dixit,* Tibi meſſis in ore fiet, *ſubaudi Dentium. Niſi tamen ſimpliciter luſit, vt profunde ſe mergere velle pugnos in alterius facie aiceret.*

MERGES, ĭtis. f. Spicarum manipulus, *inquit* Seruius: *a* Mergendo dictus. Virg. Georg. 2, 517 Aut foetu pecorum, aut Cerealis mergite culmi Prouentuque oneret ſulcos, atque horrea vincat. Plin. 18, 30 ſ. 72 Stipulae alibi mediae falce praeciduntur, atque inter duas mergites ſpica diſtringitur, *vbi pro* mergis *poni videtur.* *Malim* mergitem *eſſe faſcem* mergis *collectum.*

MERGO, ſi, ſum, ĕre. [βαπτίζω, ποντίζω] *Sub aquam deprimere.* Plin. Epiſt. 8, 20 *extr.* Idem lacus in flumen egeritur: quod vbi ſe paullisper oculis dedit, ſpecu mergitur, alteque conditum meat. Mergere ponto Columel. 10 v. 61. Plin. 9, 36 Pelago altius merſae, quam vt penetrent radii. Brachia merſit in aquas Ouid. Met. 3, 429. Mergere ſe in flumen Varr. de R. R. 3, 10. Martial. 4, 22 Merſerat in nitidos ſe Cleopatra lacus. Aceto mergere Scribon. 47. Aequore mergere aliquem Virg. Aen. 6, 348. Limo ſe mergit ſaepius, ſiccatque ſole Plin. 8, 24. Vnda aliquem Ouid. Met 10, 697. In vndis aliquem Id. in Ibin 389. Mergere aliquem in aquam Cic. de Nat. Deor. 2, 8 c. 3. Sub aequore aliquem Virg. Aen. 6, 342. Cic. de Nat. Deor. 2, 124 c. 49 Eam ſibi cibum quaerere aduolantem ad eas aues, quae ſe in mari mergerent: quae quum emerſiſſent, *etc.* Adde quod in nigras lethargi mergitur vndas Lucret. 3, 841. *De anima.* Mergitur vnda delphinus Cic. in Arato 381. Mergere Caput, oculos, *i. deprimere: vid. Burm. ad* Quinctil. Declam. 19, 4 p. 366. Mergere cymbas, pro Submergere Plin. 9, 44. Vnda mergit ratem in ima Ouid. Met. 11, 557. Pars maxima claſſis mergitur Lucan. 3, 754. Lumina ſomno mergimus Valer. Argon. 8, 65. Ferrum merſit viſceribus Claud. Eutrop. 1, 447. ¶ 2 *Metaphor.* Mergere cenſum domini *dicitur coquus* Plin. 9, 17. *i. abſumere.* Mergere vltimis ſuppliciis Plin. 7, 40. Liu. 9, 18 *pr.* Et loquimur de Alexandro nondum merſo ſecundis rebus, *i. Obruto.* Iuuen. Sat. 10, 57 — mergit longa atque inſignis honorum Pagina. Mergunt Sortem vſurae Liu. 6, 14. *i. ſuperant.* Quis enim te deficiente crumena Et creſcente gula, manet exitus, aere paterno Ac rebus merſis in ventrem Iuuenal. 11, 38. Malis mergere aliquem Virg. Aen. 6, 512. Idem ibid. 6, 429 Quos dulcis vitae exortes, et ab vbere raptos Abſtulit atra dies, et funere merſit acerbo. Mergi. Vlpianus in l. Quid ergo. de Contraria et vtili actione tutelae. Neque enim in hoc adminiſtrantur tutelae, vt mergantur pupilli, *i. Aere alieno obruantur.* Merſus conſcientia flagitiorum ſcelerumque, *vid.* Conſcientia *in* CONSCIO. Merſus furno *vel* foro, *per translationem dixit* Plaut. Epid. 1, 2, 16 Malim iſtiusmodi mihi amicos furno merſos quam foro.

MERSVS, a, um. Partic. [βαπτισθεὶς] Campus merſus cruore Sil. 1, 50. Carina merſa Lucan. 3, 632. Dolor in corde Stat. Silu. 5, 1, 201. Ferrum in robora Lucan. 3, 435. Virg. Aen. 6, 267 Sit mihi fas audita loqui, ſit numine veſtro Pandere res alta terra, et caligine merſas.

MERSVRVS, a, um. Partic. [βαπτίσων] Ouid. in Ibin 344 Sic te merſuras adiuuet ignis aquas.

MERSIO, ōnis. f. βύθισις, δύσις ἐν ὕδατι Gloſſ. Cyrill.

MERSO, āre. Frequent. [βαπτίζω] *Saepe vel penitus mergere.* Columel. 7, 4 Quarto die, ſi eſt vicinia maris, ad litus deducta merſatur ouis. Virg. Georg. 1, 272 Balantumque gregem fluuio merſare ſalubri. Contra nunc rerum copia merſat Lucret. 5, 1006. Aries merſatur in gurgite Virg. Georg. 3, 447. Fluctibus fortunae merſor Catull. 66 (69) 13. Anima merſanda penitus puteo feruentis abyſſi Prudent. Hamart. v. 833.

MERGITO, āre. Ter mergitamur Tertull. de Cor. milit. c. 3. *i. baptizamur.* *Iunius mallet* merſitamur: *de quo ſtatim.*

MERSATVS condimento Sen. Quaeſt. Nat. l. 4 *extr.*

MERSĬTO, āre. Frequent. *nouum, a Frequentatiuo* Merſo. Solin. c. 57 *ad finem* (*al.* 45) Quo quis acrior fuerit, ſpeique maioris, eo profundius nares merſitat in bibendo. *De pullo equino.*

MERTO, āre. [καταβαπτίζω] *Idem quod Merſare.* Accius Deiphobo, Vel hic qui in ea parte effrenata impudentia praeſentem praeſens dictis mertare inſtituit. *Haec* Nonius 2, 542 Feſtus, Mertat pro Merſat dicebant. Quinctil. 1, 4, 14 Nam *Mertare* atque *Pultare* dicebant. ¶ 2 Mertaret item, Merentem faceret. Accius Myrmidonibus: Quod ſicut

decuit iſta res mecum, aut meus mertaret dolor, iamdiu inflammari et ardere naues vidiſſent ſuas Nonius 2, 533.

MERGVS, i. m. [αἴθυια] *Auis, dicta* quod mergendo in aquam captet eſcam, *vt ait* Varr. de L. L. 4, 13. Virg. Georg. 1, 361 Quum medio celeres reuolant ex aequore mergi. Seruius, Coruos aquaticos *etiam vocari, obſeruat.* Huius auis *natura eſt, vt ſaepe mergens aurarum ſignu colligat; et praeuidens tempeſtatem futuram, propere medio reuolet ex aequore, et ad litorum tuta cum clamore contendat.* Hor. Serm. 2, 2, 51 Si quis nunc mergos ſuaues edixerit aſſos, Parebit praui docilis Romana iuuentus. Aprici mergi Virg. Aen. 5, 128. Mergus prius vitabit aquas: *de Re incredibili dixit* Ouid. ex Pont. 1, 6, 51

Nam prius incipient turres vitare columbae,
Antra ferae, pecudes gramina, mergus aquas:
Quam male ſe praeſtet veteri Graecinus amico.

Agrarii mergi Lucil. *de iis, qui agris comparandis inhiant: vid.* Capitolin. Pertin. c. 9, 1. Gebhard. in Tibull. 2, 3, 45. ¶ 2 Mergus, in vite *quid ſit, declarat* Columel. 4, 15, 2 *his verbis*, Mergi genus eſt, vbi ſupra terram iuxta ſuum adminiculum vitis curuatur, atque ex alto ſcrobe ſubmerſa perducitur ad vacantem palum; tum ex arcu vehementer citat materiem, quae protinus applicata ſuo pedamento ad iugum euocatur. *Add.* Pallad. 3, 16, 1. Colum. 5, 5, 16. *Hinc* Mergum attrahere Col. 4, 15, 1. Amputare Id. 4, 15, 4. Mergis propagare veteres vineas Col. 4, 2, 2. Salices Col. 4, 30, 7.

MERGVLVS, i. m. Leuit. 11, 17 *Auis.*

MERIBVLVS, *vid.* MERVS.

MERICVS, Vitis merica Columel. 3, 2, 27 *Lectio pariter atque appellationis ratio incertiſſima.*

MERIDIES, ēi. m. [μεσημβρία, δῆλον] Varro de L. L. 5, 2 p. 44, 16 Meridies ab eo, quod medius Dies. D antiqui non R in hoc loco dicebant, vt Praeneſte inciſum in Solario vidi, quod Cornelius in Baſilica Aemilia et Fuluia inumbrauit. Cic. (Orat. c. 47) *apud* Non. 1, 299 Ipſum Meridiem cur non medidiem? Credo, quod erat inſuauius. *Meminit etiam* Quinct. 1, 6, 30. *Prouerbii notam habet illud* Cic. Att. 1, 1 Catilina, ſi iudicatum erit, meridie non lucere, certus erit competitor. *Conf.* Non. 1, 299. Ter. Adel. 5, 3, 62 Praeter haec meridie ipſo faciam vt ſtipulam colligat. Cic. in Orat. 157 Ipſum meridiem cur non medidiem? credo quod erat inſuauius. Meridies *vocatur Auſtralis mundi regio.* Cic. de Nat. Deor. 2, 50 c. 19 Sol curſum flectit tum ad ſeptentrionem, tum ad meridiem. Meridies *olim Romanis ſatis pingui Minerua exploratus.* Plin. 7 c. vlt. *de horarum obſeruatione*, Serius etiam hoc Romae contigit. Duodecim tabulis ortus tantum et occaſus nominatur. Poſt aliquot annos adiectus eſt et meridies, Accenſo Conſulum id pronuntiante, quum a Curia inter Roſtra et Graecoſtaſin proſpexiſſet ſolem. Appetit meridies, *vid.* APPETO. Inclinat meridies Hor. Carm. 3, 28, 5. Ante meridiem Scribon. 113. Ad meridiem, *vid.* AD *praepoſitionem.* In meridiem ſpectat, *vid.* IN *praepoſitionem.* ¶ 2 *Improprie* Varro Marcipore pro Media nocte. Repente noctis circiter meridiem Non. 6, 16. *Quae ibi ſequuntur videntur corrupta, ſed elici tamen inde videtur*, Meridies cogitationum, *i. medium.* *Alii* Aetatis meridiem *inde exſculpunt.*

MERIDIĀNVS, a, um. Adi. [μεσημερινός, μεσημβέριος] *Quod ad meridiem, vel pro tempore ſumtum, vel pro regione, ſpectat.* Μεσημβρινόν, meridianum Gloſſ. Gr. Lat. Mare Plin. 6, 17. Meridianus orbis Plin. 13, 4. Sol Idem 12, 19. Tempus Cic. de Orat. 3, 17. Meridianus *pro Gladiatore.* Suet. in Claud. c. 34 Beſtiariis meridianisque adeo delectabatur, vt etiam prima luce ad ſpectaculum deſcenderet, et meridie dimiſſo ad prandium populo praeſideret. Meridianos, *vocat Gladiatores, qui hora meridiana digladiabantur. Vid. h. l. Torrent. et add.* Tertull. Apol. c. 15. Meridiano, *pro Meridie: h. e. hora meridiana* Plin. 9, 8. *Et* 2, 26 Praeter ora populi meridiano tranſcurrit.

MERIDIĀLIS, e. Adi. *Idem.* A meridiali Latere Ammian. 22, 34. Orientalis et meridialis *aëris* Temperatura Tertull. de Anima c. 25. Gell. 2, 22 Meridialis ventus, *vt Salmaſ. Exerc. Plin. p. 881. emendauit, pro*

MERIDIONALIS, e. *Vid. Cellar. Cur. Poſter. p. 311. vbi ex* Firmic. 2, 12 Signum meridionale, produxit. Lactant. *quoque in plurimis editt.* 2, 9, 9 Meridionalis plaga. *Al.* Meridiana: *quod haud dubie certius.*

MERIDIO, *vel* MERIDIOR, āri. [μεσημερέω] *Somnum meridianum capere.* Μεσημβρίζω, meridio Gloſſ. *Laudatur neſcio vnde* Plaut. Ientando, meridiando, comeſſando, pergraecando vitam ducere. Catull. 30 (33) 3

Amabo mea dulcis Ipſithilla,
Meae deliciae, mei lepores,
Iube ad te veniam meridiatum.

Sueton. in Calig. c. 39 Gloriatusque eſt, expergefactae ſomno Caeſoniae, quantum egiſſet, dum ea meridiaret. Corn. Celſ. 1, 2 Longis diebus meridiari potius ante cibum vtile eſt; ſin minus poſt eum: per hiemem potius totis noctibus conquieſcere. *Add.* Suet. Ner. c. 6.

MERIDIATIO, ōnis. f. [μεσημβρίασις] *Quies meridiana.* Cic. de Diuin. 2, 142 c. 68 Nunc quidem propter intermiſſionem forenſis operae, et lucubrationes detraxi, et meridiationes addidi, quibus vti antea non ſolebam.

MERIŎNES. [Μηριόνης] *Idomenei patruelis, quem Homerus inter Graecorum fortiſſimos numerat Iliad.* 7. *Auriga ipſius Idomenei.* Hor. Carm. 1, 6, 15 Aut puluere Troico Nigrum Merionem. *Add. Ibid.* 15, 26.

MERITO, āre, MERITORIVS, MERITVM, *vid.* MEREO.

MERK. *Nota eſt in vetuſto Kalendario Rom. ap.* Gruterum p. 133 *addita* prid. Id. Iulii *et aliquot ſequentibus diebus, itemque* XII Kal. Oct. et ſeqq. *denique* XIV Kal. Dec. ſqq. Merkedinos *aut* Merkedonios dies *interpretatur Scal. de Emend. temp. 2 p. 177, a. a* Merkedona *dea dictos, quae praefuerit mercedibus et penſionibus ſoluendis: id apparere in menſe Iulio, quo inquilini, inquit,* τὸ ἐνοίκιον (*mercedem*) *pendebant, et migrabant ex aedibus in alias. Similiter in Teutoniſmo* Zinstag (Dienstag) *Dies Mercedonius. Nempe* Feſtus, Mercedonias dixerunt a mercede ſoluenda. Iſid. Gloſſ. Mercedonius qui ſoluit mercedem. Mercedarius, qui dat mercedem pro labore ſibi impenſo. *Caeterum* Merkedinus [μερκηδῖνος] *vel* Merkedonius [μερκηδόνιος] *menſis dictus intercalaris ille Numae, alternis bienniis viginti duum et viginti trium dierum, de quo nomine miratur Scaliger, nullam mentionem ſupereſſe, niſi apud Plutarchum in Numa* (p. 72, a) *et Caeſare* (p. 735, d) *Idem Scaliger ibid.* 5 *p.* 441 *ad* dies Merkedonios *refert locum* Tertull. de idol. (c. 13) Sunt quidam dies munerum, quae apud alios honoris titulum, apud alios mercedis debitum expungunt. Nunc ergo, inquis, recipiam meum, vel expungam alienum. Si hunc morem ſibi homines de ſuperſtitione conſecrauerunt, tu extraneus — quaſi tibi quoque praeſcriptum ſit de die, quo minus id, quod homini debes, vel tibi ab homine debetur, citra diei obſeruationem vel luas, vel recipias.

MERMEROS. *Vnus ex Centauris.* Ouid. Met. 12, 305 Quique pedum nuper certamine vicerat omnes Mermeros, accepto tum vulnere tardior ibat.

MERMESSVS. [Μερμησσός] *Vrbs Troadis, in Ida monte.* Marmeſſum vicum *vocant libri optimi quique.* Lactant. 1, 6, 12. *Hinc*

MERMESSIA *apud* Tibull. 2, 5, 67 *eſt Sibylla Helleſpontiaca. Sic enim ſcribendum eſſe nomen, non* Marmeſſia, *neque* Marpeſſia, *docet Brouckh.*

MERO. [Μέρων] *Dictus eſt Nero, quod impendio vinoſior eſſet.* Suet. in Tiber. c. 42 In caſtris tiro etiam tum, propter nimiam vini auiditatem, pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero vocabatur. ¶ 2 Merones ex vlua paluſtri facti Vitruu. 5, 12 *potius ſunt* Aerones *v. v.*

MEROBIBVS, *vid.* MERVM.

MEROCHITES, *vel* MEROCTES, ae. m. *Gemma lacte ſudans.* Plin. 37, 10.

MERŎE, es. f. [Μερόη] *Inſulae Nili metropolis; a qua et tota inſula, maxima Nili,* Meroë *dicitur.* Lucan. 10, 163 Merum — paucis ſenium cui contulit annis Indomitum Meroë cogens ſpumare Falernum. *Vbi* Schol. In Meroën vina ideo deferuntur, vt nimio ſole cocta, licet multorum annorum non ſint, tamen vetuſtiſſima iudicentur. Idem Lucan. 10, 303

Gurgite rupto
Ambitur nigris Meroë foecunda colonis
Laeta comis ebeni; quae quamuis arbore multa
Frondeat, aeſtatem nulla ſibi mitigat vmbra.

Ponit ergo intra Zonam torridam, vbi ad perpendiculum Sol aeſtiuus imminet.

MEROIS, idis. f. *Herba eſt apud* Plin. 24, 17.

MERŎPE. [Μερόπη] *Pleïas, vxor Siſyphi; de qua infra in dictione* PLEIADES. ¶ 2 *Eſt item Inſulae nomen* Plinio 5, 31.

MEROPS, ŏpis. m. [μέροψ] *Auis, quae apes comedit.* Virg. Georg. 4, 14 Meropes, aliaeque volucres. Plin. 10, 33. ¶ 2 Meropes *antiqui incolae inſulae* Cos, *quos Hercules confecit apud* Quinct. 8, 6, 71.

MERSO, MERTO, *vid.* MERGO.

MERTHRYS, ȳdis. f. *Herba apud* Plin. 26, 11.

MERVLVS, i. m. Et merulus modulans tam pulchris concinit odis Auctor Philomelae v. 13. *Sed vſitatius eſt*

MERV̆LA, ae. f. [κόττυφος] *Auis, cuius etymon ſic tradit* Feſtus: Merum antiqui dicebant ſolum; vnde et auis Merula nomen accepit, quod ſoliuaga eſt, et ſolitaria paſcitur. Varro *ſic* L. L. 4 c. 11 Merula, quod mera, id eſt ſola volitat. *Quo nomine ridet* Varronem Quinctil. 1, 6, 38. Cic. de Finib. 5, 44 c. 15 Deinde ſuo quaeque appetitu mouetur; ſerpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas, cornibus vti videmus boues, *etc.* Plin. 10, 29 Merula ex nigra rufeſcit, canit aeſtate, hieme balbutit, circa ſolſtitium muta; roſtrum quoque anniculis in ebur transfiguratur, duntaxat maribus. Intentus merulis auceps Hor. de Arte Poët. 458. ¶ 2 Merula, Piſcis ſaxatilis Plin. 32, 11. *Add.* Id. Ibid. c. 7 *et* 9, 15. Ouid. Hal. 114. ¶ 3 Merulae, *ex hydraulorum genere, ap.* Vitr. 10, 12. *Vid. Bald. Lex.*

MERVS, a, um. Adi. [ἄκρατος] Idem quod Solum, *inquit* Nonius 4, 294. Feſtus, Merum antiqui dicebant ſolum; vnde et auis merula nomen accepit, quod ſoliuaga eſt, et ſolitaria paſcitur. Vt nunc Merum, Purum appellamus. *Hactenus* Feſtus. Cic. de Orat. 2, 94 Ecce tibi exortus eſt Iſocrates, magiſter iſtorum omnium; cuius e ludo, tanquam ex equo Troiano, meri principes exierunt. *Alia exemplaria habent* Innumeri. Plin. 33, 1 Alia per ſeſe mero auro decorant. Merae agnae, *i. nondum aetatem illam egreſſae* Varr. R. R. 2, 2, 2. Bellatores meri Plaut. Milit. 4, 2, 65. Merum Bellum loqui Cic. Att. 9, 13 *extr.* Plaut. Moſtel. 3, 1, 112 Merum Clarorem *vocat laſciuia comica domum, quam indicare vult vndique politam et lucentem.* Lac Lucret. 1, 262. Libertas Hor. Epiſt. 1, 18, 8. Monſtra mera nuntiarat Cic. Att. 4, 7. Mora Plaut. Capt. 2, 3, 36. Nugae, *vid.* NVGAE. Cic. Att. 6, 3. Pes Iuuenal. 6, 158. *i. nudus.* Rus Plaut. Truc. 2, 2, 14. Scelera mera loquuntur. *i. Nihil aliud quam ſcelera* Cic. Att. 9, 12 *extr.* Spes Ter. Phorm. 1, 2, 96. Plaut. Amph. 1, 1, 276 Eam ego, vt matre fuerat natum, Vini eduxi meri. *Subaud.* Cirneam. Vina mera bibere Ouid. Met. 15, 331. Vires Ouid. de Arte Am. 2, 474. Mera veraque Virtus Hor. Epiſt. 1, 18, 8.

MERVM. [ἄκρατον] *Aliquando ſubſtantiue ponitur, pro Mero vino.* Plin. 23, 1 Merum quidem remedio eſt contra cicutas, coriandrum, aconita, viſcum, meconium, argentum viuum. Multi meri Damalis, *i. Ebrioſa* Hor. Carm. 1, 36, 13. Latex meri Ouid. Met. 13, 653. Odium Id. Ibid. 15, 328. Plena pocula Id. Ibid. 9, 238. Ille meri veteris per crura madentia Torrens Iuuenal. 6, 319 *de vrina.* Vis Ouid. Met. 14, 274. Bimi patera meri Hor. Carm. 1, 19, 15. Diffuſum pateris merum Id. Ibid. 4, 5, 33. Dulce Id. Ibid. 3, 13, 2. Lene Id. Ibid. 3, 29, 2. Pingue Id. Serm. 2, 4, 65. Rubens Sil. 7, 190. Superbum Hor. Carm. 2, 14, 26. Certare mero, *i. Contendere poculis* Id. Ibid. 4, 1, 31. Nocturno certare mero, putere diurno Id. Epiſt. 1, 19, 11. Curare genium mero Id. Carm. 3, 17, 14. Diluitur cura Ouid. de Arte Am. 1, 237. Implere cratera Virg. Aen. 3, 623. Ingurgitare in ſe merum, *vid.* INGVRGITO. Plaut. Curc. 1, 2, 35. Ponere merum in gemma Ouid. Met. 8, 572. Succenſi mero ad bellum Lapithae Senec. Herc. fur. 9.

MERIBIBVLVS. *Qui vinum ſine aqua bibit; cuiusmodi homines a Graecis* ἀκρατοπόται *appellantur; quo veluti peculiari epitheto apud illos Thraces notati ſunt.* Auguſt. de Confeſſ. 9, 8 Quum temeti auidior eſſet, quadam die ab irata ancilla per conuicium appellata eſt meribibula; quae res tantum ei pudorem iniecit, vt poſtmodum ſobria prorſus fuerit. *Et hoc quidem nomen diminutiuum eſt a* Merobibus.

MEROBIBVS, a, um. Adi. [ἀκρατοπότης] *Qui merum bibit.* Plaut. Curcul. 1, 1, 77 Anus hic recubare ſolet cuſtos ianitrix; nomen eſt lenae multibiba, atque merobiba.

MERE. Adu. [ἀκράτως] *Pure.* Plaut. Truc. 1, 1, 21 Interim ille hamum vorat, ſi ſemel amoris poculum accepit mere.

MERVLENTVS, a, um. Adi. Fulgent. Myth. 1 praef. p. 13 Pierides, perpetis vngulae riuo merulentae. *Vid. Barth. Aduerſ.* 25, 1 *p.* 1219.

MEROSVS,

MEROSVS, *video laudari ex* Statio: *idem ſcil. atque Meribibulus.*

MERX, mercis. f. [*ἐμπόρευμα*] *Quod emitur, venditurue.* Cic. de Rep. 3, *ap.* Non. 5, 35 Phoenices primi mercaturis et mercibus ſuis, auaritiam et magnificentiam, et inexplebiles cupiditates omnium rerum exportauerunt in Graeciam. Plin. Epiſt. 4, 14 Tu fortaſſe orationem, vt ſoles, et flagitas et expectas; at ego quaſi ex aliqua peregrina delicataque merce luſus meos tibi prodo. Emendae Hor. de Arte Poët. 419. Columel. 11, 3 *de cucurbitis*, At ſi eſculentae merci praeparabis, recto cacumine de collo cucurbitae ſumtum ſemen ſerendum erit; quod prolixior et tenuior fructus eius naſcatur. *h. e. Si ſerere voles cucurbitas ad eſum vendendas.* Fallaces et fucoſae Cic. pro Rabir. Poſth. 39 c. 14. Femineae, *Quae ad feminas pertinent* Ouid. Met. 13, 165. Improba, *vid.* IMPROBVS. Inuendibilis, *et* Proba merx Plaut. Poen. 1, 2, 128. Mala, *vid.* MALVS. Plaut. Poen. 1, 2, 129 Inuendibili merci oportet vltro emtorem adducere, Proba merx facile emtorem reperit. Sordidae mercis negotiator Quinctil. 1, 12. Plin. 32, 2 Nunc tanta penuria eſt Vendibili merce, vt perquam raro cernatur in ſuo orbe. Augere merces, *vid.* AVGEO. Conuehere ex Hiſpania, *vid.* CONVEHO. Eſſe in merce Plin. 12, 25. *h. e. Venire.* Expedire ſuas merces, *Oſtendere et explicare.* Ouid. de Arte Am. 421. Extrudere venales Hor. Epiſt. 2, 2, 11. Geſtat mercem ſine fucis Id. Serm. 1, 2, 83. Mutare Virg. Ecl. 4, 39. Oſtendere Hor. Serm. 1, 2, 105. Partiri Cic. in Vatin. 12. Vendere Ouid. Faſt. 5, 671. Merx mala, *conuicium comicum* Mala merx, hera, haec et callida Plaut. Ciſt. 4, 2, 61. *Add.* Id. Perſ. 2, 2, 56. *et* Pſeud. 4, 1, 44.

MERCIMONIVM, i. n. *Idem.* Plaut. Amphit. prol. pr. Vt vos in voſtris vultis mercimoniis emundis vendundisque me laetum lucris afficere. *Vid.* Idem Moſt. 3, 3, 12. *et* Tacit. Ann. 15, 38, 2.

MERYX. *Piſcis genus.* Plin. 32, 11.

M E S

MESA. [*μέσα*] *Apud* Vitruuium, *dicuntur eſſe* Partes mediae aedium, *quas idem Latine* Medianas appellat. *Item* Cannabis laudatiſſima e medio, quae meſa vocatur Plin. 19, 9 ſ. 56.

MESANCYLON, i. n. *Genus teli vſitati apud antiquos, cuius meminit* Gell. 10, 25. *Totum Graecum eſt, μεσαγκύλον, incuruum in medio.*

MESAVLAE. [*μεσαῦλαι*] *Aedium quaedam* itinera *ſic* dicuntur *apud Graecos*, quod inter duas aulas media ſunt interpoſita. noſtri Andronas vocant Vitruu. 6, 10.

MESES. [*ὁ μέσης*] *Ventus inter Boream et Caeciam.* Plin. 2, 47. *Vid. ſchema, quod damus in* VENTVS.

MESE, es. f. [*ἡ μέση*] *eſt Chorda, media: Vnus ex 18 phthongis, e quibus conſtat muſicum ſyſtema vid.* Vitruu. 5, 4. Martian. Cap. 9 p. 322 Mediam, quam meſen diximus. *Nempe reſpicit ad* p. 315 *vbi inter* Sonos *vel* Tonos (*hic enim pro iisdem accipit*) XVIII Octauus eſt *μέση* id eſt media. *Sed etiam* quintus, ſextus, et ſeptimus *ſunt ὑπάτη μέσων, παρυπάτη, et διάτονος, h. e.* mediarum principalis, ſubprincipalis, et extenta.

MESEMBRIACI Portus Ouid. Triſt. 1, 6, 37. *i. Thracii.* *Μεσημβρία* enim vrbs eſt Thraciae.

MESIA, *vid.* MOESIA.

MESOCHŎRVS, i. m. [*μεσόχορος*] *Fiſtulator aut cithariſta ſignum dans caeteris in medio choro ſaltationum* Plin. Epiſt. 2, 14, 6 *de conductis plauſoribus*, Hoc pretio — infiniti clamores commouentur, cum *μεσόχορος* dedit ſignum. *Simile eſt* Meſonauta. Sidonius Ep. 1, 2 *extr.* Nullus ibi lyriſtes, choraules, meſochorus, tympaniſtria, pſaltria canit.

MESOIDES, *modulationis ſpecies, ap.* Mart. Capell. 9 p. 326.

MESOLABVM, *ſ.* MESOLABIVM. [*μεσόλαβον*] *Inſtrumentum eſt ab Eratoſthene excogitatum ad mediarum linearum inuentionem, quibus ſolent mathematici figuras augere, aut duplicare. Meminit* Vitruuius 9, 3 *et deſcribit ad eum locum Philander.*

MESOLEVCOS, [*μεσόλευκος*] eſt, *inquit* Plin. 37, 10 Gemma, quam mediam candida diſtinguit linea, *quae ipſius nominis interpretatio eſt: μεσόλευκον, in medio album.* Meſoleucos, *Herba.* Plin. 27, 11 Leuce Mercuriali ſimilis, nomen ex cauſa accepit, per medium folium candida linea tranſcurrente; quare Meſoleucon quidam vocant.

MESOMĔLAS. [*μεσόμελας*] *Gemma.* Plin. 37, 10 Meſomelas nigra vena quemlibet colorem ſecante per medium.

MESON, *auctore* Feſto, Perſona Comica appellatur, aut coci, aut nautae, aut eius generis; dicta ab inuentore eius Meſone comoedo, ait Ariſtophanes grammaticus. *Oſtendit e Graecis Scaliger eſſe potius* Maeſonem, *ex Μαίσων.*

MESONAVTA, ae. m. Qui medium inter nautas locum obtinens reliquis remigandi ſignum praebet. l. 1 §. 1 D. de Naut. Caup. Stab. *Simile nomen eſt* Meſochorus.

MESOPOTAMIA. [*Μεσοποταμία*] *Aſiae regio, inter Tigrim et Euphratem. Vnde nomen ſortita* Tacit. Ann. 6, 37. Meſopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis quaſi nouos agros inuehit Cic. de Nat. Deor. 2, 13.

MESOSPHAERVM, i. n. Plin. 12, 12 *de nardi generibus loquens*, Quod minore folio eſt, Meſoſphaerum appellatur.

MESPĬLVS, i. f. [*μέσπιλον*] *Arbor.* Plin. 17, 24 Meſpilus quoque in ſenecta obnoxia ei morbo eſt. *De Meſpili ſatione et cura* Pallad. Mart. 10, 19.

MESPILVM, i. n. [*μέσπιλον*] *Fructus.* Plin. 15, 20 Malorum, pirorumque generi adnumerantur iure meſpila atque ſorba. Vt ferventur Meſpila Pallad. Mart. 10, 22.

MESSALA. [*Μεσσάλας*] Dictus eſt Valerius Coruinus, quia Meſſanam in Sicilia vicit, et vrbis captae in ſe tranſlato nomine, Meſſana primo, paullatimque vulgo permutante literas, Meſſala dictus eſt. *Auctor.* Senec. de Breuitate vitae, c. 13. *Vnde et* Meſſalarum *familia Romae florentiſſima, ex qua oratores aliquot nobiles ortum habuere.* Diſertus Meſſala Hor. de Arte Poët. 371. *Ex eadem domo*

MESSALĪNA. [*Μεσσαλίνη*] *Filia Barbati Meſſalae, conſobrini Claudii imperatoris. Quae quum adoleſcentula eſſet, ipſi Claudio ſeni nupta fuit, ſummae libidinis mulier, ita vt innumeris adulteris ſe ſubmiſerit, et mutata veſte lupanaria frequenter adierit. Tandem ab ipſo Claudio ſupplicio affecta eſt, quum C. Silio nupſiſſet. Vid.* Tac. An. 11, 38. Iuuen. Sat. 6, 118. *et* 10, 333.

MESSĀNA. [*Μεσσάνη*] *Ciuitas Siciliae, propinqua Peloro monti, vt ſcribit* Plin. 3, 8 *Clariſſima autem eſt ex Atticis et Punicis bellis, ante Zancle vocata. Nunc vulgo Meſſina dicitur.* Sil. 14, 194 Incumbens Meſſana freto, minimumque reuulſa. *Poſtea quum Mamertini, natio Campana, eo colonos miſiſſent, ipſi quoque* Mamertini *potius quam* Meſſanenſes *ſunt vocati: quod in Verrinis Tullii in primis obſeruandum eſt.* Ferax Meſſana Ouid. Met. 6, 417.

MESSANIVS, a, um. Adi. Ouid. Met. 14, 17 Litore in Italico Meſſania moenia contra Scylla mihi viſa eſt.

MESSAPVS. [*Μέσσαπος*] *Vnus ex fortiſſimis Italiae ducibus, qui Turno aduerſus Aeneam ſuppetias tulit.* Virg. Aen. 7, 691 At Meſſapus equûm domitor Neptunia proles. *Quem* Virgilii *locum exponens* Seruius, ideo Neptuni filium creditum *ait*, quod mari in Italiam fuerit aduectus.

MESSAPIA, ae. f. Italiae regio, alias Apulia. Feſtus. *Hinc*

MESSAPIVS, a, um. Adi. Meſſapia arua Ouid. Met. 14, 513.

MESSEIS. [*Μεσσηίς*] *Theſſaliae fons eſt, non procul a Pharſalo oppido, cuius meminerunt* Plin. 4, 8. *et Strabo* 9.

MESSENIA. [*Μεσσηνία*] Regio Achaiae in Peloponneſo, duodeuiginti montium, *vt ait* Plin. 4, 5. *In illa regione oppidum eſt* Meſſene. *Et* Meſſeniacus ſinus. *Hinc*

MESSENIVS, a, um. Adi. Ouid. Met. 12, 549 Ille tuus genitor Meſſenia moenia quondam Strauit, *etc.*

MESSIAS. *Hebraice, Graece Χριστός, Latine Vnctus dicitur* Vulg. Ioh. 1, 42.

MESSIO, *vid.* METO.

MESSIS, is. f. [*ἀμητός*] *Tempus et actio metendi, frugesque ipſae adeo, quae demeſſae ſunt.* Plin. 6, 17 Alia illius caeli facies, alii ſiderum ortus; binae meſſes in anno, binae aeſtates. Varr. de R. R. 1, 50 Meſſis proprio nomine dicitur in iis quae metuntur, maxime in frumento; et ab eo eſſe vocabulo declinata. Nemo tam ſine oculis, tam ſine mente viuit, vt quid ſit ſementis ac meſſis, quid arborum putatio ac vitium, quo tempore anni, aut quomodo ea fiant, omnino neſciat Cic. de Orat. 1, 249. Semente prohibita, aut meſſe amiſſa, fructus annuus interit Cic. Verr. 3, 125. Meſſis, *Seges iam matura.* Virg. Georg. 4, 330 Atque interfice meſſes. Aliena, *vid.* Falx. Amara Ouid. ex Ponto 3, 1, 24. Frugiferae Id. Met. 5, 656. Grauidis onerati meſſibus agri Id. Ibid. 8, 781. Larga Id. Faſt. 4, 617. Nudatae Id. Ibid. 3, 557. Opima Plin. Epiſt. 5, 6. Satae Virg. Ecl. 8, 99. Peregrina meſſe plenae carinae Lucan. 6, 105. *Sic* Iuſtin. 24, 7 Prohibiti agreſtes — meſſes vinaque villis efferre, *i. grana.* Triticea Virg. Georg. 1, 219. Coquit ſiccas canicula Perſ. Sat. 3, 5. Eludit ſeges herbis fallacibus Tibull. 2, 1, 19. Tua meſſis in herba Eſt Ouid. Heroid. 17, 263. Inhorruit campis Virg. Georg. 1, 314. Plin. Epiſt. 5, 6 Pingues terrenique colles planiſſimis campis fertilitate non cedunt; opimamque meſſem ſerius tantum, ſed non minus, Percoquunt. Rupערunt horrea Virg. Georg. 1, 49. Seruntur meſſes Id. Ibid. 1, 103. Surgunt Id. Ibid. 1, 161. Teret area meſſes Martial. 9, 92. Veſtiti meſſibus agri Ouid. Faſt. 4, 707. Meſſibus, *Ablatiuus, Tempore meſſis.* Plin. 22, 13 Semen colligi meſſibus oportet. Plin. 24, 14 Flos mori per meſſes colligitur. Meſſim, *Accuſatiuus, pro Meſſem, apud* Plautum in Moſtel. 1, 3, 5. Meſſis, *per translationem.* Cic. in Parad. 6 Qui proſcriptiones locupletum, qui caedes municipiorum, qui illam Sullani temporis meſſem recordetur. Meſſe tenus propria viue Perſ. 6, 25. Metere meſſem malorum, *vid.* METO. Tertull. de Anima 53 Sic et rapida quaeque mors, vt ceruicum meſſis, ſemel ac tantam ianuam pandens *etc. i. ſubita amputatio.*

MESSOR, MESSORIVS, *vid.* METO.

M E T

MET, *ſyllaba, ornatus cauſa adiungitur caſibus omnibus pronominum primae perſonae tam ſingularis, quam pluralis numeri, abſque Genitiuo plurali, vt* Egomet, Memet, Noſmet, *de quibus ſ. l. Secundae vero perſonae obliquis tantum caſibus, vt* Tuimet, tibimet *etc.* Tryphoninus in l. 67 Vſufructuarium. D. de vſufruct. Si poſtea ſibimetipſae inciderint, dilapſaeue fuerint. *Sed quod laudatur* Plaut. Curc. 5, 2, 29 Phedrome obſecro ſerua me. PH. tanquammet genium meum, *Grou.* tanquam me et.

META, ae. f. [*κῶνος*] *Corpus conicum, ex baſi orbiculari ſurgens inter rectas lineas in acumen. Huius figuram efficit etiam vmbra corporis opaci ſphaerici a globo maiore lucis colluſtrati. Sic* Cic. de Diuin. 2, 17 c. 6 Meta noctis *dicitur vmbra terrae, quae eclipſin lunae efficit.* Neque aliud eſſe noctem, quam terrae vmbram, figuram autem vmbrae, ſimilem metae ac turbini inuerſo Plin. 2, 10 ſ. 7. *Mathematico ſenſu pro cono vel ſectione conica accepit* Metas Perſius 1, 131 Nec qui abaco numeros, et ſecto in puluere metas Scit riſiſſe vafer. Metae adſpectus compreſſo *tribuitur a* Plin. 16, 33 ſ. 60: *alibi item* buxo. ¶ 2 *Frequenter et ſollenniter illis tribuitur corporibus conicis, quae in ſpina extrema circi conſtituta circumuehenda erant ab aurigis, vbi artis erat, breuiſſimo anfractu proxime metam ita flectere currum, vt tamen non offenderes. Haec eſt* Hor. Od. 1, 1, 4 Meta feruidis euitata rotis. *De hac* Propert. 2, 25, 26 Aut prius infecto depoſcit praemia curſu, Septima quam metam triuerat ante rota. Virg. Aen. 5, 129 Hic viridem Aeneas frondenti ex ilice metam Conſtituit. Stringere metas rota Ouid. Amor. 3, 2, 12. Tendere ad metam Id. Met. 15, 453. Terenda meta admiſſa rota Id. de Arte Am. 1, 40. *Vid.* MVRTIAE Metae. ¶ 3 *Hinc de aliis quoque rebus coni vel metae figuram habentibus dicitur. v. g.* Meta foeni Plin. 28, 28. Columel. 2, 19 Certe quidquid ad eum modum quo debet, ſiccatum erit, in metas conſtrui conueniet, easque ipſas in anguſtiſſimos vertices exacui; ſic enim commodiſſime foenum defenditur a pluuiis; quae etiam ſi non ſint, non alienum tamen eſt praedictas metas facere, vt ſi quis humor herbis ineſt, exudet atque excoquatur in aceruis. *De agrorum terminis* Metas *dixit, a forma nempe,* Frontin. de Coloniis p. 141. *Hinc et a circi metis* Meta, *pro Termino quocunque ac fine.* Virg. Aen. 1, 282 His ego nec metas rerum, nec tempora pono. Virg. Aen. 12, 546 Hic tibi mortis erant metae. Ad vltimam Salutis metam detruſus Apul. Met. 9. Spatii Senec. Troad. ſ. 6. Longarum haec meta Viarum Virg. Aen. 3, 714. Mediam caeli metam Contigerat nox Virg. Aen. 5, 835 *Pulchre: ad metam circumagitur currus.* Contingere optatam curſu Hor. de Arte Poët. 412. Sol ex aequo meta Diſtabat vtraque *orientis et occidentis.* Ouid. Met. 3, 145. Ab ea meta ſol incipit Flecti Plin. 18, 28 ſ. 68. Orare metam laboribus Sil. 13, 260. Cic. pro Cael. 75 c. 31 Fama adoleſcentis paullum haeſit ad metas notitia noua mulieris, et infelici vicinitate, et inſolentia voluptatum. *Ex ludis Circenſibus* Properare ad metam Ouid. ad Liu. 359. Tangere metam

metam vitae Ouid. Triſt. 1, 8, 1. Transſcendere Pylias aeui metas, *Superare annos Neſtoris, id eſt trecentos.* Stat. Silu. 5, 3, 255. Venit ad metas voluptas finita Ouid. Rem. Amor. 413. ¶ 4 Meta, *Pars molae ſuperior, ſicut* Catillus *inferior. conf.* MOLA. Meta lactis, *dicitur Caſeus ad formam metae factus.* Martial. 3, 58 Fert ille caeris cana cum ſuis mella, Metamque lactis Saſſinate de ſilua. Idem 1, 44 Metas lactentes, *quaſi Adhuc lac ſugentes, et nondum in totum coactas.* Vitrui. 2, 1 p. 19 Phryges — inſuper ſtipites (*in orbem poſitos capitibus*) inter ſe religantes Metas efficiunt, quas arundinibus et ſtramentis tegentes exaggerant ſupra habitationes maximos grumos e terra.

METACISMVS, *vid. mox poſt* METABVS.

METVLA, ae. f. Dimin. [κωνίδιον] *Legitur apud* Plin. Epiſt. 5, 6, 35.

METALĬTER. Adu. Mart. Capell. 8 p. 294 Lunae defectus fit, cum linea Solis vmbra terrae metaliter infuſcatur. *i. In formam metae ſeu coni.*

METĀRIVS, a, um. Adi. Arnob. 2 Metariae circumſcriptionis expers.

METOR, āri. Dep. [τερματίζω, ὁρίζω, καταμετρέω] *Metas in agris terminandi gratia diſponere, Menſurare locum.* Liu. 1, 10 Haec tibi victor Romulus rex regia arma fero: templumque iis regionibus quas modo animo metatus ſum, dedico. Plin. 7, 37 Dinocrates, metatus Alexandro condente in Aegypto Alexandriam. Pertica quae noſtros metata eſt impia Agellos Val. Cato in Diris v. 45. Metari caelum Ouid. Faſt. 1, 309. Metari pedibus Gell. 1, 1. Virgil. Georg. 2, 274 Si pinguis agros metabere campi, Denſa fere. Metabere, *i.* Eliges. Seruius. *Vnde*, Caſtra metari dicimus, pro Caſtra diſponere. Liu. Caſtra prope Tiberim metatus eſt. *Conf.* Curt. 3, 8, 19. *it.* Feſtus. *Transfertur etiam ad quaelibet hoſpitiorum genera et manſiones aſſignatas: vid. Lipſ. de Mil. Rom. l. 4 Dial. 12. et* METATOR. ¶ 2 Meto, *etiam inuenitur.* [ὁρίζω] Virg. in Culice 173 Metabat ſeſe circum loca. Metata, *etiam paſſiue dicitur.* Hor. Carm. 2, 15, 14 Nullā decempedis metata priuatis Opacam porticus excipiebat Arcton. Agellus metatus Horat. Serm. 2, 2, 114.

METATIO, ōnis. f. [καταμέτρησις] *Diſpoſitio.* Colum. 3, 15, 1 Haec in quincuncem vinearum metatio expeditiſſima ratione conficitur. *Add.* Sic. Flacc, p. 16 *Goeſ.*

METATVRA, ae. f. *Idem.* Lactant. 4, 11.

METĀTOR, ōris. m. [καταμετρητής] *Qui arbores in ſeminario vel arbuſto diſponit, et ordine quodam digerit; qui etiam a* Cicerone *dicitur* Decempedator. Lucan. 1, 382 Audax Heſperios veniam metator in agros. Plin. 18, 35 ſ. 76 Oliueti metator. Metatores in caſtris *dicuntur*, Qui praecedentes locum eligunt caſtris ipſis, *auctore* Vegetio 2, 7. Tempus, arbiter et metator initii et finis dicitur Tertull. adu. Marc. 1, 8. *extr.* Cic. Philipp. 14, 10 Peritus metator et callidus, decempeda ſua Saxa diuiſerat? Caſtrorum metator et vrbis Idem ibidem 11, 12 c. 5. Templi Lactant. 4, 11. *Hinc* Metatorem Domini *Ioannem Baptiſtam vocauit* Petr. Chryſol. Serm. 127 *pr.*

METATORIVS, a, um. Adi. Pagina Sidon. Epiſt. 8, 11. *i. Epiſtola, qua hoſpitium indicitur.*

METABASIS, is. f. [μετάβασις] *Latine Tranſitio*: Figura, qua monemus quid dictum ſit, et proponimus quod ſupereſt; vt Cic. pro Deiot. 21. Habetis crimina inſidiarum: nihil enim dixit amplius. Et paullo poſt ſequitur, Reliqua pars accuſationis duplex fuit. *Paullo aliter* Quinct. 9, 3, 25 *pro genere apoſtrophes.*

METABOLE. [μεταβολή] Quam quidam Traiectionem interpretantur; Figura eſt, quae fit contrariis ita transpoſitis, vt a priori poſterius oppoſitum proficiſcatur: vt apud Terentium in Andr. 2, 1, 6. Quoniam id fieri quod vis non poteſt, id velis quod poſſit. *Add.* Quinct. 9, 3, 38. *it.* 9, 4, 50.

MĔTĂBVS. *Metaponti conditor fuit, quam vrbem etiam Barbari* Metabum *appellabant.* Steph. Μεταπόντιον, inquit, πόλις Ἰταλίας ἡ πρότερον Σῖρις, ἀπὸ Μετάβου τοῦ Σισύφου τοῦ Αἰόλου. τὸ γὰρ Μετάποντον οἱ Βάρβαροι Μέταβον ἔλεγον. Virgilius Aen. 11, 540 Camillae patrem Metabum *dicit fuiſſe, eumque* Priuerno pulſum profugiſſe.

METACISMVS, i. [μυτακισμός] *De hoc* Diomed. 2 p. 448 Metaciſmi ſunt, cum in fine partis Orationis inuenitur M litera, et ſequens a vocali incipit, quae non ſit loco conſonantis poſita. Haec enim ſcribitur non autem pronunciatur, vt *Quousque tandem abutere.* Tunc autem pronuntiamus literam, cum ſequitur vocalis loco conſonantis poſita, vt eſt, *Tum Iuno aeternum ſeruans.* Diſtinctio quoque ſeparat verba, vt eſt, *Dum conderet vrbem, Inferretque Deos Latio.* Martian. Cap. 5 p. 167 *aliter*, Metaciſmus eſt, cum verborum coniunctio M literae aſſiduitate colliditur, vt ſi dicas, *Mammam ipſam amo, quaſi (cur non* tanquam?) *animam meam.* Iſid. Orat. 1, 31 Metaciſmus eſt, quoties M literam vocalis ſequitur, vt *bonum aurum, iuſtum amicum.* Sed hoc vitium aut ſuſpenſione M literae aut detractione vitamus. *Sic vetus edit. Baſ.* 1489. *Sed Gothofr.* Metaciſmus, *vt in ſuis MSS. eſſe ait Voſſ. Inſt. Or.* 4, 2, 2 p. 153. *qui legendum putat* Mytaciſmus: *aut* Motaciſmus *adeo, cum eam literam veteres non μῦ tantum, ſed μῶ quoque dixerint. Add.* Aldhelm. de Virginit. c. 29.

METALEPSIS, is. f. [μετάληψις] *Figura eſt, quam modo* translatiuam, *modo* tranſſumtiuam, *modo* transpoſitiuam *dicunt. Fit autem, quum aliqua dictio aliud a propria ſua ſignificatione, ex his quae praeceſſerunt, denotat. vt apud* Virg. Ecl. 1, 70 Poſt aliquot, mea regna videns, mirabor ariſtas, *i. Segetes, meſſes, annos. Sed conf.* Quinctil. 6, 3, 82. 8, 6, 37. *etc.*

METALLVM, i. n. [μέταλλον] *Dici poteſt Perſcrutatum; a* μεταλλάω, *quod Perſcrutor ſignificat; quod metallum intra terrae venas ſcrutari ſoleamus, quo* Ouidius Met. 1, 140 *videtur reſpexiſſe*, Effodiuntur opes, irritamenta malorum. *Et clarius* Plin. 33 *pr.* Metalla nunc, ipſaeque opes et rerum pretia dicentur, tellurem intus exquirente cura multiplici modo: quippe alibi diuitiis foditur, quaerente vita aurum, argentum, electrum aes: alibi deliciis gemmas, et parietum digitorumque pigmenta: alibi temeritati ferrum, auro etiam gratius inter bella caedesque. Perſequimur omnes eius fibras, *etc. Ad aliam originem alludit idem* Plin. 33, ſ. 31 Et vbicunque vna inuenta vena eſt, non procul inuenitur alia; hoc quidem et in omni fere materia: Vnde metalla Graeci videntur dixiſſe: *nempe* μετ' ἄλλα, *id eſt poſt alia: a* μέταλλον *deinde* μεταλλᾶν. Ignis excoquit vitium metalli Ouid. Faſt. 4, 785. Potior metallis libertas Hor. Epiſt. 1, 10, 39. Aeris metalla Virg. Georg. 2, 165. Aurata Lucret. 6, 811. Aurifera Lucan. 3, 209. Fuluum Senec. Agamem. 9. Fului metalli vaſta congeries Claud. in Ruffin. 2, 134. Generoſi vena Lucan. ad Piſon. 213. Incoctum Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 241. Inexhauſta, *vid.* INEXHAVSTVS. Inexhauſtis Chalybum metallis generoſa Ilua Virg. Aen. 10, 174. Niuea Sil. 8, 482. *Intelligit Marmor.* Metalla, *pro Locis vnde metalla effodiuntur.* Non Chalybem gentes penitus fugiente metallo Eruerent Lucan. 4, 223. *Vid. la Cerda ad* Virg. Aen. 10, 174. *et* 8, 445. Nepos 5, 1, 3 Magnas pecunias ex metallis fecerat. *Add.* Id. 2, 2, 1. Tac. Agric. 31, 5. Metallum miniarium Plin. 33, 7. Aeraria Solin. c. 20. Argentaria metalla, et auraria Plin. 34, 18. *Add.* Id. 37, 12. Ferraria Plin. 34, 14. Plumbarium Idem 33, 7. *Transfertur ad Lapicidinas.* Lucan. 4, 303 Tunc exhauſta ſuper multo ſudore iuuentus Extrahitur duris ſilicum laſſata metallis. *Conf.* Stat. Silu. 1, 5, 36. *Hinc*, In metallum damnare, *eſt In lapicidinam damnare.* Plin. Ep. 10, 66. *De creta*, Idem 18, 11 ſ. 29. *Conf. Caſtalio in Variis c.* 20.

METALLĬCVS, a, um. Adi. [μεταλλικός] *Quod ad metallum pertinet:* Metallicae res Scribon. 23. Plin. 27, 4 Fuere qui traderent in Iudaea ſuper Ieroſolymam eius naturam metallicam, *de aloë foſſili.*

METALLICVS, i. m. [μεταλλεύς] *Qui in metallis operatur.* Plin. 34, 16 Lauant eas arenas metallici; et quod ſubſidit, coquunt in fornacibus. Metallicus *etiam dicitur In metalla damnatus.* l. 10 §. 1 D. de Poenis.

METALLARIVS, i. m. *Qui metallum effodit, apud ICtos. Vid.* tit. Cod. *de bis ipſis.*

METALLĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [μεταλλοφόρος] Stat. Silu. 4, 4, 23 Anne metalliferae repetit mea moenia Lunae? Terrae metalliferae Sil. 15, 498.

METAMELOS *fictum, vt videtur a Varrone numen, poenitentiae quidam Deus; eſt enim* μετάμελος *Thucydidi* poenitentia. *Sic autem* Varro Lege Maeria *ap.* Non. 2, 83 Ad biuiram venio; quum vellem oſtendere, quid vellem, Metamelos inconſtantiae filius me reprehendit.

METAMORPHŌSIS, eos. f. [μεταμόρφωσις] *Latine Transformatio, vel transfiguratio dicitur. Quo nomine* Ouidius *opus ſuarum transformationum appellari voluit.* Quinctil. 4, 1, 77 Ouidius laſciuiri in Metamorphoſi ſolet *MS. Bern.* Metamorphoſiſi. *Vid. Burm. ad Titulum operis.*

METAPHŎRA, ae. f. [μεταφορά] *Tropus eſt, quo ex ſimili ſimile ſignificatur.* Translatio *a* Cicerone *dicitur: vt* Virg. Aen. 9, 773 Ferrumque armare veneno. Metaphora duplex eſt: nam et Veneno armare, et Ferrum armare, translatio eſt. Quinctil. 8, 6 In totum autem metaphora eſt breuior ſimilitudo; eoque diſtat, quod illa comparatur rei, quam volumus exprimere. Haec, pro re ipſa dicitur. *Conf.* Cic. de Orat. 3 c. 38. ſeqq.

METAPHRASIS, is. f. *Interpretatio. Vid.* Sen. Suaſ. 1.

METAPLASMVS, i. [μεταπλασμός] Ad verbum dici poteſt Transformatio. Eſt autem translatio quaedam recti, ſolitique ſermonis in alteram ſpeciem, vel metri, vel ornatus, vel neceſſitatis gratia. Donatus. *Add.* Quinctil. 1, 8.

METAPONTVM, *ſ.* METAPONTVS, i. [Μεταπόντιον] Italiae oppidum in ſinu Tarentino a Pyliis, qui Neſtore duce e Troia nauigauerunt, conditum; adeo terrae prouentu et agricolatione felix, vt ea gratia auream aeſtatem Apollini Delphico aliquando donum obtulerit Pomponius 2, 4. *Ptolemaeo* Metapontium *dicitur.* Plin. 14, 1 Metaponti templum Iunonis vitigineis columnis ſtetit.

METAPONTĪNVS, a, um. Adi. [Μεταποντῖνος] Liu. 22, 61. *et* 29, 19.

METATHĔSIS, is. f. [μετάθεσις] *Latine* Transpoſitio *dicitur, quum vna litera neceſſitatis cauſa ex vno dictionis loco in alienum transponitur, vt* Tymbre, *pro* Tymber, et Euandre, *pro* Euander. *Vid.* Iſidor. 1, 34. *Eſt item figura rhetorica. Vid.* Idem 2, 21. Mart. Capella 5 p. 172.

METATIO, METATOR, *vid.* Metor *in* META.

METAVRVS, *et* METAVRVM. [Μέταυρος] *Vmbriae fluuius in Flaminiam decurrens; quae regio Gallia dicebatur, vbi Claudius Nero conſul cum Salinatore Aſdrubalem interfecit.* Plin. 3, 14. Mela 2, 4 Flumen Metaurum Hor. Carm. 4, 4, 38. Vagus praerupta valle Metaurus Claud. Conſ. Hon. 6, 501. Velox Lucan. 2, 405.

METAXA, *et* METAXARIVS, *vid.* MATAXA.

METELLA, ae. f. *Crates de ligno facta et lapidibus repleta, qui in caput machinas admouentium deiicerentur. Vid.* Veget. de re mil. 4, 6.

METELLI. Dicuntur in re militari, quaſi Mercenarii. Accius Annalium 27 Calones, famulique, metellique, caculaeque. *Haec* Feſtus.

MĔTELLI. [Μέτελλοι] *Caeciliae gentis, plebeiae cognomen: in quibus* Caec. Metellus caecus et Pontifex maximus; quam orbitatem contraxit, dum ſacra ex incendio aedis Veſtrae rapuit. *Sunt et alii plurimi. Feliciſſimos duos Metellos commemorat* Plin. 7, 43 *et* 44. *Modulum primae Syllabae doceat* Lucan. 3, 114 Pugnaxque Metellus Vt videt ingenti Saturnia mole reuelli Templa. *Add.* Claud. Conſ. Prob. *et* Olyb. 147.

METELLINVS, a, um. Adi. [Μετέλλινος] *Quod eſt Metelli.* Cic. Att. 1, 10 In illam orationem Metellinam addidi quaedam. *i. Contra Qu. Metellum Nepotem ſcriptam. Eius orationis meminit* Gell. 18, 7 *bis verbis*, Sicut M. Tullius in oratione quae inſcripta eſt contra concionem Qu. Metelli. Quinctilian. 9, 3 Vt Cicero dicit contra concionem Metelli.

METEMPSYCHOSIS, eos. f. *Pythagoricam animarum per diverſa corpora migrationem notat. Eſt autem tota Graeca* μετεμψύχωσις. Tertull. de anima 31 Vt non ex omni gente, ex omni aetate et dignitate, ex omni denique ſexu et μετεμψυχώσεις et μετενσωματώσεις quotidie exiſtant: cur ſolus Pythagoras, alium atque alium ſe recognoſcat, non et ego. *Nempe*

METENSOMATOSIS, is. f. *Eſt translatio animae in diuerſa corpora, eadem proinde quae* Metempſychoſis. *Iam dedimus corporis.* Tertull. de Anima c. 31. *vbi* c. 32 *etiam Latinis* literis *ſcribitur.*

METEORIA, ae. f. Obliuio *redditur* Sueton. Claud. c. 39. *Nempe*

METEORVS. [μετέωρος] *Suſpenſum in aëre notat: quae autem ita ſe habent, ea facile huc illuc impelluntur, quod etiam obliuioſorum eſt, et maxime obſeruabatur in Claudio. Illa* Meteori *notio propria ad phyſicos in primis pertinet, qui* meteora *vocant, quae in aëre ſuſpenſa fluctuant, et huc illuc impelluntur, vt nubes, fulgura, etc.*

METERĀNA, ae. f. *Caſtaneae ſpecies.* Plin. 15, 23.

METHŎDVS, i. f. [μέθοδος] Breue docendi compendium *vertit* Quinctilianus 1, 1, 24. *quaſi breuem viam, qua quam celerrime ad peritiam euadimus.* Cicero Viam, artem, et rationem *vocat.* Viam quandam quam μέθοδον Graeci nominant Celſ. Praefat. *Add.* Seru. ad Virg. Georg. 1, 122.

METHŎ-

METHŎDĬCE, eſt Pars grammatices, rationem loquendi tradens Quinct. 1, 9. *pr.*

METHODICI, *Secta medica, de qua* Celſ. Praef. Et quidam Methodici ſaeculi noſtri ſub auctore (vt ipſi videri volunt) Themiſone contendunt, nullius cauſae notitiam quidquam ad curationes pertinere: ſatisque eſſe, quaedam communia morborum intueri, *etc. Totam enim fere methodum ibi deſcribit.*

METHODIVM, i. n. *Fictio, ludificatio.* Petron. c. 36 Trimalchio eiusmodi methodio laetus.

METHYMNA. [Μήθυμνα] *Ciuitas eſt in Lesbo inſula, optimum habens vinum, Arionis patria.* Ouid. de Arte Am. 1, 57 Gargara quot ſegetes, quod habet Methymna racemos.

METHYMNAEVS, a, um. Adi. [Μηθυμναῖος] Virg. Georg. 2, 90 Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris, Quam Methymnaeo carpit de palmite Lesbos. Lesbos Methymnaea Ouid. Met. 11, 5. Meri Methymnaei grata ſaliua Propert. 4, 12. Palmes Methymnaeus Virg. Georg. 2, 91. Vua Hor. Serm. 2, 8, 50. Vates Stat. Silu. 2, 2, 60. *Arion.*

METHYMNIAS, adis. f. [Μηθυμνιάς] Ouid. Epiſt. 15, 15 Nec me Pyrrhiades, Methymniadesue puellae, *etc.*

METIA Tribus, *vid.* TRIBVS.

METICVLOSVS, *vid.* METVO.

METIOR, menſus ſum, īri. [μετρέω] *Menſurare. A Graeco deducitur, μετρῶ.* Plin. 16, 44 Decem arbores metiens ſingulas. Cic. Acad. 4, 128 Nec magis affirmabunt ſignum illud, ſi erunt menſi, ſex pedum eſſe, quam ſolem, quem metiri non poſſunt, plusquam duodeviginti partibus maiorem eſſe quam terram. Parce et reſtricte metiri, *vid.* PARCVS. Interuallis aequalibus aliquid metiri Cic. de Orat. 3, 138. Aeternitas quam nulla temporis circumſcriptio metitur Idem de Nat. Deor. 1, 21. Agrum aliquem metiri Idem Fam. 9, 17. Annum metiri ſol dicitur Ouid. Met. 4, 226. Frumentum exercitui metiri Caeſ. Bell. Gall. 1, 23. *Sic* Frumentum metiri alicui Cic. Verr. 192 c. 83. Frumentum parce et paullatim metiri Caeſ. Bell. Gall. 7, 71. Magnitudinem mundi metiri Cicer. Off. 1, 154. Stat. Achill. 1, 41 *de Achille*, — Lapitharum praelia ludit Improbus, et patria iam ſe metitur in Haſta. Hor. Serm. 1, 2, 103 Metiri poſſis Oculo latus. Proſpectu metior aequora Ouid. Epiſt. 10, 28. Terras metitur Oculis Lucan. 6, 32. Ouid. Met. 2, 188. *de Phaëthonte*, Multum caeli poſt terga relictum, Ante Oculos plus eſt; animo metitur vtrumque. Pectus alicuius metiri cuſpide, *i. traiicere.* Sil. 4, 294. Cic. Quint. Fr. 3, 1. Seſe autem menſum Pedibus aiebat paſſuum CCCC ∞, mihi plus viſum eſt. Metiri gradibus, *pro Abire.* Plaut. Pſeud. 4, 4, 11 Quin hinc metimur Gradibus militariis? Iter curſu metiens Catull. 32, 18. *Nempe* Metiri, *Transmeare.* Lucil. 30 Vir mare metitur, magnum fluctibus tradidit. Virg. Georg. 4, 389 Et iuncto bipedum curſu metitur equorum. Nonius 4, 312. Aquas metiri carinam, *dixit* Ouid. Met. 9, 447. Auribus ſonantia omnia metiri Cic. in Orat. 127. *Nempe in hoc et multis aliis* ¶ 2 Metiri, *eſt aeſtimare.* Cic. de Senect. 45 Neque enim ipſorum conuiuiorum delectationem voluptatibus corporis magis, quam coetu amicorum et ſermonibus metiebar. Aliquem fortuna, virtute Nep. 18, 1, 1. Cic. de Finib. 2 Hanc ſe tuus Epicurus omnino ignorare dicit, quam aut qualem eſſe velint, qui honeſtate ſummum bonum metiantur. Id. Off. 1, 5 Nam qui ſummum bonum ſic inſtituit, vt nihil habeat cum virtute coniunctum, idque ſuis commodis, non honeſtate metitur, *etc. i.* Summum bonum in ſuis tantum commodis et voluptatibus conſtituit, non autem in honeſtate. Cicer. de Natur. Deor. 1, 113 c. 40 Omnia quae ad beatam vitam pertineant, ventre metiri. Amicitiam metiri ſua ipſius amicitiae caritate Idem de Finib. 2, 85. Bonum ſuum non populari rumore, ſe conſcientiae veritate Boëth. Proſa 3, 6. Caritatem patriae non noſtro ſenſu, ſed ſalute ipſius patriae metiri Cic. Tuſc. 1, 90. Conſilium rei vtilitate reip. metiri Idem Philipp. 12, 31. Eloquentiamque ipſius viribus non imbecillitate ſua metiantur. Idem in Orat. 23. Fidelitatem ex ſua conſcientia metiri Planc. Cic. Fam. 10, 4. Fructum pecuniae vtilitate Cic. de Orat. 2, 335. Honores tantos anguſte metiris Stat. Theb. 11, 683. Magnitudinem fortunae peccandi licentia Paterc. 2, 30. Modum diuitiarum, ex eo quantum cuique ſatis eſt, homines metiuntur Cicer. in Parad. 6. Metiens aliorum in ſe Odium ſuo in alios odio Liu. 3, 54. Officio metiri omnia Cic. Att. 8, 16. Peccata vitiis hominum, non rerum euentu metienda ſunt Idem in Parad. 3. Qui ſua metitur Pondera, ferre poteſt Martial. 12, 100. Religio magis fide animi metienda eſt, quam oſtentatione verborum Symmach. Epiſt. 8, 12. Scientiam clarorum virorum rerum geſtarum magnitudine metiri Cic. de Orat. 1, 7. Se ſuo modulo ac pede metiri Horat. Epiſt. 1, 7, 98. Studia noſtra naturae regula metiamur Cic. Off. 1, 110. Vim eloquentiae facultate ſua, non rei natura metiri Idem de Opt. gen. Orat. 10. Virtutem verborum magnificentia non metiamur, ſed vitae ſermoniſque noſtri conſuetudine interpretemur Cic. de Amicit. 21. Voluptate omnes res Idem in Piſon. c. 28. Voluptates obſcoenas forma, aetate, et figura metiri Idem Tuſc. 5, 94. Vſum pecuniae non magnitudine, ſed ratione Nepos in Attic. 14, 3. *Conf. Barth. ad* Claudian. p. 906. *et ad* Statii Silu. p. 68. ¶ 3 *Paſſiue* Curt. 5, 1 *extr.* Ducenis *denariis* pedeſtrium ſtipendium menſum eſt. Lactant. de Mort. Perſecut. 23, 2 Agri glebatim metiebantur. *Sic etiam* Auguſt. Confeſſ. 11, 6. *Praeterit.* Metitus ſum. Quae quis ingenio ſuo metitus ſit Vlpian. l. 52 §. 1 D. de Legatis ex fideic. Modum magno metitus amore Paullin. ad Auſon. *Legitur a nonnullis etiam ap.* Lactant. 7, 14, 13. *Conf. Voſſ. de Vit. L. L.* 1, 24 *p.* 105. *Goclen. Problem. Gramm.* 2, 2.

METIENS, entis. Part. Sacram metiente te viam cum bis trium vlnarum toga Horat. Epod. 4, 7. *Conf.* Vulg. 2 Cor. 10, 12. Liu. 3, 54.

MENSVS, a, um. Partic. Cato c. 146 Modio oleario menſum dato vnguinis pondo X. Spatia menſa quia conficiunt curſus lunae, menſes vocantur Cic. de Nat. Deor. 2, 69 c. 27.


MENSVS, ûs. m. *Idem atque Menſura.* Apul. de Mundo, p. 235 Cuius menſu appenſuque diſtincta eſt natura. Geometria altitudines menſu certo diſtinguit Varro in Fragm.

MENSOR, ōris. m. [μετρητής] Columel. 6, 1 Quod ego non agricolae, ſed menſoris officium eſſe dicebam. Plin. 6, 17 Alexandri magni veſtigiis inſiſtamus: Diognetus et Beton itinerum eius menſores, ſcripſere, *etc.* Menſor *pro architecto* Plin. Epiſt. 10, 28. Menſores, (*inquit* Veget. 2, 7.) Qui in caſtris ad podiſmum dimetiuntur loca, in quibus milites tentoria figant: vel hoſpitia in ciuitatibus praeſtant. *Legitur et* Metatores. *Sed* menſores *Scriu. Et* Metatores *hoc ipſo capite ſunt*, qui praecedentes locum eligunt caſtris. *Archytas* Maris et terrae menſor Horat. Carm. 1, 28, 1.


METITOR, oris. m. Frontin. de Aquaed. 79 *Pol.*

MENSIO, ōnis. f. [μέτρησις] *Idem quod Dimenſio, ſeu menſura.* Cic. in Orat. 177 c. 53 Aures enim, vel animus, aurium nuntio naturalem quandam in ſe continet vocum omnium menſionem. Quinct. 2, 15, 21 *in aliena definitione Rhetorices, quam deridere videtur*, ſecundum menſionem eius, quod in quoque poteſt ſumi perſuaſibile. *Forte fuit in Graeco κατὰ μέτρον. Add.* Arnob. 3 p. 107.


MENSVRA, ae. f. [μέτρον] *Inſtrumentum, quo aliquid metimur, vel modus per inſtrumentum illud finitus, aut ipſa denique res certa menſura ſumta. Conf. quae deinde ex* Agrimenſoribus *ponemus.* Plin. 7, 56 Menſuras et pondera Phidon Argiuus, aut Palamedes, vt maluit Gellius, *inuenit.* Aquae menſura capitur Scribon. 73. Pari menſura 180. *i. pondere.* Eadem menſura vini 271. Eiusdem menſurae aceto 133. Eiusdem menſurae vel ponderis vua 233. Trium cyathorum menſura 9. Colligere ſolis, ac terrae menſuras Quinct. 2, 17. Roboris menſura implebat ter quinque vlnas Ouid. Met. 8, 748. Breuior menſura capillis Idem ibid. 9, 788. Agitare menſuram animo, *vid.* AGO. Plin. 6, 33 Vt per Meroën et Syenen menſura Currat XVIII. LXXV. M. paſſ. Venit ad digitos Plin. 2, 23. *h. e. Computatur.* Venit in computationem Idem 6, 33. Inire menſuras agrorum, *vid.* INEO. Vt rebus laetis par ſit menſura malorum Iuuen. Sat. 10, 98. Parua menſura relictae partis Idem ibid. 14, 93. Maiori menſura Reddere, quae acceperis vtenda Cic. Off. 1 c. 15. Plin. 2, 1 Quaſi vero menſuram vllius rei poſſit agere, qui ſui neſciat. Si menſurae fideliter Aguntur Plin. Epiſt. 10, 28. Beneficii menſura Idem ibid. 10, 12, 2. Ouid. ex Pont. 1, 2, 1 Maxime, qui tanti menſuram nominis imples, *etc. Pro Aeſtimatione dignitatis vſus eſt* Tacitus Hiſt. 1, 52, 3 Nec conſularis legati menſura, ſed omnia in maius accipiebantur. Non eſt humilitatis meae neque menſurae, iudicare de clericis Hieron. Epiſt. 2, 13 p. 284. Menſura *ſic definitur, et exponitur ab iis, qui de* Limitibus *ſcripſerunt: quorum haec ſunt verba* p. 290 *Goeſ. Menſura* eſt, quidquid pondere, capacitate, longitudine, altitudine, latitudine, animoque finitur. Maiores itaque orbem in partes, partes in prouincias, prouincias in regiones, regiones in loca, loca in territoria, territoria in agros, agros in centurias, centurias in iugera, iugera in climata: deinde climata in actus, perticas, paſſus, gradus, cubitos, pedes, palmos, vncias, et digitos diuiſerunt: tanta enim fuit eorum ſolertia. *Digitus* eſt pars minima agreſtium menſurarum; inde *vncia* habet digitos tres, *palmus* autem quatuor digitos habet, *pes* XVI, *paſſus* pedes V, *pertica* paſſus duos, id eſt pedes X. Pertica autem a portando dicta, quaſi portica. omnes autem praecedentes menſurae in corpore ſunt, vt palmus, pes, paſſus, et reliqua: ſola pertica portatur. eſt enim X pedum, ad inſtar calami in Ezechiele templum menſurantis. *Actus minimus* eſt latitudine pedum quatuor, longitudine CXL; *climata* quoque vndique verſus pedes habent LX; ita,




Actus quadratus vndique finitur pedibus CXX; ita,



Hunc Baetici *Arapennem* dicunt, ab arando ſcilicet. Actus duplicatus *iugerum* facit; ab eo quod eſt iunctum, iugerum nomen accepit. iugerum autem conſtat longitudine pedum ducentorum XL, latitudine CXX; ita,



Actum prouinciae Baeticae ruſtici *agnam* vocant; porcam iidem Baetici XXX pedum latitudine, et LXXX longitudine definiunt; ita,



Sed *Porca* eſt quod in arando extat; quod defoſſum eſt, *lira.* Galli *candetum* appellant in areis vrbanis ſpatium centum pedum, quaſi centetum; in agreſtibus autem, pedum CL quadratorum *iuſtum candetum* vocant. Porro *ſtadialis ager* habet paſſus CXXV, id eſt pedes DCXXV, cuius menſura octies computata *milliarium* facit, qui conſtat quinque millibus pedum. *Centuria* autem ager eſt ducentorum iugerum, qui

apud antiquos a centum iugeribus vocabatur. Sed poſtea duplicata, nomen priſtinum retinuit. In numero enim centuriae multiplicatae ſunt, ſed nomen mutare non potuerunt. *Sumta haec ex* Iſid. Orig. 15, 15 *qui porro ea debet* Columel. 5, 1. *vbi ea diligenter a nobis tractata ſunt.* Frontinus *autem ſic* p. 29 *Menſura* eſt complurium, et inter ſe aequalium interuallorum longitudo finita: finitur, vt pes per vncias, per pedem decempeda, per decempedam actus, (per actum paſſus,) per paſſus ſtadium, per ſtadium milliarium, et his ſimilia. Menſurarum rationes, quibus vtimur, ſunt duodecim. Digitus, vncia, palmus, ſextans, pes, cubitus, gradus, paſſus, decempeda, actus, ſtadium, milliarium. Minima menſurarum pars eſt *digitus*, ſi quid enim intra digitum metiamur, partibus reſpondemus, vt dimidiam aut tertiam. *Vncia* habet digitum vnum, et tertiam partem digiti. *Palmus* habet digitos IIII vncias III. *Sextans*, quae eadem *dodrans* appellatur, habet vncias VIIII digitos XII. In *pede porrecto* ſemipedes duo, palm. IIII, vnc. XII, dig. XVI. in *pede conſtrato* ſemipedes quatuor, palm. VIII, vnc. CXLIIII, dig. CCLVI. *Sed piget plura deſcribere, cum praeſertim quaedam videantur agrimenſorum inferioris aeui propria: quaedam etiam corrupta.*

MENSVRO, āre. *Poſterioris aetatis, pro Metiri.* Vulg. Interpr. Ierem. 31, 37. Veget. de re Milit. 1, 25.

MENSVRATIO, ōnis, f. *Idem, quod Menſio;* Menſuratio iugeri Auct. de Limit. p. 264. *Goeſii.*

MENSVRATOR, ōris. m. *Idem ac Menſor.* Veget.

MENSVRABĬLIS, e. Adi. *Apud* Prudent. Apotheoſ. 817.

MENSVRĀLIS, e. Adi. Linea menſuralis, *apud* Sic. Flac. p. 19. *et* 23. ex edit. Goeſii.

MENSVRALĬTER. Adu. Hyginus de Limitibus p. 192 In forma menſuraliter comprehendimus.

METISCVS. *Turni auriga. De quo* Virg. Aen. 12, 469 Aurigam Turni media inter lora Metiſcum Excutit, *etc.*

METO, āre. *Vid.* METOR, āri. *in* META.

METO, meſſui, meſſum, ĕre. [θερίζω, ἀμάω] Secare ſignificat, *vt ait* Seruius *ad* Georg. 4, 54. *et tam de vua et aliis rebus, quam de frugibus dicitur.* Plaut. Poen. 5, 2, 59 Vt hortum fodiat, atque vt frumentum metat. Caeſ. Bell. Gall. 4, 32 Tum diſperſos depoſitis armis, in metendo occupatos ſubito adorti. *Sic* Cic. Tuſc. 3, 59 Tum vita omnibus Metenda, vt fruges. *Ex quodam Poëta.* Plin. 12, 13 Metitur cardamomum eodem modo et in Arabia. Arua metere Propert. 4, 11, 30. Farra metere Ouid. Faſt. 2, 519. Flores purpureos metunt Virg. Georg. 4, 54. Lilia ſumma metere virgâ Ouid. Faſt. 2, 706. Pabula falce metit Idem Epiſt. 6, 84. Poſtremus metito Virgil. Georg. 2, 410. *de* vindemia. Vt Sementem feceris, ita metes Cic. de Orat. 2, 261 c. 65. Fructum metere vt poſſis, ſerere beneficium, eſt liberale officium Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 2. Plaut. Trin. 1, 1, 11 Neque quidquam hic vile nunc eſt, niſi mores mali; eorum licet iam meſſem metere maximam. Idem Epid. 5, 2, 53 Sed vt eſt acerbum, pro bene factis quum mali meſſem metas. Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur Idem ibidem 2, 2, 80. *ſane quam eleganter vſurpauit; i. Iſta res nihil ad me pertinet, vt quae neque meo fiat periculo, neque emolumento. Metaphora notiſſima eſt. Etenim qui ſementem facit, is ſuo impendio, ſuoque periculo facit; qui metit, compendium accipit, et in tuto eſt. Diuerſum eſt huic quod eſt apud eundem in* Merc. prol. 71 Tibi aras, tibi occas, tibi ſeris, tibi eidem metis. *Eraſmus. Eleganter per metaphoram pro Internecione bellica, etc.* Sil. 17, 147 Proſtratis opibus regni Phoeniſſâ metuntur Agmina. *Vid.* Idem 13, 218. *et* 14, 135. *et Cellarius in Ind. Drakenb. ad* 10, 147. *Heinſ. ad* Ouid. Met. 5, 104. *et ad* Val. Flacc. 3, 670. Virgil. Aen. 10, 513 Proxima quaeque metit gladio. Hor. Epiſt. 2, 2. 178

— quidue Calabris
Saltibus adiecti Lucani, ſi metit Orcus
Grandia cum paruis, non exorabilis auro?

METENS, entis. Partic. Metens quod non ſeminaui Vulg. Luc. 19, 22. Colligam ſpicas, quae fugerint manus metentium Idem Ruth. 2, 2.

MESSVS, a, um. Partic. [θερισθεὶς] Herbae meſſae falcibus Virgil. Aen. 4, 513.

MESSIO, ōnis. f. [θέρισις] *Ipſa metendi actio.* Frumenti tria ſunt genera meſſionis Varr. de R. R. 1, 50 *pr. Add.* Vulg. Iob. 29, 19.

MESSOR, ōris. m. [θεριστὴς, ἀμητὴρ] *Qui metit.* Cic. de Orat. 3, 43 Non mihi oratores antiquos, ſed meſſores videris imitari. Durus meſſor Ouid. Met. 14, 643. Feſſi meſſores Virg. Ecl. 2, 10. Inducere meſſorem aruis Idem Georg. 1, 316. Plaut. Capt. 3, 5, 3 Rogas? ſator, ſartorque Scelerum, et meſſor maxime. Subitis Meſſor gaudebit ariſtis Claudian. in Rufin. 1, 382.

MESSORIVS, a, um. Adi. [θεριστικὸς] *Quod ad meſſorem pertinet.* Falces meſſoriae Vlp. in l. Inſtrumento. D. de inſtructo vel inſtrum. legato. Cic. pro Sext. 82 c. 38 Gracchus meſſoria ſe corbe contexit.

MESSIA. *Dea in circo Romano culta.* Tertull. de Spectac. c. 8. *vid. Harduin. ad* Plin. 18, 2.

MESSŪRA, ae. f. *Actus metendi fructus, apud* Diomed. Grammat.

METŎCHE, es. f. *Interſectio* Vitruu. 3, 3. *Sed locus aut corruptus eſt, aut ita certe obſcurus, vt nihil dum ſani vel certi conſtitutum ſit ab interpretibus.*

METOECVS. [μέτοικος] *Qui de vna ciuitate in aliam migrauit habitandi animo. Latine* Aduena *dici poteſt, vel* inquilinus. Ciuitatem iacentem erigere, metoecis vndique transferendis Eumen. Paneg. c. 4.

METONYMIA, ae. f. [μετωνυμία] *Latine Transnominatio, vel nominis mutatio fuerit: cuius diuerſas admodum claſſes conſtituunt rhetores,* cauſae, continentis, adiuncti, ſigni, *etc.* Feſtus, Metonymia eſt tropus, quum ab eo quod continet, ſignificatur id quod continetur; aut ſuperior inferiore, aut inferior ſuperiore. Quae continet, quod continetur; vt Ennius quum ait, Africa terribili tremit horrida terra tumultu. Ab eo quod continetur, id quod continet; vt quum dicitur, Epota amphora vini. A ſuperiore inferior; vt Ennius, Cum magno ſtrepitu Volcanus ventus vegerat (*Scal.* Volcanum ventu' vegebat). Ab inferiore ſuperior; vt, Perſuaſit animo vinum, deus qui multo eſt maximus. Cic. in Orat. 93 c. 27 Hanc hypallagen rhetores, quia quaſi ſummutantur verba pro verbis, metonymiam Grammatici vocant, quod nomina transferuntur. *Conf.* Auct. ad Herenn. 4 c. 32. Quinctil. 8, 6.

METŎPA, ae. f. *Architecturae vocabulum.* Vitruu. 4, 3 Vtraque, et inter denticulos, et inter triglyphos quae ſunt interualla, Metopa nominantur. Opas enim Graeci tignorum cubilia et aſſerum appellant, vt noſtri ea caua columbaria: ita quod inter duas opas eſt intertignium, id metopa (μετόπη) eſt apud eos nominatum.

METOPION. [μετώπιον] Arbor eſt in Africa Aethiopiae ſubiecta naſcens, ex qua Ammoniaci lacrima in ſubiectas arenas deſtillat. Plin. 12, 23 ſ. 49. *Dioſcoridi vero* Metopion, *Ferula eſt in Syria naſcens ex qua galbanum deſtillat. Conf.* Idem 13, 1 ſ. 2. *Eſt et* Metopion, Olei genus ex amaris amygdalis confectum, *teſte* Eodem 15, 7.

METOPS. Solino c. 40 *dicitur arbor illa, quae alias* metopion.

METOPOSCŎPVS, i. m. *Qui frontem conſiderat, id eſt diuinat ex facie hominis; quique priuatim ex inſpectione frontis, quid cuique euenturum ſit, praedicit.* μέτωπον *frons*, σκοπὸς *inſpector. Vtitur* Plin. 35, 10. Suet. Tit. c. 2.

METOR, āri. *Vid.* META.

METRĒTA, ae. f. [μετρητὴ] *Menſura maxima liquidorum apud Atticos,* ξεστῶν *ſ. ſextariorum* LXXII, *Cotylarum* CXLIV. *Pro vaſe.* Cato 100 Oleum ſi in metretam nouam inditurus eris — Id ſi feceris, metreta oleum non bibet, — et ipſa metreta firmior erit. *Conf.* Columel. 12, 47, 11 *vbi ſunt* metretae oleariae, *it.* 12, 51, 2. *Sed de menſura.* Idem 12, 22, 1 Metreta picis liquidae. Martial. 5, 16 Plurimus Hiſpanas mittet mihi nauta metretas. *Adde* Iuuen. Sat. 3, 246.

METROCOMIA, [μητροκωμία] *eodem modo dici videtur quo Metropolis, in titulo,* Non licere habitatoribus metrocomiae loca ſua ad extraneum transferre, lib. 11. C. Item in l. vltima. De exact. tribut. lib. 10. Budaeus. *Nempe* mater *quaedam vicorum eſt* Metrocomia, *i. vicus maior, caput aliorum vicorum ſ. pagorum. Vid. Gothofr. ad* l. 6 C. Th. de patrociniis vicorum.

METROPŎLIS, [μητρόπολις] *quaſi Mater ciuitas dicitur.* Metropoles dictae ſunt matres vrbium, ſiue capita prouinciae l. 1 C. de Metrop. *Budaeus,* Metropolis *dicitur vrbs, ex qua coloniae deductae ſunt, quales multae Athenis, et ab vrbe Roma; ſic enim ſe habet metropolis ad coloniam, vt mater ad filiam. In ſtatu eccleſiaſtico eſt ſedes metropolitae epiſcopi. Conf.* Spartian. Adrian. c. 14. Solin. c. 17. Modeſtin. Dig. l. 27 t. 1. l. 6. §. 2. ¶ 2 *Eſt etiam* Metropolis *proprium nomen vrbis Theſſaliae, cuius ciues* Metropolitae Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 80. *et* 81.

METROPOLITĀNVS, a, um. Adi. *Sic dicimus* Eccleſia metropolitana. *Vid. Cantel. loco mox cit. p.* 13. *Sed ſaepe eſt pro Metropolita, vid.* Sidon. Epiſt. 7, 5 *et* 9.

METROPOLĪTES, ae. m. *Metropolitanae ciuitatis Pontifex. Vid. P. I. Cantel. Hiſt. Metrop. Vrb. p.* 15.

METRVM, i. n. [μέτρον] *Menſura Latine dicitur* Diomedes l. 3 *pr.* p. 470 Metrum eſt pedum iunctura, numero modoque finita: *ponit deinde plures finitiones, et cum rhythmo comparat. Paullo poſt* Metrum poëticum quatuor modis intelligi *docet.* Primo per temporis ſpatium, vt in Syllaba breui aut longa — *Nempe vt Latini dicunt* modum *Syllabae breuem aut longum.* Secundo per numerum Syllabarum. *Sic* Hendecaſyllabicum metrum, *quod alias Sapphicum et Phaleucium.* Tertio per qualitatem pedum — vnde Dactylica, Spondaica, Ionica metra dicuntur. Quarto per numerum pedum, quia verſus, pro menſura quisque ſua, pentametri vel hexametri — intelliguntur. *Addi debet et hoc, in Iambicis et Trochaicis* metrum *eſſe* διποδίαν, *duos pedes inter ſe iunctos quorum poſterior certe in accurato carmine hic Trochaeus, illic Iambus eſt. Hinc enim* Trimetri *ſunt, qui a* pedum *numero* ſenarii *dicuntur. Verbo* Metrum *eſt omnis menſura verſus, qua longarum et breuium Syllabarum numerus et ordo explicatur.* Quinctilian. 9, 4, 45 Omnis ſtructura ac dimenſio et copulatio vocum conſtat aut numeris (numeros ῥυθμοὺς accipi volo) aut μέτρῳ, id eſt dimenſione quadam — Rhythmi ſpatio temporum conſtant: metra etiam ordine, ideo alterum eſſe quantitatis videtur, alterum qualitatis. Compoſiti metro Tibulli libelli Martial. 4, 6. Seruire metro coguntur Quinctil. 1, 8, 14. ¶ 2 Metra, *dicuntur Verſus* Columel. 3, 10 ſ. 19 Exceptis quae retulimus metris Virgilii.

METRĬCVS, a, um. Adi. [μετρικὸς] Plin. 11, 37 Arteriarum pulſus, in modulos certos, legesque metricas per aetates ſtabilis, aut citatus, aut tardus. Pedes Quinctil. 9, 4, 48 *et* 52. Metrici, *ſubſtant. qui praecepta de metro tradunt, ap.* Gell. 18, 15.

METRICE, es. *vel* METRICA, ae. f. *Apud* Gell. 16, 18 Pars quaedam Geometriae, quae ad aures pertinet, κανονικὴ vocatur, qua muſici vt fundamento artis ſuae vtuntur. — Κανονικὴ longitudines et altitudines vocis emetitur: longior menſura vocis ῥυθμὸς dicitur, altior μέλος. Eſt et alia ſpecies κανονικῆς, quae appellatur μετρικὴ, per quam ſyllabarum longarum et breuium et mediocrium iunctura et modus congruens cum principiis geometriae, aurium menſura examinatur.

METVLA, *vid.* META.

METVO, ĕre. [δείδω] A quodam motu animi dicitur, *vt ludit* Varro de L. L. 5, 6. *Et proprium ſeruorum eſt.* Ita Donat. in Andr. 3, 2, 16. Veretur liber, Metuit ſeruus. *Sed hoc diſcrimen non eſſe perpetuum, ſatis docet* Cic. pro Quint. *pr.* Quae res in ciuitate duae plurimum poſſunt, hae contra nos ambae faciunt in hoc tempore, ſumma gratia et eloquentia: quarum alteram vereor, alteram metuo. Eloquentia Hortenſii ne me dicendo impediat, non nihil commoueor (*hoc vtitur iam pro* vereor) gratia S. Naeuii ne P. Quinctio noceat, id vero non mediocriter pertimeſco (metuo) *Nihil hic ſeruile. Et* veretur eloquentiam *Cicero, quae res cum admiratione quadam coniuncta eſt eius, quod magni facimus; et* metuit gratiam Naeuii, *vt ſimpliciter ſuo clienti aduerſam. Sic nihil ſeruile notat* metuere *in illo.* Quamquam omnia ſunt metuenda, nihil magis quam perfidiam timemus Cic. Fam. 1, 5. Plus eſt in metuendo mali, quam in illo ipſo, quod timetur Id. ib. 6, 4. *Sed* ſeruilem *metum notat illud,* Oderint, dum metuant: *vid.* Sen. de Clem. 1, 12. *Conf.* Cic. Off. 2 c. 7. *Sic* Idem de Sen. 37 c. 11 Metuebant ſerui, verebantur liberi, carum omnes habebant. Magis metuo, *vid.* MAGIS. Male metuo, *vid.* MALVS. Metuit loqui Ouid. Met. 1, 745. Metuit tangi Horat. Carm. 3, 11, 10. Metuo crimen, *i. Ne detur crimini.* Cic. Verr. 5, 78. Plaut. Amphit. Prol. 31 Contagione meae matris metuo malum. Ter. Eun. 5, 1, 43 Metuebant omnes iam me. Idem ibidem 3, 5, 61 Nunc metuo fratrem, ne intus ſit. Plaut. Merc. 3, 1, 22 De lanificio neminem metuo, vna aetate quae ſit. Metuo tibi, *Ne quid mali ſcilicet tibi accidat.* Idem Amphit. 5, 1, 61. *Sic* Plaut. Poen. 5, 1, 6 Sciebam aetate tardiores, metui meo amori moram, *i. ne meo amori mora obiiciatur.* Tria tempora fructibus metuebant Plin. 18, 29. Metuo illum mihi ne Plaut. Aſin. 1, 1, 98. Metuo a *vel* ab *notat eum, qui nocere poteſt.* Cic. Att. 9, 7. Sed quum eadem metuam ab hac parte, *etc.* Idem Fam. 5, 6. Quid a nobis metuis? Plaut. Capt. 2, 1, 11. Hei metui a Chryſide Ter. Andr. 1, 1, 79.

Ab

Ab Annibale metuens Liu. 23, 36 *pr.* Inſidias ab aliquo Cic. Fam. 5, 6. Metuo abs te de verbis tuis. Plaut. Men. 1, 2, 41. Ab hoſte metui Ouid. Met. 13, 114. Metuo Reip. malum ab eo Cic. Att. 1, 8 (13). Periculum ſibi ab inimico Auct. ad Herenn. 2 c. 19. Metuo de vita Cic. Att. 10, 4. Haud metuo Ter. Eun. 4, 6, 20. *Poſt verbum* Metuo, *vt reliqua eius ſignificationis*, vt *ſequitur*, *quoties ille*, *qui metuit*, *optat*, vt *aliquid fiat*; ne *autem*, *quoties cupit*, ne *fiat*. Plaut. Pſeud. 4, 1, 8 Nimis metuebam male, ne abiſſes. *Qui ſic dicit*, *nolebat alterum abire*. Idem Aſin. 3, 3, 153 Ne vxor reſciſcat, metuit, *non vult eam reſciſcere*. Plaut. Caſ. 3, 3, 12 Metuo ne non ſit ſurda, *cupit, vt ſit ſurda*. Ter. Heaut. 5, 2, 14 Quid? metuis ne non, quum velis, conuincas illum eſſe tuum? Cic. pro Milon. 58 Cur igitur hos manumiſit? metuebat ſcilicet, ne indicaretur? ne dolorem perferre non poſſent? Metuo nequando Ter. Eun. 3, 1, 59. Plaut. Rud. 4, 4, 2 Metuo propter vos, ne vxor mea me extrudat aedibus. Metuo quid agam, vel quid ſit Ter. Heaut. 4, 3, 42. Metuo patres quot fuerint *ſolicitus ſum, laboro*. Plaut. Truc. 4, 3, 35. Ter. Hec. 2, 2, 15 Te mi iniuriam facere arbitror, ſi metuis ſatis, vt meae domi curetur diligenter. Plaut. Bacch. 4, 5, 2 Metuoque vt hodie poſſim emolirier. Cic. Metuo vt ne pereat. Metuo, *i. Caueo.* Virg. Georg. 1, 246 Arctos oceano metuentes aequore tingi. *Adde* Hor. Carm. 2, 2, 7 Illum aget penna metuente ſolui Fama ſuperſtes. Ouid. Amor. 1, 15, 37 Suſtineamque coma metuentem frigora myrtum: *a frigoribus nihil patientem, virentem toto anno.* *Pro Dubito videtur vſurpaſſe* Plaut. Amph. 5, 1, 53 Non metuo, quin meae vxori latae ſuppetiae fient. *Sic alia quoque metuendi verba, vid.* VEREOR.

METVENS, entis. Partic. Ter. Andr. 3, 4, 6 Idque adeo metuens vos celaui, quod nunc dicam. Cladem metuens Ouid. Met. 5, 359. Fortunam Idem ex Pont. 3, 6, 49. Superos metuens Stat. Silu. 3, 3, 79. Inopi metuens formica ſenectae Virg. Georg. 1, 186. *Item nomen ex participio:* Cic. Poſt Red. in Senat. 4 Conſules modeſti, legumque metuentes impediebantur lege, non ea, quae de me, ſed ea, quae de ipſis lata erat. Idem pro Domo 70 c. 26 Homines legum iudiciorumque metuentes. Flagelli metuens Iuuen. Sat. 5, 154. Et quidquid tecum inualidum eſt metuensque pericli Virg. Aen. 5, 716. *Compar.* Ouid. Faſt. 6, 259 *de Numa*, Regis opus placidi, quo non metuentius vllum, *etc.* Idem Epiſt. 19, 83 Quid tamen euenit, cur ſis metuentior vndae? *Et alibi ſaepe.* *Vid.* Met. 1, 323. *et Heinſ. ad loc.* Hoſpes metuentior Sil. 8, 503. *Conf.* Tac. Ann. 13, 25, 4.

METVENDVS, a, um. Partic. [φοβερὸς] Cic. de Aruſp. Reſp. 63 Eodem fere tempore factus in agro Piceno Potentiae nuntiatur, terrae motus horribilis cum quibusdam multis metuendisque rebus. Antrum metuendum Propert. 4, 10, 9. Eques haſta Hor. Carm. 3, 2, 4. Ferarum Corda Stat. Silu. 3, 3, 73. Pericula Idem Epiſt. 2, 1, 136. Vis Virg. Georg. 4, 37.

METŪTVS, a, um. Partic. *paſſiuum veteribus vſurpatum*, *poſterioribus obſoletum.* [φοβηθεὶς] Lucret. 5, 1139 Nam cupide conculcatur nimis ante metutum. *h. e. Formidatum, quod homines ante metuerunt.*

METVS, ûs. [φόβος, δέος, δεῖμα] *Eſt*, de inſtanti vel futuro periculo, Mentis trepidatio, *inquit* Vlp. Cic. Tuſc. 4, 80 c. 37 Metus, opinio impendentis mali, quod intolerabile eſſe videatur. *Et tam active quam paſſiue ſumitur*; *nam* Metus hoſtium *recte dicitur*, *et quum timent hoſtes, et quum timentur.* *Rurſum* Cic. Tuſc. 64 Aegritudini finitimus eſt metus: de quo pauca dicenda ſunt. eſt enim metus vt aegritudo praeſentis, ſic ille futuri mali; itaque nonnulli aegritudinis partem quandam metum eſſe dicebant, alii autem metum praemoleſtiam appellabant, quod eſt quaſi dux conſequentis moleſtiae. *Add.* Cic. Tuſc. 5, 52 c. 18. Quinctil. 6, 3 Metum duplicem intelligi volo, quem patimur, et quem facimus. Malus cuſtos diuturnitatis, metus Cic. Off. 2 c. 7. Beneuolentiae vis maxima eſt, metus imbecillis Id. Off. 1. Mortalitatis metus Quinctil. 6 Prooem. Cic. Verr. 1, 93 Haec eſt iſtius praeclara tutela; en cui tuos liberos committas, en memoria mortui ſodalis, en metus viuorum exiſtimationis. Metus fulminis Quinctil. 6 Prooem. Cic. Att. 3, 8 Me et meorum malorum memoria et metus de fratre in ſcribendo impedit. Metus ex corpore Celſ. 4, 24. Metus in hac re Idem 2, 10. Frigido metu exanguis Sen. Hipp. 10. Liber a metu, *et* omni metu *vid.* LIBER, Adi. Suſpenſa metu ciuitas Cic. Agrar. 1 c. 8. Trepidi exanguesque metu Stat. Theb. 3, 361. Vacuus metu Ouid. Met. 10, 582 Dubii inter ſpem et metum Virg. Aen. 1, 222. ¶ 2 *Epitheta metus:* Acer metus Virg. Aen. 1, 366. Acrior metus omni cura Valer. Argon. 1, 693. Adiunctus, *vid.* ADIVNGO. Ambiguus Tacit. Ann. 2. Audax metus, et pallens fiducia Stat. Theb. 6, 264. Caecus, *vid.* CAECVS. Depoſitus Ouid. Met. 5, 363. Falſi Idem Triſt. 1, 4, 37. Feminei Senec. in Med. ſ. 1. Gelidus Ouid. Epiſt. 11, 82. Graues Senec. in Agam. ſ. 4. Humiles Valer. Argon. 3, 395. Inanis Tacit. Ann. 13. Ingens Virg. Aen. 6, 491. Inſignis poenarum Lucret. 3, 1027. Lymphatus Lucan. 7, 186. Pauidi Ouid. Faſt. 1, 16. Solicitus Idem ex Pont. 3, 2, 12. Vani Idem Epiſt. 16, 342. Vigiles Sil. 7, 286. ¶ 3 *Verborum formulae:* Abolere metus Stat. Achil. 1, 135. Abſtergere animi metum Cic. Fam. 9, 16. Aberant poena, metusque Ouid. Met. 1, 91. Accidit metus Scribon. 171. Accipere metum, *vid.* ACCIPIO. Acuere metum alicui Virg. Aen. 12, 850. Adducere in metum, *et* Adduci metu, *vid.* ADDVCO. Adducere in metum aliquem Tacit. Ann. 15, 50. Adhibere Quinctil. 4, 1. Adimere, *vid.* ADIMO. Adiungere, *vid.* ADIVNGO. Afferre metum alicui, et ſpem oſtendere Cic. Verr. 2, 135 c. 54. Afficere metu, *vid.* AFFICIO. Amittere metum, *vid.* AMITTO. Amouere Quinctil. 4, 1. Amoto metu Ter. Andr. 1, 2, 10. Ardere metu, *vid.* ARDEO. Auferre Virg. Aen. 12, 316. Capere, *vid.* CAPIO. Captus metu ſubito Stat. Theb. 12, 369. Repens metus Commouit me Senec. Troad. ſ. 6. Commota vehementi metu mens Lucret. 3, 153. Compellere in metum, *vid.* COMPELLO. Compreſſa metu murmura Stat. Theb. 1, 207. Concipere, *vid.* CONCIPIO. Concitare, *vid.* CONCITO. Concuſſus mentem metu Virg. Aen. 12, 468. Coniicere in metum, *vid.* CONIICIO. Cic. pro lege Manil. 14 Haec vobis prouincia Quirites, ſi et belli vtilitatem, et pacis dignitatem ſuſtinere vultis; non modo a calamitate, ſed etiam a metu calamitatis eſt Defendenda. Deiicere Cic. Verr. 5, 129. Demere Ouid. Met. 2, 866. Qui primus poſt meum diſceſſum metum bonis, timorem huic ordini, ſeruitutem Depulit ciuitati Cic. poſt Red. in Sen. 19. *vbi conf. Lambin.* Diriguere metu Ouid. Met. 7, 115. Diſſoluunt animi magno ſe angore, metuque Lucret. 3, 916. Cic. pro Mil. 165 Non poteram in illius mei, patriaeque cuſtodis tanta ſuſpicione, non metu Exanimari. Excuſſere metum mea iam bona Ouid. Met. 6, 197. Excutere metum alicui Idem Epiſt. 14, 43. Celſ. 7, 26 Siquidem vt diſtentione neruorum periclitatur aliquis, dum veſica eius agitatur, ſic alter metus Excipitur remotis medicaminibus, ne tantum ſanguinis profluat, vt occidat. Excuſſit ſomnum metus Ouid. Epiſt. 10, 13. Excutere metum corde Id. Met. 3, 689. Exſoluere metum Lucan. 5, 259. Facere metum alicui, *pro inferre* Ouid. Triſt. 5, 10, 28. Facere graues metus Senec. Agamemn. ſ. 4. Frangi metu vel debilitari Cic. de Orat. 1, 121. Habere aliquid metu, *i. Metuere* Idem Att. 6. Idem Fam. 8, 10 Ego quidem praecipuum metum, quod ad te attinebat, Habui, quod ſcirem, *etc.* Habet iſta res vanos metus Ouid. Epiſt. 16, 342. Incidit animis metus tacitus, *vid.* INCĬDO. Incutere metum Caelius Cic. Fam. 8, 4. Inferre, Ingruit, Iniicere alicui, *vid. hh. vv.* Inſinuauit metus pectora Lucret. 5, 74. Intendunt metum Tacit. Ann. 1, 28. Idem ibidem 1, 39 Pauidos, et conſcientia vecordes Intrat metus. Lenire Sil. 3, 131. Leuare alicui, *vid.* LEVIS. Liberare aliquem metu Quinctil. 1, 10. Miſti metus laetitiae Ouid. Epiſt. 16, 6. Obiicere metum Cic. Tuſc. 2, 10. Offerre metum, *vid.* OFFERO. Oſtendere, *vid.* OSTENDO. Pallens metu Ouid. Met. 13, 74. Parcere metu, *vid.* PARCO. Pati metum Quinctil. 6, 2. Pellere metum, *vid.* PELLO. Pelle femineos metus Senec. Med. ſ. 1. Permotus metu, *vid.* PERMOVEO. Ponere aliquid in metu, *pro Metuere* Cic. Att. 14, 21. Quid autem abſurdius, hoc metuere, alterum in metu non ponere? *Add.* Id. 12, . . . Retenta metu lingua Ouid. Ep. 11, 82. Sedare metum Sen. Thyeſt. ſ. 8. Semota metu mens Lucret. 2, 19. Solari metum alicuius Virg. Aen. 12, 110. Soluere metus Idem ibid. 1, 467. Sublatus metus Celſ. 4, 5. Sum: In metu eſſe, *pro Metuere* Ter. Phorm. 1, 2, 7. Cic. Att. 3, 9 Mihi etiam vnum de malis in metu eſt fratris miſeri negotium. Idem de Finib. 2, 53 Tum etiam poenae timore, qua aut afficiuntur, aut ſemper ſunt in metu, ne afficiantur, aliquando. Tentari metu Lucret. 3, 313. Scribon. 171. Trepidare metu Sil. 15, 581. Trepidare metu falſo Ouid. Triſt. 1, 4, 37. Trepidare ingenti metu Virg. Aen. 6, 491. Turbari metu monſtri Ouid. Met. 15, 517. Vrget mortales inanis metus Lucret. 3, 995. ¶ 4 *Obſeruationes aliquot.* Metus, noue et eleganter poſitum Salluſt. Hiſt. 1. Ad bellum excitabit metus Pompeii victoris: *i.* Quod de Pompeio metueretur Nonius 2, 554. *Pro furore Bacchico* Horat. Od. 2, 19, 5 Euoe recenti mens trepidat metu. *Non multum abit*, *cum* Metus *pro Religione poni videtur: quoniam vt docet* Seruius, ex timore nata eſt. Virg. Aen. 7, 60 Multosque metu ſeruata per annos. Metus, *fem. gen.* Ennius: Ni metus vlla tenet, rite in virtute quieſcunt. Nonius 3, 141. *Sic* Feſtus *ex* Ennio; Viuam, an moriar, nulla in me eſt metus. *Vid. Idem in Maſculino.*

METICVLŌSVS, a, um. Adi. [δειδήμων] *Timidus.* Plaut. Amph. 1, 1, 137 Nullus eſt hoc meticuloſus aeque. *Adde* Moſt. 5, 1, 52.

M E V

MEV, *vid.* MEVM.

MEVANIA. [Μηυανία] *Vmbriae ciuitas, ad viam Flaminiam, iuxta quod labitur Clitumnus fluuius, cuius aqua pota candidos boues facit; inclyta Propertio alumno.* Plin. 35, 14 In Italia quoque lateritius murus Aretii et Meuaniae eſt. Lucan. 1, 468 — tauriferis vbi ſe Meuania campis Explicat. *Vbi* commentator, Meuania eſt pars Tuſciae, cuius nominis et inſula Hibernis proxima Meuania dicitur, *vid.* CLITVMNVS.

MEVIVS. [Μηούϊος] *Peſſimus Poëta*, *Virgilio et Horatio inimicus.* Virg. Ecl. 3, 90 Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui. Hor. Epod. 10, 2 Olens Meuius.

MEVM, *vel* MEON. [μῆον] *Herba eſt caule foliisque aniſo non abſimilis*, *quae in Italia nonniſi a medicis ſeritur*, *et iis admodum paucis.* Duo genera *eius deſcribit* Plin. 20, 23 *Quidam* Meu *legunt*, *per duas ſyllabas.* Meu Scribon. 170. Meu Cretici 169.

MEVS, a, um. [ἐμὸς] *Pronomen poſſeſſiuum primae perſonae.* Plaut. Trin. 2, 2, 48 Nam quod tuum eſt, meum eſt: omne meum, eſt autem tuum. Ter. Heaut. 3, 1, 22 Meus gnatus? C. ſic eſt. M. venit? C. certe. M. Clinia meus venit? C. dixi. Meum eſt negare Plaut. Pſeud. 1, 5, 68. *i. meum negotium, conuenit mihi et meis rationibus.* Cic. Att. 5, 13 Et ſi intelligis quam meum ſit ſcire, et curare, quid in Rep. fiat. Ter. Adelph. 3, 1, 2 Modo dolores, mea tu, occipiunt primulum. Idem Eun. 4, 3, 14 Au obſecro mea Pythias, quid iſtuc nam monſtri fuit? Mea tu, *inquit* Donatus, blandimentum eſt, ſine quo non progreditur colloquium feminarum, et maxime trepidantium. *Admittit Genitiuum adiectiui, qui refertur ad pronomen primitiuum, quod in* Meus *latet.* Cic. in Vatin. 8 Quod ergo homo imperitiſſime ſolidae laudis ac verae dignitatis, praeſtantius mihi potuit accidere? quid optabilius ad immortalitatem gloriae atque nominis mei ſempiternam, quam omnes hoc ciues meos iudicare, ciuitatis ſalutem cum mea vnius ſalute eſſe coniunctam? Meum non eſt mentiri, *quod vulgo dicitur*, *Non eſt mea natura* Ter. Heaut. 4, 2, 38. Mea non eſt ſimulatio Idem ibid. 4, 5, 34. Meum eſt, *pro Meum eſt inuentum*, *Excogitaui illud.* Ter. Eun. 3, 1, 39 Tuum obſecro ne hoc dictum erat? vetus credidi. T. audieras? G. ſaepe; et fertur in primis. T. meum eſt. Cic. de Senect. 59 c. 17 Atqui ego iſta ſum omnia dimenſus, mei ſunt ordines, mea deſcriptio, multae etiam iſtarum arborum mea manu ſunt ſatae, *i. Ego ipſe deſcripſi, non alius.* Pauidum gelidumque trementi corpore, vixque Meum, *i. mei compotem, mihi conſtantem,* firmat deus Ouid. Met. 3, 689. *Conf. ad h. l. Heinſ. Paullo aliter* Meus ſum, *i. Meae poteſtatis*, *mei iuris.* Perſ. Sat. 5, 88 Poſtquam meus a praetore receſſi. Mea quidem ſententia, *pro, Vt ego ſentio, vt opinor* Ter. Adelph. 1, 1, 40. Meus carnifex Idem Andr. 4, 1, 27. Donatus: *i.* In me carnifex, qui me torſerit; vt alibi, Deo irato meo, *h. e.* In me irato deo. Cum Meo decrepito hoc Eunucho Ter. Eun. 2, 1 *extr.* Talis iſte Meus ſtupor (*pro ſtupido homine*) nihil videt, nihil audit Catull. Epigr. 17. Meo pretio emtus, A me facto, a me ſtatuto, *inquit* Donat. Ter. Prol. Hec. 55. Stratique per herbam, hic meus eſt, dixere, Dies Corn. Seuer. *apud* Senec. Suaſor. 2. *de militibus epulantibus.* *Conf. Geuart. Lect. Papin.* 2, 18. De meo, *vid.* DE *praepoſitionem.* Cic. de Aruſp. Reſp. 40 Aruſpicum verba ſunt haec omnia, nihil addo de meo. Id. Att. 5, 14 Antequam aliquo loco conſedero, neque longas a me, neque ſemper mea manu literas expectabis. Meus eſt, *eleganter dictum de Ineſcatis.* Plaut. Curc. 3, 61 Meus hic eſt, hamum vorat. *Et* Pſeud. 2, 2, 6 Meus hic eſt homo. Ouid. Met. 4, 356 Vicimus, et meus eſt, exclamat Nais. Meamet mihi facta dicere licet Salluſt. Iug. c. 85.

Meopte ingenio id reperi Plaut. Moſt. 1, 2, 77. Meapte malitia, Meapte cauſa Id. Truc. 2, 5, 18. Ter. Heaut. 4, 3, 8 Ita me dî ament, vt ego nunc non tam meapte cauſa laetor, quam illius. Culpa Plaut. Poen. 1, 3, 37. *Add. id.* Moſtell. 1, 2, 77. ¶ 2 Mei *Subſt.* Ego meorum ſolus ſum meus Ter. Phorm. 4, 1, 21. *Add.* Virg. Aen. 4, 342. Cic. in Epp. *paſſim.* Mi catella, mi virgo, *et ſimiles Vocatiui feminini plures ſunt in* Hieronymi Epiſt. ad Euſtoch. de Virginit.

M E Z

MEZENTIVS. *Pater Lauſi, deorum contemtor, apud* Virg. Aen. 7, 648 Primus init bellum Tyrrhenis aſper ab oris Contemtor diuûm Mezentius, *etc.* Fuit enim impius in homines, ſine deorum reſpectu, *inquit* Macrobius.

M I et M I C

MI. [μοὶ] *Dandi caſus a Genitiuo* Mis *vel contr. a* Mihi. Virg. Aen. 6, 104 Et mi genus ab Ioue ſummo. Catull. 49, 1 Ille mi par eſſe deo videtur. *Conf.* Enn. *ap.* Cic. Off. 1 c. 12. Mi *Vocatiuus, pro Meus.* Ter. Adelph. 2, 4, 5 O mi Aeſchine, ô mi germane. Idem Phorm. 2, 1, 24 Mi patrue ſalue. D. ſalue. *Vbi* Donat. Mi, vim blandimenti habet; nam ſignificat Meus. Mi homo Ter. Phorm. 5, 9, 13. Idem Eun. 1, 2, 15 Ne crucia te obſecro anime mi Phaedria. Donat. Feminarum oratio, etſi non blanditur, blanda eſt. *Conf.* Ter. Andr. 4, 3, 6. *et* 4, 5, 49. *et* 5, 3, 18. *Etiam in feminino eſt* Mi. *v. g.* Itaque Mi Euſtochium, filia, domina, conſerua, germana *etc.* Hieron. *ad* Euſtoch. p. 66 a, T. 1 Frob. Mi catella Id. ibid. p. 66. Mi *pro Mei plur. Vocatiu.* Plaut. Ciſt. 4, 2, 9 Mi ſpectatores facite indicium. Petron. c. 116 O mi hoſpites.

MĪCA, ae. f. [ψίχιον, ψώμισμα] *Minutum fruſtulum, parua particula, earum rerum, quae et homogeneae aliquantum, nec liquidae ſunt.* Columel. 6, 30 Turis mica. Plin. 12, 14 Micas concuſſu eliſas mannam vocamus. Catull. 84 (87) 4 Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis, *h. e. Nihil venuſtatis, ſaporis. Conf.* Quinct. 6, 3, 18 *vbi negat Catullum hoc dicere*, Nihil in corpore eius eſſe ridiculum. *Et* ſalem *ait eſſe* quoddam ſimplex condimentum, quod ſentitur latente iudicio, et velut palatum excitat *etc.* Auri micae Lucret. 1, 839. Myrrhae mica Scribon. 127. Salis Martial. 7, 24. Lucida mica Salis Ouid. Faſt. 1, 338. Turis Columel. 6, 30. Saliens Hor. Carm. 3, 23, 20. Salientem micam, Salis granum intellige: quod ſaliat, quum in ignem miſſum ſit. Porphyr. Mica *etiam pro Loco vbi coenatur.* Martial. 2, 59 Mica vocor, quid ſim cernis, coenatio parua. *Vid. Heinſ. ad* Petron. c. 34 p. 135.

MICVLA, ae. f. Dimin. Arnob. 2 p. 77 Exiguae miculae. Id. 7 p. 230.

MICĀTVS, a, um. Adi. *In micas redactus.* Valer. 1, 63.

MICĬDVS, a, um. Adi. *Tenuis, exilis.* Innocent. in Agrar. Goeſ. p. 231.

MICO, micui (Micaui Solin. c. 53) āre. [ςίλβω] *Eſt Subinde et celeri motu lucis reſplendere, vt* Virg. Aen. 1, 94 Crebris micat ignibus aether. *Sed multo latius patet, et alium quoque motum celerem ac breuem deſignat. v. g.* Et nunc alternos magis vt dignoſcere cantus Poſſitis, ter quisque manus iactate Micantes Calpurn. Ecl. 2, 26. Micare digitis. *Luſus genus quoddam aut ſortis, quod adhuc apud Italos durat, repente porrectis digitis certantium, vter numerum diuinet. Huius* Cicero *mentionem facit* de Diuin. 2, 85 Quid enim ſors eſt? Idem propemodum, quod micare, quod talos iacere, quod teſſeras. M. Varro *ap.* Non. 4, 303 Micandum erit cum Graeco, vtrum ego illius numerum, an ille meum ſequatur. Suet. Auguſt. c. 13 Patrem et filium pro vita rogantes ſortiri vel micare iuſſiſſe. *Iterum* Cic. Off. 3 c. 23 Sed quaſi ſorte aut micando victus alteri cedat alter. *Hinc qui certiſſima eſſet fide, eum antiqui dignum dicebant*, quicum in tenebris micaretur. Cic. Off. 3, 77 c. 19 Hoc non turpe eſt dubitare philoſophos, quod ne ruſtici quidem dubitent? a quibus natum eſt id, quod iam tritum eſt vetuſtate, prouerbium: quum enim fidem alicuius bonitatemque laudant, dignum eſſe dicunt, quicum in tenebris mices. Idem de Finib. 2, 52 Cur iuſtitia laudatur? aut vnde eſt hoc contritum vetuſtate prouerbium, quicum in tenebris? *Nempe in tenebris micanti ſimpliciter fides habenda, cum nulla re conuinci poſſit. Adhibebatur autem* Micandi conſuetudo *etiam in emtionibus: quorſum pertinent verba* edicti Aproniani *apud* Grut. p. 647, 6 Ratio docuit vtilitate ſuadente conſuetudine micandi ſubmota ſub exagio potius pecora vendere, quam digitis concludentibus tradere. *Nempe qui ſic* micant, *illi digitis ſibi inuicem numeros, pretii indices, oſtendunt: eaque ratione ab exercitatis res prius quam per verba conficiebatur. Vid. libellus Nic. Smyrnaei περὶ τȣ̃ δακτυλικȣ̃ μέτρȣ, cum* Bedae *eiusdem argumenti opuſculo editus a Petr. Poſſino in Spicilegio Euangelico. Conf.* DIGITVS. ¶ 2 Micare *dicitur, vt monuimus, de Motu quouis celeri, tum ignis, tum aliarum rerum.* Metu micuere ſinus Ouid. Epiſt. 1, 45. *Vid. Heinſ. ad locum et Brouckhuſ. ad* Tibull. 1, 11, 12. Animus micat Liu. . . . Ardor flammae micat Lucret. 5, 1098. Ardor micat ex oculis Idem 3, 290. Cor timore micat Ouid. Faſt. 3, 36. Corde micante metu Id. Art. Am. 3, 722. Tib. 1, 11, 12 Nec audiſſem corde micante tubam. *Vid. Brouckh.* Virg. Aen. 10, 396 Semianimesque micant Digiti, ferrumque retractant. Enſes triſte micant Stat. Theb. 4, 154. Equus auribus Virg. Georg. 3, 84. Gemma micat Idem Aen. 10, 134. Gladii Liu. 6, 12. *Adde* 2, 30 *extr.* Ignis oculis Virg. Aen. 12, 134. Linguis ore triſulcis Serpens Idem Georg. 3, 439. Nubila micuerunt celeri flamma Ouid. Triſt. 1, 2, 45. Oculi micant igne Id. Met. 3, 33. Sinus metu micuere Idem Epiſt. 1, 45. *vid. Heinſ.* Sidera Idem Met. 7, 217. Sidus Iulium Hor. Carm. 1, 12, 46. Cic. de Nat. Deor. 2, 24 Iam vero Venae et arteriae micare non definunt quaſi quodam igneo motu.

MICANS, antis. Partic. Aurum micans Ouid. Met. 2, 2. Aera micantia Virg. Aen. 2, 734. Cor micans Ouid. Faſt. 6, 338. Crura Idem Met. 9, 37. Ducebat Radius ſole micantior Prudent. Cathem. 5, 44. Labellum Catull. 59, 220. *al.* Semihians. Membra Claud. de Nupt. Honor. 283. Sidera Catull. 62, 206. Stella Cic. Nat. Deor. 2 c. 42.

MICĀTVS, ûs. m. Mart. Capella 4 p. 95 Geminus anguis — allambere feminam crebris linguarum micatibus attentaret. *et* Saxo Grammat. 1, 18.

MICCOTRŌGVS. *Quaſi Paucirodus: μικκὸς pro μικρὸς paruus. Epithet. Paraſiti, apud* Plautum Stich. 1, 3, 89. *Pareus vero habet* Micotrogus, *vt ſit vox hybrida, compoſita a Latino* Mica *et Graeco τρώγω.*

MICEO, ēre. *De hirco,* Auct. Philomelae 58 *ſi fides Schotto, quem vide Hum. Obſeruat.* 2, 52. *Al.* At mutire capris hirce petulce ſoles.

MĬCIPSA. *Numidarum rex. Maſſiniſſae regis filius, qui Iugurtham Manaſtabalis fratris filium, vna cum Adherbale et Hiempſale filiis regni participem reliquit. De quo* Salluſt. de Bello Iugurth. *Et* Flor. 3, 1, 3. *Modulum primae ſyllabae docet* Iuuenal. 5, 89 *vbi de oleo vili,* Quod Canna Micipſarum prora ſubuexit acuta, *i. nauigiolum Africanum e regno Micipſae.*

MICROCOSMVS. [μικρόκοσμος] *Latine Paruus mundus dicitur.* Iſidor. 3, 22.

MICROPSȲCHOS. [μικρόψυχος] *Puſillanimus dicitur, et timidus.* Plin. 22, 24 Inuenio apud auctores hunc potum bibendum alſioſis; item animi humilis ac praeparci, quos illi dixere micropſychos.

MICROSPHAERVM, i. n. *Genus nardi a minutis globulis dictum.* Plin. 12, 12.

MICTY̆RIS, (*Merceri editio*) MICTIRIS. Paupercula, pulmentaria. Lucil. 20 Pulmentaria, vt Intybus, aut aliqua id genus herba, Et ius maenarum, bene habet ſe; mictyris haec eſt Mers, *Haec* Nonius 2, 532. *Sed optime Scaliger et Douza,* Mictilis haec eſt merx.

MICTVRIO, MICTVS, *etc. vid.* MEIO.

M I D

MIDAS. [Μίδας] *Gordiae bubulci filius, et rex Phrygum, qui cunctorum paene regum opes pecuniae abundantia anteceſſit. De quo Herodot. et* Iuſtin. 11 *multa ſcripſerunt.* Auriculas aſini Midas habet, *prouerbium natum a fabula notiſſima* Midae *regis Phrygiae: cui Phoebus, quod ſtolide Pana canentem ſibi praetuliſſet, aſininas affixit auriculas. Quas quum diu mitra occuluiſſet, tandem a tonſore animaduerſum eſt, ac prolatum in vulgus, vt refert* Ouid. Met. 11, 174. *Reſpicit eodem* Perſ. 1, 121 Auriculas aſini Mida rex habet: *quae ita immutata a Cornuto ait vetus vitae Perſii ſcriptor,* Auriculas aſini quis non habet? *ne in ſe dictum Nero arbitraretur. Altera Midae fabula eſt ſtultum votum in aurum mutandi, ſi quid attingeret, deſcribitur* Ouid. Met. 11, 102 ſq. *Breuiter* Claud. ſec. Conſ. Stilich. 230 Ditabat rutilo quidquid Mida tangeret auro. *Accuſat.* Ouid. Met. 11, 92 Ad regem traxere Midan.

M I G

MIGDILYBS. *h. e. Mixtus Libys.* Plaut. Poen. 5, 2, 73 Qui huc aduenisti nos captatum migdilybs. *Significat Hominem mixti generis et bilinguem, i. δίγλωττον et μιγάδα, quales erant Carthaginienſes.* Virg. Aen. 1, 665 Quippe domum timet ambiguam, Tyriosque bilingues. *Nam Carthaginienſes et lingua Tyriorum et Afrorum vtebantur. Duplici autem lingua qui vtuntur, infideles et veteratores improbique habentur. Itaque Hannonem vt bilinguem dicit eſſe* biſulca lingua, quaſi proſerpentem beſtiam. *Omnes codices habent* Magdalia: *verum ſic reſtituit Turnebus, idque optima ratione.*

MIGMA, ătis. n. [μίγμα] *Miſtura, farrago.* Vulgata Eſaiae 30, 24.

MIGRO, āre. [ἀποναίω, ἀποικίζω] *Eſt Domicilium mutare, et alio ſe ad habitandum conferre, relicta priore habitatione. Prima ſemper producitur a* Virgilio: *Sed corripitur* Manil. 3, 79 Sed tempore ſedes Naſcentum acciperent proprias, ſignisque migrarent. *Sic etiam Bentl. Add.* Remigrant Lucret. 2, 965. *It.* Plaut. Moſt. 2, 2, 73. Migrare domo Cic. Verr. 2, 89. Ex vrbe Ter. Hec. 4, 2, 13. Hinc Plaut. Epid. 3, 2, 7. Cic. in Somn. Scip. 1 Antequam ex hac vita migro, conſpicio in meo regno, et his tectis Pub. Corn. Scipionem. Idem de Fin. 1, 62 Non dubitat (ſi ita melius ſit) migrare de vita. *Conf.* Nep. 25, 22, 1. In caelum Plaut. Amph. 5, 2, 13. In locum Lucret. 2, 774. E fano foras Plaut. Curc. 2, 1, 1. Migratum eſt Romam Liu. 1. Anima migrat in varias figuras Ouid. Met. 15, 172. Plaut. Pſeud. 1, 5, 55 Fac ſis vaciuas, Pſeudole, aedis aurium, Mea vt migrare dicta poſſint, quo volo. Plaut. Trinum. 3, 2, 13 Scio ego et ſentio ipſe, quid agam, neque a me officium migrat. Omnia migrant Lucret. 5, 828. Voluptas migrauit ab aure Hor. Epiſt. 2, 1, 187. Migrare in mucronem Plin. 11, 37. Flumius migrat aduerſo meatu Claud. Conſ. Hon. 4, 482. ¶ 2 *Actiue pro transgredi, et violare, de legibus et officio.* Cic. de Legib. 3, 11 c. 4 Quod quis earum rerum migraſſet, noxiae poena par eſto, *i. Si quis quid eorum violarit, tranſilierit, contraque fecerit. Simile eſt illud* de Diuin. 1, 8 c. 5 Credo, ne communia iura migrare videatur. *Alii legunt,* Communi iure. *Et rurſus* Off. 1, 31 c. 10 Quae pertinent et ad veritatem et ad fidem, ea migrare interdum et non ſeruare fit iuſtum. Rurſus de Fin. 3, 67 Quoniamque ea natura eſſet hominis, vt cum genere humano quaſi ciuile ius intercederet; qui id conſeruaret eum iuſtum; qui migraret, iniuſtum fore. *Nempe proprio etiam intellectu* Gell. 2, 29 Caſſita nidum migrauit, *i. reliquit, mutauit. Hinc Paſſiue.* Sil. 7, 431 Migrantur Rhoeteia regna. *Et* Liu. 10, 34 Relicta quae migratu difficilia eſſent, *i. tranſlatu.*

MIGRANS, antis. Partic. Virg. Aen. 4, 401 Migrantes cernas, totaque ex vrbe ruentes.

MIGRATIO, ōnis. f. [ἀποίκησις] Cic. Tuſc. 1, 27 c. 12 Mortem non interitum eſſe omnia tollentem atque delentem, ſed quandam quaſi migrationem, commutationemque vitae. *Add.* ibid. c. 42. Liu. 5, 53 Nunc haec migratio nobis miſera. *Metaphor.* Cic. Fam. 16, 17 Cui verbo (fideliter ſcilicet) domicilium eſt proprium in Officio, migrationes in alienum multae.

MIGRATOR, ōris. m. μετανάςης Gloſſ. Gr. Lat.

M I H

MIHI. [ἐμοὶ] *Datiuus eſt primae perſonae ab* Ego *pronomine.* Mihi, *Ad meam vtilitatem, aut damnum.* Ter. Heaut. 3, 1, 102 Hic mihi quanto nunc plus ſapit, quam egomet mihi? Id. Adelph. 1, 2, 36 Si quid peccat Demea, mihi peccat. Mihi, Quantum ad iudicium meum pertinet, *interprete* Donato. Ter. Adelph. 5, 6, 5 Nam is mihi eſt profecto ſeruus ſpectatus ſatis, cui dominus curae eſt. Mihi, A me. Id. Eun. 3, 5, 2 Iamne erumpere hoc licet mihi gaudium? Donatus. *Sed quiani conſtructum dicamus cum* licet? Mihi, Circa me. Ter. Andr. 1, 1, 85 Quid ſi amaſſet? quid mihi hic faciet patri? Donatus. ¶ 2 Mihi *et* Tibi, *aliquando ita ponuntur in oratione, non vt has perſonas neceſſario indicent, excludant alias: ſed vt morata magis, et velut viuidior*

fiat

fiat oratio. Cic. in Piſon. 2 Is mihi etiam gloriabitur, ſe omnes magiſtratus ſine repulſa aſſecutum. Idem, Ecce tibi Pompeius. *Et* Philipp. 1, 25 Quas tu mihi interceſſiones inquis, quas religiones nominas? Idem Verr. 2, 82 Tu mihi ita defendas. *Sic aliis locis multis.* Ter. Phorm. 5, 9, 21 Qui mihi, vbi ad vxores ventum eſt, tum fiunt ſenes. *Adde* Cic. de Orat. 1, 174. Verr. 1, 82. Id. de Orat. 2, 85. *et* Catil. 2, 4. *Ita* Liu. in Prooem. Ad illa mihi quisque attendat animum. *Ita et* Tibi *pariter.* *Vid. Drakenb. ad* Sil. 1, 46. Mihi crede, *affirmantis particula, idem quod Certe ſignificans.* Cic. in Piſon. 60 Inania ſunt iſta, mihi crede, delectamenta paene puerorum. Ibidem 56 Fertur ille vir (mihi crede) gloria; flagrat, ardet cupiditate iuſti et magni triumphi.

MIHIMETIPSI. [ἐμαυτῷ] Cic. pro Quint. 8 Breuitas poſtulatur, quae mihimetipſi amiciſſima eſt.

MIHIPTE, *pro* Mihi ipſi poſuit Cato, Feſto *teſte.*

M I L

MILĀGO, ĭnis. f. Piſcis, qui euolat ſuper aquam, quoties autem cernitur extra aquam volitans, tempeſtates mutari deſignat. Iſidor. 12, 6. *Vet. Edit.* Millago. *Rectius videtur* Miluago.

MILANION, *vid.* MIMALION.

MILAX, [μίλαξ] *vid.* SMILAX. Plin. 16, 6 *et* 10.

MILE, *vid.* MILLE.

MILEON, i. n. *Herbae nomen apud* Apul. de Herb. c. 8.

MILES, ĭtis. c. [ςρατιώτης] *Armatus propugnator ad id ipſum delectus vel conductus.* A militia, *id eſt* duritia, quam pro Rep. ſuſtinet, dictus. Aut a multitudine. Aut a malo, quod arcere milites ſolent, aut a numero mille hominum. *Haec* Vlpian. D. de militari teſtam. l. 1 Militibus, *in quibus illud vltimum non improbabile: reliqua nugae, vt et, quod* Feſtus, Militem Aelius a mollitia per antiphraſin dictum putat: eo quod nihil molle, ſed potius aſperum quid gerat. Cic. pro Lege Manil. 28 c. 10 Qui extrema pueritia miles fuit ſummi imperatoris. Idem pro Corn. Balb. 47 C. Marius P. Africani diſcipulus ac miles. *Et* pro Cluent. 128 Miles qui locum non tenuit, qui hoſtium impetum, vimque pertimuit. *Opponitur* Pagano. Plin. Epiſt. 10, 17 Et milites et pagani, a quibus iuſtitia eius et humanitas penitus inſpecta eſt, certatim ei qua priuatim qua publice teſtimonium perhibuerunt. Caeſar *ſignate de peditibus, cum* equitem *a milite ſoleat diſtinguere: v. g.* Bell. Ciuil. 2, 40 *et* 42. *it.* 3, 76 *et alibi.* In militem, in capita, in naues, *et ſimilia. vid.* IN *praepoſitionem.* Incurſio militum in agros hoſtium, *it.* Incurſus militum, *vid.* INCVRRO. Inſtructio militum, *vid* INSTRVO. Leuis armaturae milites, *vid.* LEVIS. Acrior Hor. Carm. 3, 5, 26. Aerarii, *vid.* AES, aeris. Argentati, *vid.* ARGENTVM. Armatus Virg. Aen. 2, 20. Aurati, *vid.* AVRVM. Cauſarii, *vid.* CAVSA. Dirus Senec. Herc. Oet. 17. Fabiani, Iphicratenſes Corn. Nep. 11, 2, 4. *i. praeſtantiſſimi.* Ferox Hor. Carm. 1, 6, 4. Impius Virg. Ecl. 1, 71. Incruentus, *vid.* INCRVENTVS Infandus Lucan. 7, 762. Infeſtus Seneca Herc. Fur. 8. Innumerus Ouid. Epiſt. 16, 366. Inordinati et incompoſiti, Inualidi, Iuſtus, Legionarii, *vid. ſſ. ll.* Ouid. Faſt. 3, 119 Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos, Vnde Maniplaris nomina miles habet. Mercenarii Liu. 24. Palatinus *dicitur Prudentius* Gennadio de Viris illuſtr. Pharetratus Sil. 7, 636. Praeſtantior Ouid. Met. 11, 525. Rapido milite perfractae portae Sil. 13, 255. Statarius, *vid.* Statarius, *in* STO. Subitus Tacit. Hiſt. 4, 76, 2. *i. Subito collectus.* Vagus Sil. 4, 828. ¶ 2 *Verborum formulae:* Auocare milites a ſignis, a bello, Cogere, Colligere, *vid. ſſ. ll.* Senec. Ep. 18 *pr.* Miles in media pace Decurrit ſine vllo hoſte, vallum iacit, et ſuperuacuo labore laſſatur, vt ſufficere neceſſario poſſit, *vid.* DECVRRO. Deducere ex aliquo loco, *vid.* DEDVCO. Dirutus aere, *vid.* AES, aeris. Excitatur claſſico miles truci Hor. Epod. 2, 5. Cic. Philipp. 7, 24 Qui vicinos ſuos non cohortatus eſt ſolum, vt milites Fierent, ſed etiam facultatibus ſuis ſubleuauit. Incitare milites in aliquem, *vid.* INCITO. Legere milites, *vid.* LEGO, ĕre. Obſedit milite campos Virg. Aen. 3, 400. Ordinare, *vid.* ORDINO. Milites, *pro Apparitoribus iudicum et magiſtratuum.* Vlpianus in l. in eadem. D. Ex quibus cauſis maiores. In eadem cauſa ſunt, et qui a militibus ſtatoribusque, vel a municipalibus miniſteriis adſeruantur; ſi probentur rei ſuae ſupereſſe non potuiſſe. Hinc Manus militaris. Idem in l. Qui reſtituere. D. de Rei vindicatione, Qui reſtituere iuſſus, iudici non paret, contendens non poſſe reſtituere; ſi quidem habet rem, manu militari officio iudicis ab eo poſſeſſio transfertur. ¶ 3 Miles *in feminino genere.* Ouid. Epiſt. 1, 48 Et rudis ad partus, et noua miles eram. *In MSS. permiſceri ſolet cum* Limes: *vid. Drakenb. ad* Sil. 5, 1.

MILITO, ōnis. m. *vnde Commilito, exſtat apud* Apul. Met. 9 p. 445.

MILITIA, ae. f. [ςρατεία] *Bellum, et Rem militarem ſignificat.* Cic. Off. 3, 97 Sed inſimulant eum tragoediae, ſimulatione inſaniae militiam ſubterfugere voluiſſe. *De Vlyſſe.* Acer militiae Tacit. Hiſt. 2, 5. Decora Liu. 2, 23. Facta ſplendida Ouid. Epiſt. 13, 118. Gnarus Tacit. Ann. 12, 45. Impiger Idem ibidem 3, 48. Labor Ouid. Faſt. 1, 302. Maturus Liu. 42. Piger et malus Hor. Epiſt. 2, 1, 124. Rudimenta Stat. Silu. 5, 2, 8. Grauis militia Hor. Carm. 1, 18, 5. Suet. in Claud. c. 25 Equeſtres militias ita ordinauit, vt poſt cohortem, alam, poſt alam, tribunatum legionis daret; ſtipendiaque inſtituit, et imaginariae militiae genus, quod vocatur ſuper numerum; quo abſentes, et titulo tenus fungerentur. *Breuiter*, Equeſtres militiae *ſunt honores et gradus, qui equitem Rom. decent, cum in grege militare infra eius ordinis iam dignitatem videretur.* Impigra militia, *vid.* IMPIGER. Intenta Tacit. Ann. 12, 39. Longa militia feſſum latus Hor. Carm. 2, 7, 18. Pia Ouid. Met. 7, 482. Togata, *vid.* Exercere. Colere militiam Ouid. Faſt. 2, 508. Detrectare Id. Met. 13, 37. Dare nomen militiae, *eſt Ad delectum ſe exhibere.* Cic. Philipp. 7, 12 Milites cum gladiis ſequuntur, Conſuli praeſidio ſunt, ſpecie Conſuli, re et veritate nobis; omnes ſine vlla recuſatione, ſummo etiam cum ſtudio nomina dant Exercere munera togatae militiae Lucan. ad Piſon. 27. Ferre ſaeuam militiam Hor. Epiſt. 1, 18, 55. Cic. pro lege Manil. 28 c. 10 Ad patris exercitum, atque in militiae diſciplinam profectus eſt. — in militiam Sulp. Apollin. in periocha Heautont. Terent. Sequi praemia militiae puluerulenta Ouid. Amor. 1, 15, 4. Soluebatur militia Tacit. Ann. 1, 44. Suſtinere militiam belli, *vid.* BELLVM. Tolerare militiam, et graue Martis opus Virg. Aen. 8, 516. Tueri ſigna militiae Ouid. Amor. 1, 11, 12. Quinctil. 9, 2 Alio bello petierat vt militia Vacaret. ¶ 2 *Obſeruationes.* Militiae, *Genitiuus aduerbii vice poſitus, vt Domi.* Cic. de Orat. 3, 134 c. 33 Iidemque et in Senatu, et apud populum, et in cauſis amicorum, et domi, et militiae conſilium ſuum fidemque praeſtabant. Idemque Tuſc. 5, 55 c. 19 Quorum virtus, fuerat domi militiaeque cognita. *Pro exercitu ponitur, ſ. militibus. v. g.* Concurſu inſularium cum omni militia interficitur Iuſtin. 32, 2, 2. *Pro expeditione* Idem 20, 1, 3 Prima militia aduerſus Graecos fuit. Militia *itidem vt Miles, de Miniſteri, de Apparitoribus et Accenſis magiſtratuum. Vid.* Plin. 10, 33 ſ. 49. *Gothofr. ad* Cod. Th. l. 12. t. 1. de Decurionibus l. 63 p. 413. *Conf.* Prudent. Cathem. prooem. Militia vrbana, *eſt eorum, qui in foro verſantur.* Cic. pro Muraen. 28 Seruius hic nobiſcum hanc vrbanam militiam reſpondendi, ſcribendi, cauendi, plenam ſolicitudinis ac ſtomachi ſequutus eſt; ius ciuile didicit, multum vigilauit, laborauit, praeſto multis fuit. *Quin* Veneris militiam pati Propert. 4, 1, 137. *De eadem* Plaut. Perſa 2, 2, 50 At confidentia illa militia militatur magis quam pondere.

MILITIOLA, ae. f. Dimin. Auctor vitae Iuuenalis, *quae cum Suet. edi ſolet.*

MILĬTO, āre. [ςρατεύω] *Militiam exercere, Stipendia in bello merere.* Cic. Off. 1, 36 Qui in eadem legione militabat. Plin. in praef. Militare didiciſſet ſub Annibale. *Et pariter* Liu. 23, 42 Noſtra iuuentus omnis ſub ſignis militat tuis Militat omnis amans Ouid. Am. 1, 9 *pr.* *De eadem re*, Vixi puellis nuper idoneus, Et militaui non ſine gloria Hor. Carm. 3, 26, 2. Militare mercede Curtius 6, 5, 7. In Aſiam ad regem Militatum abiit Ter. Heaut. 1, 1, 65. Militat in ſiluis Catulus Hor. Epiſt. 1, 2, 67. *Paſſiue.* Plaut. Perſ. 2, 2, 50 At confidentia illa militia militatur magis quam pondere. Horat. Epod. 1, 23 Libenter hoc et omne militabitur Bellum in tuae ſpem gratiae. ¶ 2 *Apud ſequioris aeui ſcriptores, inprimis ICtos, ſignificat munus ſ. miniſterium aliquod obire, vt de* Militia *vidimus.*

MILĬTANS, antis. Partic. Vell. 2, 120, 7 Legatus ſub Varo militans. Curt. 6, 5, 7 Graeci mercede apud Perſas militantes.

MILITĀRIS, e. Adi. [ςρατιωτικός, ςρατευματικός] *Quod ad milites aut militiam pertinet.* Militaris homo Plaut. Epid 1, 1, 14. Aetas Tacit. Ann. 2, 60. *i. Robuſta, ac apta ad militiam.* *Conf.* Liu. 25, 5. Daunia Hor. Carm. 1, 22, 3. *i. bellicoſa.* Induſtria Plin. 18, 6. Labor Cic. pro Muraen. 11. Manus Senec. Agamemn. ſ. 6. Opera Liu. 54. Ornatus Cic. Off. 1, 61. Rem militarem diſcere Id. de Orat. 1, 131 c. 29. Sepimentum Varro de R. R. 1, 14. Cic. in Catil. 2, 13 Quum arma, quum ſecures, quum faſces, quum tubas, quum ſigna militaria, quum aquilam illam. *Vid.* Liu. 22, 21. Statura l. 9 C. Theod. de deſertor. et occultat. eor. *Conf.* Veget. 1, 5. Timor Plaut. Pſeud. 4, 1, 19. Via Varro de R. R. 1, 5. Hor. Carm. 18, 5 Cur neque militaris Inter aequales equitet. *i. Militarem in morem, vel vt hominem militarem decet, vel quum ſit militaris, vel qui militaris eſſet, ſi equitaret. Eſt autem vſitatum* Horatio, *cum verbo nomen aliquod epithetum coniungere, quod verbi ſignificationem augeat, aut certe adiuuet, vt* Carm. 1, 28. *et* Sat. 2, 6. *et aliis locis infinitis. Lambinus. Compar.* Tertull. Apol. c. 11 *extr.*

MILITARIS Herba. Plin. 24, 18 ſ. 104 *Sic dicta*, quoniam vulnus ferro factum nullum non intra dies quinque ſanat ex oleo impoſita. *Add. et* Apul. de Herb. c. 3.

MILITARIVS, a, um. Adi. [ςρατιωτικός] Plaut. Pſeud. 4, 4, 11 Quin hinc metimur gradibus militariis? *Pro Militaribus, antique; vti quoque legere velit Douz.*

MILITARĬTER. Adu. [ςρατιωτικῶς] *More militum, vel More militari.* Liu. 4, 41 Caeterum *Tempanii Oratio* militariter grauis, non ſuis vana laudibus, non crimine alieno laeta. Tacit. Hiſt. 2, 80 Militariter lautus, laeta omnia, et affluentia excepit. *Significat Veſpaſianum non fuiſſe exquiſite, ſeu vrbana elegantia excultum.* Tecta militariter aedificare Liu. 27, 3.

MILITARIE. *Aliud Adu. Idem.* Treb. Poll. 30 Tyran. c. 22 Militarie ob hoc caeſus.

MĪLĒTVS. [Μίλητος] *Filius Apollinis, et Argeae Cleochi filiae, vel (vt Ouidius habet) Deiones, qui oppidum condidit, quod de ſuo nomine* Miletum *appellauit, eiusque incolas* Mileſios. *Vid.* Ouid. Met. 9, 446 Sponte fugis, Milete, tua *etc.*

MILETIS, ĭdis. Patronym. f. *i. Byblis, Mileti filia.* Ouid. Met. 9, 634 Tum vero moeſtam tota Miletida mente defeciſſe ferunt.

MILĒTVS. [Μίλητος] *Vrbs fuit in finibus Ioniae et Cariae. Hanc generoſa vellera nobilitarunt. Vnde prouerbium manſit*, Mileſia ſtragula. Martial. 8, 28 Nec Miletus erat vellere digna tuo. De Mileto *et* Mileſiis *etiam* Cicero *meminit*, Verr. 1, 87.

MILESIVS, a, um. Adi. Mileſii, [Μιλήσιοι] *Populi dicti ſunt, qui quum prius potentes eſſent, et opulenti, deliciis dediti, et opes et potentiam amiſerunt. Vnde prouerbium*, πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. Olim fuere ſtrenui Mileſii. *Vide Athen. 12, 7 p. 523. Adde Spanh. ad Ariſtoph. Plut. 1003.* Cic. pro Cluent. 32 Memoria teneo Mileſiam quandam mulierem, *et.* Mileſiae oues Col. 7, 2, 3. Mileſia vellera, *Lanae pretioſiſſimae dicuntur* Virg. Georg 3, 306.

MILESIAE, ārum. f. *Fabulae, vti vocant, Romanenſes. Fabellae ludicrae et laſciuae. Vid.* Capitolin. in Clodio Albino c. 11. Apul. in princ. ſui, *vti ipſe nominat*, ſermonis Mileſii. *Politian. Miſcel. c. 16. et Wower. in Vita Apul. p. 26.* Tertull. de Anima c. 23. *c. not. Iunii.*

MILESIACA, ōrum. n. *Idem.* λόγοι ſc. Μιλησιακοί: *quales compoſuit Ariſtides, de quo* Ouid. Triſt. 2, 413. *Faber in Epiſt. vid. Burmann. ad* Ouid.

MILESIVM, i. n. *Halcyonum genus* Plin. 32, 8.

MILITARIS, MILITIA, MILITO, *vid.* MILES.

MILITRVM, i. n. *Inſtrumenti genus ignotum, ap.* Oct. Horat. 1, 2.

MILIVM, i. n. [κέγχρος] *Genus frugis, minutum, candidum, orbiculare.* Plin. 18, 7 Milium intra hos decem annos ex India in Italiam inuectum eſt, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo. Adoleſcit ad pedes altitudine ſeptem praegrandibus culmis, Lobas vocant, omnium frugum fertiliſſimum. *Non in vniuerſum de* milio *iſta* Plinius, *ſed de genere illius. De ipſo generatim.* Milii comae granum complexae fimbriato capillo curuantur *etc.* Ex milio panis Colum. 2, 9, 19. Ad centum annos vt duret, Varro R. R. 1, 57, 2. *Eius ſatio et cultura* Colum. 2, 9, 17. *Conf.* Celſ. 2, 18. Colum. 2, 7 *et* 9. Pallad. 1, 30. *et* Mart. tit. 3. Virg. Georg. 1, 215 Tunc te quoque medica putres Accipiunt ſulci; et milio venit annua cura. Fiſcella milii Ouid Faſt. 4, 743. Liba de milio Id. Ibid. 4, 743. Milium (*inquit* Feſtus) quidam putant cepiſſe nomen a maxima numerorum ſumma, quae eſt mile.

MILIARIVS, a, um. Adi. [κεγχριαῖος] *Quod ad milium pertinet, vel refertur* Miliaria auis, *Quae milio veſcitur et pingueſcit.* Varro de R. R. 3, 5, 2. Miliaria herba dicitur, Quae milium necat Plin. 22, 25.

MILIARIVM, i. n. *Vas eſſe* altum et anguſtum *totidem verbis docet* Pall. April. 8, 7. *Idem luculenter oſtendit* Colum. 9, 14, 9. *Quin antiquiſſimam hanc eſſe notionem, vt cylindrum cauum ſignificet, docet vſus* Catonis 20, 1. *et* 22, 1. *Talia vaſa adhibita ſunt ad aquam calefaciendam in culinis et balneis, ſed magis ſubinde elaborata et perfecta.* Sen. Qu. Nat. 3, 24 Facere ſolemus dracones et miliaria, et complures formas, in quibus aere tenui fiſtulas ſtruimus, per decliue circumdatas (*ſpirae modo interiori parieti cylindri ignem capientis*) vt ſaepe eundem ignem ambiens aqua per tantum fluat ſpatii, quantum efficiendo calori ſat eſt. Frigida itaque intrat, effluit calida. Pallad. 1, 40, 3 Miliarium plumbeum, cui aerea patina ſubeſt, inter ſoliorum (*balnei*) Spatia forinſecus ſtatuamus, fornace ſubiecta; ad quod miliarium fiſtula frigidaria dirigatur, et ab hoc (*miliario*) ad ſolium (*labrum, in quo ſedent lauantes*) ſimilis magnitudinis fiſtula procedat, quae tantum calidae ducat interius, quantum fiſtula illi frigidi liquoris intulerit. *Vid. Schoettg. et Geſn. ad h. l.* *De his iterum* Seneca Qu. Nat. 4, 9 Quemadmodum minora balnearia, et minora miliaria citius calefiunt *etc.* *In* balneario inſtrumento *etiam ponit* miliarium Paullus Sent. 3, 6, 65. Vet. Gloſſ. θερμηρὸν χαλκεῖον. *Sed* culinae *quoque ſervit:* Vlpianus in l. Quum aurum. §. Si cui. D. de aur. et arg. legat. Certe ſi cacabos argenteos habebat, vel miliarium argenteum, vel ſartaginem, vel aliud vas ad coquendum; dubitari poterit, an argento eſcario contineatur, et haec magis coquinarii inſtrumenti ſunt. *Conf.* MILLIARIVM.

MILLE. *Subſtantiuum.* n. [χίλια, χίλιοι] *Plural.* Millia, um. *Genitiuo iungitur.* Cic. Philip. 6, 15 Quis vnquam in illo Iano inuentus eſt, qui L. Antonio mille numûm ferret expenſum? Mille drachmarum Ter. Heaut. 3, 3, 40. - numûm *ibid.* v. 45. Mille hominum Cic. pro Mil. c. 20. *Vid.* Gell. 1, 16. Macrob. Sat. 1, 5. *Vid. Gronou. de Pec. Vet. 1, 1.* Mille paſſum, *antiquo more, pro Mille paſſuum* Lucil. *apud* Gell. 1, 16 Hunc mille paſſum qui vicerit atque duobus. Plaut. Men. 1, 2, 64 Mille paſſum commoratu' cantharum. *i. tam diu, vt interim aliquis mille paſſus facere potuiſſet.* Plaut. Mil. 4, 2, 87 Quin mille annorum perpetuo viuunt, ab ſaeculo ad ſaeclum. *Videtur eſſe Ablatiuus, vt* milli. *Plur.* Liu. 10, 1 Intus fumo et vapore ad duo millia Armatorum ruentia nouiſſime in ipſas flammas, dum euadere tendunt, abſumta. Ambulet milia paſſuum Scribon. 15. Intra mille annorum Varr. R. R. 3, 1, 4. Octo millia numorum Hor. Epiſt. 2, 2, 5. Poena decem millium numûm Apul. Met. 6. Centum millia frumenti Hor. Serm. 1, 1, 45. *ſubauditur Modium.* Curarum millia Propert. 1, 5, 30. Nec facile inuenies Multis e millibus vnum Ouid. ex Pont. 2, 3, 11. Multis cum millibus ibat Virg. Aen. 5, 75. Millia remediorum ex eo animali demonſtrantur Plin. 28, 10. *Itaque per appoſitionem dictum videtur illud* Argenti probi duodecim millia, Attica talenta, dato Liu. 38, 38 *extr.* Quatuor millia pedes Colum. 5, 1, 10. Mille *in Ablatiuo* Gellius 1, 16 ex Lucilio Tu mille numûm potes vno quaerere centum. *Hoc eſt quod Graeci vocant* χιλιάδας. *Sic* Plaut. Trin. 4, 2, 117 Enim vero ego nunc ſycophantae huic ſycophantari volo: ſi hunc poſſum illo mille numûm Philippo circumducere: *i. illis mille numis.* Mile *quidem ſcribunt vno* l, *vt* Varr. de R. R. 2, 3, 10 Mile caprarum. *Et* Intra Mile annorum 3, 1, 4. *Notauit in Indice Sylburgius.* *Add. Brouckh. ad* Propert. 1, 5, 10. ¶ 2 Mille *etiam adiectiuum eſt, et tunc tantum plurali ponitur* Virg. Ecl. 2, 21 Mille meae Siculis errant in montibus agnae. Columel. 3, 3 Percipere debet in annos ſingulos mille ſeptingentos quadraginta ſeſtertios. Hor. Serm. 2, 3, 116 Si poſitis intus Chii veteriſque Falerni Mille cadis: nihil eſt: tercentum millibus; acre Potet acetum. Mille vſus Plin. 12, 1. ¶ 3 Mille, *pro Numero infinito.* Virg. Aen. 4, 701 Mille trahens varios aduerſo ſole colores. *De Iride.* Mille meae Siculis errant in montibus agnae Virg. Ecl. 2, 21. ¶ 4 Millia, *pro Mille paſſuum, abſolute.* Cic. pro Caecin. 28 Is non auſus eſt dicere, quot millia fundus ſuus abeſſet ab vrbe, nam cum dixiſſet minus abeſſe LIII, populus cum riſu acclamauit ipſa eſſe. *Et* Att. 3, 3 Rogatio confecta eſt, vt mihi vltra quadraginta millia liceat eſſe. *Conf. omnino* Gellius 1, 16.

MILLĒSĬMVS, a, um. Adi. [χιλιοστός] Cic. de Fato 13 c. 7 Quanquam id milleſimo ante anno Apollinis oraculo edictum eſſet. *Et* Att. 2, 4. Iuuenal. 7, 100 Namque oblita modi milleſima pagina ſurgit omnibus.

MILLIARIVS, a, um. Adi. [χιλιαῖος] *Mille librarum: vnde* Apri milliarii, *dicebantur Mille librarum, qui apponebantur in coenis Romanorum* Varr. de R. R. 3, 2. Sen. Epiſt. 19, 2. *Et* Milliariae oleae, a pondere olei, *apud* Plin. 17, 12. Milliariae decuriae Varr. de L. L. 8, 49. Milliarius grex, *h. e. Mille capitum.* Varr. de R. R. 2, 10, 11 In gregibus ouium, ſed magnis, quos milliarios faciunt quidam, facilius de ſumma hominum detrahere poſſunt, quam de minoribus, vt ſunt Attici. Porticus milliariae Suet. in Neron. c. 31. *h. e.* (*vt opinor*) *Mille paſſuum.*

MILLIĀRIVM, i. *et* MILLIĀRE, is. n. [μίλιον] *Mille paſſuum ſpatium.* Cic. Att. 6, 1 *pr.* Accepi tuas literas ad quintum milliare Laodiceae, quas legi libentiſſime. *Sed alii aliter legunt.* Paullus in l. Plane. D. de excuſationibus tutorum, Plane vltra centeſimum milliarium ab Vrbe, filiorum Collegarum ſuorum tutelam ſuſcipere non coguntur. Intra Centeſimum l. 1 §. 4 D. de Off. Praef. Vrbi. Albani ab vrbe Roma Duodecimo milliario abſunt Eutrop. 1, 3. A Primo milliario Alexandriae l. 4 D. de Hered. inſt. §. Puto. ad Quartum Val. Max. 1, 8, 4. Intra Tertium caſtra Hannibalis Vell. 2, 27, 4. ¶ 2 Milliarium, *Columna quaedam, quae in capite Romani fori prope aedem Saturni fuerat, in quam omnes Italiae viae terminabantur: quod etiam* Milliarium aureum *dictum eſt.* Plin. 3, 5 Roma diuiditur in regiones 14. compita earum 265. paſſ. eiuſdem ſpatii menſura currente a milliario in capite Romani fori ſtatuto ad ſingulas portas, quae ſunt hodie numero 37. Tacit. Hiſt. 1, 73 Otho innixus liberto per Tiberianam domum in Velabrum, inde ad milliarium aureum ſub aedem Saturni pergit. Tranquill. *quoque* in Othone c. 6 Praemonitis conſciis, vt ſe in foro ſub aede Saturni ad milliarium aureum opperirentur. *Plutarch. in vita Galbae, In forum ibat ad eam partem, in qua ſteterat aurea columella, ad quam omnes Italiae viae terminantur.* *Idem appellatur* Milliarium Vrbis l. 154 D. de V. S. *Conf.* Grut. Inſcr. 154, 4.

MILLIES. Adu. [χιλιάκις] Ter. Andr. 5, 4, 44 Ex ipſa millies audiui. Cic. pro C. Rabirio perduel. reo 15 Sed moreretur prius acerbiſſima morte millies Gracchus, quam in eius concione carnifex conſiſteret. Bis Val. Max. 3, 7, 1. Quinquies millies Plin. 2, 23. Millies reuocatum eſt Cic. pro Sext. 123 c. 58. *Et* Off. 1, 113 c. 31 Millies oppetere mortem, quam illa pati maluiſſet.

MILLEFOLIA, ae. f. [ἑκατόμφυλλον] *Herbae genus.* Plin. 25, 5 Aliqui et hanc panacen heracleon, alii ſideritim, et apud nos millefoliam vocant, cubitali ſcapo, ramoſam, minutioribus quam foeniculi foliis veſtitam ab imo.

MILLEFOLIVM, i. n. [μυριόφυλλον] Myriophyllon, quod noſtri millefolium vocant, caulis eſt tener, ſimilis foeniculo, plurimis foliis, vnde et nomen accepit. *Haec et alia* Plin. 24, 16 ſ. 95.

MILLEFORMIS, e. Adi. *Vtitur* Prudentius Hymn. 9, 55. *et* Auguſtinus C. D. 22, 22.

MILLEPĔDA, ae. f. [ὀνίσκος] Ab aliis Centipeda aut Multipeda dicta; Animal eſt e vermibus terrae piloſum, multis pedibus arcuatim repens, tactuque contrahens ſe, Oniſcon Graeci vocant, alii Tylon. *Haec* Plin. 29, 6 ſ. 39.

MILLIARIVM, MILLIES, *vid.* MILLE.

MILLIMODVS *aut* MILLEMODVS, a, um. Adi. Hic vbi millimodas animalis adegerit iras Ven. Fortunat. in Vita Martini 3, 303.

MILLIO, onis. m. *Genus accipitris.* Marc. Empir. c. 33.

MILLVM, i. n. *vel* MILLVS, i. m. *Collare canum.* Varr. de R. R. 2, 9, 15 Et ne vulnerentur a beſtiis, imponuntur his collaria, quae vocantur millum, id eſt cingulum circum collum ex corio firmo cum clauulis (*alii legunt* clauis) capitatis, quae intra capita (*h. e. inter quae capita clauorum et collum canum*) inſuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri. *Aliqua exemplaria habent* Maelium. Feſtus, Millus, collare canum venaticorum, factum ex corio multis clauis ferreis eminentibus aduerſus impetum luporum. Scipio Aemilianus ad populum, Nobis, inquit, Reique publicae praeſidio eritis, quaſi millus cani. *Conf. Quae diſputant viri docti ad* Gratii Cyneg. 402.

MILO, *vel* MILON. [Μίλων] Crotonienſis *athleta, qui taurum in Olympico certamine ictu nudae dextrae cecidiſſe dicitur, et ſine fatigatione per ſtadii ſpatium ſupra humeros portaſſe, totumque eo die comediſſe.* Plin. 7, 20 Crotoniatam Milonem athletam, quum conſtitiſſet, nemo veſtigio educebat, malum tenenti nemo digitum corrigebat. Is, *inquit* Valerius Max. 9, 12 *extr.* 9 tandem ſuis viribus nimium fidens, quum in ſilua vidiſſet ingentem arborem caudice diſciſſam, immiſſis manibus penitus diſcindere cupiens, recluſiſque fiſſuris deficiente conatu ſe feris lacerandum praebuit. Ouid. Ibide 609 Vtque Milon robur diducere fiſſile tentes, Nec poſſis captas inde referre manus. ¶ 2 T. Annius Milo *Clodii interfector oratione Ciceronis defenſus.* Iuuenal. 2, 26 *inter intolerabilia, ſi* Clodius accuſet moechos, homicida Milonem. ¶ 3 *Eſt et* Milo, ſiue Milus, nomen montis Indiae, in quo homines aduerſis plantis naſcuntur, octonos digitos in ſingulis pedibus habentes Plin. 7, 2.

MILONIANVS, *et* Miloniana Ciceronis oratio.

MILTIADES. *Dux clarus Athenienſium, qui primus ducum Atticorum profligauit infinitam multitudinem Perſarum in campis Marathoniis.*

MILTITES, ae. m. *Haematitae ſpecies.* Plin. 36, 20.

MILTON, i. n. *Minium vel Cinnabaris.* Vitruu. 9, 3. Plin. 33, 7.

MILVA, ae. *Idem quod Miluus.* *Tralate* Petron. c. 75 Bonum tuum concoquas, milua.

MILVĀGO, ĭnis. f. Piſcis genus, qui extra aquam volitans tempeſtates praedicit Plin. 32, 2. *Vid.* MILVVS, *et etiam* MILAGO.

MILVIVS. *Nomen proprium paraſiti apud* Hor. Serm. 2, 7, 36. Miluius et ſcurrae, *etc.* Muluius *Bentl.*

MILVVS, *vel* MILVIVS, i. m. [ἰκτῖνος] *Auis rapaciſſima.* Ter. Phorm. 2, 2, 16 Non rete accipitri tenditur, neque miluio. Miluo *tribus Syllabis Bentl.* *Nimirum* Miluus *ſemper, in veterum libris ſ. diſſyllabum ſit, ſiue triſyllabum, inueniri volunt Giſan. Indice ad* Lucret. *Ciofan. it. Heinſ. et Burm. ad* Ouid. *e. g.* Amor. 2, 6, 34. *Lambin. et Grut. ad* Plauti Aul. 2, 4, 40. *Sed contra pugnat Borrich. Cogit. p. 163.* Plin. 10, 10 Milui ex eodem accipitrum genere, magnitudine differunt. Notandum in his, rapaciſſimam et famelicam ſemper alitem, nihil eſculenti rapere vnquam ex funerum ferculis, nec Olympiae ex ara. Miluo eſt quoddam bellum naturale cum coruo Cic. N. D. 2 c. 49. Rapidiſſima volucris miluus Ouid. Met. 2, 716. Diues arat Curibus, quantum non miluus oberret Perſ. 4, 26. ¶ 2 Miluius, *de Homine rapaci dicitur, per translationem.* Plaut. Rud. 4, 4, 80 Vidi petere miluium, etiam quum nihil auferret tamen. *Add.* Id. Poen. 5, 5, 3. Hor. Sat. 2, 7, 36. ¶ 3 Miluus, *Piſcis.* Plin. 9, 27 Item miluus ſubit in ſumma maria, piſcis ex argumento appellatus lucerna, linguaque ignea per os exerta, tranquillis noctibus relucet. Attollit e mari ſeſquipedalia fere cornua, quae ab his nomen traxit. Nigro tergore milui Ouid. Hal. 35.

MILVĪNVS, a, um. Adi. [ἰκτινικός] *Quod ad miluum pertinet.* Plin. 37, 10 Miluinis nigricans veluti plumis. Mulier, miluinum Genus Petron. c. 42. Plaut. Men. 1, 3, 29 Madida quae mihi appoſita in menſam, miluinam ſuggerant, *intell. famem.* *Per translationem.* Cic. Q. Frat. 1, 2 Quid vero ad Caium Fabium neſcio quem (nam eam quoque epiſtolam T. Catienus circumgeſtat) renuntiare tibi Licinium plagiarium cum ſuo pullo miluino tributa exigere? *Sic* Miluinae Vngulae Plaut. Pſeud. 3, 2, 63. Miluinus pes, *Herbae nomen* Columel. 12, 7, 1. *Eſt et* ¶ 2 Miluina Genus tibiae acutiſſimi ſoni, *teſte* Solin. c. 11 *quae milui vocem imitaretur.*

MILVIVS, *ſ. quod praeferunt accuratiores,* MVLVIVS *nomen gentile, vt* Pons Miluius Romae, *cuius meminere* Lactant. 1, 21. Ammian. 27, 3. Claudian. Conſ. Honor. 6, 543.

M I M

MIMALION, *al.* MILANION. [Μιλανίων] *Adoleſcens, qui Atalantam puellam Arcadiae venatricem amauit.* Propert. 1, 1, 9 Mimalion nullos fugiendo Tulle labores, Saeuitiam durae contudit Iaſidos. Ouid. de Arte Am. 3, 775 Mimalion humeris Atalantae crura ferebat, *etc.* *Al.* Milanion, *quod probat Heinſ.*

MIMALLIS. Plin. 4, 12 a Callimacho inſula dicitur; quae ab aliis Melos, a nonnullis Zephyria.

MĬMALLŎNES, *ſiue* MIMALLŎNĬDES. [Μιμαλλόνες] *Bacchae mulieres; a* Mimante *Ioniae monte; vel a* μιμέομαι, *quod Imitor ſignificat, quod Liberum patrem imitarentur, et ad eius imitationem cornua ferrent.* *Bacchas certe ſic vocat* Stat. Theb. 4, 660 Poſt exſultantes Spolia armentalia portant Seminecesque lupos, ſciſſasque Mimallones vrſas. Macedonum lingua Bacchas ſic appellari *ait ad h. l.* Lactantius.

Ouid.

Ouid. de Arte Am. 1, 541 Ecce Mimallonides ſparſis in terga capillis, *etc.*

MIMALLONEVS, a, um. Adi. [Μιμαλλόνιος] Perſ. 1, 99 Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis. *Hae quoque* Baſſarides, *et* Thyades, *et* Ogygides *vocatae ſunt.*

MIMAS, antis. m. [Μίμας] *Mons eſt in Minori Aſia, in quo quum Bacchus mirum in modum a mulieribus celebraretur, dictae ſunt bacchantes* Mimallonides. Ouid. Met. 2, 222 — et Cynthus, et Othrys, Et tandem niuibus Rhodope caritura, Mimasque.

MIMĒSIS, is. f. [μίμησις] *Figura apud rhetoras, i. Imitatio morum alienorum.* Ter. Phorm. 1, 2, 91 Qui mihi ſic oret, nunc omitte quaeſo hunc, *etc. Vbi* Donat. Mimeſis dicitur vbi non verba modo, verum etiam geſtum vocemque fingimus alienam.

MIMMVLVS, i. m. *Herbae genus.* Plin. 18, 28.

MIMNERMVS. [Μίμνερμος] *Elegiarum ſcriptor.* Propert. 1, 9, 11 Plus in amore valet Mimnermi verſus Homero; Carmina manſuetus lenia quaerit amor.

MIMVS, i. m. [ὑποκριτής, μῖμος] *Imitator quidam et effictor, qui geſtu corporis imitatur et ſpectanda oculis ſubiicit, quae canuntur vel pronunciantur ab actore, ſ. cantore, conuenitque adeo cum proprie et anguſtius dicto* Hiſtrione. *v. v. Idem etiam* Planipes *dictus. v. v. Hi ſunt, de quibus* Caſſiod. Var. 4 *extr.* His ſunt additae Horciſtarum (*leg.* Orcheſtarum) loquaciſſimae manus, linguoſi digiti, ſilentium clamoſum, expoſitio tacita. *Huc pertinet totus libellus Luciani* περὶ ὀρχήσεως *ſ. de Saltatione.* Iſid. 18, 49 Mimi habebant ſuum auctorem, qui, antequam mimum agerent, fabulam pronuntiaret. *Hinc Horat.* Vt puerum credas ſaeuo dictata magiſtro Reddere, vel partes mimum tractare ſecundas Epiſt. 1, 18, 13. *Conf. h. l. Torrent. Add.* Manil. 5, 473 *et ibi Scalig. it.* PANTOMIMVS. Cic. Verr. 5, 78 Mulieres autem nuptae nobiles, praeter vnam mimi Iſidori filiam, *etc.* ¶ 2 Mimi *etiam, dicuntur Poëmata ſine reuerentia laſciuiam imitantia.* Mimus eſt ſermonis cuiuslibet motus, ſine reuerentia, vel factorum et turpium cum laſciuia imitatio. A Graecis ita definitus, Μῖμος ἐστὶ μίμησις βίου, τά τε συγκεχωρημένα, καὶ ἀσυγχώρητα περιέχων. Mimus dictus παρὰ τὸ μιμεῖσθαι, quaſi ſolus imitetur, cum et alia poëmata idem faciant; ſed ſolus quaſi priuilegio quodam, quod fuit commune, poſſedit. *Haec* Diomed. 3 p. 487. Ouid. Triſt. 2, 515 Scribere ſi fas eſt imitantes turpia mimos. Cic. Philip. 11, 13 Quorum alter commentatus eſt mimos, alter egit tragoediam. Idem pro Cael. 65 Mimi ergo eſt iam exitus, non fabulae. Agere mimum Iuuen. Sat. 13, 110. *i. Fabulam.* Iocantes obſcoena mimi Ouid. Triſt. 2, 497. Laureolus mimus Suet. Calig. c. 57 *nomen poëmatis huius generis, quo Laureolus quidam traducebatur.* Mimus nunc tantum deriſui habetur Caſſiod. Varr 4 *extr.* ¶ 3 Mimus *etiam vocatur ficta omnis actio, vbi aliud oſtenditur, aliud intus agitur. Quin vbi contemtim de rebus humanis loqui volunt,* Mimum *totam vitam noſtram vocant.* Suet. in Othon. c. 3 *de Othone et Poppaea et Nerone,* Quare diducto matrimonio ſepoſitus eſt per cauſam legationis in Luſitaniam. Et ſatis viſum, ne poena acrior mimum omnem diuulgaret, qui tamen ſic quoque enotuit. Mimus Suet. Calig. c. 45 *vocatur falſus triumphus.* Vitae mimus Auguſtus *ap.* Suet. c. 99. *et* Sen. Ep. 80. *Conf. Gronou. Obſ. Eccl. 25. Burm. ad* Quinctil. Decl. 279 p. 543. *Scalig. Poët. 1, 10.*

MIMA, ae. f. [ὑποκρίτις] Cic. Philip. 2, 58 c. 24 Inter quos aperta lectica mima portabatur. Hor. Serm. 1, 2, 56 Qui patrium mimae donat fundumque laremque. *Dat. et Abl. Plur.* Mimabus Cledon. p. 1863.

MIMVLVS, i. m. Dimin. Arnob. 2 p. 69 Quid pantomimos, quid mimulos, hiſtriones, cantores.

MIMVLA, ae. f. Dimin. [ὑποκριτίδιον] *Geſticulatricem ſignificat.* Cic. Philipp. 2, 60 c. 25 Veniſti Brunduſium in ſinum quidem et complexum tuae mimulae. Idem pro Planc. 30 Raptam eſſe mimulam.

MIMOGRĂPHVS, i. m. [μιμογράφος] *Laſciui poëm tis ſcriptor; vt fuit Philiſtio, vt Publius, vt Laberius. Vid.* Suet. de Grammat. c. 18.

MIMOLŎGVS, i. m. *Videtur is, qui voce* Mimos *pronunt .t.* Firmic. 8, 8 Si Leporem caeleſtem Venus reſpexerit, pantomimos facit, aut mimologos.

MIMĬCVS, a, um. Adi. [μιμικός] *Quod ad mimum pertinet.* Cic. in Piſon. 55 Quum ego Caelimontana porta introiſſe dixiſſem, reſponſione me mimica Exquiliana introiſſe homo promptiſſimus laceſſiuit. Idem de Orat. 2, 239 c. 59 Vitandum eſt oratori vtrumque, ne aut ſcurrilis iocus ſit, aut mimicus. *Et* Philip. 2, 58 c. 24 Inter quos aperta lectica mima portabatur, quam ex oppidis municipales homines honeſti obuiam neceſſario prodeuntes, non vero illo et mimico nomine, ſed Volumniam ſalutabant. Mimica et inepta Plin. Ep. 7, 29, 3. Id. Pallad. 16, 3 Accipiet ergo aliquando Capitolium non mimicos currus. *Al.* inanes. *Sed ſic recte ex inimicos, quod habent boni libri, emendatum eſt.*

MIMĬCE. Adu. *Idem.* Catull. Carm. 43, 8 Turpe incedere mimice ac moleſte.

MIMARIVS, a, um. Adi. *Idem ac Mimicus.* Capitolin. in Vero c. 8 Scurrae mimarii ac praeſtigiatores.

MIMIAMBVS. *Fabulae genus, quod Mimos vocant, quoniam vt plurimum conſtaret Iambis.* Gellius 15, 25 *et* 20, 9 *ex* Mattii Mimiambis *plusculos verſus laudat, qui omnes ſunt Iambici Senarii Scazontes.*

MIN

MIN, *Monoſyll. vſus eſt* Auſon. Eidyl. 12, 149 Et quod germano mixtum male laetiferum Min? *Turnebus interpretatur de minio lethali pharmaco et homines necante, quod in argentariis metallis reperitur. Vid. Aduerſ. 23, 30. Interpp.* Virgiliani Epigramm. *ap.* Quinctil. 8, 3, 28. Min' *pro Mihine* Perſ. 1, 2.

MINA, ae. f. [μνᾶ] Paruo quam nomine Graii mnan vocitant, noſtrique minam dixere priores Fann. de Ponderib. v. 32. *Nempe apud Graecos idem circiter eſt quod Libra, et pondo apud Romanos; haec centum drachmas continebat, hoc eſt centum denarios Romanos, ſeu quadringentos ſeſtertios.* Mina *igitur decem aureos coronatos valuit; et drachma tres ſolidos Turoneos et ſemiſſem, quanti ſcilicet denarius Romanus aeſtimatur a doctis, qui de hac re ſcripſerunt, hoc eſt quaterni numi. Haec ex Budaeo qui* παχυλῶς *libram Rom. et* Minam *Graecam pro iisdem ſumit.* Plin. 12, 14 ſ. 32 Etiam num tamen inueniuntur guttae *turis*, quae tertiam partem minae, hoc eſt XXVIII denariorum pondus aequent. *Sic Hard. e MSS. quae ſi vera eſt lectio, minam pro libra Rom. poſuit,* e qua Plin. 33, 9 ſ. 46 ait iuſtum eſſe LXXXIV denarios ſignari. *Videndum an ſit melius legere* XXXIII, *vt denarius drachmae Graecae ex vulgari etiam veterum opinione et vſu reſpondeat, quarum* C *minam implent. Sed haec nimis incerta.* Plin. 21, 34 Mna quam noſtri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum. Plautus Aſin. 2, 3, 16 Argenti viginti minas, ſi adeſſet, accepiſſet. Idem Trin. 2, 4, 2 Minus quindecim dies ſunt, quod pro his aedibus minas quadraginta accepiſti a Calliele. ¶ 2 *Quibusdam olim videbatur* Mina, *Menſurae genus, qua agros metiuntur* ex Varr. de R. R. 1, 10, 2 Actus quadratus, qui et latus eſt pedes CXX, et longus totidem: is modius ac mina Latine appellatur. *Sed hodie legitur,* Is modus Acnua, *etc.* ¶ 3 Mina ouis, *a* M. Varr. de R. R. 2, 2, 6 *vocatur, quae* ventre *non eſt lanato, ſed* glabro. *Sic* Minas oues in crumena hac in vrbem detuli Plaut. Truc. 3, 1, 9. *Quae vero ſit origo nominis quaeritur: et a* minus *deduci puto, vt ſit, quae minus habet lanae. Argumento eſt, quod apud* Feſtum Aelius minam eſſe *dicit* vocitatam mamma altera lacte deficientem, velut minorem factam. *Quod igitur hic in mamma, illic dicitur in lana, eadem vocis vtrobique poteſtate. Haec Turnebus. Scaliger etiam interpretatur* ἀπείκους *ſ.* apicas, *vellus,* πεῖκος, *non habentes. Conf. Voſſ. Etym. p. 34 in Apica.*

MINACIAE, arum. f. [ἀπειλαί] *a* Plauto *dicuntur, quas* Minas *dicimus, in* Rud. 3, 5, 16 Minacias ego iſtas flocci non facio tuas. *Conf.* Mil. 2, 4, 21. *et* Truc. 5, 1, 56.

MINACĬTER, *vid.* MINAX.

MINAE, arum. f. [ἀπειλή] *Verba, aut ſigna, quibus metus incutitur.* Virtus inſtituendo ac perſuadendo, non Minis et vi ac metu traditur Cic. de Orat. 1 c. 58. Id. Att. 2, 19 Minae Clodii contentionesque, quae mihi proponuntur, modice me angunt. Verba plena minarum Hor. de Arte Poët. 106. Pelagi caelique minae Virg. Aen. 6, 113. Feroces Senec. Herc. Fur. ſ. 11. Hybernae minae, *Minae hyemis* Tibul. 2, 3, 50. Inanes Hor. Epod. 6, 3. Infractae Sil. 7, 125. Nullae in fronte Ouid. Met. 2, 857. De tauro quodam. Rapaces fati Senec. Hippol. ſ. 4. Triſtes Id. Ibid. 4. Tumidae Hor. Carm. 4, 3, 8. Accudere tres minas, *vid.* ACCVDO. Compeſcere Sil. 4, 125. Compeſce diras irarum Senec. Herc. Oet. 11. Effundere Lucan. 5, 261. Exhaurire Stat. Theb. 10, 289. Flectere minas alicuius Valer. Argon. 1, 216. Quas gerit ore minas! Stat. Theb. 1, 188. Horrebant verba ſaeuis minis Ouid. Remed. Amor. 664. Iactare minas, pericula intendere Cic. pro Quint. 47 c. 4. Impellere minas belli Lucan. 5, 108. Inſequi aliquem clamore ac minis Cic. pro Cluent. 24 c. 8. Intendere minas alicui Tacit. Ann. 3, 36. Intonare rigidas Ouid. Amor. 1, 7, 46. Langueſcunt minae Stat. Theb. 12, 687. Lucret. 5, 1001 Saeuibat, laeviterque minas Miſcebat inanes. *Al.* Ponebat. *i. Mare fruſtra minabatur fluctibus.* Negligere, *vid.* NEGLIGO. Obſiſtere minis vatum Lucret. 1, 110. Virg. Aen. 3, 26 Dî prohibete minas. Tollere Id. Georg. 3, 421. Tumuere vanae Lucan. 2, 573. ¶ 2 Minae, *dicuntur etiam* Eminentiae murorum, quas Pinnas dicunt, *teſte* Seruio; et a Minor, minaris deriuatur, quod extare et eminere ſignificat. Virg. Aen. 4, 88 Pendent opera interrupta, minaeque Murorum ingentes. *Alii hic* Minas *ſignificare putant Partes illas murorum, in quibus ſunt propugnatores, hoſtibusque minantur, quae ad emiſſionem telorum feneſtratae ſunt,* ἐπάλξεις *fere a Graecis vocantur.* Ruffin. in Ioſepho, Et deſuper eam minae quidem binis, propugnacula vero ternis cubitis ambiebant.

MINOR, āri. [ἀπειλέω] *Proprie eſt Minas incutere, item deſtinare, ſignificare.* Cic. Verr. Act. 1, 24 Minari denique diuiſoribus ratio non erat. Nec ſemper feriet, quodcunque minabitur Arcus Hor. A. P. v. 350. Baculo Caeſar Germanic. in Arateis. Mea domus ardore ſuo Deflagrationem vrbi minatur Cic. pro Planc. c. 40. Malum, *v. v.* Bellum minantur haec armenta Virg. Aen. 3, 540. Cauda vnca minatur ſcorpius Ouid. Met. 15, 371. Cladem dei Lucan. 3, 36. Cic. Tuſc. 1, 102 Cui quum Lyſimachus rex crucem minaretur. Multa ac metuenda minari Ouid. Met. 15, 24. Multa mihi terrae, multa minantur aquae Id. Epiſt. 10, 94 Poenas magnas Tibull. 3, 6, 23. Praelia Ouid. Met. 2, 859. Vulnera ſaeua Id. ex Pont. 2, 2, 23. Plaut. Aſin. 3, 3, 14 Qui nunc feſtinat, atque ab hac minatur ſeſe abire. Minatur abiturum ſe Ter. Heaut. 3, 1, 80. ¶ 2 Minari, *interdum ſignificat* Eminere, exſtare, efferri. *Vnde a manendo, id eſt eminendo deductam videri poteſt: quanquam magis probo metaphoram.* Virg. Aen. 1, 166 Hinc atque hinc vaſtae rupes, geminique minantur In caelum ſcopuli: *velut reſpiciat ad gigantum conatus caelum oppugnantium. Ibid.* 2, 628 *de orno acciſa,* Inſtant Eruere agricolae certatim, illa vsque minatur, *intell. caſum.* Seruius, Minatur, aut eminet; vt Minaeque murorum, aut monetur. ¶ 3 Minari, *Promittere.* Qui magna quum mineris, extricas nihil Phaed. 4, 22. Hor. Serm. 2, 3, 9 Atqui vultus erat multa et praeclara minantis. *Et* Epiſt. 1, 8, 3 Si quaeret quid agam; dic, multa et praeclara minantem Viuere, *etc. i. Promittentem, prae me ferentem, iactantem. Lambinus. Conf.* Seru. ad Aen. 2, 96.

MINANS, antis. Partic. [ἀπειλῶν] Nulla minantis auctoritas eſt apud liberos *ap.* Cic. Fam. 11, 3. Indignanti ſimilis, ſimilisque Minanti Virg. Aen. 8, 649. Minanti mente Lucret. 5, 1324. Ouid. Faſt. 2, 840 Edidit impauidos ore minante ſonos. Gladii triſte minantes Lucan. 1, 320. Serpens lingua vibrante Lucret. 3, 658. Verba Ouid. Met. 5, 669.

MINATIO, ōnis. f. [ἀπειλή Gloſſ. Gr. Lat.] Cic. de Orat. 2, 288 c. 71.

MINANTER. Adu. Ouid. de Arte Am. 3, 582 Multaque ſubmiſſe, multa minanter agant.

MINĀTOR, ōris. m. *Qui minatur.* Qui erat ſcurra, *i.* minator, turpia ſectans et immunda loquens B. Eligius Homil. 16. ¶ 2 Tertull. ad Nationes 2, 3 *pro Agaſo,* Actor pecoris. *Vid.* MINO, *ad quod proprie pertinet.*

MINATŌRIVS, a, um. Adi. Ammian. 17, 16 Terrae motus ſonitu audiuntur minatorio.

MINABILITER. Adu. ἀπειλητικῶς Gloſſ. Lat. Gr.

MINĬTO, āre. Frequent. *et* MINITOR, Depon. [ἀπειλοῦμαι] *Minis terrere.* Priſcian. 8 p. 299 Mino et Minor, Minito et Minitor. Plaut. Amph. 15 Quid minitabas te facturum, ſi iſtas pepuliſſem fores? Neuius Danaë, Etiam minitas? mitte ea, quae tua ſunt magis quam mea. *Add.* Plaut. Capt. 3, 5, 85. Ter. Phorm. 5, 6, 12. Priſc. p. 799. Non. 17, 51. Minitari malum Ter. Phorm. 5, 6, 12. Cic. Philip. 6, 10 Mortem fratri eſt minitatus. Idem in Catil 2, 1 Vobis atque huic vrbi ferro flammaque minitantur. Idem in Parad. 2 Mortemne mihi minitaris, vt omnino ab hominibus; an exilium, vt ab improbis demigrandum? *Add.* Id. Phil. 13, 9 *extr.*

MINĬTANS, antis. Partic. [ἀπειλούμενος] Cic. Verr. 5, 159 c. 62 Quem iam ingredientem nauem, et Verri nimis atrociter minitantem, a ſe retractum eſſe et aſſeruatum, *etc.* Minitantes orabant Tacit. Hiſt. 2, 51, 1. Minitanti Philippo per literas, ſe omnia, quae conarentur, prohibiturum, *etc.* Cic. Tuſc. 5, 42. Bellum minitantes Quinct. 3, 8. Exciſurum vrbes minitans Virg. Aen. 12, 762. Vulnera minitans curuata cuſpide ſcorpius Ouid. Met. 2, 199. Murmur minitans Lucret. 1, 70. Ora Ouid. Met. 12, 348.

MINITATIO, ōnis. f. *Apud* Hieron.

MINITABVNDVS, a, um. Adi. [ἀπειλητικὸς] *i. Minitans; tanquam furioſus, vel furens.* Liu. 39, 41 Etenim tum quoque minitabundus petebat. *Et* Tacit. Ann. 2, 10, 4.

MINITABĬLĬTER. Adu. [ἀπειλητικῶς] Pro Minaciter, antique. Accius Aeneadis, Calleti voce canora fremitu peragrant minitabiliter. Pacuuius Antiopa, Minitabiliterque increpare dictis ſaeuis incipit Nonius 2, 546.

MINAX, ācis. Adi. [ἀπειλητὴρ] *Qui frequenter aut valde minatur.* Cic. Att. 9, 85 Sermones minaces. Et Minacia ſomnia de Diuin. 2, 85. *Item* Fam. 16, 10 Minaces literae, et acerbae. Aër minax nubibus Ouid. Triſt. 1, 2, 24. Animi Idem Met. 6, 688. Arcus Hor. Carm. 3, 26, 8. Boues cornu Ouid. Met. 11, 37. Camoenae Hor. Carm. 4, 9, 7. Fluuios tentare Virg. Georg. 3, 77. Ira Valer. Argon. 1, 722. Murmur cornuum Hor. Carm. 2, 1, 17. Oculi in morte Lucan. 2, 26. Hor. Carm. 2, 12, 12 Tuque pedeſtribus Dices hiſtoriis, *etc.* — ductaque per vias Regum colla minacium. *Sic ex manuſcriptis reſtituit Lambin. quum vulgo legatur* Minantium. Scopulus Virg. Aen. 8, 668. Serpens vibrante lingua Lucret. 3, 657. Vincla Ouid. Met. 1, 91. *al.* Verba. Vnda Ponti Hor. Carm. 1, 12, 31. Voce minaci terrere aliquem Idem ibid. 1, 10, 10. ¶ 2 *Obſeruationes:* Minaces *etiam dictos eſſe, qui promittant quae non praeſtent, docet Scaliger ad* Feſt. Minax, *i.* Eminens. Lactantius *ad* Stat. Theb. 12, 434 — Vterque minax globus, *etc. de igne rogi Eteoclis et Polynicis. Sed malim nutum et motum in diuerſas partes intelligi.* Minax, *per translationem, Durus, rigidus. interpretatur Lambinus ap.* Lucr. 1, 881 Conueniebat enim fruges quoque ſaepe, minacis Robore cum ſaxi franguntur, *etc.* *Compar.* Liu. 4, 52 Minacior quam pernicioſior. *Superl.* Ammian. 19, 21 *pr.* Vi minaciſſimae plebis. Aduerſus barbaros quoque minaciſſimus Suet. Calig. c. 51.

MINACĬTER. Adu. [ἀπειλητικῶς] *Iurgioſe et cum minis.* Liu. 2, 6 Minaciter fremunt. Prohibentibus minaciter Decemuiris Liu. 3, 39 *pr.* Minaciter terrere Cic. de Orat. 1, 90 c. 20. Minaciter expoſtulare Plin. 35, 11. Torrente rapido minaciter ſubterfluente Idem 8, 50. *Compar.* Cic. Philipp. 5, 21 c. 8 Num putatis P. C. dixiſſe eum minacius, quam facturum fuiſſe? *Adde* Tacit. Hiſt. 1, 33, 5.

MINAEI, Populi ſunt in regione Arabiae, Mari rubro adiacentes, qui primi commercium turis fecere, nec praeter hos Arabes alii turis arborem vident. Vnde ab ipſis Tus ipſum, Minaeum dictum eſt, *teſte* Plin. 12, 14. *et* 6, 28.

MINARRIO, īre. Minarriunt palumbes, *Quum vocem emittunt.* Aelius Spartianus in Antonino Geta 5 Familiare illi fuit, has quaeſtiones grammaticis proponere, vt dicerent ſingula animalia quomodo vocem emitterent, velut agni balant, porcelli grunniunt, palumbes minarriunt, vrſi ſaeuiunt, leones rugiunt, leopardi rictant, elephanti barriunt, ranae coaxant, equi hinniunt, aſini rudunt, tauri mugiunt, easque de veteribus approbare. *Sic Salmaſ. ex MS.* Al. Minuriunt, *vid.* MINVRIZO.

MINAS, *vnus Gigantum, cuius meminit* Hor. Carm. 3, 4, 53 Sed quid Tiphoeus et validus Minas, *etc.*

MINAX, *vid.* MINOR.

MINCIVS, [Μίγκιος] *Fluuius Italiae, qui ex Baenaco Venetiae lacu ortus, vrbem Mantuam circuit, deinde fluit in Padum.* Virg. Ecl. 7, 13 Hic viridis tenera praetexit arundine ripas Mincius, *etc.* *A quo* Minciades Virg. *dictus,* Iuuenc. Illos Minciadae celebrat dulcedo Maronis. Ingens Mincius Virg. Georg. 3, 15. Tardus meatu Claud. Conſ. Stil. 6, 197.

MINCTIO, MINCTVRA, *vid.* MEIO.

MINEO, ēre. [ἐπιτίθεμαι] *Idem quod Immineo, cuius eſt ſimplex, ſed antiquum. Vſus tamen eſt eo* Lucret. 6, 562 Ad caelumque magis quanto ſunt edita quaeque Inclinata minent in eandem prodita partem. *Sic legit Lambinus; quum alii codices partim* Minant, *partim* Micant, *partim* Manent *habeant.* *Add.* Lucret. 6, 1194 *vbi ſimilis varietas.* *Vid. Daumius de amiſſ. rad. L. L. qui inde ſtabilit hoc verbum, quod* Immineo, Emineo, Promineo, *ſuis Praeteritis indicant ſe non a* Maneo, manſi *deſcendere.*

MINĔRA, ae. f. *Matrix, ſeu vena terrae metallicae. Vnde,*

MINERALIA *dicta Philoſophis. Sed vtrumque recens.*

MINERRIMVS, *pro* Minimus laudat Feſtus.

MINERVA, ae. f. [Παλλὰς, Ἀθήνη, Ἀθηναῖα, Ἐργάνη, Πολιάς, Ἀτρυτώνη] *Diſciplinarum dea. Et a* Minando *dicitur, quaſi vim minetur. Aut a* Minuendo, *vt inquit* Cic. de Natur. Deor. 2, 67. *et* 3, 62. Minerua quaſi meminerua Arnob. 3 p. 122. Feſtus, Minerua dicta quod bene moneat. Hanc enim pagani pro ſapientia ponebant. Cornificius vero, quod ſingatur pingaturque minitans armis, eandem dictam putat. *Hactenus* Feſtus. *De hac* Auguſtin. de C. D. 18, 8 Haec Ogygii temporibus ad locum, qui Tritonis dicitur virginali fertur apparuiſſe aetate. De hac etiam in dictione PALLAS. *Hanc filiam Iouis ac virginem putauerunt, quod et incorruptibilem aiunt eſſe natura, et extremum locum vniverſi obtinere contendunt.* Tritoniam *vero appellatam, quoniam ter in annuo ſpatio, vere, aeſtate, hieme commutatur.* γλαυκῶπιν, *id eſt glauculam vocari dicunt, non quia glaucos habeat oculos, quod vocabulum ipſum denotat, ſed quoniam aër viſum animalibus praebeat. Et quum lanificium, et texturam, et alia multa artificioſa comperiſſet, celebris dea appellata eſt. Et quia omnia eius inuenta ex vi ingenii atque ſapientiae procedere videbantur, locus fabulae datus eſt, vt cerebro Iouis genita dicatur.* Quinque autem Mineruae, *vt ait* Cic. de Nat. Deor. 3, 59 fuerunt. Prima, quam Apollinis matrem ſupra diximus. Secunda, orta Nilo, quam Aegyptii Saitae colunt. Tertia, quam a Ioue generatam ſupra diximus. Quarta a Ioue nata, et Coryphe Oceani filia, quam Arcades Coriam nominant, et quadrigarum inuentricem ferunt. Quinta, Pallantis, quae patrem dicitur intereniiſſe, virginitatem ſuam violare conantem, cui pinnarum talaria affingunt. *Hactenus* Cicero *Elogium ſ. Hymnus Mineruae eſt* Martian. Capellae l. 6 *pr.*

Virgo armata, decens rerum ſapientia, Pallas.
Aetherius fomes, mens et ſolertia fati,
Ingenium mundi, prudentia ſacra Tonantis,
Ardor doctificus, noſtraeque induſtria ſortis *etc. ſunt enim aliquam multa.*

Minerua *Arcium, vrbiumque inuentrix, praeſes, cuſtos.* Virg. Ecl. 2, 61 — Pallas quas condidit arces Ipſa colat. *Arcium autem meminit Maro, quod in ea vrbium parte ei ſolebant templa fieri, vt etiam* Phurnutus de Natur. Deor. 1, 20. *et* Vitruuius 1, 7 *pr. docent.* ¶ 2 *Epitheta:* Armifera Minerua Ouid. Faſt. 6, 421. Bellatrix Idem Met. 8, 264. Capta *publicum Epitheton* Mineruae, *in cuius cauſas inquirit* Ouid. Faſt. 3, 837 ſq. *Placet illa, quam ita exprimit* v. 843 An quia perdomitis ad nos captiua Faliſcis venit? Et hoc ipſum litera priſca docet. Caſta Horat. Carm. 3, 3, 23. Cecropiae Mineruae artes Martial. 1, 124. Flaua Ouid. Amor. 1, 1, 7. Operum haud ignara Virgil. Aen. 5, 284. *i. Docta artis lanificae. Loquitur de ſerua quadam.* Impauida Ouid. ad Liuiam, 403. Inuentrix oleae Virgil. Georg. 1, 18. Innupta Idem Aen. 2, 31. Latiae Mineruae artes Martial. 1, 124. Operoſae Mineruae ſtudium, *pro Lanificio.* Hor. Carm. 3, 12, 5. Pugnax Ouid. Triſt. 3, 9, 7. Tetricae Mineruae totos dies dare Martial. 10, 19. ¶ 3 Minerua, *abſolute, Lanificium.* Virgil. Aen. 8, 409 Cui tolerare colo vitam tenuique Minerua. Seruius pretium *explicat,* quod a Varrone Mineruall appellatur. *Turnebus contra Lanificium ſignificari putat, quod tenue eſt, nec valde quaeſtuoſum; vt et apud Maronem de lanificio intelligitur.* Virg. Aen. 1, 805 Non illa colo calathisque Mineruae Femineas aſſueta manus. Propert. 2, 7, 43 Coniugium falſa poterat differre Minerua, Nocturno ſoluens texta diurna dolo: *de Penelope.* Ouid. Met. 4, 33 Solae Minyeides intus Intempeſtiua turbantes feſti Minera. Minerva, *pro Filo.* Arnob. aduerſ. Gent. 5 *extr.* Pro aquis Neptunum, Liberum patrem pro vino, Cererem pro pane, Mineruam pro ſtamine, *etc.* Cic. de Amicit. 19 Agamus ergo pingui Minerua, vt aiunt. *Dicitur pinguiore Minerua fieri, quod Inconditius, ſimpliciusque, quaſique indoctius fit; non autem exquiſita arte, nec exactiſſima cura.* Hor. Serm. 2, 3 *Philoſophum deſcribens non exactis illis Stoicorum rationibus atque argutiis inſtructum, ſed velut citra artem, Philoſophiam moribus exprimentem; neque tam diſertum, quam ſimplicem ac ſincerum,* Rusticus, *inquit,* abnormis, ſapiens, craſſaque Minerua. Cic. Acad. 1, 18 Nam etſi non ſus Mineruam, vt aiunt, tamen inepte, quisquis Mineruam docet. *Ex Theocrito* ὗς τὴν Ἀθηνᾶν. Inuita Minerua Cic. Off. 1, 110 c. 31 *interpretatur* aduerſante et repugnante natura. Idem Fam. 12, 25 Quinquatribus frequenti Senatu cauſam tuam egi, non inuita Minerua. Hor. de Arte Poët. 385 Tu nihil inuita dices facieſue Minerua. Mineruae Calculus *vulgo vocatur, cum in paritate ſententiarum valet ea, quae abſoluit. Origo eſt ex iudicio Areopagitico antiquiſſimo, in quo Oreſtes vel a Diis XII, vel ab hominibus, iudicatus abſolutusque eſt. Varietatem Graecorum ſcriptorum diſces ex Lambini obſeruat. ad* Cic. pro Milon. c. 3 Itaque hoc non ſine cauſa etiam fictis fabulis doctiſſimi homines memoriae prodiderunt, eum, qui patris vlciſcendi cauſa matrem necauiſſet, variatis hominum ſententiis non ſolum diuina, ſed etiam ſapientiſſimae deae ſententia liberatum.

MINERVAL, *ſeu* MINERVALE, is. n. [δίδακτρον] *A* Minerua *deductum nomen: et erat quaſi praemium, quod dabatur praeceptori: cuiusmodi coena erat, et alia, quae erant tanquam magiſterii merces a ſcholaſticis dari ſolita ante quinquatria, per quos dies pueri vacabant.* *Vid.* Tertull. de Idol. c. 10. Varr. de R. R. 3, 2 *extr.* Quin ſimul ac promiſeris mineruai incipiam, inquit, id eſt Coenam. *Eſt propric Adiect.* Mineruale munus, *de quo ſtatim.*

MINERVALIS, e. Adi. *Ad Mineruam pertinens.* Tertull. de Spectac. c. 11 Artium Mineruaiium collegium. Hieron. ad Epheſ. 6 Et quod pauper obtulerat, hoc in Kalendariam ſtrenam, et Saturnalitiam Sportulam, et Mineruale munus Grammaticus et orator conuertit.

MINERVALIA, orum. n. *Sacra Mineruae nuncupata.* Tertull. de Idolol. c. 10 Saturnalia et Mineruaiia *comparat.*

MINERVALITIVS, a, um. Adi. Mineruaiitium, συςατικὸν Gloſſ.

MINERVIVM. *Templum quondam Romae, vt* Dianium, Varr. de L. L. 4, 8 Ceroſienſis quarticeps circa Mineruium. *Scaliger. append. ad coniect. in Varron.* p. 185 *etiam huc refert* Liu. 45, 16 *vbi inter prodigia eſt,* Aedes Deorum Penatium in Velia de caelo tacta erat, et in oppido Mineruio duae portae, et muri aliquantum Anagniae terrae pluerat, *etc.* *Scaliger legi vult* In oppido (*id eſt antiqua illa Roma quadrata*) Mineruii (*templi Mineruae*) duae portae *vel* duae partes *etc.* *Sed laudant* Mineruium *vrbeculam Neapolitani regni, vulgo* Minerbino, *Geographi, et ex his Hoffmannus in Lex. De templo firmat* Arnob. 6 p. 193 Athenis in Mineruio.

MINERVIVS, a, um. Adi. *Atticus;* Ciues Mineruii Arnob. 5 p. 175.

MINERVO, āre. *Verbum, quod* Celſo *impegit primum error aliquis librarii: deinde neſcio an ſatis ſerio tuendum ſuſcepit G. W. Wedelius praefatione ad* Celſum *Ienae* 1713 *recuſum. Locus eſt* L. 1 *pr.* Primum medendi ſcientia ſapientiae pars habebatur, vt et morborum curatio, et rerum naturalium contemplatio ſub iisdem auctoribus nata ſit: ſcilicet his hanc maxime requirentibus, qui corporum ſuorum robora inquieta cogitatione nocturnaque vigilia minuerant. *Pro hoc vltimo ſe legiſſe ait Wedelius in editione Conſtantini* (*certe non in ea, quam prae manu habeo* Lugd. 1566, 8.) mineruant: *idque dictum ſuſpicatur, vt* Salutare, Fortunare, Venuſtare, Bacchari *a* Salute Dea, Fortuna, Venere, Baccho. Mineruam *ipſam dictam a* minuendis neruis. *Itaque* Minervare robora *eſſe vigiliis eruditis ea minuere. Sed luſit vir doctus, vt ſenex interdum ſolebat.*

MINEVS, *rectius* MĬNYEVS, i. m. [Μινυεὺς] *Vir quidam fuit Thebanus, cuius filiae in veſpertiliones mutatae fuerunt, vt fabulatur* Ouid. Met. 4. fab. 10. *eo quod Bacchi ſacra ſpernerent, nec illum pro deo haberent.*

MINEIAS, ae. *et* MINEIS, ïdis, *ſcribebantur, quae ſunt* MINYEIAS *et* MINYEIS. f. Patronym. [Μινυειὰς, *vel* Μινυηὶς] Ouid. Met. 4, 1 At non Alcithoë Minyeïas Orgia cenſet Accipienda dei. Id. ibid. 32 Solae Minyeïdes intus Intempeſtiua turbantes feſta Minerva. *Et* 389 Minyeïa proles.

MINGO, *vid.* MEIO.

MINIACVS, MINIARIVS, MINIATVLVS, *etc. vid.* MINIVM.

MINICIA, *vid.* MINVCIA.

MINIMVS, MINIME, *et* MINIMOPERE, *vid.* MINOR *Comparatiuum in* PARVVS.

MINIO, āre. *vid.* MINIVM.

MINIO, ōnis. m. *Fluuii nomen, cuius meminit* Virg. Aen. 10, 183 Qui Caerete domo, qui ſunt Minionis in aruis.

MINI-

MINISTRO, āre. [διακονέω, λειτεργέω, ὑπηρετέω, ὑπεργέω] *A Miniſtro dictum, i. minore, ſignificat* inſeruire, *et propriam fere ſedem in cibo et potu habet: deinde vniuerſim eſt porrigere, praeparare, praebere. De epulis* Plaut. Curc. 2, 3, 90 Tu tabellas conſignato, hic miniſtrabit, ego edam. Miniſtremus nosmet inter nos Plaut. Stich. 5, 4, 7. *vid. Burm. ad* Petron. c. 31. Arma furor miniſtrat Virg. Aen. 1, 154. Cibos fraga miniſtrant Senec. Hippol. ſ. 4. Diuitias alicui Ouid. Amor. 3, 6, 94. Iuſſa medicorum Idem Epiſt. 20, 133. Quinctil. 1, 10, 27 C. Graccho concionanti conſiſtens poſt eum muſicus fiſtula Modos, quibus deberet intendi, miniſtrabat. Cic. Tuſc. 1, 65 c. 26 Non ambroſia deos, aut nectare, aut iuuentate Pocula miniſtrante laetari arbitror. Res omnes timide gelideque miniſtrare Hor. de Arte Poët. 171. Vias mille fallendi amor miniſtrat Tibull. 1, 6, 12. Virg. Aen. 10, 218 Aeneas (neque enim membris dat cura quietem) Ipſe ſedens, clauumque regit, Velisque miniſtrat. Victum miniſtrare Varro de Re R. 3, 17. Vinum verba miniſtrat Hor. Epiſt. 1, 15, 20. Vires alicui Virg. Aen. 9, 764. Miniſtratur, *de cura aegroti* Cic. Fam. 16, 14 Acaſtum retine, quo commodius tibi miniſtretur. *Conf.* Columel. 12, 1. Maximis poculis miniſtratur Cic. Verr. 3 c. 44.

MINISTRANS, antis. Partic. *Pro miniſtratore* Petron. c. 62. Miniſtrans platanus potantibus vmbras Virg. Georg. 4, 146.

MINISTRATIO, ōnis. f. Vitruu. 6, 9 Ad olearios fructus commoda erit miniſtratio. *Conf.* Tertull. de Pudic. c. 15.

MINISTRĀTOR, ōris. m. [ὑπηρέτης] *Qui dicenti oratori materiem, facta, e. i. g. ſubminiſtrat et ſubiicit.* Cic. pro Flacco 53 c. 22 Maeandrius quaſi miniſtrator aderat, ſubiiciens, quid in ſuos ciues, ciuitatemque, ſi vellem, dicerem. *Hinc* Antonius *apud* Cic. de Orat. 2, 305 c. 75 Vt quum teipſum Sulpici obiurgabam, quod miniſtratorem peteres, non aduerſarium. *Irridebat nempe Sulpicium, quod irritare ſe fruſtra conaretur, quo facto plus nociturus erat ſuae cauſae, profuturus clienti Sulpicii.* Sueton. Vitell. c. 17 Alterum femur ſubdebile, impulſu olim quadrigae, quum auriganti Caio miniſtratorem (ſe) exhiberet. Miniſtrator, *Pincerna ſiue ſeruus ad cyathos.* Petron. c. 31 Vinum dominicum miniſtratoris gratia eſt. *Vid. ibi Burm. Adde* Senec. Epiſt. 95. Varr. de R. R. 3, 14.

MINISTRĀTRIX, īcis. f. [ὑπηρετίς] *Eadem quae Miniſtra.* Cic. de Orat. 75 c. 17 Sed vt omnes comites, atque miniſtratrices eſſe diceres. *Ita* Nonius 2, 567. *Alia autem exemplaria legunt paſſim* Miniſtras.

MINISTRATORIVS, a, um. Adi. [ὑπηρετικός] *Quod ad miniſtrationem pertinet; vt* Miniſtratorii vrceoli, *apud* Martial. 14, 105 in lemmate.

MINISTER, tri. m. *et* MINISTRA, ae. f. [διάκονος, λειτεργός, ποιμνός] *A* minus *deductum, vt* Magiſter *a* magis: *minor in ſocietate, famulus, adiutor, ſ. ſeruus ſit ſ. liber.* Cic. de Orat. 1, 198 c. 45 Infimi homines mercedula adducti, miniſtros ſe praebent in iudiciis oratoribus. Idem pro Cluent. 43 Miniſtri publici Martis, atque ei deo veteribus inſtitutis religionibusque Larinatium conſecrati. Cathedralicius miniſter, *vid.* CATHEDRA. Segnis Sil. 7, 346. Succincti Lucan. 1, 608. Hortatur celeres clamore miniſtros Claud. in Ruff. 1, 34. Miniſter et adiutor Conſiliorum Vell. 2, 129, 4. Miniſtri ac ſatellites Cupiditatum Cic. Verr. 3 c. 8. Sedent taciti ad iuſſa miniſtri Valer. Argon. 1, 64. Cic. de Amicit. 35 Magna etiam diſſidia, et plerumque iuſta naſci, quum aliquid ab amicis, quod rectum non eſſet, poſtularetur, vt aut Libidinis miniſtri, aut adiutores eſſent ad iniuriam. Magiſtratus, miniſtri Legum Cic. pro Cluent. c. 53. Liberorum Iuſtin. 16, 1. *i. Paedagogus.* Cic. pro Cluent. 60 Illi qui Fabricii libertum, quia miniſter in Maleficio fuerat: patronum, quia conſcius, condemnaſſent. Iuſtin. (16, 1, 41) Amariorem ſemper miniſtrum Regni, quam ipſos reges fuiſſe. Tacit. Ann. 4, 71, 2 Tiberius ſcelerum miniſtros vt peruerti ab aliis nolebat; ita plerumque ſatiatus et oblatis in eandem operam recentibus, veteres et praegraues adflixit. Sceleribus miniſtri Tacit. Ann. 5, . . *eſſe dicuntur.* Caedis manus ſcelerumque miniſtrae Ouid. Amor. 1, 7, 27. Seditionum ſerui ac miniſtri Cic. Fam. 1, 9. Voluptatum miniſtrae, artes Idem Off. 1, 150. Voluptatum miniſtrae et ſatellites, virtutes Cic. de Finib. 2, 57. Baculus Ouid. in Ibin 261. Populus Lucan. 10, 127. Manus multarum Artium ſunt miniſtrae Cic. de Nat. Deor. 2, 60 *pr.* Omnes Artes miniſtrae, ac comites Oratoris Idem de Orat. 1, 75 c. 17. Vna Miniſtrarum Ouid. Met. 9, 306.

MINISTER, tra, trum. Adi. Ouid. Epiſt. 21, 114 Lumina propoſiti facta miniſtra tui.

MINISTERIVM, i. n. [διακονία, λειτεργία, ὑπεργία] *Miniſtri opera.* Plin. Epiſt. 244 Confirmat neceſſarios eſſe milites: ex his interim, ſicut inueneram in miniſterio eius, relinquendos exiſtimaui. Miniſterium *pro omni Operatione poni conſueuit: vt de rege Latino,* Virg. Aen. 7, 619 — auerſusque refugit Foeda miniſteria. Senatus conſulto, miniſterio Catonis, regis morte facta prouincia eſt Cyprus Vell. 2, 38, 6. Sub honorificentiſſimo miniſterii titulo M. Catonem a rep. relegauit Id. 2, 45, 4. Acria Tacit. Ann. 3, 48. Diurnis miniſteriis feſſa membra Ouid. Met. 4, 216. Duris miniſteriis feſſa corpora Idem ibid. 11, 625. In libros quoque *auctorum* ſaeuitum, Delegato triumuiris miniſterio, vt monumenta clariſſimorum ingeniorum vrerentur Tac. Agric. 2, 1. Gubernator nauis miniſterium ſe denunciat Relicturum Petron. c. 108. *Conf. Burm. ibid. p.* 496. Imponere miniſterium, *vid.* IMPONO. Foeda miniſteria Refugere Virg. Aen. 7, 619. Subire triſte Idem ibidem 6, 223. Tradere Celſ. 8, 4. Vlpian. in l. 1 §. Eſt autem. D. De exercitoria actione, Solent tamen praefecti, propter miniſterium Annonae, item in prouinciis praeſides, *etc.* Perinde ac Publicum miniſterium agens Valer. Max. 7, 3, 9. ¶ 2 Miniſterium, *pro ipſis Miniſtris.* Paull. Vrbica miniſteria dicimus, etiam quae extra vrbem nobis miniſtrare conſueuerunt. *Conf.* Apul. de Aſin. Aur. 3 p. 130. ¶ 3 Miniſterium *eſt etiam Abacus, in quo vaſa menſae inſeruientia exponebantur. Vid. Caſaub. ad* Lamprid. Alex. Seuer. c. 34. *et Salmaſ. ad* Capitol. Anton. 17. *et Obſeru. eius ad Ius Attic. p.* 449. *Gronov. Obſeru.* 11, 24. *et Burm. ad* Petron. c. 31 p. 119.

MINISTRIX, icis. f. ὑπηρέτις Gloſſ. Lat. Gr.

MINITO, *et* MINITABVNDVS, *vid.* MINOR, āri.

MINIVM, i. n. [μίλτος] *Pigmentum rubrum pretioſum illud quod* Cinnabaris *vocatur hodie, de quo locus claſſicus* Plin. 33, 7 *et* 8 ſ. 36 - 44 Inuenitur in argentariis metallis minium quoque — Sincero minio, cocci nitor eſſe debet. *Et paullo poſt,* Minium in voluminum quoque ſcriptura vſurpatur, clarioresque literas vel in auro, vel in marmore, etiam in ſepulchris facit. *Agit etiam de* Secundario minio, *quod videtur illud eſſe, quod hodie vulgo ſic vocatur. Add.* Vitruu. 7, 8 *et* 9. Minium Rubens Tibull. 2, 1, 51. *vid. ibi Brouckhuſ.* Rubens minio Virg. Ecl. 10, 27.

MINIARIA, ae. f. [μιλτωρυχία] *Locus in quo foditur minium.* Plin. 33, 7 Siſaponenſibus autem miniariis ſuae venae arena ſine argento excoquitur: auri modo probatur.

MINIACEVS, a, um. Adi. *Quod ex minio eſt.* Vitruu. 7, 4 Cuneis ſilaceis, ſeu miniaceis interpoſitis. *Et* c. 5 Silaceorum miniaceorumque cuneorum inter ſe varias diſtributiones. *Rurſus* c. 9 At ſi quis ſubtilior fuerit, et voluerit expolitionem miniaceam ſuum colorem retinere, quum paries, *etc.*

MINIANVS Iupiter Cic. Fam. 9, 16 *extr. Vt vulgo legitur: alii malint* Miniatus. *Reſpicit ad* Plin. 33, 7 ſ. 36. *vbi docet,* Iouis ſimulacri faciem diebus feſtis minio illini ſolitam. *Add. Cerda ad* Virg. Ecl. 6, 22.

MINIARIVS, a, um. Adi. [μιλτώδης] Miniarium metallum Plin. 33, 7.

MINIĀTVS, *et* MINIATŬLVS, a, um. Adi. Dim. [μιλτωτός] Miniatula cera, quam rubram dicimus. *Inde* Miniatula cera aliquid notare, *eſt Loca corrigenda annotare.* Cic. Att. 15, 14 *extr.* His literis ſcriptis me ad συντάξεις dedi, quae quidem vereor ne miniatula cera tua pluribus locis notandae ſint. *Vetuſtus codex habet,* Ne miniata cerula. Idem ibidem 16, 11 Cerulas enim tuas miniatulas illas extimeſcebam. Torque miniato in ceruice, *de Pſittaco* Plin. 10, 42 ſ. 58.

MINIO, āre. [μιλτόω Onomaſt.] *Minio tingere.* Plin. 33, 7 A cenſoribus in primis Iouem miniandum locari. *Adde* 35, 12. *et* 10, 29.

MINIVS, *vel* MINEVS, a, um. Adi. *Ruber inſtar minii.* Apul. Met. 4 p. 411 Fulgentium roſarum minius color. *Adde* Florid. 2 p. 18.

MINICVLARIVS, i. m. *Qui minio quid inficit vel illinit.* l. 3. de indulg. debit. lib. 11. Cod. Theod.

MINICVLATOR, ōris. m. *Qui minio maiuſculas literas in ſcriptis libris pingit.* Laudatur Vlpian. l. 7 Pand. de operis libert. *ſed al.* Nomenclator.

MINO, āre. *Ducere.* Feſtus, Agaſones equos agentes, id eſt bene minantes, *etc.* Actus, qua pecora Minare conſueuimus Anianus *ap.* Paullum ICtum. Suam relinquens, me Minabat vt ſuam Auſon. Epigr. 67. *Conf.* Vulgat. Act. Apoſt. 18, 16. Victor Vtic. de Perſec. Vandal. l. 3. Apul. Met. 3 p. 141. Domo iam vacua minantes baculis exigunt *aſinum et equos.*

MINOR, āri. *vid.* MINAE, arum.

MINOR. *Comparat. a* Paruus, *vid.* PARVVS.

MINOS, ōis m. [Μίνως] *Filius Iouis ex Europa, vt Poëtae fere tradunt: Pater Androgei et Ariadnes, Paſiphaës maritus: legiſlator Cretenſium: poſt mortem iudex inferorum cum Rhadamantho et Aeaco. Hinc* Virg. Aen. 6, 432 Quaeſitor Minos vrnam mouet. Gnoſius Minos Senec. Herc. fur. ſ. 9. Inexorabiles iudices apud inferos Minos et Rhadamanthus Cic. Tuſc. 1, 10. Legifer Ouid. Amor. 3, 10, 41. Catull. Argon. 62, 85 Magnanimum ad Minoa venit.

MINOĬVS, a, um. Adi. poſſeſſ. [Μινώϊος] Regna Minoïa Virg. Aen. 6, 14.

MINŌVS, a, um. *Aliud* Adi. [Μινῷος] Ouid. in Ibin 511 Si tua contigerit Minoas puppis arenas. Taurus Minous, *Minotaurus.* Stat. Achill. 1, 192.

MINŌIS, ĭdis. f. Patronym. [Μινωΐς] Ouid Met. 8, 174 Protinus Aegides rapta Minoide Diam Vela dedit, *i. Theſeus Ariadne rapta Minois filia.*

MINOVM, i. n. [Μίνωον] *Oppidum eſt Cretae inſulae, a* Minoë *rege ita appellatum. Recenſetur a* Plin. 4, 12.

MINOTAVRVS, i. m. [Μινώταυρος] *Dictio eſt compoſita ex* Minoë *et* tauro, *quaſi Minois taurus. Nam, vt ſcribit Homer. Odyſſ.* 8 *Quum Minos bello contra Athenienſes et Megarenſes, qui Androgeum ſilium interemerant, detineretur, Paſiphaë eius vxor a Venere, quae in Solis ſobolem irata erat, ad infauſtum amorem formoſi tauri compellitur, cum quo arte Daedali concubuit, ac grauida facta Minotaurum genuit.* Semibouemque virum, ſemiuirumque bouem, *vt vocat* Ouid. Art. Am. 2, 24: *qui in nummis repraeſentatur taurus capite humano barbato cornuto. Vid. Spanh. de Vſu et praeſt. num. diſſ.* 5 p. 284. ſq. *Sed Graeci quidam et* Hygin. Fab. 40 Capite bubulo eum fingunt, parte inferiore humana. *Fabulam narrat* Catull. in Argon. ſ. 62, 79. *Diodorus Siculus* 5, 13. *et* Seruius *in* Virg. Aen. 6, 25 Hic crudelis amor tauri, ſuppôſtaque furto Paſiphaë. *Veritas autem ſic forte habet,* Taurus *notarius* Minois *fuit, quem Paſiphaë amauit, cum quo in domo Daedali concubuit; et quia geminos peperit, vnum de* Minoë, *et alium de* Tauro, *enixa eſſe* Minotaurum *dicitur.* Veget. 3, 6 Tutiſſimum in expeditionibus facienda neſciri. Ob hoc veteres Minotauri ſignum in legionibus habuerunt, vt quemadmodum ille intimo et ſecretiſſimo labyrintho abditus perhibetur, ita ducis conſilium ſemper occultum eſſet. *Eadem* Feſtus *h. v.*

MINTHA, ae. f. [Μίνθη] *Mons, vt ſcribit Strabo lib.* 8 *p.* 237. *dictus a Plutonis pellice, quam Proſerpina in herbam mentam mutauit, quam plerique hedyoſmon vocant. Haec Strabo. Additur inficeta fabella a Pomponio ad* Columel. 10, 119. *Huic Pluto donum amoris petenti, virile membrum tradidit, quod a ſe* Mentulam *nominauit. Oppiani interpres lib.* 3 ἁλιευτικῶν. Mintam *tradit filiam Cocyti fuiſſe, quae vbi inaudiſſet amari a Plutone Proſerpinam, indignata eo nomine, conſtanter illi ſe praeponere auſa eſt, dictitans, ſi inferos peteret, inimiciter infeſtaturam. Quo puellae tumore commotior Ceres Perſephones mater, in herbam ſui nominis illam mutauit. Ex qua fabella Oppianus* Mintham *vocat* κωκυτίδα νύμφην. *Sic autem* Plin. 19, 8 Mentae nomen ſuauitas odoris apud Graecos mutauit, (*ἡδύοσμον enim dicitur:*) quum alioqui Mintha vocaretur, vnde veteres noſtri nomen declinauerunt. Ouid. Met. 10, 729.

An tibi quondam
Femineos artus in olentes vertere menthas
Perſephone licuit? *vid.* MENTA.

MINTRIO, īre, *vel* MINTRO, āre. Auctor Philomel. v. 61 Mus auidus mintrit. *al.* Mintrat.

MINTVRNAE, arum. f. *Oppidum Liri fluuio, et Sinueſſae oppido propinquum, in Campaniae finibus.* Hor. Epiſt. 1, 5, 5 Paluſtres Inter Minturnas, Sinueſſanumque Petrinum. *Vid.* Melam 2, 4.

MINVCIA, (*al. ſed minus accurate* MINVTIA) *Gentis Romanae nomen, ex qua* Minucius *viae auctor* Hor. Epiſt. 1, 18, 20 Brundiſium Minuci melius via ducat, an Appi? *Conf.* Lucan. 6, 126. Sil. 7, 387. Minicia, *ſ. potius* Minucia, porticus, *forte ea, quam a* Minucio Scordiſcorum *victore conditam narrat* Vell. 2, 8, 3 *collocata a* Victore in Regione vrbis IX, *frumentaria, quod ex ea frumentum publicum tribulibus diſtribueretur. Eam rem qui curaret,* procurator Miniciae *vel* Minuciae.

Apul. de Mundo p. 74 *Elm.* Alius ad Minutiam frumentatum venit. *Vid. Reineſ. ad Inſcr.* 6, 123. Grut. p. 402, 4. *De* Minucia veſtali Liu. 8, 15.

MINVO, ui, ūtum, ĕre. [μειόω, ἐλαττόω, ἐλαττονέω, χαλέπτω, εὐτελίζω] *Minus aliquid reddere, vel extenuare.* Ex Graeco μειῶν dictum videri poteſt, *inquit* Feſtus. Plin. 11, 54 Minuuntur corpora ſiccis et aridis. Aliquantulum minuitur ex febre Celſ. 3, 3. Cic. Acad. 4 62 Vide quaeſo etiam atque etiam, ne illarum quoque rerum pulcherrimarum a teipſo minuatur auctoritas. Aes alienum minuere, *Perſoluere debitum ex parte* Plin. Epiſt. 9, 37. Artus corporis minuuntur Ouid. Met. 7, 317. Conſilium Ter. Hec. 4, 3, 10. Cic. Acad. 4, 83 Sed vt minuam controuerſiam, videte quaeſo, *etc.* Curas Hor. Epiſt. 1, 19, 101. Curae minuuntur carmine Hor. Carm. 4, 11, 36. Dolorem Cic. Att. 11, 7. Fidem Tacit. Ann. 6, 17. Frigora Zephyri minuunt Ouid. Triſt. 3, 12, 1. Fructus Ter. Phorm. 5, 9, 24. Furorem Hor. Carm. 1, 37, 13. Imperium matris Plaut. Aſin. 3, 1, 6. Impetus vitiorum minuitur Scribon. 99. Ingenium longi minuere labores Ouid. ex Pont. 3, 4, 11. Iram Ter. Phorm. 2, 3, 88. Laborem Idem Heaut. Prol. v. 42. Labores alicuius Ouid. Met. 7, 208. Luctus Ouid. Met. 15, 639. *Vid.* Feſtus in Minuitur luctus. Magiſtratum, *vid.* MAGISTRATVS. Maieſtatem, *vid.* MAIESTAS Cic. de Orat. 2 c. 39. Maieſtatem per vim, *i. vim publicam committere* Cic. Philipp. 1, 21. *Budaeus.* Malum minuunt gaudia Ouid. ex Pont. 4, 4, 6. Religionem Nep. 17, 4, 8. Robora corporum ſuorum Celſ. 1 Praef. Sanguinem *i. venam ſecare* Veg. Mulom. 1, 22, 1. *it.* 1, 16, 2. Spem Caeſ. Bell. Gall. 5, 33. Studium minuens labores Ouid. Met. 4, 295. Cic. de Legib. 2, 19 Hos letho dato diuos habento, Sumtum in ollos luctumque minuunto. Sumtus Id. Fam. 3, 8. *Et* Att. 10, 16 Ego vt minuerem ſuſpicionem profectionis aut cogitationis meae, profectus ſum in Pompeianum ad quartum Iduum, vt ibi eſſem, dum quae ad nauigandum opus eſſent, pararentur. Timorem Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 72. Vires minuuntur amoris Ouid. Met. 5, 374. ¶ 2 *Obſeruationes: Minuere, abſolute pro Decreſcere* Caeſ. Bell. Gall. 3, 12 Quod rurſus minuente aeſtu, naves in vadis afflictarentur, *vid.* MINVENS. *Paullatim deſinere, et minus facere quod ante ſaepius et magis faciebas.* Lucret. 2, 1028

Nil adeo magnum, nec tam mirabile quidquam
Principio, quod non minuant mirarier omnes
Paullatim, *etc.*

Neque tu ea cauſa minueris haec, quae facis Terent. Andr. 2, 3, 18.

MINVENS. Partic. intranſit. Minuente luna *i. Decreſcente* Pallad. Febr. 24, 4. *it.* Iun. 3. *Sic* Veget. Mulom. 1, 14, 1 Aliis *collectionibus* velut minuentibus, aliae rurſus naſcuntur. *Ipſius* Caeſaris *auctoritas iam laudata in verbo n.* 2.

MINVTVS, a, um. Partic. [μειωθείς] Minuta ſpes, *pro Imminuta.* Tacit. in Vit. Agric. Conſul vulnere minutus, *i. Debilitatus* Liu. 21, 52 *pr.* *Vid. ibi Gronou.* ¶ 2 *Plerumque autem ſimpliciter adiectiuum eſt, neglecta notatione paſſionis.* *Breuis, paruus:* Minutum argentum Plaut. Perſ. 2, 3, 4. Varro epiſtola Latina, Si veniſſes Capuam, quod et pueros minutos vides libenter, et maiores animaduertere non vis. Cic. Verr. 5, 27 Reticulumque ad nares ſibi apponebat tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenum roſae. *Ex Nonio* 2, 559. Id. de Orat. 3, 167 Abutimur ſaepe etiam verbo, non tam eleganter, quam in transferendo: ſed etiam ſi licentius, tamen interdum non impudenter: vt quum grandem orationem pro magna, minutum animum pro paruo dicimus. Alii Minuti et anguſti, omnia ſemper deſperantes Idem Fin. 1 c. 18 *extr.* Corpora minuta Lucret. 2, 115. Plaut. Ciſtell. 2, 1, 46 Dii me omnes magni, minutique et patellarii faxint. Fruges minutae, *Paruae, quales ſunt frumenta et legumina, vt interpretatur Hotom. ad* Cic. Verr. 3, 18 c. 7 L. Octauio, et C. Cottae Conſulibus Senatus permiſit, vt vini, olei decumas, et frugum minutarum, quas ante, *etc.* *Ad contemtum pertinent* Minuta diligentia Cic. Partit. c. 17. Minuti Imperatores Id. in Bruto c. 73. *et* Philoſophi Id. Diuinat. 1, 62 c. 30 *pr.* *et* de Sen. 86 c. 23. Oſſa minuta Lucret. 1, 835. Partes in minutas diſtrahi Id. 2, 825. Tus minutum et cretum Scrib. 222. Minutus, *quum diminutiuis additur, eleganter ipſam rem attenuat magis, et minorem facit.* Ter. Andr. 2, 2, 31 Olera et piſciculos minutos ferre obolo in coenam ſeni. Cic. in Parad. Praef. Minutis interrogatiunculis, quaſi punctis, quod propoſuit efficit. Literae, *vel* literulae Plaut. Bacch. 4, 9, 68. Quaeſtiunculae Sueton. de Clar. Gram. 24 *extr.* Minutum, Obſcurum et ſcrupuloſum *interpretatur* Nonius 4, 298 vt a Graecis dicitur λεπτομερές. Cic. de Finib. 61 c. 18 Ecce autem alii minuti et anguſti, et omnia ſemper deſperantes, aut maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monſtroſi: alii autem, *etc.* *Compar.* Lucret. 4, 344 Nam multis partibus hic eſt Mobilior, multisque minutior, et mage pollens. *De lucido aëre loquitur.* Cura minutior Quinctil. 8 vlt. Animalia Tertull. adu. Marc. 2, 14 *pr.* *Superl.* Animantes minutiſſimae Gell. 14, 1. Ictus minutiſſimi Suet. Vitell. c. 17. ¶ 3 Minutus *int. nummus argenteus.* Lamprid. Alex. Seu. 22 *extr.* Tantumque — porcinae carnis fuit et bubulae, vt cum fuiſſet octominutalis libra, ad duos vnumque (*intell. minutos*) vtriusque carnis libra redigeretur, *vid.* MINVTVLVS n. 2.

MINVTŬLVS, a, um. Adi. Dimin. [ὑπόλεπτος] *A* Minutus. Plaut. Poen. Prol. 28 Pueri minutuli. Literae minutulae Vopiſc. in Tacit. c. 11. Quaeſtiones minutulae Macrob. Saturn. 7, 3. ¶ 2 Minutulus, *numi nomen.* Vopiſc. Aur. 9 Argenteos Philippeos minutulos quinquagenos. *Salmaſius monet,* Minutos *et* Minutulos *eſſe eosdem, quos vetuſti denarios dixere cum drachma permutari ſolitos.*

MINVTVLARIVS, a, um. Adi. *Quod* Magnario *opponitur.* Auguſt. de Ciu. Dei 7, 4 Minutularii vectigalium conductores. *Conf. Coquei. ad h. l.*

MINVTIO, ōnis. f. [μείωσις] Gell. 16, 5 Ve particula tum intenſionem ſignificat, tum minutionem Quinctil. 4, 3. Capitis Gell. 1, 12. Tertull. de Spect. c. 22. *i. detruſio in peiorem vitae ſtatum.* Sanguinis Veget. Mulom. 1, 17, 13. *et* 1, 28, 1. *i. venaeſectio.*

MINVTE. Adu. [λεπτῶς] *Subtiliter.* Columel. 2, 4. *Sic* Macrob. Saturn. 5, 15. Grandia minute dicere Cic. in Orat. 123 c. 36 *pr.* *Compar.* Idem Acad. 4, 42 Haec autem vniuerſa concidunt etiam minutius. Idem de Finib. 4, 7 Res enim fortaſſe verae non ita tractantur, vt debent, ſed aliquanto minutius. Minutius et ſcrupuloſius ſcrutari omnia Quinctil. 5, 14. *Superl.* Cato de R. R. c. 107 Quam minutiſſime per cribrum cernere. Columel. 12, 28, 1 Minutiſſime commolere.

MINVTIM. Adu. [κατὰ λεπτόν] *Per partes Minutas.* Columel. 4, 14 Inſequitur deinde foſſor, qui crebris bidentibus aequaliter et minutim ſoli terga comminuat. *Conf.* Cato c. 123. Gell. 17, 8. Apic. 3, 15. *et* 8, 8. Minutim *et* Repente, *contraria* Senec. Epiſt. 30.

MINVTĀTIM. *Aliud* Adu. [λεπτομερῶς] *In minutiſſimas partes.* Cato c. 123 De iunipero maceriam craſſam concidito minutatim. Confectum Varr. R. R. 3, 10, 6. Perexigue et γλισχρῶς praebere, id eſt minutatim Cic. Att. 16, 1. Idem Acad. 4, 49 c. 16 Quod genus minime in philoſophia probari ſolet, quum aliquid minutatim et gradatim additur, aut demitur. Interrogare minutatim, *pro Particulatim.* Cic. Acad. 4, 92 Sed nulla omnino in re minutatim interroganti, diues pauper, clarus obſcurus ſit, *etc.* Minutatim, *i. ſigillatim ap.* Scrib. *ſaepius, v. g.* 186. 201. Minutatim, *pro Paullatim.* Varro de R. R. 1, 20, 2 Tum ita ſubigendum, vt minutatim aſſuefaciant, et vt tironem cum veterano adiungant; imitando enim facilius domantur. *De bobus.* Triſtitiam aetas minutatim Eximet Sen. ad Marc. c. 8. Lucret. 2, 1131 Inde minutatim vires, et robur adultum Frangit, et in partem peiorem liquitur aetas. Adiicere minutatim Varro R. R. 2, 17, 14. Trahebat oſſa minutatim morbo collapſa Virg. Georg. 3, 485.

MINVTIA, ae. f. [λεπτότατον] *Minutiſſima pars cuiusque rei.* Lactantius de ira Dei. Senec. Epiſt. 91 Vtriusque attritu grana franguntur, et ſaepius regeruntur, donec in minutiam frequenter trita redigantur.

MINVTIES, ĕi. f. Apul. Met. 9 p. 195 Ad ſummam minutiem contero. Redire in minutiem Idem 11. *Add.* Arnob. 6 p. 204.

MINŪTAL, ālis. n. *Genus condimenti ex rebus minutatim conciſis, auctore* Apicio 4, 3. *Fiebat inter caetera* marino piſce, liquamine, oleo, vino, porris et coriandro, Iuuen. Sat. 14, 129 Heſternum ſolitus medio ſeruare minutal Septembri. Martial. 11, 32 *de cucurbitis,* Hinc exit varium coco minutal, Vt lentem poſitam fabamque credas. Minutalia, *Res minutae.* Tertull. de Anima c. 32 Culices, formicae, tineae et hoc genus minutalia. *Vid.* Idem de Habit. Mulier. c. 6. *et* Marc. Emp. 8. Petron. c. 47.

MLNVTĀLIS, e. Adi. Regna minutalia Tertull. adu. Marc. 1, 4.

MINVTILOQVIVM, i. n. Tertull. de Anima c. 7 Micas de minutiloquio Ariſtotelis inſerſit.

MINVISCO, ĕre. Auſon. Ephemer. ſub fin. p. 106, 16 *Toll.* Profugi minuiſcunt crimina ſomni.

MINVRIO, *vnde* Minurit, μινυρίζει Gloſſ. Lat. Gr. *Et*

MINVRIZO, āre. [μινυρίζω] *Parua voce ſuccinere:* μινυρίζω *enim Cantillo ſignificat, et modulate concino.* Sidon. Epiſt. 2, 2 Diluculo autem Philomelam inter frutices ſibilantem, Prognen inter aceres minurizantem. *Alia exemplaria et Sauaronis habent* Minurientem, *vtique a verbo* Minurio, *quo vſus eſt* Spartianus in Antonino Geta c. 5 Agni, *inquit,* balant, porcelli gruniunt, palumbes minuriunt, leones rugiunt, *etc.* *Sed Salm.* Minarriunt, *vocali prima.*

MINVRITIO, ōnis. f. [μινύρισις] *a Verbo* Minurio. Feſtus, Minuritiones appellantur minorum auium cantus. *Haec ille.* Cic. de Orat. 1, 251 c. 59 Ante quam paeanem aut minuritionem citarimus. *Sic pro* Munionem *reponit Turnebus, exiſtimans, Ciceronem verba Graeca conuertere voluiſſe,* παιανίζειν *et* μινυρίζειν: *vt paean ſit cantio (nam pro pede non cenſet hic accipi) quae clara exſultanti contentaque voce citatur, id eſt canitur:* minuritio, *cantio quae tenui, leniore, remiſſioreque.*

MINVS, MINVSCVLVM, MINIME, MINIMOPERE, *vid.* Minor, *in* PARVVS.

MINVTIVS, *vid.* MINVCIA gens.

MINIANTHES, ae. m. *Trifolii genus.* Plin. 21, 9.

MINYAE, arum. m. [Μινύαι] *Fuerunt Theſſaliae populi, qui, Iaſonem ad Colchos proficiſcentem ſequuti ſunt: vnde ſimpliciter pro Argonautis ſaepe ponuntur.* *Vnde ait* Ouid. Met. 7, 1 Iamque fretum Minyae Pagaſaea puppe ſecabant. Lucan. *item Theſſaliam deſcribens,* 6, 385 — Minyae gens cognita remis. *De ratione appellationis. Vid.* Seru. *ad* Virg. Ecl. 4, 34.

MINYEIVS, a, um. Adi. *Argonautarum epitheton;* vt, Minyeia proles Ouid. Met. 4, 386. Manus Minyeia Valer. Flacc. 1, 706. *Conf.* MINEVS *et deriuata.*

M I R

MIRABILIS, MIRACVLVM, MIRE, MIRIFICVS, *et alia, vid.* MIROR.

MIRIO, ōnis, *vid.* MIRACVLA, ae.

MIRMILLŌNES, *ſ.* MYRMILLONES, um. m. *Gladiatorum genus.* Feſtus, Retiario (*inquit*) pugnanti aduerſus mirmillonem cantatur, Non te peto, piſcem peto, quid me fugis Galle? Quia mirmillonicum genus armaturae, Gallicum eſt: ipſique Mirmillones ante Galli appellabantur, vt quorum galeis piſcis effigies inerat. Quod genus pugnae inſtitutum eſt a Pittaco, vno ex ſeptem ſapientibus, qui aduerſus Phrynonem (*Athenienſium ducem*) dimicaturus, propter controuerſias finium, quae erant inter Atticos et Mitylenaeos, rete occulte allato, impediuit Phrynonem. *Haec Feſtus, cuius narratio ita expleri poteſt ex Strabone, ipſoque perempto agrum ſuis ſeruauit. Vid. Diogenem Laërtium in Vita Pittaci.* Cicero *et* Gladiatorem M. Antonium, *et* Mirmillonem *ſaepe vocat* Phil. 6, 10 Etiamne ab hoc mirmillone Aſiatico Senatus mandata legatorum verba audientur? Ibid. 5, 29. *Quae loca explicans Turnebus ſic inquit,* Mirmillo *in amphitheatralibus ſpectaculis Gallica erat armatura; vox autem de Graeco deflexa, vt quae in aliud ſolum transplantata ſunt, ingenio loci et caeli mutantur, leuiter quoque mutata eſt. Nam quod ea armatura fortiſſimorum erat hominum, quales opinione hominum fuerant antiqui* Myrmidones *Achillis milites, et habebantur Romanorum ſententia* Galli, Myrmillonesque *de Graeca illa fortiſſima natione appellabantur, idcirco gladiatoribus hoc nomen haeſerat. Nam* D *in* L *mutari Vlyſſes perſpicue oſtendit, qui eſt Graece* Ὀδυσσεύς, *ne plura commemorem. Haec ille. Vid.* Sequitur in SEQVOR. *Conf.* Schol. Iuuenal. 8, 199. *Valeſ. in* Ammian. 23 *extr.* p. 385. Lipſ. Sat. 2, 2, 10.

MIRMILLONICVS, a, um. Adi. Feſtus Retiario Mirmillonicum genus armaturae Gallicum eſt.

MIRMILLONIVM, i. n. *Armaturae Gallicae nomen.* Schol. Iuuen. 8, 199.

MIROR, āri, [θαυμάζω, ἄγαμαι] *Eſt de re aliqua commoueri, tanquam incognita et magna. Vid.* Non. 4, 302. Virg. Aen. 1, 460 Artificumque manus inter ſe, operumque laborem Miratur. Cic. Verr. 4, 124 Nimium forſitan haec illi mirentur atque efferant. Id. Acad. 1, 46 Qui quum ab eo plurimum diſſentiret, vnum tamen praeter caeteros mirabatur. Dona mirantur Aeneae, mirantur Iulum Virg. Aen.

Aen. 1, 713. Illud iam mirari deſino, quod multo magis ante mirabar Cic. de Orat. 2 c. 14. Se ipſe miratur Catul. 20, 17. Magnopere mirari, *vid.* MAGNVS. Cic. Acad. 4 c. 19. Stulte aliquid Hor. Epiſt. 1, 1, 47. ¶ 2 *Obſeruationes:* Mirari, Cum voluptate intueri, delectari, accendi, *inquit* Nonius 4, 302. Virg. Georg. 3, 49 Seu quis Olympiacae miratur praemia palmae. Inſueuit exercitus Populi Rom. vaſa caelata mirari Salluſt. Cat. c. 11. *Hinc* Mirari, *Imitari.* Virg. Aen. 8, 517 Primis et te miretur ab annis. *Vbi* Seruius: Miretur, Imitetur. Lucan. 9, 810 — Miratorique Catonis. *Optima enim ingenia neceſſe eſt, vt ea quae mirantur, imitentur. Sic* Superos mirata vetuſtas Lucan. 3, 106. Te paruos litnos et bella loquentem miretur, ſub te puerilia tela magiſtro venator ferat Val. Flacc. 1, 68. *Hinc de adulatoribus:* Neque ita aut adulatus aut Miratus fortunam ſum alterius, vt me mei poeniteret Cic. de Diu. 2 c. 2. Loquitur ad voluntatem; quidquid denunciatum ſit, facit: aſſentatur, aſſidet, miratur Idem in Parad. Mirari ſe, *eſt ſibi placere* Martial. 13, 2. Catull. 22, 17 *de Suffeno,* Neque idem vnquam Aeque eſt beatus, ac poëma cum ſcribit: Tam gaudet in ſe, tamque ſe ipſe miratur. Mirari, *Neſcire;* quia (*inquit* Donatus) admiratio ab ignorantia deſcendit. Ter. Andr. 4, 5, 11 Miror vnde ſit. *Et* Plaut. Prol. Aulul. *pr.* Ne quis miretur qui ſim, paucis eloquar. *Sed* Per mare vt vectus, nunc oculi tui terram mirantur Idem Merc. 2, 3, 37. *inſuetus es telluris, nondum recepiſti te ab illa iactatione maritima.* Mirari, *ad inanimata translatum.* Virg. Georg. 2, 82

Et ingens
Exiit ad caelum ramis felicibus arbos;
Miraturque nouas frondes, et non ſua poma.

Miror, *cum genitiuo laudis, vel vituperii.* Virg. Aen. 11, 126 Quibus caelo te laudibus aequem? Iuſtitiaene prius mirer, belline laborum? *intell.* gratia, cauſa, ἕνεκα. Miror non iuſſiſſe me arripi Ter. Heaut. 2, 3, 48. Te ad me nihil ſcribere Pomp. ad Domit. ſub Cic. Att. 8, 12. Mirari ſe, *eſt Sibi placere, et de ſe magnifice ſentire.* Martial. 13, 2. Catull. 20, 7. Miror, *abſolutum.* Ter. Heaut. 2, 3, 134 Laudabis. S. vide ſis. CLI. tutemet mirabere. Miraretur quis, quum cerneret aperto mari ab altera parte, *etc.* Liu. 34, 9 *pr.* Cic. de Amicit. 53 Quamquam miror in illa ſuperbia et importunitate, ſi quemquam habere potuit, *i. Neſcio an potuerit.* Ter. Andr. 1, 2, 4 Mirabar, hoc ſi ſic abiret. Cic. de Senect. 43 Dicebant mirari ſolitum C. Fabricium, quod quum apud regem Pyrrum legatus eſſet, audiſſet e Theſſalo Cynea Athenis quendam eſſe, qui ſe ſapientem profiteretur. Miror qui ex Piraeeo abierit Ter. Eun. 2, 2, 59. Miror quapropter haec curet Plaut. Amph. Prol. 87. Miror quomodo Ter. Heaut. 5. 3, 2. Satis mirari hominis negligentiam non queo Cic. Att. 10, 4 (5) *Et* de Nat. Deor. 1, 96 Mirari ſatis non poſſum vnde, *etc.* ¶ 2 Miro, as. Varro Eumenidibus, Hoſpes quid miras? Nonius 7, 105. *Add.* Id. 7, 56.

MIRANS, antis Partic. [θαυμάζων] Ouid. Met. 5, 206 Marmoreoque manet vultus mirantis in ore. Atque haec mirantibus addit Virg. Aen. 6, 854. *Add.* Id. Georg. 4, 363.

MIRĀTVS, a, um. Partic. *actiuae ſignificationis.* [τεθαυμακώς] Miratus praemia Virg. Georg. 3, 49. *Conf.* Idem Ecl. 6, 61. Hor. Carm. 4, 9, 15 Et aurum veſtibus illitum Mirata, regalesque cultus. ¶ 2 *Paſſiue.* Iuuenc. 3, 58 Mirata Virginis arte.

MIRATIO, ōnis. f. [θαυμασμός] Cic. de Diuin. 2, 49, c. 22 Cauſarum enim ignoratio in re noua mirationem facit; eadem ignoratio ſi in rebus vſitatis eſt, non miramur.

MIRĀTVS, ûs. m. Senec. Epiſt. 94 Alia deinceps digna miratu. *Poteſt eſſe ſupinum.*

MIRĀTOR, ōris. m. [θαυμαστής] *Qui miratur, et ſtupet, atque vehementer commouetur in aliqua re.* Martial. 10, 87 Mirator veterum ſenex auorum. *Conf.* Lucan. 9, 807. Cunni mirator Cupennius albi Hor. Serm. 1, 2, 36. Decoris Ouid. Met. 10, 590. Formae mirator honeſtae Propert. 2, 13, 9. Mirator tantum Sui Sen. de Vita Beata c. 8. Rerum Ouid. Met. 4, 640.

MIRĀTRIX, īcis. f. [θαυμαστίς] Turba miratrix Iuuen. Sat. 4, 62. Fama miratrix ſenioris aeui Senec. Hippol. 742. Vetuſtas ſui miratrix Lucan. 4, 655.

MIRANDVS, a, um. Adi. [θαυμαστός, θαυμάσιος] *Dignum admiratione.* Ter. Andr. 5, 4, 36 Mirando hoc tanto, tam repentino bono. Femina miranda decore magno Sabin. Epiſt. Ouidian. 3, 37. Accidit mirandum Senec. Medea 12. Quae mihi minime miranda Acciderunt Cic. Fam. 3, 10. Haec dum Aeneae miranda Videntur Virg. Aen. 1, 498. Loqui miranda Sil. 3, 621. Eſt vero mirandum, homines quibus odio ſunt noſtrae ſecures, libenter arripere facultatem laedendi Cic. pro Flacc. 19. Mirandum in modum Concupiſcere Idem Att. 9, 7. Idem Fam. 15, 9 (8) Marcellum tuum Conſulem factum, teque ea laetitia affectum eſſe quam maxime optaſti, mirandum in modum gaudeo. Idem pro Planc. 19 Mirandum in modum laetati ſunt. Idem Att. 1, 2 Sed mirandum in modum eſt animo abalienato. *Et* Verr. 4, 134 Quoniam mirandum in modum Graeci rebus iſtis, quas nos contemnimus, delectantur.

MIRABVNDVS, a, um. Adi. [θαμβῶν] *Qui miratur.* Liu. 25, 37 Extemplo improuida res pauorem incutit Poenis mirabundique vnde tot hoſtes tam ſubito exorti, *etc.* *Conf.* Idem 3, 38. *et* 4, 33.

MIRVS, a, um. Adi. [θαυμαστός, δαιμόνιος] *Miratione dignus.* Plaut. Pſeud. 1, 5, 97 Si abſtuleris, mirum et magnum feceris facinus. Plin. 12, 9 Mira arborum natura. Me mirum deſiderium tenet vrbis, incredibile meorum Cic. Fam. 2, 10. Facies mira Lucret. 5, 836. Fauor mirus apud populum Tacit. Ann. 1. Honore miro colere aliquem Virg. Aen. 4, 458. *Sic* Idem Aen. 7, 57 Adiungi generum miro properabat amore. More miro perdere aliquem Ouid. Met. 13, 670. Nouitas mira idem ibidem 15, 408. Praecepta Hor. Serm. 2, 3, 34. Mirus in omni reliqua diligentia Plin. 2, 108. Mira, apud veteres pro Monſtris atque horrendis *vid.* Non. 12, 15. Plaut. Amphit. 5, 1, 64 Mira memoras, nimis formidoloſum praedicas facinus. *Add.* ibid. v. 53. Mira Auſus Vell. 2, 61, 1. Facere quid miri Hor. Serm. 1, 5, 102. Efficere multa et mira Lucret. 5, 1181. Mira ſunt niſi Plaut. Amphit. 1, 1, 127. *Conf.* Id. Bacch. 3, 3, 46. Mirum; *Reſponſio aduerbii cuiusdam formam habens.* Ter. Eun. 3, 1, 13 Verum credere omnem exercitum, conſilia. G. mirum. Et mirum Scribon. 207. Magis mirum, *vid.* MAGIS. Minime mirum eſt Cic. Verr. 4, 102. Minime mirum tibi debet Videri Idem Fam. 10, 31. Mirum cur Ter. in Prol. Heaut. 1. Cic. de Amicit. 32 Ab iis, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe diſſentimus: nec mirum, nihil enim altum, nihil magnificum. Idem Acad. 4, 111 Ne illam quidem praetermiſiſti Luculle reprehenſionem Antiochi; nec mirum. Mirum eſt quod Plin. 12, 4. Non mirum fecit vxor mea, ſi hoc aegre tulit Ter. Hec. 4, 4, 87. Mirum de illo Plaut. Amphit. 2, 2, 198. Idem Andr. 3, 4, 19 Age igitur, vbi nunc eſt ipſus? D. mirum ni domi eſt. *Add.* Idem Eun. 2, 3, 52. Mirum eſt quod hac de re tradere hominum notitiae poſſumus Plin. 3, 5. Plaut. Aul. 1, 2, 7 Mirum quin tua nunc me cauſa faciat Iupiter Philippum regem, aut Darium triuenefica. Idem Trin. 4, 2, 125 Mirum quin ab auo eius aut proauo acciperem qui ſunt mortui. *Add.* Id. Amph. 2, 2, 118. Ter. Andr. 4, 1, 27 Quid iſtuc tam mirum eſt, ſi de te exemplum capit? Mira vero militi quae placeant Idem Eun. 2, 2, 57. *Vbi* Donatus, Mira pro mirum, et eſt ἰρωνεία. Quid mirum eſt, inquit, facete loqui eum, qui militi placeat? Liu. 1, 16 Mirum quantum illi viro haec nuntianti fides fuerit. Pro Mirum eſt quantum. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 6, 620. Mirum in modum deludi, *i. in maiorem modum, quaſi infra rationem* Plaut. Amph. Arg. 1 v. 7. Plin. 17, 24 Tangi odore mirum in modum. Plaut. Amphit. 3, 1, 14 Totam miris modis noſtram video turbatam familiam. Miris modis viſenda animalia Virg. Georg. 4, 309. Nimium miris modis, *vid.* NIMIS. ¶ 2 *Pro* nouo, *it.* egregio, *neque non* pro triſti *ac* duro *nonnunquam ſumi vult Giſan. in Ind. Lucret. Sed nempe* Mirus *in talibus gradum indicat ſingulariter magnum eius qualitatis, de qua aliunde ex ipſo orationis contexto conſtat.* *Compar.* Mirior, mirius, Feſtus ex Titinnio, *et* Nonius 2, 515 *ex* Varrone *attulerunt.*

MIRE. Adu. [θαυμαστῶς] *Pro Miro modo, ſiue Mirabiliter.* Ter. Heaut. 5, 1, 25 Sed ille tuus quoque Syrus idem mire finxit filium. Cic. Att. 16, 11 Puero municipia mire fauent. Pudor illum mire Decuit Sen. Ep. 11. Lucret. 4, 752 Tenuis enim mens eſt, et mire mobilis ipſa.

MIRIFĬCVS, a, um. Adi. [θαυμαστὸς] *Quod mirari facit, admirationem affert.* Cic. de Senect. 9 Quum diu multumque vixeris, mirificos afferunt fructus. Idem Fam. 1, 9 Mirificum me tibi comitem praebuiſſem. *Et* Fam. 15, 10 Mirificus generis ac nominis veſtri fuit erga me ſemper animus. *Sic* ad Brut. 3 Caeſaris vero pueri mirifica indoles virtutis. Gratias agere alicui Cic. Att. 14, 13. Idem ibidem 4, 10 Nos hîc voramus literas cum homine mirifico Dionyſio. *Hunc* Dionyſium Epiſt. 7, 7 *vocat* Virum optimum et doctiſſimum. Structura carminis mirifica Ouid. ex Pont. 4, 13, 5. Voluptatem cepi Cic. Fam. 5, 11. *Superl.* Ter. Phorm. 5, 6, 31 Atqui mirificiſſimum. Auguſt. de Ciu. Dei 18, 42 *pr.* Mirificentiſſimum *dixit* potentiam Alexandri Macedonis.

MIRIFĬCE. Adu. [θαυμαστῶς] *Pro Mirum in modum.* Scrib. *frequenter.* Cic. de Orat. 1, 57 c. 13 Ac iam tum erat adoleſcentulus his ſtudiis mirifice deditus. Idem Acad. 1, 33 Quas mirifice Plato erat amplexatus. Ibid. 4, 5 Delectabatur autem mirifice lectione librorum. *Conf.* Idem Fam. 2, 11. Amare aliquem mirifice, *vid.* AMO. Conturbari mirifice Cic Att. 6, 3. Diligi ab aliquo Id. de Nat. Deor. 1 c. 21. Loqui mirifice Catul. 82, 3.

MIRIFICENTIA, ae. f. *Admirabilitas.* Chryſolog. Serm. 63 Mirabilium mirificentiam eſſe peruidemus.

MIRIFĬCO, āre. [θαυμαστόω] *Mirabilem facere. Laudatur* Plaut. Amphit. 2, 2, 46 Quamquam adeo Thebani ciues modo miro mirificant, probam. *Sed e MSS.* Rumificant. *Lambin. et al.* Nonius 2, 748 Rumiferant. Geſtit et athletam Mirificare ſuum Eugen. Tolet. Carm. 9.

MIRABĬLIS, e. Adi. [θαυμάσιος, ἔκπλαγος] *Admiratione dignus.* Cic. Off. 1 Quare ex multis mirabilibus exemplis haud facile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius, aut praeſtantius. Idem de Amicit. 44 c. 13 Quibusdam quos audio ſapientes fuiſſe habitos in Graecia, placuiſſe opinor mirabilia quaedam. Nil adeo magnum, nec tam Mirabile quidquam Principio, quod non minuant mirarier omnes Paullatim Lucr. 2, 1026. Cupiditas Nep. 1, 5, 1. Mirabilis illi Hor. Epiſt. 1, 6, 23. Donum mirabile Virg. Aen. 1, 656. Effigies fama mirabiles Plin. 7, 3. Factum Ouid. Met. 4, 271. Cic. Att. 5, 13 Mirabilem in modum Epheſi praeſto fuit. Opus viſu Hor. Epiſt. 2, 2, 91. Opus mirabile magni mundi Tibull. 4, 1, 18. Dictu mirabile Virg. Aen. 1, 443. Cic. Parad. 5, 1. Plin. 13, 4 Iam in Aethiopiae fine quinque earum nec plures arbores tradunt, non raritate magis, quam ſuauitate mirabiles. *Compar.* Cic. Acad. 4, 2 Idque eo fuit mirabilius, quod ab eo laus imperatoria, *etc.* Quo Mirabiliora feciſti, eo me maior exſpectatio tenet Cic. de Orat. 2 c. 18. Mirabilior es quam Alexander Liu. 9, 18. Nihil illa Victoria mirabilius Vell. 2, 52, 4. Vir mirabilior Senec. Epiſt. 9. *Superl.* Columel. 6, 36 Mirabiliſſima ſoboles.

MIRABILĬTER. Adu. [θαυμασίως, ἀγαμένως] Cic. Fam. 13, 17 Satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. Idem Fam. 11, 14 Mirabiliter mi Brute laetor, mea conſilia, measque ſententias a te probari. Mirabiliter de te et Loquuntur et Sentiunt Cic. Fam. 4, 13. Mirabiliter Mutata voluntas Nep. 10, 10, 2. *Compar.* Cic. de Orat. 1, 94 c. 21 Qui mirabilius et magnificentius augere poſſet. *Add.* Id. Partit. c. 5.

MIRABILĬTAS, ātis. f. *i. Admiratio.* Cic. Off. 2, 38 c. 11 Ergo et haec animi deſpicientia mirabilitatem magnam facit. *Ex* Non. 8, 53. *Alia exemplaria paſſim legunt* Admirabilitatem. Operum mirabilitas Lactant. 7, 4.

MIRACŬLVM, i, n. [θαῦμα, ἀπόλιον] *Quidquid admirationem afferre poteſt.* Feſtus, Miracula quae nunc digna admiratione dicimus, antiqui in rebus turpibus vtebantur. Plin. 10, 52 Generatio auium ſimplex eſſe videtur, cum et ipſa ſua habeat miracula. Ingenioſa miracula facit natura, *vid.* INGENIVM. Vigil incautius miraculo Magnitudinis in eos, qui ferebant *aprum,* verſus Liu. 25, 9. Monſtri alicuius miracula Ouid. Met. 7, 294. Mundi Plin. 36, 12 ſeqq. Ceſſare a miraculis, *i. Miraculis vacare ſeu carere* Plin. 2, 103. Virg. Georg. 4, 441 Omnia transformat ſeſe in miracula rerum, *i. in monſtroſas formas, de Proteo.* Liu. 2, 7 *pr.* Adiiciunt miracula huic pugnae, ſilentio proximae noctis ex ſilua Arſia ingentem editam vocem. *Vid.* Non. 12, 15. Miraculo eſſe Liu. 25.

MIRACŬLA, ae. f. *Scortum.* Plaut. Fragm. 1, 13 Diobolares, ſceniculae, miraculae. Miraculae, inquit, Varro L. L. 6, 3 a miris, id eſt monſtris a quo Accius ait, perſonas diſtortas, oribus deformes, miriones. *Conf.* Feſt. *et Taubm. ad* Plaut. p. 1465.

MIRACVLŌSVS, a, um. Adi. *et*

MIRACVLŌSE. Adu. *apud* Auguſtin.

MIRIO, ōnis. m. *Qui omnia admiratur.* Solent iſti Miriones aedificari

ficari in ruinam Tertull. de praeſcr. c. 1. *Conf.* Varronis *locum in* Miracula *prolatum.*

M I S

MIS. [μῦ] *Genitiuus antiquus a pronomine* Ego. Ennius *ap.* Priſc. l. 13 Ingens cura mis eſt concordibus aequiparare. *Conf.* Plaut. Capt. 3, 5, 107. *et* Trin. 4, 1, 3.

MISANTHRŌPOS. [μισάνθρωπος] *Latine Oſor hominum dicitur.* Cic. Tuſc. 4, 25 c. 11 Vt in hominum vniuerſum genus, quod accepimus de Timone, qui μισάνθρωπος appellatur, vt inhoſpitalitas eſt.

MISARGYRIDES, ae. m. *Argenti oſor; ex μισέω odi, et ἄργυρον argentum.* Plaut. Moſt. 3, 1, 41.

MISCEO, miſcui, miſtum, ēre. [μίγνυμι, κιρνάω, κυκάω, φύρω, παλύνω, κεραννύω] *Confundere. Metaphorice autem interdum, ſicut ipſum quoque confundere, ſignificat turbare, ſine ratione perturbateque facere. Sedem habet in medicina, vt* Miſcere melle Scribon. 69. — in melle 173. Miſceri reſinae 238. — oleo 175. — paſſo 246. — ſuperioribus 238. Manibus miſceri 257. Virg. Aen. 1, 128 Interea magno miſceri murmure pontum. *i. turbari.* Plaut. Pſeud. 1, 1, 72 Dulce amarumque vna nunc miſcens mihi. Miſcere vinum aqua, *et* Miſcere aquam vino. Plin. 7, 56 Vinum aqua miſceri Staphilus docuit. Columel. 6, 4 Multi largo ſale miſcent pabula. Id. 7, 5 Facit autem commode primum ea compoſitio, quam paullo ante demonſtrauimus, ſi ad faecem et amurcam, ſuccumque decocti lupini miſceas portione aequa detritum album helleborum. In vnum miſcere Scribon. 8. 16. 71. *etc.* Miſcere, *Dare bibere.* Cic. de Finib. 2, 17 c. 5 Dico ergo in eadem voluptate eum, qui alteri miſceat mulſum, ipſe non ſitiens, et eum, qui illud ſitiens bibat. Ouid. Met. 10, 160 Arripit Iliadem qui nunc quoque pocula miſcet: Inuitaque Ioui nectar Iunone miniſtrat. *Metaph.* Ter. Heaut. 4, 4, 33 Ita tu iſtaec tua miſceto, ne me admiſceas. Omnia armis tumultuque Vell. 2, 74, 3. Quando ille plura miſcebat? Cic. pro Mil. c. 9. Victoria elatus plurima miſcere coepit et maiora concupiſcere Nep. 4, 1, 3. Cic. ad Octau. Quibus ille ſeptus omnia miſceret, nulli parceret, ſibi viueret. Idem pro Roſc. Amer. 91 Qui tanquam ſi offuſa Reip. ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebris, omniaque miſcebant. Miſcere, *abſolute, pro Miſcere omnia.* Cic. Q. Frat. 3, 9 Pompeius abeſt: Appius miſcet. Id. de Legib. 3, 19 Omnia infima ſummis paria fecit, turbauit, miſcuit. *Add.* Id. de Reſp. Aruſp. c. 22. Caelum miſcetur magno murmure *turbatur, vt* Pontus Virg. Aen. 1, 128. Id. Aen. 4, 160. Certamina miſcere Liu. 2. Procax libertas Ciuitatem miſcuit Phaed. 1, 3, 2. Comas canities miſcuerat Ouid. Triſt. 4, 10, 94. Conſilia cum Veſtino non miſcuerant Tacit. Ann. 15, 68. Corpus cum matre Cic. de Diuin. 1, 60 c. 29. Cum amico omnes Curas, omnes Cogitationes tuas miſce Sen. Ep. 3. Domus miſcetur miſero tumultu *turbatur* Virg. Aen. 2, 486. Falſa veris miſcere Senec. Herc. fur. f. 12. Graeca verbis Latinis Hor. Serm. 1, 10, 20. Incendia Virg. Aen. 2, 329. Cic. Tuſc. 4, 77 Maior mihi moles, maius miſcendum eſt malum, *ex Poëta.* Id. in Catil. 4, 6 Ego magnum in Rep. furorem, et noua quaedam miſceri, et concitari mala iampridem videbam. Manus vtrinque Mauors dubias miſcet Propert. 2, 28. Maria omnia caelo miſcuit Virg. Aen. 5, 791. Mel miſcetur Scribon. 121. Moenia diuerſo miſcentur luctu Virg. Aen. 2, 298. Gentes diuerſas commercio miſcere Plin. in Paneg. c. 29 *pr.* Oſcula blandis verbis Ouid. de Arte Am. 1, 663. Otia cum duris venatibus Idem Met. 4, 307. Pacem duello miſcuit Hor. Carm. 3, 5, 38. Pectora miſcentur vario motu Virg. Aen. 12, 223. Populi miſcentur Id. Ibid. 4, 112. Praelia miſcere Id. Georg. 2, 282. Rempublicam iniquis imperiis miſcere Cic. de Lege Agr. 2, 90. Sacra profanis Hor. Epiſt. 1, 17, 54. Se partibus Vell. 2, 86, 3. Sortes Fortunae monitu manu pueri miſceri atque duci Cic. de Diuin. 2, 86. Stultitiam miſcere conſiliis Hor. Carm. 4, 12, 27. Summa imis Vell. 2, 2, 3. Si terra mari miſcebitur, et mare caelo Lucret. 3, 854. Triſtia miſcentur laetis Ouid. Faſt. 6, 463. Tumultum miſcere in concione Liu. 8, 32. Vada miſcentur aeſtu arenae Virg. Aen. 3, 557. Vagor miſcetur funere Lucret. 2, 576. Vtile dulci miſcuit Hor. de Arte Poët. 343. Vtilia honeſtis Tacit. in Vit. Agric. *De conſtructione cum ablat. Vid. Burm. ad* Ouid. Faſt. 6, 170. Miſceri, *pro Coire.* Virg. Aen. 7, 661 Mixta deo mulier. Socero miſta eſt Sulp. Seuer. Hiſt. 5, 1, 1. Miſcuerunt, *triſyllabum apud* Virg. Georg. 2, 129 Miſcueruntque herbas, et non innoxia verba: *niſi placeat penultimam corripi, vt in* Contigerunt Ouid. Faſt. 1, 592.

MISCENS, entis. Partic. Phaedr. 1, 29, 10 Hoſti dolorem damno miſcens ſanguinis. Vis tellurem diluuio miſcens Virg. Aen. 12, 205.

MISCENDVS, a, um. *Aliud* Partic. [μικτέος] Ouid. Epiſt. 4, 9.

MISTVS, *vel vt aliis placet*, MIXTVS, a, um. Partic. [μεμιγμένος] *h. e. Temperatus.* Acetum melle mixtum Scribon. 188. Mixtum aquae 121. — aqua 135. 189. 192. — cum oleo 40. — oleo 250. Liu. 3, 6 *pr.* Ea colluuio miſtorum omnis generis animantium, *etc. i. inter ſe ſtabulantium arcte.* Miſtus pluribus Plin. Epiſt. 7, 27. Cic. pro Lege Manil. 28 Quod denique genus belli eſſe poteſt, in quo illum non exercuerit fortuna Reipublicae? Ciuile, Africanum, Tranſalpinum, Hiſpanienſe, miſtum ex ciuitatibus, atque ex bellicoſiſſimis nationibus, ſeruile, nauale, *etc.* Idem Off. 3, 119 Nec vero finis bonorum et malorum, qui ſimplex eſſe debet, ex diſſimillimis rebus miſceri et temperari poteſt. Amor voluptate et moleſtia miſtus Cic. de Vniuerſ. 38 c. 12. Grauitas modeſtiae in oratione miſta Id. Off. 2, 49. Genus miſtum Virg. Aen. 6, 25. Genus hominum varium, miſtum, et turbulentum Cic. in Catil. 2, 21. Mixto Humore Lucret. 6, 377. *Add.* 2, 466 *et* 470. Lacrimae miſtae riſu Stat. Silu. 2, 1, 47. Ploratus vagitibus Lucret. 2, 579. Puellae curſitant miſtae pueris Hor. Carm. 4, 11, 2. Cic. de Nat. Deor. 1, 75 c. 27 Nec ille fuſus et candore miſtus Rubor ſanguis eſt, ſed quaedam ſanguinis ſimilitudo. Miſto Sanguine Lucret. 1, 866. *Conf. ibid.* v. 775. Tumultu miſto exorta laetitia Virg. Aen. 3, 99. Ventus grandine Ouid. Faſt. 4, 626. Verbera cum verbis Id. Epiſt. 10, 38. *Superl.* Paterc. 2, 98, 3 De L. Piſone hoc omnibus ſentiendum ac praedicandum eſt, eſſe mores eius vigore ac lenitate miſtiſſimos: et vix quenquam reperiri poſſe, qui aut otium validius diligat, aut facilius ſufficiat negotio.

MISTIM, *et* MIXTIM. Adu. Suet. Tiber. 33 Aſſidebat miſtim, *promiſcue.* *Et* Lucret. 3, 567 Per venas et viſcera mixtim.

MISTIO, *et* MIXTIO, ōnis. f. *Miſcendi actus, et res ipſae miſtae.* Vitruu. 1, 4 Aliam mixtionem habet. Amarae Mixtiones *ibid. et ſic paſſim.* *Et* Pallad. 1, 34 Funes ſparteos hoc genere miſtionis inducere. Cineris Miſtione terra ſoluta Pallad. Nou. tit. 7. *Vid. Andr. Borrich. Vindic.* p. 58 (50)

MIXTVS, ûs. m. Columel. 6, 37 Auitus color primordii ſanguinis mixtu redditur nepotibus. Mixtu gemino ſubſtantia Tertull. *ſ.* Cyprian. Geneſ. c. 2.

MISTŪRA, *et* MIXTVRA, ae. f. [κέρασμα, μίξις] *Idem.* Moderatura, *ait* Nonius 8, 58. Varr. de Vit. Pop. Rom. 1 Sed quod ea propter talem miſturam immoderatam ex aquis cunctis, quod temperatura moderatur in Romuli vita triplices ciuitates Columel. 7, 5. Generum Quinctil. 6, 3. Iocorum miſtura Martial. 8, 1. Incredibilis mixtura Plin. 37, 6. *Add.* Lactant. 2, 9. Arnob. 2 p. 79. Rerum miſtura Lucret. 2, 977.

MIXTARIVS, *vel* MISTARIVS, i. m. *Crater: e quo nomine ad literam expreſſum videtur.* Lucil. *apud* Non. 15, 30 Vrceus aut longa geminus miſtarius anſa.

MIXTITIVS, a, um. Adi. Hieron. in Ierem. c. 25.

MIXTIX, ícis. *Sociabilis.* Petron. Fragm. Tragur. p. 17 c. 45 Non eſt mixtix. *Vid. ibi Reineſ.*

MISCELLANEVS, a, um. Adi. [σύμμικτος] *a miſtura indiſcreta rerum dici, ſignificare videtur* Gell. praef. Quia variam et miſcellaneam, et quaſi confuſaneam doctrinam conquiſiuerunt, eo titulos quoque ad eam ſententiam exquiſitiſſimos indiderunt. *Sed quidam legunt* Miſcellam. Aera, *vt* Corinthia: *vid.* Petron. Fragm. Petron. c. 50 p. 33. Apul. in Met. 3 *pr.* Nec mora cum magna irruptione patefactis aedibus, magiſtratibus eorumque miniſtris, turbae miſcellaneae cuncta completa. *Hinc quidam opera ſua* Miſcellanea *inſcripſerunt, in quibus variis de rebus tractatur.* Iuuen. Sat. 11, 20 Sic veniunt ad miſcellanea ludi. Vetus ſcholiaſtes Miſcellanea *interpretatur* Cibum gladiatorum; *alii vero Ludi genus eſſe dicunt.* *Conf.* Suet. Calig. c. 20. *et ibi Torrent. itemque Scalig. 5. de Emend. Temp. p. 449.*

MISCELLVS, a, um. Adi. [ἐπίκοινος] *Quod miſtum eſt.* Genus columbarum miſcellum, *vocat* Varr. *Quod nec agreſte eſt, nec domeſticum, ſed ex vtroque temperatum* R. R. 3, 7. Ludos miſcellos Lugduni edidiſſe *Caligulam ſcribit* Sueton. in Caligula c. 20. Vites miſcellae, *Quae in omni agro conueniunt, quod nempe ex omni genere miſtae ſunt,* Cato de R. R. c. 6, 5. Varr. de R. R. 1, 54 Nam et praecox, et miſcella, quam vocant nigram, multo ante coquitur. Vuas miſcellas *appellat* Cato c. 23 *Quibus praeliganeum vinum fit, quod operarii bibant.*

MISCELLIO, ōnis. m. Feſtus, Miſcelliones appellantur, qui non certae ſunt ſententiae, ſed variorum mixtorumque iudiciorum.

MISCIPVLO, are. Miſcipulat, ποππύζει Gloſſ.

MISELLVS, *vid.* MISER.

MISĒNVM, i. n. [Μισηνόν] *Promontorium eſt prope Cumas, nomen habens a* Miſeno *tubicine Aeneae: cuius meminit* Hor. Serm. 2, 4, 33 Oſtrea Circeis, Miſeno oriuntur echini.

MISĒNVS, i. m. [Μισηνὸς] Aeneae fuit tubicen, qui dicitur filius fuiſſe Aeoli, vnde et Aeolides dicitur, quia conſtat ſonum omnem ex vento creari. Seruius *in illud* Virg. Aen. 6, 164 Miſenum Aeoliden, quo non praeſtantior alter Aere ciere viros, Martemque accendere cantu.

MISENENSIS, e. Adi. *vt,* Villa Miſenenſis Phaedr. Fab. 2, 6, 8.

MISENATES, um. m. *Incolae.* Veget. de Re Milit. 4, 31.

MISER, ĕra, ĕrum. Adi. [ἄθλιος, σχέτλιος, τάλας, ταλαίπωρος] *Calamitoſus, aerumnoſus, infelix.* Ter. Eun. 3, 2, 24 Apparet ſeruum hunc eſſe domini pauperis, miſerique. Cic. pro Planc. 78 c. 32 Quo quidem etiam magis ſum non dicam miſer (nam hoc quidem abhorret a virtute verbum) ſed certe exercitus. *Non vult ſe* Miſerum *dicere, dicit* Exercitum. Miſeros conuicia non decent Iuſtin. 14, 4, 4. Aerumnoſus, infelix, miſer Cic. in Parad. 1. Laborioſos, non miſeros, qui magnos dolores perferunt, ſolemus dicere Id. Philip. 11, 8. Animi miſer Plaut. Milit. 4, 2, 76. Animo miſer Id. Truc. 2, 7, 36. Ambitionis miſer Plin. in Paneg. 58, 5. Miſer ex animo Plaut. Stich. 1, 1, 1. Miſer amplius aequo Lucret. 3, 965. Miſer, *Aegrotus. Nam aegritudo, genus eſt infelicitatis.* Plaut. Poen. 5, 2, 43 Miſeram eſſe praedicat buccam, ſibi fortaſſe medicos non eſſe putat. Miſer, Fatigatus, laſſus, *vt interpretatur* Donatus *ad* Ter. Eun. 5, 2, 7 Miſerrimus fui fugitando. Miſer, Innocens aliquando dicitur, *teſte* Aſconio *in illud* Verr. 1, 41 Ille miſer quum eſſet, *etc.* Cic. pro Milon. 63 Miſeros interdum ciues optime de Rep. meritos. Fortiter ille facit, qui miſer Eſſe poteſt Martial. 11, 57. Ferre opem miſeris Ouid. in Ibin 576. Finxit fortuna me miſerum Virg. Aen. 2, 80. Fieri miſerum Lucret. 3, 880. Prouide ei, de qua ſcis me miſerrimum Eſſe Cic. Att. 11, 3 *extr. i. miſere ſolicitum.* Habere aliquem miſerum, *i. Affligere, moleſtiam exhibere alicui.* Plaut. Ciſt. 2, 2, 1 Anum ſectatus ſum clamore per vias; miſerrimam habui. *Conf.* Cic. Fam. 14, 7 *pr.* Omnes moleſtias et ſolicitudines, quibus et te miſerrimam habui — Tulliolamque — depoſui et eieci. Negare nihil miſeris et laborantibus Cic. pro Planc. 84 c. 34. Succurrere miſeris Virg. Aen. 1, 634. *Familiaris exclamatio eſt, qua ſe* miſeros *dicunt etiam leui de cauſa. v. g.* Ter. Adelph. 3, 1, 4 Miſeram me, neminem habeo. *Vbi* Donatus, Miſeram me, proprium eſt mulierum quum loquuntur, aut aliis blandiuntur. Sunt enim interiectiones alias dolentis, alias exclamantis, aut indignantis. *Sic* Ter. Hec. 1, 2, 58 Perii miſer. Idem Andr. 1, 5, 29 Miſera timeo incertum hoc quorſum accidat. ¶ 2 *Subſtantiua ordine literarum.* Nulla fides vnquam miſeros elegit Amicos Lucan. 8, 535. Ambitio miſera Hor. Serm. 1, 4, 26. Anni Propert. 3, 7, 59. Caedes miſerrima oritur Virg. Aen. 2, 411. Carmen miſerum ſtridenti ſtipula diſperdere Virg. Ecl. 3, 27. *Vbi* Seruius, Miſerum, triſte, flebile, quale canunt ſtipulae. Miſeriore ac duriore Conditione decertare Hirt. Bell. Gall. 8, 7. Corpus Ouid. Met. 9, 368. *Al.* Verſum. Cupido Hor. Epiſt. 1, 1, 33. Diuitiae Id. Serm. 2, 8, 18. Fames Id. Carm. 1, 21, 13. Formido Id. Serm. 2, 7, 77. Miſerrima eſt Fortuna, quae inimico caret Publius Syr. Fortuna miſerrima noſtra eſt Ouid. Triſt. 3, 11, 71. Fortunae miſerae multumque iactatae perfugium ac portum futurum hunc locum ſpero Cic. pro Cluent. 7. Fuga Ouid. de Arte Am. 2, 72. Furor Id. Met. 3, 479. Homines Lucret. 3, 51. Miſer, miſerior, miſerrimus Homo *quis?* Plaut. Capt. 3, 1, 1. Lateris miſeri dolor Hor. Serm. 2, 3, 29. Luxuria Propert. 1, 2, 32. Mens Plin. 2, 12. *i. ſuperſtitioſa.* Mentes ô miſeras hominum! Lucret. 2, 14. Miſeria miſerrima Plaut. Amph. 2, 1, 43. Modis miſeris diſtractus Lucret. 3, 506. Mors Virg. Aen. 10, 829. Mortales Id. Georg. 3, 66. Opes Ouid. Amor. 1, 10, 22. Pax Tacit. Ann. 3, 44. Pectus Ouid. Triſt. 1, 4, 6. Plebs Hor. Serm. 1, 8, 10.

Ad Preces miſeras decurrere Hor. Carm. 3, 29, 51. Querelae Ouid. Met. 2, 342. Vt ſtultae et miſerae omnes ſumus Religioſae Ter. Heaut. 4, 1, 36. Res Ouid. Triſt. 5, 7, 67. Res miſera et calamitoſa Cic. pro Roſc. Amer. 77. Id. Verr. 5, 100 O ſpectaculum miſerum atque acerbum, ludibrio eſſe vrbis gloriam! Vitam efficere deplorando miſeriorem Id. Tuſc. 1 c. 34. Vita Ouid. ex Ponto 4, 15, 5. In vita turpi et miſera commorari Cic. Q. Frat. 1, 3. Vrbes Hor. Carm. 4, 15, 20. Cic. Att. 3, 7 Quod de fratre vbi eum viſuri eſſemus, neſciebamus, quem quidem ego, nec quomodo viſurus, nec vbi dimiſſurus ſim ſcio; id eſt maximum et miſerrimum mearum omnium miſeriarum. Miſeri *ac* Seri *ſaepe a librariis confunduntur.* *Vid. Nic. Heinſ. ad* Valer. Flacc. 11, 234. *Brouckhuſ. ad* Tibull. 1, 5, 47. *et ad* Propert. 1, 15, 21. *Drackenb. ad* Sil. 4, 401.

MISERVM. Adu. Virg. Aen. 6, 21

Tum pendere poenas
Cecropidae iuſſi (miſerum) ſeptena quotannis
Corpora natorum.

Vbi Seru. Miſerum, dolentis interiectio, ac ſi diceret *Nefas.*

MISELLVS, a, um. Adi. dimin. [ὑποτάλας, ταλαίπωρος] *Quo vel tenerior amor erga miſerum, vel etiam contemtus indicatur.* Cic. Att. 3, 23 Meum Ciceronem, cui nihil miſello relinquo praeter inuidiam et ignominiam nominis mei, tuere quoad poteris. Idem Fam. 14, 4 Sed certe quoquomodo res ſe habebit, illius miſellae et matrimonio et famae ſeruiendum eſt. Pallium miſellum Plaut. Rud. 2, 6, 66. Spes miſella Lucret. 4, 1090.

MISERŬLVS, a, um. Catull. *apud* Non. 11, 63 Anima miſerula.

MISĔRE. Adu. [ἀθλίως] *Infeliciter.* Cic. Neque commoueri eius deſiderio poſſum, qui tam miſere periit. Idem de Finib. 3, 50 Quae nihil valerent ad beate miſereue viuendum. Idem Q. Frat. 1, 3 *pr.* Tua me inuidia, ac non ego te miſere perdidi. Miſere, *Valde, nimis.* Ter. Heaut. 1, 2, 16 Eam miſere amat. Idem Eun. 1, 1, 23 Haec verba vna mehercle falſa lachrumula, quam oculos terendo miſere, vix vi expreſſerit, reſtinguet. Diſcedere miſere quaerens, Ire modo ocyus Hor. Serm. 1, 9, 8. Miſere *hic idem valet quod Vehementer, vsque ad miſeriam.* Inuidere miſere Ter. Eun. 3, 1, 22. *Compar.* Senec. Controu. 5, 34 Nemo miſerius ſeruit. Nihil profecto grauius, nihil Miſerius, Roma, doluiſti Nazar. Paneg. c. 4. *Superl.* Senec. Epiſt. 63 Miſerrime lugent.

MISERĬTER. [ταλαιπώρως] pro Miſere apud antiquos. Laberius *ap.* Non. 11, 62 Mens incorrupta miſeriter corrumpitur. Catull. 64, 49 Ibi maria vaſta viſens lacrimantibus oculis, Patriam allocuta eſt ita voce moeſta miſeriter. *Conf.* Enn. *ap.* Priſc. l. 15.

MISERIA, ae. f. [ἀθλιότης, ταλαιπωρία] *Conditio hominis miſeri.* Cic. Tuſc. 2, 21 Gentes, noſtras flebunt miſerias. *Ex Poëta.* Leuis conſolatio ex miſeriis aliorum Cic. Fam. 6, 3. Miſerrima miſeria, *vid.* MISER. Aberrare a miſeria, *vid.* ABERRO. Capere miſeriam, *vid.* CAPIO. Commonere miſeriarum, *vid.* COMMONEO. Coopertus miſeriis, *vid.* COOPERIO. Eripere a Cic. Fam. 9, 13. Ferre miſerias et perferre, *vid.* PERFERO. Ferre opem miſeriis et calamitatibus alicuius Cic. de Diuin. 2. Idem Philip. 2, 24 c. 10 Quorum ſi vtrumuis perſuaſiſſem, in has miſerias nunquam incidiſſemus. Leuare miſeriis Id. Fam. 3, 8. Naſci in ſempiternam, *vid.* NASCOR. Cic. Tuſc. 1 c. 5. Premunt aerumnae et miſeriae aliquem Id. in Parad. 2. Id. de Fin. 3, 48 Ita qui proceſſit aliquantulum ad virtutis aditum, nihilo minus in miſeria eſt, quam ille, qui nihil proceſſit. Verſari in Id. Fam. 7, 3. Vindicare a Id. de Clar. Orat. 329. Perſequi, quod quisque vnquam vel contemtiſſimorum hominum dixerit, aut nimiae miſeriae, aut inanis iactantiae Eſt Quinctil. 1, 8, 18. *i. laboris aerumnoſi.*

MISERITŪDO, inis. f. [δειλαιότης] *Antiquum verbum.* Accius, Qui infelix miſeritudine factus eſt aliena, *vid.* Nonium 2, 521.

MISERIMONIVM, i. n. Laberius *apud* Nonium 3, 144 Tibi relictum eſt miſerimonium.

MISĔREOR, ēri. [ἐλεέω, ἐλεαίρω, οἰκτείρω, σπλαγχνίζομαι] *Deponens; et aliquando* MISEREO, ēre. *Eſt Ob alicuius miſeriam, Dolorem animo concipere. Genitiuo tantum iungitur.* Virg. Ecl. 2, 7 Nil noſtri miſerere. Cic. pro Corn. Balb. 64 Miſeremini eius, qui non de ſuo peccato, ſed huius ſummi et clariſſimi viri facto; non de aliquo crimine, ſed de periculo ſuo, de publico iure diſceptat. Id. ad Brut. 16 Ac veſtri miſerebor. Feſtus, Miſeretur is, qui miſerum ſubleuat. L. Craſſus *apud* Priſcian. 8 p. 824 Neque me minus veſtri quam mei miſerebitur. Aetatis Nep. 19, 4, 1. Eſuriei alicuius miſereri Cic. Fam. 8, 1. Laborum Virg. Aen. 2, 143. Qui miſereri Mei debent, non deſinunt inuidere Cic. Att. 4, 5. Sociorum inopum miſerere Iuuen. Sat. 8, 89. ¶ 2 Miſereo antiqui vſurpabant pro Miſeror. Ennius in Hecuba, Miſerete anuis, date ferrum, vt me anima priuem. Nonius 7, 58. *Conf. Heſſel. p. 247.* Miſereo, miſeres, *pro* Miſereor, eris, *apud antiquos vſitatum fuiſſe teſtatur* Priſcianus 8 p. 797. *et magis diſerte* p. 824 Miſereſco magis a Miſereo eſt, quo vetuſtiſſimi ſunt vſi. *Laudat* Ennium Annal. 5 Cogebant hoſtes, lacrimantes vt miſererent. Lucret. 3, 894 Ipſe ſui miſeret; neque enim ſe vindicat hilum. *i. Miſeretur. Imperſonal.* Cic. de Inu. 1, 48 c. 30 Commune eſt, quod omnes vulgo probarunt et ſecuti ſunt, huiusmodi, vt maioribus natu aſſurgatur, vt ſupplicum miſereatur. ¶ 3 *Vſitatiſſimum eſt* Miſeret *imperſ. q. d. miſeria afficit me. v. g.* Eorum nos magis miſeret, qui noſtram miſericordiam non requirunt, quam qui eam efflagitant Cic. pro Mil. c. 34. Ter. Eun. 4, 7, 32 Miſeret tui me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi. Cic. pro Ligar. 14 c. 5 Caue te fratrum pro fratris ſalute obſecrantium miſereat. Homines miſeret poenae Liu. 2, 5. Ter. Eun. 5, 5, 3 Quid eſt? PY. miſeret me; itaque, vt ne viderem, miſera huc effugi foras. Feſtus, Miſeret me, eadem forma dicitur qua Piget, poenitet, taedet. Sic deprecantis — totos quidem miſeruit Apul. Met. 8 p. 210. Me miſeret vicem Menedemi Ter. Heaut. 4, 5, 1. Te nil miſeret tui dulcis amiculi Catull. ad Alphenum 28, 2. Miſeretur *pro* miſeret *ap.* Non. 7, 80. Miſeritum eſt. Plaut. Trin. 2, 4, 29 Nam nunc eum vidi miſerum, et me eius miſeritum eſt. Ter. Phorm. 3, 2, 16 Miſeritum eſt. Miſeriti *eſt* Phaedri 3, 2, 4. Miſerita eſt *eiusd.* 3, 16, 5. *Iterum* Ter. Andr. 3, 1, 54 Me tuarum miſeritum eſt fortunarum. *Nondum potui inuenire auctoritatem idonei Poëtae pro forma* Miſertus *vel* Miſertum.

MISERESCO, ēre. [κατελεέω, κατοικτείρω] *Moueri miſericordia.* Virg. Aen. 2, 145 His lacrimis vitam damus, et miſereſcimus vltro. Miſereſco, *cum Genitiuo.* Virg. Aen. 8, 573 — Arcadii quaeſo miſereſcite regis. Miſereſcit, *imperſ.* [κατοικτείρεται] Ter. Heaut. 5, 4, 5 Atque inopis nunc te miſereſcat mei.

MISERTOR, oris. m. Fortunat. l. 2 Mart.

MISERĬCORS, cordis. Adi. [ἐλεήμων, εὔσπλαγχνος, οἰκτίρμων] *Qui ex alicuius calamitate dolorem animo ſuſcipit.* Cic. de Finib. 4, 22 c. 9 Nec miſericordem iudicem eſſe oportere? Supplex, manſuetus, et miſericors Auctor. ad Herenn. 2, 25. Animus auditoris mitis et miſericors Cic. de Inuent. 1, 106 c. 55. Id. pro Ligar. 16 Quod ſi probare Caeſari poſſemus in Africa Ligarium omnino non fuiſſe, ſi honeſto et miſericordi mendacio, ſaluti ciuis calamitoſi conſultum eſſe vellemus, *etc.* Se miſericordem praebuit, et in teſtimonio religioſum teſtis Id. pro Caecin. 26 c. 10. *Compar.* Plaut. Rudent. 1, 5, 23 Miſericordior nulla eſt me feminarum. Sententia tanto verior, quanto miſericordior Auguſt. C. D. 21, 17. *Superl.* Auguſt. Confeſſ. 1, 4 Miſericordiſſime Deus. *Add.* Saluian. de Gub. 2 p. 54. Manus Auguſt. Conf. 6, 8 *extr.*

MISERICORDIA, ae. f. [ἔλεος, ἐλεημοσύνη, κατοίκτισις, οἶκτος] eſt Aegritudo ex miſeria alterius iniuria laborantis, *inquit* Cic. Tuſc. 4, 18. Miſericordias iam habere haud hominem oportet Plaut. Moſt. 3, 2, 115. Cic. pro Ligar. 16 c. vlt. Nulla de virtutibus tuis plurimis nec gratior, nec admirabilior miſericordia eſt. Idem Tuſc. 3, 21 Si ſapiens in aegritudinem incidere poſſet, poſſet etiam in miſericordiam, poſſet in inuidentiam. Animus miſericordiae plenus Scribon. Ep. Clementia et miſericordia ſingulari vir Cic. poſt. red. in Senat. 16. Perfugium miſericordiae Id. pro Ligar. 28. Adducere ad, *vid.* ADDVCO. Adhibere fortunis alicuius Cic. pro Rabir. 5. Adimere, *vid.* ADIMO. Allicere ad Cic. pro Lege Manil. 24. Capere, *vid.* CAPIO. Captare Cic. Philip. 2, 86. Commendare iudici Quinctil. 5, 11. Commouere Cic. pro Deiot. 40. Commoueri miſericordia, *vid.* COMMOVEO. Cic. Tuſc. 4 c. 8. Concitare populi Id. de Orat. 1, 227. Confugere in alicuius, *vid.* CONFVGIO. Cic. pro Quint. c. 2. Ductus miſericordia Vlpian. in l. Si hominem. D. depoſiti. Vlpian. in l. Si hominem. D. depoſiti Intempeſtiue miſericordiam Exercuit. Habere Cic. pro Muraen. 87. Impertiri alicui Id. ad Brut. Ep. 12. Implorare et expoſcere alicuius Id. pro Milon. 93 c. 34. Inducere ad, *vid.* INDVCO. Mouere, *vid.* MOVEO. Vlpian. in l. At ſi quis. §. Sed interdum. D. de relig. et ſumt. fun. Poteſt tamen diſtingui et miſericordiae Motus; vt ſi in hoc fuit miſericors vel pius, qui funerauit, vt eum ſepeliret, ne inſepultus iaceret, *etc.* Praeſtare miſericordiam Scribon. Ep. m. Praetentanda eſt iudicis Quinctil. 4, 1. Eiusdem generis complura vt ab hominibus doctis magna cum miſericordia fletuque pronunciantur Caeſ. Bell. Ciu. 2, 12. *i. commotione miſericordiae.* Requirere et efflagitare aliquorum Cic. pro Milon. 93 c. 34. Reuocare mentes ad lenitatem miſericordiamque Id. de Orat. 1, 53. Tenet miſericordiam aliquem Id. pro Rabir. Tribuere Id. pro Planc. 3 c. . Id. pro Roſc. Amer. 145 c. 50 Praedia mea tu poſſides; ego aliena miſericordia Viuo. Cic. . . Nunc quum omnes me cauſae ad miſericordiam, atque ad humanitatem Vocent, *etc.* Miſericordiam, *pro Eleemoſyna dixiſſe Chriſtianos ſcriptores, obſeruat Deſ. Heraldus Commentar. ad* Tertull. Apol. c. 42. *De* Ara Miſericordiae dedicata Athenis, *vid.* Stat. Theb. 12 v. 481. *et ibi Barth. Idemque ad* Claud. B. Gild. v. 404. Apul. Met. 11 p. 263. *Cael. Rhodig. Antiq. Lect. 6, 17. et Meurſ. de Ceramico gem. c. 14. Liuinei. ad* Paneg. p. 325. *H. Grot. Iur. B. ac P. 2, 21.*

MISERICORDĬTER. Adu. Lactant. 6, 18 Iuſtus nunquam praetermittet, quominus aliquid miſericorditer faciat. *Conf.* Quadrig. *ap.* Non. 11, 11. Deplorare miſericorditer Hieron. ad Auguſt. Epiſt. 89, 5. *Add.* Auguſt. Ep. 5.

MISĔROR, āri. [οἰκτείρω, ταλανίζω] *Verbis, aut lacrimis, aut opere dolorem, quem ex alicuius miſeria, aut etiam ex noſtra concepimus, oſtendere, lamentari, et deflere. Et conſtruitur cum Accuſatiuo.* Feſtus, Miſeratur is, qui conqueritur aliena incommoda. Seruius ad Aen. 1, 601 Miſeror, et Miſereor vnum ſignificant. *Saepe tamen locum habet obſeruatio* Vet. Auct. de Differ. voc. *Putſch.* p. 2206 Inter miſereri et miſerari hoc intereſt, quod *miſeremur*, cum eodem tempore et dolet nobis de alicuius cauſa, et ſubuenimus laboranti. *Miſerari* conſolari tantum eſt (*addere debebat*, alienam, miſeriam vel communem commemorare) intra affectum doloris. Cic. pro Muraen. 55 c. 27 Vt non queam ſatis neque communem omnium noſtrûm conditionem, neque huius euentum fortunamque miſerari. Me liceat Caſum miſerari inſortis amici Virg. Aen. 5, 350. Contuſosque animos, et res miſerabere fractas Id. Georg. 4, 240 Caeſ. Bell. Gall. 1, 39 Tribuni Caeſarem ſecuti magnum periculum miſerabantur. Sortem alicuius Virg. Aen. 12, 243. Miſero, pro Miſeror dicebant veteres; vt Accius in Athamante, Atque ita de illis merui, vt iure haec nunquam miſerarent mala Non. 7, 18. Miſerando inopum Prudent. Pſychom. 581.

MISERANS, antis. Partic. Virg. Aen. 5, 552 Miſerans attollit amicum. *Et* Georg. 2, 499 Aut doluit miſerans inopem. Minuc. c. 28 Nonnunquam etiam miſerantes eorum crudelius ſaeuiebamus. *Sic Gron.*

MISERANTER. Adu. [οἰκτειρομένως] Gell. 10, 3 Et quid eſt quod aut ampliter, inſigniterque, aut lacrimoſe, aut miſeranter, aut multa copioſaque inuidia grauique penetrabili querimonia dixerit? *Conf.* Ven. Fortunat. de Vita Martini 4, 114.

MISERANDVS, a, um. Adi. [ἐλεεινός] *Idem quod Miſerabilis.* Cic. Tuſc. 2, 21 Accede accede nate, aſſiſte, miſerandum aſpice Euiſceratum corpus lacerati patris. *Ex Sophocle.* Miſerandus *et* Irridendus, *contraria.* Cic. de Orat. 1, 169 Hunc in minimis tenuiſſimisque rebus ita labi, vt aliis miſerandus, aliis irridendus eſſe videatur? Funus Lucan. 1, 104. Tanto ante alios miſerandi magis Liu. 5, 42, 5. Lues Virg. Aen. 3, 139. In modum miſerandum milites Pop. Rom. capti, necati, deſerti, diſſipati ſunt Cic. de Prouin. Conſul. 5 c. 3. Oratio tua omnibus miſeranda viſa eſt Id. de Orat. 2, 278. Sors Ouid. Amor. 2, 7, 15. Tempeſtas Virg. Georg. 3, 478. Seruius: Miſeranda, Peſſima, ferens rem dignam miſeratione.

MISERĀTVS, a, um. Virg. Aen. 10, 686 Iuuenemque animi miſerata repreſſit. *Alii* Animo. Inſtantis Fati miſeratus Manil. . . . Amorem miſeratus reginae Virg. Aen. 6, 28. Dolorem miſerata Iuno Id. Ibid. 4, 694. Sil. 11, 381 Poenae iuuenem indignae miſeratus.

MISERATIO, ōnis. f. [οἰκτιρμός] *Significatio miſericordiae, qua ex alicuius infelicitate mouemur.* Cic. in Orat. 131 c. 38 *pr.* Nec vero miſeratione ſolum mens iudicum permouenda eſt Idem Fam. 5, 12 Quem enim noſtrûm ille moriens apud Mantineam Epaminondas non

cum quadam miſeratione delectat? Non ſine lacrimis, non ſine dolore miſeratio Cic. de Orat. 2, 196 c. 47. Commouere Quinctil. 3, 1. Diſcutere Id. 3, 1. Eximere Liu. 45. Naſci miſerationem *et* Odia incitari, *contraria* Cic. in Partit. 56. Occupari Quinctil. 4, 2. Venit miſeratio aliquando ex eadem cauſa Id. 3, 1.

MISERĀTOR, ōris. m. ἐλεῶν Onomaſt. *Qui opus aliquod miſericordiae exhibet in eum, cuius miſeretur.* Iuuenc. 2, 294 Peccantum largus miſerātor Ieſus. *Adde* Tertull. adu. Marc. 5, 11. *et* de Pudicit. 2.

MISERATRIX, īcis. f. Proſper. Aquitan. de Ingratis c. 30 Et tamen ex iſtis miſeratrix gratia quoſdam Eligit.

MISERABĬLIS, e. Adi. [ἐλεεινὸς, σχετλιαστικὸς] *Miſeratione dignus, per quem alii miſericordia commouentur.* Cic. de Finib. 2, 65 c. 20 Qui *caſus* nobis miſerabilis videtur audientibus, illi perpetienti erat voluntarius. Aſpectus auctionis miſerabilis Id. Philip. 2, 73. Bellum miſerabile Ouid. Epiſt. 13, 51. Caedes Liu. 1, 59, 8. Virg. Georg. 4, 514 *de Philomela*, Ramoque ſedens miſerabile carmen Integrat. Caſus Cic. de Finib. 2, 65 c. 20. Morte Cauſſa mortis indignior ac miſerabilior Liu. 1, 59, 8. Corpus Virg. Ecl. 5, 21. Non erat hac facie miſerabilior Crepereius Iuuenal. 9, 6. Liu. 1, 23 *pr.* Euentus belli minus miſerabilem Dimicationem fecit, quod nec acie certatum eſt, et tectis modo diruptis, alterius vrbis duo populi in vnum confuſi ſunt. Elegi Hor. Carm. 1, 33, 2. Excidium Stat. Theb. 6, 96. Factum Ouid. Met. 9, 394. *Al.* Fatum. Fatum Id. Ibid. 6, 90. Genus miſerabile poenae Id. Ibid. 8, 782. Ignorantia Quinctil. 6, 1. Infans Ouid. Epiſt. 7, 135. Lethum Catull. ad Mallium 66, 91. Nihil tam miſerabile quam ex beato miſer Cic. Partit. c. 17. Puer Ouid. Met. 3, 495. Cic. de Diuin. 1, 68 Fugientibus miſerabilem Reſpectum incendiorum fore. Sonus Id. de Orat. 2, 197. Supplicium Stat. Theb. 1, 53. Voces Liu. 1, 29. Vulgus Virg. Aen. 2, 798. Vulnus Ouid. Triſt. 5, 5, 15. Miſerabilis alteri Id. in Ibin. 117. Viſu miſerabile Virg. Aen. 1, 115. Miſerabile, pro Miſerabiliter, nomen pro aduerbio. Virg. Aen. 12, 338 — miſerabile caeſis Hoſtibus inſultans. Seruius.

MISERAMEN, inis. n. Parui miſeramina panis Iuuenc. 4, 289. *Sed dubia eſt lectio.*

MISERABILĬTER. Adu. [ἐλεεινῶς] Cic. Tuſc. 1, 96 Etſi enim flemus quum legimus, tamen non miſerabiliter vir clarus emoritur. Idem Att. 10, 10 Marci Caelii quidem epiſtolam ſcriptam miſerabiliter, quum hoc idem obſecraret, vt expectarem, *etc.* Liu. 3, 52 Proſequuntur coniuges liberique, cuinam ſe relinquerent in ea vrbe, in qua nec pudicitia, nec libertas ſancta eſſet, miſerabiliter rogitantes. Orbitatem ſuam Deflere Liu. 45, 42 *pr.* Exigere vitam Val. Max. 4, 4. *extr.* Cic. Att. 14, 10 At ille etiam in foro combuſtus, Laudatusque miſerabiliter. *De Caio Caeſare.* Loqui Celſ. 3, 18. *Compar.* Senec. Excerpt. Controu. praef. 4 Tanto maior impetu dixit, tanto miſerabilius.

MISEREVIVIVM, i. n. *Itali vocant herbam Proſerpinacam.* Apul. de Herb. c. 18.

MISOGYNOS, i. m. *Oſor mulierum.* Cic. Tuſc. 4, 25 c. 11 *inter affectus e metu naſcentes*, vt odium mulierum, quale in μισογυνείᾳ eſt. *Variant libri, et videtur maxime probabilis lectio*, quale in μισογύνῳ Attilii eſt: *vt ſit fabulae nomen* μισογύνος.

MISSILE, MISSIO, MISSVS, *vid.* MITTO.

MISTVRA, MISTVS, *vid.* MISCEO.

MISVMENOS, i. [Μισούμενος] *Comoedia erat Menandri hoc nomine, q. d. Inuiſus, et quem odere vulgo. Hac dictione vſus eſt et* Martialis 14, 214 Non erit in turba quiſquam μισούμενος iſta: *h. e. Tam formoſi et amabiles ſunt pueri iſti comoedi, tamque vix ex animo eorum deſiderium deponi poteſt, quod vehementer penitusque medullis inhaereat, vt ſi* μισούμενος, *id eſt perſona eius qui inuiſus ſit, agenda ſit, vt vſuuenire ſolet in comoediis, non ſit in turba quiſquam, qui eam agere poſſit. Haec Turnebus.*

MISY, yos. n. *Genus tuberis terrae, de quo* Plin. 19, 3 Simile eſt, *inquit*, et quod in Cyrenaica prouincia vocant miſy, praecipuum ſuauitate odoris ac ſaporis, ſed carnoſius. *Athenaeus autem* Miſon *vocat, et odorem carnium habere, non tubere carnoſius eſſe, ſicut* Plinius *ſcribit. Vtra lectio melior ſit, docti iudicent.* Celſ. 5, 1 *et* 6 *et* 8. *it.* 6, 6. *Eſt item* Miſy, *Corpus metallicum, quod in fodinis aerariis vt Chalcitis et Sory inuenitur, de quo* Plin. 34, 12 ſ. 31 Miſy aliqui tradiderunt fieri exuſto lapide in ſcrobibus, (*de* chalcitide *capiunt*) flori eius luteo miſcente ſe ligni pinei fauilla — notae ſunt friati aureae ſcintillae et cum teratur arenoſa natura, ſ. terrea, chalcitidi ſimilis *etc.* *Vid.* Scribon. 37. 170. 177. — vſtum 34. 42. *etc.* Genit. Miſyis 208. 227. Miſios 223. Miſys vſti 34. 240. Myſis 176. Myſii vſti 241. Myſus 248.

M I T

MITELLA, *vid.* MITRA.

MITESCO, ĕre. *Vid.* MITIS.

MITHRAS, ae. m. *cum* H [Μίθρα] *a Perſis dicitur Sol. Strabo lib. 15 Perſae caelum Iouem putant: colunt Solem, quem Mithram vocant.* Stat. Theb. 1, 720 Indignata ſequi torquentem cornua Mithram. *Vbi* Lutatius *ait*, Sol apud Adiamenios Titan, apud Aſſyrios Oſiris, apud Perſas, vbi in antro colitur, Mithras vocatur. ¶ 2 Ponitur *aliquando pro Primario ſacerdote.* Apuleius libro vlt. p. 267 *Elmenh.* Ipſumque Mithram illum ſuum ſacerdotem praecipuum ſacrorum miniſtrum decernit. ¶ 3 Mithras *eſt etiam* Funis nauticus, quo media nauis vincitur Iſidor. 19, 4. *Conf.* Tertull. de Iona et Nineue v. 44. *Vid. Roſin. Antiq. Rom.* 10, 20 *p.* 988.

MITHRIĂCA, orum. n. *pl.* [Μιθριακὰ] *Sacra Solis, ſiue Oſiridis ſacrificia: de quibus* Lampridius in Commodo c. 9 *extr.* *ſic ſcribit*, Sacra mithriaca homicidio vero polluit, quum illic aliquid ad ſpeciem timoris vel dici, vel fingi ſoleat.

MITHRAX, *ſ.* MITRAX, acis. f. [μίθραξ] *Gemma eſt, variis coloribus contra Solem refulgens, de qua* Plin. 37, 10 Mithrax a Perſis accepta eſt, et Rubri maris montibus multicolor, contra Solem varie refulgens.

MITHRIDAX, ācis. f. *Eadem gemma:* Solin. c. 50 Mithridax ſole percuſſa coloribus micat variis.

MITHRIDĀTES, is. m. [Μιθριδάτης] *Rex Ponti fuit, vi magna et animi et corporis, vt ſex iuges equos regeret, duarum et* XX *gentium ore loqueretur. Hic diſſidentibus Romanis, ſociali bello Nicomedem Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia expulit, Graeciam inſulasque omnes, excepta Rhodo, occupauit: ſed poſtea a Sulla apud Dardanum fuſus, et a Pompeio victus, tandem a Pharnace filio in turre obſeſſus, venenum ſumſit. Quumque id tardius vim ſuam exſereret (quia aduerſum venena multis antea medicaminibus corpus firmauerat) immiſſum percuſſorem Gallum, auctoritate vultus territum reuocauit, et in caedem ſuam manum trepidantis adiuuit.* Martial. 5, 77 Perfecit poto Mithridates ſaepe veneno, Toxica ne poſſent ſaeua nocere ſibi.

MITHRIDATICVS, a, um. Adi. *vt*, Bellum Mithridaticum Plin. 2, 105. Mithridaticum, i. n. *Antidotum.* [μιθριδατικὸν] Plin. 25, 2 Primo inuenta genera antidoti, ex quibus vnum etiam nomen eius retinet. Illius inuentum autumant, ſanguinem anatum Ponticarum miſcere antidotis: quoniam veneno viuerent. *De Mithridate. Conf.* Id. Plin. 23, 8 ſ. 77. Seren. v. 1069.

MITHRIDATION, i. n. *Herba a Mithridate reperta.* Plin. 25, 6. *Adde* Gell. 17, 16. *et* Scribon. Larg. Compoſ. 194. Mithridatium antidotum Scribon. 194.

MITIGO, āre. *Vid.* MITIS.

MITIS, e. Adi. [ἤπιος, ἐπιεικὴς, εὐγενὴς] *Lenis, clemens, manſuetus: cui* Durus *aut* Acer *opponitur: eſtque proprie fructuum ab ipſa maturitate, aut requie adeo poſtquam decerpta ſunt mollium; deinde ad animum et mores transfertur, in quantum non aſperi, duri, terribiles, ſed placidi et faciles et aequi ſunt.* Cic. de Senect. 28 Facit perſaepe ipſa ſibi audientiam diſerti ſenis compta et mitis oratio. Idem in Hortenſ. *apud* Non. 4, 293 Quid Theopompo acrius, aut Theophraſto mitius inueniri poteſt? Mitis et manſuetus, Ferus et immanis, *contraria* Cic. de Inuent. 1, 2. Precanti mitis Stat. Theb. 1, 189. Natura mitis et annis Ouid. Epiſt. 14, 55. Hor. Carm. 3, 10, 18 Nec rigida mollior aeſculo, Nec Mauris animum mitior anguibus. *i. Animo mitiore, quam angues Mauritaniae. Mitis animum, helleniſmus eſt.* Vultu mitior Stat. Theb. 6, 291. Mitior in aliquem Liu. 4, 2. Alimenta Ouid. Met. 2, 288. Animus ſemper Id. ex Pont. 3, 2, 100. Aura Id. Faſt. 2, 148. *Al.* Mollis. Caput Id. Amor. 1, 4, 36. Conſilium Id. Triſt. 1, 4, 5. Dii mites hoſtibus Id. ex Pont. 2, 1, 48. Doctrina moderata et mitis; *cui opponitur* Aſpera et Dura Cic. pro Muraen. 60. Dolorem mitiorem facit patientia Id. Tuſc. 2, 53 c. 22 *extr.* Dominus mitiſſimus Curt. 10, 5, 9. Exilium mitius Ouid. Triſt. 2, 185. Homo mitiſſimus et leniſſimus Cic. in Catil. 4, 10 c. 5. Incendia Ouid. Faſt. 1, 411. Ingenium Id. Met. 13, 187. Ira Id. ex Pont. 4, 6, 20. Lacrimae Id. Met. 6, 505. Mores mitiſſimi, *Tractabiles.* Columel. 6, 29 Mores laudantur qui ſunt ex placido et ex concitato mitiſſimi. *De equo.* Numina mitiſſima Ouid. Triſt. 1, 1, 73. Obitus Tacit. Ann. 3, 19. Oratio compta et mitis Cic. de Senect. 28. Id. pro Muraen. 64 Quod atrociter in Senatu dixiſti, aut non dixiſſes, aut ſepoſuiſſes, aut mitiorem in Partem interpretarere. Patrocinium Ouid. ex Pont. 1, 2, 70. Pietas Id. Triſt. 3, 4, 34. Poena mitior Quinctil. 6, 4. Solator Stat. Silu. 5, 5, 40. Soli mitiora Curt. . . Solum Hor. Carm. 1, 18, 2. Stat. Silu. 3 vlt. v. 79. Tacit. Ann. 15, 64 Deinde oblata mitiore Spe, *etc.* Stagnum mite, *Tranquillum* Virg. Aen. 8, 88. Succi Ouid. Met. 14, 690. Tarentum Stat. Silu. 1, 1, 102. Temperies Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 260. Terra mitior Curt. 7, 4, 30. Ventus mitior Ouid. Met. 13, 440. *al.* Amicior. Verba mitiſſima Id. Met. 2, 816. Cic. Att. 5, 1 Nihil tam vidi mite, nihil tam placatum, quam tum meus frater erat in ſororem tuam. Id. Acad. 4, 11 Homo natura leniſſimus (nihil enim poterat fieri illo mitius) ſtomachari tamen coepit. Triſtia mutare mitibus Hor. Carm. 1, 16, 25. Vitis largos mitesque Fructus alit Curt. 7, 4, 26. Mitia Sorba Petron. c. 135. Virg. Ecl. 1, 81 Sunt nobis mitia poma, Caſtaneae molles. Mitis *hic itemque* Varron. R. R. 1, 68 *et alias non maturitatem modo ſignificare videri, ad Varronem monuimus, ſed aliquid vltra, quod in quibusdam pomorum generibus, piris v. g. meſpilis, ſorbis, inter maturitatem et putredinem medium eſt. Huc referebam formulas, vbi v. g.* Plaut. Mil. 5, 31 Fuſtibus *aliquis* mitis *dicitur: item vbi* commitigari ſandalio caput *Herculiſco Thraſoni optat paraſitus* Ter. Eun. 5, 7, 4. *Sic* Afranius *apud* Non. 4, 293 Immo illi mitem faxo faciant fuſtibus. Vindemia Virg. Georg. 2, 522. Vuae Id. Ibid. 1, 448. ¶ 2 *In MSS. confunduntur* Mitis *et* Amicus.

MITE, ius, iſſime. Adu. [ἐπιεικῶς, ἐπιεικέστερον, ἐπιεικέστατα] Apul. Met. 10 p. 255 *Elmenh.* Mite conniuere. *Et* Caeſ. Bell. Gall. 7, 43 Quae tametſi Caeſar intelligebat, tamen quam mitiſſime poteſt, legatos appellat. Ferre aliquid mitius Ouid. Met. 15, 495. Perire mitius Id. ex Pont. 3, 7, 27. *Add.* Ammian. 14, 1.

MITIVSCVLVS, a, um. Adi. Dimin. Cael. Aurel. Acut. praef. Febres paruae et mitiuſculae.

MITESCO, ĕre. [πεπαίνομαι, πραΰνομαι] *Mitem fieri.* Lucret. 5, 1102

Inde cibum coquere, ac flammae mollīre vapore
Sol docuit, quoniam miteſcere multa videbant
Verberibus radiorum, atque aeſtu victa per agros.

Plin. 22, 25 Genua quoque degrauat: ſed madefactum pluribus diebus miteſcit. Caelum Poëta *ap.* Cic. Tuſc. 1 c. 28. Feritas diſciplina Vell. 2, 118, 1. Hiems Liu. 23, 19. Vuae Colum. 3, 1. *De equo* Liu. 38, 17 Nolite exiſtimare beluas tantum recens captas feritatem illam ſilueſtrem primo ſeruare, deinde quum diu manibus humanis alantur, miteſcere: in hominum feritate mulcenda non eandem naturam eſſe. Hor. Epiſt. 1, 1, 39 Nemo adeo ferus eſt, vt non miteſcere poſſit, Si modo culturae patientem commodet aurem. Apuleii *laudatur, falſo arbitror*, Conflacceſcunt fluctus, mare miteſcit. Plecti et miteſcere Ouid. Met. 14, 697. Diſcordiae miteſcunt Liu. 5. Freta miteſcunt Ouid. Epiſt. 7, 179. Ira miteſcit Id. ex Pont. 2, 7, 79. Saecula miteſcunt poſitis bellis Virg. Aen. 1, 295.

MITESCENS, entis. Partic. Liu. 23, 19 Miteſcente iam hieme. Plin. 15, 13 Prunorum velocitas cito miteſcentium.

MITĬGO, āre. [ἡπιόω, πραΰνω, μειλίσσομαι] *Mitem facere.* Cic. Verr. 5, 138 Neque in parentum luctu atque lacrimis, te mei nominis commemoratio mitigauit. Iraſci *et* Mitigari, *contraria* Cic. in Orat. 144. Emplaſtrum mitigat Scribon. 221. Ex agreſti vita exculti ad humanitatem et mitigati ſumus Cic. de Legib. 2, 36. Reconciliare et mitigare ſibi aliquem Id. Fam. 1, 9. Aetas mitigabit, vſus flectet, dies leniet Id. pro Muraen. 65. *Conf.* Id. pro Cael. c. 31. Feras Beſtias captas et incluſas longior Dies mitigat Curt. 6, 3, 8. Longinquitas temporis mitigat Cic. Fam. 6, 4. Animum mitigare Id. pro Font. 26 c. 12. Turpilius *ap.* Non. 4, 293 Miſero mihi mitigabat ſandalio Caput. *Vid.* MITIS. Dolorem Cic. de Finib. 2, 95. Dolores vetuſtate mitigantur Id. Att. 3, 15. Febrem quiete et abſtinentia mitigauit Quinctil. 2, 17. Iras Ouid. Triſt. 4, 6, 15. Labores magna compenſati gloria mitigantur Cic. de Orat. 2, 14.

Populum

Populum excitatum in bonos mitigare Cic. de Orat. 1, 202. Seueritatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare Id. Q. Frat. 1, 1 c. 7. Triſtitiam mitigat et relaxat riſus Id. de Orat. 2, 236. Agrum ſilueſtrem mitigare flammis et ferro Hor. Epiſt. 2, 2, 186. Cic. de Nat. Deor. 2, 151 c. 60 Arborum autem confectione, omnique materia et culta et ſilueſtri, partim ad calfaciendum corpus igni adhibito, et ad mitigandum cibum vtimur, *etc. i. Coquendum. Sic etiam de illa quam coctionem a ſole vocant,* Cic. Hortenſ. *apud* Non. 4, 293 Quumque autumno terras ad concipiendas fruges patefecerit, hieme ad concipiendas (*Sic Mercer.*) relaxarit, aeſtiua maturitate alia mitigauerit, alia torruerit. *Vid. locus Lucret.* 5, 1102 *quem damus in* MITESCO. Mitigare, Maturare. Cic. de Repub. 4 Quumque Autumno terras ad concipiendas fruges patefecerit, hieme ad concipiendas relaxarit, aeſtiua maturitate alia mitigauerit, alia torruerit. Nonius 4, 293.

MITIGATVS, a, um. Partic. Animus mitigatus Cic. Fam. 6, 1. Curt. 5, 3, 1. Feritas mitigata Plin. 16, 12. Curt. 5, 5, 16. Hiems mitigata Curt. 9, 10, 4.

MITIGATIO, ōnis. f. [πρᾴϋνσις] *Mitigandi actus.* Cic. de Orat. 3, 130 c. 30 Omnisque ad omnem animi motum et impulſio, et, ſi ita res feret, mitigatio. Licentia ſi nimium videbitur acrimoniae habere, mitigationibus lenietur A. ad Herenn. 4 c. 37.

MITIGABILITER. Adu. Cael. Aurel. Acut. 3, 4 Partes mitigabiliter relaxandae.

MITIGANTER. *Idem.* Cael. Aurel. Tard. 5, 1 Partes mitiganter emollire. *Add.* Id. Acut. 1 c. 11.

MITIGATĪVVS, a, um. Adi. *Quod mitigandi vim habet.* Cael. Aurel. Tard. 1, 4 Mitigatiua adhibere. Curatio mitigatiua Idem Acut. 1, 5.

MITIGATORIVS, a, um. Adi. [πραϋντικός] *Quod habet vim mitigandi.* Plin. 28, 6 Contra renum et lumborum veſicaeque cruciatus in balnearum ſoliis pronos vrinam reddere, mitigatorium habetur.

MITIFĬCO, āre. [ἠπιάω] *Mitem facere.* Plin. 8, 7 Capti celerrime mitificantur hordei ſucco. *De elephantis. Conf.* Gell. 2, 12.

MITIFICATVS, a, um. Partic. Cic. de Diuin. 2, 57 c. 26 Depulſo enim de pectore, et in omne corpus diuiſo et mitificato cibo, cantus edere quiete ſatiatos. *De gallis.*

MITIFICVS, a, um. Adi. *Quod facit, vel quod ſit mite.* Apul. de Mundo *extr.* Mitificum aliquem facere. *Adde* Prudent. Hamartig. v. 963. *et* Tetraſt. 20.

MĬTĬLO, āre. *Luſciniam canendo imitari.* Auct. Philomel. v. 16 Matutinali tempore tunc mitilans.

MITRA, ae. f. [μίτρα] *Capitis ornamentum Phrygum et aliorum Aſiaticorum, quod molle et effeminatum videbatur Italis.* Virg. Aen. 9, 616 Et tunicae manicas, et habent redimicula mitrae. *Ab Italis in Troianos dictum. Mulierum nempe eſt.* Plin. 35, 9 Capita mulierum mitris verſicoloribus operuit. Catull. Argon. ſ. 62, 63 Non flauo retinens ſubtilem vertice mitram. *Mitram autem geſtaſſe viris turpe et molle cenſebatur etiam apud Graecos. Lucian.* ἐκαθέζωθε καθειμένος βοστρύχους τῇ μίτρᾳ τούτους ἀνειλημμένος. *Et Iuno Ioui Bacchi mollitiem obiiciens apud eundem ait,* μίτρᾳ ἀναδεδεμένος τὴν κόμην. *Quin et* θηλυμίτρης *per probrum illic vocatur. Ex Turneb. Aduerſ.* 4, 14. *Conf.* Seru. *ad* Aen. 4, 216. Iſid. 19, 31. Anademata mitrae Lucret. 4, 1123. Maeonia mitra Virg. Aen. 4, 216. Picta Iuuen. Sat. 3, 66. Teres Claud. in Eutrop. 2, 185. A mitra, a crocota, a mulieribus ſoleis, purpureisque faſciolis, a ſtrophio, a pſaltrio, a flagitio, a ſtupro eſt factus repente popularis P. Clodius Cic. de Aruſp. Reſp. 44.

MĬTELLA, ae. f. Dimin. [μιτράριον] Virg. in Copa *pr.* Copa Syriſca caput Graia redimita mitella. Cic. pro Rabir. Poſt. 26 c. 10 Deliciarum cauſa et voluptatis, non modo ciues Romanos, ſed et nobiles adoleſcentes et quoſdam etiam Senatores ſummo loco natos, non in hortis et ſuburbanis ſuis, ſed Neapoli, in celeberrimo oppido, cum mitella ſaepe videmus. *Alia Exemplaria habent* Mitrella. *Add.* Apul. Met. 7 p. 191. Faſciae *autem genus eſt* Mitella. Celſus 8, 10 *de brachii fracti curatione,* Deligari autem brachium debet paullum pollice ad pectus inclinato. Si quidem is maxime brachii naturalis habitus ſit; idque inuolutum mitella commodiſſime excipitur, quae latitudine ipſi brachio, peranguſtis capitibus collo iniicitur, atque ita commode brachium ex ceruice ſuſpenſum eſt.

MITELLITVS, a, um. Adi. *Ornatus mitellis ſiue coronis ſericis: vt* Coena mitellita Suet. Neron. c. 27. *i. In qua praebebantur conuiuis mitellae ſericae vnguentis delibutae, pro coronis: quae Salmaſii interpretatio eſt. Certe conſtans lectio eſt* Mitellita, *licet varia conentur critici.*

MITRŬLA, ae. f. Dimin. Solinus c. 40 Serpens eſt paene ad ſemipedem longitudinis, alba quaſi mitrula lineatus caput. *De baſiliſco, vid. Salm.*

MITRATVS, a, um. Adi. *vt* Capita mitrata Solin. c. 33. *Conf.* Sidon. Carm. 9, 204. Arabes mitrati Plin. 6, 28.

MITTO, mīſi, miſſum, ĕre. [πέμπω, ἀποστέλλω, ἐπιστέλλω, ἵημι, ἰάλλω, πομπάζω, βάλλω] *Non tantum ſollemni illa ſignificatione eſt ablegare; ſed latiſſime fuſo intellectu motum in alia re efficere, ſiue manu, vt* Lapidem, *ſiue imperio, vt* nuntium *etc.* Ter. Eun. 3, 3, 22 Miſit porro orare, vt venirem, ſerio. Cic. Att. 1, 13 Ego tibi aliquid de meis ſcriptis mittam. Id. de Senect. 3 Hunc vero librum de ſenectute ad te miſimus, *vt nunc aiunt, tibi dedicauimus.* Cic. Verr. 1, 94 Vt etiam filium ſuum electiſſimum adoleſcentem foras ad propinquum ſuum quendam mitteret ad coenam. Liu. 35, 12 Legatos cenſuit circa reges mittendos, qui non ſolum tentarent animos eorum, *etc.* Cic. Att. 8, 1 Ei ſtatim reſcripſi, hominemque certum miſi de comitibus meis. Mittere *abſolute, de legationibus.* Miſerunt Delphos conſultum, quidnam facerent Nep. 2, 2, 6. Alium rogantes regem, miſere ad Iouem Phaedr. 1, 3, 22. Ad vtrumque Germanicum exercitum *etc.* ſpecie ſenatus miſit Tac. Hiſt. 1, 74, 3. Cic. Att. 9, 15 Quae deſcripta attulit, illa e via miſi ad te. Idem Verr. 3, 48 Miſſa eſt (vt ipſa ſignificat) ex itinere, quum Verres iam de prouincia deceſſiſſet. Mature mittere, *vid.* MATVRVS. Paucis diebus mittere, *vid.* PAVCVS. Mittere, *pro Scribere Graeco more, quibus ab* ἐπιστέλλειν *dicta eſt* Epiſtola *q. d. miſſio.* Cic. Fam. 16, 9 Curio miſi, vt medico honos haberetur: et tibi daret quod opus eſſet; me cui iuſſiſſet curaturum. Caeſarem ad ſe miſiſſe hoc exemplo Cic. Att. 9, 14 *pr. Conf. h. l. Graeu.* Nep. 25, 20, 1. Mittere, *cum priore ſupino.* Ter. Andr. 3, 2, 34 Miſſa eſt ancilla illico obſtetricem arceſſitum ad eam, et puerum vt adferret ſimul. Miſi qui pro vectura ſolueret Cic. Att. 1, 1. In acta mittere, *pro Redigere.* Senec. de Benefic. 2. Auxilium mittere Ouid. Met. 11, 387. Carpentum mittere ſupra aliquem Varr. de L. L. 4, 32 *extr.* Aliquem pronum de ponte Catull. 17, 23. In conſilium mittere: eſt Dimittere iudices ad ſententiam dicendam vbi orator dixerit, DIXI, auctore Aſconio *ad illud* Cic. in Verr. 1, 26 c. 9 Accuſabo: reſpondebis. Teſtibus editis ita mittam in conſilium, vt etiamſi lex ampliandi faciat poteſtatem, tamen iſti turpe ſibi exiſtiment non primo iudicare. Cic. pro Cluent. 83 c. 30 Cur eum, quum in conſilium iretur, Cluentius et Cannutius abeſſe patiebantur? et quum in conſilium mittebant, Stalenum iudicem, cui pecuniam dederant, non requirebant? Oppianicus quaerebat? *Hactenus* Cicero. *Si hoc eſt (inquit) verum, quod Cluentius et Cannutius iudicium corruperint, quomodo id explicari poteſt, quod quum iudices ipſi in conſilium mitterent, id eſt quum iudicium iam expectare ſe dicerent, dicendi finem facientes, non requirebant Stalenum vnum iudicum, quem conſtat redemtorem totius corruptionis fuiſſe; ſed facile patiebantur illum abeſſe, non autem Oppianicus, qui erat Cluentii aduerſarius?* Plin. in Paneg. c. 67 Alii ſe ſuperſtites Reip. optabant, faciebantque; tibi ſalus tua inuiſa eſt, ſi non ſit cum Reip. ſalute coniuncta. Nihil pro te pateris optari, niſi expedit optantibus; omnibusque annis de te in conſilium deos mittis, exigisque, vt ſententiam ſuam mutent, ſi talis eſſe deſieris, qualis electus es. Sed ingenti conſcientia Caeſar paciſceris cum diis, vt te, ſi mereberis, ſeruent, quum ſcias merearisne neminem magis quam deos ſcire. *Quo in loco a quibusdam legitur,* Ne merearis: *eadem ſententia,* ne *interrogandi particula praepoſita.* Corpus mittere ſepulcro Stat. Theb. 6, 818. Caeſ. Bell. Gall. 5, 10 Poſtridie eius diei mane tripertito milites equitesque in expeditionem miſit, vt eos, qui fugerant, perſequerentur. In fabulas et ſermones aliquem Quinctil. Decl. 15. In foedera ſe Virg. Aen. 12, 191. Se in aliquem Cic. pro Mil. c. 28. *i. inuadere:* Vt in eos ſe potius mitteret, quam in veſtras poſſeſſiones. Fundum Varro vocat, quem poſſim mittere funda, *Verſus, quem* Ciceroni *tribuit* Quinct. 8, 6, 73. *Sed* Laureae Tullii *liberto videtur adſcribi in* Catal. Vet. Poët. Scal. p. 194. *it. Pithoei* p. 36. Ad fortunam mitti Senec. de Benef. 2, 31. Haſtam miſit in ora Ouid. Met. 11, 8. Caeſ. Bell. Gall. 1, 11 Hic pagus vnus quum domo exiſſet, patrum noſtrorum memoria, L. Caſſium Conſulem interfecerat, et eius exercitum ſub iugum miſerat. Legatos ad Senatum Id. de Diuin. 1, 19. Id. Att. 1, 16 Legati cum auctoritate mitterentur, qui adirent Galliae ciuitates, *etc.* Id. Fam. 15, 4 Tum Praeſes magnitudine et animi et conſilii, legatos ad me miſit, ſe cum omnibus ſuis copiis in mea caſtra eſſe venturum. *Add.* Nep. 2, 6, 4. Orbem totum ſub leges Virg. Aen. 4, 231. Salluſt. in Iugurtha c. 25 Literas ad Iugurtham mittunt, quam ocyſſime ad prouinciam accedat. *Conf.* Nep. 8, 6, 1. Literas crebro alicui Cic. Att. 6, 5. In locum alterius aliquem mittere Liu. 25, 40. Lucem quam a ſole accipit, mittit in terras luna Cic. de Nat. Deor. 2, 103. Inferias, *vid. h. v.* Mandata alicui Propert. 4, 3, 1. Manus mittere ad res legatas a teſtatore, *vid.* MANVS. Mappam, *v. v.* Cic. Tuſc. 1, 97 Magna me (inquit) ſpes tenet Iudices, bene mihi euenire quod mittar Ad mortem. Id. pro Rabir. Poſt. 4 Nec interea locupletare amicos vnquam ſuos deſtitit, mittere In negotium, dare partes, augere, fide ſuſtentare. Quinctil. in Milite Mariano *ſ.* Declam. 3, 5 *pr.* Ad nomen mittere filios parentes feſtinarunt, quamuis aſperrimo bello, vt ſub te ponere rudimenta militiae contingeret. Ad nomen, *vt cum primum recitaretur ex cenſualibus tabulis nomen ſuum, reſponderent, et nomen darent militiae.* Nuntios ad regem Caeſar Bell. Gall. 4, 16. Obſides Id. ibid. 4, 36. Cic. Att. 3, 7 Itaque Obuiam illi miſimus Athenas, vt inde Theſſalonicam veniret. Id. Att. 6, 5 Tu tamen mitte mihi quaeſo Obuiam literas, numquid putes Reip. nomine tardandum eſſe nobis. In ora populi Quinctil. Declamat. 18. Oratores petitum pacem Liu. 1, 15. Oratorem ad aliquem de re aliqua Cic. de Clar. Orat. 55. Cic. pro Quinct. 83 Haec perinde loquor, quaſi ipſo illo tempore, quum te Praetor iuſſiſſet ex edicto poſſidere, ſi in Poſſeſſionem miſiſſes, debueris aut potueris P. Quintium de poſſeſſione deturbare. Praecipitem de muro Hirt. Bell. Hiſpan. c. 15. Praecipitem ſe mittere ex alto Vlpian. in l. Cum autem §. Capitalem D. de Aedil. edict. Cic. in Orat. 87 c. 26 Vtetur vtroque ſed altero in narrando aliquid venuſte, altero in iaciendo mittendoque Ridiculo. Salutem alicui Ouid. Triſt. 5, 13, 1. Sanguinem mittere φλεβοτομεῖν. *Metaph.* Cic. Att. 6, 1 Appius, quum ἐξ ἀφαιρέσεως prouinciam curarit, ſanguinem miſerit, quidquid potuit detraxerit mihi tradiderit enectam. *Sed proprie* Corn. Celſus 2, 10 Sanguinem inciſa vena mitti nouum non eſt; ſed nullum morbum eſſe, in quo non mittatur, nouum eſt. Item mitti iunioribus et feminis vterum non gerentibus, vetus eſt. Ibid. Sed vt aliquando primo die ſanguinem mittere neceſſe eſt, *etc. Metaphorice iterum* Cic. Att. 1, 16 Nam et illud non nobis obeſt, videri noſtrum teſtimonium non valuiſſe, miſſus eſt ſanguis inuidiae ſine dolore, *h. e. eſt, profuit nobis ad ſubtrahendam inuidiae materiam. Add.* Quinctil. 8, 6, 51. A ſaxo mittere ſe Ouid. Met. 11, 340. *i. Praecipitare.* Signum mittere, *pro Dare* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 71. Signum ſanguinis mittere, *pro Emittere ſanguinem* Lucret. 1, 881. In ſermones aliquem, *vid. paullo ante* In fabulas. In ſeruitutem vrbes Liu. 34, 58 *extr.* Subſidium et ſubſidio Caeſ. Bell. Gall. 2, 6. In ſtagneam mittere Scribon. 230. In ſuffragium Centurias, *iubere ſuffragia iam ferre de re propoſita.* Liu. 31, 7 COS. in campo Martio comitiis habitis, priusquam centurias in ſuffragium mitteret, Ignorare, inquit, videmini *etc. Et in fine orationis,* Ite in ſuffragium — *Et* c. 8 *pr.* Ab hac oratione in ſuffragium miſſi, vti rogarat bellum iuſſerunt. *Sic* Mittere iudicem in decurias Quinct. 4, 2, 45. In ſuſpiciones plures Quinctil. 4, 2. Talos mittere, *pro iacere, ſiue iactare.* Propert. 2, 33, 26 At nondum eſt talos mittere laſſa manus. Hor. Serm. 2, 7, 17

Poſtquam illi iuſta chiragra
Contudit articulos, qui pro ſe tolleret, atque
Mitteret in pyrgum talos, mercede diurna
Conductum pauit.

Nam quoties miſſurus erat reſonante fritillo, Vtraque ſubducto fugiebat teſſera fundo: Cumque recollectos auderet mittere Talos Sen. de morte Claudii. *Add.* Suet. Aug. c. 71. Plaut. Rud. 1, 1, 2 Pro dii immortales Tempeſtatem cuiusmodi Neptunus nobis nocte hac miſit proxima. Vocem mittere, *pro Loqui.* Lucret. 3, 944 Denique ſi Vocem rerum natura repente Mittat, *etc.* Liu. 35, 32 Qui Vocem liberam mittere aduerſus regis legatum auderent. Cic. pro Cluent. 88 Hodierno die primum veritas Vocem contra inuidiam his iudicibus freta miſerit. Vocem pro Republica Id. pro Sext. 42 c. 19. Id. pro Flacc. 6 Vox de quaeſtura nulla miſſa eſt. Id. de Aruſp. Reſp. 39 Tum, quum furiales in concionibus Voces mittis, quum domos ciuium euertis, *etc.* ¶ 2

Obſeruationes: Mittere, *pro Emittere, vel producere, in plantis.* Plin. 17, 24 Et ceraſus, et tilia, et vitis corticem mittunt, ſed non vitalem.

Folia mittere Plin. 12, 13. Idem 12, 6 Fructum e cortice mittit, admirabilem ſucci dulcedine. *Alii legunt* Fructum cortice emittit. Columel. 5, 10 Omnis autem vnam Radicem mittit, et ſimplici ſtilo prorepit. Idem 3, 18 Et Radices e capite, qua reciſum eſt, aeque mittit. Mittere, *Donare.* Virg. Ecl. 9, 6 Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hoedos. Mittere, *Deſinere et finire.* Ter Adelph. 3, 2, 37 Hera lacrimas mitte. Ambages mitte Plaut. Ciſtel. 4, 2, 81. Liu. 34, 58 Quin mittimus Ambages, inquit P. Sulpitius, *etc.* Certamen Virg. Aen. 5, 286. Curam de pectore Id. ibid. 6, 85. Ter. Hec. 5, 2, 14 Nam ſi compererit crimina tua ſe falſo vxor credidiſſe, miſſam Iram faciet. Liu. 40, 46 *extr.* Omnibus ſtantibus qui aderant, dextras, fidemque dedere, mittere vere, ac finire Odium. Spes leues mitte, et certamina diuitiarum Hor. Epiſt. 1, 5, 8. Ter. Adelph. 5, 3, 9 Repreſſi, redii, mitto maledicta omnia. Id. Andr. 5, 3, 2 Rem potius ipſam dic; ac mitte male Loqui. Loqui caetera mitte Hor. Epod. 13, 10. Mitte Orare Ter. Andr. 5, 4, 1. Precari pro nobis mitte Ouid. Met. 3, 614. Plaut. Aulul. 4, 4, 24 Nunc laeuam oſtende. ST. quin equidem ambas profero. EV. iam Scrutari mitto, redde huc Cic. Verr. 2, 183 Non inquam iam quaero vnde haec habueris, ſed quo tibi tantum opus fuerit, id quaero, mitto de melle. *Taceo.* Ter. Adelph. 5, 4, 6 Nam ego vitam duram, quam vixi vsque adhuc, prope iam excurſo ſpatio, mitto. Idem Heaut. 5, 1, 27 Mitto iam oſculari atque amplexari, id nihil puto. *Et* Andr. 4, 5, 25 Mitte id quod ſcio; dic quod rogo. Item Phorm. 2, 1, 2. Cic. Verr. 3, 59 Mitto vincula, mitto carcerem, mitto verbera. Cic. in Piſon. c. 20 Mitto de amiſſa maxima parte exercitus. Mitto quod inuidiam, quod pericula, quod omnes meas tempeſtates ſubieris, *etc.* Cic. Fam. 15, 4. Mitte hunc ire Plaut. Milit. 5, 20. *i. ſine.* Ter. Adelph. 5, 2, 5 Quid agis? quo abis? D. mitte me. Mitte hanc noxiam Ter. Eun. 5, 2, 14.

MITTENS, entis. Laborantibus ſubſidio ſcaphas Hirt. B. Alex. c. 21. Cuſpis nimiis mittentis viribus vſa Ouid. Met. 8.

MISSVS, a, um. Partic. [ἀπεσταλμένος] Miſſus ad Mithridaticum bellum Cic. Acad. 4, 1. Subſidio Stat. Theb. 3, 10. Sub magna pericula Virg. Aen. 9, 483. Ambagibus Hor. Sat. 2, 5, 9. Clamor ad ſidera Stat. Theb. 12, 521. Corpora neci Ouid. Met. 7, 606. Dux in bellum Hor. de Arte Poët. 315. Legati de magnis rebus Hor. Serm. 1, 5, 28. Leo e cauea Auct. ad Herenn. 4, 51. Muneribus Horat. Sat. 1, 7, 8. Sagitta miſſa, Emiſſa Ouid. Met. 8, 695. Sanguis e corpore Lucret. 2, 194. Vox neſcit miſſa reuerti Hor. de Arte Poët. 390. Voces miſſae velut oraculo Liu. 34, 50 *pr.* Facere miſſum, *eſt relinquere, a noſtro conſortio, familiaritate, poteſtate, arbitrio dimittere.* Cic. Att. 9, 8 Cn. Magium Pompeii praefectum deprehendi ſcilicet, et meo inſtituto vſus ſum, et eum ſtatim miſſum feci. Id. Verr. 5, 61 Deinde alii quaeſtus inſtituuntur: ex vno genere nauali videte quam multi; accipere a ciuitatibus pecunias, ne nautas darent: pretio certo miſſos facere nautas; miſſorum omne ſtipendium lucrari. Ibid. Vt illud miſſum faciam. Idem Verr. 2, 28 Deinde ſi in hominibus eligendis nos ſpes amicitiae fefellerit, vt vindicemus, miſſos faciamus, ſemper ita viuamus, vt, *etc.* *Et* Off. 1, 37 Marci quidem Catonis ſenis eſt epiſtola ad M. filium, in qua ſcripſit ſe audiſſe eum miſſum factum eſſe a conſule, quum in Macedonia Perſico bello miles eſſet. Varro de R. R. 3, 7 Columbas redire ſolere ad locum licet animaduertere, quod multi in Theatro e ſinu miſſas faciunt. *i. dimittunt.* *Sic* Vt cohortes ad me miſſum facias Pompeius ſub Cic. Att. 8, 12. *Conf. Graeu. ad* Cic. Fam. 14, 1. Face me miſſum, Noli vti opera mea, *inquit* Donatus *ad* Ter. Andr. 5, 1, 14 Illam hinc ciuem eſſe aiunt; puer eſt natus; nos miſſos face. Aut interfici aut miſſum Fieri iuberet Nep. 18, 11, 3. Ter. Adelph. 5, 9, 34 Miſſa facio, effundite, emite, facite quod vobis lubet, *i. Sino quod lubet agere.* Cic. pro Roſc. Amer. 132 c. 45 Verum vt haec miſſa faciam, quae iam facta ſunt, ex iis, quae nunc maxime fiunt, nonne quiuis poteſt intelligere, omnium architectum, et machinatorem vnum eſſe Chryſogonum? Haec miſſa facio: illud quaero, is homo, *etc.* Id. pro Roſc. Amer. 132 c. 45. Plaut. Merc. Prol. 82 Dico eſſe iturum me mercatum, ſi velit; Amorem miſſum facere me, dum illi obſequar. Liu. 26, 14 Inde miſſo Conuiuio, dextris inter ſe datis, vltimoque complexu, collacrimantes ſuum patriaeque caſum. Cic. pro Sext. 138 Miſſos faciant Honores, nec Rempubl. attingant. Id. Att. 10, 6 Quod ſi iam miſſo Officio periculi ratio habenda eſt, ab illis eſt periculum, ſi peccaro. Id. pro Quint. 46 Qui poſtea quoque Vadimonium miſſum fecerit, hunc per inſidias vi de agro communi deiecerit, *vid.* VADIMONIVM. Suet. in Calig. c. 25 Subito ex prouincia euocauit, ac perductam a marito coniunxit ſibi, breuique miſſam fecit. *i. dimiſit, repudiauit.*

MISSA, ae. f. *Miſſio.* Si nuptias denunciatio vel ad domum mulieris miſſa non praeceſſerit l. 39 §. Nupt. ff. de adult. ¶ 2 *Sacrum et cultus diuinus apud Chriſtianos, vt ap. Pontificios* miſſa ſicca. *Vid. Zimmerm. Anal. menſtr.* menſ. 1 p. 29. In eccleſiis palatiiſque ſ. praetoriis Miſſa fieri pronunciatur, quum populus ab obſeruatione dimittitur Alc. Auitus epiſt. 1 *ad* R. Gundobadum. *Conf. h. l. Sirmond.*

MISSVS, ûs. m. [βολή] *Pro Miſſione.* Miſſu ephororum Nep. 17, 4, 1. Ad quem legatus venerat miſſu Marſyae regis Solin. c. 2. *Add.* Tac. H. 1, 9, 2. *et ſaepius.* Liu. 9, 19 Et pilum haud paullo quam haſta vehementius ictu miſſuque telum. Telorum miſſu A. de B. Hiſpan. 17, 3. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 22 Hunc conſpicatae naues, quae miſſu Bruti ad portum excubabant. Lucret. 4, 410 Vix abſunt nobis miſſus bis mille ſagittae. ¶ 2 Miſſus, *Immiſſionem ferarum, equorum, ſiue ludorum, aut gladiatorum in arenam aliquando ſignificat.* Suet. in Domit. c. 4 In his Circenſium die, quo facilius centum miſſus peragerentur, ſingulos a ſeptenis ſpatiis ad quina corripuit. Id. in Claud. c. 21 Circenſes frequenter etiam in Vaticano commiſit, nonnunquam interiecta per quinos miſſus venatione. Spectacula multiplicatis miſſibus in ſerum protraxit Suet. Ner. c. 22. *Conf. Beroald. ad* Suet. Domit. c. 4. Seru. *ad* Virg. Georg. 3 *pr.* *Hinc* ¶ 3 Miſſus, *pro Illatione ferculorum.* Lamprid. *ſcribit* in Heliog. c. 30 Eum celebraſſe tale conuiuium, vt apud amicos ſingulos ſinguli miſſus apparerentur, et aliquando omnes miſſus ſola carne phaſianorum ſtruxiſſe. *Add.* Id. ib. c. 27 *et* 32. *et* Capitolin. Pertinace c. 12.

MISSIO, ônis. f. [πέμψις] *Mittendi actus.* Cic. Att. 1, 4 (5) De literarum miſſione ſine cauſa abs te accuſor. Id. Philipp. 5, 1 Non ſine cauſa Legatorum iſtam miſſionem ſemper timui, nunquam probaui: quorum reditus quid ſit allaturus, ignoro. ¶ 2 Miſſio, *pro Dimiſſione.* Suet. in Caeſ. c. 7 Miſſionem continuo efflagitauit. *Huiusmodi* miſſionum *in re militari multa ſunt genera. Eſt enim* honeſta, *quae emeritis ſtipendiis ab imperatore indulgetur. Eſt* cauſaria, *quae propter valetudines a laboribus militiae ſoluitur, vnde* Cauſarii milites *dicuntur a* Liuio. *Eſt* ignominioſa, *quum quis propter delictum ſacramento ſoluitur, vid.* l. 13 D. de re milit. *Eſt et praeter has* gratioſa miſſio, *quae per ambitionem et gratiam nimirum impetrabatur. De hac ſic* Liuius 43, 16 *extr.* Et quorum ante emerita ſtipendia gratioſa miſſio ſibi viſa eſſet. Miſſus honeſta miſſione Grut. Inſcr. p. 108 n. 5. Cic. Verr. 5, 100 Illos reſpondere, et docere vnumquemque miſſione remigum, fame reliquorum, Cleomenis timore et fuga, *etc.* Ibid. At ab omnibus tu mercedem miſſionis acceperas. Liu. 26, 1 Quibus Senatus miſſionem, reditumque in patriam negaſſet ante belli finem. Cauſaria miſſio, *vid.* CAVSA. Ludorum Cic. Fam. 5, 12. Dare miſſionem alicui Petron. c. 21 *et* 52. — pernae Id. c. 66. Pugnare ſine miſſione, *i. Vſque ad necem.* Flor. 3, 20, 14. *Vid. ibi Freinsh. Conf.* Suet. Aug. c. 45. Apul. Met. 2 p. 99. *Inter* Miſſionem dare, *et* Exauctorare. Miſſio *nimirum iis datur, qui penitus dimittuntur.* Exauctorantur, *qui ſoluuntur ſtipendio, nec tamen dimittuntur: ſed habentur ſub vexillo, non ſub aquila, aut ſignis legionis; neque iam legionarii ſunt, retinentur tamen, donec emerita ſoluantur, aut agri aſſignentur.* Tacit. Ann. 1, 20 Miſſionem, *ait*, dari vicena ſtipendia meritis, exauctorari qui ſena dena feciſſent. *Annotauit Turnebus.* ¶ 3 Miſſio, *Iactus.* Vitruu. 2, 9 Caeſar iuſſit eos extra telorum miſſionem circumuallari. Reiicere hoſtes telorum miſſionibus Id. 1, 5.

MISSOR, ôris. m. *Sagittarius.* Cic. Arat. v. 84 Hinc miſſore vacans telum.

MISSICIVS, *vel* MISSITIVS, i. m. *Veteranus, militia dimiſſus.* Suet. Neron. c. 48 Agnitus a quodam miſſicio praetoriano. *Et* Vet. Inſcript. Grut. p. 1109 n. 5 TRIB. LEG. XI AVG. ET MISSICIVS LEG. VI AVG. *Et Spon. Miſc.* p. 239 MILES MISSICIVS. *Conf.* ibid. p. 243.

MISSĬTO, âre. Frequent. [πεμπάζομαι] Liu. 9, 45 Ad Aequos inde veteres hoſtes, caeterum permultos annos ſub ſpecie infidae pacis quietos, verſa arma Romana, quod incolumi Hernico nomine miſſitauerant ſimul cum iis Samniti auxilia.

MISSITATVS, a, um. Plin. 33, 1 Quum et codicillos miſſitatos epiſtolarum gratia indicet.

MISSICVLO, âre. *Pro Miſſitare; ut Penſiculo, pro Penſito.* Plaut. Epid. 1, 2, 29 Emta eſt ancilla, quod tute ad me literas miſſiculabas.

MISSĬLIS, e. Adi. [ἀφετήριος] *Quod facile mittitur.* Stat. Theb. 8, 523 Et librans vni ſibi miſſile telum Direxit iactus, *etc.* Miſſile, *Telum omne quod manu in longum mittitur.* Virg. Aen. 9, 520 Sed pellere vallo Miſſilibus certant. *Add.* Id. 10, 802. Pugnabant miſſilibus Lacedaemonii Liu. 34, 39. *Conf.* Curt. 4, 4, 9. Aculei miſſiles ſunt hiſtrici Plin. 8, 35. Crinitum miſſile multa flamma Stat. Theb. 5, 387. Lapides miſſiles Liu. 1, 43. Pondus miſſile diſci Propert. 3, 14, 10. Res miſſiles, *Quae ſparguntur. Dicuntur et ſubſtantiue* Miſſilia, *vt paullo poſt.* Suet. in Auguſt. c. 98 Iiſdem etiam epulum in conſpectu ſuo praebuit, permiſſa, immo exacta iocandi licentia, diripiendique pomorum et opſoniorum rerumque miſſilium. *De ephebis loquitur.* Saxa miſſilia, *et* Tela Miſſilia Liu. 2, 65. Tormenta Miſſilia Plin. 8, 23. Miſſilia, *dicebantur Munera, quae a principibus populo ſpargebantur, vt puta bellaria, linea, odores, vnguenta: quod quum aliis temporibus, tum maxime Saturnalibus in theatro fieri ſolebat.* Suet. in Calig. c. 18 Sparſit et miſſilia variarum rerum, et panaria cum opſonio viritim diuiſit. Miſſilia variarum rerum *dixit, pro variae res miſſiles.* Idem in Neron. c. 11. *et* Aug. c. 48. *et* Domit. c. 4. Stat. Silu. 1 vlt. *c. not. Geuartii et Cruc.* Miſſilia iactare in vulgus Caius in l. Qua ratione, ſub finem. D. de acquir. rer. domin.

MITTENDARIVS, i. m. *Miles palatinus, qui ſaepius in prouincias mittebatur. Item exactor tributorum.* Theod. Cod. 6, 30 Mittendarii, palatini officii. *Conf.* l. 3. l. 7. l. 8 C. de palat. ſacr. largit.

MITTIX, îcis. m. *Qui facile mittit, i. qui miſſionem dat gladiatoribus, ne pugnare ad mortem cogantur.* Petron. c. 45 Non eſt mittix. *Alii aliter legunt. Vid. Burm.*

MITVLVS, i. m. [μίτυλος] *Piſcis, oſtreacei generis.* Hor. Serm. 2, 4, 28 Si dura morabitur aluus, Mitulus et viles pellent obſtantia conchae. Martial. 3, 60 Sumitur inciſo mitulus ore mihi.

MITYLĒNE, es. *et* MITYLENAE, arum. f. [Μιτυλήνη] *Vrbs in Lesbo, iuxta Mithymnam, a cuius nomine nunc tota inſula Mitylene appellatur, in qua fuere olim duae nobiliſſimae ciuitates, haec videlicet et Methymna.* Martial. 10, 68 Quum tibi non Epheſos, nec ſit Rhodos, aut Mitylene. *Dicta* Mitylene, *vt Diodor.* 6 *ſcribit, a* Mitylene, *Macharei filia. De* Mitylenis *meminit* Cic. pro Rabir. Poſt. 4. Idem Att. 4, 11. *et* Fam. 7, 7. Hor. Carm. 1, 7, 1 Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen. Pulchra Hor. Epiſt. 1, 11, 17.

MITYLENAEVS, a, um. Adi. Mango Mitylenaeus Martial. 7, 79. Pecten Mitylenaeus Claudian. de Nupt. Honor. v. 235.

M I X et M N A

MIXOBARBARI, orum. m. [μιξοβάρβαροι] *Dicebantur, Qui ex altero parente Graeco, altero* barbaro *prognati erant; quo nomine dicti fuerunt Medeae liberi, quos Aegeo peperit.*

MIXTVS, MIXTARIVS, *etc. vid.* Miſtus, *in* MISCEO.

MNA, ae. f. [μνᾶ] *vid.* MINA. Plaut. Rud. 5, 2, 27 Praeterea centum mnae Philippicae. *al.* Mna Philippia, *al. et Gronou.* Denaria. Plin. 21, 34 Mna quam noſtri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum.

M N E

MNEMONICA, ôrum. n. [μνημονικά] *Praecepta de memoria.* Auctor *ad* Herenn. 3, 30 c. 17. *et* 40 c. 24 Quemadmodum igitur qui literas ſciunt, poſſunt id quod dictum eſt ſcribere, et recitare quod ſcripſerunt; ita qui mnemonica didicerunt, poſſunt quae audierunt, in locis collocare, et ex his memoriter pronuntiare.

MNEMONIDES, um. f. *Muſae.* Ouid. Met. 5, 268. *Vid. ibi Heinſ. Alii legunt* Maeonides.

MNEMOSYNE, es. f. [Μνημοσύνη] *Mater nouem Muſarum, et interpretatur Memoria. Huius meminit* Cic. de Nat. Deor. 3, 54 Iam Muſae primae quatuor natae Ioue altero Thelxiope, Aoede, Arche, Melete. Secundae Ioue tertio, et Mnemoſyne procreatae nouem.

MNEMOSYNON, i. n. [μνημόσυνον] *Monumentum ſiue pignus,* quod

quod amico in memoriam alicuius rei relinquitur. Catull. 12, 13 Verum eſt μνημόσυνον, mei ſodalis.

MNESTHEVS, ei. m. [Μνησθεὺς] *Nomen proprium viri Troiani. De quo* Virgil. Aen. 4, 288 Mneſthea, Sergeſtumque vocat, *etc. Is ab Aſſaraco rege originem traxit, vt idem* Virg. *auctor eſt* Aen. 12, 127 Et genus Aſſaraci Mneſtheus. *Nonnunquam vero cauſa metri additur* E *poſt* M *Meneſtheus.* Idem ibidem 10, 129 Nec Clytio genitore minor, nec fratre Meneſtheo. Nec aliter poteſt ſtare verſus, *vt annotauit* Seruius. *Sed Pierio teſte bona exemplaria* Mneſtheo *legunt, vt ſit verſus Spondaicus.*

M O B et M O C

MOBILIS, MOBILITAS, MOBILITER, *vid.* MOVEO.

MOCŌSVS, a, um. Adi. [μωκώδης] *Tribuitur* Ciceroni Epiſt. ad Att. 1, 13 Genere illo mocoſo. *Vulgo legitur* Moroſo. *Salmaſius etiam dare conatur* Quinctil. 11, 3, 183. *vbi vulgo,* inotioſa actio. *Vid. Interpp. et Cic. et Quinct. ll. cc.*

M O D

MODERATE, MODERATIO, MODERATOR, MODERATRIX, MODERATVS, MODERO, MODESTE, MODESTIA, MODESTVS, *vid.* MODVS.

MODERNVS, a, um. Adi. *i. noſtri temporis: quo ſenſu reperitur ap.* Priſcian. Caſſiod. Bed. *Barbarum cenſetur Barth. ad* Brit. p. 687. *Conf. Cellar. Antib. p.* 312.

MODIALIS, *vid.* MODIVS.

MODICE, MODICVM, MODIFICOR, MODIPERĀTOR, ōris, *vid.* MODVS.

MODIVS, i. m. [ψηκτὶς] *Menſurae genus aridorum: tertia pars amphorae ſ. quadrantalis, ſextarios continens ſedecim, vt ex* Voluſio Maeciano *conficit Eiſenſchmidius.* Columel. 7, 3 *de bubus aratoriis loquens,* Bubus pro temporibus anni pabula diſpenſantur, Ianuario menſe ſingulis freſi et aqua macerati erui quaternos ſextarios miſtos paleis dare conuenit; vel lupini macerati modios, vel cicerculae maceratae ſemodios, *etc.* poteſt etiam ſi prouentus vtilitatem facit ſemodius fabae freſae praeberi. Cic. de Amicit. 69 c. 19 Verumque illud eſt quod dicitur, Multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, vt amicitiae munus expletum ſit. Cic. Off. 2, 58 Ne M. quidem Seio vitio datum eſt, quod in caritate aſſe modium populo dedit. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 18 Tritici modios CXX millia polliceri cogit. Mille modii fabae Hor. Epiſt. 1, 17, 55. Modio metiri pecunias: *vid. Interpp.* Petron. c. 37 p. 156. ¶ 2 Modius agri, *qui laudatur ex* Varr. R. R. 1, 10, 2 *nihil eſt niſi vitium quorundam librorum. Eſt enim* modus agri, *etc.* ¶ 3 Modius, *eſt Locus in naui, cui malus inſiſtit.* Iſidor. 19, 2 Modius eſt, quo arbor inſiſtit. *Vid. Scheff. de Milit. nau.* 11, 5. *Dictus ſine dubio a ſimilitudine, cum ſit cauum cylindri figura. Hinc* MODIOLVS.

MODIVM, i. n. *Idem.* Plin. 18, 16 Id praeſtant in iugera modia vicena. Vrnae duae amphoram complent, quae ſunt modia tria Anonym. de menſuris ap. Rigalt. modia quinque medimnum faciunt *ibid.*

MODIATIO, onis. f. *Modiorum certus numerus, menſura in modiis.* in l. Quum non frumentum. C. De vſuris, Quum non frumentum, ſed pecuniam foenori te accepiſſe alleges, vt certa modiatio tritici praeſtaretur; ac niſi is modius ſua die fuiſſet oblatus, menſurarum, *etc. Conf.* Caſſiod. Varr. l. 4.

MODIŎLVS, i. m. Dimin. [ψηκτίδιον] *Ex* Modio, *quod varie deinde vſurpatur. Sic* Modiolus, *paruum vas ad hauriendum ex puteo, aut lacu, aut flumine aquam.* Vitruu. 10, 9 Circa extremum latus rotae figentur modioli quadrati, pice et cera ſolidati. Ita quum rota a calcantibus verſabitur, modioli pleni ad ſummum elati, et rurſus ad imum reuertentes, infundent in caſtellum ipſi per ſe, quod extulerunt. *Add.* Vitr. 10, 12 ſq. ¶ 2 Modiolus *etiam, vas ſi menſtrium potui paratum, vt Phiala, vt trulla.* Scaeuola in l. Seiae. D. De auro et arg. leg. Seiae dulciſſimae poculum aureum, quod elegerit, fidei heredum committo, vt dent. Quaero quum in hereditate non ſint niſi trullae, ſcyphi, modioli, phialae, an Seia de his ſpeciebus eligere poſſit? Reſpondi, quum omnia potui parata pocula dicantur, poſſe eam ex his eligere. Plaut. Ciſt. 2, 2, 6 Vix exſculpſi vt diceret, quia ei promiſi modiolum vini dare. ¶ 3 Modiolus *in balliſta.* Vitruuius *in fabrica eiuſdem,* Conſtituantur *inquit,* modioli foramini ii. *Ad quem locum ſic Turnebus,* Modioli *ſunt, qui a Graecis appellantur* χοινικίδες, *ſuntque formae rotundae et turbinatae, induunturque foramini; idque perſpici poteſt ex ſequenti* Vitruuii *capite, in quo ita ſcribitur,* Tum vero modioli aerei in ea capitula includuntur, et in eos cuneoli ferrei, quos ἐπιχοΐδας Graeci vocant, collocantur. *Quo tamen loco* ἐπιζυγίδας *legendum putat idem Turnebus.* ¶ 4 Modiolus in rota, [πλήμνη, χοινίκη, χνόη] *Cui affixi ſunt radii, qui capit axem, circa quem agitur.* Plin. 9, 4. ¶ 5 Modiolus, [χοινίκιον] *Inſtrumentum chirurgicum oſſibus excidendis* Celſ. 8, 3 Modiolus, ferramentum concauum teres eſt, imis oris ferratum, per quod medium clauus ipſe quoque interiore orbe cinctus demittitur. *Reliqua ratio ex vſu intelligi poteſt:* Si vitium oſſis in exiguo eſt, quod comprehendere modiolus poſſit, ille potius (*quam terebra*) aptatur. At ſi caries ſubeſt, medius clauus in foramen demittitur. Si nigrities ſit, angulo ſcalpri ſinus exiguus fit, qui clauum recipiat, vt, eo inſiſtente, circumactus modiolus delabi non poſſit: deinde is habena, quaſi terebra conuertitur. Eſtque quidam premendi modus, vt et foretur et circumagatur: quia, ſi leuiter imprimitur, parum proficit; ſi grauiter, non mouetur. — At vbi iam iter modiolo impreſſum eſt, medius clauus educitur, et ille per ſe agitatur. Deinde cum ſanitas inferioris partis ſcobe cognita eſt, modiolus remouetur.

MODIĀLIS, e. Adi. [ψηκταῖος] *Quod modium continet.* Plaut. Capt. 4, 4, 8 Aulas, caliceſque omnes confregit, niſi quae modiales erant. Modius, *qui Graece* χοῖνιξ, *inſcribebatur quaedam* Varronis Satyra, *in qua diſputabat de modico victu cultuque, et parſimonia, et hominum tanquam demenſo. Turnebus.*

MODO. [ἀρτίως] *Adu. o finale breui, Tempus ſignificat praeſens, vel mox praeteritum, vel nondum praeteritum, vel ſtatim futurum: vt,* Modo id ago, Modo veni, Modo id dicebam, Modo faciam. *Breue itaque interuallum aut paene nullum notat.* Ter. Adelph. 3, 1, 2 Modo dolores mea tu, occipiunt primulum. *Vbi* Donat. Euidenter hic Modo temporis praeſentis Aduerbium eſt. Idem Hec. 3, 5, 8 Aduenis modo? PAM. admodum. *Vbi* Donat. Difficile inuenitur praeſentis temporis Modo. Atque vt oſtendat eſſe momentum etiam praeſentis temporis, dixit Admodum, quod eſt minus. Florent modo nata Hor. de Arte Poët. 62. Modo ait, modo negat Ter. Eun. 4, 4, 47. Cic. de Diuin. 2, 62 Quod ſi eorum vi caelum modo hoc modo, modo illo modo temperatur. Hor. Serm. 2, 7, 9 Saepe notatus Cum tribus annellis, modo laeua Priſcus inani Vixit inaequalis. *Notet certe proximitatem quandam temporis, et parua interualla. Sic et in iſtis, quae ad paullo ante praeteritum tempus referuntur, vt,* Modo ab noſtris Imperatoribus ſubacti, modo bello domiti, modo triumphis ac monimentis notati, modo ab Senatu agris vrbibuſque multati ſunt Cic. pro Font. 2. Modo egens, repente diues Idem Philipp. 2, 65. Idem de Natur. Deor. 1, 31 Facit in iis, quae a Socrate dicta retulit, Socratem diſputantem, formam dei quaeri non oportere, eundemque et ſolem et animum deum dicere, et modo vnum, tum autem plures deos. Modo, *pro* Nunc, Quinctil. 1. prooem. Nunc autem quae velut propria philoſophiae aſſeruntur, paſſim tractamus omnes. Quis enim modo de iuſto, aequo, ac bono, non et vir peſſimus loquitur? *Hic apertiſſime* Fabius Nunc *et* Modo *pro eodem vſurpauit.* Modo, *de Tempore Praeterito.* Ter. Eun. 4, 2, 30 Quando? DO. hodie. PH. quam dudum? DO. modo. Donat. Nota Modo aperte pro praeterito tempore dictum eſſe, id eſt iamdudum; nam qui vitiauerat virginem non modo, ſed longe ante veſtem mutauit cum eunucho Phaedriae. Cic. de Finib. 5, 4 Modo enim fuit Carneades. *i. Nuper.* Modo vno tempore tot viri clariſſimi interierunt Cic. Fam. 4, 5. Modo, *minus ſignificat quam* Nuper. Idem Verr. 4, 16 c. 8 Quid dico nuper? immo, vero modo, ac plane paullo ante vidimus. Sen. Ep. 49 Modo amiſiſſe te videor. Quid enim non modo eſt, ſi recorderis? (*i. quid non reuocare et retro admouere ſibi poteſt memoria?*) Modo apud Sotionem philoſophum puer ſedi, modo cauſas agere coepi, modo deſii velle agere, modo deſii poſſe. — Modo te proſecutus ſum; et tamen hoc *modo* aetatis noſtrae bona portio eſt. ¶ 2 Modo vt, *vel* Si modo, *aut* Modo videam, *pro* Dummodo. Ter. Phorm. 1, 2, 9 Qui iſtuc eſt? G. ſcies: Modo vt tacere poſſis. *Add.* Id. Heaut. 4, 1, 4. Cic. de Finib. 1, 29 Probabo (inquit) modo iſta ſis aequitate, qua oſtendis. Cic. de Amicit. 61 In quibus eorum aut caput agatur aut fama, declinandum eſt de via, modo ne ſumma turpitudo ſequatur. *i. Dummodo non ſequatur ſumma Reipub. turpitudo.* Cic. Fam. 16, 11 Magna auxilia Afranio et Petreio ducibus habet a tergo; videtur, ſi inſaniet, poſſe opprimi, modo vt vrbe ſalua. *Et* Verr. 4, 10 Concede vt impune emerit, modo vt bona ratione emerit. Si modo, quod memoras, factum fortuna ſequatur Virg. Aen. 4, 109. ¶ 3 Modo, *pro* Tantummodo, *vt ait* Donatus; *ſiue* Solum, *et* duntaxat. Ter. Eun. 2, 3, 17 Chaerea aliquid inueni modo quod ames. Inueni *eſt Imperatiuus.* Cic. de Orat. 2, 146 Quae quidem omnibus, qui ea mediocriter modo conſiderarint, ſtudio adhibito et vſu pertractata eſſe poſſunt. *Conf.* Sueton. Domit. c. 5. ¶ 4 Modo, *pro Qui enim, vel tamen.* Cuiuſque modi genus hominum, quod modo vſui foret Salluſt. Cat. c. 39 *extr. Vbi vid. Cort. Ad.* Idem Iug. 64, 5. Quinctil. 6, 3 Si mihi tradita ſequi praecepta ſufficeret, ſatisfeceram huic parti, nihil eorum, quae legi vel didici, quod modo probabile fuit, omittendo. Cic. de Diuin. 1, 86 Nemo aliter philoſophus ſenſit, in quo modo eſſet auctoritas. Vt omnes iſtius iniurias, quas modo poſſet, reſcinderet Cic. Verr. 2 c. 26. Et clamant, merito, qui modo cunque vident Ouid. Am. 2, 14, 40. Cic. Fam. ,5 Si Pompeius paullum modo oſtenderit ſibi placere. ¶ 5 Modone; *Interrogatiuum, quemadmodum* Nonne, *et* Numquid. Ter. Andr. 5, 3, 11 Me miſerum. S. modone id demum ſenſiſti Pamphile? ¶ 6 Modo non, *Tantum non. Perinde valet, quaſi dicas* Propemodum, *fere, ferme, paene.* Ter. Phorm. 1, 2, 18 Senem per epiſtolam pellexit, modo non montes auri pollicens. ¶ 7 Cicero Fam. 6, 13 Deinde, quod ea de Repub. ſemper voluiſti atque ſenſiſti, vt non modo cum ſecunda ſperare debeas, ſed etiam ſi omnia aduerſa eſſent, *etc.* ¶ 8 Modo, *pro Saltem.* Ter. Adelph. 3, 4, 63 Vtinam hoc ſit modo defunctum.

MODVLOR, MODVLATIO, MODVLATOR, MODVLATVS, MODVLATE, *vid.* Modulus, *in* MODVS.

MODVS, i. m. [μέτρον, τρόπος, σχῆμα, μετριότης] *Menſuram ſignificat, cui notioni affinis eſt* Modius: *deinde ipſam quantitatem rei: ſed etiam qualitatem et rationem: tum mediocritatem et iuſtam menſuram atque moderationem: vt exempla docebunt.* Plaut. Poen. 1, 2, 29 Modus omnibus in rebus optimum eſt habitu, Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex ſe. Columel. 2, 19 *pr.* Eſt autem modus in ſiccando foeno, vt neque peraridum, neque rurſus viride colligatur. Cic. in Orat. 73 c. 22 In omnibus rebus videndum eſt quatenus; etſi enim ſuus cuique modus eſt, tamen magis offendit nimium, quam parum. Cic. Off. 1, 135 Vt incipiendi Ratio fuerit, ita ſit deſinendi modus. Modo ac Ratione omnia Romae Naeuium feciſſe Idem pro Quint. c. 7. Idem de Orat. 2, 58 Pictoris cuiuſdam ſummi Ratione et modo formarum varietate locos diſtinguentis. Ter. Andr. 5, 1, 7 Vide quam iniquus ſis prae ſtudio, dum efficias id, quod cupis; neque modum Benignitatis, non quid me ores cogitas. Bellandi modus Sil. 16, 91. Cic. de Senect. 86 Nam habet natura, ſicut aliarum omnium rerum, ſic Viuendi modum. Ter. Andr. 1, 1, 68 Scias poſſe habere iam ipſum ſuae Vitae modum. *i.* Moderationem et regimen, *inquit* Donatus. Aſper, et rarus Quinctil. 4, 1. Blandi Ouid. Sabin. Epiſt. 1, 36. Frequens, et fauorabilis Quinctil. 4, 4. Iuſtum funere ſibi Celſ. 4, 2. Maior vini modus Idem 8, 4. Miris modis viſenda animalia Virg. Georg. 4, 309. Lucret. 4, 1276

Nam facit ipſa ſuis interdum femina factis,
Morigeriſque modis, et mundo corpore culta,
Vt facile inſueſcat ſecum vir degere vitam.

Omni modo differre Plin. 16, 14. Idem 16, 32 Omni modo Laborauit Mithridates rex, et caeteri incolae, ſacrorum certe cauſa laurum, myrtumque habere, et non contigit. Celſ. 3, 27 Vtile eſt iam ſeuum miſcere cum hyoſcyami et vrticae contritis ſeminibus, ſic, vt omnium par modus ſit, idque imponere. ¶ 2 *Formae verborum:* Abiit modus, *vid.* ABEO. Cicer. Off. 1, 14 His rebus, quae tractantur in vita, modum quendam Adhibentes et ordinem, honeſtatem et decus conſeruabimus. Adiicere, *vid.* ADIICIO. Aeſtimare aliquid ſimili ratione modoque Horat. Epiſt. 2, 1, 20. Capere modum, *vid.* CAPIO. Carere fine modoque Lucret. 1, 963. Conſtituere modos infinitis Cic. de Finib. 1, 2. Cuſtodire modum, *vid.* CVSTODIO. Definire alicui rei Idem pro Marcell. 26. Dicere et facere aliquid modo et ordine Idem Off. 1, 15. Dare modum profeſſioni Quinct. 2, 1. Ediſcere numeroſque modoſque vitae Hor. Epiſt. 2, 2, 144. Exequi ſtationis modum Cic. Verr. 3, 146. Exigere

gere tempus modumque ſecum Virg. Aen. 4, 475. Cic. Verr. 2, 118 c. 48 Nos modum aliquem et finem orationi noſtrae criminibusque Faciamus. Idem Fam. 5, 16 Nulla fuit vnquam liberis amiſſis tam imbecillo mulier animo, quae non aliquando lugendi modum Fecerit. *Et* de Legib. 2, 53 Ipſisque auctorem fuiſſe, vt aliquando controuerſiarum aliquem Facerent modum. *Conf.* Liu. 3, 11 *pr.* Facere more et modo aliquid Cic. pro Muraen. 72. Facere more modoque Horat. Carm. 4, 2, 28. Facere modo et ratione omnia Cic. pro Quint. 28. Figere modum nequitiae Hor. Carm. 3, 15, 2. Finiuit modum nouis ſepulcris Cic. de Legib. 2, 66. Idem de Finib. 2, 27 Ergo et auarus erit, ſed finite: et adulter, verum Habebit modum; et luxurioſus, eodem modo. *Et* Verr. 2, 144 Quid vero, modum ſtatuarum Haberi nullum placet? atqui habeatur neceſſe eſt. Hor. Serm. 2, 3, 266

— ô here quae res
Nec modum Habet, neque conſilium, ratione, modoque
Tractari non vult.

Cic. Fam. 4, 7 Sed Habet iſta ratio, vt mihi quidem videtur, quendam modum. Imponere modum dolori, pugnae, tempori, *vid.* IMPONO. Labens mille modis Ouid. Met. 5, 596. Laborant miſeris modis diſtracta Lucret. 3, 506. Metiri modum Cic. in Parad. 6. Miſceri multis modis Lucret. 2, 115. Nulla in re modum humana ingenia Nouerunt Plin. 26, 4. Cic. de Nat. Deor. 3, 90 Quinam Tantalidarum internecioni modus Paretur? Patitur ſecundis in rebus modum. *i. Modeſtiam ſeruat.* Senec. Thyeſt. 3, 5. Ponere modum exitiis Virg. Aen. 7, 129. Praeſcribere Quinctil. 4, 1. Cic. pro Lege Manil. 3 Itaque non mihi tam copia quam modus in dicendo Quaerendus eſt. Regnat in his maxime modus Quinctil. 11, 3 *extr.* Seruare modum, finemque tenere Lucan. 2, 381. Seruant non arma modum Senec. Herc. fur. 6. Siſtere Ouid. Met. 15, 493. Statuere Hor. Serm. 1, 2, 211. Cic. pro Sull. 48 c. 17 Ac ſi conſiderare coeperis, vtrum magis mihi hoc neceſſe fuerit facere, an tibi; intelliges honeſtius te inimicitiarum modum Statuere potuiſſe, quam me humanitatis. Statuere grauibus aerumnis Senec. Herc. fur. 4 v. 206. Statuere imperii diuturnitati Cic. pro Lege Manil. 26. Statuere alienae induſtriae Idem de Finib. 1, 3. Sum, *vt*, Eſt modus in rebus Hor. Serm. 1, 1, 106. Temperant modum frigoris et caloris acceſſus et receſſus ſolis Cic. de Natur. Deor. 2, 50. Idem Off. 1, 106 c. 29 Sin ſit quiſpiam, qui aliquid tribuat voluptati, diligenter ei Tenendum eſſe eius fruendae Modum. *Ibid.* Ludendi eſt etiam quidam modus retinendus, vt ne nimis omnia profundamus. Idem in Parad. 3 Si quidem rerum modum fingere non poſſumus, animorum modum Tenere poſſumus. Terminare modum artis vtilitate Cic. Tuſcul. 1, 4. Idem in Parad. 6 Non aeſtimatione cenſus, verum victus atque cultus Terminatur pecuniae modus. ¶ 3 *Cum Pronominibus et Adiectiuis:* Cic. de Inuent. 1, 46 Credibile eſt, quod ſine vllo teſte, auditoris opinione firmatur, Hoc modo, Nemo eſt, *etc. Add.* Scribon. 271. Cic. Tuſc. 2, 10 Eſt igitur ambulantibus ad hunc modum ſermo ille nobis inſtitutus. Eodem modo Scribon. 3. 20. 128. 192. Spero me habere, qui hanc meo excruciem modo Ter. Eun. 5, 3, 11. Moleſtus ne ſis, non tuo hoc fiet modo Plaut. Moſt. 2, 1, 25. Ter. Andr. 1, 1, 126 Sine nunc Meo me viuere interea modo. *i.* Mea voluntate, meo arbitrio, *inquit* Donatus. Cicero Att. 14 (13) 23 De die tantum videto, et id ipſum Bono modo. Idem Acad. 4 137 c. 44 Haec tibi Luculle, ſi es aſſenſus Antiocho familiari tuo, tam ſunt defendenda, quam moenia; mihi autem Bono modo tantum quantum videbitur. Bono modo fiat Plaut. Merc. 5, 4, 62. *Add.* Idem Amph. 3, 4, 13. Bono modo inuenire pecuniam Plin. 7, 43. Cato c. 5 Si quis quid deliquerit, pro noxa Bono modo vindicet. Cic. Verr. 2, 9 Hunc denique ipſum pertuliſſent, ſi Humano modo, ſi vſitato more, ſi denique vno aliquo in genere peccaſſet. Indignis accipi, *vid.* ACCIPIO. Miris, *vid.* MIROR. Multiplex Plin. in Prooem. 33. Multis modis aliquem exſpectare, pro Vehementer Ter. Hec. 2, 3, 7. Donatus. Cic. Verr. 4, (2) 93 c. 38 Et haec praeterea addidit homo Venerius, Nouo modo, nullo exemplo, *etc.* Idem ibid. 4, 2, 186 Nunc ad ſociorum tabulas accepti et expenſi, quas remouere honeſte Nullo modo potuerunt, *etc.* Cic. pro Roſc. Amer. 99 Nullum modum eſſe hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit. Ter. Eun. 2, 3, 92 Quae nos, noſtramque adoleſcentiam habent deſpicatam, et quae nos ſemper Omnibus cruciant modis. Omni modo cum aliquo agere aliquid Cic. Att. 6, 2.

¶ 4 *Cum Praepoſitionibus:* Cic. Off. 1, 150 Cauendum autem eſt, praeſertim ſi ipſe aedifices, ne Extra modum ſumtu et magnificentia prodeas. Extra numerum modumque facere aliquid Hor. Epiſt. 1, 19, 59. In modum pilae, in modum ſemipedis; *item etiam*, Modo gallinarum, et modo ſagittae Plin. 9, 46. Columel. de Arboribus c. 32. Plin. 11, 16. Idem 9, 29. Amici In modum, *vid.* IN *Praepoſitionem.* In modum (malagmatis) 233. Pecorum In modum Liu. 38, 17. In vuae modum conuoluere ſe, *vid.* CONVOLVO. In germanum modum amicus Plaut. Caſ. 3, 4, 25. In modum hoſtilem Liu. 1, 5. Hoſtilem' in modum cruciari et necari Cic. Verr. 5, 73. *Add.* Liu. 1, 5. Cic. de Prou. Conſ. c. 3. Maiorem in modum, *vid.* MAGNVS. Mirabilem in, *vid.* MIROR. Mirum in, *vid.* MIROR. Miſerandum in, *vid.* MISER. Perpetuum in modum, *vid.* IN *Praepoſitionem.* Peregrinum in modum, *vid.* IN *Praepoſitionem.* Firmic. 2, 32 Hic enim dies, id eſt tertius, plurimum in modum in genituris operatur. Seruilem in modum cruciari Cic. Verr. Act. 1, 13. Intra modum, *vid.* INTRA. Intra loquendi modum dicere, *vid.* INTRA. Cic. de Diuin. 1, 100 Veienti bello quum lacus Albanus praeter modum creuiſſet. Supra Virgil. Georg. 4, 236. ¶ 5 *Cum Subſtantiuis:* Apis more modoque Hor. Od. 4, 2, 27. Indaginis Tacit. in vita Agric. 37. Latrocinii magis, quam belli modo Liu. 38. Pacis Tacit. Hiſt. 4, 15. Pecorum modo, pro Ritu ſiue more pecorum Id. Ann. 4, 25. Idem Agric. 6 Ludos, et inania honoris, modo rationis, atque abundantiae duxit. Ruinae modo Idem Hiſt. 4, 71. Liu. 30, 26 Seruorum modo praeter ſpem repente manumiſſorum, licentiam linguae et vocis experiri. Vitae Cic. pro Muraen. c. 8. ¶ 6 Modus, *Finis, ſeu euentus.* Iuuen. Sat. 6, 443 Imponitque modum ſapiens, et rebus agendis Virg. Aen. 4, 294 Tentaturum aditus, et quae molliſſima fandi Tempora, quis rebus dexter modus. *i.* Quis ſit optimus rebus euentus, vel quis finis, *inquit* Seruius. Valer. Flacc. Argon. 1, 294 Iamque mero, ludoque modus; poſitique quietis Conticuere thoris. Modus, *i. Finis impoſitus eſt potationi et ludo, cubitumque abierunt.* Quis ſcelerum modus eſt? Lucan. 1, 334. Quid modi futurum eſt, illum quaerere Plaut. Men. 2, 1, 8. Hic modus eſt orbis Auien. Deſcript. Orb. v. 100 *de columnis Herculis.* Nullo modo, *pro Nullo fine.* Iuuen. Sat. 7, 100 Nullo quippe modo milleſima pagina ſurgit. Nullus modus longo lateri Virg. Georg. 3, 54. Non eſt modus exemplorum Plin. 9, 8. Adeſt nullus modus lacrimis Ouid. Triſt. 1, 9, 38. Facere ſibi modum Veneris Idem Met. 4, 258. Ponere modum orationi Tacit. Ann. 4, 9. ¶ 7 Modus, *in muſicis, pro Menſura, et flexu, quem in ſuo cantu obſeruare ſolent.* Auct. qui Cenſorino ſolet adiungi c. 11. Modus eſt lex quaedam et ordo vocalium interuallorum, et differentia *etc. Vid. Dalec. ad* Plin. 2, 22. *Conf.* Aeolius, Dorius, Lydius, Phrygius, *etc. Hinc illud in titulis* Comoediarum Terentii, Modos fecit Flaccus Claudii filius, *etc.* Cic. de Orat. 254 Solet idem Roſcius dicere, ſe quo plus ſibi aetatis accederet, eo tardiores tibicinis modos et cantus remiſſiores, eſſe facturum. Docilis modorum Hor. Carm. 4, 6, 43. Diſcordes Stat. Silu. 5, 5, 26. Dulces Hor. Carm. 3, 9, 10. Flebiles Idem ibid. 2, 9, 10. Quinct. 1, 10 Muſice effeminata et Impudicis modis fracta. Lyrici Ouid. Epiſt. 15, 6. Quinctil. 1, 10 Duces maximos, et fidibus et tibiis ceciniſſe traditum, et exercitus Lacedaemoniorum Muſicis accenſos modis. Preſſi et flebiles Cic. Tuſc. 1, 106. Rudis Ouid. de Arte Am. 1, 111. Scenatilis, *pro Verſu ſcenico, vt Iambico, quo in comoediis, et ſcena Poëtae ſolent vti.* Varro Modio, Sed ô Petrulle ne meum taxis librum, Si te pigebit hic modi ſcenatilis. *Nam verſus iambicos, quibus hoc compoſuit, innuit iucundo circuitu orationis. Ex Turneb.* 12, 16. Numeris modiſque licentia maior Hor. de Arte Poët. 211. Verbis, rebus, et modis lugubre carmen Cic. Tuſc. 3, 45. Certare diuerſis modis Stat. Silu. 1, 2, 148. Concordant varii Ouid. Met. 10, 147. Dicere aliqua quocunque modo, *i. Carminibus celebrare.* Virg. Ecl. 5, 50. Fingere et diſponere modos Ouid. Amor. 3, 7, 6. Quinct. 1, 10 Sed ne haec quidem praeſumenda pars eſt, vt vno interim contenti ſimus exemplo C. Gracchi, praecipui ſuorum temporum oratoris, cui concionanti conſiſtens poſt eum muſicus fiſtula, quam tonarion vocant, modos quibus deberet Intendi, miniſtrabat. Cic. de Orat. 1, 154 Quod ſi ille adſtrictus certa quadam numerorum moderatione et pedum, tamen aliquid ad requiem ſenectutis excogitat, quanto facilius nos non Laxare modos, ſed totos mutare poſſumus? Miniſtrare Quinct. 1, 10. Noſcere varietates et modos vocum ſurdus non poteſt Cic. de Diuin. 2, 9. Poſtulant ſubmiſſiorem quendam modum Quinct. 3, 8. Liu. 7, 2 Ludiones ex Hetruria acciti ad tibicinis modos Saltantes, haud indecoros motus more Tuſco dabant. Temperare modis canticum Euanthius Prol. in Ter. Tenuare paruis modis magna Hor. Carm. 3, 3, 72.

¶ 8 *Menſuram et quantitatem adeo ſignificat praeſertim, cum vocatur* Modus agri, Plaut. Aulul. prol. 13 Agri reliquit ei non magnum modum. Cic. Att. 13, 23 Etſi nihil ſcripſit, niſi de modo agri. Idem pro Flacc. 80 Voluſti magnum Agri modum cenſeri. Horat. Serm. 2, 6, 1 Hoc erat in votis, modus agri non ita magnus. Liu. . . Ne cui maior quam quinquaginta iugerum Agri modus eſſet. *Add.* Id. 6, 35. Qui foderant, ingentem Aquae modum inuenerunt Front. de Aquaed. l. 1. Haſtae modum duplicauit Nep. 11, 2, 4. Erant et falces et operae meſſoriae omnis modus Apul. Met. 6. Gell. 1, 1 Facile intellexit modum ſpatiumque plantae Herculis, ratione proportionis habita, tanto fuiſſe quam aliorum procerius, quanto Olympicum ſtadium longius eſſet quam caetera. Tantus erat in eo maximarum Rerum modus A. Victor. in Trai. Patercul. 2, 74, 3 Is tum occupata Sicilia, ſeruitia fugitiuoſque in numerum exercitus ſui recipiens, magnum legionum modum effecerat. Pecuniae captiuae ingens modus Curt. 5, 6, 8. *Conf. ibid.* n. 3. Optimus Pecuniae modus eſt, qui nec in paupertatem cadit, nec procul a paupertate diſcedit Sen. de Tranqu. c. 7. *Add.* Scribon. 73. *Conf. quae Rhod. in Lex. Scribon. allegauit et adſcripſit. Buchner. ad* Plin. Epiſt. 8, 20.

MODVLVS, i. m. Dimin. [μέτρον] *Pro Menſura.* Hor. Serm. 2, 3, 309 — Ab imo Ad ſummum totus moduli bipedalis. Idem Epiſt. 1, 7, 98 Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt. Ponderibus moduliſque ſuis ratio vtitur Hor. Serm. 1, 3, 78. Modulos Vitruuius 3, 2. *vocat Particulas quaſdam proportionem totius continentes, ad quas opus totum dimetiuntur architecti,* Paullus in l. Non ſolum. §. Sciendum. D. De operis noui nuntiat. Sed vt probari poſſit, quid poſtea aedificatum ſit, modulos ſumere debet is, qui nuntiat; qui vt ſumantur, conferanturque, Praetor decernere ſolet. Modulorum *in aquaeductuum doctrina et legibus frequens mentio v. g. apud* Frontinum de Aquaed. *Ponamus definitionem Poleni, Eſt fiſtula quaedam, efficiens veluti primam partem fiſtulae recipientis aquam; quae pars lumine ſuo, id eſt capacitate ſua, determinet quantitatem aquae per ipſam fiſtulam deriuandae. Ipſe* Frontin. Art. 36 Eſt autem calix modulus aeneus, qui riuo vel caſtello induitur; huic (*modulo*) fiſtulae applicantur. Longitudo eius habere debet digitos non minus duodecim; lumen, id eſt capacitas, quanta impetrata fuerit. Vlpian. in l. Damni infecti ſtipulatio pertinet. D. De damno infecto, Vnde Labeo putabat eum, qui modulorum aut riui faciendi cauſa opus faceret, etiam ſatis dare debere, quia et in alieno ſolo faceret. ¶ 2 Modulus, *ponitur etiam pro ipſa Modulatione in cantu, qui etiam Modulamen dicitur.* Plin. 11, 37 Arteriarum pulſus in modulos certos, legeſque metricas, per aetates ſtabilis, aut citatus, aut tardus. *Sed hoc eſt per translationem.* Idem 7, 56 Lydios modulos Amphion; Dorios, Thamyras Thrax; Phrygios, Marſyas Phryx inuenit. Aequiualere modulis. Auctor Philomelae 1.

MODVLOR, āri. [μετρέω, ἐπαυλέω, καταυλέω, φορμίζω, ῥυθμίζω] *Ad modos aut modulos aliquid facere, vt Metiri.* Gell. 1, 1 Scite, ſubtiliterque ratiocinatum Pythagoram Philoſophum dicit in reperienda modulandaque ſtatus longitudiniſque eius praeſtantia. *De Hercule.* Carmen modulari, *vel Componere, vel decantare* Virg. Aen. 1, 1. Carmina paſtoris Siculi modulabor auena Idem Ecl. 10, 51. Carmen modulari arundine Ouid. Met. 11, 154. Cic. in Orat. 56 c. 18 Ipſa natura quaſi modularetur hominum Orationem, in omni verbo poſuit acutam vocem, nec vna plus, nec a poſtrema ſyllaba citra tertiam, quo magis naturam ducem ad aurium voluptatem ſequatur induſtria. Sonum vocis pulſu pedum modulari, Liu. 27, 37 *extr. i. dimetiri, rythmi cauſa.* Verba modulanda fidibus Hor. Epiſt. 2, 29, 145. Cic. de Orat. 3, 185 Niſi quod hominum aures Vocem natura modulantur ipſa.

MODVLANS, antis. Partic. [ἐπαυλῶν] Virg. Ecl. 5, 14 Carmina deſcripſi, et modulans alterna notaui. Natura ita modulante Plin. 2, 54.

MODVLĀTVS, a, um. Partic. Paſſiu. [ἐπαυληθείς] *Vt,* Modulatus ſonus. *Vid.* SONVS. Quinct. 9, 2 Nomen ductum a canticis ad aliorum ſimilitudinem modulatis. Carmen Latinum Hor. Od. 1, 32, 5. Carmina Suet. Aug. c. 57. *et* Calig. c. 16. Homo fieret totus modulatus et muſicus Apul. Doctr. Plat. p. 60. Modulatiores Animi Gell. 1, 11. Nerui Lucan. ad Piſon. 163. *Compar.* Gell. 1?, 2

Oratio

Oratio modulatior aptiorque. *Superl.* Florus 2, 7, 15 Quam modulatiſſimo aliquo tibiarum, aut fidium cantu fruebantur.

MODVLĀTVS, ûs. m. [κατaύλησις] *Cantus.* Senec. Herc. furent. v. 263 Cuiusque muros natus Amphion Ioue ſtruxit canoro ſaxa modulatu trahens.

MODVLATIO, ōnis. f. [ῥυθμὸς, ῥυθμοποιΐα] *Idem.* Quinctil. 9, 4 Vt ſint tamen pedes alii aliis crebriores, non verba facient, quae neque augeri, nec minui, nec ſicut modulatione produci aut corripi poſſint; ſed transmutatio et collatio. Modulatio ſigniferi Plin. 2, 8. Vocis modulationem fidibus ac tibiis adiuuare Quinct. 11, 3.

MODVLĀMEN, ĭnis. n. *Idem.* [ἐπαύλημα] Auctor Philomelae v. 5 Nam quamuis aliae volucres modulamina tentent. *Conf.* Macrob. Somn. Sc. 2, 12. Sidon. Epiſt. 2, 2. *et* Carm. 1, 9.

MODVLAMENTVM, i. n. *Idem.* Gell. 1, 7.

MODVLĀTOR, ōris. m. [ῥυθμοποιὸς] Columel. in Praef. 1 Placitae diſciplinae conſectentur magiſtrum vocis, et cantus modulatorem. Cantor atque optimus modulator Horatius Serm. 1, 3, 130.

MODVLĀTRIX, īcis. f. Aquas modulatrices *dixit* Tertull. de Baptiſmo c. 3.

MODVLĀTE. Adu. [ῥυθμικῶς] *Concinne, et cum menſura.* Cic. de Nat. Deor. 2, 22 c. 8 Si ex oliua modulate canentes tibiae naſcerentur, num dubitares, quin ineſſet in oliua tibicinis quaedam ſcientia? Enuntiare aliquid Auſon. Epiſt. 19. *Compar.* Gell. 11, 13 Collocata verba accuratius modulatiusque. *Adde* Ammian. 6, 7.

MODVLABĬLIS, e. Adi. Hyblaea modulabile carmen auena Calpurn. Ecl. 4, 63.

MODIFĬCVS, a, um. Adi. *Modum ſeruans.* Auſon. Parental. 27 Cui breuia mela modifica recino.

MODIFĬCOR, āri. [διαμετρέω] *Metiri.* Gell. 1, 1 Comprehenſa autem menſura Herculani pedis, ſecundum naturalem membrorum omnium inter ſe competentiam modificatus eſt. Cic. de Orat. 3, 184 c. 48 Verba illa modificata eſſe debebunt. Orationi modificabor Apul. Flor. *extr. i. modum ponam.*

MODIFICATVS, a, um. Part. Cic. in Partit. 17 c. 5 Tractatione autem, quum aut propria ſumuntur vocabula, aut addita ad nomen, aut noua, aut priſca, aut ab oratore modificata, et inflexa quodam modo. Modificato Celeuſmate laudes canere Sidon. Epiſt. 8, 12. Modificatae luſciniarum Querelae Id. 9, 2.

MODIFICATIO, ōnis. f. Senec. Epiſt. 89 (88) *poſt pr.* Syllabarum enarratio, verborum diligentia, fabularum memoria, verſuum lex ac modificatio. *Conf.* Gell. 10, 3.

MODIFICĀTOR, ōris. m. Apul. Florid. p. 342. *de Antigenida,* Omnis voculae melleus modulator et idem omnis modi peritus modificator.

MODIPERATOR, ōris m. [συμποσίαρχος] *Magiſter conuiuii.* Non. 2, 565 Modiperatores, quaſi modum imperantes. Varro Rerum humanar. lib. 20 In conuiuiis qui ſunt inſtituti potandi Modiperatores magiſtri. *De re ipſa Lipſ. Antiq. Lect.* 3 p. 104.

MODĬCVS, a, um. Adi. [ὀλίγος, τυτθὸς] *Moderatus et mediocris, interdum paruus et puſillus.* Plin. 10, 55 Sed inuentum, vt oua in calido foco impoſita paleis igne modico fouerentur. Aceruus modicus Hor. Epiſt. 2, 2, 190. Animus modicus, continens, expers ambitionis Plauti *eſſe dicitur.* Anus Plaut. Curcul. 1, 1, 14. Cantharis modicis potare Hor. Carm. 1, 20, 2. Claſſis Liu. de Bell. Maced. Collis Plin. Epiſt. 8, 8. Columel. 6, 2 Humilis et modica Corporatura pecoris operarii debet eſſe. Funus eius Tacit. Ann. 5, 1. Mentio Idem Hiſt. 3, 9. Patella coenare Hor. Ep. 1, 5, 2. *h. e. Coena pauperum et plebeiorum. Magnifici enim ciues et diuites grandes habebant patinas, vt ex* Perſ. 2, 42 *apparet, vbi inquit,* — ſed patinae grandes, tucetaque craſſa. *Turnebus.* Tacit. Hiſt. 3, 74 Modicum Sacellum Ioui Conſeruatori, aramque poſuit, *h. e. Exiguum.* Idem Hiſt. 2, 49 Othoni Sepulcrum exſtructum eſt modicum, et manſurum. Ab vſu modico tibi iunctus Ouid. ex Pont. 2, 5, 7. Dignationis modicus Tacit. Ann. 4, 52, 2. Idem ibid. 6, 39, 3 Fine anni Poppaeus Sabinus conceſſit vita, modicus Originis. Pecuniae modicus Idem ibid. 3, 72. Patercul. 1, 12 Ipſe modicus Virium, immanis magnitudinis hoſtem interemit. Voti Perſ. 5, 109. Modicus, *Paucus.* Plaut. In angiportu turba eſt, domum modici introierunt. Cic. in Parad. 6, 2 Meam autem quoniam Pecuniam contemnis, et recte (eſt enim ad vulgi opinionem mediocris) ad tuam nulla, ad meam modica, de me ſilebo, de te loquar. Pauca et modica diſſeruit Tac. Hiſt. 4, 40, 1. *i. modeſta.* Cic. de Legib. 3, 40 Quae cum populo, quaeque in patribus aguntur, modica ſunto. *i.* Modeſta atque ſedata. *Vid.* Non. 4, 292. *et* 12, 11. Varr. de R. R. 1, 18 Modica Centuria, et ea ducentorum iugerum. Modicus cultu et In cultu Plin. in Paneg. c. 83. *et* Epiſt. 1, 22. Cultu modicus, ſermone facilis Tacit. in Vit. Agric. 40. Eques Idem Ann. 1, 73. Exercitationibus modicis vtendum Cic. de Senect. 36 c. 11. Facultatibus modicus Plin. Ep. 7, 32. Gradu modico Plaut. Poen. 3, 1, 19. Iudicium Quinctilian. 8, 3. Minis modicis Plaut. Pſeud. 4, 7, 130. Praelium Liu. de Bell. Maced. Quies Idem ibidem. Res Plaut. Perſ. 3, 1, 17. Sed tamen modici fuimus in ὑποθέσει Cic. Att. 4, 5. *h. e. Breues.* Modiciſſimus Fulgentii *eſſe dicitur.* Modico contentus agebas Iuuen. Sat. 9, 9. Ne in modico quidem ſeruari poteſt Vell. 2, 68, 1. *alii aliter.*

MODICELLVS, a, um. Adi. Dimin. Sueton. in Neron. c. 48 Decubuit ſuper lectum modicella culcitra vetere pallio ſtrato inſtructum.

MODĬCVM. Adu. [τυτθὸν] *Parum.* Plaut. Bacch. Fragm. 4 Edepol id modicum curat.

MODĬCE. Adu. [μικρὸν] *Moderate, it. parum, breuiter.* Plaut. Mil. 4, 5, 15 Modice ſapis. Plin. 6, 22 Aedificia modice ab humo extantia. Cic. Att. 2, 19 Minae Clodii contentionesque, quae mihi proponuntur, modice me tangunt. Traducere verba modice Varr. de L. L. 8, 10. Cic. Att. Sed vt modice caeteris vtile eſt, tibi neceſſe eſt. Varr. de R. R. Quum aer eſt modice temperatus. Cic. Fam. 16, 9 Nos Agemus omnia modice. Id. pro Sul. 80 Quanquam a me timide modiceque Dicetur. Id. Fam. 4, 4 Sed tamen quoniam effugi eius offenſionem, qui fortaſſe arbitraretur me hanc Rempub. non putare, ſi perpetuo facerem; modice hoc Faciam, aut etiam intra modum. *i.* Cum modo aequo et pari Gell. 12, 13. *interprete. Pro Modeſte, vel moderate et patienter.* Cic. Tuſc. 1, 111 Noſtrum enim et noſtra cauſa ſuſceptum dolorem modice Ferre debemus. - - iniurias Cic. de Fin. 1, 46 c. 14. Spernere modice libertatem Liu. . . Vti modice libertate Id. 34, 49.

MODICO. Adu. Modico prius Apul. Apol. p. 284. *Vid. Elmenh. in Ind. Apul.*

MODICITAS, atis. f. Fortunat. in Epiſt.

MODĔRO, āre. [μετρέω, διοικῶ Gloſſ. Lat. Gr.] *Modum ponere.* Salluſt. Cat. c. 51 Vbi hoc exemplo per Senatus decretum Conſul gladium adduxerit, quis illi finem ſtatuet, aut quis moderabit? *In cl. Waſſe edit. legitur* Moderabitur. *Sed* Plautus *actiua forma vtitur* Mil. 2, 2 *extr.* Ego voci moderabo meae. *Conf.* Non. 7, 36. *Paſſiue.* Paul. in l. Pompon. lib. in fin. D. de neg. geſt. Pro qualitate perſonarum et actio formatur, et condemnatio moderatur. Vlpian. in l. ſi ſerua. D. de iure dot. Ita res moderetur, vt, *etc.*

MODERANDVS, a, um. *Paſſiue.* Vlpian. in l. ſacrilegii. D. ad leg. Iul. pecul. Sed moderanda poena eſt. Paul. in l. quamuis. D. de in ius voc. Labeo ait, moderandam iuriſdictionem, ſi poeniteat libertum.

MODĔROR, āri. Depon. [εὐθύνω, πρυτανεύω, ἐπιστατέω] *Idem.* Moderari ex ſua libidine Ter. Heaut. 2, 1, 4. *Promiſcue Datiuo et Accuſatiuo iungitur.* Cic. pro Cael. 7 Quod et pudor tuus moderatur orationi meae. Idem in Partit. 15 Nam auditorum aures moderantur oratori prudenti et prouido, et quod reſpuunt, immutandum eſt. Tacit. Ann. 1, 31 Sed quibus Silius moderabatur. Cui moderabor diligentius Cic. Att. 5, 20 *de filio Quinti Cic. diſſolutius viuente.* Qui non moderabitur Irae, infectum volet eſſe, dolor quod ſuaſerit et mens Hor. Epiſt. 1, 2, 59. Liu. 4, 7 Vt poſtmodum gaudeant ſe Irae moderatos. Cic. de Fin. 2, 81 Et multi Epicurei fuerunt, et hodie ſunt, et in amicitiis fideles, et in omni vita conſtantes et graues, nec voluptate, ſed officio conſilia moderantes. Moderatur, mouet, regit omnia mens mundi Id. Acad. 4, 119. Gubernare et moderari prudentia omnia Id. Fam. 2, 6. Animo et orationi moderari quum ſis iratus, non mediocris ingenii eſt Id. Q. Frat. 1, 1, 13. In aduerſis vultum ſecundae fortunae gerere, moderari Animos in ſecundis Liu. 42, 62. *Sic* Moderari Cantus numerosque arbitrio multitudinis Cic. Tuſc. 5, 104 c. 36. Tacit. Ann. 2, 70 Naues ſoluit; moderabaturque curſui. Fidem moderari auditam arboribus Hor. Carm. 1, 24, 14. Fortunae ſuae Liu. 37, 35. Maria moderatur, terram tuetur, verſat caelum Deus Cic. de Nat. Deor. 3, 94. Ortus naſcentium luna moderatur Idem de Diuin. 2, 91. Religionem Id. de Nat. Deor. 1, 1. Religioni ſuae in teſtimonio dicendo Cic. pro Flacco c. 35 *pr. i. ſimpliciter, adhibere religionem.* Res ruſticas venti et tempeſtates moderantur Id. Verr. 3, 227 c. 98. Se moderari immodeſtis moribus Plaut. Curc. 1, 3, 44. Sententiam aliquam tanquam aliquod nauigium, atque curſum, ex Reipublicae tempeſtate moderari, non eſt inconſtantis Cic. pro Corn. Balb. 61. Tempus dicendi grauitate et prudentia moderari Id. de Orat. 2, 247. Verba moderatur, et ſe ipſe ſuſtentat teſtis Id. pro Flacc. 12. Linguae moderandum mihi eſt Plaut. Curc. 4, 1, 25. *i. Tacendum eſt mihi.* Cic. Verr. 3, 102 Sentio Iudices moderandum mihi eſſe iam orationi meae, fugiendamque veſtram ſocietatem. Actio vocis conformatione moderanda eſt Id. de Orat. 1, 18.

MODĔRANS, antis. Partic. [εὐθύνων] Mens diuina caelum verſans, terram tuens, Maria moderans Cic. N. D. 3 c. 39. Iuuen. Sat. 10, 127

Saeuus et illum
Exitus eripuit, quem mirabantur Athenae
Torrentem et pleni moderantem frena theatri.

De Cicerone.

MODERANTER. Adu. [εὐθυντικῶς] Lucret. 2, 1095 Quis regere immenſi ſummam? quis habere profundi Indu manu validas potis eſt moderanter habenas? *Compar.* Ouid. de Arte Am. 2, 353. Currere moderantius Id. Met. 1, 510. Optare moderantius aliquid Id. ex Pont. 1, 8, 71. *Verum his aliisque locis meliores libri habent* Moderatius.

MODERĀTVS, a, um. Partic. [μέτριος, σύμμετρος] Cic. de Senect. 7 Moderati enim et nec difficiles, nec inhumani ſenes, tolerabilem agunt ſenectutem. Cic. Philipp. 2, 40 ſ. 16 Quod idem moeſtitiam meam reprehendit, idem iocum, magno argumento eſt, me in vtroque fuiſſe moderatum. Moderatus et temperans in omnibus vitae partibus Id. pro Font. 30. Cupidos Moderatis anteferre Id. Ibid. 22 c. 10 *extr.* Amor Ouid. Met. 4, 234. Ira Id. ex Pont. 2, 9, 77. Temperatis moderatisque Moribus eſſe Cic. Fam. 12, 27. Ego iſta Studia non improbo, moderata modo ſint Id. de Orat. 2 c. 37. Tempora Claud. Conſ. Hon. 6, 549. Ventis moderatis iactantur aequora Ouid. Triſt. 4, 4, 57. Vir moderatus Cic. de Finib. 3, 11. Salluſt. in Catil. c. 12 Igitur ex diuitiis iuuentutem luxuria, atque auaritia cum ſuperbia inuaſere; rapere, conſumere, ſua paruipendere, aliena cupere, pudorem, pudicitiam, diuina atque humana promiſcua, nihil penſi neque moderati habere. *i. modeſtiae. Compar.* Vita geſtu moderatior Cic. Parad. 3 *extr.* Ouid. Triſt. 1, 8, 25 — neque enim moderatior alter. *Superl.* Cic. Fam. 10, 24 Senſus moderatiſſimi eſſe. *Conf.* Plin. 31, 6.

MODERĀTE. Adu. [μετρίως] *Cum moderatione.* Ouid. de Arte Am. 3, 683 Sed te, quaecunque eſt, moderate iniuria turbet. Cic. pro Font. 21 Ab his quidquam ſancte aut moderate dictum putabis? Copiam rerum moderate ferre non poſſunt Cic. contra Rull. 1 c. 6. Cic. de Amicit. 8 Quod animaduerti te dolorem quem acceperis, cum ſummi viri, tum amiciſſimi morte, ferre moderate, nec potuiſſe non commoueri. *Conf.* Id. Fam. 6, 1. *Compar.* Cic. de Finib. 1, 2 Qui autem, ſi maxime hoc placeat, moderatius tamen id volunt fieri, *etc.* Iſocrates feſtiuitates moderatius Temperauit Cic. in Orat. c. 52. Vti dono moderatius Ouid. Amor. 3, 3, 47. *Superl.* [μετριώτατα] Cic. de Legib. 3, 12 c. 5 Quae res quum ſapientiſſime moderatiſſimeque conſtituta eſſet a maioribus noſtris, nihil habui ſane non multum quod putarem nouandum, *etc.*

MODERATVS, u. Liu. 4, . . Manum moderatu difficilem.

MODERĀTIM. Adu. Lucret. 1, 323 Naturaque rebus Paullatim tribuit moderatim creſcere cogens. *i. Modice,* et moderate, et ſenſim, atque ita, vt, quid quotidie accedat, cernere nemo poſſit.

MODERATIO, ōnis. f. [μετριότης, σωφρονισμὸς] *Modeſtia, ſiue lenitas, quae temperat, dirigitque modos in factis et dictis, et caeteris quae agendi officio continentur.* Cic. de Senect. 1 Noui enim moderationem animi tui, et aequitatem. Suet. in Tiber. c. 32 Parem moderationem minoribus quoque perſonis et rebus exhibuit. Adhibere moderationem in re aliqua. *Vid.* ADHIBEO. Cic. de Orat. 2 c. 59. Moderatio, *Gubernatio.* Cic. de Nat. Deor. 3, 85 c. 35 Mundi diuina in homines moderatio: *vt dicimus* Imperium in homines. Cic.

Cic. pro Sext. c. 33 Quae etiam collegae eius moderatio de me, *i. quantum ad me attinet, moderata de me ſententia.*

MODERABĬLIS, e. Adi. *Quod regi ſe patitur* Ouid. Amor. 1, 6, 59 Nox et amor, vinumque, nihil moderabile ſuadent.

MODERĀTOR, ōris. m. [εὐθυντὴρ, σωφρονιστής, ἐπιστάτης] *Rector, gubernator.* Cic. de Nat. Deor. 2, 90 c. 35 *extr.* Poſtea quum vidiſſent motus eius finitos et aequabiles, omniaque ratis ordinibus moderata, immutabilique conſtantia, intelligere ineſſe aliquem non ſolum habitatorem in hac caeleſti ac diuina domo, ſed etiam rectorem et moderatorem, et tanquam architectum tanti operis, tantique muneris. *Et* Fam. 2, 5 Dux nobis et auctor opus eſt, et eorum ventorum, quos propoſui, moderator quidam et gubernator. Aratri Ouid. ex Pont. 1, 9, 57. Tu eris omnium moderator Conſiliorum meorum Cic. Fam. 1, 9. Iuuentae moderator, *Praeceptor et paedagogus* Martial. 2, 90. Orbis Ouid. ex Pont. 2, 5, 75. Sol moderator eſt et dux Temporum Cic. Tuſc. 1 c. 28.

MODERĀTRIX, īcis. f. [ἰυθύντειρα] *Gubernatrix, rectrix.* Cic. pro Flac. 57 Quum ſpeculatur atque obſidet Roſtra, vindex temeritatis et moderatrix officii Curia. Idem de Nat. Deor. 3, 92 Eius autem vniuerſae fictricem et moderatricem diuinam eſſe prouidentiam. Temperantia eſt moderatrix omnium Commotionum Cic. Tuſc. 5 c. 14. Iudex et moderatrix Reſp. Cic. Philip. 5, 50 c. 18. Noctis arcanae moderatrix Cynthia Stat. Theb. 10, 359. Rerum moderatrix ſapientia Cic. de Inuent. 1, 5.

MODERĀMEN, ĭnis. n. [ἡνιόχησις] *Idem quod Moderatio.* Ouid. Met. 3, 644 Obſtupui: capiatque aliquis moderamina dixi. *Intelligit* Moderamen nauis, *id eſt gubernaculum.* Ius et moderamen equorum Id. Ibid. 2, 48. Certum Id. Ibid. 2, 67. Capere ſceptra et rerum moderamen Id. Ibid. 6, 677. Sumere moderamina mundi Claud. de Laudib. Seren. 46.

MODERAMENTVM, i. n. Moderamenta vocum Gell. 13, 6 *dicuntur accentus.*

MODESTVS, a, um. Adi. [ἐχέθυμος, μέτριος, σώφρων, κόσμιος] *Qui modum ſeruat in conſuetudine cum aliis, in petendo v. g. in laude ſui, in veſtitu, et vbicunque poteſt aliquis plus aequo ſibi arrogare vel tribuere.* Ter. Adelph. 5, 8, 7 Proba et modeſta. *Vbi* Donatus, Proba ſibi, et modeſta apud alios. Petulanti *opponitur* a Cic. Att. 2, 2 Plerumque Modeſtus occupat obſcuri ſpeciem Hor. Epiſt. 1, 18, 94. Modeſtus vultu, *h. e. Ipſo vultu modeſtiam quandam prae ſe ferens* Ter. Andr. 1, 1, 93. Adoleſcentis modeſtiſſimi pudor Cic. pro Planc. 27. Adoleſcentia modeſtiſſima Id. pro Muraen. 53 c. 26. Epiſtola modeſtior Id. Fam. 3, 13. Frugi et modeſtus Id. Ibid. 13, 70. Homo modeſtus et prudens Id. Ibid. 13, 10. Iter modeſtum, apud Plin. in Epiſt. Mores Cic. de Lege Agr. 2, 83. Oculi Ouid. Amor. 2, 4, 11. Plebs optima et modeſtiſſima Cic. de Lege Agr. 2, 83. Rex modeſtus probus et integer Id. Att. 10, 6. Nec pudeat coram Verba modeſta loqui Ouid. Amor. 3, 14, 16. ¶ 2 Modeſtus, *Modicus, paucus.* Tacit. Ann. 4, 7 Rari per Italiam Caeſaris agri, modeſta ſeruitia. *Pro Seruis,* Seruitia *dixit.*

MODESTE. Adu. [σωφρόνως] Cum modo, *inquit* Donat. moderate, adhibito modo. Ter. Hec. 4, 1, 38 Quid tum poſtea, ſi modeſte ac raro hoc fecit? Cic. de Finib. 1, 46 c. 14 Et ipſius fortunae modeſte ferre doceat iniurias. *Al.* modice. Munificus modeſte Hor. Serm. 1, 2, 50. Gerere ſe modeſte et abſtinenter in aliqua dignitate Cic. in Salluſt. 19. Parere modeſte Id. de Legib. 3, 1. Sall. Iug. 7, 4. Vti lingua non modeſte Ouid. Faſt. 2, 607. *Compar.* Curt. 10, 6, 18 Modeſtius appetere. In conuiuio Eſſe modeſtius Gracch. *ap.* Gell. 15, 12. *Superl.* [σωφρονέστατα] Varr. Modio, Non eos optime vixiſſe, qui diutiſſime vixerint, ſed qui modeſtiſſime. *i.* Modice, inquit Nonius. Dignitate quam modeſtiſſime vti Plin. Epiſt. 1, 19.

MODESTIA, ae. f. [σωφροσύνη, εὐταξία, τὸ κόσμιον] *vt definit* Auctor ad Herenn. 3, 3 c. 2 *extr.* Eſt in animo continens moderatio cupiditatum. Cic. Off. 1 c. 5 Honeſtum — verſatur — aut in omnium quae fiunt, quaeque dicuntur ordine et modo, in quo ineſt modeſtia et temperantia. *Laudat Gruterus lectionem libri Pal.* in quo vis eſt modeſtiae et temperantiae. Id. Cic. Off. 1, 142 c. 40 *cum* εὐταξίαν *nominaſſet, ſubiicit,* Non hanc, quam interpretamur modeſtiam, quo in verbo modus ineſt. *Sed mox.* Sic fit, vt modeſtia haec, quam ita interpretantur, vt dixi, ſcientia ſit opportunitatis idoneorum ad aliquid agendum temporum. Id. Tuſc. 3 c. 8 Eam virtutem σωφροσύνην vocant: quam ſoleo equidem tum temperantiam tum moderationem appellare, nonnunquam etiam Modeſtiam. *Add.* Id. Off. 1 c. 15. *it. de Fin.* 2 c. 19. *it.* pro Deiot. . . . . Sententiarum, et compoſitionis, et vocis, et vultus modeſtia Quinctil. 4, 1. Modeſtia eſt ſcientia earum rerum, quae agentur aut dicentur, loco ſuo collocandarum Cic. Off. 1, 142. Humanitas et modeſtia alicuius Id. Att. 7, 5. Pudoris et modeſtiae magiſtra ſeueritas Cenſoria Id. in Piſon. 9. Lecti modeſtia vacui Stat. Silu. 1, 2, 162. Vitae modeſtia non parum valet contra falſos rumores Cic. Fam. 11, 28. Diuina Claud. Conſ. Mall. Theod. 217. Praecox Stat. Silu. 2, 1, 39. Virginalis Cic. de Diuin. 1, 66. Comparat per modeſtiam pudor honeſtus claram et ſtabilem auctoritatem Id. de Inuent. 2, 164 c. 54. Mitigare aliquem modeſtia Quinctil. 5, 7. Ingenium probitas, artemque modeſtia Vincit Stat. Silu. 3, 5, 67. ¶ 2 Modeſtia, *Mediocritas.* Tacit. Ann. 1, 11, 3 Ille varie diſſerebat de magnitudine Imperii, ſua modeſtia. *Conf.* Ann. 12, 43, 3.

M O E

MOECENAS, *vid.* MAECENAS.

MOECHVS, i. m. [μοιχός] *Adulter: cuius femininum eſt* MOECHA, ae. *Adultera.* Ter. Eun. 5, 5, 15 Nunc minatur porro ſeſe id quod moechis ſolet. Martial. 10, 13 Ad nocturna iaces faſtoſae limina moechae. Te ſibi paratum moechum, ſi illam duxeris Ter. Andr. 2, 1, 16. Mulierum magnus moechus Plaut. Milit. 3, 1, 179. Moechi manifeſto Deprehenſi Plaut. Poen. 4, 2, 40. Notior moechus Iuuen. Sat. 9, 25. Puſillus et ſemitarius Catul. 36, 16. Buſtuaria, *vid.* BVSTVM. Putida Catul. 40, 11. Turpis Idem 40 (43) 3. Zelotypa Iuuen. Sat. 6, 278.

MOECHILLVS, i. m. *Nouus adulter, affertur ex* Catull. 114 (110) *pr.* Conſule Pompeio primum duo, Cinna, ſolebant Moechilli. *Sed Voſſ. poſt Scalig. legit* Moechi illi.

MOECHIA, ae. f. [μοιχεία] *Adulterium.* Tertull. adu. Gnoſt. c. 3 *et de* Pudic. c. 1. *et* de Monog. c. 4.

MOECHATIO, ōnis. f. *Idem apud* Auguſtinum.

MOECHISSO, āre. [μοιχάζω] *Adulterare.* Plaut. Caſ. 5, 4, 7 In adulterio dum moechiſſat Caſinam, credo perdidit.

MOECHOR, āri. [μοιχεύω] *Idem.* Catull. 95, 1 Mentula moechatur, *etc.*

MOECHĪLE, is. n. *Adulterium.* *Laudatur* Petron. c. 113 Redierat in animum moechile. *Sed coniectura mera eſt. Fluctuat lectio. Vid. Cuper. Obſ.* 2, 17.

MOECHIMONIVM, i. n. *Idem.* Laberius *apud* Gell. 16, 7.

MOECHOCINAEDVS, i. m. *Dictio compoſita, contumelioſo et infando nomine eos ſignificans, qui et adulteri ſunt, et iidem molles.* Lucilius, Imberbi, androgyni, barbati, moechocinaedi.

MOENE. *Singul.* Enn. *ap.* Feſt. *Sed vſitatum* MOENIA, ium, ibus. n. [τεῖχος] *Pluraliter tantum declinatur, cum* Muniendo *quaſi cognationem habent. Veteres enim* oe *et* u *indifferenter ponebant.* Feſtus: Moenia, Muri, et alia muniendae vrbis gratia facta. Virg. Aen. 2, 234 Diuidimus muros, et moenia pandimus vrbis. *Conf. Germanus Valens Guellius Pimpontius in Commentario ſuper* Virg. Varr. L. L. 4, 32. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 16 Quum paene aedificata in muris ab exercitu noſtro moenia viderentur, *etc.* Zamae moenia rex Iuba duplici muro ſepſit Vitr. 8, 4 *pr.* Varr. de L. L. 4, 32 *pr.* Quod opere munibant moenia: quo munitius eſſent. Cic. de Nat. Deor. 3, 65 c. 40 Eſt mihi tecum pro aris et focis certamen, et pro deorum templis atque delubris, proque vrbis muris quos vos pontifices ſanctos eſſe dicitis, diligentiusque vrbem religione quam ipſis moenibus cingitis. Phrygioque tyranno Aedificas muros, pacto pro moenibus auro Ouid. Met. 11, 204. Auguſta, *vid.* AVGVSTVS. Ardua Ouid. Met. 3, 61. Conſternata Sil. 13, 134. Direpta Lucan. 6, 35. Lignea moenia, *i. Naues* Nepos 2, 2. Turrita Ouid. Amor. 3, 8, 47. Accedere moenibus, *vid.* ACCEDO. Aſſiliit miles moenibus Ouid. Met. 11, 526. Adſtans mediis in moenibus Virg. Aen. 2, 328. Cic. pro Sext. 91 Tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, inuento et diuino iure et humano moenibus Cinxerunt. *Al.* ſepſerunt. Id. de Legib. 3, 61 Seſeque non vnis Circumdatum moenibus popularem alicuius definiti loci, ſed ciuem totius mundi quaſi vnius vrbis agnouerit. Compellere intra, *vid.* COMPELLO. Complere moenia Virg. Aen. 9, 39. Condere Ouid. Met. 3, 13. Conſtituere Id. Ibid. 9, 448. Curuantur obliquo ſinu moenia in vrbem Sil. 13, 140. Deiicite paſſim moenia, in planum date Senec. Theb. 2. Deſtruere Virg. Aen. 4, 325. Nos tamen Efficimus pro opibus noſtris moenia Plaut. Stich. 5, 4, 13. Fumant trepidantia Sil. 1, 130. Habitantur cuncta malis moenia Graiis Virg. Aen. 3, 398. Incingere turritis moenibus vrbes Ouid. Amor. 3, 8, 47. Irrumpere Sil. 13, 79. Miſcentur luctu Virg. Aen. 2, 298. Ponere Ouid. Met. 5, 408. Ponet moresque viris et moenia Virg. Aen. 1, 268. Promouere . . . Reſerare alicui Ouid. Met. 8, 61. Domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, moenibus Sepſerunt Cic. pro Sext. 91 c. 42. Signare ſulco Sil. 13, 118. Surgunt Virg. Aen. 1, 441. Tegere, *Defendere* Id. Ibid. 12, 148. Vexantur Catul. Argon. 62, 80. Lucret. 5, 455 Lunamque efficerent, et magni moenia mundi. *i. Caelum.* Ingentia moenia caeli Ouid. Met. 2, 401. ¶ 2 *Pro aedificiis generatim poni quibusdam videntur* Moenia. *Laudatur* Flor. 1, 4, 2 Moenia muro complexus eſt. *Et* Virg. Aen. 6, 549 Moenia lata videt triplici circumdata muro. *Sed potius ita accipio, vt* Moenia *ſit genus, Species* murus. Moenia, *id eſt munitiones muro conſtantes fecit* etc. *Add. quem ſtatim laudabimus* Manil. 1, 151. ¶ 3 *Etiam de locis natura munitis* Moenia *dici, apparet.* Grat. 431 Circum atrae moenia ſiluae. *Conf. Burm. ad* Ouid. Met. 4, 646. Manil. 1, 151

Ignis in aethereas volucer ſe ſuſtulit oras,
Summaque complexus ſtellantis culmina caeli,
Flammarum vallo naturae moenia fecit.

Igitur vt apud Florum *et* Virgilium muro, *ita apud* Manilium Vallo *conſtant* moenia. ¶ 4 Moene, ſingulariter protulit Ennius, *teſte* Feſto, Apud emporium in campo hoſtium per moene. *Pro Moenibus* Vet. Inſcript. *apud* Gruter. 408 Moeniis *habet* R. P. N. MOENIIS AMPLIAVIT. *Sic* Moeniorum Cledon. Grammat. p. 1898 Putſch. *ex antiquis.*

MOENIO, īre. *Antique pro Munire.* Priſcian. in Perieg. 369 Tarentum, quod moeniuere Lacones. *Vid. Salmaſ. ad* Tertull. de Pallio p. 171.

MOENĪTVS, a, um. Adi. [τετειχισμένος] *Moenibus cinctum.* Plaut. Bacch. 4, 9, 2 Quum Priami patriam Pergamum diuina moenitum manu, armis, equis, exercitu, atque eximiis bellatoribus. *Antiquum. Conf.* Id. Truc. 2, 2, 55.

MOENIANA, *vid.* MAENIVS.

MOENVS, ĕris. n. *Antique pro Munus.* Lucret. 1, 29. *Et* fera moenera militiaï Ibid. 32.

MOEREO, moeſtus ſum, *et olim* moerui, ēre. [λυποῦμαι, συστέλλομαι, σκυθρωπάζομαι] Varro de L. L. 5, 6 *per* ae *ab* Marceo *deducit;* quod, *inquit,* corpus marceſcere facit moeror. *Eſt autem* moerere. *Triſtari, et dolore affici, lugere.* Cic. de Amicit. 14 Quocirca moerere hoc eius euentu, vereor ne inuidi magis, quam amici ſit. Lugere et moerere Id. pro Domo 26. Bonis alienis Id. pro Corn. Balb. 56 c. 25. Moereat haec Genero, moereat illa Viro Tibull. 3, 2, 14. Dolore alterius moerere Cic. Fam. 4, 5. Incommodo ſuo Id. Tuſc. 1, 30 c. 13. *Cum Accuſatiuo,* Moere calamitatem reip. Cic. pro Sext. c. 14. Id. Fam. 14, 2 A te quidem omnia fieri fortiſſime et amantiſſime video: nec miror, ſed moereo caſum eiusmodi, vt tantis tuis miſeriis meae miſeriae ſubleuentur. Mortem Tacit. Hiſt. 2, 45. *Add.* Cic. Phil. 9 c. 5. *et* pro Sext. c. 17. Id. Tuſc. 1, 103 At illa ſicut acerbiſſimam rem moeret. *Et iterum,* Quum grauiter filii mortem moereret. Moeretur, fletur, lamentatur diebus pluſculis Apul. Met. l. 4. *ſub fin.* ¶ 2 *Depon.* Cic. pro Sextio 84 c. 39 Vos taciti moerebamini. *Sic Grut. et Gron. Al.* moerebatis. *Fauet deponentiali ſignificationi* Moeſtus.

MOERO, āre. *Antiquum verbum,* Moerentem facere. Pacuuius, Qui multis moerauit modis. *ap.* Non. *eſſe dicitur.*

MOERENS, entis. Partic. [λυπούμενος, περιαλγής] Moerens fletus Cic. Tuſc. 1, 30 c. 13. Stat. Theb. 6, 624 Pectora nunc moerens, nunc ora indigna cruento Vngue ſecat. Moerens fratrem Hor. Epiſt. 1, 14, 7. Afflictus, debilitatus, moerens Cic. de Orat. 2, 195. Horridus, incultus, moerens Id. poſt red. in Senat. 12. Pectora moerentia mulcet Virg. Aen. 1, 201. Vultus Ouid. Epiſt. 11, 93.

MOEROR, ōris. m. [λύπη, ἀνία] *Triſtitia, luctus, ſtatus et conditio moerentium.* Cic. de Amicit. 11 Quam autem ciuitati carus fuerit, moerore funeris indicatum eſt. Idem Tuſc. 4, 18 c. 8 Moeror,

ror, aegritudo flebilis. Moerores, qui animos exedunt conficiuntque curis Cic. de Fin. 1 c. 18. Cuncta moerore horrida Senec. Herc. fur. ſ. 9. Grauis Hor. in Arte Poët. 110. Perpetuus Iuuen. Sat. 10, 245. Adiuuare moerorem orationis lacrimis, *vid.* ADIVVO. Affligi moerore Cic. in Catil. 2, 6. Caret dies nulla moerore Senec. Troad. 2 v. 77. Conſeneſcere moerore et lacrimis, *vid.* CONSENESCO. Conficere moerore Cic. Tuſc. 3, 26. Dare ſe moerori Id. Att. 2. Demere moerorem e pectore Lucret. 3, 921. Deponere moerorem Cic. Philip. 14, 34. Iacet in moerore meus frater Idem Att. 10, 4. Iacebat vita in moerore Lucret. 5, 175. Lacerari moerore Cic. Att. 2, 8. Id. Ibid. 12, 27 (28) Moerorem minui, dolorem nec potui. Eidem 12, 15 Nihil de moerore minuendo ſcriptum ab vllo eſt. Offerre, *vid.* OFFERO. Preſſus Senec. Octau. 4. Venit moeror ad aliquem Cic. pro Quint. 14. Verſari in Cic. Fam. 5, 2. Idem . . Quanto moerore Vrgebar profecto vides.

MOESTVS, a, um. Adi. [μεϱίλυπος, ἀχθόμενος] *Triſte, miſerandum.* Virg. Aen. 2, 280 Et moeſtas promere voces. Quem videam aeque Moeſtum, quaſi dies dicta ſit Plaut. Aſin. 5, 1, 11. Alter ab alterius funere moeſtus erat Ouid. Triſt. 4, 4, 76. Amor moeſtus Virg. Aen. 10, 191. Id. Ibid. 5, 48 — moeſtasque ſacrauimus aras. *Vbi* Seruius, Moeſtas ad hominem pertinet, id eſt diis Manibus conſecratas. Clamores Ouid. Met. 8, 447. *Al.* Vlulatus. Clamore moeſto reſonet chaos Senec. Herc. fur. 13. Lucret. 6, 1231 Deficiens animo moeſto cum corde iacebat. Ebur moeſtum illacrimat templis Virg. Georg. 1, 480. Fama Tacit. Hiſt. 2. Fauilla Ouid. Triſt. 3, 3, 84. Fletus Senec. Octau. 6. Femina Ouid. Faſt. 3, 134. Frons Claud. Conſ. Honor. 6, 157. Genae Ouid. Met. 6, 304. Hoſtia Lucret. 1, 100. Iras moeſtasque reſuſcitat Sil. 12, 632. Lamentatio Senec. Hippol. 7. Loci moeſti, viſuque ac memoria deformes Tacit. Ann. 1, 61. Luctu moeſto immugit regia Virg. Aen. 11, 38. Lucus Valer. Argon. 2, 360. Queſtibus moeſtis late loca implet Virg. Georg. 4, 515. Reditus luget moeſtos triſtis Senec. Hippol. 11. Senex moeſtus et ſordidatus Cic. de Orat. 2, 195. Timor Virg. Aen. 1, 206. Seruius, Quod moeſtos et ſolicitos faciat: vt, Mors pallida, et triſtis ſenectus. Veſtis Propert. 3, 6, 13. Voces moeſtas expromere Virg. Aen. 2, 280. Vultus Id. Ibid. 6, 156. Vultus moeſtus et conturbatus Auctor. ad Herenn. 3, 27 c. 15. *Compar. eſt* Lucan. 8, 42. *Sic* Quum, immolanda Iphigenia, triſtis Calchas eſſet, Moeſtior Vlyſſes Cic. in Orat. c. 22. Camillus Moeſtior fortuna publica quam ſua Liu. 5, 43. *Superl.* Virg. Aen. 2, 270 In ſomnis ecce ante alios moeſtiſſimus Hector Viſus adeſſe mihi. Ira tacita moeſtiſſimus Valer. Argon. 5, 567. Vultu moeſtiſſima Lucan. 1, 187. *Proſopopoeia eſt Romae.*

MOESTITIA, ae. f. [ἀνία, σκυθρωπασμὸς] *Idem quod Moeror.* Quinctil. . . . . Dolore, atque animi moeſtitia langues. Cic. de Finib. 1, 41 c. 13 Sapientia enim eſt vna quae moeſtitiam pellat ex animis. Flectere os in moeſtitiam Tacit. Ann. 3, 16. *h. e. Moeſtitiam vultus prae ſe ferre.* Inceſſit moeſtitia animos, *vid.* INCESSO. Liu. 29, 3. Cic. Tuſc. 1, 106 c. 44 Haec cum preſſis et flebilibus modis, qui totis theatris moeſtitiam inferant. Pellere ex animo, *vid.* PELLO. Reſiſtere moeſtitiae Cic. in Orat. 148. Tanta in moeſtitia fui, quánta, *etc.* Id. Philip. 2, 37 c. 15.

MOESTITVDO, ĭnis. f. *Idem.* [ἀνίασις] Accius, Ni veſtitus teter, moeſtitudo, vaſtitudo, praedicarent hominem eſſe. Plaut. Aul. 4, 10, 2 Cui tanta moeſtitudo obtigit. Nonius 2, 522. Pauidam nouae captiuitatis moeſtitudinem conſolari Pallad. 1, 26.

MOESTE. Adu. [ἀνιωμένως] *Cum moeſtitia.* Auctor ad Herenn. 3, 24 c. 14 *de pronuntiatione*, Deinde modo acriter, tum clementer, moeſte, hilare in omnes partes commutabimus.

MOESTĬTER. [ἀχθομένως] Adu. *antiquum, pro Moeſte.* Plaut. Rud. 1, 5, 7 Obſecro tam moeſtiter veſtitas?

MOESTO, āre. Laber. *apud* Non. 2, 531 Concitata mobilitate moeſtas.

MOESTIFĬCO, āre. Sidon. Epiſt. 3, 13 Vmbris moeſtificari larvalibus. *Vid.* Auguſt. Epiſt. 121. Mouit et Moeſtificauit affectus P. Chryſolog. Serm. 54 *pr.*

MOESTIFICĀTVS, a, um. Partic. Martian. Capella 9, 301 Inſuetis moeſtificata modis.

MOESTIFĬCVS, a, um. Adi. Non. 2, 531.

MOERI, orum. m. [τὰ τέχη] *pro Muris.* Virg. Aen. 10, 24 Quin intra portas, atque ipſis praelia miſcent Aggeribus moerorum. *Vbi* Seruius: Moerorum, pro Murorum antique. Nam veteres plerique eorum, quae nos per V dicimus, per oe diphthongum pronuntiabant; hinc eſt Moerorum, pro Murorum.

MOERICA vitis Plin. 14, 2. f. *ap.* Colum. Merica, *v. v.*

MOERIS, is. m. [Μοῖϱις] *Viri nomen, apud* Virg. Ecl. 8, 96. *Conf.* 9 *pr.* ¶ 2 *Fuit praeterea hoc nomine Aegyptiorum rex, cuius opus eſt lacus inter Arſinoitem et Memphitem, qui ab illo* Moeridis lacus *appellatur. De hoc* Plin. 5, 9.

MOESIA, ae. f. *Europae prouincia, quae Pannoniae iungitur, ad Pontum vsque cum Danubio decurrens.* Suetonius Tiberio 41 Armeniam a Parthis occupari, Moeſiam a Dacis Sarmatisque, Gallias a Germanis vaſtari neglexit. Virg. Georg. 1, 102 Nullo tantum ſe Moeſia cultu Iactat: et ipſa ſuas miratur Gargara meſſes.

MOESI, orum. m. pl. Incolae. Eutrop. 5, 4, 6 Sulla etiam Dardanos, Scordiſcos, Dalmatas partim vicit, alios in fidem accepit.

MOESIACI, orum. m. pl. *Peregrini, qui ſunt in Moeſia.* Vetus lapis, EX ORDINE MOESIACORVM. *Vid. Valeſ. in* Ammian. 20, 1.

MOESILEVM, i. n. *et plur.* Moeſilea. Frontinus de Limit. agror. p. 43 *Goeſ.* Similiter locorum religioſorum, quibus ſecundum cautiones modus reſtituendus: habent enim et moeſilea iuris ſui, hortorum modos circumiacentes, aut praeſcriptum agri finem. *Turnebus* Moeſilea, *interpretatur Sepulcra, quae ab aliis Mauſolea ſunt appellata: atque* Mauſolea, *non* Moeſilea *ſcribendum putat.*

MOETA *pro meta, ap.* Frontin. de Colon. p. 141 Goeſ. *et alibi ſemper.*

M O L

MOLA, ae. f. [μύλη] *Inſtrumentum frumenti in farinam minuendi et leuigandi.* Sen. Epiſt. 90 Aliquis lapidem aſperum aſpero impoſuit ad ſimilitudinem dentium, quorum pars immobilis motum alterius expectat: deinde vtriusque attritu grana franguntur, et ſaepius regeruntur, donec ad minutiam frequenter trita redigantur. Plin. 15, 6 Quod vero poſt molam primum eſt, flos. Molae a molliendo: harum enim motu eo coniecta molliuntur Varr. de L. L. 4, 31. *Ludus eſt: nomen Graecum,* μύλη. Mola inferior, *quae immobilis ſemper iacet:* Catillus, ὄνος, Mola ſuperior, *quae circumuoluitur, et molendo in continuo curſu eſt,* μύλος, καὶ μύλη, Meta ſ. Turbo. *Contrarium probare videtur* Paul. D. de fundo inſtruct. l. 18 Cum de lanionis §. 5 Scaeuola conſultus de meta molendinaria reſpondit, Si ruſticis eius fundi operariis moleretur, eam quoque deberi. Eſt autem meta inferior pars molae, catillus ſuperior. *Sed merito corrigit haec Scalig. ad* Manil. 3, 307 *et oſtendit contra ea* metam *eſſe ſuperiorem, inferiorem* catillum. *Molam et molendi rationem ſic deſcribit* Auctor Moreti 21

— — Geminos tunc veſte lacertos
Liberat, et cinctus villoſae tegmine caprae
Peruerrit cauda (*peniculo*) ſilices gremiumque molarum.
Admouet inde manus operi, partibus, vtramque
Laeua miniſterio, dextra eſt intenta labori.
Haec rotat aſſiduis gyris et concitat orbem.
Trita Ceres ſilicum rapido decurrit ab ictu.
Interdum feſſae ſuccedit laeua ſorori,
Alternatque vices.

Vt nempe ipſa circumagat metam, dextra ſuggerente et miniſtrante frumentum. Molae aquariae deſcriptio noſtris ſimilis eſt Vitruu. 10, 10 Circa rotarum frontes affiguntur pinnae, quae cum percutiuntur ab impetu fluminis, cogunt progredientes verſari rotam — Eadem ratione etiam verſantur hydromylae (*ſic legunt viri docti pro* Hydraulae) in quibus eadem ſunt omnia, praeterquam quod in vno capite axis habent tympanum dentatum, et incluſum, (*ne aqua et ventus eo perueniat*) Id autem ad perpendiculum collocatum, in cultrum verſatur cum rota pariter. Secundum id tympanum maius item dentatum, planum (*horizonti parallelum*) eſt collocatum, quo continetur axis habens in ſummo capite ſubſcudem ferream, qua mola continetur. Ita dentes eius tympani, quod eſt in axe incluſum (*i. axi affixum*) impellendo dentes tympani plani cogunt fieri molarum circinationem, in qua machina impendens, infundibulum, ſubminiſtrat molis frumentum, et eadem verſatione ſubigitur farina. *Imperfecta ſane deſcriptio, in qua nihil de illa per ſaccum ſ. cilicium cribratione. Sed quae tamen aquarias molas Vitruuii aetate non ignotas fuiſſe ſatis declarat. Quo magis mirum, raram adeo illarum mentionem apud rei ruſticae ſcriptores eſſe. Raram, inquam: non enim nullam, docet* Pallad. 1, 42 Si aquae copia eſt fuſuras balnearum debent piſtrina ſuſcipere, vt ibi formatis aquariis molis, ſine animalium vel hominum labore frumenta frangantur. Plin. 18, 10 ſ. 23 Maior pars Italiae ruido vtitur pilo, rotis etiam, quas aqua verſet obiter et molat. Aquae molas *appellat* Imper. l. 10 C. de Aquaed. *Quarum etiam mentio fit* l. 4 C. Th. de Canone Frument. vrbis Rom. *et* Caſſiod. Varr. 3, 21 *quo vtroque loco prohibetur de publicis aquaeductibus aquas illis erogari. Vid. pulcherrimum epigramma Antipatri editum a Salmaſio ad* Lamprid. Heliog. 24 *e quo conficit, Ciceronis aetate repertas.* Aſinariae molae inuentae ſunt quaedam, quaedam truſatiles, id eſt hominum opera verſatiles Gell. 3, 3. *De* mola aſinaria *loquitur* Cato c. 10. Iabol. de fundo inſtruct. l. dolia Molas manuarias quidem ſupellectilis, Iumentarias autem inſtrumenti eſſe Offilius ait. Pumiceae Ouid. Faſt. 6, 318 Et quae pumiceas verſat aſella molas. Scabra Id. de Arte Am. 3, 290. *It.* Faſt. 6, 312. Suſpenſa mola oliuam frangere, *diſtractis aliquantum a ſe inuicem meta et catillo* Columel. 12, 52. Truſatiles Cat. R. R. c. 10. Plin. 36, 18. Gell. 3, 3. Verſatiles molas Volſiniis inuentas, aliquas et ſponte motas inuenimus in prodigiis, *inquit* Plin. 36, 18. Cic. Att. 2, 1 Ac modeſte tamen dixit, vt Rhodi videretur molis potius, quam Moloni operam dediſſe. Verſare molam Iuuen. Sat. 8, 67. ¶ 2 Molas *Graecorum imitatione, qui* μύλην *ſic dicunt, pro maxillis dixit* Apul. de Hab. Dogm. Plat. p. 35, 18 *Elmenh. bis, nec mutat lectio in edit. Vulcanii.* ¶ 3 Mola, *Caro informis in vteris mulierum ſine viri ſemine genita.* Plin. 7, 15 Solum autem animal menſtruale mulier eſt. In vnius vtero, quas appellarunt molas, ea eſt caro informis, inanima, ferri ictum et aciem reſpuens, mouetur, ſiſtitque menſes. ¶ 4 Mola, a molito farre, dicitur Far toſtum et ſale ſparſum, quod eo molito hoſtiae aſpergantur, *inquit* Feſtus. Virg. Ecl. 8, 82 Sparge molam, *etc.* Plaut. Amphit. 2, 2, 108 Prodigiali Ioui aut mola ſalſa hodie, aut ture comprecatum oportuit. Molam ſalſam, *qua ante ſacrificia hoſtia conſpergebatur, interpretantur fere omnes fruges molitas: Graeci tamen fruges integras, nec freſas, nec molitas aſpergebant hoſtiae. Argumento eſt quod* ὀλαὶ *a Graecis, et* ὀλοχύται *vocantur, quae erant hordei integrae fruges cum ſale mixtae.* Hor. Carm. 3, 23, 20 *expreſſit quum ſcripſit,* Farre pio, et ſaliente mica: *quod eſt, Salis grano ſaliente, et farre, ſed molito tamen. Et* Virg. Aen. 12, 173 Dant fruges manibus ſalſas. *Graeci autem, vt Theophraſtus ſcripſerat, hordeo non molito in ſacris in priſcae memoriam vitae vtebantur, in qua homines nondum molere fruges, ſed ſolidis veſci ſolebant. Eſt igitur* Mola ſalſa, *tanquam* Molitura ſalſa, *vt molae, qua frumenta franguntur, nomen molito farri tribuatur. Haec Turnebus. Conf.* Seru. ad Virg. Ecl. 8, 82. *et* Aen. 2, 133. Mola ſalſa litant, qui non habent tura Plin. in praef. Supplicare mola ſalſa Plin. 18, 2. Sancta Tibull. 1, 5, 14. Inducere molas cultro Lucan. 1, 605. Cic. de Diuin. 2, 37 c. 16 Caput eſt in iecore, cor in extis; iam abſcedet ſimul ac molam et vinum inſperſeris, deus id eripiet, vis aliqua conficiet, aut exedet, *etc.* Teſtari deos mola Virg. Aen. 4, 517.

MOLĀRIS, is. m. [γόμφιος, μυλίτης, μύλη] *Proprie Adiectiuum eſt* Dentis *et* Lapidis; *quae tamen nomina fere intelliguntur. De* Dente Iuuen. Sat. 13, 212 Interque molares Difficili creſcente cibo. Colubrinis oblatratorum molaribus figi Sidon. Epiſt. 4, 22. Preſſo ſtridere molari Iuuen. Sat. 5, 160. *Conf.* Mola n. 2. Molaris, *Lapis, ita magnus, vt ad molam accommodari poſſit.* Stat. Theb. 5, 386 Vaſtaeque ſudes, fractique molares. Librati Id. Ibid. 5, 571. Vaſti Virg. Aen. 8, 250. *Adiectiue* Lapis molaris Plin. 36, 23. *et* Dens molaris Quinctil. 2, 19. *Sed* Extremus molaris Scribon. 61 *ſc.* dens.

MOLARIVS, a, um. Adi. [μυλικός] *Quod ad molam pertinet.* Cato de R. R. c. 11 Aſinum molarium vnum.

MOLO, ĕre. [μύλλω, ἀλέω, ἀλήθω] *Mola terere.* Ter. Phorm. 2, 1, 19 Molendum vsque in piſtrino, vapulandum. Plin. 7, 56 Ceres frumenta inuenit, quum antea glande veſcerentur. Eadem molere et conficere, in Attica. Id. 33, 4 Quod effoſſum eſt tunditur, lauatur, vritur, molitur in farinam. *Senſum quoque obſcenum habet: vid.* PERMOLO. *Conf. Dillherr. Elect.* 2, 9.

MOLĬTVS, a, um. Partic. Cato de R. R. c. 162 Salis Romanienſis moliti ſemodius. Cibaria molita Caeſ. Bell. Gall. 1, 5. Eruum molitum Scribon. 126. 165. Faba molita 158. Piper molitum 160.

Vicia molita Varro de R. R. 2, 2. Molita, abſolute, Neut. Plur. Scrib. 159. Molitum, *abſolute, dixit* Plaut. Menaech. 5, 6, 15.

MOLITVRA, ae. f. [ἀλήθησις] Plin. 15, 23 Molitura etiam praeſtant ieiunio feminarum quandam imaginem panis. *Conf.* Idem 18, 9.

MOLĪTOR, ōris. m. [μυλωθρὸς] *Qui molit.* ἀλητὴς Onomaſt. Vet. *Sed quod Pareus Lex. Crit. tribuit* Plauto Mil. 2, 2, 38 *Senſu obſceno, nihil eſt, et redarguitur ab ipſis verbis. En* illa, Nam mulier olitori (*hortos et olera colenti profecto, non* molitori, *qui ipſam permolat*) nunquam ſupplicat, ſi qua eſt mala. Domi habet hortum et condimenta ad omnes mores maleficos.

MOLĪTOR, *vid.* MOLIOR.

MOLENDARIVS, a, um. Adi. *Quod ad molendum pertinet.* Meta molendaria Paullus l. 18 §. 5. de Inſtruct. et inſtrum. leg. *vid.* Ammian. 17, 8 p. 101 Lindenbr. *ſed Valeſ.* p. 161 *edidit* molendinarias. Aſina l. 18 §. 2 D. de inſtruct. et inſtrum. leg. *Etiam hic variatur.*

MOLENDINVM, i. n. S. Bernhard. Epiſt. 8.

MOLENDINARIVS, a, um. Adi. [μυλωθρικὸς] *Quod ad molendinum pertinet:* Paullus D. de fund. inſtruct. l. Cum de lanionis, Aſinam molendinariam et molam negat Neratius inſtrumento fundi contineri. *Haloander et Pandectae Florentinae habent* Molendariam, *et ibidem paullo poſt*, Meta molendaria. *Add.* Ammian. 17, 4 (Grut. 8) p. 161 Valeſ.

MOLENDINARIVS, i. m. *Qui molae praeeſt.* Grut. Inſcript. p. 114 n. 6 VT OMNIVM MOLENDINARIOR. FRAVDES AMPVTENTVR.

MOLĪNVS, a, um. Adi. *Idem quod Molaris.* Molinum ſaxum Tertull. adu. Marc. 4, 35.

MOLĪNA, ae. f. *Mola.* Ammian. 18, 20 (Valeſ. 8) Molinae ad calles artandas aedificatae. Gloſſ. Vet. Molina, ὑδραλεσία. *Vid.* Gregor. Turon. 3, 19. Valeſ. *ad l. c.* Ammian.

MOLINARIVS, i. m. ὑδραλέτης Gloſſ. Lat. Gr.

MOLETRĪNA, ae. f. [μύλον, μύλων] *A* Molendo, *Piſtrinum olim dicebatur, quo tempore tundebantur frumenta, non autem molebantur.* Cato in Thermum, Neruo, carcere, moletrina. *Haec* Nonius 1, 320.

MOLĪLE, is. n. *Inſtrumentum quod molae, aut collis boum, vel humeris ſeruorum adalligatur ad trudendas molas.* Cato c. 11 Iuga ploſtraria duo, iugum aſinarium vnum, molile vnum. *Turneb. Scapus, vel manubrium, quo mouetur mola,* molile *vocatur, vt a libra librile.*

MOLAE, arum. f. *Deae, quas* Gell. 13, 22 In Romanis comprecationibus nominari ſolitas eſſe Molas Martis ſcribit, *Quid libri* Moles. *Moſellanus a* molimine *dictas putat. Conf.* Turn. 19, 11. *Nihil certi.*

MOLEMONIVM, i. n. *Herba,* quae faciles vomitiones praeſtat Plin. 26, 7.

MŌLES, is. f. [ὄγκος, βάρος] *Res magna et magni ponderis: a* movendo *dicitur.* Feſtus, Moles pro magnitudine fere poni ſolet. *Itaque tum de corporeis rebus, vel naturalibus adhibetur, tanquam carne animalium, quae facit, vt difficulter moueantur, itemque de montibus, vel arte factis, vt de omni genere aedificiorum; cum de incorporeis, vt ſunt negotia difficilia.* Virg. Georg. 3, 370 — confertoque agmine cerui Torpent mole noua. *i.* Magnitudine, *inquit* Seruius. Columel. 3, 8 India, perhibetur molibus ferarum mirabilis. Molem et montes, pro Molem montium dixit Virg. Aen. 1, 65. Figura eſt ἓν διὰ δύο. Seruius. Alta moles Auentini Sil. 12, 713. Immanis Virg. Aen. 9, 516. Ingens Virg. Aen. 5, 223. Inſanae ſubſtructionum Cic. pro Mil. c. 31. Praerupta Ouid. Epiſt. 2, 132. Iam pauca aratro iugera Regiae moles relinquent Hor. Od. 2, 15, 1. Saxea ſtat moles templum ingens cineri Stat. Theb. 6, 242. Structae Tacit. Ann. 2. Educere aëriam Stat. Silu. 5, 3, 48. Extruere opere magnifico Cic. Philipp. 14, 33 c. 12. Opprimere molibus inſanis aras aliquorum Id. pro Milon. 86. Moles *in mari dicitur, quoties excluditur aqua.* Cic. Att. 4, 15 Conſtat enim aditus inſulae eſſe munitos mirificis molibus. Obiectus molium Tac. Ann. 14, 8, 1. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 25 Quia fauces erant anguſtiſſimae portus, molem atque aggerem ab vtraque parte litoris iaciebat. *Hic* Moles *inquit Budaeus, eſt Immenſa ſtructura in portu aliquo obiecta ad arcendum fluctus; qualis eſt Genuae. Conf.* Hirt. B. Alex. c. 17 *et* 18. Caeſar *ap.* Cic. Att. 9, 18. Virg. Aen. 2, 497. Tac. H. 1, 86, 3. Flor. 2, 2, 2. Curt. 4, 2, 16. Adiacet vndis Facta manu moles Ouid. Met. 11, 728. Attollere immenſam Virg. Aen. 2, 185. Creſcit vnda praecelſis molibus Stat. Silu. 1, 5, 27. Fundare Suet. Claud. c. 20 *extr.* Itur in aequor mollibus Sidon. Paneg. Anthem. v. 57. Iacere moles ab vtroque portus cornu, *vid.* IACIO. Iacere in mare moles Hor. Carm. 3, 1, 34. Opponere fluctibus moles Cic. Off. 2, 14. Iuuen. Sat. 12. 75 Tandem intrat poſitas incluſa per aequora moles. *Per* Poſitas *intelligit Oſtienſem portum, quem Claudius Caeſar Oſtiae extruxit, vt eſt apud* Sueton. in Claud. c. 20. *Sic de amphitheatro* Tac. H. 2, 21, 3. *De monimento gloriae* Cic. Phil. 14, 33 c. 12. Prima fuit rerum confuſa ſine ordine moles Ouid. de Arte Am. 2, 467. Operoſa mundi Ouid. Met. 1, 258. Rudis indigeſtaque Ouid. Met. 1, 7. Chimaera ingens mole ingenti Virg. Aen. 5, 118. *Et* ibid. 223 Inde Gyan, ipſamque ingenti mole Chimaeram Conſequitur. Moles, *pro Magnitudine, ad res animatas transfertur.* Craſſa mole leo Claud. in Eutrop. 2, 377. Denſa mole feruntur ad muros Virg. Aen. 12, 575. Natiua moles Ouid. Faſt. 5, 149. Tarda mole ſe ferre homines magni et craſſi *dicuntur, Qui ob corporis molem tarde ingrediuntur* Stat. Theb. 5, 442. Vaſta mole ſe mouens Virg. Aen. 3, 656. *de Polyphemo.* Membris et mole valens Id. Aen. 5, 431. Moles, *Difficultas: quoniam quae magna ſunt, difficilia eſſe conſueuerunt.* Virg. Aen. 5, 37 Tantae molis erat Romanam condere gentem! Belli moles Tacit. Hiſt. 1, 61, 1. *Conf.* ibid. 2, 16, 2. Flor. 2, 6, 55. Curarum moles Tacit. Ann. 12, 66. Imperii Romani Vell. 2, 131. Inuidiae molem ſuſtinere Cic. in Catil. 1, 23 c. 9. Mali molem a ceruicibus ſuis depellere Id. ibid. 3, 17 c. 7. *Sic eleganter* Moles *vſurpatur de pompa, maieſtate, vi, ac potentia: vid. Gronou. Obſeru.* 1, 20.

MŎLESTVS, a, um. Adi. [ἀργαλέος, δυσχερὴς, ὀχληρὸς, ὀχληρώδης, δύσφορος] *Grauis a* Moles. *Sed praeter naturam huius originis ſuae primam corripit.* Nimio celerius venire, quod Moleſtum eſt, quam id quod cupide petas Plaut. Moſt. 1, 1, 69. Ter. Eun. 3, 2, 31 Verum vbi moleſtum non erit, vbi tu voles, vbi tempus tibi erit, ſat habet ſi tum recipitur. Cic. de Senect. 7 Importunitas autem et inhumanitas omni aetati moleſta eſt. Idem de Amicit. 89 c. 24 Moleſta veritas eſt, ſi quidem ex ea naſcitur odium. Idem Att. 15, 13 Moleſti interpellatores. Magis moleſtus, *vid.* MAGIS. Laborioſus et moleſtus Cic. de Legib. 3, 19. Odioſum et moleſtum eſt cupidis carere: ſatiatis vero et expletis iucundius eſt carere Cic. de Senect. 47. Moleſtum eſt Scribon. 62. Quouis ſermone moleſtus Hor. Serm. 1, 3, 65 Niſi forte moleſti interuenimus, veniſſe delectat Cic. de Orat. 2, 14. Amicitia intempeſtiua et moleſta nunquam eſt Id. de Amicit. 22 c. 6. Sunt quidam, qui moleſtas Amicitias faciunt, quum ipſi ſe contemni putant Id. ibid. c. 20. Cura Ouid. de Arte Am. 3, 603. Labor operoſus et moleſtus Cic. de Nat. Deor. 2, 59. Lites cum rege moleſtae Hor. Serm. 1, 7, 5. Onus moleſtum, munus Id. ibid. 1, 6, 99. Otium tibi moleſtum eſt Catull. 49, 13. Negotioſa et moleſta prouincia Cic. pro Muraen. 18. Puſtulae ſunt moleſtae Scribon. 24. Tunica moleſta, *vid.* TVNICA. Vita otioſorum grauis et moleſta aliquibus, minus eſt Cic. Off. 1, 70. Voces compeſce moleſtas Propert. 1, 5, 1. Moleſtus *etiam interdum Difficilis dicitur*; Vlpian. in l. Si ſeruus §. Idem D. Ad leg. Aquil. item ſi quis frumento arenam vel aliud miſcuerit, vt moleſta ſeparatio ſit: quaſi de corrupto agi poterit. *Compar.* Cic. Fam. 5, 3 Ne vobis multitudine literarum moleſtior eſſem. Moleſtiores venti Pallad. 1, 5. *Superl.* Cic. (Diuinat.) Verr. 1, 36 c. 11 Omnis arrogantia odioſa eſt; tum illa ingenii atque eloquentiae moleſtiſſima. Vitium moleſtiſſimum Scribon. 38.

MOLESTIA, ae. f. [δυσχέρεια, ἀνία] *Solicitudo, grauitas.* Cic. Tuſc. 4, 18 c. 8 Moleſtia, aegritudo permanens. Plaut. Poen. Prol. 35 Ne et hîc viris ſint et domi moleſtiae. Cic. Fam. 13, 14 Eum quod ſine moleſtia tua fiat, ſi qua in re opus ei fuerit, iuueris. Ter. Eun. 5, 4, 6 Virginem quam amabat eam confeci ſine moleſtia. Aberratio a moleſtiis Cic. Fam. 15, 18. Vacuus moleſtiis *vel* A moleſtiis Id. Fam. 4, 4. Iudicialis, *vid.* IVDICO. Abducere a moleſtia Cic. Fam. 4, 3. Id. de Senect. 2 Mihi quidem ita iucunda huius libri confectio fuit, vt non modo omnes Abſterſerit ſenectutis moleſtias, ſed effecerit mollem etiam et iucundam ſenectutem. Abeſſe a, *vid.* ABSVM. Addere Ter. Eun. 1, 1, 32. Afferre Cic. Fam. 7, 13. Afficere moleſtia, *vid.* AFFICIO. Amouere, *vid.* AMOVEO. Anticipare moleſtiam Cic. Att. 8, 12. Id. Q. Fratr. 2, 9 (10) Nunc mihi incunditatis plena epiſtola, hoc Aſperſit moleſtiae, quod, *etc.* Cic. pro Sull. 1 Ex huius incommodis magnam animo moleſtiam Capio. *Conf.* Id. de Amic. c. 24. Circumfuſae vndique moleſtiae, *vid.* CIRCVMFVNDO. Conflictari moleſtiis Cic. Fam. 6, 13. Id. Q. Fratr. 3, 8 Deleuit mihi omnem moleſtiam recentior epiſtola. Demere moleſtiam Ter. in Adelph. 5, 3, 33. Cic. Fam. 2, 16 Niſi iam et ratio ipſa Depuliſſet omnes moleſtias. Id. ibid. 14, 7 Omnes moleſtias et ſolicitudines, quibus te miſerrimam habui, Depoſui et eieci. Deuorare paucorum dierum moleſtiam Id. Philipp. 6, 17. Diluere, *vel* extenuare Id. Tuſc. 3, 34. Dimouere Id. Diuinat. Verr. 4. Eſſe in Cic. Fam. 4, 13. Id. Att. 2, 1 Iam Exhibere mihi moleſtiam deſtiterunt. Expedire moleſtia Id. Att. 2, 25. Fungi moleſtia Id. Fam. 5. Habeo etiam illam moleſtiam, quod, *etc.* Cic. Fam. 16, 11. Id. Att. 8, 3 Sed in hoc ipſo habent tamen iidem faſces moleſtiam. Implicari moleſtiis haereditariis Vlpian. l. Apud Celſ. §. Si quis ex vncia D. De dol. mal. et met. except. Laxare moleſtiam Cic. Fam. 5, 14. Leuare moleſtiam Id. ibid. 3, 8. Liberare moleſtia Id. pro Roſc. Com. 34. Cic. . . . Mitigare moleſtiam poſſet. Id. . . . Priuares me iſta moleſtia. Renouare moleſtiam Id. de Orat. 3, 1. Id. . . . Pergamus ad ea ſolatia, quae non ſolum ſedatis moleſtiis, *etc. Conf.* Idem Off. 2, 13. Cic. Fam. 16, 10 Feſtinare te nolo, ne nauſeae moleſtiam ſuſcipias aeger. Tradere alicui Nep. Fragm. Orat. Corneliae Gracchorum matris. Trahere moleſtiam ex pernicie Reip. Cic. Fam. 4, 3. Vindicare a moleſtia Id. Q. Fr. 1, 4. Vocare a moleſtia Id. Att. 12, 36 (37) *extr.*

MOLESTE. Adu. [δυσχερῶς] *Cum moleſtia, grauiter, aegre.* Cic. de Amicit. 90 Obiurgari moleſte ferunt. Grauiter moleſteque ferre Seru. Sulpic. *ad* Cic. Fam. 4, 5 *pr.* Cic. Acad. 4, 148 Non moleſte, inquit, fero nos haec contuliſſe. Pati et non moleſte ferre Idem Verr. 1, 2. Rogare moleſte, *vid.* ROGO. *Compar. et Superl.* Cic. Q. Fratr. 1, 1 *pr.* Quoniam ea moleſtiſſime ferre homines debent, quae ipſorum culpa contracta ſunt; eſt quiddam in hac re mihi moleſtius ferendum quam tibi.

MOLESTO, āre. [ἀνιάω] *Notae ſignificationis.* Modeſtinus, in l. 20. D. liberat. legat. Ab Aurelio Sempronio fratre meo neminem moleſtari volo. Scribon. Largus 71 Raro valde moleſtat. Vua moleſtat Scribon. 71. *Adde* Petron. Fragm. Trag. p. 30 c. 58 *et* Fragm. Burm. p. 674. Apul. de Herb. c. 71. *Vid. etiam Cellar. Cur. poſter.* p. 223. *Barth. ad Brit.* p. 580.

MOLESTANS, antis. Part. Iul. Obſequens Obſeru. 42 Peſtilentia vtrumque exercitum moleſtante.

MOLESTATIO, ōnis. f. Conſtant. Afer 7, 6 Febris moleſtatio. *it. in* Dig.

MOLETRINA, MOLILE, *vid.* MOLA.

MOLIOR, īri. [μηχανάομαι] Molem, *i. graue quiddam et magnum incipere, et mouere.* Liu. 9, 3 Num montes moliri ſua ſede paramus? *Sic* Moliri, [ἐπιχειρεῖν] *Eſt vel Ingenio, vel Corpore ad aliquid agendum moueri.* Cic. de Senect. 26 c. 8 Sed videtis, vt ſenectus non modo languida, atque iners non ſit, verum etiam ſit operoſa, et ſemper agens aliquid et moliens. Idem Verr. 5, 87 Euolarat iam e conſpectu fugiens quadriremis, quum etiam tunc caeterae naues ſuo in loco moliebantur, *i. Magno labore ſe explicabant, vt conſequerentur.* Cic. Tuſc. 1, 68 Quarum altera, quam nos incolimus, ſub axe poſita ad ſtellas ſeptem, vnde Horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues. Columel. 2, 2, 23 Et ideo minoribus aratris moliuntur. Facere et moliri aliquid Cic. Acad. 4, 22. Minime obſcurum eſt, quid iſti moliantur Id. Att. 14, 22. Haec quum moliretur Nep. 7, 10, 1. *Conf.* Non. 4, 300. Agere per ſe et moliri Cic. Fam. 6, 10. Id ſperamus, idque molimur Id. ibid. 1, 5. Inepte moliri aliquid Hor. de Arte Poët. 140. Miſere Plaut. Curc. 1, 3, 31. Obſcure Cic. Tuſc. 2. Nauibus in inſulam Tac. Hiſt. 2, 35, 1. Struere et moliri aliquid calamitatis alicui Cic. pro Cluent. 178. Aedem Flor. 1, 7, 7. Amorem, odium in iudicum animis oratione moliri Cic. de Orat. 2, 206. Prius in portum (vela) intulerunt quinqueremes, quam Poeni Ancoras molirentur Liu. 28, 17 *extr.* Ancoras, ne in moliendo mora eſſet, praeciduut Id. 28, 36. Ouid. de Arte Am. 2, 119 Iam molire animum, qui duret, et adſtrue formae. Virg. Aen. 1, 428 Pars ducere muros, Molirique Arcem. Quaſi Molibus factis arcem attollebant, *vt ait* Seruius; *id eſt ingentibus aedificiis.* Atrium ſublime moliri, *Exſtruere* Hor. Carm. 3, 1, 46. Bellum moliri, *Belligerare* Columel. in Praef. Bipennem in vites Virg. Georg. 4, 331. *i.* Succidere vites. Seruius. Claſſem moliri, Parare claſſem, *inquit* Seruius Virg. Aen. 3, 6. Corpora ex ſomno Liu. 36, 24 *pr.* Corruptelam iudicii Cic. in Parad. 6. Crimina molitur, et accuſatorem Tacit.

Tacit. Ann. 12, 22, 1. Diſcordiam optimatium Cic. de Aruſp. Reſp. 40. Dolos molitur opertos Valer. Argon. 5, 248. Facinus dextera vindex molitur Sil. 11, 196. Fores moliri Tacit. Ann. 1, 39. *i. Conari reſerare vel effringere.* *Add.* Id. Hiſt. 2, 22. Fugam Virg. Aen. 2, 109. *i.* Parare, Seruius. Fulmina Virg. Georg. 1, 325. Agitare et iacere, Seruius. Genus poenae miſerabile molitur Ouid. Met. 8, 783. Gradus ſeniles Senec. Hippol. 4. Greſſus Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 438. Habenas manu Virg. Aen. 12, 327. *i.* Regere, Seruius. Humum infra Tacit. Ann. 11, 20. Ignem Virg. Aen. 10, 131. Imperium Tac. Hiſt. 1, 5, 2. Locum in aliquem moliri, *Contendere aliquo* Id. Hiſt. 2, 35. Inſidias auibus Virg. Georg. 1, 271. *i.* Aucupia facere, Seruius. Inſidias filio moliri, *Inſidiari* Cic. pro Cluent. 176. Iter moliri, Iter peragere Virg. Aen. 6, 477. Seruius. Laborem Id. ibid. 4, 233. *h. e.* Praeparare, aut exercere, Seruius. Locum Id. ibid. 7, 158. Magna Cic. Att. 16, 8. Mali aliquid Cic. . . . Moenia vrbis Ouid. Met. 11, 199. Moram Virg. Aen. 1, 415. Morbos molitur rex deûm Id. ibid. 12, 852. Muros vrbis Id. ibid. 3, 132. Naues moliri a terra Liu. 37, 11. *Sed intranſit.* Euolarat iam e conſpectu fugiens quadriremis, quum etiam tunc caeterae Naues ſuo in loco moliebantur Cic. Verr. 5, 87. Nefas aliquod Stat. Theb. 8, 504. Noua Claud. Conſ. Hon. 4, 77. Nuptiasque Domitii, et Octauiae Caeſaris filiae moliri Tacit. Ann. 12, 3. Obices portarum Liu. 6, 33. Opera moliri, *Operari* Columel. 4, 18. Cic. de Nat. Deor. 1, 52 Nihil enim agit, nullis occupationibus eſt implicatus, nulla opera molitur, *h. e. Tentat et conatur facere.* Oppida Hor. in Arte Poët. 399. Periculum alicui Cic. pro Sext. 1. Peſtem patriae nefarie Cic. in Catil. 2, 1. Pocula de inimicorum capitibus Solin. c. 20. Porticus Vell. 2, 8, 3. Parua Rem ingentem moliundi cauſa Liu. 6, 34, 5. Res noua molitur ad aures accidere Lucret. 2, 1023. Terram altius Liu. 40, 29 *pr. i. fodere, et ſic mouere.* Triumphos Ouid. Met. 14, 719. Viam Virg. Aen. 10, 477. *Vbi* Seruius: Viam molita, hoc eſt cum difficultate quaeſiuit: per quod et ſoliditas clypei, et minus firmus haſtae iactus oſtenditur. Vias vetitas moliri Sil. 4, 790. Moliri, *paſſiuum.* Lucil. 7 Mutilamur, molimur, ſubducimur. *i.* Retinemur et moramur, *inquit* Nonius 2, 543. *al. leg.* muginamur *etc. Ad ornatum transfertur* Ter. Heaut. 2, 2, 11 Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt.

MOLIENS, entis. Partic. Tacit. Hiſt. 2, 101, 3 Eadem moliens. *Et* Cic. de Nat. Deor. 59 c. 23 Nec ceſſans Deus, nec ea, quae agit, moliens cum labore operoſo ac moleſto.

MOLĪTVS, a, um. Partic. Cic. de Finib. 2, 112 Molitus tanta. Molitus aliquando aliquid Cic. pro Mil. c. 25. *Et* 1, 50 Molita quippiam impietas. *Adde* Ouid. Amor. 1, 7, 35.

MOLITIO, ōnis. f. [κατασκευὴ] *Conatus et machinatio.* Cic. de Vniuerſ. 7 Quaeramus igitur cauſam, quae impulerit eum, qui haec machinatus ſit, vt originem rerum, et molitionem nouam quaereret. Idem de Nat. Deor. 1, 7 Quae molitio, quae ferramenta, qui vectes, quae machinae, qui miniſtri tanti muneris fuerunt? Liu. 33, 5 Facilis molitio valli Graecorum erat, *i. facile conuelli et perrumpi poterat.* Agrorum Columel. in Praef. *fin.* Inter molitionem pii pariter ac fortis Propoſiti oppreſſus Val. Max. 3, 3, 1. Rerum tanta molitio Cic. de Nat. Deor. 1, 23 c. 9. *Add.* ibid. c. 8. Dura molitio Senec. Quaeſt. Nat. 3, 30. Furtiua molitio Petron. c. 95. Terrena Colum. 11, 2 *extr. i. foſſio, aratio, paſtinatio.*

MOLĪMEN, ĭnis. n. [κατασκεύασις] *i. Quod molimur, et conatus.* Liu. 2, 56 Res tamen ſuo ipſa molimine grauis certaminibus in annum extrahitur. Magnum molimen Ouid. Met. 12, 357. Rerum molimina Idem ex Pont. 1, 2, 75. Circumſpectare magno molimine Hor. Epiſt. 2, 2, 93.

MOLIMENTVM, i. n. [κατασκεύασμα] *Idem.* Liu. 37, 14 *extr.* Et eo minoris molimenti ea clauſtra eſſe, quod in fluminis modum, longum, et anguſtum, et vadoſum oſtium portus ſit. Res magni molimenti eſt Sen. *ad* Marc. c. 11. *Adde* 5, 22. *et* Ouid. Met. 12, 357. Caeſ. B. G. 1, 34 *ſecundum aliquos* Non. 2, 564.

MOLĬTOR, ōris. m. [κατασκευαστής, ἐργάτης] *Qui aliquid ſtruit, conatur, et machinatur.* Suet. in Domit. c. 10 Quaſi molitores nouarum rerum. Primaeque ratis molitor Iaſon Ouid. Met. 8, 302. Scelerum Sen. de Tranquill. c. 7. Cic. de Vniuerſ. 14 c. 5 *extr.* Hanc igitur habuit rationem effector mundi, molitorque Deus, vt vnum opus totum atque perfectum ex omnibus totis atque perfectis abſolueret.

MOLĬTOR, *vid. poſt* MOLA.

MOLĪTRIX, īcis. f. [ἐργάτις] Suet. in Neron. c. 35 Antoniam filiam Claudii recuſantem poſt Poppeae mortem nuptias ſuas, quaſi molitricem nouarum rerum interemit.

MOLLESCO, *vid.* MOLLIS.

MOLLIS, e. Adi. [μαλακὸς, μαλθακὸς, ἁπαλὸς] *Tener, non durus. A* mouendo *dicitur, quaſi* Mobilis, *quod in quamcunque partem facile flecti, trahi, ac moueri poſſit.* Quinct. 12, 107 Illius opera duriora, molliora huius, *de ſtatuis in quantum viuorum corporum ſimilitudinem habent, vt moueri videantur.* Plaut. Capt. 4, 2, 71 Et mollem caſeum. Id quod molle ſit, et gelidum, feruens ue videri neceſſe eſt Lucret. 4, 494. Molle, tenerum, fragile, flexibile Cic. pro Milon. 43. *de ſtudiis vulgi in Candidatos. Eſtque adeo epitheton tum corporearum rerum, in quantum tactui cedunt, flectique et fingi facile poſſunt, tum incorporearum, quatenus et ipſae ſunt mutabiles, flexileſque per metaphoram dicuntur. Vtroque autem modo et in bonam partem dici et in malam, exempla mox elementari ordine Subſtantiuorum ponenda docebunt.* Aditus molles, *Faciles* Virg. Aen. 4, 423. Nec rigido mollior Aeſculo Horat. Od. 3, 12, 17. Aeſtas mollior Virg. Georg. 1, 312. Aetas mollior luxu Claud. de Bell. Get. 160. Amaracus Virg. Aen. 1, 697. Amplexus Id. ibid. 8, 388. Animus mollis, *in bonam partem, pro Facili et tractabili.* Cic. Att. 1, 14, (17) Quanta ſit in Q. fratre meo comitas, quanta iucunditas, quam mollis animus et ad accipiendam, et ad deponendam offenſionem, nihil attinet me ad te, qui ea noſti, ſcribere. Anni molles, *Pueritia* Ouid. Epiſt. 1, 111. Ariſta Virg. Ecl. 4, 28. *i. matura. vid. de la Cerda.* Articulus, *vid. h. v. itemque mox* Brachium molle. Aſcenſus mollior Liu. 27, . . . *arduo opponitur, vt* Faſtigium, Cliuus. Ouid. Epiſt. 3, 44 Nec venit inceptis mollior Aura meis. Aures molliſſimae Plin. Paneg. c. 68. *verecundae.* Infimâ Auriculâ mollior Cic. ad Q. Fratr. 2, 15. Gaudent praenomine molles Auriculae Hor. Sat. 2, 5, 32. *i. delicatae, blanditiis aſſuetae.* Si vox eſt, canta; ſi mollia Brachia, ſalta Ouid. Art. Am. 1, 598. *i. mobilia. Metaph.* Cic. Att. 2, 6 Quod me quodammodo molli brachio de Pompeii familiaritate obiurgas; nolim ita exiſtimes. *i. Non acriter, ſed perfunctorie.* Capilli molles, *i. flexibiles* Hor. de Arte Poët. 33. Carne in molli vermes naſcuntur, *i. Vitia in otioſis* Prouerb. Petron. c. 65. Caſtaneae molles, *Maturae* Virg. Ecl. 1, 82. Mollia Caſtra amoris Ouid. A. A. 2, 236. Cic. de Orat. 3, 175 c. 45 Sed ea nos quum iacentia ſuſtulimus e medio, ſicut molliſſimam ceram, ad noſtrum arbitrium formamus et fingimus. Cerebrum Ouid. Met. 12, 436. Ceruix Lucret. 6, 744. Cliuus, *Non arduus nec erectus* Virg. Ecl. 9, 8. Nonius 4, 301. Caeſ. B. G. 7, 46 *pr. Et,* Molle faſtigium, *apud eundem* B. C. 2, 10. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 4, 491. Caelum ipſum mitius molliusque ſolito videbatur Flor. 4, 12, 27. *Add.* Id. 1, 16, 4. Cic. Tuſc. 1, 95 Nam nunc quidem Cogitationibus molliſſimis effeminamur, *etc. Alia exemplaria habent* Moleſtiſſimis. Colla mollia, *Domita* Virg. Georg. 3, 204. Columba Hor. Carm. 1, 37, 18. Coma Senec. Agamem. 7, 25. Cor ad preces Ouid. Triſt. 5, 10, 66. Crura Virg. Georg. 3, 76. Cic. Tuſc. 2, 36 Quod Spartiatae etiam in feminas tranſtulerunt, quae caeteris in vrbibus molliſſimo Cultu parietum vmbris occuluntur. Digiti Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 217 Diſciplina Cic. de Finib. 1, 37. Faſtigium Caeſ. B. C. 2, 10. *vt* Aſcenſus, Cliuus, Collis. Fauillae Ouid. Faſt. 3, 561. Flamma Virg. Aen. 4, 66. Flumen Claud. de Laudib. Seren. 201. Folia Virg. Ecl. 5, 31. Fraga Ouid. Met. 13, 816. Fretum Idem ibid. 14, 558. Fronde molli premere crines Virg. Aen. 4, 147. Frontis mollis eſſe, *i. verecundum* Quinct. 6, 4, 12. Fugae Claud. Conſ. Hon. 4, 540. *de ludis in circo.* Cic. de Orat. 2, 95 Alia quaedam dicendi molliora ac remiſſiora genera viguerunt. *Medium dicendi genus intelligit: quod quidem ſecutus eſt Demetrius Phalereus, vt ibidem docet* Cicero. In quo genere (*ait* Cic. in Orat. 92) multi floruerunt apud Graecos: ſed Phalereus Demetrius praeſtitit caeteris, cuius oratio ſedate placideque loquitur. Primus enim (*vt idem ait in* Bruto 38) inflexit orationem, et eam mollem teneramque reddidit. *Tale eſt illud eiuſdem in* Bruto 132 *de Q. Catullo*; Quem librum de rebus geſtis ſuis conſcriptum molli et Xenophonteio genere ſermonis miſit ad A. Furium Poëtam familiarem ſuum. Glomeratio Plin. 8, 42 ſ. 67. *de equo.* Gramen Lucret. 2, 29. Herba Virg. Ecl. 7, 45. Hora Propert. 2, 28, 16. Hiems mollis, *Non dura et aſpera* Stat. Silu. 3, 5, 83. Hyacinthus Virg. Ecl. 6, 54. Imperia Hor. Carm. 4, 1, 6. Inceſſus mollior Ouid. A. A. 3, 306. Inertia Hor. Epod. 14, 1. Ingenium nobis molle Thalia dedit Ouid. Epiſt. 15, 84. Internodia mollia poplitum Id. Met. 6, 256. Iter Id. Amor. 2, 16, 20. Iuncus Virg. Ecl. 2, 72. *i. flexilis.* Iuſſa haud mollia, Non leuia aut contemnenda Virg. Georg. 3, 41. Lana Virg. Georg. 2, 120. Lanugo Lucret. 5, 815. Latus Ouid. Epiſt. 19, 138. Cic. Verr. 3, 1, 26 Vtram igitur putas Legem molliorem? Litora mollia naufragiis Ouid. ex Pont. 1, 2, 62. Lyra Stat. Theb. 10, 870. Manus Ouid. Amor. 1, 4, 24. Molli manu lenire aliquid Quinct. 2, 4, 12. Manu molli rigida iaculari gaeſa Senec. Hippol. v. 100. Manus non faciunt molles ad fera bella Ouid. Epiſt. 14, 56. Mares Phaedr. 4, 14, 1. *i. cinaedi. Sic* mollior viro Quinct. 12, 10, 12. Saltantes et mollia Membra mouentes Lucr. 4, 977. *Vid.* Brachia mollia. Merum Hor. Od. 1, 7, 17. Miniſtri Ouid. Faſt. 4, 243. Modi citharae molles Hor. Carm. 2, 12, 3. Oculis eſt mollibus Ouid. Rem. Amor. 340. *facile flentibus et rubentibus.* Plin. 12, 19 Probatur caſia recens maxime, et quae ſit Odoris molliſſimi, *h. e. Delicatiſſimi, non vehementis.* Cic. Fam. 6, 14 Ex oratione Caeſaris quae ſane mollis, et liberalis fuit. *Vid.* Vmbratilis oratio, *in* ORO. Id. in Brut. 38 Demetrius Phalereus primus inflexit Orationem, et eam mollem teneramque reddidit. Oratio mollis et pellucens, *vid.* Pellucens *in* PELLVCEO. Oratio mollis, tenera, et ita flexibilis, vt ſequatur quocunque torqueas Cic. in Orat. 52 c. 16. *Conf.* Id. de Orat. 3 c. 45. Ouid. Triſt. 4, 3, 70 Purpureus molli fiat in Ore pudor, *i. Pudeat. al.* Rubor. Oſcilla Virg. Georg. 2, 389. *i. mobilia, vid.* OSCILLVM. Otia mollia ſecurae peragebant gentes Ouid. Met. 1, 100. Ouum Celſ. 4, 4. Pabula Ouid. Met. 7, 284. Pectus Id. Faſt. 4, 4. Pecus Virg. Georg. 3, 299. Penſa mollia deuoluunt fuſis Id. ibid. 4, 348. Pes mollis equi, *Vngula fragilis* Hor. Serm. 1, 2, 88. Piſces molles Plin. 9, 28. *De piſcibus ſanguine carentibus.* Pluma Virg. Aen. 10, 192. Mollior cycni Plumis Ouid. Met. 13, 797. Prata Virg. Georg. 2, 384. Prece molli vincuntur dura Pectora Tibull. 3, 4, 76. Pueri Hor. Epod. 11, 5. Querelae Hor. Carm. 2, 9, 17. Quies Lucret. 4, 988. Regio, *temperata, deliciis accommodata,* Quo fere tractu Italia molliſſima eſt Flor. 3, 3, 13. Sabaei Virg. Georg. 1, 57. Cic. de Senect. 2 Non modo omnes abſterſerit ſenectutis moleſtias, ſed etiam effecerit mollem ac iucundam ſenectutem. Id. in Catil. 1, 30 Qui ſpem Catilinae mollibus ſententiis aluerunt; contentionemque naſcentem non credendo corroborauerunt. Seruitium Tacit. Hiſt. 4, 57. Siler Virg. Georg. 2, 17. *i. flexilis.* Somnos molles carpere Virg. Georg. 2, 470. Somno molli dedita membra Lucret. 3, 113. Stabula Virg. Georg. 3, 295 *h. e.* Clementiora et aëris temperati; vel propter plagam auſtralem; vel propter ſuppoſitas herbas animalibus, Seruius. Stimulis haud mollibus incitat iras Virg. Aen. 11, 728. Studiis aſſuetus mollibus ipſe fui Ouid. Triſt. 1, 4, 74. Tactus molliſſimus corporis Columel. 6, 1 *extr.* Tarentum molle Hor. Serm. 2, 4, 34. *Vbi, ſi* Macrobio Sat. 2, 14 *extr. credimus,* erraſſe videri poteſt, qui etymologiam reſpiciens, idem eſſe Terentum et Tarentum, crediderit. Nam quae dicuntur oues Tarentinae, eas Terentinas dici debere *credit,* quod Terenum Sabinorum lingua ſit molle. *Sed* Flaccus *potius ad populi fortaſſe mores, quam vocis notationem reſpexit. Turnebus.* Tempora Ouid. Triſt. 4, 8, 31. Tempora molliſſima fandi, *Opportuna* Virg. Aen. 4, 293. Tiliae Ouid. Met. 10, 92. Velamina, Veſtes Ouid. Met. 5, 594. Venter Hor. Epod. 8, 9. Verba Ouid. Faſt. 6, 120. Verbis mollibus lenire Hor. Epod. 5, 83. Verſus molles, *Amatorii* Ouid. Triſt. 2, 307. *Conf. Brouckh. ad* Prop. 2, 1, 41. Via Liu. 34. Via non eſt ad aſtra mollis e terris Senec. Herc. Fur. 6 v. 437. Vinum molle, carens aſperitate et defaecatum Virg. Georg. 1, 341. *Conf.* Iuuenal. 1, 69. Vir Ouid. Epiſt. 9, 72. Qua decet non molles Viros Hor. Epod. 1, 10. *vid. Brouckh. ad* Tibull. 2, 2, 4. Mollior viro, *i. quam vir eſſe debet* Quinct. 12, 10, 12. Vita Ouid. Triſt. 5, 3, 9. Vlcus recens molle Scribon. 201. Vluis torus de mollibus Ouid. Met. 8, 655. Vmbrae molli ſuccedere Virg. Georg. 3, 464. Vndae Lucret. 2, 377. Vultus Ouid. Met. 10, 609. Lacrimis mollis Propert. 3, 15, 29. Claud. in Eutrop. 1, 364 Facilisque moueri Supplicibus, mediaque tamen molliſſimus ira. In obſequium mollis, facilisque rogantibus eſſes Ouid. Amor. 2, 3, 5. Euphrates mollior ibat Virg. Aen. 8, 726. In Republ. et inimicitiis auricula infima mollior aliquis Cic. Q. Fratr. 2, 15. *vid.* Auricula *in* AVRIS. Homo mollis, *Effeminatus, non ſeverus,*

verus, minime fortis, puſilli et abiecti animi. Plin. 25, 5 Vetant dari ſenibus et pueris; item mollibus ac feminei corporis animiue, exilibus ac teneris. Homo ſolutus et mollis in geſtu Cic. de Clar. Orat. 225 c. 62 *extr.* Philoſophus mollis, languidus, eneruatus, omnia ad voluptatem corporis doloremque referens Id. de Orat. 1, 226. Mollis, et parum vir Quinctil. 5, 9. Tribades et molles mares Phaedr. 4, 14, 1. Molles veteres, Deliaci manu reciſi Petron. c. 23. Magna, inter molles concordia Iuuenal. 2, 47. Molles et effeminati Suet. Calig. c. 56. Effeminatum aut molle, aut ne quid durum aut ruſticum ſit Cic. Off. 1, 129. Molle atque facetum Hor. Serm. 1, 10, 44. Ridenti mollia ride Ouid. A. A. 3, 513. Dictu haud mollia Sil. 1, 113. *Vid. Drakenb. ad h. l.* Quid precibus noſtris mollius eſſe poteſt Ouid. Amor. 2, 2, 66.

MOLLICVLVS, a, um. Adi. Dimin. Plaut. Poen. 1, 2, 154 Meus molliculus caſeus. Eſcas molliculas volo, vt ipſa mollicula eſt Id. Caſ. 2, 8, 58. Specie molliculus et morboſus Amm. 27, 22. Verſus molliculi Catull. 16, 4.

MOLLICELLVS, a, um. Dimin. *a* Molliculus. Catull. 23 (25) 10 Cinaede Thalle mollior cuniculi capillo, Vel anſeris medullula, vel Imula oricilla.

MOLLIVSCVLI verſus Plin. Epiſt. 1, 16 *ſec. Catanaeum: alii aliter.*

MOLLITIA, ae. *et* MOLLITIES, ēi. f. [μαλακότης, μαλθακία, ἁβρότης, βλακεία] Plin. 13, 9 Differens breuitate ac mollitie. Columel. 7, 2 Ex his rurſus quidquid conceptum eſt, maternam mollitiem, paternum et auitum retulit colorem. Ceruicum mollitia Cic. in Orat. 59. *i. nimia flexilitas.* Maris mollities, *Placiditas, tranquillitas* S. Aur. de Viris illuſtr. c. 22. Naturae agilitas mollitieſque Cic. Att. 1, 14. Victus alicuius imbecillitas et mollities Id. Att. 12, 25 (26) *Praeternaturalis libidinis patientia hoc nomine appellatur* Sen. de Conſt. c. 18. *et* Tac. Ann. 11, 2, 1. *Alias quoque* Mollities, *ſiue* Mollitia, *ad animum transfertur.* Ter. Eun. 2, 1, 16 Eiiciunda hercle haec mollities animi; nimis me indulgeo. Salluſt. Cat. c. 52 Sed inertia et mollitia animi alius alium expectantes cunctamini. Cic. de Finib. 5, 58 In primo enim ortu ineſt teneritas et mollities quaedam, vt nec res videre optimas, nec agere poſſint. Ibid. 1, 33 c. 10 Qui officia deſerunt mollitia animi, id eſt laborum et dolorum fuga. Animi lenitas et mollitia Idem pro Sulla 18. Animi mollitia lenitatem imitatur Id. in Partit. 81. Labuntur ad mollitiem mores, *vid.* LABOR, ēris. Vincere quamlibet mulierculam mollitia Hor. Epod. 11, 35. Mollitiae, *plur.* Paterculus 1, 6 Sardanapalum regem mollitiis fluentem, et nimium felicem, Pharnaces Medus imperio vitaque priuauit. Id. 2, 88 Vir otio ac mollitiis paene vltra feminam fluens. *De Maecenate loquitur.*

MOLLITVDO, ĭnis. f. [χαυνότης] *Idem quod Mollities.* Cic. de Orat. 3, 97 In ipſo tactu eſſe modum et mollitudinis et leuitatis. Ibid. 3, 159 Nam et odor vrbanitatis, et mollitudo humanitatis, et murmur maris, *etc.* Idem Tuſc. 5, 46 Lenitudo orationis, mollitudo corporis. Infans — liquore lactis ac mollitudine alitur Lactant. 5, 4. Cic. de Nat. Deor. 2, 136 c. 55 *pr.* In pulmonibus autem ineſt raritas quaedam et aſſimilis ſpongiis mollitudo, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima. Corrumpi mollitudine Vitiorum Arnob. 2 p. 64. *Add.* Non. 2, 514. Vocis mollitudo, quum eam torquere pro commodo noſtro poſſumus Auct. ad Herenn. 3, 20 c. 11 *Nempe mollis, vt oſtendimus, eſt* mobilis, mollitudo, *eſt quaſi* mobilitudo, ſ. mobilitas.

MOLLITER. Adu. [μαλακῶς] Cic. de Nat. Deor. 2, 129 c. 52 Et cubilia ſibi nidoſque conſtruunt, eoſque quam poſſunt molliſſime ſubſtruunt, vt facillime oua ſeruentur. Accipere mollius Tacit. Hiſt. 2, 30. Adire molliter impreſſo conor toro Propert. 1, 3, 12. Claudit molliter admiſſum Tarbellicus aequor Lucan. 1, 431. Mollius Conſultum a conſulibus Liu. 3, 59 *extr. i. parum maſcule.* Cubent vt mea defunctae molliter oſſa Ouid. Amor. 1, 8, 108. *Add.* Id. Triſt. 3, 3, 76. Curare ſe molliter, *i.* Delicate, *inquit* Donatus, Ter. Adelph. 5, 1, 1. Ager molliſſime Deuexus Colum. 1, 2. Excipere molliter cadentem Ouid. Met. 11, 785. Facere aliquid parce et molliter Cic. Fam. 1, 9. Fallere auſterum laborem molliter ſtudio Hor. Serm. 2, 2, 12. Ferre molliter, *Placide, aequo animo.* Cic. de Senect. 5 Quod ferendum eſt molliter ſapienti. Idem de Finib. 2, 64 Aberat omnis dolor; qui ſi adeſſet, nec molliter ferret, *etc.* Gerere bellum molliter Salluſt. de Rep. ord. Incedit molliter Ouid. Amor. 2, 4, 23. Interpretari mollius Tacit. Hiſt. 2, 96, 2. Mouere membra mollius Hor. Sat. 1, 9, 24. Quieſcant oſſa Virg. Ecl. 10, 33. Recubare molliter et delicate Cic. de Orat. 3, 60. Referre pedem quam molliſſime Quinctil. 6, 4 *pr.* Sollicitare molliter admota manu Ouid. Amor. 3, 7, 74. Soluere partus molliter dicitur mulier Id. Faſt. 3, 258. Excudent alii ſpirantia mollius aera Virg. Aen. 6, 847. *vid. h. l. la Cerda.* Viuere delicate et molliter Cic. Off. 1, 106 c. 30. Viuere in patria molliter Id. Triſt. 3, 1, 24. Plaut. Pſeud. 5, 2, 7 Quid tu (malum) ergo in os mihi ebrius irructas? P. molliter, ſuſtine nunc me, caue ne cadam.

MOLLIO, īre. [μαλακύνω, μαλθακίζω, μαλάττω, ἁπαλύνω] *Molle facere.* Cic. de Nat. Deor. 2, 134 Dentibus autem in ore conſtructis manditur; atque ab his extenuatur et mollitur cibus. *Sed hic forte rectius legas,* Molitur, *pen. corr. a* Molo, molis: *hoc eſt Conteritur, et velut molis comminuitur. Futur.* mollibit Hor. Od. 3, 23, 9. Aluum mollire Scribon. 135. *Sic* Ventrem mollire 135. 200. Cliuum mollire *eſt faciliorem eſcenſum parare* Caeſ. Bell. Gall. 7, 46 *pr.* Oppidi murus ab planitie atque initio eſcenſus recta regione ſi nullus anfractus intercederet, ∞CC paſſus aberat. Quidquid huic circuitus ad molliendum cliuum acceſſerat, id ſpatium itineris augebat. Ferrum mollit ignis Hor. Serm. 1, 4, 20. Lanam mollire Ouid. Faſt. 3, 817. *Varias parit Metaphoras, ex vſu nempe nominis.* Id. de Arte Am. 545 Scilicet ingenium placida mollitur ab arte. Acceſſus molliet iſta tuos Id. ibid. 1, 352. *vt* Cliuum mollire *modo vidimus.* Cic. Tuſc. 2, 27 c. 11 Molliunt Animos noſtros; ita ſunt deinde dulces, vt non legantur modo, ſed etiam ediſcantur. Id. Tuſc. 5, 78 Sed nos vmbris, deliciis, otio, languore, deſidia Animum infecimus, opinionibus, maloque more delinitum molliuimus. Animos mollit, et temperat iras Virg. Aen. 1, 61. Animos mollierant lectus et vmbra meos Ouid. Amor. 1, 9, 42. Aquis feruentibus artus Id. Met. 1, 228. Carnem mollire Lucret. 6, 969. Diſſenſiones mollire, *vid.* Diſſenſio, *in* DISSENTIO. Fructus feros colendo Virg. Georg. 2, 36. Hominem mollire, *Placare* Ter. Phorm. 2, 2, 13. Cic. de Senect. 10 Et Annibalem iuueniliter exultantem, patientia ſua molliebat. Impetum mollire, *Reprimere* Liu. 3, 35. Inuidiam Tacit. Ann. 4, 30. Iras Liu. 1, 9. Mare mollire, Placare, molle reddere. Accius Telepho, Remiſque nixi, properiter nauem in fugam tradunt ſubter ſaxa ad laeuam, qua mons mollibat mare. *Ex* Nonio 4, 301. Opus graue mollire indocili numero, *i. Rudi cantilena* Ouid. Triſt. 4, 1, 6. Pectora alicuius Hor. Epod. 3, 14. Penates hoſtia mollire Id. Carm. 3, 23, 19. Poenam Ouid. Triſt. 3, 5, 53. Verba dura vſu mollienda Cic. de Nat. Deor. 1, 96 c. 34. Dureſcere *et* Molliri, *contraria.* Idem ibidem 2, 26 Itaque et Aquilonibus reliquiſque frigoribus adiectis dureſcit humor, et idem viciſſim mollitur tepefactus, et tabeſcit calore. Cic. Philipp. 12, 18 Ipſa illa Martia, caeleſtis et diuina legio, hoc nuntio langueſcet et mollietur, atque illud pulcherrimum nomen Martium amittet. Amore molliri Sil. 13, 118.

MOLLĪTVS, a, um. Partic. [μαλακυνθείς] Membra mollita Ouid. Met. 4, 381. Saxo mollita Idem ibid. 1, 402. Agros mollitos oblimatoſque ad ſerendum relinquit recedens Nilus Cic. de Natur. Deor. 2, 120 c. 52. Emplaſtrum ex aceto mollitum Cael. Aurel. 5, 8, 4. Feritas mollita Ouid. Faſt. 4, 217.

MOLLITĪVVS, a, um. Adi. *Molliendi vim habens.* Conſtant. Afer. 4, 17 Mollitiuum cataplaſma.

MOLLIMENTVM, i. n. *Lenimentum.* Seneca de Tranquil. vitae c. 10 Nullo melius nomine de nobis natura meruit, quam quum ſciret, quibus aerumnis naſceremur, calamitatum mollimentum conſuetudine inuenit.

MOLLEO, ēre. *Mollem eſſe vel fieri.* Coquas, vt molleat Theod. Priſc. 1, 28.

MOLLESCO, ĕre. [μαλακιάω, μαλακύνομαι] *Molle aut placatum fieri.* Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 226 Ferrea laſciuis molleſcant corda ſagittis. Ouid. Met. 4, 386 Quiſquis in hos fontes vir venerit, exeat inde Semiuir, et tactis ſubito molleſcat in vndis. Colla molleſcunt iuuencis Catull. Argon. 62, 38. Genus humanum primum molleſcere coepit Lucret. 5, 1013. Pectora molleſcunt, aſperitaſque fugit Ouid. ex Pont. 1, 6, 8.

MOLLĬPES, ĕdis. ἁπαλόπους Gloſſ. Gr. Lat. *Qui mollem habet pedem.* Cic. de Diuin. 1, 15 c. 9 Mollipedeſque boues ſpectantes lumina caeli. *Ex quodam Poeta.*

MOLLESTRA, ae. f. Pelles ouinas antiqui molleſtras appellabant, quibus galeas ſubtergebant, *inquit* Feſtus. *Sic Latini vocabulum Graecum deprauarunt, et e* μηλωτή Molleſtram *interpolarunt. Turneb.*

MOLLICĪNA, ae. f. Veſtis, *inquit* Nonius 14, 23 a mollite dicta. Naeuius Epidico, Mollicinam, crocotam, chirodotam, ricam.

MOLLICŌMVS, a, um. Adi. Auien. Deſcript. Orb. v. 1081 Mollicomis tellus inſternitur herbis.

MOLLIFĬCO, āre. [ἁπαλύνω, μαλάσσω Gloſſ. Lat. Gr.] Macer, de Herbis 4, 14 Eſcis illius quia venter mollificatur.

MOLLIFĬCVS, a, um. Cael. Aurel. Tard. 4, 1 Arificus carnis. et mollificus corporis.

MOLLIGO, ĭnis. f. Marc. Empir. c. 26. *Eadem*

MOLLVGO, ĭnis. f. Species eſt lappaginis, ſimilis anagallidi, niſi quod ramoſior eſt, ac pluribus foliis, aſpera alioqui, et graui odore Plin. 20, 10.

MOLLVSCA, ae. f. [μολλοῦσκα λεγομένη] *Nucis genus, a mollitie putaminis dictae.* Plin. 15, 22 Molluſcae putamen rumpentes. *Non eſt* molluſca pomum id, quod vulgo Perſicum nominatur, *vt putauit* Macrobius Saturn. 3, 18. *Auctore Perotto. Conf.* Macrob. 2, 14.

MOLLVSCVM, i. n. [δένδρου εἶδος] Plin. 16, 16 ſ. 27 Pulcherrimum vero eſt bruſcum, multoque excellentius etiamnum molluſcum. Tuber vtrumque arboris eius (*Agit. de* Acere). Sed bruſcum intortius criſpum; molluſcum, ſimplicius ſparſum. Et ſi magnitudinem menſarum caperet, haud dubie praeferretur cedro.

MOLO, ĕre. *vid.* MOLA.

MOLOCHE, *quae et* MALACHE, es. f. [μολόχη, ἡ μαλάχη] *Herba eſt notiſſima, quam Latini Maluam appellant.* Et Moloche, prono ſequitur quae vertice ſolem Colum. 10, 247. Moloche agria, [μολόχη ἀγρία] *Silueſtris malua* Plinius Hibiſcum *interpretatur,* 20, 4 ſ. 14 *et* paſtinacae ſimilem *facit.*

MOLOCHĬNVS, i. m. [μαλαχινός] Color, qui in purpuram inclinat, quod maluae flori ſimilis ſit, quaſi malachinus. Graeci enim μαλάχην, maluam dicunt. Caecil. Pauſimacho, Carbaſina, molochina, ampelina. *Ex* Nonio 16, 2. *Conf.* Iſidor. 19, 22.

MOLOCHINARIVS, i. m. [μαλαχινοποιός] Molochini coloris infector, *inquit* Nonius *ibid.* Plaut. Aulul. 3, 5, 40 Adſtant molochinarii, petunt fullones. *Poſſunt etiam eſſe, qui hoc genus veſtimenta vendunt. Conf. Parei Lex. Crit. p.* 749.

MOLOCHITES, ae. m. [μολοχίτης] Gemma eſt non tranſlucens, ſpiſſa viriditate maluae colorem referens, vnde et nomen accepit, *vid.* Plin. 37, 8. Iſidor. 16, 7.

MOLOCHVS *vel* MOLORCHVS, *vid.* MOLYBDIS.

MOLON, onis. m. *Herba, quam* μῶλυ *Dioſcoridis eſſe putat Harduin. ad* Plin. 26, 7 ſ. 19 *pr.*

MOLORCHVS, i. m. [Μόλορχος] Paſtor iuxta Nemeam ſiluam habitans, qui venientem Herculem ad occidendum Nemeum leonem, hoſpitio excepit, *vt ſcribit* Seruius *ad* Virgil. Georg. 3, 19. Luci Molorchi Id. ibid. 3, 19. Cleonaeus Molorchus Stat. Theb. 4, 160. Parci domus Molorchi Idem Silu. 4, 6, 51. Pauperis arua Molorchi Id. ibid. 3, 1, 29. *Conf.* MOLYBDIS.

MOLORCHAEVS, a, um. Adi. Tibull. 4, 1, 13 Lacta Molorchaei poſuit veſtigia tectis.

MOLOSSIA, ae. f. [Μολοσσία] *Regio, pars Epiri; a* Moloſſo *Pyrrhi et Andromaches filio nominata. Hinc,*

MOLOSSVS, i. m. [Μολοσσός] *Scribit Theopompus fuiſſe* XIIII *Epirotarum gentes, e quibus celeberrimi fuerunt Chaones et* Moloſſi. *In Moloſſia naſcebantur boni canes.* Virg. Georg. 3, 405 Nec tibi cura canum fuerit poſtrema, ſed vna Veloces Spartae catulos, acremque Moloſſum Paſce ſero pingui. Horat. Epod. 6, 5 Nam qualis aut Moloſſus, aut fuluus lacon, Amica vis paſtoribus. ¶ 2 Moloſſus, *Pes dictus eſt ab eius patriae ſaltatione. Vel quod eo metri genere odas in templo Iouis, ad laudem canere conſueuerunt, in memoriam Moloſſi Pyrrhi et Andromaches; a quo poſtea feſta Moloſſia ſunt dicta. Vel, vt alii volunt, quod Moloſſi, id eſt Theſſali ad bellum procedentes, huius modulata compoſitione vtebantur. Conſtat autem tribus longis, vt* Aeneas. *Vtitur v. g.* Diomed. 2 p. 461.

MOLOSSVS, a, um. Adi. Canes Moloſſi Hor. Serm. 2, 6, 114. Colla Moloſſa armillati canes Propert. 4, 8, 24. Gens Moloſſa Ouid. Met. 1, 226.

MOLOS-

MOLOSSICVS, a, um. Adi. *Idem.* Plaut. Capt. 1, 1, 18.

MOLVCRVM, i. n. *Inter caetera* Illud mulierum vitium ſignificat, quo earum intumeſcit vterus, vt foetu grauidarum. *Alii ſcriptores* Molam *vocant*; *ſed* Afranius *apud* Feſtum Molucrum *appellat. Turnebus.* Eſt item Lignum quadratum, *auctore* Feſto, quo veteres immolabant. Item illud, quo molae vertuntur, quod Graeci μύλακον dicunt.

MOLY, yos. n. [μῶλυ] *Herba.* Plin. 25, 4 Laudatiſſima herbarum eſt Homero, quam vocari a diis putat moly, et inuentionem eius Mercurio aſſignat, contraque ſumma veneficia demonſtrat. Naſci eam hodie circa Pheneum, et in Cyllene Arcadiae tradunt ſpecie illa Homerica, radice rotunda nigraque, magnitudine cepae, folio ſcillae. effodi autem difficulter. Graeci auctores florem eius luteum pinxere, quum Homerus candidum ſcripſerit. *Ibidem plura.* Priap. 69, 14 Hinc legitur radix, de qua flos aureus exit; Quem cum Moly vocat, mentula moly fuit.

MOLYBDAENA, ae. f. [μολύβδαινα] Eſt (*inquit* Plin. 34, 18) quam alibi Galneam vocauimus, plumbi et argenti vena communis. Lota Molybdaena Scribon. 220. Molybdaena, *Herba.* Plin. 25, 13 Naſcitur vulgo molybdaena, id eſt plumbago, etiam in aruo, folio lapathi, craſſa radice, hiſpida. Haec commanducata, ſi oculis ſubinde liniatur, plumbum, quod eſt genus vitii, ex oculo tollitur.

MOLYBDIS, idis. [μολυβδὶς] *Inſtrumentum nauticum, quo plumbo (qui μόλυβδος eſt) e linea ſuſpenſo profunditas maris exploratur. Vid.* CATAPIRATER. *Reſtituenda vox* Statio Silu. 3, 2, 30 Sint, quibus exploret lino grauis alta Molybdis, *vt legendum docet Gronouius pro vulgato,* Sunt quibus exploret rupes grauis arte Molochus *ſ.* Molorchus.

MOLYBDĪTIS, is. f. [μολυβδῖτις] *Plumbi ſpuma.* Plin. 33, 6 Fit in iisdem metallis et quae vocatur ſpuma argenti. Genera eius tria; optima quam chryſitin vocant; ſecunda, quam argyritin; tertia, quam molybditin. *Et paullo poſt,* Molybditis plumbi ipſius fuſura, quae fit Puteolis, et inde habet nomen.

M O M

MOMAR, Siculi ſtultum vocant, *auctore* Feſto.

MOMEN, ïnis. n. *Quaſi* Mouimen, *idem quod Momentum.* Lucret. 3, 188 Momine vti paruo poſſunt impulſa moueri. Idem 2, 220 Tantum quod momen mutatum dicere poſſis. *Quidam docti putant legendum,* Tantum quo ad momen, *etc. Alii* Tantum quod minimum momentum dicere poſſis. *Lambinus primam lectionem retinet, aitque* Momen, *hic valere Exiguum motum, quem Graeci ῥοπὴν appellant. Add.* Lucret. 3, 144. Manilio 3, 71 *reſtituit hanc vocem Scaliger, quem vid. p.* 94.

MOMENTVM, i. n. [στιγμὴ, ῥοπὴ] *Q. d.* Mouimentum, *tum ipſum motum indicat, tum temporis ſpatium, quo quid mouetur, minimum praeſertim: Motum autem non corporum modo naturalium, ſed etiam illum, qui animis attribuitur. Immo etiam ea, quae motum efficiunt, vt pondera, elateres, et quae impellendi vel naturalem vim vel moralem habent,* Momenta *dicuntur.* Cic. Tuſc. 1, 40 c. 17 Eam porro naturam eſſe quatuor omnia gignentium corporum, vt quaſi partita habeant inter ſe et diuiſa momenta: terrena et humida ſuopte nutu et ſuo pondere ad pares angulos in terram et in mare ferantur; reliquae duae partes, vna ignea, altera animalis — rectis lineis in caeleſtem locum ſubuolent. *Hic apertiſſimum eſt,* momenta *eſſe motus. Sic* Zeno Veron. Serm. de praecepto Attende tibi, Sicut ſtaterae momentum, ſi in vnam partem depreſſeris, leuiorem ſine dubio alteram feceris. ¶ 2 *Conſueta admodum ſignificatione minimam temporis particulam notat, qua praeſertim moueri aliquid, inclinari, mutari, indicatur.* Cic. Fam. 6, 10 Omnia momenta obſeruabimus, neque vllum praetermittemus tui iuuandi et leuandi locum. Inclinationes rerum et momenta temporum Cicero de Finib. 5, 11. Certis momentis decedentia tempora Horat. Epiſt. 1, 6, 4. Liuius . . . Momento fuſi. *i. Celerrime.* Fulgor faciei rapitur momento Senec. Hippol. v. 767. Liu. . . Verſa momento temporis fortuna pugnae eſt. *Add.* Idem 21, 33. Tacit. Hiſt. 2, 86, 9. *et* 4, 86, 3. Curt. 8, 13, 23. Hor. Serm. 1, 1, 8 Horae Momento aut cita mors venit, aut victoria laeta. Idem Epiſt. 1, 10, 16 Vbi gratior aura Leniat et rabiem canis, et momenta Leonis. ¶ 3 *Sed etiam res, quae mouendi vim habere intelligitur,* Momentum *vocatur,* Momentum *certe habere dicitur. Hinc* Res parui momenti, magni momenti, *i. Quae magnum pondus et vim habet, ſiue efficaciam.* Liuius Rege ſuperato nullum momentum in ſolis per ſe Gallorum copiis fore. Iudiciorum momentum Quinct. 3, 7. Iuuenis egregius, maximum momentum Rerum eius ciuitatis, in quamcunque veniſſet Liu. 3, 12. Officiorum omnium momenta diligentiſſime perpendebat Cato Cic. pro Muraen. 3 c. 2. Ex paruis ſaepe magnarum Rerum momenta pendent Liu. 27, 9 *pr.* Rerum maximarum momenta Cic. Philipp. 5, 26. Lucan. 7, 118 Prima velim caput hoc funeſti lancea belli, Si ſine momento rerum partiſque ruina Caſurum eſt, feriat. *i. Si ſine rerum et exercitus diſcrimine moriturus ſum.* Infinitum autem (vt mox dicemus) in his quoque rebus momentum eſt Quinctil. 1, 11. Leue Celſ. 7, 7. Cic. de Finib. 5, 37 Ea nobis ipſa cara eſſe propter ſe, et in his eſſe ad bene viuendum momenta maxima. Idem Philipp. 5, 26 c. 10 Minimis momentis P. C. maximae inclinationes temporum fiunt. Idem de Diuin. 1, 118 Paruis momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit. Idem de Finib. 4, 47 c. 17 Sic errare Zenonem, qui nulla in re, niſi in virtute aut vitio propenſionem, ne Minimi quidem momenti ad ſummum bonum adipiſcendum eſſe diceret. Nihil momenti eſt omnino in eo Cic. Acad. 1, 36. Id. de Finib. 5, 88 Ego quam ille praeponendam et magis eligendam, beatiorem hanc appello, nec vllo Minimo momento plus ei vitae tribuo, quam Stoici. Cic. in Vatin. 1 Cuius teſtimonium propter turpitudinem vitae, ſordesque domeſticas Nullius momenti putaretur. Nullius in medicina momenti Plin. 20, 9. *De braſſica.* Cic. Acad. 4, 124 Ita ſunt in plerisque contrariarum rationum Paria momenta. Id. pro Muraen. 18 Quaeſtura vtriusque propemodum Pari momento ſortis fuit, habuit hic, *etc.* Paullo momento huc illuc impellitur Ter. Andr. 1, 5, 31. *Conf. h. l.* Donat. Cic. de Lege Agrar. 2, 79 An ignoratis caetera illa magnifica Pop. Rom. vectigalia Perleui ſaepe momento fortunae, inclinatione temporis pendere? Permagni momenti eſt in Rep. ratio atque inclinatio temporum Cic. Verr. 5, 176. Summa momenta fauoris trahuntur annona Lucan. 3, 56. Quinctil. 6, 2 (1) Magnum ad ſalutem momentum preces attuliſſe. Cic. de Fin. 2, 51 Iam illud quidem perſpicuum eſt, maximam animi aut voluptatem aut moleſtiam plus aut ad beatam, aut ad miſeram vitam Afferre momenti, quam eorum vtrumuis, ſi aeque diu ſit in corpore. Conſertus ordo rerum eſt tribus momentis Quinct. 5, 10. Cic. de Orat. 1, 142 Inuenta non ſolum ordine, ſed etiam momento quodam atque iudicio diſpenſare atque Diſponere. Liu. 1, 47, 6 Tanaquil regio ſemine orta, vt nullum momentum in dando adimendoque regno Faceret; his, *etc. Conf.* Id. 4, 12 *extr. et* 7, 8 *pr.* Cic. de Fin. 4, 47 c. 17 Haec res nullum Habet momentum ad beatam vitam. *Paullo ante,* Vt ei, qui iucunde vixerit annos decem, ſi aeque vita iucunda menſtrua addatur, quia momentum aliquam Habeat ad iucundum acceſſionem, bonum ſit. Cic. pro Muraen. 62 Petunt aliquid publicani, caue quidquam Habeat momenti gratia. Id. pro Font. 4 Vt ſua religio, laudatio, auctoritas aliquid apud veſtros animos momenti Habuiſſe videatur. Id. ibid. 11 Sin autem in rebus iudicandis non minimam partem ad vnamquamque rem exiſtimandam, momentoque ſuo Ponderandam, ſapientia iudicis tenet. Poſitum momentum in re aliqua Quinctilian. 4, 1. ¶ 4 Momentum, *pro Particula.* Quinctil. 3 c. vlt. Haec autem breuior, et vel ideo lucidior multo via, nec diſcentem per ambages fatigabit, nec corpus orationis in parua momenta diducendo conſumet. Plin. 18, 34 Sol autem quotidie ex alio caeli momento quam pridie oritur. *h. e. Ex alia parte, alio loco, et velut puncto.* Plin. 30, 7 Proſunt et combuſtae, vt cinis illarum bibatur in vino, addito reſinae momento *i. particula, portiuncula.*

MOMENTILLVM, i. n. Celſo *tribuitur.*

MOMENTANEVS, a, um. Adi. [παρασχαιρος Gloſſ. Lat. Gr.] *Quidquid eſt breue, ſiue ſingulis momentis mutationi obnoxium.* Felicitas momentanea Fulgent. Mythol. 2, 17. Ardor Tertull. adu. Marc. 3, 17. Motus momentaneus Id. ibid. 5, 10, 3. Liuio 2, 7 *vindicat hanc vocem Iac. Gronou.*

MOMENTARIVS, a, um. Adi. *Idem.* [ἀκαρὴς Onomaſt. Vet.] Apul. Met. 5 p. 164 Momentarius maritus. Interitus Ambroſ. Off. 2, 5. Salus momentaria Idem 9 *poſt pr.* Venenum momentarium Id. 10 p. 251.

MOMENTALITER. Adu. *Breuiſſimo momento.* Fulgent. Mythol. 2, 3 Iris ornatus varios pingens arcuato curuamine, momentaliter refugit. Libido libet momentaliter, et fugit perenniter Id. tit. Venus.

MOMENTŌSVS, a, um. Adi. *Alicuius momenti.* Quinctil. Declamat. 13, 12 p. 268. *Burm.* Nunc vero differendum mihi eſt, quam momentoſa ſit huius animalis rapina. *Loquitur de apibus, quae ita leniter flores decerpunt, vt nulla appareat rapinae iactura. Verum videtur legendum eſſe,* quam non damnoſa, *vid. Burm.*

MOMVS, i. m. *Deus quidam Nocte matre (inquit Heſiodus) ac Somno patre progenitus. Huic adeo mos eſt, ipſum quidem nihil operis edere, ſed aliorum deorum opera curioſis oculis contemplari; et ſi quid eſt omiſſum, aut perperam factum, id ſumma cum libertate carpere. Nam* μῶμος, *Latine reprehenſionem ſonat.* Cic. Att. 5, 20 Quod me maxime hortaris — vt etiam Ligurino μώμῳ ſatisfaciam. *Vid. Graeu. Hic igitur* Momus *varias adagiorum formas ſuppeditat; vt,* Ne a Momo quidem poſſit reprehendi. *Vid. Eraſmus.*

M O N

MONA, ae. f. [Μόνα] Inſula eſt inter Britanniam et Hiberniam ſita, *vt docet* Plin. 4, 16. Tacit. Ann. 14, 29 Igitur Monam incolis validam, et receptaculum perfugarum, aggredi parat, nauesque fabricatur plano alueo aduerſus breue litus et incertum.

MONĂCHVS, i. m. [μοναχὸς] *Solitarius.* S. Hieron. ad Paullin. de Inſtitut. Monachi, Sin autem cupis eſſe, quod diceris, Monachus, id eſt ſolus; quid facis in vrbibus, quae vtique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum. *Habitarunt principio Monachi non in vrbibus, ſed in deſertis locis.* Vigilias Monachi concelebrauerant Sidon. Epiſt. 5, 17. *Add.* Id. 7, 9. *et* 9, 9. Saluian. adu. Auar. 2 p. 243. *Vid.* Rutil. Numat. Itinerar. 1 v. 439.

MONĂCHA, ae. f. Hieron. Epiſt. 25 de Blaeſillae obitu c. 6 Quia monacha eſſe noluerit. *Add. ibid.* c. 5

MONACHĬCVS, a, um. Adi. Nouella Conſtitut. 130 c. 5 Monachicum certamen ſuperantes.

MONACHIVM, i. n. *Status monachorum.* l. Generali 13. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.

MONĂCHO, āre. Sariſb. Epiſt. 291 Pro monachandis pecuniam palam recipere.

MONASTERIVM, i. n. [μοναστήριον] Saluian. de Gub. Dei 8 p. 190 Luſtris Afrorum monaſteria opponit. *Et* Vincent. Lirin. p. 306 Vrbium frequentiam turbasque vitantes, remotioris villulae et in ea ſecretum monaſterii incolamus habitaculum. *Adde* Sidon. Epiſt. 4, 25. *et* 7, 17. *et* 9, 9. *et* Hieron. Epiſt. 15.

MONASTERIĀLIS, e. Adi. Diſciplina monaſterialis Sidon. Epiſt. 6, 2.

MONASTĬCVS, a, um. Adi. Vita Monaſtica; apud Auctores Eccleſiaſticos.

MONIĀLIS, is. f. *Monacha. Vid.* Voſſ. de Vit. L. L. 3, 27 p. 531.

MONAESES, is. m. *Parthorum rex, apud* Hor. Carm. 3, 6, 9 Iam bis Monaeſes et Pacori manus Non auſpicatos contudit impetus Noſtros. *Vbi* Acron, Monaeſes et Pacorus reges Perſarum fuere, aduerſus quos Romani contra numinum voluntatem pugnauerunt infeliciter. Bis autem Parthos victoriam retuliſſe ob hoc dixit, quia ante Craſſum, et poſt Didium Saxum cum exercitibus ſuis ociderunt.

MONAS, ădis. f. *Vnitas.* Monas incorrupta Macrob. Somn. Scip. 1, 6. Idem ibid. 1, 6 Hanc monadem reperies. Haec de Monade Idem ibidem. *Conf.* Tertull. de Praeſcr. c. 49. *et* adu. Valent. c. 37.

MONARCHA, ae. *Vnicus omnium princeps.*

MONARCHIA, ae. f. *Vnius principatus.* Tertull. adu. Praxen. c. 3 Monarchiam nihil aliud ſignificare ſcio, quam ſingulare et vnicum imperium.

MONASTERIVM, *etc. vid.* MONACHVS.

MONAVLOS, i. m. [μόναυλος] *Tibia ſimplex dicitur.* Plin. 7, 56 Monaulum (*i.* vnicam et ſimplicem tibiam) Mercurius inuenit. Martial. 14, 64 Saepe duas pariter, ſaepe monaulon habet.

MONALITER, *vel potius* MONAVLITER. Adu. *i. Cum ſimplici tibia.* Mart. Capella 9 p. 307 Puer monaliter ſonabat.

MONEDVLA, ae. f. [κολοιὸς] *Auis ſic dicta, quod monetam furetur.* Plin. 17, 14 Tradunt et monedulam condentem ſemina in theſauros cauernarum, eiusdem rei praebere cauſas. Cic. pro Flacc. 76 c. 31 Non plus aurum tibi quam monedulae committebant. Nigra pedes, nigris velata monedula pennis Ouid. Met. 7, 468.

MONEMERIVM, i. n. *Spectaculum vnius diei, vel, certamen beſtiarum cicurum.* Iuſtiniani in Conſtit. *eſſe dicitur:* μονημέριον.

MONEO, ui, ĭtum, ēre. [παραγγέλλω, ὑπομιμνήσκω] *Scientem, ſeu memorem facere.* *Hinc* Monere, a memoria *deducit* Varro de L. L. 5, 6 quod is, qui monet, perinde ſit ac memoria. Qui Monet, quaſi adiuuat Plaut. Curc. 3, 89. Monere, praedicere, et ante denuntiare Cic. Verr. Act. 1, 36. Denuntiare et monere Id. Fam. 4, 3. Hortari atque monere aliquem Idem ibidem 10, 1. Quo ſaepius Monuerit praeceptor, hoc rarius caſtigabit Quinctil. 2, 2. Cic. de Amicit. 60 c. 24 Et monendi amici ſaepe ſunt, et obiurgandi; et haec accipienda amice, quum beneuole fiunt. Cic. de Amicit. 60 Et adhibeatur ad monendum, non modo aperte, ſed etiam acriter, ſi res poſtulabit, et auctoritati adhibitae pareatur. Fideliter multa Ouid. Epiſt. 15, 67. Recte aliquem Cic. de Orat. 2, 97. Idem Quint. Fr. 2, 7 Quae tibi eo ſcribo, quod de retinenda Seſtii gratia Literis ſaepe monuiſti. Periclis ſeris monuere Sil. 6, 290. Pluribus Quinct. 5, 13. Cic. de Fin. 1, 65 Quum ſolitudo et vita ſine amicis, inſidiarum et metus plena ſit, ratio ipſa monet amicitias comparare, quibus partis confirmetur animus, *etc.* Cic. Att. 10, 8 Et res ipſa monebat, et tu oſtenderas, et ego videbam, *etc.* *Add.* Ter. Hec. 3, 3, 15. Sermone crebro Claud. Conſ. Hon. 4, 268. Tonitru tantum lenique Procella contentus monuiſſe Stat. Silu. 3, 3, 160. *i. caſtigare.* Cic. de Diuin. 2, 132 A qua, praeterquam de ſue plena, quid vnquam moniti ſumus? *Conf.* Idem Att. 11, 16. At quanto meliore monet? Hor. Serm. 1, 2, 73. Moneo te hanc rem. Ter. Andr. 5, 4, 15. Cic. de Diuin. 2, 133 Quae noſtra cauſa monerent nos. Falſa moneri Ouid. Met. 10, 427. Monuit mihi illud Plaut. Truc. 4, 1, 12. Ter. in prol. Eun. 16 Is ne erret, moneo, et deſinat laceſſere. Pietas officium erga parentes ſeruare monet Cic. de Inuent. 2 c. 22. Moneo quid facto vſus ſiet Ter. Adelph. 3, 3, 75. Idem Andr. 5, 4, 1 Mitte orare, vna harum quaeuis cauſa me vt faciam, monet. Monere aliquem vt veniat ad coenam, *i. Vocare ad coenam* Ter. Heaut. 1, 1, 177. Immortalia ne ſperes monet annus, et almum Quae rapit hora diem Hor. Carm. 4, 7, 7. Monendo: [τῷ παραγγέλλειν] Horat. in Arte Poët. 344 Omne tulit punctum qui miſcuit vtile dulci, Lectorem delectando, pariterque monendo. ¶ 2 *Obſeruationes aliquot.* Moneris, pro Monueris, antique. Pacuuius Armorum iudicio, Dic quid faciam, quod me moneris effectum da. Idem Chryſide, Dii monerint meliora. Non. 10, 22. *Paſſiue* Cic. de Amic. 90 Nec ea, quae ab ea monemur, audimus. Ex eo *Agatharcho* moniti Democritus et Anaxagoras, de eadem re ſcripſerunt Vitr. 7 *praef. i. docti.* Monere, *Docere, erudire.* Valer. Flaccus principio Argonaut. Prima Deûm magnis canimus freta peruia nautis, Phoebe, mone, *i. Doce me de iſtis rebus.* *Vid.* Plin. Paneg. c. 26. *et* Hor. Carm. 3, 7, 19. *Nempe de vatibus et oraculis peculiariter adhiberi hoc cum deriuatis vocabulum, obſeruant eruditi, quos laudat Burm. ad* Val. Flacc. 1, 29. *Heinſ. ad* Ouid. Met. 13, 216. Monere *et* Mouere *miſcentur a librariis. Vid. Drakenb. ad* Sil. 2, 273. *et* 5, 117.

MONENS, entis. Partic. Curt. 3, 2, 13 Ad nutum monentis intenti, *vid.* Ouid. Met. 13, 775.

MONENDA, orum. *Pro ſacrificiis, quibus Deus monetur, vt ſuccurrat, ap.* Mart. Capellam *eſſe dicitur.* Monendus eſt Horat. Epiſt. 1, 3, 15.

MONĬTVS, a, um. Partic. [παραγγελθείς] Cic. de Diuin. 2, 84 Dicamus, ſi placet, monitum ab eo Craſſum, caueret ne iret: non fuiſſe moriturum, ſi omini paruiſſet. Monitus, multumque monendus Hor. Epiſt. 1, 3, 15. Sed tamen vt monitus caueas Id. Serm. 2, 1, 80. Moniti meliora ſequamur Virg. Aen. 3, 188. Exemplo monitus Ouid. Met. 3, 732. Somni moniti, *quibus dii apparent: Heinſ. ad* Ouid. Met. 13, 216. *Sed non perſuadet Burmanno. Id quidem perfecit, vt hoc verbum de ſomniis diuinitus immiſſis ſollemne eſſe ſciamus.*

MONITV̄RVS, a, um. *Aliud* Participium. [παραγγελῶν] Propert. 1, 15, 41 Quîs ego nunc pereo, ſimiles moniturus amantes.

MONĬTVM, i. n. [παράγγελμα] *Quod quis nos monuit.* Cic. de Finib. 4, 6 Itaque quae ſunt eorum conſolationes, quae cohortationes, quae etiam monita, et conſilia ſcripta ad ſummos viros? Aduertere animos monitis Ouid. Met. 15, 140. Diffidunt caeleſtibus monitis Idem ibid. 1, 397. Erudienda haec quoque pars monitis tuis Idem de Arte Am. 3, 48. Exterrita diuûm monitis acies Virg. Aen. 8, 504. Iouis monitis Idem ibid. 4, 331. Niti conſiliis monitisque alicuius Cic. Fam. 5, 8. Parere monitis Ouid. Faſt. 3, 760. Patuerunt praeceptis et monitis omnium aures meae Cic. Philipp. 14, 20.

MONĬTVS, ûs. m. [παραγγελία] *i. Monitio.* Cic. de Diuin. 2, 86 c. 41 Eorumque iuſſu ex illa olea arcam eſſe factam, eaque conditas ſortes, quae hodie Fortunae monitu tolluntur. Conſultare aues, reuererique Numinum monitus Plin. Paneg. c. 76. Vatum monitus Ouid. Epiſt. 17, 279. Diuinus Id. ib. 16, 17. Fidelis Id. Met. 13, 723. Laeuus monitus, *Iniquus et non rectus.* Iuuen. Sat. 14, 228. Occulti deorum Ouid. Faſt. 3, 167. Terrifici Valer. Argon. 1, 29. Terribilis Virgil. Aen. 4, 464. Necdum etiam reſponſa deûm, monitusque vetuſti Exciderant. Stat. Theb. 5, 655. Finierat monitus Ouid. Faſt. 1, 227.

MONĬTOR, ōris. m. [παραγγελτής] *Qui monet: hoc eſt Suaſor, qui monet et impellit aliquem ad quidpiam agendum.* Ter. Phorm. 2, 1, 4 O facinus audax, ô Geta monitor! *Conf.* Id. Heaut. 5, 1, 2. *Barth. ad* Stat. Theb. 12 p. 1460. Cic. in Catil. 4, 9 Fortaſſe minus erunt, hoc monitore et auctore huiuſce ſententiae, mihi populares impetus pertimeſcendi. Exauditus non monitor Hor. Epiſt. 1, 20, 14. Externus Stat. Silu. 5, 3, 147. Cic. de Orat. 2, 99 Riſerit aliquis fortaſſe hoc praeceptum; eſt enim non tam acutum, quam neceſſarium, magiſque monitoris non Fatui, quam eruditi magiſtri. Iuuenis aſper monitoribus Hor. in Arte Poët. 163. Cic. in Salluſt. 12 Plura dicerem, ſi apud alios mihi eſſet dicendum, P. C. non apud vos, quos ego habui omnium mearum Actionum monitores. Quinctil. 6, 4, 9 *vocat* monitores *quos Graeci* Pragmaticos *appellant, qui iura ac fori conſuetudines oratoribus ſubmiſſa voce ſuppeditabant.* ὑποβολεύς Gloſſ. Lat. Gr. Cic. Diuin. Verr. 52 Video mihi non te, ſed hunc librum eſſe reſponſurum, quem monitor tuus hic tenet. *Sic* Monitores dicuntur, Qui in ſcena monent hiſtriones, *inquit* Feſtus, hoc eſt, qui recitantibus comoedias pone verba ſuggerunt. Monitor, *Vocator ad coenam.* Ter. Heaut. 1, 1, 119 Nihil opus fuit monitore: iamdudum domi praeſto apud me eſſe aiunt. Appellare ciues per monitorem, *i. Nomenclatorem, inquit Budaeus* Cic. pro Muraen. 77 c. 36. Plin. Paneg. c. 23. Monitores *erant ſerui, quibus id negotii mandatum erat, vt ſegniores operarios caſtigarent Hotoman. de verb. Iur.*

MONITRIX, īcis. f. Tertull.

MONITORIVS, a, um. Adi. Fulmen monitorium, *apud* Senec. Nat. Quaeſt. 2, 49 *quod homines praemonet de rebus futuris.*

MONELA, ae. f. *Admonitio* Tertull. de Patient. c. 8 Praeſto eſt dominica monela. Dei monela Idem adu. Marc. 4, 34.

MONITIO, ōnis. f. [παράγγελσις, ὑπόμνησις] *Fit ante commiſſum:* Obiurgatio, *poſt turpe factum.* Cic. de Amicit. 91 c. 24 Primum, vt monitio acerbitate, deinde vt obiurgatio contumelia careat. Accipere monitionem patienter, *vid.* ACCIPIO. Spreta ſalubri monitione Apul. Met. 8. *Conf.* Suet. Tib. c. 18. Colum. 11, 1.

MONĬTO, āre. Fortun. Carm. 5, 4 Quos in amore Dei monitabat ſaepe ſacerdos. *Add.* Id. Mart. 2.

MONĒRIS, is. f. *Nauis, quae vno remorum ordine ducitur.* Liu. 38, 38 Neue plures quam decem naues actuarias, nulla quarum plus quam triginta remis agatur, habeto; neue monerem ex belli cauſa, quod ipſe illaturus erit. *Vid.* Tacit. Hiſt. 5, 23, 1.

MONĒTA, ae. f. *Iunonis cognomen.* Cic. de Diuinat. 1, 101 c. 45 Atque etiam ſcriptum a multis eſt, cum terrae motus factus eſſet, Vt ſue plena procuratio fieret, vocem ab aede Iunonis ex arce exſtitiſſe, quocirca Iunonem illam appellatam Monetam. *Add.* 2, 69 c. 32 Quod idem dici de Moneta poteſt, a qua, praeterquam de ſue plena, quid vnquam moniti ſumus? *Vtroque in loco illud indicatur, a* monendo *dictam eſſe* Monetam. Ouid. Faſt. 6, 103 *paullo aliter,* Arce quoque in ſumma Iunoni templa Monetae Ex voto memorant facta, Camille tuo: Ante domus Manli fuerant *etc.* *Quod firmat Plut. Camillo* p. 148 C. *qui in Romulo* p. 30, C. *Tatium regem ibi habuiſſe ait, vbi nunc ſit templum Monetae.* Gl. Philox. Moneta μνημοσύνη, *quae mater Muſarum eſt.* *Sic* Liuius in Odyſſea, Diua Monetas (*Genit. vt* Familias) filiam docuit *apud* Priſcian. 6 p. 679. Monetas filia *aliqua Muſarum videtur.* *Rurſus* Ouid. Faſt. 1, 638 Templum Concordiae *ponit* Qua fert ſublimes alta Moneta gradus. *Suidas hac voce narrat, Romanos bello Pyrrhi cum pecunia opus haberent, Iunoni ſupplicaſſe. Hanc reſpondiſſe, ſi arma colant cum iuſtitia, opes illis non defuturas. Voti damnatos coluiſſe Iunonem* Monetam, *quam interpretatur* σύμβουλον, *et conſtituiſſe,* τὸ νόμισμα ἐν ἱερῷ αὐτῆς χαράττεσθαι, *numum in eius aede formari. Non ſatis bonus hiſtoriae auctor Suidas; ſed narratio haec probabilis. Inde enim eſt, quod* ¶ 2 Moneta *eſt officina quaeuis numis cudendis.* Lactant. de Mort. Perſec. 7, 9 Hic baſilicae, hic circus, hic moneta, hic armorum fabrica. *Plura inferioris aeui hic dedit Cellarius.* Vlpian. in l. Sacrilegii. D. ad leg. Iul. peculat. Qui quum in moneta publica operarentur, extrinſecus ſibi ſignant pecuniam forma publica, vel ſignatam furantur: hi non videntur adulterinam monetam exercuiſſe, ſed furtum publicae pecuniae feciſſe. *Sic* Cic. Att. 8, 7 *ad finem,* Ad Philotimum ſcripſi de viatico, ſiue a Moneta, nemo enim ſoluit; ſiue ab Oppiis tuis contubernalibus. *A* Moneta *vult pecuniam a Philotimo ſumi, tradito (quod etiam nunc ſolet) auro argentoue infecto. Sed nempe poteſt hic ipſa* Moneta *Dea, i. illius aedes intelligi.* Vet. Inſcr. Grut. p. 493, 3 MONETAE TRIVERICAE PRAESES. *Et* p. 74, 1 FORTVNAE AVG. SACRVM. OFFICINATORES MONETAE AVRARIAE ARGENTARIAE CAESARIS. SACRA DIVINAQVE MONETA *etiam ſub Chriſtianis Imperatoribus dicitur in numis. Vid. Spanh. Diſſ.* 1 p. 29. L. 3 C. Th. De falſa Moneta, In monetis tantum noſtris cudendae pecuniae ſtudium frequentetur. *Hinc Metaphor.* Macrob. Somn. Scip. 1, 6 p. 27 Semine ſemel intra formandi hominis monetam locato. *Et* Sidon. Epiſt. 4, 1 Moneta diſciplinarum *ſchola vocatur.* Sen. de Benef. 3, 35 Proferre aliquid ex noſtra moneta, *a nobis excogitatum.* ¶ 3 *Typus ſ. forma numis impreſſa.* Martial. 4, 28 Et centum Dominos nouae monetae, *i. numos Domitiani imagine recens percuſſos* Idem 12, 66 De moneta Caeſaris decem flauos *dixit, i. aureos.* *Et* 12, 55 Binos quater a noua moneta. Vict. de Orig. gentis Rom. 3, 4 Iſtum etiam vſum ſignandi aeris ac monetae in formam incutiendae oſtendiſſe traditur, in qua ab vna parte caput eius imprimeretur, altera nauis *de Iano.* *Metaph.* Iuuenal. 7, 55 Communi feriat carmen triuiale moneta. Zeno Veron. de Somnio Iacobi, Denarii ſunt duo, ſed vna moneta impreſſi. ¶ 4 *Pro numis poſuit* Ouid. Faſt. 1, 222 Aera dabant olim, melius nunc omen in auro eſt, Victaque concedit priſca Moneta nouae. *Deam ſane appellat; ſed illa metonymia, qua* Mars *pro bello,* Ceres *pro frugibus ponitur.* Mart. 14, 12 Hos niſi de fulua loculos implere moneta Non decet; argentum vilia ligna ferant. *De loculis eburneis. Contra* nigrae ſordes monetae *dicit* 1, 100 *de numis paruis aereis. Caeterum recentiores paſſim pro numis dixere.* Paul. Sentent. 5, 25 Moneta vultu principum ſignatur. *Sunt toti tituli* de falſa moneta Cod. Iuſt. 9, 24 *et* Theod. 9, 21. *vbi vid. Iac. Gothofredus.* Aur. Vict. Caeſ. 35 Monetae opifices deleti, qui cum auctore Feliciſſimo, rationali, numariam notam corroſiſſent, poenae metu bellum fecerant. ¶ 5 Iſid. 16, 24 *Trutina* eſt gemina, ponderum lances aequali examine pendens, facta propter talenta et centenaria appendenda, ſic *momentana* pro parua modicaque pecunia. Haec et *moneta* vocata. *Non, puto, hoc dicit* Trutinam *quandam* monetam *dictam eſſe: ſed* paruam modicamque pecuniam, *quod etiam hodie apud Gallos et Germanos in vſu eſt,* Monetam *dici de paruis numis: et obſeruauit Salmaſ. ad* Lamprid. p. 218.

MONETARIVS, i. m. [κερματιστής] *Qui monetam cudit.* Firmic. 8, 17 Quicunque hoc oriente ſidere nati fuerint, metallorum inventores erunt, qui latentes auri et argenti venas ſolertibus inquiſitionibus perſequantur: hi quoque monetarii efficientur. Iuſtinianus in l. Ne quis. C. de dignitat. lib. 12. *Adde* Eutrop. 9, 6. Vopiſc. in Aurel. c. 38.

MONETĀLIS, e. Adi. [κερματικός] *Quod ad monetam pertinet.* Apuleius de Aſino 5, 7 Plotina pretioſiſſimis monilium et auro monetali zonis refertis incincta. Monetales Triumuiri dicti ſunt, *vt ſcribit* Pomponius Iureconſ. aeris, argenti, atque auri flatores, De origine iuris, l. 2 §. Deinde. Cic. Att. 10, 13 (11) *extr. de* Vulteio *loquens,* Monetali autem adſcripſi, quod ille ad me, Proconſuli. *i. In ſumma epiſtola ſcripſi* Vulteio monetali, *quod monetam nimis amaret.* Proconſuli, *non (vt debuit) Imperatori.* *De* Triumuiris *et* IIIIviris monetalibus *vid. Spanhem. de Numiſm. Diſſ.* 10 *p.* 167 *ſq. de* Iunonis *et* Apollinis monetalis *ſignis in numis Id. Diſſ.* 1 *p.* 29.

MONĪLE, is. n. [ἕρκος, ὅρμος, ἀστέρωπον, περίαπτον] *Ornamentum, quod ſolet de collo virginum pendere.* *Dictum quod virtutis* admoneat. *Nam primo ob aliquod egregium factum dari ſolebat, etiam ingenuis iuuenibus.* Splendida ornamenta muliebria *interpretatur* Vetus Scholiaſt. Prudentii. *Feminis tribuit hoc ornamenti genus* Tertull. *Barth. ad* Stat. Silu. p. 69. *et ad* Theb. 2, 2, 96. *it. Aduerſ.* 162, 2 *omnem ornatum corpori appenſum eo comprehendi putat.* Monile ex gemmis, margaritis gemmiſque conſertum Suet. Galb. c. 18. Ouid. Met. 10, 264 Dat digitis

gitis gemmas, dat longa monilia collo. Virg. Aen. 1, 658 Colloque monile Baccatum, et duplicem gemmis auroque coronam. *ſubaud.* Ferre iubet. Cic. Verr. 4, 39 Eriphylam accepimus in ſabulis ea cupiditate, vt quum vidiſſet monile, vt opinor, ex auro et gemmis, pulchritudine eius incenſa ſalutem viri proderet. Monile (*inquit* Feſtus lib. 11) dictum eſt ornamenti muliebris genus, cuiusmodi habuiſſe Eriphylam fabulae ferunt. Aurata monilia ornabant collum Ouid. Met. 5, 52. *de viro Indo.* Geminata monilia Claud. de Bell. Get. 627. Lunata monilia Stat. Theb. 9, 689. Monile, non ſolum hominum, verum etiam equorum, *teſte* Feſto. Virg. Aen. 7, 278 *de equis Latini*, Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent. Gell. 5, 5 Equitatumque frenis, ephippiis, monilibus, phalerisque praefulgentem.

MONIMENTVM, i. n. [μνῆμα, μνημεῖον, μνημόσυνον] *vel vt alii volunt*, MONVMENTVM *per* V. *Quidquid nos monet, ſiue monere poteſt alicuius rei praeteritae, vt tituli, ſepulcra, ſtatuae, fana, porticus, carmina, hiſtoria, documenta, doctrina, libri, caeteraque eiuscemodi. Vid.* Feſt. *et* Non. 1, 136. *et* 6, 79. Cic. ad Caeſ. Sed ego quae monumenti ratio ſit, nomine ipſo admoneor: ad memoriam magis ſpectare debet poſteritatis, quam ad praeſentis temporis gratiam. *Vid. Buchn. ad* Plin. Ep. 10, 40 p. 254. Florentinus ſic ſcribit in l. Monumentum. D. de Religioſis et ſumtibus funerum, Monimentum generaliter eſt res memoriae cauſa in poſterum prodita: in qua ſi corpus vel reliquiae inferantur, fiet ſepulcrum. Si vero nihil eorum; erit monumentum memoriae cauſa factum, quod Graeci κενοτάφιον appellant. Varro L. L. 5, 6 Monimenta a monendo quae ſunt in ſepulcris. Et ideo ſecundum viam, quo praetereuntes admoneant et ſe fuiſſe, et illos eſſe mortales. Hic ego tibi templum Statori Ioui, quod monumentum ſit poſteris, tua praeſenti ope ſeruatam vrbem eſſe, voveo Liu. 1, 12. Amoris monumentum et pignus Virg. Aen. 5, 538 *de cratere.* Abi tu, ciſtellam, Pythia, domo effer cum monimentis Ter. Eun. 4, 6, 15. *de crepundiis. Vid.* Donat. *et alii ad h. l. et Caſaub. ad Theophraſti Charact. p. 158.* ¶ 2 *Frequentiſſime* Monumenta *pro Scriptis ponuntur.* Plin. 8, 44 In plurium Graecorum eſt monumentis, quum, *etc. Huc pertinent plura exempla eorum, quae iam elementari ordine Subſtantiuorum quibus iungitur, enarrabimus.* Cic. de Finib. 2, 67 Nos ex annalium monimentis teſtes excitamus eos, quorum omnis vita conſumta eſt in laboribus glorioſis. *Add.* Id. pro Sext. c. 48. Antiquitatis Id. pro Domo 86. Scriptores temporum monumenta huius Belli compoſuerunt Tacit. Hiſt. 2, 101, 1. Clementiae tuae multa ſunt monumenta, ſed maxime eorum incolumitates, quibus ſalutem dediſti Cic. pro Deiot. 40. *i. Veſtigia vel ſigna.* Crudelitatis iſtius monimentum Id. Verr. 4, 26. Formae tuae ac nominis monumenta in ſuis ciuitatibus eſſe cupiebant Id. Verr. 2, 157 *de ſtatuis.* Formae alicuius carmina monumenta Propert. 3, 2, 18. Furtorum indicia et monumenta Cic. Verr. 2, 177. Gloriae monimenta, honoris ornamenta, laudis inſignia in animis condere et collocare Id. in Catill. 3, 26 c. 11. Ingeniorum Quinctil. 3, 7. Linguae vtriusque monumenta Plin. 12, 1. Odii publici ſempiterna Cic. ad Brut. Ep. 15. Pugnae eius monumentum Liu. 1, 13. OB PERPETVVM REI GESTAE MONVMENTVM POSVERVNT Inſcript. AD AETERNAM GRATIAM ET MONVMENTVM RERVM *Ibid.* Cic. pro Font. 31 Primum generis antiquitas, quum Tuſculo ex clariſſimo municipio profectam in monumentis rerum geſtarum inciſam ac notatam videmus. Rerum geſtarum monimenta et vetuſtatis exempla oratori nota eſſe debent Id. de Orat. 1, 201 c. 46. Scriptorum Columel. in praef. 10. Stirpis Ouid. Met. 1, 159. Templa Veſtae, Numae regis monimenta erant. *i. Quae in ſui memoriam exſtructa reliquit.* ¶ 3 *Verborum formulae:* Abolere monimenta alicuius Virg. Aen. 4, 498. Celebrare monumentis annalium aliquid Cic. pro Rabir. Poſt. 43. Commendare res noſtras monumentis Id. Fam. 5, 12. Commonefacere aliquem bubulis monumentis Plaut. Stich. 1, 2, 6. *h. e. Loris.* Comparare teſtimonia monimentaque virtutis Cic. Anteq. iret in exil. 7. Conquirere aliquid ex annalium monimentis et regum commentariis Id. pro Rabir. Poſt. 15. Conſecrare ampliſſimis monimentis memoriam nominis alicuius Id. Q. Frat. 1, 1, 15. Conſequi aliquid monumentis et praeceptis ſapientiſſimorum virorum Id. Fam. 6, 6. Excitare annalium monimentis teſtes aliquos Id. de Finib. 2, 67. Excitare ſempiterna odii publici monimenta in hoſtes Id. ad Brut. 15. Exigere monimentum, *Perficere aliquid in ſui memoriam* Hor. Carm. 3, 30, 1. Extare monumentum Cic. Philip. 9, 3. Mandare monumentis annalium, *vid.* MANDO. Id. pro Sext. c. 48. Mandare orationem monumentis et literis Id. de Clar. Orat. 26. Praebe quanta potes noſtrae monimenta ſaluti Ouid. ex Pont. 4, 13, 49. *Al.* Momenta. Prodere monimenta Cic. de Diuin. 1, 12. Proiicere Tacit. Hiſt. 4, 67. Relinquere monimenta alicui Virg. Aen. 6, 512. Sequi veſtigia ſceleris, quam monimenta maiorum ſapientiae malle Cic. de Lege Agr. 2, 97. Seruant ornamenta ſua et monimenta ad aliquem vſum familiae Id. de Clar. Orat. 62. Statuere aeternum monumentum et aeterna inſignia poſteris Id. de Inuent. 2, 70. Tenere animi cuiusdam monumenta Id. pro Milon. 105. *i.* Memoriam. Teſtari aliquid grauiſſimis certiſſimisque monimentis Id. Fam. 3, 20. Teſtari publicis monumentis auctoritatem alicuius iudicii Id. pro Sul. 41. Tradita monimentis diſciplinisque Graeciae artes et ſtudia Id. Q. Frat. 1, 1. Voluens veterum monimenta virorum Virg. Aen. 3, 102. Sepulcrorum monumenta et elogia Cic. Tuſc. 1, 31 c. 14. ¶ 4 *Etiam abſolute* Monumentum, *pro Sepulcro ponitur aliquando.* Quinct. 7, 4 Ille potuit vel ex loco tumulum, vel ex opere tumultuario ſuſpicari non eſſe monumentum. Abſcondunt turpes et monumenta lupas Martial. 1, 35. Elogia monumentorum Cic. de Finib. 2, 116. Monumentorum buſtorumque Diuerſorium Suet. Ner. c. 38. Auita Ouid. Met. 13, 524. Marmoreum Ser. Sulpic. Cic. Fam. 4, 12. Exornare aditus monumentorum ſuorum carminibus Id. pro Arch. 27. Exſtruere monumenta Senec. Octau. ſ. 4. Inſculptum monumento, *vid.* INSCVLPO. Hor. Serm. 1, 8, 13 Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Hic dabat, heredes monumentum ne ſequeretur. *Alludit ad formulam* H. M. H. N. S. Hoc monumentum heredes non ſequetur, *eamque ridicule applicat ad locum, in quem humillimorum cadauera abiicerentur magis, quam ſepelirentur.* Cic. Q. Frat. 1, 1 Quum ad templum monumentumque noſtrum ciuitates pecunias decreuiſſent, *etc.* In deorum immortalium monumenta atque in vrbis ornamenta praedas et manubias conferre Id. de Lege Agr. 2, 60. *Vid.* Caeſ. Bell. Gall. 2, 21.

MONVMENTARIVS, a, um. Adi. *Ad monumentum pertinens.* Ceraula monumentarius Apul. Florid. 1 p. 342 *Elmenh.*

MONVMENTALIS, e. Adi. *Idem.* Vetus Auctor de Limit. *Edit. Goeſ.* p. 305 Monumentalis lapis.

MONVBĬLIS, e. Adi. *Idem.* Sidon. 2, 2 Porticus columnis inuidioſa monubilibus. Cyprian. Diac. *ap. Sirmond. ad* Sidon. p. 27. Monubiles arcas corporibus humandis de ſaxis ingentibus nouiter fecit excidi. Itiner. Hieroſolymit. p. 595 *ed. Weſſelingii.* Inde non longe — ſunt monumenta duo, monubiles mirae pulchritudinis, facta. *Coniicit ibi vir laudatus* Monubiles columnas, arcasque *eſſe ex vno lapide exciſas: nec diffitetur tamen, vocem a* moneo *deſcendere, vt a* doceo docibilis *etc.*

MONITIO, MONITVM, *etc. Vid.* MONEO.

MONNA, *vid.* MONA, ae. f.

MONOBELVS, i. m. Μονόβελος, *a* μόνος *vnus, et* βέλος *telum et illud, quo homines viri ſunt. Hinc* Monobelos *eos appellabant, qui viriliores videbantur. Vid.* Lamprid. in Heliog. c. 8.

MONOBIBLOS, *vel* MONOBIBLION, i. n. [μονόβιβλος *et* μονοβίβλιον] *Liber ſingularis.* Iuſtinian. de Confirm. dig. Epiſt. 2 §. 5 Tribus monibibliis congregare. Liber primus Propertii *olim dictus* Monobiblos. *Vid. Scalig. Not. ad* Propert. p. 190.

MONOBŎLON, i. n. [μονόβολον] *Ludus, quo curſu ſe exercebant et certabant. Sic interpretantur* l. 1 C. de Aleatoribus.

MONOCĔROS, ōtis. m. [μονόκερως] *Animal, quod alias Vnicornis appellatur, de quo* Plin. 8, 21 Aſperrimam autem feram monocerotem, reliquo corpore equo ſimilem, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu graui, vno cornu nigro media fronte cubitorum duûm eminente. Hanc feram viuam negant capi. *Vid. Harduin. ad* Plin. loc. cit. *et Spanh. Diſſ. 4 p. 180. ſq.*

MONOCHORDVM, i. n. [μονόχορδον] Inſtrumenti muſici genus eſt, ita dictum, non quod vnam chordam, ſed quod omnes chordas vnius vocis habeat, niſi panniculi nexu diſtinguantur.

MONOCLŌNOS. [μονόκλωνος] *Species eſt Artemiſiae, a ramuli vnitate ita appellata, quemadmodum* πολύκλωνος, *a ramulorum multitudine.* Κλὼν *enim* caulis *eſt* ſ. ramus. *Vid.* Apul. de Herb. c. 10. n. 1. *et* 2. Plin. 25, 7.

MONOCHROMĂTOS. [μονοχρώματος] *Latine Vnius coloris dicitur. Vnde et* Monochromata Plinio *dicuntur, Singulis coloribus depicta* 35, 8 Quod ſi recipi neceſſe eſt, ſimul apparet multo vetuſtiora principia eſſe, eosque, qui monochromatis pinxerint, quorum aetas non traditur. Id. 35, 3 Pictura Monochromatos dicta Idem 33, 7 Cinnabari veteres, quae etiam nunc vocant monochromata, pingebant. *Add.* Petron. c. 83 *c. not. Gonſal.*

MONOCHROMATEVS, a, um. Adi. [μονοχρωμάτεος] Plin. 35, 5 Qui monochromatea genera picturae vocauerint, qui deinde, *etc.*

MONOCHRŎNOS, i. m. [μονόχρονος] *Vnius temporis ſyllaba, i. breuis, vt* dichronos, *duorum temporum longa ſyllaba. Vid.* Mart. Capella 9 p. 331.

MONOCNĒMOS. [μονόκνημος] *Vnius tibiae ſcil. cruris.* Petron. c. 83 Quam Graeci Monocnemon appellant. *Ita legit Scalig. Alii aliter.*

MONOCŎLVS, i. m. [μονόκωλος] *Vnimembris, a* μόνος, *quod eſt vnus, et* κῶλον, *membrum, ſpeciatim crus.* Solin. c. 53 (51) Legimus monocolos ibi quoque naſci ſingulis cruribus, et ſingulari pernicitate. *Reperitur et haec dictio corrupta aliquoties apud* Plin. *Vbi loco huius* Monoſceli *editur, vt annotauit Turnebus 24, 42. Vid.* Plin. 7, 2 ſ. 2. Gell. 9, 4.

MONOCREPIS, idis. m. [μονοκρηπὶς] Vno pede calceatus Hygin. Fab. 12.

MONOCŬLVS, i. m. *Dictio partim Graeca, partim Latina.* Firmic. 8, 9 Tertia pars Arietis ſi in horoſcopo fuerit inuenta, erunt ſurdi, monoculi, ac ſtolido fatuitatis ſtupore confecti. *Rurſus* c. 22 Inter cancri oculos quicunque horoſcopum habuerit, monoculus erit, aut omni lumine priuatus. *Et* c. 27 Infra Sagittarii caudam nati, monoculi erunt et ſtrabones. Vnoculus Gellio *dicitur.*

MONŎDOS, i. m. [Μονοδὸς] Appellatus eſt Pruſiae filius, qui dentium loco os vnum habuit. Similiter habuit et Pyrrhus rex Epirotarum. Feſtus. *Ab* ὀδοὺς, *quod dentem notat.*

MONOECI (Herculis) Portus, [Μονοίκου λιμὴν] Maſſilienſium vrbs Ptolemaeo, vulgo *Monacho.*

MONOECVS, i. m. [Μονοικὸς] *Portus et ſtatio quaedam Liguriae.* Virg. Aen. 6, 830 Aggeribus ſocer Alpinis, atque arce Monoeci Deſcendens, gener aduerſis inſtructus Eois.

MONOGAMVS, i. m. [μονόγαμος] *Vnius vxoris vir. Vnde et*

MONOGAMIA, ae. f. Hieronym. adu. Iouinian. 1, 3 *ſub init.* Quam ſancta ſit monogamia hinc oſtenditur, quod digamus in clerum eligi non poteſt. *Et eſt notus liber* Tertull. de Monogamia, *i. vnius viri cum vna muliere coniugio.*

MONOGRAMMVS, i. m. [μονόγραμμος] *Quaſi Delineatus tantum, non additis reliquis quae iuſtam picturam abſoluunt. Dicitur de macilento et extenuato deformique; vt apud* Ciceronem Dii monogrammi ab Epicuro *dicuntur*, de Nat. Deor. 2, 59 c. 23. Monogrammi dicti ſunt homines macie pertenues ac decolores Non. 1, 168. *Add.* Lucil. *ap.* eund. ibid. Μονόγραμμον ſubleſtum *interpretatur Scal. ad* Copam *vbi de* Vappa.

MONOLINVM, i. n. [μονόλινον] *Monile, quaſi dicas Vnifilum.* Capitol. in Maximin. Iun. c. 1 Monolinum ex albis. *Alii legunt* Monolium. *Vid. Salmaſ. ad* Hiſt. Aug. p. 255.

MONOLITHVS, a, um. Adi. Columnae Laber. *ap.* Non. 15, 13 *ex vnico lapide exciſae.*

MONOLORIS, e. Adi. Vopiſci verbum eſt Aurel. c. 46 *quo veſtes militares ex numero lororum diſtinguit.*

MONOMERI, orum. m. [μονόμηροι] Populi ſunt apud vltimas Orientis terras, ſingulis cruribus ſaltuatim currentes, viuaciſſimae pernicitatis. *Auctor* Gell. 9, 4 *verum nunc recte legitur* monocoli: *vid. Gronou.* Plinius Monoſcelos *vocat.*

MONOPODIVM, i. n. [μονοπόδιον] *Menſa vnico pede fulta.* Plin. 34, 3 ſ. 8 Nam triclinia aerata, abacosque et monopodia Cn. Manlium Aſia deuicta primum inueniſſe (*leg.* inuexiſſe) triumpho ſuo, quem duxit vrbis anno DLXVII, L. Piſo auctor eſt. *Eadem* Liu. 39, 6.

MONOPODIVS, i. m. Lamprid. Commodo c. 10 Monopodios, quibus ſingulos pedes fregiſſet, appellabat. *Facetus, ſi Dis placet, ſcurra Commodus* Monopodiis *menſis ſimiles ſe feciſſe, indicare volebat.*

MONOPOLIVM, i. n. [μονοπώλιον] *Dicitur quum penes vnum vendendi eſt poteſtas.* Plin. 8, 37 Magnum fraus et ibi lucrum monopolio inuenit, *de erinaceis. Eſt in* Iuſtiniani Codice, tit. De monopoliis. *vbi de* monopoliis echinorum agitur. Sueton. Tib. c. 71 Sermone

mone Graeco abſtinuit maxime in Senatu; adeo quidem, vt Monopolium nominaturus, prius veniam poſtularit.

MONOPOLA, ae. m. *Qui ius monopolii impetrauit.* Mart. Capella 3 p. 55.

MONOPTERVS, a, um. Adi. [μονόπτερος] *Vnicam alam habens* Aedes monopterae Vitruu. 4, 7.

MONOPTŌTON, i. n. [μονόπτωτον] Vnius caſus dicitur; habet enim vnam vocem per omnes caſus; vt, Tot. *Vid.* Chariſ. 1 p. 22. Diomed. 1 p. 288. Priſcian. 5 p. 672.

MONOSCĔLI, orum. m. [Μονόσκελοι] Homines Indici, ſingulis cruribus. Hi et Sciopodes vocantur, quod in maiori aeſtu humi iacentes σκιᾷ ποδὸς, hoc eſt vmbra pedis ſe protegant. *Vid.* Plin. 7, 2. *Sed* monocoli *ex MSS. Harduin.*

MONOSTĬCHON, i. n. [μονόστιχον] *eſt Vnicus verſus.* Auſon. de Caeſ. praefat. 12 v. 3 Sua quemque monoſticha ſignant.

MONOSTICHIVM, i. n. *Idem.* Auſon. Ecl. p. 552 Non placitum diuis tolle monoſtichium.

MONOSTRŎPHE, es. f. [μονοστροφή] *Ita Sympoſium vocatur in* Plaut. Stich. 5, 4, 7. *Vid. ibi Taubm. Alii legunt* Monotrophe *vel Vocatiuo caſu, tu qui Solus victitas ſine contubernali et vicario; vel aduerbialiter, victu Solitario.*

MONOSYLLABVS, a, um. Adi. [μονοσύλλαβος] *vnius Syllabae* Literae monoſyllabae. *Vid.* Auſon. Eidyl. 12. *et* Mart. Capella 3 p. 61. *et* 5 p. 169.

MONOTONIA, ae. f. *Graece occurrit ap.* Quinctil. 11, 3.

MONOTONVS, a, um. Adi. [μονότονος] Vno tenore procedens. *Vid.* Iſidor. Gloſſ.

MONOTRIGLYPHVS, i. m. *Vnum triglyphum habens. Vocabulum architectonicum.* Vitruu. 4, 3. *Vid. Bald. Lex. p.* 72.

MONOTROPHVS, i. m. Plaut. Stich. 5, 4, 7. *i. qui ſolus ſibi ipſe cibos apparat. Vid. Taubm. ad h. l. Turneb. Adu.* 9, 21.

MONOXYLON, i. n. [μονόξυλον] *Nauigium dicitur ex ligno vno integro factum.* Plin. 6, 23 Regio autem ex qua piper monoxylis lintribus Becaren conuehunt, vocatur Cottona.

MONS, montis. m. [ὄρος, ἀκρώρεια] *Terrae tumor colle altior ab eminendo, quaſi* eminens *dictus.* Acumen montis Ouid. Met. 12, 337. Altitudo montium Cic. de Prouinc. Conſul. 34 c. 14. Articuli montium, *vid.* Articulus, *in* ARTVS. Cacumen ſublime montis Ouid. Met. 1, 666. Capita aſpera montis Virg. Aen. 6, 360. Clamor montium ſiluarumque Hor. Carm. 3, 29, 38. Iuga montium, *vid.* IVGVM. Tacit. Ann. 4, 67 Caeli temperies hieme mitis obiectu montis. Profunda montium Id. in vita Agric. 25. Scopuli ſaxoſi montis Sil. 7, 357. Veſtitus denſiſſimi montium Cic. de Nat. Deor. 2, 161. ¶ 2 *Epitheta:* Abrupti montis latus Senec. Herc. Oet. f. 9. Aërius mons, *in aëra eminens* Virg. Ecl. 8, 59. Albanus Cic. de Diuin. 1, 18. Alti Virg. Aen. 3, 644. Anhelus, *Qui anhelantes facit.* Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 383 Aſcendit faſtigia montis anheli. Ardui Hor. Carm. 1, 29, 12. Aſſurgentes, *vid.* ASSVRGO. Auii Hor. Carm. 1, 23, 2. Cani Virg. Georg. 1, 43. Caui Ouid. Met. 11, 593. Continui Hor. Epiſt. 1, 16, 5. Deuexi Valer. Argon. 3, 687. Deuſto monte Caelio Tacit. Ann. 4, 64. Feri Virg. Ecl. 5, 28. Fracti Ouid. Faſt. 1, 563. Gelidi Claud. Conſ. Stil. 2, 263. Impendentium montium altitudines Cic. de Nat. Deor. 2, 98. Inaceſſi Claud. de Bell. Get. 322. Intonſi Virg. Ecl. 5, 63. Lapidoſi Ouid. Met. 1, 44. Magni Virg. Georg. 2, 260. Nemoroſi Ouid. de Arte Am. 3, 427. Nubiferi Sil. 4, 2. Perpetui, *vid.* PERPETVVS. Rupti Lucan. 3, 63. Saxeus Flor. 3, 1, 15. Saxoſi Virg. Georg. 2, 111. Summi Id. Ibid. 3, 655. Supremi Id. Ibid. 4, 460. Tumidi Ouid. Amor. 2, 16, 51. Veſtiti atque ſilveſtres Cic. de Nat. Deor. 2, 132. Vmbriferi Sil. 13, 219. ¶ 3 *Verborum formulae:* Abdidit ſe in montes lupus Virg. Aen. 11, 810. Abeunt in nubila montes, *Nimbis obſcurantur* Sil. 3, 493. Caedere montes, *vid.* CAEDO. Decurrens amnis monte Hor. Carm. 4, 2, 5. Errare in montibus Virg. Ecl. 6, 33. Impendebat mons altiſſimus, *vid.* IMPENDEO. Implent montes vlulatibus Ouid. Faſt. 4, 453. Stat. Theb. 1, 331 — qua molle ſedens in valle Citheron Porrigitur, lapſuque inclinat ad aequora montem. Interluit abſciſſo Nereus aequore montes Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 143. Mouetur totus circum mons Virg. Aen. 3, 92. Nudare montem ſiluis Sil. 8, 503. Quinctil. 2, 13 Mutabitur natura loci, ſi mons occurret. Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus Hor. de Arte Poët. 139. Perfodere montem, *vid.* PERFODIO. Petit arduus mons duobus verticibus aſtra Ouid. Met. 1, 316. Probauerunt maxime montem non ſublimem et aſperum, ſed nemoroſum et herbidum Columel. 2, 2. *in ipſo paene initio.* Remouere ex vrbe ſe in montes Hor. Serm. 2, 6, 16. Virg. Aen. 12, 687 — totiusque Remugit Mons circum, et vocem late nemora alta remittunt. Reſiſtunt prominentia montium Tacit. Ann. 2, 16. Rigit ardua montis aetherii facies Sil. 3, 480. Scandebat mater ad inſani culmina montis Stat. Theb. 11, 319. Struere congeſtos montes ad ſidera Ouid. Met. 1, 153. Superant montes, et flumina tranant Virg. Georg. 3, 270. ¶ 4 *Translate pro Mole,* Montes voluuntur Aquarum Ouid. Triſt. 1, 2, 19. Praeruptus aquae mons. *i. In altum eleuatus* Virg. Aen. 1, 109. Plaut. Pſeud. 1, 2, 55 Quibus cunctis montes maximi acerui frumenti ſunt domi. Argenti montes Plaut. Mil. 4, 2, 73. Plaut. Merc. 3, 4, 32 Monteis tu quidem mali in me ardenteis iamdudum iacis. Montes aureos polliceri. *Prouerbialis hyperbole, de iis, qui immenſa promittunt, ſpesque ampliſſimas oſtentant. A Perſarum arrogantia ducta, qui propter auri venas montes aureos iactabant.* Ter. Phorm. 1, 2, 18 Is ſenem per epiſtolam pellexit, modo non montes auri pollicens. Perſ. 3, 65 Magnos promittere montes. *vt hyperbole magnitudinis ſit non in aureis, ſed ſimpliciter in ipſis montibus. Ex Eraſmo. Conf. Cort. ad* Salluſt. 23, 3. Montes *et* Fontes *miſcentur a librariis. Vid. Drackenb. ad* Sil. 5, 624.

MONTICV̆LVS, i. m. Dimin. [ὀχθὰς] Onomaſt. Vet. Monticulus, ὄρειον, βουνός. *Vid. etiam* Itinerar. Hieroſolymitan. Vet. p. 153.

MONTICELLVS, i. m. *Idem.* Auctores rei Agrar. *edit. Goeſ.* p. 306 Monticellos plantauimus de terra. *Adde* p. 231. 243. 252. *etc.*

MONTĀNVS, a, um. Adi. [ὀρεινὸς, ὄρειος, ὀρείτης, ὀρείτωρ] *Quod ex monte eſt.* Montanus ſal Columel. 6, 17. Montanus, *Qui in montibus habitat, apud* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 57. *et* Plin. 6, 20. Apparuerunt imminentes tumulos inſidentes Montani Liu. 21, 32. *Conf. ibid.* c. 33 *et* 35. Montani *plebeii et ruſtici Romani a* Paganis *diſtincti. Vid.* PAGVS. Antra Ouid. Met. 11, 147. Armenta montana Id. de Arte Am. 1, 305. Ferae Id. Faſt. 2, 216. Flumine montano rapidus torrens Virg. Aen. 2, 305. Ligures montani, duri atque agreſtes, docuit ager ipſe, nihil ferendo, niſi multa cultura et magno labore quaeſitum Cic. de Lege Agr. 2, 94 c. 35. Montana nunc ſunt omnia, *i. Plena montibus et montuoſa* Plin. 5, 27.

MONTĀNA, ōrum. n. Liu. 21, 34, 1 Peruentum inde ad alium frequentem, vt inter montana, populum.

MONTANIŌSVS, a, um. Adi. Locus montanioſus Vetus Script. Rei Agrar. p. 239. *edit. Goeſ.*

MONTŌSVS, a, um. Adi. [βουνώδης] *Vbi ſunt multi montes.* Plin. 26, 8 Naſcitur in montoſis et aſperis, aliquando et herboſis. Cic. de Amicit. 90 Quum locis etiam ipſis montoſis delectemur et ſilueſtribus. Locus montoſus Cic. in Partit. 36. *Alii* Montuoſus. *Sed* Et te montoſae miſere in praelia Nurſae Virg. Aen. 7, 744. Regio montoſa Cic. pro Planc. 32 c. 9. Vlmus Plin. 16, 17. *i. in montibus proueniens.*

MONTVŌSVS, a, um. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 42 Loca aſpera et montuoſa. *Et etiam* Bell. Ciuil. 1, 66. *Conf.* Cic. in Partit. 36 c. 10. Per deuia et montuoſa Aggen. Vrbic. p. 75 *Goeſ. Sic etiam in* Gloſſis ſemper *eſt, et quibusdam in libris* Cic. de Amic. 90.

MONTĪNVS, i. m. *Montium deus.* Arnob. 4 p. 132.

MONTIVĂGVS, a, um. Adi. [ὀρεσιπλανής] *Qui per montes vagatur.* Cic. Tuſc. 5, 79 Quid beſtiae, nonne frigus, non famem, non montiuagos atque ſilueſtres curſus, atque luſtrationes patiuntur? Curſus montiuagi Sil. 3, 546. Dea montiuaga, *Diana* Stat. Achill. 1, 450. Ferae Lucret. 1, 405. Genus ferarum montiuagum Lucret. 2, 1080. Panes Sen. Hippol. v. 784.

MONTICŎLA, ae. c. [ὀρέστερος] *Qui montes incolit.* Ouid. Met. 1, 193 Et Nymphae, Satyrique, et monticolae Siluani.

MONTIGĔNA, ae. c. Onomaſt. Vet. Montigena, ὀρεσιγενής.

MONSTRO, āre. [δείκνυμι, δεικνύω, καταδεικνύω] *Oſtendere, declarare, indicare.* Cic. de Diuin. 1, 132 Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viam. *Ex quodam Poëta.* Idem de Legib. 1, 2 Aut quod Homericus Vlyſſes Deli ſe proceram et teneram palmam vidiſſe dicit, hodie monſtrant eandem. Pulchrum eſt Digito monſtrari et dicier hic eſt Perſ. 1, 28. Digito indice monſtrare Hor. Serm. 2, 8, 26. Digito praetereuntium monſtrari Hor. Carm. 4, 3, 22. Viam Virg. Aen. 1, 386. Viam comiter erranti, *vid.* COMIS. Enn. *ap.* Cic. Off. 1 c. 16. O ſi vrnam argenti fors qua mihi monſtret Hor. Serm. 1, 6, 10. Monſtrare, *pro Docere.* Cic. Fam. 16, 22 Tu iſtic ſi quid librarii mea manu non intelligent, monſtrabis. *Sic* Plin. 19, 10 Monſtrare remedium. Paene monſtrantem pugnis caedis Plaut. Curc. 1, 3, 43. Recte hic monſtrat Id. Ibid. 2, 3, 20. Illa genas et adultum comere crinem, et monſtrare Artes *etc.* Stat. Silu. 2, 1, 122. Delinimenta vitae alicui Tacit. Ann. 15, 63. Inulas ego primus amaras monſtraui incoquere Hor. Serm. 2, 8, 52. Iter caecus monſtrare dicitur, quum quis rudis docto conſulere conatur Id. Epiſt. 1, 17, 4. Vlpian. in l. Quia. §. Plane. D. Si quis omiſſ. cauſ. teſtam. An ordinem illum debeamus facere, quem Iulianus monſtrat. Pueritia ac iuuenta, qualem monſtrauimus Tacit. Hiſt. 2, 50, 2. Remedium monſtrare Scribon. 13. 178. Remedium monſtrauit Imperator Vlpian. l. Quod autem. §. ſi maritus. D. de donat. inter vir. et vxorem. Via et vitae monſtrata eſt Hor. de Arte Poët. 404. Monſtra, quod bibam Plaut. Men. 5, 1, 42. ¶ 2 Monſtrare, *pro Probare.* Vlpian. in l. 1. §. Qui aduer. D. de poſtulando, Qui aduerſus ea feciſſe monſtretur; et pro aliis interdicta poſtulatione repellitur, et pro aeſtimatione iudicis extra ordinem pecuniaria poena multatur. *Indicare, deferre.* Tacit. Hiſt. 4, 1, 4 Alii ab amicis monſtrabantur. Nullum ob crimen, ſed vetuſto nomine et propinquitate Galbae monſtratus Tac. Hiſt. 1, 88, 1. *Ibid.* 41, 5 Eum quoque perturbant, tanquam Neroni Scribonianos fratres ad exitium monſtraſſet.

MONSTRANS, antis. Partic. [δεικνύων] Stat. Silu. 3, 3, 39 Venturosque tuus durabit in annos Me monſtrante dolor. *Et* Virg. Aen. 6, 446 Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit.

MONSTRĀTVS, a, um. Monſtrata radice Hor. Epiſt. 2, 2, 149.

MONSTRATIO, ōnis. f. [δεῖξις] Ter. Adelph. 4, 6, 2 Defeſſus ſum ambulando: vt, Syre te cum tua monſtratione magnus perdat Iuppiter. *Adde* Vitruu. 6, 1.

MONSTRĀTVS, ûs. m. *pro Demonſtratione.* Senec. in Conſolat. ad Martiam 25 Vtque ignotarum vrbium monſtratus nouo hoſpiti gratus eſt. *Alii legunt* Monſtrator. *Vid.* Apul. Met. 5 p. 171. Monſtratu alicuius edoceri Auſon. Peric. 3 Iliad.

MONSTRĀTOR, ōris. m. [καταδεικτής] Virg. Georg. 1, 19 Vncique puer monſtrator aratri. *i.* Triptolemus, ſeu potius Oſiris, *vt inquit* Seruius. Tacit. de Moribus German. 21, 4 Qui nuper hoſpes fuerat, idem monſtrator hoſpitii et comes. Ignotarum vrbium Monſtrator hoſpiti gratus eſt Sen. Conſol. ad Marc. c. 25.

MONSTRABĬLIS, e. Adi. [δεικτὸς] *Dignus qui monſtretur.* Plin. Epiſt. 6, 21 Neſcio an noris hominem, quanquam noſſe debes; eſt enim probitate morum, ingenii elegantia, operum varietate monſtrabilis. Ob naturae dona monſtrabilis Sidon. Ep. 3, 7.

MONSTRVM, i. n. [ἀποφώλιον, πέλωρ, τέρας, φάσμα] *a* Monſtrando *dictum eſt, quod aliquid ſignificando monſtret. Eſt autem Aliquid praeter naturam editum aut procreatum.* Refertur ad praeſens *huius vocabuli* ſignificatio: prodigium vero eſt, quod in longum tempus dirigit ſignificationem Seru. *ad* Virg. Aen. 2, 680. Cic. de Nat. Deor. 2, 7 c. 3 Praedictiones vero et praeſenſiones rerum futurarum, quid aliud declarant, niſi hominibus ea quae futura ſunt, portendi, praedici; ex quo illa oſtenta, monſtra, portenta, prodigia dicuntur? Biforme monſtrum Ouid. Met. 8, 156. *de Minotauro.* Deteſtabile Iuuen. Sat. 15, 121. Fatale Hor. Carm. 1, 27, 21. Horrendum et dictu mirabile Virg. Aen. 3, 26. Immane Sil. 13, 201. Immaniſſimum et foediſſimum Cic. in Piſ. c. 14. Infame Stat. Theb. 11, 578. Infelix, *Equus Troianus* Virg. Aen. 2, 245. Noua Hor. Carm. 1, 2, 6. Saeuum Catull. Argon. 62, 101. Vlterius Iuuen. Sat. 9, 38. Conſecrare monſtris, *vid.* CONSECRO. *Dicuntur gigantes terra geniti* monſtra Hor. Carm. 3, 4, 73. Mouentur nouitate monſtri Ouid. Met. 12, 175. Perferimus immania monſtra Virg. Aen. 3, 583. Viderat ex alto tanti Miracula monſtri Ouid. Met. 7, 298. Monſtri, ita me dii ament, Simile Ter. Eun. 2, 3, 42. Quumque ad Spectaculum tam ingentis monſtri perueniunt ad nauiculam Ruffin. Hiſt. Eccl. l. 2 *de aliqua furibunda ſubito facta.* Monſtrum, *pro Prodigio.* Virg. Aen. 2, 171 Nec dubiis ea ſigna dedit Tritonia monſtris. Periculum ex aliquo Monſtro ſignificatum cauere Cic. de Ar. Reſp. c. 12. Id. Verr. 3, 171 Non mihi iam furtum, ſed monſtrum ac prodigium videbatur. Monſtrum, eſt Omne contra naturam, *inquit* Donatus: quod

quod praeter naturam aut deficit, aut excedit. Ter. Eun. 4, 4, 29 Taces? monſtrum hominis, non dicturus? Cic. in Catil. 2, 1 Abiit, exceſſit, euaſit, erupit; nulla iam pernicies a monſtro illo atque prodigio moenibus ipſis intra moenia comparabitur. Immaniſſimum et foediſſimum Id. in Piſon. 31 c. 14. Monſtrum alitur: *vbi quid occulti vitii latere ſignificamus, haud ſcio an inde ſumta metaphora, quod monſtra ob pudorem clanculum aluntur et occultantur.* Pamphilus in Ter. Andr. 1, 5, 15 Repudiatus (inquit) repetor. Quamobrem? niſi ſi id eſt quod ſuſpicor, aliquid monſtri alunt. *Eraſmus.* Dicere monſtra Cic. Tuſc. 4, 63. Sed tu cum caupone omnia monſtra Facis Catull. 105, 4 *de rebus obſcenis, aut de teratologia.* Explicet quis monſtra tanta. *i. Quis tantum aenigma ſoluet?* Senec. Theb. 1. Cic. Att. 4, 7 Venerat horis duabus ante Cherippus, mera monſtra nuntiarat. *Vbi* interpres, Mera monſtra, interpretatur infirmitatem Quinti lethalem. Idem 9, 11 Monſtra narrant, quae falſa eſſe poſſunt. De Caeſare monſtra Promulgarunt Cic. ad Q. Frat. 2, 6. Scilicet horreres maioraque monſtra Putares, Si mulier vitulum, vel ſi bos ederet agnum Iuuenal. 2, 122. ¶ 2 Monſtrum *etiam pro Signo vel ſpecimine ponitur.* Monſtrum irreuocabile belli concutiens *Mars inducitur a* Val. Argon. 6, 6. *i. haſtam ſuam, qua bello ſignum dat.* Florus 1, 10, 8 Tot tantaque virtutum monſtra. *Conf. Grut. ad Hiſt. Aug. p. 4.* Monſtrum, *pro Monſtratione aliquando accipitur.* Virg. Aen. 3, 59 Monſtra deûm refero. Vitr. 7, 5 Pinguntur tectoriis monſtra potius, quam ex rebus finitis imagines certae — cum volutis coliculi teneri plures, habentes in ſe ſine ratione ſedentia ſigilla: non minus etiam ex coliculis flores, dimidiata habentes ex ſe exeuntia ſigilla, alia humanis, alia beſtiarum capitibus ſimilia. *Quae eſt, puto, deſcriptio eorum, quae* groteſques *hodie appellantur.*

MONSTRŌSVS, a, um. Adi. [τεράτιος, τερατώδης] *Quod praeter naturam eſt.* Lucan. 1, 557 (562) Monſtroſique hominum partus. Lues monſtroſa, turpiſque relatu fabula Claud. in Eutrop. 2, 549. Monſtroſus, *per translationem.* Cic. de Finib. 1, 61 c. 17 inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monſtroſi. Sueton. de Clar. Grammat. c. 15 Laſtaurum et lurconem, et nebulonem, popinonemque appellans, et vita, ſcriptiſque monſtroſum. *Compar.* Tertull. de Anima c. 26 Conceptus monſtroſiores. *Superl.* Cic. de Diuin. 2, 69 c. 32 Quid minus mirum, quam illam monſtroſiſſimam beſtiam, vrnam euertiſſe, ſortes diſſipauiſſe? *Alii legunt* Monſtruoſiſſimam. Quintilla monſtroſiſſima Tertull. de Bapt. c. 1.

MONSTRVŌSVS, a, um. Adi. Idola Prudent. in Laurentio v. 7. Libidines monſtruoſae Suet. Calig. c. 16. Ferculum longe Monſtruoſius Petron. c. 69. *Superl.* Gell. 17, 10 Et omnium, quae monſtra dicuntur, monſtruoſiſſimum.

MONSTRŌSE *ſ.* MONSTRVOSE. Adu. [τερατωδῶς] *Praeter naturam.* Cic. de Diuin. 2, 146 c. 71 Nihil tam praepoſtere, tam incondite, tam monſtroſe cogitari poteſt, quod non poſſimus cogitare.

MONSTRĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [τερατοφόρος] *Monſtrum referens.* Plin. 6, 30 Animalium hominumque effigies monſtriferas circa extremitates eius gigni minime mirum. Annus monſtrifer Claud. in Eutrop. 2, 4. Sinus monſtriferos agit vnda Lucan. 5, 620. Tumultus Idem 2, 3.

MONSTRIFĬCVS, a, um. Adi. [τερατουργός] *Idem.* Plin. 21, 5 Inuenta eſt et in his ratio inſerendi, monſtrificis hominum ingeniis. Artes monſtrificae Valer. Argon. 6, 152. Gemmae Plin. 37, 11. Effigies Idem 2, 3.

MONSTRIFICABĬLIS, e. Adi. Lucil. 26 Nunc ignobilitas his mirum, ac monſtrificabile. Nonius 2, 540.

MONSTRIFĬCE. Adu. [τερατουργῶς] Plin. 28, 11 Equarum virus a coitu in lychnis accenſum, Anaxilaus prodidit, equinorum capitum viſus repraeſentare monſtrifice.

MONSTRIGĔNVS, a, um. Adi. *ſ.* MONSTRIGENA. Auienus Deſcript. Orbis v. 789 Anae monſtrigenis hoſtem licet inferat aeſtus Fluctibus.

MONSTRIGER, ĕra, ĕrum. Adi. Saluian. de Gubern. Dei 5, 114. edit. Baluz. Illud quam non ferendum, atque monſtrigerum. *In Ritterſh. editione non extat.*

MONSTRIPARVS, a, um. Adi. Nepos de B. Troi.

MOSTELLVM *et* MOSTELLARIVS, *quae ex* Monſtro *diminutiue dicta videntur. Vid. Infra ſub* MOSTRVM.

MONTANVS, MONTICVLA, MONTOSVS, *vid.* MONS.

MONVBILIS, MONVMENTVM, *vid.* MONIMENTVM *ſub* MONEO.

MONY̆CHVS, i. m. [Μώνυχος] *Vnus fuit Centaurorum, de quo* Iuuen. Sat. 1, 11 Quantas iaculetur Monychus ornos. *Componitur ex* μόνος *καὶ* ὄνυξ: *hoc eſt, ſolus et vnguis, quod pedem inſtar equi habuerit. Sunt enim* μώνυχες *equi, quia ſolidas vngulas habent.* Lucan. 6, 388 Aſpera te Pholoes frangentem Monyche ſaxa. Grauis Monychus Valer. Argon. 1, 146.

M O P

MOPSOPIA, ae. f. [Μοψοπία] *Attica regio, a* Mopſopo *rege ſic dicta, vt auctor eſt Strabo.* Hinc

MOPSOPIVS, a, um. Adi. [Μοψόπιος] Iuuenis Mopſopius, *Athenienſis* Ouid. Met. 5, 661. *de Triptolemo.*

MOPSVS, i. m. [Μόψος] *Nomen proprium viri vatis, qui (vt P.* Mela 1, 14 *extr. refert) in finibus Pamphyliae Phaſelim vrbem condidit. Fuit et alter* Mopſus Lapitha, *id eſt Theſſalus, vt Strabo ſcribit lib. 9. qui fuit Ampycis et Cloridis filiae Orchomeni filius. De hoc* Ouid. Met. 12, 455 *in pugna Lapitharum cum centauris.* Nec tu credideris tantum cecinisse futura Ampycidem Mopſum: Mopſo iaculante biformis Occubuit *etc.* *Alius fuit cum quo certauit Calchas de peritia diuinandi, Apollinis filius.* Sacer Mopſus Valer. Argon. 1, 207.

MOPSVHESTIA, *vel* MOPSVESTIA, ae. f. Μόψου ἑστία *q. d. focus et Veſta ſ. habitatio Mopſi. Vrbs Ciliciae.* Cic. Fam. 3, 8 Cum caſtra haberem in agro Mopſuheſtiae.

M O R

MORA, ae. f. [τριβή, μέλλησις, ἀναβολή, παρολκή] *Vnde* Moror, moraris, *Expectatio, temporis dilatio, prolatio, tarditas, procraſtinatio.* Moram Aetatis accuſare Petron. c. 135. Morae Orbium Apul. Flor. l. 3. *i. rotarum.* Pugnae nodumque moramque Prudent. Hamart. v. 211. *de viro forti.* *Sic* Ite triumphantes, Belli mora concidit Hector Poëta *ap.* Senec. Suaſ. 2. Columen patriae, mora Fatorum Sen. Troad. v. 124. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 8, 33. *Contra* Scopulus et mora et nodus publicae Securitatis *dicitur Antonius* Flor. 4, 9, 1. *i. impedimentum. Vid. plura mox* n. 4. Diſpendia morae Virg. Aen. 3, 453. ¶ 2 *Epitheta.* Annoſa mora, *Tempus longum* Ouid. Faſt. 5, 144. Breuis Senec. Troad. 8. Damnoſa Ouid. Met. 11, 376. Immenſae Id. ibid. 1, 82. Inanis Quinctil. 4, 3. Iniuſta Idem in Prooem. 6. Lenta Ouid. Epiſt. 3, 138. Longa noſtri mora laboris Id. Met. 12, 20. Mera *vid.* MERVS. Cic. Att. 5, 21 In his γλυκύπικρον illud confirmas, moram mihi Nullam fore. Nec mora vlla eſt, quin eam vxorem ducam Ter. Andr. 5, 6, 7. Segnis Virg. Georg. 3, 42. Tarda Ouid. Amor. 2, 14, 26. *al.* Parua. ¶ 3 *Verborum formulae:* Abrumpere moras, *vid.* ABRVMPO. Acquirere moram ad aliquid agendum, et ſpatium alicui ad ſeſe colligendum dare Cic. pro Caecin. 6. Acquirere moram ad condemnandum, *vid.* ACQVIRO. Incredibile eſt, quantum morae lectioni feſtinatione Adiiciatur Quinctil. 1, 1. Adiungere, *vel* iniungere Cic. Fam. 15. *Et* Caeſ. de Bell. Alex. c. 44. Afferre moram, *Remorari* Hor. Carm. 2, 14, 4. Cic. Verr. 5, 165 Apud te nomen ciuitatis ne tantum quidem valuiſſe, vt dilationem aliquam crucis, vt crudeliſſimi teterrimique ſupplicii aliquam paruam moram ſaltem poſſet Afferre. Idem Att. 11, 22 Pharnaces autem, quoquo modo aget, moram Afferet. *Et* Philipp. 5, 25 Iſta legatio moram et tarditatem Afferet bello. Agitare, *vid.* AGITO. Cic. Verr. 5, 166 Apud te Praetorem ſi non effugium, ne moram quidem mortis, mentione, atque vſurpatione ciuitatis Aſſequi potuit? Caſtigare Virg. Aen. 4, 407. Corripere Ouid. Met. 9, 282. Plaut. Pſeud. 1, 3, 159 Potin' vt abeas? tibi moram dictis Creas. Delectant diſtincta et interpuncta interualla, morae, reſpirationesque alios: flumen aliis verborum, volubilitasque cordi eſt, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam Cic. in Orat. 53. Dimoue vocis moras, *i. Dic breuiter* Senec. Hippol. 4. Dare Ter. Hec. 1, 2, 52. Dabitur paruula mora Iuuen. Sat. 10, 340. Ducere Quinctil. 4, 2. Ducere in longam verba moram Propert. 1, 10, 6. Effugere Quinctil. 4, 2. Emendare Paul. in l. Si ſeruum. §. ſequitur. D. de verb. obligat. Fabricare moras Sil. 16, 671. Cic. Att. 16, 2 De Publico autem quod perſcribi oportet, moram non puto eſſe Faciendam. Idem pro Sulla 58 Vaenire omnes ſuas poſſeſſiones et patrimonio ſe ornatiſſimo ſpoliari maluit, quam vllam moram fieri cuiquam creditorum ſuorum. Nullam dimicandi moram Facturos Liu. 31, 32. Facere moram libidini Liu. 27, 31. — comitiis Id. 27, 6. Facere moram in ſoluendo Paul. in l. Si ſeruum. §. ſequitur. D. de verb. obligat. Ferre moras Ouid. Met. 6, 467. Non tulit illa moram Id. ibid. 10, 497. Fit mora Hor. Carm. 3, 14, 23. Frangere moras portarum, *i. Frangere portas, quae nos morantur* Stat. Theb. 10, 190. Cic. Att. 13, 3 Non puto tam expeditum Faberianum negotium futurum, etiamſi eſt futurum, vt non Habeat aliquid morae. Habeo aliquid morae dum promiſſa militibus perſoluo Id. Fam. 12, 12. Paterc. 2, 51, 2 Sua et celeritate et fortuna C. Caeſar vſus, nihil in mora Habuit, quo minus et quum vellet ipſe, exercitusque claſſibus perueniret, *etc.* *h. e. Nulla re tardatus eſt, aut impeditus.* Inferre moram, *vid.* INPERO. Inferre moram et impedimentum alicui rei Cic. de Inuent. 1, 12 c. 9. Iniicere moram et religionem iudicandi iudicibus Id. pro Caecin. 4 c. 2. Innectere Stat. Theb. 5, 743. Interponere moras quibus infirmetur aliquis Cic. Philipp. 8, 17. Interpoſita fluminis mora, *vid.* INTERPONO. Cic. Acad. 1, 1 Quod quum audiſſemus, nullam moram Interponendam putauimus, quin videremus, *etc.* Idem Philipp. 10, 1 Ne minimam quidem moram interpoſuiſti, quin quam primum maximo gaudio et gratulatione frueremur. *Et* Philipp. 6, 2 Itaque bellum nefarium illatum Reip. quum viderem, nullam moram interponendam inſequendi M. Antonium putaui. Largiri breuem moram alicui Senec. Troad. 8. Metuere amori ſuo moram, *vid.* METVO. Moliri, *vid.* MOLIOR. Moue abs te moram, *vid.* MOVEO. Nectunt corda moras Valer. Argon. 3, 374. *Conf.* Sen. de Ira 3, 39. Obſtat mora Virg. Aen. 1, 750. Offendit limae labor et mora Poëtas Hor. in Arte Poët. 291. Pellere Ouid. Met. 10, 659. Pone moras, et ſtudium lucri, *i. Depone* Hor. Carm. 4, 2, 25. Praebere Senec. Herc. Fur. 7. Quaerere Ouid. Met. 2, 556. Quaerere ad iudicii moram aliquam excuſationem Cic. pro Rabir. Poſt. 8. Recuſant conſulta moras extrema Sil. 7, 320. Rumpe moras omnes Virg. Aen. 9, 13. Fui mora illi rei Ter. Adelph. 4, 5, 79. Reſtituendae Romanis Capuae mora et impedimentum tu Es Liu. 23, 9. Eſſe morae Plaut. Amph. 3, 3, 17. Ter. Andr. 3, 1, 9 Sed ſequere me intro; ne in mora illi Sis, *i. Moreris et detineas, vel inferas moram et impedimentum.* Cic. Fam. 10, 31 Saltus Caſtulonenſis, qui ſemper tenuit noſtros tabellarios, etſi nunc frequentioribus latrociniis infeſtior factus eſt; tamen nequaquam tanta in mora eſt, quanta qui locis omnibus diſpoſiti, *etc.* Plaut. Capt. 4, 3, 6 Nam ſi alia memorem, quae ad ventris victum conducunt, mora Eſt, *i. Diu immorarer.* Eſt iamiam nulla mora, ſequor, et qua ducitis, adſum Virg. Aen. 2, 701. Eſt non mora libera nobis Ouid. Met. 2, 143. Erit res magna pretiumque morae Virg. Aen. 9, 232. Erat quid ergo morae et tergiuerſationis? Cic. pro Milon. 55. Ter. Adelph. 2, 1, 17 Ne mora Sit, ſi innuero, quin pugnus continuo in mala haereat. Id. Andr. 2, 5, 9 Neque iſtic, neque alibi tibi vſquam erit in me mora, *i. Paratus ſum quod vis facere.* Erit non in me mora vlla Virg. Ecl. 3, 52. Nec mora vlla Eſt, quin eam vxorem ducam Ter. Andr. 5, 6, 7. Eſt per te mora Id. ibid. 3, 4, 14. Tenuere quae tantae morae? Virg. Aen. 2, 282. Tenuit mora nulla vocatos Ouid. Met. 1, 167. Timeas neue moram, tempus quod quaerimus inſtat Ouid. ex Pont. 3, 3, 85. Tollere moram iudicandi Quinctil. 4, 4. Trahere moras Virg. Aen. 10, 888. Trahere moram, et tempora differre Ouid. Met. 9, 766. ¶ 4 *Formulae aliae:* Haud mora conſiliis, nec iuſſa recuſat Aceſtes Virg. Aen. 5, 749. Nusquam mora Virg. Georg. 4, 185. Nec mora nec requies Id. ibid. 3, 110. Cic. Fam. 10, 18 Vt venienti Bruto, exercituique eius Sine mora tranſitus eſſet paratus. Mora, *retinaculum, quod lapſum aut motum quemcunque membri moretur et cohibeat, apud* Celſum 8, 10 In crure aeque ad rem pertinet, alterum ſaltem os integrum manere. Commune vero ei, femorique eſt, quod vbi deligatum eſt, in canalem coniiciendum eſt. Is canalis et inferiori parte foramina habet, per quae, ſi quis humor exceſſerit, deſcendat; et a planta moram, quae ſimul et ſuſtineat eam, et delabi non patiatur; et a lateribus caua, per quae loris datis mora quidem crus femurque vt collocatum eſt detineat. *Sic* Virg. Aen. 1, 750 Quid tantum Oceano properant ſe tingere ſoles Hiberni: vel quae tardis mora noctibus obſtet. Tardis, pro Tarde venientibus, *inquit* Seruius. *Plura id genus dedimus* n. 1. ¶ 5 Mora ſ. Moera μοῖρα et μόρα *eſt etiam Ordinatio hominum militaris apud Lacedaemonios ex 500*

ex 500, vel 700, vel 900 militibus. Vid. Diodor. 15. *Et* Nepos 11, 2, 3 Hoc exercitu Moram Lacedaemoniorum interfecit. *Vid. ibi Interpret. et Meurſ. Lect. Att.* 1, 15. *Voſſ. Etym.* p. 327.

MORVLA, ae. f. Dimin. Auguſt. Confeſſ. 11, 15 Praeſens tempus ita raptim a futuro in praeteritum tempus transuolat, vt nulla morula extendatur. Morula Solis ſuper terram Id. ibid. c. 23.

MORAMENTVM, i. n. [ἀνάβλησις] *Idem quod Mora.* Apul. in Florid. 4 p. 363 Hiſce igitur moramentis omnibus qui volunt equitare, aduectorem ſibimet equum deligunt. *vid.* MOROR *etc. ſ. l.*

MORALIS, MORATVS, *vid.* MOS.

MORAX, acis. *Quod moratur, retinet.* Moracium cogitationum turpitudo Non. 6, 16 *ex* Varrone.

MORACIVS, a, um. Adi. *i. e.* Durus. *vt*, Moraciae nuces, Titinius *apud* Feſtum, *qui addit, inde eſſe* Moracillum.

MORARIA, ae. f. Herba, quam et Statioron et Chamaeleonem vocant Apul. de Herb. c. 25.

MORBONIA, *vel vt alii*, **MORBOVIA**. Sueton. Veſp. c. 14 Quidam ex officio admiſſionis ſimul expellens abire Morboniam iuſſerat. *Quo quidem in loco* Morbonia, *vel* Morbouia, *vt nomen oppidi, quod tamen nusquam eſt, fingi videtur: aut adeo populi ore frequentabatur ceu oppidi nomen, ſub ſenſu morbi et exitii. Hoc enim perinde eſt, ac ſi quis in malam crucem amandet, aut ad coruos abire iubeat. Certe compendium Dionis pro* Morbonia *ἐς κόρακας habet. Ex Turnebo. Gronou. ſuſpicatur* Macarian, *cum apud Ariſtophanem idem ſit ἐς Μακαρίαν et ἐς κόρακας. Alii alia.*

MORBVS, i. m. [νόσος, νόσημα] *Habitus quicunque corporis contra naturam, qui vſum eius faciat deteriorem.* Morbi, ſupplicia luxuriae Sen. Ep. 95. Cic. Tuſc. 4, 28 Morbum appellant totius corporis corruptionem: aegrotationem, morbum cum imbecillitate: vitium, quum partes corporis inter ſe diſſident, ex quo prauitas membrorum, diſtortio, deformitas. Itaque illa duo, morbus et aegrotatio, ex totius valetudinis corporis conquaſſatione et perturbatione gignuntur. Animi morbi Sen. Ep. 85. *vocantur* vitia inueterata: *quos idem ab affectibus diſcernit* Ep. 75. Salluſt. in Cic. 1 Grauiter et iniquo animo maledicta tua paterer M. Tulli, ſi te ſcirem iudicio magis, quam morbo Animi petulantia iſta vti. Cic. Att. 11, 6 Tulliae meae morbus et imbecillitas Corporis me exanimat. Id. in Catil. 1, 31 c. 13 Vt ſaepe homines aegri morbo graui, quum aeſtu, febrique iactantur, *etc.* Genera morborum noua incidere Celſ. 1 Praef. Infirmus ex graui et diuturno Cic. Philipp. 8, 15. Admonitio, *vid.* ADMONEO. Cruciamenta morborum Cic. Phil. 11, 8 c. 4. Inſignia morbi Hor. Serm. 2, 3, 254. ¶ 2 *Epitheta:* Acer, *vid.* ACER, Adi. Acutus, *vid.* ACVO. Cic. de Diuin. 2, 142 Medici ex quibusdam rebus et aduenientes et creſcentes morbos intelligunt, nonnullas etiam valetudinis ſignificationes, vt hoc ipſum, pleni enectiue ſimus, ex quodam genere ſomniorum intelligi poſſe dicunt. Ancipites, *vid.* ANCEPS. Amplior, *vid.* AMPLIVS. Anniuerſarii Suet. Aug. c. 81. Caecus, *vid.* CAECVS Colum. 1, 5. Caducus, *vid.* CADO. Comitialis, *vid.* COMITIA. Declinans, *vid.* DECLINO. Durus Plaut. Men. 5, 2, 119. Exſanguis Ouid. Met. 15, 627. Grauior Scribon. 111. Cic. Off. 1, 83 Quapropter in adeundis periculis conſuetudo imitanda medicorum eſt, qui leuiter aegrotantes, leniter curant: grauioribus autem morbis periculoſas curationes, et ancipites adhibere coguntur. Immanes Lucret. 3, 461. Impatibiles, *vid.* IMPATIBILIS. Iners morbus Ouid. Met. 7, 544. Ingraueſcens, *vid.* INGRAVO. Non Intellecti nulla eſt curatio morbi C. Gallus 3, 55. Leuiores Quinctil. 2, 3. Longinquus, *vid.* LONGVS. Maior morbus, Comitialis Celſo 3, 23 *pr.* Inter notiſſimos morbos eſt etiam is, qui comitialis vel maior nominatur. Miſſus morbus ad corpora a numine Iuuen. Sat. 13, 230. Moroſus Ouid. de Arte Am. 2, 323. Pallentes Virg. Aen. 6, 275. Patrius Plin. Epiſt. 1, 12. Pedicularis, *vid.* Pedicularis *in* PES. Pernicialis, *vid.* PERNICIES. Certo tempore Recurrentes Suet. Aug. c. 81. Regius Hor. de Arte Poët. 453. *Ictericiam aliter vocant. Et* Celſ. 3, 24 Aeque notus eſt morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant. *Paullo poſt,* Color autem eum morbum detegit, maxime oculorum; in quibus quod album eſſe debet, fit luteum. Soletque accidere et ſitis, et dolor capitis *etc. Deinde ad finem capitis,* Per omne vero tempus vtendum eſt exercitatione, frictione: Si hiems eſt, balneo: ſi aeſtas, frigidis natationibus; lecto etiam et conclaui cultiore, clauſo loco vti, ludis, laſciuia, per quae mens exhilaretur. Ob quae regius morbus dictus videtur. Solſtitialis morbus, *vid.* Solſtitium, *in* SOL. Sonticus morbus in XII Tab. *interpretantur, Qui nocet. Sed* Plinius *eo nomine morbum comitialem intellexit, quum ita ſcripſit de lapide gagate:* Deprehendit ſonticum morbum. *Nam Dioſcorides* ſcribit, ἔλεγχος ἐπιληπτικῶν. *Turnebus. Vid.* SONTICVS. Tenax Suet. Claud. c. 2. Teter morbus Catul. 74, 25. Tremens Senec. Herc. Fur. 9. Triſtis Tibull. 4, 11, 3. Veniens Perſ. Sat. 3, 64. Vetus morbus Celſ. 3, 26. ¶ 3 *Formulae Verborum:* Abſumi morbo, *vid.* ABSVMO. Acceſſit ſpatium morbis, *vid.* ACCEDO. Adeſſe morbum Cic. de Finib. 2, 96. Aduenit morbus, *vid.* ADVENIO. Afferre, *vid.* AFFERO. Affici graui Cic. de Diuin. 1, 63. Affectus morbo Lucret. 1, 134. Afflictari morbo, *vid.* AFFLIGO. Affligi morbo Cic. in Piſ. c. 35. Ter. Hec. 3, 2, 2 Metuo, ne Philumenae morbus Aggraveſcat. Apportant anni tempora morbos Lucret. 5, 221. Aſſurgere ex morbo, *vid.* ASSVRGO. Aſſurgere e morbo Tacit. Hiſt. 2, 99. Mortalis nemo eſt, quem non Attingat dolor morbusque Cic. Tuſc. 3 c. 25. Augetur Ter. Hec. 3, 1, 54. Auxiliari morbis, *vid.* AVXILIOR. Cadere in morbum, *vid.* CADO Cic. Tuſc. 1 c. 32. Calere mentis morbo aliquo Hor. Serm. 2, 3, 80. Collapſa oſſa morbo Virg. Georg. 3, 485. Concipere morbum, *vid.* CONCIPIO. Cic. Att. 10, 19 Valetudinem tuam iam Confirmatam eſſe et a vetere morbo et a nouis tentationibus, gaudeo. Conflictari morbo, *vid.* CONFLICTO. Coniicere in morbum, *vid.* CONIICIO. Conſurgere graues morbo nequeunt Ouid. Met. 7, 570. Contaminatus grex morbo turpium virorum Hor. Carm. 1, 37, 10. Contrahere morbum, *vid.* CONTRAHO. Cic. Fam. 13, 30 Ille in morbum continuo incidit, ex quo non Conualuit. Idem pro Sul. 75 Ex magnis et diuturnis, et iam deſperatis Reipubl. morbis iſta repente vis erupit, vt ea confecta et eiecta, conualeſcere aliquando et ſanari ciuitas poſſit. Corripiunt morbi corpora Virg. Georg. 3, 471. Corripi morbo . . . Creſcere morbum Cic. de Diuin. 2, 142. Crudeſcit morbus, *vid.* CRVDVS. Crudeſcere coepit morbus in proceſſu Virg. Georg. 3, 504. Curare morbos Quinctil. 2, 3. Liu. 3, 8 *pr.* Defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe coepere. Cic. Att. 7, 5 Pyliam in idem genus morbi Delapſam curam tibi offerre maiorem ſentio. Cic. Fam. 7, 27 Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam: nam et vires et corpus amiſi; ſed ſi morbum Depulero, facile, vt ſpero, illa reuocabo. Euadere ex morbo dicitur aegrotus Id. de Diuin. 2, 12. Euincere triſtes Tibull. 4, 11, 3. Euolitant animae non morbis Lucret. 5, 731. *h. e. Non effugiunt morbos, non ſunt a morbis immunes.* Celſ. 2, 14 Ne morbus qui remanet, iterum quauis leui de cauſa exaſperetur. Explicari, *v. v.* Exterminare, *vid.* EXTERMINO. Celſus 1 Prooem. Intereſt enim fatigatio morbum, an ſitis, an frigus, an calor, an vigilia, an fames Fecerit. Finiri morbo, *vid.* Finio, *in* FINIS. Iactari Hor. Serm. 2, 3, 121. Cic. Fam. 1, 10 Quod morbo impeditus in Ciliciam non tranſieris. Implicari morbo Liu. 5, 31. Implicitus, *vid.* IMPLICO. Impugnatur, *vid.* IMPVGNO. Inceſſit in, caſtra, *vid.* INCESSO. Cic. pro Cluent. 175 Ibi in morbum incidit, ac ſatis vehementer, diuque aegrotauit. *Conf.* Id. Fam. 13, 30. Inclinatur, *vid.* INCLINO. Incurrere in, *vid.* INCVRRO. Incutere Lucret. 6, 771. Ingraueſcit Cic. Catil. 1, 31 c. 13. Ingruunt morbi gentibus vniuerſis, *vid.* INGRVO. Iniici in, *vid.* INIICIO. Inſedit morbus Scribon. 111. Cic. de Nat. Deor. 3, 84 Hunc igitur nec Olympius Iupiter fulmine percuſſit, nec Aeſculapius miſero diuturnoque morbo intabeſcentem interemit. Inuaſit, *vid.* INVADO. Iurare morbum, *vid.* IVRO. Laborare Cic. de Finib. 1, 59 c. 18. Languebant pleraque morbo Lucret. 6, 1219. Leuare morbum alicui, *vid.* LEVIS. Cic. Fam. 12, 29 Grauius aegrotant ii, qui quum Leuati morbo videntur, in eum de integro inciderunt. Mederi morbis Quinctil. 1, 10. Moriturus inerti Ouid. Met. 7, 544. Celſ. 3, 9 Nonnunquam etiam lentae febres ſine vlla remiſſione corpus tenent: Neque cibo, neque vlli remedio locus eſt. In hoc caſu medici cura eſſe debet, vt morbum Mutet. Nanciſci morbum . . . Naſci morbum Cic. Tuſc. 4, 23 c. 10 *pr.* Nocuit nec tibi vis morbi Ouid. Amor. 1, 14, 41. Obire Suet. Claud. c. 1. Occupat Celſ. 5, 27. Occurrite venienti Perſ. 3, 64. Oppreſſa eſt morbo mulier Cic. pro Cluent. 22. Id. Att. 15, 1 Quum hominem temperantem, ſummum medicum, tantus improuiſo morbus Oppreſſerit? Perire morbis Hor. Serm. 2, 3, 157. Praeuidere ingraueſcentem, *vid.* INGRAVO. Cic. poſt Redit. ad Quir. 4 Bona valetudo iucundior eſt eis, qui e graui morbo recreati ſunt, quam qui nunquam aegro corpore fuerunt. Idem in Piſon. 85 Qui quum vno genere morbi affligerentur, neque ſe Recreare quisquam poſſet, quum ſemel incidiſſet, dubitabat nemo, *etc.* Cic. in Catil. 1, 31 Sic hic morbus, qui eſt in Rep. Releuatus iſtius poena, vehementius viuis reliquis ingraueſcet. Id. ib. 1, 31 Si aquam gelidam biberint, prius releuari videntur, *etc.* Id. Att. 10, 18 Tu, quoniam quartana cares, et nouum morbum Remouiſti, *etc.* Seneſcere Id. Fam. 7, 26. Squalebant exſangui corpora Ouid. Met. 15, 627. Cic. Tuſc. 4, 8 Qui in morbo Sunt, ſani non ſunt. Ibid. 92 Corpus, quod in morbo eſt. *Add.* ibid. 3, 9 c. 4. Subſiſtentes Celſus 1 Praefat. Suſtinere Celſus 2, 8. Teneri morbo Celſus 2, 17. Cic. Tuſc. 4, 31 Animi valentes morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt, Tentantur acuto renes Hor. Serm. 2, 3, 163. Tollere Celſus 7 Praef. Plin. Epiſt. 1, 12 Tertio et triceſimo anno pedum dolore correptus eſt. Patrius hic illi: Nam plerumque morbi quoque per ſucceſſiones quasdam, vt alia, traduntur. Tranſire ad Celſus 3, 19. Vacare morbo Idem 3, 22. Vacare a Idem 2, 1. Vincit morbus medicamenta Celſus 7, 33. Cic. de Fato 17 Vt in eo, qui mortifero morbo Vrgeatur. Reliquiae morborum lentae Celſ. 2, 15. Vnde ſint morbi Id. in Praefat. 9. Morbus in ſummo incremento Id. 3, 8. ¶ 4 Morbus *et* Vitium *apud Iuriſconſultos differunt.* Gell. 4, 2 *Cum verba ex edicto aedilium curulium propoſuiſſet,* Quaeſierunt, *inquit,* Iureconſulti veteres, quod mancipium morboſum, quodue vitioſum, recte diceretur: quantumque morbus a vitio differret. *Profert deinde Labeonis finitionem,* Morbus eſt habitus cuiusque corporis contra naturam, qui vſum eius facit deteriorem. *Pluribus haec deinde perſequitur, et tandem* Maſſurii Sabini *verba apponit,* Furioſus mutusue, cuiue quod membrum lacerum laeſumque eſt, aut obeſt, quo minus ipſe aptus ſit, morboſi ſunt. Qui non longe videt, tam ſanus eſt, quam qui tardius currit. *Plurima hac de re diſputant ICti in* Titulo Pandectarum de aedilicio edicto l. 1 *ad* 17.

MORBĬDVS, a, um. Adi. [νοσερὸς] *Morbo affectum ſignificat, vel Morbis obnoxium.* Varro de R. R. 3, 16 Aut quum ſunt apes morbidae propter primores vernos pallus. Morbidum Corpus profluvio ſanguinis exonerare Plin. 8, 26. Vis morbida, *Quae morbum affert.* Lucret. 6, 1090

> Vnde repente
> Mortiferam poſſit cladem conflare coorta
> Morbida vis, hominum generi, pecudumque cateruis,
> Expediam.

Idem paullo poſt, Fit morbidus aër.

MORBIDE. Adu. *Idem. apud* Hieronymum.

MORBŌSVS, a, um. Adi. [νοσώδης] *Morbo confectus, aut morbo obnoxius, qui Valetudinarius etiam dicitur.* Cato c. 2 Ferramenta vetera, ſeruum ſenem, ſeruum morboſum, et ſi quid aliud ſuperſit vendat. Cic. Tuſc. 4, 53 c. 24 *extr.* Bene igitur noſtri, quum omnia eſſent in morbis vitia, quod nullum erat iracundia foedius, Iracundos ſolos morboſos nominauerunt. Morboſior *in* Priapeis.

MORBŌSE. Adu. *Idem. apud* Celſum.

MORDEO, momordi, morſum, ēre. [δάκνω, δήκω] *Dentibus laedere et corripere.* Calui momordit muſca nudatum Caput Phaedr. 5, 4, 1. *Conf.* Id. 4, 7, 5. Ouid. Met. 9, 61 Tum denique tellus Preſſa genu noſtro eſt, et arenas ore momordi. Morſi *aliquando fecit in Praeterito.* Plautus in Trigeminis Fragm. 1, 130 Ni fugiſſem, inquit, medium credo praemorſiſſet. *Ex* Gell. 7, 9. Memordi, *praeteritum ab antiquis frequenter vſurpatum.* Ennius, Meum non eſt, at ſi me canis memorderit. Lab. Callis, De integro patrimonio mea centum millia numûm memordi. *Ex* Nonio 2, 553. *Conf.* Gell. 7, 9. Latrant et mordent canes Cic. pro Roſc. Amer. 57 c. 20. Humum mordere Plaut. Merc. 4, 6, 9. *in ſuppoſ.* Arenas mordere *tamen* Ouidii *eſſe vidimus.* ¶ 2 *Metaph.* Virg. Aen. 12, 273 — teritur qua ſutilis aluo Balteus, et laterum iuncturas fibula mordet, *i. traiectu ſuo continet. Vid. Drakenb. ad* Sil. 7, 624. Frenum Cic. Fam. 11, 23. *inuitum parere.* Herba mordere dicitur ſapore acri Plin. 12, 19. *Sic* 22, 14 Mordens folium. *Sic* Vbi deſierit mordere medicamen Scribon. 37. Minus mordebit 230. *de medicamento* Stomachum mordet aconitum 187. 188. Mordendo exulcerat ſtomachum ephemeron 193. Rura amnis mordet aqua, *i. Radit* Hor. Carm. 1, 31, 8. Cic. Att. 6, 2 An tu ſi mecum eſſes, qui ſcribis morderi te interdum, *etc. i.*

Graui-

Grauiter ferre. Terra mordetur dente vomeris Varr. de L. L. 4, 31 *pr.* Mordere, *per translationem, Detrahere alicui.* Ter. Eun. 3, 1, 21 Inuidere omnes mihi, mordere clanculum; ego non floccipendere. Dente iniquo mordere, *Calumniari* Ouid. Triſt. 4, 10, 124. Dente inuido mordeor Hor. Carm. 4, 3, 16. Dictis morderi Ouid. Triſt. 1, 1, 25. Opprobriis falſis Hor. Epiſt. 1, 16, 38. Non mordenda tibi turba fidelis erat Ouid. ex Pont. 4, 14, 46. Mordere, *Pungere.* Cic. Att. 11 Quod rogas, vt in bonam partem accipiam, ſi qua ſunt in tuis literis quae me mordeant. Idem 13, 13 (12) Valde me momorderunt epiſtolae tuae de Attica noſtra. Idem Fam. 3, 12 Neque non tamen me mordet aliquid, in quo vnum non vereor, quae mihi tuenda ſunt. Idem Tuſc. 3, 82 Tamen ſi quis error aliunde extitit, ſi paupertas momordit, ſi ignominia pupugit. Mordere, *translate, pro Laedere, offendere.* Hor. Epiſt. 1, 8, 5 — haud quia grando Contuderit vites, oleamque momorderit aeſtus. *Lambinus.* Par pari referto, quod illam Mordeat Ter. Eun. 3, 1, 55. *i.* dolore afficiat. Cautos parum frigora mordeat Hor. Serm. 2, 6, 45. *Conf.* Auſon. Eidyll. 14 *pr.* Conſcientia morderi Cic. Tuſc. 4, 44 c. 20.

MORDENS folium Plin. 22, 14. Frigora Auſon. Eidyll. 14 *pr.*

MORSVS, a, um. Partic. [δηχθεὶς] Plin. 29, 3 Datur morſis a rabioſo, ne rabidi fiant. Locus morſus Scribon. 173. Catull. Argon. (63) 316 Laneaque aridulis haerebant Morſa labellis *in deſcriptione nentis.*

MORSVS, ûs. m. [δηγμὸς, δῆξις, λάφυξ] *Dentium laeſio vel apprehenſio.* Cic. Verr. 5, 32 c. 13 *amariſſime,* Hic ſcilicet eſt metuendum, ne ad exitum defenſionis tuae vetus illa Antoniana dicendi ratio atque auctoritas proferatur: ne excitetur Verres, ne denudetur a pectore, ne cicatrices Populus Rom. adſpiciat, ex mulierum morſu veſtigia libidinis atque nequitiae. Cic. de Senect. 51 E quibus quum emerſerit, fundit frugem ſpicae ordine ſtructam, et contra auium minorum morſus munitur vallo ariſtarum. Canis morſus Scribon. 210. 213. 266. Et quadrupedum 266. Hominum 205. Serpentium 173. Serpentum Cic. de Diuin. 1 c. 10. Omnis ferae morſus Celſ. 5, 27 *in. Sed* Morgagn. in Ep. 1 in Celſ. *legit ferè, et* Ep. 2 *MSti auctoritatem producit.* Viperinus Cic. de Finib. 2, 94. *et* Tuſc. 2 c. 7. Idem Att. 12, 19 (18) Dum recordationes fugio, quae quaſi morſu quodam dolorem efficiunt, refugio a te admonendo. Macrob. Saturn. 7, 3 Scomma paene dixerim morſum figuratum, quia ſaepe fraude vel vrbanitate tegitur, vt aliud ſonet, aliud intelligas. Funeſto morſu ſaucius Ouid. Met. 11, 375. ¶ 2 Apprehendere morſu extremo tellurem Sil. 17, 264. Conſumite fero viſcera morſu Ouid. Met. 4, 113. Corripere morſum, *vid.* CORRIPIO. Cruentare morſu Prop. 4, 9, 39. Defendite a pecoris morſu frondes noſtras Ouid. Met. 9, 384. Excitare morſus Scribon. 189. Horreſce nec tu menſarum morſus futuros Virg. Aen. 3, 394. Inferre morſus alicui Ouid. Met. 11, 58. Lacerare morſu viſcera, *vid.* LACER. Parat leo morſus Senec. Herc. Fur. 11. Premere morſu Lucret. 3, 663. Vaſtis morſibus praedam leo premens Senec. Troad. 9. *Conf.* Drakenb. *ad* Sil. 5, 526. Citra morſum, *vid.* CITRA. Bibere morſu, *vid.* BIBO. ¶ 3 *Metaphoricae formulae:* Vnci morſus, *De ancora dicitur, terrae vel fundo infixa* Lucan. 3, 699. *Sic* Morſus, *Coniunctio et nexus dicitur, vbi lorica cum fibulis connectitur.* Sil. 7, 624 Strage ſuper lapſus ſociûm, qua fibula morſus Loricae crebro laxata reſoluerat ictu. Coire ad morſum, *vid.* COEO. Morſus, *pro Liuore morſiunculatum.* Lucret. 4, 1079 Blandaque refrenat morſus admiſta voluptas. Si vitare velis acerba quaedam, et triſtes Animi cauere morſus, nulli te facias nimis ſodalem: gaudebis minus, et minus dolebis Martial. Sine magno morſu Scribon. 227. *i. dolore.* Sine vllo morſu Id. 237. Acer morſus Doloris Cic. Tuſc. 2 c. 23. Morſus, *Dolor et aegritudo.* Cic. Tuſc. 3, 53 Itaque et dolor corporis, cuius eſt morſus acerrimus, perferetur, ſpe propoſita boni. *Ibid.* 83 Aegritudo erit ſublata illa moerens, morſus tamen et contractiunculae animi relinquentur. Sopitus necis morſus Sil. 13, 274. *h. e. Mortis dolor amotus propter vinum.* Morſus, *pro Inuidia et detractione.* Inſequi morſibus aliquem Ouid. Met. 13, 568. Incitare acres morſus Catull. 2, 4. Incitat et morſus error vterque pares Ouid. Epiſt. 19, 114. Venenare morſu Hor. Epiſt. 1, 14, 38.

MORSVRA, ae. f. *Idem.* Conſtant. Afer 7, 10 Morſurae locus.

MORSIVNCŬLA, ae. f. Dimin. [δηγμάτιον] *Paruus morſus.* Plaut. Pſeud. 1, 1, 65 Compreſſiones arctae amantium compares, teneris labellis molles morſiunculae. Continuae morſiunculae Apul. Met. 8 p. 211.

MORDAX, ācis. Adi. [δήκτης, δηκτικὸς, κερτόμιος] *Qui mordendo laedit.* Plaut. Truc. 2, 4, 1 Num tibi iam amabo ianua eſt mordax mea, quo introire metuas mea voluptas? Ferro mordaci icta pinus Hor. Carm. 4, 6, 9. Folium mordax, *Pungens, et tactum feriens vel guſtum* Plin. 16, 24. Mordax vis Idem 9, 45. Hor. Serm. 1, 4, 93 Liuidus et mordax videor tibi? *etc.* Teneras mordaci radere Vero auriculas Perſ. 1, 107. Ouid. Triſt. 2, 563 Non ego mordaci diſtrinxi carmine quenquam. *Sed proprie* Cic. de Orat. 2, 240 c. 59 In omnibus parietibus inſcriptas fuiſſe literas, tria LLL duo MM. Quum quaereres id quid eſſet, ſenem tibi quendam oppidanum dixiſſe, Lacerat lacertum Largii mordax Memmius. Sollicitudines mordaces Hor. Carm. 1, 18, 4. *Compar.* Phaedr. 4, 7, 1 Mordaciorem qui improbo dente adpetit. *Superl.* Plin. 17, 18. Curae mordaciſſimae Auguſtin. Conf. 7, 5 *ſub fin.*

MORDACĬTAS, ātis. f. [τὸ δηκτικὸν] Plin. 21, 15 Iis enim omnibus ſoliis ineſt aculeata mordacitas. *De vrtica et ſimilibus. Add.* Pallad. 2, 16.

MORDACITER. Adu. Macrob. Saturn. 7, 3 Ait nimis ille mordaciter. *Compar.* Ouid. ex Pont. 1, 5, 19 Scilicet incipiam lima mordacius vti. Alius eandem materiam mordacius Scripſit Lactant. 5, 2.

MORDĬCO, āre. *Idem quod Mordeo. Vetus auctoritas deſideratur. Recens enim homo eſt* Scriban. de Paſſ. Chriſt. c. 8 Acriter mordicare.

MORDĬCANS, antis. Part. Cael. Aurel. Acut. 2, 8 Mordicantis qualitatis eſſe. *Et* Tard. 2, 1, 39 Mordicantia iniicere collyria.

MORDICATIO, ōnis. f. *Leuis arroſio.* Cael. Aurel. Acut. 3, 20 Ventris mordicatio. *vid. Barth. Aduerſ.* 39, 1.

MORDICATĪVVS, a, um. Adi. Acetum mordicatiuum Cael. Aurel. Tard. 5, 1.

MORDĬCVS, a, um. Adi. Quem equi mordici diſtraxerunt Hygin. Fab. 273. *Sed putatur vitioſe ſic legi, pro* mordicus *Aduerb.*

MORDĬCVS. Adu. [ὀδὰξ] *Mordendo.* Plaut. Curcul. 5, 1, 7 Manum mordicus arripuit. Varro de R. R. 2 c. 7 Ille impetum fecit in eum, et mordicus interfecit. *De equo.* Auferre mordicus auriculam alicuius Cic. Q. Fratr. 3, 14. Diuellere mordicus agnam Hor. Serm. 1, 8, 27. Pedibus alicuius mordicus Inhaerere Apul. Met. l. 3 p. 132, 2. Petron. c. 43 Paratus fuit quadrantem de ſtercore mordicus tollere. *Elogium plebeium hominis ad rem ad diuitias feſtinantis.* Tenere mordicus, *per translationem, pro ſumma pertinacia tueri.* Cic. Acad. 4, 51 c. 16 Nam ab omnibus eiusmodi viſis perſpicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abeſſe dicemus. Idem de Finib. 4, 78 Quum id fugiunt, re eadem defendunt qua Peripatetici, verba tenent mordicus. Suet. in Caeſ. c. 64 Paludamentum mordicus trahens, ne ſpolio potiretur hoſtis.

MORDICĬTVS. Adu. *Idem.* Apul. Met. 3 *ſub fin.* p. 140, 23 Mordicitus adpetens. *Alii legunt* Mordicus, *alii* Mordicibus. *Nempe*

MORDĬCES, um. pl. *Quaſi a* Mordex, *pro Dentibus poſuiſſe quibusdam videtur* Plaut. Aulul. 2, 2, 57 Aſini me mordicibus ſcindant, *etc. Sed* Gruterus *legit* Mordicitus. Mordicibus, *quod praefert etiam Gronouiana, fauere videtur, quod opponuntur* cornibus. *Sed quod laudat Pareus etiam* Captiu. 3, 4, 73. *ibi Gronou.* Mordicus. *Bonum igitur eſt, has* Mordices *non ignorare, vti illis vix conſultum. Plane incertos etiam nos dimittit* Non. 2, 549 Mordicibus et mordicus, pro morſu, pro morſibus. Plautus Aulularia, Aſini me mordicus ſcindant *etc. Add. Voſſ. Inſt. Orat.* 5. p. 344.

MORDOSVS, a, um. Adi. δηκτικὸς Gloſſ. Gr. Lat.

MORSĬCO, āre. Frequent. *Idem quod Mordico.* Apul. Met. 7 p. 197 Ore improbo compulſat ac morſicat.

MORSĬCANS, antis. Partic. Apul. Met. 2 p. 219 Limis et morſicantibus oculis.

MORSICĀTIM. [δηκτικῶς] Mordendo, antique. Varro, Sicut pulli ſic incedunt, et in bellis morſicatim ludunt. Nonius 2, 547.

MORĒTVM, i. n. τρίμμα Gloſſ. Lat. Gr. [μυττωτὸν] *Genus libi ex farina, lacte, vino, caſeo, et herbis confectum: quale deſcribitur a* Virgilio *in eo opuſculo, cui titulus eſt* Moretum, *quod Septimio Sereno tribuunt alii.* Ouid. Faſt. 4, 367 Non pudet herboſum, dixi, poſuiſſe moretum, *etc. Vid. Scalig. et Taubm. ad* Virg. Moret. *it. Weitz. et Salmuſ. Exercit. Plin.* p. 379.

MORETARIVM, i. n. Pro Moreto. Donat. Et, Moretarium alliatum Apic. 1, 35.

MORGVS, i. m. Fluuius eſt ex Alpibus defluens, vnus eorum, qui a Pado excipiuntur, de quo Plin. 3, 16. Orgus, Harduin. ex MSS.

MORIBVNDVS, *vid.* Morior *in* MORS.

MORIGEROR, *vid.* MOS.

MORĬNI, ōrum. m. Pl. [Μορινοὶ] Populus Galliae Belgicae ad Oceanum, *vt ſcribit* Pomponius 3, 2. Virg. Aen. 8, 727 Extremique hominum Morini, Rhenusque bicornis.

MORIO, ōnis. m. [μωρίων] *Stultus.* Moriones *ſunt fatui, quos in deliciis principum eſſe videmus.* Quidam tantae ſunt fatuitatis, vt non multum a pecoribus differant, quos Moriones vulgo vocant Auguſtin. Ep. 28. Martial. 12, 95 Paruum baſiat vſque morionem. Idem 8, 13 Morio dictus erat, viginti millibus emi.

MORIOLA, ae. f. *Potionis genus, alias lora.* Varro *ap.* Non. 17, 17. *Alii leg.* Loriola.

MORION, ōnis. m. *Gemma eſt, de qua ſic* Plin. 37, 10 Morion Indica, quae nigerrimo colore translucet, vocatur pramnion: in qua miſcetur et carbunculi colos, Alexandrinum: vbi Sardae, Cyprium. Naſcitur et in Tyro, et in Galatia. Xenocrates et ſub Alpibus naſci tradit. Et etiam Herbae genus ſoporiferum Plin. 21, 31. Eſt etiam Semen mandragorae Id. 25, 11.

MORISĒNI, ōrum. m. Thraciae populi, circa Ponti litora incolentes, quorum meminit Plin. 4, 11.

MORIOR, *vid.* MORS.

MORMȲRA, ae. f. Piſcis eſt marinus, variis coloribus pictus, cuius meminit Ouid. in Halieut. 110 referente Plinio 32 c. *vlt.*

MŎRO, āre. Quid Moras? Naeu. *ap.* Diomed. Paucis abſoluit, ne Moraret diutius Pacuu. ibid. *Sed obtinuit*

MŎROR, āri. [ἐπέχω, χρονίζω, προσδιατρίβω, περιμένω] *Detinere, retardare: itemque intranſitiue, manere, exſpectare diutius etc. a* Mora, *quod ſeparatim explicauimus.* Ter. Heaut. 1, 1, 120 Egomet conuiuas moror. Cic. Philipp. 5, 26 c. 9 *extr.* Et belli celeritatem morabitur. Idem Fam. 2, 15 Sed eum infector moratur. Nihil vos moramur, patres Capitolin. in Anton. Philoſ. c. 10. *formula dimittendi ſenatus.* Diutius morari Cic. de Orat. 3, 72 c. 20. Longius in loco aliquo Propert. 3, 20, 14. Longo tempore Virg. Georg. 3, 565. Emori morari Catull. 50, 1. Ferre moror Virg. Ecl. 8, 106. Ambage longa aliquem Ouid. Met. 7, 520. Ambagibus longis aliquem Hor. Epiſt. 1, 7, 82. Clamore magno morantur Virg. Aen. 5, 207. *i. Retro agunt.* Lite moraris iniqua Hor. Epiſt. 2, 2, 19. Multis ne morer Cic. Verr. 4, 104 c. 46. Pluribus ne moremur in re confeſſa, in regione Italiae octaua. *etc.* Plin. 7, 49. Plura promiſſis morari aliquem Lucret. 6, 244. Iter alicuius Ouid. Epiſt. 19, 20. Me moratur quin Plaut. Aulul. 4, 2, 6. Oculos carmina morantur alicuius aureſque Hor. Epiſt. 1, 13, 18. Valdius oblectat Populum meliusque moratur Horat. A. P. v. 321. Orcum. *vid.* ORCVS. Pietas moratur aliquem curaque alicuius, quo minus quid efficiat Hor. Epiſt. 1, 14, 6. Solutionem morari, *Differre* Paullus in l. Si ſeruum ſtip. §. Sed ſi. D. de verborum obligat. ¶ 2 *Formulae aliae:* Apud aliquem morari Pomponius in l. Quintus. §. Ad auctoritatem D. de annuis legatis et fideicommiſſ. Non circa vilem, patulumque moraberis orbem Hor. in Arte Poët. 132. Cum aliquo morari, Scaevola in l. Annua. D. de annuis legat. et fideicommiſſ. *i. Viuere, agere, conuerſari cum aliquo. Conf.* Sen. Ep. 32. Primum argumentum compoſitae mentis exiſtimo, poſſe conſiſtere et ſecum morari Id. Ep. 2. Cic. pro Cluent. 168 Tu autem, niſi moleſtum eſt, paulliſper exſurge, et perfer hunc dolorem commemorationis neceſſariae, in qua ego diutius non morabor, quoniam, *etc.* In paruis Ouid. de Arte Am. 2, 535. In promiſſis morari aliquem Lucret. 6, 244. Hor. Serm. 2, 7, 87. *de Sapiente Stoico,* Teres atque rotundus, Externi ne quid poſſit per leue (*propter leuorem ſ. leuitatem*) morari *et retinere.* Non moror, *h. e. Non obſto, non repugno* Ter. Eun. 5, 2, 7. Quod quum ſecus erit, quid te Apulia moretur? Cic. Att. 4, 17. Morari, *Expectare.* Cic. Fam. 12, 15 Diutius morari aut expectare praeſidium, non neceſſe habui. Catull. 59, 84 Sed moraris, abit dies. Hor. Carm. 2, 3, 23 — an pauper, et infima De gente ſub dio moreris. Morari, *Habitare.* Cic. Fam. 11, 23 Ego, tibi vt antea ſcripſi, dum mihi a te lite-

te literae veniant, in Italia morabor. Alicubi diutius Nep. 24, 2, 1. Qua ſpe inimica in gente moratur Virgil. Aen. 4, 535. In vrbe Ouid. ex Pont. 2, 8, 12. In vna ſede Id. Met. 2, 846. Morari, *vſu iuridico, manum iniicere, aut certe iure cum illo agere.* Liu. 2, 24 Ne quis militis, donec in caſtris eſſet, bona poſſideret, aut venderet liberos, nepotesue eius moraretur. *Ibid.* 4, 42 C. Sempronium nihil moror, quando hoc eſt in imperio conſequutus, vt tam carus eſſet militibus. Cic. in Verrem, Nihil moror eos ſaluos eſſe, et ire quo lubet, *vid.* NIHIL. Plaut. Aul. 2, 1, 47. *et* Capt. prol. v. 19. Nihil ne ego quidem moror, quo minus Decemuiratu abeam Liu. 3, 54. *Hinc ad alia refertur, vt idem ſit, quod non curo, non contradico etc. v. g.* Scribendi recte: nam vt multum, Nil moror Hor. Sat. 1, 4, 13. *Add.* Id. Epiſt. 1, 15, 16. Nil moror officium, quod me grauat Horat. Epiſt. 2, 1, 264. Moratur, *Imperſonale, Mora fit.* Cic. Fam. 8, 5 Deinde alius exiſtet, qui reliquas impediat; ſic multum ac diu ludetur, atque ita diu, vt plus biennium in his tricis moretur. *Gerund.* Virg. Aen. 10, 798 Aeneae ſubiit mucronem, ipſumque morando Suſtinuit. *Vbi* Seruius: Morando, Moram iniiciendo eius impetum luſit. Cauſas innecte morandi Virg. Aen. 4, 51.

MORANS, antis. Partic. [ἐπέχων] Virg. Georg. 4, 70 Namque morantes Martius ille aeris rauci canor increpat. Seruius, Morantes, Tarde incedentes. Tempore longo morans Virg. Georg. 3, 565. Si te his attigerit Terris aurora morantem Idem Aen. 4, 568. Lapſus fluminum morans Orpheus Hor. Carm. 1, 12, 9. Morantes impulit ipſa manu Portas Virg. Aen. 7, 620. Reditum alicuius Hor. Carm. 3, 5, 52. Morans, *abſolute* Id. ibid. 2, 7, 6 Cum quo morantem ſaepe diem mero Fregi, *etc.* *Add.* Petron. c. 136.

MORĀTVS, a, um. *Aliud* Particip. [προσδιατρίψας] Liu. 24 Et ad duo millia aut moratorum, aut palantium per agros interfecta, *etc.* Cic. Att. 5, 16 Moratus triduum Laodiceae, et triduum Apameae, et totidem dies Synade. Nec diu Moratus ruſticus quidam acceſſit Petron. c. 12. *Add.* Id. c. 126. Non multis ille moratus Ouid. Faſt. 1, 161. Haud multa moratus dat dextram iuueni Virg. Aen. 3, 610. Imperium moratus Petron. c. 97. Lacrimis et mente morata Virg. Aen. 4, 649. *De Didone.* Ira morata Ouid. Amor. 1, 8, 82. Oſcula ſunt labris noſtra morata tuis Propert. 2, 15, 10. Planta morata expenſo gradu Id. 2, 4, 6. Vultum diu tellure moratum erexit Ouid. Met. 14, 106.

MORANDVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἐφεκτέος] Fraude aliqua morandus eſt pater Ouid. Triſt. 3, 9, 20. Spectator morandus illecebris, et grata nouitate Hor. de Arte Poët. 223.

MORATIM. Adu. *Tarde.* Solin. c. 3 (9) Moratim Inſularum omnium oras legamus.

MORATIO, ōnis. f. Vitruu. 9, 4 Morationibus impediri. Aequata moratio Firmic. 4. Faciunt eae ſtellae regreſſus et morationes Vitruu. 9, 4.

MORĀTOR, ōris. m. [ἐφεκτής] *Qui moras et impedimenta obiicit.* Liu. 2, 44 Quatuorque Tribunorum aduerſus vnum moratorem publici commodi auxilio delectum COSS. habent. *Conf.* Liu. 21, 47 *et* 48. *vbi vltimi ſunt in exercitu; vid. ibi Gronou. et Interpr. ad* Curt. 4, 10, 10. Morator, *Miniſterii nomen erat in ludis Circenſibus, quo qui fungebantur, vt coniicere eſt, quadrigarios et bigarios morabantur, ne ante tempus, aut non ſuo ordine currerent; et vt inter miſſus interualla eſſent. Hoc ex priſcis titulis eruit Turnebus, in quorum vno ſic legitur,* QV. RAPIDIO, Q. F. LEM. MVLIONI MORATORI LVDI CIRCENSIS. *Et* Inſcriptio vetus in Corpore Gudiano, DIS. MAN. A. TVCCIVS. A. L. STEPHANVS. AVRIGATOR. FACT. RVSSAT. ET. T. TVLCIVS. PACHRYSVS. MORATOR. EIVSD. FACTION. DEDIC. Moratores *etiam appellati Rabulae, quod morarentur cauſas.* Ammian. 30, 10 Moratores forenſes: *Ita legit Lindebrogius. Alii* Oratores. *Conf.* *Cuiac. Obſeru.* 4, 40. *Gronou. ad* Cic. Diu. in Caecil. c. 16.

MORATORIVS, a, um. Adi. [ἐφεκτικός] Paullus Iureconſ. Quo minus praedium iure pignoris diſtrahatur, oblata moratoria cautio non admittitur. *h. e. Cautio, quae datur, vt quis differat et exſpectet.* Ambages l. fin. §. 1. C. de Compenſat. Cunctatio l. 7 §. 1 ff. de adminiſtr. et peric. tutor.

MORVS, a, um. [μωρός] *Latine Fatuus et inſipiens dicitur.* Plaut. Trinum. 3, 2, 43 Is mores hominum moros et moroſos efficit. *De amore loquitur.* Ego ſtulta atque Mora multum Id. Mil. 2, 4, 17.

MORE. Adu. *Stulte.* More hoc fit atque ſtulte mea ſententia Plaut. Stich. 5, 1, 1.

MŌROR, āri. [μαίνειν] *Inſanire ſignificat. Cuius exemplum in ſcommate illo Neroniano in Claudium, apud* Tranquillum in Nerone c. 33 Certe omnibus rerum verborumque contumeliis mortuum inſectatus eſt, modo ſtultitiae, modo ſaeuitiae arguens. Nam et morari eum inter homines deſiiſſe, producta prima ſyllaba, iocabatur, multaque decreta, vt inſipientis atque deliri, pro irritis habuit.

MOROLOGVS, i. m. *Stultiloquus.* Nunc tibi morologus fio Plaut. Perſ. 1, 1, 50.

MOROSVS, *vid.* MOS.

MORPHEVS, ei, ĕos. m. *Diſyll.* [Μορφεύς] *Filius aut miniſter Somni dei; ſic dictus, quod dormientibus inducat varias formas et viſiones.* Ouid. Met. 11, 634 Excitat artificem ſimulatoremque figurae Morphea.

MORPHNVS, [μορφνός] Aquilae genus, circa palludes et lacus vitam praecipue agens: ab Homero Percnos, ab aliis etiam Plancus et Anataria appellatur. *Vid.* Plin. 10, 3 *vbi* ſex aquilarum genera *enumerat,* Melaenaëton, Pygargon, Morphnon, Pernopterum, Gneſium et Halyaeëton, *etc.*

MORS, mortis. f. [θάνατος, τελευτή, μόρος] *Interitus viuentium, de quo philoſophicas aliquot ſententias ponemus.* Cic. Tuſc. 1, 18 c. 9 Sunt enim, qui diſceſſum animi a corpore putent eſſe mortem Mors, *Diſſolutio.* Cic. de Finib. 2, 101 Quaero autem quid ſit, quod quum diſſolutione, id eſt morte ſenſus omnis extinguatur, *etc.* Extremum omnium rerum mors Cic. Fam. 6, 21. Finis vitae miſerae mors eſſe videtur Idem Tuſc. 1, 9. Interitus non eſt mors omnia tollens atque delens, ſed quaedam quaſi migratio commutatioque vitae: quae in claris viris et feminis dux in caelum ſoleret eſſe Cic. Tuſc. 1, 27. Linea vltima mors rerum eſt Horat. Epiſt. 1, 16, 79. Migratio mors eſt in eas oras, quas, qui e vita exceſſerunt, incolunt Cic. Tuſc. 1, 98 c. 41 Mors, ſequela morborum eſt Lactant. de Opif. D. c. 4. Mors, vltima poena eſt, nec metuenda viris Lucan. 8, 395. Mortes, *Pluraliter* Virg. Aen. 10, 854 Omnes per mortes animam ſontem ipſe dediſſem. Cic. Tuſc. 1 c. 48 Clarae mortes pro patria appetitae. Plin. Epiſt. 9, 16 Confecerunt me infirmitates meorum, mortes etiam, et quidem iuuenum. *Sic* Martial. 3, 64 Mortes blandae. Cic. de Finib. 97 c. 30 Praeclarae mortes ſunt imperatoriae. Quinctil. Declamat. 2 Contra verbera et experimenta telorum, mortium pertulere patientiam. *Sic* Tacit. *ſaepius.* Gorgonius *ap.* Sen. Suaſ. 7 *extr. Contra ſingulariter vſurpatur de pluribus, vt,* Prouincia morte regum turbata Liu. 25, 6. Obnoxia morti Ouid. Met. 14, 600. Arbiter mortis, Pluto Senec. Herc. fur. 7. Cauſa mortis eſt Scribon. 62. Cupidus mortis Horat. Serm. 2, 2, 98. Exequialia iuſta Stat. Theb. 11, 610. Fax Ouid. Epiſt. 21, 172. Tria ſunt Genera mortis, acerba, immatura, naturalis: acerba infantum, immatura iuuenum, naturalis ſenum Iſid. 2, 2. Gradus Hor. Carm. 1, 3, 17. Mortis gradus, *inquit hic Turnebus, eius eſt ingreſſio, acceſſus, et aduentus, qui interdum formidabilior eſt et truculentior, interdum clementior; ſed qui nauigationi ſe commiſit, et mare turgidum tentauit, nullum mortis quantumuis immanem impetum videtur reformidare. Haec ille.* Ianua Sil. 11, 187. Imago Virg. Aen. 2, 369. Imago mortis, ſomnus Cic. Tuſc. 1, 92. Laquei Hor. Carm. 3, 24, 8. Metae Virg. Aen. 12, 546. Mora Ouid. Epiſt. 10, 82. Nigror Lucret. 3, 39. Notae fallaces mortis et vitae Celſ. 2, 6. Solamen Ouid. Met. 12, 80.

¶ 2 *Epitheta mortis:* Acerba Ouid. Met. 14, 187. Accerſita Plin. Epiſt. 1, 12. *i. Vltro ſibi illata.* Adaperta, *vid.* ADAPERIO. Admota, *vid.* ADMOVEO. Aegra Virg. Georg. 3, 512. Amara Propert. 1, 19, 20. Martial. 3, 64 Sirenas hilarem nauigantium poenam, Blandasque mortes, gaudiumque crudele. Bona mors, *pro facili, celeri.* Plin. Epiſt. 2 *vlt.* Certior mors quaeſtu Columel. 1, 3. Cita Hor. Serm. 1, 1, 8. Clarae mortes pro patria oppetitae, *vid.* CLARVS. Communis omni aetati Cic. de Senect. 67. Idem pro Domo 98 Videre praetextatos inimicos nondum morte Complorata, arbitria petentes funeris. Conſentanea, *vid.* CONSENTANEVS. Cruenta Ouid. Epiſt. 2, 140. Definita omnibus Cic. pro Sext. 47. Deliberata Hor. Carm. 1, 37, 29. Dira mors ante oculos vagatur Seneca Octau. 6. Diſcreta Ouid. Met. 11, 699. Vadimus haud Dubiam in mortem Virg. Aen. 2, 359. Dura Id. ibid. 10, 791. Extrema iam in morte Id. ibid. 2, 447. Fameſa Hor. de Arte Poët. 469. Fera Ouid. in Ibin 398. Fortunata mors, quae naturae debita, pro patria eſt potiſſimum reddita Cic. Philipp. 14, 31. Gelida Ouid. Amor. 2, 9, 41. Grauis, immatura, miſera Quinctil. 6, 3. Grauis nec mihi mors eſt poſituro morte dolores Ouid. Met. 3, 471. Honeſta mors ſaepe vitam turpem exornat, vita turpis ne morti quidem honeſtae locum relinquit Cic. pro Quint. 49 c. 15. Horrida Senec. Herc. Oet. 16. Ignobili atque inhoneſta morte occumbere, *vid.* IGNOBILIS. Immatura Cic. in Catil. 4, 3. Immitis Tibull. 1, 3, 55. Importuna mors omne ſacrum profanat. Ouid. Amor. 3, 9, 19. Indigna morte peremtus Virgil. Aen. 6, 163. Indiuidua mors eſt noxia corpori Senec. Troad. 5. Indomita Hor. Carm. 2, 14, 4. Inhoneſta Liu. 29, 18. *vid.* INHONESTVS. Inſtans Sil. 8, 142. Inuidioſior Ouid. Met. 7, 603. Inuiſa non eſt mors mihi Senec. Octau. 17. Iuſta Hor. Carm. 4, 2, 14. Lurida Sil. 13, 560. Mala, *v. v.* Merita morte perire Virg. Aen. 4, 696. *Hoc ſic declarat Turnebus:* Mors *eſt quaedam* naturalis, *quum fatalem annorum ſummam confecimus, vt quum morimur in ſenectute profunda:* Mors *eſt etiam* merita, *vt quam bellorum caſus, et morbi intemperantia et cruditate quaeſiti, aut ſcelera et crimina afferunt. Meruit enim mori, qui in aciem prodiit. Hinc illud Aeneae* 2, 433 — et ſi fata fuiſſent, Vt caderem, meruiſſe manu. *Is quoque mortem laceſſit, qui luxurioſe, intemperanterque viuendo valetudinem labefactat. At nec fato, nec merita morte Dido occidebat, ſed morte immerita, vt ſubito furore correpta. Haec ille.* Miſeram ſolari Virg. Aen. 10, 829. Opina nec morte perdere aliquem Ouid. Met. 1, 224. Obita Lucret. 1, 136. Clarae mortes pro patria Oppetitae Cic. Tuſc. 1 c. 48. Horat. Carm. 1, 4, 13 Pallida mors aequo pulſat pede pauperum tabernas, Regumque turres. Placida morte quieuit Virg. Aen. 9, 445. Propria morte vitam finire Hieron. ad Matth. 20, 23. Pulchram properat per vulnera Virg. Aen. 9, 401. Pulcherrima Plin. Epiſt. 3, 16. Pura *dicebatur, quum ferro quis interiret.* Rapax Tibull. 1, 3, 65. Rigida nec nimio proſtrati morte iacebant Lucret. 6, 1194. Sicca, *i. Mors ſine vulnere aut caede.* Iuuen. Sat. 10, 113. Squalida Senec. Med. 10. Subita Virg. Aen. 11, 796. Neque Sua morte defunctus eſt Suet. Caeſ. c. 88. *i. naturali.* Bella res eſt, mori Sua morte Sen. Epiſt. 69 *extr.* Triſtis Virg. Aen. 11, 839. Turpis Lucret. 6, 1238. Voluntaria Quinctil. 9, 2, 86. *Conf.* Auguſtin. C. D. 1, 17. *c. not. Coqueii p.* 62 *et* 63.

¶ 3 *Formulae Verborum:* Abſtulit clarum cita mors Achillem Hor. Carm. 2, 16, 29. Abſumi morte, *vid.* ABSVMO. Abſumtus morte, *vid.* ABSVMO. Accelerare mortem Lucret. 6, 772. Lucan. 8, 660 — prohibent Accerſere mortem. *i. ſibi inferre.* Accidere non poteſt turpis mors forti viro, neque immatura Conſulari, nec miſera ſapienti Cic. in Catil. 4, 3. Adire loca mortis Ouid. Met. 14, 125. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 12 Et cui inimici propter dignitatem pepercerint, inuentus eſt amicus, qui ei mortem Afferret. Cic. pro Cluent. 170 Homines inimicos ſuos morte Affici volunt. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 12 Vir clariſſimus ab homine teterrimo acerbiſſima morte eſt Affectus. Anteponenda ſeruituti turpitudinique mors Cic. Off. 1, 81. Idem in Catil. 4, 7 Mortem a diis immortalibus non eſſe ſupplicii cauſa conſtitutam: ſed aut neceſſitatem naturae, aut laborum ac miſeriarum quietem eſſe: Itaque eam ſapientes nunquam inuiti, fortes etiam ſaepe libenter Appetiuerunt. *Ex vetuſto codice rectius legitur* Oppetiuerunt. Cecidere iuſta morte Centauri Horat. Carm. 4, 2, 14. Capere plures mortes, *Mori pluribus mortibus* Quinctil. in Milite Mario. Poſtquam eſt morte Captus Plautus, comoedia luget Naeu. *ap.* Gell. 1, 24. Carentes honore mortis Virg. Aen. 6, 333. Circumuolat mors atris alis Hor. Serm. 2, 1, 58. Commutare vitam cum morte Cic. Fam. 4, 5. Conficere extremum diem morte Idem de Finib. 3, 76 c. 22. Conſciſcere ſibi mortem, *vid.* CONSCISCO. Conſecuta mors matrem, *vid.* CONSEQVOR. Conſumtus immiti morte Tibull. 1, 3, 55. Contemnere Senec. Herc. fur. 8. Continere conceptam mortem praecordiis Cic. Tuſc. 1, 96. Damnatus morti, De cuius vita deſperatur Lucret. 6, 1230. Debemur morti nos, noſtraque Horat. de Arte Poët. 63. Decreta mors eſt Senec. Hippol. 2. Dedere aliquem morti, *vid.* DEDO. Defungi morte Suet. Caeſ. c. 88. Demittere aliquem Virgil. Aen. 5, 692. Depellere Ouid. Epiſt. 14, 130. Deprecari Id. Faſt. 2, 103. Deuincere Senec. Herc. Oet. 12. Deuota morti pectora Hor. Carm. 4, 14, 18. Diremta anima morte Lucret. 1, 115. Dare ad mortem Plaut. Amph. 2, 2, 177. *i. interficere.* Dare morti aliquem Horat. Serm. 2, 3, 197. Dare omnes per mortes animam ſontem Virg. Aen. 10, 854. *i.* Per omnia mortis genera, hoc eſt, per omnia ſupplicia Seruius. Duci ad

ad mortem Cic. Tuſc. 1, 100. Eripere aliquem Virg. Aen. 12, 157. Vbique mors eſt, optime hoc cauit deus: Eripere vitam nemo non homini poteſt, at nemo mortem: mille ad hanc aditus patent Sen. Theb. v. 151. Exigere Id. Ibid. 1. Exigere poenam morte Id. Agamem. 13. Eximit mors infelicitates Lucret. 3, 876. Explent non vulnera mortem Lucan. 6, 213. *h. e. Tot vulneribus vnus perire non poteſt.* Exuti luctus nulla morte nec igni Sil. 6, 314. Facta manu mors Ouid. in Ibin 148. Tulit deſertasque ſine funere mortes Stat. Thebaid. 9, 28. Finire dolores morte Ouid. Met. 1, 661. Iuba et Petreius mutuis vulneribus concurrerunt et mortes Foenerauerunt Gargonius *ap.* Sen. Suaſor. 7 *extr. i. cruciatibus ſe ſubduxerunt.* Fugienda nunquam eſt mors Cic. Fam. 11, 28. Functus morte Ouid. Met. 11, 583. Graueſcunt tormenta malae conſcientiae in morte Lucret. 3, 1035. Habere mortem in procinctu Quinct. in Milite Mariano. Horrere Virg. Aen. 10, 880. Illacrimare morti alicuius, *vid.* ILLACRIMO. Imitata mors quietem Stat. Silu. 5, 3, 260. Cic. Tuſc. 1, 91 Non deterret ſapientem mors, quae propter incertos caſus quotidie Imminet; et propter vitae breuitatem nunquam longe poteſt abeſſe. Idem de Finib. 1, 60 c. 18 Accedit etiam mors, quae quaſi ſaxum Tantalo ſemper Impendet. Imperare mortem, *et* Eripere mortem alicui, *contraria* Seneca Theb. 1. Imputat mortem ſenioribus annis Ouid. Met. 15, 470. Inferre, *vid.* INFERO. Inſtructus ad mortem condemnandam, *vid.* INSTRVO. Intentant praeſentemque viris omnia mortem Virg. Aen. 1, 95. Interire morte Ouid. in Ibin 299. *al.* More. Interimit mors res Lucret. 2, 1001. Inuenire mortem manu Virg. Aen. 2, 645. Inueniam viam mortis Senec. Herc. fur. ſ. 13. Irrumpere mortes Ouid. Met. 11, 538. Leniuit iuncta morte dolorem Sil. 17, 472. Luctari morti, *h. e. Morti reluctari, ſeu repugnare: vel pugnare cum morte* Sil. 10, 296. Luere quippiam morte, *vid.* LVO. Mactare morte, *vid.* MACTO. Maturare alicui mortem, *vid.* MATVRVS. Ipſe iubet mortis te Meminiſſe deus Martial. 2, 59. Cic. in Catil. 4, 20 Mors, quam illi mihi fortaſſe Minitantur, omnibus eſt parata. Idem Tuſc. 1, 97 Magna me, inquit, ſpes tenet, iudices, bene mihi euenire quod Mittar ad mortem. *De Socrate.* Mori ſua morte *dicitur, qui non ipſe ſibi fabricatus eſt mortem, ſed natura fato obiit.* Suet. Caeſ. 89 Percuſſorum autem fere, neque triennio quisquam amplius ſuperuixit, neque ſua morte defunctus eſt. *Et* Senec. Epiſt. 69 *extr.* Bella res eſt mori ſua morte. *Similiter,* die ſua perimi, *legitur in* veteri aliquo Epigrammi. Multari morte Cic. de Orat. 1, 194. Immatura Lactant. de Opif. D. c. 4. Multare triſti morte, *vid.* MVLTO. Obire mortem, *Mori.* Feſtus, Mortem obiiſſe, ea conſuetudine dicitur, qua dixerunt antiqui ob Romam legiones ductas, et ob Troiam duxit exercitum, pro ad: ſimiliterque vadimonium obiiſſe, id eſt ad vadimonium iſſe: et obuiam, ad viam. *Hactenus* Feſtus. Cic. Philipp. 5, 48 c. 17 Quid Macedo Alexander, quum ab ineunte aetate res maximas gerere coepiſſet, nonne tertio et triceſimo anno mortem Obiit? *Et* pro Sext. 183 Morte obita, *vid.* OBEO. Obeunt multi mortem Lucret. 4, 1014. Cic. in Vatin. 3 Qui Conſulem morti Obieceris incluſum obſederis, extrahere ex ſuis tectis conatus ſis. Occumbere morti, mortem, et morte Cic. Tuſc. 1, 102 c. 42 *extr.* Occupauit eum mors, *vid.* OCCVPO. Cic. pro Sext. 48 Eadem ſibi manu vitam exhauſiſſe, qua mortem ſaepe hoſtibus Obtuliſſet. Idem Verr. 3, 129 Dyrrhachinum primum ciuitatis eadem ratione mortem Oppetiſſe. Oppetenda ſaepe, honeſta mors nunquam fugienda Idem Fam. 11, 28. *Add. ibid.* 4, 7. Opponere aliquem Virg. Aen. 2, 127. Orare Idem ibid. 4, 451. Peragere Plin. Epiſt. 3, 14. Perdere mortes Stat. Theb. 9, 58. *Vid. omnino Interpp.* Sil. 4, 607. Petunt pulchram per vulnera Virg. Georg. 4, 218. Placanda morte boum tellus duarum Ouid. Faſt. 4, 665. Poſcere mortem ſub armis Sil. 10, 60. Praecipere mortem, *vid.* PRAECIPIO. Praeſtat mors omnia mortuo, quae viuo, *i. Relinquit* Lucret. 3, 215. Precari Ouid. ex Pont. 1, 2, 59. Premere aliquem mortibus Lucan. 7, 484. Quaerere morte et ſuſpendio remedium iniuriae ſuae Cic. Verr. 3, 129. Reducere aliquem a morte Virg. Aen. 4, 375. Relinquere morte aliquid Id. ibid. 4, 436. *al.* Remittere. Reſignat lumina morte Id. ibid. 4, 244. *de Mercurio.* Quinctil. in Pariete palmato, Et an morti Satisfeciſſet, intellexit. *h. e. An omnino patrem occidiſſet.* Sternere aliquem morti Virgil. Aen. 12, 464. Sternere aliquem ſubita Id. ibid. 11, 796. Subeſt mors quibusdam morbis Celſ. 2, 6. Tenetur media iam morte Virg. Aen. 2, 533. Tranſire in Quinct. Declamat. 2. Vagatur mors immatura Lucret. 5, 222. Plin. 14, 22 Hinc rerum omnium obliuio morsque Memoriae. Mors, *pro Mortuo vel cadauere.* Plin. 14, 19 Quamque iuxta hominis mors laqueo pependerit. *Vid. ibi Harduin. Conf.* Cic. pro Mil. c. 32 *pr. Coll. ibid.* c. 13. Mors *et* Mars *confunduntur in MSS. Vid. Drakenb. ad* Sil. 4, 228. *et* 10, 474. *it.* Nox *et* Sors, *v. v.*

MORIOR, īris *vel* ĕris, mortuus ſum, mori *et* morīri. [θνήσκω, τελευτάω, ἀποβιόω] *Nimis heu! notum verbum.* Mortemque timens, cupidusque Moriri Ouid. Met. 14, 215. *Conf.* Plaut. Aſin. 1, 1, 198. In tota vita diſcendum eſt Mori Sen. de Breu. Vit. c. 7. Cic. de Senect. 74 Moriendum certe eſt, et id incertum an eo ipſo die. Mori nemo ſapiens miſerum dixit, ne beato quidem Cic. Fam. 6, 3. Quem dii diligunt, Adoleſcens moritur Plaut. Bacch. 4, 7, 18. Quid eſt noui, Hominem mori, cuius tota vita nihil aliud quam ad mortem iter eſt? Sen. de Breu. vit. c. 7. Quotidie morimur: quotidie enim demitur pars vitae; et nunc quoque, quum creſcimus, vita decreſcit Sen. Epiſt. 24. Ab enſe mori Lucan. 2, 264. Ante diem morior Ouid. de Arte Am. 3, 739. Aſin. ad Cic. Fam. 10, 33 Panſae exercitum conciſum eſſe, Panſam ex vulneribus mortuum. Cic. de Senect. 49 Mori videbamus in ſtudio dimetiendi paene caeli, atque terrae, C. Gallum familiarem patris tui Scipionis. Per ſingula membra mori Florus 3, 21. Per vim Hor. Carm. 3, 14, 15. Dulce et decorum eſt pro patria mori Idem ibid. 3, 2, 13. Immeritus mori, *Dignus qui ſemper viuat* Idem ibid. 3, 2, 21. Iuſſus mori Virg. Aen. 3, 323. Hor. Carm. 3, 30, 6 Non omnis moriar; multaque pars mei Vitabit Libitinam. Et Si non aliqua nocuiſſes, mortuus eſſes Virg. Ecl. 3, 13 *prae taedio prope mortem fuiſſes. Sic* Mori *dicitur is, qui in periculo mortis eſt, etſi deinde eripiatur.* Cic. de Diuin. 2 c. 66 Cum Ptolemaeus — in praelio telo venenato ictus eſſet, eoque vulnere ſummo cum dolore moreretur — qua inuenta, et Ptolemaeus ſanatus dicitur, *etc.* *Sic de oeſtro Venereo ſtuporem inducente,* Propert. 1, 10, 5 Cum te complexa morientem, Galle, puella Vidimus. ¶ 2 *Formulae aliae:* Acrius mori Propert. 2, 3, 46. Animo aequiſſimo moritur ſapientiſſimus quisque, ſtultiſſimus iniquiſſimo Cic. de Senect. 83 c. 23. Amore inſano mori Ouid. de Arte Am. 1, 372. Curis morior Tibull. 2, 6, 51. Deſiderio alicuius Cic. Att. 1, 3 *pr.* Frigore Hor. Epiſt. 1, 17, 31. Letho moriere virorum Stat. Theb. 9, 878. Quin morere, vt merita es Virg. Aen. 4, 547. Cic. poſt Redit. in Senat. 3 Quo veſtrorum in nos beneficiorum memoria ac Fama moriatur? Gloria meriti morietur veſtri Ouid. ex Pont. 3, 2, 27. Memoria ſuauiſſimi hominis ne moriatur Cic. in Piſon. 93. Id. pro Cael. 76 Atque vt iſte interpoſitus Sermo deliciarum deſidiaeque moreretur. Plaut. Capt. 3, 4, 118 Vae illis Virgis miſeris, quae hodie in tergo morientur meo. Vnguentum ſuis horis moritur Plin. 13, 3. Moriar, *iurandi verbum, quemadmodum Diſpeream.* Cic. Att. 8, 6 Moriar, ſi magis gauderem, ſi id mihi accidiſſet. Idem Fam. 7, 3 Moriar ni, *etc.* Moriendo ponere ſenſus Ouid. Triſt. 1, 3, 99.

MORIENS, entis. Partic. [ἀποθνήσκων] Moriens teſtamento adoptauit eum Nep. 25, 5, 2. Acetum moriens, *i. Fugiens corruptum* Perſ. 4, 31. Alexander moriens annulum ſuum dederat Perdiccae Nep. 18, 2, 1. Artus morientes Ouid. Met. 12, 423. Cycno moriente dulcior vocem mouit Seneca Hippol. 3 v. 331. Iam moriente Die Stat. Silu. 4, 61, 3. Digiti morientes Ouid. Met. 5, 117. Gemitus morientum Virg. Aen. 11, 633. Herba Id. Ecl. 7, 57. *Add.* Id. Georg. 1, 107. Lingua Ouid. Amor. 2, 6, 48. Lumina morientia Id. Met. 9, 391.

MORTVVS, a, um. *Aliud* Partic. [τεθνεώς, ἄπνοος, νέκυς, νεκρός, οἰχόμενος] Plaut. Aulul. 4, 5, 1. Hoſpes mortuus Ouid. Faſt. 5, 658. Lacerti ſenis athletae mortui Cic. de Senect. 27. Mare Iuſtin. 36, 3, 6. Cic. Att. 2, 19 Caeſar quum veniſſet mortuo Plauſu, Curio filius eſt inſecutus. Huic ita plauſum eſt, vt, *etc.* Spirantis mortui effigies Id. Quint. Fr. 1, 3. Concidiſti exſanguis et mortuus Id. in Piſon. 88 c. 36. Concidit mortuus veneno poto Themiſtocles Id. de Clar. Orat. 43 c. 11. Ab orco mortuum me reducem in lucem Feciſti Ter. Hec. 5, 4, 12. Excitare aliquem a mortuis Cicero de Orat. 1, 245 c. 57. A mortuo tributum exigere, vel colligere. *Vid.* A *vel* AB *Praepoſitiones.* Facere verba mortuo, *eſt Fruſtra vel ſuadere, vel orare, perinde quaſi mortuo quis loquatur.* Ter. Phorm. 5, 9 (8) 26 Verba fiunt mortuo. *Natum adagium a ridicula conſuetudine veterum, vita defunctos ter voce cientium, vnde et Conclamati dicebantur; praeterea in pompis funeralibus multa deplorantium erga mortuum. Ex Eraſmo. Conf.* Plaut. Poen. 4, 2, 18. *et* Bacch. 3, 4, 21. Inferre mortuum in domum alicuius Cic. pro Milon. 76. Mandare aliquem infra mortuos, non ſolum ex numero viuorum exturbare Id. pro Quint. 49.

MORITŪRVS, a, um. *Aliud* Partic. [θανούμενος] Crudeli funere moriturus Virg. Aen. 4, 308. Denſos fertur moriturus in hoſtes Id. Ibid. 2, 511.

MORIBVNDVS, a, um. Adi. [ἀποθνήσκων] *Moriens.* Cic. pro Sext. 85. Fulua moribundum extendit arena Virg. Aen. 5, 374. Cui me moribundam deſeris hoſpes? Id. Ibid. 4, 323. Hoſtia moribunda cecidit Id. Georg. 3, 488. Ora Propert. 3, 7, 56. Pectus Ovid. Met. 12, 118. *al.* Vertex. Moribundus Romanus, labentibus ſuper corpus armis ad terram defluxit Liu. 2, 20. Vox Stat. Theb. 8, 642. Quantum moribundus et aeger corporis ac vitae volucris ſibi poſceret Vſus Prudent. adu. Symm. 2, 136.

MORITVRIO, īre. *Hoc verbo* Ciceronem *vſum teſtis* D. Auguſt. in Grammat. *Vid. Schott. Nod. Cic.* 3, 17.

MORTĀLIS, e. Adi. [θνητός, ἐφήμερος] *Quod morti ſubiectum eſt.* Cic. de Nat. Deor. 3, 32 Mortale igitur omne animal, et diſſolubile, et diuiduum ſit neceſſe eſt. Acta deos nunquam mortalia fallunt Ovid. Triſt. 1, 2, 97. Animae Hor. Serm. 2, 6, 94. Arma mortalia demorari Virg. Aen. 10, 30. Pro conditione vitae mortali, immortalitatem conſequi Cic. Philipp. 14, 33. Corda Virg. Georg. 1, 123. Corpora Cic. de Senect. 80 c. 22. Deus quidam Quinctil. 1, 10. *De Oratore.* Facta mortalia, *Facta hominum* Horat. de Arte Poët. 68. Fila demere mortalia Ouid. Epiſt. Sabin. 1, 39. Forma Virg. Aen. 9, 101. Fortuna nonnunquam tanquam ipſa mortalis cum immortali natura pugnare videtur Cic. Off. 1, 20. Fulgor ſiderum Plin. 2, 8. Genus Ouid. Met. 1, 188. Mortalium Genus Scribon. Epiſt. in. Inimicitiae mortales, amicitiae immortales Cic. pro Rabir. Poſt. 32. Liu. 34, 6 Sic quas tempora aliqua deſiderarunt Leges, mortales (vt ita dicam) et temporibus ipſis mutabiles eſſe video. Mortales Leges *intelligit* Liuius *non firmas, ſed temporarias.* Senec. *autem* Epiſt. 64 Legem mortalem *vocat mortalium, vel mortalitatis.* Lumen Quinct. 5, 12. Mortaline Manu factae immortale carinae ius habeant? Virg. Aen. 9, 95. *vbi vid.* Seru. Mucro Id. ibid. 12, 740. *h. e.* Mortali manu factus. Seruius. Mundum mortalem fecit Plato Cic. de Natur. Deor. 1, 20 c. 8 *extr.* Liu. 1, 2 *extr.* Secundum inde praelium Latinis, Aeneae etiam vltimum Operum mortalium fuit. Mortalia ſunt mortalium Opera Lactant. 7, 15. Sermo Lucret. 5, 122. Turmae Hor. Carm. 3, 4, 47. Vita Lucret. 3, 882. Vulnus Virg. Aen. 12, 797. *h. e.* Ab homine mortali illatum. Seruius. Vultus Id. ibid. 1, 332. Mortale *et* Aeternum, *contraria.* Cic. Acad. 4, 124 Et quidquid eſt, mortale ſit an aeternum? Mortale et caducum; *quibus opponitur* Diuinum et aeternum Cic. de Legib. 1, 61. Nil non mortale tenemus, pectoris exceptis ingeniique bonis Ouid. Triſt. 3, 7, 44. Loquar nil mortale Hor. Carm. 3, 25, 18. Sonans nec mortale Virg. Aen. 6, 50. *Compar.* Plin. 36, 15 Aliquid ipſo homine mortalius. Mortalis, *Mortem afferens, mortifer.* Cyprian. Epiſt. 1, 7 Nec audiant eos, qui ſe fallaci et mortali circumuentione decipiunt. Idem in tractatu de Bono patientiae, Adulterium, fraus, homicidium mortale crimen eſt. Mortalis, *Subſt.* [θνητός] *pro Homine.* Cicero Verr. 5, 177 Nam iſtum paucis horis primae actionis omnium mortalium ſententiis condemnavi. Vnus omnium mortalium ſine vlla dubitatione deterrimus Cic. de Ar. Reſp. c. 26. Nemo mortalium Celſ. 1 Praef. Aegri mortales Virgil. Georg. 1, 237. Noſtri maiores, Religioſiſſimi mortales Salluſt. Cat. c. 12. Miſerrimi mortalis caſum ſubire Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 29. Cedere deum mortali turpe Ouid. Met. 9, 16. Iuuare tranquilla pace mortales dicitur Venus Lucret. 1, 32. Tribuere plus alicui, quam mortali concedere par eſt Id. 4, 1178. Sall. Iug. 92, 2 Numidae magis quam mortalem timere, *de Mario.* Horat. Sat. 2, 6, 58 Miratur vt vnum Scilicet egregii mortalem altique ſilentI.

MORTALĬTER. Adu. Auguſt. Enchirid. c. 64 Filii Dei, quamdiu mortaliter viuunt, cum morte confligunt.

MORTALĬTAS, ātis. f. [τὸ θνητόν] *Conditio mortalis, cui contraria eſt* Immortalitas. Cic. de Natur. Deor. 1, 26 c. 10 *extr.* Aut non omne quod ortum ſit, mortalitas conſequatur. Quinct. 6 prooem. Feſtinantemque metu meae mortalitatis, proſtrauit. Euentus mortalitatis imputari medico non debet. Vlpian. in l. Illicitas. §. Sicuti. D. de offic. praeſid. *Poteſt etiam hic ſimpliciter mortem ſignificare, de*

de quo mox videbimus. Sueton. Claud. *extr.* Acceſſiſſe ſe ad finem mortalitatis, *i. mortem, qua deſinit eſſe mortalis, Imperator praeſertim et conſecrandus.* Ordo mortalitatis turbatus Scaeuola in l. Nam etſi. D. de inoffic. teſtam. *Conf. Schulting. ad* Quinctil. Declam. 1. p. 18. Aſſerere ſe a mortalitate, *vid.* ASSERO. Exuere mortalitatem Plin. 35, 11. Intercipi immortalitate Id. Epiſt. 10, 50. Sunt tibi ſupra mortalitatem omnia tributa Pſeudo-Cic. ad Octau. 8. Mortalitas mollitiae Plin. 36, 22. Mortalitas, *pro Hominibus mortalibus.* Contra fortunam non ſatis cauta mortalitas eſt Curt. 8, 4, 24. Plin. 2, 76 Mortalitas ipſa inuenit ſibi medium quiddam. In luna veneficia arguente mortalitate Id. 2, 12. Mortalitas, *pro Morte.* Vlpian. in l. vlt. D. ad leg. Iul. maieſt. Is, qui in reatu decedit, integri ſtatus decedit. Extinguitur enim crimen mortal*itate.* *Et* l. mulier. §. 1 ff. ad SC. Trebell. Differre aliquid in mortalitatem.

MORTVĀLIS, e. Adi. [νεκρικὸς] *Quod ad mortuos pertinet.* Mortualia Naeu. *appellauit veſtimenta luctus cauſa ſumta.* Plaut. Aſin. 4, 1, 63 Hae non ſunt nugae non enim mortalia. *i. Naeniae, praeficarum carmina. Vid. Scalig. Coniectan. in* Varr. p. 142.

MORTVARIVS, a, um. Adi. *Idem.* Domitius *apud* Gellium, Vos philoſophi, inquit, mera eſtis (vt M. Cato ait) mortuaria gloſſaria. *Vid.* Noct. Att. 18, 7. *Hoc autem verbo Domitius acriter philoſophos pungit, vt loquaces, et inanium verborum funditatores, praeficisque ſimiles, quae in mortuos naeniam argutam et nugacem canebant.* Gloſſaria mortuaria *igitur intelligo per diminutionem Linguas ad contemtum, vt ita dicam, praeficales. Turnebus Voſſius comparari eos putat parieti conditorii ſ. ſepulcri, in quo nomina mortuorum. Al. leg.* mortualia *Gron.* Mortuaria *praefert.*

MORTVŌSVS, a, um. Adi. Vultus mortuoſus Cael. Aurel. Acut. 1, 3.

MORTĬFER, *ſiue* MORTIFĔRVS, a, um. Adi. [θανάσιμος, θανατηφόρος, φονικὸς] *Quod mortem affert.* Cic. Tuſc. 1, 71 c. 29 *extr.* Et quum paene in manu iam mortiferum illud teneret poculum, loquutus ita eſt, vt non ad mortem trudi, verum in caelum videretur aſcendere. *De Socrate.* Mortifer Aeſtus Claud. de Raptu Proſ. 3, 237. Bellum mortiferum Virg. Aen. 6, 279. Dolor mortiferus, *apud* Celſum *ſaepe legitur, vt* 4, 2. *et* 5, 26. Ferrum mortiferum Sil. 10, 143. Morbus grauis et mortifer Cic. de Diuin. 1, 63. Plaga Id. in Vatin. 20. Plaga inſanabilis et mortifera Id. pro Sext. 44 c. 19. Potio Quinct. 7 c. 4 (3). Praecepta mortifera pro ſalutaribus conſcripſerunt imperiti Cic. de Legib. 2, 13. Vis mortifera Lucret. 6, 819. Vrtica contactu Plin. 10, 59. Vulnus Liu. 2, 47.

MORTIFĔRE. Adu. [θανατικῶς] *Letaliter.* Vlpian. in l. Huic ſcripturae. D. ad leg. Aquil. Si Seruus vulneratus mortifere, poſtea ruina vel naufragio periit. *Rurſus ibidem.* Sed ſi vulneratum mortifere liberum, *etc. Bleſſé à mort.* Aegrotare mortifere Plin. Epiſt. 3, 16.

MORTIFĬCVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Marc. 4 c. 5 Cibus mortificus. *Conf.* Valer. Max. 5, 6, 1. *vbi tamen Vorſt. leg.* mortifero.

MORTIFĬCO, āre. Tertull. de Reſur. carn. c. 37 *et* 46. *et* adu. Gnoſtic. c. 9 *et* 13. Saluian. l. 4 p. 124.

MORTIFICĀTVS, a, um. Part. Tertull. adu. Marc. 5, 27 Caro mortificata. Sic Corpora mortificata redeunt melioribus annis Prudent. Cath. 10, 93.

MORTIFICATIO, ōnis. f. Tertull. de Reſurr. carn. c. 44 Mortificationem Domini circumferimus in corpore. *Add.* Idem adu. Marc. 5, 9. *et* 11.

MORTICĪNVS, a, um. Adi. [θνησιμαῖος] *Exſangue, corruptum. vnde* Morticinam carnem *dicimus animalium, Quae non ſunt mactata, ſed per ſe mortua.* Morticina, [θνησιμα Gloſſ.] Scortea ea, quae ex corio et pellibus ſunt facta: inde in aliquot ſacris a ſacellis ſcriptum habemus, NE QVID SCORTEVM ADHIBEATVR, NE QVID MORTICINVM ADSIT Varro L. L. 6, 5. *Conf.* Ouid. Faſt. 1, 629. Plin. Sola haec auis in eo genere morticinam carnem non attingit. *Nihil habet Index Harduin. Birrius putat, reſpici* 11, 21 Apes nullum corpus attingunt. Senec. Epiſt. 112 *de luxurioſis* Languidi et euanidi albent, et in viuis caro morticina eſt. Varr. de R. R. 2, 9 Morticinae ouis non patiuntur veſci carne. Morticinas editis volucres Id. 3, 2. Morticinum aut captum a beſtia non comedent Vulgat. Leuit. 22, 8. *Sic et alibi.* Suffocatis et Morticinis abſtinemus Tertull. Apol. c. 9. Morticini, *Pedum claui.* Plin. 22, 23 Clauis pedum, qui vulgo morticini appellantur, nitro miſto, ante ſubactum. *Subaudi,* Circumlinitur laſer. *Eſt etiam Conuicium in homines tetros, et cadaveroſa facie.* Plaut. Perſ. 2, 4, 12 Non hercle ſi os praeciderim tibi, metuam morticine. *Vid. Scalig. Coniectan. in* Varr. 142.

MORSICATIM, MORSIVNCVLA, MORSVS, *vid.* MORDEO.

MORTA, ae. f. *Parcarum vna putatur.* Gell. 3, 16 Caeſellius Vindex in lectionibus ſuis antiquis, *Tria*, inquit, *nomina Parcarum ſunt; Nona, Decima, Morta,* et verſum hunc Liuii antiquiſſimi Poëtae ponit ex Odyſſea, *Quando dies adueniet, quem profata Morta eſt?* Sed homo minime malus (*aliquantulum ſtupidus*) Caeſellius, *Mortam* quaſi nomen accepit, quum accipere quaſi *Moeram* deberet. *Vltima ſic accipio:* Quaſi nomen *proprium vnius Parcarum, cum ſit appellatiuum, et idem ſignificet, quod Graecum μοῖρα.*

MORTARIVM, i. n. [θύεια, ὅλμος] *Vas, in quo res reſoluendae piſtillo teruntur. A* mortando, *quod veteribus fuit conterere.* Feſt. Plaut. Aulul. 1, 2, 17 Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium, quae vtenda vaſa ſemper vicini rogant. Plin. 12, 27 Fit et alio modo, quum in mortariis immatura vua teritur. Idem 36, 23. ſ. 55. *Vid.* Virg. Moret. v. 155. Mortarium ad farinam ſubigendam Catonis 74 *genus ſupellectilis planum, fundo certe plano ac lato, quod apparet ex* Columel. 12, 55, 1 *et modo Sinapi terendi, qui ibi traditur. Itaque hinc confirmari dixi in Lexico ruſtico, h. v. Io. Rhodii obſeruationem ad* Scribon. c. 111 p. 183 *res in pilo tuſas, tritas in mortario. Hinc explicaui* Mortarium, *quod* arbori fieri *iubet* Pallad. Mart. 8, 1 *h. e. orbem mediocriter excauatum, etc. Tale eſt* mortarium in trapeto Caton. 22, 1. *Tale eſt ipſum, de quo* n. 2. *Iam mortarii illius ad terendum facti auctoritates et vſum perſequamur, qui frequens eſt apud Medicos. Sic eſt* Fictile mortarium Scribon. 111. Aerea Plin. 34, 11. Cypria Id. 33, 5. Lapidea Idem 34, 18. Adiicere mortario Scribon. 220. In mortario 259. Commixta mortario 122. Contundi mortario 122. Miſcere mortario 57. Miſceri mortario 206. Subigi mortario 204. Superfundi mortario 203. 223. Terere mortario 25. Teri 106. 111. Trita 23. 175. ¶ 2 Mortarium, *Lacus et conceptaculum in quo calx, ſiue intrita ſubigitur ſeruaturue. Budaeus,* Mortarium, *locus vbi arenatum rutro ſubigitur.* Vitruu. *de tectorio loquens,* 7, 3 Graecorum vero tectores non his rationibus ſolum vtendo faciunt opera firma, ſed etiam mortario collocato, calce et arena ibi confuſa, decuria hominum inducta ligneis vectibus pinſant materiem, et ita ad certamen ſubacta tunc vtuntur. Plin. 36, 23 ſ. 55 In Graecia tectores etiam arenatum, quod inducturi ſunt, prius in mortario ligneis vectibus ſubigunt. ¶ 3 Mortarium *vnde dicatur, docet* Donatus *in illud* Terentii, Phorm. 2, 1, 4 Tute hoc intriſti, tibi eſt omne exedendum. Quod ait a ruſticis de alliato mortario dici ſolere, mortarium cibum ipſum, id eſt moretum vocat, a quo moretarium, pilam vbi interitur, et extrita litera mortarium dictum eſt.

MORTARIOLVM, i. n. Dimin. *Vt* ſemen in mortariolo tritum Macer 1, 8.

MORTICINVS, MORTIFER, *vid.* MORS.

MORVS, i. f. [μορέα] Arbor nouiſſima vrbanarum germinans, nec niſi exacto frigore: ob id dicta ſapientiſſima arborum. Sed quum coepit, in tantum vniuerſa germinatio erumpit, vt vna nocte peragat etiam cum ſtrepitu. *Haec* Plin. 16, 25. *Sunt, qui a Graeco deriuatum putent* Mori *vocabulum, quod fructus nigros proferat.* μαυρὸν *enim Graeci nigrum vocant.* Arbor mori Plin. 16, 44.

MORVM, i. n. [μόρον] *Fructus mori arboris.* Sanguineis frontem moris, et tempora pingit Virg. Ecl. 6, 22. Nigra Hor. Serm. 2, 4, 22. Mora *quoque in* rubis *ſunt, ſed multum ab his differentia. Vid.* Columel. 5, 10. Excuſſa rubetis Ouid. Faſt. 4, 509. Haerentia in duris rubetis Id. Met. 1, 105.

M O S

MOS, moris. m. [ἔθος, ἦθος, τρόπος] *Eſt Vitae inſtitutum conſuetudine firmatum. Nempe et* ἦθος, *mentis habitum vel affectionem, et* ἔθος *agendi conſuetudinem notat: nunc latius nunc ſtrictius ſumitur.* Mos, eſt inſtitutum patrium, pertinens ad religiones caerimoniasque maiorum. Feſt. Varro *ait* Morem eſſe inſtitutum animi, quod ſequi debeat conſuetudo. Cic. pro Cluent. 96 Non mos, conſuetudoque ſeruata. Mos, *pars iuris* Cic. Top. c. 5. *it.* Mores Id. pro Caec. *ſubinde.* Mos et obliuiſci hominibus, neque nouiſſe cuius nihili ſit facienda gratia Plaut. Capt. 5, 3, 8. Mos, conſuetudo ciuilis Cic. Off. 1, 148. Nec mos bellantes vna ſtabulare Virg. Georg. 3, 224. Cic. de Clar. Orat. 84 c. 21 Mos eſt hominum, vt nolint eundem pluribus in rebus excellere. Mos erat antiquis Ouid. Met. 15, 41. Mos erat Heſperio in Latio Virg. Aen. 7, 601. Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharetram Id. Ibid. 1, 340. Vt mos eſt, vt fieri ſolet Cic. Verr. 5, 65. Is genti mos dirus erat Sil. 16, 538. Cic. Verr. 1, 66 c. 26 Tum ille vt aliquid reſponderet, negauit moris eſſe Graecorum, vt in conuiuio, *etc.* Mihi ſemper Moris fuit Quinctil. 2, 13. Moris antiqui fuit Plin. Ep. 3, 21. Romanorum epulis fides ac tibias adhibere, Moris fuit Quinctil. 1, 10. Graecia principium moris fuit Ouid. Faſt. 2, 37. Habebat hoc moris. *i. Hunc morem ſeu conſuetudinem* Plin. Epiſt. 1, 12. Iuſtinus 1, 11 Quem morem veſtis, exinde gens vniuerſa tenet. Plaut. Trin. 4, 3, 26 Scuta iacere, fugereque hoſteis, more habent licentiam. Mores *pro virtutibus.* Moresque creari et vitia Manil. 4, 18. Moribus et caelum patuit Propert. 4, 12 *extr.* *Pro vitiis,* Propitiis, ſi per mores noſtros liceret, diis Tac. Hiſt. 3, 72, 1. ¶ 2 *Caeterum latiſſimi vſus eſt, et non tantum de Animalium ingeniis dicitur, vt* Colum. 6, 29, 3 Mores autem laudantur, qui ſunt ex placido concitati, et ex concitato mitiſſimi, *de pullis equinis. Sed etiam de rebus ipſis inanimatis, vt ea, quae ſequuntur, oſtendunt.* Adriae mores Stat. Silu. 3, 2, 78. Agere more, inſtitutisque ciuilibus Cic. Off. 1, 148. Defendere more inſtitutoque omnium Id. pro Caecin. 2. Facere aliquid accuſatorio more et iure Id. pro Flacc. 14. Fit more Plaut. Trin. 4, 3, 27. Rotat more fundae Ouid. Met. 4, 517. Cic. Fam. 11, 29 Tu mi Oppi conſeruabis amorem tuum (etſi more magis hoc quidem ſcribo, quam quo te admonendum putem) meaque omnia tuebere. Meo modo et moribus Viuo Plaut. Trin. 2, 2, 16. Viuere meretricio more Cic. pro Cael. 38. Virg. Aen. 7, 247 Hoc Priami geſtamen erat, quum iura vocatis More daret populis. Beſtiarum more vagari Cic. de Inuent. 1, 2. Virg. Georg. 1, 51 Varium caeli praedicere morem. *i. Tempeſtates.* Plin. 14, 1 Caeli mores ſolique ingenia coniungit. Charybdis mores Tib. 4, 1, 73. Farinae more Scribon. 44. *i. velut farina, vt* 225. Emplaſtri more 224. Ferarum Hor. Serm. 1, 3, 109. Ferae more degere vitam Virg. Aen. 4, 551. Gigantum more bellare cum diis, eſt naturae repugnare Cic. de Senect. 5. Hominum more euenit Ter. Andr. 5, 6, 3. Ingenii more humani Salluſt. in Iugurth. c. 93. Maeandri more, *vid.* MAEANDER. Cic. Att. 8, 15 Ipſi Conſules, quibus more maiorum conceſſum eſt, vel omnes adire prouincias, *etc.* Noualium more proſcindatur terra: *i. Quemadmodum noualia* Columel. 3, 13. Cic. Fam. 12, 17 Quod mihi exiſtimationem tuam, dignitatemque commendas, facis tu quidem Omnium more. Patrum more Virg. Georg. 3, 177. Pultis more Scribon. 189. Romano more, *pro Vere, et ex animo.* Cic. Fam. 7, 18 Ego te, inquit, Balbo, quum ad vos proficiſcetur, more Romano commendabo. *Ibid.* 5 Sed more Romano, quo modo homines non inepti loquuntur, probiorem hominem, meliorem virum, pudentiorem eſſe neminem. *Eſt et* More Romano, *Vt homines Romani loqui et intelligere ſolent.* Cic. Fam. 7, 16 Id vtrum Romano more loquutus ſit, bene nummatum te futurum; an quomodo Stoici dicunt, omnes eſſe diuites, qui caelo et terra frui poſſunt, poſtea videro. Ventorum mores Lucret. 1, 194. Cic. de Orat. 1, 107 Neque grauabor breuiter meo more quid quaque de re ſentiam, dicere. Iſto more Plaut. Bacch. 3, 6, 11. Cic. Verr. 2, 67 Hoc iniecto metu iudicibus, nouo more, nouo exemplo, ecquam rem putatis eſſe in Sicilia, niſi ad nutum iſtius iudicatam? Suo more intima ſeſe in cunabula condent Virg. Georg. 4, 66. *de apibus.* Quinctil. 4, 1 Materias ſibi ipſi fingunt, et ad morem actionum proſequuntur. Virg. Aen. 1, 322 Namque humeris de more habilem ſuſpenderat arcum. Et circum Illiades crinem de more ſolutae Id. Ibid. 3, 65. Caeſis primum de more iuuencis Idem Ibid. 3, 369. Sequuntur armenta aſſueto belli de more Sil. 7, 312. Turpare comtos de more capillos ſanguine Virg. Aen. 10, 832. Hor. Serm. 2, 3, 280 Ex more imponens cognata vocabula rebus. Ex more priſcoque deos precatus Ouid. Met. 15, 593. Ex moribus diſciplinaque aliquorum barbariem quandam delere Cic. pro Corn. Balb. 43. Non pudet In morem diſcincti viuere Naccae Perſ. 3, 31. Virg. Georg. 1, 245. — perque duas in morem fluminis Arctos. *i. In ſimilitudinem, vt ait Valla lib. 4.* In morem fluminis ſinuoſo flexu elabi Virg. Georg. 1, 244. In morem operis componere carmina Hor. Serm. 2, 1, 63. In morem ſtagni Virg. Aen. 8, 88. Cic. de Lege Agrar. 2, 1 Eſt hoc in more poſitum, inſtitutoque maiorum, vt ii qui, *etc.*

etc. Cic. Off. 2, 66 Quodque in patriis eſt moribus, multorum cauſas et non grauate, et gratuito defendere. Idem de Legib. 2, 23 De quo quum conſulerent Athenienſes Apollinem Pythium, quas potiſſimum religiones tenerent; oraculum editum eſt, quae eſſent in more maiorum. *Ibid.* 40 Tamen haec erant fere in more maiorum, *vid.* IN. Per hunc morem Hor. Epiſt. 2, 1, 145. Sine more tempeſtas furit Virg. Aen. 5, 694. *Vid. Heinſ. et Drackenb. ad* Sil. 12, 449. *Burm. ad* Ouid. A. A. 1, 119. Moribus, *pro More et conſuetudine.* Cic. pro Caecin. 20 Et de fundo Caecinna moribus deduceretur. Qui ſapit, innumeris moribus aptus erit Ouid. de Arte Am. 1, 760. Caſtus moribus, *vid.* CASTVS. Conſimilis moribus, *vid.* CONSIMILIS. Incompoſitus Quinctil. 4, 5. Perfectus Quinctil. 1 prooem. Perfecta virtus natura vel more Cic. Acad. 1, 37. Argumenta morum Quinctil. 3, 9. Dulcedo morum ac ſuauitas Paterc. 2, 97. Imitator doctus Hor. de Arte Poët. 318. Veritas Quinctil. 6, 2. Praefectus morum Nep. 22, 3, 2. Maxima enim morum ſemper patientia Virtus Dion. Cato in Diſtich. ¶ 3 *Epitheta:* Aequi mores modicis erroribus Iuuen. Sat. 14, 15. Antiqui mores, *vid.* ANTIQVVS. Antiqui moris homo, *in laude ponitur, pro Eo, qui antiquam innocentiam obſeruat* Liu. 39. Antiquus mos ſacrorum Lucret. 2, 610. Auidi mores, *vid.* AVIDVS. Auſterus Cic. pro Cael. 33. Barbarus Hor. Carm. 1, 27, 3. Bonus Plaut. Capt. 2, 1, 4. Ciuiles mores, *vid. paullo poſt*, Proſternere mores, *etc.* Compoſiti . . . Cic. de Amicit. 54 Atque hoc quidem videre licet eos, qui antea Commodis fuerunt moribus, imperio, poteſtate, proſperis rebus immutari. Curui mores, *Non recti* Perſ. 3, 52. Damnati Iuuen. Sat. 13, 239. Deductus Hor. Carm. 4, 4, 19. Feri mores hominum Senec. Octau. ſ. 7. Humiles Stat. Silu. 3, 3, 150. Immodeſti, *vid.* IMMODESTVS. Improbus Plaut. Trin. 4, 2, 28. Indocti, *vid.* INDOCTVS. Infandus Stat. Theb. 4, 243. Inſitus vitio genti, *vid.* INSERO. Inſuetus, *vid.* INSVESCO. Intermortui mores, *vid.* INTERMORIOR. Intorti mores, *Valde torti, praui* Perſ. 5, 38. Inutilis Quinctil. 1, 2. Lepidi, *vid.* LEPIDVS. Mali . . . Malignus Claud. in Conſ. Stil. 1, 112. Maritimi, *vid.* MARE. Mendoſi, *vid.* MENDA. Mites . . . Mitiſſimi, *vid.* MITIS. Nocentiſſimi Quinctil. 2, 15. Noui, *vid.* NOVVS. Pacifici Claud. Conſ. Stil. 2, 154. Pallentes mores, *Qui pallidos efficiunt: Vitia eorum, qui verentes reprehendi, pallent* Perſ. 5, 15. Patrius Ouid. Met. 6, 648. Patrius mos Academiae Cic. de Orat. 1, 84. Perditi . . . Iuuen. Sat. 6, 298 Prima Peregrinos obſcena pecunia mores Intulit. Peruerſus Cic. pro Roſc. Com. 56. Peſſimi, *vid. paullo poſt*, Praetendere vultum, *etc.* Probati . . . Pudici Plin. 28, 8. Rabidi Ouid. de Arte Am. 3, 501. Rectus Hor. Epiſt. 2, 2, 131. Rigidi Ouid. Rem. Amor. 762. Seueri Plin. 18, 8. Sollemnis ſacrorum Lucret. 1, 97. Iuuen. Sat. 7, 237 — vt mores Teneros ceu pollice ducat. *i. Vt praeceptor formet mores puerorum, quomodo ſolet figulus e luto quales vult formas pollice ducere.* Varius Virg. Georg. 1, 51. ¶ 4 *Verborum formulae:* Cic. Off. 3, 44 Praeclarum a maioribus morem accepimus rogandi iudicis, ſi eum teneremus, quae ſalua fide facere poſſit, *vid.* ACCIPIO. Curt. 10, 3, 14 Nec Perſis Macedonum morem adumbrare, nec Macedonibus Perſas imitari indecorum eſt. Affingere mores, *vid.* AFFINGO. Agere morem, *vid.* AGO. Agere recto more aliquid Hor. Epiſt. 2, 2, 131. Agere auſtero more et modo Cic. pro Cael. 33. Aſtringere mores Quinctil. 2, 2. Bibere more Graeco, *vid.* BIBO. Bibere mores Claud. de Nupt. Honor. 231. Captare mores, *vid.* Capto *in* CAPIO. Cedere moribus alicuius Hor. Epiſt. 1, 19, 54. Ceſſere mores rebus ſecundis, *i. Cum fortuna immutati fuerunt mores* Lucan. 1, 161. Colere mores populi, *vid.* COLO. Condere mores alicuius gentis, *Inſtituere* Curt. 8, 4 *extr.* Cic. de Finib. 4, 5 Quarum quum vna ſit, qua mores conformari putantur, differo, *etc.* Congruere cum alterius moribus, *vid.* CONGRVO. Cic. de Amic. c. 8. Congruere in morem alicuius, *vid.* CONGRVO. Compeſcere mores pertinet ad faciem rabidos Ouid. de Arte Am. 3, 501. Comprobare mores factis, *vid.* COMPROBO. Conſequi morem, *vid.* CONSEQVOR. Conueniunt mores, *vid.* CONVENIO. Ter. Andr. 4, 2, 13. Corrumpere mores alicuius, *vid.* CORRVMPO. Cuſtodire morem, *vid.* CVSTODIO. Decedere de ſuo more, *vid.* DECEDO. Deduci ad morem alicuius, *vid.* DEDVCO. Defendere mendoſos mores Ouid. Amor. 2, 4, 1. Detegunt ſe mores Quinctil. 1, 3. Dare nocentiſſimis moribus pernicioſa inſtrumenta Id. 2, 15. Cic. de Diuin. 2, 94 Quis non videt et formas, et mores, et pleroſque ſtatus ac motus effingere a parentibus liberos? Excolere Quinctil. 4 prooem. Exornare morem communis ſermonis decore quodam ſcenico Id. 2, 10. Expectas ſcilicet ſolitum tibi moris honorem? Ouid. Triſt. 3, 13, 13. Exprimere oratione mores alicuius iuſtos, integros, religioſos, *etc.* Cic. de Orat. 2, 134 c. 43. Exſuperas morum nobilitate genus Ouid. Triſt. 4, 4, 2. Fecerat nam morem vſus Id. Met. 2, 345. Facere peruerſo more Cic. pro Roſc. Com. 56. Facta moribus vis, *cui opponitur* Contra morem facta Id. pro Caecin. 96. Ferre mores . . . Fingis in faciem, moreſque meos noua crimina Ouid. Epiſt. 12, 177. Fingitur ſuis quisque moribus Cic. in Parad. 5. Sui cui mores Fingunt fortunam Nep. 25, 11, 6. Gerere morem, *Obedire.* Ter. Eun. 1, 2, 108 Mos gerundus eſt Thaidi. *Taubmann. ad* Plaut. p. 16. *et* 458. *ait, proprie de lenonibus dici.* Gerere morem animo Plaut. Amph. prol. 132. Ter. Andr. 4, 1, 17. Gerat ſed ille ſuo morem furioſus amori Ouid. Amor. 2, 2, 13. Morem Gerere voluntati regis Nep. 14, 4, 3. Gerebant quos ante mores, Nunc quoque habent Ouid. Met. 7, 655. Imitari mores et diſciplinam alicuius Cic. pro Deiot. 28. Immutare mores, *vid.* IMMVTO. Imponere morem pacis populis. *i.* Leges pacis Virg. Aen. 6, 852. Seruius. Inceſſit mos, *vid.* Inceſſo, *in* INCEDO. Inducere, *vid.* INDVCO. Inducere nouos mores Stat. Theb. 12, 591. Cic. de Orat. 2, 122 Qui hoc primus in noſtros mores induxit. Induere mores pudicos et ſeueros, *vid.* INDVO. Inficere prauis moribus, *vid.* INFICIO. Inſpicere hominum mores Hor. Epiſt. 1, 2, 20. Inſtituere Quinctil. 1, 2. Inſtruet ad vitium mores inde ſuos Ouid. Triſt. 2, 258. Labuntur ad mollitiem mores, *vid.* LABOR, ĕris. Manet mos, *vid.* MANEO. Manet mos antiquus Cic. Fam. 5, 20. Mutare mores, *vid.* MVTO. Obcallvere mores, *vid.* OBCALLEO. Oblinere ſe moribus externis Cic. in Brut. 51. Obſerere mores, *vid.* OBSERO, ſēui. Columel. 8, 16 Sed quoniam ſic mores occalluere, non vt haec vſitata, verum vt maxime laudabilia et honeſta indicarentur: nos quoque, *etc.* Opitulari more et exemplo Cic. pro Caecin. 36. Ornare moribus aliquid Hor. Epiſt. 2, 1, 2. Oſtendere mores alicuius, *vid.* OSTENDO. Oſtendere feros mores immanemque alicuius naturam Cic. pro Roſc. Amer. 38. Plin. 36, 16 Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit et patitur mores: trahitur namque a magnete lapide, *etc.* Perdere ſi miro more, ferre vocatur opem Ouid. Met. 13, 670. Perdere mores alicuius Quinctil. 1, 2. Cic. de Inuent. 2, 162 Aut quod in morem vetuſtas vulgi approbatione perduxit: quod genus, pactum, par, iudicatum. Perlucent mores, et quodammodo agnoſcuntur ex oratione dicentis Quinctil. 6, 12. Permittere morem Virg. Aen. 1, 543. Ouid. Amor. 2, 4, 45 Haec melior ſpecie, moribus illa placet. *Alii*, Haec melior ſpecie corporis, illa ſapit. Ponere mores viris Virg. Aen. 1, 268. Praetendere vultum et triſtitiam peſſimis moribus Quinctil. 1 prooem. Proſternere mores ciuiles, *Euertere, perdere* Plin. 36, 15. Radere pallentes Perſ. 5, 15. Quinctil. 5, 10 Quae legibus cauta ſunt: quae perſuaſione, etiam ſi non omnium hominum, eius tamen ciuitatis aut gentis in qua res agitur, in mores recepta ſunt. Referre morem aliquem Virg. Aen. 5, 596. Referre morem antiquum, *pro Reducere* Suet. in Iul. Caeſ. c. 20. Reget exemploque ſuo mores Ouid. Met. 15, 834. Repraeſentare virtutem et mores alicuius Hor. Epiſt. 1, 20, 14. Repugnant ſenſus moreſque Id. Serm. 1, 3, 97. Retinere morem Cic. de Finib. 2, 1. Reuocare Id. Ibid. 2, 1. Seruare Quinctil. 1, 2. Pomp. Mela 3, 5. Soluere morem traditum a prioribus, *vid.* SOLVO. Vt mores Sunt, ita fortuna reſpondet Plaut. Amph. prol. v. 131. Eſt regibus hic mos, *etc.* Hor. Serm. 1, 9, 86. Cic. Tuſc. 5, 11 Quem morem quum Carneades acutiſſime copioſiſſimeque tenuiſſet, *etc.* Iuſtin. 1, 11 Quem morem veſtis, exinde gens vniuerſa tenet. Tenere ſacrorum morem Virg. Aen. 3, 408. Traditum ab antiquis morem ſeruare Hor. Serm. 1, 4, 117. Transferri ad noſtrum vſum moremque Cic. de Orat. 3, 93. Venire in morem Liu. 42, 21 *extr.* Venit iam dolor in morem meus Ouid. ex Pont. 2, 7, 39. Viuere more alieno, *vid.* VIVO. Viuendum moribus antiquis Plaut. Trin. 2, 2, 16.

MOSCVLVS, i. m. Dimin. Feſtus: Moſculis Cato pro paruis moribus dixit. *Al.* Moſcillis *et ſic* Iſid. Gloſſ.

MORĀTVS, a, um. Adi. *Qui ſiue bonis, ſiue malis moribus praeditus eſt.* Cic. Tuſc. 2, 11 Quotus enim quisque Philoſophorum invenitur, qui ſit ita moratus, ita animo ac vita conſtitutus, vt ratio poſtulat? Idem in Partit. 82 Quemadmodum quisque generatus, quemadmodum educatus, quemadmodum inſtitutus, moratusque fuerit. Ter. Hec. 4, 4, 22 Sed quid mulieris vxorem habes? aut quibus moratam moribus? Cic. de Clar. Orat. 7 c. 2 Quaeque erant propria cum praeſtantis in Republica viri, tum bene moratae, et bene conſtitutae ciuitatis. *h. e. Moribus et legibus quaſi firmatae.* Diſciplinam bene moratam obtinere Columel. 1, 8. Fabula recte morata, In qua ſingularum perſonarum mores optime exprimuntur Acron. Hor. de Arte Poët. 319. Genus hominum optime moratum Cic. de Lege Agr. 2, 84. Ianua morata Plaut. Aſin. 2, 3, 10. Oratio morata Quinctil. 4, 2. *i. Quae mores bonos oratoris exprimit.* Cic. Off. 2, 41 c. 12 Bene morati reges. Plaut. Perſ. 4, 4, 6 Si incolae bene ſunt morati, pulchre munitum arbitror. Placare voracis et male morati poteris ieiunia Ventris Ouid. Met. 15, 94. Vir egregie moratus Eutrop. 9, 10. Moratus, *in malam partem.* Plaut. Truc. 1, 2, 5 Noui ego hominum mores; ita nunc adoleſcentes morati ſunt.

MORĀLIS, e. Adi. [ἠθικός] *Quod pertinet ad mores.* Cic. de Fato *pr.* Quia pertinet ad mores quos ἤθη Graeci vocant, nos eam partem philoſophiae de moribus appellare ſolemus; ſed decet augentem linguam Latinam nominare Moralem; explicandaque vis eſt, ratioque enuntiationum, quae Graeci ἀξιώματα vocant. *Sic* Quinctil. 6, 2, 8 Senec. Epiſt. 89 Philoſophiae tres partes eſſe dixerunt, et maximi et plurimi auctores; Moralem, naturalem, et rationalem. *Add.* Quinctil. 12, 2, 10 ſeqq. Lex moralis, *Decalogus. Conf.* Iſidor. 2, 24.

MORALITER. Adu. Sidon. Epiſt. 9, 9 Scripſeras cuncta moraliter, lecte, *etc.* Moraliter Moneri Ambroſ. Serm. 1 in Nat. Chr. T. V p. 11.

MORALĬTAS, ātis. f. Macrob. Saturn. 5, 1 Sunt praeterea ſtili dicendi duo, diſpari moralitate diuerſi. *i. ad diuerſa genera morum exprimenda apti, nempe* Maturus et grauis — alter huic contrarius ardens et erectus et inſenſus.

MORIGĔROR, āri. [χαρίζομαι] *Obſequi, et quaſi ad alterius voluntatem mores transformare.* Cic. in Orat. 159 c. 48 Voluptati autem aurium morigerari debet oratio. Si adoleſcenti eſſes morigeratus Ter. Adelph. 2, 2, 10. Suet. Tiber. 44 Pictura in qua Meleagro Atalanta ore morigeratur, *de turpitudine exſecrabili.*

MORIGERATOR, oris. m. Sidon.

MORIGERATIO, ōnis. f. *Obſequium.* Afran. *apud* Non. 1, 1 Aetas, et corpus tenerum, et morigeratio, Haec ſunt venena formoſarum mulierum. ¶ 2 *Actiue antique dixit* Plaut. Capt. 2, 1, 4 Ei vos morigerare mos bonus eſt. *Sed al.* morigerari.

MORĬGER, *et* MORĬGĔRVS, a, um. Adi. [εὐπειθής] *Obediens.* Ter. Andr. 1, 5, 59 Siue haec te ſolum ſemper fecit maximi, ſeu tibi morigera fuit in rebus omnibus. Bene morigerus Plaut. Capt. 3, 2, 13. *Vid. Parei Lex. Crit.* Male morigerus. *vid.* MALVS. Lucret. 4, 1276 Nam facit ipſa ſuis interdum femina factis, Morigeriſque modis, *etc.*

MORIGERE. Adu. Sidon. Plaut. Ciſt. 1, 1, 86 *tribuitur a Sciopp. ſed nihil obſtat, quo minus cum Gronou. aliiſque retineamus* morigerae.

MORŌSVS, a, um. Adi. [δύσκολος, κακοήθης, δυσάρεστος] *Qui moribus eſt difficilibus et aſperis atque inhumanis, certe inconſtans, delicatus nimis, irritabilis etc.* Cic. in Orat. 104 c. 29 Vsque eo difficiles ac moroſi ſimus, vt nobis non ſatis faciat ipſe Demoſthenes. Idem de Senect. 65 c. 18 At ſunt moroſi et anxii et iracundi et difficiles ſenes: ſi quaerimus, etiam auari. Idem Fam. 7, 15 Quam ſint moroſi qui amant, vel ex hoc intelligi poteſt. Difficilis et moroſus Hor. Serm. 2, 5, 90. Mirabiliter moroſum eſſe Cic. Att. 2, 25. Arbor moroſa natu, vel naſci Plin. 16, 33. Canities Hor. Carm. 1, 9, 18. Sitis Martial. 14, 105. Vitis moroſa Plin. 14, 2. *Compar.* Suet. Caeſ. c. 45 Circa corporis curam moroſior, *i. Curioſior, diligentior, vt nunquam tamen ſibi ſatisfaceret.* Homo natura intractabilior et moroſior Gell. 18, 7 *pr.* *Superl.* Tertull. de Coron. *ſub init.*

MORŌSE. Adu. *Nimis accurate.* Plin. 18, 13 Terram non moroſe eligit, paene vbi nihil aliud ſeri poſſit. Moroſe, aut ingenuo liberoque faſtidio ineptias hominum reſpuere Cic. de Clar. Orat. 256 c. 67. Pallium Moroſius ordinatum Tertull. de Pall. c. 4. *i. exquiſitiore et laborioſa elegantia.* *Superl.* Suet. Aug. c. 66 Iudicium alicuius moroſiſſime penſitare.

MOROSĬTAS, ātis. f. [τὸ δυσάρεστον] Cic. de Seneƈt. 65 c. 18 At moroſitas tamen, et ea vitia, quae dixi, habent aliquid excuſationis. Suet. Tiber. c. 70 Affeƈtione et moroſitate nimia obſcurabat ſtilum, *i. nimis exquiſita cura, quae in κακιζοτεχνίαν et calumniam anxiam exit, et colorem omnem orationis perdit.*

MOROLŎGVS, i. m. [μωρολόγος] Plaut. Pſeud. 5, 1, 20 Neque ibi eſſe alium alii odio, ibi nec moleſtum, nec ſermonibus morologis vti, *a* μωρὸς *ſtultus.*

MOSCILLVS, *vid.* MOSCVLVS.

MOSA, ae. f. [Μῶσα] *Fluuius eſt Galliae Belgicae, ex Vogeſo monte profluens, de quo* Plin. 4, 14 *et* 15. Tacit. Ann. 2, 6. *et* Hiſt. 4, 28. *Et* Caeſ. Bell. Gall. 4, 9.

MOSCEVTON, i. n. *Roſae genus.* Plin. 21, 4 ſ. 8 Alia funditur e caule maluaceo, folia oleae habente, moſceuton vocant. *Sic Hard. Al.* MSS. Muceuton, *it.* Aceton.

MOSELLA, ae. f. *Fluuius Galliae Belgicae, quae et* Moſula *apud* Florum 3, 10, 14. *Vid.* Auſon. Eidyll. 10 *quo toto hunc fluuium celebrat v.g.* 381 Salue magne parens frugumque virumque Moſella. *Et* 469 Corniger externas celebrande Moſella per oras.

MOSES, is, *et* i, *ſicut et* Achilles, Achillis *et* Achilli, [Μῶσης, Μωϋσῆς] *Nomen incluti Iudaeorum ducis.* Iuuen. Sat. 14, 102 Tradidit arcano quodcunque volumine Moſes. *Et interpoſito* y pſilo, Moyſes *dicitur, quod habetur in frequentiori vſu.* Sedulius 3, 285 Quid quod et Heliam et clarum videre Moyſem?

MOSEVS, a, um. Adi. Iuuenc. 2, 219 Moſeis manibus ſummo ſublatus honore eſt.

MOSSYNOECI, orum. m. [Μοσύνοικοι] *Populi Aſiae verſus Septentrionem,* qui (*vt* Pomponius 1, 19 *refert*) turres ligneas ſubeunt, notis corpus omne perſignant, propatulo veſcuntur, promiſcue concumbunt, et palam reges ſuffragio deligunt, vinculisque et arƈtiſſima cuſtodia tenent. Valer. Argon. 5, 151 Vos quoque non notae mirati vela carinae Moſſynoeci: vos ſtabulis Macrones ab altis. *Al.* Moſonyci. *Vid. Voſſ. ad* Melam *l. c.*

MOSTRVM, i. n. *Antique idem quod Monſtrum. Hinc*

MOSTELLVM, i. n. Dimin. Gloſſ. Gr. Lat. Φάσμα, Moſtellum, *a quo*

MOSTELLARIVS, a, um. Adi. Vicus moſtellarius Varr. de L. L. 4, 8. *Et hinc* fabula Plauti Moſtellaria *diƈta eſt, quia ſenex a ſeruo manium monſtris exterretur.*

M O T

MOTIO, MOTO, MOTOR, MOTVS, *vid.* MOVEO.

MOTACILLA, ae. [σεισόπυγος, σείσουρα] *Auiculae nomen, quam* Cinaedum *κίναιδον Graecorum putant. Nominat* Plin. 37, 10 ſ. 56. Arnob. 2 p. 223 Cum hirundines vobis muſcas, motacillae caederent conſecrarentque formiculas. *Nominat etiam p. a.*

MOTACISMVS, *vid.* METACISMVS.

M O V

MOVEO, vi, tum, ēre. [κινέω] *Facere, vt aliquid ſitum aut locum ſuum mutet.* Ter. Andr. 4, 3, 16 Moue ocius te, vt quid agam porro intelligas. Subinde mouere Scribon. 64. Super ignem 212. Moueri quae poſſunt Nep. 2, 2, 8. *et* 10, 4, 2. *i. bona mobilia.* Motus in inferiorem locum de ſuperiore Cic. pro Caecin. 37. *Neque vero ad ſola corpora pertinet, ſed ſignificat etiam in mente efficere mutationem. v. g.* Cic. Acad. 4, 141 Verum illud certum, comprehenſum, perceptum, ratum, firmum, fixum fuiſſe vis, deque eo nulla ratione, neque pelli, neque moueri potes. De ſententia mouere Liu. 39, 39. Mouerit e votis pars quotacunque deos Tibull. 2, 6, 54. Mouere in contrarium Plin. 11, 48. Mouere, *pro Diſcedere.* Cic. Att. 9, 1 Haec autem ſcribebam pridie Nonas XIIII die, poſtquam ille Canuſio mouerat. Mouere ab vrbe: *ſubaudi* Caſtra Liu. 24, 44. Praelia non tantum deſtinato, ſed ex occaſione ſumebat: ac ſaepe ab itinere ſtatim, interdum ſpurciſſimis tempeſtatibus, quum minime quis moturum putaret Suet. Caeſ. c. 60. Si nondum profeƈtae ſunt, nihil eſt quod ſe moueant Cic. Att. 7, 16. Caſtra mouere Caeſ. Bell. Gall. 2, 2. Nep. 14, 8, 4 *et* 18, 12, 4. *it.* Cic. Se mouere veſtigio Liu. 21, 44. Mouere, *pro Mutare.* Liu. 34, 54 Adeo nihil motum ex antiquo probabile eſt: veteribus, niſi quae vſus euidenter arguit, ſtari malunt. Mouere ſe ad motum fortunae, *Mutare animum cum fortuna* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 17. Sueton. in Othon. 8 Sed et motis, nec dum conditis ancilibus. Solebant qui bello gerendo praeficiebantur, *vt inquit* Seruius, ingredi Martis ſacrarium, anciliaque primum mouere; deinde ſimulacri haſtam, dicentes, Mars vigila. *Promebantur autem indiƈto bello ancilia, vt mouerentur; ac profeƈtionem ſuſcipere, antequam condita eſſent, ominoſum et religioſum habebatur.* Tacit. Hiſt. 1, 89 Fuere qui proficiſcenti Othoni moras religionemque nondum conditorum ancilium afferrent. *Haec ex Turnebo.* Mouere, *pro Remouere.* Cic. de Off. 3, 76 c. 19 Qui quodam quaſi veneno perficiat, vt veros heredes moueat. Id. de Finib. 3, 74 Quid, non ſic aliud ex alio neƈtitur, vt non, ſi vllam literam moueris, labent omnia? ¶ 2 *Iungitur his nominibus:* Aciem loco mouere, *vid.* ACIES. Cic. Q. Frat. 2, 3 Exarſit dolor, vrgere illi, vt loco nos mouerent. Idem Verr. 1, 116 Ergo quia poſſeſſor eſt, non moues poſſeſſione. Idem pro Lege Agrar. 2, 56 Sed moueri poſſeſſionibus amiciſſimis, ſedibus ac diis penatibus negant oportere. Catulos leaenae Hor. Carm. 3, 20, 2. Se mouere loco, *vel* Ex loco Caeſ. Bell. Gall. 3, 15. Liu. 34, 20. Se vaſta mole mouere Virg. Aen. 3, 656. *de Polyphemo.* Se nauis, tali remigio tarde mouebat Id. Ibid. 5, 280. Verba mouere loco Hor. Epiſt. 2, 2, 115. A gremio alicuius ſe Catul. 3, 8. Moue abs te moram *h. e. Feſtina* Plaut. Capt. 4, 2, 10. A peruerſo propoſito mouere Scribon. Ep. m. Cic. de Nat. Deor. 3, 5 Nec me ex ea opinione, quam a maioribus accepi de cultu deorum immortalium, vllius vnquam oratio aut doƈti aut indoƈti mouebit. Senatu motus eſt a cenſoribus Vell. 1, 10, 6. Cic. pro Cluent. 121 Vt alter de Senatu mouere velit, alter retineat, et ordine ampliſſimo dignum exiſtimet. *Sic,* Moueri ſtatu Liu. 30, 18. Virg. Georg. 3, 521 Non vmbrae altorum nemorum, non mollia poſſunt Prata mouere animum. Seru. In ſuum deſiderium illicere. Adamanta lacrimis mouebis Ouid. de Arte Am. 1, 659. Admirationes, plauſus, clamores, non approbationes ſolum mouere debet Orator Cic. in Orat. 236. Aluum vel ventrem mouere, *pro Ciere.* Cato c. 115. *Sic,* Mouere vrinam Plin. 20, 2. *Et,* Mouere vomitionem Ibidem. Ambages quid iuvat praeceptaque parua mouere? Ouid. de Arte Am. 3, 651. Virg. Aen. 12, 6 Tum demum mouet arma leo. Cic. Off. 1, 36 Adeo ſumma erat obſeruatio in bello Mouendo. Liu. 35, 12 Suis quemque ſtimulis mouerent ad Romanum bellum. Brachia mouere *dicitur* equus, *Quando ſubſilit.* Ouid. Met. 2, 669 Edidit hinnitus, et brachia mouit in herbis. Calculos mouere in vtraque parte *i. Difficultates, aut rationes* Plin. Epiſt. 2, 19. Cantus Virg. Aen. 10, 163. Cardines ianua faciles mouet, *Facile aperitur* Hor. Carm. 1, 25, 5. Carmen ore Ouid. Met. 14, 21. Cerebrum mouere, *Turbare* Senec. Epiſt. 36. Citharam cum voce Ouid. Met. 5, 112. Cochleario mouere liquorem Scribon. 122. Conditiones Suet. Caeſ. c. 75 *i. proponere. Add.* Scribon. 57. Controuerſiam mouere Scaeuola in l. vltima, in principio. D. de pignor. aƈtione. Curſus pituitae Celſ. 7, 7. Dentes nonnunquam mouentur, modo propter radicum imbecillitatem, modo propter gingiuarum areſcentium vitium Id. 7, 12. Deos mouere diƈta Iouis Ouid. Met. 9, 438. Dolorem Celſ. 7, 4. Cic. Att. 2, 14 Quantam tu mihi moues expeƈtationem de ſermone Bibuli? Faſtidium alicui Iuuen. Sat. 10, 202. Faſtidia ſtomacho Hor. Serm. 2, 4, 78. Celſ. 8, 16 Interdum Febrem vomitumque bilis mouet. Fertum mouere Ioui Cato c. 134. Fidem mouere, *Mutare* Liu. 35. Fides mouere, *Ludere fidibus* Lucan. ad Piſon. 161. Fila ſonantia mouit Ouid. Met. 10, 89. Cic. de Orat. 1, 228 Quod is C. Sulpitii Galli propinqui ſui Q. pupillum filium ipſe paene in humeros ſuos extuliſſet, qui patris clariſſimi recordatione et memoria Fletum populo moueret. Heredes mouere, *pro Excludere.* Cic. Off. 3, 76 Quid ergo? hic non noceat, qui quodam quaſi veneno perficiat, vt veros Heredes moueat, in eorum locum ipſe ſuccedat? Indignationem Liu. 4, 50. Inflammationes graues Celſ. 8, 4. Ingenium alicuius Ouid. Amor. 3, 5, 40. Labra mouet metuens audiri Hor. Epiſt. 1, 17, 60. Lacrimas Quinƈtil. 6, 2. Linguam fero ſtridore Ouid. Met. 9, 65. Liquorem mouere cochleario Scribon. 122. Medicamentum mouere ſpatha Id. 45. Mentionem de re aliqua Liu. 28, 11. Cic. de Orat. 2, 278 Qui quum in epilogo Miſericordiam ſe mouiſſe putaret, poſtquam aſſedit, rogauit hunc, videretur ne miſericordiam mouiſſe. Multa mouens animo Virg. Aen. 3, 34. Nefas omne animo mouentes Hor. Carm. 3, 4, 68. Numum mouere, *vid.* NVMVS. Nuptias mouere, Perturbare, *inquit* Donatus Ter. Andr. 3, 2, 36. Oculos mouet et deleƈtat pulchritudo corporis Cic. Off. 1, 98. Odia verbis aſpera moui Virg. Aen. 2, 96. Opus mouetur Ouid. Faſt. 4, 820. Opus maius moveo Virg. Aen. 7, 45. Ora ad citharam vocalia mouerat Ouid. Met. 5, 332. Oſſa mouentur loco Celſ. 8, 7. Palmam mouet ordine nemo Virg. Aen. 5, 349. Partem mouere Scribon. 227. Pedem quaque moui Ouid. Met. 5, 634. Pedem mouerat et protulerat a limine Iuuen. Sat. 10, 30. Preces ſollemnes voce mouere Ouid. Faſt. 6, 622. Riſum mouere, *Excitare* Cic. de Finib. 4, 61. Riſum et iocum mouere alicui Hor. Epiſt. 1, 20, 19. Riſum mouere ſalibus Claud. de Conſ. Mall. Theod. 312. Riſum mouere per varios ſales Id. in Eutrop. 2, 336. Saxa ſono teſtudinis Hor. de Arte Poët. 395. Sententiam alicuius mouere Cic. Att. 7, 3. Signa Virg. Georg. 3, 236. Sonum verba lyrae motura Hor. Epiſt. 2, 2, 89. Spatha mouere Scribon. 45. 173. Spiritum Celſ. 8, 9. Sternutamentum Id. 8, 9. Plin. 13, 23 Apulum vomitus facit, ſtomachum et aluum mouet. *Vomitum excitare.* Cic. Att. 6, 3 In quo tamen ille mihi riſum magis, quam ſtomachum mouere ſolet. *Pro Irritare.* Idem pro Muraen. 28 Si mihi homini vehementer occupato ſtomachum moueritis, triduo, *etc.* Studia alicuius mouere. Cic. de Finib. 1, 2 Veritus ne mouere hominum Studia viderer, retinere non poſſem. *Obturbare, vel interturbare.* Sudorem Celſ. 2, 17. Superos motura putabo, quae voueo Ouid. in Ibin 128. Cic. Fam. 2, 15 Quod autem in maritimis facillime ſum, moueo nonnullis ſuſpicionem velle me nauigare. Tellurem rigidam ſpirante Borea Virg. Georg. 2, 316. Terras omnes, omnia maria Cic. Att. 8, 11. Tonitrus vnde mouet Ouid. Met. 2, 308. Tragoedias Quinƈtil. 6, 1. Celſ. 8, 9 Fumus, puluis, et quidquid vel tuſſim, vel ſternutamentum mouet. Ventos tenui mouiſſe flabello Ouid. de Arte Am. 1, 171. *Al.* Tenui vento mouiſſe tabellam. Vomitum mouet bilis Celſ. 8, 16. Id. 3, 21 Optima eſt, quae vrinam mouet. ¶ 3 *Ad animum iſta quoque pertinent:* Ter. Andr. 5, 4, 18 Ego iſtaec moueo, aut curo. *Irriſio eſt.* Papinian. De Cond. furtiua. l. Parui refert, Nec me mouet praeſens homo fuerit, necne. Me multa mouent in diſceſſu Cic. Att. 16, 3. Moueri ſuper re aliqua Virg. Aen. 10, 42. Peracute, *vid.* PERACVTVS. Serua Briſeis mouit Achillem Hor. Carm. 2, 4, 4. Abſiſte moueri, nullae hic inſidiae tales Virg. Aen. 6, 399. Cic. Att. 8, 13 Nec me Conſules mouent, qui ipſi pluma aut folio facilius mouentur. Sponte moueri, et Agitari pulſu externo, *contraria* Cic. de Nat. Deor. 2, 32. Nulla contentione, mente ipſa ac voluntate mouentur membra hominum Id. Ibid. 3, 92. ¶ 4 *Formulae et obſeruationes aliae.* Animis mouemur et ſenſibus Cic. de Nat. Deor. 2, 58. Animo moueri de ſalute aliquorum Id. pro Deiot. 11. Auƈtoritate alicuius moueri Nepos 9, 4, 1. Conſilio moueri Idem 10, 1, 3. Donis Virg. Aen. 1, 718. Fletibus Id. Ibid. 4, 438. Lacrimis nil moueor Propert. 3, 25 (24) 5. Mente ac ſenſibus Cic. Acad. 4, 100 c. 31. id. Fam. 10, 31 Ne moueare eius ſermonibus. Specie neque enim famaue mouetur Virg. Aen. 4, 170. Vultum moveri Id. Ibid. 6, 470. In omnem affeƈtum mouere aliquem Quinƈt. 6, 3. Cic. Acad. 4, 130 Hinc ſummum bonum eſt, in his rebus in neutram partem moueri. Organice et mechanice moueri, *apud* Vitruuium. *Vid.* Organice, *in* ORGANVM. Mouentur res magnae, *h. e. Commouentur, excitantur.* Cic. Q. Frat 2, 3 Magnae mihi res moueri videbantur. Nam Pompeius intelligit, nobiſcumque communicat, inſidias vitae ſuae fieri. Mouere ac moliri aliquid Liu. 23, 39. Moueri, *Ire, ferri.* Lucret. 1, 422 Nam corpora ſunt, et inane Haec in quo ſita ſunt, et qua diuerſa mouentur. *i. Huc et illuc feruntur.* Mouere, *pro Moueri: vt,* Terra mouere dicitur Gell. 4, 6. Sueton. in Claud. c. 22 Obſeruauitque ſedulo, vt quoties terra in vrbe mouiſſet, ferias aduocata concione Praetor indiceret. Terra dies duodequadraginta mouit Liu. 35, 40 *extr. Conf.* Id. 5, 25. *Sic mox* res mouentes *videbimus, i. quae moueri poſſunt.* Mouere *et* Monere *miſcentur a librariis. Vid. Drackenb. ad* Sil. 2, 273.

MOVENDVS, a, um. Partic. [κινητέος, κονιορτὸς] Virg. Georg. 2, 418 Sollicitanda tamen tellus, puluisque mouendus.

MOVENS, entis Partic. [κινῶν] *Qui mouet.* Bella noua mouentes Virg. Aen. 6, 820. Foſſor iugera mouens Id. Georg. 2, 264. Iuuenis magica arma mouens Ouid. Met. 5, 197. Proponenda ſunt

quaedam

quaedam quaſi mouentia Cic. . . . *i. argumenta, quae permouent animum. Sed* ¶ 2 Res mouentes, *pro Mobilibus.* Liu. 5, 25 Quod ex ea tantum praeda, quae rerum mouentium ſit, decima deſignetur. Triphon. l. pen. D. de vi et vi armat. Si me fundo vi deieceris, in quo res mouentes fuerint. Gell. 11 c. *vlt.* In (Sabini libro, cui titulus eſt De furtis) id quoque ſcriptum eſt, Non hominum tantum, neque rerum mouentium, quae auferri occulte et ſubripi poſſunt, ſed fundi quoque et aedium fieri furtum. *Nempe obſeruabamus modo,* Mouere *etiam dici ea, quae* mouentur, *certe* mouent ſe.

MOTVS, a, um. *Aliud* Partic. [κινηθείς] Virg. Aen. 1, 139 — ſed motos praeſtat componere fluctus. Dictis motus eram Ouid. Triſt. 4, 10, 23. Iuuenem ſua Sponte iam motum perpulit Curt. 8, 6, 8. Precibus motus Curt. 6, 5, 23. Terriculis moti Liu. 34, 11. Tumultu motus Aeneas Virg. Aen. 6, 317. Colubrae motae ſonuere Ouid. Met. 4, 491. Fluctus motos componere Virg. Aen. 1, 139. Mens mota, *quod vulgo dicimus, Senſum turbatum* Senec. Epiſt. 94. ¶ 2 *Confunditur in MSS. cum* Totus, *v. v.*

MOTVRVS miles Lucan. 2, 528.

MOTVS, ûs. m. [κίνησις, δόνησις, κίνημα, νεῦσις, κινηθμός] *Ipſe movendi actus.* Virg. Aen. 5, 430 Ille pedum melior motu. Acutus Stat. Theb. 6, 789. Aſſidui Ouid. Met. 15, 179. Concitatiſſimus corporis Quinctil. 2, 11. Decens Quinctil. 1, 10. Deformis motus aut ſtatus Cic. de Finib. 5, 35. Flexi fractique Idem ibidem 5, 35. Inconditus, *vid.* INCONDITVS. Ionici motus, *Saltationes Ionum laſciuae, et geſticulatione parum decorae* Hor. Carm. 3, 6, 21. Reciproci motus Senec. Herc. Fur. 11. Socius motus Ouid. Amor. 1, 10, 36. Tremulus Lucret. 3, 302. Trepido pectora tangebam ſalientia motu Ouid. Met. 8, 606. Dare nullos audet corpore motus Idem ibidem 5, 629. Dare incompoſitos motus Virg. Georg. 1, 350. Furere motu capitis Quinctil. 2, 12. Habuere motum ſaxa Senec. Herc. Oet. ſ. 4. Iactans vano motu brachia Idem Herc. fur. 12. Quatiens feroci motu caput Idem Med. ſ. 11. Quatiebant haſtarum tremulo ſpicula motu Ouid. Met. 8, 375. Recurſat effero motu huc et huc Senec. Med. ſ. 6. A motu corporis non Remoueri Nep. 18, 5, 4. Tremiſcere motu Ouid. Met. 7, 637. Verſantes laſſaque ſupremo lumina motu Idem ibidem 7, 479. Cic. de Vniuerſ. c. 6 Motum dedit caelo eum, qui figuratus ſit aptiſſimus. Orbicus, *vid.* ORBIS. Feruntur celeri motu ſimulacra Lucret. 4, 177. Cietur et agitatur motu ſuo quod eſt calidum et igneum Cic. de Nat. Deor. 2, 23 c. 9. Dare motus Lucret. 1, 819. Diſcurrunt incerto ſidera motu Lucret. 1. Labuntur ipſa quoque aſſiduo tempora motu Ouid. Met. 15, 179. Verſantur retro contrarioque motu orbes atque caelum Cic. in Somn. Scip. 9. Omnia quum rerum primordia ſint in motu Lucret. 2, 309. Auctifici motus Lucret. 2, 571. *i. Auctum ſiue augmentum facientes.* Diuino motu concitus Ouid. Met. 6, 158. Exitiales Lucret. 2, 570. Genitales Idem 2, 571. Qualis in febre eſt motus Celſ. 1 Praef. Sollicitus Lucret. 1, 344. Vitales Idem 2, 940. Varius Idem 2, 96. Cietur interiore motu id quod animal eſt Cic. in Somn. Scip. 21. *et* Tuſc. 1, 54 c. 23. Ciens motibus mutationibusque ſuis omnia natura Idem de Nat. Deor. 3, 27. Conſociare motus Lucret. 2, 110. Declinare Idem 2, 259. Ad tibicinis modos ſaltantes, haut indecoros motus more Tuſco Dabant Liu. 7, 2 *pr.* Dat ſi quid proprio corpore motus Lucret. 2, 311. Dominans motus leti in corpore Idem 2, 957. Edere motus Idem 3, 559. Efficit motum inflammatio Celſ. 1 praef. Progignere nouos rerum motus Lucret. 2, 80. ¶ 2 Motus animi, *Perturbatio.* Cic. Off. 1, 136 c. 36. Vt perturbationes fugiamus, id eſt motus animi nimios rationi non obtemperantes. Idem de Amicit. 29 Quibus rebus ad illum primum motum animi et amoris adhibitis, admirabilis quaedam exardeſcit beneuolentiae magnitudo. Agitatione et motu vacuus eſſe nunquam poteſt animus Idem de Diuin. 1, 128. Senſus, motus et appetitus animi Idem ibidem 1, 70. Celeres quidam motus animi et ingenii eſſe debent Idem de Orat. 1, 113. Senſiferi Lucret. 3, 937. Temporarius animi Quinctil. 5, 10. Laetitiae motus in ſe accipere Lucret. 3, 117. Miſericordiae motus, *vid.* MISERICORDIA. Afferre motus in animis, *vid.* AFFERO. Afferunt dulcem motum ſenſibus res quaedam Cic. de Finib. 2, 10 c. 3. Adhibere motus iudici, *vid.* ADHIBEO. Agitatus cogitationis motus celeriter Cic. in Orat. 134. Confiteri motum animi ſui lacrimis Quinctil. 6, 1. Dat motus actum quendam et factum Idem 2, 13. Langueſcunt motus mentis Lucret. 3, 1053. Miſcentur vario pectora motu Virg. Aen. 12, 217. Petendus motus a comoedis Quinctil. 1, 11. Eſſe voluptatem in motu Cic. de Finib. 2, 10. Tangunt modici praecordia motus Ouid. Rem. Amor. 79. Traducere animi motus alio Lucret. 4, 1065. ¶ 3 Motus, *Commotio populi, de ſeditione, aut alio concurſu.* Cic. pro Flacc. 23 Nego eſſe iſta teſtimonia, quae tu ipſe pſephiſmata appellas: ſed et fremitum egentium, et motum quendam temerarium Graeculae concionis. Ibid. 94 Videtis quo in motu temporum, quanta in converſione rerum ac perturbatione verſemur. Cic. in Catil. 2, 26 Aut opprimet hominem, aut omnes eius motus conatusque prohibebit. Populi motus factus eſt Idem de Orat. 2, 199 c. 48. Anceps motus vulgi Claud. in Ruff. 1, 68. Magnificentiſſimus ille totius Italiae motus municipiorumque concurſus Cic. pro Domo 142. Rebellis Claud. Conſ. Hon. 6, 213. Truces Lucan. 8, 808. Cic. in Catil. 2, 4 c. 2 *extr.* Nullum Reipubl. motum Afferre poterat. Excipere futuros Virg. Aen. 4, 297. Graecia maximis Concuſſa eſt motibus Vell. 1, 3, 1. Serit diſcordesque Stat. Theb. 10, 236. Eſſe in motu, *pro Perturbari vel excitatum eſſe.* Cic. Q. Fratr. 2 Magna res in motu eſt, propterea quod aut hominum aut legum interitus oſtenditur. ¶ 4 *Obſeruari et iſta merentur:* Aquarum ingens motus Virg. Georg. 4, 365. Caeci motus orientis Auſtri Hor. Carm. 3, 27, 22. Crebris motibus Terrae fatigari Curt. 4, 4, 20. Inſolitis tremuerunt motibus Alpes Virg. Georg. 1, 475. Magni Lucret. 6, 588. Motus, *pro Cauſa.* Plin. Epiſt. 3, 4 Audiſti conſilii mei motus. Tropos *motus* clariſſimi noſtrorum auctores vocant Quinct. 8, 5, 35. Motus *etiam vſurpant Auctores de Enthuſiaſmo. Vid. Barth. ad* Claudian. p. 520. Speciatim quoque de poëtico furore: Id. ibid. p. 862.

MOTIO, ōnis. f. [κίνησις] Cic. de Nat. Deor. 2, 145 In corporum etiam motione atque geſtu multa cernunt ſubtilius. Qui protruſit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem non dedit Cic. de Fato c. 19. Id. Acad. 1, 32 c. 8 Scientiam autem nuſquam eſſe cenſebant, niſi in animi motionibus atque rationibus. Celſ. 3, 6 Nam ſi poſt alteram febrem motio manet, poſt alteram integrum corpus eſt, integro corpore, cibo tempus aptius eſt. Vlpian. in l. 3 §. Poena autem. D. de crim. Stellionatus, In his autem, qui ſunt in aliquo honore poſiti; ad tempus relegatio, vel ab ordine motio remittenda eſt.

MOTIVNCVLA, ae. f. Dimin. Senec. de Tranquill. vitae 2 Qui ex diuturno grauique morbo expliciti, motiunculis leuibusque offenſis perſtringuntur. Idem Epiſt. 54 (53) Leuis motiuncula decipit. *Sic* Tentatus motiunculis leuibus Suet. Veſp. c. 24 *pr. de vacillante valetudine.*

MOTOR, ōris. m. [κινητής] Martial. 11, 40 Canarum fueras motor Charideme mearum, Et pueri cuſtos, aſſiduusque comes.

MOTORIVS, a, um. Adi. *vnde,* Motoria fabula, *vid.* Statarius *in* STO. Ingenium Tertull. de An. c. 14.

MOTO, āre. Frequent. Virg. Ecl. 5, 5 Siue ſub incertas Zephyris motantibus vmbras. Cacumina motant quercus Virg. Ecl. 6, 28. Latus motare Ouid. Met. 13. Motuantur [κινοῦνται] *pro Motantur, dixit* Plaut. Truc. 1, 2, 90 Nae, vt in aeſtu motuantur irae. *al.* Aeſtu nutuamur irā. Motare *et* Mutare *permutantur a librariis, vid.* MVTO. *e. g. apud* Virg. Aen. 3, 581.

MOTATVS, a, um. Partic. Motatus vterus Prudent. Hamartig. v. 596.

MOTATIO, ōnis. f. *Motio.* Tertull. de Anima c. 45 Perpetuitas motationis.

MOTĀMEN, ĭnis. n. Paullin. Petroc. 5, 681 Cautae motamine.

MOTĀTOR, ōris. m. Tertull. ad Nation. 2, 3 Nullo extrinſecus apparente motatore. Motator caeleſtium Rerum Idem ibidem Qui Vniuerſitatis motatorem animum decernunt Tertull. de An. c. 12 *pr.* *Et* Arnob. 3 p. 118 Neptunus tremebundi motator ſali.

MOTABILIS, e. Adi. Vulg. Interpr. Gen. c. 1, 21.

MOTITO, āre. Gell. 9, 6 *inter ſimilia verba ponit* Moueo, Motus, Motito.

MOBĬLIS, e. Adi. [κινητός, εὐκίνητος] *Qui facile mouetur.* Plin. 11, 37 Supercilia homini et pariter et alterne mobilia. Alis volat ambiguis mobilis Senec. Hippol. ſ. 11. Plaut. Mil. 3, 1, 36 Clare oculis video, pernix ſum manibus, ſum pedes mobilis. Mobilia et fluitantia Hor. Serm. 2, 3, 269. Aequor mobile Ouid. Epiſt. 2, 128. Aetas iuuenum Virg. Georg. 3, 165. Metellus *ad* Cic. Fam. 5, 1 Etiam mobili in me meosque eſſe animo non ſperabam. Ardore mobiliſſimo tenetur mundus Cic. de Nat. Deor. 2, 30 c. 11. Aura Ouid. de Arte Am. 3, 698. Curſus Senec. Hippol. ſ. 4. Mundi Feruor pellucidior mobiliorque multo Cic. Nat. Deor. 2 c. 11. Folia Hor. Carm. 1, 23, 5. Gens mobilis ad omnem auram ſpei, atque infida Liu. 29, 3. Quamquam id Genus hominum eſſet mobiliſſimum Gell. 15, 22 *extr.* Cic. pro Roſc. Com. 49 Mobilem: immo conſtantiſſimum. Hora Senec. Hippol. 11. Humor caeli Virg. Georg. 1, 417. Ingenia mobilia Liu. 2, 37. Mobiliſſimus quisque Ingenio Tac. H. 1, 24, 2. Ingenium mobile, *in bonam partem dicitur, et* Tardo *opponitur.* Vitruu. 5, 7 Architectus erit vſu peritus: praeterea ingenio mobili, ſolertiaque non fuerit viduatus. Ira mobilis turbati vulgi Sil. 8, 288. Lignum mobile alienis viribus Hor. Serm. 2, 7, 82. *i. Quod mouetur alienis viribus, aliequi immobile.* Lucret. 4, 752 Tenuis enim mens eſt, et mire mobilis ipſa. Natura animi egregie mobilis Lucret. 3, 205. Oculi lubrici et mobiles Cic. de Nat. Deor. 2, 142 c. 57. Populus mobilior ad cupiditatem Liu. 6, 6 *pr.* Quirites mobiles Hor. Carm. 1, 1, 7. Mobiles *autem* Quirites *appellat* Horatius, *propter comitiorum inconſtantiam et varietatem, Populique Rom. in ſuffragiis ferendis leuitatem, quam pluribus locis declarat* Cicero; *vt in* Orat. pro Muraena. *vulgo legebatur* Nobilium, *ſed iam explo*[illegible] *a doctis.* Hermogenes de verb. et rerum ſignific. Pecuniae nomine non ſolum numerata pecunia, ſed omnes res tam ſoli, quam mobiles, et tam corpora, quam iura continentur. Trimetri Hor. A. P. v. 259. *i. iambi et breues pedes, qui* ſpondeis ſtabilibus v. 256 *opponuntur: vid. Victor. ad* Cic. Fam. 5, 2. *vulgo apud* Horat. *l. c. perperam legitur* nobilibus. Venti Ouid. Epiſt. 5, 110. Vulgus Claud. 4 Conſ. Hon. 301. Caduca ſemper et mobilia non virtutis atque ingenii, ſed fortunae, et temporum munera Cic. pro Domo 146. *Compar.* Lucret. 4, 344 Nam multis partibus hic eſt Mobilior, *etc.* *De lucido aëre.* Mobilius ſignum Lucret. 5, 634. *de ſideribus.*

MOBILĬTER. Adu. [κινητῶς] Cic. de Nat. Deor. 24 c. 9 Animaduerſumque ſaepe eſt, quum cor animantis alicuius euulſum, ita mobiliter palpitaret, vt imitaretur igneam celeritatem. Idem de Diuin. 2, 129 An natura fieri, vt mobiliter animus agitatus, quod vigilans viderit, dormiens videre videatur? Caeſ. Bell. Gall. 3, 10 Quum intelligeret omnes fere Gallos nouis rebus ſtudere, et ad bellum mobiliter celeriterque agitari.

MOBILĬTAS, ātis. f. Denominat. [τὸ κινητόν, εὐκινησία] *Conditio rerum mobilium.* Plin. 6, 30 Animalium, hominumque effigies monſtriferas circa extremitates eius gigni minime mirum, artifici ad formanda corpora effigiesque caelandas mobilitate ignea. Idem 20, 21 Radice decocta furfures capitis et dentium mobilitates. Linguae mobilitas, verborum celeritas Cic. de Orat. 1, 127 c. 28. Pedum mobilitas Lucan. ad Piſon. 169. Celerrima mobilitate ſunt ſidera Cic. de Nat. Deor. 2, 42 c. 15. Crebra Ouid. Epiſt. 15, 48. Praecellere mobilitate Lucret. 2, 160. Viget fama mobilitate Virg. Aen. 4, 175. *Sic laus militum eſt, qua commendatur eorum ſubitus in hoſtes impetus,* Acerrima nullo ordine mobilitas inſperatique recurſus Claud. in Ruffin. 1, 330. *Conf.* Burm. *ad* Rutil. Itin. 1, 76. *Sed pro Inconſtantia et leuitate.* Cic. Philipp. 7, 9 c. 3 Quid eſt inconſtantia, mobilitate, leuitate, cum ſingulis hominibus, tum vero vniuerſo Senatui turpius? Fortunae mobilitas Nepos 10, 6, 1.

MOBILĬTO, āre. [κινητόω] Lucret. 3, 249 Inde calor motus, et venti caeca poteſtas Accipit inde aër, inde omnia mobilitantur. *h. e. Identidem mouentur.* Laetitia me mobilitat Caecil. *ap.* Non. 4, 300.

M O X

MOX. Adu. [αὐτίκα] *Significat Statim.* Ter. Eun. 2, 1, 13 Nam aut iam reuertere: aut mox noctu te adigent horſum inſomnia. Diſcedo parumper a ſomniis, atque mox reuertar Cic. de Diuin. 1, 47. Mox ego huc Reuertor Ter. Andr. 3, 2, 5. Recurrit deinde mox Tib. 1, 5, 73. Mox, *Paullo poſt, vel Poſtea.* Cic. de Orat. 1, 148 Verum illa mox: nunc de ipſa exercitatione quid ſentias, quaerimus. Quum ſegetes occat, tibi mox frumenta daturus Hor. Epiſt. 2, 2, 161. Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas Virg. Georg. 3, 46. Mox, *pro Deinde.* Sueton. in Aug. c. 47 Nec mox occaſio aut cauſa traiiciendi fuit. Plin. 12, 12. *Et* Flor. 3, 19, 2 Mox imperio per diuerſa terrarum occupato, quis crederet, *etc.* Mox oppidum paruum eſt Plin. 6, 29. *Adde* Suet. Caeſ. c. 1. *et* Neron. c. 6.

c. 6. Tacit. de German. c. 34. *et* Plin. 36, 8. Auctor Paneg. ad Conſtantin. c. 18. Ter. Phorm. 1, 3, 9 Dum expecto quam mox veniat, qui adimat hanc mihi conſuetudinem. Vlpian. tit. 1. eius libri, qui inſcriptus eſt Tituli ex corpore Vlpiani, Qui teſtamento liber eſſe iuſſus eſt, mox quam vnus ex heredibus adierit haereditatem, liber fit: *i. Mox poſtquam.*

MOZĪCA, ae. f. Quaſi Modica, Genus parui repoſitorii. Iſidor. 20, 9.

M V et M V C

MV, ſ. MVT, *Mutorum conatus*: Muſſare dictum, quod muti non amplius quam Mu dicunt: a quo idem *Ennius* dicit, quod minimum eſt, neque, vt aiunt, Mu facere audet Varr. de L. L. 6, 5. Scalig. in Coniectan. *a canum voce fictum putat. Add.* Lucil. *apud* Soſip. Chariſ. Mut non facere audet Apul. *ap.* Chariſ. *Si Turnebum audimus, hanc ſyllabam veteres ad depulſionem faſcini et inuidiae, malique, immo ad ſilentium ominandum impetrandumque vſurpaſſe videntur, ſi modo vetuſtis libris fides habenda eſt, in quibus, quod ex* Plinio 28, 4 *ſcribam, ſic exaratum eſt,* Quamquam illos religione mu tuatur. *Libri editi habent* Mutatur, *quod et placet. Vid. Turneb.* 23, 11. *Sed Hard.* quamquam illos religione tutatur *etc.*

MVCCEDO, MVCCINIVM, *vid.* MVCVS.

MVCOR, ōris. m. [εὐρὼς] *Lanugo, quae diutino ſitu contrahitur, quemadmodum in pane, carne, aliisque huiuſmodi fieri videmus.* Columel. 12, 4 Ne ſitu penora mucorem contrahant. Mucor in vino Vlpian. in l. Si quis vina §. 1 D. De periculo et commod. rei vend.

MVCĬDVS, a, um. Adi. [εὐρώεις, εὐρώδης]. *Quod mucorem contraxit.* Columel. de Arboribus c. 6 At quae mali generis et infructuoſa vinea eſt, ſummasque partes et mucidas et exeſas habet, *etc.* Fruſta mucida farinae ſolidae Iuuen. Sat. 5, 68. *Add.* Id. 14, 128. Varr. de R. R. 2, 10, 8 Quae oſtenderent foetas noſtras, quae in conopeis iacent dies aliquot, luridas, mucidas, et contemnendas. *Sed melior lectio* eiuncidas. Senex mucidus Plaut. Mil. 5, 1, 5. Vinum mucidum Martial. 8, 6. ¶ 2 Plaut. Epid. 3, 4, 58 Homo es, qui me emunxiſti mucidum, *i. decepiſti dignum propter ſtultitiam et aptum, qui decipiatur. Sic* κορύζης μεστὸς *apud Graecos.*

MVCIDO, āre. Cathol.

MVCIA *Gens Romana antiquiſſima, e qua* C. Mucius *ille, qui a clade manus dextrae, quam inſpectante Porſena foco impoſuerat,* Scaeuola *dictus, hoc ipſum cognomen ad poſteros propagauit. Huic praemio data* Prata Mucia. *Vid.* Liu. 2, 17 Mucii Scaeuolae *aliquot Iuris prudentiae quoque laude celebres.*

MVCIANVS, *ab hoc* Muciorum *gente declinatum nomen. v. g.* Plin. 8, 54 ſ. 80 *vbi eſt cognomen* M. Licinii Craſſi, *in quam ille gentem ex* Mucia *per adoptionem tranſierat.*

MVCEO, ēre. [εὐρωτιάω] *Mucidum eſſe.* Cato de R. R. c. 148 Vini ſingulae vrnae dabuntur, quod neque aceat, neque muceat.

MVCESCO, ĕre. [εὐρωτιάω] *Idem.* Plin. 14, 20 Proprium autem eſt inter reliquos liquores vino muceſcere, aut in acetum verti.

MVCOSVS, MVCVLENTVS, *vid.* MVCVS.

MVCRO, ōnis. m. [ἀκωκή, κοπὶς, τὸ ὀξὺ] *Cuſpis et acumen enſis ac telorum.* Falcis Colum. 4, 25. Apul. Met. 1 *pr.* Circulatorem aſpexi equeſtrem, ſpatham praeacutam infeſto mucrone deuoraſſe Martial. 4, 18 Tabuit in calido vulnere mucro tener. Mucro *improprie aliquando ponitur pro Enſe.* Faſtigia tenuia mucronum Lucret. 5, 1264. Aptato mucrone incubuit ferro Ouid. Met. 4, 162. Lucan. 7, 139 Nec gladiis habuere fidem, niſi cautibus aſper Exarſit mucro, *h. e. Non ſatis confiſi ſunt ſuorum gladiorum aciei, niſi et mucrones adhibitis cotibus exacuerent.* Coruſcus Stat. Theb. 9, 542. Cruentus, *vid.* CRVOR. Cultratus, *vid.* CVLTER. Ferreus ad coſtas alto ſtat vulnere mucro Virg. Aen. 11, 817. Flexi Lucret. 2, 427. Hebeti mucrone retuſum aurum Lucret. 5, 1273. Longo mucrone enſis Senec. Hippol. ſ. 4. Ardeſcere *dicitur* Tac. A. 15, 54; 2. *qui tenuiſſime acuitur.* Coruſcare mucronem, *vid.* CORVSCO. Conſtitit ſtricto mucrone Ouid. Triſt. 4, 4, 77. Ferire aliquem mucrone Virg. Aen. 12, 512. Figere mucrones in aliquo Cic. Philipp. 14, 6 c. 3. Migrare in mucronem, *vid.* MIGRO. Reiicere mucrones aliquorum a iugulis noſtris Cic. in Catil. 3, 2 c. 1. Reſoluere iugulum mucrone Ouid. Met. 1, 227. Retundere mucronem alicuius Cic. pro Cluent. 123. Stricta coruſco mucrone ferri acies Virg. Aen. 2, 333. Subire mucronem Id. ibid. 10, 798. Tranſiit et parmam mucro Id. ibid. 10, 817. ¶ 2 Mucro, *etiam pro Quarumuis rerum ſummo acumine. Vnde apud* Plin. Herbarum mucrones dicuntur; *et,* Herbae in mucronem deſinentes, *h. e. Mucronata folia habentes.* Strictisque ſeges mucronibus horret Ferrea Virg. Aen. 12, 663. Dentium mucro Plin. 8, 3. Faucium mucro alicuius loci Idem 6, 13. Vnguium mucro Idem 8, 15. *Per translationem.* Cic. pro Caecin. 84 c. 29 Peracutum hoc tibi videtur; hic eſt mucro defenſionis tuae. Cic. de Legib. 3, 21 Quis vnquam tam audax, tam inimicus nobis fuiſſet, vt cogitaret vnquam de ſtatu noſtro labefactando, niſi mucronem aliquem Tribunicium exacuiſſet in nos?

MVCRONĀTVS, a, um. Adi. [ὀξύθηκτος] *Quod mucronem habet, aut mucronis ſimilitudinem.* Plin. 32, 2 Trebius Niger auctor eſt, xiphiam, id eſt gladium, roſtro mucronato eſſe. Plin. 25, 13 Foliis anguſtis, mucronatis, ſuccoſis.

MVCVLA, ae. f. Perſarum lingua appellatur Gemma, cordis colorem habens: vnde et Telicardios appellatur Plin. 37, 10.

MVCVS, *ſ.* MVCCVS, i. m. [κόρυζα, μύξα] *Narium humiditas, et craſſior pituita.* Catull. 21, 17 A te ſudor abeſt, abeſt ſaliua, Mucusque, et mala pituita naſi. Deſcendunt pituitae Mucisque ſimilia Celſ. 4, 18. *ſic Id. alias quoque plurali numero vtitur.*

MVCCĒDO, ĭnis. f. *Idem.* Apul. Apol. p. 496 Enimuero ſi perniciosa illa muccedo intus cohibita, *etc.*

MVCŌSVS, *ſiue* MVCCOSVS, a, um. *Adi.* [κορυζώδης, μυξώδης] *Muco plenus.* Colum. 6, 7 Sequitur torminum vitium, quorum ſignum eſt cruenta et mucoſa ventris proluuies. Muger, muccoſus Feſt. Exulceratio muccoſa Celſ. 5, 28.

MVCCVLENTVS, a. um. Adi. *Idem.* Munctiones mucculentae Arnob. 2 p. 107 Nares Prudent. Periſt. 2, 282.

MVCCINIVM, i. n. *Linteum, quo excipitur naſi mucus.* Arnob. 2 p. 56 Indicet, in quos habitus veſtis ſtragula facta ſit, mitra, ſtrophium, faſcia, puluinus muccinium, *etc.* *Adde Turneb. Aduerſ.* 15, 14. *Ad luxum pertinuiſſe videntur* Tac. An. 16, 4 *Inter leges certaminis citharaedici,* Ne ſudorem, niſi ea quam indutui gerebat veſte detergeret.

MVGER dici ſolet a caſtrenſium (ſ. *Caſtrenſibus*) hominibus quaſi muccoſus, is, qui talis male ludit. Feſtus.

MVGIL, *vel* MVGĬLIS, is. m. [κεστρεὺς] *Genus piſcis capitoſi, vnde etiam Graecis Cephalos appellatus.* Plin. 9, 17 Mugilum natura ridetur, in metu capite abſcondito, totos ſe occultari credentium. Graeci a capite κέφαλον vocant: qui omnium piſcium ſquamis intectorum velociſſimus eſt, adeo, vt tranſuerſa nauigia interim ſuperiactet, *vt teſtatur idem* Plinius 9, 15. *qui etiam* 9, 8 ſ. 9 *piſcatum mugilum, adiuuantibus delphinis graphice deſcripſit.* Catull. 16 (15) 19 Quem artatis pedibus, patente porta, Percurrent raphanique mugilesque. Iuuen. Sat. 10, 317 Necat hic ferro, ſecat ille cruentis Verberibus, quosdam moechos et mugilis intrat. *Ad cuius loci explanationem faciunt verba Caelii* 27, 4 *ſic dicentis, Ceſtreus eſt piſcis, quem Latini* mugilem *vocant. Ita nuncupatus, quia teli modo publica Athenienſium poena intret adulteros. Eſt enim miſſilis genus ceſtron, quod noſtri Viriculum vocant. Hactenus ille. Sed quod laudant* Hor. Serm. 2, 4, 27 Si dura morabitur aluus, Mugilus, et viles pellent obſtantia conchae; *nihil eſt. Recte enim alii legunt* MITVLVS *aut* MYTVLVS. *v. v.*

MVGILO, āre. Auctor. Philomel. *apud Schott. Obſeru. hum.* 2, 52 p. 100 Et mugilant onagri: *vbi alii habent,* Et celer hinnit equus.

MVGĪNOR, āri. [γογγύζω] *Murmurare.* Lucilius; Muginamur, molimur, ſubducimur. *ap.* Non. 2, 543. Cic. Att. 16, 12 De Ocella, dum tu muginaris, nec mihi quidquam reſcribis: cepi conſilium domeſticum, *h. e. Dum nihil explicans differs.* Feſtus; Muginari, eſt nugari, et quaſi tarde conari. Plin. in praefat. Dum iſta (vt ait M. Varro) muginamur, pluribus horis viuimus. *Quo in loco alii legunt* Muſinamur, *alii* Muſſitamus. Gl. Iſid. Muginatur, cauſatur. *Conf. P. Crinit. de H. D.* 18, 5.

MVGINĀTOR, ōris. m. in Fragm. Poët.

MVGINABVNDVS *ibid.*

MVGIO, īui, ītum, īre. [μυκάομαι, ἐρύγω, βρυχάω] *Factitium verbum a voce boum.* Liu. 1, 7 Inde cum actae boues quaedam ad deſiderium (vt fit) relictarum mugiſſent, *etc.* Auctor ad Herenn. 4, 43 Imitationis hoc modo, Vt maiores rudere, vagire, et mugire, et murmurare, et ſibilare appellauerunt. *Add.* Spartian. in Geta c. 5. Propert. 2, 28, 17 Io verſa caput primos mugiuerat annos. Mugiſſe Iuuencos Idem 3, 12, 29. Taurus mugit Auctor Philomelae v. 54. ¶ 2 *Ad alias res transfertur.* Bruma impotens Aquilone rauco mugiet Martial. 1, 50, 19. Malus mugit Africis procellis Hor. Carm. 3, 29, 57. Solum mugit ſub pedibus Virg. Aen. 6, 256. Terram mugire videbis Idem ibidem 4, 490. Auditum tonitruum Terra mugiente, non Ioue tonante Treb. Pollio in Gallien. c. 5. Tibicina mugit Enn. *ap.* Varr. de L. L. 6, 5 *ad fin.* Tuba mugit Lucret. 4, 547.

MVGIENS, entis Partic. [ἐρύγων] Greges mugientium Hor. Epod. 2, 11. Fremitu mugienti loca cuncta retonant Catull. de Berecynt. 61 (64) 82. Litera mugiens M. Quinctil. 12, 10.

MVGĪTVS, ūs. m. [μύκημα μυκηθμὸς] *Vox boum. Dicitur et de aliis animalibus, vt de monocerote, apud* Plin. 8, 21 Mugitu graui. *Dicitur de omni ſono ampliore: vid. Barth. ad* Stat. Silu. p. 35. Armentorum Ouid. Met. 5, 165. Boum mugitus Virg. Georg. 2, 470. Luctiſonus Ouid. Met. 1, 732. Ciet terrificos taurus Virg. Aen. 12, 102. Dare Ouid. Met. 15, 510. Edidit ore Idem ibidem 1, 637. Edere raucos Idem ibidem 14, 409. Edidit victima diros Idem ibidem 7, 597. Erupit triſti flumio Sil. 6, 283. Exterret feroci nemora taurus Idem 16, 7. Impulit auras mugitibus Ouid. Met. 3, 21. *de iuuenca quadam.* Implerunt Proetides falſis mugitibus agros Virg. Ecl. 6, 48. Impleuere fumificisque locum mugitibus Ouid. Met. 7, 114. *de tauris, qui vellus aureum cuſtodiebant, quorum* terribilis ſpiritus ignis erat, *vt alibi inquit idem* Ouidius. Replet delubra vaſto mugitu taurus Senec. Herc. Oet. 7. Sonant crebris amnes Virg. Georg. 3, 554. Nemorum mugitus Plin. 18, 35. Cic. de Diuin. 1, 35 c. 18 Quum Terrae ſaepe fremitus, ſaepe mugitus, ſaepe motus, multa noſtrae Reipublicae, multa caeteris ciuitatibus grauia et vera praedixerint. Terrae tremor et aſſimilis quidam mugitui ſonus Suet. Galb. c. 18. Mugitus, et ſibilus, et murmur, nomina ſunt ficticia Quinctil. 8, 6. *de onomatopoeia.*

MVGĪTOR, ōris. m. Valer. Flacc. 3, 208 Magis vt mugitor anhelat Veſuuius.

MVGIVS, i. m. Cognomen Romani cuiusdam, a frequenti murmuratione: a quo MVGIONIA porta, cui ipſe aliquando praefuit, nominata eſt, Feſtus. *Melius forte* Varro de L. L. 4, 34 p. 39, 23 Praeterea intra muros video portas dici: in Palatio Mucionis (C *et* G *apud veteres miſceri, immo* G *non fuiſſe, notum eſt*) a mugitu, quod ea pecus in Bucitatum antiquum oppidum exigebant.

M V L

MVLA, MVLARIS, *vid.* MVLVS.

MVLCEO, mulſi, mulſum *et* mulctum, *ſecundum* Priſcianum, ēre. [κηλέω, θέλγω, κοιμίζω] *Ab* ἀμέλγειν. *vid. Gron. ad* Plaut. Stich. 3, 2, 19. *Leniter tractare, et hinc diuerſo reſpectu lenire, mollire, mitigare, dulcem facere, delectare.* Feſtus, Mulcere, mollire eſt, ſiue lenire. Pacuu. Quid me obtutu terres, mulces laudibus? Plin. 8, 32 Mulcentur fiſtula paſtorali et cantu. *De ceruis.* Volucres concentibus Aëra mulcent Ouid. Faſt. 1, 155. Aethera mulcebant cantu Virg. Aen. 7, 34. Animum voluptas Ouid. Rem. Amor. 197. Ceruix mulcetur dextra Cic. in Arato 56. Feras Ouid. Met. 14, 339. Flamina Cic. in Arato 116. Florem aurae Catull. 60, 41. Fluctus Virg. Aen. 1, 70. Iure mulceri Vell. 2, 117, 3. Mentes veſtras carmina mea mulcebunt Ouid. Met. 10, 301. Oues paſtor arundineo carmine mulcet Idem Triſt. 4, 1, 12. Pectora moerentia dictis mulcet Virg. Aen. 1, 201. *Conf.* ibid. v. 153. Pocula mulcere ſuccis Lyaei Sil. 7, 169. Cic. in Arato 200 Vt res nulla feras poſſit mulcere Procellas. Puellas carmine Hor. Carm. 3, 11, 24. Vulnera mulcet ope Ouid. Faſt. 5, 402.

MVLCENS, entis. Partic. [κηλῶν] Animam ſolamine mulcens Valer. Argon. 4, 443. Aëra mulcentes motu Lucret. 4, 139. Mulcens Tigres Virg. Georg. 4, 510. Somnus mulcens pectora Ouid. Epiſt. 18, 27.

MVLCENDVS, a, um. *Aliud* Partic. [κηληθησόμενος] Auribus mulcendis apta referre Ouid. Triſt. 2, 358. Ad aures mulcendas natus canor Idem Met. 5, 561. Colla mulcenda praebere manibus Id. Met. 10, 118. *de ceruo quodam.*

MVLCEBRIS, e. Adi. *Mulcendi vim habens* Sariſb. 1, 13 Duae virtutes ignis;

ignis; altera edax et peremtoria, altera mulcebris et innexo lumine. *ſ.* innoxio. *Vid. Voſſ. de Vit. L. L.* 3, 28.

MVLCĒDO, ĭnis. f. [κήλησις] *Dulcedo, ſuauitas.* Gell. 19, 9 Quae nullas voluptates, nullamque mulcedinem Veneris, neque Muſae haberet. Carminis Boëth. 3 proſa 1. Cultu peracto vigiliarum quas Alternante mulcedine monachi clericique pſalmicines concelebraverant Sidon. Ep. 5, 17.

MVLCETRA, ae. f. *Herba, al. heliotropium.* Apul. de Herb. c. 49.

MVLCĬBER, bĕris, *et per ſyncopem*, bris. *eſt enim tertii ordinis: ſed aliquando etiam ſecundi;* [Ἥφαιστος] a mulcendo dictus eſt Vulcanus, id eſt molliendo ferro, vt volunt Feſtus et Donatus, quod ignis omnia mulceat, id eſt molliat, vincat, ac domet. *Sic* Macrob. Saturn. 6, 5. Cic. Tuſc. 2, 23 Iouisque numen Mulcibri adſciuit manus. *Ex quodam Poëta.* Ouid. de Arte Am. 2, 562 Mulciberis capti Marsque Venusque dolis. Donatus, Mulciber a mutilando dici putat, quod ob clauditatem ſit mutilatus ac debilis. Martianus Capella 6 1 p. 189 Diſpendiaque lini perflagrata caſſium deuorante Mulcibero. Mulciber, *pro Igne.* Ouid. Met. 14, 533 Iamque picem, et ceras, alimentaque caetera flammae Mulciber vrebat, perque altum ad carbaſa malum Ibat. Mulcifer *pro* Mulciber *in MSS. ſaepe legitur: vid. Burm. ad* Ouid. Met. 2, 5.

MVLCO, āre. *Verberare, laedere, cruciare.* Mulcat, percutit Iſid. in Gloſſ. *Videtur frequentatiui rationem habere, et vehementiam addere verbo* Mulceo, *vt ſi nimis vehementer* mulceas, *vel* mulgeas *adeo, vim moleſtam facias. Poteſt etiam dictum primo per* Alleiſmum *quendam, quaſi* mollire *aliquem plagis, vt apud* Terentium, Commitigare caput ſandalio. Tacitus Ann. 1, 32 Proſtratos verberibus mulcant. *Et* Petron. c. 134 Harundinem ab oſtio rapuit iterumque nihil reſpondentem mulcauit. *Add.* Id. c. 95. Plaut. Mil. 2, 2, 8 Diſperiſtis, ni vsque ad mortem male mulcaſſitis *pro* mulcaueritis. *Vid. Lipſ. ad* l. c. Tacit. *Gronou. ad* Plaut. Stich. 3, 1, 19. *Dacier. ad* Ter. Eun. 4, 7, 4. *et* Adelph. 1, 2, 10. *Taubm. ad* Plaut. Moſt. 4, 2, 23. *et* Trin. 4, 2, 142. *Conf. Parei Lex. Crit. p.* 757. *et Drakenb. ad* Sil. 10, 463. *Voſſ. Inſt. Or.* 3 c. 5 Sect. 8.

MVLCĀTVS, a, um. Part. Mulcatus nudatusque abibat Liu. 3, 11. Corpus mulcatum Tacit. Ann. 1, 70. Alii ſe ſuosque mulcatos querentes Liu. 3, 12. *Adde* Suet. Caeſ. c. 17. *Vbi vide I. G. Graeu. not. et Parei Lex. p.* 757.

MVLCTA, *vid.* MVLTA.

MVLCTRA, MVLCTRALE, *vid.* MVLGEO.

MVLGEO, mulſi *vel* mulxi, mulſum *vel* mulctum, ēre. [ἀμέλγω, βδάλλω] Priſcianus, Mulgeo quoque mulſi facit: quamuis differentiae cauſa quidam mulxi protulerunt: quia mulceo quoque mulſi facit. *Et eſt ſane magna verbi vtriusque affinitas,* mulcendo mulgentur *animalia, ſi vehementer nimis vrgeas,* mulcantur. Mulgere, *Lac e mammis exprimere.* Virg. Georg. 3, 400 Quod ſurgente die mulſere, horisque diurnis, Nocte premunt. Varro de R. R. 2, 11 A mulgendo, atque ortu optimum eſt id, quod neque emunctum longe abeſt a mulſo, neque a partu continuo eſt ſumtum. *De lacte.* Hircos mulgere, *De re palam abſurda, prouerbialiter dicitur* Virg. Ecl. 3, 91. Oues mulgere Id. Ibid. 3, 5. Mulſi, *in Praeterito.* Lucret. 4, 1202 Et commiſcendo quum ſemen forte virile Femina vi mulſit ſubita, vi corripuitque. *Al.* Commulſit. *Caeterum* mulxit *dedere editores a Lambino: cum in* MSS. *eſſet* Mulcit *pro* Mulſit.

MVLCTRA, ae. f. [ἀμολγεύς] *Ipſum lac mulctum, ſeu emunctio, et extractio lactis.* Virg. Ecl. 3, 30 Bis venit ad mulctram, binos alit vbere foetus. *Conf. h. l.* Seru. Columel. 8, 17 Vt mulctra, recens caſeus, ſi loci conditio, vel lactis annona permittit. *Docet quibus cibis alendi ſint piſces.* ¶ 2 Mulctra, *Vas in quo mulgentur vaccae, vel caprae.* Columel. 7, 8 Sed mulctra quum eſt repleta lacte, non ſine tepore aliquo debet eſſe.

MVLCTRĀLE, is. n. [πέλλη] *Idem quod Mulctra pro Vaſe.* Virg. Georg. 3, 177 Implebunt mulctralia vaccae. *Vid. h. l.* Seru. *Al.* Mulgaria.

MVLCTRVM, i. n. [ἀμολγεύς] *Idem.* Hor. Epod. 16, 49 Illic iniuſſae veniunt ad mulctra capellae.

MVLCTVS, ûs. m. [ἄμελξις] Columel. 2, 11 Sed horum ſunt diſcrimina quaedam, et a paſtionibus, et a pecudum natura, et a mulctu. *De lactis diſcriminibus.*

MVLSŪRA, ae. f. *Idem.* Calpurn. 5, 38 Occiduae mulſura horae.

MVLGARIVS, a, um. Vas mulgarium, *i.* Mulctrale. Iſid. 20, 6.

MVLGO, āre. *Palam facere. Laudatur* Plaut. Ciſtel. Pro puella ſeruulus nequam, qui dominum mulgat atque villicum. *Sed locus hic quidem incertus et ſuſpectus eſt. Caeterum ab hoc* Promulgo *compoſitum.*

MVLIER, ĕris. f. [γυνή] *Notum vocabulum, quod ſexum ſignificat, vt tamen* Mulier *proprie dicatur, quae virgo non eſt, certe, quae paruula et acerba non eſt.* Vlpian. in l. Alioquin. D. De contrahend. emt. Quod ſi ego me virginem emere putarem, quum eſſet mulier, emtio valebit. In ſexu enim non eſt erratum. *Sic* idem l. 14 §. 7 D. de aedil. edicto Mulierem fieri. Lactant. 1, 17 Si adoleuit, ſi virgo fuit primo, poſtea mulier. *Quin* Cicero obiurgantibus, quod ſexagenarius Popiliam virginem duxiſſet, Cras mulier erit, inquit Quinctil. 6, 3, 75. Mulieres omnes propter infirmitatem conſilii maiores in tutorum poteſtate eſſe voluerunt Cic. pro Mur. c. 12. Penuria mulierum, *vid.* PENVRIA. Animal menſtruale mulier, *vid.* MENSIS. Amara, *vid.* AMARVS. Copioſa, *vid.* COPIA. Doloſa Hor. Serm. 2, 5, 70. Famoſae Liu. 9, 44. Formoſa Hor. de Arte Poët. 4. Humilis non Id. Carm. 1, 37, 32. Immoderata, *vid.* IMMODERATVS. Infames Lamprid. Alex. Seu. Locuples plane et copioſa, *vid.* Locuples, *in* LOCVS. Multiuola. *Vide ſuo loco.* Vacua Tac. A. 13, 44, 2. *i. extra matrimonium viuens.* Vulgaris, *v. v.* Abuti muliere, *vid.* ABVTOR. Complexi impudicas mulieres, *vid.* IMPVDICVS. Complectitur mediam mulierem, *vid.* MEDIVS. Conuenit mulier viro in manum, *vid.* CONVENIO. Gaudens vnico marito Hor. Carm. 3, 14, 5. Perire mulierem, *vid.* PEREO. Sentiant omnes mulieres in natura feminarum deum caſtitatem pati Cic. de Legib. 2, 29. Qui poteſt mulieres Vitare, vitet Plaut. Stich. 1, 2, 64. ¶ 2 *Quod iam monuimus*, Mulier etiam dicitur Ea, quae virum non cognouit, Vlpianus in l. Quaeritur. D. De Aedilitio edicto. Mulieris appellatione etiam virgo viripotens continetur Vlp. l. 13 D. de verb. ſignif. *Add.* Tertull. de Vel. Virg. c. 10. Mulierem, *Eunuchum vocat* Terentius, *a membrorum mollitie, in* Eun. 2, 3, 65. Mulieres omnes dici, quaecunque ſexus feminini ſunt Vlpian. in l. Argumento. §. Muliebri. D. de Aur. et Arg. legat. *Conf.* l. 81 §. 9. D. de Legat. 3. *et inprimis* Tertull. de Vel. Virgin. c. 4 ſeqq. Mulier a mollitie dicitur, *vt ait* Varro, immutata, et detracta litera, quaſi Mollier. *Add.* Iſid. 2, 2. Lactant. de Opif. c. 12. Mulier ancilla. Salluſt. in Iugurtha 12, 5 Quum interim Hiempſal reperitur, occultans ſe in tugurio mulieris ancillae, quo initio pauidus et ignarus loci profugerat. Mulieris *addidit: quia videretur alioqui* Ancillam eius *ſignificare.* Mulier, *pro Vxore.* Modeſtinus in l. penult. D. de ſupell. legat. Nunquam ex eo quod ſupellectilem legauit maritus teſtamento, habitationem, in qua ſupellex fuit, legaſſe videtur, quare contra defuncti voluntatem, habitationem ſibi mulierem vendicare procul dubio eſt. Semproniae, mulieri meae l. 43 §. 1 D. de legat. 3. Ipſa diuinitas animae in vſum ſermonis eduxit neſcientibus, vti mulieres noſtras dicamus Vxores Tertull. de Vel. Virg. c. 5. Nil temere Vxori de ſeruis crede querenti: Saepe etenim mulier, quem coniux diligit, odit Cato in Diſtichis Mor. *Add.* Horat. Epod. 2, 39. Suet. Vitell. c. 2. Mulier, *pro* Ea *vel* illa *dicitur, ſicut* Homo, *pro* Eo *vel* illo. Hor. Serm. 2, 7, 65

— illa tamen ſe,
Non habitu, mutatue loco, peccatue ſuperne:
Quum te formidet mulier. *i. Quum ea te formidet.*

Haec vox etiam reprehenſionem ac conuicium habet, cum impotentiam ſexus, et alia vitia exprobramus. Plaut. Caſ. 2, 2, 36 I foris, mulier. *Et* Amphit. 2, 2, 209 Mulier es, audacter iuras. *Conf. Ibid.* v. 182. *Vid. ibi Taubm. p.* 67. *Itemque* Ter. Heaut. 5, 3, 3 Pergin' mulier eſſe? *i. Mulierum more rixari. Add.* Plaut. Amph. 2, 2, 217. Aliud eſt Mulierem per naturam dicere; aliud, per vitium Eugraph. ad Terent. *Conf. Paſſerat. ad* Propert. 3, 24. *Scalig. Coniect. ad* Varr. *Barth. ad* Stat. Theb. 2 p. 600 ſeq.

MVLIERCŬLA, ae. f. Dimin. [γυναικάριον, γύναιον] Cic. Tuſc. 5, 103 c. 36 Leuiculus ſane noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat aquam ferentis mulierculae, vt mos in Graecia eſt, inſuſurrantisque alteri, Hic eſt ille Demoſthenes. *Moratam efficit orationem diminutiui huius vſus. v. g. ad extenuandum valet illud:* In vnius Mulierculae animula iactura facta eſt Ser. Sulpic. *ad* Cic. Fam. 4, 5. *Sic* Muliercula, *pro Muliere imbecilli et inopi.* Cic. de Amicit. 46 Et eo fieri, vt mulierculae magis amicitiarum praeſidia quaerant, quam viri: et inopes, quam opulenti: et calamitoſi, quam ii, qui putantur beati. *Vulgo pauperculam mulierem ſic vocamus, quaſi deſtitutam auxilio, et fragilem.* Idem Verr. 4, 47 Quae forſitan vobis parua eſſe videantur: ſed magnum et acerbum dolorem commouent, mulierculis praeſertim, quum eripiuntur e manibus ea, quibus ad res diuinas vti conſueuerunt. *Ad miſericordiam pertinet. Sed Contemtum habet illud,* Num ſuas ſecum Mulierculas ſunt in caſtra ducturi? Cic. Catil. 2 c. 10. Mulierculam mollitia vincere Horat. Epod. 11, 23. Cic. Verr. 2, 192 Magis vir inter mulieres, nequam; quam impura inter viros muliercula, proferri non poteſt. Deteriore forma Lucret. 4, 1274.

MVLIERCVLARIVS, i. m. *Qui mulierculas ſectatur.* Cod. Theod. l. 3. t. 16 Repudium mittere marito, velut mulierculario.

MVLIEBRIS, e. Adi. [γυναικεῖος] *Quod ad mulieres pertinet.* Muliebre veſtimentum Plaut. Men. 1, 2, 56. Muliebris malitia Plaut. Epid. 4, 1, 19. Animus muliebris, *Timidus et inconſtans.* Cic. Off. 1, 61 c. 18 *ex* Ennio, Vos etenim iuuenes, animum geritis muliebrem. Audacia muliebris Liu. 1, 46. Cic. pro Cael. 67 Alueuſne ille, an equus Troianus fuerit, qui tot iunctos viros muliebre bellum gerentes tulerit ac texerit? Comitatus muliebris et delicatus ancillarum puerorumque Id. pro Milon. 28. Fides muliebris, *pro Leui* Plaut. Mil. 2, 5, 46. Formae muliebris pulchritudo excellens Cic. de Inuent. 2, 1. Fraus Tacit. Ann. 2, 71. Loci muliebres, Vbi naſcendi initia conſiſtunt Varr. de L. L. 4, 2 *extr.* Muliebrem Luctum tollite Horat. Epod. 16, 39. Lucret. 4, 1226 Siue virûm ſoboles, ſiue eſt muliebris origo. *i. Siue maſculus eſt, ſiue femella.* Lucret. 4, 1221 Et muliebre oritur patrio de ſemine ſaeclum. *h. e. Multitudo et continua ſeries, ſiue ſequela ſucceſſiua.* Cic. Tuſc. 2, 15 c. 6 Dehinc ad hanc eneruatam, muliebremque ſententiam ſatis docilem ſe Epicurus praebuit. Seruitus Liu. 34. Stola Cic. Philip. 2, 44. Liu. 1, 3 Tantiſper tutela muliebri (tanta indoles in Lauinia erat) res Latina et regnum auitum, paternumque puero ſtetit. Venuſtas Cic. Off. 1, 130.

MVLIEBRIA, um, *tantum pluraliter.* [γυναικεῖα] *Int. opera, in turpi ſignificatione.* Quinctil. . . . . Nobilis adoleſcens a Centurione muliebria paſſus. Vlpian. in l. 1. §. Remouet. D. De poſtulando, Remouet autem a poſtulando pro aliis et eum, qui corpore ſuo muliebria paſſus eſt. *Vid.* Curt. 6, 6, 8. Muliebria *etiam, ſubaud. Membra, pro Natura muliebri.* Tacit. Ann. 14, 60, 3 Ex quibus vna inſtanti Tigellino, caſtiora eſſe muliebria Octauiae eſſe reſpondit, quam os eius.

MVLIEBRĬTAS, ātis. f. [γυναίκησις] *Mollities.* Tertull. de Veland. Virg. c. 14 Conſciae muliebritatis audent.

MVLIEBRĬTER. Adu. [γυναικείως] *Effeminate ſeu more mulierum.* Iuſtinus 1, 8 Quae non muliebriter hoſtium aduentu territa. Cic. Tuſc. 2, 48 c. 21 Si turpiſſime ſe illa pars animi geret, quam dixi eſſe mollem, ſi ſe lamentis muliebriter, lacrimisque dedet. Ne quid abiecte, ne quid timide, ne quid ignaue, ne quid ſeruiliter, muliebriterue faciamus in dolore, maxime prouidendum eſt Id. Ibid. 2, 55. Expauere muliebriter enſem Hor. Carm. 1, 37, 22. Flere Spartian. Hadr. c. 14. Muliebriter equo inſidere Ammian. Marc. 31, 2 *κατὰ πλευρὰν, non περιβάδην, pede vtroque ad alterutrum latus dependente. Vid. Lindenbr.*

MVLIEBRIŌSVS, a, um. Adi. [γυναιμανής Gloſſ. Lat. Gr.] Plaut. Poen. 5, 5, 24 Genus hoc muliebrioſum.

MVLIERŌSVS, a, um. [φιλογύνης Onomaſt. Vet.] *Qui nimium appetit mulieres.* Cic. de Fato 10 c. 5 Hunc ſcribunt ipſius familiares et ebrioſum et mulieroſum fuiſſe. *Add.* Non. 1, 116.

MVLIEROSĬTAS, ātis. f. [φιλογυνεία] *Cupiditas femineae voluptatis.* Cic. Tuſc. 4, 25 c. 11 Similiterque caeteri morbi, vt gloriae cupiditas, vt mulieroſitas, vt ita appellem eam, quae Graece φιλογυνεία dicitur. *Add.* Non. 2, 570.

MVLIERARIVS, a, um. Adi. [γυναικομανής] *Qui nimium amat mulieres.* Iulius Capitolinus in Albino c. 11 Mulierarius fuit inter primos amatores. Cic. pro Cael. 66 c. 28 *pr.* Cur Licinium titubantem, haeſitantem, cedentem, fugere conantem mulieraria manus iſta de manibus emiſerit. *i. Congregatio effeminatorum hominum. Dixerat enim antea* Mulieris amici. *Haec autem eſt lectio caſtigatiorum exemplarium, quum alia legant* Mulieris manus. Cupiditas mulierariae Voluptatis Trebell. Poll. in Victorino Tyr.

MVLIERĬTAS, ātis. f. Tertull. de Veland. Virg. c. 12 Apertam profeſſae mulieritatem.

MVLIĔRO, āri. [γυναικίζειν Vet. Gloſſ. Mulieratus *ibid.*] *Effeminare.* Varro γνῶθι σεαυτὸν, *apud* Non. 2, 552 Et rex, et miſellus ille pauper amat, habetque ignem intus acrem: hic ephebum mulieravit: hic ad me deca adoleſcentem cubiculum pudoris primus polluit. *Alii legunt,* Hic Admecadae cubile primus polluit. *Mercerius laudat ingenioſam coniecturam,* Hic Ganymedeo adoleſcenti cubiculum pudoris primus polluit.

MVLIO, *etc. vid.* MVLVS.

MVLLEVS, i. m. Feſtus, Mulleos genus calceôrum aiunt eſſe, quibus reges Albanorum primi, deinde patricii vſi ſint. M. Cato Originum 7 Qui magiſtratum Curulem cepiſſet, calceos mulleos allucinatos, (*Scal.* alii vncinatos: *Anton. Auguſtin.* lunatos *vel* alutatos) caeteri perones. Item Titinius in Setina, Iam cum mulleis te oſtendiſti, quos tibiatis in calceos (tibiatim calceas *coni. Scal.*) quos putant a mullando id eſt ſuendo dictos. *Haec* Feſtus. *Sed* mulleum *eſſe puniceum colorem, proprium geſtamen eorum, qui magiſtratum curulem cepiſſent, cum reliquis ſufficeret aluta nigra; oſtendit Salmaſ. ad* Vopiſcum in Aureliano c. 49 *qui* Calceos, *inquit,* mulleos, et cereos, et albos, et hederaceos viris omnibus ſuſtulit, mulieribus reliquit. *Add.* Iſidor. 19, 34.

MVLLEŎLVS, i. m. Dimin. Tertull. de Pallio c. 4 Impuro cruri purum aut mulleolum indulſit calceum.

MVLLVS, i. m. [τρίγλα] *Piſcis genus, rubri coloris* Plin. 9, 17 Ex reliqua nobilitate et gratia maxima eſt et copia mullis, ſicut magnitudo modica, binasque libras ponderis raro admodum exuperant, nec in viuariis piſcinisque creſcunt. Septentrionalis tantum hos et proxima Occidentis parte non gignit Oceanus. Caetero eorum genera plura. Nam et alga veſcuntur, et oſtreis, et limo, et aliorum piſcium carne, barba gemina inſigniuntur inferiori labro. *Et paullo poſt,* Nomen his Feneſtella a colore mulleorum calceamentorum datum putat. Hor. Serm. 2, 2, 33 Laudas inſigne trilibrem Mullum. Martial. 3, 45 Nolo mihi ponas rhombum, mullumque bilibrem. Cic. Att. 2, 1 Noſtri principes digito ſe caelum putent attingere, ſi mulli barbati in piſcinis ſunt, qui ad manum accedant. Nec mullum cupias, quum ſit tibi gobio tantum in loculis Iuuenal. 11, 36. Iners Columel. 8 c. vlt. Lutarius mullus, *vid.* LVTVM. Tenui Suffuſus ſanguine Ouid. Hal. v. 123.

MVLLŬLVS, i. m. Dimin. [τριγλάριον] Cic. in Parad. 5 c. 2 Et videant aliquem ſummis populi beneficiis vſum, barbatulos mullulos exceptantem de piſcina, et pertractantem.

MVLOMEDĬCVS, i. m. [ἱππολατρος Gloſſ. Gr. Lat.] Firmicus 8 c. 13 In Scorpii parte duodecima oritur Centaurus. Hoc oriente, qui natus fuerit, aut erit auriga, aut equorum nutritor et cultor, aut mulomedicus, vel equitiarius. Mulomedicum *interpretor, Mulorum aliorumque veterinorum medicum, qui et Veterinarius dicitur. Vtitur hac appellatione* Vegetius Mulom. 1 *pr.* 6. *et* 1, 16, 4.

MVLOMEDICĪNA, ae. f. *Quae et Veterinaria dicitur.* Quatuor libros mulomedicinae *ſcripſit* Vegetius, *quorum praefationis hoc principium,* Mulomedicinae apud Graecos Latinosque auctores non fuit cura poſtrema.

MVLSVS, a, um. *Proprie* Adi. *eſt, vt* Mulſa aqua, *i. mellita, ſ. melle addito dulcis facta.* Plin. 22, 24 *de* mulſa aqua, *quae melle concinnatur.* Aqua mulſa Scribon. 66. 133. 136. Columel. 9, 12 Rorem marinum aqua mulſa decoctum. *Quid ſit* aqua mulſa, *et quomodo fiat, vide* Columel. 12, 11 *et* 12. Lac Plin. 10, 22. Mulſa pira Colum. 5, 10, 18 *a ſapore mellis.* Loqui mulſa Plaut. Poen. 1, 2, 112. *h. e. Dulcia, ſuauia.* Mulſa dicta Plaut. Rud. 2, 3, 34. *i. Suauia.* Liquidum mulſumque Sinapi Sammon. v. 127.

MVLSVM, i. n. [οἰνόμελι] *Int.* Vinum *melle conditum.* Scribon. 121. 124. Plin. 22, 24. Cic. Tuſc. 3, 44 c. 19 Huic calix mulſi impingendus eſt, vt plorare deſinat. Martialis *epigramma tale eſt de mulſo* 13, 108 Attica nectareum turbatis mella falernum, Miſceri decet hoc a Ganymede merum. *Veteres Romani* mulſum *in deliciis habebant, et in triumpho milites ab Imperatore eo donabantur.* Plaut. Bacch. 4, 9, 149 Sed ſpectatores vos nunc ne miremini quod non triumpho, peruolgatum eſt, nihil moror; veruntamen accipientur mulſo milites. Liu. 38, 55 *pr.* Et ad portam Capenam mulſum proſequutis funus dediſſe. *Significat* Liuius *Culleonem in Africani funere renouata memoria triumphi eius pileatum dediſſe mulſum, aut triumphi imitatum liberalitatem et imaginem hoc feciſſe. Annotauit Turnebus.* Lene Hor. Serm. 2, 4, 26. Cic. de Orat. 2, 282 c. 70 Quum vocem in dicendo obtudiſſet, ſuadebat Granius, vt mulſum frigidum biberet, ſimulac domum rediſſet. *Irridebat Granius.* Id. Finib. 2, 17 Dico ergo in eadem voluptate qui alteri miſceat mulſum, ipſe non ſitiens, et eum, qui illud ſitiens bibat. Mixtum mulſum Scribon. 153. Pultarium mulſi Petron. c. 42.

MVLSA, ae. f. *Aqua melle temperata.* Plin. Valer. 1, 1 Conilam in mellitiſſima mulſa macerare. ¶ 2 Mulſa mea, *Amantis et blandientis affectus* Plaut. Caſin. 2, 6, 20. *Add.* Id. Stich. 5, 5, 14.

MVLSEVS, a, um. Adi. [μελίσσηος] Aqua mulſea Scribon. 230. Columel. 8, 74 Mulſea recente aqua praedicti generis farinam conſpergunt, et ita farciunt. Sapor mulſeus Columel. 12, 45, 3.

MVLTA, *ſ.* MVLCTA, ae. f. [ζημία] *Solutionis poena:* quod olim, *vt* Varro *ait* de L. L. 4, 36 Singula ob peccatum exigebantur, vt ouis, aut bos; poſtea multa ſimul exigi coeperunt, et vinum atque oleum addi. Varro 9 Rerum humanarum, dicit hoc vocabulum, non Latinum, at Sabinum eſſe. *Teſtis* Gell. 11, 1. *Conf. Scalig.* ad Varr. *Gronou. ad* Plaut. Stich. 3, 1, 19 *Qui* Mulctam *verius putat, pecuniam qua* mulcitentur, mulctentur, mulgeantur, emulgeantur *homines. Caeterum locus ipſe Plauti corruptus videtur,* Quam multas tecum miſerias multauerim. Multa, *ſiue* Mulcta, *differt a Poena.* Vlpian. D. De verborum ſignificat. l. 131. Inter multam et poenam multum intereſt; quum poena generale nomen ſit, et omnium delictorum coërcitio; multa ſpecialis peccati, cuius animaduerſio hodie pecuniaria eſt. poena autem non tantum pecuniaria, verum capitis, et exiſtimationis irrogari ſolet. Et multa quidem ex arbitrio eius venit, qui multam dicit; poena non irrogatur, niſi quae qua lege, vel quo alio iure ſpecialiter huic delicto impoſita eſt. quinimmo multa ibi dicitur, vbi ſpecialiter poena non eſt impoſita. Item multam is dicere poteſt, cui adiudicatio data eſt. Magiſtratus ſolos et Praeſides prouinciarum poſſe multam dicere, mandatis permiſſum eſt; poenam autem vnusquisque irrogare poteſt, cui huius criminis ſiue delicti executio competit. *Alciatus hunc locum exponens,* Mulcta, *inquit, Oſcum verbum eſt, quo poena ſignificatur, licet Grammatici quidam a mulcendo per antiphraſim dictam putent. vnde* Mulctare *verbum, Condemnare eſt et punire, ſic* Plautus, Mulctare matrimonio; Ter. et Virg. Mulctare morte; Tranquillus, Mulctare gentilitiis hereditatibus, *dixerunt. Ex vſu tamen, anguſtiore ſignificatione vox haec pro Pecuniaria tantum poena, recepta eſt; ſicque variae differentiae introductae ſunt, quod Poena quaelibet coërcitio eſt,* Mulcta *ſolius pecuniae; quod poena certa eſt, legeque expreſſa,* mulcta *ab ius dicentis arbitrio pendet; quod poena a quocunque iudice infligi poteſt, cui criminis executio demandata ſit,* mulcta *ab ordinariis tantummodo, hisque qui pro tribunali ſedent.* Multam, *ait* Feſtus *h. v.* Oſce dici putant Poenam. M. Varro ait poenam eſſe, ſed pecuniariam, Maximam multam dixerunt trium millium et viginti aſſium, quia non licebat quondam pluribus triginta bubus et duabus ouibus quenquam multari, aeſtimabaturque bos centuſſibus, ouis decuſſibus. *De hac ſuprema ſeu maxima* multa, *deque minima, quae vnius erat ouis, vid.* Gell. 11, 1. *Conf.* Plin. 18, 3. Irrogatio multae Cic. pro Rabir. 8. Certare multam, *et* Certatio multae. *Vid.* Multam dicere, *in* DICO; *et* Certatio, *in* CERTO, āre. Committere multam, *eſt quum quis aliquid committit, propter quod multa eſt afficiendus.* Cic. pro Cluent. 103 c. 37 Nihilominus poteſt, vt illam multam non commiſerit, accepiſſe tamen ob rem iudicandam pecuniam. Depellere grauem multam alicui Cic. Fam. 5, 20. Detrahere aliquid multae Nep. 13, 4, 1. Dicere Cic. Phil. 11 c. 8. Expoſcere Catull. Argon. ſ. 62, 190. Imponere, *vid.* IMPONO. Indicere, *vid.* INDICO. Plin. 18, 3. Irrogare multam, *non eſt iudicis multantis, ſed actoris, aut poſtulantis, et accuſantis* Liu. 37, 58 Centum millium multa irrogata erat; bis de ea re certatum eſt; tertio quum de petitione deſtitiſſet reus, nec populus de multa ſuffragium ferre voluit. Cic. pro Milon. 37 c. 14. Id. pro Corn. Balb. 42 Potuit certius interponere iudicium voluntatis ſuae, quam quum etiam accuſatorem huius multa et poena multauit? Petere multam, *nempe vt irrogetur.* Cic. pro Cluent. 103 Vno iudicio multa eſt ab eo petita, ſicut a Iunio, quod non ſuae decuriae munere, neque ex lege ſediſſet. *Ibid.* 102 Neceſſe eſt nullo modo illam multam, quae a Iunio petita ſit, cum Cluentii cauſa poſſe coniungi. Remittere Liu. 37, 51. Cic. Phil. 11 c. 8. Sufferre multam legis Cic. pro Caecin. 98 c. 33. Plaut. Aſin. 4, 1, 56 Haec multa ei eſto, vino viginti dies vt careat. *i. Interdicatur ei vino.* Muta *et* Multa *confunduntur a librariis. Vid. Bruckhuſ. ad* Tibull. 4, 1, 129.

MVLTATICIVS, a, um. Adi. [προστιμητικός] *Quod ex multa fit, vel Quod ad multam pertinet, ſiue, quod nomine multae exigitur.* Liu. 10, 23 Ex multaticia item pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis, ludi facti. *Et* 30, 29 Aediles plebis Q. Catius, et L. Portius Licinius, ex multaticio argento ſigna aenea ad aedem Cereris dedere. *Add.* Id. 24, 17 *et* 30, 39 *extr.*

MVLTO, *ſ.* MVLCTO, āre. [ζημιόω, προστιμάω, ἐπιβάλλω] *Punire, Condemnare. Proprie ſignificat numerare, ſ. potius plus polliceri in auctionibus,* πλειστηριάζειν, *vt Scalig. ad Varr. vult. Sed cum* mulcendi, mulgendi, mulcandi *notione coniungendum, vt ſit quaſi* Mulcito, Mulcto. Male multare aliquos Cic. de Clar. Orat. 88. Tacit. Ann. 6, 9 Exſilio, aut morte multarentur. Caecina ad Cic. Fam. 6, 7 Quum mendum ſcripturae litura tollatur, ſtultitia fama multetur, meus error exilio corrigitur. Infortunio Plaut. Merc. prol. 21. Morte Virg. Aen. 11, 839. Nep. 15, 7, 5. *et* 15, 8, 3. Morte crudeliſſime per vim aliquos Cic. in Catil. 3, 14. Morte ſeipſum potius, quam ſempiterno dolore Id. poſt Red. in Sen. 33. Morte multantur, vitia hominum atque fraudes damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exiliis Cic. de Orat. 1; 194 c. 43. Maiore Multa multat *Deus,* qui litem adferunt Plaut. Rud. Prol. v. 20. Pecunia Curt. 4, 1 *extr.* Nep. 1, 7, 6. *et* 5, 1, 1. *et* 16, 1, 3. Verberibus aliquem Tacit. Ann. 1, 70. Virgis multari Liu. 26, 12 *extr.* Gronou. mulcati. ¶ 2 Multare, *Priuare.* Virg. . . Quod ſi perdiderim, patria multabor. Cic. Tuſc. 5, 107 c. 37 At multantur bonis omnibus exules. Idem de Diuin. 1, 27 Poſtea quam a Caeſare Tetrarchiae regno, pecuniaque multatus eſt. Diminutione prouinciae imperatorem contumelioſum multari Id. de Prouinc. Conſul. 32. Id. pro Corn. Balb. 61 Quod ſi Afris, ſi Sardis, ſi Hiſpanis, agris, ſtipendioque multatis, virtute adipiſci licet ciuitatem, *etc.* Multare, Lacerare, mutilare, verberare, *inquit* Donatus. Ter. Adelph. 1, 2, 10 Ipſum dominum atque omnem familiam multauit vsque ad mortem. *Sed recte Faërn. et Bentl. ex MSS.* Mulcauit. Multare, *vt* Damnare, *eſt voti compotem facere.* Naeuius Colace, Et aſſeri laudes ago, quum votis me multatis meis: quod praeter ſpem quem vellem, audiebam, *ap.* Nonium 6, 83. *Al.* voti. *Sic etiam* Mulctare, *pro Male tractare laudatur e* Columel. 1, 2, 2 Nam illud vetus eſt Catonis, agrum peſſime mulctari, cuius dominus, quid in eo faciendum ſit, non docet, ſed audit villicum. *Sed hic etiam legendum videtur* Mulcari. *Verum damnandi et priuandi notio obtinet in illo* Plauti Amphit. 2, 2, 222 Numquid cauſam dicis, quin te hoc multem matrimonio? *i. Quin te repudiem? quin tecum diuortium faciam? quin te priuem hoc matrimonio per diuortium. Verba ſunt Amphitryonis ad Alcmenam.*

MVLCTOR, āri. Depon. [τιμάομαι] *Idem.* Suet. in Auguſto c. 21 Neque aut crebrius, aut perfidioſius rebellantes, grauiore vnquam mulctatus eſt poena, quam vt captiuos ſub lege venundaret, vt in vicina regione ſeruirent.

MVLCTANS, antis. Partic. Catull. Argon. 62 (65) 192 Quare facta virûm mulctantes vindice poena Eumenides.

MVLCTĀTVS, a, um. Partic. [ζημιωθείς] Quorum Bonis multatis Liu. 10, 23 *extr.* *i. ex parte ablatis.* Cornu fugatum et male multatum Vell. 2, 70, 2. *Sed hic quoque* mulcatum *recte reſtituit Heinſius, qui videndus etiam ad* Phaedr. 1, 3, 10 Male Mulcatus graculus: *itemque Gronou. ad* Liu. 28, 30. *et Graeu. ad* Sueton. Caeſ. c. 17. *Sed huc pertinent,* Creta libertis Fine multata Vell. 2, 38, 6. *Et* Multatus ingenti Pecunia Vell. 2, 37, 5. *Et ipſe* Cic. pro Rabir. Poſt. 2 Illud tamen deprecor, vt quum ab ipſa fortuna crudeliſſime videat huius conſilia eſſe multata, ne quid ad eas ruinas, quibus hic oppreſſus eſt, addendum acerbitatis putet. Maleficium exilio multatum Cic. pro Caecin. 100 c. 34. Suet. in Caeſ. c. 1 Caeſar Corneliam Cinnae quater Conſulis filiam duxit vxorem, ex qua illi mox Iulia nata eſt: neque vt repudiaret illam, compelli a Dictatore Sulla vllo modo potuit. Quare et ſacerdotio, et vxoris dote, et gentilitiis hereditatibus mulctatus, diuerſarum partium habebatur.

MVLTATIO, ōnis. f. [τίμησις] Cic. pro Rabir. 16 c. 5 Miſera eſt ignominia iudiciorum publicorum, miſera multatio bonorum, miſerum exilium. Multatio non niſi ouium boumque impendio dicebatur Plin. 18, 3.

MVLTĀTOR, ōris. m. ICt. in Dig.

MVLTANGVLVS, MVLTIBARBVS, *etc. Vid.* MVLTVS.

MVLTVS, a, um. Adi. [πολὺς, ἱκανὸς] *Numerum indefinitum notat, vnitati et paucitati oppoſitum.* Cic. Fam. 5, 17 Et in caeteris, quae rerum potitae ſunt, multis fortiſſimis atque optimis viris iniuſtis iudiciis tales caſus incidiſſe. Minus multi, *vid.* MINOR, *in* PARVVS. Minime multi, *vid.* MINOR, *in* PARVVS. Nimium multi, *vid.* NIMIS. Nimium multa Cic. Fam. 4, 14. De multis vna Hor. Carm. 3, 11, 33. E multis vnus Id. Epiſt. 1, 6, 60. E multis vnus orator non fuit Callidius, potius inter multos prope ſingularis fuit Cic. de Clar. Orat. 273. Iam facito, E multis vna ſit illa tibi Ouid. Rem. Am. v. 682. *i. parui aeſtimata.* In aliqua re multus videri Cic. de Nat. Deor. 2, 119. In admiratione alias multus Circes, gloriam herbarum Aegypto tribuit Plin. 25, 2. *i. Multum admiratur.* In coloribus multus Id. 35, 11. In eo fuit multus, ſiue in ea re Cic. Acad. 4, 17 c. 6. In genere aliquo inconcinnus aut multus, ineptus dicitur Id. de Orat. 2, 17. In opere multus, *Continuus, vel aſſiduus* Salluſt. in Iugurtha c. 96. In Operibus, in agmine, atque ad vigilias multus adeſſe Id. ibid. c. 96. In re nota et peruulgata multus et inſolens ne ſim Cic. de Orat. 2, 358. *Add. Cort. ad* Salluſt. Iugurth. c. 84 *pr.* Peccans multa alia Empedocles, in deorum opinione peſſime labitur Cic. de Nat. Deor. 1, 29. Id. pro Muraen. 40 Non multa peccas, inquit ille fortiſſimo viro ſenior magiſter. *Non abſimile eſt illud in* Topicis, *non procul ab initio,* Quum tu mihi meisque ſaepe cauiſſes. Aiunt enim, multum legendum eſſe, non multa Plin. Epiſt. 7, 9, 15. Quae non proſunt ſingula, Multa iuuant Ouid. Rem. Am. v. 420. Multa, *i. Multa verba.* Hor. Serm. 1, 5, 65 Multa Cicerrus ad haec. *i. Multa reſpondebat.* Non eſt quod multa loquamur Hor. Epiſt. 2, 1, 30. Nimium multa Cic. Fam. 4, 14. Nimis multa in genera diuidere Id. de Orat. 2, 288. Satis multa Id. de Finib. 2, 59. Multa, *pro Multum, nomen pro Aduerbio.* Reluctans multa Virg. Georg. 4, 301. Haud multa moratus Dat dextram iuueni Id. Aen. 3, 610. Amictus multus Id. ibid. 1, 416. Arte multa vix reuulſus e ſcopulo Id. ibid. 5, 270. Aura Hor. Carm. 4, 2, 25. Baccho multo hilarans conuiuia Virg. Ecl. 5, 69. Caedes Id. Aen. 1, 475. Caedes multa bidentium Hor. Carm. 3, 23, 14. Capitum multorum bellua Idem Epiſt. 1, 1, 76. Cumino cum multo Scribon. 233. *i. copioſo.* Dictis pauca tibi e multis expediam Virgil. Aen. 3, 379. Dies Horat. de Arte Poët. 293. Cicero Att. 13, 9 Hodie mane Dolabella, multus ſermo ad multum Diem. Die denique multo per exploratores Caeſar cognouit et montem a ſuis teneri, *etc.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 22. Multo adhuc Die vallum ingreſſus Tacit. Hiſt. 2, 44, 3. Dolore multo corrupta voluptas Horat. Serm. 1, 2, 39. Grandine multa crepitant nimbi culminibus Virgil. Aen. 5, 459. Hominum multorum mores vidit Horat. de Arte Poët. 142. Herbae multae prodigus locus Id. Epiſt. 1, 7, 42. Ignes tantique tamque multi Cic. de Nat. Deor. 2, 92. Imperatorum multorum tropheis, non turribus munita antea erat Macedonia Cic. de Prouinc. Conſ. 4. Incommoda Hor. de Arte Poët. 169. Lacrimis non ſine multis noctes agit Id. Carm. 3, 7, 8. Laus Id. de Arte Poët. 282. Libertate cum multa notare aliquem Id. Serm. 1, 4, 5. Litura Idem de Arte Poët. 293. Lumine multo manifeſtus Virgil. Aen. 3, 151. Luce multa reuecti hoſtes Tacit. Hiſt. 5, 22. Mala multa precatus Hor. Serm. 2, 3, 203. Cic. Att. 5, 4 Binas quidem tuas Beneuenti accepi, quarum alteras Furius Funiſulanus multo Mane mihi dedit. Merces Horat. Carm. 1, 28, 27. Millia multa dare leto Virgil. Aen. 5, 806. Millibus cum multis ibat Id. ibid. 5, 75. Modis multis reprehendere aliquid Cic. de Finib. 2, 81. Hoc etſi multis Modis reprehendi poteſt, tamen accipio quod dat. Modis multis, *pro Vehementer,* inquit Donatus Ter. Hec. 2, 3, 7 Niſi pol filium multis Modis iam exſpecto. Nomen tuum multum eſt in his locis Cic. Fam. 2, 9. Nominis multi homo Hor. Carm. 3, 9, 7. Cic. Quint. Frat. 2, 8 Sed tamen poſtridie quam tu es profectus, multa Nocte cum Vibullio veni ad Pompeium. Nocte iam multa Tacit. Hiſt. 2, 66. Nocte multa referunt ſe Virg. Georg. 4, 180. Nocte multa venire Cic. Quint. Fr. 2, 8. Nocte de multa profectum eſſe ad Caeſarem Id. Att. 7, 21. Odore multo fumat ara Hor. Carm. 3, 18, 7. Oleum multum Scribon. 198. Opinio Gell. 3, 16. *i. vulgo recepta.* Multa Pace Tac. Hiſt. 4, 35, 3. Pars multa mei Hor. Carm. 3, 30, 6. Cic. Acad. 4, 128 Quibus efficitur, multis Partibus ſolem maiorem eſſe, quam terram. *i. Multo maiorem, et ita quidem, vt terrarum multarum moles ſimul ſumta demum aequetur moli ſolis.* Praelia multa conſerimus Virgil. Aen. 2, 398. Praemia multa ferre Hor. Serm. 2, 1, 11. Prece multa proſequi aliquem Id. Carm. 4, 5, 33. Promiſſa multa Id. Epiſt. 2, 2, 10. Rationes multae, copioſae, variaeque Cic. de Orat. 1, 222. Res multae officient tibi Hor. Serm. 1, 2, 97. Rerum multarum diues Id. Epiſt. 2, 2, 31. Res multae et magnae Cic. de Inuent. 1, 6. Riſus Hor. Carm. 4, 13, 27. Sale multo defricuit vrbem Lucilius Horat. Serm. 1, 10, 3. Salutem multam dicere Plaut. Poen. 1, 2, 195. Cic. Fam. 11, 20 Narrat mihi apud Caeſarem ſe fuiſſe, multumque Sermonem de te habitum eſſe. Sudor multus Scribon. 188. Cic. de Orat. 1, 257 Ac ſtilus ille tuus, quem tu vere dixiſti perfectorem dicendi eſſe ac magiſtrum, multi Sudoris eſt, *etc. i. Multum in eo laborandum et ſudandum.* Multo Tanto, *eadem forma dicitur qua Altero tanto. Graeci dicunt* πολλαπλασίως. Plaut. Rud. 2, 6, 37 Ego multo tanto miſerior, quam tu Labrax. Tellure multa diues Hor. Epod. 15, 19. Venae crebrae, multaeque toto corpore intextae ſunt Cic. de Nat. Deor. 2, 138. Verba multa fecimus Plaut. Poen. 5, 6, 31. *i. Satis diu.* Victima multa Virg. Ecl. 1, 34. Virtus Id. Aen. 4, 3. Vi multa reuulſum gubernaculum Id. ibid. 6, 349. Cic. de Amicit. 37 Quanquam vtilitates multae, et magnae conſecutae ſunt, non ſunt tamen ab earum ſpe cauſae diligendi profectae. ¶ 2 *Obſeruationes:* Multa, *pro Saepe.* Cic. de Diuinat. 1, 41 *ex* Ennio, Quanquam multa manus ad caeli caerula templa Tendebam lacrimans. *Loquitur enim virgo Veſtalis, quae ſaepe ſe dicit tetendiſſe manus ad caelum.* Cic. Tuſc. 1, 73 Itaque dubitans, circumſpectans, haeſitans, multa aduerſa reuertens, tanquam in rate in mari immenſo noſtra vehitur oratio. *Rationem quandam loquendi priſcam et poëticam olet, vt ſuperior. Demonſtratur autem aeſtus hac loquutione eorum, qui eo ſaepius, vnde degreſſi ſunt, redeunt ſua per veſtigia, quod eos coepti itineris aut viae poeniteat.* Quare multa aduerſa reuertitur oratio, *quae retro redit ſaepe, et aduerſum ſe fertur, pedemque in contrarium refert, contraque id, quod affirmauit, ſecutaque eſt, pronuntiat atque aduerſum tendit, et mutat ſententiam in diuerſum. Verba ſunt Turnebi, ſic explicantis hunc locum.* Multus, *pro Pluribus ponitur.* Lucan. 3, 707 Multus ſua vulnera puppi Affixit moriens, et roſtris abſtulit ictus. Multi, *pro malis: quo ſenſu vſurpari videtur* Ter. Eun. prol. v. 2. *vid.* Eugraph. *h. l. et Weitz.* Multus, *pro Multiplici.* Plin. 19, 3 Radice multa, craſſaque. Multi exiſtimare operam ſuam Cic. de Orat. 2, 101. *vt* Magni. Tacit. Hiſt. 3, 79 Antonius per Flaminiam ad Saxa rubra, multo iam noctis ſerum auxilium venit. Multiſſimus *adferunt ex* Cic. Att. 11, 2 Ex multiſſimis et miſerrimis curis eſt vna enata, ſi, vt ſcribis, iſta hereditas ſidem, et famam meam tueri poteſt. *Correctiora exemplaria poſt Victorium legunt,* Ex multis meis, *Sunt et qui* Multeſimis *legendum putent. Denique in MSS. confundi ſolent* Multus *et* Inultus : *vid. Drakenb. ad* Sil. 4, 16. *it.* Multus *et* Mutus, *vid. v.*

MVLTVM. Adu. [πολὺ, πολλὸν] Plaut. Milit. 2, 5, 4 Vbi ſum afflictata multum. Somnus plenus et non multum nimis longus Celſ. 1, 3, 2. Sed decem aliae editt. illo, Multum, abiecto, legunt, Somnus et plenus, et non nimis longus Morgagn. Ep. 3 in Celſ. Cic. de Finib. 5, 12 Quod maxime efficit Theophraſti de beata vita liber, in quo multum admodum fortunae datur. Multum diuque Sen. Epiſt. 11. Cic. Fam. 7, 24 Opinor Caſſium vti non ita multum ſorore. Celer multum medicus Hor. Serm. 2, 3, 147. Demiſſus multum homo Id. ibid. 1, 3, 57. Diſſimiles multum Id. Epiſt. 1, 10, 2. Ineptus multum labor Plin. Epiſt. 1, 9 *extr.* Loquaces Plaut. Aul. 2, 1, 15. Miſeri multum parentes Ouid. Met. 4, 155. *Conf.* Plaut. Stich. 2, 1, 52. Securus multum Tibull. 4, 10, 1. Abeſt ab iis multum, *vid.* ABSVM. Amare multum Plaut. Perſ. 2, 5, 2. Amata nautis multum Hor. Epod. 17, 20. Cic. de Senect. 38 Adſum amicis, venio in Senatum frequens, vltroque adfero res multum et diu Cogitatas. *Conf.* Id. de Diuin. 2 c. 1. Differens non multum ab Indico Plin. 12, 12. Dolitura multum Neaera Horat. Epod. 15, 11. Excellunt multum virtutes propriae animi Cic. de Finib. 5, 44. Fleuit multum Plin. Epiſt. 9, 21. Fundit multum lacrimas Virg. Aen. 3, 348. Intelligo non tam multum in iſtis rebus Cic. Verr. 4, 94. Obiurgabo multum Plaut. Trin. 1, 2, 30. Cic. de Finib. 5, 50 Longe multumque praeſtet mens, atque ratio. Prouidere multum in poſterum Id. de Lege Agr. 2, 90. Quaeſita multum ſaepe ac difficilis res Id. de Legg. 3, 33. Salue multum Plaut. Trin. 5, 2, 56. Eſt non multum, vnum ſi praeſto togatum Martial. 1, 109. Eſt multum in teneris conſueſcere Virgil. Georg. 2, 272. Superare longe omnes multumque Cic. Verr. 7 (5) 114 c. 44. Tacuit multum Plin. Epiſt. 9, 21. Tenui multum me intra ſilentium Idem ibid. 7, 6. Vale multum Plaut. Stich. 3, 2, 40. Cic. Fam. 7, 34 Viuamque tecum multum, et cum omnibus noſtris amatoribus, *i. Frequenter.* Id. ibid. 13, 17 Domi meae cum Diodoro Stoico homine meo iudicio eruditiſſimo multum a puero fuit. Cic. de Amicit. 2 Et eo magis quod P. Sulpitio vtebare multum. Multum, *pro Valde* Plaut. Capt. 1, 1, 19. *et* Moſt. 3, 2, 94. *Conf.* Non. 5, 68. *et* 98.

MVLTO. Adu. [πολλῷ, πολὺ, μᾶλλον] *cum dictionibus* Alius, aliter, ſecus, ante, poſt, praeſto, malo, antecedo, excello, *et ſimilibus ſuperlatiuam vim habentibus, elegantem dicendi vim habet.* Ter. prol. Andr. 4 Verum aliter euenire multo intelligit. Id. Eun. 4, 5, 7 Sed Thais multo ante venit? Cic. in Verr. Cui quemadmodum reſiſtam, multo mihi ante eſt Iudices prouidendum. Id. Fam. 4, 1 Cognoram iam abſens, te haec mala multo ante prouidentem, defenſorem pacis, et in Conſulatu tuo, et poſt Conſulatum fuiſſe. Cic. Att. 12, 49 Non multo poſt quam tu a me diſceſſiſti. Non multo poſt diſceſſum meum Cic. poſt Red. in Senat. 3. Id. Fam. 4, 9 Multo ſecus euenit. Quod non multo ſecus fieret, ſi Id. ibid. 4, 9. Varr. de L. L. 6 *pr.* Quod interuallum multo tanto propius nobis, quod hinc, *etc.* Cic. de Finib. 4, 51 Qui virtutem omnibus rebus multo anteponentes, adiungunt ei tamen aliquid, *etc.* Salluſt. Iug. c. 31 *extr.* Multo praeſtat beneficii, quam maleficii memorem eſſe. At taceas Malo multo quam tacere te dicas Plaut. Pſeud. 1, 2, 75. Immo multo Mauolo, quam Id. ibid. 2, 4, 38. *Add.* Id. Poen. 1, 2, 88. ¶ 2 Multo, *Comparatiuo etiam iungitur.* Cic. de Amicit. 70 Quod quidem eſt multo profecto magis in veris patribus, certiſque faciendum. Citius multo Lucret. 2, 161. Ferocius multo Ouid. Amor. 1, 2, 17. Maius multo Virg. Ecl. 3, 35. Minus multo mouebant minae Cic. Att. 8, 9. Minoris multo vendidit, non modo quam tu, ſed etiam quam qui ante te vendiderunt Id. Verr. 5, (3) 43 c. 16 *extr.* Id. de Amicit. 91 Sed obſequium multo moleſtius, quod peccatis indulgens, praecipitem amicum ferri ſinit. Prius multo Lucret. 3, 791. Pulchrior eniteſcis multo Hor. Carm. 2, 8, 6. Splendidius multo eſt Id. Epiſt. 1, 17, 20. Suauius multo Id. Serm. 2, 8, 88. ¶ 3 Multo, *elegantiſſime Superlatiuo iungitur.* Ter. Heaut. 4, 8, 1 Multo omnium nunc me fortunatiſſimum factum puto eſſe gnate, quum te intelligo reſipuiſſe. Cic. pro Lege Manil. 1 Conſpectus veſter multo iucundiſſimus. Id. Diuinat. Verr. 36 Quum omnis arrogantia odioſa eſt, tum illa ingenii atque eloquentiae multo moleſtiſſima. Multo Elegantiſſimus Poëta Nep. 25, 12, 4. Gratiſſima multo lux Hor. Serm. 1, 5, 39. Grauiſſimus multo ſopor Lucret. 4, 953. Multo Locupletiſſima regio Nep. 17, 3, 1. Cic. pro Lege Manil. 54 c. 18 Magna ac multo Maxima parte non modo vtilitatis, ſed dignitatis, atque imperii caruit. Maxima multo pars Hor. Serm. 2, 3, 82. Maxime multo Cic. in Verr. . . Adiuuat et exornat orationem expolitio, ſed multo maxime per eam exercemur ad elocutionis facultatem Auctor. ad Heren. 4, 59.

MVLTITŪDO, ĭnis. f. [πλῆθος, πληθὺς] *Collectio multorum.* Macedonum ibi erat multitudo Nep. 18, 7. *i. multi.* Cic. de Orat. 2, 338 Habet enim multitudo vim quandam talem, vt quemadmodum tibicen ſine tibiis canere, ſic orator ſine multitudine audiente eloquens eſſe non poſſit. Teſtimonium multitudinis non grauiſſimum eſt Cic. de Finib. 2, 81. Magnus multitudini timor eſt iniectus Nep. 7, 3, 3. *i. populo, plebi.* Numerus hominum et multitudo Cic. de Prouinc. Conſ. 31. Circumfuſa Quinctil. 4, 2. Conſternata et pauida, *vid.* CONSTERNO. Imperita, *vid.* IMPERITVS. *Plural.* Duces Multitudinum Sall. Cat. 50, 1. Imperitae multitudinis ex errore qui pendet, hic in magnis viris non eſt habendus Cic. Off. 1, 65 c. 19. Helotum Magna Nep. 4, 3, 6. Vaga Quinctil. 2, 16. Amputare multitudinem, *vid.* AMPVTO. Cogere hominum multitudinem manum facere, copias parare Cic. pro Caecin. 34. Pertimeſcenda eſt cauſarum multitudo: eſt enim infinita Id. de Orat. 2, 15. Reduci domum a multitudine magna frequentia Id. Verr. Act. 1, 18. Multitudo, *pro Frequentia, aut copia.* Cic. de Orat. 3, 70 Sed vt Pontifices veteres propter ſacrorum multitudinem, tres viros epulones eſſe voluerunt, *etc.* Nonius. Aquae multitudo Scribon. 133. Tormentorum Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 2. Multitudo, *pro Numero multitudinis, ſeu Plurali.* Chariſ. 1 Lignum ſingulariter ſemper dici debet; in multitudine Cato originum primo, ligni ait. *Sic* Varro *pluribus in locis* de L. L. *vt* 7, 18. *et* 23 *et* 25 *etc.*

MVLTESĬMVS, a, um. Adi. Multeſima pars, [πολλοστημόριον] pro

pro Quantitate infinita Non. 2, 520. *vel Ex multis vna.* Lucret. 6, 651 Quam ſit paruula pars, et quam multeſima conſtet. *i. Quota.* Multeſima pars, *inquit hoc loco Lambinus, eſt ea, cui multae debent eſſe pares, aut ſimiles ad conſtituendum totum.* Multeſimus *ea forma dicitur, qua Milleſimus.*

MVLTANGŬLVS, a, um. Adi. [πολύγωνος] *Quod multos habet angulos.* Lucret. 4, 655 Eſſe minora igitur quaedam, maioraque debent, Multa rotunda, modis multis multangula quaedam.

MVLTANNVS, πολυχρόνιος Gloſſ. Gr. Lat.

MVLTIBARBVS, a, um. Adi. [πολυπώγων] *Qui habet multam barbam.* Apul. in Floridis 1, 3 p. 341, 29 Multibarbus, ſpinis obſitus et pilis. *Sic Ald. Sed al.* Illutibarbus.

MVLTIBĬBVS, a, um. Adi. [πολυπότης] *Qui multum bibit.* Anus Plaut. Ciſt. 1, 3, 1. Id. Curc. 1, 1, 77 Nomen eſt lenae multibiba atq; merobiba. Macrob. Saturn. 5, 21 *ſcribit* Herculem fuiſſe bibacem et multibibum.

MVLTICAVĀTVS, a, um. Adi. [πολύκοιλος] Varro de R. R. 3, 16, 24 Fauus eſt quem fingunt multicauatum e cera, quum ſingula caua ſena latera habeant.

MVLTICĂVVS, a, um. Adi. [πάγκοιλος] *Qui multum habet concaui.* Ouid. Met. 8, 561. Pumice multicauo, nec laeuibus atria tophis Structa ſubit.

MVLTICAVLIS, e. Adi. [πολύκαυλος] *Multos caules habens.* Plin. 21, 16 Eſt et illa differentia, quod quaedam in iis multicaulia, ramoſaque ſunt, vt carduus.

MVLTICŎLA, ae. c. *Qui multos colit.* Fulgent. aduerſ. Arianos, Multicolae Pagani.

MVLTICŎLOR, ōris. Adi. [πολύχροος] Plin. 37, 10 Hexecontalithos in parua magnitudine, multicolor, hoc ſibi nomen adoptauit.

MVLTICOLŌRVS, a, um. Adi. Plin. 37, 10. *et* Prudent. Cathem. 3, 104 Prata multicolora.

MVLTICVPIDVS, a, um. Adi. Quam dereliquit multicupida Iuuenilitas Varro *ap.* Non. 2, 418.

MVLTIFĂCIO, ĕre. [περὶ πολλοῦ ποιῶ] Dicitur ſicut Magnifacere, et Paruifacere. Cato, Neque fidem neque iusiurandum, neque pudicitiam multifacit. Feſtus. *Sed ſeparatim potius legi debet.*

MVLTIFARIVS, a, um. Adi. [πολύχοος] *i. Varium: quaſi quod multis modis poſſit diuidi: vel quod multarum eſt ſpecierum. Conf.* Feſt. Gell. 5, 6 Militares coronae multifariae ſunt. Ratio multifaria Apul. in Triſmeg. p. 83. Species multifaria Solin. c. 51.

MVLTIFARIE. Adu. [ποικίλως] *i. Varie, multis modis.* Plin. 18, 7 Panis multifarie et e milio fit, e panico rarius. *Adde* Solin. c. 18 *pr.*

MVLTIFARIAM. *Aliud* Adu. [πολυχρόως, πολυειδῶς] *Idem.* Suet. in Sergio Galba c. 19 Nihil amplius quam continere ſe ſtatuit, et legionariorum firmare praeſidiis, qui multifariam, diuerſeque tendebant. Feſtus, Multifariam dixerunt antiqui, quod videlicet in multis locis fari poterat, id eſt dici. Cic. de Orat. 2, 174 c. 41 Quod eſſet multifariam defoſſum, *vid.* Liu. 3, 5. *et* 33, 18. Plin. 18, 18.

MVLTĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [πολυφόρος] Plin. 16, 8 Tam multifera ſunt, et tot res praeter glandem pariunt robora. *Add.* Idem 19, 8.

MVLTIFĬDVS, a, um. Adi. [πολυσχιδής] *Ex* Multus *et* Findo *compoſitum; Quod in multas partes finditur, et multas diuiſuras habet.* Plin. 11, 37 Onium nulla, nec ceruarum, nec quibus multifidi pedes, *i. vngues in digitis, non vngulae in pedibus.* Dens multifidus Martial. 14, 25. *De pectine.* Diſcrimen Claud. de Nupt. Hon. 103. Faces Ouid. Met. 7, 259. Flamma multifida comans pinus Sil. 14, 421. Iſter Lucan. 3, 202. Prudent. contra Symmach. 2, 773. Linguae Valer. Argon. 1, 61. *De dracone.* Quercus Stat. Theb. 10, 837. Timauus Martial. 8, 28 *quod in multa, nempe in nouem oſtia fiſſus prorumpat in mare.*

MVLTIFIVVS, a, um. Iuuenc. in Matth. c. 6 Multifluiſque diem verbis ducendo fatigant. Sermo multifluus Arator. in Act. Apoſt. c. 26.

MVLTIFORABĬLIS, e. Adi. Apul. Met. 10 p. 254, 40 Iam tibiae multiforabiles cantus Lydios dulciter conſonant.

MVLTIFORATĬLIS, e. Adi. Apul. Florid. 1, 3 Nec tam multiforatili tibia, *etc. Conf.* Sidon. Ep. 8, 9.

MVLTIFŎRIS, e. Adi. [πολύτρητος] *Quod eſt multorum foraminum.* Plin. 8, 55 Iniiciunt eas in ſpecus, qui ſunt multifores in terra.

MVLTIFŎRVS, a, um. Adi. [πολυοπός] *Idem.* Ouid. Met. 12, 153 Longaque multifori delectat tibia buxi. Tibia multifora Senec. Agamemn. v. 348.

MVLTIFORMIS, e. Adi. [πολυειδής] *Varium, quaſi multiplicis formae, aut variae.* Doctrinarum multiformium columina Gell. 19, 14. Columel. 3, 1 Earum ſpecies diuerſae, et multiformes ſunt. Cic. Acad. 1, 16 c. 7 Ex iis autem ortae, variae ſunt, et quaſi multiformes. Facinus Apul. Met. 10 p. 252. Multiformium Morum varietatibus lubricus Arnob. 7 p. 216. Partus Plin. 8, 16. Scelus Apul. Met. 10 p. 256. Species Colum. 3, 1. *Add.* Apul. in Triſmeg. p. 79.

MVLTIFORMĬTER. Adu. [πολυειδῶς] *Variis Modis.* Gell. 9, 5 Plato ante hos omnes ita varie et multiformiter diſſeruit de voluptate. Plin. 36, 27 Auxiliari multiformiter.

MVLTIGĔNVS, a, um. Adi. [πολυγενής] *Multorum generum.* Plin. 11, 1 Multa haec et multigena terreſtrium volucrumque vita. *Scripta manu exemplaria habent* Multigenera, *non improbanda lectione.* Lucret. 2, 335 Percipe, multigenis quam ſint variata figuris, *etc.*

MVLTIGĔNER, *et* MVLTIGENĔRIS, e. Adi. [ποικιλογενής] *Idem.* Plaut. Capt. 1, 2, 56 Multis, et multigeneribus opus eſt tibi militibus. *Add.* Id. Stich. 2, 2, 59. *etc.*

MVLTIGRVMVS, a, um. *vel* MVLTIGRVMIS, e. Adi. Inter verba antiqua *refert* Gell. 19, 7. *Significatio pendet a ſimplici.*

MVLTIIVGIS, e. *ſiue* MVLTIIVGVS, a, um. Adi. [πολλαπλάσιος] *Multiplex et varium, Multum et numeroſum.* Iugus *autem per ſe nihil ſignificat, ſed protractionem ſolum demonſtrat.* Cic. Att. 14, 9 Veruntamen de Rep. multa cognoui ex tuis literis, quas quidem multiiuges accepi vno tempore a Veſtorii liberto. *Et* Liu. 28, 9 Iret alter Conſul ſublimis curru, multiiugis equis, *etc. Frequens eſt Apuleio.*

MVLTILAVDVS, a, um. Adi. Ammian. 21, 18 Vir ſobrietatis gratia multilaudus.

MVLTILICIVS, a, um *vid.* MVLTITIA.

MVLTILŎQVAX, ācis. Adi. Plaut. Aulul. 2, 15 Multiloquaces mulieres.

MVLTILŎQVVS, a, um. Adi. Anus multiloqua Plaut. Ciſt. 1, 3, 1. Coquus multiloquus Id. Pſeud. 3, 2, 5.

MVLTILOQVIVM, i. n. Plaut. Merc. prol. v. 31 Multiloquium, pauciloquium, *etc. Conf.* Vulgat. Matth. 6, 7. Symmach. Epiſt. 1, 50.

MVLTIMAMMIA, ae. f. *Diana ita dicta.* S. Hieronym. in prooem. Epiſt. Paul. ad Epheſ. Dianam colentes non hanc Venatricem, quae arcum tenet, atque ſuccincta eſt; ſed illam Multimammiam, quam Graeci πολύμαστον vocant, *etc. Conf.* Minuc. Felic. Octau. c. 21. *Simulacrum illius in numis frequens.*

MVLTIMĔTER, tri. m. *Multis metris conſtans.* Sidon. Epiſt. 8, 12 Multimeter argutus, artifex.

MVLTIMŎDVS, a, um. Adi. *Idem quod Multiplex.* [πολύτροπος] Liu. 21, 8 Oppidani ad omnia tuenda atque obeunda, multimoda arte diſtineri coepti ſunt; et non ſufficiebant. Ambages multimodae Apul. Met. 10 p. 253. Tertull. *ſ.* Cyprian. de Geneſi c. 2. Foeta Legumine multimodo Prudent. Cath. 3, 64.

MVLTIMODIS, *pro Multipliciter, quaſi* multis modis, *vt ſit velut Ablatiuus vice Aduerbii.* Lucret. 4, 1149 Multimodis igitur prauas, turpeſque videmus Eſſe in deliciis. *De mulieribus.* Agitari multimodis Lucret. 3, 116. Ducere multimodis cantus et flectere voces Id. 5, 1405. *Conf.* Id. 1, 813 *et* 893. *Add.* Cic. de Finib. 2 c. 26. *et* de Orat. 3 c. 58. Plaut. Bacch. 3, 2, 1. *et* Mil. 4, 4, 53. *et* Perſ. 4, 6, 24. *Sed* Lucret. 4, 1215 *legendum eſt cum Lambino et reliquis,* Propterea quia multa modis primordia multis Mixta ſuo celant in corpore ſaepe parentes. Multa modis *inquam legendum, non* Multimodis, *quaſi* Multimodis multis *dixiſſet Poeta, pleonaſmo intolerabili.*

MVLTINŌDVS, a, um. Adi. *Multos nodos habens.* Apul. Met. 5, 166 Immanis coluber multinodis voluminibus ſerpens. Id. ibid. 8 p. 214 Multinodis commulcat ictibus. Tactus flagellis multinodi Germinis Prudent. Hymno Ieiun. v. 139.

MVLTINODIS, e. Adi. *Idem.* Apul. Met. 10 p. 575 (257) Multinodes ambages.

MVLTINOMĬNIS, e. Adi. [πολυώνυμος] Apul. Met. 11 p. 268 Multinominis dea.

MVLTINŬBVS, a, um. Adi. [πολύγαμος] Salomo multinubus Hieronym. aduerſ. Iouin. 1, 15. Vxor multinuba Id. Epiſt. 11.

MVLTINVBENTIA, ae. f. [πολυγαμία] Tertull. contra Pſych. c. 1 Tam multiuorantiae, quam multinubentiae prona. *Add.* Id. de Pudic. c. 1.

MVLTINŬMVS, a, um. Adi. [πολυχρήματος] Varr. de R. R. 3, 17, 6. Aqua domeſtica, meos multinumos alo aſinos. *h. e. Quorum opera multos paro numos.*

MVLTIPARTĪTVS, a, um. Adi. [πολυμερής] Plin. 6, 19 Namque vita mitioribus populis Indorum multipartita degitur. *Conf.* Tertull. adu. Haeret. c. 7.

MVLTĬPES, ĕdis. Adi. *Multos pedes habens.* Plin. 11, 45 Sic et multipedibus, *etc.* Firmic. 2, 12 Cancer ſignum eſt in caelo femininum, mobile, multipes. Plin. 22, 25 Ad multipedum morſus cum melle.

MVLTIPĔDA, ae. f. [πολύπους] *Animal multorum pedum.* Plin. 29, 6 Millepeda, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal eſt e vermibus terrae piloſum, multis pedibus arcuatim repens, tactuque contrahens ſe.

MVLTĬPLEX, ĭcis. Adi. [πολλαπλάσιος] *Varius, inuolutus, proprie multas plicas habens. Huic contrarium eſt* Simplex, *quod eſt ſine plica.* Suet. de Claris Gram. c. 10 Multiplici variaque doctrina cenſebatur. Cic. de Amicit. 94 Qui fieri poterit, ſi ne in vno quidem quoque vnus animus erit, idemque ſemper, ſed varius, commutabilis, multiplex? Auri multiplicis thoraca tulit Sil. 16, 583. Curas multiplices voluebat animo Catull. Argon. 62, 250. Diſciplina magna et multiplex Cicero de Orat. 1, 222. Domus Ouid. Met. 8, 158. *de Labyrintho.* Foetus Cic. de Nat. Deor. 2, 128. Ingenium multiplex et tortuoſum Id. de Amicit. 66 c. 18. Id. de Senect. 52 Quam ſerpentem multiplici lapſu et erratico, ferro amputans coërcet ars agricolarum, ne ſilueſcat ſarmentis, et in omnes partes nimia fundatur. *De vite.* Mutatio Plin. 9, 17. Nexus Id. 10, 4. Plato multiplex, copioſus, et varius fuit Cic. Acad. 1, 17. Poteſtas verborum anceps et multiplex in ambiguis Auctor ad Heren. 4, 68. Multiplex Proauis Sil. 5, 543. Ratio diſputandi Cic. Tuſc. 5, 11. Res varia et multiplex ad ſuſpiciones et ſimultates Praeturae iuriſdictio Id. pro Flacc. 6. Sermones multiplices variique Idem in Orat. 12 c. 3. Sermone multiplici populos replebat Virgil. Aen. 4, 189. Spatium multiplex transcurrere Lucret. 2, 162. Terror Liu. 1, 14. Paterc. 2 c. 105, 3 Sentium Saturninum, Virum multiplicem in virtutibus, nauum, agilem, prouidum, *etc.*

MVLTIPLICĬTER. Adu. [ὀκτασχῆ, πολλαπλασίως] Multo atrocius et multipliciter Magis et a ſeptentrione ſaeuitum Flor. 3, 2, 1. *Titulus eſt apud* Plinium, De eodem multiplicius, 7, 14. Firmic. 5, 6 Talia peragant, vnde ſibi dedecus et infamia multipliciter conſequatur. *Adde* Gell. 14, 1. Multiplicius Auguſtin. Conf. 10, 25 *pr.*

MVLTIPLICĬTAS, ātis. f. Sariſb. 3, 1 Multiplicitas partium.

MVLTIPLĬCO, āre. [πολλαπλασιάζω] *Augere, Multiplex facere.* Plin. 33, 8. Aes alienum Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 32. Flumina collectis multiplicantur aquis Ouid. Rem. Amor. 98. Cic. Quint. Frat. 1, 2 Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret, vt multiplicata gloria diſcedamus. Honorem auctoris grauitas multiplicat Ouid. ex Pont. 4, 9, 67. Legatum Vlpian. in l. Plane. §. 1. D. de leg. 1. Summam Paull. in l. Si mandatu. §. ſi fideiuſſor. D. mandat. Vires ſuas Ouid. Triſt. 5, 1, 64. Voces acceptas Plin. 36, 15. Multiplicandis Vſuris creſcit aes alienum Nep. 25, 3, 5.

MVLTIPLICĀTVS, a, um. Partic. [πολλαπλασιασθείς] Auxiliis multiplicatis, aucto exercitu Cic. Fam. 10, 8. Domus multiplicata, *Cui acceſſio adiuncta eſt.* Cic. Off. 1, 139 Hic ſummi et clariſſimi viri filius in domum multiplicatam, non repulſam ſolum retulit, ſed ignominiam et calamitatem. Mala multiplicata Ouid. Triſt. 4, 6, 38.

MVLTIPLICĀTIO, ōnis. f. [πολλαπλασιασμός] Annorum multiplicatione vita componitur Sen. Epiſt. 12. Columel. 3, 2 Nam ſi ſordidus aut vilis feraciſſimam quamque ſerere conducit, vt multiplicatione frugum reditus augeatur, *etc.* Facile praeceptione rhetorica res ſimplex Multiplicatione tractatur A. ad Herenn. l. 4. Ex multiplicatione efficere ſummam aliquam Columel. 5, 2.

MVLTIPLICĀTOR, ōris. m. Paull. Nolan. Epiſt. 44 (31) n. 4 Herilium talentorum multiplicator.

MVLTIPLICABĬLIS, e. Adi. [πολλαπλασιαστὸς] *Quod poteſt multiplicari.* Cic. Tuſc. 2, 22 c. 9 Haec intremit tortu multiplicabili Draconem auriferam obtutu aſſeruantem arborem. *Ex quodam Poëta.*

MVLTIPLICVS, a, um. Adi. *Ex multis compoſitus.* Gell. 19, 7 *de Laeuio,* Et quae multiplica ludens compoſuit, quale illud eſt, quod vituperones ſuos ſubducti ſupercilii carptores appellauit. *Sic optimi quique, non* Multiplicia.

MVLTIPŎTENS, entis. Adi. [πολυδρανὴς] *Qui multum poteſt.* Plaut. Bacch. 4, 4, 9 Niſi habet pectus multipotens. *Add.* Id. Trin. 4, 1, 1.

MVLTIRĀDIX, icis. *vid.* Apul. de Herb. c. 35.

MVLTIRĀMIS, e. Adi. Apul. de Herb. c. 4 Symphoniaca thyrſo eſt fruticoſo, multirami.

MVLTISCIVS, a, um. Adi. Apul. Met. 9 p. 223, 13 Et ſi minus prudentem, multiſcium certe reddidit. Id. Apul. Apol. p. 294, 29 Homerus Poëta multiſcius. Idem Flor. p. 346, 30 Numeroſa arte multiſcius.

MVLTISIGNIS, e. Adi. Varro.

MVLTISŎNVS, a, um. Adi. [πολυηχὴς] Martial. 1, 54 Sic vbi multiſona feruet ſacer Atthide lucus Catenae Stat. Theb. 8, 25. Siſtrum Id. Silu. 3, 2, 103.

MVLTISONŌRVS, a, um. Adi. [πολυηχὴς] Claud. de Mulabus Gall. v. 18 Eſſeda concordes multiſonora trahunt.

MVLTIVĂGVS, a, um. Adi. [πολυπλανὴς] Plin. 10, 37 Ferunt non mutare ſedem columbas, multiuaga alioqui aue. *i. Quae multum vagatur.* Domus multiuagae Scytharum Senec. Herc. fur. ſ. 7 *Quia plauſtris circumuehuntur.* Flexus multiuagus lunae Plin. 2, 10. Gradus Stat. Theb. 6, 1.

MVLTIVĬDVS, a, um. Adi. Mart. Capell. 2 p. 27 Alio mentis fluctu multiuida.

MVLTIVĬRA, ae. f. *Multorum virorum mulier.* Minuc. Felix in Octauio p. 226 Alia ſacra coronat vniuira, alia multiuira.

MVLTIVIVS, a, um. Adi. Apul. Met. 9 p. 221, 34 Multiuii circuitus, *de piſtrino.*

MVLTIVŎLVS, a, um. Adi. [πολυθέλων] *Qui multa vult, vel cupit.* Catull. 66 (69) 128 Quantum praecipue multiuola eſt mulier.

MVLTIVORANTIA, ae. f. Tertull. contra Pſych. c. 1 Tam multiuorantiae, *etc.*

MVLTOPĔRE. Adu. [μεγάλως] *Ea forma dixit* Plautus, *qua Magnopere dicimus;* in Merc. 1, 2, 65 Multopere in mundo ruſtico ſe exercitum.

MVLTOTIES. Adu. Liu. Epitome 58 *de Scipione Africano,* Multoties contra hoſtium eruptiones feliciter pugnauit. *Vid. Voſſ. de Vit. L. L. 1, 25. Cellar. Cur. Poſt. p.* 313.

MVLTITIA, *ſ.* MVLTICIA, ōrum. n. *Plur. tantum. Indumenta dicebantur minutiſſimis filis contexta. Vnde a* Multis filis *et propterea ſubtilibus, nomen inditum. Budaeus,* Multitia, veſtes ſunt ſericae tenuiſſimae aeſtiuae. Iuuenal. Sat. 2, 76 Quaero an deceant multitia teſtem. *Add.* Idem ibidem 66. *Eſt nempe nomen Adiectiuum.* Syntheſis multicia Tertull. de Pall. Tunicae multiciae viriles Vopiſc. in Aureliano c. 12. *alii h. l. leg.* multiliciae: *vid. Salmaſ.*

PLVS. n. [πλείων, πλεῖον, πλέον] *In ſingulari numero; in plurali vero* hi *et* hae Plures, *et* haec plura. *Comparatiuus gradus eſt a* Multus. Cic. de Amicit. 41 Plures enim diſcent quemadmodum fiant, quam quemadmodum his reſiſtatur. Cic. Att. 7, 3 Id ſi praeſtaret, quantum mihi aeris alieni eſſe ibi edidit, tantum, et plus etiam ipſe mihi deberet. *Nominatiuo aliquando iungitur, omiſſa* quam *particula:* Liu. de Bell. Maced. Paullo plus trecenta vehicula amiſſa. Plaut. Mil. 4, 2, 72 Plus mihi auri mille eſt modiorum Philippi. *Sic etiam Accuſatiuo, vt ſtatim apparebit. Genitiuo ſecundum regulam communem: vt,* Plus plauſtrorum Plaut. Aul. 3, 5, 31. Literarum plus Varr. de L. L. 5 ſtatim in initio. Menſis dimidiati plus ferre cibaria Cic. Tuſc. 2, 37. Sapientiae plus Plaut. Milit. 2, 2, 81. Virium plus habet alius alio Cic. de Legib. 1, 6 c. 2. *Accuſatiuo per ellipſin* quam *v. g.* Ancillas ſecum adduxit plus decem Ter. Heaut. 3, 1, 42. Id. Adelph. 2, 1, 46 Plus quingentos colaphos infregit mihi. Cato de R. R. Ne plus quatuor digitos transuerſos emineant. Annum plus obtinere prouinciam Cic. Att. 6, 6. *Sic de Nomin. vidimus. Ablatiuo.* Annos ſexaginta natus es, aut plus eo Ter. Heaut. 1, 1, 10. Ter. Hec. 3, 4, 7 Dies triginta, aut plus eo in naui fui. Cic. pro Quint. 41 c. 12 At tecum anno plus vixit. Plus annos centum Varro R. R. 1, 57, 2. Non plus triennium viuunt Idem 2, 1, 19. Cic. de Amicit. 58 Neque verendum eſt, ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat, aut ne plus aequo quid in amicitia congeratur. *Conf.* Hor. Epiſt. 1, 2, 29. Dimidio plus ſcripſit Clodia Cic. Att. 9, 11. Nihilo plus, *vid.* NIHILVM. Plus Iuſto Hor. Od. 3, 7, 24. Nimio plus, *vid.* NIMIS. Ant. ad Cic. Att. 10, 8 Sed quia te nimio plus diligo, non poſſum diſſimulare, mihi famam quoque, quamuis ſit falſa, magni eſſe. Parte media plus, elegans locutio: *h. e. Vltra medietatem* Ouid. Met. 3, 43. Plus viginti Vulneribus acceptis iacentem vidiſtis Cic. pro Sext. c. 39. *Etiam hic omiſſum* quam. Plus hoc quoque Virgine factum Non timuit tecum quod mea charta loqui, *i. plus quam virginem decet* Ouid. Her. 21, 243. Auctor ad Herenn. 4, 7 Quisquis audierit de arte Paullo plus in elocutione praeſertim, omnia videre poterit, *etc.* Cic. de Nat. Deor. 1, 5 Res nulla eſt, de qua tantopere non ſolum indocti, ſed etiam docti diſſentiant: quorum opiniones quum tam variae ſint, tamque inter ſe diſſidentes, alterum profecto fieri poteſt, vt earum nulla, alterum certe non poteſt, vt plus vna vera ſit. Vna plus me nocte ciuitas retinere non potuit Cic. Philipp. 1, 7. ¶ 2 Plus, *verbis iunctum.* Ter. Heaut. 2, 1, 8 Is mihi vbi adbibit plus paullo, ſua quae narrat facinora? Vigilabis laſſus: hoc plus Facies Ter. Eun. 2, 1, 15. *i.* πλεονεκτήσεις, *lucraberis: vid. Fr. Fabric.* Cic. de Amicit. 37 Et hercle ita fecit, vel plus etiam quam dixit. Plaut. Truc. 4, 2, 20. *Adol.* Plus dedi: *reſpond.* Plus enim es intromiſſus. Noceas plus tibi, dum ferias illos Plaut. Pſeud. 1, 2, 5. Proficit plus ſaepe ad miſericordiam commouendam virtus et magnificentia, in qua grauitas et auctoritas eſt, quam humilitas et obſecratio Cic. de Inuent. 1, 110. Ter. Adelph. 5, 9, 39 Plus ſcis quid facto opus eſt. Niſi liberatores Populi Rom. ſint *interfectores Caeſaris,* plus quam ſicarios, plus quam homicidas, plus etiam quam parricidas eſſe Cic. Phil. 2 c. 13. Plus enim quam firma debet eſſe memoria, quae aliam memoriam adiuuet Quinctil. 11, 2, 18. Plus ſum quam Plaut. Rud. 5, 2, 18. Ter. Hec. 2, 1, 39 Vt cum matre vna plus eſſet? *Vbi* Donat. ἰδιωτικῶς dixit, id eſt diu, ac maiorem partem. Vides plus Ter. Andr. 4, 4, 17. Varr. de L. L. 4, 31 Aratrum, quod arauit terram. Eius ferrum vomer, quod vomit eo plus terram. ¶ 3 *Formulae aliae:* Ter. Phorm. 3, 3, 21 Ne quid plus minusue faxit, quod nos poſt pigeat Geta. Omnibus illa Deus plusue minusue dedit Ouid. R. A. v. 560. Plusve minusue Martial. 8, 71. *i. Circiter.* Plus minus, *ſine coniunctione frequentius legitur, pro* Plus minusue, *hoc eſt Circiter: vt* Dies plus minus triginta; *pro eo, quod eſt Paullo plus, aut Paullo minus, hoc eſt Circiter.* Plin. 16, 6 Continentur hiſpido calyce, per genera plus minus complectente. Plus minus decem vetulae Martial. 9, 103. *Cum verbo.* Plaut. Merc. 4, 2, 27 Plus minus opus quam erat, multo dixeram controuerſiam, vt ſponſio fieret. Cic. Att. 6, 2 Nec ipſum odimus, et Brutum amamus, et Pompeius mirifice a me contendit, quem me hercule plus plusque in dies diligo. *Add.* Plaut. Aul. 3, 6, 10. Plus quam, *vnica dictio eſt, vel duae.* Ter. Phorm. 5, 3, 14 Hei video vxorem; paene plus quam ſat erat. Cic. de Amicit. 48 Quamobrem angor iſte, qui pro amico ſaepe capiendus eſt, non tantum valet, vt tollat e vita amicitiam, non plus quam vt virtutes, quia nonnullas curas et moleſtias afferunt, repudientur. Non plus quam Scribon. 121. *Plus cum poſitiuis, loco comparatiuorum.* Plus formoſus Nemeſian. Ecl. 4, 72. *i. formoſior.* Plus ſatis, pro Satis, *inquit* Donat. Ter. Eun. 1, 2, 5 Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. *Malim interpretatus eſſet* Plus quam ſatis eſt. Pluris, *Genitiuus, verbis aeſtimandi et pretii frequenter iungitur.* Cic. Fam. 16, 10 Nos agimus nihil cupide, eoque eſt noſtra pluris auctoritas. Aeſtimare pluris. Cic. Off. 3, 18. Idem de Finib. 3, 47 Nec vero ſatis acute dicunt, ſi bona valetudo pluris aeſtimanda ſit longa quam breuis, ſapientiae quoque vſus longiſſimus quisque ſit plurimi. Addicitur pluris dimidio Cic. Verr. 3, 77. Aedificamus pluris, *pro Carius* Columel. 1, 4. Eſt pluris eloquentia, quam iuris ciuilis ſcientia Cic. in Topic. 85. Eſt multo pluris nunc ager, quam tunc fuit Idem pro Roſc. Com. 33. Eſt pluris, conſiderate agere, quam cogitare prudenter Cic. Off. 1, 160. Mea mihi conſcientia pluris Eſt, quam omnium hominum ſermo Cic. Att. 12, 28. Feci pluris te ipſum, ex quo tempore tu me diligere coepiſti Idem Fam. 3, 4. Facio pluris omnium hominum neminem Idem Att. 8, 2. Fuit pluris Annibale, conſilio, virtute, rebus geſtis nemo Carthaginenſium Idem pro Sext. 142. Habetur pluris hic, quam alius Cic. Philipp. 6, 10. Putare pluris quod vtile videatur, quam quod honeſtum Idem Off. 3, 18. Putare ſe pluris quam mundum, arrogantis eſt Idem de Nat. Deor. 3, 26. Pluri ſucco, *an recte dicatur, diſputat Goclen. Probl. Gramm.* 3, 30. Plure altero tanto, quanto eius fundus eſt Plaut. *ap.* Chariſ. p. 189. Plure foras vendunt Lucil. ib. Plure venit Cic. ib. p. 84. ¶ 3 Plures *pro Multi, paſſim apud auctores legitur.* Plin. 9, 12 Aquatilium tegmenta plura ſunt. Plures ciuitates Caeſ. B. G. 3, 10. *i. plurimae.* Cic. pro Lege Manil. 19 Non poſſunt vna in ciuitate multi rem atque fortunas amittere, vt non plures ſecum in eandem calamitatem trahant. Plures *et* Pauci, *contraria.* Auctor ad Heren. 4, 26 Qui quum plures erant, paucis nobis exaequari non poterant. Eunt plures multis partibus in illius ſententiam Cic. Fam. 1, 2. Plura dicam de peccatis tuis Ter. in Prol. Heaut. 33. Te plura in hac re peccare oſtendam Ter. Adelph. 1, 2, 44. Colores plures in columba videri ſentio, nec eſſe plus vno Cic. Acad. 4, 79. Dies plures ſummus dolor manere non poteſt Idem de Finib. 2, 93. Oſcula plura Hor. Carm. 1, 36, 6. Simultates nimio plures exercuerunt eum Liu. 39, 40. *de Catone.* Numero plures Scribon. 97. Pluribus diebus 23. Verbis pluribus aliquid petere Cic. Verr. 4, 64. *Aliquando Verbis ſubintelligitur, vt apud* Ouid. Triſt. 5, 14, 11. Nihil opus eſt pluribus verbis commemorare Nep. 25, 21, 5. Plura, *pro Amplius.* Lucret. 5, 92 Quod ſupereſt, ne te in promiſſis plura moremur, *etc. Add.* Id. 6, 244. Pluria, ium. n. *pl. a ſingulari Plus.* Lucret. 2, 1134 Pluria eo diſpergit, et a ſe corpora mittit. *Sic autem legendum, non vt in vulgatis,* Plura modo. Pluria autem dixiſſe veteres *teſtantur* A. Gellius 5, 21. *et* Chariſius 1. *et idem* Lucret. 4, 587 Vnaque res haec eſt, cuius quam pluria habemus, Tam magis ardeſcit, *etc. Ex Lambino. Add.* Lucret. 1, 876. 4, 1082. *it. dicta in* COMPLVRES. Plurium, *pro Multorum.* Tacit. Ann. 12, 47 Genua Mithridatis inuadit, ipſumque proſternit: ſimulque concurſu plurium vinciuntur catenae ac compedes.

PLVRIES. Adu. *pro Saepius.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 79 Expeditae cohortes nouiſſimum agmen claudebant, pluriesque in locis campeſtribus ſubſiſtebant.

PLVRIFARIVS, a, um. Adi. [πολλάπλοος] Suet. in Claud. c. 21 Gladiatoria munera plurifaria ac multiplicia exhibuit. *Quaedam exemplaria hic legunt* Plurifariam *aduerbialiter. Conf.* Apic. 3, 15.

PLVRIFARIAM. Adu. [πολλαχοῦ] *Pluribus modis.* Suet. in Tiber. Caeſ. c. 43 Cubicula plurifariam diſpoſita. *Adde* Galb. c. 19. Auguſt. c. 46. *et* c. 80. *it.* Calig. c. 54. *et* Gell. 10, 24.

PLVRIFORMIS, e. Adi. Pluriformi modo Apul. Flor. 1 p. 341.

PLVRIVŎCVS, a, um. Adi. *Plura ſignificans.* Mart. Capell. 4 p. 97 Quaeritur, quid ſit aequiuocum, quid vniuocum, quid pluriuocum.

PLVRĀLIS, e. Adi. [πληθυντικὸς Gloſſ. Lat. Gr.] *Quo plura comprehendit, vel plures. vt,* Pluralis numerus Quinct. 1, 5, 42. Idem 1, 5, 16 Pluralia ſingulariter efferre. A ſingulari caſu ad pluralem tranſire Pompon. in l. Seruius ait D. de verb. ſignif. Datiuus pluralis Macrob. Saturn. 1, 4. *Vtuntur* Quinctil. 8, 6, 28. Chariſ. Diomed. Priſcian.

PLVRALĬTAS, ātis. f. Chariſius 1 Nomina autem nominatiuo V litera terminata, in ſingularitate per omnes caſus eandem V literam ſeruant nouiſſimam, in pluralitate tantum declinantur, vt genua, genuum, genibus. *Rurſus* lib. eod. Alia ſingularitate carent, vt exta, arma; alia pluralitate, vt garum, oleum, ferrum.

PLVRALĬTER. Adu. [πληθυντικῶς Gloſſ. Lat. Gr.] Vt de vno pluraliter dicamus Quinct. 8, 3, 35. Chariſius p. 72 Hoc tergum, tergi, tergo. Pluraliter haec terga, tergorum producte. Tergus, huius tergoris facit; pluraliter tergora, Genitiuo tergorum correpte. *Sic alibi frequenter.* Tonitrua nos pluraliter dicimus Sen. Q. N. 2, 56.

PLVRATĪVVS, a, um. Adi. [πληθυντικὸς] Pluratiuus numerus, *apud* Macrob. Saturnal. 1, 5. *Sic* Caius in l. Non eſt ſine liberis. D. de verb. ſignif. Haec enuntiatio, Habet liberos, ſemper pluratiuo numero profertur, ſicut et pugillares, et codicilli. *Conf.* Gell. 1, 16. 5, 21. 19, 8.

PLVSCVLVS, a, um. Adi. *Dimin. a Plus* [πλείων τις] Ter. Phorm. 4, 3, 60 Vxori emunda ancillula eſt, tum autem pluſcula ſupellectile opus eſt. *Iungitur Genitiuo.* Columel. 12, 47 Deinde exiguum aceti piperati, et pluſculum mellis aut mulſi adiiciunt. Negotii pluſculum in quibusdam cauſis eſt Cic. de Orat. 2, 99. Rationis pluſculum habent in ſe, pluſque operai Lucret. 4, 620.

PLVSCVLVM. Adu. [μείζόν τι] Plaut. Amph. 1, 1, 127 Niſi inuitauit ſeſe in coena pluſculum, h. e. Niſi bibit paullo plus, quam par fuerit. Pluſculum etiam quam concedit veritas, amori noſtro largiare Cic. Fam. 5, 12. Sed hic poteſt etiam ſubſtantiue intelligi.

PLVRĬMVS, a, um. Adi. [πλεῖστος] Superlatiuum a Multus. Ter. Eun. 2, 2, 39 Plurima ſalute Parmenonem, ſummum ſuum impertit Gnatho. Pluſima, plurima, vt Foedeſum, foederum, et alia pleraque ab antiquis dicta ait Varr. de L. L. 6, 3. quem vide, ne quid antiquitatis ignores. Gargarizatio plurima Scribon. 57. i. frequens. Labor plurimus Hor. Carm. 4, 2, 30. Linteola plurima Scribon. 205. Stragula plurima Cic. Verr. 2, 120. Salutem plurimam Atticae Cic. Att. 14, 20. Qui placere ſe ſtudeat bonis quam plurimis Ter. Eun. prol. v. 1. Vinum plurimum Scribon. 185. i. copioſum. Plurimus, Longus Virg. Aen. 1, 423 Iamque aſcendebant collem, qui plurimus vrbi Imminet. Seruius. Idem Quum ſe nux plurima: i. Amygdala; longa namque eſt. Plurimus dicit, pro plurimi dicunt Hor. Od. 1, 7, 8. Naſcitur plurimum Scribon. 163. Plurimi, Genitiuus, verbis aeſtimandi iungitur. Cic. Fin. 3, 34 Sic bonum hoc de quo agimus, eſt illud quidem plurimi aeſtimandum: ſed ea aeſtimatio genere valet, non magnitudine. Hephaeſtionem vnum Alexander plurimi fecerat Nep. 18, 2, 2. Quod plurimi eſt vt quisque poſſidet, ita ditiſſimus habendus eſt Cic. in Parad. 6. Idem Verr. 2, 181 Quod in publicanorum cauſis vel plurimum aetatis meae (i. maxima parte vitae meae) verſor, vehementerque illum ordinem obſeruo, ſatis commode mihi videor, etc. Idem de Finib. 1, 53 Itaque ne iuſtitiam quidem recte quis dixerit per ſeipſam optabilem: ſed quia iucunditatis vel plurimum afferat. Plurimum et Minimum, contraria. Cic. de Inuent. 1, 25 Exordium, ſententiarum et grauitatis plurimum debet habere, etc. ſplendoris, et feſtiuitatis, et concinnitudinis minimum.

PLVRIMVM. Adu. [πλεῖστον] h. e. Permultum. Vt Plurimum obeſſe Nep. 12, 3, 3. Cic. de Amicit. 44 c. 13 Plurimum in amicitia amicorum bene ſuadentium valeat auctoritas. Idem Fam. 11, 16 Hoc ego vtor vno omnium plurimum. Longe, longeque plurimum, vid. LONGVS. Diligere plurimum aliquem Cic. Fam. 1, 7. Poſſe plurimum dignitate apud aliquem Id. pro Roſc. Amer. 4. Praeſtabat plurimum aliis in muliebri corpore pingendo Zeuſis Idem de Inuent. 2, 1. Ficus plurimum ſumta Scribon. 190. i. large. Prodeſſe Nep. 7, 46. Poëtae plurimum Quantum veritati ipſi ſua auctoritate nocuere Minuc. Felix p. 204 ed. Ouzel. Plurimum, Saepius. Ter. Phorm. 1, 4, 17 Domum ire pergam: ibi plurimum eſt, i. Frequenter. Plin. 9, 36. Idem de vrſis 8, 36 Pariunt plurimum quinos. Pro hoc vulgus Vt plurimum dicit, Graecorum more. Quomodo et locutus eſt Plin. 15, 3 ad finem, Nec tam numeroſa differentia; tribus vt plurimum bonitatibus diſtat.

MVLVS, i. m. [ἡμίονος, ὀρεύς] Quod animal ſit, dicat Plin. 8, 44 Ex aſino et equa mulus gignitur menſe duodecimo, animal viribus in labore eximium. Et paullo poſt, Equo et aſina genitos mares hinnos antiqui vocabant; contraque mulos, quos aſini et equae generarent. Conf. Varro R. R. 2, 8. Vopiſc. in vita Aureliani c. 7 extr. Mulum centuriatum comiter curet. Ex quo loco apparet, centuriis mulos attributos fuiſſe, qui publici tamen erant, non priuati, vt equus erat ſagmarius. Centuriatum itaque vocat, vt centuriatus miles dicitur, qui centuriae attributus aſſignatusque eſt. Ex Turnebo. Clitellarius Cic. in Topic. 36 c. 8. Curto mulo ire Hor. Serm. 1, 6, 104. Feſtinat calidus mulis, gerulisque redemtor Hor. Epiſt. 3, 2, 72. Ornare aliquem mulis Cic. de lege Agr. 2, 32. de inſtrumento, quod magiſtratibus ex publico decernitur. Peruehi Romam mulo Id. Fam. 9, 18. Vtilitates mulorum et aſinorum ad vſum hominum paratae Idem de Nat. Deor. 2, 159 c. 64. Eſt conuicium in ſtupidos ac vecordes. Catull. 84, 3 Mule, nihil ſentis. Et Plaut. Ciſt. 4, 2, 12 Mulo inſcitior. Corradinus de Allio apud Catullum legi vult Nulle ex MSS. Plauti lectionem eſſe ſpuriam, Mulos ſagaces. Per me etiam ſint Aſini ſapientes. Mulus, Piſcis, vid. MVLLVS. Muli Mariani, ſunt Furcillae, quibus religatas ſarcinas viatores gerunt; quarum uſum quia Marius attulit, muli Mariani poſtea appellati. Haec Feſtus voce Aerumnula. Sed Plutarchus in Mario p. 412 E, laborioſos, ac ſilentio facileque imperata facientes, ſic vocari, (τοὺς φιλοπόνους, καὶ σιωπῇ μετ᾽ εὐκολίας τὰ προστασσόμενα ποιοῦντας ἡμιόνους μαριανοὺς καλεῖσθαι) tradit, vbi etiam aliam appellationis cauſam refert. Et ſic interpretari etiam poſſis Frontinum Strategem. 4, 1, 7 C. Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maxime exercitus agmen oneratur, vaſa et cibaria militum in faſciculos aptata furcis impoſuit, ſub quibus et habile onus et facilis requies eſſet: vnde et prouerbium tractum eſt, Muli Mariani.

MVLA, ae. f. [ἡμίονος] Plin. 8, 44 Gignitur autem mula ex equo et aſina, ſed effrenis, et tarditatis indomitae. Carrucaria, vid. CARRVS. Foeta Iuuen. Sat. 13, 66. Miſſa paſtum Hor. Serm. 1, 5, 19. Mundae nitet vngula mulae Iuuen. Sat. 7, 181. Calceare mulas, vid. Calceo, in CALX, pro poſteriore parte pedis. Cum mula pepererit; prouerbialiter dicitur de Re nunquam euentura. Suet. Galb. c. 4. vbi vid. Beroald.

MVLĀRIS, e. Adi. [ἡμιόνειος] Columel. 6, 27 Eſt enim generoſa materies, quae circo, ſacrisque certaminibus, equos praebet; eſt mularis, quae pretio foetus ſui comparatur generoſo. Herba Plin. 24, 19. alias dicitur Nodia.

MVLĪNVS, a, um. Adi. Iuuen. Sat. 16, 23 Mulino corde Vagelli. al. Mutinenſis. Vngula mulina Vitruu. 8, 3.

MVLIO, ōnis. m. [ἡμιονηλάτης] Qui mulos clitellarios ſiue quadrigarios ducit. Martial. 9, 58 Nec pigri rota caſſa mulionis. Sic et 13, 11. Perpetuarius Sen. de Morte Claudii, vbi vid. Gronou. ¶ 2 Mulio, Culicum genus. Plin. 11, 18 Impugnant eas naturae eiusdem degeneres veſpae atque crabrones, et e culicum genere, qui vocantur muliones.

MVLIONICVS, a, um. Adi. Tectus cucullione mulionica Lamprid. Heliog. c. 32.

MVLIONIVS, a, um. Adi. [ἡμιονηλατικός] Quod ad mulionem pertinet. Cic. pro Sext. 82 c. 38 Mulioniam penulam arripuit, cum qua primum Romam ad comitia venerat; meſſoria ſe corbe contexit.

MVLICVRIVS, i. m. Qui mulos curat. Gloſſ. Lat. Gr. Mulicurius, ἡμιονοκόμος.

MVLOCISIARIVS, i. m. Gloſſ. Gr. Lat. καρουχάριος, Mulociſiarius, carucarius, qui ciſio mulis iuncto vehitur.

MVLOMEDICVS, vid. ſupra ſ. l.

M V M

MVMMIA, gens Romana, quam nobilitauit L. Mummius, qui Corinthum bello captam diruit, Italiamque vaſis Corinthiis, aeneisque ſignis impleuit. Vid. Plin. 34, 3 et 7.

MVMMIĀNVS, a, um. Adi. Aedificia Mummiana. Feſtus.

M V N

MVNATIA Gens Romana, ex qua Lucius Munatius Plancus, Orator et diſcipulus Ciceronis.

MVNDA, ae. f. Vrbs Hiſpaniae, vbi Caeſar pugnauit contra filios Pompeii. Auctor Plin. 3, 1. Vide et 36, 18.

MVNDVS, a, um. Adi. [καθαρός, καθάριος] Purum, terſum, politum ſignificat. Ter. Eun. 5, 4, 12 Quae dum foris ſunt, nihil videtur mundius, nec magis compoſitum quidquam. Cic. de Finib. 2, 23 Nemo noſtrûm iſtius generis aſotos iucunde putat viuere, mundos, elegantes, optimis cocis, piſtoribus, piſcatu, aucupio, venatione, his omnibus exquiſitis vitantes cruditatem, etc. Mundus Menander Poëta Comicus apud Prop. 4, 5, 43 quod illuſtrat Brouckhuſius ex Phaedro 5, 2 vbi de illo, Vnguento delibutus, veſtitu affluens, veniebat greſſu delicato et languido. Coenae Hor. Carm. 3, 29, 14 h. e. Neque ſordidae, neque nimis opiparae et ſumtuoſae, vt Serm. 2, 1, 65 Mundus erit, qui non offendet ſordibus, atque In neutram partem cultus miſer, etc. Corpore mundo culta femina Lucret. 4, 1276. Digitus mundus Scribon. 71. i. nudus. Supellex Hor. Epiſt. 1, 5, 7. Munda, ſed e medio conſuetaque, Verba puellae ſcribite Ouid. A. A. 3, 479. vid. h. l. Burm. Compar. Hor. Serm. 2, 7, 12. Mundior et melior Catull. Carm. 68. Mundior iuſto cultus Liu. 8, 15, 7. Superl. Senec. Epiſt. 70 Seruitus mundiſſima. Quala mundiſſima Columel. 7, 3, 9. Ibid. c. 9 extr. Mundiſſimum cubile. Add. Plaut. Truc. 2, 7, 6. A librariis confunditur cum Nudus, v. v.

MVNDE. Adu. Pompon. apud Non. 4, 3 Aptate, pueri, munde atque ampliter conuiuium. Conf. Colum. 12, 18 et 38. Sen. Ep. 70. Gell. 10, 17. Superl. Cato R. R. c. 66 Quam mundiſſime puriſſimeque fiat. Aromata in pila quam mundiſſime Contundito Columel. 12, 51.

MVNDVS, i. m. [κόσμος] dicitur Ornatus muliebris, quo ſcilicet mulier mundior ſit. In cuius appellatione continetur ſpeculum, armillae, annuli, gemmae, et ſimilia, quibus mulier ornatur. Accius ap. Feſt. Cum virginali mundo clam pater. Liu. 32, 40 Non aurum modo iis, ſed poſtremo quoque veſtem, mundumque omnem muliebrem ademit. Mundus muliebris dictus a munditia Varr. de L. L. 4, 29. Munditiae et ornatus et cultus, haec feminarum inſignia ſunt: his gaudent et gloriantur, hunc mundum, Muliebrem appellarunt maiores noſtri Liu. 34, 7. Mundum ab Ornatu diſtinguunt ICti, vt Paullus rec. Sent. 3, 6. et Vlpian. l. 25 §. 10 D. de auro, arg. mundo; et etiam Varro; et ſimiliter Tertull. de Habit. Mulieb. c. 3 Habitus feminae duplicem ſpeciem circumfert, cultum et ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: Ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici. Ille in auro et argento, et gemmis et veſtibus deputatur: Iſte in cura capilli, et cutis et earum partium corporis, quae oculos trahunt, etc. In mundo eſſe, vid. IN. Mundum, neutro genere dixit Lucilius, Legauit quidam vxori mundum omne, penumque Nonius 3, 143. ¶ 2 Mundus etiam dicitur Caelum, et quidquid caeli ambitu continetur. Mundus appellatur caelum, terra, mare, et aër. Feſt. Mundus omnis ſocietate caeli et terrae conſtat et eorum naturis, quae vtriusque ſunt. Vel ſic: Mundus eſt ornata ordinatio Dei munere, Deorum recta cuſtodia etc. eſt enim paullo definitio longior. Apul. de mundo poſt princ. Sicut Graeci κόσμον, quod apud nos ornatum ſignificat; ita nos a perfecta abſolutaque elegantia vocamus mundum, quod nihil eo ſit mundius et pulchrius et ornatius. Haec ex Plin. 2, 1 et 4. Conf. Cic. de Vniu. c. 10. Id. de Finib. 3, 64 Mundum autem cenſent regi numine deorum, eumque eſſe quaſi communem vrbem et ciuitatem hominum et deorum, et vnumquemque noſtrûm huius mundi eſſe partem, ex quo illud natura conſequitur, vt communem vtilitatem noſtrae anteponamus. Mundus, eſt quaſi Communis deorum atque hominum domus, aut vrbs vtrorumque Cic. de Nat. Deor. 2, 154 c. 62. Vid. Barth. ad Claud. p. 1190. Mundus pro terra ſ. hominibus terram incolentibus: Vid. Drakenb. ad Sil. 3, 611. et 12, 336. In rerum natura totoque mundo quae conſtant, quaeque mouentur Cic. de Amicit. 24. Principio ipſe mundus deorum hominumque cauſa factus eſt: quaecunque in eo ſunt, et parata ad fructum hominum et inuenta ſunt Cic. de Nat. Deor. 2, 154 c. 62. Sexfariam hoc vocabulum vſurpari Manilio obſeruat Scalig. ad Manil. 5 p. 390. De complexu caeli et terrae; de Domicilio Deorum; de Deorum et hominum corpore; de Aethere; de Orbe ſtellarum inerrantium; de Prouidentia. Certe Stoicis deus, fatum, prouidentia, mundus idem erant: vid. Sen. Quaeſt. Nat. 2, 45. Quandoque res nouae placuere mundo Sen. Q. N. 3, 28. i. prouidentiae ſ. deo. Mundus etiam pro Genere humano et rebus humanis ponitur Lucan. 1, 160. vbi Mundus ſubactus a Romanis dicitur, in quo tamen auxeſin, vel hyperbolen adeo licet agnoſcere. Senec. Herc. Oet. 541 Te, te precor, quem mundus et ſuperi timent. Coniuret in arma mundus Lucan. 2, 48. Sic forte capi poſſit in Sen. de Prouid. pr. Quaeſiſti a me, Lucilli, Quid ita, ſi prouidentia mundus ageretur, multa bonis viris acciderent mala. Caeterum ita ponitur frequenter apud eccleſiaſticos. Vid. Ol. Borrich. Anal. p. 42. et And. Borrich. Vind. p. 139 ſeqq. ¶ 3 Iam dicendi formas videamus, et primo ſubſtantiua nomina, quibus iungitur Genitiuus Mundi. Arx ſiderea mundi Ouid. Amor. 3, 10, 21. Cardo Idem ex Pont. 2, 10, 45. i. Polus alter. Declinatio mundi, vid. Declinatio, in DECLINO. Extremum et vltimum mundi, caelum eſt Cic. de Diuin. 2, 91. Fabricator Ouid. Met. 1, 57. Fex Lucan. 7, 405. Lumina clariſſima mundi, Liber et alma Ceres, h. e. Sol et Luna Virg. Georg. 1, 5. Machina mundi Lucret. 5, 97. Moenia flammantia Lucret. 1, 74. Moles operoſa Ouid. Met. 1, 258. Nouitas Lucret. 5, 941. Oculus mundi Sol Ouid. Met. 4, 228. Orbis mundi Virg. Ecl. 6, 35. Regio vltima magni Ouid. Triſt. 4, 4, 83. Ruina Lucan. 4, 393. Species ſerena Lucret. 4, 138. Vetuſtas arcana Stat. Theb. 4, 32. At vigiles mundi magnum et verſatile Templum Sol et Luna ſuo luſtrantes lumine circum Lucret. 5, 1376. ¶ 4 Epitheta: Aeternus Senec. Herc. Oet. ſ. 16. Aetherius Tibull. 3, 4, 17. Annoſus Senec. Oedip. ſ. 5. Arduus, vid. ARDVVS. Auctior adiecto fulgebat ſidere mundus Claud. in Ruffin. 2, 3. Capax Ouid. Triſt. 2, 38. Citatus Senec. Herc. Oet. ſ. 15. Quinctil. 1, 17 Claros nomine ſapientiae viros nemo dubitauerit ſtudioſos muſicae fuiſſe, quum Pythagoras, atque eum ſecuti, acceptam ſine dubio antiquitus opinionem vulgauerint, mundum ipſum ea ratione eſſe Compoſitum,

quam

quam poſtea ſit lyra imitata. Concitatus Senec. Agamemn. ſ. 9. Dives Ouid. Met. 2, 95. Diuulſus Lucan. 1, 80. Firmior Herculea mundus ceruice pependit Claud. de Raptu Proſerp. 2, 47. Genitalis Sil. 13, 528. Immenſi mundi publica lux, Sol Ouid. Met. 2, 35. Lucentem mundum nos nominamus, varietate diſtinctum bene Graeci *κόσμον* Cic. de Vniuerſ. 31. Magni primordia Ouid. Met. 15, 68. Nitidus Sen. Medea v. 401. Patulus Lucret. 6, 107. Picti ſidera Senec. Thyeſt. 9. Pulcherrimus Claud. Conſ. Hon. 4, 283. Stelliger Senec. Herc. Fur. 13. Triformis mundi regna Ouid. Met. 15, 859. Triplex Idem ibidem 12, 40. Vaſtus Idem ibidem 13, 110. ¶ 5 *Verborum formae:* Adminiſtrare et regere mundum, *vid.* ADMINISTRO. Attollit ſe mundus, *vid.* ATTOLLO. Inceſtare mundum Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 238. Metiri magnitudinem mundi Cic. Off. 1, 154. Naſci mundum, et deficere Quinctil. 5, 10. Negat ſol officium mundo Ouid. Met. 2, 385. Praebet lumina mundo Titan Idem ibidem 1, 10. Proſternere mundum Lucan. 7, 278. Reddit Phoebus diem mundo Senec. Agamem. 1, 12. Rubeſcit mundus Ouid. Met. 2, 116. Mundi, *num. plurali dixit* Lucret. 5, 529 In variis mundis, varia ratione creatis, *etc. Add. ibid.* v. 1344. ¶ 6 Mundos quidam *apud* Seru. *ad* Aen. 3, 134 *volunt dici* aras deorum inferorum. *Reſpexit credo,* Seruius *ad illam formulam, qua* Mundus patere *dicitur, de qua* Macrob. Sat. 1, 16 Mundus cum patet deorum triſtium atque Inferûm quaſi ianua patet: propterea non modo praelium committi, verum etiam delectum rei militaris cauſa habere, ac militem proficiſci, nauim ſoluere, vxorem liberûm quaerendorum cauſa ducere religioſum eſt. Feſtus *h. v.* Mundus, vt ait Capito Ateius in libro ſexto Pontificali ter in anno patere ſolet — quo tempore ea, quae occulta et abdita religionis deorum manium eſſent, velut in lucem quandam adducerentur et patefierent — *Hunc* mundum *ſignare videtur Plutarchus in Romulo* p. 23 Βόθρος ὠρύγη περὶ τὸ νῦν Κομίτιον κυκλοτερὴς ἀπαρχαί τε πάντων, ὅσοις νόμῳ μὲν ὡς καλοῖς ἐχρῶντο, φύσει δ᾽ ὡς ἀναγκαίοις, ἀπετέθησαν ἐνταῦθα. Καὶ τέλος ἐξ ἧς ἀφῖκτο γῆς ἕκαστος ὀλίγην κομίζων μοῖραν, ἔβαλον εἰς ταῦτα καὶ συνεμέγνυον. Καλοῦσι, δὲ βόθρον τοῦτον ᾧ καὶ τὸν ὄλυμπον ὀνόματι Μοῦνδον. Εἶτα ὥσπερ κύκλον κέντρῳ περιέγραψαν τὴν πόλιν. *Nempe in hanc foſſam rotundam eorum velut ſpecimina coniecere, quibus vel neceſſitas vel luxuria pretium facit. His deos manes placare, his communem quaſi theſaurum, nunquam tollendum, deſerendum nunquam, conſtituere videntur voluiſſe. Hunc* Mundum *a ſe dictum* ter *in anno videntur caerimonia quadam aperuiſſe. De hoc mundo denique ſiue* Caelo, (Olympum *vocat Plutarchus) accipio illud* Virgilianum *Aenigma* Ecl. 3, 104 Dic quibus in terris, et eris mihi magnus Apollo Tres pateat caeli ſpatium non amplius vlnas.

MVNDĀNVS, a, um. Adi. [κοσμικὸς] *Quod mundi eſt. Vnde* interrogatus philoſophus Socrates, cuias eſſet, mundanum ſe eſſe reſpondit, *vt ait* Cic. Tuſc. 5, 105 c. 37. Mundanum *pro Caeleſti dixit* Auienus Arat. v. 47. Orae Idem ibid. v. 216.

MVNDIĀLIS, e. Adi. *Idem quod Mundanus.* Tertull. de Reſurr. carn. c. 47 Haec erit vita mundialis. Elementa Id. adu. Marc. 5, 4. Fabrica Ambroſ. de myſterio Paſchae c. 2. Literae mundiales Saluian. Praefat. de Gubernat. Dei. Gloria mundialis Prudent. Cathem. 1, 90. *Conf. Borrich. Cogit. p.* 172.

MVNDIALĬTER. Adu. Viuere mundialiter Tertull. de Reſurr. carn. c. 46.

MVNDIPŎTENS, entis. [κοσμοκράτωρ] Tertull. de Anima c. 23 Mundipotentes principatus. *Sic etiam* Hilarius *appellat Diabolos ex Epiſtola ad Epheſios.*

MVNDITĔNENS, entis. Tertull. adu. Valent. c. 22 Diabolum munditenentem appellant.

MVNDVLVS, a, um. Adi. Dimin. *A* Mundus *Adiectiuo: Qui nimia munditia vtitur, vt placeat mulierculis.* Plaut. Truc. 3, 1, 13 Nunc ego iſtos mundulos vrbanos amaſios hoc ictu exponam. *Et* Accius *apud* Non. 2, 583.

MVNDVLE. Adu. Apul. Aur. Aſin. 2 *pr.* Ipſa lintea tunica mundule amicta.

MVNDĬTER. Adu. [καθαρίως] Plaut. Poen. 1, 2, 26 Nam quum ſedulo munditer eos habemus, vix aegre amatorculos inuenimus.

MVNDITIA, ae; *vel* MVNDITIES, ēi. f. [καθαριότης] *Lautitia, vel Ornatus, quo quis ſe mundum ac politum tenet.* Munditia illecebra animo eſt amantum Plaut. Men. 2, 3, 4. Munditias mulieribus, viris laborem conuenire Sall. Iug. c. 85. Cic. Off. 1, 130 c. 36 Adhibenda praeterea munditia eſt, non odioſa neque exquiſita nimis; tantum quae fugiat agreſtem et inhumanam negligentiam. *De nimio corporis cultu ap.* Suet. Oth. c. 12. Elegantia et munditia Cic. in Orat. 76. Hoc contra naturam eſt, Faciles odiſſe munditias Sen. Epiſt. 5. Lautitia, munditia, elegantia Cic. Fam. 9, 20. Multa munditia et circumſpecte compoſiteque amictum eſſe Gell. 1, 5. Tales munditiae Decent puellas Martial. 10, 90. Munditiae mundior Catull. 21, 18. Viriles minime Claud. in Eutrop. 2, 337. Vrbanis munditiis ſe exercere Sall. Iug. c. 63. Capimur munditiis Ouid. de Arte Am. 3, 133. Facere munditias Cato c. 2 *et* 39. *Vid.* FACIO. *De magna aedificiorum elegantia adhibetur* Suet. Caeſ. c. 46.

MVNDO, āre. [καθαρίζω] *Mundum et nitidum facere.* Plin. 15, 6 Ob id crebrius vaſa mundanda. *Add.* Vulgat. Gen. 35, 2.

MVNDANS, antis. Partic. Vulg. Interpr. Eph. 5, 25 Mundans eam lauacro aquae.

MVNDĀTVS, a, um. Part. Baccâ mundata Columel. 12, 50. *Add.* Vulgat. Matth. 12, 44.

MVNDATIO, ōnis. f. Vulg. Interpr. Leuit. 16, 30 In hac die expiatio erit veſtra et mundatio a peccatis. *Conf.* Oct. Horat. 1, 19.

MVNDĀTOR, ōris. m. Firmic. 8, 19. *ad finem,* Viceſima-octaua pars Arietis ſi in horoſcopo fuerit inuenta, latrinarum faciet cloacarumque mundatorem. *Et* c. 29 Part. 13 Decimatertia pars Aquarii ſi in horoſcopo fuerit inuenta, hortorum cultores faciet, vel cloacarum mundatores.

MVNDATŌRIVS, a, um. Adi. Mundatorium medicamentum Plin. Valer. 2, 25.

MVNDITIOR, āri. *Mundum eſſe.* Plaut. Caſ. 2, 3, 9 Munditianti deo. *Sed Gronou. legit* Munditia antideo. *Vid. Taubm. ad l. c. p.* 379. *Parei Lex. Crit. p.* 760.

MVNDICĪNA, ae. f. Apul. Apol. p. 277 Mundicinae dentium, *i. Medicinae ad munditiam dentium conciliandam, in carmine.*

MVNDICORS, cordis. Auguſt. Serm. de Sanct. 14.

MVNDIFĬCO, āre. Macer. 3, 12 Mundificare ſtomachum.

MVNDIFICATVS, a, um. Part. Corpora mundificata Conſt. Afer. 7, 3.

MVNDIFICATĪVVS, a, um. Adi. Medicina mundificatiua Conſt. Afer. 7, 6. Mundificatiuis *curari* Id. ibid. c. 13.

MVNERARIVS, MVNERATOR, MVNERO, āre. *vid.* MVNVS.

MVNGO, munxi, munctum, ĕre. [μύττω, μύσσω Onomaſt. Vet.] *Quaſi* Mucum agere. ¶ 2 *Etiam* Mungor Depon. *Aliquando in vſu fuiſſe apud antiquos. Docet compoſitum, quo vtitur apud* Non. 7, 111 Varro Cato vel de Liberis educandis, Eam ſunt conſecuti corporis ſiccitatem, vt neque ſpuerent, neque emungentur.

MVNCTIO, ōnis. f. Munctiones muculentae Arnob. 3 p. 107.

MVNIA, MVNICEPS, *vid.* MVNVS.

NVNIFEX, MVNIFICENTIA, *vid.* MVNVS.

MVNIO, īui, ītum, īre. [ἀσφαλίζω, ὀχυρόω, τειχίζω] *Firmum ac tutum facere aliquid. Veteres dixiſſe videntur* Moenire, *vt* Moenia. Plaut. Mil. 2, 2, 73 Magnum illic honorem incipis, ſi magna munis moenia. *Abſolute, pro Muros ac* Moenia *ſtruere* Nep. 2, 6, 5. Columel. . . . . Quantumque res patietur, a frigore et tempeſtatibus muniemus. Ad tempora ſe Cic. Fam. 9, 18. *i. parare. Sic* Ad illud ſe munire videntur, ne immiſcuiſſe ſe credantur; non ad illud, vt ſumtum conſequantur Vlpian. in l. At ſi quis. §. ſed interdum. D. de relig. et ſumt. fun. Contra pudorem ſe Tacit. in Vit. Agric. 45. Aditus inſulae mirificis molibus munire Cic. Att. 4, 15. Cic. pro Cluent. 31 Vt ad hoc nefarium facinus accederet, Aditum ſibi aliis ſceleribus ante muniuit. Caeſ. Bell. Gall. 1, 49 Primam et ſecundam aciem in armis eſſe, tertiam Caſtra munire iuſſit. *Conf. ibid.* 2, 5. Coloniam praeſidiis, cuſtodiis, vigiliisque Cic. in Catil. 1, 8 c. 3. Gentem aliquam coloniis munire Idem pro Flacc. 64. Ignem ita munire, ne euagetur Vlpian. in l. Si Seruus ſeruum. §. Si fornacarius. D. ad legem Aquiliam. Imperium munire, *i. Firmare vim dominationis* Nepos in Reg. c. 2, 2. Iter Liu. 25, 11. Oppidum et arcem Cic. de Prou. Conſ. 4. Oppidum vi multa Virgil. Aen. 1, 275. Praeſidia Reipublicae munire, intercludere omnes ſeditionum vias Cic. pro Rabir. 3. Liu. 21, 37 *pr.* Inde ad rupem muniendam, *etc. Alii legunt,* Minuendam, *ſed male. Interpretur autem hic* Munire, *Per rupem viam aperire, viamque in ea munire, et tanquam ſtruere: id eſt, eam caedere, et in ea opere laboreque militari complanare et aequare iter, aut deorſum deprimere, et decliue reddere quodam anfractu molli. Itaque qui aggerem iaciunt, foſſas aperiunt, vias muniunt militiae,* munitores *vocantur. Eſſe autem ita legendum ex eo etiam apparet, quod non longe hinc ſcribitur,* Et quies muniendo feſſis hominibus triduo data. *Turnebus* 13, 18. *vid. mox* Viam munire. Se praeclare et tueri et munire beneuolentia multorum Cic. de Finib. 2, 88 c. 26. Se miſericordia et liberalitate Id. Att. 9, 8. Senectam gnatis Lucret. 4, 1249. Subſidia frumentaria Reipublicae firmiſſimis praeſidiis claſſibusque Cic. pro Lege Manil. 34. Viam munire, *i. tutam a voraginibus, lacunis, praecipitiis, commodamque reddere.* Cic. pro Milon. 17 Perinde quaſi Appius ille Caecus viam munierit, non qua populus vteretur, ſed vbi impune ſui poſteri latrocinarentur. *Per translationem,* Quinctil. 3, 1 Propterea quod plurimi auctores, quamuis eodem tenderent, vias tamen diuerſas munierunt, et in ſuam quisque induxit ſequentes. Cic. Tuſc. 1, 32 Abiit ad deos Hercules: nunquam abiiſſet, niſi quum inter homines eſſet, eam ſibi viam muniuiſſet. Id. Att. 1, 24 (1) Sed tamen quoniam iſta ſunt tam infirma, munitur quaedam nobis ad retinendas opes noſtras tuta, vt ſpero, Via. Idem Verr. 1, 64 Alia ſibi ratione Viam munire ad ſtuprum coepit. Viam accuſandi alicui munire, adipiſcendi obſtruere Id. pro Muraen. 48 c. 23. Fidelitate nouarum neceſſitudinum contra veterum inimicorum perfidiam muniendum me putaui Cic. Fam. 4, 14.

MVNIENS, entis. Part. Curt. 4, 2, 13 Munientibus coria velaque iuſſit obtendi.

MVNIOR, iri. Paſſiu. *Non facile reperias, excepta tertia Indicatiui perſona,* Munitur, *et Infinitiuum* Muniri. Cic. de Senect. 51 Munitur contra auium morſum vallo ariſtarum, *vid.* MORSVS. India munitur vallo eburno Lucret. 2, 538. Muniri et ornari bonorum omnium praeſidio Cic. pro Flacc. 103. Id. de Amicit. 30 Vt enim quisque ſibi plurimum confidit, et vt quisque maxime virtute ſic munitus eſt, vt nullo egeat, *etc.*

MVNĪTVS, a, um. Partic. [ὀχυρὸς, ἀσφαλισθείς] Cic. Quint. Frat. 2, 3 Dixitque aperte, ſe munitiorem ad cuſtodiendam vitam ſuam fore, quam Africanus fuiſſet. Nihil tam munitum, quod non expugnari poſſit Cic. Verr. 1, 4 c. 2. Contra hoſtes ſeptus et munitus Id. de Finib. 1, 51. Latera concaedibus munitus Tacit. Ann. 1, 50 *pr.* A propinquis munitus, *vid.* A *vel* AB *Praepoſitiones.* Amicis non paucis Ouid. ex Pont. 2, 3, 24. Amicitiis partis et fundatis fretum ac munitum eſſe oportet Cic. de Petit. Conſul. 21. Beneuolentia hominum firmiſſima muniti ſumus Id. Att. 2, 25. Iudicibus Aedilis munitus, ſtipatus ſicariis, ſeptus armatis Idem pro Sext. 95. Timore nullo munitus Propert. 3, 12, 17. Amici ingenio alicuius munitiores Cic. pro Muraen. 56. Arx munitiſſima Liu. 26, 48. Caſtella Cic. Fam. 2, 9. Delicta munita auctoritate alicuius Salluſt. in Iugurth c. 28. Domus clauſa ſatis et munita aliquibus Cicero pro Lege Manil. 65. Domus munita publico omni praecipuo et diuino, et humano iure Id. de Aruſp. Reſponſ. 14. Domus tot Senatus conſultis munita atque ſepta Idem ibid. 15. Equus Propert. 4, 3, 8. Iter Sil. 15, 506. *al.* Rapidum. Legatio munitior Cicero Attic. 2, 18. Libertas leuitate legum munita Id. pro Rabir. 10. Locus munitiſſimus habendi Senatus Id. in Catil. 1, 1. Locus vrbis munitiſſimus Varr. de L. L. 4, 32. Oppidum munitiſſimum oppugnare Cic. Fam. 2, 9 (10). Palpebrae tanquam vallo pilorum munitae Idem de Nat. Deor. 2, 143. Pars inſulae munitiſſima Liu. 24, 22. Pectus munitum ſapientia gerere Cic. de Diuin. 1, 45 c. 22. *Ex* Accio. Portus munitiſſimus Cic. Verr. 2, 13 c. 5. Via ad Conſulatum munita Idem pro Muraen. 23. Ex quo leges moresque conſtituti, effectum vt eſſet Vita munitior Cicero Off. 2 c. 4.

MVNĪTE. Adu. *Compar.* Varr. de L. L. 4, 32 Opere munibant moenia, quo munitius eſſent.

MVNITIO, ōnis. f. [ὀχυρότης, ἐπιτείχισμα] *Muniendi ratio vel actus.* Non multum ſupereſſe munitionis Nep. 2, 7, 2. Caeſ. Bell. Gall. 1, 9 Operis munitione, et militum concurſu, et telis repulſi. *Add. ib.* c. 49. Loci munitio Quinct. 3, 7. Munitioni, quam Fecerat, legatum praefecit Caeſ. Bell. Gall. 1, 10. Munitiones Disiicere Nep. 17, 5, 7. Operibus munitionibusque ſepire vrbem aliquam Cic. Philipp. 13, 20 c. 9. Ex viarum munitione quaeſtum facere Idem pro Font. 7. Munitione ac mole lapidum disiunctus a mari fons Id. Verr. 4, 118.

MVNĪTOR, ōris. m. [ὀχυρωτὴς] Liu. 27, 15 Caſtra inde ponentem, pugnando vndique in munitores, operibus prohibet Id. 7, 23. Barbari perfringere ſtationes ſeque inferre munitoribus niſi Tac. Ann. 1, 64, 1. Ouid. Epiſt. 5, 239 Troiae munitor *Apollo eſt.*

MVNITORIVM, i. n. Praecinctorium vel ſuccinctorium Iſidor. Gloſſ.

MVNITVRA, ae. f. *Munimen.* Ferret. Muſ. Lapid. p. 73 STRVCTVRAM CVM MVNITVRA SARCOPHAGI SVIS IMPENSIS FECIT.

MVNĪTO, āre. Frequent. [κατωχυρόω] Cic. pro Roſc. Amer. 140 c. 48 Nunc vero quam viam munitet, quod iter affectet, videtis. *Turnebus hic,* Munitare, *pro Munire cupere, ſine frequentationis ſignificatione. Conf. Grut. ad h. l.*

MVNIMEN, ĭnis. f. [ὀχύρωσις] *Munitio eſt, proprie caſtrorum caeterarumque rerum, quae contra aduentum hoſtium muniuntur, ſiue vallo, ſiue foſſa, ſiue alio quouis modo. Dicitur et de aliis rebus.* Virg. Georg. 2, 352 Hoc effuſos munimen ad imbres. *Add.* Col. 3, 15, 4. Munimen nullo quaſſabile ferro Lucan. 6, 22.

MVNIMENTVM, i. n. [ὀχύρωμα, ἔρυμα] *Idem.* Liu. 1, 33 Quiritium quoque foſſa, haud paruum munimentum a planioribus aditu locis, Anci regis opus eſt. *Add.* Id. 30, 16. Quum extra Munimenta ſe euoluit *Iunius* Curt. 3, 1, 5. Tacit. Ann. 1, 3 Sed quo pluribus munimentis inſiſteret. *Sic enim prorſus legendum eſt, quum iſta ſe ratione magis muniiſſe dicat. Fere tamen in omnibus exemplis* Monimentis *ſcribitur. Reſtituit Turneb.* Caeſ. Bell. Gall. 2, 17 Inſtar muri ſepes munimenta Praebent. Tenere ſe munimentis, et maiores copias operire iubetur Tacit. Ann. 13, 36. Togae munimenta Iuuen. Sat. 9, 29. Munimenta hortis exſtruere Colum. 11, 3, 2.

MVNIBĪLIS, e. Adi. Sidon. Epiſt. 2, 2 Porticus columnis inuidioſa munibilibus. *Al.* Monubilibus, *v. v.*

MVNIO, onis. f. *Pedis metrici eſſe nomen vix dubitandum.* Cic. de Orat. 1 c. 59 *agit de cura vocis, ſed addit:* Hoc nos ſi facere velimus, ante condemnentur ii, quorum cauſas receperimus, quam toties, quoties praeſcribitur, Paeanem aut Munionem citarimus. *Turnebus ſuſpicabatur* Minuritionem. *Sed hic pes poſtulatur. Bunauius apud Erneſtum in Claui Ciceron.* Monogenem, *qui pes alias* Epitritus quartus *vocatur. Mentionem nominis habet Hephaeſtion de Metris* p. 11. *Talaeus* Nomionem.

MVNIS, *vid.* MVNVS.

MVNVS, ĕris. n. [φιλοτιμία, φιλοξενία, (*f.* φιλοξενία) δῶρον Gloſſ. Lat. Gr.] *Generali notione ſignificare videtur, quidquid fit in gratiam alterius, ſiue* donum *ſit et largitio, ſiue officium, aut factum alteri vtile: praecipue autem adhibetur de his, quum de re publica, multitudine certe hominum, bene quis meretur, vel gratuita opera, vel honorario, ſtipendio etc. inductus. Add. quae dicemus ad n.* 6. Donum dictum munus *ait* Varro de L. L. 4 *extr.* ab eo, quod qui mutuo animo ſunt, id dant officii gratia. Feſtus: Munus, donum, quod officii gratia datur. Paullus in l. Munus. D. de Verborum et rerum ſignific. Munus, inquit, tribus modis dicitur: Vno, donum: et inde munera dici, dari, mittiue. Altero, onus: quod quum remittitur, vacationem militiae, munerisque praeſtat; inde immunitatem appellari. Tertio, officium: vnde munera militaria, et quosdam milites, munifices vocari. igitur et municipes dici, quod munera ciuilia capiant. *Item,* Munus *appellant ICti, quod ex cauſa datur inter donum* D. de V. S. Nobilitas generis, vires corporis, Munera a dis data vocantur Liu. 3, 11. *Conf.* Ouid. A. A. 3, 653. Varro de L. L. 4, 36. C. A. Duker. de Latinit. ICtor. p. 47 ſeqq. Munus et donum, *vid.* DONVM, *et mox n.* 4. Omnia plena tuis muneribus Virg. Georg. 2, 5. Deorum immortalium munera, beneficia parentum Cic. poſt Red. in Senat. 2. Odi doloſas munerum et malas Artes: imitantur hamos dona Martial. 5, 18. Liberi iocoſi munera, *Vinum* Hor. Carm. 4, 15, 26. ❡ 2 *Epitheta:* Acceptiſſima Ouid. Ep. 17, 72. Caeca Fortunae Senec. Hippol. 9. Diuinum munus Scrib. Ep. in. Exiguum Ouid. de Arte Am. 2, 286. Extremum Virg. Ecl. 8, 60. Fera moenera militiai Lucret. 1, 30. Moenera *autem antiquo more dictum eſt pro* Munera, *oe pro* u, *vt a Poenis, Punicum, et Moerorum, pro murorum.* Funeſtum Ouid. Met. 2, 88. Hamata, *vid.* HAMVS. Inania Ouid. Met. 2, 541. Inenarrabile, *vid.* INENARRABILIS. Intemerata Virgil. Aen. 3, 178. Leue Ouid. Met. 1, 620. Memorabile Idem ibid. 14, 225. Miſerabile Stat. Theb. 8, 652. Naturale munus decoris Ouid. Met. 14, 684. Nocitura Id. ibid. 11, 104. Pexa, *vid.* PECTO. Popularia Cic. Off. 2, 56. Publica Ouid. Met. 6, 351. Regale Senec. Herc. fur. 6. Secreta Iuuen. Sat. 9, 53. Triſte Ouid. Met. 9, 4. Viſcata, *vid.* VISCVS, viſci. Votiua Ouid. Epiſt. 15, 211. ❡ 3 *Verborum formae:* Accipere aliquid in muneribus, *vid.* ACCIPIO. Accipere pro magno munere Scribon. 172. *i. loco muneris.* Cic. de Diuin. 2, 5 Quod munus Reipublicae Afferre maius meliusue poſſumus, quam ſi, *etc.* Augere verbis, *vid.* AVGEO. Beare paruo aliquem Hor. Epiſt. 1, 18, 75. Cedere illa dei munus bene ſenſit Ouid. Met. 8, 862. Certare muneribus Virg. Ecl. 2, 57. Collocare munus Cic. Verr. 5, 55. Conſignare Idem Fam. 12. Contendere cum aliquo muneribus, *vid.* CONTENDO. Corrumpere aliquem Hor. Serm. 1, 9, 57. Cumulare magnis aliquem Virgil. Aen. 5, 532. Decorare ſupremis aliquem Id. ibid. 11, 25. Eſt tui muneris Ouid. Triſt. 1, 5, 6. Eripere exequiarum Cic. pro Cluent. 28. Dare dignum alicui Virg. Aen. 5, 355. Dare extremum Idem ibid. 4, 429. Dare mirificum populo Cic. Quint. Fr. 3, 8. Dare aliquid muneri Quinctil. 1, 10. Deſpicere alicuius Ouid. Met. 13, 839. Donat praeſtanti iuuenem Virgil. Aen. 5, 361. Donare promiſſo aliquem Idem ibid. 5, 282. Donatus pingui Hor. Epiſt. 2, 1, 267. Donatum diuino munere Reip. videri Cic. de Aruſp. Reſp. 6. Tacit. Ann. 15, 52, 4. *de coniuratione in Neronem verba faciens,* Plerique Veſtini quoque Conſulis acre ingenium vitauiſſe Piſonem crediderunt, ne a libertate moueretur, vel delecto imperatore alio, ſui muneris Rempublicam faceret. *Vid. Gruter. Suſpicion.* 1, 13. Iuſtin. 13, 4, 9. *ap. Caſaub. ad* Suet. Claud. c. 23. Ferre templis Virg. Aen. 4, 217. Largiri Cic. . . . Lenire muneribus, congiariis, epulis multitudinem imperitam Cic. Philipp. 2, 116. Idem Verr. 2, 62 Mittit homini munera ſatis large haec ad vſum domeſticum, vini et olei quod viſum erat; etiam tritici quod ſatis eſſet. Mittere aliquid muneri alicui Catull. in Aſin. 12, 15. Obtrudere foedum alicui Claud. in Eutrop. 1, 41. Offerre Cic. . . Offerre aliquid muneri Quinctil. 4, 2. *it.* 1, 10. Ornare verbis, *vid.* ORNO. Parta meae Veneri ſunt Virg. Ecl. 3, 68. Penſare munere Ouid. Triſt. 3, 11, 48. Placant munera (crede mihi) homineſque, deoſque Id. de Arte Am. 3, 653. *al.* Capiunt. Poſcere aliquem Idem ibid. 3, 805. Seruabere noſtro Id. Met. 7, 93. Soluere alicui Ouid. Met. 11, 104. Sordent tibi noſtra Virg. Ecl. 2, 44. Spernere Idem Aen. 7, 261. Sum. Numinis inſtar eris ſemper mihi, neque fatebor muneris eſſe tui Ouid. Met. 15, 124. Totum muneris hoc tui eſt, quod monſtror digito praetereuntium Hor. Od. 4, 3, 21. Terere Senec. de Benef. 2, 4. Veſcimur terrae munere Hor. Carm. 2, 14, 10. ❡ 4 Munus, [ἔργον] (*inquit* Feſtus) ſignificat etiam Officium, quum dicitur quis munere fungi. Cicero Off. 1, 15 Eiusque virtutis hoc munus proprium. Munus proprie eſt quod neceſſario ſubimus, lege, more, imperioue eius, qui iubendi habet poteſtatem. Dona autem proprie ſunt, quae nulla neceſſitate, iure, officio, ſed ſponte praeſtantur: quae ſi non praeſtentur, nulla reprehenſio eſt: et ſi praeſtentur, plerumque laus ineſt. ſed in ſumma, in hoc ventum eſt, vt non quodcunque munus, id et donum accipiatur. at quod donum fuerit, id munus recte dicatur. Martianus in lege Munus proprie. D. de Verborum et rerum ſignific. *Conf. Grot. in Florum Sparſ. ad h. l. Add.* l. Honor ff. de munerib. *Erat in oppidis Graeciae munus quoddam recipiendorum hoſpitio Senatorum, legatorum, magiſtratuum, quod* προξενία *dicebatur; quique eos recipiebant, qui hoſpitio publico cum ciuitate erant coniuncti,* πρόξενοι *dicebantur. Hoc munus ſignificat* Cic. Verr. 1, 65. *quum ſcribit,* Oſtendit munus ſuum illud non eſſe; ſe, cum ſuae partes eſſent hoſpitum recipiendorum, tum ipſos tamen praetores et conſules, non legatorum aſſeclas recipere ſolere. *Annotauit Turnebus.* Cic. Fam. 11, 5 Oſtendit munus illud non eſſe ſuum. Hoc proprium tuum munus eſt, vt ita erudiatur, vt et patri, et Scipioni noſtro, et tibi tam propinquo reſpondeat Cic. de Finib. 3, 8. Animi munus eſt, ratione vti Id. Tuſc. 3, 15. Belli munera Liu. 24, 35. Irrita Coniugii ſterilis ſi munera languent Sammon. v. 610. Munere aſſiduo valentem exercete iuuentam Catull. Carm. 62. *Vtroque loco illud notat, quod vulgo* Officium *ſ. debitum coniugale vocant.* Cic. de Senect. 29 An ne eas quidem vires ſenectuti relinquemus, vt adoleſcentulos doceat, inſtituat, ad omne Officii munus inſtruat? *Ibid.* 34 Senectutis nullus certus eſt terminus, recteque in ea viuitur, quoad munus Officii exequi poſſis, et tamen mortem contemnere. Officii ac ſtudii erga aliquem Cic. Fam. 6, 14. Principum munus eſt, reſiſtere leuitati multitudinis Idem pro Milon. 22. Id. Off. 3, 4 Nulla tamen eius ingenii monumenta mandata literis, nullum opus otii, nullum Solitudinis munus exſtat. Cic. de Finib. 1, 11 Quis alienum putet eius eſſe dignitatis, quam mihi quisque tribuit, quid omni in munere Vitae optimum et veriſſimum ſit exquirere? Cic. de Orat. 2, 262 Tamen ab oratoris proprio Officio atque munere ſeiuncta eſſe arbitror. Idem ibid. 1, 116 Magnum quiddam eſt, onus ac munus ſuſcipere, atque profiteri ſe, *etc.* Me ad munus meum Penſumque reuocabo Id. ibid. 3 c. 30. Societas tanti ac tam praeclari muneris Id. Fam. 5, 2. Idem ibid. 11, 16 Quamquam Lamia ſummo ſplendore, ſumma gratia eſt magnificentiſſimo munere Aedilitio, tamen, *etc.* Annuum Cic. Att. 6, 5. Aſſignatum, *vid.* ASSIGNO. Candidatorium, *vid.* CANDEO. Grande Hor. Carm. 2, 1, 11. Perſonale munus, *vid.* Vigilantia et ſolicitudo animi, *in* VIGIL. Plena honorum Horat. Carm. 4, 14, 2. ❡ 5 *Formulae verborum:* Adminiſtrare laute munus ſuum, *vid.* LAVTVS. Cic. de Legib. 1, 16 c. 5 Cuius muneris Colendi, efficiendique cauſa, nati et in lucem editi ſumus. Idem in Partit. 132 Eo expoſito, munus promiſſi omne Confecero. Curare munus ſuum, *vid.* CVRO. Deferre alicui Cic. Fam. 8, 8. Defugere Id. Att. 8, 3. Dare immunitatem munerum alicui Idem Acad. 4, 121. Idem de Senect. 34 c. 10 *extr.* Exequi omnia regis officia et munera. Explere ſuſceptum Reip. Id. de Prouinc. Conſ. 35. Explere amicitiae Id. de Amicit. 69. Id. Att. 1, 1 In omni munere candidatorio Fungendo. Idem de Legib. 1, 10 Senectutis non inertis grato atque honeſto Fungerer munere. Fungi munere propioris amici Horat. Epiſt. 1, 9, 5. Fungi corporis Cic. de Amic. 22. Id. de Legib. 2, 6 Tanquam id Habuerit operis ac muneris, vt hanc nobis efficeret ſedem, ad diſputandum, *etc.* Inire alicuius Virg. Aen. 5, 846. Iniungere, *vid.* INIVNGO. Inferere negotiis Quinct. 3, 7. Inſiſtere, *vid.* INSISTO. Obire, *vid.* OBEO. Cic. de Diuin. 2, 7 Quod quum acceſſiſſet noſtrae Reip. tum priſtinis Orbati muneribus, haec ſtudia reuocare coepimus, vt et animus moleſtiis hac potiſſimum re leuaretur. Perficere ſuſceptum Virg. Aen. 6, 629. Cic. de Senect. 77 Dum ſumus in his incluſi compagibus corporis, munere quodam neceſſitatis, et graui opere Perfungimur. Praebere alicuius Cic. pro Sull. 54. Praeponere alicui muneri aliquem Idem de Orat. 2, 41 c. 10. Praeſtare Id. ib. 2, 38. Regit fera munera belli Mars Lucret. 1, 33. Succedere muneri Cicero Verr 4, 81. Suſcipere Quinct. Proœm. 4. Suſtinebat magnum de iure reſpondendi Rutilius Cic. de Clar. Orat. 113. Eſſe tanti miniſtrum Idem de Natur. Deor. 1, 19. Tenere ſuum Id. Tuſc. 5, 38. Traducere Idem Att. 5, 9. Tueri Idem Fam. 10, 11. ❡ 6 Munus, *Spectaculum gladiatorium, aut ferarum, cum quibus homines depugnarent.* Seru. ad Aen. 3, 67 *de ritu funerum* Apud veteres etiam homines interficiebantur. Sed mortuo Iunio Bruto, cum multae gentes ad eius funus captiuos miſiſſent; nepos illius eos, qui miſſi erant, inter ſe compoſuit, et ſic pugnauerunt: et quod muneri miſſi erant, inde *munus* appellatum. *Sed probabilius eſt,* munus *vocatum, quidquid in gratiam populi et multitudinis fieret. Hoc ſequentia magis declarabunt, et oſtendunt etiam nomina* immunis, communis, *etc.* Cic. Off. 2, 57 Itaque et P. Craſſus cum cognomine diues, tum etiam copiis, functus eſt Aedilicio maximo munere. *Et paullo poſt,* Magnificentiſſima vero noſtri Pompeii munera ſecundo Conſulatu. Plin. 33, 3 Caeſar — primus in Aedilitate munere patris funebri, omni apparatu arenae argenteo vſus eſt. Suet. in Caeſ. c. 39 Edidit ſpectacula varii generis, munus gladiatorium, ludos etiam regionatim vrbe tota. *i. Per regiones Vrbis, quae numero quatuordecim erant: vt quaelibet Vrbis regio ſuos ac veluti peculiares ludos haberet. Hinc illud* Cic. Fam. 6, 19 De curatione aliqua munerum regionum cum Oppio locutus ſum. Munera *etiam dicuntur Loca ſeu Theatra, in quibus eduntur munera.* Velleius 2, 130, 1 Quam magnifici animi temperamento Cnei quoque Pompeii munera abſumta igni reſtituit. *Conf.* Idem 2, 48, 2. Ouid. de Arte Am. 1, 69. *Vid. Gerh. Voſſius ad l. c.* Vell. *et Heinſ. ad* Ouid. Faſt. 6, 92 p. 194. *Hinc Deus* Moderator tanti operis et muneris Cicero Tuſcul. 1 c. 29 *de mundo.* ❡ 7 Quo munere Virgil. Georg. 4, 150 *nihil videtur eſſe aliud, quam* οὗ χάριν *qua cauſa: ſimile illi* Georg. 4, 150 pro qua mercede canoros Curetum ſonitus crepitantiaque aera ſecutae, *i.* οὗ χάριν, *vel* ἀνθ' ὧν, *ideo, quod. Vid.* BENEFICIVM. ❡ 8 *Librarios voces,* Munus *et* Numen *permutare in obliquis, docet Drakenb. ad* Sil. 8, 223.

MVNVSCVLVM, i. n. Diminut. Cic. Att. 1, 5 (9) Tulliola deliciolae noſtrae tuum munuſculum flagitat. Virg. Ecl. 4, 18 At tibi prima

prima puer nullo munuſcula cultu, *etc.* Non ingrata Catul. Argon. ſ. 62 (65) 103. Non inuiſa Hor. Epiſt. 1, 7, 17. Condonare munuſculum, *vid.* CONDONO. Cic. Fam. 8, 8 Nemini hoc deferre munuſculum maluit, quam ſuo accuſatori *ironice, de accuſatione.* Vt cum aliquo munuſculo epiſtolam Mittam Sen. Ep. 10. Promittere Catul. Argon. 62, 103.

MVNVSCVLARIVS, i. m. *Qui munuſcula corradit. Apud* Auguſt. *Vid.* Saresb. 3, 11. *et* Iſidor. Gloſſ. 12.

MVNERARIVS, a, um. Adi. Libellus Treb. Pollio in Claud. c. 5 *in quo Catalogum fuiſſe gladiatorum locus ipſe oſtendit.*

MVNERARIVS, i. m. [ἀγωνοθέτης] *Muneris gladiatorii exhibitor.* Suet. in Domit. c. 10 Patremfamilias quod Thracem Mirmilloni parem, munerario imparem dixerat, detractum e ſpectaculis in arenam, canibus obiecit. *Quibus verbis munerarius Domitianus dicitur, vt ludorum exhibitor, a quo Thrax coactus fuerat depugnare: hoc enim ſignificat imparem ei fuiſſe: quae figura ſermonis exitialis homini intempeſtiue faceto fuit.* Quinctil. 8, 3, 34 Munerarium Auguſtus primus dixit. *Conf.* Sen. Controu. l. 4 praef.

MVNERĀLIS, e. Adi. [περὶ δώρων] *Quod ad munus pertinet; vnde,* Muneralis lex, qua Cincius (*vt ait* Feſtus) cauit, ne cui liceret ob cauſam orandam munus aut donum accipere. Plautus Neque muneralem legem, neque lenoniam, roga (*ſic habent libri, non* rogata) fuerit necne, flocci aeſtimo. *Scal.* nec fuerit, nec ne, flocci exiſtumo.

MVNĔRO, āre. [δωρέομαι] *et* MVNEROR, āri. Dep. *Donare, vel dono dare.* Macrob. Saturn. 1, 7 Ianus quum Saturnum claſſe prouectum excepiſſet hoſpitio, et ab eo edoctus peritiam iuris, ferum illum et rudem ante fruges cognitas victum in melius redegiſſet, regni eum ſocietate munerauit. Cic. de Inuent. 2, 3 Aliud alii commodi aliquo adiuncto incommodo muneratur. Alexion me opipare muneratus eſt Id. Att. 7, 2. *Et* Gell. 18, 12 Verba patiendi pro agentibus in omnibus ferme veterum ſcriptis reperiuntur; ex quibus ſunt pauca iſta, quae nunc meminimus: Muneror te, pro munero, *etc.* Quibus rex eum munerare conſtituerat Cic. pro Deiot. c. 6. Inani me lance muneras Sen. Ep. 119. Hor. Carm. 4, 2, 21

Vt gaudet inſitiua decerpens pira;
Certantem et vuam purpurae;
Qua muneretur te Priape, *etc.*

i. Donet te. *Sic* Ter. Heaut. 2, 3, 59 Munerarier ancillas primum, *etc.* Beneficium munerare Plaut. Capt. 5, 1, 15. *i. ſe gratum praeſtare.* *Conf.* Non. 7, 81. Gell. 18, 12 *ſub fin.*

MVNERĀTVS, a, um. Part. Ammian. 14, 7 Mulier munerata vehiculoque impoſita. *Et* Spartianus Adriano c. 3 Locupletiſſime muneratus.

MVNERĀTIO, ōnis. f. Vlpian. l. 1 §. 5. ff. de tutelae et rat. diſtrah. Non neceſſaria muneratio.

MVNERĀTOR, ōris. m. *Muneris gladiatorii exhibitor.* Florus 3, 20, 9.

MVNERĀTRIX, īcis. f. ICt. in Dig.

MVNERABVNDVS, a, um. Apul. Met. 11 p. 265 Quiſque munerabundi ad meum feſtinant illico reducem ab inferis conſpectum, *i. munera ferentes, vt locus ſatis indicat.*

MVNĬCO, āre. Municas pro Communicas dicebant Feſtus.

MVNIS, e. Adi. [τέλης] *Officioſus, antique.* Plaut. Merc. prol. 104 Dico eius pro meritis gratum me et munem fore. *Conf.* Non. 1, 88. Feſtus, Munem ſignificare certum eſt officioſum.

MVNIA, orum. n. [ἔργα, τέλη] *Obſequia lege debita, et officia quae publice praeſtantur.* Cic. pro Muraen. 72 Omnia haec ſunt officia neceſſariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorum. OB HAEC INSIGNIA GENERA MVNIORVM Inſcr. *ap.* Spon. Miſc. Er. Antiq. p. 36. Capeſſere munia, *vid.* CAPESSO. Conſulatus obire Tacit. Ann. 2, 26, 2. Id. Ann. 4, 39 Non enim exuere impoſita munia. Induere ducis Id. Ibid. 1, 69. Implere ducis Id. Hiſt. 1, 66, 3. Obire regis Liu. 1, 41. Belli Paciſque Liu. 1, 42. Suis ceruicibus munia Suſtinere Cic. pro Sext. c. 66. Vitae munia ſeruare recto more Hor. Epiſt. 2, 2, 131. Vrbis et Militiae ſimul obire Tac. Ann. 6, 8, 3. *Conf.* Vell. 2, 70, 1.

MVNĬCEPS, ĭpis. Adi. [συντελεστής] *Municipes proprie dicebantur, qui in ciuitatem Romanam recepti, munerum participes fiebant.* Feſtus, Municeps eſt, vt ait Aelius Gallus, qui in municipio liber natus eſt. Item qui ex alio genere hominum munus functus eſt. Item qui in municipio a ſeruitute ſe liberauit a municipe. Item municipes erant, qui ex aliis ciuitatibus Romam veniſſent, quibus non licebat magiſtratum capere, ſed tantum muneris partem. *Hactenus* Feſtus. Themiſtocles perſuadet omnibus, patriam Municipes eſſe, non moenia, ciuitatemque non in aedificiis, ſed in ciuibus poſitam Iuſtin. 2, 12, 14. Cic. de Legib. 2, 5 Ego, me hercule, et illi et omnibus municipibus duas eſſe cenſeo patrias; vnam naturae, alteram ciuitatis. Municipes dicti ſunt, quod munera ciuilia capiant. Paullus in lege Munus. D. de Verborum et rerum ſignificatione. *Conf.* Vlpian. l. 1 D. ad municipalem; *et Grot. in Florum Sparſ. ad h. l.* Municipes, qui vna munus fungi debent, dicti Varro de L. L. 4, 36 *extr.* Municipes abuſiue nunc dicimus, ſuos cuiuſcunque ciuitatis ciues: *vt ait* Vlpianus in lege 1 D. ad municipalem. Iuuen. Sat. 4, 13 Iam princeps equitum, magna qui voce ſolebat Vendere municipes fracta de merce ſiluros? *quaſi ciues, in Nilo Aegypti natos, vnde praeco etiam erat.* *Sic* 14, 271 Municipes Iouis lagenas *dixit. i. Cretici vini.* *Sic* Martial. 10, 87 Municipes Cadmi lacernas. *i. Tyrias, vnde Cadmus.* *Et* 14, 114 Municipem Sibyllae teſtam, *Cumanam.* *Sed proprie* Cic. Fam. 13, 12 Non dubito quin ſcias non ſolum cuius municipii ſim, ſed etiam quam diligenter ſoleam meos municipes Arpinates tueri. *Add.* Id. poſt red. ad Quir. c. 8. Municipes *pro Decurionibus* l. 3 C. Th. de Teſtimoniali ex Trib. *et* Protect. *et ibi Gothofred.*

MVNICIPIVM, i. n. Id genus hominum dicitur, *inquit* Feſtus, qui quum Romam veniſſent, neque ciues Romani eſſent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum, vna cum Romanis ciuibus, praeter quam de ſuffragio ferendo, aut magiſtratu capiendo, ſicut fuerunt quondam Fundani, Formiani, Cumani, Acerrani, Lanuini, Tuſculani, qui poſt aliquot annos ciues Romani effecti ſunt. Alio modo, quum id genus hominum definitur, quorum ciuitas vniverſa in ciuitatem Romanam venerit, vt Aricini, Cerites, Anagnini. Tertio definitur, quum id genus hominum, qui ad ciuitatem Romanam ita venerunt, ſicut municipia eſſent ſuae cuiuſque ciuitatis et coloniae; vt Tiburtes, Praeneſtini, Piſani, Arpinates, Nolani, Bononienſes, Placentini, Nepeſini, Sutrini, Lucrenſes. *Hactenus* Feſtus. *Accuratius de illis et diſertius exponunt recentiores. Vid. v. g. Heinec. Antiquitt. Iur. append. 1, 5, 119 ſqq.* *Breuiter* Municipia *ſunt oppida ciuitate Romana donata, ſed diuerſo ciuitatis et iurium gradu. Vid. Spanh. Orb. Rom. Diſſ. 1 c. 9. vbi etiam Coloniarum et Municipiorum diſcrimen expendit. Lautioris quidem conditionis fuiſſe* Municipia, *cum etiam honores Romae capere poſſent* Municipes, *apparet. Sed videndi ſunt viri docti, quos laudauimus.* Caeſ. Bell. Gall. 8, 50 Vt municipia et colonias appellaret. Cic. Philip. 3, 15 Videte quam deſpiciamur omnes qui ſumus e municipiis, id eſt omnes plane; quotus enim quiſque non eſt? Idem de Fin. 4, 7 Vides quantam rem agat, vt Circeis qui habitet, totum hunc mundum ſuum municipium eſſe exiſtimet. Municipia, *Vrbes erant iure ciuitatis Romanae donatae, in quas ſi coloni deducerentur, in coloniae conditionem tranſibant, et quum ante ſui iuris eſſent, legem a deductore coloniae accipiebant. Hinc veretur* Cicero ne Rullus municipia Campaniae colonis occupet, *vid.* COLONIA. Municipia dicebantur ciuitates ſuo iure, et legibus gaudentes, muneribus tamen populi Romani et honoribus gaudentes Gell. 16, 13. Munera *intelliguntur praeſertim* militaria: *cum ius legionis haberent, et eodem loco eſſent in ea, quo alii ciues, non militarent in auxiliis. Vid.* L. 18 D. de V. S. Municeps genere et nobilitate ſui municipii primus Cic. pro S. Roſc. c. 6. Erat adſcriptus in id municipium Cic. Fam. 13, 30. Municipia quidam putant a Munitionibus dicta; alii a Munificentia, quod munificae eſſent ciuitates. *Haec* Siculus Flaccus p. 1 *parum ſane accurate.* Attributi finitimis municipiis, *vid.* ATTRIBVO.

MVNICIPIŎLVM, i. n. Sidon. Epiſt. 3, 1 Eccleſia Aruerni municipioli.

MVNICIPĀLIS, e. Adi. [συντελεστικός] *Quod ad municipes pertinet.* Cic. de Legib. 3, 36 Vtinam, inquit, M. Cic. iſto animo atque virtute in ſumma Reip. nobiſcum verſari, quam in municipali maluiſſes. Arena municipalis Iuuen. Sat. 3, 34. Cic. Att. 8, 11 Rurſus autem ex dolore municipali, ſermonibuſque eorum quos conuenio, videtur hoc conſilium exitum habiturum. Eques municipalis Iuuen. Sat. 8, 238. Cic. pro Sull. 26 Eſt ipſe a materno genere municipalis honeſtiſſimi ac nobiliſſimi generis. Id. Att. 8, 21 (13) Multum mecum municipales homines loquuntur, multum ruſticani. Prodigia municipalia Flor. 3, 18, 6 *i. municipes peſſimi.* Sacra municipalia vocantur, Quae ab initio habuerunt ante ciuitatem Romanam acceptam, quae obſeruare eos voluerunt Pontifices, et eo more facere, quo fuiſſent antiquitus. Feſtus. Municipalis, *i. Ignobilis et obſcurus.* Tacit. Ann. 4, 3 Seque ac maiores et poſteros municipali adultero foedabat. Iuuenalis 8, 238 Municipalis eques, *de Cicerone.* *Vt enim municipales homines pro veris ciuibus non habebant, etſi donata ciuitate omnia municipia erant: ſic et equites municipales pro ignobilibus equitibus ponere ſolebant, quod eorum non eſſet tantus ſplendor, nec tantae diuitiae, quantae vrbanorum equitum.* *Turnebus.*

MVNICIPALĬTER. Adu. Sidon. Epiſt. 1, 11 Non eminentius, quam municipaliter natus.

MVNICIPĀTIM. Adu. *Per municipia.* Suet. in Caeſ. c. 14 Senatu vniuerſo in ſocios facinoris vltimam ſtatuente poenam, ſolus municipatim diuidendos cuſtodiendoſque publicatis bonis cenſuit.

MVNICIPĀTVS, ūs. m. *Ius municipii ſ. ciuitatis,* πολίτευμα. Tertull. de Coron. Mil. c. 13 Noſter, inquit, municipatus in caelis. *Et frequenter apud* Hieronymum, *vt* Ep. 1 *et* 3 *ad* Heliod. *et* 13 *ad* Paullin. *et* 58 *ad* Damaſum *extr.*

MVNĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. Qui munera fert Iſidor. Gloſſ.

MVNIFĬCVS, a, um. Adi. [δωρηματικός, πολύδωρος] *Qui munus facit, ſpeciatim, qui libenter munera, i. dona dat aliis.* Plaut. Amph. 2, 2, 212 Tibi morigera, atque vt munifica ſim bonis, proſim probis. *Vid.* Non. 1, 88. Conuenit, tum in Dando munificum eſſe, tum in exigendo non acerbum Cic. Off. 2 c. 8. Laudis munificus Claud. Conſ. Hon. 4, 499. Siluarum munifica genera, *quae praebent lignorum copiam.* Plin. 3, 5. Liu. 33, 21 Mitis ac munificus amicus fuit. Dea munifica, *Ceres* Ouid. Amor. 3, 10, 5. Numa Id. Faſt. 3, 385. Opes Id. ex Pont. 4, 1, 24. Patria Liu. 4, 60. *Compar. et Superl.* Cic. pro Roſc. Com. 22 c. 8 Semper liberaliſſimus munificentiſſimuſque fuit. Munificior a munifico identidem Cato dixit, quum nunc Munificentior dicamus, quamuis munificens non ſit in vſu Feſt.

MVNIFĬCE. Adu. [δωρηματικῶς] *Large, abundanter.* Cic. de Nat. Deor. 3, 69 Haud ſcio, an melius fuerit humano generi motum iſtum celerem cogitationis, acumen, ſolertiam, quam rationem vocamus, quoniam peſtifera ſint multis, admodum paucis ſalutaria, non dari omnino, quam tam munifice et tam large dari. Aeque et munifice tueri ſocietatem coniunctionis humanae Id. de Finib. 5, 65 c. 23. Adiuuare munifice rem alicuius Liu. 22, 37. Augere munifice Id. 2, 2. Facere munifice religioſeque Plin. Epiſt. 9, 216. Largiri praedam munifice Liu. 1, 54.

MVNIFĬCO, āre. [πλουτίζω] *Ditare, beatum facere.* Lucret. 2, 625 *de Cybele deorum matre,* Munificat tacita mortales muta ſalute.

MVNĬFEX, ĭcis. Adi. Munifices, *auctore* Feſto, Qui non vacabant, ſed munus principi faciebant. Contra Beneficiarii dicebantur, qui vacabant muneris officio. *Vid.* BENEFICIARII. *Et* Munifices a Vegetio 2, 7 *dicuntur* Milites, qui munera (*alii* munia *legunt*) faciunt: quibus immunes non obſtricti ſunt. *Adde* Ammian. 16, 5. *Inde illud* Plinianum *per metaphoram dictum* 11, 40 Vno vero ex omni turba relicto, ſola munifex mamma, quae genito fuerat attributa, deſcendit. Munificem mammam Plinius *pro Lactante dixit, qua ſcilicet foetus lactatur.*

MVNIFICIVM, i. n. *Opus quod debent aut praeſtant* Munifices. Paulus l. Si publicanus. D. de publican. et vectig. De rebus quas in vſus aduehendas ſibi mandant praeſides, diuus Hadrianus praeſidibus reſcripſit, vt quoties quis in vſus aut eorum qui prouinciis exercitibusue praeſunt, aut procuratorum ſuorum, aut vſus ſui cauſa mittet quendam emturum: ſignificet libello manu ſua ſubſcripto, eumque ad publicanum mittat: vt ſi quid amplius quam mandatum eſt transferat, id munificium ſit. *Sic habent Haloander et Pandectae Florentinae.*

MVNIFICENTIA, ae. f. [πολυδωρία] Plin. 27, 1 Nec dubie ſuperata hoc modo poſſet videri etiam rerum naturae ipſius munificentia, ſi humani operis eſſet inuentio. Seueritas et munificentia Tacit. Ann. 1, 46. Liu. 7, 16 Ad copiam rerum addidit munificentiam, *etc.* *Add.* Id. 22, 61. ¶ 2 *Idem quod* Munificium *ſignificat* Hygin. de Limit. p. 186 *Goeſ.* Excepti ſunt fundi bene meritorum, vt in totum priuati iuris eſſent, ne coloniae (*Datiuo caſu*) vllam munificentiam (*munus, et quodcunque genus operae aut tributi*) et eſſent in ſolo Populi Rom.

MVNERIGERVLVS, i. m. Plaut. Pſeud. 1, 2, 48 Manipulatim mihi munerigeruli iam hic aſſint. *Conf.* Truc. 2, 7, 1. *et Parei Lex. Crit.*

MVNYCHIA, ae. f. [Μȣνυχία] *portus Atticae. Hinc*

MVNYCHIVS, a, um. Adi. [Μȣνύχιος] Ouid. Met. 2, 709 Munychioſque volans agros, gratamque Mineruae Deſpiciebat humum. *i. Atticos.* Arces Munychiae Stat. Silu. 5, 3, 107. *i. Athenae ipſae.* Rura Munychia Id. Theb. 12, 616.

M V R

MVRAENA, ae. f. [μύραινα] *Piſcis eſt non diſſimilis anguillae.* Plin. 9, 23 Muraena quocunque tempore parit, quum caeteri piſces ſtato pariant. Oua eius citiſſime creſcunt in ſicco litore. Elapſas vulgus coitu ſerpentium impleri putat. Ariſtoteles Myrinum vocat marem qui generat. Diſcrimen eſſe, quod muraena varia et infirma ſit, myrinus vnicolor et robuſtus: denteſque extra os habeat, *etc.* Tertullianus de Pall. c. 5 p. 56 Salmaſ. Vedius Pollio ſeruos muraenis inuadendos obiectabat. Noua ſcilicet ſaeuitia delectato, terrenae beſtiae exedentulae, et exunguis, et excornis. De piſcibus placuit feras cogere, vtique ſtatim coquendis, vt in viſceribus earum aliquid de ſeruorum ſuorum corporibus et ipſe guſtaret. *Multa ad h. l. de philologia Muraenarum Salmaſ. p. 439 ſqq. Add.* Colum. 8 Macrob. Saturn. 3, 15. Martial. 13, 80 Quae natat in Siculo grandis muraena profundo, Non valet exuſtam mergere ſole cutem. Plaut. Amph. 1, 1, 163 Mirum ni hic me quaſi muraenam exoſſare cogitat. Abſtinere oſtreis et muraenis, *vid.* ABSTINEO. *Conf. Manut. ad* Cic. Fam. 7, 26 *extr.* Plin. 9, 55. Horat. Sat. 2, 8, 42. Martial. 10, 30. ¶ 2 Muraena *etiam Cognomen Romanum gentis Liciniae* Varro de R. R. 3, 3, 10. *vt*, L. Muraena conſul, *pro quo exſtat* oratio Ciceronis. *In* Lapidibus Capitol. *et numis gentis Liciniae* Muraena.

MVRAENV̆LA, ae. f. Colli aurum nuncupat vulgus, Hieronymo Praef. in Iob. *tradente*, quod ſcilicet metallo in virgulas lenteſcente, quadam ordinis flexuoſi catena, contexitur, ex piſcis vtique imagine vocabulo conformato *Cael.* 4, 2. *Add.* Vulgat. Eſai. 3, 20.

MVRALIS, MVRATVS, *vid.* MVRVS.

MVRCEA, MVRCIA, *an* MVRTIA Venus, *an* MVRTEA *ſiue* MYRTEA? *Poſtremum probabile facit non* Plinius *modo* 15, 29 ſ. 36 *vbi de* Myrto, Quin et ara vetus fuit Veneri Myrteae, quam nunc Murciam vocant. *Sed et* Varro de L. L. 4, 32 p. 37, 11 Intimus Circus ad Murtium vocatus, vt Procilius aiebat, ab vrceis, quod is locus eſſet inter figulos. Alii eſſe dicunt a murteto declinatum, quod ibi id fuerit: cuius veſtigium manet, quod ibi ſacellum etiam nunc Murtiae Veneris. *Poſterioribus tamen alia etymologia placuit, certe Chriſtianis.* Tertull. de Spectac. 8 Conſus apud metas ſub terra deliteſcit Murcias. Has quoque idolum fecit. Murciam enim deam marcoris volunt, cui in illa parte aedem vouere. Marcoris *eſt ab emendatione Turnebi. Libri* marmoris, *vnde* amoris *alii faciunt.* Arnob. 4 p. 132 *extr.* Quis *credat* ſegnium Deam Murciam? *Nam typorum modo errore poſitum eſſe videtur* Murcidam. Auguſtin. de C. D. 4, 16 Vocauerunt Deam Murciam, quae praeter modum non moueret, ac faceret hominem, vt ait Pomponius, murcidum, id eſt nimis deſidioſum et inactuoſum. Seru. *ad* Aen. 8, 636 Vallis ipſa vbi Circenſes editi ſunt, ideo Murcia dicta eſt, quia quidam vicinum montem Murcum appellatum volunt; alii, quod fanum Veneris Verticordiae ibi fuerit, circa quod nemus e myrtetis fuiſſet, inde mutata litera Murciam appellatam: alii Murciam a Murco, quod eſt Murcidum, dictam volunt: pars a Dea Murcia, quae cum ibi Bacchanalia eſſent, furorem ſacri ipſius murcidum faceret. *Caeterum etiam* Metae Murciae *dictae ſunt in* Circo maximo, *apud quas* Conſus ſub terra deliteſcit Tertull. de Spectac. 8. *De his* Apul. Met. 6 p. 176, 13 Si quis a fuga retrahere vel occultam demonſtrare poterit fugitiuam — Pſychen, conueniat retro metas Murcias Mercurium. Feſtus, Murciae Deae ſacellum erat ſub monte Auentino, qui antea Murcus vocabatur.

MVRCEVS, a, um. Adi. *Ignauus, ſegnis.* Vet. Gl. Murcei, νωθεῖς.

MVRCIDVS, a, um. Adi. *Idem.* Auguſtin. de C. D. 4, 16. *Locum modo dedimus in* MVRCEA. Plaut. Epid. 5, 1, 12 Vae tibi, murcide homo. *Apud* Feſtum *editur* Murricidum, ignauum, ſtultum. Plautus Murricide homo, ignaue, iners. *Scaliger malebat* muricidum, μυοκτόνον, *qui facilius mures quam hoſtes interficiat. Sed optimum videtur*, Murcidum *et* Murcide *legere, et deriuare a* Murcus, *vt* Flaccidus *eſt* a Flacco.

MVRCINARIVS Gloſſ. Iſid. Mutilus. *Vid. quae ſtatim dicentur, in* MVRCVS.

MVRCVS *conuicium ignauiae, de quo* Ammian. Marcell. 15, 12 *vbi de Gallis*, Nec eorum aliquando quiſquam, vt in Italia, munus Martium pertimeſcens, pollicem ſibi praecidit, quos localiter (*al.* localiter, *i. lingua loci ſ. Italiae*) Murcos appellant. Liutprandus in hiſtor. PP. in Innoc. *Lindebrogio ad h. l. laudatus*, De indulgentia Clericorum querimoniam facienti, cum aliquos murcos, aliquos digamos habere diceret, reſpondit, illum, qui volens partem digiti ſui abſciderit, iuxta Canones non poſſe admitti ad clerum. *Et* Gl. Lat. Murcinarius, Mutilus. *Eſt hodie Germanorum quorundam verbum* vermurkſen, *i. mutilare. Voſſius deriuat a* μαλακὸς, μαλκὸς, *Aeol.* μυλκὸς, *indeque* Murcus. *Vid. locum* Seruii *ad* Aen. 8, 636 *quem modo dedimus in* MVRCEA.

MVRCIŎLVM, i. n. Columella *Semen lentiſci vocat, velut a figura muricis, quod buccini ſpecie viſatur is folliculus. Niſi quis pro Languido accipiat: quando et numen ſocordiae* Murceam deam *vocabant. Haec Hermol. in* Plinii 9, 33 (3) Columellae *locus forte intelligitur* 10, 238. *Vbi dedimus* Myrteolo ſ. Murteolo modo crine viret *de* Cinara.

MVRENA, ae. m. *Proprium viri. Vid.* MVRAENA, *paullo ante.*

MVREX, ĭcis. m. [ἀποῤῥαὶς, μύαξ, ὄςρεον] *Piſcis marinus ex concharum genere a purpura diuerſo.* Murices Scribon. 104. Plin. 9, 25 Mutianus muricem eſſe latiorem purpura, neque aſpero, neque rotundo ore, neque in angulos prodeunte roſtro, ſed ſimplice, concha vtroque latere ſeſe colligente, *etc.* Columel. 8, 16 Eadem quoque maxime idonea eſt conchyliis, muricibus et oſtreis. *Ex muricis colore fit color purpureus.* Virg. Ecl. 4, 43 Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti Murice *etc.* Afro murice tinctae lanae Hor. Carm. 2, 16, 36. Baiano murice melior Lucrina Peloris Id. Serm. 2, 4, 32. Getulo tinctae veſtes Id. Epiſt. 2, 2, 181. Imperatorius Ammian. 15, 21. Intortus Valer. Argon. 3, 727. Phocaico bibulas tingebat murice lanas Ouid. Met. 6, 9. Sidonio tincta lana Tibull. 3, 3, 18. Tyriis muricibus iteratae vellera lanae Hor. Epod. 12, 21. Murex, *pro Purpura interdum accipitur, quam Sidon vrbs Syriae gignit.* Virg. Aen. 4, 262 Tyrioque ardebat murice laena. Aurato praefulgens murice ductor Sil. 4, 326. ¶ 2 Murex, Acumen, ſeu Aſperitas ſaxi, *inquit* Nonius. Virg. Aen. 5, 205 Concuſſae cautes, et acuto in murice remi Obnixi crepuere. *Ab aſperitate murorum, inquit Perottus. Vid.* ACVO. *et* Sil. 17, 281. ¶ 3 Murices, *ſunt Tribuli, vel vt Graece* τρίβολοι, *machinulae ferreae, doloſae, trigona aut tetragona forma, quae in quamcunque partem incubuerint, vnum aut plures aculeos infeſtos protendunt,* Plin. 19, 1 ſ. 6 Cato Cenſorius ſternendum forum muricibus cenſuerat, *ne liberet hominibus, ibi ſine cauſa conſiſtere.* Curtius 4, 13, 36 Bion quidam transfuga nuntiat regi murices ferreos in terram defodiſſe Darium, qua hoſtem equites emiſſurum eſſe credebat. *Tribulorum meminit* Vegetius 3, 24. Sed Cato R. R. 135, 1 Murices *interpretatur Popma, frena ferrata aſperrima, et clauos eminentes in collaribus canum.*

MVRICĀTVS, a, um. Adi. [μυακωτὸς] *Quod ex muricis modo factum.* Plin. 20, 23 Vtrique folia pauca, ſpinoſa, muricatis cacuminibus. Greſſus muricati, Fulgentio Mytholog. 1, 1 *i. Formidoloſi et pauidi, quales ſunt eorum, qui inter murices incedunt:* Intuemur, *inquit*, arua, quibus adhuc impreſſae bellantium plantae muricatos (quod aiunt) ſigillauerunt greſſus. Et formidine menti nondum exterſa, hoſtes in veſtigiis pauebamus: terrorem enim pro ſui memoria miles hoſtis haeredem reliquerat.

MVRICĀTIM. Adu. [μυακηδὸν] *Conuolutim, inquit Budaeus: In modum muricis.* Columel. 9, 33 Vertice muricatim intorto, margine in mucronem emiſſo.

MVRICEVS, a, um. Adi. Auſon. Epiſt. 9, 4 Antra et muriceis ſcopulorum merſa lacunis.

MVRILEGV̆LVS, i. m. κογχυλευτὴς Gloſſ. Lat. Gr. [μυακόλογος] *a Muricibus legendis ſiue colligendis nomen habet. Meminit* Iuſtinianus, titulo Cod. de Monetariis et murilegulis. *Eſt et in* Cod. Theod. titulus de Murilegulis et Gynaeciariis *etc. vbi omnia Gothofredus.*

MVRGANTIA, ae. f. *Vrbs Siciliae.* Liu. 24, 36. *et* 26, 21 *Conf.* Sil. 14, 265. *Eſt etiam Valida vrbs in Samnio* Liu. 10, 17.

MVRGENTINVS, a, um. Vina Murgentina, *a loco dicta* Varr. de R. R. 1, 25. *et* Cato c. 6. Vitis Murgentina Colum. 3, 2.

MVRGER (*inquit* Feſtus) dici ſolet a caſtrenſium ominibus, quaſi mucoſus, is qui talis male ludit. *Obſoletum. Nec inuenio*

MVRGISO, onis. m. Iners, deſidioſus. A mora et deſidendo dictus, *inquit* Feſtus. Iſid. Gl. Murgiſo callidus murmurator, *f.* Morator.

MVRIA, ae. f. [ἅλμη] *Genus ſalſamenti, quod ex piſcium liquamine fiebat, praeſertim thynnorum. Vid. Scalig. Lect. Auſ. 2 c. 28 p. 165. Burm. ad* Quinctil. 8, 2 *pr.* Perſ. Sat. 6, 20 Tingat olus ſiccum muria vafer in calice emta. Hor. Serm. 2, 8, 54 Incoquere — echinos — muria, quam teſta marina remittit. *De* Arida muria (*i. aſello arefacto*) *vid. Scalig. Auſon. Lect. 2 c. 28 p. 165.* ¶ 2 Muria, [ἁλμυρὶς] *Aqua ſalſa, ſiue ſalsugo.* Columel. 12, 25 Quoniam quidam, immo etiam fere omnes Graeci, aqua ſalſa, vel muria muſtum condiunt, eam quoque partem curae non omittendam putaui. In mediterraneo, quo non eſt facilis aquae marinae inuectio, ſic erit ad condituras conficienda muria. Huic rei vel maxime eſt idonea caeleſtis aqua: ſi minus, ex fonte liquidiſſimo profluens. Condire muria Colum. 12, 25. Durati muria piſces Quinctil. 8, 2, 1. Miſcere oliuum mero muriaque Hor. Sat. 2, 4, 65. Cic. de Finib. 3, 45 Vt obſcuratur et offunditur luce ſolis lumen lucernae, et vt interit magnitudine maris Aegei ſtilla muriae, et vt in diuitiis Croeſi teruntii acceſſio, *etc.* Cruda muria, et matura, *vid. mox* Dura muria ex Colum. 12, 6. Dura recens muria Scribon. 60. — pota 185. Celſ. 4, 9 Edenda ſunt ſalſamenta, vel oleae ex muria dura. *Ibid.* c. 15 Themiſon muria dura quam aſperrima ſic vtendum, memoriae prodidit. Columel. 12, 6 Muriam duram ſic facito: Dolium patentiſſimi oris locato in ea parte villae, quae plurimum ſolis accipit. Id dolium aqua caeleſti repleto, ea eſt enim huic rei aptiſſima; vel ſi non fuerit pluuialis, certe fontana dulciſſimi ſaporis. In eam tum indito ſportam iunceam, vel ſparteam, quae replenda ſit ſale candido, quo candidior muria fiat. Quum ſalem per aliquot dies videbis liqueſcere, ex eo intelliges nondum eſſe muriam maturam. Itaque ſubinde alium ſalem tamdiu ingeres, donec in ſporta permaneat integer, nec minuatur. Quod quum animaduerteris, ſcies habere muriam maturitatem ſuam. Et ſi aliam in id vas facere volueris, hanc in vaſa bene picata diffundes, et opertam in ſole habebis. Omnem enim mucorem vis ſolis aufert, et odorem bonum praebet. Eſt aliud muriae maturae experimentum. Nam vbi dulcem caſeum demiſeris in eam, ſi peſſum ibit, ſcies eſſe adhuc crudam: ſi innatabit, maturam. *Hactenus* Columella. *Add.* Cato R. R. 88. *quem damus in* MVRIES, *it.* c. 105. *Ex cuius verbis palam eſt, eandem eſſe* muriam duram *et* maturam. *Sed cur* dura *vocatur, quae tamen liquida eſt? Dura certe ob id dicitur, quod aqua in ipſum ſalem vim ſuam liquefaciendi, non ſecus ac ſi arida eſſet, exercere nequit: quod liquida vtique aqua et non indurata faceret, ſalemque colliquaret.* Dura *etiam per metonymiam, quod ſale ſuo cibos durare poteſt diuque conſeruare. Conf. Rhod. in Lex. Scribon.* Plin. 31, 6 duram *non appellat, ſed certam menſuram ſalis exprimit in aquam mergendi, quo dura reddatur.* Verum, *inquit*, et hoc cura prouidit, inuenta ratione qua ſibi quiſque aquam maris faceret. Illud in ea ratione mirum, ſi plus quam ſextarius ſalis cum quatuor aquae ſextariis mergatur, vinci aquam, ſalemque non liquari. Caetero ſextarius ſalis cum quatuor aquae ſextariis, ſalſiſſimi maris vim et naturam implet. Moderatiſſimum autem putant, ſupradictam aquae menſuram octonis cyathis ſalis temperari. *Haec* Plinius. *Hunc autem* muriae maturae *parandae modum etiam Galenus lib. 4 ſimplicium pharmacorum prodit. Sed eam tamen, cui ouum innatat,* εὔκρατον ἅλμην, *hoc eſt temperatam et maturam ad ſalguma condienda appellat: eam vero, quae iniectum ſalem amplius colliqueſcere non permittit, vehementer ſalſam, hoc eſt,* δεινῶς ἁλμυρὰν *vocat: quum* Columella *hoc vtrumque experimentum maturae muriae eſſe dicat, niſi quod dulcem caſeum oui loco demittendum tradit.*

MVRIES, ĕi. f. [ἁλμυρὶς] *Eadem quae* Muria. *Ponamus locum* Catonis R. R. 88 *vt comparari poſſit, cum eo, quem e* Columella *modo poſuimus:* Salem candidum ſic facito. Amphoram defracto collo puram impleto aquae purae: in ſole ponito. Ibi fiſcellam cum ſale populari ſuſpendito, et quaſſato, ſuppletoque identidem. Id aliquoties in die quotidie facito, vſque donec ſal deſierit tabeſcere biduum. Id ſigni erit. Maenam aridam vel ouum demittito: ſi natabit, ea muries erit, vel carnem, vel caſeos, vel ſalſamenta quo condias. Eam muriam in labella vel in patinas in ſole ponito. Vſque adeo in ſole habeto, donec concreuerit. Inde flos ſatis fiet.

MVRIATĬCVS, a, um. Adi. [ἁλμυριδωτὸς] *Quod in muria diu fuit.* Plaut. Poen. 1, 2, 31 Soror cogita amabo, item nos perhiberi, quaſi

quaſi ſalſa muriatica eſſe autumantur, ſine omni lepore, et ſine ſuauitate. Niſi multa aqua et diu macerantur. Olent, ſalſa ſunt, tangere vt non velis. *Idem* Plaut. Poen. 1, 2, 39 Scit muriatica vt macerent.

MVRILEGVLVS, *vid.* MVREX.

MVRĪNA, *vel* MVRĬNA, *rectius* MYRRHINA *vel* MVRRHINA, *vid. ſub* MYRRHA.

MVRMVR, ūris. n. *rariſſime* m. [γογγυσμὸς, ψιθυρισμὸς] *Lenis aquae et alius quicunque ſtrepitus.* Nomen eſt fictitium, *teſte* Quinctil. 8, 6. Plin. 2, 80. *Vid. Burm. ad* Nemeſian. Cyneg. v. 276. Maris murmur Cic. de Orat. 3, 159 c. 40. Ponti murmura Lucret. 3, 1045. Vocis paruae Ouid. Met. 12, 49. Altum Seneca Oedip. ſ. 12. Virg. Aen. 10, 99 — ceu flamina prima, Quum deprenſa fremunt ſiluis, et caeca voluntant Murmura. Spumea tum primum rabies — et anhelo Clara meatu murmura Lucan. 5, 190 *de furente.* *Add.* Id. 9, 927. Clauſo raucus Perſ. 5, 11. Fera Propert. 4, 4, 61. Stat. Theb. 10, 323 — ecce iacentis Inachius vates iugulum fodit, expulit ingens Vina cruor, fractumque perit in ſanguine murmur. Fragoſa Claud. Conſ. Stil. 2, 358. Futile Valer. Argon. 8, 354. Graue Senec. Agamemn. ſ. 6. Ieiunum Hircanae tigridis Stat. Theb. 12, 170. Incertum Quinctil. 2, 11. Ingens erat in aedibus Ouid. Met. 7, 645. Inſueta murmura tubae Sil. 5, 12. Magnum murmur montis Virg. Aen. 1, 59. Cic. in Arato 71 Nec metuunt canos Minitanti murmure fluctus. Modicum Iuuen. Sat. 10, 289. Moeſtum Valer. Argon. 1, 626. Querulum Senec. Herc. Oet. ſ. 3. Rabidum Valer. Argon. 4, 239. Raucum murmur ciet cadens vnda Virg. Georg. 1, 109. Secreta vulgi Iuuen. Sat. 10, 89. Stridenti murmure raucus clangor Sil. 16, 94. Suppreſſum Valer. Argon. 5, 469. Triſte murmur tubae Sil. Vaſtum Virg. Aen. 1, 249. Id. Ecl. 9, 58 Et omnes (Adſpice) ventoſi ceciderunt murmuris aurae. ¶ 2 *Verborum formulae:* Ouid. Met. 1, 206 Qui poſtquam voce manuque Murmura compreſſit, tenuere ſilentia cuncti. Dicere aliquid tenui murmure Ouid. Epiſt. 12, 56. Dicta exiguo verba Id. Ibid. 18, 19. Dare Lucret. 6, 141. Dedit parua Ouid. Met. 2, 788. Edere raucum Id. Ibid. 14, 280. Figit arcana auribus Stat. Achill. 1, 380. Fremunt incluſo alta corda Senec. Agamemn. 7. Increbreſcit nemorum Virg. Georg. 1, 359. Indignantur magno venti Lucret. 6, 100. Labitur horrendo amnis Ouid. in Ibin 77. Labentes iucundo riui Id. Rem. Amor. 177. Laxauit in vocem Claud. in Eutrop. 2, 254. Minitans murmur caeli Lucret. 1, 70. Miſcetur magno caelum Virg. Aen. 4, 160. Mugit depreſſo ſub murmure tuba Lucret. 4, 549. Orantes pauido Claud. Conſ. Hon. 4, 446. Percurrunt caelum Lucret. 5, 1220. Perſtringis aures minaci murmure cornuum Hor. Carm. 2, 1, 17. Reddunt pro verbis murmura Ouid. Met. 10, 703. *De duobus mutatis in leones.* Rodere murmura Perſ. 5, 81. Strepit omnis murmure campus Virg. Aen. 6, 709. Venerantur tacito murmure nomen Ouid. Met. 6, 203. *Maſculino genere dixit* Varr. *apud* Non. 3, 142 Verus murmur.

MVRMVRO, āre. [μορμυρίζω, μορμύρω] *Murmur facere.* Plaut. Caſin. 4, 3, 6 Mihi inanitate iamdudum inteſtina murmurant. *Conf.* Id. Aul. 1, 1, 13. Cic. Tuſc. 5, 116 c. 40 Murmurans mare. Plin. 18, 35 Murmurans ignis. Murmuratur, dictum a ſimilitudine ſonitus. Qui murmurat, ita leniter loquitur, quod magis id ſono facere, quam vt intelligatur, videatur. Hinc etiam Poëtae Murmurantia litora Varr. de L. L. 5, 7. Lingua flebile murmurat exanimis Ouid. Met. 11, 53. Vnda murmurat Virg. Aen. 10, 212. ¶ 2 *Apud ſacros ſcriptores eſt* γογγύζειν, *i. cum indignatione, meticuloſa tamen, et ſubmiſſa voce obloqui aut contradicere.* *Sic* Murmuratio *et* Murmurator. *Part.* Murmurans Vulgat. Nahum 2, 8.

MVRMVROR, āri. [μορμύρομαι] *Deponens apud antiquos.* Varro, Ita vt ſoliti eramus, Romae in balneis plodere coepimus, et murmurari. *it.* Quadrigarius, *vterque ap.* Non. 7, 85.

MVRMVRATVS, a, um. Part. Apuleius Apul. p. 482 *Flor. de Magia,* Plerumque noctibus vigilata, et carminibus murmurata.

MVRMVRĀTIO, ōnis. f. [μορμυρισμὸς] Murmuratio aquilarum Plin. 10, 3. Murmuratio querula Id. 10, 3. Murmuratio, *pro Strepitu aut fremitu obloquentis ac contradicentis.* Senec. de Ira 3, 24. *Item* Epiſt. 108 (107) Optimum eſt pati quod emendare non poſſis: et Deum quo auctore cuncta proueniunt, ſine murmuratione ſequi.

MVRMVRĀTOR, ōris. m. [γογγυστής Gloſſ. Lat. Gr.] Auguſt. Retract. 2, 20 Non illis aduerſus Deum murmuratoribus.

MVRMVRABVNDVS, a, um. Adi. Apul. Met. 2 p. 123 *Elmenh.* Indigna murmurabundus.

MVRMVRILLVM, i. n. Dimin. [ψιθυρίδιον] Plaut. Rud. 5, 3, 48 Palam age, nolo murmurillum, neque ſuſurrum fieri mihi. *Al. dimidunt,* murmur vllum.

MVRMVRILLO, āre. [ψιθυρίζω] *Murmurare.* Plaut. Frag. 3, 59 Quid murmurillas tecum, ac te diſcrucias? *Hic verſus in quibusdam exemplaribus deeſt.*

MVRMVRIOSVS, γογγυστής Gloſſ. Lat. Gr.

MVROBATHRARIVS, i. m. Plaut. Aul. 3, 5, 37 *i. qui calceamentis muliebribus* βάθροις, μύρῳ, *i. vnguento, ſuauem conciliat odorem, al.* myrobrecharius. *Vid. Turneb. in Not. ad Theophr. de odorib. Scribitur ab aliis* murobractarii, μυροβρέχται. *Al.* Malobathrarii.

MVRRĀNVS, i. m. Priſcus Latinorum rex, a quo poſtea Latini omnes reges, Murrani ſunt dicti. *Auctor* Seruius. Scimus enim, *inquit,* ſolere plerumque fieri, vt primi regis, reliqui nomen eius poſſideant, vt apud Romanos Auguſti vocantur, apud Albanos Siluii, apud Perſas Arſacidae, apud Aegyptios Ptolemaei, apud Athenienſes Cecropidae. *Haec* Seruius, *enarrans carmen illud* Virg. Aen. 12, 529 Murranum hic, atauos, et auorum antiqua ſonantem Nomina, per regesque actum genus omne Latinos. *Alii, quod* murra *vnguentisque oblinerentur: vel quod oppidis* muro *clauſis et cinctis praeeſſent, vt* murrani, *quaſi* murani *dicantur.*

MVRRA *vt meliores libri, vel vt alii* MVRRHA, ae. f. *Gemma, ſed imperfecta, i. minus dura, minus ſplendida, e qua exſculpebantur* murrina, *ad cuius ſimilitudinem* murrea *arte fiebant.* Lucan. 4, 380 Non auro murraque bibunt. Stat. Silu. 3, 4, 58 Murrhasque graues, cryſtallaque portat. Martial. 14, 113 *cuius lemma eſt* Murrhina, Si calidum potas, ardenti murrha falerno Conuenit, et melior fit ſapor inde mero. *Vid. Io. Frid. Chriſtii erudita de Murrinis veterum diſputatio.* ¶ 2 Murrha, *pro Smyrnio herba.* Plin. 19 c. vlt. Libanotis odorem turis, murrha myrrhae reddit. *Nempe* Myrrha *melius.*

MVRRHINA, ae. f. *Vinum aromaticum.* *Vid. ſub* MYRRHA.

MVRRHĪNVS, *ſiue* MYRRHINVS, a, um. Adi. [μυῤῥινὸς] *Quod ex* murra *factum et ſculptum eſt.* Calix Suet. Aug. c. 71. Plin. 37, 2 Oriens murrhina mittit. Inueniuntur enim ibi in pluribus locis nec inſignibus, maxime Parthici regni, praecipue tamen in Carmania. Humorem putant ſub terra calore denſari. Amplitudine nusquam paruos excedunt abacos, craſſitudine raro, quanta dictum eſt (*ſtatim dabimus locum*) vaſi potorio. Splendor his ſine viribus, nitorque verius quam ſplendor. Sed in pretio varietas colorum, ſubinde circumagentibus ſe maculis in purpuram candoremque, et tertium ex vtroque igneſcentem velut per tranſitum coloris purpura rubeſcente, aut lacte candeſcente. *Vltima paullo aliter Harduinus, et ſunt ibi plura apud* Plinium, *de quibus primo praecedentia quaedam damus* ſ. 7 Eadem victoria (Pompeii primum in vrbem murrhina inuexit, primusque Pompeius lapides (*pulchre emendat, ſuffragante ipſo paullo poſt Plinio, Chriſtius* p. 7 Capides) et pocula ex eo triumpho Capitolino Ioui dicauit: quae protinus ad hominum vſum tranſiere, abacis etiam eſcariisque vaſis inde expetitis. Excreſcitque in dies eius rei luxus, murrhino LXX talentis emto, capaci plane ad ſextarios tres calice. *Poſt alia luxus in ea re exempla:* Sed Nero, vt par erat principem, vicit omnes trecentis talentis capidem vnam parando. *Tum interpoſitis iis, quae iam dedimus,* Sunt qui maxime in iis laudent extremitates, et quosdam colorum repercuſſus, quales in caeleſti arcu ſpectantur. His maculae pingues placent. Translucere quidquam aut pallere, vitium eſt. Item ſales, verrucaeque non eminentes, ſed vt in corpore etiam, plerumque ſeſſiles. Aliqua et in odore commendatio eſt. *Conf.* Iſid. Orig. 16, 12. Plin. 36, 26 ſ. 67 *de vitro Obſidiano,* Fit et album, et Murrhinum, aut hiacynthos ſapphirosque imitatum. *Hic aut Nominatiui caſus eſt* Murrhinum, *et adiectiue ponitur, pro eo, quod habet ſimilitudinem vaſis murrhini: aut, quod Chriſtio placet,* Accuſatiuus *eſt, qui ad* imitatum *refertur.* Martial. 13, 110 Surrentina bibis? nec murrhina picta, nec aurum Sume, dabunt calices haec tibi vina ſuos. Iuuen. 7, 133 Argentum murrhina, villas *res pretioſiſſimae.* *Sen.* Epiſt. 123 Cryſtallina et murrhina *coniungit.* *Et de* Benef. 7, 9 *inter ea,* quae gentium oculos regumque praeſtringunt, *inter* pretia ſanguinis animarumque, *ponit* Murrhina pocula. *Addit,* Parum ſcilicet luxuria magno furit, niſi quod vomant capacibus inter ſe gemmis propinarent. Gemmas *aliquantum improprie vocat ob colorem, pretium, auctoritatem, licet ſumma durities et ſplendor deſit.* *Caeterum non fictilia eſſe* murrhina, *Sed foſſilia, probat Chriſtius ex* Plin. 33, 1 Murrhina effodimus — turba gemmarum potamus, *tanquam vna gemma ſint* murrhina et cryſtallina. *It.* 35, 12 Non murrhinis inter ſacra, ſed fictilibus prolibari ſimpuuiis. *Et* 36, 26 Eo perueniſſe luxuriam *indignatur,* vt etiam fictilia quaedam pluris conſtarent, quam murrhina. *Reliqua cumulate dabit laudatus Chriſtius.* *Vnum modo addimus* Sueton. Aug. c. 71 Alexandria capta nihil ſibi praeter vnum murrhinum calicem ex inſtrumento regio retinuit. *Sed* Heliogabalus *apud* Lamprid. 32 in murrhinis et onychinis minxit.

MVRRHEVS, *vel* MVRREVS, a, um. *Aliud* Adi. [μυῤῥεῖος] *Idem putatur quod Murrhinus. Sed poteſt tantum ſimilitudinem* murrae *notare.* Iabolenus in lege Vaſa. D. de Supellectili legata, ſcribit, murrhea vaſa, quae ad vſum edendi et bibendi cauſa reperta ſunt, eſſe in ſupellectili. *Sic* Onyx murrheus Propert. 3, 8, 22. *i. vas onychinum,* murrae *ſimile.* Id. 4, 5, 26 Murreaque in Parthis pocula cocta focis. *Si haec vera lectio, intelligi poſſunt fictilia quaedam,* murram *imitantia.* *Sed Turneb.* 8, 1 *dedit* Murrheaque in Parthis pocula cocta ſuis: *vbi* cocta *poteſt ad naturalem lapidis illius maturitatem referri, de qua audiuimus modo Plinium.* *Haec diſputat Chriſtius, qui putat hoc eſſe diſcrimen, vt* Murrea *ſint vitra ad imitationem* murrhinorum *facta;* murrhina *autem quae naſcerentur, e* murrae *lapide excauata.* Sen. Ep. 119 Vtrum ſit aureum poculum, an cryſtallinum, an murreum, an Tiburtinus calix, an manus concaua, nihil refert. *Si ſit gradatio deſcendens,* murreum *hic quoque fuerit vitreum* murram *imitatum.* *Nam* murrhinum *etiam auro antepuonendum videtur.*

MVRRHĀTVS, a, um. Adi. *Idem quod* Myrrhatus *a* Myrrha, *quam* Murram *veteres Latini dicebant.* *Exſtat* XII Tabularum *lege* 8. de Iure Sacro: VITI NE SVMTVOSA RESPERSIO FIERET, NEVE MVRRHATA PORTIO MORTVO INDERETVR. *Vid. etiam* Feſtus, *vbi leg.* murrata potio, murratum vinum.

MVRRIO, īre. Clamare, proprie murium. Gloſſ. Iſidor.

MVRRO, āre. Murmurare. Gloſſ. Iſidor. *Vid. Barth. Aduerſ.* 17, 15.

MVRSA, ae. f. *Pannoniae oppidum ad Drauum fluuium.* *Vid.* Eutrop. 10, 6, 8.

MVRSENSIS, e. Adi. Praelium Murſenſe. Ammian. 15, 4.

MVRTA, *ſ.* MYRTA, ae. f. *Idem quod Myrtus.* Cato R. R. c. 125. *ſic et* Varro, *vt ſtatim dicemus it.* Apic. 7, 5. *et* Aurel. Tard. 2, 13, 160. *Hinc*

MVRTATVM, i. n. *Genus farciminis, quod* murta *large fartum inteſtinum craſſum.* Varro de L. L. 4, 22. *Sic edi volebat Scaliger ex MSS.* Generoſum opſonium *vocat* Plin. 15, 29. *Vid. Turneb. Aduerſ.* 22, 6. *et Voſſ. Etym.* p. 337.

MVRTEVS, a, um. Adi. *Idem quod Myrteus.* Vinum murteum. Cato R. R. c. 125. Color Pallad. Mart. tit. 13. Oleum Scribon. 48. 220. *etc.* Olea murtea Columel. 5, 8. Virgae Cato 102.

MVRTIA DEA, MVRTIVS, *etc. vid.* MVRCIA.

MVRTVS, i. f. *pro* Myrtus. Scribon. 109 *et* 115 Murti nigrae baccae. *Et* 142 Ramuli.

MVRVS, i. m. [τεῖχος, τύρσις, τοῖχος] *A* muniendo *dicitur; et proprie eſt. Vrbis lapideus ambitus.* Cic. de Nat. Deor. 3, 95 Muris vrbis, quos vos ſanctos Pontifices eſſe dicitis. Idem pro Lege Manil. 55 Parua ſine muro nihil timebat. *De inſula Delo: i. ſine vrbe munita.* Muri auctor, ductor, ſator, ſtructor *idem Poëtis.* *Vid. Bentl. ad* Hor. Od. 3, 3, 65. Minae murorum ingentes Virg. Aen. 4, 89. *i. Muri alti.* Aërii faſtigia Valer. Argon. 2, 553. Aheneus Hor. Carm. 3, 3, 65. Crinalis murus Cybeles Claud. in Eutrop. 2, 284. *i. Corona muralis.* Coctiles muri, *Latericii* Ouid. Met. 4, 58. Diſciſſi Stat. Silu. 1, 1, 11. Humiles Ouid. Amor. 2, 12, 7. Lapideus, *vid.* LAPIS. Sublimes Claud. Conſ. Hon. 3, 121. ¶ 2 *Verba:* Aedificare muros Ouid. Met. 11, 204. Amplectitur latior murus vrbem Hor. de Arte Poët. 219. Attollere ſubitos Lucan. 6, 33. Cingere oppida muris Virg. Ecl. 4, 32. Circumdare igni Idem Aen. 9, 153. Circumdabit arces muro Idem ibid. 6, 784. Circumdata triplici moenia Idem ibidem 6, 549 Contabularunt murum turribus, *vid.* CONTABVLO. Correpere intra murum, *vid.* CORREPO. Defendere longo bello Virg. Aen. 9, 511. Diuidimus muros, et moenia pandimus vrbis Idem ibidem 2, 234. Dare murum ſceleri Claud. Conſ. Hon.

Hon. 4, 108. Virg. Aen. 1, 427 — pars ducere muros, Molirique arcem, et manibus ſubuoluere ſaxa. *Add.* Liu. 1, 44. Effundere in planum muros, *Diruere muros, et ſolo aequare.* Lucan. 1, 383 Tu quoscunque voles in planum effundere muros, Hic aries actus diſperget ſaxa lacertis. Excedere patrios Lucan. 1, 497. Ouid. Met. 11, 535 — aliis murum fodientibus extra, Atque aliis murum trepidare tenentibus intus. Habet hoſtis Virg. Aen. 2, 290. Impellere manu Stat. Achill. 1, 89. Iacent lapſis muris ingentia ſaxa Lucan. 1, 25. Percuſſit murum aries Cic. Off. 1, 35 c. 11. Procumbunt fragiles Claud. de Bello Get. 214. Proſternes conuulſis oppida Sil. 3, 613. Quatere Virg. Aen. 2, 610. Renouare labentes Senec. Thyeſt. 7. Seruabant tutos aggere muros Virg. Aen. 9, 43. Subdere ignem muris Sil. 17, 514. Tacit. Ann. 2, 20 Quibus plana euenerant facile irrupêre, quîs impugnandus agger, vt ſi murum Succederent, grauibus ſuperne ictibus conflictarentur. Cic. de Finib. 4, 22 Si Annibal ad portas veniſſet, murumque iaculo Traieciſſet, negaret eſſe in malis, capi, vaenire, *etc.* Tranſcendere muros ſcalis Sil. 13, 112. ¶ 3 *Formae aliae: per tranſlationem* Cic. Verr. 5, 2 Ad omnes enim meos impetus quaſi murus quidam boni nomen imperatoris opponitur. Id. in Catil. 4, 23 Totius mei Conſulatus memoriam poſtulo, quae dum erit veſtris mentibus infixa, firmiſſimo me muro ſeptum eſſe arbitrabor. Cic. in Piſon. 9 Lex Aelia et Fuſia euerſa eſt, propugnacula, murique tranquillitatis et otii. *Dicitur de viris fortibus.* Murus vrbi, ciuium Virtus Iuſtin. 14, 5, 7. Ouid. Met. 13, 281 — quo Graium murus Achilles. *Vid.* Sil. 16, 68. *et ibi Drakenb. et Cellar.* Murus, *Agger etiam dicitur ſine foſſa.* Varr. de R. R. 14 Aggeres qui faciunt ſine foſſa, eos quidam vocant muros, vt in agro Reatino. *Antiqui ſcribebant* Moerus *vnde* Pomoeria *de quibus ſ. l. vt* Poena Punio, Poeni Punicus, Phoenix Puniceus, Moenia Munio *etc.*

MVRĀLIS, e. Adi. [τειχικὸς] *Quod ad murum pertinet.* Corona muralis, *Corona ad murorum effigiem facta, Pinnis, turriumque ſimulacris diſtincta* Lucret. 2, 606. Corona murali *donari ſolebat ab imperatore is,* qui primus murum ſubiit, et in hoſtium oppidum per vim eſcendit. Idcirco quaſi muri pinnis decorata eſt Gell. 5, 6. Plin. 16, 4 Cedunt iis murales, vallaresque, et aureae, quamquam pretio antecedentes. *Conf.* Liu. 23, 18. *Et p. a.* Murus crinalis. Herba muralis, *Quae in muris creſcit* Plin. 24, 19. Celſ. . . . Honos muralis, *h. e. Corona muralis* Claud. de Laud. Seren. 182. Ictus muralis, *E muro impactus* Sil. 6, 269. Machinae murales, *Quibus muri diruuntur* Plin. 7, 56. Pila muralia, *Quae de muris deiiciuntur* Caeſ. Bell. Gall. 7, 82. Tormentum Virg. Aen. 12, 921.

MVRO, āre. *Muro claudere.* Guil. Brito Philipp. 7, 460. 10, 72. *et* 12, 503.

MVRĀTVS, a, um. Adi. [τειχιόεις] *Quod muros habet.* Veget. 1, 71 Quaſi muratam ciuitatem ſecum videntur vbique portare. *Add.* Id. 3, 8 *extr.* Vulgata Deuteron. 9, 1.

MVRARIVS, i. m. *Qui muros conficit. Vid. Barth. ad* Briton. Philip. 7, 460.

M V S

MVS, muris. m. [μῦς, σμίνθα] *Exiguum animal eſt, in domibus frequens:* Plin. 8, 57 *poſt mentionem eorum animalium,* quae nec placida ſunt, nec fera — *addit* Quo in genere multi et hos incolas domuum poſuere mures, haud ſpernendum in oſtentis etiam publicis animal — Theophraſtus auctor eſt in Gyaro inſula cum incolas fugaſſent, ferrum quoque roſiſſe eos *etc.* Cic. Att. 14, 9 Sed quod quaeris, quid arceſſerim Chryſippum, tabernae mihi duae corruerunt, reliquae rimas agunt; itaque non ſolum inquilini, ſed mures migrauerunt. Agreſtes mures Pall. 1, 35, 9. Breuis mus Ouid. Faſt. 2, 574. Caeci ſ. Caeciliae Veg. Mulom. 3, 77, 1. Candidi laetum oſtentum Plin. 8, 57. Exiguus Virg. Georg. 1, 181. Opici Iuuen. Sat. 3, 207. Puſillus Plaut. Truc. 4, 4, 15 Cogitato, mus Puſillus quam ſit ſapiens beſtia, aetatem quae vni cubili nunquam committit ſuam Plaut. Truc. 4, 4, 15. Ridiculus Hor. de Arte Poët. 139. Ruſticus Idem Serm. 2, 6, 80. Vrbanus Idem ibidem 2, 6, 80 Adiungere ploſtello mures, eſt puerorum Idem ibidem 2, 3, 247. Aedificata muribus et muſtelis domus Cic. de Nat. Deor. 2, 17. Deroſi a muribus clypei Id. de Diuin. 99 c. 44. *Conf.* ibid. 2, 59 c. 27. Lingunt Romae molas mures; *prouerb. de iis, qui optima et delicatiſſima ſequuntur,* Senec. Ludo de morte Claud. c. 9. *vid. Rhenan. ad h. l.* Rodunt mures aliquid diem noctemque *etc.* Cic. de Diuin. 2, 59 c. 27. Senec. Ludo de morte Claudii c. 7 Veniſti huc, vbi mures rodunt ferrum. *Reſpicit forte ad* Plin. 8, 57 *quem initio laudauimus, et indicat, Claudium eo in loco eſſe, vbi minae ſint vanae.* Satagis tanquam mus in matella Petron. c. 58. ¶ 2 Mures *etiam antiqui intellexerunt non tantum Domeſticas illas beſtiolas, penori infeſtas, omniaque rodentes; ſed ſilveſtres ferasque beſtias minoris formae, pelle commendabiles: quo in genere ſunt* martes *et* hermelini, *quibus nobiles hiberno tempore pellitas gerunt penulas. Eo quoque nomine cenſeri videntur* muſtelae, *quae ſi veriloquium ſequaris, ſunt* mures longi. Senec. Epiſt. 4, 90 Non hodieque magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac murium, quae tactu mollia et impenetrabilia ventis ſunt? Iuſtin. 2, 2 de Scythis, Lanaeque vſus ac veſtium ignotus, et quamquam continuis frigoribus vrantur, pellibus tamen ferinis aut murinis veſtiuntur. *Monuit Turneb.* Plin. 8, 37 ſ. 55 Conduntur hieme et mures Alpini, quibus magnitudo melium eſt *etc.* *De* Ponticis muribus Plin. 10, 73 ſ. 93. *Hermelinos putant.* Mus araneus, [μυγαλῆ] *a* mure *et* muſtela *appellant: quia muris magnitudine ſit, muſtelina ſpecie, ore oblongo, cauda gracili. Vid.* Colum. 6, 17, 1. *Abundat inſula Britannia.* Plin. 29, 4. *Vid.* ARANEA. Murium marinorum *meminit* Plin. 9, 19.

MVSCŬLVS, i. m. Dimin. [μυίσκος] Cic. de Diuin. 2, 35 c. 14 Nam et muſculorum iecuſcula bruma dicuntur augeri. Quin abis impurata beſtia, teque ad tui ſimiles Muſculos recondis Apul. Met. 2 p. 125. *ad muſtelam.* Aquatiles, *vid.* AQVA. ¶ 2 Muſculus, [μῦς, μυὼν] *Pars organica corporis, conſtans carne, fibris neruoſis, vena, arteria, et membrana ſuccingente: eſtque motus organum.* Maxillares muſculi Scribon. 101. Celſ. 5, 26 Nam percuſſus, mortiferus eſt: praeciſus, ſanitatem recipit. Plaut. Amphit. 4, 4, 60 Quid dicas noui; cicatricem in dextro muſculo, ex illoc vulnere quod mihi impegit Pterela. Plin. 20, 21 Item concluſis, luxatis, tumentibus, et muſculis, neruis, articulis impoſuit. Conuulſus muſculus, *vid.* CONVELLO. ¶ 3 Muſculus *machina bellica teſtudini ſimilis, ſed compactior et fortior.* Caeſ. B. C. 2, 8 *de ſuis militibus,* Muſculum P. LX longum (*fruſtra Lipſ. Poliorc.* 1, 9 *mutat in* IX) ex materia bipedali, quem a turri lateritia ad hoſtium turrem murumque perducerent, (*habet igitur inſtar illius machinationis, quam hodie* Galeriani *dicunt*) cuius muſculi haec erat forma. Duae primum trabes in ſolo aeque longae diſtantes inter ſe pedes IV collocantur, inque eis columellae pedum in altitudinem V defiguntur. Has inter ſe capreolis molli faſtigio coniungunt, vbi tigna quae muſculi tegendi cauſa ponunt, collocentur: eo ſuper tigna bipedalia iniiciunt, eaque laminis clauisque religant. Ad extremum muſculi tectum, trabesque extremas quadratas regulas, IV patentes digitos defigunt, quae lateres, qui ſuper muſculo ſtruantur, contineant. — ſupra lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet: coria autem — centonibus conteguntur. Hoc opus omne tectum vineis ad ipſam turrim perficiunt: ſubitoque inopinantibus hoſtibus machinatione nauali palangis ſubiectis ad turrim hoſtium admouent, — ſub muſculo milites vectibus infima ſaxa turris hoſtium, quibus fundamenta continebantur, conuellunt *etc.* *Huius igitur Caeſariani* Muſculi *cuius meminit etiam* B. Gall. 7, 84, *aperta ſatis ratio videtur. Similis, quamquam vſus diuerſi, eſt* Vegetianus 4, 16 Muſculos dicunt minores machinas (de vineis, pluteisque *praeceſſit*) quibus protecti bellatores *etc.* *quae ſequuntur ſunt corrupta. Conf. Beſſelii Miſcellan.* c. 6 p. 230 ſq. *Iſta ſcripſeram cum vidi, eadem placere Folardo Polybii illuſtr. Tom.* 2 p. 523. ¶ 4 Muſculus, *Genus piſcis parui, qui paruo moderamine caudae temperat balaenam, ne in ſcopulum impingat. De hoc* Claud. in Eutrop. 2, 426. Plin. 9, 62 Amicitiae exempla ſunt, balaena et muſculus: quando praegraui ſuperciliorum pondere obrutis eius oculis, infeſtantia magnitudinem vada praenatans demonſtrat, oculorumque vice fungitur. Idem 32, 11.

MVSCVLŌSVS, a, um. Adi. [μυώδης] *Ad ſecundam* Muſculi *notionem pertinet:* Cor natura muſculoſum Celſ. 4, 1. *Idem* Celſ. 5, 20 At ſi neruoſus aut muſculoſus is locus eſt, commodius eſt cerato miſcere. *Vid.* Columel. 6, 37.

MVRĪNVS, a, um. Adi. [μυϊνὸς] *Quod ex mure eſt.* Plin. 30, 8 Murino fimo contra calculos illinere ventrem prodeſt. *Sic* 28, 11 Murina capita. Color murinus, qui vulgaris eſt in aſinis Columel. 6, 37. Hordeum murinum, herba phoenicea, a Graecis appellata Plin. 22, 25. Pelles murinae, *vid. paullo ante,* Mures etiam, *etc.*

MVRICĬDVS, a, um. Adi. *Ignauus, imbellis.* Plaut. Epid. 3, 1, 12. *ſed Meurſius legit* Murcidus, *v. v.*

MVSCERDA, ae. f. [μυόχοδον] *Murium ſtercus.* Plin. 29, 6 Praeterea (vt Varro noſter tradit) murinum fimum, quod item muſcerdas appellat: *Vid. Meurſ. Auctar. Philol.* p. 139.

MVSCIPŬLA, ae. f. [μυάγρα] *Laquei genus ad capiendos mures.* Varr. de R. R. 1, 8 Nec non ſi parit humus mures, huius minor fit vindemia, niſi totas vineas oppleueris muſcipulis.

MVSCIPŬLVM, i. n. [μυάγρα Gloſſ. Lat. Gr.] *Idem.* Phaedr. 4, 1, 8 Mus, Qui ſaepe laqueos et muſcipula euaſerat. Eſcam muſcipuli, vbi mors eſt, longe vitate Commodian. Inſtruct. 48.

MVSCIPVLĀTOR, ōris. m. Gloſſ. Iſidor.

MVSCELLARIVM, i. n. *Idem quod* Muſcipula. Gloſſ. Gr. Lat. γαλεάγρα, cauea, viuerrarium, muſcellarium.

MVSIAE, arum. *Soricum nidi in* Gloſſ. Iſid.

MVSA, ae. f. [μοῦσα] Muſas *Poëtae finxerunt deas eſſe, Iouis et Memoriae filias, quae Poëtis et muſicae praeeſſent.* Muſae primae (*ait* Cic. de Nat. Deor. 3, 54) quatuor, natae Ioue altero, Thelxiope, Aoede, Arche, Melete. Secundae, Ioue tertio et Mnemoſyne procreatae nouem. Tertiae, Ioue tertio Pierio natae et Antiopa, quas Pieridas et Pierias ſolent Poëtae appellare, iisdem nominibus, eodem numero, quo proximae ſuperiores. Facit igitur Cicero triplicem Muſarum genealogiam. *Alcmaeon Poëta ſcribit, eas Caeli et Terrae filias eſſe, vt teſtatur Diodorus* 5, 1. Muſas duntaxat tres enumerat M. Varro, Vnam, quae ex aquae naſcitur motu. Alteram, quam aëris icti ſonus efficit. Tertiam, quae mera tantum voce conſiſtit. *Auctor* Seruius *in illud* Virg. Ecl. 7, 21 Nymphae, noſter amor, Libethrides, *etc.* Cenſorinus *itidem* De die natali c. 26 Organum (*inquit*) tres habuit intenſiones, grauem, mediam, acutam. Inde Muſae quoque tres olim ſunt aeſtimatae, Hypate, Meſe, Nete. ὑπάτη, id eſt chorda tenoris infimi; μέση media; νήτη chorda ſoni acuti. *Similia* Arnob. 3 p. 121. *Add. Scal. Lect. Auſon.* 1, 17. Auguſtinus de doctrina Chriſtiana 2 Non audiendi ſunt, *inquit,* errores gentilium ſuperſtitionum, qui nouem Muſas, Iouis et Memoriae filias eſſe finxerunt. Refellit eos Varro, quo neſcio vtrum apud eos quiſquam talium rerum doctior vel curioſior eſſe poſſit. Dicit enim ciuitatem neſcio quam (neque enim recordor nomen) locaſſe apud tres artifices terna ſimulacra Muſarum, quae in templo Apollinis dono poneret: vt quisquis artificum pulchriora formaſſet, ab illo potiſſimum emeret. Ita contigiſſe, vt opera ſua illi artifices aeque pulchra explicarent: et placuiſſe ciuitati omnes nouem, atque omnes emtas eſſe, vt in Apollinis templo dicarentur, quibus poſtea dicit Heſiodum Poëtam impoſuiſſe vocabula. Non ergo Iupiter nouem Muſas genuit: ſed tres fabri ternas fecerunt. *Hactenus* Auguſtinus. *Porro* ciuitatis nomen quod *ait* ſe non recordari, *Sicyon eſt: vt teſtatur* Auſonius in Grypho ternarii hoc carmine, Treis ſolas quondam tenuit quas dextera Phoebi. Sed Sicyon totidem ternas ex aere ſacrauit. *Sunt tamen qui legant,* Sacrauit toties ternas ex aere Cithaeron. ¶ 2 *Relinquimus hic vetera collectanea, quorum exactam veritatem non praeſtamus. Pauſanias tres artifices, Cephiſodotum, Strongyliona, et Olympioſthenem nominat; quorum ſinguli ternas Muſas effecerunt, et has primas fuiſſe. Alias vero idem Pauſanias tres Muſas connumerat, quas ait ab Aloei filiis Oto et Ephialte ſic nominatas; primam* Μελέτην, *hoc eſt meditationem; ſecundam* Μνήμην, *hoc eſt memoriam; tertiam* Ἀοιδὴν, *hoc eſt cantilenam. Plutarchus in libro Sympoſiacôn tradit, antiquitus tres Muſas fuiſſe exiſtimatas, non ſecundum ea tria modulandi genera, de quibus paullo ſupra retulimus, verum quod potius diſciplinas in tria genera veteres diviſerunt, philoſophiam, rhetoricen, et mathematicen. Hinc quoque, iuxta Heſiodi opinionem, harum quaelibet in tres diuiſa. Philoſophia quidem in dialecticen, ethicen ſiue moralem, et phyſicen. Rhetorice vero in demonſtrationem, deliberationem, et iudicialem. Mathematica autem in muſicam, arithmeticam, et geometriam. Sed et Arati interpres ſcribit, Orpheum ideo lyram nouem chordarum conſtituiſſe, quoniam idem eſſet Muſarum numerus. Muſas Iouis et Mnemoſynes, hoc eſt Memoriae filias Poëtae finxerunt, quod iis, qui ad diſciplinas et ſcientias peruenire cupiunt, duo haec in primis neceſſaria ſunt, intellectus ſcilicet et memoriae facultas. Hoc Graeci* μνημονικὸν, *illud* νοητικὸν *vocant. Proclus in Commentariis. Iouem autem putabant contribuere,* τὸ νοητικὸν, *at Mnemoſynen,* τὸ μνημονικόν. Muſas *Plato in Cratylo dictas affirmat* ἀπὸ τοῦ μῶσαι, *quod eſt inquirere, quaſi indagatrices; cui Phurnutus in libro de Nat. Deor. ſubſcribit.*

ſcribit. Ita enim ait, καλοῦνται δὲ μοῦσαι ἀπὸ τοῦ μώσεως ὅ ἐστι ζητήσεως. *Muſae, inquit, dicuntur ab inquiſitione. Idem ſentit Suidas, idem et Palaephatus. Vnde et aliquando* Moſas *eas antiqui vocauere. Euſebius tamen in Euangelica Praeparatione,* Muſas *tradit ſic appellatas, quia* μυέω *apud Graecos honeſta bonaque doctrina inſtituo ſignificat, quamobrem eas Orpheus et Proclus hominibus religionem monſtraſſe in hymnis ſuis cecinerunt. Idem Orpheus in hymnis* Muſas *per conciſionem quaſi* meluſas, *a* μέλω *dici putat; vt nihil ſint, niſi melos harmoniacum. Alii vero propter diſciplinarum inter ſe conuenientiam, quaſi* ὁμοιοῦσας, *quod vno nexu diſciplinae omnes teneantur, atque ita ſiat encyclopaedia. Vel* quod inuicem, ſicut virtutes, neceſſariae ſibi eſſe videantur, *vt ait* Caſſiodorus Var. 4, 51. *Vnde fit, vt ab antiquis nonnullis doctrinae ac ſcientiae copula ac nodus quidam exiſtimentur.* Muſas *ſimul verſari, et in chorum numerumque ludos agere dixerunt antiqui, propter ſcientiarum copulam et nexum, quo inter ſe diſciplinae quodam quaſi nodo copulantur et coniunguntur. Eadem de cauſa ſorores exiſtimatas putant.* Muſae in montibus dicuntur verſari, *vt ait Cornutus,* quod receſſu et ſolitariis maxime locis ſtudioſi viri delectantur. Sunt et qui ideo in Heliconis et montium verticibus verſari autument, quod ipſa ſapientia atque intellectus, ex quibus diſciplinae ac ſcientiae nobis comparantur, quae per Muſas intelliguntur, in hominis capite, vt in puriori et eminentiori loco, dicuntur eſſe. *In caelo* Muſae *locantur ab* Hor. Od. 3, 4, 1. *et* 4, 3, 1. Macrob. Somn. Sc. 2, 3. Muſas palma coronari *multi prodidere, propter quandam nominis ſimilitudinem.* Phoenicum *enim populorum inuentum eſſe literae dicuntur, et ab iis ad Graecos delatae.* Phoenix *etiam Graecis* palmam *ſignificat. Vel, vt conſentaneum magis* Cornuto *videtur,* ideo palma Muſae coronantur, quoniam eius arboris fructus dulcis eſt, multiuinus, tarde creſcens, multiplex et copioſus. *Attribuitur et* laurus *Muſis; vel quod ea arbor ad inſpirationem et afflatum, et (vt Graeci dicunt) enthuſiaſmon conferat; quod Sophocles in Caſſandra docet. Vel quod eius arboris guſtu poëticam ſe facultatem adipiſci antiqui credidere, vt Lycophron innuit, qui Poëtam daphnophagon vocat, et de ſe canit Heſiodus: atque ideo etiam a* Iuuenale *dictum* Sat. 7, 19 — laurumque momordit. *Vel potius quod ea arbor ſemper ſit virens; atque ſimili modo bonorum Poëtarum verſus vireſcere perpetuo dicuntur per ora docta virorum. Quin et eadem cauſa in Muſarum et Apollinis certaminibus Poëtas victores, quaſi immortalitate quadam dignos, lauro coronari non ſolum apud antiquos, ſed nunc quoque moris eſſe videmus.* Muſas *eſſe* Apollinis comites, *idque in dextra parte, indicat illud* Auſonii in Gripho, Treis ſolas quondam tenuit quas dextera Phoebi. *Qua de re Marſilius Ficinus in epiſtolis haec memoriae prodidit, Orpheus (ait) Delphicos aliquando lucos ingreſſus, oraculum conſulturus, obuium ſtatim quaſi iam expiatus Apollinem habuit. Quumque nouem Muſas tresque Gratias ad dextram comitantes cominus adſpexiſſet, ad ſiniſtram autem quamuis eminus ſequentes picas et furias, admirabundus exclamauit altius, O quam diuerſi, inquit, ducem hunc ſequuntur exercitus. Sed noli ô vates mirari Phoebus ait. Nempe quotidie multi mihi ſacrificant, vt Muſarum a me Gratiarumque munera impetrant. Ergo quicunque ſacra puris manibus nobis faciunt, Muſas a nobis Gratiasque gratis accipiunt. Quicunque vero ſacra manibus pollutis attrectare audent, picas et furias inuiti reportant. Haec ille.* Macrobius Saturn. 1, 17 *tradit* Apollinis ſimulacra manu dextera Gratias geſtare, arcum vero cum ſagittis ſiniſtra: quod ad noxam ſit pigrior, et ſalutem dextera manus promtior largiatur. *Quam eandem cauſam accipe, cur in parte dextra Muſae ſint collocatae. Hinc et a Graecis Apollo Muſagetes dicitur, quaſi Muſarum dux.* Muſas comites *fuiſſe* Oſiridis, *teſtatur Diodorus* 1, 2. *Dicitur Oſiris, inquit, fuiſſe cupidior riſus delectarique ſolitus muſicis et choreis. Quapropter illum muſicorum multitudo ſequebatur. Inter eos nouem fuiſſe virgines adoleſcentulas, tum canere ſolitas, tum in aliis eruditas; quas deinceps Graeci appellarunt Muſas. Has Apollinem docuiſſe dicunt (vt ait ibidem) qua ex re muſicus eſt appellatus. Sunt tamen qui putant, Muſas a Parcis edoctas fuiſſe. Diodorus Siculus Muſis ab Ioue patre literarum inuentionem attributam aſſerit. Eas quoque multi tradunt fuiſſe Bacchi comites.* Muſarum nutricem Hyginus in Aſtronomico poëtico, *et Latina in* Aratum commentaria, *quas Baſſo a quibusdam adſcribuntur,* Euphemen vocant, quae Crotonem filium habuit, qui muſarum precibus, quod inter eas eſſet verſatus, et ab eis muſicam edoctus, ab Ioue inter ſidera collocatus, Sagittarii nomen habet. *Huius quidem Euphemes ſtatuam Pauſanias in Helicone poſitam fuiſſe ait ad Muſarum lucum. Porro* Eupheme *interpretatur Latine* Laus. Muſas *eſſe* alatas *ſcribit Porphyrius in tertio de Sacrificiis. Vnde apud* Ouidium Met. 5, 274 *vna earum ſic ait,* — claudit ſua tecta Pireneus, Vimque parat, quam nos ſumtis effugimus alis. Muſas *eſſe* pulchritudine eximia *tradit Homerus, teſte Diod. Sicul.* 5, 1. Muſae, *a pleriſque* virgines *eſſe dicuntur, vt auctor eſt Diodor.* 1, 2. *quoniam diſciplinae, vti virgines, abditae atque incomtae eſſe videntur, natiuo ſcilicet decore contentae.* Muſae et Hercules eodem in templo *vna colebantur, vt eſt apud* Ouid. in Faſt. et Suet. in Auguſt. c. 29. *vbi* ſcribit a Martio Philippo aedem Herculis et Muſarum exſtructam. *cuius rei cauſam Plutarchus in Quaeſtionibus veſtigans, ex Iubae auctoritate ait, Euandrum edoctum ab Hercule literas, gratis id ſtatuiſſe. Hinc vocari coepit Hercules Muſarum.* Eumenius in Oratione de inſtaurandis ſcholis *hiſtoriam ſic recitat.* Aedem, *inquit,* Herculis Muſarum in circo Flaminio Fuluius ille nobilior ex pecunia Cenſoria fecit, non id modo ſequutus, quod ipſe literis et ſumma Poëtae amicitia duceretur, ſed in Graecia quum eſſet imperator, acceperat Herculem Muſageten eſſe, hoc eſt comitem ducemque Muſarum. Idemque primus nouem ſigna, id eſt omnium Camoenarum, quae ex Ambracienſi oppido translata ſunt, ſub tutela fortiſſimi numinis conſecrauit, vt res, quae a mutuis operibus et praemiis iuuari ornarique deberent, Muſarum videlicet quies defenſione Herculis, et virtus Herculis voce Muſarum. *Hactenus ille. Muſis rem diuinam primi feciſſe dicuntur in Helicone Otus et Ephialtes Aloëi filii, et in Aſcra habitaſſe, vt verſus Poëtae Hegeſini ex eius poëmate Atthide oſtendunt, qui apud Callippum leguntur, et Pauſaniam. Muſis etiam rem ſacram facere Paſtores tradit Theocritus, et eius expoſitor: qui propterea id fieri ait, quoniam illis cura eſt Cantilenarum, quarum ſunt Muſae praeſides. Quinimmo in hymno quodam Nemeaeo Pindarus eas vult filias eſſe Muſarum, quum ita canit,* αἱ δὲ σοφαὶ μουσῶν θυγατέρες ἀοιδαί. *Vbi expoſitores haec identidem inculcant.* Muſarum filiae Cantilenae. Muſarum volucres *vocat apes* Varro de R. R. 3, 16. *Sic enim ait de apibus verba faciens,* Quae cum cauſa Muſarum eſſe dicuntur volucres, quod et ſi quando diſplicatae ſunt, cymbalis et plauſibus et numero reducuntur in locum vnum. Et vt Muſis Helicona atque Olympum attribuerunt homines, ſic his floridos et incultos natura attribuit montes. *Hactenus* Varro. *Proinde etiam non defuerunt, qui* Ariſtaeum *ſcripſerunt* paſtorem *fuiſſe* Muſarum, *propterea quod primus apes et mellis vſum adinuenit. Comatan quoque paſtorem fuiſſe legimus in Commentariis Theocriti, qui ex pecoribus ſingulis quum rem ſacram Muſis faceret, eius dominum indignatum fuiſſe, illumque ideo in ligneam arcam concluſiſſe, ac eius ſalutem Muſis commiſiſſe, quas tantopere Comatas coluerat. Arcam vero inſequenti mox tempore adaperiens dominus, Comatan viuum reperit, inque ea mellis fauos, quibus Muſae vitam Comatae conſeruarant. De nominibus et inuentis earum hoc epigramma* Auſonii eſt, Eidyll. 20

> Clio geſta canens transacti temporis edit.
> Melpomene Tragico proclamat moeſta boatu.
> Comica laſciuo gaudet ſermone Thalia.
> Dulciloquis calamos Euterpe flatibus vrget.
> Terpſichore affectus citharis mouet, imperat, auget.
> Plectra gerens Erato, ſaltat pede, carmine, vultu.
> Carmine Calliope libris heroica mandat.
> Vranie caeli motus ſcrutatur et aſtra.
> Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia geſtu.
> Mentis Apollineae vis has mouet vndique Muſas.
> In medio reſidens complectitur omnia Phoebus.

Dicuntur etiam, Camoenae, *et a locis, vbi colebant,* Heliconiades, Parnaſſides, Aonides, Pierides, Pegaſides, Aganippides, Theſpiades, Libethrides, Pimpliades, Caſtalides, Corycides, Olympiades, Maeonides, Hyantiae. Muſae *etiam ſunt* Sirenes Macrob. Somn. Scip. 2, 3. ¶ 3 *Formulae:* Delubra Muſarum colere Cic. pro Arch. 27. Dona Hor. Epiſt. 2, 1, 243. Sacerdos Idem Carm. 3, 1, 3. Sacerdos Muſarum, Phoebique Ouid. Amor. 3, 8, 23. Sacra colere Id. ex Pont. 4, 2, 49. Amicus Muſis Hor. Carm. 1, 26, 1. Dulces Virg. Georg. 2, 475. Deditus nulli Muſae Hor. Serm. 2, 3, 105. *In pleriſque Metonymia conſueta Poëſin et cantum notat. Sic* Virg. Ecl. 8, 1 Paſtorum muſam Damonis et Alpheſiboei. Agreſtem tenui meditabor arundine muſam Id. ibid. 6, 8. Agreſtiores, *vid. h. v.* Callida Lucr. 6, 92. Dignum laude virum Muſa vetat mori: caelo Muſa beat Hor. Od. 4, 8, 28. Quinctilianus 1, 10 Libet propter quoſdam imperitiores Craſſiore (vt vocant) muſa, dubitationem huius vtilitatis eximere. Genialis Ouid. Amor. 3, 15, 19. Iocoſa Id. Triſt. 3, 2, 6. Pedeſtris Hor. Serm. 2, 6, 17. Potens lyrae Idem Carm. 1, 6, 10. Procax Idem ibidem 2, 1, 37. Proterua Ouid. Rem. Amor. 362. Solers lyrae Horat. de Arte Poët. 407. Silueſtrem tenui muſam meditaris auena Virg. Ecl. 1, 2. ¶ 4 *Vniuerſim* Muſae, *pro Humanitate, doctrina quacunque, et literis accipiuntur.* Cic. Tuſc. 5, 66 c. 23 Quis eſt enim omnium, qui modo cum muſis, id eſt cum humanitate, et cum doctrina habeat aliquod commercium, qui ſe non hunc mathematicum malit, quam illum tyrannum? Vt docuit tenui ſcribens in puluere muſa Fann. de Ponderib. v. 54. *i. arithmetica ſiue mathematica.* Quod tibi Mechanica promtum eſt depromere muſa Idem ibid. v. 101. Muſa Platonis Boëth. l. 3 met. 11. *i. Philoſophia.* Poëticae Boëth. l. 1. proſa 1. *Conf. Barth. Adu. 6, 20 extr.* Cic. in Orat. 12 Omnis enim vbertas et quaſi ſilua dicendi ducta ab illis eſt, nec ſatis tamen inſtructa ad forenſes cauſas, quas (vt illi ipſi dicere ſolebant) agreſtioribus muſis reliquerunt. *Sic enim Philoſophi forenſes cauſas appellabant, quoniam in eis (vt frequenter agreſtes homines ſolent) oratores vociferantur, clamant, litigant, et ſaepe de rebus tantum pecuniariis certant.* In Partitionibus 90 Cicero duo genera hominum *facit;* alterum agreſte, quod vtilitate ac lucro; alterum vero vrbanum, quod honeſtate magis mouetur. *Quin et philoſophicas diſputationes appellat* Muſas manſuetiores, *et pro quacunque doctrina* Muſam *ponit. Vnde apud Graecos vir omni ſcientia deſtitutus,* ἄμουσος *apellatur, hoc eſt (vt* Cicero pro Arch. 20 *videtur interpretari)* auerſus a Muſis. *Hinc illud prouerbium:* Indoctos a Muſis atque a Gratiis abeſſe. *De quo* Quinct. 1, 10, 21. *Sic* Gell. 9, 3 A liberali muſa et a ſtudiis humanitatis nunquam abfuit. *Quoniam igitur apud vulgum* imperiti homines (*quod ait Ariſtoteles et* Quinctilianus) plerumque videntur ingenioſiores in dicendo, quam eruditi, *ideo* Muſas agreſtes *vocant.* Eiusdem muſae Gell. 9, 10. *i. diſciplinae ſiue ſtudii.* Eiusdem muſae aemulum eſſe Idem in Praef. ſ. epilogo. Forenſes Auctor Dial. de Orat. c. 12. Omnis muſae mancipium Petron. c. 68. Impares Muſae, *quia nouem* Hor. Carm. 3, 19, 13. Cic. Fam. 1, 9 Ab oratoribus disiungo me fere, referoque ad Manſuetiores muſas, *i. Philoſophicas diſputationes.* Manſuetiores muſas *eſt, qui verſus interpretetur: alius dialogos, et huiusmodi ſcripta, in quibus non requiritur orationum grauitas.* Cic. Fam. 16, 12 Tu muſis Noſtris para, vt operas reddas, noſtra ad diem dictam fient. Cogito cum Omnibus muſis rationem habere Cic. Att. 2, 5. *i. Prorſus me literis dedere.* Delectare ſe cum muſis Id. ibid. 2, 4.

MVSAGETA, *vel* MVSAGETES, ae. m. [Μουσαγέτης] *Ductor muſarum* Herculis *appellatio ap.* Eumen. pro reſt. ſchol. 7, 3.

MVSICA, ae. *vel* MVSICE, es. f. [μουσική] *Ars canendi, it. Scientia, quae modum canendi demonſtrat.* Muſica *definitur* peritia faciendorum et canendorum modorum, cuius partes organica, harmonica, cruſmatica, *etc.* Auctor Fragmenti cum Cenſorino edi ſoliti c. 11. *Alius tres eius partes facit* Boëth. de Muſica 1, 2. Plin. 7, 56 Muſicam Amphion inuenit. Cicero de Finib. 3, 5 Muſicam *in iis verbis refert,* quibus ex inſtituto veterum vtimur pro Latinis. Effeminata, et impudicis modis fracta Quinctil. 1, 10. Occultae muſicae nullum eſſe reſpectum; *Prouerb. cuius ſenſus eſt, Egregias ingenii dotes, ſi non proferas, perinde eſſe, quaſi non habeas.* Sueton. Neron. c. 20 Subinde familiares Graecum prouerbium iactans, Occultae muſicae nullum eſſe reſpectum. *Vid. Beroald. h. l.* Simplex muſica, *vid.* PLASMA. Tractare muſicam Cic. de Orat. 3, 130 c. 33. ¶ 2 Muſicae *appellatione (inquit Budaeus) priſci Humanitatem literarum ſignificarunt; in qua ingenuos homines docebant otium conterere, animumque recreare. Quod inde factum videtur, quia prima ars quam docerentur pueri canere, primum, quod legerent, Poëtae erant.* Quinct. 1, 10, 17 *in elogio* Muſices, Architas atque Ariſtoxenus etiam ſubiectam (*tanquam generi ſuam ſpeciem*) grammaticen muſicae putauerunt, et eoſdem vtriusque rei praeceptores fuiſſe, cum Sophron oſtendit — tum Eupolis apud quem Prodamus, et muſicen et literas docet. Et Maricas — nihil ſe ex muſicis ſcire, niſi literas confitetur. Terent. Heaut. Prol. 23 Studium muſicum *eſt Poëſis Comica. Etiam* Hec. Prol. alt. 15 *et* 38 Artem muſicam *eodem modo accipit, vt et* Phorm. Prol. 18. *Vid.* Turneb. 3, 20. *De Graecis vnum alterumque teſtimonium dabit Barth. ad* Claudian. p. 1094.

MVSAICVS, a, um. Adi. *Alii* Muſiuus, *vid.* Voſſ. de Vit. L. L. 1, 11.

MVSĬCVS, a, um. Adi. [μουσικός] *Quod ad* Muſas, *et artem adeo muſicam pertinet.* Plin. 2, 22 Sed Pythagoras interdum ex muſica ratione appellat tonum, quantum abſit a terra luna. Idem 37, 1 Hic videtur inſtituiſſe, vt omnes muſicae artis, hac quoque oſtentatione cenſe-

cenſerentur. Ludus muſicus Gell. 20, 11. Notae muſicae Quinctil. 1, 12. Sonus muſicus citharae Phaedr. 4, 19, 20. ¶ 2 *Ad omnes literas, poëticas praeſertim, refertur. Vid. quae modo dicta in* MVSICA n. 2. Qui ipſe facundus et Muſicus Auſon. Ep. 11. *i. Poëta.* Muſas vix mage muſicas putares Sidon. Narbone v. 122. Hunc dico, qui lingua potens minorem Atridam praeterit Orando pauca et muſica Auſon. Epiſt. 6, 20. ¶ 3 Omne concinnum Muſicum *appellabant Platonici.* Apul. de Dogm. Plat. p. 60 Audi tu vero, inquit, quid homini magnificentius potuit euenire? Per quem ſapientiam prudentiamque condiſceret, numeroſque orationis metiretur, ac modos faceret; fieretque totus ipſe modulatus et muſicus. *Vid. Heinſ. ad Maxim. Tyrium.*

MVSĬCVS, i. m. [μουσικός, μουσίκτας] *Qui exercet, vel docet muſicam.* Cic. de Finib. 3, 4. *Conf.* Quinctil. 1, 10. In fidibus, muſicorum aures vel minima ſentiunt Cic. Off. 1, 146 c. 41. Floruerunt in Graecia muſici Idem Tuſc. 1, 4 c. 2. Haberi muſicum Idem ibid. 2, 12.

MVSĬCA, orum. n. [μουσική] Cicero de Orat. 1, 10 Quis muſicis, quis huic ſtudio literarum, quod profitentur ii, qui grammatici vocantur, penitus ſe dedidit, quin, *etc.* Ibid. 187 c. 42 Vt in muſicis numeri, et voces, et modi, *etc.* *Et* Tuſc. 5, 63 Muſicorum vero perſtudioſum accepimus. *De Dionyſio Syracuſano.* Conterere ſe in muſicis, *vid.* CONTERO. Fac periculum in muſicis Ter. Eun. 3, 2, 24.

MVSĬCE. Adu. [μουσικῶς] *Delicate et genialiter, et alienis ſumtibus, vt ſolent, qui pro Symbola vocem conferunt.* Plaut. Moſt. 3, 2, 40 Muſice hercle agitis aetatem, ita vti vos decet, Vino et victu, piſcatu probo, electili Vitam colitis. *Taubm. huc laudat ἄκαπνα θύειν et Caſaubonum illud explicantem ad Athen.* 1, 7.

MVSICARIVS, i. m. *Inſtrumentorum muſicorum artifex.* Vetus Inſcriptio: COLOCASIO VERNAE DVLCISS. ET MVSICARIO INGENIOSISS.

MVSICĀTVS, a, um. Adi. Apul. in Aſclep. p. 81 *Elmenh.* Muſicatae cantilenae.

MVSEVS, a, um. Adi. [μούσειος] Lepor muſeus Lucret. 1, 933. *Ibid.* 946 Et quaſi muſeo dulci contingere melle. Mele muſea, *i. Cantilenae muſicae* Lucret. 2, 412. Muſeus, Muſius, Muſiuus *etiam de aedificandi, ſeu potius poliendi genere ſequiori aeuo dicebatur, cameris et fornicibus colendis adhibito, apſidibusque, vt obſeruat Salmaſ. ad* Spartian. Peſc. Nigr. 6 Hunc in Commodianis hortis in porticu curua pictum de muſiuo. *Antiquiſſima forte mentio* Plin. 36, 21 ſ. 42 Eroſa ſaxa in aedificiis, quae muſea vocant, dependentia ad imaginem ſpecus arte reddendam. Pollio de XXX Tyr. n. 24 Aurelianus pictus eſt — picta omnia de muſeo. Vet. Inſcr. *ap. Spon. Miſc.* p. 39 OPERE MVSEO EXORNAVIT. Paullin. Epiſt. 12 Camera muſiuo illuſa. *Plurima ex* Anaſtaſii vitis Pontiff. *Salmaſ. l. c. qui idem opus eſſe ait* pavimentatum *et* muſiuum, *teſſellatione, i. cubicis lapillis vtrumque contextum, hoc diſcrimine, vt pauimentum non niſi ad ſolum,* muſiuum *non niſi ad* cameram, trullam, abſida ſ. apſidam *referatur. De re ipſa vid. Io. Iuſti Ciampini Vetera Monimenta, in quibus praecipue* muſiua opera, *ſacrarum profanarumque aedium ſtructura, — diſſertationibus iconibusque illuſtrantur.* Rom. Tom. 1, 1690. Tom. 2. 1699 fol. *Forte hoc genus ſtructurae primo adhibitum eſt in* Muſeis, *Muſarum antris,* ſ. cryptis, (*e quibus* Grottae *vox deflexa*) *naturales ſpecus primum imitantibus, deinde ad maiorem paullatim cultum, ab illa naturae aemulatione deflexis. Certe locus Plinii, quem modo laudauimus eo videtur pertinere. Nimirum*

MVSEVM, MVSIVM, i. n. [μουσεῖον] *Eſt locus, ſacellum, templum Muſis dicatum, vt* Iſeum *et ſimiles Graecorum in* ειον *appellationes. Videntur primum ad naturalium antrorum ſpeciem efficta, vt modo diximus. Firmat* Plin. Epiſt. 1, 9 O mare, o litus, verum ſecretumque muſeon, quam multa inuenitis, quam multa dictatis. *Membrum villae ruri eſt* Varro R. R. 3, 5, 9 Vbi confluit alter amnis, ad ſummum flumen, vbi eſt muſeum. *Sed etiam loca operoſius ſtructa eruditorum Conventibus et exercitationibus deſtinata ſic dicta ſunt, vt in primis Alexandrinum illud, de quo viri docti ad* Sueton. Claud. 42. *et* Spartian. Hadr. 20.

MVSIVARII, *ſ.* MVSEIARII, *artifices operis* Muſei ſ. Muſiui *apud* Firmic. 4, 2. *Gruter.* Inſcr. p. 586, 3. *et* l. 2 C. Th. de excuſatt. artificum. Caſſiod. Varr. 7, 5. *Vbi* Inſtructor parietum, ſculptor marmorum, aeris fuſor, camerarum rotator, gypſoplaſtes, muſiuarius, *coniunguntur.*

MVSA Antonius, *Auguſti medicus fuit, cuius meminit* Hor. Epiſt. 1, 15, 13. Plin. 19, 8 Diuus certe Auguſtus lactuca conſeruatus in aegritudine fertur, prudentia Muſae medici. *Conf. Torrent. ad* Sueton. Auguſt. c. 59.

MVSCA, ae. f. [μυῖα] *Notum et impudentia ſua moleſtum aeſtatis inſectum.* Cic. de Clar. Orat. 217 Qui niſi ſe ſuo more iactauiſſet, hodie te iſtic muſcae comediſſent. Abigere muſcas Cic. de Orat. 2, 247 c. 60. Aſperantur, *vid.* ASPERO. Lambunt, *vid.* LAMBO. Liguriunt muſcae Varr. de R. R. 3, 16. Ne muſca quidem; *Vibii Criſpi Oratoris iocus in Domitianum Caeſarem, qui muſcas captare, ac interficere ſoleret. Vid.* Suet. Domit. c. 3. *Fuit autem alias quoque in prouerbio tali* Muſca. Plaut. Truc. 2, 2, 29 Quas tu mulieres mihi narras, vbi muſca nulla femina eſt in aedibus. Ne muſcam Excitare potes Sen. de morte Claudii. Muſca, *pro Homine moleſto et importuno.* Cic. de Orat. 2, 247 c. 60 Quid enim eſt Vargula aſſecutus, quum eum candidatus A. Sempronius cum Marco ſuo fratre complexus eſſet, Puer abige muſcas? Riſum quaeſiuit, qui eſt mea ſententia vel tenuiſſimus ingenii fructus. Muſca *dicitur homo curioſus* Plaut. Merc. 2, 3, 26. *impudens* Homero: *paraſitus* Petron. c. 42. *et* Plaut. Poen. 3, 3, 76.

MVSCV̆LA, ae. f. [μυῖα ὑποκοριστικῶς Gloſſ. Cyrilli.] Auguſt. de Trin. 3, 7 Cyniphes enim muſculae ſunt breuiſſimae, qua tertia plaga ſuperbus populus Aegyptiorum caedebatur.

MVSCARIVS, a, um. Adi. [μυιακός] *Quod ad muſcas pertinet.* Plin. 29, 6 Aranei muſcarii telae, et praecipue ſpelunca ipſa impoſita per frontem, *etc.* *i. Qui venatur muſcas.* Claui muſcarii Vitruu. 7, 3. *i. vmbellati, capite latiore, vid. mox* MVSCARIVM n. 2.

MVSCARIVM, i. n. [σόβη] *Flabellum, quo muſcae abiguntur.* Martialis *ſub lemmate,* muſcarium pauoninum 14, 67 Lambere quae turpes prohibet tua prandia muſcas, Alitis eximiae cauda ſuperba fuit. ¶ 2 Muſcarium *ab huius ſimilitudine etiam appellatur Coma illa quarundam herbarum, in qua ſemina dependent, qualis eſt ferulae, foeniculi, aneti, oluſatri, et ſimilium.* Plin. 12, 26 Semine e muſcariis dependente, vt ferulae. In papauere et ſimilibus, ſcapus; in iuglandibus, auellanis, panicula appellatur. ¶ 3 *Cauda equi* Veget. Mulom. 4, 1, 1. *et* 4, 2, 2.

MVSCERDA, MVSCIPVLA, MVSCVLVS, *vid.* MVS.

MVSCVS, i. m. [μνίον, βρύον] *Viridis non tam herba, quam lanugo in corticibus arborum, et circa latera fontium, et locis humidis naſcens.* Virg. Ecl. 6, 62 Muſco circumdat amarae Corticis. Molli tellus erat humida muſco Ouid. Met. 8, 562. Virens Idem Faſt. 3, 297. Viridis Lucret. 5, 949. Circumlita ſaxa Horat. Epiſt. 1, 10, 7. Squalebant turpi faſtigia Ouid. Met. 1, 374. Virentia ſtagna Virg. Georg. 4, 18. Columel. 4, 24 Iam vero muſcus, qui more compedis crura vitium deuincta comprimit, ſituque et veterno macerat, ferro diſtringendus et eradendus eſt.

MVSCŌSVS, a, um. Adi. [βρυώδης] *Quod muſco opertum eſt.* Muſcoſi fontes Virg. Ecl. 7, 45. Lapis Catull. 69, 58. *Et,* Muſcoſa prata, *apud* Varr. de R. R. 1, 9. Cicero Quint. Frat. 3, 1, 2 Nihil muſcoſius. *Vid. Manut. h. l.* Solum muſcoſum Propert. 3, 3, 26.

MVSCŌSE. Adu. *Idem.* Sidon. Carm. 2.

MVSCĬDVS, a, um. Adi. *Idem.* Sidon. Epiſt. 8, 18 (16) Pumices muſcidi.

MVSCOR, āri. [βρυῶμαι] *Eſt Muſco tegi. Vnde compoſitum* Emuſcor. Columel. 11, 2 Oleae putantur et emuſcantur. *h. e. Muſco liberantur.*

MVSEVS, MVSIVS, MVSIVVS, *vid. p. a. ſub* MVSA.

MVSICA, *vid.* MVSA.

MVSĬMON, ōnis, m. [μουσιμών] Aſinus, mulus, aut equus breuis. Lucil. 6 Pretium emit, qui vendit equum muſimonem. Cato Deletorio, Aſinum, aut muſimonem, aut arietem. *Haec* Non. 2, 530. *De* muſimone *ſic* Plin. 8, 49 Eſt et in Hiſpania, ſed maxime Corſica, non maxime abſimile pecori, genus muſimonum, caprino villo, quam pecoris velleri propius. Quorum e genere, et ouibus natos priſci vmbros vocauerunt. Infirmiſſimum pecori caput; quamobrem auerſum a ſole paſci cogendum. Muſimonem capra ex veruegno ſanguine gignit Eugen. Tolet. Carm. 22. *Vid.* ABIGENVS. Μούσμονες *ſunt apud Strabonem: et videtur mixto generi e capra et oue proprium, ſed latius deinde extenſum.*

MVSINOR, *vid.* MVGINOR.

MVSIVVM, *vid.* MVSEVS, *ſub* MVSA.

MVSONIVS, i. m. Philoſophus fuit non incelebris, cuius hoc luculente vereque dictum refert Gellius; ἄν τι πράξῃς καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει· ἄν τι ποιήσῃς αἰσχρὸν μετὰ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει. *Vid.* Noct. Att. 16, 1. *Hinc*

MVSONIĀNVS, a, um. Adi. Conſtantius officio functum perite, Muſonianum voluit appellari, ante Strategium dictitatum Ammian. 15, 13. *Reſpexit, credo, ad illud ipſum dictum* Muſonii, *quod modo dedimus ex Gellio.*

MVSSITO, MVSSO, āre. *vid.* Mutio, *in* MVTVS.

MVSTĀCE, es. f. *Genus lauri.* Plin. 15, 30 Duo lauri genera tradit Cato; Delphicam, et Cypriam. Pompeius Lenaeus adiecit quam muſtacem appellauit, quoniam muſtaceis ſubiiceretur. Hanc eſſe folio maximo, flaccidoque et albicante.

MVSTACEVM *et* MVSTACEVS, i. n. *et* m. [γλευκίνιος] *Libi genus ex muſto.* Cato de R. R. 12 Muſtaceos ſic facito: Farinae ſiligineae modium vnum muſto conſpergito, aniſum, cuminum, adipis p. 11. caſei libram, et de virga lauri deradito, eodem addito. Et vbi definxeris, lauri folia ſubtus addito, quum coques. *Adhibentur igitur* Lauri folia, *quae ab ipſo hoc vſu arida et deformia fieri neceſſe eſt. Hinc* Cic. Att. 5, 20 Bibulus — in eodem Amano coepit laureolam in muſtaceo quaerere, *i. triumphi materiem nimis exilem et ſordidam. Neutro genere* Iuuenal. 6, 203 Coenam et muſtacea perdas.

MVSTĒLA, ae. f. [γαλῆ] *Animal mures perſequens et ſerpentes.* Plaut. Sticho 3, 2, 6

Auſpicio hodie optumo exiui foras;
Muſtela murem abſtulit praeter pedes
Cum ſtrena obſcaenauit, ſpectatum hoc mihi eſt, *etc.*

Sed mox v. 43

Certum eſt muſtelae poſthac numquam credere
Nam incertiorem nullam noui beſtiam
Quae ne et ipſa decies in die mutat locum.

Plin. 29, 4 Muſtelarum duo genera; alterum ſilueſtre. Diſtant magnitudine. Graeci vocant Ictidas. Harum fel contra aſpides dicitur efficax, caetero venenum. Haec autem quae in domibus noſtris oberrat et catulos ſuos, vt auctor eſt Cicero, quotidie transfert, mutatque ſedem, ſerpentes proſequitur. *Vid.* Varr. de R. R. 3, 10. *Conf.* Phaedr. 1, 23. *et* 4, 1. *et* 4, 5. Repente introrepens muſtela contra me conſtitit Apul. Met. 2 p. 125. Muſtelas manſuetas in carduetis habent plerique contra talpas Pallad. Mart. 9, 4. ¶ 2 Muſtela, *Piſcis genus, muraenae fere ſimilis.* Plin. 9, 17. Muſtelae, *ait Sipontinus, in lacu Brigantino Rhetiae, muraenis fere ſimiles, et caeteros omnes piſces noſtra aetate excedentes pretio; quas a lambendis petris, nunc lampetras nominant. Sipontino ſubſcribit Maſſarius in lib. 9* Plinii, *vbi multa de muſtela.* Auſonius in Moſella v. 106 Quaeque per Illyricum, per ſtagna binominis Iſtri Spumarum indiciis caperis muſtela natantum, *etc.* Auida muſtela Columel. 8, 17, 8.

MVSTELĪNVS, a, um. Adi. [γαλοειδής] *Quod eſt muſtelae, vel ſimile muſtelae.* Ter. Eun. 4, 4, 11 Hic eſt vetus, vietus, veternoſus, ſenex, colore muſtelino. Plin. 30, 14 Aut ex vtriculo muſtelino per genitale effluentes aquas.

MVSTELĀTVS, a, um. Adi. *Legitur* Apul. Met. 2 p. 126 *Elmenh.* Muſtelatis peplis laceratus atque diſcerptus. *Sed locus corruptus.*

MVSTELLĀGO, ĭnis. f. *Herba, quae et Daphne.* Apul. de Herb. c. 27 *et* 58.

MVSTRICŎLA, ae. f. Machinula (*auctore* Feſto) ex regulis, in qua calceus nouus inſuitur. Afranius, Muſtricolam in dentes indam tibi. Forma eſt ſutoris. *Vid.* Iſidor. Gloſſ. *vbi dicitur* machina ad ſtringendos mures.

MVSTVM, i. n. [γλεῦκος] *Vinum nouum.* Ouid. Faſt. 4, 838 Praemia de lacubus proxima muſta tuis. Plin. 23, 1 Muſta differentias habent naturales has, quod ſunt candida, aut nigra, aut inter vtrumque, aliaque ex quibus vinum fiat, alia ex quibus paſſum. Cic. de Clar. Orat. 287 c. 83 Sic ego iſtis cenſuerim, et nouam iſtam quaſi de muſto ac lacu feruidam orationem fugiendam. Auſtera muſta Quinctil. 2, 4. Candida Tibull. 1, 5, 24. Circumcidaneum muſtum, *vid.* Circumcidaneus, *in* CIRCVMCIDO. Creticum m. eſt paſſi genus Scribon. 209. Dulce Virg. Georg. 1, 295. Feruida Ouid. Triſt. 3, 10, 72. Adhuc in dolio Feruens Scribon. 111. Mulſum muſtum Idem 125. Noua bibere Ouid. de Arte Am. 2, 695. Preſſa veloci pede

pede Tibull. 1, 5, 24. Pugnacibus muſtis crapulae plus inditur, lenibus parcius Plin. 14, 20. Purpureum Propert. 3, 17 (15) 17. Recens Scribon. 269. Antequam muſtum deferueſcit Scribon. 269. Muſtum, *inquit* Nonius 2, 518 Non ſolum vinum, verum etiam nouellum quidquid eſt, recte dicitur. Naeuius Gymnaſtico; Vtrum eſt melius, virginem an viduam vxorem ducere? virginem, ſi muſta eſt. *Sic* Olei muſta Plin. 15, 1 ſ. 2. *Fuerit ergo*

MVSTVS, a, um. Adi. [νεαρὸς] *Recens.* Naeu. *apud* Non. 2, 518 *vt modo vidimus.* Vinum muſtum Cato R. R. 115, 1. Agna muſta paſcenda Cato *ap.* Priſcian. 6 p. 711. *i. noua ipſo interprete.*

MVSTARIVS, a, um. Adi. [γλευκικὸς] *Quod ad muſtum pertinet.* Muſtarius vrceus, *In quo muſtum reponitur* Cato c. 11.

MVSTEVS, a, um. Adi. [γλευκινὸς] *Quod muſtum, hoc eſt dulcedinem in ſe habet: vt,* Poma muſtea. Cato de R. R. c. 7 Item alia conditiua mala muſtea. Mala Varr. R. R. 1, 59. Plin. 13, 4 *extr.* Eſt tanta muſteis pomis ſuauitas, vt finis mandendi non niſi periculoſa fiat. ¶ 2 Muſteus, *Recens.* Plin. 12, 7 Amaritudo grano eadem quae piperi muſteo creditur eſſe. Caſeus muſteus Id. 11, 42. Liber muſteus Id. Epiſt. 8, 4 *a fine* (21) *it.* Sidon. Ep. 8, 3.

MVSTVLENTVS, a, um. Adi. [γλευκώδης] *Idem quod Muſteus.* Plaut. Ciſtel. 4, 2, 101 (87) Ita muſtulentus aeſtus nares attigit. Autumnus muſtulentus Apul. Met. 2 p. 116. *Conf.* Non. 1, 322.

MVSTIO, ōnis. m. *Vermiculi ſ. inſecta alata.* Muſtiones a Muſto appellati, vt bibiones, qui in vino naſcuntur Iſidor. 12, 8.

M V T

MVTABILIS, MVTATORIA, *vid.* MVTO.

MVTICVS, *vid.* MVTVS.

MVTILĀGO, inis. f. *Herba, alias Tithymalus.* Apul. de Herb. c. 108.

MVTĬLVS, a, um. Adi. [κολοβὸς, κυλλὸς] *Truncatus et parte aliqua minutus.* Hor. Serm. 1, 5, 60

O tua cornu
Ni foret exſecto frons (inquit) quid faceres, quum
Sic mutilus minitaris?

Cornibus mutilus Caeſ. Bell. Gall. 6, 26. Boues mutili, dicti ſunt Sine cornibus, *auctore* Donato. Columel. 7, 3 Nam eſt melior mutilus aries. *Add.* Id. l. 1 praef. Cic. in Orat. 178 Mutila ſentit quaedam, et quaſi decurtata. *De animo.* Cic. in Orat. 32 c. 9 Sed quum mutila quaedam, et hiantia locuti ſunt, quae vel ſine magiſtro facere potuerunt, germanos ſe putant Thucydidis.

MVTĬLO, āre. [κολοβόω, πηρόω] eſt, *vt ait* Donatus, aliquid detrahere, ſine quo res eſſe non poſſit. Ter. Hec. 1, 1, 8 Quin ſpolies, mutiles, laceres, quenquam nacta ſis. *Et* Curt. 5, 5, 14 Maiore membrorum parte mutilari. *Add.* Id. 9, 2, 19.

MVTILĀTVS, a, um. Adi. [κόλος, πηρὸς, ἀνάπηρος] Mutilatus dens Plin. 8, 5. Ouid. in Ibin 546 Trunca geras ſaeuo mutilatis partibus enſe, Qualia Mycerni membra fuiſſe ferunt. Liu. 29, 9 Et prope exſanguem, naſo, auribusque mutilatis relinquunt. Cruci affixus, mutilatis Auribus naribus Curt. 7, 5, 40. Colubrae mutilatae cauea Ouid. Met. 6, 559. Cic. Philip. 3, 31 c. 12 In Galliam mutilatum ducit exercitum. *i. Diminutum.* Rami mutilati Ouid. de Nuce 37.

MVTILATIO, ōnis. f. [πήρωσις σώματος, ἀκρωτηριασμὸς Gloſſ. Lat. Gr.] Celſ. 7, 9 Leuis mutilatio. *Sed plures Editi Scriptique,* Mutatione *Morgagn. Ep. 3 in Celſ.*

MVTILĀTOR, ōris. m. *apud* Celſum.

MVTV̆LVS, i. m. *Quod etiam ſcribitur* MVTILVS *in bonis libris, eſt eminens aliquantum vltra parietem cantherius, vel ornamentum, quod id ipſum repraeſentet.* Vitruu. 4, 2 Vt e tignorum diſpoſitionibus triglyphi, ita e cantheriorum proiecturis mutulorum ſub coronis ratio eſt inuenta. Ita fere in operibus lapideis et marmoreis mutuli inclinati ſcalpturis deformantur, quod imitatio eſt cantheriorum. Varr. de R. R. 3, 5, 13 Sed pro columbariis in pariete mutulos aut palos in ordinem, ſupra quos tegeticulae cannabinae ſint impoſitae. Columel. 8, 9, 3 Mutuli per parietem defixi. *Etiam hic in bonis libris eſt* mutili.

MVTĬNA, ae. f. [Μύτινα] Vrbs Italiae in Flaminia, Romanorum quondam colonia, *vt eſt auctor* Mela 2, 4. *et* Liu. 39, 55. *Vulgo Modena dicitur.* Firmiſſima et ſplendidiſſima Pop. Rom. colonia Mutina Cic. Philipp. 5, 24. Labores Mutinae Lucan. 1, 41. Moenia obſeſſae Mutinae Ouid. Met. 15, 823.

MVTINENSIS, e. Adi. [Μυτιναῖος] Color Mutinenſis, *i. Pullus: a Mutinenſibus lanis, ex quibus natiuo colore panni fiunt.* Varro, Nam et ludere alacrem vidimus Mutinenſi tunica. Arma Mutinenſia Ouid. Faſt. 4, 633.

MVTINVSTITINVS, i. m. Deus erat, cuius ſacellum, *vt* Feſtus *ait,* Romae fuit, cui velatae togis praetextatis ſolebant ſacrificare. *Ego nomen eum gentilium deum habuiſſe a tacendo, et non* tinniendo, *puto: Nam in eo ni valet ne. Quare conflatum nomen ex hac particula, et duobus imperatiuis videtur, quaſi diceres,* Muti, ne tinni. *Ex Turnebo Adu. 17, 23 pr.*

MVTĪNVS, i. m. *Membrum virile.* Auctor carminis obſceni (in Phallicis 73) *ex rec. Scalig.* Pomarii tutela diligens, rubro, Priape, furibus minare mutino. *Poſſunt Scazontes eſſe et Iambici. Incerta ergo Penult. Eſt et vnum e nominibus Priapi.* Lactant. 1, 20 Sterculius, qui ſtercorandi agri rationem primus induxit: Et Mutinus, (Motunus, Titinus, Tutunus, Futinus *al.*) in cuius ſinu pudendo nubentes ſedent, vt illarum pudicitiam prior deus delibaſſe videatur. Feſtus *ex reſtitutione Scaligeri,* Mutini Titini ſacellum fuit in Veliis adverſum murum muſtellinum in angiportu: de quo aris ſublatis balnearia ſunt facta Domitii Caluini: cum manſiſſet ab vrbe condita ad principatum Auguſti. Religioſe et ſancte cultum fuiſſe manifeſtum eſt. Nam nunc ad ſextum et viceſimum extra vrbem aediculam habet, vbi et colitur, et mulieres togis praetextis velatae ei ſacrificant. Arnobio 4 aduerſus Gentes *vocatur* Mutunus *per quintam vocalem. Sic enim ait:* Etiamne Pertunda, quae in cubiculis praeſto eſt, virginalem ſcrobem effodientibus maritis? Etiamne Mutunus, cuius immanibus pudendis, horrentique faſcino, veſtras inequitare matronas, et auſpicabile ducitis, et optatis? *Sed* Tutunus *habet Salmaſiana* p. 131. *Et* p. 133 Mutuno atque Tutuno. Auguſtinus de ciuitate Dei 4, 11 Mutinus, qui eſt apud Graecos Priapus. Idem 6, 9 Priapus nimis maſculus, ſuper cuius immaniſſimum et turpiſſimum faſcinum ſedere noua nupta iubebatur. *Viues ad l. c.* Mutinum *dictum putat, quod praeſtet vt in primo concubitu vir moueatur, virgo vero ne reluctetur.* Tertull. Apol. 25 *acerba Ironia,* Sterculius et Mutunus (*ſic Hauerc. Al.* Mutinus, *al.* Mucunius. *Etiam apud Auguſtinum eſt varietas. Hiſtoriam plenam huius nominis dedit Buneman. ad* Lactant. 1, 20, 36. *Eſt, credo productum ex* MVTO, ōnis, *de quo poſt deriuata ex verbo* MVTO.

MVTIO, īre. *Vid.* MVTVS.

MVTIVS, *vid.* MVCIVS.

MVTO, āre. [ἀλλάττω, μεταβάλλω, ἐκστρέφω, τρέπω, μεταμείβω, μεταλαμβάνω] *Facere vt aliud fiat* Plin. 12, 7 Piper toſtum ſolibus, colore rugiſque mutatur. Plin. Pan. 24 Eadem quae omnia illa circa te, nihil in te fortuna mutauit. Mutare ſe habitu et loco, *pro eo quod eſt, Mutare habitum et locum* Hor. Serm. 2, 7, 64. Mutare et vertere ad omnem rationem aliquid Cic. de Orat. 3, 175. Ter. Andr. 5, 4, 46 O lepidum patrem! de vxore vt poſſedi nihil mutat Chremes. *i. Quantum ad vxorem attinet.* In formam alterius mutare ſe Plaut. Amphit. Perioch. 2. In horas mutari Hor. A. P. v. 160. *et* Sat. 2, 7, 10. In marem mutari Plin. 7, 4. In peius mutare Quinctil. 1, 1. *Formae nominum:* Ter. Phorm. 5, 2, 9 Haud ſcio hercle, vt homo eſt, an mutet animum. Cic. Fam. 7, 23 Sin autem ſententiam mutaſti, ego habebo. Idem Acad. 4, 63 Neque te quo minus (ſi tibi ita videatur) ſententiam mutes, deterrendum puto. Amantes verbo mutantur Propert. 2, 5, 13. Amictus fruſtra mutantur Tibull. 1, 8, 13. Arma Nep. 11, 1, 3. Beneficium Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 29. Brachia mutamus vario amplexu Propert. 2, 15, 9. Calceos *v. h. v.* Coenacula mutare, lectos, balnea, *etc.* Hor. Epiſt. 1, 1, 91. Colores Hor. Epiſt. 1, 16, 38. *ue inconſtantia vultus a conſcientia certe perturbatione, ſuccedentibus ſibi inuicem rubro, pallido. Sic Bentleius tuetur receptam lectionem contra* colorem *Cruquii. Sic* Prop. 1, 15, 39 Quis te cogebat multos pallere colores? Colorem ad ſimilitudinem loci Plin. 9, 29. Cic. Att. 7, 22 (23) Quod ad te ſcripſerim, me in Epiro futurum, poſteaquam extenuari ſpem noſtram et euaneſcere vidi, mutaui Conſilium. Id. Verr. 1, 120 Alias reuocabat eos, inter quos iam decreuerat, Decretumque mutabat; alias, *etc.* Dicta Plaut. Bacch. 3, 2, 34. Ter. Andr. 1, 1, 13 Quod habui ſummum pretium, perſolui tibi. SO. in memoria habeo. SI. haud muto Factum. *Vbi* Donat. Haud muto factum, Vetuſte; Non me poenitet. Idem Donat. in Comment. in Phormionem, Sic enim veteres dicebant, Muto factum, et Nolo factum, quum alicuius rei eos poenitebat. *Add.* Ter. Adelph. 4, 7, 19. Plaut. Mil. 4, 1, 36 Sed ne iſtam amittam, et haec muter Fidem, viue modo. Fidem cum aliquo Ter. Phorm. 3, 2, 27. *reſcindere contractum.* Fortunae mutantur Plaut. Truc. 2, 1, 9. Geſtum Lucret. 4, 776. Habitum noti oris effigies languida mutauerat Lucan. 9, 1034. Id mutauit Ter. Andr. 1, 5, 7. Mutatis ad celeritatem Iumentis ad Pompeium contendit Caeſ. Bell. Ciu. 3, 11. Ius Liu. 8, 28. Lares Hor. in Carm. Saecul. 39. Cic. de Legib. 2, 1 Sed viſne, quoniam et ſatis iam ambulatum eſt, et tibi aliud dicendi initium ſumendum eſt, Locum mutemus, *etc.* Locum poteſtas tralata mutauit Lucan. 2, 137. Cic. in Catil. 1, 6 Muta iam iſtam Mentem, mihi crede, obliuiſcere caedis atque incendiorum. Mentem quae inſania mutat? Virg. Aen. 4, 595. Mentes et voluntatem Cic. de Prou. Conſ. 25. Mores mutare Ter. Adelph. 5, 9, 27. Naturam pecunia neſcit Hor. Epiſt. 1, 12, 10. Sall. Hiſt. 3 Or. Macri Licinii n. 13 Neu Nomina rerum ad ignauiam mutantes otium pro ſeruitio appelletis. Nuptias Plaut. Stich. 1, 1, 71. Orationem *dicuntur* mutare *oratores, cum non eodem modo, recto illo ac ſimplici, dicunt, ſed per figuras, addendo, demendo, permutando variant. Certe hoc eſt* Cic. Part. c. 5 Genus eloquendi verſum atque mutatum, *cui opponitur* ſua ſponte fuſum. *Adu.* Ibid. c. 7. Pactionem Cic. pro Domo 25. Rationem medendi magna ex parte mutare Celſ. 1 praef. Cic. pro Caecin. 100 Qui volunt poenam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem, eo ſolum vertunt, hoc eſt Sedem ac locum mutant. Sedem ex ſede, vt volucres Plin. 2, 37. Sententiam Cic. Att. 9, 2. Idem in Parad. 4 Omnes ſcelerati atque impii, quorum tu te ducem eſſe profiteris, quos leges exilio affici volunt, exules ſunt, etiamſi Solum non mutarunt. Sortem alicuius in contraria Ouid. Met. 3, 329. Teſtamentum Cic. pro Cluent. 31. Vellera mutare luto, pro Tingere, inficere per naturam, *inquit* Seruius Virg. Ecl. 4, 44. Veſtem cum alio Ter. Eun. 3, 5, 24. *Alias* Veſtem mutare, *i. pro toga munda ſordidam ſumere, luctus ſignum erat.* Cic. poſt red. in Senat. 12 Quum vos Veſtem mutandam cenſuiſſetis, cunctique mutaſſetis, atque idem omnes boni iam ante feciſſent, ille vnguentis oblitus, cum toga praetexta, quam omnes Praetores Aedileſque tum abiecerant, irriſit ſqualorem veſtrum et luctum grauiſſimae ciuitatis. *Ibid.* 31 Vos me florentem ſemper ornaſtis; laborantem, mutatione veſtis, et prope luctu veſtro, quoad licuit, defendiſtis. Noſtra memoria Senatores, ne in ſuis quidem periculis, mutare Veſtem ſolebant; in meo periculo Senatus veſte mutata fuit. Periculum *appellat* Cicero *Reatum; vt* in Oratione pro Planc. 29 Quid de me dicam? qui in huius periculo reus eſſe videor. Quid de his tot viris? quos videtis Veſte mutata. *Plutarchus omnem prope Equeſtrem ordinem, et iuuenes ad viginti millia, ſordidatos cum Cicerone fuiſſe ait, cumque eo ſupplices populo paſſim per vrbem Romam fuiſſe. Solebant ſcilicet olim amici et neceſſarii ſoraes cum reo delato accipere ad miſericordiam captandam, plebemque deprecabundi prehenſare aut circumire, vt quum dies iudicii adueniſſet, facilius abſoluerentur.* Vias tempeſtas et humor caeli mutauere Virg. Georg. 1, 418. Vices terra mutat Hor. Carm. 4, 7, 3. Vitam priorem Lucret. 5, 170. Vulgus mutatur cum principe Claud. Conſ. Hon. 4, 301. Cic. Tuſc. 2, 41 Quis mediocris gladiator ingemuit, quis Vultum mutauit vnquam? ¶ 2 *Formulae aliae:* Mutare aliquid cum aliquo, *Aliud pro alio accipere.* Ter. Eun. 3, 5, 24 Vt veſtem cum eo mutem, et pro illo iubeam me ducier. Salluſt. in Iugurtha c. 44 *extr.* Statuit tamen Metellus pecoris et mancipiorum praedas certatim agere, eaque mutare cum mercatoribus vino aduectitio, et aliis talibus. Quemque ego cum rebus, quas totus poſſidet orbis, Aeſonidem mutaſſe velim Ouid. Met. 7, 59. O ſi quiſquam deus puluere mutet opes Ouid. Am. 3, 8, 66. *i. in puluerem. Verum* Si quem reperire poſſet, cum quo mutet ſuum illum Captiuum Plaut. Capt. prol. v. 28. Milites Pecora et Mancipia, cum vino aduectitio mutaſſe Salluſt. Iug. c. 44. Mutare aere, pro Vendere. Columel. 9, 1 *circa fin.* Quare dum viridis aetas pulchritudinem corporis conſeruat, aere mutandi ſunt. Idem 7, 9 Lactens porcus aere mutandus eſt. Bellum mutare pro pace Salluſt. in Orat. Catilinae c. 58. Salluſt. in Iugurth. c. 83 *pr.* Et quanquam opibus ſuis confideret, tamen non debere incerta pro certis mutare. Hor. Serm. 2, 7, 110 An hic peccat ſub noctem, qui puer vuam Furtiua mutat ſtrigili? Finibus mutari Liu. 5, 46 f. *i. redire ab exilio.* Gaudium mutare moerore Plin. Epiſt. 5, 16. Iucunda

mutare ſeueris Plin. Ep. 5, 17. Pacem miſeram vel bello bene mutari Tacit. Ann. 3, 44. Praetextam mutare paludamento Plin. in Paneg. 56. Quadrata mutat rotundis Hor. Epiſt. 1, 1, 100. Triſtia mitibus Id. Carm. 1, 16, 26. Vrbem exilio mutant Ouid. Faſt. 6, 665. Victricem mutare patriam victa, *apud* Liu. 5, 30. Idem: Victoriae poſſeſſionem incerta ſpe mutaſſe. Cic. pro Sext. 37 Commutare *dixit:* Denique, *inquit*, videbatur ea conditione tam fortis fuiſſe, vt cum patriae caritate conſtantiae gloriam commutaret. ¶ 3 *Obſeruationes.* Mutare, *pro Emere aut vendere antiquis fuit in vſu.* Hor. Serm. 1, 4, 29 Hic mutat merces ſurgente a ſole ad eum, quo Veſpertina tepet regio. *Simile eſt illud* Virg. Ecl. 4, 38 — nec nautica pinus Mutabit merces, *etc.* Lucill. *apud* Non. 4, 315 Vno hoc non muto omnia. Mutare, *Corrigere, emendare.* Ter. Adelph. 4, 7, 20 Caeterum placet tibi factum Mitio? MI. non, ſi queam mutare: nunc quum non queo, aequo animo fero. Non. 4, 315 Mutare, derelinquere. Lucil. Mihi quidem non perſuadetur, publice mutem meos. *Alter locus nimis corruptus.* Mutare, *vt* ἀπαλλάττειν *pro liberare videtur accipi* Sall. Iug. 28 *extr. de conditionibus miſeris*, Quae quanquam grauia et flagitii plena erant, tamen, quia metu mortis mutabant, ſicuti regi libuerat, pax conuenit. *Non enim puto recte Cortium interpretari paſſiue pro mutabantur, i. pro metu mortis dabantur. Nempe ponitur etiam paſſiue, vel vt neutrum abſolutum, pro Variare.* Liu. 5, 13 Annona ex anteuecta copia nihil mutauit. *i. Quoniam vrbs frumento abundabat propter anteuectam copiam, annonae pretium non creuit.* Liu. 39, 51 Mores Populi Romani quantum mutauerit, vel hic dies argumento erit. *Adde* 3, 10 *et* 5, 13. Salluſt. Iug. c. 104, 2. Mutare *et* Nutare *itemque* Motare *miſceri a librariis obſeruat Drakenb. ad* Sil. 6, 234.

MVTOR, āri. *Paſſiu.* Hor. Carm. 2, 20, 10

Iamiam reſidunt cruribus aſperae
Pelles; et album mutor in alitem
Superne, *etc.*

i. Mutor a partibus ſuperioribus in cycnum. Quidam corrupte legunt Superna. *Vide Lambinum in hunc locum.* Mutari in horas Hor. Serm. 2, 7, 10. Ciuitate mutari, *pro Alterius ciuitatis ciuem fieri.* Cic. pro Corn. Balb. 42 Vt et ciuitate illum mutatum eſſe fateretur, et ius ciuitatis honore digniſſimum iudicaret? Finibus mutari, *i. Ab exilio redire* Liu. 5, 46.

MVTANS, antis. Partic. [ἀλλάττων] Nomina rerum ad ignauiam mutantes Salluſt. Fragm. c. 22. *Aliquando accipitur pro eo, qui mutatur.* Quinctil. 1, 10 Diu enim mutantibus (ſcilicet verbis) repugnandum. *Conf.* Tac. Ann. 12, 29 *pr. Et* MVTO n. 2.

MVTANDVS, a, um. Partic. [μεταλλητέος] Ratio mutanda eſt Catull. de Acme 39. Sedes mutandae Virg. Aen. 3, 161.

MVTĀTVS, a, um. Partic. [μεταλλαχθείς] Mutato nomine Plin. 3, 11. Mutatus ab illo, *i. Diſſimilis* Virg. Aen. 2, 274. In deterius Tacit. Ann. 4, 63. In peiorem partem ſunt verſa et mutata omnia Cic. pro Roſc. Amer. 103. Faciem mutatus et ora Virg. Aen. 1, 662. Vultum nihil mutatus Stat. Theb. 2, 655. Amor Ouid. Epiſt. 5, 34. Aura Hor. Epiſt. 1, 18, 88. Di mutati Id. Carm. 1, 5, 6. *qui non amplius fauent.* Flumina Virg. Ecl. 8, 4. Formae Ouid. Met. 1, 1. Fortuna Virg. Aen. 5, 604. Frontis mutatae Hor. Serm. 2, 8, 84. Res Id. Epiſt. 1, 10, 31. Sententia mutata loco cedit Virg. Aen. 9, 220. Verba mutata, *vid.* Tranſlata verba, *in* VERBVM. Hor. Serm. 2, 2, 58 Ac niſi mutatum parcit defundere vinum. *Turnebus in hunc locum, Vinum, inquit, a Graecis* ἐκτροπίαν *vocatum et* τροπίαν *circumloquutus eſt. Ita autem intelligitur vinum vappeſcens et degenerans, exoleſcenſque, et in acetum aut vappam tranſiens. Haec ille.*

MVTĀTVS, ūs. m. Tertull. de Pallio c. 4 Incredibili mutatu.

MVTATVRVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἀλλάξων] Habenas non mutaturus Stat. Silu. 3, 5, 27.

MVTĀTIO, ōnis. f. [ἀλλοίωσις, μεταβολή, παραλλαγή, τροπή] Mutatio ſedis Plin. 13, 4. Annonae mutationem ſignificans Plin. 2, 103. Conſilii mutatio optimus eſt portus poenitenti Cic. Philip. 12, 6 c. 2 *extr.* Corporis crebra Id. pro Cluent. 54. Loci, non ingenii Id. pro Quint. 22. Morum facienda Id. Off. 1, 120 c. 33. Officiorum mutatio, dando, accipiendo Id. Ibid. 1, 22. Omnium Rerum ſemper quaſi naturali lege mutatio eſt Spart. in Seuero c. 14. Temporum mutationes Cic. Nat. Deor. 2 c. 19. Id. Acad. 4, 119 Ita eſſe eum vndique aptum, vt nulla vis tantos queat motus mutationemque moliri. Motibus et mutationibus ſuis ciens omnia et agitans natura Id. de Nat. Deor. 3, 27. Mutatio, *pro Commutatione.* Ter. Hec. 4, 4, 11 A Myrrhina haec ſunt mea vxore exorta omnia: mutatio fit; ea nos perturbat Laches. Habere mutationem Cic. Fam. 1, 7. Moliri mutationem Id. Acad. 4, 119. ¶ 2 Mutationum mancipes Caſſiod. Varr. 4, 47 *Qui veredorum equorumque curſui publico deſtinatorum et ad celeritatem mutari ſolitorum curam gerunt. Vid.* MVTATORIVM n. 2.

MVTĀTOR, ōris. m. Lucan. 8, 854 Mercis mutator Eoae. *Adde* Arnob. 3 p. 119.

MVTATORIVS, a, um. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 56 Indumentum illud mutatorium immortalitatis. *Ponitur etiam ſubſtantiue.* Vulg. Interpr. Eſai. c. 3, 22 *quae veſtimenta videntur* εἵματα ἐξαμοιβὰ *Homero dicta, quae non ad neceſſitatem habentur, ſed varietatis cauſa. Sunt qui* Ricas *vertunt, de quibus ſ. l. Conf. du Freſne Gloſſ. h. v.* ¶ 2 Mutatorium Caeſaris, *apud Bellor. in Veſtig. Vet. Romae, eſt diverſorium, vbi equi, veſtes etc. mutantur. Vid.* MVTATIO n. 2.

MVTĀBĬLIS, e. Adi. [μεταβολικός, μεταβλητικός, παράλλακτος] *Quod facile mutatur.* Virg. Aen. 4, 569 — varium et mutabile ſemper Femina. Vultu mutabilis Hor. Epiſt. 2, 2, 189. Animi vulgi mutabiles Liu. 2, 7. Id. 31, 29 Natura enim, quae perpetua eſt, non mutabilibus in diem cauſis hoſtes ſunt. Fatum non mutabile Stat. Theb. 9, 661. Tibull. 3, 4, 63 Sed flecti poterit, mens eſt mutabilis illi. Pectus conſiliis Ouid. Met. 2, 145. Ratione vaga et mutabili labuntur ſidera quaedam Cic. de Vniuerſ. 32. Vulgus Valer. Argon. 1, 762. *Compar.* Valer. Max. 6, 9, 14. *Superl.* Mutabiliſſimus Porc. Latro in Salluſt.

MVTABILĬTAS, ātis. f. [τὸ μεταβλητικόν] *Mobilitas.* Cic. Tuſc. 4, 76 c. 35 Haec inconſtantia, mutabilitaſque mentis, quem non ipſa grauitate deterreat?

MVTABILĬTER. Adu. Mutando. Varr. Cras credo, hodie nihil: Quibus inſtabilis animus ardens mutabiliter habet habere, et non habere. Non. 2, 548.

MVTĪTO, āre. *Audiamus interpretem huius verbi* Gellium 2, 24 Principes ciuitatis, qui ludis Megalenſibus antiquo ritu mutitarent, id eſt, Mutua inter ſeſe conuiuia agitarent. *Cum videatur Gellius a* Mutuus *deducere*, *Turnebus* Mutuitarent *legendum putat. Sed Gronouii ex MSS.* Mutitare *retinent, quod epulas inter ſe* mutarent, *et viciſſim conuiuia conuiuiis.*

MVTO, ōnis. m. *Membrum virile.* Hor. Serm. 1, 2, 68 Huic ſi mutonis verbis mala tanta videntis Diceret haec animus, *etc.* Acron, Muto dicitur membrum virile, vt Lucilius, Laeſo tum lacrimas mutoni abſterget amica. *Vid.* MVTINVS.

MVTONIVS, i. m. *et* MVTTONIVM, i. n. Vet. Gloſſ. Muttonium, προβασκάνιον, λύκιος. Muttonius, προβασκάνιον. Mutonium, πρόσθεμα Gloſſ. *it.* ἀκυδώνιον *ibid. Videtur ergo idem eſſe, quod* Faſcinus *vel* Faſcinum, *v. v.*

MVTONIĀTVS, a, um. Adi. *i. Mentulatus.* Martial. 3, 73 Dormis cum pueris mutoniatis. Idem 11, 64

Spectas nos Philomuſe quum lauamur,
Et quare mihi tam mutoniati
Sint laeues pueri ſubinde quaeris.

Ad partem veniet ſalax aſellus nihilo deterius mutoniatus Poëta Phall. Carm. 52. *Prima, vt hic apparet, breuis eſt: an vbi producitur, litera* T *geminari debet?*

MVTVLVS, *vid.* MVTILVS.

MVTVNVS, i. m. *Deus ethnicis fuiſſe videtur, qui mutiret, efficeretque, ne quid emanaret, ſed clam eſſet, et tacitum et occultum.* Lucilius *ap.* Non. 1, 34

Sed quid Mutino, ſubiectoque huic opus ſigno?
Vt lurcaretur lardum et carnaria furtim
Patrum conficeret.

Mercer. Moetino. Arnobio Mutunus, *Priapus eſt. Vid. in* MVTINVS.

MVTVO. Adu. *et* MVTVO, āre. *Vid.* MVTVVS.

MVTVS, a, um. Adi. [ἄλαλος, ἄναυδος, ἄφωνος, ἐνεός, βωβός] *Qui loqui non poteſt, et nihil praeter obſcurum ſonum proferre, qualis eſt Syllabae* MV, *a qua etiam muſſare et mutire deriuantur, et mugire adeo.* Mutus, *inquit* Nonius 1, 29 Onomatopoeia eſt incertae vocis, quaſi mugitus. Nam Mutus ſonus eſt proprie, qui intellectum non habet. Naeuius Lycur. Ducite eo cum argutis linguis mutas quadrupedes. Ter. Heaut. 4, 4, 26 Tu neſcis quod ſcis Dromo, ſi ſapies. D. mutum dices. Plin. 10, 29 Merula canit aeſtate, hieme balbutit, circa ſolſtitium muta. Muti vel eloquentis origo Cic. Tuſc. 5, 69. Mutum eſſe ſatius eſt, quam quod nemo intelligat dicere Id. Phil. 3, 22 c. 9. Ter. Eun. 3, 1, 27 Papae iugularas hominem, quid ille? T. mutus illico. *Vbi Donatus*, Tam hoc ſtultum eſt, quam ſi diceret, ſtatim nihil. Cic. pro Roſc. Amer. 104 Neque accuſatore muto, neque teſte quiſquam vtitur eo, qui de accuſatoris ſubſellio ſurgit. *Subſtantiua, quibus iungitur:* Accuſatio huius temporis muta Cic. pro Flacc. 6. Aeuum Sil. 3, 579. Agna Hor. Serm. 2, 3, 219. Armenta Stat. Theb. 5, 334. Artes mutae a Virgilio, *dicuntur, comparatione muſicae, quae vocalis eſt* Aen. 12, 396 Scire poteſtates herbarum, vſumque medendi Maluit, et mutas agitare inglorius artes. *Quod addit inglorius, non contemnit Medicinam, ſed oſtendit proprium velut opus Poëtarum, gloriae et alienae et ſuae ſtudere. Eodem reſpicit* Stat. Theb. 4, 183 Mutos Thamyris damnatus in annos Ore ſimul citharaque — conticuit. *Sic de pictura et ſtatuaria* Cic. de Orat. 3, 23 Et ſi hoc in his quaſi mutis artibus eſt mirandum, et tamen verum: quanto admirabilius in oratione atque in lingua? Aſpectus Quinctil. 6, 1. Beſtiae Cic. de Finib. 1, 71. Beſtiae mutae, et nihil intelligentes Id. de Nat. Deor. 2, 133. Formoſa facies muta Commendatio eſt Publ. Syrus in Mimis. Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium eſt, in iudicandis nimium loquax Cic. de Orat. 2, 160. Eloquentia muta quaedam inducere Id. in Orat. 138. Forum mutum, elinguem curiam, tacitam et fractam ciuitatem videbatis Idem poſt red. in Senat. 5 c. 3. Ouid. ex Pont. 2, 7, 52 Culpa grauis precibus donatur ſaepe ſuorum: Omnis pro nobis gratia muta fuit. *h. e. Nullus amicorum pro me orauit Imperatorem, vt ignoſceret.* Hiſtoria Cic. de Finib. 2, 67. Imago etiam muta a tanto ſcelere reuocare debuit Id. in Catil. 3, 10. Lapides muti in agrorum diuiſionibus dicebantur, Sine inſcriptione appoſiti, ideo quia nulla ſignificatione apparerent, quoto loco numerarentur. *Ex Hygino* p. 156 *Goeſ.* Leges mutae tacent Ouid. ad Liu. 185. Cic. de Legib. 3, 2 Vt magiſtratibus leges, ita populo praeſunt magiſtratus: vereque dici poteſt, magiſtratum legem eſſe loquentem: legem autem, mutum magiſtratum. Mare Plaut. Mil. 3, 1, 69. *Conf. Brouckh.* ad Prop. 1, 15, 29. Ne mutam profecto repertam vllam eſſe hodie dicunt Mulierem vllo in ſaeculo Plaut. Aul. 2, 1, 6. Os Ouid. Met. 6, 574. Pecudes Cic. Q. Frat. 1, 1, 19. Pecus mutum et turpe Hor. Serm. 1, 3, 100. Pecus mutum metu Virg. Aen. 9, 341. *et* 12, 718. Querelas mutas abrumpit Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 160. Quinctil. 6, 1 Mutae tamen Res mouent. Res inanimatae atque mutae Cic. de Nat. Deor. 1, 36. Res muta et informis, *cui opponitur* Eloquens et formata Auctor ad Herenn. 4, 67. Scientia Quinctil. 5, 10. Silentia noctis Ouid. Met. 7, 184. Spelunca Stat. Achill. 1, 240. Suſpiria Id. Theb. 11, 604. Cic. Att. 8, 22 (14) Nullum fuiſſe tempus poſt has fugas et formidines, quod magis debuerit mutum eſſe a literis. Multa *et* Muta *confundi a librariis docet Brouckh. ad* Tibull. 4, 1, 129.

MVTA, ae. f. *Dea, quae et Lara et Larunda, Larium mater. Vid.* Ouid. Faſt. 2, 583. *et* Lactant. 1, 20.

MVTESCO, ĕre. Mart. Capell. 8 Cuncta, velut muteſcentia, tacuerunt. Muteſcere taciturnitate Apul. ad Aſclep. p. 91, 39.

MVTĬTAS, ātis. f. Gloſſ. Gr. Lat. ἀφωνία, mutitas.

MVTŌSVS, a, um. Adi. Mutoſus venter Veget. 3, 3.

MVTIO, *ſ.* MVTTIO, īui, ītum, īre. [γρύζω] *Tanquam mutus ſignum facere ſeu ſtrepitum, ſiue ſubmiſſa et imperfecta voce fabulari, aut vnum tantum verbum dicere. Scalig. a ſono* Mu *deducit, et ita* Varro de L. L. 6, 5. *et* Nonius 1, 29. Ter. Andr. 3, 2, 25 Itaque hercle nihil iam mutire audeo. *Add.* Phaedr. 4, 25, 34. Lucil. *apud* Non. 1, 176 At enim dicis, clandeſtino tibi quod commiſſum foret, Neu mutires quidquam, neu myſterium ecferres foras. *De Hirco dixit* Auct. Philomel. v. 58 At mutire capris, hirce petulce, ſoles. Perſ. 1, 119 Men' mutire nefas.

MVTĪTVS, a, um. Ter. Hec. 5, 4, 25 Neque opus eſt adeo mutito.

MVTĪTIO, ōnis. f. *Imperfecta locutio.* Plaut. Amph. 1, 3, 21 Quid tibi hanc rem curatio eſt, aut mutitio?

MVTĬCVS, a, um. Adi. [κολοβός] *Idem quod mutilus.* Varr. de R. R. 1, 48 Spica mutica dicitur, quae non habet ariſtam; eae enim quaſi cornua ſunt ſpicarum. *Quibus verbis innuit Varro ſpicam dici muticam, quaſi cornibus mutilatam. Quam etiam expoſitionem probat Cael.* 3, 30.

MVSSO,

MVSSO, āre. [μύζω, γογγύζω] Frequent. *a* Mutio, ire; Occulte et depreſſa voce loqui quod celatum quis velit Non. 5, 23. Plin. Epiſt. 7, 1 Poſtea, quum viceſimo valetudinis die balineo praepararer, muſſantesque medicos repente vidiſſem, cauſam requiſiui. Conſilia turbata muſſant proceres Stat. Theb. 3, 92. Dictum muſſare, quod muti non amplius quam μῦ dicunt, a quo idem dicit: Quod minimum eſt, neque vt aiunt, μῦ facere audet. *Haec* Varr. de L. L. 6, 5. Formidine tacita muſſant Claud. in Eutrop. 2, 134. Muſſare murmurare, *inquit* Feſtus. Ennius, In occulto muſſabant. Seruius, Muſſare, queri. Flent moeſti, muſſantque patres Virg. Aen. 11, 454. *Add. ib.* 345. Muſſant oras et limina circum, *de apibus pulchre* Virg. Georg. 4, 188. Muſſare, vulgo pro Tacere ponitur, *auctore* Feſto. Ennius: Non decet muſſare bonos. Terent. Sile, cela, occulta, tege, tace, muſſa. Muſſabat tacito medicina timore Lucret. 6, 1177. *in deſcriptione peſtilentiae.* Muſſare, *Dubitare,* Seruius *ad illud* Virg. Aen. 12, 718 Muſſantque iuuencae Quis pecori imperitet. *Potius explicem, prae exſpectatione vocem non tollunt.* *Sic* Virg. Aen. 11, 345 Cuncti ſe ſcire fatentur, Quid fortuna ferat populi: ſed dicere muſſant. *Vbi* Seruius: Muſſant, modo Verentur ſignificat. Alias, Dubitant: vt Aen. 12 (657) Muſſat rex ipſe Latinus Quos generos vocet. Interdum, Suſurrant: vt de apibus dicit. Et proprie Muſſare, eſt Obmurmurare, et mutuo eſſe vicinum. *Conf.* Idem Seru. *ad* Aen. 12, 657 *et* 718. *Cort. ad* Salluſt. Fragm. p. 946.

MVSSANS, antis. Partic. Liu. 7, 25 Muſſantes inter ſe rogitabant, *etc.* *Add.* Salluſt. Fragm. 1, 7 *et* 22. Plin. Epiſt. 3, 11. Idem Epiſt. 7, 1 Quum muſſantes medicos repente vidiſſem, cauſam requiſiui. Liu. 33, 31 Soli Aetoli id decretum clam muſſantes carpebant.

MVSSATIO, ōnis. f. Ammian. 20, 8 Salutem muſſatione quaerebam et latebris. *Alii legunt* Simulatione.

MVSSĬTO, āre Frequent. [μύζομαι] *a* Muſſo. Plaut. Mil. 3, 1, 120 Illi inter ſe certant donis, ego mecum muſſito. *Add.* Id. Pſeud. 1, 5, 85. Ter. Adelph. 2, 1, 53 Verum cogito id quod res eſt, quando eum quaeſtum occoeperis, accipiunda et muſſitanda iniuria adoleſcentium eſt. *Vbi* Donatus, Muſſitanda, Patienda, conſideranda cum ſilentio, et vt in amatore putanda, atque per hoc perferenda. Muſſitare enim proprie eſt diſſimulandi cauſa tacere: dictum vel a muto, vel ab M, quae litera eſt nimium preſſae vocis, ac paene nullius, adeo vt ſola omnium, quum inter vocales inciderit, atteratur atque ſubſidat. *Hinc* Virg. Aen. 12, 657 — muſſat rex ipſe Latinus. *Budaeus a Graeco μύζειν potius deriuari putat.* Hunc illa timorem muſſitabat, aduerſari palam non audebat Apul. Apol. p. 320. Claud. Mam. 2, 10 Qui — deliramenta — muſſitant, aut palam loquantur, aut taceant.

MVSSĬTANS, antis. Partic. Liu. 1, 50 Iam ita clam quidem muſſitantes, vulgo tamen eum appellabant ſuperbum.

MVSSITABVNDVS, a, um. μύζων Onomaſt. Vet.

MVSSITATIO, ōnis. f. *Idem quod* Muſſatio. Apul. Met. 8. *poſt princip.* Tacitaque prius ſeruata muſſitatione, *etc.* *Adde* Tertull. de Pudicit. c. 7. *et* 9.

MVSSITĀTOR, ōris. m. Vet. Gloſſ. Muſſitator, ὑπογογγυστής. *Conf.* Vulgat. Ieſai. 29, 24.

MVTTVM γρῦ *interpretantur* Gloſſae Vett.

MVTVSCAE, arum. f. Sabinorum ciuitas, quae et Trebia et Suffena vocatur, circa quam Hannibal Romanos maxima clade affecit.

MVTVSCI, orum. m. *Oppidani.* Plin. 2, 12.

MVTVVS, a, um. Adi. [δάνειος] Mutuum *dicitur quod viciſſim datur et accipitur, ſed cum mutatione.* Paullus in l. 2. D. Si cert. petat. Mutuum damus, recepturi non eandem ſpeciem, quam dedimus (alioqui aut commodatum erit, aut depoſitum) ſed idem genus. Nam ſi aliud genus, veluti pro tritico vinum recipiamus, non erit mutuum. *Paullo poſt,* Appellata eſt autem mutui datio ab eo, quod de meo tuum fit. Caius in l. 1 D. de action. et obligat. Mutui datio conſiſtit in his rebus, quae pondere, numero, menſuraue conſtant, veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, quas res in hoc damus, vt fiant accipientis, poſtea alias recepturi eiusdem generis et qualitatis. Mutuum eſt, ſi datur, quod reddatur: quod Siculi μοῖτον Varr. de L. L. 4, 36. *extr.* *Conf. Cuiac. Obſ.* 11, 37. Plaut. Pſeud. 1, 3, 52 Miſer ſum, Argentum nuſquam inuenio mutuum. Argentum mutuum dare Id. ibid. 1, 3, 61. Id. ibid. 1, 3, 60 Nullus eſt tibi, quem Roges mutuum Argentum? Frumentum mutuum aliquibus dare Cic. de Lege Agrar. 2, 82 c. 30. Mutuam Pecuniam dare . . . Mutuas Pecunias ſumere Cic. Philipp. 10, 26. Seſtertia mutua quinque petere Martial. 10, 14. Mutuum *pro* Commodato *poſuit* Aſcon. Ped. ad Cic. Verr. 1, 49 c. 19 Licebat enim mutua haec Signa deportare Romam aedilibus ad ornatum ludorum, et rurſum ſociis reportare. Non. 5, 70 Mutuum a fenore hoc diſtat, quod mutuum ſine vſuris, fenus cum vſuris ſumitur, et eſt accepti fetus, vnde et fenus dictum eſt, vt Graece τόκος, quaſi partus mutui ſumti. Plautus Aſinaria (1, 3, *extr.*) Nam ſi mutuas non potero, certum eſt ſumam fenore. *Sic diſtinguere videtur* Pſeud. 1, 3, 52 Inuenires mutuum, *aut ſi hoc non poſſes,* Ad Daniſtum deuenires, adderes fenuſculum. ¶ 2 *Sed latius patet, et adhibetur, vbicunque permutatione quadam damus, tribuimus, facimus aliquid, et idem, non numero, (vt loquuntur Ariſtotelici) ſed aeſtimatione accipimus.* *Sic* Mutuus amor, *quum ab eo amaris quem amas.* Ter. . . Meretrix adoleſcentem, cuius mutuo amore tenebatur, excluſit. Quinct. 12, 7 *ad finem,* Ac ne pauper quidem tanquam mercedem accipiet, ſed mutua beneuolentia vtetur. *Conf.* Cic. Fam. 12, 17. Animus mutuus Hor. Carm. 4, 1, 30. Pro mutuo inter nos Animo Metell. Cic. Fam. 5, 2. Animis mutuis amant, amantur Catull. 43, 20. Ardor Lucret. 4, 1210. Beniuolentia in mutua amici conquieſcere Cic. de Amicit. 22. Beneficia mutua et grata dum ſunt, inter quos ea ſunt, firma deuinciuntur ſocietate Idem Off. 1, 56. Carne mutua inter ſe veſcuntur Plin. 10, 23. *i. Olores veſcuntur carnibus olorum.* Certamina Ouid. Amor. 2, 10, 29. Conſilia Plaut. Epid. 1, 1, 89. Conuiuia mutua inter ſe curant Virg. Georg. 1, 301. Cupido Lucret. 5, 691. Dicta mutua referre Ouid. Met. 1, 655. Face mutua torret me Hor. Carm. 3, 9, 13. Fiducia mutua inter ſe Plin. Epiſt. 10, 21. Gaudia Ouid. Amor. 3, 6, 87. Ignis Tibull. 4, 5, 6. Plin. 12, 14 Silua diuiſa certis portionibus, mutua Innocentia tuta eſt. *De pluribus dixit, non de duobus tantum.* Odio mutuo flagrant inter ſe mugil et lupus Plin. 9, 62. Officiis mutuis commune commodum gubernatur Cic. pro Roſc. Amer. 111 c. 38. Operas mutuas tradere Ter. Phorm. 2, 1 (1, 5) 37. Praeliis inter ſe pugnare Hirt. de Bell. Afr. c. 29. Liu. 4, 41 Nec Volſcorum meliores res eſſe credere, quam Pop. Romani fortunam, noctemque omnia Terroris mutui impleſſe. Terrorem mutuum *vocat, quo tam Volſci, quam Romani terrebantur.* *Ex vetuſto exemplari legitur* Erroris. Cic. pro Flacc. 10 c. 4 Da mihi Teſtimonium mutuum. Cic. Att. 16, 16 Ad paternas, magnas et veteres et iuſtas neceſſitudines, magnam attulit acceſſionem tua Voluntas erga me, meaque erga te par atque mutua. Voluntatem alicui tribuere Id. Fam. 5, 2. Vulnera Ouid. Met. 3, 123. Vulneribus mutuis ceciderunt Plin. de Viris illuſtr. c. 10 *extr.* ¶ 3 *Subſtantiue poni nonnunquam videtur.* Cic. Fam. 5, 2 Mutuum in amicitia eſt, cum par voluntas accipitur atque redditur. Plaut. Trin. 2, 4, 37 Bene vult tibi. L. edepol mutuum mecum facit, *i. Tantum bene illi volo, quantum ille mihi.* *Add.* Plaut. Curc. 1, 1, 47. Sumere mutuum Cic. Fam. 12, 28. *Conf.* Plaut. Amph. 2, 2, 137. *et ibi Interpr.* Mutuum, pro Mutuo Lucil. 27. Et ſi maxime quod ſpero, mutuum hoc mecum facis Nonius 2, 538. Mutua, *pro Mutuo.* Lucret. 4, 302 — hic idem Nunc ſit laeuus, et e laeuo ſit mutua dexter. Ceciderunt texturae mutua Lucret. 6, 1082. Inter ſe mortales mutua viuunt Lucret. 2, 75. Pedes per mutua nexi Virg. Aen. 7, 66. *Adverb.* Auſon. Epiſt. ad Paullinum Technopaegnio praemiſſa, vt proverbio finiamus, et Mutuum muli ſcabant.

MVTVO. Adu. [ἐπαμοιβαδὸν] *Inuicem.* Plaut. Milit. argum. 1 Meretricem ingenuam deperibat mutuo Athenienſis Iuuenis, *i. vt viciſſim ipſe ab ea amaretur.* Cic. Fam. 10, 4 Fac valeas, meque mutuo diligas, *h. e. Fac mihi in amore reſpondeas.* Id. ibid. 10, 9 Te, vt diligas me, ſi mutuo me facturum putas, rogo.

MVTVE. *Aliud* Adu. [κατάλληλον] Cic. Fam. 5, 7 Nulla in re tam laetari ſoleo, quam meorum officiorum conſcientia; quibus ſi quando non mutue reſpondetur, apud me plus officii reſidere facillime patior.

MVTVĬTANS, antis. [κιχράμενος] *Rogitans mutuum.* Plaut. Merc. Prol. 52 Conclamitare tota vrbe, et praedicare, omnes parcerent mutuitanti credere.

MVTVITER. Adu. *Idem ac Mutue.* Varr. *apud* Non. 11, 30 Viue meque ama mutuiter.

MVTVO, āre. [δανείζομαι] Mutuo ſumere Caecil. *ap.* Non. 7, 48 Ad amicos currat mutuatum, mutuet cauſa mea. *Sic* Valer. Max. 6, 2 Et prius a libertate, quam ab innocentia praeſidium mutuauit. Id. 3, 4, 2 Quod regem a finitimis potius mutuaſſet, quam de ſuis legiſſet. Sen. Epiſt. 82 Quando hilarior eſt, qui ſoluit, quam qui mutuat.

MVTVOR, āri. Depon. [δανείζομαι, μετρέομαι, κίχραμαι] *Idem, ſed frequentius.* Priſcian. 8 p. 799 Mutuo *et* mutuor *inter ea refert verba, quae* ancipiti terminatione, in vna eademque ſignificatione protulerunt antiqui. Vlpianus l. 3 §. 1 de contrar. tut. et vt. act. Conſequitur autem pecuniam *tutor,* ſi quam de ſuo conſumſit, etiam cum vſuris, ſed vel trientibus, vel his, quae in regione obſeruantur, vel his, quibus mutuatus eſt, ſi neceſſe habuit mutuare. *Sic veteres libri, vt eodem loco vtraque forma vſus ſit.* *Sed Gothofr.* mutuari. Quum abundare debeam, cogor Mutuari Cic. Att. 15, 15. Martial. 8, 17 Sed conſumis, et vſque mutuaris. *Vid.* African. in l. Tutor. §. Quum haberes. D. ad Senatuſc. Velleian. Cic. Att. 8, 6 Tironem noſtrum ab altera relictum audio; ſed eum video in ſumtum ab aliis mutuatum. Auxilia mutuari ad rem aliquam Caeſ. Bell. Gall. 8, 21. Mutuari, *ſaepe per metaphoram accipitur, pro aliunde ſumere, et vti pro ſuo, ae rebus non corporalibus.* Cic. de Nat. Deor. 2, 91 Mutuemur hoc quoque verbum, dicaturque tam aether Latine, quam dicitur aër. Idem de Orat. 1, 95 Nam ego quae ſunt oratoris cum illis communia, non mutuor ab illis. Liu. 30. 12 Ab amore temerarium atque impudens mutuatur Conſilium. Cic. de Off. 2, 47 L. quidem Craſſus quum eſſet admodum adoleſcens, non aliunde mutuatus eſt, ſed ſibi ipſe peperit maximam Laudem ex illa accuſatione nobili et glorioſa. Nomen virtus a viris eſt mutuata Idem Tuſc. 2, 43 c. 18. Subtilitatem ab Academia mutuatur orator Id. de Fato 3.

MVTVĀTVS, a, um. Paſſiu. *Aliunde acceptus, proprio opponitur.* Plin. 2, 9 Luna in totum mutuata a ſole luce fulget. *Adde* Valer. Max. 6, 7 *extr.*

MVTVATIO, ōnis. f. [κιχρασμός] Cic. Tuſc. 1, 100 c. 42 Ego vero illi maximam gratiam habeo, quod me ea poena multauerit, quam ſine mutuatione et ſine verſura poſſem diſſoluere. Idem pro Flacc. 47 c. 20 Quum Roma clam eſſet profectus, multosque minutis mutuationibus fraudauiſſet, in Aſiam venit. Hae Translationes quaſi mutuationes ſunt, quum, quod non habeas, aliunde ſumas Cic. de Orat. 3 c. 38.

MVTVATICIVS, a, um. Adi. [δανειστὸς] *Quod mutuo datur,* Gell. 20 c. 1 Maximeque in pecuniae mutuaticiae vſu atque commercio.

MVTVARIVS, a, um. Adi. *Idem quod Mutuus.* Apul. Apol. p. 430 *ed. Floridi,* Mutuarias operas cambire cum vicinis, *i. permutare, facere vt faciant.*

M V Z

MVZIRIS, is. f. [Μούζιρις] *Indiae emporium, cuius meminit* Plin. 6, 23.

M Y et M Y A

MY *vid. locus* Varronis, *quem damus in* MVSSO.

MYA, ae. f. [μύα] Genus conchae ſiue margaritae in freto circa Bosphorum Thracium, vniones rufos ac paruos gignens Plin. 9, 35. ¶ 2 Eſt item Mya, inſula in ſinu Ceramico, *cuius meminit* Id. 5, 31.

MYACANTHON, i. n. [μυάκανθον] *Herba eſt, quae alio nomine Corruda, hoc eſt* ſilueſtris aſparagus, *dicitur, vt docet* Plin. 19, 8.

MYĀCES, um. m. [μύακες] *Piſces videntur ex teſtaceorum ſ. concharum genere, forte a conniuendo, ἀπὸ τοῦ μύειν dicti.* Purgant et myaces, quorum tota natura hic dicetur. Aceruantur muricum modo, viuuntque in algoſis, gratiſſimi autumno, et vbi dulcis aqua multa miſcetur mari, ob id in Aegypto laudatiſſimi. Procedente hieme amaritudinem contrahunt, coloremque rubrum *Haec et plura* Plin. 32, 9 ſ. 31.

MYĂGROS, i. m. Herba ferulacea eſt, foliis ſimilis rubiae, tripedanea: ſemen oleoſum, quod et fit ex eo. Medetur oris vlceribus perunctis hoc ſucco Plin. 27, 12. *Scribitur etiam* Myiagros.

MYAGRVS *vel* MYIĂGRVS, i. m. [Μυίαγρος] *Deus muſcarum.* Plin. 10, 28 ſ. 40 Inuocant et Aegyptii ibes ſuas contra ſerpentium aduentum; et Elei Myiagron deum, muſcarum multitudine peſtilentiam afferente: quae protinus intereunt, qua litatum eſt illi die. *Conf.* MYIODES. ¶ 2 *Eſt et* Myiagrus, *ſtatuarius quidam* Plin. 34, 8.

M Y C

MYCĀLE, es. f. [Μυκάλη] *Promontorium Ioniae, e regione inſulae Sami,*

mi, iuxta quod Perſae a Graecis ſuperati. *Vid. Diod. Sicul.* 11, 35. ¶ 2 *Nomen veneſicae mulieris apud* Ouid. Met. 12, 263 Mater erat Mycale, quam deduxiſſe canendo Saepe reluctantis conſtabat cornua Lunae. *Add.* Sen. Herc. Oet. 525 Hoc docta Mycale Theſſalas docuit nurus Vnam inter omnes luna quam ſequitur magam, Aſtris relictis.

MYCALAEVS, a, um. Adi. Claudian. in Eutrop. 2, 264 Icarium pelagus, Mycalaeaque litora.

MYCALENSIS, e. Adi. *Idem.* Valer. Max. 6, 9 *extr.* Mycalenſis montis vertex.

MYCALESSVS, i. m. [Μυκαλησσός] *Mons in mediterraneo Boeotiae, oppidum habens eiusdem nominis. Vtriusque meminit* Plin. 4, 7.

MYCEMATIAS, ae. m. [μυκηματίας] *Inter tria genera Terrae motuum refert* Ammian. 17, 7 Mycematiae ſonitu audiuntur minaci, cum diſſolutis elementa compagibus vltro adſiliunt, vel relabuntur conſidentibus terris. Tum enim neceſſe eſt velut taurinis reboare mugitibus fragores fremitusque terrenos, *vid.* MYCETIAS.

MYCĒNAE, arum. *et* MICĒNA, ae. *ſiue* MYCĒNE, es. f. [Μυκῆναι] *Vrbs Peloponneſi, quam Perſeus, Danaës filius, exſtruxit, regiuncula in qua regnauit Agamemnon.* Sil. 1, 27 Ante Agamemnoniam, gratiſſima tecta, Mycenen. *Plur.* Agamemnoniae Virg. Aen. 6, 838. Clarae Idem ibidem 1, 288. Dites Hor. Carm. 1, 7, 9. Fortes Virg. Georg. 3, 121. Magnae Id. Aen. 2, 331. Pelopeiades Ouid. Faſt. 83. *quoniam illic Pelops habitauit, a cuius etiam filio Thyeſte, Thyeſteas vocat Lucan.* 1, 544. Saeuae Virg. Aen. 7, 222.

MYCENENSES, ium. m. [Μυκηνήσιος] *Habitatores, Mycenarum.* Cic. de Finib. 2, 18 Omnes Danai aut Mycenenſes, Attica pubes, reliquique Graeci, *etc.*

MYCENAEVS, a, um. Adi. [Μυκηναῖος] Dux Mycenaeus, *Agamemnon* Ouid. Triſt. 2, 400.

MYCENIS, ïdis. f. *pro Iphigenia Mycenaea* Ouid. Met. 12, 34.

MYCETIAS, ae. m. [μυκητίας] Terrae motus, cum ſub pedibus mugit ſolum Apul. de Mundo p. 247. *vid.* MYCEMATIAS.

MYCITHVS, *vid.* ANAXILAVS.

MYCŎNE, es. f. *et* MYCŎNOS, i. m. [Μύκονος] *Inſula vna ex Cycladibus.* Stat. Achill. 1, 205 Cyclades hinc ſpretae Myconos humilisque Seriphos. *Scribit* Seruius, hanc inſulam (Seriphon) terrae motu diu laboraſſe, quo ceſſante, e Mycone Gyaroque vicinis inſulis populos veniſſe, qui eam tenerent et incolerent. *Caelius* 13, 29 *ſcribit, nomen ei fuiſſe inditum a* Mycono *Aeneae ac Rhyûs filio.* Celſa Virg. Aen. 3, 76. Humilis Ouid. Met. 7, 463.

MYCONIVS, a, um. Adi. [Μυκόνιος] *a* Mycono. Myconios gigni ſine capillo *tradit* Plin. 11, 37. *vnde caluos omnes* Myconios *dicimus, auctore Stephano: meminit et Strab. vid.* Donat. in Ter. Hec. 3, 4, 26. *et Hemſterhuſ. ad Lucian.* T. 1 p. 334.

MYCONIVM, i. n. *Transmarinum vinum.* Plin. 14, 7.

M Y D

MYDIA, ae. f. *Inſula, quae etiam Delos dicitur, vna ex Cycladibus.*

MYDRIĂSIS, is. f. [μυδρίασις] Vocatur Morbus oculorum, quum pupilla quidem ipſa colorem non mutat, ſed videtur vltra naturalem ſitum multo latior, interim vt viſum omnem adimat, interim vt partem. Latini, Pupillae dilationem vocant. Celſ. 6, 6, 37.

M Y G

MYGĀLE, es. f. *Vid.* Mus araneus, *in* MVS. Veget. 3, 4. Vulgat. Leuit. 11, 30.

MYGDONIA, ae. f. [Μυγδονία] *Regio litoralis Macedoniae, a* Mygdone *rege ſic dicta. Hinc*

MYGDONIVS, a, um. Adi. [Μυγδόνιος] Campi Hor. Carm. 3, 16, 41. Marmor Mygdonium Ouid. Epiſt. 15, 142. Opes Hor. Carm. 2, 12, 22.

MYGDONĬDES, ae. m. Patronym. [Μυγδονίδης] *Quod pro gentili ponunt Poëtae.* Virg. Aen. 2, 342 Iuuenisque Coroebus Mygdonides.

MYGDŎNIS, ĭdis. f. Patronym. [Μυγδονίς] Ouid. Met. 6, 45 Mygdonidesque nurus.

M Y I et M Y L

MYIA, *vid.* MYA.

MYIAGRVS, *vid.* MYAGRVS.

MYIODES, is. m. *Muſcarum Deus.* Plin. 29, 6 Olympiae nubes muſcarum, immolato tauro Deo, quem Myiodem vocant, extra territorium id abire.

MYLAE, ārum. f. *Inſulae circa Cretam.* Plin. 4, 12. *et* Vellei. 2, 794. *Siciliae etiam quondam portus, de quo* Senec. Nat. Quaeſt. 3, 26 *extr.* Circa Meſſanam et Mylas fimo quiddam ſimile mare profert, fervetque et aeſtuat, non ſine colore foedo. Vnde illic ſtabulari Solis boues fabula eſt. *Eadem paene ad verbum ſcribit* Plin. 2, 98. *Vid.* Sil. 14, 402.

MYLASA, ae. f. [Μύλασα] *Liberum Cariae oppidum, ita dictum (ſi Stephano credimus) a* Mylaſo *Aeoli abnepote. Meminit huius oppidi* Plin. 5, 29.

MYLASEA, ae. f. *Cannabis ſpecies* Plin. 19, 9.

MYLOECOS, i. m. Vermiculi genus ex blattis, circa molas fere naſcens, *vt ait* Plin. 29, 6.

M Y O

MYOBARBVM, i. n. *Vocabulum, quo vſus eſt* Auſonius in lemmate epigrammatis 30. *Turnebus putat verbum compoſitum a* Mure *et* Barbo, *quae vox ſignificet Miſtrum, id eſt menſuram liquidorum ſexunciam pendentem, vt ſit tanquam muris cyathus. Ineſt autem et latet in mure myſterii ſignificatio, et barbo, quo in myſteriis Cereris legiferae vtebantur. Hoc igitur lemma ſignificat myſtica Liberi patris nomina, et myſticam poteſtatem. Sed haec* myſtica *ſunt et* μυστηριώδη. *Neque multo apertiora quae Scaliger, qui a ſimilitudine muris et barbae, quae in conum deſinit, voce hybrida ſic dictum eſſe vult cantharum oblongum, anguſtiſſimum infima parte, qua baſi ſuae committitur etc. et confert* Varron. de L. L. 4, 25 p. 30, 23 *vbi ita legit*, Poſtea acceſſit Nanus (*al.* μάγινος) cum Graeco nomine, et cum Latino nomine Graeca figura Barbatos. *Vid.* NANVS n. 2.

MYOCTŎNOS, i. m. [μυοκτόνος] Radix aconiti Plin. 27, 3. *quaſi tu murium interfectricem dicas: vt* Myophonon.

MYOPĂRO, ōnis. m. [μυοπάρων] Genus nauigii: ex duobus diſſimilibus formatum, *inquit* Feſtus. nam mydion (*leg.* Myon) et paron per ſe ſunt. Nonius 13, 6 Myoparo, eſt nauicula piratarum. M. Tull. de Rep. 3 Nam quum quaereretur ex eo, quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum vno myoparone? Eodem, inquit, quo tu orbem terrae. Salluſt. Hiſt. 3 Et ſorte in nauigando cohors vna grandi faſelo vecta a caeteris deerrauit, marique placido a duobus praedonum myoparonibus circumuenta. Siſenna Hiſtor. 4 Nauisque triginta biremis, totidem myoparones. *Haec* Nonius. *Add. Sauaro ad* Sidon. Epiſt. 8, 6. Turn. 3, 1 *dici putat a* Myunte *vrbe et* Paro *inſula. Scaliger malit* μυῶνες *dici, quod oblonga* murium *corpora referrent.* Cic. Verr. 4, 186 Eum iſto Praetore Cilicum myoparoni, praedonibusque patuiſſe. *De portu Syracuſano. Ibid.* 5, 97 Proh dii immortales piraticus myoparo, *etc.* Ibid. 3, 86 Illi ſtatim myoparonem egregium de ſua claſſe, ornatum, atque armatum dederunt. Myoparonum piratica roſtra Val. Max. 2, 8, 5. *Vid. Scheff. Milit. Nau.* 2, 2. *Conf. Dempſt. in Roſin.* p. 1164.

MYŌPES, um. m. [μύωπες] *Dicuntur, inquit Budaeus, Qui iam inde ab initio ortus ſui niſi admota oculis contueri nequeunt. Cuiusmodi multos videmus, qui res intuendas oculis prope contingunt, et limis etiam, ſemicluſisque oculis adſpiciunt. Vid.* LVSCIOSVS. Myops, ōpis. in ſingular. Vlpian. in l. Item Offilius. D. de aedil. edict.

MYOPHŎNON, i. n. [μυόφονον] *Herba eſt muribus exitialis: vnde et nomen accepit, eadem fortaſſis, quae* Myoctonon. *Meminit* Myophoni Plin. 11, 9.

MYOSOTA, ae. f. *vel* MYOSOTIS, f. MYOSOTON, i. n. [μυὸς ὦτα] *Herba eſt, quam verbum ex verbo exprimentes,* Muris auriculam *vocant.* Folia enim quum primum erumpunt, murinae auri habet non diſſimilia. Alſines vero nomen accepit, quod algidis locis gaudeat, et opacis. Gallicis Muronis nomine notiſſima eſt, eaque ſolent aniculaurm eſcam faſtidientium appetitum recreare. Refertur et alterum Myoſoton a Dioſcoride, quod et Myoſiotis, diminutiua forma appellatur, plures ab vna radice caules mittens, aliquatenus ab imo rubentes, et concauos: folia autem anguſta, nigreſcentia, et in acutum deſinentia, floſculos vero caeruleos, anagallidis colorem exprimentes. *Poſteriorem hanc ſpeciem deſcribit* Plin. 27, 12. *priorem vero* 27, 4. Idem 27, 4 ſ. 8 Alſine, quam quidam myoſoton vocant, naſcitur in lucis, vnde et Alſine dicta eſt. — Muſculorum aures imitatur foliis. Et c. 12 ſ. 80 Myoſota vel Myoſotis leuis herba caulibus pluribus ab vna radice, aliquatenus rubentibus, concauis, ab imo folio anguſtis, oblongis, dorſo acuto, nigris, per interualla aſſidue geminatis, tenuibus, cauliculis ex alis prodeuntibus, flore caeruleo. Radix digitali craſſitudine multis capillamentis fimbriata. Vis ei ſeptica et exulceratrix, ideo et aegilopas ſanat.

M Y R

MYRA, ae. f. *Vrbs Lyciae.* Plin. 5, 27.

MYRAPIVM, i. n. [μυράπιον] *Pyri genus.* Plin. 15, 15. *Alii legunt* Myrrhapium. *Conf.* Columel. 12, 10.

MYRĪCA, ae. *vel* MYRĪCE, es. f. [μυρίκη] *Genus humilis virgulti, in Italia fere naſcentis, quod quidam putarunt eſſe Tamaricem, quae vulgo Tamariſcus dicitur et Dioſcoridi, ſed eius tantum folia habet.* Geniſta, μυρίκη Vet. Gloſſ. Virg. Ecl. 4, 2 Non omnes arbuſta iuuant, humilesque myrícae. Plin. 13, 21 Myricen et Italia quam alii tamaricen vocant. Archaia autem bryam ſilueſtrem; inſigne in ea, quod ſatiua tantum ferat gallae ſimilem fructum. In Syria et in Aegypto copioſa haec eſt, cuius infelicia ligna appellamus, quae tamen infeliciora ſunt Graeciae. Gignit enim arborem oſtryn, quam et oſtryam vocant, ſolitariam circa ſaxa aquōſa, ſimilem fraxino cortice et ramis, folio pyri, paullo tamen longioribus craſſioribusque, ac rugoſis inciſuris, quae per tota diſcurrunt. Semine hordeo ſimili, et colore, materia eſt dura atque firma; qua in domum illata, difficiles partus fieri produnt, mortesque miſeras. Fragiles myricae Ouid. de Arte Am. 3, 691. Tenues Idem Met. 10, 97. Iam ſunt myricis Balſama Prudent. Nat. Chr. v. 76.

MYRICE, es. f. *Nympha, a qua genus duxit* Imilce, *vxor* Hannibalis, *vt ſcribit* Sil. 3, 103.

MYRINA, ae. f. [Μυρίνα] *Regina fuit Amazonum, quae triginta millia peditum, et duo millia equitum in exercitu habuiſſe dicitur. Auctor Diodorus* 4. ¶ 2 Vrbs in Aeolia, quae etiam Sebaſtopolim ſe vocat, *vt teſtatur* Plin. 5, 30. *Item Oppidum inſulae Lemni, eodem* Plin. *teſte* 4, 12.

MYRĬNVS, i. m. [Μύρινος] *Mas muraenae eſt.* Plin. 9, 23 ſ. 39 Ariſtoteles myrinum vocat marem qui generat. *Vetus exemplar legit* Myrum. *Et ita dedit Harduinus.*

MYRIOPHYLLON, i. n. [μυριόφυλλον] *Herba quae Millefolium alias dicitur. Vid.* Plin. 24, 16.

MYRLEA, ae. f. Plin. 5, 32 Oppidum Bithyniae, quod Apamea dicitur; a Myrlo Colophoniorum duce, vel a Myrlea Amazone. Nicomedes autem Epiphanes, Pruſii regis filius, de matris nomine Apames, Apameam vocari voluit.

MYRMECIAS, ae. m. Gemma nigra, quae habet eminentias ſimiles verrucis Plin. 37, 10.

MYRMECĬDES, ae. m. [Μυρμηκίδης] *Nomen viri proprium, de quo* Cic. Acad. 4, 120 Vt etiam inter deos Myrmecides aliquis minutorum opuſculorum fabricator fuiſſe videatur. Plin. 7, 21 Callicrates, ex ebore formicas, et alia tam parua fecit animalia, vt partes earum a caeteris cerni non poſſent. Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit, a quo quadrigam ex eadem materia quam muſca integeret alis fabricatam, et nauem quam apicula pinnis abſconderet.

MYRMECION, i. n. *Morbi cutis et verrucarum genus.* Celſo 5, 28, 14 Thymion nominatur, quod ſuper corpus quaſi verrucula eminet, ad cutem tenue, ſupra latius, ſubdurum, et in ſummo peraſperum, *etc. Et paullo poſt*, Myrmecia autem vocantur, humiliora thymio durioraque, quae radices altius exigunt, maioremque dolorem mouent: infra lata, ſuper autem tenuia, minus ſanguinis mittunt: magnitudine vix vnquam lupini modum excedunt. Naſcuntur ea quoque aut in palmis, aut inferioribus partibus pedum. ¶ 2 *Phalangii genus.* Plin. 29, 4 Myrmecion formicae ſimilis capite, aluo nigra, guttis albis diſtinguentibus.

MYRMECĪTES, ae. m. [μυρμηκίτης] Gemma innatam repentis formicae effigiem habens. Plin. 37. 11 *Sane* Myrmex, myrmecis, f. *Formica Latine dicitur.*

MYRMECOLEON, ōnis. m. [μυρμηκολέων] *Exiguum animalculum,*

lum formicis aduerſum, quod ſe ſub puluere abſcondit, et formicas frumenta geſtantes interficit, et interfectas conſumit. Eſt autem dictio ex formicae et leonis nominibus compoſita: quaſi Formicoleonem dicas. Nam quemadmodum leo imbecilliorum animalium, ita hoc animalculum formicarum praedam agit: quum tamen volucribus nihil aliud ſit quam formica. Vnde in lib. Iob. 4, 11 legitur, Myrmecoleon periit, eo quod non habeat praedam. Haec fere Gregorius in Iobum lib. 5 c. 16. et Iſid. Orig. 12, 3. Sed fabuloſa eſſe, et apud Iobum μυρμηκολέοντα verum Leonem eſſe, contendit Bochartus 2, 6, 4.

MYRMĪCE. Adu. *In modum formicae affertur ex* Catull. 43, 8 Incedere myrmice. *Sed nihil eſt. Legendum cum Voſſio,* Mimice ac moleſte ridentem.

MYRMIDŎNES, um. m. [Μυρμίδονες] *Populi ſunt iidem, qui Hellenes.* Seruius, Myrmidones ſunt Achillis ſocii: dicti propter hanc cauſam. Aeacus quum in arbore fici formicas, id eſt μύρμηκας vidiſſet, optauit tot ſibi ſocios euenire; et ſtatim formicae in homines verſae ſunt. ſed hoc fabula eſt. Nam Eratoſthenes dicit, Myrmidones a rege Myrmidono dictos. Virg. Aen. 2, 7

Quis talia fando
Myrmidonum, Dolopumue, aut duri miles Vlyſſi
Temperet a lacrimis?

Sedes ſuperbae Myrmidonum Virg. Aen. 2, 252. *i. Mycenae.*

MYRMILLO, *vid.* MIRMILLO.

MŸROBALĂNVM, i. n. *et* MYROBALANVS, i. m. [μυροβάλανος] *Quaſi vnguentaria glans.* Myrobalanus Scribon. 261. Cortex myrobalani, Idem 131. *Sed vnguentum eſt* Celſ. 4, 9 Fit ex vnguento et palmulis quod μυροβάλανον vocant. *Sed inter plantas, quaſi ſit* δένδρον μυροβάλανον, Plin. 12, 21 ſ. 46 Myrobalanum Troglodytis et Thebaidi et Arabiae, quae Iudaeam ab Aegypto diſterminat, commune eſt, naſcens vnguento, vt ipſo nomine apparet. Quo item indicatur et glandem eſſe arboris, heliotropio, quam dicemus inter herbas, ſimili folio. Fructus magnitudine auellanae nucis. Myrobolanum, *vnguentum, de quo* lemma Martial. 14, 57 Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus, Hoc ex vnguento conſtat et ex balano. *Nempe cum quatuor priores Syllabae deinceps breues ſint in hoc nomine, non potuit ei locus eſſe in carmine epico.*

MYROBRĔCHI, *ſiue* MYROBRECHARII, orum. m. [μυρόβρεχοι] *Quaſi Vnguento ſtillantes.* μύρον *Graeci vnguentum vocant.* βρέχω, *adſpergo, madefacio, et irrigo.* Plaut. Aul. 3, 5, 37 Myrobrecharios *pro vnguentorum confectoribus accipit ad capillos irrorandos. ait enim,* Aut manulearii, aut myrobrecharii. *Conf.* Inſcript. *ap.* Ferrar. de Re Veſt. 3, 21.

MYRON, *aut* MYRO, ōnis. m. [Μύρων] *Vtrumque enim legitur, teſte* Plin. 34, 2 Statuarius Eleutheri filius, et Hegeſiladis diſcipulus, Syracuſanus, cuius vacca multorum Poëtarum epigrammatis celebratur. *Vide, ſi humanus es* Auſoniana 58 ad 68. Ouid. ex Pont. 4, 1, 34 Vt ſimilis verae vacca Myronis opus. *Alter fuit Athenienſis, vt ſcribit Pauſanias.* In arte fingendi praeſtans fuit Myro Cicero de Orat. 3, 23. Fecit inter alia imaginem Herculis, vt vult idem Cic. Verr. 4, 5. Martial. 8, 51 Quis labor in phiala? docti Myos, anne Myronis?

MYROPŌLA, ae. m. [μυροπώλης] *Vnguentorum venditor.* Plaut. Trin. 2, 4, 7 Lanii, coqui, olitores, myropolae, aucupes. *Add.* Idem Caſ. 2, 3, 10.

MYROPOLIVM, i. n. [Μυροπώλιον] *Locus vbi vnguenta venduntur.* Plaut. Amph. 4, 1, 3 Nam omnes plateas perreptaui, gymnaſia, myropolia, apud emporium. *Conf.* Epid. 2, 2, 15.

MYROTHECIVM, i. n. [μυροθήκιον] *Vnguentorum repoſitorium.* Cicero *ſcribit* Att. 2, 1 ſe myrothecium Iſocratis totum conſumſiſſe in commentario Conſulatus ſui ſcribendo. *h. e.* Pigmenta oratoria.

MYRRHA, *ſ.* MVRRHA, ae. f. [σμύρνα] *Arbuſcula eſt, in Arabia praecipue naſcens.* Plin. 12, 15 *et* 16 Arbori altitudo ad quinque cubita, nec ſine ſpina, caudice duro et intorto, *etc. Ap.* Scribon. ſaepius Amminea Scribon. 269. Stacte 52. 125. 144. *i. ſtillatitia.* Troglodytis 90. 169. Troglodytes, Troglodytidos 94. Exiguum myrrhae 122. Mica myrrhae 127. Propert. 3, 19, 16 Crimen et illa fuit patria ſuccenſa ſenecta, Arboris in frondes condita Myrrha nouae. *Nempe fuit* Myrrha *filia Cinyrae, cuius amore correpta, e furtiuo cum illo concubitu grauida in arborem ſui nominis mutatur, et poſt illam demum mutationem enititur filium Adonidem, Veneris illum amaſium. Fabulam copioſe deſcribit* Ouid. Met. 10, 298 *ſqq.* Fulua Id. ibid. 15, 499. Maculoſa, *vid.* MACVLA. Odoraria, *vid.* ODOR. Orontea Propert. 1, 2, 3. *Vid.* ORONTES. Pingues Ouid. de Medicamine faciei 88. Sabaea myrrha marcidus comam Senec. Herc. Oet. ſ. 2. Trita Scribon. 134. Madentes myrrha crines Virg. Aen. 12, 100. *De* Myrrha *herba, vid.* MYRRHIS.

MYRRHĀTVS, a, um. Adi. Sil. 13, 476 Exhauſto inſtituit Pontus vacuare cerebro Ora virûm, et longum myrrhata reponit in aeuum. Myrrhata, *i. Myrrha condita, quae putrefactionem arcet. Conf.* MVRRHATVS.

MYRRHĪNVS, *ſ.* MVRRHINVS, a, um. Adi. *Quod* myrrham *ſ.* murrham *olet.* Plaut. Poen. 5, 4, 6 Arabius myrrhinusque omnis odor complebat, *de ſacro Veneris.*

MYRRHĪNA, *vel* MVRRHINA, ae. f. (*intell.* potio) *eſt vinum myrrha conditum.* Plin. 14, 13 ſ. 15 Lautiſſime apud priſcos vina erant myrrhae odore condita, vt apparet in Plauti fabula, quae Perſa inſcribitur. *Hodie non inuenias in hac fabula* murrhinam: *ſed fuit forte* 1, 3, 7. — Sed Fabius Doſſennus his verſibus decernit, Mittebam vinum pulcrum, murrhinam. Et in Achariſtione, Panem et polentam, vinum murrhinam. Scaeuolam quoque, et Laelium, et Atteium Capitonem in eadem ſententia fuiſſe video, quoniam in Pſeudolo ſit, (2, 4, 51) Quod ſi opus fiet, vt dulce promat indidem, ecquid habet? CHAR. Rogas? Murrhinam, paſſum, defrutum. Quibus apparet, non inter vina modo murrhinam, ſed inter dulcia quoque nominatum. *Salmaſius ad Plauti l. c.* murrhinam μυρίνην οἶνον, *adeoque* myrinam *vel* murinam *potius dicendum putat, a* μύρον, *vnguentum. Sed contradicit illi* Plinius, *tum* l. c. *tum mox* 14, 16 ſ. 19, 5 Aromatiten quoque inuenio factitatum tantum non vnguentorum compoſitione, primo e myrrha, vt diximus (*non reſpicit aliorſum, quam ad locum modo poſitum*) mox et nardo Celtico *etc.* Non. 18, 10 Murrhina potio confecta — *Et* 18, 12 *laudat* Varronem de Vita Populi Rom. Antiquae mulieres maiores natu bibebant loram, aut ſapam, aut defrutum, aut paſſum, quam murrhinam quidam Plautum appellare putant. *Eadem e Varrone* Gell. 10, 23. Feſtus, Murrhina genus potionis, quae Graece dicitur nectar. Hanc mulieres vocabant Murriolam, quidam murratum vinum. Quidam id dici putant ex vuae genere murrinae nomine. Gloſſ. Gr. Lat. Ἀρωματῖον Murina *pro* murrhina.

MYRRHĔVS, a, um. *Aliud* Adi. [σμυρνινὸς] *Myrrham olens.* Myrrhea Coma Tibull. 3, 4, 28. *Scaliger. leg.* myrtea. Crinem myrrheum cohibere nodo Hor. Carm. 3, 14, 22. *h. e. Myrrhei coloris, ſiue inter flauum et nigrum: vel myrrhino vnguento delibutum. Lambinus. Al.* Myrteum, *al.* Myrreum. *Bentl.* Murreum.

MYRRHAPIA, *vid.* MYRAPIA.

MYRRHIS, ĭdis. f. [μυῤῥὶς] *Oleris genus.* Plin. 24, 16 ſ. 97 Myrrhis, quam alii ſmyrrhizam, alii myrrham vocant, ſimillima eſt cicutae caule foliiſque et flore, minor tantum et exilior, cibo non inſuauis, *etc. Add.* 26, 11.

MYRRHITES, ae. m. [μυῤῥίτης] Gemma, quae myrrhae colorem habet, odoremque vnguenti, Plin. 37, 10.

MYRSILVS, i. m. [Μύρσιλος] *Myrſi filius vltimus ex Heraclidarum genere, Lydiae rex, alio nomine* Candaules *appellatus, v. v.*

MYRSINEVM, i. n. Herba eadem, quae Foeniculum ſilueſtre Plin. 20, 23.

MYRSINĪTES, ae. m. [μυρσινίτης] *Teſte* Plin. 26, 8 Species eſt tithymali, et foliis myrti acutis, compungentibus, ſed mollioribus. ¶ 2 Myrſinites gemma eſt, quae melleum colorem nigricantem habet, et myrti odorem Plin. 37, 10.

MYRTA, MYRTATVM, MYRTEVS, *vid.* MVRTA, *etc.*

MYRTOPETĂLVM, i. n. [μυρτοπέταλον] *Herba eſt, quam alio nomine* Polygonaton *appellant, a multitudine geniculorum. Vid.* Plin. 27, 12 ſ. 91. *vbi plura etiam nomina et virtutes.*

MYRTŌVS, a, um. Adi. Myrtoum mare, *vndecunque appellatum ſit, inter Cretam et Atticam interiacens.* Aquae Myrtoae Ouid. Epiſt. 16, 208. Mare Myrtoum Hor. Carm. 1, 1, 14.

MYRTVS, i. *et* ûs. f. [μυρσίνη, μύρτος] *Arbor baccas ſaporis praecipui producens, ex quibus vinum fit. Vid.* Plin. 15, 29. Columel. 12, 38. Virg. Ecl. 7, 62. Plin. 15, 29 ſ. 36 In delubro Quirini — ſacrae fuere Myrti duae ante aedem ipſam per longum tempus, altera patricia appellata, altera plebeia. Patricia multis annis praeualuit, exuberans ac laeta, quam diu Senatus quoque floruit, illa ingens: plebeia retorrida atque ſqualida. Quae poſtquam eualuit, flaueſcente patricia, Merſico bello languida auctoritas patrum facta eſt, ac paullatim in ſterilitatem emarcuit maieſtas. Baccae myrti Scribon. 193. Folium myrti Ouid. de Arte Am. 3, 54. Folia myrti Scribon. 193. Amantes litora Virg. Georg. 4, 124. Coniugula v. v. Fragilis Hor. Carm. 3, 23, 16. *Gratiſſima Veneri.* Eſt enim arbor Veneri dicata, *teſte* Plin. 12, 1. Virg. Aen. 3, 23 Denſis haſtilibus horrida myrtus. *Turnebus, Hoc, inquit, mihi e conſuetudine Graecorum doctiſſimus Poëta finxiſſe videtur, qui tumulis et buſtis, cum alia virgulta, tum myrtum imponere ſolebant, quod eruditiſſimus vir Victorinus annotauit.* Intonſa Stat. Silu. 4, 7, 10. Litorea myrtus Ouid. Amor. 1, 1, 29. Paphiae, *i. Quas amat Venus* Id. de Arte Am. 3, 181. Virgil. Georg. 2, 64. Pulla Hor. Carm. 1, 25, 18. Silueſtris, *vid.* CHAMAEMYRSINE. Cingere tempora myrto Virg. Georg. 1, 28. Defendere a frigore myrtos, *vid.* DEFENDO. Impedire viridi nitidum caput Hor. Carm. 1, 4, 9. Myrtus etiam quartae declinat. eſſe oſtendit Bentl. ad Hor. 2, 15, 6. *vbi* Myrtus *Spondeus eſt.* Myrtus coniugulus albus et niger Cato R. R. 8, 2. *vbi arbor ſignificari videtur. Conf.* MVRTVS.

MYRTVM, i. n. *Myrti fructus.* Virg. Georg. 1, 306 Et lauri baccas, oleamque, cruentaque myrta.

MYRTIDĀNVS, a, um. Adi. [μυρσινίτης] *Quod ex myrto factum eſt.* Myrtidanum vinum Plin. 15, 29. *Conf. Mercurial. Varr. Lect.* 1, 12 p. 30.

MYRTACEVS, a, um. Adi. Celſ. 7, 17 Quidam medium tumorem excidunt, ad ſimilitudinem myrtacei folii.

MYRTĀTVS, a, um. *Aliud* Adi. [μυρτωτὸς] *Idem.* Myrtatum opſonium Plin. 15, 29. *Et* 12, 17 Ladana myrtata deprehenduntur, crepitantque in igne. *Conf.* MVRTATVM.

MYRTEVS, a, um. *item* Adi. [μύρτινος] *Idem.* Oleum myrteum Scribon. 219. Plin. 23, 4 Similis et myrtei olei ratio, adſtringit, indurat, *etc. Vid. Scalig. ad* Tibull. 3, 4, 28. Myrtea Corona, Campi Myrtei Feſt. *Conf.* Plin. 29, 6. Colum. 8, 15. Pallad. Mart. tit. 13. Gauſapina myrtea, *dicitur a* Petronio c. 21. *de colore fructus myrtei maturi. Verba eius ſunt,* Vltimo cinaedus ſuperuenit, myrtea ſubornatus gauſapina. Myrteus *etiam* color *in equis a* Palladio *numeratur* 4, 13. Serta Tibull. 1, 3, 66. Virga Ouid. Amor. 1, 34. *Conf.* MVRTEVS.

MYRTEVM, i. n. *Pro Oleo myrteo.* Celſ. 3, 19. *et* 6, 2.

MYRTĪNVS, a, um. Adi. [μυρσινινὸς] Plin. 15, 29 Oleo myrtino illitum ſtatim reſoluitur. *Add.* Idem 23, 4. Pallad. Ian. tit. 17.

MYRTĒTVM, i. n. [μυρσινών] *Locus myrtis conſitus.* Plaut. Fragm. Neſcio qui ſeruus e myrteto proſiluit. Collis Veſtitus oleaſtro et myrtetis Salluſt. Iug. c. 48. Martial. 3, 58 Non otioſis ordinata myrtetis. *ſc.* Villa. Litora myrtetis laetiſſima Virg. Georg. 2, 112. *Add.* Hor. Epiſt. 1, 15, 5.

MYRTETA, ae. f. *Pro myrteto.* Plaut. *apud* Priſcian. 4 p. 102.

MYRTIŎLVS, a, um. Adi. Columel. 10, 238 Myrtiolo modo crine viret. *Al.* Myrteolo.

MYRTĪTES, ae. m. [μυρτίτης] *Vinum eo modo dicitur quo Aromatites.* Columel. 12, 38 Vinum myrtiten ad tormina ſic facito. Plin. 30, 7. Myrtite Pallad. Ian. t. 18. *et* Feb. 27. *et* 31. *et* Dec. 2.

MYRTVŌSVS, a, um. Adi. Plin. 12, 13 Frutice myrtuoſo palmi altitudine.

MYRVS, i. m. Muraenae mas, qui generat Plin. 9, 23. *Vid.* MYRINVS.

M Y S

MYS, yos. [Μῦς] *Nomen fuit Caelatoris, qui claruit argento caelando.* Martial. 8, 51 Quis labor in phiala? docti Myos, anne Myronis? *Conf.* Plin. 33, 12.

MYS, yos. m. *In mari Teſtudo, mus aquatilis, qui et mus marinus, et lutaria teſtudo dicitur: piſcis genus ex oſtrea.* Plin. 32, 11 ſ. 53.

MYSCAE, MYSCI, MYISCAE, MYIAE, arum: MYES, MYACES, um: MYTALI, *et* MVSCVLI, orum. *Idem omnes genus conchae videntur* Plin. 32, 9. *et* 11.

MYSCĔLVS, *vel* MYSCELLVS, i. m. Conditor Crotonis *vrbis in Italia, vid.* Ouid. Met. 15, 20.

MYSI, *pigmentum. Vid.* MISY.

MYSIA, ae. f. [Μυσία] *Aſiae regio iuxta Propontidem et Helleſpontum. Ptolemaeus duplicem* Myſiam *facit*, Maiorem *et* Minorem, *et vtramque extra Bithyniam in Aſia poſuit, non procul ab Ida. De* Myſia *meminit* Cic. in Orat. 25. Claud. Conſ. Hon. 4, 53 Quum Geticis ingens premeretur Myſia plauſtris.

MYSI, orum. m. *Populus Myſiae; vt*, Myſus iuuenis. Propert. 2, 1, 65. M. Tullius pro Flacc. 65 Quid porro in Graeco ſermone tam tritum atque celebratum eſt, quam ſi quis deſpicatui ducitur, vt Myſorum vltimus eſſe dicatur? Idem Quint. Frat. 1, 1, 16 Niſi me forte Paconii neſcio cuius hominis, ne Graeci quidem, at Myſi, aut Phrygis potius querelis moueri putas. Nimirum gentis eius contemtum declarans. Agmina Myſorum Hor. Epod. 17, 10.

MYSOMACEDŎNES, um. m. [Μυσομακεδόνες] *Populi ſunt Aſiae, in tractu maioris Myſiae, a Macedonibus oriundi: vnde et nomen habent. Meminit horum* Plin. 5, 29.

MYSTERIVM, i. n. *et vſitatius Plur.* MYSTERIA. [μυστήριον] *Sacra arcana, quae Latini* Secluſa *vocant. Haec autem duorum generum erant apud Eleuſinen terrae Atticae;* magna, *quae Cereri ſacra erant; et* parua, *quae Proſerpinae; in quibus quae agebantur, ſacerdotes ſummo ſilentio occultabant. Vnde res occultas, et religioſe tacendas generatim ita appellarunt.* Cic. Att. 4, 18 Neque enim ſunt epiſtolae noſtrae, quae ſi perlatae non ſint, nihil ea res nos offenſura ſit; quae tantum habent myſteriorum, vt eas ne librariis quidem fere committamus. *Conf.* Iuſtin. 5, 1, 1. Myſteria priſtina caſtis concepta ſacris Varr. de L. L. 6, 2. Aperire myſteria Cic. Tuſc. 4, 55 c. 25. Enuntiare myſteria dicendi Idem de Orat. 1, 206 c. 47. *vid.* ECFERO. Facere domi ſuae Nep. 7, 3, 6. Occultarunt, velut myſterium magi Plin. 28, 17. Cic. de Orat. 3, 72 c. 20. *Craſſus ait,* Athenis — ego diutius eſſem moratus, niſi Athenienſibus, quod myſteria non Referrent, ad quae biduo ſerius veneram, ſuccenſuiſſem: referrent, *i. repeterent, inſtaurarent.* Tradantur quae myſteriis reminiſci Cic. Tuſc. 1, 29. Tradiderunt, quaſi quaedam myſteria legem dicendi Quinctil. 5, 13 *extr. Vbi vid. Burm.* Auſon. Epiſt. 4, 65 Accipe congeſtas, myſteria friuola, nugas. Tenere tacitum tanquam myſterium Cic. de Orat. 3, 64 c. 17. ¶ 2 Myſteria, *de quibus* Cic. Att. 5, 22 Velim ad me ſcribas certum, quo die myſteria futura ſint. *Et* 6, 1 Faciesque me, in quem diem Romana incidant myſteria, certiorem. *Add.* 15, 25. *Haec igitur* Myſteria *eſſe Sacra Bonae Deae, refutatis aliorum ſententiis, probabile fecit Gronou. Obſſ.* 4, 9.

MYSTA, ae. m. [μύστης] *Sacra diſcens, myſteriorum peritus, diſcipulus, initiatus ſacris alicuius numinis.* Senec. Herc. fur. 847 Et citi tectis properant relictis Attici noctem celebrare myſtae. Laſciui Id. Oedip. v. 431.

MYSTAGŌGVS, i. m. [μυσταγωγὸς] *Princeps ſacrorum.* Cic. Verr. 4, 132 c. 59 Itaque Iudices, hi, qui hoſpites ad ea, quae viſenda ſunt, ducere ſolent, et vnumquidque oſtendere, quos illi myſtagogos vocant, conuerſam iam habent demonſtrationem ſuam. *Pro Conciliatore poſuit* Symmach. Epiſt. 5, 64 Amicitiae meae Scipio, te myſtagogo vſus, acceſſit. *Adde* Epiſt. 6, 25.

MYSTERIALĬTER. Adu. Vulg. Interpr. Iren. 1, 1 Myſterialiter a Seruatore per parabolas oſtenſa.

MYSTERIARCHES, ae. m. [μυστηριάρχης] Prudent. Periſteph. 2, 349 Bene eſt, quod ipſe ex omnibus myſteriarches incidit.

MYSTĬCVS, a, um. Adi. [μυστικὸς] *Arcanus, cum relatione ad religionem.* Myſtica ſacra Martial. 8, 81. Furta Ouid. de Arte Am. 2, 640. Signa ſalutis Arator in Act. c. 5. Vannus myſtica Iacchi Virg. Georg. 1, 166. Vitis Tibull. 3, 6, 1.

MYSTĬCE. Adu. *Idem.* Solin. *de Aegypt.* 32 Delubra quibus ſuccedit aut incubat myſtice thalamos nominant. Tranſlate ac Myſtice poſita in ſcripturis Auguſtin. de Doctr. Chr. 2, 16.

MYSTILLVS, i. m. [Μύστιλλος] *Coquus eſt apud* Martial. 1, 51 Si tibi Myſtillus coquus Aemiliane vocatur, Dicetur quare non Taratalla mihi?

MYSTRVM, i. n. [μύστρον] *Menſurae paruae liquidorum nomen, quae, habet eam rationem ad Sextarium, quam habet Sicilicus ad Aſſem. Vid. verſus Rhemnii, quos damus in* SEXTARIVS.

MYSTVS, i. m. *Piſcis* ex lacertorum genere Plin. 32, 11.

M Y T

MYTACISMVS, *vid.* METACISMVS.

MYTHICVS, i. m. Mythorum *ſ. fabularum auctores, enarratores, etc.* De Saturno quid Mythici vel phyſici exiſtiment Macrob. Sat. 1, 9. *Add. ibid.* c. 8.

MYTHOS. *Latine Fabula.* Callentes Mythum, plaſmata et hiſtoriam Auſon. Prof. Burdegal. 21.

MYTHOLOGIA, ae. f. [μυθολογία] *Sermo ſeu ratiocinatio fabularum.*

MYTHISTORIA, ae. f. [μυθιστορία] *Fabuloſa narratio.* Capitol. in Macrin. c. 1.

MYTHISTORĬCVS, i. m. [μυθιστορικὸς] Mythiſtorica volumina Vopiſc. in Firmo c. 1.

MYTĬLVS, i. m. Piſcis eſt ex genere concharum, in arenoſis potiſſimum locis proueniens, cuius exuſti cinis cauſticam vim habet, non ſecus ac muricis. *Vid.* Plin. 32, 9. *et* 9, 51. Martial. 3, 60 Sugitur inciſo mytilus ore mihi. *Scribitur quoque* mytulus Plin. 32, 9 *et* 11. *Conf.* MITVLVS.

M Y X

MYXON, i. n. *et vſitatius plur.* MYXA. Fructus ſunt exigui, pruni magnitudine, ex arbore pruno valde ſimili, guſtu dulces, Sebeſtena etiam vocant. *Vid.* Plin. 13, 5. 15, 13 *et* 28. *et* 17, 10. *Conf.* Pallad. Feb. 25, 32. Myxorum decoctorum aqua Scribon. 141.

MYXON, ōnis. m. [μύξων] *Genus piſcis.* Plin. 32, 7 ſ. 25 Auribus vtiliſſimum bati piſcis fel recens, ſed et inueteratum vino. Item banchi, quem quidam myxona vocant. *Add.* Idem 35, 12.

MYXA, ae. f. [μύξα] *Prominens, pars lucernae, quae continet ellychnium.* Martial. 14, 41 Illuſtrem quum tota meis conuiuia flammis, Totque geram myxas, vna lucerna vocor. *Nempe non* Myxos *legendum, ſed* Myxas, *i. nares, ſ. naſos, ob ſimilitudinem, vnde et* naſiterna *dicta eſt.*

N.

Litera N.

N literam lingua dentibus appulſa collidit Mart. Capella 3 p. 58. *Si primam dictionis ſyllabam incipiat, aliquando ſumit ante ſe literam* G, *vt,* Narus, Gnarus: Nauus, Gnauus. *In derivatis ex* Centum *poſt* N, *vt plurimum* C *mutatur in* G; *vt,* Quadringenti, *pro* Quadrincenti; Quingenti, *pro* Quincenti: *vbi vero* N *non fuerit, ſeruatur* C; *vt,* Ducenti. N *literam poſtponebant veteres frequentiſſime vocalibus natura longis, vt plerisque veterum inſcriptionibus apparet, vbi legitur* Formonſus, Formonſe, Atlans, Gigans, Pallans, Quotiens, Thenſaurus. *Quod hac de cauſa factum exiſtimat Pierius: quod mos veteribus fuerit iſtiusmodi vocalibus natura longis* τὴν μακρὰν (-) *ſignum ſuperaddere: qua nota quantae illae eſſent, admonerentur, eamque poſtmodum imperitioribus ſaeculis compendiariae ſcripturae apicem eſſe crediderunt. Coeptaque primo pro* N *proferri, mox et adſcribi, atque ita ex* Formoſus, Formonſus, *ex* Theſaurus, Thenſaurus, *ita ex* Atlas, Atlans, *et ſimilia in vſum prodiere. Niſi tamen veriſimilius eſt, obſeruato Graecorum more* N *ante* S *omittendi, quod reſtituunt Latini, vt in participiis in* ΑΣ, *vnde Latina in* NS *ſunt orta: vt* Κλήμης, Κρέσκης Clemens, Creſcens: *obſeruata, inquam, hac differentia ſermonis, quosdam Grammaticos eo proceſſiſſe, vt* Atlans, Gigans, Pallans *dicerent forma velut participiali, quin in quibusdam plane praeter rem inculcarent, vti Chaldaeos vti litera* נ *pro Dageſch forti, conſtat.* ¶ 2 N *in deriuationibus et compoſitionibus in alias conſonantes tranſit.* N *mutatur in* G *ante* G *more Graecorum; vt,* Aggulus, Aggens, Agguilla, Iggerunt. Varro in Fragm. lib. 1 de L. L. *ap.* Priſcian. 1, 1. N *in* L, *vt,* Vnus, Vllus, Nullus, Catena, Catella, *etc. Quae quidem ex diminutiva forma primitus dicta videri poſſunt,* Vnulus, Catenula, *etc.* Senec. de Breuit. Vit. c. 13 Valerius Coruinus primus Meſſanam vicit, et primus ex familia Valeriorum, vrbis captae in ſe tranſlato nomine, Meſſana appellatus eſt, paullatimque vulgo permutante literas, Meſſala dictus eſt. N *in* M *ante* M B P *in compoſitis; vt,* Commoror, Immoror, Imbecillis, Impono, *etc.* N *in* R *et* L, *ſi* L *et* R *ſequitur: vt,* Corrigo, Corrumpo, Colligo, Collega, *etc.* N *euaneſcit ante* GN: *vt,* Ignoſco, Ignauus, Cognoſco, Cognatus: *et etiam in deriuatiuis; vt, pro* Coniunx, Coniux; *a* Frango, Fragor. ¶ 3 N *ea exprimit, quae intus ſunt: vnde* Virg. hic feſſas non vincula naues vlla tenent, vnco non alligat ancora morſu Aen. 1, 172. *Voſſius.* ¶ 4 *In Notis antiquis ſignificat* N Nam, Natione, Natus, Nefaſtus (dies,) Nefrendes, Nepos, Neptunus, Nigro, Nomen, Nonae, Noſter, Numerarius, Numerator, Numeria, Numerius, Numerus, Nummus. N̄. Nepos, Noſter, Numero, (P *i.* Numero *ap.* Scribon. 148. 177.) Nummum.

N A B

NA. Natus, Natione. NAR. Narbonenſis. N. B. Nigro Badio, *de coloribus equorum;* Numerauit Bauius. N. C. Nobiliſſimus, *vel* Nero Caeſar. N. C. A. P. R. Nobis Conceſſum A Populo Romano. N. C. M. D. Numerius Caius Marci Duo. N. C. N. P. Nec Clam Nec Precario. N. D. Numini Dedicatum. N. D. D. Numini Dono Dedit, vel Dedicauit. N. D. F. E. Ne De Familia Exeat. NEGotiator VINarius. NEPtuno REDuci. NEPTunalia. N. F. Numerii Filius. N. F. A. N. Numerii Filius Auli Nepos. N. G. N. Nobili Genere Natus. N. H. V. N. AVG. Nuncupauit Hoc Votum Numini Auguſto. N. I. Nomine Ipſius, Numinis Iuſſu. N. I. D. Nomine Ipſius Dedit, Numinis Iuſſu Dedicauit. N. I. O. T. Numini Iouis Optimi Tonantis. N. K. Nigro Kaeſio; de coloribus equorum. N. L. Non Licet, Non Liquet, Non Longe, Numerii Libertus, Numero Quinquaginta. N. L. M. F. ET TV. Nobis Locum Monumenti Fecit Et Tumulum. N. L. N. Nobili Loco Natus. N. M. Non Minus. N. M. N. S. Nouum Monumentum Nomine Suo. N. M. Q. Numini Maieſtatique. N. M. Q. E. D. Numini Maieſtatique Eius Deuotiſſimus. N. N. Numerii Nepos. N. P. Nefaſtus Primo; *in Kalendariis de diebus inciſis.* Nomine Proprio. N. P. C. Nomine Proprio Curauit. N. R. Natione Romanus, Non Reſtituerunt. N. S. Nomine Suo, Non Sequitur, Nouum Sepulchrum, Numerii Seruus. N. S̄. Non Sequitur. N. S. H. M. Non Sequitur Heredes Monumentum. N. T. Numen Titulare, Nouum Tumulum. N. T. M. Numini Tutelari Municipii. NE TRANSilias Hunc Locum. N. V. Numero quinque. N. V. FIL. Noſtrae Vrbis Filio. N. V. H. INF. S. Neminem Volumus Hoc Inferri Sepulcro. N. V. N. D. N. P. O. Neque Vendetur, Neque Donabitur, Neque Pignori Obligabitur. ¶ 5 N *et* H, praeſertim initiales, ſaepe permutari a librariis, *annotat Drakenb. ad* Sil. 6, 580.

N A B

NABATHAEA, ae. f. [Ναβαθαία] *Regio eſt, quae ab Arabia incipiens, quam intra ſe continet, vſque ad Mare rubrum ex latere dextro, atque ex ſuperiori parte in Indicum protenditur. Inde*

NABATHAEVS, a, um. Adi. [Ναβαθαῖος] Ouid. Met. 1, 61 Eurus ad Auroram Nabathaeaque regna receſſit. *Eadem olim mittebat elephantes, vt eſt auctor* Iuuen. Sat. 1, 126. Flatus Nabathaei Lucan. 4, 63.

NABIS, is. f. *Vid.* CAMELOPARDALIS.

NABLA, ae. f. *vel* NABLIVM, *vel* NABLVM, i. n. *Pſalterium.* Vulg. Interpr. 1 Paral. 15, 16. 1 Macc. 13, 51. Ouid. de Arte Am. 3, 327 Diſce etiam duplici genialia nablia palma Vertere: conueniunt dulcibus illa modis. *Burm. legit* naulia.

NABLIO, ōnis. m. ψάλτης Gloſſ. Gr. Lat.

NABLIZO. ψάλλω Gloſſ. Gr. Lat.

NABVN *Aethiopicum nomen* Camelopardalis *ap.* Plinium 8, 18. *Vid.* CAMELOPARDALIS.

N A C

NACCA *ſ.* NACTA, ae. m. *Fullo.* Non pudet ad morem diſcincti viuere naccae Perſ. 3, 31. Apud nactam proximum coenitabat Apul. Met. 9 p. 192, 16 Pric. *Vid. Caſaub. ad* Perſ. l. c. Turneb. Adu. 23, 33. Scalig. Lect. Auſ. 2, 13 p. 125. *Fundus eſt* Feſtus, Naccae appellantur vulgo Fullones, vt ait Curiatius, quod nauci ſint, id eſt nullius pretii. Idem ſentit et Cincius. Quidam aiunt, quod omnia fere opera ex lana, naccae dicantur a Graecis.

NACTVS, *vid.* NANCISCOR.

N A E

NAE. [ναί] *Aduerbium affirmandi, ſcribitur etiam* NE, *vbi vid.* n. 8. Valde vel Nimis aliquando ſignificat, *vt ait* Donatus *ad* Ter. in Andr. prol. 17 Faciunt nae intelligendo, vt nihil intelligant. Idem Andr. 2, 1, 26 Sponſam hic tuam amat. P. nae iſte haud mecum ſentit. *Vbi* Donatus: Nae, Valde. *vt et* Cic. in Catil. 2, 6 c. 3 *extr.* Nae illi vehementer errant. Senſus hic eſt, Non id amat quod amo, nec id odio habet, quod odi, hoc eſt, Valde iſte, inquit, non mecum ſentit: id amat quod ego odi. *Et paullo poſt*, Nae, Valde: aut, vt quidam volunt, O quam. Lucilius in 10 Nae in arce bouem diſcerpſi magnifice, inquit. *Sed ordinarie aſſeuerat: vt* Medius fidius, nae tu emiſti locum praeclarum Cic. Att. 4, 4 *extr.* Id. Fam. 7, 31 Incredibile quam turpiter mihi facere videar, qui his rebus interſim; nae tu videris multo ante prouidiſſe quid impenderet. Hor. Serm. 2, 3, 97 Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, nae etiam rex. Cic. Philipp. 2, 3 Nae tu ſi id feciſſes, melius famae, melius pudicitiae tuae conſuluiſſes. *Add.* Cato *ap.* Nepot. Fragm. c. 4 n. 5. Idem Verr. 4, 81 Nae iſta praeclara nobilitas deſinat queri Populum Rom. hominibus nouis, *etc.*

NAENIA, ae. *vel* NAENIAE, arum. f. *Quid.* NENIA. [ἐπιτάφιος ᾠδή Gloſſ. Lat. Gr.] eſt (*inquit* Feſtus) Carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. Sunt qui eo verbo Finem ſignificari putant. Quidam volunt Naeniam ideo dici, quod voci (*intelligo ipſas Syllabas* NENI) ſimilior querimonia flentium ſit. Quidam aiunt Naeniae ductum nomen ab extremi inteſtini vocabulo. Graeci enim νήτον extremum dicunt: ſiue quod chordarum vltima νήτη dicitur, extremam cantionis vocem naeniam appellarunt. *Haec ex* Feſto. *Sed operae pretium eſt, fragmenta ipſa huius loci, et Scaligeri adnotamenta conſiderare.* Nonius 2, 594 Naenia ineptum et inconditum carmen, quod adducta pretio mulier, quae praefica diceretur, iis, quibus propinqui non eſſent, mortuis exhiberetur. Varro de Vita Populi Rom. 4 Ibi a muliere, quae obtutum a voce eſſet, perquam laudari, deinde naeniam cantari ſolitam ad tibias et fides. *Hactenus* Nonius. Cic. de Legib. 2, 61 c. 24 Honoratorum virorum laudes in concione memorentur, easque etiam ad cantus ad tibicinem proſequantur. Cui nomen naeniae, quo vocabulo etiam Graeciae cantus lugubres nominant. *Vid.* Quinctil. 8, 2, 8. *Conf. ad h. l. Almelou. et Geſner. ad 1, 10, 32.* Dicere naeniam Plaut. Truc. 2, 1, 3. Canentibus naeniam principum liberis Suet. Aug. c. 100. Sepulcralis Sid. Epiſt. 7, 17. *i. carmen tumulo inſcriptum.* ¶ 2 Naeniam quoque deam veteres coluere, cui ſacellum extra portam Viminalem fuerat dedicatum, *vt ait* Feſtus. *Conf.* Arnob. 4 p. 131. ¶ 3 Plaut. Bacch. 4, 8, 46 Si tibi machaera eſt, nobis veruina eſt domi, qua quidem te faciam, ſi tu me irritaueris, confoſſiorem ſoricina naenia. *Quo loco Turneb.* Soricina naenia *non aliud quidquam videtur eſſe, quam Cantiuncula quaedam celebris de confoſſo ſorice, qui dum rodit, ſuo indicio plerumque confoditur. Proinde canebatur, Sorex ſuo indicio confoſſus periit, aut aliud quiddam ſimile. Vid. Scalig. Coniect.* p. 142 ſq. *et Lect. Auſon. 2, 1.* Nempe ¶ 4 Naenia *dicitur omne Dictum vulgatum, puerile, nugatorium.* Hor. Epiſt. 1, 1, 63

Roſcia dic ſodes melior lex, an puerorum eſt
Naenia, quae regnum recte facientibus offert,
Et maribus Curiis et decantata Camillis.

Phaedrus 3, 1, 10 Legesne, quaeſo, potius viles naenias? Si volueris longiorem nos aduerſus eum ſcribere librum, mitte naenias illius et ineptias Hieron. adu. Riparium, adu. Vigilantium, *extr.* Naeniae Numae Prudent. Paſſ. Laurentii v. 513. Naeniam pro Incantatione accipi *dicit* Porphyrio *apud* Hor. Epod. 17, 29 Caputque Marſa diſſilire naenia. Mixtaque eum magicis naenia Marſa ſonis Ouid. A. A. 2, 102. Naenia *etiam Nutricum cantio dicitur, qua pueris inducunt ſomnos.* Arnob. 7 p. 237 Vt ſomno occupari poſſint, lenes audiendae ſunt naeniae. ¶ 5 Naenia *fuit quoque dictum Extremum inteſtinum, quod* νηςὶν, *ſeu ieiunum, Graeci vocant.* Arnob. 7 p. 229 Quid naenia? quid offae? *Conf.* Plaut. Bacch. 4, 8, 47. *et ibi Taubm.*

NAENIOR *ſ.* NENIOR, āri. *Lamentari, vana loqui.* Cathol.

NAENV *ſ.* NENV pro Non, *antiquis fuiſſe in vſu, probat* Nonius 2, 580. Lucil. 30 Sed tamen hoc dicas, quid eſt ſi naenu moleſtum eſt. Varro, Si hodie naenu venis, cras quidem ſi veneris, *etc.* *Sic* a plerisque Naenu legitur ſine m. *Alii* Nenum *ſcribunt.* *Vid. ſuo loco.*

NAEVIA Silua dicta iuxta vrbem, quod Naeuii cuiusdam fuerit. Feſtus. *Nempe eſt Gentis nomen, e qua v. g. Poëta comicus vetuſtiſſimus, cuius meminit* Hor. Epiſt. 2, 1, 53 Naeuius in manibus non eſt, et mentibus haeret Paene recens, adeo ſanctum eſt vetus omne poëma. Naeuius, *epigramma ſibi poſuit plenum ſuperbiae Campanae,*

Immortales, mortales ſi foret fas flere,
Flerent diuae Camoenae Naeuium Poëtam:
Itaque poſtquam Orci traditus eſt theſauro,
Obliti ſunt Romae Latina lingua loquier.

Auctor Gellius 1, 24 Varro *autem* in lib. de Poëtis, *dicit* eum ſtipendia feciſſe primo bello Punico, idque bellum carmine ſcripſiſſe. Naeuia olea *eſt* Colum. 5, 8, 3. *et* 12, 48, 1.

NAEVIĀNVS, a, um. Adi. [Ναιβιανὸς] Cic. de Clar. Orat. 60 Illius autem aetatis qui ſermo fuerit, ex Naeuianis ſcriptis intelligi poteſt. Cic. Att. 1, 13 Noſti caluum ex Naeuianis illum laudatorem meum. *In plerisque tamen libris ſcriptum eſt, ex* Nanneianis, *ſed mendum ſuboles, rectumque videtur,* ex Naeuianis. *Reſpexit enim Cicero ad verſum* Naeuii, *cuius ita meminit in epiſtolis,* Laetus ſum laudarier me, inquit Hector, opinor apud Naeuium, abs te pater laudato viro. *M., inquit, Craſſus laudator ille meus, quem irridens* caluum *appellat, et* laudatum virum, *ſimilemque Naeuiano laudatori, negotium tranſegit et confecit. Turnebus.* Naeuiana pira Colum. 5, 10, 18 *et* 12, 10, 4.

NAEVVS, i. m. *Corporis inſigne, ſeu genuina macula.* Cic. de Nat. Deor. 1, 80 c. 28 At eſt corpori macula naeuus: illi tamen hoc lumen videbatur. Nullus in egregio corpore naeuus erit Ouid. Triſt. 5, 13, 14. Cognoſcere aliquem naeuo Cic. in Brut. 313. Naeui *etiam ſunt Mendae, vel vitia, vel crimina. Vid. Iuret. in* Symmach. p. 164. *Conf.* GNAEVS.

NAEVVLVS, i. m. Dimin. Apul. de Mundo p. 59 Minores inſulae, vt naeuuli quidam, per apertas ponti ſunt ſparſae regiones. Venuſtiores naeuuli Gell. 12, 1.

N A I

NĀĬAS, ădis. f. *Pl.*

NAĬĂDES, um. f. [Ναΐδες, Ναϊάδες] *Nymphae ſunt fontium, vel fluminum.* Naïas vna fuit Ouid. Met. 1, 691. Fontana numina, Naïades Ouid. Met. 14, 328. Naïdes Aequoreae Ouid. Met. 14, 557. Ouid. Faſt. 1, 512 Et nemorum diuae Naïadumque chori. Stat. Silu. 1, 5, 6 Alios poſcunt mea carmina coetus: Naïadas vndarum dominas. *Nonnulli legunt* Naïdas: *quod a Nominatiuo* Nais *deſcendit: illud vero a Nominatiuo* Naias. *Scilicet in optimis libris legitur* Naides, *quoties per tres ſyllabas a Poëtis effertur: vid. Burm.* ad Grat. Cyneg. v. 17. *Drakenb. ad* Sil. 5, 21. Heſperiae Ouid. Met. 2, 325. Puellae Virg. Ecl. 10, 10. Sorores Sil. 6, 288. Vdae Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 17. Naïades Virg. Ecl. 10, 10 *dicuntur, quae alias Oreades.*

NAĬCVS, a, um. Adi. Propert. 2, 32, 40 Suppoſita excipiens Naica dona manu. *Al.* Nai, caduca.

NAIS, ĭdis. f. [Νηΐς] *Nomen Nymphae aquaticae, a* νάω. Caerula Nais Stat. Silu. 3, 4, 42. Candida Virg. Ecl. 2, 46. Lubrica Stat. Silu. 1, 3, 62. *Add.* Calpurn. Ecl. 4, 69 *et quae modo de Plur.* Naides *diximus in* NAIAS *et* NAIADES.

N A M

NAM. [γὰρ, ὅτι] *Coniunctio cauſalis, primum tantum in conſtructione locum ſortitur.* Plaut. Curcul. 3, 23 De coclitum proſapia te eſſe arbitror: nam hi ſunt vnoculi. Ter. Andr. 2, 6, 27 Quidnam hoc rei eſt? quidnam hic vult veterator ſibi? nam ſi hic mali eſt quidquam, hem illic eſt huic rei caput. ¶ 2 *Obſeruationes:* Nam *vel* enim *adhibetur, vbi concedimus, quod alter dicit, ſed illud nibil ad nos pertinere, indicamus: Omittitur nempe,* Fateor, nec mirum, *aut ſimile quiddam.* Quinctil. 2, 11 *extr.* Magnas tamen ſententias, et res bonas elidunt? (*Fateor, nec mirum*) Nam et barbari et ſerui. *Vid. iocus* Populiae Marci F. *apud* Macrob. Sat. 2, 5 *extr.* Nam beſtiae ſunt Quinctil. 2, 20, 10. 6, 3, 63 *et* 77. Plin. Epiſt. 5, 20, 2. *Ita paſſim Graeci.* Nam, *non tam cauſam aliquando reddit, quam ingreſſum ſeu initium rei ſignificat, et poteſt illi interdum* Nempe *ſubſtitui, interdum* Porro, *aut continuatiua alia particula, quales ſunt etiam aduerſatiuae* Sed, Autem *etc.* *Non ideo dixerim ſimpliciter,* Nam *idem eſſe quod* Sed: *verum ad continuandam nouo velut initio orationem non minus adhibetur, quam* Sed *etc.* Ter. Andr. 1, 1, 24

Eo pacto et gnati vitam, et conſilium meum
Cognoſces, et quid facere in hac re te velim.
Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis, Soſia,
Liberius viuendi fuit poteſtas, *etc.* *i. Nempe.*

Aduerſatiua Sed *vel* Autem *aeque bene vtaris in illo* Cic. in Brut. 81 Fabius Pictor fuit et iuris, et literarum, et antiquitatis bene peritus. Quintusque Fabius Labeo fuit ornatus iisdem fere laudibus. Nam Q. Metellus, is cuius quatuor filii Conſulares fuerunt, in primis eſt habitus eloquens, *etc.* *Sic* Nam de ſtatua quis queritur Cic. pro Deiot. Nam, obſecro, vnde haec gentium? Plaut. Ciſt. 4, 1, 16. Nam, incipiendi vim habet. *Verba ſunt Donati in illud* prologi Adelph. 12

Eam nos acturi ſumus nouam; pernoſcite
Furtumne factum exiſtimetis, an locum
Reprehenſum, qui praeteritus negligentia eſt.
Nam quod iſti dicunt maleuoli, homines nobiles
Eum adiuuare, *etc.*

Idem Donatus *in illud* Hecyrae 1, 2, 100 Reliquit cum matre hic vxorem; nam ſenex rus abdidit ſe. Nam, *inquit*, inceptiua particula. Pſeudo-Cic. in Salluſt. 9 Nam, quod iſta inuſitata rabie petulanter in vxorem et filiam meam, *etc.* *Conf.* Marcell. l. 6 §. 1 D. de auro et arg. leg. *Pro continuandi particula etiam vtitur* Scribonius *v. g.* 16. 60. 120. 163. *Sic* Nam quid, *ſiue* Nam quis; *pro* Sed quid, *vel* ſed quis: *id eſt quid autem, vel quis autem?* Ter. Eun. 5, 2, 58 Quam tu rem actura obſecro es? T. nam quid ita? Virg. Georg. 4, 445 Nam quis te, iuuenum confidentiſſime noſtras, *etc.* Cic. Fam. 7, 1 Nam quid ego te athletas putem deſiderare, qui gladiatores contempſeris? Nam quid ago, aut quaenam ſpondet fortuna ſalutem? Virg. Aen. 12, 637. ¶ 3 Nam quis, quae, *vel* quod, *pro Quidnam.* Terent. Phorm. 5, 1, 5 C. Nam quae haec eſt anus exanimata, a fratre quae egreſſa eſt meo? Nam quae, *ait* Donatus, anaſtrophe: vt, Nam quis te, iuuenum confidentiſſime. Sed figura haec apta commotis eſt aliqua re noua. *Anaſtrophe idem valet, quod inuerſio: quum verbum, quod praecedere deberet, ſequitur. Rurſus* Phorm. 1, 4, 23 A. Nam quod ego huic nunc ſubito exitio remedium inueniam miſer? Nam quod *dixit, pro Quodnam.* ¶ 4 *Iungitur et aliis particulis.* Salluſt. in Catil. 51, 18 Nam profecto aut metus, aut iniuria te ſubegit Syllane, Conſulem deſignatum genus poenae nouum decernere. Quinctil. 10, 2 Nam quia quaedam ſunt inimitabilia, quibus, *etc.* *Permiſcetur in MSS. ſaepe cum* Iam, *v. v.*

NAMQVE *vel* NANQVE *idem.* Ter. Phorm. 5, 1, 5 Namque eſt haec anus a fratre egreſſa modo. Virg. Ecl. 1, 7 Namque erit ille mihi ſemper Deus. *Add.* v. 32. Cic. de Orat. 1, 101 Tum ille, Namque quod tu non poteris aut neſcies, quis noſtrum tam impudens eſt, qui ſe ſcire aut noſſe poſtulet? *Si ante illud* Namque *ponas* Recte *ſenſu ironico, orationem expleueris. Continuatiuum eſt* Cic. de Orat. 1, 61 c. 16 Namque illud quare, Scaeuola, negaſti te fuiſſe laturum.

NANCISCOR, ĕris, nactus ſum, nanciſci. [τυγχάνω, καταλαμβάνω, περιποιοῦμαι] *Significat habere incipere, plerumque tamen cum reſpectu ad fortunam. Neque enim* nanciſci *dicimur, quae ſtudio noſtro paramus, vt eruditionem, virtutem: ſed in quibus fortunae locus eſt, vt exempla docebunt.* Fit autem a Nancio, is, ſecundùm Priſcianum 10, 888. *Vid.* Feſt. in Nancitor. Nanciſci, *inquit* Donatus, proprie dicitur, qui paratus ad tenendum ante quam poſſit reperire quod teneat, ſtatim quod occurrerit, prehendit. Plaut. Rud. 3, 6, 33 Vt nactus es, abi bono animo. *Conf.* Caeſ. Bell. Ciu. 3, 8 *et* 23. Cic. Fam. 16, 6. Plaut. Capt. prol. 64 Proin ſi quis pugnam expetat, lites contrahat, valentiorem nactus aduerſarium ſi erit, ego faciam, vt pugnam inſpectet non bonam. Id. Caeſ. Bell. Ciu. 2, 26 Illi — nacti Auſtrum, naues ſoluunt. Belluas immanes nanciſcimur venando Cic. de Nat. Deor. 2, 161. Boni aliquid fortuiti nanciſci Id. Ibid. 3, 87 c. 36. Cauſam idoneam nanciſci Nepos 2, 6, 2. Cauſam moriendi ſe nactum eſſe Cato gaudebat Cic. Tuſc. 1, 74 c. 30. Id. pro Archia 5 Nactus eſt Conſules, *i. Romam venit iis Conſulibus, iisque placuit.* Hoſtes niualem nacti Diem Flor. 2, 6, 12. Facultatem Marcel. in l. Qui decem. §. Idem reſponſum eſt D. de ſolutionib. Fidem nacta Ouid. Faſt. 1, 476. Firmitatem Cic. Fam. 11, 12. Hami nacti ſunt Plaut. Rud. 4, 3, 46. Hoſpitium Id. Men. 2, 3, 65. Impudentiam Id. Bacch. 1, 3, 51. Ter. Andr. 5, 6, 3 More hominum euenit, vt quod ſim nactus Mali, prius reſciſceres tu, quam ego, quod tibi euenit boni. Morbum Nep. 25, 21, 2. Noctem ſubnubilam nactus Sall. Fragm. c. 11. *Conf.* Gell. 10, 26. Caeſ. Bell. Ciu. 3, 54. Id. Ibid. 3, 9 Nacti Occaſionem meridiani temporis. Cic. Fam. 4, 7 Pluribus verbis ad te ſcribam, quum plus Otii nactus ero. Id. de Fin. 1, 14 Quoniam nacti te, inquit, ſumus aliquando Otioſum, certe audiam quid ſit, quod, *etc.* Ter. Adelph. 3, 3, 66 Piſces ex ſententia nactus ſum: hi mihi ne corrumpantur, cautio eſt. Salluſt. Catil. 38 *pr.* Homines adoleſcentes ſummam Poteſtatem nacti. Poteſtatem per ſcelus Cic. de Nat. Deor. 3, 84 c. 35. Praedam in agro Ouid. Met. 3, 606. Pretium enim nanciſcetur, nomenque Poëtae Hor. de Arte Poët. 299. Cic. Verr. 1, 104 Sortem nactus eſt vrbanae prouinciae, magis ex ſua et Chelidonis, quam ex Populi Romani voluntate. Id. Ibid. 1, 58 Quo quidem tempore Iudices, iſte Spem maximam reliquorum quoque peccatorum nactus eſt. Spem maiorem aliquid impetrandi Cic. Fam. 15, 8. Venerem Plaut. Bacch. 2, 2, 39. Veſtitum Ter. Eun. 3, 5, 39. Tempeſtatem turbidam nactus Caeſ. Bell. Ciu. 2, 22. Tempora apta Ouid. Met. 9, 572.

NACTVS, a, um. *Actiue. Vid. ſupra. Paſſiue,* Hygin. Fab. 8 Ea occaſione nacta fugae ſe mandauit. *Add.* Idem Fab. 186. *Et* Fab. 28 Qui ab Apolline nacti ſunt interfecti, *quem locum emendatione non egere putamus.*

NANCTVS, *antique pro Nactus. Vid. Parei Lex. Crit. p. 769. Ita etiam Gronou.* Liu. 24, 34 *et* 35 *et* 36.

NĀNVS, i. m. [νάνος] *teſte* Gellio 19, 13 Graecum vocabulum eſt, quo antiqui vocauerunt breui corpore hominem, paullulum ſupra terram extantem, quem Latine Pumilionem dicimus. *Conf.* Feſt. Iuuen. Sat. 8, 32 Nanum cuiusdam Atlanta vocamus. *Scil. per iocum. Adde* Gell 16, 7. *et* Suet. Tiber. c. 61. Propert. 4, 9, 13 Nanus et ipſe ſuos breuiter concretus in artus. Nanus cum ſis, cede. *Vid. Chiliad.* ¶ 2 Nani etiam Equulei vel muli humiliores dicebantur Gell. 19, 13. ¶ 3 Vas aquarium *hoc nomine memorat* Varro de L. L. 4, 25 p. 30, 24 *vbi ita legi vult Scaliger,* Quo poſtea acceſſit Nanus (*vulgo* Μάγινος) cum Graeco nomine, et cum Latino nomine Graeca figura Barbatos. Feſtus, Nanum Graeci vas aquarium dicunt humile et concauum, quod vulgo vocant ſitulum barbatum. Vnde Nani pumiliones vocantur. *Hinc emendandae* Vet. Gl. Bardatus Νάννος τὸ σκεῦος. Leg. Barbatus.

NANA, ae. f. Lamprid. Alex. Seuer. c. 34 Nanos et nanas et moriones, populo donauit.

N A P

NAPE, es. f. Nomen canis apud Ouid. Met. 3, 212 a νάπη ſaltus. Napa, *vid. apud* Octau. Hor. 1, 2.

NĀPAEAE, arum. f. [Ναπαῖαι] Nymphae ſunt fontium, *vt ſcribit* Seruius. Nymphae, inquit montium, Oreades dicuntur; ſiluarum, Dryades: quae cum ſiluis naſcuntur, Hamadryades: fontium, Napaeae, vel Naïades: maris vero, Nereides. Faciles venerare Napaeas Virg. Georg. 4, 535.

NAPHTHA, *vel* NAPHTHE, ae. f. [νάφθα] *Genus bituminis* Plin. 2, 105 Similis eſt natura naphthae: ita appellatur circa Babyloniam, et in Auſtagenis Parthiae profluens, bituminis liquidi modo. huic magna cognatio ignium, tranſiliuntque protinus in eam vndecunque viſam. Ita ferunt a Medea pellicem crematam, poſtquam ſacrificatura ad aras acceſſerat, corona igne rapta. *Haec Plinii verba plurimum afferunt lucis* Horatio *ſic ſcribenti* Epod. 3, 13 Hoc delibutis vlta donis pellicem Serpente fugit alite. *Etſi iocatur, allio, non naphtha imbutam fuiſſe coronam. Appellare videntur Latini hoc genus bituminis liquidi, Oleum viuum.* Gratius 434 Vulcano condicta domus, quam ſubter eunti Stagna ſedent venis, oleoque madentia viuo. *Turneb. Sed conf. Vlitius. Add.* Plin. 2, 108. *et* 35, 15. Ammian. 23, 23. *Ex recentibus Olear. Itinerar. Perſ. 6, 9.*

NAPHTHAS, ae. m. Genus olei cedrino ſimile Salluſt. Fragm. Hiſt. 4 c. 29.

NAPI *et* NAPY. n. Indecl. Herba, Synapi Perſicum Plin. 27, 13. Idem 19, 8. *Dioſc.* 2, 184.

NAPVRA, ae. f. Funiculus ex ſtramento. Feſtus. *Al.* Nepura, quaſi non pura. *Al.* Naptura, ex ἅπτω necto.

NAPVS, i. m. [βουνιάς] *Genus rapi obtuſioris et breuioris.* Napi ſiluatici ſemen Scribon. 177. Columel. 2, 10 Napus deuexam terram amat et ſiccam. *Vid.* Plin. 20, 4. *et* 19, 10. *et* 5.

NAPĪNA, ae. f. *Locus, in quo ſeminantur napi.* Columel. 11, 2 Namque et napinae, itemque rapinae ſiccaneis locis per hos dies fiunt.

N A R

NAR, naris. m. [Νάρνος] *Fluuius, qui per vrbem Narniam effluens, Tiberi immiſcetur. Vid.* Plin. 3, 5. Virg. Aen. 7, 517 Sulphurea Nar albus aqua. Cic. Att. 4, 14 *vel inaeclinabiliter poſuit, vel neutro genere:* Lacus, *inquit,* Velinus a M. Curio emiſſus intereiſo monte in Nar defluit. *Conf.* Tacit. Ann. 1, 79, 3. *et* 3, 9, 2.

NARBO [Νάρβων] Martius, Galliae vrbs, decumanorum colonia, XII M. *Paſſ.* a mari diſtans Plin. 3, 4. Auſonius in Vrbium catalogo c. 13 Nec tu Martie Narbo ſilebere, *etc.* Cic. pro Font. 3 Eſt in eadem prouincia Narbo Martius, *etc.*

NARBONENSIS, e. Adi. [Ναρβωνησία] Narbonenſis prouincia, *vt ait* Plin. 3, 4 appellatur pars illa Galliarum, quae interno mari alluitur: Braccata ante dicta, a veſtium habitu: quum reliqua, a nutriendi capilli ſtudio Comata diceretur, quanquam ſunt, qui toti id nomen Galliae tribuant. Amne Varo ab Italia et Alpibus diſcernitur: a reliqua vero Gallia, montibus Cebenna et Iura: agrorum cultu, virorum morumque dignatione, amplitudine opum nulli prouinciarum poſtferenda. *Hactenus* Plinius. *Vid.* Melam 2, 5.

NARBONĬCVS, a, um. Adi. Narbonica vitis Plin. 14, 3.

NARCE, es. f. [νάρκη] *Centaurium maius Dioſc. 3, 6.* Narcen *Romani Torpedinem dicunt* Dioſc. 2, 15. *Conf.* Plinii locus *inf.* in NARCISSVS.

NARCISSVS, i. m. [Νάρκισσος] *Fertur Filius fuiſſe Cephiſi amnis, et Liriopes nymphae, qui, quum pulchritudine praeſtaret, a multis nymphis amatus eſt. Et quum nimio deſiderio potiundae nymphae contabuiſſet, mutatus eſt in florem ſui nominis. Fabula eſt* Ouid. Met. 3, 346. *Et* Stat. Theb. 7, 341. ¶ 2 *Hinc forte pulchritudinis omine dictus nobilis ille Claudii libertus, de quo* Sueton. Claud. c. 28. Iuuenal. 14, 328. Tac. Ann. 13, 1. ¶ 3 Narciſſus *flos eſt.* Purpureum lilium *vocari ait* Plin. 21, 5 ſ. 12. *Et* c. 19 ſ. 75 Narciſſi duo genera in vſu medici recipiunt: Vnum purpureo flore, et alterum herbaceum. hunc ſtomacho inutilem, et ideo vomitorium, aluosque ſolventem, neruis inimicum, caput grauantem, et a narce [νάρκη] narciſſum dictum, non a fabuloſo puero. Vtriusque radix mulſei ſaporis eſt *etc.* Virg. Ecl. 8, 53 Narciſſo floreat alnus. Lacrima narciſſi Virg. Georg. 4, 160. Purpureus Virg. Ecl. 5, 38. Sera comans narciſſus Virg. Georg. 4, 123.

NARCISSĪNVS, a, um. Adi. [ναρκίσσινος] Plin. 21, 19 ſ. 75 Ex hoc flore fit narciſſinum oleum ad emolliendas duritias.

NARCISSĪTES, ae. m. [ναρκισσίτης] *Gemma appellata eſt, quae narciſſi colorem habet, venis hederae diſtincta. Huius meminit* Plin. 37, 11.

NARDVS, i. f. *et* NARDVM, i. n. [νάρδος] *Herba odorata.* Frutex eſt *inquit* Plin. 12, 12 graui et craſſa radice, ſed breui, ac nigra, fragilique, quamuis pingui, ſitum redolente vt cyperi, aſpero ſapore, folio paruo denſoque, cacumina in ariſtas ſe ſpargunt, ideo gemina dote nardi ſpicas ac folia celebrant. Nardum Agrium Plin. 12, 12. Nardus Aſſyria Horat. Od. 2, 11, 6. Celtica nardus Plin. 21, 6. Scribon. 177. Indica 177. 120. Indicus 144. Syriacus 126. 170. Plin. 21, 6 Baccar quoque radicis tantum odoratae eſt, a quibusdam nardum ruſticum appellatum. Nardum Creticum Plin. 12, 12. Lenis nardi ariſtae Ouid. Met. 15, 398. Nardi folium Plin. 12, 12. Columel. 2, 20. Folia Scribon. 176. Nardi ſpica Plin. 13, 2. Spica nardi, ſ. Nardi ſpica Scribon. 36. 60. 70. 106. 258. Spica nardi. Indicae 120. Spica Syriacae 113. 176. Syriacae ſpica 116. Syriaci ſpica 271. Nardum Gallicum Columel. 12, 20. Plin. 12, 12. Purum l. 21 D. de Auro et arg. leg. Nardum ſilueſtre et ruſticum, *i.* Aſarum Plin. 12, 12 *et* 13. Syriacum Plin. 12, 12. ¶ 2 Nardus, *et* Nardum, *pro Vnguento nardino.* Tibul. 2, 2, 7 Illius puro diſtillent tempora nardo. Puro, *i. Non adulterato. Vid. Salmaſ. Exerc.* Plin. *Sic* 1, 7, 51 *dixerat,* Illius et nitido ſtillent vnguenta capillo, Et capite et collo mollia ſerta gerat. *Veteres enim epulabantur vnguentati.* Hor. Carm. 2, 11, 16

Cur non ſub alta vel platano, vel hac
Pinu iacentes ſic temere, et roſa
Canos odorati capillos,
Dum licet, Aſſyriaque' nardo
Potamus vncti? *Quemadmodum Roſa dixit pro*

Roſaceo, ſic Nardo *pro* Nardino. Nec coma vos fallat liquido nitidiſſima nardo Ouid. A. A. 3, 443. *Al.* liquido. *Rurſus* Tibull. 3, 6, 63 Iamdudum Syrio madefactus tempora nardo, Debueram ſertis implicuiſſe comas. *Vulgati codices habent* Tyrio, *ſed non recte, vt opinor: id quod docet carmen Horatianum ante citatum.* Idem Hor. Epod. 5, 59 *eodem ſignificatu dixit,* Nardo perunctum. *Et* 13, 13 — Achaemenia Perfundi nardo iuuat. *Et* Carm. 4, 12, 17 Nardi paruus onyx. Nardi Syriaci *ſemel et iterum meminit* Celſus 6, 7.

NARDĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. Gratius in Cyneg. 314 Nardifer Ganges.

NARDĪNVS, a, um. Adi. [νάρδινος] *Quod nardum redolet, vel quod potius nardi ſaporem habet.* Plin. 15, 15 Pira ab odore myrapia, laurea, nardina. Vnguentum nardinum, *Ex nardo vel ſpica nardi factum* Plin. 13, 1.

NARDOSTACHYON, i. n. *Alias ſpica nardi* Apic. 7, 6.

NARDOSTATIVS, i. m. *Idem cum praecedente, ap.* Theod. Priſcian. de Diaeta c. 15.

NARĪCA, ae. f. *Auctore* Feſto, Genus eſt piſcis minuti. Plaut. Muriaticam video in vaſis ſtagneis, naricam bonam et canutam, et taguma, quinas fartas conchas piſcinarias. *Locus varie tentatus a criticis. Scal. ad* Varr. de L. L. p. 126 *ad* p. 74, 10 *ſic reſtituit,*

Muriatica autem video in vaſis ſtanneis
Bonam naritam, et camarum et tagenia,
Echinos fartos, conchas piſcinarias.

Naritam *dicit eſſe* νηρίτην *Graecorum, oſtrei genus. Ad ipſum Feſtum eadem, niſi quod* Equinos *retinet* ἀρχαϊκῶς *ſcriptum pro* Echinos. *Pro* camarum canatam *malit aliquis, quod ad* canutam *librorum propius accedit. Sed melius eſt, ſi cui otium eſt, ad Feſti interpretes adire, quibus lectis, nihil certi eſſe cognoſces.*

NĀRIS, is. f. [ῥίν] *Nares proprie Latiores naſi partes, in quibus ſunt ſpiracula,* a naritate, *inquit* Donatus *ad* Ter. Ad. 3, 3. quae nos odoratu doceant praeſto et prope eſſe quod adhuc oculi non vident. Naritas *quaſi* Gnaritas *videtur dicta Donato, a* Narus; *ſ.* Gnarus, *vnde* Ignarus. *Vid. mox* Feſtus. Naris, *Nominat. ſingul. apud* Ouid. Met. 12, 253 Acta retro naris, medioque infixa palato eſt. *Et* 315 Qua naris fronti committitur. Plin. 11, 2 Item omnium auriculae ac nares, quae modicum eminent, flexili mollitia, naturae prouidentia, ne frangerentur. Feſtus: Nares appellari putant, quod per ea naſi foramina odoris cuiusque gnari ſimus. *Melius Voſſio iudice dici a Graeco per inuerſionem literarum, vt Latinis conſuetum eſt* ῥῖνες nares, *vt* μορφή forma, et τέρην tener, *et multa huiusmodi.* Lactant. de Opif. Dei c. 11 Nares idcirco ſic nominantur, quia per eas vel odor, vel ſpiritus nare non definit. Foramina narium Scribon. 47. Odor grauis 50. Pator narium 47. Tumor 52. Vlcera in naribus 48. Recte ſurſum ſunt nares, quod odor omnis ad ſupera fertur Cic. de Nat. Deor. 2, 141. Naribus deriſus, contemtus, faſtidium, ſignificari ſolet

let Quinctil. 11, 3, 80. *vbi qui geſtus narium dedeceant oratorem, docetur.* Acutae *de iudicio nimis acri et ob id iniquo* Hor. Serm. 1, 3, 29 Iracundior eſt paullo; minus aptus acutis Naribus horum hominum. Aduncis naribus ſpiritu os augetur Cic. de Nat. Deor. 2, 134. Aduncae ſpiramina Lucan. 2, 183. Balba de nare loquutus Perſ. Sat. 1, 33. Caua Ouid. de Arte Am. 1, 520. Compreſſae Lucret. 6, 1191. Emunctae naris durus componere verſus Horat. Serm. 1, 4, 8 *de Lucilio.* Porphyrio *refert ad* Verſus, appellans Verſus emunctae naris Elegantes et decentes. Acron *refert ad* Lucilium, *interpretaturque* Sapientem: quia e contrario, *inquit*, mungoſum ſtultum appellamus. Emunctae *igitur et* purgatae naris *dicetur, is qui naſum emunctum et non mucoſum habet. Porro qui nares purgatas habet, acrius olfacit, et clarius loquitur. vnde facilius poteſt alienorum vitiorum foetorem ac graveolentiam indagare, et liberius arguere. Adde quod mucoſos non niſi emuncti ſolent irridere.* Geminae Virg. Georg. 4, 300. Humentes Suet. Claud. c. 30. Obeſae naris iuuenis, *Qui nihil olfacit: hoc eſt ſtupidus* Hor. Epod. 12, 3. *Conf. Torrent. ad h. l.* Obſeſſae igni Sil. 7, 358. Patulis captauit auras bucula Virg. Georg. 1, 376. Piloſae Iuuen. Sat. 14, 194. Firmicus 8, 9 Nutrient etiam canes, qui ferarum cubilia, et latentes latebras praeſagis naribus perſequantur. Remiſſae a fronte Ouid. Met. 14, 95. *Al.* Reſimae, *quod Burm. etiam probat. De ſimiis ſermo eſt.* Reſimae patulaeque, *vid.* PATVLVS. Sagaci nare ſentire aliquid Lucan. 7, 829. Truncae inhoneſto vulnere Virg. Aen. 6, 497. Tumidae Valer. Argon. 1, 221. Vtraeque nares Scribon. 47. ¶ 2 *Verborum formulae:* Cic. Tuſc. 3, 43 Expones quae ſpectet, florida et varia, faſciculum ad nares admouebis, incendes odores, et fertis redimiri iubebis et roſa. Corrugare Hor. Epiſt. 1, 5, 23. Quinctil. 11, 3, 80. Nare Detorta magiſtrum ſuum varie cauillantur Apul. Met. 8 p. 213. Diducere Quinct. 11, 3, 80. Erumpit ſanguis e naribus Scribon. 46. Cic. de Diuin. 1, 15 Mollipedeſque boues ſpectantes lumina caeli, Naribus humiferum duxere ex aëre ſuccum. Indulgere naribus, *Irridere, ſubſannare: quod et Naſo ſuſpendere adunco dicitur* Perſ. 1, 40. Infundere in, *vid.* INFVNDO. Infundere per, *vid.* INFVNDO. Inquietare nares digito Quinctil. 11, 3, 80. Loqui de nare Perſ. 1, 33. *i. per.* Offendit nares nidore lumen extinctum Lucret. 6, 793. Patent nares propter neceſſarias vtilitates Cic. de Nat. Deor. 2, 145. Reducere auras naribus Lucret. 4, 990. Reſupinare plana manu Quinct. 11, 3, 80. Spirantes tauri ignem Virg. Georg. 2, 140. Vti Hor. Epiſt. 1, 19, 45. *Prouerbialis eſt loquutio, ſignificans Inflexis naribus irridere. Narium enim inflexio irridentium geſtus eſt. μυκτηρίζειν Graeci dicunt.* Narium taedia et graueolentiam emendat ſuccus hederae Plin. 24, 4. ¶ 3 Nares *tribuuntur canalibus* Vitruu. 7, 4 *i. Exitus, quibus humor egreditur in locum patentem. Vid. Bald. Lex. et* Vopiſc. Prob. c. 21. *Salmaſ.*

NARINOSVS, a, um. Adi. *Apertis naribus.* Lactant. 5, 12 *extr.* Dii narinoſi, quod odoribus turis colantur. *Al.* carioſi *vel* varicoſi.

NARITA, *vid.* NARICA.

NARITAS, ātis. f. *Quaſi* Gnaritas, *intelligentia, notitia, a* Narus, *i.* Gnarus *v. v. Auctoritatem* Donati *modo dedimus in* NARIS. *Conf.* GNARITAS *ſub* GNARVS.

NARITIA, *vid.* NARYCIVM.

NARNA, *vel* **NARNIA**, ae. f. [Ναρνία] *Auctore Strab. lib. 5. Vmbriae ciuitas, per quam* Nar *labitur, a quo et nomen accepit.* Sil. 8, 459 Hiſpellum, et duro monti per ſaxa recumbens, Narnia. *Conf.* Liu. 10, 9. *et* Plin. 3, 14. *Vid.* NAGNIA.

NARNIENSIS, e. Adi. Ager Narnienſis Plin. 31, 4. Populi Narnienſes Idem 3, 14. Tribus Narnienſis, *vid.* TRIBVS.

NARONA, ae. [Νάρων] *Fluuius Dalmatiae, Ptolemaeo* 2, 17. *Melae* 2, 3 *extr.* Nar *dicitur. Item, Vrbs eiusdem regionis appoſita cognominis ſui fluuio, vnde et nomen accepit, a* Salona LXXII M. paſſ. diſtans. Plin. 3, 22. Cic. Fam. 15, 6.

NARRO, āre. [διηγέομαι, ἀφηγέομαι, ὑφηγέομαι] *Dicere, referre, quid actum ſit.* Donatus, Narrare aliena, et quae nobis non ſunt neceſſaria, dicimus. Ter. Eun. 5, 5, 28 Tu iſti narrato omnem rem ordine vt factum ſiet. Idem Andr. 3, 1, 8 Bonum ingenium narras adoleſcentis. Quid narras! Admirantis vox, non interrogantis, *inquit* Donatus *ad* Ter. Adelph. 4, 2, 19 Quid (malum) bone vir mihi narras! equidem perii. *Habet notionem adiunctam contemptus, vbi narrare aliquem dicimus, quae nos falſitatis arguimus.* Ter. Andr. 2, 2, 30 Num videntur conuenire haec nuptiis? P. non opinor Daue. D. opinor, narras? non recte accipis, certa res eſt. *Reprehendit vſum verbi* Opinor. Quas mulieres narras? Plaut. Truc. 2, 2, 29. ¶ 2 *Conſtruitur varie.* Cic. Att. 3, 15 Alteram qua Craſſi libertum ais tibi de mea ſolicitudine macieque narraſſe. Idem Fam. 3, 1 Iucunda mihi eius oratio fuit, quum de animo tuo, de ſermonibus, quos de me haberes, quotidie mihi narraret. *Et* de Orat. 2, 241 Eſt autem haec huius generis virtus, vt ita facta demonſtret, vt mores eius, de quo narres, vt ſermo, vt vultus omnes exprimantur. Nauita de ventis, de tauris narrat arator Propert. 2, 1, 43. Bene, Male narras: *i. iucundi vel moleſti aliquid; vid. Parei Lex. Crit. p. 769.* Cic. Att. 16, 13 Male narras de Nepotis filio. Bene narras *et* Male narras, *eleganter dicimus: illud, quum iucundam rem audimus: hoc, quum moleſtam.* Caſum aliquem Ouid. Met. 11, 588. Fabellam ſurdo aſello Hor. Epiſt. 2, 1, 199. *Sic* Mutato nomine de te Fabula narratur Horat. Sat. 1, 1, 69. Iucunde aliquid de aliquo, *vid.* IVCVNDVS. Memoriter, *vid.* MEMOR. Ordine, *vid.* ORDO. Peraeque, *vid.* PERAEQVVS. Pericula ſua Propert. 2, 28, 46. Singula Ouid. Epiſt. 6, 39. Stomachum Plin. Epiſt. 9, 17, 2. Suſpicioſe aliquid Quinctil. 4, 2 *ſic vt ſuſpicionem excites.* Vulgo aliquid Hor. Epiſt. 1, 13, 16. Ter. Hec. 1, 2, 70 Narratque vt virgo a ſe integra etiam tum ſiet. Narra mihi, reges Armenii patricios ſalutare non ſolent? Cic. Att. 2, 7. Narro tibi, plane relegatus mihi videor poſteaquam in Formiano ſum Cic. Att. 2, 11. Narro tibi, haec loca venuſta ſunt. *i. Dico. Add. ibid.* 13, 51 *extr.* *et* 15, 21 *pr.* *et h. l. Malaſpin.* Narrauit antiquitas, *vid.* ANTIQVVS. Narrat epiſtola Plaut. Pſeud. 4, 2, 51. Rumor Martial. 3, 87. Plin. 11, 37 Solui enim pericula et metus narrant. Lux, breuitas, fides, conſilium, et occulta calliditas narrandi Quinctil. 2, 5. Tempora narrando fallere Ouid. Triſt. 3, 3, 12.

NARRANS, antis. Partic. Pendet narrantis ab ore Virg. Aen. 4, 79. Ouid. Met. 11, 588 Omnia ad Halcyonem veros narrantia caſus. Idem Epiſt. 1, 30.

NARRĀTVS, a, um. Partic. [διηγηθείς] Fabula narrata eſt Ouid. ex Pont. 3, 2, 97. Narrata vulgo Plin. 11, 52. Magicis narrati artibus Idem 11, 37. *Conf.* Hor. Sat. 2, 5, 1.

NARRĀTVS, ûs. m. [διήγημα] Ouid. Met. 6, 499 — veniet narratibus hora Tempeſtiua meis.

NARRATVRVS, a, um. Part. [διηγησόμενος] Stat. Silu. 5, 3, 207 Verbaque dilectae fert narraturus Hetruſcae.

NARRATIO, ōnis. f. [διήγησις, ἀφήγησις] *Eſt, Rerum geſtarum, aut perinde vt geſtarum expoſitio.* Cic. Attic. 6, 2 Is multis nominibus in Trophonana Charonis narratione Graecos in eo reprehendit, quod, *etc.* Aperta atque dilucida Quinctilianus 4, 2. Narratio, eſt Rerum explicatio, et quaedam quaſi ſedes ac fundamentum conſtituendae fidei Cic. in Partit. 31. Aperta, breuis, et veriſimilis Idem de Orat. 2, 80 c. 19. Arida, et ieiuna Quinct. 2, 4. Conſtricta, an latius fuſa narratio: continua, an diuiſa: recta, an ordine permutato, cauſae docebunt Idem 2, 13. Credibilis Idem 4, 2. Credibiles, non hiſtorico, ſed prope quotidiano ſermone dilucide explicatae narrationes Cic. in Orat. 124. Obſcura totam obcaecat orationem Idem ibidem 2, 329 c. 80. Preſſae narrationis gracilitas Quinctil. 4, 3. Sinuoſa Idem 2, 4. Amputandae, *vid.* AMPVTO. Dicere narrationem Quinctilianus 2, 20. Exponere Cic. in Orat. 210.

NARRATIVNCVLA, ae. f. Dimin. [διηγημάτιον] Quinct. 1, 9 Narratiunculas a Poëtis celebratas, notitiae cauſa, non eloquentiae tractandas puto.

NARRĀTOR, ōris. m. [διηγητής] *Qui narrat.* Cic. de Orat. 2, 219 c. 54 Caeteri non exornatores rerum, ſed tantummodo narratores fuerunt. Faceti narratores et imitatores Cic. de Orat. 2, 54.

NARRITO, are. Cathol. *frequenter narrare.*

NARRABĪLIS, e. Adi. [διηγητός] Ouid. ex Ponto 2, 2, 61 Lingua ſile, non eſt vltra narrabile quidquam.

NARTES, Populi in Vmbria regione Italiae, qui alias Interamnates dicuntur, *teſte* Plin. 3, 14.

NARTHEX, ēcis. m. [νάρθηξ] *Graecis, Ferula Latinis.* Plin. 13, 12 Ferula calidis naſcitur locis, atque trans maria, geniculatis nodata ſcapis. Duo eius genera: nartheca Graeci vocant, aſſurgentem in altitudinem, narthecian vero ſemper humilem. A genibus exeuntia folia maxima, vt quaeque terrae proxima. Caetero natura eadem quae anetho, et fructui ſimilis.

NARTHECIA, ae. f. *Ferulae minoris ſpecies, al. Ferulago.* Plin. 13, 22.

NARTHECIVM, i. n. [ναρθήκιον] *Pro Repoſitorio medicamentorum ponitur, etiamſi ex alia materia fuerint facta: quod id genus ligni accommodatum ſit ad ſeruanda medicamenta.* Cic. de Finib. 2, 22 c. 7. Iam doloris medicamenta illa Epicurea, tanquam de narthecio promat, *etc. Eraſmus pyxidem intelligit, vnde pharmacopolae depromunt medicamenta.* De narthecio, *id eſt ex parato, et ad manum. Cornarius in lib. 6. Galeni de Compoſ. phar. diſſentit his verbis: Sorani νάρθηκα citat Aëtius* 8, 44. *Arbitror autem receptum fuiſſe morem Graecis medicis, vt libros ſuos medicamentarios νάρθηκας et ναρθήκια inſcriberent: atque ſic etiam illud* Cic. de Finib. 2, 22 c. 7 *ſic accipio,* Iam doloris medicamenta, *etc.* De narthecio, *hoc eſt de libro medicamentario narthecio inſcripto. quanquam non ignorem, aliquos pyxidem medicamentariam per Narthecium accipere, haud ſcio qua ratione ductos. Nobis certe conſentit etiam* Martialis *Poëta in* Apophor. 14, 78 *qui eiuſmodi Narthecia capſulis eboreis incluſa fuiſſe dicit:* Artis ebur medicae, *etc. Nec ignoro aliis aliter hunc locum accipi. Haec ille.*

NARTHECVSA, ae. f. [Ναρθηκοῦσσα] *Inſula eſt in mari Carpathio, cuius meminit* Plin. 5, 31.

NARYCIVM, i. n. [Ναρύκιον] *Oppidum Locrorum vetuſtiſſimum, vnde Aiax fuit: et* Narycii *populi, de quibus* Virg. Aen. 3, 399 Hic et Narycii poſuerunt moenia Locri. *Abundant autem pice optima, vt teſtatur* Virg. Georg. 2, 438 Et iuuat vndantem buxo ſpectare Cytorum Naryciaeque picis locus. *Nempe*

NARYCIVS, a, um. Adi. *Vid.* Auſon. Epiſt. 4, 18. Colum. 10, 386. *et* Virg. *ſupra.*

N A S

NASAMŌNES, um. Pl. *Populi ſunt in Lybia, iuxta Syrtes, ſpoliis naufragorum viuentes, vt ſcribit Herodotus* 4. Lucan. 9, 443 Hoc tam ſegne ſolum, raras tamen exerit herbas, Quas Naſamon gens dura legit, *etc.* Plin. 5, 5 In ora Syrtis Naſamones, quos antea Meſammones Graeci appellauere ab argumento loci, medios inter arenas ſitos. Aequoreus Naſamon Sil. 3, 320. Inops Lucan. 4, 679. Pauper Lucan. 9, 458. Semihomines Sil. 11, 180.

NASAMONIVS, a, um. Adi. [Νασαμώνιος] Sil. 7, 609 Naſamonius Idmon. Nemus Naſamonium Senec. Herc. Oet. f. 13. Sidonius Carm. 9, 257 *ad Numidas vsque transmouet,* Et vinctum Naſamonium Iugurtham.

NASAMONIĀCVS, a, um. *Aliud* Adi. [Νασαμωνιακός] Agri Naſamoniaci ditiſſimus Ouid. Met. 5, 129. Rex Naſamoniacus Stat. Silu. 4, 6, 75. Triumphi Sil. 16, 631.

NASAMONĪTES, ae. m. Gemma ſanguinea, nigris venis adſperſa Plin. 37, 10.

NASATVS, *vid.* NASVS.

NASCĀLE, is. n. *Peſſus, ad vterum mulierum medicatus.* Conſt. Afer 5, 12 Naſcale Paulli ad calidam vuluam. *Vid. Reineſ. ad* Petron. Fragm. p. 109. *Burm.* p. 362. *Morgagn. Epiſt. in Celſ.* p. 19 *ad* 5, 21 *extr.*

NASCOR, ĕris, nātus ſum, naſci. [γεννάομαι] *Ex vtero matris prodire, vel quocunque modo eſſe incipere, oriri.* Non Naſci, homini longe optimum eſſe: proximum autem, quam primum mori Cicero Tuſcul. 1 c. 48 *pr.* Qui Mortui naſcuntur, neque nati neque procreati videntur l. 38 D. de V. S. Naſci equinis pedibus Plin. 4, 13. Naſci in pedes Idem 10, 53. Naſci, et in lucem edi Cic. de Legib. 1, 16. Ter. Heaut. 5, 4, 7 Ita mihi atque huic ſis ſuperſtes, vt ex me atque hoc natus es. Natus ex ea familia Ter. Adelph. 3, 1, 10. Ex fratre et ſorore nati Nepos 14, 2, 2. Eodem patre nata Idem 5, 1, 2. Iiſdem parentibus Idem 20, 1, 4. Patre claro Hor. Serm. 1, 6, 58. Patre certo Cic. pro Roſc. Amer. 46. Illa matre Liu. 1, 3. Orpheus Matre muſa natus Cic. Nat. Deor. 3 c. 18. Iuſta vxore Idem Tuſc. 1, 85. Macrob. Saturn. 7, 3 Commendat ſcomma et conditio dicentis, ſi in eadem cauſa ſit: vt ſi alium de paupertate pauper irrideat, ſi obſcure natum natus obſcure. Summo genere Plaut. Ciſt. 1, 1, 26. Cic. Verr. 5, 100 Natus genere nobili. *Conf.* Nep. 1, 1. Cic. Fam. 11, 22 Natus ſummo loco. Pulchra Origine Virg. Aen. 1, 290. Dea

Dea Virg. Aen. 1, 586. Humana matre Plaut. Amph. Prol. 28. Natus male volente genio Plaut. Bacch. 4, 3, 4. Idem Capt. 2, 2, 27 Quo de genere natus eſt illic Philocrates? P. Polyplusio. De pellice Ouid. Met. 4, 422. Nata res ex tempore Cic. de Inuent. 1, 25. Inter agros et armenta Tibull. 2, 1, 67. Natus Athenis Plaut. Rud. 3, 4, 34. Natus ibidem Idem Poen. 5, 2, 78. Natus in Apulis Idem Mil. 3, 1, 53. Natus *et* Oriundus *differunt.* Liu. 24, 6 Hippocrates et Epicides, nati Carthagine, ſed oriundi a Syracuſis, exule auo. Natus animo leni Ter. Hec. 2, 2, 28. Natus cum virtutibus Plaut. Rud. 2, 2, 15. In dedecore natus Verres Cic. Verr. 3, 60. Sine crimine natus, *i. Non ex adulterio, inceſtu, amore meretricio* Ouid. Amor. 3, 4, 39. Per ſcelera Senec. Agamem. ſ. 13. ¶ 2 *Participium* Natus *ſaepe indicat idem, quod natura aptus ad aliquid.* Cic. pro Sext. 89 c. 42 Nam quid ageret vir ad dignitatem et gloriam natus? Idem de Finib. 5, 58 Ergo hoc quidem apparet, nos ad agendum eſſe natos. *Sic* ibid. 2, 39 Hi non viderunt, vt ad curſum equum, ad arandum bouem, ad indagandum canem: ſic hominem ad duas res, vt ait Ariſtoteles, ad intelligendum et agendum eſſe natum. Ter. Heaut. 3, 1, 12 At ego profecto ingenio egregie ad miſeriam natus ſum. Ad arma Ouid. Triſt. 4, 10, 18. Ad bella Cic. pro Lege Manil. 42. Sil. 15, 463. Ad facinus praedamque Cic. Philipp. 11, 37. Ad facultatem quandam dicendi ſingularem Idem pro Corn. Balb. 3. Ad furta nata manus Ouid. Met. 13, 111. Ad hoc vnum natus, aut in hoc ſolo ſe exercuit, aut huic generi ſtudet vni aliquis Cic. in Orat. 99. Ad honeſtatem natum genus hominum Id. in Partit. 91 c. 27. Ad iugum natae boum ceruices Idem de Nat. Deor. 2, 159. Ad iuſtitiam nos eſſe natos intelligere, nil praeſtabilius Idem de Legib. 1, 18. Ad laudem et decus nati, ſuſcepti, et inſtituti ſumus Idem de Finib. 5, 65. Ad alterius libidines flagitioſas natus atque aptus Cic. Verr. 2, 134. Ad ſocietatem et communitatem generis humani nati ſumus Idem de Finib. 4, 4. Ad ſumma omnia natus Pompeius Cic. de Clar. Orat. 239 c. 68. Ad haec deorum beneficio tempora natus Caeſar Idem Philipp. 12, 9. Idem Tuſc. 1, 9 Quoniam autem etiam mortui miſeri ſunt, in miſeriam naſcimur ſempiternam. In otia Ouid. Met. 15, 711. In ſpem Liu. 26, 6. In vſum laetitiae ſcyphi Hor. Carm. 1, 27, 1. Abdomini natus, non laudi atque gloriae Cic. in Piſon. 41 c. 17. Foro et multitudini nata eloquentia Id. de Clar. Orat. 282. Imperio huic Idem pro Cael. 59. Inſtaurandis, reparandisque bellis nata gens Liu. 24, 42. In Literis nati Graeci Cic. de Orat. 3, 131 c. 32. Id. pro Sext. . . Cum his qui ſe patriae, qui ſuis ciuibus, qui laudi, qui gloriae, non qui ſomno et conuiuiis et delectationi natos arbitrentur. Ter. Adelph. 4, 2, 6 Nequeo ſatis decernere: niſi me credo huic eſſe natum rei, ferundis miſeriis. Sil. 3, 335 His paruus ſonipes, nec Marti natus. Idem 6, 340 Tibi dextera et Vrbi nata tuae triſti damnatur ſorte catenae. *Illuſtrat ex* Liuio *praeſertim hoc genus formularum Gron. Obſ.* 4, 17. ¶ 3 Mihi iterum natus videor, quod te reperi Plaut. Poen. 5, 2, 117. Iterum natus videor, ſi vera audias Plaut. Capt. 4, 2, 10 *Nempe naſcimur cum periculo et dolore matris ac noſtro. Laetantur, qui circumſtant, poſt partum felicem.* Hor. Epiſt. 1, 17, 10 Nec vixit male, qui natus moriensque fefellit. *Graece loquutus eſt, inquit Lambinus, Latino ſermone; ſic enim illi loquerentur,* ὃς ἔλαθε γενόμενός τε καὶ θανών; *qui natus et mortuus latuit: id eſt quem neque natum, neque mortuum eſſe quisquam mortalium ſciuit. Sic loquitur* Cic. Fam. 9, 15 Quos ego non modo reges appellatos, ſed omnino natos neſciebam. *Reſpexit autem illud Epicuri* λάθε βιώσας *quod improbat et refellit Plutarchus. Huius autem loci ſententia eſt: fortunatum eum iudico, qui ignotus, inhonoratus, inglorius curſum vitae confecit. Haec ille. Commune poſſet eſſe dictum, nec inepte vſurpari in eos, qui nihil, quod laude dignum ſit, in vita vnquam geſſerunt.* ¶ 4 *Formulae aliae:* Cic. pro Cluent. 43 Pro eo, quod ſe non ſolum ſuis commodis, ſed etiam ſuorum municipum, caeterorumque neceſſariorum natum eſſe arbitrabatur. Patriae, non ſibi natus Cato Cic. pro Muraen. 75. Ita nati ſumus, vt et blandiri et ſuppliciter inſinuare iis, a quibus eſſet petendum, et aduerſarios minaciter terrere poſſimus Id. de Orat. 1, 90. Nos numerus ſumus, et fruges conſumere nati Hor. Epiſt. 1, 2, 27. Annos quinque Plaut. Mil. 3, 1, 35. Cic. de Senect. 14 Mortuus eſt (quum ego quinque et ſexaginta annos natus, legem Voconiam voce magna et bonis lateribus ſuaſiſſem) annos ſeptuaginta natus: tot enim vixit Ennius. Annos ad quinquaginta natus Idem pro Cluent 100 c. 40. Annos natus vndeoctoginta Hor. Serm. 2, 3, 118. *Add.* Cic. de Cl. Orat. c. 43. *et* 64. Nata herba ad ſpem foeniſeciae Varr. de R.R. 1, 47. Copioſiſſime naſci, *vid.* COPIA. Lente, *vid.* LENTVS. Bene, male natus ager Varr. de R. R. 1, 6 *pr.* Alni naſcuntur craſſis paludibus Virg. Georg. 2, 111. Poma per annos continuos naſcuntur Ouid. de Nuce 21. ¶ 5 Naſci, *vt diximus, eſt exiſtere, oriri. Adfertur ex* Donato, Natum dicitur de rebus repentinis. Cic. de Amicit. 35 Magna etiam diſſidia, et plerumque iuſta naſci. Plaut. Mil. 2, 3, 10 Neſcis tu fortaſſe, apud nos facinus, quod natum eſt nouum. *Etiam de arte factis dicitur, vt ap.* Hor. Od. 1, 27, 1. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 3, 335. Cic. pro Quint. 85 Ex quo vno haec omnia nata et profecta eſſe concedit. Naſci *et* Occidere, *contraria* Idem in Orat. 10. Exoriri et naſci, Extingui atque opprimi, *contraria:* Idem de Lege Agrar. 2, 89 Hic vero in oculis Senatus Populique Romani nihil poſſe exiſtere, quod non ante extingui atque opprimi poſſet, quam plane exortum ac natum eſſet. Oritur a ſe, et ſua ſponte naſcitur amor Idem de Finib. 2, 78 c. 24. Naſcentis Anni clementia Colum. 11, 3. Cic. Fam. 16, 22 Scribes ad me, vt mihi naſcatur epiſtolae Argumentum. *h. e. Vt inde ſumam argumentum ad te ſcribendi.* Collis naſcebatur Caeſ. Bell. Gall. 2, 18. Conſularis a vobis natus Cic. poſt Red. ad Quir. 5. *Conf. Turneb. Adverſ.* 22, 3. Diſcordiae multae naſcebantur de plebiſcitis Pompon. in l. 2 §. Deinde quum eſſet D. de orig. iur. Cic. de Finib. 1, 32 Sed vt perſpiciatis, vnde omnis iſte natus ſit Error, voluptatem accuſantium, doloremque laudantium, totam rem aperiam. Idem Tuſc. 1 8 Ergo ita naſcetur Exordium. Hiſtoria maxima naſcitur de nihilo Propert. 2, 1, 16. Lapis naſcitur in confinio Marcel. in l. pro regione D. de acquir. rerum domin. Locus ita natus eſt Liu. 9, 2. *i. Ea natura loci.* Cic. Verr. 5 Binos habebam: iubeo promi vtrosque, ne quid plus Mali naſceretur. Natus Nemo Plaut. Ciſt. 2. 1, 56. *et* 2, 2, 21. *vbi abundat.* Odia naſcuntur ex cupiditatibus Cic. de Fin. 1, 44. Idem Fam. 16, 21 Enitar vt, in dies magis magisque haec naſcens de me duplicetur Opinio. Nunc demum iſthaec nata Oratio eſt Ter. Adelph. 5, 3, 19. Ordo maior rerum mihi naſcitur Virg. Aen. 7, 44. Palaeſtra ad eam rem nata Lucil. *ap.* Porphyr. in Hor. Carm. 1, 27. Peſtis eſt nulla tam deteſtabilis, quae non homini ab homine naſcatur Cic. Off. 2, 16 c. 5. Res nata ex tempore Idem de Inuent. 1, 25. *vid.* RES. E *vel* pro Re nata, *vid. in* RES. Cic. de Finib. 2, 34 Ergo nata eſt Sententia veterum Academicorum, et Peripateticorum, vt finem bonorum dicerent, ſecundum naturam viuere. Huc ades et genium Templis naſcentibus infer Stat. Silu. 3, 1, 28. Voluptas Lucan. 2, 391. Cic. Acad. 4, 105 Mare illud, quod nunc Fauonio naſcente purpureum videtur, idem huic noſtro videbitur. Auſter Virg. Georg. 3, 179. Cic. de Finib. 5, 13 Horum poſteri meliores illi quidem mea ſententia, quam reliquarum philoſophi diſciplinarum: ſed ita degenerant, vt ipſi ex ſe nati eſſe videantur. *Conf.* Tacit. Ann. 11, 21, 3. Procreatus ſum paruus a parentibus, a vobis natus ſum Conſularis Cic. poſt redit. ad Quir. 5 c. 2. *Conf. Turneb. Adu.* 2, 2, 3. Naſci, *pro Accidere.* Cic. Attic. 11, 25 Nihil vnquam ſimile natum puto: cui ſi in qua re conſulere poſſum, cupio a te admoneri. Idem, Tum tibi placuit, vt mitterem ad filium; inde natum eſt vt ad Publium. Naſcendi incerta conditio Idem Catil. 3, 1. *et* Senec. Epiſt. 11. Naſcendo. Ouid. Faſt. 4, 647 Agnaque naſcendo ſaepe necabat ouem.

NASCENDVS, a, um. Partic. Gell. 5, 3, 10 Ad homines naſcendos.

NASCENS, entis. Partic. [τεχόμενος] Naſcentes morimur, finisque ab origine pendet Manil. 4, 16. *Metaph.* Athenis non naſcentibus, ſed iam adultis fuit Thucydides Cic. de Clar. Orat. 27 c. 7. Fraga naſcentia humi Virg. Ecl. 3, 8. Cic. Fam. 1, 7 Iam olim naſcenti prope noſtrae Laudi, dignitati, virtutique praefuiſti. Luna Hor. Carm. 3, 23, 2. Idem Serm. 2, 4, 30. Poma Ouid. Met. 14, 763. Puer Virg. Ecl. 4, 8. Sol Seneca Hippol. 3. Templis naſcentibus infer Genium Stat. Silu. 3, 1, 28. Tempora Ouid. Faſt. 1, 167. Vuae Idem de Nuce 27.

NASCENTIA, ae. f. [γένεσις] *Natiuitas.* Vitruu. 9, 7 Non e naſcentia ſed ex conceptione, Genethliologiae rationes explicatas reliquit. *Plur.* Plin. Valer. 2, 23 Accipi cum naſcentiis.

NASCIBĬLIS, e. Adi. Tertull. aduerſ. Marc. 3, 19 Mortalem negat, quem naſcibilem confitetur.

NASCITVRVS, a, um. Part. Pallad. R.R. 7 Signum naſcituri regis. Chryſol. Serm. 84 Bella naſcitura compreſſit. *Vid. Goclen. Probl. Gram.* 1, 43. *Et Obſeru. p.* 440.

NATVS, a, um. *In quantum participium eſt, affatim exemplorum habet in* NASCOR. Natus *et* Notus *a librariis ſaepe permutari deprehenduntur: vid. Drakenb. ad* Sil. 3, 335.

NATVS, i. m. [γεγὼς, γεγονὼς] *Pro Filio. Praeponi ſolet litera* G *in* Gnatus, Gnata. *v. v.* Virg. Aen. 1, 668 Nate patris ſummi, qui tela Tiphoëa temnis. Nepos 15, 10, 1 Qui talem ex te natum relicturus ſis. *Hic Participii notionem retinere poteſt. Itaque non vitiat hoc exemplum obſeruationem Vallae* 3, 10. *et Burmanni ad* Quinctil. Pro. p. 7 Natum *pro filio in proſa, numero ſingulari, vix dici: Sed non eſſe tamen perpetuam illam obſeruationem, facile concedimus.* Natorum appellatio, *inquit* Modeſtinus, ad nepotes extenditur. Quinctil. 4, 2, 42 Vxorem duxi, natum ſuſtuli, filium educaui. Et nati natorum, et qui naſcentur ab illis Virg. Aen. 3, 98. Caritas quae eſt inter natos et parentes, dirimi niſi deteſtabili ſcelere non poteſt Cic. de Amicit. 27 c. 8. Parui nati Hor. Carm. 3, 5, 42. ¶ 2 *Obſ.* Gnatus Terentianum *eſt v. g.* Heaut. 1, 1, 78. *Conf.* Andr. 3, 3, 8. Nati, *de Pullis equarum.* Columel. 6, 27 Id praecipue genus pecudis amore natorum, niſi fiat poteſtas, noxam trahit.

NATA, ae. f. [γεγονυῖα] *Filia.* Maxima natarum Priami Virg. Aen. 1, 658. Dulcis Hor. Serm. 2, 3, 199. Auellere natam complexu matris Catull. 60, 21. Natis *pro* Natabus, *in Dat. et Abl. plur. exſtat apud* Ouid. Met. 13, 661 Euboea duabus, Et totidem natis Andros fraterna petita eſt.

NATICIDIVM, *ſ.* GNATICIDIVM, i. n. τεκνοκτονία Gloſſ. Gr. Lat.

NATV. [ἡλικία] *Non niſi in Ablatiuo reperitur, et cum Adiectiuis* Magnus, Paruus, *et* Grandis *iunctum. Naſcendi tempus atque Aetatem adeo notat.* Nepos 13, 3, 1 Hic cum eſſet magno natu. Idem 14, 7, 1 Maximo natu filius. *Conf.* Liu. 2, 8. *et* 21, 34. Ter. Adelph. 5, 4, 27 Id mea minime refert, qui ſum natu maximus. Cic. de Senect. 10 c. 4 Quamquam eum colere coepi, non admodum grandem natu, ſed tamen iam aetate prouectum. *Vid.* Maior, *ad annos relatum, in* MAGNVS. Maiores natu Nep. 2, 2, 8. Minor natu Nepos 23, 3, 2. *Vid.* MINOR, *in* PARVVS. Minimus natu Nep. 2, 2, 8. Liu. 2, 28. 3, 35. *et* 31, 18. Maxima natu Virgil. Aen. 5, 644. Grauior natu animus Ter. Heaut. 4, 1, 32.

NATIO, ōnis. f. [γένος, ἔθνος Gloſſ. Lat. Gr. γενιὰ Id. Gr. Lat.] Eſt, *auctore* Feſto, Genus hominum, qui non aliunde venerunt, ſed ibi nati ſunt. Plin. 12, 25 Colos in quacumque natione praefertur ruffus. Seruituti natae Iudaeorum et Syrorum nationes Cic de Prouinc. Conſul. 10 c. 5. Natione Macedo Plin. 35, 10. Natio *et* Gens *diſtinguuntur apud* Tacitum, *haec latiori ſenſu, illa anguſtiori ſumta;* de Germania 2, 6 Nationis nomen, non gentis eualuiſſe paullatim, *etc.* Idem c. 38, 1 Nunc de Sueuis dicendum eſt, quorum non vna, vt Cattorum Tencterorumque gens; maiorem enim Germaniae partem obtinent, propriis nationibusque diſcreti. *Vid. Cluuer. Ant. Germ.* 2, 20. *Sic diſtinguuntur interdum* Natio *et* Genus: Qui cognomen ſibi ex Aeliorum imaginibus arripuit, quo magis nationis eius eſſe quam generis videretur Cic. pro Sext. c. 32. *Nimirum cognomine diſtinguuntur* Nationes *ſ. familiae vnius* Generis *ſ. Gentis. Iam* Nationem *pro populo dictam illuſtrabimus.* Acerrimae nationes Cic. de Prouinc. Conſ. 33. Bellicoſa, *vid.* BELLVM. Cumulata, *vid.* CVMVLO. Erudita illa Graecorum Cicero de Orat. 2, 18 c. 4. Exterae nationes et gentes Idem pro Font. 25 c. 11. Inanes et barbarae Idem Quint. Frat. 1, 1, 22. Cognomine nationis magis ſuae, quam generis vti Idem pro Cluent. 72. Coniungere nationes, *vid.* CONIVNGO. Conquaſſare, *vid.* CONQVASSO. ¶ 2 *Sed interdum abſtracte ponitur pro conditione naſcendi et genere.* Cic. Fam. 15, 20 *de quodam, qui ſe* Sabinum *diceret,* Natio me hominis impulit, vt ei recte putarem (*dari vel credi epiſtolam*) niſi forte candidatorum licentia hic quoque vſus, hoc ſubito cognomen arripuit. Varr. de L. L. 8, 52 Natione melior emitur pluris. Cic. de Inu. 1, 35 In natione hominum genus conſideratur. ¶ 3 In pecoribus quoque, *inquit* Feſtus, Bonus prouentus, bona natio dicitur. *Sic* Prudent. Nat. Dom. 83. *de pecore.* Adorat excors natio, Vis cuius in paſtu ſita eſt. *Vid. h. l. Buchner. Quin* Plin. 22, 24 Mellis cauſas atque differentias nationesque et indicationem, in apium, ac deinde florum natura diximus. Id. 24, 6 Reſinam e ſupradictis arboribus gigni docuimus, et genera eius et nationes

nationes in ratione vini, ac poſtea in arboribus. ¶ 4 Natio, *pro Ordine et ſocietate, et genere hominum.* Cic. in Piſon. 55 c. 23 Sed quid ego enumero, qui tibi obuiam non venerint? qui dico veniſſe paene neminem, ne de officioſiſſima quidem natione candidatorum. Idem pro Muraen. 69 c. 33 Quid ſi illa officioſiſſima, quae neminem patitur non honeſte in vrbem introire, tota natio candidatorum? Idem pro Sext. 97 c. 44 Nimirum hoc illud eſt, quod de me potiſſimum tu in accuſatione quaeſiſti, quae eſſet noſtra natio optimatium. Ardelionum natio Phaedr. 1, 6, 1. Natio ſcholaſticorum Virg. Catalect. Gentiles nationes Tacit. Ann. 11, 1. Nationes *pro Ethnicis apud* Tertull. v. 9. Aduerſ. Haeret. c. 20 *et* 23. de Idolol. c. 22. *et* de Orat. c. 12. ¶ 5 *Nomen deae.* Cicero de Natur. Deor. 3, 47 c. 18 Quod ſi tales dii ſunt, vt rebus humanis interſint, Natio quoque Dea putanda eſt, cui, quum fama circuimus, in agro Ardeati rem diuinam facere ſolemus: quae, quia partus matronarum tueatur, a naſcentibus Natio nominata eſt.

NATĀLIS, is. m. [γενέθλιον] *Intell.* Dies, *quo, quis natus eſt.* Cic. Att. 7, 5 Sed de Formiano Tarracinam pridie Calend. Ianuarias; inde Pontinum ſumam: inde Albanum Pompeii; ita ad vrbem III Nonas natali meo. Virgil. Ecl. 3, 76 Meus eſt natalis Iola. Agere natalem ſuum Cic. de Fin. 101 c. 31. Celebrare natalem ſuum, *vid.* CELEBRO, *et* CONCELEBRO. Colimus natalem, tacete lites Martial. 10, 87. Hor. Epiſt. 2, 2, 210 Natales grate numeras? Parcite, natales timidi Numerare deorum: Caeſaribus virtus contigit ante diem Ouid. A. Am. 1, 183. Vrbis natalis, *i. Dies, qua condita fuit vrbs.* Plin. 14, 4 Ea caeli temperies fulſit, quam cocturam vocant, ſolis opere natali vrbis DCXXXIIII. *i. Ab vrbe condita.* Natalis adoptionis, *i. Dies, quo ſingulis annis memoria eius celebrabatur.* Spartian. Hadrian. c. 4. Natalis imperii. *ibid. et* Eumen. Paneg. Conſtant. c. 7. Dies iſte, quem tanquam extremum reformidas, aeterni Natalis eſt Sen. Epiſt. 102. *ſic* Martyrum natales *dicti, quibus morte, plexi fuere. Vid.* Petr. Chryſolog. Serm. 129. *Conf. Sagittar. Pecul. Diſſ.* Natalis alicuius numinis, *i. Templi dicatio. Sic* Cicero Att. 4, 1 Natalem Salutis *vocat, Quo die Saluti fuerat dicatum templum. Proinde quum a* Martiale *ſcribitur,* Maiae Mercurium creaſtis idus, *non ſignificatur natum eo die Mercurium, ſed eo die ei dicatum templum. Id ex* Liuio 2, 21. *et* Feſto *ſatis apparet, quum inquit,* Maiis idibus mercatorum dies feſtus erat, quod eo die Mercurii aedes eſſet dedicata.

NATĀLIS, e. Adi. [γενέθλιος] *Epitheton eſt temporum et locorum, quibus quis natus eſt, vel Dei praeſidentis naſcentibus. Nempe vt hinc incipiamus,* natalis Deus *eſt genius.* Tib. 4, 5, 19 At tu, natalis quoniam deus omnia ſentis: *de* Genio *aperte ſermo eſt. Sic* 6, 1, 1 Natalis Iuno. Iuno *enim feminis, quod maritus eſt* genius. *Sed frequentiſſime, vt diximus, ad tempus et locum refertur.* Cic. de Diuin. 2, 87 Chaldaeis in praedictione et in notatione cuiusque vitae ex natali die minime eſſe credendum. Idem de Finib. 2, 101 Quod ſatis ſit ad diem agendum natalem ſuum quotannis. *Et* Att. 9, 4 Natali die tuo ſcripſiſti epiſtolam ad me plenam conſilii. Aſtrum Hor. Epiſt. 2, 2, 187. Dies Nepos 20, 5, 1. *et* Cic. Att. 9, 5 *pr.* Cic. pro Flacc. 101 O nonae illae Decembres, quae me Conſule fuiſtis, quam ego diem vere natalem huius vrbis, aut certe ſalutarem appellare poſſum! Domus natales Valer. Argon. 3, 321. Tibull. 4, 6, 1 Natalis Iuno ſanctos cape turis acervos, Quos tibi dat tenera docta puella manu. Iuno natalis *eſt, quae et Iuno Lucina: quia naſcentibus praeeſt.* Hora Hor. Carm. 2, 17, 18. Humus Ouid. ex Pont. 2, 9, 78. Locus Idem Amor. 2, 16, 38. Lux Idem in Ibin 219. Rura Idem Faſt. 4, 685. Solum natale Idem ex Pont. 1, 3, 35. Natalis, *de rebus inanimatis etiam dicitur, pro Naſcens, aut Naturalis.* Auxilium natale ſaliuae Grat. v. 365. Plin. 37, 4 Similis eſt huic quidem Arabicus, minor tantum, ſimiliter et naſcens, caeteris pallor gentis, et in auro non niſi excellentiſſimo natalis. Sterilitas natalis et ingenita Columel. 3, 7.

NATALES, ium. *Plur. tantum.* [τὰ γενέθλια] *Significat (inquit Valla) Conditionem ſanguinis ac familiae. Videtur dictum per ellipſin, intellecto* fontes; *vt,* Generoſi natales, Natales obſcuri Tacit. Hiſt. 2, 86. Plin. Epiſt. 8, 18 Nam mulier natalibus clara, moribus proba, aetate decliuis, diu vidua, *etc.* Claritas natalium Tacit. Hiſt. 1, 49, 5. Dedecus natalium Idem Ann. 11, 21, 3. Natalibus reſtituere, *eſt ingenuum eſſe iubere et pro ingenuo tractare, qui in ſeruitute fuit, qua forma etiam vtuntur ICti, ſi quis in ſeruitute natus ſit:* illis enim vtique (*ait* Marcianus l. 2 ff. de natalibus reſtituendis) natalibus reſtituitur, in quibus initio omnes homines fuerunt, non in quibus ipſe naſcitur, *etc.* Plin. Epiſt. 10, 77 Poſtulantibus quibuſdam, vt de agnoſcendis liberis, reſtituendisque natalibus, ſecundum epiſtolam Domitiani ſcriptam Minutio Rufo, et ſecundum exempla Proconſulum ipſe cognoſcerem, reſpexi ad Senatusconſultum pertinens ad eadem genera cauſarum. *Eſt autem μέσον vocabulum* Natales. *Itaque de Ignobilitate et ſordibus generis poſuit* Plin. Epiſt. 3, 20 Nonnunquam candidatus aut natales competitoris, aut annos, aut etiam mores arguebat. *De certamine ancillarum cum dominabus* Iuuen. Sat. 6, 322 Palmam inter dominas virtus natalibus aequat. Natales diuerſarum gentium: *h. e. Origo et generis nobilitas, vel ignobilitas* Plin. 7, 12. Natales, *pro Origine rei. Sic* Agnitionis natales Tertull. adu. Marc. 1, 10. Impatientiae natales Idem de Patientia c. 4. ¶ 2 Natalis, *Sing. fons, principium, Semen, e quo aliquid naſcitur.* Plin. 17, 10 E cupreſſo femina pilulae collectae, quibus docui menſibus ſiccantur ſole: ruptaque emittunt ſemen, formicis mire expetitum: ampliato etiam miraculo, tantuli animalis cibo abſumi natalem tantarum arborum. *Sic* Manil. 1, 123 *de mundo,* Quem ſiue ex nullis repetentem ſemina rebus Natali quoque egere placet, *i. principio carere, et velut die natali.*

NATALĬCIVS, a, um. Adi. [γενεθλιακὸς] *Quod ad natalem vel natales pertinet.* Natalicia praedicta Chaldaeorum, *i. Diuinationes ex natali die.* Cic. de Diuin. 2, 92 c. 42. *Et paullo poſt* c. 43 Notent ſidera natalicia. Non natalicias habes Calendas Martial. 8, 64. ¶ 2 *Subſtantiue, i. elliptice interdum ponitur. Sic de* Natalicio Chriſti *antiquus* Hymnus eſt, *i. de natali. Adiectiue* Perſ. 1, 16 Et natalicia tandem cum ſardonyche albus. *Sed* Cenſorinus *ſuum* de Die natali *librum, quem ad Cerelium ipſius natali mittit,* Natalicium *ſimpliciter vocat:* Quodcunque, *inquit,* hoc libri eſt meis opibus comparatum, natalicii titulo tibi miſi. *Conf. Lindenbrog. ad* Cenſor. Dare natalicia Cicero Philipp. 2, 15 c. 6. *intell.* Conuiuia. *Verba ſunt,* Ad quos refert, dii immortales? ad eos ſcilicet, quorum nobis etiam dies natales audiendi ſunt. Hodie non deſcendit Antonius. cur? dat natalicia in hortis. *Vbi interpres,* Natalicia, ſunt Conuiuia luxurioſa ad celebrandum natalem diem peculiariter ſtructa. *Conf.* Seru. ad Virg. Ecl. 3, 76. *Quid. ap. Ciceronem* Nataliciam, *i. coenam.*

NATĪVVS, a, um. Adi. [ἐγγενὴς, συγγενικὸς] *I[illegible] qu[illegible]d natum, arte vel manu facto opponitur.* Plin. 31, 7 Sunt et montes natiui ſalis: vt in Indis Oromenus Gell. 12, 1 *extr.* Propterea obliteratis et abolitis natiuae pietatis, *etc.* Animi natiui Lucret. 3, 418. *i. Originem habentes.* Color natiuus, *dicitur Naturalis, qui nulla arte, ſed natura producitur.* Plin. 20, 4 ſ. 14 de Paſtinacae ſimili hibiſco, Radicem eius ante ſolis ortum erutam, inuoluunt lana coloris, quem natiuum vocant. *Intelligit fuſcum illum, quem a natura habent oues quaedam. De eodem* Plin. 32, 7 ſ. 24 Ranae dexter oculus — ſuſpenſi e collo natiui coloris panno. Coma natiua Ouid. Am. 1, 14, 56. Corpus Lucret. 2, 542. Corpus natiuum ac mortale Idem 5, 66. Decus retinere Ouid. de Nuce 52. Dei natiui, *Qui naſcuntur et occidunt.* Cic. de Natur. Deor. 1, 25 c. 10 Anaximandri autem opinio eſt, natiuos eſſe Deos, longis interuallis orientes occidentesque. Domos natiuas dabant antra Senec. Hippol. ſ. 4. Lapilli Propert. 1, 2, 13. Lepor natiuus, Non adſcitus Nepos 25, 4, 1. Cic. pro Domo 12 c. 5 Nonne fuit eo maior adhibenda medicina, quae et illud natiuum, et hoc delectum Malum ſanare poſſet? *h. e. Ingenitum.* Moles Ouid. Epiſt. 5, 61. Primordia natiua, *Quae originem et principium alicunde habuere.* Lucret. 1, 571 Huc accedit item, quod iam primordia rerum Mollia conſtituunt, quae nos natiua videmus Eſſe, *etc.* Senſus domeſticus nanatiuusque Cic. de Aruſp. Reſp. 19 c. 9. *Vid. Geſner. Chreſtom. Cicer. n.* 73. *p.* 283. Cic. de Natur. Deor. 2, 100 Quot genera, quamque diſparia partim ſubmerſarum, partim fluitantium et innatantium belluarum, partim ad ſaxa natiuis Teſtis inhaerentium? Verba Cic. in Partit. 16 c. 5. Quinctil. 8, 3, 36 Verborum alia ſunt (vt dicit Cicero) natiua, id eſt, quae ſignificata ſunt primo ſenſu: alia reperta, quae ex his facta ſunt. *Vid. quae ibi a me diſputata ſunt.* Varr. de Origine L. L. 5, 5 Verba natiua *vocat* Prima et primigenia.

NATIVĬTAS, ātis. f. [γενετὴ] *Ipſe ortus.* Vlpian. ad Municipal. l. 1 in principio, Municipem aut natiuitas facit, aut manumiſſio, aut adoptio. Inſcript. Vet. *ap.* Gruter. p. 712 n. 11 VARIAE IVCVNDAE DEFVNCTAE ANNO NATIVITATIS XVIII. Min. Felix p. 143 *Ouzel.* Deus natiuitatem omnibus praeſtat. Claud. Mamert. de Cruce Domini, Et rigor lenteſcat ille, quem dedit natiuitas. *Conf.* Tertull. de Anima c. 39.

NATIVĬTVS. Adu. *A Natiuitate.* Tertull. de Anima c. 39 Quae omnia natiuitus animae collata. *Ibid.* c. 12 Ingenitum, inſitum et natiuitus proprium.

NATVRA, ae. f. [φύσις] *Dicta eſt, vis illa diuina, quae naſci aliquid faciat.* Plinius *vbique* Naturam, Parentem rerum, opificemque *appellat: ac pro ipſo Deo ſumſiſſe videtur.* Naturam alii eſſe cenſent, vim quandam ſine ratione cientem motus in corporibus neceſſarios. Alii autem vim participem rationis atque ordinis, tanquam via progredientem, declarantemque quid cuiusque rei cauſa efficiat, quid ſequatur. Sunt autem qui omnia naturae nomine appellant Cic. de Natur. Deor. 2, 81. Naturae Deus, *Genius.* Plaut. Bacch. prol. 25 Naturae Deus ſum, Bromii altor maxumi. Idem Menaech. 2, 2, 14 Nunc ipſi Naturae Deo mihi reſponde adoleſcens. *Hoc enarrans Turnebus, Obſeruaſſe mihi videor, inquit, ab antiquis ſcriptoribus* naturae deum *appellari, non eum, qui vniuerſae naturae ac ſummae rerum adminiſtrationem curamque gerit, quique caelo, mari, terrae praeeſt: ſed qui naturam hominis cuiusque, aut hominum, regit, fouet, tuetur, curat, ſanat: eſtque quidam hominis genius. Sic in* Bacchid. prol. 25 Silenus genialis deus, naturae deus *dicitur.* Expreſſius Hor. Epiſt. 2, 2, 187

Scit genius natale comes qui temperat aſtrum,
Naturae deus humanae, mortalis in vnum
Quodque caput, *etc.* *Haec ille.*

Artificioſa plane artifex ipſius mundi natura, conſultrix et prouida vtilitatum opportunitatumque omnium Cic. de Nat. Deor. 2, 58. Naturae numini diuino parent omnes Idem ibid. 1, 22. Creatrix rerum Lucret. 1, 623. Gubernans natura Idem 5, 78. Larga, manu benigna Iuuenal. 10, 301. Mater omnium rerum Cic. in Parad. 1. Parens communis Idem Tuſc. 5, 37. Parens omnium Id. ibid. 1, 118. Infenſa generi humano, *vid.* INFENSVS. Ius naturae nouatum, Ouid. Met. 4, 289. Cic. pro Cluent. 29 Qui et naturae, et legibus ſatisfecit, quem leges exilio, natura morte multauit. *Eſt igitur* ſatisfacere naturae *mori.* Columel. 10, 219 Orgia ſacra naturae, *i. Leges naſcendi in plantis et hortorum cultura.* ¶ 2 *Hinc eſt, quod* Natura, *pro membris Genitalibus aliquando accipitur.* Cic. de Diuin. 2, 145 Parere quaedam matrona cupiens, dubitans eſſetne praegnans, viſa eſt in quiete obſignatam habere naturam. retulit. negauit eam quoniam obſignata fuiſſet, concipere potuiſſe. Cic. de Nat. Deor. 3, 56 c. 22 Mercurius vnus caelo patre, Die matre natus, cuius obſcenius excitata natura traditur, quod adſpectu Proſerpinae commotus ſit. Varro de R. R. 2, 7 Si faſtidium ſaliendi eſt, ſcillae medium conterunt cum aqua ad mellis craſſitudinem: tum ea re naturam equae, cum menſes ferunt, tangunt. *Conf.* Suet. Tiber. c. 45. Apul. Met. 3 p. 140. Virilis naturae membra, quae non poſſumus honeſte nominare Rutil. Lupus de Fig. Sentent. l. 1. Eam partem corporis, quae ſecretior et occultior eſt, quae a Graecis φύσις a noſtris dicitur natura, ad circumcidendum Dominus elegit Hieron. Ep. de Circumciſ. ad Thereſiam (T. 9 Epiſt. 20). Foecunda Lucret. 2, 533. Varro R. R. 2, 4, 10 Natura qua feminae ſunt. Idem 3, 12, 4 Naturae foramina habet lepus alio alius plura. Veget. Mulom. 2, 53, 2 Natura ſubmiſſa erit, *i. penis flaccidus.* Idem 3, 9 Si natura iumento excedit. *Et* 1, 61, 2 Natura, qua mingunt. *Add.* 3, 15, 21. ¶ 3 *Natura nihil aliud eſt, quam quo intelligitur in ſuo genere aliquid eſſe;* eſſentiam, ſubſtantiam *item vocant philoſophi. Sic intelligenda inſcriptio* librorum Ciceronis de natura Deorum. Sil. 4, 794 Heu primae ſcelerum cauſae mortalibus aegris Naturam neſcire Deûm. Cic. de Amicit. 23 Quod ſi exemeris ex Rerum natura beneuolentiae coniunctionem, nec domus vlla, nec vrbs ſtare poterit. Id. Acad. 4, 54 Quod Rerum natura non patitur. *i. quod fieri non poteſt.* Cic. pro Rabir. 24 Videmus, haec in Rerum natura tria fuiſſe, vt aut cum Saturnino eſſet aut cum bonis, aut lateret, *i. poſſibilia.* Cic. de Prouinc. Conſul. 43 Si ex rerum natura non poſſem euellere. *h. e. Delere, tollere.* In rerum naturam cadere, *apud* Quinctil. 2, 18. *i. Interdum accidere.* Alvi natura, ſubiecta ſtomacho cibi et potionis eſt receptaculum Cic. de Natur. Deor. 2 c. 54. *i. aluus vel ventriculus.* Varr. R. R. 3, 14, 5 Natura haec viuax, *i. hoc animal.* Conſtare natura ſua Quinct. 1, 5. Circumlinire ſimplicem vocis naturam (*i. vocem*) pleniore quodam ſono Idem 1, 11. Cicero de Amicit. 86 Si quis in caelum aſcendiſſet, naturamque Mundi, (*i. ipſum mundum, qualis eſt*) et pulchritudinem ſiderum perſpexiſſet, inſuauem illam admirationem ei fore. Non mediocri quodam conſilio naturam Mundi adminiſtrari Cic. de Inu. 1 c. 34. *i. mun-*

i. mundum. Praeclara mundi Lucret. 5, 158. Cohaerens et concinnata, *vid.* COHAEREO. Corporea Lucret. 1, 303. Immortali praeditus Idem 1, 237. Cic. Tuſc. 1, 53 Ariſtoteles longe omnibus (Platonem ſemper excipio) praeſtans et ingenio et diligentia, quum quatuor genera illa principiorum eſſet complexus, e quibus omnia orirentur, quintam quandam naturam cenſet eſſe, e qua ſit mens. Tenuis aëris Lucret. 2, 232. Tenui conſtat imago Idem 4, 755. *Hinc* Natura *etiam pro forma externa* Caeſ. Bell. Gall. 5, 13 *de Britannia,* Inſula natura triquetra. *Et* 7, 26 Eadem eſt feminae marisque natura, eadem forma magnitudoque cornuum. Macrob. 2, 3 Idem *Cicero* cum generum ſuum exiguae naturae hominem longo gladio accinctum vidiſſet, Quis, inquit, generum meum ad gladium alligauit? ¶ 4 *Ingenium, naturalis inclinatio vel auerſatio.* Cic. de Amicit. 90 Natura ſolitarium nihil amat, ſemperque ad aliquid, tanquam adminiculum annititur. Bonitas naturae Cic. poſt Red. in Sen. . . . Virg. Georg. 4, 149 Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipſe Addidit expediam. Cic. Fam. 13, 79 Cognitum per te ipſum, quae tua natura eſt, dignum eum tua amicitia hoſpitioque iudicabis. Id. de Amicit. 27 Si aliquem nacti ſumus, cuius cum moribus et natura congruamus. ¶ 5 *Formulae ex hac in primis, quam modo indicauimus, notione, vbi ingenium, et quidquid eo efficere poſſumus, notat.* Ad naturam, *vid.* AD *Praepoſitionem.* Admirabilis ad dicendum Cic. de Clar. Orat. 279. Adiuncta naturae, *vid.* ADIVNGO. Adverſante et repugnante nil decet Cic. Off. 1, 110 c. 31. Agilis et velox humani ingenii Quinctil. 1, 12. Ter. Eun. 2, 3, 24 Si qua habitior paullo, pugilem eſſe aiunt, deducunt cibum: tametſi Bona eſt natura, reddunt curatura iunceas. *De puellis. vid. h. l.* Donat. Collegium naturae, *vid.* COLLEGIVM. Communis omnium Cic. de Fin. 5, 26. Difficilis Ouid. Epiſt. 15, 31. Docilis Quinctil. 1, 3. Dura rerum Hor. Serm. 1, 10, 57. Dux recte viuendi optima Cic. de Amicit. 19. Eximia illuſtrisque Idem pro Arch. 15. Fixa et mutari neſcia Iuuen. Sat. 13, 239. Generata hominis Cic. de Fin. 5, 55. Humana Hor. de Arte Poët. 353. Ignaua Ouid. de Arte Am. 3, 381. Immanis atque importuna, *vid.* IMPORTVNVS, *et* IMMANIS. Incorrupta Quinct. 2, 5. Ingenita quaedam animi Idem 5, 10. Invida Lucret. 1, 322. Liberalior Quinct. 2, 8. Liquidum natura Scribon. 208. Mendoſa eſt natura mea Hor. Serm. 1, 6, 66. Mobilibus decor eſt naturis dictus et annis, naturae et anni Hor. de Arte Poët. 157. Mobilis et varia malorum Iuuen. Sat. 13, 236. Paterc. 2, 97 Cura deinde atque onus Germanici belli delegata Druſo Claudio, adoleſcenti tot tantarumque virtutum, quot et quantas natura Mortalis recipit, vel induſtria percipit. Multiplicesque naturae hominum, voluntates occultae Cic. ad Brut. 1. Norma legis eſt natura Idem de Legib. 2, 61. Potens Hor. Serm. 2, 1, 51. Curâ natura Potentior omni Iuuenal. 10, 303. Prouida ſolersque Cic. de Nat. Deor. 2, 128 Supra hominis naturam Scribon. Epiſt. *fin.* Horat. Serm. 2, 7, 74 Tolle perîclum, Iam Vaga proſiliet frenis natura remotis. ¶ 6 *Verborum formulae, ex hac* naturae *ſignificatione:* Accommodatus ad naturam, *vid.* ACCOMMODO. Addere naturam, *vid.* ADDO. Afferre maximam vim ad dicendum naturam atque ingenium Cic. de Orat. 1, 113. Amittere naturam ſuam Scribon. 21. Aptare ad, *vid.* APTO. Aſſumere in cauſam naturas iudicum Quinctilian. 4, 1. Cedere naturae, *ſiue* Concedere; *idem quod mori.* Salluſt. de Rep. ordinanda *extr. Et* in Iugurth. c. 14. Commutare, *vid.* COMMVTO. Comparata ita eſt hominum natura, *vid.* COMPARO. Contra naturam vniuerſam nihil eſt contendendum Cic. Off. 1, 110. Controverſa gens natura, *vid.* CONTROVERSVS. Eualeſcit magis adiuta cura natura Quinct. 2, 8. Naturam Expellas furca, tamen vſque recurrit Hor. Epiſt. 1, 10, 24. Fabricata eſt hoc incredibiliter natura Cic. de Orat. 3, 176. Facere ſibi naturam alicuius rei Quinct. 2, 4. *i. ita frequenter illud facere, vt conſuetudo tandem fiat altera natura, i. aeque magnam agendi facilitatem adferat.* Ter. Andr. 4, 5, 56 Vt fert natura facias, an de induſtria? *Vbi* Donatus, Figura ἐπεξήγησις. nam quid eſt ex animo, niſi vt fert natura? *Et paullo poſt,* Vt fert natura, hoc eſt naturalis et ingenita actio. Fingit homines ac creat imitatores ac narratores facetos natura Cic. de Orat. 2, 219. Idem Fam. 1, 9 Habui non temporum ſolum rationem eorum, ſed etiam naturae, *i. Morum meorum.* Cic. pro P. Sulla 83 Hoc natura eſt inſitum, vt quem timueris, quicum de vita, fortuniſque contenderis, cuius ex inſidiis euaſeris, hunc ſemper oderis. *Add.* Cic. de Legg. 1 c. 6. Latrat natura, *i. Poſcit. Verbum eſt* Ennianum, *quod interprete* Feſto, Poſcere ſignificat. Lucret. 2, 17 Nil aliud ſibi naturam latrare, *etc. Turnebus.* Ad mores natura Recurrit damnatos, fixa et mutari neſcia Iuuenal. 13, 239. *Add.* Horat. Epiſt. 1, 10, 24. Sequi naturam ducem Quinctil. 4, 5. Ducem tanquam deum ſequimur optimam naturam, eique paremus Cic. de Senect. 5. Valuiſſe ad laudem atque virtutem naturam ſaepius ſine doctrina, quam ſine natura doctrinam Idem pro Arch. 15. Benefacere iam ex conſuetudine in naturam mihi Vertit Salluſt. Iug. c. 85. Viuere ad naturam Seneca . . Aduerſus naturam Scribon. 230. Praeter naturam aliquid facere Terent. Adel. 5, 5, 4. Secundum naturam viuere, *Stoica virtus eſt felicitas* Cic. Fin. 3 c. 30. Sen. de Vit. beata 8. ¶ 7 Natura, *Vis ſ. virium complexus, quas res aliqua ideo habet, quia id eſt, quod eſt.* Plin. 12, 14 Haec concreta denſatur, vbi loci natura poſcit. Abſinthii tetra natura Lucret. 2, 400. Aetnae edax Ouid. Met. 15, 354. Animae natura propria atque vis, vt ipſa a ſe ipſa moueatur Cic. de Somnio Scip. 21. Caeli et loci alicuius Cic. Verr. 5, 35. Canendi ſimplex Quinctil. 5, 10. Criminis naturam perſcrutari penitus, *vid.* PERSCRVTOR. Iuſtitiae vis et natura Cic. de Finib. 1, 50. Idem de Lege Agrar. 2, 94 Carthaginienſes fraudulenti et mendaces non genere, ſed natura loci, quod propter portus ſuos multis et variis mercatorum ſermonibus, ad ſtudium fallendi, ſtudio quaeſtus vocabantur. Montis natura qualis eſſet, et qualis in circuitu adſcenſus, qui cognoſcerent, miſit Caeſ. Bell. Gall. 1, 21. Cic. Fam. 1, 7 Eam eſſe naturam et rationem (*al.* regionem) prouinciae tuae, vt illius reditum vel adiuuando confirmares, vel negligendo impedires. Stirpium naturas perſequutus eſt Theophraſtus Cic. de Fin. 5, 10. Virg. Georg. 2, 49 Quippe ſolo natura ſubeſt, *etc. Vid.* SOLVM. Tractare virtutum, vitiorumque naturam Quinctil. 2, 4. ¶ 8 Naturâ, *Ablatiuus. i. Naturaliter, apud* Quinct. Prooem. 13. 1, 1, 5 *etc.* Maior Philippus naturâ, *i. naſcendi conditione.* Frater adoptione filius: minor, naturalis erat Liu. 42, 52. Fieri natura: *cui opponitur* Fieri quodam inſtituto Cicero in Orat. 159. Pater naturâ. Ter. Adelph. 1, 2, 46 Naturâ tu illi Pater es, conſiliis ego. Inſolens et ſuperba natura victoria Cicero pro Marcell. 9. Sublimis et acer Hor. Epiſt. 2, 1, 165. *Etiam plurali gaudet.* Aures duros et quaſi corneolos habent introitus, multisque cum flexibus, quod his naturis relatus amplificatur ſonus Cic. de Nat. Deor. 2, 144 c. 57. *Sed etiam* Orat. c. 40 Vitae naturarumque (*ingeniorum*) imitatio. *Et* Partit. c. 10 Ea ſunt — in euentis, in rerum ipſarum negotiorumque naturis. *Et ibid.* In perſonis naturae primum ſpectantur valetudinis, figurae, virium, aetatis, marium, feminarum. ¶ 9 *In MSS. ſaepe miſcentur* Natura *et* Fortuna: *vid. Burm. ad* Quinctil. Declam. 9, 16 p. 204.

NATVRĀLIS, e. Adi. [φυσικὸς, συγγενικὸς] *Quod ſecundum naturam eſt. Vnde,* Naturales filii, *dicuntur legitimi, qui ſola natura coniugali lege ſint orti. His opponuntur* Adoptiui Vlpian. in l. Senatoris. D. de Senator. Senatoris filium accipere debemus non tantum eum, qui naturalis eſt, verum adoptiuum quoque. Suet. Tiber. c. 52 Filiorum neque naturalem Druſum, neque adoptiuum Germanicum, patria caritate dilexit. Naturales *vocantur Filii ſeruorum, iidemque Liberti apud* Gruter. Inſcript. p. 845 FILIA NATVRALIS IDEM LIBERTA PATRI OPTIMO. Bonitas naturalis Nepos 25, 9, 1. Sen. Clement. c. 1. *vbi eſt clementia.* Bonum naturale Nepos 8, 1, 3. Qua in aetate niſi qui ſe ipſe ſua grauitate et caſtimonia, et cum diſciplina domeſtica, tum etiam naturali quodam Bono defenderet Cic. pro Cael. c. 5. Deſideria naturalia, *de Cupiditate coëundi.* Columel. 6, 24 *de vaccis.* Atque in id fere tempus naturalia congruunt deſideria. Difficultas naturalis vitiorum Scribon. 107. Diuinatio naturalis: *cui opponitur* Artificioſa praeſenſio Cic. de Diuinit. 1, 52. Fauor Quinctil. 4, 1. Filius Liu. 42, 52. *et* 44, 44. *Vid. ſupra.* Iupiter naturalis, *Qui revera vixit aliquando, opponitur* Fabuloſo. Lactant. 1, 2 Philoſophi quod ea, quae de Ioue feruntur, minime in Deum conuenire videbant, duos Ioues fecerunt, vnum naturalem, alterum fabuloſum. Legem naturalem diuinam eſſe cenſet Zeno, eamque vim obtinere recta imperantem, prohibentemque contraria Cic. de Nat. Deor. 1, 36. Malum Ouid. Met. 9, 729. Motus Cicero de Fin. 1, 19. Munus decoris Ouid. Met. 14, 684. Nitor naturalis et non fucatus Cic. de Clar. Orat. 36. Notio naturalis atque inſita in animis noſtris Idem de Fin. 1, 31 c. 9. Pabulum Idem Acad. 4, 127. Pater Idem Philipp. 3, 15 c. 6. Pauor cerui Ouid. Met. 10, 117. Principium naturale omnium cauſarum vnum eſt Cic. de Clar. Orat. 209. Quaeſtiones naturales et obſcurae Idem in Partit. 64. Res naturales: Corporum rerumque naturalium ratione comperta Celſ. 1 Praef. Societas Cic. Off. 1, 50. Vindemia Plin. 12, 14. Maxime naturalis, *vid.* MAGIS. Naturale eſt Plin. 11, 37. ¶ 2 Naturalia, ium. n. pl. [αἰδοῖα Onomaſt. Vet.] *dicuntur Pudenda.* Columel. 6, 27, 10 Si equa marem non patitur, detrita ſcilla, naturalia eius linuntur, quae res accendit libidinem. Idem 7, 7, 4. Iuſtin. 1, 4 Hic (Aſtyages) per ſomnum vidit ex naturalibus filiae, quam vnicam habebat, vitem enatam, cuius palmite omnis Aſia obumbraretur. *Conf.* Celſ. 4, 21. Idem 2, 7 Feminae vero oras naturalium ſuorum manibus admotis ſcabere crebro coguntur. Naturale *numero ſingulari eodem ſenſu protulit* Celſus 7, 26 Inter imas oras ſuper naturale poſitum, non minus ſaepe auxilio eget. *Ibidem aliquanto poſt, dicit* Naturalia *numero plurali,* Mulier per naturalia eius. *Nempe intelligitur Membrum vel Corpus, quod expreſſit* Firmicus 6, 31 Naturale mulieris corpus in corrupto aditu glutinatum, *i.* ἄτρητον. ¶ 3 *Sed etiam de viis excrementorum* Naturales exitus *dixit* Columel. 6, 30, 8. *Et* Naturalia praecludere 8, 5, 19. Loca naturalia 8, 7, 2.

NATVRALĬTAS, ātis. f. Naturalitas ſomni Tertull. de Anima c. 43.

NATVRALĬTER. Adu. [φυσικῶς] *A natura.* Cic. de Senect. 27 c. 9 Quod enim homini naturaliter inſitum eſt, eo vti decet et quidquid agas, agere pro viribus. In vetuſto exemplari tantum legitur, Quod eſt, eo, *etc.* Columel. 3, 16. Naturaliter diſſimillimi Paterc. 2, 60, 5. Alacritas naturaliter innata Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 92. Euax verbum nihil ſignificat, ſed effutitium naturaliter eſt Varr. de L. L. 6, 5. Naturaliter infoecunda vitis Quinct. 2, 12. Naturaliter etiam ſeruus obligatur. Paullus in l. Naturaliter D. de condict. indebit. Naturaliter videtur poſſidere is, qui vſumfructum habet Vlpian. in l. Naturaliter. D. de acquir. poſſeſſ.

NATVRALĬTVS. Adu. *Idem.* Sidon. Epiſt. 9, 11 Mortalium mentibus vis haec naturalitus ineſt.

NATVRABĬLIS, e. Adi. Apul. Florid. 2 *extr.* Pythagoras fertur naturabilia commentatus. Idem de Dogm. Plat. Sollicitudo et labor ſi naturabiles eſſent. Non enim ſilice nati ſumus, ſed eſt Naturabile in animis tenerum quiddam atque molle Cic. Tuſc. . c. 6 *ex edd. Grut. et Gronou. Add.* Cic. de Amic. 21. *vt leg. Gruter. it. Lamb. ad* Lucret. 1, 11.

NATVRIFICĀTVS, a, um. Adi. Animae naturificatae Tertull. aduerſ. Valent. c. 29.

NASĪCA, ae. m. [Νασίκας] *Scipio dictus eſt a naſi magnitudine.* Ouid. Faſt. 4, 347 Naſica excepit, templi non exſtitit auctor. *Conf.* Liu. 29, 11 *et* 14. Plin. 7, 35. Val. Max. 8, 15, 3. Cic. de Reſp. Aruſp. c. 13. *Alias ita dicebantur, Qui acuto contractoque naſo eſſent.* Arnob. 3 p. 108 *de Diis Gentilium,* Ergo eſſe dicendum eſt quoſdam capitones, ſiliunculos, frontones, labeones: in his alios mentones, naevios, atque naſicas; hos diſploſis naribus, illos reſimis, *etc. Add.* Idem 6 p. 196.

NASIDIVS, NASIDIANVS, *et* NASIDIENVS, *Nomina Romanorum, apud* Lucan. 9, 790. Martial. 7, 53. *et* Horat. Serm. 2, 8, 1.

NASITERNA, ae. f. [ὑδρία Onomaſt. Vet.] Vas aquarium anſatum et patens, *inquit* Nonius 15, 25. Varro de R. R. 1, 22 Vt ex aere, ahena, vrceos, et naſiternam faceret. *Inde nomen inuenit, quod tres* naſos *habeat: alii a* naſſa *deducere malunt. Turneb. Aduerſ.* 7, 23. Plaut. Stich. 2, 2, 28. *Conf. omnino Lex. Pitiſc.* Feſt. *cum not. Scalig. Perizon. Animadu. c. 9 p. 373.* Naſiterna amphora Cato c. 11. Plaut. Bacchidibus *apud* Fulgent. expoſ. Serm. ant. 27 Effer naſiternam cum aqua foras. *In* Bacchidibus, *vt hodie exſtant, hic locus non legitur. Caeterum* Fulgentius Naſiternam *dicit eſſe* aquae vrnam, id eſt, vrceum.

NASITERNATVS, a, um. Adi. *Qui vas tale geſtat.* Calphurn. *apud* Fulgent. de Priſco Serm. n. 27 Vbi tu naſiternatus aquam petas.

NASO, ōnis m. *Cognomen Romanorum a magnitudine naſi. Plura enim cognomina a partibus corporis aſſumſerunt, vt* Capitonum, Frontonum, Labeonum, *etc. Celebratum imprimis hoc nomen ab* Ouidio *ſic dicto. Vid.* ex Pont. 4, 9, 2.

NASOS *inſula, vid. poſt deriuata ex* NASVS.

NASPERCENĪTES, ae. m. *Vini genus in Ponto.* Plin. 14, 7.

NASSA, ſ. NAXA (*vid. Dauſq. Orthogr.*) [κύρτος ἁλιευτικὸς Gloſſ. Lat. Gr.] ae. f. [κύρτος] *Inquit* Feſtus, eſt Piſcatorii vaſis genus, quo quum intrauit piſcis, exire non poteſt. Plaut. Mil. 2, 6, 98 Nunquam hercle ex iſta naſſa hodie ego eſcam petam. Cic. Att. 15, 20 Ex hac naſſa exire conſtitui, non ad fugam, ſed ad ſpem mortis melioris. *Per translationem dicta.* Sil. 5, 47

Piſcator ad vndas
Ore leuem patulo texens de vimine naſſam
Cautius interiora ligat, mediamque per aluum
Senſim faſtigans, compreſſa cacumina nectit.

NASTVRTIVM, i. n. [κάρδαμος] *Herba hortenſis a naribus torquendis dicta, a Graecis cardamon appellata. Vid.* Scribon. 131. Plin. 20, 13 E contrario naſturtium Venerem inhibet, animum exacuit. Cic. de Finib. 2, 92 Sit voluptas non minor in naſturtio illo, quo veſci Perſas eſſe ſolitos ſcribit Xenophon, quam in Syracuſanis menſis. Adhibent ad panem nihil praeter naſturtium Perſae Cic. Tuſc. 5, 99 c. 34. Semen naſturtii Scribon. 95. 129. *etc.* Animatum ſemen n. 95. Plin. 19, 8 Naſturtium nomen accepit a narium tormento. Et inde vigoris ſignificatio prouerbio id vocabulum vſurpauit, veluti torporem excitantis. In Arabia mirae amplitudinis dicitur gigni. *Sic* Varro in Vopiſco *ap.* Non. 1, 41. Naſturtium nonne vides ideo dici, quod naſum torqueat?

NASVM, i. n. Antique, pro quo Naſus Non. 3, 146. Plaut. Curc. 1, 2, 17 Sagax naſum habet. Idem Men. 1, 2, 57 Ex iſto loco ſpurcatur naſum odore illutibili. *Conf.* Amph. 1, 1, 288. *et* Mil. 4, 6, 41.

NĀSVS, i. m. [μυκτὴρ] *Dicitur ea Pars faciei, quae a ſuperciliorum confinio oriens, et quaſi aequali porrecta iugo, vtramque aciem ſimul et diſcernit et munit.* Cic. de Nat. Deor. 2, 143 c. 57 Naſus ita locatus eſt, vt quaſi murus oculis interiectus eſſe videatur. Ad naſum, *vid.* AD *Praepoſitionem.* Peſtis naſorum Catul. 67, 9. Pituita mala naſi Idem 21, 17. Aduncus, *vid.* ADVNCVS. Colliſus Sen. de Ira 3, 22. Criſpans Perſ. 3, 87. Excuſſus Idem 1, 118. Integer Iuuen. Sat. 15, 55. Madidi infantia Idem ibidem 10, 199. *h. e. Pituita naſi, quae ſenibus aſſidue ſtillat, vt infantibus.* Simus Senec. de Ira 3, 22. Turpiculo puella Catul. 39, 3. Plaut. Mil. 3, 2, 9 Eho an dormit Sceledrus intus? LV. non naſo quidem. Nam eo magnum clamat. *i. Vehementer ſtertit.* Iuuen. Sat. 1, 57 Doctus ſpectare lacunar, Doctus et ad calicem vigilanti ſtertere naſo. Stertere, *i. Stertendo ſimulare dormientem.* Naſo vigilanti, *i. Ipſe vigilans, et faciens naſum ſtertere.* Ad calicem, *Iuxta pocula, quibus ſe potum ſimulabat dormire, vt moecho vxorem oſculanti et contrectanti conniuens obſequeretur.* Horat. A. P. 36 Prauo Viuere naſo, *i. naſum inſigniter prauum et ridiculum habere.* ¶ 2 Naſus, *pro Reprehenſione et irriſione vſurpatur, quod in illius geſtu ſigna irriſionis manifeſta deprehendi ſolent.* Martial. 13, 2

Naſutus ſis vſque licet, ſis denique naſus,
Quantum noluerit ferre rogatus Atlas:
Et poſſis ipſum tu deridere Latinum.

Hinc apud Plinium in totius operis praefatione *dicitur* Lucilius condidiſſe ſtili naſum, *quia apud Latinos fuit auctor ſatyrae.* *Sic*, naſus Atticus Senec. Suaſ. 6. *Sic* Plin. 11, 37 Et altior homini tantum, quem noui mores ſubdolae irriſioni dicauere naſus. Naſo ſuſpendere adunco, *Vafre ac ſubdole irridere* Hor. Serm. 1, 6, 5. Perſ. 1, 118 Callidus excuſſo populum ſuſpendere naſo. *Ex Eraſmo.* Martial. 1, 42 Non cuicunque datum eſt habere naſum. *i. Acrimoniam ad deridendum, et dicacitatem.* Ad naſum venire, *vid.* AD. ¶ 3 Naſus, *in prouerbium abiit, pro Iudicio, forte ex illo* Hor. Serm. 2, 2, 89 Rancidum aprum antiqui laudabant. Non quia nullus Illis naſus erat, *quo odores diſcernerent, etc.* Naſum *irae ſedem eſſe obſeruat Raderus ad illud* Martial. 6, 64 Rabido nec perditus ore, Fumantem naſum viui tentaueris vrſi. Perſ. 5, 91 Diſce; ſed ira cadat naſo, rugoſaque ſanna. ¶ 4 Naſus *etiam transfertur ad res inſtar naſi prominentes, vt* Anſae. Iuuenal. Sat. 5, 47 Calicem quatuor naſorum dixit. *Hinc* Naſiterna.

NASATVS, a, um. Adi. Naſati dicuntur, *vt* Lampridius *aduertit* Heliog. c. 5 Viriliores ac belle mutoniati: *vnde paroemia*, De naſatorum peculio. *Sed hos item malunt eruditi* Vaſatos *nuncupari, propter illud ex carmine obſceno*, Grandia Dulichii vaſa tuliſſe viri. *Ab* Naſo *autem ita inflecti poteſt* Naſatus; *vt ab Oculo, Oculatus, inquit Caelius* 27, 26. *quem vide. Add.* Lamprid. ib. c. 8, 9 *et* 31.

NASVTVS, a, um. Adi. [μυκτηρώδης] Horat. Serm. 1, 2, 93 Verum Depygis, naſuta, breui latere, ac pede longo eſt. ¶ 2 Naſutus, *Qui docte nouit alios irridere.* Martial. 13, 2 Naſutus ſis vſque licet, ſis denique naſus, *vid.* Phaedr. 4, 6, 1. Naſutas fingere ſannas Eugen. Tolet. Praef. Carm. Naſutius, *Compar. formauit* Martial. 2, 54 Nil naſutius hac, maligniusque eſt. *Superl.* Homo naſutiſſimus Senec. Suaſor. c. 7.

NASVTVLVS, a, um. Adi. Diminut. [μυκτηρωδέστερος] Apul. Naſutula mulier atque dicacula.

NASVTE. Adu. Senec. de Benef. 5, 6 Naſute negare. Phaedr. 4, 6, 1.

NĀSVS, *vel* NASOS, i. [Νᾶσος] *Inſula, pars Syracuſarum, ponte ad reliquam vrbem iuncta. Vid.* Cic. Verr. 4, 118 c. 53. Liu. 25, 24. *Nempe Syracuſani, Dores, pro* Νῆσος *conſueto inſulae nomine* Νᾶσος *dicunt.*

N A T

NATALES, *etc. Vid.* NASCOR.

NATATILIS, *etc. Vid.* NATO.

NATES, is. f. *Pl.* nates. [πυγή, γλουτὸς] *Conglobata os ſacrum verſus caro, ſedendi officio aptiſſima.* Hor. Serm. 1, 8, 47 Diffiſſa nate ficus pepedi *ex perſona Priapi ficulnei.* Martial. 14, 18 Saepe tamen pueris abſtulit illa nates: *i. dedit occaſionem, vt caederentur.* Aridae nates Hor. Epod. 8, 5. Natis fulmine icta Feſtus, *in* Pullus de Fabio Ambuſto, *quem ob id Iouis pullum dixere.*

NĀTĪNOR, āri. *Negotiari.* Cato *apud* Feſt. Inter ſe natinari. *Conf.* Gloſſ. Iſidor. *Scaligero idem eſt ac More natantium ſemper in negotiis fluctuare.*

NATINATIO, *inquit* Feſtus, dicebatur Negotiatio. *Et*, Natinatores ex eo Seditioſi.

NATINATOR, oris. m. *Idem.*

NATIO, NATIVITAS, NATIVVS, *vid.* NASCOR.

NATO, as. *Vid.* NO, nare.

NATRIX, īcis. m. *et* f. [ἔχις, ἔχιδνα] *Genus ſerpentis. A nando, quod in aqua quoque venenum ſpargit.* Priſcian. 5 Natrix quum ſpeciem anguis ſignificat, maſculinum quoque inuenitur. Cic. Acad. 4, 120 c. 38 Cur deus omnia noſtri cauſa cum faceret (ſic enim vultis) tantam vim natricum, viperarumque fecerit? Lucan. 9, 723 Et natrix violator aquae. *Vid.* Columel. 1, 5. *Metaphorice* Natricem Populo Romano futuram C. Caligulam, *i. Peſtiferum, praedixit* Tiberius Suet. Calig. c. 11. ¶ 2 *Senſu obſceno* Lucil. *apud* Non. 1, 334 Si natibus natricem impreſſit craſſam et capitatam. ¶ 3 Natrix *herba.* Plin. 27, 12 Natrix vocatur herba, cuius radix euulſa virus hirci redolet. Hac in piceno a feminis abigunt, quos mira perſuaſione fatuos vocant.

NATVRA, NATVRALIS, NATVS, *vid.* NASCOR.

N A V

NAVALE, NAVARCHVS, *vid.* NAVIS.

NAVCVS, *vel* NAVCVM, i. n. *Nugae.* [περίψημα] Feſtus *ait*, Nauci ſignificare nucis putamen, aut oleae nucleum, aut eam membranulam, quae viſitur in medio nucis iuglandis interſita; denique rei cuiusuis putamen, quod Graeci περίψημα, nauci vocari *exiſtimat. Add. verba* Feſti, *quae damus in* NOEGEVM. Naeuius apud Feſt. Noctem nauco ducere. *i. Nugis.* Nauci, *pro Nihili ponitur.* Plaut. Moſt. 5, 1, *pr.* Qui homo timidus erit in dubiis rebus, is nauci non erit. Cic. de Diuinat. 1, 133 Non habeo denique nauci Marſum augurem. *i. Non facio flocci, prorſusque contemno.* Plaut. Bacch. 5, 1, 16 Perii, hoc ſeruom meum non nauci facere eſſe auſum?

NAVCLERIACVS, NAVCLERVS, *vid.* NAVIS.

NAVFRAGIVM, *vid.* NAVIS.

NAVIA, ae. f. Lignum cauatum vt nauis, quo in vindemiis vti ſolent, *inquit* Feſtus.

NAVICVLOR, NAVIGO, *etc. vid.* NAVIS.

NAVIS, is. f. [ναῦς, νηῦς, πλοῖον, σκάφος] *A Graeco* ναῦς *Inſtrumentum, quo aquas tranſeunt, qui inde dicuntur* nauigare. Cic. Verr. 5, 88 c. 24 Cleomenes — malum erigi, vela fieri, praecidi ancoras imperauit — Haec nauis erat incredibili celeritate velis: nam ſcire iſto praetore nemo poterat, quid quaeque nauis remis facere poſſet — Euolarat iam e conſpectu fere fugiens quadriremis, cum etiam tunc caeterae naues ſuo in loco moliebantur. Plaut. Men. 2, 3, 51 Perii miſera, quam tu mihi nunc nauem narras? MEN. ligneam, ſaepe tritam, ſaepe fixam, ſaepe excuſſam malleo. Magiſter nauis, cui totius nauis cura mandata eſt Vlp. in l. 1. D. de exercitor. act. Rector Virg. Aen. 5, 161. Moderamen Ouid. Met. 15, 726. Magnitudinis inhabilis, *vid.* INHABILIS. Acta per aequoreas hoſpita nauis aquas Ouid. Faſt. 1, 340. Actuariae naues, *Quae remis agebantur.* Liu. 38, 38. Tradito et naues armamentaque earum: neue plures quam decem naues actuarias, nulla quarum plus quam triginta remis agatur, habeto. Caeſ. Bell. Gall. 5, 1 Has omnes actuarias imperat fieri: quam ad rem humilitas multum adiuuat. *Neque tamen numerandae ſunt inter* longas, *quae et ipſae remis agebantur. Subdit enim paullo poſt*, Eo quum veniſſet, circuitis omnibus hibernis, ſingulari militum ſtudio, in ſumma rerum inopia circiter ſexcentas eius generis cuius ſupra demonſtrauimus, naues, et longas duodeuiginti inuenit inſtructas. *Eas in eodem libro* Caeſar vectoria grauiaque nauigia *vocat, etiamſi remis agerentur.* Qua in re, *inquit*, admodum fuit militum virtus laudanda, qui vectoriis grauibusque nauigiis non intermiſſo remigandi labore, longarum nauium curſum adaequauerunt. Aeratae *ſunt eaedem, quae* roſtratae. Hirt. de Bell. Alex. c. 44 Nauibus actuariis, quarum numerus erat ſatis magnus, magnitudine quanquam non ſatis iuſta ad praeliandum, roſtra impoſuit. Has adiunctas nauibus longis, et numero claſſis aucto, militibus veteranis impoſitis, *etc.* Roſtratae *nimirum dictae e* roſtris: *quae quia ex aere fiebant, aeratae etiam dicebantur.* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 3 Interim L. Naſidius ab C. Pompeio cum claſſe nauium ſedecim, in quibus paucae erant aeratae, L. Domitio Maſſilienſibusque ſubſidio miſſus. Virg. Aen. 8, 675 In medio claſſes aeratas, Actia bella Cernere erat. Liu. 36, 42 Vna et octoginta roſtratis nauibus, multis praeterea minoribus, quae aut apertae roſtratae, aut ſine roſtris ſpeculatoriae erant, Delum traiecit. *Conf.* Senecae *locum mox laudandum in* Luſoriae. Apertae naues, *vid.* Conſtratae naues, *in* CONSTERNO. Capaces fluminum naues, *Ad mare non ſufficientes* Vlpian. in l. 1. D. de exercitor. actione. Caerulea, *vid.* CAERVLEVS. Caudicariae, *vid. h. v.* Celſae Virgil. Aen. 2, 375. Citae Ouid. Epiſt. 15, 109. Conſtratae, *vid. mox* n. 2. Liu. 37, 24 Contemplatus Eudamus hoſtes, Claudas mutilataſque naues apertis nauibus remulco trahentes Lucret. 4, 441. Curſoria, *vid.* CVRRO. Curuae Ouid. Met. 2, 63. Debilitata, *vid.* ANCHORALE. Exarmata nauis, *i. Armamentis ſpoliata.* Senec. Conſol. ad Helu. *extr.* Fluuiatiles, *Quibus nauigamus in fluuiis.* Liu. 10, 2. Frumentariae, *Onerariae ad frumentum vehendum aptae.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 96. Inanis, *vid.* INANIS. Ingentes Lucret. 1, 273. Inhabiles ad onera Vlp. in l. 1 D. de exercit. Inſtabiles Ouid. Met. 2, 164. Longae naues *ab* Onerariis *differebant. Siquidem* Onerariae *velis duntaxat incitabantur:* Longae *vero etiam remis agebantur.* Cic. Fam. 12, 15 A claſſe diſceſſerunt, nauique longa profugerunt, onerariis relictis. Caeſ. Bell. Gall. 4, 25 Quod vbi Caeſar animaduertit, naues longas, quarum et ſpecies Barbaris erat inuſitatior, et motus ad vſum expeditior, paullulum remoueri ab onerariis nauibus, et remis incitari, et ad latus apertum hoſtium conſtitui: atque inde fundis, tormentis, ſagittis hoſtes propelli, ac ſummoueri iuſſit. quae res magno vſui noſtris fuit. Nam et nauium figura, et remorum motu, et inuſitato genere tormentorum permoti Barbari conſtiterunt, ac paullulum modo pedem retulerunt. Longarum *aliae vocabantur* biremes, *quae duobus remorum ordinibus agebantur; aliae* triremes, *quae tribus: aliae* quadriremes, *quae quatuor:* quinqueremes, *quae quinque, et ita deinceps. Erant et* Liburnicae, *quas* Liu. 24, 40 Leues biremes *vocat.* Luſoriae naues, *de quibus* Vegetius 4 c. vlt. *in fine, dicebantur, Quas in Danubio aduerſus Barbaros Romani in excubiis habebant, quae huc et illuc diſcurſare ſolebant. Nam* ludere nauis *dicitur, quae huc et illuc velut laſciuia quadam currit.* Seneca, Vbi naues luſerunt, hauriuntur. Luſoriae *autem vocatae ſunt, quod ludicrae triremibus et aeratis comparatae viderentur, et tanquam ad luſum haberentur.* Senec. de Benef. 7, 20 Cui triremes et aeratas non mitterem, luſorias, et cubiculatas, et alia ludibria regum in mari laſciuientium mittam. Marinae naues, *Quibus in mari nauigamus, ad diſcrimen fluuiatilium.* Scaeuola in l. His qui naues marinas fabricauerint. D. de Vacat. et excuſat. munerum. Minuta Catull. 23, 12. Mutilatae naues Liu. 37, 24. Obruta aquis Ouid. Amor. 2, 11, 50. Oneraria, *vid.* ONVS. Papyraceae, *vid.* PAPYRVS. Perfoſſae, *vid.* PERFODIO. Piratica Quinctilian. 2, 14. Piſcatoriae, *Quae piſcium capiendorum cauſa paratae*

ratae ſunt Liu. 23, 1. Ponti efficiendo Tacit. Hiſt. 5, 19, 2. Praedatoriae Liu. 29, 28. *Hae etiam* Piraticae naues *dicuntur*, Liu. 34. Praetoria nauis, *quam Graeci* ναυαρχὶδα *vocant*, Liu. 21, 50 Fretum intranti rex Hiero claſſem ornatam obuiam duxit, transgreſſusque ex regia in praetoriam nauem, *etc.* Lucan. 3, 530. *al.* Puppis. Roſtratae naues, *vid. paullo ante* Aeratae naues. Salua naue in portum peruenire Quinctil. 2, 17. Speculatoriae Liu. 36, 42. Tabellariae naves, *Quae aduentantis claſſis nuncium ferebant* Senec. Epiſt. 72. Tectae naues, *et* Naues apertae, *contraria* Liu. 32, 21. Caeſ. Bell. Ciu. 1, 56. Turritae naues, *Quibus ad libram turres imponebantur, idque non ſolum ad proram, ſed etiam ad puppim, vt teſtatur Appianus de bellis Ciuil.* Plin. 32, 1 Sed armatae claſſes imponunt ſibi turrium propugnacula, vt in mari quoque pugnetur velut e muris. *Add.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3 c. 40. Liu. 37, 24 Abſcedentes e turri Praetoriae nauis. Valida Virgil. Aen. 1, 124. Vectoria nauis Suet. Caeſ. c. 63. Vlpianus in l. Vulgaris. D. de furtis, Quid deinde, ſi de naue Vinaria, vt ſunt multae, in quas vinum infunditur, quid dicemus de eo, qui vinum hauſit? an totius oneris fur ſit? et magis eſt vt et hic non totius dicamus. Vitiles Plin. 7, 56. Vulnerata Liu. 37, 24 *et* 30. *De vario genere nauium totaque adeo re nauali antiqua eſt praeclarum opus Io. Scheſſeri, de militia nauali.* ¶ 2 *Nos iam videamus formulas verborum.* Abreptae naues remis in terram Liu. 26, 39. Tacit. Ann. 2, 7 Sed Caeſar, dum Adiguntur naues, Silium legatum cum expedita manu irruptionem in Chattos facere iubet. Adornare nauem, *vid.* ADORNO. Aduehere naue, et nauem, *vid.* ADVEHO. Aduehi naui ab Epidauro Piraeeum, Seru. Sulpicius Cic. Fam. 4, 12. Aduertere nauem, *vid.* ADVERTO. Aedificare, *vid.* AEDIFICO. Aedificare nauem maximam triremis inſtar Cic. Verr. 5, 43. Agere Hor. Epiſt. 2, 1, 114. Ambulant naues, *vid.* AMBVLO. Appellere nauim ad villam aliquam Cic. Att. 13, 21. Applicare naues terrae, et ad terram, *vid.* APPLICO. Aptae inſtructaeque remigio Liu. 21, 22. *Hinc illud* Virgil. Aen. 8, 79 Sic memorat: geminasque legit de claſſe biremes, Remigioque aptat, ſocios ſimul inſtruit armis. Armare naues, *vid.* ARMO. Aſcendere ad nauem Cicero Acad. 4, 148. Nauem Nepos 23, 7, 6. In nauem Idem 2, 8, 6. Augent ſumma nauium tabulis Tacit. Hiſt. 3, 47. Coactae, *vid.* COGO. Comparare nauem Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 18. Conducta, *vid.* CONDVCO. Conficit optime curſum nauis, quae ſcientiſſimo gubernatore vtitur Cic. de Inuent. 1, 58 c. 34. Confracta, *vid.* CONFRINGO. Confugere in, *vid.* CONFVGIO. Coniecta nauis in noctem Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 28. Conſcendere nauem Cic. Acad. 4, 148. Conſcendere nauem, *vel* In navem Quinctil. 4, 2. Cic. Fam. 14, 7. Conſtituere Caeſ. Bell. Gall. 4, 33. Conſtratae naues, *quae et* Tectae *dicebantur*, *de quibus* Plin. 7, 56 Tectas longas inuenere Thaſii; antea ex prora tantum et puppi pugnabatur. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 101 Atque omnes naues incendit XXXV, in quibus erant viginti conſtratae. Hirt. Bell. Alex. 11 Magnoque impetu quatuor ad eam conſtratae naues, et complures aperte contenderunt. *Quod perinde eſt, ac ſi dixiſſet, Alias tectas fuiſſe, alias apertas.* Cic. Verr. 5, 103 Poterone in eos eſſe vehemens, qui naues inanes non modo habuerunt, ſed etiam apertas: in eum diſſolutus, qui ſolus habuerit conſtratam nauem, et minus exinanitam? *Porro* Conſtratae naues *dicebantur, eo quod haberent cataſtromata. Quid autem ſit* Cataſtroma, *vide ſuo loco.* Conſtratae tempeſtatibus, *vid.* CONSTERNO. Conſtruere nauem, *vid.* CONSTRVO. Contrudere in naues, *vid.* CONTRVDO. Deducere Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 6. Deferri naui, *vid.* DEFERO. Deprimere Cic. pro Lege Manil. 21. Nep. 9, 4, 4. Depreſſae Tacit. Hiſt. 4, 79, 7. Cic. Acad. 4, 148 Nos ad nauiculas noſtras deſcendimus. *h. e. Ad litus, et locum, in quo ſtabant nauiculae. Non enim idem eſt quod Conſcendere naues.* Deſilire e Caeſ. Bell. Gall. 4, 25. Detrahere ad terram Idem Alex. 10. Detrudunt ſcopulo Virg. Aen. 1, 149. Dirigere timidae nauis iter Ouid. Faſt. 1, 4. Diuidere Quinct. 6, 3. Educere e portu Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 57. Egredi e Cic. Att. 14, 21. Egredi naui Ter. Heaut. 1, 3, 9. Eiicere in terram Caeſ. Bell. Ciu. 3, 25 *et* 28. Eſcendere Nep. 2, 8, 6. *vt quidam legunt*, *vid.* *Boſ.* Euertere nauem in portu Cic. de Orat. 1, 174. Idem de Finib. 4, 76 Vt gubernator aeque peccat, ſi palearum nauem Euertit, et ſi auri: item aeque peccat, qui parentem, et qui ſeruum iniuria verberat. *Paullo poſt*, Et ſi in ipſa gubernatione negligentia eſt nauis Euerſa. Exercere, *i. naui agenda quaeſtum facere*, Paul. Rec. Sent. l. 2 t. 6. Fabricari Tacit. Ann. 14, 29. Fabricare ex integro Suet. Auguſt. c. 16. Ferri magna vel parua naue Hor. Epiſt. 2, 2, 200. Fertur nauis velis ventoque Lucret. 4, 895. Frangere Terent. in Andr. 1, 3, 17. Gubernare nauem, et ſaluam in portu collocare Cic. in Piſon. 20. Haerentes litore Hor. Serm. 2, 3, 205. Iactantes Auſtri nauim Idem ibid. 1, 1, 6. Impegit nauem Quinct. 4, 1. Incitare nauem Nep. 7, 6, 3. Incitare ſeſe in nauem Caeſ. de Bell. Ciuil. 2, 6. Inflammari nauem, incendique iuſſit, *vid.* INCENDO. Inhibere retro, *vid.* INHIBEO. Inſtituere nauem, *vel* naues, *vid.* INSTITVO. Inſtructae Virg. Aen. 2, 254. Inſtructa et ornata Cic. Verr. 5, 132. Interire Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 58. Inuoluens aqua nauemque viroſque Virg. Aen. 6, 336. Loqui ex navibus, *vid.* LOQVOR. Moliri naues ab terra Liu. 28, 7. Mouebat ſe tarda nauis remigio Virg. Aen. 5, 280. Nauigat nauis in ſtagno Vlpian. in l. 1 D. de exercit. action. Sic Scaeuola in l. 3. D. de vacat. et excuſat. munerum. Patiens nauium Tiberis, *vid.* PATIOR. Peragere nauem in portum, *vid.* PERAGO. Petere aliquid nauibus atque quadrigis. *Metaphor. i. Vehementer.* Hor. Epiſt. 1, 11, 28. Properatae Tacit. Ann. 2, 6. Reficere naues Idem ibid. 2, 44. Religarat iactatam nauim vdo litore Hor. Carm. 1, 32, 7. Soluere Ouid. Rem. Amor. 285. *vid.* SIDO. Statuere nauem, *i. Siſtere* Plaut. Bacch. 2, 3, 57. Virg. Aen. 1, 577 Vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt: Subducite naues. *h. e. Surſum e mari in terram trahite, vt fractas inſtauretis.* Supplere remigio Liu. 26, 39. Supprimere Cic. . . . Tenere in ancoris Nep. 2, 8, 7. Tenent feſſas vincula Virg. Aen. 1, 172. Tranſportare nauibus copias omnes Dyrrhachium Cic. Att. 8, 18. Turbata duce amiſſo nauis Liu. 26, 39. Vehere aliquem in nauibus Cic. de Nat. Deor. 3, 89. Liu. 26, 17 Quum Tarraconem nauibus Veniſſet. ¶ 3 *Frequenti metaphora dicitur* Reip. nauis, *vid.* Cic. pro Sext. c. 20. *Conf.* Idem Fam. 9, 15. Idem ibidem 12, 25 Vna nauis eſt iam bonorum omnium, quam quidem nos damus operam, vt rectam teneamus, vtinam proſpero curſu; ſed quicunque venti erunt, ars noſtra certe non aberit. *Conf.* Cicero Fam. 2, 5.

NAVICVLA, ae. f. Dimin. [σκαφίδιον] Cic. Acad. 4, 148 c. 48 Ita ſermone confecto Catulus remanſit, nos ad nauiculas noſtras deſcendimus. Parua nauicula, *vid.* PARVVS. Vectoria Suet. Caeſ. c. 63. Traiicere nauicula in Africam Cic. poſt Red. ad Quir. 20 c. 8. *Adde* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 3. Vitruu. 10, 1. Lactant. 4, 15.

NAVCVLA, ae. f. *Per Syncopen pro Nauicula.* Paullin. Epiſt. ad Cyther. 247 Salicus in illam decidiſſet nauculam.

NAVCELLA, ae. f. *Idem.* Leg. 17 §. 1. Dig. de Inſtr.

NAVICELLA, ae. f. Dimin. [πλοιάριον] *Vtitur* Martian. in l. Item pictoris. D. de fundo inſtructo.

NAVĀLIS, e. Adi. [νήιος] *Quod ad naues pertinet.* Plin. 16, 1 Praelium nauale aduerſus arbores inirent. Apparatus naualis ei ſemper antiquiſſima cura fuit Cic. Att. 10, 8. Bellum Idem pro Lege Manil. 28. Nepos 2, 2, 3. Certamen Virgil. Aen. 5, 493. Corona naualis, *Qua donari ſolebat, qui primus in hoſtium nauem armatus tranſiliiſſet.* Virg. Aen. 8, 684 Ea quaſi nauium roſtris inſignita eſt, et ex auro fieri ſolet, ſicut et muralis et caſtrenſis, *teſte* Gellio 5, 6. *Conf.* Feſt. Crimen Cic. Verr. 5, 131. Diſciplina Idem pro Lege Manil. 55 c. 18. Gloria Idem Verr. 5, 60. Materia naualis ad claſſem aedificandam Liu. 26, 47. Praelia Quinct. 2, 17. Pugnae nauales et pedeſtres Cic. de Senect. 13. Res Liu. 40, 18. Socii nauales, *qui Remiges quoque dicuntur.* Liu. 21, 50 Contra eludere Poenus, et arte, non vi rem gerere: nauiumque, quam virorum, aut armorum malle certamen facere. Nam vt ſociis naualibus affatim inſtructam claſſem, ita inopem milite habebat. *Vides, vt alios ponat pro* Sociis naualibus, *alios pro Milite et propugnatoribus. Et* 26, 17 Quum Tarraconem nauibus veniſſet, expoſitisque ibi copiis, et nauibus ſubductis, ſocios quoque nauales multitudinis augendae cauſa armaſſet: profectus, *etc.* *Rurſus libro eodem*, Poſtero die militibus, naualibusque ſociis conuocatis, primum diis immortalibus laudes gratiasque egit. Triumphus naualis Plin. 34, 3. Tuba naualis Martial. de Spectac. 28 Et freta nauali ſollicitare tuba. Vncus Valer. Argon. 8, 298.

NAVĀLE, is. n. [ναύσταθμος, ἐπίνειον, νεώριον] *Locus, in quo ſtant, vel fieri ſolent naues.* *Genit. Plural.* naualiorum Vitruu. 5, 12. *Quaſi Nominatiuus eſſet* Naualium. Virg. Aen. 4, 593 Diripientque rates alii naualibus? Cic. Off. 2, 60 Atque etiam illae impenſae meliores, muri, naualia, portus, aquarum ductus Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 3 *et* 4. Seru. ad Aen. 11, 326. De opere naualium dicere Cic. de Orat. 1, 62. Aptum nauale carinae Ouid. Epiſt. 18, 207. Caua Idem Triſt. 4, 8, 17. Longa Idem Amor. 2, 9, 21. Siccum Idem Met. 3, 661. Diripere rates naualibus Virg. Aen. 4, 593. Exit puppis naualibus Ouid. Faſt. 4, 729. Naualia, *Romanorum locus prope Tiberim. Vid.* Liu. 3, 26. 8, 14. *et* 40, 51. ¶ 2 Naualia *etiam ſunt Excauata anatium ſtabula. Vid.* Varr. de R. R. 3, 5, 14.

NAVACVLVM, i. n. *Id. ac Nauale.* Gloſſ. Lat. Gr. Nauaculum, ναύσταθμον.

NAVARCHVS, i. m. [ναύαρχος] *Nauis princeps, qui in naui nautis imperat, vulgus pilotam et patronum vocat.* Cic. Verr. Act. 1, 59 Sumtum omnem in claſſem frumento, ſtipendio, caeterisque rebus navarcho ſuo quaeque ciuitas ſemper dare ſolebat. *Ibid.* 83 O dii immortales! quid ſi harum ipſarum ciuitatum militibus, nauibus, navarchis, Syracuſanus Cleomenes iuſſus eſt imperare, *etc.* *Ibid.* 3, 186 c. 80 An quod forum Syracuſanum nauarchorum ſanguine redundauit. *Conf.* l. 6. Cod. de Nauicular. Quinct. 4, 2. *et* Plin. 35, 10.

NAVCLĒRVS, i. m. [ναύκληρος] *Dominus nauis, qui nauem poſſidet.* Iſidor. 19, 1 Nauclerus Dominus nauis eſt appellatus, quod navis in ſorte eius ſit. Κλῆρος enim Graece ſors dicitur. Plaut. Mil. 4, 3, 16 Nauclerus dixit, qui illas aduexit, mihi. *Conf.* l. 4. Cod. *et* Tertull. de Praeſcript. c. 30. *et* adu. Marc. 4, 9.

NAVCLERIVS, *ſ.* NAVCLERICVS, a, um. Adi. [ναυκλήριος] *Quod ad nauclerum pertinet.* Plaut. Aſin. 1, 1, 54 Nauclerio ipſe ornatu per fallaciam, quam amabam, abduxit ab lenone mulierem. Nauclerio, *i. Nautico, maritimo.*

NAVCLERIĂCVS, a, um. Adi. *Idem.* [ναυκληριακός] Plaut. Mil. 4, 4, 41 Facito vt venias huc ornatu naucleriaco.

NAVFRĂGVS, i. m. [ναυαγὸς, ναυηγὸς] *Qui naui fracta bona amiſit.* Cic. Off. 3, 90 Quid ſi vna tabula ſit, duo naufragi, hique ſapientes, ſibine vterque rapiat, an alter cedat alteri? Naufragorum eiecta et debilitata Manus Cicero Catil. 2 c. 11. Expulſus aliquis et naufragus Idem in Piſon. 42. Interiit naufragus Ouid. Met. 11, 668. Quinctil. 6, 2 Orbum agimus, et naufragum, et periclitantem. Naufragus, *per translationem, pro Eo, qui bona diſſipauit.* Cic. in Catil. 1, 30 Quod ſi ſe eiecerit, ſecumque ſuos eduxerit, et eodem caeteros vndique collectos naufragos aggregauerit, extinguentur, *etc.* Cir. pro Sulla 41 c. 14 Sed vt aliquis Patrimonio naufragus, inimicus otii, bonorum hoſtis. Dare tabulam naufrago Seneca de Benef. 3, 9.

NAVFRĂGVS, a, um. Adi. [ναυηγὸς] *Interdum actiue, interdum paſſiue ſumitur.* Corpora naufraga Virgil. Georg. 3, 542. Mare Horat. Carm. 1, 16, 10. Naufragia faciens Acron et Porphyrio. *Conf.* Tibull. 2, 4, 10. Monſtra Ouid. Faſt. 4, 500. Puppis Id. Epiſt. 2, 16. Tempeſtas Valer. Argon. 1, 584. Vnda Tibull. 2, 4, 10.

NAVFRAGIVM, i. n. [ναυαγία, ναυάγιον] *Nauis fractio. Frequenter etiam pro magna calamitate, et bonorum vel famae amiſſione ponitur.* Cic. Tuſc. 1, 107 Exſecratur luculentis ſane verſibus apud Ennium Thyeſtes: primum vt naufragio pereat Atreus. Commune naufragium Claud. Conſ. Hon. 4, 62. Dira Senec. Octau. 4. Magna Lucret. 2, 552. Colligere, *vid.* COLLIGO. Deprehenſus naufragio Scribon. 231. Expelli naufragio Cic. in Piſon. 43. Id. de Inuent. 1, 5 Hinc nimirum non iniuria, quum ad gubernacula Reipub. temerarii atque audaces homines acceſſerunt, maxima et miſerrima naufragia fiebant. *i. Maxima bonorum iactura fiebat.* Idem Fam. 16, 9 Qui cupide profecti ſunt, multi naufragia fecerunt. Factum Ouid. ex Ponto 2, 6, 11. Pati naufragium Senec. Herc. Oet. 118. Spargere naufragium Sil. 10. Clariſſimorum ducum, regumque naufragium Cic. de Diuin. 1, 24. Idem Fam. 4, 13 Verſor in eorum naufragiis et bonorum direptionibus. Id. ibid. 1, 9 Neque hercule in iis ipſis rebus, quae quanquam erant mihi propter rei familiaris naufragia neceſſariae, tamen, *etc.* Idem Att. 4, 17 Perſpice aequitatem animi mei, et ludum et contemtionem Seleucianae prouinciae, et me hercule cum Caeſare ſuauiſſimam coniunctionem: haec enim vna ex hoc naufragio tabula me delectat. *i. Hoc vnicum ſubſidium calamitatis, hae amicitiarum reliquiae.* Naufragium fortunarum Cic. pro Rabir. 25 c. 9. Firmicus 6, 12 Cum pudoris exiſtimationisque naufragio, impudicae impuritatis labibus polluuntur. Vitae A. Marcellin. 30.

NAVIFRAGVS, a, um. Adi. [ναυηγὸς] Ouid. Triſt. 5, 8, 11 Vidi ego nauifragum, qui riſerat aequore mergi. Aequor nauifragum Auſon. Epiſt. 7, 40. Fretum nauifragum Ouid. Met. 14, 6. Noti nauifragi vim perferre Prudent. aduerſ. Symmach. 1, 9. Saxa Stat. Theb. 5, 41. Scylacaeum Virg. Aen. 3, 553.

NAVFRAGALIS, e. Adi. *Inſulae epitheton.* Martian. Capell. 6 Capraria naufragalis.

NAVFRAGIOSVS, a, um. Adi. Claud. Mamert. de Statu Anim. 1, 1. *et* Sidon. Epiſt. 4, 11.

NAVFRAGO, āre. *vel* NAVFRAGOR, āri. *pro Naufragium facere.* Petron. Fragm. Trag. c. 76. *Conf.* Cyprian. de Lapſis 10. Auguſtin. Epiſt. 48. *et* Med. 24. Sidon. Epiſt. 4, 21. *et* Saluian. 3 p. 49. Paullin. ad Cytherium v. 154. A fide naufragauerunt Auguſtin. de Morib. Eccleſ. Cathol. l. 1 c. 19. Cyprian. de Lapſ. c. 10. Circa fidem naufragauerunt Vulgat. 1 Timoth. 1, 14.

NAVIA, ae. f. Lignum cauatum vt nauis, quo in vindemiis vti ſolent. *Vid.* Feſt. *et* Macrob. Saturn. 1, 7.

NAVICVLOR, *ſ.* NAVCVLOR, āri. [ναυτίλλομαι] *Nauicula vehi.* Martial. 3, 20 Piger Lucrino nauiculatur in ſtagno.

NAVICVLARIVS, i. m. [ναυτίλος, ναύκληρος] *Idem qui Graece Nauclerus.* Cic. Fam. 16, 9 Mare magnum et difficile tibi reſtat: ſi poteris cum Meſſinio: caute is ſolet nauigare. Si minus, cum honeſto aliquo homine, cuius auctoritate nauicularius moueatur. Idem Verr. 5, 153 Malo inquam te, iſti generi hominum, quam mercatoribus et nauiculariis inimicum atque infeſtum putari. *Ibid.* 2, 137 c. 55 Vt aratores, vt mercatores, vt nauicularii.

NAVICVLARIVS, a, um. Adi. Functio nauicularia l. 3. Cod. de praediis nauiculariorum. Onus nauicularium l. 2 *et* 12 Cod. Theod. de nauiculariis.

NAVICVLARIS, e. Adi. *vt,* Res nauicularis Hermog. ICt. in Dig.

NAVICVLATOR, ōris. m. [ναυκληρὸς] Cic. pro Lege Manil. 11 c. 5 Maiores veſtri ſaepe mercatoribus ac nauiculatoribus iniurioſius tractatis, bella geſſerunt.

NAVICVLARIA, ae. f. [ναυκληρία] *Profeſſio ac vita nauicularii.* Cic. Verr. 5, 45 c. 17 Quid eos loqui qui videbant, quid exiſtimare eos, qui audiebant, arbitrabare? inanem te nauem eſſe in Italiam ducturum? nauiculariam te, quum Romam veniſſes, eſſe facturum?

NAVIGIVM, i. n. [πλοῖον] *Omne genus nauis, a nauigando dictum.* Plin. 32, 1 Haec tantilla eſt ſatis contra tot impetus, vt vetet ire nauigia. Idem 13, 11 Noctis, dieique velifico nauigii curſu. Actuaria nauigia, *vid.* AGO. Luculenta Cic. Att. 16, 4. Piſcatorium Quinctil. 6, 3. Cic. Acad. 4, 100 c. 31 Sed ſi iam ex hoc loco proficiſcatur Puteolos ſtadia triginta probo nauigio, bono gubernatore ac tranquillitate, *etc.* Speculatoria, *i. Exploratoria* Caeſ. Bell. Gall. 4, 26. Fragmina nauigii Ouid. Met. 11, 561. Lignum vtile nauigiis, pinus Virg. Georg. 2, 442. Committere paruo nauigio pueros Cic. Att. 10, 11. Concedere mari nauigia, *vid.* CONCEDO. Concredere mari, *vid.* CONCREDO. Diſſolutum et diſſipatum Cic. Att. 15, 11. Infrenare nauigia ancoris, *vid.* INFRENO. Inſtruere armamentis, *vid.* INSTRVO. Interiit nauigium Caeſ. in Bell. Alex. 21. Scindere nauiglis mare Ouid. de Arte Am. 2, 671. Trahit nauigium aquam, *vid.* TRAHO. *Metaph.* qui in eodem velut Nauigio participes ſunt periculi Liu. 44, . . . *Conf.* Cic. Att. 15, 11. ¶ 2 Nauigium, *pro Nauigatione videtur accepiſſe primus eorum, qui hodie exſtant,* Serbidius Scaeuola in l. 122 qui Romae §. Callimachus, D. de verborum obligationib. his verbis, Idque creditum eſſe in omnes nauigii dies ducentos ſub pignoribus et hypothecis, mercibus a Beryto comparatis. *Sic* Rutil. Numat. 1, 541 Tempora nauigii clarus reparauerat Eurus. *Ita* Seru. *ad* Virg. Georg. 1, 139 Nauigio inuento, *i.* Nauigatione. *Vid. Gronou. Obſeru. ad Script. Eccleſ. c. 25. vbi recentioris aeui eſſe hanc notationem oſtendit, et ex ea, Dictyn Cretenſem, Conſtantini aeuo non maiorem, arguit.*

NAVIGIOLVM, i. n. Dimin. [πλοιάριον] Lentulus *ap.* Cic. Fam. 12, 15 Nos vix ipſi ſingulis cum nauigiolis reciperemus. *Conf.* Hirt. Bell. Afr. c. 63.

NAVIGER, ĕra, ĕrum. Adi. [ναυφόρος] Plin. 9, 30 *de loliginibus,* Nauigeram ſimilitudinem et aliam in Propontide viſam ſibi prodidit Mutianus: concham eſſe acatii modo carinatam, inflexa puppe, prora roſtrata. Lucret. 1, 3 Quae mare nauigerum, quae terras *etc.* *Conf.* Veget. 3, 7. *Et* Ammian. 23, 20.

NAVIGO, āre. [πλέω, ναυτίλλομαι] *Nauem agere, Naui iter facere.* Cic. Att. 5, 12 Negotium magnum eſt nauigare, atque id menſe Quinctili. Non hercle verbis dici poteſt tantum, quantum re ipſa nauigare incommodum eſt Ter. Hec. 3, 4, 2. Plin. 13, 25 Qui nauigauere in Indos Alexandri milites. Nauigare in portu, *eſt A periculo abeſſe: propterea quod, qui mediis adhuc in fluctibus nauigant, hi ventorum et aeſtus arbitrio nauigant.* Ter. Andr. 3, 1, 22 Huius periculo fit, ego in portu nauigo. *h. e. Tutus ſum.* Belle nauigare, *vid.* Belle, *in* BONVS. Caute Cic. Fam. 16, 9. Commode magis, quam ſtrenue Id. Att. 16, 6. Cum illo Rhodiorum ἀφράκτῳ nauigans Cic. Att. 10, 11 p. 170 *Graeu. Graeciſmus.* E portu Quinctil. 4, 2. Explorate Cic. Fam. 16, 8. Ex ſententia Id. Acad. 4, 100. Cic. Verr. 2, 95 Romam venit, ſatiſque feliciter nauigauit. Incommodiſſime, *vid.* INCOMMODVS. Recte Cic. Fam. 16, 12. Sine timore Id. Ibid. 16. Cic. Fam. 16, 9 Ne temere nauiges. Quam celeriter, Cn. Pompeio duce, belli Impetus nauigauit Cic. pro L. Manil. c. 12. Nauigat nauis, *vid. ſupra in* NAVIS. Claſſibus maximis Cic. Att. 10, 8. Mare nauigare Virg. Aen. 1, 71. Myoparonibus Cic. Verr. 3, 186. Probo nauigio, bono gubernatore Idem Acad. 4, 100 c. 31. Pinus nauigat in vndis Ouid. de Arte Am. 2, 9. Ratibus nauigare Plin. 7, 56. Remis Cic. Att. 16, 6. Id. de Fin. 2, 112 Vt ſi Xerxes cum tantis claſſibus, tantiſque equeſtribus et pedeſtribus copiis, Helleſponto iuncto, Athone perfoſſo maria ambulauiſſet, terram nauigaſſet. Pleniſſimis velis Cic. pro Domo 24 c. 10. Nauigatur, *imperſonale.* Cic. pro Lege Manil. 20 c. 11 Quum aut hieme, aut referto praedonum mari nauigaretur. *Paſſiue.* Nauigatur Occidens Plin. 2, 67. Septentrionalis Oceanus maiori ex parte nauigatus eſt Plin. 2, 67.

NAVIGANS, antis. Partic. Cic. Off. 3 c. 23. Petron. c. 107.

NAVIGATVS, a, um. Partic. Tacit. Germ. 34, 2 Ambiunt immenſos lacus Romanis claſſibus nauigatos. Nauigatus fluuius Plin. 6, 20.

NAVIGANDVS, a, um. *vt,* Nauiganda nauis Vlpian. in l. 1. D. Nautae, caupon. *etc.* Nautam accipere debemus eum, qui nauem exercet; quamuis nautae appellantur omnes, qui nauis nauigandae cauſa in naui ſunt: ſed de exercitore ſolummodo Praetor ſenſit.

NAVIGATIO, ōnis. f. [ναυτιλία] Cic. de Fin. 5, 16 Vt medicina valetudinis, nauigationis gubernatio: ſic viuendi ars eſt prudentia. Idem Fam. 15, 11 Ego, ſi me nauigatio non morabitur, quae incurrebat in ipſos Eteſias, propediem te, vt ſpero, videbo. Cic. Q. Frat. 2, 5 Iidem aiebant nuntiare te prima nauigatione eſſe tranſmiſſurum, *i. cum primum nauigandi erit facultas, opportunitas.* Secunda nauigatio Tacit. Ann. 2, 8, 1 *felix, amne ſecundo.* Longa ex nauigatione aliquando in portum venire Cic. de Senect. 71 c. 19. Committere ſe nauigationi Id. Fam. 16, 4. Conquieſcit mercatorum nauigatio, *vid.* CONQVIESCO. Dimittere nauigationem Cic. Q. Frat. 2, 5. Impedire Caeſ. Bell. Gall. 3, 9. Epicurus Fugere nos omnem diſciplinam nauigatione quam velociſſima iubet Quinctil. 12, 2, 24.

NAVIGATOR, ōris. m. Quinctil. Decl. 12 Infelix nauigator es, cuius votis aurae non reſpondent. Idem Inſt. Orat. 5, 10. *Et* Paul. Nolan. ad Cyther. 397.

NAVIGABILIS, e. [πλωτὸς, πλώσιμος] *Quod nauigari poteſt.* Columel. 1, 2 Nec procul a mari, aut nauigabili flumine. Senec. de Benef. 3, 8 Beneficium eſt donare regiones, per quas multa flumina et nauigabilia decurrunt. Nauigabile mare Liu. 35, 44. *Conf.* Melam 2, 1. *et* Quinctil. 8, 3, 76.

NAVMACHIA, ae. f. [ναυμαχία] *Nauale bellum, ſeu naualis pugna.* Martial. 1, 28 Do tibi naumachiam, tu das epigrammata nobis: Vis, puto, cum libro Marce natare tuo. Naumachiam committere Suet. Claud. c. 21. *Conf.* Paterc. 2, 56, 1. Naumachia, *Locus, in quo fit pugna naualis.* Suet. Tiber. c. 62 Semel triremi vſque ad proximos naumachiae hortos ſubuectus eſt. Idem Neron. c. 27 Praecluſa naumachia. De naumachiis Imperatorum *variis, vid. Lex. Pitiſc.*

NAVMACHIARIVS, i. m. [ἐπιβάτης] *Qui praelium nauale committit.* Suet. Claud. c. 21 Proclamantibus naumachiariis. *Hi etiam* Epibatae *dicuntur Graeca voce.*

NAVMACHIARIVS, a, um. Adi. [ναύμαχος] *vt,* Naumachiarius pons Plin. 16, 39. Idem 40.

NAVLVM, i. n. [ναῦλον] *Pretium, quod ſoluitur pro vectura in naui.* Iuuen. Sat. 8, 97 Furor eſt, poſt omnia perdere naulum. Paul. in l. Quum ſeruus. §. i. D. de leg. 1 Et idem in operis ſeruorum, vel vecturis iumentorum, vel naulis nauium dicendum.

NAVPEGVS, i. m. Gloſſ. Gr. Lat. ναυπηγὸς, faber. *Vid. infra.*

NAVPEGIARIVS, i. m. *Idem.* Inſcript. Spon. Miſc. p. 67 COLLEG. NAVPEGIAR. *Conf.* Reineſ. Inſcript. p. 602.

NAVSTIBVLVM, *vid. infra.*

NAVSVM, i. n. *Genus nauigii Gallici.* Auſon. Epiſt. 22 Nauſo, aliaue quauis naui. Idem ib. v. 38 Vt inde nauſo deuehat.

NAVTA, *vel* NAVITA, ae. c. [ναύτης, ναβάτης, ναυτίλος] *Qui naui agenda occupatur, quicunque in naui eſt, nauis ducendae gratia.* Ter. Phorm. 4, 1, 10 Saluas audiui ex nauta, qui illas vexerat. Cic. Att. 9, 2 Nauitam ipſe audiri videor iam euocantem. Nauita de ventis, de tauris narrat arator, enumerat miles vulnera, paſtor oues Propert. 2, 1, 43. Cic. Acad. 4, 147 Verum quoniam non ſolum nauta ſignificat, ſed etiam Fauonius ipſe inſuſurrat nauigandi nobis Luculle tempus eſſe, *etc.* Nautae et gubernatores Caeſ. Bell. Gall. 3, 9. Idem 5, 10. Audaces Hor. Serm. 1, 1, 30. Callidi nautae horrida vincunt aequora Id. Carm. 3, 24, 41. Fluctiuagi Stat. Silu. 3, 1, 84. Miſeri Virg. Georg. 3, 313. Oppreſſi in aequore Stat. Theb. 11, 118. Pauidus Hor. Carm. 1, 1, 14. Perfidus Catul. Argon. 62, 174. Sollicitus Ouid. Amor. 2, 11, 25. Timidus Hor. Carm. 1, 14, 14. Vagi Stat. Silu. 3, 1, 4. Feſtinare ſolent quaeſtus ſui cauſa Cic. Fam. 16, 9. Hoc ſignum veniens poterunt praenoſcere nautae Id. in Arat. 75. Vela dat ventis nauita Ouid. Met. 1, 132.

NAVTALIS, e. Adi. Auſon. Moſell. 223 Reddit nautalis vitreo ſub gurgite formas, *i. nautarum in aquam deſpicientium.*

NAVTEA, ae. f. Aqua de ſentinis Non. 1, 25. *Vid. infra.*

NAVTICVS, i. m. [ναυτικὸς] *Qui nauem gubernat.* Plin. 9, 31 Quod vbi videre nautici, ſtatim pluribus ancoris nauigia infrenant. Liu. 28, 7 Tumultuumque etiam ex terra nauticis praebuit. *Conf.* Gell. 2, 22. Liu. 37, 28.

NAVTICVS, a, um. Adi. [ναυτικὸς] *Quod eſt nautarum.* Virg. Aen. 3, 128 Nauticus exoritur vario certamine clamor. Cic. de Nat. Deor. 2, 89 c. 35 Idemque iuuenibus viſis, auditoque nautico cantu. Caſtra nautica Nepos 7, 8, 5. Exuuiae nauticae Cic. pro Lege Manil. 55. Plin. 22, 25 Nauticus Panis tuſus, atque iterum coctus ſiſtit aluum. *Biſcoctum vocant.* Pinus Virg. Eclog. 4, 38. Pubes Sil. 6, 351. Res Cic. de Nat. Deor. 2, 152. Vela Horat. Serm. 2, 3, 106. Verbum Cic. Att. 13, 21.

NAVLA, ae. f. [ναῦλα] *Genus muſici inſtrumenti, quod idem eſſe cum Pſalterio quidam tradunt.*

NAVLIVM, i. n. [ναύλιον] *Vid.* NABLA.

NAVLOCHVM, i. n. [Ναύλοχον] Locrorum oppidum eſt, *teſte* Plin. 4, 3. *it.* Thraciae, non procul ab Haemo monte, *cuius meminit idem* Plin. 4, 11.

NAVO, āre. [κατατίθημι, σπουδάζω] *Studioſe aliquid adimplere, dare, conferre, cum effectu demonſtrare, id eſt adiumento eſſe. Tractum verbum a nautis, quum ſunt auxilio aliis in gubernandis nauibus; naues enim quum ex naualibus in mare deducuntur, maximo hominum auxilio indigent. Probat etiam Voſſ. Etymol. et hinc Nauos ſ. Gnauos dictos arbitratur.* Aliquid nauare et efficere Cic. Fam. 6, 1 *extr.* Bellum nauare Tacit. Hiſt. 5, 25, 5. Beneuolentiam nauare, *i. Nauo animo adhibere et praeſtare, inquit Budaeus.* Cic. Fam. 3, 10 *pr.* Illud pugna et enitere, ne quid nobis temporis prorogetur: vt quum tibi hic ſatisfecerimus, iſtic quoque noſtram beneuolentiam nauare poſſimus. Flagitium Tacit. Hiſt. 4, 59, 4. Cic. de Orat. 2, 26 c. 7 Iam mihi videor nauaſſe operam, quod huc venerim. *i. operae pretium feciſſe.* Operam militarem Liu. 44 fortiter in acie Idem 7, 16. Cic. de Aruſp. Reſponſ. 1 Quum is publicanorum cauſam ſtultiſſimis interrogationibus impediret, et P. Tullioni Syro nauaret operam. Idem ad Brutum 8 Tibi omnes fortes viri nauare operam et ſtudium volunt. Cic. Att. 9, 12 Vtinam in hac aliquod miſeria Reip. πολιτικὸν opus efficere et nauare mihi liceat. Valer. Argon. 3, 145 — potius mihi dextera ferro Nauet opus. Remp. nauare et de moribus et legibus quaerere Cic. Fam. 9, 2. *Conf. Par. Lex. Crit. p. 774.* Studium ſuum alicui Cic. Fam. 15, 4. Studia ſuffragandi Id. de Petit. Conſ. 14.

NAVPACTVS, i. m. vel NAVPACTVM, i. n. [Ναύπακτος] Aetoliae vrbs, in ora ſinus Corinthiaci.

NAVPACTEVS, vel NAVPACTVS, a, um. Naupacteus Achelous Ouid. Faſt. 2, 43.

NAVPEGVS, i. m. [ναυπηγός] Nauium fabricator. Vtitur hac dictione Aurel. Arcadius in l. vltima D. de iur. immunit. Item Firmic. 4, 17 Alios naucleros, naupegos, vel nauium gubernatores.

NAVPEGIARIVS, vid. ſupra.

NAVPLIVS, i. m. Piſcis, de quo Plin. 9, 30 Concham eſſe acatii modo carinatam, inflexa puppe, prora roſtrata: in hac condi nauplium animal ſepiae ſimile, ludendi ſocietate ſola.

NAVPLIVS, i. m. [Ναύπλιος] Pater Palamedis, qui quum intellexiſſet Diomedem et Vlyſſem naufragio liberatos (in quos tamen hoc malum per ignes ſcopuloſis locis propoſitos, quaſi portus eſſent, machinabatur) ſeipſum praecipitem in mare dedit. Seneca Med. 658 Igne fallaci moriturus Argis Nauplios praeceps cadit in profundum. Propert. 4, 1, 115 Nauplius vltores ſub noctem porrigit ignes. Vid. Seruium in illud Aen. 11, 260 Vltorque Caphareus.

NAVPLIADES, is. m. Patronym. [Ναυπλιάδης] Sic Palamedes vocatur Nauplii filius. Ouid. Met. 13, 310 Timidi commenta retexit Naupliades animi.

NAVPORTVS, i. m. Iſtriae fluuius eſt, inter Aemoniam et Alpes naſcens, nomen habens ab Argo naue, quam Argonautae humeris eousque delatam per hunc fluuium ſubuexerunt Plin. 3, 18.

NAVSCIT, inquit Feſtus, quum granum fabae ſe naſcendi gratia aperit, quod fit non diſſimile nauis formae.

NAVSEA, ae. f. [ναυτία, ναυτίασις] Stomachi ad vomitum ex graui odore concitatio. A naui deductum nomen, ex cuius ſentina mouetur vomitus: vel ex cuius frequenti et inordinato motu, ſubuertitur ſtomachus, et ad vomitum concitatur. Stomachi nauſea Scribon. 52. Idem Cum vomitu 90. Cic. Fam. 16, 10 Feſtinare te nolo, ne nauſeae moleſtiam ſuſcipias aeger, et periculoſe hieme nauiges. Idem Att. 5, 13 Nauigauimus ſine timore et ſine nauſea. Abiit iam plane nauſea, vid. ABEO. Coërcere fluentem Hor. Epod. 9, 35. Diſcutere nauſeam Columel. 6, 4. Quae nauſeam faciunt Scribon. 200. i. vomitum mouentia. Sed Facere nauſeam, pro Vomere, profertur ex Cic. Philip. 2, 84 Apparet eſſe commotum: ſudat, pallet: quidlibet, modo ne nauſeam faciat, quod in Numicia porticu fecit. Sic Budaeus. Vetera vero exemplaria legunt Nauſeet, faciat etc. quod verius et a Grutero inde receptum. Inhibere Plin. 30, 14.

NAVSEOLA, ae. f. Dimin. [ναυτιάδιον] Cic. Att. 14, 8 Nauſeolam tibi tum cauſam otii dediſſe facile patiebar.

NAVSEOSVS, a, um. [ναυτιώδης] Quod nauſeam inducit. Plin. 26, 8 Radice craſſa, madida, nauſeoſa.

NAVSEO, are. [ναυτιάω] Ad vomitum impelli, et appetitum vomendi habere, quod dicitur. Ructare et Nauſeare Cic. Fam. 12, 25. Id. Ibid. 7, 27 Tu tamen quum audiſſes ab Anitio (vidit enim me nauſeantem) non modo mittendi cauſam iuſtam habuiſti, ſed etiam viſendi. Nauſeat Scribon. 198. Nauſeant Id. 104. 184. etc. Hor. Epiſt. 1, 1, 93 Conducto nauigio aeque Nauſeat, ac locuples. ¶ 2 Nauſeare, Contemnere et reſpuere: quod, qui nauſeant, cibos faſtidiunt. Cic. de Nat. Deor. 1, 84 c. 30 Quam bellum erat, Vellei, confiteri potius neſcire quod neſcieris, quam iſta efficientem nauſeare, atque ipſum ſibi diſplicere?

NAVSEANS, antis. Partic. [ναυτιῶν] Ructantem et nauſeantem aliquem in alicuius plagas coniicere Cic. Fam. 12, 25. Idem 7, 26.

NAVSEATOR, oris. m. Senec. Epiſt. 54 (53) Illud ſcito, Vlyſſem non fuiſſe tam irato mari natum, vt vbique naufragia pateretur: nauſeator erat.

NAVSEABILIS, e. Adi. Cael. Aurel. Tard. 3, 2 Nauſeabilis oris humectatio.

NAVSEABVNDVS, a, um. Adi. Sen. Epiſt. 108 Gubernator in tempeſtate nauſeabundus.

NAVSIFICVS, a, um. Adi. Nauſificus paedoris odor G. Brito Phil. 10, 448.

NAVSICAE, es. vel NAVSICAA, ae. f. [Ναυσικάη] Fuit Alcinoi, Phaeacum regis, filia, cuius meminit Martial. 11, 31 Si mihi Nauſicaë patrios concederet hortos, Alcinoo poſſem dicere, Malo meos.

NAVSTIBVLVM, i. n. Alueus ad nauis ſimilitudinem factus. Feſtus. Conf. Voſſ. Etym. 339.

NAVSVM, vid. poſt NAVIS.

NAVTA, vid. NAVIS.

NAVTEA, ae. f. [ἄντλια] Nonius 1, 25 Nautea eſt aqua de coriis, vel (quod eſt verius) aqua de ſentina: dicta a nautis. Plaut. Aſin. 5, 2, 44 Nauteam bibere malim ſi neceſſum eſt, quam illam oſcularier. Feſtus, Nautea, herba granis nigris, qua vtuntur coriarii etc. Sunt enim pluſcula.

NAVTICVS, vid. NAVIS.

NAVTII, orum. pl. Romae dicti ſunt, a Naute Aeneae comite. Seruius in Aen. 2, 166 Quum Diomedes raptum Palladium ſibi non eſſe aptum intelligeret, illud Aeneae tranſeunti obtulit; ſed quum ſe ille capite velato ſacrificans conuertiſſet, Nautes quidam ſimulacrum accepit; quare Mineruae ſacra non Iulia gens habuit, ſed Nautia. Idem ſcribit Varro in libro de familiis Troianis. Add. Seru. in Aen. 5, 728. et Feſtus.

NAVTILVS, i. m. [ναυτίλος] Piſcis, de quo ſic Plin. 9, 29 Inter praecipua autem miracula eſt, qui vocatur nautilos, ab aliis pompilos. Supinus in ſumma aequorum peruenit, ita ſe paullatim ſubrigens, vt emiſſa omni per fiſtulam aqua, velut exoneratus ſentina facile nauiget. Plura vide apud eundem.

NAVIVS, i. m. Accius, Inſignis augur fuit, ſub Tarquinio Romanorum rege, quem Liu. 1, 36 narrat, nouacula cotem diſcidiſſe.

NAVVS, vel GNAVVS, a, um. Adi. [δραςήριος] Celer ac ſtrenuus, inquit Feſtus: a nauium velocitate videtur dictus. Ennius 6 Nauus repertus homo, Graio patre, Graius homo rex. Et libro ſextodecimo, Naue imperium ſeruare eſt induperantum. Sic Cic. pro Lege Manil. 18. Nauus et Ignauus, contraria Columel. 11, 1. Nauus et induſtrius Cic. Verr. 3, 53 c. 21. Oderunt agilem Gnauumque remiſſi Hor. Epiſt. 1, 18, 90. Nauus, pudens, et probus filius Cic. Verr. 3, 120. Timor Sil. 7, 349. vid. GNAVVS. Compar. Erant in inquirendis rebus Gnauiores Ammian. 26, . .

NAVITAS, atis. f. [δραςήριον] Cic. Fam. 10, 25 Iſtamque operam tuam, nauitatem, animum in Remp. celeritati Praeturae anteponendam cenſeo. - Nauitas (Gnauitas) ſtudioſa Arnob. 1.

NAVE. Adu. Plaut. apud Feſt. Naue agere oportet quod agas, non ductorie. Imperata gnaue fecerant Sall. Iug. c. 77. Al. gnauiter.

NAVITER. Adu. [δραςηρίως] Strenue et diligenter. Ter. Eun. 1, 1, 6 Verum ſi incipies, neque perficies nauiter. Liu. 24, 23 Tempus eſſe aut pacem componi, aut bellum nauiter geri. Agere nauiter Hor. Epiſt. 1, 1, 24. Vulgo Gnauiter. Nauiter, Prorſus, [ἀκριβῶς] Lucret. 1, 526

Alternis igitur nimirum corpus inani
Diſtinctu'ſt: quoniam nec plenum nauiter extat:
Nec porro vacuum.

Senſus eſt, Hoc vniuerſum neque eſt prorſus plenum et corpus merum, nec viciſſim prorſus inane, ſed corpore et inani diſtinctum. Lambin.

NAVITIES, ei. f. Gloſſ. Gr. Lat. ἀρετή, induſtria, nauities, virtus.

N A X

NAXIVM, i. n. [νάξιον] quid ſit, declarat Plin. 36, 7 bis verbis, Signis e marmore poliendis, gemmiſque etiam ſcalpendis atque limandis naxium diu placuit ante alia: ita vocantur cotes in inſula Cypro genitae.

NAXOS, vel NAXVS, i. f. [Νάξος] Inſula in Aegeo, vna ex Cycladibus, caeteras ſuperans, antea Strongyle dicta. Haec Dia poſt appellata fuit. Verum quum Cares ex Lamia profecti, duce Naxo eam occuparunt, a duce Naxon appellarunt. Hanc Dionyſiadem a vinearum fertilitate dici ſcribit Plin. 4, 12. Vel quia (vt alii volunt) ſole Naxiae mulieres octauo menſe pariant, quoto et Liber pater natus creditur. Siue quia fons in ea vino fluat. Diſtat a Delo ſeptem millibus. Bacchata iugis Naxos Virg. Aen. 3, 125. Bacchica Stat. Achil. 2, 4. Genialis litora Naxi Id. Silu. 1, 2, 224. Eſt item Oppidi nomen Plinio 3, 8.

NAXIVS, a, um. Adi. [Νάξιος] Naxius ardor apud Columellam 10, 52 quo ſignificatur Bacchi coronae ſidus. Nam (vt ferunt Poëtae) in inſula Naxo relicta Ariadne a Theſeo, nuptias cum Baccho fecit, donataque corona, inter ſidera relata fuit. Vid. Hyginum in Aſtronomico Poëtico 2, 5. Sed. Colum. l. c. editur fere Gnoſius. Marmor Naxium Plin. 36, 7. Turba Naxia Propert. 3, 17, 28. bacchantium.

NAZARENI, vel NAZAREI, orum. m. pl. Secta apud Iudaeos, qui voto obſtricti a nouacula, vino, et mortuorum pollutione abſtinebant. Poſtea ſic dicti Chriſtiani ab vrbe Nazareth. Prudent. Cathem. 7, 1 Nazarenus, dicitur Chriſtus. Adiectiue. Symmach. 1, 550 Viri Nazarei. Prudent. Periſt. 10, 45 Diſciplina Nazarena.

N E

NE. [μή] Adu. prohibendi. Ne ac non, Aduerbia: qui tamen dicat pro illo, Ne feceris, non feceris, in idem (ſoloeciſmi) incidat vitium, quia alterum negandi eſt, alterum vetandi Quinctil. 1, 5, 50. Secundis perſonis ſubiunctiuorum aliquando iungitur. Ter. Eun. 4, 7, 6 Hic nebulo magnus eſt, ne metuas. Idem Andr. 1, 5, 56 Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges. Et Secundis perſonis imperatiuorum. Ter. Andr. 2, 3, 10 Nunquam faciam. D. ne nega. Idem Heaut. 5, 5, 8 Age quaeſo, ne tam obſirma te. Donatus, Ne Imperatiuo magis, quam Coniunctiuo adiungitur. Ne fugite hoſpitium, neue ignorate Latinos Virg. Aen. 7, 202. Ennius apud Auct. ad Herenn. 2 c. 22 Vtinam ne in nemore Pelio ſecuribus Caeſa cecidiſſet abiegna ad terram trabes. Add. Cic. de Fato c. 15. Ter. Phorm. 1, 3, 5. Ne pro non Plaut. Moſtell. 3, 2, 75 Niſi tu ne vis. Ter. Eun. 3, 2, 12 Quid ne es alacris? Sed, licet haec vera videatur lectio; tamen fere editur hodie Quidue es alacris? Varr. R. R. 2, 4, 21 Vtique ne minores quam ſemeſtres. Plaut. Moſtel. 3, 1, 35 Quo nunc te agis? TR. ne quoquam abeo. Idem alio loco Trin. 2, 2, 85. Ne vult. Sibique aut materiae ne parcunt Plaut. Moſt. 1, 2, 43. Ne recte Id. Aſin. 2, 4, 65. Gron. nec. Vid. Par. Lex. Crit. p. 783. Ter. Heaut. 4, 5, 35 Ita tu iſthaec tua miſceto, ne me admiſceas. Ter. Andr. 4, 2, 23 Dies hic mihi vt ſit ſatis vereor ad agendum: ne vacuum eſſe me nunc ad narrandum credas. Martial. 1, 36 Lex haec carminibus data eſt iocoſis, Ne poſſint, niſi pruriant, iuuare, vt non. Ego id agam mihi qui ne detur, h. e. Vt ego non habeam Ter. Andr. 2, 1, 37. ¶ 2 Poſt verba timendi Ne paullo aliter, quam in Germanorum conſuetudine ponitur. Intelligi et teneri res facilius poteſt, ſi cogites ſupplementa quaedam, ad hunc fere modum: Ter. Andr. 2, 2, 12 Id paues, quia cupis, ne ducas tu illam: tu autem paues, quia cupis, vt ducas. Ibid. 1, 5, 35 Hoc timet, quia optat, ne deferas ſe. Nep. 1, 7, 4 Timens, quia cupiebat, ne claſſis regia aduentaret. Liu. 42, 60 Pauor erat, quia optabant, ne extemplo caſtra hoſtis aggrederetur. Cic. Fam. 2, 7 Non vereor, quia opto, ne quid temere, ne quid ſtulte faciam. Id. Att. 9, 4 Timeo, quia cupio, ne non (vt) impetrem. Et 7, 12 Vereor, quia opto, ne non poſſis. ¶ 3 Ne, cauſalis. Ter. Andr. 1, 5, 65 Verbum vnum caue de nuptiis, ne ad morbum hoc etiam. Ne quis illud admiretur, quonam modo, etc. Cic. de Orat. 3, 193 c. 50. Ter. Eun. 5, 5, 23 Vide Parmeno quid agas, ne neque illi proſis, et tu pereas. Vide, ne tu peius conſulas etc. Nep. 15, 10, 1. Ne, pro, Vt non etiam Scribon. 30. Ex quo efficitur, non, vt voluptas ne ſit voluptas, ſed vt voluptas non ſit ſummum bonum Cic. de Fin. 2 c. 8. Ter. Andr. 2, 1, 29 Nunc te per amicitiam et per amorem obſecro, principio vt ne ducas. Graeci dicunt ἵνα μή, teſte Donato. Vt ne quid meorum tibi eſſet ignotum, animaduerti te operam dare Cic. Fam. 13, 12. Vt ne addam, quod ſine ſumtu ingenuam, liberalem nactus es Ter. Phorm. 1, 3, 16. Ouid. ex Pont. 1, 2, 113 Et ne, ſi ſupereſt aliquis poſt funera ſenſus Terreat vt manes Sarmatis vmbra meos. Sed aliter Tacit. Hiſt. 4, 13, 3 Ne vt hoſti obuiam iretur, ſi a Populo Rom. palam deſciuiſſet: vt hic eſt tanquam. Videndum eſt, ne non omnia illata vel inducta, etc. Pomponius in l. In praediis. D. Ex quib. cauſ. pig. vel hyp. etc. Ne dicam formula reticendi id, quod grauius eſt. Cic. de Nat. Deor. 1, 69 Vt moleſte ferrem, tantum ingenium in tam leues, ne dicam in tam ineptas ſententias incidiſſe. Id. Att. 9, 4 Ego decem annorum peccata recordans, in quibus inerat ille etiam annus, qui nos, hoc non defendente, ne dicam grauius, afflixerat. Ne non faciam. Caius in l. Poſtumorum D. de iniuſto, rup. irrito fac. teſt. Vel exheredare nominatim debeo, ne non iure faciam teſtamentum. Conf. Cic. Att. 7, 15. et 9, 4. Vlpian. in l. Quoties §. 1. D. de peculio, Hoc ſolum conſequuturum dominum eſſe conſtat, ne inſtitoria teneatur, non etiam ne de peculio. ¶ 4 Ne, pro Neque. Priſcian. 16 p. 1028 Inuenitur etiam Ne pro Neque, quae copulatiua eſt coniunctio. Sub vna enim abnegatione copulat res, quomodo et Nec. Lucan. 1, 72 Ne ſe Roma ferens. (Editur hodie Nec) Cic. (in Catil. 3, 24) Ne dici quidem opus eſt, quanta diminutione ciuium. Ter. Eun.

Eun. 1, 1, 1 Non eam, ne nunc quidem quum accerſor vltro? pro Neque nunc. *Haec Priſcianus. Itaque pro* Nec *etiam in iſtis poſitum diceret Grammaticus:* Ne hoc quidem tacebit Parmeno Ter. Eun. 1, 2, 49. Ne tantillum quidem commotus eſt, Cicero ea forma dixit, qua Ter. Adelph. 2, 1, 9 Huius non faciam, *vt ait* Donatus. Idem Cic. Att. 5, 20 Interea e Cappadocia, ne pilum quidem. ¶ 5 Ne, *vt* Priſcian. *ſcribit* 16 p. 1032 Coniunctio eſt interdum neque dubitans, neque interrogans: ſed confirmans, aut certe enuntians. *Allegat locum ex* Hor. Serm. 1, 10, 21

ô ſeri ſtudiorum, quine putetis
Difficile, et mirum, Rhodio quod Pitholeonti
Contigit; *etc.* *Alterum exemplum ex* Serm. 2, 3, 98

Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens ne etiam, et rex Tum Virg. Aen. 10 Tanta ne me tenuit viuendi, nate, voluptas *etc. Sed his omnibus alia ratio ſubeſt: nempe negatiue interrogat* ne: *et cum non ſequatur reſponſio, intelligitur quaeſtio tacendo affirmari. Vltimus locus ex Horatio ita diſtinguendus:* Sapiens ne? Etiam, et rex. ¶ 6 *Frequenter admodum iunguntur, et cum vehementia,* ne quidem. Cic. Att. 6, 1 Igitur meo decreto ſoluta res Scaptio, ſtat inquam decretum, ſi tu iudicabis, ne ad Catonem quidem prouocabo. Idem de Amicit. 103 Nunquam illum ne minima quidem re offendi. Ne iſtius quidem laudis ſum cupidus Cic. pro Roſc. Amer. 2 c. 1. Ter. Eun. 2, 3, 30 Quid virgo, cuia eſt? CH. neſcio hercle. P. vnde eſt? CH. tantundem. P. vbi habitat? CH. ne id quidem. *Interdum nihil interſeritur inter* Ne *et* Quidem. Cic. Att. 2, 16 *extr.* Si aliud nihil erit, quum erimus omnia experti, ego illud ne quidem contemnam, quod extremum eſt: *pro*, Ne illud quidem. Ter. Eun. 1, 2, 49 *Nonnunquam illud* quidem *plane omittitur.* Nemo ne Philippum, tam ſuauem oratorem, tam grauem, tam facetum, his anteferret Cic. Bruto 186 c. 50. ¶ 7 *Formae aliae*: Cic. Fam. 9, 26 Ne amicis nihil tribuamus, epulamur. *In conceſſione negatiua* Cic. Ac. 4, 84 c. 26 Ne ſit ſane: videri certe poteſt. Id. de Nat. Deor. 1, 88 Ne ſit igitur ſol, ne ſtellae, ne luna: quoniam nihil eſſe poteſt, niſi quod attigimus. Cic. de Amicit. 42 Ne exiſtiment ita ſe alligatos, vt ab amicis in magnam aliquam rem peccantibus non diſcedant. Ne plura, *ſupple* Dicam, *vel* Dictum ſit, *prout ſenſus poſcit.* Cic. Fam. 13, 1 In quo etiam ſi peccat, magis ineptiis, quam improbitate peccat. Sed ne plura. Ne multa, *i. Vt breui expediam, ad ſummam, vt breuiter colligam.* Cic. pro Cluent. 180 Ne multa: perquiritur a coactoribus, inuenitur ea ſerrula ad Stratonem perueniſſe. Idem Verr. 3, 62 Ne multa Iudices, his contumeliis ſcitote Quintum Lollium coactum ad Apronii leges conditionesque veniſſe. Cic. pro Cluent. 47 c. 16 Ne multis, Diogenes emitur. *Add.* Id. Att. 6, 9 *et* 10, 13. Id. pro Cluent. 198 Et ne longum ſit omnium vicinorum ſummam eſſe in hunc beneuolentiam confirmamus. Ne longum faciam, *inquit* Hor. Serm. 1, 3, 137. Cic. Verr. 1, 34 Ne diutius teneam, pecunia attributa numerata eſt. Idem ad Att. 10, 14 *pr.* Ne diutius teneam, nullius conſilii exitum inuenimus. Ne quid. Ne inconciliare quid nos porro poſtules Plaut. Moſt. 3, 1, 85. *i. ſecundum quid, quacunque in re.* ¶ 8 *Iurandi formulae ſunt.* Ne viuam, Ne valeam, Ne ſim ſaluus; Cic. Att. 16, 13 Ne ſim ſaluus, ſi aliter ſcribo ac ſentio. Eidem 4, 16 Quid poteris, inquies, pro iis dicere? ne viuam, ſi ſcio. Idem Fam. 7, 23 Sed ne viuam ſi tibi concedo, vt eius rei tu cupidior ſis, quam ego ſum. *Sed etiam alias iurandi formulis ſeruit, vt* nae, *Sententia affirmante: videturque antiquius* ne, nae *recentius. Vid. Boſ. ad* Cic. Att. 4, 4 *extr. Malaſpin. et Graeu. ibid.* 6, 1. *Burman. ad* Quinctil. Declam. 7, 9. *Cort.* ad Sall. Iug. 85, 20. *et* Catil. 52, 27. ¶ 9 Ne *pro Nedum.* Liu. 3, 52 *extr.* Nouam eam poteſtatem eripuere patribus noſtris, ne nunc dulcedine ſemel capti ferant deſiderium. *Vid. Gronou. in loc. Conf.* Ter. Andr. 3, 2, 23. Cic. Fam. 9, 26 *med.* Me nihil iſtorum ne iuuenem quidem mouit, ne nunc ſenem. *Conf. I. F. Gron. ad* Liu. l. c. *Cort. ad* Sall. Cat. 11 *extr.* Apul. Apol. p. 299, 25 Ne ego reprehendar. *Add. Par. Lex. Crit.* Mantiſſ. p. 97. ¶ 10 Ne *encliticum et breue, dubitatiua aut interrogatiua particula.* Ter. Andr. 4, 6 (5) 6 Eſtne hic Crito ſobrinus Chryſidis? Eſtne hic Sthenius is *etc.* Cic. Verr. 2 c. 46. Virg. Aen. 11, 126 Iuſtitiaene prius mirer, belline laborum? Ne, *an.* Cic. Off. 1, 9 c. 3 Honeſtumne factu ſit, an turpe dubitant. Plaut. Epid. 4, 1, 11 Eſtne ea, an non? Ter. Heaut. 2, 4, 25 Adeone Cliniam, an non? Viſe, redieritne iam, an nondum, domum Ter. Phorm. 2, 3, 5. Nec quid agam, certum eſt, Pamphilumne adiutem, an auſcultem ſeni Id. Andr. 1, 3, 4. Plaut. Capt. 3, 5, 55 Emitteresne, necne eum ſeruum manu? Fiat, Necne fiat, id quaeritur Cic. Diuin. 1 c. 39. Ter. Andr. 4, 3, 1 Nihilne eſſe proprium cuiquam? dî veſtram fidem! Iamne vides bellua? iamne ſentis, quae ſit hominum querela frontis tuae Cic. in Piſon. 1. Continuone cauſa fuiſſet, cur a Praetore poſtulares; vt bona poſſideres? Id. pro Quint. 48. Egone? P. tu ergo Ter. Andr. 5, 2, 9. *Hoc interrogatiuum et encliticum* Ne *ſuperfluit aliquando in oratione.* Hor. Serm. 1, 1, 109 Nemon' vt auarus ſe probet? *Sic* Vterne Serm. 2, 2, 107. *Et* Serm. 2, 3, 295 Quo ne malo mentem percuſſa? *Et* v. 317 Quantane? *Sic* Anne, *v. v.* ¶ 11 Ne *in interrogatione indirecta cum Coniunctiuo* praeponi, *dubio caret, et quidem* Ne *longum.* Hor. Sat. 1, 2, 102 Cois tibi paene videre eſt Vt nudam, ne crure malo? ne ſit pede turpi? *Nempe etiam cauendi quaedam notio in* videre *ineſt, poſt quam* ne *probibitiuo locus eſt. Simile eſt illud* Varron. 2, 9 *extr.* Cum circumſpiceret, ne quid praetermiſiſſet. *Et* Col. 8, 5, 17 Tentandi, ne quid heſterni habeant in gutture. *Et* Plaut. Aul. prol. vlt. Credo aurum inſpicere vult, ne ſurreptum ſiet. *Et* Capt. 1, 2, 24 Viſam ne nocte hac quidpiam turbauerint. Cic. Tuſc. 5 c. 15 Videamus, ne vt aceruus ex ſui generis granis, ſic beata vita ex ſui ſimilibus partibus effici debeat. Colum. 3, 7, 1 Certum habeo, te requirere, — ac ne de iis aliqua ſignificetur, quae vulgo non habentur feraciſſimae. *Iterum* Cic. pro Domo 137 c. 53 Videtisne, praetori vrbano negotium datum, vt curaret, ne id ſacrum eſſet? Quinctil. 5, 7, 13 Explorandum, ne corrupti ſint? ne poenitentia propoſitum mutauerint? Plin. Epiſt. 10, 120 Hic quoque non mediocriter haereo, ne cuiusquam retro habeatur ratio. *In his omnibus aliqua timoris, cautionis, ſignificatio in verbis praecedentibus ineſſe videtur. Sed* Liu. 40, 49 Et primum quaeſiuit ab eo, ne ſibi liceret ac ſuis viuere? *corruptum putat Gron. Et quod* Quinct. 1, 5, 38 Ne hoc fecit? *cum interrogatione legit Capperonnerius, reiicit Burmannus, putatque melius* Me hoc fecit, *i. de me. Tandem* Ter. Andr. 4, 4, 45 Audiui omnia D. Ah ne tu omnia? *Bentleius ex MSS.* An haec tu omnia. Quine, *et* Quone, *pro* *Vt non. Vid.* QVI, *et* QVO. ¶ 12 *In MSS. ſaepe legitur* ni loco ne: *vid. Brouckhuſ. ad* Prop. 2, 6, 3. *et Drackenb. ad* Sil. 1, 374. ¶ 13 *Ne in compoſitione negat, vt* nefas, nefaſtus, nefrens, nemo, neſapius, neſcio *etc.* Gell. 13, 22 *extr.* In commentario quodam Seruii Claudii ſcriptum inueuimus, *Nerio* dictum quaſi *Neirio*, hoc eſt ſine ira et cum placiditate. vt eo nomine mitem tranquillumque fieri Martem precemur. *Ne* enim particula, vt apud Graecos, ita plerumque in Latina quoque lingua priuatiua eſt.

N E A

NEA, ae. f. *Inſula.* Plin. 2, 87 *de inſulis enatis*, Inter Lemnum et Helleſpontum Nea. *Nempe* νέα noua *eſt.*

NEAERA, ae. f. [Νέαιρα] *Puellae nomen, quam amauit Tibullus. Vid. Brouckh. ad* Tibul. 3, 1, 6. *Hanc Scaliger eam eſſe exiſtimat, quam Glyceren vocauit* Hor. Carm. 1, 33, 1. *Conf.* Epod. 15, 11. *et* Virg. Ecl. 3, 3 Ipſe Neaeram Dum fouet, *etc. Sequioris aeui Poëtae per hanc vocem Amicam quamuis denotarunt.* Prudent. Rom. 240. *Et* contra Symmach. 1, 139. *v. g. Fabric. expoſ.* Prudent. *et* Gell. 13, 21.

NEAETHVS, i. m. [Νέαιθος] *Fluuius in Calabria.* Ouid. Met. 15, 51 Praeterit et Sybarim, Salentinumque Neaethum.

NEANDRVS, i. f. [Νέανδρος] Troadis oppidum, poſtea Perperenne nominatum, *teſte* Plin. 5, 30. *Steph.* Neandriam *appellat.*

NEANISCOLOGVS, i. m. [νεανισκολόγος] *Vtitur* Scholiaſta Iuuenal. ad Sat. 8, 191. *et eo interpretatur* Planipedes. *Conf. Salmaſ.* de Pallio p. 335, *qui* Neanicologos *legit. Nempe* νεανικὸν *intemperantiam iuuentutis ſignificat.*

NEAPŎLIS, is. f. [Νεάπολις] *Vrbium complurium nomen, quaſi tu* nouam vrbem, *i. poſt alias conditam, dicas. Nobiliſſima illa in extrema Italia ſ. magna Graecia*, Parthenope *olim*, *Maronis tumulo clara. Sic eſt* Neapolis, Africae oppidum, *vt ſcribit* Pomponius Mela 1, 7. *Eſt item* eius nominis Cariae vrbs ad Iaſium ſinum, *eodem auctore* 1, 16. *De* Neapoli *Syracuſarum.* Cic. Verr. 4, 119 Quarta autem eſt vrbs, quae, quia poſtrema aedificata eſt, Neapolis nominatur: quam ad ſummam theatrum eſt maximum: praeterea duo templa ſunt egregia, Cereris vnum, alterum Liberae, *etc.* Celeberrimum oppidum Neapolis Cic. pro Rabir. Poſt. 26. Fecunda Lucan. ad Piſon. 80. Otioſa Hor. Epod. 5, 43. Secreta Stat. Silu. 4, 8, 6.

NEAPOLITĀNVS, a, um. Adi. [Νεαπολίτης] *Qui ex Neapoli eſt.* Cic. Fam. 13, 31. *et* Plin. 3, 7.

N E B

NEBRIS, ĭdos. *et* NEBRĬDES, um. f. pl. [νεβρίδες] *Ceruini generis binnulorum pelles; quibus vti veteres in Bacchi ſacris ſolebant.* νεβρὸς *enim cerui pullus eſt.* Claud. Conſ. Honor. 4, 606 Talis Erythraeis incinctus nebrida geminis Liber agit currus. *Conf.* Sen. Oedip. 438. *et* Sil. 3, 395 Aſperſae nebrides vario auro. *Add.* Stat. Theb. 2, 664. *ibique Vet. Schol.*

NEBRĪTES, ae. f. Gemma Libero patri ſacra, a nebridum pellium ſimilitudine Plin. 37, 10.

NEBROPHŎNVS, i. m. *Nomen canis venatici apud* Ouid. Met. 3, 211 Nebrophonusque valens, et trux cum Laelape Theron. *Interpretari licet Hinnulorum interfectorem, παρὰ τὸ νεβρὸς, et φονεύω, occido.*

NEBVLA, ae. f. [νέφος, ὁμίχλη] *Vapor e terra atque aquis ſurgens, qui ſiue ſtatim euaneſcit, ſiue in altum ſublatus conuertitur in nubem.* Plin. 2, 60 Nebulas nec aeſtate, nec maximo frigore exiſtere. Apul. de Mundo p. 61 Nebula, *inquit*, conſtat aut ex ortu nubeculae, aut ex eius reliquiis. Eſt autem exhalatio vaporata, humore viduata, aëre craſſior, nube ſubtilior, cui ſerenitas abolitionem infert. Nec aliud eſt ſerenitas, quam aër purgatus caligine, et perſpicue ſincerus. Amictus nebulae Virg. Aen. 1, 416. Aëreae Catull. 28, 10. Atra Virg. Aen. 2, 356. Grauis Senec. Thyeſte 8. Humentes Stat. Theb. 9, 454. Liuens Sil. 6, 282. Mollis Plaut. Caſ. 4, 4, 21. Sidon. 2, 2 Videbis in calicibus repente perfuſis Niualium maculas et fruſta nebularum, et illam lucem lubricam poculorum quadam quaſi pinguedine ſubiti algoris hebetatam. Triſtes Stat. Theb. 5, 184. Volucres Ouid. Met. 1, 602. Audire quaſi per nebulam. *h. e. Leuiter, non attente* Plaut. Capt. 5, 4, 26. *et* Pſeud. 1, 5, 47. Diluit nebulas Titan Sil. 5, 57. Dimouere nebulam Claud. in Eutrop. 1, 390. Erigit nebulas campus in caelum Senec. Theb. 2. Reſoluuntur nebulae ventis ac ſole Ouid. Met. 14, 400. Scindere obſtantes Id. Ibid. 2, 159. Velatus nebula Id. Ibid. 12, 598. Vomuere pinguem lucernae Perſ. Sat. 5, 181. ¶ 2 *Formulae metaphoricae.* Nebula erroris Iuuen. Sat. 10, 4. Nebula linea, *pro Tenui amiculo lineo, quod nec panni crebritatem, nec telae denſitatem, ſed nebulae tenuitatem aemulatur pellucidam.* Petron. c. 55 Palam proſtare nudam in nebula linea. *Ex Turneb. 1, 19. Add. Petronianos interpretes et quae damus in* COA. Nebula, *pro Nugis.* Perſ. 5, 7 Grande loquuturi nebulas Helicone legunto. *Turneb. Inania et nugacia Poëtarum figmenta fumis et nebulis ſimilia accipit, quae omnia eis in Helicone, quod muſarum domicilium eſt, naſci videntur, quod Heliconem et muſas Heliconis incolas, ſaepe in ſuis poëmatis appellare, praeſertim in principio ſoleant.* Nebulae *enim his in rebus poni ſolent, vnde et* Nebulones *dicti. Haec ille: nec abit Caſaub. ad* Perſ. l. c. Nebula, *pro Re nihili.* Plaut. Poen. 1, 2, 62 Cuius ego vel nebulae cyatho ſeptem noctes non emam. *Turneb.*

NEBVLO, ōnis. m. [μάλθων, ὁ τὰ ἴδια λάθρα καταφαγὼν, οἰκεῖος λάθρα ἄσωτος Gloſſ. Lat. Gr.] *Vt ait* Donatus ad Ter. Eun. 2, 2, 38 Fur, quod nebulas obiiciat: vel Mollis, vt nebula eſt: vel Inanis et vanus, vt nebula eſt. *Conf.* Non. 1, 67. Ter. Eun. 2, 2, 38 Nebulonem hunc certum eſt ludere. Lucilius, Nugator quidam ac nebulo ſit maximus multo. Cic. Att. 1, 9 Et nebulonem illum, ſi quo pacto potes, ex iſtis locis amoue. Hor. Serm. 1, 1, 103 Non ego auarum Cum veto te fieri, vappam iubeo ac nebulonem. Idem Serm. 1, 2, 12 Fufidius vappae famam timet ac nebulonis. Idem Epiſt. 1, 2, 28 Sponſi Penelopes, nebulones, Alcinoique. Vet. Scholiaſt. ad *h. l. obſeruat*, Varronem nebulones dixiſſe obſcuro loco natos. Ter. Eun. 4, 7, 15 Sane quod tibi nunc vir videatur eſſe, hic nebulo magnus eſt. Cic. Att. 6, 1 Hoc ego ex P. Vedio magno nebulone, ſed Pompeii tamen familiari, audiui. — nunquam vidi hominem nequiorem. A nebulone facile eludi Cic. pro Roſc. Amer. 128 c. 47.

NEBVLŌSVS, a, um. Adi. [νεφώδης, ὁμιχλώδης] *Nebulis tectus, plenus nubibus.* Aër Plin. 21, 7. Aeſtus Columel. 11, 2. Ager Cato c. 6. Caelum Cic. Tuſc. 1, 60 c. 25. Cubilia Stat. Theb. 10, 84. Litus Ouid. ad Liuiam 445. Locus nebuloſus, *h. e.*

h. e. *Tepidus, et frequentibus nebularum humoribus conſperſus* Columel. 2, 10. Meuania nebuloſa Propert. 4, 1, 123. Nomen nebuloſum, *Quod cur dicatur obſcurum eſt* Gell. 20, 2. Palus Sil. 8, 381. Saxa Lucan. 6, 91. *Compar.* Cato c. 6 Qui locus craſſus erit, aut nebuloſior, ibi amineum maius, *etc. Add.* Plin. 14, 4.

NEBVLOSĬTAS, ātis. f. Arnob. 7 p. 334 Caelum redundantium vaporum nebuloſitate cluditur.

NEBŬLO, āre. Tertull. Apol. c. 35 Elatiſſimis et clariſſimis lucernis veſtibula nebulabant. *h. e. Fuligine implebant, quam etiam clariſſimae lucernae edunt.*

NEBŬLOR, āri. *Nebulonem eſſe, vt nebulonem ſe gerere.* Gloſſ. Gr. Lat. ἀχρειῶ, nebulor.

N E C

NEC. *Disiunctiua coniunctio.* [οὐδέ, οὔτε] Cic. de Amicit. 6 c. 2 Nec enim melior vir fuit Africano quiſquam, nec clarior. Feſtus, Nec coniunctionem Grammatici fere dicunt eſſe disiunctiuam; vt, Nec legit, nec ſcribit: quum ſi diligentius inſpiciatur, vt fecit Aſinius Capito, intelligi poſſit eam poſitam eſſe ab antiquis, pro Non. et vt in XII eſt, Aſter cuſtos nec ſit. *Recte Feſtus. Sic* Cic. de Legib. 3, 10 c. 4 Senatori qui nec aderit, aut cauſa, aut culpa eſto. Ter. Heaut. 1, 2, 9 Vt hanc laetitiam nec opinanti primus ei obiicerem domi. *Et* Andr. 1, 2, 9 Id voluit, nos ſic nec opinantes duci falſo gaudio, ſperantes iam amoto metu, *etc.* Cic. Fam. 13, 19 Ei nec opinanti voluntatem tuam tantam per literas detuliſſe. Idem Tuſc. 1, 94 Nonne modo pueros, modo adoleſcentes in curſu a tergo inſequens, nec opinantes aſſequuta eſt ſenectus? *Sic* Fam. 15, 4 Praeſentibus inſidiis, nec opinantem liberaui, neque ſolum ei ſaluti fui, ſed etiam curaui, vt cum auctoritate regnaret. *Et paullo poſt,* Pleroſque nec opinantes oppreſſimus. Idem pro Sull. 54 Nec opinante Fauſto, quum is neque ſciret, neque vellet, familia eſt comparata. *Conf.* Liu. 4, 43, 1. Et nec opinanti mors ad caput adſtitit ante Lucret. 3, 972. Nec opinata res Volſcos perculit Liu. 2, 22. *Sic* Nec opinato, *aduerbii vice poſitum, pro Inopinato.* Cic. de Fin. 5, 8 Quod quum accidiſſet, vt alter alterum nec opinato videremus, ſurrexit ſtatim. *Ita* Phaedr. 1, 10, 6 Ipſum accipiter nec opinum rapit, *i. non putantem. Vid.* OPINOR. *Sic* Nec recte Plaut. Bacch. 1, 3, 11. Cic. de Amic. c. 2 Nec recte iudicas de Catone. *Sic quidam libri. Grut.* Non recte. ¶ 2 *Frequenter tamen* Et non *ſignificat.* Ter. Eun. 5, 4, 13 Quae dum foris ſunt, nihil videtur mundius, nec magis compoſitum quidquam. Id. Adelph. 1, 2, 61 Nec nihil, neque omnia haec ſunt, quae dicit, tamen. *Conf. Graeu. ad* Cic. Fam. 10, 11 *extr.* Liu. 27, 28 Mors Marcelli quum alioqui miſerabilis fuit, tum quod nec pro aetate (maior iam enim LX annis erat) neque pro veteris prudentia ducis tam improuide iſſet. Nec diſpendi facit hilum quod valet, neque diſpendii facit quidquam Varr. de L. L. 8, 37. Nec enim illa prima vera eſt, vt quemadmodum in ſe quiſque, ſic in amicum ſit animatus Cic. de Amicit. 57. Liu. 26, 13 Tanta ſanguinis noſtri hauriendi eſt ſitis, nec iniuria forſitan. Cic. pro Quint. 15 Quo mortuo nec ita multo poſt in Galliam proficiſcitur. Id. de Amicit. 31 Ab his, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe diſſentimus: nec mirum: nihil enim altum, nihil magnificum ac diuinum ſuſpicere poſſunt. Lucret. 4, 228 Nec mora, nec requies inter datur vlla fluendi. *Hoc imitatus, atque adeo mutuatus eſt* Virg. Georg. 3, 110. *et* Aeneid. 5, 458. Nec ſicut vulgus, ſed vt eruditi ſolent appellare ſapientem Cic. de Amicit. 6. Nec vero multitudo pedes nouit, nec vllos numeros nunc tenet Id. in Orat. 173. *Ibid.* 118 Nec vero dialecticis modo ſit inſtructus, ſed habeat omnes philoſophiae notos et tractatos locos. Cic. de Amicit. 60 Negabat vllam vocem inimiciorem amicitiae potuiſſe reperiri, quam eius, qui dixiſſet ita amare oportere, vt aliquando eſſet oſurus: nec vero ſe adduci poſſe, vt hoc quemadmodum putaretur a Biante eſſe dictum, crederet. Idem de Amicit. 70 Nec vero in hoc, quod eſt animal, ſed in iis etiam, quae ſunt inanima, conſuetudo valet. Nec, *ſ. ne quidem.* Quinctil. in Aegro redemto, Perſolui gratia non poteſt, nec malo patri. Nec caput, nec pedes habet, *Modus loquendi vulgaris, quum res intricata et impedita eſt ita, vt quo te vertas neſcias.* Cic. Fam. 7, 32 Propter tuas res ita contractas, vt quemadmodum ſcribis, nec caput, nec pedes: equidem vellem vti pedes haberent, vt aliquando redires. Nec eo minus, *pro Nihilo ſecius* Suet. in Othon. c. 4. Nec minus Scribon. . . Nec quidquam aliud, *pro Tantum* Suet. Neron. c. 43. ¶ 3 *Varie componitur.* Nec miror, Et gaudeo Cic. Fam. 10, 1 *pr.* Eadem negligentia nec illos a crimine et hos deterrebat a laude Plin. Paneg. 70, 6. Nec fas eſt affirmationi tuae derogare, et aequum *etc.* Id. 91, 4. Nec maligna tellus — et Nilus nunquam largior fluxit *ibid.* 31, 6. Suet. Veſp. c. 5 Tanto militum gaudio ac fauore, vt in gratulatione imperatorem eum conſalutauerint, et ſubinde decedentem prouincia detinuerint, ſuppliciter, necnon et minaciter efflagitantes, aut remaneret, aut ſecum omnes pariter abduceret. Necnon etiam poëmata faciebat ex tempore Suet. de Clar. Gram. 23. *Conf.* Varr. R. R. 2, 1. Plin. 7, 53. 10, 43. *et* 13, 22 *etc. qui ſaepe coniungit,* nec non et Ouid. Triſt. 4, 10, 5. *et* Met. 7, 318. *vbi pro Et ponitur.* Non nec quidquam, *vid.* NON *Aduerbium.* Plin. 8, 36. *de vrſis,* Procedunt vere, ſed mares praepingues: cuius rei cauſa non promta eſt: quippe nec ſomno quidem ſaginatis praeter XIIII dies. Nec omni plebe aduerſante Liu. 2, 41. Cic. Verr. 2, 128 Excogitat inquam, quemadmodum menſe illo legitimo comitia haberentur, nec tamen Herodotus adeſſe poſſet. Necne *ponitur in poſteriori membro interrogationis disiunctae.* Cic. Fam. 2, 17 Parthi tranſierint, necne, praeter te video dubitare neminem. Idem Catil. 2 c. 6. Off. 1 c. 3. Diuin. 1 c. 39. *et* Tuſc. 2 c. 3. *Conf.* Ter. Heaut. 1, 1, 43. Cic. Partit. c. 26 Quod autem poſſit effici, nec ne poſſit, eſt videndum. *Conf.* AN n. 8. Nec ſuſpicari, *pro Ne ſuſpicari quidem.* Cic. Acad. 1, 7 Quod bonum quale ſit, negat omnino Epicurus, ſine voluptatibus ſenſum mouentibus nec ſuſpicari. ¶ 4 Nec *interdum pro* Ne *prohibendi poni videtur. Vid. Gron. et Burm. ad* Calpur. Flacc. Decl. 25 Nec Dii ſinant. *Conf.* Petron. c. 103. 112. *et* 126. Nec, *a* Neque *factum eſt per apocopen extremarum vocalium. Et quia in fine ſyllabae Q ſcribi non poterat, tranſiuit in C, nam Q et C affines literae ſunt.*

NECDVM, *pro Non adhuc.* Cic. Att. 6, 1 Caſſius ineptas literas miſit: necdum Bibuli erant allatae. Necdum illis labra admoui Virg. Ecl. 3, 43. *Add. ib. v.* 47. Necdum etiam cauſae irarum, ſaeuique dolores Exciderant animo Virg. Aen. 1, 30. Suet. Auguſt. c. 10.

NECATOR, NECATVS, *vid.* NECO.

NECEPHYLLON, i. n. Laurus victoriae folium Apul. de Herb. c. 58. *debebat igitur* Nicephyllum *eſſe.* Νίκη *victoria.*

NECEPSO, *vel* NECEPSVS, i. m. *Nomen auctoris ſuperſtitioſi, de quo ſuperſtitioſus ille, de quo* Firmicus 8 . . Hunc locum diuinus ille Necepſo, vt remedia valetudinum inueniret, diligentiſſime quidem (vt diuinum tanti viri potuit ingenium) manifeſtis tractatibus explicauit. *Plura de illo vide apud Petr. Crinit. de Hon. Diſc.* 19, 12. Auſon. Epiſt. 19, 18 Quique magos docuit myſteria vana Necepſi.

NECESSE, *ſiue* NECESSVM. [ἀναγκαῖον, ἐπάναγκες] Nomen eſt, *inquit* Donatus ad Eun. 5, 6, 27. Nam *Neceſſus, Neceſſis,* et *Neceſſitas,* et *Neceſſum* lectum eſt. Dicitur Neceſſe, Quod vi aliqua cogente fieri opus eſt. A Ceſſo verbo, quia non ſit in eo ceſſandum. *Melius dixiſſet, ita dici ſine quo* nec eſſe *aliquid poſſit, etc.* Ter. Eun. 5, 6, 27 Niſi quia neceſſe fuit hoc facere, id gaudeo. Cic. de Amicit. 47 Quae neceſſe eſt, vt cum aliqua cura res ſibi contrarias aſpernetur. Ei neceſſe eſt ſcire Scribon. 199. Mori neceſſe eſt Scipioni Cic. de Fato 17 c. 9. Corpus mortale aliquo tempore interire neceſſe eſt Id. de Inuent. 2, 170 c. 57. Ferre legem Conſuli opus eſſe, ſibi neceſſe non eſſe Id. Fam. 1, 9. Emas non quod opus eſt, ſed quod eſt neceſſe Cato *ap.* Senec. Epiſt. 94. Cic. Verr. 3, 201 Hoc arator aſſequi per triennium certo fructu ſuo non potuit, vendiderit inſtrumentum neceſſe eſt. Neceſſe habere, *pro Opus habere.* Cic. de Opt. gen. Orat. 14 c. 5 In quibus non verbum pro verbo neceſſe habui reddere. Idem in Partit. 4 Non habebimus neceſſe ſemper concludere. *Sic* Att. 10, 1 Eo minus habeo neceſſe ſcribere, aut etiam cogitare, quid ſim facturus. Habere neceſſe aliquid dicere Quinctil. 7, 3 (2). Neceſſum, *idem.* Plaut. Aſin. 5, 2, 45 Nauteam bibere malim, ſi neceſſum eſt, quam illam oſcularier. Foras neceſſum eſt quidquid habeo vendere Idem Stich. 1, 3, 66. Neceſſum eſt paucis reſpondere Liu. 34, 5. Differre neceſſum eſt Lucret. 2, 724.

NECESSĬTAS, ātis. f. [ἀνάγκη, χρεία, χρεώς] *Vis ipſa, quae nos cogit, vt aliquid faciamus, ſ. quae efficit, vt* nec eſſe *aliter queat. Huc reſpicit* Cic. Acad. 1, 29 Quam interdum eandem neceſſitatem appellant, quia nihil aliter poſſit atque ab ea conſtitutum ſit, intra quaſi fatalem et immutabilem continuationem ordinis ſempiterni. Vltimum et maximum telum neceſſitas Liu. 4, 28. Neceſſitas magnum humanae infelicitatis Patrocinium eſt Sen. Contr. 4, 27. Neceſſitas eſt lex temporis *etc.* Sen. Exc. Controu. 4. *Pulchre* Horat. Carm. 1, 35, 17 ad Fortunam,

> Te ſemper anteit ſaeua Neceſſitas
> Clauos trabalis, et cuneos manu
> Geſtans ahena, nec ſeuerus
> Vncus abeſt, liquidumue plumbum.

Efficiendi neceſſitas Cic. in Topic. 60. Ad Naturae neceſſitatem datae corporis partes Cic. Off. 1 c. 35. *i. per quas purgamenta alui, veſicae etc. egeruntur.* Tertull. ad Vx. 2, 3 Ipſa etiam matrimonii ſecreta maculoſa: non vt penes ſanctos officia ſexus, cum honore ipſius neceſſitatis, tanquam ſub oculis Dei modeſte et moderate tranſiguntur. Vitae Cic. Off. 1, 158. Excuſatio neceſſitatis in dicendo atque in ſcribendo non probatur Id. in Orat. 230. Dira Hor. Carm. 3, 24, 6. Fatalis neceſſitas, vt quidquid accidat, id externa veritate, cauſarumque continuatione fluxiſſe dicatur Cic. de Nat. Deor. 1, 55. Immutabilis Quinctil. 2, 13. Saeua Hor. Carm. 1, 35, 17. ¶ 2 *Verborum formulae:* Adducere in neceſſitatem, *vid.* ADDVCO. Adhibere, *vid.* ADHIBEO. Cic. Philipp. 10, 2 Sed mihi P. C. neceſſitatem attulit paullo plura dicendi ſententia eius, qui rogatus eſt ante me. Attrictus neceſſitate Id. de Nat. Deor. 1, 18. Belligerandum fuit mihi cum fortuna fatali aliqua quaſi neceſſitate Id. poſt Red. ad Quir. 19. Coactus neceſſitate feci Cic. pro Cluent. 19. *Conf.* Id. pro Quint. c. 16. Compulſus neceſſitate Scribon. Ep. . . Conſtringi neceſſitate, *vid.* CONSTRINGO. Debetur neceſſitati vita Cic. pro Sext. 47. Denuntiare vltimam neceſſitatem Tacit. Ann. 15, 61. *h. e. Mortem indicere.* Deprehendi ſubita Quinctil. 1, 12. Damus laudem virtutis neceſſitati Idem 1, 8. Cic. Off. 1, 127 Ipſique neceſſitati dant operam, vt quam occultiſſime pareant. Datur neceſſitati venia Id. Off. 2, 56. Flagitat tempus et neceſſitas Id. Philip. 5, 54. Habet mors neceſſitatem fati Id. Ibid. 12, 30. Ea quae habent aliquam neceſſitatem: *pro Quae neceſſaria ſunt* Id. de Diuin. 2, 18. Cic. Att. 4, 5 Ego mehercule mihi neceſſitatem volui imponere huius nouae coniunctionis. Idem pro Sull. 35 Mihi de memetipſo tam multa dicendi neceſſitas quaedam impoſita eſt ab illo. Iniungere, *vid.* INIVNGO. Obuenire Cic. Off. 2, 74. Id. de Orat. 202 In numeris neceſſitati parere cogimur. *Add.* Id. Off. 1 c. 35 *vbi ſignificat ſecretiones alui, vrinae etc.* Tempori cedere, id eſt neceſſitati parere, ſemper ſapientis eſt habitum Id. Fam. 4, 9. Cic. pro Roſc. Amer. 97 c. 34 *extr.* Quae neceſſitas eum tanta premebat, *etc.* Idem Off. 3, 17 Reliquis autem tribus virtutibus neceſſitates propoſitae ſunt ad eas res parandas tuendaſque, quibus actio vitae continetur. Repugnare neceſſitatibus Quinctil. 1, 3. Cic. in Orat. 230 O virum ſimplicem, qui nos nihil celat, ſapientem, qui ſeruiendum neceſſitati putet! Vti Tacit. Ann. 16, 11. Neceſſitate, quidquid eſt domi, id ſat eſt habendum Plaut. Rud. 2, 1, 3 *i. neceſſario.* ¶ 3 Neceſſitates, *pro Negotiis inſtantibus et neceſſariis.* Plin. Epiſt. 3, 4 Collegae optimi, meique amantiſſimi, de communis officii neceſſitatibus praelocuti, excuſare me, et eximere tentarunt. Cic. pro Cluent. 68 Et ſibi nihil non modo ad cupiditates ſuas, ſed ne ad neceſſitatem quidem reliquiſſet. Tacit. Germ. 15, 3 Mos eſt conferre Principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum et neceſſitatibus ſubuenit. *Vid. Lipſ. ad h. l. De Neceſſariis expenſis.* Tacit. Ann. 1, 11 Tributa aut vectigalia et neceſſitates ac largitiones. *Conf. Lipſ. n.* 67. *De Aduerſitate.* Sen. Epiſt. 12 Malum eſt in neceſſitate viuere, ſed in neceſſitate viuere neceſſitas nulla eſt. Suet. Caeſ. c. 48 Famem et caeteras neceſſitates tolerauerat. Idem Tiber. c. 47. *De Inopia* Tacit. Ann. 2, 27, 4. *De Quaeſtione per tormenta* Idem Ann. 15, 57, 2. Neceſſitates *etiam ſunt, Quae muneris aut officii cauſa neceſſario obeundae ſunt.* Celſ. 1, 1 Nam et intermiſſus propter ciuiles aliquas neceſſitates ordo exercitationis corpus affligit. ¶ 4 Gell. 13, 3 Riſu prorſus atque ludo res digna eſt, quum plerique grammaticorum aſſeuerant, *neceſſitudinem* et *neceſſitatem* mutare longe, longeque differre: ideo quod *neceſſitas* ſit vis quaepiam premens et cogens; *neceſſitudo* autem dicatur ius quoddam et vinculum religioſae coniunctionis — nihil rationis dici poteſt, quin *neceſſitudo* et neceſſitas ſeparentur. Itaque in libris veterum vulgo reperias *neceſſitudinem* dici pro eo, quod neceſſum eſt. Sed *neceſſitas* ſane pro iure officioque obſeruantiae affinitatiſque infrequens eſt — Reperi tamen in Oratione

Oratione Caeſaris — *Equidem mihi videor pro noſtra* neceſſitate *non labore, non opera, non induſtria, defuiſſe. Haec et pluſcula* Gellius, de vtriusque vocabuli, *vt ipſe ait*, indifferentia. *Sic* Violare neceſſitatem familiaritatemque Cic. pro Sulla 2 c. 1.

NECESSITVDO, ĭnis. f. [ἀνάγκη] *Idem quod Neceſſitas, et vis ipſa. A* Neceſſitate *tamen Grammatici diſtinguunt, dicuntque* eius quoddam et vinculum religioſae coniunctionis, κατὰ φιλίαν καθῆκον Gloſſ. Lat. Gr. *Vid. quae modo dedimus ex* Gell. 13, 3. C. Fronto de Diff. voc. Neceſſitudo vel ſanguinis vel meritorum cum praeceptoribus, amicis. Neceſſitas immutabilis res eſt. *Conf.* Chariſ. 1 p. 76. *Sed* Neceſſitudinem *pro* Neceſſitate *poni, vt oſtendimus, docet etiam* Cic. de Inuent. 2, 170 c. 57 Puto igitur hanc eſſe neceſſitudinem, cui nulla vi reſiſti poteſt. *Conf.* A. ad Her. 2 c. 16. Salluſt. in Iugurth. 48 *pr.* Coactus rerum neceſſitudine, ſtatuit armis certare. Idem Catil. 58 Neceſſitudo etiam timidos fortes facit. Paterc. 2, 50, 2 Reddita ratione miſerrimae neceſſitudinis. Tacit. Ann. 3, 64, 1 Valetudo neceſſitudinem Principi fecit reditus. Afferre neceſſitudinem pugnae Idem ibid. 12, 30. Salluſt. in Catil. 21, 3 Petere Conſulatum, C. Antonium, quem ſibi Collegam fore ſperaret, hominem familiarem, et omnibus neceſſitudinibus circumuentum, *etc. h. e. Extreme pauperem. Vid. Cort. ad h. l.* Dicere ad neceſſitudinem Salluſt. in Iugurtha c. 19 *extr.* Facere neceſſitudinem alicui, *pro Cogere* Tacit. Ann. 3, 64. Implicitus neceſſitudinibus publicis Plin. Epiſt. 7, 16, 1. Imponere neceſſitudinem Salluſt. in Catil. c. 39 *extr.* ¶ 2 *Frequentiſſime tamen* Neceſſitudo, *ſignificat Familiaritatem et Coniunctionem quandam, aut etiam Affinitatem, a qua* Neceſſarii *dicuntur.* Cic. Diu. Verr. 61 Sic enim a maioribus noſtris accepimus, Praetorem Quaeſtori ſuo parentis loco eſſe oportere: nullam neque iuſtiorem, neque grauiorem cauſam neceſſitudinis poſſe reperiri, quam coniunctionem ſortis, quam prouinciae, quam officii, *etc.* Cic. Fam. 13, 20 Cum Lyſone Patrenſi eſt mihi quidem hoſpitium vetus, quam ego neceſſitudinem ſancte colendam puto: ſed ea cauſa etiam cum aliis compluribus, familiaritas tanta nullo cum hoſpite. Contubernii neceſſitudo Cic. pro Planc. 27. Liberorum Id. Fam. 13, 11. Fraterna Id. pro Quint. 16 c. 4. Idem Att. 16, 16 Ad paternas enim magnas, et veteres, et iuſtas neceſſitudines, magnam attulit acceſſionem tua voluntas erga me. Religioſa Quinctil. 1, 2. Simplex et abſoluta Cic. de Inuent. 2, 171. Adductus ſumma neceſſitudine et ſumma coniunctione, eos commendabat Cic. Fam. 13, 28. Adiungere ad neceſſitudinem ſuam bonos viros Idem ibidem 13, 12. Aequare ſe in amicitiae coniunctionisque neceſſitudine, ſuperiores cum inferioribus debent Idem de Amicit. 73. Acceſſionem afferre ad veteres neceſſitudines, *vid.* ACCEDO. Attingere aliquem ſumma neceſſitudine, *vid.* ATTINGO. Coniungere neceſſitudinem cum aliquo Cic. Verr. 6, (4) 145 c. 65. Neceſſitudine aut beneuolentia quos coniunxit natura aut voluntas, diſtrahuntur Auctor ad Herenn. 4, 52. Conſeruare neceſſitudinem Cic. Quint. Fr. 1, 1. Idem pro Cluent. 117 Cum altero vero magnus vſus et ſumma vtriusque officii conſtituta neceſſitudo eſt. Effecerunt ſummam neceſſitudinem magna eius officia in me et in meos Cic. pro Deiot. 39 *ſ. extr.* Habere aliquam neceſſitudinem aut cognationem cum aliqua re Idem in Orat. 196 c. 55. Idem pro Planc. 39 Dubitatis quin eas Tribus, in quibus magnas neceſſitudines habet Plancius, quum ille non ediderit, iudicarit officiis ab hoc obſeruatas, non largitione? Implicitus alicui et priuatis et publicis neceſſitudinibus Plin. Epiſt. 7, 16. Intercedit alicui neceſſitudo cum altero, *vid.* INTERCEDO. Iungere aliquos mutuis inter ſemetipſos neceſſitudinibus Suet. Aug. c. 48. Iungi cuipiam aliqua neceſſitudine Sueton. Aug. c. 62. *Rurſus* c. 17 *extr.* Cic. pro Cluent. 199 Atque etiam nomina neceſſitudinum, non ſolum naturae nomen et iura mutauit: vxor generi, nouerca filii, filiae pellex. Obliuiſci familiaritatis neceſſitudinisque Cic. pro Muraen. 7. Parare neceſſitudines, *vid.* PARO. Cic. Fam. 13, 18 Vt Lyſonem in fidem neceſſitudinemque tuam Recipias. Idem Diuin. Verr. 61 Vt aut cauſa mihi ſuſcipienda fuerit, aut officium neceſſitudinis Repudiandum. Sum, *vt*, Cic. Fam. 11, 22 Cum Appio Claudio C. F. ſumma mihi neceſſitudo eſt. Erant mihi cum illo amicitiae neceſſitudines Cic. pro Sext. 39. ¶ 3 *Hinc* Neceſſitudo, *Cognatus, vel affinis, aut conſanguineus.* Suet. Aug. c. 16 (17) Remiſit tamen hoſti iudicato neceſſitudines, amicosque omnes. Idem Tiber. c. 50 Odium aduerſus neceſſitudines in Druſo primum fratre detexit, deinde meminit et vxoris et matris. *Add. ib.* c. 11. Tacit. Hiſt. 3, 59, 7 Vitellius reſpectu ſuarum neceſſitudinum nihil in Domitianum atrox parabat.

NECESSO, āre. Fortunat. l. 2 Mart. Niſi quod natura neceſſat, *i. cogit.*

NECESSĀRIVS, a, um. Adi. [ἀναγκαῖος] *Quod quacunque de cauſa, ob quamcunque relationem* nec eſſe *aliter poteſt.* Cic. Verr. 3, 60 Quominus miremini Siculos re neceſſaria coactos, auxilium a patronis, a Conſulibus, ab Senatu, ab legibus, a iudiciis petiuiſſe. Cic. Fam. 2, 5 (6) Non dubitaui id a te per literas petere, quod mihi omnium eſſet maximum, maximeque neceſſarium. Maxime neceſſarius, *vid.* MAGIS. Cic. Philipp. 10, 19 An quum illum neceſſarium et fatalem paene Caſum non tulerimus, hunc feremus voluntarium? Concluſio neceſſaria Idem in Topic. 57. Conſecutione ex neceſſaria ſimplex concluſio efficitur Idem de Inuent. 1, 45. Leges fatales ac neceſſariae Idem de Vniuerſ. 37. Oratio neceſſaria *et* Voluntaria, *contraria.* Idem pro Roſc. Com. 15 Illa ſuperior fuit Oratio neceſſaria, haec erit voluntaria. Idem Fam. 14, 20 Item caetera, quae ſunt ad victum neceſſaria. Inquirere omnia, quae ad vitam neceſſaria ſunt Cic. Off. 1 c. 4. Idem de Natur. Deor. 2, 151 Nos e terrae cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros neceſſariam. *Et* de Fato 44 Neque eam cauſam eſſe ad aſſentiendum neceſſariam concedet. Expetuntur diuitiae ad vſus vitae neceſſarios Cic. Off. 1, 25. Facere neceſſaria Quinctil. 1, 9. Neceſſarium dictu Plin. 11, 24. *Compar.* Tertull. c. 5 de Habit. Mulier. Neceſſariores operae. Idem de Anima c. 4. *etc.* ¶ 2 A neceſſitudine, *de qua* n. 2. Neceſſarii, [οἱ προσήκοντες τῷ γένει] Sunt, vt Gallus Aelius ait, Qui aut cognati, aut affines ſunt, in quos neceſſaria officia conferuntur praeter caeteros. *Haec* Feſtus. *Poteſt hic etiam illa etymologica ratio adhiberi* Pater, frater, collega, amicus, patronus, *ſine* filio, fratre, collega, amico, cliente; praeceptor *ſine* diſcipulo nec eſſe *nec cogitari poſſunt, etc. Conf.* Gell. 13, 3. Cic. Fam. 13, 13 Nam et priuignus eſt M. Caeſii mei maxime et familiaris et neceſſarii. Cic. pro Cluent. 57 Quamobrem tota iſta res per Stalenum potius, hominem ab vtroque alieniſſimum, ſordidiſſimum, turpiſſimum, quam per bonum aliquem virum ageretur, et amicum, neceſſariumque communem. Familiaris ac neceſſarius meus Cic. pro Sull. 2 c. 1. Neceſſarius et propinquus Idem pro Muraen. 73. A neceſſariis tuis neceſſario meo noli pati iniuriam fieri Idem ad Brut. 6. Idem Fam. 13, 29. *Adiectiue, Singul.* Cic. Fam. 11, 28 Mortem hominis neceſſarii grauiter ferre. Nepos 14, 6, 3 Homo tam neceſſarius. ¶ 3 *Ad occultas et verecundas partes corporis noſtri refertur.* Cic. Off. 1, 127 c. 35 Quarumque partium corporis vſus ſunt neceſſarii, eas neque partes, neque earum vſus ſuis nominibus appellant. Artemidor. 1, 47 αἰδοῖον *interdum appellari ait* ἀναγκαῖον. *Sic* Firmic. 4, 12 Vitia facit circa naturalia et neceſſaria. *Et* 4, 18 At ex neceſſariis et muliebribus locis graue valetudinis diſcrimen indicit. *Et* 5, 3 In neceſſariis corporis locis aſſiduos labores. Ibid. Hi praeterea dolores et valetudines in extremis corporis partibus, aut in abſconſis et neceſſariis locis habebunt. *Vid.* Neceſſitas Naturae n. 1.

NECESSARIE. Adu. [ἀναγκαίως] Cic. de Inuent. 1, 44 c. 29 Neceſſarie demonſtrantur ea, quae aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari poſſunt. Papin. l. 51 de hered. petit. Tertull. de Ieiun. c. 11.

NECESSARIO. *Similiter* Adu. [ὑπ' ἀνάγκης] Neceſſario, *i.* Coactim Scribon. 47. Cic. Tuſc. 4, 7 c. 4 Nulliſque vnius diſciplinae legibus adſtricti, quibus in philoſophia neceſſario pareamus. Idem Quint. Fr. 3, 1 Id facit Appius nonnunquam neceſſario, vt quum tabellarios conſtituerit mittere, *etc. Et* Fam. 5, 21 Vnum mediusfidius tecum diem libentius poſuerim, quam hoc omne tempus cum pleriſque eorum quibuſcum viuo neceſſario. Ter. Andr. 4, 1. *et* Cic. Fam. 4, 9.

NECMANCĬPI. *Vid.* Mancipi, *indecl. in* MANCEPS.

NECHON, i. n. *Genus aromatis ideo admixtum, vt dulcia diu durent.* Apic. 1, 14. *Conf.* Idem 7, 6 *vbi tamen* Enechi *flores emendat Humelb.* Cnici.

NECO, āui, ātum, *et* necui, nectum, āre. [κτείνω, φονεύω] *Interimere, interficere.* Diomedes, Neco, necui, veruntamen et necaui legimus: vt nectus, et necatus. Et hoc differre volunt: necui, quaſi ſuffocaui: necaui, quaſi ferro occidi. Vnde Necem, Caedem appellamus. *Idem ſentit et* Priſcianus 9 p. 861. *Verum haec* Diomedis *et* Priſciani *differentia ſaepe infringitur. Valla, Ego ſentio generalem ſignificationem* necatus, *ſpecialem vero* nectus. *Nec vnquam* nectus *dicitur ſine certo genere mortis: vt,* Enectus ſiti Tantalus. Ennius *ap.* Priſcian. l. c. Hos peſtis necuit, pars occidit illa duello. Caeſ. Bell. Gall. 3, 16 Itaque omni Senatu necato, reliquos ſub corona vendidit. Liu. 1, 11 *de Tarpeia virgine proditrice,* Obrutam armis necauere. Phaedr. 4, 18, 4 Colubra necuit hominem. Necari ac trucidari Cic. pro Lege Manil. 7. In amne necari Ouid. Faſt. 2, 385. In eum, qui parentem necauiſſet, nullum ſupplicium conſtituit Solon Cic. pro Roſc. Amer. 70 c. 25. Quem tuorum Propinquorum necaui? Curt. 4, 10, 29. Afflatu aliquem Ouid. Met. 3, 49. *De ſerpente quodam.* Ferro necari Hor. Serm. 2, 7, 58. Morſu aliquem Ouid. Rem. Amor. 421. Longa Morte Virg. Aen. 8, 488. Odore tetro aliquem Lucret. 6, 787. Vinculis, verberibus, atque omni ſupplicio cruciatum aliquem necare Cic. pro Lege Manil. 71. Necantur herbarum radices Columel. 2. Legumina Plin. 22, 25. Indolem rectam necas Senec. Hippol. ſ. 4. Necatus ſum, *Praeterit. Paſſ. vſurpat* Varro de L. L. 9, 3. *Sic et* Necabor, *Futurum.*

NECANS, antis. Partic. [κτείνων] Ouid. Amor. 2, 14, 22 Vidiſſem nullos matre necante dies. *Add.* Plin. 22, 25.

NECANDVS, a, um. Partic. Cic. Att. 9, 11 Parentem patriam fame necandam putent.

NECĀTVS, a, um. *Aliud* Partic. [φονευθεὶς] Alter eorum necatus Salluſt. Iug. c. 14. In tormentis necatus Zeno Eleates Cic. de Natur. Deor. 3, 82. Quinct. 3, 6 Hinc eſt, adulter loris caeſus, vel fame necatus. Oleo necati lepores marini Scribon. 80. Vti Iugurtham maxume viuum, ſin id parum procedat, necatum ſibi traderent Sall. Iug. c. 46. Auctor ad Herenn. . . Si accuſator dixerit ab reo hominem veneno necatum. Apes cum ſtirpe necatae Ouid. Faſt. 1, 363. *Conf.* Paterc. 2, 18, 2.

NECĀTOR, ōris m. [Vet. Gloſſ. Necator, φονεὺς, ἀγκονιστής] Macrob. Saturn. 1, 12 Marti dicatur, Deo plerumque hominum necatori. Lamprid. Commod. c. 18 Necator ciuium.

NECATVRVS, a, um. Partic. [φονεύσων] Ouid. Triſt. 1, 2, 36 Ore necaturas accipiemus aquas.

NECTVS, a, um. Priſcian. 9 p. 861 Proprie necatus ferro, nectus vero alia vi peremtus dicitur.

NECOPINĀTVS, NECRECTE *melius diuiduntur. Vid. ſupra in* NEC.

NECROMANTĪA, ae. f. [νεκρομαντεία] *Diuinatio, quae fit per mortuos, vt apud Lucanum, quum mortuus ſuſcitatus, euentum belli Pharſalici Sexto Pompeio praedixit.* νεκρὸς *enim mortuus dicitur:* νεκρὸν *cadauer.* μαντεία, *diuinatio.* Cic. Tuſc. 1, 37 c. 16 Inde Homeri tota νεκυία: inde ea, quam meus amicus Appius νεκρομαντεία faciebat: inde in vicinia noſtra Auerni lacus, vnde animae excitantur, obſcura vmbra, *etc. Alii legunt,* Quae meus amicus, *etc. vt,* Necromantia *dicatur numero plurali. Meminit Camerar. in* Tuſc. *ſed et Victorius Var. Lect.* 5, 15. Plin. 35, 12. *de Nicia pictore Athenienſi:* Opera eius, Nemea aduecta ex Aſia Romam a Silano, quam in curia diximus poſitam: item Liber pater in aede Concordiae: Hyacinthus, quem Caeſar Auguſtus delectatus eo ſecum deportauit Alexandria capta, et ob id Tiberius Caeſar in templo eius dicauit hanc tabulam. Epheſi vero eſt Megabyzi ſacerdotis Dianae ſepulchrum, Athenis necromantia Homeri. (*Alii legunt* Necyomantia, *ſed eodem ſenſu.*) Hanc vendere noluit Attalo regi talentis ſexaginta, potiuſque patriae ſuae donauit, abundans opibus. *Eam* Plinius *tabulam intelligit, in qua Nicias ex Homeri deſcriptione pinxerat Vlyſſem ad inferos deſcendentem, vmbrasque mortuorum alloquentem. Vid.* NECYIA, *add.* Varr. ap. Auguſtin. de C. D. 7, 35. *c. not. Coqueii p.* 707. Lucan. 6, 710. Sen. Oed. v. 150. ſeqq.

NECROMANTES, ae. *et* NECROMANTĬCVS, i. m. Iſidor. 8, 9 Necromantici ſunt, quorum praecantationibus videntur reſuſcitati mortui diuinare, et ad interrogata reſpondere, *etc.*

NECROTHȲTVS, a, um. Adi. [νεκρόθυτος] *Quod mortuo immolatum eſt.* Tertull. de Spect. c. 13 Oculos et aures ab idolothytis et necrothytis voluptatibus abſtinere.

NECTANĔBIS, is. *vel* NECTANĔBVS, i. m. *Aegypti rex, de quo Plutarch. et* Nepos, Ageſil. c. 8. *Apud* Plin. 36, 9. *et* Tertull. de Anima 57. *legitur* Nectabis. *Vid. Boſ. ad* Nepot. 12, 2, 1. *et* 17, 8, 6.

NECTAR, ăris. n. [νέκταρ] *Inquit* Feſtus, ſignificat Deorum potionem. Cic. Tuſc. 1, 65 Non enim ambroſia deos, aut nectare, aut iuuen-

iuuentute pocula miniſtrante laetari arbitror. *Vid.* Macrob. de Somn. Scip. 1, 2. Nectar, *ſunt qui interpretentur Vinum in Lydiae Olympo concinnatum fauis permiſtis et floribus odoratis. Succinit Alcman quoque. Sappho etiam ambroſiae craterem dicit. Sed nec Homerus eſſe deorum potionem* nectar, *nouiſſe creditur. Haec Caelius* 7, 13. *Significat autem* Nectar, *Immortalitatem ; a νε quod priuationem ſignificat, et κτείνω occido. Conf. G. Horn. Hiſt. Philoſ.* 1, 4 *qui ex Hebraeis fontibus vocem deriuat, vnde voluptatem denotat, quae ex contemplationibus oritur. Nos auctoritates Poëtarum perſequemur.* Ouid. Met. 1, 111 Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant. *De odore etiam* Prudent. Nat. Dom. 68 Fragraſſe nardo et nectare. Lucret. 2, 847 Et nardi florum nectar, qui naribus halant. Odoratum Ouid. Met. 4, 250. Baccheum Stat. Silu. 2, 2, 99. Nectar, *de Melle, per translationem.* Virgil. Aen. 1, 437 Stipant et dulci nectare cellas. Martial. 4, 32 Et latet, et lucet Phaëtontide condita gutta, Vt videatur apis nectare clauſa ſuo. Hyblaeum Stat. Silu. 3, 2, 118. Liquidum Virg. Georg. 4, 164. *Pro Melle.* Nectar, *pro Suauitate.* Hor. Carm. 1, 13, 13

Non, ſi me ſatis audias,
Speres perpetuum, dulcia barbare
Laedentem oſcula, quae Venus
Quinta parte ſui nectaris imbuit.

Quinta parte, *etc.* Eleganter, ait Porphyr. quia in quinque partes fructus amoris eſſe partitus dicitur, viſu, alloquio, tactu, oſculo, concubitu : vnde et Terentianum illud (Eun. 4, 2, 12.) Tamen extrema linea amare haud nihil eſt. *Haec ille.* Sui nectaris, *Gratiae, dulcedinis, voluptatis.*

NECTAREVS, a, um. Adi. [νεκτάρεος] Martial. 13, 108 Attica nectareum turbatis mella falernum. Aquae nectareae Ouid. Met. 7, 707. Flores Claud. de Nupt. Hon. Fontes Idem ibid. 209.

NECTAREA, ae. f. *Herba, de qua* Plin. 14, 16.

NECTARIVS, a, um. Adi. Apul. Florid. 4 p. 363, 11 Ego et alias crateras Athenis bibi — Philoſophiae inexplebilem, nectariam.

NECTARITES, ae. m. [νεκταρίτης] Potio ex herba nectarea facta Plin. 14, 16.

NECTO, nexui, et nexi, nexum, ĕre. [νέω, πλέκω] *Ligare, iungere.* Propert. 3, 6, 37 At tibi qui noſtro nexiſti retia lecto, *quam lectionem tuetur Brouckh. contra eos, qui tendiſti ſubſtituunt.* Priſcian. 10, 903 Necto, nexui et nexi. Virgilius (5, 425) Et paribus palmas amborum innexuit armis. Salluſt. in Hiſt. 1 Nexuit catenae modo. Lucilius in V Hic ſolus vigilauit, opinor, Et eum id mi viſu'ſt facere, tum retia nexit. *Haec Priſcianus, qui addit locum modo laudatum Propertii.* Nectere aliquid ex duabus rebus, *pro Res duas in vnum concinnare.* Senec. Epiſt. 67. Bracchia nectere Ouid. Faſt. 6, 329 *de ſaltantibus.* Catenas alicui Hor. Carm. 1, 29, 5. Comam myrto Ouid. Am. 1, 2, 23. Coronam alicui Hor. Carm. 1, 26, 8. Flores Hor. Od. 1, 26, 7. Opus aranea nectit ſub trabe Ouid. Amor. 1, 14, 8. Vincula Virg. Ecl. 6, 23. Africus in glaciem frigore nectit Aquas Propert. 4, 3, 48. Cic. de Finib. 3, 74 Quid, non ſic aliud ex alio nectitur, vt non, ſi vllam literam moueris, labent omnia ? Idem de Legib. 1, 52 Sed videtisne, quanta ſeries rerum ſententiarumque ſit, atque vt ex alio alia nectuntur ? Carmina diſſona Stat. Silu. 2, 2, 114. Cauſas inanes Virgil. Aen. 9, 219. Dolum nectere alicui : *Idem quod Circumuenire dolis* Liu. 27, 28. Gaudia mutua inter ſe Lucret. 5, 852. Iurgia cum aliquo Ouid. Amor. 2, 2, 25. Laqueum alicui Horat. Epiſt. 1, 19, 31. Moras alicui Valer. Argon. 3, 374. Nefas et foedera necte Idem ibid. 3, 503. Virg. Ecl. 8, 77 Necte tribus nodis ternos Amarylli colores, Necte Amarylli modo, et Veneris dic vincula necto. *Ex antiqua veneficiorum et cantionum conſuetudine id ſcriptum eſt. Nam in his numerabant nodos, vincula, et neceſſitates. Syneſius,* ἐγὼ γίτοι καὶ ἐπῳδὰς οἶδα, καὶ καταδέσμους, καὶ κατανάγκας, αἷς οὐκ εἰκὸς ἀντισχεῖν οὐδὲ πρὸς βραχὺ τὴν Γαλάτειαν. *Ex Turneb. Aduerſ.* 19, 22. Liu. 8, 28 Eo anno plebi Romanae velut aliud initium libertatis factum eſt, quod necti deſierunt, *i. aeris alieni cauſa vinciri et in ſeruitutem trahi a creditoribus. Hi ſingulari ratione* Nexi.

NECTENS, entis. Partic. Cic. Acad. 4 c. 7 Caetera ſeries ſequitur maiora nectens.

NECTENDVS, a, um. Partic. Nectendae coronae Hor. Carm. 4, 11, 3.

NEXIO, ōnis. f. *Idem quod Nexus.* Arnob. aduerſus Gentes 5. *Adde* Martian. Capell. Carm. 1, 4 *et* 5.

NEXVM, i. n. Lucret. 2, 405 Inter ſe nexa. Cic. pro Caecin. 102 c. 35 Non ſuſtulit horum nexa. *Nimirum*

NEXVS, a, um. Partic. [πεπλεγμένος] Cic. Tuſc. 3, 17 Omnes enim inter ſe nexae et iugatae ſunt. *De virtutibus.* Aliae ex aliis aptae et neceſſitate nexae cauſae Cic. Tuſc. 5, 70. Cauſa cauſae nexa rem ex ſe gignit Idem de Diuinit. 1, 125 c. 55. Coronae Hor. Od. 1, 38, 2. Manus nexae ex ordine Ouid. Met. 8, 747. Pedes per mutua nexi *apum* Virg. Aen. 7, 66. Martianus in l. Res quae D. de iure fiſci, Res autem nexas pignori diſtrahere procuratores poſſunt. Sodalitii iuris Sacramento quodam nexi Iuſtin. 20, 4, 14. Nexi Idem 21, 4. *et* 2, 2. *ſunt Vincti ob aes alienum, et in ſeruitutem creditoribus traditi.* Epit. Liu. 6 Nexos exſoluere. *Conf.* Liu. 2, 23. *et Sigon. ibid.*

NEXVS, ūs. m. [πλοκή] *Ligatio.* Plin. 8, 11 Bellanteſque cum iis perpetua diſcordia dracones, tantae magnitudinis, vt et ipſos circumflexu facili ambiant, nexuque nodi praeſtringant. Arcto luctantia nexu pectora Ouid. Met. 6, 242. *Vid. Burm. ad* Quinctil. 2, 12 *pr.* Denſi Stat. Theb. 5, 564. Duros nexus ſoluere Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 186. Firmis nexibus compagem ſuperſtruere Tacit. Ann. 4, 62, 2. Multiplex, *vid.* MVLTVS. Recuruo ſerpunt hederae Ouid. Met. 3, 664. Vipereus Stat. Theb. 6, 8. Volubiles Ouid. Met. 3, 41. *de ſerpente quodam.* Nexus, *Nodus.* Plaut. Mil. 4, 4, 44 Idem, et cum nexu in humero, laeuo expapillato brachio, praecinctus. ¶ 2 Nexus, *ſiue* Nexum, *eſt Genus obligationis ciuilis, qua corpus etiam vt pignus afficitur: vt ait Budaeus.* Varr. de L. L. 6, 5 p. 82, 5 Nexum Manilius ſcribit omne, quod per libram et aes geritur, in quo ſint mancipi. Mucius Scaeuola, Quae per aes et libram fiant, vt obligentur, praeterquam quae mancipio dentur. Hoc verius eſſe, ipſum verbum oſtendit, de quo quaeritur. Nam idem quod obligatur per libram, neque ſuum ſit, (*Schulting. ad* Paulli Sent. 2, 17, 3 Ni quid ſuum ſit) inde nexum dictum. Liber qui ſuas operas in ſeruitute pro pecunia, quam debebat, dum ſolueret, nexus vocatur, vt ab aere obaeratus. Hoc C. Popilio rogante Sulla Dictatore, ſublatum ne fieret, et omnes, qui bona copiam iurarent, ne eſſent nexi diſſoluti. Feſtus lib. 12 In nexu ſunt haec, teſtamenti factio, nexi cautio, nexi liberatio. Nexum aes apud antiquos dicebatur pecunia, quae per nexum obligatur. Cic. pro Caecin. 102 c. 35 Deinde quod Sulla ipſe ita tulit de ciuitate, vt non ſuſtulerit horum nexa atque hereditates. Idem in Parad. 5 Non ita dicunt eos eſſe ſeruos, vt mancipia, quae ſunt dominorum facta nexu, aut aliquo iure ciuili. Traditio nexu, *ſpecies abalienationis* Cic. Top. c. 5. *Et* Fam. 7, 31 (30) Niſi haberem ſocium ſtudiorum meorum Atticum noſtrum, cuius quum proprium te eſſe ſcribis mancipio et nexu, meum autem vſu et fructu, contentus iſto ſim. *Vid.* Cic. de Orat. 3 c. 40. Liu. 2, 23. *et Cael.* 12, 20 *et* 21. *Sigon. de Ant. Iure* Ciu. Rom. 2, 11. *Optime autem, quid nexus et mancipium differant, explicat Gronou. Ep. ad Salmaſ. in Sylloġ. Burm. T.* 2 *p.* 549. *quem locum exhibet etiam Heinecc. Ant. Rom.* 2, 1, 20. *Breuiter, Quae habeo iure Mancipii, eorum ſum dominus; quae iure Nexi, in ea habeo obligationem. — Et ita quoque Nexus differt a Seruo: hic in dominio meo plane eſt; ille debet mihi operas ſeruiles. Sic quod mihi pignori datum eſt, habeo iure Nexi, non Mancipii. Mancipia ſ. ſerui etiam nexu mei : at non contra quidquid nexum eſt etiam mancipio meum eſt.* Legis nexus Tacit. Ann. 3, 28, 6. Liber a nexu pignoris Papinian. in lege Si paterfamil. D. Familiae erciſcundae. Liberare venditorem a nexu venditi Vlpian. in l. Si non fortem. §. Adeo D. de condict. indeb. Nexorum et mancipiorum iura Cicero de Orat. 1, 173. Inire nexum, *Lege nexus addici, inquit Budaeus : Vinciri, illigari, et retineri atque adſtringi.* Liu. 7, 19. ¶ 3 *Obſeruationes :* Nexus *pro lucta* Sil. 3, 33. *Conf. Geſner. ad* Quinctil. 2, 8, 13. *In MSS. confundi ſolent* Nexus *et* Nixus : *vid. Drakenb. ad* Sil. 3, 33. Cic. pro Muraen. 23 Quod ſi in his rebus repetendis, quae mancipi ſunt, is periculum iudicii praeſtare debet, qui ſe nexu obligauit : profecto etiam rectius in iudicio Conſulis deſignati, is potiſſimum Conſul, qui Conſulem declarauit, auctor beneficii Pop. Romani, defenſorque periculi eſſe debebit.

NEXO, āui, āre. *et* NEXO, ui, nexum, ĕre. [πλέκομαι] *Secundum* Priſcianum, Frequentatiuum a Necto. Virg. Aen. 5, 279 Nexantem nodis, ſeque in ſua membra plicantem.

NEXOR, āri. Deponens, *antiquum.* Lucret. 2, 98 Pars etiam breuibus ſpatiis nexantur ab ictu, *i. Copulantur, cohaereſcunt per plagam, et ictum. Quidam habent* Vexantur, *ſed mendoſe.*

NEXILIS, e. Adi. [πλεκτός] *Quod nectitur: ſicut Textile, quod texitur.* Lucret. 5, 1349 Nexilis ante fuit veſtis, quam textile tegmen. Connubii nexilis inſcia Prudent. Cathem. 3, 75. Coronis nexilibus redimita turba Senec. Agam. 362. Hederae nexiles Ouid. Met. 6, 128. Loricae ſquama nexiles Sil. 3, 140. Rete Varro *ap.* Non. 6, 20. Ouid. Amor. 1, 14, 25 Quam ſe praebuerant ferro patienter et igni, Vt fieret torto nexilis orbe ſinus. *al.* Flexilis. *Cincinnum dicit, qui eſt annulatus capillus.* Thorax nexilis Stat. Theb. 4, 495.

NEXIBILIS, e. Adi. Ammian. 29, 13 (Valeſ. 2 fol. 559) Nexibili adſeueratione, *i. Mendaciis callide connexis.*

NEXVOSVS, a, um. Adi. *Intricatus, multos nexus ac nodos habens.* Claud. Mamert. de Stat. Anim. 2, 7 Nexuoſiſſimas quaeſtiones in minutias reſoluere.

NECVBI. Aduerbium *loci.* [μήπου] Ne alicubi, *id eſt, Ne in aliquo loco.* Iuſſi necubi mihi praeſto ſis; *i. Ne in vllo loco.* Liu. 25, 33 *extr.* Necubi hoſti aequo ſe committere loco. Varr. R. R. 1, 45 Si erunt imbres ſecuti, videndum necubi aqua conſiſtat. Necubi, *pro Nuſquam.* Liu. 22, 2 Hiſpanos et Afros, et omne quod veterani erat robur exercitus, admiſſis ipſorum impedimentis necubi conſiſtere coactis, *etc.* Necubi ſuppreſſus pereat gener Lucan. 9, 1058. Necubi tibi ob cauſam iſtam videar blanditus Apul. Apol.

NECVNDE. Aduerb. *loci.* [μήποθεν] *i. Ne ex aliquo loco.* Liu. 28, 1 *extr.* Necunde ab ſtationibus Punicis conſpiceretur.

NECYIA, ae. f. *Triſyll.* [νεκυία] Cic. Tuſc. 1, 37 c. 16 Inde Homeri tota νεκυία. *i. Illa mortuorum fabula, quae in Odyſſ.* λ. *ita enim vocatur pars illa Odyſſeae, qua fingitur Vlyſſes ad inferos deſcendiſſe, vmbraſque alloquutus fuiſſe. Vid.* NECROMANTIA.

NECYOMANTIA, ae. f. [νεκυομαντεία, inferorum conſultatio Vet. Gloſſ.] *Vaticinium ex mortuis. Vaticinatio, quae fit euocatis Manibus ex inferis.* νέκυς, *mortuus ;* μαντεία, *diuinatio, vaticinium. Vid.* NECROMANTIA.

NECYDALVS, i. m. [νεκύδαλος] *Inſecti genus, e quo progeneratur bombyx.* Plin. 11, 22.

N E D

NEDVM. [μὴ ὅτι, μὴ ὅτιγε, μήτι δὴ] *Coniunctio, ſignificat aliquanto plus quam* Non ſolum, *idem fere, quod* quid ni, *vel* multo magis. *Duobus modis vſurpatur. Vno quum vtramque ſententiam eodem complectimur, altero, cum duas ſententias, duobus verbis efferimus. Vt,* Cic. Fam. 7, 29 Erat enim multo domicilium huius vrbis (quum quidem haec vrbs) aptius humanitati, et ſuauitati tuae, quam tota Peloponnenſus, nedum Patrae. Liu. 24, 40 Militi quoque, nedum regi vix decoro habitu. Ter. Heaut. 3, 1, 43 Satrapes ſi ſiet amator, nunquam ſufferre eius ſumtus queat, nedum tu poſſis. Tacit. Ann. 13, 15 Pueri ſobrios quoque conuictus, nedum temulentos ignorantis. Hor. de Arte Poët. 68 Mortalia facta peribunt, Nedum ſermonum ſtet honos, et gratia viuax. *Hic poteſt etiam explicari per* tantum abeſt vt, *etc.* Cic. Att. 10, 16 *extr.* Tu quoniam quartana cares, et nedum morbum remouiſti, ſed etiam grauedinem, te vegetum nobis in Graecia ſiſte, et literarum aliquid interea : *eandem vim habet, ac ſi dixiſſet,* Grauedinem remouiſti, nedum (*ne dicam*) morbum. *Transpoſitio cui ſimilis illa* Att. 9, 8 Nedum hominum humilium, vt nos ſumus, ſed etiam ampliſſimorum virorum conſilia ex euentu, non ex voluntate a pleriſque probari ſolent. *Conf. Io. Iou. Pontan. in Actio.*

N E F

NEFANDVS, a, um. Adi. [ἄρρητος, ἀθέμιστος, ἔκθεσμος] *Quod propter turpitudinem aut immanitatem non eſt fandum.* Virg. Aen. 1, 543 At ſperate Deos memores fandi atque nefandi. Amor nefandus Valer. Argon. 8, 385. Cic. ad Brut. 10 Contraque eius Arma nefanda, praeſidia, quae oblata ſunt, Caeſaris conſilio, et auctoritate firmaui. Bellum Virg. Aen. 12, 572. Concubitus Ouid. Met. 6, 540. Crimina Senec. Hippol. 6. Domus Ouid. Met. 6, 601. Enſes Virg. Aen. 2, 155. Facta Ouid. Faſt. 2, 850. Gens Virg. Aen. 3, 653. Inſtitutum Cic. pro Domo 132. Manus Ouid. Met. 3, 731. Odia Virg. Aen. 5, 785. Per nefandum Scelus Cic. de Reſp. Aruſp. c. 20. Scelere nefando imbuta tellus Catul. Argon. 62, 397. Vir Virg. Aen.

Aen. 4, 497. *Superl.* Iuſtin. 16, 4, 11 Nefandiſſima quaeque tyrannicae crudelitatis exercuit.

NEFANS, antis. Adi. *Idem.* [ἀθέμιτος] Lucil. Sat. 3 Tantalus, qui poenas ob facta nefantia pendit. Varro, Ego, inquit, eam ſuppetias, quae tunc mihi nec res, nec ratio eſt, diſſoluat, atque omnia nefantia. Antiquum et obſoletum eſt Nonius 8, 47.

NEFARIVS, a, um. Adi. [ἀθέμιτος] *Sceleratus, a nomine* Nefas. Non. 1, 290 Nefarii proprietatem lib. 1. de vita Populi Rom. Varro patefecit, a farre quod adoreum eſt, quo ſcelerati vti non debeant, non triticum, ſed far, hoc quoque idem ſignificat, quod qui indigni ſunt qui viuant, nefarii vocantur. Aſconius Paedian. in Verr. 1, 6 Nefandum eſt, non fandum. Nefarium, quod ſacra polluit, farre pio ſolita celebrari. ergo Nefarii, ſacrilegi. Cic. Off. 2, 51 Ita habendum eſt religioni, nocentem aliquando et nefarium, impiumque defendere. Atreus nefarius Hor. de Arte Poët. 186. Facinus Caeſ. Bell. Gall. 7, 38. Cic. pro S. Roſc. Am. c. 13. Latrocinium Cic. Verr. 1, 152. Promulgatio Idem Fam. 1, 5. Scripta Catul. 42, 18. Scelere nefario obſtringere Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 32. Nefarium, *ſubſtantiue apud* Liu. 9, 34 Niſi eo nefario Rempub. obſtrinxeris, quod ominari horret animus, *etc.*

NEFARIE. Adu. [ἀνοσίως] Cic. Diuinat. Verr. 38 c. 12 Quum multa libidinoſe, multa crudeliter in ciues Rom. atque in ſocios, multa in deos, hominesque nefarie fecerit.

NEFAS, *indecl. n.* [ἀθεμιτουργία] *Impium facinus, et execrabile ſcelus, quod* nec fas *eſt, nec dici aut nominari debet.* Capitale nefas Lucan. ad Piſon. 43. Dirum Virg. Aen. 4, 563. Execrandum regiae caedis Senec. Troad. 1. Grande, et morte piandum Iuuen. Sat. 13, 54. Immane audere Virgil. Aen. 6, 624. Idem 4, 563. Lacrimabile Stat. Theb. 9, 882. Hor. Carm. 4, 5, 22 Mos, et lex maculoſum edomuit nefas. *i. Turpe adulterium: vel forte* Maculoſum, *quia, qui ex adulterio concipiuntur, non ſolent referre maritos.* Vetitum nefas Hor. Carm. 1, 3, 26. Admittere vaſtum Senec. Herc. Oet. 7. Aggredi aliquod Ouid. Met. 7, 71. Auertere Sil. 3, 127. Committere aliquod Ouid. Met. 7, 427. Concipere mente Idem ibid. 10, 404. Contrahere, *vid.* CONTRAHO. Diſſimulare Virgil. Aen. 4, 305. Edere aliquot Stat. Theb. 8, 68. Excidit ore tantumne nefas patrio? Virg. Aen. 2, 658. Exiſtimare nefas Scribon. Epiſt. . . Facere Ouid. Met. 11, 70. Geminare ingens Senec. Octau. ſ. 6. Habetur nefas Plin. 3, 5. Paſſa corpore Ouid. Met. 10, 351. Prohibere Virg. Aen. 5, 197. Purgare Sil. 11, 199. Soluere Ouid. Faſt. 2, 44. Suadere alicui Idem Met. 1, 392. Suſtinere Idem Amor. 3, 9, 44. ¶ 2 *Obſeruationes:* Nefas *interdum adiectiue ponitur, vt* Nefandum. Cic. de Amicit. 39 Aeque autem nefas ſit tale aliquid et facere rogatum, et rogaſſe. Idem Fam. 15, 21 Mihi nefas ſit obliuiſci. Idem de Senect. 12 c. 5 Quorſum igitur haec tam multa de Maximo? Quia profecto videtis nefas eſſe dictu, miſeram fuiſſe talem ſenectutem. Dictu nefas prodigium Virg. Aen. 3, 365. *Interdum interſeritur Interiectionis vicem obtinens.* Virg. Aen. 8, 687 Et vltima ſecum Bactra vehit, ſequiturque (nefas!) Aegyptia coniux. *Iunguntur* Fas et nefas. Horat. Carm. 1, 18, 10 Cum fas atque nefas exiguo fine libidinum Diſcernunt auidi. Liu. 6, 14 Id vero accendit animos, vt per omne fas ac nefas ſecuturi vindicem libertatis viderentur. Nefas, *pro Homine nefario.* Virg. Aen. 2, 585 Extinxiſſe nefas tamen, et ſumſiſſe merentes Laudabor poenas. *Helenam intelligit.* Nefas, *pro Impoſſibile, cum reſpectu ad* Fatum, *quod eſt quidam complexus rerum, quae fieri poſſunt.* Hor. Carm. 1, 24, 20 Durum, ſed leuius fit patientia, Quidquid corrigere eſt nefas. *Quo modo etiam a* Cicerone *vſurpatur* in Timaeo 4 Atque illum quidem quaſi parentem huius vniuerſitatis inuenire difficile: et quum iam inueneris, indicare in vulgus, nefas. *Sic enim reddidit, quod Plato dixit* ἀδύνατον.

NEFASTVS, a, um. Adi. Nefaſti dies, *Quibus non licet ius fari.* Ouid. Faſt. 1, 47 Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur. *Tria haec verba ſollemnia intelligit* Ouidius, Do, Dico, Addico, *quae omnem iuris actionem et ſententiam indicant. Vid.* Macrob. Saturn. 1, 6. Varro de L. L. 5, 7 p. 45, 21 Hinc faſti dies, quibus certa verba legitima ſine piaculo praetoribus licet fari. Ab hoc nefaſti, quibus diebus ea fari ius non eſt; et ſi fati ſunt, piaculum faciunt. Nefaſti dies, N litera notabantur, *inquit* Feſtus. *Vid.* FASTI. ¶ 2 Nefaſtos dies Suet. Tiber. c. 53. *pro Atris et inauſpicatis dixit, quod perperam fieri cenſet* Gell. 4, 9. *Perperam ipſe, niſi malus Auctor loquendi* Horatius 2, 13, 1 Ille et nefaſto te poſuit die. Nefaſtus, *pro Nefarius.* Nefaſtum habetur prolibare diis Plin. 14, 19. Cicero de Legib. 2, 21 Quaeque augur iniuſta, nefaſta, vitioſa, dira defixerit, irrita, infectaque ſunto. Quid intactum nefaſti liquimus? Hor. Carm. 1, 35, 35. *h. e. Nefarii. Acron.* Acheron nefaſtus, *vid.* ACHERON. Frutices Plin. 20, 11. Locis nefaſtis impoſuere delubra Stat. Theb. 1, 274. Spiritum nefaſtum ferro exigere Senec. Oedip. 14. Terra Liu. 6, 28. *i. Infauſta et ominoſa, inquit Budaeus.*

NEFRENS, *et* NEFRENDIS, is. Dub. gen. Nefrendes, Arietes dixerunt antiqui, *inquit* Feſtus, quod dentibus frendere poſſint. Alii dicunt Nefrendes, Infantes eſſe nondum frendentes, id eſt frangentes. Liuius, Quem ego nefrendem alui, lacteam immulgens opem. Sunt qui Nefrendes, Teſticulos dici putent, quos Lanuuini appellant Nebrundines, Graeci νεφρὸς, Praeneſtini Nefrones *Hactenus* Feſtus. Varr. de R. R. 2, 4 Porci, amiſſo nomine lactentis, dicuntur nefrendes, ab eo, quod nondum fabam frendere poſſint, id eſt frangere. Fulgent. de Priſco Serm. n. 5 Porcum caſtratum nefrendem vocari *ait*, quaſi ſine νέφροις, *i. renibus.*

NEFRVNDINES, um. f. *Teſticuli olim dicti, vid.* Feſt. in Rienes. *Et loco, quem modo dedimus in* NEFRENS, *vbi* Nebrundines *legitur.*

N E G

NEGABVNDVS, NEGATIO, *etc.* *Vid.* NEGO.

NEGLECTVS, *vid.* NEGLIGO.

NEGLĬGO, lexi, lectum, ĕre. [ἀμελέω, ἀκηδέω, περιόπτω] *Contemnere, non curare, quaſi ne legere quidem, nec videre dignari, inquit Sipontinus. Et ſane* Neclego *ſiue* Neglego *poſt alios viros eruditos, v. g. Politianum edi curauit in* Cicerone Dauiſius, v. g. de Diuin. 2 c. 60 *extr. vid.* INTELLIGO. Cic. in Catil. 4, 23 Quae quum ita ſint Patres Conſcripti, pro imperio, pro exercitu, pro prouincia, quam neglexi, pro triumpho, caeteriſque laudis inſignibus, *etc.* Praetermitti ab aliquibus et negligi Cic. pro Cluent. 130. Idem pro Roſc. Amer. 4 Quorum ego neque beneuolentiam erga me ignorare, nec auctoritatem Adſpernari, nec voluntatem negligere debeam. Caeſ. Bell. Gall. 5, 7 Nihil hunc ſe abſente pro ſano facturum eſſe arbitratus, qui praeſentis imperium neglexiſſet. Iniurias Caeſ. Bell. Gall. 1, 36. Mandatum alicuius Cicero pro Roſc. Amer. 112. Minas alicuius negligere, *et* Horrere, *contraria* Idem pro Quint. 92. Negotium aliquod non negligere, *eſt Diligenter illud curare.* Terr. Phorm. 1, 2, 4 Amo te, et non neglexiſſe habeo gratiam. Ornamenta, *vid.* ORNO. Spem rerum ampliſſimarum Cic. Catil. 3 c. 9. Idem Fam. 14, 4. Periculum fortunarum et capitis ſui prae mea ſalute neglexit.

NEGLĬGENS, entis. Partic. [ἀμελής, ὀλίγωρος] *Qui nihil curat.* Cic. Verr. 3, 162 Quoniam pater tam negligens et diſſolutus eſt. *Ibidem* 4, 115 Negligentes ac diſſoluti ſi cupiamus eſſe, qui poſſumus? Negligens de alieno: *i. De aliena pecunia recte collocanda parum ſolicitus.* Plin. Epiſt. 4, 13 Nam qui fortaſſe de alieno negligentes, certe de ſuo diligentes erunt. Improuidi et negligentes dulces Cic. Att. 7, 19. Medici negligentes Scribon. 84. Cic. de Amicit. 65 Et in illis quidem parandis curam adhibere: in amicis eligendis negligentes eſſe. Negligens amicorum et inimicorum Tacit. Hiſt. 3, 38. Negligens ſui Senec. de Ira 1, 1. Socors et negligens ipſius natura tardauit Cic. de Clar. Orat. 239. Ter. Andr. 2, 3, 23 Sed ſi te aequo animo ferre accipiet, negligentem feceris. *i. Efficies, vt ille non curet poſthac.* Cic. Fam. 13, 1 Non te in me illiberalem, ſed me in ſe negligentem putabit. *Nempe Exquiſita ſignificatione opponitur prodigo.* Non potui in illo ſumtu non neceſſario negligens eſſe Cic. Fam. 3, 8. *vbi vid. Graeu. Conf.* Suet. Galba c. 14. *Compar.* Catull. 12, 3 Tollis lintea negligentiorum. Sociorum atque amicorum negligentior Cic. Verr. 3 c. 62. Modo parcior, modo negligentior Suet. Galb. c. 14. Barba negligentior Senec. Ep. 5. Negligentior circa Deos ac religiones Suet. Tiber. c. 69. *Superlat.* Lat. Pacat. Paneg. Theod. 31 Negligentiſſimus vernula. *Al.* Neglectiſſimus.

NEGLIGENTIA, ae. f. [ἀμέλεια, ὀλιγωρία] *Incuria et indiligentia quod dicitur.* Ter. Andr. 1, 1, 44 Ex Andro commigrauit huc viciniae, inopia et cognatorum negligentia coacta. Negligentia fortunae Senec. de Vita beata 5. *i. Contemtus rerum fortuitarum.* Cic. Att. 8, 11 In eo ineſt quod perfunctorie, frigide et ſine amoris ſignificatione ſcriberentur. Negligentia, pigritia, inertia, *etc.* quos tutari debent, deſertos eſſe patiuntur Cic. Off. 1, 29. Negligentia aliquid faciendi Quinctil. 1, 3. Agreſtis et inhumana, *vid.* INHVMANVS. Vlpian. in l. Nec ſupina D. de iur. et fact. ignor. Vt neque negligentia Craſſa, aut nimia ſecuritas ſatis expedita ſit. Cic. in Orat. 77 Illa ipſa contracta et minuta non negligenter tractanda ſunt, ſed quaedam etiam negligentia eſt Diligens. Nam vt mulieres eſſe dicuntur nonnullae inornatae, quas id ipſum deceat: ſic haec ſubtilis oratio etiam inconita delectat. Diſſoluta negligentia prope dolum eſt, *i. Proxime accedit ad dolum.* Vlpian. in l. Si fideiuſſor. in princip. D. Mandati. Cic. in Orat. 77 Habet ille tanquam hiatus concurſu vocalium molle quiddam, et quod indicet non ingratam negligentiam de re hominis, magis quam de verbis laborantis. In re familiari Laborioſior eſt negligentia, quam diligentia Colum. 12, 2. Summa Paullus in l. Regula D. de iuris et fact. ignorant. Adducere in, *vid.* ADDVCO. Contemtum negligentia aliquid Cic. de Aruſp. Reſp. 21. Corrumpit animum negligentia, diligentia comparat diuitias Auctor. ad Heren. 4, 29. Ne deorum quidem aut iram aut negligentiam Deprecor Plin. Pan. 67, 8. Negligentia tua vt feci, *i. Quod te negligam* Ter. Phorm. 5, 8, 27. Fugere agreſtem et inhumanam Cic. Off. 1, 130. Impediri negligentia, *vid.* IMPEDIO. Plecti negligentia tum maxime in amicis et diligendis, et colendis Cicero de Amicit. 87.

NEGLECTVS, a, um. Partic. [ἀμεληθεὶς, ἀτημέλητος] vt, Diu neglectum Scribon. 22. *de medicamento.* 62. *de* morbo *i. relictum.* Abiectus et neglectus vir Cic. de Finib. 3, 66. Quum ipſi inter nos Abiecti neglectique ſimus Idem ibidem 3, 66 c. 20. Apparatus neglectus Gell. 13, 11. Capillos neglectos coërcebat vitta Ouid. Met. 2, 413. Coma Ouid. de Arte Am. 3, 153. Facies neglecta peribit Idem ib. 3, 105. Fides Idem Epiſt. 21, 234. Forma viros neglecta decet Id. de Arte Am. 1, 509. Incendia neglecta ſumunt vires Horat. Epiſt. 1, 18, 85. Tellus Stat. Silu. 5, 3, 164. Virtus Hor. in Carm. ſaecul. 57 (106). Relinquere aliquid neglectum Quinct. 1, 1. *Superl.* Stat. Theb. 7, 165 Scilicet e cunctis ego neglectiſſima natis Progenies.

NEGLECTE. Adu. *Compar.* Hieron. Epiſt. 25, 1 Neglectius incedere.

NEGLECTIM. Adu. Catal. vet. Poët. p. 203 Lindebr. Non amo neglectim.

NEGLECTIO, ōnis. f. Cicero pro Muraen. c. 4 Amicorum neglectio.

NEGLECTVS, ûs. m. [ἀμέλησις] Ter. Heaut. 2, 3, 116 Neutiquam haec res neglectui eſt mihi. *Al.* Neglecta. Plin. 7, 51 A ſomno mouentium neglectus. *Inter ſigna et proxima praeſagia mortis.*

NEGLIGENTER. Adu. [ἀμελητὶ, ἀμελῶς, ἀτημελῶς] Ter. Heaut. 2, 3, 50 Capillus paſſus, prolixus, circum caput reiectus negligenter: pax. Negligenter *et* Diligenter, *contraria.* Cic. pro Roſc. Com. 7 Quid eſt, quod negligenter ſcribamus aduerſaria? quid eſt, quod diligenter conficiamus tabulas? Temere ac fortuitu, inconſiderate negligenterque ne quid agamus Cic. Off. 1, 103. Tractanda non negligenter minuta ſunt Idem in Orat. 74 c. 23. Negligenter, *Per contemtum.* Sueton. de Claris gram. c. 9 Librum etiam, cui eſt titulus Perialogos, edidit, continentem querelas de iniuriis, quas profeſſores negligenter ab ambitione parentum acciperent. *Compar.* Adſeruare negligentius aliquid Cic. pro Caecin. 73 c. 26. Plin. Epiſt. 1, 12, 12 Vereor ne negligentius viuam. Multa apud alterum negligentius *Elaborata* Cic. in Orat. c. 11. *Superl.* Senec. Epiſt. 63.

NEGO, āre. [ἀπόφημι, ἀποφάσκω, ἀρνέομαι, ἐξόμνυμι] *Nihil aliud eſt, quam dicere aliquid non eſſe, et inficias ire.* Ter. Andr. 1, 1, 120 Ego illud ſedulo negare factum: ille inſtat factum. Nega, nega nunc Equiti Romano homini honeſto, iudici tuo credi oportere Cic. pro Roſc. Com. 43. *Hoc ex vehementi animi affectu dictum eſt.* Fateri *et* Negare, *contraria* Cic. de Clar. Orat. 76. Haud negaſſem Plaut. Aſin. 2, 4, 96. Impune Ouid. Met. 13, 741. Obſtinate, *vid.* OBSTINO. Manifeſta Ouid. Epiſt. 4, 111. Liu. 3, 48 Decemuir alienato ad libidinem animo, negat heſterno tantum conuicio Icilii, violentiaque Verginii, cuius teſtem Populum Romanum habeat, ſed certis quoque indiciis compertum ſe habere, nocte tota coetus in vrbe factos eſſe ad mouendam ſeditionem, *i. dicit non tantum etc.* ¶ 2 *Obſeruationes. Ab eodem* negandi *verbo interdum pendent duo commata, quorum alterum negatiue, alterum poſitiue intelligendum;* *vt,* Partim

omnino motus negant in animis vllos eſſe debere, quique eos in iudicum mentibus concitent, ſcelus eos nefarium facere Cic. de Orat. 1 c. 51. Idem Fam. 13, 29 Non poſſum dicere eum praefuiſſe, neque poſſum negare eum affuiſſe, ſed non plus duobus aut tribus menſibus. *Sic* Lactant. 5, 21 (20) Epicurei quidem eſſe Deos, ſed curare quidquam negant. *Vid. Burm. ad* Quinctil. Decl. 10, 16 p. 228. Negare, *Facto etiam dicitur, pro Renuere, non dare.* Ter. Andr. 2, 3, 5 Sed ſi tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet. Virg. Aen. 10, 435 Egregii forma: ſed queis fortuna negarat In patriam reditus. Iuuen. Sat. 1, 79 Si natura negat, facit indignatio verſus. *Vid. Gron. Diatr.* Stat. c. 45. *vel Burm. ad* Quinctil. Decl. 13, 17 p. 292. Oranti negauit iſta Stat. Theb. 12, 403. Praeciſe alicui Cic. Att. 8, 4. Ingrata fronte aliquid Propert. 1, 10, 23. Acceſſum, *vid.* ACCEDO. Acceſſus terra paterna negat Ouid. Epiſt. 10, 64. Alimenta miſeris Id. Triſt. 5, 8, 13. Curſum alicui Virg. Aen. 7, 9. Formam mihi natura negauit Ouid. Epiſt. 15, 31. Nihil negare Mart. 4, 12 *de infamis patientiae ſcortis.* Officium manus negat Ouid. Epiſt. 21, 246. Opem negauit Idem ibid. 3, 96. Praemia alicui Idem Met. 7, 376. Lucan. 8, 3 *de Pompeio fugiente*, Cornipedem exhauſtum curſu, ſtimulisque negantem Magnus agens, *etc. i. Qui ictus calcaribus non tamen promoueretur.* Veniam Ouid. Met. 10, 38. Negare, *pro Recuſare, cum Accuſatiuo.* Ouid. Faſt. 2, 830 Quam, dixit, veniam vos datis, ipſa nego. ¶ 3 *Speciatim* Negare, *pro eo, quod barbari dicunt, Dicere quod non.* Cic. de Amicit. 60 Negabat vllam vocem inimicitiorem amicitiae potuiſſe reperiri, quam eius, qui dixiſſet, *etc. Ibid.* 18 Negant quemquam virum bonum eſſe, niſi ſapientem. Idem Verr. 4, 19 Negent iſti onerariam nauem maximam, *etc. Sic* Acad. 4, 11 *et* 73. *Et* Verr. 3, 50 Nego quemquam eſſe veſtrûm, qui ſaepe audierit, ſocios, *etc.* Idem pro Cluent. 111 Et iam querimur ſaepe hominibus nouis non ſatis magnos in hac ciuitate eſſe fructus? nego vſquam vnquam fuiſſe maiores. Curt. 4, 1, 17 Negauerunt quemquam patrio more in id faſtigium recipi, niſi regia ſtirpe ortum. Liu. 28, 27 Negate vos id omnes feciſſe. *Conf.* Petron. 129. *et* Nepos 9, 4, 1. *Rader. ad* Curt. l. c. Negat *et* Ait, *contraria.* Ter. Eun. 2, 2, 21 Negat quis, nego: ait, aio. Modo ait, modo negat. Idem ibidem 4, 4, 47. Negaris eſſe domi Martial. 2, 5. Si tu negaris ducere Ter. Andr. 2, 3, 5. Negatur eſſe in Tarentino agro picus Martius Plin. 10, 29. Negatur, *imperſ.* [ἀπόφατοι] Ouid. de Arte Am. 2, 243 Si tibi per tutum, placitumque negabitur ire.

NEGANS, antis. Partic. [ἀποφατικὸς, ἔξαρνος] Cic. in Topic. 49 c. 11 Sunt etiam valde contraria alia, quae appellantur negantia, ea ἀποφατικὰ Graeci, contraria aientibus: vt Si hoc eſt, illud non eſt. Iuſtin. 16, 4, 4 Vtrisque negantibus. Idem 31, 1, 7.

NEGANTIA, ae. f. [ἀπόφασις] *Pro Negatione:* Cic. in Topic. 57 c. 14 Deinde addunt coniunctionum negantiam, ſic, Non et hoc eſt, et illud.

NEGANDVS, a, um. Partic. [ἀποφατέος] Auxilium non negandum Ouid. Met. 15, 648.

NEGĀTVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἀποφαθεὶς] Via negata Hor. Carm. 3, 2, 22. Ouid. Amor. 3, 4, 17 Nitimur in vetitum ſemper, cupimusque negata.

NEGATIO, ōnis. f. [ἀπόφασις, ἄρνησις] Diſparatum eſt, quod ab aliquo per Oppoſitionem negationis ſeparatur Cic. de Inuent. 1 c. 28. Idem pro Sull. 29 Quum is, qui de omnibus ſcierit, de Sulla ſe ſcire negarit, eandem vim eſſe negationis huius, quam ſi extra coniurationem hunc eſſe ſe ſcire, dixiſſet. Idem de Fato 16 Quid eſt, quod non poſſit iſto modo ex connexo transferri ad coniunctionum negationem. Negatio, inficiatioque facti Cic. in Partit. 102. Negatio eſt martyrii recuſatio Tertull. de Fuga c. 12.

NEGĀTOR, ōris. m. Prudent. Cathem. 1, 58 Fleuit negator denique. Tertull. aduerſ. Haeret. c. 11 Fidem meam deferens negator inuenior. Idem de Fuga in perſec. c. 1.

NEGATRIX, īcis. f. Prudent. Apoth. 549

— Triumphat
Gens infida prius: Chriſti ſed victa negatrix
Subditur imperio.

Literae negatrices Tertull. de Idolol. c. 23.

NEGABVNDVS, a, um. Adi. [ἐξαρνῶν] Feſtus, Negabundum pro negante dixere veteres. Onomaſt. Negabundus, ἔξαρνος.

NEGĬTO, āre. Frequent. [ἀποφάσκομαι] Plaut. Merc. prol. 50 Abnuere, negitare adeo me natum ſuum. *Conf.* Bacch. 5, 2, 76. *Et* Salluſt. Iugurth. c. 12. Cic. Acad. 4 c. 22 Cum multos eſſe negitauiſſet. *Al.* Negauiſſet. Ne fieri negites, quae dicam, poſſe: retroque, *etc.* Lucret. 4, 911.

NEGVMO, āre. Antique pro Negare. Feſt. *Vid. Lauremb. Antiqu.* p. 239.

NEGATĪVVS, a, um. Adi. [ἀρνητικὸς, ἀποφατικὸς] *Quod negat.* Caius Leg. 237 Duobus verbis negatiuis. Actio Iuſtinian. §. 2 Inſt. de Action.

NEGATORIVS, a, um. Adi. Actio negatoria l. 5 *et* 6. §. vlt. ff. Si vſusfruct. *et* l. 2 *et* 4 §. 1 Si ſeru. vind. *Vid.* Confeſſorius, *in* CONFITEOR.

NEGOTIVM, i. n. [πρᾶγος, πρᾶγμα, πραγματεία] *Labor, occupatio, quaſi dicas* Nec otium. Ennius *ap.* Gell. 19, 10 Otio qui neſcit vti, plus negotii habet, quam cum eſt negotium in negotio. Ter. prol. Hec. 26 Vt in otio eſſet potius, quam in negotio. Auctor ad Heren. 1, 1 Etſi negotiis familiaribus impediti. Cic. Fam. 12, 18 Etſi periniquo patiebar animo, te a me digredi, tamen eo tempore me conſolabar, quod et in ſummum otium te ire arbitrabar, et ab impendentibus magnis negotiis diſcedere. Pluſculum negotii in aliquibus cauſis eſt Cic. de Orat. 2, 99. Negotii plenus Plaut. Pſeud. 1, 3, 146. Sed quid negotii, quamobrem ſuccenſes mihi? Plaut. Capt. 3, 5, 11. *i. Quare iraſceris mihi?* Negotium, *Cura, moleſtia, ſollicitudo.* Ter. prol. Andr. 2 Id ſibi negotii credidit ſolum dari, populo vt placerent, quas feciſſet fabulas. Donatus, Negotium modo pro moleſtia, et cura, non labore. Rei familiaris negotio, ſeruorum diligentia cognoſcitur Cic. pro Roſc. Amer. 121. Salluſt. in Catil. c. 29 Itaque (quod plerumque in atroci negotio ſolet) Senatus decreuit, vt darent operam Conſules, ne quid Reſpublica detrimenti caperet. Aurarium, *vid.* AVRVM. Carbonarium, *vid.* CARBO. Dapaticum, *vid.* DAPS. Deciſa Hor. Epiſt. 1, 7, 59. Forenſia Quinct. 1, 12. Humana Iuuen. Sat. 14, 164. Cic. Att. 6, 1 Eſt enim Lautum negotium. *h. e. Egregia mea prouincialis adminiſtratio.* Magna negotia magnis adiutoribus egent Paterc. 2 *ſub finem.* Maturatum, *vid.* MATVRVS. Prouinciale, *vid.* PROVINCIALIS. Saeuum Hor. Carm. 3, 29, 49. Cic. Att. 16, 12. De Ἡρακλειδείῳ Varronis negotia falſa. *i. res falſa*, *Facete ſcripſiſti de* Ἡρακλειδείῳ *Varronis.* Vmbratica negotia, *i. In quibus vigor animi et corporis elangueſcit, et quodammodo effeminatur* Gell. 3, 1. Non ſine negotio aliquid facere Plin. 21, 10. Nullo negotio, *pro Facile.* Cic. pro Roſc. Amer. 80 Tu hoc propter multitudinem ſicariorum, nullo negotio facere potuiſti. Idem Att. 10, 4 Iurabat ad ſummam, quod nullo negotio faceret, amiciſſimum mihi Caeſarem. *Conf.* Iuſtin. 1, 7, 5. ¶ 2 *Verba:* Abſtinere a, Accerſere ad aliquod, Adminiſtrare, *vid. his verbis.* Agitur negotium Quinctil. 3, 5. Agere negotium ſuum Cic. Off. 1, 125. Agere negotium publicum Plin. Epiſt. 1, 10. Allegare quem ad negotium Plaut. Epid. 3, 3, 46. Attingere negotium Cic. Fam. 13. Attribuere, Commetiri, Conficere, *vid. hh. vv.* Comparare alicui Iul. Paul. Rec. Sent. l. 1 tit. 5 ſent. 1. Conficere aut deponere Cic. Att. 7, 5. Conficere paucis verbis negotium Id. de Diuin. 2, 103. Conficere de negotio Id. Fam. 1. *Vid.* CONFICIO. Conflare alicui negotium, *i. Moleſtiam. Vid.* CONFLO. Contrahere negotium Cic. Att. 15, 11. Curo aliena negotia excuſſus propriis Hor. Serm. 2, 3, 19. Dare negotium alicui Cic. pro Domo c. 20. Nep. 7, 10, 4. Decedere de negotio, *vid.* DECEDO. Decidere negotia, *i. Abſoluere* Hor. Epiſt. 1, 7, 59. *Et* Suet. Veſp. c. 21. Dedo tibi iſtuc negotii, *vid.* DEDO. Deferre negotium Cic. Att. 1. Deiicere de negotio Petron. c. 56. Senec. Epiſt. 88 *extr. Vid. Burm. ad* Petron. l. c. Detineri negotiis, *vel* Diſtineri Auct. ad Herenn. 4, 40. Dare negotium, *h. e. Committere.* Cic. Verr. 4, 93 Et negotium datur Quaeſtoribus et Aedilibus, vt nocte vigilias agerent ad aedes ſacras. Dare alicui de re aliqua Id. pro Domo 52. Nepos 7, 10, 4. Dare et imperare quoddam negotium alicui Cic. Verr. 4, 50. Dimittere a negotio L. 69 ff. pro ſocio. *Conf. Cuiac. Obſ.* 4, 17. Efficere negotium Cic. Fam. 12. Emergere ex negotiis Id. Att. 5, 10. Exhibere alicui negotium, *i. Moleſtiam* Id. de Nat. Deor. 1, 86 c. 30 *extr.* Expedire negotium Id. Fam. 13, 31. Explicare negotium Id. Att. 5, 12. Faceſſere negotium, *Exhibere moleſtiam.* Cic. Fam. 3, 10 Quum eſt allatum ad nos de temeritate eorum, qui tibi negotium faceſſerent, *etc.* Facere negotium, *Idem* Quinctil. 5, 12. Facere negotium, *pro Accuſare.* Vlpian. in l. Qui iudicio. De accuſat. Quiue ob accuſandum negotiumue faciendum, pecuniam accepiſſe iudicatus erit. *Sic legit Budaeus. Quaedam tamen exemplaria*, Faceſſere negotium *habent.* Fugere negotia Cic. Fam. 13. Id. pro Quint. 62 c. 19 Eques Romanus locuples, ſui negotii bene gerens. *i. Cui res proſpere ſuccedunt.* Gliſcentibus negotiis Tacit. Ann. 11, 22. Multiplex pueri ingenium, quo ego regendo habeo negotii ſatis Cic. Att. 6, 2. Id. Fam. 5, 6 Adhibui diligentiam, quoties Senatus fuit, vt adeſſem: plurimumque in eo negotii habui. Habe tuum negotium: nec quid res mea familiaris poſtulet, quam ego non curo, ſed quid velim, exiſtima. Cic. Att. 12, 22 *extr.* Habe tuum negotium, *i. Exiſtima tuum eſſe negotium. Haec res tibi curae ſit, item vt ſi tua res eſſet. Et* 13, 49 Habuit ſuum negotium Gallus, vt ſcribit. *i. Hac de re ita laborauit, vt ſi res ipſius ageretur: Duxit ſuum negotium. Il en a fait ſon propre faict.* Otio qui neſcit vti, plus negotii Habet, quam quum eſt negotium in negotio Enn. *ap.* Gell. 19, 10. Impediri negotiis Cic. Att. 2, 1. Impendet negotium, *vid.* IMPENDEO. Implicari negotiis contrahendis, *vid.* IMPLICO. Implicari moleſtis operoſisque Cic. de Nat. Deor. 1, 62 c. 20. Imponere alicui Id. Fam. 8, 8. Influentia, *vid.* INFLVO. Inſeneſcere negotiis Tacit. Ann. 4, 6. Inſiſtere negotium aliquod, *vid.* INSISTO. Inſtituere, *vid.* INSTITVO. Intendere ſe alienis Tacit. Ann. 11, 7. Intereſſe et praeeſſe certis quibusdam Cic. Fam. 1, 6. Inuertere, *vid.* INVERTO. Legare alicui, *vid.* LEGO. Mandare negotium Cic. Fam. 13, 26. Mittere in, *vid.* MITTO. Negligere aliquod, *vid.* NEGLIGO. Obiicere negotium Plaut. Curc. 2, 3. Obire, *vid.* OBEO. Obrui negotiis Cic. Q. Frat. 1, 5. Offerre ſe alienis, *Sine mandato ea ſubire* Iulianus in l. Si is, qui D. de except. rei iud. Cic. pro Roſc. Amer. 20 Quum pater huiuſce Sext. Roſcius, homo tam ſplendidus et gratioſus, nullo negotio ſit occiſus. Oppugnabam oppidum Pindeniſſum tanto negotio, tantis opibus Id. Fam. 2, 9. Perficere negotio Id. ibid. 10. Praeponere negotio Id. ibid. 13, 4. Procurare negotia Id. ibid. 13, 43. Recuſare negotium Id. ibid. 15, 1 *extr.* Recuperari aliquid poſſe nullo negotio Id. ibid. 10, 21. Remouere ſe a Id. pro Cluent. 43. Subire Quinctil. 4, 1. Sum. *vt*, Eſt mihi negotium, *quod barbari dicunt, Habeo ad faciendum* Plaut. Amph. 1, 1, 194. Ter. Adelph. 4, 5, 8 Mirabar, quid hic negotii eſſet tibi. Cael. ad Cic. Fam. 8, 8 *ſub fin.* Vt exiſtimarent homines Pompeio cum Caeſare eſſe negotium Nepos 14, 7, 1. Ita negotium eſt Plaut. Mil. 2, 6, 43. *i. Ita oportet, Res ipſa exigit.* Neque de hac re negotium eſt, quin occidam Plaut. Capt. 3, 3, 10. *h. e. Dubium non eſt, quin, etc.* Negotii nihil eſt, *pro Nihil eſt quod agam* Plaut. Aul. 2, 7, 7. Quid eſt negotii, haec Poëtarum ac pictorum portenta conuincere? Cic. Tuſc. 1, 6. Negotii nihil eſt, *pro Eſt facile.* Cic. de Fin. 2, 54 Quam ſcilicet comprimere nihil eſt negotii. Quid eſt negotii, quamobrem ſuccenſeas mihi Plaut. Capt. 3, 5, 11. Magnum negotium eſt nauigare, atque id menſe Quinctili Cic. Att. 5, 12. Nihil negotii Supereſſe Iuſtin. 1, 10, 6. Suſcipere, adminiſtrare, et conficere negotium Cic. Fam. 13, 10 *et* 11. Suſcepit libens executionem eius negotii Tacit. Ann. 3, 31. Negotium Suſtinere, *vid.* SVSTINEO. Cic. . . Totum hoc negotium ita agas, ita Tractes. Trahunt me inuiſa negotia Romam Hor. Epiſt. 1, 14, 17. Tranſigere ſuſceptum Cic. pro Quint. 76. Tueri negotium Id. Att. 8, 13. Tumere negotia Id. ibid. 14, 4. Videre negotia, *pro Curare.* Cic. . . Sed valebis, meaque negotia videbis. ¶ 3 *Adeo late patet hoc nomen, velut* χρῆμα *apud Graecos, vt etiam perſonas ſignet, v. g.* Cic. poſt Red. in Sen. 14 c. 6 Tardum, inhumanum negotium. *Et* Att. 1, 12 Teneris illa lentum negotium. *Apud rhetoras ponitur* Negotium, *pro* περίστασις. Quinctil. 3, 5 *extr.* Negotium eſt congregatio perſonarum, locorum, temporum, cauſarum, modorum, caſuum, factorum, inſtrumentorum, ſermonum, ſcriptorum et non ſcriptorum. Cauſam nunc intelligimus ὑπόθεσιν, negotium περίστασιν. *Periſtaſis, Latine circumſtantia dici poteſt. Aliquando Litem, vel Accuſationem denotat. Vid.* ICtos. Tertull. ad Scap. *extr.* Quod aliud negotium patitur Chriſtianus, niſi ſuae ſectae? ¶ 4 *Speciali quadam notione* negotia, negotiari, negotiatores *dicuntur de illo genere, quo vel pecuniam tractabant, quam mutuam foenore darent prouincialibus, permutarent* etc. *vel frumento coëmto rem facerent. Vid. Io. Aug. Erneſti de negotiatoribus Rom. diſputatiuncula Lipſ.* 1737. 4. *cuius ipſe epitomen dedit in Claue Ciceron.* Cic. Fam. 1, 3 *pr.* A. Trebonio, qui in tua prouincia magna negotia

et

et ampla et expedita habet, multos annos vtor valde familiariter. *Sic* 13, 56 Cluuii negotium *eſt*, *quod* Mylaſſeis et Alabandeis magnam ei pecuniam debebant. *Sic* Hor. Serm. 1, 7, 4 Habere permagna negotia. *Item* Bithyna et Cybaritica negotia Hor. Epiſt. 1, 6, 33.

NEGOTIŎLVM, i. n. Dimin. [πραγμάτιον] Cic. Q. Frat. 3, 4 Erit neſcio quid negotioli.

NEGOTIŌSVS, a, um. Adi. [πολυπράγμων] *Quod eſt negotiis plenum, hominum et rerum epitheton.* Salluſt. Catil. c. 8 *extr.* Prudentiſſimus quisque quaſi maxime negotioſus erat. Cogitatio et actio negotioſa Celſ. 4, 24. Dies ſacri, *et* Negotioſi, *opponuntur* Tacit. Ann. 13, 41. Cic. pro Muraen. 18 c. 8 Habuit hic lege Titia prouinciam tacitam et quietam: tu illam, cui quum Quaeſtores ſortiuntur, etiam acclamari ſolet, Hoſtienſem non tam gratioſam et illuſtrem, quam negotioſam et moleſtam. Res negotioſa, *Difficilis* Plaut. Stich. 2, 3, 31. Tergum negotioſum, *Cui faceſſitur negotium* Plaut. Mil. 2, 5, 37. *Compar.* Sen. de Ira 2, 13 Quid ira laborioſius? Quid clementia remiſſius? Quid crudelitate negotioſius? *Superl.* Negotioſiſſimum opus Auguſtin. Retract. 1, 18. Vir negotioſiſſimus Idem Epiſt. 54.

NEGOTIOSĬTAS, ātis. f. *Ita tentarat* Gell. 11, 16 πολυπραγμοσύνην, *vitium illud nobile, vocare:* ad multas res aggreſſionem, earumque omnium rerum actionem: *ſed cum virtutem alter intelligeret ſic laudari, maluit ita deſcribere,* Variam promiſcuamque et non neceſſariam rerum cuiuſcemodi (cuiusquemodi *videtur leg.*) plurimarum et cogitatione et petitione.

NEGOTIĀLIS, e. Adi. [πραγματικὸς] *Ad negotium pertinens.* Cic. de Inuent. 1, 14 c. 11 Haec conſtitutio quam generalem nominamus, partes nobis videtur duas habere, iuridicialem, et negotialem. Idem 2, 62 c. 21. Locus negotialis *apud rhetoras.* Quinctil. 3, 6, 56 ſq. Idem 2, 21, 3 Eique locum in ethice negotialem aſſignant, id eſt πραγματικόν.

NEGOTIOR, āri. Dep. [ἐμπολέω, ἐμπορέω, πραγματεύομαι, ἐμπορεύομαι] *Negotia exercere proprie pecuniaria vel frumentaria. Vid.* NEGOTIVM n. 4. *Apud recentiores generatim et mercaturae operam dare.* Cic. Off. 3, 58 c. 14 Quum ſe Syracuſas otiandi (vt ipſe dicere ſolebat) non negotiandi cauſa contuliſſet. Deinde caeteris ex ordinibus homines naui et induſtrii partim in Aſia Negotiantur Cic. pro L. Manil. c. 7. Plin. 29, 1 Nec dubium eſt, omnes iſtos famam nouitate aliqua aucupantes, animas ſtatim noſtras negotiari. *i. Lucrum facere in vita noſtra vel ſeruanda vel adimenda. De medicis.* Negotiari aliquo genere mercaturae Columel. 12 praef.

NEGOTIANS, antis. Partic. Sueton. Aug. c. 42 Aratores ac negotiantes. Petron. c. 101 Familia negotians. *Vbi Burm. p. 472* Negotiantes *proprie Romae dicti, qui per prouincias foenus exercerent, et merces vndique coëmtas, et praecipue annonam, comportarent.*

NEGOTIĀTOR, ōris. m. [ἐμπολαῖος, πραγματευς] *Qui in aliorum negotiis ſe exercet. Vnde* Labeo in l. Legatis ſeruis D. de legat. 3 Negotiatores ſerui videntur, qui praepoſiti ſunt negotii exercendi cauſa: veluti qui ad emendum, aut locandum, aut conducendum praepoſiti ſunt. *Sed* ¶ 2 *Ciceronis aetate* Negotiatores *peculiariter dicti, qui vel foenus exercerent in prouincia, vel frumentariam negotiationem. Vid. libellus Erneſti, quem laudamus in* NEGOTIVM n. 4. Cic. Verr. 2 c. 3 Siculis ſolis neque publicanus, neque negotiator odio eſt. Id. pro Flacco c. 16 Teſtarer publicanos, excitarem negotiatores. *Et* ad Att. 2, 16 Malo negotiatoribus ſatisfacere, quam publicanis. Hirt. B. Afr. 36 Negotiatores Italici aratoresque. Cic. pro Fonteio c. 10 Omnes equites, qui in illa prouincia fuerunt, omnes negotiatores eius prouinciae. *Sed etiam a* mercatoribus *diſtinguit* pro Plancio c. 26 Negotiatoribus comis, mercatoribus iuſtus. Sub luſtrum cenſeri, Germani negotiatoris eſt Cic. Att. 1, 18 *extr.* Selecti e conuentu aut propoſiti ex negotiatoribus iudices nulli Cic. Verr. 2 c. 13. Id. ibid. 3, 138 Qui plus exiſtimet apud lectiſſimos Senatores pecuniam, quam apud tres negotiatores metum valere. Improbus negotiator, paullo cupidior publicanus Id. Q. Frat. 1, 16. *Interim* ¶ 3 Negotiatores *poſtea dictos pro* mercatoribus, *non eſt dubium. Sic* Negotiator Mercis ſordidae Quinctil. 1, 12. Mancipiorum Id. 5, 12. Frumentarii negotiatores l. 9. Dig. de vacat. et excuſ. Veſtiarii negotiatores Scaeuol. ICt. l. 45 Dig. de oper. lib. Negotiator magnarius coëmit omnem caſeum recentem Apul. Met. 1 p. 104.

NEGOTIATIO, ōnis. f. [ἐμπολή, ἐμπόρευμα] *Mercaturam ſignificat.* Cic. Fam. 6, 8 Vt ad reliquias Aſiaticae negotiationis proficiſcare. *Add. ib.* 13, 66. Sueton. Veſp. c. 16 Negotiationes quoque vel priuato pudendas propalam exercuit. Negotiatio ſagaria Vlpian. l. 52 §. 4 Dig. pro ſocio. Negotiatio lignaria Capitol. Pertin. c. 1. Negotiatio eſt, non amicitia, quae ad commodum accedit Sen. Epiſt. 9.

NEGOTIATRIX, īcis. f. Paul. ICt. l. 32 §. 4 de Auro arg. leg. Cum teſtatrix negotiatrix fuerit. Tertull. aduerſ. Marc. 2, 3 Bonitas apparituri boni negotiatrix.

NEGOTIATORIVS, a, um. Adi. *vt,* Naues negotiatoriae Vopiſc. in Firm. *et* Saturn. c. 3.

NEGOTINVMMIVS, a, um. *Numos acquirens, vel Numi cauſa datus.* Apul. Met. 10 p. 248, 36 Aduentorum negotinummia baſiola.

NEGVMATE in carmine Cn. Marcii vatis ſignificat Negate, cum ait, Quamuis mouentium duonum negumate, Feſtus. *Scaliger inde conicit*

NEGVNO *vel* NEGINO *verbum pro* Nego, *vt* Natinare *pro* Natare; *et legit,* Quamuis induitium (initium) duonum (bonum) negunate *porro ita futurum.*

N E H *et* N E I

NEHALLENNIA, ae. f. *Dea nauigantium. V. I. G. Keysler. Diſſert. de Nehallennia numine veterum Walachiorum, in Select. Antiq. Septentr. et Celt.*

NEITH, Minerua, Aegyptiorum lingua Arnob. 4.

N E L

NELEVS, ei. m. [Νηλεύς] *Rex fuit in Pylo, teſte Homero in* 11 *Odyſſ. habuit vxorem Chlorim, ex qua genuit Neſtorem, qui a Poëtis* Neleides *dicitur.* Paſcua herboſa Nelei Ouid. Met. 2, 690.

NELĒVS, a, um. Adi. [Νήλειος] Ouid. Met. 6, 418 Et Nelea Pylos, nec adhuc Pittheïa Troezen. Idem Met. 12, 558 Nelei ſanguinis auctor.

NELĒĬVS, a, um. *Aliud* Adi. [Νηλήιος] Ouid. Epiſt. 1, 63 Nos Pylon antiqui Neleïa Neſtoris arua Miſimus.

NELĪDES, ae. m. Patronym. [Νηλείδης] *a* Neleo *Pyli rege et patre Neſtoris formatum.* Ouid. Met. 12, 553 Bis ſex Nelidae fuimus conſpecta iuuentus.

N E M

NEMA, NEMEN, *vid.* NEO.

NEMAVSVS, i. f. *et* NEMAVSVM, i. n. [Νέμαυσος] *Galliae Narbonenſis ciuitas, Aricomiſcorum metropolis* Plin. 3, 4. *Conf.* Auſon. Vrb. 13, 33.

NEMAVSIENSIS, e. Adi. Plin. 3, 4 *extr.* Nemauſienſibus attributa oppida.

NEMAVSIĂCVS, a, um. Adi. *Idem.* Theodulf. Carm. 1, 131 Inde Nemauſiacas ſenſim properamus ad arces.

NĔMĔA, ae. f. [Νεμέα] *Silua inter Cleonas et Phliuntem, in qua Argiui ob Herculis memoriam (qui leonem ibi occiderat)* Nemeaea *ſacra celebrare conſueuerunt.* Plin. 19, 8. *de Apio,* Honos ipſi in Achaia, coronare victores ſacri certaminis Nemeae. *Hinc omnis regio* Nemea *dicitur.* Virg. Aen. 8, 295 Et vaſtum Nemeae ſub rupe leonem. *Dicitur et*

NEMĔE, es. f. Martial. 1, 27 Non Marathon taurum, Nemee frondoſa leonem, Arcas Maenalium non timuiſſet aprum. *Sunt qui penultimam interdum etiam produci putent, citantes anapaeſticum dimetrum* Senecae in Herc. Oet. 1885 Iuga Spartes, Nemeaeque fouent. *Sed Gron.* Iuga Parthenii, Nemeaeque ſonent. Ager formidatus Nemees Stat. Silu. 3, 1, 30. Alumnus frondentis Nemees Id. Ibid. 1, 3, 6. *Intelligit Leonem ſidus caeleſte.* Lucus Nemees Stat. Silu. 5, 3, 52.

NEMEAEVS, a, um. Adi. [Νεμαῖος, Νεμεαῖος] Arma Nemeaea Stat. Silu. 5, 2, 48. Hiatus Nemeaeus leonis Lucret. 5, 24. Peſtis Ouid. Epiſt. 9, 61. Vellus Id. Met. 9, 235.

NEMEAEA, *vel* NEMEA, orum. n. pl. [Νεμεαῖα] *Sacra fuerunt Graeciae certamina, ita appellata a* Nemea *Peloponneſi ſilua, in qua fieri conſueuerunt in honorem Herculis, qui in ea ſilua leonem fertur occidiſſe: ſeu potius in honorem Archemori pueri in ea ſilua a ſerpente occiſi.* Nemeaeorum *victores apio coronabantur. Vid.* Plin. 19, 8. Liu. 27, 30 Ibi curatione Heraeorum Nemeorumque ſuffragiis populi ad eum delata. *Et* Iam enim Nemeorum appetebat tempus, quae celebrari volebat praeſentia ſua. *De Philippo rege ſermo eſt.*

NEMĔSIS, is. f. [Νέμεσις] *a* νέμω *diſtribuo: vel* νεμεσάω *iraſcor. Nomen deae, quam deſcribamus verbis* Ammiani Marc. 14, 11 Haec et huiusmodi quaedam innumerabilia vltrix facinorum impiorum, bonorumque praemiatrix aliquoties operatur Adraſtia, atque vtinam ſemper! quam vocabulo duplici etiam Nemeſin appellamus, Ius quoddam ſublime Numinis efficacis, humanarum mentium opinione lunari circulo ſuperpoſitum, vel vt alii ſubſtantialis tutela generali potentia partilibus praeſidens fatis: quam theologi veteres fingentes Iuſtitiae filiam, ex abdita quadam aeternitate tradunt omnia deſpectare terrena. Haec vt regina cauſarum, et arbitra rerum ac diſceptatrix, vrnam ſortium temperat, accidentium vices alternans: voluntatumque noſtrarum exorſa interdum alio, quam quo contendebant, exitu terminans, multiplices actus permutando conuoluit. Eademque neceſſitatis inſolubili retinaculo mortalitatis vinciens faſtus tumentes incaſſum, et incrementorum detrimentorumque momenta verſans, vt nouit, nunc erectas mentium ceruices opprimit et eneruat; nunc bonos ab imo ſuſcitans ad bene viuendum extollit. Pinnas autem ideo illi fabuloſa vetuſtas aptauit, vt adeſſe velocitate volucri cunctis exiſtimetur: et praetendere gubernaculum dedit, eique ſubdidit rotam, vt vniuerſitatem regere per elementa diſcurrens omnia non ignoretur. *Add.* Stat. Theb. 8, 520 Eſt dea, quam Nemeſin dicunt, Dea magna potensque, Quae bona caeleſtûm conceſſu cuncta Deorum Poſſidet. *Hoc nomine etiam culta eſt* Leda Lactant. 1, 21. *Vid. Graeu. Lect. Heſiod. p. 77. etc. Spanhem. ad Callim. Dian. 232. et Brouckh. ad* Tibull. 1, 6, 34. Macrob. Saturn. 1, 22 Nemeſis contra ſuperbiam colitur. Sunt qui a diſtributione bonorum malorumque dictam eſſe volunt, a verbo νεμέω, id eſt diſtribuo. *Vid. diligenter quae de* Nemeſi *copioſiſſime collegit Cael.* 11, 19. ¶ 2 *Eſt et* Nemeſis, *Amica* Tibulli, *de qua ipſe* 2, 3, 55 Vt mea luxuria Nemeſis fluat, vtque per vrbem Incedat donis conſpicienda meis. Martial. 8, 73 Fama eſt arguti Nemeſis formoſa Catulli.

NEMESIACI, orum. m. pl. Cod. Theod. 14, 7, 2 *Superſtitioſi homines ac diuinatores. Vid. Gothofred. in loc.*

NEMESTRĪNVS, i. m. *Deus nemorum.* Arnob. 4 p. 131. *Conf. Voſſ. de Idolol.* 2, 62.

NEMETES, um. m. pl. *Germaniae populi, Galliae tractum incolentes, circa Rhenum fluuium, vbi hodie eſt Spira vrbs, inter Argentinam et Moguntiam ſita. Meminit horum* Caeſ. Bell. Gall. 1, 52. *et* Plin. 4, 17.

NEMETVRICVS, a, um. Adi. *vt,* Pix Nemeturica Colum. 12, 20, 3. *it.* 22, 1 *et* 24, 1. *vbi* in Liguria confici *traditur.*

NEMINIA, ae. f. Fons eſt in agro Reatino, vario ortu annonae mutationem ſignificans Plin. 2, 103.

NEMO, ĭnis. c. [οὐδείς, μηδείς] Feſtus, Nemo compoſitum videtur ex Ne et Homo, quod firmatur magis, quia in perſona (*h. e. de perſona*) ſemper ponitur, nec pluraliter formari ſolet: quia intelligitur pro nullo. *Sed tamen* diem neminem *dixit* Prudent. Roman. 744. Virg. Aen. 9, 6 Nemo diuûm: *vbi* Seruius, *Nemo* pro *Nullus* poſuit, et eſt Acyrologia. Nam *diuûm nemo* non poſſumus dicere, cum proprie *nemo* ſit *nec homo. Magis ergo proprie* Vitiis Nemo ſine naſcitur Hor. Sat. 1, 3, 68. Ter. Eun. 3, 5, 13 O feſtus dies hominis, amice ſalue: nemo eſt, quem ego magis nunc cuperem videre, quam te. Nemo intus eſt, *vid.* INTVS. Nemo adhuc conuenire me voluit, cui fuerim occupatus Cic. de Senect. 32. Nemo adhuc Scribon. 171. Nemo, *Nullius pretii homo.* Cic. Att. 7, 3 Sed me mouerat nemo magis, quam is, quem tu neminem putas. Nemo homo, *pro Nemo omnino.* Ter. Eunuch. 3, 5, 1 Numquis hic eſt? nemo eſt: numquis hinc me ſequitur? nemo homo eſt. Cic. Fam. 15, 10 Frater tuus quanti me faciat, ſemperque fecerit, eſſe hominem qui ignorat, arbitror neminem. Vt hominem neminem pluris faciam Cic. Fam. 13, 55. Nemo hominum, *pro Nemo omnium.* Ter. Eun. 4, 6, 19 Ego formidoloſus? nemo eſt hominum qui viuat, minus. Nemo mortalium Plin. 7, 40. Celſ. 1 praef. Cic. Tuſc. 1, 30 Nemo omnium tam ſit immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio. Omnium hominum neminem facio pluris Id. Att. 8, 2. Id. de Fin. 1, 11 Quod et ſcripta multa ſunt, ſic vt plura nemini e noſtris. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit Virg. Aen. 5, 305. Cic. pro Font. 5 Nemo eſt ex tanto numero, quin hunc optime de prouincia, de imperio, de ſociis, et ciuibus meritum eſſe arbitretur. Plaut. Amph. 1, 1, 83 Sed fugam in ſe nemo tamen conuertitur. *Poëtice dictum,*

diſtum, pro Fugam in ſe nemo conuerſam inclinatamque habet: *vt*, Nuda genu, *et* Lacrymis oculos ſuffuſa nitentes. *Turnebus. Nec ſcio qui melius. Nec temere mutandum quidquam; cum* Non. 7, 102 *hunc verſum totidem ſyllabis laudet, vt probet*, conuertitur *poni* pro conuertit. *Fuerit itaque* fugam in *pro* in fugam: *vt* vitiis ſine *pro* ſine vitiis. Nemo hoc neſcit: nemo tuorum amicorum, nemo abs te interrogatus, nunc ſe primum hoc dicet audire Cic. Verr. 3, 63. ¶ 2 *Varie iungitur cum Particulis, Nominibus, Pronominibus.* Cic. pro Muraen. 84 c. 39 Non nemo etiam in illo ſacrario Reip. in ipſa inquam curia non nemo hoſtis eſt, *i. aliquis.* Ter. Hec. 1, 1, 10 Nemo illorum quiſquam, ſcito, ad te venit, *etc.* Auctor ad Herenn. 4, 9 Siquis velit artem demonſtrare, nihil prodeſſe ad diſcendum, non male vtatur hoc adiumento, quod vnus omnes artis partes conſequi nemo potuerit. Caeſ. Bell. Ciu. 3, 18 *pr.* Ad neminem vnum ſumma imperii. Liu. 2, 7 Quia nemo vnus ſatis dignus regno viſus eſt. Id. 9, 16 *extr.* Haud dubie illa aetate, qua nulla virtutum feracior fuit, nemo vnus erat vir, quo magis innixa res Romana ſtaret. Auctorem neminem vnum ſequar Plin. 3, 1. Cic. Fam. 9, 14 Contingit enim tibi, quod haud ſcio an nemini, vt ſumma ſeueritas animaduerſionibus non modo non inuidioſa, ſed etiam popularis eſſet. Id. de Amicit. 99 c. 26 Aperte enim adulantem nemo non videt, niſi qui admodum eſt excors Nepos 25, 10, 1. Neminis, *pro Nullius.* Plaut. Capt. 3, 5, 106 Neminis me miſeret, nam mei miſeret neminem Non. 2, 575. Neminis etiam Genitiuo vſus eſt Cato, *inquit* Feſt. quum dixit, Sunt multi, corde quos miſeret neminis. Nemo, non lingua, non manu promtior habetur, *pro Nemo aut lingua, aut manu* Liu. 3, 11. Non nemo, *Omnes erat alias.* Plin. 14, 4 ſ. 5 Paſtinatis de integro vineis, cura Stheneli dum agricolam imitatur, ad vix credibile miraculum perduxit, intra octauum annum CCCC numûm emtori addicta pendente vindemia. Cucurritque non nemo ad ſpectandas vuarum in iis vineis ſtrues. *Sed recte Harduin.* Non nemo. Nemo, *de Feminis dictum* Ter. Andr. 3, 2, 26 Hoc ego ſcio vnum, neminem peperiſſe hic. Plaut. Merc. 3, 1, 22. ¶ 3 *Nonnunquam in oppoſitione ſubintelligitur negatio.* Nemo extulit eum verbis, — ſed contemſit Cic. de Orat. 3 c. 14. Qui ſit, Maecenas, vt nemo, quam ſibi ſortem — illa Contentus viuat, laudet diuerſa ſequentes Hor. Sat. 1, 1 *ab in.* *Idem de* Nego *obſeruatur*, *v. v.*

NEMORALIS, NEMORENSIS, NEMOROSVS, *vid.* NEMVS.

NEMOSSVS, i. f. *Metropolis Auernorum.* Lucan. 1, 419.

NEMPE. Adu. [μέντοι, μέντε] *Confirmantis, in reſpondendo, quod aliquando cum interrogatione ponitur, aliquando ſine interrogatione. Cum interrogatione,* Plaut. Bacch. 4, 4, 38 Ego patrem exoraui. CH. Nempe ergo hoc vt faceret, quod loquor? *Sic ad praecedentia refertur illud* Ter. Andr. 1, 2, 21 Nempe ergo aperte vis ea, quae reſtant me loqui? DA. Sane quidem. Cic. Tuſc. 5, 12 c. 5 Nempe negas ad beate viuendum ſatis eſſe virtutem? AT. prorſus nego. *Sine interrogatione.* Ter. Andr. 2, 3, 13 Nempe hoc ſic eſſe opinor dicturum patrem, ducas volo hodie vxorem. Cic. in Partit. 33 Nempe ea ſequuntur, quae ad faciendam fidem pertinent. Plaut. Trin. 2, 2, 47 Bene volo ego illi facere, ſi tu non abnuis. P. nempe de tuo. I. de meo. Plaut. Aſin. 1, 1, 104 Audin' tu? apud Archibulum ego ero argentarium. D. nempe in foro. D. ibi; ſi quid opus fuerit. Ter. Phorm. 2, 1, 80 Eo recta via equidem illuc. G. nempe ad Pamphilam. Id. Andr. 5, 4, 47 Cauſa optima eſt, niſi quid pater aliud ait. P. nempe. s. ſcilicet. Id. Ibid. 3, 5, 11 At iam expediam. P. expedies? D. certe Pamphile. P. nempe vt modo. D. immo melius ſpero. *Vid. Vallam* 2, 22. Nempe, *vim reſpondendi elegantem habet poſt noſtram ipſorum interrogationem.* Cic. Philip. 10, 6 Legiones abducis à Bruto. quas? nempe illas, quas ille ab Antonii ſcelere auertit. Pompeii conſulatus in quibus actis conſiſtit? nempe in legibus Id. Ibid. 1 c. 7. Cic. Att. 9, 18 Sed tu omnia, qui conſilia differebas in id tempus, quum ſciremus, quae Brunduſii acta eſſent: ſcimus nempe: haeremus nihilominus. Scio iam quid velis, nempe me hinc abire vis Plaut. Merc. 4, 4, 36. Cic. Philip. 4, 8 A quo defenderit? nempe ab hoſte. Plin. Epiſt. 3, 16 Arria milites orabat, vt ſimul imponeretur. Nempe enim, inquit, daturi eſtis Conſulari viro ſeruulos aliquos, *etc.*

NEMVS, ŏris. n. [νέμος, ἄλσος, τέμενος] *Proprie dicitur, ſiluula quale voluptatis cauſa comparata eſt, et plena amoenitatis.* ἀπὸ τοῦ νέμω, *paſco, quod in eo greges atque armenta depaſci ſoleant.* Nemus eſt compoſita multitudo arborum Seru. *ad* Aen. 1, 314. Cic. Att. 1, 4 L. Caeſar, vt veniam ad ſe rogat, in nemus. Quinctil. 10, 3 Non audiendi qui credunt aptiſſima in hoc nemora, ſiluasque. Feſtus, Nemora ſignificant ſiluas amoenas. *Differt, auctore Valla, a* Silua, *quae caedua eſt: a* Luco, *qui religioſus eſt: a* Saltu, *in quo iumenta paſcuntur.* Praerupti nemoris dorſum Hor. Serm. 2, 6, 91. Receſſus nemorum Lucan. 5, 125. Saltus Virg. Ecl. 6, 57. Strages Sil. 3, 205. Fortunatorum amoena vireta Virg. Aen. 6, 639. Studioſus nemorum Ouid. Met. 7, 675. Virgo nemorum cuſtos, *Diana* Hor. Carm. 3, 22, 1. Alta Virg. Georg. 3, 393. Arcanum Valer. Argon. 2, 599. Ardua Id. Ibid. 1, 664. Argutum Virg. Ecl. 8, 22. *i.* Garrulum, ſtridulum. Seruius. Atrum nemus, *vid.* ATER. Atrum horrenti vmbra Virg. Aen. 1, 165. Auia Lucret. 2, 144. Denſum arboribus Ouid. Faſt. 6, 9. Excelſum Senec. Troad. 3, 3. Ferrugineum Stat. Theb. 2, 13. Foedum Id. Silu. 4, 3, 126. Frondiferum Lucret. 2, 359. Gelidum Hor. Carm. 1, 1, 30. Nigrum Virg. Georg. 3, 334. Obſcurum Senec. Theb. 1. Odoratum lauri Virg. Aen. 6, 658. Opacum, *vid.* OPACVS. Secluſum in valle reducta Virg. Aen. 6, 704. Sublime Lucan. 3, 86. Vacuum Hor. Carm. 3, 25, 13. Vetuſtum Iuuen. Sat. 15, 152. Vmbriferum Virg. Aen. 6, 273. Vmbroſum Ouid. Met. 7, 75. ¶ 2 *Formae verborum:* Virg. Georg. 3, 334 Aut ſicubi nigrum Ilicibus crebris ſacra nemus accubat vmbra. Accubare nemus ſacra *dixit* vmbra, *quum vmbra potius ſacra accubet in nemore, ac ſub arboribus iaceat, vt et ante loquutus eſt*, Speluncaeque tegant, et ſaxea procubet vmbra. *Turnebus.* Nemus quod nulla ceciderat aetas Ouid. Met. 2, 418. Commouent multos nemora et ſiluae Cic. de Diuin. 1, 114. Congeſto nemore aceruans aggerem Senec. Herc. fur. 13. Curuare ſucciſum Lucan. 4, 138. Euertit ignaua Virg. Georg. 2, 208. Silua nemus non alta Facit Ouid. A. A. 3, 689. Graueſcit foetu Virg. Georg. 2, 429. Inſonuit vento Ouid. Faſt. 2, 467. Inuoluit totum flammis Virg. Georg. 2, 308. Peragrare Cic. de Aruſp. Reſp. 24. Peredit flamma Stat. Theb. 6, 110. Plangunt ingenti vento Virg. Georg. 1, 334. Vernat nemus Senec. Herc. Oet. 4. Violare ſecuri Ouid. Met. 8, 741. Virebit omne nemus Virg. Ecl. 7, 59. ¶ 3 *Obſerua*, Nemus *etiam vocari incolas nemoris, i. feras.* *Vid.* Burm. ad Val. Fl. 3, 531. ¶ 4 Nemus, *Romani appellabant in Aricino agro locum Dianae ſacrum. Auctor. Strabo l. 5. Proinde quod* Cic. Att. 6, 1 *extr. ſcribitur*, Putat enim ſuos numos vos comediſſe, Caeſarem in merito reaedificando diligentiorem fore: *reponendum eſt*, in Nemore aedificando, *vel* in Nemorenſi aedificando, *praeſertim quum conſtet, illic Caeſarem ſumtuoſiſſime villam aedificaſſe: qua de re ita ſcribit* Suet. in vita Iul. Caeſ. c. 46 Villam in Nemorenſi a fundamento inchoatam, magnoque ſumtu abſolutam, quia non tota ad animum ei reſpondebat, totam diruiſſe, quanquam tenuem adhuc et obaeratum. *Monuit Turnebus. Conf. Salmaſ. ad* Solin. p. 48. *Hard. ad* Plin. 35, 7 ſ. 33 *extr.* *Vrbem adiacentem quoque* Nemus *appellatam eſſe notat Vlit. ad* Grat. v. 484.

NEMŎRŌSVS, a, um. Adi. [ὑλώδης, ὑλήεις, δενδρήεις] Plin. Epiſt. 8, 8 Modicus collis adſurgit, antiqua cupreſſu nemoroſus et opacus. *i. Plenus vel abundans cupreſſo.* Iuga Iuuen. Sat. 3, 191. Locus Ouid. Epiſt. 16, 53. Montes Id. de Arte Am. 3, 427. *Conf.* Plin. 35, 11. Siluae Ouid. Met. 10, 687. Zacynthos Virg. Aen. 3, 270. *A librariis permutari ſolent* Nemoroſus *et* Numeroſus: *Drakenb. ad* Sil. 4, 60.

NEMORĀLIS, e. Adi. [νέμιος] *Quod ad nemus pertinet.* Martial. 13, 19 Mittit praecipuos nemoralis Aricia porcos. *h. e. Quae circum ipſa eſt nemora, vel Quae nemoribus circumſepta eſt.* Antrum nemorale, *i. Nemoribus tectum* Ouid. Met. 3, 157. Sedes Id. Amor. 2, 6, 57. Stagnum nemorale, *Inter nemora poſitum* Id. Met. 14, 331. *Al.* Regnum. Templum Dianae Id. de Arte Am. 1, 259. Vellera per ſiluas Seres nemoralia carpunt Auien. Orbis Deſcript. 936. Vmbrae Ouid. Amor. 3, 1, 5.

NEMORENSIS, e. Adi. [νεμήεις] *Idem.* Columel. 9, 4 Sed ex omnibus deterrimae notae mel habetur nemorenſe, quod ex ſparto atque arbuto prouenit. Nemorenſis rex, *qui Dianae Aricinae ſacrificiis praeerat* Suet. Calig. c. 35. *Conf.* Propert. 3, 21, 30. *De* Nemorenſi *praedio* Caeſaris. *Vid.* NEMVS n. 4.

NEMORICVLTRIX, īcis. f. *h. e.* Nemoris cultrix, *quod quidam male ſubſtituunt, eſt* Phaedri 2, 4, 3 Sus nemoricultrix foetum ad imam poſuerat: *quam lectionem doctiſſimus quisque probat, cum verſus poſtulet. Eſt vt* Siluicultrix, Pietaticultrix.

NEMORIVĂGVS, a, um. Adi. [ὁ κατ' ἄλση πλανώμενος, ὑλοκοίτης] Aper nemoriuagus Catul. 61 (64) 2.

NEMVT, *vt ait* Feſtus, verbum antiquum, ſignificat Niſi, etiam, vel nempe.

N E N

NENIA, ae. f. *vid.* NAENIA.

NENV, *vel* NENVM, pro Non, antiquum. Lucil. 30. Non. 2, 580 Sed tamen hoc dicas quid eſt, ſi nenum moleſtum eſt. Varr. Epiſt. ad Fuſium, Si hodie nenum venis, cras quidem ſi veneris, dies eſt natalis fortis Fortunae. *Mercer.* Noenum. Lucret. 3, 200 At contra lapidum coniectum, ſpiclorumque Nenu poteſt. Nenu queunt rapidi contra conſtare leones Lucret. 4, 716.

N E O

NEO, neui, netum, nēre. [νέω, νήθω] *Filum torquere, quod proprium mulierum eſt.* Iuſtin. 1, 3, 2 Inuenit eum inter ſcortorum greges purpuram colo nentem. Plin. 33, 3 Superque omnia netur ac texitur lanae modo, et ſine lana. Nendi *illam veterem et ſimplicem rationem ita pingit* Catull. Epithal. ſ. 65, 311 *de Parcis*,

Laeua colum molli lana retinebat amictam,
Dextera tum leuiter deducens fila ſupinis
Formabat digitis, tum prono in pollice torquens
Libratum tereti verſabat turbine fuſum:
Atque ita decerpens aequabat ſemper opus dens,
Laneaque aridulis haerebant morſa labellis,
Quae prius in leni fuerant exſtantia filo.
Ante pedes autem candentis mollia lanae
Vellera virgati cuſtodibant calathiſci.

Inter hoc opus fata canunt, hoc interpoſito ſubinde verſu, Currite, ducentes ſubtemina, currite, fuſi. Lanas nere Ouid. Epiſt. Sabin. 3, 44. Deae nerunt fortia fila Id. ex Pont. 1, 8, 64. Hanc Lucem celeri turbine Parca neat Albinou. ad Liu. v. 164. Aſſiduo durum pollice nebat opus Ouid. de Medic. faciei 14. Stamina neuit Idem Faſt. 2, 771. Parcae nentes fatalia ſtamina Tibul. 1, 7, 1. Donum quod noſtrae neuere manus Sil. 7, 81.

NEO, *tertiae coni.* *Idem.* Tibull. 3, 3 *extr.* Aut ſi fata negant reditum, triſtesque ſorores Stamina quae ducunt, quaeque futura neunt. *Vid. Scalig. h. l. Heinſ. et Brouckh. leg.* canunt.

NEMA, ătis. n. [νῆμα] *Filum.* *vt*, Nema ſericum l. 6. §. 7 ff. de publican. *Vid. Salmaſ. de Pallio p.* 225.

NEMEN, ĭnis. n. Antiqu. Inſcript.

NETVS, a, um. Partic. *vt*, Lana neta Vlpian. in l. Si cui lana. D. de legat. 3. Corippus de laudibus Iuſtiniani Aug. 1, 15 Iuſtinianorum ſeries vbi tota laborum Neto auro inſignita fuit, gemmisque coruſca. *Vid. Voſſ. de Analog.* 3, 24.

NETVS, ūs. m. *Filamen.* Mart. Capell. 2 p. 28 Ex candentis byſſi netibus.

NETRĪNA, ae. f. In textrina aut netrina pollicis praecipuum opus *Barth. ad* Stat. Theb. 11, 401.

NEOBVLE, es. f. [Νεοβούλη] *Lycambis filia, quae quod Archilocho Poëtae promiſſa negaretur, Iambis inſectari coepit Lycambem Archilochus. Vid.* ARCHILOCHVS. Neobule, *Hebri adoleſcentis Liparei amore capta, ad quam ſcribit* Hor. Carm. 3, 12, 6 Tibi Mineruae Studium aufert, Neobule, Liparei nitor Hebri.

NEOCAESĂRĪA, ae. f. [Νεοκαισάρεια] *Vrbs Cappadociae, quam Lycus amnis praeterfluit.* Plin. 6, 3. *Vid. Spanh. Num. Diſſ.* 9.

NEŎCLES, is. m. *Themiſtoclis pater, de quo Aelian. Var. Hiſt.* 2, 12. *Hinc*

NEOCLĬDES, ae. m. *Themiſtocles.* Ouid. ex Pont. 1, 3, 69 Arma Neoclides qui Perſica contudit armis.

NEOCORVS, i. m. [νεωκόρος] *Latine Aedituus.* Firmic. 3, 7 Erunt etiam ipſi prophetae, neocori, aut praepoſiti templis ac religionibus. Idem 4, 7 Luna facit neocoros, aut prophetas, vel ſacerdotum principes.

NEOMENIA, ae. f. [νεομηνία] *Nouilunium.* *Vid.* Iſidor. 6, 8. *Prou.* Ad neomenias Latinas. *i. Nunquam, vt* ad Kalendas Graecas. Hieron. *Vid. Nouarini adag. Eccl. tom.* 2. Tertull. de Idol. c. 14. *et* adu. Marc. 1, 20.

NEOPHY̆TVS, i. m. *Nouellus, quaſi νέον φυτὸν, id eſt nouum germen.* In ſacris literis 1 Tim. 3, 6 dicitur, Qui nuper ad fidem acceſſit, quaſi nuper inſitus. Iſidor. 7, 4. Tertull. l. c. *et* Praeſcript. c. 41.

NEOPTOLĔMVS, i. m. [Νεοπτόλεμος] *q. d. Nouus miles.* Virg. Aen. 2, 263 Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon. Vbi Seruius, Neoptolemus, qui ad bellum ductus eſt puer. *Eſt autem nomen Pyrrhi Achillis filii.* Furens caede Virg. Aen. 2, 499. *De hoc* Cic. de Amicit. 75 Nec enim Neoptolemus Troiam capere potuiſſet, ſi Lycomedem, apud quem erat educatus, multis cum lacrymis iter ſuum impedientem audire voluiſſet. Neoptolemi vindicta; *Vbi quis idem patitur, quod in alios fecit. Vid. Chiliad.*

NEORIS. Iberiae oppidum inſigne, iuxta Harmaſtim fluuium Plin. 6, 10.

NEOSSOTRŎPHĒVM, i. n. [νεοσσοτροφεῖον] Varro R. R. 3, 11. *Vid.* NESSOTROPHIVM.

NEŌTĔRĬCVS, a, um. Adi. *Recentior; νεώτερον recentiorem dicunt Graeci.* Aur. Vict. de Orig. gent. Rom. *pr.* Vt quisquam neotericorum aſſeueranit. Claud. Mamert. de Anima 1, 3 Neotericus ſcriptor.

NEOTERICE. Adu. Aſcon. Pedian. in Cic. Diuin. 15 Hoc leviter a Cicerone dictum et neoterice putant.

NEP

NĔPA, ae. f. [σκορπίος] *Scorpium ſignificat.* Cic. de Fin. 5, 42 c. 15 Serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas, cornibus vti videamus boues, nepas aculeis, ſuam denique cuique naturam eſſe ad viuendum ducem. Feſtus, Nepa Afrorum lingua, ſidus quod Cancer appellatur, vel vt quidam volunt, Scorpius. *De cancro animali* Seren. Sammon. 199 Viuentisque nepae lumen geſtetur amicum, *i. oculus cancri, quod lippitudinis medicamentum commendant* Plin. 32, 7 *et* Marcellus. Plaut. Caſin. 2, 8, 7 Receſſim cedam ad parietem, imitabor nepam, captandus eſt horum clanculum ſermo mihi. *De ſidere cancro* Columel. 11, 2 Idibus Martii Nepa incipit occidere: ſignificat tempeſtates. Cic. de Nat. Deor. 2, 109 c. 42. *Et in* Arato 438 Quare quum magnis ſeſe Nepa lucibus effert. *Conf.* Manil. 2, 32. *et* 4, 356 *c. not. Scalig. p. 299.* Colum. 10, 57.

NEPARCVS, a, um. *i. non parcus. ab Acidalio legitur ap.* Plaut. Pſeud. 1, 1, 77.

NEPENTHES, is. n. [νηπενθὴς] *Herba eſt.* Plin. 25, 2. *de Homero loquens,* Herbas certe Aegyptias a regis vxore traditas ſuae Helenae plurimas narrat, ac nobile illud nepenthes, obliuionem triſtitiae, veniamque afferens, et ab Helena vtique omnibus mortalibus propinandum. *Hactenus ille. Nempe pharmacum illud quod Helena Telemacho confecit, Odyſſeae 4 Homerus appellat νηπενθὲς, quaſi ἄλυπον.* Narrandi opportunitatem, quae hoſpitem moeroris oblitum, flexit ad gaudium, *interpretatur* Macrob. 7, 1. *Quidam bugloſſam ſuſpicantur, propterea quod vino iniecta hilaritatem inducit, teſte Galeno. Cui ſubſcribit* Plin. 25, 8 *Nomen habet a νὴ priuatoria particula, et πένθος luctus. Idem* Plin. 21, 21 *de helenio herba,* Attribuunt et hilaritatis effectum eidem potae in vino, eumque quem habuerit nepenthes illud praedicatum ab Homero, quod triſtitia omnis aboleatur. *Vid.* Macrob. l. c. 1. *Budaeum in poſterioribus annotationibus, Caelium* 19, 3. *et* 26, 25. Fabric. Bibl. Gr. l. 2 c. 6 §. 13. *Et peculiari libello Pet. de la Seine.*

NEPESINI, *vid.* mox NEPETA n. 2.

NEPĔTA, *ſiue* NEPITA, ae. f. [καλαμίνθη] *Herba, quae pulegium agreſte vulgo dici putatur.* Columel. 5, 7 At ſi moleſta pituita eſt, cunilae bibulae, vel nepetae ſilueſtris ſurculi lana inuoluti naribus inſeruntur. Plin. 20, 14 Item pulegio eſt nepetaeque ſocietas. *Vid.* Macer. 1, 5. *et* Seren. 420 *et* 503. ¶ 2 Nepeta, [Νέπετα] *Tuſcorum vrbs Ptolemaeo 3, 1.* Liu. 6, 9. *Hinc*

NEPESINI, *incolae* Liu. 6, 10.

NEPHĔLE, es. f. [Νεφέλη] *Vxor Athamantis, et matris Phryxi et Helles. Vnde*

NEPHELEIS, ĭdos. *Filia* Nepheles, Helle. Ouid. Met. 11, 296 Helles Nepheleidos. *Conf.* Auſon. Eidyll. 3, 187. *Νεφέλη eſt nubes, nebula, aër denſus.*

NEPHELAEVS, a, um. Adi. [Νεφελαῖος] *vt,* Pecus Nephelaeum, *Aries qui Phryxum et Hellen per mare vexit* Valer. Argon. 1, 56.

NEPHELION, i. n. [νεφέλιον] *Eadem herba, quae Perſonatia.* Apul. de Herb. c. 36.

NEPHRĪTIS, ĭdis. f. *Renum morbus dicitur, ſaepe lapide magnitudinis viſendae, vel in renum altero, vel in vreteris inorto impactoque, a quo prouenit colico haud abſimilis dolor. Sic Cael. 4, 20. Vtitur* Iſidor. 4, 7.

NEPITA, *vid. ſupra* NEPETA.

NEPOS, ōtis. m. [υἱωνὸς, ἔκγονος] Qui ex filio filiaue natus eſt: quod natus ſit poſt patri, quam filius, *vt ait* Feſtus. *Etymologi alii deducunt a Graeco νέπυς, νέποδος, qua voce nepotes interdum ſignificari docet Caſaub.* c. 28. *Lect. Theocr.* p. 127. Cic. Verr. 5, 137 Tu inter huiusmodi mulieres praetextatum tuum filium, nepotem meum, collocauiſti. Ex filia nepos Idem de Clar. Orat. 263. Ex filio nepos Scaeuol. in l. Titia D. de inoffic. teſt. Ex fratre, ex ſorore nepotes, *paſſim ap.* ICtos. Nepos *et* Auus, *correlatiua.* Cic. pro Deiot. 2 Qui nepos auum in diſcrimen capitis adduxerit. *it.* Nepos et Auunculus, *ap.* Pet. Bleſenſ. Ep. 131. Paruus Virg. Aen. 2, 320. Sororis nepotes Tacit. Ann. 3, 30, 3. *et* Quinctil. 4 *pr.* 2 *proprie accipiendi. Quae ad Quinctil. l. c. alios temere ſecutus dixi, ea retractaui in praefat. §. 8. Caeterum* ¶ 2 Nepos *pro fratris aut ſororis filio ponitur apud ICtos quidem ordinarie, quibus frequens eſt dicere* Nepotes ex fratre vel ſorore *v. g.* l. 10 §. 15 ff. de Gradibus. *Sed etiam* Liu. 1, 5 Nepos Numitoris *vocatur* Remus, *qui Amulii fratris Numitoris filia natus eſſet.* Ouid. ex Ponto 3, 3, 62 *Cupidinem Veneris filium alloquens ait,* Caeſar ab Aenea qui tibi fratre nepos. *Torquent ſe eruditi, vt ab ea nouitate liberent Ouidium, quem vno alteroque ſaeculo nemo ſecutus ſit: cum* Val. Max. 5, 9, 2 *inter* ſororis filium *et* nepotes *adhuc diſtinxerit. De recentioribus vid. quos laudat Burm. ad Ouid. l. c. v. g.* Ambroſ. Off. 1, 24 Lothum vocat nepotem Abrahami. *Apud* Petrum Bleſenſem Epiſt. 131 Nepos et auunculus *ſibi reſpondent. Eſt peculiaris Facciolati de hoc nomine epiſtola inter eas, quae cum orationibus editae ſunt quinta.* ¶ 3 Nepos, *inquit* Nonius 3, 147 Dici et femina poteſt, Ennio auctore, quae nunc Neptis dicitur; Ilia dia nepos quas aerumnas tetuliſti. Iſidor. 9, 5 Poſtea vt *Neptis* dicamus, in iure eſt propter diſcretionem ſucceſſionis admiſſum. ¶ 4 Nepotes, *Poſteri etiam vocantur.* Virg. Aen. 6, 682 Forte recenſebat numerum, carosque nepotes. Virg. Ecl. 9, 50 Inſere, Daphni, piros, carpent tua poma nepotes. *De agnatis et cognatis apud* Stat. Silu. 2, 1, 199 *capit Barthius.* ¶ 5 Nepotes, [ἄσωτοι] appellantur luxurioſae vitae homines, quod non aliter iis rei ſuae familiaris cura ſit, quam iis, quibus pater et auus viuunt, Feſtus. *Conf. Caſaub. ad* Perſ. Sat. 6. *Comment. p. 508.* Horat. Serm. 2, 3, 225 Vincit enim ſtultos ratio inſanire nepotes. Cic. pro Quint. 40 Quis tam perditus ac profuſus nepos, non adeſa iam, ſed abundanti pecunia ſic diſſolutus fuiſſet, vt fuit Sext. Naeuius? Id. pro Lege Agr. 1, 2 Videte nunc proximo capite, vt impurus heluo turbet Remp. vt a maioribus noſtris relictas diſperdat et diſſipet: vt ſit non minus in Pop. Rom. patrimonio nepos, quam in ſuo. *Ibid.* 47 Vt in rebus ſuis, ita in Rep. luxurioſus nepos, *qui, etc.* Diſcinctus nepos Hor. Epod. 1, 32. Luxurioſi atque nepotes Lactant. 3, 22. *Add.* Cic. Catil. 2 c. 4. In rhetorum ac philoſophorum ſcholis ſolitudo eſt: at quam celebres culinae ſunt? quanta circa nepotum Focos iuuentus premit? Sen. Ep. 95. ¶ 6 *Hinc* Nepos *aliquando Cognomen contumeliae fuit a prodigalitate, vt de* Q. Metello *collega* P. Lentuli cos. *ſcribit* Valerius. *vnde luſit* Cic. Att. 6, 2 Sumtu iam Nepos euaſit Scaptius. *Patrem tamen Metelli, eum, qui cum T. Didio conſul fuit,* Q. Metellum Nepotem *vocant etiam* Capitolini *ſcriptores.* Nepotem *autem eum dictum, quaſi Q. Metelli Macedonici nepotem, ſignificat in* Cornelianam *pr.* Paedianus. *Ex Sigon. Conf.* Valer. Max. 9, 1, 5. *et* 9, 14, 4. *Sed alioquin etiam fuit vulgare plurium cognomen, vt fuit celebris ille Scriptor* Cornelius Nepos. Herennius Nepos Seuer. c. 13. Licinius Nepos Plin. Epiſt. 6, 5. Q. Metellus Nepos Cic. Prou. Conſ. 22. *et* Poſt. red. ad Quir. 6. Pletorius Nepos Spartian. Adrian. c. 4. ¶ 7 Nepotes, *in Vite.* Columel. 4, 6 Idem tamen ſarmentum, quod in materiam ſummittimus, ab imo vsque in tres pedes, et ſemiſſem pampinabimus, et omnes eius intra id ſpatium nepotes enatos decerpemus. *Ibid.* c. 24 Iam vero ipſos palmites, quos vindemiae praeparamus, clauiculis ac nepotibus liberandos magnopere cenſeo. *Conf.* Colum. 4, 10 *et* 28. *it.* 3, 6. Virg. Georg. 2, 58. ¶ 8 *Tandem in peiore* Columel. 6, 37 Eiusmodi admiſſarius onager nepotibus magis, quam filiis vtilior. *De genere mularum.*

NEPTIS, is. f. [υἱωνὴ] *Nepos femina.* Cic. de Clar. Orat. 1, 2 Ergo illam patris elegantia tinctam vidimus: et filias eius Mutias ambas, quarum ſermo mihi fuit notus: et neptes Licinias. Plin. 7, 45. Nepos 25, 9, 4. Arbitrium neptis habebat auus Ouid. Epiſt. 8, 32.

NEPTICV̆LA, ae. f. Dimin. Symmach. Epiſt. 6, 32 Nepticulae meae Gallae infirmitas.

NEPOTV̆LVS, i. m. Dimin. [ἐκγόνιον] Plaut. Mil. 5, 20 Si te ſaluum hinc mittimus ire Venerium nepotulum. *Add. ibid.* v. 28.

NEPOTĪNVS, a, um. Adi. [ἀσωτικὸς] Suet. Calig. c. 37 Nepotinis ſumtibus omnium prodigorum ingenia ſuperauit. *h. e. Luxurioſis et immodicis impenſarum profuſionibus. Sunt qui non legant* Nepotinis *ſed* Nepotatûs, *caſu Genitiuo.*

NEPŌTOR, āri. Dep. [κωμάζω] *Luxurioſe et prodige viuere.* Senec. de Benefic. 1, 15 Veto liberalitatem nepotari. *i. Beneficium non dandum eſt ei, qui nequiter profuſurus ſit.* Tertull. Apol. c. 46 Ariſtippus in purpura ſub magna grauitatis ſuperficie nepotatur.

NEPOTĀLIS, e. Adi. *vt,* Luxus nepotalis, *i. Immodica profuſio victus et prodigentia.* Nepos *enim, Prodigus dicitur.* Apul. Met. 2 *pr.* Ammian. 31, 13 In nepotali menſa ludicris crepantibus diu diſcumbens.

NEPOTĀTVS, ûs. m. [κωμασμὸς] Afranius, *neſcio vbi,* Scurrilitate ac nepotatu nobilis. Plin. 14, 4 *extr.* Raro quippe adhuc fuere, nec niſi in nepotatu, ſingulis teſtis millia numûm. Plin. 9, 35 ſ. 56 Subeunt luxuriae eius nomina, et taedia, exquiſita perdito nepotatu. Gloſſ. Ver. Nepotatus ἀσωτία.

NEPTV̄NVS. [Ποσειδῶν, Ποντοποσειδῶν] *Saturni et Opis filius, Frater Iouis et Plutonis, maris deus: dictus eſt a* nando, mutatis literis primis, *vt ait* Cic. de Nat. Deor. 2, 66. *Vel vt* Varroni *placet* de L. L. 4, 10 quod vt caelum nubes, ita mare terras obnubat, a nuptu, id eſt opertione. Arnob. 3 p. 118 Quod aqua nubat terram, appellatus eſt, inquiunt, cognominatusque Neptunus. Si ergo liquoris obtentio nominis huius appellatione ſignatur, nullius Deus eſt omnino Neptunus: atque ita tollitur et remouetur e medio Stygii frater Iouis, Olympiique germanus, tridenti armatus ferro, piſtricum dominus atque maenarum, rex Salſorum (*ſic leg. pro* falſorum) gurgitum et tremebundi motator ſali. *Conf. Voſſ. Inſt. Orat. 4 p. 135. A νίπτειν deducit Scaliger; vt a verto, inquit, Vertumnus, ita a νίπτω* Neptunus *eſt.* Iſidor. 8, 11 Neptunus quaſi nubitonans. *Alii Tuſcum volunt eſſe* Neptunum, *vt Volcanum. Vid. Lex. Martin. Pro Mari frequentiſſime ponitur. vt,* Corpus acerbum Neptuni Lucret. 2, 471. *i. Mare acerbum.* Credere ſe Neptuno, *vid.* CREDO. Virg. Aen. 3, 74 Nereïdum matri, et Neptuno Aegaeo. Aegaeus *autem appellatur, inquit Turneb. 3, 10 quod magna veneratione* Aegis, *quod oppidum eſt Euboeae, coleretur. Eius rei locuples teſtis eſt Homerus, quum ſcribit Iliad. v. 20 de Neptuno,*

Τὸ δὲ τέτρατον ἵκετο τέκμωρ
Αἰγὰς, ἔνθα δέ οἱ κλυτὰ δώματα βένθεσι λίμνης,
Χρύσεα, μαρμαίροντα τετεύχαται ἄφθιτα αἰεί.

Conf. Demſter. in Roſin. p. 342. et 632. et Reineſ. Ep. p. 174. et 301. Catull. 32, 3 Quaſcunque in liquentibus ſtagnis Marique ſalſo fert vterque Neptunus. *Quaeſitum qui ſit* Vterque Neptunus: *ac probabilis eorum eſſe videtur ſententia, qui mare ſuperum et inferum, quibus Italia cingitur, interpretantur. Verius tamen fortaſſe videri poteſt, quum ſignificet* Neptunus *eam vim, quae humori praeeſt, vt* vtrumque Neptunum *intelligamus, et eum qui dulcibus, et eum qui ſalſis aquis imperat. Sic enim Sirmio inſulis et peninſulis omnibus maris, et fluminum, et lacuum anteponetur. Huic expoſitioni fauent* Catulli *verba, qui et* liquentium ſtagnorum, *et* maris *mentionem facit. Ex Turneb. Conf. Spanh. ad Ariſtoph. Plut. 396. Pro Piſcibus vſurpatur in illo* Naeuii *apud* Feſtum, Coquus edit Neptunum, Venerem, Cererem.

NEPTV̄NĬVS, a, um. Adi. *poſſeſſ.* [Ποσειδώνιος] *vt,* Neptunia regna. Arua Virg. Aen. 8, 695. *h. e. Mare.* Dux Hor. Epod. 9, 7. *h. e. Marinus imperator. Sextum Pompeium intelligit Pompeii magni filium.* Heros Ouid. Met. 9, 1. *Intelligit Theſeum, Neptuni filium* Auct. ad Heren. 4, 16 Qui perduellionibus venditat patriam, non ſatis ſupplicii dederit, ſi praeceps in Neptunias depultus erit lacunas. Moenia Propert. 3, 9, 41. Pergama Ouid. Faſt. 1, 525. *a Neptuno et Apolline aedificata.* Piſtrix Cic. in Arato 440. Id. in Arato 128 Non aliae naues vt in alto pondere proras Ante ſolent roſtro Neptunia prata ſecantes, *etc.* Proles Neptunia, *Meſſapus*

pus Virg. Aen. 9, 523. Troia Id. ibid. 2, 625. *Cuius muri a Neptuno et Apolline conſtructi ſunt.*

NEPTVNIA, ae. f. *Herba. Vid.* Apul. de Herb. c. 57.

NEPTVNICOLA, ae. f. *Maritimi et nautici hominis epitheton.* Sil. 14, 444 Et Neptunicolae tranſuerberat ora Telonis.

NEPTVNINE, es. Patronym. *fem.* [Ποσειδωνίνη] Catull. 62, 28 Tene Tethys genuit pulcherrima Neptunine? *Turnebus aliter, et ſic legit,* Tene Tethys tenuit pulcherrima, Neptunine? *Neptuninumque putat hic vocari eum, qui ex elemento Neptuni, et neptibus uxorem petat, et Neptunum genere contingat. Itaque vocandi ſenſu de Peleo interpretandum; aut* Neptunina *legendum. Et haec germana lectio eſt.*

NEPTVNALIS, e. Adi. *vt,* Neptunales ludi Tertull. de Spectac. c. 6. *et abſolute.*

NEPTVNALIA, um. n. Pl. [Ποσειδώνια] *Neptuni ſacra, quae et* Salatia a Salo dicuntur Varr. L.L. 5, 3. Auſon. de Feriis 17, 19 Aut duplicem cultum, quem Neptunalia dicunt.

NEPVRVS, a, um. Non purus. Feſtus.

N E Q

NEQVA. [μήτις] *Coniuncte ſcriptum inuenias: idque vel auferendi caſu,* ne qua via, *ne per aliquem locum: vel nominandi, id eſt Ne aliqua.* Virg. Aen. 9, 321 Tu nequa manus ſe attollere nobis A tergo poſſit, cuſtodi. Cic. Diuinat. Verr. 1, 32 c. 10 Tamen nequa deductio fieret, magna ex parte tua poteſtas erat. Ter. Adelph. 2, 4, 18 Videndum eſt, nequa ad patrem hoc permanet. *Neſcio quid ſibi velit* Chariſ. 1 p. 39 Commune trium generum in a vnum venit *nequa.* Idem iſtud et ſingulari numero monoptoton eſt, propter quod multum errant, qui dicunt, adiecta e litera *nequae* habere.

NEQVALIA, ſunt Detrimenta, *ait* Feſtus.

NEQVAM. [ἀχρεῖος Gloſſ. Lat. Gr.] *Nomen indecl.* quod apud veteres ſignificat Hominem nullius pretii, quod ne tanti quidem ſit, quam quod habetur minimi: *vt ait* Feſtus. Varro Nequam ex Ne et Quidquam media ſyllaba extrita componi *oſtendit* de L.L. 9, 5 p. 142 Quod vocabulum factum, vt ex *Non* et *Volo, Nolo,* ſic ex *Ne* et *Quidquam,* item media extrita ſyllaba, coactum eſt *Nequam.* Itaque vt eum, quem putamus eſſe *non bili,* dicimus *Nihili;* ſic in quo putamus eſſe *nequidquam,* dicimus *Nequam.* Gell. 7, 11 Veteres *nequam* dixerunt hominem nihili, neque rei neque frugis bonae, quod genus Graeci fere ἄσωτον, ἀκόλαστον, ἢ ἀχρεῖον, ἢ ἄχρηστον, ἢ κακότροπον, ἢ μιαρὸν dicunt. *Etiam* Caper p. 2246 *docet,* nequam ſignare non malum, ſed inutile. *Hinc* Quinctil. 8, 3, 48 Nec parricidam Nequam dices hominem, nec deditum forte meretrici nefarium. *Conf. Burm. ad h. l.* Plaut. Moſt. 1, 2, 23 Atque vbi illo immigrat nequam homo, indiligens, cum pigra familia, *etc. Et* Caſ. 2, 3, 39 Potius quam illi ſeruo nequam armigero, nihili atque improbo. Cic. Philipp. 2, 77 O hominem nequam: quid enim aliud dicam? magis proprie nihil poſſum dicere. Frugi *et* Nequam, *contraria.* Cic. de Orat. 2, 248 Iisdem verbis et laudare frugi ſeruum poſſumus, et ſi eſt nequam, iocari. Nequam et ceſſator Dauus Hor. Serm. 2, 7, 100. Nequam atque improbus homo Cic. pro Cael. 10 c. 4. Id. pro Fonteio 29 c. 13 *de L. Piſone,* Qui tanta virtute fuit, vt etiam illis optimis temporibus, cum hominem inuenire nequam neminem poſſes, ſolus tamen Frugi nominaretur. Paterc. 2, 48 C. Curio eloquens, audax, homo ingenioſiſſime nequam, et facundus malo publico. *Aliquanto poſt c. 68 pr.* M. Caelius, vir eloquio animoque Curioni ſimillimus, ſed in vtroque perfectior, nec minus ingenioſe nequam. *Eſt etiam conuicium in ſcriptorem nullius auctoritatis. v. g.* Cic. Att. 6, 2 Peloponneſias ciuitates omnes maritimas eſſe, hominis non nequam, ſed etiam tuo iudicio probati, Dicaearchi tabulis credidi. *Comparat.* Cic. Att. 9, 1 Nunquam vidi hominem nequiorem. *Superl.* Idem Philip. 2, 7 Non cum vno gladiatore nequiſſimo de Repub. grauiter querens. Hor. Carm. 3, 6, 46 Aetas parentum peior auis, tulit Nos nequiores. Perditus, multoque nequior homo Cic. Fam. 12, 2. Nequius aut turpius nihil eſt effeminato viro Id. Tuſc. 3, 36 c. 17. Homo omnium nequiſſimus Id. Fam. 11, 21 *pr.* Omnium bipedum nequiſſimus Plin. Epiſt. 1, 5. Nequam, *gen. neutro:* bonum quidem ſupprimitur, nequam extinguitur P. Syrus in Mimis. *Sic* Feſtus, Nequam aurum eſt auris quoduis vehementius ambit. hoc verſu Lucilii ſignificare ait Sinnius Capito, nequam eſſe aurum, quod aures laedat, vel pondere inaurium, quum molliſſima pars auris inciditur, Vel ex auro intelligi pecuniae cupiditatem, cuius reſpectu et nimia cupiditate homines ad peccandum adduci. Hoſtus nequam Varr. R. R. 1, 24, 2. Cat. 6, 2. *i. parcus ac malignus prouentus.* Liber nequam Ouid. Triſt. 2, 314. Nequam vitis, *Inutilis* Columel. 3, 10, 22. Nequam, *pro Nequiter.* Plaut. Poen. 1, 1, 50 Locum ſibi velle liberum praeberier, vbi nequam faciat clam. *Plural.* Nequam Mancipia vendentes Sen. de Conſt. c. 13. Sacerdotem exſecrabantur, qui Verrem tam nequam reliquiſſet Cic. Verr. 1 c. 46. *Conf.* Quinctil. 6, 3, 55.

NEQVITER, nequius, nequiſſime. Adu. [μοχθηρῶς] Cic. Tuſc. 3, 36 c. 17 A me quidem paullo ante appellata frugalitas, quae te turpiter et nequiter facere nihil patiatur. Plin. 12, 25 Nequiſſime autem gummi, quoniam ipſum quoque inhaereſcit. Cic. de Fin. 2, 25 Quia quod bene, id recte, frugaliter, honeſte: ille porro male, praue, nequiter, turpiter coenabat. Liu. 41, 7 Vtrum bellum ſuſceptum ſit nequius, an inconſultius geſtum, dici non poteſt. Apul. Apol. p. 292 Epiſtolae perperam lectae et nequius interpretatae. *Ad luxuriam refert* Prudent. Cath. 2, 29 Qui mane ſumtis nequiter non erubeſcit poculis.

NEQVITIA, ae. f. [μοχθηρία, πονηρία] *Laſciua et libidinoſa ignauia: et omne adeo genus vitii.* Cic. Att. 1, 33 Nam plane ita putauerunt, quum religio, quum pudicitia, quum iudiciorum fides, quum Senatus auctoritas concidiſſet, fore vt aperte victrix nequitia ac libido poenas ab optimo quoque peteret ſui doloris. *Pro ſolertia aſtutiaque* Phaedr. 2, 7, 5 Vis et nequitia quidquid oppugnant, ruit. *Hanc ſuo aeuo rationem nominis obtinuiſſe ait* Gell. 7, 11 *pr.* Poëtam ſuae nequitiae *ſe vocat* Ouid. Amor. 2, 1, 2. Nequitia, *inquit* Donatus ad Adelph. 3, 3, 3 proprie Libidinoſa inertia dicta eſt, quod nihil queat, nullique rei apta ſit. *De omni genere vitiorum* Iuuen. Sat. 14, 216 Nondum impleuere medullas Maturae mala nequitiae. Officina nequitiae, et diuerſorum flagitiorum omnium domus eius Cic. pro Roſc. Amer. 134 c. 46. Semina nequitiae languidiora Ouid. Amor. 3, 4, 10. Nequitia, *vt ait* Gellius *inter alia* (*locus enim eſt claſſicus*) 7, 11 eſt Luxus vitae prodigus atque effuſus. *Conf. h. l. Ph. Carol. p. 369.* Ouid. Faſt. 1, 414 Nequitia eſt, quae te non ſinit eſſe ſenem. Non ego nequitia ſocialia foedera rumpam Ouid. Heroid. 4, 17. Ter. Heaut. 3, 1, 72 Quantam feneſtram ad nequitiam pateferis. Modus nequitiae Senec. Agamem. ſ. 3. Frugalitati *contrarium vitium* Nequitia *dicitur.* Cic. Tuſc. 3, 18 c. 8 Frugalitas, vt opinor, a fruge, qua nihil melius e terra: nequitia ab eo, etſi hoc erit fortaſſe durius, ſed tentemus, et luſiſſe putemur, ſi nihil ſit, ab eo quod nequidquam eſt in tali homine, ex quo idem nihili dicitur. Nondum in tantum nequitia proceſſerat Sen. Epiſt. 95. *Intemperantia quadam, et libidine rerum Venerearum.* Hor. Carm. 3, 15, 2 Tandem nequitiae fige modum tuae. *Et* Serm. 2, 3, 244 — par nobile fratrum Nequitia, et nugis prauorum et amore gemellum. Vet. Gloſſ. ἀχρειότης, ἀχρειοσύνη. Nequitia, nugacitas. *Add. Barth. ad* Claud. p. 806. Cic. Verr. 5, 86 Cleomenes autem, qui alterum ſe Verrem cum luxuria atque nequitia, tum etiam imperio putaret. Id. in Catil. 1, 4 Sed iam meipſum inertiae nequitiaeque condemno. *Ibid.* 29 Non eſt vehementius ſeueritatis ac fortitudinis inuidia, quam inertiae ac nequitiae pertimeſcenda. *Hic* Nequitia, *Diſſolutam incuriam ſignificat.* Malitia et nequitia Auctor ad Herenn. 4, 11. Perdita, *vid.* PERDITVS. Perdita nequitia et ſumma egeſtate vir Cic. pro Cluent. 36. Singulari nequitia praeditus homo Id. de Fin. 5, 56. Inuoluta argumentis, *vid.* INVOLVO. Abducere aliquem ad, *vid.* ABDVCO. Adducere ad, *vid.* ADDVCO. Aceti enim nequitiae ineſt virtus, magnos ad vſus Plin. 14, 20. *h. e. Acrimoniae, et ſubſtantiae, quae ex vino ita degenerauit.* Nequitia, *pro Malitia et fraude.* Vlpian. in l. Quum autem. §. Capitalem D. de Aedil. edict. Capitalem fraudem admiſiſſe accipimus dolo malo, et per nequitiam. Vet. Inſcr. Hiſp. OPVS PATERNVM NEQVITIA PVBLICANORVM ET MORTE VESPASIANI INTERRVPTVM, *etc.* CONFICI IVSSIT. ¶ 2 Nequitiam *pro* homine nequam, *vt* ſcelus *pro* ſceleſto, *poſuit* Cic. Phil. 6, 11 c. 4 Quis eſt, qui hunc non caſu exiſtimet recte feciſſe? Nequitia eſt! Scelus eſt.

NEQVITIES, ei. f. *Idem.* [πονηρία] Hor. Serm. 2, 2, 131 Illum aut nequities, aut vafri inſcitia iuris, Poſtremum expellet certe viuacior haeres. *i. Mollities, luxuries.* Abducere aliquem ad nequitiem Ter. Adelph. 3, 3, 3.

NEQVITO, are. *et* NEQVITOR, ari. *i.* Nequam eſſe Priſcian. 8 p. 799.

NEQVANDO. Adu. [μήποτε] *Ne vllo tempore.* Cic. de Amicit. 61 c. 16 Illud potius praecipiendum fuit, vt eam diligentiam adhiberemus in amicitiis comparandis, vt nequando amare inciperemus eum, quem aliquando odiſſe poſſemus. Idem Att. 10, 14 (13) Tu tamen eas epiſtolas, quibus aſperius de eo ſcripſi, aliquando concerpito, nequando quid emanet: ego item tuas. *Sed rectius diuiditur.*

NEQVAQVAM. Adu. *vehementer negandi.* [οὐδαμῶς] Nequaquam iſta amicitia eſt Cic. de Fin. 2 c. 24. Cic. Verr. 4, 63 Iſte ait, ſe velle illud etiam atque etiam conſiderare, nequaquam ſe eſſe ſatiatum. Nequaquam tantum inter eos intereſſet Id. de Inuent. 1, 75. *Add. ib.* 2 c. 8. Nequaquam ſatis in re vna conſumere curam Hor. Serm. 2, 4, 48.

NEQVE. [μήτε, οὐδὲ, οὔτε] *Diſiunctiua* Coniunctio. Ter. Eun. 2, 3, 2 Occidi: neque virgo eſt vſquam, neque ego, qui illam e conſpectu amiſi meo. *Vid.* Aſcon. in Cic. Orat. pro Scauro *vbi de* Neque *ſemel tantum poſito non ſatis accurate diſputat. Potius notemus formulas complures.* Tertias cupiditates, quod eſſent plane inanes, neque neceſſitatem modo, ſed ne naturam quidem attingerent, funditus eiiciendas putauit Cic. Tuſc. 5 c. 33. *i. et non modo non.* Sibique inuicem neceſſarias partes neque pugnare inter ſe tantummodo, ſed etiam mutuis adiuuare auxiliis Apul. de Dogm. Plat. p. 250 *ed. Colu. i. et non tantum non.* Nullae enim lites, neque controuerſiae ſunt, quae, *etc.* Cic. de Orat. 1, 118. Neque, *ſaepius repetitum.* Cic. Off. 1, 4 c. 2 Nulla enim vitae pars neque publicis, neque priuatis, neque forenſibus, neque domeſticis in rebus: neque ſi tecum agas quid, neque ſi cum altero contrahas, vacare officio poteſt. Id. de Orat. 1 c. 53 Cum eſſet ille vir exemplum innocentiae, cumque illo nemo neque integrior eſſet in ciuitate, neque ſanctior. *In vtroque exemplo poſt negatiuum vniuerſalem poſita neque* τῆς *vel vices ſubiiſſe videri poteſt.* Varr. de L.L. 6 *extr.* Quae dicantur, cur etymologice neque ſit, neque ea vtilis ſit. Cic. Fam. 5, 12 Neque autem ego ſum ita demens vt, *etc.* Vlp. Dig. 2 tit. 6 l. 5 §. 4 Neque autem in heredem, neque poſt annum dabitur. *Vid. A. Borrich. Vind. p. 144. Simpliciter pro* Non: Neque enim ſunt iſti audiendi, qui virtutem duram et quaſi ferream eſſe quandam volunt Cic. de Amicit. 48. *Reſpondet illi* Et: Ter. Eun. 1, 1, 32 Si ſapis, neque praeterquam quas ipſe amor moleſtias habet, addas: et illas quas habet, recte feras. Id. ibid. 5, 5, 23 Vide quid agas, ne neque illi proſis et tu pereas. Cic. Att. 1, 17 Id neque amoris mediocris, et ingenii ſummi ac ſapientiae iudico. *Item* Etiam. *v. g.* Liu. 27, 11 M. Sextilius Fregellanus reſpondit, *etc.* ad id ſibi neque opes deeſſe, animum etiam ſupereſſe. Ter. Andr. 1, 2, 8 At nunc faciet: neque, vt opinor, ſine tuo magno malo. *Pleonaſticum eſt illud* Ter. Andr. 1, 2, 34 Ne temere facias: neque tu haud dicas tibi non praedictum, caue. *Tuetur hanc lectionem Bentl.* Cic. de Amicit. 19 Quare ſibi habeant ſapientiae nomen et inuidioſum et obſcurum: concedantque vt hi boni viri fuerint. neque id quidem facient: negabunt id niſi ſapienti poſſe concedi. *In veteri codice legitur,* Ne id quidem. *Contra* Neque *pro* ne quidem Colum. 3, 21, 7. Neque dum, *pro Necdum, id eſt et nondum.* Cic. Q. Frat. 3, 8 Sed eius rei maturitas neque dum venit, et tamen iam appropinquat. Neque vero me Lacedaemonii aut Athenienſes magis mouerint, quam Pop. Romanus Quinctil. 2, 17. Suet. Claud. c. 10 Hinc ad alios commilitones fluctuantes, neque quidquam adhuc quam frementes perduxit. Id. Domit. c. 12 Sed quum obnoxium ſe barbaris per hoc animaduerteret, neque ſecius eo in explicandis oneribus omnibus haereret. Cic. pro Roſc. Com. 10 c. 4 Ad arbitrium hoc animo adimus, vt neque nihil, neque tantum, quantum poſtulauimus conſequamur. Varro de R. R. 3, 3, 4 Neque non etiam quaedam aſſumenda in villam. Neque non praeterea Ibid. 2, 5, 9 Neque vero Non fuit apertum Nep. 9, 2, 3. Varr. de L. L. 6 *pr.* Neque ſi non norim radices arboris, non poſſem dicere pirum eſſe ex ramo, *etc.* Cic. Philipp. 2, 77 Ergo vt te catamitum neque opinato quum oſtendiſſes, praeter ſpem mulier adſpiceret. Neque ne, *pro ſimplici negatione.* Liu. 44, 36 Neque enim ne his enuntiationem aperuerat ſuam.

NEQVEO, iui, itum, ire. [ἀδυνατέω] *Non poſſe.* Cic. de Amicit. 90 c. 24 Cuius autem aures clauſae veritati ſunt, vt ab amico verum audire nequeant, huius ſalus deſperanda eſt. Liuius 22, 3 *extr.* Signum omni vi moliente ſignifero nequire conuelli. Dormire nequeo

queo

queo Hor. Serm. 2, 1, 8. Plaut. Milit. 4, 8, 32 Heu mihi, nequeo quin ſleam, quum abs te abeam. *Add.* Ter. Hec. 3, 3, 25. Cic. Somn. Scip. 13 c. 5 Sicut intueri ſolem aduerſum nequitis. Nequini Virg. Aen. 6, 507. Hor. Serm. 2, 5, 78

— putaſne,
Perduci poterit, tam frugi, tamque pudica,
Quam nequiere proci recto depellere curſu?

Nequibo, *futurum antiquum.* Lucret. 1, 381 — concedere porro Quo poterunt vndae, quum piſces ire nequibunt? ¶ 2 Nequeunt Feſtus *interpretatur* non eunt. *Nempe inuenit* Nequ' eunt *pro* Neque eunt.

NEQVIENS, entis. Partic. Ammian. 15, 26 Hannibalem adſequi nequiens. *Conf.* Salluſt. Fragm. 2 cum Sched. Daniel. ed. p. 51. Auſon. Profeſſ. 2, 29. *et* Apul. Florid. p. 343 *Elm.* Gu. Brit. 11, 725. *Plural.* Arnob. 1 p. 13 Caecitate ingenua nequiuntes videre.

NEQVINONT. *Antique pro Nequeunt.* Feſtus.

NEQVĪTVM, *et* NEQVĪTVR. [οὐκ ἐδυνήθη] *Pro Non poſſe, dixerunt veteres.* Pacuuius, Sed quum contendi nequitum, vt clam intendenda eſt plaga. Plaut. in Satyrione, Retrahi nequitur quoquo progreſſa eſt ſemel. *Conf.* Rud. 4, 4, 24. *Et* Cato Originum lib. 1 Id nequitum exaugurari. *Vid.* Feſt. Salluſt. Iugurth. c. 31 Quidquid ſine ſanguine ciuium vlciſci nequitur, iure factum ſit. Apul. Apol. p. 332 Sola virginitas, cum ſemel accepta eſt, reddi nequitur.

NEQVI, *pro Ne quis, vel Ne aliquis.* Varro R. R. 2, 4 Altitudinis modus ſit, nequi porcellus a matre opprimatur. *Sed melius diuiditur.*

NEQVICQVAM, *vel* NEQVIDQVAM. Adu. [ἄλλως, μάτην] *i. Fruſtra.* Her. Heaut. 2, 3, 103 Age modo, hodie ſero ac nequicquam voles. Liu. 1, 30 Vtrinque iniuriae factae, ac res nequicquam erant repetitae. Cic. Off. 3, 62 c. 15 Ex quo Ennius, nequicquam ſapere ſapientem, qui ipſe ſibi prodeſſe non quiret. Talia nequicquam queſtus Ouid. Met. 13, 870. Heu tantis nequicquam erepte periclis Virg. Aen. 3, 711. ¶ 2 *Cum vehementia quadam negat, vt* Nequaquam: Cic. Tuſc. 1, 75 c. 31 Secernere autem a corpore animum, nequicquam aliud eſt, quam emori diſcere. *Sed quod laudatur* Virg. Georg. 1, 193 Nequicquam pingues paleâ teret area culmos. *Poteſt* fruſtra *et hic ſignificare: pingues culmi ſola palea fruſtra teruntur, quia non exteritur frumentum: certe fruſtra pingues ſunt tales culmi, quantum ad paleam, non reſpondente granorum pondere.* Hor. Epiſt. 1, 3, 132 An male ſarta Gratia nequicquam coit, et reſcinditur. Porphyr. Nequicquam, pro Non: *vt*, Virg. Aen. 2, 545

— telumque imbelle ſine ictu
Coniecit, rauco quod protinus aere repulſum,
Et ſummo clipei nequicquam vmbone pependit.

Seruius, Nequicquam, Non. *Sed hic etiam prior illa et ſollemnior ratio poteſt intelligi.* Perſ. 2, 51 Nequicquam fundo ſuſpiret nummus in imo. Nequidquam, *ſcribi quidam malunt.* *Vid. Brouckh. ad* Propert. 2, 3, 5.

NEQVINVNT, pro Nequeunt, id eſt Non poſſunt: vt, Solinunt, Ferinunt, pro Solent et ferunt, dicebant antiqui. Liu. in Odyſſea, Partim erant, neque nunc nequinunt Graeciam redire. Feſtus.

NEQVIS, nequa, nequod *vel* nequid. [μήτις] *Pro ne aliquis, coniunctum paſſim inuenias, quod melius diuiditur.* Ter. Heaut. 2, 3, 28 Hoc primum, vt nequid huius rerum ignores, anus quae eſt dicta mater eſſe ei ante hac, non fuit. Nequid nimis, [μηδὲν ἄγαν] *Sententia peruulgata, qua admonemur in rebus omnibus modum ſeruare.* Ter. Andr. 1, 1, 34 Nam id arbitror apprime in vita eſſe vtile, vt nequid nimis.

NEQVITER, NEQVITIA, *etc.* *Vid.* NEQVAM.

N E R

NĒREVS, ei. m. [Νηρεὺς] *Marinus deus, Oceani et Tethyos filius, qui ex ſorore Doride Nereidas quinquaginta genuit, quas recenſet Homerus* Iliad. Σ, 37. *Antiquiſſimus Deorum ex eorum ſententia, qui omnia ex aqua orta putabant. Pro mari paſſim ponunt Poëtae. Hinc* Perſ. 1, 94 Et qui caeruleum dirimebat Nerea delphin. Profundus Stat. Theb. 5, 49. Spumeus Nereus ſaeuit tridenti Virg. Aen. 2, 419. Violentus Ouid. Met. 12, 24. Orbem totum circumſonat Id. ibid. 1, 187.

NERĒĬS, ïdos. *et* pl. NEREÏDES, um. f. [Νηρηΐδες *Latini interdum* Nereïdes, *quaſi eſſent* Νηρεΐδες] Patronym. *A* Nereo, *fuerunt maris nymphae, humanam effigiem habentes.* Ouid. Met. 11, 380 Sed memor admiſſi Nereïda colligit orbam. Id. ibid. 13, 749. *Et* 858 *in cantilena Polyphemi*, Nerei te vereor: tua fulmine ſaeuior ira eſt. Nerei *Vocatiuus eſt.* Deae Nereïdes. Ouid. Amor. 2, 11, 36 Nereïdesque Deae, Nereïdumque pater. Aequoreae Catul. 62, 15. Cic. in Arat. 450 Hanc illi tribuunt poenam Nereïdes almae. Laſciuae Claud. in praefat. 2. in Eutrop. 68. Ouantes Idem de Nupt. Hon. 283. Virides Ouid. Epiſt. 5, 57. *Elegans eſt libellus M. Fr. Lochneri*, Nerion, *quo* Nerei *et* Nereïdum *mythologia explicatur.*

NERĒĬVS, a, um. Adi. Ouid. Met. 13, 162 Praeſcia venturi genetrix Nereïa leti. *i. Tethis.* Nereïa turba, *i. Nymphae* Sil. 7, 416.

NERĪNE, es. f. Patronym. [Νηρίνη] Virg. Ecl. 7, 37 Nerine Galatea thymo mihi dulcior Hyblae.

NĔRIA, NĔRIO, *vel* NĔRIĒNE, es. f. [Νεριηνὴ] *Martis vxor.* Gell. 13, 21 *ex* libris ſacerdotum Populi Romani, *cum nominaſſet* Nerienemque Martis, *pergit:* Ex quibus id, quod poſtremum poſui, ſic pleroſque dicere audio, vt primam in eo ſyllabam producant, quo Graeci modo dicunt Νηρεΐδας. ſed qui probe locuti ſunt, primam correptam dederunt, tertiam produxerunt. Eſt enim rectus caſus vocabuli eius, ſicut in libris veterum ſcriptum eſt, *Nerio.* Quanquam M. Varro — non *Nerio*, ſed *Nerienes* vocatiue dixit — Sed *Nerio* a Veteribus ſic declinatur quaſi *Anio* — Id autem ſiue Nerio ſiue Nerienes eſt, Sabinum verbum eſt, eoque ſignificatur virtus et fortitudo. Itaque ex Claudiis, quos a Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia atque praeſtanti fortitudine, *Nero* appellatus eſt — *Nerio* igitur Martis vis et potentia et maieſtas quaedam eſſe Martis demonſtratur. Plautus autem in Truculento (2, 6, 34) coniugem eſſe Nerienem Martis dicit, atque id ſub perſona militis in hoc verſu *Mars peregre aduemens ſalutat Nerienem vxorem ſuam.* — Id perite magis quam comice dictum intelliget, qui leget Cn. Gellii annalem tertium, in quo ſcriptum eſt, Herſiliam — ita precatam eſſe, *Neria Martis te obſecro pacem dare vti liceat* — *quod de tui coniugis conſilio contigit, vti nos itidem integras raperent* Martem ſignificans, per quod apparet — eam quoque traditionem fuiſſe, vt Nerio a quibusdam vxor eſſe Martis diceretur. — Ennius in primo annali in hoc verſu *Nerienem Mauortis et Herclem*, ſi, quod minime ſolet, numerum ſeruauit, primam ſyllabam intendit, tertiam corripuit. — In Commentario quodam Seruii Claudii ſcriptum inuenimus, *Nerio* dictam, quaſi *Neirio*, hoc eſt, ſine ira et cum placiditate; vt eo nomine mitem tranquillumque fieri Martem precemur — *Haec, et quaedam quae omiſimus*, Gellius. *Forte reſtituendum hoc nomen etiam* Martiano Capellae 1 p. 16 *pro* Neuerita, *v. v.*

NERIS, ĭdis. f. *Montis Argiui nomen.* Stat. Theb. 4, 47.

NERĪTA, ae. *et* NERITE, es. f. *Conchae marinae genus.* Plin. 9, 33 ſ. 52 Nauigant ex his neritae, praebentesque concauam ſui partem, et aurae opponentes, per ſumma aequorum velificant. *Vetus exemplar habet* Veneriae: *quod recepit etiam Harduinus.*

NERITOS, i. [Νήριτος] *Inſula eſt prope Zacynthum, Dulichium et Ithacam. Hanc a Laërte fuiſſe captam ait Strabo ex Homero. Eſt et* Neritos, *Mons in Ithaca, vt eodem loco docet Strabo.* Plin. 4, 12. *Hinc*

NERITIVS, a, um. Adi. [Νηρίτιος] *Quo nomine Vlyſſem intelligit* Ouid. Triſt. 1, 4, 57 Pro duce Neritio docti mala noſtra Poëtae Scribite: Neritio nam mala plura tuli. Domus Neritiae Ouid. Met. 13, 5. Proles Neritia, *Saguntini, qui* Nerito *deducti coloni fuerant* Sil. 2, 317. *Vid. Drakenb.* Rates Neritiae Ouid. Rem. Amor. 263.

NERIVM, i. n. [νήριον] Frutex eſt foliis amygdalae, ſed maioribus et pinguioribus: folia eius quadrupedibus ſunt venenum. Rhododaphne alias dicitur Plin. 24, 11. *Vid. Lochneri* Nerion.

NERO, ōnis. m. [Νέρων] *De Origine huius nominis* Gell. 13, 21 Nerio, ſiue Nerienes, verbum Sabinum eſt, quo ſignificatur virtus et fortitudo. Itaque ex Claudiis, quos a Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia ac praeſtanti fortitudine, Nero appellatus eſt. Sabini autem id nomen a Graecis accepiſſe videntur, qui vincula et firmamenta membrorum νεῦρα dicunt: vnde nos quoque Latine neruos appellamus. *Vid. de hoc cognomine deinde etiam Praenomine gentis Claudiae* Suet. Tiber. c. 1. *et Spanh. Num. diſſ.* 10. Hor. Carm. 4, 4, 37 Quid debeas ô Roma Neronibus Teſtis Metaurum flumen. Maior Neronum Hor. Carm. 4, 14, 14. ¶ 2 *Per Antonomaſian* Iuuen. Sat. 4, 38 Et caluo ſeruiret Roma Neroni. *i. Domitiano, qui ſimilis ingenio et factis* Neroni, *ſed caluus.* Auſonius de 12 Caeſ. Et Titus Imperii felix breuitate, ſecutus Frater, quem caluum dixit ſua Roma Neronem.

NERONĒVS, a, um. Adi. [Νερώνειος] Stat. Silu. 1, 5, 62 Neronea nec qui modo lotus in vnda, *etc.*

NERONIĀNVS, a, um. *Aliud* Adi. [Νερωνιανὸς] Martial. 7, 33 Quid Nerone peius, Quid thermis melius Neronianis? De Neroniano lapide, *vid. Voſſ. Etym. p.* 341. *Breuiter gemma eſt, ab artifice politore ita dicta.* Vet. Poëta in *Conſtantinianum M. vxoris et filii interfectorem*: Saturni aurea ſaecla quis requirat? Sunt haec gemmea, ſed Neroniana. *De* dicto Neroniano Cic. de Orat. 2, 61.

NERVA, ae. m. *Fuit Cognomen* Liciniorum *et* Cocceiorum, *ductum a* neruis, *hoc eſt a robore, vt quidam ſcribunt.* Cicero in Brut. 129 C. Licinius Nerua non indiſertus fuit. Nerua Cocceius, *Romanorum Imperator* XIII, *Flauio Domitiano, cui ſucceſſit, diſſimillimus. Vid.* Suet. *et reliquos hiſtoricos. Conf.* Martial. 8, 70. *et* 11, 6.

NERVII, orum. m. Pl. [Νέρβιοι] *Galliae Belgicae populi* maxime feri, *vt ait* Caeſar, *cuius vid.* Bell. Gall. 2, 27. *Singulariter*, Lucan. 1, 428 — nimiumque rebellis Neruius.

NERVLANI, orum. m. Pl. Populi in Latio iuxta Romam, *quorum meminit* Plin. 3, 5.

NERVLVM, i. n. *Oppidum in Lucanis*, quod vi captum fuiſſe repentino aduentu Aemylii, *teſtatur* Liu. 9, 20. *Inde* Nerulonenſes *dicti ſunt.* Suet. Aug. c. 4 *extr.* Manibus collybo decoloratis Nerulonenſis menſarii.

NERVVS, i. m. [νεῦρον, νευρὰ, νευρὶς] *Hoc nomine intelligunt ſcriptores non tantum molles illas, pulticulae ſimiles cerebri et medullae ſpinalis propagines, quae forte medicis propria ſignificatio eſt; ſed in primis eas partes, quae* tendinum *et* ligamentorum *nominibus in ſcholis Anatomicorum diſtinguuntur. Eadem ambiguitate Graecis dicuntur* τὰ νεῦρα, *vnde dictio Latina deducta eſt, vt teſtatur* Gell. 13, 21. Graeci, *inquit* vincula et firmamenta membrorum νεῦρα dicunt, vnde nos quoque neruos appellamus. Adiuti aliquo conamine nerui, *vid.* ADIVVO. Validi Lucret. 5, 926. Adſtringi oſſa ſuis neruis debent Quinct. prooem. 1. Continentur neruis artus Cic. de Nat. Deor. 2, 139 c. 55. Neruis et oſſibus dii non continentur Idem ibidem 2, 59 c. 23. Hor. Serm. 2, 7, 82 Duceris vt neruis alienis mobile lignum. *Verbum Graecum* νευροσπαστεῖσθαι *elegantiſſima circuitione expreſſit. Senſus autem eſt, vt fidiculis neuroſpaſta mouentur, ſic tua libidine, vt neruia aut fidicula traheris. Turnebus.* Extentare neruos Lucret. 3, 489. Rupti vulnere Ouid. Met. 12, 567. Celſus in Praefat. 1 Validi nerui, an infirmi. Contractio neruorum Scribon. 269. *i. conuulſio.* Dolor 267, 270 ſqq. Ligatio 255. Remiſſio 101. *i. paralyſis.* Tenſio 267 ſq. Tenſiones 101. *i. Tetanus.* Neruorum labores Vitruu. 8, 3. Neruorum valetudo Suet. Veſp. c. 7. ¶ 2 *Metaphor.* Nerui *pro Robore et viribus aliquando ponuntur: in neruis enim robur peculiariter exiſtit. Vnde dicimus rem eſſe ſine neruis, quae debilis eſt.* Hor. Serm. 2, 1, 2 Sine neruis altera quidquid Compoſui pars eſſe putat. Quantum in cuiusque animo roboris eſt et neruorum, tanta eſt conſolatio Cic. Fam. 6, 1. Eripiunt omnes Animo ſine vulnere neruos Ouid. Rem. Am. v. 147. Nerui Reip. *i. Vires et fortitudo Reip. nempe milites, claſſes, et vectigalia.* Cic. pro Lege Manil. 17 c. 7 Si vectigalia, neruos eſſe Reip. ſemper duximus: eum certe ordinem, qui exercet illa, firmamentum caeterorum ordinum recte eſſe dicemus. Cic. Phil. 5, 5 c. 2 Primum neruos belli pecuniam infinitam, quam nunc eget: deinde equitatum quantum velit. Cic. Verr. 3, 83 Quae quum de Pop. Rom. victu, de vectigalium neruis, de ſanguine detraxiſſet aerarii, Tertiae mimae condonauit. Nerui atque aculei oratorii ac forenſes Cic. in Orat. 62. *Add.* Id. Brut. 38. *et* de Orat. 3, 138. Mentis et corporis nerui Quinct. 1, 2. Nerui atque artus ſunt Sapientiae non temere credere Cic. de Pet. Conſul. c. 10. *Alludit ad verſiculum Epicharmi* Νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν. ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. Neruis et ſapientia tua opus eſt Cic. Fam. 3, 10. Idem Quint. Frat. 3, 9 Cuius in hoc vno conſiderantiam et ego ſuſtinebo vt potero: et tu vt poſſis eſt tuorum neruorum. Idem Att. 15, 4 Quoquo modo ego de illius neruis exiſtimo. *i. de Bruti virtute.* Adhibere neruos, *vid.* ADHIBEO. Afferre neruos, *vid.* AFFERO. Contendere omnes neruos in re aliqua, *vel* Contendere omnibus neruis: *pro Summa vi, ſummoque ſtudio niti. Nam robur iuxta philoſophos, in neruis ſitum.* Cic. ad Quint. Frat. . . Sic contende omnibus neruis

et

et facultatibus. Idem Act. 1 in Verr. 35 c. 12 Magnum fortaſſe onus, et mihi periculoſum, veruntamen dignum, in quo omnes neruos aetatis, induſtriaeque meae contenderem. Frangere neruos, et mentis, et corporis Quinct. 1, 2. Incidemus legionum noſtrarum neruos his conſiliis, *h. e. Vires et robur frangemus* Cic. Philipp. 12, 8. Incidere neruos Populi Romani Idem pro Lege Agrar. 46 c. 18. Incidere neruos virtutis Idem Acad. 1, 35. Intendere neruos in re aliqua, *pro Totis viribus conari, et omnem ſolicitudinem adhibere, et operam.* Ter. Eun. 2, 3, 20. ¶ 3 Nerui *animalium ad vinciendum adhibiti.* Neruum etiam appellamus (*inquit* Feſtus) Vinculum ferreum, quo pedes vel etiam ceruices impediuntur. *Sed oſtendit Scaliger ad h. l. ligneum eſſe neruum.* Vet. Gloſſ. Neruus ξυλοπέδη. *Atticis* κᾶλον *ſ. lignum ſimpliciter neruus:* ἐγκαλοσκελὴς nexi, *etc.* Plaut. Fragm. 2, 15 Perfidioſe captus, eo edepol neruo ceruices probat. Idem Capt. 3, 5, 71 Nam noctu neruo vinctus cuſtodibitur. *Sic* Aſin. 3, 2, 5 Crucesque, compedesque, neruos, catenas, carceres. M. Cato *apud* Gell. 11 c. vlt. Fures priuatorum furtorum in neruo atque in compedibus aetatem agunt: fures publici in auro atque purpura. *Comica laſciuia* Plaut. Poen. 5, 4, 99 Condamus alter alterum ergo in neruum brachialem, *de amplexantibus amatorie.* Corripere in neruum aliquem, *vid.* CORRIPIO. Correpere in neruum Plaut. Rud. 3, 6, 34. Ter. Phorm. 4, 4, 15 Caeterum quum argentum repetent, noſtra cauſa ſcilicet in neruum potius ibit. *Vbi* Donatus, In neruum ibit, Decipiet. a prouerbio tracto a ſagittariis: quum vis conatusque tendentis arcum, non in volatum teli, ſed in ruptionem nerui expetatur. *Aliis dictum placet, et melius ſane,* In neruum ibit, *pro In vincula ibit. Antiquitus enim, qui ſoluendo non eſſent, vincti tradebantur creditoribus, donec opera compenſarent creditam ſummam.* Neruus *autem genus eſt vinculi, de quo paullo ante.* Gell. 20, 1 Confeſſis igitur aeris ac debiti iudicatis triginta dies ſunt dati conquirendae pecuniae cauſa, quam dſſoluerent. Poſt deinde, niſi diſſoluerant, ad Praetorem vocabantur, et ab eo, quibus erant iudicati, addicebantur. Neruo quoque aut compedibus vinciebantur. *Deinde ſubdit* Gellius *verba* legis XII Tabul. *Ergo* In neruum potius ibit, *i. Patietur ſe addici, et addictum vinciri.* Erumpet fortitudo iſtaec in neruum Ther. Phorm. 2, 2, 11. *vbi vid.* Donat. Corpus in neruum et ſupplicia dare Liu 6, 36. Tertull. ad Mart. c. 2 Nihil crus ſentit in neruo, quum animus in caelo. *Conf.* COLVMBAR. ¶ 4 Neruus, *pro Armento, vel chorda arcus: vt,* Stridens neruus Virg. Aen. 5, 502. Adducto neruo concita moles Ouid. Met. 8, 357. *Intelligit Baliſtam.* Equino neruo intentus arcus Idem ex Pont. 1, 2, 21. Reciproca tendens neruo equino concita tela Actius *apud* Varr. de L. L. 6, 5 *pr.* Pulſante neruo ſagittae erumpunt Virg. Georg. 4, 313. Aptare ſagittas neruo Id. Aen. 10, 131. ¶ 5 Nerui *inter apparatus bellicos.* Veget. 4, 9 Neruorum copiam ſummo ſtudio oportet colligi: quia — tormenta, niſi funibus neruinis intenta, nihil proſunt. *Add.* Vitruu. 10, 15. ¶ 6 Nerui, *Chordae citharae dicuntur.* Cic. Tuſc. 1, 4 Summam eruditionem Graeci ſitam cenſebant in neruorum vocumque cantibus. Concordia neruorum Quinctil. 5, 10. *De fidibus.* Cithara intenta neruis Id. 2, 8 *extr.* Modulati Lucan. ad Piſon. 163. Continere neruos Quinct. 1, 12. Percutere Id. 1, 12. Probare Id. 1, 12. Sonant ita in fidibus nerui, vt a digitis ſunt pulſi Cic. de Orat. 3, 214. Trahere neruo Quinct. 1, 12. ¶ 7 Neruus, *pro Membro virili.* Hor. Epod. 8, 17 Illiterati num minus nerui rigent? *Vbi* Porphyrio: Neruos pro membro virili dixit. Auctor Carminis obſceni, Nemo meo melius neruum tendebat Vlyſſe Siue illi laterum, ſeu fuit artis opus. Tibull. ad Priap. . . Repente neruus excitat libidinem. In phallicis Carm. 63 Libidinoſo tenta Pyramis neruo. *Sic,* Iuuen. Sat. 9, 34. *et* 10, 205.

NERVIA, ae. f. [χορδὴ] In feminino genere lectum eſt apud doctos ſaepe, *inquit* Nonius 3, 149. Varro, Scientia doceat quemadmodum in pſalterio eſt, tendamus neruias. Neruias *pro Fidiculis, id eſt chordis citharae accepit Varro.* Gell. 9, 7 Neruias in fidibus brumali die alias digitis pelli, alias ſonare. *Et* Petron. c. 46.

NERVIVM, i. n. *Idem. De neruis virilibus.* Varro, Et id dicunt ſuam Briſeidem producere, quae eius neruia tractare ſolebat, *apud* Nonium 3, 149. *Conf.* Petron. c. 45.

NERVVLVS, i. m. Dimin. [νευρίδιον] Cic. Att. 16, 18 (16) Quod certe facies, ſi tu neruulos tuos mihi ſaepe cognitos, ſuauitatemque qua nemo tibi par eſt, adhibueris.

NERVŌSVS, a, um. Adi. [νευρώδης] *Quod multos habet neruos.* Plin. 11, 37 Ideo nulla eſt ei caro, ſed neruoſa exilitas. Celſ. 4, 1 *etc.* ¶ 2 Neruoſus orator, *per translationem, hoc eſt, Magnam vim et efficaciam ſermonis habens.* Cic. de Clar. Orat. 121 c. 31 Quis Ariſtotele neruoſior?

NERVŌSE. Adu. [νευρωδῶς] *Magna vi.* Cic. Fam. 10, 23 Vt vigilanter neruoſeque nos, qui ſtamus in acie, ſubornes. Idem Off. 3, 106 c. 29 Itaque neruoſius qui iſta differunt, ſolum audent malum dicere id, quod turpe ſit; qui autem remiſſius *etc.* Id. Orat. 127 c. 36. Dicetur non Peripateticorum more, ſed aliquanto neruoſius. *Stoicos vtroque loco deſignat.*

NERVOSĬTAS, ātis. f. [τὸ νευρῶδες] Plin. 19, 1 Neruoſitas filo aequalior paene quam araneis, tinnitusque cum dente libeat experiri. *De lino.*

NERVĀLIS, e. Adi. *Vt,* Scribonius Largus Compoſ. 12 Herbam quam Graeci πολύνευρον, nos nerualem appellamus.

NERVĬCVS, *vel* NEVRĬCVS, a, um. Adi. [νευραλγὴς] *Qui neruis laborat.* Vitruu. 8, 3 Aquae neuricos aut podagricos efficiunt: ſulphuroſi fontes neruorum labores reficiunt. *Sed hoc a Graeca dictione* νεῦρον *deducitur, quae idem ſignificat quod Neruus.*

NERVICEVS, a, um. Adi. Funes Vulgat. Iud. 16, 7.

NERVOLARIA, ae. f. *Comoedia Plauti ap.* Gell. 3, 3.

N E S

NESAEE, es. *ſiue* NESAEA, ae. f. [Νησαιὴ] *Nympha marina, Nerei et Doridis filia,* παρὰ τὸ νέω, *hoc eſt a natando dicta: vel potius a* Νῆσος *inſula. Appellat eam Heſiodus in Theog.* Virgil. Georg. 4, 338. *et* Aen. 5, 826.

NESAPIVS, *vel* NESAPVS, a, um. *Inſipiens.* Petron. Fragm. Tragur. p. 22 Ne me putatis neſapium eſſe, valde bene ſcio, *etc.* Q. Ter. Scaur. Orthogr. p. 2251 Ne pro Non poſitum eſt apud antiquos. *Sic* Nefrendes porci ſunt, qui ſine dentibus ſunt, id eſt qui fabam frendere non poſſunt. *Sic* Neſapus, qui non ſapit. *Conf. Not. Scheffer. ad* Fragm. p. 114.

NESCIO, īui, ītum, īre. [οὐκ οἶδα, ἀγνοέω] *Ignorare.* Cic. de Nat. Deor. 1, 84 c. 30 Quam bellum erat, Vellei, confiteri potius neſcire quod neſcires, quam iſta effutientem nauſeare, et ipſum ſibi diſplicere? Ter. Eun. 4, 7, 29 Caue ſis, neſcis cui maledicas nunc viro. Nemo in eo quod neſciat diſertus eſſe poteſt Cicero de Orat. 1, 63. Neſcio alios, *pro eo quod barbare dicitur, Neſcio de aliis,* Ter. Heaut. 2, 4, 16. Caſu neſcio quo in ea tempora noſtra aetas incidit, vt quum maxime florere nos oporteret, viuere etiam puderet Cic. Fam. 5, 15. Nepos 1, 7, 3. Neſcias eius ſit poteſtas poſthac, an nunquam tibi Ter. Heaut. 2, 3, 104. Neſcio an, *omiſſa negatione, ſignificat Fortaſſe. Vid. Manut. ad* Cic. Fam. 9, 9 *et* 14. *Conf.* Idem ibidem 9, 15 *pr. et* pro Flacco c. 26 *extr. et Burm. ad* Quinctil. 12, 11. *Cort. ad* Plin. 4, 11, 8. Neſcio de illo Plaut. Merc. 2, 3, 48. Id. Moſt. 3, 1, 77 Foenus illic foenus, hic neſcit quidem niſi foenus fabularier. Neſcimus, quid ſerus veſper ferat Gell. 13, 11. Neſcimus qui ſiet Plaut. Poen. 3, 3, 36. Neſcio quid, *Aliquid quod ignoro.* Ter. Heaut. 2, 2, 7 Faciam, ſed neſcio quid profecto mihi animus praeſagit mali. Laetus eſt neſcio quid Idem Andr. 2, 2, 3. Neſcio quid certe eſt Virg. Ecl. 8, 107. Cic. de Amicit. 19 Qualem fuiſſe Athenis Timonem neſcio quem accepimus. *Add.* Idem de Orat. 1 c. 46. *et* pro Deiot. c. 8. Plaut. Amph. 1, 1, 176. Cic. de Amicit. 86 c. 23 Serpit enim neſcio quomodo per omnium vitam amicitia. Neſcio quomodo ad aures iſtius peruenit Idem Verr. 6, (4) 64 c. 28. Nepos 7, 11, 1. *et* 8, 1, 3. Cic. de Amicit. 4 Genus autem hoc ſermonum poſitum in hominum veterum auctoritate, et eorum illuſtrium, plus neſcio quo pacto videtur habere grauitatis. Ter. Hec. 3, 1, 39 Neſcio quod magnum malum profecto Parmeno me celas. Dum liceat fateri neſcire quod neſciam Cic. de Orat. 1, 101. Mihi inter virtutes Grammatici habebitur, aliqua neſcire Quinctil. 1, 8 *extr.* Plaut. Mil. 2, 6, 89 Poſthac etiam illud quod ſcies neſciueris. *i. Tacebis, nec palam facies.* Ter. Eun. 4, 4, 54 Tu pol ſi ſapis, quod ſcis neſcis, neque de Eunucho, neque de vitio virginis. Donatus *admonet* eſſe prouerbium, Sumtum a dialecticorum ludis, in quibus huiusmodi quidam ſcirpi proponi ſolent: Facio, et non facio: Sum amicus, et non ſum amicus: Audio et non audio. Hoc prouerbio certam in tacendo fidem ſignificamus, dum quis quod ſcit, perinde continet ac diſſimulat quaſi neſciat. Neſcio vnde eam Ter. Eun. 2, 3, 13. Neſcio te ego? *h. e. Putas te mihi non eſſe notiſſimum?* Plaut. Men. 5, 1, 44. Idem Curc. *extr.* Ego te vehementer perire cupio ne tu me neſcias, *i. Ignores.* Neſcis nec in pace, nec in bello viuere Cic. . . *i. non potes.* Id. de Orat. 3, 60 Stoicos autem, quos minime improbo, dimitto: tamen, nec eos iratos vereor, quoniam omnino iraſci neſciunt. *h. e. Non poſſunt, aut nolunt.* Qui loqui neſciat Cic. de Orat. 3 c. 10. Neſcit vox miſſa reuerti Hor. A. P. v. 390. Lacrimare vultus neſcit Senec. Herc. fur. 13. Ludere neſcit Hor. de Arte Poët. 379. Stare loco neſcit Virg. Georg. 3, 84. Cic. de Clar. Orat. 110 c. 37 Non tam praeclarum eſt ſcire Latine, quam turpe neſcire. ¶ 2 Neſcitur, [ἀγνοεῖται] Cic. Att. 7, 12 Inde vtrum conſiſtere vſpiam velit, an mare tranſire, neſcitur. Idem Acad. 4, 32 Vt ſtellarum numerus par an impar ſit, neſciatur.

NESCĪTVS, a, um. Part. *Quod neſcitur.* Sidon. Epiſt. 8, 6 Litem inter Gallias ante neſcitam edidit. *Conf.* Ennod. de vita Antonii, et Boëth. 5, 3.

NESCIENS, entis. Partic. Ter. Heaut. 3, 1, 59 *vt,* Neſcientem ſentiat te id ſibi dare.

NESCIENTER. Adu. Auguſtin. de Doctr. Chriſt. 2, 40 Ipſis Aegyptiis neſcienter commendantibus. *Vulgo quoque tribuitur* Prudent. Apoth. Praef. 2 v. 4: *ſed contradicente N. Heinſ.*

NESCIENTIA, ae. f. Claud. Mamert. 1, 11 Agnoſco te multorum neſcientias attuliſſe.

NESCĬVS, a, um. Adi. [ἀνεπιστήμων] *Qui neſcit.* Fati neſcia Dido Virg. Aen. 1, 303. Idem ib. 10, 501 Neſcia mens hominum fati ſortisque futurae. Generis neſcia plebs Columel. 10, 58. Mali impendentis neſcius Plin. Epiſt. 8, 23. Rerum haud neſcius Virg. Aen. 12, 227. Veri Ouid. Met. 1, 614. Idem ibid. 1, 614 — viri quaſi neſcia quaerit. *h. e. Tanquam virum non cognouerit. Al.* Veri. Corda neſcia manſueſcere Virg. Georg. 4, 470. Neſcius vinci Ouid. ex Pont. 2, 9, 45. Lumina ſuccumbere neſcia ſomno Idem Epiſt. 12, 49. Tolerandi Tacit. Ann. 3, 1. Non eram neſcius Brute, quum quae ſummis ingeniis, exquiſitaque doctrina, *etc.* Cic. de Fin. 1, 1. Non ſum neſcius Craſſe iſta inter Graecos dici ſolere, *etc.* Idem de Orat. 1, 45 c. 11 *pr.* Et non ſum neſcius, *vid.* NON *Aduerbium.* ¶ 2 Neſcius, [ἀγνώτης] *Incognitus, qui ignoratur.* Plaut. Rud. 1, 5, 17 Loca neſcia. Gell. 19, 1 Quum ſonus aliquis formidabilis aut e caelo, aut ex ruina, aut repentinus neſcius periculi nuntius, vel quid aliud eiusmodi factum eſt, *etc.* Plaut. Capt. 3, 3, 15 Si quid neſciui, id neſcium tradam tibi. *Vid.* Gell. 9, 13. *et Drakenb. ad* Sil. 2, 98. Neſcia verba Arator in Act. Apoſt. . . Tacit. Ann. 1, 59 Aliis gentibus ignorantia imperii Romani inexperta eſſe ſupplicia, neſcia tributa. Neſcium quid habere Idem ibidem 16, 14.

NESI pro ſine poſitum eſt in lege dedicationis arae Dianae Auentinenſis. Feſtus.

NESION, i. n. *et* NESIS, idis. f. [Νησίον] *Inſula in Campano litore inter Pauſilypum et Puteolos, quae alio nomine dicitur* Neſis. Lucan. 6, 90 Tali ſpiramine Neſis. *Huius nominis obliquos producit* Stat. Silu. 3, 1, 150 Siluaque quae fixam pelago Neſida coronat. *Vid.* Cic. Att. 16, 10. *et* Plin. 19, 18.

NESSOTROPHIVM, i. n. [νησσοτροφεῖον] *Locus vbi anates clauſae paſcuntur* Columel. 8, 15 Neſſotrophii cura ſimilis, ſed maior impenſa eſt: nam clauſae paſcuntur anates, querquedulae, *etc.* νῆσσαι *Graecis, anates Latine dicuntur.*

NESSVS, i. m. [Νέσσος] *Centaurus fuit, Ixionis ex nube filius, ſagittis ab Hercule confixus, quod eius vxorem Deianiram rapuiſſet. Fabulam refert* Ouid. Met. 9 *Cui* Biſormis *eſt* v. 121, Ferox 101.

NESSĒVS, a, um. Adi. [Νέσσειος] Tabe Neſſea illita palla Seneca Herc. Oet. ſ. 6. Venenum Neſſeum Ouid. Epiſt. 9, 163. *h. e. Venenoſus ſanguis.*

NESSION, i. n. *Centaurium maius.* Apul. de Herb. c. 24.

NESTŎR, ŏris. m. [Νέστωρ] *Nelei filius ex Chlori vxore: qui eum quinquaginta nauibus ex Pylo contra Troianos venit, quanquam tertium iam ſaeculum ageret* Ouid. Met. 12, 188 Vixi Annos bis centum, nunc tertia viuitur aetas. *Item* Iuuen. Sat. 10, 246 Rex Pylius, magno ſi quidquam credis Homero, Exemplum vitae fuit a cornice ſecundae. Naevius *apud* Gell. 19, 7 Triſeclisenem appellauit. *De eodem* Hor. Carm. 3, 9, 13

At non ter aeuo functus amabilem
Plorauit omnes Antilochum ſenex
Annos. *Homeri ſcholiaſtes monet aetatem vnam ex veterum ſententia triginta annorum ſpatio definiri, qua ratione nonageſimum annum attigit Neſtor. Vid. Rader. ad* Martial. Epigr. 2, 8. Neſtoris anni, aetas, *etc. in prouerbium abiere, vt et eius* Eloquentia, et ſapientia. *Vid.* Cicero Fam. 9, 14. Pylius Neſtor Hor. Carm. 1, 15, 22. Vincere Neſtora eloquio Ouid. Met. 13, 64. ¶ 2 Neſtor *artifex, cuius pocula celebrantur. Vid. Rader. ad* Martial. 2, 6.

NESTORĬDES. Patronym. [Νεστορίδης] *et* NESTŎREVS, Poſſeſſiu. *vt,* Senecta Neſtorea Stat. Silu. 1, 3 *extr.* Gratia Neſtorei mellis Lucan. ad Piſon. 64.

NESTORIANVM, i. n. *Coloris ſpecies.* Plin. 33, 13.

NESTVS, i. m. [Νέστος] *Fluuius eſt Thraciae, a Strymone ſecus Abderam vrbem fluens.*

N E T

NĒTE, es. f. [νήτη] *ex νεάτη nouiſſima:* Ima chorda in tetrachordo Vitruu. 5, 4.

NETOĪDES, is. f. *Melopoeae ſpecies, quae plures ſonos ex vltimis recipit. Vid.* Mart. Capell. 9 p. 326.

NETRINA, NETRIX, *vid.* NEO.

NETVM, i. n. *Vrbs Siciliae. vid.* Cic. Verr. 2, 26. *et* Sil. 14, 269.

NETINI, orum. m. Pl. *Huius incolae.* Plin. 3, 8. Cic. Verr. 5, 56. *Al.* Netinenſes Idem ib. 2, 156.

NETVS, a, um. Adi. *etc. vid.* NEO.

N E V

NEV, [μήτι] *a* Neue *deductum eſt, per apocopen. i. Non.* Plaut. Stich. 1, 1, 20 Neu lacrima ſoror. Neu, *pro neue, et Non.* Ter. Andr. 1, 5, 56 Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras. Caeſ. Bell. Gall. 2, 20 Milites non longiore oratione eſt cohortatus, quam vti ſuae priſtinae virtutis memoriam retinerent, neu perturbaretur animo. Occupat auerſum, neu ſaeua retorqueat ora Ouid. Met. 4, 715. *i. et ne, ſ. quo minus.* Neu, neu, *conduplicatum, elegantem vim habet.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 76 Neu ſe, neu Pompeium abſentem imperatorem ſuum aduerſariis ad ſupplicium tradant, obſecrat. *Nempe*

NEVE, *idem fere, quod* neque, *aut* vel ne. Cic. de Legg. 2, 67 Eam neque nobis minuat neue viuus, neue mortuus. Id. Fam. 1, 9 Peto a te, vt id ad me neue in hoc reo, neue in aliis requiras.

NEVERĪTA, ae. f. Reuerentiae Dea, *vt eſt in veteribus* Gloſſis. Mart. Capell. 1 p. 16. *Cum* Neptuno et Coſſo (*f.* Conſo) *coniungitur* Neuerita *ſ. vt alii libri habent* Nerita: *vnde recte coniicit Grotius* Nerina *pro* Nerio *v. v.*

NEVGMATE, *vid.* NEGVNATE.

NEVŎLO, vis, vult. [μὴ θέλω] *veteres dixerunt, pro* Non volo, *vel* Nolo. Plaut. Trin. 5, 2, 32 Filiam meam tibi deſponſatam eſſe audio, niſi tu neuis. Id. Moſt. 3, 2, 70. *et* Trin. 2, 2, 80. Titinnius Setina, Ipſius quidem hercle ducem neuult Nonius 2, 581.

NEVRA, Gell. *vid.* NERVVS.

NEVRAS, ădis. f. [νευρὰς] *Ionum lingua herba appellata eſt, quae alio nomine* Poterion *dicitur, neruorum diſſolutiones iuuans, vnde et nomen accepit. Haec etiam in vino pota, ranarum, quas rubetas nominant, veneno medetur, vnde et Phrynion vocatur.* Plin. 25, 10 Sunt et ranis venena, rubetis maxime. Auxiliatur eis Phrynion in vino potum. Aliqui neurada appellant, alii poterion, *etc. Eadem et* Paronychia *appellatur, quod ταῖς παρωνυχίαις, hoc eſt abſceſſibus circa vngues medeatur. Add.* Plin. 27, 12.

NEVRI, orum. m. Pl. [Νευροὶ] *Populi Scythiae Europeae, ad Boryſthenem amnem, quorum meminit* Plin. 4, 12.

NEVRIS, ĭdis. f. [νευρὶς] *Herba, quam alii Solanum, alii Veſicariam appellant. Dioſcorid.* 4, 74 *et* 75. Plin. 21, 31. *Hermolaus in eundem.*

NEVRIS, is. f. [Νευρὶς] *Inſula eſt Propontidis Cizico adiacens, aliis nominibus Elaphonneſus et Proconneſus dicta.* Plin. 5 c. vlt.

NEVRICVS, *vid.* NERVVS.

NEVROBĂTA, ae. m. [νευροβάτης] Neurobatae, *funambuli, qui omnifariam prorepunt, qui ambulant ſuper neruos et funes nerueos. τὰ νεῦρα Graeci neruos dicunt.* Iulius Firmic. 8, 17 Cum teſtimonio vero Martis et Lunae erunt funambuli, oribatae, neurobatae, et qui talia pertractent. *Conf.* Hygin. c. 273 Mytholog. *et Turneb. Aduerſ.* 11, 15. Vopiſc. in Carino 19 Neurobaten, qui velut in ventis cothurnatus ferretur, exhibuit.

NEVROĪDES, is. m. [νευροειδὴς] *Species eſt* ſilueſtris lactucae, quae alio nomine Limonium appellatur, multo minoribus foliis, quam beta ſatiua, vndecim interdum caules habens Plin. 20, 8.

NEVROSPASTON, i. n. [νευρόσπαστον] *Herba eſt, quam* Graeci κυνόσβατον (*Rubum caninum*) *vocant:* Folium habet veſtigio hominis ſimile. Fert et vuam nigram, in cuius acino neruum habet: vnde et nomen accepit Plin. 24, 14 ſ. 74. Neurospaſta, *item Imagunculae, quae neruis quibusdam, et fidiculis occultis mouentur, perinde ac ſi viuerent. Vid. Cael. Rhodig.* 7, 16. *Interpretes ad illud* Hor. Serm. 2, 7, 82 Neruis alienis mobile ſignum, vt plane homines non, quod dicitur, λογικὰ ζῶα, ſed ludicra et ridenda quaedam neuroſpaſta eſſe videantur, ſi nihil ſua ſponte, nihil arbitratu ſuo faciunt, ſed ducentibus ſtellis et aurigantibus. Gell. 14, 1. *et Muret. Com. in Plat. Rempub. p.* 649. *De* obſcenis neuroſpaſtis, *agit Lucian. de Dea Syr. p.* 664. *Hinc* Neuroſpaſtae *vna voce dici poſſunt, quos* Apul. de mundo p. 70, 15 *ita deſcribit,* Qui in ligneolis hominum figuris geſtus mouent: quando filum membri, quod agitari ſolet, traxerint, torquebitur ceruix, nutabit caput, oculi vibrabunt, manus ad omne miniſterium praeſto erunt, nec inuenuſte totus videbitur viuere.

NEVTER, tra, trum. Triſyllabum, *teſte* Priſciano 6 p. 694 Genitiuo neutri, ae, i; et neutrius. [οὐδέτερος] *Ne vter, nec hic, nec ille.* Ter. Andr. 5, 1, 20 Vero vultu, quum ibi me adeſſe neuter tum praeſenſerat. Cic. de Amicit. 53 Quod Tarquinium dixiſſe fertur, tum quum exul eſſet, ſe intellexiſſe, quos fidos amicos habuiſſet, quosque infidos, quum iam neutris gratiam referre poſſet. Neuter anguis, *i. Nec mas, nec femina* Cic. de Diuin. 2, 62. Idem Off. 2, 20 Tamen ſine hominum opibus et ſtudiis neutram in partem effici poſſunt. Idem Acad. 4, 130, c. 42 Huic ſummum bonum eſt in his rebus neutram in partem moueri. Neutrius partis Idem ibid. 4, 42. In neutris partibus eſſe Senec. de Ira 2, 23 *extr.* Neuter alterum diligit, *dicimus: non autem* Neuter neutrum. *i. Neque ille hunc diligit, neque hic illum.* Neutrum ab altero ſeparo Quinctil. 1. Quid bonum ſit, quid malum, quid neutrum Cicero de Diuin. 2, 10 c. 4. Neuter alteri officit Quinctil. 1, 1 p. 17 B. Neuter vtri inuidet Plaut. Stich. 5, 4, 41. *Genit.* Neutri: Et maſculini et feminini gignite Generisque neutri filios Auſon. Epiſt. 49. *Alia antiqua* Priſcianus *l. c.*

NEVTRO. Adu. [οὐδετέρωσε] *Nec ad vnam partem, nec ad alteram.* Liu. 5, 26 Praeliaque parua fieri: et teri tempus, neutro inclinata ſpe. *i. In neutram partem.* Idem 24, 15.

NEVTRŎBI, *vel rectius* NEVTRVBI. *Idem.* [οὐδετέρωθι] Plaut. Aul. 2, 2, 56 Neutrubi habeam ſtabile ſtabulum. Ammian. 19, 5 Neutrubi praelio inclinato.

NEVTRĀLIS, e. Adi. [οὐδετερικὸς] *Quod eſt neutrius partis. Vnde* Neutralia verba *dicta ſunt, Quae neque agunt aliquid, neque patiuntur. vt,* Sto, Iaceo, *etc. Vtitur* Diomed. 1 p. 338 *extr.* Priſcian. *paſſim.* Nomina neutralia Quinctil. 1, 5. Poſitio neutralis Idem 1, 4. *Conf.* Tertull. aduerſ. Prax. c. 22. *et* Mart. Capell. 3.

NEVTRALĬTER. Adu. Chariſius 1 p. 55 Quamuis Gellius fora nauium neutraliter dixerit. *Paullo poſt,* Ocymum conſuetudo neutraliter dicit. Rurſus, Vulgus inuenitur et maſculine elatum, vt *apud* Virg. Aen. 2, 98 Hinc ſpargere voces In vulgum ambiguas. Sed idem et neutraliter in Aen. 1, 153 Saeuitque animis ignobile vulgus. *Adde* Nouatian. de Trinit. c. 22.

NEVTĬQVAM, [μηδαμῶς] *inquit* Donatus vna pars orationis eſt, pro Nequaquam, *ad* Ter. Andr. 2, 1, 32 Ego Charine neutiquam officium liberi eſſe hominis puto, quum is nihil promereat, poſtulare id gratiae apponi ſibi. *Vid.* Idem Heaut. 2, 3, 116. Cic. Att. 9, 10. Feſtus *exponit* nullo modo.

NEVVS Scribon. 228. *vid.* NAEVVS.

N E X

NEX, necis. f. [φόνος] *Mors, ſiue caedes, quae ferro fit, aut alia vi.* Cic. pro Milon. 9 c. 4 Inſidiatori vero et latroni quae poteſt afferri iniuſta nex? Siſenna lib. 4 Hiſtor. *ap.* Non. 2, 593 Quoniam neque mea nex, neque interceſſio poſſe videntur illorum dementem reprimere audaciam. Auctor. ad Herenn. 4, 31 Tiberium Gracchum Remp. adminiſtrantem prohibuit indigna nex diutius in ea commorari. *Eſt etiam* Quinctil. Decl. 8. Caeſ. Bell. Gall. 6, 19 Viri in vxores, ſicuti in liberos, vitae, necisque habent poteſtatem. *Apud* Plinium *inuenies* Neces *in Nominatiuo, Accuſatiuo, et Vocatiuo pluralibus.* Fas ideo miſcere neces Val. Flacc. 3, 381. *De Naturali morte hac voce vſus eſt* Iuſtin. 42, 1, 1 *obſeruante Bernegg. et ad* Sueton. Caeſ. c. 5 n. 2. *Adde Freinſhem. ad* Florum 3, 23, 7. Necem a Graeco dici certum eſt, *inquit* Feſt. νεκρὸν enim mortuum dicunt Graeci. Dignus nece Ouid. Epiſt. 6, 146. Artifices necis, *Qui nouum aliquod mortis genus comminiſcuntur* Ouid. de Arte Am. 1, 655. Amor necis Id. Triſt. 3, 8, 39. Auctor Ouid. Met. 8, 449. Ciuium multorum neces Cic. in Catil. 1, 18. Iniuſta Idem pro Milon. 9 c. 4. Afferre necem, *vid. paullo ante in* NEX. Cecidit nece vir Ouid. Epiſt. 14, 12. Comminari necem alicui Sueton. Caeſ. c. 14. Conſciuit ſibi ipſi necem Iunius Cic. de Natur. Deor. 2, 8 c. 3. Dedere aliquem neci Virgil. Georg. 4, 90. Demittere aliquem neci Idem Aen. 2, 5. Dare aliquem infandae neci Ouid. in Ibin 380. Datus neci, *auctore* Feſto, proprie dicitur, Qui ſine vulnere interfectus eſt, vt veneno, aut fame. Effugere necem Ouid. Met. 7, 424. Eripere necem alicui, *Conſeruare aliquem quo minus pereat,* Stat. Theb. 3, 69. Inferre necem, *vid.* INFERO. Maturare alicui Hor. Carm. 3, 7, 16. Meruiſſe Ouid. Epiſt. 11, 109. Miſcere neces Valer. Argon. 3, 381. Miſſa corpora neci Ouid. Met. 7, 606. Moliri alicui Tacit. Ann. 13, 1. Occumbere neci Ouid. Met. 15, 599. Parare alicui Idem de Arte Am. 1, 73. Pati indignam Idem Met. 10, 627. Patrare Tac. Ann. 2, 88. Praebere cauſam Ouid. Epiſt. 2, 148. Tortus gelida nece Lucret. 4, 551. *Alii aliter.* Vlciſci alicuius Ouid. Met. 7, 458. Vrgendus graui Seneca Herc. Oet. 14, 16. In necem alterius, *pro In damnum et fortunarum euerſionem.* Vlpianus de Crimine ſtellionatus, Si quis impoſturam fecerit, vel colluſionem in necem alterius. *Budaeus,* Idem Vlpian. in l. Summa. D. de peculio.

NEXO, āre. NEXVS, *etc. vid.* NECTO.

N I

NI, [εἰ μὴ] *a* Niſi *per apocopen factum, Si non. Subiunctiuo interdum iungitur, interdum etiam Indicatiuo, iisdem nempe legibus, quibus ſimplex* Si. Ter. Andr. 3, 4, 19 Mirum ni domi eſt. Cic. de Finib. 3, 66 Quod ni ita ſe haberet, nec iuſtitiae vllus eſſet, nec bonitati locus, *etc. Add.* Idem Tuſc. 5 c. 39. Plaut. Men. 1, 2, 1 Ni mala, ni ſtulta ſis, ni indomita imposque animi, Quod viro eſſe odio videas, tute tibi odio habeas. ¶ 2 Ni, *pro Ne* Virg. Aen. 3, 686

Contra iuſſa monent Heleni, Scyllam atque Charybdim
Inter vtramque viam lethi diſcrimine paruo,
Ni teneant curſus, certum eſt dare lintea retro.

Vbi Seruius: Antiqui Ni pro Ne ponebant, qua particula plenus eſt Plautus, Ni mala, Ni ſtulta ſis. (*Aut alium locum prae oculis habuit Seruius, aut non totum legit, quem modo dedimus ex* Men. 1, 2, 1) Senſus ergo talis eſt, Ne curſus teneant, hoc eſt agantur, et impleantur inter vtramque viam modico mortis interſtitio, id eſt Scyllae et Charybdis. Lucr. 2, 734 Niue alium quemuis quae ſunt imbuta colorem Propterea gerere hunc credas. *Conf. Brouckh. ad* Propert. 2, 6, 3. *et Drakenb. ad* Sil. 1, 374. ¶ 3 *Vim conditionatam retinet in ſponſionibus et iudiciis, v. g.* Cic. pro Muraen. Sponſionem facere poſſent, ni aduerſum edictum Praetoris vis facta eſſet. Idem Verr. 3, 132 Sponſio facta eſt cum cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus, ni ſocium tibi in decumis eſſe dictaret. *Et ſic ſaepe ibid.* Idem ibid. 5, 141 Cogere eum coepit: quum ageret nemo, nemo poſtularet, ſeſtertiis duobus millib. ſponſionem facere cum lictore ſuo, ni furtis quaeſtum faceret. *Ita in* Oratione P. Africani *apud* Gell. 7, 11 *ter ponitur in prouocatione aduerſarii,* Ni hoc ita eſt (*niſi accuſatio vera eſt*) qui ſpondet mille numûm? *Mihi ſoluendum, ſi verum dixero, a me ſi falſum.*

N I C

NICASIO, onis. m. Cicero Att. 12, 5 Nicaſionum archetypa. *Quo loco Turnebus:* Nicaſionum archetypa, *inquit, per ſirpum ſignificant* *ſene-*

feneratorum calendarium, vel quod Nicaſio feneratør fuerit, vel quod in Nicaſione fabula a Caecilio neſcio quid tale ſcriberetur: vel certe quod proprium nomen, quod Graecum eſt origine, quadam laſciuia ad interpretationem Romanam, ad quam alludit, reuocaretur: quaſi Nicaſio, a nicando, id eſt necando dicatur, vt eneco et enico dicitur: feneratorum autem crudelitas homines trucidare, enecareque videtur: vel quadam etiam alia ioci luxuria, quaſi hominum ſint victores. Haec ille Aduerſ. 12, 4. Si nondum ſatis ſit coniecturarum, poſſis Nicaſiones interpretari contentioſos homines, iudicia minantes, a νεῖκος, etc.

NICĀTOR, ōris. m. Cohors Macedonum regia, apud Liu. 43, 19. Item Seleucidarum Syriae regum cognomen. Vid. Spanhem. de Num. diſſ. 7.

NĪCAEA, et NICIA, ae. f. [Νίκαια] Aliquot vrbium nomen, in quibus Bithyniae illa celeberrima. Catull. 46, 5 Nicaeaeque ager vber aeſtuoſae. Hinc

NICAEENSIS, et NICENSIS, e. Adi. Nicaeenſes Cic. Fam. 13, 61. Nicenſes vocantur Plin. Epiſt. 10, 48 et 49.

NICEPHORIVM, i. n. [Νικηφόριον] Quaſi tu Victorioſum dicas, Oppidum eſt Meſopotamiae, non procul ab Euphrate fluuio, ab Alexandro magno conditum Plin. 6, 26. Liu. 32. it. 33 et 34. ¶ 2 Nicephorius amnis Tacit. Ann. 15, 4, 2.

NICEPHŎRVS, i. m. [Νικηφόρος] Victorioſus, nomen proprium, v. g. Villici Q. Fr. Ciceronis. Vid. Q. Fr. 3, 1, 2.

NĪCER, cri. m. Fluuius Sueuiae in Germania. Sidon. 7, 324. et Auſon. Eidyll. 3, 423.

NĪCEROS, ōtis. m. Vnguentarius. Martial. 12, 66.

NICEROTIĀNVM, i. n. [νικερωτιανὸν] Delicatius odoramentum et vnguentum: dictum ab artifice probo Nicerote. Martial. 6, 55 Fragras plumbea Nicerotiana. Idem 10, 38 Nimbis ebria Nicerotianis. Conf. Sidon. 9, 324.

NICETĒRIA, orum. n. Pl. [νικητήρια] Praemium victorum: accipitur etiam pro Sacrificio vel epulo victoriae gratia facto, quod etiam Epinicia Plurali numero dicitur. Iuuen. Sat. 3, 68 Et ceromatico fert niceteria collo. Conf. Scholiaſt. Auguſtin. Conf. 4, 2. Hieron. in vita Hilarion. et Aelian. Var. Hiſt. 2, 41.

NICO, vel NICON, ōnis. m. Victorem notat. Proprium variorum apud Graecos. Sed etiam Aſini nomen apud Suet. Auguſt. c. 96. extr.

NICO, ĕre. Verbum eſſe volunt antiquum, a quo deductum eſt Nictare, et ſignificat Signum facere, vt manum mouere, aut ea minari. Plaut. Truc. 2, 7, 63 Emoriere ocyus, ſi manus niceris. GE. quid ſi manus nicerim? Vbi Icerim ſaepe legendum credidit Turnebus 24, 17. Sed quum aliquam eſſe nictandi originem auguraretur, nec aliam quiſquam comminiſci poſſit retinendum putauit Nicerim. Scal. Coniect. p. 161 legendum cenſet, Si viam inuiteris (pro imbiteris) GE. Quid viam inuiterim (imbiterim) Si quid omnino mutandum ſit: non eſt autem alia cauſa, quam raritas verbi, quod nondum alias inuentum eſt, placeret Meurſiana emendatio ex MS. Pariſ. manus inieceris. Forte fuit iniceris.

NICOLĀVS, i. m. [Νικόλαος] Nomen proprium, quaſi victor populi. v. g. Nicolaus Damaſcenus [Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς] Peripateticae ſectae philoſophus fuit, Herodi Iudaeorum tetrarchae, et Auguſto Caeſari familiaris, a quo ¶ 2 Nicolai vocantur Palmarum balani grandiores. Plin. 13, 4. vbi nominis rationem aſſignat. Conf. Spanh. de Num. diſſ. 6.

NICOMĒDES, is. m. [Νικομήδης] Rex Bithyniae, Romanorum amicus, qui olim raſo capite ſumſit pileum, et ſe Romanorum libertum vocauit, a quo Nicomedia. Vid. Iuſtin. 34, 4, 5. et 38, 5, 15.

NICOMEDIA, ae. f. [Νικομήδεια] Ciuitas Bithyniae, a Nicomede rege, qui eam condidit, appellata. Vid. Plin. Natur. Hiſt. 5, 32. et Plin. Epiſt. 10, 42.

NICOMEDENSIS, e. Adi. Nicomedenſes, Incolae, Plin. Epiſt. 10, 43. Quid ſi melius eſſet Nicomedienſes?

NICON, vid. paullo ante NICO.

NICOPHŎRVS, i. f. Herba, qua victores coronabantur, Smilax Plin. 24, 10 ſ. 49.

NICOPŎLIS, i. f. [Νικόπολις] Vrbium plurium nomen. Nobiliſſima Ciuitas Epiri, a victoria Auguſti ſic appellata, quia Cleopatram et M. Antonium apud Actium bello ſuperauit. Vid. Plin. 4, 1. et Suet. Auguſt. c. 18.

NICOPOLITĀNVS, a, um. Adi. Plin. 4, 1 Nicopolitana ciuitas. Alcim. Auit. Epiſt. vlt. Nicopolitanus Epiſcopus.

NICOSTRĂTA, ae. f. Mater Euandri Arcadis futurorum vaticinatrix, eadem CARMENTA, v. v.

NICOSTRATEGI, vid. NYCOSTRATEGI.

NICTO, āre. [ὀφθαλμιάω, σκαρδαμύττω] Frequent. priſci verbi Nineo, ere; eſt Quum oculis ſignum damus claudendo, vel vtrumque vel alterum. Non. 5, 71 Nictare oculorum ſignificantiam eſſe veteres decreverunt. Plaut. Aſin. 4, 1, 39 Neque illa vlli homini nutet, nictet, annuat. Conf. Idem Men. 4, 2, 49. et Merc. 3, 2, 72. Plin. 11, 37 Pleriſque vero naturale eſt, vt nictare non ceſſent: quos pauidiores accepimus. ¶ 2 Eſt etiam Deponens. Plin. 11, 37 Grauiores alitum inferiore gena conniuent: eaedem nictantur, ab angulis membrana obeunte. Nictari, (inquit Feſtus) et oculorum et aliorum membrorum niſu ſaepe aliquid conari, dictum eſt ab antiquis, vt Lucret. (6, 836) Hic vbi nictari (Lambin. malit nixari) nequeunt, inſiſtereque alis. Caecilius in Hymnide, Garruli ſine (ſic Scal.) dentes iactent, ſine nictentur perticis. Nouius in Macho Copone, Actûtum ſcibis, cum in neruo nictabere. Vnde, quidam nictationem, quidam nictum, vt Caecilius in Pugile, Tum inter laudandum hunc timidum tremulis palpebris percutere nictu, hic gaudere et mirarier. Reliqua pertinent ad Nicto, is. de quo ſtatim.

NICTANS, antis. Part. Metaphor. Lucr. 6, 181 Diſſipat ardoris quaſi per vim expreſſa repente Semina, quae faciunt nictantia fulgura flammae.

NICTATIO, ōnis. f. [βλεφαρισμὸς] Plin. 11, 37 Nec genae quidem omnibus: ideo neque nictationes iis, quae animal generant. Sine vlla nictatione Idem ibid. Conf. Solin. c. 27 (40) et 40, (53). Add. Feſt.

NICTATOR, ōris. m. Sidon.

NICTVS, ûs. m. Idem. Signaque dat nictu Ouid. Faſt. 1, 418. Nictu quoque ſigna Remittit Idem Met. 3, 460. Nec tibi Per nictus accipienda nota eſt Idem de Arte Am. 1, 138. Sic leg. Heinſ. et Burm. Conf. Heinſ. ad Claud. Conf. Mall. v. 312. Vid. Feſt. Laur. Valla Annot. in N. T. 1 Cor. 15, 52 In nictu oculi, legendum putat, pro ictu.

NICTO, nicti, ĕre. [ὕζω] Feſtus, Nictit canis in odorandis veſtigiis ferarum leuiter ganniens; vt Ennius lib. 10 (ex emendatione Scalig.) Animusque in pectore latrat, Veluti ſi quando vinclo venatica aëno Apta ſolet, canis ſi forte ex nare ſagaci Senſit, voce ſua nictit, vlulatque ibi acute.

N I D

NIDAFANTIS barbarum et corruptum epitheton Caſſiae, apud Veget. Mulom. 4, 13, 4 pro Daphnitae vel Daphnitidis.

NIDAMENTVM, NIDIFICO, NIDIFICIVM, etc. Vid. NIDVS.

NIDOR, ōris. m. [κνίσσα] Proprie dicitur Odor cuiuscunque rei aduſtae, et hinc alium vel pinguem vel alias moleſtum odorem Virg. Aen. 12, 301 Illi ingens barba reluxit, Nidoremque ambuſta dedit. Martial. 1, 93 Paſceris et nigrae ſolo nidore culinae. Lumen extinctum offendit nares nidore Lucret. 6, 792. Ganearum nidor et fumus Cic. in Piſon. 13. Nidore Prandii ictus Suet. Claud. c. 33. Carus nidor Horat. Serm. 2, 2, 19. de luxu culinae. Cancri nidor aduſti Plin. 12, 9. Chelydri graues nidore Virg. Georg. 3, 415. Meton. Plaut. Moſt. 1, 1, 5 Exi, nidor, e culina, in eum, qui propter longas in culina moras odorem illum contraxit. Nidor etiam de Stercore dicitur, vt monuimus: Apul. 4 p. 144 Elmenh. Alios putore nidoris foetidi a meis ſcapulis abegiſſem. Sed odor culinae, edaci homini ſuauis, eſt Hor. Serm. 2, 7, 38 — naſum nidore ſupinor. Neque enim recte Porphyrio interpretatur: Nidorem pro riſu poſuit: a quo verbum fit Renideo. Acron melius, Naſum, inquit, nidore ſupinatur, qui nimium delectatur, et inclinatur odoribus pulmentariorum. Nidor autem a nimio odore tractum: Addit tamen ipſe quoque, ſeu riſu; vnde et Renidet. vid. RENIDEO. Plin. 13, 1 Cedri tantum et citri ſuorum fruticum in ſacris fumo conuolutum nidorem verius quam odorem nouerant. De tetro odore deuſti cimicis Columel. 6, 18, 2. De foetore animalis in oleum delapſi Pallad. Nou. 20, 2. Hinc Metaphor. Saluian. 7 p. 244 Foetebant cuncti vrbis illius ciues coeno libidinis, ſpurcum ſibimetipſis mutuo nidorem impudicitiae inhalantes.

NIDORŌSVS, a, um. Adi. Tertull. aduerſ. Marc. 5, 5 Holocauſtomata nidoroſa.

NIDEO, ēre. Cuius compoſitum in vſu eſt, Renideo, forte latet apud Petron. c. 109 p. 503 Nunc vmbra nudata ſua iam tempora moerent, Areaque attritis nidet aduſta comis. Sic nempe legendum videtur, pro ridet, in quo operam et oleum perdidiſſe videntur viri docti. Nidet poteſt eſſe olet: vt, Renideres nobis videtur eſſe geſtus odorem captantis.

NĪDVS, i. m. [νεοττιὰ] Auium domicilium. Plin. 10, 29 In Fidenate agro iuxta vrbem ciconiae nec pullos, nec nidum faciunt. Aditus nidi, vid. ADEO. Apium nidi Virg. Georg. 4, 56. Domus et nidi Idem Aen. 5, 214. Adulteratus Plin. 10, 9. Vid. Subiicere pullos, in SVBIICIO. Dulces Virg. Georg. 1, 415. Verni Stat. Silu. 3, 5, 57. Abducere in diuerſum a nido, vid. ABDVCO. Conſtruere ſibi nidum Ouid. Met. 15, 397. Conſtruunt cubilia ſibi nidosque, eosque quam poſſunt molliſſime ſubſternunt gallinae, auesque reliquae, vt quam facillime oua ſeruentur Cic. de Natur. Deor. 2, 129. Denitus cacumine Ouid. Met. 13, 833. Detrahere aues nido Virg. Georg. 4, 514. Egredi nidis Quinct. 2, 6. Fingunt et conſtruunt nidos procreationis atque vtilitatis ſuae cauſa volucres Cic. de Orat. 2, 23 c. 6. Migrare nidum Gell. 2, 29. Tacit. Ann. 6, 28 Suis in terris ſtruere nidum. Texere Quinct. 2, 16. ¶ 2 Per Metonymiam Nidus aliquando accipitur pro Foetu auium. Virg. Georg. 4, 17 Ipſaeque volantes Ore ferunt dulcem nidis immitibus eſcam. Nonius 6, 63. Loquaces nidi Virg. Aen. 12, 475. Queruli Seneca Herc. fur. 148. Conf. Iuuenal. 5, 142. Hinc Columel. 7, 9, 13 Nidum vocauit ſcrofae vnius ſobolem. ¶ 3 Nidus, pro Poculo (ad nidorum ſimilitudinem facto.) Varro Quinquatribus, Quam lympham melius e lacuna fontium allatam, nidos potili permiſceat Non. 2, 588. ¶ 4 Nidus, pro Domo cuiusque propria Hor. Epiſt. 1, 10, 6 Tu nidum ſeruas: ego laudo ruris amoeni Riuos, etc. Ita Virginius villam ſuam Allienſem vocare ſolebat Nidum ſenectutis ſuae Plin. Epiſt. 6, 10. Hor. Carm. 3, 4, 14 Celſae nidum Acherontiae ſimiliter appellauit. Sed etiam Nidi, dicuntur, In quibus merces in tabernis ſeparatim tenentur. Martial. 1, 118 De primo dabit, alteroue nido Raſum pumice, purpuraque cultum.

NIDV̆LVS, i. m. [νεοττίδιον] Paruus nidus. Gell. 2, 29. Cic. de Orat 1, 196 c. 44 In aſperrimis ſaxulis, tanquam nidulum, affixam, vocat Ithacam, Vlyſſis patriam. Add. Arnob. 2 p. 55.

NIDIFĬCO, āre. [νεοττεύω] Nidum facere. Virg. ap. Donat. in Vita Sic vos non vobis nidificatis aues. Add. Columel. 8, 8 et 15. Plin. 10, 32. Idem 9, 26 Eadem piſcium ſola nidificat ex alga, atque in nido parit. Nidificare luto Plin. 10, 52. Lactant. 2, 4.

NIDIFĬCVS, a, um. Adi. [νεοττευτικὸς] Seneca Med. 714 Quodcunque tellus Vere nidifico creat.

NIDIFICIVM, i. n. Apul. Met. 8 p. 211 In carioſo ſtipite inhabitantium formicarum nidificia burriebant.

NIDĬCVS, a, um. Adi. Fragm. Varr. . . Ad quos tum volucres venit puſillos Vſque ad limina nidica eſca vilis. Al. Indica. Vid. Non. ad Limen et ad Vile 4, 278. et 12, 41. Quibus collatis, nihil hic certi eſſe, intelliges.

NIDV̆LOR, āri. [νεοττεύομαι] Plin. 11, 28 Paruosque in iis contra rigorem hiemis vermiculos foetus ſui nidulantur, i. tanquam in nidis collocant, fouent, excludunt. Alias fere ſine caſu ponitur. Gell. 2, 29 Habitat, nidulaturque in ſegetibus. Nidulari, Ouis incubare. Varr. Hebdomadôn 1 Prima dies, deinde illos quibus halcyones hieme in aqua nidulantur, eos quoque ſeptem eſſe dixit Non. 2, 589.

NIDAMENTVM vel pl. NIDAMENTA ſunt flocci, pinnae, muſcus etc. quaecunque congerunt animalia, nidorum parandorum cauſa, vt bene declarat Turn. 26, 2 ad illud Plaut. Rud. 3, 6, 52 In neruo mille hodie nidamenta congeret. Arnob. 6 p. 202 Non videtis ſub iſtis ſimulacrorum cauis ſtelliones, ſorices, mures, blattasque lucifugas nidamenta ponere, atque habitare?

N I G

NIGELLVS, a, um. Adi. Vid. paullo poſt, ſub NIGER, a, um.

NIGER, gri. m. Fluuius Africam ab Aethiopia dirimens Plin. 5, 1 et 2. Idem 5, 9. Vid. NIGRIS.

NĬGER, gra, grum. Adi. [μέλας, αἰανὸς, ἑλικὸς, κελαινὸς, ὀρφνινὸς, ἴωλος] Ater et obſcurus color, qui et fuſcus quibusdam dicitur. Plaut. Capt. 3, 4, 115 Macilento ore, naſo acuto, corpore albo, et oculis nigris. Aequoris nigri fremitus Hor. Carm. 2, 27, 23. Aër niger Virg. Georg. 1, 423. Agmen Id. Aen. 4, 404. de formicis. Argentum, cuius ſummam polituram, qua velut pellucidum fit, ſic videtur indicare Sidon. Apoll. Carm. 17, 8 Nec per multiplices abaco ſplendente cauernas

cauernas Argenti nigri pocula defodiam. Auernum Ouid. Amor. 3, 9, 27. Auſter nigerrimus Virg. Georg. 3, 278. Caelum pice nigrius Ouid. Epiſt. 18, 7. Capilli Hor. Epiſt. 1, 7, 37. Colles nigri, *Vmbroſi propter arbores* Id. Carm. 4, 12, 11. Color Ouid. Met. 2, 236. Crinis Hor. Carm. 1, 32, 12. Folia nigriora Plin. 24, 15. Imber nigerrimus denſis Auſtris Virg. Aen. 5, 696. Lacus Id. ibid. 6, 238. Limus Id. Georg. 4, 478. Liuor Ouid. Amor. 3, 5, 26. Locus ſit niger Scribon. 230. Monedula nigra pedes Ouid. Met. 7, 468. Mors Stat. Theb. 9, 851. Nemus Virg. Georg. 3, 333. Noctis nigrae vmbra Lucret. 4, 541. Nubes Virg. Aen. 5, 516. Oculi Hor. Carm. 1, 32, 11. Ouis Virg. Georg. 4, 546. Id. Aen. 3, 120 Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo, Nigram hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam. Nigram hiemi pecudem *immolari Maro facit, vt et* Horatius *ei agnam, quum eſſet tempeſtas ritu Romano dea:* Epod. 10, 23 Libidinoſus immolabitur caper, Atque agna tempeſtatibus. *Turnebus.* Pice nigrius Ouid. Her. 18, 7. Puluis Virg. Aen. 9, 33. Sanguis Ouid. Met. 12, 326. Somnia Tibul. 2, 1, 90. Splendor Plin. 12, 4. Superſtitio Stat. Theb. 6, 11. Siluae nigrae, *Obſcurae vmbroſae* Hor. Carm. 1, 21, 7. Terra nigra et pinguis Virg. Georg. 2, 203. Turbo Id. ibid. 1, 320. Vaccinia Id. Ecl. 2, 18. *et* 10, 39. Venenum Id. Aen. 4, 514. Violae Idem Eclog. 10, 39. Vmbrae Lucret. 4, 342. Vua nigerrima Catul. 18, 16. ¶ 2 *Obſeruationes et Formulae:* Cic. de Diuin. 2, 9 c. 3 Aut num neſcio qui ille diuinus, ſi oculis captus ſit, vt Tireſias fuit, poſſit quae alba ſint, quae nigra dicere: aut, *etc.* Iuuen. Sat. 1, 72 Inſtituitque rudes melior Locuſta propinquas Per famam et populum nigros efferre maritos, *Signa veneni, liuores et maculas habentes.* Niger, Noxius. Virg Georg. 2, 214 Et nigris exeſa chelydris Creta. *Sic* Seruius: *ſed poteſt etiam color intelligi. Caeterum* Niger, *Malus eſt* Iuuen. Sat. 3, 30 — nigrum in candida vertunt. *Solebant enim priſci, quod bonum et laudabile erat, creta, vel alba linea notare. Quod autem noxium et malum, nigro colore.* Niger, *i. Improbis moribus, et ingenio infido.* Hor. Serm. 1, 4, 84 Commiſſa tacere Qui nequit: hic niger eſt, *etc. Puto (inquit hic Lambinus) Horatium reſpicere ad ſymbolum Pythagoricum illud, quod monet,* μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων, *id eſt, ne guſtemus de his, quibus nigra eſt cauda: quo vetabat Pythagoras, vt interpretatur Plutarchus, verſari cum hominibus, qui nigri eſſent morum improbitate. Haec ille. Add. ib. v.* 90. Domus nigra queſtu, *Funeſta* Stat. Silu. 5, 1, 19. Nigra turba Id. ibid. 1, 3, 103. *pro Hominibus praui ingenii, ſec. lectionem Boxhorn.* Cic. pro Caecin. 27 c. 10 Et argentarius Sext. Clodius cui nomen eſt Phormio: nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus eſt Phormio. *Nempe, ſi audimus* Martial. 12, 54 Crine ruber, Niger ore, breuis pede, lumine captus, Rem magnam praeſtat ſi bonus eſt. Nigrior Martial. 12, 34. Plin. 24, 15. *Add.* Colum. 3, 2. Nigrius Ouid. Her. 18, 7. Plin. 15, 25 Ceraſorum Aproniana maxime rubent: nigerrima ſunt vt Actia. *Vid. ſupra.*

NIGELLVS, a, um. Adi. dimin. *Parum nigrum.* Auſonius Epiſt. 4, 72 Cadmi nigellas filias, *i. literas.* Amiculum Varro *ap.* Non. 16, 14. Pupulae Id. *ap.* Eund. 6, 43. Herba floribus nigellis Apul. de Herb. c. 75.

NIGRĒDO, ĭnis. f. *Ipſe color fuſcus.* Apul. de Aſin. 2 p. 118 *Elmenh.* Coruina nigredine caeruleos columbarum colli floſculos aemulantur. Mart. Capell. 2 Erant quidem libri ſacra nigredine colorati.

NIGRITVDO, ĭnis. f. *Idem.* Plin. 10, 36 Nulla Veris initio apparet nigritudo in roſtro, quae ab aeſtate incipit. *De paſſeribus.*

NIGRITIES, ēi. f. *Idem.* Celſ. 8, 2 Nigrities colligi quidem poteſt etiam ex dolore et ex febre.

NIGRITIA, ae. f. [μελανία] *Idem.* Plin. 9, 38 Nimiaeque eius nigritiae dat auſteritatem.

NIGROR, ōris. m. [ὄρφνη] *Idem.* Cic. de Diuin. 1, 24 c. 14 Interea prope iam occidente ſole inhorreſcit mare, Tenebrae conduplicantur, noctiſque et nimbûm occaecat nigror. *Ex* Pacuuio. Gell. 2, 26 Rubidus autem eſt rufus atrore et nigrore multo mixtus. *De coloribus.* Nigror mortis Lucret. 3, 39. Celſ. 2, 1.

NIGREO, ēre, *ſiue* NIGRESCO, nigrui, ĕre. [μελαίνομαι] *Nigrum fieri.* Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 72 Nunc ſibi mutatas liceat nigreſcere veſtes. Columel. 12, 48 Oliuas, quum nigruerint, nec adhuc tamen permaturae fuerint, ſereno caelo diſtringere manu conuenit. *Vid.* Non. 2, 582. Solin. c. 4. *et* Sidon. 8, 7. Plin. 12, 22. Celſ. 2, 7. Pallad. Nou. 4. Tenebris nigreſcunt omnia Virg. Aen. 11, 824. Aequora nigreſcunt ventis Ouid. Triſt. 1, 3, 107. *Al.* Increſcunt. Caelum nigreſcit ab Auſtris Id. Faſt. 5, 323. Venae nigreſcunt ſanguine Id. de Arte Am. 3, 503.

NIGRO, āre. [μελαίνομαι] *Nigrum eſſe.* Lucret. 2, 732

— ne forte haec ex albis alba rearis
Principiis eſſe, ante oculos quae candida cernis:
Aut ea quae nigrant, nigro de ſemine nata.

NIGRANS, antis. Partic. [μελαινόμενος] Columel. 6, 1 Parandi ſunt boues nouelli, quadrati, grandibus membris, cornibus proceris, ac nigrantibus et robuſtis. Antra, *i. ob profunditatem obſcura.* Stat. Theb. 10, 129. Caligine nigranti piceus vertex Sil. 4, 308. Campi puluere Id. 3, 406. Color Lucret. 2, 792. Comae arboris Seneca Herc. fur. 9. Corpora Sil. 9, 225. Iuuenci nigrantes terga Virg. Aen. 5, 97. Nimbus Id. ibid. 4, 120. Pecudes Idem ibid. 5, 736. *Conf.* Id. 9, 87. Val. Flacc. 1, 13.

NIGRĀTVS, a, um. Tertull. adu. Marc. 4, 8 *pr.* Nigrati ignorantiae tenebris.

NIGRĀMEN, ĭnis. n. *Laudatur* Manilius.

NIGREFĂCIO, fēci, factum, ĕre. [μελανοποιῶ] *Nigrum facere.* Onomaſt. Nigrefacio, μελαίνω.

NIGREFĪO, fieri. [μελανοποιοῦμαι] *Nigrum fieri.* Oct. Hor. 1, 5 Quamdiu oleum pingueſcat et nigrifiat.

NIGRĬCO, āre. [μελανίζω] *Aliquantum nigrum eſſe.* Plin. 10, 3 Viribus praecipua, colore nigricans: ſola aquilarum foetus ſuos alit. *Conf.* 35, 16.

NIGRICŎLOR, ōris. Adi. Nigricolor facies Solin. c. 2.

NIGRIFĬCO, āre. Marcell. Emp. c. 35 Nigrificare dentes.

NIGIDIVS, i. m. *Romanum nomen.* v. g. Nigidius Figulus, *qui teſte Gellio, multa de re Grammatica edidit volumina, quae ad noſtra ſaecula non peruenerunt.*

NIGINA, ae. f. *Herba, de qua* Plin. 27, 12 Herba quae vocatur nigina, tribus foliis longis intubaceis, illita cicatrices ad colorem reducit.

NIGRINVS, i. m. *Cognomen plurium gentium,* Auidiae, Pontiae, Domitiae, ex qua fuit cuius meminit Spartian. Adrian. c. 7 Nigrini inſidias euaſit. *Vid. Caſaub.*

NIGRIS, is. m. [Νίγρις] Aethiopum fluuius, eiuſdem cum Nilo naturae: calamum enim et papyrum, eiuſdemque gignit animantes, et iiſdem temporibus augeſcit Plin. 5, 8. *Conf.* Ptolem. Geogr. 4, 6. *Vid.* NIGER, *et* NIGIR.

N I H

NIHIL. [οὐδὲν, μηδὲν] *Componitur ex* Ne *et* Hilum, ne hilum *quidem. Praeterea ex* nihilum, *per apocopen fit* Nihil: *per ſyncopen* Nilum *et* Nil. Lucret. 1, 200 Nil igitur fieri de nilo poſſe fatendum eſt. *Paullo poſt,* Haud igitur poſſunt ad nilum quaeque reuerti. Id. 791 *et* 797. Perſ. 3, 84 Gigni De nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reuerti. Nihil abeſt prorſus quin ſim miſerrimus Cic. Att. 11, 15. Nihil ad illum, *i. Non eſt cum illo comparandus* Ter. Eun. 2, 3, 69. Cic. de Orat. 2, 25 Quem cognouimus virum bonum, et non illiteratum, ſed nihil ad Perſium. Ter. Andr. 4, 1, 60 Concrepuit a Glycerio oſtium. P. nihil ad te. D. quaero. Nihil ad te attinet Id. ibid. 1, 2, 16. Nihil ad hanc rem eſt Id. Phorm. 5, 6, 21. Cic. in Orat. 218 c. 64 Dichoreus: nihil enim ad rem extrema illa longa ſit, an breuis. *Add.* Id. de Fin. 4 c. 26. Nihil tibi amplius cum illa fuit? *int.* cauſae, commercii Ter. Andr. 2, 1, 26. ¶ 2 *Componitur varie:* Nihil aliud quam, *Ellipſi quadam ſignificat idem fere, quod tantummodo.* Liu. 35, 49 Nunc ad portas Chalcidis ſtantem, et mox inde excluſum, nihil aliud quam Aulide et Euripo ſpectatis, in Aetoliam redeuntem. *Sic* Nihil amplius quam Sueton. Galba c. 19. Cic. Fam. 12, 1. *Conf.* ALIVS. *et mox* Nihil praeterquam. Suet. Domit. c. 21 Ad horam ſomni nihil aliud quam ſecreto ſolus deambulabat. Idem Caeſ. c. 20. Aug. c. 63. Claud. c. 10. Neron. c. 43. *et* Veſp. c. 10. Cic. de Clar. Orat. 210 c. 58 Latine non peſſime loquebatur, vſu credo aliquo domeſtico: nam literarum admodum nihil ſciebat. *de Curione.* Nihil admodum territus Liu. 27, 2. Liu. 3, 65 Conſules creati Sp. Herminius, T. Virginius Caelimontanus, nihil magnopere ad Patrum aut plebis cauſam inclinati, otium domi ac foris habuere. *h. e. Non magnopere inclinati.* Idem 37 c. vlt. Nihil magnopere ea Cretenſes mouerunt. Nihil agere *dicuntur, qui ſumunt operam inanem.* Cic. de Senect. 32 Nihil ergo agebat Quint. Maximus, nihil L. Paullus pater tuus, Scipio ſocer, optimi viri filii mei et caeteri ſenes? Fabritii, Curii, Coruncani, quum Rempublic. conſilio et auctoritate defendebant, nihil agebant? Plin. Epiſt. 1, 9 *in fine,* Satius eſt enim, vt Attilius noſter eruditiſſime ſimul et facetiſſime dixit, otioſum eſſe, quam nihil agere. *Sed aliter Craſſus apud* Cic. de Orat. 2, 24 c. 6 Quando ages negotium publicum? quando amicorum? quando tuum? quando denique nihil ages? — Mihi enim liber eſſe non videtur, qui non aliquando nihil agit. — meque cum huc veni, hoc ipſum nihil agere et plane ceſſare delectat. Cic. de Amicit. 29 Amare autem nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla vtilitate quaeſita. Nihil aliud habet quod agitet in mente Id. de Nat. Deor. 1, 114. Plaut. Aſin. 5, 2, 4 Neque diuini, neque mihi humani quidquam accreduas Artemona, ſi huius rei eſſe mendacem inveneris. Nihil enim eſt aliud, quamobrem mihi percipi nihil poſſe videatur Cic. de Finib. 5, 76. Id. pro Roſc. Amer. 8 Si nihil aliud fecerunt, niſi rem detulerunt: nonne ſatis fuit iis gratias agi? Nihil praeterquam vigilatum eſt Liu. 3, 26. *h. e. Nihil aliud actum, niſi vigilatum eſt.* ¶ 3 Nihil, *pro Non.* Plaut. Sticho 3, 2, 41 Perii hercle vero plane, nihil obnoxie, *i. non obnoxie.* Ter. Heaut. 5, 5, 12 Pater. CH. nihil audio. M. ad me recipio, faciet. CH. nihil etiam audio ipſum. Id. Hec. 4, 1, 30 Sed vt olim te oſtendiſti, eandem eſſe, nihil ceſſauiſti vſque adhuc, vt filiam ab eo abduceres. Id. Andr. 1, 2, 31 Nihil circuitione vſus es, *vid. poſtea.* Plaut. Stich. 4, 1, 10 Nunc me gratiam abs te inire verbis, nihil deſidero. Nihil diſtat Plin. 12, 13. Nihil dixit tum, vt ſequerere ſeſe? C. nihil, niſi abiens mihi innuit Ter. Eun. 4, 5, 9. Nihil egentes magnae laudis Virg. Aen. 5, 751. *Conf.* n. 5. ¶ 4 *Cum verbo Subſtantiuo varie ponitur.* Plaut. Truc. 4, 3, 76 At ego ab hac puerum repoſcam, ne mox infitias eat; nihil eſt: *i. non eſt opus illo metu vel cautione.* Nihil eſt niſi Cic. Fam. 13, 56. Nihil eſt aeque quod faciam lubens Ter. Phorm. 3, 3, 34. Nihil eſt, pro Nulla eſt ſpes. Ter. Heaut. 4, 1, 5 Nam quod ſperem de argento, aut poſſe poſtulem me fallere, nihil eſt. Donatus. At nihil eſt, ignotum ad illum mittere, operam luſeris Plaut. Capt. 2, 2, 94. Nihil eſt quod moremur diutius, *pro Non eſt opus* Ter. Heaut. 4, 7, 6. Cic. Fam. 14, 4 De familia liberata nihil eſt quod te moueat. Nihil eſt quod illi non proſequantur ſuis argutiis Id. de Amicit. 45. Nihil eſt hoc Plaut. Milit. 1, 1, 19. Ille alter Cos. ita nihil Eſt, vt plane quid emerit neſciat Cic. Att. 1, 19. Et iuuet in tota me nihil Eſſe domo Tibull. 1, 5, 30. *i. omnem curam rei familiaris relinquere dominae. Vid. h. l. Brouckhuſ.* Ter. Phorm. 3, 3, 32 Numquid eſt, quod opera mea vobis opus ſit? G. nihil. verum abi domum. *Conf.* Idem Andr. 2, 2, 3. Ter. Andr. 2, 6, 6 Potin' es mihi verum dicere? D. nihil facilius. Id. Phorm. 2, 1, 70 Non ratio, verum argentum deerat. D. ſumeret alicunde. G. alicunde? nihil eſt dictu facilius. *Vbi Donat.* Hoc quaſi ſubridens et auerſo ab illo vultu pronuntiauit Geta; quod genus actionis, ſecuritatem oſtendit hominis manifeſta dicentis. ¶ 5 *Cum verbis aliis, vbi ſaepe vicem particulae* non *ſubire videtur.* Nihil feſtinare Cic. Att. 5, 12. Nihil gauiſa Stat. Achill. 1, 104. Nihil intelligo quid agas Ter. Andr. 4, 4, 16. Nihil intereſt dactylus ſit extremus, an creticus Cic. in Orat. 218. Nihil intermiſſa rerum cura Tacit. Ann. 4, 13. Nihil magis manifeſto teneo Plaut. Merc. 4, 3, 30. Cic. Fam. 1, 9 Cumque Pompeius ita contendiſſet, vt nihil vnquam magis, vt cum Craſſo redirem in gratiam. *Subaudi, Fieri aut contendi poſſet, vel poſſit, aut, vt nihil vnquam magis a me contenderit.* Nihil metuo, niſi ne medius diſrumpar miſer Plaut. Curc. 2, 1, 7. Cic. Off. 3, 81 c. 20 Cadit ergo in virum bonum mentiri emolumenti ſui cauſa, criminari, praeripere, fallere? nihil profecto minus. Ter. Eun. 3, 3, 29 At apud nos hic mane, dum redeat ipſa. C. nihil minus. *i. Non faciam.* Nihil moror, *Nihilifacio* Plaut. Moſt. 3, 2, 58. *Sic* Caſin. 3, 6, 18 Coenam mihi vt ebria ſit, lepide, nitideque volo, nihil moror barbarico ritu. Nihil moramur vos, Patres conſcripti; Formula dimittendi ſenatus Capitol. Anton. Philoſ. c. 10. *Vid. Caſaub.* Nihil nimis bibi Ter. Heaut. 3, 2, 8. Nimis nihil homo, *vid.* NIMIS. Ter. Adelph. 3, 3, 40 Tu quantus quantus, nihil niſi ſapientia es. Nihil Niſi continendus aeger eſt Celſ. 3, 18. *pro* Nihil aliud niſi, *vel* Tantummodo. Nihil non ad rationem et tanquam ad artem dirigebat Antonius Cic. de Clar. Orat. 40. Nihil non arrogat

rogat armis Horat. de Arte Poët. 122. Plaut. Stich. 5, 1, 2 Eum ſolent prouiſere, qui hercle illa cauſa nihil ocyus venit. Cic. de Amicit. 51 Atque haud ſcio, anne opus ſit quidem, nihil vnquam omnino deeſſe amicis. Nihil omnino declinare recta regione Lucret. 2, 250. Nihil opus eſt reſciſcat Plaut. Merc. 5, 4, 44. Cic. de Finib. 5, 16 Nihil opus eſt exemplis hoc facere longius. Nihil parcunt ſeni Ter. in prol. Heaut. 43. Idem Adelph. 4, 2, 24 Nihil pepercit: non puduiſſe verberare hominem ſenem? Nihil penſi eſſe alicui Liu. 42, 23 *pr.* Nihil poterit ferre Plaut. Mil. 4, 4, 17. Potius mihi nihil fuit, quam vt Maſiniſſam conuenirem Cic. in Somn. Scip. 1. Proficiebatur nihil in ſumma pacis Tacit. Ann. 13, 38. Propius mihi nihil quam vt perirem Plaut. Mil. 2, 5, 65. *i. Parum abfuit, quin morerer.* Ter. Andr. 2, 6, 4 Nihilne? hem. D. nihil prorſus. Nihil quam, *pro Nihil aliud quam.* Suet. Claud. c. 36 Nihil tota via, quam eſſetne ſibi ſaluum imperium, requirens. Nihil quidquam Plaut. Merc. 4, 4, 37. Idem Bacch. 4, 9, 113. Ter. Heaut. 5, 1, 21 Quid Syrus meus? ne is quidem quidquam? M. nihil. Nihil quidquam egregium in vita, ſine ardore quodam amoris Cic. de Orat. 1, 134. Nihil refert mea Ter. Eun. 2, 3, 28. Nihil ſcio, *pro Neſcio.* Plaut. Capt. 4, 2, 73 Gaudeo, etſi nihil ſciam, quod gaudeam. Nihil ſcit, niſi verum loqui Id. Perſ. 4, 4, 93. Nil ſine magno vita labore dedit mortalibus Hor. Serm. 1, 9, 59. Cic. Att. 13, 19 Eos confeci et abſolui, neſcio quam bene, ſed ita accurate, vt nihil poſſet ſupra. *Subaudi, Eſſe, vel Addi.* Ter. Andr. 1, 1, 120. Nihil ſuſpicantes Salluſt. Catil. 45. Nihil triſtis Ter. Andr. 2, 6, 17. Nihil tale metuamus Cic. de Finib. 1, 55. Nihil tanti eſt Hor. de Arte Poët. 304. *intell. vt propterea omittam quod faciam.* Nihil vſus circuitione Ter. Andr. 1, 2, 31. Nihil vtimur ea hoc loco Cic. Tuſc. 4, 17 c. 8. Tibull. 1, 9, 24 Forma nihil magicis vtitur auxiliis. Cic. pro Caecin. 40 Ea ſi nihil valet, aut ſi ad hanc rem non pertinet, quid, *etc.* Cic. Att. 15, 3 Eſt autem oratio ſcripta elegantiſſime ſententiis, verbis, vt nihil poſſit vltra cogitari. Vobiſcum mihi nihil eſt Ouid. Faſt. 2, 308. ¶ 6 *Cum Genitiuis ſubſtantiue ponitur:* Nihil cari, nihil ſancti eſt, in omnium vicem regni vnius inſatiabilis amor ſucceſſit Liu. 40, 8. Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce Duri Hor. Epiſt. 2, 1, 31. *in eos, qui nimis aperte falſa aiunt, vel vera negant.* Ter. Andr. 4, 5, 49 Me miſeram, nihil pol falſi dixi mi ſenex. Id. Heaut. 5, 2, 46 Syro nil gratiae. Nihil incommodi Ter. Hecyr. 3, 3, 40. Nihil languidi neque remiſſi patiebatur Salluſt. Iugurth. 57. Ter. Andr. 1, 1, 139 Sin eueniat (quod volo) in Pamphilo, vt nihil ſit morae. Ouorum nihil inuenitur Scribon. 163. Nihil penſi neque ſancti habere Salluſt. Iugurth. 45. Nihil piſcium Plaut. Rud. 4, 3, 4. Nihil quaeſti Id. Aul. 1, 2, 5. Ter. Heaut. 2, 3, 26 Nam mihi nunc nihil rerum omnium eſt quod malim, quam me hoc falſo ſuſpicarier. Caeſ. Bell. Gall. 1, 9 Et demonſtrant ſibi praeter agri ſolum nihil eſſe reliqui. *Sic* Att. 10, 6 Nihil ſinceri. Salluſt. Catil. 11. Nihil dum, *i. Nihil adhuc.* Cic. Fam. 12, 7 Et quanquam nihil dum audieramus, nec vbi eſſes. Nihil dum certi a te exquiro Id. Att. 8, 12. Nihil dum Brunduſio erat allatum Id. ibid. 9, 2. Statim ad me nihil Dum ſuſpicantem vocaui Id. Catil. 3 c. 3.

NIHĬLVM, i. n. [μηδ' ὁτιῦν, ὐδ' ὁτιῦν, ὐδὲ γρῦ, ὔτι] *Ex* Ne *et* Hilum, *vt diximus.* Feſtus, Hilum putant eſſe, quod grano fabae adhaeret, ex quo nihil et nihilum. *Vid.* NIHIL. Ter. Phorm. 3, 3, 2 Vnde ego nunc tam ſubito huic argentum inueniam miſer, cui minus nihilo eſt? Hor. Serm. 2, 3, 210 Stultitiane erret, nihilum diſtabit, an ira. Interire in nihilum Cic. Acad. 1, 27. Oriri ex nihilo, et in nihilum occidere Id. de Diuin. 2, 37. Recidunt omnia ad nihilum Id. in Orat. 233. Redigi ad nihilum Lucret. 1, 791. Reuerti ad nihilum Idem 1, 238. Venire ad nihilum Cic. Fam. 11, 12. Venire ad ſummum, *et* Ad nihilum, *contraria* Id. Tuſc. 2, 5. Nilum, *pro Nihilum.* Lucret. 1, 797 Ne tibi res redeant ad nilum funditus omnes. Ex nihilo quidquam fieri, nulli phyſico placet Cic. de Fato 18. ¶ 2 Nihili, [παρ' ὐδὲν] Quod nec hili eſt, *inquit* Feſtus. Cic. Tuſc. 3, 18 Sed tentemus, et luſiſſe putemur ſi nil ſit, ab eo quod nequidquam eſt in tali homine, ex quo idem nihili dicitur. Varr. de L. L. 9 *extr.* Itaque vt eum, quem putamus eſſe non hili, dicimus nihili, *etc.* Homo, res nihili Plaut. Aſin. 2, 4, 66 *etc.* Id. Pſeud. 4, 7 *pr.* Seruus nihili eſt ſuum qui officium facere eſt immemor, niſi adeo monitus. Plaut. Stich. 1, 3, 35 Nihili quidem hercle verbum, ac viliſſimum. Nihili, *inquit* Varro, habet caſus tum quum commutatur, de quo dicitur. De homine: dicimus enim hic homo nihili eſt, et huius hominis nihili, et hunc hominem nihili, *etc. Haec ille* de L. L. 8, 37 *extr.*

NIHILIFĂCIO, *iuncte etiam ſcriptum inuenias.* [παρ' ὐδὲν τίθεμαι:] *Nihili aeſtimare, non curare.* Plaut. Mil. 2, 2, 13 Sed me excepit: nihilifacio quid faciat eaeteris. Cic. de Fin. 2 c. 27. *et* Plaut. Bacch. 1, 1, 56. *Sed melius diuiditur.*

NIHILIPENDO. [μηδὲν τίθεμαι] *Idem eiusdem rationis.* Ter. Eun. 1, 2, 14 Aut ego iſtuc abs te factum nihilipenderem? Idem Adelph. 3, 4, 6. Plaut. Men. 5, 7, 4.

NIHILO aliter, [ὐκ ἄλλως] *pro Non aliter: vel non alius.* Ter. Phorm. 3, 2, 45 Is me fefellit, ego iſti nihilo ſum aliter, ac fui. Propert. 2, 3, 16 Non ſum de nihilo blandus amator ego. *Add.* Id. 2, 16, 52 Non hoc de nihilo eſt, *quod* Ter. Hec. 5, 1, 1. *it.* Macrob. Sat. 5, 9. Tu auſus es pro nihilo, prae tua praeda, tot res ſanctiſſimas ducere Cic. in Verr. 2, 40. Pro nihilo habenda eſt adoptio nullo decreto probata, et contra omne ius facta Id. pro Domo 38. Contemnere et pro nihilo putare aliquem Id. Diuinat. Verr. 24. Dii immortales, quam mihi iſta pro nihilo videntur Id. Att. 14, 9. *Cum Comparatiuis frequenter ponitur:* Nihilo beatior Iupiter quam Epicurus demta aeternitate Cic. de Finib. 2, 22. Nihilo deterius, *pro Nihilo ſecius.* Aſconius in Cic. pro Mil. *pr.* Petebat nihilo deterius conſulatum. Nihilo diligentior ad claſſem ornandum, milites reuocandos alendosque eſſe coepit Id. Verr. 5, 155. Plaut. Aſin. 2, 3, 14 Si ſit domi, dicam tibi: non eſt. M. quid? eius atrienſis? L. nihilo magis intus eſt. Donatus, Nihilo magis, quaſi in nihilo poſſit eſſe magis aut minus: et Nihilo magis, aſſeuerationis eſt. Ter. Hec. 1, 2, 62 Nocte illa prima virginem non attigit, quae conſecuta eſt nox, eam nihilo magis. Cic. de Finib. 3, 48. Id. de Diuin. 2, 104 Sed ea ſumitis, quibus conceſſis nihilo magis efficiatis quod vultis. Id. Fam. 4, 14 Sed ego tam miſero tempore nihil noui conſilii cepiſſem, niſi in reditu meo nihilo meliores res domeſticas, quam Rempublicam offendiſſem. Nihilo minus, *id ſignificat quod dicitur vulgo,* hoc non obſtante. Ter. Heaut. 5, 3, 9 Non poſtulo: iam loquere: nihilo minus ego faciam tamen. Idem Phorm. 4, 2, 7 Nihilominus tamen. Plin. Epiſt. 7, 27 Nihilominus, immo tanto magis conducit. Cic. de Inuent. 1, 5 Quare meo quidem animo nihilo minus eloquentiae ſtudendum eſt. Nihilo minus vt ego abſim, haec confici poſſunt Id. Fam. 10, 2. *i. Etiam me abſente, et ſine opera mea.* Nihilo minus tamen et luto munire, et vinculo melius Plin. 17, 16. Ter. Eun. 1, 1, 17 Incerta haec ſi tu poſtules ratione certa facere, nihilo plus agas, quam ſi des operam, vt cum ratione inſanias. Nihilo ſecius, *idem quod Nihilo minus.* Ter. Andr. 3, 2, 27 Hoc ego ſcio vnum, neminem peperiſſe hic. D. intellextin'? ſed nihilo ſecius mox deferent puerum huc ante oſtium. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 26 Praeteruectosque Dyrrhachium magna vi venti nihilo ſecius ſequebatur. Id. ibid. 2, 7 Maſſilienſes nihilo ſegnius ad defenſionem vrbis reliqua apparare coeperunt.

NIHILO, ōnis. m. *Nihili homo, ſiue nulla re aeſtimandus.* Vet. Gloſſ. ὐδαμινὸς, Nihilo, nugatorius, gerra.

N I L

NIL, [ὐδὲν] *a* Nihil *ſyncopatum eſt. Praeter ſuperiora in* NIHIL, Virg. Georg. 3, 42 Te ſine nil altum mens inchoät. Nil faciet ſceleris pia dextera Hor. Serm. 2, 1, 54. *Et pro* non, Nil opus eſt verbis Lucret. 5, 264.

NILEVS, NILIACVS, *etc. Vid. poſt* NILVS.

NILION, i. n. *Gemma.* Plin. 37, 6 India et has generat, et nilion, fulgore hebeti, aut breui, et quum intueare, fallaci.

NILIS, ĭdis. f. [Νειλὶς] Lacus eſt inferioris Mauritaniae, non procul ab Oceano, quem Nili aquae ſtagnantes efficere creduntur. *Vid.* Plin. 5, 9.

NILVM, *vid.* NIHIL.

NILVS, i. m. [Νεῖλος] *Aegypti fluuius nobiliſſimus, cui illa fecunditatem ſuam debet. Vid.* Senec. Qu. Nat. 4, 2 *et* 6, 8. Claudian. Eidyll. 4 Felix qui Pharias proſcindit vomere terras, *etc. Add.* Plin. 5, 9. Pingui flumine Nilus Virg. Aen. 9, 31. Septemgemini trepida oſtia Nili Virg. Aen. 6, 800. Apricus Valer. Argon. 3, 36. Digeſtus in ſeptem cornua Ouid. Met. 9, 773. Diſcretus in ſeptem oſtia Id. ibid. 5, 324. Diuitis oſtia Nili Iuuen. Sat. 13, 26. Fertilis Nili pinguia arua Valer. Argon. 7, 607. Fluens magnum Virg. Georg. 3, 29. Iocoſus Ouid. Triſt. 1, 2, 80. Lagaeus Lucan. 1, 679. Paludoſi foecunda licentia Stat. Silu. 3, 2, 108. Paretonius Id. Theb. 5, 12. Papyriferi ſeptemflua flumina Ouid. Met. 15, 753. Sacer Stat. Silu. 1, 6, 77. Septemplex Ouid. Met. 5, 187. Stagnans effuſo flumine Virg. Georg. 4, 288. Tepidus Claud. de Bello Gildon. 4;6. Tumidus rigat arua Hor. Carm. 3, 3, 48. Irrigat Aegyptum Nilus, et quum tota aeſtate obrutam oppletamque tenuit, tum recedit, mollitosque et oblimatos agros ad ſerendum relinquit Cic. de Nat. Deor. 2, 130. Nili *quoque apud veteres capiuntur pro Foſſis in ludis circumdatis, pro ſeptis ſiue pro canalibus aquarum aliunde deductarum, quos Romani intra domos deducebant. Vid. in dictione* EVRIPVS. Cic. Q. Frat. 3, 1 De arcano Caeſaris opus eſt, vel mehercule etiam elegantioris alicuius: imagines enim iſtae, et palaeſtra, et piſcina et Nilus multorum Philotimorum eſt non Diphilorum, ſed et ipſi ea adhibebimus, et mittemus et mandabimus. *Conf.* Idem de Legib. 2, 1.

NILIĂCVS, a, um. Adi. [Νειλαῖος] *Poëtis ſaepe idem eſt quod Aegyptius.* Vrbs Niliaca Lucan. 10, 91. Acetum Niliacum Martial. 14, 122. Lens Idem 13, 9. Olus Id. 13, 57. Prudent. aduerſ. Symmach. 2, 865. Pecten Martial. 14, 150. Pecus Stat. Theb. 3, 478. Tus Id. Silu. 4, 9, 12.

NILŌTĬCVS, a, um. *Aliud* Adi. [Νειλωτικὸς] Nilotici piſces. Aqua Nilotica Sen. Quaeſt. Nat. 3, 25. Tellus Nilotica Martial. 6, 80.

NILŌTIS, ĭdis. Patronym. f. *pro Poſſeſſiuo.* [Νειλωτὶς] *vnde,* Acus Nilotis, *vid.* ACVS. Picti tunica Nilotide Mauri Martial. 10, 6.

NILEVS, ei. m. Ouid. Met. 5, 187 At Nileus qui ſe genitum ſeptemplice Nilo Ementitus erat.

NILĬCŎLA, ae. c. Prudent. aduerſ. Symmach. 2, 493 Iſis Nilicolas, Rhodios Cytherea reliquit.

NILIGĔNVS, a, um. Adi. [Νειλογενὴς] Ouid. de Arte Am. 1, 77 Neu fuge Niligenae Memphitica ſacra iuuencae. *i. Iſidis. Al.* Linigerae Macrob. Saturn. 1, 16 Argutus Niligena et gentis accola numerorum potentis. *i. Aegyptius.*

N I M

NIMBATVS, NIMBIGER, NIMBOSVS. *Vid. poſt* NIMBVS.

NIMBVS, i. m. [αἰφνίδιος καὶ βραχὺς ὑετὸς] *Repentina et praeceps aëris perturbatio, denſa nubes, et ex ea pluuia.* Apul. de Mundo p. 61, 19 Pluuia iugis eſt: Nimbus autem quanto repentinus eſt, tanto vehementior: et quanto improuiſior eius praecipitatio eſt, tanto breviore caſu reſtringitur. Cic. de Nat. Deor. 2, 14 Quae terreret animos fulminibus, tempeſtatibus, nimbis, niuibus, *etc.* Martial. 1, 52 Continuis vexata madet vindemia nimbis. Liu. 1, 16 Subito coorta tempeſtas cum magno fragore, tam denſo regem operuit nimbo, vt conſpectum eius concioni abſtulerit. Sen. de Vit. beat. *extr.* Video, quae tempeſtates aut immineant vobis, paullo tardius rupturae nimbum ſuum, aut iam vicinae, vos ac veſtra rupturae. Nox nimborum Virg. Georg. 1, 328. Aetherei Id. Aen. 8, 608. Auſtrales, *h. e. Ab Auſtro venientes* Ouid. ex Pont. 4, 4, 1. Hiemales Id. Met. 9, 105. Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 230 Confeſſus generum nimbis Hymenaeus hiulcis Intonat. Piceus Stat. Theb. 1, 97. Praeceps Valer. Argon. 1, 83. Remoti Aquilone Ouid. Met. 1, 328. Terrifici Lucan. ad Piſon. 135. Potens nimborum tempeſtatumque Deus Virg. Aen. 1, 84. Cinxerunt aethera Idem ibid. 5, 13. Crepitant nimbi culminibus multa grandine Id. ibid. 5, 459. Feruent omnia nimbis Id. Georg. 1, 455. Funduntur denſi ab aethere Ouid. Met. 1, 269. Inuoluere diem nimbi Virg. Aen. 3, 198. Tenebat nox lunam in nimbo Id. ibid. 3, 587. Nimbus, *per tranſlationem, pro Repentino et praecipiti caſu.* Cic. Att. 15, 10 (9) Quid autem iſte in domo tua caſus armorum? Sed hunc quidem nimbum cito tranſiiſſe laetor. Nimbus, *pro Vento.* Virg. Aen. 1, 55 Nimborum in patriam loca foeta furentibus Auſtris, Aeoliam venit. Sonuerunt nimbi toto aethere Id. ibid. 2, 113. ¶ 2 *Metaphor.* vt Nubes, *ſic etiam* Nimbus, *pro Multitudine quae in modum nimbi ſubito ſpargitur.* Arenae nimbus Virg. Georg. 3, 110. Equitum nimbus Prudent. adu. Symmach. 2, 702. Florum Stat. Silu. 1, 2, 21. *it.* Claudian. Lapidum Saxorumque Florus 3, 8, 4. Sagittarum

Sext.

Sext. Ruf. c. 27. Saxorum manualium Ammian. Telorum Stat. Theb. 10, 530. et Sil. 12, 176. *Conf. Caſp. Geuart.* c. 13. *ad* Stat. Silu. 1. *qui et* c. 7 *ad* 5 Nimbum orationis *pro Praecipiti orationis genere vſurpatum docet.* ¶ 3 *In Deorum apparitionibus eſt* Nimbus, *Nubes, qua ſolent in terras deſcendere.* Virg. Georg. 1, 328 Ipſe pater media nimborum in nocte coruſca Fulmina molitur dextra. *Item* Lumen illud, quod Deorum capita tingit, Graece *μηνίσκος, vt notat* Seru. *ad illud* Virg. Aen. 2, 615 Iam ſummas arces Tritonia (reſpice) Pallas Inſedit, nimbo effulgens. *Hinc* Iſidor. 19, 31 Nam et lumen, quod circa angelorum capita pingitur, nimbus vocatur. *Sic editio* 1489 fol. Angulorum *male poſteriores.* ¶ 4 Nimbus, *Vaſis genus; quo vina, vnguenta, et alii liquores funduntur, ex multis puto foraminibus, ad ſparſiones theatrales vel conuiuiorum, quae ſparſiones* nimbi, *i. pluuiae denſioris ſimilitudinem habent. Indicat hanc ſimilitudinem* Martial. 14, 117 A Ioue qui veniet miſcenda ad pocula, largas Fundet nimbus aquas, hic tibi vina dabit. Idem 9, 39, 5 Lubrica Corycio quamuis ſint pulpita nimbo. *i. croco: de quo* Idem de Spectac. 3, 8 Et Cilices nimbis hic maduere ſuis: *Croco nobilis Cilicia. Hinc noua ſimilitudine* Nimbus *vocabantur Numi theatrales, qui in ſpectaculis vulgo ſpargebantur. Vid.* Martial. 8, 78, 9 Nunc veniunt ſubitis laſciua numiſmata nimbis, *i. denſe ſparſa. Conf. Spanh. de Num. Diſſ. 9.* ¶ 5 Nimbus *item Faſciola in fronte feminarum.* Arnob. 2 Imminuerent frontes nimbis, fuligine oculos. *Vid. Herald. ad* Arnob. et Taubm. ad Plaut. Poen. 1, 2, 135 *praeſertim quem ille laudat Ramireſ. ad Martial.* 4, 42. *Breuiter, putat* Nimbum *fuiſſe faſciam, qua capilli a vertice in faciem demiſſi in fronte deligantur, vt deinde retro acti faſciam pariter ac partem frontis tegant. Hoc firmat* Iſidorus 19, 31 *qui* Nimbum *explicat* faſciolam tranſuerſam ex auro aſſutam linteo, quod eſt in fronte feminarum. *Conf. Cerda Aduerſ. c. 185 §. 6.* Nimbum *non nullis in locis legi volunt, vbi vulgo* Limbus, *Barth. ad* Claud. p. 122 *et Pareus Lex. Crit. p. 788.*

NIMBŌSVS, a, um. Adi. [νετώδης] *Pluuioſus, ventoſusue.* Virg. Aen. 1, 539 — fluctu nimboſis Orion. Plin. 18, 11 Campus eſt ſubiacens montibus nimboſis. Aſtrum nimboſum Valer. Argon. 2, 357. Bruma Stat. Silu. 1, 3, 89. Cacumina montis Virg. Aen. 3, 274. Hoedi Ouid. Triſt. 1, 10, 13. Turbo Idem Met. 11, 551. Ventus Id. ex Pont. 2, 3, 27.

NIMBĀTVS, a, um. Adi. *A Nimbo, i. faſcia frontis.* Plaut. Poen. 1, 2, 135 Quam magis adſpecto, tam magis eſt nimbata, et nugae merae. *Sed Turnebus* 20, 1 *a* nimbo, *nebula, re vana et friuola quaſi* ventoſam *dictam putat.*

NIMBĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. Nubes nimbiferae Auien. in Arat. Phoenom. 858. Ouid. ex Pont. 4, 8, 60 Ad Styga nimbifero vindicis igne datos. *Vulgo* Nubifero.

NIMIE, *etc. Vid.* NIMIS.

NIMĬRVM. Adu. *confirmandi.* [δῆτα, δηπόθεν, ἀμέλει] Sine dubio, pro certo, *inquit* Donatus. Ter. Eun. 2, 2, 37 Nimirum hic homines frigent. *Ibid.* 4, 7, 14. Cic. Acad. 4, 113 Itaque incognitione nimirum aſſentiar. *i. Opinabor.* Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio ſors Hor. Epiſt. 1, 14, 11. Quum argumenta noſtra expoſuerimus, contrariaque diſſoluerimus, abſolute nimirum munus oratorium confecerimus Auctor ad Heren. 2, 2. Nimirum, *ad reſponſionem aliquando adhibetur.* Quinctil. 12, 1 Vter melior dicetur orator? nimirum qui homo quoque melior. Nimirum, *pro Scilicet.* Cic. pro Roſc. Amer. 128 Opinor enim eſſe in lege, quam ad diem proſcriptiones, venditionesque fiant, nimirum ad Calendas Iunias. Itaque nimirum hoc illud eſt, quod Caeſar ſcribit in ea epiſtola, cuius exemplum ad te miſi Id. Att. 9, 11. Hoc nimirum eſt illud, quod de Socrate accepimus Id. de Diuin. 1, 122. Idem pro Flac. 66 c. 28 *pr.* Hoc nimirum eſt illud, quod non longe a gradibus Aureliis haec cauſa dicitur. Nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum Ter. Eun. 3, 3, 2. *Ad quod* Donatus: Nimirum, non eſt mirum: nam ni ne ſignificat, et ne non. Vet. Gloſſ. Nimirum, ἢ μὴ θαυμαστὸν σφόδρα.

NIMIS. Adu. [ἄγαν, λίαν] *Plus aut Magis quam ſatis eſt, vltra: plerumque Aduerbii rationem habet: interdum tamen etiam Nominis.* Acer nimis Hor. Serm. 2, 1, 1. Nimis acer fortaſſe, veruntamen honeſtus amor gloriae Cic. pro Arch. 28 c. 11. Nimis antique Hor. Epiſt. 2, 1, 66. Nimis aſpera Id. ibid. 2, 2, 122. Cic. de Orat. 1, 133 Neque ſumus nimis auidi: tua iſta mediocri eloquentia contenti ſumus. Nimis bene Plaut. Men. 5, 7, 30. Cic. de Amicit. 78 c. 21 Vt ne nimis cito diligere incipiamus, ne non indignos. Non nimis confuſae res Scribon. 271. *i. moderate.* Nimis diu et longum loquor Plaut. Pſeud. 2, 3, 21. Nimis doctus dolus Id. Milit. 2, 2, 93. Durus nimis Hor. Epiſt. 1, 7, 91. Nimis ferociter Plaut. Amph. 1, 1, 58. Cic. Fam. 9, 22 Teſtes verbum honeſtiſſimum in iudicio; alio loco non nimis. Imbecilla nimis Lucret. 1, 847. Nimis immerito meo Plaut. Caſin. 5, 2, 39. Nimis improba poſco Stat. Achill. 2, 268. Nimis inſidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur Cic. in Orat. 107. Nimis iracunde Plaut. Bacch. 4, 2, 12. Magnam nimis ne in nos habeat dominationem, non omnia fortunae committenda ſunt Auctor ad Heren. 4, 28. Non multum nimis Longus ſomnus Celſ. 1, 3, 2. *Vid.* MVLTVM. Plaut. Capt. 4, 4, 5 Nimiſque hercle ego illum male formidabam. Nimis paene mane eſt Id. Perſ. 1, 3, 33. Nimis multa videor de me, ipſe praeſertim, *ſubaud. Dicere* Cic. de Clar. Orat. 318. Id arbitror apprime in vita eſſe vtile, vt Ne quid nimis Ter. Andr. 1, 1, 34. Nihil eſt, qui piger eſt, nimiſque id genus odi Plaut. Rud. 4, 2, 15. Non nimis me, ſed alios admodum delectarunt literae illius Cic. Att. 7, 23. Non nimis deeſſe nobis ea, quae natura expetenda ſunt, ex te quaerimus Idem de Orat. 1, 133. Nimis dixi Plin. Paneg. c. 45. Nimis haec a Graecis non exquiro Cic. Att. 7, 17. Nimis pulcher Plaut. Amphit. 1, 1, 63. Nimis quam cupio Id. Capt. 1, 2, 17. Manil. 1, 776 Tarquiniique nimis reges, *i. abutentes regno. Sed a Scaligero,* Tarquiniiſque minus reges. Cic. Philip. 2, 47 Tametſi incidamus oportet media, ne nimis ſero ad extrema veniamus. Tenerae nimis mentes Hor. Carm. 3, 24, 53. Cic. de Legib. 3, 1 Tu vero quum nec nimis valde vnquam, nec nimis ſaepe laudaueris. Nimis vellem tibi dari fundam Ter. Eun. 4, 7, 16.

NIMIVM. [λίαν, ἄγαν] *Nomen, quo tamen viciſſim vtuntur pro Aduerbio, vti pro Nomine* Nimis. *Pro Aduerbio.* Nemo nimium Beatus eſt, et nemo beato beatior Cic. de Fin. 5, 81. Nimium Bonae rei Plaut. Stich. 2, 2, 55. Id. Epid. 5, 1, 24 Nimium aduenisti Cito. Nimium Conſtanter iniquus Ouid. Triſt. 3, 2, 27. Nimium Dilecte Deo Claudian. Conf. Honor. 3, 96. *Vbi* Nimium, *vt aliis locis, tantum ſignificat* Multum, *vel* Valde. Cic. Acad. 4, 59 De quo iam nimium etiam Diu diſputo. Nimium Diu te imperatorem tua illa Manliana caſtra deſiderant Id. in Catil. 1, 10 c. 5. Nimium iuſſa patris mihi Dura videntur Ouid. Met. 7, 14. Nimium Familiariter Plaut. Rud. 2, 4, 6. Nimium Feritatis Ouid. Met. 3, 304. Fertilis nimium tellus Virg. Georg. 2, 252. Fortunati nimium agricolae Id. ibid. 2, 458. Nimium Graphicus nugator Plaut. Trin. 4, 2, 91. Nimium Guloſus Martial. 10, 50. Nimium Indiligens Ter. Adelph. 4, 5, 50. Nimium Indoctus Plaut. Pſeud. 1, 2, 71. Iratus nimium, nimiumque ſeuerus Tibul. 3, 6, 21. Nimium Lepidus Plaut. Mil. 4, 2, 8. Nimium Longum tempus illud mihi videtur Cic. Att. 12, 19. Nimium Lubenter Plaut. Aulul. 3, 6, 1. Nimium Miris modis Id. Trin. 4, 2, 86. Cic. pro Cluent. 128 Ne autem nimium Multi poenam capitis ſubirent, idcirco illa ſortitio comparata eſt. Muta nimium in excogitandis argumentis dialectica, in iudicandis nimium loquax Id. de Orat. 2, 160. Nimium Magis offendit quam parum Id. in Orat. 73. Verbum nimium Nouum vitare Varr. L. L. 5, 7. Nimium Parce Ter. Andr. 2, 6, 19. Cic. de Orat. 2, 88 Quod erat ingenii verbis efferueſcentibus, et Paullo nimium redundantibus, quod erat aetatis non ſum adſpernatus. *de Sulpitio.* Nimium Pii Hor. Carm. 3, 3, 58. Gell. 15, 1 Declamauerat Antonius Iulianus Rhetor praeterquam ſemper alias, tum vero nimium Quam delectabiliter et feliciter. Adſpergentur etiam ſales, qui in dicendo nimium Quantum valent Cic. in Orat. c. 26 *pr.* Gell. 16, 6 Lingua tamen et facundia nimium Quantum praeſtabilis. *Conf.* Gell. 16, 6. Ter. Phorm. 4, 3, 38. Eumen. Grat. ad Conſtantin. c. 5. *De hac locutione vid. etiam Manut. ad* Cic. de Fin. 4. *et Parei Lex. Crit. p. 790.* Cic. de Fin. 2, 41 Quod vos interdum, vel potius nimium Saepe dicitis. Nimium Saeuiter Plaut. Trin. 4, 3, 53. Saeuus nimium Ouid. Met. 4, 546. Abiſti iſtoc nimium Ter. Adelph. 2, 1, 15. Nimium ne Crede colori Virg. Ecl. 2, 17. Nimium Opſonauit Plaut. Merc. 3, 2, 4. Cic. Fam. 12, 29 Illud non nimium Probo quod ſcribis, quo illi animo aequiore ferrent. Nimium multum Scis Plaut. Merc. 2, 4, 11. Nimium Subuertere Ter. Adelph. 5, 3, 49. Id. Phorm. 4, 3, 52 Aediculae item ſunt ob decem alias. D. hoi hui, nimium Eſt. Nihil tum nimium Videbatur Cic. ad Brut. 15. Nimium Volo Ter. Eun. 3, 5, 49. Inter nimium et parum eſt mediocritas Cic. Off. 1, 89.

NIMIO. [πολλῷ ἄγαν] *Ablatiuus, Comparatiuis ſolet iungi, et ſignificat Valde.* Nimio minus, aequius. *etc.* Plaut. Rud. 1, 3, 1. Id. Poen. 1, 2, 90. Perſ. 1, 3, 31. *et* Mil. 1, 1, 69 *etc.* Bacch. 2, 3, 80. Nimio Magnus Plaut. Truc. 4, 1, 6. Nimio pol hominum, fortunae minus miſerae memorantur Plaut. Rud. 1, 3, 1. Id. Truc. 2, 5, 3 Nimio minus ſaeuus iam ſum Anaphium. Plus nimio delectare Hor. Epiſt. 1, 10, 30. Antonius ad Cic. Att. 10, 8 Sed quia te nimio plus diligo. Plaut. Bacch. 1, 2, 42 Video nimio iam multo plus, quam volueram. Idem ibid. 1, 2, 43 Vixiſſe nimio ſatius eſt, quam viuere.

NIMIE. Adu. [περισσῶς] Plaut. Mil. 4, 6, 32 Tam nimie vt amarentur. Macrob. Saturn. 6, 6 Non nimie, ſed pulchre dictum. *Conf.* Auguſtin. Confeſſ. 2, 9 *et* de Geneſ. 3, 4. *Et* Pallad. Mart. tit. 10 de Ficu.

NIMIVS, a, um. Adi. [ὁ ἄγαν] *Quod modum, vtilitatemue excedit.* Cic. de Senect. 52 Ne ſilueſcat ſarmentis, et in omnes partes nimia fundatur. Aeſtus nimii Lucret. 5, 817. Aquae Ouid. Faſt. 4, 794. Ardor Lucret. 6, 1161. Caedes Virg. Aen. 9, 354. Celeritates nimias ſuſcipere in feſtinationibus, cauendum eſt Cic. Off. 1, 131. Diligentiam, tota Republica ſuſcepta, nimiam, nullam putabam Idem pro Milon. 67 c. 24. Feruores Lucret. 5, 216. Imber Ouid. Met. 5, 484. Laſciuia Id. Triſt. 2, 313. Leuitas Id. Met. 2, 164. Sol Id. ibid. 5, 484. Vlpian. in l. Si cum dotem. §. Eo autem in fine. D. Soluto matrimonio, Filia leuis mulier, vel admodum iuuenis, vel nimia circa maritum non merentem. ¶ 2 *Diuerſis modis conſtruitur:* Cic. ad Brut. 15 Venio nunc longo ſane interuallo ad quandam epiſtolam, qua mihi multa tribuens, vnum reprehendebas, quod in honoribus decernendis eſſem nimius, et tanquam prodigus. *Cum Genitiuo.* Liu. 6, 11 Manlius nimius animi quum alios principes ſperneret, *etc.* Imperii nimius Idem 3, 26. Sermonis nimius erat Tacit. Hiſt. 3, 75. *Cum Datiuo.* Tacit. Agric. 7, 4 Legatis quoque conſularibus nimia et formidoloſa erat. Idem Hiſt. 3, 52, 2. Paterc. 2, 32, 1 Nimius reipublicae liberae vir. *Cum Ablatiuo.* Praeferoces initio, et rebus ſecundis nimii Tac. H. 4, 23, 4. Plin. 14, 2 Eae minus fertiles vino, acinis et fece nimiae. *De Nomentanis vitibus, quae et Rubellae dicuntur.* Flor. 3, 15, 3 Iamque nimius et potens altero tribunatu. Horat. Carm. 2, 12, 5 Nec ſaeuos Lapithas, et nimium mero Hyleum. *h. e.* Intolerabilem ebrietate, *inquit* Acron. Senec. 5. de Benef. Nimius animis. *Conf. de hac ratione Gronou. ad* Sen. Agam. v. 84. *Heinſ. ad* Claud. de B. Get. v. 118. ¶ 3 Nimium, abſolute. Nimium quod eſt offendit vehementius, quam id, quod parum eſt Cic. in Orat. c. 53. Plin. Epiſt. 8 vlt. *extr.* Neque enim periculum eſt, ne ſit nimium, quod eſſe maximum debet. Cic. Tuſc. 4, 57 Nam quod aiunt, nimia reſecari oportere, naturalia relinqui: quid tandem poteſt eſſe naturale, quod idem nimium eſſe poſſit? Vitioſum eſt omne, quod Nimium eſt Sen. de Tranqu. c. 9. Nimius *et* Modicus, *contraria.* Cic. de Fin. 5, 31 Hoc magis intelligendum eſt, haec ipſa nimia in quibuſdam futura non fuiſſe, niſi quaedam eſſent modica natura.

NIMIĔTAS, ātis. f. [τὸ ἄγαν, τὸ περισσόν] *Quod nimium eſt, abundantia nimia.* Columel. 6, 24 Naturalia congruunt deſideria, quoniam nimietate verni pabuli pecudes exhilaratae laſciuiunt. Macrob. Saturn. 7, 6 Vini nimietas. Ammian. 19, 4 Nimietas frigoris. Pallad. 7, 7 Sanguinis nimietatem prohibet. *Vid. plures auctores in Cur. ſecund. Cellar. p. 165. et Borrich. Cogit. p. 176. Plural.* Pallad. Iun. 13, 5 At maxime vtile ſolum eſt, quod inter omnes nimietates temperamentum tenebit.

NIMIOPĔRE. [περισσῶς, ἄγαν] Adu. *pro Admodum nimis.* Cic. in Parad. 5 c. 2 Quos aedificia magnifica nimiopere delectant. Id. in Verr. 4, 132 *vſus eſt hoc Aduerbio, teſte Budaeo. Alii legunt, disiunctim,* Nimio opere.

N I N

NINGO, *vel* NINGVO, ninxi, ĕre. [νίφω] Ningit, *nix decidit.* Priſcianus 10 p. 882 Ninguo quoque ninxi: vnde et nix: ſicut a duxi, dux, a rexi, rex. *Conf.* Seru. *ad* Aen. 4, 250. Virg. Georg. 3, 367 Interea toto non ſecius aëre ningit. Priſcianus *legit* Ninguit. Interdum ningit Colum. 11, 2. Ningere floribus roſarum,

rum, *per translationem, pro Tantam copiam roſarum effundere et adſpergere, vt ningere videantur.* Lucret. 2, 627 Largifica ſtipe ditantes, ninguntque roſarum Floribus. *Vid. Geuart.* c. 13 *ad* Stat. Silu. 1, 3. *Paſſiu.* Apul. Florid. 1 Iſtud ſpatium, quo pluitur et ningitur.

NINGVIS, is. f. *Antiqui dixerunt, cuius loco nunc Nix, niuis dicimus.* [νιφετὸς, νιφὰς] Lucret. 6, 736 Albas decedere ningues. Apul. in 1 Hermagora, Aſpera hiems erat, omnia ningue canebant. *Vid.* Chariſ. 1 p. 71. *et* Priſcian. 6 p. 724. Seru. ad Virg. Aen. 4, 250.

NINGVĬDVS, a, um. Adi. [νιφετώδης, νιφοειδής] *i. Niuoſus.* Auſon. Epiſt. 24, 69 Barcino me bimaris: iuga ninguida Pyrenaei. Oppida Iberorum ninguida *Ibid. v. 124.* *Add.* Id. Epiſt. 25, 51. Ninguidus Boreas Prudent. Apotheoſ. 665. Implet caſtra cibus ninguidus Idem Cathemer. 5, 97.

NINGOR, ōris. m. Apul. de Mundo p. 61 Eam tempeſtatem nos ningorem vocamus. *Dixerat de Niuibus.*

NINGŬLVS, Nullus. Ennius apud Feſt. Ne ningulus mederi queat. *Cognatum nomen* Singulus.

NINIVE, es. f. [Νινευή, Νῖνος] *Vrbs Aſſyriorum.* Auguſtinus de Ciu. Dei 15 Niniues ciuitatis magnae, Ninus Beli filius conditor, nomen ex illius nomine deriuatum eſt, vt a Nino Niniue vocaretur. *Et Populi in ea habitantes,* Niniuitae, *dicuntur.* *Conf.* Tertull. adu. Marc. 2, 11. *et* Prudent. Cath. 7, 131.

NINNIVS, *ſiue* NINNVS, i. m. *Paruus equus, qui et Hinnus dicitur, ex Graeco γίννος, vt docet Scalig. ad* Manil. 5 p. 390 edit. Boecler. Gloſſ. Vet. Popus, νίννιον. Maecenas ad Hor. Tu tuum ſodalem Ninnio videas ſtrigoſiorem. *Vid. Lindenbr. ad* Catalecta p. 329.

NINVS, i. m. [Νῖνος] *Filius Beli, primus Aſſyriorum rex. Nam Belus ſolam habuit Babylonem:* Ninus *vero totam Aſſyriam. Eſt et vrbis nomen.* Lucan. 3, 215 Accedunt Syriae populi, deſertus Orontes, Et felix (ſic fama) Ninos.

N I O

NIŎBE, es. f. [Νιόβη] *Filia Tantali, et ſoror Pelopis, vxorque Amphionis. Haec, teſte Diodoro Siculo lib. 5. filios* VII, *et totidem filias peperit, ſummo decore praeſtantes: vnde tali prole ſuperbiens admodum gloriabatur, ſe Latonae praeferens numero filiorum: itaque ira motam fabulae Latonam ferunt Apollini et Dianae, vt Niobes filios et filias arcu interficerent, mandaſſe: quibus matri obtemperantibus, contigit eodem tempore et abundare filiis Nioben, et carere. Vnde prae nimio dolore attonita obmutuit, ac veluti lapideſcens malis diriguit. A* Statio Silu. 5, 1, 33 Sipyleia mater *dicta* Niobe, *quoniam facta ſaxea, turbine venti in Sipylum patriam rapta eſt, vbi fixa cacumine montis liquitur, et lacrimis etiam nunc marmora manant. Fabulam* Niobes, *vid. apud* Ouid. Met. 6, 270. *Conf. Aelian. Var. Hiſt. 12, 36. et* Gell. 20, 7. Niobe fingitur lapidea propter aeternum, credo, in luctu ſilentium Cic. Tuſcul. 3, 63.

NIOBAEVS, a, um. Adi. [Νιοβαῖος] Proles Niobaea Hor. Carm. 4, 6, 1.

N I P

NIPHAEVS, i. m. *Viri proprium ab equis interfecti apud* Virg. Aen. 10, 570

— quin ecce Niphaei
Quadriiuges in equos, aduerſaque pectora tendit:
Atque illi longe gradientem, et dira frementem
Vt videre, metu verſi, retroque ruentes,
Effunduntque ducem, rapiuntque ad litora currus.

NIPHĀTES, is. m. [Νιφάτης] *Maioris Armeniae fluuius eſt ſuper Aſſyriam, quo nomine dictus eſt mons Armeniae, ex quo Tigris naſcitur, vt refert Strabo.* Virg. Georg. 3, 30 Addam vrbes Aſiae domitas, pulſumque Niphatem. *Montem dixit pro populo: intelligit enim Armenios, apud quos mons eſt* Niphates. *Dictum eſt autem* Niphates *a niuibus, ἀπὸ τῆς νιφάδος, vel ἀπὸ τοῦ νίφειν.* Rigidus Niphates Hor. Carm. 2, 9, 20. *Conf.* Lucan. 3, 245.

NIPHE, es. f. [Νίφη] *Vna ex comitibus Dianae, a* niueo *candore appellata.* Ouid. Met. 3, 171 Excipiunt laticem Nipheque Hypaniſque Rhaniſque.

NIPTRA, orum. n. Pl. [νίπτρα] *Dicuntur Lauacra: a νίπτω, quod ſignificat lauo: quo nomine dicta eſt tragoedia* Pacuuii, *quam citat* Cic. Tuſc. 2, 48 c. 21.

N I Q

NIQVISCIVIT. Centuria Romae a Seruio Tullio rege conſtituta, in qua liceret ei ſuffragium ferre qui non tuliſſet in ſua, *etc.* Feſtus. *qui ita interpretatur,* Niſi quis ſciuit.

N I R

NIREVS, diſyll. ei. m. [Νιρεύς] *Charopi et Aglaiae filius, Graecorum omnium, teſte Homero, qui ad Troiam nauigauerunt, formoſiſſimus.* Ouid. ex Pont. 4, 13, 16 Tam mala Therſiten prohibebat forma latere, Quam pulchra Nireus conſpiciendus erat. Propert. 3, 18, 27 Nirea non facies, non vis exemit Achillem. Vincere Nirea forma Hor. Epod. 16, 22.

NIRAEVS, *vel* NIRĒVS, a, um. Catull. 21, 10 Eſurire Nireus puer et ſitire diſcet. *Vid. Bernard. Rutil.* c. 8. *Al.* Meus me puer. *Vid. Iſ. Voſſ.*

N I S

NIS, pro Nobis, vetus verbum, *inquit* Feſtus.

NISA, ae. f. *Nomen Feminae, de qua* Virg. Ecl. 8, 26 Mopſo Niſa datur: quid non ſperemus amantes?

NISAEE, *vid.* NESAEE.

NISAEA, ae. f. [Νισαία] *Parthyenes regio, cuius caput fuit Alexandropolis, ab Alexandro conditore ita appellata. Vid. Plin. 6, 26. Haec regio praeſtantiſſimos alebat equos, qui ab ea* NISAEI *appellabantur, teſte Strab. 11.* *Conf.* Ammian. 23, 21.

NISI. Coniunctio [εἰ μὴ, μὴ οὐ, μὴ οὐχὶ] *ſignificat* Si non, *vel Praeterquam.* Ter. Heaut. 4, 1 *pr.* Niſi me animus fallit, hic profecto eſt annulus, quem ego ſuſpicor. Miſeros illudi nolunt, niſi ſe forte iactant Cic. de Orat. 2, 237. Ter. Heaut. 1, 1, 90 Corraſi omnia, ancillas, ſeruos, niſi eos, qui opere ruſtico faciundo facile ſumtum exerceant ſuum. Hanc, niſi mors, mihi adimet nemo Idem Andr. 4, 2, 14. Cic. de Amicit. 62 Iudicare difficile ſane, niſi expertum. Profecto, niſi caues tu homo, aliquid gnato conficies mali Ter. Heaut. 5, 3, 1. Niſi multis blanditiis a me gutta non ferri poteſt Plaut. Rud. 2, 4, 20. Niſi vnum hoc faciam Id. Aul. 2, 7, 3. Ter. Andr. 5, 4, 48 Cauſa optima eſt, niſi quid pater aliud ait. Cic. de Amicit. 32 Ortum quidem amicitiae videtis, niſi quid ad haec forte vultis. Niſi reſtituiſſent ſtatuas, vehementer iis minatur Cic. Verr. 2, 162. Idem de Amicit. 11 Niſi enim immortalitatem optare vellet, quid non eſt adeptus, quod homini fas eſſet optare? Id. ibid. 97 In qua niſi (vt dicitur) apertum pectus videas, tuumque oſtendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas. Ter. Eun. 5, 6, 28 Non dubium eſt, quin mihi magnum ex hac re ſit malum, niſi quia neceſſe fuit hoc facere. Plaut. Amph. 2, 2, 54 Immo equidem te, niſi nunc, hodie nuſquam vidi gentium. Quod contra ſubſidium ſibi, niſi Quid Burrhus et Seneca expergiſcerentur Tac. A. 14, 7, *vbi τὸ* quid *παρέλκει.* Adſcenſurus eram: niſi Quod, quum vincula prorae ſolueret, in ſpeculis omnis Abydos erat Ouid. Her. 18, 11. *i. ſed.* Manifeſta res eſt: niſi quod occurro prius, ne hoc nunc ſenex reſciſcat Plaut. Moſt. 3, 1, 8 *vbi* quod *abundat.* Cic. de Amicit. 76 Nec ob aliam cauſam vllam boni improbis, improbi bonis amici eſſe non poſſunt, niſi quod tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt eſſe, morum ſtudiorumque diſtantia. Ouid. Triſt. 4, 10, 85 Si tamen extinctis aliquid, niſi nomina, reſtet. Cic. Acad. 4, 7 Neque noſtrae diſputationes quidquam aliud agunt, niſi vt in vtramque partem dicendo et audiendo eliciant. Nihil aliud niſi Philumenam volo Ter. Andr. 2, 1, 6. *i. Quam, vel praeterquam.* Cic. de Amicit. 18 c. 5 Hoc primum ſentio, niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe. Id. ibid. 72 Quod non fere contingit, niſi his, qui etiam contemnendos ſe arbitrantur. Numquid igitur oportet niſi tres ſortes coniici, vnam educi? nihil, coniici iubet tres Id. Verr. 2, 127. Ter. Andr. 1, 5, 13 Repudiatus repetor. quamobrem, niſi ſi id eſt quod ſuſpicor, aliquid monſtri alunt. *Conf.* Plaut. Men. 1, 2, 22. *et* Flor. 4, 7 *extr.* Quinctil. 1, 9 Poëtas metri neceſſitas excuſat, niſi ſi quando nihil impediente in vtroque modulatione pedum alterum malunt. *Conf.* Columel. 4 *extr.* Niſi, *per parentheſin poſitum.* Cic. Att. 7, 10 Adhuc certe (niſi ego inſanio) ſtulte omnia et incaute. Ter. Adelph. 1, 2, 73 Ecce autem de integro niſi quidquid id eſt, volo ſcire. *Conf.* Plaut. *et vid. paullo poſt in* Niſi *pro Sed.* Niſi quis nos deus reſpexerit Cic. Att. 1, 13 (16). Id. Tuſc. 1, 75 Nam quid aliud agimus, quum a voluptate, id eſt a corpore, quum a re familiari, quae eſt miniſtra et famula corporis, quum a negotio omni ſeuocamus animum, quid inquam tum agimus, niſi animum ad ſe ipſum vocamus? ¶ 2 Niſi vero, Niſi forte, Niſi tamen, *quoties in argumentationibus ſubiecta eſt, abſurditatem quandam ſequi ſignificat, ex ſententia, quae noſtrae oppoſita eſt.* Cic. de Sen. 18 *dum ſenectutem quoque efficacem et rei publicae vtilem oſtendit,* Niſi forte ego vobis — ceſſare nunc videor, cum bella non gero. Cic. Acad. 4, 88 Niſi vero Ennium non putamus ita totum illud audiviſſe. Idem de Fato 37 c. 16 Niſi forte volumus Epicureorum opinionem ſequi. Idem in Milon. Niſi forte dementem, *etc.* *Quaſi dicat, Quod eſt abſurdum putare: ideoque minime id putandum eſt. Quam declarationem* Columella *expreſſit* 3, 10 Nam ſi ſagittam, id eſt ſuperiorem partem malleoli, vituperandam cenſebant, quum eſſet eadem pars ſurculi frugiferi: quanto magis vel ex optima vitis parte natum flagellum, ſi eſt ſterile, improbatum ab his ratio ipſa declarat? Niſi tamen (quod eſt abſurdum) crediderunt, id translatum et abſciſſum a ſua ſtirpe, deſtitutumque materno alimento frugiferum, quod in ipſa matre nequam fuiſſet. Quid tu, malum, curas, vtrum crudum an coctum edam? niſi tu mihi es tutor Plaut. Aul. 3, 2, 15. *Add.* Cic. de Nat. Deor. 2, 158 c. 63. Quinctil. 1, 10, 6 Niſi forte antidotum quidem atque alia, quae morbis aut vulneribus medentur, ex multis atque interim contrariis quoque inter ſe effectibus componi videmus — et muta animalia mellis illum inimitabilem humanae rationi ſaporem vario florum ac ſuccorum genere perficiunt: nos mirabimur, ſi oratio, qua nihil praeſtantius homini dedit prouidentia, pluribus artibus eget *etc.* *Et mox* 23 Niſi forte in carminibus tantum et in canticis exigitur ſtructura quaedam et inoffenſa copulatio vocum, in agendo ſuperuacua eſt: aut non compoſitio et ſonus in oratione quoque varie, pro rerum modo adhibetur, ſicut in muſice. *Et* 2, 3, 6 Niſi forte Iouem quidem Phidias optime fecit, illa autem, quae in ornamentum operis eius accedunt, alius melius elaboraſſet; aut orator loqui neſciet; aut leuiores morbos curare non poterit medicus praeſtantiſſimus. *Add.* 3, 5, 3. 10, 5, 6 *et* 7. 11, 1, 12. ¶ 3 *Iam alios vſus τῆς* Niſi *perſequemur. Aſſeuerandi formula eſt* Ouid. Metam. 2, 514 Mentiar, — niſi videritis ſtellas *etc.* *praedicit certo futurum.* *Sic* Quinctil. in Corpore proiecto, Mentior, niſi quum peregrinatio mea nos diduceret, maluit eſſe cum matre. *In parentheſi poni amat:* Ideo Tageti montis, niſi Laconibus, difficillima iuga Sen. Suaſor. 2. Liberorum, niſi diuitiae, nihil erat Plaut. Men. 59 prol. *Conf. Gronou. ad h. l. Breuiter,* niſi *hic pro* Sed *ponitur.* *Vid.* n. 4. Varr. de L. L. 8 *pr.* Niſi ſi non eſt homo ex anima: quod eſt homo ex corpore et anima. ¶ 4 *Frequens eſt* Niſi, *pro Sed.* Cic. Att. 11, 23 Tuas literas expectabam: niſi illud quidem mutari, ſi aliter eſt ac oportet, non video poſſe. Id. Fam. 13, 1 Nec cur ille tantopere contendat, video, nec cur tu repugnes: niſi tamen multo minus tibi concedi poteſt, quam illi, laborare ſine cauſa. *Eodem lib.* 73 De re nihil poſſum iudicare: niſi illud mihi certe perſuadeo, te talem virum nihil temere feciſſe. Succedere is naturalis pater non poteſt, niſi fiduciarii, a quo manumiſſi ſunt Caius ICt. 1 Inſtit. tit. 6 §. vlt. *Add.* Cato de R. R. *et ad eum Popma* 49 *extr.* (48, 3) Salluſt. Iug. 24, 5 *et* 67, 3. Ter. Eun. 3, 4 *extr.* Quid illud mali eſt? nequeo ſatis mirari, neque coniicere, niſi quidquid eſt, procul hinc libet prius quid ſit ſciſcitari. *Add.* Adel. 1, 2 *extr.* Ecce autem de integro: niſi quidquid eſt, volo ſcire. *Clarkius ad Iliad.* A, 340 *in talibus poſt* Niſi *putat abrumpi orationem per Apoſiopeſin. Quod in Comicis quibusdam conceſſerim, trahi nolim ad reliquos.* Niſi, *pro Non niſi poſitum volunt quidam.* Columel. 7, 3, 15 Quo magis etiam propter hos caſus, niſi validiſſima, quae non comprehendatur hieme, nouaque progenie repleatur numerus. *Alii legunt* nonniſi. *Mihi placet ex MS. Lipſienſi legere,* Niſi quae validiſſima non comprehendatur hieme. *Sic* Cic. de Legib. 1, 54 c. 20 Quippe quum antiqui omnes quod ſecundum naturam eſſet, quo iuuaremur in vita, bonum eſſe decreuerint: hic, niſi quod honeſtum eſſet, putarit bonum. *Diceret alius, nihil niſi quod, etc.* *Sed* nihil putarit bonum *cum aliis Dauiſius.* *Conf. Gronou. ad* Liu. 34, 16. *Wieling. in lect. Iur. Ciu. 1, 8, et Morgagn. ad l. c. Columellae ſ. Epiſt. 1, 38. Plane autem huc non pertinet, quem hic adiecere locus* Solin. c. 50 *de Sagda gemma,* Supermeantes

meantes nautes e profundo petit, et carinis ita tenaciter adcorporatur, vt niſi abraſa parte ligni, aegre ſeparetur. *Pleonaſmi τȣ͂* niſi *exempla. Vid. ap. Heinſ. ad* Ouid. Heroid. 4, 111.

NISĬBIS, is. f. [Νίσιβις] *Oppidum eſt Arbelitidis. Vid.* Plin. 6, 13. Ammian. 25, 31. *Philoſtorg.* 8, 1. *et Spanh. Num. Diſſ.* 9.

NISIBĒNVS, a, um. Adi. Ammian. 25, 38.

NĪSVS, i. m. [Νῖσος] *Rex Megarenſium, pater* Scyllae: *vbi fabulam totam damus. Nempe in auem ſui nominis mutatus eſt* Niſus, *quem alii* Haliaeetum *dicunt, alii* Accipitrem *minorem*, Falconem *alii*. Niſum *dictum volunt a niſu ad praedam.* Virg. Georg. 1, 404 Apparet liquido ſublimis in aëre Niſus: *etc.* Coma purpurea Niſi Tibul. 1, 4, 57. *Alias notationes vid. mox poſt* NISEIS.

NISĒVS, a, um. Adi. [Νίσειος] Ouid. Faſt. 4, 500 Effugit ad Syrtes, et te Zanclea Charybdis, Et vos Niſei, naufraga, monſtra, canes. *Fabulam tangit Scyllae, quae ab inferiore ſui parte in canes mutata fuit. Fuerunt autem Scyllae duae, vna Phorci, altera* Niſi *filia. Haec in auem, illa vero dimidia ſui parte in canes mutata fuit. Sed* Ouidius *hoc loco fabulam confundit, quemadmodum et* Virgilius in Ecl. 6, 74 Quid dicam aut Scyllam Niſi, *etc. Vid.* SCYLLA.

NISĒĬVS, a, um. Adi. Neiſeia virgo, *Scylla* Ouid. Met. 8, 55.

NISEIS, ĭdos. f. *Pro Scylla.* Ouid. Rem. Amor. 737 Praeterita cautus Niſeide nauita gaudet.

NISVS, i. m. *Sidus caeleſte. Al. Engonaſis. Vid.* Mart. Capell. 8 p. 282 *et ibi Grot. Vid. infra* NIXVS. *Eſt reuera hic etiam participium verbi* Nitor. *Habet enim ſidus habitum ſurgere nitentis.* ¶ 2 Niſus *etiam, Euryali amicus, curſu velociſſimus.* Virg. Aen. 5, 319 Primus abit, longeque ante omnia corpora Niſus Emicat: et ventis, et fulminis ocyor alis. Id. ibid. 9, 176. *etc.*

NISVS, *vid.* NITOR, ĕris.

N I T

NITAL, *vel potius* AMIDA *vel* AMITAL, *Idolum Indicum inter magica coli ſolitum. Vid.* Mart. Capell. 2 p. 42 *cum Not. Grotii.*

NITEDVLA, NITELLA. *Vid.* NITEO.

NITEO, ui, ēre. [στίλβω] *Splendidum a natura ob pinguedinem interfuſam, vel quamcunque cauſam aliam, aut a cultu eſſe* Plaut. Truc. 2, 4, 3 Feruide vt tota floret, vt oleum nitide nitet. Nitere vnguentis, fulgere purpura Cic. in Catil. 2, 5 c. 3. Barba nitet Tibul. 1, 4, 4. Barba nitet inducto gelu Ouid. Triſt. 3, 10, 22. Caelum nitet diffuſo lumine Lucret. 1, 9. Canis nitere *dicitur, cum pinguis eſt* Phaedr. 3, 8. Ora candida nitent Ouid. de Medicam. faciei 51. Regina nitet ante alias Stat. Achil. 2, 149. Res vbi magna nitet domino ſene Hor. Serm. 2, 4, 112. *vbi ſunt magnae et ſplendidae diuitiae.* Serpens nitet recenti ſquama Ouid. Met. 9, 267. Tecta nitent aere Id. Faſt. 6, 261. Cic. de Lege Agr. 1, 21. Non dico ſolum hoc in Republica vectigal eſſe, quod amiſſis aliis remaneat, intermiſſis non conquieſcat, in pace niteat, in bello non obſoleſcat, *etc. Sic* Nitere *oratio dicitur, quum exculta eſt et elaborata.* Cic. de Fin. 4, 5 Illorum vides quam niteat oratio. Multa nitent in carmine Hor. de Arte Poët. 351. Nitui: Tibul. Eleg. 1, 4, 64 Ex humero Pelopis non nituiſſet ebur. *In MSS. codd. permiſceri ſolent* Niteo *et* Vireo: *vid. Burm. ad* Quinctil. Declam. 12, 13 p. 254.

NITENS, entis. Partic. Ore floridulo nitens Catul. 59 (62) 193. Nitens crine, niger vnguento Martial. 12, 38. Aſtra nitentia Ouid. Faſt. 5, 543. Capilli malobathro Hor. Carm. 2, 7, 7. Culta Virg. Georg. 1, 153. Equi Id. Aen. 6, 654. Flos nitentior oſtro Ouid. Met. 10, 211. Frondes auro Id. ibid. 4, 636. Galea Virg. Aen. 9, 457. Ingenium Stat. Silu. 1, 5, 63. Oculi Virg. Aen. 1, 228. Oratio non valde nitens, non plane horrida Cic. de Clar. Orat. 238 c. 67. Virg. Aen. 3, 20 — ſuperoque nitentem Caelicolum regi mactabam in litore taurum. *i. Opimum; nam quae ſaginata ſunt* nitere *dicũntur. Turnebus.* Vuae nitentes Ouid. Met. 14, 661. *Al.* Tumentes. Vxor ore floridulo nitens Catull. 62, 193.

NITENTER. Adu. *Vnde* Nitentius *ap.* Mart. Capellam.

NITESCO, ĕre. [καλλύνομαι] *Idem.* Cic. Tuſc. 1, 69 c. 28 Caelum niteſcere, arbores frondeſcere. *Ex quodam Poëta. Al.* miteſcere. Plin. Epiſt. 2, 17, 3 Multi greges ouium, multa ibi equorum boumque armenta; quae montibus hieme depulſa, herbis et tempore verno niteſcunt. Iuuentus oleo perfuſa niteſcit Virg. Aen. 5, 135. Cic. in Arato 174 Exiguo qui ſtellarum candore niteſcit. *De Aquario.* Ingenio, doctrina, praeceptione niteſcit natura in arte memoriae Auctor ad Herenn. 3, 29 c. 16.

NITESCENS, entis. Partic. Niteſcente luna noua Plin. 8 *pr.*

NITOR, ōris. m. [τὸ διαδὲς] *Splendor in quacunque re, ſic tamen, vt potius ex leuitate quadam ac politura eſſe videatur, quam ab igne.* Plin. 37, 2 ſ. 8 Splendor his ſine viribus, nitorque potius quam ſplendor. *De murrhinis. Id tamen perpetuum non eſſe, vſus, praeſertim in* Nitidus, *docet.* Ter. Eun. 2, 2, 11 Qui color, nitor, veſtitus: quae habitudo eſt corporis. Cic. de Senect. 59 Tum Lyſandrum intuentem eius purpuram, et nitorem corporis. *Scilicet Cyri. Conf.* Stat. Silu. 3, 3, 149. *et* 5, 2, 73. Splendor et nitor Cic. pro Cael. 77. Aurorae exoriens Lucret. 4, 439. Corporis, *vid. ſupra.* Eloquii Ouid. ex Ponto 2, 2, 51. Generis tui Id. ibid. 2, 9, 17. Marmorum Plin. 12, 1. Materiae Quinctil. 3, 8. Olei, *vid. infra.* Orationis Cic. Att. 13, 19 *extr.* Oris igneus Claud. in Conſ. Stil. 1, 45. Circumfuſus Quinctil. 4, 1. Diurnus nitor, Nitor diei Ouid. Epiſt. 18, 78. Naturalis et non fucatus Cic. de Clar. Orat. 36 c. 9. Nimio nitore luſtratus delphinus Id. in Arat. 92. Nullus tota nitor in cute Iuuen. Sat. 9, 13. Purus Lucret. 2, 776. Cic. de Legib. 1, 6 Fannii autem aetate coniunctus Antipater, paullo inflauit vehementius, habuitque vires agreſtes ille quidem atque horridas, ſine nitore ac palaeſtra. Admiſcere aliquid nitoris Quinct. 3, 1, 3. Inducere cuti nitorem, *vid.* INDVCO. Perſtringere adſpectus omnium gemmae nitore et auri ſplendore Auctor ad Herenn. 4, 64 c. 50. Lucret. 2, 818

Praeterea, quoniam non certis certa figuris
Eſt natura coloris: et omnia principiorum
Formamenta queunt in quouis eſſe nitore:
Cur ea, quae conſtant ex illis, non pariter ſunt
Omnigenis perfuſa coloribus in genere omni?

Nitor, *pro Pinguedine.* Vitruu. 10, 1 Neque olei nitorem, neque vitium fructum habere potuiſſemus. *Turnebus*, Nitent, *inquit, Latinis, quae bene habita et obeſa ſunt: nitoremque in oleo dixit* Vitruuius, *propter eius pinguitudinem. Caeterum* Nitorem olei, *pro ipſo Oleo, per circuitionem poſuit.*

NITĬDVS, a, um. Adi. [λιπαρὸς] *Splendidus, clarus, lucens.* Plaut. Stich. 1, 2, 8 Facite ſultis nitidae aedes meae ſint quum redeam domum. Pexo capillo nitidus Cic. in Catil. 2, 22. Suo colore Quinctil. 2, 5. Nitidus filiae nuptiis Plaut. Aulul. 3, 6, 4. *i. Nitido cultu indutus.* Aedes, *vid. ſupra.* Agna Hor. Serm. 2, 3, 214. Aries nitidiſſimus auro Ouid. Faſt. 3, 867. Aurum Id. Met. 10, 675. Boues nitidiores Pallad. 1, 21. Capilli Hor. Epiſt. 1, 14, 32. Caput Solis Virg. Georg. 1, 467. Colles nitidiſſimi viridiſſimique Cic. Verr. 5 (3) 47 c. 18. Ebur Ouid. Met. 2, 3. Femina Plaut. Milit. 4, 2, 12. Forma nitida in pictura, *cui contrarium eſt* Horrida. Cic. in Orat. 36 In picturis alios horrida, inculta, abdita et opaca: contra alios nitida, laeta, colluſtrata, delectat. Forma *ſcilicet.* Fruges Lucret. 2, 253. Genus quoddam verborum nitidum et laetum Cic. de Orat. 1, 81 c. 18. Ignes Ouid. Met. 8, 180. *Al.* Subiti. Imago ſolis Id. ibid. 14, 768. Laurus Plin. Epiſt. 5, 6. Phoebus nitidiſſimus Ouid. Met. 4, 348. Pictura nitida Cic. Orat. c. 11. Ramulus Columel. 5, 6. Senſus Claud. Conſ. Mal. Theod. 193. Sol nitidus, *h. e. Lucidus et conſpicuus* Cic. Att. 12, 6. Vacca Ouid. Met. 2, 694. Cic. in Partit. 17 Vt ſint alia (*Verba*) conſonantiora, grauiora, leuiora, et quodammodo nitidiora, alia contra. Quinctil. 8, 3 *paſſim. Conf. Burm. ad* Quinct. 2, 5 p. 150. Virgines Hor. Carm. 2, 12, 19. Vita nitidior Plin. 13, 15. Vndae Ouid. Met. 3, 407. Nitidus, *Qui corpore eſt ſolido, carne laeui et polita, non horrida, neque ſqualida.* Hor. Epiſt. 1, 4, 15 Me pinguem, et nitidum bene curata cute viſes, *etc. Conf.* Nep. 18, 5, 6. Boues nitidiores Pallad. 1, 21. Videas in nonnullorum domibus nitidos et craſſos Canes Ambroſ. Serm. 32. Nitidus, *pro Vrbano. Vrbani enim homines magna ex parte cultiores, comtiores, mundiores ac nitidiores ruſticis ſolent eſſe. Ruſtici contra horridi, ſcabri, inculti, ſtrigoſi, et illoti. Hinc* Hor. Nitidum *oppoſuit* Ruſtico Epiſt. 1, 7, 83 Ex nitido fit ruſticus, *etc. Laubinus.* Capitol. Maxim. Iun. c. 2 Veſtibus tam accuratus fuit, vt nulla mulier nitidior eſſet in mundo.

NITĬDE, ius, iſſime. Adu. Plaut. Truc. 2, 4, 3 Vt tota floret, vt olet, vt nitide nitet. Idem Ciſt. 1, 1, 11 Prandio nos lepide atque nitide accepiſti.

NITIDIVSCŬLVS, a, um. Adi. Plaut. Pſeud. 1, 2, 84 Nitidiuſculum caput.

NITIDIVSCŬLE. Dimin. Adu. [διαδῶς] Plaut. Pſeud. 3, 1, 8 Qui amet me, vt curet tandem nitidiuſcule.

NITIDĬTAS, ātis. f. *Idem quod Nitor.* Acc. Bacch. Formae, figurae nitiditate hoſpes regis. Nonius 2, 578.

NITĬDO, āre. [καλλύνω] *Nitidum facere.* Columel. 12, 3, 9 Ferramenta deterſa nitidentur, atque rubigine liberentur. Ennius Creſphonte, O pie eam ſecum aduocant, eunt ad fontem, nitidant corpora. *Vid.* Non. 2, 583. *et* Pallad. 2, 17.

NĬTELLA, *vel* NITELA, ae. f. *Idem fere quod* Nitor, *aut, quod nitorem conciliat.* Nitelas pulueris Solini c. 36 *interpretantur micas pulueris auri, quae inter arenas reperiuntur.* Apul. Apol.

Miſi vt petiſti medicinas dentium,
Nitelas oris ex Arabiae frugibus
Tenuem, candificum, nobilem puluiſculum.

Scobem auri *vocat* Trebell. Pollio Gallien. c. 16. Solinus c. 35 Nam praecipua viris gloria eſt in armorum nitela. Vet. Gl. Nitella κάλλωτρον. *Sed*

NĪTĒLA, ae. f. [δενδροβάτης Vet. Gloſſ.] *Animal a* nitendo *dictum, primae ſyllabae modus indicat, cui conuenit Graeca, quam dedimus ex Vet. Gloſſario interpretatio. Eſt igitur animal* niti, *eniti, ſcandere arbores ſolitum, muris agreſtis genus, rutilum, vel ſciurus ipſe, vel cognatum* ſciuro *animal, quod in deliciis hominum delicatorum fuiſſe, indicat* Martial. 5, 38 *de* Erotio *puella*, Quae crine vincit Baetici gregis vellus, Rhenique (*accolarum, Germanorum rutilos capillorum*) nodos, aureamque Nitelam. *Sunt Scazontes: prima igitur Syllaba longa.* Seruius ad Georg. 1, 181 Nitela mus agreſtis robeus, cuius Cicero meminit in Seſtiana. *Eſt igitur idem animal, quod* Nitedula, *de quo ſtatim. Haec ita viſa ſunt Salmaſio ad Solin.* p. 22. *it.* p. 343. *Voſſioque in Etymol. Falluntur, qui* Nitelam *hanc ad verbum* Niteo *referunt, et puluerem aureum, quo illuminentur capilli, quae Raderi ſententia fuit.*

NITEDŬLA, ae. f. [λαμπυρίδιον] *Idem animal.* Cic. pro P. Sext. 72 c. 33 Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa ex vepreculis extracta nitedula Rempub. conaretur arrodere. Hor. Epiſt. 1, 7, 29 Forte per anguſtam tenuis nitedula rimam Repſerat in cameram frumenti, *etc. Sic expulſa importuna* vulpecula, *quae hic nidum fecerat, hunc locum emendauit Bentleius, quem inſpicere operae pretium eſt. Conf.* NITELA. ¶ 2 Nitedula *pro Cicindela, quae noctu lucet, nusquam eſt auctore Voſſ. Etym. p.* 343.

NITELĪNVS, a, um. Adi. Plin. 16, 37 *de Salice*, Vimineam vocant, eandem purpuream; alteram nitelinam a colore. *i. Rufam, rutilam, interprete Voſſio.*

NITEFĂCIO, ĕre. Gell. 18, 11 Ventus mare caeruleum criſpans nitefacit. *Al.* Niteſcere facit.

NITEFACTVS, a, um. Partic. Iuuenc. in Matth. c. 6 Grato crinem nitefactus olino.

NITIOBRIGES, um. Pl. [Νιτιόβριγες] *Populi Narbonenſis Galliae* Meminit Caeſ. Bell. Gall. 7, 7.

NĪTOR, ĕris, nixus *et* niſus ſum, niti. [πειρῶμαι, ἐρείδομαι] Conari *vehementer, in primis in eundo, aſcendendo, pariendo, cacando, etc. vbi firmum aliquid et fixum, intelligitur, quod conatum adiuuet.* Virgil. Georg. 3, 172 Poſt valido nitens ſub pondere faginus axis Increpat. Suet. Veſp. c. 20 Statura fuit quadrata vultu veluti nitentis. Vnde quidam vrbanorum non infacete: ſi quidem petenti, vt in ſe aliquid diceret, Dicam, inquit, cum ventrem exonerare deſieris. *De conatu ſurgendi*, Idem c. 24 Dum conſurgit ac nititur inter manus ſubleuantium extinctus eſt. *De conatu progrediendi*, Cic. de Nat. Deor. 2, 124 c. 48 Cum primum niti poſſunt. Idem ibid. 2, 115 Omnes partes eius vndique medium locum capeſſentes nituntur aequaliter. In aduerſum Ouid. Met. 2, 72. In culmen niti et aſcendere Plin. Epiſt. 5, 6. Ad ſidera vi propria niti Virg. Georg. 2, 428. Alis niti, *Volare.* Idem Aen. 4, 252. Aues motis nituntur in aëra pennis Ouid. ex Ponto 2, 7, 27. Genu nitens Virg. Aen. 12, 303. Gradu niti, *Ambulare.* Pacuuius Periboea, Ardua per loca agreſti ac trepidante gradu nititur. Virg. Aen. 2, 443 Nituntur gradibus: *i. Aſcendunt.* Haſta niti, *i. Incumbere* Virg. Aen. 6, 760. Humi niti,

Incedere per humum Virg. Aen. 2, 380. Seruius. ¶ 2 *Ad animum etiam, totum certe hominem refertur, vt ſit* Niti, *Conari, dare operam, laborare.* Ter. Adelph. 3, 4, 51 Quapropter nitar, faciam, experiar. Fruſtra niti, neque aliud ſeſe fatigando quam odium quaerere, extremae dementiae eſt Sall. Iug. 3. Plin. Epiſt. 3, 9, 8 Cum vterque pari iugo non pro ſe, ſed pro cauſa niteretur. Cic. de Senect. 82 c. 23 Quod quidem ni ita ſe haberet, vt animi immortales eſſent, haud optimi cuiusque animus maxime ad immortalem gloriam niteretur. Plin. Epiſt. 3, 18, 2 Qua potiſſimum via poſſent ad eandem gloriam niti. Cic. Att. 12, 15 (14) Ad omniaque nitor, *i.* Omnia tento ſed verbum nitor energiam habet : nitimur enim cum labore et difficultate. *in aliis Codd. deeſt* ad. Labore praeſtante niti noctes atque dies Lucret. 3, 62. Ad ſumma Quinct. 1 prooem. Cic. Tuſc. 1, 50 Sed plurimi contra nituntur. Contra honorem alicuius Idem ſub Att. 9, 11. Idem Fam. 1, 5 Nos quum maxime conſilio, ſtudio, labore, gratia, de cauſa regia niteremur : ſubito exorta eſt nefaria Catonis promulgatio, quae noſtra ſtudia impediret, *i. Laboraremus, et daremus operam, vt cauſa regia bene haberet.* Niti de aequitate Cic. in Partit. 127. Miltiades maxime nitebatur, vt Nep. 1, 4, 4. Plin. 2, 65 Ergo totas, omnique ex parte aquas vergere in centrum ideoque non decidere, quoniam in interiora nitantur, *i. Ferantur.* Nitimur in vetitum ſemper Ouid. Amor. 3, 4, 17. Niti pro aliquo Liu. 35, 10. Tac. Ann. 1, 43, 1. Nocte dieque niti pro aliquo Ouid. ex Pont. 3, 1, 40. ¶ 3 *Interdum ſpeciatim eſt* Niti, *Fulciri.* Cic. Off. 1, 122 c. 34 Eſt igitur adoleſcentis, maiores natu vereri, ex hisque deligere optimos et probatiſſimos, quorum conſilio atque auctoritate nitatur. *i. Fulciatur et gubernetur, inſtituaturque.* Radicibus ſuis nituntur arbores Cic. pro Cael. 14. Id. pro Planc. 67 Virtutis curſus ad gloriam hoc facilior fortaſſe, quod huc a me ortus, et per me nixus aſcendi. Nititur in coniectura diuinatio Cic. de Diuin. 2, 55 c. 26 *pr.* *Hinc* Niti, *Fiduciam collocare.* Cic. Verr. 2, 155 Quo confugies? vbi nitere? Idem pro Cluent. 1 Altera mihi niti, et magnopere confidere videbatur inuidia iam inueterata iudicii Iuniani. *Cum Infinito* Nep. Pelop. 2 Vt quemque ex proximo locum fors obtuliſſet, eo patriam recuperare niterentur. *Sed ordinarie hic etiam cum Ablatiuis iungitur.* Aequo nitantur Quinct. 3, 6. Auctoritate atque conſilio alicuius, et eius exercitu Cic. Fam. 12, 10. Conſilio alicuius aut praeſidio Idem in Piſon. 19. Idem Fam. 1, 5 Nos cum maxime Conſilio, Studio, Labore, Gratia de cauſa regia niteremur. Fiducia virtutis nobis nitendum eſt ad ſpem beate viuendi Cic. Tuſc. 5, 2 c. 1. Gratia et auctoritate et potentia cuiusquam Idem Verr. Act. 1, 15. Humeris hic nititur Ouid. Faſt. 1, 565. Inſidiis Caeſ. Bell. Gall. 1, 16. Iudicio ſuorum fundamenta defenſionis ſuae nituntur Cic. pro Cael. 5. Laude alicuius Idem pro Flacc. 62. Nobilitate nixi, innocentia freti, potentia ac multitudine amicorum fulti, perſacile exiſtimaremus aduerſariorum vim ac factionem a nobis repelli poſſe Cicero anteq. iret in exil. 11 c. 4. Opinione maiorum niti Idem in Salluſt. 5. Prudentia rerum magis quam dicendi arte Idem de Orat. 1, 214. Idem Att. 3, 9 Nunc ſi ita ſunt quae ſperas, ſuſtinebimus nos, et ſpe, qua iubes, nitemur. Idem Quint. Frat. 1, 1, 36 Quum ratio, ſalusque omnium noſtrûm, qui ad Remp. accedimus, non veritate ſolum, ſed etiam fama niteretur, ſermones ad te aliorum ſemper, non mea iudicia perſcripſi. Viribus ſuis nitens Respublica Brut. ad Cic. Ep. 4 *extr.* Virtute decet, non ſanguine niti Claud. Conſ. Hon. 4, 219. Cic. in Somn. Scip. 3 c. 2 Tu eris vnus in quo nitatur ciuitatis ſalus. Idem pro Milon. 19 Ei viro mors parabatur, cuius in vita nitebatur ſalus ciuitatis, *i. Cn. Pompeio.* In aliquo ambitio noſtra nititur Cic. Fam. 1, 5. In nobis tantum ipſis nitamur Gell. 2, 29. Diuinatio in coniectura nititur Cic. de Diuin. 2 c. 26 *pr.* *Gerund.* Nepos 25, 15, 2 In nitendo quod ſemel annuiſſet tanta erat cura, vt non mandatam, ſed ſuam rem videretur agere.

NITENS, entis. Partic. [πειρώμενος] Extremam nitens plumato corpore Coruus Roſtro tundit Cic. de Nat. Deor. 2, 114. Nullo pro Galba nitente Tac. Hiſt. 1, 55, 4. *Vid. ſupra paſſim.*

NISVS, a, um. Partic. Cic. pro Cluent. 6 c. 57 Veſtra aequitate niſi confidimus, *et ſic ſaepe eſt in optimis libris pro vulgatiore* Nixus. *Vid. Parei Lex. Crit. p.* 793.

NISVS, ûs. m. [πεῖρα, πειρασμὸς] *Conatus.* Cic. Tuſc. 2, 48 c. 21 Pedetentim, *inquit*, ite, et ſedato niſu : ne ſuccuſſu arripiat maior dolor. Plin. 11, 37 Anguſtiſſima canibus : qua de cauſa vehementi niſu, nec ſine cruciatu leuant eam. Inſoliti niſus Hor. Carm. 4, 4, 8. Pedum niſus Lucret. 5, 912. Leui niſu ſuſtollere aliquid Id. 4, 904. Haſtam praepropero niſu iacit Sil. 15, 757. Dea rapido pulcherrima niſu Virg. Aen. 11, 852. *Plur.* Ammian. 19, 1 Niſibus magnis inſtabat. Auguſtin. de Ciu. Dei 22, 13 Miſericordia Dei meis niſibus opem ferente. *De partu etiam dicitur, vt* Eniti. *Vid.* NIXVS : *eſt enim idem plane nomen, et plerumque variant libri. In MSS. confundi ſolere* Niſus, *et* Viſus, *annotat Drakenb. ad* Sil. 5, 284.

NIXVS, a, um. Partic. [ἐρεισάμενος] *Innixus.* Cic. Verr. 5, 85 Stetit ſoleatus Praetor Pop. Romani cum pallio purpureo, tunicaque talari, muliercula nixus in litore. Ad antra nixus Propert. 3, 2, 14. Nixus in hoc vno nouitatis nomine inani Lucret. 5, 907. Caput manibus nixa Cynthia Propert. 1, 3, 8. Genibus nixae matronae Liu. 26, 9. Plaut. Rud. 3, 5, 33. Haſtili nixus Scaeuola Cic. pro Rabir. 21. Pede poſito nixus Virg. Aen. 10, 736. Stat. Theb. 2, 560 Saxum — Rupibus auellit, dein toto Sanguine nixus Suſtinet, immanem quaerens librare ruinam. Nixus in cubitum, Nepos in vita Attici, *extr.* *Metaphor.* Cic. pro Cluent. 156 Si obtinuerit cauſam Cluentius (ſicuti veſtra aequitate nixi confidimus) omnes exiſtimabunt, id quod erit, obtinuiſſe propter innocentiam. *al.* Niſi. *Vid. ſupra.* Honeſto nixa virtus Cic. de Finib. 1, 61. Mendacio nixa eſt Idem de Orat. 2, 30. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 5 Auxilium vniuerſorum eo plurimum prodeſt, quo firmioribus Opibus eſt nixum. ¶ 2 *De* Niſo *vel* Nixo *ſidere, ſeparatim agimus.*

NIXII Dii, *vid. paullo poſt ſuo loco.*

NIXVS, ûs. m. *vel* NISVS. [τόκος, τοκετὸς] *Partus.* Virg. Georg. 4, 199 Haud foetus nixibus edunt. Gell. 12, 1 Quam diutinum puerperium, et quam laborioſi nixus fuiſſent. Maturis nixibus editus Ouid. Faſt. 5, 171. Nixibus ex aluo matris natura profudit, *de infante* Lucret. 5, 226. *Et Singul.* Ouid. Epiſt. 4, 176 O Vtinam — In medio nixu viſcera rupta forent. Nixus pares Idem Met. 9, 294. *vid.* NIXII Dii, *infra.* Nixus, *Conatus etiam dicitur.* Quinct. 2, 12, 2 Luctator, qui totius corporis nixu in id, quod ſemel inuaſit, incumbit. Nec ſuo nixu ſtudiis inſiſtunt pueri, ſed in ſublime etiam currit, et ad ſummum peruenit non nixu, ſed impetu Quinct. 8, 4, 9. Formandos ſe tantummodo praeſtant. Idem 1, 12, 1. Magno nixu aggredi aliquem Virg. Aen. 3, 37. Cic. de Natur. Deor. 2, 117 In aëre autem Aſtra voluuntur, quae ſe et nixu ſuo conglobata continent, et forma ipſa figuraque ſua momenta ſuſtentant. Niſum *de animo*, Nixum *de corpore dicendum, nonnulli volunt : ſed hoc diſcrimen ſaepe negligitur. Vid. Drakenb. ad* Sil. 2, 123. *De permutatione vocum* Nixus *et* Nexus *in MSS. vid.* NEXVS.

NIXVRIO, ii, ire. [πειρασείω] Niti velle, ſeu cupere, aut conari facere. Nigidius, Nixurit qui niti vult, et in conatu ſaepius aliqua re repellitur. *apud* Non. 2, 58.

NIXOR, ātus ſum, āri. *Idem quod Nitor.* Lucret. 4, 509 Fundamenta, quibus nixatur vita, ſalusque. *vid.* Nictor, āri, *ex* Lucret. 6, 836.

NIXANS, antis. Part. Lucret. 3, 1014 Hoc eſt aduerſo nixantem trudere monte Saxum.

NITIBVNDVS, a, um. Adi. [πειρώμενος] Gell. 1, 11 Sed enim Achaeos Homerus pugnam indipiſci ait, non fidicularum tibiarumque concentu, verum conſpiratu tacito nitibundos.

NIXE. Adu. *in* Gloſſ. Iſidor. *explicatur per* Munite.

NĬTOR, ōris. *Vid.* NITEO.

NITRITES Nomos. [Νιτριωτικὸς νομὸς Straboni] Praefectura eſt in ea parte Aegypti, quae eſt ſupra Memphim, nomen habens a duabus nitrariis, quae plurimum ferunt nitri. *Vid.* Plin. 4, 9. *et* Strab. lib. 16.

NITRVM, i. n. [νίτρον] *Salis genus, quod hodie vulgo* Sal petrae *vocant, quamquam ab eo diuerſum eſſe*, Plinianae *obſeruationes docent* 31, 10 ſ. 46 Non eſt differenda nitri natura, non multum a ſale diſtans, et eo diligentius dicenda, quia palam eſt, et medicos, qui de eo ſcripſere, ignoraſſe naturam, nec quemquam Theophraſto diligentius tradidiſſe. Exiguum fit apud Medos caneſcentibus ſiccitate conuallibus, quod vocant halmyrhaga. Minus etiam in Thracia iuxta Philippos, ſordidum terra, quod appellant agrium. Nam quercu cremata nunquam multum factitatum eſt, et iam pridem in totum omiſſum. Aquae vero nitroſae pluribus locis reperiuntur, ſed ſine viribus denſandi. Optimum copioſumque in Litis Macedoniae, quod vocant Chalaſtricum, candidum, purumque proximum ſali. Lacus eſt nitroſus — ibi nitrum innatat — ſi fuere imbres ſalſius nitrum faciunt —. Et hoc quidem naſcitur. In Aegypto autem conficitur — paene eodem modo quo ſal, niſi quod ſalinis mare infundunt, Nilum autem nitrariis. Hae cedente Nilo madent ſucco nitri, — ſtatimque vt denſari eſt coeptum rapitur, ne reſoluatur, in nitrariis — *Multis interiectis*, Nitri probatio, vt ſit tenuiſſimum, et quam maxime ſpongioſum fiſtuloſumque. Adulteratur in Aegypto calce, *etc.* *Sunt enim nimis multa, ſed lectu digna.* Alexandrinum Veget. Mulom. 2, 28, 2. Decoctum nitrum Scribon. 243. Radens tubera Ouid. de Medicam. faciei 85. Rubentis nitri ſpuma Idem ibid. 73. Rubrum nitrum Scribon. 216. Similis nitri 191.

NITRŌSVS, a, um. Adi. [νιτρώδης] *Quod nitrum habet, vel nitri ſaporem.* Plin. 31, 10 Aquae vero nitroſae pluribus locis reperiuntur, ſed ſine viribus denſandi. *Et paullo poſt*, Lacus eſt nitroſus, exiliente e medio dulci fonticulo. Fontes nitroſi Plin. 12, 14. Nitroſus locus Idem 20, 19. *Add.* Vitruu. 8, 12.

NITRARIA, ae. f. [νιτρορυχεῖον] *Locus, vbi nitrum fit, vel inuenitur.* Plin. 31, 10 Sunt ibi nitrariae, in quibus et rufum exit a colore terrae. *Sic ibidem frequenter.*

NITRĀTVS, a, um. Adi. [νιτρωτὸς] *Cui nitrum admiſtum eſt.* Martial. 13, 17 Ne tibi pallentes moueant faſtidia caules, Nitrata viridis braſſica fiat aqua. Quod propterea dixit Poëta, quia conſtat, olera nitro fieri viridiora, *vt tradit* Plin. 31, 10. *i. virorem ſuum naturalem ſeruant, vti ruborem carnes.* *Conf.* Columel. 11, 3, 23. Pallad. Febr. 24, 6.

NITRION, i. n. *Herba, Daphnoides.* Apul. de Herb. c. 58.

N I V

NIVALIS, NIVARIVS, NIVATVS, NIVEVS, NIVOSVS, *vid.* NIX.

NIVARIA, Inſula vna ex Fortunatis, a perpetua niue cognominata Plin. 6, 32.

NĪVEO, ēre. *Verbum vetus aiunt, cuius Participio vſus ſit* Petronius c. 115 Niuentibus oculis maris fidem inſpicere. *Sed al.* Vuentibus, *quod probat Burm.* Niuere, *ſi verum ſit, ſimplex fuerit, vnde* Conniueo.

N I X

NIX, niuis. f. [χιὼν, νιφὰς, νιφετὸς] *quaſi* Ninx, *a ningo, pluvia tenuis in floccos glaciata.* Chariſius 1 p. 71 Nix contra rationem niuis facit, licet veteres ninguis declinauerunt, e quibus eſt Lucilius. Plin. 17, 2 Alioqui vota arborum communia ſunt frugumque, niues diutinas ſedere. Cauſa, non ſolum quia animam terrae euaneſcentem exhalatione, includunt et comprimunt, retroque agunt in vires frugum atque radices : verum quod et liquorem ſenſim praebent, purum praeterea leuiſſimumque, quando nix, aquarum caeleſtium ſpuma eſt. Virgil. Ecl. 10, 23 Perque niues alium, perque horrida caſtra ſequuta eſt. Color niuis Ouid. Met. 2, 852. Niue candidiores equi Id. ibid. 8, 373. Candida niue Thrace Horat. Carm. 3, 25, 11. Pruina et nix Cic. in Catil. 2, 23 c. 10. Alta nix iacet Virg. Georg. 1, 310. Altae niues Curt. 7, 3, 11. Cana Hor. Serm. 2, 5, 41. Concreti acri pruina Lucret. 3, 20. Conſpicuae Taygeti Senec. Thyeſte 2. Cumulata vento nix Curt. 5, 4, 18. Diſcuſſa Valer. Argon. 5, 174. Curt. 7, 3, 10. Duratae Horat. Carm. 3, 24, 39. Gelidae Ouid. Faſt. 1, 680. Glebulae niuis deuoratae Scribon. 199. Glomeratae turbine Sil. 3, 523. Hyberna niue turgidi fluuii Horat. Carm. 4, 12, 4. Horrifera Valer. Argon. 5, 306. Iactata Ouid. Triſt. 1, 10, 11. Madens ſole Idem Ep. 13, 52. Purae Idem ibid. 16, 249. Rotatae Ouid. Met. 9, 221. Solutae Idem Amor. 3, 6, 93. Verna Idem Triſt. 3, 2, 20. Concreſcit niue pruinaque aqua admiſto calore Cic. de Nat. Deor. 2, 26. Conteret ille niues congeſtas Ouid. Amor. 1, 9, 12. Diffugere niues Hor. Carm. 4, 7, 1. Eluctor niues Tac. Hiſt. 3, 59. Fundunt tela vndique ritu niuis Virg. Aen. 11, 611. Glaciat Iuppiter poſitas niues Horat. Carm. 3, 10, 7. Indurat boreas niues Ouid. Met. 6, 692. Madeſcunt perfuſae niues imbre Senec. Hippol. 4. Mollit Auſter niuem Ouid. ex Pont. 2, 3, 89. Obrutus niuibus Liu. 5, 2. *vid.* OBRVO. Pruinas ac niues Perferre Cicero in Catil. 2 c. 10. Tegit humeros infuſa nix Virg. Aen. 4, 250.

Cic. Quint. Frat. 2, 2 Riſi niuem atram, teque hilari animo eſſe, et promto ad iocandum valde me iuuat. Nigram niuem Anaxagoras dixit eſſe Cic. Acad. 4, 72. Ipſam niuem vetuſtate rubeſcere, *ait* Plin. 11, 35. *Conf. Bartholin. de niuis vſu, p.* 24. *De niue refrigerando potui adhibita, vid. Burm. ad* Petron. c. 31. *et mox* NIVARIVS, NIVATVS. Capitis niues, *Capilli cani* Hor. Carm. 3, 13, 12. *Conf.* Quinct. 8, 6, 17. *et* Voſſ. Inſt. Or. 4, 6, 7.

NIVĀLIS, e. Adi. [νιφόεις] *Niue plenus, niui ſimilis, etc.* Aemonia niualis Hor. Carm. 1, 37, 19. Aurae niuales Id. Ep. 1, 11, 18. Caelum niuale, *pro Pluuioſo: quod ſaepe niues, et frigidum aëris temperiem inducit*, Columel. 3, 1 *in fine Legitur et* Glaciale. Candor niualis Virg. Aen. 3, 538. Compede vinctus niuali Hebrus Hor. Ep. 1, 3, 3 *Conglaciatus.* Dies niualis, In qua nix plurima ecaelo delabitur Liu. 21, 54. Sen. Nat. Quaeſt. 4, 4. Gelu Senec. Medea ſ. 9. Glacies Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 70. Loca niualia, *Vbi nix abundat.* Plin. 26, 8 Naſcitur in petroſis, apricis, et iisdem niualibus. Oſculum niuale, *per translationem, pro Frigido,* Martial. 7, 95. Tumulus niualis Cic. de Diuin. 1, 18. *Ex quodam Poëta.* Vaſa niualia (*alii legunt* Naualia) Vlp. in l. Quum aurum. §. argento facto D. de aur. et arg. leg. Venti Virg. Georg. 3, 318. Vndae niuales, *Quae ex niuibus defluunt* Martial. 14, 118.

NIVARIVS, a, um. Adi. [χιονικός] Martial. 14, 103. *de* Colo niuario, Setinos moneo, noſtra niue frange trientes: Pauperiore mero tingere lina potes. *h. e. Colo vinum Setinum, quo nullum eſt praeſtantius, per noſtram niuem. Vinum autem vilius potes colare per ſaccos linteos. Bayſius,* Colum niuarium, *vas quo aqua ex niuibus colari ſolebat. Nos hodie colo vtimur ad lac colandum, et eſt vas ligneum, quod fundum linteum habet ei annexum. Hactenus Bayſius, vid.* SACCVS. Lagena Mart. 14, 116 lemm. Plin. 24, 1 Qua de cauſa et in ſaccos niuarios additur polenta. *Vetus codex habet* Vinarios. *Bayſius, Vtebantur Romani et* ſacco niuario, *quo liquidius merum potarent, et erat lineus.* Martial. 14, 104. *vid.* SACCVS. Colum niuarium Pompon. in l. In argento D. de auro, argento, mundo, ornamen. *etc.*

NIVATVS, a, um. Adi. [χιονωτός] *Quod eſt niue refrigeratum.* Suet. Neron. c. 27 Refotus ſaepius calidis piſcinis, ac tempore aeſtiuo niuatis. Petron. c. 31 Aqua niuata. Sen. Nat. Quaeſt. 4, 13 Niuatae potiones.

NĬVEO, ēre. *et* NIVESCO, ĕre. Tertull. de Pall. c. 3 Lauacro niveſcunt. Niuit pro Ningit *ex* Pacuuio *apud* Non. 10, 23.

NIVEVS, a, um. Adi. [χιονόχροος] *Quod eſt ex Niue, vel Niui ſimilis. vt,* Maſſa niuea. Aggeribus niueis informis iacet terra Virg. Georg. 3, 354. Liquor niueus Cic. de Diuin. 1, 13. *Ex quodam Poëta.* Lux Tibul. 3, 3, 25. Niueus, *pro Candido aliquando ponitur.* Adonis niueus, *vid.* ADONIS. Bos Ouid. Faſt. 4, 326. Candor Auctor ad Herenn. 4, 45. Color Horat. Carm. 2, 4, 3. Columbae Ouid. Met. 13, 674. Dens Id. Epiſt. 18, 18. Ebur Id. Met. 10, 247. Equi Idem Amor. 2, 1, 24. Iuuencus Virg. Ecl. 6, 46. Lacerti Idem Aen. 8, 387. Lapilli Hor. Serm. 1, 2, 80. Latus Virg. Ecl. 6, 54. Liguſtrum Ouid. Met. 13, 789. Os Idem Ep. 20, 120. Pecus Virg. Ecl. 2, 20. Poma Ouid. Met. 4, 89. Toga Martial. 4, 34. Veſtis Ouid. Met. 10, 432. Vitta Virg. Georg. 3, 487. Vlnis niueis reducem complectitur Claud. in Eutrop. 2, 187.

NIVĬFER, ĕra, ĕrum Niuiferae valles Saluian. 6, 196.

NIVŌSVS, a, um. Adi. [χιονώδης] *Quod niuibus abundat.* Columel. 2, 9 Ea locis praegelidis ac niuoſis, vbi aeſtas eſt humida, et ſine vaporibus recte committitur. Liu. 21, 58 Et mox aqua levata vento, quum ſuper gelida montium cacumina concreta eſſet, tantum niuoſae grandinis deiecit, vt omnibus omiſſis procumberent homines. Hiemis niuoſa Liu. 5, 13. Plagae Claud. de Bell. Get. 134. Scythia Ouid. Epiſt. 12, 29. Sidus Stat. Silu. 1, 3, 95.

NIXII Dii, *erant* Nixium *in puerperio adiutores.* Feſtus, Nixii dii appellantur, tria ſigna in Capitolio ante cellam Mineruae genibus nixa, velut praeſidentes parientium nixibus. *Ex quo loco, ope vetuſtiorum librorum, reſtituit Turnebus apud* Ouid. Met. 9, 294 Tendenſque ad caelum brachia, magno Lucinam, nixuſque pares clamore vocabam. *pro quo editum eſt,* Lucinam ad partus nexos. Nixus *enim pares partui inuocaſſe videtur, vel* Nixios deos *implorans, vel ab eis nixus ad puerperium precibus petens. Haec ille. Conf. Dempſter. in Roſin. p.* 336.

NIXVRIO, NIXVS, *vid.* NITOR, niteris.

NIXVS, i. m. [Ἐγγόνασις] *Sidus caeleſte.* Cic. in Arato 400
— ille vagans vulgato nomine Nixus. *Ibid.* 460
Hic ille exoritur conuerſo corpore Nixus,
Aluum, crura, humeros, ſimul et praecordia luſtrans,
Et dextrae radios laeto cum lumine iactans. *Add.* Auien. in Arat. v. 1207 *et* 1222. *Al.* Niſus, *vid. ſupra.*

N O

NO, naui, nāre. [χελίζω, νήχομαι] *Proprius eſt piſcium motus: deinde ad alia corpora viua et inanimata refertur, quae aqua ſuſtinentur. Hinc Nauis quoque dicta.* Nare contra aquam Plin. 9, 17. Aues *etiam aquatiles* nare *dicuntur.* Cic. de Finib. 5, 44 Nare anaticulas, euolare merulas. Carinae nant freto Ouid. Met. 8, 104. Linter nat liquida aqua Tibul. 1, 5, 76. Sine cortice Hor. Serm. 1, 4, 120. Lupus nat inter oues Ouid. Met. 1, 304. Oculi nant Lucret. 3, 479. *i. Conniuent.* Catull. 67, 46 Per medium claſſis barbara nauit Athon. Ars nandi Ouid. Triſt. 2, 486. Tu viribus vtere nando Idem Met. 9, 110.

NANS, nantis. Partic. [χελίζων] Cic. Tuſc. 5, 38 Namque alias beſtias nantes aquarum incolas eſſe voluit. Apparent rari nantes in gurgite vaſto Virg. Aen. 1, 122. Protendere manum nanti Lucan. ad Piſon. 241. Nantium greges Apul. de Mundo p. 70. *it.* Colum. 8, 14, 1 *de anſeribus.* Idem 6, 7, 1 Ventris quoque et inteſtinorum dolor (*in bubus*) ſedatur viſu nantium, et maxime anatis, quam ſi conſpexerit cui inteſtinum dolet, celeriter tormento liberatur, *etc.* Volucres nantes Columel. 2, 15, 1. *Conf.* Virg. Georg. 1, 369.

NATIO, ōnis. f. *Nandi actio, Natatio.* Sibi igitur habeant — ſibi nationes et curſus Cic. de Sen. 58 c. 16. *Sunt tamen qui legant* Natationes.

NĀTO, āre. Frequent. [νήχομαι, νέω] Martial. 4, 30 Sacris piſcibus hae natantur vndae. *Paſſiuum hic eſt.* Aquae natantur multo piſce Ouid. de Arte Am. 1, 48. Aquas natare Martial. 14, 96. Arma naufraga natant Lucan. 4, 87. Campi natare *dicuntur, Qui ſunt aqua ſuperfuſi* Lucret. 6, 266. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 4, 162. *Vid. mox* Limina *et* Pauimenta. Carina natat Virg. Aen. 4, 398. Ipſa ſuas melius Charta natabit aquas Martial. 14, 196. Damae natarunt aequore Hor. Carm. 1, 2, 11. Limina natant aſperſa ſanie Virg. Aen. 3, 625. Pauimenta natabant vino, madebant parietes Cic. Philipp. 2, 105 c. 41. Non Strymonis impia tanto Stagna cruore natant Stat. Theb. 9, 437. Tenebrae ante oculos Ouid. Met. 12, 136. Vnda natatur piſcibus Idem Triſt. 5, 2, 25. *Conf.* Martial. 4, 30.

¶ 2 Natare, *per translationem, Vltro citro vel ſerpere.* Columel. de Arboribus c. 6 Alioquin etiam nouella vinea, quae ex refectione enata fuerit, vim inutilem habebit, ſumma parte natantibus radicibus. *Inprimis ad volatum auium transfertur: vid. Drakenb. ad* Sil. 12, 98. Pes laxo natet altus in Cothurno Sidon. Epiſt. 8, 11. Ouid. de Arte Am. 1, 516 Nec vagus in laxo pes tibi pelle natet. Natare, *Trepidare.* Ouid. Faſt. 6, 673 Nox erat, et vinis oculique animique natabant. Qualis inaequatum ſi quando onus vrget vtrinque, inſtabilis natat alterno depreſſior orbe Tibull. ad Meſſal. v. 44 *de Libra.* Crura apta natando Ouid. Met. 15, 376. Natare, *Inconſtantem eſſe.* Cic. de Nat. Deor. 3, 62 c. 24 Quoniam Neptunum a nando appellatum putas, nullum erit nomen, quod non vna litera poſſis explicare vnde ductum ſit; in quo quidem magis tu mihi natare viſus es, quam ipſe Neptunus. *Sic etiam exponit* Acron Hor. Serm. 2, 7, 7
Pars hominum vitiis gaudet conſtanter, et vrget
Propoſitum: pars multa natat, modo recta capeſſens,
Interdum vitiis obnoxia.

Natatum, *Supinum.* Baias venire ploratum potius quam natatum Cic. Fam. 9, 2.

NATANS, antis. Partic. [νηχόμενος] Pecudes natantes Lucret. 2, 342. Monſtra Hor. Carm. 1, 3, 18 *beluae maris.* Naufragus Cic. de Inu. 2 c. 51. Campi Virgil. Georg. 3, 198. *Grandiores enim ſegetes vento agitatae, ita iactantur, vt aliquam nutantis ſpeciem praebeant.* Campi natantes, *translate pro Mari* Lucret. 6, 1140 Aëra permenſus multum, camposque natantes. *Add.* 5, 489. Crura Nemeſian. Cyneg. v. 170. *i. vacillantia.* Virg. Aen. 5, 856
Ecce deus ramum lethaeo rore madentem,
Vique ſoporatum Stygia, ſuper vtraque quaſſat
Tempora: cunctantique natantia lumina ſoluit. *h. e.* Errantia ſomni vicinitate. Seruius. Idem Georg. 4, 496 Fata vocant, conditque natantia Lumina ſomnus. Oculi natantes ſub atra nocte Ouid. Met. 5, 71.

NATATŪRVS, a, um. Part. [νηξόμενος] Ouid. Epiſt. 18, 212.

NATĀTVS, ûs. m. [νῆξις] Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 333 Pulchroque ſecat Galatea natatu. Idem Conſ. Honor. 4, 347. Segnis natatus Claud. de Torpedine 3. Anguillas, piſceſque fluuiales mitti in his paſcique conueniet, vt horum natatu aqua ſtans agilitatem currentis imitetur Pallad. 1, 17. *Plural.* Stat. Silu. 1, 5, 25 Quas praeceps Anien atque exceptura natatus Virgo iuuat. Prudent. Cathem. 5, 143 Languidulis fota natatibus. *Add.* Rutil. 1, 247.

NATATIO, ōnis. f. Celſ. 3, 24 Si aeſtas eſt, frigidis natationibus vtendum. Idem 4, 7, 4. *et* Cic. de Senect. 58 c. 16 *vbi alii leg.* nationes.

NATĀTOR, ōris. m. [κολυμβητής] *Qui natat.* Ouid. de Rem. Amor. 122 Pugnat in aduerſas ire natator aquas.

NATATĬLIS, e. Adi. [νηκτικός] *Quod natat, vel natare poteſt.* Tertull. adu. Hermog. c. 33. Prudent. in Rom. 332 Feras, volucres, reptiles, natatiles.

NATATĪLE, is. n. [νηκτικόν] *Locus, vbi natant piſces, aut anates, et ſimilia.* Varr. de R. R. 3, 5 Et natatilia ſunt excauata anatum ſtabula. *Vetus exemplar habet* Naualia.

NATATORIA, ae. f. *Piſcina.* Sidon. Epiſt. 2, 2 Per exteriora natatoriae latera. Ambroſ. de iis, qui myſt. init. c. 4. Interpr. Vulg. Ioh. 9, 7 *et* 11 *coll.* c. 5, 4 *et* 7.

NATATVRA, ae. f. Gloſſ. Cyrill. κολυμβήθρα.

NATABĬLIS, e. Adi. *Quod natare poteſt.* Corip. 4, 43 Cedrus olens, ſolidum nunquamque natabile robur, *propter grauitatem.*

NATABVLA, orum. n. [τὰ νηχᾶ] *dicuntur Natationes, hoc eſt piſcinae natatoriae.* Apul. Florid. 3 *pr.* Perſiacae aquae gratiſſima prorſus et ſanis natabula, et aegris medicabula. Natabula, τὰ νηχᾶ Onomaſt. Vet.

N O A

NOA, ae. f. Syenitarum oppidum eſt ad Nilum fluuium, *teſte* Plin. 6, 29.

N O B

NŌBĬLIS, e. Adi. [εὐγενής, διαγενής, διάσημος, γνώριμος, εὐγένειος] *Quaſi* Noſcibilis, *a Noſco: pro Noto accipitur.* Virg. Aen. 7, 564 Eſt locus Italiae medio ſub montibus altis Nobilis. Plaut. Pſeud. 4, 7, 10 Cum iis mihi nec locus, nec ſermo conuenit, iis nunquam nobilis fui. *i. Cognitus.* Nam (*figurae*) ſecretae, et extra vulgarem vſum poſitae, ideoque magis nobiles, vt nouitate aurem excitant, ita copia ſatiant Quinctil. 9, 3, 5. Rem ſibi non nobilem, *pro Ignotam dixiſſe* Apuleium *notat I. Meller. Palmer. Spicileg. p.* 30. *Differentia tamen eſt inter* Nobilem *et* Notum, *vt patet ex* Varrone de R. R. 3, 1, 8 Haec (paſtio agreſtis) nota et nobilis — Altera (villatica) quod humilis videtur — neque explicata ab vllo. *Add.* Senec. de Benef. 3, 18.

¶ 2 Nobilis, *Dignus, et excellens in quacunque re, ſiue bona, ſiue mala. De bona, vt quum ad generis nobilitatem refertur.* Salluſt. in Catil. 5 *pr.* Nobili genere natus. Cic. Verr. 5, 179 Nobili loco natus. Nobilis ſuperare pugnis, *Phraſis eſt mere Graeca. Dicunt enim,* δεινὸς λέγειν, ἱκανὸς ποιεῖν. Horat. Carm. 1, 12, 27 Hunc equis, illum ſuperare pugnis, Nobilem, *etc. De Caſtore et Polluce. Frequens eſt* Horatius *hoc loquendi genere, de quo vide Lambinum.* Cic. pro Flacc. 52 Caeteri homines apud nos noti, inter ſuos nobiles? Idem pro Cael. 31 Res eſt omnis in hac cauſa nobis Iudices cum Clodia muliere non ſolum nobili, ſed etiam nota. Nobilior animo quam gente Paterc. 2, 112, 2. Quod optimum eſt nobiliſſimum *Ibid.* 128, 2. Adoleſcens Ter. Eun. 1, 2, 124. Animus nobilis Seneca Hippol. 4. Acies nobilior, *vid.* ACIES. Bellum Hor. de Arte Poët. 137. Canace nobilis eſt fratris amore ſui Ouid. Triſt. 2, 384. Plin. 5, 25 Palmyra vrbs nobilis ſitu. Corinthus aere nobilis Ouid. Met. 6, 416. Diem hunc faciam nobilem Senec. Herc. Oet. 11. Emplaſtrum nobile ad extrahendum Celſ. 5, 18. Equi Ouid. Amor. 3, 2, 1. Facinus nobile, et multis locis ſaepe commemoratum Cic. Verr. 2, 182. Factum Sil. 3, 356. Ferae Claud. Conſ. Stil. 2, 239. Flumen Ouid. Amor. 3, 6, 89. Fontes Hor. Carm. 3, 13, 13. Forma Senec. Hippol. 6. Fundi tres nobiliſſimi Cic. pro Roſc. Amer. 98. Genere

nere natus Salluſt. Catil. c. 5. Homines nobiles, *quibus opponuntur* Noui, *ſunt ii, quorum maiores in magiſtratibus et honoribus Populi Rom. verſati ſunt, quorumque adeo imagines ipſis habere licet, et in atriis ſuis proponere, atque ducere in funeribus. Vid.* IMAGO. Liu. 22, 34 Id fedus inter omnes nobiles ictum: nec finem ante belli habituros, quam conſulem vere plebeium, id eſt, hominem nouum feciſſent: nam plebeios nobiles iam eisdem initiatos eſſe ſacris, et contemnere plebem, ex quo contemni a patribus deſierint, coepiſſe. Liu. 9, 26 Poſtulabantur ergo nobiles homines: appellantibusque Tribunos nemo erat auxilio, quin nomina reciperentur. Inde nobilitas, nec ii modo, in quos crimen intendebatur, ſed vniuerſi ſimul negare nobilium id crimen eſſe, quibus, ſi nulla obſtetur fraude, pateat via ad honorem, ſed hominum nouorum, *etc.* Homo nobiliſſimus Pericles Cic. Verr. 1, 285. Idem Fam. 1, 7 In te homine omnium nobiliſſimo ſimilia inuidorum vitia perſpexi. Illius aetatis nobiliſſimus et clariſſimus philoſophus Cic. de Orat. 2, 155. Inimicitiae nobiliſſimae Liu. 39, 4. *i. Notiſſimae. vid. h. l. Gronou.* Lethum Catonis Hor. Carm. 1, 12, 36. Municipium illuſtre et nobile Cic. Verr. 5, 39. Nomen nobile bello Liu. 31, 18. Numen Ouid. ad Liuiam 410. *Al.* Lumen. Opus Ouid. Triſt. 1, 9, 30. Cic. de Clar. Orat. 122 Sunt et aliae, et pro Seruio Fuluio de inceſtu nobilis oratio. Par fratrum Hor. Serm. 2, 3, 243. Pectus Ouid. ex Pont. 3, 3, 99. Puer et nobilis, et decens Hor. Carm. 4, 1, 13. Pugna nobilis Liu. 23, 41. Claud. de equo Honorii 10 Nobilis auratos iam Purpura veſtiat armos. Rhetor magnus et nobilis Iſocrates Cic. de Inuent. 2, 7 c. 2. Scriptorum nobilium auditor Hor. Epiſt. 1, 20, 59. Taurus ille nobilis, quem Phalaris habuiſſe dicitur Cic. Verr. 6, (4) 73 c. 33. Thucydides honoratus et nobilis Idem in Orat. 32. Virgo in omne acuum Hor. Carm. 3, 11, 36. Inſignes genere nequaquam ſunt tam, quam vitiis nobiles Quint. Cic. de Petit. Conſ. 10. Nobilis et clarus origine Ouid. Epiſt. 10, 147. Ortu Sil. 1, 77. • Sanguine matris Ouid. Faſt. 1, 472. Iuuenum nobilium cliens Hor. Carm. 4, 12, 15. Nobilis ad, *hoc eſt vtilis per excellentiam quod dicitur.* Plin. 1, 37 Vitulis quidem marinis ad multa quoque nobile fel. Praeclari et nobiles in philoſophia Cicero de Orat. 1, 46. Ex doctrina nobilis et clarus Demetrius Idem pro Rabir. Poſt. 23. ¶ 3 Nobilis, *in malam partem.* Plaut. Rud. 3, 2, 5 Qui ſe ſcelere fieri nolunt nobiles. *h. e. Inſignes, et digitis monſtrandos.* Cic. Verr. 4. (2) 82 c. 34 *pr.* Accipite nunc aliud eius facinus nobile, et multis locis ſaepe commemoratum. Nobile ſcortum Liu. 39, 9. ¶ 4 Nobilis, *ſubſtantiue de Eo, qui nobili, ſeu claro genere ortus eſt.* Liu. 22, 58 Miſſus cum his Carthalo, nobilis Carthaginienſis. Plin. Epiſt. 5, 17 Mireque cupio, ne nobiles noſtri nihil in domibus ſuis pulchrum, niſi imagines habeant. *De* nobilibus *inter Romanos, vid. Manut. ad* Cic. Fam. 1, 7. Nobilior cognomen Fuluiae gentis. Nobiliſſimi Caeſares *dicti Imperatorum filii. Vid. Spanh. de Num. diſſ.* 12. *et Lindenbrog. ad* Ammian. p. 5. Zoſim. 2, 39. ¶ 5 *Antiquis temporibus etiam* Gnobilis *ſcribebatur: vid.* Feſt. in Nobilis.

NOBILĬTAS, ātis. f. [εὐγένεια, γενεὰ, τὸ εὐγενὲς] *Generis, vel alterius rei excellentia et dignitas.* Iuuen. Sat. 8, 20 Nobilitas ſola eſt atque vnica virtus. Cic. pro Sext. 21 Alter multos plane in omnes partes fefellit; erat enim hominum opinioni nobilitate ipſa blanda conciliatricula commendatus, *etc.* Altae nobilitatis iudicium ſunt mores Ouid. ex Pont. 3, 2, 104. Clara, *vid.* CLARVS. Ingenitae honos Lucan. ad Piſon. 92. *Conf.* Tacit. Ann. 1, 29. Maxima ingeminata Ouid. ex Pont. 4, 16, 44. Liu. 1, 34 In nouo populo, vbi omnis Repentina atque ex virtute nobilitas ſit. Nobilitas in animo Ouid. Met. 7, 44. Fautor nobilitatis Roſcius Cic. pro Roſc. Amer. 16. Facies non impar nobilitate Ouid. Faſt. 4, 306. Cenſus maior nobilitate Idem Met. 9, 671. Potens Idem ibid. 13, 22. Genere ac nobilitate, ſuae ciuitatis facile primus Cicero pro Roſc. Amer. 15 c. 6. Contendere nobilitate Lucret. 2, 11. Exuperas genus morum nobilitate Ouid. Triſt. 4, 4, 2. Geminas genus animi nobilitate Idem ex Pont. 1, 2, 2. Praeſtantes nobilitate familiae Cic. de Diuin. 1, 91 c. 41. Reſpondiſſe nobilitati, pulchrum erit Quinct. 3, 7. Superare aliquem nobilitate Ouid. ex Pont. 3, 2, 56. Nobilitas, *pro Fama et nominis celebritate.* Cic. pro Arch. 26 In eo ipſo in quo praedicationem nobilitatemque deſpiciunt, praedicari de ſe ac nominari volunt. Domus non minor nobilitate vllius Ouid. Triſt. 2, 112. Eloquio ineſt nobilitas Idem ex Pont. 2, 5, 56. Florebat nobilitate diſcipulorum Iſocrates Cic. de Orat. 3, 139. Plin. 14, 15 Poſtea ergo alia omnia in nobilitatem venerunt. *de vinis.* Columbarum nobilitas Plin. 10, 37. ¶ 2 Nobilitas, *pro Nobilibus.* Liu. 26, 12 *pr.* Deſeruerat ſenatum nobilitas. Tac. Ann. 12, 20, 1 Claudius quanquam nobilitatibus externis mitis, dubitauit tamen accipere captiuum, *etc. i. Externis, qui nobili genere orti ſunt. Vid. Tiraquell. de Nobilitate.* ¶ 3 *Titulus honoris.* Apologos ad Nobilitatem tuam miſi Auſon. Ep. 16 ad Probum Praef. Praet.

NOBILĬTER. Adu. [διασήμως] *Inſigniter et decore.* Plin. 34, 8 Poſſidonius qui et argentum caelauit nobiliter. Vitruu. Praef. 7 Aedem Iouis Olympii ciuis Romanus Coſſutius nobiliter architectatus. Val. Max. 3, 7 *extr.* Nobiliter Spartianus increpitus a quodam, quod in aciem claudus deſcenderet, pugnare, non fugere propoſitum ſibi eſſe reſpondit. *Compar.* Sidon. Epiſt. 9, 9 Nobilius philoſophari. *Conf.* Auſon. Eid. 10, 357. *Superl.* Epit. Liu. 54 Viriatus ab exercitu ſuo comploratus ac nobiliſſime tumulatus. *Conf.* Quinct. 12.

NOBILĬTO, āre. [λαμπρύνω] *Nobilem facere. Laudatur, non bona, puto, fide,* Apul. Quem non excellentia generis, ſed mores, virtutesque nobilitarunt. Cic. Tuſc. 1, 34 c. 15 Quid Poëtae, nonne poſt mortem nobilitari volunt? Apul. Apol. p. 440 *Floridi,* Homerici verſus, quibus ille Cretam inſulam nobilitat. Flagitiis aliquem Ter. Eun. 5, 7, 20. Veſtigiis rerum geſtarum nobilitati loci Cic. in Partit. 36 c. 10.

NOBILITĀTVS, a, um. Partic. [λαμπρυνθεὶς] Cic. Off. 2, 26 c. 7 Teſtis eſt Phalaris, cuius eſt praeter caeteros nobilitata crudelitas. Adulterio nobilitatus Plin. 29, 1. Labores clari et nobilitati Cic. Tuſc. 2, 62. Lacinia templo nobilitata deae Ouid. Met. 15, 701. Marmore nobilitatus Praxiteles Plin. 7, 38. Obſidio nobilitata periculo regis Curt. 4, 6, 30. Spatia Academiae nobilitata Cic. de Finib. 5, 1. Virtus Lacedaemoniorum ſpectata et nobilitata Idem pro Flacc. 62. Nobilitati Lamprid. Heliog. c. 4 *ſpeciali ſignificatione vocantur conſulares, quibus opponuntur* Innobilitati.

N O C

NOCEO, ui, ĭtum, ēre. [βλάπτω] *Damnum vel malum quodcunque inferre.* Cic. Off. 3, 23 c. 5 Eodem modo conſtitutum eſt, vt non liceat ſui commodi cauſa nocere alteri. Plaut. Mil. 5, 18 Iura, te nociturum eſſe homini nunc hac de re nemini. *Quidam MSS.* hominem — neminem. Liu. 9, 10 *extr.* Quandoquidem hice homines iniuſſu Pop. Rom. Quiritium fedus ictum iri ſpoſponderunt, atque ob eam rem noxam nocuerunt. Cic. Att. 12, 46 De quo nihil nocuerit, ſi aliquid cum Balbo eris loquutus. Credulitas nunc mihi noſtra nocet Ouid. Amor. 3, 12, 44. Culpa duobus nocuit ſua Idem Met. 15, 115. Indulgentia nocet nobis Idem Amor. 2, 19, 35. Virtus temeraria nocuit Ancaeo Idem Met. 8, 407. Vis morbi nocuit tibi Idem Amor. 1, 14, 41. Vmbrae nocent frugibus Virg. Ecl. 10, 76. Voluptas nocet emta dolore Hor. Epiſt. 1, 2, 55. Vis magna nocendi Ouid. Met. 5, 257. Noxis, *Praeteritum antiquum, pro* Nocueris. *Videntur enim veteres Latini in imminutione Praeteritorum tenues in duplices mutare ſoliti eſſe, vt capſis, pro ceperis: praecepſis, pro praeceperis.* Lucilius: Inguen ne exiſtat, papulae, tama, ne boa noxit. *Eo autem in verſu, quod oſcitanter non fuit praetereundum, videtur* Lucilius *inguen pro inguinis tumore poſuiſſe, qui* βουβὼν *et a Graecis dicitur. Turneb.* 15, 15. *Paſſiue.* Apul. Met. 1 p. 106, 24 Quae cum ſubinde ac multi nocerentur, *i. laederentur. Sed*

NOCĒTVR, *imperſonale;* [βλάπτεται] Cic. Verr. 2, 96 Confirmat his, curaturum ſe eſſe, ne quid ei per filium ſuum noceretur. Vlp. in l. 1 poſt princip. D. de his, qui deiec. vel effud. Si nocitum ei eſſe dicetur. Caeſar Bell. Gall. 5, 38 Ipſi vero nihil nocitum iri. Vt in agris vaſtandis incendiisque faciendis hoſtibus noceretur Idem 5, 19. *Conf. Borrich. Cogit. p.* 177.

NOCENS, entis. Part. *et ſaepe* Adiectiuum. [δηλήμων, κακοποιὸς] Cic. Off. 2, 51 Ita habendum eſt religioni, nocentem aliquando et nefarium impiumque defendere. Allium nocentius cicutis Horat. Epod. 3, 3. Anima noſtra nocens eſt Ouid. Met. 4, 110. *i. ego peccaui.* Arma Stat. Silu. 1, 5, 8. Aurum nocentius ferro Ouid. Met. 1, 141. Eloquium Idem Amor. 1, 8, 20. Ferrum Idem Met. 1, 141. Herbae Hor. Serm. 1, 8, 22. Homo nocentiſſimus Cic. Verr. 2 c. 16. Lingua Propert. 2, 28, 14. Mores nocentiſſimi Quinct. 2, 15 *ſub fin.* Tela Ouid. Faſt. 4, 925. Cic. Verr. Act. 1, 41 Se auariſſimi hominis cupiditati ſatisfacere poſſe, nocentiſſimae Victoriae non poſſe. Virus Ouid. Met. 2, 800. Vita turpis et nocens; *cui opponitur* Honeſtiſſime et laudatiſſime acta vita Pſeudo-Cicero anteq. iret in exil. 6. Cic. Philipp. 5, 36 Nec ante turpes iudices quaeſiti, quam honeſtis iudicibus nocentium ſalus deſperata eſt. Nocenti reo Idem Verr. Act. 1, 52 c. 17. Nulli nocentiores habentur, quam qui ſunt ex omnibus innocentes Lactant. 5, 9. Iisdem quibus antea cautibus innocentiſſimus quisque tunc nocentiſſimus affigebatur Plin. Paneg. c. 35.

NOCITVRVS, a, um. Part. [δηλήσων] Declinare quae nocitura videantur Cic. Off. 1 c. 4. • Lucan. 3, 621 Inſiluit ſolo nociturus pondere puppim. Fraus nocitura natis Hor. Carm. 1, 28, 30. Munera Ouid. Met. 11, 104. Pocula Propert. 2, 1, 52.

NOCENTER. Adu. [βλαβόντως] Columel. 8, 2 Robuſta crura, nec longa, ſed infeſtis velut ſudibus nocenter armata. *De Gallis, i. Quibus noceant.*

NOCENTIA, ae. f. Tertull. Apol. c. 40 Nocentiae iudex et exactor. Idem aduerſ. Marc. 2, 13.

NOCĬTVS, a, um. Part. Vet. Interp. Iren. 5, 7 Neque nociti ſunt aliquid, neque odor ignis inuentus eſt in eis.

NOCIBĬLIS, e. Adi. Gloſſ. Gr. Lat. βλαβερὸς, detrimentabilis, nocibilis.

NOCĪVVS, a, um. Adi. *Nocens, Noxius.* Plin. 20, 2 Item millepedae, ſepa Graeci vocant, oblongam, piloſis pedibus, pecori praecipue nociuam. Nociuum periculum Phaedr. 1, 30, 3.

NOCVVS, a, um. Adi. [βλαβερὸς, ἐπιβλαβὴς] *Quod nocet.* Cic. de Legib. 3, 6 c. 3 Magiſtratus nec obedientem, et nocuum ciuem mulcta, vinculis, verberibusque coërcento. *Correctiora exemplaria legunt* Noxium. Eugen. Toletan. Carm. 20 Frugi nocuas, frondique locuſtas.

NOCVMEN, ĭnis; *et* NOCVMENTVM, i. n. *Affertur ex* Quinctiliano *prouerbium,* quae nocumenta, documenta: *verum in illo quidem nihil dum eius inueniri potuit.*

NOCTESCO, NOCTV, *etc. Vid.* NOX.

NOCTVA, ae. f. [γλαῦξ, νυκτιμένη] *Auis, a tempore* noctis *dicta, quo canit et volat.* Cerebellum noctuae Scribon. 43. Plin. 10, 17 Noctuarum contra aues ſolers dimicatio, maiore circumdatae multitudine, reſupinae pedibus repugnant, collectaeque in arctum, roſtro et vnguibus totae teguntur. Noctuas Athenas. *Subaudiendum Portas aut Mittis. Conueniet prouerbium in ſtultos negotiatores, qui merces eo comportant, vbi per ſe magis abundant. Venuſtius fiet, ſi metaphora ad res animi transferatur, vt ſi quis doceat doctiorem, carmina mittat Poëtae, conſilium det homini conſultiſſimo.* Cic. Fam. 6, 3 Sed rurſus γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, qui haec ad te. Idem Quint. Fr. 2, 16 (15) *extr.* Ego te libenter, vt rogas, quibus rebus vis, adiuuabo, et tibi verſus, quos rogas, hoc eſt Athenas noctuam mittam. *Daemon apud Ariſtophanis interpretem exiſtimat, non ob id ſolum dici* noctuas Athenas, *quod Athenis noctuarum ſit copia, ſed quod in numis etiam tum aureis, tum argenteis Athenienſium noctua inſculpi ſoleat, vna cum facie Mineruae. Ex Eraſmo. Add.* Cicero Fam. 9, 3. Seros exercet noctua cantus Virg. Georg. 1, 402.

NOCTVINVS, a, um. Adi. *Noctuam referens.* Plaut. Curc. 1, 3, 35 Tune cum noctuinis oculis? *Etiam* Poen. 1, 2, 107 Noctuina ora, *pro* Nocturna *legi malebat Boxhornius, i. vultus noctuae inſtar turpis.*

NOCTVABVNDVS, *vid.* NOX.

N O D

NODARE, NODATIO, *etc. Vid. infra in* NODVS.

NODIA, ae. f. Plin. 24, 19 Herba coriariorum officinis nota: ea mularis dicitur, aliisque nominibus. Nomas curat, efficaciſſimamque aduerſus ſcorpiones eſſe potam in vino aut poſca reperio.

NŎDVS, i. m. [κόμβος, δεσμὸς] *Ligatura ex plexu, quae non facile ſoluitur.* Cic. de Vniuerſ. 11 Omnia autem duo ad cohaerendum tertium aliquid anquirunt, et quaſi nodum vinculumque deſiderant. Virg. Ecl. 8, 77 Necte tribus nodis ternos Amarylli colores. Connectere nodum Cic. de Natur. Deor. 2, 111 c. 43. *ex Poëta.* Diuellere nodos manibus Virg. Aen. 2, 220. Rupit nodos et vincula Idem ibidem 5, 510. Soluere Hor. Carm. 3, 21, 22. Curt. 3, 1, 18. *De nodo Gordio in curru, quem gladio, cum explicare non poſſet Alexander, diſcidit.* Vincire connexis nodis ſena vellera leonum Ouid. Met. 12, 430. Amictus nodo dependet ex humeris Virg. Aen. 6, 301.

Col-

Colligere ſinum nodo Virg. Aen. 1, 324. Nexans ſerpens ſe nodis Id. ibid. 5, 279. Nexa brachia vipereis nodis Ouid. Met. 4, 490. Aheni nodi, *Catenae* Virg. Aen. 1, 305. Articulorum nodi Plin. 11, 37. Corporum nodi, *Articuli* Id. 11, 37. Crura ſine nodis Caeſ. Bell. Gall. 6, 26. Vitales animae nodi Lucret. 2, 949. Nodus Gratiarum, *quod inter ſe ſemper coniunctae et implexae ſunt:* Hor. Carm. 3, 21, 22 Segneſque nodum ſoluere Gratiae. *Sic apud* Virg. Aen. 8, 260 Corripit in nodum. *i. Manibus complexus conſtrictum tenet. Turnebus.* Nodus Herculeus, *pro Vinculo arctiſſimo, atque indiſſolubili legitur apud eruditos.* Seneca Ep. 87 Vnus tibi nodus, ſed Herculeus reſtat. *Nodum enim, quem oſtendit Hercules, religioſum ac ſacrum apud Priſcos fuiſſe ſatis liquet ex his* Plinii *verbis* 28, 6 Vulnera (*inquit*) nodo Herculis praeligare, mirum quantum ocior medicina eſt. Atque etiam quotidiani cinctus tali nodo vim quantam vtilem habere dicuntur. Feſtus Pompeius *oſtendit* antiquitus fuiſſe morem, vt noua nupta laneo cingulo praecingeretur, vincta nodo Herculis: quem vir omni gratia ſoluebat in lecto, vt et ipſe felix eſſet in liberis ſuſcipiendis. *Eraſmus. Conf.* Macrob. Saturn. 2, 19. *Burm. ad* Ouid. Her. 9, 86. ¶ 2 Nodus, *pro quacunque Difficultate.* Cael. ad Cic. Fam. 8, 11 Incideramus enim in difficilem nodum. *Item pro connexione et coniunctione:* Cic. in Orat. 22 His igitur ſingulis verſibus quaſi nodi apparent continuationis, quos in ambitu coniungimus. Coniungere nodos in ambitu Id. ibid. 22. *De difficultate iterum* Cic. Att. 5, 21 Dum hic nodus expediatur. Incidere in nodum difficilem Cael. ad Cic. Fam. 8, 11. Cic. ad Brut. 18 Maximus autem (niſi me forte fallit) in Rep. nodus eſt, inopia rei pecuniariae. *i. Maxima difficultas.* Nodus et mora publicae ſecuritatis Antonius Flor. 4, 9, 1. *Sic vocat virum fortem* Pugnae nodumque moramque Virg. Aen. 10, 428. *Add.* Prudent. Hamart. v. 211. ¶ 3 Nodus in arbore, *Craſſior ille callus, circa quem veluti colligati ſimul rami eſſe apparent.* Columel. de Arbor. c. 3 Eius imam partem, quam in terram demiſſurus es, acutiſſima falce iuxta nodum ſic, ne gemmam laedas, rotunda plaga amputato. Vitruu. 2, 9 *de abiete,* Ex ea autem antequam eſt exciſa, quae pars eſt proxima terrae, per radices excipiens ex proximitate humorem, enodis et liquida efficitur: quae vero eſt ſuperior, vehementia caloris eductis in aëra per nodos ramis, praeciſa alte circiter pedes viginti, et perdolata propter nodationis duritiem dicitur eſſe fuſterna. In nodum inflectere radices, *vid.* INFLECTO. Arundinei Claud. de Torpedine v. 21. Celſ. 7, 4 Tantummodo id linum bis die ſaluo nodo ducendum eſt, ſic vt ſubeat fiſtulam pars quae ſuperior eſt. Nodum in ſcirpo quaeris: *In anxium dicebatur, nimiſque diligentem, aut meticuloſum, qui illic ſcrupulum moueret, vbi nihil eſſet addubitandum. Hoc adagium refertur apud* Ter. Andr. 5, 4, 39 At mihi vnus ſcrupulus etiam reſtat, qui me male habet. P. dignus es cum tua religione, odio: nodum in ſcirpo quaeris. Feſtus *ex* Ennio *citat*, Quaeris et in ſcirpo (ſoliti quod dicere) nodum. *nominatim* prouerbii *titulo referens.* Claud. Eidyll. 3, 21 Tranſit arundineos arcano frigore nodos. ¶ 4 *Metaphor.* Ignis relaxat nodos Lucret. 6, 878 *de Glacie conſtricta gelu.* Nodos in exercitu dicitur Denſa peditum multitudo, quod non facile poſſit reſolui Seru. in Virg. Aen. 10, 428. Ouid. Epiſt. 4, 136 Illa coit firma generis iunctura catena, Impoſuit nodos cui Venus ipſa ſuos. *it.* 20, 39 DI faciant poſſim plures imponere nodos *etc.* Lucret. 4, 1142 Validos Veneris perrumpere nodos, *i. amare deſinere.* Cic. de Amic. 51 Amabiliſſimum nodum amicitiae tollere. Nodus anni *eſt ille locus in caelo, vbi ecliptica aequatorem ſecat.* Lucret. 5, 687 Donicum ad id ſignum caeli peruenit, vbi anni Nodus nocturnas exaequat lucibus vmbras. Caeleſtis nodus, *in ſidere Piſcium* Cic. in Arato 17 Atque vna tandem in ſtella communiter haerent, Quam veteres ſoliti Caeleſtem dicere nodum. ¶ 5 *Permiſcetur in MSS. hoc vocabulum cum illo* Donum, *v. v.*

NODŬLVS, i. m. Dimin. [κομβίδιον] Plin. 21, 5 Dein nudantibus ſe nodulis, in faece nigri vini vel Graeci, menſe Martio macerantur. Amicitiae nodulo teneri Feneſtella *ap.* Fulgent. expoſ. ſerm. ant. 61.

NODŌSVS, a, um. Adi. [κομβώδης, πολύπλοκος] *Quod multos nodos habet.* Columel. 4, 24 Nam praeſtat ex vulnere ſobolem repulleſcentem vellere, quam nodoſam et ſcabram plagam relinquere. Plin. 11, 37 In vmbilico venarum nodoſo coitu. Chiragra nodoſa Hor. Epiſt. 1, 1, 31. Globus Stat. Silu. 1, 6, 59. Hor. Serm. 2, 3, 70 Adde Cicutae Nodoſi tabulas centum. Nodoſi, *i.* Scrupuloſi, diligentis in accipiendis cautionibus. Acron. Lina Ouid. Met. 3, 153. Oſſa Lucan. 8, 672. Podagra Ouid. ex Pont. 1, 3, 23. Poples Id. Met. 6, 256. *Al.* Neruoſus. Rami nodoſi Senec. Epiſt. 12. Robora Ouid. Met. 6, 691. Stipes Id. Epiſt. 10, 101. Verba ſortis, *i. Aenigma* Sen. Oed. 101. Nodoſae et anxiae quaeſtiones, *quibus opponuntur* Faciles Macrob. Saturn. 7, 1. Nodoſiſſima quaeſtio Auguſtin. Enchir. c. 20. Nodoſiſſimos libros enodare Idem Confeſſ. 4 *extr.*

NODŌSE. Adu. *Idem ac Intricate. vnde Compar.* Tertull. de Reſurr. c. 46 Et quid ego nodoſius?

NODOSĬTAS, ātis. f. Auguſtin. Confeſſ. 2 *extr.* Tortuoſiſſima et implicatiſſima nodoſitas.

NODO, āre. [δεσμεύω] *Nodos facere, Ligare in nodos.* Virg. Aen. 4, 138 Crines nodantur in aurum. *i. fibula aurea comprehenduntur.* Nodare vites per ramos, *i. alligare.* Cato de R. R. c. 32, 2.

NODĀTVS, a, um. Partic. Laqueo collum nodatus amator Ouid. Rem. Amor. 17. Plin. 13, 22 Ferula geniculatis nodata ſcapis. *Add.* Lactant. de Opif. Dei c. 7.

NODĀTIO, ōnis. f. [δέσμωσις] *Pro Nodoſitate. Vid.* NODVS in arbore.

NODĪNVS, i. m. [Νωδῖνος] *Deus quem diuus* Auguſt. de Ciuitate Dei 4, 8 *ex* Varrone *ſcribit* cultum fuiſſe a veteribus Romanis, putantibus Proſerpinam frumentis praepoſitam germinantibus et proſerpentibus: geniculis vero nodiſque culmorum, deum Nodinum: inuolucris autem illis folliculorum, deam Volutinam: quum folliculi pateſcunt, quo exeat ſpica, deam Patelenam: quum ſegetes nouis ariſtis exaequantur, Hoſtilinam deam, quia hoſtilire ac hoſtimentum veteribus exaequationem ſignificabat: Floram quoque adiicit, et Lactucinam, ac Maturam, quae florentibus lacteſcentibuſque ac matureſcentibus praeſint frumentis. *Al.* Nodotus. *Conf.* Arnob. 4 c. not. *Elm.* p. 131.

N O E

NOEGA, ae. f. Oppidum eſt Hiſpaniae Tarraconenſis, in tractu Aſturum, in peninſula Peſici Plin. 4, 20.

NOĔGAEVM, i. n. [νοηγαῖον] Quidam amiculi genus praetextum purpura: quidam candidum ac perlucidum, quaſi a naueo, quod putamen quorundam pomorum eſt, tenuiſſimum, non ſine candore: vt Liuius, *ait* in Odyſſea, Simul ac lacrimas de ore noëgaeo deterſit, id eſt candido. Feſtus.

NOĒMA, atis. n. [νόημα] *Genus ſententiarum: de quo ſic* Quinct. 8, 5 Eſt et quod appellatur a nouis νόημα, qua voce omnis intellectus accipi poteſt. Sed hoc nomine donarunt ea, quae non dicunt, verum intelligi volunt: vt in eum, quem ſaepius a ludo redemerat ſoror, agentem cum ea talionis, quod ei pollicem dormienti recidiſſet, Eras dignus vt haberes integram manum. Sic enim auditur, Vt depugnares.

NOENON, veteres pro Non dixere. *Apud* Nonium Nenum *legitur. Vid.* NENVM.

NOĔRVS, a, um. Adi. [νοερὸς] *Intellectualis.* Tertull. aduerſ. Valent. c. 20 Caelos noëros deputant, eoſque angelos faciunt.

N O L

NOLA, ae. f. [Νῶλα] Vrbs Campaniae: quae prius Sidicinum dicebatur, *vt ſcribit* Plin. 3, 5. In triclinio Coa, in cubiculo Nola Quinctil. 8, 6, 53 *Aenigma eſt in Clodiam dictum, quo quid proprie obiiciatur, difficile dictu eſt. vid.* CHOA. *Illud forte minus ineptum.* Coam, *i. veſtibus Cois nudam potius quam tectam in triclinio: in cubiculo autem totam* Nolam *eſſe, i. omne impudicitiae genus admittere, quo male audiebant Campani, et in iis in primis Nolani. Certe de foediſſima Venere ſic* Auſonius Epigr. 70 Et quam Nolanis capitalis luxus inuſſit, *quam mox notat per* deglubit, fellat. *De* Nola *vrbe. Vid.* Suet. Auguſt. c. 99. Paterc. 1, 7, 2. *et* 2, 123, 2. *Meminit et* Sil. 8, 537. *et* 12, 162. *etc.*

Campo Nola ſedet, crebris circumdata in orbem
Turribus, et celſo facilem tutatur adire
Planitiem vallo.

NOLANVS, a, um. Adi. Nolana plebs Liu. 24, 13. Nolana ad moenia Sil. 12, 293. *Primam corripit* Prudent. Periſteph. 4, 208.

NOLA, ae. f. *Tintinnabulum, ſic dicta a ciuitate* Nola *vbi eas inueniſſe putatur Paullinus Epiſcopus circa A. C.* 400. *Fruſtra aduocatur* Quinct. 8, 6, 53 *de quo modo dictum. Nec* Auienus ſ. Auianus *ſanus eſt* Fab. 7, 8 Iuſſerat in rabido gutture ferre nolam. *Repugnat in primis modus Syllabae in* Nola *longus. Cannegieterus* notam *reſtituit: recte.*

NOLO. [ἀβουλέω, οὐ θέλω] *Non volo, ex quo contractum eſt, exceptis perſonis* Non vis, Non vult, Non vultis. *Ad prohibendum adhibetur: v. g.* Contendere noli Hor. Epiſt. 1, 8, 28. Ducere nolito Idem de Arte Poët. 347. *Alias ſimpliciter eſt Non volo.* Ter. Eun. 4, 7, 43 Noui ingenium mulierum: nolunt vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltro. Cic. in Orat. 154 c. 45 Libenter etiam copulando verba iungebant: vt ſodes, pro ſi audes, *etc.* nolle, *pro non velle. Sed* Idem Fam. 1, 1 Cum qui nolunt, iidem tibi non ſunt amici, *i. qui non fauent.* Nolo offenſum: *i. Vereor, ne offendam.* Liu. 25, 3. Ter. Adelph. 2, 1, 8 Tu quod te poſterius purges, hanc iniuriam mihi nolle factam eſſe: huius non faciam. Tertullae nollem abortum, *i. Doleo* Cic. Att. 14, 20. Cum gratum mihi eſſe potuit, nolui Ter. Heaut. 2, 3, 21. Noli te macerare Id. Andr. 4, 2, 2. Nolite ſinere, *i. Ne ſinatis,* Id. Hec. prol. 46. Nollem, *pro Vellem non.* Cic. Verr. 4, 43 c. 20 Imprudens huc incidi Iudices: emit enim: non abſtulit: nollem dixiſſe. Nollem factum eſſe, *ſatisfactionis formula et deprecationis.* Ter. Adelph. 2, 1, 8. *etc.* Plaut. Amph. 3, 2, 9. *Conf. Turneb. Aduerſ.* 18, 25. Non nolle, *pro Velle.* Cic. Verr. 2, 182 c. 74 Vt quum tabulas nouo magiſtro traderem, exempla literarum ipſi habere non nollent.

NOLENS, entis. Partic. [ἄκων] *vt,* Lucan. 1, 274 Quamuis nolente Senatu Traximus imperium.

NOLENTER. Adu. Tertull. Apol. c. 14 Medicinam nolenter exercebat, *i. inuitus.*

NOLENTIA, ae. f. Tertull. aduerſ. Marc. 1, 25 Indignatio, bilis, nolentia, offenſa.

NOLVNTAS, ātis. f. Ennius *apud* Calpurn. Piſon. *cuius locum e MS. proauxit Merula p.* 563 *Ennii ſui,* Vim tua noluntas facit imperioſa vetando, Quem Conſul meruit, quem res bene geſta triumphum. *Laudat idem* Gloſſaria *quaedam* MSS. *et hinc emendat* Auguſtin. de Ciu. Dei 14, 6. Itaque cum diſſentimus ab eo, quod accidere nolumus, talis noluntas metus eſt; cum autem diſſentimus ab eo, quod nolentibus accidit, talis noluntas triſtitia. *Sed non perſuaſit Voſſio de Vitiis Sermon.* 3, 29 *p.* 520.

N O M

NOMĂDES, um. m. Pl. [Νομάδες] *Populi in Scythia Europae, quorum vita omnis in paſcendis gregibus habetur. Sunt etiam populi in* Aethiopia, *vt* Plin. 6, 28. *ſcribit. Conf.* Idem 5, 3 Hieronymus, Nomades et Troglodytae et Scythae et Hunnorum noua feritas, ſemicrudis veſcuntur carnibus. *Dicti* Nomades *a verbo Graeco* νέμω, *quod eſt paſco. Horum deſcriptio fuerit* Virg. Georg. 3, 343

Omnia ſecum
Armentarius Afer agit; tectumque, laremque,
Armaque, *etc.*

Silius *de iiſdem* 3, 290 Nulla domus, plauſtris habitant; migrare per arua Mos, atque errantes circumuectare penates. Genus Nomadum Virg. Aen. 8, 724. *Singulari vſus eſt* Silius 5, 194 Garamaſque Nomaſque. Idem 6, 705. *Vid. infra ſuo loco.*

NOMAE, arum. f. Pl. [νομαὶ] *Vlcera, quae carnem depaſcendo ſerpunt.* Plin. 23, 4 Toſti autem et cum melle triti, nomas repurgant. Eae etiam nomata et carcinomata dicuntur.

NOMANANDRIA, ae. f. [νομανανδρία] *Ignauia in praefecturis.* Cic. Att. 5, 11 *extr. Al.* νομανδρία. *Locus varie tractatus, merito ſuſpectus Erneſto meo.*

NOMAS, adis. f. [Νομὰς] *Numidia.* Martialis 8, 55 Cui diadema daret marmore picta Nomas. *i. Numidia marmore, quod Numidicum vocant, abundans.* Nomas, *Veneficae nomen videtur apud* Propert. 4, 7, 45 Aut Nomas arcanas tollat verſuta ſaliuas. *Afram intelligit, e Pſyllorum gente.* ¶ 2 *Nempe* Nomas *etiam Gentile nomen eſt, plur.* Nomades, *v. v.*

NOMEN, ĭnis. n. [ὄνομα] Quaſi Nouimen, *inquit* Feſtus: quia notitiam faciat. nam per id, quidquid nominamus, agnoſcitur. Non. 4, 325 Nomen, eſt proprium vocabulum ſingulorum. Varro L. L. 9, 2 *ita diſtinguit inter* Nomen *et* Vocabulum: illud vt proprium ſit, hoc appellatiuum, ſiue commune; *quod tamen diſcrimen non ſemper obſeruatur.*

ſeruatur. Virg. Aen. 7, 337 Cui nomina mille, Mille nocendi artes. Nomine tenus Tac. An. 15, 6, 4 Vſurpatas nomine tenus vrbium expugnationes dictitans, *i. falſo iactatas. Nomen rem excludit.* Ter. Phorm. 2, 3, 45 Neque ego illum noram: nec mihi cognatus fuit quisquam iſtoc nomine. Nomina ſunt tanquam rerum notae Cic. de Fin. 5, 74. Vir nominis ſui, *i. Nomen referens moribus. vt,* Imperator vere nominis ſui, vere Pertinax, vere Seuerus Spartian. Seuer. 14. *Conf.* Treb. Poll. Claud. 5. Nomen, *apud Grammaticos, Pars orationis.* Quinctil. 1, 4 Declinare nomina et verba in primis pueri ſciant. Numerale nomen, *vid.* NVMERVS. Fingendis nominibus feliciores Graeci Quinctil. 1, 5. Neutralia Quinct. 1, 5. Nomen quum dicimus, cognomen quoque et agnomen intelligatur oportet Cic. de Inuent. 2, 28. Plin. 15, 30 Id quoque quod Daphnoides vocatur genus, in nominum ambitu eſt. Alii enim Pelasgum, alii eupetalon, alii ſtephanon Alexandri vocant. Sanguinis nomina, *vt Pater, frater, ſoror, etc.* Ouid. Met. 9, 465 Iam dominum appellat, iam nomina ſanguinis odit. Cauſa nominis eſt in dubio, *i. Incertum eſt, cur ita vocetur.* Ouid. Faſt. 3, 839. Editio nominis Scribon. Ep. fin. Expers nominis Lucret. 3, 243. Heres nominis auiti Ouid. Met. 6, 239. Cic. pro Domo 35 Quas adoptiones, ſicut alias innumerabiles, hereditates nominis, pecuniae, ſacrorum ſecutae ſunt. Hor. Serm. 1, 4, 44 *qui nominandi ſint Poëtae,* Ingenium cui ſit, cui mens diuinior, atque os Magna ſonaturum, des nominis huius honorem Ouid. Triſt. 2, 181. Notitia nominum Scribon. 199. Origo Ouid. Faſt. 5, 445. *De ratione* nominum *apud Romanos, vid. Sigonii liber, it. On. Panuinii. I. Perizon. Animadu. Hiſt. c. 2. Spanhem. de Numiſm. diſſ. 10. De* nominibus *quibus ICti vtuntur fictitiis, vid. Alciat. Parerg. l. 1 c. 26. Bynkerſh. Obſſ. l. 1 c. 22. poſt Cuiac. Obſeru. 2, 11. De* nominibus *in contumeliam detortis, vid. Fabric. Bibl. Graec. 1, 29, 8 qui eorum catalogum dedit. De* nominibus *bene vel male ominatis, vid. Voſſ. Inſt. Orat. 1, 5 §. 17. Cauſſin. de Eloqu. 4, 39. Burm. ad* Quinctil. 3, 8. *Spanh. de Num. Diſſ. 10. Scalig. Exerc. 266. vel Lipſ. ad* Tacit. Hiſt. 4 p. 526. Feſt. in Lucrinus *c. not. Scalig.*

¶ 2 *Iam Epitheta ponemus:* Amicum nomen Valer. Argon. 3, 171. Cic. pro Font. 26 M. Fabium ſubſcriptorem eius rogabimus, vt Allobrogum animos mitiget, quoniam apud illos Fabiorum nomen Ampliſſimum eſt. Beatum Claud. de Nupt. Hon. 9. Bonum, *i. auſpicatum, vid.* BONVS. *Sed pro debitore deinde* n. 7. Certum, *vid.* CERTVS. Dominantia nomina Hor. de Arte Poët. 234. *Sunt autem* Dominantia nomina τὰ κύρια, *i. Propria, quibus res quantumuis licet ſint obſcenae, proprie appellantur et ſignificantur.* Fictum Ouid. in Ibin 93. Gentile Stat. Theb. 6, 342. Humilius nomen, *et* Superbum, *contraria* Senec. Hippol. 5, 5. Inane Lucret. 5, 907. Inauditum et inuſitatum, *vid.* INAVDIO. Infame, *vid.* INFAMIS. Ingentia Valer. Argon. 8, 462. Ininuca Virg. Aen. 11, 84. Inſolentiſſimum Quinctil. 1 prooem. Inuidioſum voluptatis, *vid.* INVIDEO. Inviſum Iuuen. Sat. 13, 248. Lacrimale Claud. in Conſ. Stil. 1, 2, 261. Leue, *vid.* LEVIS. Obſcurum Lucan. 8, 20. Praedulce Val. Argon. 4, 161. Proprium et verum nomen noſtri mali Cic. pro Ligar. 17. Surdum nomen, *Non celebre.* Sil. 8, 238. Vacua Tacit. Hiſt. 1, 30. Vagi nominis eſt Ambroſia, et circa alias herbas fluctuati Plin. 27, 4. Vetus nomen *antiqua familia* Catull. 60, 213 Non decet tam vetus ſine liberis nomen eſſe. Viduum ſua fama nomen, *vid.* VIDVVS.

¶ 3 *Verborum formae:* Abolere nomina rerum, *vid.* ABOLEO. Abuti recte nomine aliquo Quinctil. 5, 10. Abuti nomine alieno ad ſuum quaeſtum, *vid.* ABVTOR. Accipere nomen Liu. 39, 39 *candidati, rationem illius habere.* Accipere nomen dicti Quinctil. 6, 3. Addere nomen alicui Ouid. Met. 9, 357. Addere vera rebus Id. ibid. 5, 524. Adeptus nomen, *vid.* ADIPISCOR. Adepta maternum eſt terra Lucret. 2, 996. Adeſt pudor nominibus, *i. Obſcena ſunt nomina* Ouid. Triſt. 2, 434. Adimere nomina, *vid.* ADIMO. Adoptare, *vid.* ADOPTO. Adſciſcere aliquem in nomen Tacit. Ann. 3, 30. Adſciſcere ſibi, *vid.* ADSCISCO. Affari nomine, *vid.* AFFOR. Afficere nomine, *vid.* AFFICIO. Amantes nomen Pompeii Lucan. 9, 92. Amoliri nomen, *vid.* AMOLIOR. Appellare nomine, *vel* Nominatim, *vid.* APPELLO. Arrogare ſibi nomen Quinct. 1 prooem. Aſciſcere ſibi nomen, *vid.* ASCISCO. Aſſequi nomen, *vid.* ASSEQVOR. Aſſumere in nomen, *vid.* ASSVMO. Cic. de Legib. 2, 13 Multa perniciose, multa peſtifere ſciſcuntur in populis, quae non magis legis nomen Attingunt, quam ſi latores aliqua conceſſu ſuo ſanxerunt. Augere, *vid.* AVGEO. Capere, *vid.* CAPIO. Carere proprio nomine Quinctil. 3, 10. Ciere nomina ſingulorum Tac. An. 1, 21. Citare per nomina, *vid.* CITO. Clamare aliquem nomine Virg. Aen. 4, 674. Commutare, *vid.* COMMVTO. Compoſitum nomen terrori, *h. e. Ad terrorem incutiendum.* Florus 3, 10 Ille corpore, armis, ſpirituque terribilis, et nomine quaſi terrori compoſito Vercingentorix. Certis agentium nominibus Continentur controuerſiae Quinctil. 3, 8. *Alii legunt,* Certius. Conuenit nomen, *vid.* CONVENIO. Cuſtodire loci, *vid.* CVSTODIO. Dare nomen Liu. 2, 24. *i. ſubſcribere, accedere ad ſocietatem. vid.* DARE nomen in coniurationem. Deductum ab aliquo Ouid. Faſt. 6, 903. Deflecti nominibus Quinctil. 3, 8. Delatum nomen ab Lucret. 3, 133. Virg. Aen. 1, 292 Iulius a magno demiſſum nomen Iulo. *h. e. Deductum.* Virg. Aen. 6, 441 Lugentes campi: ſic illos nomine dicunt. Dicere nomen verum Scribon. 99. Dicere nomina collyriorum 38. Dicta gens de nomine ducis Virg. Aen. 3, 210. Diſſimulare alicuius Ouid. Triſt. 4, 3, 54. Diſtinguere ſonos citharae nominibus et ſpatiis Quinctil. 1, 10. Dare nomen alicui Virg. Aen. 1, 252. Quinctil. 2, 1 Et rhetorice, cui nomen vis eloquendi Dedit, officia ſua non detrectet. Dare nomina Liu. 4, 26. Dare nomen familiae alicui Cic. pro Domo 116. Donare aliquem nomine aliquo Quinctil. 5, 10. Edere nomen ſuum Ouid. Met. 9, 532. Excipere nomen alicuius laeto clamore Lucan. 5, 47. Exoſus femineum omne nomen Sen. Hippol. 2. Facere nomina Quinctil. 5, 10. Feruntur libri ſub nomine eius Idem 1 prooem. Fingere nomen de nomine Virg. Aen. 3, 18. Fluxiſſe nomen ex Graeco creditur Quinctil. 3, 4. Ouid. Met. 1, 169 Eſt via ſublimis caelo manifeſta ſereno, Lactea nomen habet. *h. e. Eſt via, quae vocatur lactea.* Habentia moenia nomen poſitoris Ouid. Met. 9, 448. Habet ex re nomen Id. Amor. 1, 8, 3. Iuuen. Sat. 5, 127 Et ponere foris, ſi quid tentaueris vnquam Hiſcere, tanquam habeas tria nomina. *h. e. Tanquam et tu ſis nobilis. Nam nobiles Romani oſtendebantur praenomine, nomine, et cognomine, vt* Marcus Tullius Cicero, Caius Iulius Caeſar. *Vnde* Auſon. in Ternario Eidyl. 11 v. 80 Tres equitum turmae, tria nomina nobiliorum. *Politian. Miſcellaneorum c. 31 aliter exponit: ſed (vt multi putant) argutius quam verius.* Ignorat ſuum, *vid.* IGNORO. Imponere alicui Quinctil. 1, 6. *et* 2, 1. *etc.* Imponere nouis rebus Cic. de Fin. 3, 3 c. 1. Alexander Megalopolitanus — filiis duobus Philippum atque Alexandrum, et filiae Apamiam nomina impoſuerat Liu. 35, 47, 5. Impoſitum ab re Lucret. 6, 741. Inuictiſſimum nomen Praetoris incidatur, *vid.* INVICTVS. Inciſum grandibus literis nomen in baſi, *vid.* INCĪDO. Inclamare Quinctil. 4, 2. Inclamare nomine, *vid.* INCLAMO. Indere alicui, *vid.* INDO. Inducere fictae religionis, *vid.* INDVCO. Indulgere nomen oratoris malis moribus Quinctil. 2, 17. Induere ſibi nomen, *vid.* INDVO. Ingerere Tacit. Ann. 1, 72. Inſcribere libros nomine alicuius Quinctil. 3, 5. Inſcribere nomina Idem 1, 6. Inſcripti flores nomina regum Virg. Ecl. 4, 106. Inſerere nomina Ouid. Met. 13, 33. Intercidit nomen longis annis Idem Faſt. 2, 443. Interponere Cic. Verr. 3, 131. Interpretari quippiam nomine aliquo, *vid.* INTERPRETOR. Inuenire noua, *vid.* INVENIO. Inueterauit nomen alicuius cuipiam, *vid.* INVETERO. Inurere vitulis notas aut nomina Virg. Georg. 3, 158. Loqui nomen, *vid.* LOQVOR. Manet gratum mihi nomen Ouid. Met. 4, 357. Meruerunt nomen patronorum Quinctil. 6, 4. Mutare priſcum Ouid. Met. 14, 850. Mutuari nomen aliquod, *vid.* MVTVVM. Nominare nomen Plaut. Aſin. 4, 1, 35. Noſcere nomina Ouid. Met. 2, 192. Notus mihi nomine tantum Hor. Serm. 1, 9, 2. Notare nominibus nouis, *vid.* NOTA. Obuerſatur dulce nomen ad aures Lucret. 4, 1055. Occupare nomen beati Hor. Carm. 4, 9, 47. Pandere nomen alicuius Sil. 13, 724. Parco nominibus viuentium Quinctil. 3, 1. Claud. in Conſ. Probi et Olybr. 204 O duplici foecundam Conſule matrem, Felicemque vterum, qui Nomina Parturit annis, *i. conſules, a quibus annus nomen accipit.* Ponere nomen alicui Virg. Aen. 7, 63. Ponenda ſunt noua nomina nouis rebus Cic. de Nat. Deor. 1, 44. Pronuntiare nomina aliquorum magna voce Id. Fam. 5, 12. Profiteri nomen Ter. Eun. prol. 3. — apud aliquem Liu. 2, 24. Reddere aliquem nomine, *i. Habere idem nomen quod ipſe* Virg. Aen. 6, 768. Reddere nomen alicui, *vid.* REDDO. Referre nomen aui Virg. Aen. 5, 564. Referre in numeros, *vid.* NVMERVS. Referre nomina Scribon. 122. Reſpondere ad nomen Liu. 7, 4. Reſumere Tacit. Hiſt. 3, 4. Reuocare ſacramentum in nomen Tiberi Tac. An. 1, 8. Sedet nomen in ore Stat. Theb. 12, 115. Signata nomina ſaxo Ouid. Met. 8, 539. Cic. pro Domo 72 Vtrum igitur peccato meo exulis nomen ſubeo, an re iudicata? Sum. Nomen eſt mihi Auxilio Plaut. Ciſtel. 1, 3, 6. Nomen eſt mihi Tullio Cic. Philipp. 4, 2. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 11, 58. Sumere aliud Ouid. Faſt. 6, 544. Tenere nomen ab aliquo Virg. Aen. 5, 121. Tenet aeternum per ſaecula nomen Idem ibid. 6, 235. Trahere nomen Scribon. 166. 170. 181. Trahere ab aliquo Ouid. Met. 4, 291. Traxit nomen a Marte legio Martia Cic. Philip. 4, 5 c. 2. Tribuere nomen Scribon. 99. Viget nomen Pythagoreorum, *vid.* VIGEO. Vti nomine Cic. pro Rabir. Poſt. 28. Vocare aliquem nomine Virg. Aen. 11, 731.

¶ 4 Nomen, *Fama in vtramque partem.* Virg. Aen. 2, 89 Et nos aliquod nomenque decusque Geſſimus. Cic. de Inuent. 2, 4 Ex his qui nomine, et memoria digni ſunt, nec nihil optime, nec omnia praeclariſſime quisquam dicere nobis videbatur. Medici plenum nomen conſequi Scribon. Ep. fin. Nomen decusque medicinae conſeruare Scribon. Ep. in. Nomen, Decus, dignitas, *inquit* Nonius. Virg. Aen. 2, 558 Auulſumque humeris caput, et ſine nomine corpus. *Nempe capite et vultu noſcuntur et diſtinguuntur homines. Qui caput non amplius habet, ille neque nomen.* Nomen, pro Generoſitate. Virg. Georg. 2, 240 Nec Baccho genus, aut pomis ſua nomina ſeruat. Seruius. Ingenii nomen aliquod Quinctil. 6, 2 *extr.* Celebratum Cic. in Brut. 22. Celebre laudibus, *vid.* CELEBRIS. Clarum Ouid. Met. 11, 285. Clari nominis vir Paterc. 2, 34, 4. Debilitatum Cic. pro Flac. 62. Exitiabile Sil. 15, 384. Fortiſſima Idem 17, 492. Fractum Cic. pro Flacc. 62. Generoſa Ouid. Epiſt. 6, 113. Grauiſſimum et ſanctiſſimum pietatis Cic. Fam. 1, 9. Ignobile Sil. 13, 32. Immortale Id. 15, 722. Indelebile nomen erit noſtrum Ouid. Met. 15, 876. Ingentis nominis rex, *vid.* INGENS. Inuictum Liu. 7. Cic. pro Lege Manil. 54. Laudabile Iuuen. Sat. 11, 22. Magnum et memorabile Ouid. Met. 10, 608. Magna nomina, *pro Magni nominis homines* Plin. Paneg. c. 84 *extr.* Multi nominis mulier Hor. Carm. 3, 9, 7. Nobile Sil. 17, 453. Praeclarum Lucret. 6, 2. Regale Claud. in Conſ. Stil. 2, 1, 80. Cic. de Fin. 1, 4 Quis tam inimicus paene nomini Romano eſt, qui Ennii Medeam, aut Antiopam Pacuuii ſpernat? Tanti nominis fama territus Vell. 2, 94, 4. Venerabile Ouid. de Arte Am. 3, 407. Victurum Id. Amor. 3, 1, 65.

¶ 5 *Verba:* Acquieſcere in nomine alicuius Cic. de Fin. 3, 6. Adimere puellae virgineum nomen Ouid. Met. 8, 591. Admiratus ſum nunquam veſtra nomina Cic. Fam. 3, 7. *in quibus ineſt nobilitas,* Lentulitas, Appietas. Attollere nomen alicuius ad ſidera Lucan. 7, 11. Auferre nomen, *vid.* AVFERO. Caſurum nullo tempore Ouid. Amor. 1, 15, 20. Canitur toto nomen in orbe meum Id. Epiſt. 15, 28. Captare nomen, *vid.* CAPTO. Committere nomen alicuius aeternae famae Lucan. ad Piſon. 257. Condere memorandum Sil. 4, 37. Conſequi Cic. ad Q. Frat. Emere aeternum ſanguine Ouid. Amor. 2, 10, 32. Euadunt digni nomine pauci in dicendo Cic. de Clar. Orat. 299. Exſcindere clarum Sil. 7, 643. Ferre nomen alicuius ad ſidera Virg. Eclog. 9, 29. Florere nomen Cic. Diuinat. Verr. 69. Fugiendum impudentiae nomen Idem de Orat. 1, 120. Habuerunt magnum nomen in oratoribus Id. in Orat. 22. Iactare inutile nomen Hor. Carm. 1, 14, 13. Interponere ſpecioſa culpae Ouid. Met. 7, 69. Inceſſere nomen alicuius Quinctil. 5, 10. Increbreſcit nomen late Virg. Aen. 8, 14. Inuenire nomen diuinum, *vid.* INVENIO. Inuenit nomen diuinitate loquendi Theophraſtus Cic. in Orat. 62. Officere nomini alicuius, *vid.* OFFICIO, ĕre. Perdere nomen aliquod Lucan. 2, 56. Peruenire ad aliquod ingenii Quinctil. 6, 2. Praebere Tacit. Ann. 13, 4. Quaeſierat ſtudio memorabile nomen Ouid. Met. 6, 12. Radere faſtis alicuius Tacit. Ann. 3, 17. Sparſerat fama nomen Theſei per vrbes Argolicas Ouid. Met. 8, 267. Stringere nomen alicuius, Traducere aliquem et mordere Id. Triſt. 2, 350. Superbit nomine aui et ſoceri Ouid. Met. 11, 219. Plin. Epiſt. 3, 3 Quibus imaginibus oneretur, quae nomina et quanta Suſtineat. Catull. 66, 151 Ne veſtrum ſcabra Tangat rubigine nomen Haec atque illa dies, atque alia, atque alia. *i. Ne vlla aetas deleat*

deleat nomen et famam veſtram. Cic. Att. 1, 13 Quum ille ad conciones confugiſſet, in hisque meo nomine ad inuidiam vteretur, dii immortales, quas ego pugnas, et quantas ſtrages edidi? ¶ 6 Nomen, *pro Cauſa ponitur vera falſa, cum in cauſis allegandis nomine hominis vel rei frequenter vti ſoleamus.* Cic. de Amicit. 79 Ab amicitia Q. Pompeii meo nomine ſe remouerat, vt ſcitis, Scipio. Idem in Vatin. 9 Non tam tuo, quam Reip. nomine. Portorii nomine aliquid exigere Cic. pro Font. 9. Amicitiae nomine aliquid petere Caſſius ad Cic. Fam. 12, 12. Claſſis nomine imperare pecuniam ciuitatibus Id. pro Flacc. 27. Coniurationis nomine damnari Id. Verr. 5, 11. Dotis nomine omnia vxoris viri fiunt Idem in Topic. 23. Negligentiae nomine ſuſpectus alicui Id. Fam. 2, 1. Praemii nomine aliquid impetrare Quinctil. 7, 2. Diſſoluere alicui alterius nomine Cic. pro Roſc. Com. 41. Gratulari alicui alterius nomine Id. Philip. 1, 30. Suo nomine, *Sua cauſa:* Cic. pro Cluent. 66 Res ſuo nomine in iudicium nunquam eſt vocata. Indicere ſuo nomine bellum aliquibus Id. in Catil. 2, 14. Id. Verr. 2, 22 Lege Hieronica iudicia plurimarum controuerſiarum ſublata vno nomine omnia. Nominibus honeſtis *dixit* Salluſtius Catil. c. 38 *pro Sub honeſto praetextu.* Cic. pro Font. 8 Si hoc crimen optimis nominibus denegare poſſumus. *Vetus exemplar legit* Hominibus. Aliquo nomine praetexere culpam Virg. Aen. 4, 172. Eo nomine Paterc. 2, 104, 2. Falſo nomine poſcere aliquid Iuuen. Sat. 1, 98. Hoc vno nomine, *Hac vna tantum de cauſa.* Cic. Verr. 3, 23 Scitote quosdam homines, hunc quem ſciunt improbiſſimum hominem, hoc vno nomine abſolui velle, vt ab Senatu, *etc.* Hoc vno nomine deceptus Hor. Serm. 1, 2, 65. Meo nomine te huic inimicum eſſe nolo Cic. Att. 10, 2. Quo nomine mirari conuenit Paterc. 1, 3, 2. Quo nomine non eſt mirandum Id. 1, 5, 4. ¶ 7 Nomina, *Capita ſunt breuiarii, id eſt rationis argentariae.* Nomina Cicero *appellare ſolet Cauſas, et Negotia, et Perſonas, quibus in conficiendis rationibus expenſae pecuniae feruntur. Vulgo nunc articuli dicuntur: deinde, vt fit, metonymia conſueta, ipſi quoque debitores, in quantum ſunt debitores,* nomina *appellantur.* Cic. Verr. 1, 92 Neque in tuas tabulas vllum nomen referres, quum tot tibi nominibus acceptum Curtii referrent? quid proderat tibi te expenſum illis non tuliſſe? *Ibid.* 1, 99 His nominibus ſolis Cn. Dolabellae ſeſtertiûm ad tricies litem eſſe aeſtimatam. *i.* (*vt ait* Aſconius) His titulis et capitibus criminum: *articulos* nunc vulgo dicimus. Et in eundem ſaepe dicit, Recita nomina, id eſt res, perſonas, cauſas, in quas ille, aut quibus expenſum tulit. *Sic* de Nat. Deor. 3, 73

Aut tu illum fructu fallas, aut per literas
Auertas aliquod nomen, aut per ſeruolum
Percutias pauidum. *Ex quodem Poëta.*

Idem Att. 12, 50 Suſtinenda tamen (ſi tibi videbitur) ſolutio eſt nominis Cereliani, dum et de Metione et de Faberio ſciamus. Vlpian. D. de Doli mali exceptione, l. Apud Celſum, Quod ſi is, cui pecunia debebatur, cum debitore decidit, et nomen eius vendidit Seio, cui debitor mandauerat, vt nomen emeret. Parum idonea nomina debitorum Africanus in l. Tutor. §. Deinde. D. ad S. C. Velleianum. Cic. Att. 16, 6 Nomina mea per deos expedi, exſolue. Cinna *de Catone, apud* Sueton. Plin. de Claris grammat. c. 11

Mirati ſumus vnicum magiſtrum,
Summum grammaticum, optimum Poëtam,
Omnes ſoluere poſſe quaeſtiones,
Vnum difficile expedire nomen.

Cic. Att. 13, 29 Reliquum eſt, ſi Faberius nobis nomen illud explicat, nihil quaerere quanti. Cic. Verr. 2, 186 c. 76 Inſpiciebamus — tabulas ſocietatis, quae ſignificabant, multis nominibus eos homines verſuram a Carpinatio feciſſe, qui Verri dediſſent. *Quod Verri debebant ſoluebant pecunia a Carpinatio mutuo ſumta.* Parua nomina in codicem non referre Cic. pro Quint. 4. *Hinc* Nomina, *pro Debitoribus ponuntur.* Cic. Fam. 5, 6 Ego autem meis rebus geſtis hoc aſſecutus ſum, vt bonum nomen exiſtimer: *quem ſibi debere velint homines.* Colum. 1, 7, 2 Vel optima nomina non appellando fieri mala, fenerator Alfius dixiſſe veriſſime fertur. Paullus ICt. l 26 §. 2 D. mandat. Bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum: *eo ipſo ſignificat, ſe ſperare ſibi ſolutum iri; nec poteſt poſtea redire ad delegantem. Debitum ipſum intelligit* Cic. pro Planc. 68 Verum fac me multis debere, et in iis Plancio. Vtrum igitur me conturbare oportet, an caeteris, quum cuiusque dies venerit, hoc nomen quod vrget, nunc quum petitur, diſſoluere? *Sic* Appellare de nomine, *i. Nomen exigere* Cic. Att. 5, 19. *Sed* Cic. Att. 5 vlt. *extr. de Scaptio loquens,* Mihi autem impudens magis, quam ſtultus videbatur. Nam aut bono nomine centeſimis contentus erat, aut non bono quaternas centeſimas ſperabat. *Nempe ab eo, a quo Sors ſperatur vſuris mediocribus contentus erat; metum perdendi Sortem Solari volebat magnitudine vſurarum, quas interim perciperet.* Cedit nominum dies Cic. Att. 8. Id. ibid. 16, 3 Ad Balbum ſcripſi apertius, vt ſi quid tale accidiſſet, vt non concurrerent nomina, ſubueniret. *i. Ad tempus non reſponderent, ſeu ſoluerent ii, qui debent.* Debere certis nominibus grandem pecuniam Cic. pro Quint. 38. Eſſe in nominibus Id. Verr. 5, 17. Exigere nomina, *pro Ad diſſolutionem cogere.* Cic. Verr. 3 (1) 28 c. 10 Quum per eos ipſos dies, per quos cauſam Dio diceret, reperiretur pecunias ſumſiſſe mutuas, nomina ſua exegiſſe, praedia vendidiſſe. Expendere numos certis nominibus Hor. Epiſt. 2, 1, 105. Expedita et explicata nomina. *Vid. Grot. Florum Sparſion. ad Ius Iuſtin. p. 234.* Expungere nomina Plaut. Ciſt. 1, 3, 41. Facere nomina Sen. Benef. 1, 1. Cic. Fam. 7, 23 *pr. in literas referre publicas, i. in tabulas trapezitae publicam auctoritatem habentes.* Facit nomina, negotium conficit Caninius Cic. Offic. 3, 56. Habere in nominibus Id. Att. 8, 10. Idonea nomina L. 19 Dig. ad SC. Vellei. §. 4. Liuius, Tarda nomina et impedita inertia debitorum. *Sic et* Expedita, *et* Explicata. Optima nomina non appellando fiunt mala Columel. 1, 7. Adire ad arbitrum de nomine alicuius Cic. pro Roſc. Com. 12. Id. in Salluſt. 19 Vnde tantum hic exhauſit, quantum potuit aut fide nominum traiici, (*i. certis hominibus numerari, qui curarent, quod ſibi in prouincia datum eſſet, Romae ſolui:*) aut in naues contrudi. Locare nomen ſponſu improbo (*ſi vera eſt lectio*) Phaedr. 1, 17, 1 *dicitur fideiuſſor, qui nomen ſuum patitur in creditoris tabulis ſcribi pro alio.* Soluere nomina Cic. Att. 6, 2. Tollere nomina de tabula Id. pro Sext. 20. Transſcribere nomina in alios Liu. 35, 7 *pr.* Transferre nomen, *i. Verſuram facere* Cic. Fam. 5, 13. ¶ 8 *Habet locum* nomen *etiam in iudiciis, accuſationibus praeſertim. Vt* Abolere nomen *v. v.* Commodare alicui nomen ſuum ad translationem criminis Cic. Verr. 4, 91 c. 42. *i. pati in ſe conferri, quod alter fecerit.* Cic. Verr. 2, 94 Si liceret nomen abſentis deferre, ſe velle, *verbo, accuſare. Et* pro Cael. 26 Sui quidem non modo nomina deferunt inter ſe ſodales, ſed etiam commemorant ſodalitatem in accuſando. Cic. Verr. 2, 94 Palam de ſella ac Tribunali pronuntiat, ſi quis abſentem Sthenium rei capitalis reum facere vellet, ſeſe eius nomen recepturum, *cum ipſo crimine videlicet, ſ. accuſatione. Et paullo poſt,* Hic tum repente Pacilius quidem homo egens et leuis accedit: ait, ſi liceret, nomen abſentis deferre ſe velle: iſte vero et licere, et fieri ſolere, et ſe recepturum. *Vid. Briſſon. de form. p. 467.* ¶ 9 Nomen, *pro Homine vel Re ipſa ſaepius ponitur.* Tibull. 3, 4, 61 Ne fidum femina nomen. Cato in Diris 90 Vt felix nomen agelli. *Vid. Scalig.* Val. Flacc. 5, 118 Nona dux accedere gaudet Nomina. Idem 4, 224 *Iaſonem et Herculem appellat* Maxima nomina. Liu. 1, 10 Nomen Caeninum. *Sic* Tacit. Hiſt. 4, 18, 2 Romanum nomen. Ouid. Met. 1, 201 Sanguine Caeſareo Romanum exſtinguere nomen. Paterc. 1, 6, 3 Graium nomen. *Conf.* Idem 2, 53, 2: 2, 114, 5. *et* 2, 69, 3. *Vid. Gronou. ad* Liu. 1, 3. *Drakenb. ad* Sil. 14, 70. ¶ 10 Nomen, *item Rei vel Perſonae ſaepe opponitur. Vt* Liu. 7, 29 Campani magis nomen ad praeſidium ſociorum, quam vires cum attuliſſent. Idem 3, 65. *et* 5, 18 *pr. et* Ouid. de Arte Am. 1, 440 Nomen amicitia eſt, nomen inane fides. *Conf.* Tacit. Hiſt. 4, 75, 2. *et Graeu. ad* Cic. Att. 5, 15. *Hinc ap.* Cic. Parad. 4 *emendat Geſner.* cum ferro pulſis magiſtratibus ſenatus nomen in rep. erat. ¶ 11 *In libris commiſcentur* Nomen *et* Numen. *Drakenb. ad* Sil. 1, 669. *et* 16, 655.

NOMĬNO, āre. [ὀνομάζω] *Nominatim compellare.* Plaut. Moſt. 3, 2, 97. Nominare, *pro Mentionem facere de aliquo.* Ter. Heaut. 2, 3, 62 Quid ait, vbi me nominas? Cic. pro Lege Manil. 37 Ego autem neminem nomino: quare iraſci mihi nemo poterit, niſi qui ante de ſe voluerit confiteri. Poteram nominare Scribon. 102. Piſcem nominare Id. 186. Suo certo ac proprio vocabulo rem aliquam nominare Cic. pro Caecin. 51 c. 18. Nominare nomen alicuius Ter. Phorm. 5, 1, 12. Vbi me nominas Id. Heaut. 2, 3, 62. Cic. Verr. 4, 55 Nominato quem voles de *etc.* Nominor exul Ouid. Triſt. 5, 11, 9. Praedicari de ſe et nominari volunt omnes Cic. pro Arch. 26. Id. pro Cael. 43 Multi a me ſummi atque ornatiſſimi viri praedicarentur: quorum partim nimia libertas in adoleſcentia, partim profuſa luxuries, magnitudo aeris alieni, ſumtus, libidines nominarentur. ¶ 2 Nominare, *Nomen imponere.* Cic. de Amicit. 26 Amor enim (ex quo amicitia eſt nominata) princeps eſt ad beneuolentiam coniungendam. Idem de Senect. 77 Ego veſtros patres, P. Scipio, tuque Cai Laeli, viros clariſſimos, mihique amiciſſimos viuere arbitror, et ea quidem vita, quae eſt ſola vita nominanda. Id. Offic. 3, 66 Vt caeteri ex patribus, ſic hic, qui illud lumen progenuit, ex filio eſt nominandus. ¶ 3 *Formulae:* Cic. Act. 1 in Verr. 18 c. 7 Fit obuiam ei multitudini caſu Caius Curio, quem ego hominem honoris potius, quam contumeliae cauſa nominatum volo: etenim ea dicam, *etc. i. Quod nomen eius effero, id non ei contumelioſum erit.* Idem pro Quint. 28 Quem vt ipſius dignitas poſcit honoris gratia nomino. *Add.* Id. pro S. Roſc. c. 2. Quas, vt aequum eſt, familias honeſtatis amplitudinisque gratia nomino Cic. pro Roſc. Am. c. 6. Nefas habent Mercurium nominare Aegyptii Id. de Nat. Deor. 2, 59. *Idem eſt, quod ſuffragio ſuo deſignare* Cic. ad Brut. 7 Is Panſae locum petere conſtituit, eam nominationem a te petimus: neque coniunctiori dare beneficium, quam nos tibi ſumus: neque digniorem nominare potes quam Bibulum. Plin. Paneg. c. 71 Cum candidatis, vt quemque nominaueras, oſculo occurreres. Idem Epiſt. 2, 1 Illo die, quo ſacerdotes ſolent nominare, quos digniſſimos ſacerdotio iudicant, me ſemper nominabat. Idem Epiſt. 4, 8. *et* Suet. Claud. c. 22. Nominare, *etiam eſt Nomen alicuius ad Magiſtratum deferre criminis cauſa.* Liu. 31, 17 Si quisquam ad ſe deduxiſſet, nomenue abſentis detuliſſet, qui nominatus profugiſſet, diem certum definituros, ad quem, niſi citatus reſpondiſſet, abſens damnaretur. Si quis eorum, qui tum extra terram Italiam eſſet, nominaretur, ei laxiorem diem daturos. *Sic vſi etiam* Suet. Caeſ. c. 17 *et* 20. Plin. Epiſt. 9, 13, 17. *et* 10, 97, 6. In nominando, *vid.* IN *Praep.*

NOMINĀTVS, a, um. Partic. [ὠνομασμένος] Cic. Off. 3, 116 c. 33 Atqui ab Ariſtippo Cyrenaici atque Annicerii philoſophi nominati, omne bonum in voluptate poſuerunt. Id. Verr. Act. 1, 18 c. 7. Nominatus, ior, iſſimus. [ὀνομαστὸς] *Pro Celebri.* Cic. Verr. 6 (4) 27 c. 12 Quid, illa Attalica, tota Sicilia nominata, ab eodem Heio peripetaſmata emere oblitus es? Nominatiora pericula Tertull. de An. c. 13. Plin. 12, 9 Vicina eſt Bactriana, in qua bdellium nominatiſſimum. Auguſtin. de Ciu. Dei 16, 2 Quid nominatius Chriſto. Nominatiſſimi Graeciae auctores Priſcian. de Verſ. Com. p. 1327. *edit. Putſch.*

NOMINĀTVS, ûs. m. *Idem quod nomen.* Varr. de L. L. 9, 1 p. 132, 1 Quod ad nominatuum ſimilitudines animaduertendas arbitratus ſum ſatis eſſe, *etc. Et ante* p. 129, 25 Quod magna ſit copia ſimilium nominatuum. *Al.* Nominum. *It.* p. 130, 2 Inter ſe diſſimiles habent analogias nominatus. Vt ſimilis ſit nominatus, habere debet, vt ſit eodem genere, ſpecie eadem.

NOMINĀTIM. Adu. [ὀνομακλήδην, ὀνομαστὶ] *Nomine expreſſo, per ſingulorum nomina.* Liu. 2, 28 Demiſſo Senatu, Conſules in Tribunal aſcendunt, citant nominatim iuniores. Cic. Verr. 5, 94 Tum appellantur a multitudine mulieres nominatim. Caeſ. Bell. Gall. 2, 25. Decernere aliquid nominatim Cic. Att. 7, 15. Dicare nominatim alicui opus aliquod Plin. in totius operis praef. Excipere aliquem nominatim Cic. Att. 11, 7. Excludi nominatim honore aliquo Idem de Lege Agrar. 2, 60. Idem pro Roſc. Amer. 47 c. 16 Quaſi vero mihi difficile ſit, quamuis multos nominatim Proferre (ne longius abeam) vel tribules, vel vicinos meos, *etc.* De te nominatim Rogo Id. Fam. 13, 28. Id. Verr. 4, 142 Mos eſt Syracuſis, vt, ſi qua de re ad Senatum referatur, dicat ſententiam qui velit, nominatim nemo Rogatur. Perſcribere nominatim peccata alicuius. Cic. Verr. 2, 171 Furta quoque iſtius permulta nominatim ad ſocios Perſcripſerat. Perſequitur nominatim omnes voluptates Epicurus Id. de Nat. Deor. 1, 112. Praecepit conſulentibus nominatim Nepos 1, 1, 3. Cic. Off. 3, 65 Quidquid enim eſt in praedio vitii, id ſtatuerunt, ſi venditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet, praeſtari oportere. Nominatim *et* Generatim, *contraria.* Cic. Att. 11, 6 *pr.* Tanta erat in illis crudelitas, tanta cum Barbaris gentibus coniunctio, vt non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſſet informata, *i. non indicatis nominibus proſcriptorum, ſed v. g. quicunque cum Mario feciſſent.*

NOMINATIO, ōnis. f. [ὀνομασία, ὀνοματοποιία] *Ad electiones et*

et deſignationes ac ſuffragia pertinet. Plin. Epiſt. 4, 8 Mihi vero etiam illud gratulatione dignum videtur, quod ſucceſſit Iulio Frontino principi viro, qui me nominationis die, per hos continuos annos inter ſacerdotes nominabat, tanquam in locum ſuum cooptaret. Nominationis die, *i. Principio anni, auctore* Tacito, *quo ſacerdotes ſolent nominare, quos digniſſimos ſuo ſacerdotio iudicent.* Cic. Philip. 13, 12 c. 5 In quo ego eum, vt quod a patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo. Nominatio conſulum Tacit. Ann. 6, 45, 4. Facere nominationem Liu. 26, 23 *extr.* ¶ 2 Nominatio, *Figura rhetorum, de qua* Auctor ad Herenn. 4, 43 Nominatio eſt prima, *inquit,* quae nos admonet, vt cui rei nomen aut non ſit, aut ſatis idoneum non ſit, eam noſmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut ſignificationis cauſa.

NOMINĀTOR, ōris. m. Vlp. Dig. 27 tit. 8 De nominatoribus magiſtratuum.

NOMINABĬLIS, e. Adi. Ammian. 28, 4.

NOMINĀLIS, e. Adi. *Quod ad nomina pertinet.* Varr. de L. L. 7, 2 Vt enim ab Aemilio homines orti Aemilii, ac gentiles; ſic ab Aemilii nomine declinatae voces in gentilitate nominati.

NOMINALĬTER. Adu. Arnobius aduerſus gentes 2 p. 80 Quae quum eſſe conſenſerimus victi, et vniuerſa his ſcatere nominaliter annuerimus humana, conſequetur vt, *etc.*

NOMINALIA, um. n. pl. *Tempus ſollemne quo puero imponebatur nomen.* Vet. Gloſſ. Nominalia, ὀνοματοθεσία. Tertull. de Idol. c. 16 Circa officia priuatarum et communium ſollemnitatum, vt togae purae, vt ſponſalium, vt nuptialium, vt nominalium. *Vid. Scalig. ad* Feſt. in Luſtricus dies. *et* Auſon. *Lect.* 2, 21. *vel Caſaub. in* Perſ. 2, 2 p. 148.

MOMINATĪVVS, a, um. Adi. *vt,* Nominatiuus caſus [ὀνομαστικός] *a Grammaticis dicitur, quod* nominat *rem: et Rectus, quod a nullo cadit. Vid.* Petron. Fragm. apud Burm. p. 688. Quinctil. 7, 9, 13. *Quin iam ſic* Varro de L. L. 9, 1 p. 130, 20 Caſus nominandi vel Nominatiuus. Nominatiuus, *pro Nomine.* Varro de L. L. 7, 29, 35 Primum ſi in his eſſet analogia, dicunt debuiſſe omnes Nominatiuos, et Articulos habere totidem Caſus: nunc alios habere vnum ſolum, vt literas ſingulas omnes: alios tres, vt praedium, praedii, praedio, *etc.*

NOMINĬTO, āre. Frequentat. Lucret. 3, 353

Quod ſupereſt, ſi quis corpus ſentire renutat,
Atque animam credit permiſtam corpore toto,
Suſcipere hunc motum, quem ſenſum nominitamus.

Idem 6, 423.

NOMINITANDVS, a, um. Gerund. Cortex nominitanda eſt Lucret. 4, 48.

NOMINITATVS, a, um. Part. Ferret. Muſ. Lapid. p. 158 Viua Philematium ſum Aurelia nominitata.

NOMENCLO, āre. *Verbum, vt videtur, antiquum, idem quod* Nomino: *ex* Nomenculo *contractum.*

NOMENCLĀTOR, ōris. m. [ὀνοματοκλήτωρ Gloſſ. Gr. Lat.] *Vel vt quibusdam placet,* NOMENCVLATOR, *ab obſoleto* Nomenculare, *vel, vt alii, a* Nomine calando, *id eſt vocando, quaſi nominis calator, qui memoriter vnumquemque vocare didicit.* Cic. Att. 4, 1 Ad vrbem ita veni, vt nemo vllius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obuiam non venerit. Q. Cic. de Pet. Conſ. c. 8 Ne nomenclator ſolum, ſed amicus etiam bonus eſſe videare, *i. ne nomine ſolum noris etc.* Cic. pro Muraen. 77 c. 36 κατ' ἄνθρωπον *diſputans contra Seruium,* Quid? quod habes nomenclatorem. In eo quidem fallis et decipis. Nam, ſi nomine appellari abs te ciues tuos honeſtum eſt, turpe eſt eos eſſe ſeruo tuo notiores, quam tibi *etc. Nempe horum opera vtebantur potiſſimum candidati, vt ſibi in prenſando ſuffragatores nomina ciuium ſuggererent.* Hi et Fartores quoque dicebantur, quia ſalutatorum nomina, *vt ait* Feſtus, velut infarcirent in aurem candidati. *Etiam in menſa adhibiti* nomenclatores, *qui conuiuas ciborum nomina et conditionem docerent. Vid.* Plin. 32, 6. *et* Petron. c. 47. *Conf. Popm. de Op. ſeru.* Quinctil. 6, 3, 96 Vt Afer ingrato litigatori conſpectum eius vitanti, in foro per nomencilatorem miſſum ad eum, Amas me, *inquit,* quod te non vidi. *Quidam libri* Nomenculatorem. *Sic* Martial. 10, 30 Nomenculator mugilem citat notum. *Conf.* Suet. Claud. c. 34. Auguſt. c. 19. *et* Calig. c. 14. Petron. c. 47.

NOMENCLĀTIO, ōnis. f. [ὀνοματόκλησις] Columel. 3, 2 *extr. de vineis,* Ideoque in hac ipſa Italia, ne dicam in tam diffuſo terrarum orbe, vicinae etiam nationes nominibus rerum diſcrepant, variantque vocabula. quare prudentis magiſtri eſt eiusmodi nomenclationis aucupio, quo potiri nequeant, ſtudioſos non demorari. Qu. Cic. de Petit. Conſ. 32 c. 11 Ea deſiderat nomenclationem, blanditiam, aſſiduitatem, benignitatem, rumorem, ſpem in Republica. *De populari ratione agit* ſ. *quae apud plebem obſeruanda ſint.*

NOMENCLATVRA, ae. f. *Idem.* [ὀνοματοκλησία] Plin. 3 praef. Quaedam in his nomenclatura nuncupentur. Idem 2, 7 Caeleſtis nomenclatura, *qua* Iupiter, Mercurius *caeteri inter ſe vtantur.*

NOMENTVM, i. n. [Νώμεντον] *Oppidum in Latio non procul ab vrbe Roma.* Martial. 13, 15 Si vicina tibi Nomento rura coluntur. *Conf.* Ouid. Faſt. 4, 903.

NOMENTĀNVS, a, um. Adi. Nomentanus agellus Martial. 7, 92. Nepos Nomentanus Hor. Serm. 2, 1, 22. Via Liu. 3, 52. Vindemia Martial. 13, 119.

NOMISMA, *vid.* Numiſma, *poſt* NVMVS.

NOMIVS *poſt* NOMOS.

NOMOS, *ſeu* NOMVS, i. m. [νομός] *Regio, praefectura.* Vox Aegyptiis propria *ſecundum* Plin. 5, 9. Summa pars *Aegypti,* contermina Aethiopiae Thebais vocatur. Diuiditur in praefecturas oppidorum, quas Nomos vocant, duodecim. *Conf.* Idem 36, 13. Plin. Epiſt. 10, 23 Tu ex quo nomo ſit notum mihi facere debes. ¶ 2 Nomos [νόμος] *lex, regula, ſpeciatim in carmine, ac cantilena modi ad quos canitur. Verum* Suet. Neron. c. 20 Ne concuſſo quidem repente motu terrae theatro, ante cantare deſtitit, quam inchoatum abſolueret νόμον. Nomos *eſt ipſe hymnus ad citharae modos cantatus, quod docet in primis Spanhem. ad Callim. Hym. in Delum* 304. *Hinc*

NOMIVS Apollo, vel ἀπὸ τῆς νομῆς, *i.* a paſcuis, vel ἀπὸ τῶν νόμων, a lege chordarum. *Haec* Seruius ad Virg. Georg. 3, 2.

NOMOPHY̆LAX, acis. m. [νομοφύλαξ] *Legum cuſtos et ſeruator.* ἀπὸ τοῦ νόμου, *a lege: et* φύλαξ, *cuſtos.* Columel. 12, 3 *extr.* Non ſatis viſum eſt, bonas habere leges, niſi cuſtodes earum diligentiſſimos ciues creaſſent, quos Graeci νομοφύλακας appellant. Cic. de Legib. 3, 46 c. 20 Graeci hoc diligentius, apud quos νομοφύλακες creantur: nec hi ſolum literas (nam id quidem etiam apud maiores noſtros erat) ſed etiam facta hominum obſeruabant, ad legesque reuocabant. *Poſſumus comparare illos cum his, quos* Fiſcales *hodie dicunt.*

N O N

NON. Adu. negandi. [οὐ, οὐκ, οὔκουν, οὐμέντοι, μὴ] *Omnibus modis iungitur.* Cic. Acad. 4, 8 Illi non dubitant, quin ea vera ſint, quae defendunt. *Coniunctiuo* Virg. Georg. 2, 43 Non mihi ſi centum linguae ſint, oraque centum. Quinctil. 9, 4 Non igitur durum ſit, neque abruptum, quo animi velut reſpirent. *Infinitiuo.* Ter. Phorm. 1, 2, 4 Amo te, et non neglexiſſe habeo gratiam. *Sed Imperatiuo etiam, quod vulgo negant Grammatici.* Ouid. Art. 3, 129 Vos quoque non caris aures onerate lapillis, — Nec prodite graues inſuto veſtibus auro. Ouid. ex Ponto 1, 2, 105 Non petito vt bene ſit, ſed vti male tutius, vtque Exilium ſaeuo diſtet ab hoſte meum. *Geminatum, elegantem vim habet.* Ter. Phorm. 2, 1, 73 Non, non ſic futurum eſt: non poteſt. Idem Adelph. 1, 2, 21 Non eſt flagitium (mihi crede) adoleſcentulum ſcortari, neque potare, non eſt, neque fores effringere. Non, *pro Nonne, interrogatio negatiua, cui ſubintelligitur affirmatio.* Ter. Phorm. 1, 2, 69 Non ſi rediſſet pater, ei veniam daret? *Conf.* Idem Hec. 3, 2, 7 Non viſam vxorem Pamphili? *Indicat, indignum eſſe ſi non viſat.* Non, *per admirationem dictum, certe repetitum:* Ter. Heaut. 3, 3, 51 Atqui non opus eſt. S. non opus eſt! C. non hercle vero. Non, *reſpondentis negatio.* Cic. Verr. 2, 106 Cognitorem adſcribit Sthenio: quem? cognatum aliquem aut propinquum? non. Thermitanum aliquem honeſtum hominem ac nobilem? ne id quidem. at Siculum, in quo aliquis ſplendor, dignitasque eſſet? minime. Ter. Heaut. 5, 1, 21 Opus eſſe argentum vt dares. M. non. C. quid? non? M. non inquam. C. neque ipſe gnatus? M. nihil prorſus Chreme. Idem Adelph. 1, 2, 21. *Conf.* Catull. 14, 16. *et Manut. ad* Cic. Att. 1, 9. Ter. Andr. 4, 2, 12 Per omnes tibi adiuro deos, nunquam eam me deſerturum: non, ſi capiundos mihi ſciam eſſe inimicos omneis homines. ¶ 2 *Varie componitur et iungitur.* Caius in l. Si quis alicui. §. vlt. D. Mandati vel contra, Si mandatu meo Titio credideris, et mecum mandati egeris, non aliter condemnari debeo, quam ſi actiones tuas, quas aduerſus Titium habes, mihi praeſtiteris. Caius in l. 2 D. Quibus mod. pig. *etc.* Non aliter hoc facere conceditur, niſi prius ei debitum offerat. Liu. 35, 32 Tamen non ab re eſſe Quintio viſum eſt, ſociorum aliquos, *etc.* Non adeo inhumano ingenio ſum Chaerea, neque tam imperita, vt quid amor valeat, neſciam Ter. Eun. 5, 2, 41. *vbi* Donatus, Non adeo inhumano ingenio ſum: *h. e.* Immitis non ſum. Cic. de Senect. 8 Quod equidem non amiſi adhuc, et videtis annos meos. Idem de Amicit. 49 Quid enim tam abſurdum, quam delectari multis inanibus rebus, vt honore, vt gloria, vt aedificio, vt veſtitu, cultuque corporis: animo autem virtute praedito, eo qui vel amare, vel (vt ita dicam) redamare poſſit, non Admodum delectari? Plin. 10, 67 Salamandrae tantus rigor, vt ignem tactum extinguat, non Alio modo quam glacies. Cic. Att. 10, 4 De die nihil ſane poteſt ſcribi certi, praeter hoc, non Ante lunam nouam. Non Auſim, pro Non audebo, inquit Donatus Ter. Eun. 5, 2, 45. Non Audio, Non libenter admitto, et conſentio, *interprete* Donato *ad illud* Ter. Phorm. 3, 2, 1 Dorio audi obſecro. D. non audio. Hominis non Beatiſſimi ſpeciem praebere Nep. 17, 8, 2. *i. tenuioris.* Non Bonus Plaut. Capt. prol. 65. Non clam me eſt Ter. Hec. 4, 1, 54. Non Continuo, ſi me in gregem ſicariorum contuli, ſum ſicarius Cic. pro Roſc. Amer. 49. *h. e. Non ideo.* Non Dictum eſt, *h. e. tanquam non dixeris* Plaut. Poen. 4, 2, 91. Cic. de Amicit. 48 Quid enim intereſt, motu animi ſublato, non Dico inter pecudem et hominem, ſed inter hominem et ſaxum, aut truncum, aut quiduis generis eiusdem? *h. e. Non ſolum, vel Nolim dicere tantum inter pecudem,* etc. Non Diſertiſſimus Apul. Apol. *i. maxime infans.* Non Diu apud hunc ſeruies Plaut. Perſ. 4, 4, 65. Non Dubie Plin. Epiſt. 5, 14. Cic. Fam. 15, 4 Et prouinciam ornatam, et ſpem non Dubiam triumphi neglexi. Non Erat obſcurum, quid homo improbus cogitaret Cic. Verr. 2 c. 37. Non Eſt conſilium ſic facere Ter. Hec. 3, 4, 44. Non hoc de nihilo Eſt, quod Laches nunc me conuentum eſſe expetit Id. ibid. 5, 1, 1. Non ita Eſt: ſed vniuscuiusque, *etc.* Cic. Verr. 1, 16. Non Eſt ita Iudices, non Eſt profecto Idem pro Flacc. 52. Non Eſt quod metuas preces iniquas Martial. 5, 6. Non Eſt, non eſt in hoc homine cuiquam peccandi locus Cic. Verr. 3, 10. Hor. Epiſt. 1, 12, 3 Non Eſt, vt copia maior Ab Ioue donari poſſit tibi, *etc. i. Nulla ratione fieri poteſt,* vt copia maior, *etc. et ita loquuntur Graeci,* οὐκ ἔστιν ὅπως. *quod loquendi genus crebro vſurpat* Lucretius, *vt* 2, 496 Quare non eſt, vt credere poſſis Eſſe infinitis diſtantia ſemina formis: *et aliis locis.* Cic. de Amicit. 51 Non Igitur vtilitatem amicitia, ſed vtilitas amicitiam conſequuta eſt. *Sic* Non Ergo erunt homines deliciis diffluentes audiendi, *etc.* Quinctil. 9, 2 Periculum tantum, non Etiam offenſa vitatur. Plin. 2, 3 An ſit immenſus, non Facile dixerim. Non Fere quisquam noſtrae induſtriae fauet Cic. Verr. 5, 171. Idem pro Sext. 51 Denique ex bellica victoria, non Fere quemquam eſt inuidia ciuium conſequuta. Idem de Amicit. 74 Quod non Fere contingit, niſi iis, qui etiam contemnendos ſe arbitrantur. Obrui oportet non Frigidiſſimo loco Colum. 11, 3. *i. temperato.* Iurisconſ. Quum decem tu dari ſtipulatus ſis, non Ideo poſſe te decem dari oportere intendere, quia, *etc. vt ante habuimus* non continuo. Non Imperitiſſimus conſiliarius Cic. Fam. 1, 9 *pr.* Id. de Senect. 74 Mortem omnibus horis impendentem timens, quis poterit animo conſiſtere? De qua non Ita longa diſputatione opus eſſe videtur. *Sic* Non Ita multis ante annis Cic. pro Roſc. Amer. 64 c. 23. Non Ita antiqua ſimulacra Id. Verr. 4, 110. Non Ita multum tecum fuit Id. ibid. 2, 49. Non Ita multo eſt, per *etc.* Liu. 35, 11. *Conf.* Cic. Off. 2 c. 6. Id. Fam. 7, 5 Sed more Romano quomodo homines non Inepti loquuntur, probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem eſſe neminem. Non Inertiſſimus homo Id. Diuin. in Caec. 67. Non Iniuria Ter. Andr. 1, 1, 33. Non Iucundiſſimus Ser. Sulpicius ad Cic. Fam. 4, 12. Plaut. Perſ. 2, 3, 5 Quod ego non Magis ſomniabam, neque opinabar, neque cenſebam. Paul. in l. Fiſtulam. in princip. D. de Seruit. vrb. praed. Sed non poſſe prohiberi vicinum, *etc.* non Magis quam ſi velit in triclinio ſuo, vel in cubiculo aquam effundere. *Sic* In dicendo iraſci, dolere, miſereri, timere, confidere, contemnere, non ſunt figurae, non Magis quam ſuadere, minari, rogare, excuſare Quinctil. 9, 1, 23. Ter. Eun. 2, 2, 43 Sed quid videtur hoc tibi mancipium? P. non Malum hercle. Cic. Verr. 3, 166 Homo non Malus. Non Male valeo Plaut. Moſt. 2, 2, 24. Non Metuo, ne quid doleat, quod ferias Plaut. Bacch. 5, 5, 54. Liu.

Liu. 1, 32 Non Minus tribus puberibus praeſentibus diceret. Non minime commoueri Cic. Verr. 4, 125. *i. Satis vehementer.* Non minimum corrumpunt vites Varr. de R.R. 1, 2. ¶ 3 *Frequens admodum eſt* Non modo. Quinct. 12, 10, 3 Primi, quorum quidem opera non vetuſtatis modo gratia viſenda ſunt, clari pictores fuiſſe dicuntur, Polygnotus atque Aglaophon. *i. Non ſolum ob vetuſtatem: ſed etiam ob cauſas alias. vid.* Manut. *ad* Cic. Fam. 1, 9. Idem de Amic. 44 Eaque adhibeatur ad monendum, non modo aperte, ſed etiam acriter, ſi res poſtulabit Idem Catil. 1, 8. Idem Diu. in Caec. 14 Hi ſciunt, hoc non modo a me petitum eſſe, ſed ita ſaepe, et ita vehementer eſſe petitum, vt *etc.* Cic. de Amic. 11 Qui duabus vrbibus euerſis inimiciſſimis huic imperio, non modo praeſentia, verum etiam futura bella deleuit. *Ante Apodoſin negatiuam* Non modo *ponitur pro* Non modo non. Cic. Att. 13, 9 Sed vnum eiuſmodi, quod niſi exercitus ſciret, non modo Tironi dictare, ſed ne ipſe quidem auderem ſcribere. *Contra in Apodoſi affirmante:* Cic. Fam. 9, 14 Contigit tibi, quod haud ſcio an nemini, vt ſumma ſeueritas animadverſionis non modo non inuidioſa, ſed etiam popularis eſſet. Dies non modo non leuat luctum, ſed etiam auget Cic. Fam. 3, 15. *Etiam ante negatiuam apodoſin interdum plene loquuntur.* Cic. Att. 10, 4 Horum ego ſummorum imperatorum non modo res geſtas non antepono meis, ſed ne fortunam quidem ipſam, qua illi florentiſſima, nos duriore conflictari videremur. *Frequentius tamen hic omittitur negatio poſterior. Sic* Regnum non modo Romano homini, ſed ne Perſae quidem cuiquam tolerabile Cic. Att. 10, 7. Non modo primum impetum, ſed ne conſpectum quidem ſignorum atque armorum tulerunt Liu. 30, 11. *Add.* Idem 28, 29. *Vid. P. Manut. ad* Cic. Fam. 1, 9. *et ad* Att. 2, 11. *S. Boſius ad* Cic. Att. 5, 13. *Budaeus Annot. prior. in Pand. p.* 541. *Muret. V. L.* 10, 7. *Turſellin. de Particc. c.* 108. *qui plura dant exempla. Huc vero non retulerim* Cic. Catil. 1, 8. *vbi recte Grut. et Gron.* Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modo non audiam, ſed etiam non videam. *Et de* Sen. c. 16 Ad quem fruendum non modo non retardat, verum etiam inuitat atque allectat ſenectus. *Sic, inquam, apud ipſum Ciceronem legitur: et* Non. 2, 68. *et* 4, 232. *niſi quod Mercerus* non *ante* retardat *ex MSS. omittit. Tutiſſimum certe ſcribentibus, quidquid ſit de paucis quibuſdam locis dubiis, non migrare canonem: non omittere* non *poſt* non modo, *etc. niſi vbi apodoſis negatiua* ne quidem, *vel ſimilis ſequatur.* *Sic* Cic. de Amic. 43 Talis improborum conſenſio, non modo excuſatione amicitiae tegenda non eſt, ſed potius omni ſupplicio vindicanda eſt. *Hinc* Non *ſupplendum videtur in illo* Varr. de L. L. 8, 2 Nunc iam primum dicam pro vniuerſa analogia, cur non modo videatur eſſe reprehendenda, ſed etiam cur in vſu quodammodo ſequenda. *Sed* Cic. Philipp. 2, 107 Quos clientes nemo habere velit: non modo eſſe illorum cliens, *intell.* nemo velit. *Poteſt hic etiam explicari* Non modo, *per Nedum.* *Sic* Cic. de Legib. 3, 12 Nihil habui ſane non modo multum (*non habui*) quod putarem nouandum in legibus. Non multo poſt Plaut. Truc. 2, 6, 42. ¶ 4 Non nemo, *aliquis,* Cic. pro Lege Manil. 62 Quum eſſet non nemo in Senatu, qui diceret non oportere. Non nequicquam iſti vnum Demetrium filium te habere, me ſubditum, et pellice genitum appellant Liu. 40, 9. Non nimis Plaut. Epid. 3, 3, 23. Plin. Paneg. 78 *extr.* Neque enim poteſt non Nimium eſſe priuatis, quod principi ſatis eſt. Qui non Niſi apud Germanias aſſequi nomen imperatorium poſſet Tac. Ann. 2, 26, 7. Cic. de Amic. 67 Sed hoc primum ſentio, niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe. Non viuam veſperi, niſi illanc a me ſceleſtam abigam Plaut. Merc. 4, 5. ſuppoſ. 2, 21. Cic. Fam. 2, 15 Quod tamen fortaſſe non Nollem, ſi poſſem ad otium. Idem pro P. Sul. 23 Non poſſunt Omnes eſſe patricii: ſi verum quaeris, ne curant quidem. Idem de Amic. 17 Magnum opus eſt, egetque exercitatione non Parua. Non Parum facetus ſcurra Idem pro Quint. 11. Non Paullum neſcio quid in rem ſuam conuertit Idem pro Roſc. Amer. 5. Non Pauca ſuis adiutoribus large effuſeque donabat Idem ibidem 22. Non Plus quam vt virtutes, quia nonnullas curas et moleſtias afferunt, repudientur Cic. de Amic. 48. Non Poſſum ſatis narrare, quos ludos praebueris intus Ter. Eun. 5, 7, 9. Non Pridem, *inquit* Feſtus, aeque et recte et frequenter dicitur ac Iam pridem, Quam pridem. Plin. 14, 1 Generibus non Pridem illuſtrata. Non Probus, *pro Improbo.* Cic. de Senect. 36 Nec tamen omnium adoleſcentum, ſed non Proborum. Idem pro Roſc. Amer. 68 Niſi tanta temeritas, vt non Procul abhorreat ab inſania. Hor. Serm. 1, 3, 6

Caeſar qui cogere poſſet
Si peteret per amicitiam patris, atque ſuam, non
Quidquam proficeret, *etc.*

Non quiuis [οὐχ ὁ τυχὼν] *Formula augendi et excipiendi.* Hor. Epiſt. 1, 17, 36 Non cuiuis homini contingit adire Corinthum, *locum deliciis affluentem, et luxuriae aptum: ſed vbi pecunia multa opus ſit. Conf.* Gell. 1, 8. Hor. Sat. 2, 1, 13 Neque enim Quiuis horrentia pilis Agmina, nec fracta pereuntes cuſpide Gallos, Aut labentis equo deſcribat vulnera Parthi. Idem Epiſt. 2, 2, 14 Non temere a me Quiuis ferret idem. *Et* A. P. 263 Non quiuis videt immodulata poëmata iudex. Non quo, *pro Non quia: vel Non quod, retractationis vel reprehenſionis cuiuſdam ſui gratia.* Cic. Att. 5, 15 Vt ab vrbe diſceſſi, nullum adhuc intermiſi diem, quin aliquid ad te literarum darem: non Quo haberem magnopere quid ſcriberem, ſed vt loquerer tecum abſens. Id. Verr. 3, 39 Magnaeque pecuniae coactae ſunt: non Quo iugerum numerum vere profiteri eſſet difficile, *etc.* Plin. 12, 19 Id accideritne ob iniquitatem praepotentium, an forte, non Satis conſtat. Non ſcire, *pro Neſcire.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 44. Etſi non ſum Neſcius, et quae temporum ratio, et quae tua poteſtas ſit Cic. Fam. 13, 8. Non Secus hanc cauſam defendiſſem, ac ſi lege Habitus teneretur Idem pro Cluent. 143. Idem Verr. 5, 10 Non dicam ne illud quidem Si maxime in culpa fuerit Apollonius. Idem de Amicit. 64 Quia non Sine magna cauſa ſit neglecta amicitia. *Sic* Varronem non Sine induſtria verſari in ſtudiis Cic. ad Brut. . . Non ſine diis: *Prouerbii ſpeciem habet, quo admonebant Graeci* ſine deo *id fieri, quod abſque deorum fauore ſit: ſicut e contrario* cum deo *dicebant, i. fauente numine. Graece ſic effertur a Pindaro,* οὐ θεῶν ἄτερ, *quod reddidit* Hor. Carm. 3, 4, 20 Non ſine diis animoſus infans, *etc.* ¶ 5 Non ſolum *et* Non tantum *eodem modo ponuntur ac* Non modo. Cic. . . . Eſt enim munus eius non ingenii ſolum, ſed laterum etiam et virium. Idem de Senect. 12 Omnia memoria tenebat, non domeſtica Solum, ſed etiam externa bella. Idem Fam. 1, 9 Habui non temporum Solum rationem eorum, ſed etiam naturae. Idem de Senect. 9 Non Solum quia nunquam deſerunt, nec in extremo quidem tempore aetatis (quanquam id quidem maximum eſt) verum etiam, quia conſcientia bene actae vitae, multorumque benefactorum recordatio iucundiſſima eſt. Non ſolum non, Verum etiam Scribon. 107. Haec genera virtutum non Solum in moribus noſtris, ſed Vix iam in libris inueniuntur Cic. pro Cael. c. 17. *i. non ſolum non. Nempe* Vix *quod ſequitur, negationem continet.* Non ſolum, *ſecundo loco poſitum inter imparia, aliquando inter paria.* Cic. pro Cluent. . . Plura ne dicam, tuae me etiam lacrimae impediunt, veſtraeque Iudices, non Solum meae. Idem Off. 1, 17 Ad quod eſt adhibenda actio quaedam, non Solum mentis agitatio. Non ſolum, *ſine redditiuo,* *Sed etiam.* Cic. Fam. 12, 29 Vultus me hercule tuos mihi expreſſit omnes, non Solum animum ac verba pertulit. Non ſolum, *poſt Quoque.* Liu. 28, 43 Vt meam quoque, non Solum et Reip. et exercitus, vicem videretur valde ſolicitus. Non Spernendus *v. v.* ¶ 6 Non Tam vtilitas parta per amicum, quam amici amor ipſe delectat Cic. de Amic. 51. Quinct. 1, 1 Et Quinti Hortenſii filiae oratio apud Triumuiros habita legitur, non Tantum in ſexus honorem: *intell. ſed etiam ob ipſius orationis praeſtantiam.* Non Tantum *aliter* Cic. de Amic. 48 Angor iſte, qui pro amico ſaepe capiendus eſt, non Tantum valet, vt tollat e vita amicitiam, non plus quam vt virtutes, quia nonnullas curas et moleſtias afferunt, repudientur. Non tantum, *i. non ita multum. Sed pro* Non modo: Cic. de Senect. 25 Nec vero dubitet agricola, quamuis ſenex, quaerenti cui ſerat, reſpondere, diis immortalibus qui me non accipere modo haec a maioribus voluerunt, ſed etiam poſteris prodere. Non Temere eſt, et properans venit Ter. Eun. 2, 2, 60. Non temere, *pro Vix vnquam, ſiue Fere nunquam.* Suet. Octau. c. 73 Veſte non Temere alia quam domeſtica vſus eſt Idem Calig. c. 36. Non vltra quam, *pro Tantum.* Suet. Octau. c. 67 Coſinium ſeruum grauiſſime de ſe opinantem non Vltra quam compedibus coërcuit. Non vero, *rariſſime legitur.* Cic. de Senect. 27 c. 9 At hi quidem iam mortui ſunt: non Vero tam iſti, quam tu ipſe nugator. *Sed nimirum illud* vero *aſſeuerantis eſt in reſpondendo.* Vlp. Dig. l. 1 tit. 6 §. 3 Non Vero in totum xeniis abſtinebit Proconſul. *Vid. Borrich. Vind. L. L. p.* 142. Vnus vir Numantinus non fuit, qui in catenis duceretur Flor. 2, 18, 17. Cic. de Inuent. 1, 28 Nam ſaepe ſatis eſt quid factum ſit, dicere, non Vt enarres quemadmodum ſit factum. ¶ 7 Non, *geminatum.* Non, non hoc tibi ſalſe ſic abibit Catull. 14, 16. Non, non ſic futurum eſt, non poteſt Ter. Phorm. 1, 5, 73. *Add.* Idem Adelph. 1, 2, 21. *et* Heaut. 5, 1, 21. *Plura exempla dabit Manut. ad* Cic. Att. 1, 9. *Similiter alia voce interpoſita: vt,* Iam iſta quae fecit, non dominationem, non; ſed dominum Antonium timentis ſint Brut. ad Att. Ep. 17 epiſtolarum Cic. et Bruti. ¶ 8 Non, *ſaepe praepoſitum Adiectiuis, itemque Subſtantiuis, valet pro compoſitis cum particula in, vt,* non-dignus, non-honeſtus, *etc. h. e. indignus, inhoneſtus, etc. Exempla occurrunt ap.* Cic. Quinct. *aliosque. Conf. Parei Lex. Crit. p.* 797. *it.* non-corpus Cic. Acad. 1 c. 11. non-dominus l. 8 Culcinius D. de vi et vi arm. *Conf.* Ind. Quinct. *in edit. Geſneri, Par. l. c. p.* 800. *it. verbis,* non-agendi faſtidium Quinct. 12, 9, 7. *vid. Ind.* Quinctil. ¶ 9 *Totam periodum hac particula claudi rarius eſt apud Latinos, occurrunt tamen exempla.* Senec. Epiſt. 103 Fama vtique vocem deſiderat, claritas non. Cic. Att. 8, 3 Eam ſi nunc ſequor, quonam? cum illo non. Idem ibid. 14, 12 Octauium ſui Caeſarem ſalutabant, Philippus non.

NONA, ae. f. *Vna ex Parcis.* Latini Nonam, Decimam, et Mortam, Parcas dixere, *de quibus* Gell. 3, 16. *vid.* MORTA.

NŌNĂCRIS, is. f. [Νώνακρις] *Locus in Arcadia.* Vitruu. 8, 3 Eſt in Arcadia Nonacris nominata, quae habet in montibus ſtillantes e ſaxo frigidiſſimos humores. Haec autem aqua ϛυγὸς ὕδωρ appellatur, quam neque argenteum, neque aeneum, neque ferreum vas poteſt ſuſtinere, ſed diſſilit ac diſſipatur. Conſeruare autem eam et continere, niſi vngula mulina, nil poteſt. *Addit, eo veneno necatum Alexandrum M. qua de re vid.* Curt. 10, 10, 16. *et quos ibi laudat Freinſh.*

NONACRĬVS, a, um. Adi. [Νωνάκριος] Ouid. Faſt. 5, 97 Et matri et vati paret Nonacrius heros. *Arcada Euandrum ſic vocat.*

NONACRĪNVS, a, um. *Aliud* Adi. [Νωνακρῖνος] *Arcadicus.* Ouid. Met. 2, 409 Dum redit, idque frequens, in virgine Nonacrina Haeſit *de Calliſto.* Atalanta Idem de Arte Am. 2, 185. Nemus Idem Faſt. 2, 275. Hamadryades, *h. e. Arcadicae* Ouid. Met. 1, 690.

NONAE, arum. f. Pl. [νόνου] *Dicuntur in Martio, Maio, Iunio, et Octobri, Sex illi dies, qui primum ſequuntur: in reliquis vero menſibus, quatuor tantum illi dies primum ſequentes.* Varro de L. L. 5, 4 p. 49, 25 Primi dies menſium nominati Kalendae, ab eo, quod heis diebus Kalentur eius menſis Nonae a pontificibus, quintanaene an ſeptimanae ſint futurae, in Capitolio in Curia Kalabra ſic dictae, *Quinque Kalo Iuno Nouella! Septem Kalo Iuno Nouella!* Nonae, appellatae, aut quod ante diem Idus nonum ſemper, aut quod vt nouus annus Kalendae Ianuariae ab nouo ſole appellatae, nouus menſis, noua Luna Noneis. Eodem die enim ab agris in vrbem ad regem conueniebat populus. Harum rerum veſtigia apparent in ſacris Nonalibus in arce: quod tunc ferias primas menſtruas, quae futurae ſint eo menſe rex praedicit populo. Macrob. Saturn. 1, 13 Ianuarius igitur, Aprilis, Iunius, Sextilis, September, Nouember, December, vndetricenis cenſebantur diebus: et quintanas Nonas habebant. Martius vero, Maius, Quinctilis, et October, dies tricenos ſingulos poſſidebant. Nonae in his ſeptimanae erant. *Haec ille.* Quintanas *intellige, quod quinta dies ab initio menſis, ſiue a Calendis incluſiue (vt nunc loquuntur) ad diem Nonarum in breuioribus menſis: in longioribus vero* ſeptimanas, *quod haec dies ſit a Calendis ſeptima ſimili modo. Et hoc non obſcure colligitur ex his verbis eiusdem auctoris, quae habentur in eiusdem libri* c. 15 Hinc aliis quintus a Calendis dies, aliis ſeptimus Nonas facit. Nonarum quintanarum *et* ſeptimanarum *meminit et* Cenſorinus de Die natali c. 17. Nonae Caprotinae. *Vid. h. v.* Nonae Decembres Hor. Carm. 3, 18, 10. Cic. pro Flacc. 102 O Nonae illae Decembres, quae me Conſule fuiſtis, quem ego diem vere natalem huius vrbis, aut certe ſalutarem appellare poſſum. Nonae Idus *antecedunt, ſicut et hi* Calendas: *itaque in enumeratione trium illarum menſis partium, cauebant diligenter Romani, ne ante* Nonas et Idus, Calendas *nominarent. Proinde* Nonas Idus Cal. *dicebant, ne ſi ſecus nominarent, male ominoſum eſſet.* Cicero *tamen in* Verr. 3, 149 Calendis Nonis Idibus *dixit: in quo annotat* Aſconius, Religioſo omine nominat multitudo Nonas, Idus, Calendas. Cicero Calendis et Idibus, Nonas *addit, quamuis hoc pronuntiatione ſoluatur, ac temporum diuiſione hoc dici videre poſſimus. Ex Turneb.* 15, 14.

NONAGESIMVS, NONAGINTA, NONARIVS. *etc. Vid.* NOVEM.

NONCOLAE *ſ.* NONEOLAE, arum. f. Plur. Papillae, quae ex faucibus caprarum dependent Feſt. *Eaedem appellantur* Varr. R. R. 2, 3 ſub

roſtro mammillae penſiles, *vel* mammulae: Columel. 7, 6 Verruculae: Plin. 8, 50 Laciniae.

NONDVM. Adu. [οὔπω, οὐδέπω, μήπω, μηδέπω] *i. Non adhuc.* Cic. Fam. 11, 27 Nondum ſatis conſtitui. Nondum dico quam haec ſigna nulla ſint Idem de Diuin. 2, 16. Nondum manifeſta ſibi eſt Ouid. Met. 9, 463. Nondum omnium dierum ſol occidit Liu. 39, 26. Nondum plane eſt expeditus Cic. Att. 4, 16. Ter. Andr. 1, 2, 30 Quid hoc, intellextin', an nondum etiam ne hoc quidem? Id. Heaut. 3, 3, 36. *Sequente* Quum: nondum centum et decem anni ſunt, Quum pro Cic. Off. 2 c. 21. *Add.* Idem pro Roſc. Amer. c. 34. *it.* Fam. 2, 6. Liu. 27, 42.

NONGENTI, *vid.* NOVEM.

NONIVS, i. m. *Gentis nomen, v. g.* Nonius *Senator Romanus* Plin. 37, 6. *De alio* Catull. 53, 2. Nonius Marcellus, *Grammaticus, cuius exſtat libellus, de* Proprietate ſermonum *inter Auctores Latinae Linguae.*

NONNE. Adu. interrogandi, [οὐ γὰρ, μῶν, μὴ] *ex* Non *et* Ne *compoſitum.* Ter. Andr. 1, 5, 3 *etc.* Nonne oportuit praeſciſſe me ante? nonne prius communicatum oportuit? Cic. Verr. 5, 149 c. 58 Nonne publice vindicaremus? Id. Tuſc. 5, 35 Quum eſſet ex eo quaeſitum, Archelaum Perdicae filium, qui tum fortunatiſſimus haberetur, nonne beatum putaret, *etc.* Ne *tantum eſſe encliticam interrogandi notam indicat poſitum* Non *pro* Nonne. Cicero Catil. 1, 27 c. 11 Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non ſummo ſupplicio mactari imperabis. Idem Verr. 5, 149 c. 58. *Conf.* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 32. Cic. Tuſc. 5 c. 27. *et* in Piſ. c. 31. Nonne, *in fine poſitum.* Cic. pro Caecin. 37 Verum ita eſt vti dicis, te deiectum debeo intelligere, etiam ſi victus non fueris; nonne? Nonne, *indignantis et ſtomachantis* Lucret. 2, 17 Nonne videre (*homines par erat*) Nil aliud ſibi naturam latrare? *Comparat Turnebus illud* Virg. Aen. 1, 41 Mene incepto deſiſtere victam?

NONNIHIL. *Aliquid, vel aliquantum. Interdum vna voce ſcribunt.* Ter. Adelph. 1, 2, 62 Nonnihil moleſta haec ſunt mihi. Cic. pro Quint. 1 Nonnihil commoueor. Nepos 23, 13, 2 Nonnihil temporis tribuit literis. Cic. de Fin. 4, 62 c. 23 Non quia bonum ſit valere, ſed quia ſit nonnihilo aeſtimandum. *Non nulli diuidunt talia melius.*

NONNVLLVS, a, um. *Aliquis. Ipſum quoque iunctim ſcriptum paſſim inuenias, licet proprie duae voces ſint.* Cic. Acad. 4, 70 Etenim de caeteris ſunt inter nos nonnulla communia. Nonnullus liquidum ſumit mulſum ſinapi Sammon. v. 127. Nonnullum de alterius ingenio iudicium facere Cic. Diuin. Verr. 44. Nonnullus honos Martial. 4, 31. Nonnullius in literis Nominis Plin. Ep. 7, 20. Nonnullam nobis in hac re facit Iniuriam Ter. Adelph. 1, 2, 68. Nonnulla in re forſitan conſilium tuum emendare poſſum Cic. pro Muraen. 60. Nonnullum ſemen Virg. Georg. 1, 22. Nonnulli ita interpretantur Nepos 25, 3, 2. *Conf.* Idem 17, 8, 1.

NONNVNQVAM. Adu. *i. Aliquando, eiuſdem rationis eſt.* Ter. Eun. 2, 3, 76 Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet. Nonnunquam bonos exitus habent boni Cic. de Nat. Deor. 3 c. 37 *pr.* Idem Fam. 5, 8 Sed quaedam peſtes hominum laude aliena dolentium, et te nonnunquam a me alienarunt, et me aliquando immutarunt tibi. *Conf.* Nepos 20, 1, 6. In agmine nonnunquam, equo, ſaepius pedibus anteibat Suet. Caeſ. c. 57. In hac ciuitate oppugnatio ſolet nonnunquam defendi, nonnunquam vituperari Cic. in Vat. c. 2. *Add.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 8. Celſ. 5, 28, 2 *et* 14.

NONNVS, *Vox Eccleſiaſtica pro Monacho. Vid. Voſſ. de Vit. Serm.* 1, 6. *et* 2, 13. *et Orig. Idolol.* 1, 24.

NONNA, ae. f. *Monacha.* Hieron. Epiſt. 22, 6.

NONNVLA, ae. f. *Rete ad capiendas aues. Vid.* Gloſſ. Iſidor.

NONNVSQVAM, *In aliquibus locis, vt* Nonnunquam *iunctis interdum verbis ſcribitur.* Plin. 14, 19 Nonnuſquam vini faece, acetoue condiunt.

NONVS, *vid.* NOVEM.

N O R

NORBA, *Colonia Romana in Latio.* Plin. 3, 5. Liu. 2, 34 *et* 7, 42. *Hinc*

NORBĀNVS, a, um. Adi. *vt,* Norbanus ager Liu. 8, 19. *Eſt etiam cognomen. Vid. Spanh. de Num. diſſ.* 10.

NORĬCVM, i. n. [Νωρικὸν] *Regio Germaniae meridionalis verſus orientem. Hinc*

NŌRĬCVS, a, um. Adi. [Νωρικὸς] Hor. Carm. 1, 16, 9 Quas neque Noricus deterreret enſis. Caſtella Virg. Georg. 3, 474. Ignis Ouid. Met. 14, 713. Rura Claudian. Bell. Get. 365.

NORMA, ae. f. [γνώμων] *Fabrorum inſtrumentum, ex duabus regulis conſtans, ita coniunctis, vt angulum rectum efficiant:* Vitruu. 7, 3. *de tectorio opere loquens,* Longitudines ad regulam et lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam reſpondentes exigantur. ¶ 2 *Hinc* Norma *eſt quaecunque regula, ad quam aliquid exigitur, aut conformatur.* Fallax norma Lucret. 4, 516. Iuris praeſcriptum, norma, et formula iudicii Cic. de Orat. 2, 178 c. 42. Legis norma Idem de Legib. 2, 61. Loquendi norma Hor. de Arte Poët. 72. Naturae norma, regula, praeſcriptio Idem Acad. 4, 140. Oratoris norma, *per translationem, pro Lege et praeſcriptione ſiue formula.* Plin. Ep. 9, 26 Demoſthenes ipſe ille norma oratoris et regula, num ſe cohibet et comprimit, quum dicit illa notiſſima, *etc.* Veterum norma Hor. Carm. 2, 15, 12. Naturali norma legem bonam a mala diuidere poſſumus Cic. de Legib. 1, 44. Acerrima aliquorum norma quaedam dirigere Idem de Orat. 3, 188. Idem pro Muraen. 3 c. 2 *pr.* Primum M. Catoni vitam, ad certam rationis normam dirigenti, et diligentiſſime perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo reſpondebo. Cic. de Amicit. 18 Nunquam ego dicam C. Fabricium, M. Curium, T. Coruncanum, quos ſapientes maiores noſtri iudicabant, ad iſtorum normam fuiſſe ſapientes.

NORMĀLIS, e. Adi. [γνωμονικὸς] *Quod ad normam factum eſt.* Normalis angulus Quinct. 11, 3, 141. *Rectus, qualem norma efficit.* Aggen. de Limit. agror. p. 53 Rigores normales. *Vid. Rigalt.* Manil. 2, 289 Quorum deſignat normalis virgula ſedes. *i.* κάθετος, *perpendiculum, vid. Scalig. p.* 125.

NORMALĬTER. Adu. *Ad normam, accurate.* Frontin. de Limit. Quae normaliter ex rigore aguntur. Ammian. 20, 4 Cum luna e regione normaliter ſteterit, lumine pleno fulgebit, *i. ad diametrum ipſam.*

NORMO, āre. Diomed. Grammat.

NORMĀTVS, a, um. Adi. [γνωμόνευτος] Columel. 3, 13 Antiquam illam ciconiam infiximus, vt tanquam ſuppoſitae baſi ad perpendiculum normata inſiſteret.

NORMATIO, ōnis. f. Fragm. agrar. de limit. p. 217.

NORMATVRA, ae. f. Innocent. de Caſis liter. p. 221 edit. Goeſ.

NORTIA, ae. f. *Tuſcis fortuna: quam* Hetruſcam deam *vocat* Liu. 7, 3. *Conf.* Iuuenal. Sat. 10, 74 *vbi* Nurtia *ſcribitur.*

N O S

NOS, noſtrûm *vel* noſtri, [ἡμεῖς, ἡμῶν] *Plurale eſt cum ſingulariter dicatur* Ego, mei. Nos, *i. Nos Romani ſ. Latini,* Scribon. Ep. fin. Comp. 12. 83. 129. 258. Cic. Att. 10, 4 Ego enim ad eum ſcribam, vt tu ipſe voles, de ea re nos inter nos loquutos. Ter. Adelph. 2, 4, 7 Quaſi non norimus nos inter nos. Nobiſcum aſſueſcite menſis Virg. Aen. 8, 174. *Cur* Nobiſcum *dixerint, non* Cum nobis, *vid.* MECVM. Deus Nobis haec otia fecit Virg. Ecl. 1, 6. Nil noſtri miſerere Id. ibid. 2, 7. *Enallage vetus eſt apud* Tibul. 3, 6, 55 Perfida nec merito, nobis inimica merenti. *pro Merentibus. Vid. Brouckh. et Cerda ad* Virg. Aen. 9, 525. *et Voſſ. de Conſtr. c.* 55. Noſmet, *pro Nos ipſi.* Plaut. . . . Si non moneas, noſmet meminimus. Ter. Phorm. 1, 3, 20 Noſtri noſmet poenitet. Quum rem fidemque, noſque Noſmet perdimus Plaut. Truc. 1, 1, 38. Cic. de Fin. 4, 25 Sed primum poſitum ſit, noſmetipſos commendatos eſſe nobis. Idem Acad. 4, 115 Diſcedamus a nobiſmetipſis, de ſapiente loquamur. Cariorem eſſe patriam nobis quam Noſmetipſos Cic. Fin. 3 c. 19. Idem Att. 14, 15 Noſmetipſi inter nos coniunctiores ſimus, quam adhuc fuimus.

NOSTER, tra, trum. [ἡμέτερος] *Gen.* Noſtri, ae, i. *Pronomen Poſſeſſiuum.* Noſter, πρὸς ἀντιδιαστολὴν, *qui non eſt noſter.* Ter. Phorm. 1, 2, 67 Noſter quid ageret, neſcire, et illam ducere cupiebat, et metuebat abſentem patrem. Aetas Plaut. Bacch. 2, 3, 121. Cibus Idem Poen. 3, 6, 15. Praeceptor noſter Scribon. 94, 175. Noſter ille, *vid.* ILLE. Noſter eſt Ter. Adelph. 5, 8, 29. *i. Ex noſtra familia. Conf.* Plaut. Mil. 2, 5, 20. *et* Ciſt. 4, 2, 48. Noſter, *pro Noſtri ordinis.* Hor. Serm. 2, 6, 48 Noſter ludos ſpectauerat, vna Luſerat in campo. *Turnebus hunc enarrans locum, Imitatur, inquit ſermonem hominum ſibi inuidentium, et mirantium tam proſperam ſecundamque fortunam ſuam. Horatius, inquiunt, noſtri ordinis et loci erat, et in vltima cauea nobiſcum ſpectabat ludos inter pauperum cuneos, in campo Martio nobiſcum ſeſe exercebat, qui fortunae filius nunc videtur, tantis auctus ſucceſſibus eſt. Nam Senatores ludos ſpectabant ex orcheſtra: e quatuordecim ordinibus equites: et plebeiorum lautiores et ditiores commodius ſedebant, pauperiorum deterior vt conditio, ſic et in cauea locus. In campo quoque generoſi cum generoſis ſe exercebant, pauperes cum pauperibus. Ergo inuenem Horatium olim ſui fuiſſe ordinis dicebant, qui fortunae indulgentia ad amicitiam Maecenatis, opeſque peruenerit, et fortunae beneficio prouectus ſit ad tantam felicitatem.* Noſter, *pro Noſtras.* Ter. Eun. 2, 3, 21 Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum. *Vbi* Donatus, Noſtrarum, ciuium ſcilicet, id eſt terrae ac patriae noſtrae. *vt,* Virg. Georg. 2, 89 Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris. *Conf.* Salluſt. Iug. c. 38. Quiſquis es, Noſter eris Virg. Aen. 2, 149. *Vox imperatorum ad transfugas, vt docet Seru. h. l.* Noſter, *blandientis eſt aliquando.* Ter. Hec. 5, 2, 4 Noſter ſocer video venit, puero nutricem adduxit. Et magis hoc conſuetudine dictum eſt, quam integritate, *inquit* Donatus. Noſter, *i. Nobis fauens. Dii enim noſtri dicuntur eſſe, qui nobis fauent, vt apud* Virg. Aen. 11, 20 Sin noſtrum annuerit nobis victoria Martem. *Et* 12, 539 — nec dii texere Cupentum Aenea veniente ſui. *Turnebus.* Noſtra, pro Mea, moraliter dictum, *auctore* Donato. Ter. Eun. 2, 3, 69 Eſtne vt fertur forma? P. ſane. CH. at nihil ad noſtram hanc. Noſtra omnis lis eſt: *i. Vicimus.* Plaut. Caſ. 2, 8, 73. Noſtri an alieni ſimus Idem Mil. 2, 5, 21. Noſtrarum, *pro Noſtrum.* Ter. Eun. 4, 4, 11 Hunc oculis ſuis noſtrarum nunquam quiſquam vidit. *Vbi* Donatus, ἀρχαϊσμὸς eſt figura, pro noſtrum, vel noſtrarum, id eſt, quae familiae noſtrae ſunt. *Sed* Cic. de Prouinc. Conf. 40 Primum illud tempus familiaritatis ac conſuetudinis, quae mihi cum illo, quae fratri meo, quae C. Varroni conſobrino noſtro ab omnium noſtrum adoleſcentia fuit, praetermitto. Noſtri et Externi, *contraria.* Plin. 12, 25. *i. Latini et Graeci. De balſamo. Sic* Noſtra nobis notiora Dial. de Oratorib. c. 28, 3. *In MSS. permutantur* Noſter *et* Veſter, *obſeruante Drakenb. ad* Sil. 11, 117.

NOSTRAPTE culpa facimus, vt malos expediat eſſe Ter. Phorm. 5, 2, 1.

NOSTRAS, ātis. Adi. [ἡμεδαπὸς] *a* Noſter *deducitur: et ſignificat, E noſtra gente vel patria.* Plin. 15, 29 Tarentinam folio minuto, noſtratem patulo, exoticam denſiſſimo. Noſtratia verba Cic. Fam. 2, 11. Noſtrates philoſophi Idem Tuſc. 5, 90 c. 32. *h. e. Noſtr. aeſectae.* Cic. Fam. 9, 15 Mirifice capior facetiis maxime noſtratibus, praeſertim quum eas videam primum oblitas Latio, tum quum in vrbem noſtram eſt infuſa peregrinitas. Noſtrates gallinae Columel. 8, 3. Vlmus procerior quam noſtras Idem 5, 6.

NOSTRĀTIM. Adu. *i. Noſtro more.* Siſenna apud Chariſ. p. 196.

NOSCENTIA, NOSCIBILIS, *etc. Vid. paullo infra.*

NOSCO, nōui, nōtum, ēre. [γνόω] *Praeſenti tempore ſignificat percipere, comprehendere, diſcere, atque initium adeo ſciendi: quare non mirum eſt, Praeteritum* Noui *habere vim quoque Praeſentis* Scio. *Nempe qui nouit, i. percepit, didicit, ille iam ſcit.* Cic. Tuſc. 1, 52 c. 22 Eſt illud quidem vel maximum, animo ipſo animum videre: et nimirum hanc habet vim praeceptum Apollinis, quo monet, vt ſe quiſque noſcat. Non enim, credo, id praecipit, vt membra noſtra, aut ſtaturam figuramque noſcamus; neque nos corpora ſumus, neque ego tibi dicens hoc, corpori tuo dico. Cum igitur, noſce te, dicit, hoc dicit, noſce animum tuum. *De hoc* Iuuenal. 11, 26 E caelo deſcendit Γνῶθι σεαυτόν. Cic. Fam. 12, 4 Scriberem plura, ſi rem, cauſamque noſſem, *i. didiciſſem, atque adeo ſcirem.* Noſci, percipi, comprehendi, *iungit* Cic. Acad. 4, 83. Noſco *a Graeco fit: nam Graeci* γνώσκειν *dicunt Cognoſcere;* γνωτὸν, *Cognitum. Hinc Latini veteres non* Noſco, *ſed* Gnoſco *dicebant; et* Gnotum, *non* Notum. Noui animum tuum Ter. Heaut. 3, 3, 9. *h. e. Ego probe teneo cuius ſis animi.* Noui tuum animum de noſtris factis Plaut. Stich. 1, 1, 4. Cic. in Piſon. 81 c. 32 *extr.* Habet hoc virtus (quam tu ne de facie quidem noſti) vt viros fortes, *etc.* Noui et ſcio Ter. Andr. 5, 4, 32. Bene te noui Ouid. ex Pont. 2, 3, 49. Vnde tam bene me noſti? Hor. Serm. 2, 3, 18. Omnes philoſophiae partes,

partes, atque omnia membra tum facillime noſcuntur, quum totae quaeſtiones ſcribendo explicantur Cic. de Natur. Deor. 1, 9. Familiariter aliquid noſſe Quinctil. 5, 7. Optime vnumquemque noſſe Cic. Verr. 1, 17. Artem Romanam nouerat Ouid. Faſt. 3, 103. Caetera noſti Cic. Fam. 7, 28. *formula reticentiae.* Excuſationem noſcere, *i. Admittere* Idem ibid. 4, 4 *et* 11. Att. 7. *Vid. Graeu. ad haec loca, Gronou. de Pec. Vet.* 4, 3. Faciem hominis noui, *Noui formam, Noui hominem* Ter. Hec. 3, 4, 25. Faciem nouerat ducis Ouid. Met. 8, 23. Herbas ſalutiferas noſſe Stat. Achill. 1, 117. Ingenium Ter. Andr. 1, 1, 26. Leges et iura alicuius ciuitatis Cic. in Piſon. 30. Locum noui Ter. Adelph. 4, 2, 34. Ludum Plaut. Amph. 4, 2. ſuppoſ. 2, 32. Egomet Me noui Plaut. Pſeud. 4, 2, 16. Cic. de Natur. Deor. 1, 37 Deus ille quem Mente noſcimus, atque in animi notione, tanquam in veſtigio volumus reponere, nusquam prorſus appareat. Nosmetipſos noſcere, difficillimum eſt Cic. de Legib. 1, 58. Omnia noui tecum Ter. Phorm. 5, 9, 43. Omnem rem noui Idem Andr. 4, 5, 50. Saporem noſſe Plin. 13, 4. Scientiam ponderis noſſe Scribon. 199. Se quisque noſcat Cic. Tuſc. 1, 52. In foro vix decimus quisque eſt, qui ipſus Seſe nouerit Plaut. Pſeud. 4, 2, 17. Venerem noſſe Plin. 10, 63. *i. Coire.* Viam noui Ter. Heaut. 2, 3, 7. Vox noſcitur Stat. Silu. 5, 1, 172. Vultum alicuius Lucret. 3, 468. Noſcor: Ouid. Triſt. 1, 4, 29 — nec noſcitur vlli, Agminibus comitum qui modo cinctus erat. Vox ſola mariti noſcitur Stat. Silu. 5, 1, 171. Plaut. Amph. prol. 104 Nam ego vos nouiſſe credo iam, vt ſit pater meus. *A librariis permiſceri ſolent*, Noui *et* Moui: *Drakenb. ad* Sil. 14, 141.

NOSCENS, entis. Part. Catull. 69, 140 Iuno Noſcens omniuoli plurima furta Iouis.

NOSCENTIA, ae. f. *Vt ſcientia, intelligentia.* Symmach. Epiſt. 6, 11 Fortaſſe quaeratis, quid etiam nunc referri in noſcentiam meam poſtulem Idem ibid. 4, 9.

NOTVS, a, um. Part. [ἐγνωσμένος] Plin. 16, 18 Alpina et haec arbor, nec vulgo nota. Notus pulchre Plin. 21, 6. Vt cuiquam qui ipſe notus ſibi ſit, hoc eſt, qui ſuam naturam, ſenſumque perſpexit, vt ait Cic. de Fin. 2, 16. Notus mihi nomine tantum Horat. Serm. 1, 9, 3. Notus omnibus improbitate et vitiis Cic. pro Cluent. 46 c. 16. Fama ſuper aethera notus Virg. Aen. 1, 383. Hinc vsque ad ſidera Idem Ecl. 5, 43. ¶ 2 Notus, *Qui nouit.* Plaut. Pſeud. 4, 2, 31 Ita herus meus eſt imperioſus. B. noui: notis praedicas. Phaedr. 1, 12 Virtutis expers verbis iactans gloriam Ignotos fallit, notis eſt deriſui. *Vid. Interpp. itemque Drakenb. ad* Sil. 2, 98. ¶ 3 Notus, Adi. [γνωστός, γνώριμος] *Vnde* notior, iſſimus. Cicero Acad. 4, 13 Tum ad hos notiores, *etc.* referre in eundem numerum ſolent. Idem Acad. 4, 102 Cui erant, quae paullo ante dixi, notiſſima. Notus *et* Obſcurus, *contraria.* Cic. pro Muraen. 16 Tua vero nobilitas Serui Sulpiti, tametſi ſumma eſt, tamen hominibus literatis et hiſtoricis eſt notior, populo vero et ſuffragatoribus obſcurior. Facere aliquem notiorem circa vitia Quinct. 3, 7. Factus eſt notior Ouid. ex Pont. 3, 1, 51. Qui ea multo, quam nos, Habeas notiora Cic. in Orat. c. 31 *extr.* Notiſſimi inter ſe, quia ſemper pares ordines duxerunt Liu. 8, 8. Pylade quam Agamemnone notior Oreſtes Val. Max. 4, 7 *pr.* Canibus noſtris non Delia notior Virg. Ecl. 3, 67. Notiſſimum euaſit exemplum Idem 8, 3, 2. *Quia ex notitia familiaritatem et caritas adeo oritur; hinc videtur* notus *interdum pro* caro ſ. amico *poni, vt* Virg. Aen. 6, 499 Et notis compellat vocibus vltro. *Sic* Idem in Ciri 159 Nec mihi notorum deflectunt lumina vultus. Catull. Carm. 80, 4 Nec tria notorum Baſia reppererit. *Conf. Scalig. ad l. vtrumque.* Cauſa nota meae ruinae Ouid. Triſt. 4, 10, 99. Diuortia *viarum* Virg. Aen. 9, 379. Fabula Ouid. de Arte Am. 2, 562. Facta Idem Met. 14, 696. Fides Idem Faſt. 3, 386. Frutices aucupibus Idem de Arte Am. 1, 43. Homo Hor. Serm. 1, 2, 31. Inſula notiſſima fama Virg. Aen. 2, 21. Iter notum arripit Stat. Theb. 1, 101. Latro notus et inſignis Cic. Philipp. 11, 10. Litora Virg. Aen. 1, 673. Locus prodigio Ouid. Met. 6, 321. Locus notiſſimus Caeſ. Bell. Gall. 4, 24. Noti et tractati loci Cic. in Orat. 118. Mulier nota et nobilis Id. pro Cael. 31. Negotium alicuius vulgatum et notum Idem Quint. Frat. 2, 12. Pietatis notae alumnus Ouid. Met. 14, 443. Res notae, teſtatae, et manifeſtae Cic. Verr. Act. 1, 48. Res nota et apud omnes peruulgata Idem ibid. 4, (2) 85 c. 34. Vir dulci notus amore Sil. 8, 147. Cic. ad Brut. 14 Nondum erat tibi id notum. Patent haec, et nota ſunt omnibus Idem pro Milon. 77. Nota loquor Tibull. 2, 3, 63. Notum facere, *pro Significare* Suet. Aug. c. 65. Ignotis nota facere ſimulacra corporis Cic. Fam. 5, 12. *In MSS. confunduntur* Notus, Nota, *et* Natus, Vota: *v. v.*

NOTIO, ōnis. f. [νόησις, ἔννοια] Conformatio quaedam et impreſſa intelligentia *definitur* Cic. Top. c. 5. *Graecis dicitur* ἔννοια *et* πρόληψις, Idem ibid. c. 7. Boëthius in Comment. Topic. Notio intellectus eſt quidam et ſimplex mentis conceptio, quae ad res plures pertineat a ſe inuicem differentes. Plin. 17, 28 Cuius rei rationem notionemque eodem volumine tradidit. Cic. de Nat. Deor. 1, 26 Aperta ſimplexque mens, nulla re adiuncta, quae ſentire poſſit, fugere intelligentiae noſtrae vim et notionem videtur. Forma, ſpecies, et notio boni viri Cic. Off. 3, 81. Naturalis atque inſita in animis noſtris Idem de Fin. 1, 31. Informata notio deorum in animis noſtris Idem de Nat. Deor. 2, 13. Inſitae et quaſi conſignatae in animis notiones Idem Tuſc. 1, 57. Communes notiones definitiones declarant Idem ibid. 4, 52. Complicatam animi notionem euoluere Idem Off. 3, 76. Idem Acad. 4, 33 Quae iſta regula eſt veri et falſi, ſi notionem veri et falſi, propterea quod ea non poſſunt internoſci, nullam habemus? Dei notionem nullum animal eſt quod habeat praeter hominem Cic. de Legib. 1, 24. Impreſſit notionem in animis natura Idem de Natur. Deor. 1, 43. Notio ſic quaeritur, ſitne id aequum, quod ei, qui plus poteſt, vtile eſt Idem in Topic. 83. ¶ 2 Notio, *pro Cognitione iudicis.* Iudicium Cenſorium, ac notionem, et illum morem ſeueriſſimum magiſtratuum Clodius de ciuitate ſuſtulit Cic. de Prouinc. Conſ. 46. Tac. Ann. 3, 59, 1 Tiberius dilata notione de iure Flaminis. Liu. 27, 35 Metiis ad Cenſores, non ad Senatum, notionem de eo pertinere dicentibus. Vlpian. in l. 1 §. Quidquid D. De offic. praefect. vrb. Sed ſi vltra ipſum lapidem egreſſum eſt, praefecti vrbi notio non eſt. Notiones cenſoriae Gell. 17, 18. *Conf.* Gron. ad Liu. 27, 25. *Parei Lex. Crit. p.* 802.

NOTITIA, ae. f. [γνῶσις] *Cognitio, intelligentia.* Ter. Heaut. 1, 1, 1 Quanquam haec inter nos nuper notitia admodum eſt. *Haec eadem verba habet* Cic. de Fin. 2, 14. *Et* de Senect. 12 Qui ſermo, quae praecepta, quanta notitia antiquitatis? Propter notitiam intromiſſi Nep. 10, 9, 4. Valetudo conſeruatur notitia ſui Corporis Cic. Off. 2 c. 24. Mulieris noua notitia Cic. pro Cael. 75. Peccati notitia eſt initium ſalutis Sen. Epiſt. 28. Veri et falſi notitiam creare Lucret. 4, 478. Dare notitiam alicui, *Facere aliquem notum* Ouid. ex Pont. 3, 1, 50. Dare alicui veſtigia notitiae Lucret. 2, 123. Eripere notitiam Ouid. ex Pont. 2, 10, 5. Facere notitiam Idem Met. 4, 59. Habere notitiam alicuius rei Quinct. 6, 4. Dei notitiam nullum animal eſt quod Habeat praeter hominem Cic. de Legg. 1 c. 8. Habere notitiam feminae Caeſ. Bell. Gall. 6, 21. Inficiare notitiam alicuius Ouid. ex Pont. 4, 6, 42. Ingenuit notitias paruas rerum maximarum natura Cic. de Fin. 5, 59. Inſtruere iudicem notitia rerum Quinctil. 4, 2. Praebere notitiam Lucret. 5, 125. Subtrahere notitiae Celſ. 6, 6. Venire in notitiam alicui, *Fieri notum* Ouid. de Nuce 29. Spartian. Adrian. c. 24 Quod cum in Antonii vſque notitiam veniſſet. Veniſſe pluribus in notitiam Scribon. 38. ¶ 2 *Pro notione* Cic. Orat. 116 Inuolutae rei notitia definitione aperienda eſt.

NOTITIES, ēi. f. *Idem.* [γνώρισις] Vitruu. 6 prooemio, Ideo notitiei parum eſt aſſequuta. Notities hominum diuis vnde inſita primum, *etc.* Lucret. 5, 182.

NOTESCO, ĕre. [διαγνωρίζομαι] *Notum fieri.* Propert. 13, 2, 37 Nec minus haec noſtri noteſcet fama ſepulchri. Magis atque magis noteſcere Catull. 66, 48. Bonis conſiliis noteſcere volebat Tac. Ann. 4, 7. Ingenia noteſcunt Idem ib. 16, 20. Libertis quoque ac ianitoribus eius noteſcere, pro magnifico habebatur Idem ib. 6, 8. Litora noteſcent exilio Lucan. 5, 784. Malis facinoribus noteſcere Tac. Ann. 12, 8, 3. Idem 1, 73, 3.

NOTIFĬCO, āre. [διαγνωρίζω] *Notum facere.* Ouid. ex Pont. 1, 2, 12 Atque modum culpae notificare velis. *Niſi ſit ſpurium hoc diſtichon, vt videtur. Laudatur* Gell. 9, 3. *Sed Gron.* vocificant. *Sed* Non. Marcell. 2, 585. *ex* Pomponio *Tragico*, Nunc te obſecro, ſtirpem vt euoluas meorumque notifices mihi.

NOSCĬTO, āre. [διαγινώσκω] *Frequent. et Deſiderat. a* Noſcere Plaut. Trin. 4, 2, 21 Contemplat, circumſpectat ſeſe, atque aedes noſcitat, *i. ſignis quibusdam notat, vt certius cognoſcat. Sic* Epid. 4, 1, 10 Noſcito ego hanc. Nam videor, neſcio vbi me vidiſſe prius. Eſt ne ea an non eſt, quam animus retur meus? *Et* Mil. 2, 6, 41 At placide noſcita, *i. inſpice, explora.* Ciſtell. 4, 2, 14 Nunc veſtigia hic ſi qua ſunt, noſcitabo Plin. Epiſt. 9, 23, 5 Quod illum anus Attica ita noſcitauit, οὗτός ἐστι Δημοσθένης; *vbi vid. Geſnerus.* Idem 6, 20, 14 Alii parentes — vocibus requirebant, vocibus noſcitabant. *i. attendebant, an vox, quam perciperent, eſſet patris. vid. locus.* Ducum nomina noſcitare, *i. ſcire velle, et paullatim diſcere.* Plin. Paneg. c. 17. Liu. 3, 28 Circumſpectare omnibus fori partibus Senatorem raroque vſquam noſcitare. Idem 6, 25 *pr.* ¶ 2 *Pro cognoſcere vel agnoſcere ponitur.* Plaut. Men. 5, 9, 5 Meam cum formam noſcito. Noſcitor Catull. 59 (62) 223 Et facile inſciis Noſcitetur ab omnibus. Praefecti noſcitabantur Curt. 3, 11, 10. Vt vix facies noſcitaretur Idem 8, 13, 24.

NOSCĬTANS, antis. Part. Liu. 22, 6 Facie quoque noſcitans, *i. agnoſcens.*

NOSCITABVNDVS, a, um. Adi. Gell. 5, 14 *de leone*, Deinde ſenſim atque placide, tanquam noſcitabundus ad hominem accedit. *h. e. Tanquam noſcitans, agnoſcere cupiens certe, de quo dubitaret.*

NOSCIBĬLIS, e. Adi. Auguſtin. de Trin. 9, 5 Mens noſcens vel nota, vel noſcibilis. Idem cap. vlt. Tertull. ad Scap. 2.

NOTOR, ōris. m. *Qui ignoti notitiam dat.* Sen. Epiſt. 39 Qui notorem dat ignotus eſt. Idem in ludo, Si quis a me notorem petiiſſet, te ſui nominaturus, qui me optime noſti. Petron. c. 92 Niſi notorem dediſſem.

NOTORIVS, a, um. Adi. [εὔγνωστος] *Quod omnes norunt.* Crimen notorium *apud* ICtos. *Etiam ſubſtantiue* Notoria, *Teſtificationum genus eſt.* Paullus in l. Ab accuſatione. D. Ad Senatusconſ. Turpilianum, Nuntiatores qui per notoria indicia produnt, notoriis ſuis aſſiſtere iubentur. *Et* C. de Accuſationibus, l. Ea lege, Verum falſis necne notoriis inſimulatus ſit, perpenſo iudicio diſpici debet. *Senſus hoc in loco eſt, Nuntiatores qui reos deferunt, per notoria, licet citra calumniae metum accuſent, debere tamen aſſiſtere ſuis indiciis, atque tueri notoria quae attulerunt, interim dum quaeſtio de crimine habetur. Budaeus in dicta lege* Ab accuſatione *in poſterioribus Annotationibus. Add. Gothofr. et in primis Cuiac. Obſſ.* 1, 33 *et* 3, 3.

NOTORIA, ae. f. Subſt. *Epiſtola dicitur, quae aliquid notum facit et indicat:* Trebellius in Claudio c. 17 Nihil mihi grauius accidit, quam quod notoria tua intimaſti. *Alii* Notoriam *accipiunt pro Epiſtola notarii manu ſcripta, ſed falluntur. Ex Turnebo* Apul. Met. 7 p. 189 *Elm.* Ille, qui commodum falſam de me notoriam pertulerat. Auguſtin. Epiſt. 160 Qui non accuſantibus noſtris, ſed illorum notoria, ad quos tuendae pacis vigilantia pertinebat, (*Irenarcharum*) praeſentari videntur examini. Turnebus 15, 20 *iam laudauit* Gl. Iſidor. Elogium, textum malorum geſtorum, quod notoriam dicunt. Arcad. et Honor. l. 31 C. Theod. de Epiſcopis Eccleſ. Notoriis (*al.* notariis) apparitorum deferatur in notitiam poteſtatum. *Vid. Gothofr. ad h. l. Sic* Symmach. 10, 4 Quo circa impatienter fero, apparitorum notoriis Senatui nuntiari. *Al.* notariis. Vet. Gl. μήνυσις notoria, indicium. Al. Gl. Notoria ἀναφορά. *Vid. Salmaſ. in* Trebell. Poll. Claud. 17. *Wow. de Polym.* 6, 11.

NOSOCOMĪON, i. n. [νοσοκομεῖον] *Valetudinarium: villa et diverſorium, ad quod diuertunt aegrotantes pauperes.* Hieron. Epiſt. 30 c. 2 Cenſum quem habere poterat, diſtribuit, dilapidauit, ac vendidit, et in pecuniam congregatum, vſibus pauperum praeparauit. Et primo omnium noſocomion, id eſt languentium villam inſtituit, in quo aegrotantes colligeret de plateis, et conſumta languoribus atque inedia miſerorum membra refoueret.

NOSODOCHĪVM, i. n. [νοσοδοχεῖον] *Idem quod Noſocomium.*

NOSTER, *etc. vid.* NOS.

N O T

NŎTA, ae. f. [στίγμα, σημεῖον, σύμβολον] *Signum, quo quid noſcitur: a* Noſco, Notus, *licet priore breui: a qua correptione deriuata huius verbi non abhorrere, indicant* Agnitus, Cognitus *cum coniugatis.* Feſtus: Nota nunc ſignificat Signum, vt in pecoribus, tabulis, libris, literae ſingulae aut binae: nunc Ignominiam. Plin. 11, 39 Mammas

homo ſolus e maribus habet: caetera animalia mammarum notas tantum. Cic. in Partit. 26 Nam vt illa (literatura) conſtat ex notis literarum. Rerum notae nomina Cic. de Fin. 5, 74. Liu. 34, 61 *extr.* Edit nomina eorum, quibus conuentis opus eſſet; inſtruit etiam ſecretis notis, per quas haud dubie agnoſcerent ſua mandata eſſe. *i. Dat ſigna, quibus fidem faceret Ariſton, ſe ab Annibale eſſe miſſum.* Furtiuae notae Ouid. Amor. 1, 4, 18. Occultae Idem Epiſt. 16, 84. Notae amoris, *i. Signa* Cic. Att. 1, 10. Notae ſalutis et mortis Celſus 2, 6 *ad fin.* Nota, pro Signo et argumento Ouid. Met. 1, 761. Seruitutis quaedam nota inerat in illo foedere Cic. Verr. 5, 50. Notas et veſtigia ſcelerum ſuorum multis in locis relinquere Idem ibid. 4 (2) 115 c. 47. Inſignitae notae veritatis apparent in animis immortalibus Idem de Diuin. 1, 64. Argumentorum quaſi notae loci dicuntur Id. in Orat. 46. Signa et notas oſtendere locorum Idem ib. 2, 174. Arcanas pars habet iſta notas Ouid. de Arte Am. 3, 804. Caeruleae, *vid.* CAERVLEVS. Caerula nota inſignis Senec. Hippol. ſ. 10. Familiaris, *qua quis ſe familiarem putet* Sen. de Benef. 1, 14. Genitiua nota Suet. Aug. c. 80. Generis naturalis Iuſtin. 15, 4, 9. Grandibus notis maculoſus Virg. Georg. 3, 427. Laſciuis notis liuida colla Ouid. Amor. 1, 8, 98. *i. morſibus.* Purpureae Ouid. Met. 6, 577. Abolere notas Claud. de Bell. Gildon. 430. Apponere notam ad malum verſum Cic. in Piſon. 73 c. 30. Compunctus Threiciis notis, *i. ſtigmatis. Vid.* COMPVNGO. Ducere notam Hor. Carm. 4, 2, 9. *De vituli macula.* Exceſſere nondum caedis notae de pectore Ouid. Met. 6, 670. Fecit notam ſine vulnere Idem ib. 11, 9. Figere notas dente Tibull. 1, 8, 38. Impreſſit memorem notam dente labris Hor. Carm. 1, 13, 12. Imponere notam pecori Colum. 7, 9, 12. Inurere Virg. Georg. 3, 158. Monendi ſumus hac nota Quinct. 1, 7, 3. *de Apice literis impoſito longis.* Praebere notam malitiae Plin. 11, 52 *extr.* ¶ 2 *Cum* notis *inſcriptis, impreſſis, appenſis, vini lagenas, merciumque aliarum inuolucra et vaſa diſtinguerent, pretiaque adeo ſic indicarent; hinc* Notae *vox ad genera et claſſes quarumuis rerum ſignificandas adhibetur.* Sen. Qu. Nat. 2 *extr.* Ex hac nota corporum aër eſt, *i. claſſe. Saepiſſime ita* Columella, *v.g.* 12, 19, 2 Quaecunque vini nota, *i. quodcunque genus vini.* Vini nota parum firma 12, 37. Optima 12, 19. Diuerſae notae ſtirpes 3, 21, 5. Secundae notae vitis 3, 2, 19. Tertiae vel quartae 3, 20, 3. Tres aut quatuor notas conditurae totidem muſti amphoris experietur 12, 21, 6. Notae viridis oleum 12, 50, 2. Secundae notae mel 9, 15, 3. Primae notae acerrimum acetum 12, 17, 1. Cuiuscunque notae caſeum 12, 57, 3. Alterius notae piſces 8, 17, 2 *etc.* Cic. in Orat. 75 Sequitur vt cuiusque generis nota quaeratur et formula. Notam et formulam *vocat, quod ſuperius Graeco vocabulo* χαρακτῆρα *dixerat, hoc eſt figuram et modum dicendi. Genus humile, ſublime, medium. Sic* Plin. Epiſt. 9, 26, 9 Ex eadem nota. Curius ad Cic. Fam. 7, 29 Quare Cicero mi perſeuera conſtanter nos conſeruare, et Sulpicii ſucceſſori nos de meliore nota commenda. *Natum autem eſt genus iſtud loquendi* De meliore nota, *ab eo, quod veteres ſolebant vini cados, teſtas, amphoras, in cellis condere notatas, id eſt inſignibus quibusdam literis, aut aliis notis diſtinctas, ad tempus, aut praeſtantiam vini ſignificandam. Hinc illud apud* Hor. Carm. 2, 3, 8 Interiore nota Falerni. *Et* Serm. 1, 10, 24 — Chio nota ſi commiſta Falerni eſt. *Conf.* Petron. c. 34. Catull. 69, 28. *Transfert lepide ad oſcula* Ouid. Am. 2, 5, 54. *Caſaubonus prouerbiale illud* De meliore nota, *ad eas notas refert, quibus in commendatitiis literis Romani proceres vtebantur, diſtinguere ſoliti ſerias commendationes a perfunctoriis nota priuata appoſita. Vid.* Aen. Tactic. c. 31. *Scaliger ad numos reſpici putat, in quibus, quidquid inſcriptum impreſſumque eſt, dicitur* Nota. *Sic* numi malae notae, πονηροῦ κόμματος, *etc. Sane* Nota Numi Suet. Ner. c. 25. *Add.* Id. Aug. c. 75 *et* 94. *et* Pallad. de Inſit. Praef. *extr. Hae* Notae *fere literis conſtant. Sic* Publicis notis inciſa marmora Hor. Carm. 4, 8, 13. Priſcarum literarum notae in robore inſculptae Cic. de Diuin. 2, 85. Mandare notas et nomina foliis, *Scribere in foliis* Virg. Aen. 3, 444. *Saepe ita* Ouidius, *vbi de epiſtolis, v. g.* Heroid. 4, 5 His arcana notis terra pelagoque feruntur: Inſpicit acceptas hoſtis ab hoſte notas. De Arte Am. 3, 470 Accipiat miſſas apta miniſtra notas. Muſicae Quinct. 1, 12. ¶ 3 Notae *ſunt, Quibus compendio ſcribitur. Exſtant hodieque tachygraphicae* Notae, Tironi *et* Senecae *tributae, de quibus vid. Fabric. B. Lat. T.* 2 *c.* 9 *p.* 363 *ſeqq. et Supplem. ad h. l. Ab his* Notis *dicuntur* Notarii, *de quibus mox.* Hieron. ad Auitum de libris περὶ ἀρχῶν *pr.* Adhibitis notariis opus omne deſcripſit. — Et quia difficile, grandes libros de rebus myſticis diſputantes notarum poſſunt ſeruare compendia, praeſertim qui furtim celeriterque dictantur; ita in illis confuſa ſunt omnia, vt et ordine in plerisque et ſenſu careant. Suet. Caeſ. c. 56 Extant et ad Ciceronem, item ad familiares domeſticis de rebus, in quibus ſi qua occultius perferenda erant, per notas ſcripſit, id eſt, ſic ſtructo literarum ordine, vt nullum verbum effici poſſet: quae ſi quis inueſtigare et perſequi vellet, quartam elementorum literam, id eſt, D pro A, et perinde reliquas commutet. Gellius *de notis Caeſaris ſcribit* 17, 9 *pr. Conf. praecipue* Suet. Aug. c. 88. Notis ſcribere, *eſt Compendioſo ſcribendi genere in excipiendo vti.* Modeſtinus, Eos qui notis ſcribunt acta praeſidum Reip. cauſa non abeſſe certum eſt. Suet. in Tito c. 3. Ciceroni hoc inuentum tribuit Plut. in Caton. min. p. 770, B. *In harum notarum genere ſunt etiam* Notae, *quibus Critici diſtinguebant auctorum loca.* Mittam ipſos tibi libros; ac ne multum operae impendas, dum paſſim profutura ſectaris, Imponam notas, vt ad ea ipſa protinus, quae probo et miror, accedas Sen. Ep. 6. *De his vid. Scalig. ad* Varr. de R. R. 1, 59, 2. *Caſaub. ad Laërt.* 3, 65. *et Menag. ibid. Wower. de Polymath. c.* 13. *Eſchenbach. diſſ. de* σημειώσεσι. ¶ 4 Notae ICtorum *ſunt conceptae verborum formulae.* Cic. pro Muraen. 25 c. 11 Itaque irati, quod ſunt veriti, ne dierum ratione peruulgata et cognita, ſine ſua Opera lege poſſet agi, notas quasdam compoſuerunt, vt omnibus in rebus ipſi intereſſent. *Formularum ſignificationem ea, quae ſequuntur, nimis aperte poſtulant, vt non audiendus ſit Graeuius, qui* Notas *tachygraphicas intelligit. Sic* Cic. Orat. 46 c. 14. *de Ariſtotele,* Idemque locos, ſic enim appellat, quaſi argumentorum notas, tradidit, vnde omnis in vtramque partem traheretur oratio. ¶ 5 Nota, *Infamia, et ignominia aliquando dicitur, ſiue probrum. Tractum videtur a ſtigmaſi,* notis, *quibus frontes facinoroſorum compungerentur. Sic vtitur* Plin. Paneg. 35, 3. Lucil. 30 Quem ſcis ſcire tuas omnes maculasque, notasque. Suet. . . . Variis affectus notis. Cic. Off. 3, 74 O turpem notam temporum! Turpitudinis notis omnibus inſignis homo Idem pro Rabir. 24 c. 9. Euadere notam Vlpian. in l. 1 §. beſtias. D. de poſtulan. Eximere notae, *Remittere infamiam* Gell. 4 c. *vltimo.* Alleuare notam Tac. Hiſt. 1, 52, 2. Senec. Herc. fur. 9 Hanc ferat virtus notam? Habere notam Propert. 1, 18, 8. Inurere Cic. Philipp. 1, 32. Idem Catil. 1, 13 c. 6. *Vbi reſpicitur ad veterum morem, qui ſeruorum frontibus notas inurere ſolebant. Vid.* Plin. Pan. 35, 3. Notare inſigni quadam nota et ignominia literas alicuius Cic. de Prouinc. Conſ. 25. Laborare nota Vlpian. in l. 2 in princ. D. de his, qui notant. infam. Cic. in Piſ. 41 Vos autem ſempiternas fediſſimas turpitudinis notas ſubieritis. Notae, *Reprehenſiones* ſunt Cic. Fam. 13, 6. Plin. Epiſt. 137. Cenſoria Quinct. 5, 11. Cenſoriae ſeueritatis Cic. pro Cluent. 129 c. 46. *Conf.* Suet. Claud. c. 16. *et* Gell. 4, 12 *et* 20. Inurere notam cenſoriam Plin. Ep. 9, 13, 16. *Add.* Pan. 91, 2. Plin. Epiſt. 2, 6 Eadem omnibus pono: ad coenam enim, non ad notam inuito, cunctisque rebus ex aequo, quos menſa et toro aequaui. *i. Non vt per diuerſas vini ſpecies conuictoribus appoſitas amici cognoſcantur, quoto ſunt loco apud me, et ſic tenuiores ignominia quadam afficiantur.* ¶ 6 *In bonam partem* Nota *accipitur* Cic. ad Brut. 15 p. 137 Decreui, vt in Faſtis ad eum diem Bruti nomen adſcriberetur — quod ego cum dabam Bruto, notam eſſe in Faſtis gratiſſimae victoriae ſempiternam volebam. Ouid. Faſt. 1, 596 *de Scipione* Ille Numantina duxit ab vrbe notam, *i. nomen.* ¶ 7 Nota pro etymologia Martian. Cap. 5 p. 157 A nota vel etymologia, vt Graeci dicunt, ſumitur argumentum ſic: Si conſul eſt, qui conſulit reip. quid aliud Tullius fecit, cum affecit ſupplicio coniuratos? Quo in loco originem vocabuli tantum oportet attendere.

NOTV̆LA, ae. f. Mart. Capella 1 p. 17 Multicoloribus notulis variata pictura.

NOTABĬLIS, e. Adi. [εὔγνωστος] *Quod noſci et diſcerni poteſt.* Columel. 3, 21, 7 Folium vitis notabile. Quae in habitu aut vitae genere notabilia Sen. Ep. 5 *i. conſpicua, vt in alterutram partem obſeruentur.* Candore notabilis ipſo Ouid. Met. 1, 169. Turpitudine notabilis Vlpian. in l. 1 §. Secundo loco D. de poſtulan. Notabilis feditas vultus erat Hipponacti: *h. e. Inſignis et aperta* Plin. 36, 5. Vrbium dirutarum fundamenta vix notabilia, *i. Ruinae ipſae vix apparent* Senec. de Ira 1, 2. Notabilis, *Reprehendendus.* Quinctil. 9, 4 p. 853 *Burm.* Illic minus ſunt notabiles, quia genus ſermonis proprium eſt. In peius notabile Quinctil. 1, 6. Notabilis, *pro Inſignis: in bonam partem acceptum.* Conſpicuus cunctisque notabilis Iuuenal. 6, 374. Suet. Calig. c. 14 Acceſſit ad immenſum ciuium amorem notabilis etiam externorum fauor. Cic. Fam. 3, 12 Si vero exitu notabili concluduntur, expletur animus iucundiſſima lectionis voluptate. Conſtantia notabilis Tacit. Hiſt. 3, 54, 4. Introitus celebritate et frequentia occurrentium Idem in vita Agric. 40, 3. Idem Hiſt. 1, 44 Ob aliquam notabilem illa die operam. Plin. Epiſt. 6, 33 Notabilis prorſus res et mira. Notabilem ſe facere Id. ibid. 9, 13. *Compar.* Auct. Dialog. de Orat. c. 8, 5 Quo ſordidius et abiectius nati ſunt, quoque notabilior paupertas. Notabilis, *in malam partem: vt,* Caedes notabilior Tacit. Hiſt. 3, 25. Notabile iurgium inde fuit Id. ibid. 2, 53. Notabilis tempeſtas Id. ibid. 1, 38.

NOTABILĬTER. Adu. [εὐγνώστως] Plin. Epiſt. 5, 17 Expalluit notabiliter, quamuis palleat ſemper, *i. Ita, vt perciperetur.* Notabiliter Obructare alicui Apul. Apol. p. 312. *Conf.* Ammian. 30, 2 *pr. et* Suet. Aug. c. 87. Turbans notabilius Tacit. Hiſt. 1, 55, 4.

NOTARIVS, i. m. [ταχυγράφος, σημειογράφος] *Qui per notas ſcribit* τῶν ὑπογραφέων τούτων γενόμενος, οὓς δὴ νοταρίους ῥωμαῖοι καλοῦσι Suid. voce Αὐξέντιος. *Conf. Voſſ. Etymol.* Plin. Epiſt. 9, 36 Notarium voco: et die admiſſo, quae formaueram, dicto. Martial. 10, 62 Notarius velox. Idem 5, 53. *et* Quinctil. 7, 2, 24. Paullus ICtus l. 6 de bonor. poſſeſſ. et l. 40 de teſtam. mil. L. Titius notario ſuo teſtamentum notis ſcribendum dictauit, et antequam literis deſcriberetur vita defunctus eſt. Notarios ſecretorum *habebant olim Imperatores, vt ap.* Vopiſc. in vita Aureliani c. 36 *ſcribitur: et alios praeterea* notarios, *vt e* Marcellino *didicimus. Sed et* Tribunis *ac* ducibus notarii *dabantur, vt ap.* Trebell. in Claudii vita c. 14 Notarium quem refundat vnum. *Ex Turnebo. De celeritate* notariorum, Martial. 14, 208. *Conf. Brodaei Miſcell.* 4, 9. *Scalig. Auſon. Lect.* 2, 13. *et Lipſ. Cent.* 1. *Epiſt. ad Belgas* 27. ¶ 2 De Notariis *veteris eccleſiae exſtant* 3 *Diſſertt. praeſide I. A. Schmidio Helmſtadii habitae.*

NOTACV̆LVM, i. n. Min. Fel. Oct. c. 31 Nos non notaculo corporis, ſed innocentiae ac modeſtiae ſigno facile dignoſcimur, *i. nota.*

NOTARIA, ae. f. *Pro arte tachygraphiae* Fulgent.

NŎTO, āre. [σημειόω] *A* Nota *deducitur, et generatim idem eſt, quod ſignare, vel vt alii diſcernere poſſint, vel vt ipſe, qui notauit. Itaque ſaepe nihil aliud eſt, quam obſeruare.* Liu. 27, 48 Scuta vetera hoſtium notauit, quae ante non viderat, — vbi et excipi aliqui poſſent, et notari oculis, ſi qui forte aduſtioris coloris, vt ex recenti via eſſent. Animo notare Ouid. Met. 15, 814. Manu aliquid Id. ex Pont. 3, 4, 18. Oculis notat et deſignat ad caedem vnumquemque noſtrûm Cic. in Catil. 1, 2 c. 1. Curſus rerum obſeruando notatus eſt Idem de Diuin. 1 c. 56. Dicta alicuius mente Ouid. Faſt. 5, 10. Dicta alicuius memori pectore Idem ibidem 3, 177. Facinus alicuius memoria et nomine loci Cic. pro Domo 102. Frontem calamiſtri veſtigiis Id. Poſt red. in Senat. 15. Fugam Aſcylti non mihi notaui, dum haec diligentius audio Petron. c. 6. *ſic idem ſaepius: vid. Burm. ad l. c.* Petron. c. 111. Genas vngue Ouid. Amor. 1, 6, 4. Herbas notare Scribon. 163. *i. obſeruare.* Iuſſa tua notaui memori animo Ouid. Met. 9, 777. Locum Virg. Ecl. 3, 68. Quae tum patrumque equitumque notaui Lumina Stat. Silu. 1, 4, 36. Orationem notare et illuminare tanquam ſtellis Cic. de Orat. 3, 168. Poſſeſſiones aliquorum Id. Philipp. 5, 20. Rem, non hominem Id. pro Milon. 14. Res notare propriis appellationibus, *Nomina rebus dare* Sen. de Benefic. 2, 34. Res notare nominibus nouis, *i. Nomina indere* Cic. de Fin. 3, 4 c. 2. Sententias iuratorum hominum diſcoloribus ſignis Id. Verr. Act. 1, 40. Sidera animaduertunt et notant Chaldaei Id. de Diuin. 2, 91. Tabellam cera vel ſanguine Id. Verr. 2, 79. Vultus procul viſentibus notabantur Tacit. Hiſt. 3, 65. Ad memoriam aliquid, *vid.* AD. Breuiter aliquid Quinctil. 2, 2. Notarunt ea ad imitandum, vitandumque Idem 3, 2. Notarunt hoc annales, *pro obſeruatum, ſcriptum eſt in annalibus* Plin. 8, 51. Notatum annalibus Id. 8, 36. Cic. pro Font. 31 Primum generis antiquitas quam Tuſculo ex clariſſimo municipio profectam, in monumentis rerum geſtarum inciſam ac notatam videmus. Plin. 2, 8 Id luminibus accenſis liquore olei notamus accidere. Cic. Att. 7, 8 Diem tuum ego quoque ex epiſtola quadam tua, quam incipiente febricula ſcripſeras, mihi notaueram, et animaduerteram poſſe, pro re nata, *etc.* Diuturnus vſus multas res notauit,

tauit, vt artem diuinationis efficeret Cic. de Nat. Deor. 2, 166. Id. de Diuin. 1, 34 Carent autem arte ii, qui non ratione aut coniectura obſeruatis ac notatis ſignis, ſed concitatione quadam animi, aut ſoluto liberoque motu futura praeſentiunt. Tempora conſeruare et notare Id. in Orat. 120. Id. ibid. 2, 236 Haec ridentur vel ſola, vel maxime, quae notant et deſignant turpitudinem aliquam non turpiter. Notat et ſignificat quaſi faſtorum dies ſol Cic. Tuſc. 1, 68. ¶ 2 *Reprehendendi et ignominia quadam afficiendi notionem, non minus quam nomen* Nota, *habet* Cic. de Senect. 42 Sed notandam nimiam putaui libidinem. Improbitatem Athenienſis Hyperboli veteres Atticorum comoediae notauerunt Id. de Clar. Orat. 224. Facile eſt verbum aliquod ardens, vt ita dicam, notare, idque reſtinctis iam animorum incendiis, irridere Id. in Orat. 27. Notari ignominia, *Accuſari.* Cic. Fam. 6, 6 Deinde vt in eam ciuitatem boni viri, et boni ciues nulla ignominia notati non reuertantur, in quam tot ſcelerum condemnati reuerterunt. *Conf.* Cic. Phil. 7 c. 9. Notari infamia D. de iis, qui notantur infamia. Notare, *Reprehendere, aut reprehendendo ſcribere.* Vlp. in l. Iulian. etiam. D. de iudiciis, Quae ſententia vera non eſt, et a multis notata eſt. Cic. Fam. 5, 12 Perfidiam, inſidias, proditionem *de hiſtorico ea referente cum iudicio.* Notari, *Infamari.* Vlpian. in l. 1 §. Beſtias. D. de poſtulando, Ergo qui locauerit, ſolus notatur, ſiue depugnauerit, ſiue non. Cic. pro Cluent. 130 Homines quos caeteris vitiis atque omni dedecore infames videbant, eos hac quoque ſubſcriptione notare voluerunt. Idem in Brut. 216 Motus Curionis erat is, quem et Caius Iulius in perpetuum notauit, quum ex eo in vtramque partem toto corpore vacillante quaeſiuit, quis loqueretur e lintre. *i. Sic notauit, vt ea nota fuerit perpetua.* Maledicto communi notari Cic. pro Corn. Balb. 56. Notari et vituperari ſine vitiorum cognitione ſatis inſigniter improbus non poteſt Id. de Orat. 2, 49. Stultus et improbus hic amor eſt, dignusque notari Hor. Serm. 1, 3, 2. ¶ 3 Notare *eſt per* notas *illas tachygraphicas ſcribere, de quibus vid.* NOTA n. 3. Quinct. 1 *pr.* 7 Alterum *ſermonem* quantum notando conſequi poterant, interceptum, boni iuuenes — temerario editionis honore vulgauerant. Sueton. Galba c. 5 Liuiae mortuae teſtamento paene ditatus eſt. HS. namque quingenties quum praecipuum inter legatarios habuiſſet, quia notata (*notis deſignata*) non perſcripta (*totidem literis*) eſſet ſumma, herede Tiberio legatum ad quingenta (*quod in notis a* quingenties *non ſatis diſtinguebatur*) reuocante, ne haec quidem accepit.

NOTANS, antis. Partic. Nepos 25, 18, 3 Iuliam familiam ordine enumerauit, notans qui a quo ortus, *etc.* Petron. c. 103 Frontes notans inſcriptione ſolerti.

NOTANDVS, a, um. Partic. [σημειωτέος] Facta notanda ab euentu Ouid. Epiſt. 2, 86. Mores notandi ſunt cuiusque aetatis Hor. de Arte Poët. 156.

NOTĀTVS, a, um. Partic. [σημειωθεὶς] Cic. Verr. 5, 173 Nolo eos Iudices, quos ego probarim atque delegerim, ſic in hac vrbe notatos iſto abſoluto ambulare. Id. pro Font. 2 Partim modo a noſtris imperatoribus ſubacti, modo bello domiti, modo triumphis ac monimentis notati, modo ab Senatu agris vrbibusque multati ſunt. *De Gallis.* Indoluit ſe notatam Ouid. Met. 9, 261. Charta notata meis digitis, *h. e. Scripta* Ouid. Epiſt. 1, 62. Scelere et furore notatus homo Cic. pro Domo 68. Falce notata tua legor Oenone Ouid. Epiſt. 5, 22 *nomine corticibus inſcalpto.* Praeſcriptum fronte notatum Martial. 3, 21. Vera atque inſigni turpitudine non falſa inuidia iudicia notata, atque dedecore et infamia operta Cic. pro Cluent. 61. Diſtincta ac notata caſtris via Id. de Prouinc. Conſul. 4. Notatum in ſermone, quid quoque modo caderet Quinctil. 1, 6. Deſcripta, notata, praecepta ſunt iſta a nobis Cic. de Fin. 4, 61. Verbis Latinis melius quam Graecis haec notata ſunt Idem Tuſc. 3, 9. *Compar.* Auct. ad Herenn. 3, 37 c. 22. *Superl.* Notatiſſimus omnium ſcelerum libidinumque maculis Cic. pro Domo 23 c. 9.

NOTĀTIO, ōnis. f. [σημείωσις] *Nota et animaduerſio dicitur.* Cic. de Diuin. 2, 45 Caeli enim diſtributio, quam ante dixi, et certarum rerum notatio, docet, vnde fulmen venerit, quo conceſſerit. Notatione et laude digna, *i. Animaduerſione, conſideratione* Cic. de Clar. Orat. 65 c. 17. Notatio naturae et animaduerſio peperit artem Id. in Orat. 183. Temporum notatio Id. de Clar. Orat. 74 c. 19. Id. de Diuin. 2, 87 Chaldaeis in praedictione et in notatione cuiusque vitae ex natali die, minime eſſe credendum. Id. pro Sext. 55 Vt Cenſoria notatio, et grauiſſimum iudicium ſanctiſſimi magiſtratus de Rep. tolleretur. Idem Off. 3, 111 c. 31 Indicant notationes, animaduerſionesque Cenſorum, *i. Notae et punitiones. Quaedam exemplaria legunt hîc* Notiones, *ſed male.* ¶ 2 *Peculiaris ſignificatio eſt, quam damus ex* Quinctil. 1, 6, 28 *De verbis propriis et translatis:* Etymologia, quae verborum originem inquirit, a Cicerone dicta eſt Notatio. *Vid.* ETYMOLOGIA. Idem Cic. Topic. 35 c. 8 Notatio eſt, quum ex vi nominis argumentum elicitur, quam Graeci ἐτυμολογίαν vocant, id eſt verbum ex verbo, veriloquium. Nos autem nouitatem verbi non ſatis apti fugientes, genus hoc Notationem appellamus, quia ſunt verba rerum notae. Itaque hoc idem Ariſtoteles σύμβολον appellat, quod Latine eſt Nota.

NOTESCO, *vid.* NOSCO.

NŎTHVS. *Aliquando Subſt. aliquando Adi.* [νόθος, ſpurius Gloſſ. Gr. Lat.] *Matrimonio legitimo non ſuſceptus, et generatim non legitimus.* Quinctil. 3, 6 Nothum, qui non ſit legitimus, Graeci vocant. Latinum rei nomen, vt Cato quadam quoque oratione teſtatur, non habemus, ideoque vtimur peregrino. Virg. Aen. 7, 283 Suppôſta de matre nothos furata creauit. Idem 9, 691. Nothus ante legitimum natus, legitimus filius ſit Quinctil. 3, 6. Mulier notha, *i. Non vera mulier* Catul. 62, 27. Idem 35, 15 Tu potens Triuia et notho es Dicta lumine Luna. Lucret. 5, 575 Lunaque ſiue notho fertur loca lumine luſtrans, Siue ſuam proprie iactat de corpore lucem. Pulli nothi Columel. 8, 2, 13. *de gallinis*, e diuerſi generis parentibus nati. Nothos appellant Arabicos elephantes Indicis minores, *teſte* Plin. 8, 1.

NOTIA, ae. f. [νοτία] Gemma eſt cum imbribus cadens, vnde et Ombria alio nomine dicitur: eosdem effectus habens quos Brontia Plin. 37, 10.

NOTIFICO, NOTIO, NOTITIA, *vid.* NOSCO.

NOTION, i. n. *Cucumis ſiluaticus.* Apul. de Herb. c. 113.

NOTO, āre. *Vid.* NOTA.

NŎTVS, i. m. [Νότος] *Ventus Meridionalis, Auſter dictus:* νοτὶς *enim Graece, Latine humor dicitur, quem afferre ſolet Graeciae et Italiae ex meridiano mari auſter.* Albus Notus Hor. Carm. 1, 7, 15. *i. Purus, non nubilus, vt fere ſolet.* Nubifer Valer. Argon. 2, 506. Ouid. Epiſt. 3, 58. Praeceps Id. ibid. 10, 30. Tepidus Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 271. Procelloſi Ouid. Epiſt. 2, 12. Violentus Virg. Aen. 6, 356. Euolat alis madidis Ouid. Met. 1, 264. Fugit citius Noto Virg. Aen. 5, 242. Remugiens vdo Noto ſinus Ionius Hor. Epod. 10, 20. Tendunt vela Noti Virg. Aen. 3, 268. *vbi pro quouis vento ponitur. Poſſis etiam* Aen. 1, 575. *ſic interpretari: niſi tamen ab Euronoto certe potuere naues Aeneae a Syrtibus ad propiora Carthagini litora deferri.* Vexata ingenti Noto vnda Senec. Herc. fur. 12.

NOTIVS, a, um. Adi. *Auſtralis.* Polus Notius Hygin. 1, 3 *et* 5. 4, 11. *etc.* Manil. 1, 427 Tum Notius piſcis, venti de nomine dictus. Notium mare, Tuſcum, Tyrrhenum, Inferum Plin. 3, 5.

NOTIALIS, e. Adi. *Idem quod Notius.* Auien. Phaenom. 551 Iacet in Notialia nubila pronus.

N O V

NOVACŬLA, ae. f. [ξυρὸς] *Culter raſorius: a* Nouo, nouas, *quod nouare, id eſt nouum facere videatur. Certe iuniores videntur, quibus barba raſa eſt. Vid. Scalig. in* Aetnam Seueri 57. Cic. de Diuin. 1, 32 c. 17 Ita cotem in comitium allatam, inſpectante et rege et populo, nouacula eſſe diſciſſam. *Conf.* Liu. 1, 36. Phaedr. 5, 8 Curſu volucri pendens, in nouacula, Caluus, *etc.* Nouacula, *pro quouis Cultro.* Columel. 12, 54 Raporum, inquit, quam rotundiſſima ſumito, eaque, ſi ſint lutoſa, detergito, et ſummam cutem nouacula decerpito.

NOVĀLIS, is. f. *vel* NOVALE, is. n. [νεὸς, νεός, νέωμα] eſt, *vt ait* Feſtus, Ager nouae relictus ſementi. *Diſertius ita finias, eſt ager aratione renouandus, vel renouatus, ſiue poſt anni vnius quietem, ſ. poſt immemoriale tempus. Et habet ipſe* Feſtus *plura.* Paullus l. 30 de V. S. Noualis eſt terra proſciſſa, quae anno ceſſauit, quam Graeci νέασιν vocant. Plin. 18, 19 Quod Vere ſemel aratum eſt, a temporis argumento veruactum vocatur. Hoc in nouali, atque requieto neceſſarium eſt. Nouale *eſt, quod alternis annis ſeritur.* Varro de L. L. 4, 4 Qui intermittitur, a nouando noualis ager dicitur. *Eſt igitur contrarius reſtibili, qui quotannis reſtituitur.* Virg. Georg. 1, 71 Alternis idem tonſas ceſſare nouales. Seruius *vult* Noualem eſſe aruum tunc primum ad ſementem proſciſſum. Virg. Ecl. 1, 71 Impius haec tam culta noualia miles habebit? *Intelligit, puto, agrum ex ſilua inculta ſua opera factum. Eſt enim hoc quoque genus* Noualis, *terra tunc primum ad culturam proſciſſa: quo modo* Plin. *vſus eſt* 17, 5 *de odorata terra loquens;* Talis eſt fere, *inquit*, in noualibus caeſa vetere ſilua: quae conſenſu laudatur. *Conf. Taubm. ad* Virg. p. 12. *Burm. ad* Quinctil. Decl. 3, 4 p. 62. Columel. 2, 10 *de lupino*, Septembri menſe ante aequinoctium, ſeu protinus a Calendis Octobris, crudis noualibus ingeras. *i. Duris, et non aratis, aratro non ſubactis.* Duras ſulcis mollire nouales Claud. Conſ. Mall. Theod. 177. Columel. 6 praef. Quaſi ſit agricolae contrarium paſtoris propoſitum: quum ille ſubacto et puro ſolo gaudeat, hic nouali graminoſo. Idem 7, 3. Sequeris autem noualia non ſolum herbida, ſed quae plerumque vidua ſunt ſpinis.

NOVANVS, i. m. Fluuius eſt in agro Pitinate, trans Apenninum, qui aeſtiuis ſolſtitiis ſupra modum augetur, et circa brumam ſiccatur. *Vid.* Plin. 2, 103.

NOVARIA, ae. f. Oppidum eſt Italiae, in tractu Tranſpadano, cuius meminit Plin. 3, 17.

NOVARE, NOVATIO, *vid. poſt* NOVVS.

NOVE, NOVELLETVM, NOVELLO, NOVELLVS, *vid.* NOVVS.

NOVELLIVS, i. m. Torquatus Mediolanenſis *quidam fuit temporibus Tiberii Caeſaris*, qui geſtis honoribus a Praetura ad Proconſulatum vsque peruenit, et Tricongius cognominatus eſt, quod tres congios vini vno impetu epotauerit, *vt ait* Plin. 14, 22.

NOVEM. [ἐννέα] *Nomen numerale indecl.* In nouem et dies et libros diſtributus ſermo Cic. Q. Frat. 3, 5. Dies nouem epulata gens Virg. Aen. 5, 762.

NOVĒNI, ae, a. Adi. [ἔννατοι] *Idem, diſtributiue.* Plin. 3, 5 Nouenorum ita conceptu dierum. Liu. 27, 37 Decreuere item Pontifices, vt virgines ter nouenae per vrbem euntes carmen canerent. Anni noueni Ouid. Met. 8, 171. Terga nouena boum Id. ibid. 12, 97.

NOVENARIVS, a, um. Adi. [ἐννεάμοιρος] Nouenarius numerus Varro R. R. 2, 1 *ſub fin.* Plin. 17, 11 Sulco qui nouenarius dicitur. *De* numero nouenario, *vid.* Auſon. praef. Eidyll. 11. *et* Cenſorin. de Die natali c. 14. Nouenaria regula Varr. de L. L. 8, 49 p. 119, 3 quod ab vno (ad) nouem cum peruenimus rurſus redimus ad vnum: et hinc vnum (*quid ſi* nonaginta?) et nongenta ab vna ſunt natura nouenaria. Regulae nouenariae *mentio etiam apud* Martian. Capellam 2 p. 25.

NOVENDIĀLIS, e. Adi. [ἐννημέριος] Nouendiale ſacrum, *Quod mortuo fieri ſolebat nono die, poſtquam erat ſepultus.* Liuius 1, 31 Nouendiale ſacrum publice ſuſceptum eſt. *Add.* Id. 27, 37 *et* 29, 14. Cic. Q. Frat. 3, 5 Nouendialibus his feriis. Celebrare luctum nouem dies, quod apud Latinos Nouendial (*leg.* nouendiale) appellant Auguſtin. l. 1 Qu. ſuper Geneſ. c. penult. *Add.* Alcuin. de Diu. Offic. c. 50 Opp. p. 1133. Hor. Epod. 17, 48 Nouendiales diſſipare cineres. *Amare dixit, quod quo die religioſe ſolebant coli mortui ſacris et ludis, venefica impie et ſcelerate eorum cineres ſolita eſſet diſſipare, et eorum buſta violare, qui iuſtis perfectis conſecrati videbantur. Turnebus.*

NOVIES. Adu. [ἐννεάκις] Varro de R. R. 1, 2 Hoc ter nouies cantare iubet. Nouies datum Scribon. 17. Styx nouies interfuſa Virg. Georg. 4, 480. *et* Aen. 6, 439.

NONVS, a, um. Adi. ordinis. [ἔννατος] Plin. 18, 12 Et a ſemente nonniſi nonis menſibus in aream redeunt. Aetas nona agitur, peioraque ſaecula ferri Temporibus Iuuen. Sat. 13, 28. Annum nonum ſuperans Hor. Carm. 4, 11, 1.

NONAGINTA. [ἐννενήκοντα] *Indecl. decies nouem.* Plin. 7, 48 Ex nobili domo nonaginta nouem. Annos nonaginta natus Maſiniſſa Cic. de Senect. 34 c. 10. Nonaginta dies Auſon. Eidyll. 14, 1 *et* 16.

NONAGĒSĬMVS, a, um. Ordinale. [ἐννενηκοστός] Cic. de Senect. 13 c. 5 Qualem Iſocratis, qui eum librum, qui Panathenaicus inſcribitur, quarto et nonageſimo anno ſcripſiſſe dicitur, vixitque quinquennium poſtea.

NONAGECŬPLVS. *Nonagies tantum: ad analogiam dixeris. Et*

NONAGECŬPLEX. *Quod nonaginta modis factum eſt, vel Quod in nonaginta partes diuidi poteſt.*

NONAGENARIVS, a, um. [ἐννενηκοντακτής] *Qui nonaginta*

annos natus eſt. Nonagenarius motus Plin. 2, 15 *Martis ſtellae tribuitur, a nonaginta partibus caeli ſ. gradibus, quibus a Sole diſtat.*

NONAGĒNI, ae, a. Diſtributiuum. Nonageni gradus Plin. 36, 13.

NONAGIES. Adu. [ἐννενηκοντάκις] Plin. 2, 108 Nonagies octies centena et decem et octo. Cic. Verr. 3, 163 c. 70 In alteras decumas ferme ad nonagies, ſic per triennium ad hanc frumenti emtionem Sicilienſem prope centies et tricies erogatum eſt.

NONGENTI, *vel* NONINGENTI, ae, a. [ἐννεακόσιοι] *i. Nouies centum.* Cic. pro Flacc. 91 c. 37 Falcidius emerat H. S. nongentis millibus. Quatuor millia et nongenti pedes Columel. 5, 2. *Al.* Noningenti.

NONĀNVS, a, um. Adi. *vt,* Miles nonanus, *i. Ex legione nona* Tacit. Ann. 1, 23, 6. *et* 1, 30, 5.

NONARIVS, a, um. Adi. [ἐννατaῖος] *A* Nonus, *vnde* Nonariae meretrices, *Quae quod hora nona cellas aperirent, et proſtare inciperent, dictae ſunt.* Perſ. 1 *extr.* Si Cynico barbam petulans nonaria vellat. *Sic Budaeus et Caſaubonus.*

NONVNCIVM, i. n. *Nouem vnciis conſtans.* Feſt.

NONVSSIS. *Nouem aſſes.* Varr. de L. L. 4, 36 Ab tribus aſſibus treſſis, et ſic proportione vsque ad nonuſſis.

NOVEMBER, bris. m. [ἀνθεστηριών] *Nomen vndecimi menſis. Sic dictus, quod a Martio, vnde annum inchoarunt antiquitus Latini, nonus eſſet.* Auſon. Ecl. 7, 11 Sidera praecipitas pelago intempeſte November. *it.* Septembri, Octobri auctumnus totoque Nouembri *ib.* Nouembris recto caſu dicitur a Catone apud Priſcian. 6 p. 696 Menſe Octobri fecimus, Nouembris reliquus erat.

NOVENDECIM. Adu. *Vulgo in* Epit. Liu. 119. *ſed obſeruat Gronou. in MSS. deprehendi* decem et nouem. *Conf. Cellar. Antib. p. 124. et Cur. Poſt. p. 361.*

NOVENNIS, e. Adi. *Nouem annorum.* Filius, qui tunc erat nouennis Lactant. de Mort. perſec. c. 20.

NOVENSILES *Dii, a nouenario numero, vel a nouitate ſic dicti.* Varro L. L. 4, 10 p. 20, 28 *nihil aliud, quam,* Feronia, Minerua, Nouenſiles a Sabinis. *Locus claſſicus eſt* Arnob. adu. gent. 3 p. 122 *qui ex ipſo diſſenſu, quem fuſe exponit, argumentum vanitatis arceſſit. Nomen etiam habet* Mart. Cap. 1 p. 16. Seru. *ad* Aen. 8, 187 Deos Novenſiles dicunt, quibus merita virtutis dederunt numinis dignitatem. *Add. Gyrald. Syntagm. 1. Hiſt. Deor. et C. Calcagn. Epiſt. 1, 29. Conf. item* M. Victorin. Art. Gram. 1 c. de Orthogr. *extr.*

NOVERCA, ae. f. [μητρυιὰ] dicitur (auctore Feſto) Quam quis ſublatis liberis nouam vxorem ducit, accerſendae familiae gratia. Virg. Ecl. 3, 33 Eſt mihi namque domi pater, eſt iniuſta nouerca. Cic. in Orat. 108 Ab hac indole iam illa matura, vxor generi, nouerca filii, filiae pellex. *Ad infamiam nouercarum pertinet illud* Claudian. B. Gild. 174 Adhuc ignota nouercis Gramina, *i. venena. Accuſantur itaque frequentium in priuignos veneficiorum.* Virg. Georg. 2, 128 Pocula ſi quando ſaeuae infecere nouercae. *Et* 3, 282 Hippomanes, quod ſaepe malae legere nouercae. Ouid. Met. 1, 147 Horrida terribiles miſcent aconita nouercae. *Haec declamatorum materia v. g.* Quinct. 327 *et* 381. Dira Ouid. Epiſt. 12, 188. Funeſta Senec. Hippol. 12. Iniuſta Virg. Ecl. 3, 33. Mala Id. Georg. 3, 282. Saeua Id. ibid. 2, 128. Scelerata Ouid. Met. 15, 789. Terribilis Id. ibid. 1, 147. Plin. 7 in praef. Vt non ſit ſatis aeſtimare parens melior homini, an triſtior nouerca fuerit. *De natura.* Inducere nouercam filiis, *vid.* INDVCO. Superducere nouercam liberis Capitolin. in Marco *extr.* Nouerca vmbra: *h. e. Contraria et inimica.* Plin. 17, 12 Quibusque ſatis vmbra aut nutrix, aut nouerca eſt. Nouercae *quoque dicebantur loca aſpera, iniqua, lapidum congerie rudia: Vid. Ian. Guil. Laurémb. Antiqu. p. 65. in voce* Canabula.

NOVERCĀLIS, e. Adi. [μητρυιακὸς] Animo nouercali in aliquem eſſe Trebell. Poll. in Herode Tyr. Maximus in l. 4 D. de inoffic. teſtam. Quod plerique parentes faciunt, maligne circa ſanguinem ſuum inferentes iudicium, nouercalibus delinimentis inſtigationibusue corrupti. Irae Auien. Phaenom. Arat. v. 380. Manus nouercales Senec. Herc. fur. 13. Oculis intueri aliquem Sen. Contr. Excerpt. 4 Declam. 6. Odia Tacit. Ann. 1, 6, 4. *et* 12, 1. Stimuli Claud. in praef. 2 de Raptu Proſerp. 29.

NOVERCOR, āri. *Saeuitiam nouercae exercere.* [μητρυιάζειν Gloſſ. Lat. Gr.] Sidon. Apoll. Epiſt. 6, 16 Quorum imbecillitati quodammodo nouercaretur. *Sic dicunt,* Nouercante Fortuna; *quod tamen improbat Voſſ. 4, 14.*

NOVI, *vid.* NOSCO.

NOVIODV̄NVM, i. n. [Νοιόδουνον, Ptolem.] *Trium oppidorum in Gallia nomen. Eſt enim* Nouiodunum in Sueſſionibus, *de quo* Caeſar Bell. Gall. 2, 12. *Alterum in Biturigibus.* Caeſ. Bell. Gall. 7, 22 Ille oppidum Biturigum poſitum in via Nouiodunum oppugnare inſtituerat. Erat autem hoc Nouiodunum in eo itinere, quo ab Aurelia itur in Bituriges. *Tertium in Heduis.* Caeſ. Bell. Gall. 7, 55 Noviodunum erat oppidum Heduorum, ad ripas Ligeris opportuno loco poſitum. huc Caeſar, *etc.*

NOVIOMĂGVM, *vel* NOVOMĂGVM, i. n. *Inſignis vrbs Geldriae ad Vabalim.* Auſon. Moſell. 11 Nouomagum, diui caſtra inclyta Conſtantini. Niuomagum *ſcribitur in Tolliana.*

NOVISSIMVS, NOVITAS, NOVITER, *vid.* NOVVS.

NOVO, āre. *Vid.* NOVVS.

NŎVVS, a, um. Adi. [νέος, καινὸς, νεαρὸς] *Recens, veteri opponitur.* Cic. Epiſt. 5, 7 Tuos veteres hoſtes nouos amicos, *i. qui olim hoſtes profeſſi nuper amicitiam ſimulare coeperunt.* Ter. Adelph. 4, 7, 4 Fero alia flagitia ad te ingentia boni illius adoleſcentis. M. ecce autem! D. noua, capitalia. Ouid. Met. 1, 1 In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora. Noua et inopinata haec tibi ſunt Cic. Verr. 2, 24. Accidit nouum, *vid.* ACCIDO. Afferebatur nihil noui iamdiu ad nos Cic. Fam. 2, 13. Apportare noui aliquid, *vid.* APPORTO. Auditur nihil noui Cic. Att. 8, 14. Dicam nihil reconditum, nihil expectatione veſtra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam nouum Cic. de Orat. 1, 137. Ede quid portes noui Senec. Oedip. 11. Nihil erat noui in eius epiſtola Cic. Att. 13, 29. Tacit. in vita Agric. c. 16 Delictis hoſtium nouus, eoque poenitentiae mitior. ¶ 2 *Iam Subſtantiua quaedam ponamus, quibus* Nouus *adiicitur.* Aedes nouae Plaut. Moſt. 1, 2, 8. Aeſtas Virg. Aen. 1, 434. Aetas, *i. adoleſcentia.* Ouid. Am. 2, 4, 45 Me noua ſollicitat, me tangit ſerior aetas. Amator nouus Plaut. Truc. 4, 2, 12. Anguis nouus poſitis exuuiis Virg. Georg. 3, 437. Annus nouus, *non vno modo dici videtur. Eſt enim ſaepenumero initium anni, vt* nouum ver, noua aeſtas, *veris et aeſtatis initium.* Ouid. Faſt. 1, 149 Dic age frigoribus quare nouus incipit annus? Nouus *etiam* annus *interdum Pars illa anni eſt, quae nouas fruges, nouosque fructus parit.* Tibull. 1, 1, 13 Et quodcunque mihi pomum nouus educat annus Libatum agricolae ponitur ante deum. *Sic* Aeſtatem noui anni *dixiſſe videtur* Gellius, *quod aeſtas nouas fruges afferat. Eius verba ſunt* 18 *pr.* Ambulabamus autem in litore, quum iam adueſperaſceret, aeſtate anni noui. *Sed placet coniectura Gronouii,* aeſtate anni noua, *i. ineunte. Erat et* Annus nouus, *Primus annus imperii alicuius imperatoris.* Seneca Apocoloc. *pr.* Quid actum ſit in caelo ante diem tertium Idus Octobris, Aſinio Marcello, Acilio Auiola COSS. anno nouo, initio ſaeculi feliciſſimi, volo memoriae tradere. Ars noua Nepos 1, 5, 3. Artes nouas verſat Virg. Aen. 1, 661. Bella noua mouere Id. ibid. 6, 820. Carmina noua, Magna et miranda Id. Ecl. 3, 86. Seruius. *Conf. Barth. ad* Claud. p. 1101 ſeq. Compoſitiones nouae et non aliquibus notae Scribon. 38. Coniux Seneca Octau. 6. Conſilia noua verſat pectore Virg. Aen. 1, 661. Conſilium nouum Nepos 18, 8, 4. Crimina Virg. Aen. 2, 98. Dii: *vid. Burm. ad* Ouid. Heroid. 16, 332. Factum Id. Met. 8, 96. Forma viri Virg. Aen. 3, 591. Fronde noua viret viſcum Id. ibid. 6, 206. Fruges Id. Georg. 1, 22. Furor nouus, *Inopinatus* Idem Aen. 5, 670. Homines noui *dicuntur, Quorum nulli maiores clari fuere, ſed ipſi per ſe ipſos clari eſſe incipiunt, et magiſtratus in ciuitate aſſequi, ſpeciatim Aedilitatem curulem, cui adiunctum erat ius imaginum.* Cic. Verr. 5, 181 Videmus quanta ſit in inuidia, quantoque in odio apud quosdam homines nobiles, nouorum hominum virtus et induſtria. *Vid.* Idem Fam. 5, 18. *Et Manut. ad* Cic. Fam. 1, 7. *Conf. Sigon. Ant. Iur. Ciu. Rom. 2, 20. Boecler ad* Vell. 2, 128, 1. *Roſin. Ant. Rom. 1, 89 p. 99. Sigon. ad* Liu. 7, 1 *pr.* Hoſpes Virg. Aen. 4, 10. Inſula Liu. 39 c. vlt. Lex recens et noua Cic. pro Flacc. 13. Locos nouos explorare Virg. Aen. 1, 311. Luna Cic. Att. 10, 4. Maritus Ter. Adelph. 5, 8, 16. Mens noua, *i. Inſolita* Hor. Carm. 3, 25, 3. Ter. Phorm. 5, 8 (7) 79 Neque huius ſis veritus feminae primariae, nouo modo ei quin faceres contumelias. Monſtra Sen. Octau. 5, 2. Mos Cic. de Lege Agrar. 2, 26. Mores noui, *Inculti et indomiti* Plin. 11, 37. Nupta noua Ter. Adelph. 4, 7, 33. Olla noua Scribon. 60. Orbis nouus; *vt Americam nouum orbem appellare ſolemus, ita Auguſti imperio Germania armis penetrata,* nouus orbis vocabatur. Ouid. ad Liu. 313 Fluminaque et montes, et nomina magna locorum, Et ſi quid miri vidit in orbe nouo. *Sic et Britannia alter orbis cenſebatur.* Pauor Virg. Aen. 2, 228. Peſtis noua adeſt Ouid. Met. 9, 200. Prodigium Virg. Aen. 3, 365. Proles Hor. Carm. Saecul. 19. Cic. Fam. 7, 19 Nihil te ad me poſtea ſcripſiſſe demiror, praeſertim tam nouis rebus. Res noua et admirabilis Id. de Lege Agrar. 2, 90. Res inuſitata et noua Id. Att. 3, 24. Res nouae et inſignes diutius in animo manent Auctor ad Heren. 4, 36. Res nouas moliri Paterc. 2, 125, 1 *et* 2, 129, 1. Rerum nouarum auctores Vell. 2, 19, 1. *hoc eſt Seditionis, et mutationis in re publica.* Rebus nouis gaudere Lucret. 5, 171. Rebus ſtudere Cic. in Catil. 1, 3 c. 1. Ritus Hor. Carm. 3, 1, 45. Sole nouo terras irrorat Eous Virg. Georg. 1, 288. Spes nouas donare Hor. Carm. 4, 12, 19. Spongiae nouae Scribon. 43. Tabernae: *quod nomen omitti ſolet, vt* Cic. de Orat. 2 c. 66 *ſub nouis.* Tumultus Hor. Serm. 2, 2, 126. Vaſe fictili nouo 156. Verba Hor. Carm. 4, 2, 10. Varro de L. L. 5, 3 p. 48, 24 *de* Meditrinalibus, Hoc die ſolitum Vinum nouum et vetus libari — cum dicant, Nouum vetus vinum bibo; nouo veteri morbo medeor. *Ponitur* ἀσυνδέτως Nouum vetus vinum, *vt* ruta caeſa, ſarta tecta *et ſimilia.* Vrbem nouam condere Virg. Aen. 1, 526. Vua noua paſſa 74. *Superl.* Nouiſſimus, *vid. mox poſt* NOVITER. ¶ 3 *A librariis permutantur inuicem* Nouus *et* Malus: *vid. Drakenb. ad* Sil. 10, 422.

NOVE. Adu. [καινῶς] Auctor ad Herenn. 1, 15 c. 9 Ne quid ambigue, ne quid noue dicamus. Apul. Dogm. Plat. 3 *pr.* Noua, vſitata, noue proferre.

NOVĬTER. Adu. *Idem. Laudatur* Plin. Paneg. c. 34 *pr.* Vidimus delatorum iudicium, quaſi graſſatorum, quaſi latronum: non ſolitudinem illi nouiter, ſed templum, ſed forum inſederant. *Sed legendum, et legitur hodie,* Non ſolitudinem illi, non iter, ſed, *etc. Sunt etiam qui citent illud* Liuii 30, 4 Aut bellum nouiter geri. *Sed caſtigatiora exempla habent* Nauiter. Fulgent. Mythol. 3, 1 Amur nouiter venit. Gruter. Inſcript. n. 7 p. 171 BASILICAE NOVITER REPARATAE.

NOVISSĬMVS, a, um. Adi. [ἔσχατος, ὕστατος] *Vltimus, poſtremus: quod quae recenter fiunt, vltimum locum habeant.* Cic. pro Roſc. Com. 30 c. 11 Itaque perbreui tempore, qui ne in nouiſſimis quidem erat hiſtrionibus, ad primos peruenit Comoedos. *i. Non tanti fiebat, quanti indoctiſſimi hiſtriones. Non recte itaque hanc vocem* Ciceroni *abiudicat* Gell. 10, 21 *quem refellit poſt alios Pareus Lex. Crit. et Schottus Nodot. Cic. 3, 17. Vſus etiam* Caſſius ad Cic. Fam. 12, 13 Vt haec nouiſſima noſtra facta non ſubita — fuiſſe iudices. Epiſtola ad Octau. *contra Gellium certe laudari non debet, in qua eſt,* Vt nouiſſima conferam primis. Brutus ad Cic. Fam. 11, 1 Ad nouiſſima auxilia deſcendemus. *Et ibid.* Poſt nouiſſimum Hirtii ſermonem placitum eſt mihi poſtulare *etc.* Plin. Epiſt. 2, 1, 9 Nouiſſima valetudo. *Caeterum huc pertinet* Varro de L. L. 5, 7 p. 55, 37 A quo (*nomine* nouus) etiam extremum Nouiſſimum quoque dici coeptum vulgo, quod mea memoria, vt Aelius Gallus, ſic ſenes aliquot, nimium nouum verbum quod eſſet, vitabant. — a nouo declinatum *Nouius* et *Nouiſſimum,* quod extremum. *Non refugit* Caeſ. Bell. Gall. 1, 15 Nouiſſimum Agmen *dicere.* M. Catonem *et* Salluſtium *vſos fatetur ipſe* Gellius *l. c.* In nouiſſimis eſſe, *vid.* IN *Praep.* In culpam nouiſſimus Tacit. Ann. 1, 28. Exempla nouiſſima Id. ibid. 12, 20. Faui nouiſſimi, *remotiſſimi ab introitu aluei* Plin. 11, 10. Hora Ouid. Met. 4, 156. Lucifer caeli ſtatione nouiſſimus exit Id. ibid. 2, 115. Luna nouiſſima Plin. 2, 13. Lux Ouid Met. 1, 772. Mandata Virg. Aen. 11, 825. Nox vitae Ouid. in Ibin 531. Hinc accidit, vt, quae alterius artis prima erant Opera, facta ſint alterius nouiſſima Quinctil. 2, 1, 3. Pars nouiſſima terrarum Ouid. Triſt. 3, 13, 27. Spes Tacit. Hiſt. 3, 84. Tempore nouiſſimo Nepos 18, 1, 6. Verba nouiſſima dixit Virg. Aen. 4, 650. Ouid. Met. 2, 363. *et* 3, 361.

NOVISSIMVM. Adu. *i. Vltimo loco* Scribon. 270. *coll.* 263.

NOVISSĬME. Adu. [ἐσχάτως, ἐπὶ τέλει] *Poſtremo.* Planc. ad Cic. Fam. 10, 17 Quo ego interprete nouiſſime ad Lepidum ſum vſus. Idem ibid. 24 Deinde quod ad omnes caſus coniunctiores Reip. eſſe volebam: nouiſſime vt ab omni omnium ſolicitatione auerſos eos, tales vobis praeſtare poſſem, quales adhuc fuerunt. Quinctil. 2, 10 Quae vt

ex omnibus nouiſſime eſt inuenta, ita eſt multo vtiliſſima. Senec. de Ira 3, 5 Dicam primum, quemadmodum in iram non incidamus, quemadmodum ab illa liberemus, nouiſſime quemadmodum iraſcentem retineamus placemusque. Pallad. Nou. 22, 5 Nouiſſime poſt poſtremum. *Add.* Plin. Ep. 2, 11, 5. 2, 14, 11 *etc.*

NOVISSIMALIS, e. Adi. M. Victorin. Gram. Verſus nouiſſimalis.

NOVĬTAS, ātis. f. [καινότης] *Qualitas rei nouae. Pluraliter* Cic. de Amicit. 70 Nouitates autem ſi ſpem afferunt, vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non ſunt illae quidem repudiandae, vetuſtas tamen ſuo loco conſeruanda eſt: *i. res nouae.* Auida nouitatis hominum natura Plin. 12, 1. Cupidus nouitatis Quinct. 3, 3. Gratia Idem 4, 5. Anni nouitas Ouid. Faſt. 1, 160. Cibi Lucret. 5, 928. Familiae Paterc. 2, 127, 1. Nominum Cic. de Finib. 3, 3. Regni Virg. Aen. 1, 567. Dulcis Ouid. Met. 4, 284. Florida mundi Lucret. 5, 816. *h. e. Laetum ver.* Laudabilis Quinctil. 2, 13. Mira Ouid. Met. 15, 408. Turbida Claud. in Conſ. Stil. 1, 1, 148. Attulerit quem tibi rei nouitas errorem, naturae ratione depellito Cic. de Diuin. 2, 60. Augere ſolet fama nouitates Ammian. 22, 2. Commouetur nouitate natura Auctor ad Heren. 3, 36. Delectamur nouitate et copia Cic. de Nat. Deor. 2, 131. Excitat ad exquirendas cauſas nouitas magis quam magnitudo rerum Id. de Nat. Deor. 2, 96. Excitari nouitatibus Plin. Epiſt. 1, 4. Aures hominum nouitate Laetantur Id. ibid. 8, 18. Morandus ſpectator grata nouitate Hor. de Arte Poët. 223. Mouentur monſtri nouitate Ouid. Met. 12, 175. Nouitas rei etſi non concutit, Mouet Sen. Ep. 11. Pauens rerum nouitate Ouid. Met. 2, 27. Refugere nouitatem Plin. Epiſt. 9, 210. Relinquere gaudia plena nouitatis Ouid. Epiſt. 17, 203. Perculſus rei nouitate Cic. de Diuin. 1, 119 c. 42. Subleuare nominis nouitatem dicendi gloria Qu. Cic. de Petit. Conſul. 2. *Interdum etiam ſimpliciter* Nouitas, *pro Generis ignobilitate ponitur.* Salluſt. Iugurth. 85, 14 *in oratione Marii ad Quirites*, Nouitatem meam contemnunt, ego illorum ignauiam: mihi fortuna, illis probra obiectantur. Cic. Fam. 1, 7 Nouitati eſſe inuiſum meae. Generis nouitas Cic. pro Muraen. 17. Vell. 2, 96 Nobilitare nouitatem ſuam multis rebus.

NOVĪCIVS, a, um. Adi. [νεαρός, νεαρώτερος] *Nouus.* Plaut. Moſt. 3, 2, 92 Nouicium mihi quaeſtum inſtitui, non malum. Ter. Eun. 3, 5, 34 Abducit ſecum ancillas: paucae quae circum illam eſſent, manent nouiciae puellae. *Proprium fere mancipiis hoc nomen eſt.* Martianus in l. Interdum. D. de publican. Sunt autem veterana, quae anno continuo in vrbe ſeruierunt: nouicia autem mancipia intelliguntur, quae anno nondum ſeruierunt. Cic. in Piſon. 1 Syrum neſcio quem de grege nouiciorum factum eſſe Conſulem. *Nempe ſubſtantiue, certe elliptice ſaepe ponitur, quod mox ſeparatim oſtendetur.* Opus nouicium Plin. in praef. 1. *i. Nouum, quale ſcilicet opus nullum adhuc editum eſt.* Nouicium Vinum reſinatum nulli conducit Idem 23, 1. Id. ibid. 17, 21 Inuento nouicio finditur malleolus. Id. ibid. 23, 1 Vinum ieiunos bibere nouicio inuento inutiliſſimum eſt. Iuuenal. 3, 265 Iam ſedet in ripa, tetrumque nouicius horret Porthmea.

NOVICII, orum. m. *pl.* *Rudes ſerui, et non veterani.* [νεώνητοι] Plaut. Capt. 3, 5, 60 Recens captum hominem, nuperum et nouicium. Quinctil. 1, 12 At nouiciis noſtris per quot annos ſermo Latinus repugnat? Quod commune eſt et aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur; vt vrbem, Romam accipimus, et venales, Nouicios Id. 8, 2, 8. Nouicii venales Pompon. in l. Si negotia. D. de negot. geſtis.

NOVICIŎLVS, a, um. Adi. Nouiciola paratura Tertull. Apol. 47. Idem de Poenit. 6 Sunt nouicioli, qui incipiunt diuinis ſermonibus aures rigare.

NOVIVS, *Poëta Comicus ſaepe laudatus* Nonio Marcello *et aliis Grammaticis, a quo dicti*

NOVIANI fullones, *de quibus in* FVLLO.

NOVO, āre. [νεόω, καινοποιέω, καινοτομῶ] *Nouum ſiue recens facere, mutare.* Cic. Fam. 15, 4 Qui nouari aliquid volebant. Martial. 14, 7 Debebis quoties ſcripta nouare voles. Aliquid nouare aliquatenus Quinctil. 3, 9, 5. Agrum nouare, *vel plane incultum, vel poſt quietem aliquam proſcindere.* Cic. de Orat. 2, 131 c. 30 Subacto mihi ingenio opus eſt, vt agro non ſemel arato, ſed nouato et iterato, quo meliores fetus poſſit et grandiores edere. Cultus nouare Stat. Theb. 1, 111. Fata Ouid. Met. 2, 648. Fidem fortuna mutata nouauit Virg. Aen. 5, 604. Scilicet In piſcem ſeſe Cytherea nouauit Manil. 4, 580. *i. recens mutauit.* Iura Valer. Argon. 2, 309. Membra feſſa nouat requies Ouid. Epiſt. 4, 90. *al.* Leuat. Nomen faciemque nouauit illi Id. Met. 4, 539. Opus nouauit Id. de Arte Am. 3, 346. Pugnam nouare, *i. inſtaurare eſſe dicitur* Liu. 4. Curt. 7, 6, 14 Haud dubius quin earum opera redigi poſſent in poteſtatem coërcendo qui nouauerant res. Idem 4, 1, 30 Nouandis quam gerendis rebus aptior. Tranſtra nouant ipſi Virg. Aen. 5, 752. Verba nouamus et facimus ipſi Cic. de Orat. 3, 147. Nouare, *pro Immutare.* Id. de Legib. 3, 12 c. 5 Nihil habui ſane, non modo multum, quod putarem nouandum in legibus. ¶ 2 *Paſſiuo vſus eſt* Plin. Epiſt. 10, 9 Deosque immortales precor, vt omnes cogitationes tuas tam laetus ſequatur euentus, vt virtutibus tantis gloria imperii et nouetur, et augeatur. Lucret. 2, 74 Sic rerum ſumma nouatur Semper, *etc.* Ne quid eo ſpatio noctis nouaretur Salluſt. Catil. 55.

NOVANS, antis. Partic. [νεῶν] Liu. 1, 52 Turnum nouantem res poena affeciſſent. Tecta nouans Virg. Aen. 4, 260.

NOVANDVS, a, um. *Aliud* Partic. Res nouandae Virg. Aen. 4, 290. Nouandis quam gerendis rebus aptior Curt. 4, 1, 30. Corporis nouandi poteſtas Ouid. Met. 8, 879. Iura nouanda meae naturae Id. de Arte Am. 2, 42. *Vid. in* NOVO.

NOVĀTVS, a, um. *ſimiliter* Partic. [νεωθείς] Vulnus nouatum Ouid. Rem. Amor. 729. Vox et facies nouata eſt Ouid. Met. 2, 674.

NOVĀTOR, ōris. m. *et* NOVĀTRIX, īcis. f. [νεωτής] Gell. 1, 15 Salluſtium nouatorem verborum dixit. Gloſſ. Gr. Lat. καινοποιός, Nouator. Ouid. Met. 15, 252 Rerumque nouatrix, Ex aliis alias reddit Natura figuras.

NOVATIO, ōnis. f. [καινισμὸς Gloſſ. Lat. Gr.] *Inſtauratio, cum de nouo aliquid fit aut agitur.* Scaeuola in l. Chirographis. D. de adminiſt. tut. Chirographis debitorum incendio exuſtis, quum ex inuentario tutores conuenire eos poſſent ad ſoluendam pecuniam, aut ad nouationem faciendam cogere, *etc. conf.* Tertull. aduerſ. Marc. 4, 1.

NOVĀTVS, ūs. m. *Idem quod Nouatio.* Virg. *ſ. potius* Auſon. in Roſis, 14, 39. Tot ſpecies, tantosque ortus, variosque nouatus Vna dies aperit, conficit vna dies. Nouatus, *i. Nouationes et mutationes.*

NOVĀMEN, inis. n. Tertull. aduerſ. Marc. 1, 20.

NOVELLVS, a, um. Adi. [νεωρής] *Dimin. a* Nouus. Virg. Ecl. 3, 11 Atque mala vites incidere falce nouellas. Cic. de Finib. 5, 39 c. 14 Arboremque et nouellam et vetulam et vigere et ſeneſcere. Nouella *Aetas caprini generis*, quam vetus vtilior Varr. R. R. 2, 23. Agna nouella Ouid. de Arte Am. 1, 118. Animae nouellae Prudent. Epiph. 112. Frena Ouid. ex Ponto, 4, 12, 24. Imperium Vopiſc. in Tacit. *pr.* Mentes Lucret. 1, 262. Prata Ouid. de Arte Am. 2, 698. Turba Tibull. 2, 2, 22. *conf. ad h. l. Brouckhuſ.* ¶ 2 Nouellae *intell.* Conſtitutiones, νεαραί, *apud ICtos.*

NOVELLE, Adu. Plaut. Poen. ſuppoſ. 8.

NOVELLĬCVS, a, um. Id. ibid.

NOVELLĬTAS, ātis. f. Tertull. aduerſ. Prax. c. 2 Tam ipſa poſteritas omnium haereticorum, quam ipſa nouellitas Praxeae heſterni. Idem de Anima c. 28.

NOVELLO, āre. [νεοθμέω] *Nouum agrum colere, ſeu nouas vites pangere, vbi ante non erant.* Suet. Domit. c. 7 Edixit, ne quis in Italia nouellaret. *V. Torrent. et Brodaei Miſcel. 10, 15.*

NOVELLASTER, tra, trum. Adi. Marc. Empir. 8 Vinum optimum, ſed nouellaſtrum.

NOVELLĒTVM, i. n. [νεοφυτεῖον Gloſſ. Lat. Gr. νεοφυτῶν,] *ſumitur pro Vinea ex nouellis vitibus conſita.* Paullus in l. Veluti. D. de impenſ. in rebus dotalibus factis, Veluti ſi nouelletum in fundo factum ſit.

NOVVM COMVM, i. n. *Oppidum ſitum ad radices Alpium, ad lacum Larium.* Strab. 4. Suet. Iul. c. 28. n. 3. Caeſ. Bell. Ciuil. 2. *V. Sigon. de Ant. Iur. Ital. 3, 2.* *Huius incolae* Nouocomenſes, *quod vide ordine ſuo. V.* COMVM.

N O X

NOX, noctis. f. [νύξ, νυκτός] *dicta a Graeco* νύξ. Cic. de Nat. Deor. 2. 50 Ipſa enim vmbra terrae ſoli officiens, noctem efficit. Nox *inquit* Varro, vt Catullus ait, quod omnia, niſi interueniat ſol, pruina obriguerint. quod nocet, nox. niſi quod Graece νύξ, nox. *Haec ille* de L. L. 5, 2. Auis noctis Ouid. Met. 2, 564. Caligo caeca noctis Lucret. 4, 458. Caput ſidereum noctis Ouid. Met. 15, 31. Confinia lucis et noctis Id. ibid. 7, 706. Dux noctis Heſperugo Seneca Medea, 11. Frigora Ouid. Amor. 1, 9, 15. Furtum Tacit. in vita Agric. 34. Genitrix nox ſomni Sil. 15, 612. Hoc noctis Liu. 40, 9. *i. Hac parte noctis.* Hora amicior noctis Ouid. Epiſt. 19, 33. Imago noctis duplicata Id. Met. 11, 550. Incerta noctis Tacit. Hiſt. 1, 26. Intempeſta nox Varr. de L. L. 5, 2. Nutrix maxima curarum nox Ouid. Met. 8, 81. Obſcurum noctis Tacit. Hiſt. 2, 14. Signa orientia Virg. Aen. 7, 138. Silentia ſeuera Lucret. 4, 462. Tempus tacitum Tibull. 1, 8, 18. Vmbrae ſpiſſae Virg. Aen. 2, 621. ¶ 2 *Epitheta:* Abacta nox, *vid.* ABACTVS. Acerba Valer. Argon. 2, 291. Adulta Tacit. Hiſt. 3, 23. Aequata, *vid.* AEQVO. Alma, *i. Quae nutrit: vires enim noſtras alit ſomnus nocturnus*, Seneca Agamem. 2, 4. Anguſta Ouid. Amor. 3, 7, 25. Arcana Id. Epiſt. 9, 40. Beata Claud. Conſ. Hon. 3, 154. Benigna Stat. Theb. 10, 210. Caeca Virg. Georg. 3, 260. Caliginoſa Hor. Carm. 3, 29, 30. Cic. de Diuin. 1, 57 c. 27. Qui vt coenati quieſcerent, concubia nocte viſum eſſe in ſomniis ei, qui erat in hoſpitio, illum alterum orare, vt ſubueniret, quod ſibi a caupone interitus pararetur. Contracta, *vid.* CONTRAHO. Denſiſſima Ouid. Met. 15, 31. Deſerta Senec. Hippol. 3, 8. Exigua Virg. Georg. 2, 202. Fidiſſima arcanis Ouid. Met. 7, 192. Flammifera Lucan. 5, 402. *h. e. In qua flammae feruntur.* Fecunda operum, et accommoda fraudi Stat. Theb. 10, 186. Frigidae Hor. Carm. 2, 7, 6. Gelida Virg. Georg. 1, 287. Grata Hor. Carm. ſaecul. 24. Horrenda Ouid. Faſt. 6, 140. Humida Virg. Aen. 2, 8. Hibernae Id. ibid. 6, 355. Illuſtris ſideribus Tacit. Ann. 1, 50. Infauſta Sil. 17, 112. Iniquae tempora Ouid. Amor. 2, 11, 51. Inquieta, *vid.* INQVIETVS. Lucan. 5, 504 Soluerat armorum feſſas nox languida curas, *i. Languorem inducens.* Laſciuae gaudia Ouid. Amor. 2, 10, 27. Latebroſae noctis obſcura tempora Lucan. 6, 120. *i. Latebras admittentis, vel ad latendum idoneae.* Laxata Sil. 13, 550. *h. e. Diſſolutae tenebrae infuſa luce.* Longae noctes hiberno tempore Lucret. 5, 698. Lucubrata, *vid.* LVCVBRO. Media, *vid.* MEDIVS. Multa Virg. Georg. 4, 180. Multa de nocte Cic. Att. 7, 4. Nigra Lucret. 4, 541. Nouiſſima Stat. Theb. 5, 478. Obducta, *i. Tenebroſa vel ſimpliciter, nocte orta* Nepos 23, 5, 2. Obſcura Virg. Aen. 2, 420. Opaca Id. ibid. 8, 658. Operta Stat. Theb. 10, 18. Perpetua, *vid.* PERPETVVS. Praeceps Ouid. Met. 9, 485. Proterua Stat. Theb. 9, 612. Prouecta nox erat Tacit. Ann. 13, 20, 1. Pruinoſa Ouid. Amor. 2, 19, 22. Pura Virg. Ecl. 9, 44. Quietae Stat. Theb. 5, 451. Reuerenda ſpecie tenebrarum Ouid. in Ibin 73. Sera Virg. Eclog. 8, 88. Serena Cic. in Arat. 104. Siderea Valer. Argon. 5, 691. Silens Virg. Aen. 4, 527. Sopora Id. ibid. 6, 390. Soporifera Stat. Theb. 10, 320. Sublustris Hor. Carm. 3, 27, 31. Tacitae noctis imago Ouid. Met. 9, 473. Tacitae vmbrae noctis Id. in Ibin 157. Tardae Virg. Georg. 2, 482. *Intelligit Noctes aeſtiuas, eo quod tarde veniant.* Tartarea Valer. Argon. 3, 212. Temerata ſanguine Ouid. Epiſt. 14, 17. Terrifica Valer. Argon. 5, 598. Vaga Catul. 59, 118. Viduas iacere noctes Id. 6, 6. Vigilatae noctes Ouid. de Arte Am. 1, 735. ¶ 3 *Verba:* Abſumere noctem Stat. Silu. 4, 6, 13. Aequare nocti ludum, *eſt Ludere totam noctem* Virg. Aen. 9, 338. Agere noctem inter gaudia, *vid.* AGO. Agere ſupremam Virg. Aen. 6, 513. Acta eſt per lacrimas nox mihi, quanta fuit Ouid. Epiſt. 12, 58. Appetit nox, *vid.* APPETO. Aſſumere noctem, *vid.* ASSVMO. Auferre noctes alicui Ouid. de Rem. Amor. 538. Cingitur aſtris aurea Valer. Argon. 5, 566. Circumdatus ingenti Virg. Georg. 4, 497. Circumuolat vmbra nox atra caua Id. Aen. 2, 360. Coenata nox, *vid. ſub* COENA. Coepta nocte egreſſus augurali Tacit. Ann. 2, 13. Committere ſe nocti Ouid. Met. 13, 342. Coniicere ſe in noctem Caeſ. de Bell. Ciuil. 3, 28 *pr.* Conſumitur nox tota exinanienda naui, *vid.* CONSVMO. Conſumta Virg. Aen. 2, 795. Conterere noctem conuiuiis et ſtupris, *vid.* CONTERO. Coorta nox tetra nimborum Lucret. 4, 173. Diffundit ſigna caelo nox Hor. Serm. 1, 5, 9. Dare noctes alicui; *de meretricibus dicitur* Id. Epod. 15, 13. Ducunt aſtra noctem Virg. Georg. 3, 317. Ducere noctem ludo Id. ibid. 3, 379. Ducere inſomnem noctem ludo Id. Aen. 9, 167. Eripiunt flammae noctem Sil. 11, 281. Exhauſta nocte nouam aciem dies aperuit Tacit. Hiſt. 4, 29.

4, 29. Exſpectatis luce noctem, nocte lucem Auctor ad Heren. 4, 49. Extendere noctem aeſtiuam ſermone benigno Hor. Epiſt. 1, 5, 11. Fallere ſpatioſam Ouid. Epiſt. 1, 9. Habebunt verſus mei aliquantum noctis, *h. e. Obſcuritatis* Ouid. in Ibin 63. Ferens noctem hiememque imber Virg. Aen. 3, 195. Incubat atra nox Ponto Id. ibid. 1, 93. Inducit vmbras terris Hor. Serm. 1, 5, 9. Inglomerat noctem Auſter Stat. Theb. 1, 351. Intercedere noctem Cic. in Catil. 1, 4. Interponere, *vid.* INTERPONO. Interuenit nox praelio, *vid.* INTERVENIO. It nox in diem Apul. Mileſ. 1. Iungere noctem operi Sil. 3, 658. Locare noctes, *meretricum eſt* Ouid. Amor. 1, 10, 30. Negare noctem, *dicuntur meretrices, quum nolunt admittere amatores noctu* Id. ibid. 1, 8, 73. Obeunt noctes, *vid.* OBEO. Oborta nox eſt Sen. Herc. fur. 9. Obtenta denſantur nocte tenebrae Virg. Georg. 1, 248. Operit terras nox humentibus vmbris Id. Aen. 4, 351. Cic. de Senect. 49 c. 14 Quoties illum lux noctu aliquid deſcribere ingreſſum, quoties nox oppreſſit, quam mane coepiſſet? Orare noctem mulieris Terent. Heaut. 2, 3, 125. *i. facultatem apud eam pernoctandi et concumbendi.* Peragere noctes inſomnes, *vid.* PERAGO. Peregi noctem vacuus ſomno Ouid. Amor. 1, 2, 3. Perducere vigiles in clypeo Claud. Conſ. Hon. 3, 48. Peruigilare noctem Cic. pro Roſc. Amer. 98 c. 35. Peruigilata nox mero Ouid. Faſt. 6, 326. Poſcere noctem, *amatorum eſt* Id. Amor. 1, 8, 67. Praecipitat nox caelo Virg. Aen. 2, 9. Premit oculos nox Senec. Herc. Oet. 7. Quieſcere tota Ouid. Amor. 2, 9, 39. Rapit oculos nox Stat. Theb. 9, 40. Requieſcere nocte Virg. Eclog. 1, 80. Rogare noctem; *de amatoribus dicitur* Ouid. Amor. 2, 2, 5. *Vid.* orare noctem. Ruit Oceano nox Virg. Aen. 2, 250. Silet intempeſta Id. Georg. 1, 247. Sortiri noctem, *qua aliquid agendum ſit* Quinct. 4, 2, 72. *Sed nocte editur.* Subibat needum orbem medium nox horis acta Virg. Aen. 3, 512. *i. Nondum erat media nox.* Tendunt emenſae noctes in lucem Ouid. Met. 15, 186. *al.* Emerſae. Tenet terras Virg. Aen. 4, 461. Tenebat lunam intempeſta nox in nimbo Idem ibid. 3, 587. Trahere noctem vario ſermone Id. ibid. 1, 752. Venit nox oculis Ouid. de Arte Am. 2, 88. Vigilabat noctes ad ipſum mane Hor. Serm. 1, 3, 17. Vigilata conuiuio nox Tacit. Ann. 13, 20. Attenuent iuuenum Vigilatae corpora noctes Ouid. A. A. 1, 735. Vincunt funalia noctem flammis Virg. Aen. 1, 731. ¶ 4 *Obſerua:* Noctes et dies, *i. ſemper:* Plaut. Merc. prol. 46 Obiurgare pater ob haec me noctes et dies. Noctes et dies *ſemper* Plaut. Stich. 1, 1, 6. Noctes atque dies patet atri ianua Ditis Virg. Aen. 6, 127. Noctes atque dies niti praeſtante labore Lucret. 2, 12. Noctesque diesque aſſiduo ſatis ſuperque eſt Plaut. Amph. 1, 1, 14. Noctes diesque Plaut. Poen. 1, 2, 18. Noctes diesque exeduntur animi eorum, qui contra conſcientiam opibus hominum ſepti eſſe et muniti ſibi videntur Cic. de Diuin. 1, 5. Noctes et dies in hoc vno opere vrgeatur Id. de Or. 1, 260 c. 61. Noctesque et dies ſtertit Ter. Eun. 5, 9, 49. Nocte et interdiu Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 81. Nocte ac die Plin. 7, c. 49. Nocte Scribon. 52. Nocte et die 248. Vna nocte et die 257. Nocte latent mendae Ouid. A. A. 1, 249. Nocte dieque niti Idem ex Pont. 3, 1, 40. Hor. Epiſt. 1, 2, 32 Vt iugulent homines, ſurgunt de nocte latrones. In nocte Scribon. 77. 159. 161 *etc.* In noctem 88 ſqq. 93. 95 *etc.* In noctes ſingulas, *vid.* IN *Praep.* Sub noctem cura recurſat Virg. Aen. 1, 666. Multa iam nocte Tacit. Hiſt. 3, 77. Multa de nocte profectus eſt ad Caeſarem Balbus Cic. Att. 7, 4. Multo iam noctis, ſerum auxilium venit Tacit. Ann. 3, 79. Ad multam noctem, *vid.* AD *Praep.* A media nocte, *vid.* A *Praep.* Media nocte in campum venit Milo Cic. Att. 4, 3. Tibul. 1, 5, 16 Vota nouem Veneri nocte ſilente dedi. *Frequens eſt haec locutio apud Poëtas. Aliud eſt autem (vt id obiter dicamus)* Silente nocte, *aliud* Luna ſilente. *Nam Silentium Lunae, Interlunium intelligitur, id eſt tempus id, quo Luna non lucet.* Virg. Aen. 2, 255 — tacitae per amica ſilentia Lunae. *Vid.* Plin. 28, 7. Noctu, *pro Nocte.* Salluſt. Iugurth. 38 *et* 70 Diu, noctuque laborare, feſtinare, tentare. Cic. Att. 8, 6 Sed ecce nuntii ſcribente me haec ipſa noctu in Caleno. *Videtur Ablatiuus caſus priſci obſoletique nominis. Vnde* Hac noctu, qua noctu, concubia noctu, *ex* Ennio *profert* Macrob. Saturn. 1, 4. *conf. Gallaeum ad* Quinctil. 1, 4 *extr.* Noctu Ambulabat in publico Themiſtocles Cic. Tuſc. 4 c. 19. Noctu an interdiu Auctor ad Heren. 2, 7. Elici noctu Cic. Fam. 14, 7. Stertere noctu Hor. Epiſt. 2, 2, 27. Nox, *pro Noctu, vt eſt in* XII Tabb. Si nox furtum factum ſit, ſi im aliquis occiſit, iure caeſus eſto. Vbi im Accuſatiuum dixerunt ab is: et occiſit, pro occidit Macrob. Saturn. 1, 4. ¶ 5 Nox, *pro Somno: Vid. Dan. Heinſ. et Drakenb. ad* Sil. 3, 216. Exturbare noctem Stat. Theb. 10, 213. Abrumpere, *vid.* ABRVMPO. Accipere oculis et pectore, *Dormire* Virg. Aen. 4, 529. ¶ 6 Nox, *pro Morte, et interitu.* Cic. de Clar. Orat. 330 Equidem etſi doleo me in vitam paullo ſerius, tanquam in viam ingreſſum, priusquam confectum iter ſit, in hanc Reip. noctem incidiſſe. Hor. Carm. 1, 4, 16 Iam te premet nox, fabulaeque manes. Ibidem 28, 15 Omnes vna manet nox Et calcanda ſemel via laeti. In aeternam clauduntur lumina noctem Virg. Aen. 10, 746. Dormienda eſt nox vna perpetua Catul. 5, 6. Non obuerſatam fuiſſe memoriam noctis illius, quae paene vltima atque aeterna Populo Rom. fuerit Liu. 6, 17. quam multi dies reperiri poſſunt, qui tali nocti anteponantur, cui ſimilis futura eſt omnis perpetuitas conſequentis temporis Cic. Tuſc. 1 c. 41. *conf. Drakenb. ad* Sil. 10, 173 *et* 13, 708. Profunda nox Erebi Virg. Aen. 4, 26 *huc reſpicit.* ¶ 7 Animi nox, *Ignorantia et caecitas* Ouid. Met. 6, 652. Tantaque nox animi eſt. *de Tereo.* Proh ſuperi, quantum mortalia pectora caecae noctis habent Id. ibid. 6, 472. *Sed ad corporis caecitatem pertinet.* Perpetua ſub nocte trahere ſenectam Id. ibid. 7, 2. Nox oculis pauido venit Oborta metu Id. A. A. 2, 88. *de obſcuritate et vertigine breui. Sic* Offundere noctem rebus, *vid.* OFFVNDO. Obiicere noctem peccatis, et nubem fraudibus. *i. ea occultare* Hor. Epiſt. 1, 17, 62. ¶ 8 Nox *inter Deos culta, eique gallus ſacrificatus.* Ouid. Faſt. 1, 445 Nocte, Deae Nocti, criſtatus caeditur ales. ¶ 9 Nox *de nocturna Venere.* Nox datur Plaut. Trin. 2, 1, 21. Magno quidem pretio noctium computarat Apul. Apol. promittere noctem Ouid. A. A. 2, 523. *et* Rem. Am. v. 400. Miſerum quendam offendi ibi militem eius noctem orantem Ter. Heaut. 2, 3, 124. Rogare *eſt* Ouid. Am. 2, 2, 5. *Simili Metonymia* Noctes Atticae, *inſcribuntur commentarii* Gellii. ¶ 10 *In MSS. confunduntur* Nox *et* Mors, *Drakenb. ad* Sil. 10, 173 *et* 13, 129.

NOCTVRNVS, *antiquis dictus eſt Noctis deus.* Plaut. Amph. 1, 1, 116 Credo Nocturnum obdormiuiſſe ebrium. *al.* Nocturninus. *Vid. Dalechamp. ad* Plin. 2, 20. *Eſt et* Nocturnus, *Veſper, qui noctem ducit, Luciferoque opponitur, et appellatur a* Catullo Noctifer, *quod noctem afferat.* Stat. Theb. 6, 240

Roſcida iam nouies caelo dimiſerat aſtra
Lucifer, et totidem Lunae praeuenerat ignes
Mutato Nocturnus equo.

Ecce hic aperte lucifero nocturnum, id eſt noctiferum opponit, cui et equos tribuit, vt et nocti alii Poëtae, cuius currum ſtellarum choro ſequente comitari fingunt eleganter. Turneb. Aduerſ. 24, 27.

NOCTVRNVS, a, um. Adi. [νύχιος, νυκτερὸς, νυκτερινὸς] *Quod eſt noctis.* Claud. de ſext. Conſ. Hon. in praef. 1. Omnia quae ſenſu voluuntur vota diurno, Tempore nocturno reddit amica quies. Cic. Verr. 5, 141 Sic etiam fortunis hominum abutebatur ad nocturna vota cupiditatum ſuarum. Acta nocturna Ouid. de Arte Am. 2, 625. Paullus in l. Si prius in princip. D. de aqu. pluu. arcend. Si prius nocturnae aquae ſeruitus mihi conceſſa fuerit, deinde poſtea alia ceſſione diurnae quoque ductus aquae conceſſus mihi fuerit, et poſt conſtitutum tempus nocturna duntaxat aqua vſus fuerim, amitto ſeruitum aquae diurnae. Aura Hor. Serm. 2, 4, 52. Coetus Tacit. Hiſt. 4, 36. Dolus Ouid. Epiſt. 1, 42. Epulae Lucret. 2, 26. Fur Virg. Georg. 3, 407. *conf.* Calpurn. ecl. 3, 73. Horae Cic. pro Roſc. Amer. 19 c. 7. Labores diurni nocturnique Id. de Senect. 82 c. 23. Lemures Hor. Epiſt. 2, 2, 209. Lumina Virg. Aen. 7, 13. Manes Id. ibid. 4, 490. Mero nocturno certare Hor. Epiſt. 1, 20, 11. Metus Cic. Tuſc. 1, 48. Milites Id. Verr. 4, 95. Oppugnatio caſtrorum Tacit. Ann. 2, 47. Plaut. Poen. 1, 2, 107 Quae habent nocturna ora noctu ſacrificatum ire occupant. *Per* Nocturna ora, *Deformes ſignificare videtur, velut mali ominis, ſimileſque nocturnis auibus, quae et ipſae tantum noctu viſuntur.* Quaeſtus Cic. Verr. 3, 78. Quies Senec. Hippol. 2 v. 100. Rixae Propert. 1, 16, 5. Sacra nocturna lege perpetua ſuſtulit Diagondas Thebanus Cic. de Legib. 2, 37. Somnia Hor. Carm. 4, 1, 37. Spatium diurnum nocturnumue Cic. de Inuent. 1, 39. Viſus Tacit. Hiſt. 4, 83. Vmbrae Ouid. Amor. 1, 8, 13. ¶ 2 *Obſeru.* Nocturnos, *pro Furibus dictos, quod et noctu graſſantur fures, et atrociores fures nocturni habentur.* Petron. c. 57 *loquens de aduocatis, qui veſtes auertere conabantur,* Aduocati tamen, *inquit,* iam paene nocturni, qui volebant pallium lucrifacere, flagitabant, vt apud ſe vtraque deponerentur. *Hoc autem eo eſt lepidius et vrbanius, quod iam aduesperauerat, vt ambiguitatis ſenſus duplici gratia augeſcat, et aduocatorum nocturnorum, et nocturnorum furum. Ex Turneb. conf. Burm. in* Petron. Nocturnus, *pro Noctu, Graeco more.* Virg. Georg. 3, 538 Nec gregibus nocturnus obambulat. *i. Noctu.* Hor. Serm. 1, 3, 117 Nec qui nocturnus diuûm ſacra legerit, *etc.*

NOCTVRNĀLIS, e. Adi. Alcim. Auit. Epiſt. 33 In contenebrati receſſus nocturnali habitatione. Sidon. Epiſt. 7, 16 Per quos nocturnalem cucullum transmiſi.

NOCTIVS, a, um. Adi. *Nocturnus.* Lucret. 6, 1218 — Nec noctia ſaecla ferarum Exibant ſiluis. *Vid. Barth. Aduerſ. 1, 9.*

NOCTESCO, ĕre. *In modum noctis tenebroſum eſſe vel fieri.* Furius Antias *apud* Gell. 18, 11 Omnia nocteſcunt tenebris caliginis atrae. *conf.* Non. 2, 591.

NOCTĬCŎLA, ae. m. Prudent. Hamart. 634 Nocticola Indus. *ſcil. Qui ob diurnum calorem noctem amat.*

NOCTICŎLOR, ōris. Adi. *Ater.* Auſon. Technopaeg. de Diis 11 Nocticolor Styx.

NOCTĬCŬBVS, a, um. Adi. *pro Adultero, apud* Caſſiodor.

NOCTĬFER, era, um. Adi. [νυκτοφόρος] *dicitur Veſper vel Heſperus, ſtella veſpertina, quae eadem mane dicitur Lucifer.* Catul. Epithal. ſ. 63, 7 Nimirum Oeteos oſtendit Noctifer ignes. *Quo in loco nonnulli perperam legunt* Eoos, *pro Orientalibus. Dixerat enim Poëta,* Veſper adeſt iuuenes, conſurgite, Veſper Olympo Exſpectata diu lux tandem lumina tollit, *etc. Deinde rem eandem aliis verbis deſcribens ait,* Nimirum Oeteos oſtendit Noctifer ignes, *h. e. Stellas, quae aduentante nocte ſurgere videbantur ex Oeta monte. Id quod innuit* Virg. Ecl. 8, 30 Sparge marite nuces, tibi deſerit Heſperus Oetam. *Al. ap. Catull. leg.* aethereos. Calpurn. Ecl. 5 *extr.* Frigidus aeſtiuas impellit Noctifer horas.

NOCTILŪCA, ae. f. [νυκτοφανὴς] *dicitur Luna ex eo, quod eo cognomine in Palatio colebatur, et noctu in eius templo lampades lucebant. Vnde* Varr. 5, 8 *ſcribit.* Noctiluca lucere ab luce, quod propter lucem amiſſam is cultus inſtitutus. *Scripſit quoque eodem cognomine* Hor. Carm. 4, 6, 38 Rite creſcentem face noctilucam. *Erat etiam, vt coniicio, apud* Varronem in Marcipore Noctiluca, Fax vel lucerna. *Scribit enim,* Noctilucam tollo, ad focum fero, inflo, anima reuiuiſcit. *Turneb. Scalig. in Coniectan. eſt quoque nomen ſtellae Veneris, quum heſperus dicitur: vid. Dalechamp. ad Plin.* 2, 8 p. 68. *conf.* Varr. de L. L. 4, 10.

NOCTILVCERNA, ae. f. *pro Cicindela, apud* Apuleium.

NOCTILŬGVS, a, um. Adi. *Epitheton bubonis apud* Lucil. *Vid.* Feſt. *Scaligeri. Lauremberg. in Antiquar. leg.* noctilucas.

NOCTIVĂGVS, a, um. Adi. [νυκτίπορος] Currus noctiuagus Phoebes Virg. Aen. 10, 216. Deus, *Sopor* Stat. Theb. 10, 152. Faces noctiuagae caeli Lucret. 5, 1190. Iter Valer. Argon. 2, 44. Labor Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 331. Strepitus noctiuagus Faunorum Lucret. 4, 586. Vmbrae Stat. Theb. 3, 420.

NOCTVABVNDVS, a, um. Adi. Cic. Att. 12, 1 Quum complicarem hanc epiſtolam, noctuabundus ad me venit cum epiſtola tua tabellarius. *i. Qui de multa nocte ambulaſſet. Vir doctus Anton. Pereyra Sanchez ſuſpicatur, legendum* noctu Abundus *etc. Nec enim talia nomina niſi a verbis deriuantur: nec eſt verbum* Noctuare. *Heumannus,* noctu abeunte, *cui fauet, quod* ante lucem *ſe ſcripſiſſe dicit.*

NOCTICVLVS, NOCTOCVLVS, NOCTVCVLVS, *Vid. ſtatim* NOCTVLVCVS.

NOCTVLVCVS, *i. Interdiu et noctu. Nomen fictum compoſitumque e duobus Aduerbiis* Noctu, *et* Lucu; *vt e* Per *et* Diu, Perdius. *Tribuitur* Varr. L. L. 4, 19 *extr.* p. 26, 8 Niſi quod vt tuba et cornua ſignum quum dant, *canere* dicuntur: quod hic item et noctilucus (*al.* noctu lucu, *Scal.* nocticulus, *Sciopp.* noctuculus) in cuſtodia et venando ſignum voce dat, canis dictus. *Res obſcura. Si quid ſtatuendum ſit, commodiſſimum videtur* Noctu lucu, *nocte atque interdiu.*

NOCTIPŬGA, orum. n. *Pl.* Lucilius *vocauit* Obſcena, quod noctu pungant, atque excitent Venerem. *Sic* certe *Salmaſ. pro* Noctiluca *vulgato. Vid. Dacerii annotatio ad* Feſtum.

NOCTISVRGIVM, i. n. *Vox ficta Latine pro* Nyctegreſia *a* Feſto *in* Egretus.

NOCTIVĬDVS, a, um. Adi. *Noctu videns.* Mart. Capell. 6. *pr.* Noctiuida ales, noctua.

NOCTVVIGĬLVS, a, um. Adi. Plaut. Curc. 1, 3, 40 Noctuvigilam Venerem dixit, *quia peruigilia Venus amat.*

NOXA, ae. f. [βλάβη, ποινὴ] *a nocendo, eſt vel actio nocens ſ. laeſio, in ſpecie peccatum, quo vel alii, vel ipſi peccanti nocetur: vel poena delicti: quam vtramque notionem etiam* Feſtus *docuit, apud quem* Accius Menalippa, Te eſſe huic noxae obnoxium. Item quum lex iubet noxae dedere, pro peccato dedi iubet. *Hactenus* Feſt. *Quod autem* Noxam *et* Noxiam *quidam diſtinguunt* (*v. g.* Fronto p. 2196 Noxa poena eſt, noxia culpa) *illud nihil eſſe, diligenter ad exempla attendenti apparebit.* Salluſt. *in ipſo ſtatim initio orationis L. Philip.* Maxime vellem P. C. Remp. quietam eſſe, aut in periculis a promtiſſimo quoque defendi: denique praua incepta conſultoribus noxae eſſe. Vlpian. de Aedilicio edicto, l. Quis ſit. §. Quod aiunt, Noxas accipere debemus priuatas, hoc eſt ea, quaecunque committuntur ex delictis, non publicis criminibus, ex quibus agitur iudiciis noxalibus. Noxae appellatione omne delictum continetur, *ait* Caius de verb. ſignificat. l. Plebis 230 §. 3. *Quidam* Noxiae *legunt. Et ſic* Vlpian. l. c. Si quadrupes pauper. §. 1 Noxia eſt ipſum delictum. Liu. 3, 42 Alia omnis penes milites noxa erat. Cic. pro Roſc. Amer. 62 Quod in minimis noxis et in his leuioribus peccatis, quae magis crebra, et iam prope quotidiana ſunt, id maxime et primum quaeritur, *etc.* Deditio noxae; *frequens loquutio in* titulo de Noxal. action. D. Admittere noxam Quinct. 5, 13. Leg. 41 §. 3 de Furtis. Auertere Liu. 1, 58. Vlpian. D. de noxalibus l. 2 Si ſeruus ſciente domino furtum fecit, vel aliam noxam Commiſit: ſerui nomine actio eſt noxalis, nec dominus ſuo nomine tenetur. Vlpian. D. de noxalibus action. l. Si quis, Si quis a multis Conueniatur ex noxa eiusdem ſerui, vel ab vno, ex pluribus tamen delictis, non neceſſe habet, *etc.* Detrahere inuidiam noxae, Ouid. Epiſt. 7, 106. Eleuare noxam alicuius Tacit. Ann. 5. Eſſe noxae cui Liu. 10, 19. *al.* noxiae. Eſſe in noxa Ter. Phorm. 2, 1, 36. Eximere noxae, *eſt Gratiam criminis facere*, Liu. 8, 35. Caius, D. de noxalibus action. l. Qui ex pluribus noxis diuerſis temporibus Experitur, ex vna noxa ſerui dominium nactus, nullam amplius actionem habet aduerſus eum, qui dominus fuerat: quum actio noxalis caput ſequatur. Liberare aliquem noxa Quinct. 5, 12. Sine vlla ſua noxa Suet. Caeſ. c. 81. Sen. Epiſt. 9. Celſ. 7, 26. Sine vllius noxa theatrum collapſum eſt Tacit. Ann. 15, 34, 1. Noxa, *Poena peccati. Vnde* Vlpian. in l. Locum. D. de vſufructu, Debebit plane denegari vſusfructus perſecutio, ſi ei, qui noxae accepit, litis aeſtimatio non offeratur a fructuario. Decernere noxam, *vid.* DECERNO. Dedere noxae *et* Ob noxam, *permittere puniendum, qui nocuit ei, cui nocuit.* Liu. 26, 29 Obrui Aetnae ignibus, aut mergi freto, ſatius illi inſulae eſſe, quam velut Dedi noxae inimico Conſuli. Dedere noxae, eſt Animal tradere viuum, Vlpian. l. 1 §. 14 Si quadrupes pauper. *Et ibid.* §. 15 Vlpian. Si poſt litem conteſtatam ab alio ſit animal occiſum: quia domino legis Aquiliae actio competit, ratio in iudicio habebitur, quod noxae Dedendae facultatem dominus amiſerit. *Hic videtur accipi pro Animali, quod nocuit, ſeu damnum dedit. Niſi legendum* noxae dedendi. *Paullo ante* §. 11 Quamobrem eum ſibi aut noxam ſarcire, aut noxam dedere oportere. *Sic legit Haloander. Pandectae tamen Florentinae habent* In noxam dedere, *quod verius.* Paullus, D. de noxalibus action. l. 19 Si in re communi §. 2 Si ſeruus tuus nomen exercuerit, eiusque vicarius et idem nauta in eadem naue damnum dederit: perinde in te actio danda eſt, ac ſi is exercitor liber, et hic vicarius ſeruus eius eſſet, vt de peculio ſerui tui ad noxam Dedere vicarium damneris. Solutus noxis ſeruus In l. Cum in venditione, De euictionibus. Et Pomponius eodem titulo, l. Si emtori qui ſtipulatus ſit, furtis, noxisque ſolutum eſſe, haeres exſtiterit is, qui *etc.* Iulianus l. 22 ff. de V. S. Haec ſtipulatio, noxis ſolutum praeſtari, non exiſtimatur ad eas noxas pertinere, quae publicam executionem, et coërcitionem capitalem habent. Columel. 1, 6 Ea res a noxa curculionum, et ſimilium animalium commodiſſime videtur conditas fruges Defendere. Noxa admiſſa, *apud* Vlpian. in l. Si quis quum in hoſtium poteſtate. D. de Furtis. *i. Culpa iam euenit: vel Damnum iam acceptum.* Capere noxam, *vid.* CAPIO. Concipere noxam, *pro Morbum incurrere*, *apud* Columellam: *vt et* Noxam capere, *vid.* CONCIPIO. Contrahere noxam Columel. 6, 29. Nocere noxam, *vid.* NOCEO. Noxa ſtomachi Celſus 4, 19. Pellere triſtes noxas a foribus Ouid. Faſt. 6, 130. Repulſa noxa meis ſtabulis Id. Faſt. 4, 748. Soluere orbem noxa Grat. Cyneg. v. 15. Solutus noxis *modo explicauimus.* Vacare omni noxa Celſ. 5, 27. Noxam *pro Iurgio non dici contra Scalig. aliosque defendit Burm. ad* Petron. c. 69 *extr.*

NOXĀLIS, e. Adi. [πημαντικὸς, νοξάλιος] Caius in l. 1. D. de Noxal. act. Noxales actiones appellantur, quae non ex contractu, ſed ex noxa atque maleficio ſeruorum, aduerſus nos inſtituuntur. Quarum actionum vis et poteſtas haec eſt, vt ſi damnati fuerimus, liceat nobis deditione ipſius corporis, quod deliquit, euitare litis aeſtimationem. Cauſa noxalis Paull. l. 4 D. de noxal. action. Iudicium noxale Vlpian. D. de noxal. action. l. 2 *et* l. vlt. Malum noxale Tertull. Geneſ. 2.

NOXIA, ae. f. [πλαῖσμα, νοξία] Culpa dicitur, *auctore* Feſto. *Sed non differre a* Noxa *modo diximus. Neque audiendus eſt* Non. 5, 67 Noxa et Noxia hanc habent diuerſitatem, quod eſt noxa peccatum leve — Noxia, nocentia. *Refellitur enim vel ſuis exemplis. Seruavit tamen ibi locum* Ciceronis ex Hortenſio, Et caeteras quidem res, in quibus peccata non maxime afferunt noxias, *etc. Conf. I. Nic. Loënſ. Epiphyll.* 5, 11. Ter. Phorm. 1, 4, 47 Meminiſtin' olim vt fuerit veſtra oratio, in re incipiunda ad defendendam noxiam? *vid. ibi* Donat. Cic. de Legib. 3, 11 c. 4 Quod quis earum rerum migraſſet, noxiae poena par eſto. Admittere noxiam, *vid.* ADMITTO. Careo noxia, *pro In culpa non ſum* Plaut. Bacch. 4, 9, 81. Commerere noxiam, *vid.* COMMEREO. Vlpian. l. 1 pr. ff. Si quadrupes pauper. Quae lex voluit, aut dari quod nocuit, id eſt, id animal quod noxiam commiſit: aut aeſtimationem noxiae offerre. Noxia enim eſt ipſum Delictum. Eſſe noxiae, *vt Fraudi eſſe: pro Vitio et culpae dari.* Liu. 34, 19 Si domum abire vellent, publica fide accepta, nihil eam rem noxiae futuram, quod ſe hoſtibus iunxiſſent. In noxia eſſe, *Culpam in ſe admittere*, Ter. Phorm. 2, 1, 36. In noxia tenere inimicos Plaut. Caſ. 2, 8, 71. Noxiae eſſe, *Damno eſſe.* Celſus in l. Quintus Mutius. D. Mandati Caeterum in poſteriore caſu non oportet eſſe noxiae fideiuſſori, ſi ipſe pepercit pudori ſuo. Noxiis vacuum eſſe Plaut. Merc. 5, 4, 23. Remittere noxiam Plaut. Moſt. 5, 2, 47. Ter. Eun. 5, 2, 3 Vnam hanc noxiam mitte: ſi aliam vnquam vllam admiſero, occidito. Vlpian. l. 1 §. 11 Si quadrupes Quamobrem eum ibi aut noxiam ſarcire, aut noxam dedere oportere.

NOXIĀLIS, e. Adi. Prudent. Cathem. 9, 18 Lex noxialis. Idem hymno Mamerti v. 5 Quando pomi noxialis morte morſu corruit.

NOXIETAS, ātis. f. *Noxia, delictum* Tertull. Apol. c. 2.

NOXIVS, a, um. Adi. [πημαντὸς, βλαβερὸς] *Nocens, et criminis compertus.* Salluſt. Iug. c. 31 *extr.* Quae niſi quaeſita erunt, et niſi vindicatum in noxios, quid erit reliquum? Liu. 5, 11 Qui noxii ambo, alter in alterum cauſam conferant. Plaut. Merc. 4, 3, 26 Ita inſtas, vrges quaſi pro noxio *i. quaſi noxius eſſem, adulter eſſem.* Col. 3, 3, 8 De lapide noxius *eſt ſeruus nequam*, noxas *vel* noxias *ſaepe admittens.* Nepos 10, 10, 1 Nonnulli pro noxiis conciduntur. Noxii *proprie dicebantur, Sententia iudicis ad gladium, beſtias, vel metallum damnati. Vid. Gronou. Obſeru.* 1, 8. Suſpenderunt eum (*Chriſtum*) inter duos Noxios medium, qui ob latrocinia damnati erant Lactant. 4, 18. Cic. de Legib. 3, 6 Magiſtratus nec obedientem et noxium ciuem multa, vinculis, verberibusue coërcento. Corda Ouid. Met. 10, 351. Corpora Virg. Aen. 6, 731. Crimina Id. Aen. 7, 326. Facere noxia ſua lumina Ouid. Triſt. 2, 103. Membra Tibul. 1, 3, 74. Spicula Ouid. in Ibin 544. Tela Ouid. Triſt. 5, 10, 22. Venena Claud. in Ruffin. 1, 67. Via Senec. Theb. ſ. 1. Noxius, *cum Genitiuo.* Tacit. Hiſt. 5, 11, 2 Vt noxium coniurationis ad disquiſitionem trahebat. *Compar.* Sen. de Clement. 1, 13 Omnibus reis noxior ac ſolicitior. *Superl.* Idem 1, 26 Noxiſſimum animal.

NOXIŌSVS, a, um. Adi. Senec. de Clement. 1, 26 Si noxioſiſſimo cuique animali in nos daretur poteſtas: ſi leones vrſique regnarent, quae alia vita foret? *al.* noxiſſimo. Animi perditi noxioſique Sen. Epiſt. 70 *extr.* Corpus noxioſiſſimum Petron. c. 130.

NOXITV̄DO, ĭnis. f. pro Noxia apud veteres dicebatur. Accius, Ocule noxitudo obliteretur Pelopidarum, ac per nos ſanctescat genus Nonius 2, 576.

N V B

NVBAE, arum. m. *Pl.* [Νοῦβαι *Stephano*] *Populi ſunt Libyae, ad ſiniſtrum Nili flexum habitantes, in multa diuiſi regna, teſte Strabone* 17. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 3, 269. *et* 7, 664.

NVBES, is. f. [νεφέλη, νέφος] *Vapor humidus in ſublime elatus e terra per aeſtum, cuius denſitas ſolis lumen intercipit, et quaſi* nubit, *i. velat, obtegit.* Aër ſine nubibus Ouid. de Arte Am. 3, 173. Cic. de Diuin. 2, 44 Si nubium Conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit, id eſſe fulmen. Corio nubium craſſiore ſpiſſatur aër Plin. 2, 5. Pulueris nubes Curtius 4, 15 *extr.* Aetherea Ouid. Met. 15, 804. Alta Virg. Georg. 1, 364. Aquoſa Ouid. Met. 4, 621. Ardens, *vid.* ARDEO. Arduae Hor. Carm. 3, 29, 10. Aridior Lucret. 6, 149. Atra Id. 6, 179. Bibulae Ouid. Met. 14, 368. Caligans Cic. in Arat. 205. Deformis Senec. Thyeſt. 8. Fugaces Claud. de Bell. Get. 48. Fulva Ouid. Met. 3, 273. Liquidae Virg. Aen. 5, 525. Moeſtiſſima Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 81. Nigra Virg. Aen. 5, 516. Piceae Ouid. Met. 11, 549. Roſeae Valer. Argon. 4, 77. Sordida Senec. Hippol. 6. Vacuae Senec. Herc. fur. 10. Vmbroſae Valer. Arg. 4, 729. Volantes Lucret. 5, 254. ¶ 2 *Verba et Participia* Abruptae Virg. Aen. 3, 199. Adopertus fluidis nubibus aether. Lucan. ad Piſon. 135. Affert iris alimenta nubibus Ouid. Met. 1, 271. Amicti caua nube Virg. Aen. 1, 516. de Aenea et Achate. Attrahit nubes ſol Lucan. 7, 5. Cogitur aër in nubem Virg. Aen. 5, 20. Cogitur in nubem aër concretus Cic. de Nat. Deor. 2, 101. Coguntur in caelo nubes, imbres, venti Cic. Tuſc. 1, 43. Contruſae nubes ad altos montes coguntur, premunturque Lucret. 6, 734. Collectae ex alto nubes, foedam glomerant tempeſtatem atris imbribus Virg. Georg. 1, 324. Concreſcunt nubes in alto Lucret. 4, 137. Conditus in nubem ſol Virg. Georg. 1, 442. Conſciſſis nubibus orbem protulit luna Stat. Theb. 12, 309. Creſcens exigua nubes ſordido globo Senec. Agam. 6. Diſcutit trepidas Tithonia nubes Stat. Theb. 12, 3. Diſcuſſa nube tonant venti Ouid. Met. 15, 70. Effuſus aeſtiuis nubibus imber Virg. Georg. 4, 312. Eliſa nube micat dirum fulmen Senec. Agam. 6. Eripiunt ſubito nubes caelumque diemque Virg. Aen. 1, 88. Euaneſcunt grauidae Ouid. Triſt. 1, 2, 107. Euicit oppoſitas nubes imago ſolis Id. Met. 14, 768. Excuſſis eliſus nubibus ignis Id. Met. 8, 339. Facere tenebras nubibus Lucr. 2, 1099. Fugat Iupiter collectas nubes Virg. Aen. 1, 143. Glomeratur ſubita nubes nigro puluere Id. Aen. 9, 33. Inardeſcit ſolis radiis nubes, *vid.* INARDESCO. Induerunt ſe in nubem anhelitus Cic. de Diuin. 2, 44. Infectae nubes ab ictu aduerſi ſolis Ouid. Met. 3, 184. Intorſit ſe nubibus procella venti Lucret. 6, 124. Inuadit ventus nubem Id. 6, 174. Madeſcit tellus aſſiduis nubibus Ouid. Met. 1, 66. Obiicere nubem oculis Id. Met. 12, 32. Pellit opacam nubem ventus Cic. in Arat. 201. Perſcindit ventus nubem Lucret. 6, 179. Preſſus nubibus ſol latet Ouid. Triſt. 1, 9, 12. Pulſa nube ſolet clarior ire dies Ouid. Triſt. 2, 142. Quatit nubes Iuppiter Senec. Herc. fur. 6. Scindit ſe circumfuſa nubes, et in aethera purgat apertum Virg. Aen. 1, 587. *de nube, qua circumdatus erat Aeneas cum Achate.* Spiſſeſcit Lucret. 6, 175. Summotis nubibus cadunt imbres Virg. Ecl. 6, 38. Texit denſis ſua nubibus ora Lucifer Ouid. Met. 11, 572. Trahitur obſcura nubes vento Virg. Georg. 4, 60. Tremunt glauca nube lumina Valer. Argon. 2, 499. ¶ 3 Nubes, *tranſlate pro Triſtitia, et ſeueritate immoderata, quae contracto ac ſublato ſupercilio ſignificatur, quod Graeci τὸ τῶν ὀφρύων νέφος, id eſt ſuperciliorum nubem, appellant* Hor. Epiſt. 1, 18, 94 Deme ſupercilio nubem, plerumque modeſtus Occupat obſcuri ſpeciem, *etc.* Ouid. Triſt. 5, 5, 22 Pars vitae triſti caetera nube vacet. *vid. Dan. Heinſ. et Drakenb. ad* Sil. 8, 613. Caecae nubes, tenebrae, procellae Reip. Cic. pro Domo 24. Opaca nube mortis grauis vultus Stat. Silu. 4, 6, 73. Timor eſt nubes mentis Claud. Bell. Get. 41. Pelle ſoporiferi ſenium nubemque veterni Auſon. Ep. 14, 2. Nubes meri Val. Flacc. 3, 66. Percuſſus nube ſoporis Id. 8, 81. ¶ 4 Nubes *per tranſlationem, pro Multitudine et denſitate.* Nubes *de Apum examine* Virg. Georg. 4, 60. *it. de denſa caligine ex puluere* Id. Aen. 9, 33. Liu. 35, 49 Rex contra peditum, equitumque nubes iactat, et conſternit maria ſuis claſſibus. Tacit. Hiſt. 3, 2, 8 Nunc XVI alarum coniuncta ſigna, pulſu ſonituque et nube ipſa operient et ſuperfundent oblitos praeliorum equites equosque. Armorum nubes Stat. Theb. 4, 839. Belli nubes Virg. Aen. 10, 809. Bellorum puluerea nu-

bes Stat. Silu. 5, 1, 132. Locuſtarum Hieron. adu. Iouinian. 2, 6. Conſtirgit immenſa campo Lucan. 2, 481. Facere nubem Virg. Aen. 12, 254. Prorumpit atram ad aethera nubem Virg. Aen. 3, 572. *de Aetna.* Obiicere nubem fraudibus, *i. obſcurare tegereque fraudes, rogatur* Lauerna, Hor. Epiſt. 1, 17, 62. ¶ 5 Nubis, *in Nominatiuo apud* Plaut. Merc. 5, 2, 38 Nonne ex aduerſo vides? nubis atra, imberque inſtat. Nubs, *pro Nubes.* Auſon. Eidyll. 12, 72 Periurum Lapitham Iunonia ludificat nubs.

NVBĒCVLA, ae. f. [νεφέλιον] *Parua nubes.* Plin. 18, 35 Nubecula, quamuis parua, ventum procelloſum dabit. Apul. de Mundo p. 61 Nebula conſtat, aut ex ortu nubeculae, aut ex eius reliquiis. ¶ 2 Nubecula, *per translationem, de Inepta et importuna ſeueritate.* Cic. in Piſon. 20 c. 9 Neque tam fuit timidus, vt qui in maximis turbinibus ac fluctibus Reip. nauem gubernaſſem, ſaluamque in portu collocaſſem, frontis tuae nubeculam, tum Collegae tui contaminatum ſpiritum pertimeſcerem. ¶ 3 Nubecula *ponitur inter Morbos et vitia oculorum.* Plin. 27, 12 ſ. 85 Purgat cicatrices et nubeculas.

NVBECVLŌSVS, a, um. Adi. Sarisb. Epiſt. 184 Ratio haec nubeculoſior eſt.

NVBĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [νεφελιφόρος] Eurus nubifer Sil. 10, 323. Noti Ouid. Epiſt. 3, 58. Apenninus Id. Met. 2, 226.

NVBIFV̆GVS, a, um. Adi. *Qui nubes fugat, vel etiam Qui fugit nubes.* Columel. 10, 288 Nec tam nubifugo Borea Latonia Phoebe Purpureo radiat vultu.

NVBĬGĔNA, ae. m. [νεφελογενής] Columel. 10, 156 Mox vbi nubigenae Phryxi, nec portitor Helles, *etc. Nepheles filius Phryxus.* Nubigenae, *dicuntur Centauri, quod ex nube ſint nati.* Ouid. Met. 13, 211 Certe mihi ſaepe referre Nubigenas domitos a ſe pater ipſe ſolebat. Stat. Theb. 5, 263 Nubigenae caluere mero. *de centauris.* Bimembres Virg. Aen. 8, 293. Clypei Stat. Silu. 5, 2, 131 *i. ancilia.* Feri Ouid. Met. 12, 541. Amnes nubigenae Stat. Theb. 1, 365.

NVBIGEROS clypeos Stat. Silu. 5, 2, 131. *Sed legendum,* nubigenas: *Sermo enim eſt de ancilibus e caelo delapſis.*

NVBIGŌSVS, a, um. Adi. *Nubilus, Caliginoſus.* Nubigoſus aër Claud. Mamert. de Stat. Animae 1, 7.

NVBIVAGVS, a, um. Adi. Meatus Sil. 12, 102 *de Daedalo.*

NVBĬLVS, a, um. Adi. [νεφελώδης] *Nubibus tectum, caliginoſum.* Plin. 16, 26 Pirus et amygdala etiam ſi non pluat, ſed fiat auſtrinum caelum atque nubilum, florem emittunt. Auſter Ouid. Met. 11, 663. Color, *Obſcurus* Plin. 9, 35. Dies Id. 2, 35. Frons Martial. 1, 11. Maſſa Id. 8, 51. Irâ Mars Stat. Theb. 3, 230. Parca naſcenti mihi fuit nubila, *i. Obſcura et irata* Ouid. Triſt. 5, 3, 14. Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris Idem Triſt. 1, 8, 6.

NVBĬLVM, i. n. [νέφος] *Ipſam nubem ſignificat.* Plin. 2, 62 Rhodi et Syracuſis nunquam tanta nubila obduci, vt non aliqua hora ſol cernatur. Nubilum inducere *dicuntur aliqui venti, pro Tempus nubilum facere.* Plin. Epiſt. 2, 17 Ibi omnes ſilent venti, exceptis qui nubilum inducunt et ſerenum, antequam vſum loci eripiunt. Caeli nubila Virg. Georg. 4, 166. Nubilum diei Plin. 2, 35. Nubilo, *pro In tempore nubiloſo.* Plin. 7, 60 Etiam tum tamen nubilo incertae fuere horae vsque ad proximum luſtrum. Ambuſta nubila fumant Ouid. Met. 2, 209. *Oportet, ſi Poëtam excuſare velimus cogitare vapores ſulfureos, nitroſos etc.* Arida Virg. Georg. 3, 199. Aſſimulata montibus Lucret. 6, 189. Denſa Virg. Aen. 6, 592. Ramoſa atque aſpera Lucret. 6, 132. Agit ventus nubila Virg. Georg. 1, 422. Ceſſit fallax ſimulacrum in nubila Sil. 17, 548. Clareſcunt ſaucia diuiduis nubila ſulcis, *Fulguris Deſcriptio* Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 102. Depellere caelo Tibull. 1, 2, 51. Deterget Notus nubila caelo Hor. Carm. 1, 7, 15. Differt Aquilo nubila, *h. e. Diſſipat, diſpergit* Virg. Georg. 3, 198. Disiecit nubila Iuppiter Ouid. Met. 1, 328. Diuidit nubila igni coruſco Dieſpiter Hor. Carm. 1, 34, 6. Findere nubila diſco Stat. Silu. 3, 1, 155. Fugiebant fuſca repurgato nubila caelo Ouid. Met. 5, 286. Pellere *et* Inducere nubila, *contraria* Id. Met. 7, 202. Lacerant venti caua nubila Stat. Theb. 5, 366. Pellit triſtia nubila Boreas Ouid. Met. 7, 201. Pendent nubila Virg. Georg. 1, 214. *i. Nondum delabuntur, aut defluunt.* Pendentia Ouid. Met. 1, 268. Perflant venti nubila Lucret. 6, 135. Portant venti nubila per caelum Id. 4, 445. Surgunt humida Ouid. Met. 8, 3. Verrunt venti nubila, ac ſubito vexantia turbine raptant Lucret. 1, 280. ¶ 2 *Metaphor.* Producere nubila menti Stat. Silu. 5, 3, 13. Serenat ſol nubila humani animi Plin. 2, 6.

NVBILARIVM, i. n. [σιτοβολών] *Locus, quo propter nubes conferuntur frumenta ſemitrita.* Columel. 1, 6, 24 Huic areae nubilarium (*quidam Nubilar*) applicari debet, maximeque in Italia propter inconſtantiam caeli, quo collata ſemitrita frumenta protegantur, ſi ſubitaneus imber inceſſerit, *conf.* Varr. R. R. 1, 13, 5.

NVBĬLAR, āris. n. *Idem.* Columel. 2, 21, 3 Quod ſi falcibus ſeges cum parte culmi demeſſa ſit, protinus in aceruum vel nubilar congeritur. *Sic MS. Lipſ. et primae editt. Al.* Vel in nubilarium. *Vid. Gronou.* in Senec. p. 234.

NVBĬLO, āre. [γνοφέω] *Nubilum ſeu obſcurum facere. Et apud* Varr. R. R. 1, 13, 5 Nubilare ſi coeperit, *int.* aër. Paullin. Nolan. Carm. 10, 38 Lucem figmenta vatum nubilant.

NVBĬLANS, antis. Partic. Nubilans fulgor carbunculi, *h. e. Veluti nubes quasdam oculis obiiciens* Plin. 37, 7.

NVBĬLOR, ari. Dep. [γνοφοῦμαι] *Idem quod* nubilare. Cato de R. R. c. 88, 2 Vbi nubilabitur, et noctu ſub tecto ponito.

NVBILŌSVS, a, um. Adi. Apul. Met. 11, p. 260 Caelum, nubiloſa caligine disiecta, nudo ſudoque luminis proprii ſplendore candebat.

NVBILIS, *vid. ſub* NVBO.

NVBO, nupſi *et* nuptus ſum, nuptum, ĕre. [γαμέομαι, νυμφεύομαι, μνηστεύομαι] *Operire, velare: vt* Nubes, *quae caelum operit.* A nubibus verbum nubentium tractum arbitror: denique operiuntur vt nubes, quum acceperint nupturae velamina Ambroſ. Exhort. ad virg. Rom. T. 1 f. 108. Onomaſt. Nubo, καλύπτω. Auctor vetus in Peruig. Ven. 22 Ipſa iuſſit mane vt vdae virgines nubant roſae. Arnob. 3 p. 118 Quod aqua nubat terram, appellatus eſt, inquiunt, Neptunus. *Vid. Lipſ. Elect.* 1, 5. Hieron. *ad illud* Matth. 22 In reſurrectione neque nubent, neque nubentur, Latina, *inquit,* conſuetudo Graeco idiomati non reſpondet, *Nubere* enim proprie dicuntur mulieres; et viri vxores ducere. Ouid. Met. 9, 761 *Ipſis puell? pro viro habita, cui puella deſponſata iam erat,* Pronuba quid Iuno, quid ad haec, Hymenaee, venitis ſacra? quibus qui *ducat* abeſt, vbi *nubimus* ambae. *Huc pertinet illud,* Nubas ducasue licebit, nunquam mater eris, nunquam pater Claud. in Eutrop. 1, 223 *vtpote Eunuchum.* Cic. pro Cluent. 11 Quae breui tempore poſt patris mortem A. Aurio Melino conſobrino ſuo nupſit. Si qua voles apte nubere, nube pari Ouid. Epiſt. 9, 32. *conf.* Ter. Andr. 2, 1, 2. *et* Hec. 4, 1, 13. Gell. 1, 23 Vna apud duos nupta eſſet. *Ibid. tamen mox ſequitur,* Vna potius vt duobus nupta fieret, quam vt vni duae. Adoleſcentibus primariis nuptam fuiſſe Ser. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5. Cic. Fam. 15, 2 (3) Iique mihi nuntiaſſent regis Parthorum filium, quocum eſſet nupta regis Armeniorum ſoror. Plaut. Amph. prol. 98 Amphitruo natus Argis ex Argo patre, qui cum Alcmena eſt nupta Electri filia *conf.* Gell. 7, 1. Ter. Hec. 4, 1, 19 *et* Phorm. 5, 3, 34. *Alberic. Gentil. de Nupt.* 2, 3. Virgo nubit cum bona alite Catul. in Epithal. Iuliae ſ. 59, 20. Nupta eſt male Plaut. Caſin. 2, 2, 7. Cic. pro Cael. 34 c. 14 Quum ex ampliſſimo genere in familiam clariſſimam nupſiſſet, cur tibi Caelius tam coniunctus fuit, cognatus, affinis, viri tui familiaris? In familiae luctum, atque in priuignorum funus nupſit mulier Cic. pro Cluent. 188. ¶ 2 Nubere, *inquit* Nonius, veteres non ſolum mulieres, ſed etiam viros dicebant, vt nunc Itali dicunt. Pomponius Pannuceatis, Sed meus frater maior, poſtquam vidit me vi deiectum domo, nupſit poſterius dotatae vetulae, varicoſae, Afrae. *Hactenus* Nonius 2, 577. *Poſſet Poëta ſic indicare voluiſſe virum in poteſtatem mulieris dotatae tranſiiſſe; quod ſic viſum Scaligero ad* Catal. p. 226. *Sicut* Martial. 8, 10 Vxori nubere nolo meae. *Nam obſcenum plane eſt, et ad mollitiem marium pertinet,* 1, 25 Nupſit heri: *et* Iuuen. Sat. 2, 134 Quid quaeris? nubit amicus. *Interim tamen non de nihilo eſt illa Nonii obſeruatio.* Plautus Trin. argum. *extr.* Nubunt liberi *i. filius et filia.* Tertullianus ad vxor. 1, 7 Regem ſaeculi Pontificem maximum rurſus nubere nefas eſt. *Et* 2, 11 Nam nec in terris filii ſine conſenſu patrum rite et iure nubent. Hildebertus Cenom. Epiſt. 36 An neſcis, quia hi, qui nec nubunt nec nubuntur, ſunt ſimiles angelis Dei? Fulgentius Epiſt. 3 Sanctis nuptiis vbi nubunt, qui ſe continere non poſſunt. *Contra ea* Imp. Antoninus l. 3 Cod. Soluto matrim. Hoſtiliae *reſcribit,* Si ignorans ſtatum Erotis vt libertum duxiſti, et dotem dediſti, isque poſtea ſeruus eſt iudicatus, dotem ex peculio recipies. *Haec debentur Barthio Adu.* 6, 14 *et ad* Claudian. in Eutrop. 1, 223. *Illud non exemit, vel archaicam eſſe hanc rationem, vt* nubere, *legitimo quidem matrimonio, dicantur viri; vel recentioris aeui. Add.* Tertull. de Monog. 7 Sine dubio, dum ille prohibetur denuo nubere; et illa prohibetur, non habens nubere niſi fratri. *Conf. Alb. Gentilis de nuptiis* 2, 3 p. 126. ¶ 3 Nubere, *pro Concumbere, coire.* Plaut. Ciſt. 1, 1, 45 Haec quidem quotidie viro nubit, nupſitque hodie, nubet mox noctu, nunquam ego hanc viduam cubare ſiui. *Add.* Caſin. 2, 8, 47. Pſeud. 1, 3, 79. *P. Victor.* V. L. 21, 3. *Conf.* Sen. Excerpt. Controu. 6, 8. *Plane ad pathicam turpitudinem pertinet* Martial. 1, 25, 4 Qui loquitur Curios aſſertoresque Camillos, Nolito fronti credere, nupſit heri. ¶ 4 Nubere *dicuntur etiam Arbores vitibus, et vites arboribus, pro Conſcendere et coniungi.* Plin. 14, 1 In Campano agro populis nubunt. *De vitibus.* Id. 18, 28 Vertit populi albae etiam vitibus nuptae. ¶ 5 *Obſeruent Grammatici,* Nubentur, *ap.* Scriptores Sacros, *vt* Vulg. Marc. 12, 25. Nubĭtur, [μνηστεύεται] *imperſ. paſſ.* Plaut. Perſ. 3, 1, 58 Hic cum mala fama facile nubitur: dum dos ſit, nullum vitium vitio vortitur. Nubendi [τοῦ γαμεῖσθαι] tempus Ouid. Epiſt. 20, 110. Nubendo non proſperae tantum, ſed omnis fortunae initur ſocietas Iuſtin. 23, 2, 8. Nuptum, [πρὸς γάμον] collocare, *vid.* COLLOCO. Dare nuptum viro Plaut. Caſ. 2, 3, 36. Nepos 4, 2, 3. *et* 10, 1, 1.

NVBENS, entis. Partic. [γαμουμένος] Ferre dona nubenti Sen. Med. 842. Filiae nubenti lectum genialem ſtrauit mater Cic. pro Cluent. 14 c. 5.

NVPTVS, a, um. *Aliud* Partic. [γεγαμημένος] Marito certo nupta Ouid. Epiſt. 5, 107. Filia Cic. pro Sext. 6. Mulier vni nupta, propoſita omnibus Cic. Verr. 7 (5) 34 c. 13. Puella nupta alicui Catul. 18, 14. Viro ſaeuo nupta puella Hor. Carm. 3, 10, 2. Virgines nuptae Id. Carm. 2, 8, 23. Nupta verba dicebant veteres, Quae non licebat virgini dicere: vt Plautus in Dyſcolo, Virgo ſum, non didici verba nupta dicere. Feſtus.

NVPTVS, i. m. [μνηστὸς, νυμφίος] *Qui nupſit.* Varro Rer. divinar. 14 *apud* Non. 7, 98 Viri nupti ſacrificabantur in cubiculo viduae. *Sed locus valde dubius. Certior* Plaut. Caſ. 5, 1, 5 Lubet, Chalinum, quid agat ſcire, nouom nuptum cum nouo marito.

NVPTA, ae. f. [νύμφη] *Quae nupſit.* Feſtus, Nuptam a Graeco dictam; illi enim nuptam νύμφην appellant. Noua nupta Plaut. Caſ. 4, 2, 5. Pudica Ouid. Faſt. 2, 794. Singulis Indis plures ſolent eſſe nuptae Cic. Tuſc. 5, 78.

NVPTVLA, ae. f. Varro ap. Non. 4, 330.

NVPTVS, ûs. m. [μνηστεία] Aur. Vict. Viris illuſt. c. 59 Eo die Numantini forte ſollemni nuptu filias locabant. Stat. Silu. 5, 1, 45 Illa quidem nuptumque prior taedasque marito Paſſa alio. Caeſ. Bell. Gall. 1, 18 Et ſorores ſuas nuptui in alias ciuitates collocaſſe, *al.* nuptum: *vid. Ciacc. ad h. l.* Columel. 4, 3 *extr.* Minorem deinde filiam nuptui collocaſſe in dimidia parte reliqui agri. *De prima et propria notione velandi.* Varro de L. L. 4, 10 p. 20, 13 Neptunus *dictus,* quod mare terras obnubit, vt nubes caelum: a nuptu, id eſt opertione, vt antiqui, a quo Nuptiae Nuptusque dictus.

NVPTV̆RVS, a, um. *Partic.* [γαμησόμενος] Proles nuptura et nupta Ouid. Epiſt. 15, 119.

NVBĬLIS, e. Adi. [γαμητός] *Apta, vt viro in matrimonio iungatur.* Virg. Aen. 7, 53 Iam matura viro, iam plenis nubilis annis. Filia nubilis Cic. pro Cluent. 11, c. 5. Virgo nubilis Ouid. Triſt. 2, 501.

NVPTO, āre. Frequent. *vel* Deſideratiuum *potius.* Tertull. *aut* Cyprianus, *aut quisquis eſt,* Sodom. 45 Quo nullae nuptant animae, *i. appetunt nuptias.*

NVPTV̆RIO, īre. [γαμησείω] *Cupere nubere.* Apul. Apol. p. 319 Ea ſi claro nupſiſſet homini ruſticano, indecrepito ſeni, ſponte eam diceres ſine vlla magia iam olim nupturiſſe.

NVPTIAE, arum. f. *tantum pl.* [γάμος] *Coniunctio maris et feminae.* Feſtus, Nuptias dictas eſſe ait Santra, ab eo, quod nymphea dixerunt Graeci antiqui γάμον. vnde nouam nuptam, νέαν νύμφην. Cornificius, quod noua petantur coniugia. Curiatius, quod noua ratio fiat. (*Satis nugarum. Tandem reſipiſcit:*) Aelius et Cincius, quia flammeo caput nubentis obuoluatur, quod antiqui obnubere vocarunt. Ob quam cauſam legem quoque parenſtam (*Vi ſin. coni.* funeſtam) iubere caput eius obnubere, qui parentem necauiſſet, quod eſt obuoluere. *Hactenus* Feſtus. Cic. pro Cluent. 12 Nuptiae plenae dignitatis, plenae concordiae. Idem de Nat. Deor. 3, 45 Niſi forte maritimae

nuptiae

nuptiae terrenis anteponantur. In nuptiis antiquitus aqua et ignis in limine adhibebantur, *inquit* Varro de L. L. 4, 10 quod coniungit hic: et mas ignis, quod ibi ſemen; aqua femina, quod fetus ab eius humore, et eorum iunctione ſumit Venus. *Haec non ſatis emendata. Ritum ipſum etiam tradit* Feſt. *in voce* Facem. Nuptiae, a nuptu, id eſt opertione Varr. de L. L. 4, 10 p. 20, 13. Conciliator nuptiarum Nep. 25, 12, 1. Multarum nuptiarum mulier vetula Cic. Att. 13, 29. Officium nuptiarum celebrare Suet. Claud. c. 26 *extr.* Sollemnia nuptiarum Tacit. Ann. 11, 26. Clandeſtinae nuptiae Plaut. Caſ. 5, 3, 6 *i. Scortatio.* Collatae nuptiae, *vid.* CONFERO. Expers nuptiarum puella Hor. Carm. 3, 11, 11. Incertae nuptiae, *vid.* INCERTVS. Inceſtae Tacit. Ann. 11, 25. Indotatae Valer. Max. 4, 4. *de Cn. Scipione.* Infirmae, *vid.* INFIRMVS. Innuptae, *vid.* INNVBO. Vlpian. in l. Imperator Hadrianus. D. de ſtat. homin. Quae ex iuſtis nuptiis concepit. Legitimae, *vid.* LEX. Plebeis nuptiis copulatae feminae Vlpian. in l. Feminae D. de Senat. Adipiſci nuptias. Adornare, Alligatus nuptiis, Apparare, Celebrare, *vid. bb. vv.* Coenare apud aliquem in nuptiis eius Cic. Q. Frat. 2, 43. Conciliare nuptias Nepos 25, 5, 2. Conficere nuptias, Coniicere in nuptias, Conſtitutae in hunc diem nuptiae, Conueniunt haec nuptiis, Cupere nuptias, *vid. bb. vv.* Deditus Rex nouis quotidie nuptiis Iuſtin. 31, 6. *Vbi* Nuptiae *pro Concubitu illicito ponitur, vt infra in* Petron. *et alibi ſaepe. Vid. P. Victor. Var. Lect.* 21, 3. *Taubm. ad* Plaut. Ciſt. p. 436. *Dan. Pareus in Muſaeum* p. 137. Exornare nuptias Plaut. Aul. 4, 10, 54. Facere nuptias Petron. 25 *et* 112. *vid. Burm.* p. 181. Imperare nuptias alicui, *vid.* IMPERO. Indicere nuptias, *vid.* INDICO, is. Inquinare nuptias, *Adulterari* Hor. Carm. 3, 6, 17. Iungi inter ſe nuptiis Val. Max. 9, 1, 9. Moliri Tacit. Ann. 12, 3. Mouentur nuptiae, Mutare, Ornare, *v. ſſ. ll.*

NVPTIĀLIS, e. Adi. [γαμικὸς, γαμήλιος] *Quod pertinet ad nuptias.* Coena nuptialis Plaut. Curc. 5, 2, 62. Carmina Catul. 59, 12. Dies Seneca Medea 984. Dona Cic. pro Cluent. 28 c. 9. Id. ibid. 15 c. 6 O audaciam ſingularem! non timuiſſe, ſi minus vim deorum, hominumque famam, at illam ipſam noctem, faceſque illas nuptiales. Face nuptiali digna puella Hor. Carm. 3, 11, 33. Feſtum nuptiale amici exercere Symmach. Epiſt. 7, 19. Sacra Quinctil. 1, 7. Tibiae Auctor ad Herenn. 4, 45. Vox Thalaſſio Liu. 1, 9.

NVPTALICIVS, a, um. Adi. *Idem.* Munus nuptalicium Vlpian. l. 194 D. de V. S.

NVPTIALĬTER. Adu. Nuptialiter laetus Mart. Capell. 6.

NVPTIĀTOR, ōris. m. *Qui facit nuptias.* Hieron. Epiſt. 11 Secundus nuptiator.

N V C

NVCAMENTVM, i. n. [κύτταρος] *a* Nuce *inclinari videtur, vel quod ſit ceu rudimentum quoddam naturae, pineam nucem facere condiſcentis, vel quod apertiſſime in nucibus propendere videatur, inquit Ruellius.* Plin. 16, 10 E ramis generum horum pannicularum modo nucamenta ſquamatim compacta dependent, praeterquam larici. Haec abietis maſculae primori parte nucleos habent, non item feminae. Piceae vero totis panniculis minoribus gracilioribuſque minimos ac nigros. Propter quod Graeci phthirophoron eam appellant. In eadem nucamenta compreſſiora maribus ſunt, ac minus reſina roſcida. *Sunt igitur illi ſquamoſi.*

NVCERIA, ae. f. [Νουκερία] *Vrbs eſt Campaniae, nouem millibus paſſuum a mari diſtans, cuius meminit* Silius 8, 533. *et* 12, 424.

NVCETVM, NVCEVS, NVCLEVS, NVCVLA, *etc. vid.* NVX.

N V D

NVDARE, NVDIPEDALIA, *vid.* NVDVS.

NVDITANVM, i. n. *Hiſpaniae Baeticae oppidum eſt, apud* Plin. 3, 1.

NVDIVSTERTIVS, NVDIVSQVARTVS, *etc.* [πρόχθες] *compoſita ſunt, inquit* Feſtus, ex Nunc et Die Tertio et Quarto, id eſt, Nunc eſt dies tertius, Nunc eſt dies quartus; ſemperque de praeterito dicuntur. Plaut. Curc. 1, 1, 17 Caruitne febris te heri, vel nudiuſtertius? Cic. Att. 14, 11 Nudiuſtertius dedi ad te epiſtolam longiorem: nunc ad ea, quae proxime velim me hercule, *etc.* Plaut. Moſt. 4, 2, 40 Nam heri et nudiuſtertius, quartus, quintus, ſextus, vſque poſtquam hinc peregre eius pater abiit. Nudiuſquintus here natus quidem ille eſt Plaut. Truc. 2, 6, 28. Nudiuſſextus cui talentum mutuum dedi, *i. Nunc ſex dies ſunt, quod etc.* Plaut. Trin. 3, 2, 10. Cic. Philipp. 5, 2 c. 1 Recordabimini qui dies nudiuſtertiuſdecimus fuerit, quantus conſenſus veſtrûm, quanta virtus, quanta conſtantia: *Ibid.* 3 c. 2 Legatos vero ad eum mittere, de quo grauiſſimum iudicium nudiuſtertiuſdecimus feciſtis, *etc.*

NVDO, āre. *vid.* NVDVS.

NVDVS, a, um. Adi. [γυμνὸς, ψιλὸς] *Quod eſt ſine tegmine, veſte, aut alia re, quae illam quocunque modo, tegere ſolet.* Plaut. Amph. 1, 1, 148 Quod homines quatuor in ſoporem collocaſtis nudos. Nudum (*inquit* Seruius) dicitur, quod nunquam tectum eſt, vt facies. *Tamen opponitur nonnunquam* togato: *vid. Burm. ad* Petron. c. 92 p. 443. Aeſtas nuda, *Sic enim pingitur propter aeſtum*, Ouid. Met. 2, 28. Aruum Catul. 60, 49. Caeſpes Senec. Hippol. ſ. 4. Campi ſine fronde et arbore Ouid. Triſt. 3, 11, 75. Corpus Ouid. Faſt. 4, 148. Enſis nudus, *i.* Strictus, Seruius: Virg. Aen. 12, 306. Ferro nudo concurrere Ouid. Epiſt. 13, 81. Forma Ouid. Met. 4, 346. Humus Ouid. Met. 4, 261. Lacerti Idem de Arte Am. 2, 81. Lapis Virg. Ecl. 1, 48. Litora Stat. Silu. 3, 1, 4. Oſſa Claud. in Eutrop. 1, 121. Pectora Ouid. Met. 4, 589. Radicibus nudis arbores Plin. 12, 9. Ramus nudus ſtetit fugiente pomo Senec. Thyeſt. 1. Silex Virg. Ecl. 1, 15. Solum Claud. in Eutrop. 2, 298. Vertice nudo fulua caeſaries Virg. Aen. 11, 642. Nuda genu, pro Nudum genu habens: Virg. Aen. 1, 324 Nuda genu, nodoque ſinus collecta fluentes. *Ibid.* 8, 425 — et nudus membra Pyracmon. Seruius: Nuda pedem, nudos humeris infuſa capillos Ouid. Met. 7, 183. Nudus inopſque Hor. Serm. 2, 5, 6. Senecta nuda, Inops Ouid. Epiſt. 9, 154. Verba nuda, *pro Apertis*, Plin. Epiſt. 4, 14, 4. *i. laſciua.* ¶ 2 *Varias parit metaphoras alias, cum ad omnem ornatus, aut neceſſarii adiuncti abſentiam referatur. Vt* Cic. Verr. 2, 84. Tangebatur tamen animi dolore neceſſario, quod domum eius exornatam, atque inſtructam, fere iam iſte reddiderat nudam atque inanem. Cic. Verr. 4, 3 Nam ipſa Meſſana, quae ſitu, moenibus portuque ornata ſit, ab his rebus, quibus iſte delectatur, ſane vacua atque nuda eſt. Cic. ad Quir. poſt red. 16 c. 6 Me nudum a propinquis, nulla cognatione munitum *&c.* A magiſtratibus nuda Reſp. *per translationem, pro Deſtituta.* Cic. pro Domo 58 c. 22 Tam inops autem ego ab amicis? aut tam nuda Reſp. a magiſtratibus? Agris paternis nudus Hor. Serm. 2, 3, 184. Ducibus ſuis nuda moenia Ouid. Faſt. 2, 710. Nummis nudus Hor. Serm. 2, 3, 184. Cic. Att. 7, 13 Huic tradita vrbs eſt, nuda ea praeſidio, referta copiis. Nudo veſtimenta detrahere, *pro eo quod eſt, Ab eo ſperare emolumentum, cui ne ſit quidem quod auferri queat, inquit Eraſmus* Plaut. Aſin. 1, 1, 79. Cic. pro Caecin. 93 Hunc vero, qui ab iure, officio, bonis moribus, ad ferrum, ad arma, ad caedem confugerit, nudum in cauſa deſtitutumque videtis. Nuda iſta ſi ponas, iudicari qualia ſint, non facile poſſunt Cic. in Parad. 3. *i. ſola, ſine declaratione.* Nudus *pro ſolo: vid. Heinſ. & Drak. ad* Sil. 1, 219. *Sic* Artes nudae Quinctil. 1 prooem. Aſperitas nuda quaeſtionum Quinct. 4, 1. Certamen nudum operum, *i. Controuerſia, in qua certatur non de dignitate, nec de generis ſplendore, nec potentia aut diuitiis, ſed tantum de operibus, id eſt, qui plus opera ſua confecerit.* Ouid. Met. 13, 159 Ergo operum quoniam nudum certamen habetur *&c.* Enſi nec fideus nudo ſine fraudibus Sil. 1, 219. *i. qui veneno non tinctus ſit.* Fides nuda Valer. Argon. 5, 498. *Fictis et compoſitis ad fallendum verbis et geſtibus opponitur.* Fuga nuda deſerere Italiam Paterc. 2, 61, 4. Infitiatio Quinctil. 5, 13. Ira nuda, *i. Sola* Ouid. Triſt. 3, 11, 17. Idem Triſt. 2, 408 Vixque meus capiet nomina nuda liber, *h. e. Sola nomina, abſque alia narratione.* Odia Stat. Theb. 9, 20. Simplicitas Ouid. Amor. 1, 3, 14. Traditio Quinctil. 3, 1. Veritas Hor. Carm. 1, 24, 7. Vires nudas mouent in praelia, *Pugnant ſine armis* Stat. Theb. 6, 18. Nudus, inſepultus, ſiue mortuus. Virg. Aen. 5, 871 Nudus & ignota Palinure iacebis arena. Idem Ecl. 1, 61 Et freta deſtituent nudos in litore piſces. Seruius. ¶ 3 *A librariis permutari* Nudus *&* Mundus, *obſeruat Drakenb. ad* Sil. 4, 608.

NVDŬLVS, a, um. Adi. Hadriani Carm. ſuprem. apud Spartian. c. 25 Pallidula, rigida, nudula.

NVDE. Adu. *Simpliciter* Lactant. 3, 1 Quae tradita ſunt breuiter & nude.

NVDĬTAS, ātis. f. [γυμνότης Gloſſ. Lat. Graec.] *ſumitur pro Inopia* Quinctil. 10, 2 Tenuitas ac nuditas placuit, *etc.*

NVDO, āre. [γυμνόω, ψιλόω] *Nudum facere, detegere.* Cic. Verr. 5, 100 Quum repente hominem proripi, atque in foro medio nudari ac deligari, et virgas expediri iubet. Ab aliquo nudari Ouid. Triſt. 1, 6, 7. Aciem nudare, *vid.* ACIES. Armis nudare iacentem Ouid. Met. 12, 439. Arbor nudatur foliis Plin. 16, 22. Artus tepidos nudauerat Sil. 15, 700. Corpus nudare Cic. Tuſc. 4, 70 c. 33. *ex quodam Poëta.* Gladios nudare, *pro Diſtringere* Liu. 28, 33. Nepos 14, 11, 4. Litora nudare, et portus relinquere Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 15. Litorum breuia nudantur Tacit. Ann. 6, 33. Montem nudare ſiluis Sil. 8, 503. Terga fugae nudant Virg. Aen. 5, 586. Liu. 26, 45 Et adeo nudauerat vada, vt alibi vmbilico tenus aqua eſſet, alibi genua vix ſuperaret. *de Septentrione vento.* Viſcera nudare Virg. Aen. 1, 215. Cic. Verr. Act. 1, 14 c. 5 Quae victores ciuitatibus Siculis aut dederunt, aut reddiderunt, ſpoliauit, nudauitque omnia. Caſtra nudata Caeſ. Bell. Gall. 3, 23. Murus nudatus defenſoribus Id. Ibid. 2, 6. Magiſtratus perditos praeſidio ſceleratorum ciuium, nudare Cic. pro Domo 2 c. 1. Pericula alicuius, non modo ciuium praeſidio, ſed etiam quorundam deprecatione nudare Cic. poſt red. in Senat. 30. Scelus aliquod nudare, *Indicare, patefacere* Liu. 35, 32. *pr.* Cic. de Orat. 2, 350 Libenter te cognitum iam artificem, aliquandoque euolutum illis integumentis diſſimulationis tuae nudatumque perſpicio. Cic. Verr. Act. 1, 11 Quaeſtura primus gradus honoris, quid aliud habet in ſe, niſi Cn. Carbonem ſpoliatum a Quaeſtore ſuo pecunia publica, nudatum et proditum Conſulem? Animos nudare Liu. 34, 24. *extr.* Facta alicuius nudare, *i. Detegere et prodere* Ouid. Amor. 2, 5, 5. Defectionem Aetoli iam et id magis indies nudabant, *i. Prae ſe ferebant, non tegebant* Liu. 35, 32. *conf. Gronou. ad* Liu. 44, 38. *et Burm. ad* Phaedr. 3 prol. Nec colles opere nudantur, ſi quis perite fodiat Plin. 17, 4. *i. ita coli poſſunt, vt a ventorum iniuria tuti ſint.*

NVDANS, antis. *Partic.* Ouid. Met. 10, 391 Inania nudans vbera. Catull. 65, 81 Nudantes reiecta veſte papillas.

NVDĀTVS, a, um. Partic. [γυμνωθεὶς] *Sic* Nudatus Liu. 3 *dicitur, cui veſtis inter rixandum dilacerata erat.* Caput nudatum Virg. Aen. 12, 312. Cacumina ſiluae nudata Ouid. Met. 1, 346. Cornicula nudata furtiuis coloribus Hor. Epiſt. 1, 3, 20. Corpus Catull. 62, 17. Crura Virg. Georg. 2, 7. Culmen nudatum tecto Liu. 27, 4. Sueton. Caeſ. c. 41 Nudati opere cenſorio, *Quibus nota cenſoria ademti equi, et alia ornamenta. Tuetur hanc lectionem Caſaubonus, contra Vrſinum, qui* notatos *ſuſpicabatur.* Fraus Claud. de Bell. Gildon. 427. Meſſes Ouid. Faſt. 3, 557. Montes Valer. Argon. 3, 232. Murus nudatus defenſoribus Caeſ. Bell. Gall. 2, 6. Pede nudato currere Tibull. 1, 3, 92. Reſpublica interitu Conſulum nudata Cic. Fam. 10, 17. Vis ingenii alicuius iuris ciuilis ſcientia nudata Cic. de Orat. 1, 172. Surae nudatae tollens tegmina Catul. Argon. ſ. 62, 129.

NVDATIO, ōnis. f. Plin. 18, 6.

NVDIPEDALIA, ium. n. *pl.* [γυμνοπόδια] Sacra erant Hieroſolymis, *vt ſcribit* Hieronymus contra Iouinianum. *De his meminit* Egeſippus l. 2 belli Iudaici. *Feſtum etiam apud Graecos, Romanos, Barbaros, in quo nudis pedibus oportebat omnes incedere.* Tertull. Apol. 40. Aquilicia Ioui immolatis, Nudipedalia populo denuntiatis. Idem de Ieiun. 16. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 3, 28. *Diſſert. Sagittar.* 3, 4. Hier. in Galat. 4.

NVDIPES, ĕdis. Tertull. de Pall. 5 Non expedit in algore et ardore rigere nudipedem.

N V G

NVGAE, arum, f. *pl. tantum.* [λῆρος, ὕθλος, φλυαρία, λέσχη] *ſunt proprie cantiones in laudem mortuorum.* Haec ſunt non nugae: non enim mortualia Plaut. Aſin. 4, 1, 63. *vid. Scaliger. Coniect. in* Varr. p. 143. *Deinde Sermones leuium rerum ac nullius ponderis, et plerumque ſcurriles, ioculatoriique. Vnde* Catullus *et* Martialis *Poëmata ſua vocant* Nugas, *vt de inanibus rebus, vel verbis loquentia.* Plaut. Amph. 2, 1, 57 Quas (malum) nugas? Nugae, a Non et Ago componi videtur, quod nihil agant Donat. *ad* Ter. Adel. 3, 3, 4. Nugae! Plaut. Capt. 5, 2, 16. *et* Curc. 1, 3, 36 *etc.* In nugis Poëtam non audio Cic. in Parad. 3. Archetypae nugae, *vid.* ARCHETYPVS. Bullatae Perſ. 5, 19. *i. inanes.* Plaut. Merc. 2, 4, 1 Pantheum diripuiſſe aiunt Bacchas, nugas maxi-

maximas fuiſſe credo, praeut quo pacto ego diuorſus diſtrahor. Apul. p. 296, 36 Nugas marinas et quisquilias litorales *dicit conchas.* Merae Cic. Att. 6, 3. Agere nugas, *vid.* AGO. Plaut. Aſin. 1, 1, 78. *et* Men. prol. v. 52. Armatus nugis Hor. Epiſt. 1, 18, 16. Aufer nugas Plaut. Truc. 4, 4, 7. Blattire nugas Plaut. Amph. 2, 1, 79. *it.* Curc. 3, 82. Conciliare, *vid.* CONCILIO. Concredere alicui ſuas Hor. Serm. 2, 6, 43. Delectari Cic. de Diuin. 2, 30. Garrire Plaut. Curc. 5, 2, 6. Meditari aliquid Hor. Serm. 1, 9, 1. *i. ſcortum quaerens: vid. Torrent. ad* Hor. Epod. 4, 7. Offendere amicum in Hor. de Arte Poët. 451. Poſtulare nugas Plaut. Trin. 2, 4, 40. Praedicare Idem Curc. 5, 3, 1. Relinquere Cic. Att. 6, 3. ¶ 2 Nugae, *pro Homine leui, nugatore, nebulone.* Nugarum in comitatu *Clodii* nihil Cic. pro Mil. c. 21 *pr. i. ſcorta, exoleti, lupae etc.* Cic. Att. 6, 3 Videaturne aut pietatis eſſe meae, fratrem: aut diligentiae, nugarum aliquid relinquere? Relinquere, *videlicet in prouincia, quum ipſe decederet.* Aliquid nugarum, *leuem hominem Meſſinium. Paullo poſt,* Quid eſt igitur quod laborem? amicos habet, meras nugas M. Scaptium. *h. e. Leues homines, et quos amicorum numero Brutus habere non debeat.* Id. ad Qu. Fr. 1, 2 Ego — Niciam Smyrnaeum, ego nugas maximas omni mea comitate ſum complexus. Nugas appellari voluit Plautus Omnia, quibus matronae vtuntur Non. 2, 587. *vid. mox* NVGIVENDVS.

NVGVLAE, arum. f. *pl.* Dimin. Mart. Capell. 1 p. 1 Nugulas ineptas aggarrire.

NVGAS. Adi. *indecl.* Chariſius 1 Nugas licet indeclinabile ſit, tamen commune trium generum eſt, hic et haec et hoc Nugas. *Putant fuiſſe apud* Plaut. Trin. 3, 3, 90. *et Taubm.* p. 1358. *Alii pro* Nugax *poni volunt.*

NVGAX, ācis. Adi. [φλυαρώδης] *Qui nugatur. Vnde et* Nugator *alias dicitur.* Vet. Gloſſ. Nugax, ἀκαῖος, σαπρὸς, ἀχρεῖος, φλύαρος. Ne ſis nugax Petron. Fragm. c. 52. *Add.* Cael. ad Cic. Fam. 8, 15.

NVGACĬTAS, ātis. f. [Gloſſ. ἀχρειότης, ἀχρειοσύνη,] *Nequitia, nugacitas.* Auguſtin. Epiſt. 67 *extr.* Omnis ab eo deleta eſt nugacitas.

NVGIGERV̆LVS, a, um. Adi. *Qui vana nuntiat* Plaut. Aul. 3, 5, 51. *Lambin. malit* nugiuendulus.

NVGĬGER, ĕra, ĕrum. *Aliud* Adi. [ληροφόρος] Nugigera manus, *h. e. Vana, et quae ſeipſam fefellit.* Cic. Att. 4, 5 Dices, vellem iampridem; ſcio te voluiſſe, et me; aſt nugigeram manum fuiſſe. *Ex vetuſto codice legitur,* Aſt num germanum fuiſſet? *vid. Graeu.* 378. *Corradin. de Alio in Lex. Crit. h. v. legit,* Aſt nunc geram manum. Fuiſſet, iam tempus eſt. *Aitque,* gerere manum *tractum a naufragis, qui manibus conantur ad litus accedere; et idem eſſe quod* laborare, omnia facere.

NVGILŎQVVS, a, um. Adi. Nugiloqui detractores Sariſb. Epiſt. 200.

NVGIPĂRVS, a, um. Adi. Qui Parit nugas Gloſſ. Iſidor.

NVGIVENDVS, *vel* NVGIVENDV̆LVS, i. m. [ληροπώλης] ab antiquis dicebatur, Qui aliquid mulieribus venderet, *inquit* Nonius 2, 587 Nam omnia quibus mulieres vtuntur, pro rebus vanis atque inanibus habentur. Plaut. Aul. 3, 5, 51 Nugiuendis res ſoluta eſt omnibus.

NVGOR, āri. Dep. [ληρέω, ὑθλέω, φλυαρέω, φληναφάω, ἐρεσχελέω, ἀδολεσχέω, βωμολοχέω] *Vana et nugas agere.* Cic. de Diuin. 2, 30 c. 13 *pr.* Democritus tamen non inſcite nugatur. Cum aliquo nugari Hor. Serm. 2, 1, 73.

NVGĀTOR, ōris. m. [φλύαρος, ἀδολέσχης] Plaut. Curc. 4, 1, 1 Edepol nugatorem lepidum lepide hunc nactus eſt Phedromus. Cic. de Senect. 27 Non vero tam iſti, quam tu ipſe nugator. Idem pro Flacc. 38 c. 16 Nunc vero non inſultabo vehementius, nec volitabo in hoc inſolentius, neque in iſtum nugatorem, tanquam in aliquem teſtem inuehar. Vet. Gloſſ. Nugator, ἀχρεῖος. *Item Scortator. Vid.* Lucil. *apud* Non. 1, 153. Perſ. 5, 127. *et* Prudent. Cathem. 2, 28.

NVGATORIVS, a, um. Adi. *Idem quod Nugalis.* [φλυαρώδης] Cic. de Nat. Deor. 1, 209 Tota res, Vellei, nugatoria eſt. Idem pro Caecin. 64 c. 23 Omnino ad probandum vtramque rem videam infirmam, nugatoriamque eſſe. Brut. et Caſſ. ad Cic. Fam. 11, 2 Leue eſt ac nugatorium. Mala nugatoriaque accuſatio Cic. pro Roſc. Amer. 42. Artes nugatoriae Plaut. Trin. 4, 22.

NVGATORIE. *Adu.* Auctor ad Herenn. 4 c. 36 Non contra tenuiter et nugatorie reſponſum?

NVGATRIX, icis. f. Prudent. Pſych. v. 434 Nugatricem aciem.

NVGĀLIS, e. Adi. [φλυαρώδης Onomaſt. Vet.] *Quod eſt nugis plenum, ſeu Quod eſt nugarum.* Gell. 1, 2 Sed theorematibus tantum nugalibus dilatrantes, obiurgatione iuſta inceſſuit. Idem 3, 16 Alii alia quaedam nugalia. Idem 4, 1 Scholica nugalia.

NVGALĬTAS, ātis. f. Gloſſ. vet. Nugalitas, σαπρότης.

NVGARIVS, a, um. Adi. Varr. de L.L. 6, 3 Diobolares, a binis obolis: ſcaeniculae ab ſcaeno nugario vnguento, *quod ſit inter* nugas, *a quibus* nugiuendi *dicuntur.*

NVGAMENTVM, i. n. [ὕθλημα] *Idem quod Nugae.* Apul. Met. 1 *extr.* p. 113, 31 A quo iſtorum nugamenta haec comparaſti? *de piſciculis, quos etiam* quisquilias *per contemtum modo appellarat.*

NVGO, ōnis. m. *pro Nugatore.* Apul. Met. 5 *extr.* p. 172, 2 Sed vtique praeſumis, nugo et corruptor, te ſolum generoſum. *Venus ad Cupidinem.*

NVGIDICVS, a, um. Adi. Nugidici ventilatores Sariſb. Met. 2, 7.

NVGIDOLOLOQVIDES, Plaut. Perſ. 4, 6, 21. *Al.* Nugipolyloquides, *et* Nugipililoquides.

N V L

NVLLATĔNVS, NVLLIBI, *etc. vid. poſt* NVLLVS.

NVLLVS, a, um. [μηδεὶς, οὐδεὶς] *Gen.* nullīus, *et aliquando in carmine* nullĭus, *e* Non *et* Vllus *compoſitum.* Cic. de Amicit. 30 Sic munitus eſt, vt nullo egeat. Idem Acad. 4, 104 Aſſentiri nulli rei. Fers te nullius egentem Hor. Epiſt. 1, 18, 22. Nullius addictus iurare in verba magiſtri Id. Ibid. 1, 1, 14. Nullus, *i. Nullius momenti et vtilitatis, ſiue Irritum et inane.* Cic. de Amicit. 98 c. 26 Nulla haec igitur amicitia, quum alter verum audire non vult, alter ad mentiendum paratus eſt. Nullus, *cum Genitiuo.* Cic. de Nat. Deor. 1, 98 Elephanto beluarum nulla prudentior. Nullus, *pro Non.* Ter. Andr. 2, 2, 33 Liberatus ſum Daue hodie tua opera. D. at nullus quidem. Idem Eun. 2, 1, 10 Memini, tametſi nullus moneas. Idem Hec. 1, 2, 4 Nullus dixeris. Virg. Georg. 1, 125 Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni. *Sic* Nulla viam Fortuna regit, nihil auctor Apollo ſubuenit Virg. Aen. 12, 405. Cic. Att. 11, 24 Philotimus non modo nullus venit, ſed ne per literas quidem, aut per nuntium certiorem facit me, quid egerit. Eidem 15, 22 Ego autem ſcripſi Sextum aduentare: non quo iam adeſſet, ſed quia certe id ageret, ab armisque nullus diſcederet. Cic. Off. 1 c. 2 Quis eſt, qui nullis officii praeceptis tradendis philoſophum ſe audeat dicere? *i. ſi non tradat praecepta.* Nullus admodum, *vid.* ADMODVM. Nulli duo concinunt Plin. 3, 1. *extr.* Nullus imperator fuit ex illo tempore, vir ille ſummus Cic. Fam. 7, 3. *med. de Pompeio.* ¶ 2 *Subſtantiua, quibus iungitur,* Amicitia eſt haec nulla, *modo vidimus.* Argumentum id quidem nullum eſt Cic. Tuſc. 2, 13. Ars nulla aut pertenuis Cic. de Orat. 1, 107. Conſilii nulli, *pro Nullius* Ter. Andr. 3, 5, 2. Die nullo non Senec. Epiſt. 12. Cic. de Finib. 5, 36 Vt et omnes partes habeat incolumes, et de virtutibus nulla deſit. De inimicis nulli ſuperſunt Cic. pro Marcell. 21. Liu. 5, 34 Alpes inde oppoſitae erant, quas inexſuperabiles viſas haud equidem miror, nulla dum via (quod quidem continens memoria ſit, niſi de Hercule fabulis credere libet) ſuperatas, *i. nondum vlla via.* Cic. de Legib. 2, 14 Igitur Tutias et Apuleias Leges nullas putas? Quintio tenues opes, nullae Facultates, exiguae amicorum copiae ſunt Cic. pro Quint. 1. Fides nulla regni ſociis Lucan. 1, 92. Plaut. Mil. 4, 8, 59 Caue iſtuc feceris, dicent te mendacem, nec verum eſſe, fide nulla eſſe te, *i. perfidum.* Fine nullo creſcunt vites Plin. 14, 1. Ter. Eun. 3, 1, 19 Regem elegantem narras. T. immo ſic homo eſt perpaucorum Hominum. G. immo nullorum arbitror, ſi tecum viuit. *i. Praeter eum nemo eſt, qui talem ferre ſecum velit.* Cic. Epiſt. 7, 3 Ex eo tempore vir ille ſummus nullus Imperator fuit. *de Pompeio.* Lites nullae, neque controverſiae ſunt Cic. de Orat. 1, 118. Literis nullis vir, *i. Illiteratus.* Plin. Epiſt. 6, 29 Video etiam multos paruo ingenio, Literis nullis, vt bene agerent, agendo conſecutos. Cic. Att. 2, 20 *pr.* Anicato vt te velle intellexeram, nullo Loco defui. Eidem 14, 15 Bruto certe meo nullo Loco deero. Nulla ſine deo Mens bona Sen. Ep. 73 *ſub f.* Nulio Modo Scribon. 101. 139. 205. Ter. Eun. 5, 2, 2 Quaſi dedita opera domi erant, vt nullo modo introire poſſem. Negotio nullo, *Sine difficultate.* Cic. Att. 10, 16 Cato Siciliam tenere nullo Negotio potuit. Idem pro Roſc. Amer. 80 Quare tu hoc propter multitudinem ſicariorum, nullo Negotio facere potuiſti. Cic. de Finib. 2, 69 Nullum ſuum officium ducerent, Niſi vt voluptati miniſtrarent. Numero nullo homo, *i. Nullius pretii, non dignus, qui in numerum aut rationem veniat.* Cic. Philip. 3, 16. *Add.* Id. de Orat. 3 c. 56 Oratio nulla ſit neceſſe eſt, aut omnium irriſione ludatur Cic. de Orat. 1, 50. Ordine paſſim nullo habitant Numidae Liu. 30, 3. Plaut. Pſeud. 1, 1, 92 Profecto nullo Pacto poſſum viuere. Partem in nullam, *pro Nullo pacto.* Cic. Fam. 13, 1 Ac te illud primum rogabo, ne quid inuitus mea cauſa facias: ſed id, quod mea intelliges, tua nullam in Partem multum intereſſe, ita mihi des, ſi tibi, vt id libenter facias, ante perſuaſeris. Q. Cic. de Pet. Conſ. 7 In petitione autem niſi id agas — nullus Petitor eſſe videare. Cic. Acad. 4, 141 Deque eo nulla Ratione neque pelli, neque moueri potes. Re nulla vna magis commendatur orator, quam ſplendore verborum Cic. de Clar. Orat. 216. Id. de Orat. 1, 38 Quod niſi feciſſet, Rempub. quam nunc vix tenemus, iamdiu nullam haberemus. Senem ecce me nullum Plaut. Caſin. 2, 4, 26 Eius Teſtamentum erat nullum. Cic. Verr. c. 45. ¶ 3 *Obſeru. Pleonaſticum eſt illud* Gell. 1, 2 Aſſeuerabat, nulli eſſe vlli magis ea omnia explorata, comperta, meditataque quam ſibi. *Sic MSS. et editt. vett. Recentiores* vlli *male omittunt: Gronouius in* vni *mutandum cenſet. Sed* vllus *eſt Diminutiuum ex* vnus. Nullus vllus *vt* Nemo homo Plin. 11, 2 In his tam paruis, atque tam nullis, quae ratio, quanta vis, quam inextricabilis perfectio! *i. quae ob paruitatem vix obſeruantur.* Nullus eſt hoc meticuloſus aeque Plaut. Amph. 1, 1, 137. *h. e. Nullus eſt hoc meticuloſior.* Nullus ſum, *pro Perii.* Ter. Hec. 4, 1, 6 Sed oſtium concrepuit: credo ipſum ad me exire, nulla ſum. *et* Eun. 5, 7, 22 Nullus ſum. *Vbi* Donatus, Plus eſt nullum eſſe, quam Periiſſe. nam qui perit, vel corpus habet reliquum: qui vero nullus eſt, ita eſt, ac ſi natus non ſit. Idem Andr. 3, 4, 20 *et* Plaut. Caſ. 3, 5, 1 Anima eſt amica amanti: ſi abeſt, nullus eſt Plaut. Bacch. 2, 2, 16. Liu. 6, 18 Vbi viſum inimicis eſt nullus repente fui. Nullius non facinoris ſocietas, *pro Cuiusuis facinoris.* Suet. Octau. c. 32. Martial. 8, 21 Quum facias verſus nulla non luce ducentos. *vid. ſupra.* Nullius, *pro Neutrius.* Cic. Fam. 10, 31 Quum vero non liceret mihi nullius partis eſſe, quia vtrobique magnos inimicos habebam, ea caſtra fugi, in quibus plane tutum me ab inſidiis inimici ſciebam non futurum. *Abſolute.* Hor. de Arte Poët. 324 Nullius auari, *i. Nullius rei. Conf. Burm. ad* Quinct. 2, 4 p. 139. *etc.*

NVLLATĔNVS. Adu. *ſaepe* Caſſiodor. οὐδαμῶς, *it.* nulla ratione Gloſſ. Cyrill. Mart. Capell. 2 Immortalitatis ſedem nullatenus obtinebis. *Conf.* Zenon. Cod. 8. t. 10. l. 12 §. 3. *et* Fulgent. de Epiph.

NVLLĬBI. Adu. Vitruu. 7, 1 Nullibi exſtantes. Onomaſt. Gr. Lat. οὐδαμοῦ, nullibi.

NVLLIFĬCO, āre. Vet. Interp. Iren. 4, 47. Tertull. aduerſ. Phyſ. c. 15. Hieron. Epiſt. 135. ad Sun. et Fretel. ἐξουδένωσας non putatis transferendum, Deſpexiſti; ſed ſecundum diſertiſſimum iſtius temporis interpretem, Nullificaſti.

NVLLIFICATIO, ōnis. f. Tertull. aduerſ. Marc. 4, 14 Quae ignominia, quae nullificatio.

NVLLIFICĀMEN, ĭnis. n. Tertull. aduerſ. Marc. 3, 7 *et* 17 Ignominia hominis et nullificamen populi.

NVLLĬTAS, ātis. f. Nullitas ſententiae *apud* ICtos, Canon. 1. Co. fin. de re iud. in 6.

N V M

NVM. [μῶν, ἆρα, μὴ ἄν, ἆρ᾽ οὖν] *Adu. interrogandi, cui ſubintelligitur negatio. Soli Indicatiuo iungitur.* Ter. Andr. 5, 3, 7 O ingentem confidentiam: num cogitat quid dicat? num facti piget? vide, num eius color, pudoris ſignum vsquam indicat? *Quaſi dicat, Non cogitat.* Hor. Serm. 2, 5, 58 Num furis? an prudens ludis me, obſcura canendo? Virg. Aen. 4, 730 Num lacrimas victus dedit, aut miſeratus amantem eſt? Num quod eloquentiae veſtigium apparet? Cic. de Orat. 1, 37. Num quo alio modo? Idem de Inuent. 2, 44 An num imperatorum ſcientia nihil eſt? Cic. de Diuin. 1, 24. ¶ 2 *Sed etiam putant pro* Nonne *vel* anne *ponit* Cic. pro Lig. 29 c. 10 Itaque num tibi videor, Caeſar, in cauſa Ligarii occupatus eſſe? num de eius facto dicere? *Verum ſi bene conſideres, etiam hic intelligitur reſponſio*

ſponſio negatiua. Nec multo certius illud Plin. Pan. 56, 2 Num omnia eiuſmodi, vt is optime *etc. vbi aperte* nonne *requiritur. Sed habent etiam* nonne *boni libri. Certior ratio particulae* An, *vbi vid. Apud* eundem Plin. Pan. 49, 4 *ab Aldo inde editum eſt* Num remiſſionibus tuis eadem frequentia — num tibi ſemper in medio cibus — num ex conuictu noſtro *etc. Sed recentiores paullatim, vni aut alteri* num, *Arntzenius Denique omnibus*, non *ſubſtituit.*

NVMNAM. [μῶν] Ter. Andr. 3, 4, 12 Hem numnam periimus?

NVMQVANDO, NVMQVIS, *vid.* NVNQVANDO, NVNQVIS.

NVMA, ae. m. Pompilius, [Νυμᾶς Πομπίλιος] *vir Sabinus, et a Romulo ſecundus rex, iuſtitia et pietate inſignis: De eo* Cicero de Orat. 2, 154 Numam Pompilium illum regem noſtrum fuiſſe Pythagoreum ferunt, qui annis permultis ante fuit, quam ipſe Pythagoras, quo etiam maior vir habendus eſt, quum illam ſapientiam conſtituendae ciuitatis duobus prope ſaeculis ante cognouit, quam eam Graeci natam ſenſerunt. *Conf.* Idem Tuſc. 4, 1. *et* Liu. 1, 32 *pr. et* 40, 29. Coniux Numae Egeria Ouid. Faſt. 3, 262. Antiqui regia parua Numae Ib. Triſt. 3, 1, 30. Munificus Numa Ouid. Faſt. 3, 385. Stat. Silu. 1, 4, 41 Non labente Numa timuit ſic curia. *Per ἀντωνομασίαν Hominem ſanctum notat et innocentem.* Martial. 11, 6 Ardua res haec eſt, opibus non tradere mores, Et cum tot Croeſos viceris, eſſe Numam. *Dixerat*, Tanta tibi eſt recti reuerentia, Caeſar, (*Neruam alloquitur*) et aequi, Quanta Numae fuerat: Sed Numa pauper erat.

NVMĀNA, ae. f. [Νυμᾶνα] *Oppidum Piceni in Italia* Mela 2, 4. Scopuloſae rura Numanae Sil. 8, 433.

NVMANTIA, ae. f. [Νομαντία] *Vrbs Hiſpaniae in Celtiberia, quae a Romanis obſeſſa per annos* XIIII, *quum haberet tantum quatuor hominum millia, non ſolum ſuſtinuit, ſed etiam vicit quadraginta millia Romanorum: tandem tamen a Scipione poſteriore poſt longam et arctiſſimam obſidionem deleta. Quum enim fame laborarent, nec eis daretur iuſti certaminis copia, omnia ſua et ſeipſos igni immiſerunt. Vid.* Florum 2, 17. Euerterunt Numantiam Romani Cic. Philip. 4, 13. Hor. Carm. 2, 12, 1 Nolis longa ferae bella Numantiae — Aptari citharae modis.

NVMANTĪNVS, a, um. Adi. [Νομαντῖνος] Bellum Numantinum Cic. Fam. 5, 12. Ouid. Faſt. 1, 596 Iſte Numantina traxit ab vrbe notam, *i. nomen.* Aui Numantini Propert. 4, 12, 30. Pira Plin. 15, 15.

NVMARIVS, NVMATIO, NVMATVS, *vid.* NVMVS.

NVMATIVS *habent quidam pro* MVNACIVS *gentis nomine.*

NVMELLA, ae. f. [κύφων] *eſt, vt ait* Nonius 2, 568 Machinae genus ligneum, quod ad diſcruciandos noxios parabatur, quo collum et pedes immittebant antiqui. *Nomen habere videtur inde, quod qui eo vinculo conſtricti erant*, nuere *demiſſoque capite eſſe cogebantur.* Numellam *enim, quaſi* Nuellam, *abundante litera* M, *intelligo a* Nuo, *vt Luellam a Luo. Turneb.* Plaut. Aſin. 3, 2, 5 Neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas, borias, tortoresque acerrimos. Numella *auctore* Feſto, Genus eſt vinculi, quo quadrupedes alligantur. Varro de R. R. 2, 9, 13 Conſueſaciunt quoque, vt poſſint alligari primum leuibus numellis, quas ſi abrodere conantur, ne id conſueſcant facere, verberibus eos deterrere ſolent. *De canibus. Legitur in emendato codice* Vinclis, *quod a Victorio inde receptum eſt.* Columel. 7, 8, 6 Nonnulli antequam pecus *iam mulgendum* numellis inducant, (induant *coniicit Brouckhuſius*) virides pineas nuces in mulctram demittunt. *Vid. Voſſ. Etym.* 347.

NVMELLI *eodem intellectu, vt ex optimis libris dedit Geſnerus.* Columm. 6, 19, 3 Vbi poſſint etiam numelli fabricari, vt inſerto capite deſcendentibus per foramina regulis ceruix teneatur.

NVMEN, ĭnis. n. [δαιμόνιον, θεῖον, θειότης] dicitur, *auctore* Feſto, quaſi Nutus dei, ac poteſtas. *Nempe a* Nuo *eſt* Numen, *vt a* Fluo Flumen. Lucret. 2, 632 *de Curetibus*, Terrificas capitum quatientes numine criſtas: *vt Homerus* δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν. Id. 4, 180 In quemcunque locum diuerſo numine tendunt. *Et* 3, 144 Paret, et ad numen mentis nomenque mouetur. *Hinc proprie.* Liu. 7, 37 Annuite, Quirites, nutum numenque veſtrum inuictum Campanis: *vt tamen ipſum epitheton* inuictum *ſimul ad illam ſollemnem diuinae naturae ac potentiae ſignificationem reſpiciat. Sic* Catull. Argon. ſ. 63, 204 Annuit inuicto caeleſtum numine rector. Numen, *inquit* Varro de L. L. 6, 5 Dicunt eſſe Imperium, dictum ab nutu. Actius, Multis nomen veſtrum, numenque ciendo. Perquam velim ſcire, eſſe phantaſmata et habere propriam figuram numenque aliquod putes Plin. ep. 7, 27. Numen eſt quoddam et vis deorum Cic. de Nat. Deor. 2, 95 c. 37. Numen, *Poteſtas dei, maieſtas.* Virg. Aen. 2, 777 Non haec ſine numine Diuûm Eueniunt, *i.* ſine fati neceſſitate, *vt ait* Seruius. Id. Ecl. 4, 47 Concordes ſtabili fatorum numine Parcae. Hor. Od. 4, 4, 70 Quas et benigno numine Iupiter Defendit. Virg. Aen. 1, 670 Ad te confugio, et ſupplex tua numina poſco. Seruius, Poſſibilitatem *interpretatur, et addit*, Notandum eſt, vnum Deum habere plura Numina. *Nempe* Numina *ſunt nutus inuicti et potentes. Plura huius generis ponentur* n. 3. *Pluralis exemplum etiam eſt.* Sil. 1, 93 Ennaeae numina diuae, *i. Proſerpinae.* ¶ 2 *Pro ipſo Deo, aut Dîs* Numen *et* Numina *frequentiſſime ponuntur.* Cultores numinis Ouid. Met. 1, 327. Amicum mihi numen Virg. Aen. 2, 233. Conſcia veri Id. Ibid. 2, 141. Conuerſa Virg. Aen. 5, 466. Cic. Acad. 4, 141 Quis poteſt, quum exiſtimet curari ſe a Deo, non et dies et noctes diuinum numen horrere? Redditum ſe diuino numine Reipublicae Cicero *teſtatur* pro Domo 143 c. 56. Prud. Ham. 340 Non tamen idcirco duo numina, nec duo rerum Artifices. Exorabile Iuuen. Sat. 12, 102. Implacabile Senec. Oedip. ſ. 4. Ineuitabile Stat. Theb. 9, 549. Virg. Georg. 4, 6 In tenui labor, at tenuis non gloria: ſi quem Numina Laeua ſinunt, auditque vocatus Apollo. Numina Laeua, deos dicit in laedendo magis, quam in iuuando potentes, quos idcirco deprecari agricolas monet. *Ex* Gell. 5, 12. Magna deûm Virg. Aen. 2, 623. *i. DI magni.* Maligna Iuuen. Sat. 10, 111. Velut praeſenti numine Scribon. Ep. *in. prouerbii loco.* Praeſens et propitium alicui Quinct. 4. prooem. Puro numine Iuppiter glaciat niues Hor. Carm. 3, 10, 8. ¶ 3 *Verborum formulae, quarum in quibusdam non tam Deus aut DI, velut perſonae, ſed poteſtas ac maieſtas deorum intelligitur.* Adorare Virg. Aen. 1, 52. Adſcribi numinibus, *vid.* ADSCRIBO. Colendum Stat. Theb. 9, 587. Contrahere ſibi iram numinis Ouid. Met. 2, 660. Defendunt numine ſuo atque auxilio nos dii immortales Cic. in Catil. 1, 29. Euenire ſecundis numinibus Tacit. Ann. 15, 34. Exercent te irae numinis Virg. Georg. 4, 453. Exorabile Caeſaris Stat. Silu. 5, 1, 164. Feror diuûm numine in arma Virg. Aen. 2, 336. Idem 11, 232. Horrere diuinum Cic. de Fin. 1, 141. Laeſum Virg. Aen. 1, 12. Metuens numinis ingenium Ouid. Faſt. 6, 260. Occurſare numinibus, *vid.* OCCVRRO. Orare Virg. Aen. 2, 233. Parent numini diuino omnes naturae Cic. de Diuin. 1, 20. Placabile Ouid. Triſt. 2, 142. Placare numen per ſacrum aliquod Ouid. Met. 13, 461. Placare diuinum precibus Cic. pro Domo 140. Precari caeleſte Ouid. Met. 1, 367. Precari magna Virg. Aen. 3, 634. Precamur ſancta Idem Ibid. 3, 543. Spernere diuûm Ouid. Met. 8, 740. Torquet caelum et terras qui numine Virg. Aen. 4, 269. Vendere numen interdictumque deorum immortalium alicui Cic. in Piſon. 48. ¶ 4 *In his, quae ſequuntur, etiam nunc Dii, nunc eorum vis et poteſtas intelligitur:* Numen venerabile Stat. Silu. 4, 6, 60. Non violabile Virg. Aen. 2, 154. Id. Ibid. 4, 382 Spero equidem mediis (ſi quid pia numina poſſunt) Supplicia hauſurum ſcopulis. Idem Georg. 4, 7. *et* Lucan. 3, 449. Ouid. Met. 9, 316. Aquarum numen Neptunus Id. Ibid. 4, 530. Belligerum Stat. Achil. 1, 504. Fontana numina Naiades Ouid. Met. 14, 327. Montana numina Panes Idem Epiſt. 4, 171. Ruſtica numina Fauni Id. Met. 1, 192. Silueſtria Idem Faſt. 2, 279. Doloris numina Quinctil. 6 prooem. Numina diuûm, *Oracula* Virg. Aen. 2, 123. Conceptum numen pectore Lucan. 5, 97. Manifeſto numine, *i. Manifeſto deorum iudicio, et quaſi nutu, quo ſignificent* Virg. Aen. 11, 231. Dii mouent numen, *i. vim ſuam declarant, aliquid magnum portendunt* Liu. 1, 55 *pr.* ¶ 5 Numen, pro Habitu atque ornatu *interpretatur* Nonius 2, 579. Virg. Aen. 2, 396 Vadimus immiſti Danais, haud numine noſtro. *Melius* Seruius, Numine noſtro, Aut diis contrariis, aut quia in ſcutis Graecorum, Neptunus: in Troianorum, fuerat Minerua depicta. *Solum illud prius cum Cerda verum puto.* Numen non noſtrum *eſt alienum, non ſtans a noſtris partibus: laeta enim illa initia, de quibus Poëta, male mox ceſſere.* ¶ 6 Romani *et Imperatores ſuos* Numinis *appellatione honorabant. Iam* Liu. 8, 34 Dictaturis edictum pro numine ſemper obſeruatum. *Mutata Rep. Formula ſollemnis*, DEVOTVS NVMINI MAIESTATIQVE EIVS. Diuus genitor Numinis tui Sym. 10, 34 *et* Ep. 30 De iudicio numinis veſtri. *Add.* Id. 10, 21. *Vid. Voſſ. de Idol.* 3, 17. *et Boecler. de Auſpic. Reg.* 3, 5. ¶ 7 *In obliquis confundi a librariis ſolent* Numen *et* Munus.

NVMERIA, ae. f. *Dea numerorum, ſ.* quae numerare pueros doceat, *vt vult* Auguſtin. de Ciu. Dei 4, 11. *It.* Dea, cui in partu precabantur, *ſecundum* Varr. *ap.* Non. 4, 319. *cuius locum damus in Aduerbio* NVMERO.

NVMERATVS, NVMERO, NVMEROSVS, *etc. vid. paullo infra.*

NVMĔRIVS, i. m. [Νυμέριος] *a* Numero *Aduerbio praenomen ductum eſt, v. v.* Feſtus, *qui Fabiae genti aſſignat. Non Fabiae tantum gentis, ſed etiam aliarum eſſe docet Spanh. de Num. diſſ. 10.*

NVMERVS, i. m. [ἀριθμός] *Vnitatum collectio, menſura quaedam et finitio multitudinis.* De Figuris numerorum, quas antiquiſſimi habent codices, *eſt libellus* Priſciani *apud Putſchium* p. 1346 ſqq. *cuius ſummam breuiter hic ponemus, hoc tantum obſeruato, curuas illas lineas, quibus* quingenti *et deinceps formantur*, a Priſciano *vocari* Apoſtrophos: *tum hos numeros alternis quincuplam habere rationem, et duplam etc. vid. Manut. ad* Cic. Att. 1, 6 *et Alciat. Parerg. Iur.* 10, 25. *it. Huetiana* c. 47. *Sed hi ſunt numeri ex Priſciani diſciplina:*

Antiquae notae:	*Significatio.*	
I	1	vnus
V	5	quinque
X	10	decem
L	50	quinquaginta
C	100	centum
IƆ	500	quingenta
CIƆ	1000	mille
IƆƆ	5000	quinque millia
CCIƆƆ	10000	decem millia
IƆƆƆ	50000	quinquaginta millia
CCCIƆƆƆ	100000	centum millia
IƆƆƆƆ	500000	quingenta millia
CCCCIƆƆƆƆ	1000000	decies centena millia.

Non erat, *inquit* Plinius 33, 10 *pr.* ſ. 47 Apud veteres numerus vltra centum millia. itaque et hodie multiplicantur haec, vt, decies centena millia, aut ſaepius, dicatur. *Exempla numerorum plurima vno loco ſuppeditabit* Colum. 5, 1 ſqq. *Verum nos nunc non numeros, ſed nomen* Numerus *declaramus. Ergo qua haſce* Priſciani *traditiones non ſine riſu confutat atque proſternit.* ¶ 2 Numerus *aliquando refertur ad ea, quae menſurantur: vnde* Magnum numerum frumenti, olei, vini *etc. magnam vim et copiam intelligimus. v. g.* Cic. pro Planc. 64 Frumenti in ſumma caritate maximum numerum miſeram. Caeſ. B. C. 2, 18 *pr.* Frumenti magnum numerum coëgit. Hirtius de B. Afr. 67 Magno inuento hordei, olei, vini, fici numero, pauco tritici. Cic. Philipp. 2, 66 Maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti. Magnus numerus frumenti Hirt. B. Afr. 8 *et* 9 *it.* 65. Cic. Verr. 2 c. 72. Numero ac ſumma ſua, pecunia quanta ſit oſtendit Cic. pro Cluent. 87. ¶ 3 Numerus, *Societas, grex, certum genus etc. Vnde dicimus* aliquem ex eorum numero, *qui eſt eorum particeps.* Salluſt. Catil. c. 32 *pr.* Dum haec Romae geruntur, C. Manlius ex ſuo numero legatos ad Martium regem mittit, *vid.* n. 5 Colere, Ducere *etc.* Integer numerus militum Cic. Fam. 3, 3. *i. omnes milites.* ¶ 4 Numerus, *pro Honore vel exiſtimatione, cum quae negliguntur, ne numerentur quidem.* Cic. Philipp. 2, 3 Itaque quem locum apud ipſum Caeſarem poſt eius ex Africa reditum obtinuiſti, quo numero fuiſti? Qua exiſtimatione, quo gradu dignitatis? Nullo numero homo, *vid.* NVLLVS, *it.* n. 3 Habere *et* Haberi in numero: *it.* Sum in numero. *Et contra* Numerus *pro Turba ſine nomine, et dignitate, quae modo faciat, vt numerus augeatur, praeterea nihil. Vnde* Hor. Epiſt. 1, 2, 27 Nos numerus ſumus et fruges conſumere nati. ¶ 5 *Iam epitheta et verborum formulas ponemus.* Breuiores numeri Quinctil. 1, 10. Centenarius, Duplaris *et* Triplaris, Immanis, Impar, *vid. ſuis locis.* Infinitus Quinctil. 5, 10. Innumeralis Lucret. 2, 1085. Singularis, dualis, ac pluralis Quinct. 1, 5. Quadratus, *i. qui in ſe ipſe ductus multiplicatur: vid.* Boëth. de Muſ. 2, 6. Gell. 1, 20. *vt, bis duo, ter tria, etc.* Quinct. 5, 7 Et ſi deficietur numero pars diuerſa, paucitatem: ſi Abundabit, conſpirationem: ſi humiles producit, vilitatem: ſi potentes, gratiam oportebit inceſſere. Accipi in numero,

numero, *vid.* ACCIPIO. Paterculus 2, 30 *extr.* Gladiatorum numerus in tantum Adoleuit, vt qua vltimo dimicauere acie, quadraginta millia hominum ſe Romano exercitui oppoſuerint. Cic. Q. Frat. 1, 1, 12 Quo ex genere ſi quem forte tui cognoſti amantiorem (fieri enim potuit) quam temporis, hunc vero ad tuum numerum libenter Adſcribito. Adſcribere in numerum, *vid.* ADSCRIBO. Aequati numero, *vid.* AEQVO, are. Augere numerum Lucret. 1, 437. Colere ac venerari in numero deorum immortalium Cic. contra Rull. 2, 95 c. 35. Collocare in deorum numero, *vid.* COLLOCO. Componere numero in turmas Virg. Aen. 11, 599. Seruius, Numero, *i.* Rationabiliter. Vnde et Saepe numero dicimus. i.e. Frequenter et rationabiliter. *Sed nihil iſta ſubtilitate opus. Numerus ſuus aequalis vnicuique turmae aſſignatus.* Comprehendere numero Virg. Georg. 2, 104. Conficere numerum Cic. pro Cluent. Id. de Orat. 2, 56 Thucydides ita creber eſt rerum frequentia, vt verborum prope numerum ſententiarum numero conſequatur, *i. tot paene ſententias habeat, quot verba.* Continere Id. de Finib. 3, 24. Conuenit numerus, *vid.* CONVENIO. Hic tantum boreae Curamus frigora, quantum aut numerum lupus aut torrentia flumina ripas Virg. Ecl. 7, 51. Defici aliquem numero Quinctil. 5, 7. Digerere folia in numerum, *i. ordinem* Virg. Aen. 3, 446. *Sic* Diſtribuere in numeros, *h. e. In ordines, vel ita per numeros diſponere, vt poſtea in ordines reduci poſſint* Plin. Epiſt. 10, 29. Duci in numero et loco hoſtium Cic. Verr. 5, 124. Efficere numerum Id. Fam. 8, 8. Eiicere e numero Idem Philipp. 13, 1. Liu. 3, 5 Difficile ad fidem eſt, in tam antiqua re, quot pugnauerint ceciderintue, exacto affirmare numero; audet tamen Antias Valerius concipere ſummas. Romanos cecidiſſe in Hernico agro V mil. ac CCC. ex praedatoribus Aequorum, ab A. Poſtumio Conſule duo millia et CCCC caeſos. *Paullo poſt:* Interfecta inde quatuor millia, et Exſequendo ſubtiliter numerum, CC ait et XXX. Eximere aliquem numero beatorum Hor. Carm. 2, 2, 18. Eximere numero, *eſt Eximium, et egregium, et ſingularem aliquem conſtituere* Quinctil. 1, 4. Explere, *vid.* EXPLEO. Gliſcere numero Tacit. Ann. 4, 5. Plaut. Pſeud. 4, 2, 5 Habui numerum ſedulo, hoc eſt ſextum a porta, proximum angiportum, *i. Attendebam, quotus eſſet.* Habere rationem numerumque Cic. Verr. 5, 70. Id. Fam. 13, 22. Ipſum ſuo nomine diligas, Habeasque in numero tuorum. *Add. ibid.* ep. 6. Id. Verr. 2, 134 Sed ne miremini, qua ratione is tantum apud iſtum libertus potuerit, exponam vobis breuiter quid hominis ſit: vt et iſtius nequitiam, qui illum ſecum Habuerit, eo praeſertim numero ac loco, et calamitatem prouinciae cognoſcatis. Haberi, *vel* eſſe numero *vel* in numero aliquo: *cui* Deſpici *opponitur.* Eodem numero Haberi Scribon. Ep. in. *i. pari loco ſ. pretio.* Varro de R. R. 1, 17 Quod ita quum ſit, minus ſe putant deſpici, atque aliquo numero Haberi a domino. Brutus ad Atticum, Quid enim tam alienum ab humanis ſenſibus eſt, quam eum patris Habere loco, qui ne liberi quidem hominis numero ſit? Metiri numerum Stat. Theb. 6, 263. Mutare Quinctil. 1 c. 6. Notare numeris Scribon. Ep. fin. Cic. de Clar. Orat. 175 Dicebat etiam L. Scipio non imperite, Cneusque Pompeius F. aliquem numerum Obtinebat. *Subaudi inter oratores,* *vid.* OBTINEO. Cic. de Nat. Deor. 1, 106 Sic enim dicebas, ſpeciem dei percipi cogitatione, non ſenſu, nec eſſe in ea vllam ſoliditatem, neque eandem ad numerum Permanere. Peruenire in Cic. in Brut. Putari in Id. in Piſon. 35. Recipere aliquem in numerum exercitus Vell. 2, 73, 3. Redigi ad duorum Ouid. Met. 6, 199. Referre aliquem in Cic. de Diuin. 2, 4 c. 1. Replere Lucret. 2, 535. Reponere in Cic. Verr. 3, 210. Seiungere ex Id. ibid. 4, 2. Subducere Catul. in Epithal. Iuliae, ſ. 59, 208. Sum: Ad numerum Eſſe, *vid.* AD. Cic. Fam. 13, 24 In primiſque libertus eius, L. Coſſinius Anchialus, homo et patrono, et patroni neceſſariis, quo in numero ego ſum, probatiſſimus. In aliquo numero Eſſe Id. in Orat. c. 61. *i. exiſtimatione.* Aliquo numero Eſſe Id. Fam. 1, 10. Hoc Erit in magno numero noſtrorum malorum, *i. Augebit numerum noſtrorum malorum* Id. Att. 3, 1. Eſſe in numero ciuium Id. pro Domo 82. Cic. de Orat. 3, 213 c. 56 Actio, inquam, in dicendo vna dominatur: ſine hac ſummus orator Eſſe in numero nullo poteſt. *i. In nullo prètio.* Liu. 7, 30 Conditorum, parentum, deorum immortalium numero nobis Eritis. *conf.* Cic. Diu. in Q. Caecil. c. 19. Numero, *i. Loco: paullo enim ante dixerat eadem de re:* Sic enim a maioribus noſtris accepimus, Praetorem, Quaeſtori ſuo, parentis loco Eſſe oportere. Venerari in numero deorum aliquos Cic. pro Lege Agrar. 2, 95. Venire in numerum oratorum Id. de Orat. 1, 115. Ad centena numero, *vid.* AD *Praepoſitionem.* Numero quinque Scribon. 70. — XX 177. — XXX 148. Rari quippe boni, numero ſunt vix totidem, quot Thebarum portae vel diuitis oſtia Nili Iuuenal. 13, 26. Numerorum arenarius, *vid. ſ. l.* n. 3.

¶ 6 *Vt* Ratio *ad computandi diſciplinam proprie pertinet, deinde vero ad omne genus cauſarum, conſiliorum, finium refertur, ſic* Numeri *videntur dicti pro rationibus et cauſis perſuadendi.* Compulit me ad hoc conſilium non ſolum conſenſus ſenatus, (quamquam hic maxime) verum etiam alii quidam minores, ſed tamen numeri Plin. ep. 3, 4, 5.

¶ 7 Numerus, *pro Ratione harmonica ponitur, quam Graeco vocabulo Rhythmum appellamus, quod omnis harmonia et omnis concentus numeris eorumque proportionibus, vel conſtet, vel ſignari certe exprimique poſſit. Itaque* numeros *appellant, quidquid* ordine, menſura, proportione *quadam moveri ac progredi volunt intelligi: quidquid in artibus ordine quodam et alternatione, et dinumeratis quaſi temporibus peragitur, vt in oratione, verſu, cantu, ſaltatione, armorum motu, fabrorum pulſibus illud omne* Numerus *eſt.* Virg. Ecl 9, 45 — Numeros memini ſi verba tenerem. *Hinc,* Oratio, *quae* numeris *caret,* ſoluta *dicitur: quae vero* numeris *conſtat,* numeroſa. Cic. Acad. 1, 9 c. 3 *pr.* Atque ipſe varium et elegans omni fere numero poëma feciſti. Id. in Orat. 77 Primum igitur eum tanquam e vinculis numerorum eximamus: ſunt enim quidam, vt ſcis, oratori numeri, de quibus mox agemus, obſeruandi ratione quadam, ſed alio in genere orationis, in hoc omnino relinquendi. *Numeros tanquam vincula appellat, vel quod oratorem quodammodo alligant ad eos obſeruandos: vel (quod magis placet) quia membra et periodos orationis vinciunt, et egregie coniungunt.* Numerus et modus oratorius Cic. de Orat. 1, 151. Flebiles numeri Ouid. Faſt. 2, 109. Impares numeri, *Elegiaci* Id. Amor. 3, 1, 37. Leuioribus numeris apta materia Id. ibid. 1, 1, 19. Adiungere numeros, *vid.* ADIVNGO. Adiunxit primus numeros verbis ſolutis Iſocrates Cic. in Orat. 174. Alligari numero Quinctil. 4, 5. Adſtringere orationem numeris Cic. de Orat. 3 c. 44. Adſtringitur hiſtrio moderatione certa quadam numerorum Id. ibid. 1, 254. Canere in cantu numeros, *vid.* CANO. Claudere ſententias numeris Cic. in Orat. 229. Commetiri numero, *vid.* COMMETIOR. Contentae numeris fides Cic. de Fin. 4, 75. Deeſt numeris ſuis iuuenta Ouid. Am. 3, 7, 18. Edere arma graui numero Id. ibid. 1, 1, 1. Explere numerus et conficere verſus, eius eſt, qui fidibus vtitur Cic. Acad. 4, 22. Sponte ſua carmen numeros veniebat ad aptos Ouid. Triſt. 4, 10, 25. Molli numero fluunt carmina Perſ. 1, 64. Numeris et modis Ineſt quaedam tacita vis Quinctil. 9, 4, 13. Virg. Georg. 4, 174 Illi inter ſeſe magna vi brachia tollunt In numerum. Armati In numerum pulſarent aeribus aera Lucret. 2, 636. Id. 2, 631 Ludunt, in numerumque exſultant ſanguine laeti. Extra numerum ſi ſe moueat hiſtrio, exſibilatur et exploditur Cic. in Parad. 3. Nectere verba numeris, *Carmina componere* Ouid. ex Pont. 4, 2, 30. Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum Virg. Aen. 6, 646. Redigere in quadrum numerum ſententias Cic. in Orat. 208. Seruari oportere modum et numerum in oratione ſoluta Id. de Clar. Orat. 32. Soluti numeri lege Hor. Carm. 4, 2, 10.

¶ 8 *Hinc ad omnem perfectionem, officiumque omne refertur:* Omnibus numeris abſolutus Plin. Epiſt. 9, 38 *extr.* Per numeros venient iſta gradusque ſuos Ouid. A. A. 1, 482. Id. Met. 7, 126

Vtque hominis ſpeciem materna ſumit in aluo,
Perque ſuos intus numeros componitur infans,
Nec niſi maturus communes exit in auras Sic, *etc.*

Omnibus numeris Pudoris πολλὴν πρόνοιαν ἔιχεν, ἐυσχημόνως πεσεῖν Plin. ep. 4, 11, 9. Obire omnes numeros comitatis Id. in Paneg. 71, 6. Perfectum expletumque omnibus ſuis numeris et partibus Cic. de Nat. Deor. 2, 37 c. 13 *extr.* Id. de Diuin. 1, 23 Itane vero quidquam poteſt caſu eſſe factum, quod omnes habeat in ſe numeros veritatis? Continere omnes numeros virtutis Id. de Fin. 3, 24. Non verba ſequi fidibus modulanda Latinis, ſed verae numerosque modosque ediſcere Vitae Horat. epiſt. 2, 2, 143. *Et* Epiſt. 1, 18, 59 Nil extra numerum feciſſe modumque Curas. Ouid. ex Ponto 2, 8, 3 Vtque ſuum munus numerum quem debet haberet. Idem Her. 4, 88 Veneri numeros eripuiſſe ſuos. *Et* Am. 3, 7, 18 *in querela fruſtra tentatae Veneris:* Quae mihi ventura eſt, ſiquidem ventura, ſenectus? Cum deſit numeris ipſa iuuenta ſuis. *Et de eadem re* v. 25 Exigere a nobis anguſta nocte Corinnam, Me memini numeros ſuſtinuiſſe nouem. *Poteſt hic ſpeciatim ad palaeſtricos numeros et motus reſpexiſſe Poëta. Nimirum*

¶ 9 Numeri *de arte mouendi corporis et membrorum in palaeſtra, gladiatoria, ſaltatoria, militari pulchre adhibentur.* Vt palaeſtrici doctores illos, quos numeros vocant, non idcirco diſcentibus tradunt, vt his omnibus ii, qui didicerint, in ipſo luctandi certamine vtantur, — ſed vt ſubſit copia illa, ex qua vnum aut alterum, cuius ſe occaſio dederit, efficiant Quinctil. 12, 2, 12. Quemadmodum magnus luctator eſt, non qui omnes numeros nexusque perdidicit, quorum vſus ſub aduerſario rarus eſt; ſed qui in vno et altero ſe diligenter exercuit, et eorum occaſionem diligenter exſpectat Sen. de benef. 7, 1. *conf. h. l. Lipſ.* Numeri, *abſolute, Verſus.* Auſonius Eidyll. 4, 47 Tu flexu et acumine vocis Innumeros numeros doctis accentibus effer. *i. Comicos, lege ſolutos. Vid.* INNVMERVS n. 2.

¶ 10 Numeros *Pythagoras et Plato vocabant ipſa rerum principia, e quibus certa lege et motu omnia orirentur et conſtarent.* Macrobius in Somn. Scip. 1, 13 Conſtat Numerorum certam conſtitutamque rationem animas ſociare corporibus. Hi numeri dum ſuperſunt, perſeuerat corpus animari. Quum deficiunt, arcana illa vis ſoluitur, qua ſocietas ipſa conſtabat. Et hoc eſt quod fatum et fatalia vitae tempora vocant. Hinc eſt illud doctiſſimi vatis. (Virgilii Aen. 6, 545.) Explebo numerum, reddarque tenebris. Haec eſt igitur naturalis vere mors, cum finem corporis ſolus numerorum ſuorum defectus apportat *etc. Huc pertinent illi* numeri muſici, *quos ad negotium vitae et generationis transferebant. Vid.* Macrobius paſſim. *Sic* Numerum parem, imparem *hunc rebus perfectis illum imperfectis aſſignabant etc.*

¶ 11 Numeri *in re militari frequentes. Cum enim ſuus vnicuique numerus aſſignatus eſſet atque inſcriptus, hinc ipſae cohortes et ordines vocantur* Numeri. Diſtribuere militem in numeris *ſ.* per numeros Plin. ep. 10, 38 *et* 39. *conf. h. l. Buchn. et Longol. Lipſ. ad* Tac. Hiſt. 1 n. 25. Et tunc quidem confecta res eſt, Reuocatis ad officium numeris Suet. Veſp. c. 6. Sparſi per prouinciam numeri Tac. Agric. 18, 3. *Transfertur etiam ad naues:* ſi ſuum numerum naues haberent Cic. Verr. 5 c. 51. Flecte ratem, numerum non habet illa ſuum Ouid. Her. 10, 36. *Nempe milites et nautae numero praeſcripto.* Vlpian. in l. vnica. D. de bonorum poſſeſſione ex teſtamento militis, Si quis militum ex alio numero tranſlatus ſit in alium: quamuis et hinc ſit exemtus, et illo nondum peruenerit: tamen poterit iure militari teſtari: eſt enim miles, quamuis in numeris non ſit. Paullus in l. Quod dicitur. D. de militari teſtamento, Poſtquam deſiit in numeris eſſe. Manere in numeris Vlpian in l. 4 D. de militari teſtamento. Vlpian. in l. ex eo tempore. D. de militari teſtamento, Ex eo tempore quis iure militari incipit poſſe teſtari, ex quo in numeros relatus eſt: ante non. Proinde qui nondum in numeris ſunt, licet etiam lecti vel tirones ſunt, et publicis expenſis iter faciunt, nondum milites ſunt. Debent enim in numeros referri. Plin. Epiſt. 3, 8, 4 Neque enim adhuc nomen in numeros relatum eſt: ideoque liberum eſt nobis Siluanum in locum tuum ſubdere. In numeros, *i. In ordinem, Tribunorum ſcilicet. Dicimus milites nondum relatos in numerum, quum delecti quidem ſunt, nondum tamen in ſuos ordines peruenere. Vid.* *Torrent. ad* Suet. Veſp. c. 6.

¶ 12 Numeri, *Teſſerae. In teſſeris enim antiquorum vt noſtris, ſcripti erant tantum numeri: vnde* iactare numeros, *pro iacere teſſeras dixit* Ouidius de Arte Am. 2, 203 Seu ludet numerosque manu iactabit eburnos, Tu male iactato, tu male iacta dato. Id. Art. 3, 355 Et modo tres iactet numeros, *i. talos.*

NVMERO. Adu. *Si* Nonium audimus 4, 319 ſignificat Cito. *Et apparet, licet locus vehementer corruptus ſit, etiam* Feſtum, *qualem nunc habemus, per* cito *vel* nimium cito *interpretatum. Interim et etymologia ſuadet, et vſus, in quantum de eo certe conſtare poteſt hodie,* numero *eſſe idem ac* cum numero *id eſt appoſite, opportune, ſumta ratione a muſicis, palaeſtra, et illis artibus, vbi ad numerum congruere certi motus debent.* Plaut. Maen. 2, 2, 13 Menaechme, numero huc aduenis ad prandium, *i. opportune.* Idem Mil. 5, 7 Haud etiam numero hoc dicis, *nondum maturum et opportunum eſt dicere te* Perii; *ſed mox erit. Sic* Caſin. 3, 5, 21 Quid vis ancilla? P. nimium ſaeuis. S. numero dicis? *Opportune: nam verum eſt, ſaeuio.* Idem Amph. 1, 1, 25 Numero mihi in mentem fuit, Opportune. *Et* Merc. 4, 4, 37 Numero purgitas, *ironice, eodem intellectu. Sed* Epid. 2, 2 *extr. non* numero *legitur apud Gronou. Sed* I, numera, nihil ego te moror. *Talia ſunt etiam*

etiam alia apud Nonium, *v. g. illud* Turpilii, Nunquam nimis numero quemquam vidi facere, quam facto eſt opus. *Interim* ¶ 2 Numero *etiam* cito *ſignificare vel* Varroni *credendum eſt apud* Non. l. c. Vt qui contra celeriter erant nati, fere Numerios praenominabant, quod qui cito facturum quid ſe oſtendere volebat, dicebat, numero id fore; quod etiam in partu precabantur Numeriae, quam deam ſolent indigetare etiam Pontifices. *Huc etiam retuleris illud* Varronis *ibid.* Quid (*f.* quum) puer rogaſſet, et petaſatus capite annuiſſet, ac diſcedens numero ait venire adoleſcentem: *et* Afranii, Numero inepti pertinuiſtis caſſam terriculam aduerſarii. *De Feſto iam diximus.*

NVMERŌSVS, a, um. Adi. *Quod magno conſtat numero.* Plin. Epiſt. 10, 50 Hoc opus numeroſas poſcit manus, *h. e. Multas.* Idem in Paneg. 28 *pr.* Alio me vocat numeroſa gloria tua. Ambitu numeroſiore litorum circumflectitur Ionia Plin. 5, 29. Brachia numeroſa ducere Ouid. Amor. 2, 4, 29. *h. e. Ad certam legem et menſuram.* Cauſa numeroſiſſima Plin. Epiſt. 2, 9. Cicatrix numeroſa Claud. de Bell. Get. 482. Ciuitas numeroſiſſima Tacit. Agric. 17, 2. Cohors Plin. 7, 44. Martial. 4, 1 *Ad* diem *natalem Domitiani*, Longa, precor, Pylioque veni numeroſior aeuo. Geſtus Ouid. ex Pont. 4, 33. *al.* Greſſus. Gymnaſium longe numeroſius laxiusque, quam fuerat, reſtituere coeperunt Plin. Ep. 10, 48. *Credo, membra plura, columnas, ſtatuas, quod haberet.* *Sic* Hortus Colum. 10, 6. *i. in multas areas diuiſus.* Loci Quinct. 6, 3. Laus Lucan. ad Piſon. 66. Malum Senec. Herc. fur. 4, 8. Opus, *vid.* OPVS. Partus Plin. 11, 40. Pectus muſculorum toris numeroſum Col. 6, 29, 2. *i. frequentes muſculos ac toros habens: vt mox* ſ. 3 Feminibus toroſis ac numeroſis. Phalanx Valer. Argon. 1, 436. Quaeſtus numeroſiur Claud. in Eutrop. 1, 219. Subſellia numeroſa implentur Plin. Epiſt. 2, 14. Suffragia numeroſiſſima Idem 7, 29. Varietas Id. 9, 17. Idem numeroſiſſima 11, 37 ſ. 53. Vrbes Claud. de Bell. Gildon. 259. ¶ 2 Horatius numeroſus Ouid. Triſt. 4, 10, 49. *i. concinnus carmine.* Numeroſa oratio Ciceroni *dicitur* in Orat. 220 c. 65 *Quae eſt ſimilis numerorum, non plane e numeris conſtans, add. ib.* c. 62. Idem de Orat. 3, 183 Etſi numeroſum eſt id in omnibus ſonis atque vocibus, quod habet quasdam impreſſiones, et quod metiri poſſumus interuallis aequalibus.

NVMERŌSE. Adu. Cic. de Orat. 3, 175 Et tamen eam coniunctionem ſicuti verſuum numeroſe cadere et quadrare et perfici volumus, *vt ſentiatur numerus oratorius. Sed ad muſicos numeros pertinet, quod dixit* Idem de Nat. Deor. 2, 22 Quid ſi platani fidiculas ferrent numeroſe ſonantes? Numeroſe et apte cadens comprehenſio Idem in Orat. 281 c. 62. *Add. ib.* c. 64. Id. de Clar. Orat. 54 c. 8 Ipſa natura circumſcriptione quadam verborum comprehendit concluditque ſententiam: quae quum aptis conſtricta verbis eſt, cadit etiam plerumque numeroſe. Circumſcripte et numeroſe dicitur Id. in Orat. c. 66. Apte et numeroſe dicere Id. in Orat. 281. Numeroſe et volubiliter orationem fundere Id. in Orat. 210. *Compar.* Diſtinctius numeroſiusque omnia dicere Gell. 7, 3. *Superl.* Sententias numeroſiſſime verſare Quinctil. 10, 5. Familias numeroſiſſime comparare Apul. de Deo Socr. *extr.*

NVMEROSĬTAS, ātis. f. Macrob. Saturn. 5, 10 Ad ſignificationem numeroſitatis innumerae. *i. Ad ſignificandum numerum immenſum.* Idem 1, 22. Sidon. Epiſt. 7, 2. Oroſ. 4, 5. *et* Tertull. de Monog. c. 4. Auguſtin. de Doctr. Chriſt. 2, 14. Varro numeroſitate ſcriptorum verendus Sidon. Carm. 23, 151.

NVMERĀLIS, e. Adi. [ἀριθμητικὸς] *Quod ad numerum pertinet: vnde,* Numeralis ſcientia, *Quae tractat de numeris; Graece Arithmetice dicitur.* Numeralia nomina, *apud Grammaticos, Quibus vtimur in numerando.* Onomaſt. vet. Numerale, ἀριθμητικόν.

NVMERABĬLIS, e. Adi. [ἀριθμητὸς] *Quod numerari poteſt.* Populus numerabilis, *i. Paruus, modicus, paucus* Hor. de Arte Poët. 206. *Ita loquuntur Graeci. Theocrit.* εἰδ. 15 *quod inſcribitur* χάριτες, φίλων μόρον ἀγγελέοντας τέκνοις, ἠδ᾽ ἀλόχοισιν, ἀριθματὺς ἀπὸ πολλῶν. *Monuit Lambin. conf. Caſaub. Lect. Theocr. c. 17. et Taubm. in* Plaut. Aſin. 2, 4, 91.

NVMĔRO, āre. [ἀριθμέω] *Per numeros recenſere vel colligere et metiri.* Virg. Ecl. 5, 34 Bisque die numerant ambo pecus. Per digitos numerare Ouid. Faſt. 3, 123. Argumenta ſi ex reis numeres, innumera ſunt: ſi ex rebus, modica Cic. de Orat. 2, 137. Imbres hibernos citius numraueris. *i. guttas cadentes hieme* Stat. Silu. 3, 3, 97. Tempora ſi numeres, bene quae numeramus amantes Ouid. Epiſt. 2, 7. Numerare, *Recenſere ordine.* Virg. Georg. 4, 347 Aque Chao denſos diuûm numerabat amores. *Sic* Cic. Philipp. 2, 3 Multi praeterea improbi, quos quidem a ſe primum numerare poſſunt, *i. in enumerandis a ſe incipere.* ¶ 2 Numerare pecuniam, *pro Praeſentem pecuniam dare.* Cic. Att. 16, 12 (16) Atticus, qui ciuitatem conſeruatam cuperet, pecuniam numerauit de ſuo. Stipendium numerare militibus Cic. in Piſon. 88 c. 36. A Quaeſtore numerare, *vid.* A *vel* AB. Numerare alicui, *ſubintelligitur, Pecuniam* Plaut. Aſin. Perioch. 4. Cic. pro Quint. 18 Sed Romae quotidie, ſimulatque ſibi hic annuiſſet, numeraturum ſe dicebat. ¶ 3 Numerare, *pro Habere, et cenſere.* Cic. pro Roſc. Amer. 37 In hoc tanto, tam atroci, tam ſingulari maleficio, quod ita raro exſtitit, vt ſi quando auditum ſit, portenti ac prodigii ſimile numeretur. Idem Verr. 2, 169 Prope collega Timarchidi numerabatur, *i. Habebatur et cenſebatur.* Vt haud immerito omnes conditores numerentur Liu. 2, 1. Idem ibid. Libertatis autem originem inde numeres. Cic. de Finib. 2, 90 c. 28 Idque Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem. Aliquem accuſatorem ſuum numerare, non competitorem Idem pro Muraen. 49. Sapientem ſe et eſſe, et numerari velle Id. Fam. 1, 9. *conf. ib.* 12, 2. Me vterque numerat Suum Id. ibid. 7, 1. Proximum optimis numerari Id. de Clar. Orat. 220. In actis alicuius quippiam numerare Id. Philipp. 1, 19. Id. de Fin. 1, 31 Cur nec voluptas in bonis ſit numeranda, nec in malis dolor, *etc.* Idem Fam. 2, 5 Ne id quod petit, exigere magis, quam rogare, et in mercedis potius quam in beneficii loco numerare videatur. In primis beati in Italia Crotoniatae quondam numerabantur Cic. de Inuent. 2, 1. Sapiens ille Bias, qui numeratur in Septem Id. Parad. 1. In multis numerari Id. de Clar. Orat. 331. Mors in beneficii partem, ſi cruciatus abſit, numeretur Id. Philipp. 11, 3. In vulgo patronorum numerari Id. de Clar. Orat. 331. Id. pro Roſc. Amer. 16 Honeſtiſſimus inter ſuos numerabatur. Inter amicos numerari Ouid. ex Pont. 4, 9, 35. ¶ 4 *Librarii permiſcent* Numerare et Memorare, *v. v.*

NVMERANDVS, a, um. Partic. [ἀριθμητέος] Sil. 15, 750 Ante omnes bello numerandus Amilcar.

NVMERĀTVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἠριθμημένος] Cic. pro Caecin. 11, c. 4. Quum vteretur dote vxoris numerata, quo mulieri eſſet res cautior Plaut. Trin. 4, 3, 74. *et* Poen. 3, 2, 16. Milite numerato repetebat caſtra Sil. 7, 730. Numerato, *vice Aduerbii poſitum* (ἀριθμήσει) Cic. Att. 12, 25 Mihi et res, et conditio placet, ſed ita, vt numerato malim, quam aeſtimatione, *i. Malim numerari mihi, quam diutius exſpectare.* Hor. Epiſt. 2, 2, 166 Quid refert viuas numerato, *i. emto, ſoluto* nuper an olim. In numerato habere ingenium, *i. Promtum et ad manum, hoc eſt praeſentiſſimum, et ad expedienda ex tempore dicenda ſolertiſſimum* Quinctil. 6, 3 *extr.* *Erasmus,* In numerato habere, *ſi ad animi rem transferatur, prouerbii rationem habuerit. Sumtum eſt ab iis, qui res ſuas ad certiſſimum calculum redegerunt, hoc eſt ad pecuniam numeratam.* In numerato relinquere H. S. DC. *In numerata pecunia, vel pecuniae numeratae* Plin. 33, 10 ſ. 47. *add.* Id. 33 c. 4 ſ. 17.

NVMERATIO, ōnis. f. [ἀρίθμησις] Columel. 11, 1, 24 Sed vbi aeris numeratio exigitur, res pro numis oſtenditur. *conf.* Idem 1, 8, 13. Sen. Epiſt. 18 Ab iſto fiet numeratio.

NVMERĀTOR, ōris. m. Auguſtin. Confeſſ. 5, 4 *extr.* Numerator ſiderum.

NVMERARIVS, i. m. *Arithmeticus.* [Gloſſ. Gr. Lat. ἀριθμητὴς, numerarius. Et ψηφιστὴς, computator, numerarius.] Auguſt. in Pſ. 146 Excedit omnes numerarios, intelligentia eius numerari non poteſt. Numerarii *iidem cum tabulariis praeſidum et praefectorum Rom. quibus publicae ciuitatum rationes mandatae erant: vid.* Cod. Theod. *et ad eum Gothofr.* parat. 8, 1 de numerariis, actuariis *etc.* Numerarii item vocati ſunt, Qui publicum nummum aerariis inferunt Iſidor. 9, 4. *Sed hunc errorem, itemque alium M. Donati ad Ammian.* l. 19 *notat et refutat Gothofr. ad* C. Theod. l. c. l. 4. *conf.* Sidon. Epiſt. 1, 11. *et Zimmerm. Analect. Menſtr. Menſ.* 1, 36.

NVMESTRANI, orum. m. *Pl.* Populi Italiae, in tractu Lucanorum, Vrſentinis, et Volſentanis proximi, *quorum meminit* Plin. 3, 11.

NVMICIVS, i. m. *Ad quem ſcripſit* Hor. Epiſt. 1, 6. *De* Numicio Thermo, *vid.* Tacit. Ann. 16, 20, 2.

NVMICIVS, i. m. [Νομίκιος] *Amnis eſt, non longe a Lauinio, qui et* Numicus *dicitur.* Corniger Numicius Ouid. Faſt. 3, 647.

NVMĪCVS, i. m. [Νομῖκος] *Ingens fluuius fuit in Latio: in quo repertum eſt cadauer Aeneae et conſecratum. Vid.* Liu. 1, 2 Poſt paullatim decreſcens, in fontem redactus eſt: qui et ipſe ſiccatus eſt ſacris interceptis. Veſtae enim non niſi de hoc fluuio libari licebat. *Haec* Seruius *in illud* Virg. Aen. 7, 150 — haec fontis ſtagna Numici. *Dicitur et* Numicius. Fontis vada ſacra Numici Idem ibid. 7, 242. *Sunt qui putent Apocopen eſſe pro* Numicii, *ſed refelluntur hoc carmine* Silii Italici 8, 180 Haud procul hinc paruo deſcendens fonte Numicus Labitur. Litus ſacrum Numici Virg. Aen. 7, 797. Placidi ſum nympha Numici Ouid. Faſt. 3, 647. *conf.* Met. 14, 328 *et* 599. *item Brouckh. ad* Tibul. 2, 5, 45.

NVMIDIA, ae. f. [Νομάδων χώρα] *Regio late patens in Africa, dicta eſt a dictione* Nomades, *quos Romani* Numidas *appellant. Hinc* Plin. 5, 3 Numidae vero Nomades, a permutandis pabulis: mapalia ſua, id eſt domus plauſtris circumferentes.

NVMĬDA, ae. m. [Νομὰς] *Qui Numidiam incolit.* Virg. Aen. 4, 535 Numidûmque petam connubia ſupplex. Numidarum *nomen Latinis non eos tantum populos, qui certam Africae partem Numidiam vocatam tenuerunt, ſignificat, verum etiam alios populos, qui pecuarii erant. Sic enim* Vitruuius 8, 3 p. 160 *Laet.* Arabes *vocat his verbis,* Item Ioppae in Syria, Arabiaque Numidarum, lacus ſunt immani magnitudine. *Turneb. conf. Lipſ. in* Tacit. Hiſt. 2. *et* Suet. Neron. c. 30. Infreni Numidae Virg. Aen. 4, 41. Rebelles Numidae Ouid. Met. 15, 754.

NVMIDĬCVS, a, um. Adi. [Νομαδικὸς] *vt,* Lapis Numidicus, *qui inter generoſa marmora adnumeratur. A Papinio Libycus ſilex appellatur. Et Pauimenta Punica a veteribus dicebantur. Quae ex marmore* Numidico *ſtrata erant.* Aues *Lemma* Martial. 13, 73. Equi Liu. 30, 6. Gallina Columel. 8, 2, 2. Africana eſt, quam plerique Numidicam dicunt, Meleagridi ſimilis, niſi quod rutilam galeam et criſtam capite gerit, quae vtraque ſunt in Meleagride caerulea. Marmor Iſidor. 16, 5. Scuta Salluſt. Iugurth. c. 94. Numidicus, *Proprium honoris nomen,* Q. Caecilio Metello *datum ob res in* Numidia *contra Iugurtham praeclare geſtas. Vid.* Cic. Verr. 6, 4 c. 147 *et* Att. 1, 16. *item* Aurel. Vict. de Vir. Illuſt. 62.

NVMIDIĀNVS, a, um. Poſſeſſ. *vt,* Numidiana pira Plin. 15, 15.

NVMISIVS, i. m. *Nomen Romanum. De* Numiſio Lupo et Rufo, *vid.* Tacitum. *De* Numiſio Tirone Cic. Philipp. 2, 8. *et* 12, 14.

NVMISIANA vitis, *et* Numiſianae vuae, *leguntur apud* Columel. 3, 2. *Item* 12, 43 *Quibus in locis quidam legendum putant* Nurſianas: *incertum tamen eſt, et quid per* Numiſianas, *et quid per* Nurſianas vites *ſignificet* Columella.

NVMISMA, *vid.* NVMVS.

NVMĬTOR, ōris. m. [Νομήτωρ] *Filius Procae Albanorum regis, et Amulii frater: Rheam Siluiam filiam habuit, quam Amulius pulſo Numitore fratre, Veſtalem virginem fecit, ne tandem ſobolem haberet, quae patruum vlciſceretur. Vid.* Liu. 1 *pr.* Virg. Aen. 6, 768 Et Capys, et Numitor, et qui te nomine reddet Siluius Aeneas. Ouid. Faſt. 4, 53 Quem ſequitur diri Numitor germanus Amulî. Pullus Numitor, Fregellanus proditor, *cuius meminit* Cic. de Fin. 5, 62. *Obliquos huius nominis corripiendos apparet, quia Plutarchus* Νεμήτορος et Νομήτορα ſcribit *etc.*

NVMITORIVS, i. m. *Nomen Romanum. Vid.* Cic. Verr. 5, 63. de Inuent. 2, 105. *et* Philipp. 3, 17.

NVMVS, *vel* NVMMVS, i. m. [νόμισμα, ἀργύριον] *ea, quae vulgo hodie vocatur* Moneta. Numus *autem, vt* νόμισμα, ἀπὸ τȣ̃ νόμȣ *dicitur, i. a lege: quia, quum permutatione vti homines ſolerent, lege, numi vſus introductus eſt, non natura, Ariſtot. Eth.* 5, 8. *Alii a* Numero *deducunt, alii a* Numa *rege, qui primus, teſte Suida, ex aere et ferro factam monetam donaſſe Romanis dicitur. Harum quaeuis origo cum ſimplici* M *ſcribi oportere ſuadet. Vulgarem vſum ſcriptionis per* M *duplicatam tuetur Manut. et Dausqu. in Orthogr. Sed variant tamen libri editi.* Plaut. Pſeud. 1, 3, 65 Nimis ſum miſer, numum nusquam reperire argenti queo. Ibid. 5, 2, 24 Hinc nunquam eris numo diuitior. Cic. de Finib. 2, 55 c. 17 Vnde ſi ſecutus eſſet eorum ſententiam, qui honeſta et recta emolumentis omnibus et commodis anteponerent, ne numum quidem vnum attigiſſet. ¶ 2 *Epitheta:*

Cic. Off. 3, 91 Quaerit etiam, ſi ſapiens Adulterinos numos acceperit imprudens pro bonis, quum id reſciuerit, ſoluturusne ſit eos, ſi cui debeat, pro bonis. Aſper numus, *dicebatur olim Bene percuſſus, et recens, non vetus, neque tritus, atque ipſo vſu laeuis, fugientibus notis, nec forma expreſſa: quo ſenſu illud* Perſ. 3, 69 *accipi cenſeo*, Quid aſper Vtile numus habet? *Qui enim pecuniae amantes erant, in numis faſtidioſi erant, delectumque habebant, et numos perfectiſſimae et expreſſiſſimae formae ſeruabant: ac ne alios quidem recipere volebant, quod et in exactione tributorum plerumque, vt reor, obſeruabatur.* Suet. Neron. c. 44 Exegitque ingenti faſtidio, et acerbitate numum Aſperum, argentum puſtulatum, aurum ad obruſam. *Sed et creditores cauere ſolebant ſibi eo genere numorum ſolutum iri, quod e* Senec. Epiſt. 19 *colligere licet. Turnebus. Conf. Torrent. ad* Suet. *Gronou. et Lipſ. ad* Sen. *ll. cc.* Aurei Cic. Philipp. 12, 20. Bonus, *vid.* BONVS. Varr. de L. L. 4, 36 Numi Denarii decuma libella, quod libram pondo as valebat, et erat ex argento parua. Rediuiuus numus pullulat arca exhauſta Iuuen. Sat. 6, 363. ¶ 3 Salarium in Sexcenis millibus numûm Accipere Eumen. pro reſtaur. ſcholis c. 11. Addicere numo *vid. mox* n. 4. Cic. Att. 6, 1 Magnum odium Pompeii ſuſcepiſtis: putat enim ſuos numos vos Comediſſe. Idem pro Font. 1 Nemo Gallorum ſine ciue Romano quidquam negotii gerit: numus in Gallia nullus ſine ciuium Romanorum tabulis Commouetur, *i. transfertur, vel ſoluendo debitum, vel mutuo dando etc. Quod ipſe* Cicero *per ſimplex verbum* Mouere, pro Flac. 44 *dixit:* Dicunt ſe Flacco, et iis, qui ſimul eſſent, drachmarum XV millia dediſſe. Cum ciuitate mihi res eſt acerrima, et conficientiſſima literarum, in qua numus moueri nullus poteſt ſine quinque Praetoribus, tribus Quaeſtoribus, quatuor Menſariis, qui apud illos a populo creantur. Conductis coëmens opſonia numis Hor. Serm. 1, 2, 9 *h. e. Foenore ſumtis, ſiue ad vſuram acceptis, pro quibus tanquam pro rebus conductis merces penditur.* Conducere numo vno, *vid.* DICIS cauſa. Contemplari numos in arca Hor. Serm. 1, 1, 67. Conuenit ad numum, Corrogare numos, Cudere numos, *vid. ſſ. ll.* Effundere ſaccos numorum Hor. Serm. 2, 3, 149. Exigere aliquid in numo Trebell. Poll. in Claud. c. 14. *i. pretium rei exigere, non rem.* Expendere numos cautos nominibus certis Hor. Epiſt. 2, 1, 105. Expendere, *ad vſuram dare:* numos cautos, *caute ſiue per chirographum & cautionem datos:* certis nominibus, *debitoribus a quibus certa expectari poſſit ſolutio.* Extricare numos vnde vnde, *h. e. Corrogare et Colligere* Hor. Serm. 1, 3, 88. Habere in numis Cic. Att. 8, 9. *Add.* Verr. 3 c. 86. Iactatur numus, *vid.* IACTO. Mouere numum, *vid. modo* Commouere numum. Olfacere numos, *vid.* OLFACIO. Parti gladio vel pyxide numi Iuuen. Sat. 13, 25. *h. e. Acquiſiti aut caede hominis, aut veneno in pyxide clauſo.* Peruenire ad numos Cic. Fam. 13, 14. Recondere numos et aurum Hor. Serm. 2, 3, 109. Refulſerit numi ſi ſpes doloſi Perſ. prol. 12. Scribere numos, *eſt Obligare ſe de numis ſoluendis* Plaut. Aſin. 2, 3, 34. Spargere numos populo de Roſtris Cic. Philipp. 3, 16. Subducere ad numum, *vid.* SVBDVCO. Sum: Cic. Verr. 4, 11 Non modo in aere alieno nullo, ſed in ſuis numis multis eſſe, ſemperque fuiſſe. Tractare bibliothecam multorum numorum Idem Fam. 14, 78. ¶ 4 Numus, *Nomen ſpeciale eſt aliquando, idem quod Seſtertius.* Cic. Verr. 3, 140 Cogit enim Scandilium quinque illa millia numûm dare, ac numerare Apronio. *Et paullo poſt*, Cogit Scandilium Apronio ob ſingularem improbitatem atque audaciam praedicationemque nefariae ſocietatis ſeſtertia quinque millia mercedis nomine ac praemii dare. Quinque ſeſtertia: quinque millia ſeſtertiûm: et quinque millia numûm *pro eodem dixit. Budaeus.* Bis dena ſeſtertia numûm Hor. Epiſt. 2, 2, 33. *quod alias eſt viginti millia ſeſtertiûm. Plene dicitur* Numus ſeſtertius, Vitruu. 1, 4 Ab Senatu Populoque Rom. petiit, vt liceret transferre oppidum: conſtituitque moenia: et areas diuiſit, numoque ſeſtertio ſingulis municipibus mancipio dedit. *i. Seſtertiis ſingulis areas aedificaturis ciuibus vendidit: quae res inſtar donationis, imaginem venditionis habet: quomodo et* Numo addicere. Cic. pro Rabir. Poſt. 45 Tua bona Poſtume numo ſeſtertio a me addicuntur? *Vid. Burm. ad* Quinctil. 11, 3 p. 1038. *Verum* Plaut. Truc. 2, 7, 10 De mina, deminui modo quinque numos, mihi detraxi partem herculanam, *i. decimam, quae Herculi vouebatur. Ergo erunt, hic numi tales, quarum in mina ſint quingenti.*

NVMORVMEXPALPONIDES, ae. m. Plaut. Perſ. 4, 6, 22. *i. qui blandiendo palpandoque numis alios emungit.*

NVMŬLVS, i. m. Dimin. [νομισμάτιον] Cic. Att. 1, 16 Si iudicium eſt, triginta homines Populi Rom. leuiſſimos ac nequiſſimos numulis acceptis ius ac fas omne delere. *Ibid.* 1, 19 Tu ſi tuis blanditiis tamen a Sicyoniis numulorum aliquid expreſſeris, velim me facias certiorem Idem 8, 13.

NVMMŌSVS, a, um. Adi. [χρηματώδης] *Qui numis abundat.* Nigidius apud Gellium 4, 9 Hoc, inquit, inclinamentum ſemper huiuſcemodi verborum, vt vinoſus, mulieroſus, religioſus, nummoſus, ſignat copiam quandam immodicam rei ſuper qua dicitur.

NVMMĀTVS, a, um. *Aliud* Adi. [πολυχρήματος] Cic. de Lege Agrar. 2, 56 c. 22 Volitat enim ante oculos iſtorum Iubae regis filius adoleſcens, non minus bene nummatus, quam bene capillatus Idem Fam. 7, 16. Hor. Epiſt. 1, 6, 38. Marſupium bene nummatum, *In quo multi ſunt numi* Plaut. Amphit. 4, 4, 39. *Compar.* Apul. Met. 1 *pr.* Nummatior reuertor.

NVMMATIO, ōnis. f. [πολυχρηματία] *Numorum abundantia et affluentia.* Cic. Philipp. 2, 115 c. 45 Pone ante oculos laetitiam Senatus, Populique Romani: confer cum cum nummatione tua, tuorumque: tum intelliges quantum inter laudem et lucrum interſit. *Sed lectio non ſatis certa. Al.* Nundinatione.

NVMMARIVS, a, um. Adi. [χρηματικὸς] *Quod ad numos pertinet: vt,* Res nummaria *et alia, quae mox dabimus. Sed* Cic. pro Cluent. 100 Exagitabantur omnes eius fraudes, atque fallaciae: tota vita in eiuſmodi ratione verſata aperiebatur: egeſtas domeſtica, quaeſtus forenſis in medium proferebatur: nummarius interpres pacis et concordiae non probabatur, *i. Mercenarius: et qui ob id pecunias accepiſſet, etc.* Difficultas nummaria Cic. Verr. 2, 69. Iudices nummarii, *Sordidi et* numis *corrupti.* Cic. Att. 1, 16 Inſectandis, exagitandisque nummariis iudicibus, omnem omnibus ſtudioſis ac fautoribus illius victoriae παῤῥησίαν eripui. *Add.* pro Cluent. 75 c. 27. Iudicium nummarium, *Quod fit acceptis pecuniis.* Cic. Verr. 3, 131 c. 57 Ecquod iudicium Romae tam diſſolutum, tam perditum, tam nummarium fore putaſti, quo ex iudicio te vlla ſalus ſeruare poſſet? Lex Cic. Verr. 1 c. 42. Lis nummaria, *vid.* LIS. Quaeſtio nummaria Calliſtratus in l. vltima D. Ne de ſtatu defunctorum, *etc.* Cic. Att. 10, 13 Illa de Ratione nummaria non ſunt eiuſmodi. Id. Off. 3, 80 c. 20 Vt Res nummaria de communi ſententia conſtitueretur. Id. Verr. 4, 11 Num tanta difficultas eum Rei nummariae tenuerit, tanta egeſtas, tanta vis oppreſſerit, vt ſacrarium ſuum ſpoliaret, vt deos patrios venderet? Cic. Attic. 4, 7 Quare in hoc Thecam nummariam ne retexeris: in aliis eris cautior.

NVMISMA, ătis. n. *Idem quod Numus. Graece νόμισμα.* Hor. Epiſt. 2, 1, 234 Rettulit acceptos regale numiſma Philippos. Martial. 1, 12 Quum data ſint equiti bis quina numiſmata, quare? *conf.* 9, 32. *et* 12, 63. Numiſma *pro Charactere ſeu forma numi poſuit* Prudent. Hymn. B. Laurent. 2, 95 En Caeſar agnoſcit ſuum Numiſma numis inditum. *i. Imaginem numis impreſſam. Vid. Salmaſ.* ad Lamprid. Alex. p. 218.

NVMMVLARIVS, *ſ.* NVMVLARIVS, i. m. [κερματιστὴς] *Menſarius alias dicitur, Qui numos ad menſam tenet, vel qui ex officio menſae numorum inſeruit. Vid.* Menſarius, *in* MENSA. Vlpian. in l. Si hominem. D. Depoſiti, Quoties foro cedunt numularii, ſolet primo loco ratio haberi depoſitariorum: hoc eſt, eorum, qui depoſitas pecunias habuerint, quas non fenore apud numularios, vel cum numulariis, vel per ſe ipſos exercebant. Suet. Galb. c. 9 Numulario non ex fide verſanti pecunias, manus amputauit menſaeque eius affixit. Martial. 12, 57 Hinc otioſus ſordidam quatit menſam Neroniana numularius maſſa.

NVMVLARIVS, a, um. Adi. Scaeuola in l. vlt. D. de inſtitoria actione, Lucius Titius menſae numulariae, quam exercebat, habuit libertum praepoſitum.

NVMVLARIŎLVS, i. m. Dimin. Sen. de morte Claudii; Proximus interrogatur ſententiam Dieſpiter Vicae Potae filius, et ipſe deſignatus Coſ. numulariolus.

NVMMIPĔTA, ae. m. Sariſb. Carm. Nummipetae cum libricolis nequeunt ſimul eſſe.

NVMQVANDO, NVMQVIS, *vid.* NVNQ.

N V N

NVNC. Aduerb. *temporis praeſentis* [νῦν, νυνὶ, τὰ νῦν] Ter. Eun. 5, 5, 15 Quid ais? P. nunc minatur porro ſeſe id quod moechis ſolet. Erat tunc excuſatio oppreſſis, miſera illa quidem, ſed tamen iuſta: nunc nulla eſt Cic. Phil. 7 c. 5. Nunc age Virg. Georg. 4, 149. Nunc ageſis Lucret. 1, 266. Nunc, ſuperflue aliquando additur, *auctore* Donato. Ter. Adelph. 2, 3, 3 O frater frater, quid ego nunc te laudo? ſatis certe ſcio, *etc.* Nunc, pro Sero, *interprete* Donato. Ter. Eun. 1, 1, 25 Nunc ego et illam ſceleſtam eſſe, et me miſerum ſentio. *Intelligit nimirum, hoc olim debuiſſe fieri.* Virg. Eccl. 8, 43 Nunc ſcio, quid ſit amor. Idem Aen. 4, 376 Nunc augur Apollo, Nunc Lyciae ſortes. ¶ 2 Nunc, *aliquando nullum tempus denotat, et pro* Sed *accipitur, certe vim aduerſatiuam habet.* Cic. de Diuin. 1, 60 c. 29 Quae quidem multo plura euenirent, ſi ad quietem integri iremus: nunc onuſti cibo et vino, confuſa et perturbata cernimus. Cic. de Inu. 1, 8 Quod ſi magnam in his Hermagoras habuiſſet facultatem — videretur fretus ſua ſcientia falſum quiddam conſtituiſſe de oratoris officio, et non quid ars, ſed quid ipſe poſſet expoſuiſſe: nunc vero ea vis eſt in homine, vt ei multo rhetoricam citius quis ademerit, quam philoſophiam conceſſerit. Id. Tuſc. 3 c. 1 Sunt ingeniis noſtris ſemina innata virtutum, quae ſi adoleſcere liceret, ipſa nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc autem ſimul atque editi in lucem et ſuſcepti ſumus, in omni continuo prauitate verſamur. Id. Att. 11, 2 Hoc ſi mihi commune cum caeteris eſſet, minor mea culpa videretur — Nunc nihil eſt, quod conſoletur. *Oppoſitionem etiam notat* Plaut. Truc. 4, 3, 60 Haud manſiſti vt ego darem: tute ſumſiſti tibi; nunc habeas vt nactus. *Sic* Cic. Verr. 5, 126 Paucorum cupiditati — tamen ſufficere aliquo modo poterant: Nunc vero iam ademta eſt non modo reſiſtendi, verum etiam ſuppeditandi facultas. Quinct. 1, 1, 5 Nam bona facile mutantur in peius: nunc quando in bonum verteris vitia? ¶ 3 *Obſeruationes aliae:* Nunc, *pro Nunc primum, et nunquam antehac.* Plaut. Trin. 2, 2, 81 Mentire edepol gnate, atque id nunc facis, haud conſuetudine. Ter. Adelph. 2, 2, 25 Nunc demum venis? cur paſſus? vbi eras? Ibid. 5, 3, 19 Nam vetus verbum hoc quidem eſt, communia eſſe amicorum inter ſe omnia. D. facete, nunc demum iſtaec nata oratio eſt Idem Heaut. 2, 3, 3. *et* 12. Cic. pro Quint. 42 Pecuniam petit: nunc denique? Ter. Adelph. 3, 2, 1 Nunc illud eſt, quod ſi omnes omnia ſua conſilia conferant, atque huic malo ſalutem quaerant, auxilii nihil afferant. *Vbi* Donatus, Significat autem, Nunc tale negotium eſt, Nunc tale periculum eſt. Nunc — homines, *qui nunc ſunt.* Plaut. Perſa 3, 1, 57 Non tu nunc — hominum mores vides. Nunccine, *pro Vtrum nunc.* Ter. Andr. 4, 1, 60 D. Quaero. P. hem, nunccine demum? *i. Num nunc denique quaeris?* Ter. Adelph. 2, 1, 21 Geminabit niſi caues. S. hei miſero mihi. AE. non innueram: verum in iſtam partem potius peccato tamen. I nunc iam. *Vbi* Donatus, Nunc iam, duae partes ſunt. Et bene Iam, quia ſero et poſt plagas. Et Iam, etiam tarditatis incuſatio eſt. Cic. Verr. 3, 5 Patior non moleſte Iudices, eam vitam, quae mihi ſua ſponte antea iucunda fuerit, nunc iam mea lege et conditione neceſſariam quoque futuram. Nunc ipſum, *pro Nunc, Hoc ipſo momento et puncto temporis: Hoc ipſo tempore.* Cic. Att. 12, 40 Nunc ipſum ea lego, ea ſcribo, vt ii, *etc.* Ter. in prol. Eun. 9 Idem Menandri Phaſma nunc nuper dedit. *Vbi* Donatus, Nuper, ex illis verbis eſt, quae veteres propter ambiguitatem cum adiectione proferebant, nam niſi adderet Nunc; hoc Nuper, Olim, pridem et iam ſignificaſſet. Ter. Andr. 5, 4, 33 Tum illam hic relinquere eſt veritus; poſt illa nunc primum audio, quid illo ſit factum. Nunc primum, *i. Primo.* Ter. Andr. 3, 2, 3 Nunc primum fac iſtaec vt lauet; poſt deinde quod iuſſi ei dare bibere, et quantum imperaui, date. *conf. Valla* 1, 1 (2) Plaut. Rud. 1, 2, 80 Nunc nunc periculum eſt, eiecit alteram. Nunc nunc inſurgite remis Virg. Aen. 5, 189. Nunc nunc adeſte Hor. Epod. 5, 53. Nunc huc, nunc illuc Lucret. 2, 130. Nunc hos, nunc illos aditus Virg. Aen. 5, 441. Nunc Erat, *ſubaud. tempus: vid. Burm. ad* Petron. c. 127 p. 605 Nunc erat a torua ſubmittere cornua fronte. *Alia ratio eſt* Cic. Att. 2, 24 Nunc reus erat apud Craſſum diuitem Vectius de vi. Eidem 16, 4 Brutus erat in Neſide, etiam nunc. *Nempe* Nunc *indicat praeſens tempus, quo ſcribebat Cicero,* Erat, *dicit reſpectu Attici, qui lecturus erat, cum iam pars praeteriiſſet. Abundat oratio.*

NVNCŬBI. Adu. [μή ἄν πῦ] *Compoſitum ex* Nun vbi, *pro* alicubi. Ter. Eun. 1, 2, 83 Nuncubi meam benignitatem ſenſiſti in te claudier? *Vbi* Donatus, *Num vbi*, Numquid alicubi. Aut ſi *Nuncubi*, legimus, erit Aduerbium temporis: vt *ſic vbi*, quo in loco, qua in re. *Bentl.* Num tibi. *Sed etiam* Varr. R. R. 3, 2, 4 Nuncubi hic vides vitrum aut aurum? Num minium aut Armenium? Num quod *etc. Nempe* c *eſt epentheticum, vt in* Sicubi. Varr. R. R. 2, 5, 2 Vt ſi quis quid ignorat, diſcat; ſi quis ſcit nuncubi labar, obſeruet, *i. num alicubi, num qua in re labar ſ. errem.*

NVNCVSQVE. *Adhuc. Ita ſaepe* Ammianus, *viz.* 14, 2. 22, 8. 27, 7. *et* 31, 7 Indicant nuncusque albentes oſſibus campi.

NVNCIVS, *vid.* NVNTIVS.

NVNCOREVS, i. m. Seſoſtridis filius, qui obeliſcum illum, qui poſtea Romae ſitus fuit in Vaticano, curauit excidendum Plin. 36, 11.

NVNCŬPO, āre. [προσαγορεύω, ὀνομάζω] *Nominare, quaſi tu dicas*, nomine capere, *aut* nomen capere, *vt* aucupare *eſt auem capere.* Liu. 1, 2 Quem Iulium eundem Iulia gens auctorem ſui nominis nuncupat. Varro de L. L. 5, 7 Nuncupare, Nominare, valere apparet in legibus, vbi nuncupatae pecuniae ſunt ſcriptae. Item in choro, in quo eſt, Aenea quis eſt qui meum nomen nuncupat? Cic. de Nat. Deor. 2, 60, c. 28 Itaque tum illud, quod erat a Deo natum, nomine ipſius Dei nuncupabant: vt quum fruges Cererem appellamus. Ouid. Faſt. 1, 246 Arx mea collis erat, quem vulgus nomine noſtro Nuncupat, haec aetas Ianiculumque vocat. *Verba ſunt Iani.* Principem nuncupantes Tac. A. 2, 48, 2. Cic. de Orat. 3, 151 Neque illud fugerim dicere, vt Caelius, qua tempeſtate Poenus in Italiam venit: nec prolem, aut ſobolem, aut effari, aut nuncupari. Vocabulis deorum res vtiles et ſalutares nuncupatas dicit Perſeus Cic. de Nat. Deor. 1, 38. Nomine dei aliquid nuncupare Id. Ibid. 2, 71. ¶ 2 Nuncupare, *Pronuntiare, id eſt expreſſe et nominatim praedicere, profarique ex bona fide in rebus contrahendis.* Cic. Off. 3, 65 Nam quum ex duodecim tabulis ſatis eſſet ea praeſtari, quae eſſent lingua nuncupata: quae qui infitiatus eſſet, dupli poenam ſubiret: a Iurisconſultis etiam reticentiae poena eſt conſtituta. Quidquid enim eſt in praedio vitii, id ſtatuerunt, ſi venditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet, praeſtari oportere. Adoptio nuncupatur Tacit. Hiſt. 1, 17, 2. Heredem nuncupare Iuſtin. 12, 15, 9 *et* 12. Nuncupata voluntas *dicitur a* Iuſtiniano, *vel* Triboniano in titulo De teſtamentis, *in fine. Budaeus.* Liu. 8, 9 Sicut verbis nuncupaui, ita pro rep. Quiritium — legiones auxiliaq. hoſtium mecum Dis manibus Tellurique deuoueo. Nuncupauit laturos eo ſpolia poſteros Id. 1, 10. Nuncupare, *Recenſere, enarrare:* Plin. 7, 26 Verum ad decus imperii Rom. non ſolum ad vnius viri pertinet victoriam, Pompei Magni titulos omnes, triumphosque hoc in loco nuncupari. Vota nuncupare, *eſt Alicui diuorum nominatim polliceri et deſtinare.* Caius in l. Si calumnietur. D. de Verborum et rerum ſignificatione, Poſt Calendas Ianuarias die tertio pro ſalute principis vota nuncupantur. Cic. Verr. 5, 34 Alterum, quod quum paludatus exiſſet, votaque pro imperio ſuo, communique Pop. Rom. nuncupaſſet, noctu ſtupri cauſa lectica in vrbem introferri ſolitus eſt ad mulierem, nuptam vni, propoſitam omnibus, contra fas, contra auſpicia, contra omnes diuinas atque humanas religiones. Feſtus Pompeius, (Nuncupata pecunia eſt, vt ait Cincius in lib. 2 de officio Iurisconſulti, Nominata, certa, nominibus propriis pronuntiata.) Vota nuncupata dicuntur, quae Conſules, Praetores, quum in prouinciam proficiſcuntur, faciunt, ea in tabulas praeſentibus multis referuntur. At Santra lib. 2 de Verborum antiquitate ſatis multis, Nuncupata colligit, non de recto nominata, ſignificare, ſed promiſſa, et quaſi teſtificata, circumſcripta, recepta, etiam in votis nuncupandis eſſe conuenientius. *Hactenus* Feſtus. Liu. 35, 48 Auſpicantem, immolantemque, et vota nuncupantem, ſacrificuli vatis modo in acie vidiſſe. *Add.* Liu. 45, 39. Cic. Philipp. 3, 11 c. 4 Neglectisque ſacrificiis ſollemnibus, ante lucem ea vota, quae nunquam ſolueret, nuncupauit. ¶ 3 *In teſtamentis etiam ſedem habet hoc verbum, quoties non ſcripto, ſed voce iudicia ſua vltima morituri exprimunt ac declarant.* Plin. 14, 22 *de ebrietate loquens.* Alii Teſtamenta ſua nuncupant, alii mortifera loquuntur: rediturasque per iugulum voces non continent. Iuſtin. 12, 15, 12 *de Perdicca loquens,* Nam etſi non voce nuncupatus Heres, iudicio tamen electus videbatur. Iulianus in l. Si ita. De Bon. poſſeſſ. ſecundum tab. Quidam teſtamentum in tabulis ſibi fecit: filio autem impuberi per nuncupationem ſubſtituit. *Et paullo poſt,* Nam quemadmodum ſcripto herede filio ſeparatim ab heredibus patris: ita nuncupato poteſt videri ſeparatim a ſcriptis patris heredibus bonorum poſſeſſio dari. Nuncupatum heredem *a* ſcripto *diſtinguit: vt ſit is modus, cuius meminit* Iuſtinianus Inſtitutionibus, De teſtamentis. §. finali. *Budaeus.* Nuncupare *igitur eſt voluntatem* ſuam circa heredis inſtitutionem, legatorum dationem, caeterasque teſtamenti partes coram ſeptem teſtibus lingua et voce exprimere, nominareque non ſcriptis aut tabulis. *Vid.* Iuſtinianum 2 tit. De teſtamentis ordinandis. §. vlt. *et Lex. Pitiſc.* Nuncupaſſit pro Nuncupauerit, antique. Feſtus.

NVNCVPĀTIM. Adu. *Nominatim.* Claud. Mamert. de Statu animae 2, 9. Eruentur mihi atque extrahentur etiam nuncupatim ex abditis tenebellarum, qui hactenus delituere.

NVNCVPATIO, ōnis. f. [προσηγορία] Plin. 9, 35 ſ. 58 Ipſam confeſtim paratam nuncupationem tabulis probare. *Sed melius Hard. ex* MSS. mancupationem. *Locum damus in* AVCVPATIO. Tacit. Ann. 16, 22, 1 Nuncupationes votorum. Suet. Neron. c. 46 Votorum nuncupatione, magna iam ordinum frequentia, vix repertae Capitolii claues.

NVNCVPĀTOR, ōris. m. Apul. Florid. 2 *extr.* Pythagoras primus philoſophiae nuncupator et conditor.

NVNDINA, ae. f. [Νούνδινα] Romanorum dea, a nono die naſcentium dicta, qui Luſtricus dicitur. Eſt autem Luſtricus dies, quo infantes luſtrantur, et nomen accipiunt. Sed is maribus nonus, octauus eſt feminis Macrob. Saturn. 1, 16.

NVNDĬNAE, arum. f. [πανήγυρις, παντοπώλιον Gloſſ. Vet. Nundina ἀγορὰ τῶν ὠνίων] *a* Nono die *dictae ſunt, quaſi* Nouendinae. *Vtrum vero periodus* nouem *dierum fuerit an octo? non ita facile conſtituas. Ratio loquendi anceps eſt. De* hebdomadibus *noſtris, Eccleſia Latina, tum Hiſpani, Itali, Germani* octo dies *dicunt: de* binis hebdomadibus *Galli* dies quindecim. *Atque adeo ſibi non conſtat vſus loquendi, vt v. g. Germani, cum* duas hebdomades, *id eſt, vt alias loquuntur,* bis octo dies *indicare volunt, tum* quatuordecim dies *appellent. Ita de nundinis* Rutilius *apud* Macrob. Sat. 1, 16 ſcribit, Romanos inſtituiſſe nundinas, vt *octo* quidem diebus in agris ruſtici opus facerent, nono autem die, intermiſſo rure, ad mercatum legesque accipiendas Romam venirent: et vt ſcita atque conſulta frequentiore populo referrentur, quae trinundino die propoſita a ſingulis atque vniuerſis facile noſcebantur. Vnde etiam mos tractus, vt leges trinundino die promulgarentur. Ea re etiam candidatis vſus fuit in concilium nundinis venire, et in colle conſiſtere; vnde coram poſſent ab vniuerſis videri. *Diſerte hic periodus* nouem dierum *aſſignatur* nundinis. *At* Varro R. R. 2 pro. 1. Noſtri maiores — annum ita diuiſerunt, vt nonis modo diebus vrbanas res vſurparent, reliquis *ſeptem*, vt rura colerent. *Sed* ſeptem *ex margine eſſe ſuſpicatur Vrſinus, cum* Columella prooemio ſui operis 18 *vbi Varronem ſequitur, ſimpliciter* Nundinarum etiam conuentus, *inquit,* manifeſtum eſt propterea vſurpatos, vt nonis tantummodo diebus vrbanae res agerentur, reliquis adminiſtrarentur ruſticae. *Taceo quod* VIII *facile in* VII *mutari apud Varronem potuit. Sed mihi idoneus auctor eſt Dion. Halicarnaſſeus, qui non modo* L. 2 p. 98, 40 *Wech. de Romulo ait,* ἐνάτην ἀργὸν ἡμέραν ταῖς ἀγοραῖς: *ſed diſertiſſime* L. 7 p. 463, 24 *in hiſtoria Marcii Coriolani* τὰς μεταξὺ τῶν ἀγορῶν ἑπτὰ ἡμέρας *commemorat. Dubitationem eximunt Kalendaria antiqua apud Grut.* p. 133 ſq. *in quibus* Nundinarum *periodi octo primis elementis ab A ad H notantur, vt in Eccleſia Latina ſeptem literis octidua: quarum ope ibi* Nundinarum *dies, hic* dominicae *totius anni aperte indicantur. Non minor eſt de* nundinis *controuerſia antiquorum, quae apud* Macrobium l. c. *componitur.* An nundinae eſſent feriae? *Propoſitis diuerſorum ſententiis,* Cauſam, *inquit,* huius varietatis apud Granium Licinianum diligens lector inueniet. Ait enim nundinas Iouis ferias eſſe: ſi quidem Flaminica omnibus nundinis in regia Ioui arietem ſoleat immolare: ſed lege Hortenſia effectum, vt faſtae eſſent: vti ruſtici, qui nundinandi cauſa in vrbem veniebant, lites componerent. Nefaſto enim die Praetori fari non licebat. Ergo, qui ferias dicunt, a mendacio vindicantur patrocinio vetuſtatis; qui contra ſentiunt, aeſtimatu aetatis, quae legem ſecuta eſt, vera depromunt. Harum originem quidam Romulo aſſignant *etc. Affinis huic eſt quaeſtio, vtrum Comitia habere nundinis licitum fuerit. Negat* Plinius 18, 3 Nundinis vrbem reuiſitabant, et ideo comitia nundinis haberi non licebat, ne plebs ruſtica auocaretur. *Lectio,* comitia niſi nundinis haberi non licebat, *videtur eſſe a Criticis, qui vellent Plinium in concordiam reuocare cum Dionyſio Halicarn.* L. 7 p. 463, 24 *vbi inter ea, quae nundinis fierent, diſerte refert,* καὶ τὰς δίκας παρ' ἀλλήλων ἐλάμβανον, τάτε κοινὰ, ὅσων ἦσαν κύριοι κατὰ τὺς νόμυς, καὶ ὅσα ἡ βυλὴ ἐπιτρέψειεν αὐτοῖς, ψῆφον ἀναλαμβάνοντες ἐπικύρυν, *quae eſt nimis aperta comitiorum, ſuffragiorumque in illis ferendorum deſcriptio. Nempe Dionyſius loqui videtur de ſuis temporibus, poſt legem Hortenſiam. Plinius de antiquioribus, vbi ruſtici veri nominis Romanorum praecipui, vbi iidem homines, in emendis vendendisque frugibus occupati, negotia quoque reip. tractabant, quod eodem tempore, eodem in loco, foro, fieri non poterat. Poſt mutata omnia. Antiqua igitur tempora reſpicit* Iulius Caeſar apud Macrob. l. c. *cum* negat, nundinis concionem aduocari poſſe, id eſt, cum populo agi: ideoque nundinis Romanorum haberi comitia non poſſe. *Apud* Cic. Att. 1, 14 Fuſius in concionem produxit Pompeium. Res agebatur in circo Flaminio, et erat in eo ipſo loco illo die nundinarum πανήγυρις. ¶ 2 Nundinae *mercatus, quiuis que dictus videtur, non habita ratione ſtati diei, aut interualli.* Plin. Epiſt. 5, 4, 1 Sollers vir Praetorius a Senatu petiit, vt ſibi inſtituere in agris ſuis nundinas permitteretur. Claudius Imp. *apud* Sueton. c. 12 a COSS. ius nundinarum in priuata praedia petiit. *Cf.* l. 1 D. de Nundinis, Nundinis a Principe impetratis, non vtendo, qui meruit, decennii tempore vſum amittit. ¶ 3 *Metaphorice* Cic. de L. Agrar. 2, 88 Receptaculum aratorum, nundinae ruſticorum, cella atque horreum Campani agri Capua. *Et contemtim* Phil. 2, 192 Domeſticis nundinis Antonii vectigalia non ſolum, ſed etiam imperium Populi Rom. diminutum eſt. *Item* Phil. 2, 35 c. 16 Domus — agrorum, oppidorum, immunitatum, vectigalium flagitioſiſſimae nundinae. *Sic* l. 5 C. de iis quae adminiſtr. Omnis ſe turpibus nundinis adminiſtrator abſtineat. ¶ 4 *Sing.* In nundinam et auctionem mitti, ſi emtor inueniatur Sidon. Epiſt. 7, 5.

NVNDINVM, i. n. Lamprid. Alex. Seu. c. 28 Primum nundinum. *De hoc agimus in* NVNDINIVM: de Trino nundino, *vid.* TRINVNDINVM.

NVNDĬNĀLIS, e. Adi. [παντοπωλικός] *Quod pertinet ad nundinas.* Plaut. Aul. 2, 4, 45 Coquus ille nundinalis eſt, in nonum diem ſolet ire coctum. *i. Vulgaris et vilis, qui non niſi nundinis conducitur, quum plebs ex agris conuenit.*

NVNDĬNOR, āri. *it.* NVNDINO, āre. [πανηγυρίζω] Nundinas celebrare proprie ſignificat, vt Macrob. 1, 16 Ruſtici nundinandi cauſa in vrbem veniebant. *Hinc Metaph.* Cic. de Diuin. 2 c. 31 Vbi ad focum angues nundinari ſolent. *i. conuenire magno numero. Lectio varie tentata a viris doctis, ſed quam tuetur conſenſus librorum et lepos ſententiae.* ¶ 2 *Emtionem, venditionem quaeſtumque adeo earum rerum notat, quae natura ſua non debebant eſſe in commercio. V. g.* Conſtabat, in cognitionibus patris nundinari praemiarique ſolitum Suet. Tit. c. 7. Iulius Firmicus 6, 31 *ad finem.* Quaeſtus et libidinis cauſa pudorem duobus fratribus nundinabit, et ad coitum fratrem inuitabit, et filium. Apul. Met. 10 p. 255 *Elm.* Toti nunc iudices ſententias ſuas pretio nundinantur. Qui ab iſto Ius ad vtilitatem ſuam nundinarentur Cic. Verr. 1, 119 c. 46. Id. Ib. 2, 122 c. 49 Ab iſto, *inquit,* et praeco qui voluit iſtum ordinem pretio mercatus eſt: et pueri annorum ſenûm, ſeptenûmque denûm Senatorium nomen nundinati ſunt. Cic. Philipp. 3, 10 Vna in domo omnes quorum intererat, totum imperium Populi Romani nundinabantur. Gloſſ. Cyrill. Nundino, καπηλεύω. Capitol. in Gord. c. 24 Velut in auctione poſitus nundinatus eſt. *i. Venditus.*

NVNDINATIO, ōnis. f. [πανήγυρσις] *Ipſe nundinandi actus. Sed fere in malam partem.* Cic. de Lege Agrar. 1, 9 c. 3 Hinc vos quas ſpoliationes, quas pactiones, quam denique in omnibus locis nundinationem iuris, ac fortunarum fore putatis? Idem Verr. 3, 120 Nundinatio hominum. *Tamen in bonam, certe mediam partem* l. 32 C. Th. de erog. mil. ann.

NVNDINATICIVS, a, um. Adi. *Venalis.* Tertull. de Veland. Virg. c. 3 Nundinaticia capita, *venum expoſita ad inſpectionem.*

NVNDINĀTOR, ōris. m. [ἀγοραῖος, καπηλευτὴς Gloſſ. Lat. Gr.] *Qui nundinas frequentat.* Feſtus, Nundinis ruſtici conueniebant mercandi et vendendi cauſa: tumque nefas erat cum populo agi, ne interpellarentur nundinatores. Salutis publicae nundinator Quinctil. Declam. 12, 3.

NVNDINARIVS, a, um. Adi. [πανηγυρικὸς] *Quod ad nundinas pertinet, vel quod nundinis deſtinatum eſt.* Plin. 12, 17 His commerciis Carras oppidum aperuere, quod eſt illis nundinarium. Idem 8, 51 Forum nundinarium. Epulae nundinariae: *Laudant* Vlpian. in l. 69 Quum ſocietas. D. pro ſocio, Vt vnus reliquis nundinarias epulas praeſtaret. *Sed editum a Gothofredo* epulas, id eſt nundinas. Epulas nundinarias, *quam lectionem in quibusdam libris dicit eſſe* Cuiac. Obſ. 4, 17 *forte corrector excogitauit. Neque tamen ſatis clara lex erit vel ſic. Salmaſius ad* Vopiſci Aurel. c. 45 .p 538 *Hack. legi vult,* Nundinas id eſt empulas. Ἐμπολὰς, *de qua voce ibi plura.* Nundinas, empulas autem praeſtare *interpretatur pecuniam ad emendum ſuppeditare et conferre, ſociis operam ſuam praeſtantibus.*

NVNDINIVM (*vt plerique libri habent*) *vel, vt nunc editur,* NVNDINVM, *vox de conſulatibus tempore Imperatorum ſeneſcentis imperii vſurpari ſolita.* Ael. Lamprid. in Alex. Seuero c. 28 Conſulatum ter iniit tantum ordinarium, ac primo nundino ſibi alios ſemper ſuffecit. *Et* c. 43 Conſules quoscunque vel ordinarios vel ſuffectos creauit, ex Senatus ſententia nominauit, ſumtum eorum contrahens, et nundina vetera ex ordine inſtituit. *Quae hic adiiciuntur,* vel dies vel tempora, *tanquam gloſſam ineptam eiiciunt viri docti.* Fl. Vopiſcus Tacito c. 9 In eadem oratione fratri ſuo Floriano conſulatum petiit, et non impetrauit, idcirco quod iam Senatus omnia nundina ſuffectorum conſulum clauſerat. Dicitur autem multum laetatus Senatus libertate *etc.* Nundinia *interpretatur Salmaſius ad h. l.* p. 609 *Hack. Conſulum ſuffectorum Collegia. Bimeſtres fere ſub Imperatoribus Conſulatus dabantur, ita vt XII vnius anni Conſules eſſent. Migratum hoc varie, ita vt ſub Commodo, teſte* Lampridio c. 6 viginti quinque conſules *eſſent* in vnum annum. *Alexander Seuerus et Tacitus qualemcunque ordinem reuocari voluerunt: hic nihil ſibi permittit pro fratre ſuo, cum collegia illa iam ordinata eſſe a Senatu audiret. Appellationis ratio forte inde, quod* nundinarum *et* trinundini *frequens vſus et memoria in Conſulatibus liberae reipublicae: vt ibi* trinundinum *interuallum ante comitia, quo petendus erat conſulatus, vt nundinis ſe demonſtrabant et quaſi probandos exhibebant populo: ita hic* nundinium *et ſpatium bimeſtre conſulatus, vel Collegium adeo duorum in duos menſes conſulum. Haec ſententia Salmaſii l. c.*

NVNQVAM. [οὔποτε, οὐδέποτε, μήποτε, μηδέποτε] Adu. *quod* Priſcian. l. 17 p. 1058 *extr. vocat* abnegatiuum omnium temporum: *Non vllo, vel nullo tempore.* Cic. Verr. 2, 54 Nunquam vos Praetorem tam palaeſtricum vidiſtis. *Iam ponemus, quibus particulis iungatur.* Nunquam alias exules Lacedaemoniorum Achaei ſecum adduxerant Liu. 38, 33. Lacedaemonii Agin regem, quod nunquam antea apud eos acciderat, necauerunt Cic. Off. 2 c. 23. Nunquam ante hunc diem Plautus Stich. 1, 3, 110. Cic. Acad. 1, 3 c. 1 Illud autem mihi ante hoc tempus nunquam in mentem venit a te requirere. Nunquam poſt hunc diem Plaut. Men. 3, 2, 12. Nunquam poſt illa Id. Curc. 4, 2, 43. Nunquam, *in fine ſententiae.* Cic. de Inuent. 1, 1 c. 1 Eloquentiam vero ſine ſapientia nimium obeſſe plerumque, prodeſſe nunquam. Id. Acad. 4, 69 Nunquam a Philone diſceſſit, niſi poſteaquam ipſe coepit qui ſe audirent habere. Nunquam mihi duarum rerum credas, *i. Nihil diuini et humani, quod eſt iusiurandum, de quo ſupra in* NIHIL. Plautus Truc. 2, 2, 51 Nunquam edepol mihi quisquam homo mortalis poſthac duarum rerum creduit. *Quidam* Duarum *vertunt in* Suarum: *ſed antiquitatis ignari, ſenſum omnem adulterant, ac male de Poëta merentur, Turnebus: cuius ſententia etiam melior illorum opinione, qui* duas res *intelligunt* EST *et* NON. Nunquam hodie, i. e. Nullo tempore huius diei, *interprete* Donato. Ter. Adel. 4, 2, 32 Scio vbi ſit, verum hodie nunquam monſtrabo. Virg. Aen. 2, 670 — nunquam omnes hodie moriemur inulti. Nunquam hodie effugies Id. Ecl. 3, 49. Nunquam hoc vno die Plaut. Truc. 5, 15. Quae Caeſar nunquam neque fecit neque feciſſet Cic. Fam. 14, 13. Nunquam, *i. Non* Plaut. Amph. 2, 2, 67. Ter. Hec. 5, 5, 15 Ille reuiuiſcet iam nunquam. *Vbi* Donatus, Plus eſt Nunquam, quam Non. Idem Phorm. 1, 2, 71 Illene indotatam virginem, atque ignobilem daret illi? nunquam faceret. *Vbi* Donatus, Nota Nunquam, pro Non in maiorem negationis ſignificationem ſemper poni. Nunquam non coronam lauream geſtauit, *etc. i. Semper* Suet. Tiber. c. 69. Idem de Gramm. c. 12. *et* Sen. Epiſt. 11. Quid eſt ineptius, quam de dicendo dicere? quum id ipſum dicere nunquam ſit non ineptum Cic. de Orat. 1 c. 24. Epiſtolas requiris meas: ego autem nunquam, quum mihi denuntiatum eſſet a tuis ire aliquem, non dedi Idem Fam. 12, 18. Idem de Amicit. 11 Qui Conſulatum petiit nunquam, factus eſt Conſul bis. Nunquam quidquam, παρέλκον, pro Nunquam, id eſt non. Donat. *ad* Ter. Adelph. 4, 1, 10 Quid dicam? S. nihilne in mente eſt? C. nunquam quidquam. Plaut. Capt. 1, 1, 8 Quos nunquam quisquam vocat, neque inuocat. Ter. Eun. 5, 9, 61 Nunquam etiam fui vsquam, quin me omnes amarent plurimum. *Vbi* Donatus, Nunquam vsquam, τῷ ἀρχαϊσμῷ, pro Non vsquam, id eſt nusquam. Non nunquam, *vid. ſupra.* Perii, nunquamne etiam me illam vidiſſe? Ter. Eun. 2, 3, 68.

NVNQVANDO, *ſ.* NVMQVANDO. Adu. [μὴ οὔν ποτὲ] *compoſitum ex* Num *et* Quando, *ſiue* Aliquando, *quod tamen diuiſim ſcribere praeſtiterit.* Cic. de Amicit. 69 Exiſtit autem hoc loco quaeſtio ſubdifficilis, Numquando amici noui digni amicitia, veteribus ſint anteponendi, vt equis vetulis teneros anteponere ſolemus. Idem Vatin. 17 Numquando tibi moram attulerit, quo minus conſilium advocares, legemque ferres, quod eo die ſcires de caelo eſſe ſeruatum? *Vetus exemplar legit* Num quando, *disiunctim. Sic et* Phil. 5 c. 11.

NVNQVIS, *vel* NVMQVIS, [μὴ οὔντις] nunquae, nunquod *vel* nunquid. Num aliquis, *per interrogationem dicitur, et ipſum melius disiuncte.* Num quis? Ter. Eun. 3, 5 (4) 1 Numquis hîc eſt? nemo eſt; numquis hîc me ſequitur? nemo homo eſt. Numquem euocari hinc vis foras Ter. Eun. 2, 2, 52. Numquis fundus in Nolano venalis ſit? Cic. Att. 13, 8. Numquid horum probat noſter Antiochus? Idem Acad. 4, 70. Numquid Gnato dubitas, quin ego perpetuo perierim? Ter. Eun. 5, 9, 13. Numquid nos vis Ter. Phorm. 2, 3 (4) 18. Numquid vis? *Sic ſolent interrogare diſcedentes: quemadmodum ſi dicant, Nihilne me iubes facere in tuam gratiam?* Idem Eun. 5, 6, 24 Numquid eſt aliud mali, damniue quod non dixeris, reliquom? P. tantum eſt. *Conf.* Plaut. Aul. 2, 1, 53. *et* Moſt. 2, 1, 57. *Conf. Parei Lex.* p. 813. Numquid eſt quod opera mea vobis opus ſit? G. nihil Ter. Phorm. 3, 3, 32. Numquid ergo in his rebus eſt, quod prouiſione aut permotione mentis magis quam natura ipſa ſentiamus? Cic. de Diuin. 2, 9. Num quae rogatio lata? num quae noua quaeſtio decreta eſt? Cic. pro Milon. c. 7. *Sic ſeparatim optimae editiones.* Numquid non, *pro Annon.* Sen. Epiſt. 90 (91) Numquid non pelles ferarum et aliorum animalium a frigore ſatis abundeque defendere queunt. Vlpian. in l. Si quis. D. Si quis. omiſ. cauſ. teſt. Numquid locus non ſit edicto? Cic. Att. 5, 2 Quum me ſpectans e ſua villa, numquid vellem rogaſſet. Ter. Eun. 2, 3, 49 Dum haec dicit, abiit hora: rogo numquid velit. recte inquit, abeo. *Vbi* Donatus, Rogo numquid velit: hoc eſt ſignifico me abire; nam abituri, ne id dure facerent, Numquid vis, dicebant his quibuscum conſtitiſſent. Quid eſt ergo, Rogo numquid velit? hoc eſt, dico quod abeuntes ſolent. Numquid redeat, incertum Plaut. Merc. 4, 7, 19. Numquid eſt aliud? Immo vero, inquit Cic. pro Roſc. Amer. 52 c. 18. *Et* pro Quint. 44 Pecuniam petit: negamus deberi. Iudicium fiat ſtatim; non recuſamus. Numquid praeterea? Numquidnam, (*inquit* Donatus) Comicum eſt, et Terentianum: quum exemtis Num et Nam, ſufficere ad interrogationem potuiſſet Quid. Ter. Andr. 1, 4, 8 Opperiar vt ſciam numquidnam haec turba triſtitiae afferat. Cic. de Orat. 2, 13 c. 3 Quid vos tandem Craſſus? Numquidnam inquit noui? Numquidnam inquam noui? Id. Fam. 11, 27.

NVNTIVS, *ſiue* NVNCIVS, i. m. [ἄγγελος, ἀγγελίας, ἀγγέριος] *tum is, qui aliquid viſum vel auditum refert, et ſermone ſuo exponit,* (*ne tabellarium putes*) *tum ipſe ſermo, quo quid actum ſit refertur.* Varr. de L. L. 5, 7 p. 55, 34 Nuntius — a Graeco verbo νέος videri poteſt declinatum. *Nempe qui* nuntiat *aliquid,* nouum *quid ſe ferre putat.* Feſtus, Nuntius et res ipſa et perſona dicitur. Plaut. Merc. 4, 1, 1 Quoniam a viro ad me rus aduenit nuntius. Virg. Aen. 2, 547 Et nuntius ibis Pelidae genitori. Mercurius nuntius Iouis et deorum Hor. Carm. 1, 10, 5. Mendax Claud. de Bell. Get. 367. Optatiſſimus, *vid.* OPTO. Saeuus atque ſanguinarius, *vid.* Sanguinarius, *in* SANGVIS. Triſtis armorum Lucan. 8, 52. Velox Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 174. Verus Virg. Aen. 3, 310. Cladis Ouid. Met. 11, 349. Arceſſitus Praetoris nuntio Cic. Verr. 4, 115. Remittere nuntium *eſt repudiare.* Id. Att. 1, 10 Deinde ex Senatusconſulto Conſules rogationem promulgaſſe: vxori Caeſarem nuntium remiſiſſe. *Ob adulterium Clodii ſcilicet. conf.* Cic. Top. c. 4. Apul. Met. 9 p. 230, 19. *Hinc* Cic. Fam. 15, 16 Iam biennium aut triennium eſt, quum virtuti nuntium remiſiſti, delinitus illecebris voluptatis: *metaphora iucunda.* ¶ 2 Nuntius, *Quod nuntiatur, ſermo aliquid nuntiantis.* Plin. Epiſt. 5, 100 Nuntiatur mihi Caium Fannium deceſſiſſe: qui nuntius graui me dolore confudit. Bonus nuntius, *vid.* BONVS. Horribilis affertur Catull. 82, 10. Cic. Fam. 15, 2 Nuntii et literae de bello a Parthis in prouinciam Syriam illato quotidie fere afferuntur. Id. Fam. 2, 18 (19) Quum optatiſſimum nuntium accepiſſem, te mihi Quaeſtorem obtigiſſe. Afferre exoptatum nuntium Id. pro Roſc. Amer. 19 c. 7. Apportare nuntium, *vid.* APPORTO. Audire, *vid.* AVDIO. Cognoſcere ex nuntiis, *vid.* COGNOSCO. Cic. pro Corn. Balb. 64 Nolite per deos immortales, Iudices, hunc illi acerbum nuntium velle deferri, vt ſuum praefectum, *etc.* Dimittere nuntios Caeſ. Bell. Gall. 4, 19. Excitare aliquem literis, nuntiis, cohortationibus ad patriae praeſidium Cic. Philipp. 14, 20. Exſpectare nuntios Id. Att. 16, 4. Facere certiorem per nuntium quid actum ſit Id. ibid. 11, 22 (24) Fecit talem collegio ſuo nuntium, *i. haec nuntiauit* Apul. Met. 7 *pr.* Impellere aliquem improbiſſimis literis, fallacibusque interpretibus ac nuntiis in ſpem aliquam Cic. ad Brut. 10. Incutere nuntium alicui, *vid.* INCVTIO. Mittere nuntios ad regem, *vid.* MITTO. Monet ſecretis nuntiis Rhadamiſtum Tacit. Ann. 12, 46. Nuntiare nuntium exoptabilem Plaut. Stich. 2, 2, 67. *conf.* Epid. 1, 1, 19. *et* Ter. Heaut. 3, 1, 18. Percepit talem nuntium, qualem non audiet alium Apul. Met. 8 p. 237, 15. *Floridi.* Cic. pro Ligar. 7 A quo hoc ipſo C. Panſa mihi nuntium perferente, conceſſos faſces tenui, quoad tenendos putaui. Perferri omnium nuntiis, *vid.* PERFERO. Cic. Att. 3, 13 De Quinto fratre nuntii nobis triſtes nec varii venerant. Idem de Orat. 1, 175 De cuius morte quum domum falſus ab exercitu nuntius veniſſet, et pater eius, *etc.* Venerunt optatiſſimi nuntii et literae Id. Philipp. 14, 16. Vulnerat aures grauior nuntius Virg. Aen. 8, 582. Cic. pro Lege Manil. 7 Is qui vno die, tota Aſia, tot ciuitatibus, vno nuntio, atque vna literarum ſignificatione ciues Romanos necandos, trucidandosque denotauit. Noctis nuntius Heſperus Senec. Hippol. 6. Interpretes et nuntii rerum ſenſus Cic. de Nat. Deor. 2, 140.

NVNTIVM, i. *etiam* n. *genere, pro Re quae nuntiatur, poni ait* Seru. *ad* Aen. 11, 896 Vt etiam ſupra diximus, *inquit, Nuntius* eſt, qui nuntiat; *nuntium* quod nuntiatur. *Reſpicit ad* Aen. 6, 456 Sane qui nuntiat, genere tantum dicitur maſculino; quod autem nuntiatur, licet neutro dicatur apud Catullum, tamen inuenitur etiam maſculino. *Nempe* Catull. de Att. ſ. 62, 75 Roſeis vt hinc palam labellis ſonitus adiit, Geminas deorum ad aures noua nuntia referens: vbi *nuntium neutro genere contra Scaligerum probat Iſ. Voſſius* p. 173. *Idem etiam recte huc referri contendit* Lucret. 4, 708 Refrigeſcit enim cunctando plaga (*impetus rei odoratae*) per auras: Nec calida ad ſenſum decurrunt nuntia rerum, *i. particulae, quae indicant praeſentiam rei odoratae. Et ſic ſane libri, credo, omnes.* Decurrit *eſt a Criticis, qui* nuntia *cum* plaga *coniungunt. Clarum denique ait Voſſius* Varronis *locum* de L. L. 5, 9 p. 61, 37 Vbi noctu in templum cenſura auſpicatur, atque de caelo nuntium erit: praeconi ſic imperato: *et ait eum temere mutari. Certe ita edidit, non* nuntiatum, *Scaliger, neque quidquam varietatis notauit. Sed* Plaut. Mercat. 5, 2, 66 Opta ergo ob iſtuc nuntium, quid vis tibi, *quod in MSS. Palatinis eſſe ait Pareus,* iſtunc *dedit Gronou. vt* Liu. 4, 41 *extr.* triſtem nuntium *dedit, Gelenii et aliorum auctoritatem ſecutus, pro quidam* triſte nuntium *habent. Ad Plautum igitur Liuiumque non prouocauerim: de caeteris dicam cum* Nonio 3, 148 Nuntius generis maſculini: neutro apud aliquos non receptae auctoritatis lectum eſt, ſed doctos. Sedul. 2, 75 Grandia ſollicitis perturbant nuntia dictis. Tibulli *exempla pertinent ad Adiectiuum.* Apuleii *eſt* Adnuntia.

NVNTIVS, a, um. Adi. Ouid. Epiſt. 16, 10 Vror: habes animi nuntia verba mei. Tibull. 3, 4, 5 Venturae nuntia ſortis Exta. Cic. de Legib. 1, 2 Nuntia fulua Iouis miranda viſa figura. *de aquila ex quodam Poëta.* Tibull. 2, 1, 26 Viden' vt felicibus extis Significet placidos nuntia fibra deos. Fama nuntia rerum laetarum Ouid. ex Pont. 4, 4, 15. Veri nuntia fama Virg. Aen. 4, 188. Hiſtoria nuntia vetuſtatis Cic. de Orat. 2, 36 c. 9. Iris nuntia Iunonis Ouid. Met. 1, 270. *Sic* 11, 585 Iri meae, dixit *Iuno*, fidiſſima nuntia vocis.

vocis. Litera nuntia Ouid. Epiſt. 6, 9. Plaga nuntia rerum Lucret. 4, 708. *In his tamen, vt et plurimis prioribus exemplis, adiectiue ſumi videtur.*

NVNTIO, āre. [ἀγγέλλω, μηνύω, πιφάσκω, εὐαγγελίζω] *Significare rem nouam.* Ter. Heaut. 1, 2, 10 Voluptatem magnam nuntias. Idem Hec. 3, 5, 19 At iſtos inuidos dii perdant, qui haec libenter nuntiant. Cic. Att. 4, 9 (10) Miſit ad me ſtatim qui ſalutem nuntiaret. Plin. Epiſt. 1, 2 Cucurri, perueneram in proximum, quum mihi ab eadem Hiſpulla Iulius Atticus nuntiat, nihil iam ne me quidem impetraturum. Nuntiare ad aliquem aliquid Plaut. Moſt. 1, 3, 76. Cic. Fam. 11, 12 Ita Romam erat nuntiatum, ita perſuaſum omnibus, cum paucis inermis perterritis metu, fracto animo, fugiſſe Antonium. Nuntiatum eſt nobis, Caeſarem ad VIII Cal. Capuae, *etc.* Mutius Cic. Att. 9, 15. Nuntiatum eſt mihi vim parari Salluſt. Catil. c. 35. Nuntiatus eſt Silius Italicus vitam inedia finiſſe Plin. Epiſt. 3, 7. Praelium nuntiare Caeſ. Bell. Gall. 5, 22. Martial. 8, 6 Horas quinque puer nondum tibi nuntiat, et tum Iam conuiua mihi Ceciliane venis. Nuntiare monſtra, *h. e. Res magnas et mirabiles.* Cic. Att. 4, 7 Epiſtola tua me ſolicitum de Quint. noſtro puero optimo valde leuauit. Venerat horis duabus ante Chryſippus, mera monſtra nuntiarat. Ne ſenſus quidem vera nuntiant Id. Acad. 4, 79. Nuntiatum illico mittere Salluſt. Iugurth. 108.

NVNTIANS, antis. Partic. Legati nuntiantes Iuſtin. 18, 6, 2. *et* 23, 3, 5.

NVNTIĀTVS, a, um. Partic. Res domi nuntiata Iuſtin. 43, 5, 9. Pugna nuntiata Caeſ. Bell. Gall. 2, 28 *et* 29.

NVNTIATIO, ōnis. f. [ἀγγελία] *Auguris ſpeciatim opus eſt, cum viſa aut animaduerſa a ſe indicat.* Cic. Philipp. 2, 81 c. 32 In quo primum incredibilem ſtupiditatem hominis cognoſcite. quid enim? iſtuc, quod te ſacerdotii iure facere poſſe dixiſti, ſi Augur non eſſes, et Conſul eſſes, minus facere potuiſſes? Vide etiam ne facilius; nos enim nuntiationem ſolum habemus: Conſules et reliqui magiſtratus etiam inſpectionem. *conf.* Vlpian. Dig. 3 t. 14 l. 7. *et* Tertull. de Carne Chriſti c. 4. *de* Nuntiatione noui operis, *vid.* OPVS.

NVNTIĀTOR, ōris. m. Vlpian. in l. Praetor ait, *et* l. Stipulatio. D. de noui operis nuntiat. *conf.* Arnob. 1 *extr. et* Tertull. *ibid.* c. 7. Calliſtr. ICtus Dig. 49 t. 14 l. 1 §. 5.

NVNTIATRIX, īcis. f. Caſſiodor. Epiſt. 2, 14 Nuntiatrix redeuntis anni ciconia.

N V O

NVO, nui, nūtum, ĕre. [νεύω] *In compoſitis tantum ſupereſt, et ſignificat capitis, et ſuperciliorum motu ſignificare quid velis aut nolis.*

NŪTVS, ūs. m. [νεῦμα] *Signum, quod fit capite, vel ſuperciliis.* Cic. Fam. 11, 22 Nutus tuus poteſt hominem ſummo loco natum, ſummo ingenio, ſumma virtute, officioſiſſimum praeterea et grauiſſimum, incolumem in ciuitate retinere. Loquaces nutus Tibull. 1, 2, 21. Aberrare nutu, Annuere nutum, Appellare nutu et ſignificatione, Conſequi aliquid nutu, *vid. hh. vv.* Demonſtrare aliquid nutu Quinctil. 1, 5. Dare ſigna nutu Ouid. Faſt. 1, 418. Loqui nutu ſignisque Id. Met. 4, 63. ¶ 2 Nutus, *Voluntas, quae huiusmodi ſigno declaratur, ſiue affirmando, ſiue negando.* Plin. Epiſt. 1, 7 Nam ego quoque ſimili nutu ac renutu reſpondere voto tuo poſſum. Cic. pro Quint. 94 Si fas eſt reſpirare P. Quintium contra nutum, ditionemque Naeuii. Ad alicuius arbitrium nutumque totum ſe fingere et accommodare Id. in Orat. 24. Conuertere ſe totum ad voluntatem nutumque alicuius viri Id. Fam. 3, 10 *ſub fin.* Degere aetatem ſub nutu alterius Lucret. 4, 1116. Docemur auctoritate nutuque legum coërcere cupiditates Cic. de Orat. 1, 194 c. 43. Expeditus ad nutum alicuius Id. de Aruſp. Reſp. 60. Gubernari nutu atque arbitrio alicuius Id. Verr. 5, 34. Obſeruare nutus, *vid.* OBSERVO. Pendere pecunias ad nutum alicuius Cic. pro Lege Agrar. 2, 97. Nutu atque verbo non accurata quadam orationis copia libertinos in vrbanas tribus tranſtulit Tiberius Sempronius Id. de Orat. 1, 38. *Ad voluntatem deorum denotandam frequenter adhibetur, exemplo Homeri et Virgilii Aen.* 9, 106 Annuit, et totum nutu tremefecit Olympum. *Ita* Haec omnia deorum immortalium nutu atque poteſtate Adminiſtrari Cic. Catil. 3 c. 9. Nutu Iunonis Eunt res Virg. Aen. 7, 592. Nutu Iouis O. M. Factum Cic. Catil. 3 c. 9. ¶ 3 Nutus, (ῥοπή) *Vergentia, et procliuitas.* Cic. Tuſc. 1, 40 c. 17 Eam porro naturam eſſe quatuor omnia gignentium corporum, vt quaſi partita habeant inter ſe et diuiſa momenta, vt terrena et humida ſuopte nutu et ſuo pondere ad pares angulos in terram et in mare ferantur: reliquae, *etc.* Idem de Finib. 1, 19 Siue aliae declinabunt, aliae ſuo nutu recte ferentur. Conglobata in ſeſe nutibus ſuis terra Id. de Nat. Deor. 2, 98 c. 36 *pr.* *Hinc* Nutus, *pro Nutatione, motu, ruina.* Valer. Flacc. Argon. 6, 382 Quin grauior, nutuque cadens exterruit Idam.

NVTO, āre. Frequentat. [νευστάζω] *Saepe ſignum capitis facere.* Plaut. Aſin. 4, 1, 39 Neque illa vlli homini nutet, nictet, annuat. ¶ 2 Nutare, *pro Moueri aliquando accipitur, et quaſi Ruinam minari. Vnde* Nutare aedificia *dicimus, quum male ſolidata, ruinam minantur.* Liu. 4, 37 Altera ex parte nutant circumſpectantibus galeae, et incerti trepidant, applicantque ſe turbae. Arbores nutant Plin. 13, 4. Ornus concuſſo vertice Virg. Aen. 2, 629. *add.* Id. 9, 682. Rami nutant pondere Ouid. de Arte Am. 2, 263. Turres Lucan. 6, 136. Victoria nutat, *Seſe in vnam vel alteram partem inclinat* Plin. de Viris illuſtr. c. 16. Vrbs tanto diſcrimine nutabat Tacit. Hiſt. 4, 52, 6. Liu. 21, 44 Si fortuna nutabit, in praelio potius, quam in fuga mortem oppetere. *Vetus codex habet* Dubitabit. Animi nutant Stat. Theb. 4, 197. Timor nutat vtroque Id. ibid. 8, 614. Nutare in re aliqua, *pro Dubitare.* Cic. de Nat. Deor. 1, 121 Mihi quidem etiam Democritus vir magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigauit, nutare videtur in natura deorum. Id. de Finib. 2, 8 Nunc autem dico ipſum Epicurum neſcire, et in eo nutare. ¶ 3 *Librarii permutant inter ſe* Mutare *et* Nutare.

NVTANS, antis. Partic. [νευστάζων] Acies nutans Tacit. Hiſt. 3, 40. *add.* Id. ib. 3, 18, 4. *et* 4, 49, 3. Curis nutantem Colchida vidit Valer. Argon. 7, 153. Domus nutantes pendent Lucan. 1, 494. Calathos nutanti Lacte coactos Calpurn. ecl. 2, 77. *Nempe lac coagulatum et denſatum trepidat quaſi et huc illuc nutat.* Galliae Tac. Hiſt. 1, 2, 2. Machinamentum ſuſpenſum et nutans Tacit. Hiſt. 4, 30. Platanus nutans Catull. 65, 390. Ruina mundi nutans Lucan. 4, 393. Vela carinae nutantia Id. 8, 48.

NVTATVRVS, a, um. *Aliud* Partic. [νευσάσων] Apex nutaturus ſupra agmina Stat. Silu. 4, 4, 68.

NVTATIO, ōnis. f. [νεύτασις] Plin. 11, 37 A cerebro proficiſcitur ſomnus: hinc capitis nutatio. *Metaph. periculum ruinae, vt* Reipublicae nutatio Plin. Paneg. c. 5.

NVTĀMEN, ĭnis. n. Sil. 2, 399 Albentes niueae tremulo nutamine pennae.

NVTABVNDVS, a, um. Adi. Solin. c. 27 Capite nutabundo. Saluian. de Gubern. Dei 6 Ad greſſum nutabundi.

NVTABĬLIS, e. Adi. Apul. de Deo Socr. p. 44, 19 Vsque ad regni nutabilem ſuggeſtum et pendulum tribunal euectus eſt.

N V P

NVPER. Adu. [ἄρτι, ἀρτίως, ἔναγχος, νεωστί] *Non longo ante tempore. Neque vero ad horas refertur, ſed vel ad paucos dies, vel ad paucos menſes.* Nuper me in litore vidi Virg. Ecl. 2, 25. Terent. Eun. 1, 2, 50 Mater mea illic mortua eſt nuper. Cic. de Amicit. 24 Qui clamores tota cauea nuper in hoſpitis et amici mei M. Pacuuii fuerunt. Nuper indulgens in patrem, idem ſeuerus in filium Id. Off. 3, 112. Ter. Heaut. 1, 1, 1 Quamquam haec inter nos nuper notitia admodum eſt. *Haec verba vſurpat* Cic. de Finib. 2, 14. *al.* Nupera. Plaut. Truc. 2, 4, 43 Nunc huc remiſit nuper ad me epiſtolam, ſeſe experturum quanti ſeſe penderem. *conf.* Ter. Eun. prol. 9. *Vid.* NVNC. Cic. Tuſc. 2 *pr.* Ex ea diſputatione, quae mihi nuper habita eſt in Tuſculano, magna videbatur mortis effecta contemtio. *Poſſis putare, ad proximum diem reſpici. Sed ſunt haec verba exordii, quod ex ſua perſona aliquo tempore poſt habitam diſputationem ſcripſit. conf.* 1, 8 c. 4. *Cum de Longiori tempore dicitur, intelligitur illud comparatione tamen ſuperiorum ſaeculorum breue eſſe.* Cic. de Diuin. 1, 86 Neque ante philoſophiam patefactam quae nuper inuenta eſt, hac de re communis vita dubitabit. *Vid.* Pompon. Enchir. *cum notis Ruperti* p. 247. Nuperrĭme, *Superl.* Cic. de Inuent. 1, 24 c. 17 Primum te dicturum polliceri, aut ab aduerſarii dicto exordiri, et ab eo potiſſimum, quod ille nuperrime dixerit, aut, *etc.*

NVPĔRVS, a, um. Adi. *Recens, nouum.* Plaut. Capt. 3, 5, 60 Recens captum hominem, et nuperum, et nouitium te perdocere, *etc.*

NVPSIA, ae. f. [Νυψία] Oppidum eſt ad Nilum fluuium, in tractu Syenitarum, cuius meminit Plin. 6, 29.

NVPSIS, is. f. Oppidum eſt Arabiae, Nomadibus proximum, de quo Plin. 6, 100.

NVPTA, NVPTIAE, NVPTVS, *etc. Vid.* NVBO.

N V R

NVRSIA, ae. f. [Νυρσία] *Sabinorum ciuitas, auctore Ptolemaeo* 3, 1. Nurſia *item*, Piceni ciuitas, a Virgilio Frigida dicta, aut re vera: aut certe venenoſa, et nocens. Gracchi namque vbique in concionibus ſuis Nurſinos ſceleratos appellauerunt: et ſcimus amare Virgilium hiſtoriarum rem per tranſitum tangere. *Verba Seruii ad illud* Virg. Aen. 7, 716 — quos frigida miſit Nurſia, et Hortinae claſſes, populique Latini. Habitata pruinis Nurſia Sil. 8, 418.

NVRSĪNVS, a, um. Adi. Martialis 13, 20 Nurſinas poteris parcius eſſe pilas.

NŬRVS, ūs. f. [νυός] *Filii vxor.* Cic. Philipp. 2, 58 Reiecta mater amicam impuri filii tanquam nurum ſequebatur. Digna nurus ſocero Ouid. Epiſt. 3, 73. Ter. Hec. 2, 1, 4 Vno omnes animo ſocrus oderunt nurus. ¶ 2 Nurus *generatim pro mulieribus, nuptis praeſertim et iuuenibus. V. g.* Ouid. Met. 2, 366 Excipit, et nuribus mittit geſtanda Latinis. Martial. 4, 31 Atque inter Latias gloria prima nurus.

N V S

NVS, *Gr.* νοῦς, *Sapientia. Vid.* Vet. Interp. Iren. 1, 1. Mart. Capell. 2 Per vos vigil decenſque nus mentis ima complet. ¶ 2 *Pactolis omnibus et Tagis praeferendus fluuius, de quo* Plin. 31, 2 ſ. 12 In Cilicia apud oppidum Caſcum riuus fluit, Nus, ex quo bibentium ſubtiliores ſenſus fieri, M. Varro dicit.

NVSCITIO, ōnis. *Vid.* LVSCITIO, *et ſtatim* NVSCICIOSVS.

NVSCICIOSVS, a, um. Adi. Feſtus, Nuſciciosum Ateius Philologus ait appellari ſolitum, qui propter oculorum vitium parum videret. At P. Opilius Aurelius, nuſciciones eſſe caecitudines nocturnas. Aelius Stilo, qui plus videret veſperi, quam meridie, nec cognoſceret, niſi quod vſque ad oculos admouiſſet.

NVSPIAM. Adu. Gell. 5, 4 Librarius in quoduis pignus vocabat, ni in vna nuſpiam litera delictum eſſet. *al.* Si vſpiam. *Etiam Gron. putat, aut* ni nuſquam, *aut* ſi vſpiam *legendum. Vid. Borrich. Cogit.* p. 182 *Sciopp. Animaduerſ. in Voſſ.*

NVSQVAM. Adu. [οὐδαμῇ, μηδαμῇ] *Quod* Priſcian. l. 17 p. 1058 *extr. vocat* omnium locorum abnegatiuum: *q. d.* ne vſquam, *i. Nullo in loco.* Ter. Eun. 4, 3, 18 Ille autem bonus vir nuſquam apparet. Cic. Acad. 4, 103 c. 32 Quae nuſquam alibi eſſet. Id. de Legib. 1, 42 Lex eſt recta ratio imperandi, atque prohibendi, quam qui ignorat, is eſt iniuſtus, ſiue eſt illa ſcripta vſpiam, ſiue nuſquam. Nuſquam abero Virg. Aen. 2, 620. Nuſquam cunctabundus Tacit. Ann. 1, 7. Ter. Ad. 4, 2 *pr.* Fratrem nuſquam inuenio gentium: *q. d. in nullo loco, vbi ſunt gentes.* Cic. de Senect. 79 Nolite arbitrari ô mihi cariſſimi filii, me, quum a vobis diſceſſero, nuſquam, aut nullum fore. Nuſquam tuta fides Virg. Aen. 4, 373. Nuſquam vidi Scribon. 163. ¶ 2 *Nullum in locum ſignificat.* Ter. Eun. 2, 2, 50 Detineo te, fortaſſe tu profecturus alio fueras. P. nuſquam. Cic. Fam. 10, 32 Et prouinciam in otio, et exercitum in mea poteſtate tenui: finibus meae prouinciae nuſquam exceſſi. Nuſquam ventum aut abitum ſine cauſa putetur Auctor ad Herenn. 2, 3 c. 2. Nuſquam pedem, *ſcil. promoturus ſum* Ter. Adelph. 2, 2, 19.

N V T

NVTO, āre. *Vid. ſub* NVO, ĕre.

NVTRIO, īui *vel* ii, ītum, īre. [τρέφω, σιτέω, σιτίζω, τιθεύω, τιθηνέω] *Idem fere quod alere, et matrum ac mammas paruis praebentium fere proprium, deinde varie transfertur.* Plin. 11, 40 Balaenae, vitulique mammis nutriunt fetus. Vento nutritur ignis Ouid. Rem. Amor. 807. Nutrire vinum, *quod et* Curare *dicimus.* Columel. 12, 30 Quanto maior aeſtus erit, eo ſaepius conuenit vinum nutriri, refrigerarique, et ventilari. *Eleganter, inquit Turnebus, vinum medi-*

camento curatum nutriri dicit. *Ego putem proprie* Nutriri vinum, *eum ſupplentur vaſa, et quae deceſſere reſtituuntur.* Pax nutrit Cererem Ouid. Faſt. 1, 704. Amorem longum male nutrit Id. de Arte Am. 579. Cic. in Salluſt. 1 Multi priuatorum audacias nutriuerunt, ego nihil timui niſi leges. *Conf.* Petron. c. 21. Fauorem Sil. 7, 497. *al.* Furorem. Ignes ſuos Ouid. Met. 6, 493. Morbos Celſus 6, 6. Idem 3, 23 Mediis autem diebus Vires eius erunt nutriendae. Celſ. 5, 26 Repurgatumque Vlcus ſic vt caetera nutriendum eſt. Nutrire in filio damnum naturae Liu. 7, 4 *extr. vid. h. l. Gronou.* ¶ 2 Nutritor, *pro* Nutri *vel* Nutrito. Futurum Imperatiui paſſiui, pro Praeſente actiui poſuit Virg. Georg. 2. 425 Hoc pinguem, et placitam paci nutritor oliuam. Seruius.

NVTRIENS, entis. Partic. Vulg. Interp. Matth. 24, 19 Vae praegnantibus et nutrientibus.

NVTRĪTVS, a, um. Partic. [τεθρεμμένος] Ferino lacte nutritus Ouid. Triſt. 3, 11, 3. Nutritae ſanguine fruges Petron. c. 120.

NVTRĪTVS, ûs. m. [θρέψις] *Nutrimentum.* Plin. 22, 24 Multi ſenectam longam mulſi tantum nutritu tolerauere. Nutritus pius et maternus *laudatur ex* Senec. Conſol. ad Helu. *Sed ibi* c. 17. *Lipſ. et Gronou. ita*, Illius pio maternoque nutricio per longum tempus aeger conualui. *Neque quidquam varietatis adnotatum.*

NVTRĪCO, āre. *Idem quod Nutrire.* Plaut. Merc. 3, 1, 11 Nec pecua ruri paſcere, nec pueros nutricare. Varro de R. R. 2, 4, 14 Sus binis menſibus nutricat. Id. 2, 2, 17 Nutricantur agni. Idem 2, 8, 4 Quum peperit equa mulum aut mulam, nutricantes educamus. Idem 2, 4, 19 Nutricare porcos. Petron. Fragment. p. 50 Tu viperam ſub ala nutricas. *Conf.* Arnob. 1 p. 32. Apul. in Triſmeg. p. 98 Praegnantes et nutricantes *coniunguntur* Tertull. ad Vx. 1, 5.

NVTRICOR, āri. Depon. *Idem.* Cic. de Nat. Deor. 2, 86 c. 34 Omnium autem rerum, quae natura adminiſtrantur, ſeminator, et ſator, et parens (vt ita dicam) atque educator, et altor eſt mundus, omniaque ſicut membra ſua et partes ſuas nutricatur et continet. Apul. Apol. . . Eum paupertas nutricata eſt. *Paſſiue*, Varr. R. R. 1, 23 Ea ſole nutricantur.

NVTRICATIO, ōnis. f. *Nutritio.* Varro de R. R. 1, 44 Dicetur, inquit Agrius, de tertio gradu, de nutricationibus atque alimoniis eorum. Gell. 12, 1 Munus nutricationis *de puerpera.* Apul. Dogm. Plat. 2 p. 27 Puerorum nutricationes.

NVTRICĀTVS, ûs. m. *Idem.* Plaut. Mil. 3, 1, 54 O lepidum ſenicem, ne ſi quas memorat virtutes habet, Atque equidem plane eductum in nutricatu Venerio. Varr. de R. R. 47. *et* 3, 9. *Conf.* Macrob. Saturn. 5, 11.

NVTRICATOR, ōris. m. Plinio *tribuitur, ſed negant boni Indices.*

NVTRITIVS, *vel* NVTRICIVS, a, um. Adi. [θρεπτικὸς] *Qui nutrit.* Columel. 3, 13 Ne incrementa duritia ſua reuerberet, ſed tenero velut nutricio ſinu recipiat, et caeleſtes admittat imbres. Alimenta nutricia Firmic. 3, 16. Nutriciae curae Arnob. 2 p. 58. ¶ 2 *Subſtantiue.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 107 Nutricius eius pueri eunuchus. Varro R. R. 2, 1 Quis Fauſtulum neſcit paſtorem fuiſſe nutricium, qui Romulum et Remum educauit. Gloſſ. Gr. Lat. τροφεὺς, nutricius. *Sic*

NVTRICIVM, i. n. *Nutriendi et educandi ſtudium, videtur dici per ellipſin huius nominis ſtudium.* Senec. Conſol. ad Helu. c. 17 Illius pio maternoque nutricio per longum tempus aeger conualui. *Plur.* Nutricia ducere ab aliquo Arnob. 5. Omnia infantum nutricia Manil. 3, 133. *i. ſtudia et curas educandi.* Nutricia, τροφεῖα, *nutricis merces, apud* Vlpian. l. 1 fin. D. de variis et extraordinariis cognitionibus. Nutricia, orum, *intell. praemia.*

NVTRĪTOR, ōris. m. [τροφεὺς] *Qui nutrit.* Suet. de Clar. Gramm. c. 7 M. Antonius Gnipho, ingenuus in Gallia natus, ſed expoſitus a nutritore ſuo manumiſſus. Dracont. in Hexaëm. 565 Et generata vigent ſub nutritore Tonante. Puellae nutritor Claud. in Eutrop. 1, 104. Equorum nutritor Pholoës Stat. Theb. 10, 228.

NVTRITORIVS, a, um. *Quod nutriendi vim habet.* Theod. Priſcian. de Diaet. c. 3 Lac omne nutritorium eſt. Nutritoriae cunae Auguſt. Confeſſ. 12, 27.

NVTRIBĬLIS, e. Adi. *Idem.* Cael. Aurel. Tard. 4, 3 Cibi nutribiles.

NVTRIX, īcis. f. [θρέπτειρα, τιθὴ, τιθήνη, τροφὸς] *Quae nutrit, vel lacte ſuo, vel aliter.* Ter. Eun. 5, 2, 53 Nutricem accerſitum iit, quae illam aluit paruulam. Nutrices et paedagogi iure vetuſtatis plurimum beneuolentiae poſtulant. Cic. de Amicit. 76 c. 20. Cum lacte nutricis, errorem aliquem ſugere Cic. Tuſc. 3, 2 c. 1. Inſerunt manſa omnia in os pueris infantibus nutrices Cic. de Orat. 2, 162. *Conf.* Virg. Aen. 4, 632. *et* 634. Quinctil. 1, 1. *et* 1, 10. Almae nutricis blanda ac infracta loquela Lucret. 5, 231. Regia nutrix natorum Priami Virg. Aen. 5, 645. Nutrices *etiam Comites adultarum virginum v. g.* Liu. 3, 44. *Etiam matres ſunt* Nutrices, *in quantum nempe nutriunt. certe in animalibus, vt* Colum. 6, 24, 4 *de vaccis: et* 8, 5, 24 *de gallinis.* ¶ 2 *Metaphor.* Cic. in Orat. 37 Laudationum, ſcriptionum, et hiſtoriarum, *etc.* reliquarumque rerum formam, quae abſunt ab forenſi contentione, *etc.* non complectar hoc tempore. non quo negligenda ſit: eſt enim illa quaſi nutrix eius oratoris, quem informare volumus, *etc.* Leonum nutrix tellus Iubae Hor. Carm. 1, 22, 16. Diſcordia nutrix belli Claud. in Ruff. 1, 30. Curarum nutrix nox Ouid. Met. 8, 81. Nutrices arbores glandiferae dicuntur Plin. 16. prooem. *quae alimenta primis hominibus praebuiſſe dicantur.* Nutrix, *pro Seminario (inquit Budaeus) in quo tenella adhuc ſemina depanguntur, deponunturque.* Plin. 17, 10 Omnia ea non ſtatim moris eſt in ſua locari, ſed prius nutrici dari, atque in ſeminariis adoleſcere, iterumque migrare. Catull. Argon. ſ. 62, 18

Illaque atque alia viderunt luce marinas
Mortales oculi nudato corpore nymphas,
Nutricum tenus extantes e gurgite cano. *i. Mammarum.*

Sic etiam Voſſius, qui eodem modo τροφὰς et τιθὰς vocari a Graecis mammas obſeruat: et varietatem lectionis ignorantiae librariorum deberi contendit. Plaut. Trin. 2, 4, 111 *Cum Dominus de* agro *doti dando ſorori dixiſſet, ſeruus,* Noſtramne, *inquit*, vis nutricem, here, quae nos educat, abalienare a nobis? Idem Curc. 2, 3, 79 Talos arripio, inuoco almam meam nutricem Herculem. Nutrices et conſeruatrices perpetui ignis caſtae virgines Arnob. 4, 151. *de Veſtalibus.*

NVTRĪCVLA, ae. f. Dimin. [θρέπτριον] Iuuen. Sat. 7, 149 Gallia, vel potius nutricula cauſidicorum, *etc.* Hor. Epiſt. 1, 4, 8 Quid voueat dulci nutricula maius alumno. *etc.* *Add.* Suet. Auguſt. c. 94. Fabulae nutricularum Quinct. 1, 9. Cic. in Vatin. 4 Veniſti iratus omnibus, quod ego ſimul ac te adſpexi, prius quam loqui coepiſti, quum ante Gellius, nutricula ſeditioſorum omnium, teſtimonium diceret, ſenſi atque prouidi. Muſicae nutricula Apul. Mil. 6 p. 178. Cic. Philipp. 11, 12 c. 5 His quaſi praeter dotem, quam in ciuilibus malis acceperant, agrum Campanum largitus eſt Antonius, vt haberent reliquorum nutriculas praediorum: quibus vtinam contenti eſſent: ferremus: etſi tolerabile non eſſet. Caſam nutriculam *vocauit* Quinctil. Decl. 13. *Vbi quis nutritus fuit.*

NVTRIMENTVM, i. n. [θρέμμα, τροφὴ] *Alimentum.* Cic. in Orat. 42 c. 13 Sed quod educata huius nutrimentis eloquentia eſt, ipſa ſe poſtea colorat et roborat. Suet. Calig. c. 9 Quantum per hanc nutrimentorum conſuetudinem fauore et gratia valuerit, *i. Quod in caſtris educatus ſit, vt ait Budaeus.* Nutrimenta ignis Valer. Max. 3, 2. Virg. Aen. 1, 176 Suſcepitque ignem foliis, atque arida circum Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam. Nutrimentum, *pro Eo, qui alitur.* Valer. 9, 3 Digna nutrimenta, quae in exitum patriae ſuae, vt euenit, conuerterentur. *Loquitur de filiis Annibalis.* Nutrimenta, orum, *pro Ipſa nutricatione poſuit.* Suet. Auguſt. c. 6 Nutrimentorum, *inquit*, eius oſtenditur adhuc locus in auito ſuburbano iuxta Velitras permodicus.

NVTRĪMEN, ĭnis. n. [ἐδώδιμον] Ouid. Met. 15, 354 Naturaeque ſuum nutrimen deerit edaci. *Add.* Iuuen. in Matth. c. 25.

NVTRIMENTĀLIS, e. Adi. Conſt. Afer de N. H. Nutrimentalia membra.

NVTVS, *vid.* NVO.

N V X

NVX, nŭcis. f. [καρύη, κηρύα, κάρυον] *Generale nomen eſt fructibus arborum, qui duro operimento teguntur, vt ſunt Amygdalae, Auellanae, et huiuſmodi, vid.* Seru. *in* Virg. Ecl. 2. *Genitiuum plur. doceat* Plin. 13, 5 ſ. 10 In nucum genere piſtacia nota. Id. 15, 22 Caeteris quidquid eſt, ſolidum eſt, vt in auellanis, et ipſo nucum genere, quas antea abellinas patrio nomine vocabant. Nux, *a Nocendo dicitur, vt quibuſdam placet, qui huc trahunt* Ouid. de Nuce 61 Quoniam ſata laedere dicor, Imus in extremo margine fundus habet. *Ad modum ſ. magnitudinem indicandum, inſtar menſurae naturalis adhibetur, v. g.* Nucis abellanae (ſ. auellanae) magnitudine datur. Scribon. 169. - - deuoratur 135. Nucis abellanae tuberculo ſumitur 167. *i. quanta eſt nucis auellanae magnitudo.* Nucis iuglandis magnitudine conciſa radix 156. - - magnitudinem dare 148. Datur quantum nucis iuglandis 143. Macrob. Sat. 2, 14 De nucum generibus *agit.* Cat. 8, 2 Nuces caluas, Auellanas, Praeneſtinas, Graecas *memorat.* Cortex viridis nucis Tibul. 1, 8, 44. Fetus nucis Virg. Georg. 2, 69. Abellanea nux media Scribon. 120. Auellana nux, ſeu Praeneſtina, quae eadem eſt, ex arbore eſt, quae Corylus dicitur. Hanc autem nucem Graeci Ponticam vocant Macrob. Saturn. 3, 18. Calva nux, *Nux eſt auellana, vel Pontica. Hoc ex veteri quodam lexico eruiſſe ſe dicit Turnebus, in quo ſic ſcribitur,* Caluae, Ποντικὰ πεφρυγμένα. Hor. Serm. 2, 5, 36 Eripiet quiuis oculos citius mihi, quam te Contemtum caſſa nuce pauperet. Caſtaneae nuces Virg. Ecl. 2, 52. Columel. de Arborib. c. 22 Nucem Graecam ſerito Arcturi ſigno. *Quidam dicunt eſſe amygdalam, argumento* Plin. 15, 22 *quum de amygdala loquitur*, Haec arbor (*inquit*) an fuerit in Italia Catonis aetate, dubitatur, quoniam Graecas nominat. Macrob. Saturn. 3, 18 Nux Graeca haec eſt, quae et amygdala dicitur. Sed et Thaſia eadem nux vocatur. Iuglandes nuces, quae et Regiae dictae ſunt Plin. 15, 22. Minimae Iuuen. Sat. 5, 143. Pineae nuces, *Quas pinus arbor gerit* Martial. 13, 25. Perſica nux Idem. 13, 46. Sapineae nuces Col. 12, 5, 2. Tarentina ſ. Graeca nux vt fiat Id. 5, 10, 14. Conficere nucem, *vid.* CONFICIO. Deiecerit eurus Annoſam ſi forte nucem Iuuen. Sat. 11, 119. Dare nuces Catul. 59, 131. Frangat nucem qui e nuce nucleum eſſe vult. *Qui commodum appetit, ne fugiat laborem: Qui quaerit voluptatem, prius experiatur ſudorem, ſine quo non paratur vera voluptas. Hanc ſententiam* Plautus *figura ſane quam prouerbiali extulit, in* Curc. 1, 1, 55. Frangere nucem Cic. de Orat. 2, 266. Legere nuces Idem Ibid. 2, 265. Ludere nucibus cum pueris minutis Suet. Aug. c. 73. Relinquere nuces, *eſt Omiſſis ſtudiis ac nugis puerilibus ad grauiora, magisque ſeria conuerti.* Perſ. 1, 10 Et nucibus facimus quaecunque relictis, Quum ſapimus patruos. *Translata metaphora, vel a vetuſta nuptiarum caerimonia, in quibus ſponſus vxorem ducens nuces ſpargebat, vtpote iam pueritiae renuntians, vel certe a puerorum luſibus, qui nucibus peraguntur, ductum prouerbium videri poteſt.* Martial. 5, 135. Spargere nuces Virg. Ecl. 8, 29. *vid.* Seru. *in loc.* Plin. 15, 22. Nuces amarae, *apud* Celſum 6, 7. *et alibi frequenter, nihil aliud ſunt, quam quas vulgo Amygdalas amaras vocant.* Scribon. 3. *Conf. Rhod. in Lex. Scribon. qui plurima aliorum loca allegat.* Ocellata nux, *vid. Lex. Pitiſc.* Perſicum quod vulgo vocatur, Molluſca nux dicitur, ſcilicet quod caeteris nucibus mollior ſit Macrob. Saturn. 3, 18. Perſicon huic potum e nuce traditur interiore. Sammon. 404 *pro oſſe ſ. ligno pomorum. Scalig. leg.* Perſidis huic pomum. *Conf. Bodaeus ad Theophr.* 3, 5 p. 125. Saturnaliciae nuces: *eſt Andr. Senftleb. libellus hoc titulo.*

NVCŬLA, ae. f. Dimin. *Minuta nux. Vnde et* Praeneſtinae nuculae *appellatae ſunt. vid.* Feſt. *Conf.* Plin. 15, 22.

NVCELLA, ae. f. *Vt*, Nucella cocta Apic. *it. pro glande: vid. Barth. Aduerſ.* 32, 18.

NVCIPERSICVM, i. n. *vid.* tit. Martial. 13, 46.

NVCIPRŪNVM, i. n. *Prunum inſitum nuci.* Plin. 15, 13 Peculiaris impudentia eſt nucibus inſitorum, quae faciem parentis, ſuccumque adoptionis exhibent, appellata ab vtroque nucipruna.

NVCEVS, a, um. Adi. [καρύϊνος] *Quod eſt ex nuce.* Plin. 16, 39 Vlmeam, pineam, nuceam, hanc atque aliam materiam omnem quum effodies, Luna decreſcente eximito poſt meridiem. Onomaſt. Vet. καρυκρὸε, nuceus.

NVCĒTVM, i. n. *Locus conſitus nucum arborum frequentia.* Stat. Silu. 1, 6, 12 Quidquid nobile Ponticis nucetis, Fecundis cadit aut iugis Idumes. *Nuces Ponticas intelligit, quae et Praeneſtinae, et Auellanae dicuntur.*

NVCIFRANGIBŬLVM, i. n. *Ioco appellat* Plaut. *Dentem*, in Bacch. 4, 2, 16 Mihi cautio eſt, ne nucifrangibula excuſſit ex malis meis.

NVCĬNVS, a, um. Adi. *Vt*, Menſae nucinae Vet. Scholiaſt. Iuuen. Sat. 11, 119. *e ligno nucis.*

NVCĀLIS, e. Adi. Cael. Aurel. Acut. 2, 37 Palmulae nucales, quas caryotas appellant.

NVCAMENTVM, i. n. *Aliquid nuci ſimile.* Plin. 16, 10 Nucamenta (abietis) ſquamatim compacta.

NVCLEVS, i. m. *Quaſi nuculeus, vt in MSS. Plauti legi narrat Grut.* [πυρὴν] *Quod tenerum in nuce includitur.* Plin. 12, 9 Pomum intus ſimile contortis nucleis. Idem 9, 35 Concidere nucleum dentibus, *vid.* CONCĪDO. Plaut. Capt. 3, 4, 122 Nucleum amiſi, reliquit pignori putamina. *Verba ſunt Hegionis, vbi reſciuiſſet ſibi impoſitum eſſe, et herum amiſſum pro ſeruo, ſeruum pro domino retentum, is enim, ex quo fructus exſpectabatur, aufugerat, eo relicto, ex quo nihil emolumenti poterat capi. Eraſmus.* Amygdalorum nuclei Scribon. 148. — Perſicorum 148. — Pini 189. — Pinei 142. 143. Nuclei oliuarum Vlpian. in l. Carbonum. D. de Verborum ſignificat. Nucleus, *Allii ſpica. Multis enim ſpicis ſeu nucleis compactum eſt allii caput.* Plin. 19, 6 ſ. 34 Allium tenuiſſimis et quae ſeparantur, in vniuerſum velatur membranis: mox pluribus coagmentatur nucleis, et his ſeparatim veſtitis. Nucleus pinguitudinis Plin. 17, 6. Nucleus ferri, *Chalybs* Idem 34, 14. Nucleus acini, *quod* Vinaceum *appellat* Columella, Plin. 23, 1.

NVCLEĀTVS, a, um. Adi. Scribonius Largus Compoſ. 233 Vua paſſa, nucleata, contuſa ac miſta. *Sed bene coniicit Rhodius* enucleata.

N Y C

NYCTĂLOPS, ōpis. Adi. [νυκτάλωψ] *Qui videt interdiu, occidente autem ſole cernit exiliter, noctu nihil. Hic etiam Luſcioſus dicitur a Latinis.* Plin. 8, 50 Caprinum iecur ſi veſcantur, reſtituit veſpertinam aciem his, quos nyctalopas vocant. *Idem dicit* 28, 11 *vid.* LVSCIOSVS, *ex* Non. 2, 512.

NYCTALŌPIA, ae. f. *Vitium ipſum eſt, vt Myopia. Dioſcorides tamen Nyctalopa pro Vitio identidem accipit. Budaeus. Conf.* Iſidor. 4, 8.

NYCTALOPA, ae. f. *Herba.* Plin. 21, 11 Eandem vocari chenomychon, quoniam anſeres a primo conſpectu eius expaueſcant: ab aliis nyctalopa, quoniam e longinquo noctibus fulgeat. *de nyctegreo. Poteſt caſus rectus eſſe* Nyctalops.

NYCTEGRĔSIA, Ea Homeri rhapſodia vocatur, qua maximo metu perculſis omnibus et conſternatis ob offenſionem pugnae, noctu in caſtris ab Agamemnone excitantur e ſtratis duces, et ad conſilium vocantur, *vid.* Egretus *apud* Feſt.

NYCTEGRĔTVS, i. m. *vel* NYCTEGRETON, i. n. [νυκτέγρετος] *Herba, de qua ſic* Plin. 21, 11 Nyctegretum inter pauca miratus eſt Democritus, coloris ignei, foliis ſpinae, nec a terra ſe attollentem, praecipuam in Gedroſia narrat. Erui poſt aequinoctium vernum radicitus, ſiccarique ad Lunam XXX diebus, ita lucere noctibus. Magos Parthorumque reges vti hac herba ad vota ſuſcipienda. *Haec ille.*

NYCTELIA, orum. n. *pl.* [τὰ Νυκτέλια] *Bacchi ſacra nocturna apud* Seru. *ad* Aen. 4, 303 Nocturnus Cithaeron, noctu celebratus: vnde ipſa ſacra *nyctelia* dicebantur, quae Populus Rom. excluſit cauſa turpitudinis, *vid. Taubm. ad* Culic. Virg. p. 70. *Hinc*

NYCTELIVS, a, um. Adi. [Νυκτέλιος] *vocatus fuit Bacchus, quod ſacra eius noctu fiebant: νὺξ enim nox eſt, τελέω perficio.* Nyctelius pater, *Bacchus* Ouid. de Arte Am. 1. 567. Latex Nyctelius, *Vinum* Senec. Oedip. 492.

NYCTĔRIS, ĭdis. f. [νυκτερὶς] Veſpertilio tam minutos habens pedes, vt eis carere videatur Plin. 11, 47.

NYCTEVS, *duarum ſyllabarum*, Nycteos, *vel Latine* Nyctei. m. [Νυκτεὺς] *Rex quidam fuit, pater Antiopes.* Propert. 3, 15, 12 Nycteos Antiopen, *etc.*

NYCTĒIS, ĭdis. f. Patronym. [Νυκτηῒς] Propertius 1, 4, 5 Tu licet Antiopae formam Nycteidos, *etc.* *Add.* Ouid. Met. 6, 111.

NYCTICŎRAX, ācis. m. [νυκτικόραξ] *Coruus nocturnus.* D. Hieronymus in fine epiſt. ad Suniam et Fretellam, Nycticoracem dicit eſſe, quam vocamus Noctuam. *Conf.* Paul. Nolan. Epiſt. 40, 6. Pſalm. 103, 7.

NYCTĬMĔNE, es. f. [Νυκτιμένη] *Filia* Nyctei, *quo etiam nomine dicta eſt auis quaedam, in quam conuerſa,* Nyctimene *fertur. Quae quoniam cum patre concubuerat, facinus recognoſcens in ſiluas aufugit, et in noctuam conuerſa, lucem odit, nocte tantum volitans. A Graecis appellatur γλαὺξ, vid.* Ouid. Met. 2, 591 *et* 594.

NYCTOSTRĂTĒGVS, i. m. [νυκτοστράτηγος] *Praefectus vigilum, qui armati noctu vrbem perluſtrant.* Arcad. l. vlt. §. 12 ff. de mun. et honor. *vid. Panciroll. de Magiſtr. Municip.* c. 24. Nicoſtrategi *vitioſa lectio fruſtra exercuerat interpretes.*

N Y M

NYMPHA, ae. f. [νύμφη] *Latine Sponſa dicitur. Pro Vxore ponitur ab* Ouid. Epiſt. 1, 27 Grata ferunt nymphae pro ſaluis dona maritis. *Sponſae* nymphae *dictae ἀπὸ τοῦ νῦν πρώτως φαίνεσθαι: quia nunc viſendas ſe praebent, cum antea prodierint obtectae, vid. Salmuth. in Panciroll. Deperd. P. 1 tit. 10.* ¶ 2 Nymphas *antiqui aquarum deas eſſe putauerunt, quaſi* lympharum *numina: quippe veteres Graeci* nympham *dicebant, quam nos mutatione vnius literae* lympham, *hoc eſt aquam. Aliquando* Nymphae *dicuntur Muſae, quod aqua currendo muſicos ſonos efficiat. Hinc ſaepe numero a Poëtis inuocantur, vid.* Seru. *ad illud* Virg. Ecl. 7, 21 Nymphae, noſter amor, Libethrides. Cic. de Nat. Deor. 3, 43 Suntne etiam Nymphae deae? *Et* pro Milon. 74 Aedem Nympharum incendit. *Conf.* Seru. *ad* Virg. Ecl. 7, 21 *et* 10, 9. Nymphae *aliae in nemoribus habitant: et hae a Graecis* Ἀλσηΐδες, *id eſt* nemorales *appellantur: aliae in aquis, quae* Naides *et* Hydriades *communi et generali nomine dicuntur. Sed harum aliae ſunt* Κρηνίδες *Graece, Latine* Fontanae *nominantur: aliae* Ἐπιποταμίδες, *licet has* Fluuiatiles *appellare: ſunt et aliquae* Ἐπιμηλίδες, *quibus pecora ſunt curae: nonnullae etiam* Ὀρεστιάδες, *quae montes incolunt. Ex Lambino. Porro* Nympharum *aliae* Commotiae *dictae: aliae* Corycides, Dodonides, Dorides, Dryades, Hamadryades, Hyades, Iſmenides, Lelegeides, Lemoniades, Limnades, Limnaeae et Limnacides, Naiades, Napaeae, Neeides ſiue Nerinae, Nyſeides, Oceanitides, Oreades, Phaëtontiades, querquetulanae, terreſtres, vraniae; *de quibus omnibus ſſ. ll. Vid.* Seru. *ad* Virg. Ecl. 10, 9 *et* 62. Genitor Nympharum, *Oceanus* Catul. 85, 6. Nymphabus Inſcriptio ap. Gronou. ad Melam 2 p. 117. Templa ſilueſtria Nympharum Lucret. 5, 947. Agreſtes Virg. Aen. 3, 34. Auernales Ouid. Met. 5, 540. Faciles Virg. Ecl. 3, 9. Simplices Hor. Carm. 2, 8, 14. Tenerae Ouid. Met. 11, 153. ¶ 2 Nymphae, dicuntur Apes, quam primum formam coeperint habere Plin. 11, 16. ¶ 3 *In MSS. commutantur inuicem* Nymphae *et* Lymphae. *v. v.*

NYMPHAEVM, i. n. [νυμφαῖον] *quaſi tu* Nympharum templum *dicas, aedificia culta, aquarum in primis lapſibus et ſalientibus, imaginibusque nympharum. Graeca res, ſero vſurpata, vt videtur Romae.* Nymphaei Corinthii *antiquiſſimi meminit* Plin. 35, 12 ſ. 43. *Niſi tamen huc referre velis* aedem Nympharum, *quam Clodius,* incendit, *quo nomine aliquoties a* Cicerone *accuſatur v. g.* pro Milon. 73 c. 27. *vbi aſſeruatas in eo tabulas cenſuales diſcimus. Et de* Aruſp. Reſp. 57 c. 27 Earum templum inflammauit dearum, quarum ope etiam aliis incendiis ſubuenitur. *Sed* Nymphaea *voluptatis loca fuiſſe videntur, patentia populo refrigerationis cauſa.* Iulius Capitol. Gord. c. 32 Opera Gordiani Romae nulla extant, praeter quaedam nymphaea et balneas. *Conf. Salmaſ.* ¶ 2 *Portus etiam a* Caeſare *memoratus* Bell. Ciuil. 3, 26.

NYMPHAEA, ae. f. [νυμφαία] *Herba Heraclia,* quae Venerem extinguit: a Nympha, hoc eſt aqua dicta, quod aquis gaudeat Plin. 26, 10. *Et* 25, 7.

NYMPHALIS, e. Adi. *Fontanus.* Decoquere aliquid in aqua nymphali Oct. Horat. 4.

NYMPHARĒNA, ae. f. Gemma, vrbis et gentis Perſicae nomen habet, ſimilis hippopotami dentibus Plin. 37, 10.

NYMPHON, ōnis. m. Vir quidam Colophonius, de quo Cic. Q. Frat. 1, 2, 2. Ego nugas maximas omni mea comitate complexus ſum, Nymphontem etiam Colophonium.

N Y S

NYSA, ae. f. [Νύσα] *Vrbs Arabiae, apud quam (vt Diodorus 3, 64 ait) Bacchus educatus, a Nymphis fuit. Vnde et* Nyſaeus *dictus eſt, ac cognominatus* Dionyſus, *a Ioue ſcilicet et* Nyſa *nomen accipiens. Conf.* Mel. 3, 7. *et* Curt. 8, 10, 12. ¶ 2 Nyſa *etiam non tam Mons, quam Ciuitas in India eſt, a Libero patre ipſa quoque (vt refert Strabo 15.) condita, carminibus Poëtarum celebratiſſima, vid. Herodot. 2. et* Iuſtin. 12, 7, 6. Vertex celſus Nyſae Virg. Aen. 6, 806. ¶ 3 Nyſae *nomen habuiſſe dicitur alter e verticibus Parnaſſi, vid. Interpr. ad* Iuuen. Sat. 7, 64. *et* Sil. 7, 198. *Hinc Parnaſſus Lucan.* 5, 73 *eſt,* Mons Phoebo Bromioque ſacer.

NYSĒIS, ĭdos. f. Patronym. *Vt,* Nyſeides nymphae Ouid. Met. 3, 314 *quae Bacchum educarunt.*

NYSĒĬVS, a, um. *Adi.* [Νυσήϊος] *vt,* Iuga Nyſeia *apud* Lucan. 8, 801.

NYSEVS, *dyſſyll.* [Νυσεὺς] *dictus eſt Bacchus* Ouid. Met. 4, 13.

NYSIĂCVS, a, um. Adi. *Bacchicus, vt,* Nyſiaci flores Mart. Capell. 2.

NYSIAS, ădis. f. Patronym. [Νυσιὰς] *vt,* Nymphae Nyſiades, *apud* Ouid. Faſt. 3, 769. *poſitum pro gentili.*

NYSIGĔNA, ae. m. [Νυσιγενὴς] *Qui in Nyſa natus eſt.* Catul. Argon. ſ. 62, 252 At parte ex alia florens volitabat Iacchus, cum thyaſo Satyrorum, et Nyſigenis Silenis.

NYSION, i. n. [νύσιον] *Hedera, Baccho ſacra* Apul. de Herb. c. 98.

NYSIVS, a, um. Adi. *Bacchi et ipſum cognomen.* Arnob. 5 Nyſius et Semeleius pater. Plin. 16, 34 Hedera coronis Poëtae vtuntur, quidam Nyſiam, alii Bacchicam vocant.

NYSAEI, orum. m. *Pl.* [Νυσαῖοι] *Habitatores Nyſae vrbis: de quibus meminit* Cic. Fam. 13, 65 Deinde Nyſaeos, quos Nero in primis habet neceſſarios, diligentiſſime tuetur ac defendit, habeas tibi commendatiſſimos.

NYSAEVS, *vel* NYSĒVS, a, um. Adi. [Νυσαιεὺς] *vt* Chori Nyſaei Propert. 3, 17, 22 Palmes Nyſaeus, *Vitigineus* Sil. 7, 198.

NYSA, ae. m. *Proprium hominis.* Cic. de Nat. Deor. 3, 58 Dionyſios multos habemus, primum Ioue et Proſerpina natum: ſecundum Nilo, qui Nyſam dicitur interemiſſe.

NYSIRVS, *vel potius* NISYRVS, i f. [Νίσυρος] Inſula eſt inter Cycladas numerata, celſa, ſaxoſa, et molendinariis abundans lapidibus Strabo lib. 10.

O.

Litera O.

O LITERA rotundo ore proferenda, *ſ. vt* Mart. Capell. 3, p. 58 *ait,* rotundi oris ſpiritu comparatur: *etiam rotundata figura exprimitur apud pleroſque populos. Apud Graecos duplicem ſortitur figuram et quantitatem, O breue, et ex ea geminata O magnum:* ο, ω. *Eandem in Alphabeto ſedem inque numerando poteſtatem habet quam* ע *Aiin Hebraeorum. Vtraque enim ſeptuagenarium deſignat. Vnde ſunt, qui haud inſcite autumarunt, et illud elementum Hebraicum eadem olim poteſtate fuiſſe inſignitum. Quid quod Aiin et Fontem et Oculum propria ſignificatione exprimit, et ad rotunditatem formae nonnihil alludere videtur?* ¶ 2 *De mutatione huius Vocalis agit* Priſcianus 1 p. 553. *quem longum foret exſcribere, conſulere tamen vtiliſſimum. Cum V maximam habet neceſſitudinem, vnde pleraque, quae apud Graecos Nominatiuum in* ος *terminant,* O *in* V *conuertunt apud Latinos; vt a* Κῦρος, Cyrus, *etc.* Quinctil. 1, 4 Quid O, atque V permutatae inuicem? vt Hecoba, et notrix: Chulcides, et Pulyxena ſcriberentur. *Quod hic* Quinctilianus *dicit, multis monimentis veterum probat Pierius in ſuis caſtigationibus in* Virgilium: *in quibus ſe ſcriptum vidiſſe teſtatur* Donu *pro* Dono, Annus *pro* Annos, Cupreſſu *pro* Cupreſſo. *Sic* Frundes *pro* Frondes *apud antiquiores Latinos,* Anguſtoque fretu Lucret. 1, 720 *pro* Freto. *Viciſſim vetuſtiſſimis Italiae populis quibus* V *non erat in vſu,* Poblicom *pro* Publicum, Hercolem *pro* Herculem; *maximeque digamma antecedente, vt* Seruos, Volgus, Dauos. O *pro* Au, *vt* Plodo, Ploſtrum, Codex. *Conf. Burm. ad* Calpurn. Ecl. 2, 48. O *et* I, *vt* Olli *pro* Illi. ¶ 3 *In notis ſignificat* O. Obtulit, Officium, Olla, Omnis, Oportet, Optimus, Optio, Ordo, Oſtendit. OB. Obiit. OB C. S. Ob Ciues Seruatos. OB. M. E. Ob Merita Eius. OB M. P. E. C. Ob Merita Pietatis Et Concordiae. OB R. B. G. Ob Res Bene Geſtas. O. C. Omnis Ciuitas. Ope Conſilio, Ordo Clariſſimus. O. C. S. Ob Ciues Seruatos. OC. Occaſus, Occiſus. O. D. M. Opera, Donum, Munus. O. D. S. M. Optime De Se merito. O. E. B. Q. C. Oſſa Eius Bene Quieſcant Condita. O. E. R. Ob Eam Rem. O. F. Opus Fecit. O. F. N. D. Omni Fide Numini Dedicat. O. H. F. Omnibus Honoribus Functus; Oſſuarium Hoc Fecit. O. H. S. S. Oſſa Hic Sita Sunt. O. L. Ollam Legit, *vel* Locauit. Operas Locauit. OL. D. D. Ollam Dono Dedit. O. L. O. C. Opere Locato, Opere Conducto. O. M. Optime Merito, Optimo Maximo. O. M. D. S. Optime Merito De Se. O. M. S. Optimo Maximo Sacrum. O. M. T. Optimo Maximo Tonanti. O. O. Ordo Optimus. O. P. Optimus Princeps, Pater, Patronus. O. P. F. Optimo Patri, Principi, Patrono, Fecit. OP. Opiter, Oportet, Oppidum, Optimo, Opus, OP. ET S. P. Optimo Et Sancto Patrono. OPIC. Opiconſiua. OPIF. Opifera. OR. M. Ordo Militaris, Ornamentis Militaribus. OSS. Oſſarium, Oſſuarium. O. V. Optimo Viro, Optimae Vxori. O. V. D. Optimo Viro Dedit. O. V. F. Optimo Viro Fecit. Omnia Viuens Fecit.

O, [ὦ] *vocandi Interiectio, Nominatiuo interdum, nonnunquam etiam Accuſatiuo gaudens.* Virg. Aen. 1, 528 O regina nouam cui condere *etc.* Cic. Fam. 10, 26 O mi Furni quam tu, *etc. Aliquando admirandi,* Ter. Eun. 2, 3, 5 O faciem pulchram! deleo omnes dehinc ex animo mulieres. Iuuen. Sat. 10, 157 O qualis facies, et quali digna tabella! *Exclamantis.* O bone Deus Scribon. 84. *quae formula quidem Rhodio ſuſpecta eſt, quam putat a Chriſtiano homine profectam.* Ter. Adelph. 5, 3, 4 O caelum! o terra; o maria Neptuni! Ter. Heaut. 2, 3, 3 O Iupiter! tantam ineſſe animo inſcitiam? Idem Phorm. 2, 2, 13 O audaciam! etiam me vltro accuſatum aduenit? O curas hominum! ô quantum eſt in rebus inane Perſ. 1 *pr.* Auli autem filius, o DI immortales, quam ignauus Cic. Att. 1, 18 O immoderata mulier Id. pro Cael. 53. O conſuetudo peccandi, quantam habes iucunditatem in improbis et audacibus, quum poena abfuit, et licentia conſecuta eſt Cic. Verr. 5, 3, 76. Apul. Apol. 327, 33 O infelix vterum tuum, Pudentilla! o ſterilitas liberis potior! o infauſti decem menſes! o ingrati quatuordecim anni viduitatis! *Cum affectu aſſeuerantis.* Ter. Andr. 1, 5, 48 O Myſis, Myſis, etiam nunc mihi ſcripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis de Glycerio. *Dolorem teſtantis,* O miſeras hominum mentes, o pectora caeca Lucret. 2, 14. O miſera vitae ratio Pſeudo- Cic. anteq. iret in exil. 30. O quam indigna perpeteris Nep. 19, 4, 3. O ſpectaculum vni Craſſo iucundum, caeteris non item Cic. Att. 2, 21. Id. Att. 1, 16 O DI boni! rem perditam! *Irridentis.* Cic. de Amicit. 46 O praeclaram ſapientiam: ſolem enim e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt. O praeclarum cuſtodem ouium, vt aiunt, lupum Cic. Philipp. 3, 27 c. 11. *Exultantis.* Ter. Andr. 1, 1, 78 O factum bene, beaſti me. O terram beatam, quae illum exceperit Cic. pro Milon. 106. O ſi, *deſiderantis particula.* Virg. Aen. 11, 415 Quamquam o ſi ſolitae quidquam virtutis adeſſet. *Ibid.* 8, 560 O mihi praeteritos referat ſi Iupiter annos. Ouid. Epiſt. 1, 5 O vtinam tunc, quum Lacedaemona claſſe petebat, Obrutus inſanis eſſet adulter aquis. O, *interiectio repente perculſi.* Ter. Andr. 4, 6, 7 O Myſis ſalue. C. ſaluos ſis Crito. *Ibid.* 1, 5, 32 Quis hîc loquitur? Myſis ſalue. M. O ſalue Pamphile. O quid agis Hor. Carm. 1, 14, 2. O, *pro Vtinam.* Virg. Ecl. 2, 28 O tantum libeat mecum tibi ſordida rura. Atque humiles habitare caſas. *i. Vtinam libeat.* ¶ 2 *Obſerua, O, interdum tacetur, quum Accuſatiuo iungitur.* Ter. Eun. 3, 1, 28 Hominem perditum miſerumque, et illum ſacrilegum. *Docet* Donatus, maioris ſtuporis eſſe hoc modo pronunciatum Cic. ad Atticum . . . Me miſerum, cur non ades? O, *ſequente Vocali aliquando producitur, aliquando corripitur.* Tibull. 2, 4, 7 O ego non poſſum tantos ſentire dolores. *Conf.* Ouid. Epiſt. 1, 5. Virg. Ecl. 2, 65 Te Corydon, O Alexi, trahit ſua quemque voluptas.

O A

OĀRĬON, ōnis. m. *i. Orion. Vid.* Rutil. 1, 637. Catull. 67 *extr.* Proximus Hydrochoi fulgeat Oarion.

O B A

OASIS, is. f. [Ὄασις] *Oppidum in deſertis Libyae, ſeptem dierum itinere a Thebis diſtans, quod Herodoti aetate a Samiis tenebatur, vt ipſe refert 3. Locus duro exſilio aptus, vid.* Zoſim. 5, 9, 7. *et* Leg. vlt. §. 2. Cod. de poenis.

OASENVS, a, um. Adi. Oaſena deportatio Leg. vn. Cod. Theod. de Nili aggeribus.

OAXIS, is. m. [Ὄαξις] *Fluuius Cretae inſulae, dictus ab* Oaxe *filio Apollinis.* Virg. Ecl. 2, 66 Pars Scythiam et rapidum Cretae veniemus Oaxem.

O B

OB. [διὰ, ἐπὶ,] *Praepoſ. Accuſatiuo iungitur, et ſignificat Propter.* Ter. Andr. 3, 5, 4 Ergo pretium ob ſtultitiam fero: ſed inultum id nunquam auferet. Donatus, *i.* Pretium ſtultitiae. Ob adulterium caeſus Virg. Aen. 6, 612. Ob auaritiam laborat Hor. Serm. 1, 4, 26. Ob delictum poenas dii expetunt Cic. pro Marcel. 18 c. 6. Idem Fam. 5, 1 Exiſtimâram pro mutuo inter nos animo, et pro reconciliata gratia, nec abſentem ludibrio laeſum iri me, nec Metellum fratrem ob dictum, capite ac fortunis per te oppugnatum iri. Ob emolumentum aliquod ſuum ſi qui cupidius aliquid dicere videntur, iis credi non conuenit Cic. pro Font. 17. Ob hoc Scribon. Epiſt. p. 2. *i. propterea.* Et ob haec quidem Celſ. 1 Praef. Ob induſtriam Plaut. Caſ. 2, 3, 58. Ob minas decem oppoſitus pignori Ter. Phorm. 4, 3, 57. Ob nullam noxiam Plaut. Poen. 1, 1, 15. Ter. Phorm. 3, 2, 41 Non pudet vanitatis? D. minime, dum ob rem. *i. Modo in rem meam ſit.* Ego libertatem experiar: verum id fruſtra an ob Rem faciam, in veſtra manu ſitum eſt Salluſt. Iug. c. 31. Ob abſoluendum, Ob tacendum, *et ſimilia: Vt abſoluat.* Cic. Verr. 2, 78 Quanto illud flagitioſius, improbius, indignius, eum, a quo pecuniam ob abſoluendum acceperis, condemnare, *etc. Add.* Gell. 11, 10 Feſtus, Cui teſtimonium defuerit ob portum ob vagulationem ito, *vid.* VAGVLATIO *ſub* VAGIO. Ob, *pro Ante.* Plaut. Mil. 2, 4, 51 Nunc demum experior ob oculos caliginem prius mihi obtigiſſe. Ob oculos mihi ſaepe mors verſata eſt Cic. pro Rabir. Poſt. 38. Mihi ob oculos exilium verſatur Idem pro Sext. 47 c. 21. Ob os offuſus ignis Id. de Vniu. 41. Ob, pro Ad, apud antiquos, *inquit* Feſt. Ennius, Ob Romam noctu legiones ducere. Cic. Fam. 9, 26 Cuius ob os Graii ora obvertebant ſua. ¶ 2 Ob, in compoſitione, pro Circum, *auctore* Feſto; vt Obſidere vrbem. Saepe *pro Ad ponitur:* ſic Occenſi *pro* Accenſi: Obmoueto *pro* Admoueto, Enn. Occurrere *pro* Accurrere, Lucret. Obtulerat *pro* Attulerat, Catul. Obligatus *pro* Alligatus, Hor. Obſtetrix *quoque dicitur ab* Obſtare, *quo pro* Adſtare *ſiue adſiſtere veteres Latini vtebantur, vid.* Feſt. *Sic* oſtendere *eſt quaſi* obſtendere, *vel* obtendere, oſcillare, obſcillare, *vel* occillare? *vt nempe pro* Ab *etiam eſt* Abs: *Sic forte veteres* obs *pro* ob *in quibuſdam compoſitis. Aliquando tamen Contrarii quid et noxii ſignificat, vt in* Obſto, Obſcenus, Obſum. *Interdum augmenta, vt* occalleſco, obcaleſco; *interdum depreſſionem, vt* occumbo, occido *etc.*

O B A

OBACERBO, āre. eſt, *vt ait* Feſtus, Exacerbare.

OBACĔRO, āre. *Compoſitum ex* Ob *et* Acus, aceris; eſt *auctore* Feſto, Obloqui, atque alterius ſermonem moleſte impedire. Quod ſumtum videtur a paleis, quas Graeci ἄχυρον vocant. *Sed mirum, niſi hoc recentioris Grammatici commentum eſt. Forte fuit verbum* Obacerbare, *vel* obacorare, ὀξύνειν.

OBAEMVLOR, āri. Obaemulati ſunt me in non-deo, et ego obaemulabor eos Tertull. Adu. Marc. 4, 31 *i. irritare* παραζηλοῦν.

OBAERĀTVS, a, um. Adi. [ὑπόχρεως] *dicitur, Qui aere alieno iam obligatus eſt, quaſi aere alieno obſtrictus, et debitor operarum.* Liu. 26, 40 Quatuor millia hominum erant miſti ex omni colluuione, exules, obaerati. Caeſ. B. G. 1, 4 Omnes obaeratos, quorum magnum numerum habebat, conduxit. *Conf.* Varr. de R. R. 1, 17. *Compar.* Tacit. Ann. 6, 17, 4 Quanto quis obaeratior aegrius diſtrahebant.

OBAGITO, āre. Obſtant, obſtrigillant, obagitant Enn. ap. Non. 2, 605. Obigitat *pro* anteagitat Feſt.

OBAMBŬLO, āre. [περινοστέω, περιοδεύω, περίειμι] eſt (*vt ait* Feſtus) Aduerſum alios ambulare, et quaſi ambulanti ſeſe opponere: *Eſt etiam ſurſum deorſum ire, Circumire.* Plaut. Merc. 4, 4, 20 Sane hoc non in mentem venit, dudum vt vrbem obambulo. Solus obambulat ipſe Ouid. Triſt. 2, 459. Gemebundus obambulat Aetnam Idem Met. 14, 188. Obambulantes ante vallum portaſque Liu. 25, 39. Obambulare muris Idem 36, 34. Obambulare, *pro Inſidiari.* Virg. Georg. 3, 538 Non Lupus inſidias explorat ouilia circum, Nec gregibus nocturnus obambulat. *i.* Inſidiatur. Seruius. Obambulare, *pro Vna iunctimque ambulare.* Suet. Tiber. c. 25 *extr.* Et ſecretum petenti, nonniſi adhibito Druſo filio, dedit, dextramque obambulantis, veluti incumbens, quoad perageretur ſermo, continuit.

OBAMBVLATIO, ōnis. f. [περινόστησις] Auctor ad Herenn. 3 c. 19 Commodius eſt in derelicta, quam in celebri regione locos comparare: propterea quod frequentia et obambulatio hominum conturbat, et infirmat imaginum notas.

OBAMBVLĀTOR, ōris. m. Mart. Capell.

OBAMBVLATRIX, īcis. f. Gell.

OBARDEO, ēre: *vel* OBARDESCO, ĕre. Torua clypei metuendus obarſit Luce Dryas Stat. Theb. 9, 856.

OBARESCO, ĕre. Lactant. de Opif. Dei c. 10 Acies enim, quam ſiccari et obareſcere non oportet, niſi humore aſſiduo terſa pure niteat, obſoleſcit. *De oculorum acie loquitur, alii leg.* areſcere.

OBĂRO, āre. [περιαρόω] *Circumarare, vel Arando excolere.* Liu. 21, 19 Et quum hoſtes obaraſſent, quidquid herbidi terreni extra murum erat, raporum ſemen iniecerunt, vt, *etc.*

OBARĀTOR, ōris. m. Seru. Georg. 1, 21 *ex* Fabio Pictore, Flaminem Cerealem inuocaſſe Deum obaratorem.

OBARMO, āre. [καθοπλίζω] *Idem quod Armare, forte* contra *boſtem* armare *ſignificat.* Hor. Carm. 4, 4, 27

Quibus
Mos vnde deductus per omne
Tempus Amazonia ſecuri
Dextras obarmet, quaerere diſtuli.

Apul. Met. 8 p. 208.

OBARMATVS, a, um. Part. Apul. Met. p. 125 Oculi ad vigilias obarmati.

OBĀTER, tra, trum. Adi. [ὑπομέλας] *Quodammodo atrum, et veluti ſubatrum.* Plin. 18, 35 Naſcens Luna, ſi cornu ſuperiore obatro ſurget.

OBATRESCO, ĕre. *Obatrum eſſe.* Firmicus 1 praefat. Paliſcus lacus ſemper craſſitudine lurida ſordidus, liuentibus ſpumis obatreſcit.

OBAVDIO, īre. *Ita veteres, pro Obedio.* Apul. Met. 3 p. 136 Secreta quibus obaudiunt Manes. Tertull. adu. Marc. 2, 2 *extr.* Adam non obaudiit. Idem 5, 18.

OBAVDIENS, entis. Part. Quid obaudientius poteſt eſſe, quam vt Chriſti ſequamur exemplum Ambroſ. Orat. ſubiecta Epiſtolae 32.

OBAVDIENTIA, ae. f. Tertull. Exhort. Caſt. c. 2 Voluntas Dei in obaudientiam venerat.

OBAVRĀTVS, a, um. Adi. Apul. Met. 11 p. 260 Alius ſoccis obauratis, indutus ſerica veſte.

O B B

OBBA, ae. f. Poculi genus, *auctore* Nonio 2, 597 Vel ligneum, vel ex ſparto, quod nunc *vbba* dicitur. Varro, Dolia atque apothecas tricliniares, Melicas, Calenas, obbas, et Cumanos calices. Idem Ep. ad Marull. Vtrum meridie, an veſperi libentius ad obbam accedas. Seſſilis obba, *Quae ſedere videtur, quum ſit fundo latiore.* Perſ. 5, 148. *Conf.* Tertul. Apol. c. 13. *et Caſaub. ad* Perſ. l. c.

OBBATVS, a, um. Adi. *Inſtar obbae.* Apul. Met. 10 p. 254 Caſſides obbatae. *i. Formam obbarum habentes.*

OBBĬBO, ĭbi, ĭtum, ĕre. [καταπίνω] *Idem quod Bibere.* Cic. Tuſc. 1, 96 c. 40 Qui quum coniectus in carcerem, triginta iuſſu tyrannorum venenum vt ſitiens obbibiſſet, reliquum ſic e poculo eiecit, vt id reſonaret. *Sed Victorius Gruterusque leg.* obduxiſſet.

OBBLATĔRO, *ſ.* OBBLACTERO, āre. Nil in deorum obblacteraret dedecus Prudent. Periſt. 10, 913. *i. obiectaret.* Apul. Met. 9 p. 221, 25 Has et ſimiles affanias fruſtra adblatterantes *dedit Elmenh. ſed* affaniis fruſtra obblatteratis *Floridus poſt Pricaeum.*

OBBRVTESCO, ĕre. [ἐκθηριοῦμαι] *Brutum fieri, rationem, et ſenſum adeo amittere.* Afran. *ap.* Feſtum, Non poſſum verbum facere, obbrutui.. *Sic ſcribendum, non* Obrutui. Lucret. 3, 546 Nec refert, vtrum pereat diſperſa per auras, An contracta ſuis e partibus obbruteſcat. *de anima. Turnebus ait* Obbruteſcere *ſignificare hic, Senſum amittere et vitam, ac interire: nam brutum eſt non ſentiens.* Lactantius Inſt. Diu. 7, 5 Corpus enim, quia e terra eſt, comprehenſibile eſt, temporale, brutum atque tenebroſum eſt: Anima vero, quia de caelo eſt, tenuis, aeterna, ſenſibilis, illuſtris eſt. *Hic aperte* Brutum, *id eſt non ſentiens*, Senſibili, *id eſt ſentienti oppoſuit. Haec ille, Aduerſ.* 10, 8. Prudent. Hamart. 651 Claude meatus Obbruteſcentis capitis, *de auribus, quibus clauſis*, caput *hac parte* obbruteſcit.

OBBRVTESCENTIA, ae. f. *apud* Auguſtin.

O B C

OBCAECO, āre. *vid.* OCCAECO.

OBCAEDES. Plaut. Stich. 5, 4, 52 Ohe, iam ſatis, nolo obcaedes, catuli vt ludum nunc volo, *i. Nolo hic quicquam tragicum et cruentum, quodque caedes imitetur, malo ludum catellorum, qui inter ſe laſciue luſitant.* Obcaedes *autem iuncto verbo, vt Concaedes dicuntur. Turnebus.*

OBCAENO, āre. *Antiquum, idem forte, quod ſimplex* caenare ſ. coenare *potius.* Plaut. Ceſtione; Ceraſtibola, vt de lumbo obcaenabis. *Auctor* Varr. de L. L. 6, 3 p. 76, 24.

OBCĂLEO, ēre, *vel* OBCALESCO, ui, ĕre. *Circum calere.* Celſus 4, 24 Vbi dolor vehemens vrget, intereſt ſine tumore is ſit, an tumor cum calore, an tumor iam etiam obcaluerit. *Et paullo poſt*, Si vero tumores etiam obcaluerunt, et dolent, leuat ſpongia. *Male quidam* obcaluerunt. *Manifeſte de* calore *agitur.*

OBCALLEO, [τυλοῦμαι] *vid.* OCCALLEO.

OBCANTO, āre. *pro Incantare.* Paul. Sentent. 5 tit. 23 Qui ſacra impia nocturnaue, ut quem obcantarent, fecerint, *vid.* OCCENTO.

OBCANTĀTVS, a, um. Partic. Apul. Apol. p. 327, 2 Obcantata mulier.

OBCENSVS, *pro Accenſus*, Enn. ap. Feſt. in Ob.

O B D

OBDENSATIO, ōnis. f. Obdenſatio cutis ac totius corporis Cael. Aurelian. Tard. 1, 1, 47. *i. condenſatio.*

OBDO, ĭdi, ĭtum, ĕre. [ἀποκλείω] Opponere, *inquit* Feſtus. Hor. Serm. 1, 3, 59 Nullique malo latus obdit apertum. Obdere ceram auribus Senec. Epiſt. 32 (31) Obdere forem, *pro Claudere fores* Plaut. Caſin. 5, 2, 17. Obdere fores ferratis trabibus Plin. 6, 11. Obdere peſſulum oſtio Ter. Eun. 3, 5, 55. Idem Heaut. 2, 3, 37 Anus foribus obdit peſſulum.

OBDĬTVS, a, um. Part. Apul. Met. 4 Obdito cellae peſſulo. Id. 10 p. 244 Amicus inſtructus atque obditus.

OBDORMIO, *vel* OBDORMISCO, īui, ītum, īre. [ἀφυπνόω] *Incipere dormire.* Cic. Tuſc. 1, 92 c. 38 Neſcio quando in Latmo obdormiuit. *De Endymione.* Obdormiui crapulam Plaut. Moſt. 5, 2, 1. Cic. Tuſc. 1, 117 c. 49 Quid melius quam in mediis vitae laboribus obdormiſcere, et ita conuenientem ſomno conſopiri ſempiterno?

OBDORMĪTO, āre. Fortun. Carm. 3 Obdormitare grauiter.

OBDŪCO, xi, ctum, ĕre. [περιάγω] *Circum vel Contra ducere.* Plaut. Pſeud. 2, 1, 13 Poſt ad oppidum hoc vetus continuo mecum exercitum protinus obducam. Obducere *et* Reducere vela, *contraria* Plin. Epiſt. 2, 17. *it.* 7, 21, 2. *Nempe* obductis velis *impeditur proſpectus, redditur reductis.* Obducere, [ἐπάγειν] *pro Inducere.* Obducere torporem Plin. 22, 25. Cic. Acad. 4, 16 c. 6 Dum huius definitiones labefactare vult, conatus eſt clariſſimis rebus Tenebras obducere. Quinct. 10, 1 Atque ille quidem omnibus eiusdem operis auctoribus abſtulit nomen, et fulgore quodam ſuae claritatis Tenebras obduxit. *i. Obtenebrauit, vt minus noti eſſent. De Menandro.* Cic. de Legib. 2, 56 Redditur enim terrae corpus, et ita locatum ac ſitum, quaſi operimento matris obducitur, *circumdatur, ac tegitur.* Herbae obducunt ſegetem denſis ſentibus Virg. Georg. 2, 411. Idem Ecl. 1, 49 Limoſoque palus obducat paſcua iunco. Obducere plagam limo Plin. 8, 26. *Et apud* Columel. 3, 18 Obducunt cicatricem radices quae excreuerunt. Cruſtam obducere Plin. 3, 4. Diem obducere *ſignificat adiicere et velut adducere ad ſuperiores.* Cic. Att. 16, 6 Nona Calend. igitur ad Siccam, ibi tamquam domi meae ſcilicet: itaque obduxi poſterum Diem. Rubiginem Plin. 17, 4. Macies obduxerat artus Ouid. Epiſt. 11, 27. *al.* Adduxerat. Tenebrae obduxere oculos Lucan. 3, 735. Frontem obducere, *pro Contrahere* Quinct. 10, 3. Cic. Tuſc. 5, 53 Quorum animis diuturna cogitatio callum vetuſtatis obduxerat, *i. Vetuſtate obduruerat.* Idem Fam. 9, 2 Conſuetudo diuturna callum iam obduxit ſtomacho meo: *Senſum moleſtiarum non amplius ita acutum ait, ſed obtuſum, vt manus callo obducta non ita ſubtiliter ſentit aſpera. Stomachus ſenſus rerum moleſtarum.* Cic. Tuſc. 2, 36 Ipſe labor quaſi callum quoddam obducit dolori. Obducere vultum, *quemadmodum* Obducere frontem Senec. de Benef. .. ¶ 2 Obducere, Detegere, aperire Lucil. Vos interea lumen afferte, atque aulaea obducite Nonius 4, 340. *Sed errat ſine dubio* Nonius, *aut quisquis illius verba ſic conſtituit.* Obducere aulaea, *vt* vela obducere, *ſignificat illa ita obtendere feneſtrae, vt lux diurna excludatur. Coniuncta igitur ſunt* lumen afferre *et* obducere aulaea, *i. feneſtras claudere.* ¶ 3 *Obiicere, et tanquam aduerſarium opponere ſignificat.* Cic. Att. 1, 1 Thermus cum Sullano contendere exiſtimatur, qui ſic inopes et ab amicis et exiſtimatione ſunt, vt mihi videatur non eſſe ἀδύνατον, Curium obducere, ſed hoc praeter me nemini videtur. *i. Opponere, et obtrudere in petitionem Conſulatus. Contra alios competitores in campum Martium ducere Qu. Curium aleatorem notiſſimum: in quem eſt illud* Calui *apud* Aſconium, Et talis Curius pereruditus. *Et* Obducere *dixit proprie: quia candidatos amici et clientes in campum honoris cauſa deducebant. Vnde illud* Att. 2, 1 Quin etiam quum candidatum deducerem, is quaerit ex me, num conſueſſem Siculis locum gladiatoribus dare. *Niſi forte quis interpretari malit*, Curium obducere. *Curii vitia obtegere, quum horum tam infamis vita ſit. Sic*, Obducta cicatrix. *Conf. Popma ad* Cic. *l. c. ſ.* Att. 1, 1. ¶ 4 Obducere, *etiam Educere ſiue Ebibere.* Cic. Tuſc. 1, 96 c. 40 *de Socrate*, Cum coniectus in carcerem triginta iuſſu Tyrannorum, venenum, vt ſitiens, obduxiſſet. *Vid. Victor. Var. Lect.* 15, 7. Senec. de Prouid. c. 3 Male tractatum Socratem putas, quod illam potionem publice miſtam, non aliter quam medicamentum immortalitatis obduxit.

OBDVCTVS, a, um. Partic. [ἐπισαχθείς] Cicatricem Reipub. iam obductam refricare Cic. de Lege Agrar. 3, 4 c. 2. Colos cano ſitu obductus Plin. 12, 25. Dolorem obductum vulgare Virg. Aen. 10, 64. Frons obducta, *Triſtis* Hor. Epod. 13, 5. Nox, *v. v.* Cic. pro Sext. 22 Sed haec Obſtructio nec diuturna eſt, nec obducta, ita vt curioſis oculis perſpici non poſſit. Prata obducta ſitu vetuſtatis Columel. 2, 18. Lucan. 3, 572 — cruor altus in vndis Spumat et obducto concreſcunt ſanguine fluctus. Tenebrae obductae Propert. 3, 16, 5. Vultus obductos condere Ouid. Met. 2, 329. *Sol dicitur, cum poſt nubes latet tanquam velo obducto.*

OBDVCTIO, ōnis. f. [περικάλυψις] Cic. pro Rabir. 16 c. 5 Mors ſi proponitur, in libertate moriamur. carnifex vero, et obductio capitis, et nomen ipſum crucis abſit, non modo a corpore ciuium Romanorum, ſed etiam a cogitatione, oculis, auribus. *i. Obuolutio, vt ait Budaeus.*

OBDVCTO, āre. Frequent. [ἐπάγομαι] Plaut. Merc. 4, 4, 46 Nec pol ego patiar ſic me nuptam tam male, measque in aedes ſic ſcorta obductarier. *i. contra me, vt aegre mihi ſit, duci.*

OBDVLCESCO, ĕre. [περιγλυκύνομαι] *Idem fere quod Dulceſco ſimplex, hoc eſt dulcis fio.* Gluſſ. Lat. Gr. Obdulceſco, περιγλυκύνομαι.

OBDVLCO, āre. *Dulce facere, mitigare.* Cael. Aur. 4, 1, 12 Obdulcare ſale et oleo, *i. Condire.* Ambroſ. Hexaëm. 5, 12 *de Melle*, Fauces obdulcat et curat vulnera.

OBDVLCATVS, a, um. Part. Vulg. Interp. Iudith. 5, 15 Fontes amari obdulcati.

OBDVRVS, a, um. Adi. Obdura inquiſitio Heſych. in Barth. Adu. 44, 18.

OBDŪRO, āre. [σκληρύνω] *Facere ſe durum, vel durare contra mala.* Perſta atque obdura Hor. Serm. 2, 5, 39. Obſtinatus obdura Catull. 8, 11. Perfer et obdura, dolor hic tibi proderit olim Ouid. Amor. 3, 11, 7. Cic. Att. 12, 3 Obduretur hoc triduum, vt te quoque ponam in eodem πάθει, *i. vim faciam meae cupiditati te videndi, abſens a te ſim, vt etiam tu deſiderium illud ſentias. Alludit ad Phaedriam illam* Terentii Eun. 1, 1.

OBDVRĀTVS, a, um. Part. *Theologorum eſt de pertinacia peccandi, et ſenſu religionis amiſſo.* Auguſt. Tom. 3 p. 224. Verecundia Capitolin. Pert. c. 9.

OBDVRATIO, ōnis. f. *frequens apud* Auguſt. t. 2. *et* 4. *Sic* Fulgent. Epiſt. ad Venant. Cordis obduratio.

OBDVREFACIO, ĕre. Lapidem facere, *apud* Non. 1, 87. Lapit ſignificat obdurefacit, et lapidem facit.

OBDVRESCO, ĕre. [κατασκληρύνομαι] *Durum fieri.* Varro de R. R. 3, 14 Earum ſemen minutum, ac teſta molli, diuturnitate obdureſcit. Obdureſcere *ad animum refertur, cum ſenſum doloris, praeſertim ex aliena moleſtia, amittit.* Cic. Fam. 5, 15 Alii occiderunt, alii neſcio quo pacto obduruerunt. Idem pro Milon. 77 Sed neſcio quomodo iam vſu obduruerat, et percalluerat ciuitatis incredibilis patientia. Conſuetudine obdureſcere Idem Philipp. 2, 108 c. 42. Id. Att. 13, 2 Sed iam ad iſta obduruimus, et humanitatem omnem exuimus. Obduruit animus ad dolorem nouum Idem Fam. 2, 15 (16). Idem Tuſc. 3, 67 Obduruiſſeque ſeſe contra fortunam arbitrantur. Idem. Verr. 5, 34 c. 13 Iam vero quum in eiusmodi patientia turpitudinis aliena, non ſua ſatietate obduruiſſet.

O B E

OBĒDIO, īui, ītum, īre. [πείθομαι, ὑπακούω] *Parere, obſecundare.*

dare. Feſtus, Obedio, obaudio. Cic. de Claris Orat. 242 Quantum in hac vrbe polleat, multorum obedire tempori, multorumque vel honori, vel periculo ſeruire. Idem Tuſc. 5, 36 Hic eſt ille moderatus, hic fortis, hic ſapiens, hic et naſcentibus et cadentibus cum reliquis commodis, tum maxime liberis parebit, et obediet praecepto illi veteri. Tempori Idem pro Cluent. c. 69. Obedire et parere voluntati dei Idem de Nat. Deor. 19 c. 8. Idem de Legib. 3, 5 Nec vero ſolum vt obtemperent obediantque magiſtratibus, ſed etiam vt eos colant, diligantque praeſcribimus. Idem pro Caecin. 52 Si ſeruulis hoc noſtris conceſſerimus, vt ad verba nobis obediant, non ad id, quod ex verbis intelligi poſſit, obtemperent. In modum ſeruorum alicui obedire Tacit. Ann. 1, 17. Obedit rex illis maxime, *i. Horum conſilio maxime vtitur*, Nep. 14, 5, 4. *Paſſiu.* Liu. 4, 26 Enixe obeditum dictatori eſt. Obedibo, antiqui dixerunt. Afranius, Meo vt obſequar amori, obedibo tibi, *vid.* Non. 10, 24.

OBEDIENS, entis. Partic. [πειθόμενος] Cic. de Nat. Deor. 2, 77 Nulli igitur eſt naturae obediens, aut ſubiectus deus. Obediens dicto Plaut. Bacch. 3, 3, 35. Naturae obediens homo homini nocere non poteſt Cic. Offic. 3, 25 c. 5. Animus manſuete obediens imperio meliori Liu. 3, 29. Appetitiones obedientes efficere rationi Cic. Off. 2, 18. Obediens, [εὐπειθής, εὐήκοος, πειθήνιος] *nomen gradibus aſſurgens.* Liu. 25, 39 Et vt imperiis viuorum nemo obedientior me vno fuerit, *etc.* Idem 8, 8 Fecit atrocitas paene obedientiorem duci militem. Idem 7, 31 Imperiis obedientiſſimus miles. *Tralate.* Plin. 16, 43 Obedientiſſima quocunque in opere fraxinus, *i. Sequaciſſima, idonea omni generi. Sic*

OBEDITVRVS, a, um. Part. Plin. 17, 19 Ramus oleae quam maxime ſequax atque obediturus.

OBEDIENTIA, ae. f. [εὐπείθεια, ὑπακοή, πειθώ] Cic. Off. 1, 202 c. 29 Relinquunt enim et abiiciunt odedientiam, nec rationi parent, cui ſunt ſubiecti lege naturae. Cic. in Parad. 5, 1 Si ſeruitus ſit (ſicut eſt) obedientia fracti animi et abiecti, et arbitrio carentis ſuo, quis neget omnes leues, omnes cupidos, omnes denique improbos eſſe ſeruos? Obedientia imperiorum Plin. 8, 1.

OBEDIENTER. Adu. [εὐπειθῶς] Liu. 8, 12 *extr.* Sub imperio Populi Rom. ſe obedienter ac fideliter futuros. Obedienter curatum eſt Liu. 25. Idem 21, 34 Obedienter imperata facere. Idem 3, 39. *Compar.* Idem 38, 34 Nihil obedientius fecerunt. *Superl.* Auguſt. Ciu. Dei 22, 8 Obedientiſſime paruit.

OBEDITIO, ōnis. f. Ambroſ. Epiſt. 19. *et* Vet. Interp. ad Rom. 5, 19.

OBĔDO, ēdi, ēſum, ĕre. [περιέδω] *Conſumere, quaſi circum edere. Hinc*

OBĒSVS, a, um. Adi. [περιωδηδεσμένος] Gracilis et exilis, *inquit* Nonius 4, 345. Naeuius, Corpore, pectoreque vndique obeſo, ac mente exſenſa tardigenulo ſenio oppreſſum. *Sic laudat etiam* Gell. 19, 7 *et interpretatur exilem atque* gracilentum. *Sed* ¶ 2 Obeſus, [πίων] *inquit* Feſtus, Pinguis: quaſi ad edendum factus. Nonius c. l. Obeſum pro vberi et craſſo ſaepius ponitur. Virg. Georg. 3, 80 Argutumque caput, breuis aluus, obeſaque terga. *Obſeruat idem* Gell. 19, 7. Plin. 11, 37 Iidem minus ſolertes, quibus obeſiſſimus venter. Aures obeſae, *i. Parum ſagaces*, Calpurn. Ecl. 4, 52. Canis obeſus lacte Claud. in Eutrop. 1, 132. Corpus obeſum leuant onere Plin. 24, 8. Fauces obeſae, *i. Clauſae* Virg. Georg. 3, 497. Seruius. Illuuies obeſa Columel. 7, 10, 6. *de porcis, ſiue reſpectu ad pinguedinem. Sic* Naris non obeſae iuuenis Hor. Epod. 12, 3. *i. Sagax, non habens obſitam ſordibus narem. Sed* Turdus obeſus Hor. Epiſt. 1, 15, 40. *i. Pinguis.*

OBĒSO, āre. [λιπαίνω] *Impinguare.* Columel. 8, 7, 4 Nonnulli tribus aquae partibus vnam boni vini miſcent, madefactoque triticeo pane obeſant auem. *De Gallinis. Legitur et* Obeſcant.

OBESĬTAS, ātis. f. [πιότης] *Ipſe obeſorum ſtatus et temperatura.* Plin. 8, 32 In magna obeſitate. Columel. 6, 24 Ne eas ſteriles reddat nimia corporis obeſitas. *De vaccis.* Suet. Claud. c. 41 Obeſitate cuiusdam defractis ſubſelliis.

OBĔLVS, i. m. [ὄβελος] *Latine dicitur Veru, ſiue verucula. A cuius ſimilitudine virgula quaedam expunctioni frequens veru dicitur: iacet autem ſic* —. *Hac virgula vſi ſunt eccleſiaſtici interpretes, quum ſignificarent aliquid additum in vulgari translatione, quod in prototypis non haberetur. Vid.* Hieron. Epiſt. 108 ſ. praef. in Paralip. *extr.* Iſidor. 1, 20. Auſon. praef. Lud. 7 Sap. Pone obelos igitur ſpuriorum ſtigmata vatum. *Vid. quos laudat Burm. ad* Quinctil. 1, 4.

OBĔLISCVS, i. m. [ὀβελίσκος] *Dimin. nomine magis, quam re: quum res magnae* obeliſci *dicantur. Eſt autem moles ex vno lapide ingens, figura metae cuiusdam, ſenſim a proceritate in excelſum conſurgens, paullum gracileſcens, ſpecie quadrata, in verticem producta anguſtum, manu laeuigata artificis, quod genus obeliſci multi Romae fuiſſe referuntur: Solis numini ſacrati.* Plin. 36, 8 Trabes ex pyrrhopoecilo fecere reges quodam certamine, obeliſcos vocantes, Solis numini ſacratos. *add. ib.* c. 9. 10. 11. Idem 16, 40 Obeliſcum in Vaticano circo ſtatutum. *Conf.* Tacit. Ann. 2, 60, 3. *et* Ammian. Marcel. 17, 7. Iſid. Orig. 18, 31. ¶ 2 Obeliſcus *Criticum quoddam ſignum, a figura iacentis paruuli veru dictum, vid.* OBELVS. Auguſt. Epiſt. 20, c. 2.

OBELISCOLYCHNIVM, i. n. [ὀβελισκολύχνιον] *Inſtrumentum fabrile ex Veru et Lucerna compoſitum. Ariſtot. de Partib. animal. 4 tractans de linguis inſectorum, quae pluribus funguntur officiis: Vbi enim, inquit, licet duobus vti ad duo opera, nec aliud impedit, nihil tale natura facere ſolet, quale per inopiam ars excuſoria* obeliſcolychnium *ex veru lucernaque componit. Attamen ſi id fieri non poteſt, eodem ad plura opera abutitur. Hoc verbum reſtituit apud* Quinct. 8, 6, 33 *Turnebus, quo loco legitur*, In Graecis obeliſco coludumo, *pro eo*, Obeliſcolychnio *emendans.*

OBELIXVS, a, um. Oua obelixa Apic. 7, 17. *al.* elixa.

OBEO, īui *vel* ii, ĭtum, īre. [ἐφοδεύω] *Adire ſignificat, item contraire, praeterire: ſignificat et Exſequi ſiue peragere: vt ex ſubiectis exemplis clarum fiet.* Obeunt tres noctes Plaut. Truc. 1, 1, 11. *i. Praetereunt.* Obeunt noctesque diesque, Aſtraque Stat. Silu. 2, 1, 210. *Eſt et obuiam ire.* Fortiſſima quaeque Nomina obit ferro Sil. 17, 492, *i. fortiſſimos inuadit.* Obire, [περαίνειν] *Peragere.* Cic. Att. 8, 12 (16) Nec vero haec extrema quisquam poteſt iure reprehendere, quod mare non tranſierim: id enim etſi erat deliberationis, tamen obire non potui. *Circumire, circumdare ſ. tegere eſt in illo* Virg. Aen. 8, 553 *Equum* Ducunt exſortem Aeneae, quem fulua leonis Pellis obit totum, praefulgens vnguibus aureis. Obire, [τελευτᾷν] *Mori, nempe intelligitur nomen* Mortem. *De quo paullo poſt* n. 2: *vel ponitur ea ratione, vt* ſidera obire *dicuntur* (*de quo itidem* n. 2) *vel* occidere. Plaut. Epid. 3, 4, 76 Malo cruciatu vt pereas, atque obeas cito. Plin. 11, 37 Obire morbo. Decurſo lumine vitae obiit Lucret. 3, 1055. ¶ 2 *Nomina, quibus iungitur, ordine elementorum.* Cic. Fam. 10, 25 Multi clariſſimi viri quum Reip. darent operam, Annum petitionis ſuae non obierunt. *i. Non venerunt ad annum.* Liu. 4, 7 Quia duo Conſules obire tot ſimul Bella nequirent. *i. Onus tot bellorum ſuſcipere, et eis ſufficere.* Cic. Att. 9, 1 Quas enim eos Coenas et facere et obire ſcripſit ad me Sextus, quam lautas, quam tempeſtiuas? Idem Ibid. 16, 8 Cogitat reliquas Colonias obire. Idem Ibid. 1, 4 Venias ad id tempus, quod ſcribis, obieris Q. fratris Comitia. *i. Adieris, atque illis adfueris.* Q. Cic. de Petit. Conſul. 27 Homines ſaepe quum obeunt plures Competitores, et vident vnum eſſe aliquem, qui haec officia maxime animaduertat, ei ſe dedunt, deſerunt caeteros, minutatim ex communibus proprii, ex fucoſis firmi ſuffragatores euadunt. Cic. de Amic. 7, c. 2 Qui diligentiſſime ſemper illum diem et illud munus ſolitus eſſes obire: *i. Adire, et adeſſe eo die. Et* Plin. Epiſt. 8, 8. Suet. Iul. c. 9 Tanuſius adiicit, Craſſum poenitentia vel metu diem caedi deſtinatum non obiiſſe. Diem auctionis obire Cic. Att. 13, 14. Diem obire, *Mori.* Ser. Sulpicius ad Cic. Fam. 4, 12 Paullo ante lucem Marcellum diem ſuum obiiſſe. *Sic* Diem obire ſupremum Plin. 14, 4. Nep. 7, 10, 6. Diem obit Suet. Veſp. c. 1. *Conf.* Nepos 10, 10, 4. *et* 1, 7, 6. Domos amicorum Cic. pro Cael. 18 c. 7. Hereditatem obire, *vid.* HEREDITAS. In ſilentium obire Senec. Epiſt. 21. Iudicia priuata magnarum rerum obire Cic. de Orat. 1, 173. Legationes obire, *i. Suſcipere* Idem de Lege Agr. 7, 8. *et* Acad. 4 c. 2. Legatus obiit Aegyptum: *pro Legatione functus eſt in Aegyptum* Cic. Somn. Scip. 3. Letum obire Lucret. 5, 1419. Cic. pro Milon. 27 Quam, niſi obire facinoris Locum tempusque voluiſſet, nunquam reliquiſſet. *Et cum Praepoſ.* Cic. Arat. 474 Obit infera Perſeus in Loca. Mortem obire, *Mori.* Feſtus, Mortem obiiſſe ea conſuetudine dicitur, qua dixerunt antiqui ob Romam legiones ductas, et ob Troiam duxit exercitum: pro ad. Ter. Phorm. 5, 9, 30 Ea Mortem obiit, e medio abiit. Cic. pro Milon. 66 Primum illud vulnus acceperit, quo teterrimam Mortem obiret. *Add.* Ter. Andr. 1, 3, 18 *ibique* Donat. Morte obire Sueton. Aug. c. 4 *pr.* Munus Conſulis obire, *Fungi officio Conſulis* Plin. in Paneg. c. 59. Liu. 2, 8 Non ſufficientibus iam viribus ad Conſularia munera obeunda. *Et* 3, 6 Munus vigilarium Senatores, qui per aetatem ac valetudinem poterant, per ſe ipſi obibant. Munus obire Cic. de Amicit. 7 c. 2. Liu. Haud grauate munus obibant. Munia regis Liu. 1, 41. Negotium Cic. pro Lege Manil. 53. Oculis obire, *Circumſpicere.* Plin. Epiſt. 3, 7 *extr.* Nam ferunt Xerxem, quum immenſum exercitum oculis obiſſet, illacrimaſſe. Idem Ibid. 3, 1 Nam ille quoque, quoad honeſtum fuit, obiit Officia, geſſit magiſtratus, prouincias rexit. Officia liberaliter et dextre obire Liu. 1, 34. Opus ruſticum Columel. 12, 3. Buxoque ſimillimus Ora pallor obit Ouid. Met. 11, 417. *Conf. Heinſ. ad* Met. 1, 552. Cic. Verr. 2, 125 Nolite exſpectare dum omnes obeam Oratione mea ciuitates: hoc vno complector crimine omnia. Pericula ac labores Liu. 1, 54. Praelia obire, *Praeliari* Lucret. 4, 964. Cic. Verr. 5, 71 Nam aeſtate ſumma, quo tempore caeteri Praetores obire Prouinciam, et concurſare conſueuerunt. Ibid. 79 Quum vero aeſtas ſumma eſſe iam coeperat, quod tempus omnes Siciliae ſemper Praetores in itineribus conſumere conſueuerunt: propterea quod tum putant obeundam eſſe maxime Prouinciam, quum in areis frumenta ſunt. *Conf.* Paterc. 2, 74, 1. Regiones pedibus Cic. de Fin. 5, 87 c. 29. *i. peragrare.* Cic. pro Lege Manil. 53 Quum ita clauſa erant nobis omnia maria, vt neque priuatam Rem maritimam, neque publicam iam obire poſſemus. Res ſuas Idem pro Arch. 13. Liu. 1, 20 Quanquam ipſe plurima Sacra obibat. *i. Plurimis ſacris intereſſe ſolebat.* Sidera obire *dicuntur, quum Occidunt* Plin. 2, 26. *Conf.* Stat. Silu. 2, 1, 210. Obeunt noctesque diesque, Aſtraque. Prudent. Cathem. 12, 15. Vadimonium obire, *eſt Ad diem ſe ſiſtere, et vadem liberare.* Cic. pro Quint. 53 Vadimonium mihi non obiit quidam ſocius et affinis meus. *Et paullo ante*, Qua tibi Vadimonium non ſit obitum, eadem te hora, *etc. Budaeus. Cum Praepoſitione* Ad *laudatur.* Plin. Epiſt. 8, 12, 3 An ſi litibus tererer, obſtrictum eſſe me crederem obeunti ad mea Vadimonia? *Sed Cortius et Geſnerus ex MS.* ad *omittunt.* Vigilias obire Plin. 14, 22. Viſu crebro obiit omnia Sil. 3, 160. Terras obire, *Circuire* Virg. Aen. 6, 58. Cic. Verr. Act. 1, 6 Ego Siciliam totam quinquaginta diebus ſic obii. Multum telluris obiuit Virg. Aen. 6, 802. Vrbes obire Curtius 4, 5, 13. Obiri, *Paſſiu.* Plin. 13, 4 ſ. 7 Palmam breuem ramis obiri vmbra foliorum putant. *Vetus exemplar habet*, Breuique ramorum orbe folioſum, *et ſic dedit Harduinus.* Campus obitur aqua Ouid. Faſt. 1, 464.

OBIENS, euntis. Partic. [μετιών] Cic. in Somn. Scip. 16 Quis in reliquis orientis aut obeuntis ſolis vltimis aut Aquilonis, Auſtriue partibus tuum nomen audiet? Virg. Aen. 6, 58 Magnas obeuntia terras Tot maria, *etc.* Plin. Epiſt. 8, 12 Obſtrictus obeunti ad vadimonia. *vid. ſupra.*

OBEVNDVS, a, um. *Aliud* Partic. [μετιτέος] Hor. Serm. 1, 6, 120 Non ſollicitus mihi quod cras Surgendum ſit mane, obeundus Marſia, *etc.* Bella plane accinctis obeunda Tacit. Ann. 3, 34.

OBĬTVS, a, um. *Similiter* Partic. [μετεληλυμένος] Cic. pro Sext. 83 c. 38 Nec vero illorum quisquam, quos a maioribus noſtris morte obita poſitos in illo loco, atque in Roſtris collocatos videtis, *etc.* Quorum morte obita tellus amplectitur oſſa Lucret. 4, 735. Idem 1, 135. *et* Virg. Aen. 10, 641. *et* Gell. 15, 20. *Vid. ſtatim* OBII.

OBII, orum. m. *Pl. Mortui.* Apul. de Mundo p. 74 *Elmenh.* Geniis miniſtratur, obiis libatio profunditur. *Sic optimi MSS.* Al. Obitis.

OBĬTVS, ūs. m. [τελευτή] *Mors, Interitus.* Cic. Fam. 4, 5 Poſteaquam mihi renunciatum eſt de obitu Tulliae filiae tuae, ſane quam pro eo ac debui, grauiter moleſteque tuli. Difficiles obitus Virg. Aen. 4, 694. Mitis obitus Tacit. Ann. 3, 19. Ante obitum nemo dici debet beatus Ouid. Met. 3, 137. Interitus atque obitus omnium rerum conficit natura Cic. de Diuin. 2, 37 c. 16. Dare obitus Valer. Argon. 6, 515. Obitum lamentari Lucret. 3, 965. ¶ 2 Obitus, [δύσις] *Occaſus.* Cic. de Orat. 1, 69 In Aſtrologia caeli conuerſio, ortus, obitus, motusque ſiderum. Obitus et occaſus Idem in Piſon. 34. Siderum ortus, obitus, motusque Idem de Diuinat. 1 c. 56. Stellarum ortus atque obitus Catul. de Coma

Beren.

Beren. *pr.* Quandoquidem longos obitus exorta reuiſunt Lucret. 4, 394. ¶ 3 Obitus, [*παρουσία*] *Aduentus.* Turpil. Ecquis eſt, qui interrumpit ſermonem meum obitu ſuo? Non. 4, 331. Ter. Hec. 5, 4, 19 Vt voluptati obitus, ſermo, aduentus tuus, quocunque adueneris, ſemper ſiet. *Vbi* Donatus: Obitus, Occurſus. Ob enim ſignificat Contra. Ergo Obitus, Aditus. Inter Obitum et Aduentum hoc intereſt, quod Obitus eſt, quem caſus affert: Aduentus, quem voluntas et deſtinatus locus. Feſtus. Antiqui Obitu dicebant, pro Aditu.

OBEQVĪTO, āre. [*περιϊππάζω*] *Adequitare, Circumequitare.* Liu. 2, 45 Primo obequitando caſtris, prouocandoque. *Sic* 9, 36 Et luce orta poſtero die obequitauit ſtationibus hoſtium. Idem 23, 46 Cum obequitaſſet hoſtium turmis. Obequitare, *cum Accuſatiuo.* Curt. 3, 10, 4 Alexander ante prima ſigna ibat, *etc.* Quumque agmen obequitaret, varia oratione, vt cuiusque animo aptum erat, milites alloquebatur.

OBERRO, āre. [*περινοςέω, περιέρχομαι*] *Circumerrare.* Plin. 17, 19 In ſumma tellure oberrant. Idem 29, 4 Haec autem quae in domibus noſtris oberrat, *etc. De muſtela.* Oberrare, *per translationem, pro Circum volare, poſuit* Perſ. 4, 26 quum dixit Diues arat Curibus quantum non miluus oberret. Oberrare, *pro Errare, peccare.* Hor. de Arte Poët. 356 Et citharoedus Ridetur chorda qui ſemper oberrat eadem.

OBERRANS, antis. Partic. Cochleae paſſim oberrantes Plin. 30, 14.

OBERRĀTVS, a, um. Apul. Met. 9 p. 219 *Elmenh.* Nec paucis caſulis atque caſtellis oberratis diuertimus ad quendam pagum.

OBESCO, āre. [*δελεάζω*] *ab* Eſca *compoſitum, Eſcam in os ingerere.* Columel. 8, 7, 4 Nonnulli tribus aquae partibus vnam boni vini miſcent, madefactoque triticeo pane obeſcant auem, quae prima luna (quoniam id quoque cuſtodiendum eſt) ſaginari coepta, viceſima pergliſcit. *Legitur et* Obeſant, *quod vide.*

OBESVS, *vid.* OBEDO.

OBEX, icis. c. *ab* Obiicio, *vnde primae producendae cauſa etiam* obiice *vtuntur Poëtae. Significat Cuiuscunque rei obiectionem ſiue obſtaculum.* Feſtus, Obices, peſſuli ferae. Plaut. Merc. Prol. 72 Tibi denique iſte laetitiam pariet obex. Plin. in Paneg. c. 47 Nullae obices, nulli contumeliarum gradus: ſuperatisque iam mille liminibus vltra ſemper aliqua dura et obſtantia. Virg. Aen. 10, 377 Ecce maris magna claudit nos obiice pontus. *Vbi* Seruius, Modo vſus habet vt hic Obex dicamus: vnde quidam Magno obice legunt. Antiqui etiam haec Obex dicebant: ſecundum quod eſt Magna obice. Hinc eſt quod nonnulli vitant generis dubietatem, et legunt Magni, ſcilicet maris. Caper tamen in libris dubii generis probat dici et haec Obex: quod, vt dixi, hodie de vſu receſſit. Aperti obiices Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 171. Obiices rupti Virg. Georg. 2, 480. Moliri obices, *vid.* MOLIOR. Firmo obiice portas claudere Ouid. Met. 14, 780. Abrupto obiice ſoluit montes Senec. Herc. furent. ſ. 4. *Conf.* Virg. Georg. 2, 480. *Quomodo producatur prima huius nominis Syllaba, diſputat* Gell. 4, 17 *et eo euadit vt dicat, cum ſit ex verbo iacio, eſſe velut* Obiex *etc.*

O B F

OBF, *quae primas literas habent, pleraque damus in* OFF.

OBFIRMO, *ſ.* OFFIRMO, āre. [*ἐπιςηρίζω*] *Durum reddere, firmum facere.* Corium obfirmare cineris inſperſu Apul. Met. 7 p. 197. *Item, Firmum propoſitum in animo habere, et quaſi obſtinate aliquid in animo tenere.* Ter. Eun. 2, 1, 11 Cenſen' poſſe me obfirmare, et perpeti ne redeam interea? Plaut. Amph. 2, 2, 15 Feram et perferam vsque eius abitum, animo forti atque obfirmato. Idem Merc. prol. 81 Vt vt animum obfirmo meum. Ter. Hec. 3, 5, 4 Certum obfirmare eſt viam me, quam decreui perſequi. *Vbi* Donatus: Obfirmare viam, Aduerſus omnia obſtinate agere. Idem Heaut. 5, 5, 8.

OBFIRMĀTVS, *ſ.* OFFIRMATVS, a, um. Part. [*ἐπιςηριγμένος*] Cic. Att. 1, 9 (11) Incredibile eſt quanto mihi videatur illius voluntas obſtinatior, et in iracundia obfirmatior. *Vetus codex habet* Affirmatior. Animo forti et obfirmato aliquid ferre et perferre Plaut. Amph. 2, 2, 15.

OBFIRMĀTE. Adu. [*ἐπιςηριγμένως*] *Pertinaciter.* Suet. Tiber. c. 25 Ad capeſſendam rem perurgebant, quanquam obfirmare ſiſtentem.

OBFORE, *vid.* ABFORE.

OBFVSCO, *etc. vid.* OFF.

O B G

OBGANNIO, *vel* OGGANNIO, īui, ītum, īre. [*ἐπικνυζάω*] *In aurem ſecreto loqui, et veluti immurmurare.* Apul. 2 p. 174 In aurem mulieris obganniit. Ter. Phorm. 5, 9, (8) 41 Habet haec ei quod dum viuat, vsque ad aurem obganniat. *Conf.* Plaut. Aſin. 2, 4, 16.

OBGANNĪTVS, a, um. Partic. Talibus obgannitis ſermonibus inter nos Apul. Met. 2 p. 220.

O B H

OBHAEREO, haeſi, ēre. [*προσέχομαι*] *Idem quod Adhaerere.* Sueton. Neron. c. 19 Conſurgenti ei primum lacinia obhaeſit. Idem Tiber. c. 2. Lactant. de Opific. Dei c. 11 Ne qui forte obhaereant ac reſiſtant. Equus obhaeret in flumine Lucret. 4, 422.

OBHAERESCO, ēre. Apul. 6 p. 178 Lanoſum aurum ſtirpibus connexum obhaereſcit.

OBHERBESCO, ēre. *Herbis obducor; ex* Ob *et* Herbeſco. Feſtus, Obherbeſcere, herbam increſcere.

OBHORREO, ēre. Plin. 37, 8 Vilioris eſt turbae praſius, cuius alterum genus ſanguineis punctis obhorret.

O B I

OBIĀCEO, iacui, ēre. [*ἀντίκειμαι*] *Circum aut contra, ſiue in via iacere.* Feſtus: Obiacuiſſe, Ante iacuiſſe. Acherontem obibo, vbi mortis theſauri obiacent Enn. A meridie Aegyptus obiacet Tac. Hiſt. 5, 6, 1. Graecia, qua ſol occidit, Ioniis fluctibus obiacet Pomp. Mela 2, 3. Columel. 2, 4 Sed vaſtos caeſpites conuellit, quibus obiacentibus impeditum arantium minus recte poteſt iterari. Stat. Theb. 4, 61 Vatum qua conſcius amnis Gorgoneo percuſſus equo, quaque obiacet alto Iſthmos.

OBIACENS, entis. Part. Obiacens ſarcinarum cumulus Liu. 10, 36. In ore portus inſula aſſurgit, quae illatum vento mare obiacens frangat Plin. Epiſt. 6, 31.

OBIĬCIO, iēci, iectum, ĕre. [*ἀνθίςημι, προβάλλω, προτείνω, ἐπιφέρω*] *Verſus aliquem iacere, porrigere, offerre, opponere.* Argentum lenae obiicere, *tanquam ſolum cani* Plaut. Aſin. 4, 2, 5. Ter. Phorm. 5, 2, 4 Etiam argentum eſt vltro obiectum ei. Plaut. Curc. 4, 4, 11 Reddin' an non virginem prius, quam te huic meae machaerae obiicio maſtigia? Cibum obiicere canibus Plin. 8, 40. Cani offam Virg. Aen. 6, 421. Caput obiecі ruenti telo Sil. 16, 652. Clypeos ac tela ſiniſtris protecti obiiciunt Virg. Aen. 2, 443. Corpus obiicere feris Cic. pro Roſc. Amer. 71. Fores obiicere portae Liu. 28, 6. Cic. Fam. 6, 5 Sed etiam quod ad omnes Caſus ſubitorum periculorum magis obiecti ſumus, quam ſi abeſſemus. Obiicere ſe in impetus profligatorum hominum quotidianos Idem pro Arch. 14. Idem pro Domo 145 c. 57 Obieci meum Caput pro veſtris caerimoniis atque templis, perditiſſimorum ciuium furori atque ferro. Obiicere ſe telis hoſtium Idem Tuſc. 1, 89. Obiicere Florem vini naribus Plaut. Curc. 1, 2, 1. Concionibus ſeditioſorum, inſidiis coniuratorum, et telis aliorum obiici, et ad omne periculum atque omnem inuidiam opponi Cic. pro Muraen. 87. Poteſtati aliquorum aliquid Idem de Aruſp. Reſp. 25. Plaut. Amph. 1, 1, 35 Quod multa Thebano populo acerba obiecit Funera. *i. Multos occidit Thebanos.* Cic. pro Roſc. Amer. 39 Quae res igitur tantum iſtum Furorem Sex. Roſcio obiecit? Laborem alicui Ter. Hec. 3, 1, 6. Laetitiam alicui Idem Heaut. 1, 2, 12. Lucrum alicui Plaut. Curc. 4, 2, 45. Maledictum alicui Cic. pro Muraen. 13. Malum Plaut. Amph. 2, 1, 58. Militiam Idem Caſ. 3, 5, 34. Mentem alicui obiicere, *pro In mentem inducere* Liu. 5, 15. Metum animo alicuius Cic. Tuſc. 2, 10. Moram obiicere, *Retardare* Plaut. Poen. 1, 3, 37. Noctem peccatis, et fraudibus obiice nubem Hor. Epiſt. 1, 16 (15) 62. Nubem obiecit oculis Ouid. Met. 12, 32. Religionem Plaut. Merc. 5, 2, 40. *vt nunc loquuntur, ſcrupulum iniicere.* Salutem ſuam pro aliquo, *i. in periculum dare* Cic. pro Planc. 79. Solicitudinem Plaut. Mil. 3, 1, 29. Spem Liu. 6, 14. Cic. ad Brut. 18 Multi ad deprauandum parati, qui Splendore falſi honoris obiecto, aciem boni ingenii praeſtringi poſſe confidunt. Tempus omne iis fluctibus obiecimus, qui, per nos a communi peſte depulſi, in nosmetipſos redundarunt Cic. de Orat. 1, 3. Terrorem hoſti Liu. 27, 1. ¶ 2 Obiicere, *In memoriam reducere, ſiue reuocare cum exprobratione.* Plaut. Mil. 3, 1, 25 Me tibi iſtuc aetatis homini facinora puerilia obiicere, neque te decora, neque tuis virtutibus. Cic. Verr. 4, 37 Non tibi obiicio, quod hominem digniſſimum tuis moribus, *etc.* ſpoliaſti, ac depeculatus es. Idem Fam. 11, 3 Te miramur, quum haec reticueris, non potuiſſe continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Caeſaris obiiceres. Obiicere aliquid crimini Plin. 34, 3. Cic. pro Cluent. 62 Doce in illorum iudiciis, quid praeter hoc venenum Oppianici, non modo in criminis, ſed in maledicti loco ſit obiectum. Idem Tuſc. 1, 3 c. 2 Honorem tamen huic generi non fuiſſe declarat oratio Catonis, in qua obiecit vt probrum M. Nobiliori, quod is in prouinciam Poëtas duxiſſet. Idem pro Planc. 75 De Criſpio mihi tune obiicies, quem ego de me bene meritum, quia te teſte cognoueram, te eodem auctore defendi? Digna pudore obiicere alicui Ouid. Met. 13, 308. Eloquentiam vt vitium alicui Cic. in Salluſt. 8. Factum quod obiicitur, negare Idem in Partit. 101. Furta, largitiones, libidines obiicere alicui Idem pro Domo 93. Ignobilitatem alicui Idem Philipp. 3, 15. Impietatem Plin. Pan. 33. Libido mihi obiicitur abs te Propert. 3, 19, 1. Praeuaricationem Plin. Epiſt. 7 *vlt.* Obiexim, *pro Obiecerim* Plaut. Caſ. 2, 6, 52.

OBIICIENDVS, a, um. Partic. [*προβλητέος*] Virg. Ecl. 3, 7 Parcius iſta viris tamen obiicienda memento.

OBIECTVS, a, um. *Aliud* Partic. [*προβεβλημένος*] Cic. Tuſc. 1, 111 Cunctari illum diutius in vita fortunae obiectum inutile putabat ipſi. Clathri obiecti caueae, *i. Oppoſiti* Hor. de Arte Poët. 473. Inſulae Caeſ. B. G. 5, 13. Offa obiecta Virg. Aen. 6, 422. Spe obiecta, *i. Iniecta* Tacit. Ann. 4, 60, 4. Tela obiecta Cic. de Aruſp. Reſp. 49. Obiectae vallo munitiones Liu. 3, 26. Oppoſitum et obiectum hoſtibus propugnaculum Cic. pro Font. 3. Silua pro natiuo muro obiecta Caeſ. B. G. 6, 9. Flumina obiecta retardant equos Virg. Georg. 3, 253. Scopuli retardant obiecta flumina Idem ib. 3, 253. Viſum obiectum eſt a deo dormienti Cic. Acad. 4, 49. Ad omnes caſus ſubitorum periculorum obiecti ſumus Idem Fam. 6, 4. Error in aliqua re obiectus Cic. pro Caecin. 5. Plaut. Amph. 2, 1, 58 Neſcio quid mali eſt mala obiectum manu. *i. Neſcio quis veneficus eius mentem excantauit. Nam in veneficiis non tantum eſt carmini locus, ſed etiam manui, id eſt, iis quae fiunt manus opera: vt quum adhibentur herbae, medicamenta, mala venena, etiam quaedam interdum vincula.* Virg. Aen. 7, 754 Spargere qui ſomnos cantuque manuque ſolebat. *Ex Turnebo.* Cic. de Fin. 1, 47 Plerique autem quod tenere atque ſeruare id quod ſtatuerunt, non poſſunt, victi et debilitati obiecta ſpecie voluptatis tradunt ſe libidinibus conſtringendos. Idem ib. 5, 50 Quod nulla vtilitate obiecta delectentur animi, atque ipſa ſcientia, etiamſi incommoda datura ſit, gaudeant. Signo obiecto aliquem monere quid euenturum ſit, niſi caueat Idem de Diuin. 1, 30. De obiectis non confiteri Idem pro Domo 93 c. 35. Diluere obiecta Quinct. 4, 2. Idem 7, 3. Obiectus, *Exprobratus.* Cic. Fam. 9, 26 Sed tamen ne Ariſtippus quidem ille Socraticus erubuit, quum eſſet ei obiectum habere eum Laida; Habeo, inquit, non habeor a Laide.

OBIECTVS, ūs. m. [*προβολή*] Columel. 3, 19 Qui vterque non incommode arcetur obiectu veſtis. Virg. Aen. 1, 164 Inſula portum Efficit obiectu laterum. Nepos 23, 5, 2 Quo repentino obiectu viſo, tantum terrorem iniecit, *etc. Sed plerique* obiecto. Montis obiectu Tacit. Ann. 4, 67, 3. Paludis obiectu Idem Hiſt. 3, 9, 2. Molis Idem Ibid. 5, 14, 3. Molium Idem Ann. 14, 8, 1.

OBIECTIO, ōnis. f. Arnob. 6 p. 191 Saxorum obiectione tutari. Ambroſ. Epiſt. 84 Omnem illam obiectionem repellamus. *Conf.* Tertull. ad Vx. 2, 5. *et* Mart. Capell. 5 p. 142 *et* 147 *extr.*

OBIECTOR, ōris. m. Inſitiatores ſunt falſi criminis obiectores Non. 2, 476.

OBIECTVM, i. n. *Apud Philoſophos. Vid.* OBIECTVS, Partic.

OBIECTO, āre. Frequent. [προβάλλομαι] Plaut. Moſt. 3, 2, 123 Ha, caue ne illi obiectes nunc in aegritudine te has emiſſe, *i. Ne illi protinus dixeris.* Corpora bello obiectant, *i. Exponunt* Virg. Georg. 4, 218. Caput obiectare periclis Id. Aen. 2, 751. Dolo ſimul et caſibus aliquem obiectare Tacit. Ann. 2, 5, 1. Animam pro aliquo Virg. Aen. 12, 230. Vitam procellis Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 365. Obiectare, [ὀνειδίζειν] *Exprobrare.* Cic. in Salluſt. c. 3 Qui falſum crimen bonis obiectat. Probrum obiectare alicui, *et* Illius laudem illuſtrare, *contraria* Id. pro Domo 76 c. 29.

OBIECTATVS, a, um. Partic. Apul. Florid. 1, 3 Obiectata Apollini crimina.

OBIECTATIO, ōnis. f. [ὀνειδισμὸς] *Exprobratio.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 60 Idque ita eſſe cum ex aliorum obiectationibus, tum etiam ex domeſtico iudicio, atque animi conſcientia intelligebant.

OBIECTACVLVM, i. n. *pro Obice et clauſtro.* Varro de R. R. 3, 17, 9 In Baiano autem tanta ardebat cura, vt architecto permiſerit, vt ſuam pecuniam conſumeret, dummodo perduceret ſpecus e piſcinis in mare obiectaculo, quo aeſtus bis quotidie ab exorta luna ad proximam nouam introire, ac redire rurſus in mare poſſet, ac refrigerare piſcinas.

OBIECTAMENTVM, i. n. Apul. Apol. *pr.* Obiectamenta iurgio prolata.

OBIECTĀMEN, ĭnis. n. [ἔγκλημα] Vet. Gloſſ. Lat. Gr.

OBIECTĀTOR, ōris. m. Aſconius.

OBIGENE, es. f. Lycaoniae pars, contermina vno ex latere, Galatiae, *vt ſcribit* Plin. 5, 32.

OBIGITO, *vid.* OBAGITO.

OBINĀNIS, e. Adi. *Idem quod Inane et vacuum: niſi quod aliquid auget compoſitio.* Varro de R. R. 3, 9, 11 In iis idem aiunt, quum ad lumen ſuſtuleris, quod perluceat, id eſſe obinane. *de ouis. Scaliger* obinane *vna voce legere nos iubet, et interpretari* ὑπόκενον, *i. ex parte vacuum. Sed putabam eſſe duas voces* ob inane, *i. ob inanitatem.*

OBINDVCTVS, a, um. [παρείσακτος] Gloſſ. Gr. Lat.

OBIRASCOR, ſci. Apul. Apol. p. 275 Cum hi, qui ſibi delicti alicuius conſcii ſunt, tamen, cum male audiunt, impendio commoveantur et iraſcantur.

OBIRASCENS, entis. Partic. Senec. de Tranquill. anim. c. 2 Obiraſcens fortunae animus et de ſaeculo querens.

OBIRĀTVS, a, um. Adi. [ὀργισθεὶς] *Idem quod Iratus.* Liu. 1, 31 Aut fortunae (vt fit) obirati cultum reliquerant deûm.

OBIRATIO, ōnis. f. Nebulonis obiratione ſi Brutus moueri poteſt Cic. Att. 6, 3. *vid. Graeu.* p. 615.

OBĬTER. Adu. [ἐν παρόδῳ] *compoſitum ex* Ob, *quod ſignificat Circum, et* Iter, *Praeter propoſitum, quaſi in itinere occurrens, aut quaſi per iter et in tranſitu* Plin. in prolog. Vt obiter caueam iſtos Homeromaſtigas. *Vtitur* Idem 18, 10. Iuuen. Sat. 3, 241 Aut obiter leget, aut ſcribet, vel dormiet intus, *i. Interim, dum vehitur, et ſic iter facit.* Sen. de Ira 3, 1. Chariſ. 2 p. 229 Diuus Auguſtus reprehendens Tiberium Claudium ita loquitur, Scribis enim Per viam ἀντὶ τοῦ Obiter. *Praeter viam vel curſum naturalem aquae ſignificare videtur,* Plin. 23, 4 ſ. 21 Flumina ad lauandam hanc ruinam iugis montium ducere obiter. Obiter per rimam foris ſpeculari Petron. c. 52. Idem c. 31 *Interdum idem eſt quod Similiter. Vid. Pricaeus ad* Apul. Met. 6. p. 323. *et Burm. ad* Quinctil. Decl. 10, 16 p. 228.

OBĬTVS, a, um. Partic. *Vid.* OBEO.

OBIVRGO, āre. [λοιδορέω, ἐπιτιμάω] *Reprehendere, verbis caſtigare et coarguere.* Ter. Andr. 1, 1, 115 Nam ſi illum obiurges, vitae qui auxilium tulit: quid facias illi, qui dederit damnum aut malum? Aliquem plurimis verbis malis Plaut. Bacch. 4, 9, 96. Varr. de L. L. 6, 5 Iurgare ab iure dictum, quum quis iure litigaret: a quo obiurgat is, qui id facit iniuſte. Obiurgare aliquem blande, minaciter Sen. de Clem. 1, 14. Obiurgare a peccatis Plaut. Trin. 3, 2, 54. Cic. Att. 2, 1 Quod me quodammodo molli brachio de Pompeii familiaritate obiurgas, nolim ita exiſtimes, me mei praeſidii cauſa cum illo coniunctum eſſe. Literas miſi, quibus et placarem vt fratrem, et monerem vt minorem, et obiurgarem vt errantem Id. ibid. 1, 5 *pr.* Verecundiam alicuius in rogando Idem Q. Frat. 3, 1. Summa cum auctoritate Senatum Cic. Att. 1, 14. Obiurgare, *pro Exprobrare.* Quinctil. 6, 4 Cicero obiurgantibus, quod ſexagenarius Pompiliam virginem duxiſſet, Cras mulier erit, inquit Plaut. Trin. 3, 2, 54. Cic. Q. Frat. 3, 1 Ea villa quae nunc eſt, tanquam philoſophia videtur eſſe, quae obiurget caeterarum villarum inſaniam. Colaphis obiurgare Petron. c. 34. *Vid. Burm.* p. 134 ſq. Ferulis obiurgare aliquem Suet. Calig. c. 20. Flagris obiurgare Idem Oton. c. 2. Solea Perſ. 5, 169.

OBIVRGANS, antis. Partic. Obiurgantes, quod ſexagenarius virginem duxiſſet Quinctil. 6, 3, 75.

OBIVRGĀTVS, a, um. Part. Cael. ad Cic. Fam. 8, 9 Curionem prorſus non mediocriter obiurgatus, *forma Deponentis.*

OBIVRGANDVS, a, um. Partic. Cic. de Amicit. 90 c. 24 Monendi amici ſaepe ſunt, et obiurgandi.

OBIVRGĬTO, āre. Frequent. [λοιδοροῦμαι] Plaut. Trin. 1, 2, 32 Rogitas? tene obiurgitem? Malis te vt verbis multis multum obiurgitem Plaut. Trin. 1, 2, 30.

OBIVRGATIO, ōnis. f. [λοιδορία] Poſt turpe factum caſtigatio, *auctore* Feſto. Cic. de Amicit. c. 91 Deinde vt obiurgatio contumelia careat. Obiurgatione corrigi Quinctil. 1, 3. Cic. de Orat. 2, 339 Tum obiurgatio ſi eſt auctoritas, tum admonitio quaſi lenior obiurgatio. Id. pro Cael. c. 27 Deliciarum obiurgatio fuit longa, et ea lenior, pluſque diſputationis habuit quam atrocitatis. Caſtigatione et obiurgatione dignus Id. Att. 3, 10. Habet acerbitatem obiurgatio Id. Off. 1, 136 c. 38. Mordebit puerum obiurgatio Quinctil. 1, 3. Suſceptam obiurgationem reprimere Cic. Att. 4, 15.

OBIVRGĀTOR, ōris. m. [λοιδορητὴς] Cic. de Lege Agr. 3, 11 Nam attendite, quantas conceſſiones agrorum hic noſter obiurgator vno verbo facere conetur. Sen. Epiſt. c. 9 Stilponis obiurgator ſimilem illi emiſit vocem. Cic. de Nat. Deor. 1, 5 Qua quidem in cauſa et beneuolos obiurgatores placare, et inuidos vituperatores confutare poſſumus. Ferendus quidem obiurgator non eſt is, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipſe deprehenditur Id. Verr. 5 (3) 4 c. 2. Conuincere ſuos obiurgatores Id. de Diuin. 1, 111 c. 49.

OBIVRGATORIVS, a, um. Adi. [λοιδορητικὸς] *vt,* Obiurgatoria epiſtola, *Qua obiurgatio continetur.* Cic. Att. 13, 16 Vna cum illius obiurgatoria tibi meam quoque, quam ad eum reſcripſeram, miſi. Clamor obiurgatorius Ammian. 16, 32. Cato principio nimis acri et obiurgatorio vſus eſt Gell. 7, 3. Sonus obiurgatorius Idem 18, 19. Ammian. 15, 17.

OBIVRO, āre. [ἐξορκίζω] Iureiurando obſtringere, *inquit* Feſtus, vt eſt in Pantaſilea, Formidabant obiurare. *Eſt igitur* adiurare, *quam vim alias quoque* ob *habet.*

OBIVS, Obii, *vid. ſub* OBEO.

O B L

OBLAEDO, ſi, ſum, ĕre. [λυβάω] *Idem quod pugnando et aduerſando Laedere.* Plautus Caſ. 2, 6, 52 Praecide os tu illi hodie: age ecquid fit, ne oblaeſis manum.

OBLANGVEO, ēre. [ἀσθενέω] *Idem quod Languere.* Cic. Fam. 16, 12 Literulae meae, ſiue noſtrae, tui deſiderio oblanguerunt.

OBLĀQVEO, āre. Tertull. de Reſ. Carn. c. 7 Argento gemmas oblaqueare, *i. Circumdare. Nempe eſt ruſticum verbum* oblaqueare, *pro quo frequentius legitur* ablaqueare. *v. v. Sed* oblaqueato oleam *eſt in vett. editt.* Caton. 29. *itemq.* Col. 2, 15, 3. *et ſaepe in libro* de Arbor. *Add.* Iſid. 15, 5. *Eſt igitur* oblaqueare lacuſculum ob, *i. verſus et circa arborem fodere: et inde pro generali* circumdare *vel* cingere *ponitur. Vid. noſtrum Lexicon ruſt. h. v.*

OBLĀTRO, āre. [καθυλακτέω] *Circum aut contra latrare. Et eſt canum. Met.* Sil. 8, 250 Infimi dum vulgi fouet oblatratque ſenatum.

OBLATRĀTOR, ōris. m. [καθυλακτὴρ] Sidon. 1, 3 Stertentum oblatratorum aures. Idem 4, 22 Colubrini oblatratorum molares.

OBLATRĀTRIX, īcis. f. [καθυλακτρὶς] Plaut. Mil. 3, 1, 85 Sed nolo mihi oblatratricem in aedes intromittere.

OBLATVS, *etc. vid.* OFFERO.

OBLECTO, āre. Frequent. [ἄγω, ψυχαγωγέω] *ab* Oblicio, *quod ex* Ob *et* Lacio *componitur, vnde fit* Lacto, are: Delectare, *recreare.* Ter. Phorm. 2, 3, 86 Habebis quae tuam ſenectutem oblectet. Aliquem falſo gaudio oblectare Plaut. Poen. 5, 4, 88. Iucunda opinione quam diutiſſime aliquem oblectare Cic. Q. Frat. 1, 1, 1. Fabula valde oblectat populum Hor. de Arte Poët. c. 231. Adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectant haec ſtudia Cic. pro Arch. 16 c. 7. Vitam oblectare Plaut. Aſin. 1, 2, 16. Ter. Eun. 1, 2, 115 Me ſperes, me te oblectes, mecum tota ſis. Cic. de Senect. 56 Num igitur horum ſenectus miſerabilis fuit, qui ſe agricultione oblectabant? Muſae me oblectant dulci carmine Catul. 66, 8. Rura oblectant animos Ouid. Rem. Amor. 169. Oblectare ſe, *Animum paſcere et recreare.* Ter. Hec. 1, 2, 9 Dic mihi Philotis, vbi te oblectaſti tam diu? Cic. Qu. Frat. 2, 15 Oblecta te cum Cicerone noſtro quam belliſſime. Ter. Adelph. 1, 1, 24 In eo me oblecto, ſolum id eſt carum mihi. Se oblectare in hortis Cic. Off. 3, 58. Otium temporis oblectare, *eſt Tempus otioſum et vacuum a rebus ſeriis traducere in voluptatem.* Plin. Epiſt. 4, 14 Accipies cum hac epiſtola hendecaſyllabos noſtros, quibus nos in vehiculo, in balneo, inter coenam oblectamus otium temporis; his iocamur, ludimus, amamus. Tempus oblectare ſtudio Ouid. Triſt. 5, 12, 1. Oblector hac re, *paſſiuum.* Cic. Fam. 2, 15 In communibus miſeriis hac tamen oblectabar ſpecula. Ludis oblectari et duci Id. pro Muraen. 39. *Sed quod pro deponentis forma laudatur* Cic. Q. Frat. 2, 14 Ego me in Cumano, et Pompeiano, praeterquam quod ſine te, caeterum ſatis commode oblectabar, et eram in iisdem locis: *Grut. et Gron.* oblectabam.

OBLECTATIO, ōnis. f. [ψυχαγωγία] Cic. Acad. 4, 127 Indagatio ipſa rerum cum maximarum, tum etiam occultiſſimarum habet oblectationem. Id. de Fin. 5, 53 Nos autem non ſolum beatae vitae oblectationem videmus, ſed etiam leuamentum miſeriarum. Plena oblectationis requies Id. de Amicit. 103 c. vlt. Id. de Orat. 1, 118 c. 26 Itaque in iis artibus, in quibus non vtilitas quaeritur neceſſaria, ſed animi libera quaedam oblectatio. Animi oblectatio, requieſque curarum Id. Off. 2, 6. Id. Acad. 1, 11 Doloris medicinam a philoſophia peto, et otii oblectationem hanc honeſtiſſimam iudico.

OBLECTĀTOR, ōris. m. Apul. Flor. 3 p. 25 *Stew.* Arion miſericordium beluarum oblectator. Tertull. de Corona c. 8 Deus proſpector et oblectator hominis ſui.

OBLECTAMENTVM, i. n. [ψυχαγώγημα] *Ipſa delectatio.* Cic. de Senect. 51 c. 15 Satiari delectatione non poſſum, vt meae ſenectutis requietem oblectamentumque noſcatis. Rerum ruſticarum Id. ibid. c. 26. Oblectamenta et ſolatia ſeruitutis Idem Verr. 4, 134. *conf.* Sen. Epiſt. 9.

OBLECTĀMEN, ĭnis. n. [ψυχαγώγησις] Stat. Silu. 3, 5, 95 Nec deſunt variae circum oblectamina vitae. *conf.* Prudent. Hamartig. 311. Ouid. Met. 9, 342.

OBLECTABĬLIS, e. Adi. Auſon. Epiſt. 19 *extr.* Oblectabile negotium. *conf. Not. Vineti.*

OBLECTANEVS, a, um. Adi. Vet. Inſcript. SI QVID OBLECTANEVM APVD MANES EST.

OBLECTATORIVS, a, um. Adi. Gell. 18, 2 Tit. Aenigmata oblectatoria.

OBLEGATVS, a, um. *Adfertur* Omnibus vitae illecebris oblegatum ita eneruaſtis Tertull. de Ieiun. c. 12. *vid. Iun. Sed leg.* obligatum: *et ita Rigalt. et Prior.*

OBLĒNIO, īui *et* ii, īre. *pro Lenire.* Sen. de Ira 3, 9 Lectio illum carminum obleniat.

OBLĪDO, ſi, ſum, ĕre. [κατάγχω] *ex* Ob *et* Laedo; *ſignificat Circum circa vſque ad mortem laedo, percutio, ſuffoco, neco.* Columel. 7, 3, 8 Ne anguſtiae fetus oblidant. Cic. Fragm. Orat. 14 Duobus digitulis gulam obliſit. Arnob. 7 p. 233 Oblidi eius neceſſe eſt animam.

OBLĪSVS, a, um. Partic. Prudent. Pſych. 592 Obliſo gutture. Obliſus pondere Plin. Epiſt. 6, 20, 16. Fauces obliſae Tacit. Ann. 5, 9, 3.

OBLĬGO, āre. [καταδέω, ἐπιδέω] *Circum ligare, Alligare.* Plaut. Men. 5, 3, 9 Ait ſe obligaſſe crus fractum Aeſculapio. Medicum requirens, a quo obligetur Cic. Tuſc. 2 c. 16. Obligare manipulos Columel. 11, 2, 40. Obligare vulnus Cic. de Nat. Deor. 3, 57 c. 22. Amylo ſpiſſo obligare *ap.* Apic. 2, 2. *et* 8, 2 *eſt addito amylo ſpiſſius et lentius reddere ius.* ¶ 2 *Ad mores et animum vbi transfertur, ſignificat aliquid facere, quo libertas quodammodo impediatur, in tantum certe, vt potius hoc agatur, quam aliud.* Cic. Fam. 6, 11 Dolabellam antea tantummodo diligebam, obligatus ei nihil eram. Aſconius, Obligatus, in bonis dicitur, et in vinculis. In vinculis quum eſt, tunc proprium

proprium eſt: ad bona quum traducitur, tunc translatum eſt. Caeſar Brutum promittendo conſulatum non obligauerat Vell. 2, 56, 3. Nec ſatis eſt homines, obligat ille deos Ouid. Faſt. 2, 62. Pro quorum ſalute ſe Sullae obligauerat Cic. pro Sulla c. 26. Id. Q. Frat. 3, 1, 5 Scaurum Beneficio defenſionis valde obligaui. Papin. in l. Bona fide. §. Vxor. D. Ad S. C. Velleianum, Et ſi Fidem ſuam pro ea, quam delegauit, apud virum obligauerit: locum, *etc. vt ſalua fide non poſſit aliud agere, quam quod promiſit.* Foedere obligatus Liu. 38, 33. Obligare omnia bona ſua pignori Scaeuola in l. Titius. D. Qui potiores in pig. et hypoth. *etc. Vt non liceat illa alienare.* Rediit nihilo opulentior, vt qui prope labefactata fide, omnia praedia fratri obligarat Suet. Veſp. c. 4. Obligare per libram Varr. de L. L. 6, 5 *verſus fin.* Obligare ſe ſceleri Sen. de Tranquil. Vitae 2. Obligare poenae Idem de Benefic. Iudicio aliquo diſtringi et obligari Cic. Verr. Act. 1, 24. Liberalitate ſua ſibi aliquem Id. Q. Frat. 2, 14. Nexu obligare ſe Id. pro Muraen. 3. Pactionibus praemiorum ſuorum aliquos Id. poſt red. in Senat. 31. Id. Verr. 2, 177 Quum interrogabuntur, obligentur non ſolum iurisiurandi atque exiſtimationis Periculo, ſed etiam communi inter ſe conſcientia. Id. de Legib. 2, 29 Statuit collegium locum publicum non potuiſſe priuata Religione obligari. Id. Off. 1, 39 Cato ad Pompilium ſcripſit, vt ſi filium patitur in exercitu remanere, ſecundo eum obligaret militiae Sacramento. Idem pro Domo 20 Qui quum lege neſaria Ptolemaeum regem Cypri, fratrem regis Alexandrini eodem iure regnantem cauſa incognita publicaſſes, Populumque Romanum Scelere obligaſſes. Sponſione obligari Cic. de Legib. 2, 41. Superſtitione Id. de Diuin. 1, 7. Idem pro Caecin. c. 7 Si quis quod ſpopondit, qua in re Verbo ſe vno obligauit, id non facit *etc.* Votis caput obligaſti, *i. Deuouiſti, non implendo promiſſa* Hor. Carm. 2, 8, 5. Cic. Philipp. 5, 51 Audebo etiam obligare Fidem meam P. C. vobis, P. Q. R. Aedes obligare ob amoris prandium Plaut. Truc. 2, 1, 4. Furti ſe obligare, *i. furtum committere, furti poenam mereri* Gell. 7, 15. Vadem obligare trium millium aeris Liu. 3, 13. Obligor vt tangam laeui fera litora Ponti Ouid. Triſt. 1, 2, 83. Paull. l. 5. Sentent. Tit. 23. §. 9 Qui ſacra impia nocturnaue, vt quem obcantarent, interficerent, obligarent, fecerint faciendaue curauerint, aut cruci ſuffiguntur, aut beſtiis obiiciuntur.

OBLIGĀTVS, a, um. Partic. [καταδεδεμένος] Obuolutus et obligatus corio Auctor ad Herenn. 1, c. 13. *Metaph.* Vellem exiſtimes, tibi me obligatum fore Cic. Att. 16, 16. Populus Rom. obligatus a tribunali tuo, non exoratus receſſit Plin. Paneg. c. 28. In Principe rerum ac prope inſolitum eſt, vt ſe putat obligatum Plin. Paneg. c. 60. Medicinae obligatus legitime Scribon. Ep. Tu me aliquid eorum doce per quae obligantium et obligatorum animi certent Sen. Benef. 1, 4. Obligatior, *Compar.* Plin. Epiſt. 8, 2 Quanto quis melior et probior, tanto mihi obligatior abit. Magnis et multis pignoribus eum Reſpublica obligatum tenet Cic. Philipp. 13, 8. Dapem obligatam redde Ioui, *i. Promiſſam ac debitam* Hor. Carm. 2, 7, 17.

OBLIGATIO, ōnis. f. [ἐνοχὴ] *Conditio hominis vel rei obligatae.* Cic. ad Brut. 18 Eſt autem grauior et difficilior Animi et ſententiae, maximis praeſertim in rebus pro altero, quam pecuniae obligatio: *difficilius eſt praeſtare alterius ſententiam, quam pecuniam pro illo promittere.* Papin. in l. Obligationes. D. de actionibus et obligationibus, Obligationes quae non propriis viribus conſiſtant, neque officio iudicis, neque Praetoris imperio, neque legis poteſtate Confirmantur. Conſtat verborum obligatio, ſi inter contrahentes id agatur Paullus in l. 3. D. de actionibus et obligat. Conſtituitur obligatio Paullus in l. 3. D. de actionibus et obligat. Contrahitur Paullus in l. Si tibi decem, in princ. D. de pactis. Deducere aliquid in obligationem Pomponius in l. Si ita ſtipulatus fuero. D. de verborum obligat. Diſſoluere Paullus in l. Et heredi. §. vlt. D. de pactis. Caius in l. 4. §. Is quoque. D. de actionibus et obligat. Qui enim ſoluit per errorem, magis Diſtrahendae obligationis animo, quam contrahendae dare videtur. Paullus in l. Qui vſumfruct. D. de verb. obligat. Tunc enim priore obligatione Exſpirante, ex ſecunda introducitur petitio. Exſtinguitur Paullus in l. Pluribus rebus. D. de verborum obligat. Infirmare Paullus in l. Si ſub vna. D. de verborum obligat. Naſcitur Paullus in l. Si tibi decem, in princ. D. de pactis. Parere poteſt obligationem conditio Venuleius in l. A Titio. D. de verborum obligat. Perimit obligationem conditio Modeſtinus in l. Conditio. D. de verborum obligat. Perpetuare Paullus in l. Si ſeruum. §. ſequitur et ſequentibus §§. D. de verborum obligat. Prior obligatio non reſuſcitatur ex nouo pacto Paullus in l. Si vnus. §. Idem dicimus. D. de pactis. Reuocari in obligationem Paullus in l. Inter ſtipulantem. §. Sacram rem. D. de verborum obligat. Soluitur tota obligatio Paullus in l. Si vnus. §. Si cum mihi. D. de pactis. Submouetur tota obligatio Paullus in l. Si vnus. §. Si cum mihi. D. de pactis. Venuleius in l. Si reus promittendi. D. de duobus reis conſtituendis: Si reus promittendi alteri reo heres exſtiterit: duas obligationes Suſtinere eum dicendum eſt: nam vbi quidem altera differentia obligationum eſſe poſſit (vt in fideiuſſore et reo principali) conſtat alteram ab altera perimi; quum vero duae eiusdem poteſtatis ſint: non poteſt reperiri, quare altera potius quam altera conſumatur; ideoque et ſi reus ſtipulandi heres exſtiterit: duas ſpecies obligationis eum ſuſtinere. Iulianus in l. Quae extrinſecus. D. de verborum obligat. Pro ſuperuacuis habebuntur, nec Vitiabunt obligationem. ¶ 2 Societatem coire ad obligationem innocentium l. 1 D. §. 1 ad L. Corn. de falſ. *quod interpretante Bynkerſh. Obſ.* 3, 19 p. 303 *eſt ad implicandos litibus innocentes.* Obligatio linguae Iuſtin. 13, 7, 1. Firmicus 6, 17 Saturnus et Mercurius linguam tardo ſono vocis impediunt, ita vt in ipſis faucibus, tardis conatibus impedita verba deficiant, aut linguae obligatione confundantur.

OBLIGAMENTVM, i. n. Tertull. de Corona c. 14 *pr.* Caput ne velamento quidem obnoxium, nedum obligamento. Idem de Idolol. c. 15 Conſecrationis obligamentum.

OBLIGATŪRA, ae. f. Gloſſ. Vet. Lat. Gr. καταδέσμος.

OBLIGATŌRIVS, a, um. Adi. Gloſſ. Vet. Lat. Gr. ἐνοχοποιόν. *Sic,* Mandatum obligatorium Inſt. tit. de Mandato §. 8.

OBLIGŪRIO, īui *vel* ii, ītum, īre. [καταλιχνεύω] *Multa auide conſumere, et ſuauitatem ex eduliorum conſumtione capere: vnde etiam pro Patrimonii profuſione ſumitur.* Cic. in Catil. 2, 10 c. 5 Patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas obligurierunt: res eos iampridem, fides deficere nuper coepit. *Al.* Abligurierunt.

OBLIGVRĪTOR, ōris. m. Firmicus 5, 5, 2 In Tauro Mars ſi fuerit inuentus, homines faciet audaces, temerarios, obliguritores.

OBLĪMO, āre. [κατυλύω] *Limo opplere, vel obducere.* Cic. de Nat. Deor. 2, 130 c. 52 Aegyptum Nilus irrigat, et quum tota aeſtate obrutam oppletamque tenuit, tum recedit, mollitosque et oblimatos agros ad ſerendum relinquit. Virg. Georg. 3, 136 Et ſulcos oblimet inertes. ¶ 2 Oblimare, *per translationem, pro Obcaecare, et quaſi limo meatus claudere, ſeu obtundere, vel inquinare poſuit* Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 29 Sed quod diſſuaſor honeſti Luxus, et humanas oblimat copia mentes. ¶ 3 Oblimare rem patris Horat. Serm. 1, 2, 62 *Per translationem, pro Conſumere, et deterere. Tractum a* lima, *qua fabri vtuntur, vt ait vet. Schol. Sed neque male conuenit a* limo *hoc quoque deriuare, quaſi ſit limo mergere, vt in Germanorum prouerbio prodigi dicuntur pecuniam in lutum abiicere. conf.* Terentian. Maur. de metris p. 2419 *Putſch. vbi* voces oblimat adhaerens litera.

OBLIMĀTVS, a, um. Partic. Suet. Aug. c. 18 Foſſas omnes in quas Nilus exaeſtuat, oblimatas longa vetuſtate, militari opere deterſit.

OBLĬNIO, īui, ītum, Ire. [καταλείφω] *Circumlinire.* Oblinierit Scribon. 230. Oblinita cinis aqua conſperſa 245. Columel. 12, 39 ſ. 2 Oblinitis vaſis includere. Idem 5, 9 ſ. 3 Sed oportebit talearum capita, et imas partes miſto fimo cum cinere oblinire. Scribon. Compoſ. 245 Prodeſt et cinis de ſilice facta, aqua conſperſa, oblinita.

OBLĬNO, īni, īui *et* ēui, ĭtum, ĕre. [καταχρίω] *Circum linere.* Varro de R. R. 3 ſ. 7 Qui ita decipiuntur quum ſe obleuerint viſco. *Vid.* Scribon. 43. Frontem oblinere 4. Strumae oblinendae ſunt 80. Specillo oblinere 228. Cic. de Clar. Orat. 51 Vt ſemel e Piraeo eloquentia euecta eſt, omnes peragrauit inſulas, atque ita peregrinata tota Aſia eſt, vt ſe externis oblineret moribus, *i. Foedaret, inquinaret.* Verſibus atris oblinere aliquem, *h. e. Infamare* Hor. Epiſt. 1, 19, 30.

OBLĬTVS, a, um. Partic. [κατάχριστος] *Circumlitus.* Cic. Verr. 5, 172 Nolo ego, Iudices, quos ego probarim atque delegerim, ſic in hac vrbe notatos, iſto abſoluto ambulare, vt non cera, ſed coeno obliti eſſe videantur. Sen. Ep. 123 *ante med.* Omnium paedagogia oblita facie vehuntur, ne ſol, ne frigus, teneram cutem laedat. Oblitus Faciem ſuo cruore, ne noſceretur Tacit. Ann. 2, 17. Libellus oblitus a caede Ouid. Epiſt. 11, 2. Lupus oblitus ſpumis Id. Met. 11, 367. Oblita Ora vrceolorum Col. 12, 16, 4. Stomachus oblitus cibis Plin. Epiſt. 7, 123. Cic. Philipp. 11, 27 Atque eum nondum tanto Parricidio oblitum, hoſtem ſua ſententia indicauit. Libidine flagitioſa oblita eſt Antoniorum Vita Id. ibid. 14, 9 c. 3. Id. Verr. 3, 8 Contraque ſunt omnia cum ſummo dedecore ac turpitudine, tum ſingulari Stultitia atque inhumanitate oblita. Scripta oblita Sueton. de Claris Gramm. c. 10 *pr.* Cic. Fam. 9, 15 Ego autem mirifice capior facetiis, maxime noſtratibus: praeſertim quum eas videam primum oblitas Latio, *i. Aſperſas, intermiſto Latio, vt paullatim ciuitas cum pluribus eſt communicata, ita vrbanitati aliquid admiſtum peregrini.* Oblitam orationem reddunt exornationes ſi crebrae collocabuntur: quae ſi rarae diſponentur, diſtinctam ſicuti coloribus Auctor ad Herenn. 4, 16.

OBLĪQVVS, a, um. Adi. [πλάγιος, λοξὸς, σκολιὸς] *Non rectum ſignificat, ſed ad latus deflectens.* Cic. Somn. Scip. 14 Hosque, qui incolunt terram non modo interruptos ita eſſe, vt nihil inter ipſos ab aliis ad alios manare poſſit, ſed partim obliquos, partim auerſos, partim etiam aduerſos ſtare vobis. Oblicus *et* Obliquus, *ex* Ob *et* Liquus *vel* Liquis *deriuat Scalig. in* Feſt. *ſub voce* Sublices. *v. v.* Curſus Ouid. Met. 9, 18. Curſus obliquos agere Senec. Hippol. ſ. 5. Dente obliquo timendus aper Ouid. Epiſt. 4, 104. *quo a latere petere ſolet.* Ictus obliquus et inflexus Plin. 11, 25. Itinere obliquo Caeſ. B. C. 1, 60. Latus Ouid. Amor. 1, 6, 4. Lumine cernere aliquem Id. Met. 2, 787 *ad inuidiam pertinet, vt et* Obliquo Oculo limare commoda alicuius Hor. Epiſt. 1, 14, 37. *Add. mox* Vultus obliquus. Ordo obliquus Caeſ. Bell. Gall. 7, 73. *in acie,* πλάγιος, *transverſus.* Ordo obliquus ſignorum Virg. Georg. 1, 239. *de elliptica, et via ſolis.* Pede claudicare Ouid. Amor. 2, 17, 20. Radice obliqua arbor et imitante auium pedes Plin. 12, 12. Riuus Hor. Carm. 2, 3, 11. Spatium obliquum litorum Plin. 5 praef. Sublicae obliquae Caeſ. Bell. Gall. 4, 17. *non ad perpendiculum deſcendentes, ſed cum deflexione.* Stat. Silu. 2, 6, 102 Obliquoque notat Proſerpina vultu *puerum delicatum, ſ. ad amoris initia referendum, ſ. ad metum, ne Pluto animum ad illum adiiciat.* *Compar.* Plin. 2, 77 Poſitio obliquior. Natant obliqui in caput, *i. Transuerſi* Id. 9, 29. *de Cancris.* Virg. Georg. 1, 98 Rurſus in obliquum verſo perrumpit aratro. Flexus in obliquum Plin. 9, 31. Sectus in obliquum eſt limes Ouid. Met. 2, 130. Obliquum, *Aduerbialiter.* Apul. Met. 3 p. 140 Oculis obliquum reſpiciens. ¶ 2 *Ad mores, eorumque ſimulacra, verba relatum hoc nomen occultum quiddam, malignum, doloſum, ſignificat, Metaphora ab* obliquo *ferarum quorundam dente, aut ictibus a latere venientibus tracta.* Quinctil. 9, 2, 37 Obliquae Allocutiones, *quarum auctor non memoratur ab hiſtorico.* Ambages obliquae Mercurii Martian. Capella 1. Stat. Theb. 12, 536 Atthides obliquae ſecum mirantur operto murmure, quod nitidi crines *etc. inuidae, et clanculum ſuſpicientes limis oculis.* Id. Silu. 1, 2, 27 Carmen obliquum eſt *obſcurum, vbi Violantillam ſuam Stella tecto Aſteridos nomine celebrabat.* Flor. 4, 2, 9 Cato aduerſus potentes ſemper obliquus, *i. inſidians.* Sext. Aur. Vict. Epit. 9 *de Veſpaſiano,* Cauſidicorum obliqua Dicta contemneret. Ductus orationis obliquus, *ap.* Fortunat. Rhet. 1 p. 41 *et* 42 quum palam dicere periculum impedit. Sueton. Domit. c. 2 Defunctum (*fratrem Titum*) ſaepe carpſit obliquis orationibus et Edictis. Martial. 7, 61 Et notet obliqua garrulitate cliens, *i. occulta ad aurem et maligna.* Tac. Ann. 14, 11, 4 Inſectatio obliqua temporum Claudianorum. Quinct. 9, 2, 79 Iaculari in vxorem obliquis ſententiis. *Et* ibid. 94 Poſtulandum eſt, vt illud neſcio quid, quod aduerſarii obliquis ſententiis ſignificare voluerint, ſi fiducia ſit, obiiciant palam; aut certe non exigant, vt, quod ipſi non audent dicere, id iudices non modo intelligant, ſed etiam credant. Symmach. Ep. 3, 88 Quare parce obliquo ſtilo caedere, quod diſplicere auribus tuis timui. ¶ 3 *Apud Grammaticos* obliquus caſus recto *opponitur, v. g.* Quinctil. 1, 6, 22. *Sed latius patet illa appellatio apud eundem* 1, 6, 10 Prima poſitio ex obliquis inuenitur: *et vtitur exemplo, quod* pepigi *ex* pango *probari poſſit.*

OBLĪQVE. Adu. [πλαγίως, δόχμια] *cui contrarium eſt Recte.* Cic. de Finib. 1, 20 c. 6 Primum erit hoc quaſi prouincias atomis dare,

quae recte, quae oblique ferantur. Oblique praeradere vitis latus Cato c. 41 Oblique in latera procedunt locuſtae Plin. 9, 30. *Tralate, pro Diſſimulanter.* Gell. 7, 17 Tum vero permotus ego iam agendum oblique, vt cum homine ſtulto, exiſtimaui. Id. 3, 2 *extr. pulchre explicat, quid ſit oblique.* Non dubitabamus, quin Virgilius quoque id ipſum oſtenderit, non expoſite atque aperte, ſed, vt hominem decuit, poëticas res agentem, recondita et quaſi operta veteris ritus ſignificatione — His enim verſibus oblique, ſicuti dixi, admonere voluit, *etc.*

OBLIQVOLOQVVS. [λοξίας] Gloſſ. Cyrilli. *Apollinis epitheton* λοξίας, *quod* oblique, *i. obſcure et ambigue reſponderet.*

OBLIQVĪTAS, ātis. f. [λοξότης, σκολιότης] Plin. 3, 5 Multoque amplior menſura fieret, Tacinium vsque, ni talis obliquitas in latus digredi videretur.

OBLĪQVO, āre. [λοξόω, πλαγιάζω, καμπυλιάζω] *Curuum facere.* Plin. 6, 13 At vbi coepit in latitudinem pandi, lunatis obliquatur cornibus. *De Caſpio mari.* Crinem obliquare nodoque ſubſtringere inſigne gentis Tacit. Germ. 38, 2. Enſem obliquat in latus Ouid. Met. 12, 486. Equos patientes obliquauit Stat. Theb. 12, 749. Preces obliquare Stat. Theb. 3, 382 *i. non directe petere, ſed ea dicere, quae vim precum habeant.* Sinus obliquare *apud* Virgilium, *pro Obliqua vela tendere, vt et ventus colligatur non ſecundus, et ne de recto auferretur curſu nauis ventorum impotentia, quod fecit neceſſario Palinurus. Locus eſt* Aen. 5, 16 Obliquatque ſinus in ventum, ac talia fatur. Viſus ſuperbos obliquat Stat. Achil. 1, 324 *amatorie. Plur.* Quinct. 1, 4, 9 Et Q, cuius ſimilis effectus, ſpeciesque, niſi quod paullum a noſtris obliquatur. *Geſner. malit* eliquatur.

OBLĪQVANS, antis. Partic. [καμπυλιάζων] Caput obliquans Lucan. 4, 726. Oculos obliquans contra diem et radios Ouid. Met. 7, 412.

OBLIQVĀTVS, a, um. Part. Ammian. 16, 12 Vndarum moles obliquatis meatibus declinantes. Idem 28, 4 Aſpectu obliquato. Apul. Met. 6 p. 185 Ceruice obliquata.

OBLIQVĀTIO, ōnis. f. Macrob. Saturn. 7, 1 Liber pater Thyrſo ferit per obliquationem circumfuſae hederae latente mucrone.

OBLITĔRO, āre. [ἀπαλείφω, ἐξαλείφω, λεαίνω, καταλεαίνω, ἀφανίζω] *Abradere, abolere, et quaſi e literarum monumentis delere.* Cic. in Vatin. 15 Si eum magnitudo contentionis, ſtudium gloriae, praeſtans animus, excellens nobilitas aliquo impuliſſet, quod in viro et tum ferendum eſſet, et maximis rebus quas poſtea geſſit, obliterandum, *etc.* Nonius 2, 601. Obliterare, Obſcura facere, et in obliuionem ducere. Accius Agamemnonidibus, Inimicitias Pelopidarum extinctas iam atque obliteratas memoria renouare. Oblitero, a Litus quidam deduci putant: quod ibi notata, a fluctibus aequari et tolli ſoleant. Alii ab Obliuione, *id eſt a Supino* Oblitum. *Haec Feſtus. Vel dici poteſt ab* Oblino, *ſicut a* Lino Litera: *vel ab* Ob *et* Litera. Famam obliterare Liu. 39, 20. Memoriam Idem 21, 29. Cic. poſt Red. in Senat. 21 c. 8 Publici mei beneficii memoria priuatam Offenſionem obliterauerunt. In animo obliterari Liu. 26, 41. Catull. 64, 232 Haec vigeant Mandata, nec vlla obliteret aetas. Haec irae data obliterentur Senec. Med. 556.

OBLITERĀTVS, a, um. Part. *vid.* Non. *ſupra.* Nondum obliterata memoria ſuperioris belli Liu. 21, 29. Tempora vltima, et iam obliterata Quinctil. 1, 6, 40. Peccata obliterata Liu. 3, 59. Praeteritis ſilentio obliteratis Idem 43, 2. Vetuſtate obliterata res Liu. 3, 71.

OBLITĔRVS, a, um. Adi. *vt*, Oblitera gens, pro Obliterata, *apud* Naeuium Gell. 19, 7.

OBLITERĀTIO, ōnis. f. [ἐξάλειψις] Plin. 34, 7 *extr.* Quantoque maior in Zenodoro praeſtantia fuit, tanto magis deprehendi aeris obliteratio poteſt. Arnob. 6 p. 194 Vetuſtatis obliteratio. Ammian. 30, 22 Pacem cum praeteritorum obliteratione ſuppliciter obſecrantes.

OBLITERĀTOR, ōris. m. Tertull. Aduerſ. Marc. 4, 26. Paul. Nolan. Epiſt. 16, (38) c. 7 Patriae obliterator.

OBLITESCO, ĕre. [καταλαμβάνω] *Ab* Obliteo *inuſitato verbo: i. ex* Ob *et* Lateo: *Abſcondi, deliteſcere.* Varr. de R. R. 1, 51 Ne aeſtu per rimoſa in rimis grana obliteſcant, et recipiant aquam. Cic. de Vniuerſ. 33 c. 10 Queisque temporibus a noſtro reſpectu obliteſcant: rurſusque emerſi errorem incutiant rationis expertibus, *de planetis.* Oblitui, *Praeteritum.* Senec. Epiſt. 56 Velut timidum atque iners animal metu oblituit. Idem Nat. Quaeſt. 7, 29.

OBLITVS, *vid.* OBLINO *et* OBLIVISCOR.

OBLIVISCOR, ĕris, oblītus ſum, iſci. [ἀμνηστέω, λανθάνομαι, ἐπιλανθάνομαι, ἐκλανθάνομαι] *Non meminiſſe, ex memoria dimittere.* Ter. Andr. 5, 1, 12 Et neſcio quid tibi ſum oblitus hodie, ac volui dicere. An oblitus es, quod initio dixerim, facilius me — poſſe dicere Cic. Nat. Deor. 2, 2 c. 1. *Pro* dixerim *videtur legendum* dixeram. Oblitus, *cum Genitiuo.* Cic. Verr. Act. 1, 52 Quae te obliuiſci laudis domeſticae non ſinant. Caeſ. Bell. Gall. 1, 16 Veteris contumeliae obliuiſci. Conſuetudinis et inſtituti ſui obliuiſci Cic. Att. 4, 15. Dignitatis ſuae Idem Fam. 1, 7. Malorum Hor. Epod. 2, 37. Memini enim memini, nec vnquam obliuiſcar noctis illius Cic. pro Planc. 10. Obliuiſcor, *cum Accuſatiuo.* Cic. pro Roſc. Amer. 49 c. 17 Et artificium obliuiſcatur, et ſtudium deponat, licebit. Virg. Aen. 2, 148 Quisquis es, amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios. ¶ 2 *De Etymologia huius verbi* Caſſiod. de Orthographia ex Caeſellio p. 2317, 10 Obliuiſcor non ſimplex, ſed compoſitum eſt. Compoſiti ſcilicet huius ſimplex latet in antiquis nominibus et monumentis. *Liuiſci* enim obliuiſci eſt: *liuitus* quod nos hodie per eliſionem oblitus. Quod cum manifeſtum fuerit, pleniſſime quiuis intelliget in ſcriptura verbi huius diuiſionem, et *liuiſcor.* *Haec ille. Quidſi habuit verbum hoc cognationem cum* liuere, *quo verbo obſcurus color indicatur, vt* obliuiſci *ſit obſcuro velut colore inductum et oblitum atque adeo latens intra animum habere.*

OBLIVISCENS, entis. Partic. [ἀμνηστῶν] Catull. 66, (69) 43 Ne fugiens ſaeclis obliuiſcentibus aetas Illius hoc caeca nocte tegat ſtudium. Caeca nocte, *i. Ignorantiae tenebris.*

OBLIVISCENDVS, a, um. [ἀμνηστέος] Hor. Epiſt. 1, 11, 9 Oblitusque meorum obliuiſcendus et illis. *i. Obliuioni tradendus ab illis.* Obliuiſcendi tui mores Plaut. Mil. 4, 8, 46.

OBLĪTVS, a, um. Partic. [ἐπιλαθόμενος] *Actiuae ſignificationis.* Plin. 9, 10 In tantum fallit oblitus ſui, vt, *etc.* Decoris ſui oblitus Virg. Aen. 5, 174. Nominis et togae oblitus Horat. Od. 3, 5, 10. Moris patrii oblitus Ouid. ex Pont. 1, 5, 49. Pudoris oblita Idem Epiſt. 17, 13. Rerum oblite tuarum Virg. Aen. 4, 267. Corda oblita laborum Virg. Aen. 4, 528. ¶ 2 *Paſſiue.* Virg. Ecl. 9, 53 Oblita mihi tot carmina. Cic. Fam. 9, 15 *pr.* Oblitae Latio facetiae. *al.* Oblītae *ex* Oblino, *v. v.* Auguſtin. de Muſic. 4, 4 Suis hominibus oblitus. ¶ 3 *Tralate.* Virg. Georg. 2, 59 Pomaque degenerant ſuccos oblita priores. *Sic* Col. 10, 408 Oblita nocendi Perſica.

OBLIVIO, ōnis. f. [λήθη, ἐπιλησμονή, ἀμνηστία, ληθότης] *Obliuiſcendi actus, memoriae abſentia.* Plin. 13, 17 Nimis hoſpitali aduenarum obliuione patriae, *de Lotophagis.* Cic. Philipp. 4, 33. Veſtra virtus nec obliuione eorum qui ſunt, nec reticentia poſterorum ſepulta eſſe poterit. Iniuriarum remedium eſt obliuio Publius in Mimis. Cic. Fam. 5, 17 Non obliuione amicitiae noſtrae, neque intermiſſione conſuetudinis meae ſuperioribus temporibus ad te nullas literas miſi: ſed quod, *etc.* Legum obliuiones Quinctil. Decl. 306. Critolaus Peripateticus et malum eſſe voluptatem ait, et multa alia mala parere ex ſeſe, iniurias, deſidias, obliuiones, ignauias A. Gell. 9, 5. Fugitiua obliuio Varr. de L. L. 4 *pr.* Liuidae obliuiones Hor. Carm. 4, 9, 34. Longa Iuuen. Sat. 10, 204. Adducere in obliuionem Cic. Verr. Act. 1, 54. Capere obliuionem alicuius rei, *vid.* CAPIO. Cic. Off. 1, 26 c. 8 Maxime autem adducuntur plerique, vt eos iuſtitiae capiat obliuio. Cic. Fam. 1, 9 Ego, quum mihi cum illo magna iam gratia eſſet, quod eius omnes grauiſſimas iniurias communis concordiae cauſa voluntaria quadam obliuione contriueram, eius repentinam, *etc.* Dare obliuioni Liu. 1, 31. 4, 37. 33, 1. Varro de L. L. 6, 3. Cic. pro Deiot. 37 Quae vnquam vetuſtas obruet, aut quae tanta delebit obliuio? Iacuit in obliuione Cic. Verr. 1, 101. *i. In obſcuro. De homine dictum: cui opponitur* In aſſidua commemoratione eſſe. Cic. Philipp. 9, 10 Cui ſi ſtatuam in roſtris decreto veſtro ſtatueritis, Nulla eius legationem poſteritatis Inobſcurabit obliuio, *vid.* INTERCIPIO. Cic. de Finib. 2, 57 Et aduerſa quaſi perpetua obliuione Obruamus. Idem de Claris Orat. 60 Hunc vetuſtas, vt alios fortaſſe multos, obliuione Obruiſſet. *de Ennio.* Plin. 8, 22 Huic quamuis in fame mandenti, ſi reſpexit, obliuionem cibi Surrepere aiunt, digreſſumque quaerere aliud. *de lupo ceruario.* Cic. in Salluſt. 5 Tu tuis vita, quam turpiter egiſti, magnas offudiſti tenebras: vt etiam ſi fuerint egregii ciues, certe Venerit in obliuionem. Idem de Orat. 2, 7 c. 2 Laudem eorum iam prope ſeneſcentem, quantum ego poſſem, ab obliuione hominum atque a ſilentio Vindicarem. Obliuione hominum et taciturnitate tanta dedecora tegere Cic. Verr. 5, 138. ¶ 2 Obliuio *ingentem ſtuporem et* ἀναισθησίαν *ſignificat.* Suet. Claud. c. 39 Inter caetera in eo mirati ſunt homines et inconſiderantiam, vel, vt, Graece dicam, μετεωρίαν et ἀβλεψίαν. Occiſa Meſſalina, paullo poſtquam in triclinio decubuit, cur domina non veniret? requiſiuit. Tac. Ann. 11, 38 Nunciatum Claudio epulanti periſſe Meſſalinam, non diſtincto ſua an aliena manu: nec ille quaeſiuit — Ne ſecutis quidem diebus odii, gaudii, irae, triſtitiae vllius denique humani affectus ſigna dedit. — Iuuitque obliuionem eius ſenatus *etc.* *Hoc eſt illud, quod* Seneca in ludo de illo ait, Eſt aliquid in eo Stoici Dei, nec cor, nec caput habet.

OBLIVIVM, i. n. [ληθεδών] *Idem, ſed fere Poëticum. Tamen* Tacit. Hiſt. 4, 9, 4 Eam ſententiam modeſtiſſimus quisque ſilentio, deinde obliuio transmiſit. Virg. Aen. 6, 715 Securos latices, et longa obliuia potant. Rerum obliuia Lucret. 3, 840. Meriti noſtri obliuia Ouid. Met. 7, 45. Iucunda obliuia ſollicitae vitae Hor. Serm. 2, 6, 62. Pigra Stat. Theb. 10, 89. Cepere te obliuia noſtri Ouid. Triſt. 1, 8, (7) 11. *Add.* id. 5, 7, 67. Obliuia verba, *dixit* Varro de L. L. 4, 1 *pro Antiquatis, et velut obliuioni traditis, vt quidem interpretor. Eius verba ſunt,* Igitur quoniam haec ſunt tripartita verba, quae ſunt aut noſtra, aut aliena, aut obliuia, *etc.*

OBLIVIŌSVS, a, um. Adi. [ἐπιλήσμων] *Qui cito obliuiſcitur.* Cic. de Inuent. 1, 35 Acutus an hebetior, memor an obliuioſus. Stultus et obliuioſus ſenex Cic. de Senect. 36 c. 11. *Tranſitiue* Obliuioſum, *Quod obliuionem inducit.* Hor. Carm. 2, 7, 21 Obliuioſo leuia Maſſico Ciboria exple. *h. e.* Vino Campano, quo labor in obliuionem venit. Acron. *Superl.* Tertull. de Anima c. 24 Obliuioſiſſimo etiam homini inobliterata perſeuerabit ſcientia naturalium.

OBLIVIĀLIS, e. Adi. Prudent. Hymn. ante Somn. v. 13

Mens aeſtuans procellis
Curisque ſauciata,
Totis bibit medullis
Obliuiale poclum.

OBLŎCO, āre. [ἀπομισθόω] *Idem quod ſimplex Locare.* Iuſtin. 11, 10, 9 Quum operam oblocare ad puteos exhauriendos ſolitus eſſet. *Qua etiam dicendi formula vtitur* Suetonius Vitell. c. 7 *Si Lipſium audimus. Burmannus enim ita,* Vt vxore et liberis, quos Romae relinquebat, meritorio coenaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret. *Videtur autem hoc intereſſe inter* oblocare *et* ablocare, *modo hoc verum ſit, vt* ob *habeat reſpectum ad conductorem;* ab *vero ad ipſum locatorem, qui* ab ſe *transfert* in *vel* ob *alium.*

OBLOCĀTVS, a, um. Part. Suet. Caeſ. c. 26 Quae ad epulum pertinebant macellariis oblocata.

OBLONGVS, a, um. Adi. [ἐπιμήκης] *Aliquantum, vel altera ſui dimenſione Longus.* Plin. 37, 12 ſ. 75 Figura oblonga maxime probatur. *de gemmis.* Liu. 21, 8 Haſtile oblongum. Cantharides oblongae Scribon. 231. Oblonga oua Plin. 10, 52. Oblongo ſemine cardamomum Plin. 12, 13. *Compar.* Vitruu. 10, 17 Foramen oblongius.

OBLONGVLVS, a, um. Adi. Gell. 17, 9 Surculi teretes oblonguli.

OBLŎQVOR, ĕris, qui. [ἀνταυδάω, καταλαλέω] Contra loquentem loqui, *inquit* Seruius *ad* Aen. 6, 646 *vt mox videbimus.* Cic. pro Cluent. 63 Tamen vocat me alio iamdudum tacita veſtra exſpectatio, quae mihi obloqui videtur, Quid ergo? negasne illud iudicium eſſe corruptum? Idem Q. Frat. 2, 9 Tu vero vt me et appelles, et interpelles, et obloquare et colloquare velim. Reſpondere et obloqui Plin. 36, 16. Virg. Aen. 6, 646 Nec non Threicius longa cum veſte ſacerdos Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum. Seruius: Dicendo Obloquitur, chordarum expreſſit laudem, quas dicit verbis loquutas: Obloqui enim non eſt, niſi contra loquentem loqui, non autem male dicere, vt alias. Auis obloquitur Ouid. ex Pont. 3, 1, 21. Obloqui, *Maledicere.* Plaut. Curc. 1, 1, 41 Lenonis hae ſunt aedes. PA. male iſtis eueniat. PH. qui? PA. quia ſceleſtam ſeruitutem ſeruiunt. PH. obloquere. PA. fiat maxime. PH. etiam taces? PA. nempe obloqui me iuſſeras. Ferociſſime obloquuti erant Curt. 10, 2 *extr.*

OBLOQVIVM, i. n. *Contradictio.* Sidon. Epiſt. 7, 9 Noſſe vos par eſt in quas me obloquiorum Scyllas turba coniecerit.

OBLOQVVTOR, ōris. m. [καταλάλος] *Qui alteri contradicit.* Plaut. Mil. 3, 1, 48 Obloquutor non ſum alteri.

OBLVCĬNO, āre. Feſtus: Oblucinaſſe dicebant antiqui mente erraſſe, quaſi in luco deorum alicui occurriſſe. *Scaliger a* Lucinis *dictum ſ.* Luſcinis *oculorum vitio laborantibus. A* Luco *etiam deducit Heinſ. ad* Sil. 1, 459.

OBLVCTOR, āri. [ἀντιπαλαίω, ἀντερείδω] *Acrius contra aliquid niti.* Columel. 8, 14 Fruticibus aut ſolidioribus herbis obluctatur ita pertinaciter, vt collum obrumpat. *de anſerculis.* Genibus aduerſae obluctor arenae Virg. Aen. 3, 38. Soli obluctandum Fabio Sil. 8, 10. Curt. 6, 6, 27.

OBLVCTANS, antis. Partic. [ἀντερείδων] Saxa obluctantia ſubmouit Stat. Silu. 3, 1, 20. Obluctans obliuioni Curt. 7, 1, 9.

OBLVCTĀTVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἀντερείσας] Turba obluctata morti Lucan. 3, 662.

OBLVCTĀTIO, ōnis. f. Arnob. 2 p. 77 Qui cum ſuis cupiditatibus pugnant, pertinaci moliuntur obluctatione virtutis.

OBLV̄DO, ſi, ſum, ĕre. [ἀντιπαίζω] *Cum aliquo ludere.* Plaut. Truc. 1, 2, 10 Quum vident quempiam ſe adſeruare, obludunt, qui cuſtodem oblectent per ioculum et ludum. Terrarum tibi forma duplex obludit Prudent. Hamart. v. 6. *i. verſatur ante oculos ebrii et illudit.*

OBLVRĬDVS, a, um. Adi. Color obluridus Ammian. 14, 6.

O B M

OBMĂNENS, entis. Partic. [καταμένων] Pro Diu manens, vt Permanens. Feſtus.

OBMOLIOR, ītus ſum, īri. [ἀντιχυρόω] Liu. 37, 32 Sed vndique omnes ad munienda et obmolienda, quae ruinis ſtrata erant, concurrerunt. *i. Obſtruenda oppoſitis molibus.* Idem 33, 5. Curt. 6, 6, 24 Arborum truncus et ſaxa obmoliuntur.

OBMORDEO, ēre. Equi frenum imprimunt dentibus et obmordent Iſidor. 20, 6.

OBMOVEO, ēre. *Verſus aliquem locum aut perſonam mouere: verbum ſacrificale, quod Ebraeorum* Trumae *et* Truphae *reſpondet.* Hoc ferčto obmouendo bonas preces precor Cato R.R. c. 134, 2 *et* 4. *Add.* 141, 4.

OBMVRMV̄RO, āre. [ἀντιμορμύρω] *Contra murmurare.* Ouid. Epiſt. 18, 47 Vana peto, precibusque meis obmurmurat ipſe.

OBMVRMVRĀTIO, ōnis. f. Ammian. 26, 2 Obmurmuratio grauis exoritur.

OBMVSSĬTO, *et* OBMVSSO, āre. *Submiſſa et velut timida voce contradicere. Vid.* Seru. *ad* Virg. Aen. 11, 345. Tertull. de Anima c. 18 Poëtae haec nobis ſemper obmuſſant. Idem de Pallio c. 4.

OBMVTESCO, ĕre. [φιμόομαι] *Quaſi Mutum ad tempus fieri, Tacere.* Cic. de Finib. 2, 49 Sed quia tale ſit, vt vel ſi ignorarent id homines, vel ſi obmutuiſſent, ſua tamen pulchritudine eſſet ſpecieque laudabile. Idem de Orat. 2, 27 c. 7 Ego vero, inquit Craſſus, neque Antonium verbum facere patiar, et ipſe obmuteſcam, niſi prius a vobis impetraro. Ore preſſo obmutuit Virg. Aen. 6, 155. Aſpectu obmutuit amens Idem ib. 4, 279. Obmuteſcere *dicitur res aliqua, pro Non eſſe in vſu.* Plin. 33, 13 Lydium Sardibus emebatur: quod nunc obmutuit.

O B N

OBNĂTO, āre. [ἀντινήχομαι] *Contra vel citra natare.* Virg. *tribuitur, forte in* Catalectis (*certe Erythraei index non habet*) In aequore fuluis Obnatat vmbra foris.

OBNĀTVS, a, um. [ἐπιφυόμενος] Partic. *ab* Obnaſcor. Liu. 23, 19 Ibi haerentia inter obnata ripis ſalicta conſpiciuntur. *h. e. Circum ripas nata.*

OBNECTO, nexui, nexum, ĕre. [συμποδίζω] eſt, *auctore* Feſto, Obligare, et maxime, *addit*, in nuptiis frequens eſt: *quod Scaliger ita emendat*, nexi, mancupii frequens eſt.

OBNEXVS, a, um. Part. Tertull. Aduerſ. Marc. 4, 37 Diſſoluens violentiorum contractuum obnexus.

OBNĬGER, gra, grum. Adi. [ὑπομέλας] *Idem quod Niger, vel ſubniger: aut, vt quidam volunt, Admodum niger.* Plin. 20, 23 Radicibus multis, et obnigris, *vid. Harduin.*

OBNĪTOR, ĕris, īſus *vel* ixus ſum, nīti. [ἀντερείδω, ἀντιτείνω, ἀντίσχω] *Contra niti, obluctari.* Cic. pro Milon. 35 At non P. Clodio mortuo, vſitatis iam rebus obnitendum eſt Miloni, vt tueatur dignitatem ſuam? Obniti contra et tendere Virg. Aen. 5, 21. Aduerſus obniti Tacit. Ann. 15, 11. Lucret. 4, 439 In portu clauda videntur Nauigia apluſtris fractis obnitier vndis. Paterc. 1, 9, 6 Fuere qui Paulli triumphum impedire obniterentur.

OBNĪTENS, entis. Partic. Obnitente vi animi Paterc. 2, 123, 2. Quum ſaepe obnitens repugnaſſet Idem 2, 89, 5.

OBNIXVS, a, um. Partic. [ἀντιτείνας] Obnixi ſcutis et corporibus Liu. 34, 46. Obnixus curam ſub corde premebat Virg. Aen. 4, 332. Obnixus non ceſſit Idem Georg. 4, 84. Obnixus impetum hoſtium excipit Liu. 6, 12. Obnixus opibus, *Intentus vel attentus ad rem* Plaut. Stich. 1, 1, 44. Mens obnixa malo Valer. Argon. 7, 157. Dentes Stat. Theb. 11, 337. Firmitas obnixa Plin. 36, 15. Remi obnixi in acuto murice Virg. Aen. 5, 206. Venti obnixi lacerant caua nubila Stat. Theb. 5, 366. Virg. Aen. 10, 359 Non ipſi inter ſe, non nubila, non mare cedit, Anceps pugna diu, ſtant obnixa omnia contra. *h. e.* Mare mari, nubes nubibus, venti ventis. Seruius. Obnixum *aduerbialiter habet* Auſon. Epiſt. 25, 28 Obnixum Paulline taces.

OBNIXE. Adu. [ἐντόνως] *Cum conatu, inſtanter, totis viribus.* Ter. Andr. 1, 1, 134 Quem ego credo manibus pedibusque obnixe omnia facturum. Plaut. Stich. 3, 2, 41 Peri hercle vero plane, atque obnixe. *Legitur et* Obnoxie *et a Nocte deducitur; vt ait Sipontinus. Compar.* Claud. Mamert. de Statu Anim. 1, 3 Obnixius argumentari.

OBNOXIVS, a, um. Adi. [ἔνοχος, ὑπόδικος, ὑπεύθυνος] Qui poenae obligatus eſt propter delictum, *inquit* Feſtus, *nimis ille quidem anguſte. Nempe ſicut* noxa *interdum culpam notat, interdum damnum: ita* obnoxius *aut eum ſignificat, qui* poenam *meruit noxae a ſe commiſſae; et ob id ipſum metuit et abiecti animi eſt, aut eum, cui* noxa *ſ. Damnum quodcunque imminet, propter quod timidus eſt et imbecillis; aut eum, qui alteri ita deuinctus eſt, vt ipſe noxius ſibi videatur,* ſi *illum non colat: denique*, obnoxium *vocatur, quidquid alteri ſubiectum et expoſitum quocunque modo eſt.* Plaut. Epid. 5, 2, 29 Cedo manus igitur tu. E. morantur nihil, atque arcte colliga. P. nihil eas vero obnoxias. *i. Quae non meruerunt, ſiue aliquid commiſerunt, vnde colligari debeant. Vid.* Gell. 7, 17. *Pareum in Lex. Crit.* Brutus *inter* Cic. ad Brut. 17 Viuat hercule Cicero qui poteſt, ſupplex et obnoxius, ſi neque aetatis, neque honorum, neque rerum geſtarum pudet, *i. alienae et iniuſtae potentiae ſe timide, vt qui peccarunt, ſubiiciens. Vid. Gronou. ad* Sen. de Ira 3, 8. Obnoxius, *pro Obediente atque morigero* Salluſt. Catil. c. 23 Maria monteſque polliceri coepit, et minari interdum ferro, niſi ſibi obnoxia foret, *de Fuluia, Scorto. Sic* Aduerſus gratiae animus, *et* Obnoxius, *opponuntur.* Quinctil. 3, 11 Nec enim, niſi totis cauſae partibus diligenter inſpectis, ſcire poſſumus, qualem nobis facere animum cognoſcentis expediat, ſeuerum an mitem, concitatum an remiſſum, aduerſum gratiae an obnoxium. Sall. Catil. 14, 6 Neque ſumtui neque modeſtiae ſuae parcere, dum illos obnoxios fidoſque faceret. Ter. Hec. 3, 1, 22 Tum vxori obnoxius ſum, ita olim ſuo me ingenio pertulit. *Nempe* obnoxius *eſt etiam beneficio deuinctus* Plaut. Aſin. 2, 2, 19 Adeo vt aetatem ambo ambobus nobis ſint obnoxii, noſtro deuincti beneficio. *Contra* Suet. Tiber. c. 12 Enimvero tunc non priuatum modo, ſed etiam obnoxium et trepidum egit, mediterraneis agris abditus, *etc. i. velut ob noxam metuentem. Sic* Obnoxius *interdum* Libero *opponitur: vt apud* Liuium 23, 12 Si reticeam, aut ſuperbus, aut obnoxius videar: quorum alterum eſt hominis alienae libertatis obliti, alterum ſuae. *In primis tamen ad metum ex conſcientia peccati pertinet.* Plaut. Bacch. 5, 2, 80 Quid metuis? NI. Ne obnoxius filio ſim et ſeruo *i. metuere illos cogar, tanquam conſcios flagitii mei*, ob noxam *a me admiſſam.* Idem Sticho 1, 1, 44 *Soror monet ſororem* Etſi illi (*viri noſtri*) improbi ſint; tamen pol, ne quid magis ſimus omnibus obnoxiae opibus Noſtrum officium meminiſſe decet. Omnibus opibus *referendum ad* meminiſſe, *i. magnopere.* Id. Truc. 4, 3, 60 Scio equidem quae nolo mihi multa eſſe audienda ob noxiam (*ſic legendum pro* obnoxia, *iam monuit Caſaubonus*) Ego tibi me obnoxium eſſe fateor, culpae compotem. *Laudatur etiam* Amphit. 1, 1, 216. *ſed ibi nihil eſt.* Ouid. Am. 2, 2, 17 Conſcius eſſe velis: domina eſt (*propter illam conſcientiam*) obnoxia ſeruo. Salluſt. Iug. 31, 3 Qui ne nunc quidem, obnoxiis inimicis, exſurgitis, atque etiam nunc timetis, quibus decet terrori eſſe. Obnoxiis *etiam hic ad conſcientiam refertur. Vid. Cort. ad h. l.* ¶ 2 Obnoxius, *ad alia multa transfertur; vt idem fere ſit, quod Obiectus, et expoſitus, atque ſubiectus.* Columel. 4, 19 Rurſus exilis terra et accliuis, torrensque aeſtu, vel quae vehementibus procellis obnoxia eſt, humilius iugum poſcit. Sed quum obnoxium ſe barbaris per hoc animaduerteret Suet. Domit. c. 12. *i. minus ab iis tutum, vt metuere illos magis cogeretur.* Plin. Epiſt. 3, 14 Vides quot periculis, quot contumeliis, quot ludibriis ſimus obnoxii. Crimini obnoxius Liu. 4, 44. Facto mens turpi obnoxia Tibull. 3, 4, 15. Inſidiis Tacit. Ann. 14, 40, 2. Libidinibus Idem ib. 3, 34, 5. Odio Idem 3, 58, 5. Prauis pars hominum obnoxia Hor. Serm. 2, 7, 80. *i. Vitiis addicta.* Plin. in praef. 9 Obnoxii profecto animi et infelicis ingenii eſt, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere. *i. Illiberalis et degeneris.* Arua non obnoxia curae, non raſtris hominum Virg. Georg. 2, 439. *non ſubiecta, quae non curetur, non fodiatur.* Corpora obnoxia ſunt et adſcripta dominis: mens quidem ſui iuris Sen. de Benef. 3, 20. *Sed* Corpora obnoxia, *i. Valetudinaria* Plin. 31. 6. Luna obnoxia radiis fratris, *quae lumen accipit a Sole* Virg. Georg. 1, 397. *Recte* Seruius *repetit vocem* Obtuſa, *quae eſt in praecedenti verſu, vt ſit ſenſus*, Nec Luna, obnoxia radiis fratris, videbitur ſurgere obtuſa. Obnoxia Pax Liu. 6, 28 *i. quae alteram partem alterius arbitrio ſubiicit.* Vitis procellis obnoxia, *i. Quae noxam procellarum non perfert* Columel. 3, 1, 10. Fructus feris obnoxius Idem 5. Obnoxia nulli animali olera Plin. 19, 10. Liu. 8, 34 Veſtra obnoxia capita pro licentia Qu. Fabii obiicit. Obnoxius, *abſolute.* Plin. 14, 2 *de generibus vitium*, Fecenia et cum ea florens Biturica, acino rarior, nunquam floris obnoxii, *i. imbecilli, et qui nimis facile laedatur*, quoniam antecedunt, ventisque et imbribus reſiſtunt. ¶ 3 *Vtrum* obnoxius *etiam pro noxio ſ. nocente ponatur, quaeri poteſt. Laudatur locus* Ennii *apud* Gell. 7, 17 *Sed dubiae nimis lectionis et interpretationis.* Colum. 2, 18, 2 Si qua obiacent falcibus obnoxia, colligi debent, ac longius exportari. *Sed hic etiam fluctuant libri.* Plin. 22, 24 ſ. 54 Melititen *vinum vocat* inflationibus obnoxium *i. noxium propter inflationes, quas creat.* ¶ 4 *Compar.* Obnoxior Sen. Clement. 1, 13 Omnibus res obnoxior ac ſolicitior. *Sic Gron. Al.* Noxior.

OBNOXIE. Adu. [ἐνόχως] *vnde apud* Liu. 3, 39 *pr.* Obnoxie dicere ſententiam, *i. Seruiliter: et vt Budaeus interpretatur, Trepide.* Obnoxie, *pro Obſcure Sipontinus interpretatur, a* Nox, *noctis: et ſic legit apud* Plaut. in Stich. 3, 2, 41 Perii hercle vero plane, non obnoxie. *Laudatur a* Gellio 7, 17. *Simpliciſſimum videtur ita intelligere, vt* obnoxie *fieri dicatur, quod cum metu fit, ac proinde trepide, ſuſpenſa manu, non plane, non fortiter, non enixe.*

OBNOXIŌSVS, a, um. Adi. *Augere videtur ſignificationem.* Plaut. Trin. 4, 3, 31 Magis queis ſunt obnoxioſi quam parentes liberis. *Conf.* Idem ib. 56 *et* 57. *Et* Ennius *apud* Gell. 7, 17.

OBNOXIŌSE. Adu. Idem Plaut. Epid. 5, 2, 30.

OBNOXIO, āre. *Obnoxium facere, obligare.* Claud. Mamert. de Statu Anim. 2, 9 Alienis ſenes noxiis obnoxiantes.

OBNVBĬLO, āre. [ἐπινεφάζω] *Obſcurum facere, et quaſi nubibus implere.* Gell. 1, 2 Ac ne oris quoque et vultus ſerenitatem Stoici hominis vnquam vlla poſſe aegritudine obnubilari.

OBNVBILĀTVS, a, um. Part. Apul. Met. 9 p. 374 Iuuenis ineſcatus atque obnubilatus.

OBNVBĬLVS, a, um. Adi. [ἐπινέφιος] Obnubila et obſita tenebris loca Cic. Tuſc. 1, 48 c. 21 *Ex Poëta veteri.*

OBNV̄BO, pſi, ptum, ĕre. [ἐπικαλύπτω] *Abſcondere, tegere.* Feſtus, in Nuptias, Aelius et Cincius, quia flammeo caput nubentis obuoluatur, quod antiqui obnubere vocarunt, ob quam cauſam legem quoque parens tam (*Scal. coniicit* Legem *quae incipit* Parens Ta. III.) iubere caput eius obnubere, qui parentem necauiſſet, id eſt obuoluere. *Hactenus* Feſtus. Cic. pro Rabir. perd. reo 13 c. 4 Sed Tarquinii ſuperbiſſimi atque crudeliſſimi regis iſta ſunt cruciatus carmina, quae tu homo lenis ac popularis, libentiſſime commemoras, Caput obnubito, arbore infelici ſuſpendito. Obnubit furiale caput Stat. Theb. 11, 584. Decius obnubitur caput atra tempeſtate Sil. 11, 259. Comas obnubit amictu Virg. Aen. 11, 77.

Mare obnubit terras, vt nubes caelum, *i. Operit* Varr. de L. L. 4, 10.

OBNVPTVS, a, um. Part. Macrob. Saturn. 1, 21 Simulacrum huius Deae fingitur capite obnupto. *Ib.* Terra nubibus obnupta.

OBNVNTIO, āre. Donatus, Qui malam rem nuntiat, obnuntiat: qui bonam, annuntiat: nam proprie *obnuntiare* dicuntur augures, qui aliquid mali ominis, ſaeuumque viderint. Ter. Adelph. 4, 2, 7 Primus ſentio mala noſtra, primus reſciſco omnia: primus porro obnuntio. *Vbi* Donatus, Obnuntio, *i.* Malum imminens quaſi omen nuntio. Inde enim etymologia huiusce verbi eſt. Cic. pro Sext. 79 Itaque quum fretus ſanctitate Tribunatus, quum ſe non modo contra vim et ferrum, ſed etiam contra verba atque interceſſionem legibus ſacratis eſſe armatum putaret, venit in templum Caſtoris, obnuntiauit Conſuli, quum ſubito manus illa Clodiana in caede ciuium ſaepe iam victrix, exclamat, incitatur, inuadit. Idem Att. 4, 3 Metellus tamen poſtulat vt ſibi poſtero die in foro obnuntietur. Cic. de Diuin. 1, 29 Non in eo eſt culpa, qui obnuntiauit, ſed in eo, qui non paruit. *Et* Att. 4, 3 Niſi Miloni C. Appius obnuntiaſſet, comitia futura ante diem XII Calend. Decemb. Suet. in Caeſ. c. 20 Lege autem Agraria promulgata, obnuntiantem collegam armis foro expulit. *Conf.* Liu. 22, 42 *extr. Bernegg. ad* Suet. l. c. *Gruch. de Comit.* 1, 4 p. 64 *ſeqq. et Briſſon. de Form.* p. 121.

OBNVNTIATIO, ōnis. f. Cic. de Diuin. 1, 30 Marco Craſſo quid acciderit, videmus, dirarum obnuntiatione neglecta. Obnuntiatione, *inquit* Pedianus in Orat. in Piſon. Pernicioſis legibus reſiſtebatur. *Sicuti vero interceſſioni obtemperare neceſſarium cenſebatur, ita plane augurum obnuntiationi: quod in Craſſo ſignificat Plutarchus.* Interponere obnuntiationes Cic. Att. 4, 16. Otioſas facitis obnuntiationibus actiones Arnob. 2 p. 91.

O B O

OBŎLEO, *et* OBOLESCO, ui *et* ēui, ēre, eſcere. [ἀπόζω] *Olere, odorem reddere, et quidem fere moleſtum.* Plaut. Moſt. 1, 1, 38 Oboluiſti allium, Germana illuuies. Suet. Calig. c. 23 Ille antidotum oboluiſſet, quaſi ad praecauenda venena ſua ſumtum. *Conf.* Idem Veſp. 8 Maluiſſem allium oboluiſſes. Plaut. Amph. 1, 1, 165 Vltro iſtic qui exoſſat homines, perii ſi me aſpexerit. M. olet homo quidem malo ſuo. S. hei! nunquam obolui. Idem Men. 2, 3, 33 Oboluit huic marſupium quod habes. Cic. Acad. 1, 11 Ne oboleſcerent, haec renouabam.

OBOLITIO, ōnis. f. *Laudatur* Apul. de Mundo p. 239 Nebula eſt exhalatio vaporata, *etc.* cui ſerenitas obolitionem infert. *Verum recte edidit* Abolitionem *Elmenh.* p. 61, 7.

OBŎLVS, i. m. [ὀβολός] Vltima eſt numorum ſignificatio, *inquit* Donatus: *nempe numus Graecus minutus, cui* Obeli, *i veru figura impreſſa.* Ter. Andr. 2, 2, 32 Etiam puerum inde abiens conveni Chremis, olera et piſciculos minutos ferre obolo in coenam ſeni.

OBOMINOR, āri. Dep. Apul. Met. 9 p. 192 *Pric.* Crurum ei fragium obominata. *Elmenh.* p. 227 abominata.

OBORIOR, īris *vel* ěris, ortus ſum, īri. Dep. [ἀνίσχω] Adnaſci, *inquit* Feſtus, *non ſatis commode. Vix enim aliud ſignificat, quam ſimplex.* Plaut. Stich. 1, 3, 11 Vteri dolores mihi oboriuntur quotidie. Ter. Heaut. 4, 3, 2 Nulla mihi res poſthac poteſt iam interuenire tanta, quae mihi aegritudinem afferat, tanta haec laetitia oborta eſt. Bellum obortum eſt Liu. 21, 8. Cic. pro Ligar. 6 c. 3 Vide quanta lux liberalitatis et ſapientiae tuae mihi apud te dicenti oboriatur. Lux oborta micat Sil. 17, 481. Nox oborta eſt Senec. Herc. fur. 823. Tenebrae obortae ſunt oculis Ouid. Met. 2, 181.

OBORTVS, a, um. Partic. Motus terrae obortus Lucret. 6, 586. Sidera oborta Stat. Theb. 8, 32. Sol radiis terram dimouit obortis Lucret. 6, 869.

OBORTVS, *vel* OBORSVS, ûs. m. Lucret. 4, 218 Perpetuoque fluant certis ab rebus obortu. *Sic reſtituit Lambinus, quum antea legeretur,* Ab rebus odores, *plane mendoſe.* Oborſus Tertull. de Anima c. 37.

OBOSCŬLOR, āri. Dep. Petron. c. 126 Viderint matronae, quae flagellorum veſtigia oboſculantur.

OBOSCVLABVNDVS, a, um. Apul. Apol. 2 p. 220 Flens et manus noſtras oboſculabundus, *etc.*

O B P

OBPALLEO, ēre. *ſ.* OBPALLESCO, ěre. Stupore obpalluit Prudent. Periſt. 1 de Calagurr. v. 92.

OBPROBRO, āre. Probrum obiicere. Feſtus, *vid.* OPPROB.

OBPVVIAT, Verberat. A pauiendo i. feriendo. Feſtus.

O B R

OBRĂDIO, āre. Iſidor. 16, 17 Obrydium (*al.* Obryſum) aurum dictum, quod obradiet ſplendore.

OBRAVCĀTVS, a, um. Adi. Solinus c. 15 (10) de gruibus, Volatus deſidiam caſtigat, voceque cogit agmen. Ea vbi obraucata eſt, ſuccedit alia.

OBRENDARIVM, i. n. *Locus in pauimento ad obruenda cadauera relictus. Vid. Fabrett.* Inſcript. p. 15. *Saepe etiam in* Inſcriptionibus *leguntur,* Vaſa obrendaria, *quae nihil videntur eſſe, quam quae Fictilia ſarcophaga vocantur.* Inſcript. apud Gruter. p. 607.

OBRĒPO, pſi, ptum, ěre. [παρεισέρπω, ὑπέρχομαι] *eſt, vt ait Budaeus, Latenter progredi, et fallaciter adire. Tractum ab animalibus pedibus carentibus, quae greſſu tacito gradiuntur, vt ſerpentes humi repentes ſolent.* Plaut. Trin. 4, 2, 132 Nimis argute obrepſiſti meapſe occaſiuncula. Inſcientibus nobis et coenantibus obrepit Cic. Fam. 16, 21 *de hoſpitis familiari et improuiſo acceſſu. Nempe* Obrepere, *dicitur, quidquid ſenſum fallit, vt,* Obrepit fames Plaut. Poen. prol. 14. *Et in vniuerſum de occultis doloſisque molitionibus adhibetur: vid. Barth. ad* Rutil. Itin. 1 v. 305. Vlpianus in l. Si fideiuſſor. com. §. Si cum D. Mandati vel contra, Debitor enim debuit notum facere fideiuſſori, iam ſe ſoluiſſe: ne forte creditor obrepat, et ignorantiam eius circumueniat, et excutiat ei ſummam, in quam fideiuſſit. Obrepit mors Plaut. Pſeud. 2, 3, 19. Plin. Epiſt. 7, 4 Dein quum meridie (erat enim aeſtas) dormiturus me recepiſſem, nec obreperet ſomnus, *etc.* Hor. de Arte Poët. 360 Verum opere in longo fas eſt obrepere ſomnum. Cic. de Seneſt. 5 Qui enim citius adoleſcentiae ſenectus, quam pueritiae adoleſcentia obrepit? Cic. Att. 6, 3 Obrepſit dies, vt vides: mihi enim ad tertium Calend. Sextiles de prouincia decedendum eſt. *Conf.* Iuuen. Sat. 9, 129. Auſon. Epig. 13, 3. Obrepit obliuio Senec. de Benef. 3, 1. Cic. de Diuin. 2, 139 Nullae ergo imagines obrepunt in animos dormientium extrinſecus. Vitia nobis ſub virtutum nomine obrepunt Sen. Epiſt. 45. Obrepere, *Fallere, h. e. Incautum aggredi.* Vlpian. in l. Carbonianum. §. Puberi. D. de Carbon. edicto, Sed ſi quum eſſet pubes, quaſi impubes obrepſerit, bonorumque poſſeſſionem acceperit, dicendum erit nihil eum egiſſe. Obrepere alicui, *Fallere etiam* Plaut. Trin. 1, 2, 23. Obrepere ad magiſtratum dicitur, *qui falſa ſpecie vel probitatis vel alterius praeſtantiae magiſtratum adipiſcitur.* Cic. in Piſon. 1 Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum: quarum ſimile habes nihil praeter colorem. Obrependi celeritas Gell. 11, 18.

OBREPTO, āre. Frequent. [παρεισέρπύζομαι] Plaut. Perſ. 1, 2, 25 Opertaene fuerint, ne quis obreptauerit.

OBREPTIO, ōnis. f. [παρέρπυσις] *Latens et fallax aditio.* Vlpian. in l. Sed ſi hac. §. Patronum. De dc in ius vocando, Patronum autem accipimus, etiamſi capite minutus ſit, vel ſi libertus capite minutus ſit dum arrogetur per obreptionem. quum enim hoc ipſo quod arrogatur, celat conditionem ſuam, non id actum videtur, vt fieret ingenuus. *Add.* Paul. ICt. l. 49 D. de bon. libertor. *Conf.* Arnob. 5 p. 162. *et* Frontin. Strat. 2, 5 exemp. 36.

OBREPTICIVS, a, um. Adi. *Fallax, per fallaciam impetratus.* Sub colore adipiſcendae poſſeſſionis obrepticia petitio alteri obeſſe non debet Impp. Honor. et Theodoſ. Cod. Iuſtin. 3, 6, 3.

OBREPTICIE. Adu. Proſper Aquit. de promiſſ. et praedict. 3, 38 *ap. Barth. ad* Rutil. 1, 305.

OBREPTĪVVS, a, um. Adi. *Idem quod* Obrepticius. Obreptiua ſupplicatio Symmach. Epiſt. 5, 66.

OBREPTĪVE. Adu. l. 4 extr. Cod. Theod. de Fide Cathol. Qui contra hanc diſpoſitionem noſtram obreptiue aut clanculo ſupplicare tentauerint.

OBRĒTIO, īre. [σαγηνεύω] *Reti aliquem circumdare, aut obvium reti excipere.* Lucret. 3, 385 Neque aranei tenuia fila Obuia ſentimus, quando obretimur euntes.

OBRĬGEO, ui, ēre. *ſ.* OBRIGESCO, ěre. [πήγνυμαι] *Totum frigore contrahi, et quaſi indureſcere, et rigidum fieri.* Cic. de Nat. Deor. 1, 24 Atqui terrae maximas regiones inhabitabiles atque incultas videmus, quod pars earum appulſu ſolis exarſerit; pars obriguerit niue pruinaque longinquo ſolis abſceſſu. Idem Somn. Scip. 15 c. 6 Obrigere pruinis. Apul. Florid. Ille anima edita obriguerat. Sen. Epiſt. 82 *pr.* Quid ergo? viro non vel obrigeſcere ſatius eſt? Lucil. apud Non. 2, 219 Pars obrigeſcit frigore.

OBRIZA, *vid.* OBRVSSA.

OBRIZVM, OBRIZATVS, OBRIZIACVS, *vid.* OBRYZVS, a, um.

OBROBORATIO, ōnis. f. *Morbus.* Veget. de re Veterin. 3, 85, 3. *vt nempe ipſum quoque* Robur. *v. v.*

OBRŌDO, ſi, ſum, ěre. [περιτρώγω] *Circumrodere.* Plaut. Amph. 2, 2, 92 Vt quod obrodat ſit, animo ſi male eſſe occoeperit. Tertull. adu. Marc. 2, 5.

OBRŌSVS, a, um. Partic. *Circumroſus.* Plin. 37, 2 Potauit ex eo ante hos annos Conſularis ob amorem obroſo eius margine. *De poculo murrhino.*

OBRŎGO, āre. [παρενείρω] Feſtus, Obrogare, obloqui, atque alterius ſermonem moleſte impedire. *Sed multo certius et frequentius eſt* Obrogare legi [ἀντεισφέρειν] *id eſt, Legis prioris infirmandae cauſa, legem aliam ferre: Contra rogare, opponere.* Cic. Att. 3, 12 Quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare ſine fraude ſua non liceat. Idem Philipp. 1, 23 c. 9 Quid, quod obrogatur legibus Caeſaris, quae iubent ei, qui de vi, itemque ei, qui maieſtatis damnatus ſit, aqua et igni interdici? *Sic recte e MSS. Grut. pro* Abrogatur. *Add.* Suet. Claud. c. 23. Flor. 3, 15, 4. *et* 17, 8. Liu. 9, 34. *Conf.* ABROGO.

OBROGATIO, ōnis. f. Auct. ad Herenn. 2 c. 10.

OBROSVS, *vid.* OBRODO.

OBRVCTO, āre. Apul. Apol. p. 312 Animaduerti ſatis notabiliter in medio foro tibi obructantem.

OBRVMPO, rūpi, ruptum, ěre. [καταῤῥήγνυμι] *Idem quod Rumpere.* Varro de R. R. 3, 10, 5 Quo temperandum iis, qui propter cupiditatem ſaepe in paſcendo, ſi radicem prenderint, quam educere velint e terra, obrumpunt collum, *De Anſeribus. Al.* Abrumpunt. *Sed* Obrumpunt *melius, agnoſcit Geſn. in Indice, qui etiam* Pall. 1, 19, 1 *ex MSS. praefert.* Prouidendum ſtructurae diligentia, ne rimis poſſit obrumpi *pro vulg.* abrumpi. *Etiam* Flor. prol. 1, 3 *Vinetus ex MSS. dedit* Rerum diuerſitas aciem intentionis obrumpit. *Nempe in his locis* abrumpit *nimium eſſe videtur. Et alioquin* Ob *et* Ab *ſaepe miſcent librarii.*

OBRVO, ui, ŭtum, ěre. [καταχόω] *Operire, proprie arena, et eiusmodi rebus, quae verſus aut in aliquid rui et moueri poſſunt.* Cic. de Seneſt. 21 c. 7 Nec vero quenquam ſenum audiui oblitum quo loco theſaurum obruiſſet. Obruere *et* Eruere, *contraria.* Cic. de Fin. 4, 10 Qui ſciet, vbi quidque poſitum ſit, quaque eo veniat, is etiam, ſi quid obrutum erit, poterit eruere. Idem de Nat. Deor. 2, 130 Aegyptum Nilus irrigat: et quum tota aeſtate obrutum oppletamque tenuit, tum recedit, *etc.* Quidquid eſt, in quo offenditur, id etiam illa, quae laudanda ſunt, obruit Idem de Orat. 1 c. 25. Idem Off. 3, 48 Cyrſilum quendam ſuadentem, vt in vrbe manerent, Xerxemque reciperent, lapidibus obruerunt. *Vid.* Curt. 3, 4, 11. *et* 6, 11, 38. Armis fratrem obruit Stat. Theb. 11, 573. Compluribus locis ſeparatim Gladios obruit Nep. 14, 11, 2. Niuibus obrutus, pruiniſque Liu. 5, 2. Numero obruimur Virg. Aen. 2, 424. Telis Idem ibid. 2, 411. Sale obruere Plin. 9, 35. Tellure corpus obruere Ouid. Faſt. 1, 377. Vetuſtate obrutum, vel ſitu vetuſtatis Plin. 11, 17 *pr.* Procella obruit viros Ouid. Faſt. 1, 487. Nox terram obruit roriferis vmbris Lucret. 6, 864. Obrutus in terra Cato c. 143. Semina obruere verſata terra Ouid. Rem. Amor. 173. Oua obruere teſtudines et crocodilos, quum in terra partum ediderint, deinde diſcedere aiunt: ita naſcuntur et educantur ipſa per ſeſe Cic. de Nat. Deor. 2, 129. Theſaurum obruere Idem de Seneſt. 21 c. 7. Vnda vultus meos obruit Ouid. Tr. 1, 2, 34. ¶ 2 *Metaphor.* Cic. pro Deiot. 26 Ait hac laetitia Deiotarum elatum, vino ſe obruiſſe, in conuiuioque nudum ſaltauiſſe. Qui corporis cura mentem

tem obruerunt Quinctil. 1, 11, 15. Id. Declam. 6 Tot voluptates obruere poſſunt vnum dolorem. Cic. pro Deiot. 37 Quae vnquam vetuſtas obruet? aut quae tanta delebit obliuio? Idem pro Caecin. 90 Exoritur hic iam obrutis rebus omnibus et perditis, illa defenſio, eum deiici poſſe, qui non poſſideat. Et domus aetatis ſpatio ne feſſa vetuſto Obruat *ſe, an metuit anima?* Lucret. 3, 776. Aduerſa obruimus perpetua obliuione, ſecunda iucunde ac ſuauiter meminimus Cic. de Finib. 1, 57 c. 18. Calorem mentis vino obruere Petron. c. 5. Famam alicuius Tacit. in Vita Agric. 17. Malum paruum ſapientia obruere, vix vt appareat Cic. Tuſc. 3, 80. Mala virtutis magnitudine obruentur Idem de Finib. 31. Idem Tuſc. 1, 110 Ante Salaminam ipſam Neptunus obruet, quam Salaminii trophaei memoriam. Idem pro Arch. 24 Niſi Ilias illa exſtitiſſet, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruiſſet. *i. Nullam ſui memoriam, ſiue famam nominis reliquiſſet poſteris. de Homero. Add.* Cic. de Aruſp. Reſp. c. 2. Vlpian. in l. Quemadmodum. §. Si nauis. D. ad l. Aquil. Si nauis alteram contra ſe venientem obruiſſet. Omen quod dii obruant Cic. de Aruſp. Reſp. 42. Vultus meos vnda obruit Ouid. Triſt. 1, 2, 34. Tacit. in Vita Agric. 46 Nam multos veterum velut inglorios, et ignobiles obliuio obruet. Cic. de Clar. Orat. 60 Id ipſum niſi vnius eſſet Ennii teſtimonio cognitum, hunc vetuſtas, vt alios fortaſſe multos, obliuione obruiſſet. Idem Att. 2, 1 *ſub f.* Tuſculanum et Pompeianum valde me delectant: niſi quod me illum ipſum vindicem aeris alieni, aere non Corinthio, ſed circumforaneo obruerunt. Ambitione et foro obrui Idem de Orat. 1, 94. Cic. Tuſc. 2, 3 c. 1 Quum obruerentur copia ſententiarum atque verborum, ieiunitatem et famem ſe malle, quam vbertatem et copiam dicerent. Criminibus et teſtibus obrui et opprimi Cic. Verr. 1, 20. Dignatione eum obruerat Paterc. 2, 69, 3. Cic. Q. Frat. 1, 1, 3 Neve te obrui tanquam fluctu, ſic magnitudine negotii ſinas. Idem in Somn. Scip. 18 Sermo omnis ille et anguſtiis cingitur his regionum, quas vides, nec vnquam de vllo perennis fuit, et obruitur hominum interitu, et obliuione poſteritatis extinguitur. *de ſermonibus vulgi, qui contemni debent.* Idem de Orat. 3, 285 Hoc ita praeter exſpectationem accidit, vt teſtem omnium riſus obrueret. Teſtimoniis enim obruitur aratorum Idem Verr. 2, 151.

OBRVTVS, a, um. Partic. [καταχωσθεὶς] Ouid. Epiſt. 1, 6 O vtinam tum, cum Lacedaemona claſſe petebat, Obrutus inſanis eſſet adulter aquis. Claſſis obruta aquis Ouid. Faſt. 6, 194. Corpora morbo obruta Claud. in Eutrop. 2, 11. Gratia virtutis obruta Ouid. Met. 13, 446. Ignis latet obrutus multo cinere Lucret. 4, 924. Itinera obruta ſtrage Liu. 30, 6. Legio ſomno obruta Stat. Theb. 10, 189. Miles niuibus pruinisque obrutus Liu. 5, 2. Semina obruta longis ſulcis Ouid. Met. 1, 123. Virtus obruta corpore Sen. Epiſt. 115. Virtus medio iacet obruta caeno Petron. Fragm. p. 676. Vitiis obrutus Nepos 4, 1, 1.

OBRVTESCO, *vid.* OBBRVTESCO.

OBRVSA, *vel* OBRVSSA, ae. f. *Eſt ratio auri coctione purgandi, et explorandi adeo, et ita deſcribitur* l. vlt. C. Theod. de ponderatoribus, Cum aurum diu multumque flammae edacis examine in ea obryza detinetur, donec purum videatur. Cic. Bruto 258 c. 74 Quo magis expurgandus eſt ſermo, et adhibenda tanquam obruſſa ratio, quae mutari non poteſt. Sen. Epiſt. 13 Sic verus ille animus, et in alienum non venturus arbitrium, probatur, haec eius obruſſa eſt. Suet. Neron. c. 44 Exegitque ingenti faſtidio et acerbitate numum aſperum, argentum puſtulatum, aurum ad obruſſam. *Etiam* Plinio 33, 3 ſ. 19 *recte reſtitutum hoc nomen ex MSS.* Quin immo quo ſaepius arſit, proficit ad bonitatem: aurique experimento rubeat igneſcatque: id ipſum (experimentum *intellige*) obruſſam vocant. *Sic recte Harduinus. Al.* Obryzum *quaſi ad* aurum *referatur. Nempe*

OBRYZVS, *quod quidam ſcribunt* OBRIZVS, a, um. [ὄβρυζος] *Auri epitheton eſt ad* obruſſam *purgati et probati. Laudatur merito Schol. Thucyd.* 2, 13 *qui* χρυσοῦ ἀπέφθου *interpretatur,* πολλάκις ἑψηθέντος, ὥστε γενέσθαι ὄβρυζον. *Mittimus ineptam etymologiam* Iſidori Or. 16, 17 quod obradiet ſplendore: *nec multo meliorem* Hieronymi, *ex* Ophir *illa Salomonis* obryzum *arceſſentis. Salmaſius in Solin.* p. 1080 *a* βρύζειν *deducit, quod ebullire ſignificat, vt* βρίμος ὄβριμος. *Eſt nempe* obryzum aurum, *quod ſaepe ſatis ebulliit: a quo etiam* obruſſam *dictam eſſe, non dubitamus. Vtitur hoc nomine* Vulgatus Interpres Eſa. 13, 12. Iob. 28, 16. *et.* 31, 24. Dan. 10, 5. *et* 2 Paral. 3, 5 *in quorum nullo Graecus habet* ὄβρυζον. *Loca ex libris Iuris diligenter laudauit Iac. Gothofr.* ad l. 1 C. Th. de oblatione votorum. *Vbi etiam ſubſtantiue monet dici* Obryzam auri *pro* maſſa auri. *Hinc*

OBRYZATVS, *et* OBRYZIACVS, a, um. *in libris Iuris eſt ex* auro obryzo *factus, numorum epitheton.* Solidi obryzati l. 3 C. de vet. numiſm. pot. l. vn. C. de oblat. votor. *Eadem lex eodem titulo relata in* C. Theod. (2, 24) *vbi vero iubentur* in vna libra auri ſolidi ſeptuaginta duo Obryziaci Principibus *offerri. Vid. Iac. Gothofredus ad h. l.*

O B S

OBSAEVIO, ĭui, ĭtum, īre. [ἀντιχαλεπαίνω] *Contra ſaeuire.* Plaut. Epid. 4, 1, 29 Tune is es, qui per voluptatem in me aerumna obſaeuiſti gnauiter?

OBSALVTO, āre. Salutandi gratia ſeſe alicui offerre dicebant antiqui, vt Conſalutare, pro Salutare. Feſtus.

OBSATVRO, āre. [κατακορέω] *Significat ſaturitatem vsque ad faſtidium, vel contra animum capere.* Ter. Heaut. 4, 7, 27 Nae tu propediem, vt iſtanc rem video, iſtius obſaturabere.

OBSCAEVO, āre. *Quaſi ſaeuum, i. Malum omen afferre. Sic* Non. 2, 595 *explicat* Plaut. Aſin. 2, 1, 18 Metuo, quod illic obſcaeuauit meae falſae fallaciae.

OBSCĒNVS, a, um. Adi. [ἀκαίσιος] *Quod etiam per diphthongum vel* ae *vel* oe *ſcriptum inuenias, dubiae admodum originis nomen, idem ſignificat, quod foedus, turpis. Illud etiam tandem efficitur ex longa diſputatione* Varronis de L. L. 6, 5 p. 80 ſq. *qui illud etiam non omittit, mediam ſyllabam interdum* ae *habere. Sedem primam habere videtur in auguriis, cum* obſcenum *ſit* abominandum *et* malae *ſignificationis.* Virg. Georg. 1, 471 Obſcenique canes, importunaeque volucres. *i. Contraria portendentes et mala.* Feſtus: Obſcena apud antiquos dicebantur, quae mali ominis habebantur. Virg. Aen. 12, 876 Ne me terrete timentem Obſcenae volucres. Seruius: Quae canendo aduerſa ſignificant. *Sed repugnat Modus Syllabae huic deriuationi.* Virg. Aen. 3, 241 Obſcenas volucres *Harpyias vocat. Sic* Aues obſcenas piis volucribus *opponit* Ouid. Am. 2, 6, 52. Virg. Aen. 3, 367 Obſcenam famem *dixit, quam eo ipſo verbo abominaretur Aeneas, et vt rem mali ominis deprecaretur. Nam quod* Seruius *interpretatur,* quae homines etiam ad obſcena compellit, *illud nihil eſſe puto equidem.* Catull. 67, 99 *conqueritur fratrem non in patria mortuum,* Sed Troia obſcena, Troia infelice ſepultum *etc.* Obſcena *et* infelix *Poëtae ob id ipſum eſt Troia, vetus alioqui Romanorum patria, quod frater ipſius ibi mortuus. Sic* Matius *apud* Varron. l. c. Obſceni interpres funeſtique ominis auctor: Feſtus, Allienſis dies dicebatur apud Romanos obſceniſſimi ominis. Obſcena omina *dixit et* Cic. pro Domo 140 c. 55. Oſtentum Suet. Galba c. 4. ¶ 2 *Ad turpitudinem refertur non verborum modo, quod vſitatiſſimum eſt, ſed actus etiam venerei, et quidquid eo pertinet, membrorumque neceſſitatibus naturae ſeruientium. Hoc reſpectu* Feſtus *ab* Oſcis *deriuat,* quorum frequentiſſimus fuit vſus libidinum ſpurcarum, vnde et verba impudentia appellantur obſcena. *Quod ſi verum eſſet, ſine* B, *et absque diphthongo,* Oſcenum *ſcribi oporteret.* Varro l. c. *hoc* Obſcenum a Scena deducit, quod niſi in ſcena palam dici non debet. *Idem* Varro Agathone, *ap.* Non. 4, 330 Pueri obſcenis verbis nouae nuptulae aureis returant. Cantare obſcena Ouid. Faſt. 3, 675. Carmina Propert. 1, 16, 10. Dicta Ouid. Met. 14, 522 *et* Faſt. 3, 695. Facinus Claud. in Eutrop. 2, 119. Iocandi genus illiberale, petulans, flagitioſum et obſcenum Cic. Off. 1, 104 c. 29. Lectus obſcenus Ouid. Met. 10, 465. Opus Ouid. Amor. 3, 14, 28. Partes Idem de Arte Am. 2, 584. Riſus Idem Triſt. 2, 409. Sermones Hor. Epiſt. 2, 1, 127. Spem capit obſcenam coitus Ouid. Faſt. 6, 337. Verba Idem ib. 3, 695. *al.* Dicta. Voluptates delicatae et obſcenae Cic. de Nat. Deor. 1, 112. Adulterium Ouid. Triſt. 2, 212. Auis obſcena paſtu Plin. 10, 29. Piſcis obſcenus Idem 9, 18. ſ. 32 *de* Salpa; *contemtiſſimum et viliſſimum videtur dicere.* Obſcena *ſubſtantiue, Pudenda dixit* Mela 3, 7 Pars nudi agunt, pars tantum obſcena velati. Obſcena corporis Iuſtin. 1, 6, 14. Ouid. Faſt. 6, 631 Obſceni virilis forma. Obſequ. de Prodig. 84 Puer duplici obſceno natus. Lactant. Inſt. 1, 21 Certamen de obſceni magnitudine. *nempe intelligitur* Membrum. *Sed plur.* Ouid. Met. 9, 347 Fugiens obſcena Priapi. Sen. Epiſt. 70 *fin:* Lignum id, quod ad emundanda obſcena, adhaerente ſpongia, poſitum eſt. *de latrina ſermo eſt, et ventre exonerando.* Suet. Calig. c. 58 Quidam etiam per obſcena ferrum adegerunt. In obſcenis eſt penis, *h. e. Inter obſcena connumeratur.* Cic. Fam. 9, 22 *quae tota agit de* obſcenis. *Sed* Reddente obſcena puella Ouid. Rem. Am. v. 437 *i. excrementa. Add.* Mela 1, 9. Obſceni ex virgine rores Sammon. v. 168. Obſceni *etiam dicti, qui muliebria paterentur: vt ap.* Sen. in Praef. 4 Controu. in Exerptis *ſub fin. Compar.* Cic. Tuſc. 5, 112 c. 38 Illud Antipatri eſt quidem paullo obſcenius. *Superl.* Idem Q. Frat. 2, 3 Verſus obſceniſſimi.

OBSCENĬTAS, ātis. f. [αἰσχρότης] *Citatur* Cic. pro Flac. 7 Quas ego non ſolum propter longitudinem, ſed etiam propter turpiſſimam obſcenitatem verborum praetereundas puto. *Sed non inuenio.* In obſcenitatem compellere quempiam Vlp. in l. 1 §. Quod autem. D. de offic. praefect. vrb. In obſcenitate ſi quod ſit flagitium, id aut in re eſſe, aut in verbo Cic. Fam. 9, 22. Turpitudinem verborum, et rerum obſcenitatem vitare Idem de Orat. 2, 242 c. 59. Obſcenitas orationis Idem Off. 1, 127 c. 35. Verborum obſcenitas ſi turpitudini rerum adhibeatur, ludus ne libero quidem homine dignus eſt Idem ib. 1, 104 c. 29. *In ſtrictiori ſignificatione* Obſcenitas *appellata eſt foeda illa Venus, qua ori illudebatur. Vid.* Suet. Tiber. c. 65. *et* Claud. c. 15. *Nec aliter accipienda vox* leg. 2 §. 8. Dig. de Off. praef. vrb. *Vid.* Feſt. in Oſcis.

OBSCENE. Adu. [αἰσχρῶς] *Impure.* Cic. Off. 1, 128 c. 35 Latrocinari, fraudare, adulterari re turpe eſt, ſed dicitur non obſcene. *Compar.* Excitata Obſcenius Mercurii natura traditur, quod aſpectu Proſerpinae commotus ſit Idem de Nat. Deor. 3, 56 c. 22. *Add.* Cic. in Orat. c. 45. *Superl.* Eutrop. 8, 13, 3 Impudiciſſime et obſceniſſime vixit.

OBSCENO, āre. [μολύνω] Onomaſt. vet.

OBSCVRVS, a, um. Adi. [ἀμαυρὸς, ὀρφναῖος, σκοτομήνιος, ἐρεβεννὸς, ἀνώνυμος, ἀφεγγὴς] *Illuſtri, claro, perſpicuo, opponitur, ſiue ad lucem proprie dictam referantur illa nomina, ſiue ad famam, ad intelligentiam etc. Etymologia obſcura. A Cura deriuari dicit Sipontius, ſignificareque proprie, Quod ſine lumine eſt, quod ad talia multa cura opus ſit. Conf. Scalig. de Cauſis L. L. c. 34. Voſſius cum Becmanno mauult ab obſoleto* Scurus, Scorus, *vel* Scaurus, *vt* ob *tantum augeat ſignificationem. Certe* Corus *vel* Caurus *videtur caliginoſam ſeptentrionis regionem notare, vt* Aquilo. *Sed vſum potius nominis illuſtremus.* Virg. Aen. 9, 244 Vidimus obſcuris primum ſub vallibus vrbem. Acumen obſcurum Lucret. 4, 433. Aër Virg. Aen. 1, 415. Antrum Ouid. Met. 4, 100. Caelum Virg. Aen. 3, 586. Cubile Senec. Hippol. ſ. 4. Luna Virg. Aen. 4, 80. Luce obſcura Liu. 24, 21. Nox Virg. Aen. 2, 420. Nubes Idem Georg. 4, 60. Puluere obſcuro permiſti ſoles Stat. Silu. 2, 2, 32. Sidera nullis obſcura tenebris Propert. 2, 26, 55. Lucis obſcurum Tacit. Hiſt. 4, 50. Ferrugo obſcura, *Nigra* Virg. Georg. 1, 468. Forma obſcura reddita moto lacu Ouid. Met. 3, 476. ¶ 2 *Eſt, vt diximus, etiam* Obſcurum, *Cuius ſententia latet.* Cic. de Inuent. 2, 156 Quemadmodum res obſcurae dicendo fierent apertiores, ſic res apertas obſcuriores fieri oratione. Obſcura et ambigua multa erant, adhibitae ſunt interpretum explanationes Cic. de Diuin. 1, 116. Obſcura deorum natura, et difficiles explicatus habet Idem de Nat. Deor. 3, 94. Carmen obſcurum ambage nouorum verborum Ouid. Met. 14, 57. Ius obſcurum Quinct. 7, 11. Oracula flexiloqua, obſcura, et ambigua Cic. de Diuin. 2, 115 c. 56. Verba ignotiora et obſcuriora Quinct. 7, 4. Videre Res obſcuriſſimas Cic. de Orat. 2 c. 36. Non erat obſcurum quid homo improbus, aut nefarius cogitaret, *i. Nemo ignorabat* Idem Verr. 4 (2) 91 c. 37. Idem de Lege Agrar. 2, 36 Cur hoc tam eſt obſcurum atque caecum? Diſcrimen obſcurum, *Quod dignoſci facile non poteſt* Hor. Carm. 2, 5, 23. Cic. pro Muraen. 16 Tua vero nobilitas Serui Sulpici, tametſi ſumma eſt, tamen hominibus literatis et hiſtoricis eſt notior, populo vero et ſuffragatoribus obſcurior. Valde obſcurus Heraclitus, minime Democritus Idem de Diuin. 2, 132 c. 64. Nimis obſcurus Euphorion Poëta: at non Homerus Idem ib. 2, 132 c. 64. Cic. de Orat. 1, 177 Nonne in ea cauſa Ius applicationis obſcurum ſane et ignotum, patefactum in iudicio atque illuſtratum eſt a patrono? Idem Fam. 13, 71 (70) Non eſt obſcura tua in me beneuolentia. Idem ib. 1, 1 Libonis et Hipſaei non obſcura concurſatio et contentio, omniumque Pompeii familia-

rium ſtudium. Cauſae in obſcuro poſitae Celſ. 1 praef. Fama Virg. Aen. 5, 302. Fama obſcurior aeuo Ouid. Faſt. 6, 103. Fama eſt obſcurior annis Virg. Aen. 7, 205. Homines Cic. Fam. 4, 13, 9. *i. ignobiles.* Id. pro Cluent. 21 Interim venit index ad Dineam, neque obſcurus neque incertus: qui nuntiaret ei filium M. Aurium viuere. Odium Hor. Epiſt. 1, 14, 38. Cic. de Lege Agrar. 2, 55 Nolo ſuſpenſam et incertam plebem Rom. obſcura Spe et caeca exſpectatione pendere. Tabernae Hor. de Arte Poët. 229. *humilium hominum, metaph. de ſermone plebeio.* Vera inuoluere obſcuris Virg. Aen. 6, 100. Cic. de Amicit. 18 Quare ſibi habeant ſapientiae Nomen et inuidioſum et obſcurum, *non ſatis intellectum.* Plerumque modeſtus Occupat obſcuri ſpeciem Horat. Epiſt. 1, 18, 94. *i. aſtuti, et modeſtiae larua ſe tegentis.* *Sic* Obſcurus vir, aſtutus, fallax Cic. Off. 3, 57. aperto, ſimplici, ingenuo *opponitur.* Obſcuriſſimis initiis natus Paterc. 2, 26, 4. Cic. Verr. 5, 18 Poſteaque Pompeius humili atque obſcuro loco natus. *Add.* Liu. 26, 6. Obſcuris ortus maioribus, *i. ignobilibus* Cic. Offic. 1, 116 c. 32. Id. Fam. 2, 11 Omnis peregrinatio (quod ego ab adoleſcentia iudicaui) obſcura et ſordida eſt iis, quorum induſtria Romae poteſt illuſtris eſſe. Id. ibid. 3, 5 Neque enim obſcuris perſonis, nec paruis in cauſis res agetur. Tenebris infernis obſcurior Claud. in Eutrop. 2, 231. *Aduerbialiter.* Lucan. 5, 631 Obſcurum nimboſus aër.

OBSCVRE. Adu. [ἀμαυρῶς, λυγαίως] Cic. Acad. 1, 7 Quam argute, quam obſcure, etiam contra Stoicos diſſerendum? Id. Verr. 2, 48 Neque ille quidem obſcure Locutus eſt. Id. Acad. 4, 123 Atque hoc etiam Platonem in Timaeo dicere quidam arbitrantur, ſed paullo obſcurius. Nimis obſcure aliquid commemorare Id. de Fin. 2, 15. Obſcure natus, *vid.* NASCOR. Palam *et* Obſcure, *contraria.* Cic. Acad. 4, 13 Alterum quidem, vt videmus, Palam: alterum, vt ſuſpicamur, obſcurius. Id. pro Quint. 50 De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certe Tacite obſcureque conceditur. Serpit obſcure hoc malum Id. in Catil. 4, 6 c. 3. Caeſ. Bell. Gall. 8, 53 Neque obſcure hae duae legiones vni Caeſari detrahuntur. Cic. in Parad. 6 Iſtam paupertatem, vel potius egeſtatem ac mendicitatem tuam nunquam obſcure tuliſti. Idem pro Cluent. 34 c. 19 Neque id obſcure ferebat, nec diſſimulare vllo modo poterat. *Comparat.* Id. Fam. 1, 5, 12 Amicum ex Conſularibus neminem tibi eſſe video praeter Hortenſium et Lucullum: caeteri ſunt partim obſcurius iniqui, partim non diſſimulanter irati. Obſcurius Tertull. de Pudic. c. 13. *Superl.* Ne pluribus quidem verbis non Obſcuriſſime dicere Gell. 11, 16. Auertere aliquid de publico quam obſcuriſſime Cic. Verr. 4 c. 24.

OBSCVRĬTAS, ātis. f. [ἀσάφεια, ὀρφνὴ] *Tenebroſitas, et offuſcati luminis penuria.* Plin. 20, 1 Obſcuritates et vitia oculorum ſanat. *Ad intelligendi difficultatem refertur* Cic. Acad. 4, 7 De obſcuritate naturae, deque errore tot philoſophorum, *etc.* Lumen, Obſcuritas et tenebrae, *contraria.* Cic. de Orat. 3, 47 c. 13 Oratio quae lumen adhibere rebus debet, ea obſcuritatem et tenebras afferebat, atque vt quodammodo, *etc.* Obſcuritates Aſſignemus inſcientiae non aſſequentium Gell. 20, 1. Incredibile dictu eſt et caecis obſcuritatibus Inuolutum Arnob. 1 p. 38. Cic. pro Cluent. 73 In ea obſcuritate et dubitatione omnium Canutio perito homini, qui quodam odore, *etc.* Naturae obſcuritas Id. de Orat. 1, 68. Obſcuritates et aenigmata ſomniorum Id. de Diuin. 2, 132 c. 64. Latebram obſcuritatis adhibere Id. ibid. 2, 111. Minus obſcuritatis et erroris habent haec Id. Fam. 6, 6. Inuoluta naturae obſcuritate cauſa latet Id. de Diuin. 1, 35. Reiecit te a libris obſcuritas Id. in Topic. 1. Vitare obſcuritatem Quinctil. 4, 2. Obſcuritas, *Ignobilitas.* Cic. Off. 2, 45 c. 13 Quorum autem prima aetas propter humilitatem et obſcuritatem in hominum ignoratione verſatur: hi ſimulac, *etc.*

OBSCVRO, āre. [ἀμαυρόω, σκοτίζω, γνοφέω] *Obſcurum reddere.* Plaut. Trin. 3, 2, 41 Obſcurauit pectus tuum amor. Aedes vicini obſcurare tollendo Vlpian. in l. Cum eo. D. de ſeruit. vrban. praed. Famam ſuam Lucan. 4, 718. Literas obſcurare, *vid.* Appellare literas, *in* APPELLO. Nitor ſolis obſcuratur Catul. 64, 3. Plin. in Paneg. c. 69 *extr.* Tandem ergo Nobilitas non obſcuratur, ſed illuſtratur a principe, *etc.* Obſcuratur et offunditur luce ſolis lucernae lumen Cic. de Fin. 3, 45. Tenebris obſcurat omnia nox Idem in Catil. 1, 6 c. 3. Volucres obſcurant aethera pennis Virg. Aen. 12, 253. *Ad notitiam et hominum et famam refertur* Cic. pro Arch. 26 c. 11 Neque enim eſt hoc diſſimulandum, quod obſcurari non poteſt, ſed prae nobis ferendum. Obſcurari et obrui Idem de Finib. 4, 29. Obſcurari nec apparere quaedam, quia valde parua ſint Idem ibid. 4, 29. Minora maioribus obſcurantur Id. ibid. 5, 58. Obſcurat magnitudinem periculi lucrum Id. Verr. 3, 131. Obſcuratur, obruitur et interit ſplendore virtutis et magnitudine, omnis iſta rerum in corpore aeſtimatio Id. de Fin. 3, 45. Cic. in Partit. 103 Firmamenta ad fidem poſita, aut per ſe diluenda, aut obſcuranda, aut digreſſionibus obruenda. Id. pro Cluent. 1 Vt omnes intelligant, nihil me nec ſubterfugere voluiſſe reticendo, nec obſcurare dicendo. Allegoriis obſcurare aliqua Id. Att. 2, 20. Iam apud T. Liuium inuenio, fuiſſe praeceptorem aliquem, qui diſcipulos obſcurare, quae dicerent, iuberet, Graeco verbo vtens, σκότισον Quinctil. 8, 2, 18. Obſcurare *et* Celebrare, *contraria* Salluſt. in Catil. c. 8 *pr.* Obſcurare *et* Illuſtrare, *contraria* Plin. in Paneg. c. 69 *extr.* Acta noua obſcurant veteres triumphos Lucan. 1, 121.

OBSCVRANS, antis. Partic. [σκοτίζων] Hor. Serm. 2, 7, 55 Prodis ex iudice Dama Turpis, odoratum caput obſcurante lacerna. *h. e.* Tegente, ne poſſis agnoſci Acron.

OBSCVRĀTVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἐσκοτισμένος] Vocabula diu obſcurata populo Hor. Epiſt. 2, 2, 115. Senſim obſcurata eſt et euanuit eorum memoria Cic. de Orat. 2, 95 c. 23.

OBSCVRATVRVS, a, um. *Similiter* Partic. [σκοτίσων] Tuas laudes obſcuratura nulla vnquam eſt obliuio Cic. pro Marcello 31 c. 10.

OBSCVRATIO, ōnis. f. [σκοτισμός] *Obſcuritas.* Cic. ap. Auguſtin. C. D. 3, 15 Tum licebit otioſe quaerere de iſtis ipſis obſcurationibus, quae propter exiguitatem vix aut ne vix quidem appareant. *Sic etiam legitur apud ipſum* Cic. de Fin. 4, 32 c. 13. Plin. 36, 27. Cic. de Finib. 4, 30 Quibus autem in rebus obſcuratio tanta non ſit, fieri tamen non poteſt, *Et paullo ante*, Obſcuratio propter exiguitatem rerum conſequitur.

OBSCVREFĂCIO, fēci, factum, ĕre. Nonius 2, 601 Obliterare eſt obſcurefacere et in obliuionem ducere.

OBSCVS, *vid.* OSCVS.

OBSĔCRO, āre. [λιπαρέω, ἀντιβολῶ] *ex* Ob *et* Sacrum *componitur: ſignificat* Per ſacra rogare, vel, *vt ait* Feſtus, Opem a ſacris petere. *Nimis anguſte* Donatus, Obſecrare, eſt Iratos orare, *ad* Terent. Eun. 1, 1, 4 Excluſit, reuocat; redeam? non, ſi me obſecret. *Nam licet hic de irato ſermo ſit, tamen in verbo* obſecro *non continetur illa relatio.* Cic. poſt. red. ad Quirit. 16 Denique ipſe ad extremum pro mea vos ſalute non rogauit ſolum, verum etiam obſecrauit. Idem pro Quint. 99 Itaque te hoc obſecrat, vt *etc.* Id. de Orat. 2, 85 Si intelligam poſſe ad ſummos peruenire, non ſolum hortabor vt elaboret, ſed etiam ſi vir quoque mihi bonus videbitur, obſecrabo. Obſecro te, vt omnia certa perſcribas Id. Att. 3, 11. Id. ibid. 11, 1 Idque vt facias, te obteſtor atque obſecro. Id. Fam. 4, 11 Quum mihi C. Marcellus frater amantiſſimus mei, non ſolum conſilium daret, ſed precibus quoque me obſecraret. Cum multis lacrimis orare aliquem atque obſecrare Id. Verr. 4 (2) 42 c. 17. Multis Precibus, paene etiam Lacrimis obſecrabat Plin. Epiſt. 4, 9, 12. Plaut. Bacch. 4, 9, 102 Nunc ſi me fas eſt obſecrare abs te pater, *etc.* Obſecro ne facias Ter. Heaut. 5, 5, 4. Id. ibid. 4, 4, 3 Quod ſi is nunc me deceperit, ſaepe obſecrans me vt veniam, fruſtra veniet. Id. Andr. 2, 1, 28 Nunc te per amicitiam et per amorem obſecro, principio vt ne ducas. Cic. pro Quint. 97 Obſecrauit per fratris ſui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, *etc.* Obſecro et obteſtor Hor. Epiſt. 1, 7, 95. *Cum* obſecrandi *verbo aliquam religionem obiicere viderentur his, quos ſic rogarent: ſi illam religionem tollere et irritas preces priores facere vellent, vtebantur verbo* RESECRO *v. v.* Obſecro, *in parentheſi affectum exprimit, et declarat, rem nobis valde cordi eſſe: Interiectionisque adeo vicem ſubit.* Ter. Eun. 5, 5, 21 (*al.* 4, 41) Hem obſecro an is eſt? *i. Dic quaeſo.* Cic. Att. 12, 17 Atticam ſaluere iube, et eam cura, obſecro, diligenter. Attica mea, obſecro te, quid agit Id. ibid. 13, 13. Obſecro tuam fidem Plaut. Amphit. 1, 1, 214. Id. Amph. 1, 1, 143 Obſecro hercle quantus et quam validus eſt!

OBSECRANS, antis. Partic. Venit ipſe vltro, lacrumans, orans, obſecrans Terent. Adelph. 3, 4, 26.

OBSECRANDVS, a, um. Partic. Plin. Epiſt. 9, 29 Laus potius ſperanda, quam venia obſecranda eſt.

OBSECRĀTVS, a, um. Part. Salluſt. Bell. Iugurth. c. 25 A Numidis obſecrati triduo nauim aſcendere.

OBSECRATIO, ōnis. f. [λιπάρησις] *Deprecatio per omnia ſacra facta.* Cic. pro Font. 38 Cauete ne periculoſum ſuperbumque ſit, eius vos obſecrationem repudiare, cuius preces ſi dii aſpernarentur, haec ſalua eſſe non poſſet. Prece et obſecratione humili ac ſupplici vti Id. de Inuent. 1, 22 c. 16. Id. de Aruſp. Reſp. 63 In quo conſtituendae nobis quidem ſunt procurationes et obſecrationes. Obſecratio, *pro Precatione, quam pontifex ipſe praeibat pop. ſubſequenti verba praeeuntis.* Sueton. in Claud. Caeſ. c. 22 Vtque dira aui in Capitolio viſa obſecratio haberetur, eamque ipſe iure pontificis maximi pro roſtris pop. praeiret, ſummotaque operariorum ſeruorumque turba. Obſecratio in vnum diem populo indicta Liu. 26, 23. *et* 27, 13. *et* 4, 2.

OBSECVNDO, āre. [ἐπιχαρίζω, ὑπείκω] *Secundum ſe praeſtare alteri, ſubſeruire, et accommodare ſuos actus ad illius voluntatem, obſequi.* Ter. Heaut. 4, 6, 23 Qua cauſa id fiat, obſecundato in loco. Cic. pro Lege Manil. 48 c. 16 Non modo ciues aſſenſerint, ſocii obtemperarint, hoſtes obedierint, ſed etiam venti, tempeſtatesque obſecundarint. Obſecundando mollire impetum aggrediuntur Liu. 3, 35.

OBSECVNDĀTIO, ōnis. f. *Obſequium.* l. 92. Cod. Theod. de Decurion. Seruilis obſecundatio. *add.* Sariſber. 3, 6.

OBSECVNDĀTOR, ōris. m. *Qui operam nauat.* l. 3. Cod. Theod. de Prox. Comit. Diſpoſ. Obſecundatores ſacrorum ſcriniorum.

OBSECVNDANTER. Adu. *Obſequenter.* Nigidius de Diis l. 1 Quum autem id quid ſit quaerimus, obſecundanter naturae viuerent. *Ex* Nonio 2, 607.

OBSĒPIO, ſepīui *vel* ſepii *et* ſepſi, ſeptum, īre. [ἐπιφράττω] *Sepibus circumdare.* *Metaphor.* Liu. 4, 25 Haec plebi ad Curules magiſtratus iter obſepſit. Cic. pro Muraen. 48 c. 23 Haec omnia tibi accuſandi viam muniebant, adipiſcendi obſepiebant.

OBSEPTVS, a, um. Partic. Liu. 2, 6 Via dolo obſepta. Id. 25, 39 Obſeptis itineribus ſuper vallum ſaliunt. Apul. Met. 1 p. 106 Obſepto vtero.

OBSEPTVM, i. n. Sil. 12, 110 Obſepta viarum.

OBSĔQVOR, ĕris, ſequutus ſum, ſequi. [χαρίζομαι, ὑπηρετέω, θεραπεύω] *Alterius voluntati morem gerere, Inſeruire.* Ter. Heaut. 3, 1, 10 Nos quoque ſenes eſt aequum ſenibus obſequi. Obſequi *et* Repugnare, *contraria.* Cic. Tuſc. 5, 60 Sic diſtrahuntur in contrarias partes impotentium cupiditates: quum huic obſecutus ſis, illi eſt repugnandum. Idem pro Cluent. 149 Quamobrem Cluenti de te tibi obſequor, neque ego legem recito, neque hoc loco pro te dico, ſed ea, quae a me deſiderari arbitror, non relinquam. Amori, rei Plaut. Trin. 2, 1, 5. Alicui obſequi in omnibus Cic. Q. Frat. 1, 1, 25. Animo ſuo obſequi, *pro Indulgere ſibi, Genialem vitam agere.* Terent. Adelph. 1, 1, 8 Vxor, ſi ceſſes, aut te amare cogitat, aut tete amari, aut potare, aut animo obſequi. Conſuetudini auribus indulgenti libenter obſequor Cic. in Orat. 157. Imperio obſequi Iuuen. Sat. 10, 343. Naturae bonitatique alicuius Cic. pro Quint. 91. Id. Fam. 16, 9 Sed quum Pudori tuo maluiſti obſequi, quam valetudini, reliqua cura. Id. Tuſc. 2, 36 Sic faciemus, tuisque optimis Studiis obſequemur. Studiis ſuis etiam in aſperitatibus rerum Id. de Orat. 1, 3. Tempeſtati in nauigando obſequi, artis eſt Idem Fam. 1, 9. Id. de Finib. 2, 17 c. 6 Obſequar igitur Voluntati tuae, dicamque ſi potero, rhetorice. Obſequor, *cum Accuſatiuo.* Id ego percupio obſequi gnato meo, volo amori obſecutum illius Plaut. Aſin. 1, 1, 61. Gell. 2, 7 Sed ea tamen, quae obſequi non oportet. *Nempe intelligitur ſecundum.*

OBSĔQVENS, entis. Partic. [ὑπηρετῶν] *Obediens.* Terent. Heaut. 2, 3, 18 Propter quam in ſumma infamia ſum, et meo patri minus ſum obſequens. Cordi atque Animo ſuo obſequentes Plaut. Pſeud. 5, 1, 27. Legiones noſtra liberalitate nobis obſequentes Cic. Fam. 10, 8. Obſequens voluptati homo Ter. Hec. 3, 5, 9. Obſequens quo libeat flecti Plin. 16, 36. *Compar.* Salluſt. in Cic. c. 2 Filia matris pellex, tibi iucundior atque obſequentior, quam parenti par eſt. Quanto facilius animus accipit formam, flexibilis, et omni humore obſequentior Sen. Ep. 50. Perſas obſequentiores fore Curt. 6, 3 *extr.* *Superl. in* Vetuſt. Lapid. apud Grut. p. 955 n. 13. LIB. GRATISSIMAE ET OBSEQVENTISSIMAE. Quinctil. Declam. 291 Nu-

291 Nurus obſequentiſſima. *conf.* Columel. 3, 8. Apul. Apol. p. 337. *et ad h. l. Iul. Florid.* p. 559.

OBSEQVENTER, ius, iſſime. Adu. [ὑπηρετικῶς] Corpora nunc incrementis *lunae* conſequenter augeri, nunc decrementis obſequenter imminui Apul. Met. 11 p. 257. Plin. Epiſt. 4, 11 Vides, quam obſequenter parcam tibi. Id. ibid. 7, 24 Vixit in contubernio auiae delicate, ſeueriſſime, et tamen obſequentiſſime.

OBSECVTIO, ōnis. f. Arnob. 7 p. 215.

OBSECVTOR, ōris. m. Obſecutores legis Tertull. adu. Marc. 4, 9. Lex aliud obſecutori propoſuit, aliud exorbitatori Id. ibid. 2, 13 *extr.*

OBSEQVIVM, i. n. [ὑπηρεσία, θεραπεία] *Officium, quo quis id ſequitur, et facit, quod alteri placiturum nouit.* Ter. Andr. 1, 1, 41 Obſequium amicos, veritas odium parit. Terentianum verbum appellatur Cic. de Amic. c. 24. Ciceronem putare a Terentio primum dictum eſſe obſequium, *obſeruare ſibi viſus eſt* Quinctil. 8, 3, 35. *vid. Geſner. ad h. l.* Plauto Naeuioque *iam vſurpatum eſſe docet* Donat. ad Ter. Andr. 1, 1, 41. *conf. Burm. ad* Quinctil. l. c. Cic. de Amicit. 91 c. 24 Sed obſequium multo moleſtius, quod peccatis indulgens, praecipitem amicum ferri ſinit. Id. de Legib. 1, 70 Quum animus cognitis perceptisque virtutibus, a Corporis obſequio indulgentiaque diſceſſerit, voluptatemque ſicut labem aliquam decoris, *etc.* Fortunae obſequia Curtius 8, 4. Obſequium Ventris mihi perniciosius eſt cur? *h. e. Cur indulgentia ventri permiſſa, eſt mihi perniencioſa?* Hor. Serm. 2, 7, 104. Anceps obſequium Perſ. 5, 156. Obuium obſequium Tac. H. 1, 19, 1. *de honore nouo imperatori habito mediocri et tralaticio.* Omne meum obſequium in illum fuit cum multa ſeueritate Cic. Att. 10, 4 p. 125. *de Quinto Cic. Q. F.* Plenius Quinctil. 1 prooem. Abuti obſequio alicuius ad omnes res Plancus ad Cic. Fam. 10, 15. Delectari obſequio et comitate adoleſcentis Cic. Att. 6, 6. Exuere Tacit. Ann. 3, 12. *et* 13, 13, 1. Feci omni obſequio, vt neutri illorum quisquam eſſet me carior Cic. Att. 7, 1. Ferre grande obſequium, *i. Accipere* Ouid. Epiſt. 6, 18. Flectere aliquem obſequio Propert. 1, 8, 40. Flectitur obſequio curuatus ab arbore ramus Ouid. de Arte Am. 2, 179. Tac. A. 6, 8, 5 Tibi ſummum rerum iudicium Dii dedere; nobis Obſequii Gloria relicta eſt. Hor. Serm. 2, 5, 93 Obſequio graſſare: mone, ſi increbuit aura, Catus vti velet carum caput. Mitigare patientia et obſequio ſuo aliquem Cic. in Piſon. 5 c. 2. Praeſtare obſequium ampliſſimi ordinis, *vid.* PRAESTO. Sumere obſequium animo Plaut. Bacchid. 4, 10, 7. *i. Sibi indulgere, et animo obſequi.* Vincere aliquem obſequio Ouid. Amor. 3, 4, 12. ¶ 2 Obſequium *de re venerea.* Vbi admotus fere tentauit obſequium *equus admiſſarius*, femina abducitur, et iam patientiori generoſior equus imponitur Colum. 6, 27, 10. *conf. ib.* c. 37, 9. Petron. c. 113. Ouidii *quaedam loca perperam huc trahi demonſtrat Burm. ad* Quinct. 8, 3, 35. ¶ 3 Obſequium *ſpeciatim Officium mortuis exhibitum denotat.* Apul. Met. 10 p. 252 Paucis interiectis diebus, queis feralia mortuis litantur obſequia. *Vnde ſit, vt medio Latinitatis aeuo,* Obſequium *ſimpliciter pro Ipſis exequiis dictum ſit, et* Obſequi, *pro Exequias ire. e. c. ap.* Paul. Diac. Hiſt. Longobard. c. 4. Eugraph. ad Ter. Andr. 1, 1, 88. *Hinc*

OBSEQVIAE, ārum. f. pl. *Idem quod Exequiae.* Vet. Inſcr. apud Fabrett. p. 702 ME DECVIT MORTI PRIVS OCCVBVISSE SVPREMAE, TVQVE MIHI TALES, NATE, DARE OBSEQVIAS.

OBSEQVIĀLIS, e. Adi. Fortun. Carm. 6, 7 Soluit et exequias obſequialis amor.

OBSEQVENTIA, ae. f. Caeſ. Bell. Gall. 7, 29 Factum imprudentia Biturigum et nimia obſequentia reliquorum.

OBSEQVĒLA, ae. f. [θεραπεία Onomaſt. Vet. θεράπευσις] *Morigeratio.* Plaut. Aſin. 1, 1, 50 Omnes parentes Litane liberis ſuis qui mihi auſcultabunt, facient obſequelam. *add.* Salluſt. *aliique ap.* Non. 3, 151. Prudent. Cath. 7, 51. *et* Paſſ. Fructuoſi v. 78 *et ſaepius.*

OBSEQVIOSVS, a, um. Adi. [ὑπηρετικὸς] *Qui facile obſequitur.* Plaut. Capt. 2, 3, 58 Mihi obſequioſus ſemper fuiſti. Firmicus 1, 12 Libra ſignificat mercatores, ac iudices, et obſequioſos homines.

OBSEQVIBĬLIS, e. Adi. [ὑπηρετητικὸς] *Qui obſequitur.* Gell. 2, 29 Cognatos, affinesque nullos ferme tam obſequibiles eſſe ait.

OBSĔRO, ſēui, ſĭtum, ĕre. [κατασπείρω] *Seminibus implere ſignificat, cum reſpectu ad ſolum vel agrum, vt* conſerere. Cic. de Legib. 2, 63 c. 28 Obductaque terra erat, frugibus obſerebatur. Columel. de Arboribus 3 Agrum antequam vineis obſeras, explorato qualis ſaporis ſit. Varr. de R. R. 1, 14. Plaut. Trin. 2, 4, 129 *in deſcriptione mali agri*

Poſt id frumenti cum alibi meſſis maxima eſt,
Tribus tantis illî minus redit, quam obſeueris.
PH. Hem! iſtic oportet obſeri mores malos,
Si in obſerendo poſſint interfieri.

Vbi tamen ipſum quoque ſemen dicitur obſeri. ¶ 2 *Metaphor.* Plaut. Epid. 4, 1, 30 *Philippa ad Periphanem, qui virgini vitium obtulerat,* Tun' is es, qui per voluptatem tuam in me aerumnam obſeuiſti grauem? *Sic modo vidimus* Obſerere mores Plaut. Trin. 2, 4, 130. *Sic* Virg. Aen. 7, 790 Iam ſetis obſita, iam bos. Plaut. Men. 5, 7, 23 His ego iam ſementem in ore faciam, Pugnosque obſeram.

OBSĬTVS, a, um. [περιειλημμένος] *Non modo Participii ex* Obſero *vice fungitur, ſed retinet etiam illam vim primitiui* ſitus, *qua ſimpliciter* τὸ κεῖσθαι *ſ. iacere indicat. Quin* obſitus *ſaepe nihil aliud eſt, quam oppletus, obtectus.* Paedore obſitus Sen. Agamemn. 13. *i. Sordibus foetens propter carcerem diuturnum.* Annis et pannis obſitus, *i. Senex male veſtitus et pannoſus* Ter. Eun. 2, 2, 5. *Sic apud* Liu. 2, 23 Obſita ſqualore veſtis. *Et de* annis *apud* Virg. Aen. 8, 307 Obſitus aeuo. Frondibus obſita, *i. Obuoluta et latentia* Hor. Carm. 1, 18, 12. Niuibus obſitum iter Curt. 5, 6, 13. Aër obſitus pallore, *i. Obductus caligine, et obſcuratus* Lucan. 5, 627. *al.* Squalore. Setis obſita bos Io Virg. Aen. 7, 790. Situ obſitus, *vid.* SITVS. Squalore et Sordibus obſitus Liu. 29, 16. Cic. Tuſc. 1, 48 c. 21 Leti, obnubila, obſita Tenebris loca. Virgultis loca obſita Liu. 28, 2. *Sed vim Participii habet in illo* Rura obſita pomis Ouid. Met. 13, 719. *i. conſita.*

OBSĔRO, āre. [μοχλεύω, κατακλείω] *Occludere, veluti ſera impoſita.* Ter. Eun. 4, 5, 25 Tu abi, atque oſtium obſera intus. Liu. 5, 41 Vbi eos plebis aedificiis obſeratis, patentibus atriis principum, maior prope cunctatio tenebat aperta quam clauſa inuadendi. Ramices exitus ferarum obſerent Colum. 9, 1. Obſerat herboſos lurida porta rogos Propert. 4, 12, 8. Tabellam liminis obſerare Catul. ad Ipſithillam 32, 5. *i. ianuam.* Palatum obſerare Catull. in Camerium 53, 21.

OBSERĀTVS, a, um. Partic. *Obturatus, clauſus.* Hor. Epod. 17, 53 Quid obſeratis auribus fundis preces? Aedificia Liu. 5, 41. Fores Nep. 10, 9, 4.

OBSERVIO, īre. Caetera membra ancillari et obſeruire Apul. de Dogm. Plat. p. 59.

OBSERVO, āre. [παρατηρέω, φυλάττω, ἐφοράω] *eſt, inquit Valla* 4, 3. *idem quod Cuſtodire aliquid oculis animoque in modum ſpeculatoris, ne nos ſilentio, tacitoque praetereat.* Seruius in Georg. 4, 513 Obſeruare, eſt Callide aduertere. Ter. Andr. 1, 1, 142 Obſerues filium quid agat, quid cum illo conſilii captet. Virg. Georg. 4, 513 Quos durus arator Obſeruans nido implumis detraxit. Qu. Cic. de Petit. Conſul. 43 Fac itaque, vt ſe abs te cuſtodiri atque obſeruari ſciant. Cic. in Orat. 210 Non id agit, vt inſidietur et obſeruet; ſed iam fauet, proceſſumque vult, dicendi vim admirans, non inquirit quod reprehendat. Vbi permulti obſeruandi ſunt et multa ſeruanda, nihil eſt mali, canes ibi quam plurimos eſſe Id. pro Roſc. Amer. 90 c. 32. Id. pro Roſc. Am. 22 Cum praeſertim tam multi occupationem eius obſeruent, tempusque aucupentur. Ter. Adelph. prol. 1 Poſtquam Poëta ſenſit ſcripturam ſuam ab iniquis obſeruari, et aduerſarios rapere in peiorem partem *etc.* Obſeruare ſigna Cic. Fam. 6, 6. Tempus Id. ibid. 11, 16. Tempus vlciſcendi Id. Tuſc. 4, 21 c. 9. Id. de Nat. Deor. 2, 124 In araneolis aliae quaſi rete texunt, vt ſi quid inhaeſerit, conficiant: aliae autem vt Ex inopinato obſeruant, et ſi quid incidit, arripiunt, idque conſumunt. Ex vicino aliquem obſeruare, *vid.* EX. Cic. de Diuin. 2, 47 Obſeruari animaduertique res poterunt, etſi cauſae earum non reperientur. Id. de Clar. Orat. 292 c. 82 Quod quamquam ſcienter eleganterque tractabat, nimium tamen inquirens in ſe, atque ipſe ſeſe obſeruans, metuensque, ne vitioſum colligeret, etiam verum ſanguinem deperdebat. Plaut. Aſin. 4, 1, 6 Tuus obſeruet, Venerine eas det, an viro. *Etiam* augurum verbum *eſſe, monet* Seru. *ad illud* Aen. 6, 198 Obſeruans, quae ſigna ferant, quo tendere pergant. Cic. Verr. Act. 1, 46 Nunc autem homines in ſpeculis ſunt, obſeruant quemadmodum ſe vnusquisque veſtrûm gerat in retinenda religione, conſeruandisque legibus. Obſeruatote quam blande mulieri palpabitur Plaut. Amph. 1, 3, 9. ¶ 2 *Eſt etiam idem quod ſeruare, vbi de legibus, et alia agendi regula ſermo eſt.* Animaduerſionem Cenſoriam vt rem iudicatam nunquam perinde obſeruauerunt Cic. pro Cluent. 117. Cenſum obſeruare, qui Peducaeo Praetore habitus eſſet Id. Verr. 2, 138. Id. Fam. 13, 27 *pr.* Cum gratias agam, quod meas commendationes (*neſcio vnde irrepſerit in Stephani theſaurum* obſeruationes) tam diligenter obſerues. Foedus ictum Sil. 17, 78. Ianuam Plaut. Aſin. 2, 2, 7. Leges Cic. pro Domo 71. Id. Tuſc. 4, 67 Laena delinita argento Nutum obſeruabit meum. *Ex* Naeuio. Id. de Amic. 58 Reſtricte non obſeruat amicitia, ne plus reddat, quam acceperit. ¶ 3 Obſeruare *etiam colere amicum maiorem aſſiduitate officiorum, et quaſi nutui illius intentum eſſe, vid.* OBSERVANTIA. Cic. pro Muraen. 70 c. 34 A quibus ſi domus noſtra celebratur, ſi interdum ad forum deducimur, ſi vno baſilicae ſpatio honeſtamur, diligenter obſeruari videmur et coli. Id. Att. 1, 1 Dies fere nullus eſt, quin hic Satyrus domum meam ventitet: obſeruat L. Domitium maxime, me habet proximum. Virg. Georg. 4, 211 Praeterea regem non ſic Aegyptus, et ingens Lydia, nec populi Parthorum aut Medus Hydaſpes Obſeruant. Cic. Fam. 5, 8 Hoc magis ſum Publio deditus, quod me, quamquam a pueritia ſua ſemper, tamen hoc tempore maxime, ſicut alterum parentem et obſervat et diligit. Colimus et obſeruamus diligenter Caecilium Id. Att. 2, 19. Regem obſeruant Virg. Georg. 4, 211. Officiis, non largitione aliquem obſeruare Cic. pro Planc. 37. Perofficioſe et peramanter obſeruare aliquem Id. Fam. 9, 20. *Sed ambiguum eſt illud* Cic. Fam. 7, 27 *pr.* Ego te in conſulatu obſeruabam, *ne quid turbares, intelligit.* ¶ 4 Obſeruatum, *imperſonaliter, pro Deprehenſum et animaduerſum.* Plin. 16, 22 Obſeruatumque non areſcere niſi tenuia. Habitum ita et obſeruatum eſt Cic. Att. 3, 23. Obſeruatum et vetuſtum aliquid habere Id. de Diuin. 2, 47. Obſeruata Hippocrati, *pro ab Hippocrate* Plin. 7, 51.

OBSERVANS, antis. Partic. [παρατηρῶν] Cic. Att. 16, 16 Vt me hercule paucos aeque obſeruantes atque amantes me habere exiſtimem. Amantem ſe et obſeruantem habere aliquem et ſui cupidum Idem ibid. 16, 16. *Compar. et Superl.* Populus ſit obſeruantior aequi Claud. Conſ. Hon. 4, 297. Haud fuit in terris Diuum obſeruantior alter Grat. Cyneg. v. 105. Legum obſeruantiſſimus Apul. de Mundo p. 73. Omnium officiorum obſeruantiſſimus Plin. Epiſt. 10, 11. Cic. pro Quint. 39 Ita credo hominem propinquum tui obſeruantem, virum bonum, *etc.* Id. Q. Frat. 1, 2, 19 Fert grauiter homo et mei obſeruantiſſimus, et ſui, dignitatisque retinens, ſe apud te neque amicitia, nec iure valuiſſe.

OBSERVATVS, a, um. Partic. [παρατετηρημένος] Notae obſeruatae Ouid. ex Pont. 4, 13, 10. Sidera Id. Faſt. 3, 111. Veſtigia obſeruata ſequor Virg. Aen. 2, 753. Obſeruata in vſu, a peritis animaduerſa ac notata Cic. de Orat. 1 c. 23.

OBSERVĀTE. Adu. *Accurate.* Gell. 2, 17 Obſeruate curioſeque animaduertere.

OBSERVĀTVS, ûs. m. [παρατήρημα] *Idem quod Obſeruatio.* Varr. de R. R. 2, 7 Ex obſeruatu dicunt eum equum habere annos ſedecim.

OBSERVATOR, ōris. m. Sacer intra nos ſpiritus ſedet, malorum bonorumque noſtrorum obſeruator et cuſtos Sen. ep. 41 *pr.* Genius nobis aſſiduus obſeruator appoſitus eſt Cenſorin. de Die Nat. c. 3.

OBSERVATRIX, īcis. f. Tertull. de Corona c. 4 *pr.*

OBSERVANTIA, ae. f. [θεραπεία, αἰδὼς, ἐντροπή] *ex notione verbi 3* eſt, per quam aetate, aut ſapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur et colimus Cic. de Inu. 2 c. 22 *et* 53. Id. pro Muraen. 71 c. 34 Nulla eſt enim poena, quae poſſit obſeruantiam tenuiorum ab hoc vetere inſtituto officiorum excludere. *Add.* Id. pro Balbo 65 c. 28 Conſilia hominis probauit *Caeſar*, — officia obſeruantiamque dilexit. Liu. 1, 35 Obſequio et obſeruantia in regem cum omnibus, benignitate erga alios cum rege ipſo certaſſet. Cic. Att. 11, 17 Deque tua erga ſe obſeruantia, beneuolentiaque mihi plurima exponit. Colere obſeruantia aliquem Id. Fam. 12, 26. Mea tibi obſeruantia nunquam defuit Id. ibid. 5, 8. Officia obſeruantiamque alicuius diligere Id. pro Corn. Balb. 63. Magnum onus obſeruantiae alicui imponere Id. Att. 13, 21. Retinere obſeruantia amicos, rem parſimonia Id. pro Quint. 59 c. 18. Attici obſeruantia

omni-

omnibus erat carior Nep. 25, 6, 5. ¶ 2 Obſeruantia, *pro Obſeruatione vel conſuetudine.* Suet. in Auguſt. c. 76 Ex hac obſeruantia nonnunquam vel ante initium, vel poſt dimiſſum conuiuium ſolus coenitabat, quum pleno conuiuio nihil tangeret. Vetuſtiſſima Iuris obſeruantia defecit in hoc Pompon. de Orig. I. l. 2 §. 24. Temporum Vell. 2, 106, 3.

OBSERVATIO, ōnis. f. [παρατήρησις] *Quaſi Adnotatio quaedam, et animaduerſio.* Plin. 11, 10 Mira obſeruatio operis. Antiqui ſermonis obſeruatio Suet. de Clar. Gramm. 24. Abſumta Plin. 11, 37. Difficilior Quinctil. 1, 5. Lubrica Id. 1, 5. Perpetua obſeruatione dignum Id. 2, 12 (11) Summa erat obſeruatio in bello mouendo apud antiquos Cic. Off. 1, 36. Obſeruationi operam dare Plaut. Mil. 2, 6, 5. Natura et caſu, Ratione et obſeruatione facere aliquid, *contraria.* Cic. de Clar. Orat. 33 Veruntamen, natura magis, tum caſu nonnunquam, quam aut ratione aliqua, aut obſeruatione fiebat. In libris Ciceronis de Orat. (1 c. 20. *et* 2 c. 7) obſeruationem quandam eſſe *rhetoricen*, non artem Quinctil. 2, 17, 5. Diuturna obſeruatio notandis rebus fecit artem Cic. de Diuin. 2, 146 c. 71. Habere aliquam obſeruationem Quinctil. 6, 3. Inueniri obſeruatione ſcientia non potuit Cic. de Diuin. 2, 147. Prudentium obſeruatione et aurium terminatione inuentus eſt verſus. Idem in Orat. 178. Plin. 17, 21 Quondam in obſeruatione erat, vt defringerentur ex imputata buxo, aliter viuere non crediti. *h. e. Quondam obſeruabatur.* Notitia ſui corporis et obſeruatione ſuſtentatur valetudo Cic. Off. 2, 86 c. 25. Valerius Maximus 1, 1, 8 Neque ſicut collegio Pontificum auctoritas ampliſſimi viri, aut Marcello adiectio impenſae impedimento fuit, quo minus religionibus ſuus tenor ſuaque obſeruatio redderetur.

OBSERVABĬLIS, e. Adi. [παρατηρητὸς] *Quod obſeruari debet vel poteſt. Cuius compoſitum eſt* Inobſeruabilis. Plin. 2, 17 In Martis ſidere, cuius eſt maxime inobſeruabilis curſus, nunquam id ſtationem facere. Quinctil. 9, 1 In armorum certamine et aduerſos ictus et rectas et ſimplices manus tum videre, tum etiam cauere et propulſare facile eſt, auerſae, tectaeque minus ſunt obſeruabiles. *h. e. Minus animaduerti et obſeruari atque caueri poſſunt.* Patientia Apul. Met. 11 p. 267. Obſeruabilia in finibus Sic. Flacc. de Condit. Agror. p. 13.

OBSERVANTER. Adu. *Diligenter, vt omnia obſeruentur.* Macrobius in Somn. Scipion. 1, 1 Idem igitur obſeruanter ſecutus eſt in illis praecipue voluminibus, *etc.* Facit omnia obſeruanter Apul. Apol. 2 p. 320. *Compar.* Ammian. 23, 6 *circa fin.* Perſa obſeruantius haec aliaque pudenda declinat. *Superl.* Auguſt. de Anim. c. 34 Obſeruantiſſime ſequi. Gellius 10, 21 tit. Obſeruantiſſime vitare.

OBSERVĬTO, āre. Frequent. Cic. de Diuin. 1, 2 c. 1 Aſſyrii — traiectiones motusque ſtellarum obſeruitauerunt. *Et* Ibid. 102 c. 45 Neque ſolum deorum voces obſeruitauerunt Pythagorei, ſed etiam hominum quae vocant omina. *Sic etiam Pearce. Al.* Obſeruauerunt. *Add.* Apul. de Deo Socr. p. 52.

OBSES, OBSESSIO, OBSESSOR, OBSESSVS, *vid.* OBSIDEO.

OBSIBILO, āre. Dulces ſtrepitus obſibilabant Apul. Met. 11 p. 260.

OBSĬDEO, ſēdi, ſeſſum, ēre. [πολιορκέω, περικάθημαι, περιίσχομαι, προσκαθίζομαι, προσκάθημαι] *Contra et circum ſedere ſ. Circumſidere ſignificat, Obſeſſum tenere, ac vel foſſa et vallo ſeptum retinere, vel ita ex proximo illi imminere, vt commouere ſe inuito obſeſſore, multo minus diſcedere poſſit.* Cic. Philipp. 7, 15 Qui Mutinam coloniam Pop. Romani et Conſulem deſignatum obſederit. Idem pro Font. 20 Ab his gentibus ſanctis, et in teſtimonio religioſis, obſeſſum Capitolium eſt. Aditus armati obſident Idem Philipp. 2, 89. Aedes obſidet cohors Iuuen. Sat. 10, 17. Anguſta viarum obſedere alii telis Virg. Aen. 2, 332. Campos obſedit milite Id. ibid. 3, 400. Fores obſedere ſtrictis mucronibus Id. ibid. 2, 450. Hoſtem obſidet miles Lucan. 6, 117. Italiam praeſidiis obſidere et occupare Cic. de Lege Agrar. 2, 74. Itinera obſidere Curt. 6, 8, 18. Senatum armis obſedit Antonius Cic. Philipp. 7, 15 c. 5. Obſidere, oppugnare, et labefactare aliquam vrbem Id. de Aruſp. Reſp. 6 c. 4. Vi, ferro metu obſidere Id. Poſt red. in Senat. 3. Id. Verr. Act. 1, 6 Vt perſpicuum cuiuis eſſe poſſit, hominem ab iſto quaeſitum eſſe, non qui reum ſuum abduceret, ſed qui meum tempus obſideret. *h. e. Qui accuſando locum occuparet, vt ego iſtum accuſare non poſſem.* Vim regiae poteſtatis obſederat Dictatura Id. Philipp. 1, 3. Latus laeuum obſidet Charybdis Virg. Aen. 3, 421. Arcem Syracuſis munierat Dionyſius ad vrbem obſidendam Nep. 20, 3, 3. *Ad hoc genus obſidionis reſpiciens* Cic. pro Flacc. 57 Quum ſpeculatur atque obſidet Roſtra vindex temeritatis, atque moderatrix officii Curia. *i. populum obſeruat Senatus.* Locus omnis obſidetur corporibus Id. de Nat. Deor. 1, 65. Spatium *vel* locum obſidere, *pro Obtinere.* Celſus 7, 22 Si totum id ramex obſederit, *etc.* Stuprum obſidere, *Inſidiari facultati faciendi ſtuprum.* Cic. in Catil. 1, 26 c. 10 Iacere humi non modo ad obſidendum ſtuprum, verum etiam ad facinus obeundum. Obſideor, *Paſſ. de quo vid.* Priſcian. p. 830. Superum mare obſidetur Cic. Att. 9, 19. Id. in Orat. 210 Quum is, qui audit, ab oratore iam obſeſſus eſt ac tenetur. Ter. Adelph. 4, 6, 6 Nunc vero domi certum obſidere eſt vsque, donec redierit. *Inter* Obſidere *et* Oppugnare vrbem *differentia haec eſt, quod illud fit mora, hoc impetu.* Liu. 2, 11 Conſiliis ab oppugnanda vrbe ad obſidendam verſis.

OBSIDENS, entis. Partic. Egreſſus alicuius obſidens Tac. Ann. 16, 10, 5. Proci obſidentes regiam Hygin. Fab. 125 *extr.* Inopia obſidentibus quam obſeſſis grauior Vell. 2, 51, 2.

OBSĪDO, ſēdi, ĕre. [προσκάθημαι] *Idem quod Obſideo ſignificat: niſi quod motus quidam ineſt, vt quaſi ſit Obſeſſum ire.* Salluſtius in Catilin. c. 45 Praemittit illis homines militares, ſine tumultu collocatis praeſidiis, ſicuti praeceptum erat, occulte pontem obſidunt. *Sic etiam ex MSS. Cort.* Praedator cupit immenſos obſidere campos Tibull. 2, 6, 23. *i. inſidere, ſec. Broukh.* Obſidere, *pro Occupare.* Lucret. 4, 352 Obſiditque vias oculorum, ne ſimulacra Poſſint vllarum rerum coniecta moueri.

OBSĪDENS, entis. Partic. *ab* Obſido. [περικαθήμενος] Catull. Argon. 65, 314 Troïcaque obſidens longinquo moenia bello.

OBSESSVS, a, um. *Aliud* Partic. [περικαθεζόμενος] Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 84 Tandem omnibus rebus obſeſſi, quartum iam diem ſine pabulo retentis iumentis, aquae, ligni, et frumenti inopia, colloquium petunt. Obſeſſis viis, commeatu intercluſo Caeſ. Bell. Gall. 3, 24. Armis obſeſſus teneor Salluſt. Iug. c. 24. Bellis obſeſſus et vndis Stat. Theb. 9, 490. Obſeſſi et impares Quinctil. 3, 8. Artus obſeſſos occupat mihi ſudor Ouid. Met. 5, 632. Corpus obſeſſum glaciali frigore Id. ibid. 9, 581. *al.* Pectus. Fauces obſeſſae, *i.* Clauſae Virg. Georg. 3, 508. Seruius. Legio vallis obſeſſa tenetur Id. Aen. 10, 120. Limen obſeſſum acta teſtudine Id. ibid. 2, 441. Pectora obſeſſa multis malis Senec. Herc. fur. 12.

OBSIDIOR, āri. Dep. [ἐνεδρεύω] *Circa inſidias facere.* Columel. 9, 14 Sed inter Caniculae et Arcturi exortum cauendum erit, ne apes intercipiantur violentia crabronum, qui ante aluearia plerumque obſidiantur prodeuntibus.

OBSIDIVM, i. n. [πολιορκία] *Obſidendi actus, frequentius* Obſidio, *vt videbimus. Probat* Obſidium C. Laelii et Salluſtii *auctoritate* Feſtus *h. v.* Obſidium, dictum ab Obſidendo, quo minus hoſtis egredi poſſet inde. Item ab Abſcindendo: quum id ideo facerent, quo facilius diminuerent hoſtes Varr. de L. L. 4, 16. *Turnebus Adu.* 21, 28 Obſcindendo *emendat, et tunc* Obſcidium *ſcribendum ait. conf.* Feſt. Tacito *familiare vocabulum, v. g.* Capeſſere obſidia Ann. 12, 15. Facere obſidium Gell. 15, 31. Tacit. Ann. 4, 24 Primo ſui inceſſu ſoluit obſidium. Obſidium tuo tergo eſt, *inquit* Plaut. in Mil. 2, 2, 64. *i. plagae tibi, niſi caues, paratae ſunt.* ¶ 2 *Pro ſtatu obſidis* Tac. Ann. 11, 10, 8 Meherdatem obſidio nobis datum. *Ryckius etiam* Ann. 15, 1, 3 *e MSS. praefert* Obſidii *pro* obſidis. ¶ 3 *Pro inſidiis, ap.* Colum. 8, 2, 7 Ne obſidiis hominum, aut inſidioſorum animalium diripiantur. Id. 9, 9, 1 Obſidio Curatoris excipiuntur apes protinus. *Et* 9, 7, 6 Cum licet vitare peſtis obſidia per aliud vadentibus effugium. *Tuitus eſt hanc ſignificationem Gronou. ad* Liu. 35, 10.

OBSIDIO, ōnis. f. [περικάθησις] Cic. pro Rabir. 29 Quum innumerabiles hoſtium copias in Italia fudiſſet, atque obſidione Rempub. liberaſſet. Quum ſpes maior imperatoribus Rom. in obſidione quam in oppugnatione eſſet Liu. 5, 2. Obſidio *pro captiuitate, ap.* Iuſtin. 15, 1, 3. *et* 39, 1, 1. *poni videtur: ſed nempe de regibus ſermo eſt, qui* obſidentur *capti etiam. Similis ratio eſt, cum ſumi videtur pro periculo et metu.* Submota campis irruptio ferarum, et obſidione quadam liberatus agreſtium labor Plin. Paneg. c. 81, 2. *Add.* Cic. Fam. 5, 6. Plaut. Aſin. 2, 2, 15 *vbi metaphora locum habet.* Longae obſidionis dira egeſtas Iuuen. Sat. 15, 96. ¶ 2 *Iam formulas verborum videamus.* Abſiſtere obſidione, *vid.* ABSISTO. Capere vrbes partim vi, partim obſidione Cic. pro Muraen. 20 c. 9. Cingere vrbem obſidione Virg. Aen. 3, 52. Claudere muros obſidione Lucan. 3, 343. Vrbem obſidione Claudere Nep. 15, 8, 5. *i. in propinquo ſtructis munitionibus coërcere.* Continuare obſidionem Liu. 23, 19 *pr.* Eſſe in obſidione, *pro* Obſideri Liu. 23, 37 *pr. et* 24, 40. Eximere obſidione Liuius 9, 21. *et* 36, 13. Ibi quoque circumſeſſus, aduentu fratris obſidione Eximitur. Eximere ex obſidione foeneratores Cic. Fam. 5, 6. Habere in obſidione Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 31. Leuari obſidione Virg. Aen. 10, 26. Liberare aliquem periculis obſidionis Cic. pro Lege Manil. 20. Premebat vrbem ingenti obſidione Virg. Aen. 8, 647. Relinquere obſidionem Caeſ. Bell. Gall. 5, 47. Solutus obſidione Claud. in 1 Conſ. Stil. 2, 191. Tenere in obſidione Nep. 7, 4, 7. Tenentur caſtra obſidione Virg. Aen. 10, 109. Trahere in longius obſidionem Quinctil. 1, 10.

OBSESSIO, ōnis. f. [πολιόρκησις] *Idem.* Cic. pro Corn. Balb. 7 c. 3 Hunc enim in ea ciuitate, in qua ſit natus, honeſtiſſimo loco natum eſſe concedis, *etc.* nullius laboris, nullius obſeſſionis, nullius praelii expertem fuiſſe. Omittere obſeſſionem Caeſ. B. C. 3, 51. *add.* Id. B. G. 7, 36. Obſeſſio templorum, occupatio fori Cic. pro Domo 5.

OBSESSOR, ōris. m. [πολιορκητής] *Qui obſidet.* Liu. 9, 15 Papyrio quoque qui obſeſſor Luceriae reſtiterat. Obſeſſor fori Plaut. Pſeud. 3, 2, 18. Cic. pro Domo 13 c. 5 Obſeſſor curiae. Obſeſſor aquarum Ouid. Faſt. 2, 259.

OBSIDIAE, arum. f. *Pl. Laudantur e* Columel. 8, 2, 7 Dum tamen anus ſedula vel puer adhibeatur cuſtos vagantium: ne obſidiis hominum aut inſidioſorum animalium diripiantur. *Sed ad* Obſidium *melius refertur, vbi vid. n. 3.*

OBSIDIONĀLIS, e. Adi. [πολιορκητικὸς] *ab* Obſidione *derivatur.* Obſidionalis morae impatiens Frontin. Strat. 1, 3, 4. Corona obſidionalis, quam ii, qui liberati ſunt obſidione, dant ei duci, qui liberauit. Ea corona graminea eſt, obſeruarique ſolitum, vt fieret e gramine, quod in eo loco generatum eſſet, intra quem clauſi erant, qui obſidebantur. Hanc coronam gramineam S. P. Q. R. Q. Fabio Maximo dedit, bello Poenorum ſecundo, quod vrbem Romam obſidione hoſtium liberaſſet. *Haec* Gell. 5, 6. *Plura* Feſtus. Sext. Aur. Vict. de Viris illuſt. c. 17 Quare a Minucio et eius exercitu obſidionali corona donatus eſt. Liu. 7, 37 Secundum Conſulis donationem legiones gramineam coronam obſidionalem, clamore donum approbantes, Decio ponunt. *Vid.* Plin. 22, 4.

OBSES, ĭdis. c. [ὅμηρος] *Qui traditur imperio alicuius ea conditione, vt ſi dator obſidis a fide recedat, recipienti ſit poteſtas in corpus et vitam eius ſaeuiendi qui datus eſt obſes Valla 6, 31. Hic quoniam obſidionis cauſa dari conſueuit, inde nomen aſſumſit: quamuis* Feſtus *ex* Ob *et* Fides *compoſitum velit* per mutationem literae, quod ſit Ob fidem patriae praeſtandam datus. *Sed ille luſus eſt, non Etymologia.* Obſes *eſt, per quem* obſidemus, *i. metu mali continemus eum, qui eſt vel fuit hoſtis.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 27 Eo poſtquam Caeſar peruenit, obſides ſeruos, qui ad eos profugiſſent, popoſcit. *add. ib.* c. 31. Cic. Diuinat. Verr. 72 A nobis multos obſides habet Pop. Rom. Coniugii ſponſor et obſes Ouid. Epiſt. 2, 34. Accipere obſides Cic. Fam. 15, 4. Ita Heluetios inſtitutos eſſe, vt obſides Accipere, non Dare conſueuerint Caeſ. B. G. 1 c. 14. Accipere fidei obſides Senec. Thyeſt. 6. Cauere obſidibus, *vid.* CAVEO. Dare Cic. Verr. 3, 124. Dare inter ſe Caeſ. B. G. 1, 9. Imperare Cic. pro Lege Manil. 35 c. 12. Mittere, *vid.* MITTO. Retinere aliquem obſidem Nep. 2, 7, 3. Negauit eſſe periculum, ſeque eius rei obſidem fore Idem 19, 2, 4. ¶ 2 Obſes, *per translationem.* Cic. in Catil. 4, 9 c. 5 Habemus enim a C. Caeſare ſicut ipſius dignitas et maiorum eius amplitudo poſtulabat, ſententiam tanquam obſidem perpetuae in Rempub. voluntatis. Damnationem aliquam obſidem dare Cic. pro Cluent. 83 c. 30. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 27 Neque vero M. Tullius ſuum animum a veſtra abalienauit poteſtate, quum praecipuum vobis obſidem ſui animi, veſtram reliquerit libertatem.

OBSIDĀTVS, ûs. m. *Obligatio obſidum.* Ammian. 16, 27 Obſidatus pignore tentus in Galliis. *add.* Id. 18, 15. *et* 25, 7.

OBSIDIĀNVS, a, um. Adi. [ὀψιδιανὸς] Obſidianum vitrum, *de quo* Plin. 36, 26 In genere vitri et Obſidiana numerantur, ad ſimilitudinem

tudinem lapidis, quem in Aethiopia inuenit Obſidius, nigerrimi coloris, aliquando et translucidi, craſſiore viſu, atque in ſpeculis parietum pro imagine vmbras reddente. Gemmas multi ex eo faciunt, videmusque et ſolidas imagines diui Auguſti, capti materia huius craſſitudinis: dicauitque ipſe pro miraculo in templo Concordiae obſidianos quatuor elephantes, *etc.* Fit et in tincturae genere Obſidianum ad eſcaria vaſa, totum rubens vitrum, atque non translucens haematinum appellatum.

OBSIGILLO, āre. *Abſcondere vel Occludere eſſe volunt* Senec. Epiſt. 115 Nunc multa obſigillant, et aciem veſtram vel ſplendore nimio repercutiunt, vel obſcure retinent. *Alludi aiunt ad morem antiquum obſignandi annulo, quae clauſa eſſe volebant. Vid. Turneb. Aduerſ.* 30, 3. *Sed legitur a Lipſio inde* Obſtrigillant, *v. v.*

OBSIGNO, āre. [ἐπισφραγίζω, ἀποσημαίνομαι, κατασημαίνομαι] *Signi impreſſione occludere, et ab alienis oculis, manibusue tueri: et ad literas, caeteraque, quae ſigno quouis notantur aut imprimuntur, pertinet. Vid. Harduin. ad* Plin. 33 ſ. 6. *ipſe* Plin. 14, 13 ſ. 14. *De literis obſignandis* Plaut. Bacch. 4, 4, 96 Cedo tu ceram ac linum actutum: age obliga, obſigna cito. Cic. Fam. 16, 26 Plane te rogo, ſicut olim matrem noſtram facere memini, quae lagenas etiam inanes obſignabat, ne dicerentur inanes aliquae fuiſſe. Idem de Orat. 2, 248 Ridiculum eſt illud Neronianum vetus in furace ſeruo, Solum eſſe cui domi nihil ſit nec obſignatum, nec occluſum: quod idem in bono ſeruo dici ſolet, *etc.* Idem pro Quint. 67 Eius rei conditionisque tabellas obſignauerunt viri boni complures. Idem Verr. 5, 101 c. 39 Iſte in tabellas refert, obſignat ſignis amicorum prouidens homo. Signis iudicum tabulas obſignare Idem pro Flacc. 21. Teſtamenta obſignare Caeſ. Bell. Gall. 1, 39. Codicem Cic. Verr. 1, 149. Liber obſignatur Nep. 6, 4, 2. Cic. ad Brut. 2 Scripta et obſignata iam Epiſtola, literae mihi redditae ſunt a te. Publico ſigno literas obſignandas curaui Idem Verr. 4, 140. Idem pro Cluent. 47 Pecuniaque obſignata, quae ad eam rem dabatur, in manibus Scamandri liberti Fabritiorum deprehenditur. *De ratione* obſignandi tabellas *apud veteres, vid. Lipſ. ad* Tac. An. 2 p. 80. *Copioſiſſime autem Cl. Salmaſii de ſubſcribendis et ſignandis teſtamentis, item de antiquorum et hodiernorum ſigillorum differentia contra Deſid. Heraldum Lugdun. Bat.* 1653. 8vo.

OBSIGNANS, antis. Part. Formam verbis clarumque ſonorem Lucret. 4, 568.

OBSIGNĀTVS, a, um. Partic. [ἐπισφραγισθεὶς] Decretum ab ampliſſimis viris obſignatum Cic. Att. 16, 16. Epiſtola Idem ib. 8, 6. Agere cum aliquo tabellis obſignatis Idem Tuſc. 5, 33 c. 11. Nulli apud ſe plus fidei haberi, nihil ei occluſum neque obſignatum eſſe Nero *apud* Quinctil. 6, 3, 50. *in ſeruum furacem.* Praenexo obſignatoque ore Solin. c. 1. Naturam obſignatam habere in quiete viſa eſt matrona Cic. de Diuin. 2, 145 c. 70. Habere aliquid obſignatum, *h. e. Sigillo memoriae impreſſum ne effluat. Tralatio eſt ducta a tabulis obſignatis* Lucret. 2, 581.

OBSIGNĀTIO, ōnis. f. Gell. 2, 2 Obſignatio tabularum. Tertull. de Baptism. c. 13 Obſignatio baptismi. *Add.* Id. de Poenit. c. 6.

OBSIGNĀTOR, ōris. m. [ἐπισφραγιστὴς] Cic. Att. 12, 18 Quod ſcribis Terentiam de obſignatoribus mei teſtamenti loqui, primum tibi perſuade, me iſthaec non curare. *Veteres facto teſtamento* obſignatores *ex lege adhibebant. Adhibebant autem amicos fere, aut homines auctoritate praeſtantes: quo magis ratum haberetur id, quod annulis clarorum virorum eſſet obſignatum. Hinc apud* Valer. Maxim. 7, 7 *legitur*, Teſtamentum M. Anci Carſeolani Pompeium Magnum ſignaſſe. *Vide etiam* Cic. ad Attic. Epiſt. 7, 2. *et* 16, 16. Literarum obſignator Idem pro Cluent. 186.

OBSIMVLĀTVS, a, um. Obſimulatis documentis probabilibus Ammian. 28, 6 *extr. i. oppoſitis, ſec. Valeſ.*

OBSĬPO, āre. [προβάλλω] Obiicere, *vt ait* Feſtus: vt quum ruſtici dicunt, Obſipa pullis eſcam. Obſipare aquam, *i. Aſpergere et ſic recreare* Plaut. Ciſtell. 2, 3, 37.

OBSISTO, obſtĭti, obſtĭtum, ĕre. [ἀντιοχέω, ἀντίσταμαι] *Contra ſtare, obſtare, repugnare.* Cic. de Amicit. 26 c. 8 Cogitis certe: ſtudiis enim generorum, praeſertim in re bona, cum difficile eſt, tum ne aequum quidem obſiſtere. Idem de Senect. 72 c. 20 Hoc eſt illud quod Piſiſtrato tyranno a Solone reſponſum eſt, quum illi quaerenti qua tandem ſpe fretus ſibi tam audacter obſiſteret, reſpondiſſe dicitur, ſenectute. Obſiſtere ei conati ſunt Nep. 17, 4, 5. Hic obſiſtam, ne imprudenti hic ea ſe ſubrepſit mihi Plautus Milit. 2, 3, 62: *in via, qua illi transeundum eſt, ſtabo. Sic fere interpretatur* Curt. 3, 2, 14 *Freinshem.* Obſiſtere alicui obuiam Plaut. Amphit. 3, 4, 2. Cic. Verr. 4, 94 Qui primo quum obſiſtere et defendere conarentur, male multati clauis ac fuſtibus repelluntur. Audaciter alicui Idem de Senect. 72 c. 20. Fugienti obſiſtere Ouid. Met. 12, 425. Minis Lucret. 1, 110. Remis obſiſtunt freta Ouid. Epiſt. 13, 5. Vento Idem de Arte Am. 2, 697. *Al.* Phoebo. Ventis vix obſiſtitur Idem Met. 1, 58. Cic. de Finib. 2, 46 Itaque idem natura victus (cui obſiſti non poteſt) dicit alio loco, *etc.* Idem Fam. 7, 3 Poſtea autem quam alicuius culpa tantum valeret vnus, vt obſiſti non poſſet. Dolori Idem Tuſc. 2, 28. Fortunae repugnari obſiſtique magnitudine animi facile poteſt Idem de Finib. 4, 17 c. 7. Idem Off. 2, 57 Qui autem nec defendit, nec obſiſtit, ſi poteſt, Iniuriae, tam eſt in vitio, quam ſi parentes, aut patriam deſerat. Cic. Verr. 5, 82 Quis vnquam iſtius Libidini obſtitit? Odiis multorum nullae opes poſſunt obſiſtere Idem Off. 2, 23 c. 7. Opinionibus Idem Acad. 4, 108. Sermoni alicuius Idem Q. Frat. 1, 2, 7. *Huc ref.* Cic. N. D. 1, 98 c. 35 Quodſi in omnibus his rebus obſiſtis (*i. contradicis*) quid eſt, quod te vna forma conturbat? Viribus obſiſtunt iura Lucan. 3, 113. Viſis obſiſtere, aſſenſusque ſuos firme ſuſtinere, ſummum munus ſapientis eſt Cic. de Finib. 3, 31. Vitiis Idem Off. 2, 37.

OBSISTENS, entis. Partic. Liu. 2, 10 Obſiſtens, obteſtansque Deûm et hominum fidem.

OBSTĬTVS, *et* OBSTĪTVS, (*quidam libri et* OBSTITVTVM *habent*) a, um. Obliquum ſignificat, Feſto *auctore, qui laudat* Lucret. 4, 519 Omnia mendoſe fieri atque obſtita neceſſum eſt. *Sic legit* Feſtus, *ſed vulgo* Obſtipa. *Addit* Ennii, Montibus obſtitis obſtantibus, vnde oritur nox. Apul. de Deo Socr. p. 42, 7 *de Luna*, ſeu tota proprii candoris expers, alienae lucis indiga, denſo corpore, ſed leui, ceu quodam ſpeculo radios ſolis obſtiti vel aduerſi vſurpat. *Sic nempe conſtituendus eſt locus, varie mendoſus in Elmenhorſtiana, ſed emendatus in illa Floridi* p. 466. *Mox* Apul. v. 21 pro ſitu et flexu et obſtito (*i. obliquitate*) circulorum. ¶ 2 *Sed etiam aliud* Feſtus, Obſtitum, *inquit*, Cloatius et Aelius Stilo aiunt eſſe violatum, attactumque de caelo. Cincius eum, qui Deo deaeque obſtiterit, id eſt, qui viderit, quod videre nefas eſſet. *Huc pertinet* Cic. de Legg. 2, 21 c. 9 *de auguribus*, iidemque fulgura atque obſtita pianto. *Vid. Bidental et Sauaro ad* Apollin. Sidon. Carm. 9, 189.

OBSITVS, *vid.* OBSERO.

OBSŎLEO, *vel* OBSOLESCO, ui *et* ēui, ētum, ere. [ἀπαρχαιῶμαι] *Ex* Ob, *id eſt contra, et* Oleo, *interpoſita litera* s: *eſt Deficere, inueteraſcere, deſueſcere. Nempe* olere, adolere *eſt creſcere:* obſolere *eſt quaſi ſupercreſcere, vt ſit in hortis et agris incultis, in plateis adeo vrbium conſtratis, quae ceſſante cultu hominum gramine, et ſponte naſcentibus, obducuntur. Ita* obſoleſcunt, *quibus inductam velut corium priſtinam formam adimit.* Cic. pro Lege Manil. 52 c. 17 Obſoleuit iam iſta oratio, re multo magis quam verbis refutata. Idem Philipp. 2, 105 c. 41 In homine enim turpiſſimo obſolebant dignitatis inſignia. Obſoleſcere interiecto ſpatio Senec. de Benef. 3, 1. Propter vetuſtatem obſoleuerunt res Cic. de Inu. 1 c. 26. *Add.* Idem Acad. 1, 11 c. 3. Cito Gloria obſoleſcit in ſordidis hoſtibus Curt. 9, 6, 14. Laus alicuius obſoleſcit Tacit. Ann. 4, 26. Cic. pro Quint. 59 Antiquam officii rationem dilexit, cuius Splendor omnis his moribus obſoleuit. Idem pro Sext. 60 c. 28 Splendetque per ſe ſemper, neque alienis vnquam ſordibus obſoleſcit. Idem de Lege Agrar. 1, 21 Non dico ſolum hoc in Republica Vectigal eſſe, quod amiſſis aliis remaneat, intermiſſis non conquieſcat, in pace niteat, in bello non obſoleſcat. Idem pro Cael. 40 Chartae quoque, quae illam priſtinam ſeueritatem continebant, obſoleuerunt. *De Praeterito, vid.* Priſcian. 9 p. 872.

OBSOLEFĂCIO, ĕre. Arnob. 5 p. 161 Ac ne illam vis temporis, et vetuſtatis obſolefaceret longitudo, perpetuitatis honore mactaſtis.

OBSOLEFĪO, factus ſum, fiĕri. Suet. Aug. c. 89 Admonebat, ne paterentur nomen ſuum commiſſionibus obſolefieri, *i. vileſcere, ſi quotidie in illis certaminibus, quibus committerentur rhetores et Poëtae, audiretur.* Senec. Epiſt. 29 Diluitur auctoritas, nec habet apud eos ſatis ponderis, quos poſſit minus obſolefacta corrigere. *Add.* Id. Ep. 90 *extr. In alio autem ſignificatu apud* Val. Max. 3, 5, 1 Idem Praeturae petitor candidam togam adeo turpitudinis maculis obſolefactam in campum detulit. *i. Inquinatam.*

OBSOLĒTO, āre. *Idem.* Tertull. aduerſ. Gnoſt. c. 6 Qui veſtitum obſoletaſſent nuptialem. *Add.* Id. Apol. c. 15.

OBSOLETATVS ſordibus Zeno Veron. Serm. de Iob.

OBSOLĒTVS, a, um. Part. [ἀπαρχαιωθεὶς] *Inueteratum ſignificat, et quod ab vſu receſſit:* Cic. pro Quint. 56 Audacem? cupidum? perfidioſum? vulgaria et obſoleta ſunt; res autem noua et inaudita. Nimis antiqua haec et iam obſoleta ſunt Idem Verr. 1, 56. Amiculum obſoletum Curt. 6, 9, 25. Color Columel. 2, 11. Dextera obſoleta ſanguine, *i. Maculata* Senec. Agamemn. 977. Honores Nep. 1, 6, 2. *Opp.* raris et glorioſis. Mulier obſoleta ſordibus paternis Hor. Epod. 17, 46. Oratio paullo obſoletior Cic de Orat. 3, 30 c. 9. Spolia vilia et obſoleta Curt. 9 *pr.* Cic. pro Font. 32 Quid nunc vobis faciendum eſt, Studiis militaribus apud iuuentutem obſoletis, *etc.* Tecti obſoleti ſordes Hor. Carm. 2, 10, 6. Veſtis obſoleta, *Detrita et ſordida.* Liu. 27, 34 Sed erat Veſte obſoleta, capilloque et barba promiſſa. Cic. de Lege Agrar. 2, 12 c. 5 Iam deſignatus, alio vulto, alio vocis ſono, alio inceſſu eſſe meditabatur, Veſtitu obſoletiore, corpore inculto, *etc.* Veſtitus humilis atque obſoletus Nep. 17, 8, 2. Cic. Att. 1, 19 Non dicam quod tibi (vt opinor) Panormi Lucullus de ſuis hiſtoriis dixerat, ſe, quo facilius eas probaret, Romani hominis eſſe: idcirco barbara quaedam et obſoleta diſperſiſſe. *Ex vetuſto codice legitur*, σολοικα diſperſiſſe. Obſoletiſſimus Veſtitu Apul. Flor. 4 p. 262. Verba abiecta et obſoleta fugiat orator Cic. de Orat. 3, 148 c. 37. Vetuſtas Quinct. 4 c. 1.

OBSOLĒTE. Adu. [ἀπηρχαιωμένως] Cic. Verr. 1, 152 c. 58 Saltem vt eum, cuius opera ipſe multos annos eſt in ſordibus, paullo tamen obſoletius veſtitum videret.

OBSOLIDATVS, a, um. Adi. Tectorio inducto rigideque obſolidato Vitr. 2, 3.

OBSONATOR, OBSONIVM, OBSŌNO, *vid.* OPSONIVM.

OBSŎNVS, a, um. Adi. [δυσηχὴς] *Laudatur, neſcio vnde* Varro, Humili et obſona et tremula voce. *Fortaſſe legebatur* Abſona.

OBSŎNO, āre. Sermone alicui obſonare; *i. Obloqui* Plaut. Pſeud. 1, 2, 74.

OBSŌPIO, īre. Scribon. Largus 180 A ſomni tempore prohibere ne obſopiantur. Somno obſopitus Solin. c. 18 *et* 33. Odoris nouitate obſopitus Plin. 9, 8. *Hard. legit et* ſopitus.

OBSORBEO, bui *et* pſi, ptum, ēre. [καταῤῥοφέω] *Totum ſorbere.* Plaut. Curc. 2, 3, 34 Vin' aquam? C. ſi fruſtulenta eſt, da obſecro, hercle obſorbeam. *Add.* Id. Truc. 2, 3 *extr.* Lactant. de Mort. Perſecut. 21, 6.

OBSORDEO, *ſ.* OBSORDESCO, ĕre. [καταρυπάω] Obſoleſcere, *inquit* Nonius 2, 604. Caecilius Obſorduit iam haec in me aerumna miſeria. Ne coma fuſa humeris fumo obſordeſcat amaro Prudent. Apoth. v. 146.

OBSTACVLVM, *vid.* OBSTO.

OBSTERNO, ſtrāui, ſtrātum, ĕre. Apul. Apol. p. 335 Vxorem fratris miſero puero obiicit et obſternit, *quae meretriciis blanditiis imperitum ſolicitaret ad matrimonium.*

OBSTĔTRIX, īcis. f. [μαιεύτρια] *ab* Obſtando, *vel* Obſiſtendo *dum parturientibus opem fert.* Donatus, Quae opem tulerit parituriendi, Obſtetrix dicitur: vnde et parturientes, Fer opem clamant. Ter. Andr. 1, 5, 65 Obſtetricem accerſo. Obſtetrix lauit pannos cruore rubros Hor. Epod. 17, 51. *Adde* Plaut. Capt. 3, 4, 96.

OBSTETRICIVS, a, um. Adi. Arnob. 3 p. 106 Manus obſtetricias quaerere. *Neutrum abſolute pro Officio obſtetricis.* Plin. 35, 11 Ioue Liberum parturiente depicto mitrato, et muliebriter ingemiſcente inter obſtetricia Dearum.

OBSTETRĪCO, āre. [μαιεύομαι] *Parturientem adiuuo, ſiue obſtetricis officium ago.* Vulg. Interp. Exod. c. 1, 16 Quando obſtetricabitis Hebraeas.

OBSTINEO, ēre. *Pro oſtendo, obſoletum.* Feſtus, Obſtinet dicebant antiqui, quod nunc oſtendit: vt in veteribus carminibus, Sed iam de (*ſic leg. pro* ſe) caelo candens aurora obſtinet ſuum patrem. Obſtenit *magis placet Dacerio.*

OBSTĬNO, āre. *Obfirmare.* Obfirmato et perſeueranti animo expetere Plaut. Aulul. 2, 2 *extr.* Credo ego iam illum inaudiſſe mihi eſſe

eſſe theſaurum domi, id inhiat, ea affinitatem hanc obſtinauit gratia. Obſtinauerant animis vincere, aut mori Liu. 23, 29.

OBSTINATVS, a, um. Partic. dicitur Obfirmatus, perſeuerans, vt tenere poſſit, *inquit* Feſtus. Liu. 3, 47 Aduerſus quae omnia obſtinato animo Appius (tanta vis amentiae verius, quam amoris mentem turbauerat) in tribunal aſcendit. Animi obſtinati ad decertandum Liu. 6, 3. Aures obſtinatae Hor. Carm. 3, 11, 7. Conſilium obſtinatum tenet necis Senec. Hippol. ſ. 7. Fides Tacit. Hiſt. 5, 5. Mente obſtinata perferre aliquid Catullus 8, 11. Pudicitia Liu. 1, 58. Cic. Att. 1, 11 Incredibile eſt, quanto mihi videatur illius Voluntas obſtinatior, et in hac iracundia affirmatior. Obſtinatior aduerſus lacrimas Liu. 2, 40. Rex obſtinatiſſimus Ammian. 17, 14. Virtus pro regno ſuo obſtinatiſſima Sen. Epiſt. 71. Obſtinatus, *cum Infinitiuo* Liu. 42, 56 *ad f.* Quum ex inſperato iam obſtinatis mori ſpes affulget.

OBSTINATIO, ōnis. f. [αὐθάδεια, μονοτονία] Cic. de Prouinc. Conſul. 41 c. 17 Quae ego omnia non ingrato animo, ſed obſtinatione quadam ſententiae repudiaui. Inflexibilis obſtinatio, *vid.* INFLECTO. Taciturna Cornel. Nepos in vita Attic. 25, 2, 2. *Conf.* Plin. Epiſt. 1, 12. Obſtinatio viris, feminisque par Tacit. Hiſt. 5, 13. *De Iudaeis.* Obſtinatio fidei, *in bonam partem, pro Obfirmatione* Tacit. Hiſt. 3, 39, 3. Obſtinationes Tertull. aduerſ. Nation. 1, 17.

OBSTINATE. Adu. [αὐθαδῶς] *Firmiter, Inſtanter.* Ter. Andr. 1, 5, 8 Itane obſtinate operam dat, vt me a Glycerio miſerum abſtrahat? *Vbi* Donatus, Obſtinate facere aliquid, eſt in alterius malum cum conatu facere perſeueranter, et in alterius perniciem nimis niti. Caeſ. Bell. Gall. 5, 6 Poſteaquam id obſtinate ſibi negari vidit, omni ſpe impetrandi ademta, *etc.* Liu. 28, 14 Scipio vbi obſtinate credita animaduertit, omnia de induſtria in eum diem, quo pugnaturus erat, mutauit. Tam obſtinate magis ac magis induruiſſe Plin. Epiſt. 1, 12. *De Corellio loquitur, qui inedia mortem accerſebat. Compar.* Obſtinatius omnia agere Suet. Caeſ. c. 29. *Superl.* Obſtinatiſſime recuſare Idem Tiber. c. 67. *In meliorem partem ſumitur a* Suet. in Tito c. 8 In caeteris deſideriis omnium hominum obſtinatiſſime tenuit, ne quem ſine ſpe dimitteret.

OBSTIPO, āre. *Si ſit Latinum, ſignificabit* obſtipum *facere, inclinare cum rigore quodam. Laudatur in hanc ſententiam* Plaut. Merc. 4, 5, 16 Gradus grandit, emittit oculos, circumfert ſe, obſtipat verticem, *i. caput in latus demittit. Sed non videntur iſta Plauti. In* Ciſtell. 2, 3, 37 *eſt* Obſipare. *v. v.*

OBSTIPVS, a, um. Adi. [ἄκαμπτος, κατάστυκτος] *Inclinatus, vel flexus verſus humerum, ſiue dextrorſum, ſiue ſiniſtrorſum.* Hor. Serm. 2, 5, 92 Stes capite obſtipo, multum ſimilis metuenti. Cic. de Nat. Deor. 2, 107 Atque vno mentum radianti ſidere lucet, Obſtipum caput, et tereti ceruice reflexum. *Ex Arato.* Suet. de Tiber. c. 68 Incedebat ceruice rigida et obſtipa, adducto fere vultu. Obſtipa, *Obliqua, curuata, et inflexa vocat* Lucret. 4, 519 Omnia mendoſe fieri, atque obſtipa neceſſum'ſt. *Al.* Obſtita.

OBSTITVS, OBSTITVTVM, *vid.* OBSISTO.

OBSTO, ſtiti, ſtitum, āre. [ἀνθίστημι, ἀντιπράττω, ἐπέχω] *Contra ſtare.* Curtius, Obſtant oppido gemini colles. *Non habet Index* Freinsh. Pars aetheris illa ſereni Tota vacet, nullaeque obſtent a Caeſare nubes Lucan. 1, 58. Turba mihi obſtitit in media via Ouid. Faſt. 4, 906. *i. Occurrens, ſeu obuia mihi fuit.* Legitimis obſtare Quinct. 2, 4, 35. Contra pugnare et obſtare Lucret. 2, 793. Inuicem, *vid.* INVICEM. Obſtare, *Reſiſtere, aduerſari, impedire.* Ter. Hec. 4, 2, 11 Ego rus abituram hinc cum tuo me eſſe certo decreui patre, ne mea praeſentia obſtet. Idem Andr. 1, 1, 76 Quid obſtat, Cur non vere fiant? Cic. Verr. 5, 5 c. 2 Obſtitiſti videlicet, Ne ex Italia tranſire in Siciliam fugitiuorum copiae poſſent. Obſtat verecundia, Quo minus Plin. Paneg. c. 91. Cic. Acad. 4, 19 Eſt maxima in ſenſibus veritas, ſi ſani ſunt ac valentes, et omnia remouentur, quae obſtant et impediunt. Idem pro Roſc. Amer. 6 Quoniamque ei pecuniae vita Sext. Roſcii obſtare atque officere videatur, deleatis ex animo ſuo ſuſpicionem omnem, metumque tollatis. Paullulum Negotii mihi obſtat Ter. Heaut. 3, 1, 92. Portenta deûm obſtant Virg. Aen. 7, 58. Dolor obſtat artibus Ouid. Epiſt. 15, 195. Obſtant Exercitus hoſtium duo Salluſt. Catil. c. 58. Pietas obſtitit crudelibus auſis Ouid. Epiſt. 14, 49. Commodis alicuius officio ſimulato officere et obſtare Cic. pro Roſc. Amer. 112 c. 38. Conatibus alicuius Ouid. de Rem. Amor. 683. Ictibus Stat. Theb. 6, 792. Incoeptis iuuenilibus obſtitit aequor Ouid. Ep. 18, 35. Mora obſtat tardis noctibus Virg. Georg. 2, 482. Precibus nunquam implacabilis obſtas Claud. in prim. Conſ. Stil. 2, 19. *Sic* Stat. Theb. 12, 139 Putreſque arcanis roribus artus Ambroſiaeque rigat ſuccis, vt longius obſtent, Exſpectentque rogos. *In his* obſtare *eſt* durare. Cic. de N. D. 1, 99 c. 35 Niſi forte ne hoc quidem attendis, non modo in homine, ſed etiam in arbore, quidquid ſuperuacaneum ſit, aut vſum non habeat, obſtare. Quam moleſtum eſt vno digito plus habere? *etc.* Tranſitu obſtant Scribon. . . . Venientibus obſtitit totus aether Lucan. 7, 153. Senec. de Benefic. . . . Quia in laudem vetuſtorum inuidia non obſtat. Obſtatur. [ἀνθίσταται] *Imperſ.* Cic. Philipp. 13, 14 Neque enim quod quisque poteſt, id ei licet: nec, ſi non obſtatur, propterea etiam permittitur.

OBSTANS, antis. Partic. [ἀνθιστὰς] Clauſtra obſtantia Hor. Epiſt. 1, 14, 9. Per tot naturae obſtantes Difficultates Curt. 9, 2, 10. Obſtantia filiarum amoliri Tac. 1, 50, 4. Remos obſtantes obuertere Ouid. Met. 3, 676. Moras obſtantes pellere Idem Amor. 1, 11, 8.

OBSTANTIA, ae. f. *Impedimentum, Rerum obſtantium complexus, vt circumſtantium,* circumſtantia. Vitruu. 6, 1 Propter obſtantiam aëris. Vmbrarum Id. 8, 1. Calculus liberatus ab obſtantia Idem 10, 14 *ſub fin.*

OBSTATVRVS, a, um. Partic. [ἀνθιστήσων] Quinctilian. 2, 11 *pr.* Video quosdam in ipſo ſtatim limine obſtaturos mihi. *Add. Burm. ad h. l. et* Stat. Theb. 7, 247.

OBSTACVLVM, i. n. [κωλύμη] *Impedimentum.* Plautus Pſeud. 1, 5, 10 Quom commeatum volui argentarium proficiſci, ibi nunc oppido oppoſita obſtacula. *Al.* Obſepta eſt via. Quis crederet, tantis ſucceſſibus tuis vllum obſtaculum fore, quo minus Nazar. Paneg. Conſtantino dicti c. 7. Rumpere obſtacula Prudent. Hamart. v. 599.

OBSTRAGVLVM, i. n. [ἐπικάλυμμα] *Operimentum, ſtragulum ſuperius.* Plin. 9, 35 ſ. 56 *de vnionibus,* Quin et pedibus, nec crepidarum tantum obſtragulis, ſed totis ſocculis addunt. *i. Non ſolum operimentis et ſuperioribus partibus ſocculorum, quas* Planulas *Itali vocant, addunt margaritas, ſed etiam totis ſocculis. Sic* Harduin. *ad loc. Conf. Id. ad* Plin. 9, 18 ſ. 33. *Sed illis etiam lectis et perpenſis, propendet animus ad Salmaſianam coniecturam* obſtrigillis, *v. v.*

OBSTRANGVLATVS, a, um. Obſtrangulata mens Prudent. Cathem. 7, 10.

OBSTREPO, ui, itum, ĕre. [καταψοφέω] *Contra aliquem ſtrepitum facere.* Salluſt. Catil. c. 31 Ad haec maledicta, alia quum adderet, obſtrepere omnes, hoſtem atque parricidam vocare. Cic. de Orat. 3, 47 Atque vt quodammodo ipſi ſibi in dicendo obſtrepere videantur, *i. efficere, vt intelligi non poſſint.* Portis obſtrepere Liu. 22, 50. Vociferari et obſtrepere Idem 1, 40. Turba obſtrepit Tibull. 2, 1, 86. Exercitus obſtrepit pulſis armis Stat. Theb. 11, 247. Laudi alicuius obſtrepere, *i. Contrarium eſſe, interrumpere, impedire* Senec. Herc. fur. 1031. Cic. Fam. 5, 4 Quae res fecit, vt tibi Literis obſtrepere non auderem. Fontes obſtrepunt Lymphis manantibus Hor. Epod. 2, 27. *Paſſiue.* Cic. pro Marcell. 9 c. 2 Sed tamen eiusmodi res, neſcio quomodo, etiam dum audiuntur, aut dum leguntur, obſtrepi clamore militum videntur, et tubarum ſono. *Conf.* Val. Max. 8, 15, 8. Obſtrepitur. *Imperſ.* [καταψοφεῖται] Liu. 3, 49 Eos concio audit, Decemuiro obſtrepitur. Ouid. Faſt. 6, 10 Eſt nemus arboribus denſum, ſecretus ab omni Voce locus, ſi non obſtreperetur aquis.

OBSTREPENS, entis. Partic. [καταψοφῶν] Mare obſtrepens Baiis Hor. Carm. 2, 18, 20. Obſtrepente pluuia nihil ſenſere Poeni Liu. 21, 56.

OBSTREPITO, āre. Frequent. Claud. de Rapt. Proſerp. 355 Obſtrepitant lamenta choris.

OBSTREPITACVLVM, i. n. *Quidquid ſtrepitum opponit.* Tertull. aduerſ. Marc. 1, 20 Defenſio neceſſaria eſt aduerſus obſtrepitacula diuerſae partis.

OBSTREPERVS, a, um. Adi. Apul. Flor. 2 p. 349 Occinunt cicadae carmine obſtrepero.

OBSTRIGILLATOR, *vid. poſt* OBSTRIGILLO.

OBSTRIGILLO, *vel vt legitur apud* Non. 2, 605 OBSTRINGILLO, āre, *ab illo exponitur* Obſtare. *Laudat* Varr. de Popul. Rom. 4 Quod Curio, quum id feciſſet, dicebat amicis, vt illi renuntiaretur ſe obſtrigillaturum, ne triumphus decerneretur, aut ne iterum fieret Conſul. Ennius Sat. 2 Reſtitant, occurrunt, obſtant, obſtringillant, obagitant. Varro Manio, Lex neque innocenti propter ſimultatem obſtringillat, neque nocenti propter amicitiam ignoſcit. Varro de R. R. 1, (2, 24) Tu, inquit, inuides tanto ſcriptori, et obſtrigillandi cauſa figlinas reprehendis, quum praeclara quaedam, ne laudes, praetermittas. *Haec Nonius.* Multa obſtrigillant, et aciem noſtram aut ſplendore nimio repercutiunt, aut obſcuro retinent: *i. (vt Lipſius interpretatur) Obſtant, vel ſe opponunt* Senec. Epiſt. 115. *Nempe* ſtrigare *ſtare eſt. Hinc* obſtrigillare *quaſi diminuto verbo ſubinde, et multis in rebus obſtare. Vid. Salmaſ. ad* Solin. p. 40 ſq. *it.* p. 821. *Aliam etymologiam vid. in* Obſtrigillator. *Conf.* OBSIGILLO.

OBSTRIGILLVM, i. n. *Corrigia ſ. lorum crepidae vel calcei, quo pedi obſtringitur.* Plin. 9, 35 Quin et pedibus nec crepidarum tantum obſtrigillis, ſed totis ſocculis addunt. *Sic emendat Salmaſ. pro* Obſtragulis. *v. v.*

OBSTRIGILLVS, a, um. Adi. Calcei obſtrigilli Iſid. Orig. 19, 34 ſunt, qui per plantas conſuti ſunt, et ex ſuperiori parte corrigia trahitur, vt conſtringantur.

OBSTRIGILLATOR, ōris. m. *Reprehenſor. Ductum a* ſtrigilibus, *quibus quum vehementius ſtringimur, etiam plerumque laedimur.* Varro apud Non. 8, 73 Aemulum illius artis atque obſtrigillatorem.

OBSTRINGO, inxi, ictum, ĕre. [καταδέω] *Deuincire, circumligare, et conſtringere.* Plaut. Curc. 5, 3, 29 Nihil agit, collum obſtringe homini. *Laudatur* Liu. 30, 8 Alii ſuper alios cadentes obſtricti moriebantur. *Sed recte al.* Obſtinati. ¶ 2 *Plerumque Metaphorice ad animum et neceſſitatem atque officium refertur.* Cic. pro Domo 118 c. 45 Qui etiam tibi erat magis obſtrictus Beneficio recenti, quum, *etc.* *Add.* Caeſ. B. G. 1, 9. Idem Fam. 13, 19 Teque ita exiſtimare volo, quibuscunque Officiis in Epiroticis reliquisque rebus Atticum obſtrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore. In perpetuum ſibi aliquem Idem pro Cluent. 202. Aere alieno amicos ſuos Idem Fam. 11, 10. Beneficiis, donis, ſpe Cic. Off. 2, 66 *Et* pro Cluent. 90 Quae primum vt illum confirmaret Oppianicum accuſatorem filio ſuo, donis muliebribus, collocatione filiae, ſpe haereditatis obſtrinxit. Plin. Epiſt. 4, 13 *ad finem,* Sub ea tamen conditione, ne cui Fidem meam obſtringam. Fideicommiſſo obſtringi African. in l. Si ſeruus legatus. §. Qui margarita. D. de legat. primo. Gell. 11 c. vlt. Qui alienum quid iacens lucri faciundi cauſa ſuſtulit, Furti obſtringitur, ſiue ſcit cuius ſit, ſiue neſcit. *Quae verba etiam ita leguntur apud* Vlpianum, l. Falſus. D. de Furtis. Iureiurando aliquem Caeſ. Bell. Gall. 1, 31. Legibus obſtringi Cic. de Inuent. 2, 132. Memoria beneficii ſempiterna obſtringi alicui Idem pro Planc. 2. Religione voti obſtrictus Idem Att. 12, 42 (43). Religione obſtringere Idem Philipp. 2, 83 c. 33. Praedibus ſe Cic. Att. 7, 1. Voluptatibus Idem pro Cael. 47. Parricidio ſe obſtringere, *pro Committere parricidium.* Cic. Offic. 3, 83 Poteſt (dii immortales) cuiquam eſſe vtile foediſſimum et teterrimum Parricidium patriae, quamuis is, qui ſe eo obſtrinxerit, ab oppreſſis ciuibus parens nominetur? *Add.* Idem Phil. 1 c. 12. Liu. 26, 48 Et obſtringere Periurio, non ſe ſolum ſuumque caput, ſed ſigna militaria, et aquilas, ſacramentique religionem. Cic. Offic. 3, 19 Num igitur ſe obſtrinxit Scelere, ſi quis tyrannum occidit, quamuis familiarem? Obſtringere ſe hereditati, *eſt eam occupare et ſibi vindicare, eaque re etiam onera heredis ſuſcipere.* Paullus in l. Si is ad. D. de acquirenda vel omit. hered. Nam vt quis pro herede gerendo obſtringat ſe hereditati, ſcire debet, qua ex cauſa hereditas ad eum pertineat. Obſtringere aliquem debito, *Debitorem conſtituere* Senec. de Benef. 6, 12.

OBSTRICTVS, a, um. Partic. [καταδεδεμένος] Limine tecti obſtrictus Ouid. in Ibin 615. *Al.* Obſtructo, *quod probat Burm.* Cic. pro Planc. 71 Excogitaui quamobrem viderer maximis beneficii vinculis obſtrictus, quum liber eſſem et ſolutus. Addictum, deditum, obſtrictum ſibi ac liberis ſuis aliquem habere Cic. pro Cael. 80 c. vlt. Obſtrictus actione mandati, vel negotiorum geſtorum African. in l. Quum mancipium. D. de Aedilit. edicto. Foedere vel pactione obſtrictum teneri Cic. in Piſon. 29. Obſtrictus voluptatibus tenetur Idem pro Cael. c. 19. Religione tanta obſtricta tota prouincia eſt, tanta ſuperſtitio ex iſtius facto mentes omnium Siculorum occupauit: vt, *etc.* Cic. Verr. 4, 112. Quia nemo obſtrictior eſt me debitor huic Paullin. Nolan. Natal. Felic. 9, 145.

OBSTRI-

OBSTRICTVS, ûs. m. *Anguſtia.* Senec. Natur. Quaeſt. 5, 14 Per haec loca quum ſe exitum quaerens tempus torſit, accendat flammam ipſo obſtrictu neceſſe eſt.

OBSTRV̄DO, ſi, ſum, ĕre. [ἀποκρύπτω] *Occultare, occludere. Comica laſciuia ad cibos, demittendos auide in gulam et ventrem, adhibetur. Vid. mox* Obſtrudulentus. Plaut. Stich. 4, 2, 13 Quin tu ſtas? obſtruſero aliquid ſtrenue. *Add.* Id. Curc. 2, 3, 87. Parei Lex. Crit. p. 828. Feſtus obſtrudant. Os obſtrudite, ne plura iactet improbus Prudent. Paſſ. Vincentii v. 95. *Heinſ. leg.* obtrudite. Intrinſecus ſilicibus magnis Obſtruſae ſunt portae Ammian. 31, 15. Obſtruſus *legitur etiam a nonnullis ap.* Cic. de Cl. Orat. c. 74 *vbi alii* obtruſus. *Conf. quoque Voſſ. Etymol. in Obſcurum.* Plin. Paneg. 45 *pr.* Bonos autem otio aut ſitu obſtruſos, et quaſi ſepultos, *al. rectius* abſtruſos. In tenebris male obſtruſa quaerere Sen. Q. N. 5, 15. Receſſus obſtruſi Claud. Conſ. Honor. 4, 275. Terra obſtruſa Ouid. Epiſt. 7, 147. *Alii legunt* Abſtruſa. *Sic et ap.* Stat. Theb. 3, 658.

OBSTRVDVLENTVS, a, um. Adi. Feſtus, Obſtrudant, obſatullent, ab auide trudendo gulam non ſumendo (*vid. leg.* in ſumendo, *vel* conſumendo) cibum, vnde et obſtrudulentum dixit Titinnius, Obſtrudulenti aliquid (*quod* obſtrudi *poſſit in ventrem, vt* eſculentum *quod edi poteſt*) quod pectam ſedens *etc.*

OBSTRVO, xi, ctum, ĕre. [ἐμφράττω, συμφράττω, ἐμπλάττω] *Occludere, et quaſi ſtrue quadam alicui loco impoſita obſiſtere, ne quid intret, exeat, tranſeat.* Cic. de Senect. 75 c. 20 Qui iter Poenis vel corporibus ſuis obſtruere voluerunt. Plin. 11, 7 Omnes frigoris aut iniuriae aditus obſtruuntur. Campos obſtruere Lucan. 2, 495. Ouid. Met. 8, 117 Obſtruximus orbem Terrarum nobis, vt Crete ſola pateret. Portas Caeſ. B. C. 1, 27. Valuas aedis Nep. 4, 5, 2. Vndas obſtruit molibus Lucan. 2, 662. Luminibus obſtruere Cic. pro Domo 115 c. 44. Idem de Fato 10 Stupidum eſſe Socratem dixit et bardum, quod iugula concaua non haberet, obſtructas eas partes et obturatas eſſe dicebat. Aures obſtruere Senec. de Benef. 3, 17. Virg. Aen. 4, 440 *de Aenea inexorabili.* Fata obſtant, placidasque viri Deus obſtruit Aures. Fauces obſtruere alicui Lucan. 5, 197. Feneſtras meas obſtruere Caius in l. Haec autem. D. de ſeruitut. Vrban. Praed. Plin. 35, 10 Ialyſum quum pingeret Protogenes, traditur madidis lupinis vixiſſe, quoniam ſimul famem ſuſtinerent et ſitim, ne Senſus nimia dulcedine obſtrueret. Spiritus oris obſtruitur reluctanti Virg. Georg. 4, 301.

OBSTRVCTVS, a, um. Partic. [ἔμφρακτος] Aditus obſtructus, *vid.* Aditus, *in* ADEO. Amnes obſtructi ſtragibus Sil. 13, 743. Portae obſtructae Cadauere Idem 11, 198. Cic. Acad. 4, 7 c. 3 Omnis Cognitio multis eſt obſtructa difficultatibus, eaque eſt et in ipſis rebus obſcuritas.

OBSTRVCTIO, ōnis. f. [ἔμφραξις] Cic. pro Sext. 22 c. 9 Etenim animus eius vultu, flagitia parietibus tegebantur. Sed haec obſtructio nec diuturna eſt, nec obducta ita, vt curioſis oculis perſpici non poſſit.

OBSTV̆PEO, *ſ.* **OBSTVPESCO**, ui, ĕre. [ἐκπλήσσομαι] *Idem quod Stupere incipio.* Ter. Adelph. 4, 4, 3 Membra metu debilia ſunt, animus timore obſtupuit. Sic obſtupuerant, ſic terram intuebantur, ſic furtim nonnunquam inter ſe adſpiciebant, vt non iam ab aliis indicari, ſed ipſi a ſe viderentur Cic. in Catil. 3, 13. Obſtupui ſteteruntque comae et vox faucibus haeſit Virg. Aen. 2, 774. Animi obſtupuere Idem ib. 2, 120. Adſpectu primo obſtupuit Idem ib. 1, 617. Obſtupuit viſu Aeneas Idem ib. 5, 90. Cic. pro Marcell. 29 c. 9 Obſtupeſcent poſteri certe imperia, prouincias, Rhenum, *etc.* Pars obſtupeſcit Scribon. 11. Adſpectu alicuius Cic. de Diuin. 2, 50 c. 23.

OBSTVPĬDVS, a, um. Adi. [ἔκπληκτος, ἀναίσθητος] Plaut. Mil. 4, 6, 39 Quid aſtitiſti obſtupida? cur non pultas? Gell. 5, 1 Conſiluiſſe vniuerſos, quaſi attonitos, et obſtupidos: *h. e. Propemodum ſtupidos factos prae metu.*

OBSTVPEFĂCIO, fēci, factum, ĕre. [ἐκπλήττω] *Animo conſternare, et ſtupidos ſenſus reddere.* Ter. Phorm. 2, 1, 54 (1, 5, 54) Poſtquam ad iudices ventum eſt, non potuit cogitata proloqui: ita eum tum timidum obſtupefecit pudor. Cic. in Catil. 2, 14 Non obſtupefactus ac perterritus. Ipſo miraculo audaciae obſtupefecit hoſtes Liu. 2, 10. *Add.* Id. 25, 38.

OBSTVPEFIO, eri. Adeo commota, vt amiſſa mente obſtupefieret Dict. Cret. 4, 21. Obſtupefactum eſt voluptatibus cor Trebell. Poll. in Gallienis c. 9.

OBSTVPEFACTVS, a, um. Part. Gallos, velut obſtupefactos, miraculum victoriae tam repentinae tenuit Liu. 5, 39. Obſtupefactis hominibus, ipſa admiratione compreſſus eſt Cic. pro Deiot. c. 12. Obſtupefactis neruis ac torpore hebetatis artubus Val. Max. 3, 8 extr. 6 *de Alexandro M. flumen Cyanum ingreſſo.*

OBSTVPRATVS, a, um. Adi. Appellatus a mimis quaſi obſtupratus Lamprid. in Comm. c. 3.

OBSVM, es, fui, eſſe. [δηλέω] *Nocere.* Plaut. Amphit. 3, 2, 12 Factum id Amphitruoni obſuit. Cic. Acad. 4, 60 An in eo auctoritas nihil obeſt? Idem de Orat. 1, 22 c. 26 Fuit mirificus quidam in Craſſo pudor, qui tamen non modo non obeſſet eius orationi, ſed etiam probitatis commendatione prodeſſet. Auctor ad Heren. 4, 34 Deinde ſubiicimus id, quod dici oportet, aut quod non oportet, aut nobis Adiumento futurum ſit, aut obfuturum e contrario. Gloria multis obfuit Ouid. Met. 11, 320. Lingua obfuit auctori Idem ex Ponto 4, 14, 40. Obfuturus, *vid.* OBFVTVRVS. Obeſcit *pro oberit* Feſt.

OBSVO, ſui, ſūtum, ĕre. *Circum ſuere.* Ouid. Faſt. 2, 578 *In Feralium mentione,* Quodque pice adſtringit, quod acu traiecit ahena, Obſutum maenae torret in igne caput. Lectica obſuta Suet. Tib. c. 64. Sporta auri obſuta Idem de Cl. Rhet. c. 1.

OBSVRDESCO, ui, ĕre. [κωφάομαι] *Surdum fieri.* Cic. in Somn. Scip. 13 c. 5 Hoc ſonitu completae aures hominum obſurduerunt. Obſurdeſcere, *Nolle audire.* Idem de Amic. 90 Sed quum tot ſignis eadem natura declaret quid velit, ac anquirat quid deſideret: obſurdeſcimus tamen neſcio quomodo, nec ea, quae ab ea monentur, audimus. Si obſurdeſcat ſapiens Auguſtin. C. D. 19, 4.

OBSVRDESCENS, entis. Partic. Ammian. 19, 26. (Valeſ. f. 218.)

O B T

OBTĔGO, xi, ctum, ĕre. [κατασκεπάζω] *Tegere, et cum diligentia operire.* Cato c. 40 Inſuper lingua bubula obtegito, ſi pluat. Cic. pro Sext. 76 Pulſus e Roſtris in comitio iacuit, ſeque ſeruorum et libertorum corporibus obtexit. Vetuſtas obtegitur denſa caligine Sil. 8, 45. Errata, vel turpitudinem adoleſcentiae obtegere Plaut. Trin. 3, 2, 23. Cic. in Vatin. 11 Habet hoc praemium tua indignitas, vt adoleſcentiae turpitudo obſcuritate et ſordibus tuis obtegatur. Nares obteguntur per pinnam Scribon. 48. Diſſimulare et obtegere, *pro Celare.* Cic. Att. 1, 17 Quicum ego conloquar, nihil fingam, nihil diſſimulem, obtegam. Obtegens ſui Tacit. Ann. 4, 1. Tenebroſo carceris Receſſu obtectus Claud. de Rapt. Proſ. 3, 82. Vitia multis virtutibus obtecta Cic. pro Cael. c. 18. Domus obtecta arboribus Virg. Aen. 2, 300.

OBTEMPĔRO, āre. [προσέχω, ὑπακούω] *Morem gerere.* Cic. . . . Sic mihi ſemper obtemperauit, tanquam filius patri. Nec gnatus neque hic mihi quidquam obtemperant Ter. Hec. 3, 5, 62. Tibi eos ſcio certo obtemperaturos Ter. Adelph. 4, 5, 70. Cic. pro Caecin. 52 Denique Imperium domeſticum nullum erit, ſi ſeruulis hoc noſtris conceſſerimus, vt ad verba nobis obediant: non ad id, quod ex verbis intelligi poſſit, obtemperent. Imperio alicuius Caeſ. Bell. Gall. 4, 21. Iuſſis magiſtri Ouid. Triſt. 4, 6, 7. *Al.* Monitis. Legibus patriae Nep. 20, 1, 3. Cupiditati alterius Cic. pro Quint. 7. Rationi obtemperare Varr. de L. L. 8 *pr.* Vitio Val. Max. 9, 3, 7. Sibi obtemperare, et decretis ſuis parere Cic. Tuſc. 2, 12. Te audi, tibi obtempera Idem Fam. 2, 6 (7) Vt eius ſemper Voluntatibus ciues aſſenſerint, ſocii obtemperarint, hoſtes obedierint Idem pro L. Man. c. 16.

OBTEMPERANS, antis. Part. Multa, naturae obtemperans, ſaeue et atrociter factitauit Suet. Tib. c. 59.

OBTEMPERANTER. Adu. Obtemperanter annuit Prudent. in Laurent. v. 112.

OBTEMPERĀTIO, ōnis. f. [ὑπακοή] Cic. de Legib. 1, 42 c. 15 Quod ſi iuſtitia eſt obtemperatio, ſcriptis legibus inſtitutisque populorum, *etc.*

OBTENDO, di, ſum *et* tum, ĕre. [προίσχομαι, προβάλλομαι] *Vel Tegere, vel Contra tendere ſignificat: vt* Obtendere velum ante lectum, *hoc eſt Diſtendere vel extendere.* Sueton. in Neron. c. 48 Ante faciem obtento ſudario. Plin. 11, 37 Omnibus membrana vitri modo tranſlucida obtenditur. Antilibanus obtenditur Idem 5, 20. Cic. Q. Frat. 1, 1, 11 (5) Multis ſimulationum inuolucris tegitur, et quaſi velis quibusdam obtenditur vniuscuiusque natura: frons, oculi, vultus perſaepe mentiuntur, oratio vero ſaepiſſime. Virg. Aen. 10, 82 Tu potes Aeneam manibus ſubducere Graiûm, Proque viro nebulam, et ventos obtendere inanes. Volucres nube atra diem obtendebant Tac. Hiſt. 3, 56, 1. Rationem turpitudini obtendere, *Velle turpe factum ratione excuſare, h. e. Turpitudinem ratione operire* Plin. Epiſt. 6, 8.

OBTENDENS, entis. Part. Diuerſas fugae cauſas obtendens Tac. Ann. 15, 12, 3.

OBTENTVS, a, um. Part. [προβεβλημένος] Virg. Georg. 1, 248 Et obtenta denſantur nocte tenebrae. *i.* Obducta, *ait* Seruius. *Aliud eſt Participium ab Obtineo, v. v.*

OBTENTVS, ûs. m. [πρόσχημα] *Proprie* Virg. Aen. 11, 66 Exſtructosque toros obtentu frondis inumbrant. *Metaphor.* Nazar. Pan. Conſtantin. 5, 3 Non terror obtentui eſt, nec occultandis quae plerumque intrinſecus latent, demorandoque adſpectu (*pro* adſpectui) oſtentatio ſpecioſa perhibetur. *Vid. leg.* praehibetur: Terror *comparatur cum velo, quod inſpectionem impediat.* Oſtentatio praehibetur *i. habetur in propatulo etc. Simili metaphora* Obtentus, *vt Praetextus, excuſatio,* πρόφασις, *eſt.* Gell. 10, 23 Qui obtentu philoſophiae nominis inutile otium, et linguae vitaeque tenebras, ſequuntur. Liu. 1, 56 Sub obtentu cognominis (Bruti) liberator ille Populi Rom. animus latens opperiretur tempora ſua. Paupertatis obtentu non excuſantur Paullus in l. Ab his oneribus. D. de vacat. et excuſat. muner. Vlpian. in l. Magis. §. non paſſim. D de reb. eor. qui ſub, *etc.* Non paſſim Sub obtentu aeris alieni permitti debuit venditio. Pietatem erga parentem et tempora reip. obtentui ſumta Tac. Ann. 1, 10, 1. *Add.* Idem H. 1, 49, 5. Salluſt. in Oratione Lepidi ad Pop. Rom. Fragm. c. 6 Quia ſecundae res mire ſunt vitiis obtentui. Tabella obtentui erit, quo magis animo libero facere audeat Salluſt. de Ord. Rep. 2, 19.

OBTENTIO, ōnis. f. *Idem* Arnob. 5 p. 181 *et* 182.

OBTENTO, āre. *Vid.* OBTINEO.

OBTENEBRO, āre. Lux obtenebrata eſt eius Vulgat. Ieſai. 5, 30. *Add. ib.* 13, 10. *Legitur quoque in MS. Lipſienſi et aliis a Bunemanno laudatis ap.* Lactant. 4, 19, 3 *ex* Amoſo 8, 9 *vbi* Vulgat. Tenebreſcere faciam terram . . .

OBTENEBRESCO, ĕre. Lux obtenebreſcet in tabernaculo illius Vulgat. Iob. 18, 6.

OBTĔRO, trīui, ītum, ĕre. [κατατρίβω, καταπατέω] *Conculcare, Conterere, Suffocare.* Varro de R. R. 2, 1 Vt pure et molliter ſtent, videndum, et ne obterantur. *Varias parit formulas, praeſertim metaphoricas.* Cic. de Diuin. 1, 29 *ex Poëta veteri,* Inter ſe ſtrepere aperteque artem obterere extiſpicum. Cic. pro Caecin. 18 c. 7 Immo vt viro forti ac ſapienti dignum fuit, ita calumniam ſtultitiamque obtriuit atque contudit. Eques obtriuit pabula Lucan. 6, 82. *Sed Cort.* attriuit gramina. Hoſtem obterere Idem 7, 276. Satis inſtructus ad obterendum Hoſtem Curt. 3, 2, 10. Iura obterere Liu. 3, 56. Laudem virtutis Nep. 20, 1, 5. Laudes maiorum Pſeudo-Cic. antequam iret in exil. 15 c. 6. Maieſtatem Populi Romani ſeneſcentem Liu. 23, 43. Militem verbis Idem 24, 15. Plauſtrum obtriuit puerum Alfenus in l. Si plagis. §. in cliuo. D. ad leg. Aquil. *Add.* Suet. Ner. c. 5. Proſternere atque obterere obtrectationes et inuidias maleuolorum Cic. Fam. 5, 9. Plin. 22, 6 Ne neglectu Veſtigia obterant. Vis quaedam obterit res humanas Lucret. 5, 1233. ¶ 2 *Obſ.* Obterere, *idem quod Detrahendo minuere.* Curtius 8, 1, 23 Silentium tum habuere ſeniores, donec Philippi res orſus obterere, nobilem apud Chaeroneam victoriam ſui operis fuiſſe iactauit. Obteri, *Paſſiuum.* Cic. Verr. 5, 2 Ne patiamini talem imperatorem Populo Rom. Siculorum teſtimoniis eripi, neue obteri laudem imperatoriam criminibus auaritiae velitis. Relligio pedibus obteritur Lucret. 1, 80. Obterere, *Tundere in mortario.* Columel. 6, 4 Nonnulli pellem ſerpentis obtritam cum vino miſcent.

OBTRĪTVS, a, um. Partic. [καταπεπατημένος] Cic. de Orat. 2, 353 c. 86 Quos quum humare vellent ſui, neque poſſent obtritos internoſcere vllo modo, Simonides dicitur, *etc.* Obtriti Pedibus Curt. 8, 14, 26. *et* 10, 9, 18. Pondere terrae obtritus Lucret. 3, 906. Oſſa obtrita Lucan. 3, 651. Obtritus vehiculo Vlpian. in. l. Si pecuniam. §. vlt. D. de condict. cauſ. data, *etc.*

OBTRĪTVS, ûs. m. [κατακάτησις] Plin. 18, 28 Ne herbae vellantur, obtrituque hebetentur.

OBTESTOR, āri. [ἐξορκίζω, ἱκετεύω] Eſt Precari cum mentione earum rerum, per quas petimus, Donatus *ad* Ter. Andr. 1, 5, 57 Per tuam fidem, perque huius ſolitudinem te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges. Cic. Verr. 5 *extr.* ſ. 187 Caeteros idem deos, deasque omnes imploro atque obteſtor, *etc.* Id. Fam. 6, 22 Oro, obteſtorque te pro vetere noſtra coniunctione ac neceſſitudine, *etc.* *Neque vero ſemper adiicitur mentio expreſſa eorum, per quae obteſtamur.* Cic. pro Cael. 78 c. 32 Quare oro, obteſtorque vos Iudices, vt qua in ciuitate paucis his diebus Sext. Clodius abſolutus ſit, *etc.* Obteſtatur fidem veſtram, miſericordiamque implorat Id. pro Muraen. 85. Oro obteſtorque te, vt Quintum fratrem ames Id. Att. 3, 23. Precibus omnibus orare et obteſtari Id. ad Caeſ. Att. 9, 11. Id. Fam. 10, 18 Poſt diſceſſum legatorum, quum binis continuis literis et Lepidus me, vt venirem rogaret, et Laterenſis multo etiam magis prope implorans obteſtaretur, non vllam, *etc.*

OBTESTANS, antis. Part. Obteſtans omnes deos Cic. Att. 3, 10. *al.* conteſtans. Oro atque obſecro te, neceſſitudinem noſtram tuamque in me beneuolentiam obteſtans Brutus ad Cic. Ep. 13.

OBTESTATVS, a, um. *ſignificationè Paſſiui.* Obteſtatus prece impenſa, ſuperſtitibus pepercit Ammian. 31, 9. Obteſtata fide praeſentium Apul. Met. 2 p. 125. *Add. Elemenh. emend. p.* 165.

OBTESTĀTIO, ōnis. f. [ἐξορκισμὸς] Cic. Fam. 3, 13 Phaedri obteſtationem, ſedem, domicilium, veſtigia ſummorum hominum ſibi tuenda eſſe dicit. Idem pro Corn. Balb. 33 Sanctiones ſacrandae ſunt, aur genere ipſo, aut obteſtatione et conſecratione legis, *etc.* *Add.* Cael. ad Cic. Fam. 8, 10. Liu. 27, 50 In preces obteſtationesque verſae mulieres. Donatus *ad* Ter. Andr. 1, 5, 57 Obteſtatio dicitur, quando eum adiuramus, quem rogamus. *conf.* Nep. 22, 4, 3. Cic. pro Domo 125 c. 48 Quid ergo illa tua tum obteſtatio tibicinis? quid foculus? quid preces? quid priſca verba voluerunt? *Vox tibicinis conſecrationem facit teſtatiorem. Vid. Schwarz. de deteſtat. ſacror.* p. 38.

OBTEXO, texui, textum, ĕre. [περιυφαίνω] *Texendo vel tela obtegere.* Plin. 11, 19 Filis etiam araneoſa, quacunque inceſſit, alarum maxime lanugine obtexit. Plaut. Moſtel. 1, 1, 41 Poſt illa obtexere eam negligens fui. Omne fretum longa velorum obtexitur vmbra Stat. Achill. 2, 116. Caelum obtexitur vmbra Virg. Aen. 11, 611. Caelum obtexens per nubes Plin. 2, 38.

OBTHVRO, OBTHVRAMENTVM, *vid.* OBTVRO.

OBTĬCEO, ui, ēre. [κατασιγάζω] *Tacere.* Ter. Eun. 5, 1, 4 Virgo conciſſa veſte lacrimans obticet. Obticemus, vbi dicere rem pudet Donat. Martial. 10, 17 Et queritur nugas obticuiſſe meas. Chorus turpiter obticuit Hor. de Arte Poët. 284.

OBTICENTIA, ae. f. [ἀποσιώπησις] Quinctil. 9, 2, 54 ἀποσιώπησις, quam idem Cicero reticentiam, Celſus obticentiam, nonnulli interruptionem appellant, et ipſa oſtendit affectus.

OBTĬNEO, tinui, tentum, ēre. [ἐπέχω, κρατέω] *Impetrare, aſſequi*, habere Cic. Att. 16, 17 (16) Id tu nos obtinuiſſe non modo facile patiare, ſed etiam gaudeas. Liu. 35, 10 Is obtinuit, vt praeferretur candidato, quem Africanus frater ducebat. Cic. Fam. 8, 6 Leuiſſime enim quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum. Obtinere *et* Repelli, *contraria.* Cic. Fam. 1, 5 Nec ſi quid non obtinuerimus, repulſi eſſe videamur. Perſeueranter obtinere, *vid.* PERSEVERO. ❡ 2 *Formulae, ordine elementari Subſtantiuorum diſpoſitae:* Academiam Carneades et Clitomachus obtinebant, *h. e. Velut regnabant in Academia* Cic. de Orat. 1, 45. Admirationem obtinere, *In admiratione eſſe* Plin. 34, 2. Aetatem Plaut. Ciſtel. 1, 1, 51. Artem Id. Milit. 2, 2, 30. Cauſam obtinere, *quod et Vincere cauſam dicimus.* Cic. Att. 7, 24 Malas Cauſas ſemper obtinuit, in optima concidit. *de Pompeio.* Dignitatem obtinere, *pro Retinere et conſeruare.* Cic. Fam. 7, 11 Vt ſi iſtic mea commendatione tuam Dignitatem obtinebis, perferas noſtri deſiderium. Dignitatem priſtinam Id. ibid. 4, 14 *pr.* Id. de Finib. 2, 71 Certeque mallet obtinere Exiſtimari bonus vir, vt non ſit, quam eſſe, vt non putetur. Fama obtinet Liu. 21, 46. Firmitudinem animi obtinere, *Conſtanti animo eſſe* Plaut. Aſin. 2, 2, 54. Fortunas Cic. Fam. 4, 7. Id. ibid. 1, 7 Non dubito quin adeptus, intelligas te facillime poſſe obtinere ſummum atque altiſſimum Gradum ciuitatis. Id. pro Quint. 75 Vnum tamen hoc cogitent, ita ſe graues eſſe, vt ſi veritatem volent retinere, Grauitatem poſſint obtinere. Id. pro Sulla 19 c. 6 Patri et filio, quorum alter apud me parentis Grauitatem, alter filii ſuauitatem obtinebat. Id. Fam. 4, 13 Obtinemus ipſius Caeſaris ſummam erga nos Humanitatem. Imperium ſuae ciuitatis Caeſ. B. G. 1, 3. Cic. Verr. 5, 124 Haec autem apud te cognationis, fidelitatis, vetuſtatis, auctoritatis, ne hoc quidem Iuris obtinuit; vt vnius honeſtiſſimi atque innocentiſſimi ciuis mortem et ſanguinem deprecaretur. *i. Non tantum potuit.* Ius ſuum contra aliquos Id. pro Quint. 34. Ius obtinere ſuum, *vel* Retinere non poſſe, *dicebant veteres eum, quem nunc iuſtitiam habere vel conſequi non poſſe dicimus.* Cic. Verr. 3 (1) 65 c. 26 *pr.* Hic Philodamus poſtea quam Ius ſuum obtinere non potuit, vt humanitatem, conſuetudinemque ſuam retineret, laborabat. *Ex Budaeo.* Id. Off. 3, 84 c. 23 At cui regno? Quod a Tantalo et Pelope proditum Iure obtinebatur. Lenitatem per ſe Id. pro Ligar. 15. Id. Tuſc. 5, 118 c. 41 (*al.* 40) Mihi quidem in vita ſeruanda videtur illa Lex, quae in Graecorum conuiuiis obtinetur, Aut bibat, inquit, aut abeat. *Sic omnes: Dauies ex coniectura* obtinet: *male, cum illa ratio videatur aeui recentioris. Vid.* n. 3. Licentiam cupiditatum ſuarum Cic. Att. 10, 4. Litem obtinere *et* Amittere, *contraria.* Cic. pro Roſc. Com. 10. Ad iudicium hoc modo venimus, vt totam Litem aut obtineamus, aut amittamus. Id. in Parad. 5 In ciuitate, qui ſe iſtarum rerum cupiditatibus dediderunt, ipſius ſeruitutis Locum paene infimum obtinent. *i. Minimi aeſtimantur.* Locum tertium Mileſiae oues obtinent Plin. 8, 48. Cic. pro Domo 86 Tum ampliſſimis omnium iudiciis reſtituto, maledicti Locum aut criminis obtinebit: *h. e.* An hoc illi vertetur crimini? Id. Tuſc. 4, 36 Quod niſi eo nomine virtutes continerentur, illud ita nunquam vulgatum eſſet, vt iam prouerbii Locum obtineret, Hominem frugi omnia recte facere. Locum magnum obtinet in medicaminibus haec herba Plin. 14, 1. Locum ſecundum obtinere Id. 12, 23. Locum principem Caeſ. Bell. Gall. 1, 9. Cic. pro Quint. 75 Non ad obtinendum Mendacium, ſed ad verum probandum auctoritas adiuuat. Id. Q. Frat. 1, 1 c. 27 Sed et ab iis, de quibus optime tu meritus es, et qui tibi omnia debent, hoc petas, vt facilitate ſua, nos eam Neceſſitudinem quae eſt nobis cum publicanis, obtinere et conſeruare patiantur. Obtinere, *i. Retinere, tenere, tueri, et* (*quod ipſe dicit*) Conſeruare. Nobilitatem Plin. 13, 4. Noctem obtinuit caligo Liu. 29, 27. Nomen patriae Plin. 15, 18. Nomen ſapientiae Cic. Acad. 4, 24. Noxiam veneni Plin. 20, 13. Cic. Off. 2, 43 At eius filii nec probantur bonis, et mortui Numerum obtinent iure caeſorum, *h. e. Numerantur inter eos, qui iure occiſi ſunt. De Gracchis loquitur.* Opinionem ſummam, *i. exiſtimationem, famam* Quinct. 10, 5, 18. Ordinem ſuum Columel. 3, 16. Cic. pro Quint. 8 Quum praeſertim Q. Hortenſius, qui hoc iudicio Partes accuſatoris obtinet, contra me ſit dicturus. Primatum apud regem Plin. 24, 17. Principatum Id. 9, 18. Caeſ. Bell. Gall. 1, 3 Qui eo tempore Principatum in ciuitate ſua obtinebat. Principatum obtinere, *de Inanimatis* Plin. 14, 2. Pro ſocia nulla (*vxor*) obtinet *ius* Sall. Iug. 80 *extr.* Pro vero obtinebam, *verum eſſe putabam* Apul. Apol. *pr.* Prouinciam obtinere, *i. Habere prouinciae gubernationem, vel regimen quod vocant, ad tempus, vt Proconſul, aut Praetor, vel vt Quaeſtor.* Cic. Verr. 3, 135 Iam antea in ſella ſedens Praetor, quum Prouinciam Siciliam obtineret. Id. Fam. 1, 9 Poſtea quum tu Hiſpaniam citeriorem cum imperio obtineres, neque Reſpub. Conſules haberet, ſed mercatores prouinciarum, et ſeditionum ſeruos ac miniſtros. Rationem Plin. 17, 2. Terent. Adelph. 5, 3, 26 Eandem illam rationem antiquam obtine: conſerua, quaere, parce. Regnum in Sequanis obtinere, *h. e. Sequanis dominari* Caeſ. Bell. Gall. 1, 4. *add. ib.* c. 3. Cic. Att. 1, 14 Quare et illa, quae violata expiabuntur, et haec, quae ſunt ſanctiſſime conſeruata, Religionem ſuam obtinebunt. Cic. de Finib. 4, 78 Hoc vno vitio maxime mihi premi videntur tui Stoici, quod ſe poſſe putant duas contrarias Sententias obtinere. Suauitatem filii apud aliquem Id. pro Sull. 19 c. 6. Venuſtatem antiquam Ter. Hec. 5, 4, 17. Vicem antidoti obtinere Plin. 32, 9. *Add.* Quinct. 11, 3, 87. Cic. de Nat. Deor. 1, 36 Zeno naturalem legem Vim diuinam eſſe cenſet, eamque vim obtinere recta imperantem, prohibentemque contraria. Vim medicamenti obtinet Plin. 11, 42. Prooemii Quinct. 4, 2, 26. Cic. pro Roſc. Amer. 77 Quod tametſi miſerum et indignum eſt, feret tamen aequo animo, Iudices, ſi per vos Vitam poteſt obtinere. Vrbem aliquam armis Liu. 30, 19. ❡ 3 *Obſerua:* Obtinere, *pro Occupare.* Plin. 12, 1 Arbor agros longis obtinens vmbris. Obtinet *impersonaliter recentiores ponere ſolent, pro* conſuetudo, ſententia, obtinet homines. Pſeudo-Sall. de Rep. ordin. *pr.* Pro vero antea obtinebat, regna atque imperia fortunam dono dare: *Quod corruptum eſt in* Populus Rom. antea obtinebat. *Vid.* n. 2 Lex obtinetur. *Verus* Sall. Iug. 17, 7 Quamquam ab ea fama, quae plerosque obtinet, diuerſum eſt. *Et* Iug. 80 *extr.* Nulla pro ſocia obtinet (*ius*) pariter omnes (*vxores*) viles ſunt. *Sed vt coepimus, imperſonaliter.* Vlpian. in l. 1. D. de offic. Quaeſt. Hodie obtinuit indifferenter Quaeſtores creari, tam patricios, quam plebeios. Vlpian. in l. Si in aliquam. D. de offic. Proconſ. Et ferias ſecundum mores et conſuetudinem, quae retro obtinuit, dare. *Sic etiam* Quinct. 1, 7, 30. *Paſſ.* Quinct. 2, 5, 18 Quod ſi potuerit obtineri. Id. 7, 1, 6 Transibam ergo ad reſponſum partis alterius, idem intuebar: nonnunquam etiam, quod inde obtinebatur confeſſum erat. Obtinetur, *imperſ.* Cic. Att. 11, 7 Nam ſi perſeuerant, et obtinetur, quid nobis futurum ſit vides. *Alia exemplaria legunt* Obtinent. *Vid. paullo ante* Lex obtinetur.

OBTINENS, Africam interiorem Cic. in Salluſt. c. 7.

OBTENTVS, a, um. Part. Voluimus quaedam — obtenta non ſunt Cic. pro Balbo c. 27. Aditu regis obtento Iuſtin. 21, 6, 5. Obtenta in praemium Captiua Iuſtin. 2, 4, 24. Concubitu Alexandri obtento Iuſtin. 2, 4, 33.

OBTENTO, āre. Frequent. [ἐπέχομαι] Cic. Att. 9, 10 Et tamen ſpes quaedam me obtentabat, fore vt aliquid conueniret potius, quam aut hic tantum ſceleris, aut ille tantum flagitii admitteret.

OBTINENTIA, ae. f. Priſcian. 18.

OBTINGO, obtĭgi, ĕre. [συμβαίνω] *Euenire. Non niſi in tertiis perſonis legitur.* Cic. Verr. 1, 21 Quaeſtor ex Senatusconſulto prouinciam ſortitus es: obtigit tibi Conſularis. *conf.* Id. in Vatin. c. 5. Plaut. Rud. 3, 6, 35 Tibi obtigit, quod plurimi exoptant ſibi. Cic. Off. 1, 21 c. 7 Ex quo quia ſuum cuiusque ſit eorum, quae natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat. Obtigit dies mihi aduerſus Plaut. Men. 5, 5, 1. Diſcordia mihi tecum Hor. Epod. 4, 1. Occaſio Plaut. Rud. 4, 2, 22. Si Quid obtigerit, aequo animo paratoque moriar Cic. Catil. 4 c. 2. *Vid. ſupra* ACCIDO. Quam mihi dicis obtigiſſe σπαρτά, non modo nunquam deſeram *etc.* Cic. Att. 1 ep. vlt. Obtigit tibi ex ſententia Ter. Heaut. 4, 3, 5. Praeter ſpem Ter. Phorm. 2, 1, 9. Plaut. Rud. 4, 6, 7 Eloquere vt haec res obtigit de filia.

OBTINNIO, īre. Ecquid illi aures obtinnirent? Apul. Apol. p. 305.

OBTORPEO, ui, ēre. [καταβλακεύω] *a quo* OBTORPESCO, ĕre. *Valde torpidum fieri, et torpore quodam ita affici, vel propter metum, vel alia quauis ratione, vt omnino imbecilliores ſimus.* Curt. 10, 3, 1 Quis crederet ſaeuam paullo ante concionem obtorpuiſſe ſubito metu. Subiectus miſeriis obtorpui Cic. Tuſc. 3, 63. *Ex Poëta.* Squamae obtorpuere Plin. 8, 27. Latitudo femoris obtorpuit Sulpic. Seu. Hiſt. 5, 1, 9. *de Iacobo.* Manus obtorpuit Cic. pro Domo 135 c. 52. *add.* Liu. 22, 3 *extr.*

OBTORQVEO, ſi, tum, ēre. [συστρέφω] *Valde vel vehementer torquere.* Aur. Vict. de Viris illuſtribus c. 66 Conſuli legibus agrariis reſiſtenti, ita collum in comitio obtorſit, vt multus ſanguis efflueret de naribus. *de Marco Liuio Druſo loquitur.* Proram obtorquet in vndas Stat. Theb. 5, 414. Cic. Verr. 6, (4) 24 c. 10 Quem obtorta gula de conuiuio in vincula, atque in tenebras abripi iuſſit.

OBTORTVS, a, um. Partic. [σύστρεπτος] Obtorti auri flexilis circulus Virg. Aen. 5, 559. Obtorto collo ad praetorem trahi. *i. Inuite et coacte* Plaut. Poen. 3, 5, 45.

OBTRĂHO, xi, ĕre. *Obuertere.* Tertull. de Veland. Virg. c. 15 Si tentationibus gradum obtraxerit.

OBTRECTO, āre. [ἀντιπράττω, διασύρω] *ex* Ob *et* Tracto *compoſitum; ſignificat, vt ait* Feſtus, Contra alienam ſententiam tractare, ſeu Maledicere. *Eraſmus,* Obtrectat *qui obloquitur, qui male praedicat de alio:* detrahit, *qui minuit laudem alicuius. Videtur primo a luſu tractum hoc verbum eorum, qui prehenſis vnius funis duobus extremis* obtrectant, *i. in diuerſas partes trahunt funem, donec is rumpatur, vel alter alterum ad ſe trahat etc.* Cic. Tuſc. 3, 45 c. 20 Nam et inuidere, aegritudinis eſt, et aemulari, et obtrectare. Curam obtrectare Phaedr. 2, 10, 10. Germanico vsque adeo obtrectauit, vt et praeclara

clara facta eius pro ſuperuacuis eleuaret, glorioſiſſimas victorias ceu damnoſas reip. increparet Suet. Tib. c. 52. Inuicem ſe obtrectarunt Tacit. Orat. 25, 8. Inter ſe obtrectarunt Ariſtides et Themiſtocles Nepos 3, 3, 1. Cic. pro Lege Manil. 21 c. 8 Vt hoc vos intelligatis, a nullo iſtorum, qui huic obtrectant legi atque cauſae, L. Lucullum ſimiliter ex hoc loco eſſe laudatum. Laudibus alterius obtrectare Liu. 8, 36. Obtrectare aliquid, *pro Culpare et damnare.* Plin. 9, 35 *de Cleopatra*, Superbo ſimul ac procaci faſtu, vt regina meretrix lautitiam eius omnem, apparatumque obtrectans. Laudes obtrectare Liu. 45, 37. Libellum Phaed. 5, 1, 15. Obtrectatur, *imperſ.* Cic. Att. 3, 26 Si obtrectabitur, vtar auctoritate Senatus.

OBTRECTANS, antis. Partic. Inuidia obtrectans Sil. 16, 12. Aemulantis eſt, angi alieno bono, quod ipſe non habeat: Obtrectantis autem, angi alieno bono, quod id etiam alius habeat Cic. Tuſc. 4, 56 c. 26.

OBTRECTĀTIO, ōnis. f. Cic. Tuſc. 4, 18 c. 8 Obtrectatio autem eſt ea, quam intelligi zelotypiam volo, aegritudo ex eo, quod alter quoque patiatur, eo quod ipſe concupierit. Inter quos maximarum rerum non ſolum aemulatio, ſed Obtrectatio tanta intercederet *etc.* Nep. 25, 20, 5. Efficiebat, vt inter quos tantae laudis eſſet aemulatio, nulla intercederet Obtrectatio Id. 25, 5, 4. Domeſtica ex obtrectatione et ciuilibus ſtudiis inimicus Cic. pro Font. 16. Obtrectatione et maleuolentia liberatum iudicium Id. Q. Frat. 1, 1, 34. Id. de Clar. Orat. 156 Tantum abeſt ab obtrectatione inuidiae. Obtrectatio laudis, *Detractio* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 7. Obtrectatio et liuor pronis auribus accipiuntur Tacit. Hiſt. 1, 1, 4. Habere obtrectationem Cic. Fam. 10, 18. Inuidia atque obtrectatione impediri Id. de Inuent. 1, 16 c. 11 *extr.* Maleuolentiſſimis obtrectationibus de vetere aliqua diuturnaque ſententia depelli Id. Fam. 1, 7.

OBTRECTĀTOR, ōris. m. *Detractor.* Cic. de Claris Orat. 2 c. 1 Dolebamque quod non, vt plerique putabant, aduerſarium, aut obtrectatorem laudum mearum, ſed ſocium potius et conſortem glorioſi laboris amiſeram. Id. pro Flacc. 1 Sed ſi forte aliquando aut beneficii huius obtrectator, aut virtutis hoſtis, aut laudis inuidus exſtitiſſet. Id. Fam. 1, 4 Haec tamen opinio eſt Populi Romani, a tuis Inuidis atque obtrectatoribus nomen inductum fictae religionis, non tam vt te impedirent, *etc.* Id. de Aruſp. Reſp. 50 Reliqua iam praecipitantis Tribunatus, etiam poſt Tribunatum obtrectatores eorum atque aduerſarii defenderunt. Dominatione obtrectatorum, potentiſſimo inimico, infidelibus amicis, pluribus inuidis quid ſperem? Cic. Q. Frat. 1, 4. Communes obtrectatores, atque omnium inuidi multa finxerunt Id. pro Planc. 57. Inuenire obtrectatores, *vid.* INVENIO. Sermoni obtrectatorum locum non relinquere Cic. pro Flacc. 68 c. 28. Studiorum ſuorum obtrectatorem tollere Id. pro Font. 17. *Add.* Nep. 15, 5, 2.

OBTRECTĀTVS, ūs. m. [διάσυρμα] *Idem quod Obtrectatio.* Gell. 20 c. vlt. Aequum eſſe puto, vt ſine vano obtrectatu conſiderent.

OBTRITVS, *vid.* OBTERO.

OBTRVDO, ſi, ſum, ĕre. [ὠθέω, ὠθίζω] *Verſus vel contra Trudere.* Plaut. Men. 3, 3, 26 Iamne abiit intro? abiit, obtrudit fores. Obtrudere, *vt* Obſtrudere *de cibo inferciendo* Plaut. Curc. 2, 3, 87 Aliquid prius obtrudamus, pernam, ſumen, glandium, *etc.* vt ſatis conſilia ſuppetant. *Sed* Obtrudere vxorem, Inuito et nolenti dare Ter. Andr. 1, 5, 16. Donatus. Idem Hec. 3, 1, 16 Tamen nunquam auſus ſum recuſare, eam quam mihi obtrudit pater. Cic. Verr. 4, 79 c. 36 Tu iſti aderis, qui non obtruſit aliqua ex parte monimenta P. Scipionis, ſed funditus ſuſtulit ac deleuit? *Quo in loco fortaſſis legendum eſt* Obſtruxit, *vel* Obruit, *vt ſenſus conſtet.*

OBTRVDENS, entis. Part. Frigerantia atque obtrudentia tactu et denſantia C. Aurel. Ac. 2, 37, 197.

OBTRŪSVS, a, um. Partic. [ὠθισθεὶς] Cic. de Clar. Orat. 258 c. 74 Quo magis expurgandus eſt ſermo, et adhibenda quam obtruſa ratio, quae mutari non poteſt. *Sed leg.* obruſſa: *vid. Grut.* Obtruſus *an* abſtruſus *aliquibus in locis legi debeat, dubium eſt.*

OBTRŪSIO, ōnis. f. Corpuſculorum obtruſio Cael. Aurel. Acut. praef. 1, 6. *et ſaepius ibid.*

OBTRVNCO, āre. [κατακόπτω, μαχαιρίζω] *Occidere per vim.* Liu. 1, 10 Regem in praelio obtruncat et ſpoliat. *add. ibid.* c. 5. *Sic* Cic. de Nat. Deor. 3, 67 Puerum interea obtruncat. *Ex quodam Poeta.* Obtruncatis, qui promtius reſiſtebant Curt. 6, 1, 1. Obtruncatur ſuperficies vitis Col. 4, 29, 13. *i. abſcinditur, quidquid ſupra ſolum eminet.* Incautum excipit, patriaſque obtruncat ad aras Virg. Aen. 3, 332.

OBTRVNCĀTIO, ōnis. f. [κατακοπή] Columel. 4, 29 Quod tum et obtruncatione vitis, et cum eiuſdem reſectionis fiſſura praecipit fieri.

OBTVEOR, tūtus *vel* tuĭtus ſum, ēri. Dep. [προσβλέπω, προσοράω] *Diligenter conſpicere.* Plaut. Moſtel. 3, 2, 153 At tu iſtac aduorſum obtuere. Idem Amphit. 3, 2, 19 Inimicos auſa ſum ſemper obtuerier.

OBTVTVS, ūs. m. [πρόσοψις] *Adſpectus.* Cic. de Orat. 3, 17 Qui vultum eius, quum ei dicendum eſſet, obtutumque oculorum in cogitando prope noſſet. Acris obtutus Sil. 17, 344. Toruus Id. 10, 264. Obtutu conſurgit ab alto Valer. Argon. 7, 88. Effugit obtutum oculorum animus Cic. de Vniuerſ. 24 c. 8. Viſum fatigari continuo obtutu oculorum Quinctil. 1, 2. Figere obtutum aliquo Cic. de Nat. Deor. 2, 107 c. 42. *Ex Poëta.* Obtutu haeret defixus in vno Virg. Aen. 1, 499. Tacito obtutu ſtetit Id. ibid. 12, 666. Ora defixa tenet obtutu Id. ibid. 7, 250. Quodam obtutu oculorum duo pro vno lucernae lumina videri Cic. de Diuin. 2, 120. *Plural.* Nil intercurrens obtutibus impedit ignem Prudent. Hamart. 907.

OBTVĬTVS, ūs. m. [βλέμμα] *Idem quod Obtutus.* Cic. Off. 1, 146 Ex oculorum obtuitu, ex eleuatione aut remiſſione ſuperciliorum. *Correctiora exemplaria legunt* Obtutu.

OBTVMESCO, ĕre. Plin. 20, 5 Ex aqua bibendum dedere repente obtumeſcentibus.

OBTVNDO, tŭdi, tūſum *vel* tunſum, ĕre. [ἀμβλύνω, ἀμβλύσσω, καταμβλύνω, τυπόω] *Auget ſignificationem ſimplicis.* Firmic. 5, 5 Qui ſaepius aliquo dolore perculſi, et caput plangant, et pectora pugnis obtundant. Obtundere, *Craſſum hebeſque facere, vel hebetare, et cuſpidem adimere.* Columel. 4, 24 Obtuſa, hebeſque et mollis falx putatorem moratur, eoque minus operis efficit, et plus laboris adfert vinitori. Virg. Georg. 1, 262 Durum procudit arator Vomeris obtuſi dentem. *Vbi Seruius:* Obtuſi, Reuerberati et acumine carentis. Aciem oculorum obtundere Plin. 22, 25. Cic. Tuſc. 3, 34 Nihil eſt quod tam obtundat eleuetque Aegritudinem, quam perpetua in vita cogitatio. Cic. in Orat. 221 Ne breuitas defraudaſſe aures videatur, neue longitudo obtudiſſe. *Subaudi*, Aures, *vel* Auditum. Aures diutius aliquorum non obtundere Id. Verr. 4, 109 c. 49. Aures criminatione obtuſae, *et* Vacuae, *contraria.* Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 13 Aequi auditores adhibebuntur: Aures non obtuſae criminatione, ſed vacuae praebebuntur. Cic. Att. 8, 1 *extr.* Ego ſi ſomnum capere poſſem, tam longis Epiſtolis te non obtunderem. Id. de Orat. 3, 91 c. 24 Non quo (vt neſcio quos dicere aiebant) acui Ingenia adoleſcentium nollem, ſed contra Ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam. *Loquitur Craſſus, dum cauſam reddit ſublatorum a ſe cenſorio edicto Latinorum rhetorum.* Id. Tuſc. 1, 80 c. 33 Multa e corpore exiſtunt, quae acuant Mentem, multa quae obtundant. Virg. Aen. 1, 571 Non obtuſa adeo geſtamus pectora Poeni, *non ſumus ita hebetes et rudes, atque agreſtes: nihil hic quidem de crudelitate, de qua Seruius accipere videtur; niſi in quantum ea ruditatem conſequitur.* Cic. de Orat. 2, 282 Vt quum patrono malo, quum Vocem in dicendo obtudiſſet, ſuadebat Granius, vt mulſum frigidum biberet, *etc. De raucedine. Paullo aliter,* Vox obtunditur, atque aures confuſa penetrat Lucret. 4, 617. Obtundere, *Saepius repetendo eadem inculcare.* Terent. Heaut. 5, 1, 6 Deſine deos vxor gratulando obtundere. Id. Adelph. 1, 2, 33 Auſculta: ne me obtundas de hac re ſaepius. *Tractum a fabris, qui ſaepe repetunt, tundendo aliquid malleo: et idem obtundunt et hebetant.* Obtundis, tametſi intelligam Ter. Andr. 1, 2, 11. *conf. h. l.* Donat.

OBTVNDENS, entis. Partic. Virtus crucis, omnes aculeos mortis in dominici capitis tolerantia obtundens Tertull. de Cor. c. 14.

OBTVSVS, a, um. [ἀμβλυνθεὶς] *Nunc vt Participium, nunc Adiectiui modo ponitur, nunc ad corpora, quae acumen perdidere, refertur, nunc ad negandum animi acumen: quod adiuncta facile declarant, licet confuſim ponantur.* Plin. 18, 35 Cornua lunae obtuſa, *minus lucida.* Ligno, ſaxo obtuſior atque hebetior ſtabit Arnob. 2 p. 58. Obtuſus animi vigor Liu. 5, 18. Obtuſus pugnis Plaut. Amphit. 2, 1, 59. Cic. de Senect. 83 c. vlt. Nonne vobis videtur animus is, qui plus cernat, et longius, videre ſe ad meliora proficiſci? Ille autem cuius obtuſior ſit Acies, non videre? Acies obtuſa ſtellis Virg. Georg. 1, 396. *i. Splendor parum perſpicuus, vt modo de Luna Plinius.* Acuminis obtuſioris et bardi eſſe Arnob. 2 p. 56. Acies oculorum obtuſior, *vid.* ACIES. Angulus obtuſus Lucret. 4, 356. Aures obtuſae, *i. Surdae* Stat. Silu. 5, 1, 171. Cornua Virg. Georg. 1, 434. Obtuſa hebeſque Falx putatorem moratur Colum. 4, 24. Ferri obtuſioris ictu percuſſus Trebell. Pol. de Tyrann. c. 8. Vires obtuſae, *i. Debilitatae et fractae* Lucret. 3, 453. Vſus obtuſior Virg. Georg. 3, 135. Obtunſus *etiam legitur, ſed minus frequenter et vſitate.* Quis tam obtunſo ingenio eſt, qui non intelligat Gell. 13, 23. *Ap.* Virgil. *quoque* Georg. 1, 262 *ſic legitur in MSS. et a* Priſciano l. 10. (*vid. Parei Lex. Crit. p.* 830) *quamquam in ed. Putſch. p.* 891 *legatur* obtuſi. Plin. Epiſt. 7, 3 Vt enim ſi coenam tibi facerem, dulcibus cibis acres, acutoſque miſcerem, vt obtunſus illis, et oblitus ſtomachus, his excitaretur. *Alia exemplaria habent* Obtuſus. Plaut. Caſin. 5, 1, 9 Obtunſo ore nunc peruelim progrediri ſenem.

OBTVSE, ius, iſſime. Adu. [ἀμβλέως] Cic. de Nat. Deor. 1, 70 c. 25 Totum aut etiam, aut non, negauit eſſe neceſſarium: quo quid dici poteſt obtuſius?

OBTVSIO, ōnis. f. Tertull. aduerſ. Marc. 3, 6 Obtuſio ſalutarium ſenſuum. Membri obtruncatio vel obtuſio Tertull. de Reſurr. Carn. c. 57. *Add.* Id. Exhort. ad Caſtit. c. 10. *Legitur et* Obtunſio *apud* Lamprid. in Commod. c. 10. *Verba ſunt*, Eum, quem vidiſſet albeſcentes inter nigros capillos quaſi vermiculos habere, ſturno appoſito, qui ſe vermes ſectari crederet, capite ſuppuratum reddebat obtunſione. *Sic Salmaſius. Ante legebatur* ſuppuratum reddebat. Obtunſi oneris pinguem hominem *etc. vnde Caſaubonus refingebat*, reddebat obtunſionibus. Pinguem *etc.*

OBTVRBO, āre. [διαταράττω] *Auget vim ſimplicis.* Ter. Andr. 5, 4, 23 Itane vero obturbat? Lenire *et* Obturbare, *contraria.* Cic. Att. 12, 17 (16) Me ſcriptio et literae non leniunt, ſed obturbant. Id. ibid. 12, 19 (18) Nec quidquam habeo tolerabilius, quam ſolitudinem. Nam (quod eram veritus) non obturbauit Philippus: nam vt heri me ſalutauit, ſtatim Romam profectus eſt. Denſo agmine obturbat Tac. H. 3, 25, 2. *i. hoſtes diſiicit. conf.* Id. Ann. 1, 66, 1. Obturbatur, *imperſonale.* Plin. Epiſt. 9, 13 Incipit reſpondere Veiento; nemo patitur: obturbatur, obſtrepitur, adeo vt diceret, Rogo P. C. ne me cogatis implorare auxilium Tribunorum.

OBTVRBĀTVS, a, um. Partic. Plin. 8, 18 Aqua obturbata.

OBTVRBĀTOR, ōris. m. Aſcon. ad Cic. de Diuin. p. 35. *ad verba*, Quartum ex illo grege oratorum: Obturbatores quoſdam ſordidoſque cauſidicos ſignificat.

OBTVRGEO, ēre, *et* OBTVRGESCO, ĕre. [οἰδίσκομαι] *Idem quod ſimplex Turgeſco.* Lucret. 6, 658 Obturgeſcit enim ſubito pes, arripit acer Saepe dolor dentes, *etc.* Feſtus in Boa. A qua icti obturgeſcunt. Obturſi ebrius Lucil. *ap.* Priſcian. 9 p. 870.

OBTVRO, āre. [βύω, ἐπιβύω, σύφω, φιμόω, φράττω] *Occludo.* Cacabus diligenter et ſpiſſe obturatus Scribon. 271. Dolia obturata Vitr. 7, 13. *Metaph.* Hor. Epiſt. 2, 2, 105 Obturem patulas impune legentibus aures. Feſtus, Obturare ex Graeco trahitur, ab eo quod illi oſtia dicunt θύρας. Cic. de Fato 10 c. 5 Stupidum eſſe Socratem dixit et bardum, quod iugula concaua non haberet, obſtructas eas partes et obturatas eſſe dicebat. Varro de R. R. 3, 16 Etiam paucae extra oſtium aluei obturant omnia. Amorem edendi obturare. Lucret. 4, 867 Atque patentem Per membra ac venas vt amorem obturet edendi. *Sic enim legendum eſſe contendit Lambinus; et ſic hodierni fere ſcribunt* Obturo *ſine* H. *conf. Voſſ. Etymol. f.* 351.

OBTVRANS, antis. Partic. Axes obturantes foramina Vitruu. 10, 12.

OBTVRAMENTVM, i. n. [φραγμὸς] *Quo aliquid obturatur.* Plin. 16, 8 *de cortice ſuberis*, Vſus eius cadorum obturamentis. Obturamentum ſtagni Plin. 33, 4.

OBTVRACVLVM, i. n. Extrahere Marc. Empir. c. 35.

OBTVSVS, *vid.* OBTVNDO.

OBTVTVS, *vid.* OBTVEOR.

O B V

OBVĀGIO, īui, ītum, īre. [καταβαβάζω] *Circum aut verſus vagire.* Plaut. Poen. prol. 31 Neue eſurientes hic quaſi hoedi obuagiant. *De infantibus.*

OBVAGVLO, āre. Feſtus in Portus, et Vagulatio, ex Legg. XII. Tabb. Cui Teſtimonium Defuerit, is tertiis diebus ob portum obuagulatum ito. *Varia eſt lectio, de qua vid. Turneb. Aduerſ.* 13, 26. *et* 19, 14. *Breuiter et vere Cuiac. Obſ.* 7, 13 Portum Feſtus *et* Donatus domum *interpretantur recte* Vagulationem, quaeſtionem cum conuicio *h. e. conuocio. Puto a* vagore *ſ.* vagitu vagulationem *dici, quoties teſtes citantur, quaeruntur que magna voce et amplo boatu.* — *Notandum autem eſt, quod dicitur de* tertiis diebus. *Nam ex eo conſtat, vetus hoc ius eſſe, vt per triduum* teſtimonii denuntiatio *fiat.* Obuagulare *ergo ſecundum Cuiacium et* Feſtum *adeo eſt* teſtimonium *ſollemni caerimonia denuntiare nolentibus et intra domum ſuam deliteſcentibus.*

OBVALLO, āre. [περιχαρακόω] *Circumuallare.* Feſtus, Ob ponitur pro circum, vt cum dicimus Vrbem obuallari. Cic. de Lege Agr. 2, 3 c. 1 Me longo interuallo prope memoria temporumque noſtrorum primum nouum hominem Conſulem feciſtis, et eum locum quem nobilitas praeſidiis firmatum, atque omni ratione obuallatum tenebat, me duce reſcidiſtis.

OBVARICATORES, dicebantur Illi, qui cuipiam occurrebant, quo minus rectum iter conficeret, *inquit* Feſtus. Obuarĭco, are; *vero*, eſt Occurro, obſto, *teſte eodem.*

OBVĀRO, āre. [διαστρέφω] Peruertere, deprauare: dictum a Varis. Ennius Achille, Nam conſiliis obuarant, quibus tam concedit hic ordo Nonius 2, 606.

OBVCVLA, ae. f. Oppidum vlterioris Hiſpaniae, in conuentu Aſtigitano, cuius meminit Plin. 3, 1.

OBVĔNIO, vēni, ventum, īre. [ἀντιάω, ἀντιάζω] *Obuiam vel contra venire et generatim obtingere, contingere.* Plaut. Aſin. 2, 2, 15 Sed ſi mecum opprimere occaſionem hanc, quae obuenit, ſtudet. Cic. Att. 2, 12 Sed eas eram daturus, vt putaram poſtridie ei, qui mihi primus obueniſſet. Idem pro Cluent. 166 Hoc eſt Q. Voconium cum iis iudicibus, qui ei obuenerint (vos appellat Iudices) quaerere de veneno. Sorte prouincia Sicilia Verri obuenit Idem Verr. 2, 17 c. 6. Idem Philipp. 2, 24 Id igitur obuenit vitium, quod tu iam Calend. Ian. futurum eſſe praeuideras. Obuenit occaſio Curt. 8, 6 *pr.* Varro de R. R. 1, 12 Quid potero facere, ſi iſtius modi mihi fundus hereditate obueniret? Hereditas ei obuenit Auctor ad Heren. 4, 20.

OBVENIENTIA, ae. f. Tertull. aduerſ. Valent. c. 29 De obuenientia ſuperducunt iam non naturam, *etc.*

OBVENTVS, ûs. m. Idem de Anim. c. 41 Ex obuentu ſpiritus nequam.

OBVENTICIVS, a, um. Adi. *Forte obueniens.* Idem aduerſ. Marc. 2, 3 Obuenticia bona.

OBVENTIO, ōnis. f. [πορισμὸς] *Sic vocantur ipſa bona, quae obueniunt.* Vlpian. in l. Magis puto. §. Si pupillus. D. de Rebus eorum, qui ſub tutela et cura ſunt, An pecuniam pupillus habeat, vel in numerato, vel in nominibus, quae conueniri poſſint, vel in fructibus conditis, vel etiam in redituum ſpe atque obuentionum. Idem in l. 1. §. Exercitorem. D. de Exercitoria actione, Exercitorem autem eum dicimus, ad quem obuentiones et reditus omnes perueniunt. *Add.* l. 7 §. 1 D. de vſufr. et quemadm. vſusfr. leg. *it.* l. 34 D. de vſur.

OBVERBĔRO, āre. Apul. Met. 7 p. 198 Baculo obuerberans. Ferula nates eius *pueri* obuerberans Idem 9 p. 230.

OBVERTO, ti, ſum, ĕre. [ἀντιστρέφω] *Contra vertere.* Plaut. Pſeud. 4, 3, 5 Ne in re ſecunda nunc mihi obuertat cornua. Cic. Tuſc. 3, 39 c. 18 Quem ſpectabant, cuius ob os Graii ora obuertebant ſua. *Ex Poëta.* Obuertere ordines vel ſigna, *In hoſtem vel contra hoſtes conuertere* Liu. 27, 19. Arcum obuertit in illum Ouid. Met. 12, 605. Nauem obuertunt magno cum pondere nautae Cic. Arat. 132. Proras obuertunt pelago Virg. Aen. 6, 3 *Nam longius erant progreſſuri ad agrum Laurentem. Nautae enim ad litus appulſam nauim in proram conuertebant, non ſolum vt ad reditum et aliam nauigationem parati eſſent, verum etiam id ſibi ominantes.* Valer. Flacc. 5, 211 atque illi dextra ſine verſa magiſtri Protinus in proram rediit ratis omine certo. *Ex Turnebo.* Terga obuertere alicui Virg. Georg. 2, 271.

OBVERSVS, a, um. Part. Caucaſus, qua ſoli eſt obuerſus Solin. c. 65. Orientem obuerſus et incrementa ſolis imprecatus Apul. Met. 2 p. 127. Obuerſa Orienti gallina Columel. 1, 5. Sil. 10, 110 Obuerſam ſpectans ora ad Phaëtontia prolem. Obuerſus ſto, *pro Aduerſus.* Plin. 9, 57 Contraque venantes refugere in ſuas cauernas, et in iis obuerſos ſtare. *De piſcibus terrenis.*

OBVERSE. Adu. Columel. 9, 7 Domicilia apum obuerſe ad hibernum Orientem componi debebant.

OBVERSOR, āri. Depon. [παρίσταμαι] *Frequenter adeſſe et verſari. Actiue et Paſſiue olim vſurpatum eſſe docet* Priſcian. 8 p. 799. Plin. Epiſt. 5, 16 Sedebant iudices, Centumuiri venerant, obuerſabantur aduocati, ſilentium longum. Obuerſari *dicitur id, quod ita animo apparet, vt adeſſe coram videatur, et cerni.* Cic. pro Sext. 7 Sed mihi ante oculos obuerſatur Reipublicae dignitas, quae me ad ſe rapit. Veritas ipſa et grauis, et recta ratio nonne mihi obuerſatur? Cic. Acad. 4, 139. Obuerſatur ſpecies ingentis mali ante oculos Liu. 2, 59, 5. Cic. Tuſc. 2, 52 c. 22 Obuerſantur ſpecies honeſtae animo. Obuerſatur oculis Claudianae cladis memoria Liu. 35, 11. Ante oculos obuerſari Lucret. 4, 975. Ante oculos exterminatoris ſui obuerſatur Reſpublica Cic. pro Domo 141 c. 55. ¶ 2 *Pro aduerſari.* Malo obniti et obuerſari niſi bonum non poteſt Tertull. adu. Gnoſt. c. 5.

OBVERSATIO, ōnis. f. [παρίστασις] *Laudatur* Cic. pro Muraen. 49 c. 24 Moeſtos amicos, obuerſationes, teſtificationes, ſeductiones teſtium, ſeceſſionem ſubſcriptorum animaduertebant. *Sed* obſeruationes *a Grutero inde, et forte retro magis, legitur: recte.*

OBVIAM, *vid. infra.*

OBVIGĬLO, āre. *Verbum fuiſſe, colligas ex* Plaut. Bacchid. 3, 2, 14 Qua me cauſa magis cum cura eſſe ea, quam obuigilato, eſt opus.

OBVIO, āre. [ἀντιάω, ἀντιάζω, ἄντομαι] *Obuiam proficiſci, vel obuium eſſe. Et per translationem pro Reſiſtere.* Salluſt. in Iugurth. c. 5 Tum primum ſuperbiae nobilitatis obuiatum. *Sed hic exemplaria caſtigatiora habent,* Obuiam itum eſt. Macrob. Saturn. 7, 5 Ille diu hoc a ſe officium deprecatus, vbi tot impellentium procerum, quibus obuiandum non erat, hortatui ſuccubuit, *etc.* Vegetii, Hieronymi, *et aequalium loca dabit* Cellar. Cur. Poſt. p. 224. *In veteri* Gloſſ. *leg.* ἀπαντᾷ, obuiat. *Item Aduerſari, reſiſtere.* Quinct. Declam. 307 Nequitia obuiatum eſt legi. Pallad. 1, 35 Grandini obuiare. Aſini vrina vermibus obuiabit Pallad. Mart. tit. 10. Quis pudicitiae titulis obuiare non timeat Quinctil. in Trib. Mar. c. 3 p. 77. Suae confeſſioni obuiare Marcell. ICt. l. 2 §. 1 ff. de Donat. Chriſtus ait, nunc Paulle, doce, non obuiat vllus Me comitante tibi Arator in Act. Ap. c. 18, 9. 10.

OBVIVS, a, um. Adi. [ἀντιβατικὸς] *Quod alicui occurrit, et tanquam in via expoſitum eſt.* Arma obuia ferre, *apud* Virg. Aen. 9, 56. Salluſt. Iug. c. 26 *extr.* Deinde omnes puberes, Numidas atque negotiatores promiſcue, vti quisque armatus fuerat, obuius interfecit. Obuia ſentimus aranei fila Lucret. 3, 385. Signa obuia ſignis Lucan. 1, 6. Tute tibi obuius obſtas Lucret. 4, 1144. Obvius et expoſitus homo, *Qui omnes admittit, nec ſe difficilem praebet in colloquiis.* Plin. Epiſt. 1, 10 Eſt enim obuius et expoſitus, plenusque humanitate. Obuius tibi ſum, Obuius tibi fio, *et* Obuium me tibi Fero, *dicimus.* Obuius Fit illis Romulus Liu. 1, 10. Qui ei obvius Futurus non erat Cic. pro Mil. c. 18. Obuium ſe dare alicui Liu. 1, 16. Cic. pro Caecin. 76 Sin autem ingredienti cum armata multitudine obuius fueris. Sall. Iug. 46, 5 Ex oppidis et mapalibus praefecti regis obuii procedebant. Quem obuium Habuiſſet Iuſtin. 1, 6, 1. Cic. Att. 6, 6 (4) Tu autem fac, vt mihi tuae Literae volent obuiae. Obuias alicui literas Mittere Idem ib. 6, 5. Virg. Aen. 3, 499 *Vrbem optat Aeneas Andromachae,* Quae ſit minus obuia Graiis. *i. in quam non ita facilis detur illis incurſus;* Seruius: Quae nullum patiatur excidium. Obuii e diuerſo Plin. 8, 50. *Nominatiuus poſitus, vt videtur, pro Accuſatiuo apud* Virgilium Aen. 1, 318 Cui mater media ſeſe tulit obuia ſilua. *Pro eo quod eſt, Tulit ſeſe obuiam. Simîle eſt illi,* Aen. 8, 465 Nec minus Aeneas ſe matutinus agebat. Turba obuia mî venerat Propert. 2, 29, 3.

OBVIAM. Adu. Ter. Phorm. 1, 2, 2 At ego obuiam conabar tibi Daue. Accedere obuiam, *vid.* ACCEDO. Liu. 5, 23 Aduentus quoque Dictatoris omnibus ordinibus obuiam Effuſis celebratior, quam vllius vnquam antea fuit. Ferre ſe obuiam alicui Cic. pro Planc. c. 40. Idem pro Muraen. 67 c. 32 Si mercede corrupti obuiam candidatis Iſſent. Obuiam Ire periculis Salluſt. in Iugurtha c. 7. Pſeudo-Cic. anteq. iret in Exil. 11 c. 4 Frequentes profecto talibus conatibus obuiam Ire niteremur. *Sic* Verr. 1, 78 c. 41 Obviam Ire cupiditatibus. Itio obuiam Cic. Att. 11, 16. Idem pro Milon. 28 c. 10 Obuiam Fit ei Clodius expeditus in equo. Idem Att. 12, 5 Ego Miſi Tironem Dolabellae obuiam. Nerua in edicto apud Plin. Epiſt. 10, 66, 8 Neceſſarium credidi obuiam dubitantibus indulgentiam meam Mittere. Obſiſtere obuiam alicui Plaut. Amph. 3, 4, 2. Cic. Verr. 2, 65 Heraclius ille et Epicrates longe mihi obviam cum ſuis omnibus Proceſſerunt. Idem pro Muraen. 68 c. 33 *pr.* Multi obuiam Prodierunt de prouincia decedenti. Properare alicui Idem Fam. 14, 5. Quum in Cumano mihi obuiam Veniſti Idem ib. 2, 16. Idem Att. 2. 1 Calendis Iunii eunti mihi Antium, et gladiatores M. Metelli cupide relinquenti, Venit obuiam tuus pater. Obviam eſſe, *pro In promptu.* Plaut. Capt. 3, 3, 6 Nec ſycophantiis, nec fucis vllum mantellum obuiam eſt. Idem Aulul. 2, 5, 19 Quod te ſcio facile abſtinere poſſe, ſi nihil obuiam eſt. *i. Si nihil offenderis obuium.* Obuiam, *pro Contra.* Cic. Att. 4, 16 Huic obuiam Cato et Seruilius Praetor aperte.

OBVIŎLO, āre. Gruter. Inſcript. p. 996 n. 13 NE MEA OSSA OBVIOLES.

OBVLTRONEVS, a, um. Adi. *Idem quod Vltroneus,* αὐθαίρετος, Gloſſ. Vet.

OBVMBRO, āre. [ἐπισκιάζω] *Vmbris vndique obſcurare* Virg. Aen. 12, 578 Obumbrant aethera telis. Curtius 5, 4, 8 Quippe obumbratus Amnis preſſo In ſolum dilabitur alueo. Coma obumbrat humeros Ouid. Met. 13, 845. Lucus obumbrat templum Idem ib. 14, 837. Oleaſter obumbrat veſtibulum Virg. Georg. 4, 20. Obumbrare, Tueri, defendere, per translationem. Idem Aen. 11, 223 Et magnum reginae nomen obumbrat. Subaudi, Turnum. h. e. Tuetur, defendit, et eſt translatio ab arboribus. Hoc autem dicit, Amor reginae ad fauorem popularem plurimum proderat Turno. Servius. Obumbrare, *Obſcurare.* Quinctil. prooem. 8, 23 Nec gratiam conſequuntur, et fidem amittunt, propter id, quod ſenſus obumbrant, et velut laeto gramine ſata ſtrangulant. Crimen obumbrare ſub imagine erroris Ouid. ex Ponto 3, 3, 75. Error obumbrat crimen facti Idem Epiſt. 17, 48. Senatus et populus nunquam obſcura Nomina, etſi aliquando obumbrentur Tac. H. 2, 32, 5. Plin. 23, 1 Vinum ieiunos bibere, nouicio inuento inutiliſſimum eſt, curas vigoremque animi impedit, ad procinctum tendentibus, ſomno accommodatum ac ſecuritatibus. Iamque dudum hoc fuit, quod Homerica illa Helena ante cibum miniſtrauit. Sic quoque in prouerbium ceſſit, Sapientiam vino obumbrari. *Quod* Plinius *citat, eſt apud Homerum Odyſſeae quarto.* Obumbrare, *cum Datiuo.* Plin. 17, 21 Meliorque ea vino, quando ſibi ipſa non obumbrat, aſſiduoque ſole coquitur, et afflatum magis ſentit.

OBVMBRANS, antis. Partic. Palmula roſea potius obumbrans de induſtria glabellum feminal, quam tegens verecundia Apul. Met. 2 p. 248.

OBVMBRATVS, a, um. Part. Germina obumbrata defendere Pallad. 12 tit. 1. Scopulus obumbratus nube Mart. Capella 1 p. 5.

OBVMBRATIO, ōnis. f. Arnob. 5 p. 186 Allegoricae caecitatis obumbratio.

OBVMBRATRIX, īcis. f. Tertull. Apol. c. 9 *pr.* Arbores templi obumbratrices.

OBVNCĀTVS, a, um. Adi. *Incuruatus.* Cael. Aurel. Tard. 2, 18 Vnguibus obuncatis.

OBVNCVS, a, um. Adi. [ἐπικάμπιος] *Valde vncus et incuruus.* Saturnus cum obunca falce Arnob. 6 p. 197. Virg. Aen. 6, 597 Roſtroque immanis vultur obunco, *etc.* Morſus obuncus aquilae Claud. de Bello Gildon. 417.

OBVNDO, āre. [κυμαίνω] *ab* Vnda. Stat. Achill. 1, 102 Lateque deae Sperchios obundat Obuius, et dulci veſtigia circuit vnda. *Al.* abundat.

OBVNDATIO, ōnis. f. Flor. 4, 2, 27 Obundatione verna prohibetur.

OBVNGO, ĕre. *Vnde*

OBVNCTVS, a, um. Partic. Apul. Met. 2 p. 213 Guttis Arabicis obunctus. Oculi obuncti graphice Idem ib. 8 p. 214.

OBVOLITO, āre. Veſtibus collucentes paſſim obuolitare cernimus Porc. Latro in Catil. 11. *Add.* ib. paullo poſt.

OBVOLVO, volui, volūtum, ĕre. [περιειλέω] *Circumuoluere.* Cic. in Orat. 74 c. 22 Si denique pictor ille venit, quum immolanda Iphigenia triſtis Calchas eſſet, moeſtior Vlyſſes, moereret Menelaus, obuoluendum caput Agamemnonis eſſe, quoniam ſummum illum luctum

ctum penicillo non poſſet imitari. Obuoluere vitium decoris verbis, *pro Velare, obtegere* Hor. Serm. 2, 7, 42.

OBVOLVTVS, a, um. Part. Obuolutum et praeligatum folliculo os Cic. de Inuent. 2, 149 c. 50. Idem de Diuin. 1, 67 c. 31 Adeſt; adeſt fax obuoluta ſanguine atque incendio, Multos annos latuit. *Ex Poëta.* Corio Auct. ad Her. 1 c. 13. *Conf.* Curt. 10, 5, 25.

OBVOLVTIO, ōnis. f. Macrob. Somn. Scip. 1, 11 *extr.* In ſingulis ſphaeris aetherea obuolutione veſtitus.

OBVOLVTĀTVS, a, um. Part. Veget. 3, 4 Obuiis obuolutatus radicibus.

OBVRO, *vnde* OBVSTVS, a, um. [περικαυθὴς] *Circumuſtus.* Sudes obuſta Ouid. Met. 12, 299. Gleba canenti gelu obuſta Idem Triſt. 5, 2, 66. Piſcis obuſti atque faui mandens epulas Sedul. in Hiſt. Reſurr. v. 371. Robur obuſtum Sil. 4, 284.

O C C

OCCA, ae. f. [βωλοκόπημα Onomaſt.] *Inſtrumentum, quo tracto, reptanteque ſuper terram, ferreis aut ligneis dentibus, quibus inſtructum eſt, glebae conteruntur, et agri ſuperficies coaequatur, et ſemina cooperiuntur: quamuis et cratibus id ſaepe fiat.* Columel. 2, 18 Deinde viciam permiſtam ſeminibus foeni ſeremus, tum glebas ſarculis reſoluemus, et inducta occa coaequabimus. Sed exemplaria caſtigatiora habent, Inducta crate, *etc.*

OCCAMEN, inis. n. Contuſio, *vt explicatur in* Gloſſ. Iſid. *nempe glebarum.*

OCCO, āre. [βωλοκοπέω] *Glebam confringere et comminuere.* Occo, occilio (*leg.* occillo) βωλοστροφῶ Gloſſ. Cyrilli. Semper occant prius quam ſarriunt ruſtici Plaut. Capt. 3, 5, 5. Varro de R. R. 1, 31, 1 Vineas nouellas fodere, aut arare, et poſtea occare, id eſt comminuere, ne ſit gleba: quod ita occidunt, occare dicunt. Cic. de Senect. 51 c. 15 Quae quum gremio mollito ac ſubacto ſparſum ſemen excepit, primum id occaecatum cohibet, ex quo occatio, quae hoc efficit, nominata eſt. Laudat h. l. Non. 1, 201. *Add.* Columel. 2, 10, 5 Feſtus Occare et occationem Verrius putat dictam ab occaedendo, quod caedant grandes globos terrae: quum Cicero venuſtiſſime dicat ab occaecando fruges iactas. Serenus *apud* Nonium 1, 306 Occatio, inquit, occaecatio eſt. *Conf.* Varro R. R. 1, 29. Plin. 18, 24. Villicus occat ſegetes Hor. Epiſt. 2, 2, 161. Occa, et ſeges altera in herba eſt Perſ. 6, 26. Plaut. Merc. prol. 71 Tibi aras, tibi occas, tibi ſeris, tibi eidem metis.

OCCILLO, āre. Dimin. [συγκόπτω Onomaſt. vet.] *Contundere.* Plaut. Amph. 1, 1, 28 Qui mî aduenienti os occillet probe. *Quidam tamen legunt* Oſcillare, *pro agitare. Douza coniicit* Oſſillet *i. in oſſa ſua diſpergat.*

OCCATIO, ōnis. f. [βωλοκοπία] Plin. 18, 20 Aratione per tranſuerſum iterata, occatio ſequitur. *Vid. ſupra* Occo. Columel. 11, 2, 62 Ruſticis pulueratio *dicitur.* Non. 1, 306. Iſidor. 17, 2.

OCCĀTOR, ōris. m. [βωλοκοπητής] Plaut. Capt. 3, 5, 4 Sator, ſartorque ſcelerum, et meſſor maxume? S. non occatorem dicere debebas prius? nam ſemper occant prius, quam ſarriunt ruſtici Columel. 2, 13, 1.

OCCATORIVS, a, um. Adi. [βωλοκοπητικός] Occatoria opera, *Quae ad occationem pertinet* Columel. 2, 13, 2.

OCCAECO, āre. [ἐκτυφλόω] *Quod* Obcaeco *ſcribitur etiam, Caecum facere. Sed vt* caecus *iam eum ſignificat, qui non videt; iam qui non videtur: ſic occaecare, modo eſt facultate videndi priuare, modo tegere aliquid, ne videatur.* Plaut. Men. 1, 2, 67 O ſolem vides, ſatin' vt occaecatus eſt, prae huius corporis candoribus. Denſa caligo occaecauerat diem Liu. 33, 7 *pr.* Cic. de Orat. 3, 155 Tenebrae conduplicantur noctesque, et nimbum occaecat nigror, *ex* Pacuuio. Lucan. ad Piſon. 136 Aether terrificis obcaecat ſidera nimbis. Obcaecat orationem totam narratio obſcura Cic. de Orat. 2, 129 c. 80. Auct. ad Her. 3, 32 Nec nimis illuſtres, nec nimis obſcuros locos haberi oportet; ne aut obcaecentur tenebris imagines, aut ſplendore praefulgeant. Virg. Cul. 197 Timor occaecauerat artus. Col. 3, 7, 3 Veluti ignorantiae tenebris obcaecata, luce veritatis caruit. Cic. Fam. 15, 1 Quod ego negotium non ſtultitia occaecatus, ſed verecundia deterritus non recuſaui. Occaecare animum, *per translationem.* Liu. 28, 24 Mors Scipionis falſo credita occaecabat animos. *Conf.* Id. 5, 37. Occaecati animi pauore Liu. 38, 21. Occaecatus cupiditate Cic. de Finib. 1, 33 c. 16. *et* Col. 6, 36, 4. Obcaecare foſſas Col. 2, 2, 9 *et* 10. Terra ſemen occaecatum cohibet Cic. de Sen. c. 15.

OCCAECANS, antis. Part. Plin. 10, 3 Reſperſu pinnarum hoſtem occaecantes.

OCCAECATIO, ōnis. f. Seren. *apud* Non. 1, 306 Occatio, occaecatio eſt.

OCCALEO, *vid.* OBCALEO.

OCCALLEO, ēre. *Siue* OBCALLEO, *et*

OCCALLESCO, ĕre. [πωρῶμαι] *Callum obducere dicuntur partes, quae obdureſcunt.* Plaut. Aſin. 2, 4, 13 Qui latera conteram tua, quae occalluere plagis. Ouid. Met. 14, 282 Oſque meum ſenſi pando occalleſcere roſtro. Occalleſcere in odium Senec. de Ira 3, 41. Longa patientia occallui Plin. Epiſt. 2, 15. *Apud* Plautum, Occalluit animus. Cic. Att. 2, 18 De Statio manumiſſo, et nonnullis aliis rebus angor equidem: ſed iam prorſus occallui. Obcalluere mores Col. 8, 16.

OCCALLATVS, a, um. [πωρωθὴς] *Qui callum obduxit.* Sen. Nat. Quaeſt. 4 *extr.* Sed quid ſentire poſſunt emortuae fauces, et occallatae curis ardentibus?

OCCĂNO, ĕre. [κατᾴδω] *pro Occinere.* Tacit. Ann. 2, 81, 2 Tum Sentius occanere cornua, tubaſque, et peti aggerem, erigi ſcalas iuſſit. *Vid.* OCCINO.

OCCASIO, ōnis. f. [καιρὸς, ἀφορμὴ] *ab* occidendo, *i. verſus nos cadendo dicta,* eſt Opportunitas temporis caſu proueniens, *inquit* Feſtus. Cic. de Inuent. 1, 40 Occaſio autem eſt pars temporis, habens in ſe alicuius rei idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem. Idem Offic. 1, 142 Tempus autem actionis opportunum, Graece εὐκαιρία, Latine appellatur occaſio. Occaſio et cauſa illius opprimendi fuit haec Cic. pro Milon. 41. Belli maxima momenta in occaſionibus ſunt Sen. de Ira 3, 21. Caſus eſt in capiendo, locus, euentus, occaſio Cic. pro Flacc. 32. Factorum occaſio Quinct. 8, 6. Num in gerendis negotiis ignoras ſequendas eſſe temporum opportunitates? et in occaſione Rerum deſidiam ac tarditatem omnem quam diligentiſſime fugiendam? Porc. Latro Decl. in Sall. Ampla, Breuis, *vid. hh. vv.* Commoda et idonea Auctor ad Heren. 4, 53. Inſperata, *vid. h. v.* Rara Quinct. 3, 7. ¶ 2 *Verba, quibus iungitur:* Admota ſceleris exſequendi, *vid.* ADMOVEO. Amittere occaſionem Cic. pro Caecin. 15 c. 5. Amplecti Plin. Epiſt. 2, 13 *pr.* Aperire, Arripere, *v. ſſ. ll.* Capere Plaut. Pſeud. 4, 3, 5. Captare Cic. de Aruſp. Reſp. 55. Idem Philipp. 7, 18 Qui familiarem iugularat, quid hic occaſione Data faciet inimico? A fortuna Datam Dimittere Nep. 1, 3, 3. Dare alicui rei Quinctil. 1, 3. Ne Data quidem occaſione illum repulimus Cic. Att. 7, 17. Exſpectare tarditatem occaſionis Idem Philipp. 2, 118. Idem ad Brut. 4 Quod ſi Antonius ab alio relictum regni inſtrumentum, occaſionem regnandi Habuit. *Et* Fam. 10, 8 Si in eo mihi temperauiſſem, maiores occaſiones ad opitulandum Haberem. Imminere occaſioni, *pro Captare occaſionem* Curtius 5, 11, 2. Interceptus honos ad alienae petitionis occaſionem Cic. de Lege Agrar. 2, 3. Largiri occaſionem, *vid.* LARGIOR. Nactus calumniae amplam occaſionem Cic. Verr. 4 (2) 61 c. 25. Obuenit occaſio, *vid.* OBVENIO. Occurrere occaſioni ſi potuiſſet, ſe acerrimum propugnatorem communis libertatis praeſtitiſſet Cic. ad Brut. 11. Offerri occaſionem Tacit. Ann. 12. Cic. pro Lege Manil. 4 Quorum alter relictus, alter laceſſitus occaſionem ſibi ad occupandam Aſiam oblatam eſſe arbitratur. Opprimere, *vid.* OPPRIMO. Hac tibi Opus eſt occaſione, ne eum talium precum pudeat Quinctil. 3, 8, 46. *Vid. h. l. Geſn.* Oſtentata occaſio, *vid.* Oſtento, in OSTENDO. Occaſio parta Plaut. Bacch. 4, 4, 22. Petere ſuam ex incommodo alieno Liu. 4, 58. Praebere flagitiis Quinct. 1, 2. Priuare aliquem occaſione tantae laudis Cic. pro Ligar. 25. Quaerere occaſiones Senec. de Benefic. 3, 14. Rapiamus occaſionem de die Hor. Epod. 13, 5. Occaſio eſt Plaut. Pſeud. 1, 3, 51. Ter. Phorm. 5, 7, 2 Summa eludendi occaſio eſt mihi nunc ſenes. Quantae, quoties, quam praeclarae occaſiones fuerunt, ſi eum interficere voluiſſet Cic. pro Milon. 39. Si fuerit occaſio, manu: ſin minus, lucis nos defendemus Idem Att. 5, 18. Tenere, *et* Omittere occaſionem, *contraria.* Idem de Legib. 1, 5 Teneo quam optabam occaſionem, neque omittam. Oblatam tenere Idem Philipp. 3, 34. Occaſio venit Plaut. Trin. 4, 2, 157. Cic. Verr. 3, 1, 24 Simulac primum ei occaſio viſa eſt, *etc.* prouinciam deſeruit. Cic. Fam. 7, 8 Quin tu vrges iſtam occaſionem et facultatem, qua melior nunquam reperietur. Rem, tibi quam noſces aptam dimittere noli: Fronte capillata poſt eſt occaſio calua Cato in Diſt. 2, 26. Auſon. Epigr. 12

Cuius opus? Phidiae, qui ſignum Pallados, eius
Quique Iouem fecit: tertia palma ego ſum.
Sum dea, quae rara, et paucis Occaſio nota:
Quid rotulae inſiſtis? ſtare loco nequeo.
Quid talaria habes? volucris ſum: Mercuriuſque
Fortunare ſolet, tardo (*leg.* trado) ego quum volui.
Crine tegis faciem: cognoſci nolo. Sed heus tu
Occipite es caluo: ne tenear fugiens.
Quae tibi iuncta comes? Dicat tibi. Dic rogo, quae ſis?
Sum dea, cui nomen nec Cicero ipſe dedit:
Sum dea quae facti, non factique exigo poenas:
Nempe vt poeniteat, ſic *Metanoea* vocor.
Tu modo dic, quid agat tecum? ſi quando volaui,
Haec manet: hanc retinent, quos ego praeterii.
Tu quoque dum rogitas, dum percunctando moraris,
Elapſam dices me tibi de manibus. *Conf.* Phaedr. 5, 8

(9) Occaſio, *pro Copia vel Facultate.* Columel. 8, 17 Id autem ſtagnum vel exciditur in petra, cuius rariſſima eſt occaſio, vel in litore conſtruitur opere Signino. Plin. 16, 41 Quoniam ad excutiendum ignem non ſemper lapidis occaſio eſt.

OCCASIVNCŬLA, ae. f. Dimin. [ἀφορμίδιον] Plaut. Trin. 4, 2, 132 Nam nihil aurifero, nimis argute obrepſiſti meapſe occaſiuncula.

OCCASVS, *vid.* OCCĬDO.

OCCATIO, OCCATOR, OCCATORIVS, *vid.* OCCO.

OCCĒDO, ſſi, ſſum, ĕre. [προέρχομαι] Antiquum: *ex* Ob *et* Cedo, *ſignificat Accedere:* Plaut. Aſin. 2, 4, 6 Quiſquis obuiam huic occeſſerit irato, vapulabit. *Add.* Id. Moſt. 5, 2, 4.

OCCENTO, OCCENTVS, *vid.* OCCINO.

OCCEPSO, [ἄρξωμαι] Incepero, veteres dicebant, *auctore* Nonio 2, 612. Plaut. Amphitruone 2, 2, 41 Ni ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero.

OCCĪDO, cīdi, cīſum, ĕre. [κτείνω, ἀποκτείνω, ἀναιρέω, φονεύω] *ex* Ob *et* Cedo *compoſitum, Interficere quomodocunque.* Ter. Andr. 5, 2, 22 Si quidquam mentitum inuenies, occidito. Occidi, occidi, non Sp. Melium — ſed eum *etc.* Cic. pro Mil. c. 27. Multos Ferro, multos veneno homines occidere Idem pro Roſc. Amer. 99. Virginiam Filiam ſua manu occidit Virginius Idem de Finib. 2, 66. Negant, intueri lucem eſſe fas ei, qui a ſe Hominem occiſum eſſe fateatur Idem pro Mil. c. 3. Non Hominem occidi Hor. Epiſt. 1, 16, 47. Inermem occidere Ouid. Faſt. 2, 693. Ad vnum Omnes Liu. 3, 23. Occidere Pugnis Ter. Adelph. 4, 2, 21. ¶ 2 Occidere, *Enecare, excruciare, tantaque moleſtia afficere, vt quis occiſus prope videatur.* Ter. Phorm. 4, 3, 68 Hei mihi Geta, occidiſti me tuis fallaciis. Legendo occidere aliquem Hor. de Arte Poët. 475. Occidis ſaepe rogando Idem Epod. 14, 5. Occiſit, *pro Occiderit veteres ſunt vſi, vt in* Legg. XII Tabul. *annotaſſe ſe ſcribit Turnebus.*

OCCĪSVS, a, um. Partic. [ἀναιρεθεὶς] Cic. in Catil. 1, 26 Vigilare non ſolum ad inſidiandum ſomno maritorum, verum etiam bonis occiſorum. Occidione prope occiſi Liu. 3, 10. Nullo negotio occiſus, *vid.* NEGOTIVM. Spolia occiſis direpta Virg. Aen. 11, 193. Occiſa eſt haec res, *i. Deſperata et perdita.* Plaut. Men. 3, 2, 46 Satin' ſanus es? occiſa eſt haec res. *Add.* Id. Capt. 3, 4, 7. Occiſiſſimus, *Superl. quo vtitur* Plaut. in Caſin. 3, 5, 52 Occiſiſſimus ſum omnium qui viuunt, loricam induam.

OCCISIO, ōnis. f. [φόνος] Cic. pro Caecin. 41 c. 14 Tu vim negabis eſſe factam, ſi caedes et occiſio facta non erit? Vulnera et fortiſſimorum occiſiones Apul. Met. 6 p. 744. Cic. Philipp. 14, 36 c. 14 Quum Aulus Hirtius Conſul Imperator praelio audito et cognito, fortiſſimo, praeſtantiſſimoque animo exercitum caſtris eduxerit, impetumque in M. Antonium exercitumque hoſtium fecerit, eiuſque copias occiſione occiderit, ſuo exercitu ita incolumi, vt ne vnum quidem militem deſiderauerit.

OCCIDIO, ōnis. f. [ἀναίρεσις] *Caedes, ſiue mors.* Columel. 4, 17 Nec ad occidionem vniuerſum genus perduci patimur complurium

annorum negligentia. Equi, viri, cuncta victa occidioni Dantur Tac. Ann. 13, 57. Id. ibid. 12, 38 Copiae tum occidione occubuiſſent. Occidione occidere Liu. 28, 43. Cic. Fam. 15, 4 Et a cohorte Praetoria, quae erat Epiphaneae praeſidii cauſa, occidione occiſum. Iuſtin. 2, 14, 8 Copias occidione occidiſſe. *add.* Id. 22, 7, 2. *et* 28, 4, 12. Gell. 5, 17.

OCCĪSOR, ōris. m. Plaut. Mil. 4, 2, 64 Occiſor regum.

OCCISORIVS, a, um. Adi. Tertull. de Anim. c. 33 Occiſoria animalia.

OCCISĪTO, āre. Frequent. *Saepius occidere.* Feſtus ex C. Graccho, Homines liberi nunc in oppido occiſitantur.

OCCĪDO, cīdi, cāſum, ĕre. [ἐκπίπτω] *Ex Ob et Cado compoſitum.* Plaut. Rud. prol. 8 Et alia ſigna de caelo ad terram occidunt. *i. Cadunt. Sol et Sidera occidere dicuntur, cum e conſpectu noſtro interpoſita ipſa terra noſtra abeunt.* Nondum omnium dierum Sol occidit Liu. 39, 26. Soles occidere et redire poſſunt, Nobis quum ſemel occidit breuis lux, Nox eſt perpetua dormienda Cat. 5, 4. ¶ 2 Occidere, [ἀποθνήσκειν, πεσεῖν] *Mori, interire.* Ex nihilo oriri, *et* In nihilum occidere, *contraria* Cic. de Diuin. 2, 37. Id. Tuſc. 1, 18 Sunt qui diſceſſum animi a corpore putant eſſe mortem: ſunt qui nullum cenſeant fieri diſceſſum, ſed vna animum et corpus occidere. Occidimus ipſi et exſtinguimur refrigerato et exſtincto calore Id. de Nat. Deor. 2, 23 c. 9. Id. Q. Frat. 1, 4 Sin plane occidimus (me miſerum!) ego omnibus meis exitio fuero, quibus ante dedecori non eram. Ne genus occidat humanum Lucret. 2, 174. Potentes rerum occiderunt Id. 3, 1040. Morte aeterna occidere Valer. Argon. 7, 282. Ferro occidit Priamus Virg. Aen. 2, 581. Ante ſuos annos occidit Ouid. Amor. 2, 2, 46. Vulnere occidit Id. Met. 6, 265. Occidi, *dolentis cum commotione quadam particula, idem ſignificat, quod Perii.* Ter. Eun. 2, 3, 1 Occidi: neque virgo eſt vsquam: neque ego, qui illam e conſpectu amiſi meo. *Add.* Id. Andr. 3, 4, 13 *et* 26. Plaut. Caſ. 3, 5, 1. *et* Stich. 2, 3, 75. Dolus occidit Plaut. Truc. 2, 5, 6. Domus vna occidit Ouid. Met. 1, 240. Fundi occiderunt Plaut. Truc. 1, 2, 72. Herbae *etiam* Occidere *dicuntur, per tranſlationem, quum Seneſcunt, vel euaneſcunt.* Virg. Ecl. 4, 24 Et fallax Herba veneni Occidet. Lumen oculorum occidit Lucret. 3, 416. Maturitas feſtinata celerius occidit Quinctil. 6 prooem. Cic. de Legib. 2, 48 Haec iura Pontificum auctoritate conſecuta ſunt, vt ne morte patrisfamilias ſacrorum Memoria occideret. Id. de Amicit. 104 Quarum rerum Recordatio et memoria, ſi vna cum illo occidiſſet, deſiderium coniunctiſſimi viri atque amantiſſimi ferre nullo modo poſſem. Idem pro Domo 96 Remp. concedere vnius diſceſſu, quam omnium interitu occidere, malui. Plaut. Stich. 2, 1, 35 Sed Spatium hoc occidit, breue eſt curriculo. *h. e. Non ſatis ſpatii habeo.* Spes noſtra occidit, nusquam ſtabulum eſt confidentiae, *h. e. De ſpe decidimus* Plaut. Moſt. 2, 1, 3. Occidit, occidit Spes omnis, et fortuna noſtri Nominis Hor. Carm. 4, 4, 72.

OCCĪDENS, entis. Partic. [ἀποθνήσκων] Cic. Fam. 4, 1 Profecto aliquid opis occidenti Reip. tuliſſemus. Natura occidentem maturius exſtinguere vulnere Cic. pro Cael. 79. Mors tum aequiſſimo animo oppetitur, cum ſuis ſe laudibus vita occidens ſe conſolari poteſt Id. Tuſc. 1, 109 c. 45. Occidens ſol Id. ibid. 1, 94. *Sed et* ¶ 2 Occidens, *aliquando ſubſtantiue accipitur: et ſubintelligitur* Sol, *nempe pro Ea parte mundi, in qua ſol occidit: vt* Oriens, *in qua oritur.* Cic. de Nat. Deor. 2, 164 c. 66 Qui has nobiscum terras ab Oriente ad Occidentem colunt. Inſula vltima Occidentis Catul. in Iulium Caeſarem 27 (30) 13. Sinus vltimus Occidentis Hor. Epod. 1, 13. Totus nauigatur Occidens. *Vid.* NAVIGO, *in* NAVIS.

OCCIDENTĀLIS, e. Adi. [δυτικός] *Quod vergit ad Occidentem.* Plin. 18, 34 Ab Occaſu ſolſtitiali et Occidentali latere Septentrionis.

OCCĀSO, ĕre. [κατοίχομαι] *verbum antiquum, aiunt ab* Occaſum, occaſu: *et laudant* Plaut. Caſin. 3, 4, 8 Satin' propter te pereo ego, atque occaſo? *Sed* Occaſio *habent optimae quaeque editiones, nec alterius lectionis mentionem faciunt.*

OCCĀSVS, ûs. m. [τελευτή] *Mors, interitus et caſus fortunae tam in homine, quam in rebus externis.* Cic. Acad. 1, 8 c. 2 Ac poſt Laelii noſtri occaſum. *conf.* Nep. 18, 13, 3. Nec occaſibus fatigari Apul. de Mundo p. 67. *i. funeribus.* Obitus et occaſus noſter Cic. in Piſon. 54. Occaſus imperii, occaſus Reip. Plin. in Paneg. Virg. Aen. 2, 432 Teſtor in occaſu veſtro, nec tela, nec vllas Vitauiſſe vices Danaûm. Occaſus et interitus Reipublicae Cic. pro Sull. 33. Vrbis occaſus et ruinae Virg. Aen. 1, 242. Totius vrbis atque imperii occaſus appropinquat Cic. Catil. 3, 19 c. 8. ¶ 2 Occaſus ſolis, *Tranſitus ſolis in aliud hemiſphaerium, nempe quum nobis apparere deſinit* Plaut. Epid. 1, 2, 41. Solis exortus, curſus, occaſus nemo admiratur, propterea quod quotidie fiunt Auctor ad Heren. 3, 36. Ad occaſum, *vid.* AD. Ad occaſum ſolis paſcere pecus Virg. Georg. 3, 336. Praecipitante in occaſum die Tacit. Hiſt. 4, 3, 86. Signorum ortus, et occaſus Quinctil. 1, 4. Occaſus Vergiliarum Plin. 18, 31. Occaſus, *idem quod Occidens.* Plin. 17, 2 Quapropter qui ibi in Occaſum, aut Septentriones conſeret. Ab Ortu ad Occaſum ſpatiis immutabilibus commeans ſidus Cic. de Nat. Deor. 2, 49 c. 19. Vertor in occaſum Catull. de Coma Berenicae 64, 67. ¶ 3 *Hoc* vocabulo Ennius pro occaſione eſt vſus, in libro ſecundo, Hic occaſu' datus 'ſt: at Horatius inclutu' ſaltu. Item in libro quinto, Iniicit irritatu', tenet, occaſu' iuuat res. Item in libro octauo, Aut occaſus vbi tempusue audere, repreſſit. *Haec* Feſtus.

OCCĀSVS, a, um. Partic. Paſſ. Plaut. Epid. 1, 2, 41 Ante ſolem occaſum. *add.* Id. Men. 5, 7, 33. *conf.* Gell. 3, 2. LL. XII. Tabb. *et* Naeu. *ap.* Gell. 17, 2. *Vid. Voſſ. de Anal.* 4, 13 p. 201.

OCCASVRVS, a, um. Partic. [ἀποθανούμενος] Cic. pro Milon. 100 c. 36 Vt veſtra beneficia, quae in me contuliſtis, aut in huius ſalute augeatis, aut in eius exitio occaſura eſſe videatis.

OCCASIVVS, a, um. Adi. [δυτικός Gloſſ. Gr. Lat.] *Add.* Saxo Gramm. prol. 5.

OCCIDVVS, a, um. Adi. [ἑσπέριος] *Quod occidit, vel vbi fit ſolis, vel alterius rei occaſus.* Claud. de Rapt. Proſerp. in praefat. 2, 38 Solus Amazonio cinctus Stymphalidas arcu Appetis, occiduo ducis ab orbe greges. Plin. 7, 49 Scanſili annorum lege occidua turba, *i. quae moritur per climacteras.* Sol occiduus Ouid. Met. 1, 63. Aquae Id. Faſt. 1, 314 *Mare Heſperium.* Domus primae et occiduae, *Orientis et Occidentis* Stat. Theb. 1, 200. Senectae occiduae iter decliue Ouid. Met. 15, 227.

OCCIDVĀLIS, e. Adi. Prudent. adu. Symm. 2, 597 Omnibus in terris, quas diſtinet occidualis Oceanus, roſeoque aurora illuminat ortu.

OCCIDANEVS, a, um. Adi. Innocent. de Caſis p. 228 Ventus occidaneus.

OCCIDIVM, i. n. *pro Occaſu, ſ. interitu.* Prudent. Apoth. v. 27 Haeret et occidium ſentit iam iamque futurum. *al.* Excidium. *conf. Barth. Aduerſ.* 47, 13.

OCCASĪVVS, a, um. Adi. *Ad occaſum ſpectans.* δυτικός. Gloſſ. Gr. Lat.

OCCILLO, *vid. ſub* OCCA.

OCCĪNO, cinui, centum, ĕre. [κατᾴδω] *Contra canere.* Liu. 6, 41 Si pulli non paſcentur, ſi tardius ex cauea exierint, ſi occinuerit auis. *Legitur et Perfectum* Occanui, *apud* Salluſtium Hiſt. 1, 10 Iuſſu Metelli cornices occanuerunt. *ap.* Priſcian. 10 p. 898 *Putſch.* Alites occinentes Catull. ad Thallum 23, 5. *Legitur et* Occano, *quod vide in ſuo loco.*

OCCENTVS, ûs. m. [κατῳδή] Occentus ſoricis Valer. Max. 1, 1, 5. Super occentu ſoricis peritum conſulere Ammian. 16, 12 *pr. Add. ib.* c. 19. *vbi tamen diuerſimode legitur.*

OCCENTO, āre. Frequent. [κατᾴδομαι] *Verſus locum aliquem dirigere cantum, ſed contumelioſum fere.* Auguſtin. de C. D. 2, 9 ex Ciceronis quarto de rep. ad verbum, *vt ipſe ait,* haec excerpenda arbitratus *eſt:* Noſtrae duodecim tabulae cum perpaucas res capite ſanxiſſent, in his hanc quoque ſanciendam putauerunt, ſi quis occentauiſſet, ſiue carmen condidiſſet, quod infamiam faceret flagitiumue alteri. Occentare, (*inquit* Feſtus) Conuicium facere ſignificat, vt apud antiquos, quum id clare et cum quodam canore fieret, vt procul exaudiri poſſet: quod turpe habetur, quia non ſine cauſa fieri putatur. *Sed amator amicam honoraturus ait apud* Plaut. Curc. 1, 2, 57 Quid ſi adeam fores, atque occentem? *Ita* Perſ. 4, 4, 20 Hac enim illi nocte occentabunt oſtium, exurent fores. *It.* Mercat. 2, 3, 73.

OCCENTANS, antis. Partic. Bubo occentans funebria Ammian. 30, 21.

OCCĪPIO, cepi, ceptum, ĕre. [ἐνάρχομαι] *Idem quod incipere? ex* Capio. *Certe optimi libri Terentiani in Praeteritis e ſimplex habent. Apud Plautum etiam per* oe *editur, tanquam ex verbo* Coepi. *Sed cum ſit Praeſens indubium* occipere *vt* incipere; incoepi *autem nemo temere ſcribat:* occepi *quoque praeferendum videtur.* Ter. Phorm. 5, 6, 22 In gynaeceum ire occipio, *Et* Accepit conditionem, dein Quaeſtum occipit Idem Andr. 1, 1, 52. Ibi illa cum illo ſermonem occipit Id. Eun. 4, 1, 8. Idem ibid. 1, 2, 45 Interea miles, qui me amare occeperat. Id. Andr. 3, 2, 24 Si quid narrare occepi, continuo dari, tibi verba cenſes. *conf.* Plaut. Amph. 2, 2, 92. Si animo male eſſe occeperit. Id. Curc. 1, 1, 43 Vti occepi dicere. *et ita ſaepe in continuanda oratione interrupta.* Magiſtratum occeperant Tacit. Ann. 3, 2. *Add.* Id. Hiſt. 2, 16, 4. Iuuentas occipit pueris Lucret. 5, 887. Dolores occipiunt Ter. Ad. 3, 1, 2. *Et ſaepiſſime apud* Plautum, *cuius etiam eſt* Occepſo, *quod vide in ſuo loco.*

OCCEPTO, āre. Frequent. *Idem.* Plaut. Men. 5, 5, 18 Iam hercle occeptat inſanire.

OCCĪPVT, ĭtis. n. [ἰνίον] *Poſterior capitis pars, quae* Fronti *opponitur.* Auſonius in epigrammate Occaſionis 12 Occipite es caluo? ne teneat fugiens.

OCCIPITIVM, i. n. [ἰνίον] *Idem.* Cucurbitulas temporibus et occipitio admouere Celſ. 4, 2. Plaut. Aul. 1, 1, 25 Quae in occipitio quoque habet oculos peſſuma. *Dici poteſt de verſutis et circumſpectis, quosque neutiquam procliue ſit fallere: quod genus hominum e* Perſio 1, 58 Ianos *appellare poſſis,* O Iane, a tergo quem nulla ciconia pinſit. *Prouerbii etiam quaſi moneta percuſſum eſt illud* Catonis de R. R. c. 4 Si bene aedificaueris, libentius et ſaepius venies, fundus melior erit, minusque peccabitur, fructi plus capies: frons occipitio prior. Plinius *item in eandem ferme ſententiam* 18, 5 Eum tamen *inquit,* qui bene habitet, ſaepius ventitare in agrum: frontemque domini plus prodeſſe, quam occipitium, non mentiuntur. *Rurſus eiusdem libri* c. 6 Et ideo maiores fertiliſſimum in agro oculum domini eſſe dixerunt.

OCCISIO, OCCISVS, *vid.* OCCĪDO.

OCCLAMARE, *legitur a nonnullis ap.* Vell. 2, 4, 4. *vbi caeteri* acclamaſſet.

OCCLAMĪTO, āre. [καταβοῶμαι] *Idem quod Clamitare, et obſtrepere.* Plaut. Curc. 1, 3, 27 Dormio, ne occlamites.

OCCLVDO *vel* OBCLVDO, ſi, ſum, ĕre. [κατακλείω] *ex* Ob *et* Cludo, *antiquo verbo compoſitum, quod Claudere ſignificat.* Plaut. Amph. 4, 1, 10 Occluſerunt aedes. Cic. Acad. 4, 144 c. 47 Quid me igitur Luculle in inuidiam, et tanquam in concionem vocas: et quidem vt ſeditioſi Tribuni ſolent, occludi Tabernas iubes? Plaut. Mil. 3, 1, 11 Quippe ſi reſciuere inimici conſilium tuum, tibi tuopte conſilio occludunt linguam, et conſtringunt manus. *h. e. Impediunt, ne quid reſpondere poſſis.*

OCCLVSVS *vel* OBCLVSVS, a, um. [κατάκλειστος] Partic. *ſiue Nomen ex Participio.* Obcluſis Auribus Apul. Met. 9 p. 225. Cic. in Catil. 4, 17 c. 8 Occluſis tabernis. Occluſa contumeliis libido Ter. Andr. 3, 3, 25. Cic. Fam. 1, 9 Sed quum occluſum illud Odium multarum eius in me iniuriarum, quod ego effudiſſe me omne arbitrabar, reſiduum tamen inſciente me fuiſſet, omne repente apparuit. *Quidam legunt* Incluſum. Nihil nec obſignatum, nec occluſum Id. de Orat. 2, 248 c. 61. *Vid.* OBSIGNATVS. Occluſior ſtultiloquentia Plaut. Trin. 1, 2, 185. *h. e. Occulta et obſcura.* Oſtium occluſiſſimum Id. Curc. 1, 1, 15.

OCCO, as. *Vid.* OCCA.

OCCOEPI, iſſe. *Vid.* OCCIPIO.

OCCVBO, ui, itum, āre. [κατάκειμαι] *a Cubo compoſitum; idem quod Occumbo.* Virg. Aen. 1, 551 Nec adhuc crudelibus occubat vmbris. Tumulus, quo maximus occubat Hector Idem ibid. 5, 371. Morte occubare Liu. 1, 7.

OCCVBITVS, ûs. m. Solis Vulgata Geneſ. 28, 11. *Add.* Deuter. 11, 30.

OCCVLCO, āre. [καταπατέω] *Idem quod Conculcare ſignificat.* Cato de R. R. c. 49 Ita vti fuerit, ponito in ſcrobe aut in ſulco, operitoque et bene occulcato.

OCCVLCĀTVS, a, um. Partic. Liu. 27, 14 Partim occulcatis, partim diſſipatis terrore, qui circa erant.

OCCVLO, cului, cultum, ĕre. [κρύπτω] *Abſcondere, ita vt nihil appareat.* Cic. de Orat. 2, 177 Puncta argumentorum plerumque vt occulas, ne quis ea numerare poſſit. Virg. Georg. 2, 346 Quod

ſuper-

ſupereſt, quaecunque premes virgulta per agros, Sparge fimo pingui, et multa memor occule terra. Quae caeteris in vrbibus molliſſimo cultu parietum vmbris occuluntur Cic. Tuſc. 2, 36. Aether occulit deos Ouid. ex Pont. 2, 8, 62. Nubibus Aërem occuluit Iuppiter Id. Met. 14, 816. Arcana pectore fido occulam Senec. Hippol. ſ. 8. Caput in terris occuluit Nilus Tibul. 1, 8, 24. Culpam parentum occuluit Stat. Silu. 3, 3, 46. Feras ſilua occulit Ouid. Faſt. 2, 216. Moeſta ſecretum occuluit Senec. Hippol. 7. Vmbris ſeſe occulat Virg. Aen. 12, 53. Vulnera non refrico, ſed apparent, nec occuli poſſunt Cic. Att. 5, 15. *add.* Nep. 7, 9, 1. Iuſtin. 1, 9, 11.

OCCVLTVS, a, um. Partic. [κρύφιος, λαθραῖος] Plaut. Trin. 3, 2, 38 In occulto iacebis, quum te maxime clarum voles. Occultus et inuolutus; Promtus et apertus, *contraria.* Cic. de Fin. 1, 30 Intereſſe inter argumentum concluſionemque rationis, et inter mediocrem Animaduerſionem atque Admonitionem: alterâ occulta quaedam et quaſi inuoluta aperiri, alterâ promta et aperta iudicari. Aeuo occulto creſcit fama velut arbor Hor. Carm. 1, 12, 45. Amores Ouid. Faſt. 2, 81. Calles Virg. Aen. 9, 383. Cauſa occulta Scribon. 101. Cupiditas occulta et tecta Cic. pro Roſc. Amer. 104. Delicta occultiora Salluſt. Iug. c. 19. Dolores occultos proferre Propert. 1, 18, 3. Doli Tibull. 1, 9, 24. Homo occultus, *i. Aſtutus, fictus* Cic. Fam. 3, 10. Caueret ſibi ab occultis hominibus Liu. 25, 16 *pr.* Pompeius occultior, non melior Tac. H. 2, 38, 4. Nullae ſunt occultiores Inſidiae quam hae, quae latent in ſimulatione officii Cic. Verr. 3 c. 15. Iter Propert. 3, 11, 34. Occultum, inteſtinum, et domeſticum malum Cic. Verr. 1, 39 c. 15. Monitus Ouid. Faſt. 3, 167. Notae occultae, *Literae ſecreti aliquid habentes* Id. de Arte Am. 3, 630. Proditor Claud. in Conſ. Stil. 1, 113. Res occultae, et ab ipſa natura inuolutae Cic. Acad. 1, 15. Id. ibid. 4, 127 c. 41 An tu, quum res occultiſſimas aperueris, in lucemque protuleris, iuratusque dixeris ea te comperiſſe, *etc. Add.* ibid. 62 c. 19. Res occultas et penitus abditas non modo vidit animo, ſed etiam ſic tractat, vt manu doceat Epicurus Cic. de Nat. Deor. 1, 49. Sapor ſalis occultus in lacte Virg. Georg. 3, 397. Scelus Lucan. 4, 252. Spes Tacit. Hiſt. 2, 78. Viae Virg. Aen. 3, 695. Vires occultas concipiunt terrae Virg. Georg. 1, 86. Voces Stat. Theb. 5, 490. Saltuum occulta Tacit. Ann. 1, 61, 2. Abdere ſe in occultum, *vid.* ABDO. Continere ſeſe in occulto, *vid.* CONTINEO. Vt ſaepe ſumma ingenia in occulto Latent Plaut. Capt. 1, 2, 62. Offerre occultum, *inquit* Feſtus, eſt Sub terram fere ponere. Abditum et occultum, *vid.* ABDO. Reconditum et occultum Cic. Fam. 11, 21. Occultum, ac ſubdolum fingendis virtutibus Tacit. Ann. 6, 51. Credere occulta ſeruis Cic. pro Cael. 57. Habere occultum aliquid, *pro Occulere, reticere.* Salluſt. in Catil. c. 23 At Fuluia inſolentiae Curii cauſa cognita, tale periculum Reipublicae haud occultum habuit: ſed ſublato auctore, de Catilinae coniuratione quae, et quo modo audierat, compluribus narrauit. Recludere occulta Parcarum Stat. Achil. 1, 498. Subuertere aliquid per occultum Tacit. Ann. 3, 9. In occulto prope ſtare Cic. pro Cluent. 78. In occulto nihil agere ſoleo Plaut. Trin. 3, 2, 86. Ex occulto, *adverbialiter poſitum, pro Secreto.* Plin. 9, 24 Nam paſtinaca latrocinatur ex occulto, tranſeuntes radio (quod telum eſt ei) figens. Ex occulto interuenire Cic. pro Cluent. 47. *Compar.* Cic. Fam. 11, 27 Habeo multo occultiora, quae vix verbis aſſequi poſſum.

OCCVLTE, ius, iſſime. Adu. [λαθραίως] Occulte facere aliquid: *h. e. Clam et caute* Cic. de Fin. 1, 50. Id. Verr. 4, 23 Per iſtos, quae volebat, in nauem clam imponenda, occulte exportanda curabat. Id. de Fin. 2, 53 Facile vt excogitet quomodo occulte ſine teſte, ſine vllo conſcio fallat. Decreſcit vomer in aruis Lucret. 1, 314. Ter. Adelph. 3, 2, 30 Neque id occulte fert: a lenone ipſus eripuit palam. *i. Non clam agit.* Labitur occulte, fallitque volatilis aetas Ouid. Met. 10, 519. Cic. de Lege Agrar. 2, 41 Quid Alexandria cunctaque Aegyptus? vt occulte latet! vt recondita eſt! vt furtim tota Decemuiris traditur! Lude, ſed occulte Ouid. Epiſt. 17, 153. Occulte aliquid moliri Cic. Att. 7, 7. Aperte *et* Occulte, *contraria.* Cic. de Lege Agrar. 1, 1 Quae res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. Peruenire occulte ad aliquem locum Id. in Catil. 3, 5. Occulte ad exploranda loca proficiſcitur Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 66. Cic. Off. 1, 127 c. 35 Remouent ab oculis, ipſique neceſſitati dant operam, vt quam occultiſſime pareant. Occultiſſime aliquid agere Id. Verr. 2 (Act. 1) 15 c. 6. Caſtra quam poteſt occultiſſime locat Liu. 9, 2. Neceſſitati naturae quam occultiſſime parere Cic. Off. 1 c. 35. *add.* Sall. Iug. c. 91. Occultius conari Cic. pro Deiot. c. 6. Stetiſſe in circumſtantibus dicunt Occultius, qui fiſtula breui grauiuſculum ſonum inſpiraret Gell. 1, 11.

OCCVLTIM. *aliud* Adu. Solin. c. 4 Occultim reptare.

OCCVLTO. Adu. *vt ap.* Lucret. 1, 314. *legit* Iſidor. 20, 14.

OCCVLTO, āre. Frequent. [κρύπτομαι] *h. e. Abſcondo.* Virg. Ecl. 2, 9 Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos. Boues abactas occultat ſiluis Ouid. Met. 2, 686. Corpus ſenile paludibus occultauit Cic. pro Sext. 50. Id. pro Lege Manil. 7 c. 3 Et ita regnat, vt ſe non Ponto, neque Cappadociae latebris occultare velit, ſed emergere e patrio regno, atque in veſtris vectigalibus, hoc eſt in Aſiae luce verſari. Quae natura occultauit, eadem omnes qui ſana mente ſunt, remouent ab oculis Id. Off. 1, 127 c. 35. Occultare ſe ab aliquo, *Ex alicuius conſpectu ſe auferre* Plaut. Trin. 2, 2, 3. Occultare apud ſe Caeſ. Bell. Gall. 6, 17. Occultare rem aliquam alicui, *Celare* Plaut. Perſ. 4, 3, 22. Intemperantis eſt, ſcribere quod occultari velis Cic. Acad. 1, 2. Id. de Nat. Deor. 2, 52 Quod eo eſt admirabilius in his ſtellis quos dicimus, quia tum occultantur, tum rurſus aperiuntur, tum abeunt, *etc.* Id. pro Roſc. Amer. 86 Tenuitas hominis eiusmodi eſt, vt diſſimulari non queat: atque eo magis eluceat, quo magis occultatur. Diſſimulare et occultare Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 31. Occultare et diſſimulare appetitum voluptatis propter verecundiam Cic. Off. 1, 105. Cauſam tanti terroris occultas Idem Verr. 1, 80 c. 31. Fugae conſilium occultare Caeſ. Bell. Ciuil. 3. Culpam ſub antris Stat. Theb. 9, 617. Fugam occultare Caeſ. Bell. Gall. 1, 27. Vitia Cic. poſt red. in Senat. Veritas intus occultatur, in fronte eſt oſtentatio Id. de Finib. 2, 77. Occultari, *pro Latere.* Cic. Off. 2, 25 Praemittebatque de ſtipatoribus ſuis, qui perſcrutarentur arculas muliebres: et, ne quod in veſtimentis occultaretur telum, exquirerent.

OCCVLTĀTVS, a, um. Partic. [κεκρυμμένος] Occultata tenebris Cic. Acad. 4, 122 c. 39. Nomine occultato miſſa epiſtola Ouid. ex Pont. 1, 1, 18.

OCCVLTĀTE. Adu. [κεκρυμμένως] *Idem quod Occulte. Laudatur* Cic. pro Deiot. 18 Quod igitur et occultatius conari, et efficere cautius potuit, id ſibi et medico callido, et ſeruo, vt putabat, fideli non credidit, *etc. Sed* occultius *meliores.* Commodum *Imperatorem* occultatius veneno petiuere Aur. Victor Caeſ. c. 17.

OCCVLTATIO, ōnis. f. [κατάκρυψις] Cic. de Finib. 2, 73 c. 22 Quae libido ſe non proripiet ac proiiciet aut occultatione propoſita, aut impunitate, aut licentia? Caeſ. Bell. Gall. 6, 20 Cuius rei nulla eſt occultatio. Occultatione ſe tutari Cic. N. D. 2 c. 50.

OCCVLTĀTOR, ōris. m. [κατακρυπτής] Cic. pro Milon. 51 c. 19 Suſtinuiſſet hoc crimen primum ipſe ille latronum occultator, et receptor locus.

OCCVMBO, cubui, cubĭtum, ĕre. [ἀποίχομαι, ὑποδύομαι] *Mori, Succumbere, Vinci.* Ante annos ſuos occubuit Ouid. de Arte Am. 3, 18. Occumbere certae morti, Idem. Virg. Aen. 2, 62. Neci Ouid. Met. 15, 499. Phaed. 4, 1, 14. Occumbere necem, *vel* mortem Sueton. in Auguſt. c. 13. Liu. 31, 18. Curt. 8, 2, 8. Cic. Tuſc. 1, 102 c. 42 *extr.* Vt eſſet, qui pro patria morte non dubitaret occumbere. *Legitur et* Mortem Liu. 1, 7. Ferro occumbere Ouid. Met. 12, 207. In gladium occumbere Vellei. 2, 70, 3. Certamine ſaeuo occumbit Sil. 1, 143. Factis claris occumbere Valer. Argon. 6, 286.

OCCŬPO, āre. [καταλαμβάνω, προλαμβάνω, ἀσχολέω] *ex* Ob *et* Capio *compoſitum, ſignificat proprie (vt ait Valla) Quod in commune ſiue in medium poſitum erat, ante alios capere. Eſt etiam Locum vi capere vel captum tenere etc.* Cic. de Amicit. 40 Tib. Gracchus regnum occupare conatus eſt, vel regnauit is quidem paucos menſes. Occupare, *interdum eſt Praeuenire.* Titinnius Veliterna *apud* Non. 4, 328 Ergo occupa foras exire. Plaut. Rud. 1, 4, 28 Occupas praeloqui. Varr. Ephebo *apud* Non. l. c. Crede mihi plures dominos ſerui comedere, quam canes. quod ſi Actaeon occupaſſet, et ipſe prius ſuos canes comediſſet. Plaut. Pſeud. 1, 5, 135 Ne quod te ad aliud occupes negotium. *i. Prius applices.* Idem Moſt. 3, 1, 39 Occupato adire. Occupat rapere oſcula Horat. Od. 2, 12, 28. Vulteium mane Philippus occupat et ſaluere iubet prior Horat. Epiſt. 1, 7, 65. Liu. 1, 14 Occupant bellum facere. Idem 1, 30 Occupat Tullus in agrum Sabinum tranſire. Virg. Georg. 4, 440 Manicisque iacentem Occupat. Occupare ante Plaut. Aſin. 4, 2, 9. Col. Prooem 21 Vereor ne ſupremus ante me dies occupet, quam poſſim, *etc.* ¶ 2 Occupare ſe *aut* animum ſuum, *aut* occupari *adeo ſignificat in negotio, affectu, cogitatione, actione quacunque detineri, vt alia agere non poſſis.* Plaut. Pſeud. 1, 5, 135 Da in hunc diem operam, Callipho quaeſo, mihi, Ne quo te ad aliud occupes negotium. Populus in funambulo animum occuparat Ter. Hec. prol. v. 4. Qui in patria funditus delenda occupati et ſunt, et fuerunt Cic. Off. 1, 57 c. 17. Quinctil. 6, 2, 6 Occupari affectibus. *Et* 4, 2, 112 Occupari ira miſeratione. *Et* 10, 1, 32 Occupatus variis cogitationibus iudex. *Vid.* OCCVPATVS. ¶ 3 *Iam ordine literarum ponemus formulas, in quibus vi quadam capere ac tenere ſignificat, ſiue ad corporales res referatur, ſ. ad incorporales.* Virg. Aen. 6, 424 Occupat Aeneas Aditum cuſtode ſepulto. Aeſtum maris Curtius 9, 9 *extr. i. praeuertere.* Amplexu aliquem Ouid. Faſt. 3, 509. Occupat Animos terror Caeſ. Bell. Gall. 1, 39. Animos fuga Liu. 5, 38. Animum ab iracundia occupari Cic. Q. Frat. 1, 1, 31. Arbitrium mortis liberum occupare Curtius 4, 4, 12. Artus feſſos occupat ſopor Virg. Georg. 4, 190. Arua occupat furens Valer. Argon. 3, 86. Aurem fama occupat Hor. Serm. 2, 2, 95. Communia ſolus occupat Ouid. Met. 13, 272. Conſilium occupare, *Inuenire* Plaut. Men. 5, 2, 94. Diem fati Curtius 8, 9 *verſ. fin.* Exercitum Id. 7, 3 — timor Caeſ. Bell. Gall. 1, 39. Extremum occupet ſcabies Hor. de Arte Poët. 417. Fauces occupat cancer Scribon. 235. Cic. Tuſc. 5, 27 Occupaui te, inquit, Fortuna, atque cepi, omnesque aditus tuos intercluſi, vt ad me adſpirare non poſſes. Gratiam alicuius Curtius 7, 4, 16. Honores Hor. Carm. 1, 12, 19. Italiam militibus Cic. de Lege Agrar. 1, 17. Italiam praeſidiis obſidere et occupare Id. ibid 2, 75. Id. de Finib. 3, 67 Sed quemadmodum theatrum quum commune ſit, recte tamen dici poteſt eius eſſe eum Locum, quem quisque occuparit. *h. e. Primus ceperit.* Id. de Clar. Orat. 89 Volo hoc oratori contingat, vt quum auditum ſit eum eſſe dicturum, Locus ſubſelliis occupetur, compleatur Tribunal, *etc.* Locum aliquem caementis Hor. Carm. 3, 24, 3. Locum primum Lucret. 1, 391. Cic. in Orat. 88 Illud admonemus tamen, ridiculo ſic vſurum oratorem, vt nec nimis frequenti, ne ſcurrile ſit, *etc.* nec in facinus, ne odii Locum riſus occupet: neque aut ſua perſona, aut iudicum, aut tempore alienum. Lumina feſſi ſopor occupat Tibull. 1, 2, 2. Cic. Fam. 8, 10 Nouis magiſtratibus autem, ſi Parthicum bellum erit, haec cauſa primos Menſes occupabit. *i. Primis menſibus tractabitur.* Mentes Siculorum tanta ſuperſtitio occupauit, vt, *etc.* Cic. Verr. 4, 113. Curt. 8, 2 *pr.* Deteſtabile carnificis Miniſterium occupauerat rex. *de Alexandro loquitur, qui Clytum amicum interfecerat.* Mors occupat eam Ter. Andr. 1, 5, 62. Morſu occupare Ouid. Met. 3, 48. Munus aliquod Curtius 8, 11. Muros Id. 9, 1. Occupatum Oratione Plaut. Rud. 1, 2, 21. Orbem viribus Virg. Aen. 7, 258. Ora occupat pallor Id. ibid. 4, 499. Ortum ſolis Curt. 6, 4 *extr. i praeuenire.* Pacem Id. 4, 11. *i. vltro poſcere.* Pecuniam occupare *eſt collocare in foenore, vel negotiatione lucroſa alia.* Pomponius *ap.* Non. 4, 328 Quae tuleram mecum millia decem victoriatûm Graeca mercede (*ſ.* merce) illico curaui, vt occuparem. Id non decem occupatum tibi erit argentum dies Plaut. Epid. 2, 2, 13. Improbum numum malui occupare, quam condere Auſon. Epiſt. ad Symmach. praemiſſa Gripho. Pecuniam domini neque in pecore, neque in aliis rebus promercalibus occupet Colum. 11, 1, 24. *et* 1, 8, 13. Cic. pro Flacc. 51 Pecuniam adoleſcentulo, grandi foenore, fiducia tamen accepta, occupauiſti. *i. Pecuniam abs te foeneraticiam ſumſit adoleſcentulus.* Idem Verr. 1, 91 c. 36 Praeterea pecunias occupauerat apud populos, et ſyngraphas fecerat. Portum nauis occupat Hor. Carm. 1, 14, 2. Poſſeſſiones agri Lucani occupauit Cic. Phil. 13, 12. Idem Fam. 10, 7 Non mediusfidius mediocri dolore afficiebar, quum alii occupare Poſſeſſionem laudis viderentur. Curt. 3, 1 *extr.* Cum deinde Darium Regem, vbicunque eſſet occupare ſtatuiſſet, *i. opprimere.* Regiam Hor. Carm. 2, 18, 6. Regnum Cic. Philipp. 5, 17. Saltus Caeſ. Bell. Ciuil. 3. Solum occupabitur feris Hor. Epod. 16, 10. Suffugium Curtius 8, 4. Tyrannidem Cic. Off. 3, 90. Verba quae maxime cuiusque rei propria, quaeque eſſent ornatiſſima, atque optima, occupauit Ennius Cic. de Orat. 1, 114.

OCCVPANS, antis. Part. [καταλαμβάνων] Quinct. Declamat. 13 Multa nihilo minus, quae libera fuerunt, tranſeunt in ius occupantium, ſicut venatio et aucupatio.

OCCVPĀTVS, a, um. Partic. [καταληφθεὶς] Miſerunt qui eum interciperent, a quibus occupatus, viuus in cubiculo crematus eſt Iuſtin. 5, 9, 14. Graeci aduentu hoſtium occupati praelium capeſſunt Idem 2, 12, 21. Occupatum complexu arietauit in terram Curt. 9, 7, 22. Vrbs occupata ſeditionibus Hor. Carm. 3, 6, 13. Accepto vulnere occupatus, per ſuos pro occiſo ſublatus eſt Caeſ. B. C. 3, 109. *i. oppreſſus vel praeuentus.* Occupati animi beneficiis alicuius Liu. 27, 21. ¶ 2 Occupatus, a, um. Adi. [ἄσχολος, ἐνασχολούμενος] *Qui ante negotio aliquo detentus, non poteſt negotio alterius operam dare: vt ait Valla 5, 57.* Cic. de Senect. 31 Itaque nemo adhuc conuenire me valuit, quin fuerim occupatus. Idem Tuſc. 1, 5 Vt ſi occupati profuimus aliquid ciuibus noſtris, proſimus etiam, ſi poſſumus, otioſi. Occupatum et impeditum nunquam hunc tenuerunt amores Idem pro Cael. 44 c. 19. Occupatus auditioni Plin. 26, 2. Vehementer occupatus homo Cic. pro Muraen. 29. Idem Att. 10, 6 Et quia feſtinabam, eramque occupatior de Q. filio, ita me quidem ſedulo: reliqua noſti. Idem pro Muraen. 85 Is non in adminiſtrando bello, ſed in ſufficiendo Collega occupatus. In alio amore Ter. Andr. 5, 1, 10. In bonis Cic. pro Roſc. Amer. 93. In ſtudio Cato in praefatione R. R. In re familiari Cic. ad Brut. 8. In ſe conſeruando Idem de Finib. 4, 34. Tot annos in diis mortalibus placandis Idem pro Font. 36. Suſpenſo et occupato animo alicui reſpondere Cic. de Orat. 1, 239. Animum occupatum in aliqua re habere Idem de Inuent. 1, 31 c. 22. Idem de Legib. 1, 8 Neque occupata Opera, neque impedito animo res tanta ſuſcipi poteſt. Idem pro Planc. 66 Et quid ego dicam de occupatis meis Temporibus, cui fuerit ne otium quidem vnquam otioſum? Occupatior eram Plin. Epiſt. 2, 2. Habebant me occupatiorem comitiorum dilationes, et exſpectare in dies exitum cogebant Cael. ad Cic. Fam. 8, 4. Occupatiſſimus: Cic. Att. 12, 38 Non dubito quin occupatiſſimus fueris, qui ad me nihil literarum, *etc.* Sum tamen hoc tempore occupatiſſimus Plin. Epiſt. 9, 212.

OCCVPATIO, ōnis. f. [ἀσχολία, κατάληψις] *Eſt quum alicui neceſſariae rei, et cui ante omnia operam dare debemus, cum diligentia vacamus: vt ait Valla.* Cic. Off. 1, 21 Sunt autem priuata natura nulla, ſed aut vetere occupatione, vt qui quondam in vacua venerunt. *Item hoſtilis inuaſio. vt,* Obſeſſio templorum, occupatio fori, oppreſſio curiae Idem pro Domo 5 c. 3. Occupatio rei militaris Idem Acad. 4, 4. Moleſtiſſimae occupationes Idem Fam. 7, 1. Summae atque incredibiles Idem Att. 1, 16. Deſcendere ad iuris Ciuilis perdiſcendi Cic. de Orat. 1, 252. Diſtineri aliqua Idem Att. 2, 23. Eripere tempus e ſummis Idem ib. 1, 11. Expedire ſe ab omni Id. ib. 3, 20. Impediebat te iſta conuiuiorum mulierumque occupatio Cic. Verr. 5, 83. Maximis occupationibus Impediri Idem Fam. 10, 28. Implicatus occupationibus Idem de Nat. Deor. 1, 51. In maximis occupationibus nunquam intermittis ſtudia doctrinae Idem in Orat. 34 c. 10. Obſeruare occupationes, *vid.* OBSERVO. Occupationibus prohiberi aliquid facere Caeſ. Bell. Gall. 4, 16. Relaxare ſe occupationibus Cic. Fam. 7, 1. ¶ 2 Occupatio, *pars orationis. Valla,* Occupare, *ſaepe ante capere eſt, et (vt aliqui loquuntur) praeoccupare. Vnde ſchema illud* Occupatio *dicitur, quoties, quae dici ab alio poterant, ea ipſi praeueniendo dicimus, in noſtram partem, ne nobis poſtea officerent, retorquentes.* Cic. de Orat. 3, 203 Et in hilaritatem impulſio, ante occupatio. *Paullo aliter* Auctor ad Heren. 4, 38 c. 27 *pr.* Occupatio eſt, quum dicimus nos praeterire, aut non ſcire, aut nolle dicere, id quod tunc maxime dicimus, hoc modo, Nam de pueritia quidem tua, quam tu omni intemperantiae addixiſti, dicerem, ſi hoc tempus idoneum putarem: nunc conſulto relinquo.

OCCVPATVS, ûs. m. Cl. Mamert. *ap.* Sidon. Epiſt. 4, 2 Ecquo tam ex occupatu vnquam vſpiamue implicabere, quin illud in aliorum commoda reuergat.

OCCVPATORIVS, a, um. *Dicitur de Agris, qui ab aliis occupantur, a propriis poſſeſſoribus derelicti. Vid.* Flacc. Aggen. *et* Goeſ. p. 15 *et* 127. *it.* 45 *et* 48.

OCCVPATICIVS, *apud* Feſtum, *quem vide.*

OCCVPO, ōnis. m. *Mercurii cognomen plebeium, cum* Furem *vocare nolunt.* Petron. 58. Occuponem propitium opto. *Sic. Burm. Sed variatur.*

OCCVRRO, curri, curſum, ĕre. [ἀπαντάω, προέρχομαι] *Obuium fieri, ſiue Obuiam procedere, vt curſus illa ac celeritatis notio non includatur.* Iuuen. Sat. 1, 69 Occurrit matrona potens, quae molle Calenum, *etc.* Cic. ad Brut. 6 Scripſi ad eum, vt mihi Heracleam occurreret. Occurrere obuiam Liu. 4, 40. Cic. Philipp. 1, 9 Tum vero tanta ſum cupiditate incenſus ad reditum, vt mihi nulli neque remi, neque venti ſatisfacerent; non quo me ad tempus occurſurum putarem, ſed ne tardius quam cuperem, Reipublicae gratularer. Sen. Epiſt. 13 Quid iuuat dolori ſuo occurrere? Satis cito dolebis cum venerit, *i. occupare dolorem, prius dolere quam opus eſt.* Occurrere, *cum currendi notione.* Plaut. Curc. 2, 2, 28 Video paraſitum tuum occurrentem. *Vid.* Sc. 3, 1. *Sed nihil ad curſum illud,* Occurrit ex aduerſo inſtructa acies, *i. Proceſſit* Liu. 32, 25. Obuius aduerſoque occurrit Virg. Aen. 10, 734. Oculis tuis occurram Ouid. Ep. 2, 136. *Add.* Colum. 2, 2. Sin doctus illis occurret Labor Phaedr. Epil. 2, 15 *id eſt, in illos iudices inciderit.* Vlpian. in l. 2 §. 2 D. Si quis caut. in iudic. ſiſtendi, *etc.* Simili modo et ſi ad teſtimonium deſideratus, ad iudicium occurrere non potuerit. *i. Siſti iudicio.* Valer. Max. 4, 4 *de Quinctio Cincinnato,* Poenam quoque pro filio Caeſone, quod ad cauſam dicendam non occurriſſet, huius agelli reditu ſoluit. Cael. ad Cic. Fam. 8, 8 At ego ſimul atque audii, inuocatus ad ſubſellia rei occurro. *Sic Graeu. pro* accurro: *qui etiam ad* Suet. Calig. c. 26 *probat* Occurrere *interdum idem ſignificare ac praeſto eſſe. Sic* Suet. Cal. c. 39 Litigatorum plerique, quod occurrere abſentes ad vadimonium non poſſent, cauſa caderent. *Cum Infinitiuo:* Lucret. 3, 908 Nec dulces occurrent oſcula nati Praeripere, *etc. i. current ad praeripiendum.* Telis occurrere Virg. Aen. 11, 808. Occurrere ſuppetias fugientibus ſuis Hirt. Bell. Afric. c. 68. ¶ 2 Occurrere, [φθάνειν] *pro Vltro anteuertere et praeuenire verbis, conſiliis, actu.* Cic. pro Cluent. 63, c. 23 Sed ego occurram exſpectationi veſtrae iudices. *i. Reſpondebo tacitae obiectioni.* Occurretur ſicut occurſum eſt Idem Acad. 4, 44 c. 14. Dictis occurrere alicui Virg. Aen. 12, 625. Rationi illi, quam paullo ante concluſi, ſic occurri Cic. de Fato 41. *Add. Burm. ad* Quinctil. 1, 5, 36 p. 61. Cic. de Orat. 3, 189 Neque vos paeon aut herous ille conturbet, ipſi occurrent orationi, ipſi, inquam, ſe offerent, et reſpondebunt non vocati. Cic. Fam. 11, 11 Maleuolentiae hominum in me, ſi poteris, occurres, *i. obſiſtes.* Perſ. 3, 64 Venienti occurrite morbo. Conſiliis Catilinae occurri et obſtiti Cic. in Catil. 3, 17 c. 7. Res vera occurrit falſae rationi Lucret. 3, 523. Satietati aurium, animorumque eſt occurrendum Cic. Verr. 4, 105. Varietas ſatietati occurrit Idem in Orat. 174. Vtrique Rei occurram Nep. 16, 1, 1. Saepe imprudenti fortuna occurrit amanti, *h. e. Aduerſatur* Propert. 1, 20, 3. Occurrit pernionibus herba haec, *pro Sanat perniones, vel prohibet, ne veniant* Plin. 26, 7. Cuicunque ſanguinis vitio intus, occurrit ſuccus quinqueſolii Ibid. c. 8. *Add.* Idem 20, 8 *et* 8, 27. *Sic* Occurrere, *pro Vltro offerri et euenire.* Cic. pro Deiot. 40 c. 14 *de miſericordia loquens,* Solet ſupplicibus ipſa, et calamitoſis, nullius oratione euocata, occurrere. *Huc etiam pertinet* Pallad. Aug. 7 Quae Iulio non occurrimus: facere *addit Mediceus liber, quod alii intelligunt* occurrimus facere, ἐφθάσαμεν ποιεῖν. ¶ 3 Occurrere [ἐπέρχεσθαι] *res aliqua dicitur, quae in mentem venit.* Cic. de Senect. 2 Sed mihi quum de ſenectute aliquid vellem ſcribere, tu occurrebas dignus eo munere. Occurrit vtrique veſtrum Idem pro Caec. c. 8. Idem pro Milon. 25 Occurrebat, mancam ac debilem Praeturam ſuam futuram Conſule Milone. Idem de Orat. 2, 147 c. 34 Vbi enim locum omnem cogitatione ſepſeris, ſi modo vſum rerum percallueris, nihil te effugiet, atque omne quod erit in re, occurret atque incidet. Cic. de Finib. 4, 47 c. 17 Hoc igitur quaeritis omnes, et hi, qui quodcunque in mentem veniat, aut quodcunque occurrat, ſe ſequi dicent, *etc.* His occurrunt plerumque Imagines mortuorum Idem de Diu. c. 30. Idem de Orat. 1, 151 c. 33 Omnes enim ſiue artis ſunt loci, ſiue ingenii cuiusdam atque prudentiae, qui modo inſunt in ea re, de qua ſcribimus, inquirentibus nobis, omnique acie ingenii contemplantibus oſtendunt ſe et occurrunt. De noſtro itinere in vtramque partem permulta mihi occurrunt Idem Att. 15, 23. Occurrit animo, vel animis, *h. e. Succurrit, et in mentem venit.* Idem Acad. 4, 15. Si id, quod officii ſui ſit, non occurrit animo, nihil vnquam omnino aget Liu. 23, 48. Occurrunt animo pereundi mille figurae Ouid. Epiſt. 10, 81. Viſa quietis menti occurrunt tranquilla atque veracia Cic. de Diuin. 1, 61 c. 29. Occurrebant oculis tot paludes, tot etiam campi Columel. 2, 2. Tellus nulla occurrit Virg. Aen. 5, 9. ¶ 4 *Obſeruat.* Occecurri, *Praeteritum antiquum, pro Occurri.* Helius Tubero apud Probum, Si generalis ſpecies occecurrit. *Vid.* Gell. 7, 9. Occurritur, *imperſ.* [ἐνίσταται] *Obſiſtitur, reſiſtitur, repugnatur.* Cic. Off. 2, 7 c. 2 Occurritur autem nobis, et quidem a doctis et eruditis, quaerentibus ſatisne conſtanter facere videamur, qui quum percipi nihil poſſe dicamus, *etc. Et proprie* Liu. 5, 35 Aegre ad vndecimum lapidem occurſum eſt. Caeſ. B. G. 7, . . A noſtris occurrebatur.

OCCVRRENS, entis. Partic. [ἀπαντῶν] Imago ſaepius occurrens Virg. Aen. 6, 695. Nec ſilentium noctis iam mediae promittebat occurrentium lumen Petron. c. 79.

OCCVRSVS, ûs. m. [ἀπάντησις] *Ipſe occurrendi actus.* Plin. 11, 37 Dentes ferrati pectinatim coëuntes, ne contrario occurſu atterantur. *Sic* 7, 49 Occurſus maleficorum ſiderum. Vrſi, leaeque occurſu fecere metum Ouid. Met. 14, 260. Rota fracta occurſu ſtipitis Ouid. Met. 15, 523. *Plur.* Obuiis occurſibus impediri Solin. c. 57 (*al.* 45).

OCCVRSO, āre. Frequentat. [ἀπαντῶμαι] *Currendo obuiam ire.* Virg. Ecl. 2, 25 Et inter agendum Occurſare capro, cornu ferit ille, caueto. Occurſare portis Liu. 2, 45. Occurſare *ſignificat interdum Promptitudinem memoriae.* Occurſant verba, ſed qualia? quaeſita et exculta Plin. Epiſt. 2, 3, 2. Occurſare, *pro Succurrere, et venire in memoriam.* Plaut. Mil. 4, 2, 56 Nam ita me occurſant multae, haud meminiſſe omnes poſſum. Occurſat animo meo mortalitas Plin. Epiſt. 5, 5. Occurſare numinibus, *Adorare, et ſacrificiis placare, et praeuenire numina, ne nobis noceant* Id. in Paneg. c. 81 *pr.*

OCCVRSANS, antis. Part. [ἀπαντώμενος] Lucret. 5, 717 Et vna Labitur omnimodis occurſans officiensque, *etc.*

OCCVRSATIO, ōnis. f. [ἀσχημονισμὸς] *Ambitionis genus, prenſatio, et Diligens captatio bonorum, dum magnatibus aut populo occurrimus prius quam decernatur.* Cic. pro Planc. 29 c. 12 Facilis eſt illa occurſatio et blanditia popularis. Idem pro Milon. 96 c. 35 Veſtras vero, et veſtrorum ordinum occurſationes, ſtudia, ſermones, quemcunque caſum fortuna dederit, ſecum ſe ablaturum eſſe dicit.

OCCVRSIO, ōnis. f. Sidon. Epiſt. 7, 10 Culpa rarae occurſionis. Videbis nocturnam lunae ſucceſſionem a fraternis occurſionibus lene remiſſumque lumen mutuantem Sen. Conſ. ad Marc. c. 18.

OCCVRSĬTO, āre. Frequent. Solin. c. 38 *de Elephantis.* Si confertis pecoribus occurſitent.

OCCVRSĀTOR, ōris. m. Auſon. Eidyll. 2, 25 Non occurſator, non garrulus, *etc.*

OCCVRSĀTRIX, īcis. f. Feſtus *in voce* Sphintyrnix.

OCCVRSACVLVM, i. n. *Quidquid inopinato occurrit* Apul. Apol. p. 315.

OCCVRSORIVS, a, um. Adi. Apul. 9 p. 227 Potio occurſoria, *qua excipitur hoſpes ad coenam inuitatus. Sic Pric. et Elmenh. Al.* Antecurſ. *it.* Accurſ.

O C E

OCEĂNVS, i. m. [Ὠκεανὸς] *Proprium nomen Tethyos coniugis. Item, lictoris, aut viatoris noti Martialis aeuo, de quo* Martial. 3, 95 Et ſedeo, qua te ſuſcitat Oceanus. *De illo* Ouid. Met. 2, 510. Genitor Nympharum Oceanus Catull. 85, 6. ¶ 2 *Nempe maris hoc generale nomen eſt illius, quod extra Herculis columnas orbem terrarum circumfluit: atque a litoribus plerumque accipit nomen, vt* Atlanticus, Gaditanus, Arabicus, Perſicus, Indicus, *etc.* Virg. Aen. 2, 250 Et ruit Oceano nox. Idem Georg. 1, 246 Arctos, Oceani metuentes Aequore tingui. Idem ib. 4, 233 Plias et Oceani Spretos pede repulit Amnes, *veris deſcriptio, ab ortu Pliadis.* Tacit. Ann. 2, 23 Diſiecitque naues in Aperta Oceani. Cic. pro Lege Manil. 33 Nunc nullam intra Oceani Oſtium, praedonum nauem eſſe audiatis? Belluoſus Hor. Carm. 4, 14, 48. Circumuagus, *vid.* CIRCVMVAGVS. Refuſus, *i. Refluus* Virg. Aen. 7, 225. Seruius. Rerum Princeps Claud. Conſ. Hon. 4, 23. *ex doctrina Thaletis de aqua, communi rerum principio, vid. Barth. ad h. l. Sic* Orbis vinculum, terrarum cuſtodia Rhetor. apud Sen. Suaſor. 1. Ruber Hor. Carm. 1, 35, 30 *Mare Erythraeam.* Soles ſe tingunt Oceano Virg. Georg. 2, 481.

2, 481. Mare Oceanum appellamus Cic. de Somn. Scip. 15. Oceanus et Salacia caeli ſatu terraeque conceptu generati et editi Idem de Vniuerſ. 35. ¶ 3 Oceanus, *Solium vaſtum in balneis, et omnino lacus alutusque maior, vel ab eo nomine, vel ab amplitudine vocatus, et a lauantium quoque ſtrepitu, et marino quaſi aeſtu.* Lampridius in Alexand. Seu. c. 25 Oceani (*inquit*) ſolium primus inter principes Alexander appellauit, quum Traianus id non feciſſet, ſed diebus ſolia deputaſſet. *Nam thermarum magnitudo Romae quanta fuerit,* Ammianus *docet, quum narrat* Lauacra in Vrbe in modum prouinciarum exſtructa 16, 10. ¶ 4 Oceanus, *tanquam Adiectiu.* Qui vagus oceanas exit et intrat Aquas Venant. Fort. de Reſurrect. 3, 4. *de ſole. De aliis res incerta.* Qualis in oceano Fluctu Iuuenal. 11, 94. *Al.* Oceani. Nimirum Oceano ſe oſtendit noctifer Imbre Catull. 61, 7. *Sed legitur,* Oeteos oſtendit noctifer ignes. Litore in oceano Iuuenal. 11, 113. *Sed editur* Litore ab oceani. *Certius, ſed recentius* Mare oceanum Ampel. pr. de mundo, *et* S. Rufus c. 5. Et vsque Gades ad Oceanum mare peruenimus.

OCEANĪTIS, ĭdis. f. Patronym. ['Ωκεανῖτις] *Dicitur filia Oceani.* Virg. Georg. 4, 341 Clioque et Beroë ſoror, Oceanitides ambae.

OCELLATVM, i. n. *Aut Genus auellanae, nucularumque, quae ocellorum quandam prae ſe ſpeciem et rotunditatem ferunt: aut globuli ſunt e lapide polito. Hac voce vſus eſt* Tranquillus in Aug. c. 83 *quum ſcribit* Auguſtum ſolitum eſſe cum pueris minutis ludere ocellatis nucibusque. *Quanquam diuerſa de* Ocellatis *Grammatici ſentiunt, et vt in re ignota emendationem comminiſcuntur, ac modo* Caſtellatis, *modo* Oſcillis, *modo* Oſſilatis, *vel* Oſſiculatis, *vel* Oſſiculis *reponant. Sed Turnebus Adu.* 3, 18, *quem ſequuntur doctiſſimi quique,* Ocellatis *probat, quam vocem a* Varrone *mutuo ſumſiſſe* Tranquillum *exiſtimat. Sic enim auctore* Nonio 3, 138 *ſcribit in* Marcipore, Altera exorat patrem libram ocellatorum, Altera virum ſemodium margaritarum *Conf. Caſaub. ad* Suet. l. c. *Salmaſ. ad* Solin. p. 496.

OCELLVS, *vid.* **OCVLVS**.

OCHRA, ae. f. [ὤχρα] Cretae, ſiue lapidis ſpecies, quae fit exuſta rubrica in ollis nouis luto circumlitis Plin. 35, 6. *Bald. Lex. Vitr.* p. 75.

OCHVS, i. m. [Ὦχος] *Fluuius, de quo* Plin. 6, 16 Gens haec (*de* Bactris *loquitur*) — includitur flumine Ocho. Idem 31, 7 Praeterea apud Bactros amnes Ochus et Oxus, ex appoſitis montibus deferunt ſalis ramenta.

O C I

OCĬMVM, *quod corruptum varie in* **OCINVM**, **OCYMVM**, **OCYNVM**, *et* **OZINVM**, i. n. [ὤκιμον] *Duarum plantarum nomen eſt: Primo odoratae illius, quae vulgo* Baſilicon *vocatur. De hoc* Plin. 19, 7 ſ. 36 Nihil ocimo fecundius: cum maledictis ac probris ſerendum praecipiunt: vt laetius prouenuiat, ſato pauitur terra. *Hinc* Perſ. 4, 22 Cum bene diſcincto cantauerit ocima vernae, *i. opprobria dixerit ingeſſeritque, quae ſolent cantari cum ſeruntur ocima. Caſaubonus ad b. l. veram eſſe ſcripturam* ocimum, *auctoritate et ratione euincit. De huius* ocimi *natura et viribus medicis multa* Plin. 20, 12 ſ. 48 Ocimum quoque Chryſippus grauiter increpuit, inutile ſtomacho, vrinae, oculorum quoque claritati: praeterea inſaniam facere, et lethargos *etc. ipſe deinde meliora. Sed locus ipſe videndus eſt, et, ſi quis plura deſiderat, Bodaeus a Stapel ad Theophr.* 7 p. 755 ſqq. *Tribuitur* Ocimum *etiam* Catullo ad Fundum ſ. 44, 15 Et me recuraui ocimoque et vrtica. *Sed* otioque *magno conſenſu libri optimi: quod etiam pulchre ad illum locum conuenit. Vid. Iſ. Voſſius.* Colum. 10, 319 Tum quoque proſciſſo riguoque inſperſa nouali Ocima comprimite, et grauibus denſate cylindris. *Explicat, quod breuiter a Plinio dictum modo poſuimus,* ſato pauitur terra. Ser. Sam. 441 Ocima praeterea, bulbiue linuntur amari. ¶ 2 Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato Ocimum vocat (c. 27 *et* 53. *it.* 54, 3 *et* 4 *vbi* ocinum *a Victorio, antiquiores editi* Ocymum, MS. Ocimum) quo *ſiſtebant* aluum bubus. Id erat e pabulis ſegete viridi deſecta, ante quam *gelaret* Sura Mamilius id aliter interpretatur, et tradit, ſabae modios decem, viciae duos, tantundem eruiliae in iugero autumno miſceri et ſeri ſolitum. Melius et auena Graeca, cui non cadit ſemen, admixta. Hoc vocatum ocimum, boumque cauſa ſeri ſolitum. Varro appellatum a celeritate proueniendi, e Graeco, quod ὠκέως dicunt. *Haec* Plin. 18, 15 ſ. 42 *quae corrupta certe in verbis* ſiſtebant *et* gelaret, *collatus* Varronis *locus arguit* de Re ruſt. 1, 31, 4 Ocinum (*ſic primae editt.* Ocinum *Victor.*) dictum a Graeco verbo ὠκέως, quod valet cito: ſimiliter quo (*ſic Victor. antea* quoque) ocinium in horto. Hoc amplius dictum ocimum, quod *citat* (*vnde ergo* Plinius ſiſtit?) aluum bubus, et ideo iis datur, vt purgentur. Id ex fabuli ſegete viride ſectum ante quam *genat ſiliquas. Vltima duo verba apud* Plinium *corrupta in* antequam gelaret. *Sed noſtrum non eſt, omnes circa hoc* Ocimum *componere lites.* ¶ 3 Ex Macro *laudatur verſus,* Inter praeteritas numerabitur ocymus herbas. *Sic fuerit generis Maſculini. Sed notum eſt, quantum illi* Macro *homini tribuendum ſit.*

OCYMOIDES, *id eſt Ocimo ſimilis* carduus *eſt* Apul. de Herb. 109.

CCINVM, *vid.* **OCYMVM**.

OCIOR, **OCIOSVS**, *vid.* **OTIVM**.

OCIVM, *vid.* **OTIVM**.

O C N

OCNVS, i. m. [Ὄκνος] Is eſt, *inquit* Seruius, quem in Bucolicis Virgilius Bianorem dicit, Mantuae conditor. Cuius etiam meminit Aen. 10, 198 Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris, *etc.* Ocnus (*ſi Latine interpreteris, ſignificat Pigritiam*) *vir quidam fuit, quem effinxerunt pictores apud inferos ſedentem et torquentem e ſparto funem, adſtantem autem illi aſinam ſtatim deuorantem quod ab illo tortum fuit. Vid. Pauſan.* Phoc. ſ. libro 10. *Huc alludens* Prop. 4, 3, 21

Occidat immerita qui carpſit ab arbore vallum:
Et ſtruxit querulas rauca per oſſa tubas.
Dignior obliquo, funem qui torqueat, Ocno,
Aeternusque tuam paſcat aſelle famem.

Obliquo *i. in opus ſuum incuruo.* Plin. 35, 11 ſ. 40, 31 *inter opera* Socratis *pictoris* Piger, qui appellatur Ocnos, ſpartum torquens, quod aſellus arrodit. *Hunc locum vbi ad* Propertium *illuſtrandum attulit Turnebus, ſubiicit: Quis autem non videt magnae pigritiae fuiſſe in torquendo ſparto laborare, nihilque proficere, rodente quidquid tortum erat aſino, nec tamen abigendi aſini laborem ſuſcipere? Sed alium in ſenſum dici videtur a* Propertio, *de eo, qui ſupplicio non diſſimili Danaidum poenae afficitur, aut qui in ignem lanam trahit, qui ſcilicet perpetuo ſine effectu laborat, quomodo apud inferos Ocnon puniri opinio erat, vt exiſtimo. Hactenus ille. Mihi, ſalua Plinii reuerentia* Ὄκνος *in hac fabella non tam* pigritiam, *quam* taedium *et moleſtiam labori adiunctam notare videtur. Quid enim moleſtius eſt, quam laborem ſuſcipere et continuare eum, quem ſtatim tibi periturum ſcias.*

O C Q

OCQVINISCO, ĕre. [κύπτω] Inclinare, *inquit* Nonius 2, 600. Pomponius Proſtibulo, Vt nullum ciuem paedicaui per dolum, Niſi ipſius orans vltro qui ocquiniſceret. Idem Piſtore, Niſi nunc aliquis ſubito obuiam occurrit mihi, Qui ocquiniſcat, quo compingam terminum, in tutum locum. *Vterque locus deteſtabilem turpitudinem pathici hominis, drauco praebentis, indicat.*

O C R

OCREA, ae. f. [περικνημὶς] *Calceamenti genus, quod crus tuetur; quod,* Varrone *auctore* de L. L. 4, 24 opponatur ob crus; vel quod ſit inaequaliter tuberata, *vt ait* Feſtus. *Add.* Iſid. 19, 34. *Et eſt ſane* ὀκρὶς *eminentia quaedam.* Apul. de Mundo p. 744 *Floridi,* Hic galea caput, ille crura ocreis inuoluit. Liu. 9, 40 Et ſiniſtrum crus ocrea tectum. Tum leues ocreas electro, auroque recocto Virg. Aen. 8, 624. *Add. ib.* 7, 634.

OCREĀTVS, a, um. Adi. [περικνημιδωτὸς] *Qui ocreis calceatus incedit.* Plin. 19, 2 Ad reliquos vſus laborioſe euellitur ocreatis cruribus, manibusque tectis manicis, conuolutum oſſeis ligneisue conamentis. In niue Lucana dormis ocreatus Hor. Serm. 2, 3, 234.

OCRICŬLVM, i. n. *Oppidum Italiae, in monte ſitum, quod Strabo inter Sabinos ponit,* Plinius inter Vmbros. *Hinc*

OCRICVLĀNVS, a, um. Adi. *vt,* Ocriculana tribus, *vid.* **TRIBVS**. Ocriculani populi Plin. 3, 14.

OCRIS, is. f. [Ὄκρις] Mons confragoſus *apud* Feſtum.

OCRĪSIA, ae. f. Publii Corniculae vxor, Seruii Tullii mater. Ouid. Faſt. 6, 627 Namque pater Tullii Vulcanus, Ocriſia mater.

O C T

OCTAËDRON, i. n. (*corpus*) *ſ.* **OCTAËDROS**, i. f. Mart. Capella 6 p. 233 *intell. forma. Eſt nempe figura ſolida, quae octo triangulis aequalibus, et aequilateris continetur.*

OCTANGVLVS, a, um. Adi. Sphaeram et pyramidem figuram ignis in ſe habere, octangulam vero aëris Apul. de Doctr. Plat. 1 p. 5.

OCTAGONVS, a, um. Adi. *Idem.* Omnis octagonus ductus Hygin. de Caſtram. Octagoni areae pedaturam ſic inuenies Id. ib.

OCTANS, antis. m. *Octaua pars aſſis* Vitruu. 10, 11, *vid.* **AS**.

OCTASTYLOS, i. c. Vitr. 3, 2 *Epitheton templi, vel alterius adeo aedificii,* octo *in fronte* columnas *habentis.*

OCTAVIA *Gens Romae, in ſummam nobilitatem adducta a* C. Octauio, *qui poſt adoptionem Iulii Caeſaris* C. Iulius Caeſar Octauianus dictus eſt: *et* Auguſti *nomen ſuis ſucceſſoribus, non minus quam* Caeſaris *reliquit. Alios* Octauios, *et* Octauias *memorare, item* Porticus Octauias *non eſt huius loci.*

OCTAVIĀNVS, a, um. Adi. [Ὀκταβιανὸς] Cic. de Diuin. 1, 4 Ex quo genere ſaepe ariolorum etiam et vatum furibundas praedictiones, vt Octauiano bello Cornelii Culeoli, audiendas putauerunt. Octauianus, Auguſti Caeſaris *cognomen fuit, inde tractum, quod ex Octauiorum familia in Caeſarum gentem fuerit adoptatus, quemadmodum et Africanus minor dictus eſt Aemilianus, quod P. Aemilii filius fuerit, a P. Cornelio Scipione adoptatus.*

OCTO. [ὀκτὼ] *Nomen numerale, Adiect. indecl.* Octo genera poenarum in legibus Cic. *ap.* Auguſtin. C. D. 21, 11. Pedes temo protentus in octo Virg. Georg. 1, 171.

OCTIES. Adu. Martial. 8, 64 Vno naſceris octies in anno. Cic. in Somn. Scip. 3 c. 2 Nam quum aetas tua ſeptenos octies ſolis anfractus reditusque conuerterit, *etc. Add.* Lamprid. Comm. c. 11.

OCTĀVVS, a, um. Adi. Octaua pars Plin. 6, 33. Cic. Att. 15, 26. Circiter horam octauam Hor. Epiſt. 1, 7, 47. Sapientum octauus Idem Serm. 2, 3, 296. *nouus velut Collega illis* ſeptem *nobilibus Graeciae ſapientibus additus.*

OCTAVVM. [ὄγδοος] *Tanquam Aduerbium poſitum, pro Octies.* Liu. 6, 36 Nam praeter Sextium Liciniumque, latores legum iam octauum Tribunos plebis refectos.

OCTAVA, ae. f. *Vectigalis ſpecies.* l. vlt. C. de Eunuch. *it.* l. 7 C. de vectig.

OCTAVARIVS, i. m. *Exactor huius vectigalis.* l. 8 C. de vectig.

OCTENNIS, is. m. *Qui octo annis natus eſt.* Ammian. 18, 6.

OCTINGENTI, ae, a. Adi. [ὀκτακόσιοι] Cic. Acad. 4, 81 c. 25 Mille et octingenta ſtadia quod abeſſet, videbat. *Et* pro Planc. 60 c. 25 Octingenti fere conſecuti ſunt. *Add.* Idem Fam. 12, 15, 21. Columel. 5, 2.

OCTINGENTIES. Mart. Capell. 6 p. 198. Vopiſc. in Tac. c. 10.

OCTINGENARIVS, a, um. Adi. [ὀκτακοσιος] Octingenarius grex Varro de Re ruſt. 2, 10 *ſub fin.*

OCTINGENTESĬMVS, a, um. Adi. [ὀκτακοσιοστὸς] Cic. de Seneſt. 5 c. 2 Deinde quî minus grauis eſſet iis ſenectus, ſi octingenteſimum annum agerent, quam octogeſimum?

OCTĬPES, ĕdis. c. Ouid. Faſt. 1, 313 Octipedis fruſtra quaerentur brachia Cancri.

OCTOBER, bris. m. *Menſis Romani decimi nomen.* Auſon. Eclogario p. 553 Triticeo October fenere ditat agros. *Et* p. 554 October cupidi ſpem fouet agricolae. *Et* p. 555 Et quas October, poſitusque in fine December. Columel. 11, 2, 73 Cal. Octobribus. Quarto Non. Octobris *etc.* ¶ 2 October equus appellatur, qui in campo Martio menſe Octobri immolatur quotannis Marti, bigarum victricum dexterior; de cuius capite non leuis contentio ſolebat eſſe inter Suburanenſes et Sacrauienſes, vt hi in Regiae pariete, illi ad turrim Mamiliam id figerent; eiusdemque cauda tanta celeritate perfertur in Regiam, vt ex ea ſanguis deſtillet in focum participandae rei diuinae gratia, *etc.* Feſtus. *Illa cauda* cauiar *dicebatur, vbi vid. Quod hic* quotannis *dicitur, illud idem* Feſtus *in* Cauiar quinto quoque anno

anno *memorat: et ſic* Prop. 1, 4, 20 Annuaque accenſo celebrare Palilia foeno, Qualia nunc curto (*cauda truncato*) luſtra nouantur equo. *Scaliger* Propertium *arguit, confudiſſe Paliliorum celebrationem cum* equo Octobri.

OCTOCHORDOS, Vitr. 10, 13 Canonis muſici *epitheton, ſi ſit* octo chordarum, *i. tonorum.*

OCTODĔCIM. Indecl. *Dubitamus cum Voſſio, vtrum Latine dici poſſit nec ne. Saltem melius loquemur cum* Cicerone Duodeuiginti, *aut cum* Liuio Decem et octo. *vid. Cellar. Antib. p.* 124. *et Cur. Poſter. p.* 184.

OCTOGINTA. Adi. *Indecl.* [ὀγδοήκοντα] Cic. de Senect. 68 c. 19 Argantonius quidam Gadibus, qui octoginta regnauit annos, centum viginti vixit. *add.* de Cl. Orat. c. 64. Octoginta octo Plin. 4, 12. Octuaginta Gell. 3, 10. Vitr. 10, 17. *vid. Borrich. Cogit. p.* 184.

OCTOGĒNVS, a, um. Adi. [ὀγδοηκοστὸς] Plin. 9, 51 Torpedo octogenos fetus habens inuenitur. *i. Octoginta.* Octogenae ſtirpes Columel. 3, 3. *conf.* Varro R. R. 2, 10. Octogeni bini aeris militibus dati Liu. 10, 30 *extr.*

OCTOGESĬMVS, a, um. *Aliud item* Adiect. [ὀγδοηκοστὸς] Cic. de Senect. 32 Qui et vno et octogeſimo anno ſcribens mortuus eſt. *De Platone.* Liu. 9, 18 Populi iam octogeſimum bellantis annum. Columel. 5, 1 Pars ducenteſima octogeſima octaua. Solſtitia octogeſima Iuuen. Sat. 4, 92. Quartum annum ago et octogeſimum Cic. de Sen. c. 10. Quam ſextus et octogeſimus annus pulſat Iuuenal. 6, 191. *Add.* Varro R. R. 1, 1 *pr.* Octuageſimus, *de quo vid. Valla* 3, 5.

OCTOGIES. Adu. [ὀγδοηκοντάκις] Cic. in Piſon. 86 c. 35 Nonne ſeſtertiûm centies et octogies, quod, quaſi vaſarii nomine, in venditione mei capitis adſcripſeras, ex aerario tibi attributum Romae in quaeſtu reliquiſti? Octogies quinquies centena Plin. 2, 108.

OCTVAGIES. Adu. *Idem.* Plin. 2, 108. *Add.* Mart. Capella 6 p. 198.

OCTOGŌNVS, i. m. *Quod octo habet angulos* Vitruu. 1, 6.

OCTOGENARIVS, a, um. Adi. Plin. Epiſt. 6, 33 Octogenarius ſenex. Maior octogenario Eumen. de reſt. Scholis c. 17. *Alio ſenſu,* Octogenaria fiſtula Pallad. 9, 12. *et* Vitruu. 8, 7. *quae e lamina octoginta digitorum perfecta eſt.*

OCTOMINVTALIS, e. Adi. Octominutalis carnis libra Lamprid. in Alex. Seu. c. 22. *i.* octo minutorum pretio venalis. Minutus *autem eſt numulus argenteus,* λεπτός.

OCTŌNVS, a, um. Adi. [ὀκτώ] Octonis annis pariunt caprae Plin. 8, 50. *Et* c. 32 Octonis menſibus ferunt partus. *de ceruis. i. Octo menſibus.* Ouid. Met. 5, 50 Bis adhuc Octonis integer annis. Octonis iterum Natalibus actis Ouid. Met. 13, 753. Octonis Diebus peractis Pallad. 1, 35. Idus octonae Hor. Serm. 1, 6, 75. Octonae partes Varr. de L. L. 8, 23.

OCTONARIVS, a, um. Adi. Numerus Macrob. Somn. Sc. 1, 5. Plin. 31, 6 Fiſtulas denûm pedum longitudinis eſſe legitimum eſt. Et ſi quinariae erunt, ſexagena pondo pendere: ſi octonariae, centena: ſi denariae, centena vicena: ac deinde ad has portiones. *De aqua per fiſtulas ducenda. conf.* Pallad. 9, 12. Octonaria regula Varr. de L. L. 8, 49.

OCTONĀTIO, ōnis. f. Interp. Irenaei 1, 1. *In* ogdoadas *ſ. claſſes* octonorum *diſtributio.*

OCTOIV̆GES, *pro Octo coniunctis.* Liu. 5, 2 Antea trina loca contentione ſumma patricios explere ſolitos: nunc iam octoiuges ad imperia obtinenda ire, *octo ſimul, quaſi vno iugo iunctos.*

OCTV̆PLVS, a, um. Adi. [ὀκταπλάσιος] Cic. de Vniuerſ. 20 c. 7 Quintam inde quae tertiae tripla, tum ſextam octuplam primae. Idem Verr. 3, 26 Dicis te in Decumanum, ſi plura ſuſtulerit quam debitum ſit, in octuplum iudicium daturum eſſe. Damnatus octupli, *vid.* DAMNO.

OCTVPLICĀTVS, a, um. Adi. [ὀκταπλασιασθεὶς] Liu. 4, 24 Octuplicatoque cenſu aerarium fecerunt.

OCTVPLICATIO, ōnis. f. Mart. Capell. 7 p. 267 Octuplicatione metiri.

OCTVSSIS, is. m. *Numi ſpecies ad valorem octo aſſium.* Hor. Serm. 2, 3, 156 Quanti emtae? paruo. Quanti ergo? octuſſibus. *Lambino Pluralis hic intolerabilis videbatur, cum vnus* octuſſis *iam ſint* octo aſſes, *itaque legit* octo aſſibus. *Sed bene antiquam lectionem tuetur Bentleius auctoritate pariter et ratione, cum ſit diſtributio, q. d. ſingula ptiſanaria oryzae emta ſunt octuſſibus etc.*

OCTOPHŎRVM *vel* OCTAPHORVM, i. n. [ὀκτόφορον] *Lectica, quae ab octo ſeruis portabatur.* Martial. 6, 83 Octophoro ſanus portatur Auite Philippus. Cic. Q. Frat. 2, 9 Memini enim quum hominem portarem ad Baias, Neapoli octophoro Anitiano, machaerophoris centum ſequentibus, miros riſus nos edere. *Add.* Suet. Calig. c. 43 *c. n. Beroaldi.*

O C V

OCV̆LVS, i. m. [ὀφθαλμὸς, ὄμμα] *dictus ab* occulendo, *ſi recte* Lactantius de Opificio Dei c. 6 Vt oculi munitiores eſſent ab iniuria, ciliorum tegminibus, Deus occuluit: vnde oculos dictos eſſe, Varroni placet. Pretioſiſſima pars corporis, et quae lucis vſu vitam diſtinguit a morte Plin. 11, 37. Ter. Adelph. 4, 5, 68 Dî me pater omnes oderint, ni magis te, quam oculos nunc amo meos. *De oculis multa* Quinctil. 11, 3, 75 ſq. De geſtu oculorum. Oculi tanquam ſpeculatores, altiſſimum locum obtinent, ex quo plurima conſpicientes, funguntur ſuo munere Cic. de Nat. Deor. 2, 140. Oculi ſunt quorum tum intentione, tum remiſſione, tum coniectu, tum hilaritate motus animorum ſignificemus apte cum genere ipſo orationis Id. de Orat. 3, 220. Veſtiuit et ſepſit oculos natura membranis tenuiſſimis, quas primum perlucidas fecit, vt per eas cerni poſſet: firmas autem, vt continerentur Id. de Nat. Deor. 2, 142. Mundi oculus, *Sol* Ouid. Met. 4, 228. Cic. de Lege Agrar. 2, 25 An vos aliter exiſtimabatis, quum ad omnia veſtra pauci homines Cupiditatis oculos adieciſſent, non eos in primis id acturos, vt ex omni cuſtodia, *etc.* Acies oculorum Ouid. Met. 7, 584. Acies contenta oculorum Lucret. 1, 325. Infirmitas, *vid.* INFIRMVS. Lumina Lucret. 6, 183. Nep. 20, 4, 1. Margo Stat. Silu. 3, 2, 53. Potentia oculi Celſ. 6, 6. *De ſuffuſione oculorum.* Senſus oculorum acerrimus Cic. de Fin. 2, 52. Vigor oculorum integer Plin. Epiſt. 3, 1. Tunicae oculi Celſ. 7, 7. Viſum oculorum amittere Plin. 7, 50. Ab oculo legit librum Petron. c. 75. *inter laudes pueri literati, i. ad primum adſpectum, ſine haeſitatione.* In oculis exercitus, *vid.* IN *Praepoſitionem.* In oculis praeſtans, *pro Coram hominibus.* Cic. de Senect. 12 Nec vero ille in luce modo atque in oculis ciuium magnus, ſed intus, domique praeſtantior. ¶ 2 *Epitheta:* Abacti oculi Stat. Theb. 1, 104. Abſtinentes oculi, *vid.* ABSTINEO. Acres, *vid.* ACER, Adi. Acuti Cic. pro Planc. 69. Aduocatos oculos non adhibet ſapientis cogitatio ad inueſtigandum Cic. Tuſc. 5, 111 c. 38. *in conſolatione caecitatis.* Ardentes Virg. Georg. 3, 505. Arguti nimis oculi, quemadmodum animo affecti ſumus, loquuntur Cic. de Legib. 1, 27. Aſperi Quinct. 11, 3, 75. Attoniti Claud. Conſ. Stil. 2, 70. Cadentes, *vid. infra* Detinere. Caerulei, *vid.* CAERVLEVS. Comes oculi Ouid. de Arte Am. 3, 510. Compreſſi et operti Quinct. 11, 3, 76. Contenti et tumentes Suet. Tib. c. 7. Conturbatus oculus, *eſt Qui caligat et confuſius videt, laboratque ophthalmia.* Scribon. Largus Comp. 19 Ad conturbationes et epiphoras oculorum ſcio multa collyria, etſi tarde, magnos tamen effectus habere. *Turnebus.* Cruentati, *vid.* CRVENTO. Dexter et laevus Lucret. 4, 301. Eminentes Cic. in Vatin. 4. Eruditi *dicuntur* oculi, *Quorum iudicium amuſſitatum examinatumque ac cenſorium quodammodo in perpendendis diſcernendisque rebus pernoſcitur, nec id in legendo ſolum, ſed in ſpectanda quoque pictura nobili, aut opere antiquis artificum nominibus pretioſo.* Cic. in Parad. 5 Aëtionis tabula te ſtupidum detinet, aut ſignum aliquod Polycleti. Mitto vnde ſuſtuleris, et quo modo habeas. Intuentem te, admirantem, clamores tollentem quum video, ſeruum eſſe ineptiarum omnium iudico. Nonne igitur ſunt illa feſtiua? Sint. nam nos quoque oculos Eruditos habemus. Sed obſecro te, *etc.* Exemti Lucret. 3, 369. Extantes rigentesque Suet. Ner. c. 49. Extenti et rigidi Quinct. 11, 3, 76. Feſſi Virg. Aen. 5, 845. Hor. de Arte Poët. 181 Segnius irritant animos demiſſa per aurem, Quam quae ſunt oculis ſubiecta fidelibus. *h. e. Plus mouent et afficiunt quae videntur, quam quae audiuntur duntaxat. hinc fideles vocat oculos, quia certius ſcimus quae vidimus, quam quae audiuimus.* Plaut. . . . Pluris eſt oculatus teſtis vnus, quam auriti decem. *Fons illud Herodoti* τὰ ὦτα τῶν ὀφθαλμῶν ἀπιςότερα ἐόντα ἐτύγχανε. Graves Virg. Aen. 4, 688. Herbei Plaut. Curc. 2, 1, 16. Humentes Claud. Conſ. Hon. 6, 266. Ignei ſerpentium Senec. Herc. Fur. 4. Immites Ouid. Met. 6, 621. Immoti Id. ibid. 2, 602. Oculi indomiti, *vid.* INDOMITVS. Inertes Virg. Georg. 3, 523. Infeſti, *vid. paullo poſt* Conſpici, *etc.* Intenti, *vid. paullo poſt* Contemplari, *etc. it.* Quinct. 11, 3, 75. Hor. Carm. 2, 2, 23 Quisquis ingentes oculo Irretorto Spectat aceruos. *i. non admiratur diuitias, non opus habet, vt tanquam a periculoſo virtuti ſuae ſpectaculo retorqueat, et vi abſtrahat oculos.* Labentes Quinctil. 6 prooem. *de filio moriente.* Languidi, *it.* Laſciui Id. 11, 3, 76. Limi et vt ſic dicam Venerei Id. 11, 3, 76. Liuentes Claud. in Ruff. 1, 138. Loquaces, *Qui notis aſſignandis vim habent vocis* Tibull. 2, 6, 43. Lubrici et mobiles Cic. de Nat. Deor. 2, 142. Gell. 3, 5 Quum vocem eius infractam, capillumque arte compoſitum, et oculos Ludibundos, atque illecebrae voluptatisque plenos videret. Madentes Stat. Theb. 6, 622. Maligni Virg. Aen. 5, 654. Melliti Catull. 46, 1. Minaces Lucan. 2, 26. Mobiles Quinct. 11, 3, 76. Modeſti Ouid. Amor. 2, 4, 11. Molles, *faciles ad lacrimas* Id. de Rem. Amor. 340. Natantes et quadam voluptate ſuffuſi Quinct. 11, 3, 76. Nigris oculis decorus Hor. Carm. 1, 32, 11. Nigri et vegeti Suet. Caeſ. c. 45. *vid. Caſaub.* Nitentes Virg. Aen. 1, 232. Nocturni Plaut. Curc. 1, 3, 35. *conuicium.* Obliquus Hor. Epiſt. 1, 14, 37. Operti et compreſſi Quinct. 11, 3, 76. Patentes Lucret. 3, 655. Peruerſi Cic. de Nat. Deor. 1, 80. Pollicentes, Poſcentes Quinct. 11, 3, 76. Putres, *i.* Nimio potu marcentes, et libidine reſoluti Hor. Carm. 1, 36, 18. Acron. Recti Sen. de Conſt. Sap. c. 5. *vid. Lipſ. ad h. l.* Suet. Aug. c. 16. *Pluſcula ex Graecis et Latinis Bentl. ad* Hor. Carm. 1, 3, 18. *vbi pro* ſiccis oculis *ipſe repoſuit* Rectis. Remiſſi, intentis oppoſiti Quinct. 11, 3, 75. Celſ. 6, 6 Ad oculos Scabros collyria. Sequaces Stat. Theb. 3, 500. Sicci Quinctil. 6, 2. Siccis agenti oculis lacrimas dabit? Hor. Carm. 1, 3, 18 Bentl. Rectis. Stupentes Quinct. 11, 3, 76. Suffuſi quadam voluptate, *vid. p. a.* Natantes. Superbi Ouid. Met. 6, 169. *et* Quinct. 11, 3, 75. Torpentes et languidi Quinct. 11, 3, 76. Torui Ouid. Met. 5, 92. Truces Senec. Oedip. 12. Tumentes Suet. Tib. c. 7. Velox Hor. Serm. 2, 5, 55. Venuſti oculi, candiduli dentes, color ſuauis Cic. Tuſc. 5, 46. Vigilantes, et vigiles Virg. Aen. 5, 438. Vitioſi, et caeci Senec. de Benef. 5, 1. ¶ 3 *Verborum formulae:* Abire ab oculis, *vid.* ABEO. Abeſſe ab oculis, *vid.* ABSVM. Accipere oculis, *vid.* ACCIPIO. Accipere noctem oculis, *vid.* NOX. Adducere ante oculos, *vid.* ABDVCO. Cic. Verr. 2, 37 c. 15 Partim plane videbant Adiectum eſſe oculum haereditati. Adſpicio, *vid.* ADSPICIO. Aduertere oculos templis Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 196. Agnoſcere oculis, *vid.* AGNOSCO. Agere aliud oculis Quinctil. 1, 1. Alliciendus amor comibus eſt oculis Ouid. de Arte Am. 3, 510. Amare aliquem plus ſuis oculis Catull. 3, 5. Amittere oculos, *vid.* AMITTO. Angere oculos, *vid.* ANGO. Aperire oculos ad puniendum aliquem Cic. pro Milon. 86. Apparet circa oculos Scribon. 188. Ardent oculi Cic. Verr. 4, 248. Cic. pro Domo 110 Quem ſatis mirari quibus oculis Aſpicere audeas, non queo. Aſpicere aequis oculis Virg. Aen. 4, 372. Aſpiciunt iuſtis oculis ſuperi mortalia Ouid. Met. 13, 70. Aſpicere limis, *vel* intueri, *vid.* LIMVS. Aſtare ante oculos Virg. Aen. 3, 150. Attollere graues oculos Id. ibid. 4, 688. Attollere humo Ouid. Met. 2, 448. Attollere aduerſus, *vid.* ATTOLLO. Auertere oculos omnium in ſe, *vid.* AVERTO. Auertere ab aliquo Ouid. Met. 2, 770. Auertere ab vel ex oculis, *vid.* AVERTO. Auferre alicui oculos, *eſt attentionem illius et ſtudium fallere, vt Mercurius Argo caput cum oculis abſtulit.* Vereor, ne Abſtuleritis obſeruantibus etiam oculos Liu. 6, 15 *extr.* Cadentes oculi morte Stat. Silu. 3, 5, 39. Caligant oculi Lucret. 3, 157. Capti oculis talpae Virg. Georg. 1, 183. Capere oculis rationem Plaut. Pſeud. 2, 2, 2. — Fructum oculis ex aliqua re Nep. 18, 11, 2. Capeſſere oculis, *vid.* CAPESSO *in* CAPIO. Conſpici oculis infeſtis, *vid.* CONSPICIO. Cernere aliquid oculis Quinctil. 6, 2. Nep. 20, 2, 2. Cernere profanis ſacra Ouid. Met. 3, 710. Cernere oculis et animo Cic. de Nat. Deor. 3, 49. Circumferre oculos Sil. 11, 262. Circumferre ſuperbos Ouid. Met. 6, 169. Circumlinere oculum, *vid.* CIRCVMLINO. Circumſpexit oculis agmina Virg. Aen. 2, 68. Claudere oculos morientium, *vid.* Virg. Aen. 9, 487. *et* Val. Max. 2, 6, 8. Cohibere oculos, Collineare oculis, Colluſtrare oculis,

Compin-

Compingere oculos, *vid. ſſ. vv.* Comprimere oculos alicuius Ouid. Epiſt. 1, 102. Configere cornicum, *vid.* CONFIGO. Coniicere oculos in aliquem Cic. pro Cluent. 54. Coniecit oculos in hoſtem Virg. Aen. 12, 483. Conſcelerare oculos videndo Ouid. Met. 7, 34. Conſtituere aliquem in foro atque in oculis ciuium Cic. de Orat. 2, 41. Contemplari intentis oculis, *vid.* CONTEMPLOR. Contemplari lynceis, *vid.* LYNX. Contrectari oculis Tacit. Ann. 3, 12. Conuiſere omnia loca oculis Lucret. 2, 357. Corrumpere oculos, *vid.* CORRVMPO. Cic. Philipp. 1, 1 Nec vero vsquam diſcedebam, nec a Republica Deiiciebam oculos. Deiecti in terram Quinctil. 1, 11. Ter. Eun. 3, 5, 132. *de verecundo, it.* Hor. Epiſt. 1, 6, 14. *de pauido.* Demiſere oculos omnes Ouid. Met. 15, 612. Deponere oculos in aliquam Hor. Carm. 1, 36, 18. Oculos vigilia fatigatos, cadentes, in opere Detinere Sen. Ep. 8. Deuorare aliquid oculis, *i. Auidiſſime intueri et optare. Vid.* DRAVCVS. Effodere oculos, *vid.* EFFODIO. Diriguere oculi Ouid. Met. 14, 754. Diſtorquens oculos Hor. Serm. 1, 9, 65. Dolent oculi *quoties aliquid videmus, quod videre nolumus.* Ter. Phorm. 5, 9, 64 Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam, Nauſiſtrata? et quo tuo viro oculi Doleant? *conf.* Cic. Fam. Ep. 8, 14. *Taubm. in* Plaut. Aſin. p. 158. *P. Victor. V. L.* 2, 15. *Turneb.* Adu. 12, 17. Erigere oculos, *et* Recondere Ouid. Met. 4, 145. Eripere oculos alicui Hor. Serm. 2, 5, 35. Eruitur oculos Gryneus Ouid. Met. 12, 269. Euerberare Quinctil. 2, 4. Exculpere oculum, *quod et* Eruere *dicitur* Ter. Phorm. 5, 8, 96. Exiliunt Ouid. Met. 12, 252. Expellere ſomnum oculis Stat. Silu. 4, 6, 14. Expilare genis oculos Ouid. Met. 13, 562. Exprimuntur clamore Sen. de Ira 3, 33. Extulit oculos ad ſidera Virg. Aen. 2, 687. Faſcinat oculus agnos mihi teneros Virg. Ecl. 3, 103. *De* faſcinis oculorum, *vid. Barth. ad* Script. Venat. *p.* 137. *Turneb. Aduerſ.* 9, 28. *vel Caſaub. ad* Perſ. *p.* 202. Ferire oculos, *vid.* FERIO. Ferre oculos paſſim per cuncta Virg. Aen. 2, 570. Ferre aliquem in oculis Cic. de Aruſp. Reſp. 48. Idem Q. Frat. 3, 1 c. 3. Fixi ſoli oculi Virg. Aen. 1, 486. Flectere Ouid. Met. 8, 695. Fodere Senec. Oedip. ſ. 12. Foedare lacrimis Tibull. 2, 6, 43. Fulgentes oculi lucidum Hor. Carm. 2, 12, 15. Furari labori feſſos oculos Virg. Aen. 5, 845. Geſtare in oculis, *vel* In oculis eſſe, *aut* ferre: *pro Valde amplecti et amare* Ter. Eun. 3, 1, 11. Gignere dolorem oculis Lucret. 4, 332. Grauari in morte Ouid. Met. 4, 145. Vir bonus ſemper irato ante oculos Habendus Sen. Ep. 11. Habere acres atque acutos Cic. pro Planc. 66. Habere alicuius oculos in ſuis oculis: *pro Videre quid ille velit, aut imperet* Plaut. Pſeud. 3, 2, 68. Habere aliquid in oculis, *pro Semper ad aliquid intentum eſſe, vt interpretatur Budaeus* Quinctil. 6, 5. Cic. Philipp. 12, 2 Hic etiam fautores Antonii, quorum in vultu Habitant oculi mei, triſtiores videbam. *h. e. A quibus contuendis non dimouentur oculi mei.* Haerere oculis Virg. Aen. 1, 721. Haurire oculis, *i. Videre* Id. ibid. 4, 661. Hebetare oculos Plin. 20, 6. Iacere ante oculos Lucret. 1, 62. Iactare oculos nimium Lucret. 4, 1133. Virg. Georg. 2, 73 Nec modus inſerere, atque oculos Imponere ſimplex. Incitare oculos alicuius Ouid. Met. 3, 431. Incurrere in oculos, *i. Viſu offendere.* Cic. Att. 12, 21 Quid mihi cum foro ſine iudiciis, ſine curia, in oculos Incurrentibus iis, quos aequo animo videre non poſſumus? Inferre oculos, *vid.* INFERO. Inflectere oculos aliquorum, *vid.* INFLECTO. Intendere oculos, *Fixis oculis intueri* Plin. Epiſt. 2 vlt. Intueri aliquid acrioribus Quinctil. 2, 10. Inuadere in oculos, *vid.* INVADO. Iudicare oculis, *vid.* IVDICO. Iurare per oculos Plaut. Men. 5, 9, 1. Ouid. Amor. 2, 16, 43. Labentes languore Catul. 61, 37. Laborare oculis Scribon. 170. Laceratus Lucret. 3, 409. Lacrimare coacti diſcunt Ouid. Amor. 1, 8, 83. Laedere oculos Hor. Epiſt. 1, 2, 38. Leges inuitis oculis haec mea verba Ouid. Epiſt. 17, 4. Limare obliquo commodum alicuius Hor. Epiſt. 1, 14, 38. Liquentes imbrem Stat. Theb. 5, 270. Lucent oculi Ouid. Met. 1, 239. Luſtrare campos oculis Lucan. 7, 799. Micant igne Ouid. Met. 3, 32. Micat acribus ignis Virg. Aen. 12, 102. Natantes in luce Stat. Theb. 2, 638. Negaui renuente oculo Ouid. Epiſt. 17, 89. Obducere tenebrae oculos Lucan. 2, 735. Oberrat turba meos oculos Senec. Herc. fur. 13. Obire oculis, *vid.* OBEO. Obliquare oculos Ouid. Met. 7, 412. Obtinere oculis vtilitatem Plaut. Epid. 5, 1, 28. Obuerſari oculis, *vid.* OBVERTO. Obuerſatur mihi ante oculos Reip. dignitas Cic. pro Sext. 7 c. 3. Operire oculos morientibus Plin. 11, 37 ſ. 55. *conf.* Ouid. Epiſt. 1, 101. *et* de Arte Am. 3, 743. Paſcere Ouid. Amor. 3, 2, 12. Paſcere oculos, animumque exſaturare cruciatu atque ſupplicio Cic. Verr. 7 (5) 64 c. 26. Paſcunt colores oculos Lucret. 2, 419. Patiuntur oculi, *vid.* PATIOR. Percurrere aliquid veloci oculo Hor. Serm. 2, 5, 55. Perlegere aliquid oculis Virg. Aen. 6, 34. Perterget aura oculos noſtros Lucret. 4, 253. Ponere aliquem ante Cic. de Lege Agrar. 2, 52. Ponere in oculis Cic. Q. Frat. 1, 1, 2. Praediſcere oculis colores Virg. Georg. 2, 255. Premere alicuius Id. Aen. 9, 487. Premi oculum ſupercilio Quinctil. 1, 11. Proponere vitam cuiusdam ante oculos ſuos Cic. pro Sull. 52. Proſequi oculis abeuntem Ouid. Epiſt. 5, 55. Rapit nox oculos mentemque Stat. Theb. 9, 40. Referre oculos ſenſusque aliquo Valer. Argon. 6, 580. Referre ora et oculos in aliquem Virg. Aen. 12, 657. Reflectere Ouid. Met. 7, 341. Reſtituere alicui oculos, *i. Viſum* Suet. Veſp. c. 7. Reſtituere in ſedem ſuam Celſ. 6, 6. Retorquere oculos Ouid. Met. 10, 686. Reuocare alicuius Id. Epiſt. 16, 232. Rigare fletu Senec. Medea 6. Satiare amore Propert. 2, 15, 23. Scintillant oculi Perſ. 3, 117. Sequi ſcripta oculis Quinctil. 2, 5. Seuocare ab oculis mentem Cic. de Nat. Deor. 3, 2. Spargere oculos, *eſt Oculos huc illuc conuertere* Perſ. 5, 33. Statuere aliquem ante Cic. de Orat. 1, 45. Subiicere Quinctil. 6, 3. Subriſit limis ocellis Ouid. Amor. 3, 1, 33. Subſidunt oculi Celſ. 2, 6. Succumbunt Ouid. Met. 1, 714. Suffuſus oculos lacrimis Virg. Aen. 1, 232. Sum oculus tibi Plaut. Pſeud. 1, 2, 46. Mollibus oculis eſſe *dicitur, qui facile commouetur ad lacrimas* Ouid. de Rem. Amor. 340. In oculis eſſe aliquibus, *i. Carum et gratum eſſe.* Cic. Att. 6, 20 Publicanis in oculis ſumus. In oculis multitudini eſſe Id. Tuſc. 2, 63 c. 26. Suſtulit humentes Ouid. Met. 11, 464. Tacuere oculi tui Id. Amor. 2, 5, 17. Temperare oculis Curt. 9, 3 *pr. h. e. Abſtinere a lacrimis.* Tendere oculos, *Dirigere* Virg. Aen. 5, 508. Tenere immotos Ouid. Met. 2, 602. Tenuere ſilentes inter ſe Valer. Argon. 4, 189. Tenere oculos artificum *dicitur res aliqua, pro In contemplationem ſui adaucere* Plin. Epiſt. 6, 3. Tollere oculos contra aliquem Lucret. 1, 68. Tollere oculos, *de literis dictum, per translationem, pro Reficere, et erigere oculos, ſiue delectare.* Cic. Fam. 16, 12 Literulae meae, ſiue noſtrae tui deſiderio oblanguerunt. Hac tamen epiſtola, quam Acaſtus attulit, oculos paullulum Suſtulerunt. Torſit oculos ad moenia Virg. Aen. 4, 220. Traiicere oculos aliquo Lucret. 4, 426. Tueri immitibus Ouid. Met. 6, 621. Tueri toruis aliquem Id. ibid. 5, 92. Venit ſomnus in oculos Id. ibid. 7, 155. Verſari ante oculos Cic. pro Milon. 61 c. 23. Veſtigare oculis, *cui opponitur* Reperire Virg. Aen. 6, 145. Ter. Hec. 5, 4, 22 Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam, quod noſſem, videram. Videre inunctis Hor. Serm. 1, 3, 25. Videre ſiccis aliquid Id. Carm. 1, 3, 18. Volitare ante oculos quorundam Cic. de Lege Agrar. 2, 58. Voluere oculos huc illuc Virg. Aen. 4, 363. Voluere per ſingula Id. ibid. 8, 618. Voluens intentos oculos Id. ibid. 7, 251. Vrget quies dura oculos Id. ibid. 10, 745. Vrget inertes ſtupor Virg. Georg. 3, 523. Vſurpare aliquid oculis Lucret. 1, 300. Vti oculis Plaut. Epid. 1, 1, 4. Vulnerari *dicuntur, vt* Dolere, *v. v.* ¶ 4 *Obſeruamus Translationes* Oculi *pluſculas. Primo* Ocule mi, *blandientis vox.* Plaut. Curc. 1, 3, 47 Bene vale, ocule mi. *conf.* Suet. de Clar. Rhet. c. 5. Oculi regis *n iniſtri quidam, vid.* OTACVSTA. Oculus, *pro parte, et membro praeſtantiſſimo.* Iuſtin. 5, 8, 4 Negarunt ſe Spartani ex duobus Graeciae oculis alterum eruturos. *ſcil. Athenas, vid. infra* OCELLVS. Oculi, *dicuntur etiam in arborum ſurculis vnde germinant.* Cato c. 6 Ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio ſerunto. Columel. 3, 18 Et reliqui duo vel tres fructuarii oculi penitus in terram deprimuntur Idem 11, 2. Radicibus *etiam* oculos *tribuit* Plin. 17, 20. Imponere oculos: *quod et Inoculare dicitur.* Virg. Georg. 2, 73 Nec modus inſerere, atque oculos imponere ſimplex. Oculi, *de ſtellis.* Plin. 2, 5 Inde tot ſtellarum collucentium illos oculos. Oculi caudae pauonum Plin. 13, 15. Oculi, *Notae rotundae.* Plin. 8, 17 Pantheris breues in candido macularum oculi. Oculus volutae, *eſt Paruus ille circulus in volutae Ionicae centro conſtitutus* Vitruu. 3, 3.

OCELLVS, i. m. Dimin. [ὀμματίδιον] Perſ. 1, 18 Patranti fractus ocello. Martial. 1, 93 Saepe mihi queritur non ſiccis Ceſtus ocellis. Catull. de Acme ſ. 43, 11 Et dulcis pueri Ebrios ocellos Illo purpureo ore ſuauiata. *h. e. Aliquantum humectos et lucibundos, quique grato motu ſpectantes alliciunt.* Claudet ocellos mors noſtros Propert. 2, 13, 17. Defixit iratos in te Ouid. Amor. 2, 8, 5. Promiſit argutis quiddam Id. ibid. 3, 2, 83. Spectare deiectis gremium Id. ibid. 1, 8, 39. Summiſit ſomnus laſſos Id. ibid. 3, 5, 1. Tegit ſomnus ocellos Catull. 48, 10. Turbare nitidos Iuuen. Sat. 6, 8. ¶ 2 *Metaphoras habet easdem, quas* Oculus. Meus Ocellus iucundiſſimus *blandimentum* Auguſti ad Caium nepotem ſuum ap. Gell. 15, 7. *Sic* Plaut. Aſin. 3, 3, 74 Da meus ocellus, mea roſa. *conf.* Idem Moſt. 1, 3, 11. Peninſularum inſularumque ocellus Sirmio, *i. Praeſtantiſſima, aut pulcherrima* Catull. ad Sirmionem peninſulam ſ. 32, 1. *Si loquutus eſt* Cic. Att. 16, 6 Cur ergo tecum non ſum? cur ocellos Italiae villulas meas non video? Idem *quoque* de Nat. Deor. 3, 91 c. 38 Critolaus euertit Corinthum, Carthaginem Haſdrubal. Hi duo illos oculos orae maritimae effoderunt. *Nec abſimile eſt illud eiusdem pro* Lege Manil. 11 Legati quod erant appellati ſuperbius, Corinthum patres veſtri totius Graeciae lumen exſtinctum eſſe voluerunt. *conf. Pet. Victor. Var. Lect.* 9, 9. *Obert. Giſan. Obſeru. in Ling. Lat. p.* 257. *et Burm. ad* Quinctil. 6 próoem. *p.* 494. Ocelli radicis Plin. 21, 4. Ocelli *vel* Ocellae *dicebantur apud Romanos, Qui paruis oculis nati ſunt* Plin. 1, 37. *Quod in cognomen abiit, vt apud* Cic. Fam. 2, 15. *et* 8, 7 *etc.* Seruius Ocellus. *conf.* Idem Att. 10, 12 *et* 25. *Sed Latinae Originis non eſt* Ocellus, ὤκελλος *nomen, quo cenſetur* Ocellus Lucanus, *inſignis Philoſophus Pythagoreus.*

OCELLATVM, *vid. ſupra ſuo loco.*

OCVLISSIMVS, a, um. Adi. [ὀμματώτατος] *Superlatiuum formauit* Plautus in Curc. 1, 2, 28 Salue oculiſſime homo: Oculiſſimus, Cariſſimus, *inquit* Feſtus. Plaut. Curc. 1, 1, 17 Salue, valuiſtin' oſtium oculiſſimum? *vid.* OSTIVM.

OCVLEVS, a, um. Adi. [ὀμματινός] *Plenus oculis.* Plaut. Aul. 3, 6, 19 Quos ſi Argus ſeruet, qui oculeus totus fuit. Oculeus, *per translationem, pro Perſpicaci ponitur, quaſi qui ex oculis conſtet.* Apul. Met. 2 p. 124 *Elmenh.* Perſpicaciorem ipſo Lynceo, vel Argo, et oculeum totum. ¶ 2 *Diminutiuum ex Oculo dicit eſſe* Priſcian. 3 p. 618 *vt* equus, equuleus, et acus aculeus.

OCVLĀRIS, e. Adi. Veget. 2, 17 Ocularis tunica.

OCVLARĪTER. Adu. Localiter intueri Sidon. Epiſt. 7, 14.

OCVLARIVS, a, um. Adi. Solin. c. 37 Cuius ſuccus proficit ad ocularium claritatem. *de Euphorbia.* Ocularia aegritudo Solin. c. 10 *extr.* Medicus ocularius Celſus 6, 6, 8. *Vid.* Gruter. Inſcript. p. 634. *et* p. 400. Inſcr. 7.

OCVLARIVS, i. m. *Idem.* Scribon. Larg. Compoſ. 37 Aſpritudines palpebrarum deſperatas a quibusdam ocularioruni, paucis diebus tollit. *Paullo poſt* 38 Non praeterit me, habere te prudentes ocularios.

OCVLARIARIVS, a, um. Adi. Oculariarius faber Reineſ. Claſſ. 11. Inſcript. 66. *conf. Lex. Pitiſc.*

OCVLĀTVS, a, um. Adi. [πανόπτης] *Qui oculos habet, oculis vtitur.* Circuli Solin. c. 27 *de pantherarum maculis.* Male oculatus Suet. Rhet. c. 5. *male videns.* Oculatum, pro Praeſenti, *auctore* Feſto, poſuit Plautus quum dixit Pſeud. 1, 3, 67 Eme die caeca hercle oliuum, id vendito oculata die. Oculatae Manus ſunt noſtrae, credunt, quod vident Plaut. Aſin. 1, 3, 50. Oculatus teſtis, Qui ſe vidiſſe dicit id quod narrat, *inquit* Feſtus. Plaut. Truc. 2, 6, 8. *Paſſiue, Qui videtur, apertus. Huc referri poteſt* oculata dies Plauti *i. definita, certa, quam certo videre poſſis. Sic vtitur ſine dubio* Cic. Att. 4, 6 *extr.* Ne βαθύτης mea, quae in agendo apparuit, in ſcribendo ſit oculatior. Oculatior Deus Tertull. adu. Marc. 2, 25. Oculatiſſimum locum appellat Plin. Conſpicuum 34, 6.

OCVLĀTA, ae. f. *Genus piſcis apud* Plin. 32, 7.

OCVLATIO, ōnis. f. [ἐνοφθαλμισμός] *In vitibus pro Gemmarum ſuperfluarum defectione.* Plin. 17, 21 ſ. 35 n. 6 Pampinationi quoque et oculationi, omnique operi facilior. *Vetus exemplar hic legit* Occationi.

OCVLĪTVS. Adu. [ἐκ τῶν ὀμμάτων] Ita dicitur, *inquit* Feſtus, vt, Funditus, penitus; quo ſignificatur Tam carum eſſe quam oculos. Plaut. Frag. 1, 75 Qui amant ancillam meam Hedylium oculitus, *vid.* Non. 2, 608.

OCVLO, āre. [ὀμματόω] *Idem quod Illuſtro vel illumino, et quaſi ex*

ex caeco oculatum facio. Tertull. in Apologet. 21 Sed quia iam expolitos, et ipſa vrbanitate deceptos, in agnitionem veritatis ocularet. Hirundo ſi excaecauerit pullos, nouit iſtos oculare rurſus de chelidonia ſua Tertull. de Poenit. c. 12. *Repetit* Pacian. in paraeneſi de Poenitentia. Caecos et ignaros ad agnitionem veritatis ocularet Cyprian. de Idolor. vanit. 7, 6. *Vid. Barth. Adu.* 33, 12. *et* 43, 24.

OCVLICREPĬDA, ae. m. *Cuius oculi crepant, quando pugnis contunduntur,* Plaut. Trin. 4, 3, 14.

OCVLIFERIA. *Nomen nouum, quod* Senecae *reſtituendum putabat Lipſ. Elect.* 1, 16. *Locus* Senecae *eſt* Epiſt. 33 Non eſt quod exigas excerpta et repetita; continuum eſt apud noſtros, quidquid apud alios excerpitur. Non habemus itaque iſta oculiferia (*ſ.* ocliferia: *ſic quidam MSS. pro vulgato* odorifera) nec emtorem decipimus, nihil inuenturum eum intrauerit, praeter illa, quae in fronte ſuſpenſa ſunt. *Fuerint igitur* oculiferia, quae in fronte *tabernarum* ſuſpenſa ferire oculos *debent et homines allicere. De talibus* Sen. Epiſt. 88 Imperitorum feriuntur oculi: *Et alias*, ſplendore imperitorum verberant oculos.

O C Y

OCY̊MVM, *ſ.* OCYNVM *vid.* OCIMVM.

OCYS, ὠκὺς *celer eſt, vnde*

OCIOR, us. *et* OCISSĬMVS, a, um. [ὠκίων, ὤκιστος] *Latina iam nomina, Celerior, Celerrimus. Qui* Ocyor *ſcribunt, fruſtra ad Graecam deriuationem prouocant, eum vt* ταχὺς ταχίων, *ita* ὠκὺς ὠκίων *ſcribant etiam Graeci: et habent* I *etiam libri optimi.* Plin. 16, 31 Quidam breuitate radicum celerius ſeneſcere arbores putant: quod arguunt fici, quarum radices longiſſimae, et ſenectus ociſſima. Fulminis ocior alis Virg. Aen. 5, 319. Ocior Affectu mentis pinnaque cucurrit Grat. Cyneg. v. 204. *Conf. hic Barth.* Ceruis ocior Hor. Carm. 2, 16, 23. Euro ocior Hor. Serm. 2, 16, 24. *et* Virg. Aen. 8, 223. Verbere fundae Lucan. 1, 230. Aura Hor. Carm. 1, 2, 48. Ambitu ociore Plin. 2, 8. Senectus ociſſima Id. 16, 31.

OCITER, OCIVS, OCISSĬME. Adu. [ὠκέως, ὠκυτέρως, ὠκυτάτως] Apul. Met. 1, p. 1133 *Poſitiuo* Ocyter *vſus eſt. Caeteri gradus frequentiores, vt* Ter. Eun. 3, 5, 61 Perlonge eſt, ſed tanto ocius properemus, muta veſtem. Cic. Somn. Scip. 21 Idque ocius faciet, ſi iam tum, quum erit incluſus, in corpore eminebit foras. Idem Tuſc. 4, 32 c. 14 Sic illi in morbum et incidunt tardius, et recreantur ocius. Deferemur ocius a re publica, quam a re familiari Idem Att. 16, 3. Ire ocius Virg. Aen. 8, 555. Peragere iuſſa alicuius ocius Seneca Troade ſ. 6. Peruenire ocius ad aliquem locum Cic. pro Quint. 43. Ocius omnes ſurgimus Ouid. Met. 12, 226. Ociſſime. [ὠκύτατα] Ter. Heaut. 4, 8, 28 Tanto ocius te vt poſcat, et tu id quod cupis, quam ociſſime vt des. Salluſt. Iugurth. c. 25 Quam ociſſime prouinciam accedat.

OCYPĔTE, es. f. [Ὠκυπέτη] *Vna ex Harpyis, ſic dicta, quod alarum velocitate polleat:* ὠκὺς *enim celer et citus dicitur,* πέτομαι *volo. Vid.* Seru. *ad* Aen. 3, 209.

OCYRŎE, es. f. [Ὠκυρόη] *Nympha, Chironis Centauri filia, quam fabulantur Poëtae fuiſſe fatidicam, eandemque in equam tandem conuerſam. Vid.* Ouid. Met. 2, 639 ſqu. *Nomen* celeritatem fluuii *ſignificat.*

O D

ODA, ae, *vel* ODE, es. f. *Cantus.* Auctor opuſculi de Philomela 25 Et merulus modulans tam pulcris concinit odis. *Hoc nomine inſcribuntur etiam Carmina Lyrica* Horat.

ODARIVM, i. n. *Cantilena.* Gloſſ. Petron. c. 53 Odaria ſaltare.

ODARIARIVS, i. m. *Cantilenarum magiſter.* Vet. Inſcr. VIRGILIVS EPAPHRODITVS MAGISTER ODARIARIVS. *Vid.* Reineſ. Claſſ. 11 n. 81. *et* Fabrett. p. 716.

O D E

ODĒVM, i. n. [ᾠδεῖον] *Quaſi tu* Cantorium *dicas, locus carminibus et cantibus exercendis deſtinatus. Laudatur* Cic. Att. 4, 16 Monimentum illud, quod tu tollere laudibus ſolebas, vt odeum laxaremus, et vsque ad atrium Libertatis explicaremus: contemſimus ſexcenties HS. *Vbi interpres,* Odeum, pars aedificii, auctore Vitruuio, quae Latine dici cantilenarium poteſt: de quo Pauſanias et caeteri. *Sed meliores legunt,* Vt forum laxaremus. *Certior mentio* Odei Vitruu. 5, 9 *pr.* Athenis, — exeuntibus e theatro ſiniſtra parte Odeum, quod Athenis Pericles columnis lapideis diſpoſuit, nauiumque malis, et antennis e ſpoliis Perſicis pertexuit. *Etiam Romae fuerunt* Odea, *quorum vnum a* Domitiano excitatum *memorat* Sueton. c. 5. *it.* Eutrop. 7 *extr. Etiam* Ammian. 16, 10 Odeum *inter* decora vrbis aeternae *memorat. Add. Philand. ad* Vitruu. *l. c. Caſaub. ad* Theophr. p. 133. Saluian. de Gub. Dei 6 p. 199 *c. not. Rittersh.* p. 189.

ODEFACIO, Veteres pro Olfacio dixerunt, *teſte* Feſto. *Nempe ex eo fonte, vnde* ὄδωδα, odor, *etc.*

O D I

ODI, iſti, it. [μισέω, στυγέω, μεγαίρω, ἔχθω, ἐχθαίρω, ἐχθραίνω] *Verbum defectiuum, ſub voce praeterita ſignificat etiam continuationem affectionis, vt* Memini, Noui. Cic. de Amicit. 28 Alterum propter crudelitatem ſemper haec ciuitas oderit. *Sic* pro Sextio 102 c. 61. *Et* Fam. 7, 2 Poſtremo, vix veriſimile fortaſſe videatur, oderam multo peius hunc, quam illum ipſum Clodium. Odit laedi ferro vitalia (*i. circa interiora, vltra corticem*) opobalſamum Plin. 12, 25 ſ. 54. Odiſſe et Amare, *contraria* Cic. Attic. 6, 2. *Sic* Cic. de Finib. 5, 28 Quum appetitus ille animi aliquid ad ſe trahere coeperit conſulto; quod ſibi obſit, quia ſit ſibi inimicus; quum id ſua cauſa faciet, et Oderit ſe et ſimul Diliget: quod fieri non poteſt. Fauere *et* Odiſſe, *contraria* Idem de Claris Orat. 188. Idem pro Cluent. 171 c. 61 Hunc ſi Acerbe et penitus oderat, non eum quam diutiſſime viuere velle debebat? Aperte odiſſe magis ingenui eſt, quam fronte occultare ſententiam Idem de Amicit. 67 c. 18. Furialiter odit Ouid. Faſt. 3, 637. Male odiſſe aliquem Cic. Att. 14, 1. Peius odero pati contumelias malis omnibus aliis Idem ad Brut. 16. Impendio odit, *vid.* IMPENDO. Odiſſem te odio Vatiniano Catul. *ad* Caluum, ſ. 14, 3. Odimus immodicos faſtus Ouid. de Arte Am. 3, 511. Oderunt hilarem triſtes, triſtemque iocoſi Hor. Epiſt. 1, 18, 89. Quem metuunt, oderunt; quem quisque odit, periſſe expetit Cic. Off. 2 c. 7. Improbos omnes ciuili odio odimus Cic. pro Milon. 36. Amor odit inertes Ouid. de Arte Am. 2, 229. Odi profanum vulgus, et arceo Hor. Carm. 3, 1, 1. Ter. Adelph. 4, 1, 7 Illud rus nulla alia cauſa odi tam male. *De* male *conf.* Plaut. Men. 1, 3, 7. Cic. Fam. 7, 2 Oderam multo magis hunc, quam illum. *Cum Infin.* Hor. Epiſt. 1, 15, 51 Oderunt peccare boni virtutis amore. *Non prorſus adeo defectiua eſt haec vox, vt ſibi perſuaſerunt aliqui Grammatici, cum plura inueniantur tempora, vt* odio, odiet, odiui, odite, odientes, oditur ab odior, *etc. Vid. Voſſ. de Analog.* 3, 39. Odiui Anton. *ap.* Cic. Phil. 13 c. 19. Hominem odiit Tertull. de Anima c. 10. Odio μισῶ, Gloſſ. Oſus ſum, Plaut. *infra.* Gell. 4, 8. Oditur, *Paſſiue*, Tertull. Apol. c. 3. Orationis variae ſpecies, vt Odiendi Apul. de Syllog. Categ. p. 29.

ODIENTES. Petron. c. 93.

OSVS, a, um. Part. [μισήσας] *Qui odio habuit.* Plaut. Amph. 3, 2, 19 Inimicos oſa ſum ſemper obtuerier Gell. 4, 8.

OSV̄RVS, a, um. Part. Cic. de Amic. 59 Negabat vllam vocem inimicitiorem amicitiae potuiſſe reperiri, quam eius, qui dixiſſet, Ita amare oportere, vt aliquando eſſet oſurus.

OSOR, ōris. m. [μισητής] *Qui odio habet.* Plaut. Merc. 4, 6, 15 Oſores, infenſi, iracundi. *Et* Poen. arg. 2 Oſor mulierum. *Conf.* Pacat. Paneg. Theod. c. 20.

ODIVM, i. n. [μῖσος, ἔχθος, ἔχθημα] Ira inueterata, *inquit* Cic. Tuſc. 4, 21. Ter. Phorm. 5, 9, 27 Neque negligentia tua, neque id odio fecit tuo. Dignus odio aut irriſione Cic. de Orat. 2, 205. Atrox odii Agrippina Tacit. Ann. 12, 22. Procax odii, et poteſtatis temperantior Idem ib. 13, 46. *Al.* Otii. Securus iam odii Idem in vit. Agricolae 43. Semina odii Ouid. de Arte Am. 5, 510. Acerba odia Virg. Aen. 10, 905. Acre Cic. de Inuent. 2, 108. Aegra Valer. Argon. 5, 145. Aeternum Senec. Hercul. fur. 6. Aſpera Virg. Aen. 2, 96. Blandum et affabile Senec. de Benef. 2, 14. Capitale, *vid.* CAPVT. Compreſſum, *vid.* COMPRIMO. Crudele Virg. Aen. 1, 365. Diuturnum Cic. in Vatin. 6. Hoſtile Tacit. Ann. 15. Ieiunum odium, *Inſatiabile* Iuuen. Sat. 15, 51. *de Aegyptiorum odiis.* Immane et crudele barbarorum in hoſtem Cic. pro Planc. 71. Immortale Iuuen. Sat. 15, 34. Inexorabile Ouid. Met. 5, 245. Inexpiabile, Infeſtum, *vid. hh. vv.* Cic. pro Corn. Balb. 62 Sed ſi qui ſunt, quibus Infinitum ſit odium, in quo ſemel ſuſceptum ſit, quos video nonnullos, *etc.* Inſigne, *vid.* INSIGNIS. Inſitum penitus Cic. de Lege Agrar. 2, 14. Inteſtinum odium, Intimum, *vid. hh. ll.* Inueteratum Cic. in Vatin. 6. Iuſta Quinctil. 5, 13. Iuſtum et debitum omnium mortalium Cic. in Piſon. 33. Mutuum, *vid.* MVTVVS. Naturale Plin. 8, 18. Nouercalia Tacit. Ann. 1, 6. Nuda Stat. Theb. 9, 20. Occluſum, *vid.* OCCLVDO. Occulta Cic. Fam. 1, 9. Perniciale, *vid.* PERNICIES. Pertinacia Tacit. Hiſt. 4, 43. Priuata Idem Ann. 2, 80. Pretioſa, et conſtantia magno Ouid. Epiſt. 7, 49. Recens Tacit. Ann. 4, 15. Vatinianum, *vid.* VATINIVS. Vetus Tacit. Ann. 4, 12. Viuida odia Idem ib. 15, 49. ¶ 2 *Formae Verborum:* Adduci odio, *vid.* ADDVCO. Aduertit recentia, veteraque odia Tacit. Ann. 4, 15. Afferre odium, *vid.* AFFERO. Agere aeterna odia Senec. Herc. fur. 6. Alendis materiam praeſtare Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 178. Cic. pro Milon. 40 Omnia tum denique in illum odia ciuium Ardebant deſiderio mei. Capere odium, *vid.* CAPIO. Certare odiis Virg. Aen. 10, 14. Liu. 21, 1. Colligere Ouid. Met. 3, 259. Conciliare, Concipere, *vid. ſſ. ll.* Concitare Quinctil. 6, 1. Concitare magnum in aliquem Cic. de Inuent. 1, 100. Concoquere, *vid.* CONCOQVO. Conflatus odio Quinctil. 5, 7. Cic. pro Deiot. 18 Si palam te interemiſſet, omnium in ſe gentium non ſolum odia, ſed etiam arma Conuertiſſet. Creare Idem de Orat. 2. *vid.* CREO. Depellere Idem Fam. 12, 1. Deponere Senec. Herc. fur. ſ. 6. Diſſidere odio quodam et diſſidio ab aliquibus Cic. pro Corn. Balb. 30. Diſſidere capitali ab aliquo Idem de Amicit. 2. Effundere occluſum, *vid.* OCCLVDO. Excitare acerbum Cic. de Orat. 2, 208. Exedere vrbem odiis Virg. Aen. 5, 786. Exercere Ouid. Epiſt. 7, 47. Exercere aliquem odiis Virg. Aen. 4, 623. Explere odium ſtrictis mucronibus Claud. de Bell. Get. 609. Expromere Cic. Att. 2, 8. Facere odium ſtudiorum Quinctil. 1, 3. Ferre ex aliqua re Idem 5, 14. Finire amorem odio Ouid. Remed. Amor. 657. Flagrare odio alicuius Senec. Octau. v. 132. Flagrare mutuo odio, *vid.* MVTVVS. Frangere Quinctil. 6, 3. Gerere Sen. Thyeſt. ſ. 4. Gerere odium aduerſus Plin. 8, 18. Habere magnum in aliquem Cic. de Inuent. 2, 109. Habere odium ſeruitutis Id. Philipp. 5, 38. Importare alicui Hor. Epiſt. 1, 13, 4. Incendere in ſe, *vid.* INCENDO. Incurrere in hominum, *vid.* INCVRRO. Indicare odium Cic. Fam. 3. Inferre Tacit. Ann. 15, 49. Inflammare vrbes odiis Stat. Theb. 3, 338. Intendere Tac. Ann. 13, 15. Inurere Cic. pro Domo 92. Irruere in odium alicuius, *pro Venire.* Cic. Verr. Act. 1, 35 Qui quaſi de induſtria in odium offenſionemque Populi Romani irruere videbantur. Iudicare odio et inuidia Idem pro Marcell. 29. Liberare aliquem odio, *vid.* LIBER. Mereri Ouid. Amor. 2, 2, 9. Metiri aliorum odium ſuo, *vid.* METIOR. Cic. poſt red. *ad* Quirites 23 Odium, vel precibus Mitigari poteſt, vel temporibus Reipublicae communique vtilitate deponi, vel difficultate vlciſcendi teneri, vel vetuſtate ſedari. Mittere ac finire, *vid.* MITTO. Mordet Quinctil. 6, 4. Mouere aſpera verbis Virg. Aen. 2, 96. Mouet odium aſperitas Ouid. de Arte Am. 2, 146. Patefacere odium ſuum in aliquem, *vid.* PATEFACIO. Placare Cic. pro Domo 44. Ponere Claud. de Bell. Get. 91. Premi odiis Idem in Ruffin. 2, 13. Profiteri Cic. Philipp. 12, 7. Propulſare Cic. pro Cael. 75. Remittere Tacit. Ann. 1, 10. Renouare et reuocare animos aliquorum ad alicuius odium Cic. de Orat. 2, 199. Reponere Tacit. in vita Agric. 39. Reſidere in odiis, *vid.* IN *Praep.* Reſtinguere Cic. pro Rabir. . . . Saturare diuturnum et inueteratum Idem in Vatin. 6. Seruatum perenni ſtudio Sil. 1, 18. Sorbere Cic. Q. Frat. 3, 9. Struere in aliquos, *et* Dimouere ab aliquibus, *contraria* Cic. de Orat. 2, 203. Id. Att. 11, 17 Quanquam quid mea interſit, vt eorum odium Subeam, non intelligo. Idem Fam. 8, 3 Sed me hercule non multum M. Octauius eorum odia, qui Hirrum premunt, quae multa ſunt, Subleuat. Sum. *vt*, Eſt mihi odium illius, *i. Proſequor illum odio* Virg. Aen. 1, 365. Cic. de Finib. 5, 62 Cui Tubuli nomen in odio non Eſt? Virg. Ecl. 8, 38 Dumque tibi Eſt odio mea fiſtula. Cic. pro Lege Manil. 65 c. 22 Difficile eſt dictu Quirites, quanto in odio Simus apud exteras nationes,

nationes, propter, *etc.* Hoſtili odio et crudelitate eſſe in aliquem Cic. pro Cluent. 12. Idem Att. 2, 21 *pr.* Nunc repente tanto in odio eſt omnibus, vt quorſus eruptura ſit, horreamus. *Vbi* Quorſus *pro Quorſum legitur.* Idem ib. 7, 1 In quo (vt audio) magnum odium Pompeii Suſcepiſtis. Suſcipere acre Idem de Inuent. 2, 108. Tendere odiis Tacit. Hiſt. 4, 43. Tollere: quid opus eſt armis, inter quos odia Sublata ſunt Curt. 4, 11, 4. Transferre odium collectum Ouid. Met. 3, 259. Venenare commoda alicuius obſcuro odio morſuque Hor. Epiſt. 1, 14, 38. Venire odio omnibus Plin. 28, 8. Cic. Att. 10, 7 Vt vti diebus ipſi illi egenti ac perditae multitudini in odium acerbiſſimum Venerit. *Conf.* Id. Fin. 2 c. 24. Id. contra Rull. 1, 2 Nomen imperii in commune odium orbis terrae Vocabatur. ¶ 3 *Eſt etiam* Odium, Aſſiduitas, inſtantia, moleſtia, faſtidium, *vt ait* Donat. *ad* Ter. Phorm. 5, 6, 9 Pergit hercle: tu nunquam tuo odio vinces me. Idem Hecyr. 1, 2, 48 Tundendo, atque odio denique effecit ſenex, deſpondit ei gnatam huius vicini proximi. *Add.* Idem Eun. 3, 1, 13. *et* 5, 5, 2. *Nempe* Odium *eſt res, actio, ratio agendi odioſa.*

ODIŌSVS, a, um. Adi. [μισητὸς, ἐμμισητὸς, βδελυρὸς] *Qui odio habetur, quanquam ille potius* exoſus *eſt,* odioſus *magis, frequentius certe, Qui moleſtus eſt.* Ter. Eun. 4, 6, 16 Vbi ſita eſt? T. in riſco: odioſa ceſſas? Idem 5, 7, 44. Cic. de Amicit. 71 c. 20 Odioſum ſane genus hominum officia exprobrantium, quae meminiſſe debet is, in quem collata ſunt, non commemorare is, qui contulit. Odioſa haec eſt Aetas adoleſcentulis Ter. Hec. 4, 3, 13. Aures odioſae, *quae ſermonem alienum captant* Ouid. de Arte Am. 1, 489. Dolor Cic. de Finib. 4, 52. Motus palaeſtrici ſaepe ſunt odioſiores, et hiſtrionum nonnulli geſtus ineptiis non vacant Idem Off. 1, 130 c. 36. Offenſio omnis odioſa eſt in fragili corpore Id. de Seneđt. 65. Orator odioſus et loquax ſpernitur Idem pro Muraen. 10. Plaga odioſa Idem Att. 5, 20. Scrupulus odioſus Idem ib. 10, 14. Senex Ouid. Rem. Amor. 471. Senectus ſic plerisque ſenibus odioſa eſt, vt onus ſe Aetna grauius dicant ſuſtinere Cic. de Senect. 4 c. 2. Vento odioſo concita aequora Ouid. Epiſt. 19, 21. *Puellae moleſtus eſt ventus, qui amatorem retinet.* Cic. in Orat. 25 Eorum religioni quum ſeruiret orator, nullum Verbum inſolens, nullum odioſum ponere audebat. Plaut. Curc. 1, 1, 7 Tandem es odioſus mihi. Ter. Phorm. 5, 8 (7) 44 Enimuero ſi porro eſſe odioſi pergitis. *Add.* Plaut. Bacch. 1, 3, 28. Iucundum potius quam odioſum Cic. de Senect. 26. *Ex* Caecil. *Compar.* Cic. Att. 6, 3 Odit prouinciam, et hercule nihil Odioſius, nihil moleſtius. Cic. pro Roſc. Com. 16 Quorum alterum eſt Grauius et Odioſius; alterum Leuius et Facilius. Ad reliqua aliquanto odioſiora pergamus Idem de Orat. 3 c. 13. Quinctil. 1, 6 Nihil odioſius eſt affectatione. *Superl.* Phaedr. 2, 6, 4 Odioſiſſima aliis natio. Capitol. Albin. c. 11 Vxori odioſiſſimus fuit.

ODIOSĬCVS, a, um. *Idem ſed comica laſciuia fictum.* Paraſiti odioſici et multum incommodiſtici Plaut. Capt. 1, 1, 19.

ODIŌSE. Adu. [μισητῶς] *Cum odio vel taedio, moleſte.* Ter. Adelph. 4, 2, 50 Aeſchinus odioſe ceſſat: prandium corrumpitur. Cic. de Clar. Orat. 283 c. 82 Si quis eos, qui nec inepte dicunt, nec odioſe, nec putide, Attice putat Dicere, *etc.* Interpellare odioſe Idem de Orat. 2, 262 c. 65. Auctor ad Heren. 4, 29 Viuis inuidioſe, delinquis ſtudioſe, Loqueris odioſe. Facis odioſe Plaut. Bacch. 4, 9, 139. Idem Truc. 2, 7, 57. Obloqui odioſe Nazar. Paneg. Conſtant. c. 16.

ODIBĬLIS, e. Adi. *Odio dignus.* Accius *apud* Priſcian. p. 709 Gnati mater peſſimi odibilis, *etc.* Lamprid. Heliog. c. 18 Vita, moribus, improbitate ita odibilis, vt eius nomen ſenatus eraſerit. *Vſus et* Ambroſius Epiſt. 14. *Et* Vulg. Interp. *ſaepe, vt ad* Rom. 1, 30. *vbi* ϛυγητοὶ *ſic redduntur.*

ODINOLYON, *vid.* ODYNOLYON *et* ODYNOLYTES.

O D O

ODONES, *vid.* VDONES.

ODONTITIS, is. f. Herba inter foeni genera, quae dentium dolori medetur Plin. 27, 12. *Nempe* ὀδὼς, ὄντος *dens eſt.*

ODŎPĔTA, ae. f. Petron. c. 35 Super ſagittarium odopetam impoſuerat. *Al.* Otopeta. *Dubia eſt ſignificatio non minus quam lectio. Si quid tamen ponendum ſit,* OTOPETA *praeferendum videtur. Vet.* Gl. ὠτοπετὴς auritus *nempe Lepus, quem Sagittario appingi ſolitum, conſtat. Vid. Burm.*

ODŎR, *vel* ODOS, ōris. m. [ὀδμὴ, ὀσμὴ, αὐτμὴ] *Notae ſignificationis.* Plaut. Capt. 4, 2, 35 Quorum odos ſubbaſilicanos omnes abigit in forum. *Add.* Lucret. 4, 88. *et* 6, 885 *et* 952. Plaut. Curc. 1, 2, 5. Salluſt. Iug. 44, 4 *Cort.* Varr. de L. L. 5, 8 Literae commutatione dicitur odor, olor. Hinc olet, et odorari, et odoratur, et odora res. *Locus velut claſſicus de* odore *eſt* Plin. 21, 7 ſ. 18 *Vnde proinde pluſcula huc tranferre licebit.* Fluctus odorum Lucret. 4, 679. Grauitas odoris Scribon. 180. Odoris ignauia, *vid.* IGNAVVS. Suauitas odorum Cic. de Senect. 5. Vaſtitas Plin. 31, 6. Auſterus odore Idem 12, 25. Vini Plaut. Curc. 1, 1, 81. Vnguentorum odor Cic. poſt. red. in Senat. 15. ¶ 2 *Epitheta:* Acer odor, *vid.* ACER, Adi. Plin. 21, 7 ſ. 18 Omnis odor verno tempore Acrior et matutinis: quidquid ad meridianas horas diei vergit, hebetatur. Acerrimus tamen odor omnium aeſtate media. — Abrotonum et Amaracus habent acres odores. Acerbus Val. Flacc. Arg. 4, 493. Acutus odor non omnium ſine ſucco eſt, vt violae, roſae, croco Plin. 21, 7 ſ. 18. Aggrauans capita Idem 12, 17. Anguſti odoris roſa Idem 21, 4. Argutus Idem 15, 3 *extr.* Ater, *vid.* ATER. Adi. Boni odoris Scribon. 180. Caſtoreus, *vid.* CASTOR. Crocei Virg. Georg. 1, 56. Dilutus Plin. 15, 28. Diuinus Virg. Aen. 1, 407. Ferus Plin. 12, 17. Foedus Celſus 7, 29. Grauis *non ſemper* foetidus. Plin. 21, 7 ſ. 18 Quae ex acutis ſucco carent, eorum omnium odor grauis, vt in lilio vtriusque generis. *Hic* grauis *videtur eſſe vehemens, caput tentans.* Grauis coeni Virg. Georg. 4, 49. Grauis odor Scribon. 163. Grauioris 270. Grauis oris Ouid. de Arte Am. 3, 227. Ignauus *odorato opponitur* Plin. 21, 7 ſ. 18 Quorundam flos tantum iucundus, reliquae partes Ignauae, vt violae ac roſae. Impudicus odor vrcei fatebatur, Fuiſſe gerres aut inutiles maenas Martial. 12, 32. Non Inelegans Plin. 21, 25. Inimicus Hor. Serm. 2, 4, 53. Iniucundus, *vid.* INIVCVNDVS. Inſuauis, *vid.* INSVAVIS. Iucundus, *vid.* IVCVNDVS. Iucunde grauis Plin. 21, 10. Lentus Sen. Thyeſt. 6, 2. Liquidus Virg. Georg. 4, 415. Malus Hor. Epod. 12, 8. Medicatus, *vid.* MEDICO. Molliſſimus, *vid.* MOLLIS. Panchaei Lucret. 2, 417. Potentiſſimus Plin. 13, 2. Recentis odoris mala Iuuen. Sat. 11, 74. Roſcidus Plin. 14, 2. Saeuus odor vini, *Ad facinus et ſaeuitiam ducens* Stat. Theb. 2, 86

— Ogygii ſi quando afflauit Iacchi
Saeuus odor, tunc ſaxa manu, tunc pocula pulchrum
Spargere.

Teter Virg. Aen. 3, 228. Vinoſus Plin. 27, 4. Abolere Id. 28, 9. Adhibere odores ad deos, *vid.* ADHIBEO. Afflantur e floribus Cic. de Senect. 59. Capere, *vid.* CAPIO. Capi odore rerum Cic. pro Cael. 42. Continere, *vid.* CONTINEO. Creſcit malus odor membris Hor. Epod. 12, 8. Defluit celerrime, *i. Euaneſcit* Plin. 13, 1. Difflatur, *vid.* DIFFLO. Depellunt beſtiae quaedam intolerabili odoris foeditate inſectantes Cic. de Nat. Deor. 2, 127. Diffudit liquidum ambroſiae Virg. Georg. 4, 415. Emittit grauem odorem Scribon. 163. Euaneſcit celerrime Plin. 13, 1. Euellere e glebis turis Lucret. 3, 328. Excire acrem Idem 6, 1215. Exſpirare odorem dicitur res aliqua Catul. Argon. 62, 87. Fertur ad ſuperiora omnis Cic. de Nat. Deor. 2, 141 c. 56. Fragrat acerbus Valer. Argon. 4, 493. Frui ex vtraque parte corporis odore prodigo Plin. 13, 3. Fumat multo ara Hor. Carm. 3, 18, 8. Habet odorem Scribon. 192. Plin. 21, 7 ſ. 18 Quorundam odor ſuauior e longinquo propius admotus Hebetatur, vt violae. *Et mox iterum,* Acrior — Hebetatur. Iacere odorem de corpore Lucret. 2, 845. Iactare, *vid.* IACIO. Incendere tus et odores Cic. Verr. 4, 77. Incendere galbaneos Virg. Georg. 4, 264. Miſcent herbae ſuaues odores Virg. Ecl. 2, 55. Praeſtare odorem Scribon. 122. Spirat odor, *vid.* DIFFLO. Spirauere comae diuinum odorem Virg. Aen. 1, 407. Tollit odorem oris, gingiuas adſtringit, dentes firmat Plin. 23, 2. *de aceto ſcillino.* Vitiantur aurae odoribus Ouid. Met. 7, 548. ¶ 3 Odores, *in Plurali, et Aromata, pro eodem accepiſſe videtur* Columel. 12, 20 Quod ſi non ita, vt praecipimus, permiſcueris, ſubſident aromata, et adurentur. *Et paullo poſt,* Ad praedictum autem modum muſti adiici debent ii odores, nardi folium, iris Illyrica, *etc.* Scribon. 93. *Conf. Rhod. in Lex. Scrib.* Lamprid. Heliog. c. 31 Odores Indicos ſine carbonibus ad vaporandas zetas iubebat incendi. *Conf.* Plaut. Men. 2, 3, 3. Hor. Epiſt. 2, 1, 269. *et* Carm. 1, 5, 2. Ingrati Ouid. Met. 2, 626. Differtum corpus odoribus Tacit. Ann. 16, 6. Odor, *Infectus aër.* Plin. 9, 7 Odorem quidem non aliud quam infectum aëra intelligi poſſe. Cic. Verr. 3, 23 Poſtremo vt odor Apronii teterrimus oris et corporis, quem (vt aiunt) ne beſtiae quidem ferre poſſent, vni iſti ſuauis et iucundus videretur. ¶ 4 Odor, *per translationem:* Cic. Att. 4, 16 Res fluit ad interregnum, et eſt nonnullus odor Dictaturae, *i. Suſpicio.* *Sic* Idem Verr. 4, 53 c. 24 Illos ego accuſatores puto fuiſſe, qui huiusmodi hominum furia odore, aut aliquo leuiter preſſo veſtigio perſequebantur. Idem pro Cluent. 73 c. 27 Cannutio perito homini, qui quodam odore ſuſpicionis Stalenum corruptum eſſe ſenſiſſet, neque dum rem perfectam arbitraretur, placuit, *etc.* Cic. Verr. 5, 160 Quaſi luce libertatis, et odore aliquo legum recreatus, reuixiſſet, *etc.* Lucri bonus eſt odor ex re qualibet Iuuen. Sat. 14, 204. *Conf.* Suet. Veſp. c. 23. Veritatis quaſi odore quodam retenti propius aberrauerunt Lactant. 6, 12. *Vid. Barth. Aduerſ.* 17, 2. Odor Vrbanitatis *exemplum metaphorae laudatur a* Cic. de Orat. 3, 161 c. 40.

ODŌRVS, a, um. Adi. [ὀσμώδης] Quod ex ſe odorem mittit, *teſte* Seruio: Stat. Theb. 6, 104 — et odoro vulnere pinus Scinditur. Odora res Varro de L. L. 5, 8. Arbor odora Ouid. de Arte Am. 1, 287. Flos Ouid. Met. 9, 78. Sulfur Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 256. Odorus, Indagator et ſagax Virg. Aen. 4, 132 — et odora canum vis Seruius.

ODORĀTVS, a, um. *Aliud* Adi. [εὐώδης, εὔοδμος, εὐοδίαστος, θυώεις, μυριστικὸς, ἀρωματώδης] *Quod odorem habet, ſ. natura ſeu aliunde acceptum, qua poſteriori ratione poteſt videri Participium ex Verbo* ODORO, *v. v. n. 2.* Plin. 21, 7 ſ. 18 Odorato ſapor raro vlli non amarus: e contrario dulcia raro odorata. Idem Epiſt. 2, 17 Ante cryptoporticum xyſtus violis odoratus. Minus odoratum Idem 21, 7. Minime odoratus Idem 21, 7. Capilli Hor. Carm. 3, 20, 14. Caput Hor. Serm. 2, 7, 55. Idem Carm. 2, 11, 15 Roſa Canos odorati capillos, *etc. i. Capillis odoratis, nam ſic loquuntur Graeci. Hoc poteſt Participii notionem tueri. Contra* Virg. Georg. 3, 414 Diſce et odoratam ſtabulis accendere cedrum. *Vbi* Seruius, Odoratam, pro Odoriferam. Plin. 12, 12 Odoratae radicis herba. Bacchus, *i. Vinum* Virg. Georg. 4, 279. Cerae Ouid. Met. 8, 226. Ignes Idem Faſt. 1, 75. Lignum Virg. Georg. 2, 118. Nemus lauri Idem Aen. 6, 658. Roſae Tibul. 1, 3, 62. Serta Ouid. Triſt. 5, 3, 3. *Compar.* Cupreſſorum odoratius lignum Apul. de Mundo p. 74. Plin. 21, 7 ſ. 18 Itaque et vina muſtis odoratiora, et ſilueſtria magis omnia ſatiuis. — Roſa et crocum odoratiora — Quaedam vetuſtate odoratiora — Quaedam locum ipſum odoratiorem faciunt. Idem 15, 28 Tenue vinum odoratius. *Superl.* Plin. 15, 29 Myrtis odoratiſſima. *Et* 21, 7 ſ. 18 Hortenſiorum odoratiſſima, quae ſicca.

ODORĀTVS, ûs. m. [ὄσφρησις] *Pro Olfactu, ſiue ipſo ſenſu et facultate odorandi.* Plin. 11, 4 Inſecta autem habent oculos, praeterque ſenſus tactum et guſtatum, aliqua et odoratum. Cic. Acad. 4, 20 c. 7 Nihil neceſſe eſt de guſtatu et odoratu loqui. Odoratus, *de actu odorandi idem quod Odoratio.* Cic. de Nat. Deor. 2, 158 c. 63 Niſi forte tanta vbertas et varietas pomorum, eorumque iucundus non guſtatus ſolum, ſed odoratus etiam et aſpectus, dubitationem affert, quin hominibus ſolis ea natura donauerit. Odoratus, *Odor.* Plin. 25, 13 Folia coriandri tenuiora, graui odoratu.

ODŌRO, āre. [ὀσφρέω, ὀσφραίνω] *Odorum reddere, odore inficere.* Columel. 9, 4, 4 Qui coloret, odoretque mella, *de croco.* ¶ 2 Odoro, *pro Odore repleo.* Ouid. Met. 15, 734 Tura ſuper ripas, aris ex ordine factis, Parte ab vtraque ſonant, et odorant aëra fumis *Sic Graeci nonnunquam vtuntur verbo* θυμιᾶν.

ODOROR, āri. Dep. [ὀσφραίνομαι] *Olfacere.* Columel. 6, 2 Deinde nares perfricato, vt hominem diſcant odorari. Cibum proiectum odoraris Hor. Epod. 6, 10. Odorari, *per translationem.* Cic. Att. 14, 22 Cupio enim ante quam Romam venio, odorari diligentius quid futurum ſit. Idem Verr. 4, 31 c. 13 Mirandum in modum canes venaticos diceres, ita odorabantur omnia et perueſtigabant. Idem Verr. 2, 135 Haec vero eius erat ars, et malitia miranda, quod acutiſſime tota prouincia, quid cuique eſſet neceſſe, indagare et odorari ſolebat.

ſolebat. Deguſtare et odorari aliquem, *callide et clam explorare quid habeat animi.* Cic. Att. 4, 8 *extr.* Tu velim e Fabio, ſi quem habes aditum, odorere: et iſtum conuiuam tuum deguſtes, *vid.* DEGVSTO. *Sic* Cic. Att. 6, 4 Illud praeterea μυϛικώτερον ad te ſcribam: tu ſagacius odorabere. Quam ſagaciſſime odorari, quid ſentiant, quid exiſtiment, quid exſpectent, quid velint, quo deduci facillime poſſe videantur iudices Id. de Orat. 2, 186 c. 44. Id. Att. 4, 14 Si quid forte de comitiis, de Republica, (ſoles enim tu haec feſtiue odorari) ſcribas ad me. Id. in Piſon. 83 Quas quidam non Veſtigiis odorantes ingreſſus tuos, ſed totis volutationibus corporis et cubilibus perſecuti ſunt. Id. pro Cluent. 82 Albiana pecunia veſtigiisne vobis odoranda eſt? Id. de Lege Agrar. 2, 64 Committite vos nunc Quirites his hominibus haec omnia, quos odorari hunc Decemuiratum ſuſpicamini. Id. poſt red. in Senat. 14 Hi voluptates omnes veſtigant atque odorantur.

ODŌRANS, āntis. Partic. [ὀσφραίνων] Plaut. Mil. 2, 2, 113 Si ita non reperio, ibo odorans quaſi venaticus vsque. Cic. Piſon. 83 c. 37 Veſtigiis odorantes ingreſſus tuos.

ODORATIO, ōnis. f. [ὄσφρανσις] Cic. Tuſc. 4, 20 c. 9 Et qualis eſt haec aurium, tales ſunt oculorum, et tactionum, et odorationum, et ſaporum.

ODORĀMEN, ĭnis, *ſiue* ODORAMENTVM, i. n. [ἄρωμα] *Quod oderis gratia tenemus: ſicut vnguentum, quod vnguenti cauſa.* Macrob. Saturn. praef. 1. Confuſura videlicet omnium ſuccos odoraminum in ſpiramentum vnum. Plin. 21, 7 Omnium autem odoramentorum, atque adeo herbarum differentia eſt in colore, et odore, et ſucco. Columel. 11, 2 Odoramentis condire vina.

ODORARIVS, a, um. Adi. [ὀδμηκὸς] *Quod ad odores pertinet.* Odoraria myrrha Plin. 12, 16.

ODORARIVS, i. m. [ἀρωματοπώλης] *Qui odores conficit et vendit.*

ODORATĪVVS, a, um. Adi. Semen odoratiuum Apul. de Herb. c. 79.

ODORĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [πολύοσμος, ἀρωματοφόρος] *Quod odorem reddit.* Plin. 12, 17 Eundem et ad ſerpentes fugandas vrunt in odoriferis ſiluis frequentiſſimas. Arabia odorifera, *In qua naſcuntur odores* Id. 5, 11. Sil. 16, 309 — odoriferis adſpergit Floribus aras. Gens Ouid. Met. 4, 209. *Sic vocat Achaemenios, Arabiae populos.* Inſulae Plin. 6, 28. Lances Propert. 2, 14, 23.

ODORISĔQVVS, a, um. Adi. Liu. Andr. Odoriſequi canes.

O D R

ODRILITIVM, *vox nihili, obtruſa olim* Ciceroni de Fin. 2, 23 c. 8. *vbi recte hodie legitur*, Reſpondeat his veſtis, argentum, Corinthium, locus ipſe, aedificium. *Sed videre licet varietatem lectionis et coniecturarum apud Dauiſium.*

ODRŸSAE, ārum. m. Populus eſt Thraciae, *vt ſcribit* Plin. 4, 11.

ODRŸSIVS, a, um. Adi. [Ὀδρύσιος] *Idem quod Thracius.* Haſta Odryſia Stat. Achill. 1, 485. Boreas Sil. 7, 570. Carmen Valerius Argon. 5, 594. *i. Orphei, qui Thrax erat, carmen.* Ouid. de Arte Am. 2, 134 Exigit Odryſii fata cruenta Ducis, *i. Rheſi Thraciae regis.* Haſta Stat. Achill. 1, 485. Rex Odryſius, *Rex Thraciae* Ouid. Met. 6, 490.

O D Y

ODYNOLYON, ontis, *vel vt Harduinus dedit* ODYNOLYTES, ae. m. *Eius piſciculi nomen, quem* Remoram *alias Latini* Ἐχενηΐδα ſ. Echeneida *Graeci appellant.* Plin. 32, 1 Alii ſale aſſeruatum adalligatumque grauidis partus ſoluere, ob id alio nomine odynolytem appellari. *Sunt qui malint* Odinolytes *ab* ὠδὶν, ῖνος, *quod partus doloribus magis proprium.*

ODYSSĒA, ae. f. [Ὀδύσσεια] *Homeri opus de Vlyſſis erroribus, viginti quatuor libris abſolutum. Deriuata dictio ab* Ὀδυσσεὺς, *id eſt Vlyſſes.* Cic. de Clar. Orat. 71 Nam et Odyſſea Latina eſt ſic tanquam aliquod opus Daedali, et Liuianae fabulae, *etc.* *conf.* Gell. 3, 16. Auſon. Epit. 5 Perlege Odyſſean omnia noſſe volens.

ODYTES, *vid.* ODITES.

O E

OE *pro* E *et* V *antiqui ſcribebant, quod indicant* Poena, Poeni, Moenia, Pomoeria, *cum verbis* Punio, Punicus, Munio, Murus *collata.* Cic. de LL. 3, 10 c. 4 Si quid erit, quod extra magiſtratus COERATORE OESVS ſit, qui COERET, populus creato, eique ius COERANDI dato *etc.* *Add.* Drakenb. ad Sil. 3, 257.

OEA, *Africae ciuitas eſt, vna ex tribus, quae a numero Tripolim illam Africanam fecerunt.* Solinus c. 40 Achaei Tripolim lingua ſua ſignant, de trium vrbium numero, Oeae, Taphrae, Leptis magnae, *etc.* *Vid. Drakenb. ad* Sil. 3, 257. *Hinc*

OEENSES *apud* Apuleium *in Apol. aliquoties.*

OEAGRVS, i. m. [Οἴαγρος] *Pater Orphei vatis, et fluuius Thraciae: vnde et Hebrus, quod ex eo fluat,* OEAGRIVS *dicitur.* Virg. Georg. 4, 524 Tu quoque marmorea caput a ceruice reuulſum Gurgite cum medio portas Oeagrius Hebrus. *Eſt quoque* Oeagrius Aemus Ouid. Met. 2, 219. Nerui Sil. 5, 463. *conf.* Manil. 5, 322.

OEBALIA, ae. f. [Οἰβαλία] *Duplex eſt: vna quae et Laconia dicta fuit: et ab* Oebalo *filio Argulii* Oebalia *cognominata.* *De qua* Stat. Achill. 1, 20 Soluerat Oebalio claſſem de litore paſtor Dardanus. *Altera in Italia prope Tarentum Calabriae, de qua* Virg. Georg. 4, 125 Sub Oebaliae memini me turribus altis, *etc.*

OEBALĬDES, ae. m. Patronym. [Οἰβαλίδης] Ouid. in Ibin 590 *pro gentili poſuit;* Quo puer Oebalides ictus ab orbe cadas. *i. Hyacinthus, qui Lacon fuit.* Idem Faſt. 5, 705 *loquens de Caſtore et Polluce*, Effugere Oebalidae curſu potuere ſequentes.

OEBĂLIS, ĭdis. f. Patronym. [Οἰβαλὶς] Stat. Silu. 1, 2, 150 Quîs purpura ſaepe Oebalis, et Tyrii moderator liuet aheni, *i. Laconica.*

OEBALIVS, a, um. Adi. [Οἰβάλιος] Matres Oebaliae, *Italicae* Ouid. Faſt. 3, 230. Fratres Stat. Silu. 3, 2, 10. Nepotes Sil. 12, 451.

OEBĂLVS, i. m. [Οἴβαλος] *Argulii filius, rexque Laconiae, ab ſe Laconiam prouinciam,* Oebaliam *dixit.* ¶ 2 Fuit et Oebalus, Telonis regis Caprearum inſulae prope Neapolim filius, et Nymphae Sebethidis. *Haec* Seruius *apud* Virg. Aen. 7, 733 Oebale, quem generaſſe Telon Sebethide nympha Fertur.

OECHALIA, ae. f. [Οἰχαλία] *Laconiae pars, propinqua Theſſaliae, quae* Oechaliae *nomen aſſumſit a ciuitate eiusdem nominis, quae in illa erat. Ipſa vero ciuitas, teſte Homero Iliad. 2. ab* Oechaleo *fluuio nomen accepit. Vid.* Virg. Aen. 8, 290. *et* Ouid. Met. 9, 136. Inclyta Oechalia Senec. Herc. Oet. f. 4.

OECLĪDES, ae. m. *Amphiaraus Oeclei filius* Ouid. Met. 8, 317.

OECONŎMVS, i. m. [οἰκονόμος] *Latine dicitur Adminiſtrator rei familiaris. Pro* Oeconomus *in* Iure Pontificio et Nouell. Iuſtinian. *legitur paſſim* Iconomus. *Quam ſcriptionem defendunt Alciat. Parerg.* 9, 3. *et Giſan. apud Muret.* Epiſt. 2, 23. L. 14 C. de Sacroſanct. Eccleſ. Oeconomus eſt, cui res eccleſiaſtica gubernanda mandatur. *et* l. 33 §. 4 C. de Epiſc. et Cler. Diſpenſator pauperum eſt oeconomus Eccleſiae.

OECONOMIA, ae. f. [οἰκονομία] *Proprie eſt rei domeſticae adminiſtratio. Sed etiam* Oeconomia, *Diſpoſitio, ordo, et ſtructura cuiuscunque rei, per translationem.* Cic. Att. 6, 1 Accepi tuas literas, *etc.* Iis igitur reſpondebo. Sic enim poſtulas. Nec οἰκονομίαν meam inſtituam, ſed ordinem conſeruabo tuum. *Hic ponitur pro Ordine, quem ſcribentes ſeruamus.* Vitruu. 1, 2 Architectura autem conſtat ex ordinatione, quae Graece τάξις dicitur: et ex diſpoſitione (hanc autem Graeci διάθεσιν vocant) et eurythmia et ſymmetria, et decore, et diſtributione, quae Graece οἰκονομία dicitur. *Budaeus.* Oeconomia, *apud Oratores, Diſpoſitio cauſae dicitur* Quinctil. 3, 3. Diligentior oeconomia Id. 1, 8. Cic. Att. 6, 1 Sed enim οἰκονομία ſi Perturbatior eſt, tibi aſſignato: te enim ſequor σχεδιάζοντα. οἰκονομία, *ordo et diſpoſitio rerum, quae ſcribuntur.* σχεδιάζοντα, *ſcribentem non ordine, ſed vt quidque in mentem venit.*

OECONOMĬCVS, a, um. Adi. [οἰκονομικὸς] *Gubernandae familiae peritus, vel ad rei familiaris adminiſtrationem pertinens.* Cic. Off. 2, 87 c. 24 Has res commodiſſime Xenophon Socraticus perſecutus eſt in eo libro, qui Oeconomicus inſcribitur. *Huius a Cicerone conuerſi plura ſeruauit* Colum. libro 12, *cuius hoc initium*, Xenophon Athenienſis in eo libro, qui Oeconomicus inſcribitur. *Exſtant et* Ariſtotelis οἰκονομικά. *Conf.* Col. 11, 1, 5. *Sed ad oratoriam diſpoſitionem et coordinationem pertinet* Quinctil. 7, 10 Oeconomica totius cauſae diſpoſitio.

OECOS, i. m. [οἶκος] *Graece, Latine Domus ſiue familia dicitur: a quo* Oeconomus. *Sed ſpeciatim notat conclaue vnum magnum, maioribus conuentibus deſtinatum, et conuiuiis numeroſioribus ſeruiens, quas Europa hodie* Salas *vocare ſolet.* *Sic* Plin. 36, 25. *Item* Vitruu. 6, 10 Conſtituuntur oeci magni. Idem 6, 5 Quadrati.

OECVMENĬCVS, a, um. Adi. [οἰκουμενικὸς] *Vniuerſalis, et ad totum orbem pertinens. Vnde* Concilium oecumenicum; οἰκουμένη *enim, idem eſt, quod orbis terrarum, terra habitabilis. Vid. Conring. de Concil. th. 11. et D. Ziegler. Iur. Canon. p. 267.* Epiſcopus Oecumenicus. *Vid. Calixt. Apparat. p. 268.*

OEDĬPVS, i. *et* ŏdis. m. [Οἰδίπους] *Filius Laii regis Thebani, dum adhuc matris vtero teneretur, et pater Laius Apollinem de naſcitura prole conſuleret, ab oraculoque percepiſſet debere ſe a naſcitura prole interfici, natum puerum paſtori armentorum ſuorum occidendum tradidit: qui dum aetatis miſeretur, ne omnem ſpem vitae auferret, paruuli pedes gladio perforauit, et vimine ſuſpendit ad arborem quaſi inedia moriturum. Sed quum vagitu Phorbantem paſtorem Polybii Corinthiorum regis, ad ſe puer traxiſſet, ille conſciſſis vinculis iam tumidum pedibus puerum cuidam largitus eſt: qui laetus ad Meropem vxorem Polybii regis liberis carentem pro magno munere detulit: illa vna cum viro tanquam filium caelitus miſſum paterna caritate ſuſcepit, et a pedum tumore Oedipodem nominauit. Hic quum Thebas aliquando pergeret, obſidentis viam Sphingis aenigma diſſoluit, et monſtrum interemit. Hinc* Ter. Andr. 1, 2, 23 *Seruus diſſimulans intelligere, quod herus dixerat,* Dauus, *inquit,* ſum, non Oedipus. Plaut. Poen. 1, 3, 34 Nam iſti quidem, Hercle, orationi Oedipo opus eſt coniectore, qui Sphingis interpres fuit. *Sic laudat etiam* Priſcian. 6 p. 720. *Eſt* Tragoedia Senecae *huius nominis et argumenti, vnde tum quae diximus, tum reliqua de* Oedipo *peti poſſunt.* Oedipus Oedipodis *dicendum ordinarie, iubet* Priſcian. l. c. *licet* Oedipo Plauti, *vt vidimus agnoſcat.*

OEDIPŎDES, ae. m. [Οἰδιπόδης] *Pro eodem dicitur.* Stat. Theb. 1, 17 Limes mihi carminis eſto Oedipodae confuſa domus. *conf.* Martial. 10, 4. Impii Oedipodae nuptiales faces Senec. Herc. fur. ſ. 6.

OEDIPODIONIVS, a, um. Adi. [Οἰδιποδιόνιος] Ouid. Met. 15, 429 Oedipodioniae quid ſunt niſi nomina Thebae? *Sic et* Lucan. 8, 407. Fratres Stat. Theb. 10, 801. *Polynices et Eteocles.*

OEDIPODIONĬDES. m. Patronym. [Οἰδιποδιονίδης] Stat. Theb. 1, 313 Interea patriis olim vagus exul ab oris Oedipodionides furtim deſerta pererrat Aoniae, *Polynices.* Dirus Oedipodionides Stat. Theb. 6, 4:6.

OENANTHE, es. f. [οἰνάνθη] Flos labruſcae, hoc eſt vitis ſilueſtris, non tamen cuiuslibet, (nam duae ſunt labruſcae ſpecies) ſed eius tantum, quae ſolum florem, non etiam vuas profert. Colligitur quum optime olet, ſiccatur in vmbra, ſubſtrato linteo, atque in cados conditur. Dicitur quaſi οἴνου ἄνθος, hoc eſt vini flos Plin. 12, 28. Oenanthe *vocatur ipſa etiam conditura mellis ex flore labruſcae. Vid.* Plin. 23 *pr.* *et* lemma Pallad. Iun. 11. *Salmaſ. de Homon. hyl. Iatr. c. 29. Herba.* Plin. 21, 24 Oenanthe herba naſcitur in petris, folio paſtinacae, radice magna, numeroſa. *conf. Dioſc.* 3, 126.

OENANTHĬNVS, a, um. Adi. [οἰνανθινὸς] *Quod ex oenanthe factum eſt.* Oenanthinum oleum Plin. 23, 4.

OENEĀTES, is. m. *Inter Vina transmarina numeratur* Plin. 14, 7.

OENEVS, i. m. *duarum Syllab.* [Οἰνεὺς] Calydoniae rex et Deianirae pater, de primitiis omnibus numinibus ſacrificauit, excepta Diana, quae irata aprum immiſit, qui cuncta vaſtabat, donec a Meleagro, Oenei filio, occideretur. *Haec* Seruius. Ouid. Met. 8, 4 An felix Oeneus nato victore fruetur? Oenei partu edita, *Periphraſis eſt Deianirae Oenei filiae* Cic. Tuſc. 2, 20.

OENĒVS, a, um. Adi. [Οἴνειος] Ouid. Met. 8, 281 Inquit et Oeneos vltorem ſpreta per agros Miſit aprum.

OENĒĬVS, a, um. *Aliud* Adi. [Οἰνήϊος] Heros Oeneius Stat. Theb. 5, 661.

OENĪDES, ae. m. Patronym. [Οἰνείδης] Ouid. Met. 8, 415 At manus Oenidae variat, *etc.* *i. Meleagri filii Oenei.* Magnus Stat. Theb. 5, 405.

OENĬGĔNA, ae. m. Vino genitus. Feſt. *al.* Vnigenitus.

OENOGĂRVM, i. n. *Condimenti genus ex vino et garo* Apic. 1, 31. *et* 3, 21. *et* 5, 1. *Hinc*

OENO-

OENOGARATVS, a, um. Adi. Porcellus oenogoratus Apic. 8, 7.

OENOMELI, [οἰνόμελι] *Potio ex melle et vino, quam Latini* Mulſum *appellant. Vid. Dioſcor.* 5, 16. Oenomeli plane, id eſt dulciſſimum vinum, continebitur l. 9. D. de trit. vino vel ol. *conf.* Pallad. Octob. t. 17. Apic. 7, 6.

OENOMELVM, *pro Oenomeli* Iſid. 20, 3.

OENOMĂVS, i. m. [Οἰνόμαος] *Filius Martis, rex Elidis, et Piſae, atque Hippodamiae pater. hic victus a Pelope regnum amiſit: totaque poſtea regio Peloponneſus a Pelope dicta eſt. Strabo lib.* 8. *Argumentum fabularum fuiſſe, oſtendit illud* Cic. Fam. 9, 16 Quam ob rem Oenomao tuo nihil vtor, etſi poſuiſti loco verſus Accianos. *Vid.* Seru. ad Georg. 3, 7. *et* Aen. 8, 130.

OENŌNE, [Οἰνώνη] *vt ait Strabo lib. 8. nomen Ciuitatis, et Nymphae Phrygiae, a Paride adamatae. Inter* Heroidas Ouidii quinta *eſt* Oenonae ad Paridem. *Id.* Ouid. de Rem. Amor. 457 Et Parin Oenone ſummos tenuiſſet ad annos.

OENOPHŎRVM, i. n. [Οἰνόφορον] *Vas ferendo vino aptum, vt* Acratophorum. Martial. 6, 89 Reddidit oenophori pondera parua ſui. Cic. de Finib. 2, 23 c. 8 Quibus vinum diffuſum e pleno ſit oenophoro, vt ait Lucilius. *Sed probant fere viri docti emendationem Scaligeri, quam is e MS. propoſuit Coniect. ad Varron.* p. 182. *quae ita habet* Quibus vinum defuſum e pleno ſit; hir, ſiphon, vt ait Lucilius, cui nil demſit *etc. Recepit etiam Dauiſius.*

OENŎPHŎRVS, i. m. [Οἰνόφορος] *Miniſter vinum ferens, vel poculum vini inferens.* Plin. 34, 8 Praxiteles fecit Stephuſam, Spilumenem, Oenophorum, Harmodium, *etc.*

OENOPIA, ae. f. [Οἰνοπία] *Inſula, quae alio nomine Aegina dicitur. Vbi vid.* Ouid. Met. 7, 472 Oenopiam veteres appellauere, ſed ipſe Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit.

OENOPIVS, a, um. Adi. [Οἰνόπιος] Muri Oenopii Ouid. Met. 7, 490.

OENOPOLIVM, i. n. [Οἰνοπώλιον] *Taberna vinaria.* Plaut. Pſeud. 2, 4, 52 Quin in corde inſtruere quondam coepit oenopolium. *Quo loco Turnebus legendum cenſet, et Gron. edidit* Thermopolium. *Sed* Aſin. 1, 3, 48 Quom a piſtore panem petimus, vinum ex Oenopolio.

OENOTHERAS, ae. m. *Herba magica ap.* Plin. 26, 11. *et* 14.

OENOTHERIS, ĭdis. f. *Eadem herba ap.* Eund. 24, 17.

OENOTRIA, ae. f. [Οἰνωτρία] *Regio eſt Italiae. Nonnulli vero ipſam Italiam ſic perhibent ab* Oenotro *Arcade, vt refert Pauſanias 8. et Stephanus Byzantinus, apud quos per ω ſcribitur. Igitur nunquam corripitur illa Syllaba, nunquam admittendi in Heroico carmine* Oenotrii.

OENOTRIVS, a, um. Adi. [Οἰνώτρειος] Pubes Oenotria Sil. 12, 650. Virg. Aen. 7, 85 Hinc Italae gentes, omnesque Oenotria tellus.

OENOTRVS, a, um. *Aliud* Adi. [οἰνωτρὸς] Virg. Aen. 3, 165 Oenotri coluere viri. *Sic et* 1, 532. Fines Sil. 13, 51. Orae Id. 8, 221. Id. 9, 473 Oenotris velox allabere terris. *Vid. Drakenb. ad* 13, 51. *vbi firmat, quae diximus de Syllaba media.*

OENOTRIDES, [Οἰνωτρίδες] dictae ſunt duae Inſulae, quae ſunt contra Veliam, Pontia ſcilicet et Iſcia Plin. 3, 7.

OENVSSAE, [Οἰνοῦσσαι] Tres inſulae ſunt ante Meſſenen Peloponneſi vrbem, quarum meminit Plin. 4, 12. Eſt item Oenuſſa, Exigua inſula, Chio adiacens Plin. 5, 31.

OESTRVM, i. n. *ſ. potius* OESTRVS, i. m. *Quamquam illud apud* Feſtum *eſt, et* Seruium. Οἶστρος *Graece, Latine* Furor *dicitur, vnde* Statius *vocat* Oeſtrum, *Poëticum furorem,* Theb. 1, 32 Tempus erit quum laurigero tua fortior oeſtro Facta canam. ¶ 2 *Sed proprie* Oeſtrus *ſ.* Oeſtrum *inſectum eſt armentis infeſtum. A* Virgilio Georg. 3, 147 *ſic deſcribitur:* Eſt — volitans, quoi nomen aſilo Romanum eſt, oeſtrum Graii vertere vocantes (*i. ex ſoni ſimilitudine vocarunt, vt Seruius interpretatur*) Aſper, acerba ſonans: quo tota exterrita ſiluis Diffugiunt armenta — Hoc quondam monſtro horribiles exercuit iras Inachiae Iuno peſtem meditata iuuencae —. Seruius, Oeſtrum, *inquit,* Graecum eſt: Latine aſilus, vulgo tabanus vocatur. Columel. 9, 14 *ſcribit* naſci in extremis partibus fauorum amplioris magnitudinis, quam ſunt apes caeterae, eosque nonnulli putant eſſe reges. Verum quidam Graecorum auctores οἴστρους appellant ab eo, quod exagitent, neque patiantur examina conquieſcere. *Add.* Pallad. 6, 10. Naſcuntur in extremis fauis apes grandiores, quae caeteras fugant: oeſtrus vocatur hoc malum Plin. 11, 16.

OESVS, *pro Vſus. Vid. paullo ante* OE *pro* V.

OESЎPVM, i. n. [οἴσυπος] *dicitur Pinguedo exſudans ab ouibus, et collecta in lana ſuccida.* Plin. 29, 2 ſ. 10 Quin ipſae ſordes pecudum, ſudorque feminum et alarum adhaerentes lanis, (Oeſypum vocant) innumeros prope vſus habent. In Atticis ouibus genito palma. Fit pluribus modis: ſed probatiſſimum, lana ab his partibus recenti concerpta, aut quibuscunque ſordibus ſuccidis primum collectis, ac lento igni in aeneo ſubferuefactis, et refrigeratis, pinguique quod ſupernatet collecto in fictili vaſe, iterumque decocta — Donec candida fiat ac tranſlucida. — Probatio, vt ſordium virus oleat, et manu fricante ex aqua non liquetur, ſed albeſcat vt ceruſſa *etc.* Ouid. de Arte Am. 3, 213 *fucum deteſtans,* Oeſypa quid redolent, quamuis mittantur Athenis, Demtus ab immundae vellere ſuccus ouis? *Add.* Id. Rem. Am. 353.

OETA, *Mons Doridos, apud* Plin. 4, 27. *et* 35, 11.

OETA, *ſiue* OETE, [Οἴτη] *Mons inter Theſſaliam et Macedoniam, clarus morte et ſepulcro Herculis,* in quo (vt Seruius *ad* Virg. Ecl. 8, 30 *ait*) ſtellae videntur occidere, ſicut de Ida naſci: *quod acriter refellit Cerda ad Virg. l. c. quo in loco* Tibi deſerit Heſperus Oetam *ſignificare ait, ſurgit ab Oeta. Et adfert loca, vbi omnino ad ortum ſiderum refertur. Sed Iſ. Voſſius* ad Catull. p. 150 *ſubtilius diſputat, et monet, ex vertice Oetae proſpicientibus ſolem et ſidera duabus horis tardius occidere. Nobis videntur Poëtae hac in re qualemcunque imaginationem potius ſecuti, quam rigidum verum. Taceo, quod hic conſiderandum erat, vbi ſe Poëta collocet, cum appareat, pro diuerſo ſitu poſſe aliquem et Orientem ab Oeta ſolem et Occidentem videre. Heſperus quidem nunquam niſi paullo poſt occidentem ſolem in illa ipſa plaga cernitur.* Elleborum optimum naſcebatur in Oeta, *vt refert* Plin. 25, 5. *Add.* Liu. 36, 15. Ardua Oete Ouid. Met. 9, 230. Alta Id. ibid. 9, 204. Frondoſa Stat. Theb. 4, 158. Nemoroſum Oeten *vocat int. Montem* Ouid. Met. 9, 168.

OETEVS, a, um. Adi. [Οἰταῖος] Mela 2, 3, 24 Hic nouiſſime calcatum Graio Herculi ſolum ſaltus Oeteus. *Nempe ad mortem Herculis reſpicit, quae argumentum eſt fabulae* Senecae Hercules Oeteus. Oetei ignes, *pro Stellis. Vid.* NOCTIFER, *in* NOX. Iuga Oetea Propert. 1, 13, 24.

OETOSCYROS, lingua Scythica, Apollo dicebatur.

OETVM, *Herba eſt Aegypto peculiaris, de qua ſic* Plin. 21, 15 *de Aegyptiis loquens,* Mandunt, *inquit,* et oetum, cui pauca folia minimaque, verum radix magna. *Heſych.* Οἰτὸν τὸ ὑπ' ἰλύων σῖτον.

OETVS. *Aloei filius eſt potius* OTHVS *vel* OTVS, *vid.* ALOEVS.

O F F

OFA, *vel* OFFA, ae. f. *Fruſtum carnulentum, eſculentum certe, ſignificat: nec ad materiam pertinet, ſed tantum formam illam globi, glomeris, turundae, notat.* Feſtus, Penitam offam Naeuius appellat abſegmen carnis cum coda. Antiqui enim offam vocant abſciſſum globi forma, vt manu glomeratam pultem. *Proprie de ſue: vid.* Varr. L. L. 4, 22. Plaut. Mil. 3, 1, 165. *Metaphor.* Iuuen. Sat. 2, 33 *Ad informem fetum abortiuo expulſum ſignificandum de Iulia, Titi fil.* Cum — patruo ſimiles effunderet offas. Plin. 9, 48. *de lepore marino,* In noſtro mari offa informis colore tantum lepori ſimilis. *Sic* Nigra in facie tumidis liuoribus offa, *i. tumor, tuber* Iuuen. Sat. 16, 11. Virg. Aen. 6, 420 Melle ſoporatam et medicatis frugibus offam Obiicit. Varr. de R. R. 3, 5 Cibatui offas poſitas: hae maxime glomerantur ex ficis et farre miſto. Conuolutum in offas, *vid. ſub* CONVOLVO. Caricae tunſae volutantur in offas Pall. 1, 30, 4. Offa *et* Maſſa *promiſcue vtitur* Columel. 12, 38. Offae ex maſſa fici proculcatae Id. 12, 15, 4. Offae ſordidi panis Id. 8, 17, 15. Offae, quibus aues ſaginantur Id. 8, 7, 3. Cic. de Diuin. 1, 27 c. 15 Neceſſe enim eſt offa Obiecta cadere fruſtum ex pulli ore, quum paſcitur. Cadit offa ex ore pulli Id. ibid. 2, 63. Id. ibid. 2, 72 Nunc vero incluſa in cauea, et fame enecta, ſi in offam Pultis inuadit, *etc. conf.* Plin. 18, 8. Offae panis Columel. 8, 9. *Add.* 9, 7. De paſſo facies offas farinae Veg. Mulom. 1, 36, 2. Facere offam ex hoſtibus Plaut. Mil. 1, 1, 8. *Gron. i. minutatim quaſi in offas concidere.* Carminis robuſti offae Perſ. 5, 5. *de rudi et incompoſito carmine.*

OFELLA, ae. f. Dimin. Simplici F ſcribendum eſſe *docet* Seruius, quia primam ſyllabam corripit contra primitiui naturam. Aprugneae Apic. 7, 4. Puteolanas *deſcripſerat.* Cato de R. R. c. vltimo, *cuius modo lemma ſupereſt.* Martial. 14, 227 Parua tibi curua craticula ſudet ofella. *Add.* Id. 12, 48. Iuuen. Sat. 11, 144 — At rudis omni Tempore et exiguae fruſtis imbutus ofellae. *Add.* Cato R. R. c. vlt. lemm. Sammon. v. 840.

OFFŬLA, ae. f. *Aliud* Diminut. Suet. in Claud. c. 40 Rogo vos, quis poteſt ſine offula viuere? Canis iactu offulae ad impetum et ſaltum prouocatur Minuc. Fel. c. 9. Vnius offulae praeda Apul. 6 p. 181. Offulae carnis ſpiſſe componuntur Colum. 12, 53. Offula dicta, vt offa minima in ſue. *Auctor* Varr. de L. L. 4, 22. *Add.* Id. R. R. 2, 4.

OFFLA, ae. f. *pro offula.* Petron. c. 56. *et* 58.

OFFATIM. Adu. [λεπτομερῶς Onomaſt. Vet.] Ego te hic hac *machaera* offatim conficiam Plaut. Truc. 2, 7, 52. *Add. ib. v.* 60.

OFFARIVS, i. m. Coquus, qui particulatim, id eſt offatim excoquit Iſid. 20, 2.

OFFARCINĀTVS, a, um. Adi. *Vndique oneratus.* Profectio oneribus offarcinata Tertull. *adu.* Marc. 4, 24.

OFFECTOR, ōris. m. dicitur, *auctore* Feſto, Qui proprio colori nouum adiicit. Offector officio obeſt Fronto Grammaticus.

OFFENDO, di, ſum, ĕre. [προσκόπτω] *Compoſitum ex* Ob *et* Fendo, *quod in ſolis Compoſitis eſt in vſu; Incurrere in aliquid, atque incidere ſignificat, vnde etiam pro inuenire, ſubito et praeter conſilium praeſertim, ponitur, itemque pro laedere ſe vel alium.* Ter. Eun. 5, 9 (8) 34 Si in platea hac te offendero poſt vnquam, nihil quod dicas mihi alium quaerebam, iter hac habui, periſti. Cic. pro Roſc. Amer. 79 Reſtare tibi videbatur ſeruorum nomen, quo, quaſi in portum reiectus a caeteris ſuſpicionibus, confugere poſſes: vbi Scopulum offendis eiusmodi, vt non modo ab hoc crimen reſilire videas, verum omnem ſuſpicionem in vosmetipſos recidere intelligas. *Hic per tranſlationem.* Puppis offendit in ſcopulis Ouid. ex Pont. 4, 14, 22. Quinctil. 6, 3, 67 An non plurima καθ' ὑπερβολὴν dicuntur? quale refert Cicero de Memmio homine praelongo, Caput eum ad fornicem Fabii offendiſſe. *Conf.* Cic. de Orat 2 c. 66. Offendere manu in proximos Quinct. 11, 3, 118. Offendere ad ſtipitem Columel. 2, 3. Offendere ad Africam Liu. 28, 43. Lumen exſtinctum offendit nares nidore Lucret. 6, 793. Offendere, *Laeſionem et offenſionem accipere ex aliqua re in aliquam corporis partem.* Columel. 5, 9 Deinde arando ne coxam bos, aliamue partem corporis offendat. Cic. pro Cluent. 175 Cecidiſſe ex equo dicitur, et homo infirma valetudine Latus offendiſſe vehementer. Offendere, [ἐπιτυγχάνειν] *Inuenire, idque fere praeter opinionem.* Ter. Heaut. 2, 3, 43 Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus. Idem Hec. 3, 1, 45 Quonam modo Philumena mea nunc te offendam affectam? Non offendes eundem bonorum ſenſum, Lentule, quem reliquiſti Cic. Fam. 1, 9. Imparatum aliquem offendere Id. ibid. 2, 2. Gell. 9, 1 *extr.* Defendere et offendere inter ſeſe aduerſa ſunt, quorum alterum ſignificat ἐμποδὼν ἔχειν id eſt incurrere in aliquid et incidere, alterum ἐκποδὼν ποιεῖσθαι, id eſt auertere atque depellere. *Hanc MSS. lectionem probat I. F. Gronou.* Offendere, *Peccare, errare, aut etiam laedere aliquem.* Cic. Fam. 9, 2 Quis eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat? Neque in eo ſolum offenderat, quod patriae male conſuluerat; ſed etiam *etc.* Nep. 19, 2, 2. ¶ 2 Offendere *eſt, vt diximus, laedere, et ita abalienare.* [βλάπτειν, ἀνιᾶν] Suet. in Claud. c. 26 Priorem, quod parentes Eius Auguſtum offenderant, virginem adhuc, repudiauit. Cic. pro Cluent. 63 Poſtremo certe potius illum, qui bis apud eos iudices offendiſſet, quam eum, qui bis cauſam iis probauiſſet. *i. Damnatus eſſet, contrariam ſententiam tuliſſet. Budaeus.* Offendit apud iudices, *de quo male iudicatur, id eſt, damnatur.* Quod intelligeret, ſe apud plebem offendiſſe de aerario Cic. Att. 10, 4. Aciem oculorum, *vid.* ACIES. Amicum in nugis Hor. de Arte Poët. 451. Animum alicuius offendere Cic. Fam. 5, 7. Idem Q. Frat. 2, 3 In Pompeio defendendo Animos bonorum offenderent. Animus meus multis rebus offenditur Id. Fam. 1, 9. Contumelia aliquem Id. Att. 6, 3. Id. Fam. 3, 8 Hos ego ſermones, quod et multi ſunt, et tuam Exiſtimationem, vt ego ſentio, non offendunt, laceſſiui nunquam, ſed non valde repreſſi. Magis offendit Nimium quam parum Id. in Orat. c. 22. Pectora offenduntur facto aliquo Ouid. Rem. Amor. 427. Neque Quemquam offendet oratio mea

Cic. pro Sext. c. 6. Senſum aliquorum Idem Fam. 1, 9. Vitio alicuius offendi Idem de Inuent. 2, 4. Verbo Quinct. 12, 9, 13. In aliquo aliquem Cic. Fam. 3, 8. Idem de Orat. 1, 129 Nihil enim eſt tam inſigne, nec tam ad diuturnitatem memoriae ſtabile, quam id, in quo aliquid offenderis. Idem Fam. 2, 17 Ille ſi omnibus eſt malevolus, quod nunquam exiſtimaui, minus offendor in me: ſin autem a me eſt alienior, nihil tibi literae meae proderunt. Idem Att. 4, 15 Verita eſt puſilla, quae nunc laborat, ne animi in Publio offenderer. *Ita Grut. Gron. vt* Excrucior animi. Idem Q. Frat. 1, 1, 11 Sed ſi quis eſt, in quo iam offenderis, de quo aliquid ſenſeris, huic nihil credideris. *i. Spe et exiſtimatione, quam de eo conceperas, deceptus fueris.* Cic. de Inuent. 2, 5 Quod ſi in caeteris quoque ſtudiis a multis eligere homines commodiſſimum quodque, quam ſeſe vni alicui certo vellent addicere: minus in arrogantia offenderent, non tantopere in vitiis perſeuerarent. *i. Peccarent, aliis moleſti eſſent. Intranſitiua aut reciproca ratione.* Idem pro Milon. 99 c. 36 Quae ſi vos cepit obliuio, aut ſi in me aliquid offendiſtis, cur non id meo potius capite luitur, quam Milonis. *i. Si vos laeſi vel fefelli: Nempe, vt ſupra vidimus, etiam laeditur, qui offendit. Sic* Idem Verr. 5, 131 Quum multi viri fortes in communi incertoque periculo belli et terra et mari ſaepe offenderint. Idem in Verr. 1 c. 25 Hoſpes veritus, ne quid in ipſo ſe offenderit Verres. *Et* Ad Q. Fr. 1, 1 Si qui ſunt, in quibus aliquid offenderis. *Sic* Cic. Fam. 5, 14 *extr.* Aut in altera mihi obtemperes, aut in altera non offendas, *i. tibi non noceas.* Ib. 2, 18 Sin quid offenderit, ſibi totum, nihil tibi offenderit. *Conf. mox* OFFENDENS. *it.* OFFENSVS. *Sed conſuetior nimirum eſt illa altera ratio, vt* Cic. Fam. 14, 1 Sed ſi me offendet loci celebritas, alio me conferam, ad te ſcribam. Id. de Finib. 1, 3 Sic iſti curioſi, quos offendit noſter minime nobis iniucundus labor. Offendebatur, *cum Infinitiuo, pro Grauiter ferebat.* Suet. Octau. c. 89 Componi tamen aliquid de ſe, niſi et ſerio et a praeſtantiſſimis, offendebatur. Offenſum eſſe, *imperſonaliter dicitur, quum aliquid ſecus accidit, quam ſperabamus.* Cic. Fam. 1, 7 Si cecidiſſet vt volumus, vt optamus, omnes te et ſapienter et fortiter: ſin aliquid eſſet offenſum, eosdem illos et cupide et temere feciſſe dicturos.

OFFENDENS, entis. Part. [βλάπτων] *Reciproca ratione, pro Offenſus vſurpatum a* Gellio 9, 15 Aderat nobiscum ibi Iuliani ſectator, iuuenis promtus et proficiens, et offendens iam in eo, quod ille apud Iuliani aures in praecipiti ſtare, et ſubitaria dictione periculum ſui facere audebat.

OFFENSVS, a, um. *Aliud* Part. [βεβλαμμένος] Liu. 7, 36 *pr.* Miles offenſo ſcuto praebuit ſonitum Plin. 7, 53. Pede offenſo procumbere Ouid. Faſt. 2, 720. Limina offenſa, *i. Ad quae caecus offendit* Quinct. Decl. 1. *conf. Interpp.* p. 8. Pergrauiter offenſus, *vid.* PERGRAVIS. Vehementer a quibusdam offenſus Cic. Att. 15, 8. Damnis offenſus Hor. Epiſt. 1, 7, 88. Vitiis Ouid. Met. 10, 244. Nolo offenſum, *vid.* NOLO. Deos offenſos mereri Ouid. Epiſt. 21, 48. Hominem ſibi offenſum ſubleuare Cic. Fam. 10, 18. Alienatus et offenſus animus Idem Att. 1, 14. Id. Tuſc. 5, 10 Id ſi propter alienam et offenſam populi voluntatem malum eſt, quam ſit ea contemnenda, paullo ante dictum eſt. Nepos 10, 7, 3 Offenſa in eum militum voluntate. ¶ 2 *Obſeruationes quaedam:* Offenſus, *obuius.* Quum aliquem offenſum fortunâ videret Nep. 5, 4, 2. *Vid. Boecler. et Freinsh. ad h. l. aliter Lambin. explicat: nempe laeſum a fortuna. Sed prior ratio e Graecis idem referentibus firmatur.* Offenſus, *Qui offendit, qui peccauit.* Hor. Epod. 15, 15 Nec ſemel offenſae cedet conſtantia formae, Si certus intrarit dolor. *i. Nec, ſi certo, et vero dolore affectus fuero, conſtantia mea, quae me diu tuos mores, tuamque iniuriam perferre coëgit, cedet tuae formae ſemel offenſae, id eſt, quae ſemel offenderit, quae ſemel peccarit, quae mihi ſemel offenſa atque inuiſa, dum alios amas, fuerit. Sic Lambinus. Et* offenſum *ita accipi aliquando, non eſt dubium. Sed multo facilior eſt lectio Bentleiana,* offenſi *i. dolor meus, offenſi a te non cedet pulchritudini tuae. Si* offenſae *retinendum, certe* Formae *cum Bentleio velim metonymicôs pro ipſa Neaera formoſa poni.* Offenſus alicui, *pro Inviſo.* Suet. Iul. c. 19 Pompeium affectatus eſt, offenſum Patribus, quod Mithridate victo, *etc. Add.* Id. Ner. c. 2. Cic. pro Cluent. 158 Si qua apud vos cauſa huiusmodi delata ſit eius, qui lege non teneatur, etiamſi is inuidioſus, aut multis offenſus eſſe videatur, etiamſi eum oderitis, *etc.* Populus cui nos offenſi inuiſique fuerimus Idem pro Sext. c. 59. Per haec prope omnibus ordinibus offenſus Suet. Galba c. 16. *al.* offenſis. Scito, nihil vnquam tam fuiſſe infame, tam turpe, tam peraeque omnibus generibus, ordinibus, aetatibus offenſum, quam hunc ſtatum Cic. Att. 2, 19. *Conf.* Idem ib. 1, 17 p. 129. *Caſaubon. ad* Cic. Att. 1, 10 p. 51. Cic. Verr. 3, 145 O miſerum atque inuidioſum, offenſumque paucorum culpa atque indignitate ordinem Senatorium. Idem Fam. 10, 18 Si hominem offenſum mihi, coniunctum cum Repub. non ſubleuaſſem. Idem Att. 1, 14 (5) Quod ad me ſcribis de ſorore tua, teſtis erit tibi ipſa, quantae mihi curae fuerit, vt Quinti Fratris animus eſſet is, qui eſſe deberet: quem quum eſſe offenſiorem arbitrarer, eas literas ad eum miſi, quibus et placarem vt fratrem, et monerem vt minorem, et obiurgarem vt errantem. Idem pro Cluent. 172 Eine igitur, quem ſibi offenſiorem, Oppianico familiariſſimum ſciebat eſſe, potiſſimum et ſuum ſcelus et illius periculum committebat? Suet. Vitel. c. 14 Nullis offenſior quam vernaculis.

OFFENSVM, i. n. [βλαπτικὸν] Cic. de Inuent. 1, 92 c. 49 Offenſum, eſt quod eorum qui audiunt, voluntatem laedit. Lucr. 3, 954 Vita in offenſo eſt. *i. in odio propter moleſtias. Sed* offenſu *reſtituit Lambin. Al.* in offenſa.

OFFENSA, ae. f. [ἀνίασις] *Fere actiue ſumitur: eſtque eius, qui offendit, vt ait Valla. Quod tamen non vsque quaque verum eſſe, exempla docebunt, itemque illud, argenteae potius quam aureae aetatis hoc nomen videri.* Quinctil. 6, 5, 6 Idem quum offenſam vereretur, ſi obiurgaret populi ſegnitiem. Tacit. Hiſt. 3, 35 Satis patuit iis, qui principum offenſas acriter ſpeculantur. Leues offenſae Suet. Claud. c. 26. Offenſa, Gratiae *opponitur.* Quinct. 4, 2 Verum hoc omittamus, ne minus gratiae excipiendo recta, quam offenſae reprehendendo praua mereamur. Periculoſa potentium Idem 2, 20. Habere offenſam Idem 9, 2, 72 *valere ad offendendum.* Mereri, *i. Committere aliquid, quo alius offendatur.* Ouid. ex Pont. 4, 1, 16 Ah, pudet offenſam non meruiſſe prius. Reſpuere offenſas, *Obliuiſci iniuriarum* Claud. in Conſ. Stil. 2, 1, 43. Cic. Att. 9, 2 Quod negas te dubitare, quin magna in offenſa ſim apud Pompeium hoc tempore, non video cauſam, cur ita ſit hoc quidem tempore. Sentire offenſam in coena Celſ. 1, 6. Subire offenſas Plin. Epiſt. 3, 9, 26. Suſcipere offenſam et ſubire Plin. Epiſt. 2, 18, 5. Vereri Quinct. 6, 5. Vitare Quinct. 9, 2, 67. Sine guſtus offenſa Columel. 12, 21. Sine offenſa viuere cum vxore Plin. Epiſt. 8, 5. *Conf. h. l. Cellar.* Aegri non ſine offenſa proferuntur Sen. Epiſt. 7. Offenſa, *Paſſiue.* Paterc. 2 *de Cn. Pompeio,* Amicitiarum tenax, in offenſis exorabilis, in accipienda ſatisfactione facillimus. Quinct. 11, 1, 75 Quanto minus vel offenſae vel vtilitati ſuae indulſerit. *Hic* offenſa *eſt ira, ob id quod quis ſe laeſum putat.* Vindicare ſuas offenſas nece Ouid. Triſt. 3, 8, 40.

OFFENSO, āre. Frequentat. [προσκρούω] Liu. 25, 37 Flere omnes repente, et offenſare capita. *Conf.* Lucret. 6, 1051. Offenſando, [ἐν τῷ προσκρούειν] Idem 2, 1058 Et ipſa Sponte ſua forte offenſando ſemina rerum, *etc.*

OFFENSANS, antis. Part. [προσκρούων] Quinctil. 10, 7, 10 *de extemporali dictione loquens,* Si non interſiſtentes offenſantesque, breuia illa atque conciſa ſingultantium modo electuri ſumus.

OFFENSATIO, ōnis. f. Sen. de Benef. 5, 25 Offenſationes memoriae labentis. Plin. 28, 16 Subtriti contuſique offenſatione. Quinct. 11, 3, 130 Offenſatione commoneri.

OFFENSIO, ōnis. f. [πρόσκρουμα, προσκοπὴ] *Offendendi actus vel Paſſio.* Pedis offenſio Cic. de Diuin. 2, 84 c. 40 *extr.* Idem de Vniuerſ. 15 Id ita tornauit, vt nihil effici poſſit rotundius, nihil vt aſperitatis haberet, nihil offenſionis, nihil incluſum angulis, nihil anfractibus. Offenſio, *i. laeſio* Scibon. 213. Graues offenſiones, *Laeſiones et dolores.* Idem Fam. 16, 12 (10) Graues ſolent offenſiones eſſe ex grauioribus morbis, ſi qua culpa commiſſa ſit. Idem de Senect. 65 In fragili corpore odioſa omnis offenſio eſt. *Sic* Belli offenſiones, *Damna et pericula.* Cic. pro Lege Manil. 28 Cuius adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris, non alienis praeceptis, ſed ſuis imperiis: non offenſionibus belli, ſed victoriis: non ſtipendiis, ſed triumphis eſt traducta. Offenſio *eſt paene idem quod Inuidia, id eſt Odium publicum et praua exiſtimatio.* Cic. in Verr. Diu. 23 Aperte ab iudicibus petit, vt tu mihi anteponare: et ait hoc ſe honeſte, ſine vlla inuidia, ac ſine vlla offenſione contendere. *Hinc* Offenſione *et* Beneuolentia, *contraria.* Idem pro Muraen. 41 Qua in ſorte ſapiens Praetor qualis hic fuit, offenſionem vitat aequalitate decernendi, beneuolentiam adiungit lenitate audiendi. *Item* Offenſio *et* Gratia, *contraria.* Plin. 19, 1 Quod apud alios gratiam, apud alios offenſionem habet. Periculoſa Cic. Fam. 1, 7. Vitioſa offenſio atque faſtidium Idem Tuſc. 4, 23. Idem in Verr. Diu. 42 Quae quum cogito, iam nunc timeo, quidnam pro offenſione hominum, qui illi inimici, infenſique ſunt, et exſpectatione omnium, et magnitudine rerum dignum eloqui poſſim. Idem ibid. 9 In hac libidine hominum nocentiſſimorum, in Populi Romani quotidiana querimonia, iudiciorum infamia, totius ordinis offenſione, quum hoc vnum his tot incommodis remedium eſſe arbitrarer, *etc.* ¶ 2 *Formulae Verborum:* Accendere offenſiones, Accipere offenſionem, *vid. hh. vv.* Mollis animus et ad Accipiendam et ad deponendam offenſionem Cic. Att. 1, 17. Afferre, Cadere in, *vid. ſſ. ll.* Concitare grauem offenſionem, et magnum odium Cic. de Inuent. 1, 100. Coniectare vultu Tacit. Ann. 1, 32. Effugere Cic. Fam. 4, 4. Excipere Idem de Inuent. 1, 30. Fit offenſio, *h. e. Moleſtia* Varro de R.R. 1, 17. Habet offenſionem haec res apud aliquos Plin. 19, 1. Incurrere in odium et offenſionem aliquorum Cic. Verr. Act. 1, 35 c. 12. Lenire Idem de Inuent. 1, 30. Idem de Finib. 5, 62 Quis eſt tam diſſimilis homini, qui non Moueatur et offenſione turpitudinis, et comprobatione honeſtatis? Obliterare, *vid.* OBLITERO. Cic. poſt red. in Sen. 20 Publici mei beneficii memoria priuatam offenſionem Obliterauerunt. Eſſe offenſioni, *Moleſtiam adferre.* Idem Att. 13, 23 Omni tibi aſſeueratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi maiori offenſioni eſſe, quam delectationi poſſeſſiunculas meas. Idem de Amicit. 90 Vna illa Subleuanda offenſio eſt. Idem Att. 5, 1 Ex ratione Sumta offenſio non apparet. Cic. Verr. 2, 137 Quisquam dubitabit, quin tu iſtam apud populos prouinciae iſtius inuidiam atque offenſionem non ambitionis, neque beneficiorum collocandorum, ſed pecuniae conciliandae cauſa Suſceperis? Timere labores et moleſtias offenſionum et repulſarum, quaſi quandam ignominiam et infamiam Idem Off. 1, 71. Vitare offenſionem negligentiae atque effugere, *h. e. Crimen et culpam.* Cic. Verr. 1, 102 In quibus non dubito, quin offenſionem negligentiae vitare atque effugere non poſſim.

OFFENSIVNCŬLA, ae. f. Dimin. [βλαβίδιον] Cic. pro Planc. 51 c. 21 Vidit M. Piſonem in iſta Aedilitate offenſiuncula accepta, ſummos a Populo Rom. eſſe honores adeptos. Idem Fam. 13, 1.

OFFENSOR, ōris. m. *Qui offendit.* Arnob. 7 p. 216 Iras ac animos ponant et in gratiam ſuis cum offenſoribus redeant.

OFFENSVS, ûs. m. [πρόσκομμα] *Idem quod Offenſio.* Lucret. 6, 332 Non igitur multis offenſibus in temerando. Senec. Epiſt. 108 Per huiusmodi offenſus emetiendum eſt confragoſum hoc iter. Macrob. 2, 9 Offenſu fortuito. Lucret. 2, 223 Nec foret offenſus natus. *i. Nec corpora prima vnquam inter ſe offendiſſent, et conflixiſſent. Lambinus.* Idem 4, 359 Cogit hebeſcere eum crebris offenſibus aër. Idem 3, 955 Vitaque in offenſu eſt. *Sed hic variat lectio. Alii enim* in offenſa. *Al.* in offenſo. *Conf.* Idem 6, 332. *Add.* Stat. Theb. 12, 283 *c. not. Barth.*

OFFENSĀCŬLVM, i. n. [πρόσκομμα] *Ad quod offenditur.* Lactant. de Opific. Dei c. 1 Summa ergo prudentia eſt pedetentim incedere, quoniam aduerſarius noſter offenſacula pedibus latenter opponit. Prudent. Pſych. 485 Caecum errare ſinit perque offenſacula multa Ire. Apul. 9 *pr.* Crebris offenſaculis et aſſiduis lapſibus iam contuſis cruribus meis.

OFFENSĀTOR, ōris. m. [προσκοπτικὸς] *Qui ſaepe offendit.* Quinct. 10, 3 *de dictandi modo loquens,* At idem ille qui excipit, ſi tardior in ſcribendo, aut inertior in legendo velut offenſator fuerit, inhibetur curſus. Offenſatorem *appellat, qui in legendo identidem reſiſtit, aut potius qui perperam legit.*

OFFENDICŬLVM, i. n. [προσκομμάτιον] *Impedimentum, obſtaculum.* Plin. Epiſt. 9, 11 Sunt enim in hac offendicula nonnulla: circumſer oculos, et occurrent.

OFFENDIMENTVM, i. n. Idem quod Offendix. Feſtus.

OFFENDIX, ĭcis. f. *Ligaturae nodus, quo apex retinebatur.* Feſtus, Offendices, ait eſſe, Titius ligaturae nodos, quibus apex retineatur et remittatur: at Veranius choriola (*coriola, lora*) exiſtimat, quae ſint in loris apicis, quibus apex retineatur et remittatur, quae ab offendendo dicantur. Nam quum ad mentum prouentum ſit, offendi mentum.

OFFENDO,

OFFENDO, ĭnis. f. Offenſio Afran. Vopiſco, Quoque nunc offendo ſaepe procul noſtra ſit mala, Nonius 2, 602.

OFFENSIBĬLIS, e. Adi. Lactant. 4, 26 Offenſibilibus et caducis greſſibus incedere.

OFFERCIO, ſi, tum, īre. [ἐπιβύω] *Implere. Ab hoc eſt*

OFFERTVS, a, um. Part. [ἐπιβυςὸς] *Plenus.* Plaut. Aſin. 2, 2, 17 Maximas optumitates gaudioque offertiſſimas pariet. Offertiſſimus, *pro Pinguiſſimo*, Plaut. Capt. 4, 1, 8 Sine ſacris hereditatem ſum adeptus offertiſſimam.

OFFĔRO, offers, obtŭli, oblātum, offerre. [προσφέρω, προτείνω, προβάλλω] *Exhibere, quaſi obuiam ferre, vltro deferre.* Ter. Hec. 5, 3, 10 Opportune te mihi offers. Cic. Att. 2, 22 Quod fors obtulerit, id acturus videatur. Peropportune offerre, *vid.* PEROPPORTVNVS. Alicui offerre, quod ipſe ſibi optare deberet Cic. pro Cluent. 117. Offerre aliquid in luſum Quinct. 1, 1. Acceſſus tellus obtulit faciles puppibus Lucan. 3, 44. Ter. Hec. 3, 3, 10 Quia tam incommode illi fors obtulerat Aduentum meum. Cic. Verr. 4, 107 Multis ſaepe in difficillimis rebus praeſens Auxilium eius oblatum eſt. Beneficium Caeſ. Bell. Gall. 6, 41 *extr.* Caput obuius ipſe obtulit letho Lucret. 3, 1054. Caput offerendum fuit letho Senec. Medea 7, 2. Caput vilitati et periculis Plaut. Capt. 2, 1, 34. Cic. pro Sull. 84 Caput meum obtuli periculis omnibus. Crimen offerre, *pro Criminari.* Cic. de Amicit. 66 Addendum eodem eſt, vt ne Criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblatis. Crimen falſum Liu. 1, 51. Cic. pro Domo 62 Domus ardebat in palatio, non fortuito, ſed oblato Incendio. Iniuriam Ter. Hec. 5, 1, 13. Iusiurandum Suet. de Claris Rhet. 5. Quinctil. 5, 6 Iusiurandum litigatores offerunt ſuum. Luctum alicui Catul. Argon. ſ. 62, 247. Maieſtatem ſuam contumeliae Liu. 3, 11. Mendicitatem offerre Plaut. Rud. 2, 6, 30. Cic. Fam. 15, 1 Neque multi ſunt, et diffugiunt qui ſunt, Metu oblato. Moerorem Plaut. Caſin. 3, 5, 50. Ter. Hec. 3, 1, 1 Nemini ego plura acerba eſſe credo ex amore homini vnquam oblata. Moram offerre, *Remorari.* Plaut. Pſeud. 1, 3, 17 Quis eſt, qui Moram occupato moleſtam obtulit? Morti pro te toties me obtuli Cic. pro Milon. 95. Mortem hoſtibus offerre, *vid.* MORS. Cic. pro Lege Manil. 4 c. 2 Occaſionem ſibi ad occupandam Aſiam oblatam eſſe arbitratur. Officium alicui Lucan. 9, 64. Opem obtulit inuito Ouid. ad Liu. 420. Operam vltro Liu. 40, 23. Optatum Ter. Adelph. 5, 9, 21. Os ſuum non modo oſtendere, ſed etiam offerre Cic. pro Roſc. Amer. 87. Oſcula alicui Tibul. 1, 4, 55. Religionem offerre, *Iniicere ſcrupulum.* Cic. Fam. 10, 12 Recitatis literis oblata religio Cornuto eſt. Idem de Lege Agrar. 2, 12 Finem feci offerendi mei: ne forte mea ſedulitas, aut ſeditioſa, aut impudens videretur. Idem pro Planc. 24 c. 10 Vltro mehercules Se mihi etiam offerentes, vltro pollicentes rogaui. Idem Q. Frat. 1, 2, 25 Noſtrae tamen cauſae non videntur homines defuturi. Mirandum in modum profitentur, offerunt Se, pollicentur. Occurrere, offerre Se, et non vocatum reſpondere Cic. de Orat. 3, 189. Offerre Se ad mortem pro patria Idem Tuſc. 1, 32. Idem Att. 5, 13 Verumtamen quum de Cumanis veniſſem cum imperio, Graeci quaſi Epheſio Praetori Se alacres obtulerunt. Offerre Se alicui, *pro In conſpectum eius prodire.* Idem Att. 3, 10 p. 304 *Graeu.* Quem ego, *etc.* vitaui ne viderem, ne aut illius luctum ſqualoremque aſpicerem: aut ne quem ille florentiſſimum reliquerat, perditum illi afflictumque offerrem. *de Quinto fratre.* Gratulationi Se Idem Att. 9, 4. Ignotum Se venientibus Virg. Aen. 2, 59. Offerre Se et ſalutem ſuam in diſcrimen pro ſtatu ciuitatis Cic. pro Sext. 61 c. 28. Idem pro Marcell. 7 Quin etiam illa ipſa rerum humanarum domina fortuna in iſtius ſocietatem gloriae non offert: tibi cedit. Idem Att. 4, 3 Si Se inter viam obtulerit. occiſum iri ab ipſo Milone video. Inuidiae periculiſque omnibus pro ſalute aliquorum Se Idem in Catil. 3, 28. Melioribus Se Hor. Epiſt. 1, 2, 68 *praebere ſe docendum, emendandum.* Offerre Se vltro morti Caeſ. Bell. Gall. 7, 77. Acriter Se morti offert vir fortis Cic. pro Mil. *Add.* Idem pro Milon. 93 c. 34. Negotiis alienis Se, *vid.* NEGOTIVM. Si nihil Se offert, quod ſit probabilitati illi contrarium, *etc.* Cic. Acad. 4, 99. Se obuiam alicui Ter. Adelph. 3, 2, 24. Offerre Se periculis ſine cauſa Cic. Off. 1, 83 c. 24. *Conf.* Sen. Herc. fur. v. 326. Offerre Se praelio Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 73. Pro omnium ſalute Se Cic. in Piſon. 21. Offerre ſe, *pro Opponere.* Idem ad Brut. 15 Romam vt veni, ſtatim me obtuli Antonii ſceleri atque dementiae. Temeritatibus Se Idem pro Sext. 61. Spem offerre, *pro Dare ſpem* Caeſ. Bell. Gall. 6, 34. Stuprum offerre, *Stuprare.* Cic. Off. 3, 38 Reginae Stuprum obtulit. *Correctiora exemplaria legunt* Intulit. Idem Philipp. 2, 99 Hanc tibi eſſe cum Dolabella odii cauſam auſus es dicere, quod ab eo ſorori et vxori Stuprum oblatum eſſe comperiſſes. Vitam ſuam in diſcrimen Idem pro Sext. 61 c. 28. Vitam ſuam poenae Idem pro Rab. Poſt. 22. Vitium virgini offerre, *pro Violare, et vim inferre* Ter. Adel. 3, 1, 9. Vultus blandos alicui Tibul. 1, 6, 1. ¶ 2 *Apud veteres Chriſtianos* Offerre *dicebantur, qui Deo eccleſiaeue aliquid donarent, ſeu conſecrarent.* Prudent. Hymn. Cath. 5, 149 *et* 155. *et* περὶ στεφ. 2, 73 de paſſione Laurentii. Offerre *eſt etiam Miſſam celebrare, ſiue orare ad altare; apud* Sulpicium Dialog. 2, 2. *Conf.* Tertull. de Ieiun. c. 15.

OFFERENS, entis. Part. Liu. 44, 8 Offerentibus ſeſe rebus.

OFFERENTIA, ae. f. Tertull. *adu.* Marc. 4, 24 Conſidera cauſarum offerentiam, *i. cauſas, quae ſe* offerunt.

OBLĀTVS, a, um. Part. [προβεβλημένος] Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 76 Sic oblatus terror a ducibus, crudelitas in ſupplicio, vana religio iusiurandi, ſpem praeſentis deditionis ſuſtulit. Acerba ex amore oblata Ter. Hec. 3, 1, 1. Cauſam oblatam mihi gaudeo, in qua, *etc.* Cic. Att. 16, 14. Facultas oblata Virg. Georg. 4, 438. Facultate oblata, ſe in caſtra receperunt Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 72. Cic. pro Cluent. 77 Oblatam ſibi Facultatem putauit, vt, *etc.* Oblata omnia Facultas, Fortuna, *etc.* Id. Catil. 3 c. 2. Foedus oblatum Virg. Aen. 12, 109. Fortuna quaecunque oblata erit, vos complectar Cic. pro Sext. 146. Fortuna oblata delendi exercitus Liu. 35, 6. Honorem oblatum reſpuis Claud. in Conſ. Stil. 1, 2, 28. Id non humano conſilio, ſed prope diuinitus datum atque oblatum vobis videtur Cic. Verr. 2 (Act. 1) c. 1. Munus oblatum Ouid. Amor. 3, 7, 46. Praeſentia illius oblata eſt Ouid. Triſt. 3, 9, 23. Res noua oblata Virg. Aen. 1, 454. Cic. de Finib. 5, 64 Noſtra in Republica et quae per vim oblatum Stuprum voluntaria morte lueret, inuenta eſt. *Vid. mox* Vitium oblatum. Oblatam vani furti inuidiam Liu. 6, 16. Ibid. 20 *extr.* Poenam oblatam oculis deorum, *dixit:* Terentius Adel. 3, 1, 9 *et* Hec. 3, 3, 22 Vitium oblatum, Stuprum oblatum: *et* Cicero pro Domo 62 Incendium oblatum: *et* pro Sext. 48 Mortem oblatam. *Quibus in locis* OB *Praepoſitio infauſtae rei, nocentiſque indicatrix eſt.*

OBLATA, ae. f. *Vid. poſt in* OBLATIO n. 2.

OBLATVM, i. n. *Subſtantiue poſitum* [προβεβλημένον] Liu. 44, 26 Tum Gallorum effuſorum per Illyricum ingens oblatum auaritia dimiſſum eſt.

OBLATIO, ōnis. f. *In re nummaria quid ſit, Vid.* CANON n. 2. ¶ 2 *Apud Chriſtianos veteres* Oblationes, *erant Res omnes, quae Deo ſacrificabantur, et ſicut Miſſa pro Miſſione, ſic pro* Oblatione Oblata *dicta eſt. Vid.* Fulbert. Carnotenſ. Epiſt. 2. Hildebert. Turonenſ. *de myſterio Miſſae*, Offerimus tibi ſumme Deus: ſed propter eosdem Oblatae pariter non operantur idem. *Conf.* OFFERVMENTVM.

OBLATICIVS, a, um. Adi. *Quod offerendum eſt.* Sidon. 7, 9 Oblaticium impendium. Aurum: *vid. Iac. Gothofred. ad* C. Theod. 6, 2 parat. *et ad* l. 5 tit. de Senatorib. *Ad praeſtationes principi debitas pertinet, et tributi genus.*

OBLATIVVS, a, um. Adi. *Idem.* Oblatiuis Functionibus obnoxium eſſe Symmach. Ep. 10, 50 (*al.* 43). Oblatiua Munera a clariſſimis feminis ſoluta Ibid.

OBLĀTOR, ōris. m. Tertull. *contra* Marc. 2, 26 Chriſtum non agnoſcitis, Patris deprecatorem, et oblatorem animae ſuae pro populi ſalute. Gloſſ. Lat. Gr. Oblator, συντελεστής.

OFFERTOR, ōris. m. Commodian. Inſtruct. 39 Abel offertor mactatus a fratre.

OFFERTORIVM, i. n. *Locus vbi ſacrificia offeruntur. Vid.* Iſidor. Orig. 6, 19.

OFFERVMENTVM, i. n. [ἀνάθημα] Oblationem veteres dicebant, quae diis offerebatur, *auctore* Feſto. *Hinc*

OFFERVMENTAS, *per quandam translationem,* Plautus *dixit Plagas, percuſſiones, et flagella, quod ea ſcapulis et tergo offeruntur, quum quis fuſte caeditur: in* Rud. 3, 4, 48 Ni offerumentas habebis plures in tergo tuo, quam vlla nauis longa clauos, tum ego ero mendaciſſimus.

OFFICINA, *vid.* OFFICIVM.

OFFĬCIO, fēci, fectum, ĕre. [δηλέω, ἐμποδίζω, ἐπιπροσθέω] *Contra facere, nocere,* Obeſſe, *inquit* Nonius 2, 610. Cic. Off. 3, 66 c. 16 Iuſſiſſentque Claudium Centimalum, qui aedes in Caelio monte habebat, demoliri ea, quorum altitudo officeret auſpiciis, *i. proſpectum auſpicantium impediret.* Idem pro Roſc. Amer. 6 Quoniam ei pecuniae vita Sexti Roſcii obſtare atque officere videatur. Quinct. 1, 1, 14 Neutra *lingua* alteri (*in diſcendo*) officiet. Cic. Tuſc. 5, 92 c. 32 At vero Diogenes liberius vt Cynicus, Alexandro roganti, vt diceret, ſi quid ſibi opus eſſet, Nunc quidem paullulum, inquit, a ſole abſis: offecerat videlicet Apricanti. Claritati oculorum lactucae officiunt Plin. 20, 7. Commodis alicuius officere et obſtare Cic. pro Sext. Roſc. 112 c. 38. Decori alicuius Liu. 1, 53. Frugibus herbae officiunt Virg. Georg. 1, 69. Iter Excurſionibus Hirt. B. Afric. c. 61. *Quod ſingulare eſt, et forte non ſatis emendatum. Quod ſuppetias ferunt ex* Plauti Truculento, *nihil puto eſt. Nihil ibi, niſi forte* 2, 7, 65 *vbi antiquitus legitur*, Ego te hic offatim conficiam. Libertati officit Liu. 2, 2. Luminibus Cic. pro Rabir. Poſt. 43. Lumina inuicem officiunt Quinct. 12, 10, 46. Nomini alicuius Liu. 1 praef. Partitioni huic quae officere videbuntur, propulſabimus Cic. de Inuent. 1, 75. Soli officiens terrae vmbra Idem de Nat. Deor. 2, 50 c. 19. Officit quo minus *Laudatur* Plin. Epiſt. 6, 1, 5. *Sed nihil tale habet index vocabulorum.*

OFFICIOR. Paſſiu. Cic. de Orat. 1, 179 Quod cuicunque particulae caeli officeretur, ita quamuis eſſet procul, mutata lumina putabat. Lucret. 2, 155 Quapropter ſimul inter ſe retrahuntur, et extra Officiuntur, vti cogantur tardius ire: *i. impediuntur, illis obſiſtitur.*

OFFICIENS, entis. Part. Corpus occurſans officiensque Lucret. 5, 717. *Add.* Cic. N. D. 2, 50 c. 19. *et in* Arateis v. 344.

OFFECTVS, a, um. Part. Lucret. 5, 774 Quoue modo ſoleant offecto lumine obire, *i. impedito, intercepto per alterius corporis interpoſitionem. Sic reſtituit Lambin. quum antea* Offeto *et* Effoeto *legeretur.* Idem 4, 764 Offecti ſenſus, *obſtructi, impediti.*

OFFECTIO, ōnis. f. Arnob. 5 p. 164 Illis color eſt purpurei luminis offectione ſubluteus.

OFFECTOR, ōris. m. Fronto Vet. Gram. Offector officio obeſt. *Item*, Offectores, Colorum infectores, qui colori proprio nouum efficiunt. Feſt. in Infector. *Vbi tamen* officiunt *legendum, olim a viris doctis obſeruatum eſt.*

OFFEX, ĭcis. m. Gloſſ. Iſidor. Impeditor, qui officit.

OFFICIVM, i. n. [καθῆκον, ἔργον, γιγνόμενον] *Quod verſus alios,* ob *alios* faciendum *eſt, vt* offerre *eſt ad alios ferre, vt* obiicere *etc. Haec certe magis placent, quam quod affertur ex* Donato, Officium, ab efficiendo, ab eo quod quaeritur, quid efficere in eo vnumquemque conueniat pro conditione perſonae. *Conf.* Ambroſ. de Off. c. 8. Cic. de Finib. 3, 58 Quod autem ratione actum eſt, id officium appellamus. *Videri poteſt etiam diſputatio* Ciceronis *in principio* librorum de Officiis, *vnde haec tantum ponemus, quae, quam late hoc nomen pateat, oſtendunt. Nempe* 1, 4 c. 2 *ita ait,* Nulla enim vitae pars neque publicis neque priuatis, neque forenſibus, neque domeſticis in rebus; neque ſi tecum agas quid, neque ſi cum altero contrahas, vacare officio poteſt; in eoque colendo ſita vitae eſt honeſtas omnis, et in negligendo turpitudo. Officium *igitur fuerit, quidquid faciendum eſt ex lege, de voluntate populi, amicitiae, honoris alterius cauſa, id omne* officium *vocatur: tribuiturque inanimatis etiam, vt* Munus, *cum actionem, cui per naturam ſuam deſtinata ſunt, peragunt. Quin* officium *nonnunquam habitus ille, illa virtus eſt, vnde officia proficiſcuntur: ipſique adeo, in quantum* officio *funguntur homines: quae iam exemplis omnia declarabuntur.* Genus officii dulce Ouid. Epiſt. 13, 142. Liu. . . . Quae officii cauſa ab domo profecutae fuerant. Intermiſſio officii Cic. de Amic. 8. Militis officium longa eſt via Ouid. Amor. 1, 9, 9. Neceſſitudinis officium Cic. pro Muraen. 73. Oculorum officium et munus ſine oculis extare non poteſt, poſſunt tamen oculi fungi ſuo munere Idem de Diuin. 1, 107. Oratoris officium eſt, dicere ad perſuadendum accommodate Idem de Orat. 1, 138. Peregrini officium, *vid.* PEREGRINVS. Pietatis officium Scribon. Ep. m. Sapientiae officium munusque in hominis cultu eſt occupatum Cic. de Finib. 4, 36. Tegminis officium Ouid. Met. 12, 82. Ventris per officium ſanguinis particula excluditur Cael. Chronic. 2, 131 *i. cum excrementis.*

excrementis. ¶ 2 *Epitheta:* Antelucana officia Plin. Ep. 3, 12, 2. *et* 3, 5, 9. Antiquum officium, *et* Antiquiſſimum, *vid.* ANTIQVVS. Ciuilia Quinctil. 2, 4. Grata alicui Cic. Att. 13, 20. Iuſtum, pium, et debitum Id. Fam. 6, 1. Nonus in officio Ouid. Met. 13, 277. Nouorum Conſulum Suet. Caeſ. c. 15. *cum honoris cauſa deducuntur: Sic mox* Praetoris. Pium Ouid. Met. 6, 250. Praetoris in officio, *vt modo* Conſulum Plin. Epiſt. 1, 5, 11. *Sic* Togae virilis. *it.* Vrbana officia *v. v.* Priuata Caeſ. B. C. 1, 8. Publicum Quinctil. 3, 7. Sanctum *et* Sollemne nullum eſt officium, quod non auaritia violare ſoleat Cic. pro Quint. 26. Tacit. Ann. 5, 2 Quod Supremis in matrem officiis defuiſſet. *h. e. Funeri, ſiue exſequiis. Sic et* Petron. 112. Tenuia officia rerum Perſ. 5, 93. Togae virilis Plin. Ep. 1, 9. Translatiua, et quaſi publica, *vid.* TRANSLATIVVS, *in* TRANSFERO. Triſte, *Quod praeſtatur in funere* Ouid. Met. 12, 4. Virile Hor. de Arte Poët. 194. Virilibus officiis aptus Ouid. Faſt. 3, 169. ¶ 3 Vrbana officia Nepos 25, 4, 3. Martial. 1, 56. *quae honoris cauſa obeuntur in vrbe.* Liuiam Oreſtillam C. Piſoni nubentem, cum ad officium et ipſe veniſſet, ad ſe deduci imperauit Suet. Calig. c. 25. Idem Neron. c. 28 Puerum Sporum cum dote et flammeo per ſollemne nuptiarum celeberrimo officio deductum ad ſe pro vxore habuit. Officium cras Primo ſole mihi peragendum in valle Quirini: Quae cauſa officii? quid quaeris? nubit amicus Iuuenal. 2, 132. Ouid. ex Ponto 4, 4, 42 Inde domum repetes toto comitante Senatu, Officium populi (*i. populum officium praeſtantem*) vix capiente domo. *Huc pertinent* Antelucana, Conſulis, Praetoris, Togae virilis, Vrbana officia, *quae modo vidimus. Add.* Cic. pro Muraen. c. 33 *et* 34. ¶ 4 *Ad amicitiae, et ſtudii in remp. obſeruationem ſaepe refertur, v. g.* Cic. Fam. 13, 55 Peto abs te pro noſtra coniunctiſſima neceſſitudine, plurimisque officiis paribus ac mutuis, vt voluntate, auctoritate, ſtudio tuo perficias, vt, *etc.* *Quam quidam voluerint eſſe differentiam inter beneficium, officium, et miniſterium, notat* Sen. de Benef. 3, 18. *Miniſterii tamen et officii vocabula ſaepe confundi docet Burm. ad* Quinctil. 8 Pro. p. 666. *V. g. ap.* Petron. c. 31. Cic. Fam. 5, 5 T. Pomponius homo omnium in te ſtudiorum et officiorum maxime conſcius. Singulari in Rempublicam officio et fide vir Id. pro Sulla 58. Id. Verr. 1, 135 Hi rem ad virum primarium, ſummo officio ac virtute praeditum, M. Marcellum, *etc. In his fons* officiorum *indicatur.* Humanitatis, officii, diligentiae plenae literae Cic. Fam. 3, 9. ¶ 5 *Verborum formulae, quae pleraeque ad eam ſignificationem pertinent, quam modo n. 4 declarauimus.* Abduci ab officio aliquo Cic. de Amicit. 8. Adhibere officium, *vid.* ADHIBEO. Amplecti officiis, vel complecti Cic. Fam. 5, 8. Augere officia Id. Att. 13, 20. Celebrare ſuprema, *h. e. Exſequias, ſeu iuſta mortuis perſoluere* Curt. 3, 12, 14. Certare officiis, *vid.* CERTO. Ceſſare in officio Liu. 45, 23. Non Ceſſat pietatis officium Scribon. Epiſt. med. Claudicare in officio, *vid.* CLAVDICO. Omnes ſapientes ſuum officium, aequum eſt Colere et facere Plaut. Stich. 1, 1, 38. Cic. Off. 1, 4 Nulla vitae pars, *etc.* vacare officio poteſt: in eoque Colendo ſita vitae et honeſtas omnis, et in negligendo turpitudo. Commemorare officia, *vid.* COMMEMORO. Commonere aliquem officium ſuum Plaut. Pſeud. 1, 2, 17. Comparent officia, *vid.* COMPAREO. Comprehendere officiis Cic. pro Planc. 47. Conferre officia, Conficere legationis officium, *vid. hh. vv.* Conferre multa et magna officia in aliquem Cic. pro Flacc. 52. Conſeruare officium erga patriam, aut parentes, aut alios ſanguine coniunctos monet pietas Id. de Inuent. 2, 66. Conſtant in me tua, *vid.* CONSTO. Copulata officio *ſapientia atque eloquentia* Quinctil. 1 prooem. 13. Cumulare aliquem officiis, Curare officium ſuum, Decedere officio, vel de officio, *vid. hh. vv.* Decedere ab officio Liu. 36, 22 *pr.* Declinare a religione officii Cic. Verr. 3, 2. Delegatum alicui Quinctil. 6 prooem. Cic. Offic. 1, 28 c. 9 Praetermittendae autem defenſionis, Deferendique officii plures ſolent eſſe cauſae. Deferi ab officiis amicorum Id. Fam. 5, 2. Deeſſe officio Id. ibid. 7, 3. Defuit a me nullum officium amoris, ſtudii, pietatis Id. pro Milon. 101. Deſiderare officia ab aliquo Id. Fam. 5, 5. Detrectare ſua officia Quinctil. 2, 1. Deuincire officio Cic. Fam. 13, 3. Id. Off. 1, 32 c. 10 Ab officio Diſcedat, ſi ſe deſtitutum queratur. Duxit officii, *Abſolute, pro Putauit officium ſuum eſſe* Sueton. in Tiber. c. 11. Ductus officio vel cognationis, vel amicitiae Quinctil. 4, 1. Exſequi regis officia et munera Cic. de Senect. 34. Exſequi ac tueri munus officii Id. ibid. 72. Exſequi officia et ſtudia Id. Att. 3, 5. Exſpectare officia ab aliquo Id. Fam. 1, 6. Exſtare officia Id. ibid. 13. Ter. Eun. 4, 5, 2 Poſtquam ſurrexi, neque pes, neque mens ſatis ſuum officium Facit. Facere ſeruilia officia Propert. 4, 10, 48. Onus officii nullum cuiquam reliquum Facere Cic. Fam. 3, 13. Facere officium alicui, *vid.* DICIS Cauſa. Fungi officio Cic. Fam. 3, 8. Fungi officio paedagogorum Quinctil. 1, 2. Fungi officiis vernaliter Hor. Serm. 2, 6, 109. Fungi ſupremo in aliquem officio Curt. 3, 12, 11. Ter. Heaut. 3, 3, 19 Hominis frugi et temperantis Functus officium. Implere officium ſuum, *vid.* IMPLEO. Impenſum facere officiorum Cic. anteq. iret in exil. 16. Intendere officia, *vid.* INTENDO. Intercedere officia alicui cum aliquo Cic. Fam. 13, 65. Id. de Amicit. 8 Nec vllo caſu arbitror hoc conſtanti homini poſſe contingere, vt vlla Intermiſſio fiat officii. Intermoriturum exiſtimare, *vid.* INTERMORIOR. Labi in officio, *vid.* LABOR, ĕris. Languent officia Lucret. 4, 1118. Mandare officium aliquod alteri, *vid.* MANDO. Manere in officio, *vid.* MANEO. Meminit officium ſuum Plaut. Mil. 4, 9, 1. *pro Officii, antique.* Is eſt honos homini pudico, Meminiſſe officium ſuum Idem Trin. 3, 2, 71. Meminiſſe officia debet is, in quem collata ſunt, non commemorare qui contulit Cic. de Amicit. 71 c. 20. Migrat officium, *vid.* MIGRO. Miſſo officio. *vid.* MITTO. Mollire officiis parentum Lucret. 2, 605. Negat ſol officium mundo Ouid. Met. 2, 385. Negligere officium, *vid. paullo ante* Colere officium. Obire officia liberaliter et dextre, *vid.* OBEO. Cic. Att. 13, 22 Mulieres vix ſatis humanae, quae inimico animo ferant, quum vtraque officio Pareat. Peragendum officium mihi cras in valle Quirini Iuuen. Sat. 2, 132. Perſoluere officium receptum alicui Cic. Verr. 5, 182. Pertinet ad officium, *vid.* PERTINEO. Polliceri et deferre alicui ſtudium, officium, operam, laborem ſuum Cic. Fam. 6, 6. Poſtponere honeſtum officium ſcorto Hor. Epiſt. 1, 19, 35. Praeſtare officium, *vid.* DICIS Cauſa. Praeſtare officium ſuum alicui Cic. Fam. 4, 5. Praeſtare officium patri Ouid. Met. 7, 337. Praeſtare officia vrbana alicui Cic. Att. 9, 9. Praeterire officium Planc. Cic. Fam. 10, 4 *pr.* Praetermittere, *vid. paullo poſt*, Seruare officium. Cic. antequam iret in exil. 6 Non conuenit, quum ad Promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam eſſe tardiores. Proſequi officiis Id. Fam. 15, 10. Recuſare prima officia operis ſui Quinctil. 2, 1. *De Rhetore.* Reddere interruptum varietate temporum officium cumulate Cic. Fam. 5, 8. Redire ab officiis, *de patrono cauſarum* Hor. Epiſt. 1, 7, 47. Relictis omnibus officiis agere aliud Id. ibid. 2, 2, 68. Repetere ab aliquo fructum et praemium officii Cic. anteq. iret in exil. 4. Repudiare officium neceſſitudinis, *vid.* NECESSE. Reſpondere officiis mutue Cic. Fam. 5, 7. Reſidere officium in aliquo Id. ibid. 5, 7. Retinere officia Id. pro Cluent. 133. Retinere aliquos in officio Id. pro Roſc. Amer. 70. Reuerti ad officium ſuum Id. Fam. 12, 15. Satisfacere officio Id. Diuinat. Verr. 170. Id. Fam. 1, 1 Omni officio ac potius pietate erga te ceteris ſatisfacio omnibus. Seruare officium, *et* Praetermittere, *contraria.* Cic. Fam. 5, 17 Quamobrem omnibus officiis amicitiae ſeruatis, ne hoc quidem praetermittendum eſſe duxi, te vt hortarer, *etc.* Spectare Quinctil. 1, 2. Spondere alicui Ouid. Met. 10, 418. Sum: *vt*, Officium tuum eſt, has bene vt aſſimules nuptias: *Tuae partes, tuum munus* Ter. Andr. 1, 1, 141. In officio eſſe, *pro Officium praeſtare, officio fungi.* Cic. Fam. 14, 1 Tantum ſcribo, ſi erunt in officio amici, pecunia non deerit. In officio eſt Nicanor, et a me liberaliter tractatur Id. Att. 6, 20. *Add.* Id. Fam. 14, 4. Cuncta, vt in familia bene inſtituta, in officio erunt Quinctil. 10, 3, 9. *conf.* Ouid. Faſt. 2, 729. Partes officii iſtius non ſunt filii mei Cic. Att. 6, 2. Singulari officio eſſe in aliquem Id. Fam. 5, 5. Suſcipere aliquod officium Quinctil. 1, 1. Suſcipere officia et partes imperatoris Cic. Fam. 3, 10. Id. de Inuent. 2, 161 Pietas per quam ſanguine coniunctis patriaeque beneuolis officium et diligens Tribuitur cultus. Tueri officia Id. Fam. 3, 9. Venire in officium oratoris, *vid.* VENIO. Vincere officiis ſuis cogitationes alterius Cic. Fam. 3, 10. Idem de Amicit. 8 Nec ab iſto officio, quod ſemper vſurpaui quum valerem, abduci incommodo meo debui. ¶ 6 Officium, *pro Beneficio.* Columel. 2, 15 Licet filicem ſine iniuria vicini, etiam cum officio decidere. Monuitque, vt ex praeteritis officiis reliqua ſperarent Caeſ. B. C. 3, 110. Officium alterius multis narrare memento, atque aliis: quum tu benefeceris ipſe, ſileto Cato in Diſt. ¶ 7 Officium, *pro Actu venereo.* Propert. 2, 18, 24 Saepe eſt experta puella, Officium tota nocte valere meum. *De eadem re* Ouid. Am. 1, 10, 46 Non manet officio debitor ille tuo. *Et* 3, 7, 24 Ter Libas officio continuata meo. *Sed plane aliter* de Arte Am. 2, . . Quae datur officio non eſt mihi grata voluptas, Officium faciat nulla puella mihi. ¶ 8 Officium, *pro Magiſtratu videtur accipi apud* Aurelium in l. 1. D. de off. praef. praet. Credidit enim, *ait*, Princeps eos, qui ob ſingularem induſtriam, ad huius officii magnitudinem adhiberentur, non aliter iudicaturos eſſe, pro ſapientia ac luce dignitatis ſuae, quam ipſe foret iudicaturus. Princeps officii Lamprid. in Alex. c. 32. *conf. Salmaſ. ad h. l. et Iac. Gothofr. ad* l. 1 C. Th. de Principib. Agentum in rebus. Plin. Epiſt. 1, 10 Diſtringor officio vt maximo, ſic moleſtiſſimo. Idem in Paneg. *extr.* Nondum biennium compleueramus in officio laborioſiſſimo et maximo, quum tu nobis Conſulatum obtuliſti. *Vtrobique Praefecturam aerarii intelligit. conf.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 5 *et* 8. ¶ 9 Officium, *Apparitores.* Hermogenianus in l. Si plus vel minus. D. de euictione, et duplae ſtipulatione. Si iuſſu iudicis rei iudicatae pignus captum per officium diſtrahatur. *Vid.* Marcell. Donat. *ad* Tacit. Ann. 16, 12. Suet. Veſp. c. 21 Deinde perlectis epiſtolis, officiorumque omnium breuiariis. *Add.* Id. Ner. c. 15. *conf. Bynckersh. Obſeru. Iur. Rom.* 3, 14. ¶ 10 Officium, *pro Actis.* Paullus in l. Eum. D. de in ius vocando. Eum, pro quo quis apud officium cauit, exhibere cogitur. Item qui apud acta exhibiturum ſe eſſe quem promiſit: etſi officio non caueat, ad exhibendum tamen cogitur. Vlpian. in l. Si fideiuſſor. D. Qui ſatisdare cogantur, Si ſatisdatum pro re mobili non ſit, et perſona ſuſpecta ſit, ex qua datio deſideratur: apud officium deponi debebit (ſi hoc iudici ſederit) donec vel ſatisdetur, vel lis finem accipit.

OFFICIŌSVS, a, um. Adi. *Qui libenter et ex animo officium alicui exhibet.* Cic. Fam. 13, 22 Hominem prudentem et officioſum cognoſces. Id. Verr. 1, 63 c. 24 Homines autem ipſi Lampſaceni tum ſumme in omnes ciues Romanos officioſi. Diligens et officioſus homo Id. Att. 13, 45. Humanus, officioſus, et liberalis homo Id. pro Roſc. Com. 18 c. 6. Id. pro Planc. 46 Quos tu ſi ſodales vocas, officioſam Amicitiam nomine inquinas criminoſo. Dextera officioſa in paucos verſus Ouid. Triſt. 4, 7, 4. Dolor officioſus, *a* Cic. Tuſc. 3, 70 *dicitur*, Qui ex iuſta cauſa ſuſcipitur, et cuius probabilis ratio reddi poteſt. Labores Id. pro Milon. 12 c. 5. Pietas Sen. Epiſt. 99. Sedulitas Hor. Epiſt. 1, 17, 8. Voluntas Ouid. ex Ponto 3, 2, 17. *Compar.* Cic. Att. 13, 43 Equidem, ſi ex omnibus eſſet eligendum, nec diligentiorem, nec officioſiorem facile delegiſſem Veſtorio. *Adde* Fam. 14, 16. *et* pro Roſc. Com. 18 c. 6. *Superl.* Natio candidatorum officioſiſſima Cic. in Piſon. 54 c. 23. *Adde* Fam. 11, 22. ¶ 2 *Officioſus ſubſtantiue pro capſario, ſ. veſtium cuſtode in balneis.* Petron. c. 92 At ego ne veſtimenta quidem mea ab officioſo recepiſſem, niſi notorem dediſſem. *Impudici etiam et obſceni, id eſt muliebria paſſi dicti ſunt* Officioſi, *vt ex* Sen. praef. 4. Controu. *apparet.*

OFFICIŌSE. Adu. [ἐργαςικῶς] *Diligenter, cum animo bene merendi.* Cic. de Amicit. 73 c. 20 Quorum plerique aut queruntur ſemper aliquid, aut etiam exprobrant, eoque magis, ſi aliquid habere ſe putant, quod officioſe, amice, et cum labore aliquo ſuo factum queant dicere. Officioſe parere Id. Att. 13, 12. *Quaedam exemplaria legunt* Officio, *non* Officioſe: *cuius rationis ſupra* n. 5 *poſitum eſt exemplum.* Id. ibid. 1, 20 Qua de re quum ad me ita ſuauiter, diligenter, officioſe, humaniter ſcripſeris. Officioſe ire ſalutatum Martial. 1, 71. *Compar.* Cic. Att. 6, 1 Officioſius facere. *Superl.* Sidon. Epiſt. 2, 12 Languidos multos officioſiſſime occidunt. Apul. Apol. p. 335 In quo (teſtamento) mei officioſiſſime et honeſtiſſime meminit. *Add.* Plin. Ep. 10, 32.

OFFICIALIS, e. Adi. *Quod ad officium pertinet, vel quod de officio tractat.* Lactant. 6, 11 Tullius in Officialibus libris. Officialis, *etiam Miniſter magiſtratus dicitur.* Apul. Met. 1 p. 113 *extr. Elmenh. vbi Aedilis iubet officialem ſuum inſuper piſces inſcendere, ac pedibus ſuis totos obterere. conf.* Spartian. Carac. c. 6. Grut. Inſcript. p. 422 n. 7. *Add.* APPARITOR.

OFFICIOSĬTAS, ātis. f. Sidon. Carm. 23, 478. Sarisb. Epiſt. 178.

OFFICIPERDA, ae. *ſiue* OFFICIPERDVS, i. m. *dicitur*

is,

is, in quem collata beneficia pereunt ſ. perduntur. D. Cato Diſt. 4, 43 Gratior officiis, quo ſis mage carior, eſto; Ne nomen ſubeas quod dicitur officiperdae. *conf.* Gloſſ. Iſidor.

OFFICĪNA, ae. f. [ἐργαστήριον] *Locus, vbi aliquid fit, hoc eſt in quo operarii opera ſua faciunt.* Cic. Philipp. 7, 12 Armorum officinas in vrbe videtis. *conf.* Nepos 17, 3, 2. *et* Tacit. Hiſt. 2, 82, 1. *et* Gruter. Inſcript. p. 422 n. 7. Taberna Paul. ICt. recept. Sent. lib. 2 tit. 8 ſent. 3. *contra quem tamen a* taberna *diſtinguit Voſſ. de Vit. Serm.* 130. Graues officinae *Vulcani* Hor. Carm. 1, 4, 8. Plin. 35, 11 Seruus eius Druſillanus nomine Rotundus, *etc.* quingenariam lancem habuit, cui fabricandae officina prius exaedificata fuerat. Aeraria officina, *vid.* AES. Chartariae, *vid.* CHARTA. Cic. in Praef. extr. Parad. Non enim eſt tale, vt in arce poni poſſit, quaſi Minerua illa Phidiae: ſed tamen vt Ex eadem officina exiſſe videatur. Pictoris Plin. 35, 10. Exercere officinas promercalium veſtium Suet. de Clar. Gramm. c. 32. Inſtituit officinam Syracuſis Verres Cic. Verr. 4, 54. Quaeſtuoſiſſima falſorum commentariorum et chirographorum officina Cic. Philipp. 2, 35 c. 14. *Sic vocat domum Antonii, vbi falſa teſtamenta ſcribebantur.* Officinae vitiorum Columella in Praef. *non procul ab init.* Officina nequitiae, et diuerſorium flagitiorum Cic. pro Roſc. Amer. 134 c. 46. Id. de Clar. Orat. 32 Extitit igitur iam ſenibus illis, quos paullo ante diximus, Iſocrates: cuius domus cunctae Graeciae, quaſi ludus quidam patuit, atque officina Dicendi. *i. Schola.* Domus Iſocratis officina habita Eloquentiae eſt Id. in Orat. c. 13. Clariſſima rhetoris officina Id. de Orat. 2, 57. Inſtruxerunt quaſi officinas ſapientiae philoſophi Idem de Legib. 1, 36 c. 13. ¶ 2 Officina, *Ipſa* (*vt ita dicam*) *factio, vel fabricatio.* Plin. 11, 2 In magnis ſiquidem corporibus, aut certe maioribus, facilis officina ſequaci materia fuit. In his tam paruis, *etc. de inſectis.* Officinam, *Gallinarium vocat* Columel. 8, 3 Totius autem officinae (id eſt ornithonis) tres continuae exſtruuntur cellae. *Et paullo poſt*, Haec erit officinae cohortalis diſpoſitio.

OFFICINĀTOR, ōris. m. [τέκτων] *pro Fabro poſuit* Vitruu. 6 c. vlt. Quum ſubtiliter officinatoris probabitur exactio. Gloſſ. Gr. Lat. ἐργαστηριάρχαι, Officinatores, inſtitores. Apul. 9 p. 219, 27 Forenſi negotio officinator noſter attentus ferias nobis fecit.

OFFĪGO, xi, xum, ĕre. [ἥλόω] Plaut. Moſt. 2, 1, 13 Sed ea lege, vt offigantur bis pedes, bis brachia. *De cruce.* Denſos offigunt implicantque ramos Liu. 33, 5. Furcas circum offigito Cato c. 49.

OFFIRMO, āre. *Vid.* OBFIRMO.

OFFLECTO, xi, ctum, ĕre. [ἐπικάμπτειν] *Circum vel contra flectere.* Plaut. Rud. 4, 3, 74 At ego hinc offlectam nauem.

OFFŌCO, āre. *Praefocare.* Florus 2, 11 Quum catenas morſibus et ore tentaſſent, quum offocandas inuicem fauces praebuiſſent. *Add.* Tertull. de Idolol. c. 24.

OFFRENĀTVS, a, um. Plaut. Capt. 3, 5, 96 Vtque offrenatum ſuis me ductarent dolis. Apul. Mileſ. 6 *de Cerbero*, Hunc offrenatum vnius offulae praeda facile praeteribis. Idem Apol. Quid multis? Iuuenem ſimplicem, praeterea nouae nuptae illecebris offrenatum ſuo arbitratu de via deflectit.

OFFRINGO, frēgi, fractum, ĕre. [κατάγνυμι] *Quod fractum eſt, contrario frangere.* Feſtus, Offringi terra dicitur, quando iterum transuerſo ſulco aratur. Varro de R. R. 1, 29 Rurſum terram quum primum arant, proſcindere appellant: quum iterum, offringere dicunt, quod prima aratione glebae grandes ſolent excitari: quum iteratur, offringere vocant.

OFFVCIA, ae. *Plur.* OFFVCIAE, arum. f. [φύκωμα] *a Fuco, qui oblinitur. Fallaciae dicuntur.* Solido mihi os ſuis ſublevere offuciis Plaut. Capt. 3, 4, 123. Id. Moſt. 1, 3, 107 Neque ceruſſam, neque melinum, neque aliam vllam offuciam. Gell. 14, 1 Sed id praeſtigiarum, atque offuciarum genus, *etc.* Sperne mores transmarinos, mille habent offucias Vetus Poëta in Floridis. *Ap.* Feſt. *pro* Offudas, *legit* Offucias Voſſ. Etymol. p. 126.

OFFVCO, āre. Feſtus *explicat* Aquam in fauces ad bibendum dare. Offocare *malit Meurſ. Crit. Arnob.* 3, 9.

OFFVLA, *vid.* OFFA.

OFFVLCIO, īre. *Idem fere, quod Offercio, Obſtipo.* Apul. Met. 1 p. 108 Vulnus, qua maxime patebat, ſpongia offulciens.

OFFVLTVS, a, um. Partic. Apul. Met. 4 p. 147, 14 Multis laciniis offulto vulnere.

OFFVLGEO, *vel* OBFVLGEO, ēre. Obfulſit claro venerabilis ore ſacerdos Paullin. Petrocor. de vita Martini lib. 5 v. 357. Virgilio, Liuio, *aliisque, pluribus locis, vbi vulgo legitur* effulgere, *reſtituitur ab Heinſio ad* Sil. 13, 114. *et Burm. ad* Quinctil. Declam. 9, 7 p. 195.

OFFVNDO, fūdi, fūſum, ĕre. [ἐπιβρέχω, ἐπιπροθέω, περιχύω] *Circum ſiue Verſus aliquem fundere.* Plaut. Trin. 4, 3, 84 Viſne aquam tibi petam? C. res quum iam animam agebat, tum eſſe offuſam oportuit. Caliginem oculis offundere Liu. 26, 45. Pauorem offundere Idem 10, 5. Aër craſſus nobis offunditur Cic. Acad. 4, 81 c. 25. Id. pro Marc. 10 c. 4 Omnium Marcellorum meum pectus memoria obfudit, *i. offuſa obruit.* *Et* de Fin. 3, 45 c. 14 Obſcuratur et offunditur luce ſolis lumen lucernae. Cic. de Nat. Deor. 1, 6 c. 3 Multis etiam ſenſi mirabile videri, eam nobis potiſſimum probatam eſſe philoſophiam, quae lucem eriperet, et quaſi Noctem quandam rebus offunderet. Errorem alicui Liu. 34, 6. Rubor ſubitus offunditur illi Sen. Epiſt. 11. Cic. Tuſc. 3, 82 Si quid Tenebrarum offudit exilium. Offundere *et* Effundere *ſaepe in MSS. permutantur: vid. N. Heinſ. ad* Sil. 2, 151. *it. Drakenb. ibid.* 10, 366.

OFFVSVS, a, um. Partic. [περιχυθείς] Pauore offuſus Tacit. Ann. 11, 31, 3. Caligo offuſa animis Cic. Tuſc. 5, 6. Idem pro Roſc. Amer. 91 Qui tanquam ſi offuſa Reipublicae ſempiterna Nox eſſet, ita ruebant in tenebris, omniaque miſcebant. Tacit. Ann. 11, 31, 3 Eo Pauore offuſum Claudium. Liu. 2, 40 Nec in ſacerdotibus tanta offuſa oculis animoque Religione motus eſſet, *etc.* Tenebrae offuſae Cic. pro Domo 137. Val. Max. 3, 8, 3 Tantis tenebris offuſam eſſe remp. Terror offuſus oculis auribusque Liu. 28, 29.

OFFVSIO, ōnis. f. Vt moerore ſenſibus occaecatis, caeca noctis augeretur offuſio P. Chryſologus ſerm. 84.

OFFVSCO, āre. [ἀμέρδω] *Obumbrare, obſcurare, denigrare, et quaſi fuſcum reddere.* Tertull. *adu.* Marc. 2, 12. *al.* Obfuſco.

OFFVSCĀTVS, a, um. Partic. Caligine offuſcatus Oroſ.

OFFVSCATIO *ſiue* OBFVSCATIO, ōnis. f. Obfuſcatio deorum veſtrorum Tertull. ad Nation. 1, 10. *i. deſpectus.* *conf.* Vulgata Sirac. 41, 24.

OFFVTVRVS, a, um. Partic. *Verbi* OBSVM. Subiicimus id, quod aut nobis adiumento futurum ſit, aut offuturum illis e contrario A. ad Herenn. 4 c. 23.

O G D *et* O G G

OGDOAS, ădis. f. *Graece; Latine, Numerus octonarius.* Tertull. de Anima c. 37. Idem de Praeſcript. c. 33 *et* 49. *et* adu. Valentin. c. 7 *et* 20.

OGGANNIO, īre. *Vid.* OBGANNIO.

OGGĔRO, geſſi, geſtum, ĕre. *Obtendere, ſeu Obiicere: antiquum.* Plaut. Truc. 1, 2, 8 Vnus eorum aliquis oſculum amicae oggerit, dum illi agant. Idem Ciſt. 1, 1, 72 Amor — Guſtu dat dulce, amarum ad ſatietatem vſque oggerit.

O G M *et* O G Y

OGMIVS, i. m. *Ita vocatus a Gallis Hercules, quem eloquentiae ſapientiaeque Deum exiſtimabant. Vid. Luciani de illo libellus ſ. Praefatio.* Tom. 3 p. 82.

OGȲGES, ae. m. [Ὤγυγος] *Rex fuit Thebanorum*, ſub quo primum omnium diluuium fuiſſe *dixit* Varro in prologo libri tertii de R. R. Eſtque (*inquit*) vetuſtiſſimum oppidum Graecum Boeotiae Thebae, quod rex Ogyges aedificauit: peractis iam millibus annorum et centum. *Sed vt diuus* Auguſtinus de Ciu. Dei 18, 8 *retulit*, tempore quo regnabat Ogyges, diluuium magnum factum eſt: non illud maximum, quo nulli homines euaſerunt, niſi qui in arca fuerunt: ſed tamen maius, quam quod poſtea tempore Deucalionis fuit.

OGYGIVS, a, um. Adi. [Ὠγύγιος] *Vnde* Ogygia *omnia Thebana dicta ſunt.* Virg. Aetna 569 Ogygiis circumdata moenia Thebis. Deus Ogygius, *Bacchus* Ouid. Epiſt. 10, 48. Luxus Ogygii Iacchi Stat. Theb. 2, 586. Lyaeus Ogygius Lucan. 1, 670.

OGYGIA, ae. f. [Ὠγυγία] *Inſula eſt, vt quidam ferunt, Phoenicii et Syrii maris: ſic quoque ab Ogyge rege in ea regnante cognominata. De qua Homerus in primo Odyſſeae.* al. *Calypſus* Plin. 3, 10.

OGYGĬDES, ae. m. *i. Thebanus, apud* Stat. Theb. 2, 586.

OGȲRIS, is. f. *Arabiae felicis Inſula. De qua* Plin. 6, 28 *ſic ſcribit*, Inſula in alto obiacet Ogyris, clara Erythro rege ibi ſepulto. Rufus ex Dionyſio,

> Ogyris inde ſalo promit caput, aſpera rupes
> Carmanidis, qua ſe pelagi procul inuehit vndis.
> Regis Erythrei tellus hic nota ſepulcro
> Tenditur, et nudis iuga tantum cautibus horret.

vid. Dionyſ. Perieg. v. 606 ſeqq. *Meminit inſulae perpulchre* Curtius 10, 1, 14.

O H

OH. Interiectio, qua vtimur, vbi ex interuallo notos videmus, *vt ait* Donatus: eſtque praeſertim in vſu apud Comicos. Ter. Adelph. 5, 6, 3 Sed eccum Demeam; ſaluos ſies. D. oh, quî vocare? G. Geta. Oh, *admirantis, cum contemtu quodam.* Id. Andr. 3, 5, 12 Immo melius ſpero. P. oh, tibi ego vt credam furcifer? Oh, *affirmantis, cum certitudine quadam.* Ter. Eun. 1, 2, 49 Ne hoc quidem tacebit Parmeno. P. oh, dubiumne id eſt? Oh, *dolentis et reprehendentis.* Ter. Heaut. 5, 2, 8 Oh, iniquus es, qui me tacere de re tanta poſtules. Oh, *dolentis et deprehenſi.* Plaut. Caſ. 2, 3, 19 Vnde hic amabo vnguenta olent? S. oh, perii, manifeſto miſer teneor. Oh, *exultantis ob rem bene geſtam.* Id. Moſt. 1, 3, 86 Vt videas eam medullitus me amare, oh, probus homo ſum, qui pro me cauſam diceret, patronum liberaui. Oh oh, *exultantis.* Id. ibid. 1, 4, 12 Oh oh ocellus es meus. Oh oh oh oh; *eiulantis more comico* Id. Capt. 2, 1, 6.

OHE. *Interiectio ſatietatem vſque ad faſtidium deſignans.* Terent. Phorm. 2, 3, 30 Quis homo eſt? ehem. D. tace. G. abſenti tibi te indignas, ſeque dignas contumelias nunquam ceſſauit dicere hodie. D. ohe deſine. Idem Heaut. 5, 1, 6 Ohe, iam deſine deos vxor gratulando obtundere, tuam eſſe inuentam gnatam. Martial. 4, 91 Ohe iam ſatis eſt, Ohe libelle. *conf.* Hor. Serm. 1, 5, 12. *et* Iuuenal. Sat. 7, 62.

OHO. *Interiectio admirantis aliquid repente fieri.* Plaut. Poen. 1, 2, 51 Eamus ſoror mea. AD. oho amabo, quid illuc nunc properas? Oho! *agnoſcentis cum gaudio particula.* Id. Pſeud. 4, 2, 31 Accipe et cognoſce ſignum. BAL. oho! Polymachaeroplacides purus putus eſt ipſus. Ohoho! *idem.* Plaut. Moſt. 1, 4, 12 Ohoho! ocellus es meus.

O I L

OĪLEVS, i. m. [Ὀϊλεύς] *Trium Syllab. fuit Locrorum rex, et pater Aiacis* Oïlei, *teſte* Virg. Aen. 1, 41 Vnius ob noxam et furias Aiacis Oïlei? *Add.* Ouid. Met. 12, 622.

OĪLĪDES, ae. m. Patronym. [Ὀϊλιάδης] Propert. 4, 1, 117. Victor Oïlide rape nunc, et dilige vatem. *Intelligit Aiacem, Oïlei filium, Caſſandrae raptorem.*

O L B

OLBIA, ae. *Plurium vrbium nomen. V. g.* Pamphyliae iuxta Cataracten fluuium, *teſte* Plin. 2, 27. *Alia in Sarmatia Europae, ad Boryſthenem amnem, quae et* Boryſthenis *appellatur a Ptolemaeo tabula octava Europae: cuius etiam meminit* Plin. 4, 11. *conf.* Mela 2, 1.

OLBIĀNVS, a, um. Adi. *vt*, Olbianus ſinus Mela 1, 19.

OLBIOPŎLIS, is. f. *Vrbs ad Boryſthenem* Plin. 4, 12.

O L C *et* O L E

OLCA, ae. f. *Gemma, alias* Orca Plin. 37, 10.

OLEA, ae. f. [ἐλαία] *Nota arbor, olei ferax.* Olea prima omnium arborum eſt Colum. 5, 8 *pr.* Virg. Georg. 2, 63 Sed truncis oleae melius propagine vites Reſpondent, *Vid.* Plin. 15, 82. Olea,

Olea, ab elea, olea grandis orchitis, quod ea antiquitus orchemora Varr. de L. L. 4, 22. Folia oleae Plin. 21, 4. Minerua inuentrix oleae Virg. Georg. 1, 18. Rami oleae Stat. Theb. 12, 468. Mares Ouid. Faſt. 4, 741. Nigrae Hor. Serm. 2, 2, 46. Pacales Ouid. Met. 6, 101. Attondere oleas, *vid.* ATTONDEO. Florent oleae Ouid. Faſt. 5, 321. Mordet aeſtus oleam Hor. Epiſt. 1, 8, 5. Tenere potuerunt ſempiternam oleam in arce Athenae Cic. de Legib. 1, 2. Videt florem oleae quum agricola, baccam quoque ſe viſurum putat Idem de Diuin. 2, 15. ¶ 2 *Olea arbor ad terminos deſignandos adhibebatur: vnde prou.* Extra oleas vagari. *Vid.* Scholiaſt. Ariſtoph. in Ran. act. 4 ſc. 1 *ſub f.* Victor. Var. Lect. 31, 10. *Conf. infra* OLEAGINEVS. ¶ 3 Olea, *etiam Fructus dicitur: vnde,* Olea conditanea Varroni *dicitur, Quae ad condituram aſſeruatur,* de R. R. 1, 24 *pr.* Olearum oſſa Suet. Claud. c. 8. Colum. 11, 2 Tum et olea diſtringenda eſt, ex qua velis viride oleum efficere. Diſtringere oleas Ouid. de Nuce 135. Cogere Cato 31 *et* 64, 1. Facere oleam *apud* Catonem R. R. c. 145 *eſt ex ea oleum facere: ſic Lanam facere, eſt Lanam operi impendere, et ex ea aliquid facere.* Perficere oleam Cato ib. c. 67 *eodem ſenſu.* Inſpergere oleam ſale, *vid.* INSPERGO. Cato de R. R. c. 144 Oleam ne ſtringito. Stringitur *autem* olea, *quae manu legitur, vt quum digitabulis preſſa decerpitur, itaque laeditur, aut ex arbore nuda manu detrahitur. vid.* STRINGO. Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri Hor. Epiſt. 2, 1, 31. *Prouerbialiter dictum in confeſſa negantes, et falſa pro veris affirmantes. Genera olearum indicant* Cato 6, 1. 7, 4. Colum. 5, 8, 3. Pallad. Febr. 18, 4. *Nomina haec ſunt* Albiceria, Algiana, Cercitis ſ. Circitis, Colminia (*ſ.* Comininia, Culminia *an* Culminiana *vel* Colminiana?) Licinia *vel* Liciniana, Luteola, Murtea, Naeuia (Neria) Orchitis (Orchis, Orchas) Pauſea *vel* Poſea, Radiolus, Radius, Regia, Rhodia, Sabina, Sallentina, Sergia *vel* Sergiana. *Qui plura deſideras, adeundi ſunt Ruſtici noſtri, aut* Plinius *etc.*

OLEACEVS, a, um. Adi. [ἐλαΐνος] *Olei vel oleae ſimile.* Plin. 35, 15 Gignitur et pingue, liquoriſque oleacei, in Sicilia. Idem 21, 4 Folia oleacea.

OLEĀGĬNVS, a, um. Adi. [ἐλαΐγνος] *Quod ex olea arbore eſt, ſiue coloris olei.* Virg. Georg. 2, 31 Truditur e ſicco radix oleagina ligno. Plin. 37, 5 Poſt eos autem cerini, deinde oleagini, hoc eſt colore olei. Virgulae oleaginae Nepos 8, 4, 1. *Add.* Cato R. R. c. 43.

OLEAGINEVS, a, um. *Aliud* Adi. *Idem.* [ἐλαΐγνος] Varro de R. R. 1, 40 Demum in oleagineis ſeminibus arbores videndum, *etc.* Oleagineis coronis miniſtri triumphantium vtebàntur, quod Minerua, dea belli eſſe putabatur. *Haec* Feſtus. Gell. 5, 6 Eſt item oleaginea poſtrema, qua vti ſolent, qui in praelio non fuerunt, ſed triumphum procurant. Folia Plin. 12, 26. In quibusdam regionibus palos pro terminis obſeruant, alii iliceos, alii oleagineos, alii iunipereos *etc. Sic* Flaccus de Condit. agror. *Add.* Arcadii Fragmenta Terminalia, et Innocent. de Caſis literatis, *ap. Rigalt. et Goeſ.*

OLEVM, i. n. [ἔλαιον] *Quod ex olea expreſſum eſt.* Olei ſtilla Martial. 12, 71. Balaninum, Carinum, Cibarium, Cicinum, Citreum *vid. ſſ. ll.* *Epitheta apud Scribonium iſta,* Acerbum 222. Cedrinum 267. Commune 40. 210. 250. Cyperum 257. Cypreum 210 255. Cyprinum 156. 264 ſqq. Cyprium 206. Domeſticum 39. 118. Irinum 261 — ex ruta tritum 189. Laurinum 156. Lilii 156. Melinum 256. Murteum 223. 242. Myrteum 219. Lucilius *apud* Non. 5, 97 Quae gallam bibere ac rugas conducere ventri Farre aceroſo, oleo Decumano paene coëgit. Oleum decumanum *appellat quod deterius eſt, vt hodie triticum decumanum, quia miſcellum eſt, et vinum decumis collectum, eſt fere deterius. Turneb.* Medicum oleum, *quod et* Incendiarium *nominat* Solinus c. 34 *extr.* quadam, *vt ait,* inficitur herba: *etſi etiam naturale quoddam eſt, non tantum artificioſum et facticium. Hoc genere olei pellicem ſuam vlta eſt Medea. Erat etiam, vel arte parabatur in Media, vnde et* Medicum *vocabatur* oleum. Solinus c. l. Apparet herba, qua inficitur oleum, quod vocant medicum: huius olei incendium aqua reſtingui non poteſt, ſed pulueris iactu. *Vid.* NAPHTHA. Omphacinum, Narciſſinum, *vid. ſſ. ll.* Pingue Virg. Aen. 6, 254. Purum oleum Scribon. 269 *i.* colatum. Romanicum oleum Cato de R. R. c. 146 *vocat, Oleum* vulgare, *quod e caduca fit olea, et matura:* viride, *quod e ſtrictiua et immatura.* Romanicum *autem ideo, quia* Romae *locis vicinis fiebat. Turnebus.* Roſaceum, *it.* Roſae: *vid.* ROSA. Sabinum 156. Vetus oleum Scrib. *paſſim.* Veriafrum 268 ſqq. *leg.* Venafrum. Viride oleum Apic. 1, 28. Scribon. 244. Cato c. l. Vngere caules oleo bono Hor. Serm. 2, 3, 125. Largo vnctum cadauer Idem ib. 2, 5, 86. Iuuentus oleo humeros perfuſa niteſcit Virg. Aen. 5, 135. Inſtillare oleum lumini Cic. de Senect. 36. Oleum ſcintillat Virg. Georg. 1, 393. ¶ 2 *Formae Prouerbiales:* Oleum addere camino Hor. Serm. 2, 3, 321. *i. Malo fomentum ac velut alimoniam ſuppeditare, quo magis ac magis augeſcat: et malum alio malo cumulare, atque augere. Sic,* Incendium oleo reſtinguere. Plus temporis, atque olei plus Iuuen. Sat. 7, 99. Oleum et operam perdidi Plaut. Poen. 1, 2, 119. *i. Quidquid inſumſi ſeu rei ſeu laboris. Metaphora ducta eſt a gladiatorum ac palaeſtritarum certaminibus, in quibus certaturi, vnguentis quibusdam oleariis perungebantur.* Cic. Fam. 7, 1 Nam quid ego te athletas putem deſiderare, qui gladiatores contemſeris, in quibus ipſe Pompeius confitetur, ſe et operam et oleum perdidiſſe? *Quanquam poteſt et ad lucubrantium lucernas referri, ſicuti* Cicero *feciſſe videtur, ſcribens ad* Att. 13, 36 Ante lucem quum ſcriberem contra Epicureos, de eodem oleo et opera exaraui neſcio quid ad te, et ante lucem dedi. *i. Quaſi obiter, et eadem commentatione.* Eidem 2, 17 Non defleamus, ne opera et oleum philologiae noſtrae perierit, ſed conferamus tranquillo animo. *Ergo hic* Oleum *pro Sumtu poſitum eſt. Eraſmus. Aliter interpretatur Iac. Nic. Loënſis Epiphyll.* 7, 2. *Et adhuc aliter Barth. Adu.* 22, 21. Oleo tranquillior: *Hyperbole prouerbialis in homines minime iracundos, lenique ingenio praeditos. A liquoris natura ſumta, quo nihil magis tacitum, magisque lene.* Plaut. Poen. 5, 4, 66. Oleum, *pro Simulacro pugnae, et pro exercitatione, non pro vno certamine.* Cic. de Orat. 1, 81 Nitidum quoddam genus verborum et laetum: ſed palaeſtrae magis et olei, quam huius ciuilis turbae et fori. *i. Accommodatum non concionibus et iudiciis, ſed ſcholae et declamationi.*

OLEĀMEN, ĭnis. n. Scribon. Largus Compoſ. 269 Poſt dies triginta coniiciuntur macerata: deinde oleum purum excipietur, quod reponitur fictili vaſo: cuius oleaminis vires ad omnem contractionem neruorum tantae ſunt, vt ſit vix credibile.

OLEAMENTVM, i. n. Scrib. Largus Comp. 222 Quum primum haec leuia paruerint, cum oleamentis ex vino adipem liquefactum cum roſae pondo quadrante miſcere in vnum oportet.

OLEĀRIS, e. Adi. *Quod ad oleum pertinet.* Plin. 34, 14 Quippe quum in exacuendo, oleares cotes et aquariae aeque differant, oleo delicatior fiat acies. *i. Quae oleo aſpergantur.* Olearis talea Columel. 11, 2.

OLEARIVS, a, um. Adi. *Idem.* Colum. 2 In vaſis oleariis ſalſamentariisque. Ampulla Apul. Met. Flor. 2 p. 346. Cella Idem 1, 6. Cic. Top. c. 3. Seriae Varro de R. R. 3, 2. Dolia Plin. 15, 8 *pr.* Fructus Vitruu. 6, 9. In oleario fictili reponere Scribon. 161. Molae Varr. L. L. 4, 31.

OLEARIVS, i. m. [ἐλαιοποιός] *Qui oleum facit vel vendit.* Columella lib. vlt. c. 50 Peritiſſimi olearii vix patiuntur ad vnam lucernam opus fieri. *Conf.* Plaut. Capt. 3, 1, 29.

OLEASTER, tri. m. [ἀγριέλαιος] *Olea ſilueſtris.* Oleaſtri vel oliuae ramuli Scribon. 114. Virg. Georg. 2, 182 Indicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem. Ingens Idem ib. 4, 20. Infelix ſuperat foliis oleaſter amaris Idem ib. 2, 314. Virg. Aen. 12, 766

Forte ſacer Fauni foliis oleaſter amaris
Hic ſteterat, nautis olim venerabile lignum,
Seruati ex vndis vbi figere dona ſolebant
Laurenti diuo, et votas ſuſpendere veſtes.

Quem locum enarrans Turnebus, Ex ritu, inquit, priſcae ſuperſtitionis ſcripſit id Virgilius, *et praecipue Graecorum, qui ante fana in oleaſtris ſuſpendere dona ſolebant et affigere. Illius enim arboris viuacitas tanta eſt, vt ſi multis configatur clauis, nihil tamen laedatur. Ariſtoph. Pluto,* ὥσπερ κοτίνῳ προσπατταλεύσω τυτῳί, *i. Ceu oleaſtro adfigam iſti. Haec ille.* Suſpendi hominem in oleaſtro iuſſit Verres Cic. Verr. 3, 57 c. 23. *Legitur in fem. gen. apud* Irenaeum.

OLEASTELLVS, i. m. [ἀγριελαιίδιον] Dimin. *ab* Oleaſter, *apud* Columel. 12, 49 Veruntamen habetur praecipua in hos vſus olea Calabrica, quam quidam propter ſimilitudinem oleaſtellum vocant.

OLEASTRO, (*ſiue rectius dicatur* OLEASTRVM) *oppidum Hiſpaniae Baeticae, ap.* Plin. 3, 1 ſ. 3. *Hinc*

OLEASTRENSIS, e. Adi. Oleaſtrenſe, Nigri plumbi genus Plin. 33, 17.

OLEĀTVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Acut. 2, 37 Pultes non oleatae, *i. oleo conſperſae.*

OLEĬTAS, ātis. f. [ἐλαιοτρυγετός] *Tempus legendarum olearum, et fructus oleae.* Cato de R. R. c. 68 Vbi vindemia et oleitas facta erit, prela extollito Idem c. 144. *Add.* Minuc. Fel. 17, 9 *et* Mamertin. Grat. act. 22.

OLEŌSVS, a, um. Adi. [ἐλαιοτός] *Quod eſt plenum oleo.* Plin. 27, 12 Semen oleoſum, quod et fit ex eo. Medetur oris vlceribus perunctis. Oleoſum butyrum, *h. e. Pingue* Idem 28, 9.

OLĒTVM, i. n. [ἐλαιών] *Locus oleis conſitus.* Cato de R. R. c. 1 Secundo loco hortus irriguus, tertio ſalictum, quarto oletum, quinto pratum. *Add. ibid.* c. 3. *etc. Vid. etiam* OLEO.

OLIFERA, orum. n. pl. *Quae ex liquamine oleo et mero inferuntur.* Apic. 3, 12 *Al.* Oliſatra, *vt edidit etiam Liſterus.*

OLIVA, *vid. infra ſ. l.*

OLEĂROS, i. f. [Ὠλίαρος] *Inſula vna ex Cycladibus.* Plin. 4, 12. Ouid. Met. 7, 470 At non Olearos, Didymeque, et Tenos, et Andros. *al.* Oliaros, *vid. infra.*

OLĔNOS, i. f. [Ὤλενος] Vrbs eſt Aetoliae, *dicente* Seruio, Diomedes habuit ſocios de tribus ciuitatibus, quas habet Aetolia, Pleuron, Olenon, Calydona. *Hactenus ille in* Virg. Aen. 11, 239. *Ab hoc oppido* Amalthea, *Iouis nutrix, capra vocatur* Olenia. *Vid.* Hyg. Aſtr. 2, 13. *et ibi Muncker.* ¶ 2 Achaiae oppidum Plin. 4, 5.

OLĔNVS, i. m. [Ὤλενος] *Vir fuit, qui Lethaeam duxit vxorem eximia pulchritudine, adeo ſuperbam, vt ſe deabus praeferret. Caeterum deae iratae, quum de Lethaea ſupplicium ſumere vellent, Olenus in ſe culpam vxoris transferre auſus, vna cum illa in lapidem fuit conuerſus. Vid.* Ouid. Met. 10, 69.

OLENĬDES, ae. m. Patronym. *apud* Valer. Flacc. 3, 204.

OLENIVS, a, um. [Ὠλένιος] *Poſſeſſ. eſt ab* Oleno. Ouid. Faſt. 5, 113 Naſcitur Oleniae ſignum pluuiale capellae. *Vid.* OLENOS n. 1. Cornibus Oleniis manant imbres Stat. Theb. 6, 423. Arua Olenia Ouid. Faſt. 5, 251. Aſtrum Stat. Theb. 3, 25. Pecus Olenium laedit aequor Ouid. Epiſt. 18, 188.

OLEO, ēui, ētum, *vel* ui, ĭtum, ēre. [ὄζω] *Odorem ſpirare et emittere.* Plin. 21, 7 Roſa recens, a longinquo olet. Cic. Att. 2, 1 Sed tamen erant ornata hoc ipſo, quod ornamenta neglexerant: et vt mulieres, ideo bene olere, quod nihil olebant, videbantur. Plaut. Moſt. 1, 3, 116 Mulier recte olet, cum nihil olet. *Contra* Mart. 2, 12 Hoc mihi ſuſpectum eſt, quod oles bene, Poſtume, ſemper: Poſtume, non bene olet, qui bene ſemper olet. Deterius olet herba lapillis Libycis? Hor. Epiſt. 1, 10, 19. Iucunde Plin. 20, 17. Cic. de Orat. 2, 429 At in male olentem, vide me a te circumueniri. Male olet omne coenum Cic. Tuſc. 4, 53. *Metaphorice,* Ex Academia nihil olet Epicurus, nihil ex Lyceo, nihil ne e puerilibus diſciplinis Cic. de Nat. Deor. 1, 72. Oleo, *cum Accuſatiuo.* Plaut. Aſin. 5, 2, 79 Myrrham olet. Idem Aulul. 2, 2, 39 Certe edepol equidem te ciuem ſine omni malitia mala etiam ſemper ſum ratus, et nunc arbitror. E. Aurum huic olet. quid nunc me vis? *i. Suſpicatur me habere theſaurum.* Quod Ceram, quam quod crocum olet vngentum, magis laudari Cic. de Orat. 3, 99 c. 25. Terram quam Crocum ſapere in eadem re Plin. 17, 5. Furtum olet Plaut. Men. 1, 2, 59. Hircum olere Hor. Serm. 1, 2, 27. Lucernam olet Cic. Att. 2, 1. Idem pro Roſc. Com. 20 c. 7 Nonne ipſum caput et ſupercilia illa penitus abraſa olere Malitiam et clamitare calliditatem videntur? *i. Significare, vt ait Budaeus.* Muſas Sidon. Epiſt. 5, 17. Myrrham olent tua baſia Martial. 2, 12. Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum Hor. Serm. 1, 2, 27. Cic. de Orat. 3, 41 Quare quum ſit quaedam certa vox Romani generis verbisque propria, in qua nihil offendi, nihil diſplicere, nihil animaduerti poſſit, nihil ſonare aut olere Peregrinum, hanc ſequamur. Vina fere dulces oluerunt mane Camoenae Hor. Epiſt. 1, 19, 5. Oleo, *cum Ablatiuo,* Ouid. Met. 5, 405 Perque lacus altos. *Al.* Lacus altos. Non Arabo noſter Rore capillus olet Ouid. Heroid. 15, 76. *Conf. h. l. N. Heinſ. it. Cioſan. ad* Met. 5, 405. Propert. 4, 7, 32 Cur nardo flammae non oluere meae? Olere, *pro Male olere.* Olentis vxores mariti, *i. caprae* Hor. Od. 1, 17, 7. Id. Epod. 10, 2 Mala ſoluta nauis exit alite, Ferens olentem Maeuium. *Add.* Mart. 12, 87 Paediconibus os olere dicis. ¶ 2 Olere *ſignificauit antiquis etiam*

iam augere, inde eſt Adolere *v. v. it.* INDOLES. *Sed frequentius fuit* OLESCERE, *quod verba* Adoleſcere, Cooleſcere, Inoleſcere, Obſoleſcere, Suboles ſ. Soboles *etc. ſatis declarant. Htupereſt de illo* Oleſco *verſus* Lucret. 2, 1128 Donicum oleſcendi ſummum tetigere cacumen, *vbi* aleſcendi *fruſtra quidam ſubſtituunt.*

OLO, ui, ĕre. *Antiqui dixere.* Afran. Fratriis, Non poteſt quin illa tacta, longeque et multis olat. i. Oleat. Pomponius Aleonibus, Aleo ludam ſane meae male olant manus Nonius 2, 603. Facite olant aedes Arabice Plaut. *ap.* Diomed. 1 p. 378 *i. Odoribus Arabicis.*

OLENS, entis. Partic. [ὄζων] Agri olentes Lucan. 7, 821. *Intelligit male Olentes propter cadauera interfectorum.* Amaracus ſuaue olens Catull. 59, 7. Anethum bene olens Virg. Eccl. 2, 48. Olenti in Fornice ſtare Horat. Sat. 1, 2, 30. *Add.* Idem Od. 1, 17, 7. Virg. Cir. 370 Narciſſum caſiamque, Herbas incendit olentes. Nectar de liquido vertice feruidum guttatim Lacrimis ſtillat olentibus Prud. hymno ad Incend. v. 21. *Vbi* Iſo Magiſter *interpretatur*, creſcentibus. *Aliter I. F. Gronou. Obſ. Eccleſ.* c. 5 p. 53. Membra olentia Virg. Georg. 3, 564. Myrrhae bene olentes Ouid. de Medic. faciei 91. Nares grauiter olentes Scribon. 42. Rami olentes Virg. Georg. 1, 188. Serpilla late olentia Idem ib. 4, 30.

OLENTIA, ae. f. Tertull. adu. Marc. 2, 22 Suauis olentiae gratia.

OLENTICA, orum. n. *Pl.* Mali odoris loca Paullus Feſti. *Forte* Olentia.

OLENTICĒTVM, i. n. *Sterquilinium.* Apul. Apol. p. 278 Semper in foetutinis et olenticetis ſuis iacet.

OLETO, āre. *Oleto inquinare.* Frontin. de Aquaeduct. 2 p. 249 Ne quis aquam oletato dolo malo, vbi publice ſalit. Si quis oletarit, ſeſtertiorum X. M. multa eſto. *Conf.* Vet. Inſcript. *apud* Reineſ. claſ. 7 n. 2.

OLĒTVM, i. n. [κόπρος Gloſſ. Lat. Gr. σκῶρ, σκίβαλον] Stercus humanum *ſec.* Feſt. dictum quod vehementer oleat. Perſ. Sat. 1, 112 Veto quisquam hîc faxit oletum. Cato 61, 1 Oletum altiſſime miſcere, *in arando et ſtercorando agro. Videtur ergo pro omni ſtercore poſuiſſe. Vid. etiam ſub* OLEA, Oletum *i. oliuetum.*

OLĬDVS, a, um. Adi. [ὀζώδης] *Quod grauem et malum odorem habet.* Atque olidum doctas noſſe Cubile canes Rutil. Itin. 1, 624. Caprae olidae Hor. Epiſt. 1, 2, 29. Martial. 1, 50, 32 Olidaeque veſtes murice. *Conf.* 4, 4. Idem 10, 37, 13 Hic olidam clamoſus ages in retia vulpem. Veternum olidum Catul. ad Coloniam ſ. 18, 24. *Al.* Stolidum, *quod rectius. Superl.* Olidiſſima baſia Petron. c. 21. ¶ 2 *Bonum etiam odorem, certe medium, ſignificare videtur* Columel. 12, 17, 1. *et* 12, 38, 4 *vbi* Vaſa picata bene olida *ad condituras commendantur; nempe cautio eſt, ne corrumpantur ibi ſalgama. Certe* bene olida *ad recentem picaturam referuntur: niſi malis vtroque loco legere* bene ſolida, *quod ad poſteriorem ſuſpicatur Vrſinus.*

OLIDĬTAS, ātis. f. Saxo Gramm. 3, 23.

OLAX, ācis. *Idem quod Olidus.* Mart. Capell. 1 Olacis temeti mador. Idem 2 Olax acerra.

OLOR, ōris. m. *Odor, ab olendo dictus.* Apul. Met. 1, p. 10, 2 At ille olore alioqui ſpurciſſimi humoris perfuſus — Et cauſas coepit huius oloris comiter inquirere. *Etiam apud* Seren. Sammon. 97 *quidam libri habent*, Cerritum ſaepe horrendi medicantur olores, *vulg.* odores.

OLEOMELLA, ae. f. *Arbor in Palmaria Syriae ciuitate. Vid.* Iſidor. 17, 7.

OLEOSELĪNVM, i. n. *Apii ſpecies.* Idem 17, 11.

OLERACIVS, *vid.* OLVS.

OLEVM, *vid.* OLEA.

O L F

OLFĂCIO, fēci, factum, ĕre. [ὀσφραίνω] *Odorari.* Plin. 11, 37 Quonam modo audiant delphini, mirum. Iidem nec olfactus veſtigia habent, quum olfaciant ſagaciſſime. Cic. Tuſc. 5, 111 c. 38 Vt ea, quae guſtemus, olfaciamus, tractemus, audiamus, *etc.* Vnguentum olfacere Catul. ad Fabull. 13, 13. Olfeci ego, *pro Subodoratus ſum et praeſenſi, per translationem.* Ter. Andr. 3, 3, 43 An non ſex totis menſibus prius olfeciſſem, quam ille quidquam coeperit? Cic. de Lege Agrar. 1, 11 Nunc quisnam tam abſtruſus vsquam nummus videtur, quem non architecti huiusce legis olfecerint? Cernere, audire, guſtare, olfacere, tangere aliquid Idem de Diuin. 2, 9. Labra lacte olfacere Varro R. R. 2, 2, 15 *i. imbuere leniter, quem locum illuſtramus in Indice.*

OLFACTVS, a, um. Part. Plin. 23, 8 Laurus Delphicae folia trita olfacta. Idem 24, 16 Semen dracunculi olfactum.

OLFACTVS, ûs. m. [ὄσφρησις] *Senſus odoris per naſum ſubminiſtratus.* Plin. 8, 4 Intermiſcere inſidiarum metu, ſubſiſtere ab olfactu. Idem 29, 4.

OLFACTORIVM, i. n. [ὀσφραντὸν] *Florum vel odorum faſciculus, delectandis naribus vel olfactus gratia comparatus.* Plin. 20, 9 Silueſtris ſiue erraticae (*braſſicae folia*) immenſo plus laudat Cato: adeo vt aridae quoque farinam in olfactorio collectam, vel odore tantum naribus rapto, vitia earum, graueolentiamque ſanare affirmet. Idem 30, 11. Olfactoriis reficere Scribon. 104. *Sic vid. leg. pro* Olfactariis.

OLFACTO, āre. [ὀσφραίνομαι] Frequent. *ab* Olfacio. Plin. 20, 14 Xenocrates pulegii ramum lana inuolutum in tertianis ante acceſſionem olfactandum dari tradit. Plaut. Men. 1, 2, 58 Vt ſummum olfactare abſtines? Idem 56.

OLFACTANS, antis. Part. Plin. 20, 17 Parere facilius olfactantes.

OLFACTĀTVS, a, um. Part. Plin. 28, 16 Membrana partus aſinarum olfactata accedente morbo comitialium.

OLFACTĀTRIX, īcis. f. [ὀσφραντὶς] Plin. 17, 24 Olfactatrix enim intelligitur, et tangi mirum in modum.

OLFACTORIOLA, orum. n. *Pl. Inter Ornatus muliebres ponit* Eſaiae Interpr. Vulg. 3, 20 Quae crediderim ea eſſe, quae noſtrae mulieres olfactus et odoris gratia ſpecie pomi deferunt, auro quidem argentoue contecta ac circumdata Iſidor. 19, 31.

O L I

OLIAROS. [Ὠλίαρος] *Inſula in mari Aegaeo, vna Cycladum, de qua* Virg. Aen. 3, 127 Oliaron, niueamque Paron, *etc.*

OLIDVS, *vid.* OLEO.

OLIGOCHRONIVS, a, um. Adi. [ὀλιγοχρόνιος] *i. Modicae aetatis ac vitae. Verba ſunt* Iulii Firmici 3, 5 n. 10. Idem 4, 8 Quidam oligochronii ſiunt ac breui tempore morituri.

OLIM. Adu. [πάλαι, ἐκπάλαι] *Omnium horarum: vt ait Taubm. ad* Virg. p. 836. *Quodlibet enim tempus ſignificat. Conf.* Seru. *ad* Virg. Aen. 1, 203. Ter. Heaut. 2, 1, 4 Ex ſua libidine moderantur, quae nunc eſt, non quae olim fuit. Loquebantur olim ſic Cic. de Orat. 2, 183. Locus olim conditus a forti Diomede Hor. Serm. 1, 5, 92. *Sed verſum ſpurium quidam putant. Caeterum huc pertinet, quod* Olim, Fabulae proprium eſt, *inquit* Donatus. Ter. Eun. 2, 2, 15 Olim iſti fuit generi quondam quaeſtus apud ſaeclum prius. Hor. Serm. 1, 8, 1 Olim truncus eram ficulnus inutile lignum. Ter. Hec. 3, 3, 33 Nam vitium eſt oblatum virgini olim a neſcio quo improbo. *Vbi* Donat. Recte Olim: quia facilis venia circa vetera iam delicta. vnde tentat temporis longinquitate extenuare peccatum. Olim ergo, ante nouem menſes. Olim, *pro Nuper.* Ter. Andr. 3, 3, 14 Alium eſſe cenſes nunc me, atque olim quum dabam? Olim, *pro Ante.* Idem Hec. 4, 1, 23 Vtinam ſciam ita eſſe iſtuc: ſed nunc mihi in mentem venit, ex hac re quod locuta es olim, quum illum generum cepimus. Locus ille animi noſtri, ſtomachus vbi habitabat olim, concalluit Cic. Att. 4, 16. *Ad Futurum pertinet* Virg. Ecl. 10, 34 Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores. *Cum Praeſenti quidem iungitur, ſed tamen reſpicit ad Praeteritum, tum alias, vt mox videbimus, tum* Plin. Epiſt. 2, 10 Vt tandem percipias gaudium, quod ego olim pro te non temere praeſumo. *Indefinite ſignificat, vt* ποτὲ, Plaut. Aſin. 3, 3, 127 An quid eſt olim homini ſalute melius? *De Futuro* Virg. Aen. 1, 293 Hunc tu olim caelo ſpoliis Orientis onuſtum Accipies. Quinct. 10, 1 Sunt clari hodieque, et qui olim nominabuntur. Ouid. Faſt. 1, 517 Montibus his olim totus promittitur orbis, *de montibus, quibus poſtea Roma inaedificata eſt. Ad tempus proxime futurum pertinet.* Hor. Epiſt. 1, 3, 18 Ne ſi forte ſuas repetitum venerit olim Grex auium plumas, *etc. Et* Carm. 2, 10, 17 Non ſi male nunc, et olim Sic erit. Olim, *pro Aliquando, ſiue Quandoque.* Hor. Serm. 1, 1, 25 Vt pueris olim dant cruſtula blandi Doctores, elementa velint vt diſcere prima. Virg. Georg. 2, 403 Ac olim feras poſuit quum vinea frondes. *Iam pridem, iam longo tempore notat* Plin. Epiſt. 8, 9 Olim non librum in manus, non ſtilum ſumſi; olim neſcio quid ſit otium, quid quies, quid denique illud iners quidem. *Add.* Id. 1, 11. Lucan. 5, 769 Nonne olim caſu pendemus ab vno? Nunc primum profiteor, *et* Olim ſcio, *contraria* Curt. 10, 3, 10. Olim iam nec perit quidquam mihi, nec acquiritur Sen. Epiſt. 77 (*al.* 78). Olim, pro quouis tempore, Virg. Georg. 2, 190 Hic tibi praeualidas olim, multoque fluentes Sufficiet Baccho vites. Seruius. Virg. Aen. 8, 391 Non ſecus atque olim tonitru cum rupta coruſco Ignea rima micans percurrit lumine nimbos. *Vbi* Seruius, Atque olim, Fere vt ſolet; nam non eſt aduerbium temporis. Olim iam, *i. Iam longo tempore.* Quinctil. in Milite Mariano, Olim iam Imperator inter fulgentes virtutes tuas liuor locum quaerit.

OLISIPPO, *vid.* OLYSIPPO.

OLITOR, *vid.* OLVS.

OLĪVA, ae. f. [ἐλαία, μορία] *Arbor nota, quae alias* Olea. *v. v.* Plin. 15, 5 Dicentur nunc Catonis placita de oliuis. Inuentor oliuae Ariſtaeus dicitur Cic. de Nat. Deor. 3, 46. Naſci ex oliua Id. de N. D. 2 c. 8. Aethiopicae oliuae commi Scribon. 252. Albentis oliuae rami Ouid. Epiſt. 11, 67. Canentis fetus Ouid. Met. 6, 81. Creſcentis tarde proles Virg. Georg. 2, 3. Denſa oliua canet mons Iuuen. Sat. 14, 144. Germinat et nunquam fallentis termes oliuae Hor. Epod. 16, 45. Stat. Theb. 6, 7 Puluereumque fera crinem deterſit oliua, *i. ſilueſtri, oleaſtro.* Felicis ramus Virg. Aen. 6, 230. Idem ib. 5, 309 Flauaque caput nectentur oliua. *Aeſchyli epitheton ſecutus eſt. Nam in Perſis ait,* ξανθῆς ἐλαίας καρπὸς εὐώδης πάρα. *Vbi interpres Graecus flauam dicit oliuam vocari, quod poſterior pars folii videatur porracei eſſe coloris.* Glauca Stat. Theb. 2, 99. Imbellis oliuae frondes Valer. Argon. 5, 361. Imbellis, *Pacificae.* Mitis Ouid. Met. 7, 277. Nitidae oliuae ferax Peparethos Idem ib. 7, 470. Paciferaeque manu ramum praetendit oliuae Virg. Aen. 8, 116. Pallens Idem Ecl. 5, 16. Pingues Virg. Georg. 2, 85. Placita paci Idem ib. 2, 425. Supplex Stat. Theb. 12, 492. Per quam pax petitur Supplicando Luctatius in Schol. *Vid. Lex. Pitiſc.* Teres Virg. Ecl. 8, 16. Tonſae caput foliis euinctus oliuae Virg. Aen. 5, 774. Viridi Mneſtheus euinctus oliua Idem ib. 5, 494. Viuacis oliuae Palladia ſilua Idem Georg. 2, 181. Vmbroſa Claud. de Bell. Get. 319. Vndique decerptam fronti praeponere oliuam Hor. Carm. 1, 7, 7. *Palladi, quae perpetuo virgo credita, et caſtitati olim haec arbor ſacra fuit.* Pallad. 1, 6 Graeci iubent oliuam, cum plantatur et legitur, a mundis pueris atque virginibus operandum: credo recordati arbori huic eſſe praeſulem Caſtitatem. *Vid. Barth. ad* Theb. Stat. 2 p. 653. ¶ 2 Oliua, *Fructus.* Plin. 25, 31 Oliuae conſtant nucleo, oleo, carne, amurca. Contuſae oliuae Scribon. 104. Oliuas condituí legere Col. 2, 22, 4. *Add.* 12, 47 *it.* 48 *et* 49. Carnoſiſſimae, *vid.* CARO. Lecta de pinguiſſimis oliua ramis arborum Hor. Epod. 2, 55.

OLIVĒTVM, i. n. [ἐλαιόφυτον] *Locus oliuis conſitus.* Colum. 5, 9 *multa de* Olitueto. Cic. de Senect. 59 Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum oliuetorumue ſpecie dicam? Vineta, ſegetes, oliueta, vbertatem frugum et fructuum, omnem denique commoditatem proſperitatemque vitae a diis ſe habere Cic. de Nat. Deor. 3, 86 c. 36. Fertilia Hor. Carm. 2, 15, 7. Maritum, *vid.* MARITVS. Facere oliuetum in iugeribus, et vineas in eis inſtituere Cic. de Lege Agrar. 2, 66 c. 25.

OLIVARIVS, a, um. Adi. [ἐλαϊκὸς] *Quod ad oliuam pertinet.* Columel. 12, 47 Oliuariae metretae. Molae Pompon. in l. Cum fundus. D. de inſtruct. vel inſtrument. legato.

OLIVĪNA, ae. f. [ἐλαίας πόρος] *Reditus olei, vel olei maxima copia.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 76 Cuius amatores domi oliuinam habent maximam. Feſt. *legit* oliueta.

OLIVĬTAS, ātis. f. [ἐλάα] *Fructus oleae.* Varro Gloriam περὶ φθόνου, Tum denique omnis cum lucerna combuſta eſt in lucubrando, oliuitasque conſumta eſt Nonius 2, 611. Col. 1, 1, 5 Oliuitatibus largiſſimis exuberare. ¶ 2 Oliuitas, *Tempus legendarum oliuarum.* Columel. 12, 50 *pr.* Media eſt oliuitas plerumque initium menſis Decembris. *Et* 12, 50, 8 Ante oliuitatem praeparanda.

OLIVĬTOR, ōris. m. *Qui colit oleas.* Apul. Flor. 2 p. 350 Ager foecundior oliueto, nec vinitori, nec oliuitori ſcalpitur. *Conf.* Sidon. Epiſt. 2, 9.

OLĪVO, āre. *Oliuarum vindemiam agere, ſiue oliuas colligere.* Plin. 15, 3 Quippe oliuantibus lex antiquiſſima fuit, Oleum ne ſtringito, neue verberato. *Diomedes Guidalottus in* tertiam eclogam Calpurnii, Oliuantes *interpretatur Vectigal olei facientes: qui prouidentes ex vectigalibus ne quid detrimenti paterentur pro anno futuro, nolebant oleas decuti; quoniam, vt ibidem ait* Plinius, cum ſequentis anni damno perticis decutiuntur. *Sed nihil ea ſubtilitate opus eſt.*

OLĪVVM, i. n. [ἔλαιον] *i. Oleum ex oliuis expreſſum.* Plaut. Pſeud. 1, 3, 67 Eme die caeca hercle oliuum, id vendito occulata die. Dulce oliuum Hor. Serm. 2, 4, 64. Inolentis natura Lucret. 2, 849. Liquidi corrumpitur vſus Virg. Georg. 2, 466. Corrupto caſiam diſſoluit Perſ. 2, 64. Vngor oliuo Hor. Serm. 1, 6, 123. *Sic et* Carm. 1, 8, 8.

OLIVĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [ἐλαοφόρος] *Quod oliuam fert.* Martial. 12, 99 Baetis oliuifera crinem redimite corona. Arua Ouid. Faſt. 3, 151. *conf.* Virg. Aen. 7, 711. Prudent. Tetraſt. 44. Sicyon Ouid. in Ibin 319.

O L L

OLLA, ae. f. [χύτρα, χύτρον] Vaſis capaciſſimi genus, *vt ait* Nonius 19, 1. Antiqui vocabant Aulam, quia nullam literam geminabant, *inquit* Feſtus. Inde Plauti comoedia Aulularia inſcribitur. Varro, Cato ait vuam Amineam in ollis commodiſſime condi. Plaut. Capt. 4, 4, 8 Ollas, calicesque omnes confregit. Sociorum olla male feruet Petron. c. 38. *conf. Scheff. ad h. l.* Columel. 12, 43 *extr.* Bibulae et male coctae ollae. *Non* fictiles *tantum, ſed et* aheneas *fuiſſe* Auienus *oſtendit* Fab. 11. *it.* Seru. *ad* Aen. 7, 662. *add.* Vulg. Sirac. 13, 3. Olla erat ſepulcrum plebis et pauperiorum. *V. g.* Gruter. Inſcript. p. 855, 3. p. 867, 5. p. 935, 9. *conf. Reineſ. Ind. XVI. h. v. Vid. Guther. de Iure manium* 2, 24. *et Gorius in Monum. Liuiae* p. 55. *vbi etiam docet* ollam virginem *eſſe vacuam et recipiendis in poſterum cineribus deſtinatam. Vid.* COLVMBARIVM. *Redimus ad* ollam culinariam. Ipſa olera olla legit Catull. 91, 2. *vid.* OLVS. Bibulae ollae, *vid. ſub* BIBO. Farrata Perſ. 4, 31. Olla fictilis Columel. 8, 8. Scribon. 76. — noua 60. Componi olla fictili 122.

OLLVLA, ae. f. Dimin. [χυτρίδιον] Electa in ſecretam corbulam, inde in ollulas addatur Varro de R. R. 1, 54, 2.

OLLAR, *vid.* Aular.

OLLĀRIS, e. Adi. [χυτραῖος] *vnde,* Ollares vuae, *Quae in ollis ſeruantur: de quibus* Columel. 12, 43. *et* Stat. Silu. 4, 9, 42.

OLLARIVS, a, um. Adi. *De quadam temperatura aeris.* Plin. 34, 9 Nouiſſima eſt quae vocatur ollaria, vaſe nomen hoc dante, ternis aut quaternis libris plumbi argentarii in centenas aeris additis.

OLLARIA, um. n. *Pl. Loculi ad ollas cinerarias aſſeruandas, in* Inſcript. *apud* Gruter. p. 307. *conf.* Fabrett. Inſcript. p. 13.

OLLICVLA, ae. f. *apud* Th. Priſcian. l. de Phyſ. Scient.

OLLVS, a, um. Adi. [ἐκεῖνος] Dixere veteres, *teſte* Donato, pro Ille, a, ud. Virg. Aen. 9, 740 Olli ſubridens. *Vbi* Seruius, Olli pro Illi, vel Tunc *interpretatur.* Cic. de Legib. 3, 7 Olliſque ad honoris amplioris gradum is primus aſcenſus eſto. Ollus. Ennius *ap.* Varr. de L. L. 6, 3 p. 73, 13 Olli reſpondet ſuauis ſonus Egeriaï. *Addit Varro,* Olli valet dictum illi ab ollus. quod alterum comitiis quum recitatur, a praecone dicitur olla centuria, non illa: alterum apparet in funeribus indictiuis, quum dicitur, ollus letho datus eſt, quod Graecus dicit λήθῃ, id eſt obliuioni. *Haec ille.* Olli certamine ſummo procumbunt Virg. Aen. 5, 197. Olli ſic breuiter fata eſt Id. ibid. 6, 321. Olli ſubridens hominum ſator Id. ibid. 1, 254. *Add.* Idem 8, 94 *et* 595 *etc. conf.* Quinctil. 8, 3, 25. Flammeus eſt plerumque colos, et ſplendidus ollis Lucret. 6, 207. *ſubaudi,* Fulminibus.

OLLIC, pro Illic ſimiliter dixere veteres, *auctore* Feſto.

O L M *et* O L O

OLMA, ae. f. *pro* Ebulo *apud* Dacos. *Vid.* Apul. de Herb. c. 91.

OLOLYGŎNES, um. m. *Pl.* [ὀλολυγόνες] Mares ranae, quo tempore vocem mittentes, cient ad coitum feminas Plin. 11, 37 ſ. 65. *Caeterum nec lectio ſatis certa, et ſunt, qui* ὀλολυγόνα *ipſam potius vocem ranarum intelligant. Vid. Salm. ad* Solin. p. 946. *cui debet hic etiam ſua Harduinus. Fit a verbo* ὀλολύζω, *quod ſignificat vlulo.*

OLOR, ōris. m. [κύκνος] *Auis, quae Graece Cycnus dicitur. Auis eſt alba, anſere maior, vocem argutam habens.* Virg. Ecl. 9, 36 — Sed argutos inter ſtrepere anſer olores. Ouid. Epiſt. 7, 2 Ad vada Maeandri concinit albus olor. Amyclaei olores Stat. Silu. 1, 2, 142. Innocui late paſcuntur Ouid. Amor. 2, 6, 53. Niuei Valer. Argon. 6, 102. Purpurei, *i. Pulchri* Porphyr. Hor. Carm. 4, 1, 10. Anteire olores candore Sil. 13, 116. ¶ 2 *Pro Odore, vid. ſub* OLEO.

OLORĬFER, ĕra, ĕrum. Claud. ad Seren. 12 Cycnus oloriferi vexit ab amne Padi.

OLORĪNVS, a, um. Adi. [κύκνειος] Color olorinus, *h. e. Candidus* Plin. 37, 10. Alae Ouid. Met. 6, 109. Biga Stat. Silu. 3, 4, 46. Cantus Sidon. Ep. 8, 9. Pennae Virg. Aen. 10, 187. Sonos olorinos referre Lucan. ad Piſon. 255.

OLOSTRAE, arum. m. *Pl. Indorum gens* Plin. 6, 20. Lucan. 3, 249 Tunc furor extremos mouit Romanus Oloſtras.

O L V

OLVATIVM, i. n. Menſurae genus, Antiſtius Labeo ait *apud* Feſtum: *Sed, Quod eſt in olla coctum, vt* Teſtuatium *quod in teſta, Meurſ. P. 2. Crit. Exerc.* 3, 16.

OLVS, i. m. *vel* Tolus, Nomen viri, ex cuius ſepulcro caput effoſſum Capitolio Romae nomen dediſſe fertur. *Vid.* Arnob. 6 p. 194. *vbi* Olum *probat Salm.*

OLVS, ĕris. n. [λάχανον] *Dicitur Omnis herba ſatiua, quae eſt in vſu cibario. Ab* alendo, *quod oleribus alerentur homines, ante quam fruges vel carnes eſſent.* Varro de L. L. 4, 22 *ducit ab* olla. *Ludens ille more ſuo: poſſis etiam ab* olere, *i. creſcere deriuare, nihil enim celerius creſcit.* Plin. 19, 10 Semen olerum ſi ſucco eius madefactum feratur, olera nulli animalium obnoxia futura tradunt. Varro ab Olla deducit. Nonius 8, 57. *et* Feſtus *inter aſpirata connumerant,* Hŏlus. *it.* Priſcian. l. 6 p. 722. Languentium cibi, olera *dicuntur* Hieron. Ep. ad Marcellum *p. p. initium. conf.* Plaut. Capt. 1, 2, 87. *Voſſ. Inſt. Or.* 4, 137. Atrum olus, *vid.* ATER, Adi. Cordum, *vid.* CORDVS. Durum olus poſitum eſt algente catino Perſ. 3, 112. Syrorum multa olera *Prou. ap.* Plin. 20, 5. Olera lenia ex vrtica et lapatho facta Scribon. 99. 135 *pro ferculo.* Ipſa olera olla legit Catull. 91, 2. *Prouerbium, quo obſceniſſime vtitur Poëta de mala libidine, qua quis ipſe ſe polluit. Videtur autem latius patuiſſe, et in eos dictum eſſe, qui ſibi praeſtant, quod decentius ab aliis exſpectaſſent, vt qui ſe laudant, mulier, quae amatorem ſollicitat etc.* Olus, *figurate, pro Tenui et quotidiano victu.* Hor. Serm. 2, 7, 30 — Si nuſquam es forte vocatus Ad coenam, laudas ſecurum olus. Emtum coenat olus Id. Epiſt. 2, 2, 168. Nec modica Coenare times olus omne patella Id. ibid. 1, 5, 2. Panis ematur, olus, vini ſextarius Id. Serm. 1, 1, 74. Faſtidire olus Id. Epiſt. 1, 17, 15. Prandere Id. ibid. 1, 17, 13. *Braſſica nonnunquam olus vocatur* κατ' ἐξοχήν. Auctor Moreti 72 Hic olus et late fundentes brachia betae. *conf.* Plin. 27, 4. *et* Varro R. R. 1, 16 *extr. Vid. Scalig. ad* Varr. de R. R. p. 198. *Gen. Pl.* Olerorum *laudatur a Scal. ad* Varr. R. R. 2, 2, 10 *ex* Lucilio. *Dat. Plur.* Oleris *eſt* Catonis 149, 2.

OLVSCVLVM, i. n. Dimin. [λαχανάριον] Hor. Serm. 2, 6, 64 Vncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo. Cic. Att. 6, 1 Lancibus et ſplendidiſſimis caniſtris oluſculis nos ſoles paſcere. *conf.* Iuven. Sat. 11, 78.

OLĬTOR, ōris. m. [κηπωρὸς, κηπουρὸς] *Qui olerum hortum exercet, quique olera vendit.* Columel. 10, 83 Ipſe ferens olitor diductos pondere qualos. Cic. Fam. 16, 18 Sic olitorem ipſum commovebis. Feriati olitores Varr. de L. L. 5, 3. Hor. Epiſt. 1, 18, 36 Thrax erit, aut olitoris aget mercede caballum. Saepe etiam eſt olitor valde opportuna locutus *verſus non antiquus, puto, ſed ex antiquo Graeco expreſſus, quem ſeruauit* Gell. 2, 6 Πολλάκι καὶ κηπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν. *Deſcribens hunc ipſum locum* Macrob. 6, 7 *nihil de* olitore, *ſed ita* πολλάκι γὰρ καὶ μωρὸς ἀνὴρ *etc. quod diſputationi illi melius conuenit. Rectius proinde H. Stephanus apud* Gellium *dedit* μωρὸς, *quam antiqui quidam* Macrobii *editores* κηπωρός.

OLITORIVS, a, um. Adi. [κηπωρικὸς] *Quod ad olera pertinet. vt,* Forum olitorium, *vbi venduntur olera* Liu. 21, 62. *et* 34, 53. Olitoria oſtia, *i. Oſtia hortorum* Plin. 19, 8.

OLERACEVS, a, um. Adi. [λαχανώδης] Oleris *naturam certe ſimilitudinem habens.* Plin. 26, 8 Eadem praeſtat hypericon, quam alii chamaepityn, alii corion appellant, oleraceo frutice, tenui, cubitali.

OLĔRO, āre. *Oleribus conſerere. Vid.* Priſcian. 6 p. 722. *Vbi Cn. Martius;* Meos hortulos plus ſtercoro, quam olero. *Hinc*

OLERĀTOR, ōris. m. Gloſſ. Vet. Holerator, λαχανοπώλης. *Et*

OLERARIVM, i. n. λαχανάριον. Ibid.

OLVSĀTRVM, i. n. [ἱπποσέλινον. Oluſatrum, πετροσέλινον Vet. Gloſſ.] Oleris *genus, quod etiam* Olus atriplicis *vocat* Col. 11, 3, 42. Plin. 19, 8 Sed praecipue oluſatrum mirae naturae eſt, hippoſelinum Graeci vocant, alii ſmyrnium. E lacrima caudicis ſui naſcitur. ſeritur et radice. ſuccum eius qui colligunt, myrrhae ſaporem habere dicunt. Auctorque eſt Theophraſtus, myrrha ſata natum, *etc.* Oluſatrum *ideo dicitur, quod folia habeat ſubnigra: ideo* Columella 10, 123 pullum olus *appellat. Quidam ſeparatim ſcribunt.* Olus atrum. *Sed compoſitum eſſe indicat* Scribon. 195 Oluſatri radix: *quo Genetiuo etiam vtitur* Plin. 19, 12 ſ. 62. *et* 12, 15 ſ. 34. *Sed* oleris atri Col. 11, 13, 18. *conf.* Apul. de Herb. c. 106. Plin. 20, 11. Colum. 12, 7, 1. Apic. 4, 2. *Dioſcor.* 3, 71.

O L Y

OLYBRIVS, i. m. *Plures huius nominis recenſet Herm. Conring. Diſſ. de Stud. liberal. Vrb. Rom. et Conſt. p. 6 et 7. conf. Barth. ad* Claud. Paneg. de Conſ. Probi et Olybrii.

OLYMPIA, ae. f. [Ὀλυμπία] *Graeciae locus, in quo ludi Olympiaci habebantur.* Olympiae victor Nep. praef. 5. *et* 7, 6, 3. *Sic et* Cic. Tuſc. 1, 111 c. 46.

OLYMPIA, ōrum. n. *Pl.* [Ὀλύμπια] *Ludi, qui in honorem Iouis Olympici apud* Olympiam, *Piſae vicinam, in Elide, celebrabantur; Gymnicum certamen, quod quarto quoque anno exacto fieri ſolebat. Vid.* Sacra certamina, *in* CERTO, āre. Hor. Epiſt. 1, 1, 50 Quis circum pagos et circum compita pugnax Magna coronari contemnat Olympia, cui ſpes, cui ſit conditio dulcis ſine puluere palmae. Pugnos et plagas Olympiorum cupidi pugiles inexercitati ferre poſſunt Cic. de Clar. Orat. 243 c. 69. *Eſt proprie Adiectiuum, de quo mox ſub* OLYMPVS.

OLYMPIĂCVS, a, um. Adi. [Ὀλυμπιακὸς] Olympiacum certamen, Victoria Olympiaca Cic. Att. 16, 7. Arena Olympiaca Stat. Silu. 5, 3, 220. Auctor ad Herenn. 4, 3 Quaſi ſi quis ad Olympiacum venerit Curſum, et ſteterit vt mittatur, *etc. Quaedam exemplaria legunt* Olympia quum venerit Curſum. Palmae Olympiacae praemia Virg. Georg. 3, 49. Stat. Theb. 6, 554 Nuper Olympiacis vmbratus tempora Ramis.

OLYMPĬCVS, a, um. *Idem.* Hor. Carm. 1, 1, 3 Sunt quos curriculo puluerem Olympicum Collegiſſe iuuat.

OLYMPIONĪCES, ae. *ſiue* OLYMPIONĪCVS, i. m. [Ὀλυμπιονίκης] *Qui in Olympiaco certamine victor euaſit.* νίκη, *quippe victoria dicitur.* Praemium Olympionicarum capere Cic. de Inuent. 2, 144. Id. pro Flacc. 31 Quid ſi etiam occiſus eſt a piratis Adramitenus homo nobilis, cuius eſt fere nobis omnibus nomen auditum, Atinas pugil Olympionices? Nobilis Olympionices Diagoras Rhodius Id. Tuſc. 1, 111. *Vid. P. Faber Agoniſt.* 2, 23. ¶ 2 *Sunt etiam* Equae Olympionicae Columel. 3, 9, 5 Olympionicarum equarum ſemina.

OLYMPIAS, ădis. f. [Ὀλυμπιὰς] *Quatuor annorum ſpatium, quibus interiectis ludi Olympiaci celebrabantur. Graeci tempora per* Olympiadas *ſupputare coeperunt, ita numerantes,* Olympiadis primae aut ſecundae. aut centeſimae, anno primo, *vel* ſecundo, *vel* tertio, *vel* quarto. *Vid. Scalig.* Auſon. Lect. 2, 23. *et lib. de Emend. Temp. Cum* luſtro *Romano ſaepe confundunt, Poëtae praeſertim, qua de re vid.* LVSTRVM n. 4. *V. g. Male* Ouid. ex Pont. 4, 6, 5 In Scythia nobis quinquennis Olympias acta eſt. Manil. 3, 592 (Bentl. 596) — Numero niſi deeſſet Olympias vna. *Add.* Cic. Att. 13, 30. ¶ 2 *Nomen mulieris proprium, matris Alexandri Magni. De hac* Gell. 13, 4. *et* Iuſtin. 7, 6, 10. *et* 9, 7. ¶ 3 Olympiades *Muſarum epitheton.* Varro L. L. 6, 2 p. 69, 22 Caelum dicunt Graeci Olympum, montem eum in Macedonia omnes; a quo potius puto dictas Muſas Olympiadas.

OLYMPIAS, ae. m. [ὁ Ὀλυμπίας] *Ventus in Euboea flans* Plin. 17, 24 ſ. 37, 8.

OLYMPVS, i. m. [Ὄλυμπος] *Mons Graeciae, in finibus Theſſaliae et Macedoniae, cuius vertex vsque adeo attollitur, vt ſumma eius accolae Caelum vocent. Propter quod Poëtae caelum* Olympum *vocant.* Lucan. 2, 271 — Nubes excedit Olympus. *Sunt autem plures montes hoc nomine, quibus Theſſaliae ille nomen dediſſe videtur. Epitheta eius apud Poëtas frequentia. Montis quidem* Aethereus Virg. Aen. 6, 579. Frondoſus Id. Georg. 1, 282. Magnus Id. ibid. 3, 223. Opacus Hor. Carm. 3, 4, 52. Pinifer Senec. Agam. 5. Pruinoſus Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 257. ¶ 2 *Sed ponitur, vt diximus, etiam* Olympus, *pro Caelo: vt,* Rector Olympi Ouid. Met. 9, 498. *Et ipſe* Olympus *ſic vocatur* Altus Virg. Georg. 1, 96. Clarus Id. Aen. 4, 268. Cliuoſus Ouid. Faſt. 3, 415. Curuus Valer. Argon. 5, 413. Olympus Deorum Varro R. R. 3, 16, 7. Ignifer Senec. Hippol. 9. Omnipotentis Olympi domus Virg. Aen. 10, 1. Rapidi limen Claud. de Bell. Gildon. 18. Stellantis rex Id. Conſ. Hon. 3, 33. Stelliferi vector, Atlas Senec. Herc. Oet. 15. Superi regnator Virg. Aen. 2, 779. Vaſti rector Ouid. Met. 2, 60. *Huc pertinet* Affectare viam Olympo Virg. Georg. 4, 562. Diſcedit emenſo Phoebus Olympo, *i. Sol occidit* Id. ibid. 1, 449. Pulſare Olympum nomine, *Nomen ſuum extollere ad caelum vsque* Lucan. ad Piſon. 219. ¶ 3 *Vrbis nomen, vid.* OLYNTHVS.

OLYMPIVS, a, um. Adi. [Ὀλύμπιος] *i. Caeleſtis, Poſſeſſiuum, ab* Olympo, *vt,* Iupiter Olympius Cic. Tuſc. 2, 40. *et in antiquis* Inſcript. *Vid.* Reineſ. p. 172. *conf.* Lactant. Falſ. Relig. 1, 11. Olympius, *item appellatio Hadriano Imp. tributa. Vid. Spanh. de Num. diſſ.* 12. *Item Commod. ibid.* ¶ 2 *Eſt et ab* Olympia, Olympium certamen 7, 2, 14. *et* 12, 16, 6.

OLYNTHVS, i. m. [Ὄλυνθος] *Vrbs fuit iuxta Atticam: quae quum ab Athenienſibus ad Philippum regem Macedoniae defeciſſet, ab illis deinde euerſa eſt* Curt. 8, 9, 19. Iuuenal. Sat. 12, 47. *et* Stat. Theb. 12, 520. *Laudatur etiam* Vrbem antiquam et omnibus rebus auctam, et ornatam Olynthum cepit P. Seruilius Cic. Verr. 1, 56. *Sed ibi* Olympum *reſtituit Gruterus.*

OLYNTHIA, ae. f. *Regionis nomen, cuius fertilitas celebratur a* Varrone R. R. 1, 44, 3.

OLYNTHIACVS, a, um. Adi. [Ὀλυνθιακός] *Vt,* Olynthiacae orationes Demoſthenis, *quibus Athenienſes aduerſus Philippum incitantur Olynthiis bellum inferentem.*

OLYRA, ae. f. [ὄλυρα] *Frumenti genus.* Plin. 18, 10 ſ. 20, 4 *cum de* Arinca *dixit, addit:* Exteritur in Graecia difficulter: ob id iumentis dari ab Homero dicta. Haec enim eſt, quam olyram vocat. Eadem in Aegypto facilis, fertiliſque. Id. 18, 7 ſ. 11 Far in Aegypto ex olyra conficitur. *Et* c. 8 ſ. 19 Arinca Galliarum propria, copioſa et Italiae eſt. Aegypto autem ac Syriae, Ciliciaeque et Aſiae ac Graeciae peculiares Zea, olyra, tiphe.

OLYSIPPO, [Ὀλύσσεια πόλις] *Vrbs ad Tagum, Portugalliae hodiernae caput,* Olyſippo Plin. 4, 22.

O M A

OMA, ae. f. *Fici Tarentinae genus.* Plin. 15, 18 ſ. 19 Tarenti tantum praedulces naſcuntur, quas vocant omas. *Sed Hard.* Onas. *Caeterum* Omas *antiquam lectionem dicit Hermolaus, et interpretatur* crudas, *quae ante maturitatem iam dulces ſint.* Onas, *qui probabiliter interpretaretur, non vidi.*

OMALETIS, idis. f. Ouid. de Arte Am. 3, 273 Conueniunt tenues ſcapulis omaletides altis. *Ita legit Scaliger, et interpretatur puluillos et faſcias, quibus aequarentur et complanarentur humeri inaequaliter eminentes in gibboſis. Alii aliter; vid.* OMETIS.

OMASVM, i. n. [βόειον κόπεον λιπαρόν, τῇ τῶν Γάλλων γλώττῃ Gloſſ. Lat. Gr.] *Pinguis atque craſſius inteſtinum, quod nonnulli bubulum eſſe credunt.* Hor. Serm. 2, 5, 40 Seu pingui tentus omaſo. Plin. 8, 45 ſ. 70 *de bobus,* Vt ſit inter exempla damnatus a Populo Romano, die dicta, qui concubino procaci rure omaſum ediſſe ſe negante, occiderit bouem. Hor. Epiſt. 1, 15, 35 Patinas coenabat omaſi Vilis, et agnini, tribus vrſis quod ſatis eſſet.

O M B *et* O M E

OMBRIA, ae. f. [ὀμβρία] Gemmae ſpecies, quam nonnulli Notitiam vocant: quae cum imbribus et fulminibus fertur in terram decidere, quemadmodum Ceraunia et Brontia: eundemque cum illis effectum habet Plin. lib. vlt. c. 10.

OMEN, inis. n. [οἰωνός, οἰώνισμα] Augurium, quod fit ore, quaſi Oremen, *inquit* Feſtus. *Eſt nimirum futurae rei praenuntiatio ori hominis incidens, diuino tamen inſtinctu. Sed deinde ad omne genus augurii, auſpiciique, et ſignificationis rerum futurarum translatum eſt. Cumque precibus ea impetrari bona poſſe putarentur, hinc omina etiam preces ſunt, et* ominari *precari. Igitur* Omen *Varro interpretatur quaſi* Oſmen, quod ex ore primum elatum eſt de L. L. 5, 7. Cic. de Diuin. 1, 102 c. 45 Neque ſolum deorum voces Pythagorei obſeruauerunt, ſed etiam hominum quae vocant omina: quae maiores noſtri, quia valere cenſebant, idcirco omnibus rebus agendis, Quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumque eſſet, praefabantur, *etc. Plura enim ibi ſunt pro* ominibus *diſputata Stoice. Sed conferenda etiam contraria diſputatio* lib. 2 c. 40 Si quis aliquid ex ſua re atque ex ſuo ſermone dixerit, et eius verbum aliquod apte ceciderit ad id, quod ages, *etc. De tribus ominum generibus Scalig. Auſ. Lect.* 1, 16. *Add. Geſner. Chreſtomath.* Plin. n. 51 *et* 55. *Pontan. ad* Macrob. Somn. Scip. 1, 12. Ne in omen verteretur irritum inceptum Curt. 3, 1, 18. Nomen atque omen quantiuis eſt pretii Plaut. Perſ. 4, 4, 73. Fides ominis Tacit. Hiſt. 2, 78. Belli omen Liu. 21, 29. Cic. de Diuin. 1, 103 c. 45 praerogatiuam maiores omen iuſtorum comitiorum eſſe voluerunt, *quod interpretatur Turnebus, Romanos tantum poſuiſſe in ſuffragio praerogatiuae centuriae, vt eum ſemper Conſulem declararint, qui ab ea factus eſſet.* Fati omen Cic. Philipp. 9, 9. Imperii, et quod Victoriam portendit Iuſtin. 12, 16, 5 ſeq. Pennae praepetis omen, *vid.* PRAEPES. Omen, *pro Nuptiis.* Virg. Aen. 1, 349 Primiſque locarat Ominibus. *Nam ſuperſtitioſa illa priſcorum natio, cum in aliis, tum in coniugiis vel maxime, omina obſeruabat: et nuptiis auſpices adhibebantur.* Cic. de Diuin. 1, 104 Quum vellet ſororis ſuae filiam in matrimonium collocare, exiſſe in quoddam ſacellum ominis captandi cauſa, quod fieri more veterum ſolebat. Papinius *quoque deſcribens infauſtas filiarum Adraſti nuptias, commemoratis prodigiis, addit* Theb. 2, 263 Cunctos tamen omina rerum Dicta mouent, variiſque metum ſermonibus augent. *Ex Turnebo. Sed quod laudant* Omen nuptiarum *e* Plauto Mil. 4, 4, 29 *nihil eſt. Nam recte Gron.* cupiens iſtius ſumme nuptiarum. *Pro voto interdum poni videtur, vt* Cum bonis ominibus votiſque ac precationibus incipere Liu. praef. *fin.* Fauſta Vitellio omina precantem Tac. Hiſt. 2, 74, 1. *Add.* Id. Ann. 1, 35, 4. *Add.* Non. 5, 31. *De auſpiciis* Virg. Aen. 2, 178. *conf.* Non. 4, 332. Virg. Georg. 4, 386 Omine, quo firmans animum, ſic incipit ipſa. Id. ibid. 2, 190 — Quod dii prius omen in ipſum Conuertant. Cic. Philipp. 11 c. 5 Quid Beſtiam, qui ſe Conſulatum in Bruti locum petere profitetur? atque hoc quidem deteſtabile omen auertat Iupiter. ¶ 2 *Hinc interpretanda Epitheta:* Candidum omen Catull. in Epithal. Iuliae ſ. 59, 112. *Sed alii aliter.* Caſſum Stat. Theb. 5, 318. Deteſtabile Cic. Phil. 11 c. 5. Dextrum Sil. 13, 114. Dirum omen mortalibus, bubo Ouid. Met. 5, 550. Fauſto laetus Id. ibid. 9, 784. Fauſtis ominibus, *i. Precibus* Tacit. Ann. 1, 35, 4. Idem Hiſt. 2, 74, 1. Infauſto committitur ſermo Ouid. Met. 6, 448. Inoffenſum Claud. Conſ. Hon. 6, 14. Magnum Virg. Aen. 7, 146. Optimis Cic. Philipp. 12, 19. Idem Fam. 3, 12. Idem pro Muraen. 53 Si tanta in illis comitiis religio eſt, vt adhuc ſemper omen valuerit Praerogatiuum: quid mirum eſt in hoc felicitatis famam ſermonemque valuiſſe? Siniſtrum Ouid. Epiſt. 13, 49. Triſtia Id. Amor. 3, 12, 1. Vrbanum omen Cic. Verr. 2, 19 c. 7. *eſt diuinatio faceta ex nomine facta:* Videte, ſatiſne paratus ex illo omine vrbano (*e nomine* Verres *ducto*) ad euerrendam prouinciam venerit. ¶ 3 *Verborum formulae:* Accipere omen Cic. de Diuin. 1, 103 c. 46. Liuius . . . Id a pleriſque in omen magni terroris Acceptum. Auctus omine Tacit. Ann. 1, 35. Quod dii omen Auertant Cic. ad Brut. Epiſt. 10. Auertite et deteſtamini quaeſo hoc omen Dii immortales Id. Philipp. 4, 10. Capiendi ominis cauſa exire in quendam locum Idem de Diuin. 1, 104. Concinuerunt aues triſtia omina Ouid. Amor. 3, 12, 1. Cic. Verr. 2, 18 O praeclare Coniectum a vulgo in illam prouinciam omen communis famae atque ſermonis, quum ex nomine iſtius, quid in prouincia facturus eſſet, perridiculi homines augurabantur. *i. A Verris nomine euerrendam ab eo prouinciam ſignificabant, vt poſtea ſequitur.* Exire malis ominibus et execrationibus Cic. pro Sext. 71 c. 33. It dies noſtro omine Plaut. Caſin. 2, 8, 74. *i. Proſpere et auſpicate, feliciterque.* Omen *enim eſt* noſtrum *et auſpicium, non aduerſariorum, vt et apud* Virg. Aen. 4, 340 Me ſi fata meis paterentur ducere vitam Auſpiciis, et ſponte mea componere curas. *Annotauit Turnebus.* Ire ſecundo omine Hor. Carm. 3, 11, 50. Firmare omina Virg. Aen. 2, 691. Firmauit Iupiter clarum omen Cic. de Diuin. 1, 106. *Ex Poëta.* Habere omen dicitur res aliqua Ouid. Faſt. 2, 202. Quod dii omen obruant Cic. de Aruſp. Reſp. 42 c. 20. Prohiberi certis ominibus Ouid. Met. 9, 595. Proſequi aliquid optimis ominibus Cic. Fam. 3, 12. Plaut. Caſin. 2, 6, 58 Cur Vituperat mihi omen. *i. Cur vitiat et inauſpicatum reddit, conſeruum pulſando. Turnebus.* ¶ 4 *A librariis confundi ſolere* Omina *et* Omnia, *notat Drakenb. ad* Sil. 4, 131. *et* 9, 4.

OMINOSVS, a, um. Adi. [δυσοιώνιστος] *Quod malum omen portendit.* Plin. Epiſt. 3, 14 Notabilis, atque etiam, vt exitus docuit, ominoſa res accidit Gell. 13, 14.

OMINOSE. Adu. Quinctil. Decl. 6, 5 Inauſpicatum metiens iter prorſus ominoſe retentus.

OMINOR, ari. [οἰωνίζομαι] *Auſpicari, Omen capere.* Plin. Epiſt. 4, 15 Optamus enim tibi, ominamurque in proximum annum Conſulatum. Cic. Off. 2, 74 Malo enim alteri quam noſtrae ominari: neque tantum de noſtra, ſed de omni Republica diſputo. *conf.* Paterc. 2, 71, 2. Plin. 28, 2 Primum anni incipientis diem laetis precationibus inuicem fauſtum ominamur. Liu. 26, 18 Clamore et fauore ominati extemplo ſunt felix fauſtumque imperium.

OMINO, are. [οἰωνίζω] Dixere veteres. Pomponius, Ita ſit et tibi bene, qui recte ominas Non. 7, 53.

OMINANS, antis. Partic. Suet. Neron. c. 48 Milites et ſibi aduerſa, et Galbae proſpera ominantes.

OMINATVS, a, um. Partic. [οἰωνισθείς] *Ominoſus. vt,* Male ominatis parcite verbis, *ait* Hor. Carm. 3, 14, 11. *Sed variatur.*

OMINATIO, onis. f. Feſtus, Fauentia ſignificat bonam ominationem.

OMINATOR, oris. m. [οἰωνιστής] *Qui praeeſt ominibus capiendis.* Plaut. Amph. 2, 2, 90 Ob iſtuc omen ominator capies quod te condecet.

OMINALIS, e. Adi. Ominales aues Sariſb. 1, 13.

OMENTVM, i. n. [ἐπίπλοον] *Membrana tenuis et pinguis, qua integuntur ventris inferioris partes.* Plin. 11, 37 ſ. 80 Ventriculus atque inteſtina pingui ac tenui omento integuntur, praeterquam oua gignentibus. Caprinum omentum Scribon. 158. Alba porci Iuven. Sat. 13, 118. Catull. in Gellium 87, 6 Omentum in flamma pingue liquefaciens. *Veterum in ſacrificiis conſuetudo erat atque ritus, vt quas hoſtiae partes adolerent, eas omento et adipe operirent, vt facilius arderent, pinguitudine ignem alente. Itaque id eſt, quod ab Homero ſcribitur,* κατὰ δὲ κνίσσῃ ἐκάλυψαν, *quod eſt, adipe operuerunt et obduxerunt. Hinc ſole clarius efficitur illud* Perſ. 2, 47 Tot tibi cum in flamma iunicum omenta liqueſcant, *etc. Turnebus* 7, 13. ¶ 2 Omentum, *valde improprie pro Membrana, quae totum inuoluit cerebrum.* Macrob. Saturn. 7, 9 Et cerebrum, quod tactu ſui hominem vel torquet, vel frequenter interimit, non ſuo ſenſu, ſed veſtitus ſui, id eſt omenti, hunc importat dolorem. *conf. H. Mercurial. Varr. Lect.* 6, 8. *Ibidem* Macrob. p. a. *vocem hanc pro membrana oſſa tegente vſurpauerat: niſi et hic potius leg. ſit,* Operimentum.

OMENTATVS, a, um. Adi. *Omento fartus.* Apic. 2, 1. Omentata iſicia.

OMETIS, idis. f. *et Plur.* Ometides, *ſunt Scapulares quaedam et humerales faſciae.* Ouid. de Arte Am. 3, 273 Conueniunt tenues ſcapulis ometides altis Anguſtum circa faſcia pectus eat. *Libri excuſi* Ameletides *legunt, in iiſque explicandis Grammatici multum ſudant, nihilque proficiunt. Proinde Turnebus contra librorum auctoritatem affirmat legendum eſſe* Ometides, *vt ſint tanquam ſcapulares vel humerales faſciae. Quis enim neſcit ad diſſimulandam ſcapularum altitudinem tenuibus faſciis vtendum, ne ſi craſſioribus et plenioris fili aliqua vtatur, magis vitium exſtet et appareat? Recordor equidem Grammaticos primi ordinis,* analectides *legere, et intelligere tanquam puluillos ad conſtipandas puellarum ſcapulas, quibus ſubſcriptorem praeſtare non poſſum. Verba ſunt*

ſunt Turnebi Aduerſ. 4, 23. *Al.* Analectides *et* Analectrides, *quod probant Heinſ. et Burm. et dictas putant, quod earum etiam in lectis vſus eſſet. Varietas lectionis plane monſtroſa. Vid. ſupra* OMALETIS.

O M I

ŎMITTO, mīſi, miſſum, ĕre. [ἐάω, παρίημι, παραλείπω, καθυφίημι] *Rem aliquam penitus dimittere, et relinquere ac praeterire. Prima corripitur, licet ſit quaſi* obmitto: *vt in* operio, *quod videtur eſſe ex* Obperio. *Vid. quae in fine huius capitis dicemus.* Ter. Adelph. 2, 2, 24 Nunc ſi hoc omittam, actum agam. Omittere *et* Adipiſci, *contraria.* Cic. de Finib. 1, 36 Voluptates omittantur maiorum voluptatum adipiſcendarum cauſa. Conſilium alicuius rei Liu. 33, 41. Iracundiam omittere Ter. Adelph. 4, 7, 36. Memoriam alicuius rei Quinct. 3, 1. Pietatem et humanitatem hic omiſit, vt id, quod vtile videbatur, neque erat, aſſequi poſſet Cic. Off. 3, 41. Rationem inſequendi Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 30. Sollicitudinem Ter. Heaut. 1, 2, 3. Triſtitiam Idem Adelph. 2, 4, 3. Cic. in Somn. Scip. 2 Sed ille, Ades, inquit, animo, et omitte Timorem Scipio: et quae dicam, trade memoriae. Vetera omitto, *i. Miſſas facio veteres iniurias, aut conquerendi cauſas* Salluſt. in Iugurth. c. 102 *extr.* Ter. Heaut. 4, 1, 24 Atque id omitto: miſericordia, animus maternus: ſino. Vt alia omittam, hoc ſatis eſt Cic. pro Quint. 70 c. 22. Vt omittam quod Ter. Eun. 5, 4, 4. *i. Praeteream, et nihil dicam. Al.* mittam. Omitto ac negligo caetera: ſua confeſſione induatur ac iuguletur neceſſe eſt Cic. Verr. 5, 165. Id omittamus Idem Acad. 4, 52. Omitte iſta, quae nec percontari, nec audire ſine moleſtia poſſumus, *i. Deſine quaerere* Idem ib. 2 c. 1. Omitte hunc Ter. Phorm. 1, 2, 91. *h. e. Sine eum abire, Condona ei.* Plaut. Milit. 4, 3, 3 Nullo pacto poteſt prius haec in aedes recipi, quam illam omiſerim. *i. Amiſerim a me. Fortaſſe etiam legendum* Amiſerim. Omitte me Plaut. Pſeud. 1, 3, 23. Cic. Capitoni *ſub* Att. 16, 16 Deinde, ſi me amas, omitte Atticum: Ciceroni tuo totum hoc da. *i. Noli in hoc negotio Atticum cogitare, aduerſarium aliquando tuum etc.* Differre aliquid, et omittere in tempus praeſens Hor. de Arte Poët. 44. Nauigationem primam, dummodo idonea tempeſtas ſit, ne omiſeris Cic. Q. Frat. 2, 5. Omitte rogare, Dicere Plaut. Perſ. 4, 4, 90. Ter. Eun. 5, 6, 19. Omitte mirari opes Romae Hor. Carm. 3, 29, 11. Omitto iratus eſſe Plaut. Perſ. 3, 3, 26. Omitto contra verum niti Salluſt. in Iugurth. c. 35 *extr. Primam corripuit* Hor. Serm. 2, 5, 26 Aut ſpem deponas aut artem illuſus omittas. Idem Epiſt. 1, 18, 79. *et ſic ſeptem adeo locis. Corripit et* Ouid. Amor. 2, 1, 17 *v. v. Burm. qui idem conf. ad* Sulpiciae Sat. v. 9. *Produci videtur ſemel ab* Hor. Od. 3, 29, 11 *vbi tamen alii diuiſim legunt* o mitte. *Sed nec reſpuit illa regio Syllabam breuem. V. g.* 2, 20, 11 *vbi* ſuperne *tertium ſtrophae verſum incipit. Cum igitur prima conſtanter corripiatur, viderint, qui* obmitto *ſcribunt. Contra hanc rationem parum valet auctoritas quorundam MSS. e. g.* Colum. 7, 5, 1. *Simile eſſe diximus ſupra* Operio.

OMISSVS, a, um. Part. [παραληφθεὶς] Animus omiſſus, *pro Remiſſo et languido* Ter. Heaut. 5, 2, 9. Controuerſia omiſſa, oratio omnis ad miſericordiam tuam conferenda eſt Cic. pro Ligar. 1. Si virtus hoc vna poteſt dare, fortis omiſſis Hoc age deliciis Hor. Epiſt. 1, 6, 30. Iocis omiſſis Plin. Epiſt. 21. Aliquid ex omiſſis petere Vell. 2, 68, 4. Omiſſior ab re, *Qui lucrum negligit, neque ſolicitus eſt de acquirendis diuitiis* Ter. Adel. 5, 3, 45.

OMISSIO, ōnis. f. Symmach. Epiſt. 3, 48. *et* Epiſt. 10, 70.

O M M *et* O M N

OMMENTANS, antis. *i.* Obmanens. Liu. Andron. *apud* Feſtum, *qui addit*, ea ſignificatione, qua ſaepe fieri dicitur. Scal. *laudat* Gloſſas, Ommentat exſpectat, dictum a mantando, id eſt diu manendo.

OMNIS, e. Adi. [πᾶς, ἅπας] *Diſtributiua dictio, eandem vim habens in Singulari, quam in Plurali.* Omnis homo, *pro* Omnes homines. *Dicitur de vniuerſis numero diſtinctis, vt* Omnis grex. *Aliquando tamen idem ſignificat, quod* Totus. Omnium generum, aetatum, ordinum omnes viri ac mulieres, omnis fortunae ac loci Cic. in Piſ. c. 22. Idem pro L. Murena 20 Perfecta ab Lucullo haec ſunt omnia, vt vrbs fideliſſimorum ſociorum defenderetur, vt omnes copiae regis diuturnitate obſidionis conſumerentur. *Diſtributiue, vt modo diximus, pro vnusquisque, Singulari numero: vt* Sil. 10, 5 Omni letum molitur ab enſe. Stat. Theb. 3, 139 Quaerit inops natos, omnique in corpore plangit. Petron. 107 Cum omnis vector nihil prius quaerat, quam cuius ſe diligentiae credat. *Sed etiam ponitur* Omnis, *pro Cuncto et pro toto, Graecorum more.* Cic. de Finib. 2, 112 c. 34 Sed omne caelum totamque terram cum vniuerſo mari. Idem in Piſon. 11 Erat non ſolum domus mea, ſed totum palatium, Senatu, Equitibus Romanis, ciuitate omni, Italia cuncta refertum. *Et* pro Quint. 28 In Galliam ad te ipſum venit, in agrum communem, et denique vbi non modo res erat, ſed ratio quoque omnis, et omnes literae. Ibid. 67 Vsque dum inueniretur, qua ratione res ab vſitata conſuetudine recederet, et in hoc ſingulare iudicium cauſa omnis concluderetur. *i. Tota. Sic* Nepos 23, 3, 1 Equitatui omni praefuit. Plaut. Epid. 2, 2, 29 Quantum in vrbe omni fui. Hor. Carm. 3, 30, 6 Non omnis moriar. Omnis hic locus de Phaedro Platonis ad verbum a Cicerone translatus eſt Macrob. Sat. 2, 13. Omnis ad Romanos epiſtola interpretatione indiget Hieron. Epiſt. ad Heluid. quaeſt. 10 (Opp. T. 4 ſ. 67). Quum inhaeſero tibi ex omni me Auguſtin. Conf. 10, 28. *Add.* Apul. in Flor. p. 347. *Conf.* Seru. *ad* Aen. 1, 185 ſ. 189. *Sic* Omnis mons natura, velut opere atque conſulto praeceps Salluſt. Iug. c. 92, 5. *i. mons ex omni parte. Conf. Cort. ad h. l.* ¶ 2 *Subſtantiua:* Aeſtatibus omnibus, *i. Singulis* Plin. 12, 25. Amor omnis in tranquillo eſt Ter. Eun. 5, 9, 8. Animo omni atque tota mente, intueri aliquem Cic. de Orat. 2, 89. Annis omnibus Plin. 12, 19. Cic. pro Caecin. 101 Neque ratio afferri poteſt, cur ſi cuiquam nouo Ciui potuerit adimi ciuitas, non omnibus patriciis, omnibus antiquiſſimis ciuibus poſſit. Clamor omnis procul eſto Hor. Carm. 3, 8, 16. Contentione omni pugnatum eſt, vt lis haec capitis aeſtimaretur Cic. pro Cluent. 116. Idem Tuſc. 3, 25 Tetra res eſt, miſera, deteſtabilis, omni Contentione, velis, vt ita dicam, remisque fugienda. Corpus omne in profundenda voce intenditur Idem ib. 2, 56. Domus omnis Hor. Epiſt. 1, 16, 44. *pro Domus omnes.* Durities omnis Scribon. 217. *i. quaeuis.* Omnem Fidem interponere Caeſ. B. C. 1, 86. Flagitium omne tale Cic. de Senect. 40. Frugem non omnem neque arborem in omni agro reperire poſſis Cic. pro Roſc. Amer. 75. Genus omne, *et* Omnis generis, *pro eodem* Varr. de R. R. 1, 29. Seminaria omne Genus vt ferantur Liu. 27, 18. Genus omne in terris Virg. Georg. 3, 242. Homines omnes Scrib. 208. *i. quiuis.* Horis omnibus Cic. ad Brut. 17. Lac ómne Scribon. 189. Magna omnia loquens Hor. Serm. 1, 3, 13. Menſibus omnibus vigeſimo die lunae aliquid facere Cic. de Finib. 2, 101. Idem Fam. 5, 8 Quamobrem velim ita et ipſe ad me ſcribas de omnībus Minimis, maximis, mediocribus, vt ad hominem amiciſſimum. Modo omni Plin. 16, 14. Omni Modo Scribon. Ep. . . Cic. de Lege Agrar. 1, 14 c. 5 Videtis iam P. C. omnibus rebus et Modis conſtructam et coaceruatam pecuniam Decemuiralem. Munus omne Plin. in Paneg. Pars omnis Scribon. 237. 255. Parte omni corporis Id. 227. Cic. de Inuent. 1, 58 c. 34 Exercitus is, cui praepoſitus eſt ſapiens, et callidus imperator, omnibus Partibus commodius regitur, quam is, qui ſtultitia et temeritate alicuius adminiſtratur. Ter. Andr. 2, 3, 17 Sine omni Periculo. Philoſophi fere omnes omnium diſciplinarum Cic. Tuſc. 5, 66. Plebs omnis illa vrbana et perdita Idem Att. 7, 3. Caeſ. Bell. Gall. 5, 6 Ille primo omnibus Precibus petere contendit, vt in Gallia relinqueretur. Idem 1. Quinquennio omni, *i. Toto quinquennio* Victor de Viris illuſt. c. 34. Ratione ergo omni colenda et retinenda iuſtitia eſt Cic. de Offic. 2, 40. Sanguinem omnem profundere mater cupit Cic. pro Cluent. 18. Id. ad Brut. 3 Quos quidem omnibus Sententiis vlciſcor et perſequor omnibus bonis approbantibus. Sermoni huic omni propoſitum eſt, non vt ingenium et eloquentiam meam perſpicias, *etc.* Idem de Clar. Orat. 318. Ter. Heaut. 4, 3, 35 At enim Spem iſtoc pacto rurſum nuptiarum omnem eripis. Supplicio omni vindicanda Cic. de Amic. 43. Idem Att. 11, 6 Me hortantur, vt magno animo ſim, vt omnia Summa ſperem. Tempore eo omni Neapoli fui Idem pro Sull. 17. Quinctil. 5 Quanquam omnes Tres ſtatus cadere in hoc opus poſſint. Vinum omne Scribon. 271. *i. totum.* Vlcus omne Id. 235. ¶ 3 *Verba:* Accingunt omnes operi Virg. Aen. 2, 235. Adiurare omnia, *vid.* ADIVRO. Colluſtrare omnia Virg. Aen. 3, 651. Facere omnia ad arbitrium ſuum Plin. Epiſt. 192. Facere omnia *ad magnum conatum et fere irritum refertur.* Mart. 2, 14, 14 Omnia cum Fecit, ſed renuente Deo. Idem 6, 93 Omnia cum Fecit, Thaida Thais olet. Petron. c. 115 Quae igitur dementia eſt, omnia Facere, ne quid e nobis relinquat ſepultura? *Vid. viri docti ad h. l.* Senec. Epiſt. 125 Quid formam colis? cum omnia Feceris, a multis animalibus vinceris. Periclitari, *vid.* PERICLITOR. Permiſcere, *vid.* PERMISCEO. Praeſtare Ouid. Met. 14, 171. Reddere omne Ter. Adelph. 2, 4, 16. Cum Patrone mihi Sunt omnia Cic. Fam. 13, 1, 1. *de ſumma amicitia.* In eo mihi Sunt omnia Idem ib. 2, 9, 4. *i. hoc vnum loco omnium duco.* Vaſtant late omnia Virg. Georg. 4, 16. ¶ 4 *Formulae aliae:* Omnes, qui vbique ſunt, qui Latine ſciunt Cic. de Finib. 2, 3. Omnia, quaecunque in hominum diſceptationem cadere poſſunt, bene ſunt oratori dicenda Idem de Orat. 2, 5. Omnis, *cum Genitiuo.* Liu. 31, 45 Macedonum fere omnibus, et quibusdam Andriorum, vt manerent perſuaſit. Omnes omnium ordinum homines Cic. pro Rabir. 20. Omnes omnium ortus quicunque gignantur in omni terra, quae incolatur, eosdem eſſe Idem de Diuin. 2, 92. Longe omnium quicunque ſcripſerunt aut loquuti ſunt, extitit et grauitate princeps Plato Idem in Orat. 62. Omnium egenus Virg. Aen. 1, 604. Omnium ſermonibus vapulare Cic. Att. 2, 14. Ex omnibus princeps Gorgias auſus eſt in conuentu poſcere, qua quisque de re vellet audire Idem de Orat. 3, 127. Vnus ex omnibus amicis certe efficiam, vt maxime laetere Idem Att. 3, 15. Ex omnium omnibus flagitiis nullum turpius vidi, nullum audiui, quam quod, *etc.* Idem Philipp. 2, 76. Ex omni nimbos dimittere caelo Ouid. Met. 1, 261. Ad vnum omnes idem ſentiunt de ea re Cic. de Amicit. 88. In omnes inſultare, *vid.* INSILIO. In omne corpus ſanguis per venas infunditur Cic. de Nat. Deor. 2, 138. Idem Fam. 12, 1 Sed ita compreſſa eſt, vt mihi videamur omne iam ad tempus ab illo duntaxat ſordidiſſimo periculo tuti futuri. *i. In perpetuum.* In omne aeuum nobilis Hor. Carm. 3, 11, 36. Carminibus viues tempus in omne meis Ouid. Triſt. 1, 5, 36. Per omnia repugnare Vell. 2, 69, 6. ¶ 5 Omne *Subſtantiue Summam rerum* Cicero *vocauit, quod Graeci* τὸ πᾶν *appellant.* Cic. de Diuin. 2, 103 Videsne Epicurum (quem hebetem et rudem dicere ſolent Stoici) quemadmodum, quod in natura rerum omne eſſe dicimus, infinitum eſſe concluſerit? *Sic* Lucret. 2, 1107 Quae magnum iaculando contulit omne. *Dicit enim ab immenſo illo vniuerſo, quod omne vocat, et interdum ſummam ſummarum, corpuſcula conferri, quibus mundi huius elementa conſtent et augeantur, mundusque creſcat et amplificetur. Turnebus. Sed alioquin etiam* omne *pro* omnibus *dicere amant veteres.* Plaut. Epid. 5, 2, 9 Apage illum a me, nam ille quidem Vulcani irati eſt filius: Quaqua tangit, omne amburit. Idem Curcul. 2, 2, 7 Nam quod ſcio, omne ex hoc ſcio. Idem Amph. 2, 1, 51 Ordine omne, vti quidque actum eſt — Ediſſertauit. Cic. pro Roſc. Com. c. 13 Quid vero Flauius tibi daturus eſt, qui Roſcio omne, quod debuit, diſſoluit. Idem Verr. 3 c. 10 Poſcet omne, quantum exarauero. Quid? omne? Immo plus etiam, ſi volet. *Haec et multo plura* Brouckh. ad Prop. 4, 8, 30 Sobria grata parum; cum bibit, omne decet. *Add.* Burm. *ad* Val. Fl. 1, 14. *et ad* Albinou. ad Liuiam 202. *Etiam genere Maſculino* Cic. Att. 7, 3 Hic omnia facere omnis debet. *i. vnusquisque. Sed locus valde dubius et vexatus, quo niti in tali re nolim. A Grutero eſt,* Hic omnia facere omnes, ne armis decertetur.

OMNĪNO. Adu. [πάντως, παντελῶς, ὅλως, πάμπαν, τὸ παράπαν] *In vniuerſum, plane, prorſus, fere in aſſeuerationibus ponitur.* Cic. de Amicit. 76 Omnino eſt amans ſui virtus. Idem Acad. 1, 9 Plurimum quidem et Poëtis noſtris, omninoque Latinis et literis luminis, et verbis attuliſti. Impedimento omnino hae fuerunt Idem Fam. 16, 10. Omnino, aut magna ex parte liberatus Id. Tuſc. 1, 1. Omnino, aut certe facilius labore alicuius et ſtudio quaedam conſequi Cic. pro Corn. Balb. 44. Vix aut omnino non poſſe fieri Idem Att. 3, 2. Idem Tuſc. 1, 5 Poſt vero Lepidum, Gracchos, deinde ita magnos noſtram ad aetatem, vt non multum, aut nihil omnino Graecis cederetur. Eruditionis omnino omnis expers vir Idem de Orat. 2, 1. Honeſtum illud omnino, quod ex animo excelſo magnificoque quaerimus, animi efficitur, non corporis viribus Idem Off. 1, 79. Cic. de Amicit. 93 Quod amici genus adhibere, omnino Leuitatis eſt. Id. de Senect. 45 Epulabar cum ſodalibus omnino Modice. Idem de Amic. 15 Qu. vero Maximum fratrem, egregium virum omnino ſibi nequaquam parem. Ne quis omnino regem reduceret, cui ſcis intercessium

terceſſum eſſe Cic. Fam. 1, 7. Nihil omnino Hor. Serm. 2, 8, 94. Cic. de Orat. 2, 57 Theopompus et Ephorus ab Iſocrate magiſtro impulſi, ſe ad hiſtoriam contulerunt, cauſas omnino Nunquam attigerunt. Idem de Amic. 21 c. 6 Hos omittamus, qui omnino Nuſquam reperiuntur. Idem de Inuent. 1, 86 Hoc genus et caetera neceſſaria, et Omnino omnis argumentatio, et eius reprehenſio. Peaeclare omnino te habes Idem Verr. 2, 149. Pugnas omnino, ſed cum adverſario facili Idem Acad. 4, 84. *Et* Verr. 3, 80 Omnino relinquendum. Omnino, *in principio ſententiae aſſeuerandi vim habet.* Cic. de Amicit. 80 Omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum vna cautio eſt, atque vna prouiſio, vt ne nimis cito diligere incipiamus. Idem Off. 1, 66 Omnino fortis animus et magnus duabus rebus maxime cernitur. Ibid. 79 Omnino, qui Reipublicae praefuturi ſunt, duo Platonis praecepta teneant. Is omnino Seruus, in familia non erat, eum ſtatim exhiberi iubet Cic. Verr. 5, 62. Omnino, *cum numeralibus indicat non plures, ſed ipſum illum numerum intelligi.* Cic. pro Cluent. 76 Quinque omnino fuerunt, qui illum veſtrum innocentem Oppianicum, *etc.* abſoluerent. *Sic* Noſtri, quinque ſuorum omnino amiſſis, quietiſſime ſe receperunt Caeſ. B. C. 3, 46. Quum omnino non eſſent amplius centum Nep. 16, 2, 3. Expeditionem vnam omnino ſuſcepit Suet. Claud. c. 17. *Nempe vniuerſitatem notat, vt et in iſtis* Plin. Epiſt. 7, 11 Supereſt, vt coheredes aequo animo ferant, ſeparatim me vendidiſſe, quod licuit mihi omnino vendere. Cic. Tuſc. 1 *pr.* Cum defenſionum laboribus — aut omnino aut magna ex parte eſſem aliquando liberatus. *Et* pro Balbo c. 19 Multa praetereo, quae — aut omnino, aut certe facilius conſequuntur. Cic. pro Cluent. 168 Nego illum adoleſcentem, quem ſtatim epoto poculo mortuum eſſe dixiſtis, omnino illa die eſſe mortuum. Idem pro Quint. 77 Mihi perdifficile eſſe contra tales oratores, non modo tantam cauſam perorare, ſed omnino verbum facere conari. Omnino, *Superlatiuo iunctum:* Cic. de Senect. 9 Aptiſſima omnino ſunt Scipio et Laeli, arma ſenectutis, artes, *etc.* *i. Quam aptiſſima, aut omnino aptiſſima.* Perſcribere diligentiſſime omnino aliquid Cic. Att. 6, 3.

OMNICĂNVS, a, um. Adi. *Omnia canens.* Apul. Flor. 2 p. 347 Oratio intellectu vtilis et modo omnicana.

OMNICARPVS, a, um. Adi. Omnicarpae caprae Varr. de L. L. 4, 19.

OMNICOGNOSCENTIA, ae. f. Mar. Vict. adu. Arium 4.

OMNICŎLOR, ōris. Adi. Omnicolor pictura Prudent. Paſſ. Petr. et Paul. v. 39.

OMNIFARIAM. Adu. [παντοδαπῶς] *Omnibus modis.* Gell. 12, 13 Quum vero omnes terras omnifariam et vndique verſum circumfluat, nihil citra eum eſt. Firmic. 3, 5. *Conf.* Apul. Met. 2 p. 123. *it. in* Triſmeg. p. 85 *etc.* Macrob. Saturn. 7, 13. Capitol. Marc. c. 11 *et* Vopiſc. Aurel. c. 27.

OMNIFARIVS, a, um. Adi. παντοῖος Vet. Gloſſ.

OMNĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. Ouid. Met. 2, 275 Suſtulit omniferos collo tenus arida vultus. *Alii aliter leg.*

OMNIFORMIS, e. Adi. *Ex ipſa compoſitione ſatis intelligitur.* Apul. Triſmeg. p. 78 Mundus receptaculum omniformium ſpecierum. Machina omniformis Prudent. Roman. v. 339.

OMNIGĔNVS, a, um. Adi. [παντοῖος] *Omnis generis.* Lucret. 2, 758 E quibus omnigenos gignunt, variantque colores. Idem 5, 429 *de Atomis loquens,* Omnigenos coetus. Ibid. 441 Omnigenis e principiis. Virg. Aen. 8, 698 Omnigenûmque deûm monſtra, *etc.* Omnigenis coëuntia numina Formis Claud. Gigantom. v. 51. *Omnia gignentem notat apud* Prudent. in Symmach. 1, 12 Patris ars eſt omnigeni.

OMNIMŎDIS. Adu. *i. Omnibus modis.* Lucret. 3, 407 Si non omnimodis, at magna parte animaï Priuatus. *Antiquum Aduerbium, vt et* Multimodis. Idem 2, 488 *et* 699. *Add.* Idem 1, 684. *item* Apul. Flor. 1 p. 342. *Quin* Vt omnimodis diſputaret, nullam artem eſſe dicendi Cic. de Orat. 1, 90 c. 20. *vt Pearce edidit, Al.* omnino.

OMNIMŎDE. Adu. [παντοίως] *i. Penitus, omnino.* Lucret. 2, 488 Omnimode expertus fueris, quam quiſque det ordo, *etc.* *Alii legunt* Omnimodo.

OMNIMŎDO. Adu. Gell. 18, 15. Lactant. 6, 12 *pr.* Celſ. 1, 7. *et* 7, 4.

OMNIMŎDVS, a, um. Adi. Omnimodis Maculationibus convariat Apul. Apol. p. 306. Voculas omnimodas edocens Apul. Met. 5 p. 196. Lucret. 1, 684 Ignis enim foret omnimodus, quodcunque crearet. *i. Omnibus modis ignis eſt. Nonnulli legunt* Omnimodis, *manente eadem ſententia. Alii* Vnimodus.

OMNIMORBIA, ae. f. *Herba ſic dicta, apud* Iſidor. 17, 9.

OMNIPĂRENS, entis. o. [παντοτόκος] *Omnium parens.* Virg. Aen. 6, 595 Nec non et Tytion terrae omniparentis alumnum Cernere erat. Terra omniparens Lucret. 5, 260. *Add.* Apul. Met. 6 p. 277. Terrae omniparentes Lucret. 2, 705. Nutu Iouis omniparentis Auien. Phaenom. Arat. v. 795.

OMNĬPĂTER, tris. m. *Idem.* Prudent. Paſſ. Eul. 70 Omnipatremque negare Deum.

OMNĬPĂVVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Acut. 3, 12 ſ. 108 Andreae ſectatores memorant eſſe Pantaphobos, quos nos omnipauos dicere poterimus, ſiquidem omnia timere dicantur.

OMNIPOLLENS, entis. o. Prudent. Apoth. Praef.

OMNIPŎTENS, entis. o. [παντοκράτωρ] *Omnia potens.* Plaut. Poen. 1, 2, 63 Dii immortales, omnipotentes, quid apud vos eſt pulchrius? Fortuna omnipotens Virg. Aen. 8, 334. Pater omnipotens, *Iouis eſt Periphraſis* Virg. Aen. 3, 251. Idem 1, 64. *et* 2, 689. Cic. Tuſc. 4, 73 c. 34 Teque omnipotens Neptune inuoco. *Ex quodam Poëta. Superlat.* Omnipotentiſſimus creator Auguſtin. C. D. 21, 19. Deus ille omnipotentiſſimus Macrob. Sat. 1, 17.

OMNIPOTENTIA, ae. f. Macrob. Saturn. 5, 16 *de Fortuna loquens,* Omnipotentiam quoque eidem tribuit. Idem in Somn. Scip. 1, 14 Vt ſummi omnipotentiam Dei oſtenderet.

OMNISŎNVS, a, um. Adi. Chelys omniſona, omniſonis pulſibus Mart. Capell. 9 p. 309 *et* 312.

OMNITENENS, entis. o. [παντοκράτωρ] *Idem fere, quod omnipotens.* Tertull. ſ. Cyprian. adu. Marc. Carm. 5 p. 9.

OMNITVENS, entis. o. Lucret. 2, 940

Non congreſſa modo vitales conuenienti
Contulit inter ſe motus, quibus omnituentes
Accenſi ſenſus animantem quamque tuentur.

Sic repoſuit Turnebus, et receperunt poſteri, Omne *et* Tuentes, *duabus dictionibus in vnam iunctis, non diſſimili ratione atque apud eundem Poëtam legitur* Aedituentes. Apul. de Mundo p. 71 *Elmenh.* Sol omnituens Val. Flacc. 5, 248 Haec tibi fatorum genitor tutela meorum Omnituens.

OMNIVĂGVS, a, um. Adi. [παντοπλανής] *Per omnia vagans, vt,* *Soliuagus.* Cic. de Nat. Deor. 2, 68 c. 27 Quae eadem Diana omniuaga dicitur: non a venando, ſed quod in ſeptem numeratur tanquam vagantibus.

OMNIVIDENTIA, ae. f. *Qua videt Deus omnia.* Mar. Vict. adu. Arium 4.

OMNIVŎLVS, a, um. Adi. *Omnia volens, vel omnia cupiens: quod epitheton a* Catullo *Ioui tribuitur, quem Poëtae finxerunt in amoribus admodum inconſtantem, omniumque fere formoſarum concubitus appetentem. Sic enim ſcribit* Carm. 69, 140

Saepe etiam Iuno maxima Caelicolûm
Coniugis in culpa flagrauit quotidiana,
Noſcens omniuoli plurima furta Iouis.

OMNIVŎMVS, a, um. Adi. Pacuu. Omniuomus Oceanus.

OMNIVŎRVS, a, um. Adi. [παμφάγος] Plin. 25, 8 Bibunt autem lac vaccinum, quoniam boues omniuorae fere ſunt in herbis.

O M O

OMŎLE, es. f. *Mons Theſſaliae* Virg. Aen. 7, 675.

OMOPHAGIA, orum. n. *Pl. Bacchanalia, quibus* ὠμὰ cruda, *vorant bacchantes.* Arnob. 5 p. 169 Bacchanalia etiam praetermittamus immania, quibus nomen Omophagîs Graecum eſt, in quibus furore mentito, et ſequeſtrata pectoris ſanitate, circumplicatis vos anguibus atque vt vos plenos Dei numine ac maieſtate doceatis, caprorum reclamantium viſcera cruentatis oribus diſſipatis. *Illuſtrat Reineſ. Ep.* 66 p. 594. *et a Barthii* Ophiophagiis *defendit.*

OMOPLATAE, arum. m. *Pl.* [ὠμοπλάται] Sunt duo oſſa lata, vtrinque a ceruice ad ſcapulas tendentia, quae a Latinis Scoptula operta vocantur. *Auctor* Celſus 8, 1.

O M P

OMPHACIVM, i. n. [ὀμφάκιον] *Oleum ex acerbis vuis et oleis expreſſum.* Plin. 23 *in* Prologo, Omphacium, qua fieret ratione incipientis vuae pubertate, in vnguentorum loco docuimus. *Inprimis vid.* Plin. 12, 27 ſ. 60. *vtitur et* Scribon. 33, 142. *qui* Aridum *etiam memorat* 65. *Add.* Dioſc. 5, 5.

OMPHACES, um. f. *Pl.* [ὄμφακες] *dicuntur Vuae et fructus immaturi.*

OMPHACĬNVS, a, um. Adi. [ὀμφακινός] *Quod ex omphace factum eſt.* Omphacinum oleum, *Quod ex olea omphaca, id eſt immatura expreſſum eſt* Plin. 23, 4. *et* 12, 27.

OMPHACOCARPON, i. n. [ὀμφακόκαρπος] *Herbae nomen.* Plin. 27, 5 ſ. 15 Aparinen aliqui omphacocarpon, alii philanthropon vocant, ramoſam, hirſutam, quinis ſenisue in orbem circa ramos foliis per interualla *etc.* Omphalocarpon, ὀμφαλόκαρπον *videtur vocare Dioſcor.* 3, 104. *Viderint Botanici.*

OMPHACOMELI. n. *Indeclin.* [ὀμφακόμελι] *Mel acerbae vuae ſucco confectum, de quo Dioſc.* 5, 22. *vt huc referendum ſit, facit lemma antiquum* Palladii Aug. 13 De omphaco melli. *Deſcriptio ipſa ita habet:* In vuae ſemiacerbae ſucci ſextariis ſex, mellis triti fortiter duos ſextarios debebis infundere, et ſub ſolis radiis diebus XL decoquere.

OMPHĂLE, es. f. [Ὀμφάλη] *Nomen reginae Lydiae, cui Hercules propter amorem ſeruiuit: multisque ab ea muneribus eſt donatus, quod ad Sangarim fluuium ſerpentem multos homines interficientem interemiſſet. Haec, vt tradit* Donatus *in* Ter. Eun. 5, 8, 3 ipſum Herculem ſibi ſervientem etiam ad lanificium compulit: quum ipſa calathum et colum, cultusque femineos, ſagittis et claua, leonisque tegmine mutaſſet. *Vid.* Ouid. Faſt. 2, 305 *etc.* *et* Sen. Hippol. 317 *etc.* Propert. 3, 11, 17 Omphale in tantum formae proceſſit honorem, *etc.* *Quo loco non* Omphale *mediam productam habet. Sed Graeco more* e *longa finalis ante vocalem corripitur.*

OMPHALOCARPON, *vid.* OMPHACOCARPON.

O N A *et* O N C

ONAE, ficus, *vid.* OMAE.

ONĂGER, gri. m. [ὄναγρος] *Aſinus ſilueſtris.* Varro de R. R. 2, 6, 3 *de Aſinis loquens,* Horum genera duo, Vnum ferum, quos vocant onagros, in Phrygia et Lycaonia ſunt greges multi. Alterum manſuetum, vt ſunt in Italia omnes. *Add.* Col. 6, 37, 3 Ex onagro et aſina muli Pallad. Mart. 14, 2. Cic. Att. 6, 1 *fin. in luxuria Vedii deſcribenda,* Nec deerant onagri. Timidos onagros agitare curſu Virg. Georg. 3, 409. *Add.* Martial. 13, 97 *et* 101.

ONĀGOS, i. m. [ὀνηγός] *Fabulae nomen.* Plaut. Aſin. prol. 10 Huic nomen Graece eſt onagos fabulae.

ONAGRA, ae. f. [ὀνάγρα] *Machina bellica, eadem quae Scorpio.* Veget. 4, 9 *et* 22.

ONCA, ae. f. *Sic apud Thebanos appellata Minerua. Vid. Guil. Canter. Nou. lect.* 6, 1.

ONCHESMVS *portus Epiri, vnde dictus*

ONCHESMITES *ventus inde ſpirans.* Cic. Att. 7, 2 *pr.* Flauit ab Epiro leniſſimus Onchesmites. *Sic reſtituit Latinus Latinius apud Vict. Var. Lect.* 36, 11. *quem deinde ſecuti reliqui.*

ONCHESTVS, i. m. [Ὀγχηστός] *Filius fuit Neptuni, qui Oncheſtum ciuitatem Mycaleſſo promontorio propinquam condidit, deque ſuo nomine appellauit.*

ONCHESTVS, i. f. [Ὀγχηστός] *Boeotiae vrbs eſt, non procul a lacu Copaide, vbi Amphictyonum concilium cogi ſolet, teſte Strabone lib.* 9. *Condita putatur ab* Oncheſto *heroë, Neptuni filio, et ab eo nomen accepiſſe. Haec faciunt ad* Stat. Theb. 7, 272.

ONCO, āre. *De Aſello dicitur apud* Auct. Philomelae 55 Oncat aſellus. *Al.* Vncat.

ONCOMA, ătis. [ὄγκωμα] Oncomata, *tumores reſtituendum putamus* Vegetio Mulom. 2, 30, 1.

O N E *et* O N I

ONERO, ONEROSVS, *vid.* ONVS.

ONĪROS, i. m. *Somnus. it. Papauer, cuius ſemen eſt ſomniferum,* Apul. de Herb. c. 53.

ONIROCRITES, ae. m. [ὀνειροκρίτης] *Somniorum interpres.* Fulgent. Mythol. 1 Onirocriten ſoporis nugas ariolantem aduertas.

ONISCVS, i. m. *Genus vermiculi arcuatim incedentis,* [ὀνίσκος] *aſellus.* Plin. 29, 6 Millepeda, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal eſt e vermibus terrae piloſum, multis pedibus arcuatim repens, tactuque contrahens ſe, oniſcum Graeci vocant.

ONĪTIS, ĭdis. f. *Herba eadem cum Origano, ſed folio candidiore.* Plin. 20, 17. *Dioſc.* 3, 29. *et* Apul. de Herb. c. 122.

O N O

ONOBRȲCHIS, is. f. *Palmes aſini. Plantae genus.* Plin. 24, 16. *Dioſc.* 3, 161.

ONOCARDION, i. n. *Herba eadem, quae Chamaelion.* Apul. de Herb. c. 25.

ONOCENTAVRVS, i. m. [ὀνοκένταυρος] *Animal monſtruoſum, quod a parte ſuperiori hominis ſpeciem habet: a parte inferiori aſini praefert imaginem: quemadmodum et Hippocentauros finxit antiquitas, ſuperiori parte hominem, reliqua equum referentes.* Onocentaurorum *mentio eſt in ſacris literis apud* Eſaiam 34, 14.

ONOCHĒLES, *ſ.* ONOCHILES, is. n. [ὀνόχειλος] *Herba, de qua* Plin. 22, 21 ſ. 25. *Locum damus in* ARCEBIOS. *Add.* Plin. 21, 16.

ONOCHOĒTES, ae. m. *Fictus a nebulone Iudaeo Chriſtianorum Deus, auribus aſininis et pedibus vngulatis* Tertull. Apol. c. 16. *et* adu. Nation. 1, 14. *Conf. ad h. l. Rigalt. et Hauercamp. qui* ONOKOITIS *edidit. Al.* Ononychites *aſini vngulas habens. Alii aliter.*

ONOCRŎTĂLVS, i. m. [ὀνοκρόταλος] *Auis eſt cycno ſimilis. Dicta, quod collum in aqua mergens ſpiranſque, veluti ruditum aſini edat.* ὄνος, *aſinus:* κρόταλος, *crepitus.* Plin. 10, 47 Olorum ſimilitudinem onocrotali habent: nec diſtare exiſtimarentur omnino, niſi faucibus ipſis ineſſet alterius vteri genus. Huc omnia inexplebile animal congerit, mira vt ſit capacitas: mox perfecta rapina, ſenſim inde in os reddita in veram aluum ruminantis modo refert. *Vid.* Martial. 11, 22. Vulgat. Deuter. 14, 18.

ONOMATOPOEIA, ae. f. [ὀνοματοποιΐα] *i. Nominis fictio: vt,* Balatus ouium, Mugitus boum. *Dicta* onomatopoeia, *quaſi* τοῦ ὀνόματος ποίησις. *A quibusdam* Nominatio *dicitur, qua rei, cui nomen aut non ſit, aut ſatis idoneum non ſit, ipſi nomen effingimus, aut imitationis, aut ſignificationis gratia. Inde ſunt* Rudere, Vagire, Murmurare, Sibilare. *Vid.* Iſid. 1, 36. *et Voſſ. p. 2. Rhet.*

ONONIS, ĭdis. f. [ὀνωνίς, ίδος] *Herba, de qua* Plin. 21, 16 ſ. 58 Spinoſorum etiamnum aliud genus Ononis. In ramis enim ſpinas habet, appoſito folio rutae ſimili, toto caule foliata in modum coronae: ſequitur a frugibus, aratro inimica, viuaxque praecipue. *Vocatur etiam* Anonis. *vbi vid.*

ONOPORDVM, i. n. *q. d. Crepitus aſini,* Plin. 27, 12 ſ. 87 *Herba,* quam ſi comederint aſini, crepitus reddere dicuntur, *etc.*

ONOPYXOS, i. f. *Herba ſpinoſa.* Plin. 21, 16.

ONOSMA, ătis. n. *Herbae genus.* Plin. 27, 12 ſ. 86.

O N V

ONVRIS, is. f. *Herba eadem, quae Oenotheta* Plin. 26, 11. *Dioſc.* 4, 115.

ONVS, ĕris. n. [φορτίον, ὄχθος, γόμος] *Pondus.* Cic. pro Lege Manil. 55 Inſula Delos tam procul a nobis Aegeo mari poſita, quo omnes vndique cum mercibus atque oneribus commeabant. Vacuus onere Senec. Herc. fur. ſ. 9. Coloſſica onera, *vid.* COLOSSVS. Ignauum Lucan. 7, 127. Illaetabile Stat. Theb. 5, 633. Inſolitum Id. ibid. 9, 427. Inſuetum Ouid. Met. 2, 165. Accipere onera venientum Virg. Georg. 4, 167. Cum onere moram offerre, *vid.* CVM *Praepoſ.* Cedere oneri, *vid.* CEDO. Concidere ſub onere, *vid.* CONCĪDO. Deponere onus Lucret. 3, 1072. Detrectat onus ceruice rebelli Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 155. Ferre dulce Ouid. Met. 9, 539. Iactare Senec. Hippol. ſ. 10. Premi nullo Idem Herc. fur. ſ. 6. Subiit onus grauius dorſo Hor. Serm. 1, 9, 21. Sum oneri Liu. 23, 43. Eſſe oneri ferendo Ouid. Met. 15, 403. Vlcerat onere mantica lumbos Hor. Serm. 1, 6, 103. ¶ 2 *De ſumtibus et moleſtiis impenſis.* Inclinata a pauperibus in diuites onera Liu. 1, 43. *de tributis, militia, etc.* Neque eo ſecius in explicandis oneribus omnibus haereret Suet. Domit. c. 12. Filia nata paupertatem, nec iam imperatoria modo, ſed et patria conquerens onera Idem Calig. c. 42. ¶ 3 *De fetu materno.* Vix vteri portabat onus Ouid. Met. 10, 481. Tendit onus matrem Idem ibid. v. 506. Hunc vtero - - oneriſque oblita ferebat Stat. Theb. 2, 615. Phaedr. 3, 15, 5 Portat onus ignotum certis menſibus. *Non multum abit illud* Plin. 8, 27 Onus ciborum reddere. *Et aliter* Pallad. 1, 29, 4 Onus cibi haerentis interimit Phaſianas. ¶ 4 Onus, *pro Munere, prouincia, ſiue partibus et officio.* Cic. de Orat. 1, 116 Magnum quiddam eſt onus ac munus ſuſcipere ac profiteri, ſe, *etc.* Id. Verr. 4, 79 Cur ego tuas partes ſuſcipio? cur tuum onus ſuſtineo? Officii onus Cic. Fam. 3, 13. Operum onera Quinct. 1, 9. Grauiſſimum Quinct. 2, 6. Abiicere onus, *vid.* Opprimi onere. Accipere, *vid.* ACCIPIO. Cic. pro Roſc. Amer. 10 c. 4 Hoc onus ſi vos aliqua ex parte Alleuabitis, feram vt potero, ſtudio et induſtria Iudices. Id. pro Sull. 65 c. 23 Ita ſe geſſit in Tribunatu, vt onere Depoſito domeſtici officii, nihil poſtea, niſi de Reipublicae commodis, cogitarit. Geminatum onus Quinct. 2, 3. Cic. Verr. 3, 4 c. 2 Ego plus oneris Habeo quam qui caeteros accuſarunt. Idem Fam. 13, 57 (56) Nunc quum mihi ab amico officioſiſſimo tantum oneris Imponitur, ego quoque tibi imponam pro tuis in me ſummis officiis: ita tamen, vt tibi nolim moleſtus eſſe. Cic. Att. 14, 21 Tibi hoc oneris non impono. Idem Q. Frat. 2, 5 Cauſa ſero perorata, ſententias ſe rogaturum negauit, ne quod onus ſimultatis nobis Imponeret. Imponere alicui magnum onus obſeruantiae Cic. Att. 13, 11. Iniuſtum onus alicui Imponere, *et* Recipere, *contraria* Idem in Orat. 35. Iniuſtum, *i. Quod iuſtam excedit magnitudinem.* Iniungere, *vid.* INIVNGO. Liberare aliquem onere Quinctil. 5, 6. Cic. pro Roſc. Amer. 10 c. 4 Opprimi nos onere officii malo, quam id, quod mihi cum fide ſemel impoſitum eſt, aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere. Perferre Ouid. ad Liu. 350. Portare moleſtum Hor. Serm. 1, 6, 99. Ouid. Met. 10, 481. Cic. Fam. 5, 12 Eram neſcius, quantis oneribus Premerere ſuſceptarum rerum. Id. Fam. 3, 8 Municipum maximis oneribus preſſum. Remouere a ſe Ouid. Met. 12, 626. Reponit mens onus, *i. Curas deponit* Catullus 29, 8. Seponere coniugii, *h. e. Vxorem a ſe ablegare* Lucan. 5, 724. Subire Quinctil. 6, 1. Sum. *vt,* Hoc nihil ad te: noſtrum eſt onus Cic. Fam. 3, 13. Cic. Verr. 3, 4 c. 2 Plus etiam quam pars virilis poſtulat pro voluntate Populi Romani oneris ac muneris Suſcipere debeam. Idem de Senect. 4 c. 2 Onus ſe Aetna grauius dicant Suſtinere. *Et* pro Roſc. Amer. 10 Fide, ſapientiaque veſtra fretus, plus oneris Suſtuli, quam ferre me poſſe intelligo. Vacare onere Quinctil. 1, 6.

ONERŌSVS, a, um. Adi. [φορτικός] *Quod eſt oneri, ſiue Quod onerat et grauat.* Plin. 17, 26 Plurimae autem amputari ſibi volunt oneroſa ac ſuperuacua. Oneroſum capiti, *Graue et ponderoſum* Id. 22, 25. Oneroſa praeda, *Magni ponderis* Virg. Aen. 9, 384. Haſta oneroſa et grauis imbellibus lacertis Ouid. Met. 13, 108. Aër oneroſior igne Id. ibid. 1, 52. Creditor oneroſus L. 25. Dig. de Pignor. Sarcinulae oneroſiores Fulgent. Contin. Virg. p. 142. Sors oneroſior Ouid. Met. 9, 675.

ONERŌSE. Adu. Paullin. Nolan. Epiſt. 11 (*al.* 5) n. 6 Cur in nos oneroſe loqueris.

ONEROSĬTAS, ātis. f. *Moleſtia.* Tertull. de Cult. Fem. c. 7 Tanta ornandi capitis oneroſitas.

ONVSTVS, a, um. Adi. [ἔμφορτος] *Cui onus impoſitum eſt.* Onuſta frumento nauis Cic. Off. 3, 50 c. 12. *Add. ib.* 1 c. 34. Onuſtus praeda Liu. 3, 29. Humero onuſto vehere aliquid Hor. Serm. 1, 1, 47. Tergum vulneribus onuſtus Tacit. Ann. 2, 15. Cic. de Diuin. 1, 60 c. 29 Quae quidem multo plura euenirent, ſi ad quietem integri iremus: nunc onuſti cibo et vino, perturbata et confuſa cernimus. Hor. Serm. 1, 6, 96 Meis contentus, onuſtos Faſcibus et ſellis, nolim mihi ſumere, *etc. Sed* honeſtos *recepta et vera lectio.* Corpus onuſtum Heſternis vitiis animum quoque degrauat vna Hor. Serm. 2, 2, 77. Onuſtum pectus laetitia, *h. e. Plenum* Plaut. Stich. 2, 1, 3. Onuſta cum culeis vehicula Plin. 12, 7 ſ. 19. *Nempe* onuſta *poterat etiam omitti, vt* Cic. Verr. 1 c. 8 Fiſcos cum pecunia. Onuſtus, *cum Genitiuo.* Plaut. Aul. 4, 2, 10 Aulam onuſtam auri.

ONVSTATVS, a, um. Vulg. Iudith. 15, 7.

ONĔRO, āre. [φορτίζω, γομόω, βρίθω] *Grauare onere, implere, augere.* Virg. Aen. 1, 199 Vina bonus quae deinde cadis onerarat Aceſtes. Ter. Phorm. 5, 6, 4. Coſtas aſelli onerare pomis Virg. Georg. 1, 274. Menſas onerare epulis Id. ibid. 4, 378. Epulis onerari Ouid. ex Pont. 1, 10, 31. Malis onerare aliquem Virg. Aen. 4, 549. Catenis onerare aliquem Hor. Carm. 3, 11, 45. Iaculis manus ambas onerauit acutis Virg. Aen. 10, 868. ¶ 2 *Metaphoras admittit varias in rebus bonis pariter ac malis.* Onerare amoenitate, laetitia, *etc.* Plaut. Capt. 4, 1, 7. *Sic,* Onerare ſe voluptatibus Plaut. Stich. 4, 1, 27. Annonam onerare, *Cariorem facere.* Vlpianus in l. Annonam. D. de extraord. criminibus Onerant annonam etiam ſtaterae adulterinae. Plaut. Mil. 3, 1, 83 Es, bibe, animo obſequere mecum, atque onera te Hilaritudine. *Sed* Tacit. Hiſt. 2, 64, 3 Et Triaria licentiam, modeſtum a proximo exemplum onerabat. *i. inuidiam faciebat. Sic* Delectum natura grauem onerabant miniſtri auaritia et luxu Id. ibid. 4, 14, 2. Argumentis quampluri mis onerare iudicem Cic. de Nat. Deor. 3, 8. Plaut. Perſ. 2, 1, 13 Conueniam hunc Toxilum: eius Aures quae ſunt mandata onerabo. Coërcitionibus aliquem Celſ. 3, 18. Commoditatibus onerare diem Ter. Phorm. 5, 6, 2. Curas onerabat pauentium ordo Mutinenſis Tacit. Hiſt. 2, 52. Honoribus Iuſtin. 5, 4, 13. Plin. Epiſt. 3, 3 Nec minus ſaepe ab illo quam a te meque admonebitur, quibus Imaginibus oneretur: quae nomina et quanta ſuſtineat. Iniuriis, maledictis onerare aliquem, *pro Iniuriis afficere* Ter. Andr. 5, 1, 8. Cic. Philipp. 2, 99 Omnibus eum contumeliis oneraſti. Laudibus onerare, *Vehementer laudare* Liu. 4, 13. Phaedr. 5, 8, 8. Legibus aures onerentur Propert. 2, 30, 15. Maledictis aliquem Plaut. Pſeud. 1, 3, 122. Id. Capt. 3, 1, 4 Hercle huic diei, ſi liceat, oculos effodiam lubens: ita Malignitate onerauit omnes mortales mihi. Cic. Fam. 3, 10 Te autem quibus Mendaciis homines leuiſſimi onerarunt, *etc.* quererer tecum atque expoſtularem. Odio onerare aures Salluſt. in Cic. 6. Penſis famulam onerauit iniquis Propert. 3, 15, 15. Populum onerare, *pro Exigere a populo pecunias* Plin. in Paneg. Praeceptis onerare aliquem, *pro Dare mandata* Plaut. Mil. 3, 3, 29. Principes oneraſti futuros Plin. in Paneg. c. 73 *extr. Add. ib.* c. 24 *pr. i. difficultates, et inuidiam adeo illis obiecisti.* Probris aliquem Senec. Hippol. ſ. 2. Liu. 10, 14 Et ipſos nominatim iuuenes pari comitate vtrumque nunc laudibus, nunc Promiſſis onerat. Salluſt. Iugurth. c. 12. Pectora onerat largis promiſſis Sil. 17, 576. Pugnis onerare, *pro Pugnos incutere* Plaut. Amph. 1, 1, 172. Rationem cultoris onerant viuiradices, *i. nimis magno conſtant* Col. 4, 2, 1. *Add.* 2, 9, 18. Spe praemiorum onerare Liu. 35, 11. Vinculis publicis onerare quempiam Valer. Maxim. 6, 1, 10. Vino ſe onerare Iuſtin. 1, 8, 6. Votis aethera onerauit Virg. Aen. 9, 24. ¶ 3 Onerare *et* Ornare *frequenter miſceri ſolent a librariis. vid. Heinſ. ad* Val. Flacc. 3, 9. Gronou. ad Liu. 24, 48.

ONĔRANS, antis. Partic. [βρίθων] Verba onerantia laſſas aures Hor. Serm. 1, 10, 10.

ONERĀTVS, a, um. Partic. Paſſ. [πεφορτισμένος] Plaut. Pſeud. 1, 2, 64 Niſi carnaria tria grauida tergoribus onerata, vberi hodie mihi erunt. *Sed melius Gron.* oneri vberi. Armis oneratus Curt. 4, 14, 2. Mero onerati Idem 5, 7, 4. Vino et epulis Salluſt. Iugurth. c. 46. Veſte oneratus Ter. Heaut. 3, 1, 43. Spe oneratus praemiorum Liu. 34, 61. Atlas humeros oneratus Olympo Ouid. Faſt. 5, 167. Brachia onerata telis Id. Met. 3, 139. Iumenta onerata plagis Hor. Epiſt. 1, 18, 46. Lancibus oneratis cumulant aras Virg. Aen. 12, 215. *et* 8, 284. Sinu onerato portare aliquid Senec. Hippol. ſ. 10. Vlmus onerata vitibus Ouid. Triſt. 2, 143.

ONERATIO, ōnis. f. Auguſtin.

ONERARIVS, a, um. Adi. [φορτικός] *Quod oneratur, vel onerari poteſt.* Naues onerariae, *a geſtandis oneribus dictae ſunt, et ob id tardae.* Cic. Verr. 3, 1 c. 46 Eaque in onerariam nauem ſuam coniicienda curauit. *Add.* Id. de Diuinat. 1 c. 32. *conf.* Nepos 2, 2, 5. Paterc. 2, 53, 2. *et* Non. 13, 15. *Et ſimpliciter,* In aliquam onerariam corrependum Cic. Att. 10, 12.

ONVSTVS, *vide ante.*

O N Y

ONYCHIPVNCTA, ae. f. *Gemma eſt ex Iaſpidum generibus punctis onychini coloris notata, quae et* Iaſponix vocatur Plin. 37, 9 ſ. 37.

ONYTES, is. m. Nomen viri proprium, quod Donatus (*inquit* Servius) dicit aut gentile eſſe, aut patronymicum: ſed hoc non procedit, quia neque patronymicum in TES exit, neque Onytes a qua gente veniat

vsquam

vſquam lectum eſt. Proprium ergo eſt, *etc.* *Haec* Seruius *enarrans* Virgilianum *illud* Aen. 12, 514 Tres vno congreſſu, et moeſtum mittit Onyten, *etc.*

ONYX, ychis. m. *et, vt quibuſdam placet, etiam* f. [ὄνυξ] *Gemma.* Plin. 37, 6 f. 24 Exponenda eſt et onychis ipſius natura propter nominis ſocietatem: hoc in gemmam tranſilit, ex lapide Carmaniae. Sudines dicit in gemma eſſe candorem vnguis humani ſimilitudine: item chryſolithi colorem, et ſardae, et iaſpidis. Zenothemis Indicam onychem plures habere varietates, igneam, nigram, corneam, cingentibus candidis venis oculi modo, interuenientibus quarumdam oculis obliquis venis, *etc.* Idem 36, 7 f. 12 Onychem etiam tum in Arabiae montibus, nec vſquam alibi naſci putauere noſtri veteres: Sudines in Germania, potoriis vaſis inde factis primum, dein pedibus lectorum ſellisque. Nepos Cornelius tradit magno fuiſſe miraculo, quum P. Lentulus Spinther amphoras ex eo, Chiorum magnitudine cadorum oſtendiſſet: poſt quinquennium deinde triginta duorum pedum longitudine columnas vidiſſe ſe. *Paullo poſt* ● 8 *pr.* Hunc aliqui lapidem alabaſtriten vocant, quem cauant ad vaſa vnguentaria, quoniam optime ſeruare incorrupta dicitur, *etc.* Martial. 12, 50 *In habentem amoenas aedes*, Calcatusque tuo ſub pede lucet onyx. Idem 6, 42 Siccos pinguis onyx anhelat aeſtus. *Ex onyche lapide antiqui vaſa vnguentaria faciebant ad ornatum: vnde etiam* onyx *pro eodem vaſe ſumi coepit.* Martial. 7, 93 Vnguentum fuerat quod onyx modo parua gerebat. *Sed I. F. Gronou. leg.* parue gerebas. *Cui adſtipulatur Brouckhuſ. ad* Prop. 2, 10, 30. Idem 11, 50 *In Phyllida*, Profertur Coſmi nunc mihi ſiccus onyx. Siccus, *i. Euacuatus. Erat autem* Coſmus *myropola.* Stat. Silu. 1, 5, 35 *In quibus exemplis* Onyx *ſumitur pro Alabaſtro ſeu Ampulla vnguentaria ex onyche.* ¶ 2 Onyx *item eſt, vt ait Dioſcor. lib. 2. Conchylii operculum, purpurae operculo ſimile, quod reperitur in India in paludibus his, quae nardum ferunt. Itaque et odores ſuauiſſimos afflat, quoniam conchylia nardo veſcuntur. Ex his igitur ſiue teſtis, ſiue conchis, fieri poterant vaſa ad vnguentum ſeruandum aptiſſima, quippe quae nardi odore iam eſſent penitus imbuta. Duxerunt autem appellationem, et haec concha, et ille lapis a ſimilitudine vnguis humani, quia nihil ſit in eis rugoſum, nihil aſperum: ſed omnia, vt in vngue, laeuia et polita. Haec Lambinus ad illud* Paruus onyx nardi Hor. Carm. 4, 12, 17. ¶ 3 Onyx, *Piſcis* Plin. 32, 11.

ONYCHĬNVS, a, um. Adi. [ὀνύχινος] Onychina pyra, *a colore vocat* Plin. 15, 15. *Et* Onychina pruna, *apud* Columel. 12, 10. *Quae onychis, hoc eſt vnguis ſimilitudinem et formam habeant.*

ONYCHINTINVS, a, um. Adi. Cruſtae onychintinae Sidon. Epiſt. 9, 7.

ONYCHITIS, ĭdis. f. *Cadmiae ſpecies* Plin. 37, 9.

ONYCHIVS, a, um. Adi. Lapis Tertull. adu. Marc. 2, 10.

O O N *et* O P A

OŎNAE, arum. f. *Pl. Inſulae in Septentrionali Oceano, in quibus (vt* Plinius 4, 13 *refert)* ouis auium et auenis incolae viuunt.

OPA, ae. f. [ὀπή] *Foramen.* Vitruu. 4, 2.

OPĀCVS, a, um. Adi. [ἐπίσκιος, σκιώδης, ἀνήλιος] ſignificat Vmbroſum, *teſte* Feſto, ab operiendo. Arbor opaca Virg. Aen. 6, 136. Barba Catull. in Egnatium f. 35, 19. Caligo Ouid. Met. 10, 54. Crepuſcula Ouid. Met. 14, 122. Domus opaca intus Virg. Aen. 3, 619. Fontes . . . Frigus Virg. Ecl. 1, 53. Herba Ouid. Met. 3, 438. Latebrae opaciores Columel. 8, 17. Locus opacus, *et* Apricus, *contraria* Cic. in Partit. 36. Locus opacus et frigidus in ſilua Idem de Orat. 3, 18. Loca opaca redimita ſilvis Catull. 61, 3. Lucis habitamus opacis Virg. Aen. 6, 673. Luſtra Claud. in Eutrop. 2, 421. Montes vmbrantur opaci Virg. Aen. 3, 508. Nemora opaca, *Denſa* Plin. 3, 5. Nox Virg. Aen. 4, 123. Nubes Ouid. de Arte Am. 2, 619. Paſcua nemorum opaciſſima Columel. 6, 21. Quies Stat. Silu. 3, 5, 17. Ripa viridi et opaca inambulare Cic. de Legib. 1, 15. Ruris opaci vmbrae Virg. Georg. 1, 156. Sepes opaca, et munita vallo arboris Plin. 12, 5. Siluae Ouid. Faſt. 2, 409. Vallis Horat. Epiſt. 1, 16, 5. Vlmus Virg. Aen. 6, 283. Vadere per opaca Sen. Herc. fur. 10. Viarum opaca Virg. Aen. 6, 633. Denſiore Vmbra opacior nigriorque Plin. Ep. 5, 6. Ferimur per opaca locorum Virg. Aen. 2, 725.

OPĀCO, āre. [ἐπισκιάζω] *Obumbrare, cooperire, obſcurare.* Cic. de Nat. Deor. 2, 49 Vt quum terras larga luce compleuerit, easdem modo his, modo illis partibus opacet. *De ſole.* Idem de Orat. 1, 28 c. 7 Nam me haec tua platanus admonuit, quae non minus ad opacandum hunc locum patulis eſt diffuſa ramis. Opacat tempora pinus Sil. 15, 331. Rami opacant arborem Virg. Georg. 2, 58. Ramus opacat humum Idem Aen. 6, 195. *conf.* Venant. Fortunat. Carm. 1, 20.

OPACĬTAS, ātis. f. [ἐπισκιασμός] Columel. 8, 17 Pluſque nocet putris vnda, quam prodeſt opacitas. *conf.* Plin. 15, 30.

OPĂLVS, i. f. [ὀπάλλιος] *Gemma eſt in India tantum naſcens, colore quidem candida, ita tamen, vt in ea vario modo et carbunculi tenuior ignis, et amethyſti fulgens purpura, et ſmaragdi virens mare, incredibili pariter miſtura translucerent:* — Hanc gemmam propter eximiam gratiam plerique appellant paederota. *Haec et plura* Plinius 37, 6 f. 21.

OPALIA, OPALIS, *vid. ſub* OPS.

O P E

OPĔRA, ae. f. [ἐργασία] *Actio et labor, tum pro diurna mercede ſuſceptus, tum liberalis et honeſtus.* Cic. Off. 1, 41 Quibus non male praecipiunt, qui ita iubent vti vt mercenariis, operam exigendam, iuſta praebenda. Malo vnius agilem atque induſtriam, quam decem hominum negligentem et tardam operam Colum. 11, 1. Nuſquam nec opera ſine emolumento, nec emolumentum ferme ſine impenſa opera eſt Liu. 5, 4. Fabrorum operae Cic. Verr. 1, 147. Parcus opera, *vid.* Parcus *in* PARCO. Opera et artificio ſingulari ſimulacrum Cic. Verr. 4, 72. Idem de Finib. 1, 10 Ego vero cum forenſibus operis, laboribus, periculis non deſeruiſſe mihi videor praeſidium, *etc.* Multae operae et laboris res Caeſ. Bell. Gall. 5, 11. Bona aut mala opera Plaut. Pſeud. 1, 1, 102. Celeris Hor. de Arte Poët. 261. Conducta, *vid.* CONDVCO. Eadem opera, *eadem diligentia, eodem labore.* Plaut. Capt. 2, 3, 90 Eadem opera a Praetore ſumas ſyngraphum. Impenſa opera Quinctil. 1, 10. Iners, *vid.* INERS. Magni eius opera Aeſtimata eſt apud Senam Nep. 24, 1, 2. In eo bello Cononis opera magna fuit Idem 9, 1, 1. *Add.* 14, 1, 4. Nec villici quidem aut villicae magni erat opera, quum ipſi domini quotidie negotia ſua reuiſerent atque adminiſtrarent Colum. praef. l. 12. Operae Pretium, *vid.* PRETIVM. Plaut. Caſin. prol. 72 Maioreque opera ibi ſeruiles nuptiae quam liberales etiam curari ſolent. *h. e. Maiori labore.* Mea opera, Opera tua, Eius opera res accidiſſe Nep. 7, 6, 2. *Add.* 15, 8, 1. Ter. Hec. 2, 1, 31 Non mea opera, neque pol culpa euenit. Idem Phorm. 4, 4, 4 Opera tua ad reſtim mihi quidem res rediit planiſſume. Militaris Liu. 44, 34. Naua, virilique opera duarum legionum quibus praeerat, exercitum immunem tanta calamitate ſeruauit Paterc. 2, 120. Secundae operae homo, *h. e. Famulans famulanti, Miniſter miniſtri.* Lucan. 8, 671 Degener, atque operae miles Romane ſecundae. *Septimium Romanum accuſat, qui quum Pompeio caput abſcidiſſet, non tamen illud tulit Ptolemaeo regi, ſed Achillae regio ſatelliti ferendum permiſit ad Ptolemaeum. Adde quod poſtquam Achillas gladio latus Pompeii perfodiſſet, moribundo caput amputauit Septimius.* Subſeciuae operae Cic. Philipp. 1, 20. Togata opera, *vid.* TOGA. Vehemens Hor. Epiſt. 1, 13, 5. Plaut. Capt. 3, 4, 32 Et quidem Alcmaeon atque Oreſtes et Lycurgus poſtea vna opera mihi ſunt ſodales, qua iſtc. *i. Tam ſunt mihi ſodales quam iſte.* Opera, id eſt Virtute et induſtria benefici et liberales qui erunt, eo plures ad benigne faciendum adiutores habebunt, quo pluribus profuerint Cic. Off. 2, 52. Forenſis operae intermiſſio Idem de Diuin. 2, 142. Operae pretium ſine hominum opera, neque valetudinis curatio, neque nauigatio, neque agricultura, neque frugum fructuumque reliquorum perceptio et conſeruatio vlla eſſe potuiſſet Cic. Off. 2, 14. Liu. 41, 20 Placuit Lanuuinos, quorum opera inſtauratae eſſent feriae, hoſtias praebere. *Nempe magiſtratus Lanuuinus in formula precum aberrauerat.* Catull. Paſſ. f. 3, 18 Tua nunc opera meae puellae Flendo turgiduli rubent ocelli, *i. ob mortem tuam.* Ter. Hec. 2, 1, 31 Non mea opera neque pol culpa euenit, *i. maleficio, plus enim quam* culpa *eſſe debet. conf.* Cic. Att. 2, 25. Nep. 6, 1, 3. ¶ 2 *Formulae verborum:* Accommodare operam, Addere, *vid. hh. vv.* Afferre alicui Ouid. de Arte Am. 2, 673. Cogere operas Cic. Verr. 2, 13. Commodare operam, Condicere, Conferre, *vid. hh. ll.* Cic. Off. 1, 19 Quidam nimis magnum ſtudium, multamque operam in res obſcuras atque difficiles conferunt. Conſumere multam operam fruſtra Idem Tuſc. 1, 103. Laboris et operae plus in aliqua re conſumere, quam caeteri in alia Cic. pro Font. 1. Conſumere operam in aliqua re, *vid.* CONSVMO. Conterere operam fruſtra, *vid.* CONTERO. Dependere operam et impendere Columel. 4, 22. Detrahere de opera Cic. Acad. 4, 6. ¶ 3 Dare operam *formula eſt latiſſimi vſus, et ſignificat omnem animi aduerſionem, aut corporis motum, quo aut nobis aut aliis procurare aliquid volumus, id quod exemplorum magna varietas ſatis declarabit.* Plaut. Trin. 3, 2, 25 Lubido eſt obſeruare quid agat, ei rei operam dabo, *i. In hac re laborabo.* Amori operam dare, *Amare* Ter. Heaut. 1, 1, 58. Bellis dare operam Ouid. Rem. Amor. v. 165. Funeri dare operam, *eſt Intereſſe pompis exſequiarum.* Cic. Att. 15, 1 Venerat in funus, cui funeri ego quoque operam dedi. *Alii dicunt idem eſſe quod Curare funus.* Hoſpitiis dare operam Idem Fam. 10, . . Liberis operam dare, quam honeſte dicitur Idem ibid. 9, 22. Ludis aſſiduas operas dare Lucret. 4, 971. Memoriae alicuius operam dare Cic. Fam. 8, 1. Praeceptori dare operam, *i. Audire eum* Suet. Caeſ. c. 4. Plaut. Curc. 2, 2, 9. *et* Capt. prol. v. 6. Rebus dare operam diuinis Cic. de Legib. 2, 26. Idem de Clar. Orat. 306 Ego autem iuris Ciuilis Studio multum operae dabam Qu. Scaeuolae P. F. Tonſori dare operam, *Tonderi* Suet. Aug. c. 79. Valetudini dare operam Cic. de Orat. 1, 265. Dare operam alicui, *illius cauſa aliquid agere:* Plaut. Bacch. 1, 1, 11 Vbi ei dederit operas, ne hanc ille habeat pro ancilla ſibi. Diſſolui me, otioſus vt tibi operam darem Ter. Heaut. 3, 1, 102. *Add.* Id. Eun. 2, 2, 50. *atque ibi* Donat. *i. tuam rem agam, tibi obſequar.* Cic. Verr. 2, 173 Canuleius vero, qui in portu Syracuſis operas Dabat, furta quoque, *etc.* *Et* Fam. 13, 66 Qui operas in ſcriptura pro magiſtro dat. *Sic* Dare operam alicui, *dicitur iudex, quum audientiam illi accommodat.* Cic. Att. 13, 47 Is ad me venit, dixitque iudicem operam dare ſibi conſtituiſſe eo die ipſo, quo de Sextio noſtro lege Pompeia in conſilium iri neceſſe erat. *Vid.* Ter. Heaut. 3, 1, 93. Gell. 14, 2. *Plura ex Cic. et ICtis dabit Pareus Lex. Cr. p.* 854. Dare operam alicui, *Adeſſe* Plaut. Curc. 2, 2, 24. Id. Aul. 4, 7, 29 Si mihi dat operam me illi iraſci iniuria eſt. Dare operam, vt aliquid fiat Cic. Fam. 13, 28. *Etiam* In aliquid operam damus. Cic. Tuſc. 1, 7 c. 4 In quam exercitationem ita nos ſtudioſe operam dedimus. Id operam do, *i. Curo et laboro* Ter. Andr. 1, 1, 130. Cic. in Verr. 2, 28 Primum omnium opera danda eſt, vt eos nobiscum ducamus, qui famae noſtrae capitique conſulant. Egregiam operam alicui dare Idem Att. 5, 3. Dedita, *vel* Data opera facere, *vid.* DO *et* DEDO. ¶ 4 *Pergimus elementari ordine enarrare formulas Verborum.* Edere operam Suet. Vit. c. 10. *i. dare. conf. Gronou. ad* Liu. 3, 63 *pr. et* 4, 24 *pr.* Ferrum iſtud, ciuili bello purum et innoxium, bonas tandem et nobiles Edet operas Sen. de Prouid. c. 2. Emuntur mercenariorum operae, non artes Cic. Off. 1, 150. Eniti ope atque opera omni, vt aliquid fiat Idem Att. 14, 15. Eſt mihi opera, Plaut. Merc. 2, 2, 15 Dicam, ſi videam tibi operam eſſe aut otium, *i. te hoc agere, hanc mihi operam dare velle.* Eſt operae, *idem quod Opus eſt, vel vacat.* Plaut. Caſin. 5, 2, 5 Operam date, dum mea facta itero, Eſt operae auribus accipere. Liu. 21, 9 Nec Annibali in tanto diſcrimine rerum operae Eſſe legationes audire. Operae vbi mihi Erit, ad te venero Plaut. Truc. 4, 4, 30. Eſt operae, *pro Operae pretium eſt.* Perſ. 6, 9 Lunaï portum eſt operae cognoſcere ciues. *Verſus eſt Ennii Poëtae citatus a* Perſio. Non Eſt operae Plaut. Merc. 5, 2, 77. *et* Mil. 2, 2, 97. *it.* 3, 2, 6. Conſulibus operae non Erat, id negotium agere Liu. 4, 8 *pr.* Si operae illi Eſſet Idem 5, 15. *Add.* Liu. 5, 75 *med. et* 21, 9. Val. Max. 1, 7, 2. Nunc mihi operae non Eſt, quum otium erit, *etc.* Gell. 7, 17. *Sed* Pauper, cui opera vita Erat: *i. qui victum ſibi comparabat ex labore* Ter. Phorm. 2, 3, 16. Plaut. Merc. 4, 5, 10 Tuus pater belliſſimus Amicam adduxit intro in aedes — EV. Pol haud cenſebam iſtarum eſſe operarum patrem, *i. talia facere, tale dedecus in ſe admittere.* *Sed* Eſſe in operis Cic. Verr. 3, 94 c. 41. *dicuntur, qui operam dant in provincia publicanis, et partem illorum negotiorum adminiſtrant.* *Sic etiam* Fam. 13, 9. Exigere plenam operam Quinctil. 1, 1. Plaut. Bacch. 3, 2, 3 Homini amico qui eſt amicus, ita vti nomen poſſidet, niſi deos, nihil praeſtare, id opera Expertus ſum eſſe ita. Facere operam orationis compendi Plaut. Moſt. 1, 1, 57. *i. Paucis eloqui.* Fungi opera mediaſtini Vlpian. l. 1. D. Naut. caupon. *etc.* Plaut. Rud. 2, 4, 22 Cur

Cur tu operam Grauare mihi, quam ciuis ciui commodat? *Non tamen puto voluiſſe Plautum*, Grauari operam: *ſed intelligi* commodare. Impendere operam intra tectum, Impendere duplicem operam, Inſumere, Interponere, *vid. hh. vv.* Locare operam alicui Plaut. Pſeud. 1, 5, 147. Quum operam hiſtoriae Locaſſet Gell. 3, 3. Ludere operam, *vid.* LVDVS. *Conf. mox* Perdere operam. Mittere homines in operas Cic. pro Planc. 47 c. 19 *merendae mercedis illis facultatem praebere.* Nauare Liu. 44, 34. — alicui Cic. ad Brut. Epiſt. 8. Nauare bonam operam, *vid.* BONVS. Non Parcam operae Cic. Fam. 13, 28. Perdere operam, *quod et* Operam ludere *dicitur; hoc eſt, in vanum laborare.* Cic. pro L. Muraen. 23 Quod quidem ius Ciuile didiciſti, non dicam operam perdidiſti. Idem de Orat. 1, 126 Inque eo maxime probaui ſummum illum doctorem Alabandenſem Apollonium, qui quum mercede doceret, tamen non patiebatur eos, quos iudicabat non poſſe oratores euadere, operam apud ſe Perdere. *Conf.* Plaut. Caſ. 2, 7, 1. *et* Bacch. 1, 2, 24 *et* 57. Perdere operam et oleum, *vid.* OLEVM. Cic. Att. 2, 17 Ne et opera et oleum philologiae noſtrae Perierit, *vid.* OLEVM. Idem Off. 1, 78 Quod in rebus honeſtis et cognitione dignis operae curaeque Ponetur, id iure laudabitur. *Add.* ib. 19 c. 6. Idem Att. 13, 27 Quidquid erit, operam in Faberio Ponamus. *Demus operam, vt pecunia exigatur a Faberio.* Bene Ponere operam Cic. Q. Frat. 2, 4. Idem de Clar. Orat. 174 Multam operam et amicis vtilem Praebuit. Idem in Verr. . . . Vt ad ea tollenda operam ſuam Profiterentur. Reddere operam vel operas, *vid.* REDDO. Tu muſis noſtris para, vt operam Reddas Cic. Fam. 16, 10. Reddere iuſtam operam Col. 6, 3, 3. Otii et Cato Reddendam operam putat Iuſtin. in praef. n. 5. *i. opus per otium elaboratum.* Cic. Acad. 4, 6 Non modo operam noſtram nunquam a populari coetu Remouemus. *i. in publico dicimus, cauſas agimus, etc.* Idem Verr. 4, 69 Tibi haec opera Sumenda eſt. Sumere inanem Hor. de Arte Poët. 443. Surripere operam alicui, *vid.* SVRRIPIO. Suſcipere operam et munus aliquod Cic. pro Corn. Balb. 17. Tradere mutuas operas, *vid.* MVTVVS. Tribuenda eſt opera Reipubl. vel omnis potius in ea cogitatio et cura ponenda eſt Cic. de Diuin. 2, 7. Idem Acad. 4, 121 Negat opera deorum ſe Vti ad fabricandum mundum. ¶ 5 Operas *quoque homines vocamus, qui mercede vel ſeruitutis cauſa aliquid faciunt:* Ipſe dominus diues operis et laboris expers Plaut. Amph. 1, 1, 16 *male huc refertur. Hic enim* operis *eſt Genitiuus ex* Opus. Seru. *ad* Aen. 11, 184 Si ipſas perſonas ſignificamus, quae quid faciunt, dicitur feminino genere, Hae operae. Cic. Verr. 5, 46 Nauem tibi operis publicis Mamertinorum eſſe aedificatam. *Videtur autem hoc tractum e re ruſtica, vbi proprie quidem* opera *eſt labor vnius hominis et vnius diei, ſ. quantum vnus homo vno die efficere poteſt; ſed ita loqui ſolent, vt poſſis eo nomine ipſos homines intelligere. Vt* Col. 3, 21, 10 Operas plures conducere. Idem 11, 2, 46 Proſcinditur *ager* operis tribus, iteratur duabus, tertiatur vna. *Sic* 11, 2, 44 Opera vna puerilis. *i. vnus puer vno die opus faciens. Conf.* Col. 2, 13. *et* Varr. 1, 18. Horat. Sat. 2, 7, 118 Ocius hinc te Nî rapis, accedes opera agro nona Sabino. Cicero *fere vtitur, cum de ſeruis aut liberis ad malum facinus conductis contemtim loqui vult. V. g.* pro Sext. 59 Eu cur caeteri reges ſtabilem eſſe ſuam fortunam arbitrentur, quum hoc illius funeſti anni perdito exemplo videant, per Tribunum aliquem et ſexcentas ſe operas fortunis ſpoliari, et regno omni poſſe nudari. Cic. Philipp. 1, 2 Cuius maleficii iſta poena eſt, vt dicere hoc ordine auderet, ſe publicis operis diſturbatum publice ex Senatus ſententia aedificatam domum? Idem Q. Frat. 2, 1 Deinde eius operae repente a graecoſtaſi et gradibus clamorem ſatis magnum ſuſtulerunt. *Et* Att. 1, 13 *de Clodii iudicio*, Boni viri precibus Clodii a cauſa remouentur, operae comparantur. Id. Philipp. 1, 21 c. 9 Quis aut accuſator tam amens reperiretur, qui reo condemnato obiici ſe multitudini conductae velit? aut iudex, qui reum damnare audeat, vt ipſe ad operas mercenarias ſtatim protrahatur? Cic. pro Sext. 38 Erat autem mihi contentio non cum victore exercitu, ſed cum operis conductis, et ad diripiendam vrbem concitatis. Idem Att. 1, 13 Operae Comparantur *i. teſtes falſi, iudices corrupti ad Clodium abſoluendum.* Confirmat operas ſuas Clodius Idem Q. Frat. 2, 3. Prohibere operas aditu Cic. Att. 4, 3. Theatrales operae Tacit. Ann. 1, 16. ¶ 6 Opera, *in ſacris.* Soluo operam Dianae Afran. *apud* Non. 12, 21 *i. ex interpret. Turnebi Adu.* 6, 9 *ſacra facio.*

OPERŬLA, ae. f. Dimin. Apul. Met. p. 105, 31 Operulas etiam in eam contuli, quas adhuc vigens ſagariam faciens merebam. *Conf.* Arnob. 4 p. 147.

OPELLA, ae. f. *Aliud* Dimin. Forenſis opella Hor. Epiſt. 1, 7, 8. Parua opella Lucret. 1, 1105.

OPERARIVS, i. m. [ἐργάτης] *Humilem et ruſticanum mercenarium notat.* Cato R. R. 5, 4 Operarium diutius die eundem non habendum. Caſſius *apud* Varronem de R. R. 1, 17, 3 *ſcribit* operarios parandos eſſe, qui laborem ferri poſſint, ne minores annorum viginti, et ad agriculturam dociles. *Conf.* 1, 17, 6. 1, 18, 4. Cic. Verr. 4, 77 Barbaros quosdam Lilybaeo ſcitote aduocatos eſſe operarios. Id. in Parad. 3 Vtrum de bonis eſt quaerendum, quid baiuli atque operarii, an quid homines doctiſſimi ſenſerint? *Add.* Cic. de Cl. Orat. c. 73 *extr.* Appoſitus ad deferenda quaedam onera operarius Cic. Verr. 4, 126. Idem de Orat. 1, 83 Hos, quos nos oratores vocaremus, nihil eſſe dicebat, niſi quosdam operarios lingua celeri et exercitata.

OPERARIA, ae. f. [ἐργάτις] Plaut. Bach. 1, 2, 41 Equidem tibi dabo hanc operam. P. at nimium pretioſa operaria es.

OPERARIVS, a, um. Adi. [ἐργαστικὸς, ἐργαστήριος] Plin. 14, 10 Sed inter vina operaria numerantur. *h. e. Quod datur operariis.* Cic. pro Roſc. Amer. 120 c. 41 Homines paene operarios *opponit* deliciarum omnium atque artium puerulis. *Sic* Idem Att. 7, 2 Nam de altero illo minus ſum admiratus, operario homine. Orator operarius Idem de Orat. 1, 263. Lapides operarii, *Qui ad opus aliquod accommodari et incidi poſſunt* Plin. 36, 22 ſ. 47. Vſus operarius, *Qui ad aliquod opus faciendum adhibetur: vel qui alicui operae accommodatur* Idem 8, 3. Pecus operarium, *vt* Operaria vacca Columel. 6, 24, 4. *aratro adhibita.* Dies operarius, *i. Profeſtus laudatur e* Caton. de R. R. c. 2 Vbi ea cognouit, rationem inire oportet operarûm dierum. *Per ſyncopen pro* Operariorum. *Sed Caſtigatiora exemplaria ſic diſtinguunt*, Operarum, dierum. *vt ſit ab* Opera.

OPERŌSVS, a, um. Adi. [ἐνεργητικὸς] *Multae operae, actiue, qui multum laborat.* Cic. de Senect. 26 c. 8 Sed videtis, vt ſenectus non modo languida atque iners non ſit, verum etiam ſit operoſa, et ſemper agens aliquid et moliens. Colonus operoſus Ouid. de Nuce 57. Mulier operoſa capillis ornandis Ouid. Amor. 2, 8, 1. Mulier operoſa cultibus Idem ib. 2, 10, 5. Brachia operoſa Cyclopum Stat. Theb. 1, 217. Ouid. Faſt. 1, 101 Diſce metu poſito vates operoſe dierum, Quod petis. *i. Qui in digerendis diariis laboras. Sic* Ouid. Met. 1, 258 Mundi moles operoſa, *caelum quod ſemper mouetur ex diſciplina illa, et motum rebus inferioribus imprimit. Ita pro Efficaci ponitur* Ouid. Met. 14, 22 Vtere tentatis operoſae viribus herbae. *Sic* Ars operoſa medentum Stat. Silu. 5, 1, 158. Cic. Off. 2, 17 Itaque quae in rebus inanimis, quaeque in tractatione beluarum fiunt vtiliter ad hominum vitam, artibus ea tribuuntur operoſis. *Sed* ¶ 2 Operoſus *etiam paſſiue capitur pro eo, quod multo labore perficitur.* Plin. 18, 15 ſ. 37 *pr.* Et vicia pingueſcunt arua, nec ipſa agricolis operoſa: vno ſulco ſata non ſarritur, non ſtercoratur *etc. Sic* Cic. Q. Frat. 3, 5 Sed res operoſa eſt, et hominis perdiligentis. *Conf. Brouckhuſ. ad* Tib. 1, 10, 8. *Sic* Facilis *et* Operoſus, *contraria* Plin. 15, 23. Aes operoſum, *Magno artificio et opere fabricatum* Ouid. Epiſt. 3, 31. Agri Idem Amor. 2, 16, 33. Antra Propert. 3, 2, 14. Arua Ouid. de Arte Am. 1, 399 *ſtudioſe culta.* Bella Lucan. ad Piſon. 21. Carmina Hor. Carm. 4, 2, 31. Concurſatio Cic. de Clar. Orat. 323. Gloria, *Magna et difficilis* Ouid. Epiſt. 2, 63. Labor operoſus et moleſtus Cic. de Nat. Deor. 2, 59. Idem de Legib. 2, 65 c. 26 Sed poſt aliquando propter has amplitudines Sepulcrorum, quas in Ceramico videmus, lege ſanctum eſt, ne quis ſepulcrum faceret operoſius, quam quod decem homines effecerint triduo. Cic. Q. Frat. 2, 23 Scribebam illa, quae dixeram πολιτικὰ, Spiſſum ſane opus et operoſum. Stamen Ouid. de Arte Am. 1, 695. Templa Idem Met. 15, 667. *Compar.* Cic. de Legib. 2, 45 Textile, nec operoſius quam mulieris opus menſtruum. Diuitiae operoſiores Hor. Carm. 3, 1 *extr.* Multo, ſe ipſum quam hoſtem ſuperare, operoſius eſt Val. Max. 4, 1, 2. *Superl.* Plin. 7, 53 Operoſiſſima tamen ſecuritas mortis in M. Ofilio Hilaro ab antiquis traditur *i. Harduino interprete difficillima creditu. Id.* Plin. 2, 5 Syria in hortis operoſiſſima. Indeque eſt prouerbium Graecis, Multa Syrorum olera.

OPERŌSE. Adu. [ἐργαστικῶς] *Laborioſe, difficulter.* Cic. in Orat. 149 c. 44 Quod vel maxime deſiderat diligentiam (eſt enim quaſi ſtructura quaedam) nec id tamen fiet operoſe. *Compar.* Plin. 18, 26 Dicemus mox paullo operoſius. Sen. Breu. vit. c. 9 Operoſius occupati ſunt.

OPEROSĬTAS, ātis. f. *Fictum, vt videtur a* Quinctil. 8, 3, 55 Eſt etiam, quae περιεργία, vocatur, ſuperuacua, vt ſic dixerim, operoſitas. Tertull. Cult. Fem. 2, 7 *pr. vbi tamen al. leg.* oneroſitas.

OPERAEPRETIVM, [προὔργου] *Quod forte melius hodie diuiditur, certe ſimplicium ſignificationem retinet, et omnem fructum operae, quam late patet, deſignat, non tantum* Manupretium. Ter. Andr. 1, 3, 12 Audireque eorum eſt operae pretium audaciam. *Vbi* Donatus, Operae pretium dicitur de mirificis et laudabilibus. nam et ea, quae magna ſunt, etiam ſi mala, tamen miramur: quia libenter audiamus: et hoc pretium eſt operae; id eſt audiendi. *Caeterum eſt haec formula* Enniana, *vt obſeruauit* Vet. Schol. ad Hor. Sat. 1, 2, 37: Audire eſt operae pretium procedere recte Qui rem Romanam, Latiumque augeſcere vultis: *quae ita παρῳδεῖ Horatius*, Audire eſt operae pretium, procedere recte Qui moechos non vultis, vt omni parte laborent. *Sic idem* Serm. 2, 4, 63 Eſt operae pretium duplicis pernoſcere iuris naturam. *Et* Epiſt. 2, 1, 229 Sed tamen eſt operae pretium cognoſcere quales Aedituos habeat virtus. Cic. Verr. 4, 30 c. 13 Iam vt haec omnia reperire, ac perſcrutari ſolitus ſit Iudices, eſt operae pretium cognoſcere. Liu. 21, 43 *in oratione Annibalis ad milites*, Tempus eſt opulenta vos ac ditia ſtipendia facere, et magna operae pretia mereri. *i. Magna praemia militiae, ait Budaeus.* Liu. 25, 19 M. Centenius petit a Patribus, vti ſibi quinque millia militum darentur: ſe peritum et hoſtis, et regionum, breui operae pretium facturum. Idem 25, 6 Operae pretium habent libertatem, ciuitatemque. Liu. praefatione operis, Facturusne operae pretium ſim, ſi a primordio vrbis res Populi Romani perſcripſero: nec ſatis ſcio, nec ſi ſciam, dicere auſim. Idem 31, 45 Ibi dies aliquot fruſtra abſumti: et quia vix operae pretium erat, abſceſſere. *i. Vix tanti fuiſſet vrbs capta, vt tempus tamdiu tereretur.* Cic. pro Roſc. Amer. 108 Si nihil in iſta pugna Roſcii, quod operae pretium eſſet, fecerant: quam ob cauſam a Chryſogono tantis praemiis donabantur? Petron. 27 Nec tam pueri nos, quamquam erat operae pretium ad ſpectaculum duxerant, quam ipſe pater familiae. Sen. Epiſt. 108 *Grammaticus e Cicerone de republica* Ennianos colligit verſus, et in primis illos de Africano ſcriptos, Cui nemo ciuis neque hoſtis Quibit pro factis reddere oprae pretium (*Sic legendum, vt ſibi conſtet pentametrum carmen; non* operae) Ex eo ſe ait intelligere, apud antiquos non tantum auxilium ſignificaſſe operam, ſed opera. *Eſt itaque* oprae pretium *apud Ennium*, pretium operum. *Caeterum ad explendum epigramma e* Cic. de Legg. 2, 57 c. 22 *praeponendum eſt*, Hic eſt ille ſitus. Plin. 30, 10 ſ. 27 Operae pretium eſt ſcire, quomodo praeripiatur. *Sic et* 36, 15 ſ. 24, 8.

OPĔROR, āri. Dep. [ἐργάω, ἐργάζω, ἐργάζομαι] *In opere aliquo faciundo laborare.* Plin. 11, 10 Adoleſcentiores ad opera exeunt, et ſupradicta conuehunt, ſeniores intus operantur. Vet. Gloſſ. Operatur, ἐργάζεται. Lucret. 4, 289 Et quibus in rebus conſuerunt eſſe operati. Columel. 12, 4, 3 Si rebus venereis fuerit operatus vel vir vel femina, debere eos flumine ablui. Plin. 25, 2 *ad finem*, Sedere namque in his ſcholis auditioni operatos gratius erat, quam ire per ſolitudines, et quaerere herbas alias aliis diebus anni. Ipſum regem operatum his ſacris ſe abdidiſſe Liu. 1, 31. *Add.* Virg. Ciri 142. Val. Max. 6, 6, 1. Scholae Quinct. 10, 3, 13 *de ſtudioſo eloquentiae.* Operari ſuperſtitionibus. Liu. 10, 39 Dum hoſtes operati ſuperſtitionibus concilia ſecreta agunt. *Sic emend. Lipſius, cum legeretur* ſuperati. *Vid. n.* 2. Columel. 10, 359 Operata legibus iuuentae *mulier. i. menſtruata ſ. menſtruis laborans.* Operari liberalibus Studiis Tacit. Ann. 3, 43, 2. Caedendis materiis operari Tac. H. 5, 20, 4. ¶ 2 Operari Nonio 12, 21 eſt religioſe, et cum ſumma veneratione ſacrificiis litare vel conuiuari. *Laudat inter alia illud* Lucil. Aut operata aliquo celebri cum aequalibus fano. Iuuen. Sat. 12, 92 Et matutinis operatur feſta lucernis. *Conf.* Vet. Scholiaſt. ad h. l. Virg. Georg. 1, 339 Laetis operatus in herbis. *Add.* Lamprid. Heliog. c. 8. *Vid. Turneb. Aduerſ.* 6, 9. *Briſſon. de Form.* 1 p. 16. *Bentl. ad* Hor. Od. 3, 14, 6. Propert. 2, 24, 2 Cynthia iam noctes eſt operata decem. *h. e. ſacra Iſidis et feſta celebrauit.* Tib. 2, 1, 9 Omnia ſint operata Deo. *Add.* Sil. 2, 674. *Et videntur huc referenda etiam, quae n. 1 dedimus*, Operari ſuperſtitionibus, Legibus iuuentae, Studiis liberalibus. ¶ 3 Operari, *apud Scriptores Chriſtianos eſt Eleemoſynas conferre.* Cyprian.

de

de Opere et Eleemoſ. c. 9 *et* 11. Tertull. *aduerſ.* Marc. 4, 16. Ambroſ. de Off. 2, 16. *Conf. Deſid. Herald. Digreſſ.* 2, 3 *extr.* ¶ 4 *cum Accuſat.* Bella bis quinis operatus annis Vltor Atrides Boëth. de Conſ. 4 met. 7. ¶ 5 Nihil denique praetermitteret, quod ad crudelitatem videretur operari *i. facere*, συντείνειν Capit. Maxim. c. 13.

OPERANS, antis. Partic. Plin. 21, 14. Apul. Met. 3 p. 130. Cael. Aurel. Acut. 3, 8, 9. *etc. Conf.* Virg. Georg. 1, 339. Bonitas Operantior Tertull. *adu.* Marc. 4, 2. Praeſtantius atque operantius ſinapi C. Aurel. Acut. 2, 9. Clyſteres adhibere operantiſſimos C. Aurel. Acut. 2, 39.

OPERATVS, a, um. Partic. [ἐργαθεὶς] Liu. 4, 60 Saltem acquieſcere eo tempore, quo corpus addictum atque operatum Reipublicae eſſet. Iuuentus operata connubiis nouis aruis Virg. Aen. 3, 136. Tac. H. 5, 20 Operatus materiis caedendis miles. In cute curanda plus aequo Hor. Epiſt. 1, 2, 29. Qui in componendis, audiendis, diſcendisque canticis operati ſunt Sen. de breu. Vit. c. 12. Ouid. Faſt. 6, 249 Veſta faue: tibi nunc operata reſoluimus ora. Tib. 2, 1, 65 Atque aliqua aſſiduae textis operata Mineruae. *Dubium eſt illud* Tib. 2, 6, 18 Praeda tamen multis eſt operata malis. Omnia ſint operata Deo, *h. e. Sacrificent, ſiue rem diuinam faciant* Tibull. 2, 1, 9. *Add.* Id. 2, 5, 95. *Nempe ponitur* Operatus, *abſolute, pro Operatus ſacris.* *Sic* Tacit. Ann. 2, 14, 1 Nox eadem laetam Germanico quietem tulit, viditque ſe operatum, et ſanguine ſacro reſperſa praetexta, pulchriorem aliam accepiſſe. Curt. 8, 10, 17 Per decem dies Libero Patri operatum habuit exercitum. Iul. Obſ. 71 Mulieres tres quae operatae ſedebant in aede Mineruae. *Compar.* Tertull. de Anima c. 57 Non alia fallaciae vis eſt operatior. *Forte melius* operantior. *vid.* OPERANS. *Nec, quod quibusdam placet, paſſiue accipiendum, quod ait* Idem adu. Haeret. c. 29 Tot virtutes tot chariſmata perperam operatae. *Certius* Afran. *apud* Non. 12, 21 Vt operatum illum Dianae degerem ſanctum diem.

OPERATIO, ōnis. f. Plin. 11, 24 Tertium aranearum genus erudita operatione conſpicuum. Cic. Att. 6, 3 Huius nebulonis operatione ſi Brutus moueri poteſt, licebit eum ſolus ames, me aemulum non habebis. Operatione, *i. Turpi inſtigatione.* *Sunt tamen, qui* Oratione *legant.* *Boſ. leg.* obiratione. Operatio, *Sacrificatio.* Plaut. Fragm. Vt iſthaec operatio crimen expiet. *Vid. Xyland. ad* Horat. Od. 3, 14. *Par. Lex. Crit.* p. 855. ¶ 2 *Operatio pro virtute* φιλοπονίας Prudent. Pſychom. 573.

OPERATOR, ōris. m. Firmicus 3, 9 n. 7 Si Mercurius in hoc loco partiliter fuerit conſtitutus, faciet multa perpeti mala laborantes. eorum enim artes erunt, aut ſordidae, aut ſquallidae, ex quibus vigiliae perpetuae operatoribus exigantur: quales ſunt confectores coriorum, fullones, lanarii. *Conf.* Tertull. de Caſt. c. 3. *et* Hieron. Epiſt. 151 *extr.*

OPERATRIX, īcis. f. Tertull. de Anima c. 11 *et* 52.

OPERCVLO, **OPERCVLVM**, *vid. poſt* OPERIO.

OPERIO, operui, opertum, īre. [ἐπικαλύπτω] *Claudere, tegere; ex* Ob *et* Pario: *ſed* B *abiicitur, vt in* Omitto: *quod prima breuis ſatis indicat.* Catull. 66, 40 *ad ianuam*, Tantum operire ſoles aut aperire domum. Plin. 11, 37 Morientibus oculos operire, rurſusque in rogo patefacere, Quiritium magno ritu ſacrum eſt. Sopor operit oculos Catull. de Berecynthia ſ. 61 (64) 37. Oſtium operire Ter. Phorm. 5, 3, 33. Operire, *Tegere.* Propert. 3, 13, 35 Atque hinuli pellis totos operibat amantes. Caput Hor. Sat. 2, 3, 37. Fronde operire domum Tibul. 2, 1, 40. Pellis operit latos humeros Virg. Aen. 11, 680. Floribus et ſertis operit limina Lucret. 4, 1172. Luctum operire, *Celare, abſcondere, non patefacere* Plin. Epiſt. 3, 16. Nox operit terras Virg. Aen. 4, 352. Operibo caput, pro Operiam Pompon. *apud* Non. 10, 25. *Paſſ.* Cic. Verr. 4, 118 In hac inſula extrema eſt fons aquae dulcis, cui nomen Arethuſa eſt, incredibili magnitudine, pleniſſimus piſcium: qui fluctu operiretur, niſi munitione, *etc.* Arbos operitur frondibus Ouid. Faſt. 1, 153. *Burm.* Vitibus amicitur.

OPERTVS, a, um. Partic. [ἐπικεκαλυμμένος] Montes operti arbore Ouid. Met. 5, 612. Pectus operta comis Pallas Propert. 2, 2, 6. Cic. pro Cluent. 61 Tum vero illa iudicia Senatoria, non falſa inuidia, ſed vera atque inſigni turpitudine notata, atque operta dedecore et infamia, defenſioni locum nullum reliquiſſent. Idem Verr. 4, 111 Non importuniſſimas iſtius libidines, non vim, non contumelias, quibus operti oppreſſique erant, conquerebantur. Operti praeda laquei, *i. Onuſti* Plin. in Paneg. c. 43 *extr.* Aemus opertus nubibus Ouid. ex Pont. 4, 5, 5. Bella operta tumeſcunt Virg. Georg. 1, 465. Caput opertum Hor. Serm. 2, 3, 37. Caput detexit Lucan. 9, 1035. Cic. de Senect. 34 Nullo imbre, nullo frigore adduci, vt Capite operto ſit. *De Maſiniſſa rege.* Fores Ouid. Faſt. 2, 563. Lectica operta ferri per oppidum, vt mortuus Cic. Philipp. 2, 106. Nox Stat. Theb. 10, 18. Oculis opertis aliquid facere, *vt Clauſis oculis* Senec. de Benef. 4. Ratio Ouid. Faſt. 3, 763. Rerum opertarum patefactio Cic. de Fin. 2, 5 c. 2. Sacra operta Val. Flacc. 2, 440. Vas operire Scribon. 269. Vaſe operto Idem 271 *i. claudere.* Abditum et opertum. *Vid.* Abditum, *in* ABDO. Opertum *et* Apertum, *contraria* Plaut. Capt. 3, 3, 9. Proferre operta Cic. de Diuin. 1, 114. Recludere operta Hor. Epiſt. 1, 5, 16. Cic. in Parad. 4 Romae ſum, inquis. Et tu quidem in operto fuiſti. *i. Domi clauſus tanquam latens non prodiiſti in publicum.*

OPERTE. Adu. Gell. 4, 11 Operte et ſymbolice.

OPERTVM, i. n. [ἐπικεκαλυμμένον] *Locus contectus, in ſacris.* Cic. in Parad. 4 Familiariſſimus tuus de te priuilegium tulit, vt ſi opertum Bonae deae acceſſiſſes, exulares. *Conf. Barth. Adu.* 40, 13 *extr.* *Sic de crypta*, Prudent. Periſteph. 11, 169 Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis. *Eſt ibi elegans deſcriptio earum, quas* catacumbas *vocant.* ¶ 2 *At* Cic. de Diuin. 1, 115 c. 50 Similiter Marcius et Publicius vates ceciniſſe dicuntur, quo de genere Apollinis operta prolata ſunt. *Repetit* 2 c. 55 Nec Apollinis opertis credendum exiſtimo. *Hic dicta et vaticinia obſcura intelliguntur.*

OPERTVRA, ae. f. Ammian. 20, 7 Petitus baliſtarum ictibus et ſagittarum denſitate, opertura armorum abſceſſit innoxius.

OPERTVS, ûs. m. Macrob. Saturn. 7, 9. Apul. Apol. p. 310 Non modo indutui et amictui, ſed opertui quoque in rebus ſacris vſurpatur.

OPERIMENTVM, i. n. [ἐπίβλημα] *Quo aliquid tegitur.* Cato de R. R. c. 10 In ſtragula octo, puluinos ſedecim, operimenta decem, mappas tres. Plin. 16, 43 ſ. 84 Quae in laminas ſecantur, quorumque operimento veſtiatur alia materies, praecipua ſunt citrum, terebinthus, aceris genera, buxum, *etc.* *Hac pertinet* 32, 11 ſ. 52 Operta acere aut citro triclinia. Opermentum *contracte* Prud. Pſych. v. 461.

OPERTORIVM, i. n. [ἐπιβόλαιον Gloſſ. Gr. Lat.] *Idem.* Sen. Epiſt. 87 *poſt init.* Ex duabus penulis, altera ſtragulum, altera opertorium facta eſt. *Conf.* Sidon. Epiſt. 3, 12.

OPERCVLVM, i. n. [ὀπαῖον, ἐπίθημα, πῶμα] *Inſtrumentum quo aliquid tegitur.* Cato de R. R. c. 10 Operculum aheni vnum. Vsque ad operculum minoris Scribon. 230. Superpoſito operculo Idem 122. Ambulatorium operculum, *vid.* AMBVLO. *Add.* Plin. 8, 39 Dignum patella operculum. *Prou.*

OPERCVLO, āre. [πωμάζω] *Operculo operire.* Colum. 11, 2, 50 Nunc autem ſi ſunt pleni atque operculati faui, demetendi ſunt. *Add.* ſ. 57. Idem 12, 15, 2 Quae vaſa confeſtim operculare et oblinere conuenit. *Add.* Idem ib. c. 30, 1.

OPERCVLATVS, a, um. Partic. *Modo vidimus ex* Columel. 11, 2, 50.

OPERTO, āre. Frequent. Lucil. *apud* Feſt. Sagus, quem pinguis opertat.

OPERTANEVS, a, um. Adi. [μυστικὸς] *vt*, Opertanea ſacra, *Quae in operto, non in aperto, nec ſub dio fiebant.* Plin. 10, 56. Opertaneos *inter Deos refert* Mart. Capell. 1 p. 16.

OPEROR, **OPEROSVS**, *vid.* OPERA, ae.

OPES, *vid.* OPS.

OPETIS, is. f. *Herba, al. ariſtolochia.* Apul. de herb. c. 19.

O P H

OPHELTES, ae. m. [Ὀφέλτης] *Filius Lycurgi a ſerpente necatus.* De quo Ouid. Met. 3, 605. Stat. Silu. 2, 1, 181 Sic et in anguiferae ludentem gramine Lernae Praeciſum ſquamis auidus bibit anguis Ophelten. *Conf.* Idem Theb. 4, 733. ¶ 2 *Alius Cyzicenus apud* Val. Flacc. 3, 198.

OPHEOSTAPHYLE, es. f. *Frutex capparis.* Plin. 13, 23.

OPHIACA, orum. n. pl. Idem 20, 23 Petridius ophiaca ſcripſit: ὀφιακὰ *medicamenta contra ſerpentes, vt* θηριακά.

OPHIAS, ădis. f. Ophii filia, Combe. Ouid. Met. 7, 383.

OPHIASIS, is. f. [ὀφίασις] *Vitium eſt capitis, pueris praeſertim familiare, ab occipite plerumque originem ducens, indeque vsque ad aures et frontem paullatim ſerpens, donec vtrinque fines quaſi capite et cauda committantur. Vnde et nomen inuenit:* ὄφις *enim Graece nobis* ſerpentem *ſonat. Quacunque hoc malum ſerpit, cutis emoritur, pilus excidit, glabretaque per extimam capitis cutem ſparſa, ſerpentis effigiem relinquunt.* Celſ. 6, 4 *inter genera arearum glabrarum in capite:* Id vero, quod a ſerpentis ſimilitudine ὀφίασις appellatur, incipit ab occipitio: duorum digitorum latitudinem non excedit: ad aures duobus capitibus ſerpit; quibusdam etiam ad frontem, donec ſe duo capita in priorem partem committant, *etc.*

OPHICARDELVS, i. m. *Gemma eſt*, in qua nigrum colorem binae lineae albae includunt Plin. 37, 10.

OPHIDION, i. n. [ὀφίδιον] *Piſciculus eſt congro ſimilis, multo tamen minor, a ſerpentis figura nomen habens. Meminit eius* Plin. 32 c. vlt.

OPHIOGENES, um. m. *Pl.* [Ὀφιογενεῖς] Populi ſunt in Helleſponto, qui ſerpentum ictus contactu leuant, et manu impoſita venena extrahunt corporibus Plin. 7, 2. *Add.* Id. 28, 3.

OPHIOMACHVS, i. m. [ὀφιόμαχος] *Lacerta a Graecis dicitur, quod cum ſerpentibus pugnet.* Vulg. Leuit. 21, 22.

OPHION, ŏnis. m. [Ὀφίων] *Socius fuit Cadmi ex Spartis illis, qui e dentibus ſerpentinis nati fuerunt, ideoque et nomen habet a ſerpente, qui Graeco* ὄφις *dicitur. Hinc*

OPHIONIVS, a, um. Adi. [Ὀφιώνιος] Senec. Oedip. 485 Sacer Cithaeron ſanguine inundauit, Ophioniaque caede, *i. Thebana, Penthei et ſociorum eius Bacchi contemtorum. Cadmus enim cum ſociis Thebas condidit.*

OPHIONIDES, ae. m. *Ophionis filius.* Ouid. Met. 12, 245.

OPHION, ŏnis. m. [Ὀφίων] *Nomen viri proprium, qui cum Eurynome vxore, quam genuit Oceanus, ante Saturnum rerum potitus eſt, quem Saturnus fugauit.* Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 348 Hos onerat ramos exutus Ophion. *Vid. Ianum Parrhaſium ad l. d.* ¶ 2 Ophion, peculiare Sardiniae animal Plin. 28, 9 *et* 30, 15.

OPHIOPHAGI, orum. m. pl. [Ὀφιοφάγοι] *dicti ſunt, Qui ſerpentibus veſcuntur, cuius generis populos ad ſinum Maris rubri memorat* Plin. 6, 29.

OPHIOPHAGIA, ae. f. *Vid. Reineſ. Epiſt.* p. 593 *et* 657.

OPHIOPHAGIA, orum. n. [ὀφιοφάγια] *Serpentum deuoratio ad verbum. Vox quam* OMOPHAGIIS Arnobii *ſubſtituere volebat* Barth. Adu. 11, 15 *ex* Prudent. in Symmach. 1, 130 Virides diſcindunt ore chelydros Qui Bromium placare volunt. *Sed refutatur a Reineſio Epiſt.* 66 p. 593 ſq. *vid.* OMOPHAGIA.

OPHIOSCORODON, i. n. [ὀφιοσκόροδον] *Frutex eſt, qui notiore nomine Capparis appellatur. Dioſcorid.* 2. Plin. 13, 23.

OPHIOSTAPHYLE, es. f. [ὀφιοσταφύλη] *Frutex eſt idem cum Cappari.* Plin. 13, 23 Capparis firmioris ligni frutex, ſeminisque et cibi vulgati. Quidam eum cynosbaton vocant, alii ophioſtaphylen.

OPHIOSTAPHYLOS, i. m. [ὀφιοστάφυλος] *Frutex eſt ex ſilveſtrium vitium genere, quae Vitis alba, et Graeco vocabulo Ampeloleuce vocatur a* Plinio 23, 1. *Latinorum nonnulli Serpentis vuam interpretantur: itaque dictam putant, quod in Arabia, hoc fruticis genus praeſentiſſimum venenum putetur.*

OPHITAE, arum. m. *Pl.* [Ὀφῖται] *Haeretici quidam fuerunt, qui Chriſtum ſub ſerpentis ſpecie colebant. Interim tamen habebant et viuum ſerpentem, quem venerabantur et nutriebant. Vid.* Iſidor. 8, 1.

OPHITES, is. m. [ὀφίτης] *Marmoris genus, habentis maculas ſerpentium maculis ſimiles.* Lucan. 9, 717 Quam paruis tinctus maculis Thebanus ophites. *Memorat* Plin. 38, 7 ex ophite columnas paruas, quod marmor ſit nigricans, varium, dicaturque capitis dolores ſedare, alligare ſerpentum ictus. *Add. ib.* c. 22. Stat. Silu. 1, 5, 35 Moeret onyx longe, queriturque excluſus ophites.

OPHIVCHVS, i. m. [Ὀφιοῦχος] *Eſt Signum caeleſte, quod alii volunt Herculem eſſe, alii Aeſculapium. Latine* Anguitenens. *De quo* Cic. *ex Arato* de Nat. Deor. 2, 109 Atque haec quidem a tergo, propter caput autem Anguitenens,

Quem claro perhibent Ὀφιοῦχον nomine Graii
Hic preſſu duplici palmarum continet anguem
Eius et ipſe manet religatus corpore torto:
Namque virum medium ſerpens ſub pectora cingit.

Conf. Manil. 1, 331. Caeſ. German. in Arat.

OPHIVSA, ae. f. Inſula olim Rhodos dicta, *vt teſtatur* Plin. 5, 31. ¶ 2 *Eſt item Inſula in mari Baleարico, ex duabus Pityuſis minor (nam maior Ebuſus dicitur) propter ſerpentum copiam inculta: vnde et* Colubraria *a Latinis appellatur. Vid.* Plin. 3, 5. ¶ 3 *Eſt et altera eiusdem nominis Inſula, non procul a Creta, cuius etiam meminit* Plin. 4, 12. ¶ 4 Ophiuſa item Oppidum fuit Sarmatiae Europaeae, ad Thyram amnem, *de quo idem* Plin. loco iam citato. ¶ 5 Ophiuſa Herba eſt in Elephantine Aethiopiae regione naſcens, liuida, diſſicilisque aſpectu: qua pota minas terroremque ſerpentium animo obuerſari tradidit Democritus, in tantum, vt mortem ſibi eo metu damnati conſciſcant: quare et ſacrilegis bibenda dari conſueuit Plin. 24, 17.

OPHIVSIVS, a, um. Adi. [Ὀφιούσιος] Ophiuſia arua Ouid. Met. 10, 229 *pro Cypriis: quod et Cyprus olim* Ophiuſa.

OPHRYS, y̆dis. f. [ὄφρυς] Herba denticulato oleri ſimilis, foliis duobus, quae capillis nigredinem inducit Plin. 26, 15.

OPHTHALMIA, ae. f. [ὀφθαλμία] *Oculorum Aegritudo.* ¶ 2 *Piſcis, qui a* Plinio *vocatur* Oculata 32, 7. Plaut. Capt. 4, 1, 70 Pernam atque ophthalmiam, horaeum, ſcombrum et trygona, et cetum. *conf. Turneb. Adu.* 4, 19.

OPHTHALMĬCVS, i. m. [ὀφθαλμικὸς] *Medicus oculorum.* Martial. 8, 74 Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante: Feciſti medicus, quod facis hoplomachus.

OPHTHALMOS TYPHONOS, Oculus Typhonis, *herba, al.* ſtoechas Apul. de Herb. c. 42.

OPHYRIVM, *ſ.* OPHIRIVM, i. n. Materia vitri faciendi, *apud* Plin. 36, 26.

O P I

OPICILLVM, *quid ſit, quaerendum in loco* Varronis Eſt modus matulae, περὶ μέθης *apud* Non. 2, 113 Cupas vinarias ſirpare noli, adde cyathum vini in vxorculae opicillum. *Quid ſi eſt Diminutiuum,* Ops, opicula, opicillum, *i. paruum auxilium ſ. remedium.*

OPICVS, a, um. Adi. [ὀπικὸς] *Sordidum, immundum, et obſcenum ſignificat.* Nam (*vt ait* Feſtus) Opicum pro Oſco ponitur. *Nempe proprium nomen Campanae gentis fuit.* Ariſtides Quinctil. de Muſica L. 2 p. 72 *Meib.* Ἀναίσθητοί εἰσι καὶ βοσκηματώδεις, ὡς οἵτε περὶ τὴν Ὀπικίαν καὶ Λευκανίαν. *Eſt igitur conuicium in ſtupidos et foedos homines.* Plin. 29, 1 ſ. 7 *ſub Catonis perſona de Graecis,* Nos quoque dictitant barbaros, et ſpurcius nos quam alios opicos appellatione foedant. Iuuen. Sat. 3, 207 Opicos mures, *dixit barbaros, qui non parcerent libris Graecis.* Idem Sat. 6, 454 Nec curanda viris Opicae caſtigat amicae Verba. *i. Quae non Latine loqueretur, ſed Opice.* Tiro *apud* Gell. 13, 9 Vt noſtri Opici putauerunt: *i. Plebeii, ruſtici.* Gell. 11, 16. Opicas euoluere chartas Auſon. Profeſſ. Burdig. 22, 3. Panis ibi opicus pro ſimila Bernard. Bonaeuall. Abb. in Vit. Bern. l. 2 *i. ater.* Opicae tegunt papyri Auſon. Epiſt. 4, 79. Opicus magiſter Idem Epigr. 128, 2. *Hoc nomine Eunum liguritorem appellat. Vid. Scalig. ad* Feſt. *et* Auſon. *et Turneb. Aduerſ.* 10, 12. *vel Lipſ.* 5. *Qu. Epiſt.* 6.

OPIFERA, *vid.* OPS.

OPĬFEX, ĭcis. c. [χειροτέχνης Vet. Gloſſ. Lat. Gr.] *ex* Opus *vel* Opera *et* Facio *compoſitum, latiſſimi vſus eſt, ad omnia* opera, artes, operas, *honeſtas pariter atque humiles refertur.* Cic. Offic. 1, 150 Opificesque omnes in ſordida arte verſantur. Idem pro Flacc. 18 Opifices et tabernarios, atque illam omnem faecem ciuitatum, quid eſt negotii concitare? Demoſthenes dolere ſe aiebat, ſi quando opificum antelucana victus eſſet induſtria Cic. Tuſc. 4 c. 19. Coronae opifex Hor. Carm. 3, 27, 30. Fulminis triſulci deus opifex Senec. Hippol. f. 2. Operis optimus opifex Hor. Serm. 1, 3, 122. Perſuadendi opifex, *Rhetorice* Quinctil. 2, 15, 4. *Sic Stilus* dicendi opifex Cic. Fam. 7, 25. Idem Tuſc. 5, 34 Etſi Zeno Citieus aduena quidam et ignobilis verborum opifex, inſinuaſſe ſe in antiquam philoſophiam videtur. Apes opifices Varro de R. R. 3, 16. Opifex, aedificatorque mundi Deus Cic. de Nat. Deor. 1, 18 c. 8. *Sic* Rerum Opifex *de deo* Ouid. Met. 1, 79.

OPIFICĪNA, ae. f. [δημιουργεῖον, ἐργαστήριον] *pro Opificio, vel officina adeo.* Plaut. Mil. 3, 3, 7 Si ea in opificina neſciam aut mala eſſe, aut fraudulenta. Cic. Offic. 1, 150 c. 42 Nec enim quidquam ingenuum habere poteſt opificina. Officina *editur hodie.*

OPIFICIVM, i. n. [δημιούργημα] *Opus ipſius opificis.* Varro de R. R. 3, 16 *de apibus.* Niſi opificii eas vrget tempus. De opificio Dei Lactantii *librum habemus.*

OPIFICIVS, a, um. Adi. Apul. Florid. 1 p. 224 Exſtare in opificiis operibus.

OPIGĔNA, ae. f. *Iunonis cognomen apud* Feſtum *et* Mart. Capell. 1.

OPILIO, ōnis. m. [ποιμὴν] *dicitur quaſi* Ouilio, *hoc eſt, qui oues cuſtodit. Sunt qui* Vpilio, *non* Opilio *ſcribant, auctoritate* Priſciani, *et* Seruii *ad* Ecl. 10, 19 *qui dicit:* O breuem in hoc nomine eſſe conuerſam in V longum, ex literarum affinitate. Columel. 7, 3 Poſt foeturam deinde longinquae regionis paſcua petiturus opilio, fere omnem ſobolem paſtioni referuet ſuburbanae. Virg. Ecl. 10, 19 Venit et vpilio, *etc.* Gloſſ. Opilio, αἰπόλος.

OPILO, *inquit* Feſtus, genus Auis eſt.

OPIMIVS, *Romanae gentis nomen.* Plin. 14, 4 L. Opimio conſule, quum C. Gracchus tribunus pleb. ſeditionibus agitatis interemtus eſt, ea caeli temperies fulſit, quam cocturam vocant, Solis opere, natali vrbis 634. Durantque adhuc vina ducentis fere annis, iam in ſpeciem redacta mellis aſperi: (etenim haec natura vinis in vetuſtate eſt) nec potari per ſe queunt, ſi non peruincat aqua, vsque in amaritudinem carie indomita. *Hinc* Vina OPIMIANA, *de quibus* Paterc. 2, 7, 5. Martial. 9, 89 *etc.* Plin. 14, 4 *etc.* Petron. c. 34.

OPĪMVS, a, um. Adi. [πίων] *Proprie pinguem et bene habitum notat; deinde ſollemni metaphora quidquid in ſuo genere excellere et reliquis praeſtantius eſſe indicare volumus.* Feſtus, Hoſtiae opimae, praecipue pingues: et ſpolia opima, magnifica et ampla ſpolia. Virg. Aen. 10, 449 At ſpoliis ego iam raptis laudabor opimis. *Ac de his in* SPOLIA. Habitus corporis opimus, *et* Gracilitas, *contraria.* Cic. de Clar. Orat. 64 Habet enim certos ſui ſtudioſos, qui non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates conſectentur. *Vid. mox* Dictionis opimum genus. Cic. Verr. 1, 132 Indignum iſti videri cepit, ex tanta aede, tantoque opere ſe non opimum praeda, perfectum a pupillo diſcedere. *Quaſi dicas Opulentum et craſſum.* Rebus bonis opima regio Lucret. 1, 729 *de Sicilia. Sed elementari ordine* Nomina, quibus iungitur, age, perſequamur. Acies opimae, *i. Bella, in quibus ſpolia quaerebantur opima* Stat. Silu. 4, 6, 65. Accuſatio opima Cic. pro Flacc. 81. Ager opimus et fertilis Idem de Lege Agrar. 2, 49. *et* 50 c. 19. Arua Virg. Aen. 2, 782. Cic. pro Lege Manil. 14 Aſia vero tam opima eſt et fertilis, vt et vbertate agrorum, et varietate fructuum, et magnitudine paſtionis, et multitudine earum rerum, quae exportantur, facile omnibus terris antecellat. *Sic* Opima praedia, *apud* Plin. 8, 43 *pro Quaeſtuoſis.* Varro de R. R. 2, 1, 20 Boues altiles, ad ſacrificia publica ſaginati, dicuntur Opimi. *conf.* Cic. Tuſc. 5, 100. Boum opimorum alba colla Ouid. ex Pont. 4, 9, 50. Cadauera Valer. Argon. 3, 143. Cibus Plin. 22, 22. Dapes opimae Virg. Aen. 3, 224. Curtius 3, 11, 7 Opimum Decus caeſo rege expetens, *i. Spolia.* Dictionis opimum quoddam et tanquam adipatae genus Cic. in Orat. 25. *Vocat autem Opimum dicendi genus, Quod eſt tumidum, nimiſque redundans, et quod luxuriare quodammodo videtur, ſed et pingue et craſſum: vnde etiam* Pingue *vocamus, id quod imperite dictum eſt: et* Pingui *vel* craſſa Minerua loqui, *hoc eſt, Vulgari modo et ſine eruditione.* Fructus opimior Apul. Met. 5 p. 166. Iecore opimo fartus et ſatiatus Cic. Tuſc. 2, 24. *Ex Poëta.* Membra Gell. 5, 14. Menſa Sil. 11, 283. Cic. in Brut. 271 T. Accius Piſaurenſis et accurate dicebat, et ſatis copioſe, eratque praeterea doctus Hermagorae praeceptis: quibus etſi Ornamenta non ſatis opima dicendi, tamen vt haſtae velitibus amentatae, ſic apta quaedam et parata ſingulis cauſarum generibus argumenta traduntur. Non ſatis opima *dixit, quod praecepta Hermagorae ſint exilia: ſic enim de eo ſcribit in hoc ipſo* Bruto 263 C. Sicinius probabilis orator, iam vero etiam probatus ex hac inopi ad ornandum, ſed ad inueniendum expedita Hermagorae diſciplina. Ea dat rationes certas, et praecepta dicendi: quae ſi minorem habent apparatum (ſunt enim exilia) tamen habent ordinem, et quaſdam errare in dicendo non patientes vias. Pax Sil. 16, 685. Pingue Perſ. Sat. 3, 32. Praeda Hor. Epod. 10, 21. Praeda opima praeclaraque Cic. pro Roſc. Amer. 8. Curt. 5, 1, 4. Quaeſtus Plin. 10, 51. Res Hor. Epiſt. 1, 2, 57. Spolia, *vid. h. v.* Triumphus Hor. Carm. 4, 4, 51. Victima Plin. 10, 21. Opima (*ſc.* Spolia) *dicuntur abſolute, vt* Plin. Paneg. c. 17, 3. *conf. Interpr. ad* Curt. 3, 11, 7. *et* Sil. 12, 280. Flor. 2, 17, 11. Sen. Herc. fur. v. 48. Opimior, [πιότερος] *Compar. apud* Gell. 5, 14 Nam earum, quas venabatur feras, membra opimiora ad ſpecum mihi ſuggerebat. *Metaph.* Non ſubſtantiae ipſi alimenta proficiunt ſtudiorum, ſed diſciplinae, quia nec opimiorem animam efficiunt, ſed ornatiorem Tertull. de Anima c. 6. Opimiſſimi boues Idem ad Nat. 2, 8.

OPIMĬTAS, ātis. f. Solin. c. 59 Nam protinus atque poma eius ceciderint maturitate, alia protuberant: eaque tantum eſt opimitati mora, vt fetus decidant ante nati. *De arbore Medica. conf.* Ammian. 19, 22. Plaut. Aſin. 2, 2, 26 Maximas opimitates, et gaudio effertiſſimas. Idem Capt. 4, 1, 2 Maxumas opimitates opiparasque offers mihi.

OPĪME. Adu. [πιόνως] *Abundanter et laute.* Plautus Baech. 3, 1, 6 Omnium ad perniciem inſtructa domus opime atque opipare.

OPĪMO, āre. [πιαίνω] *Pinguefacere.* Columel. 8, 9, 2 *de alendis turturibus,* Hyeme tamen offae panis vino madefactae, ſicut etiam palumbos, celerius opimant, quam caeteri cibi. *Add.* 8, 7, 5. *et* Apul. de Mundo p. 68. *Tralate.* Auſon. Epiſt. 15 *pr.* O qui venuſtos vberi facundia Sales opimas Tetradi.

OPIMĀTVS, a, um. Part. Opimata viuariis oſtrea Sidon. Ep. 8, 12. Opimato abdomine venter Auſon. Moſell. 105.

OPINIO, ōnis. f. [δόξα, οἴησις, δόκησις] *Generatim aſſenſionem infirmam ſignificat, ſententiam, non certis argumentis, ſed fide aliorum dubia, aut qualicunque ſimilitudine veri, ſaepe etiam errore, aut falſa perſuaſione nixam: cuius vt ſunt diuerſa genera, ita opinio interdum eſt Fama, exiſtimatio.* Cic. ad Caeſarem Iuniorem, Erat opinio bona de Planco, bona de Lepido. *Ex* Nonio 4, 329. Cic. Fam. 1, 7 Magna eſt hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis. Nimia opinio Ingenii atque Virtutis Nep. 7, 7, 3. *Add.* Idem 18, 13, 2. Pſeudo-Cic. anteqam iret in exil. 23 Ea maneat opinio et exiſtimatio, quae virtute parta, non quae infelicitate illata eſt. Quae ciuitas in Gallia maximam habet opinionem Virtutis Caeſ. B. G. 7, 60. Cic. de Amicit. 37 Quum conciliatrix amicitiae Virtutis opinio fuerit, difficile eſt amicitiam manere, ſi a virtute defecerimus. *Ibidem* 98 Ego autem non de virtute nunc loquor, ſed de virtutis opinione. Adſunt multa eius rei exempla, tam laeſae hercle quam conſeruatae ſanctiſſime vtrobique (*et in ſcholis et domi*) opinionis Quinctil. 1, 2, 4. Idem 6, 1, 36 Si aut ſtatu periclitari aut opinione litigator videtur. *Et* 12, 1, 12 Malis hominibus ex contemtu opinionis et ignorantia recti non nunquam excidit ipſa ſimulatio. *Et* 12, 9, 4 Quae omnia non dum fiunt laudantur, ſed cum facta ſunt: vnde etiam minus cupidis opinionis plus fructus venit. Opinio, Suſpicio. Varro Eudaemonibus *apud* Non. 4, 329 Qui omnes me bilem atram agitare clamitantes, opinionem mihi inſaniae meae confirmant. Terent. Heaut. 2, 2, 3 Concurrunt multae opiniones, quae mihi animum exaugeant. *Sententia non ſatis certa:* Cic. Off. 3, 84 Non habeo ad vulgi opinionem, quae maior vtilitas quam regnandi eſſe poſſit. Idem Brut. 190 c. 51 Qui vulgi opinione diſertiſſimi habiti ſunt, eosdem intelligentium quoque iudicio fuiſſe probatiſſimos. Cic. de Orat. 2, 210 c. 52 Illa excellens opinione fortuna, *int. hominum, vulgi.* Ibidem 2, 101 c. 24 In quo eſt illa quidem magna offenſio — Sed etiam illa maior opinione *mea,* quod nemo poteſt, *etc.* *Illud* mea, *quod habet Rob. Stephanus, probarumque Nizolius et Strebaeus, recentiores omittunt.* Cic. Offic. 3, 11 Qui primum haec natura cohaerentia opinione diſtraxiſſent. Idem ad Caeſarem Iuniorem *ap.* Non. l. c. Poſthac quod voles a me fieri ſcripto, vincam opinionem tuam. *h. e. Diligentior ero, quam tu opinaris.* Cic. Verr. 2, 182 Sane homini praeter opinionem improviſo incidi. Id. pro Roſc. Amer. 45 Contraque opiniones omnium. Omnium opinione, *Vt omnes exiſtimant, et credunt.* Cic. in Verr. Act. 1, 2 Homo vita atque factis omnium iam opinione damnatus: pecuniae magnitudine ſua ſpe ac praedicatione abſolutus. Cic. Fam. 12, 15 Quamobrem opinione celerius confido ſceleratiſſimum latronem poenas daturum. Celerius opinione venturus dicitur Id. ibid. 14, 23. Cic. Fam. 10, 31 Quod familiarem meum in tuorum numero habes, opinione tua mihi Gratius eſt. Plaut. Caſin. 2, 5, 30 Opinione Melius res tibi habeat tua, ſi hoc impetramus. Praeter opinionem res ceciderat Nep. 1, 2, 5. Prius tua opinione hic adero, bonum animum habe Plaut. Amph. 1, 3, 41. Pulchrior opinione Idem Mil. 4, 6, 23. Supra omnem opinionem Scribon. 107. Supra omnium opinionem eſt Id. 103. Celſ. 1 in prooem. Cuius autem rei non eſt

certa

certa notitia, eius opinio certum reperire remedium non poteſt. Vt opinio eſt de cuiusque moribus, ita quid ab eo factum, et non factum ſit, exiſtimari poteſt Cic. pro Cluent. 70. Opinio *et* Veritas, *contraria.* Idem de Nat. Deor. 161 Eſſe deos perſuaderi mihi non opinione ſolum, ſed etiam ad veritatem plane velim. Cic. de Orat. 2, 156 Opinionem iſtorum ſtudiorum, et ſuſpicionem artificii apud eos, qui res iudicent, oratori aduerſariam eſſe arbitror. ¶ 2 *Epitheta:* Aduerſa opinio, *Diuerſa contraria* Plin. 9, 7. Aeterna Cic. de Orat. 1, 125. Bona opinio homini tutior pecunia eſt Publ. Mim. Communis hominum Cic. de Orat. 1, 94. *Et* de Natura Deor. 3, 72. Diuturna Cic. de Orat. 1, 125. Dubia Idem pro Domo 11. Principis mores, atque inſtituta Falſarum opinionum licentiam ſubmouerent Mamertin. Paneg. Iuliani c. 4. *vbi vid. Acidal. et Liuinei.* Fictae Cic. de Nat. Deor. 2. Grauis et vehemens opinio Idem pro Lege Manil. 23. Honeſta de numine deorum et mente *Et* pro Domo 107. Incorrupta, *vid.* INCORRVPTVS. Obſcura Cic. de Orat. 1, 92. Optimae opinionis viri, *i. Famae* Graius ICt. l. 9. Dig. Teſt. quemadm. aperiantur. Popularis Cic. pro Cluent. 142. Stabilis Idem de Nat. Deor. 2, 5. Vanae Id. ibid. 2. Vetus Cic. Verr. 4, 106. Vulgaris Idem de Orat. 1, 109. ¶ 3 *Verborum formulae:* Abire ad vulgi opinionem, *vid.* ABEO. Accipere opinionem, *vid.* ACCIPIO. Cic. pro Caecin. 13 In eam opinionem Caeſenniam Adducebat, vt mulier, *etc.* In opinionem Adducuntur Nep. 14, 6, 6. Cic. Fam. 1, 1 In eam opinionem rem Adduxerunt, vt Pompeius cupere videatur. Idem de Offic. 2, 46 Opinionem Afferunt populo, eorum ſimiles fore. Afferre grauem de aliquo iudicio opinionem Cic. pro Cluent. 142. Affert et iſta res opinionem Quinctil. 2, 12. Amittere, Amouere, Aucupari opinionem aliorum errantem, Augere, *vid. ſſ. ll.* Cic. pro Muraen. 65 c. 31 Quantum opinione Auguror. Capere opinionem, *vid.* CAPIO. Comprehendere, *et* Remittere opinionem, *contraria.* Cic. pro Cluent. 4 Deinde ſi quam opinionem iam veſtris mentibus Comprehendiſtis, ſi eam ratio conuellet, ſi ratio labefactabit, ſi denique veritas extorquebit, ne repugnetis: eamque animis veſtris aut lubentibus aut aequis remittatis. Concipere, Confirmare, Conualuit opinio, *vid. hh. vv.* Creſcit quotidie et eſt omnium opinio de diis immortalibus Cic. de Nat. Deor. 3, 11. Delet dies commenta opinionum Idem ibid. 2, 5. Deponere opinionem Cic. pro Cluent. 142. Detrahere, *et* Confirmare opinionem, *contraria* Quinctil. 4, 1. Dicere ex communi quadam hominum opinione Cic. de Orat. 1, 94. Differre ſuas opiniones Quinctil. 4, 2. Diripere ad opinionem Cic. Att. 14. Diſcedere in opinionem Idem Fam. 6, 14. Duci non re, ſed opinione Idem pro Muraen. 65 c. 30. Duplicare opinionem Id. Fam. 16, 21. Edita in vulgus opinio Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 29. Cic. pro Cluent. 4 Euellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus inſitam, tam vetuſtam? Excellens opinione fortuna quum laboribus et miſeriis permiſta eſſe videatur Cic. de Orat. 2, 210. Exit opinio Suet. Neron. c. 53. *Add. Caſaub. ad h. l.* Extabuiſſe videmus fictas atque vanas opiniones diuturnitate Cic. de Nat. Deor. 2, 5. Faciebat Lentulus, multo maiorem opinionem dicendi actione, quam quanta in eo facultas erat Cic. de Clar. Orat. 234. Idem Fam. 1, 6 Non Fallam opinionem tuam. Cic. Verr. 4, 23 c. 10 Per triennium ſoli non modo in Sicilia, verum, vt opinio mea Fert, his quidem in temporibus in omni orbe terrarum, vacui, expertes, ſoluti ac liberi fuerunt ab omni ſumtu, moleſtia, munere. Ibidem 5, 185 Te Latona et Apollo, et Diana, quorum iſte Deli non fanum, ſed vt hominum opinio et religio Fert, ſedem antiquam, diuinumque domicilium nocturno latrocinio atque impetu compilauit. Cic. de Diuin. 2, 70 Credo Romulum, qui vrbem auſpicato condidit, Habuiſſe opinionem, eſſe in prouidendis rebus augurandi ſcientiam. Integritatis alicuius opinionem habere Cic. Att. 7, 2. Idem de Amicit. 30 Ille viciſſim opinione fortaſſe nonnulla, quam de meis moribus Habebat, me dilexit. Habere falſam de ſe opinionem Quinctil. 2, 17. Habet maximam opinionem virtutis Caeſ. Bell. Gall. 7, 60. Cic. in Verr. Act. 1, 42 An iſte vnquam de ſe bonam ſpem habuiſſet, niſi de vobis malam opinionem animo Imbibiſſet? Imbuit opinio deorum mentem alicuius, Incidere in opinionem, Inficere opinionem prauitate, *vid. ſſ. ll.* Inflari opinione Cic. Off. 1, 91. Inſerere nouas opiniones, et euellere inſitas Idem in Orat. 97. Inſita penitus opinio et vetuſta, *vid.* INSERO, ſeui. Inueterauit opinio, *vid.* INVETERO. Irrepere in opinionem gratiae Cic. de Aruſp. Reſp. 52. Labi ad opinionem aliquam, *vid.* LABOR, ĕris. Laborare opinione arrogantiae Quinctil. 4, 1. Leuare aliquem opinione quapiam, *vid.* LEVO, *in* LEVIS. Minuere aliquam opinionem Cic. de Orat. 2, 210. Mouere quempiam ex opinione aliqua, Naſcens opinio, Niti maiorum opinione, Obſiſtere opinionibus, *vid. hh. vv.* Obtinere ſummam opinionem Quinctil. 10, 5, 18. *i. in magna fama eſſe.* Cic. de Nat. Deor. 2, 63 Vetus haec opinio Graeciam Oppleuit, ſcilicet exectum eſſe Caelum a filio Saturno. Penetrare ad ſenſum opinionemque iudicis Cic. in Partit. 123. Percrebuit opinio Idem Verr. Act. 1, 1. Non tam ſtabilis opinio Permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec vna cum ſaeculis aetatibusque hominum inueterare potuiſſet Cic. de Nat. Deor. 2, 5. Idem pro Lege Manil. 23 Erat etiam alia grauis atque vehemens opinio, quae per animos gentium barbararum Peruaſerat. Peruenit opinio ad me Scribon. 171. *i. rumor.* Praebere opinionem Caeſ. de Bell. Gall. 3, 17. Pugnare ratione contra communem opinionem Cic. de Nat. Deor. 3, 72. Perſpectae, planeque cognitae, atque ab opinionis arbitrio remotae res Idem de Orat. 1, 108. Refellere pueriles opiniones rectiſſimis rationibus Auctor ad Heren. 2. Reſpondere opinioni Cic. Fam. 2, 1. Sum. Idem Att. 9, 9 In his locis opinio Eſt, coniectura magis quam nuntio aut literis, Caeſarem Formiis ad XI Calend. April. fore. Vetus Eſt haec opinio, quae conſtat ex antiquiſſimis Graecorum literis atque monumentis Cic. Verr. 4, 106. Eſt eius opinionis Columel. 2, 12. In ea opinione Fui, qua reliqui omnes Cic. Att. 8, 15. Idem pro Domo 11 Res Erat non in opinione dubia, ſed in praeſentia atque ante oculos propoſito periculo. Eſt ſupra omnium opinionem Scribon. 103. Sententiae et opinionis alicuius participem Eſſe Cic. de Orat. 1, 172. Superare omnium opiniones Idem Att. 5, 16. Tenere opinionem Caeſ. de Bell. Ciuil. 3, 56 *extr.* Tradere diuerſas opiniones Quinctil. 3, 1. Trahere opinionem magnam ex compoſitione Scribon. 94. *i. famam.* Valet aeterna aut certe diuturna opinio tarditatis in eo, cuius in dicendo aliquid reprehenſum eſt Cic. de Orat. 1, 125. Venerat in eam opinionem Caſſius Idem Fam. 8, 10. *i. Ita de eo opinari coeperant* Aemil. Prob. in Milt. c. 7. In opinionem nemini Veniebat Nep. 25, 9, 6. Cic. Acad. 4, 1 Non modo opinionem Vicit omnium, quae de virtute eius erat, ſed etiam gloriam ſuperiorum.

OPINIVNCŬLA, ae. f. Saluian. Maſſil. 4 p. 156 Si profutura ea tibimet vel tenui opiniuncula iudicares. Diuerſae opiniunculae Rad. Ardent. homil. in euangel. feſt. Petri Apoſt. p. 178.

OPINIŌSVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Marc. 4, 35 Si cui tam opinioſus videbitur. *Superl.* [δοξαστικώτατος] Cic. Acad. 4, 141 c. 47 Quid duo vel principes dialecticorum Antipater et Archidemus opinioſiſſimi homines, nonne multis in rebus diſſentiunt?

OPĪNOR, āri. [δοκέω, οἴμαι, ὑπολαμβάνω] *Putare, ſuſpicari, opinionem habere.* Donatus *ad* Ter. l. ſeq. Quae opinamur, putamus: quae putamus, incerta ſunt. Ter. Andr. 2, 2, 29 Num videntur conuenire haec nuptiis? P. non opinor Daue. D. opinor, narras? non recte accipis, certa res eſt. Cic. Acad. 4, 67 Sapientem nihil opinari, *i. Nunquam aſſentiri rei vel falſae vel incognitae.* Nihil ſine ratione opinari Cic. de Diuin. 2, 15. Falſo multa in vita homines opinantur Idem pro Domo 105 c. 40. *Et* de Clar. Orat. 131 Doctus etiam Graecis T. Albucius, vel potius paene Graecus, loquor vt opinor, ſed licet ex orationibus iudicare. Plin. 28, 2 Quapropter de his, vt libitum cuique fuerit, opinetur. De vobis Senatus opinatur non ſecus, ac de teterrimis hoſtibus Cic. in Piſon. 45 c. 20. Opinari Suet. *pro Dicere vſus eſt; vt* Aug. c. 51 Cum Aemilio inter caetera crimina vel maxime obiiceretur, quod male opinari de Caeſare ſoleret. *Vid. Caſaub.* Id. Aug. c. 67 Coſmum ſeruum grauiſſime de ſe opinantem compedibus coërcuit. Idem Calig. c. 27 Nec omnes (interfecit) grauibus ex cauſis, verum male de munere ſuo opinatos.

OPĪNO, āre. *pro Opinor.* Ennius, Tacere opino eſſe optimum. *Vid. plura exempla apud* Non. 7, 59.

OPINANS, Partic. *modo vidimus ex* Sueton. Aug. c. 67. *Hinc*

NEC OPĪNANS, antis. *Quod etiam iunctim ſcribunt, non opinans.* Phaedr. 5, 7, 8 Concidit caſu graui nec opinans. Lucret. 3, 973 Nec opinanti mors ad caput adſtitit. *conf.* Idem 5, 775 *et* 1319.

NEC OPINANTER. Adu. [ἀπροσδοκήτως] Vet. Gloſſ.

NEC OPINĀTVS, a, um. Adi. Cic. Acad. 1, 29 Nonnunquam quidem eandem fortunam, quod efficiat, multa improuiſa haec, nec opinata nobis, propter obſcuritatem ignorationemque cauſarum. Liu. 26, 51 Nec opinato aduentu. Idem 27, 33 In nec opinatam fraudem lapſos eſſe. Idem 33, 7 Ab nec opinato viſu. *Et* 39, 49 Pro nec opinato gaudio.

NEC OPINĀTO, *aduerbialiter poſitum, pro Inopinanter, ex improuiſo.* Liu. 3, 15 Propiusque aliud nouum malum nec opinato exortum eſt. Idem 4, 27 Vnde ex nec opinato aduerſum hoſtem inuadit. *Add.* Id. 7, 17.

NEC OPINVS, a, um. Adi. Breuemque fugam nec opino fine reponunt Stat. Theb. 6, 592. *Add. ibid. v.* 778. Ipſum accipiter nec opinum rapit Phaedr. 1, 10, 6. Nocte grauem ſomno nec opina perdere morte Ouid. Met. 1, 224. Et ſtruit arcana nec opina pericula cura Sil. 14, 189.

OPINATIO, ōnis. f. [δόξασμα] *Opinandi actus, Opinio.* Cic. Acad. 4, 78 Herculis quendam laborem exantlatum a Carneade, quod, vt feram et immanem beluam, ſic ex animis noſtris aſſenſionem, id eſt opinationem et temeritatem extraxiſſet. Idem Tuſc. 4, 26 c. 11 Opinationem autem, quam in omnes definitiones ſuperiores incluſimus, volunt eſſe imbecillam aſſenſionem. *Add.* Cic. Acad. 1 c. 11. Val. Max. 1, 8 *extr.* Sophiſta ineptae et mordacis opinationis. *conf.* Arnob. 3 p. 103. *et* 7 p. 225. *it.* Cael. Aurel. Acut. 2, 9, 55.

OPINĀTVS, a, um. *Paſſiue.* Cic. Tuſc. 4, 11 c. 6 Partes perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis naſci, et ex duobus opinatis malis. Irreligioſe opinata Arnob. l. 1. *Sic* Opinatos Ennius *apud* Gell. 11, 4 *dixit, quos Euripides δοκοῦντας vocat.* Firmic. Aſtron. 3, 3 Magos famoſos faciet, vel philoſophos opinatos, vel ſacerdotes templorum in magica ſemper opinione clariſſimos. *Sic* Opinatiſſimos auctores *vocat* Ruffin. Hiſt. Eccl. 1, 3. *qui in magna ſunt exiſtimatione et fama. Vid. Alciat. Parerg.* 8, 12. *et Sauaron. ad* Sidon. Ep. 1, 5. *Ita* Florus 2, 7, 8 Rhodos opinatiſſima inſula, et totius Aſiae inſularum metropolis.

OPINĀTVS, ûs. m. Lucret. 4, 467 Pars horum maxima fallit Propter opinatus animi. *i. Opinationes animi, quae falſae poſſunt eſſe.* Plin. 29, 1 Paruum opinatu.

OPINAMENTVM, i. n. *Idem.* Apul. de Deo Socr. p. 299 *Colu. Elmenhorſt. vero leg.* hortamenta p. 52.

OPINĀTOR, ōris. m. [δοξαστικὸς] *Qui nihil affirmat, ſed ſemper opinatur.* Cic. Acad. 4, 66 c. 20 Ego vero ipſe et magnus quidem ſum opinator. Exiſtimator *redditur in* Gloſſ. Iſidori. ¶ 2 Opinatores l. 7 C. de exactionibus *ſunt* exactores militaris annonae. *Omnia de his* opinatoribus, *vid. Iac. Gothofr. ad* l. 34 C. Th. de annona et trib. *item ad* l. 26 de Erog. mil. an.

OPINABĬLIS, e. Adi. [δοξαστὸς] *Quod opinione concipi poteſt.* Cic. Acad. 1, 31 Itaque hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant. Idem Tuſc. 4, 74 Eſt illud, quod in omni perturbatione dicitur demonſtrandum, nullam eſſe niſi opinabilem, niſi iudicio ſuſceptam, niſi voluntariam. Gell. 12, 1 *extr.* Non naturalis amor, ſed ciuilis et opinabilis. Artes, quae coniectura continentur et ſunt opinabiles Cic. de Diuin. 1 c. 14. Omnis opinabilis eſt diuinatio: coniectura enim nititur *ibid.*

OPIPĂRVS, a, um. Adi. [πολυτελὴς] *Quod eſt magnarum opum, quod non niſi Opibus parari poteſt.* Plaut. Perſ. 4, 4, 1 Satin' Athenae tibi viſae fortunatae atque opiparae? Idem Capt. 4, 1, 2 Iuppiter ſupreme ſeruas me, measque auges opes, maxumas opimitates opiparasque offers mihi. Idem Mil. 1, 2, 29. *et* Perſ. 1, 1, 4.

OPIPĂRE. Adu. [πολυτελῶς] *Abundanter.* Cic. Att. 13, 50 (52) Itaque et edit et bibit ἀδεῶς, et iucunde, opipare ſane et apparate. Idem Off. 3, 58 c. 14 Opipare a Pythio apparatum conuiuium. *conf.* Sen. de Mort. Claud. *et* Plaut. Bacch. 3, 1, 6.

OPIPĂRIS, e. Adi. Opipares cibi Apul. Mileſ. 2 p. 33 *Pric. et* p. 123 *Elmenh.*

OPIS, *vid.* OPS.

OPIS, is. f. [Ὦπις] *Nympha comes Dianae.* Virg. Aen. 11, 836 Opis ad aethereum pennis aufertur Olympum. *Vid.* Macrob. Saturn. 5, 22. *et* Claud. de Laud. Stil. 3, 254.

OPISCVS, *inuenias aliquando ſcriptum pro* VOPISCVS, *vbi vid.*

OPISTOGRĂPHVS, Adi. *et* OPISTOGRĂPHON, Subſt. [ὀπισθόγραφος] *Quod etiam in tergo, atque adeo vtrinque in vtraque pagina folii ſcriptum eſt. Fit enim ab ὄπισθεν, id eſt, a tergo, et γράφω, ſcribo.* Plin. Epiſt.

Epiſt. 3, 5, 7 Hac intentione tot iſta volumina peregit, electorumque commentarios centum ſexaginta mihi reliquit, opiſthographos quidem, et minutiſſime ſcriptos. *Pro charta deletili ſiue palimpſeſto poſſe capi quibusdam videtur, quia* Vlpianus in l. 4 Chartae. D. de Bonor. poſſeſ. ſecundum tab. Chartae, *inquit*, appellatio et ad nouam chartam refertur, et ad deleticiam. Proinde et ſi in opiſthographo quis teſtatus ſit, hinc peti poteſt bonorum poſſeſſio. *Sed potius ſimilia coniungit, quam eadem explicat.* Opiſthographi *deſcriptio eſt* Iuuenalis Sat. 1, 6 Scriptus et in tergo, nec dum finitus Oreſtes. *Conf. Ioſ. Scalig. Animadu. in Guillandini Comm. de Papyro p.* 45. ¶ 2 Opiſthographa *etiam appellabantur eae Chartae, quibus literae integebantur, quia a tergo inſcriptae declarabant ad quem mitterentur. Solebant enim veteres epiſtolas in tabulis ſeu chartis conſcribere, easque alia charta quae plerumque erat intus exarata, operire: deinde lino obligare: poſtremo obſignare. Huc reſpexit* Horatius, *quum ad librum ſuum ſic ſcribit* Epiſt. 1, 20, 13 Aut fugies Vticam, aut vinctus mitteris Ilerdam. *ſignificat enim homines ex libro ſuo integumenta literarum facturos. Sciendum autem eſt libros veterum vna tantum ex parte fuiſſe exaratos: idcircoque volumina dicebantur, quia in vnum conuoluebantur. Itaque ex eis* opiſthographa *facere licebat, quod non item ex noſtris licet. Sic Lambinus cui fundus ſunt verba* Vet. Schol. *quibus verba* vinctus Ilerdam *declarat,* Aut fient de te opiſthographa epiſtolarum. *Sed nihil impedit, puto,* opiſthographa epiſtolarum *accipere de ipſis literis in tergo puro chartarum, in auerſa pagina iam ſcriptarum, exaratis; ſimili parſimonia eius, quam ridet* Cic. Fam. 7, 18 *cum in* palimpſeſto *ſcripſiſſet Trebacius.*

OPISTHOTONVS, i. m. *Morbus, de quo* Celſ. 4, 3 de ceruicis morbis, Neque tamen alius importunior acutiorque morbus eſt, quam is, qui quodam rigore neruorum, modo caput ſcapulis, modo mentum pectori adnectit, modo rectam et immobilem ceruicem intendit. Primum Graeci ὀπισθότονον, ſequentem ἐμπροσθότονον, vltimum τέτανον appellant: quamuis minus ſubtiliter quidam indiſcretis his nominibus vtuntur. *Conf.* Plin. 28, 12. *et* 24, 12. *it.* 20, 21. Scrib. Larg. 255.

OPISTHOTONIA, ae. f. *Idem morbus* Cael. Aur. Acut. 3, 6, 61 *vbi Latine vocat* Raptum ſupinum.

OPISTHOTONĬCVS, a, um. Adi. [ὀπισθοτονικὸς] *Qui rigore ceruicis inflexibili laborat.* Plin. 20, 18 Sanat et vertigines, tremulos, opiſthotonicos, lienes, lumbos, perfrictiones. *de ſaxogeno. Conf.* Cael. Aurel. Acut. 3, 6, 68.

OPĬTER, ĕris *vel* tris. *Dicitur,* Cuius pater auo viuo mortuus eſt: ſic dictus, quod obitu patris genitus ſit: aut quod auum poſt patrem habeat, id eſt pro patre. Feſtus. Epitome de nominum ratione ſub Val. Maxim. Opiter, qui patre mortuo, auo viuo, gignebatur. *Conf.* Quinctil. 1, 4, 25.

OPITERGĪNVS, a, um. Adi. [Ὀπιτεργῖνος] *Ab* Opitergio *Carnorum oppido, de quo* Plin. 3, 19. Ratis Opitergina Quinct. 3, 8, 23 *cuius hiſtoria eſt* Flor. 4, 2, 33. *et* Lucan. 4, 462.

OPITŬLOR, āri. Dep. [ἀλεξέω] *Adiuuare, ſubuenire: ab* Ope *et* Tollendo, *i. ferendo.* Ter. Andr. 1, 3, 5 Si illum relinquo, eius vitae timeo: ſin opitulor, huius minas. Mulier Hoſpiti oppreſſo iam deſperatoque ab omnibus opitulata eſt Cic. pro Roſc. Amer. c. 10. Subuenire et opitulari patriae Id. Off. 1, 49 c. 15. *Add. ib.* c. 43. Permultum ad dicendum opitulati ſunt praeceptores Idem de Inu. 2, 7 c. 2. Remedia Morbis opitulantur Celſ. praef. Plin. 28, 8 E dorſo medullam adalligatam contra vanas ſpecies opitulari. Sontibus opitulari poteram Cic. Fam. 4, 13. Ne id quidem tam breue ſpatium poteſt opitulari, Quin et mihi aduerſeris Cornelia *ap.* Nep. Fragm. 12 n. 5. Ire amanti opitulatum Plaut. Mil. 3, 1, 26. ¶ 2 *Actiue* Opitulo. Liu. Andr. *apud* Non. 7, 61 Da mihi haſce opes, quas peto, quas precor: corrige, opitula. *Add.* Sariſber. Epiſt. 268.

OPITVLATIO, ōnis. f. Vlpian. lib. 1. D. de minor. XXV. ann. *Conf.* Arnob. 4 p. 129.

OPITVLĀTVS, ûs. m. Fulgent. Mythol. 3 Eius opitulatu cuncta germinum adoleſcit natiuitas.

OPITVLĀTOR, ōris. m. Apul. Florid. 3 p. 353 Sodalis opitulator.

OPITŬLVS, i. m. [ἀλεξητὴρ] Dictus eſt Iupiter, quaſi opis lator: et proprie in rebus dubiis et malis dicitur. Feſtus.

OPIVM, i. n. [μήκωνος, ὀπὸς] *Succus ex papauere, habens per ſomnum vim, ſi copioſius ſumatur, mortiferam.* Plin. 20, 18 Succus papaueris largus denſatur, et in paſtillos tritus in vmbra ſiccatur, non vi ſoporifera modo, verum ſi copioſior hauriatur, etiam mortifera per ſomnum: opium vocant.

O P O

OPOBALSĂMVM, i. n. [ὀποβάλσαμον] *Succus balſami, ab* ὀπὸς, ὀπῦ, *i. ſuccus.* Plin. 12, 25 Succus e plaga manat, quem opobalſamum vocant, eximiae ſuauitatis, ſed tenui gutta: ploratu lanis parua colligitur in cornua. *Conf.* Seru. *in* Georg. 2, 219. Iuſtin. 36, 3. Martial. 11, 9 Laſſa, quod externi ſpirant opobalſama drauci. Candida felices ſudant opobalſama virgae Stat. Silu. 3, 2, 141. Hirſuto ſpirant opobalſama collo Iuuen. Sat. 2, 41.

OPOBALSAMETVM, i. n. Iuſtin. 36, 3, 3.

OPOCARPATHON, i. n. [ὀποκάρπαθον] *Succus carpathi, quem* Plin. 28, 10 *connumerat inter venena.*

OPŎPĂNAX, ăcis. m. [ὀποπάναξ] Succus panacis herbae, quae omnes morbos ſanare dicitur Plin. 20, 24. Scribon. 207 Opopanax oleo dilutus exiguo. *Ab eodem* 106 *etiam* Opopanaces *ſingulari Nominatiuo appellatur.*

OPORĬCE, es. f. *Medicamentum nobile: de quo* Plin. 4, 14 Vnum etiamnum arborum medicinis debetur nobile medicamentum, quod oporicen vocant. *Nomen habet, inquit Hermolaus,* ἀπὸ τῆς ὀπώρας, *hoc eſt a pomis arborumque fructibus.*

OPORĬNVS, a, um. Adi. [ὀπωρινὸς] *Idem quod Latine Autumnalis.* Martial. 9, 13 Si daret Autumnus mihi nomen, ὀπωρινὸς eſſem. *Si quidem* ὀπώρα *Graecis, Autumnum ſignificat Latinis.*

OPOROTHĒCA, ae. f. [ὀπωροθήκη] *Locus, vbi Autumnales fructus ſeruantur.* Varr. de R. R. 1, 59 Et ideo oporothecas qui faciunt, ad Aquilonem vt feneſtras habeant, atque vt aëre perflentur, curant, ὀπώρα, *pomum, ſiue omnis fructus mollioris corticis.*

OPORTET, oportebat, oportuit. Imperſ. [δεῖ, χρὴ] *Idem fere quod* Opus *vel* opera eſt: *plerumque ad officium, honeſtatem, leges, refertur: interdum tamen ad aliam quamcunque conuenientiam, et veriſimilitudinem adeo ſignificandam, adhibetur.* Plaut. Caſ. 4, 1, 8 Properate, coenam iam eſſe coctam oportuit. Cic. pro Corn. Balb. 8, c. 3 Nunc vero quid dicitur? quid ait accuſator? feciſſe Pompeium, quod ei facere non licuerit: quod grauius eſt, quam ſi id factum ab eo diceret, quod non oportuiſſet: eſt enim aliquid, quod non oporteat, etiamſi licet; quidquid vero non licet, certe non oportet. Sunt aliqua, quae fieri non oportet, etiamſi licet Ammian. 30, 8. *Conf. H. Grot. de I. B. et P.* 3, 4, 2. Paſcere oportet oues Virg. Ecl. 6, 5. Ne quid fiat ſecus quam volumus, quamque oportet Cic. Att. 6, 2. Alio loco, alio tempore atque oportuerit Caeſ. B. G. 7, 33. Beneuolentia et caritate ciuium ſeptum eſſe oportet, non armis Cic. Philipp. 2, 112. Oportet *pro licet:* Donat. *ad* Ter. Adelph. 2, 1 *ait, ſeruos dictos eſſe, qui ſeruati eſſent,* quum eos occidi oporteret iure belli. ¶ 2 Oportet, *coniicientis.* Plaut. Poen. 5, 2, 70 Seruum te eſſe oportet, et nequam et malum hominem, peregrinum et aduenam, qui irrideas. *Sic* Lucretius *de his, quae coniectura phyſica conſtant, hoc verbo vtitur* 1, 778 *et* 1074. *Sic* Debet *poni, ſuo loco obſeruamus. Sollemnis tamen et ordinarius intellectus eſt, cum officium denotat. Et quidem conſtructione diuerſa. Cum Participio paſſiuo* Ter. Andr. 1, 5, 5 Nonne prius communicatum oportuit? *h. e. Nonne id prius debuit communicare mecum?* Cic. in Catil. 1, 5 Hoc quod iam pridem factum eſſe oportuit, certa de cauſa nondum adducor, vt faciam. *Sic* Ter. Heaut. 1, 2, 26 Manſum oportuit. *Ibid.* 2, 2, 6 Non oportuit relictas. *Et* Adelph. 2, 2, 6 Adoleſcenti morem geſtum oportuit. *Coniunctiuo omiſſo* Columel. 1 praef. 22 Sit oportet naturae ſagaciſſimus. Sen. Epiſt. 6 In rem praeſentem venias oportet. *Infinitiuo item omiſſo vſurpare videtur* Cic. Parad. 3, 2 Quidquid non oportet, ſcelus eſſe, quidquid non licet, nefas putare debemus. Flor. 3, 20, 14 Quod ſub gladiatore duce oportuit. Neceſſe *eſt plus eſt quam* Oportet: Tanquam ita fieri, non ſolum oporteret, ſed etiam neceſſe eſſet Cic. Verr. 4 c. 39. *Add.* 5 c. 14 *extr.* Quinctil. 1, 1 Dein vt repetitis altius cauſis diligentiſſime oſtenderet, quam id, quod erat in matrem dicturus, non oporteret modo fieri, ſed etiam neceſſe eſſet. Cic. Att. 4, 6 Ego vero, qui ſi loquor de Republica quod oportet, (*propter honeſtatem*) inſanus: ſi quod opus eſt, (*ad vtilitatem*) ſeruus exiſtimor: ſi taceo, *etc.* Oportere *et* Decere *in quo differant, declarat* Idem in Orat. 74 Oportere perfectionem declarat opificii, quo et ſemper vtendum eſt, et omnibus. Decere quaſi aptum eſſe, conſentaneumque tempori et perſonae. Oportet, *perſonale aliquando in MSS. reperitur. V. g.* Ter. Andr. 3, 2, 1 Adhuc Archilis quae adſolent, quaeque oportent ſigna eſſe ad ſalutem, *etc. it.* Ter. Heaut. 3, 2, 25 Haec facta ab illo oportebant Syre. *Sed optimae quaeque editt.* oportet *vtroque loco. Sic etiam* Quinctil. 8 prooem. 13 Diſertis ſatis putat dicere, quae oporteant. *Sed hic etiam* oporteat *legitur ſine varietate.*

O P P

OPPANDO, ĕre. Illa vel ad flatus helices oppande ſerene Grat. Cyneg. v. 55.

OPPANSVS, a, um. Partic. Cornibus oppanſis Prudent. Pſychom. v. 242.

OPPANSVM, i. n. Anima de oppanſo corporis erumpit in apertum et puram et ſuam lucem Tertull. de Anima c. 53.

OPPASSVS, a, um. Conſpectus caeterorum velo oppaſſo interdicebatur Idem Apolog. c. 16.

OPPANGO, pēgi, pactum, ĕre. [καταπηγνύω] *Affigere, coniungere,* Oppangere ſauium Plaut. Curc. 1, 1, 59.

OPPECTO, ĕre. *De cibis,* Plaut. Perſ. 1, 3, 30 Nimio melius oppectuntur frigida. *i. Digitis vel dentibus, quaſi pectine carpuntur.*

OPPEXVS, ûs. m. Apul. Met. 11 p. 261 (Pric. p. 244) Flexu digitorum ornatum atque oppexum crinium regalium fingerent.

OPPĒDO, ĕre. [καταπέρδω] Diſſentire et aduerſari, vel contemnere, *vt exponit* Acron *in illo* Hor. Serm. 1, 9, 70 Vin' tu Curtis Iudaeis oppedere? *Lambinus, Irridere, ac pro nihilo putare.* Oppedere *enim eſt, ventris crepitum verſus alterum in eius odium et contumeliam edere, quod dicunt Graeci* καταπέρδειν, *et* ἀνταποπέρδειν.

OPPĔRIOR, *ſ.* OPERIOR, īris, peritus ſum, īri. Dep. [περιμένω] *Exſpectare.* Ter. Adelph. 3, 3, 92 Opperiar hominem hîc, vt ſalutem et colloquar. Idem Phorm. 3, 2, 29 Si non tum dedero, vnam praeterea horam ne oppertus ſies. Hic ego interea vos opperiar Terent. . . . Hor. Epiſt. 1, 2, 71 Nec tardum opperior nec praecedentibus inſto. Iuuenes opperiuntur dum reſidant aquae Ouid. Met. 9, 95. Hoſtem magnanimum opperiens Virg. Aen. 10, 771. Idem 1, 458. Tempus opperiri Sil. 5, 85. Stetit opperiens virginem Val. Argon. 5, 391. Opperītus ſum, [περιμεμένηκα] *apud* Plaut. Moſt. 3, 2, 101 Seni non otium erat, id ſum opperitus.

OPPESSVLĀTVS, a, um. Adi. *Clauſus, peſſulis obfirmatus.* Plaut. Amph. ſuppoſ. Sc. Di voſtram v. 22 Herus, ſalutator oppeſſulatas ante foreis graditur. Petron. c. 97 Oppeſſulatae fores. *Conf.* Apul. Met. 9 p. 231. *et* Ammian. 31, 39.

OPPĔTO, īui *vel* ii, ītum, ĕre. [ἀποίχομαι, ὑποδύομαι] *Videtur idem ſignificare, quod* obire *ſ.* ſubire, *vt* appetere *ſignificat interdum accedere, adire. Sed vt* obire *ad mortem plerumque refertur, et ſubeundam terram, etiam omiſſo nomine* mortem, *vt* Virg. Aen. 1, 98 ô terque quaterque beati, Quîs ante ora Patrum Troiae ſub moenibus altis Contigit oppetere. *Eſſe autem* oppetere *idem quod ſubire, oſtendunt formulae, vt* Phaed. 3, 16, 2 Poenas oppetere ſuperbiae. *et* Praemia oppetere Catull. Epithal. 102. *Nusquam tamen ſollemnius, quam cum nomine* mortem, *ponitur.* Cic. de Diuin. 1, 36 Aequius eſſe cenſuit ſe maturam oppetere mortem. *Add.* Id. pro Sext. c. 20. Mortem millies oppetere, *vid.* MILLE. *Conf.* Curt. 7, 10, 5. Cic. Tuſc. 2, 38 Veſtras manus peto, prius quam oppeto malam peſtem hoſtili manu. Mors neceſſitatem habet fati, aut ſi ante oppetenda eſt, oppetatur cum gloria Idem Philipp. 12 c. 12. Idem Tuſc. 1, 116 c. 48 Clarae vero mortes pro patria oppetitae non ſolum glorioſae rhetoribus, ſed etiam beatae videri ſolent.

OPPEXVS, *vid. paullo ante.*

OPPIA, *Gens Romae. Ex hac* Oppius *ille Caeſaris amicus: item Veſtalis, quae conuicta ſtupri, viua defoſſa eſt* Liu. 2, 42. Aenigma Oppiorum ex Velia Cic. Att. 7, 13 *exercuit eruditos. Sed nihil huc pertinet. Eſt et* Oppius *mons* Romae Varr. de L. L. 4, 8.

OPPĬCO, āre. [πισσόω] *Idem quod Picare ſignificat: hoc eſt pice oblinere, quod genus picationis fieri antiquitus ſolebat in doliis vel cadis vinariis, ne perfluerent.* Cato c. 120 Muſtum ſi voles totum annum habere, in amphoram muſtum indito, et corticem oppicato.

OPPĬDO. Adu. *vid. poſt* OPPIDVM.

OPPĬDVM, i. n. [πόλις, ἄστυ, ἐπιτείχισμα] *Proprie eſt Omnis vrbs praeter Romam, quae peculiari nomine* Vrbs *vocari coepta, fecit, vt caeterae vrbes vocarentur* Oppida: *haec Valla de L. L.* 4, 32. *Vnde apud* Plautum Oppidum *et* Vrbem *indifferenter legimus, quum in* Perſa Eleuſipolim *inquit* Perſae cepere in Arabia plenam bonarum rerum anti-

quum oppidum. *Conf.* Idem Perſ. 4, 4, 5. Seruius Sulpicius, *quum numeraſſet* vrbes *multas*, *poſtea dixit:* Quae oppida quodam tempore florentiſſima fuere *ad* Cic. Fam. 4, 5. Cic. Verr. 4, 72 Segeſta eſt oppidum peruetus in Sicilia, Iudices, quod ab Aenea fugiente a Troia, atque in haec loca veniente, conditum eſſe demonſtrant. Oppidum *et* vrbs *idem*, *apud* Nep. 1, 3, 1. *et* 1, 7, 2. *Idem* Nepos Athenas, Oppidum *abſolute vocat*, 1, 4, 2. *et* 2, 2, 8. *Item* Thebas 16, 1, 2. *Sic* Cic. Verr. 2, 117 c. 52 Syracuſas vocat. *Sic* oppidum *abſolute dictam antiquam illam Romam quadratam*, *obſeruat Scal. Append. Coniect. ad Varr.* p. 185. *vbi* Varronis *locum* de L. L. 4, 34 p. 39, 24 *ſic emendat*, In Palatio Mugionis (*porta*) a mugitu, quod ea pecus in bucita tum antiquum oppidum exigebant. *Recepit hanc lectionem Scioppius. Scaliger etiam huc refert* Liu. 45, 16. *quem locum damus ſupra in* MINERVIVS. *Saepe generale hoc nomen ſingularibus adiicitur. vt*, Oppidum Amphipolim conſtituit Nepos 5, 2, 2. In oppido Citio mortuus eſt Idem 5, 3, 4. Feſtus, Oppidorum originem optime refert Cicero libro primo de gloria, eamque appellationem vſurpatione appellatam eſſe exiſtimat, quod opem darent, adiiciens, vt imitetur ineptias Stoicorum. Varr. de L. L. 4, 32 Maximum aedificium eſt oppidum ab ope dictum: quod munitur opis cauſa, vbi ſint: et quod opus eſt ad vitam gerendam, vbi habitent tuto: vel oppida, quod opere muniebant moenia, quo tutius eſſent. *Haec ille.* Cic. in Piſon. 70 Vertes te ad alteram ſcholam: diſſeres de triumpho. Quid tandem habet iſte currus? quid vincti ante currum duces? quid ſimulacra oppidorum? *Hoc ex ritu veterum: portabantur enim oppidorum captorum ſimulacra in triumphis. Vid.* Liu. 37 *extr.* In oppidis praeſidia nulla ſunt Cic. Att. 8, 13. Ditia oppida Ouid. Epiſt. 16, 34. *Al.* Diuitiora. Inclinata Idem Met. 15, 295. ¶ 2 *Verborum formae:* Abiit oppidum in villas, Accedere in oppidum, Cedere de oppidis, *vid. hh. vv.* Cingere muris oppida Virg. Ecl. 4, 33. Cingebant oppida nondum foſſae praecipites Ouid. Met. 1, 97. Claudere oppidum portu, *vid.* CLAVDO. Compellere in oppida, *vid.* COMPELLO. Condere oppida Hor. Epiſt. 2, 1, 8. Congeſta oppida manu Virg. Georg. 2, 156. Conſtituere oppidum Caeſ. B. C. 1, 15. Continere oppida metu, *vid.* CONTINEO. Debellata Claud. in Eutrop. 2, 199. Decorare oppida publico ſumtu Hor. Carm. 2, 15, 18. Inuadere in oppidum, *vid.* INVADO. Irrumpere oppidum, *vid.* IRRVMPO. Moliri oppida Hor. de Arte Poët. 399. Proſternes eruta conuulſis oppida muris Sil. 3, 213. Vaſtant annoſa oppida Stat. Theb. 3, 577. ¶ 3 *Eſt etiam in Circo* Oppidum. Varro de L. L. 4, 32 p. 37, 4 In circo primo, vnde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres: Naeuius Oppidum appellat — Oppidum, quod a muri parte, pinnis turribusque carceres olim fuerunt. Scripſit Poëta, Dictator vbi currum inſidit, peruehitur vſque ad oppidum. Feſtus, Oppidum dicitur et locus in circo, vnde quadrigae emittuntur.

OPPIDV̆LVM, i. n. Dimin. [πόλισμα] Cic. Att. 10, 7 Nec tamen in acie, ſed Melitae, aut alio in loco, ſiue in oppidulo futurum puto.

OPPIDĀTIM. Adu. [κατὰ πόλιν] *Per omnia, ſiue ſingula oppida.* Suet. Aug. c. 59 Ludos quinquennales paene oppidatim. *et* Galba c. 18 Cum per omne iter dextra ſiniſtraque oppidatim victimae cederentur.

OPPIDANEVS, a, um. Adi. Theod. Cod. 12, 1 Vinculo incolatus oppidanea neceſſitas eum detinet obligatum. *Ibid.* Obſequiis oppidaneis mancipari.

OPPIDĀNVS, i. m. [πολίτης] *Qui oppidum incolit.* Caeſ. Bell. Gall. 2, 33 Sub veſperum Caeſar portas claudi, militesque ex oppido exire iuſſit, ne quam noctu oppidani a militibus iniuriam acciperent. *Add.* Nep. 1, 7, 3. ¶ 2 *Eſt proprie Adiectiuum nomen.* Cic. pro Planc. 30 c. 12 Quod dicitur Atinae factum a iuuene, vetere quodam in ſcenicos iure, maximeque oppidano. Cic. de Clar. Orat. 242 Quaeſtores celeriter facti ſunt oppidano quodam et incondito genere dicendi. *i. Non vrbano. Budaeus*, Oppidanum *enim* genus dicendi, *oratio eſt non elegans nec nitida*, *ſed velut vicana et municipalis aut caſtellana*, *quod in oppidis*, *vicis*, *caſtellis*, *non tam integre*, *incorrupteque*, *quam in vrbe loqui ſolerent.* Senex quidam oppidanus Cic. de Orat. 2, 240 c. 59.

OPPĬDO. Adu. [μεγάλως, πολὺ] *Aduerbium intendendi.* Feſtus, Ortum eſt hoc verbum ex ſermone inter ſe confabulantium, quantum quisque frugum faceret, vt quae multitudo ſignificaretur, ſaepe reſpondebatur, quantum vel oppido ſatis eſſet. Hinc in conſuetudinem venit, vt diceretur, Oppido, pro Valde, multum. Itaque ſi qui in aliis rebus eo vtuntur, vt puta ſi qui dicant, Oppido didici, ſpectaui, ambulaui, errant: quia nulli eorum ſubiici poteſt, vel quod ſatis eſt. *Hactenus* Feſtus. Ter. Heaut. 4, 4, 12 Dic me hîc oppido eſſe inuitam, atque ſeruari. Cic. de Finib. 3, 33 c. 10 Sed eorum definitiones paullum oppido inter ſe differunt. Idem Fam. 14, 4 Sin ad nos pertinerent, ſeruirent, praeterquam oppido pauci. Oppido Pauci Ammian. 16, 11. Apul. de Mundo *pr.* Tutor mimus vetus oppido ridiculus Cic. de Orat. 2, 259. Oppido quam fiunt in literarum oſtentatione inepti et friuoli Gell. 15, 30. Id. 16, 7 Laberius in Mimis quos ſcriptitauit, oppido quam verba finxit praelicenter. *Hîc vt nimiam* Laberii *licentiam notet, tria, quae augendi vim habent, coniunxit*, Oppido, Quam, *et* Prae. Oppido, quam in literis peritus Gell. 7, 7. Oppido, *pro Statim aliquando accipitur:* Plaut. Moſt. 1, 2, 56 Perdidi operam fabrorum illico, oppidoque venit ignauia. Idem Bacch. 4, 4, 30 Reddidi aurum omne oppido. Idem Amph. 1, 1, 143 Oppido interii.

OPPIGNĔRO, āre. [ὑποτίθημι, ἐνεχυράζω] *Aliquid pignori dare.* Cic. pro Sext. 110 c. 51 Libelli pro vino etiam ſaepe oppignerabantur, manebat inſaturabile abdomen. Ter. Heaut. 4, 5, 46 Num illa oppignerare filiam meam me inuito potuit? Oppignerauit Claudii modo ad menſam (*trapeziticam*) vix octo numis annulum, vnde coenaret Martial. 2, 57. Oppignerare ſe Senec. de Benef. 3, 5.

OPPIGNERĀTOR, ōris. m. Auguſtin. Epiſt. 215 Ab oppigneratoribus vrgeri.

OPPĪLO, āre. [ἐμφράττω] *Occludere velut pilis oppoſitis.* Lucret. 6, 725 Eſt quoque vti poſſit magnus congeſtus arenae Fluctibus aduerſis oppilare oſtia contra. *h. e. Reſiſtere aduenientibus fluctibus ſuo obice, imitante pilam ſaxeam, quae in mare iacitur.* Cic. Philipp. 2, 21 c. 9 Hisque oppilatis, impetum tuum compreſſiſſet? Plaut. Rud. 4, 1, 14 Iam mihi oppilabit ſua vaniloquentia aures.

OPPILATIO, ōnis. f. [ἔμφραξις] *Medici vocant Vitium praecluſi obſtructique iecinoris, aliorumque intus viſcerum.* Scribon. Larg. Compoſ. 47 Vt neque ſpiratio interpelletur, neque remedium efficaciſſimum (quod per oppilationem narium efficitur) excludatur. *Conf. Barth. Aduerſ.* 40, 4.

OPPIVS, *vid.* OPPIA *gens.*

OPPLEO, ēui, ētum, ēre. [ἀναπληρόω] *Circumquaque implere, ſiue Maxime implere.* Ter. Heaut. 2, 3, 65 Lacrimis opplet os totum ſibi. Liu. 10, 46 Niues iam omnia oppleuerant, nec durari extra tecta poterat. Opplet nares odor Varr. de R. R. 3, 4. Liquidis loca vocibus opplent Lucret. 2, 145. Regia oppletur laetanti coetu Catul. 62, 33. Oppleuit opinio haec vetus Graeciam Cic. de Nat. Deor. 2, 63. *Vid.* OPINIO. Oppleuit luctus vrbem Liu. 22, 56.

OPPLĒTVS, a, um. Partic. [ἀναπληρωθείς] Mentes oppletae tenebris ac ſordibus Cic. poſt red. in Senat. 10 c. 4. Idem de Nat. Deor. 2, 130 c. 52 Aegyptum Nilus irrigat, et quum tota aeſtate obrutam, oppletamque tenuerit, tum recedit. Aedes inaniis ſunt oppletae atque araneis Plaut. Aul. 1, 2. 6.

OPPLŌRO, āre. [κατοδύρομαι] *Contra plorare.* Auctor *ad* Heren. 4 c. 52 At ille, Quin mihi illum datis, ac vos auribus meis opplorare non deſinitis?

OPPŌNO, pŏſui, pŏſĭtum, ĕre. [ἀντιτίθημι] *Contra vel ex aduerſu ponere.* Cic. de Nat. Deor. 2, 129 E quibus pullos quum excuderunt, ita tuentur, vt et pennis foueant, ne frigore laedantur: et ſi eſt calor a ſole, ſe opponant. Plaut. Pſeud. 1, 5, 10 Ibi nunc oppido oppoſita obſtacula. *Al. et Gronou.* Obſepta eſt via. Cic. in Piſon. 81 Cuius ego imperio non Alpium vallum contra aſcenſum transgreſſionemque Gallorum, non Rheni foſſam gurgitibus illis redundantem, Germanorum immaniſſimis gentibus obiicio et oppono. Idem pro Muraen. 87 Ad omne periculum, atque ad omnem inuidiam ſolus opponitur. Hoſtibus opponere aliquos Idem de Finib. 2, 9. ¶ 2 *Subſtantiua:* Aciem oppoſuere Aeneadae Virg. Aen. 9, 469. *vid.* ACIES. Auriculam opponere *anteſtanti* Hor. Serm. 1, 9, 77. Cic. Acad. 4, 64 Auctoritas autem tanta mouebat, niſi tu oppoſuiſſes non minorem tuam. Cauſam opponere, *Obiicere ante oculos*, *Excuſationem vel cauſam afferre.* Idem Off. 3, 41 Muri cauſam oppoſuit, ſpeciem honeſtatis, nec probabilem, nec ſatis idoneam. *De Romulo.* Corpus pro patria opponere, *pro Exponere* Liu. 21, 8. Cic. Att. 7, 22 Perſequi Caeſar Pompeium? quid? vt interficiat? O me miſerum, et non omnes noſtra corpora opponimus? Idem pro Quinct. 47 Minae iactentur, pericula intendantur, Formidines opponantur, vt, *etc.* Genu oppoſuit coſtis Ouid. Met. 12, 347. Cic. pro Caec. 84 In iis ipſis intercludere Inſidiis, quas mihi conaris opponere. Manum oppoſuit ante oculos Ouid. Faſt. 4, 178. Manum puella ſuauio opponat tuo Hor. Epod. 3, 21. Ouid. Met. 2, 276 Oppoſuitque Manum fronti. Cic. pro Caecin. 21 Atque iſte ad omnes introitus qua adiri poterat, non modo in eum fundum, de quo controuerſia fuerat, ſed etiam in illum proximum, de quo nihil ambigebatur, armatos homines opponit. Moles fluctibus Idem Off. 2, 14. Montes natura oppoſuit mari Lucan. 2, 620. Cic. Verr. 4, 75 Opponebant illi interdum Nomen Africani. Idem ib. 3, 131 Quum decumani aratoribus ad pactiones faciendas non ſuam vim, ſed tuum ſcelus ac Nomen opponerent? Ordinem aduerſus hoſtes quadruplicem Liu. 30, 10. Periculis ſe Cic. pro Corn. Balb. 26 c. 10. Id. *ad* Brut. 15 His ardentibus perturbandae Reip. cupiditate, quod opponi poſſet Praeſidium, non habebamus. Medicinae totidem opponuntur his quatuor cauſis Idem de Orat. 2, 339. Paribus paria redduntur, et contraria opponuntur Cic. in Orat. 164. Se opponere inuidiae pro patriae ſalute Idem de Aruſp. Reſp. 60. Terrorem armati exercitus opponere togatis Idem pro Sext. 52. Idem de Finib. 3, 40 c. 12 Hoc omni virtuti Vitium contrario nomine opponitur. Cic. pro Caecin. 65 Si contra verbis et literis, et (vt dici ſolet) ſummo iure contenditur, ſolent eiusmodi iniquitati et boni et aequi nomen dignitatemque opponere. *Conf.* Idem *ad* Q. Frat. 2, 10. *et ad* Att. 1, 1. Voluntas teſtatoris ſcripto opponitur tum, vt quaeratur, verbane plus, an ſententia valere debeat Cic. in Topic. 96. Idem de Lege Agrar. 1, 18 Capuam deduci colonos volunt, illam Vrbem huic vrbi rurſus opponere, illuc opes ſuas deferre cogitant. ¶ 3 *Formulae aliae: De Diſputationibus*, Cic. Acad. 4, 131 Introducebat etiam Carneades, non quo probaret, ſed vt opponeret Stoicis ſummum bonum eſſe, *etc.* *Add.* Id. de Fin. 2 c. 13. Sed quid oppones tandem, ſi negem me vnquam iſtas literas ad te miſiſſe? quo me teſte conuinces? Cic. Philipp. 2, 8 c. 4. Opponere, *pro Apponere.* Cato de R. R. c. 157 *extr.* Deinde petigini parce (depetigini porcae *i. naturae muliebris*) braſſicam opponito, ſanam faciet. Opponere, *pro eo, quod alias Deponere dicitur, et Contra alium pignus ponere.* Plaut. Curc. 2, 3, 77 Pono pallium, ille ſuum annulum oppoſuit. *Al.* Oppeſiuit. Ter. Phorm. 4, 3, 56 Ager oppoſitus eſt pignori ob decem minas. *Add.* Plaut. Pſeud. 1, 1, 15. *In Circo opponere praecedens auriga dicitur ſequenti. Vid.* Plin. 8, 42. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 16, 396.

OPPOSĬTVS, a, um. Partic. [ἀντιτεθείς, ἀντισταθείς] Cic. de Diuin. 2, 117 Luna ſubiecta atque oppoſita ſoli. *In hac dictione ludit* Catull. 24 (26) 2

Furi, villula noſtra non ad Auſtri
Flatus oppoſita eſt, nec ad Fauoni,
Nec ſaeui Boreae, aut Apeliotae:
Verum ad millia quindecim, et ducenta,
O ventum horribilem, atque peſtilentem.

Significat Poëta villam ſuam eſſe oppigneratam, ſiue pignori oppoſitam ob quindecim millia, etc. Rebus meis ad ſecuritatem creditoris oppoſitis Sen. de Benef. 7, 14. Lancibus oppoſitis Iuuen. Sat. 11, 18. *i. Oppigneratis.* Contrario oppoſitus virtuti eius Scribon. 199. Corpore oppoſito vim, ſcelus, et furorem aliquem a bonorum ceruicibus depellere Cic. pro Domo 63 c. 24. Fores oppoſitae Hor. Carm. 3, 26, 8. Humeris oppoſitis extrahere aliquem e turba Idem Serm. 2, 5, 95. Moles oppoſitae fluctibus Cic. Off. 2 c. 4. Nubes oppoſitae Ouid. Met. 10, 79. Cic. pro Font. 3 Specula Pop. Romani ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum et obiectum. Idem Tuſc. 2, 16 Id quod natura ipſa et quaedam generoſa virtus ſtatim reſpuit, ne dolorem ſummum malum diceres, oppoſitoque dedecore ſententia depellerere, in eo magiſtra vitae philoſophia tot ſaecula permanet.

OPPOSĬTVS, ûs. m. [ἀντίστασις] Cic. pro Marcel. 33 c. 10 Non modo excubias et cuſtodias, ſed etiam laterum noſtrorum oppoſitus, et corporum pollicemur. Gell. 4, 5 Locus quem Sol oppoſitu circum vndique aliarum aedium nunquam illuſtraret. Oppoſitu membrorum Sil. 10, 212. Oppoſitu globi Plin. 2, 71.

OPPOSĬTVM, i. n. Gell. 16, 8 Oppoſita ipſa inter ſeſe aduerſa ſunt, quae oppoſita, non ſunt contraria *ibid.* *Conf.* Mart. Capell. 4 p. 115.

OPPOSITIO, ōnis. f. [ἀντίθεσις] Cic. de Inuent. 1, 42 c. 28 Diſparatum

paratum autem eſt id, quod ab aliqua re per oppoſitionem negationis ſeparatur hoc modo, Sapere et non ſapere.

OPPORTVNVS, a, um. Adi. [ἐπιτήδειος, εὔκαιρος, tempeſtiuus Gloſſ. Lat. Gr.] *Quod pro deſiderio noſtro accidit: ab* Ob *et* Portus, *quod nauigantibus maxime vtiles, aptatique ſint.* Plaut. Epid. 3, 3, 44 Nihil homini amico eſt opportuno amicius. *h. e. Qui in tempore ſuccurrit.* Plin. 16, 40 Quaedam enim in mari, quaedam in terra vitiis opportuniora. *Et* 18, 7 Non alia de cauſa opportuniora morbis corpora exiſtunt. Iniuriae opportunus Sall. Iug. 20, 2. *Plures ibi laudat Cort.* Opportunus ad, *Commodus, idoneus.* Ter. Eun. 5, 9, 47 Ad omnia haec magis opportunus, nec magis ex vſu tuo nemo eſt. Ad veratri potionem opportunior Scribon. 99. *vulgo magis diſpoſitus.* Opportunus ita eſt, ſi forte et idoneus Aër Lucr. 5, 606. Aetas opportuniſſima Cic. Fam. 7, 7. Idem Verr. Act. 1, 13 Claſſes optimae atque opportuniſſimae, cum magna ignominia Pop. Roman. amiſſae et perditae. Latebra Ouid. Met. 3, 442. Locus opportunus et tempus idoneum ad eam rem, de qua narratur Cic. de Inuent. 1, 29. Loco opportuniore nullo eſſe potuiſti Idem Fam. 6, 20. Locis opportunioribus munitiones imponere Liu. 36, 17. Quae tibi cognita Res in multis, o bone, rebus vtilis inuenietur et opportuna cluebit Lucret. 3, 207. Seges opportuna pecori Virg. Georg. 4, 129. Tempus opportunum, *Commodum, optatum, proprium.* Cic. Fam 2, 18 Quas ſi ſatis opportuno tempore accepiſti, gratiſſimum mihi feceris, ſi ad me in Ciliciam quamprimum veneris. Tempus actionis opportunum Cic. Off. 1, 142 c. 40. Vir minime opportunus nouanti res Liu. 4, 13. Vrbs opportuna, munita, propinqua, fortiſſimorum virorum, fideliſſimorum ciuium, atque optimorum Cic. Philipp. 4, 6. Vtilitas opportuna Lucret. 6, 893. Opportunus, *abſolute.* Cic. de Clar. Orat. *extr.* ſ. 333 Tantum dico, ſi mihi accidiſſet, vt numerarer in multis * ſi operoſa eſt concurſatio magis opportunorum. *Sed locus eſt mutilus.* Locorum opportuna Tacit. Ann. 4, 24. *Superl.* Plin. 8 Ad hos proferendos et tempus, et locum opportuniſſimum elegi, *etc. conf.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 30. *et* 4, 13. Liu. 26, 43 Potiemur praeterea cum pulcherrima opulentiſſimaque Vrbe, tum opportuniſſima portu egregio, *i. Vnde terra marique, quae belli vſus poſcunt, ſuppeditentur.*

OPPORTVNE. Adu. [εὐκαίρως] *i. Loco et tempore ſuo, et rei apto, quod et ſimpliciter dicitur in loco et in tempore.* Ter. Adelph. 2, 4, 2 Opportune: te ipſum quaerito. Idem Andr. 3, 4, 11 Opportune hic fit mihi obuiam. Cic. pro Roſc. Amer. 68 Tempus idoneum, locus opportune captus ad eam rem. Opportune facere Id. de Finib. 3, 61. Opportune nuntiis allatis Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 101. Reddere opportune alicui literas Cic. Att. 14, 19. Illud ſatis opportune Idem ibid. 16, 6. Opportune venire Id. de Nat. Deor. 1, 15. *Compar.* Accidere opportunius nihil potuit, te ipſum cupio Cic. Fam. 1, 9. *Superl.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 101 Opportuniſſime nuntiis allatis. Liu. 32, 18 Anticyra opportuniſſime ſita.

OPPORTVNĬTAS, ātis. f. [εὐκαιρία, καίριον] *Commoditas, pro ratione loci, temporis et perſonarum.* Cic. de Finib. 3, 45 Et quemadmodum opportunitas (ſic enim appellemus εὐκαιρίαν) non fit maior productione temporis (habent enim ſuum modum quaecunque opportuna dicuntur) ſic recta effectio. Conſultrix et prouida vtilitatum, opportunitatumque omnium natura Cic. de Nat. Deor. 2, 58. Aetatis opportunitas Salluſt. in Iugurtha c. 6. Anuli vſus opportunitate Gyges, reginae ſtuprum intulit Cic. Off. 3, 38. Corporis opportunitates habilitateſque Idem de Legib. 1, 27. Faciendi aliquid idonea opportunitas, aut non faciendi Cic. de Inuent. 1, 40 c. 27. Fluminum opportunitates Idem de Nat. Deor. 2, 132. Loci opportunitas Caeſ. Bell. Gall. 3, 19. Locorum opportunitates Plin. Paneg. c. 15. Cic. de Nat. Deor. 1, 93 Ne hoc quidem vos mouet conſiderantes, quae ſit vtilitas, quaeque opportunitas in homine Membrorum, *etc.* Temporis Cic. Off. 1, 142. Viae, *Facilitas* Plin. Epiſt. 1, 24. Cic. Att. 8, 13 Si tenendam hanc oram putas, quae opportunitatem et dignitatem habet, et egregios ciues, *etc.* Idem Philipp. 3, 34 Praeclara tum fuit Senatus in illo ipſo die veſpertina prouinciarum religioſa fortitio: Diuina vero opportunitas, vt quae cuique apta eſſet, ea cuique obueniret. Cic. Att. 8, 8 Fuga et Maritima opportunitas viſa quaeri deſperatione. Adiuncta, *vid.* ADIVNGO. Aduenire opportunitate, *pro In tempore* Plaut. Epid. 2, 2, 19. Corrumpere opportunitatem, *vid.* CORRVMPO. Habere opportunitatem ad negotium adminiſtrandum Cic. de Inuent. 1, 38. Sequi loci opportunitatem Idem Off. 1, 35. Opportunitatis eſt beate viuere Id. de Finib. 3, 61. Opportunitas, *Vtilitas.* Cic. de Amicit. 21 Talis igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere. Idem Verr. 3, 11 Neminem veſtrûm praeterit, Iudices, omnem Vtilitatem opportunitatemque prouinciae Siciliae, quae ad commoda Pop. Rom. adiuncta ſit, conſiſtere in re frumentaria maxime.

OPPRĬMO, preſſi, preſſum, ĕre. [καταδυναστεύω] *Premendo grauare, et impedire: ſubito ſuperuenire et fugiendi vel commouendi ſe facultatem adimere: nec proprie tantum, ſed frequentiſſime per translationem.* Opprimere os, *Continere, claudere* Ter. Phorm. 5, 8, 93. Id. Andr. 1, 3, 23 Conueniam Pamphilum, ne de hac re pater imprudentem opprimat. Cic. in Catil. 2, 8 Nemo non modo Romae, ſed ne vllo in angulo totius Italiae oppreſſus Aere alieno fuit, quem non ad hoc incredibile ſceleris foedus adſciuerit. Animam hanc fluctus opprimet Ouid. Triſt. 1, 2, 35. Cic. Verr. 5, 14 Quis dubitet, quin ſeruorum Animos ſumma formidine oppreſſerit? Idem de Diuin. 1, 105 Quod paucis poſt menſibus exortum, paucioribus a te eſt diebus oppreſſum. Contumeliis aliquem operire et opprimere Cic. Verr. 4, 111. Criminibus et teſtibus obrui et opprimi Idem ibid. 3 (1) 20 c. 7. Dictum ſuum opprimere, *Mutare ſententiam* Plaut. Merc. 3, 4, 6. Cic. Tuſc. 2, 33 Sed Dolorem opprimi dico patientia: ſi modo eſt aliqua patientia. Dolore opprimi Idem Fam. 4, 6. Flammas vnda opprimit Senec. Medea 12. Hoſtes conficere atque opprimere Cic. pro Font. 26. Hoſtes parentis ſui oppreſſit Senec. Octau. ſ. 8. Ignem opprimere Liu. 29, 31. Cic. Off. 2, 81 Quumque tyrannum Nicoclem Improuiſo oppreſſiſſet, ſexcentos exules, qui fuerant eius ciuitatis locupletiſſimi, reſtituit. Improuiſo tantus morbus hominem temperantem oppreſſit Cic. Att. 15, 1. Incautos opprimere Liu. 26, 12. Cic. in Catil. 2, 4 c. 2 Fore, vt eius ſocios Inuidia oppreſſus, perſequi non poſſem. Idem pro Quint. 7 Si id eſt defendere, cupiditati alterius obtemperare; quo is facilius, quem velit, in quo Iudicio opprimere poſſit. Cic. pro Cluent. 30 Et eſt quiſquam, qui, quum haec cognouerit, ſuſpicari poſſit Oppianicum Iudicio oppreſſum et circumuentum eſſe innocentem? Leonem iaculo oppreſſit Valer. Argon. 3, 24. Mentionem aliquam opprimere Liu. 38, 50. Nec pleroſque opinantes oppreſſimus, qui occiſi captique ſunt Cic. Fam. 15, 4. Idem de Senect. 49 c. 14 Quoties illum lux noctu aliquid deſcribere ingreſſum, quoties Nox oppreſſit, quum mane cepiſſet? Occaſionem opprimere, *Supprimere, tacere, celare* Plaut. Aſin. 2, 2, 15. Onere opprimi, *vid.* ONVS. Cic. pro Roſc. Amer. 10 Id, quod ſuſcepi, quoad potero, perferam: quod ſi perferre non potero, opprimi me Onere officii malo, quam id, quod mihi cum fide ſemel impoſitum eſt, aut propter perfidiam abiicere, aut propter animi infirmitatem deponere. Cic. de Finib. 2, 30 Quae iam Oratio non a philoſopho aliquo, ſed a Cenſore opprimenda eſt. Pede opprimere Cato c. 46. Penuria victus opprimit eum Hor. Serm. 1, 1, 98. Potentiam alicuius extinguere et opprimere Cic. pro Roſc. Amer. 36. Id. Fam. 4, 3 Quicunque poſtea Remp. oppreſſiſſet armis, multo intolerabiliorem futurum. Ruina opprimi Cic. de Diuin. 2, 20. Terent. Eun. 3, 5, 53 Interea Somnus virginem opprimit. Terra opprimi Cic. de Diuin. 2, 51. Opprimere, *Praeuenire, praeoccupare.* Idem Fam. 15, 16 Puto, te iam ſuppudere, quum haec te tertia iam epiſtola ante oppreſſit, quam tu ſchedulam aut literam. Cic. Diuinat. Verr. 44 Nunquam ille me opprimet conſilio, nunquam vllo artificio peruertet. Opprimere, *pro deprehendere in flagitio* Plaut. Caſ. 5, 4, 17. Cic. pro Roſc. Amer. 121 Eſt quiddam, quod occultatur: quod, quo ſtudioſius ab ipſis opprimitur et abſconditur, eo magis eminet et apparet. Opprimere, *pro Extundere, peruincere: i. Violenter impetrare, et violentis precibus.* Plaut. Mil. 4, 5, 10 Nam ſi vllo modo poſſet impetrari, ne te abduceret, dedi operam: verum oppreſſit. Opprimi, *ex improuiſo velut deprehendi.* Cic. Att. 12, 32 Illud autem, quod fore video, ipſum volo vitare, ne illae ad me veniant. Et vna eſt vitatio: et ego nollem: ſed neceſſe eſt, vt explores, ad quam diem hic ita poſſim eſſe, vt ne opprimar. *i. Ne Publilia et mater veniant, quum de illarum aduentu nihil ſuſpicer.* Cic. Att. 34 Quum ſcribas videndum mihi eſſe ne opprimar, ex quo intelligam, te certum illius profectionis diem non habere: putaui, *etc.* Ne opprimar, *a Publilia et matre: ſiue ſubito et inſperato Publiliae aduentu.*

OPPRIMENS, entis. Partic. Virginem vi Vulgat. Geneſ. 34, 2. Non erubeſcitis opprimentes me Idem Iob. 19, 3.

OPPRESSVS, a, um. Partic. [καταδυναστευόμενος] Oppreſſa metu ciuitas Liu. 24. Aere alieno oppreſſa Gallia Cic. pro Font. c. 1 *pr.* Oppreſſus a praedonibus et captus eſt Idem Verr. 5, 122 c. 46. Oppreſſus eſt, non cauſa, ſed tempore Cic. pro Cluent. 91. Catenis vinctus et oppreſſus Senec. Herc. fur. v. 52. Caſu acerbo Catull. 66, 1. Cic. Fam. 9, 14 Quamquam erat oppreſſus totius corporis Doloribus. Idem Off. 2, 24 Sed iis, qui oppreſſos Imperio coërcent ſit ſane adhibenda ſaeuitia. Repreſſum magna ex parte, non oppreſſum aliquem relinquere Cic. pro Muraen. 32. Idem de Amicit. 78 Quamobrem primum eſt danda opera, ne qua amicorum diſſidia fiant: ſin tale aliquid euenerit; vt extinctae potius Amicitiae, quam oppreſſae eſſe videantur. Arces Lucan. 2, 654. Carmina oppreſſa ſilent Lucret. 2, 505. Herba Ouid. de Arte Am. 3, 721. Iuuencus a lupo Stat. Theb. 8, 692. Plin. Epiſt. 9, 18 Ne iſtam ipſam Memoriam, cui gratias ago, aſſiduitate, et copia turbem: oneratamque et quaſi oppreſſam, cogam pluribus ſingula, poſterioribus priora dimittere. Patria oppreſſa a tyrannide Nepos 20, 1, 1. Pectus oppreſſum Senec. Herc. fur. 11. Reſpublica oppreſſa captaque Cic. pro Domo 26. Senatus oppreſſus et afflictus Idem poſt red. in Senat. 17. Vita oppreſſa iacet Lucret. 1, 64.

OPPRESSIO, ōnis. f. Ter. Adelph. 2, 2, 30 Per oppreſſionem, vt hanc mihi eripere poſtulet, *i. vtens opportunitate, cum ſciat mihi diſcedendum eſſe.* Curiae oppreſſio Cic. pro Domo 5. Legum et libertatis interitus, earumque oppreſſio tetra et deteſtabilis Cic. Off. 3, 83 c. 21.

OPPRESSIVNCŬLA, ae. f. Dimin. Plaut. Pſeud. 1, 1, 66 Papillarum horridularum oppreſſiunculae.

OPPRESSOR, ōris. m. Cic. ad Brut. 16 Petitur, vt vindices atque oppreſſores dominationis ſalui ſint? Nazar. Paneg. Conſt. c. 31 Ludibriis oppreſſoris ſui auſpicari libertatem iuuabat.

OPPRESSVS, ūs. m. Sidon. Epiſt. 9, 11 *extr.* Saxei montis oppreſſu.

OPPROBRIVM, i. n. [ὄνειδος] *Infamia, dedecus, quaſi obiectum probrum. Vid. viros doctos ad* l. 42 ff. de V. S. *apud Duker. de Latinit. ICtor.* p. 110 ſqq. Plin. 18, 26 Dedecus enim habetur, opprobriumque meritum, falcem ab illa volucre in vite deprehendi. Hor. Ep. 1, 9, 10 Maioris fugiens opprobria culpae. Aeternum opprobrium Hor. Carm. 4, 12, 7. Idem Serm. 1, 4, 128 Sic teneros animos aliena opprobria ſaepe Abſterrent vitiis. Magnum pauperies Hor. Carm. 3, 24, 4. Turpe Idem Serm. 1, 6, 84. Turpia linguae Claud. de Bell. Get. 522. Dignus opprobriis Hor. Serm. 2, 1, 85. Idem Ep. 2, 1, 145 Feſcennina licentia Verſibus alternis opprobria ruſtica Fudit. Fugere opprobria culpae Hor. Epiſt. 1, 9, 10. Morderi falſis Idem ibid. 1, 17, 34. Quinct. Decl. 9 Facile Prorumpis in opprobria: facile quod libet obiicis. Pulſatus maledictis opprobriiſque vulgi Idem ibid. 15. Recantata Hor. Carm. 1, 16, 27. Ouid. Triſt. 2, 445 Nec Fuit opprobrio celebraſſe Lycorida Gallo, *Add.* Prop. 4, 1, 6.

OPPRŎBRO, āre. [ὀνειδίζω] *ſignificat* Probrum obiicere, *inquit* Feſtus. Plaut. Moſt. 1, 3, 142 Egone id exprobrem, qui mihimet cupio opprobrarier? Idem Truc. 2, 2, 25 Rus tu mihi opprobras? Gell. 17, 1 Vt vel hac ipſa re, quod ita licebat, opprobraret aduerſariis. Idem 1, 15 Eidem vilitatem opprobrans. Aur. Vict. de Vir. Illuſt. c. 66 Luxuriam opprobrans.

OPPROBRĀTVS, a, um. Gell. 3, 5 *tit.* Mollities oculorum et corporis cuidam opprobrata acerbe.

OPPROBRATIO, ōnis. f. [ὀνειδισμός] Gellius 12, 11 Tum Cicero inopinata opprobratione permotus. Idem 2, 7 Sine opprobratione acerba reprehenſionis.

OPPROBRAMENTVM, i. n. [ὀνείδισμα] *Antique pro Opprobrio.* Plaut. Merc. 2, 3, 87 Multo edepol, ſi quid faciundum eſt damni, facere mauolo, quam opprobramentum aut flagitium muliebre efferri domi.

OPPROBRIŌSVS, a, um. Adi. *Plenus opprobrii.* Leg. 40 §. 1 Cod. de Epiſc. et Cler. Abſurdum clericis eſt immo etiam opprobrioſum.

OPPVGNO, āre. [πολεμέω, πολιορκέω, προσβάλλω] *ſignificat Contra pugnare, nocendi cauſa.* Cic. Fam. 2, 9 (10) Ibi quintum et viceſimum iam diem aggeribus, vineis, turribus oppugnabam oppidum muni-

munitiſſimum Pindeniſſum. Obſidere, oppugnare et labefactare aliquam vrbem Cic. de Aruſp. Reſp. 6 c. 4. Vehementiſſime oppugnare vrbem aliquam Idem pro Lege Manil. 20. Vrbem oppugnat celſis molibus Virg. Aen. 5, 439. Carinam feſſam oppugnare Ouid. Met. 11, 531. Sagittis oppugnare rates Propert. 3, 11, 13. *Metaph.* Plaut. Epid. 1, 2, 16 Tibi audendum eſt, ſenem oppugnare certum eſt conſilium. Cic. Fam. 1, 7 Vt quos tu Reipub. cauſa laeſeras, parum te oppugnarent. Propugnare pro aliquo, *et* Oppugnare aliquem, *contraria.* Pſeudo-Cic. antequam iret in exil. 11 Pro innocentiſſimo quoque propugnare, et nocentiſſimum quemque oppugnare, nobis vtiliſſimum eſſe arbitraremur. Cic. Fam. 11, 2 Hammonius regis legatus aperte pecunia nos oppugnat. Idem Verr. Act. 1, 24 Vrgebant comitia, et his ipſis oppugnabar grandi pecunia. Metell. *ad* Cic. Fam. 5, 1 Exiſtimaram pro mutuo inter nos animo, et pro reconciliata gratia, nec abſentem ludibrio laeſum iri me, nec Metellum fratrem ob dictum, capite ac fortunis per te oppugnatum iri. *Reſpondet* Cicero 5, 2 Quare non ego oppugnaui fratrem tuum, ſed fratri tuo repugnaui. Clandeſtinis conſiliis aliquem Cic. in Orat. 213. Palam aliquem Idem Q. Frat. 2, 4. *Et* de Orat. 151 Carneadis vero vis incredibilis illa dicendi, et varietas perquam optanda nobis, qui nullam vnquam in illis ſuis diſputationibus rem defendit, quam non probarit: nullam oppugnauit, quam non euerterit. Cic. de Lege Agrar. 1, 1 Quae res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. Idem pro Caecin. 67 Tamen non probaſſe memini, quod defendis, quia verbis oppugnare Aequitatem videbatur. Bona alicuius oppugnare Plaut. Perſ. 1, 2, 22. Caput alterius Cic. pro Quint. 40 c. 12 *pr.* Idem de Inuent. 1, 1 Qui vero ita ſe armat eloquentia, vt non oppugnare Commoda patriae, verum pro eis pugnare poſſit, is mihi vir, *etc.* Conſilia alicuius oppugnare Plaut. Moſt. 3, 1, 15. Mens oppugnatur artibus innumeris Ouid. de Rem. Amor. 690. ¶ 2 *A* pugnis *contractae manus videtur comica laſciuia ductum illud:* Os oppugnare alicui Plaut. Caſ. 2, 6, 60.

OPPVGNĀTVS, a, um. Partic. [πολεμηθεὶς] Roma oppugnata propriis triumphis Propert. 2, 16 (15) 45.

OPPVGNATIO, ōnis. f. [πολέμησις] Liu. 14, 29 Nec ſegnior oppugnatio eſt, quam pugna fuerat. *conf.* Caeſ. Bell. Gall. 2, 6. Machinamenta, et aſtus oppugnationum Tacit. Ann. 12, 45. Nocturnam oppugnationem audere Idem ibid. 2, 12. Suſtinere oppugnationem Caeſ. Bell. Gall. 5, 36. *Add.* Cic. de Orat. 1 c. 48. Idem Q. Frat. 2, 7 Mihi cum ſua ſponte iucundum, tum iucundius, quod me abſente (eſt enim εἰλικρινὲς iudicium) ſine oppugnatione, ſine gratia noſtra erant Antii.

OPPVGNĀTOR, ōris. m. [πολεμιστὴς] Cic. pro Corn. Balb. 51 c. 23 Atque vtinam, qui vbique ſunt propugnatores huius imperii, poſſent in hanc ciuitatem venire: et contra, oppugnatores Reip. de ciuitate exterminari. Salutis meae oppugnator Cic. pro Plancio c. 31.

OPPVGNATORIVS, a, um. Adi. Vitruu. 10, 22 Hoſtes comparant res oppugnatorias.

OPPV̆TO, āre. [κλαδεύω] *Idem quod Putare, aut Circumputare, de arboribus.* Plin. 17, 21 Opputatur autem quidquid proximo tulit fructum.

OPPVVIRE, [πλήττειν] *Verbum obſoletum,* PERCVTERE *eſt.* Vnde, OPPVVIA, Verbera dicuntur. Afranius, Oppuuiis pueri coërcentur. *Dicuntur haec eſſe apud* Nonium, *ſed non inuenio. Laudat* Afranium *Druza ad* Lucil. p. 105, 1. *it. Laurenberg. in Antiquario, qui addit* in Vopiſco; *et verbum* Oppuuio: *et Salmaſ. in* Solin. *p.* 41 *Edit.* 2. *Sed fontem nondum licuit indagare. Nec habet in fragmentis Steph.*

OPPVVIVM, *modo vidimus.*

O P S

OPS, ōpis. f. [Ῥέα] *Filia Caeli ex Veſta, et ſoror vxorque Saturni: quam, vt ſcribit* Seruius, Graeci Rheam vocant, ἀπὸ τοῦ ῥέω, id eſt fluo, quod terra rebus omnibus affluat. Plaut. Ciſt. 2, 1, 39 Itaque me Ops opulenta illius auia, *cum reſpectu ad Iouem, errore per laſciuiam comicam ficto, qui ſtatim corrigitur. Vid. Brouckh. ad* Tibull. 1, 4, 62. *Eſt autem nihil aliud, quam Terra, vt in Coniect. docet Scalig. p.* 31. Terra vero Ops vocata, quia hic omne opus, et hac opus ad viuendum, *etc. vt ait* Varro L. L. 4, 10. *conf.* Macrob. Saturn. 1, 10. Turrigera Ops Ouid. Triſt. 2, 24. Ops ſoror Saturni, Oceani et Salaciae filia Cic. de Vniuerſ. 35. Aedes Opis Idem Philipp. 1, 17. Ops *eadem eſt, quae et Cybele* Tibull. 1, 4, 68. *Eſt autem etiam Appellatiuum nomen, vt ſtatim videbimus.*

OPĀLIS, e. Adi. *Deae Opi dicatus.* Auſon. Ecl. de Feriis Rom. v. 15 Vis et Opale ſacrum. *Sed vid. mox* OPALIA.

OPALIA, um. n. Dicebantur dies feſti, quibus Opi ſupplicabant, Feſtus. Macrob. Sat. 1, 10 Ex his colligi poteſt, et vno die Saturnalia fuiſſe, et non niſi XIV Kal. Ianuar. celebrata — qui dies nunc Opalibus inter Saturnalia deputatur, cum primum Saturno pariter et Opi fuerit adſcriptus. Hanc autem deam Opem Saturni coniugem crediderunt; et ideo hoc menſe Saturnalia, itemque Opalia celebrari, quod Saturnus eiusque vxor tam frugum, quam fructuum repertores eſſe credantur. Auſon. Eclog. 17, 15 (p. 562 *Toll.*) Viſne Opis ante Sacrum, vel Saturnalia dicam. *Eſt etiam lectio* Vis et Opale ſacrum. *In* Vet. Kal. Opalia et Saturnalia ad XIV Kal. Ianuar. *adſcribuntur. Quod autem* Opalia *etiam* Plinio *reſtitui volebat Hermolaus* 19, 6 ſ. 34 *vbi ita omnes*, Sunt, qui et allium et vlpicum inter Compitalia ac Saturnalia ſeri aptiſſime putent: *in fraudem illum induxit falſa de Compitalibus opinio, quae in Maio menſe quidam collocant, cum ea in proxima vicinia Saturnalium diſerte ponat Dionyſius Halicarn. l.* 4 p. 219, 44 ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις τῶν Κρονίων. *Non omittendus* Varro de L. L. 5, 3 p. 48, 33 Saturnalia dicta ab Saturno, quod eo die feriae eius, vt poſt diem tertium (*Saturnalium*) Opalia Opis.

OPECONSIVA, *quid rei eſſet, diſcamus ex* Varron. de L. L. 5, 3 p. 48, 16 Opeconſiua dies ab dea Opeconſiua, cuius in Regia ſacrarium, quod ideo actum, vt eo praeter Virgines Veſtales et ſacerdotem publicum (*Pontificem Maximum, qui habitat in* Regia) introëat nemo. *In* Vet. Kal. *ad VIII. Kal. Sept. adſcriptum* OPIC. *hoc eſt* Opiconſiuae. *Arbitratur Voſſius de Idol.* 2, 58 *extr. et in Etymol.* p. 467 Opem Conſiuam *dictam a* conſerendis agris, *cum ipſa ſit* Tellus. *Itaque videtur apud Varronem legendum* Opiconſiua dies *voce compoſita*, *deinde* ab Dea Ope Conſiua *diuiſis vocabulis. Etiam illud cogitandum, an* conſiua *non ſit potius, vt* Conſus *ille a* condendo *et abſcondendo dicta, vt cuius* in operto *ſacra fierent.*

OPS, ōpis. f. *Idem nomen, quo matrem Deorum denotabant, etiam ſignificabat εὐπορίαν, bonam rerum omnium copiam.* Priſcian. 5 p. 657 Ops ἡ εὐπορία καὶ Ῥέα. *Et diſertius* 7 p. 752 In Ops Latinum femininum vnum, vt haec *Ops* huius *Opis*, nomen matris deorum et copia. Eius quoque Nominatiuus in vſu frequenti non eſt, ſed illius, quod ex eo componitur, commune omnis generis: hic et haec et hoc inops huius inopis. Vetuſtiſſimi tamen hic et haec et hoc *Ops* et *Cops* pro opulentus et copioſus dicebant. Accius de Hercule dicens, *Quorum genitor fertur eſſe Ops gentibus*, pro opem ferens et auxilium gentibus. Sic Caper. Poteſt tamen etiam Feminino genere hic intelligi figurate coniunctum Maſculino, vt ſi dixiſſet, quorum genitor auxilium fuit gentibus. *Hoc apparet*, Opem *eſſe abundantem rerum et praeſidiorum rei gerendae copiam:* copiamque *adeo ipſam eſſe velut* coopiam, *opum multitudinem, vt ſuo loco vidimus. Firmat* Priſciani *dicta Perizon. Animadu.* 7 p. 244. *Huc pertinet* Cic. Tuſc. 3, 44 c. 19 *ex veteri Poëta*, O Priami domus, Septum altiſono cardine templum. Vidi ego te adſtante ope barbarica, Tectis caelatis laqueatis, *etc. conf.* 1, 85 c. 35. Apul. Flor. 2 p. 351 Pythagoram comperio laudem magis, quam opem quaeſiſſe. Plaut. Capt. prol. 15 Vos, qui poteſtis ope veſtra cenſerier, *qui cenſum habetis, claſſici, etc. De illa concreti ſignificatione etiam* Feſtus, Ops antiqui dicebant, quem nunc opulentum dicimus, vt teſtimonio eſt non ſolum ei contrarius Inops. *Quae ſequuntur mutilata ſunt, ſed ita explentur a Scaligero,* ſed etiam Cops, vt is cops edit, ego egens exortus ſum. ¶ 2 *In vſu manſerunt modo obliqui Caſus* Opis, opem, ope. (*Datiuum enim vix inuenias*) *quibus* copiae *omnes et facultates ſignificantur, vt diximus, plerumque tamen cum relatione hac, vt iis aliquis adiuuetur, quod eſt auxilium.* Ter. Heaut. 3, 3, 31 Quid illum porro credis facturum Chreme, niſi eum quantum dî dant tibi opis, ſeruas, caſtigas, mones? Virg. Aen. 2, 803 Nec ſpes opis vlla dabatur. *i.* Auxilii, *inquit* Seruius. Cic. de Senect. 4 c. 2 Quibus enim Nihil opis eſt in ipſis ad bene beateque viuendum, iis omnis grauis eſt aetas. Diues opis natura ſuae Hor. Serm. 1, 2, 74. Expertes opis Lucret. 5, 996. Indigus opis Virg. Georg. 2, 428. Admouere tardam opem Ouid. Rem. Amor. 116. Afferre alicui Idem Met. 8, 269. Cic. Fam. 4, 1. Non mediocrem Celſ. 1 praef. Auferre, *vid.* AVFERO. Confugere ad alicuius Cic. pro Font. 23. Dare ſalutiferam Ouid. Epiſt. 21, 174. Egere Idem ibid. 21, 36. Egens opis, *dixit* Cic. Tuſc. 3, 44. *ex quodam Poëta.* Eniti omni ope atque opera Cic. Att. 14, 15. Niti ſumma ope, *vel* eniti, *i. Omni virtute, omnibus viribus* Salluſtius in Catil. *in.* Noſtrae non opis eſt Dido, *i.* Noſtrae poſſibilitatis, *inquit* Seruius Virg. Aen. 1, 605. Cic. Att. 9, 19 Ab eo mihi literae redditae ſunt ad VII Kal. quibus iam opes meas, non vt in ſuperioribus literis, opem Exſpectat. Exſpectare ab aliquo opem et ornamentum aliquod Cic. in Piſon. 19. Expoſcere opem Stat. Theb. 10, 51. Factum eſt ope conſilioque tuo furtum Cic. de Nat. Deor. 3, 74 c. 30. Fefellit diuina ope ſua furta Ouid. Faſt. 3, 22. Ferre opem Idem ibid. 2, 401. *Add.* Idem Met. 8, 601. Ferre opem et ſalutem indigentibus Cic. de Finib. 2, 18. Ferre abominandam alicui, *vid.* ABOMINOR. Ferre triſtem Ouid. Epiſt. 20, 184. Cic. Fam. 4, 1 Profecto aliquid opis occidenti Reipublicae Tuliſſemus. Fultus ope Quinctil. 6, 3. Implorare opem alicuius Ouid. Met. 8, 269. Cic. Off. 1, 40 Hoc maxime officii eſt, vt quisque maxime opis Indigeat, ita ei potiſſimum opitulari. *conf.* Nep. 5, 4, 2. Iuuare medica aliquem Ouid. Amor. 2, 9, 28. Mulcere aliquem ope Idem Epiſt. 6, 98. Negare opem alicui Idem ibid. 11, 55. Orare Idem ibid. 12, 65. Petimus a te opem, ad te confugimus Cic. Tuſc. 5, 5. Petere opem laſſis et dubiis rebus Senec. Thyeſt. 8. Poſcere Hor. Epiſt. 2, 1, 411. Promittere Ouid. Faſt. 5, 247. Reddere opem, et exſoluere grates Stat. Silu. 5, 5, 45. Celſ. prooemio 1 Quod, ſi iam incidat mali genus aliquod ignotum, non ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obſcuris: ſed protinus eum viſurum, an morbo id proximum ſit: tentaturumque remedia ſimilia iſtis, quae vicino malo ſaepe ſuccurrerint, et per eius ſimilitudinem opem reperturum. Supereſt nil opis Ouid. Faſt. 6, 369. Tentare opem Idem ex Pont. 3, 9, 42. Tribuere opem rebus confuſis Claud. de Bell. Get. 433. Vincere ſera ope fata Ouid. Met. 2, 617. Vti ope alicuius Idem Faſt. 3, 318.

OPES, um, ĭbus. [πλοῦτος, δύναμις] *Diuitiae dicuntur, vel potius copiae et facultates omnes, quibus aliquis inſtructus et ſuam rem gerere et iuuare alios felicius poteſt. Auxilii ſignificatio, ſingulari ſollemnis, hic rarior: ſed tamen non plane exulat, vt* n. 3 *videbimus.* Martial. 5, 82 Dantur opes nullis nunc niſi diuitibus. Diuitias, honores, opes in bonis numerare Cic. de Finib. 5, 81. Praeditus magnis opibus homo Idem pro Cluent. 153 c. 55. Superbi opibus Virg. Aen. 5, 268. Magnas inter opes inops Hor. Carm. 3, 16, 28. Peroſus opes Ouid. Met. 11, 146. Propter opes et copias tolerabilis ſenectus Cic. de Senect. 82. Cupido furioſa opum Ouid. Faſt. 1, 211. Diues variarum opum Virg. Georg. 2, 22. Fames magnarum opum Ouid. Faſt. 1, 304. Largitor opum Stat. Silu. 3, 1, 91. Potentiae nimiarum opum non ferendae Cic. Off. 3, 36. Vbertas opum Sil. 15, 412. Adoptiuae opes arboris Ouid. de Arte Am. 2, 652. Auarae Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 21. Beatae Stat. Silu. 1, 5, 44. Sen. Herc. fur. v. 166. Feſtae Sil. 7, 179. Fluxae Senec. Hippol. 4. Immenſae Ouid. Met. 6, 181. Certae, *vid.* CERTVS. Indelibatae Ouid. Triſt. 1, 4, 28. Integrae opes, *et* Opes acciſae, *vt contraria ponuntur* Hor. Serm. 2, 2, 113. Largae, *vid.* LARGVS. Laxae, *vid.* LAXVS. Modicae Ouid. Triſt. 3, 7, 39. Priuatae Tacit. Ann. 2. Sollicitae Hor. Serm. 2, 6, 79. *Ab effectu, quia ſollicitos faciunt.* Nimiae Tacit. in Vita Agricol. 44. Sparſae Lucan. 3, 125. Specioſae Tacit. in vita Agric. 30. Superbae Sil. 17, 621. ¶ 2 *Formulae Verborum:* Abſumtae Ouid. Amor. 1, 12, 26. Idem de Arte Am. 2, 343 *De amne*, Naſcitur exiguus, ſed opes Acquirit eundo. Adoleſcunt, *vid. h. v.* Affectae Tacit. Hiſt. 2. Affluere opibus Cic. contra Rull. 2, 82. Amittere opes male Ouid. Epiſt. 15, 66. Opes Amouento Cic. de Leg. 2 c. 8. *i. nimios ſumtus.* Attenuarat opes voragine ventris Ouid. Met. 8, 844. Augere opes, Comminutae et depreſſae, *vid. hh. vv.* Conſtitutas optime et fundatas fortunae ſuae opes poteſtati regiae committere Cic. pro Rabir. Poſt. 1. Componit beatas opes nullo fine, *h. e. Accumulat* Senec. Herc. fur. 3. Concidere opes, *vid.* CONCĬDO. Condere opes, *Abſcondere* Virg. Georg. 2, 507. Congeſtae Ouid. Faſt. 4, 618. Conquirere opes quaeſtu meretricio, *vid.* CONQVIRO. Conſectari, *vid.* CONSECTOR. Conſequi honores et opes Cic. de Clar. Orat. 279. Conſumere alicuius Ouid. Faſt. 3, 630. Conualeſcunt opes, Corruunt, *vid. hh. vv.* Creuerunt Ouid. Faſt. 1, 211. Creſcunt opes

opes et hoſtium animi Cic. pro Lege Manil. 45. Creſcere in multas, *vid.* CRESCO. Cumulantur congeſtae Claud. in Ruff. 1, 193. Deartuare, *vid.* DEARTVO. Decedit hoc opibus, *vid.* DECEDO. Detrahere alicui Tibul. 2, 1, 73. Dilacerantur tuae Ouid. Epiſt. 1, 90. *Al.* Dilaniantur. Direptae Claud. Conſ. Hon. 6, 130. Dabantur largae Ouid. de Arte Am. 3, 408. Efferre opibus Rempublicam Cic. ad Octau. Effodiuntur opes, irritamenta malorum Ouid. Met. 1, 140. Emergere ad ſummas Lucret. 2, 13. Eruere opes et regnum alicuius Virg. Aen. 2, 4. Euertere Idem ib. 2, 603. Exſpectare opes, non opem alicuius Cic. Att. 9, 19. Expoſcere paruas Ouid. Met. 11, 201. Facere Idem de Arte Am. 2, 674. Fundatae bene Idem Met. 14, 583. Habere opes Cic. Off. 2, 40 c. 12. Inclinatur opes ad, *vid.* INCLINO. Inuentae ſanguine Ouid. Amor. 3, 8, 54. Lacerare alicuius Idem Epiſt. 3, 86. Oſtentare Virg. Aen. 4, 75. Patiuntur opes ſtultitiam Hor. Epiſt. 1, 19 (18) 29. Perdere ſuas Ouid. Amor. 1, 2, 50. Pollens opibus Lucret. 1, 61. Poſſidere Ouid. Amor. 3, 8, 54. Potens opibus Idem Faſt. 4, 253. Proculcat contemtas Claud. de Bell. Get. 607. Quaerere male Ouid. Epiſt. 15, 66. Quaerere priuatas Hor. Epiſt. 1, 3, 16. Quaerere miſeras corpore Ouid. Amor. 1, 10, 22. *De meretricibus.* Rapiuntur opes a victis Lucan. 7, 746. Recondere Ouid. de Arte Am. 1, 628. Regere Idem Met. 14, 773. Martial. 1, 4 *ita deſcribit Delatores:* Turba grauis paci, placidaeque inimica quieti, Quae ſemper miſeras Sollicitabat opes, *i. Diuites, ob id ipſum miſeros, quod propter diuitias obnoxii Delatoribus eſſent.* Tueri opes Ouid. Epiſt. 16, 32. ¶ 3 *Potentiam, et facultatem rerum gerendarum, ipſumque adeo auxilium ſignificat.* Horat. Carm. 3, 3, 28 Nec Priami domus Periura pugnaces Achiuos Hectoreis opibus refringit. *Et* Epiſt. 1, 10, 34 Equus — minor in certamine — Implorauit opes hominis. Nepos 11, 3, 2 Eurydice ad Iphicratem confugit, eiusque opibus defenſa eſt. Idem 20, 2, 2 Vtrorumque Dionyſiorum opibus Corinthii ſaepe adiuti fuerant. Cic. de Diuin. 2, 4 c. 2 His praeſertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapſa eſt (iuuentus) vt omnium opibus refrenanda ac coërcenda ſit. Idem Off. 1, 25 c. 8 Expetuntur autem diuitiae cum ad vſus vitae neceſſarios, tum ad perfruendas voluptates. In quibus autem maior eſt animus, in iis pecuniae cupiditas ſpectat ad opes, et ad gratificandi facultatem. Virg. Aen. 12, 427 Non haec humanis opibus, non arte magiſtra Eueniunt. *i. Auxiliis et viribus.* Cic. Q. Frat. 1, 1, 2 Nunc quoniam ita accidit, vt neque Praetores ſuis opibus, neque nos noſtro ſtudio quidquam proficere poſſimus, *etc.* Infirmae et tenues ad gratiam referendam ſunt ſaepe ſingulorum opes Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 5. Omnibus opibus Plaut. Stich. 1, 1, 4. Summis opibus atque induſtriis Plaut. Moſt. 2, 1, 1. *i. Maximo conatu. Add.* Merc. 1, 2, 1. Nulla vnquam tam exigua manus tantas opes proſtrauit Nepos 1, 5, 5. Ducem fortem et prudentem regiis opibus praefuturum ac ſecum dimicaturum videbant Idem 9, 4, 3. Tenues opes, nullae facultates, exiguae amicorum copiae Cic. pro Quint. 2. Allicere opes, *vid.* ALLICIO. Circumueniri et vrgeri potentis alicuius opibus Cic. Off. 2, 51. Confirmare opibus et copiis poteſtatem quandam Idem de Lege Agrar. 2, 49 c. 13. Euertere aliquid vi ſumma opum Virg. Aen. 9, 532. Euertere opes alicuius Cic. de Lege Agrar. 2, 49 c. 13. Exſpectare alterius opes, miſerrimum eſt Idem pro Quint. 49. Fractae Virg. Aen. 3, 53. Iuuare aliquem opibus Virg. Aen. 1, 575. Munire aliquem firmiſſimis opibus contra ſcelus inimicorum Cic. de Prouinc. Conſul. 41. Niti ſumma opum vi Enn. *apud* Macrob. Saturn. 6, 1. Nixum firmioribus opibus auxilium Cic. anteq. iret in exil. 5. Obſidere opibus Italiam Idem de Lege Agrar. 2, 74. Pugnandum non eſt contra tantas opes Idem Fam. 1, 9. Repugnare alicui viribus atque opibus omnibus Cic. Tuſc. 3, 25. Septus hominum opibus et munitus Id. de Finib. 1, 51. Troianas vt opes et regnum eruerint Danai Virg. Aen. 2, 4. *Vid. ibid.* 603 *pro imperio, ditione.* Margine caeli clauſit opes Claud. Conſ. Hon. 4, 42. *de Theodoſii M. imperio.* ¶ 4 *Locus quidam in foro Traiani*, in quo erant arcae poſitae, *ſi fides* Scholiaſtae Iuuenal. 10, 23.

OPĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [βοηθέων, βοηθὸς] *Opem ferens.* Plin. 11, 37 ſ. 65 Metellum Pontificem linguae adeo inexplanatae fuiſſe accepimus, vt multis menſibus tortus credatur, quum meditatur in dedicanda aede Opiferae dicere. *Sed Hard.* Opis vere *i. exploratae. Non negat interim eſſe hoc Dearum Epitheton* Dianae *v. g.* Nemorenſis *apud Grut.* p. 41. Fortunae *ibid.* p. 75. Ouid. Met. 1, 521 Inuentum medicina meum eſt, opiferque per orbem Dicor. *Apollo loquitur.* Deus opifer, *Aeſculapius* Ouid. Met. 15, 653.

OPVLENS, entis. Adi. *Opibus abundans, quem conſuetius* Opulentum *dicunt.* Salluſt. Iugurth. c. 69 Ciuitas magna et opulens. Apul. Met. 10 p. 248 Matrona quaedam pollens et opulens. Nepos 12, 3, 3 Opulentium fortuna. *Conf.* Plaut. Curc. 2, 3, 5. *et* Auſon. Eidyll. 2, 7 *et* Prof. Burdig. 19, 5 Ambroſ. Orat. de obitu fratris.

OPVLENTVS, a, um. Adi. [πλούσιος] *Diues, et opibus abundans.* Cic. de Amicit. 46 Vt mulierculae magis amicitiarum praeſidia quaerant quam viri, et inopes quam opulenti, *etc.* Facinus audax incipit, qui cum opulento pauper coepit rem habere aut negotium Plaut. Aul. 3, 4, 2. Opulentus, ab ope, cui eae opimae Varr. de L. L. 4, 17. Opulenti (*inquit* Feſtus) dicuntur, Rebus terreſtribus copioſi. Cic. Off. 2, 70 Videndumque illud eſt, quod ſi opulentum fortunatumque defenderis, in vno illo, aut forte in liberis eius manet gratia. Agro viriſque opulentior Salluſt. Iugurth. c. 16. Auro opulentus Plaut. Epid. 2, 2, 115. Theſauris Arabum opulentior Hor. Carm. 3, 24 *pr.* Ciuitas opulentiſſima Cic. de Nat. Deor. 3, 81 c. 33. Copia Hor. Carm. 1, 17, 16. Mens opulentior auro Lucan. *ad* Piſon. 96. Opſonium opulentum Plaut. Bacch. 1, 1, 63. Populi in terris opulentiſſimi Liu. 23, 33. *Conf.* 1, 7. Prouincia pecuniae opulenta Tacit. Hiſt. 2, 6, 6. Regia Catul. Argon. 59 (65) 43. Templum donis Virg. Aen. 1, 451. Vrbs opulentiſſima Catul. 23. Rex Aſiae opulentiſſimus Croeſus Cic. de Diuin. 2, 125 c. 56. Sardanapalus rex Syriae opulentiſſimus Idem Tuſc. 5, 101.

OPVLENTIA, ae. f. [πλοῦτος] *Conditio, hominis opulenti, diuitiae.* Plin. 17, 1 Tam recens eſt opulentia. *Sic* Salluſt. in Cic. 4, c. 2 Cui poteſt eſſe dubium, quin opulentiam iſtam ex ſanguine et miſeriis ciuium paraueris? Opulentia libidinum incitatrix Lactant. de Ira c. vlt. Diuitis Croeſi opulentia Ouid. ex Ponto 4, 3, 37. Longa opulentia clarus Tacit. Ann. 14, 31. Spectata Idem Hiſt. 2, 4. Inuidia ex opulentia orta eſt Sall. Cat. c. 6. Deeſt opulentia nobis Virg. Aen. 7, 262. Fretus opulentia Nepos 5, 2, 5. *Plur.* Antequam illa meis opulentiis fiat grauior, *apud* Plaut. Bacch. 3, 4, 22.

OPVLENTĬTAS, ātis. f. *Idem.* [πλουτότης] Plaut. Mil. 4, 4, 35 Quaſique eius opulentitatem reuerearis. Caecil. Plocio, Opulentitate noſtra ſibi iniuriam faciam. Nonius 2, 598.

OPVLENTE. Adu. Apul. Apol. 2 p. 333 Grandis domus opulente ornata.

OPVLENTER. Adu. [πλουσίως] *Cum opulentia.* Salluſt. Iugurth. c. 85 Neque milites arcte colam, me opulenter. Iuſtin. 3, 3, 5 Epulari opulentius. Liu. 1, 35 Ludos opulentius inſtructiuſque quam priores reges, fecit.

OPVLENTO, āre. [πλουτίζω] *Opulentum facere.* Columel. 8, 1 Quum et auium ſtercore macerrimis vineis, et omni ſurculo atque aruo medeantur, et eiſdem familiarem focum menſamque pretioſis dapibus opulentent. Opulentare herum baccis oliuae Hor. Epiſt. 1, 17 *pr. Add.* Sidon. Ep. 9, 13 *in ſubi. Anacreonteo.*

OPVLESCO, ĕre. *Opulentum fieri.* Furius Antias *apud* Gellium 18, 11 Quo magis in patriis poſſint opuleſcere campis. *Vid.* Non. 2, 615.

OPSIANVS Lapis. *Arrian.* [καθ' ἣς ἐν βάθει κεχωσμένος εὑρίσκεται ὁ ὀψιανὸς λίθος.] *Huius fit mentio in* Pandectis: *et quanquam a pleriſque vt mendoſum mutetur, optima tamen eſt lectio* Florentina, *cum ſcriptore Graeco conſentiens. Turnebus. Vid.* OBSIDIVS.

OPSONIVM, *vel* OBSONIVM (*quod apud Terentium probat Bentleius*) i. n. [ὄψον, ὀψώνιον] *dicitur. Quidquid vltra panem et vinum in cibo adiicitur.* Plaut. Aul. 2 *arg.* Dat coquos cum opſonio. Plin. 18, 11 Panis ipſius varia genera proſequi ſuperuacuum videtur: alias ab opſoniis appellati, vt oſtrearii. Opulentum opſonium, *vid.* Opulentus, *in* OPS. Rancidula fiunt opſonia Iuuen. Sat. 11, 135. Captare Hor. Serm. 2, 7, 106. Omnia conductis coëmens opſonia numis, *i. fenore acceptis* Hor. Serm. 1, 2, 9. Auſtri coquunt opſonia, *h. e. Corrumpunt et putrefaciunt* Idem ib. 2, 2, 41. Opſonium, *videtur* Terentius *more Attico de Piſcibus intellexiſſe, quum dixit,* Adelph. 2, 4, 22 Conuertam me domum cum opſonio. *Nam ab Atticis* ὄψον *ſic vſurpatur: atque infra* Syrus *hoc explicans, ait* ſe nactum piſces ex ſententia. *Turneb.* Apul. Apol. p. 292 Opſonium piſcium. *Add.* Id. p. 300. Auſon. Moſella v. 127. Nep. 2, 10, 3.

OPSŌNO, *vel* OBSONO, āre, *et* OPSONOR, āri. Deponens. [ὀψωνέω, ὀψοποιοῦμαι] *Emere ſeu praeparare res neceſſarias ad opſonandum (hoc eſt aliquid cum pane comedendum) ſeu conuiuandum.* Ter. Adelph. 5, 9, 7 Et quidem porro haec, opſonare, cum fide ſcortum adducere. Idem Andr. 2, 6, 20 Vix inquit drachmis opſonatus eſt decem. *Conf.* Plaut. Aul. 2, 4, 1 *et* 16. *et* Men. 1, 3, 26. Apul. Met. 1 p. 113, 25 *Aedilis*, Si quid opſonare cupis, *inquit*, vtique commodabimus. Opſonare, *Facere ſumtum pro opſonio comparando.* Plaut. Bacch. 1, 1, 63 Tu facito opulentum opſonium: ego opſonabo. Nimium opſonauit, *vid.* NIMIS. Opſonare opſonium Plaut. Stich. 3, 1, 36. Opſonare prandium Idem Poen. 5, 5, 16. Bene opſonaui Idem Men. 2, 2, 1. Cic. Tuſc. 5, 97 c. 34 Socratem ferunt, quum vſque ad veſperum contentius ambularet, quaeſitumque eſſet ex eo, quare id faceret, reſpondiſſe ſe, quo melius coenaret, opſonare ambulando famem. Opſonatum mittere Plaut. Caſ. 2, 8, 5.

OPSONĬTO, āre. Frequent. [ὀψωνοῦμαι] *Saepe opſonare.* Naeuius, Multi mecum eo die opſonitauere. Poſtea centenis opſonitauere Cato *apud* Feſt.

OPSONĀTVS, ûs. m. [ὀψώνησις] Plaut. Truc. 4, 2, 27 Dedi equidem hodie quinque argenti deferri minas, praeterea vnam in opſonatum.

OPSONĀTOR, ōris. m. [ὀψώνης] *Qui emit opſonia, et coquo ad coquendum tradit.* Plaut. Mil. 3, 1, 73 Vel primarium paraſitum, atque opſonatorem optimum. *Bayſius, Qui opſoniis comparandis praeerat, dicebatur opſonator: vt eſt apud* Marcellum in l. Legatis ſeruis D. de legatis tertio. *Graeci illum* ἀγοραστὴν *vocant, auctore Athenaeo. Quin et* opſonator *Graecum vocabulum videri poteſt, quaſi* ὄψου ὠνήτωρ, *id eſt opſonii emtor, qui et* ὀψώνης *dicitur. De* opſonatore *eſt epigramma* Martialis 14, 217 Dic quotus es (*i. cum quot conuiuis coenare velis*) quanti cupias coenare? nec vnum Addideris verbum: coena parata tibi eſt. *Eſt ergo* opſonator, *qui accepta pecunia coenam inſtruit.* Opſonatoribus Dominici palatus ſubtilis notitia eſt Senec. Epiſt. 47.

O P T

OPTĬCA, ae. *vel* OPTĬCE, es. f. [ὀπτική] *Scientia lucis et tenebrarum, de qua vid. Voſſ. de Scient. Math.* p. 98. *Vtuntur* Vitruu. 1, 1. *et* Gell. 16, 18.

OPTIMAS, OPTIME, OPTIMVS, *vid.* BONVS.

OPTIO, *vid.* OPTO.

OPTO, āre. [εὔχομαι] *Cupere, deſiderare, a Deo ſibi expetere.* Ter. Heaut. 4, 5, 8 Optabit rurſum, vt abeat ab ſe filius. Cic. Fam. 4, 1 Itaque mihi venire in mentem nil poteſt non modo quid ſperem, ſed vix iam quid audeam optare. Nihil eſt mali, nihil ſceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optarit, cogitauerit, effecerit Cic. pro Cluent. 188. Fortunam aliquam optare et expetere Idem in Piſon. 32 c. 14. Fructum otii cupere et optare Idem de Orat. 1, 2. Furorem et inſaniam quibusdam Id. in Piſon. 46. Mortem miſerrimus opto Virg. Aen. 2, 655. Ouid. Met. 10, 622 Tibi nubere nulla Nolet, et optari potes a ſapiente puella. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus Hor. Epiſt. 1, 14, 43. *Prouerbium conuenit in eos, qui muneris functionem, et conditionem ſibi accommodatam faſtidiunt: alienam, et ad quam inepti ſunt, expetunt.* Cic. Att. 5, 15 Clitellae boui ſunt impoſitae, plane non eſt noſtrum onus; ſed feremus; modo, ſi me amas, ſim annuus. *Lambinus.* Cic. de Fato c. 20 Optare hoc quidem eſt, non diſputare *i. gratis ſumere, quae nemo concedat, quaſi tu optes tibi praemiſſas, e quibus aliquid efficias non ſumas ea, quae conceduntur.* Optare, *Precibus poſtulare.* Ter. Eun. 5, 9, 27 Quoduis donum et praemium a me optato: id optatum feres. *Vid.* Donat. ad h. l. Virg. Aen. 7, 275 Et reor, et ſi quid veri mens augurat, opto. A diis immortalibus optare, vt aliquid fiat Cic. in Catil. 2, 15. De aliquo aliquid expetere, optare, et deprecari Idem in Piſon. 46. Sapientius optare Ouid. Met. 2, 102. Stulte optare aliquid Idem Triſt. 1, 1, 80. *Memorabilis eſt Inſcriptio ſepulchri quam laudat Brouckh. ad* Propert. 4, 5, 76 Quod quisque veſtrûm optauerit mihi, illi ſemper eueniat viuo et mortuo. Optaſſis, *pro optaueris: vid.* Plaut. Mil. 3, 1, 74. ¶ 2 Optare, *proprie eſt* Eligere vnum e duobus, *vt ait* Donatus. Ter. Andr. 4, 6, 2 Quae ſe inhoneſte optauit parare hîc diuitias potius, quam in patria honeſte pauper viuere: *i. maluit. Sed et generatim eligere ſignificat.* Virg. Aen. 1, 429 Optauitque locum tectis. *Vid. Scalig. Poët.* 4, 16.

Conf. Virg. Aen. 3, 109 *et ibi Cerda.* Plerique Auſtros optant ad ſationem Plin. 17, 22 ſ. 35. Sermo ipſe, qui facile iudicem doceat, optandus Quinctil. 12, 10, 56. Quum patronum me prouinciales optaſſent contra Marium Priſcum Plin. Epiſt. 10, 20. Adeo is cupiebatur, vt virgo nobilis, ſpretis iunioribus ac ditioribus procis, vltro eum ſibi optauerit Apul. in Florid. de Cratete, *vid. Buchner. ad* Plin. l. c. n. 623.

OPTANS, antis. Partic. [ἰυχόμενος] Cic. de Orat. 1, 96 Inſperanti mihi, ſed valde optanti cecidit, vt in iſtum ſermonem delaberemini Virg. Aen. 9, 6. Afferre auxilium optantibus Idem ib. 8, 200. *Add.* Cic. de Orat. 1 c. 1.

OPTANDVS, a, um. Part. [ἰυκταῖος] Fortuna optanda et expetenda Cic. in Piſon. 32 c. 14. Fuit optandum Ib. c. 20.

OPTĀTVS, a, um. Part. [ἐυχθεὶς] Plaut. Aul. 3, 1, 1 Optati ciues, populares, incolae, accolae, aduenae omnes, date viam. Optati *hic ſunt Vocati et implorati. Turnebus.* [ἰυκταῖος] Cic. Fam. 1, 5 Tametſi mihi nihil fuit optatius, quam vt primum abs te ipſo, deinde a caeteris omnibus, quam gratiſſimus erga te eſſe cognoſcerer. Arena optata potiuntur Troës Virg. Aen. 1, 176. Aurae optatae crebreſcunt Idem ib. 3, 530. Dies optata parentibus inſtat Ouid. Epiſt. 21, 43. Epulae Hor. Carm. 4, 8, 30. Mi optime ac optatiſſime frater, vale Cic. Q. Frat. 2, 7. Honor Virg. Aen. 5, 201. Hoſtia *i.* opima. Feſt. Luce frui Virg. Aen. 4, 619. Metam optatam curſu contingere Hor. de Arte Poët. 412. Cic. Philipp. 14, 16 Poſt hanc habitam concionem duabus tribusue horis optatiſſimi Nuntii et literae venerunt. *Add.* Id. Fam. 2, 19 *pr.* Rumores grati et optati afferuntur de fratre meo Cic. Fam. 16, 21. Tempus optatum Catul. Argon. 62, 22. *Compar.* Mihi quaeſtor Optatior obtingere nemo potuit Cic. Fam. 2, 19. Mihi nihil fuit optatius Idem Att. 9, 15. Idem de Finib. 4, 44 Quid mihi poteſt eſſe optatius, quam cum Catone omnium virtutum auctore, de virtutibus diſputare? *Superlat.* Cic. pro Roſc. Amer. 43 Nonne optatiſſimum ſibi putant eſſe, filios ſuos rei familiari maxime ſeruire? Et quae mihi eſſent optatiſſima et pulcherrima Idem pro Domo c. 28.

OPTĀTVM, i. n. Subſt. Cic. in Piſon. 46 c. 20 Illud etiam accidit praeter optatum meum, ſed valde ex voluntate. Furioſorum optata Idem de Lege Agrar. 1, 1. Abominanda optata, *vid.* ABOMINOR. Accidere praeter optatum, *vid.* ACCIDO. Eueniunt Ouid. Met. 6, 370. Ter. Heaut. 3, 3, 50 Pro Menedemo nunc tibi reſpondeo, non emo. quid ais? S. optata loquere. *Vbi interpres.* Ita loquitur ille, qui cum alio loquitur: et cui is aduerſatur in conſilio in re peragenda. Reſpondet optatis meis fortuna Cic. Fam. 2, 1. In optatis eſt complecti hominem Idem ib. 2, 12 (13). Dii tibi omnes oro, omnia optata ſemper offerant Ter. Adelph. 5, 9, 21.

OPTĀTO. *Aduerbii vicem obtinet,* [ἰυκταίως] *quaſi Cum deſiderio.* Ter. Andr. 3, 3 *pr.* Optato aduenis. *Quaſi dicat, Gratus et deſideratus.* Cic. Att. 13, 28 *extr.* Niſi quid te aliud impediet, mihi optato veneris.

OPTATIO, ōnis. f. [ἰυχὴ] Cic. Off. 3, 94 c. 25 Cui quum tres optationes Neptunus dediſſet, optauit interitum Hippolyti filii, *i. Optiones. Nec deſunt, qui* Optiones *legant.* Idem de Orat. 3, 205 c. 53 Optatio atque Exſecratio *inter figuras.*

OPTABĬLIS, e. Adi. [ἰυκτὸς, ἐπήρατος] *Quod optari debeat.* Cic. de Finib. 1, 53 Itaque ne iuſtitiam quidem recte quis dixerit per ſe ipſam optabilem, ſed quia iucunditatis vel plurimum afferat. *Ibid.* 2, 88 Voluptatem non optabiliorem diuturnitate facit? Pax optabilis Cic. Philipp. 7, 7. Idem de Orat. 1, 221 c. 51 Quae vulgo expetenda atque optabilia videntur, dicendo amplificat atque ornat. Id. Fam. 5, 12 Quae etſi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundae. Solamen Sil. 13, 236. Tempus Ouid. Met. 9, 758. *Comparat.* Vita optabilior Cic. *fin.* 4 c. 23. Vox generoſior quam optabilior Val. Max. 6, 4 ext. 4.

OPTABILĬTER. Adu. [ἰυκτῶς] Cic. Tuſc. 1, 96 c. 40 Pro dii immortales, quam optabiliter iter illud iucundum eſſe debet, quo confecto, nulla reliqua cura, nulla ſolicitudo futura ſit! *Sed poſt Victorium et Lambinum e MSS.* Optabiliter *omittitur. Compar.* Val. Max. 5, 1 ext. Vt optabilius in patria, ita ſpecioſius pro patria, *etc.*

OPTATĪVVS, a, um. Adi. Modus optatiuus Iſid. 1, 8. Mart. Capell. 3 p. 83 *et Grammat. paſſim.*

OPTIO, ōnis. f. *Electio.* [αἵρεσις] Plaut. Caſin. 2, 4, 13 Optio haec tua eſt, vtram harum vis conditionem, accipe. Deferre optionem Cic. Att. 4, 7. Idem Verr. Diuinat. 45 Quoties ille tibi poteſtatem optionemque facturus ſit, vt eligas vtrum velis factum eſſe, necne. Quinctil. 5. Si mihi optio Detur, vtrum malim, *etc.* Cic. pro Caec. c. 23. Idem de Clar. Orat. 189 Quando autem dubium fuiſſet apud patres noſtros eligendi cui patroni daretur optio, quin aut Antonium optaret aut Craſſum? Idem de Finib. 1, 33 c. 10 Nam libero tempore quum ſoluta nobis eſt eligendi optio, quumque nihil impedit, quo minus id, quod maxime placeat, facere poſſimus. Cic. de Finib. 5, 88 Ille Metelli vitam negat beatiorem quam Reguli, praeponendam tamen, nec magis expetendam, ſed magis ſumendam: et ſi optio eſſet, eligendam Metelli, Reguli reiiciendam. Idem de Fato 3 c. 2 Hodie vtro frui malis, optio ſit tua. ¶ 2 Optio, m. Feſtus Pauli, Optio in re militari appellatur is, quem Decurio aut Centurio optat ſibi rerum priuatarum miniſtrum, quo facilius obeat publica officia. Idem Feſtus, Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur Accenſus. Is adiutor dabatur Centurioni a Tribuno militum: qui ex eo tempore, quo cooptare quem velint, Centurionibus permiſſum eſt, Nomen ex facto ſortitus eſt. Plaut. Aſin. 1, 1, 88 Tibi optionem ſumito Leonidam. Fabricare quiduis, quiduis comminiſcere. Perficito argentum hodie, vt habeat filius, amicae quod det. Optionem pro Adiutore et vicario quaſique collega adoptato poſuit. *Vid. Budaeus in Annotat. poſterior. et Turneb. Aduerſ.* 4, 7. *Par. Lex. Cr.* p. 863. *Stewech. ad Veget.* 2, 7. Sigon. de ant. Iur. Prouinc. p. 130. Cuiac. Obſ. 6, 33. Langlaeus Otii Semeſt. p. 312. ¶ 3 Optiones, *de quibus agitur* l. 1 *et* 24 C. Theod. de erogat. militaris annonae *et* l. vlt. de iure fiſci *erant, qui annonam militarem a ſuſceptore flagitabant. Confunduntur interdum cum* Opinatoribus *de quibus* ſ. l. Optio *in veteri militia quis fuerit, docet* Varro de L. L. 4, 16 p. 24, 21 Primi ſingularium decuriarum decuriones dicti. — Quos hi primo adminiſtros ipſi ſibi adoptabant, Optiones vocari coepti: quos nunc propter ambitionem tribuni faciunt. Optio Fabricae, *apud* Iuriſconſultos *eſſe videtur, qui Imperatoriae fabricae, a qua* Fabricenſes *vocantur, aut fabricis legionum ſcutariis et loricariis cuſtos praeeſt, vt et cuſtos carceris a* Prudentio manceps carceris *et a* D. Ambroſio Optio carceris *appellatur: Sic enim ſcribit,* Neque Paullus et Silas tempus diſtulerunt, quo optionem carceris baptizarent cum omnibus eius. *Turneb. Aduerſ.* 11, 13. *Conf. Lipſ. ad* Tac. Ann. 1 p. 12 Optio ſigniferorum: Antiq. Inſcr. Grut. 804 DEAE NEMESI AVRELIVS OPTIO SIGN. LEG. XIII. GEM. *etc. Conf.* Idem p. 445. n. 10. *et* p. 558. n. 7. *Item Lipſ. de Mil. Rom.* 2 *Dial.* 7. Optio carceris, *in* Antiq. Inſcr. *eſt Cui damnatorum cura committitur: vid. Scalig. ad* Manil. 5 p. 462 *et* Reineſ. Inſcr. Antiq. p. 12. Itaque l. 6 D. de bonis damnator. *cum* Commentarienſibus *iunguntur* Optiones. Optio tabellariorum, Stationis marmorum, *dicitur in veteri lapide: vid. Guther. de Off. Dom. Aug.* 3, 19.

OPTIONĀTVS, ûs. m. *Officium optionis militaris. Vid.* Feſt. *vbi et* Cato, Parare bonis atque ſtrenuis optionatus.

OPTĪVVS, a, um. Adi. [αἱρετὸς] *i. Quod ipſe optauerit, atque elegerit.* Cognomen optiuum Hor. Epiſt. 2, 2, 101.

O P V

OPVLENTVS, *vid.* Opes in OPS.

OPVLESCO, *vid.* in OPS.

OPŬLVS, i. f. *Arbor, cui vites applicare, vt vlmo, ſolebant. Vid.* Columel. 5, 6. *Add.* Colum. de Arb. c. 16. *et ipſe* Varr. R. R. 1, 8.

OPVNCVLO, ōnis. *vel* OPVNCVLA, ae. f. Auis genus, quod opilionis cantus imitatur. Feſtus.

OPVNTIA, ae. *Herba, de qua ſic* Plin. 21, 17 Item circa Opuntem Opuntia eſt herba, etiam homini dulcis. Mirumque e folio eius radicem fieri, ac ſic eam naſci. *Nempe* Opuntius *eſt Adi. ab*

OPVS, untis. [Ὀποῦς] *Ciuitas in Locris.* Ouid. ex Pont. 1, 3, 73 Caede puer facta Patroclus Opunta reliquit. *Hinc* Opuntia *illa* Megilla Hor. Od. 1, 27, 10.

OPVS, ĕris. n. [ἔργον, ποίημα] *Eſt finis, fructusque operae, ac laboris. Sed tamen etiam Deo tribuitur, in quem opera et labor non cadunt.* Cic. Tuſc. 1, 70 c. 29 Moderator tanti operis ac muneris, *de mundo. Et ſtatim,* Sic mentem hominis, quamuis eam non videas, vt Deum non vides; tamen vt Deum agnoſcis ex operibus eius, ſic ex memoria rerum — vim diuinam mentis agnoſcito. *Caeterum* Opus *eſſe effectum operae indicat illud* Ter. Heaut. 1, 1, 21 Quod in opere faciundo, operae conſumis tuae: ſi ſumas in illis exercendis, plus agas. *Hic* opus ruſticum *intelligitur. De ingenii effectibus* Vell. 2, 36, 3 Perfectiſſimi in forma operis ſui Liuius, Tibullus, Naſo *nempe in hiſtoria, et diuerſo genere Poëſeos. Caeterum latiſſime patet haec appellatio, adhibeturque v. g. de rebus factisque maioris momenti, vt de bellicis. Sic* bellicis operibus *opponuntur* ciuiles artes Vell. 2, 97, 2. *Add.* Id. 2, 95, 1. *et* 2, 117, 1. Opus felix euentu, forte conatu Vell. 2, 112, 2. Maiori operi praeparare exercitum Idem 2, 109, 2. Nihil rerum ipſa natura voluit magnum effici cito, praepoſuitque pulcherrimo cuique operi difficultatem Quinctil. 10, 3. *Add.* Cic. Ac. 1, 4 c. 1. *De munitionum militarium omni genere.* Locum reperit egregie natura et opere munitum Caeſ. B. G. 5, 21. Circumdata operibus Numantia excisaque Vell. 2, 4, 2. Vrbem operibus clauſit Nep. 1, 7, 2. *Add.* ib. n. 4. *De vrbibus, caſtellis, etc.* Colonia Tarraco, Scipionum opus, ſicut Carthago Poenorum Plin. 3, 3. *Conf.* Vell. 2, 130, 1. *De agricultura.* Exercebat opere ſe, terramque, vt mos fuit priſcis, ipſe ſubigebat Sen. Epiſt. 86. Patricium virum lictor in ipſo opere deprehendit Flor. 1, 11, 13 *de L. Qu. Cincinnato.* Excellentes in opere boues Plin. 8, 45. Concidere infelix validos miratur arator. Inter opus tauros Ouid. Met. 7, 539. *De filio,* Neque enim de Caeſaris actis vllum maius opus, quam quod pater exſtitit huius Idem ib. 15, 751. *De illis, qui inſtituti factique ſunt ab altero.* Affero te mihi, meum opus Sen. Epiſt. 34. *Add.* Ped. Albinou. ad Liu. v. 39. *ex* epicedio Maecenatis, Et magnum magni Caeſaris illud opus. Opus, *pro Labore.* Virg. Aen. 8, 516 Sub te tolerare magiſtro Militiam, et graue Martis opus. *i. Laborem belli.* Opus, Officium: Idem ib. 10, 469 Sed famam extendere factis, Hoc virtutis opus. *Sic* Seruius. ¶ 2 *Iam varium vſum Nominis cum aliis videamus.* Admonitor operum Lucifer Ouid. Met. 4, 663. Adiutor operis Paterc. 2, 95, 1. Artis praecipuae opus Ouid. de Arte Am. 1, 266. Comites operis Idem Met. 3, 129. Contextus operis Tacit. Hiſt. 2, 8. Depopulatio publicorum operum Cic. Verr. Act. 1, 12. *i. Aedificiorum, ſtatuarum.* Dies felices operum Virg. Georg. 1, 277. Dux operis Ouid. Faſt. 4, 257. Immunes operum Idem Met. 4, 5. Labor Virg. Georg. 2, 155. Mirator Stat. Silu. 3, 2, 94. Cic. Off. 3, 4 Africanus maiorem laudem meo iudicio aſſequebatur: nulla tamen eius ingenii monumenta mandata literis, nullum opus Otii, nullum ſolitudinis munus exſtat. Participes Ouid. Met. 3, 147. Patiens operum iuuentus Virg. Georg. 2, 472. Populator operis noſtri Ouid. Met. 12, 593. Prudentia maior operum Idem de Arte Am. 2, 675. Quies operum Virg. Georg. 4, 184. Socius operum Stat. Silu. 3, 2, 94. Spiritus operis huius, atque animus eſt in affectibus Quinctil. 6, 2. Structura Lucan. 6, 64. Vacuus Hor. Serm. 2, 2, 119. Cic. in Topic. 22 Non eius Vitio qui demolitus eſt, damnum factum eſt, ſed eius operis vitio, quod ita aedificatum eſt, vt ſuſpendi non poſſit. Vrbis opus Virg. Aen. 5, 119 *vocatur nauis, in qua tota vrbs occupata fuit, cum aedificaretur.* ¶ 3 *Epitheta.* Acutum opus, *Ingenioſum* Claud. in Eutrop. 1, 78. Admirabile Ouid. Met. 6, 14. Albarium opus, *vid. h. v.* Arctatum opus Paterc. 2, 86, 1. Arduum, *vid.* ARDVVS. Artificioſum et diuinum Cic. de Nat. Deor. 2, 138. Bellica opera Paterc. 2, 97, 2. Breue Ouid. Epiſt. 15, 4. Cenſorium opus Suet. Caeſ. c. 41. Columel. 12 praef. *extr. i. nota.* Clarum Ouid. de Arte Am. 3, 338 *De Aeneide Virgilii.* Caelatum Virg. Ecl. 3, 37. *Conf.* Cenſorin. c. 2. Conſummatum tantum opus Paterc. 2, 117, 1. *de bello.* Coronarium, *vid.* CORONA. Deſtinatum Quinctil. 2, 10. Dulce Ouid. de Arte Am. 2, 480. Durum Lucret. 5, 1359. Elaboratum Cic. Verr. 4, 126. Elaboratum opus dicendi, *vid.* DICO, ĕre. Elegans Cic. Verr. 4, 126. Virg. Aen. 8, 415 Mollibus e ſtratis opera ad Fabrilia ſurgit. Felix opus euentu, forte conatu Paterc. 2, 112, 2. Furtiuum Ouid. de Arte Am. 2, 730. Gratum agricolis Virg. Aen. 1, 4. Immenſum Lucan. 1, 68. Immortalia, *vid.* IMMORTALIS. Incenſis operibus quae ſtatuerat, *etc.* Nepos 1, 7, 2. Infauſtum Quinctil. 6 prooem. Infecta, *vid.* INFECTVS. Infinitum Quinctil. Tryphoni 2. Inimitabilia Quinct. 2, 16. Inſtitutum Idem praef. ad Tryph. Interrupta Virg. Aen. 4, 88. Intextum tribus tauris Idem ib. 10, 785 *de Clypeo.* Iuuenile palaeſtrae Ouid. Met. 6, 241. Laborioſum, *vid.* LABOR, ōris. Laudabile Lucret. 5, 159. Lauta, *vid.* LAVTVS. Longum Hor. de Arte Poët. 360. Magnifica et

praeclara Cic. de Nat. Deor. 1, 101. Magnum, *vid.* MAGNVS. Magnum et arduum Cic. in Orat. 75. Magnum et difficile Idem Tuſc. 3, 84. Magnum quoddam, atque haud ſciam, an de humanis operibus longe maximum Cic. de Orat. 2, 72. Menſtruum, *vid.* MENSIS. Militare Suet. Aug. c. 18. Minutiſſima Geometriae Quinctil. 1, 12. Mirabile Ouid. Met. 8, 199. Mortale, *vid.* MORTALIS, *in* MORS. Nouitium, *vid.* NOVVS. Nouum Iuſtinian. l. Conſtit. 63. *conf. Guther. de Iur. Man.* 3, 13. *vel Cuiac. Obſeru.* 1, 16. Nouum nuntiare ICt. *i. interpellare, prohibere. Vid.* tit. D. de noui op. nuntiat. (39, 1.) Quinctil. 5, 10 Vulgoque paullo Numeroſius opus dicitur argumentoſum. *de multiplici argumenti ſignificatione. Vide interpretationem in* ARGVMENTOSVS. Obſcenum Ouid. Amor. 3, 14, 28. Perfectum, elegans et elaboratum Cic. Verr. 6, 4, 126. Piſtorium, *vid.* PINSO. Plenum periculoſae aleae Hor. Carm. 2, 1, 6. Praeclarum opus eſt, docere, inſtituere adoleſcentes, et ad omne munus officii inſtruere Cic. de Senect. 29. Principalia opera Paterc. 2, 124, 3. Publica opera Suet. Tiber. c. 30. Idem Aug. c. 37. *conf. ad h. l. Caſaub. omnino Lex. Pitiſc.* Reciſum, *vid.* RECĪDO. Rigens a ſummis ad ima Quinctil. 2, 13. Ruſticum Ter. Heaut. 1, 1, 87. Sculptile Ouid. ex Pont. 4, 9, 28. Sollemne, et vtile famae Hor. Epiſt. 1, 19, 49. Spectabile Valer. Argon. 1, 428. Plin. 15, 30 Accedit in Topiario opere laurus, quae taxa dicitur, *vid.* TOPIARIVM. Triſte Valer. Argon. 2, 396. Tumultuarium Quinctil. 7, 4. Vetuſtum Ouid. Faſt. 3, 391.

¶ 4 *Formulae Verborum:* Accelerare opus, Acceſſit operi extrema manus, Accingere operi, Addicere opus, *vid. ſſ. ll.* Adeſt opus Plaut. Amph. 1, 1, 15. Aggredi, *vid.* AGGREDIOR. Anniti omni opere Plin. 7, 53. Appareat fac opus Cic. Fam. 16, 18. Approbare, Approperare, *vid. hh. vv.* Augere opus per ſcelus Ouid. Faſt. 2, 630. *al.* Opes. Cantat inter opus, *vid.* INTER. Carpere aliquod Ouid. Met. 6, 130. Conamur multorum dierum opus et magnum propter altitudinem maris Cic. Att. 9, 14. Conſtruere Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 239. Conſiderari vult ſuum quisque opus a vulgo Cic. Off. 1, 147. Continuare aliquod opus diem et noctem, *vid.* CONTINVO. Currere certatim ad opus, *vid.* CERTATIM, *in* CERTO. Deponere neglectum, *al.* Seponere Claud. in praef. de Rapt. Proſerp. 2, 2. Differre Ouid. de Arte Am. 1, 409. Efficere Quinctil. 2, 17. Euertere Idem 2, 17. Exigere opus, *Perficere* Ouid. Met. 14, 268. Exigere auarius opus, *vid.* AVARVS. Exornare ſepulcrum tectorio opere Cic. de Legib. 2, 65. Explere alicuius Ouid. Met. 3, 649. Exſtruere opera Paterc. 2, 130, 1. Suet. Tiber. c. 30. Exſtruere molem opere magnifico Cic. Philipp. 14, 33. Facere opus Ter. Eun. 2, 1, 14. *de agricultura.* Facere, Fieri, *de ſtruendis muris, etc.* Nep. 2, 6, 5. *et* 2, 7, 2. Factum nihil eſt opere aut manu, quod aliquando non conficiat et conſumat vetuſtas Cic. pro Marcell. 11. In opere faciundo, *vid.* IN *Praepoſ.* Feruet opus Virg. Georg. 4, 169. Fuſum late opus eſt, et multiplex, et prope quotidie nouum, et de quo nunquam erunt dicta omnia Quinctil. 2, 13. Habere magnum opus in manibus Cic. Acad. 1, 4 c. 1. Impedire opus alicui Ouid. Met. 8, 200. Inchoare Stat. Theb. 6, 668. Inſtare operi Virg. Aen. 1, 508. Inſtituere, Intermittere, *vid. hh. vv.* Laetari ſuis praeclaris operibus Cic. Fam. 1, 7. Liberare opere, Limare aliquod politius, Locatur opus, *vid. hh. vv.* Manſurum ſuperſtes poſt mea fata Ouid. Amor. 3, 15, 20. Moliri opera, *vid.* MOLIOR. Mouere opus Virg. Aen. 7, 45. Nauare et efficere opus πολιτικὸν, *vid.* NAVO. Negare mercedem operis Ouid. Met. 11, 214. Obire ruſticum, *vid.* OBEO. Patrare opera, *vid.* PATRO. Pendent opera interrupta Virg. Aen. 4, 88. Peragere Ouid. de Arte Am. 2, 480. Procedit Quinctil. 4 prooem. Referre in apertum aliquod opus Cic. in Parad. 1. Reficere Suet. Tib. c. 30. Reliquit opus inceptum dextra Ouid. de Arte Am. 2, 78. Repetere, et omittere Hor. Epiſt. 1, 6, 48. Repetemus propoſitum Ouid. Met. 3, 151. Sepire operibus et munitionibus vrbem aliquam Cic. Philipp. 13, 20. Siſtere Ouid. Epiſt. 17, 264. Soluti operum famuli Hor. Carm. 3, 17, 16. Subuertere moles operum Ouid. Faſt. 6, 645. Tendere opus vltra legem Hor. Serm. 2, 1, 2. Tractare commode opus Quinctil. 1, 9. Cic. de Clar. Orat. 82 Is princeps ex Latinis illa oratorum propria et quaſi legitima opera Tractauit. Transmittere operi noctes vigiles, *Totas noctes inuigilare operi, aut inſomnes ducere noctes propter opus* Stat. Theb. 3, 278. Turbare diſpoſitum Claud. Conſ. Stil. 6, 225.

¶ 5 Opus, *pro Artificio.* Cic. Verr. 4, 97 In hoc fano loricas, galeasque aeneas, caelatas opere Corinthio, hydriasque grandes ſimili in genere atque eadem arte profectas. Ibidem 46 Opere antiquo et ſumma arte perfectae. Mirabili opere perfectum candelabrum Cic. Verr. 4, 64. Pingere operibus magnificis ſtragulum Idem Tuſc. 5, 61. Mineruae operum haud ignara, *i. Docta artis laniſicae* Virg. Aen. 5, 284.

¶ 6 Opus eſt *ſignificat vtile eſt, et aliquanto minus eſt, quam* neceſſe eſt. Sen. Epiſt. 19 Se contentus eſt ſapiens ad beate viuendum, non ad viuendum. Ad hoc enim multis illi rebus opus eſt; ad illud tantum animo ſano — Chryſippus *ait*, ſapientem nulla re indigere, et tamen multis illi rebus opus eſſe: contra ſtulto nulla re opus eſt, nulla enim re ſcit vti, ſed omnibus eget. Sapienti et manibus et oculis, et multis ad quotidianum vſum neceſſariis opus eſt; ſed eget nulla re: egere enim neceſſitatis eſt: nihil autem neceſſe ſapienti eſt. Ergo quamuis ſe ipſo contentus ſit, amicis illi opus eſt. Hos cupit habere quam plurimos, *etc.* *Ergo proprie* opus eſſe nobis *dicimus illis rebus, quibus vti nos poſſe aut velle ſic indicamus. Hinc intelligimus* Catoniana illa *apud eundem* Senecam Ep. 94 Emas, non quod opus eſt, ſed quod neceſſe eſt. Quod non opus eſt, aſſe carum eſt. *Sic ipſe* Cic. Fam. 1, 9 Legem curiatam Conſuli ferre opus eſſe, neceſſe non eſſe. Ter. Phorm. 4, 5, 3 Vt cautus eſt, vbi nihil opus eſt. Cic. de Finib. 2, 5 Bonum ipſum etiam quid eſſet fortaſſe, ſi opus fuiſſet, definiſſes. Auctor ad Heren. 4, 21 Tacito quum opus eſt, clamas: quum tibi loqui conuenit, obmuteſcis. Oportet et opus eſt hoc fieri Cic. Att. 13, 25. *i. honeſtum et vtile eſt.* Obſignant ex tempore, quod opus ſit Graeci Id. pro Flacc. 36. Quamdiu ei opus fuerit, vixit Cic. Fam. 4, 5. *i. commodum et e re.* Quid opus eſt de Dionyſio tam valde affirmare Idem Att. 7, 8. Opus eſt dicere Quinctil. 8, 3. Cic. de Amicit. 51 c. 14 Atque haud ſcio, anne opus ſit quidem, nihil vnquam omnino deeſſe amicis. *Ne vtile quidem, atque ideo nec optabile eſt, nihil deeſſe amicis. Hoc enim ſi accideret, non haberent occaſionem amici commodandi amicis ſuis. Conſtruitur cum Nominatiuo:* Cic. Fam. 2, 5 Dux nobis et auctor opus eſt, et eorum ventorum, quos propoſui moderator quidam, et quaſi gubernator. Idem Verr. 1, 126 Multa ſibi opus eſſe, multa canibus ſuis. Quae amicis ſuis opus fuerant Nep. 25, 7, 1. Materies opus eſt, vt creſcant poſtera ſaecla Lucret. 3, 980. *Sic* Idem 2, 814 Opus eſſe colores, *in Nominatiuo dixit.* Sumtu ne parcas vlla in re, quod ad valetudinem opus ſit Cic. Fam. 16, 6. Aliquantum nobis temporis et magni laboris, et multae impenſae opus fuerunt, vt, quae Reipub. *etc.* Plancus *ad* Cic. Fam. 10, 8. Idem Att. 15, 20 Equidem video, mihi quoque opus eſſe viaticum: ſed id ex praediis, vt cadet, ita ſoluetur. *Quod autem pro Genitiuo laudatur* Quinctil. 12, 3, 8 *huc proprie non pertinere, ſeries orationis indicat*, Sed etiam ſi noſſe, quid quisque ſenſerit, volet, lectionis opus eſt, qua nihil eſt in ſtudiis minus laborioſum. *Sed* Lamprid. Alex. 56 *quidam legunt* Longae eloquentiae opus non eſt. *Recentiores edunt* longa eloquentia. *De Accuſatiuo eſt exemplum* Plauti Trucul. 5, 10 *quem locum totum ponemus, vt eo tota conſtructionis varietas illuſtretur:*

Puero opu'ſt cibum, opus eſt matri autem, quae puerum lauit;
Opus nutrici autem, vtrem vt habeat veteris vini largiter,
Vt dies noctesque potet: opu'ſt igne, opus eſt carbonibus.
Faſciis opus eſt, puluinis, cunis, incunabulis:
Oleum opus eſt, farina puero opus eſt, opu'ſt totum diem.
Nunquam hoc vno die efficiatur opus, quin opus ſemper ſiet.
— Accipe hoc, quî iſtuc efficias opus.

Quibuscunque rebus opus eſſe intelligam, ſaluti tuae praeſto ero Cic. Fam. 4, 14. Verbis quid opus eſt, vbi rerum teſtimonia adſint? Pſeudo-Cic. in Salluſt. 12. Nunc Animis opus, Aenea Virg. Aen. 6, 261. Quinct. 6, 4, 8 Opus eſt ingenio veloci ac mobili, Animo praeſenti et acri. Auxilio ſcis opus eſſe tuo Ouid. ex Pont. 4, 3, 8. Conſulto Sall. . . Conuento opus eſt Plaut. Curc. 2, 3, 23. Expedito nobis homine et parato opus eſt Cic. Philipp. 11, 25 c. 10. Gell. 17, 2. Exquiſito opus eſt Plaut. Amph. 2, 1, 81. Ter. Andr. 3, 2, 10 Non imperabat coram, quid opus Facto eſſet puerperae. Idem Heaut. 1, 1, 28. Mihi ſic et vſus: tibi, vt opus eſt facto, face. Liu. 1, 58 Sed Maturato opus eſt quidquid placuerit. Non opus eſt, *i. noxium eſt.* Vt, ſi quid aliquando, quod non opus eſſet, ab ſe eſſet dictum, poſſet ſe negare dixiſſe Cic. pro Cluent. c. 50 *extr.* ſ. 140. Non opus eſſe caſtra dilatari Liu. 27, 48. *Sed ſimpliciter negat illud* Faſcia non eſt opus Scribon. 214. Parato opus eſt Ter. Andr. 3, 2, 42. Cic. pro Milon. 50 c. 19 Primum erat nihil cur Properato opus eſſet. Quaeſito Idem in Parad. 6. Viſo et cauto opus eſt Plaut. Capt. 2, 1, 29. Cic. Fam. 3, 3 Praeſidio firmiori opus eſſe ad iſtam prouinciam. Caeſ. Bell. Gall. 1, 34 Ariouiſtus reſpondit, Si quid ipſi a Caeſare opus eſſet, ſeſe ad eum venturum fuiſſe: ſi quid ille a ſe velit, illum ad ſe venire oportere. Cato c. 13 In torcularium vſui quod opus ſiet. Plaut. Truc. 2, 3, 7 Nunc tibi opus aegram, vt te aſſimules. Ter. Heaut. 4, 8, 15 Vt quum deſponderim, des qui aurum ac veſtem atque alia, quae opus ſunt. Idem 5, 1, 20. *conf.* Cic. Fam. 2, 6 *ſupra. Vid. Voſſ. de Arte Gramm.* 7, 8. Nobis exempla permulta opus ſunt Cic. de Inuent. 2, 57 c. 19. Opus habeo aliqua re Columel. 9, 1.

¶ 7 Opere magno, maximo, nimio, tanto, *i. conatu, ſtudio. Vid. ſupra* MAGNOPERE. Opere maximo, *pro Maximopere:* Ter. Eun. 3, 3, 27 Thais maximo te orabat opere, vt cras redires. Cic. Verr. 4, 132 Deinde hic ornatus, haec opera, haec artificia, ſigna, tabulae pictae Graecos homines Nimio opere delectant. Opere tanto, *pro Tantopere.* Plaut. Epid. 5, 2, 56 Quid iſtic oratis opere tanto? *An etiam* Opere *ſimpliciter dicitur? Certe Palmer. apud* Plautum Trucul. 2, 7, 27 *legi vult*, Iuſſit opere orare, vt haec grata haberes tibi.

OPVSCŬLVM, i. n. Dimin. [ποιημάτιον] Cic. de Legib. 1, 4 Sed tamen nonnulli Tite faciunt imperite, qui in iſto opuſculo, non vt a Poëta, ſed vt a teſte veritatem exigant. Idem Acad. 4, 121 Vt etiam inter deos Myrmecides aliquis minutorum opuſculorum fabricator fuiſſe videatur. Lucubratum Cic. in Parad. 1 prooem. *conf.* Quinctil. 2, 1. *et* Hor. Epiſt. 1, 4, 3.

O R A

ORA, ae. f. [πέρας, ἐσχατιὰ] *Extremitas cuiusque rei.* Cic. de Nat. Deor. 2, 101 Reſtat vltimus, et a domiciliis noſtris altiſſimus, omnia cingens et coërcens caeli complexus: qui idem aether vocatur, extrema ora, et determinatio mundi. Virg. Aen. 9, 528 Et mecum ingentis oras euoluite belli. *Ex* Ennio, Qui potes ingentis oras euoluere belli. *Vbi* Seruius, Narrate non tantum initia, ſed etiam extrema bellorum. Nam orae ſunt extremitates. Quinct. 1, 10, 41 Quadratum paribus oris, *i. lateribus.* Orae, [κράσπεδον] Veſtimentorum extremae partes, *inquit* Feſtus. *conf. Ruben. de Re veſt.* 2, 1. Orae, *Poculorum* Lucret. 1, 936. Orae, *Alueariorum:* Virg. Georg. 4, 39 Spiramenta linunt, fucoque et floribus oras Explent, *de apibus.* Vlceris orae Scribon. 240. *Sic* Celſ. 4, 7, 3 Fiſtulam excidere licet, ſuturaque oras coniungere. *Et* 5, 26, 24 Oras vulneris ſuturae comprehendant. *Add.* 7, 28 *bis.* Orae, *Regionum terrarumque fines, et maritimae ipſae regiones.* Virg. Aen. 1, 1 Arma virumque cano, Troiae, qui primus ab oris, *etc.* Quacunque in ora ac parte terrarum Cic. de Nat. Deor. 2 c. 66. Idem Fam. 12, 5 A prima enim ora Graeciae vsque ad Aegyptum, optimorum ciuium imperiis muniti erimus et copiis. Orarum et litorum amoenitates Cic. de Nat. Deor. 2, 100. Terrarum oras deſtinet mare Lucret. 5, 204. Cic. de Finib. 2, 102 Haec non erant eius, qui innumerabiles mundos, infinitasque regiones, quarum nulla eſſet ora, nulla extremitas, mente peragrauiſſet. Plinius, *quum* Oram *dicit, fere ſemper Regionem litoralem appellat, apud quem velut peculiaris eſt talis locutio*, In ora ſunt ciuitates, *et* Oppida orae proxima. Vrbes, quae in ora ſitae ſunt Aſiae Nepos 7, 5, 6. Illaetabilis Virg. Aen. 3, 707. Inuia Ouid. Met. 14, 790. Latens Hor. Carm. 1, 37, 24. Laxatae Sil. 13, 28. Vmbroſae Heliconis Hor. Carm. 1, 12, 5.

¶ 2 *Formulae:* Accedere oras aliquas vento Virg. Aen. 1, 311. Allabitur antiquis Curetum Idem ibid. 3, 131. Adnauimus veſtris Idem ibid. 1, 542. Applicare aliquem immanibus Virg. Aen. 1, 620. Appulit Deus te noſtris Idem ibid. 3, 338. Capeſſere Italas Idem ibid. 5, 703. Legere oram, *vid.* LEGO, legis. Quot orae ſunt parteſque terrarum, tot habet triumphos Cic. pro Corn. Balb. 9. Orientis orae Hor. Carm. 1, 12, 55. Auſtralis, *vid.* AVSTER. Breuis ora, *Regio non longa* Lucret. 4, 179. Gelida Hor. Carm. 1, 26, 4. Habitabiles Idem ibid. 4, 14, 5. Adeſſe externis ab oris Virg. Aen. 7, 270. Allabi oris Euboicis Idem ibid. 6, 2. Disiungimur longis Valer. Argon. 2, 562. Disiungimur Italis longe Virg. Aen. 1, 256. Dominari cunctis Idem ibid. 3, 97. Extendere nomen in vltimas Hor.

Hor. Carm. 3, 3, 46. Venire ab oris aliquibus Virg. Aen. 2, 282. Ora, [κλίμα] *pro Climate, vel ſegmento caeli.* Cic. Tuſcul. 1, 68 Tum globum terrae eminentem e mari, fixum in medio mundi vniverſi loco, duabus oris diſtantibus, habitabilem et cultum. Aetheriae Lucret. 5, 86. Idem 1, 23 Inde enaſcitur, atque oras in luminis exit. Superis conceſſit ab oris, *Mortuus eſt* Virg. Aen. 2, 91. ¶ 3 Ora *ſignificat Nauticum funem, quo nauis ad terram ligatur.* Liu. 22, 19 Vixdum omnes conſcenderant, quum alii reſolutis oris in ancoram euehuntur. Alii, ne quid teneat, ancoralia incidunt. *Et* 28, 36 In ipſis quoque trepidatum nauibus eſt, dum, ne hoſtes cum ſuis ſimul irrumperent, trahunt ſcalas, oraſque et ancoras, ne in moliendo mora eſſet, praecidunt. Quinctil. Epiſt. ad Tryph. 3 Permittamus vela ventis, et oram ſoluentibus bene precemur. *Rurſus* 4, 2, 41 In portum veni, nauim proſpexi, quanti veheret interrogaui, de pretio conueni, conſcendi, ſublatae ſunt ancorae, ſoluimus oram, prouecti ſumus. ¶ 4 Ora, pro Initio rei vſus eſt Caecilius (*inquit* Feſtus) quum ait, Oram reperire nullam, quam expediam, queo.

ORARIVM, i. n. Linteum ori tergendo paratum. Prudent. *περὶ στεφ.* 1, 86 Hic ſui dat pignus oris, vt ferunt, orarium. *Vid. complures de hoc verbo auctores in Lex. Pitiſci.*

ORARIVS, a, um. Adi. Orariae naues. Plin. Epiſt. 10, 26 Nunc deſtino partim nauibus orariis, partim vehiculis prouinciam petere. *Sunt autem* Orariae naues, *Actuariae et paruae, quibus ſecundum oram nauigatur. Nam maioribus pelagus tentatur: neque enim paruo nauigio quiſquam ſe magno committere mari audet, ſed litus legit. Proinde* Cic. Att. 16, 6 *ſcribit*, Cogitaremus corbitane Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum. *Nam ſi traiiciendum fuiſſet mare,* corbita *atque* oneraria, *id eſt magna naui fuiſſet opus. Haec Turnebus.* Oraria, nauicula modica piſcatoria Fulgent. in Gloſſ. *Vid. Buchner. ad* Plin. Ep. *l. c. n.* 639.

ORATIM. Adu. *Per oras.* Solin. c. 9 (Salm. 3) Longum eſt, vt oratim omnes inſulas legamus. *Vid. Salmaſ. in loc.* p. 67.

ORACVLVM, i. n. [λόγιον, χρησμός, χρηστήριον] ab Ore dicitur, *inquit* Priſcianus, eſtque Deorum reſponſum. Cic. in Topic. 77 c. 20 Oracula enim ex eo ipſo appellata ſunt, quod ineſt his deorum oratio. Oraculum eſt voluntas diuina, hominis ore enunciata Sen. Controu. l. 1 praef. p. 37. Cic. de Diuin. 1, 34 c. 18 *Cum egiſſet de genere diuinationum, quae arte carent, addit,* Cuius generis oracula etiam habenda ſunt, non ea, quae aequatis ſortibus ducuntur, ſed ea, quae inſtinctu diuino afflatuque funduntur. *Sic* Somnii et furoris oracula vocat de Diu. 1, 69 c. 32. Virg. Aen. 2, 114 — ſcitatum oracula Phoebi Mittimus. Vatum oracula Ouid. ex Pont. 2, 1, 55. Triſtia canere Lucan. 1, 576. Cic. pro Font. 15 Si quidquid ex illo loco dicetur, ex oraculo aliquo Dici arbitrari. Dare oracula Idem Tuſcul. 1, 116. *Et* Brut. 2 Haec ex oraculo Apollinis Pythii Edita tibi puta: nihil poteſt eſſe verius. Eduntur Delphis Cic. de Diuin. 2, 117. Edidit Apollo Pythius oraculo, Spartam nulla re alia niſi auaritia eſſe perituram Idem Offic. 2, 77 c. 22. Editum eſt oraculum, eas, *etc.* Cic. de Legib. 2, 40. *conf.* Idem Tuſc. 1 c. 48 *extr.* Exponere Cic. de Diuin. 1, 69. Iuſſis et oraculis deorum immortalium aliquid facere Idem pro Roſc. Amer. 66. *Et* de Diuin. 1, 114 Credo etiam anhelitus quoſdam fuiſſe terrarum, quibus inflatae mentes oracula Funderent. Nectere Stat. Theb. 11, 289. Cic. de Diuin. 1, 95 Iidemque de rebus maioribus, ſemper aut Delphis oraculum, aut ab Ammone, aut a Dodona Petebant. Petere ab Ioue Dodoneo Cic. de Diu. 1, 76 c. 34. Poſcere precibus Virg. Aen. 3, 456. Praepoſita oraculo ſacerdos Cic. de Diuin. 1, 76. Referabo auguſtae oracula mentis Ouid. Met. 15, 145. Vti oraculo Tacit. Ann. 2, 54. *Graecorum more dixit,* Vti oraculo, *pro Oraculum conſulere. Illi enim dicunt χρῆσθαι, ac mihi videtur exoticum illum Graecorum ſermonem imitari voluiſſe, nouitatis aucupio gratiam eloquutioni quaerens. Turnebus.* ¶ 2 Oraculum, *pro Templo, in quo reſponſa dantur.* Oraculum orbis terrae Cic. pro Font. c. 10 *de illo Apollinis Delphici.* Cic. Epiſt. *ad* Brut. 2 *extr.* Haec ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta: nihil poteſt eſſe verius. Plin. 12, 23 Ergo Aethiopiae ſubiecta Africa, ammoniaci lacrimam ſtillat in arenis ſuis: inde et nomine etiam ab Ammonis oraculo, iuxta quod gignitur arbor, quam metopium vocant. ¶ 3 *Tralate.* Cic. de Orat. 1, 200 c. 45 *extr.* Et ſine dubio domus iuriſconſulti totius oraculum ciuitatis. *Sic* Oraculum, *Dictum alicuius celebre et velut diuinum.* Plin. 18, 6 Quonam igitur modo vtiliſſime colentur agri? ex oraculo ſcilicet, Malis bonis. Quum dicerent Malis, intelligere voluere viliſſimos. Summum prouidentiae illorum fuit, vt quam minimum eſſet impendii. *conf.* Plin. 8, 4 *et* 5. *et* Columel. 9, 1. Sen. Controu. prooem. p. 37. Venerandi Principis mentem loqueris et oracula Symmach. Ep. 2, 13. *conf. plura ap. Barth. ad* Claud. *p.* 80. ¶ 4 *Poëtis licet dicere* Oracla. Ouid. Met. 1, 321 Et numina montis adorat Fatidicamque Themin, quae tunc oracla tenebat. *Sic etiam aliquoties editum in* Cic. de Diuin. *Dauiſii, v. g.* 2 c. 6. *it.* 33 *pr. it.* c. 48.

ORACVLARIVS, a, um. Adi. Oracularii ſerui Petron. c. 43 Qui ſcil. oracula fundunt et futura praenuntiant, *verum dubia eſt lectio. Vid.* Act. Apoſt. 16, 16.

ORAMA, ătis. n. *Spectaculum, gr.* ὅραμα. Petron. c. 53. *vid. Burm. p.* 261.

ORĀTA, ae. f. [χρυσόφρυς] *auctore* Feſto, genus piſcis appellatur a colore auri, quod ruſtici orum dicebant, vt auriculas, oriculas: vtque Sergium quendam praediuitem, quod duobus annulis aureis et grandibus vteretur, Oratam dicunt eſſe appellatum. *Dicitur et* Aurata *apud* Martial. 13, 90 Non omnis laudem pretiumque aurata meretur. *De Sergio Orata, vid.* Macrob. Saturn. 3, 15. *et* Cic. de Fin. 2, 70 c. 22.

ORATIO, ORATOR, *etc. Vid.* ORO, as.

O R B

ORBANA, *melius* ORBONA. *v. v.*

ORBELVS, i. m. [Ὄρβηλος] Thraciae mons eſt in ea parte, quae Macedoniae eſt contigua, non procul a Pangaeo promontorio, a quo vicina regio Orbelia dicta eſt. *Vid.* Plin. 4, 10 *et* 11.

ORBILIVS, i. m. [Ὀρβίλιος] *Beneuentanus, Grammaticus tempore Ciceronis profitebatur, vir acer in diſcipulos, ac* plagoſus *propterea ab* Horatio *appellatus* Epiſt. 2, 1, 70 Vixit prope ad centeſimum annum, amiſſa iampridem memoria, relicto ex ſeſe Orbilio, et ipſo grammatico. *Vid.* Tranquillus Illuſtr. Gramm. c. 9.

ORBIS, is. m. [κύκλος] *Circulus dicitur, et quidquid vel lineae circularis modo verſus initia ſua reflexum et cum illis coniunctum, vel, vt area circularis, eiusmodi linea finitum, vel, globi aut ſphaerae inſtar, rotundum eſt. Neque illas corporum ſolas formas denotat, verum etiam ad tempora, et vices rerum atque actionum refertur, quatenus finem cum principio connexum, aut ſtatim a fine ad initium ſimilis motus, curſus, ordinis aut ſeriei tranſitum fieri intelligitur. Pro linea* Plin. 11, 37 Aliis glauci coloris, orbibus circumdatis. *Pro ſphaera* Idem 2, 9 Orbis lunae. *Sic* Lucidus orbis Solis Virg. Georg. 1, 459. *conf.* Vell. 2, 59, 6. *Pro area* Cic. de Nat. Deor. 2, 47 Quumque duae formae praeſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim ſphaeram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, *etc.* *Pro globo ſ. ſphaera ponit* Plin. 10, 24 ſ. 35 Sturnorum generi proprium catervatim volare, et quodam pilae orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus. Orbis ablaqueationis, *Foſſura, ſiue foſſio illa, quae in orbem circa vites aut arbores fieri ſolet.* Columel. 4, 4 *hemiſphaerium eſt.* Orbis ſaltatorius, *Chorea in orbem ſe mouentium:* Cic. in Piſon. 22 c. 10 Quum illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem, *motus circularis intelligitur.* ¶ 2 *Iam ponamus primum ea exempla, in quibus ad formam vtcunque rotundam corporum reſpicitur:* Angues immenſis orbibus Virg. Aen. 2, 204. Spiras, *et* volumina *alias vocant.* Agere in orbem, *vid.* AGO. Conduplicare ſe in orbem Scribon. 39. Curuare iter in orbem Ouid. Met. 2, 715. Ducere Idem ibid. 8, 239. Prop. 4, 6, 6 Terque focum circa laneus orbis Eat. Facientibus orbem immenſum ſpiris Ouid. Met. 3, 77. *de ſerpente.* Flexos exiguo miror in orbe pedes Idem Epiſt. 4, 80. *Phaedra miratur Hippolytum paruo in orbe circumagentem equos.* Glomerabat lanam in orbes Ouid. Met. 6, 19. Glomerantur in orbes confuſos grues Lucan. 5, 715. *Eodem modo dixit vt Plinius p. a.* pilae orbem *de ſturnis.* Impedire alternos orbes orbibus Virg. Aen. 5, 584 *de equeſtri decurſione.* Labens vago orbe ſerpens Stat. Theb. 5, 514. Rapit immenſos orbes per humum anguis Virg. Georg. 2, 153. Sinuaui flexos corpus in orbes Ouid. Met. 9, 64 *de Acheloo, qui ſe in anguem mutatum fuiſſe dicebat.* Inſinuatur multiplices in orbes crinis Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 15. Torquere aliquid in orbem Cic. de Vniuerſ. 21. *et* 22 c. 7. Tutari ſe in orbem Liu. 4, 39 *de globo militum.* Vocabulum militare *eſſe* orbem, *vt caetera,* quibus inſtructa certo modo acies appellari ſoleat, *indicauit etiam* Gell. 10, 9. *Hinc* orbes facere Sall. Iug. 97. *et* Caeſ. Bell. Gall. 4, 38 Quum illi orbe facto ſeſe defenderent. *Add.* Curt. 4, 13, 31. *Sic* Sil. 13, 684 Spiſſo orbe circumdare aliquem. ¶ 3 *Peculiariter corporibus caeleſtibus orbem tribuunt. Praeter ea, quae ſtatim in principio monuimus,* Cic. Somn. Scip. 8 Nouem tibi orbibus vel potius globis connexa ſunt omnia, *intelligit ſphaeras illas cauas ſibi inuicem incluſas, quas imaginabantur, ſolis, planetarum et fixarum. Et mox* 10 Conuertitur infimo orbe luna. Lucan. 2, 577 Exactus orbis lunae, *plena luna.* Ouid. Met. 7, 531 Expleuit luna orbem plenis cornibus. ¶ 4 Orbis, [οἰκουμένη] *Tellus, a rotunditate.* Plin. 3 prol. Terrarum orbis vniuerſus in tres diuiditur partes, Europam, Aſiam, Africam. Cic. Fam. 4, 1 Res vides quomodo ſe habeat: orbem terrarum imperiis diſtributis ardere bello. Id. Catil. 1, 9 In hoc orbis terrae ſanctiſſimo grauiſſimoque conſilio, *etc.* Ager Campanus orbis terrae pulcherrimus Cic. de Lege Agrar. 2, 76. Extremi ſinus orbis Virg. Georg. 2, 123. Caput orbis Roma Ouid. Faſt. 5, 93. Decus orbis atque praeſidium vnicum Sen. Herc. Oet. 7. Princeps orbis terrarum Cic. pro Domo 110. Extremus Ouid. Met. 2, 254. Fractus ſi illabatur Hor. Carm. 3, 3, 7. Claudian. de R. P. 2, 361 Iam ſuus inferno proceſſerat Heſperus orbi, *i. inferis, qui ſuum ſibi, et ipſi orbem habent.* Ingens orbis in vrbe fuit *metonym. homines ex toto orbe collecti* Ouid. A. A. 1, 170. Magnus Virg. Georg. 2, 339. Solidus Ouid. Met. 1, 31. Anhelans ſaeuis ardoribus Sil. 16, 100. Circumſonat orbem totum Nereus Ouid. Met. 1, 187. Deſcribit totum radio Virg. Ecl. 3, 41. Dimenſus certis partibus Id. Georg. 1, 231. Domitus Ouid. de Arte Am. 1, 177. Peragrare orbem omnium terrarum Cic. Verr. 4, 106. Percenſere Ouid. Met. 2, 335. Perhorruit totus Idem ibid. 1, 203. Reget pacatum Virg. Ecl. 4, 17. Siluit exterritus Stat. Theb. 1, 211. Temperat ſol orbem Ouid. Met. 15, 869. Orbi, *Ablatiuus antiquus, pro Orbe.* Lucret. 5, 75

Et quibus ille modis diuûm metus inſinuarit
Pectora, terrarum, qui in orbi ſancta tuetur
Fana, lacus, lucos, *etc.*

Ablat. Orbi *eſt etiam* Varr. R. R. 3, 5, 16. ¶ 5 *Pro magna parte Orbis terrarum interdum* Orbis *dicitur. V. g.* Plin. 12, 5 Nunc eas exponam, quas mirata eſt, Alexandri Magni victoria, orbe eo patefacto. Alienus orbis, *vid.* ALIENVS, *in* ALIVS. Diuerſus orbis procul a patria Ouid. Met. 2, 223. *conf.* Col. 1, 3, 6. Fecundus Ouid. Met. 8, 821. Peregrinus Idem ibid. 1, 94. *In primis ponitur ſaepe* Orbis, *pro Romano Imperio.* Nepos 25, 20, 5 *de Antonio et Octauio,* Cum ſe vterque principem orbis terrarum eſſe cuperet. Tacit. Germ. 2, 1 Aduerſus Oceanus raris ab orbe noſtro nauibus aditur. Toto diuiſos orbe Britannos Virg. Ecl. 1, 67. *conf. Taubm. p.* 12. *Heumann. interpretatur de peripheria inſulae.* Vniuerſus orbis Romanus Saluian. l. 5 p. 171. *it. de aliis imperiis.* Carthaginem dico, in Africano orbe, quaſi Romam Saluian. l. 7 p. 275. Vix parens orbis populoſa Poeni Prudent. Periſt. 4, 61. *i. Carthago metropolis Poenorum.* *Minos apud* Ouid. Met. 8. 100 *ad* Scyllam:

DI te ſubmoueant, o noſtri infamia ſaecli
Orbe ſuo, telluſque tibi pontuſque negentur.
Certe ego non patiar Iouis incunabula, Creten,
Quae meus eſt Orbis, tantum contingere monſtrum.

Cretam igitur ſuum Orbem, *i. ſuum regnum, in quo ipſe Iupiter ſit, vocat.* ¶ 6 *Sed et alia corpora rotunda* orbes *vocantur. Ita ſunt* orbes *in* trapeti *inſtrumento apud* Catonem 135, 6 *et* 7. *Sic de machina rotunda, caua, verſatili, quae pro menſa eſſet in ornithone* Varronis, *ita ipſe loquitur* Varro de R. R. 3, 5, 16 Quum et aqua calida et frigida, ex orbi ligneo menſaque quam dixi, in primis radiis eſſe, epiſtomiis verſis ad vnumquemque, factum ſit, vt fluat in conuiuam. *Ita rotae curruum* orbes *vocantur* Plin. 8, 16 Atque hoc tale, tam ſaeuum animal, rotarum orbes circumacti, curruſque inanes, *etc.* terrent. *De leonibus. Sic* Ferrati orbes Virg. Georg. 3, 361. Rapidi Valer. Argon. 6, 239. Reuoluto orbe nunquam inſiſtens rota Senec. Hippol. ſ. 12. Orbis, *menſae inſtrumentum videtur* Martial. 2, 43 Tu Lybicos Indis ſuſpendis dentibus orbes: Fulcitur teſta fagina menſa mihi. *Alii de menſis ipſis accipiunt rectius. Cum* menſa *quoque* orbes *coniungit* Cato de R. R. c. 10, 4 Molilia tria, abacum vnum, orbes aeneos duos, menſas duas, ſcamna magna tria. *Add.* 11, 2. *Ponitur et pro Clipeo apud Poëtas paſſim.* Virg. Aen. 10, 783 Illa per orbem Aere cauum triplici, *etc.* Val. Flacc. 1, 451 Orbis, quem genitor geſtabat. *conf.* Claud.

Claud. de Bell. Gild. 211. *et Gonſal. ad* Petron. c. 89. Flammeus orbis Stat. Silu. 1, 6, 87 *eſt Lychnuchus ingens cum multis lampadibus.* Orbis Lacedaemonius *apud* Iuuen. 11, 173, *qui* pityſmate lubricatur, *eſt pauimentum cruſtis orbicularibus Laconici marmoris diſtinctum et ornatum. Hoc cum iam ex parte vidiſſet* Vet. Schol. *in clara luce poſuit Scaliger ad* Manil. p. 412 *laudato praeſertim* Seneca Epiſt. 87 Pauper ſibi videtur ac ſordidus, niſi parietes magnis pretioſis orbibus refulſerint, niſi Alexandrina marmora Numidicis cruſtis diſtincta ſint. *Vid.* PITYSMA. ¶ 7 *Iam ad motum circularem, et reuolutionem cuius finis cum initio nouae coniunctus eſt, referuntur iſta, quae a rotarum* (orbes *et hae vocantur vid.* n. 6) *circumactu primum ducta videntur. Ac metaphoricus quidem eſt* Orbis doctrinae Quinct. 1, 10, 1 ἐγκύκλιος παιδεία. *Et* 9, 4, 129 Orbem quendam contextumque deſiderat hiſtoria: *itemque ille, de quo* Plin. Epiſt. 9, 30 Primum eſt autem, ſuo eſſe contentum: deinde quos praecipue ſcias indigere, ſuſtentantem foventemque orbe quodam ſocietatis ambire, *Cicero dixiſſet* liberalitate complecti. *Sic quam* Periodum *Graeci*, Orbem *vocat* Cic. in Orat. 234 c. 71 in Thucydide orbem orationis deſidero. Idem ib. 3, 196 c. 51 Quum circuitum et quaſi orbem verborum conficere non poſſent. Idem ib. 149 Conficit orbem ſuum forma concinnitasque verborum. *In primis huc pertinet* Orbis reipublicae *i. mutatio et conuerſio formae illius et imperii. De hoc* Cic. pro Planc. 93 Stare enim omnes debemus, tanquam in orbe aliquo Reip. qui quoniam verſetur, eam deligere partem debemus, ad quam nos illius vtilitas, ſalusque conuerterit. Idem Att. 2, 9 Feſtiue, mihi crede, et minore ſonitu, quam putarem, orbis hic in Republica eſt conuerſus, citius omnino quam potuit id culpa Catonis. Cic. Att. 2, 21 Equidem ſperabam ſic orbem Reipublicae eſſe conuerſum, vt vix ſonitum audire, vix impreſſam orbitam videre poſſemus: et fuiſſet ita, ſi homines tranſitum tempeſtatis exſpectare potuiſſent. *Conf.* Tacit. Ann. 3, 55, 5. *et* Liu. 3, 36. ¶ 8 *At* Orbis *proprius eſt, qui de ſole et ſideribus dicitur. V. g.* Circuitus orbium ſolis, V defectibus LX et CCC, quarta fere diei parte addita conuerſionem conficiunt annuam Cic. de Nat. Deor. 2, 50. In orbem circumque fertur motus aſtrorum Idem ib. 2, 44. Idem in Somn. Scip. 8 Erat autem is ſplendidiſſimo candore inter flammas circus elucens, quem vos (vt a Graiis accepiſtis) orbem lacteum nuncupatis. Obliquus Lucan. 1, 78. *Intelligit circulum Zodiacum.* Cic. de Nat. Deor. 2, 54 c. 20 Infra autem hanc ſtella Mercurii eſt, ea ϛίλβων appellatur a Graecis, quae anno fere vertente ſigniferum luſtrat orbem. Orbis Brumalis et Solſtitialis Idem ib. 3, 37 c. 14 *ſunt duo Tropici.* Conficiunt orbes ſuos et circulos celeritate mirabili ſtellae Cic. in Somn. Scip. 6 c. 3. Hauſit ſol medium orbem, *i. Peragravit iam medium orbem* Virg. Georg. 4, 425. *Meridiei periphraſis. Hinc* ¶ 9 Orbis, *pro Anno.* Virg. Aen. 1, 273 Triginta magnos voluendis menſibus orbes Imperio explebit. *i. Regnabit triginta annos. Orbis dicitur ea ratione, qua Graeci* ἐνιαυτὸν *vocant, quod ſcilicet circulum faciat, et ſemper in ſe ipſum recurrat.* Virg. Georg. 2, 401 Redit agricolis labor actus in orbem Atque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus. *Nempe* Annus *quoque* orbis *eſt, vt* annulus. Annuus exactis completur menſibus orbis Virg. Aen. 5, 46. *Huc referas illud* Liu. 3, 10 Vt idem in ſingulos annos orbis volueretur, *i. eadem fierent, eadem redirent.* Idem 3, 36 *de Decemuiris*, Vt vnus faſces haberet, et hoc inſigne regium in orbem ſuam cuiusque vicem in omnes iret, *nempe a primo per medios ad vltimum, ab hoc ad primum, etc.* ¶ 10 Orbs, *pro Orbis.* Fortunat. Carm. 8, 5 Gaudet et orbs totus, pontus, arena, polus. *Item*, Orbs quoque totus item per noua vota fremit.

ORBICVLVS, i. m. Dimin. [κυκλίδιον] Plin. 25, 13 Conciſa quoque in orbiculos ſeruatur in vino. Ipſe eius annuli orbiculum circulauerat Apul. Flor. 2 p. 346. Orbiculus, *pro Trochlea.* Cato c. 3 Trochleas Graecanicas binas, quae funibus ſparteis ducantur: orbiculis ſuperioribus octonis, inferioribus ſenis citius duces. *Conf.* Pallad. 3, 11. Solin. c. 27 (17) *et* Vitruu. 9 *extr.*

ORBICVLĀRIS, e. Adi. Orbicularis herba Apul. de Herb. c. 17. *Conf.* Marcell. Emp. Prouerb. c. 4 Non omnia oua orbicularia ſunt. *Vid. Nouar. Apophth. Eccl. T.* 2 p. 275.

ORBICVLO, āre. Gloſſ. Vet. Orbiculatur, κυκλεύει.

ORBICVLĀTVS, a, um. Adi. [κυκλοτερής] *Quod in orbem et circuitum factum eſt, a figura orbis in rotundam figuram circumacti: vt* Mala orbiculata Scribon. 104. Poma orbiculata Columel. 5, 10. Cael. ad Cic. Fam. 8, 15 Nunc tibi noſtri milites, qui duriſſimis et frigidiſſimis locis teterrima hieme bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis eſſe paſti videntur? *Hîc* mala orbiculata *pro Delicatis cibis poni intelligo, quae in deliciis erant lautiſſimis hominibus vrbanis. Mala enim deteriora alias gregarii edebant milites.* Iuuenal. Sat. 5, 148

Virro ſibi, et reliquis Virronibus, illa iubebit
Poma dari, quorum ſolo paſcaris odore:
Qualia perpetuus Phaeacum autumnus habebat;
Credere quae poſſis ſurrepta ſororibus Afris.
Tu ſcabie frueris mali, quod in aggere rodit,
Qui tegitur parma et galea, *etc.*

Haec Turnebus. Conf. Plin. 27, 13 *pr. et* Ammian. 31, 6.

ORBICVLĀTIM. Adu. [κυκλοτερῶς] *Per orbes et circulos, quaſi circulatim.* Plin. 11, 37 ſ. 67 Sed quibus ceruix, e multis vertebratisque orbiculatim oſſibus flexilis ad circumſpectum, articulorum nodis iungitur. Orbiculatim rotari Macrob. Saturn. 7, 9.

ORBĪLE, is. n. *Circulus ille exterior in rota, qui radios continet.* Varro de R. R. 3, 5, 15 In inſula eſt columnella, in qua intus axis, qui pro menſa ſuſtinet menſam radiatam, ita vt ad extremum, vbi orbile ſolet eſſe acutum, tabula cauata ſit.

ORBĬCVS, a, um. Adi. [κυκλοφορούμενος] Per orbem ductum, ſeu per circulum, *interprete* Nonio 2, 614. Varro, Vt ſidera caeli circa terram atque axem voluuntur motu orbico.

ORBĬTA, ae. f. [τροχιὰ] Orbita duas res ſignificat: nam orbita et rota ipſa intelligitur, et veſtigium in molli ſolo Aſcon. in Verr. p. 108. Virg. Georg. 3, 294 Iuuat ire iugis qua nulla priorum Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo. Cic. Att. 2, 21 Vt vix ſonitum audire, vix impreſſam orbitam videre poſſemus. Plin. 8, 58 Iidem vbicunque ſint, orbitam ſi tranſiere, moriuntur. *de muribus.* Orbita vinculi ſentitur vexatione non dubia Plin. 17, 23. *h. e. Veſtigium vinculi, quo alligata fuit vitis. Pro via in vniuerſum ponitur in formula* Monſtrare orbitam Quinctil. 2, 13, 16. Iuuenal. Sat. 14, 32 Et monſtrata diu veteris trahit orbita culpae. Virg. in Aetn. 230 Solis ſcire modum et quanto minor orbita lunae eſt, *i. orbis intra quem curſum ſuum peragit.*

ORBITŌSVS, a, um. Adi. Orbitoſae viae, *In quibus frequentes ſunt orbitae.* Auctor eius Iambici quod eſt inter obſcoena carmina, cuius titulus eſt De Sabino, Et inde tot per orbitoſa millia Iugum tuliſſe. Millia, *i. Milliaria.*

ORBITAS, *vid.* ORBVS.

ORBIVS, i. m. Cliuus Romae, per cuius orbes Tullia et Tarquinius rege interfecto properarunt in regiae domus poſſeſſionem. *Vid.* Feſtus.

ORBONA, ae. f. Dea a Romanis culta, ne orbos faceret, *vid.* Arnob. 4 p. 131. Huius fanum apud aedem Larium Plin. 2, 7. Tertull. ad Nat. 2, 14 Orbona dea, quae in orbitatem ſemina exſtinguat.

ORBVS, a, um. Adi. [τυφλὸς, ϛερηθὰς] *proprie dicitur, Oculorum luce priuatus: quaſi amiſſis orbibus, propter rotunditatem oculorum.* Luminibus orbus Plin. 9, 42. Altero lumine Idem 35, 10. Sil. 13, 726 — Pyrrhumque a limine portae Deiecit viſus orbus. Viſus, *Accuſatiuus eſt:* Orbus, *Nominatiuus; vt ſi diceres Orbus oculos: niſi malis* viſus *Genitiuo Singulari accipere. Intelligit autem Appium Claudium caecum.* Palmites orbi, *Qui oculis et gemmis carent, et nihil pariunt* Columel. 4, 27. ¶ 2 Orbus, *in vniuerſum dicitur, Quicunque aliqua re ſibi cara priuatus eſt.* • *Sic* Plin. 8, 39 Omnia ſeceſſus tempore veneno orba dormiunt. Rebus omnibus quibus et natura me, et voluntas et conſuetudo aſſuefecerat, orbus Cic. Fam. 4, 13. Auxilii orbus Plaut. Rud. 2, 3, 19. Aula Valer. Argon. 6, 47. Ciuitas Cic. Fam. 3, 11. Idem pro Flacc. 54 Vsque eo orba fuit ab optimatibus illa Concio, vt princeps principum eſſet Meandrius. Forum litibus orbum Hor. Od. 4, 2, 43. Funera orba rogis Stat. Theb. 10, 7. Cic. Philipp. 9, 1 Subito ereptus totam Legationem orbam et debilitatam reliquit. Cic. *de Academica Philoſophia* de Nat. Deor. 1, 11 Confirmata a Carneade vsque ad noſtram viguit aetatem: quam nunc propemodum orbam eſſe in ipſa Graecia intelligo. Plebem orbam ne relinquunto Cic. de Legib. 3, 9. *i. ſine magiſtratu.* Portenta pedum Lucret. 5, 838. Reſpublica orba Conſulis fidem tanquam legitimi tutoris, implorauit Cic. poſt red. ad Quir. 11. *Add.* Idem Fam. 3, 11. Orbus, [ἄτεκνος Vet. Gloſſ.] *Pater dicitur, qui amiſit liberos.* Cic. in Parad. 5 Quem nutum locupletis orbi ſenis non obſeruat? Quinctil. 7, 5 In paupere gratior, quam in diuite, dante beneficium quam reddente, patre quam orbo. *Sic* Columel. 7, 4 Orbae ſuis natis matres. *Sic poſuit* Iuuenal. 3, 129 Dudum vigilantibus orbis. Orbus homo gaudium heredis ſui Phaedr. 4, 19, 18. Orbum, *pro Exheredato poſuiſſe quidam volunt* Plinium Epiſt. 5, 1, 3 *et* 8. 18, 3. *Sed ſollemnem ſignificationem retinendam oſtendit priore loco Gronouius, altero Geſnerus.* Orbus, [ὀρφανὸς] *Qui parentes amiſit.* Ter. Phorm. 1, 2, 75 Lex eſt vt orbae qui ſint genere proximi, eis nubant Quinctil. 7, 5. Orba patre virgo Ter. Adelph. 4, 5, 16. Te incolumi orbi non erunt filii Cic. Q. Frat. 1, 3. Orbarum nuptias indicentium cauſae Quinctil. 7, 4, 24 *et* 39.

ORBĬTAS, ātis. f. [ἀτεκνία] *Illa patrum conditio poſt amiſſos liberos, vt vxoris viduitas poſt amiſſum maritum.* Cic. de Clar. Orat. 90 Tum C. Galli etiam filium flens commendabat, cuius orbitas et fletus mire miſerabilis fuit propter recentem memoriam clariſſimi patris. Idem de Finib. 5, 84 c. 28 Bonum liberi, miſera orbitas. Dolor orbitatis, *ſcil. Ob filium interfectum* Iuſtin. 1, 5, 8. Stat. Silu. 4, 7, 33 Orbitas omni fugienda niſu Quam premit votis inimicus heres. Plin. Epiſt. 4, 15, 3 Fecunditate vxoris large frui voluit eo ſaeculo, quo plerisque etiam ſingulos filios orbitatis praemia graues faciunt. *Conf.* Curt. 6, 9, 13. *et* 7, 1, 2. *Plur.* Solin. c. 53 Sipylus, Tantalis antea dictus, et in illam vocabuli memoriam orbitatibus datus Niobae. *Conf.* Arnob. 5 *extr. et* Auguſtin. Ciu. Dei 22, 22. Vulnus orbitatis Quinctil. 6 prooem. Orbitas luminis Plin. 7, 37. Orbitas tecti, *Amiſſio.* Plin. 35, 3 Extant certe hodieque antiquiores vrbe picturae Ardeae in aedibus ſacris, quibus equidem nullas aeque demiror, tam longo aeuo durantes in orbitate tecti, veluti recentes. *h. e. Amiſſo tecto.* Orbitas, [ὀρφανία] *conditio liberorum parentibus priuatorum.* Plaut. Capt. 3, 5, 35 Quaſi in orbitatem liberos produxerim. Plin. Paneg.

ORBITVDO, ĭnis. f. [ὀρφανότης] *Idem, ſed antique.* Accius, Miſeret lacrimarum, luctuum, orbitudinis. Turpilius, Hoc te oro, vt illius commiſereſcat miſerae orbitudinis. Non. 2, 599 Vet. Gloſſ. ἀτεκνία, orbitudo, orbitas.

ORBO, āre. [ϛερέω] *Priuare.* Cic. de Amicit. 10 Moueor enim tali amico orbatus. Plin. 12, 8 Ibi et frutex peſtilens raphani, folio lauri, odore equos inuitante, qui paene equitatu orbauit Alexandrum. Orbare ſe luce Cic. Tuſc. 3, 26. Orbari auxilio Idem pro Muraen. 83. Idem Acad. 4, 61 c. 19 Non ergo is excaecat nos, aut orbat ſenſibus. *Ibid.* 61 Priuat approbatione omni, orbat ſenſibus. Phaſidos vnda orbata eſt auibus Petron. c. 119.

ORBĀTVS, a, um. Partic. [ἐϛερημένος] Orbatus filio Cic. Off. 1, 52. *Et* Tuſc. 1, 85 Orbatus progenie. Orbatus dignitate Cic. Tuſc. 1, 12. Idem Fam. 6, 6 Nec iis quidem verbis, quibus te conſoler vt afflictum, et iam omni ſpe ſalutis orbatum. Filio orbata mater Cic. pro Cluent. 45 c. 15. Anſeres orbati duce Petron. c. 136. Leaena furit catulo lactante orbata Ouid. Met. 1, 547. Reſpublica multis claris viris orbata Cic. Fam. 4, 9. Vaccae orbatae Valer. Argon. 8, 457.

ORBATIO, ōnis. f. [ϛέρησις] Senec. Epiſt. 88 (87) Paupertas non per poſitionem, ſed per detractionem dicitur, vel (vt antiqui dixerunt) per orbationem: Graeci dicunt ϛέρησιν, quum dicunt, non quod habeat dicitur, ſed quod non habeat. Idem ad Marciam c. 7 Paupertatem, luctum, orbationem, alius aliter ſentit. *Al.* Abitionem. Gloſſ. Vet. Orbatio, ϛέρησις, τύφλωσις.

ORBATOR, ōris. m. Ouid. Met. 13, 500 Exitium Troiae noſtrique orbator Achilles. *Hecuba loquitur, quam is liberis ſuis orbauit.*

ORBEFĂCIO, ĕre. Vet. Onomaſt. Orbefacio, ὀρφανόω.

ORBIFĬCO, āre. Accius *apud* Non. 2, 852 Pernici orbificor liberorum leto et tabificabili.

O R C

ORCA, ae. f. [ὄρκη] Genus beluae marinae, balaenis infeſtum, *inquit* Feſtus. Plin. 9, 6 Balaenae et in noſtra maria penetrant, *etc.* Hoc ſcire orcas, infeſtam his beluam, et cuius imago nulla repraeſentatione exprimi poſſit alia, quam carnis immenſae dentibus truculentae. Irrumpunt ergo in ſecreta, ac vitulos earum et fetas, vel etiamnum grauidas lancinant morſu, incuſſaeque ceu Liburnicarum roſtris fodiunt. ¶ 2 Orcae, *ad illius animalis ſimilitudinem dicuntur Vaſa vinaria:* ſunt enim orcae teretes atque vnifor-

mi

mi ſpecie, *auctore* Feſto. Varro de R. R. 1, 13 Quod ſaepe, vbi conditum vinum nouum, orcae in Hiſpania feruore muſti ruptae. Hor. Serm. 2, 4, 66 Non alia quam qua Byzantia putruit orca. Perſ. 3, 76 Maenaque quod primae nondum defecerit orcae. Orca, *Vas fictile videtur lato aluo, anguſto ore, in quam inter ludentes pueros qui nucem inieciſſet, victor erat. Certe ita intelligi poſſit* Perſ. 3, 50 Anguſtae collo non fallier orcae. *Suſpicatur etiam* Caſaubonus *vaſculum aleatorium eſſe, quo coniecti agitatique tali emittuntur in tabulam aleatoriam, vt phimus, et pyrgus. Apud* Priſcian. 3, 9 p. 615 *Putſch.* Pomponii *verſus laudatur*, Interim dum contemtor orcam taxillos perdidi, *vt adeo coniuncti ſint tali cum orca, vt apud Perſium* damnoſa canicula. *Conf. Dan. Souter. in Palamede.* Orca, *Vas, in quo ficus aſſeruantur.* Columel. 12, 15 In orcas bene picatas meridiano tempore calentem ficum condere. Orca, *Capſa pigmentorum muliebrium.* Plin. 35, 6 Vſta caſu reperta incendio Piraei, ceruſſa in orcis cremata. ¶ 3 Orca, *Gemma.* Plin. 37, 10 Orca barbari nominis, e nigro fulvoque ac viridi et candido placet.

ORCVLA, ae. f. Dimin. [ὀρκίδιον] Cato de R. R. c. 119 Cyminum, foeniculum, rutam, mentam, in orculam condito Id. c. 117.

ORCADES, um. f. *Pl.* [Ὀρκάδες] *Inſulae ad Scotiam in Oceano Boreali*, Triginta *numerat* Mela 3, 6.

ORHADES, *vid.* ORCHIS.

ORCE, es. f. Auis inter apodas Plin. 11, 47.

ORCHAMVS, i. m. [Ὄρχαμος] *Aſſyriorum rex, Leucotheam filiam ſuam ab Apolline ſtupratam viuam defodit* Ouid. Met. 4, 221.

ORCHESTRA, ae. f. [ὀρχήστρα] Spatium in theatro, in quo Senatorum et honorificentiſſimorum erant loca deſignata, et ſcenici artifices ſuas praeſtabant actiones, *vt ſcribit* Vitruu. 5, 6. *Cuius pulpiti altitudo non erat quinque pedibus altior, vt ſedentes ſpectare poſſent omnium agentium geſtus.* Cic. de Prouinc. Conſ. 14 Itaque ille alter aut ipſe eſt homo doctus, et a ſuis Graecis ſubtilius eruditus, quibuscum iam in orcheſtra (*publice*) heluatur, antea poſt ſiparium (*occulte*) ſolebat. Orcheſtram, *pro conſeſſu Senatus et primorum poſuit* Iuuen. Sat. 3, 177 *quum ait*, — Similemque videbis Orcheſtram et populum. Suet. Aug. c. 35 Deinde in Orcheſtram Senatumque deſcendit, *etc.* Orcheſtra *dicta, quod in ea ſaltationes fieri conſueuiſſent; nam apud Graecos* ὀρχεῖμαι, *tripudio et ſalto ſignificat. Vid. Lipſ. de Amphith. c. 14. vel Lex. Pitiſc.*

ORCHESTROPOLARIVS, i. m. *apud* Firmic. 8, 15 *qui vertiginoſa ſaltatione in orbem mouetur.* Graece ὀρχηστρόπολος. *Vid. Salmaſ. in* Solin. c. 49 p. 693. *et* PETAMINARIVS.

ORCHION, i. n. *Herba mercurialis* Apul. de Herb. c. 335.

ORCHIS, is. [ὄρχις] *vel* ORCHITES, is. f. *vel* ORCHADES *vt eſt* Virg. Georg. 2, 86 Genus oliuarum, quae a teſticulis nomen ſumſerunt, *vt ait* Seruius. *Nam* ὄρχεις, *teſtes dicuntur. Q. d.* teſticulares oliuae. Columel. 5, 8, 4 Orchis quoque et radius melius ad eſcam, quam in liquorem ſtringitur. Orchita vt condiatur Colum. 12, 47, 2. *Conf.* Cato 6, 1. *et* 7, 4. Varro R. R. 1, 60. Orchen *ab* Orchite *differre* Varro *innuere videtur, quum ait*, Olea grandis orchitis, quod ea Attico orche minor. *Nam* orchitis *etſi magna eſt, eſt tamen minor* orche, *olea quadam Attica. Ex Turnebo, qui videtur emendare voluiſſe locum* Varron. L. L. 4, 22 p. 28, 15 quod ea antiquitus orchemora. ¶ 2 Orchis, *Herba, de qua* Plin. 26, 10. ¶ 3 Orchis, *Piſcis.* Plin. 32, 2 Duriſſimum eſſe piſcium conſtat, qui orchis vocetur, rotundus eſt, et ſine ſquamis, totusque capite conſtat.

ORCHIVS, i. m. *In Iambicis metris apud* Mart. Capell. 9 p. 332. *Grotius ſuſpicatur* Orthius.

ORCHOMENVS, i. m. [Ὀρχόμενος] *Theſſaliae mons: a quo* Orchomenos, *ciuitas eſt Boeotiae, contermina Theſſaliae*, in qua fons erat Gratiis ſacer, *vt notat* Seruius *ad* Aen. 1, 724. Ouid. Met. 5, 607 Vsque ſub Orchomenon, Siphidaque, Cyllenemque. Ferox Orcbomenos Ouid. Met. 6, 416. Diues pecorum Stat. Theb. 4, 295. *Eſt item* Orchomenos, Fluuius in Boeotia ad Trophonium, *teſte* Plin. 31, 2.

ORCINIANVS, ORCINVS, ORCIVS, *vid.* ORCVS.

ORCISCOPALARIVS, *vid.* ORCHESTROPOLARIVS.

ORCVLA, *vid.* ORCA.

ORCVS, i. m. [ᾅδης] *Idem, qui Pluto, Rex inferorum: interdum pro ipſis inferis aut morte adeo poni videtur.* Verrius *apud* Feſtum *ab* vrgendo dictum *putat, tanquam* vrgum. *Sed locus corruptus, certe valde obſcurus.* Cic. Verr. 4, 111 c. 50 Hic dolor erat tantus, vt Verres alter Orcus veniſſe Ennam et non Proſerpinam aſportaſſe, ſed ipſam abripuiſſe Cererem videretur. Apul. Met. 6 p. 179, 38 Vsque ad inferos et ipſius Orci ferales penates te dirige. *Mox* p. 180, 20 Orci regiam vocat. *Et* p. 176, 26 Orci cancros. *Sed* Orci faſtidium Apul. Met. 4 p. 145, 23 *conuicium in vetulam, quae ideo non moriatur, quod illam mors faſtidiat.* Orcus vobis ducit pedes *cantilena hiſtrionum apud* Sueton. in Ner. 39 *qua hoc certe videtur ſignificari, morti deſtinatum, cui pedes Orcus ducat.* Iam in peculio Proſerpinae et Orci familia numeratus Apul. Met. 3 p. 133, 25. Erat miles fortis tanquam orcus Petron. c. 62. *Conf. h. l. Burm.* Orco ſe mactare dictitans Samnitium ſacratos milites, ſigna intulit Liu. 9, 40. *Conf. Goeſ. ad* Petron. c. 34 p. 144. *Graeu. Lect. Heſiod.* c. 17. Arbiter Orci Minos Propert. 3, 19, 27. Hor. Carm. 2, 18, 34 — Nec ſatelles Orci Callidum Promethea Reuexit auro captus. *i. Charon.* Victima nil miſerantis Orci Idem ib. 2, 3, 24. Formidabilis Ouid. Met. 14, 116. Luridus Hor. Carm. 3, 4, 74. Niger Idem ib. 4, 2, 23. Pallidus Virg. Georg. 1, 277. Rapax Hor. Carm. 2, 18, 30. Demittere aliquem Orco, *Occidere* Virg. Aen. 2, 398. Mactare Orco Liu. 9, 40. Miſſus ad Orcum fulmine Hor. Carm. 3, 4, 75. Morari Orcum, *i. Non mori, quum quis mori debet. Eſt enim tum quodammodo Orco in mora.* Hor. Carm. 3, 27, 50 Impudens liqui patrios penates, Impudens Orcum moror, *etc.* Rationem habere, *vel* ponere cum Orco, *eſt Periculo mortis ſe ac ſuam familiam exponere, quod ſolent agricolae, qui in peſtilenti agro quamuis fructifero ſerunt, qui quotannis expenſos ferre aliquot homines Orco coguntur.* Varro de R. R. 1, 4, 3 Etenim vbi ratio cum Orco habetur, ibi non modo fructus eſt incertus, ſed etiam colentium vita. Ponere rationem cum orco *dicit* Columel. 1, 3, 2. Orci galea *eam vim habere fingitur a Poëtis, vt qui ea tectus eſt, videri a nemine poſſit.* Hyginus Poët. Aſtron. 2, 12 *ineptiarum accuſat, qui* ἄϊδος κυνῆν *ſic interpretentur: ſed ipſe ineptiarum poſtulatur a Schotto ad* Zenob. Prou. Cent. 1, 41.

ORCINIANVS, a, um. Adi. Orciniana ſponda, *i. ſandapila, qua ad Orcum feruntur mortui.* Martial. 10, 5 *In maledicum Poëtam*, Vocet beatos, clamitetque felices, Orciniana qui feruntur in ſponda. *Vel ſimpliciter mortui, vel occiſi in ludo gladiatorio, quorſum trahuat locum* Tertull. Apol. 15 *de* Iouis fratre, *i. orco*, gladiatorum cadauera cum malleo deducentem.

ORCINVS, ORCIVS, ORCIVVS *idem nomen diuerſis modis ſcriptum a librariis; videtur tamen primum praeualuiſſe auctoritate praeſertim Florentinorum Pandectarum et* Gronouii *ad* Gell. 1, 24 *vbi refertur Epigramma, quod tumulo ſuo inſcribi voluit Poëta* Naeuius, *et in eo* poſtquam eſt orcino traditus theſauro *i. morte ad inferos acceſſit, et multitudinem illam, quam* Orcus *tanquam* theſaurum *ſuum cuſtodit.* Orcini *autem* liberti *apud ICtos ſ.* Horcini (*nam ita etiam ſcribitur*) *qui ſint docebimus ex* Vlpian. Tit. 2, 7 *et* 8. *vbi de Libertate teſtamento danda*, Libertas et directo dari poteſt hoc modo, *Liber eſto, Liber ſit, Liberum eſſe iubeo*, et per Fidei commiſſum, vt puta, *Rogo, fidei committo heredis mei, vt Stichum ſeruum manumittat.* §. 8 Is qui directo manumiſſus eſt orcinus fit libertus. Is autem, cui per fidei commiſſum data eſt libertas, non teſtatoris ſui, ſed manumiſſoris fit libertus. *Alia loca ICtorum laudat ad h. l. Gothofr. et* Χαρωνιανὲς *vocari monet a Theophilo* §. 2 Inſtit. de ſing. reb. per fideic. *rel. Nempe ſic* Orcinos Senatores *apud* Sueton. Aug. c. 35 Χαρωνίτας *etiam ab inferorum illo portitore vocat Plutarchus in Antonio* p. 922, C. *et pulchre explicat, nempe eos, qui Senatoriam dignitatem inuaſerant poſt mortem Caeſaris, quam ex illius Commentariis et Actis ſe habere dicebant, nundinationis illius et fraudis principe Antonio: qua de re multum queritur* in Philippicis Tullius. *Maneat ergo* Orcinum *eſſe, qui ſtatum ſuum debet* Orco, *ſ. morti alicuius. Reliqua hariolationes vix dignae quae hodie repetantur, poſtquam verum docuere Cuiac. obſ.* 3, 23 *et Torrentius atque Caſaubonus ad Sueton. l. c.*

ORCYNVS, i. m. *Piſcis marinus.* Plin. 32, 11.

O R D

ORDEVM, *vid.* HORDEVM.

ORDEACEVS, a, um. [κριθινὸς] *Apud* Varronem de R. R. 2, 6 Ordeacea farina. Scribon. 179. 225. 252. *et apud* Columel. 5, 10 Ordeacea pyra.

ORDINO, āre. ORDINARIVS, *etc. vid.* ORDO.

ORDIOR, orſus *et* orditus ſum *facit, teſte* Priſciano, īri. Dep. [ἄρχομαι] *Incipere.* Cic. Tuſc. 5, 37 Vnde igitur rectius ordiri poſſumus, quam a communi parente natura? quae quidquid genuit, non modo animal, ſed etiam quod ita eſſet ortum e terra, vt ſtirpibus ſuis niteretur, in ſuo quidque genere perfectum eſſe voluit. Feſtus, Ordiri eſt principium rei facere. Vnde et togae vocantur exorditae. *Nempe telae ac textrini proprium videtur fuiſſe verbum, vnde* Plin. 11, 24 Telam ordiri: Exordiri *autem* Plaut. Pſeud. 1, 4, 6. *Quod autem* Senecae in Claud. 4 *hoc verbum in ſimili re reſtituit ex MS. Lipſ. Qu. Epiſt.* 2, 24 At Lacheſis, quae et ipſa homini fortiſſimo faueret, fecit, et plena orditur manu, et Neroni multos annos de ſuo (*f.* fuſo) donat: *non placet Cortio, quia iam dum ante orſa ſit, nec id fiat* plena manu. *Conf.* ORSVS *ex* Virg. Cul. 2. Ordire eſt texere Iſid. 19, 29. A principio ordiri, et aliquem a puero inſpicere Cic. Philipp. 2, 44. Ordiri *et* Terminare, *contraria.* Idem pro Marcel. 33 Sed vt vnde eſt orſa, in eodem terminetur oratio mea, *etc.* Ab initio ordiri et perducere ad extremum, et nouiſſima conferre primis Pſeudo-Cic. ad Octau. Cic. Verr. 4, 105 c. 47 De quo ſi paullo Altius ordiar, ac repetere memoriam religionis videbor, ignoſcite. A capite ordiri Plin. 25, 11. A facillimis ordiamur Cic. de Finib. 1, 13 c. 5 *pr.* Cauſam Idem de Legib. 1, 21. Fundamenta ordiri ex depreſſiore loco Columel. 1, 5. Initium quoddam alterius vitae Cic. Att. 4, 1. Orationem Idem in Orat. 3, 189. *it.* in Orat. c. 35. Reliquos ordiri Nepos 7, 11, 6. *Conf.* Non. 1, 183. Orditus ſum, *paſſiua ſignificatione*, Vulg. Interp. Eſai. 25, 7. *Conf.* Non. 1, 183 *ex lect. Merceri.* Ordire eſt ponere, incipere. Accius Amphitr. Non paruam rem ordibor: ne retice obſecro. Afranius Suſpecta, Tamen animo ordire oportet me paulla paullulum. Iſid. 19, 29 Ordire eſt texere.

ORSVS, a, um. Partic. [ἀρξάμενος] *Actiuae ſignificationis.* Cic. de Legib. 1, 9 c. 3 Et ego animi pendere ſoleo, quum ſemel quid orſus, ſi traducor alio. Orſus dicitur, *Qui fari incepit.* Virg. Aen. 1, 329 Veneris contra ſic filius orſus. *Sed de tota oratione* Aen. 9, 656 — Sic orſus Apollo Mortalis medio aſpectus ſermone reliquit. Orſus, *i. Locutus.* Seruius. *Conf.* Aen. 12, 806. Sic orſa loqui vates Virg. Aen. 6, 125. Idem ib. 2, 2 Maiorem orſa furorem Idem ib. 7, 386. Dicere in foro orſus eſt Hortenſius admodum adoleſcens Cic. de Clar. Orat. 301. *i. coepit cauſas agere. Paſſiue.* Virg. Aen. 7, 435 Orſa ore referre, *vid.* ORSA, *infra.*

ORSVS, ûs. m. [καταρχὴ] Cic. de Diuin. 2, 63 c. 30 Scire ratosne habeant, an vanos pectoris orſus. *Ex Homero.* Virg. Cul. 2 Atque vt araneoli tenuem formauimus orſum.

ORSA, orum. n. [καταρχαὶ] *Incepta, initia.* Liu. 1 praef. Quum bonis potius ominibus, votisque ac precationibus deorum dearumque, ſi vt Poëtis nobis quoque mos eſſet, libentius inciperemus, vt orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent. In melius tua, qui potes, orſa reflectas Virg. Aen. 10, 632 *Iuno ad Iouem, vt mutet fatum et dicta ſua de Turno.* Noſtra loquar: nulli vatum debebimus orſa Manil. 2, 57. Vatis pia praecinentis orſa Prudent. Cathem. 4, 96.

ORDITVS, a, um. *Paſſiue.* Sidon. Epiſt. 2, 9 Biſariam orditus. Fortunat. 1 Verſibus orditum carmen amore trahit. *Vid. Voſſ. de Vit. L. L.* 1, 24.

ORDIENDVS, *vel* ORDIVNDVS, a, um. Partic. [καταρχθησόμενος] Cic. de Orat. 1, 98 c. 21 Et quoniam princeps Craſſus eius ſermonis ordiendi fuit, date nobis hanc veniam. Idem de Legib. 1, 21 Ab eo nobis cauſa ordienda eſt potiſſimum. Liu. Praef. 1 *extr.* Ab initio certe tantae ordiendae rei abſint.

ORDIA, orum. n. Prima *per tmeſin dixit* Lucret. 4, 32 Quove modo diſtracta rediret in ordia prima. *i. In primordia.*

ORDO, ïnis. m. [τάξις, τάγμα, σύνταξις, συστοιχία, ὅρμαθος] *Eſt Digeſtio, et in ſuo cuiusque rei loco collocatio, ſeries, et ſaepe comprehendit ipſas res ordine et ſerie diſpoſitas. V. g.* Plin. 11, 37 Duos ordines habuit maxillarum. *Sed abſtracte* Quinctil. 7, 1, 1 Sit igitur diuiſio rerum plurium in ſingulas; partitio ſingularum in partes, diſcretus ordo, et recta quaedam locatio prioribus ſequentia annectens: diſpoſitio, vtilis rerum ac partium in locos diſtributio. *Abſtracte etiam, cum ipſum fatum, ſeries illa cauſarum latentium* ordo *vocatur, vt* Manil. 1, 531 Non caſus opus eſt, magni ſed numinis ordo. Perſ. 3, 66 Cauſas cognoſcere rerum, Quid ſumus? et quidnam victuri gignimur? Ordo quis datus? *Vid. Caſaub. Sed in concreto rem ipſam ordinatam complectuntur v. g.* Angulares ordines *vitium* Colum. 5, 3, 2.

Abſtracte iterum Virg. Aen. 6, 482 Quos ille omnes longo ordine cernens Ingemuit. Lucidus ordo *in ſcripto i. perſpicuus* Hor. A. P. 41. Magnus ab integro ſaeclorum naſcitur ordo Virg. Ecl. 4, 5. Mutatus Lucret. 1, 768. Obliquus ſignorum Virg. Georg. 1, 236. *Circulus Zodiacus.* In ordine, *vid.* IN. Cic. de Aruſp. Reſp. 2, 19 Et ea, quae tanta mente fiunt, vt vix quisquam arte vlla ordinem rerum ac viciſſitudinem perſequi poſſit, caſu fieri putet? Ordo et opportunitas rerum Idem Off. 1, 142. Incredibilis rei Quinctil. 5, 13. Ordo et modus omnium quae fiunt, quaeque dicuntur Cic. Off. 1, 15. Ordo et diſpoſitio argumentorum Idem de Orat. 2, 179. Ordo ſeriesque cauſarum Idem de Diuin. 1, 125. Rectus quaeſtionum Quinctil. 2, 13. Ordinis et collocationis vis eadem videtur Cic. Off. 1, 142. Conſeruatio ordinis Idem ib. 1, 142. Prius ordine, *et* Poſterius ordine, *contraria* Hor. Serm. 1, 4, 58. ❡ 2 *Formulae Verborum:* Adducere in ordinem, *vid.* ADDVCO. Adducere ex inordinato in ordinem Cic. de Vniu. 7. Adhibere ordinem Id. Off. 1, 37. Adminiſtrare aliquid ordine Idem Att. 12, 7. Affert maxime lumen memoriae ordo Cic. de Orat. 2, 351 c. 86. Aſſignare ordinem Idem in Piſon. 88. Cogere in, *vid.* COGO. Colligere ordinem, *vid. paullo poſt*, Multiplicati in arcto ordines. Collocare quaedam ex ordine Auctor ad Herenn. 3, 31. Compellare aliquos ex ordine Cic. de Fin. 2, 24. *ex Poëta.* Componere ordinem rei gerendae, *vid.* COMPONO. Conficere in Cic. pro Roſc. Com. 7. Conſeruare ſuum Idem Att. 6, 1. Quinctil. 5, 10 Vt ſunt autem tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis Conſertus eſt. Conſurgunt terno ordine remi Virg. Aen. 5, 120. *i. Triplici.* Convertere ordinem votorum, *vid.* CONVERTO. Deſcendere perpetuo ordine Ouid. Met. 11, 755. *de Mergo.* Dicere aliquid ordine, *h. e. Per ordinem narrare* Ter. Phorm. 4, 1, 14. Dicere ſententiam ex ordine Cic. Verr. 4, 143. Dirigere in quincuncem arborum ordines Cic. de Senect. 39. Diſponere disiecta membra in ordinem Senec. Hippol. 12. Diſpenſare atque diſponere inuenta ordine Cic. de Orat. 1, 142. Dare ordinem dicendi Quinctil. 1, 2. Idem 10, 1, 54 Apollonius in ordinem a Grammaticis Datum non venit. Idem 10, 1, 85 Idem nobis per Romanos quoque auctores ordo Ducendus eſt. *Et* 4, 14, 19 Prioris partis Duxit ordinem. *i. priorem priore loco poſuit. Aliter* Idem 4, 2, 58 Rebus ipſis, quibus moras et lentum profectionis ordinem Ducit *i. producit, trahit. Sed* Ordines Ducere *i. centurionem eſſe*, *vid.* n. 6. Effari ordinem rei alicuius Senec. Hippol. 10. Efficere ordinem Quinctil. 2, 17. Exit in longum rerum ordo Idem 4, 2. Explicare ordinem alicuius rei Idem 4 Prooem. Explicare ordines, *de re militari vid.* EXPLICO. Explicare ordines temporum Cic. de Clar. Orat. 15. Facere ordinem Quinctil. 7, 11. Haec a me ordine Facta puto me Bruto probaturum Cic. Attic. 6, 2. *i. Sapienter.* Facere aliquid recte atque ordine Idem pro Quint. 28. Salluſt. Catil. c. 51. Feciſſe recte atque ordine, exque Republica Cic. Philipp. 3, 39 c. 15. Scriptum erat, eum *Marcellum* recte atque ordine Feciſſe, quod in Leontinis nulli peperciſſet Liu. 24, 31. Ferre ordinem totum declinationis *dicuntur* Verba *regularia* Quinctil. 1, 4, 29. Habere locos ex ordine Auctor ad Herenn. 3, 30. Immutare ordinem verborum Cic. in Orat. 214. Incedunt longo ordine victae gentes Virg. Aen. 8, 722. Grammaticam quum in ordinem Incurreret, inhonoratam transire noluimus Quinctil. 1, 5, 54. Iniicere rectum ordinem, et fraena vaganti licentiae Hor. Carm. 4, 15, 9. Inſtituere ordinem Quinctil. 1, 5. Interrogare Cic. in Partit. 1. Interrumpere, *vid.* INTERRVMPO. Inuertere, *vid.* INVERTO. Locare ordine aliquid Virg. Aen. 5, 102. Memorare ordine Plaut. Caſ. 5, 2, 22. Migrare ordine Lucret. 3, 757. Narrare rem ordine Ter. Eun. 5, 5, 28. Naſcitur ordo maior rerum mihi Virg. Aen. 7, 44. Peccatur perturbatione rationis atque ordinis, quidquid peccatur Cic. in Parad. 3. Permutatus Quinctil. 2, 13. Perturbare aetatum ordinem Cic. de Clar. Orat. 233. Virg. Ecl. 1, 74 Inſere nunc Meliboee pyros, Pone ordine vites. *Vbi* Seruius, Pone ordine, quia quadrato ordine vites ponuntur. Quaerere rationem ordinis et diſponendarum rerum Cic. de Orat. 2, 181. Recitare ex ordine aliquid Idem de Lege Agrar. 2, 47. Redigere in ordinem Auctor ad Herenn. 3, 16 c. 9 *pr.* Plin. Epiſt. 2, 6, 5. Referre ordine, *Ordinem ſequi in dicendo* Ouid. Met. 9, 5. Referre ſe ad ordinem Cic. Acad. 4, 67. Referre in ordine aliquid, *i. Secundum ordinem, vt primum hic, deinde ille dicat* Virg. Ecl. 7, 20. Reponere in ordinem, *vid.* IN *Praep.* Retroagere ordines, *vid.* RETROAGO, *in* RETRO. Retexere Ouid. Met. 15, 249. Scire rem ordine Plaut. Pſeud. 5, 2, 15. Sequi Cic. de Clar. Orat. 244. Sequentes lunae ordine Virg. Georg. 1, 424. Seruare Cic. Philipp. 5, 35. Stare ordine Quinctil. 7, 1. Stant triplici ordine dentes Ouid. Met. 3, 34. Structa ſpicae ordine fruges Cic. de Senect. 51. Plaut. Perſ. 1, 3, 11 Vt ordine omnem rem Tenet. Turbare omnem ordinem conſilii Liu. 11, 57. Venire in ordinem, *vid. paullo ante*, In ordinem datum, *etc.* Vertitur ordo Virg. Aen. 3, 376. *i. Voluitur.* ❡ 3 Ordo, *ad fortunas, et genus vitae interdum refertur.* Ter. Eun. 2, 2, 3 Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc atque ordinis, *i. qualis ego ſum: addit* patria qui itidem abligurierat bona. Cic. Verr. 1, 71 c. 28 Homo autem ordinis ſui frugaliſſimus, qui tum Accenſus C. Neroni fuit, P. Tettius haec eadem ſe Lampſaci cognoſſe dixerit. Idem pro Domo 142 Vobis omnes ſocietates, omnes ordines, omnes qui aut re, aut ſpe denique ſunt boni: omne vobis erga meam dignitatem, *etc.* Illuſtrior ordo ſeruitii Claud. in Eutrop. 1, 149. Cic. de Amicit. 69 c. 19 Nunquam ſe ille Philo, nunquam Rutilio, nunquam Mummio antepoſuit, nunquam inferioris ordinis amicis. Idem Verr. 1, 127 M. Octauium Ligurem hominem ornatiſſimum loco, ordine, nomine, virtute. *Tres erant* ordines *Romae*, Senatorius, Equeſtris, *et* Plebeius: *ab Ariſtotele τάξεις dicuntur.* Vitruu. praef. 2 Dinocrates architectus, quum Alexander rerum potiretur, profectus a Macedonia ad exercitum regis, a propinquis et amicis tulit ad primos ordines, et purpuratos literas. Virg. Aen. 7, 152 Tum ſatus Anchiſa, delectos ordine ab omni, *etc.* *Vbi* Seruius: Ordine ab omni, Ex omni qualitate dignitatum. Omnium ordinum homines Nepos 25, 13, 6. *Conf.* Paterc. 2, 130, 2 Vbi includuntur plebeii. Ordo publicanorum Cic. Fam. 13, 10. Ouid. 1, 11, 10 Nec tibi ſimplicitas ordine maior ineſt: *vafrae enim puellae tui ordinis.* Praeſtantior ordo Tribuni Stat. Silu. 5, 1, 97. Quietis ordinibus deorum adſcribi Hor. Carm. 3, 3, 36. Appropinquare alicui ordini, *vid.* APPROPINQVO. Coniicere in ordinem, *vid.* CONIICIO. Mercari ordinem pretio, *vid.* MERCOR. Cic. Philipp. 2, 44 Illud tamen audaciae tuae, quod Sediſti in quatuordecim ordinibus, quum eſſet lege Roſcia decoctoribus certus locus conſtitutus. A noſtro ordine decretum *eſt, i. a Senatu, cuius pars* Cicero Fam. 15, 2. *Nempe* Ordo, *pro Ipſis hominibus aliquando accipitur: hoc eſt iis, qui eiusdem ſunt dignitatis, vt ſunt Equites, Conſules, et caeteri: quorum dignitas etiam* Ordo *appellatur.* Cic. Off. 3, 58 Qui eſſet, vt argentarius, apud omnes ordines gratioſus, *i. Apud omnium ordinum homines.* Ordo ampliſſimus, *Senatorius vocitabatur.* Cic. de Prouinc. Conſul. 25 c. 10 Qui me cum illo in gratiam reducat? reduxit ordo ampliſſimus, et ordo is, qui eſt et publici conſilii, et meorum omnium conſiliorum auctor et princeps. *conf.* Plin. Ep. 10, 3. *et* Suet. Oton. c. 8. *et* Veſp. c. 2. Equeſtris ordo Nepos 25, 19, 2. *Sic* Proximus eſt huic dignitati ordo Equeſter Cic. pro Domo c. 28. Excellentior ordo Prudent. in Symmach. 1, 571. Adeptus eſt ordinem Senatorium Cic. pro Flacco 43 c. 18. Vir ſenatorii ordinis Paterc. 2, 69, 5. *Hinc* Vtriusque ordinis viri Idem 2, 100, 5. *Peculiariter et ſimpliciter ſine adiuncto* ordo *dicitur de ſenatoribus, et in prouinciis de decurionibus:* βουλή, ἐπὶ συστήματος, curia, ordo Vet. Lex. βουλευτήριον, curia, ordo *ibid.* Ordo Mutinenſis Tac. Hiſt. 2, 52, 4. *Talia plurima ſuppeditabit Index Inſcriptionum Gruteri, vel Scaligeri potius cap. 9 vbi memorantur* Ordo Ampliſſimus, Clariſſimus, Nobiliſſimus, Piiſſimus, Primus, Sanctiſſimus, Splendidiſſimus, Attifanorum, Ariminenſium, Aquileienſium, Arretinorum, Auguſtae Taurinorum, Capuae, Coloniae Aug. Himeraeor. Thermit., Municipii, Municipum, Decurionum, *etc.* Ordo vna cum ciuibus, ordo et plebs, ordo et populus, ordo poſſeſſoresque, *etc.* Minor ordo, *pro equitibus* Martial. 4, 2 Cum plebs, et minor ordo, maximusque Sancto cum duce candidus ſederet. ❡ 4 *Ad ſeriem, quam merita conſtituunt refertur.* Virg. Aen. 7, 276 Omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci Inſtratos oſtro alipedes, pictisque tapetis. Seruius, id eſt, meritis ſingulorum. *Sic* Virg. Aen. 2, 102 Quidue moror? ſi omnes vno ordine habetis Achiuos. Seruius, Vno ordine, Vno reatu. Et eſt de antiqua tractum ſcientia: quia in ordinem dicebantur cauſae propter multitudinem, vel tumultum feſtinantium, quum erat annus litium. Iuuen. Sat. 16, 42 Exſpectandus erit, qui lites inchoët annus. *Verum iſta ſubtiliora, quam veriora.* Vno ordine *eſt vno loco, vno pretio.* ❡ 5 Ordines *in re militari ſunt gradus honoris, centurionum praeſertim, qui per LX centurias, certe XXX manipulos Legionis ſuae paullatim ad primum pilum aſcendunt, cum ex decimo, i. vltimo haſtato fiat decimus princeps, tum decimus pilus, deinde nonus haſtatus, princeps, pilus, et ita octauus, ſeptimus, ſextus, donec ad primum haſtatum, principem, pilum denique primum, qui ſummus honor et faſtigium centurionis eſt, perueniatur.* Sordem et auaritiam Fonteii Capitonis, Adimendis Aſſignandisque militiae ordinibus, integre mutarat Tacit. Hiſt. 1, 52, 2. Interfectorem Voculae Altis ordinibus, caeteros, vt quisque flagitium nauauerat, praemiis Attollit Idem ibid. 4, 59, 4. Dare ordines Suet. Caeſ. c. 75 *eſt In certum militiae ordinem aaſcribere.* Redditi plerisque ordines, remiſſa ignominia, alleuatae notae Tacit. Hiſt. 1, 52, 2. ❡ 6 *Sed alio intellectu* ordines *in militia ſunt ipſi milites in ſuas centurias, ſeries, verſus locati ac diuiſi: de quibus* Stat. Theb. 5, 8 Diſpoſiti in turmas iterum, legemque ſeueri Ordinis. *Hinc* ordines ducere *eſt* centurionem *eſſe, quod apparet* ex Cic. Phil. 1, 20 c. 8 *vbi, quod ſeries orationis oſtendit* Centurionum *periphraſis eſt*, viri fortiſſimi atque honeſtiſſimi, qui ordines duxerunt. *Ad aciem ipſam et praelium pertinent* Abrumpuntur ordines laxati, *vid.* ABRVMPO. Multiplicantur in arcto ordines Liu. 2, 50. Obvertere, *vid.* OBVERTO. Liu. 2, 59 Centuriones duplicariosque, qui reliquerant ordines, virgis caeſos ſecuri percuſſit. Cogere in ordinem, *vid.* COGO. ❡ 7 Extra ordinem, *apud Iurisconſultos, i. ſine verbis et formulis ſollemnibus.* Paullus in l. Ordo. D. de Publicis iudiciis, Ordo exercendorum publicorum iudiciorum in vſu eſſe deſiit, durante tamen poena legum, quum extra ordinem crimina probantur. *In* Inſtitut. Iuſtiniani, *dicitur* omnia iudicia *eſſe extraordinaria*, in titulo De interdictis, in fine, Nam quoties, *inquit*, extra ordinem ius dicitur (qualia ſunt hodie omnia iudicia) non eſt neceſſe reddi interdictum, ſed perinde, *etc.* Suet. Veſp. c. 10 Elegit, qui iudicia centumuiralia, quibus peragendis vix ſuffectura litigatorum aetas videbatur, extra ordinem diiudicarent. *An ſimile quid intelligitur in illo* Clam et extra ordinem accepit pecuniam a reo iudex Cic. pro Cluent. 85 c. 31? *Hoc certe videtur indicare, non conſciis aliis iudicibus.* Extra ordinem, *Eximie, quaſi praeter caeteros.* Cic. Fam. 6, 5 Quare ad eam ſpem, quam extra ordinem de te ipſo habemus, non ſolum propter dignitatem et virtutem tuam (haec enim ornamenta ſunt tibi etiam cum aliis communia) accedunt tua praecipua propter eximium ingenium, ſummamque virtutem. *Aliquoties hac formula vtitur* Cicero pro Domo 19 c. 8 *ita, vt aliquid legibus non comprehenſum, vel aduerſum adeo legibus, indicet:* Si qua res ad vnum deferenda ſit, ad Cn. Pompeium delaturos potiſſimum: ſed ſe extra ordinem nihil cuiquam dare — cum eſſet extra ordinem ad patriam defendendam vocatus — extra ordinem bellum cum Mithridate Tigraneque geſſit.

ORDINARIVS, a, um. Adi. [ταγματικὸς, τακτὸς] *In quo ſeruatur ordo, lex vel naturae, vel ciuilis, vel conſuetudinis, etc.* Conſulatus ordinarius Suet. Galb. c. 6. Conſules duo ordinarii Liu. 41, 18. Gladiatores ordinarii Sen. Benef. 3, 28. Idem Epiſt. 7. *vid. Lipſ. ad h. l.* Semina ordinaria Columel. 3, 13, 5. *et* 3, 16 1 *ita diſpoſita, vt ſemper in illa ſerie maneant, quibus interſeruntur malleoli paullo poſt eximendi. Sic* Vitis ordinaria Columel. 3, 16. Ordinarius, [ἐγκύκλιος] *Qui in orbem redit. Vulgaris.* Ordinarius lapis, *eſt Structurae genus ex lapide ordinario, nec temere congeſtum, nec ad perpendiculum reſpondens, ſed tamen ordine coagmentatum.* Vitruu. 2, 8 Itaque non eſt contemnenda Graecorum ſtructura. non enim vtuntur molli caemento polita: ſed cum deceſſerunt a quadrato, ponunt de ſilice ſeu de lapide duro ordinaria. Idem *p. a. de biantibus ſtructuris loquens et vitioſis*, Quod, ſi quis noluerit in id vitium incidere, medio cauo ſeruato, ſecundum orthoſtatas intrinſecus ex rubro ſaxo quadrato, aut ex teſta et ſilicibus ordinariis ſtruant bipedales parietes. Ordinarios *appellat, non incertos, ſed eiusdem formae et ordinis, et inter ſe ſimiles.* Conſilia ordinaria Liu. 27, 44. Ordinarium hominem, *inquit* Feſtus, Oppius ait dici ſolitum, Scurram et improbum, qui aſſidue in litibus moraretur, ob eamque cauſam in ordine ſtaret adeuntium Praetorem. At Aelius Stilo, Qui minime ordine viueret. *Cato* in ea oratione, quam ſcribit de ſuis virtutibus contra Thermum, Quid mihi fieret, ſi non ego ſtipendia in ordine omnia ordinarius meruiſſem ſemper? (*Apparet hic* ordinarium *dici, qui ordine aſcendit ab imo gradu militiae*) Sunt quidam, qui Manipularem, quia infimi ordinis ſit,

ſit, appellatum credant Ordinarium. Officium ordinarium, *dicitur* Senecae de Benef. 3, 28 *vbi praeficitur aliquis certae functioni*: Ad hortos alicuius, ne ordinarium quidem habentis officium. Oratio ordinaria, *i. Perpetua et minus conciſa* Plin. Epiſt. 39. Pugiles ordinarios, *vocat* Suet. Auguſt. c. 45 *Artis ſuae peritos*; Spectauit ſtudioſiſſime pugiles non legitimos modo et ordinarios, quos etiam cum Graecis committere ſolebat: ſed cateruarios quoque oppidanos, inter anguſtias vicorum pugnantes temere ac ſine arte. Seruus ordinarius, *eſt apud* Vlpianum in l. item apud Labeonem. §. Praetor ait, ſi quid aliud. D. de iniuriis, Etenim multum intereſt, qualis ſeruus ſit, bonae frugi, ordinarius, diſpenſator: an vero vulgaris vel mediaſtinus, an qualis qualis. Idem Vlpian. in l. Procuratoris in princ. D. de tribut. action. Si vicarius ſerui mei negotietur, ſi quidem me ſciente, tributoria tenebor. Si me ignorante, ordinario ſciente; de peculio eius actionem dandam, Pomponius ſcribit: nec deducendum ex vicarii peculio, quod ordinario debetur: quum id, quod mihi debetur, deducatur. Sed ſi vterque ſcierimus: et tributoriam, et de peculio actionem competere ait: tributoriam, vicarii nomine: de peculio vero, ordinarii. Idem Vlpian. in l. Si ſeruus meus. et in l. Hinc quaeritur. D. de peculio. *Sciendum autem* vicarium ſeruum *illum fuiſſe dictum, qui in alterius ſerui erat peculio, et paene dicam ſerui ſeruus:* ordinarium *vero, qui ſeruum habebat in peculio ſuo. Quamuis autem* vicarius *eſſet* ordinarii κτῆμα, *id eſt poſſeſſio, ordinarioque pareret, erat tamen eius conſeruus propterea, quod* ordinarii *dominus, erat et* vicarii *dominus, et communis vtriusque dominus: id eſt vtrumque habebat in ſua poteſtate. Hoc aperte oſtendit* Hor. Serm. 2, 7, 79

Nam
Siue vicarius eſt, qui ſeruo paret: vti mos
Veſter ait: ſeu conſeruus, *etc.* *Vid.* l. 73. D. de leg. 3.

ORDINARIE. Adu. Tertull. de Reſur. Carn. c. 2 Haeretici ex conſcientia infirmitatis numquam ordinarie tractant. Frontin. de Colon. p. 355 *Keuch.* Agrum conuallium ordinarie diſpoſuerunt.

ORDĬNO, āre. [τάττω, ἐντρεπίζω, διατάττω] *Diſponere, vnicuique locum ſuum aſſignare.* Suet. Clar. Gramm. 21 Quare cito manumiſſus et Auguſto inſinuatus eſt, quod eleganter curam ordinandarum bibliothecarum in Octauiae porticu ſuſcepit. Ordinare, inſtituere, parare omnia Cic. pro Sull. 53 c. 19 *de coniuratione.* Aciem ordinare, *vid.* ACIES. Curt. 3, 8, 24. Agmina in aliquem Hor. Epod. 17, 9. Idem Carm. 4, 11, 20 Ex hac luce Maecenas meus adfluentes Ordinat Annos. Arbuſta ſulcis ordinare Hor. Carm. 1, 1, 9. Corpus imperii Flor. 4, 3, 5. Cupiditates improbas ordinare, *pro Texere, vel animo concipere* Senec. Epiſt. 10. Diem ordinare Idem ibid. 10 (12). In Diem totum ordinari Quinctil. 1, 2. Diſpenſatorem Suet. Veſp. c. 23 *conſtituere.* Familiam ergaſtulo liberatam ſub ſignis ordinat Flor. 3, 19, 9. Fata forſitan ita dii ordinauerunt Curtius 4, 14, 20. Ipſe LX diebus Euergetarum Gentem ordinauit Idem 7, 3, 3 *de legibus et inſtitutis. Vid. mox* Orientem ordinare, Prouinciam, Remp. ORDINANS. Libellos ICt. *i. ordine explicare.* Litem Cic. de Orat. 2, 43. Literas ſyllabarum ordinare: *ex* Priſciano 1. Locum ordinare vitibus Columel. 5, 3. Magiſtratus Suet. Caeſ. c. 76. Milites ordinare Liu. 29, 1. Partitis poſt victoriam officiis, quum Antonius Orientem ordinandum recognouiſſet Suet. Aug. c. 13. Partes orationis Cic. de Inuent. 1, 19. Prouinciam Flor. 4, 2, 22. *etc.* Suet. Galb. c. 7. Remp. Flor. 1, 1, 16. *Sed* Res publicas Hor. Carm. 2, 1, 11. *i. ſcripto comprehendere, hiſtoriam ſcribere.* Solum hortenſe Colum. 11, 3, 9. Res ſuas ſuo arbitrio Sen. Ep. 9. Statum Reipub. ordinare Suet. Iul. c. 40. Vineam ordinare paribus interuallis Columel. 3, 13, 5. Suprema ſua l. 28. D. tit. 2 l. 25. Teſtamentum Martian. in l. 2. de inoffic. teſtam. Teſtamentum inique Marcell. l. 5. D. inoffic. teſtam. Ordinare, *de menſa, conuiuio, etc.* Dum rex conuiuii circa ordinandum moras nectit oxygarum Sidon. Ep. 9, 13. *i. dum inferri ac diſponi iubet.*

ORDINANS, antis. Partic. Flor. 2, 16, 3 Metello ordinanti, tam maxime Macedoniam, mandata eſt vltio.

ORDINANDVS, a, um. Partic. Suet. de Clar. Gramm. c. 21 Cura ordinandarum bibliothecarum. Iuſtin. 11, 9, 8 Opera in ordinanda acie.

ORDINĀTVS, a, um. Partic. [τεταγμένος] Acies ordinatae Nepos 11, 2, 2. Ordinatis a tergo omnibus Flor. 4, 2, 36. Diſciplina ordinata Liu. 24, 48. Magiſtratus aliter ordinatos ab aliis ſcriptoribus, *dicit* Liu. 2, 22 *pro Alio ordine annorum collocatos.* Ordinatus et compoſitus vir Senec. de Vita beata 8. *Compar.* Pars ſuperior mundi et ordinatior Sen. de Ira 3, 6. Idem Epiſt. 74 Ordinatius aliquid proferre. Hieron. *ad* Marcellam Epiſt. 17. *Superl.* Sidon. Epiſt. 9, 7 Dictio ordinatiſſima. Apul. de Deo Socr. p. 42 Meatus longe ordinatiſſimi.

ORDINĀTE. Adu. [τεταγμένως] Auctor ad Herenn. 4 c. 56 Quae ſi ſequemur, acute et cito reperiemus: diſtincte et ordinate diſponemus. *Compar.* Quo plenius et ordinatius retractentur Tertull. *adu.* Marc. 1, 19. *Superl.* Ordinatiſſime caput mulieris vir eſt Auguſtin. de Geneſi *contra* Manich. 2, 12. Ordinatiſſime itaque ſubiunxit Auguſtin. Retract. 1, 24.

ORDINĀTIM. *Aliud* Adu. [τάξει] *Ordine.* Brut. ad Cic. Fam. 11, 7 (13) Ille enim iit paſſim, ego ordinatim: quacunque iit, ergaſtula ſoluit. Petere ordinatim honores Seru. Sulpic. Cic. Fam. 4, 5.

ORDINATIO, ōnis. f. [διάταξις, ἐντρεπισμὸς] Columel. 12, 3 Vt ordinatio conſtituta conſeruetur. Ordinatio vitae, *pro Conſtitutione* Plin. Epiſt. 9, 28. Operum Tertull. *adu.* Hermog. c. 19. Vitis Colum. 12, 3. Ordinatio, *pro Adminiſtratione prouinciae:* Suet. Neron. c. 40 Spoponderunt tamen quidam deſtituto ei ordinationem Orientis: nonnulli nominatim regnum Ieroſolimorum. Ordinatio, *pro Creatione praefectorum:* Suet. Domit. c. 4 Ecquid ſibi viſum eſſet, proxima ordinatione praeficere Aegypto Metium Rufum. Rerum omnium ordinatio Plin. Epiſt. 10, 67. Omnem ordinationem et necis et teſtamenti comperit, Paterc. 2, 59, 5. Ordinatio comitiorum Idem 2, 124, 3.

ORDINĀTOR, ōris. m. [ἐντρεπιστὴς] Seneca Epiſt. 110 In his opus eſt illi alieno conſilio: quomodo medico, quomodo nauis gubernatori, quomodo aduocato et litis ordinatori. *conf.* Auguſtin. Ciu. Dei 19, 12.

ORDINATĪVVS, a, um. Adi. Aduerbia ordinatiua Priſcian. 15 p. 1022. *conf.* Tertull. *adu.* Hermog. c. 19.

ORDINĀLIS, e. Adi. Nomen ordinale, primus, ſecundus, *etc.* Priſcian. 2 p. 581.

ORDINABILĬTER. Adu. Zeno Veron. Serm. 6 Frumenta ordinabiliter creata, omni furfure abiecto.

ORDOVICVM, i. n. *Nomen eſt ciuitatis, a qua* Ordouices: *quos Iulius Agricola debellauit* Tacitus in vita Agric. 18. Ann. 12, 33.

O R E

OREA, ae. f. [χαλινὸς] Feſtus: Oreae, Fraeni, quod ori inſeruntur, dicti. Titinnius in Setina, Etſi tacebit, tantum gaudebit ſibi permitti oreas. Naeuius in Ariolo, Deprandi autem leoni ſubdas oreas. Cato Originum 3 Equos reſpondit, Oreas mihi, inde tibi cape flagellum. Caelius pro ſe apud populum: Equusque mihi ſub feminibus occiſus erat. Oreas detraho inſpectante Lucio Stertinio. *Haec Feſtus.* Auſon. Ecl. de Solſtitio, Inde floridum reflexis ver reuiſit oreis. *Vid. Voſſ. Lex. Etym. Dicitur etiam* Aurea: *vid. Salmaſ. ad* Vopiſc. Carin. c. 19.

ORĒĂDES, um. f. *Pl.* [Ὀρειάδες] *Nymphae ſunt montium, ab* ὄρος, *quod Graece dicitur mons.* Virg. Aen. 1, 500 Exercet Diana choros: quam mille ſecutae Hinc atque hinc glomerantur Oreades. Per iuga ſiccato felix pede currit oreas Calphurn. Ecl. 4, 136.

ORĔON, i. n. *Herba ſic dicta, quod in montibus naſcatur.* Plin. 27, 12 *de polygono,* Tertium genus oreon vocatur, in montibus naſcens, arundini tenerae ſimile, vno caule denſis geniculis, et in ſe fractis, foliis autem piceae.

OREOSELĪNVM, i. n. [ὀρεοσέλινον] *Montanum apium.* Plin. 19, 8. *et* 20, 11. *Dioſc.* 3, 69.

ORESITRŎPHVS, i. m. *Nomen fictum canis venatici, apud* Ouid. Met. 3, 233. ὀρεσίτροφος, *in montibus nutritus.*

ORESTES, is. m. [Ὀρέστης] *Filius Agamemnonis regis et Clytaemneſtrae, qui matrem occidit, eo quod illa patrem Agamemnonem interfecerat. Deinde Pyrrhum Achillis filium, qui Hermionen ſibi prius deſponſatam vxorem duxerat, occidit clam in templo, et Hermionen recepit. Poſtea furioſus ob haec ſcelera factus vagabatur. Et cuſtodiente eum Pylade amico fidiſſimo, peruenit in regionem Tauricam, vbi Iphigeniam ſororem ſuam inuenit, cum qua profectus eſt in Italiam. Vid. in dictionibus* AEGISTHVS, AGAMEMNON, *et* PYLADES. Agamemnonius Oreſtes Virg. Aen. 4, 471. Pelopeus Lucan. 7, 778. *quoniam ab illo originem duxit. Pelops enim Atreum genuit, Atreus vero Agamemnonem, patrem Oreſtis.* Inſanus Ouid. ex Ponto 2, 3, 45. Agitatus furiis ſcelerum Virg. Aen. 3, 331. Scenis agitatus Idem ibid. 4, 471. *Hoc inquit, quoniam multae fuerunt compoſitae tragoediae de* Oreſte. Triſtis Hor. de Arte Poët. 124. *De* Oreſtis *et* Pyladis amicitia *meminit* Cic. de Finib. 2, 84 Pylades quum ſis, dices te eſſe Oreſtem, vt moriare pro amico? aut, ſi eſſes Oreſtes, Pyladem refelleres, te indicares? *Et* de Amicit. 24 c. 7 Qui clamores tota cauea nuper in hoſpitis et amici mei Pacuuii fuerunt noua fabula, quum ignorante rege vter eorum eſſet Oreſtes, Pylades, Oreſtem eſſe ſe diceret, vt pro illo necaretur: Oreſtes autem, ita vt erat, Oreſtem ſe eſſe perſeueraret? Oreſtes, *Tragoedia prolixa de Oreſte:* Iuuen. Sat. 1, 5 Scriptus et in tergo, necdum finitus Oreſtes. *Hinc:* Oreſtem ſcribere, *pro Librum nimis turgidum componere, prouerbii forma dixit* Valerius Epiſcopus Epiſt. *ad* Rufinum, *apud Barth. Aduerſ.* 36, 12.

ORESTĒVS, a, um. Adi. [Ὀρέστειος] Ouid. Met. 15, 489 Sacraque Oreſteae gemitu queſtuque Dianae Impedit. Oreſtea *vero dicitur* Diana, *quod illam* Oreſtes *vna cum ſorore Iphigenia, e regione Taurica in Italiam tranſtulit, ac iuxta Ariciam collocauit.* Dea Oreſtea, *Diana* Ouid. ex Ponto 1, 2, 80. Fides Oreſtea Claud. *ad* Olyb. 41, 18.

ORESTIS, ĭdis. f. *Pars Macedoniae.* Cic. de Aruſp. Reſponſ. 35 Quis Platonem ex Oreſtide, quae pars Macedoniae libera eſt, hominem in illis locis clarum ac nobilem, legatum Theſſalonicam ad noſtrum (vt ſe ipſe appellauit) imperatorem veniſſe neſcit?

ORĔTENVS, *vid.* OS.

ORĔVS, i. m. [Ὄρειος] Dictus eſt Liber pater, *teſte* Feſto, a montibus, in quibus fieri ſacrificia ſolebant.

OREXIS, is. f. [ὄρεξις] *Vehemens edendi auiditas: apud* Iuuen. Sat. 6, 427 *de Oenophoro,* Sextarius alter Ducitur ante cibum, rabidam facturus orexim. Idem ibid. 11, 127 *de inſtrumento menſae eburneo,* Hinc ſurgit orexis. *Add.* Lamprid. Heliogab. c. 19.

O R G

ORGĂNVM, i. n. [ὄργανον] *Inſtrumentum quoduis, quo ad opus ſuum vtuntur artifices. V. g.* Vitruu. 10, 1 Inter machinas et organa id videtur eſſe diſcrimen, quod machinae pluribus operibus, aut vi maiore coguntur effectus habere; vt baliſtae, torculariumque praela. Organa autem, vnius opere prudenti tractu perficiunt, quod propoſitum eſt: vti ſcorpionis, ſeu aniſocyclorum verſationes. Plin. 19, 4 Idemque e puteo rota organisue pneumaticis, vel tollenonum hauſtu rigandos. *Sic reſtituit Turnebus* 10, 20 *quum in excuſis,* Neumaticis *legatur. Ea autem* organa *quadam machinatione et molitione conſtructa, aquam ſurſum eructant, cuiusmodi et apud* Vitruuium *et* Heronem *viſuntur.* Organum, *apud* Columel. 3, 13 *pro Inſtrumento ad metiendum apto:* Sic, *inquit,* compoſitum organum, quum in ſulcum demiſſum eſt, litem domini et conductoris ſine iniuria deducit. *Metaph.* Ὄργανον enim erat meum Senatus: id iam eſt diſſolutum Cic. Fam. 11, 14. ¶ 2 Organa, *per excellentiam dicuntur muſicorum inſtrumenta.* Quinctil. 9, 4, 10 Natura ducimur ad modos: neque enim aliter eueniret, vt illi quoque organorum ſoni, quamquam verba non exprimunt, in alios tamen atque alios motus ducerent auditorem. Iuuen. Sat. 6, 379 Praetoribus organa ſemper In manibus. Afficiuntur animi in diuerſum habitum organis, quibus exprimi ſermo non poteſt Quinctil. 1, 10, 25. Commouetur animus maioribus velut organis Idem 1, 2, 30 *extr. conf.* Idem 11, 3, 16 *et* 40 *et* 169. *Peculiariter organa vocari ſolent illa pluribus cannis conſtructa inſtrumenta, quibus in ſacro publico cultu concentus redditur: de quibus Burm. ad illud* Petron. 36 Organis decipiuntur luſciniae. Iſid. Orig. 3, 20 Organum vocabulum eſt generale omnium vaſorum muſicorum. Hoc autem, cui folles adhibentur, alio Graeci nomine appellant. *Vide* Organi hydraulici *deſcriptiones apud* Vitruu. 10, 13. *quam explanauit Iſ. Voſſ. de viribus rhythmi* p. 99 ſq. Tertull. de Anima c. 14. Cornel. Seuer. Aetna 295. Claudian. de Conſ. Mallii Theod. 315 *et ibi Barth. vt et Scal. ad Seueri l. c. Diſertiſſimum eſt epigramma Iuliani Graecum Anthol.* 1, 86 *quod deſcribit compagem hodiernis ſimillimam organis. Haec et plura olim iam obſeruauimus Chreſtom. Plin.* p. 404 ſq.

ORGANARIVS, i. m. [ὀργανοποιός] *Qui organa compingit, aut qui pulſat.* Firmicus 3, 14 *ſcribit* Mercurium cum Venere in ſexto loco ab horoſcopo facere organarios et myropolas. *Conf.* Ammian. 28, 1. ὑδραύλης Gloſſ. Lat. Gr.

ORGANICVS, a, um. Adi. [ὀργανικός] Saltus organicus Heliconis Lucret. 3, 133. *i. Sonorus muſicis organis refertus.* Organicae machinationes Firmic. 8, 30. Cato *apud* Non. 2, 70 Melos organicon aſſae voci *opponit.* Organici, [ὀργανικοί] *Qui muſicis organis canunt.* Lucret. 2, 112 Aeque Ac muſaea mele, per chordas organici quae Mobilibus digitis expergefacta figurant. *Conf.* Idem 5, 335.

ORGANICE. Adu. [ὀργανικῶς] Organice moueri, *et* mechanice *apud* Vitruu. 10, 1.

ORGE, es. f. Fons nobilis in Narbonenſi prouincia. In eo herbae naſcuntur in tantum expetitae bubus, vt merſis capitibus totis eas quaerant. Sed illas in aqua naſcentes certum eſt non niſi imbribus ali Plin. 18, 22 *extr.*

ORGIA, orum. n. *Pl.* [Ὄργια] (*inquit* Seruius *ad* Aen. 4, 302) apud Graecos omnia Sacra, ſicut apud Latinos Caerimoniae dicuntur. Sed iam abuſiue ſacra Liberi, Orgia vocantur, vel ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id eſt a furore: vel ἀπὸ τῶν ὀρέων, id eſt a montibus. *Addere poterat, vel ab εἴργειν, quod profani ab iis arcebantur. Innouabantur autem tertio quoque anno: vnde* Trieterica *dicta ſunt, i. Triennalia.* Virg. Aen. 4, 303 Vbi audito ſtimulant Trieterica Baccho Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithaeron. *Conf.* Ouid. Rem. Amor. 593. Pieridum orgia Stat. Silu. 5, 5, 4. Catull. 64, 259 Pars obſcena cauis celebrabant Orgia ciſtis Orgia, quae fruſtra cupiunt audire profani. Columel. 10, 219 Sacra orgia naturae mouere *videtur ſignificare occultas naturae leges explicare.*

ORGYORA, ae. f. Strychni ſiue ſolatae ſpecies thyrſos emittens 10 vel 12 vlnarum Apul. de Herb. c. 74.

ORI

ORIA, *vid.* HORIA.

ORIOLA, ae. f. Diminut. *vid.* HORIOLA.

ORIBASVS, i. m. *Nomen canis fictum apud* Ouid. Met. 3, 210. *Quod montes velociter aſcendat.* ὄρος *enim mons eſt, et* βαίνω *aſcendo.*

ORIBATA, ae. m. [ὀρειβάτης] *Vid.* NEVROBATA. Oribatam *putarim eſſe montium aſcenſorem: Poſſis forte etiam* Oribatas *interpretari, Circulatores, qui ſcandunt ardua, et in erecta euadunt.* Firmic. 8, 17 Erunt funambuli, oribatae, neurobatae.

ORICHALCVM, i. n. *vid.* AVRICHALCVM.

ORICILLA, *vid.* AVRICILLA.

ORICOS, *ſiue* ORICVM, i. n. [Ὠρικός] Ciuitas eſt Epiri a Colchis condita, *teſte* Plin. 4, 23. *de qua* Lucanus 3, 187 Tunc qui Dardaniam tenet Oricon, *etc.* Propert. 1, 8, 20 Vt te felici vectam per caerula remo, Accipiat placidis Oricos aequoribus. *Quidam* Orithos *male legunt. Vid.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 11 *etc.* Notis actus ad Oricum Hor. Carm. 3, 7, 5.

ORICIVS, a, um. Adi. [Ὠρίκιος] Terebinthus Oricia Virg. Aen. 10, 136. *Conf.* Propert. 3, 6, 48. *et* Auien. Deſcript. Orbis 551.

ORICVLA, ae. f. *pro* Auricula *e MSS. edidit etiam Harduinus.* Plin. 11, 52 ſ. 114 *extr.* ex Trogo, Oricularum magnitudo loquacitatis et ſtultitiae nota eſt.

ORICVLARIVS, a, um. Adi. [ὠτικός] *pro Auriculario ſubinde apud* Celſum *legitur, ea ratione qua Coliculus et Colis, pro Cauliculo et Caule dicitur: et Codex et Ploſtrum, vt Focale a Faucibus, pro Caudex et Plauſtrum. Budaeus.* Oricularius clyſter, *infundibulum, per quod medicamenta in aures infunduntur, Graece* ὠτεγχύτης. Celſ. 5, 26, 12 Per Oricularium clyſterem fiſtulam eluere. *Et* 7, 26, 5 Oriculario clyſtere acetum nitro mixtum per plagam in veſicam compellere. *Et* 7, 27 Humor roſa mixtus in ipſum vulnus Oriculario clyſtere agendus. Idem 7, 30, 3 *de haemorrhoidibus* Oriculario ſpecillo linamenta educenda. Oricularii Serui Petron. Fragm. Trag. c. 43. *conf. ib. Reineſ. p.* 64. *ſed hodie ap.* Petron. *legitur*, Auricularii. *al.* Oracularii.

ORIDIA *pro* Oriza *vel* Oryza *in libris antiquis obſeruauit* Salmaſ. *ad* Lamprid. Antonin. Pium c. 9.

ORIDVRIVS, a, um. σκληρόστομος Gloſſ. Gr. Lat.

ORIENS, *vid.* ORIOR.

ORIFICIVM, i. n. *Apertura, quaſi tu dicas* os factum, *vt* opificium *eſt* opus factum. Orificium lagenae Apul. Met. 2 p. 51, 9. Ciſtulae Apul. 10 p. 310, 12 *Floridi.* Vrnae Ibid. p. 324, 6. *et* 11 p. 374, 7. Macrobius 7, 4 Ventris enim duo ſunt orificia. *Paullo poſt*, Retrimenta ſunt, quae per inteſtina inferiore orificio tradente labuntur.

ORIGA, *vid.* PERORIGA.

ORIGANVM, i. n. [ὀρίγανον] *Herba.* Plin. 20, 17 Origanum quod in ſapore cunilam aemulatur, plura genera in medicina habet et onitin vel praſion appellant, non diſſimile hyſſopo. Origanus *dicitur*, Ser. Sammon. 879 Cumque hoc abſumi debebit origanus herba.

ORIGANITVS, a, um. Vinum origanitum Cato R. R. c. 127.

ORIGO, inis. f. [ῥίζιον, αἰτία, ἀρχή] *Ab* Orior *deriuatur, et Principium, initium, cauſam, ortum, ſtirpem, ſemen, ſiue fontem ſignificat.* Plin. 10, 37 Multi nobilitatem ſingularum columbarum et origines narrant. Cic. de Finib. 2, 31 A primo, vt opinor, animantium ortu petitur origo ſummi boni. Liu. Praef. 1 Et legentium plerisque haud dubito quin primae origines, proximaque originibus minus praebitura voluptatis ſint, *etc.* Cic. de Vniuerſ. 7 Quaeramus igitur cauſam, quae impulerit eum, qui haec machinatus ſit, vt originem rerum et molitionem nouam quaereret. Nullius rei cauſa remota reperiri origo poteſt Idem ib. 3, c. 2. Originem et progreſſionem certarum rerum perſequi Cic. de Finib. 4, 17. Cauſa et origo malae mentis Iuuen. Sat. 14, 226. Eloquentiae origo eſt verborum delectus Cic. de Clar. Orat. 253. Fontium origines celat Nilus Hor. Carm. 4, 14, 45. Mundi creſcentis prima origo Virg. Georg. 2, 336. Nominum *etymologia* Quinctil. 1, 4, 25. Genitalis Rerum Lucret. 5, 176. Verborum Quinctil. 1, 6, 28. Caeleſtis Virg. Aen. 6, 730. Gens cuncta ab origine Idem Georg. 3, 473. Mira Ouid. Met. 1, 252. Muliebris Lucret. 4, 1226. Natalis Ouid. Met. 12, 471. Tenuis Idem Faſt. 3, 433. Modicus originis Tacit. Ann. 6, 39, 3. Clarus origine Ouid. Epiſt. 18 (19) 147. Accipere originem ab aliquo Quinctil. 5, 11. Ducere originem ab auctore aliquo Hor. Carm. 3, 17, 5. Ducere originem ex aliquo Quinctil. 1, 5 (6). Naſcetur pulchra Troianus origine Caeſar Virg. Aen. 1, 290. ¶ 2 Origines *reſpectu coloniarum appellantur* metropoles. Pars originibus ſuis praeſidio, aliae decori fuere Sall. Iug. c. 19, 1. *Sic* Liu. 38, 39 Ilienſibus Rhoeteum et Gergithum addiderunt, non tam ob recentia vlla merita, quam Originum memoria. ¶ 3 Origines *vocauit* Cato *ſuos libros antiquitatum et hiſtoriarum Rom. vid.* Nep. 24, 3, 3. *Sic* Gellius 20, 5 *extr.* Cato in ſexta origine, *etc.* ¶ 4 Origo *idem quod* Auctoritas *in praediis, titulus et ius dominii* L. 24 C. de fideicommiſſ. Inſtrumenta ad probationem originis praediorum. Tertull. de Praeſcr. Habeo origines firmas ex ipſis auctoribus, quorum fuit res.

ORIGINALIS, e. Adi. [ἀρχοειδής] Parens originalis frugum, *Ceres.* Apul. Met. 11 *pr.* Sententia originalis Idem 10 *extr. quam tulit Paris de pulcbritudine dearum.* Matrices et originalis fidei Tertull. adu. Haeret. c. 21 *vocat eccleſias apoſtolicas.*

ORIGINALITER. Adu. Auguſtin. Retract. 1, 15. *et* de Trinit. 3, 9.

ORIGINARIVS, a, um. Adi. [ἀρχικός] *Budaeus*, originarii, *ſunt, qui contrahunt municipatum origine principaliter, vt Accurſius in rub. de* Incolis *dicit* Cod. 10 *et ibidem titulus eſt* de Municipibus et originariis. *Hi et* Originales *vocantur in* l. Quum neque. eod. tit. De Incolis. in l. Ciues, Ciues quidem origo facit: incolas vero domicilium. *Conf.* Ambroſ. Serm. 17 *extr.*

ORIGINATIO, onis. f. [ἐτυμολογία] Quinctil. 1, 6, 28 Sunt qui vim potius intuiti, originationem vocent. *De etymologia.*

ORIGINITVS. Adu. Ammian. 31, 6 Vnde etiam Perſae, qui ſunt omnes originitus Scythae.

ORINDA, ae. f. *Panis genus et ſemen peculiare Aethiopiae, ſeſamo perſimile. Vid. Heſych. in* ὄρινδον. Apic. 2, 2 Orindam infuſam terere.

ORIOLA, *vid. ſub* HORIA.

ORION, onis. m. *Prima communi.* [Ὠρίων] *Filius Neptuni ſecundum Heſiodum. Alii fabulantur eum ex vrina Iouis, Neptuni, et Mercurii genitum, quos deos, quum Oenopeus quidam hoſpitio excepiſſet, eisque bouem mactaſſet, petiuit, vt ſibi filium concederent. Illi ergo corium e boue detractum popoſcerunt, atque in illud vrinam reddiderunt, ex qua natus eſt* Orion. *Vid.* Ouid. Faſt. 5, 534 *qui tamen non* Oenopeum, *ſed* Hyrieum *fuiſſe canit, qui hoſpitio deos ſuſceperit. Et* Orionem Vrionem *appellatum fuiſſe. Fuit autem ſtatura corporis ingenti, quod et ipſum* Ouidius *ibid. indicat*, Creuerat immenſum. Virg. Aen. 10, 763

— — Quam magnus Orion
Cum pedes incedit medii per maxima Nerei
Stagna viam ſcindens, humero ſupereminet vndas;
Aut ſummis referens annoſam montibus ornum,
Ingrediturque ſolo, et caput inter nubila condit.

Fuit etiam venator, et ſatelles Dianae, vnde Horatius *eum a Diana conſoſſum inquit, quod concubitum eius petere auſus fuiſſet: ſic enim* Carm. 3, 4, 71 Notus et integrae Tentator Orion Dianae, Virginea domitus ſagitta. *Praeterea* Carm. 2, 13, 39 *apud inferos eum eſſe indicat, vna cum Prometheo et Tantalo.* Ouidius *vero l. c. ait, eum a ſcorpio interfectum fuiſſe, quem irata Tellus illi immiſerat, propterea quod gloriatus fuerat, nullum in terris eſſe animal, quod vincere non poſſet. Dianam vero miſertam illius, inter ſidera eum collocauiſſe.* Lucan. 9, 839: *Inter aſtra receptus eſt ante Tauri veſtigia. Sunt tamen qui Graece ab aquarum inundatione ſic dictum velint, quod eius tempore habet ortum hiems, et mare ac terras tempeſtatibus turbat.* ὀρίνω *enim, turbo et concito, ſignificat.* Plautus Iugulam *vocat, quod ſit eius gladius ſtellarum fulgore terribilis. Hic ſi fulget, ſerenitatem: ſi obſcurat, tempeſtatem denotat.* Cic. in Arat. 3 Chelae, cum pectus quod cernitur Orionis. Aquoſus Orion Virg. Aen. 4, 52. Armatus auro Idem ib. 3, 517. Deuexi rapidus comes Orionis Notus Hor. Carm. 1, 28, 21 Deuexum *inquit, id eſt in deuexa caeli parte poſitum, hoc eſt in Occaſu.* Comitem *vero eius* Notum *facit, quoniam tempeſtatem et ventos ſecum fert Orion.* Enſifer Ouid. Faſt. 4, 388. Infeſtus nautis Hor. Epod. 15, 7. Nimboſus aſſurgens fluctu Virg. Aen. 1, 539. Pronus magno trepidat tumultu Hor. Carm. 3, 27, 18. Saeuus vbi Orion hibernis conditur vndis Virg. Aen. 7, 719. Triſtis Hor. Epod. 10, 10. ¶ 2 Orion, *primam interdum productam habet, interdum correptam, vtrumque cum ratione.* ὠρίων *enim (quo nomine illum vocatum fuiſſe ſupra diximus) lingua Dorica* ὠρίων *facit, eaque ratione O longum eſt. Breue autem fit, quum omiſſa ſecunda Vocali in* ὠρίων, ὀρίων *dicunt. Hoc mirum magis eſt,* Ouid. Faſt. 5, 493 *in obliquis a poſterius contrahere*, Quorum ſi mediis Boeoton Oriona quaeres Idem Met. 8, 207 Strictumque Orionis enſem. Ibid. 13, 294 Nitidumque Orionis enſem. *Sed et* Virg. Aen. 10, 763 *primam corripit. Dicitur* Orion *etiam* Oarion, *vt apud Nicandrum*, Βοιωτῷ τεύχοντα κακὸν μόρον Ὠαρίωνι. *Sic etiam* Catullus de coma Berenices ſ. 64, 94 Proximus Hydrochoo fulgeat Oarion. *Et* Rutil. 1, 637 Namque procelloſo ſubiungitur Oarioni.

ORIOR, iris *vel* eris, ortus ſum, iri. Dep. [τέλλω, ἀνατέλλω, ἀνίσχω, ἐξανατέλλω, ἐπανατέλλω, ἐπιτέλλω, ὑποφύομαι] Oriri *mediam ſemper producit*, Oritur *corripit. eſt* Naſci vel ſurgere, *vt ait* Feſtus. Conſtat, quid poſſit oriri Lucret. 1, 204. Ouid. Met. 10, 166 *de flore*, Tu quoties oreris, viridique in caeſpite flores. Cic. de Legib. 2, 4 Sum illi villae amicior modo factus, atque huic omni ſolo, in quo tu ortus et procreatus. *Vid.* ORIENS. Oriri ex ſe, et ſponte ſua naſci Cic. de Finib. 1, 78. Ex cauſa oriri Quinctil. 2, 4. Caedes miſerrima oritur Virg. Aen. 2, 411. Clamor oritur Plaut. Aul. 2, 9, 7. Facinus oritur ex te Idem Poen. 4, 2, 67. *i. Tu es auctor huius facinoris.* Ter. Adelph. 2, 1, 35 Tamen tibi a me nulla eſt orta iniuria. *i.* Coepta, *vt ait* Donatus. Fons oritur in monte Plin. Epiſt. 4, 30. Horror tremulus moeſtis orietur fletibus Propert. 1, 5, 15. Lux proſpera oritur Ouid. Faſt. 1, 71. Monſtrum mirabile oritur, *i.* Accidit. Virg. Aen. 2, 680. Tantorum Nominum, quibus ortus eſt, ornamentum Vell. 2, 114, 5. Officia virtutis a ſuo cuiusque genere oriuntur Cic. de Finib. 5, 69. Riſus oriebantur, dulcesque cachinni Lucret. 5, 1396. Cic. de Amicit. 5 Fannius et Qu. Mucius ad ſocerum veniunt poſt mortem Africani, ab his Sermo oritur. reſpondet Laelius. Quaſi dicat, Ipſi primo loquuntur in iſto dialogo. Sermo oritur de villis Hor. Serm. 2, 6, 71. Signa noctis orientia Virg. Aen. 7, 138. Stellae oriuntur et cadunt Ouid. Faſt. 1, 295. Tempora orientia Hor. Epiſt. 2, 1, 130. Celſ. 16, 13 Alia quoque Vlcera in gingiuis oriuntur, quibus eadem, quae in reliquo ore, ſuccurrunt. Ter. Andr. 3, 2, 9 Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te eſſe ortum? *h. e. Te eſſe principium et initium huius rei. Conf.* Idem Hec. 2, 1, 25. *et* Adelph. 4, 3, 2. *et* Eun. 5, 5, 28.

ORIENS, entis. Partic. [ἀνατέλλων, ἀνισχόμενος] Auſtri orientis motus Hor. Carm. 3, 27, 22. Dies oriens Tibul. 4, 1, 122.

Luna Ouid. Met. 8, 11. Lux Catull. Argon. 62, 376. Orientis aut obeuntis Solis partes Cic. Somn. Sc. c. 6. Signa orientia noctis Virg. Aen. 7, 138. Oriens, *Surgens*, *vt*, Conſul oriens magiſtrum populi dicat. Vel. Long. de Orthogr. p. 2234 *Putſch.* Liu. 8, 23 *extr.* Cum Coſ. oriens nocte ſilentio diceret dictatorem, *ex emend. Rubenii.* *Sic* Paterc. 2, 99, 2 Orientium iuuenum fulgor. Oriens *i. naſcens.* Cic. de Diuin. 2 c. 42 *extr.* Perinde vtcunque temperatus ſit aër, ita pueros orientes animari atque formari, ex eoque ingenia, mores, animum, corpus, actionem vitae, caſus cuiusque euentusque fingi.

ORIENS. Subſt. [ἀνατολή] *Pars ea mundi, in qua ſol oriri ſolet, isque* Aequinoctialis Colum. 1, 5, 7 *vel* brumalis Idem 1, 6, 1 *ſeu* hibernus Idem 1, 6, 2. *vel* aeſtiuus. Plin. 10, 44 Orientem ſpectare quibus exeant in paſcua, Occaſum quibus redeant. Qui terras ab oriente ad occidentem colunt Cic. N. D. 2 c. 66. Orae Orientis Hor. Carm. 1, 12, 55. Anhelus Stat. Silu. 3, 2, 102. Extremus Ouid. Met. 7, 266. Primus oriens nos afflauit anhelis equis Virg. Georg. 1, 250. *Add.* Idem Aen. 5, 42. ¶ 2 *De tractu orbis terrae ad hanc plagam ſito.* Vniuerſus oriens in poteſtatem redactus Iuſtin. 1, 8, 1. *Add.* Idem 5, 1, 9. Oceanus orientis Plin. 19, 25. Regnum orientis Sueton. Tito c. 5. Spoliis orientis onuſtus Virg. Aen. 1, 293.

ORIENTALIS, e. Adi. Auxilia Orientalia Iuſtin. 14, 4, 18. Regna Orientalia Idem 39, 5, 3. Ab Orientali arboris parte Pallad. 3, 17.

ORTVS, a, um. Partic. [φυόμενος] Cic. pro Cluent. 161 Quum quaedam in collibus (vt ſolet) controuerſia paſtorum eſſet orta. *Sic*, Orta luce, *apud* Caeſ. Bell. Gall. 5, 8 *pr.* Hoc initio ſuſpicionis orto Cic. pro Cluent. 180. Fletus ortus ab omni turba Liu. 2, 40. Flos ortus de ſanguine Ouid. Met. 10, 735. Lucifer ortus erat Idem ib. 4, 664. Ratio orta ab ſenſu falſo Lucret. 4, 485. Rumor ortus ex Sulpitii literis, *etc.* Cic. Att. 11 Epiſt. vlt. *vid.* RVMOR firmus. Sol recens ortus Virg. Georg. 3, 156. Ortus ab hoc Nepos 25, 18, 3. Ex concubina Salluſt. Iug. c. 108. Ortus ex eo loco: *i. Natus* Ter. Eun. 2, 2, 10. Ex qualibet cauſa ortae Scribon. 100. Ortus equeſtri loco Cic. de Lege Agrar. 27. *Et* Liu. 26, 6 Loco obſcuro, tenuique fortuna ortus. Siluis fuit ortus in altis Ouid. Faſt. 4, 41. Terra orti Quinctil. 3, 7. Vnde ortus eſt Scribon. 171. Fatis melioribus ortus Ouid. ex Pont. 4, 9, 9. Maioribus ab his orti Hor. Serm. 1, 5, 55. Nobilibus antiquis Quinctil. 3, 8. Satu deorum Cic. de Vniuerſ. 35. Stirpe ab antiqua Teucrorum Virg. Aen. 1, 630. Pueri claris patribus Hor. Carm. 4, 6, 31. Ortus *aliquando idem ſignificat quod Oriundus.* Caeſ. Bell. Gall. 2, 4 *ait* pleroſque Belgas eſſe ortos a Germanis.

ORTVS, ûs. m. [γέννησις] *Natiuitas, naſcendi principium.* Cic. de Amicit. 32 Et erit huius ortus a natura, quam ab imbecillitate et grauior et verior. Generoſus materno ortu Ouid. Met. 13, 148. Nobilis ortu Sil. 1, 77. Tuſculanus ortu fuit Cato Cic. de Legib. 2 5 c. 2. Ducere ortum ab aliquo Ouid. Met. 5, 494. Habere ortum et gigni Cic. de Vniu. 5. Ortus quidquid habet, finem timet Stat. Silu. 2, 1, 218. Moderatur ortus naſcentium luna Cic. de Diu. 2, 91. Animantium ortus Idem de Finib. 2, 31. Repetere ortum iuris a fonte Idem de Legib. 1, 20. ¶ 2 *Initium lucendi:* [ἀνατολή] Plin. 12, 14 Saba regio ſpectans ortus ſolis aeſtiui. Signorum ortus Quinctil. 1, 4. Ortus et obitus ſignorum definitum quendam ordinem ſeruant Cic. de Inuent. 59. Stellarum ortus atque obitus Catull. de Coma Berenices ſ. 67, 2. Ortus occaſusque ſiderum non fieri eodem tempore apud omnes, neceſſe eſt Cic. de Diuin. 2, 92. Antiqui ſignorum ortus Virg. Ecl. 9, 46. Caeleſtis Quinct. 3, 7. Nitidus Ouid. Met. 2, 112. Punicei Claud. de Rapt. Proſ. 1, 220. Purpureus Ouid. Triſt. 1, 2, 27. Roſeus Phoebi Claud. de Bell. Getic. 244. Ab ortu ad Occaſum commeat ſol Cic. de Nat. Deor. 2, 49. Phoebus iterauit ortus, *i. Iam illuxit ſecundus dies* Ouid. Faſt. 6, 199. Aurora oſtendit ſuos ortus Virg. Georg. 4, 544. Perdiſcere ortus obitusque ſignorum, *vid.* PERDISCO. Matutinos praedicit Lucifer ortus Senec. Oedip. ſ. 5. Suſpicere ortus ſignorum Virg. Ecl. 9, 46. ¶ 3 Ortus, *de plantis.* Lucret. 5, 212 Terraïque ſolum ſubigentes cimus ad ortus.

ORTĪVVS, a, um. Adi. *A plaga Orientis.* Manil. 3, 189 Ortiuo totidem de cardine duces.

ORITV̄RVS, a, um. Part. [ὑποφυσόμενος] Hor. Epiſt. 2, 1, 17 Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.

ORIVNDVS, a, um. Adi. [ἀπόγονος] *Idem fere quod* Ortus; *niſi quod interdum ſpecialius remotiorem originem ſignificare videtur, quorſum trahunt quidam* Vlpian. l. 190 ff. de V. S. Prouinciales eos accipere debemus, qui in prouincia domicilium habent; non eos, qui ex prouincia oriundi ſunt. *Sed intellige,* qui *tantum* oriundi ſunt, *et nihil amplius, non habitant in prouincia. Nam quod quidam ſubtiliter diſtinguunt inter* ortum *et* oriundum *et hoc, vt diximus ad remotiorem per maiores, non per parentes originem trahunt, legibus ipſis refellit Fornerius ad h. l. Caeterum* oriundum *etiam de remota origine dici, ſatis oſtendit* Liu. 24, 6 Hippocrates, et Epicydes nati Carthagine, ſed oriundi ab Syracuſis. *i. Ab Syracuſis originem trahentes, vnde fuerunt parentes.* Oriundus ab Vlyſſe Liu. 1, 49 *de Octauio Mamiliano Tuſculano.* S. Aurel. de Viris illuſtr. c. 35 *pr.* Pyrrhus rex Epirotarum materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus. Cic. in Topic. 29 c. 6 Gentiles ſunt, qui inter ſe eodem nomine ſunt; non ſatis eſt. Qui ab ingenuis oriundi ſunt; nec id quidem ſatis eſt. Quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit; abeſt etiam nunc. Qui capite non ſunt deminuti; hoc fortaſſe ſatis eſt. Oriundus, *aliquando ſine Praepoſitione, vt apud* Liu. 1, 20 Alba oriundum ſacerdotium. Lucret. 2, 990 Denique caeleſti ſumus omnes ſemine oriundi. *Al.* Stirpe. Plaut. Aul. 3, 6, 6 Meminerint ſeſe vnde oriundi ſient. Liu. 8, 22 Palaepolis fuit haud procul inde, vbi nunc Neapolis ſita eſt: duabus vrbibus idem populus habitabat, Cumis erant oriundi. Columel. 1, 5 Quum a primis cunabulis, ſi modo liberis parentibus eſt oriundus, audiſſe potuerit, μὴ δὲ, *etc.*

ORIPĔLARGVS, i. m. [ὀρειπέλαργος] Plin. 10, 3 *quaſi tu* ciconiam montanam *dicas, inter aquilarum genera.*

ORIPVTIDVS, a, um. ὀζόστομος Gloſſ. Gr. Lat.

ORĪTES, is. m. *Gemma, de qua ſic* Plin. 37, 10 Orites globoſa ſpecie, a quibusdam et ſiderites vocatur, ignem non ſentiens.

ORITHYIA, ae. f. [Ὠρείθυια] *Filia Erichthei Athenarum regis, quam Boreas adamatam rapuit, et in Thraciam ſecum detulit, ex qua Zetum et Calaim filios procreauit, vt pro vera hiſtoria retulit Euſebius. Poëtae pro Vento habent Borean Vid. Apollon. Argonaut. 1. et* Ouid. Met. 6, 683. *Conf.* Stat. Theb. 12, 630. Seru. *ad* Georg. 4, 463. Actias Orithyia, *Athenienſis* Virg. Georg. 4, 463. Cecropia Valer. Argon. 1, 468. Pandionia Propert. 1, 20, 31 *a fratre Pandione.* Cic. de Legib. 1, 3 Verumne ſit, Athenis non longe item a tua antiqua domo Orithyiam Aquilo Suſtulerit; ſic enim eſt traditum. ¶ 2 *Alia fuit eodem nomine regina Amazonum: de qua* Iuſtin. 2, 4, 17 *et* 26.

ORIVNDVS, *vid.* ORIOR.

ORIX, *vid.* ORYX.

ORIZA, [ὀρύζα] Hor. Serm. 2, 3, 155. *vid.* ORYZA. *Conf.* ORIDIA.

O R M

ORMĔNIS, ĭdis. f. *Filia Ormenii, Aſtydamia, ab Hercule rapta.* Ouid. Epiſt. 9, 50 Nec referam partus, Ormeni Nympha, tuos.

ORMENVS, i. *Teſte Homero, Magneſiae ciuitas, idque* Plinius *confirmat* 4, 9.

ORMINIVM, *ſiue* ORMINVM, i. n. [ὄρμινον] *Silueſtris aſparagus, quam* corrudam Columella *et* Cato *vocant.* Plin. 20, 10 Silueſtrem aſparagum aliqui corrudam, aliqui libycum vocant, Attici orminium, *vid.* HORMINVM.

ORMINOS AGRIOS, *herba.* Plin. 26, 10 *vbi Harduin. leg.* horminos.

ORMINALIS, is. f. *Herba, alias Satyrion.* Apul. de Herb. c. 15.

O R N

ORNAMENTVM, *vid.* ORNO.

ORNEVS, i. m. *Ixionis et Nubis filius, vnus ex Centauris.* Ouid. Met. 12, 339.

ORNIS, f. [ὄρνις] *Latine dicitur Auis, vel Gallina, vtiliſſima auium.*

ORNITHIAE, arum. m. *Pl.* [Ὀρνιθίαι] *Venti Septentrionales.* Colum. 11, 2, 21 Decimo Kalend. Mart. Leo definit occidere, venti Septentrionales, qui vocantur Ornithiae, per dies triginta eſſe ſolent, tum et hirundo aduenit. *Conf.* Plin. 2, 47. *Ioh. a Wower de Polym.* c. 11 *diſſenſum ſcriptorum indicat et componit.*

ORNĪTHON, ōnis. m. [ὀρνιθών] *Latine Auiarium dicitur.* Varro de R. R. 3, 3 Contra, nunc auiaria ſunt nomine mutato, quod vocantur ornithones. Ibid. c. 2 Recipis nos, inquit, in tuum ornithona, vbi ſedes inter aues. Idem prooem. 2 Ex ea enim quoque fructus tolli poſſint non mediocres ex ornithonibus, ac leporariis et piſcinis. *Conf.* Columel. 8, 1 *et* 3 *et* 4 *et* 8. Varr. R. R. 3, 5 Ornithona *ſuum deſcribit, quem nos verbis et imaginibus illuſtrare ſtuduimus.*

ORNITHOBOSCĪVM, i. n. [ὀρνιθοβοσκεῖον] *Locus, in quo gallinae et aues depaſcuntur et enutriuntur.* Varro de R. R. 3, 9, 2 De iis, qui ornithoboſcium inſtituere volunt.

ORNITHOTROPHIA, ae. f. [ὀρνιθοτροφία] Cohortalis ratio Colum. 8, 2, 6.

ORNITHOTROPHĪVM, i. n. [ὀρνιθοτροφεῖον] *Locus, in quo aues educantur.* Varro de R. R. 3, 5, 8 In quo diceris longe viciſſe non modo archetypon inuentoris noſtri ὀρνιθοτροφείων M. Laenii Strabonis, *etc. i.* Ornithotrophiorum.

ORNITHOGĂLE, es. f. [ὀρνιθογάλη] *Herba, quam deſcribit* Plin. 21, 17.

ORNO, āre. [κοσμέω, περιέπω, τορεύω, δαιδάλλω, ἐκστέλλω, κάζω] *Pulchrum et decorum facere, honorare, rebus neceſſariis, et praeſidiis atque armis inſtruere.* Cic. Tuſc. 1, 68 Nocturnamque caeli formam vndique ſideribus ornatam. Idem Att. 2, 1 Quanquam illa tua (legi enim libenter) horridula mihi, atque incomta viſa ſunt: ſed tamen erant ornata hoc ipſo, quod ornamenta neglexerant. Populus ornabat aedem frondibus Propert. 4, 10, 29. Virg. Ecl. 7, 25 Hedera creſcentem ornate Poëtam *i. coronate, vid.* ornatus apio *etc.* Gemma ornabat manus Propert. 3, 6, 12. Sepulcrum floribus ornare Cic. pro Flacc. 95 c. 38. Aliquem beneficiis officiisque omnibus Idem Verr. 1 c. 13. Idem Fam. 7, 5 Neque impedio quo minus, ſi tibi ita placuerit, etiam hiſce eum ornes gloriae inſignibus. Cum regem, quem ornare antea cuncto cum ſenatu ſolebam Cic. pro Deiot. c. 1. Idem de Finib. 3, 26 c. 8 Poteſt id quidem fuſe et copioſe, et omnibus electiſſimis verbis, grauiſſimisque ſententiis rhetorice et augeri et ornari. Ornare aliquem, *et* Spoliare, *contraria.* Cic. pro Flac. 59 Quis erat, qui non ſciret in ornandis ſtudioſiorem Mithridatem, quam in ſpoliandis Trallianis fuiſſe? Mirabilius et magnificentius augere aliquid, et ornare *intell. dicendo* Idem de Orat. 1, 94. ¶ 2 *Formulae:* Ars ornat aliquem Cic. Tuſc. 1, 112. Artem ornare iure Idem ib. 1, 112. Non modo non laedetur Cauſa nobilitatis, ſi iſtis hominibus reſiſtetis; verum et ornabitur Idem pro Roſc. Am. c. 47. Diuitiis ornare Nep. 2, 2, 3. Donis ornatur honeſtis Hor. Epiſt. 2, 2, 32. Donis propriis ornatur induſtria Claud. Paneg. 8, 261. Inuenta veſtire et ornare oratione Cic. de Orat. 1, 142. Moribus ornas res Italas Hor. Epiſt. 2, 1, 2. Munus ornare verbis, *pro Laudare, et verbis quodammodo maius, certe iucundius gratiusque facere* Ter. Eun. 2, 1, 8. Orationem ornare et illuminare Cic. de Orat. 3, 25. Scientiam iuris ciuilis nouo ornatu ornare Idem ibid. 1, 235. Ornari et exornari ab aliquo Idem Philipp. 11, 36. Omnibus rebus aliquem ornare Idem Att. 6, 6. Ampliſſimis et honorificentiſſimis rebus aliquem ornare Cic. Fam. 5, 2. Defendere, amplificare, et ornare aliquem Idem pro Domo 88. Idem Fam. 9, 14 Intelligere debes in te poſitam eſſe Rempublicam, tibique non modo tuendos, ſed etiam ornandos eſſe illos viros, a quibus initium libertatis profectum eſt. Apparitoribus, ſcribis, librariis, praeconibus, architectis Praetoriam poteſtatem ornare Cic. de Lege Agrar. 2, 32. Id. ad Brut. 17 Immo triumphus et ſtipendium decernitur, et omnibus decretis ornatur. Frequentia ornare et celebrare egreſſum alicuius Cic. in Piſon. 31. Dignitate augeri et honore ornari Idem pro Planc. 22 c. 9. Idem in Catil. 4, 21 Ornetur alter eximia laude Africanus, qui duas vrbes huic imperio infeſtiſſimas, Carthaginem, Numantiamque deleuit. Laudibus ſuis et alienis aliquem ornare et honorare Cic. Philipp. 2, 25. *Add.* Idem Fam. 2, 15. Sententiis aliquem Idem Fam. 1, 9. *id eſt honorificas ſententias de illo dicere.* Studiis ſingularibus aliquem Idem Q. Frat. 3, 4. Suffragio ornare candidatum Plin. Epiſt. 1, 25. ¶ 3 Ornare, *verbum eſt ſaepe de prouinciis vſurpatum ab antiquis ſcriptoribus.* Cic. Att. 3, 24 *pr.* Quum ad me ſcripſiſſetis veſtro conſenſu Conſulares prouincias ornatas eſſe. Idem in Piſon. 5 c. 2 Prouinciam Galliam exercitu inſtructam et ornatam. *Quod ita accipiendum, vt cum ipſis prouinciis ſimul decernerentur eae res, quae prouincias adminiſtrantibus neceſſariae putarentur, vt*

militeſ, *pecunia, et huiuſmodi.* *Sic* ornare claſſem, in orat. pro Lege Manil. 9 c. 4 *pro Inſtruere.* Ornatae prouinciae *lege Curiata, quarum rectoribus imperium, exercitus, ſtipendium, legati dabantur. Sed lege Curiata non omnes ibant in prouincias, ideoque non omnes publico ſumtu.* Cic. Att. 4, 18 In ornandis prouinciis conſularibus. Conſules ornare, *eſt Prouincias Conſulibus decernere easque ea, qua modo dictum eſt, ratione ornare.* Cic. Att. 3, 24 Suam poteſtatem eſſe de Conſulibus ornandis. *Ita loquutus eſt ad* Q. Frat. 3 *pr.* Referebatur de prouinciis Quaeſtorum, et de ornandis Praetoribus. Magiſtratus mulis tabernaculisque et omni inſtrumento militari ornabantur Liu. 42, 1. Ornare, *Aptare, apparare.* Cic. pro Quint. 93 Ornare magnifice ſplendideque conuiuium. Plaut. Rud. 1, 2, 53 Iubere melius eſt prandium ornari domi. Armis ſe ornare Ouid. Epiſt. 9, 103. Parari et ornari ſcutis et telis Cic. pro Caecin. 60. *Sic pro veſtire vſurpatur* Vitr. l. 6 praef. Cic. Att. 1, 14 Ecce aliae deliciae equitum vix ferendae, quas ego non ſolum tuli, ſed etiam ornaui, *oratione.* Id. pro Lege Manil. 9 c. 4 Qui poſteaquam maximas aedificaſſet, ornaſſetque Claſſes, *etc.* Ornaſſet, *i. Inſtruxiſſet. Vid.* Liu. 26, 37. Copias ornare atque inſtruere omnibus rebus Cic. pro Lege Manil. 20 c. 8. Exercitum auxiliis ornare Idem Fam. 2, 10. Fugam ornare, *Parare fugam* Ter. Eun. 4, 4, 6. *al.* adornare. Lectum genialem ornare et ſternere ſibi Cic. pro Cluent. 14. Nauem armatis ornare Nepos 10, 9, 2. Penum ornare Plaut. Capt. 4, 4, 12. *in MSS. confundi ſolent* Ornare *et* Onerare, *v. v.*

ORNANS, antis. Partic. Mulieres cum verecundia et ſobrietate ornantes ſe Vulg. 1 Timoth. 2, 9.

ORNANDVS, a, um. Partic. [κοσμητέος] Suet. Aug. c. 12 Caeſarem ornandum et tollendum cenſebat *Cicero, i. Laudandum et interficiendum. conf.* Paterc. 2, 62 *extr.* Victoriis ornandus Pompeius Cic. Fam. 1, 9. Senectuti celebrandae et ornandae, quod honeſtius poteſt eſſe perfugium, quam iuris interpretatio Cic. de Orat. 1, 179. Famula operoſa ornandis capillis Ouid. Amor. 2, 7, 23.

ORNĀTVS, a, um. Partic. [κεκοσμημένος] Ornatus peſſume Plaut. Aul. 4, 9, 10. Nondum totos ornata capillos Ouid. Met. 11, 385. Claſſis ornata armis Lucret. 2, 42. Apio crines ornatus amaro Virg. Ecl. 6, 69. Foliis ornatus oliuae ipſe caput tonſae Id. Georg. 3, 21. Pampino viridi Liber ornatus tempora Hor. Carm. 4, 8, 33. Ornatus in peregrinum modum Plaut. Perſ. 1, 3, 78. Copioſe ornatus, *vid. ſub* COPIA. Ornatus et grauis in dicendo homo Cic. de Orat. 1, 42. Ornatus auro, bono ingenio Plaut. Poen. 1, 2, 88. Ornatus ex ſuis virtutibus Ter. Adelph. 2, 1, 21 *ironicῶs.* Teſtimoniis clariſſimorum imperatorum ornatus Deiotarus Cic. de Aruſp. Reſp. 29 c. 13. Veſtitu militari Nep. 14, 9, 3. Cic. de Fin. 2, 112 Sic nos ſapientem plurimis et grauiſſimis artibus atque virtutibus Inſtructum et ornatum, *etc.* Rebus omnibus ornatus excellit Lucret. 1, 28. Aſini ornati clitellarii, *i. aſini cum clitellis* Cato R. R. 10, 1. Elephantus Nep. 23, 3, 4. Equus Gell. 5, 2. ¶ 2 Ornatus, *inquit* Feſtus, dicitur, Qui bonis artibus inſtructus eſt, et honores adeptus a populo: et Bene aptus, vt miles aut gladiator, et acturus fabulas. Adoleſcentia ad ſummam laudem omnibus rebus ornata Cic. pro Corn. 1. Lectiſſimus atque ornatiſſimus Adoleſcens Idem Diu. in Verr. c. 9. Agro bene culto nihil poteſt eſſe nec vſu vberius, nec ſpecie ornatius Cic. de Sen. c. 16. Beneficiis ornatiſſimus Idem Fam. 7, 5. *Et* pro Quint. 7 Deinde habet aduerſarium P. Quintius verbo Sex. Naeuium, reuera huiusce aetatis homines diſertiſſimos, fortiſſimos, ornatiſſimos noſtrae ciuitatis. Honoribus ampliſſimis, fortunisque maximis, coniuge, liberis, et affinibus ornatus imperator Cic. ad Brut. 18. Nauis inter alias ornatior Tacit. Ann. 14, 4, 3. Naves omni genere armorum ornatiſſimae Caeſ. Bell. Gall. 2, 42. Splendidiſſimus atque ornatiſſimus ciuitatis ſuae vir Cic. pro Flacc. 48. Homo ornatiſſimus loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copiis, *etc.* Idem Verr. 1, 127 c. 48 *extr.* Ampliſſimus ad agendum, ornatiſſimus ad dicendum locus Cic. pro Lege Manil. 1 *pr.* ¶ 3 *Formulae aliae:* Capillo ornato procedere Propert. 1, 2, 1. Plaut. Pſeud. 2, 3, 10 Vt lenoni ſurripiam mulierculam, iam inſtituta, ornata cuncta in ordine habeo, vt volueram, *h. e. Diſpoſita eo ordine, quo optabam.* Domicilia regis ornata et referta omnibus rebus Cic. pro Lege Manil. 21. Eques honeſtus et ornatus Idem Fam. 13, 14. Exercitus ſatis probe ornatus Cic. Fam. 2, 9. *conf.* Tacit. Hiſt. 3, 63, 2 *Lipſ.* Fores ornatae Ouid. Faſt. 4, 738. Cic. pro Quint. 98 E Fundo ornatiſſimo deiectus, ignominiis omnibus appetitus. Oratio compoſita et ornata, et artificio quodam et expolitione diſtincta Cic. de Orat. 1, 50. Ornatus in Oratione Nep. 15, 3, 1. Sententiarum concinnitas ornata Cic. de Clar. Orat. 286 *et* 325. Sententiam ornatiſſimam de me dixit Idem pro Domo 69. Verſus ornatus elaboratusque Idem in Orat. 36.

ORNĀTVS, ûs. m. [κόσμος, κοσμιότης] *vel* Ornati, *antique, vt apud* Ter. Andr. 2, 2, 28 Nihil ornati. Dicitur (*auctore* Feſto) Cultus ipſe, quo quis ornatur: vt quum dicimus aliquem tragico vel comico ornatu prodire. Cic. Acad. 4, 119 c. 38 Nulla ſenectus diuturnitate temporum exiſtere, vt hic ornatus (mundus, κόσμος) vnquam dilapſus occidat. Ornatus, quaſi ab ore natus. Hinc enim maxime ſumitur, quod eam deceat. Itaque ob id paratur ſpeculum. *Haec* Varro de L. L. 4, 29 *cuius ſimilia damus in* ORNAMENTVM. Ornatus Argiuae Helenae Virg. Aen. 1, 650 *ſunt* palla, velamen. *Sic* Lugubris ornatus, *vid.* LVGEO. Cic. Off. 1, 61 c. 18 *extr.* Declaratur autem ſtudium bellicae gloriae, quod ſtatuas quoque videmus ornatu fere Militari. Idem de Senect. 59 Tum Lyſandrum intuentem eius purpuram, et nitorem corporis, ornatumque Perſicum multo auro, multisque gemmis, dixiſſe, *etc.* *de Cyro.* Pulchrum ornatum turpes mores peius coeno collinunt Plaut. Poen. 1, 2, 93. Regalis ornatus et veſtitus pulcherrimus Cic. de Finib. 2, 69 c. 21. Regio ornatu inſtratus, *vid.* INSTERNO. *conf.* Nep. 15, 13, 3. Amplus ornatus ſcenae aut fori Cic. in Orat. 134. Admirabilis caeli Idem de Nat. Deor. 2, 94. Omnis ornatus virginis Virg. Aen. 7, 74. Diſtinctio et ornatus oratoris Cic. de Orat. 2, 366. Ornatus oratoris tanquam veſtis Idem de Clar. Orat. 262. Verborum ornatus oratoris putandus eſt Idem de Orat. 1, 49. Inſignis Cic. in Orat. 78. Diſpoſita ornatu quaedam inſignia et lumina Id. de Orat. 3, 94. Afferunt haec quaſi lumina magnum ornatum orationi Cic. in Orat. 134. Idem de Orat. 1, 235 Vide Craſſe, ne dum nouo et alieno ornatu velis ornare iuris Ciuilis ſcientiam, ſuo quoque eam conceſſo et tradito ſpolies atque denudes. ¶ 2 *Obſeruationes:* Ornatu, ſine i litera in Datiuo vſurparunt grauiſſimi auctores. C. Caeſar in Dolabell. actionis III. Ibi iſti quorum in aedibus fanisque poſita, et honori erant, et ornatu. *Auctor* Gell. 4, 16. *Genit. in i* Ter. Andr. 2, 2, 28 In aedibus nihil ornati, nihil tumulti. Ornatus *et* Cultus, *diuerſa.* Tertull. in lib. de Habitu mulieris, Habitus feminae duplicem ſpeciem circumfert, cultum et ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: ornatum, quem immundum muliebrem convenit dici. Ille in auro, et argento, et gemmis et veſtibus deputatur: iſte in cura capilli et cutis, et earum partium corporis, quae oculos trahunt. *Haec ille.*

ORNĀTE. Adu. [κεκοσμημένως] *Recte, proprie, eleganter et diſpoſite:* Ornate dicere, proprium eſt eloquentis, *vt ait* Quinctil. 8 *pr.* Cic. de Finib. 1, 8 Res vero bonas verbis electis grauiter ornateque dictatas, quis non legat? Ornate et copioſe dicere Idem pro Caec. c. 18. Ornate ſplendideque facere aliquid Cic. Offic. 1, 4. Ornate politeque dicere Idem pro Cael. 8. Compoſite, ornate, copioſe eloqui Cic. de Orat. 1, 48. Diſtincte, diſtribute, eleganter, ornate ſcribere Idem Tuſc. 2, 7. Ornatius cauſas agere Idem Fam. 9, 21. —— cauſam ſuam dicere Cic. de Orat. 1 c. 53. Ornatiſſime defendi Idem de Clar. Orat. c. 5. De aliquo loqui Idem Att. 1, 14.

ORNATIO, ōnis. f. Vitruu. 5, 7 Specie ornationis, *etc.*

ORNĀTOR, ōris. m. Gloſſ. Vet. Ornator, κοσμήτης. Caſſiodor. Epiſt. 1, 2 Aceruus Neptunius generator florentis purpurae, ornator ſolii.

ORNATRIX, īcis. f. [κοσμήτρια] Suet. Claud. c. 40 Haec matris meae liberta et ornatrix fuit. *vid. h. l. Torrent. it.* Feſt. in Acus. Ouid. de Arte Am. 3, 239 Tuta ſit ornatrix: *etc.* Idem Amor. 1, 14, 16.

ORNAMENTVM, i. n. [κόσμημα] *Idem quod Ornatus.* Cato c. 10 Ornamenta bubus ſex, *iuga cum loris.* Inſtruere ornamenta alicui, *vid.* INSTRVO. Ornamenta, *Honores.* Nullum ab eo habebat ornamentum, vt caeteri, qui per eum aut honores aut diuitias ceperant Nep. 25, 7, 2. Cic. pro Roſc. Am. 139 c. 48 Noſtri iſti nobiles, niſi vigilantes, et boni, et fortes, et miſericordes erunt; iis hominibus, in quibus haec erunt, ornamenta ſua concedant neceſſe eſt. Ornamenta *in ſenſu illo prouinciali, de quo in* ORNO n. 3. Cic. Verr. 5, 83 Vbi ternis denariis aeſtimatum frumentum? vbi muli? vbi tabernacula? vbi tot tantaque ornamenta magiſtratibus et legatis a Senatu Populoque Roman. permiſſa et data? Ornamentum, *Beneficium honorificum.* Cic. Fam. 2, 18 Quaecunque a me ornamenta ad te proficiſcentur. Afficere populum ornamentis Idem pro Corn. Balb. 43. Arx et ornamentum amicorum Antonii Cotyla Idem Philipp. 8, 24. Flos Italiae, firmamentum imperii Romani, ornamentum dignitatis Cic. Philipp. 3, 13. Inſignia et ornamenta generis, nominis, honoris occiderunt Idem pro Sull. 88. Matronarum vera ornamenta ſunt pudicitia, non veſtes Iuſtin. 20, 4, 12. Cic. Verr. 1, 152 Quod ornamentum Pueritiae pater dederat, indicium atque inſigne fortunae, hoc ab iſto praedone ereptum eſſe, grauiter et acerbe homines ferebant. Reipublicae lumen et ornamentum Q. Hortenſius Cic. pro Milon. 38 c. 14. Inter praecipua ſaeculi ornamenta, *vid.* INTER *Praep.* Triumphi decus et ornamentum minuendum noſtra parſimonia non putaui Cic. de Prouinc. Conſul. 28. Honoris ornamenta, monimenta gloriae, et inſignia laudis Idem in Catil. 3, 26. Ornamento eſſe, *Decorare, ornare.* Cic. Fam. 15, 4 Tu puer me appetiſti: ego autem ſemper ornamento te mihi fore duxi. Non modo temporibus noſtris, ſed ipſis etiam literis ornamento futurus Plin. Ep. 6, 11. *Add.* Nep. 10, 2, 1. Cic. Verr. 2, 77 Si ex hoc genere ſplendorem ordini atque ornamentum curiae conſtituere velitis, habeatis ſane vobiscum iſtum Senatorem. Ornamenta, *pro Armis.* Sen. Nat. Quaeſt. 4 praef. Sic ergo formare, vt ſcias te non poſſe conſequi, vt ſis impenetrabilis: cum omnia caueris, per ornamenta feriet. *conf. Lipſ. Saturn.* 2, 7. Per ornamenta percuſſus eſt Idem Sen. Epiſt. 14. Ornamenta pugnantium Suet. Tito c. 9. *Quod in quibusdam libris eſt* ferramenta, *gloſſa ex margine irrepſiſſe videtur. Vniuerſim non nunquam dicitur de apparatu bellico.* Neque vero caeteras copias ornamenta, praeſidia veſtra cum illius latronis inopia atque egeſtate debeo conferre Cic. Catil. 2 c. 11. *Sed etiam de veſtibus ſcenicis.* Eis ornamenta et corium vti conciderent Plaut. Amph. prol. v. 85. *Add.* Pſeud. 1, 3, 108. *Huc refer* Ornamenta conſularia, ſenatoria, triumphalia, *i. veſtes.* *Sed ad orationis cultum pertinet* Cic. de Fin. 1, 14 c. 5 Quod illa Platonis, Ariſtotelis, Theophraſti orationis ornamenta neglexerit. Ornamenta orationum et conformationes Cic. de Clar. Orat. 140. Eloquentiae ornamentum Quinctil. 1, 8. Oratoria ornamenta dicendi Cic. de Clar. Orat. 261. Ornamenta dicendi non ſatis opima, *vid.* OPIMVS. Adhibere ornamenta, *vid.* ADHIBEO. Adiungere ornamenta oratoria, *vid.* ADIVNGO. *De honoribus,* Amittere ornamenta Cic. Fam. 4, 6. Congerere ornamenta Id. pro Deiot. 12. *Et* Idem . . Si quae pudore tibi ornamenta peperit, ea poteſt contra petulantiam te defendente obtinere, *i. Detinere.* Proficiſcuntur ornamenta ab aliquo Cic. Fam. 2, 19. Recidere ambitioſa ornamenta Hor. de Arte Poët. 447. Recuperare ornamenta Cic. Fam. 12. . . Redundare ornamentis Id. ibid. 3, 10. Spoliare ornamentis Idem ibid. 5, . . *Obſ.* Varro de L. L. 5, 7 p. 59, 30 Oſnamenta ſcenici plerique dicunt, *et haud obſcure ab ore deriuat. Fuerint itaque ſpeciatim* πρόσωπα, *et* ornare καλλωπίζειν os *pulchrius facere. conf.* ORNATVS, ûs, *vbi ſimilia Varronis damus.*

ORNĀMEN, ĭnis. n. Mart. Capella 6 p. 192 Cyllenium excudit ornamen.

ORNAMENTARIVS, i. m. Gloſſ. Gr. Lat. κοσμήτης, ornamentarius, ornator.

ORNVS, i. f. *Arbor.* Columel. de Arbor. c. 16 Sed ſi aſpera et ſiticuloſa loca arboribus obſerenda erunt, neque populus, neque vlmus, tam idoneae ſunt, quam orni; eae ſilueſtres fraxini ſunt, paullo latioribus tamen foliis, quam caeterae fraxini, nec deteriorem frondem, quam vlmi praeſtant. Caprae quidem et oues libentius etiam hanc frondem appetunt. Aërea Valer. Argon. 8, 113. *i. excelſa.* Annoſa Virg. Aen. 10, 766. Excelſae Valer. Argon. 3, 485. Humilis Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 140. Rigidae Virg. Ecl. 6, 71. Steriles ſaxoſis montibus Idem Georg. 2, 111. Truncae Stat. Achill. 1, 113. Vaſtae Idem Theb. 5, 18. Aduoluunt ingentes montibus ornos Virg. Aen. 6, 182. Agitantur veteres Hor. Carm. 1, 9, 12. Acciſam ferro eruere antiquam ornum Virg. Aen. 2, 626. Incanuit ornus albo flore pyri Idem Georg. 2, 111. Viduantur foliis orni Hor. Carm. 2, 9, 12.

ORNEVS, a, um. Adi. Orneam frondem bubus recte praebebimus Colum. 11, 2.

ORNY°TVS, *vel* ORNITVS. Teuthides *cognominatus. Vid.* Virg. Aen. 11, 677. *et* Val. Flacc. 3, 173. *et* Stat. Theb. 12, 207 *et* 219.

O R O

ORO, āre. [δέομαι, εὔχομαι, παρακαλῶ] ab Ore fit, *inquit* Varro de L. L. 5, 7 *extr. Eſt nempe ore vti vel ad dicendum, vel ſpecialiter ad rogandum aliquid precibus, et videtur ſane vehementius eſſe, quam* Rogare. Aſcon. *ad* Diu. in Verr. 3 c. 1 Rogare et orare, ne illos ſupplices aſpernarer, *ait*, Rogare vt hominem, orare vt deos. *Et* Vet. Schol. Rogamus homines, oramus deos. Rogamus verbis, oramus vultu, lacrimis, geſtu. *Sed ea non eſſe perpetua, ſatis exempla docebunt. Manebit tamen hoc* orare *plerumque vehementius deſiderium notare.* Orare atque obſecrare aliquem Cic. Verr. 2, 42. Rogare et orare aliquem Idem ibid. 2, 96. Orare et obteſtari aliquem Idem pro Planc. 104. Orare et hortari aliquem Cic. Q. Frat. 1, 1, 36. Plaut. Caſin. 2, 5, 13 Orat, obſecrat, ne Caſinam vxorem ducam. Cic. pro Quint. 10 Orat, atque obſecrat, vt multis iniuriis iactatam atque agitatam aequitatem, in hoc tandem loco conſiſtere et confirmari patiamini. Ter. Hec. 3, 2, 3 Quod te Aeſculapi, et te Salus, ne quid ſit huius, oro. *conf.* Nep. 20, 5, 2. Ter. Andr. 4, 2, 4 Orare iuſſit, ſi ſe ames, hera, iam vt ad ſeſe venias. Cic. pro Roſc. Amer. 93 Orat, vt eam noctem peruigilet. Etiam atque etiam te oro, vt me totum tuendum ſuſcipias Cic. Att. 1', 1. Ter. Andr. 1, 5, 54

> Quod ego per hanc te dextram oro et genium tuum,
> Per tuam fidem, perque huius ſolitudinem
> Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras.

Per omnes deos te oro Hor. Carm. 1, 8, 2. Plaut. Aſin. 4, 1, 38 Tu Pro illa ores, vt ſit propitius. Pro ſalute alicuius aliquem Cic. ad Brut. 16. Deum orauere Ouid. Met. 15, 646. Gentes orare et vrbes Virg. Aen. 6, 92. Salluſt. in Catil. c. 50 Cethegus autem per nuntios familiam atque libertos ſuos electos et exercitatos orabat in Audaciam, vt grege facto, cum telis ad ſeſe irrumperent. Orare aliquem aliquid Suet. Veſp. c. 16. Ter. Andr. 3, 2, 47 Nunc Chremem conueniam: orabo gnato vxorem. *h. e. Orabo, vt filio meo det gnatam ſuam in vxorem.* Plaut. Pſeud. 2, 2, 62 Scin' quid te orem? Orare aliquid ab aliquo, *eſt Petere* Idem Amph. prol. 64. *Et* Trin. 5, 2, 37 Ius hic orat. Plaut. Men. 5, 9, 86 Optumum atque aequiſſimum orat frater. *Et* Perſ. 3, 1, 71 Bonum aequumque oras, ſequere hac. Ter. Heaut. 2, 3, 125 Nam miſere quendam offendi militem, eius noctem orantem. Finem orare malorum Ouid. Met. 1, 723. Hiemes orare ſerenas Virg. Georg. 1, 100. Opem Ouid. Met. 1, 68. Pacem manu Virg. Aen. 10, 80. Veniam dapibus Ouid. Met. 8, 683. Veniam hanc extremam oro Virg. Aen. 4, 435. Vitam Idem ibid. 8, 577. Orare tecum, mecum, *Archaiſmus eſt pro Orare te, me.* Plaut. in Perſ. 1, 3, 37 Quaeſo animum aduorte, hoc enim iam heri narraui tibi: tecumque oraui, vt nummos ſexcentos mihi dares vtendos mutuos. Idem in Curc. 3, 3, 62 Tecum oro, et quaeſo, qui has tabellas afferet tibi, vt ei detur quam iſtic emi virginem. Ter. Hec. 4, 4, 64 Egi, atque oraui tecum, vxorem vt duceres. *Quamuis ſint, qui hunc locum aliter legant.* Cic. Att. 9, 13 Quamobrem a te peto, vel potius et omnibus precibus oro et obteſtor, vt in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi. Multis et ſupplicibus verbis orare vt liceat Cic. Att. 12, 31 (32). Geſtu oraui fugam Ouid. Met. 14, 219. *i. Geſtu rogaui, vt me iuuarent, quo hinc poſſim aufugere.* Orant admittier, *Orant, vt admittantur* Virg. Aen. 9, 231. Orat ignoſcas Plaut. Amph. 1, 1, 101. Modus orandi, qui ſit, prius ordine dicam Virg. Georg. 4, 537. Flectere aliquem orando Idem ibid. 4, 399. ¶ 2 *Quod ſupra indicauimus, etiam* Orare, *ſignificat Agere et dicere.* Ter. Phorm. 2, 1, 62 Seruum hominem cauſam orare leges non ſinunt. Cic. de Clar. Orat. 47 c. 12 Quo neminem vnquam melius vllam orauiſſe capitis cauſam, quum ſe ipſe defenderet, ſe audiente locuples auctor ſcripſit Thucydides. Cauſas orare Virg. Aen. 6, 849. Artem orandi literis tradere Quinctil. prooem. 1, 4. Vera imago orandi Idem 5, 12. Scientia orandi Idem 1, 10, 2. Vires orandi Quinctil. 2, 16. *conf.* Feſt. *it.* Non. 4, 342.

ORANS, antis. Partic. [ἰυχόμενος] Ter. Eun. 5, 5, 14 Atque equidem orante, vt ne id faceret, Thaide. Idem Adelph. 3, 4, 26 Venit ipſus vltro lacrumans, orans, obſecrans. Idem Heaut. 2, 3, 124 Offendi ibi militem eius noctem orantem. Liu. 21, 6 Legati miſſi, auxilium ad bellum iam haud dubie imminens orantes. Virg. Aen. 1, 523 Orantes veniam. Multa deos orans Idem ibid. 9, 24. Murmure pauido orantes Claud. Conſ. Hon. 4, 446. Annuere oranti Virg. Aen. 11, 797. Dictis talibus orantem audiit omnipotens Idem ibid. 4, 219. Aures ſurdas praebere oranti Ouid. ex Pont. 2, 9, 25. Brachia orantia tendere Idem ibid. 2, 9, 65.

ORANDVS, a, um. Partic. [δεητέος] Numina oranda Virg. Aen. 2, 232.

ORĀTVS, a, um. *ſimiliter* Partic. [δεηθεὶς] Plaut. Mil. 2, 6, 9 Sed ſatin' oratus abit? Prece multa oratus Hor. Epiſt. 1, 13, 18. Per diuos oratus Idem Serm. 2, 3, 176. *conf.* Paterc. 2, 70, 1.

ORATVM, i. n. [δεηθὲν] *Quod orauimus.* Ter. Hec. 4, 1, 60 Ne orata noſtra nequeat diutius celare. Id. ibid. 3, 3, 25 Sed, quum orata eius reminiſcor.

ORATVS, ûs. m. [δέημα] *Precatio, rogatio.* Plaut. Caſ. 4, 1, 17 Illarum oratu faciunt. Cic. pro Flacc. 92 c. 37 An etiam ſcripſit oratu tuo? *Correctiora exemplaria legunt* Rogatu. Ipſe autem procerum magnis oratibus actus Coripp. 2, 11.

ORATIO, ōnis. f. [λόγος] *eſt* omnis Locutio, *auctore* Cic. de Clar. Orat. 69. Ter. Phorm. 1, 4, 48 Meminiſtin' olim, vt fuerit veſtra oratio? *i. Non meminiſtis eorum, quae dixiſtis tunc, quum, etc.* Idem Andr. 4, 1, 10 Ibi tum impudentiſſima eorum oratio eſt. Idem ibid. 1, 1, 214 Honeſta oratio eſt. Qualis homo ipſe eſſet, talem eius eſſe orationem, orationi autem facta ſimillima, factis vitam, Socrates differebat Cic. Tuſc. 5 c. 16. Idem de Fin. 2, 20 Atque ibi hoc dicit, vbi omnis eius oratio eſt de ſummo bono. Magna laus et honeſta oratio Cic. Verr. 5, 5. Orationis ſatis eſt: ſequere me, ac tace Plaut. Bacch. 1, 2, 59. Aliena, *vid.* ALIENVS *in* ALIVS. Oratio haec me miſeram, exanimauit metu Ter. Andr. 1, 5, 16. Oratione beneficus, *Qui verbis multa promittit* Plaut. Epid. 1, 2, 14. Orationis operam compendi facere Plaut. Moſt. 1, 1, 57. *h. e. Paucis agere.* Ter. Andr. 2, 4, 4 Orationem ſperat inueniſſe ſe, qua differat te. Orationem ſibi parare, *pro Cogitare, quid dicturi ſimus* Plaut. Pſeud. 1, 5, 39. Oratio *cogitata, et in coetu hominum habita, vno tenore, quae deinde etiam in literas relata eſt, vti exſtant* Donatus *ad* Orationes Ciceronis. Cic. de Senect. 16 Et tamen ipſius Appii exſtat oratio, atque hanc ille egit ſeptem et decem annos poſt alterum Conſulatum, quum inter duos Conſulatus anni decem interfuiſſent. Ter. prol. Andr. 12 Non ita diſſimili ſunt argumento, ſed tamen diſſimili oratione ſunt factae, ac ſtilo: Oratio, *inquit*, in ſenſu eſt: Stilus in verbis. Oratio ad res refertur: Stilus ad verba. Stilus non eſt in tempore: ſed prolata oratione: Oratio autem eſt et in cogitatione, et in prolatu. Orationem in ſententiis dicunt eſſe, Stilum in verbis, Argumentum in rebus. Ergo in poëmate oratio eſt. *Sic decreta et conſtitutiones principum quoque vocatae ſunt orationes, vt* Suet. Tit. c. 6. Cuius orationem legati domum referunt Caeſ. Bell. Ciuil. 1 c. 35. ¶ 2 *Subſtantiua:* Aculei orationis, *vid.* ACVLEVS. Claritas orationis Quinctil. 2, 16. Idem 6, 3 Salſum igitur erit, quod non erit inſulſum, velut quoddam ſimplex orationis Condimentum. Corpus orationis Quinctil. 3, 11. Diuitiae Cic. Fam. 4, 4. Elatio atque altitudo orationis Idem in Brut. 66. *h. e. Graue et grande genus dicendi.* Genus orationis atrox et vehemens, *cui opponitur* Lenitatis et manſuetudinis Cic. de Orat. 2, 200. Genus exangue et aridum Auctor ad Heren. 4, 6. Genus fluctuans et diſſolutum Idem ibid. 4, 6. Habitus virilis Quinctil. 5, 12. Incitatio, *vid.* INCITO. Lenitas et aequabilitas Cic. in Orat. 53. Limatus oratione, Locuples oratione, Ornamenta orationis, *vid. ſſ. ll.* Ornatus orationis Cic. de Fin. 1, 10. Paupertas Id. Fam. 4, 4. Salubritas et ſanitas, et inſania, *it.* Succus Orationis, *vid.* Succus orationis, *in* SVCCVS. Cic. Att. 10, 16 At ille perpauca locutus Summam habuit orationis, vt ſibi ignoſcerem. Veſtitus, *vid.* VESTITVS, *in* VESTIS. ¶ 3 *Epitheta:* Abiecta et humilis oratio, Alta et exaggerata, *contraria* Cic. in Orat. 162. Acceptior plebi, *vid.* ACCIPIO. Accurata Cic. de Clar. Orat. 326. Ibidem 30. *Et* de Amicit. 25. Acris et vehemens Quinctil. 5, 13. Admirabilis, *vid. paullo poſt*, Grauis. Plin. Epiſt. 1, 20 Non enim Amputata oratio et abſciſſa, ſed lata, magnifica et excelſa tonat, fulgurat, omnia denique perturbat ac miſcet. Amputata, *hoc eſt breuis, circumciſa.* Abſciſſa, *manca.* Lata, *copioſa.* Magnifica, *ſublimis.* Excelſa, *illud dicendi genus admirabile continens.* Anguſta et conciſa, collatata et diffuſa oratio Cic. in Orat. 187. Anxia, *vid.* ANXIVS. Apparata, *vid.* APPARO. Aſpera, horrida, triſtis, neque perfecta, neque concluſa Cic. in Orat. 20. Aſpera oratio, *Vehemens* Curtius 6, 9, 28. Aſtrictior contractiorque Stoicorum Cic. in Brut. 120. Caecata, Capitalis, Certa, Circumfluens, Circumciſae, *vid. ſſ. ll.* Circumlata, *vid. paullo poſt*, Deducta. Cohaerens Cic. de Orat. 3, 170. Colorata quadam vrbanitate, Collatata oratio, *vid. hh. vv.* Comta et mitis Cic. de Senect. 28. Concinna, diſtincta, ornata, feſtiua, ſine intermiſſione, ſine reprehenſione, ſine varietate Idem de Orat. 3, 98. Conciſa Quinctil. 2, 20. Concitata Idem 3, 8. Concluſa, *vid. paullo poſt*, Lenis. Condîta, *vid. paullo poſt*, Grauis. Conſumta, Contentioſa, Continens, *vid. hh. vv.* Contorta et acris Cic. in Orat. 65. Contumelioſa Idem pro Planc. 6. Copioſa et elegans, *vid.* COPIA. Copioſiſſima et ornatiſſima Cic. pro Sull. 12. Corruptae et vitioſae Quinctil. 2, 5. Plin. Epiſt. 1, 20 Si tamen detur electio, illam orationem ſimilem niuibus hibernis, id eſt Crebram, aſſiduam et largam, poſtremo diuinam et caeleſtem volo. Criminoſa, *vid. ſub* CRIMEN. Cygnea, *vid.* CYGNVS. Deducta atque circumlata Quinctil. 4, 1. Diſerta Cic. de Orat. 1, 231. Diſſipata, inculta et fluens oratio, et quae plane e numeris non conſtat Idem in Orat. 220. Diſſoluta, et ex diuerſis congeſta Quinctil. 2, 11. Diſtincta Cic. de Orat. 3, 98. Dulcis Idem de Senect. 3. Elegans Idem de Finib. 1, 10. Exaggerata altius Cic. in Brut. 66. *h. e. Graui genere dicendi, et grandibus verbis confecta.* Ne Exilis, ne inculta, ne vulgaris, ne obſoleta ſit oratio Cic. de Orat. 3, 30. Exiles orationes, Serg. Galbae, et redolentes antiquitatem Idem de Clar. Orat. 82. Expedita et perfacile currens Cic. in Brut. 227. Extemporalis Quinctil. 4, 1. Faceta Cic. de Clar. Orat. 272. Facta oratio, *pro Elaborata:* Cic. de Orat. 3, 183 Namque ego illud aſſentior Theophraſto, qui putat orationem, quae quidem ſit polita, atque facta quodammodo, non aſtricte, ſed remiſſius numeroſam eſſe oportere. *Et* 1, 63 Illud verius, neque quemquam in eo diſertum eſſe poſſe quod neſciat: neque ſi id optime ſciat, ignaruſque ſit faciundae ac poliendae orationis, diſerte id ipſum poſſe, de quo ſciat, dicere. Orationem facere *dicimur, non quum habemus, ſed quum rebus et verbis condimus;* Expolire *autem, quum limamus, et elegantiis elocutionis ornamus.* Cic. de Clar. Orat. 30 Sed, vt intellectum eſt quantam vim haberet accurata et facta quodammodo oratio, tum etiam magiſtri dicendi multi ſubito exſtiterunt. Fauorabilis Tacit. Ann. 12, 6. Feruidior, *vid. paullo poſt*, Volubilis. Feſtiua Cic. de Orat. 3, 98. Ficta, *vid. paullo poſt*, Induere. Flexanima atque omnium regina rerum Cic. de Orat. 2, 187 c. 44. Fluens Idem in Orat. 65. Fortis oratio non ſemper quaeritur, ſed ſaepe placida, ſubmiſſa, lenis, quae maxime commendat reos Cic. de Orat. 2, 18. Grandis Idem de Clar. Orat. 272. Grauis et ſplendida Idem de Finib. 3, 19. Grauis, ſuauis, condîta, liberalis, admirabilis, polita, conſperſa ſit quaſi verborum ſententiarumque floribus Cic. de Orat. 3, 94. Hilarior renidet, *vid.* RENIDEO. Honora Tacit. Ann. 3, 5. Cic. Fam. 5, 2 Quum tu ipſe mihi dixiſti orationem meam non ſolum in te Honorificam, *etc.* Horrida, *vid. paullo poſt*, Lenis. Ieiuna, Immoderata, Immodica, Impudens, *vid. hh. vv.* Incitata, grauis, et vehemens Cic. de Clar. Orat. 93. Incitata, volubilis, non redundans, nec circumfluens oratio Id. ibid. 203. Inculta, *vid. ſ. l.* Inelaborata, *vid. paullo poſt*, Simplex. Inflata et quae turget oratio, ſaepe imperitis videtur grauis Auctor ad Heren. 4, 6. Ingrata, *vid. h. v.* Inſtructa, *vid. paullo poſt*, Lenis. Intorta, *vid. ſub* INTORQVEO. Iuncta Cic. de Orat. 3, 170. Iucunda, *vid. paullo poſt*, Facere. Lenis, inſtructa, et terminata oratio, *cui opponitur*, Aſpera, triſtis, horrida, neque perfecta, neque concluſa Cic. in Orat. 20. Liberalis, *vid. paullo ante*, Grauis. Locuples, Luculenta, *vid. ſſ. ll.* Magnifica Tacit. Hiſt. 2, 90. Mitis Cic. de Senect. 28. Mitiſſima Idem Fam. 5, 4. Mollis et liberalis, *vid.* MOLLIS. Morata, *vid.* MOS. Multa, varia et copioſa Cic. de Orat. 2, 214. Nata, *vid.* NASCOR. Nitida de horridis, plena de ieiunis, noua de peruulgatis quaedam eſt oratio Cic. de Orat. 3, 48. Nobilis, *vid.* NOBILIS. Numeroſa, *vid.* NVMERVS. Obſcura quia peracuta, rapida et celeritate caecata oratio Cic. de Clar. Orat. 264. Obſoleta, *vid. h. v.* Oratoria Cic. de Orat. 1, 231. Ornata Idem ibid. 3, 98. Pacatior philoſophorum oratio, oratorum pugnacior Cic. de Clar. Orat. 121. Pedeſtris, *vid.*

vid. h. v. in PES. Pellucens, *vid. ſ. l.* Peracuta, *vid. paullo ante*, Obſcura. Perelegans et perſubtilis Cic. pro Planc. 58. Perfecta, *vid. paullo ante*, Lenis. Perpetua Quinctil. 2, 20. Perpolita Cic. de Orat. 1, 31. Perurbana Idem de Clar. Orat. 272. Placida, *vid. paullo ante*, Fortis. Polita, *vid. paullo ante*, Grauis: *et paullo poſt*, Vibrans. Pugnax, *vid. paullo ante*, Pacatior. Putiſſima, *vid.* PVTVS. Rapida, *vid. paullo ante*, Obſcura. Redundans, *vid. paullo ante*, Incitata. Regina rerum Quinctil. 1, 12. *Conf.* Cic. de Orat. 2 c. 44. Saeua criminoſaque et virulenta Gell. 18, 3. Secunda, *Grata, fauens, plauſibilis.* Salluſt. Iugurth. c. 65 Hominem ob morbos animo parum valido, Secunda oratione extollit: illum regem, ingentem virum, Maſiniſſae nepotem. Seueriſſima Quinctil. 6, 3. Simplex, et grauis Idem 3, 8. Simplex, ac inelaborata Idem 4, 1. Spinoſa et exilis Cic. de Orat. 1, 83. Splendida, grandis, faceta et perurbana Idem de Clar. Orat. 272. Stabilis oratio, *cui* Volubilis *opponitur* Idem in Orat. 187. Stabilis *dicitur propter ſyllabas longas:* Volubilis *autem propter breues. Hoc aperit* Quinctil. 9, 4 *qui quum pedes orationis enumeraſſet, ita ſubiungit:* Horum pedum nullus non in orationem venit; ſed quo quique ſunt temporibus pleniores, longisque ſyllabis magis Stabiles, hoc grauiorem faciunt orationem: breues, celerem ac mobilem. Suauis, *vid. paullo ante*, Grauis. Summiſſa, *vid. paullo ante*, Fortis. Tacens Quinctil. 2, 18. Terminata, *vid. paullo ante*, Lenis. Cic. in Orat. 65 Quoniam genere orationis fuſo atque Tracto, et cum lenitate quadam aequabili profluit hiſtoria. Triſtis, *vid. paullo ante*, Lenis. Varia oratio, *vid. paullo ante*, Multa. Vehemens, *vid. paullo ante*, Incitata. Vibrans, incitata, accurata, et polita Cic. de Clar. Orat. 326. Virilis et fortis Idem de Orat. 1, 231. Vitioſa Quinctil. 2, 5. Cic. in Orat. 64 Mollis eſt enim oratio Philoſophorum et Vmbratilis. Mollis: *quoniam neruis et aculeis oratoriis caret, nec aduerſarium pungere ſtudet.* Vmbratilis: *quoniam veras pugnas non imitatur in ſole atque puluere. Vocamus enim* pugnam vmbratilem, *quae ſit exercitationis tantum gratia: et* Vitam vmbratilem Tuſc. 2, 27 *vocat* Cicero, *Mollem et delicatam. Vid.* Vmbratilis, *in* VMBRA. Volubilis et paullo feruidior erat oratio Appii Cic. de Clar. Orat. 108. Vulgaris Idem de Orat. 3. ¶ 4 *Verborum formulae:* Aberrauit oratio, *vid.* ABERRO. Cic. Off. 1, 135 Si Aberrare ad alia coeperit, ad haec reuocetur oratio. Abhorret oratio ab vtilitate audientis, *vid. h. v.* Cic. pro Corn. Balb. 17 Neque Cn. Pompeius, cuius oratio omnibus ornamentis Abundauit, *etc.* Accommodare orationem, Adduci oratione, Adhibere orationem, *vid. hh. vv.* Adhibet lumen rebus oratio Cic. de Orat. 3, 47. Adhinnire ad orationem, Agere orationem, *vid. hh. vv.* Aucupare Cic. pro Sext. 119. Cadere in orationem, *vid.* CADO. Caecatur celeritate oratio Cic. de Clar. Orat. 264. Caneſcit oratio, Carpere, Claudicat oratio, Coërcere orationem rapidam, Cohaeret oratio, Complecti oratione, Comprimere orationem, Conferre, Conformare, Conſiſtere oratione, Conſonat moribus oratio, Conterere aliquem oratione, *vid. ſſ. ll.* Conuertere oratione motus populi, iudicum religiones, Senatus grauitatem Cic. de Orat. 1, 31. Currit oratio, *vid.* CVRRO. Defendere orationem a taedio Quinctil. 6, 3. Cic. pro Planc. 74 Recitetur oratio, quae propter eius magnitudinem Dicta de ſcripto eſt. Diſtinguere et illuſtrare orationem, *vid.* ILLVSTRIS. Diſtinguitur atque illuſtratur oratio maxime raro inducendis locis communibus Cic. de Inuent. 2, 49. Effingit mores oratoris oratio Idem de Orat. 2, 184. Enitet, *vid.* ENITEO. Eſſe orationem alicui cum aliquo Cic. pro Sext. Euomere orationem ore impuriſſimo in aliquem Idem Philipp. 5, 20. Explicat orationem ſane longam et verbis valde bonis Idem de Lege Agrar. 2, 13. Exprimere oratione mores aliquorum Idem de Orat. 2, 184. Facere iucundam et ornatam Quinctil. 4, 3. Iunctam, cohaerentem, lenem et aequabiliter fluentem orationem Facit verborum collocatio Cic. de Orat. 3, 170. Fertur quaſi torrens oratio Idem de Finib. 2, 3. Flacceſcit oratio, *vid.* FLACCEO. Habere orationem contra aliquem Quinctil. 2, 17. Habere multam de aliqua re Cic. Tuſc. 5, 94. Iacet oratio, *vid.* IACEO. Illuminare, *vid.* ILLVMINO. Illuſtrare Cic. de Orat. 3, 91. Imprimitur animo oratio, Includere orationi ſuae aliquid, Inducebar orationibus tuis, *vid. ſſ. ll.* Induere fictam orationem Quinctil. 4, 1. Inflectere, Infracta, Infundere in aures alicuius, Ingredi orationem, et in orationem, Inſtituere cum aliquo, Interimit me haec oratio, Interrumpere mediam alicuius orationem, Interuertere, *vid. hh. vv.* Loquitur oratio Quinctil. 6, 1. Modulari, Nitêre dicitur oratio, *vid. hh. vv.* Notat et illuminat maxime orationem tanquam ſtellis quibusdam verbum translatum Cic. de Orat. 3, 169. Obcaecat orationem totam narratio obſcura, Obire oratione quippiam, Opprimere orationem alicuius, *vid. ſſ. ll.* Ornata grauibus verbis oratio et perpolita Cic. de Orat. 1, 31. Percurrit oratio, Perorare orationem, *vid. hh. vv.* Ponere modum orationi Tacit. Ann. 4, 9. Promere orationem de ſe Idem Hiſt. 2, 90. Recitare, *vid.* Dicere, *ſupra.* Refrigeſcit oratio Quinctil. 4, 3. Renidet oratio hilarior, *vid.* RENIDEO. Scribere orationes Quinctil. 2, 17. Cic. Brut. 91 c. 24 Pleraeque Scribuntur orationes habitae iam, non vt habeantur. Scripta elegantiſſime Cic. Attic. 15, 1. Sum. *vt*, In manibus eſt oratio, *vid.* MANVS. Turget oratio, *vid. paullo ante*, Inflata. Verſari orationem in aliquo Cic. de Orat. 1, .

ORATIVNCŬLA, ae. f. Dimin. [λογίδιον] Cic. de Nat. Deor. 3, 43 c. 17 De quibus in illa aureola oratiuncula dicit Laelius.

ORĀTOR, ōris. m. [ῥήτωρ] *Si audimus* Catonem *apud* Quinctil. 12, 1, 1 Orator eſt vir bonus, dicendi peritus, *quod* Herennius Senecio *in Regulum dicens apud* Plin. Epiſt. 4, 7, 5 *inuertit*, eſt vir malus dicendi imperitus. Feſtus, Oratores ex Graeco ἀρᾶσθαι dicti, quod miſſi ad reges nationesque, deos ſolerent teſtari; hi modo appellantur legati. Ter. prol. Hec. 9 Orator ad vos venio ornatu prologi, ſinite exorator ſiem. *De hoc intellectu mox plura. Nunc finitiones quasdam* Oratoris *communi ſignificatione dicti videamus.* Is orator erit mea ſententia, hoc tam graui dignus nomine, qui, quaecunque res inciderit, quae ſit dictione explicanda, prudenter et compoſite, et ornate, et memoriter dicat cum quadam etiam actionis dignitate Cic. de Orat. 1, 64. Plenus et perfectus orator eſt, qui de rebus omnibus poſſit varie, copioſeque dicere Idem ib. 1, 59. Orator verborum, Actor rerum Idem ib. 3, 54. Proprium oratoris eſt apte, ornate, diſtincteque dicere Cic. Off. 1, 1. Solum, et quaſi fundamentum oratoris, *vid.* SŎLVM. Decet oratorem late exprimere, *quae* anguſte diſſerunt dialectici Cic. in Partit. 138. Eloqui compoſite, ornate, copioſe, oratoris eſt Idem de Orat. 1, 48. ¶ 2 Oratores, *qui nunc legati, quod nempe adhiberentur ad eam rem, qui poſſent cauſas orare.* Liu. 1, 15 Veientes, pacem petitum oratores Romam mittunt. Virg. Aen. 11, 331 Centum oratores prima de gente Latina Ire placet. *Et* 7, 152 Delectos ordine ab omni Centum oratores auguſta ad moenia regis Ire iubet. *Vid.* Varr. L. L. 6, 3. Foederum, pacis, belli, induciarum oratores Cic. de Legib. 2, 21. Oratores pacis petendae Liu. 9, 43. *De demagogis*, Proueniebant oratores noui, ſtulti, adoleſcentuli Naeuius *apud* Cic. de Sen. c. 6 *extr.* Ouid. Met. 13, 196 Mittor et Iliacas audax orator ad arces. ¶ 3 *Epitheta oratoris.* Canorus et volubilis Cic. de Clar. Orat. 105. Conſummatus Quinctil. 2, 19. Cumulatus omni laude, *vid. ſub* CVMVLVS. Graeci oratores qui dicantur, Impetrabilis, *vid. ſſ. ll.* Inconditus Cic. in Orat. 233. Mediocris, Neruoſus, Statarius, *vid. ſſ. ll.* Cic. in Brut. 116 Habemus igitur in Stoicis oratoribus Rutilium Scaurum in antiquis. *i. Inter oratores, qui Stoicos philoſophos ſunt imitati, de quorum ſtilo genereque dicendi paullo ante dixerat:* Stoicorum peracutum et artis plenum orationis genus, ſed tamen et exile, nec ſatis populari aſſenſioni accommodatum. Ibid. 120 Stoicorum aſtrictior eſt oratio, aliquantoque contractior, quam aures populi requirunt. Strigoſus orator, *vid.* Succus orationis, *in* SVCCVS. Tolerabilis Cic. in Brut. 178. *et* de Orat. 1, 8. Vendibilis, *vid. h. v.* Vehemens Iuuen. Sat. 11, 34. ¶ 4 *Verborum formae:* Diſſoluere compoſiti oratoris bene inſtructam collocationem Cic. in Orat. 232. Efficere oratorem Quinctil. 1, 10. Effingere Idem 5, 12. Facere Idem 1, 10. Formare Idem 1, 1. Inchoare et informare perfectum, *vid.* INCHOO, *et* INFORMO. Inflare vehementius dicitur orator, *vid.* INFLO. Inſtituere Quinctil. 1, 1. Inſtruere, *vid.* INSTRVO. Mittere Cic. de Clar. Orat. 55. Mittere oratores petitum pacem, *vid.* MITTO. Orator; *Liber* Ciceronis *dicitur, in quo informatur orator. De hoc ipſe* Cic. Fam. 15, 20 Oratorem meum (ſic enim inſcripſi) Sabino tuo commendaui.

ORATORIVS, a, um. Adi. [ῥητορικὸς] *Quod ad oratorem pertinet.* Vis oratoria Cic. in Partit. 81. *Et* Acad. 1, 32 Sic ornamenta oratoria. Ingenium oratorium, *vid.* INGENIVM. Inſtitutio Quinctil. Tryphoni. Cic. de Orat. 1, 231 Sic illam orationem diſertam ſibi et oratoriam, fortem et virilem non videri. Ornamenta Idem de Cl. Orat. c. 75. Ornatus Quinctil. 3, 1. Vrbanitas Idem 6, 3.

ORATORIE. Adu. [ῥητορικῶς] *Oratoris more, h. e. Ornate et eleganter.* Cic. in Orat. 227 c. 68 Nihil enim eſt aliud Brute (quod quidem tu minime omnium ignoras) pulchre et oratorie dicere, niſi optimis ſententiis, verbisque lectiſſimis dicere.

ORATORIA, ae. f. [ῥήτρα] *Oratrix.* Quinct. 2, 14 *pr.* Oratoria ſic effertur vt elocutoria, oratrix vt elocutrix.

ORATORIVM, i. n. [εὐκτήριον] *Locus precationis, Templum. Vid.* Auguſtin. Epiſt. 109. *et* Vulg. Int. Iudith. c. 9, 1.

ORĀTRIX, īcis. f. Plaut. Mil. 4, 2, 80 Quum me oratricem haud ſpreuiſti, ſiuiſtique exorare ex te. Quinct. 2, 14 *pr.* Rhetoricem in Latinum transferentes, tum Oratoriam tum Oratricem nominauerunt.

ORAMENTVM, i. n. *Quidquid ad orandum valet.* Mutari poteſt blandimentis, oramentis caeteris meretriciis Plaut. Truc. 2, 2, 63 *vt legit Meurſ.*

OROBANCHE, es. f. [ὀροβάγχη] *Quaſi tu* Eruanginam *dicas, quod eruum circumligata ſtrangulet et enecet: Herba eſt ſubrubens, ſubhiſpida, caule duorum palmorum, aut paullo amplius.* Plin. 22, 25 Orobanchen appellauimus necantem eruum et legumina, alii cynomorion eam appellant, *etc. Fortaſſis eſt noſtra Cuſcuta. Conf.* Plin. 18, 17. *et* 26, 8. *Al.* Orobathion Plin. 26, 8. *et* Orobethron Apul. de herb. c. 7.

OROBIA, ae. f. *Turis genus*, minoribus conſtans guttis, *teſte* Plin. 12, 14 Ab erui ſimilitudine ita dictum: *quanquam in vulgatis primum* Plinii *exemplaribus* Arabiam *corrupte legimus pro* Orobia, *quod etiam annotauit Hermolaus.*

OROBĪTIS, is. f. [ὀροβῖτις] Coloris ſpecies ex lutea herba confecti Plin. 33, 5.

OROBINVS, a, um. Adi. *Color eruorum.* Plin. 37, 10.

ORŎBVS, i. m. [ὄροβος] *Eruum Dioſc.* 2, 100.

ORŌDES, is. m. [Ὀρώδης] *Rex Parthorum, qui Craſſum Romanum cepit et occidit. De quo Plutarchus in Craſſo. Conf.* Iuſtin. 42, 4. *et* Paterc. 2, 46, 4. *Eſt et* Orodes *apud* Virg. Aen. 10, 732 *etc. a Mezentio interfectus.*

OROETICVM, i. n. *Inter Vina transmarina.* Plin. 14, 7.

OROMĔDON, ontis. m. *Gigantis nomen apud* Propert. 3, 8, 48.

ORONTES, is. m. [Ὀρόντης] *Vir Troianus, qui Troia capta cum Aenea in Italiam nauigans, naufragium fecit, vt ſcribit* Virg. Aen. 1, 113 Vnam, quae Lycios, fidumque vehebat Orontem, *etc.* Acer Orontes Idem ib. 1, 117. Ductor Lyciae claſſis Idem ibid. 6, 334. ¶ 2 *Eſt et* Orontes, Phoeniciae fluuius, *vt ſcribit* P. Mela 1, 12. *Et* Plin. 2, 103 Natus inter Libanum et Antilibanum, *vt idem* ſcribit 5, 22. Lucan. 3, 214 Accedunt Syriae populi: deſertus Orontes, Et felix (ſic fama) Ninos. Eous Orontes Stat. Silu. 4, 7, 46. Iuuen. Sat. 3, 62 Iampridem Syrus in Tyberim defluxit Orontes.

ORONTĒVS, a, um. Adi. [Ὀρόντειος] Myrrha Orontea Propert. 1, 2 *pr.*

ORŌPVS, i. f. Oppidum in Attica, in confinio Boeotiae Plin. 4, 7. *Sunt autem plura eius nominis.*

OROPYGIVM, i. n. [ὀῤῥοπύγιον] *Extrema pars ſpinae: vide Medicos. Conf.* VROPYGIVM.

OROZĒLON, i. n. *Herba eadem, quae Chamaepitys.* Apul. de Herb. c. 26.

O R P

ORPHĂNVS, i. m. [ὀρφανὸς] *Qui caret patre praeſidioque paterno. Hinc*

ORPHANOTROPHĪVM, i. n. Leg. 22 Cod. de SS. Eccleſ. *Et* l. Omn. priu. C. de Epiſc. et Cler.

ORPHANOTRŎPHVS, i. m. Ibidem.

ORPHEVS, ei. m. [Ὀρφεὺς] *Duarum ſyllab. Poëta ſiue vates praeſtantiſſimus, Apollinis et Calliopes filius, vel vt alii, Oeagri fluuii, et Polymniae Muſae. In Thracia praeſertim floruit. Vxorem habuit Eurydicen, cuius mortuae cauſa etiam ad inferos deſcendit, vt illam recuperaret. Vid.* Virg. Georg. 4, 454. *et* Ouid. Met. 10, 4. *et* 11 *pr. vbi mortem etiam eius enarrat. Declinatur* Orpheus, eos, ei, ea, *etc. Vel* Latine,

Latine, Orpheus, ei, eo, eum. *Exempla vtriusque inflexionis apud Poetas inueniuntur.* Orphei, *Graeco Datiuo vſus eſt* Virg. Georg. 4, 545 Inferias Orphei lethaea papauera mittes. Orphea, *Accuſatiuus.* Ouid. Met. 11, 5 Tumuli de vertice cernunt Orphea percuſſis ſociantem carmina neruis. Blandus teſtudine Orpheus Valer. Argon. 1, 187. Rhodopeius Ouid. Met. 10, 50. Sacer Calliopae genus Senec. Herc. Oet. ſ. 8. Thracius Virg. Ecl. 4, 57. Threicius Hor. Carm. 1, 24, 13. Vocalis Idem ib. 1, 12, 8.

ORPHĔVS, a, um. Adi. triſyll. [Ὀρφεῖος] Vox Orphea Ouid. Met. 10 *pr.* Cantus Orpheus Claud. Conſ. Mall. Theod. 252. Claud. ad Alechium Quaeſt. 24, 11 Orpheos alii libros impune laceſſunt. Orpheus, *idem quod Thracius.* Martial. 1, 21 Quidquid in Orpheo Rhodope ſpectaſſe theatro Dicitur, exhibuit Caeſar arena tibi.

ORPHĬCVS, a, um. Adi. Orphicum carmen Cic. de Nat. Deor. 1, 107.

ORPHAĬCVS, a, um. Adi. *Qui Orphei dogmata interpretantur.* Liberum Patrem Orphaici νοῦν ὑλικὸν ſuſpicantur intelligi Macrob. Somn. Scip. 1, 12.

ORPHNAEVS, i. m. [Ὀρφναῖος] *Equus Plutonis, a tenebris nomen habens. Huius meminit* Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 283 *vna cum aliis*,

> Orphnaeus crudele micans, Aethonque ſagitta
> Ocior, et Stygii ſublimis gloria Nycteus
> Armenti, Ditisque nota ſignatus Alaſtor.

ORPHVS, i. m. *Piſcis ſpecies.* Plin. 9, 16. *et* 32, 11. Ouid. Hal. v. 103 *vocatur* Orphas. *Vid. Vlit. ad h. l.*

O R S *et* O R T

ORSILŎCHE, es. f. *Nomen Tauricae Dianae.* Ammian. 22, 8 Immolantes aduenas Dianae, quae apud eos dicitur Orſiloche. *Conf. Hadr. Iun. Animadu.* 4, 23.

ORSVS, *vid.* ORDIOR.

ORTHAMPELOS, i. f. Vitis ipſa ſe ſuſtinens Plin. 14, 3. *quaſi* erectam vitem *dicas.*

ORTHANVS, i. m. *Bacchi epitheton. Vid. Heinſ. et Drakenb. ad* Sil. 3, 395.

ORTHIVS, a, um. Adi. *Arduus, erectus.* Orthium carmen, [ὄρθιος νόμος] *Genus eſt modulationis muſicae, quod Arionem cecinisse refert Herodotus lib. 1 priusquam ſe in mare praecipitaret: ſic forte dictum, quod eius carminis numeri quam altiſſima et intentiſſima voce ferrentur, ὄρθιον enim Graeci dicunt, quod arduum eſt, et quam altiſſima voce eleuatum.* Gell. 16, 19 Stansque in ſummae puppis foro, carmen quod Orthium dicitur, ſub altiſſima voce cantauit.

ORTHOCISSVS, i. m. [ὀρθοκισσος] *Hederae ſpecies, quaſi erecta hedera.* Columel. 11, 2 Orthociſſos et hederas idibus Februarii poni oportere.

ORTHOCŌLVS, a, um. *Affectus neruorum, quo perpetuo tenduntur, nec poſſunt inflecti.* Veget. 2, 54 Iumenta orthocola.

ORTHODOXVS, i. m. [ὀρθόδοξος] *Rectae ſententiae aut fidei. δόξα enim* ſententiam *ſignificat. Vtuntur* Iſidor. 7, 14. Hieron. Epiſt. 144 ad Damaſ.

ORTHOEPĪA, ae. f. Emendata cum ſuauitate vocum explanatio Quinctil. 1, 5 *et* 6.

ORTHOGŌNIVS, a, um. Adi. [ὀρθογώνιος] *Quod rectis angulis conſtat, vel incluſum eſt.* Columel. 5, 2 Orthogonius ager.

ORTHOGRAPHIA, ae. f. [ὀρθογραφία] *Latine Recta ſcriptura dicitur.* Quinctil. 1, 7 Quod Graeci orthographiam vocant, nos recte ſcribendi ſcientiam nominemus. *Conf.* Suet. Aug. c. 88. ¶ 2 Orthographia *in architectura eſt, quum iam non planum opus, imaque operis veſtigia imaginamur, ſed ſubrectum, et frontem attollens, quaſi erecti operis, aduerſique deſcriptio. Haec eſt* Erecta frontis imago, modiceque picta futuri operis figura. *Vid.* Vitruu. 1, 2. *et Balduin. Lex. Vitruu. p.* 78.

ORTHOGRAPHVS, i. m. *Artis orthographicae peritus. Vid.* Caſſiodor. de Orthogr. *Sed.* Mart. Cap. 1 p. 17 Clotho, Lacheſis, Atroposque — ſententias Iouis Orthographae (*ſic leg. pro* Orthographiae) ſtudio veritatis excipiunt, *i. recte et conſtanter ſcribentes. Vid.* PARCA.

ORTHOGRAPHĬCVS, a, um. Adi. Caſſiod.

ORTHOMASTĬVS, a, um. Adi. Orthomaſtia Poma dicuntur ab effigie mammarum rectarum Plin. 15, 14.

ORTHOMINIVM, i. n. *Lini ſpecies.* Plin. 19, 1.

ORTHONNA *inter herbas ita commemoratur a* Plinio 27, 12 ſ. 85 Orthonna in Syria naſcitur, ſimilis erucae, perforatis crebro foliis, flore croci, *etc.*

ORTHOPNOĬCVS, i. m. [ὀρθοπνοϊκὸς] *Qui eam anhelitus difficultatem* habet, vt niſi recta ceruice ſtet, ſpirare non poſſit. Plin. 20, 14 Orthopnoicis, torminibus, cholericis efficaciſſimum. Iumentum Veget. 3, 46.

ORTHOPNOEA, ae. f. [ὀρθόπνοια] *Paſſio ipſa, et difficultas anhelitus. Eſt enim circa fauces malum, quod apud Graecos aliud atque aliud nomen habet, prout ſe magis minusque intendit, omne tamen in ſpirandi difficultate conſiſtit.* Celſ. 4, 4 *de difficultate ſpirandi,* Quum vehementior eſt, vt ſpirare aeger ſine ſono et anhelatione non poſſit, aſthma. Quum acceſſit id quoque, ne niſi recta ceruice ſpiritus trahatur, orthopnoea. Plin. 21, 20 Crapulas quoque et orthopnoeas diſcutit.

ORTHOSTĂTA, ae. m. [ὀρθοστάτης] Vitruuius 2, 8 Quod ſi quis noluerit in id vitium incidere, medio cauo ſeruato ſecundum orthoſtatas intrinſecus e rubro ſaxo quadrato, aut ex teſta, aut ex ſilicibus ordinariis ſtruat bipedales parietes, et cum anſis ferreis et plumbo frontes vinctae ſint. Ita enim non aceruatim, ſed ordine ſtructum opus poterit eſſe ſine vitio ſempiternum, quod cubilia et coagmenta eorum inter ſe ſedentia, et iuncturis alligata non protrudent opus, neque orthoſtatas inter ſe religatos labi patientur. *Ipſe* Vitruuius *ibidem, et* 10, 17 Poſtes *vocat: alibi* c. 16 Arrectaria tigna, *teſte Budaeo.*

ORTHRAGORISCVS, i. m. [ὀρθραγορίσκος] *Piſcis.* Plin. 32, 2 Appion maximum piſcium eſſe tradit porcum, quem Lacedaemonii orthragoriſcum vocant. Grunnire eum cum capiatur.

ORTHIVS, i. m. *Canis apud inferos. Vid. N. Heinſ. ad* Sil. 13, 845.

ORTON. [Ὄρτων] *Ptolemaeo 3, 1 Pelignorum vrbs: hodie Ortona. Vid. Sigon. ad* Liu. 11, 43 *pr.*

ORTVS, i. *vid.* HORTVS.

ORTVS, a, um. *et* ORTVS, ûs. *Vid.* ORIOR.

ORTYGIA, ae. f. [Ὀρτυγία] *Inſula in mari Aegeo, quae conſuetius Delos dicitur. Dicta* Ortygia (*teſte* Solino c. 18 *pr.*) quia in ea primo viſae ſunt coturnices, quas Graeci ὄρτυγας vocant. *Fabuloſas etymologias dabit* ex Lutatio *et* Seruio *Barth. ad* Stat. Theb. 4, 796. *Breuiter* Hyg. f. 53 *cum dixiſſet*, Aſterien *vbi vid. eſſe in* Ortygiam *inſulam mutatam*, Haec, *inquit*, mobilis fuit: quo poſtea Latona ab Aquilone vento delata eſt, iuſſu Iouis, tum cum eam Python perſequeretur: ibique oleam tenens Latona peperit Apollinem et Dianam. Quae inſula poſtea Delos eſt appellata. *Nempe ſi recte* Ouid. Met. 15, 337 Tempusque fuit, quo nauit in vndis, Nunc ſedet Ortygie. *Fuit et alia hoc nomine inſula circa Siciliam, quae ponte iungitur Syracuſis, et fontem habet Arethuſam. Haec ex oppoſito eſt Plemmyrii Siciliae amnis, de qua* Virg. Aen. 3, 694 *et* Ouid. Met. 5, 499. 640. Oraculum Ortygiae Virg. Aen. 3, 143. Linquimus Ortygiae portus Idem ib. 3, 124. Dea Ortygia, *Diana, quae in Ortygia inſula quam Delon alio nomine dixerunt, nata fuit* Ouid. Met. 1, 694. Ortygiae boues Ouid. Faſt. 5, 692 *Quas Mercurius Apollini Ortygio id eſt Delio ſubduxit.*

ORTYGOMETRA, ae. f. [ὀρτυγομήτρα] *Regina, aut mater adeo, coturnicum, maior aliquanto, ac nigrior auis.* Plin. 10, 23 *de coturnicibus loquens*, Aquilone ergo maxime volant, ortygometra duce.

ORTYX, ўgis. f. [ὄρτυξ] *Auis, quae Coturnix dicitur.* ¶ 2 Ortyx, *Herba, de qua* Plin. 21, 17 Stelephuros quam quidam ortyga vocant, alii plantaginem.

O R Y

ORYX, ўgis. m. [ὄρυξ] Plin. 2, 40 Orygen appellat Aegyptus feram, quam in exortu eius (Caniculae ſideris ſcilicet) contra ſtare, et contueri tradit, ac velut adorare quum ſternuerit. Idem 8, 53 ſ. 79 *de ſemiferis animalibus loquens*, Sunt et oryges, ſoli a quibusdam dicti, contrario pilo veſtiti, et ad caput verſo. Columel. 9, 1, 1 Ferae pecudes vt capreoli, damaeque, nec minus orygum ceruorumque genera et aprorum, modo lautitiis et voluptatibus dominorum ſeruiunt, modo quaeſtui ac reditibus. *Et ſ.* 7 Nec vero patiendus eſt oryx aut aper, aliusue quis ferus vltra quadrimatum ſeneſcere. Plin. 10, 73 ſ. 94 Orygem perpetuo ſitientia Africae generant et natura loci potu carentem, et mirabili modo ad remedia ſitientium. Namque Gaetuli latrones eo durant auxilio, repertis in corpore illorum ſaluberrimi liquoris veſicis. Idem 11, 46 ſ. 106 Vnicorne et biſulcum Oryx. Iuuenal. 11, 140 Gaetulus Oryx. Mart. 13, 95 Saeuus Oryx. *Conf. Bartholin. de Vnicornu* c. 10-13. Salmaſ. ad Solin. p. 157. *Inſtar omnium eſt Bochartus Hieroz. Tom.* 1 p. 945 ſqq.

ORYZA, ſ. ORIZA, ae. f. [ὄρυζα] *Frumenti genus, quod ita deſcribit* Plin. 18, 7 ſ. 13 Maxime quidem oryza gaudent *Indi*, ex qua ptiſanam conficiunt, quam reliqui mortales ex hordeo. Oryzae folia carnoſa, porro ſimilia, ſed latiora: altitudo cubitalis, flos purpureus, radix gemmeae rotunditatis. Idem 28, 8 ſ. 28 Crocodilos *terreſtres quidam* captos oryza tantum paſcunt. Horat. Serm. 2, 3, 155 Ptiſanarium oryzae *laudat.*

O S

OS, ōris. n. [στόμα] *Proprie Concauum illud labiis ſeptum, tectum genis, intra quod ſunt lingua et dentes.* Plin. 11, 37 Continui dentes aut vtraque parte oris ſunt, vt equo: aut ſuperiore primores non ſunt, vt bobus, ouibus. *In Plurali*, Ora, ium, ibus. Virg. Aen. 8, 486 Componens manibusque manus, atque oribus ora. Idem 10, 566 Quinquaginta oribus ignem Arſiſſe. *Pro Genitiuo* orium *laudatur* Plin. 20, 9 ſ. 36 Vitia orium graueolentiamque ſanare affirmat Cato. *Sic Deſpauterius in Heteroclitis, verum recte hodie legitur:* Adeo vt aridae quoque (braſſicae) farinam — odore tantum naribus rapto, vitia earum graueolentiamque ſanare affirmet. Os, *de brutis:* Virg. Aen. 12, 8 *de leone*, Impauidus frangit telum, et fremit ore cruento. *Eſt etiam herbae nomen.* Columel. 10, 99 Narciſſique comas, et hiantis ſaeua leonis Ora feri. Os, *de gallina:* Plin. 10, 56 Ore rubicundo. *Quin de rege apum* Virg. Georg. 4, 92 Inſignis ore *i. facie, i. forma.* Os, *de Sermone:* Victor de Viris illuſt. c. 80 *pr.* Mithridates rex Ponti, oriundus a ſeptem Perſis, magna vi animi et corporis, vt ſex iuges equos regeret, duarum et viginti gentium ore loqueretur. Anhelitus oris Ouid. de Arte Am. 3, 803. Anhelitus triſtis male odorati oris Idem ib. 1, 521. Decor oris Id. Faſt. 2, 774. Decus Ouid. Met. 3, 422. Dos oris, *Suauitas dicendi aut canendi* Idem ib. 5, 562. Inanitas Quinct. 1, 11. Odor grauis Ouid. de Arte Am. 3, 277. Receſſus Quinct. 1, 5. Saliua Lucret. 4, 1102. Suauitas Quinctil. 6 prooem. Vitia Quinctil. 1, 5. ¶ 2 *Epitheta:* Adoperta ora Ouid. Met. 5, 194. Adunca ora boum, *i. Curua* Idem Epiſt. 12, 16. Aegrum os Sil. 13, 717. Animoſi oris Accius Ouid. Amor. 1, 15, 19. Arguta blandis querelis Stat. Silu. 2, 1, 45. Balbum Hor. Epiſt. 2, 1, 126. Candida *tauri* Ouid. Met. 2, 861. Cornea, *i. Roſtrum auis* Idem ib. 8, 545. Corruptum Quinctil. 1, 1. Coruſcum Claud. in Conſ. Stil. 1, 2, 276. Criſtati oris ales, *gallus* Ouid. Met. 11, 597. Culti facundia Idem Faſt. 1, 21. Diſcordia ora, *linguae diuerſae* Virg. Aen. 2, 423. *Sic pro vocibus et ſermonibus diuerſis.* Diſſona vulgi Lucan. 3, 290. Dulce os, *Facundum.* Ouid. Met. 12, 577 Haec poſtquam dulci Neleius edidit ore. Falſi oris ambages Ouid. Met. 10, 19. Faticanum os Idem ib. 9, 417. *Foedi Oris deſcriptio* Sidon. 3, 13 Praetendit os etiam labris Plumbeum, rictu Ferinum, gingiuis Purulentum, dentibus Buxeum, quod Spurcat frequenter exhalatus e concauo molarium computreſcentium Mephiticus odor, quem ſupercumulat eſculenta ructatio de dapibus heſternis, et redundantium ſentina coenarum. Foetidum Cic. in Piſon. 23. Formoſum Ouid. Met. 3, 461. Frenatum equi Hor. Epiſt. 1, 15, 38. Fremebunda Stat. Theb. 5, 700. Ouid. Met. 2, 324 Fumantiaque abluit ora. Ieiunum, *vid.* IEIVNVS. Immania Stat. Theb. 9, 193. Impia Ouid. Met. 14, 238. Improbum, *vid.* IMPROBVS. Impudens, *idem quod Durum* Ter. Eun. 5, 1, 22. Impuriſſimum Cic. Phil. 7 c. 5. Incultum, *i. Facies inornata* Tibul. 1, 8, 15. Indignantia Ouid. Met. 1, 181. Infame Antonii, *vid.* INFAMIS. Infantia Ouid. Met. 4, 517. *Al.* Oſſa. Ingenuum, *vid.* INGENVVS. Inſignia ora magnis dentibus Ouid. Met. 8, 429. Intonſa Virg. Aen. 9, 181. Inuiolabile Stat. Theb. 6, 386. Laeuum os Hor. Serm. 1, 5, 61. Laxum Sil. 13, 426. Lunata Stat. Theb. 11, 533. Minitantia Ouid. Met. 12, 348. Modicum Perſ. 5, 15. Moeſta Senec. Hippol. 8. Morientia Ouid. Epiſt. 14, 13.

Mutum Ouid. Met. 6, 574. Patulum bonis Idem Epiſt. 15, 56. Periurum Idem Amor. 2, 10, 34. Principis ore loqui Rutil. Itin. 1, 172. *i. vice principis.* Proterua canum Ouid. Met. 14, 63. Pulverulenta Claud. Conſ. Stil. 2, 246. Rapidum Virg. Aen. 6, 80. Remiſſum Stat. Theb. 9, 151. *i. Os modeſtum, aut vox modeſta.* Renidens Ouid. Met. 8, 197. Roſeum Virg. Aen. 9, 5. Sacrificum Ouid. Faſt. 1, 130. Semiferum Senec. Theb. ſ. 1. Sibila ora anguium Virg. Aen. 2, 211. Catull. 41, 3 Nec longis digitis, nec ore ſicco. *Accuſat eam, quod frequenter ſpueret.* Silens Ouid. Amor. 1, 7, 22. Sparſum, *v. v.* Spumantia Ouid. Met. 6, 226. Stygium Idem ibid. 3, 76. Tenerum balbumque pueri Hor. Epiſt. 2, 1, 126. Timidum Claud. in Conſ. Stil. 1, 2, 358. Trepidum Ouid. Met. 5, 231. Trilingue Cerberi Hor. Carm. 2, 19, 31. Tumidum Valer. Argon. 2, 646. Veridicum Lucret. 6, 6. Vilia ora percutere Martial. 2, 72. Vno ore, *pro Vno conſenſu.* Ter. Phorm. 4, 3, 20 Nam caeteri quidem hercle amici omnes modo vno ore auctores fuere, vt praecipitem hanc daret. Idem Andr. 1, 1, 69.

¶ 3 *Verborum formulae:* Abire in ora hominum, *vid.* ABEO. Cic. de Orat. 2, 29 Sed tamen quoniam hoc totum, quidquid eſt, ſiue artificium, ſiue ſtudium dicendi, niſi Acceſſit os, nullum poteſt eſſe, docebo vos diſcipuli, id quod ipſe didici, *etc.* Cic. Tuſc. 1, 39 Errare mehercule malo cum Platone, quem tu quanti facias, ſcio; et quem ex tuo ore Admiror. Agit ſpumas ore cruentas Virg. Georg. 3, 203. Aperit ora futuris Caſſandra Idem Aen. 2, 247. Aſperat ora ſeucris minis Stat. Theb. 9, 705. Attollens ora pallida Virg. Aen. 1, 358. Bibere ore imperturbato Ouid. in Ibin 562. Bibit purpureo ore nectar Hor. Carm. 3, 3, 12. Cadit fruſtum ex ore pulli Cic. de Diuin. 1, 27. Canere aliquem ſublimi ore Claud. de Bell. Get. 124. Canit ſacerdos diuino ex ore Virg. Aen. 3, 373. Capeſſunt quaedam animalia cibum hiatu oris et dentibus ipſis Cic. de Nat. Deor. 2, 122. Captare cibos auido ore Senec. Thyeſt. 1. Coërcere ora frenis Ouid. Met. 5, 643. Cohibere ora Senec. Troad. ſ. 6. Colligit os rabiem Ouid. Met. 1, 234. Colluerant fontes ora Idem ibid. 5, 446. Commurmurat ore clauſo Sil. 15, 824. Compellare aliquem ore placido Ouid. Met. 3, 146. Componens manibusque manus atque oribus ora Virg. Aen. 8, 486. Comprimere ora, *Claudere* Ouid. Met. 6, 294. *al.* Non premere. Congeſſerunt in os Midae dormienti grana tritici formicae Cic. de Diuin. 1, 78. Conſentiunt vno ore omnes de vtilitate amicitiae Idem de Amicit. 88. Conſtricta ora frenis Senec. Hippol. 10. Contrahit ora dolor, *Corrugat, contriſtat* Ouid. ex Pont. 3, 1, 134. Cuſtodire verba clauſo ore Senec. Agamemn. ſ. 7. Dicere aliquid blando ore Ouid. Met. 13, 555. Dicere aliquid rauco Idem ibid. 5, 600. Diſcutit ora ſaxo Idem ibid. 4, 518. *al.* Oſſa. Diſtorquere os Ter. Eun. 4, 4, 3. *Vbi* Donatus, Os autem dicimus illum diſtorquere, quem natura pulchrum, deturpamus. Dedit finem ore loquendi Virg. Aen. 6, 76. Dare ora capiſtris Idem Georg. 3, 188. Domita ora frenis Senec. Hippol. 10. Ducere os, *Indecore ac turpiter faciem intorquere.* Cic. in Orat. 86 Vultu tamen multa conficiens: non hoc, quo dicuntur os ducere: ſed illo, quo ſignificant ingenue, quo ſenſu quidque pronuntient. Edidit ſonos indignos tremente ore Ouid. Amor. 3, 6, 72. Edere aliquid placido ore Virg. Aen. 7, 194. Effatus eſt ore Idem ibid. 3, 465. Eluere os Celſ. 3, 4. Emittimus voces recto ore Lucret. 4, 552. Enitet ore egregio magnum decus Virg. Aen. 4, 150. Ire per ora hominum, *vid. Drakenb. ad* Sil. 3, 135. It equus reluctanti ore Ouid. Amor. 3, 4, 14. Euomere impuriſſimo ore orationem in abſentem Cic. Philipp. 5, 20. Exagitata ora frenis Sil. 7, 342. Excellens ore Idem 1, 151. Excidit vox ore Virg. Aen. 6, 686. Cic. pro Sull. 72 Verbum ecquod vnquam ex ore huius Excidit, vnde quisquam poſſet offendi? Excutit moeſto ore cibos Stat. Theb. 5, 603. Exibat ex ore eius nihil non conſideratum Cic. de Clar. Orat. 265. Exſertantem ora Scyllam, *cum reſpectu ad gurgites et vortices, vocat* Virg. Aen. 3, 425. Fallere numen mendaci ore Ouid. Amor. 3, 3, 44. Ferit prono ore terram languidus Senec. Herc. Oet. ſ. 7. Ferre ora, *vid.* FERO. Ferre ora ad ora, *Oſculari aliquem* Ouid. ad Liu. 138. Virg. Aen. 4, 11 Quem ſeſe ore Ferens? Ferri per ora hominum Plin. Epiſt. 2, 10. *i. In publicum, In celebrationem.* Figurat Poëta os tenerum balbumque pueri Hor. Epiſt. 2, 1, 126. Flectere os in moeſtitiam Tacit. Ann. 3, 16. Foedare ora vnguibus Virg. Aen. 4, 673. Fouere olentia ora re aliqua Virg. Georg. 2, 155. Frenabas mollia purpureis ora capiſtris Ouid. Met. 10, 125. Fremit cruento ore leo Virg. Aen. 9, 341. Fremebant cuncti ſimul ore Idem ibid. 1, 563. Ediſcere auctorem aliquem, et eum ſemper in ore Habere Cic. Fam. 6, 19. Hauſimus ore arenti ſitientes Ouid. Met. 14, 277. Imponere os alicui Idem ibid. 6, 291. Inſerunt in os infantibus omnia minima manſa Cic. de Orat. 2, 162. Intonare ore Virg. Aen. 6, 607. Intuemur ora omnium et oculos Cic. pro Milon. 4. Lacerare inceſto ore optimum virum, *vid.* LACER, Adi. Laceſſere aliquem diro ore Claud. in Ruff. 1, 356. Laedere os alicui Ter. Adelph. 5, 4, 10. Donatus: Nulli laedere os, *i. Nullum praeſentem laedere.* Lauimus ora manusque Hor. Serm. 1, 5, 24. Legere halitum alicuius ore Virg. Aen. 4, 685. Ouid. Amor. 2, 6, 62 Ora fuere mihi plus aue docta loqui, *de Pſittaco.* Locuta eſt ore Virg. Aen. 1, 618. Loqui infido ore Ouid. Epiſt. 12, 72. Loqui ore rotundo Hor. de Arte Poët. 323. *i. Perfecto. Acron.* Maledicere clariſſimo viro, ore fugitiuo Cic. pro Deiot. 28. Memorare aliquid magniloquo ore Ouid. Met. 8, 396. Mordere ore Stat. Theb. 12, 746. Oblinere os, *vid. h. v.* Ore Catul. in Epithal. Iuliae 59, 193. Obmutuit preſſo ore Virg. Aen. 6, 155. Obſtruitur ſpiritus oris reluctanti Idem Georg. 4, 300. Opprimere os loquentis Ouid. Met. 3, 296. Oppugnare os alicui, *vid.* OPPVGNO. Pendere ab ore narrantis Virg. Aen. 4, 79. *et* Ouid. Epiſt. 1, 30. Percutere ora manu Ouid. Met. 11, 681. Perſricare, *vid.* PERFRICO. Pertorquere Lucr. 2, 401. Poſcere aliquid pio ore Virg. Aen. 6, 530. Cic. Att. 1, 15 (18 p. 146 *Graeu.*) O dii immortales, quam ignauus ac ſine animo miles! quam dignus qui Palicano, ſicut facit, os ad male audiendum quotidie Praebeat. *conf.* Liu. 4, 35. *Grut. ad* Cic. Verr. 3 c. 16. *Nempe proprie paraſiti eſt alapis* Praebere os, *i. Buccas* Terent. Adelph. 2, 2, 7. Praefigunt primaque ora capiſtris ferratis Virg. Georg. 3, 399 *de baedis excretis, quos a matribus prohibent.* Preſſare ora dentibus Lucret. 4, 1103. Profatur virgineo ore Stat. Silu. 4, 3, 123. Prominere ore Hor. Epod. 5, 35. Quatit anhelitus arida ora Virg. Aen. 5, 200. Referre manus ad os Scribon. 80. Regere ora equi Ouid. Met. 8, 34. Reiectans cruorem ore Virg. Aen. 5, 470. Relaxare ora fontibus Ouid. Met. 1, 281. *Metaph.* Repreſſit dolor ora Ouid. Met. 6, 583. Reſoluit pater grandaeua ora Sil. 16, 604. Reſoluit ora fatis Virg. Georg. 4, 452. Reſpondere alicuius orationi ore Cic. de Clar. Orat. 169. Rigabat lacrimis vultum atque ora Virg. Aen. 9, 251. Rogat pauido ore Ouid. Met. 1, 386. Rogare me auſus es hoc ex ore tuo? *ex vet. Poëta* Cic. Att. 6, 2. Ruit profundo ore immenſus Pindarus Hor. Carm. 4, 2, 8. Ruit comanti ore Valer. Argon. 3, 136. Ruit ſpumanti ore Phaſis in aequor Idem ibid. 5, 179. Secare ora alicuius Stat. Theb. 1, 66. Serenare ora Idem ibid. 2, 57. Soluere ora, *Aperire ad loquendum* Ouid. Met. 1, 181. Sonare magno ore Virg. Georg. 3, 294. Sonaturum magna os Hor. Serm. 1, 4, 43. *conf. Drakenb. ad* Sil. 14, 28. Suauiabor iucundum os oculosque Catull. 9, 9. Sublinere os, *vid. h. v.* Eſſe in ore alicuius Plaut. Aſin. 1, 3, 57. Eſſe in deſiderio ciuitatis, in ore, in ſermone omnium Cic. Philipp. 10, 10. In ore eſt omni populo, *Fama eſt, rumor eſt* Ter. Adelph. 1, 2 (1) 13. Cic. de Amicit. 2 In eum ſermonem illum incidere, qui tum fere multis erat in ore. Tibi valde ſolet in ore eſſe Idem Att. 6, 3. Sunt in ore omnium Philoſophorum Cic. de Finib. 2, 67. Idem Verr. 4, 2, 56 Res percrebuit, in ore atque ſermone omnium cepit Eſſe. Supinato ore lambit aëra Stat. Theb. 5, 525 *de ſerpente ſitiente.* Temperare ora frenis Hor. Carm. 1, 8, 7. Tonat celſo ore Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 84. Tradere os, *putant apud* Cic. pro Roſc. Am. 144 c. 49 *ita accipiendum, vt* praebere os. *Sed recepta ibi recte Lambini coniectura*, ſi veſtitum, quo ipſe tectus erat, anulumque de digito ſuum (*non* anulum dedit, os ſuum) tibi tradidit. Trahere auram ore Ouid. Met. 2, 230. Trahere aliquid ore Hor. Serm. 1, 1, 34. Tument ora ira Ouid. de Arte Am. 3, 503. Vacant epulis ora, *i. Carent* Idem Met. 15, 498. Venire in ora hominum, *eſt Celebrem fieri et notum, de quo omnes loquantur* Hor. Epiſt. 1, 3, 9. Verſatur in ore vulgi et in communibus prouerbiis iſtius iniquitas Cic. Verr. 1, 121 c. 46 *extr.* Vigent in ore illi Idem Tuſc. 1, 116. *i. Memorantur.* Vocare aliquem ſupremo ore, *i. Voce ſuprema* Ouid. Met. 8, 521. Volitare per ora virûm, *In ore eſſe omni populo* Virg. Georg. 3, 9. *Haec ſententia legitur et apud* Ennium. *conf. Drakenb. ad* Sil. 3, 135. Vomit ore cruorem Virg. Aen. 3, 516. Vomit fero ore flammam Ouid. Met. 5, 353.

¶ 4 Os *pro tota facie et vultu ſaepe dicitur:* Virginis os habitumque gerens Virg. Aen. 1, 319. *Et* 1, 593 Os humeroſque deo ſimilis. Ouid. Her. 17, 15 Si non eſt ficto vultus mihi triſtis in ore. *conf.* Met. 10, 631. Ter. Heaut. 2, 2, 65 Lacrumis opplet os totum ſibi. Sen. de Ira 3, 17 Teleſphorum — cum aures illi naſumque abſcidiſſet, in cauea — diu pauit, cum oris detruncati mutilatique deformitas humanam faciem perdidiſſet. Tac. Hiſt. 4, 13, 3 Ciuilis Sertorium ſe aut Hannibalem ferens, ſimili oris dehoneſtamento, *altero oculo captus.* Lucret. 4, 1164 Sed tamen eſto iam quantouis oris honore, *i. quantumuis pulchra.* Ouid. Met. 2, 621 Neque enim caeleſtia tingi ora decet lacrimis. Virg. Georg. 4, 232 Honeſtum os Pleiadum. Tib. 1, 8, 15 Incultum os. Ouid. Epiſt. 20, 120 Niueo lenis in ore rubor. Id. Met. 10, 631 Puerili in ore vultus virgineus. *conf.* Heroid. 17, 15. Sidereum Pollucis Val. Argon. 4, 190 *cum reſpectu ad oculos.* Sublime os homini dedit *deus* Ouid. Met. 1, 85. Ore ducis deos aequiparante frui, *i. Caeſarem videre* Idem ex Ponto 2, 2, 94. Os Gorgonis anguibus cinctum Cic. Verr. 4, 124. Confudit ora infractis oſſibus Ouid. Met. 5, 58. Hor. Epiſt. 2, 1, 196 Siue elephas albus vulgi conuerteret ora. *Vid.* CONVERTO. Virg. Aen. 5, 368 Effert ora Dares, *ſurgit, et conſpiciendum ſe praebet.* Idem Aen. 4, 150 Tantum egregio decus enitet ore, *vbi etiam plus, quam vultum et faciem notat, ſed totam incedentis formam complectitur.* Ouid. Met. 4, 106 Expalluit toto ore. Virg. Aen. 8, 591 Extulit ſacrum os caelo Lucifer. Ouid. Her. 20, 82 Oraque ſint digitis liuida facta tuis. Fodere ora reſiſtentium, terga fugientium Curt. 4, 15, 31. Horrent ſudoribus ora Claud. Conſ. Stilic. 2, 245. Humectare ora lacrimis Lucret. 1, 919. Inficit ora pallor albus Hor. Epod. 7, 15. — rubor igneus Lucan. 5, 214. Inumbrare ora coronis Lucret. 3, 926. Lacerare ora manu Sil. 8, 154. Linere ora luto Ouid. Faſt. 3, 760. Madens fletu os Ouid. Triſt. 3, 5, 12. Nitens floridulo ore Catull. Epith. Iul. ſ. 59, 193. Notare ora inſanis manibus Prop. 1, 6, 16. Notauit inuita ora rubor Ouid. Met. 6, 46. Obnubit comis ora Stat. Theb. 6, 196. Occupat ora pallor Virg. Aen. 4, 499. Pallentia ora miris modis Idem ibid. 10, 822. Perarauit anilibus rugis ora Ouid. Met. 14, 96. Peruncti faecibus ora Horat. A. P. 277. Praebere ſpectanda ora Sil. 17, 647. Protulit luna decorum os Hor. Serm. 1, 8, 22. Protegit pudibunda ora frondibus Ouid. Met. 3, 393. Stat. Silu. 5, 2, 29 Nam me ter Relegens caelo, terque ora Retexens Luna videt reſidem. Lucret. 2, 976 Spargere ora lacrimis. Sublucent candida ora miſto rubore Ouid. Epiſt. 21, 217. Suffuderat ora ſanguis Sil. 11, 218. Pulchra verecundo Suffundens ora rubore Ouid. Met. 1, 484. Supinare ora Stat. Theb. 5, 215. Tenebant ora intenti Virg. Aen. 2, 1. *i. reſpiciebant attente.* Tinctus os fletu Stat. Theb. 6, 386. Turbatum os fletibus Sil. 13, 696. Vertere ora huc et huc Hor. Epod. 4, 9.

¶ 5 *Hinc* os *pro perſona ſiue larua faciem referente*, Virg. Georg. 2, 387 Oraque corticibus ſumunt horrenda cauatis.

¶ 6 *Cum in vultu ſit pudoris ſedes et ſpeciatim* os concurrens (*vid.* CONCVRRO n. 3.) *ſignum perturbationis: etiam contrarium vitium impudentia ibidem habitat.* Terent. Phorm. 5, 8, 24 Nam quo redibo ore ad eam, quam contemſerim? Non, ſi Appii os haberem Vatin. ad Cic. Fam. 5, 10. Quam ſis audax, hinc omnes intelligere potuerunt, quod — ſolus tu inuentus es, qui os tuum non modo oſtenderes, ſed etiam offerres Cic. pro S. Roſc. Am. c. 31. Idem Verr. 4, 66 c. 29 Os hominis, inſignemque impudentiam cognoſcite. Cic. Philipp. 5, 13 Sed illud os, illam impuritatem. Ibidem 11, 7 Audiſſet furentis introitum Dolabellae, vocem impuram, atque os illud infame. Cic. pro C. Rabir. Poſt. 34 Quod habent os? quam audaciam? Idem in Piſon. 63 Neque vero contemſiſti, licet Themiſta ſapientior, ſi os tuum ferreum Senatus conuicio verberari noluiſti. Sueton. Ner. c. 2 Non eſſe mirandum, quod aeneam barbam haberet, cui eſſet os ferreum, plumbeum cor. Affirmabo omnibus, Lentule, falli eos, qui te negant os habere Cato *ap.* Sen. de Ira 3, 38. Oris verecundia Suet. Domit. c. 18. *i. rubor genarum.* Quo ore appellabo patrem Ter. Heaut. 4, 2, 22. Cic. Fam. 9, 8 ſ. praef. Academ. Miſi autem ad te quatuor admonitores non nimis verecundos; noſti enim profecto os eius adoleſcentioris Academiae. Durities oris Sen. de Conſt. c. 17. *i. impudentia.* Durum os, *impudens* Ter. Eun. 4, 7, 36. Ore duriſſimo eſſe, qui praeſente eo geſtum agere conarentur Cic. pro Quint. 77 c. 24. Duri

puer

puer oris et audax Ouid. Met. 5, 451. *Contra* Sen. Epiſt. 11 Molle os, *i. verecundum.* Quinct. 6, 4, 11 Sunt quidam praeduri in hoc oris, vt obſtrepant ingenti clamore, *etc.* ¶ 7 *Conſpectum et praeſentiam* os *ſignificat.* Salluſt. in Iugurth. 31, 10 Incedunt per ora veſtra magnifice. *conf.* Idem Fragm. c. 31 *et* 32. Cic. in Piſon. 51 Sed quoniam fortunarum contentionem facere cepimus, de reditu Gabinii omittamus: quem etſi ſibi ipſe praecidit, ego tamen, os, vt videam hominis, exſpecto. In ore alicuius, *In conſpectu* Tacit. Hiſt. 3, 77, 4. *conf. Lipſ. ad* 3, 36, 1. In ore atque oculis omnium haec geſta ſunt Cic. Verr. 2, 81. Frequens erat ille Romae, atque in foro, et in ore omnium quotidie verſabatur Cic. pro Roſc. Amer. c. 6. In tuis oculis, in tuo ore, vultuque acquieſco Idem pro Deiot. 5. Ante ora, *vid.* ANTE. Ante ora patrum oppetere Virg. Aen. 1, 99. Ab eorum ore concedes paulliſper Terent. Heaut. 3, 3, 11. Sub ipſo ore vrbis claſſem incendit Flor. 2, 15, 7. *conf. N. Heinſ. ad* Sil. 3, 66. ¶ 8 Os, *dicitur, quidquid in aliqua re patet. Vid. Barth. ad* Grat. Cyneg. v. 28. Lato dedit ore feneſtram, *porta domus exciſa* Virg. Aen. 2, 482. *Et* 6, 53 Attonitae magna ora domus. Vlceris os Virg. Georg. 3, 454. Vulneris Grat. Cyneg. 355. Vuluae Celſ. 7, 28. Sacculi os Iuuen. Sat. 14, 138. Vaſcula oris anguſti Quinctil. 1, 2. Ora nauium graui roſtrata pondere Hor. Epod. 4, 17. *Niſi praeferenda videtur Bentleii coniectura* aera. *Sed cum auium roſtra* ora *dici*, n. 1 *obſeruatum ſit, quidni etiam nauium?* Cic. Verr. 5, 30 Nam in ipſo aditu atque ore Portus, vbi primum ex alto ſinus ad vrbem ab litore inflectitur, *etc.* Ora, *de aequore.* Virg. Aen. 1, 249 Vnde per ora nouem vaſto cum murmure montis It mare praeruptum, et pelago premit arua ſonanti. Septem diſcurrit in ora Nilus Virg. Georg. 4, 292. In ore Tiberis Oſtia vrbs condita Liu. 1, 33. Os amnis Curt. 9, 9, 23. Victor ad Gades et Oceani ora peruenit Flor. 2, 17, 7. *Verum* Ora *etiam de originibus fluminum vſurpari demonſtrat Burm. ad* Ouid. Met. 15, 274. *et ad* Vell. 2, 101. Os ſpecus Tacit. Ann. 4, 59. *et* Curt. 7, 11, 3. ¶ 9 *Obſeruatt.* Os *quoque nonnunquam pro oſcillo accipi debere, putat Scalig. Auſ. Lect.* 2, 26 p. 160. *Nos laruam recte nos interpretatos putamus* n. 5. *De ſolo enim Virgilii loco ſermo eſt.* Ora, *pro Oras.* Flacc. de Condit. Agr. p. 2 In his litoribus Romani colonos miſerunt, qui ora Italiae tuerentur.

ORARIVM, ORIDVRIVS, ORIPVTIDVS, *vid. in ſuis elementis.*

ORETENVS. Adu. *Niſi diuiſim legere* malis, Modo pectore, modo ore tenus exſtantes Tacit. Ann. 1, 70, 3. *i. vsque ad os. Add.* Gell. 17, 8. Hic Graeca doctrina oretenus exercitus, animum bonis artibus non induerat Tac. Ann. 15, 45, 3. *i. verbis, ſine re.*

OSCŬLVM, i. n. Dimin. [ϛομάτιον] *Paruum os.* Ouid. Met. 1, 499 Videt oſcula, quae non Eſt vidiſſe fatis. *De Daphne.* Hor. Carm. 1, 13, 14 Dulcia barbare Laedentem oſcula. Auſon. Epiſt. 25, 27 Aut tua Sigalion Aegyptius oſcula ſignet. Petron. c. 126 Nares paullum inflexae, et oſculum quale Praxiteles habere Dianam credidit. *conf. h. l. Wower. it. Gonſal. ad* Petron. c. 114. Oſculum, ab ore dictum Varr. de L. L. 5, 7 *extr.* ¶ 2 Oſculum, [φίλημα] *pro Baſio etiam accipitur: quoniam baſiando os coarctamus atque minuimus, et quaſi ex ore oſculum facimus.* Iam illud non placet principium de oſculo Plaut. Amph. 2, 2, 169. Cic. Att. 12, 1 Atque vtinam continuo ad complexum meae Tulliae, et ad oſculum Atticae poſſim currere. Ouid. Epiſt. 15, 131 Oſcula cognoſco, quae tu committere linguae, Aptaque conſueras accipere, apta dare. Fida Stat. Silu. 3, 2, 57. Furialia Valer. Argon. 7, 255. Martial. 12, 59 Te vicinia tota, te piloſus Hircoſo premit oſculo colonus. Labratum oſculum, *quo ſoli Imperatores ſalutabantur, quid ſit, docet Salmaſ. in* Vopiſci Probum c. vlt. Vet. Gloſſ. Labratum, φίλημα βασιλικόν. *Breviter* Labratum (*ſic etiam dicitur, omiſſo* oſculum) *eſt* Adoratio *illa antiquiorum, vbi manus, labris impreſſa prius, protenditur ad eum, quem honoramus. Vid. mox* tacere oſcula. Niuale, *vid.* NIX. Preſſa Ouid. Epiſt. 2, 94. Sororia Idem Met. 4, 335. Suprema Idem ibid. 6, 277. ¶ 3 *Verba:* Accipere et dare oſcula Ouid. Epiſt. 15, 132. Admouere oſcula, *vid.* ADMOVEO. Affigere Lucret. 4, 1075. Carpere luctantia Ouid. Met. 4, 358. Committere linguae Idem Epiſt. 15, 131. Congerimus properata oſcula raptim ſine ordine Ouid. Epiſt. 18, 113. Detorquere ceruicem flagrantia ad oſcula Hor. Carm. 2, 12, 37. Diſpenſare oſcula per omnes Ouid. Met. 6, 278. Diuidere ſodalibus Hor. Carm. 1, 36, 6. Dare oſculum Plin. 14, 13. Dare obuia Ouid. Epiſt. 19, 168. Dedit oſcula roſtro frigida nequidquam duro Idem Met. 11, 738. Dare oſcula manibus Idem ibid. 2, 863. Eripere oſcula Tibull. 2, 5, 91. Natusque parenti Oſcula compreſſis auribus eripiet. *Id oſculi genus* χύτραν, *ollam anſatam dici oſtendit Brouckh.* Excipere aliquid riſu et oſculo Quinctil. 1, 2. — aliquem oſculo Suet. Oth. c. 6. Fatigare dextram oſculis Tacit. Ann. 15, 71. *h. e. Dextram exoſculari.* Ferre Ouid. de Arte Am. 2, 325. Figere Virg. Aen. 2, 490. Figere dulcia Idem ibid. 1, 691. Figens pauida pedibus Sil. 11, 333. Figere trementia Lucan. 2, 114. Humectare labris Lucret. 4, 1185. Iacere oſcula *et* adorare vulgus *iunguntur* Tac. Hiſt. 1, 36. Impertire aliquem oſculo, *vid.* IMPERTIO. Infigere alicui Sil. 12, 738. Ingeminare Valer. Argon. 2, 168. Ingerere, *vid.* INGERO. Interſerit oſcula mediis verbis Ouid. Met. 10, 559. Iungere Idem ibid. 2, 357. Iungere per longas moras Idem Epiſt. 2, 44. Iungere improba Ouid. Amor. 2, 5, 23. Iungere oſcula moderata Idem Met. 2, 430. Lambere frigida Stat. Silu. 2, 1, 173. Libare Virg. Aen. 1, 260. Quis ſapiens blandis non Miſceat oſcula verbis Ouid. A. A. 1, 663. Nexa oſcula lingua Idem Amor. 2, 5, 24. Pangere oſculum, *vid.* PANGO. Porrigere alicui Ouid. Met. 3, 451. Praeripere alicui Lucret. 3, 908. Premere aliquem oſculo, *vid. paullo ante*, Hircoſum oſculum. Refugere oſcula alicuius Ouid. Met. 1, 556. Reuellere Stat. Silu. 3, 2, 57. Sumere Ouid. de Arte Am. 1, 669. Venire ad oſcula alicuius Idem Met. 9, 386. *De differentia inter* Oſculum, Baſium *et* Suauium, *vid.* Donat. in Terent. Eun. 3, 2, 3. *Oſcula* officiorum ſunt, *Baſia* pudicorum affectuum, *Suauia* libidinum vel amorum: *quod ita forte verum fuerit, ſi dicamus*, Oſculum *commune omnibus*, Baſium *ſecundae et tertiae claſſi*, Suauium *tertiae admodum familiare, ſed ſecundae non alienum. Similia ſunt, quae monet* Seru. *ad* Aen. 1, 260. Sciendum *oſculum* religionis eſſe, *ſuauium* voluptatis. Quidam *oſculum* filiis dari, vxori *baſium*, ſcorto *ſuauium*, dicunt. *De varia* oſculorum *ratione apud veteres, vid. Lipſ. Elect.* 2, 6.

OSCILLVM, i. n. [ϛομάτιον Onomaſt. Vet. *it.* προσωπεῖον Oſcilla] *Dimin. eſt a Dimin.* Oſculum, *ſicut a Tantulo, Tantillum.* Columel. 2, 10, 3 Quoniam ſi humor inuaſit, vermes gignit, qui ſimul atque oſcilla lupinorum ederunt, reliqua pars enaſci non poteſt. ¶ 2 Oſcilla, *etiam Sigilla ſunt, et paruae imagunculae*, quae arte fictili fingebantur, et venales proponebantur, quibus homines pro ſe atque ſuis Saturno piacula faciebant, *vt ait* Macrob. Saturn. 1, 11 *extr. coll.* c. 7. Oſcilla *igitur hic vocabant* formas vel perſonas ad oris ſui ſimilitudinem factas, *vt loquitur* Seru. *ad* Virg. Georg. 2, 389. Tibique (*o Bacche*) Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu. *Congruunt, quae* v. 387 *dixerat* Ora corticibus horrenda cauatis. *Sed fluctuat, vt ſolet Seruius: et praeter fabulam Erigones, quam mox in* OSCILLATIO *damus ex Hygino, et etymologiam a verbo* cillere, *quam poſuimus in* CILLEO, *addit:* Alii dicunt oſcilla membra eſſe virilia de floribus facta, quae ſuſpendebantur per intercolumnia: ita, vt in ea homines acceptis clauſis perſonis (*atqui haec ipſa ſunt* oſcilla?) impingerent, et ea ore cillerent, id eſt mouerent, ad riſum populo commouendum, *etc. Maneat* Oſcilla *eſſe imagines humani oris et corporis adeo.* ¶ 3 *Sed etiam illud apparet*, Oſcillum *eſſe* αἰώραν, *et illam iactationem et motum, quae* Oſcillatio *vocatur alias.* Tertull. de Pall. 1 *extr.* Arietem — nemini adhuc libratum, illa dicitur Carthago — prima omnium armaſſe in oſcillum penduli impetus. *Salmaſ. ad h. l.* p. 130 *hac ſignificatione cum ponitur* oſcillum, *deriuat, a* cinus, τὸ νεῦμα, *vt eſt in* Vet. Gloſſ. *vnde ſit* cillus, *et ex eo verbum* cilleo *vel* cillo, *hincque* oſcillo *pro* obſcillo, *etc. Apud* Virgilium *quoque* Georg. 2, 389 oſcilla αἰώρας *et iactationes interpretatur. Vide ipſum et Voſſ. etymol. h. v. et mox* OSCILLO. ¶ 4 Auſonio *quoque* Oſcillum *vindicat Scaliger, et qui illum ſequuntur. Ita enim legit* Praef. Cento. Nupt. p. 503 *Toll.* Simile vt dicas ludicro, quod Graeci ϛοματίων vocauere. Oſcilla ea ſunt. Ad ſummum quatuordecim figuras Geometricas habent, *etc. Locum totum damus in* OSSICVLA, *quae verior videtur lectio.* ¶ 5 Oſcilla Paullus Feſti *interpretatur* feſta in honorem Bacchi, in quibus homines ſe per funes iactant. Alii putant Erigones et Icari feſta. *Vidit aliquid eorum, quae mox dabimus ex Hygino in* OSCILLATIO.

OSCILLO, āre. *Funis ex alto ſuſpenſi ope antrorſum retrorſum, ſurſum deorſum ſe iactare.* Feſtus: Oſcillum Santra, (*vetus Grammaticus*) dici ait, quod oſcillent, id eſt, inclinent, praecipitesque in os ferantur. (*Hoc fuerit potius* κυβιϛᾶν, *cernulare. Sed pergamus audire Feſtum*) Oſcillantes ait Cornificius, ab eo, quod os celare ſoliti perſonis, (*haec quoque* oſcilla) propter verecundiam, qui eo genere luſus vtebantur. Cauſa autem eius iactationis proditur Latinus rex, quod praelio, quod ei fuit aduerſus Mezentium Caeritum regem, nusquam apparuerit, iudicatusque ſit Iupiter factus Latiaris. Itaque per ſex eos dies feriatos liberos ſeruosque requirere eum, non ſolum in terris, ſed etiam quia videretur caelum poſſe adiri per oſcillationem, velut imaginem quandam vitae humanae, in qua altiſſima ad infimum interdum, infima ad ſummum efferuntur. Atque ideo memoriam quoque redintegrari initio acceptae vitae, per motus cunarum, lactisque alimentum, quia per eos dies feriarum et oſcillis moueantur, et lactata potione vtantur. *Haec Feſtus. Latinas ferias intelligit Turnebus* 7, 20. *et huc trahit illud* Cic. de Conſulatu ſuo, *quod ipſe laudat* de Diuin. 1, 18 c. 11 Cum tumulos Albano in monte niuales Luſtraſti, et laeto mactaſti lacte Latinas. *Laudatur etiam* Plaut. Amph. 1, 1, 29 Dî aliquem hominem allegent, qui mi aduenienti os oſcillet probe, *i. alapis huc illuc impellat. Sed vulgatum eſt* occillet, *quod ipſum quoque eſt impellere. Douza coniicit* oſſillet, *oſſatim comminuat.*

OSCILLATIO, ōnis. f. Petron. c. 140 Veluti oſcillatione ludere. Hygin. Fab. 130 Paſtores *in Attica* cum immoderatius biberent *vinum ab Icario ſibi monſtratum*, ebrii facti conciderunt, qui arbitrantes, Icarium ſibi malum medicamentum dediſſe, fuſtibus eum interfecerunt — Erigone — ſuper corpus patris ſuſpendio ſe necauit. Ob quod factum Liber pater iratus, Athenienſium filias ſimili poena afflixit. *Hi oraculi reſponſo* Erigonae diem feſtum oſcillationis peſtilentiae cauſa inſtituerunt. *Similia ibi Munckerus ex* Vet. Schol. Germanici. *Quod ad rem noſtram pertinet, ipſe* Hygin. Poët. Aſtr. 2, 4 *multo diſertius explicat:* Cum Athenienſium virgines ſine cauſa ſuſpendio ſibi mortem conſciſcerent — inſtituerunt, vti tabula interpoſita pendente funibus ſe iactarent, vt qui pendentes vento mouerentur.

OSCŬLOR, āri. Dep. [φιλέω, καταφιλέω, κυνέω] Os cum ore conferre Feſt. in Auſculor. *Dare oſculum.* Cic. Fam. 3, 11 Complexus igitur ſum cogitatione te abſentem, epiſtolam vero oſculatus. Id. in Somn. Scip. 5 c. 3 Ille autem me Complexus atque oſculans flere prohibebat. Filium conſulem mater oſculata eſt Cic. pro Muraen. 88 c. vlt. *Et* 23 c. 10 Quoniam mihi videris iſtam ſcientiam iuris tanquam filiolam oſculari tuam. Dormientem Cic. Tuſc. 1, 92. Id. Fam. 1, 9 Erat hoc mihi dolendum, ſed multo magis illud, quod inimicum meum, *etc.* ſic Amplexabantur, ſic in manibus habebant, ſic fouebant, ſic me praeſente oſculabantur, *etc.* Cic. Verr. 4, 94 c. 43 Quod in precibus et gratulationibus non ſolum id Venerari, verum etiam id oſculari ſolent. *de ſimulacro Herculis.* Oſculari atque amplexari inter ſe Plaut. Mil. 5, 1, 40. Ibidem 2, 4, 38. *et* Cic. Att. 16, 5. *In Actiua forma reperit* Nonius 7, 77 *apud* Titinnium, Laudor, quod oſculaui priuignae caput. Priſcian. 8 p. 796 *dicit*, quaedam ſignificare et actionem et paſſionem, vt Oſculor te et Oſculor a te.

OSCVLANS, antis. Partic. Cic. Somn. Scip. 5 c. 3. Plaut. Mil. 2, 3, 17 *et* 67 Videre oſculantem cum alieno viro. *conf.* Nep. 25, 22, 1.

OSCVLĀTVS, a, um. *Paſſiue.* Apul. Met. 2 p. 117 Oſculato tuo capite. Sidon. 8, 11 Sancta et Gallicini manu oſculata.

OSCVLABVNDVS, a, um. Adi. Suet. Vitell. c. 2. Apul. Met. 11 p. 259 Velut manum ſacerdotis oſculabundus.

OSCVLĀNVS, a, um. Adi. *Idem.* Oſculana pugna *apud* Feſtum. *Vid infra.*

OSCVLATIO, ōnis. f. [φίλησις] Cic. pro Cael. 49 c. 20 Non flagrantia oculorum, non libertate ſermonis, ſed etiam complexu, oſculatione, aquis, nauigatione, *etc.* Seges oſculationis Catull. ad Iuvencium ſ. 46 (49) 6. ¶ 2 Cael. Aurel. Chron. 2, 10 n. 121 *inter* differentias fluoris ſanguinis *ponit* Oſculationem, quam Graeci Anaſtomoſin vocant. *Vid.* ANASTOMOSIS.

OS, oſſis. n. [ὀϛέον, ὀϛοῦν] *Durum illud in corpore animali, quod caro veſtit.* Cic. de Nat. Deor. 2, 139 c. 55 Quid dicam de oſſibus, quae ſubiecta corpori mirabiles commiſſuras habent, et ad ſtabilitatem aptas, et ad artus finiendos accommodatas, et ad motum et ad omnem corporis actionem? Oſſa atque pellis totus eſt Plaut. Aul. 3, 6, 28. Albi oſſibus ſcopuli Virg. Aen. 5, 865. Albis oſſibus informis ager Hor. Serm. 1, 8, 16. Aſinina oſſa, *vid.* ASINVS. Grandia Ouid. Met. 9, 169. Grauia Stat. Theb. 6, 841. Immania Claud. in

in pr. Conſ. Stil. 137. Ingentia cubiti Ouid. Met. 12, 344. Inhumata Idem Epiſt. 10, 22. Magna Virg. Aen. 5, 422. Obtrita Lucan. 3, 651. Pauxilla et minuta Lucret. 1, 835. Spatioſa pectoris Valer. Argon. 4, 244. Tenera Virg. Georg. 4, 308. Tetra ſitu Valer. Argon. 4, 183. Verticulatum Celſ. 8, 1. ¶ 2 *Verba:* Albet humanis humus Ouid. Faſt. 1, 558. Amicta pelle lurida Hor. Epod. 17, 22. Amputare oſſa Senec. Thyeſt. 8. Arare oſſe campum cereum Titinnius *apud* Chariſ. 1 p. 40. *i. ſcribere ſtilo oſſeo in tabula cerata.* Aſperare ſagittas oſſibus, *h. e. Acuere, praefigere* Tac. de Germ. 46. Aſtringi ſuis neruis oſſa debent Quinctil. 1 prooem. Collapſa in ſe oſſa minutatim morbo Virg. Georg. 3, 485. Concutit oſſa metus Ouid. Epiſt. 3, 82. Condere terrae oſſa alicuius Virg. Aen. 5, 47. Condita oſſa peregrina ripa Ouid. Met. 2, 337. Confudit fractis in oſſibus ora Idem ib. 5, 58. Cucurrit tremor ima per oſſa Virg. Aen. 2, 121. Cucurrit dura per oſſa gelidus tremor Idem ib. 6, 55. Detegere oſſa Quinct. 1 prooem. Diſcuſſa oſſa oris Ouid. Met. 5, 292. Diſiecta oſſa oris Idem ib. 12, 252. Dare inodora vrnae Perſ. 6, 35. Exarſit iuueni dolor oſſibus ingens Virg. Aen. 5, 172. Fraugere nodoſa Lucan. 8, 673. Fracta oſſa Scribon. 209. Virg. Ecl. 3, 102 Vix oſſibus Haerent. *prae macie videlicet. h. e. Vix oſſa eorum cohaerent: eſt enim Ablatiuus caſus non Datiuus.* Haeſit ferrum oſſibus Ouid. Met. 3, 71. Hiantia oſſa ruptis genis Iuuen. Sat. 15, 58. Inurere dolorem cineri alicuius atque oſſibus Cic. Verr. 1, 113. Lecta e vulneribus oſſa, et veſtes ſanguine perfuſas videmus Quinctil. 6, 1. *Sed ad funus ipſum pertinent iſta:* Quae mater Legat in moeſtos oſſa peruſta ſinus Tibull. 1, 3, 6. *Conf. hic Brouckhuſ.* Oſſaque lecta cado texit aheno Virg. Aen. 6, 228. *Metaphora eleganti* Quinctil. 1 *pr.* 24 Plerumque nudae illae artes nimia ſubtilitatis affectatione — omnem ſuccum ingenii bibunt, et oſſa detegunt: quae vt eſſe, et adſtringi neruis ſuis debent, ſic corpore Operienda ſunt. Perfracta oſſa trinodi claua Ouid. Epiſt. 4, 115. Perfracta ſaxo Sil. 17, 484. Quieſcunt oſſa molliter Virg. Ecl. 10, 33. Reliquit calor oſſa Idem Aen. 3, 308. Reportare vult cineri atque oſſibus filii ſui ſolatium ex calamitate tua Cic. Verr. 5, 127. Reponere os Celſ. 8, 10. Sonant dura oſſa ſub ictu Valer. Arg. 3, 165. Tecta ſepulchro Ouid. Epiſt. 3, 104. Traxit furorem per oſſa Virg. Aen. 4, 101. Verenda Ouid. Epiſt. 3, 105. ¶ 3 *Sunt etiam aliarum rerum* oſſa: Arborum oſſa terebrantur *i. trunci, medicinae cauſa* Plin. 17, 27. Oſſa *etiam vocantur dura illa nucleorum in fructibus quibusdam, vt prunis, Perſicis, putamina, vitium illud ligneum cum ſuo nucleo.* Pallad. Oct. 12, 7 Sine oſſe vt naſcantur ceraſa. Idem Ian. 15, 20 Oſſa Perſici quando et quomodo ponantur. Dactylorum Idem Oct. 12, 1. Oliuarum Idem Nou. 17, 1. Suet. Claud. c. 8 Quoties poſt cibum obdormiſceret, quod ei fere accidebat, olearum ac palmularum oſſibus inceſſebatur. Palma oſſa non habet in balanis Plin. 23, 5 ſ. 52.

OSSE, is. *Antiquum idem, ac* Os, *ex* Varr. *et* Titinn. *affert* Chariſ. p. 40 *addens* Nominatiuum eſſe hoc Oſſe.

OSSVM, i. n. *Veteres etiam dixere et Pl.* Oſſua. *vnde* Oſſuarium, *de quo paullo poſt. Vid. Laurenberg. Antiq.* p. 314. Vetuſtum marmor Romae apud Delr. Com. in Sen. Herc. fur. p. 230 Sed quid ego haec cerno; mea ſunt hic oſſua in olla Condita. Viue hoſpes dum licet, atque vale. *Antiquos* Oſſium *et* Oſſu, vt Cornu, *dixiſſe, teſtantur* Chariſ. 1 p. 23 *de* oſſu *et* p. 40 *de* oſſum. *Add.* Priſcian. 7 p. 750 *vbi laudat* Gellium libro 30 Caluariaeque eius ipſum oſſium expurgauerunt inaurauceruntque. Gruter. Inſcript. p. 575 n. 3 OSSVA POSITA SVNT. *Conf.* Auguſtin. in Pſalm. 138 (Ebr. 139) v. 15.

OSSŬLVM, i. n. Dimin. Conſt. Afer de Animal. Oſſulum quod in vulua aſinae eſt, ſi mulier tulerit, non concipiet.

OSSICŬLVM, i. n. Dimin. [ὀστάριον] Gell. 6, 1 Ratio ſubtilior et vtilitas ipſa operis poſtulauit, vt tenuiſſimis, minutisque oſſiculis caput compingeret. Plin. 11, 37 Omnium cerebro medio inſunt oſſicula parua. Idem 30, 15. ¶ 2 Oſſicula *vel* Oſſicla *volunt legi Salmaſius et Scriuerius, pro* oſcillis *Scaligeri apud* Auſon. Centon. nupt. praef. p. 503 Toll. *Ponemus locum. Cum de diuerſa Centonis ex partibus hexametrorum compoſitione dixiſſet, addit,* Simile vt dicas ludicro, quod Graeci ὀστομάχιον (*Ald.* ὀστομαχίων. *verum forte* ὀστωμάτων) vocauere. Oſcicla (*Ald.* Oſſiſula *rectum puto* Oſſicula *i. fruſtula et lamellae eboris: Scaliger vti dictum,* Oſcilla) ea ſunt. Ad ſummam quatuordecim. Figuras geometricas habent. Sunt enim aequilatera — Harum vertibularum (*Ald.* verticularum) variis coagmentis ſimulantur ſpecies mille formarum, elephantus belua, aut aper beſtia, anſer volans, et mirmillo in armis ſubſidens venator, et latrans canis. Quin et turturis (*i.* turtur: *Ald.* Turris) et cantharus, et alia huiusmodi innumerabilium figurarum, quae alius alio ſcientius variegant. *Dedit hic Scriuerius* Epigramma Ennodii de Stomatio eburneo, *et locum* Atilii Fortunatiani de Metris, *vnde haec modo decerpimus* (*Habentur ed.* Putſch. p. 2685 *pr.*) Nam ſi loculus ille Archimedius quatuordecim eboreas lamellas, quarum anguli varii ſunt, in quadratam formam incluſas habet, componentibus nobis aliter atque aliter, modo galeam, modo ſicam, alias columnam, alias nauem figurat, et innumerabiles efficit ſpecies, *etc.*

OSSICVLĀTIM. Adu. [κατ᾽ ὀστάριον] *Minutatim.* Caecilius, Fallacia, oſſiculatim Parmenonem de via liceat legant Nonius 2, 609.

OSSICVLARIS, e. Oſſiculare remedium Veg. Veter. 4, 28, 6.

OSSETIM. Adu. Plaut. Men. 5, 2, 105 Hunc ſenem oſſetim dedolabo. *ita legit* Pareus.

OSSEVS, a, um. Adi. [ὀστινός, ὀστηνός] *Quod eſt ex oſſe.* Colum. 5, 11 Deinde cuneum tenuem, ferreum vel oſſeum, inter corticem et materiam, ne minus digitos tres, ſed conſiderate demittito. Forma oſſea Ouid. in Ibin 146. Genitalia Plin. 11, 49. Lapis oſſeus, *Formam et veluti ſubſtantiam oſſis habens* Idem 36, 18. Lignum oſſeum Idem 13, 4. Manus oſſea Mauri Iuuen. Sat. 5, 53.

OSSIFRĂGVS, a, um. Adi. Sen. Controu. 5, 33 *pr. de debilitante expoſitos:* Aliter in quemque ſaeuiens oſſifragus iſte, alterius brachia amputat, alterius eneruat, alium diſtorquet, alium delumbat, *etc.* ¶ 2 *Accipitris et* Aquilae *cognomen, ab oſſibus frangendis.* Lucret. 5, 1078 Accipitres atque oſſifragae. Plin. 30, 7 Oſſifragi venter areſactus et potus iis, qui cibos non conficiunt vtiliſſimus. Ibid. Vnum eſt oſſifrago inteſtinum, mirabili natura omnia deuorata conficienti. *Add.* 10, 3 *et* 38, 8. *Aliter, et falſo, arbitror* Iſid. 12, 17 Oſſifragus, auis quae oſſa ab alto demittit et frangit.

OSSILAGO, *vel* OSSVLAGO *callus vitioſus et oſſis duritiem imitans.* Veg. 2, 22, 1 Iumentum in oſſe percuſſum, ſi tumorem fecerit durum, calloſum, et oſſilagini ſimilem, hac ratione eſt curandum. *Et* 4, 14, 3 Vsque eo, vt oſſulaginem curare credatur. Oſſilago Dea *potius* oſſipaga *eſt.*

OSSILĔGVS, i. m. *Qui legit oſſa.* Onomaſt. Vet. Oſſilegus, ὀστολόγος.

OSSILEGIVM, i. n. [ὀστολόγιον] Gloſſ. Philoxen. ὀστολογία, Onomaſt. Vet. *Vid. Kirchman. de Funer.* 3, 6. *et Deſid. Herald. Adu.* 1, 7. *Vid. p. a.* Oſſa legere.

OSSILLO, āre *i. in fruſta concidere, legit ap.* Plaut. Amph. 1, 1, 29 *Douſa, vbi vulgo* oſcillet.

OSSIPAGA, *vel* OSSIPANGA *Dea* Arnobio *reſtituenda, ſi audimus Meurſium, Canterum, Stewechium. Nempe* 4 p. 131 *ſic legendum:* Nam quae durat et ſolidat infantibus paruis oſſa, Oſſipaga (*editur* oſſilago) eſſe memoratur. *Et mox,* Aut oſſilago ſolidatrix oſſium nomen non haberet. *Et* 3 p. 118 Nulla Fluuionia, nulla Pomona, nulla Oſſipaga (*vulgo* oſſipagina) nulla Februtis, *etc. Sed hic* opigena *malit Meurſius Crit. Arnob.* 3, 6 p. 67.

OSSVARIA, ae. f. [ὀστοδοχεῖον] *Locus, in quo reponuntur oſſa defunctorum.* Vlpianus in l. 2 D. de ſepulcro violato, Celſus ſcribit ſtatuam ſic eſſe monumenti, vt oſſuariam. *Haloander legit* Oſſaria: *vt ſit Subſtantiuum,* Oſſarium, i. *Et ſic etiam eſt apud* Reineſ. 19 24 Oſſarium M. Mannei Eronis L. Suauis. Onomaſt. Vet. Oſſuaria, ὀστοδοχεῖα.

OSSVARIVS, a, um. Adi. Oſſuariae ollae *in antiquis* Inſcript. *Vid. Voſſ. Etym.* 359. *et* Fabretti Inſcript. p. 16.

OSSVŌSVS, a, um. Adi. *Plenus oſſibus.* Veget. de Re Vet. 2, 13, 4 Loci oſſuoſi et commiſſurales.

O S C

OSCICVLVM, *vid.* OSSICVLVM n. 2.

OSCEDO, *vid.* OSCITO.

OSCEN, ĭnis. c. *Q. d. Ore canens auis, vt* tubicen. Varro de L. L. 5, 7 *extr.* p. 59, 31 Oſcines dicuntur apud augures, quod ore faciunt auſpicium. *Sed etiam* OSCINIS *Nominatiuus eſt.* Chariſ. 1 p. 81 Oſcinis Nominatiuum Cicero de Auguriis Oſcen dixit, et ita vſus eſt. *Qui locus cum ambiguus ſit, addamus* p. 112 Oſcen augurium conſuetudo dicit. Cicero tamen, inquit Plinius, de auguriis et *hic Oſcinis* dixit. Rhemn. Palaeſt. p. 1372 In Epicoeno ab oſcen oſcine: *docet terminationem Ablatiui. Nominat.* Oſcen *etiam eſt* Auguſtin. de Gramm. p. 1977. Hor. Carm. 3, 27, 11 Oſcinem coruum prece ſuſcitabo Solis ab ortu. Cic. de Nat. Deor. 2, 160 Quanquam aues quasdam et alites et oſcines, vt noſtri augures appellant, rerum augurandarum cauſa natas eſſe putamus. Auſonius in Ternario, Tres quorum aetates ſuperat Phoebeius oſcen. *h. e. Coruus, qui eſt in Apollinis tutela.* Tum a dextra, tum a ſiniſtra parte canunt oſcines Cic. de Diuin. 120. *Conf.* Idem Fam. 6, 6. ¶ 2 Oſcines *vocat* Plin. 10, 19 Omnes aues, quae canunt. Ibid. c. 29 Alia admiratio circa oſcines: fere mutant colorem vocemque tempore anni, ac repente fiunt aliae.

OSCĬNVM, i. n. [οἰωνισμός] *Auium augurium.* Cic. de Legib. 2, 21 c. 9 Iidemque fulgura atque oſcina pianto. *Correctiora exemplaria legunt* Obſtita. *v. v.*

OSCHEVM, i. n. [ὄσχεον] *Latini* Scrotum *dicunt, id eſt teſtium receptaculum.* Celſus 7, 18 *vbi de morbis tractat, qui in naturalibus circa teſticulos oriri ſolent,* Sinus, *inquit,* qui conſpicitur a nobis, ὄσχεον a Graecis dicitur: noſtri ſcrotum vocant.

OSCI, orum. m. *Pl.* [Ὄσκοι] *Italiae populi, in Campania, a quorum oris foeditate* obſcenos *dictos putat* Acron *ad* Hor. Sat. 1, 5, 62. Virg. Aen. 7, 730 Oſcorumque manus, *etc. Vid. Turneb. Aduerſ.* 3, 9 *et* 24. *et Abr. Krigelii diſſ. de Oſcis Lipſ.* 1736.

OSCVS, a, um. Adi. [Ὄσκος] Cic. Fam. 7, 1 Non enim te puto Graecos aut Oſcos ludos deſideraſſe, praeſertim quum Oſcos ludos, vel in Senatu veſtro ſpectare poſſis. Hor. Serm. 1, 5, 54 Meſſi clarum genus Oſci. *Quod autem dicit* Cicero, Oſcos ludos vel in Senatu ſuo ſpectare Marium poſſe, *de impudico et ſuperbo ſermone Senatorum intelligendum eſt. Fuit enim Oſcis frequentiſſimus vſus libidinum ſpurcarum; vnde et Verba impudentia et elata, Obſcena appellantur, vt* Verrius *quidem vult apud* Sextum Pompeium. *Hinc eſt, quod ibi* Titinnius *etiam vetus Poëta dicit:* Oſce et Volſce fabulantur, nam Latine neſciunt. *Eraſmus inter adagia recitat,* Oſce loqui, pro Turpiter parumque pudice loqui. *Turnebus vero in eandem epiſtolam ſic ait, Sed qui tandem ſunt* ludi Oſci? *quidam putant, quibus Atellanae dabantur. Atella enim oppidum Campaniae fuit: vnde earum nomen.* Oſci *populi Campaniae fuerunt. Sed* Oſci ludi, *vt exiſtimo, et* fabulae Oſcae *et mimi lingua Romana non fiebant, Romanis tamen intellecta. Etſi ea gens deleta erat, tamen etiamnum vigebat ſermo, et comoediae agebantur Romae* Oſca *lingua. Strabo,* τῶν μὲν ἀπὸ Ὄσκων ἐκλελοιπότων, ἡ διάλεκτος μένει παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις, ὥστε ποιήματα σκηνοβατεῖσθαι, κατά τινα ἀγῶνα πάτριον, καὶ μιμολογεῖσθαι. *Hactenus ille.* Linguae Oſcae gnari Liu. 10, 20. Tellus Oſca Propert. 4, 2, 62. Oſca, *Purgamenta et ſordes lauae per contumeliam et iniuriam ſummam Oſcorum* Naeuius *appellauit, vt* Varro *interpretatur. Sic enim ſcribit* de L. L. 6, 3 Quum ex ea carent, quod in ea haeret, neque eſt lana; quae in Romulo Naeuius appellat Oſca ab Oſcis. *Scripturam veterem interpolant multi, aliique aliter cuulgant, ſed haec Turnebo magis probatur. Conf. Scalig. in loc.*

OSCE. Adu. Oſce loqui Gell. 17, 17. *Vid. ſupra.*

OSCILLVM, OSCILLO, *vid.* OSCVLVM, *in* OS, oris.

OSCINIS, *vid.* OSCEN.

OSCĬTO, āre. [χασμάω] *Os commouere, et os totum aperire, vt fit prae ſomno aut taedio.* Gell. 4, 20 Et in iure ſtans, clare nimis et ſonore oſcitauit. Oſcitare, *pro Aperire ſe, dixit* Plin. 16, 24 Sed omnium folia quotidie ad ſolem oſcitant, interiores partes tepefieri violentia. Oſcitat extemplo tetigit cum limina villae Lucret. 3, 1079. *i. remiſſus, piger eſt. Cum caſu effert* Auguſtin. Ver. Relig. c. 3 *extr.* Quid adhuc oſcitamus crapulam heſternam? ¶ 2 Oſcitor, *Depon.* Plaut. Men. 5, 2, 80 Vt pandiculans oſcitatur. Oſcito et oſcitor Priſcian. 8 p. 799 *extr.*

OSCĬTANS, antis. Partic. [χασμῶν] Cic. pro Milon. 57 Adde inſcitiam pranſi, poti, oſcitantis ducis. Idem pro Cluent. 71 Triſtem atque oſcitantem leuiter impellit, *i. aliud agentem, non ſatis attentum.* Oſcitans, Securum et nihil prouidentem aliquando ſignificat, *auctore* Donato *ad* Ter. Andr. 1, 2, 10 (7) Sperantes iam amoto metu, interea oſcitantes opprimi. Cic. de Orat. 2, 144 c. 33 Et iſtam oſcitantem et dormitantem ſapientiam Scaeuolarum et caeterorum beatorum

torum otio concedamus. Oſcitans Epicurus, *Otioſus et negligens.* Cic. de Nat. Deor. 1, 72 Iſta a vobis quaſi dictata redduntur, quae Epicurus oſcitans hallucinatus eſt, quum quidem gloriaretur, vt videmus in ſcriptis, ſe magiſtrum habuiſſe nullum. Oſcitantes heſterna potatione Quinctil. 8, 3. ¶ 2 Oſcitantes *apud* Catull. 23, 5 *Iſ. Voſſius interpretatur* λαρυγγίζοντες, *i. imo de gutture vocem profundentes, et* Oſcinum *auium proprium eſſe ait. Sed Scaliger* aues oſcitantes *i. biantes, putat antonomaſticam deſcriptionem larorum.*

OSCITANTER. Adu. [χασμωδῶς] *Negligenter.* Cic. de Clar. Orat. 276 c. 80 Quum indicia mortis ſe comperiſſe manifeſto et manu tenere diceret, tam ſolute egiſſet, tam leniter, tam oſcitanter.

OSCITANTIA, ae. f. *Pro Oſcitatione, ſed male. Vid. Cellar. Antibarb.* p. 78.

OSCITATIO, ōnis. f. [χάσμη] Plin. 7, 6 Oſcitatio quidem in enixu letalis eſt. Oſcitatione vinci Gell. 4, 20. Longas trahere oſcitationes Martial. 2, 6. Oſcitatio, (*inquit* Donatus) Animi otium et ſecuritas. Oſcitationes Bruti, *Libelli oſcitanter ſiue negligenter ſcripti* Stat. Silu. 4, 9, 10.

OSCITABVNDVS, a, um. *Apud.* Gell. in lemmate 4 c. 20 *et* Sidon. Epiſt. 2, 2 Diſcipulis exponere oſcitabundus ordiris.

OSCĒDO, ĭnis. f. [χασμῶδες] *Vitium, quo quis tenetur, vt ſaepius oſcitet.* Gell. 4, 20 Sed quum ille deieraſſet, inuitiſſimum ſeſe ac repugnantem oſcitatione victum, tenerique eo vitio, quod oſcedo appellatur: tum notae iam deſtinatae exemtus eſt. Oſcedo, Sereno v. 231 *ſignificat Oris vlcuſcula, quum ſcribit,* Hinc oſcedo fugit, linguae quoque vulnera cedunt. Oſcedo, *inquit* Iſidorus 4, 8 eſt, qua infantium ora vlcerantur. Aphthas *medici vocant, vt Turnebus exiſtimat.*

OSCVLANA Pugna, *a* Feſto *appellatur, et prouerbii loco numeroque refertur,* de iis, qui victi vincunt. *Sed* Aſculana *potius dici debere videtur. Nam ad* Aſculum *ea depugnata pugna fuit aduerſus Pyrrhum, ſi Plutarcho credimus: quanquam apud* Feſtum *ordo ſeriesque verborum* Oſculanam *tuetur. Ex Turnebo.*

OSCVLATIO, OSCVLOR, OSCVLVM, *vid.* OS, oris.

O S I

OSIM, *pro* Auſim, *Comicorum more ſunt qui legant* Cic. Att. 12, 5 *ſed plerique aliter.*

OSIREOSTAPHE, es. f. *Herba,* quae et Cynocephalion dicitur Apul. de Herb. c. 86. *Quaſi tu* Oſiridis ſepulcrum *dicas.*

OSIRIACA, *vel* OSYRIACA, ae. f. *Herba, quae alias Malua erratica.* Apul. de Herb. c. 86.

OSĪRIS, is *vel* ĭdis. m. [Ὄσιρις] *Aegyptiorum Deus,* Iſidis *maritus.* Macrob. Sat. 1, 21 Nec in occulto eſt, neque aliud eſſe Oſirin quam ſolem, nec Iſin aliud eſſe quam terram, naturamue rerum — Hinc Aegyptii Oſirin, vt ſolem eſſe aſſerant, quoties hieroglyphicis literis ſuis exprimere volunt, inſculpunt ſceptrum, inque eo ſpeciem oculi exprimunt, *etc. Sed neque mythologian, neque phyſiologian* Oſiridis *perſequi noſtrum eſt. Verum teſtimoniis Latinorum Poëtarum vſum vocis oſtendere.* Iuuenal. 8, 29 Exclamare libet, populus quod clamat Oſiri Inuento. *Vet. Schol.* Populus Aegypti Oſiri inuento dixit, εὑρήκαμεν συγχαίρομεν. Horat. Epiſt. 1, 17, 60 *de mendico plano,* Per ſanctum iuratus dicat Oſirin. Tibullus 1, 8, 29 *Nilum alloquens,*

> Te canit, atque ſuum pubes miratur Oſirin,
> Barbara Memphitem plangere docta bouem.
> Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris
> Et teneram ferro ſollicitauit humum.

Plura ibi Poëta, et Brouckhuſius. Verbo Oſiris *Apis eſt, et Bacchus, et omnia. Superſtitionem illius Romae etiam viguiſſe, apparet. V. g.* Iuuen. 6, 540 Vt veniam culpae non abnuat, anſere magno Scilicet et tenui popano corruptus Oſiris. *Videtur ei rei occaſionem praebuiſſe maiorem Veſpaſiani imperium. Vid.* Tac. Hiſt. 4, 84. Apul. Met. 11 *extr.* p. 272, 37 Deus Deum magnorum potior, et maiorum ſummus, et ſummorum maximus, et maximorum regnator, Oſiris.

OSIRIS *herba vid.* OSYRIS.

OSIRĪTES, ae. m. *Ab Aegyptiis dicitur herba, quam Cynocephaliam, hoc eſt canis caput vocant, quod canino capiti ſit ſimilis. Tradunt, ſi quis eam totam eruat, ſtatim mori. Haec* Plin. 30, 2 *Sed* Oſyrites *ſcribit etiam Hard.*

OSISMII, Lugdunenſis Galliae populi Plin. 4, 18 ſ. 32. *Diuerſi et ad Oceanum ſunt et Britanniae minoris pars* Oſiſmii Melae 3, 2.

O S O - O S S

OSOR, *vid.* ODI.

OSPRATVRA, ae. f. *Cura leguminum ſiue minutarum frugum in foro* L. 18 §. 19 de muner. et honor. *ab* ὄσπριον. *Sed variat lectio, et eruditorum ſententiae. Haloand.* Hoſpitatura.

OSPRION, i. n. [ὄσπριον] *Legumen; vnde* Apicii *liber quintus eſt* Oſprios, *quaſi leguminarius.*

OSQVIDATES, Populi ſunt Galliae Aquitanicae, *apud* Plin. 4, 19 ſ. 33.

OSROËNE, es. f. *Regio Meſopotamiae ſeptentrionalis, cuius caput Edeſſa. Scribitur et* Osdroëne. *Vid.* Eutrop. 8, 11. *et Spanb. de Num. diſſ.* 8 p. 534.

OSSA, ae. f. [Ὄσσα] Mons eſt *teſte* Solino c. 13 in finibus Theſſaliae, Centaurorum ſtabulum, cum tanta pinorum copia, vt in flexione atque reflexione ramorum tonitrua referantur. Lucan. 1, 389 Oſſa pinifera. Apul. de Mundo Iuga Oſſae ardua. Ouid. Met. 1, 155 *de Gigantomachia* Excuſſit ſubiecto Pelio Oſſam. *Nempe, vt ait* Virg. Georg. 1, 281 *Gigantes* Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam Scilicet, atque Oſſae frondoſum inuoluere Olympum. Oſſan, *Accuſ. caſ.* Ouid. Faſt. 1, 307 Non vt ferat Oſſan Olympus. Arctoa Stat. Theb. 3, 319. Frondens Idem ib. 8, 79. Glacialis Claud. in Conſ. Stil. 1, 12. Niualis Idem in Ruff. 2, 182.

OSSAEVS, a, um. Adi. [Ὀσσαῖος] Lucan. 6, 334 Attollit Titan, rupes Oſſaea coërcēt. Auia Oſſaea Stat. Achill. 2, 407. Vrſa Ouid. Met. 12, 319. Bimembres Oſſaei, *Centauri, qui Oſſam accolebant* Stat. Theb. 12, 554.

OSSIGETANIA, ae. f. *Regio Hiſpaniae, Baeticae vicina, cuius meminit* Plinius 3, 1.

OSSIPAGA, *vid. ſub* OS, oſſis.

OSTAE, arum. [ὦσται] Motus terrae, quibus ſolum quatitur; *vt deſcribit* Apul. de Mundo p. 65.

OSTĀNES, *vel* OSTHANES, *vel* HOSTANES, is. m. *Perſa magus. De quo* Plin. 30, 1. Apul. Apol. Tertull. de Anima c. 57 *et* Min. Fel. Oct. p. 61 c. 26.

OSTENDO, di, ſum *et* tum, ĕre. [δείκνυμι, ἐπιδείκνυμι, φαίνω] *Demonſtrare. Non ab* Os *et* tendo; *ſed ab* ob, *pro quo in compoſitis quibusdam* obs *videntur dixiſſe, vt* abs *pro* ab. *Eſt igitur* oſtendere *velut* ob *vel verſus aliquid* tendere, *tenere, porrigere aliquid, quo ipſo demonſtramus. Deinde ad orationem refertur, vt* demonſtrare; *et ipſum* dicere *e Graeco* δείκω, δείκνυμι *ortum obſeruauimus.* Ter. Eun. 5, 3, 5 Iamne oſtendiſti ſigna nutrici? Virg. Aen. 6, 869 Oſtendent terris hunc tantum fata, neque vltra Eſſe ſinent. Cic. pro Caecin. 10 Is habuit in matrimonio Ceſenniam, eodem e municipio, ſummo loco natam et probatiſſimam feminam, ſicut et viuus multis ipſe rebus oſtendit, et in morte ſua teſtamento declarauit. Cic. Att. 1, 1 Demonſtraui haec Caelio: ſimul et illud oſtendi, ſi ipſe cum illo vno contenderet, me ei ſatis facturum fuiſſe. Idem de Aruſp. Reſp. 24 Haec igitur vobis, haec Populo Romano et ſcelerum indicia Oſtendit, et periculorum ſigna patefecit. Cic. de Lege Agrar. 2, 5 Cui errato nulla venia, recte facto exigua laus, et ab inuitis expreſſa Proponitur: non dubitanti fidele conſilium, non laboranti certum ſubſidium nobilitatis oſtenditur. De his primum partibus oſtendendum eſt, deinde, *etc.* Auctor ad Heren. 2, 23. Sicut oſtendimus, *i. Narrauimus* Nepos 16, 5, 1. Idem 17, 1, 5. *et* 7, 6, 4. Oſtenditur nobis id quod quaerebamus, *inquit* Donatus *ad* Ter. Hec. 4, 4, 5 Opportune te mihi Phidippe in ipſo tempore oſtendis. Oſtendere, *Docere.* Hor. Epiſt. 1, 19, 23 Parios ego primus Iambos Oſtendi Latio. *Conf.* Cic. Fam. 5, 19. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 6. *et* 2, 20 *extr.* Aperte oſtendit quod habet venale Hor. Serm. 1, 2, 84. Rapinae Caci Caelo oſtenduntur Virg. Aen. 8, 263. Coram oſtendere aliquid alicui Idem ib. 6, 716. Digitis oſtendere Ouid. de Arte Am. 2, 629. Bellum oſtendere Liu. 1, 11. Bellum indicere et oſtendere Idem 2, 44. Ignem foliis Val. Flacc. 2, 450 *i. verſus folia arida excutere de ſilice. Alio ſenſu et vulgari,* Idem 3, 603 Seris oſtendere noctibus Ignes. Imperatorem Suet. Calig. c. 43. Iter ad ingenii lumen Quinctil. 1 prooem. Locum aliquem oſtendere de excelſo Cic. Somn. Scip. c. 2. Lumen animi, ingenii, conſiliique tui hîc oportet oſtendas Idem ib. 3. Idem Verr. 4, 75 Iſte tum petere ab illis: tum minari, tum ſpem, tum Metum oſtendere. Mores alienius Ter. Eun. 5, 9, 59. Cic. pro Roſc. Amer. 87 Ex tot ſicariis ſolus inuentus es, qui cum accuſatoribus ſederes: atque Os tuum non modo oſtenderes, ſed etiam offerres. Idem Verr. 1, 1 Nemo quemquam tam audacem, tam amentem, tam impudentem fore arbitrabatur, qui tam nefariis criminibus, tam multis teſtibus euictus, ora iudicum aſpicere, et Os ſuum Populo Romano oſtendere auderet. Terent. Heaut. 4, 1, 21 Tot Peccata in hac re oſtendis. *i. peccas.* Idem Adelph. 1, 2, 25 Te plura in hac re Peccare oſtendam. Poteſtatem ſuam in aliquo Ter. Eun. 5, 9, 3. Quam ſimus callidi oſtendere Idem Andr. 1, 2, 27. Cic. Acad. 4, 98 Sed vt omnes iſtos aculeos, et totum tortuoſum genus diſputandi relinquamus, oſtendamusque Qui ſimus. Plaut. Capt. 2, 2, 45 Quoniam nobis dii immortales animum oſtenderunt Suum. Cic. de Amic. 97 In qua niſi (vt dicitur) apertum pectus videas, tuumque oſtendas. Idem Q. Frat. 1, 2 *extr.* Tribun. plebis deſignati ſunt nobis amici: COSS. Se optime oſtendunt, *i. optime de ſe ſperandi occaſionem praebent.* Se virum oſtendere Ter. Eun. 2, 3, 15. Cic. de Vniuerſ. 35 Quando igitur omnes et qui mouentur, palamque Se oſtendunt, et qui eatenus nobis declarantur quo ipſi volunt, creati ſunt, *etc. de diis. i. apparent.* Se aegre pati oſtendere Ter. Adelph. 1, 2, 62. Sententiam ſuam Idem Heaut. 2, 1, 7. Idem Phorm. 5, 4, 7 Neque me domum nunc reciperem, ni mihi eſſet Spes oſtenſa huiusce habendae. Cic. pro Roſc. Amer. 110 Hisce inſidioſe Spem falſam oſtendere. Spes oſtendit ſe alicunde Liu. 26, 38. Dum vult Vocem oſtendere Phaedr. 1, 14, 9. ¶ 2 Oſtendere, *non eſt tantum, Id quod in conſuetudine frequenter ſignificat, demonſtrare: ſed Quod verbi potius compoſitio prae ſe fert, obtendere et opponere interdum; cuius ſignificationis teſtimonium apud* Cic. Verr. 5, 1 *in promtu occurrit,* Sed quaedam mihi magnifica, et praeclara eius defenſio oſtenditur. *Annotauit Turneb.* ¶ 3 *Oſtendere pro facere, exhibere, etc.* Vosmet ipſos ſic eruditos oſtendite Imper. praef. Inſtit. *Conf. Caſaub. ad* Theocrit. c. 9. *et ad* Lamprid. Comm. c. 1. *it. ad* Capitolini Maximin. c. 10. Cael. Tard. 1, 4, 95 Quo etiam carnatum corpus oſtendat, *i. efficiat* ἀποδείξῃ.

OSTENDENS, entis. Partic. Nepos 10, 4, 1 Nauem ei dedit oſtendens ſe id vtriusque facere cauſa. Trunca oſtendens corpora Ouid. Met. 3, 724. Me matribus oſtendens Ithacis Idem ib. 13, 512.

OSTENSIO, ōnis. f. Apul. Met. 3 p. 133, 19 Facinus praecedens inſtaurare noua oſtenſione. *Al.* Offenſione. Vulg. Lat. Rom. c. 3, 25 Ad oſtenſionem iuſtitiae. *Pro Pompa et paratu. Vid. Salmaſ. in* Lamprid. Alex. c. 33. *Conf.* Cyprian. Epiſt. 1, 2. *Nempe*

OSTENSIONALIS, e. Adi. Milites oſtenſionales Lamprid. Alex. c. 33 *i. oſtentationi comparati, vid. Caſaub.*

OSTENSOR, ōris. m. Tertul. Apol. c. 11 Nouae frugis auctor quia oſtenſor et inuentor.

OSTENTRIX, īcis. f. *Hanc vocem reperit Barthius in vetuſtiſſimo Codice* Stat. Theb. 5, 703 Grati oſtentrix fluminis. *Vulgo* Inuentrix.

OSTENSVS, a, um. Partic. [δεδειγμένος] Caedes oſtenſa Sullae Lucan. 2, 192. Spes oſtenſa Ter. Phorm. 5, 4, 7.

OSTENTVS, a, um. *Participialiter.* [ἐπιδειχθεὶς] Feſtus. Pacuius, In ipſo tempore oſtentum ſenem. Cato c. 6, 2 *et* 4 Ager olero conſerundo qui in ventum Fauonium ſpectabit, et Soli oſtentus erit, alius bonus nullus erit. *Proprie, quaſi* obtenſus. *Vtitur etiam* Varr. R. R. 1, 24, 1 *et* 25.

OSTENTVS, ûs. m. [χλεύη] *Spectaculum, ſpecimen.* Salluſt. Iugurth. c. 24, 10 Sed quoniam eo natus ſum, vt Iugurthae ſcelerum oſtentui eſſem. Ibid. 46, 6 Itaque munito agmine incedere: late explorare omnia: illa deditionis ſigna oſtentui eſſe, credere. *i. In ſpeciem eſſe ficta, inquit Budaeus.* Auribus deciſis viuere iubet oſtentui clementiae ſuae Tac. A. 12, 14, 6. Mittere aliquem oſtentui Id. Hiſt. 3, 35. Idem Ann. 1, 29, 6 Corpora extra vallum abiecta oſtentui. Idem 15, 64, 3 Oſtentui eſſe.

OSTENTO, āre. Frequent. [ἐπιδείκνυμαι, κομπάζω, ἀλαζονεύομαι] *ſignificat, ſaepe vel cum affectu vel affectatione adeo oſtendere.* Tacit. Hiſt. 3, 31 Mox velamenta, et infulas pro muris oſtentant. Cic. de Lege Agr. 2, 10 Si aliud quiddam obſcure moliuntur, aliud ſpe ac

ſpecie

ſpecie ſimulationis oſtentant, populares exiſtimandi ſunt. Cic. Fam. 10, 3 Nunc tantum ſignificandum putaui, vt potius amorem tibi oſtenderem meum, quam oſtentarem prudentiam. Cic. de Lege Agrar. 2, 10 Largitio aliqua promulgata, quae verbis oſtentari poteſt, re vera fieri, niſi exhauſto aerario, nullo pacto poteſt. Caedem ex altera parte belli exitus oſtentat, ex altera ſeruitutem Cic. Fam. 4, 14. Iugulum oſtentare pro capite alterius, *h. e. Exponere ſe periculo vitae* Idem Att. 1, 16. Moenia maxima oſtentat Virg. Aen. 3, 703. Opes Sidonias oſtentat Dido Idem ibid. 4, 75. Periculum oſtentare capitis, *pro Minari mortem* Cic. pro Cluent. 25. Ibidem 22 Mulier amiſſis liberis, quum vnius filii recuperandi Spes eſſet oſtentata, omnes, *etc.* Plin. in Paneg. Traian. c. 4 *extr.* Iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis, et dignitas oris nonne longe lateque principem oſtentant? *quaſi in triumpho. Nempe* Oſtentare, Saepe oſtendere, gloriandi cauſa, *inquit* Feſtus. Ter. Eun. 3, 2, 30 Neque pugnas narrat, neque cicatrices ſuas oſtentat. Cic. pro Cael. 67 In aliis rebus ſe oſtentent. Auctor ad Herenn. 2, 47 Ficta et dedita opera comparata oratio videbitur eſſe artificii ſignificandi, ingeniique venditandi, et memoriae oſtentandae cauſa. Idem 4, 29. Labores ſuos Claud. Conſ. Stil. 2, 14. Vires ſuperbas Stat. Theb. 6, 647. Se iactare et oſtentare Auctor ad Heren. 4, 29 c. 21. Se oſtentare Cic. Fam. 1, 4. Prae ſe ferre et oſtentare Cic. Att. 2, 23.

OSTENTANS, antis. Partic. [ἐπιδεικνύμενος] Frontem albam equus arduus oſtentat Virg. Aen. 5, 567.

OSTENTĀTVS, a, um. Partic. [προσεπιδεδειγμένος] Terent. Eun. 3, 5, 56 An ego occaſionem mihi oſtentatam tam breuem, tam optatam, tam inſperatam amitterem? Promiſſa liberalitate alicuius et oſtentata pecunia Cic. pro Roſc. Com. 16.

OSTENTĀTOR, ōris. m. [κομπαστής, ἀλαζών] *Iactator.* Plaut. Curc. 4, 1, 15 In medio propter canalem, ibi oſtentatores meri, confidentes, garrulique et maleuoli. Liu. 1, 10 Oſtentator factorum. Auctor ad Herenn. 4, 63 c. 50 Vt ſi velis non diuitem, ſed oſtentatorem pecunioſum deſcribere, *etc.*

OSTENTATIO, ōnis. f. [ἀλαζονεία] *Iactantia.* Cic. de Fin. 4, 68 Glorioſa oſtentatio in conſtituendo ſummo bono. Caeſar Bell. Ciuil. 1, 4 Oſtentatio ſui. Ingenii obſeruationis vitanda eſt ſuſpicio Cic. de Orat. 2, 333 c. 82 *pr.* Venditatio quaedam et oſtentatio Id. de Amicit. 88 c. 23. *Et* pro Rabir. Poſt. 38 Quod genus tandem eſt iſtud oſtentationis et gloriae? Oſtentatio *et* Veritas, *contraria.* Cic. de Finib. 2, 77 Aut etiam vt veſtitum, ſic ſententiam habeas aliam domeſticam, aliam forenſem, vt in fronte oſtentatio ſit, intus veritas occultetur. Oſtentatio *et* Voluntas, *contraria.* Cic. Off. 1, 44 Videre etiam licet pleroſque non tam natura liberales, quam quadam gloria ductos, vt benefici videantur, facere multa, quae proficiſci ab oſtentatione magis, quam a voluntate videntur. Scientiae oſtentationem, diſciplinam ſuam philoſophus animo et vita conſtitutus, vt ratio poſtulat, non putat, ſed legem vitae Cic. Tuſc. 2, 21. Simulatione, et inani oſtentatione, et ficto non modo ſermone, ſed etiam vultu, ſtabilem ſe gloriam conſequi poſſe, ſi qui rentur, vehementer errant Cic. Off. 2, 43 c. 13. *Add.* Auct. ad Herenn. 4 c. 50. Magnifica et glorioſa oſtentatio ciuitatis Cic. pro Flacc. 52. Declamatoria Quinctil. 4, 3. Glorioſa Cic. de Fin. 4, 68. Inſolens, *vid.* INSOLENS. Popularis Cic. de Lege Agrar. 1, 23. Scenica Quinctil. 2, 10. Adduci oſtentatione, *vid.* ADDVCO. Componi oſtentationi Quinctil. 3, 7. Ad arcem oſtentationis peruenere opera Protogenis Plin. 35, 10 ſ. 36.

OSTENTATRIX, īcis. f. Apul. Apol. p. 323 Vidiſtis profecto, qui affuiſtis, quam improba iuuenum circumſpectatrix, quam immodica ſui oſtentatrix. *conf.* Pacat. Paneg. Theod. c. 17. *et* Prudent. Pſychom. 439.

OSTENTABĪLIS, e. Adi. Gloſſ. Lat. Gr. Oſtentabile, ἐπιδεικτικόν.

OSTENTĀMEN, ĭnis. n. Prudent. Pſychom. 204. *et* Tertull. *adu.* Gnoſt. c. 13.

OSTENTATICIVS, a, um. Adi. Oſtentaticia virginitas Tertull. de Virg. Veland. c. 3.

OSTENTATORIVS, a, um. *Aliud* Adi. Oſtentatoria nouitas Mart. Capell. 2 p. 38.

OSTENTVM, i. n. [τέρας] *i. Portentum: quod futurum aliquid oſtendat, vt putabantur olim Cometae, tonitrua die ſereno.* Cic. de Nat. Deor. 2, 7 c. 3 Praedictiones vero et praeſenſiones rerum futurarum quid aliud declarant, niſi hominibus ea, quae ſint, oſtendi, monſtrari, portendi, praedici: ex quo illa, oſtenta, monſtra, portenta, prodigia dicuntur? Oſtenta *accipiuntur etiam in bonam partem.* Suet. Veſp. c. 5 Iampridem ſibi per haec oſtenta conceptam in ſpem imperii venit. Oſtentum Labeo definit (*vt inquit* Vlpianus in l. Oſtentum. D. de verb. et rerum ſignif.) omne contra naturam cuiuſque rei genitum factumque. Duo autem genera ſunt oſtentorum. Vnum, quoties quid contra naturam naſcitur: tribus manibus forte, aut pedibus, aut qua alia parte corporis, quae naturae contraria eſt. Alterum, quum quid prodigioſum videtur, quomodo Graeci φάσματα vocant. Grauiſſimum oſtentum huic ordini nuntiatum Cic. de Aruſp. Reſp. 10. Admonemur multis oſtentis, *vid.* ADMONEO. Cic. Fam. 8, 14 Scis Appium Cenſorem hic oſtenta facere, de ſignis et tabulis, *etc.* *Hoc mire ſe iactare in cenſura, quaſi mirifice ſeuerus eſſet ac diligens.* Portendere malorum periculorumque metus ex oſtentis Cic. Verr. 4, 108 c. 49. Procurare oſtentum familiare Liu. 26.

OSTENTĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. Onomaſt. Oſtentiferum, τερατώδες.

OSTENTARIVS, i. m. [τερατοσκόπος] Oſtentarius Tuſcus Macrob. Saturn. 3, 7. *Oſtentorum procurandorum artem profeſſus.*

OSTEODES, um. f. *Pl.* [Ὀστώδεις] Inſulae ſunt Siciliae adiacentes ab ea parte, qua Africam ſpectat Plin. 3, 8.

OSTIA, ae. f. [Ὠστία] Vrbs in oſtiis Tiberis ſita, ab Anco Martio condita, *vt ſcribit* Liu. 1, 33 *extr.* in ipſo maris fluminiſque confinio, vt totius mundi opes illo veluti maritimo vrbis hoſpitio reciperentur. *conf.* Flor. 1, 4, 2. *et* 3, 21, 12. *Ab hac*

OSTIENSIS, e. Adi. Ora Oſtienſis Plin. 9, 17. Portus Oſtienſis Ibidem c. 6. *et* 36, 15. *conf.* Suet. Claud. c. 20. Oſtienſis porta *etiam Romae, ſic dicta eo quod* Oſtiam *verſus ducat: Vulgo* Porta di S. Paullo. *Et Pl.* Oſtienſes, *Populi.*

OSTĪGO, ĭnis. f. [λειχήν] *Alias Mentigo dicitur. Videtur in agnis et haedis id ferme malum eſſe, quod in hominibus Mentagram appellant.* Columel. 7, 5, 21 Eſt etiam mentigo, quam paſtores oſtiginem vocant, mortifera lactentibus. — Velut ignis ſacer os atque labra foedis vlceribus obſidet.

OSTIVM, i. n. [θύρα, θύρεθρον] *Ianua.* Ter. Eun. 4, 6, 25 Tu abi, atque oſtium obſera intus, ego dum hinc tranſcurro ad forum. Oſtium *ab* Obſtando *quidam deducunt, quod eo arcemur ingreſſu. Quidam ab* Os, oris, *quod ſit idem, per quod ingredimur vel domum, vel quemcunque alium locum. Alii a Graeco ὠθεῖν, quod eſt repellere, vnde ratio exigit, vt ſine aſpiratione ſcribatur: licet nonnullorum vſus cum ſuis deriuatis aſpiret. Vid. Muret. V. L.* 1, 17. Oſtiorum exactio Cic. Fam. 3, 8. *i. Tributi in ſingula aedium oſtia imperati.* Cic. Tuſc. 5, 13 Solane beata vita quaeſo relinquitur extra oſtium limenque carceris? Belliſſimum et taciturniſſimum Plaut. Curc. 1, 1, 20. Oculiſſimum oſtium Idem ibid. 1, 1, 15. *i. Cariſſimum et gratiſſimum, quod tanquam oculus, quo nihil iucundius nobis eſt, plane cenſeatur. Nam ex* Oculo *finxit Superlatiuum, et ex Ipſo Ipſiſſimum. Non me tamen fallit in libris antiquis* Occluſiſſimum *reperiri: et ſic editum in Gronou. ſed auctorem alterius lectionis laudare poſſum* Feſtum. *Sunt qui* Oculeiſſimum *legant verſu modulatiore, ſequunturque* Priſcianum, *cui* 3 p. 618 *etiam* Oculeus *et* Ocellus per diminutionem: *vt nempe* equuleus *et* hinnuleus, *pro* equulo, hinnulo. Recluſa Lucret. 3, 367. Auſcultare ab oſtio, *vid.* AVSCVLTO. Aperto oſtio dormire Cic. pro Roſc. Amer. 65. Obdere oſtio peſſulum, *vid.* OBDO. Oppilare oſtia Lucret. 6, 725. Patuere ingentia oſtia domus Virg. Aen. 6, 81. Pernoctare ad oſtium carceris, *vid.* PERNOCTO. Pulſare, *vid.* PVLSO. Cic. de Orat. 2, 276 Vt illud Naſicae, qui quum ad Poëtam Ennium veniſſet, eique ab oſtio quaerenti ancilla dixiſſet domi non eſſe, *etc.* ¶ 2 Oſtia, [ἐκβολαί] *tantum Plur. Fluuiorum patentes aditus, per quos in mare exonerantur.* Virg. Aen. 1, 18 Italiam contra, Tiberinaque longe. Oſtia. Tiberina oſtia *etiam* Ouid. Met. 15, 728. Oſtium, *pro Ingreſſu portus marini.* Virg. Aen. 1, 404 Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo. Idem ibid. 5, 281. Cic. Verr. 5, 79 Quod eſt litus in inſula Syracuſis poſt Arethuſae fontem, propter ipſum Introitum atque oſtium portus, amoeno ſane et ab arbitris remoto loco. Fluminis oſtium Cic. Philipp. 2, 26 c. 11. Oceani Idem pro Lege Manil. 33 c. 12. Alta Ditis Virg. Georg. 4, 467. Sacra Inferni Idem Aen. 6, 109. Turbida Tartareae portae Sil. 13, 422. Lucret. 4, 92 *de poris corporum,* Nec recta viarum Oſtia ſunt, qua contendunt exire *vapores.*

OSTIŎLVM, i. n. Dimin. [θυρίδιον] Columel. 8, 14, 1 *de haris anſerum,* Quas ſingulas ſatis eſt habere quoquouerſus pedes ternos, et aditus ſingulis firmis oſtiolis munitos. Plin. 19, 8 *pr.* Lactucae genus, Lati caulis, adeo, vt oſtiola olitoria ex his factitari coeperint, *ex Theophraſto, qui* θύρας κηπωρικὰς *vocat, tuguriola olitorum intelligi, planum eſt. Vid.* OLVS.

OSTIĀTIM. Adu. [κατὰ θύρεθρον] *Per ſingula oſtia.* Cic. Verr. 4, 53 c. 24 Nos quidem quid facimus in Verre, quem in luto volutatum, totius corporis veſtigiis inuenimus? permagnum eſt in eum dicere aliquid, qui praeteriens, lectica paulliſper depoſita, non per praeſtigia, ſed palam per poteſtatem, vno imperio oſtiatim totum oppidum compilarit? *Sic* Cic. Verr. 4, 48 c. 22 Hic nolite exſpectare, dum ego hoc crimen agam oſtiatim: ab Aeſchylo Tyndaritano iſtum pateram abſtuliſſe, a Thraſone item Tyndaritano patellam, a Nymphodoro Agrigentino turibulum. Oſtiatim pulſare Quinctil. 5, 10.

OSTIARIVM, i. n. *Tributum in ſingula domorum oſtia imperatum: vt columnarium, in ſingulas columnas.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 32 Interim acerbiſſime imperatae pecuniae tota prouincia exigebantur: multa praeterea generatim ad auaritiam excogitabantur. In capita ſingula ſeruorum ac liberorum tributum imponebatur: columnaria, oſtiaria, frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, vecturae imperabantur. *conf.* Cic. Fam. 3, 8.

OSTIARIVS, i. m. [θυρωρός] *Oſtii cuſtos.* Plin. 12, 14 Praeter hos et cuſtodes, ſatelliteſque et oſtiarii et miniſtri populantur. Sen. de Conſt. Sap. c. 14 Oſtiarii difficultas. Idem c. 15 Limen vacuum et ab oſtiariis liberum. Vitruu. 6, 10 Cella oſtiarii. *conf.* Suet. de Rhet. c. 3. *et* Petron. c. 28, 29 *etc. apud quem et* Vitr. l. c. Hoſtiarius.

OSTŎCŎPVS, i. m. [ὀστοκόπος] *Oſſium dolorem ſentiens.* Seren. 922 Oſtocopon lento conducit melle perungi.

OSTRACA, ōrum. n. [ὄστρακα] *Graecis teſtae ſunt, voce non minus late patente, quam Latina. Hinc*

OSTRACIAS, ae. m. ſ. OSTRACĪTIS, ĭdis. f. [ὀστρακίας] eſt *gemma* Teſtacea durior, altera achatae ſimilis, niſi quod achates politura pingueſcit: duriori tanta ineſt vis, vt aliae gemmae ſcalpantur fragmentis eius. Oſtracitidi oſtrea nomen et ſimilitudinem dedere. *Haec* Plin. 37, 10 ſ. 65. Idem 36, 19 ſ. 31 *inter lapides ignobiliores* Oſtracitae ſimilitudinem teſtae habent. Vſus eorum pro pumice ad laeuigandam cutem. *Hic igitur fuerit Sing.* OSTRACITES, ae. m.

OSTRACISMVS, i. m. [ὀστρακισμός] *Relegationis genus. Nam ciuitates antiquitus, quae populari ſtatu regebantur, eos, qui ſuperexcellere videbantur, vel propter diuitias, vel propter amicos, aliamue potentiam, extra ciuitatem relegare ſolebant ad tempus, ſicut docet Ariſtoteles tertio Politicorum. Athenienſes vero exilio decennali multare conſueuerant potentes nimis, et excellentes gloria viros. Et hoc exilii genus,* oſtraciſmum *appellauerunt: qui repertus eſt, non ad caſtigandam improbitatem, ſed ad potentiam moderandam.* Oſtraciſmus *autem ab* oſtraco, *id eſt calculo, ſiue teſtula, nomen ſortitus eſt, qui in hunc modum Athenis peragebatur.* Oſtraci *viritim in conſilio dabantur, in quibus quiſque nomen illius perſcribebat, quem vrbe cedere voluiſſet. Magiſtratus vero, qui huic negotio praeerant, vniuerſos ſimul calculos recenſebant: qui niſi ſex millium numerum exceſſiſſent, nihil confectum eſſe iudicabatur. Vbi vero vltimus numerus repertus fuiſſet, eum decem annos exilio afficiebant. Hoc* oſtraciſmo *Themiſtocles, Cimon, et Ariſtides, multati fuere. Hoc Latini, teſtularum exilium vocant. Nomine* Oſtraciſmi *vtitur* Nep. 5, 3, 1 *vbi copioſe laudantur a Boſio, qui de re egerint. Vid. v. c. I. Scalig. in Euſeb.* 94. *vel Sigon. de Rep. Athen.* 2, 4. *vel Petit. Com. in Leg. Att. p.* 366.

OSTRACIVM, i. n. *Latine Teſtula dicitur, Graece* ὀστράκιον. *pro Onyche:* Plin. 32, 10 Inuenio apud quoſdam oſtracium vocari, quod aliqui onychem vocant.

OSTREA, ae. f. *vel* OSTREVM, i. n. [ὄστρεον] *Tum generatim conchae, tum peculiariter illae, quae aſperam, ſcabrumque teſtam habent.* Oſtreum *dicere, non placet* Chariſ. Inſt. Gramm. l. 1 p. 42. *dicendumque* Haec oſtrea ſingulari feminine. *Sed vſus certe* Iuuenalis *et* Plinii *repugnat.* Cic. de Diuin. 2, 33 Oſtreiſque et conchyliis omnibus contingere, vt cum luna pariter creſcant, pariterque decreſcant. Gell. 20, 8 Oſtreae quum appoſitae fuiſſent, et multae quidem,

dem, ſed inuberes, macraeque eſſent, Luna, inquit Annianus, nunc videlicet ſeneſcit: ea re oſtrea quoque ſicuti alia quaedam tenuis, exſuctaque (*ſ.* exſuccaque) eſt. *Laudat* Lucilii *verſum*, Luna alit oſtrea et implet echinos, *etc.* Peculiariter vero contra leporis marini venena et oſtrea aduerſantur Plin. 32, 6. Grandia, quae mediis iam noctibus oſtrea mordet Iuuen. Sat. 6, 302. Caſſis oſtrea teſtis Vſta dabit cinerem Sammon. v. 124. Oſtrea Circaeis, Miſeno oriuntur echini Hor. Serm. 2, 4, 33. Abſtinere oſtreis et muraenis, *vid.* ABSTINEO.

OSTREĀTVS, a, um. Adi. [ὀστρακώδης] *pro Duro atque aſpero ponitur.* Plaut. Poen. 1, 2, 186 Itaque iam quaſi oſtreatum tergum vlceribus geſtito propter amorem veſtrum.

OSTREARIVS, a, um. *Aliud* Adi. Oſtrearius panis, *quo veteres cum oſtreis veſci ſolebant.* Plin. 18, 11 ſ. 27 Panis — genera — alias ab opſoniis appellati, vt oſtrearii.

OSTREARIA, ōrum. n. *Pl.* [ὀστρεοτροφεῖα] *Vbi oſtreae viuunt et reperiuntur.* Plin. 9, 51 ſ. 74 Nuper compertum in oſtreariis, humorem his foetificum lactis modo effluere. Macrob. Saturn. 2, 11 Sergius Orata primus oſtrearia in Baiano locauit.

OSTREŌSVS, a, um. Adi. Cyzicus oſtreoſa Poëta Phallicus Carm. 77. Catull. Priap. 18 Ora Helleſpontia caeteris oſtreoſior oris. *conf. Vinet. ad* Auſon. Epiſt. 9, 28.

OSTRVM, i. n. [ὄστρον] *Muricis ſiue conchylii ac purpurae liquor, ſuccus et color, vnde pro ipſo Purpureo colore ponitur.* Oſtrum *dictum, quod ex concharum marinarum teſtis eximatur. Hic liquor, temperatura artificis adhibita, fere purpureus fit, hoc eſt in violaceum tendens. Vid.* Vitr. 7, 13 Incipiam nunc de oſtro dicere, quod et cariſſimam et excellentiſſimam habet — aſpectus ſuauitatem. Id autem excipitur ex conchylio marino, e quo purpura inficitur, — quod habet non in omnibus locis, quibus naſcitur, vnius generis colorem — Ea conchylia cum ſunt lecta, ferramentis circa ſcinduntur, e quibus plagis purpurea ſanies vti lacrima profluens, excuſſa in mortariis terendo comparatur, et quod ex concharum marinarum teſtis eximitur, ideo oſtrum eſt vocitatum. Virg. Georg. 2, 506 Vt gemma bibat, et ſarrano dormiat oſtro. Idem Aen. 1, 704 Stratoque ſuper diſcumbitur oſtro. *i. Purpura: vt ait* Seru. Inſignis oſtro ſonipes Virg. Aen. 4, 134. Coruſcum Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 264. Puerile Stat. Silu. 5, 2, 66. Puniceum Senec. Medea 2. Rubens Lucret. 2, 35. Sanguineum Virg. Aen. 12, 67. Sidonium Hor. Epiſt. 1, 10, 26. Tyrium Virg. Georg. 3, 17. Fulgent ductores decori oſtro Idem Aen. 5, 111. Fulget Poenis oſtris purpura Propert. 4, 3, 51. Inſtrati oſtro alipedes Virg. Aen. 7, 277 Laboratae veſtes ſuperbo Id. ibid. 1, 643. Nitet lectus Iliaco oſtro Senec. Med. 10. Perfuſae veſtes oſtro Virg. Aen. 5, 111. Reponit illum celſo in oſtro Valer. Argon. 3, 339. Rigentes veſtes oſtroque auroque Virg. Aen. 11, 72. Velare humeros oſtro Idem ibid. 7, 814.

OSTRĪNVS, a, um. Adi. [ὄστρειος] Oſtrinae veſtes dicuntur purpureae et ſubrubeae, *auctore* Nonio 16, 8. Turpilius, Interea aſpexit virginem geſtantem in capite riculam indutam oſtrinam. Colores oſtrini Propert. 3, 11, 7. Torus Idem 1, 13 (14) 20. Tunica Idem 2, 29, 26.

OSTRIĀGO, ĭnis. f. *Herba, de qua* Apul. c. 28.

OSTRICŎLOR, ōris. Sidon. Carm. 5, 18 Oſtricolor pepli textus.

OSTRĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [ὀστροφόρος] *Quod oſtrum producit.* Virg. Georg. 1, 207 Pontus et oſtriferi fauces tentantur Abydi. Geraſtus oſtrifer Valer. Argon. 1, 456.

OSTROGŎTHI, ōrum. m. *Pl.* [Ὀστρογότθοι] *Dicuntur Gothi, qui Orientem verſus habitant.* Claud. in Eutrop. 2, 153 Oſtrogothis colitur, miſtisque Britannis Phryx ager. *conf.* Sidon. Epiſt. 8, 9. *et* Carm. 2, 377.

OSTRYA, ae. *vel* OSTRYS, yos. f. Arbor, quae ſolitaria naſcitur circa ſaxa aquoſa, ſimilis fraxino, cortice et ramis, folio pyri, paullo tamen craſſioribus longioribusque ac rugoſis inciſuris, materia dura atque firma: qua in domum illata difficiles partus fieri, morteſque miſeras veterum ſuperſtitio exiſtimauit Plin. 13, 21.

OSTVM, *vid.* HOSTVM.

OSVS, *vid.* ODI, odiſti.

OSVS, *pro Vſus.* Mart. Capell. 2 p. 28. *Vid. Not. Grotii.*

OSYMANDVAS, ae. m. *Rex Aegypti antiquiſſimus. Diodor. Sicul.* 1, 49.

OSYRIS, is. f. [ὄσυρις] *Herba.* Plin. 27, 12 ſ. 88 Oſyris ramulos fert nigros, tenues, lentos, *etc.*

OSYRITES, *Herba. Vid.* OSIRITES.

O T A *et* O T H

OTACVSTA, ae. m. *Emiſſarius, auſcultator, auribus aliorum ſermones captans.* Apul. de Mundo p. 69, 23 Inter *miniſtros regis Perſarum* Aures regiae et imperatoris oculi quidam homines vocabantur — cum omnia vbiquaque gererentur, ille Otacuſtarum relatione diſcebat.

OTHO, ōnis. m. *Cognomen Romanum.* L. Roſcius Otho *tribunus plebis, legis theatralis auctor.* Hor. Epod. 4, 15 Sedilibusque magnus in primis eques Othone contemto ſedes. Iuuenal. 3, 159 Sic libitum vano, qui nos diſtinxit, Othoni. Liu. Epit. 119. Tacit. Ann. 15, 32. M. Saluius Otho, *interfecto Galba inuaſit imperium. Vitam eius ſcripſere* Suet. *et Plutarch.*

OTHONIĀNVS, a, um. Adi. Othoniani duces Tacit. Hiſt. 2, 24. Othonianae partes Ibidem c. 33.

OTHONE, es. f. Herba in Syria naſcitur, ſimilis erucae, perforatis crebro foliis, flore croci, quare quidam Anemonen vocauerunt Plin. 27, 12. *al.* Othonne.

OTHRYĂDES, is. m. [Ὀθρυάδης] *Spartiata fuit, qui, quum inter Argiuos et Spartiatas conueniſſet, vt trecenti vtrinque delecti de agro Tyreate inter ſe decernerent, et vtri ſuperiores exſtitiſſent, eorum regio foret: vnus hic tantum victor e Spartiatis ſuperfuit. Quum duo, qui ex Argiuis reliqui erant, fugiſſent, caſtris ſuorum relictis, aiunt Othryadem, ſpoliatis prius hoſtium corporibus, et ad ſua caſtra relatis armis: deinde in ſanguine ſuo,* VICI, *conſcripto, quum puderet Spartam reuerti ob ſocios interfectos, ſibi mortem conſciuiſſe. Auctores,* Valer. 3, 2. Plutarchus, *et* Ouid. in Faſt. 2, 665 Nec foret Othryades congeſtis tectus in armis, *et* Flor. *conf.* Barth. *ad* Stat. Theb. 4, 48. ¶ 2 Panthus Othryades Virg. Aen. 2, 319.

OTHRYS, y̆os. m. [Ὄθρυς] *Mons Theſſaliae, ſedes olim Lapitharum.* Lucan. 6, 338 Solſtitiale caput nemoroſus ſummouet Othrys. Niualis Othrys Stat. Theb. 3, 319. Virg. Aen. 7, 675. Nubilus Stat. Achil. 1, 238. Pinifer Alcim. Auit. 4, 516. Piniger Valer. Argon. 6, 393.

OTHRY̆SIVS, a, um. Adi. [Ὀθρύσιος] Hebrus Othryſius Claud. Conſ. Hon. 3, 147. Orae Idem in Ruffin. 1, 176. Pruinae Martial. 10, 7. Idem 7, 7.

OTHVS, *Gigas. ſ.* OTVS, *potius. Vid.* ALOEVS.

O T I

OTIA, ae. f. Piſcis eſt marinus, ex genere oſtrearum Plin. 32 cap. vltim.

OTIS, ĭdis. f. [ὠτίς] *Auicula, a ſimilitudine auricularum dicta, quae ὠτία ſunt Graecis.* Plin. 10, 23 Otis bubone minor eſt, noctuis maior, auribus plumeis eminentibus, vnde et nomen illi: quidam Latine Aſionem vocant: imitatrix alias auis ac paraſita, et quodam genere ſaltatrix. Ibidem c. 22.

OTIVM, *non* OCIVM, i. n. *Prior lectio enim praeferenda ſecundum Pierium in* Virg. Ecl. 1, 6. *Muret. ad* Ter. Heaut. 3, 1 *extr. et Voſſ. Inſt. Orat. 2. p. 252.* [σχολή, ῥαστώνη, ἀπραγμοσύνη, ἡσυχία] *Vacatio a labore.* Cic. pro Cn. Planc. 66 Etenim M. Catonis illud, quod in principio ſcripſit Originum ſuarum, ſemper magnificum et praeclarum putaui, clarorum virorum atque magnorum, non minus otii quam negotii rationem exſtare oportere. Vt et otii mei, cuius et Cato reddendam Operam putat, apud te Ratio conſtaret Iuſtin. praef. §. 5. *Add.* Colum. 2, 22. *Sed* Nemo Rationem ſui otii reddere cogitur Galba *ap.* Suet. in Vita c. 9. Ter. Adelph. 3, 3, 65 Non hercle otium eſt nunc mihi auſcultandi. Plaut. Mil. 3, 1, 166 Atque otium rei ſi ſit, poſſum expromere. Otii plurimi res Cic. Att. 4, 16. Otium *et* Labor, *contraria* Quinctil. 7, 3. Cic. de Orat. 1, 95 Non deſpero fore aliquem aliquando, qui et ſtudio acriore, quam nos ſumus atque fuimus, et otio ac facultate diſcendi maiore ac maturiore, et labore atque induſtria ſuperiore, quum ſe ad audiendum, legendum, ſcribendumque maiore opera dediderit, exiſtat talis orator, qualem quaerimus, *etc.* Cic. de Orat. 1, 224 Philoſophorum autem libros reſeruet ſibi huiusmodi Tuſculani Requiem atque otium. Fructus otii eſt, non contentio animi, ſed relaxatio Cic. de Orat. 2, 20. Maior poſt otia virtus Stat. Silu. 4, 4, 34. Cic. Att. 12, 7 Tantumne ab re tua eſt otii tibi, vt etiam oratorem legas? *ex* Ter. Heaut. 1, 1, 23 Chreme, tantumne ab re tua eſt otium tibi, Aliena vt cures? Operis otium Plin. 11, 10. Otium a ſenibus ad potandum vt habeam Ter. Phorm. 5, 5, 4. *h. e. Vt per ſenes potare mihi liceat.* ¶ 2 *Epitheta:* Altum, *vid.* ALTVS. Blanda Claud. in Conſ. Stil. 1, 93. Calamitoſum, *vid.* CALAMITAS. Plin. 2, 23 Id enim velle, paene Dementis otii eſt. Deſidioſiſſimum Cic. de Lege Agrar. 2, 90. Dia Lucret. 5, 1386. Dilecta Stat. Theb. 6, 111. Diſcincta Ouid. Amor. 1, 9, 41. Dulce Hor. Epod. 1, 7. Facunda, *vid.* FACVNDVS. Grauia Stat. Theb. 5, 199. Honeſtum otium et moderatum, *opponitur* Inertiae et deſidiae. Cic. de Clar. Orat. 8 Aetas noſtra perfuncta rebus ampliſſimis tanquam in portum confugere deberet, non inertiae, neque deſidiae, ſed otii moderati atque honeſti. Ignaua Ouid. Triſt. 1, 7, 26. Virg. Georg. 4 *extr.* Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope, ſtudiis florentem Ignobilis otî. *pro* Otii. *i. Artis Poëticae, quam otium ignobile appellauit, ne quid de ſe videretur arroganter dicere. Haec* Seruius. Ignobile *nempe hic, vt alias* mutas *artes, dicit cum relatione ad Romanos, apud quos nobilitas tantum a re militari et ab eloquentia. Hinc Poëtices tale eſt elogium apud* Ouid. Triſt. 4, 10, 21 Saepe pater dixit, ſtudium quid inutile tentas? Maeonides nullas ipſe reliquit opes. Iners, *vid. h. v.* Inertiſſimum et deſidioſiſſimum Cic. de Lege Agrar. 2, 90. Languida Claud. de Rapt. Proſerp. 275. Liberrima Hor. Epiſt. 1, 7, 36. Literato otio quid dulcius? Cic. Tuſcul. 5, 105. Marcida luxu Claud. Conſ. Hon. 3, 41. Peregrinum Tacit. Ann. 14, 53. Secretum Idem ibid. 16, 25. Secura Virg. Georg. 3, 376. Segne Ouid. ex Ponto 1, 5, 44. Sordida otia, *i. Carentia luxu et ſplendore.* Martial. 1, 56 *de voto vitae ſuae:* Sordidaque in paruis otia rebus amat. Plin. Epiſt. 1, 22 *ſub finem,* Laurentinum meum, hoc eſt, libellos et pugillares, Studioſumque otium repetam. Subitum ex nimio labore Celſ. 1, 3. Tranquilla Lucan. 2, 266. ¶ 3 *Verba:* Abrumpere otium Plin. Epiſt. 7, 3. Abundans otio et ſtudio, *vid.* ABVNDO. Abundare otio Cic. de Orat. 1 c. 6. Abvti, *vid.* ABVTOR. Afferre otium, *vid.* AFFERO. Afferunt otium et ſolitudo languorem hominibus Cic. Offic. 3, 1. Idem de Orat. 3, 54 Homines otio nimio et ingeniis vberrimis Affluentes. Agere otium, *vid.* AGO. Otia corpus Alunt Ouid. ex Pont. 1, 5, 21. Amare otia Virg. Ecl. 5, 61. Amplexari, *vid.* AMPLEXOR. Collocare ſe in otium, *vid.* COLLOCO. Concedere otio ſapientiam beatorum Cic. de Orat. 2, 144. Concelebrare per otium recta atque honeſta ſtudia Idem de Inuent. 1, 4. Conferre ſe a turba in otium et ſolitudinem Cic. de Orat. 2, 143. Idem ibid. 14 Diuturnitas pacis otium Confirmauit. Congelare otio, *vid.* CONGELO. Complecti otium Cic. ad Attic. . . Confidere in otio, *vid.* CONSIDEO. Conſolari Quinctil. 2, 12. Conſumſit otium ſuum in ſcribenda hiſtoria Phyliſtus Syracuſius Cic. de Orat. 2, 57. In angulis Conſumendi otii cauſa differunt Idem ibid. 1 c. 13. *Et* de Amicit. 104 Quid ego de ſtudiis dicam cognoſcendi ſemper aliquid, aut diſcendi, in quibus remoti ab oculis populi omne otium, tempusque Contriuimus? *Vetus codex legit,* Omne otioſum tempus Contriuimus? Conuertere ſe ad otium, *vid.* CONVERTO. Deducere rem aliquam ad otium, *vid.* DEDVCO. Demere otia alicui Stat. Silu. 1, 2, 182. Diffluentes otio Graeci Cic. de Orat. 3, 129 c. 32. Dare otium alicui rei Tacit. Ann. 16, 25. Dabam iis otium, vt, *etc.* Quinctil. Tryph. Dare inſperata otia Claud. de Bell. Getic. 261. Dantur libera otia Ouid. de Arte Am. 2, 729. Ducere otia ſegnia, *Agere vitam ſegnem et otioſam* Idem ex Pont. 1, 5, 44. Exercere otia molli cura Sil. 15, 707. Eximere otium alicui Hor. Carm. 4, 15, 18. Exuere otium Tacit. Ann. 11, 20. Exultare otio Catull. 49, 14 Virg. Eclog. 1, 5 O Meliboee, deus nobis haec otia Fecit. Facere conſuetudinem otii Quinctil. 1, 3. Frui otio Cic. Fam. 5, 21. Id. ibid. 10, 28 *extr.* Plura ſcribam, ſi plus otii Habuero. Ab aliqua re Habere, *vid.* A *vel* AB *Praepoſitiones.* Cic. Acad. 4, 6 Quis reprehendet otium noſtrum, qui in eo non modo nosmetipſos Hebeſcere et languere nolumus, ſed etiam, vt plurimis proſimus, enitimur? Inficere animum otio, *vid.* INFICIO. Intermittere otium, *Otium abrum-*

abrumpere, *vid.* INTERMITTO. Inuoluere ſe otio, *vid.* INVOLVO. Ire in otium Cic. Fam. 12. Languere otio, *vid.* LANGVEO. Ludere otium, *vid.* LVDO. Marceſcere otio, *vid.* MARCEO. Ouid. Met. 4, 306 Et tua cum duris venatibus otia Miſce. Cic. Fam. 3, 7 *pr.* Pluribus verbis ad te ſcribam, quum plus otii Nactus ero. Oblectare otium temporis, *vid.* OBLECTO. Perdidit vrbes otium reges prius et beatas Catul. 52, 15. Permittere otium alicui Tacit. Ann. 14, 53. Perturbare otium Cic. Philipp. 2. Idem Acad. 4, 15. Ponere recte otia Hor. Serm. 2, 7, 112. *i. Diſponere, ordinare, conſtituere.* Porphyr. Praeſtare otium Cic. Fam. 1. Priuare otio Idem ib. 4. Procurare otia Sil. 6, 329. Redimere otium Cic. Q. Frat. . . Referre ſe ad otium Idem Fam. 9, 9. Secedere in otia tuta Hor. Serm. 1, 1, 31. Sequi otium ac tranquillitatem vitae Cic. pro Muraen. 55. Seruare otia Sil. 11, 230. Cic. Verr. 5, 8 Ergo his inſtitutis prouinciae, iam tum, quum bello fugitiuorum tota Italia arderet, homo non acerrimus, nec fortiſſimus Cn. Norbanus in ſummo otio fuit. Cic. in Partit. 1 Si modo tibi eſt otium, et ſi vis. Idem de Orat. 2, 54 Horum libros et nonnullos alios, ſed delectationis cauſa, quum eſt otium, legere ſoleo. Auctor ad Herenn. 1 *pr.* Etſi negotiis familiaribus impediti, vix ſatis otium ſtudio Suppeditare poſſumus, et id ipſum quod datur otii, in philoſophia conſumere conſueuimus. Tabeſcere otio Cic. Att. 2, 14. Idem de Lege Agrar. 2, 101 Vos, quorum gratia in ſuffragiis conſiſtit, libertas in legibus, honos in iudiciis et aequitate, magiſtratus et res familiaris in pace, omni ratione otium Tenere debetis. Terere otia, Per negligentiam tempora conſumere, Seruius *ad* Virg. Aen. 4, 271. Otia ſi Tollas, periere cupidinis arcus Ouid. Rem. Am. 139. Tribuere otium Cic. de Orat. 1, 3. Vendere otia Claud. in Conſ. Stil. 4, 210. Cic. Att. 1, 7 Omnem ſpem delectationis noſtrae, quam quum in otium venerimus, habere volumus, *etc.* Idem de Lege Agrar. 2, 102 c. vlt. Qui propter deſidiam in otio viuunt. Vſurpare otium Tacit. Ann. 14, 55. ¶ 4 *Obſeruatt.* Otia *vocat libellos ſuos* Ouidius, *quod ſine labore conſcripti eſſent, et tantum animi cauſa*, Triſt. 2, 224 Excutiasque oculis otia noſtra tuis. Otium, *Tranquillitas, pax, quies.* Cic. de Lege Agrar. 2, 9 Quid tam populare, quam otium? quod ita iucundum eſt, vt et vos, et maiores veſtri, et fortiſſimus quisque vir, maximos labores ſuſcipiendos putet, vt aliquando in otio poſſit eſſe, praeſertim in imperio ac dignitate. Nepos 20, 3, 2 Otium toti inſulae conciliauit. Idem 22, 2, 5. Valer. Max. 1, 7 ext. 6. Iuſtin. 6, 9, 6 *etc.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 5. *et* 2, 36. Tac. Ann. 15, 6, 2. *et* 12, 12, 1. Cic. pro Sext. c. 45. Pacem, tranquillitatem, otium afferre Cic. de Lege Agr. 2, 102.

OTIŎLVM, i. n. Dimin. Cael. ad Cic. Fam. 8, 3 Atque hoc eo diligentius factito, quod quum otioſus ſum, plane vbi delectem otiolum meum, non habeo. Delectem, *i. Cum delectatione tranſigam.*

OTIŌSVS, a, um. Adi. [σχολαῖος] *Vacuus ab opere.* Terent. Adelph. 2, 4, 15 Quamuis etiam maneo otioſus hic. Scipio dicere ſolebat, nunquam ſe minus otioſum eſſe, quam quum otioſus, nec minus ſolum, quam quum ſolus eſſet Cic. Off. 3 c. 1. Plin. Epiſt. 1, 9 Satius eſt enim, vt Attilius noſter eruditiſſime ſimul et facetiſſime dixit, otioſum eſſe, quam nihil agere, *i. quieti animi et bonis literis vacare nullis negotiis moleſtis impeditum, potius eſt, quam fruſtra et nequidquam occupari, mouere ſed nihil promouere.* Vita otioſorum facilior, tutior, et minus aliis grauis et moleſta eſt Cic. Off. 1, 70. Bos otioſus Hor. Carm. 3, 18 11. *feriarum indicium.* Dies otioſus, *pro Feſto.* Cic. Q. Frat. 3, 8 Id perficiam his ſupplicationum otioſis diebus. Neapolis otioſa Hor. Epod. 5, 43. Cic. pro Planc. 66 Quid ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne Otium quidem vnquam otioſum? Valde otioſus Idem Att. 12, 38. Nanciſci aliquem otioſum, *vid.* NANCISCOR. Eſſe domi Otioſum Cic. de Clar. Orat. 10. ¶ 2 *Pro negotiorum, operarum, laborum varietate*, otioſus *etiam diuerſis modis intelligitur. Ita* Otioſus, *priuatus.* Cic. Philipp. 11, 27 Imperium Caeſari belli neceſſitas: faſces, Senatus dedit. otioſo vero, nihil agenti, priuato, obſecro te L. Caeſar (cum peritiſſimo homine mihi res eſt) quando imperium Senatus dedit? Otioſi *qui caeteris bello ciuili implicitis quieti et neutris addicti partibus fuere* Cic. Fam. 9, 5, 4. Otioſus, *Tranquillus ſecurus.* Cic. de Lege Agr. 2, 102 c. 37 Non modo vos eritis in otio, qui ſemper eſſe volueratis; verum etiam iſtos, quibus otioſi negotium faceſſimus, otioſiſſimos reddam: *nempe ne quid turbare poſſint.* Idem Bruto 93 c. 24 *de Galba*, Quem fortaſſe vis non ingenii ſolum, ſed etiam animi, et naturalis quidam dolor dicentem incendebat, efficiebatque, vt et incitata, et grauis et vehemens eſſet oratio: dein cum otioſus (*i. ab illo affectu vacuus*) ſtilum prehenderat, motusque omnis animi, tanquam ventus hominem defecerat, flacceſcebat oratio, *etc.* Ter. Adelph. 4, 1, 17 Quin tu otioſus es: ego illius ſenſum pulchre calleo. Idem Andr. 5, 2, 1 Animo iam nunc otioſo eſſe impero. *Ac ſi diceret, Depone curas modo.* Otioſus ab animo *Idem* Ter. Phorm. 2, 2, 26. Otioſus a metu Gell. 2, 29. Spectatorem otioſum ſe praebere alicuius calamitatis Cic. Off. 2, 26. Idem Fam. 9, 25 Mathonem et Pollionem inimicos habet Fabius, quid multa? non mehercule tam perſcribere poſſum, quam mihi gratum feceris, ſi otioſum Fabium reddideris, *i. cura illa liberaueris.* Cic. de Senect. 82 Nonne melius multo fuiſſet, otioſam aetatem et quietem ſine vllo aut labore aut contentione traducere? Honor vacans et otioſus Plin. in Paneg. c. 57. Cic. Fam. 12, 16 Audiebam quaedam turbulenta, quae ſcilicet cupio eſſe falſa: vt aliquando otioſa libertate fruamur. Res otioſa, *i. Tranquilla* Plaut. Truc. 1, 1, 56. Cic. de Senect. 49 Si vero habet Senectus aliquod tanquam pabulum ſtudii et doctrinae, nihil eſt otioſa ſenectute iucundius. *Sed dicitur etiam* otioſus *de vitio quodam orationis.* Facile eſt deprehendere, Caluum Ciceroni viſum exſanguem et attritum, Brutum autem otioſum atque disiunctum Dial. de Orat. c. 18. Lentus eſt *Cicero* in principiis, longus in narrationibus, otioſus circa exceſſus Ibid. c. 22. *Conf. Geuart. Lect. Papin.* 4, 12 p. 223. Sententiae otioſae *a* Quinctil. 1, 1 *dicuntur, i. Vulgares, et nihil, quod ad rem faciat, continentes.* Idem 8, 2 At ego otioſum ſermonem dixerim, quem auditor ſuo ingenio non intelligit. Pecunia otioſa, *dicitur, Quae domino nullum fructum affert.* Plin. Epiſt. 10, 62 Pecuniae publicae et exactae ſunt, et exiguntur, quae vereor ne otioſae iaceant. *Conf.* Scaeuol. l. 63 §. 1 Dig. de Vſur. Plin. in totius operis praef. Humili vulgo ſcripta ſunt, agricolarum opificum turbae, denique ſtudiorum otioſis. *h. e. Quibus a ſtudiis otium eſt, qui nullis ſtudiis et negotiis ſint occupati, vt poſſint his legendis impendere operam. Vel pro otioſis ſtudiis poſuit, id eſt pro hominibus, qui in otio ſtudent, qui otium literarium ſequuntur: ſiue pro Literatis illis hominibus, qui otio abundant, quum tu ſis occupatus et negotii plenus. Vid. Harduin.* p. 2 n. 12. Annotabant ſeniores, quibus otioſum eſt, vetera et praeſentia contendere Tac. Ann. 13, 3 *i. quibus otium, aut tempus otioſum eſt.* *Compar.* Senec. de Ira 2, 13 Quid quiete otioſius animi, quid ira laborioſius? Idem Epiſt. 87. Martial. 11, 1 Turbam non habet otioſiorem. *Conf.* Macrob. Saturn. 7, 13. *Superl.* [σχολαιότατος] Plin. Epiſt. 1, 13 Nunc otioſiſſimus quisque multo ante rogatus, et identidem admonitus, aut non venit: aut ſi venit, *etc.* Plin. Epiſt. 9, 6 Ac per hos dies libentiſſime otium meum in literis colloco, quos alii otioſiſſimis occupationibus perdunt. *Conf.* Cic. Fam. 3, 11, 12.

OTIŌSE. Adu. [σχολῇ] *Tranquille, libere, ſine impedimento.* Cic. de Finib. 4, 52 Quo conſtituto, tum licebit otioſe iſta quaerere. Idem Verr. 4, 33 Otioſe contemplari. Otioſe, *Pedetentim, lente.* Plaut. Truc. 4, 10, 41 Voſtra hercle factum iniuria, quae properaueritis olim rapere: otioſe oportuit, diu vt eſſem incolumis vobis. Sequi otioſe Plaut. Mil. 4, 6, 8. Otioſe inambulare Liu. 23, 7. Idem 2, 58. Cito *et* otioſe ambulare, *contraria* Plaut. Pſeud. 4, 1, 14. Placide et otioſe agere Idem Poen. 3, 1, 42. Ire otioſe Plaut. Epid. 5, 1, 21. Otioſe, *Sine ſollicitudine.* Ter. Heaut. 2, 3, 101 Ademtum tibi iam faxo omnem metum, in aurem vtramuis otioſe vt dormias. Viuere otioſe cum parentibus Cic. Off. 3, 97 c. 26. Idem de Amicit. 86 De amicitia omnes ad vnum idem ſentiunt, et ii, qui ad Rempublicam ſe contulerunt, et ii, qui rerum cognitione, doctrinaque delectantur, et ii, qui ſuum negotium gerunt otioſe, *nullis alienis aut publicis laboribus illos impedientibus. Quaedam exemplaria legunt* Otioſi.

OTIOSĬTAS, ātis. f. Sidon. Epiſt. 2, 10 Otioſitates trepidanter edere.

OTIOR, āri. Dep. [σχολάζω, ῥαστωνεύω] *In otio et quiete eſſe.* Cic. Off. 3, 58 c. 14 Canius Eques Romanus nec infacetus et ſatis literatus, quum ſe Syracuſas otiandi, non negotiandi cauſa contuliſſet, dictabat ſe hortulos aliquos emere velle. Domeſticus otior Horat. Serm. 1, 6, 128.

OTIĀTVS, a, um. Sid. Epiſt. 3, 1 Artibus inſtituti, luſibus otiati.

OTIABVNDVS, a, um. Adi. Sidon. Epiſt. 4, 18 Multis diebus otiabundus.

OTIS, ĭdis. f. *Auis eadem quae Otus. Vid.* Plin. 10, 22 *et* 23. *et* 29, 6.

O T O - O V

OTOPETA, *vid.* ODOPETA.

OTRIEVS, i. m. *et* Mygdonus, *fratres fuerunt Hecubae, filii Ciſſei, et patrueles Polymneſtoris, teſte* Porphyr. *in 3 Iliados. Alius e Mariandynis ab Amyco interfectus: de quo* Val. Flacc. 4, 162. *Alius in bello Colchico ab Ambeno occiſus, apud eundem* 6, 252.

OTVS, *nomen proprium fratris Ephialtae, quorum pater* ALOEVS, *vbi vid. Scribendum ſine adſpiratione. Graecis enim conſtanter eſt* Ὦτος. Virg. Cul. 233 Nam vinctus ſed et immanis ſerpentibus Otos, Deuictum moeſtus procul aſpiciens Ephialten, *etc.*

OVALIS, *vid.* OVO, āre.

OVFENTINA Tribus, *vid.* TRIBVS.

OVIDIVS, i. m. *Cognomine* Naſo, *patria Sulmonenſis, ex equeſtri familia, diues, ingenio ad Poëſin feliciſſimo, ſicut ipſe teſtatur* Triſt. 4, 10, 25 Nimium amatorem ingenii ſui *vocat* Quinctil. 10, 1. Idem *ibidem tragoediam* Ouidii *laudat his verbis*, Ouidii Medea videtur mihi oſtendere, quantum vir ille praeſtare potuerit, ſi ingenio ſuo imperare, quam indulgere maluiſſet. *Quantitatem nominis docet* Martial. 1, 106 In Nomentanis, Ouidi, quod naſcitur agris. *Sic* 7, 43 Maximus ille tuus, Ouidi, Caeſonius hic eſt. *Et* 7, 44 O nullis, Ouidi, tacende linguis. *Add.* 9, 53 *et* 100. *Hoc argumento vtitur Maſſonus* p. 126 *edit. Burm. ad refellendam magnorum hominum ſententiam, quos fraus impoſtoris cuiusdam induxerat, vt* Ouidio *tribuerent nummum, in quo eſt* ΟΥΗΙΔΙΟΣ *h. e.* VEIDIVS.

OVIS, is. f. [ὄϊν, πρόβατον, προβάτημα] *a Graeco* ὄϊς, *interpoſita* v *litera propter hiatum, vt in* ᾠὸν ouum, αἰὼν aeuum, *lanatam illam domeſticam nobis ſignificat Pecudem.* Cic. de Nat. Deor. 2, 158 Quid enim oues aliud afferunt, niſi vt earum villis confectis atque contextis homines veſtiantur? Cuſtos ouium Virg. Georg. 1, 17. Cuſtos ouium praeclarus, lupus Cic. de Amicit. 3, 27. *et* Phil. 3 c. 11. Fetus ouium Virg. Georg. 2, 196. Magiſtri ouium, *Opiliones* Idem Ecl. 2, 33. Vbera bina ouis Idem ib. 2, 42. Adaſia, Apica, *vid. ſſ. ll.* Aurata Ouid. Epiſt. 6, 2. *Ouis Phryxi* Idem Amor. 2, 11, 4 Conſpicuam fuluo vellere vexit ouem. Bidens Seru. *ad* Aen. 4, 57. Colonica, *vid. h. v.* Delicula Cato R. R. c. 2. *Vid. h. v.* Ferae Plin. 8, 18. Glabrae Plaut. Trin. 2, 4, 40. Intonſa, *vid. ſ. l.* Non ſolum taurus ferit vncis cornibus hoſtem, verum etiam inſtanti Laeſa repugnat ouis Propert. 2, 5, 19. Lanigera Virg. Aen. 3, 660. Mina, *vid.* MINA. Nigra Virg. Georg. 4, 546. Paſcalis, *vid.* PASCO. Peculiaris Varr. L. L. 4, 19. Pellita Hor. Carm. 2, 6, 10. Varr. R. R. 2, 2. *Vid. h. v.* Picea, *Nigra* Valer. Argon. 3, 439. Pinguis Virg. Ecl. 6, 5. Placida Ouid. Met. 13, 927. Puſuloſa Columel. 7, 5. Reiiculae Varro R. R. 2, 1. Scabrae Columel. 7, 3. Plaut. Trin. 2, 4, 40. Semimaris ouis viſcera Ouid. Faſt. 1, 588. ¶ 2 *Verba:* Balat ouis Auctor Philomelae v. 56. Cogere oues, *vid.* COGO. Commiſiſti lupo ouem, *vid.* LVPVS. Condenſant ſe in vnum locum oues, *vid.* CONDENSO. Curat Pan oues Virg. Ecl. 2, 33. Dedit morti mille ouium Hor. Serm. 2, 3, 197. Paſcere oues Virg. Ecl. 6, 5. Populari miſeras oues Claud. in Eutrop. 2, 400. Sum: *vt*, Decori eſt ouibus ſua lana Ouid. Met. 13, 849. Tondere infirmas oues Hor. Epod. 2, 16. Virg. Ecl. 10, 68 Aethiopum Verſemus oues ſub ſidere Cancri. h. e. Paſcamus. Seruius. ¶ 3 *De ſtolidis ſtupidisue vſurpatur:* Amabo, quis has huc oues adegit Plaut. Bacch. 5, 2, 3. Aurea ouis ſ. pecus: *vid.* Tac. A. 13 *pr.* Dio Caſſ. l. 59. Ouem, *Maſculino etiam genere*, legi, *admonent* Feſtus *et* Nonius 3, 153. Varro Rerum humanarum 27. Vt etiam nutantibus, qui oues duos, non duas dicunt, Homerum ſecutos, qui ait, μῆλ' ὄιές τε. Idem Terentio quando citatus neque reſpondit, neque excuſatus eſt, ei ego vnum ouem multam dico. Gellius 11, 10 Quando igitur nunc quoque a magiſtratibus Populi Rom. more maiorum multa dicitur vel minima (*ouis vnius*) vel ſuprema (*boum triginta*) obſeruari ſolet, vt oues genere virili appellentur. Atque ita M. Varro verba haec legitima, quibus minima multa diceretur, concepit, M. Terentio, quando citatus neque reſpondit, neque excuſatus eſt, ei ego vnum ouem multam dico. Ac niſi eo genere diceretur, negauerunt iuſtam videri multam.

OVĪNVS, a, um. Adi. [προβατινὸς] *Quod ex oue eſt. vt,* Cauda ouina Seren. Sammon. c. 15.

OVILLVS, a, um. Adi. [προβάτειος] *Dimin. ab* Ouinus. *Idem.* Lac ouillum Scribon. 135. Plin. 17, 9 Quidam etiam bubulo fimo iumentorum praeferunt, ouillumque caprino. Liu. 22, 10 Ex ſuillo, ouillo, caprino grege. Pecus ouillum Varro R. R. 2, 1 *et* 2.

OVILLINVS, a, um. Adi. Th. Priſcian. de Diaet. c. 3 Lac ouillinum. Idem c. 6 Caro ouillina.

OVILIS, e. Adi. Apul. Met. 4 p. 145 Ouili ſtabulationi accommodatus.

OVĪLE, is. n. [ποίμνιον] *Locus, in quem oues ſeſe recipiunt.* Columel. 7, 4. Tepidis in ouilibus agni Ouid. Met. 13, 828. Captat incuſtoditum ouile lupus Idem Triſt. 1, 5, 10. Circumgemit vrſus ouile Hor. Epod. 16, 51. Creſcit ouile Perſ. 2, 49. Moti ab ouilibus vrſi Valer. Argon. 2, 73. Tradere ouile rapidae lupae Ouid. de Arte Am. 3, 8. *Add.* Virg. Ecl. 1, 8. *et* Georg. 3, 537. ¶ 2 Ouile, *locus erat in Campo Martio, ſumta ſimilitudine ab ouium ſeptis. Populus enim Romanus ſuffragia laturus, in hoc ouili claudebatur.* Liu. 26, 22 Citatis centuriae ſenioribus, datum ſecreto in Ouili cum his colloquendi tempus. *Agebatur tum de creando Conſule, qui exercitum duceret in Annibalem.* Iuuen. Sat. 6, 527 A Meroë portabit aquas: vt ſpargat in aede Iſidis, antiquo quae proxima ſurgit Ouili. Seruius *in illud* Ecl. 1, 34 Quamuis multa meis exiret victima ſeptis. Septa, *inquit*, proprie ſunt loca in campo Martio incluſa tabulatis, in quibus ſtans Populus Romanus ſuffragia ferre conſueuerat. Sed quoniam haec ſepta ſimilia ſunt ouilibus, duo haec inuicem pro ſe ponuntur, vt hoc loco ſepta pro ouilibus poſuit. Lucan. 2, 197 *de caede militum iuſſu Sullae in Campo Martio crudeliter interfectorum*, Latii iam ſola iuuentus Concidit, et miſerae maculauit Ouilia Romae. *Huiusce crudelitatis Sullanae meminit his verbis Strabo 5 Partim in pugna obtruncauit, nullis vitam impertiens captis: partim vero, qui arma proiecerant, ad tria milia, vel (vt alii) quatuor, in Campo Martio ad* Ouilia *coactos, immiſſis militibus, triduo iugulauit.*

OVIARIA, ae. f. [ποίμνη] *Ouium multitudo.* Varro de R. R. 2 prol. 6 Quod eo facilius faciam, quod et ipſe pecuarias habui grandes, in Appulia ouiarias, et in Reatino equarias.

OVIARĬVS, a, um. [προβατικὸς] *Eſt Adiectiuum* Columel. 7, 6, 1 Et quoniam de ouiario ſatis dictum eſt, ad caprinum pecus nunc reuertar.

OVICŬLA. Dimin. [προβάτιον] Auctor de Viris illuſtribus c. 43 Q. Fabius Maximus Cunctator, vt Verrucoſus a verruca in labris, ita Ouicula a clementia morum. *Plutarch. in ipſius Fabii vita, Verrucoſum ſcribit dictum, quod carunculam eminentem haberet in ſuperioris labii extremitate:* Ouiculam, *quum puer eſſet, a manſuetudine et grauitate morum.* Onomaſt. vet. Ouicula, προβάτιον. *Add.* Auguſtin. de Doctr. Chriſt. 3, 21.

OVILIO, ōnis. m. *Ouium cuſtos, qui et Opilio dicitur.* Iabolenus in l. fundi, in fine D. de fund. inſtr. legat.

O V O

OVO, āre. [ὀβάζω] *Laetari, et laetitiam voce, ſeu cantu demonſtrare. Significat etiam Triumphare, et quidem triumphum minorem et pedeſtrem vid.* OVATIO. *De laeto comitatu generatim* Liu. 1, 25 Romani ouantes ac gratulantes, Horatium accipiunt, eo maiore cum gaudio, quo prope metum res fuerat. *De triumpho minore* Cic. ad Brut. 15 Quod vt ouanti introire Caeſari liceret decreuerim. Aſcendit ouans in Capitolium M. Aquilius Cic. de Orat. 2, 195. Laetus ouat Valer. Argon. 4, 342. *Add.* Idem 2, 507. Ouet Stat. Silu. 4, 1, 8. Ouaret Idem Theb. 1, 153. Ouandi ius Sueton. Claud. c. 1. Ouaturus Solin. c. 57 (45). *Vid.* Gell. 5, 6 *cuius locum damus in* OVALIS. Seru. *ad* Aen. 4, 543.

OVANS, antis. Part. [ὀβάζων] Virg. Aen. 4, 577 Sola fuga nautas comitabor ouantes? Seruius *ad* Aen. 5, 543 Ouantes, Laetantes, abuſiue. nam proprie Ouatio, eſt Minor triumphus. Qui enim ouationem meretur, et vno equo vtitur, et a plebeis vel ab equitibus Romanis deducitur ad Capitolium, et de ouibus ſacrificat: vnde et ouatio dicta. Qui autem triumphat, albis equis vtitur quatuor, et Senatu praeeunte in Capitolio de tauris ſacrificat. *Haec Seruius.* Et ouans et curru vrbem ingreſſus eſt, primus, triumphalibus ornamentis honoratus, nouo nec antea cuiquam tributo genere honoris Suet. Tib. c. 9. Tibull. 1, 1. Symmach. Epiſt. 10, 22. Ouans triumphauit, *vid.* Triumpho, *in* TRIVMPHVS. Ibat ouans per vrbem Virg. Aen. 6, 589. *Add.* Curt. 9, 2, 34. Ouantibus victoria obuiam ibat Liu. 27, 47. *Conf.* 41, 28. Idem 5, 30 Feſtus, Ouantes, laetantes, ab eo clamore, quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites geminata o litera. *Conf. Dacer. ad h. l. vid. poſt.* Hortari ouantes Virg. Aen. 11, 13. Caedis ſucceſſu ouans Ouid. Met. 12, 298. Acies iuuenum ouans Virg. Aen. 5, 331. Corui ouantes gutture Id. Georg. 1, 424. Currus ouantes Propert. 3, 9, 53. Equi Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 306. Gradu ouante ſuperabat litora Valer. Argon. 2, 545. Lyra ouans Stat. Silu. 2, 2, 249. Ora ouantia Valer. Argon. 1, 806. Siſtrum Idem ib. 4, 418. Socii Virg. Georg. 1, 346. Taurus Valer. Argon. 5, 68. Verba Sil. 8, 265. Victor Idem 11, 260.

OVANTER. Adu. Tertull. aduerſ. Valent. c. 28 Propere et ouanter accurrit.

OVĀTVS, a, um. Part. *Triumphatus, victoria acquiſitus.* Perſ. 2, 55 Hinc illud (*quod nimis magni faceimus diuitias*) ſubiit, auro ſacras quod ouato Perducis facies; *quod Deos colis ſtatuis aureis vel auratis ex manubiis, etc.* Ouatus *prima longa. Vid. infra poſt* OVVM.

OVĀTVS, ūs. m. [ὀβασμὸς] Val. Arg. 6, 18 Hinc barbarici glomerantur ouatus. *h. e. Vincentium clamores.*

OVATIO, ōnis. f. [ὄβα, ὄυα] *Paruus triumphus, quem faciebant ouantes, qui non in curru, ſed pedites ouali corona redeuntes ex pugna, quum bellum non erat indictum, vel ſine ſanguine erat confectum.* Gell. 5, 6 Praetereundum non eſt, quod ad ouationes attinet: ſuper quo diſſenſiſſe veteres ſcriptores ſcio. Partim enim ſcripſerunt, qui ouaret, introire ſolitum equo vehente, et Sabinus Maſurius pedibus ingredi ouantes dicit, ſequentibus eos, non militibus, ſed vniuerſo Senatu. Fuit de ſeruis ouatione contentus, ne dignitatem triumphi ſeruili inſcriptione violaret Flor. 3, 19, 8. *Add.* Sueton. Tib. c. 1. *et* Claud. c. 24.

OVĀLIS, e. Adi. [ὀβάλιος] *Quod ad ouationem pertinet.* Gell. 5, 6 Oualis corona myrtea eſt. Ea vtebantur Imperatores, qui ouantes introibant vrbem. Ouandi autem, ac non triumphandi cauſa eſt, quum aut bella non rite indicta, neque cum iuſto hoſte geſta ſunt: aut hoſtium nomen humile, et non idoneum eſt, vt ſeruorum, piratarumque: aut deditione repente facta, impuluere (vt dici ſolet) incruentaque victoria obuenit. Cui facilitati aptam eſſe Veneris frondem crediderunt, quod non Martius, ſed quaſi Venerius quidam triumphus foret. *Vid.* Plin. 15, 29. Feſtus oualis corona eſt myrtea, quam habebant, qui ouantes introibant, cum bella non erant indicta, aut ſine ſanguine confecta.

O V V

OVVM, i. n. [ὠὸν] *Partus auium, ex quo pulli naſcuntur, itemque piſcium et inſectorum fetus. Dictum ab* ὠὸν *interpoſita* v *litera, vt* οἶς ouis, *etc.* Martial. 13, 40 Candida ſi croceos circumfluit vnda vitellos, Heſperius ſcombri temperet oua liquor. Album, *vel* Albumen oui, *vid.* ALBVS, *et* ALBVMEN. Albor oui Scribon. 24. Anſerina oua ſorbilia 185. Apala oua 104. Aſſorum ouorum vitelli 221. Ouorum, vt quisque ſorbuerit, Calyces protinus frangi, aut eosdem cochlearibus perforari, ſuperſtitio *vocatur* Plin. 28, 2 ſ. 4. Candidum oui Idem 35, 3. Cortex Seren. c. 30. Liquor albus oui, *vid.* LVTEVS. Luteum oui, *vid.* LVTEVS, *vel* VITELLVS. Putamen vel teſta oui Columel. 8, 5. Ouum Anguinum *quod ſit, audiamus* Plin. 29, 3 ſ. 12 Praeterea eſt ouorum genus in magna Galliarum fama, omiſſum Graecis. Angues innumeri aeſtate conuoluti, ſaliuis faucium corporumque ſpumis artifici complexu glomerantur, anguinum appellatur. — Experimentum eius eſſe, ſi contra aquas fluitet vel auro vinctum. — Vidi equidem id ouum mali orbiculati modici magnitudine, cruſta cartilaginis, velut acetabulis brachiorum polypi crebris, inſigne. Druidis ad victorias litium ac regum aditus mire laudatur: tantae vanitatis, vt habentem id in lite in ſinu equitem Rom. e Vocontiis, a Diuo Claudio principe interemtum non ob aliud ſciam (*Huic ergo non parauit aditus regum*) Hic tamen complexus *etc. Vid. reliqua in* CADVCEVS. Cacuminata oua, *vid.* CACVMEN. Columbinum ouum Hor. Serm. 2, 4, 56. Columel. 8, 11 Vix dum Concepta in aluo vitiat oua, nec ad partum ſinit perduci: quoniam immatura genitalibus locis excidunt. Cynoſura, *vid. ſuo loco.* Decumana, *vid.* DECVMANVS. Durum ouum, molle, ſorbile: *vid.* Sorbilis, *in* SORBEO. Hypenemia Plin. 10, 59 ſ. 79. *et* 60 ſ. 80 *pr. vid. ſ. l.* Immatura, *vid.* Concepta. Irrita, *vid.* Vrinum ouum, *poſt* VRINA.

Longa quibus facies ouis erit, illa memento,
Vt ſucci melioris, et vt magis alta rotundis
Ponere; namque marem cohibent calloſa vitellum

Horat. Sat. 2, 4, 12. *Vid. hic interpp.* Colum. 8, 5 Obſeruare itaque dum edant oua, et confeſtim circumire oportebit cubilia, vt, quae nata ſunt, recolligantur. *Sic* Varro de R. R. 3, 9. Pauonium, *et* Pauoninum, Praemollia, *vid. ſſ. ll.* Columel. 8, 5 Aptiſſima ſunt oua ad excludendum recentiſſima quaeque. poſſunt tamen etiam Requieta ſupponi, dum ne vetuſtiora ſint, quam dierum decem. Ruptum Iuuen. Sat. 14, 85. Silentia oua, *quorum pulli intus non pipiunt.* Colum. 8, 5 Poſt vnum et vigeſimum diem Silentia oua carent animalibus, eaque remouenda ſunt. Vilia Hor. Serm. 2, 2, 45. Vrina, *vid. ſuo loco.* Zephyria, *vid. ſuo loco.* ¶ 2 *Verborum formulae:* Columel. 8, 5 Diebus quibus Animantur oua, et in ſpeciem volucrum conformantur. Concipere oua Plin. 9, 51. Edere oua, *pro Parere aut ponere.* Colum. 8, 3 Aut oua Edantur, aut excludantur pulli. Idem 8, 11 Nam fere pauones, quum ad nocturnam requiem venerunt, praedictis perticis inſiſtentes, Enituntur oua. Excludunt ex ouis pullos aues Cic. de Nat. Deor. 2, 129. Columel. 8, 14 Negatur anſer aliena Excludere oua, niſi ſubiecta ſua quoque habuerit. Excudere *idem eſt. v. v.* Colum. 8, 11 Non debent amplius quam terna pauonina, et ſena generis ſui Fouere. Fouere oua plumis Ouid. Faſt. 1, 443. Colum. 8, 11 Saepius digitis loca feminarum tentanda ſunt; nam in promtu Gerunt oua, quibus iam partus appropinquat. Gignunt oua piſces Cic. de Nat. Deor. 2, 129 c. 48. Columel. 8, 11 Neque eſt quod committatur, vt Rhodiae aues pauoninis ouis Incubent. Ibidem, Eaeque nouem diebus a primo lunae incremento, nouenis ouis Incubent, ſintque ex his quinque pauonina, et caetera gallinacei generis. Maturare oua Plin. 9, 57. Varro de R. R. 3, 9 Ob quam rem oua aut inaequabiliter Matureſcunt, aut conſeneſcunt. Parere oua Plin. 10, 9. Columel. 8, 5 Die vndeuigeſimo aduertat auiarius, an pulli roſtellis oua Percuderint, et auſcultet ſi pipiant. Ouid. Met. 8, 258 *de perdice*, Propter humum volitat; Ponitque in ſepibus oua. Rumpit hiulca oua maternus tepor Claud. praef. Conſ. Hon. 3, 4. Subiicere oua, *pro Supponere gallinae ad fouendum.* Columel. 8, 5 Numerus ouorum quae Subiiciuntur, impar obſeruatur, nec ſemper idem: nam primo tempore, id eſt menſe Ianuario quindecim, nec vnquam plura Subiici debent. *Paullo poſt,* Quum deinde quis volet quam plurimos mares excludi, longiſſima quaeque et acutiſſima oua Subiiciet: et rurſus quum feminas, quam rotundiſſima. Supponere anatum oua gallinis Cic. de Nat. Deor. 2, 124 c. 48. Vertuntur alitum oua in pullos Lucret. 2, 926. Columel. 8, 5 Quae cuncta remedia creduntur eſſe aduerſus tonitrua, quibus Vitiantur oua. Vncta oua ſanguine Horat. Epod. 5, 19. ¶ 3 *Obſeruatt.* Ouorum inter ſe ſimilitudo *indiſcreta in prouerbio eſt.* Cic. Acad. 4, 57 Videsne vt in prouerbio ſit ouorum inter ſe ſimilitudo? Tamen hoc accepimus, Deli fuiſſe complures (ſaluis rebus illis) qui gallinas alere permultas quaeſtus cauſa ſolerent; hi quum ouum inſpexerant, quae id gallina peperiſſet, dicere ſolebant. Neque id eſt contra nos. nam nobis ſatis eſt oua illa internoſcere. Quinct. 5, 11, 30 Ouum ouo non tam ſimile. *Vſurpatur et a* Seneca in libello quem in Claudium imperatorem luſit. Cic. Acad. 4, 54 Vt ſibi ſint et oua ouorum, et apes apium ſimillimae? Ouo prognatus eodem. *Fortaſſe ſimpliciter dictum eſt ab* Hor. Serm. 2, 1, 26 Ouo prognatus eodem. *Quandoquidem ad fabulam reſpicit Ledae, quae grauida ex Ioue in cycnum conuerſo, ouum peperit, vnde gemini prognati, Caſtor et Pollux. Verum ſi quis hoc dictum deflectat ad iisdem natos parentibus, aut ab eodem eruditos praeceptore: aut ita conſimilibus ingeniis, vt eodem ouo nati videri poſſint: nihil aeque fuerit prouerbiale. Veluti ſi dicas, Vultus, ingenium, mores, facta, ac prorſus omnia ſic huic cum hoc conueniunt, vt iures eodem prognatos ouo. Eraſmus.* Ab ouo vsque ad mala Hor. Serm. 1, 3, 6 *a principio coenae ad finem.* Cic. Fam. 9, 20 Ad ouum integram famem affero: itaque vsque ad aſſum vitulinum opera perducitur. ¶ 4 Oua *in circo machinae mobiles erant ſeptenae, quarum vna auferretur, quoties curriculum vnum peractum eſſet, vt adeo ex numero ouorum, quae adhuc propoſita eſſent, numerus curriculorum, quae reſtarent peragenda, poſſet intelligi. Sic Salmaſ. ad Solin.* p. 640.

Varro R. R. 1, 2, 11 Non modo ouum illud ſublatum eſt, quod ludis Circenſibus nouiſſimi curriculi finem facit quadrigis. *Fundus ſententiae Salmaſianae alter eſt Dion* 49 p. 417, B. Κ'ἂν τῷ ἱπποδρόμῳ σφαλλομένας τοὺς ἀνθρώπους περὶ τὸν τῶν διαύλων ἀριθμὸν ὁρῶν, τούςτε δελφῖνας, καὶ τὰ ᾠοειδῆ δημιουργήματα κατεστήσατο, ὅπως δι' αὐτῶν αἱ περίοδοι τῶν περιδρόμων ἀναδεικνύωνται. *Porro* oua *placuiſſe videntur ob honorem Caſtoris et Pollucis* Tertull. de Spectac. 8 Oua honori Caſtorum adſcribunt, qui illos ouo editos credendo de Cycno Ioue non erubeſcunt. Delphinos Neptuno vomunt columnae. *Nempe* Delphini *his* Ouis *coniuncti, vbi vid.*

OVATIO, ōnis. f. [ᾠοτοκία] *Tempus, quo Gallinae oua faciunt.* Plin. 29, 3 Certa luna capiendum cenſent, tanquam congruere ouationem etiam ſerpentium humani ſit arbitrii. *Quaedam exemplaria legunt*, Operationem eam.

OVĀTVS, a, um. Adi. [ᾠοειδὴς] *Quod eſt in ſimilitudinem oui factum.* Plin. 15, 21 Aliis turbinatio piri, aliis ouata ſpecies, ceu malorum aliquibus. Idem 35, 1 *de marmoribus loquens*, Lapidem pingere, Claudii principatu inuentum: Neronis vero, maculas, quae non eſſent, in cruſtis inſerendo, vnitatem variare, vt ouatus eſſet (*ouatam ſiue ellipticam figuram referret lapis*) Numidicus, vt purpura diſtingueretur Synnadicus: *prius pertinet ad maculas ſiue cruſtas, poſterius ad picturam ſiue tincturam.* Aurum ouatum Perſii *huc non pertinet, ſed ad verbum* OVARE. *v. v.*

OVĬCO, āre. *Oui albumine ſubigere.* Plin. Valer. 1, 17 Ouo crudo ouicare.

OVIPĂRVS, a, um. Adi. Apul. Apol. p. 298. *et* Fulgent. Mythol. 1, 12. Auſon. Moſella v. 133. *Vid.* VIVIPARVS, *in* VIVO.

O X A -- O X V

OXĂLIS, ĭdis. f. [ὀξαλὶς] *Lapathi genus.* Plin. 20, 21 *Vulgus* acetoſam *vocat.*

OXALME, es. f. *Dici poteſt Acida muria.* Plin. 23, 2 Quae nunc omnia oxalme contingunt: id ſale et aceto recente efficacius eſt. Idem *alibi* Acetum ſalſum *vocat, vt* 24, 4 *de Gallis loquens,* Eaedem crematae, et aceto ſalſo exſtinctae, menſes ſiſtunt.

OXIA, ae. f. *Genus nauis quidam legebant* Gell. 10, 25. *Sed verum eſt* HORIA. *v. v.*

OXIAE, [Ὀξεῖαι] Inſulae quaedam paruulae ante Leucadiam Plin. 4, 12.

OXOS, i. n. [ὄξος] *apud Suidam Purpura eſt, quae apud Phoenices tingebatur pretioſiſſima. Hinc* Oxobapta in l. 1. C. Quae res alienari non poſſ. *Quo in loco nonnulli corrigunt* Dibapta, *veram lectionem peruertentes. Alciatus.*

OXVS, i. m. [Ὄξος] Aſiae fluuius, quae ortus in lacu Oxo, *vt ſcribit* Plin. 6, 16 per deſerta Scythiae, in latus Orientale Caſpii maris delabitur. *Vid.* P. Melam 3, 5. *et Strab.* 11.

O X Y

OXYCEDROS, i. f. [ὀξύκεδρος] Species cedri, ramoſa, et nodis infeſta Plin. 13, 5.

OXYDRĂCAE, ārum. m. *Pl. Indiae populus, apud* Curt. 9, 9 *et* 14. *Strab.* 15. *et Pauſan.* 1.

OXYGĂLA, ae. f. *vel* OXYGĂLVM, i. n. [ὀξυγάλα] *quaſi Acetoſum lac.* Plin. 28, 9 *de butyro ex caprino lacte facto*, Fit et ex caprino, ſed hieme calefacto lacte, aeſtate expreſſo tantum crebro iactatu in longis vaſis, anguſto foramine ſpiritum accipientibus ſub ipſo ore, alias praeligato. Additur paullum aquae, vt aceſcat. Quod eſt maxime coactum, in ſummo fluitat: id exemtum addito ſale, oxygala appellant. *Et paullo poſt*, Oxygala fit ab alio modo, acido lacte addito in recens: quod dum aceſcit, vtiliſſimum ſtomacho. *conf.* Colum. 12, 8.

OXYGĂRVM, i. n. [ὀξύγαρον] *Acidum garum, hoc eſt garum ex aceto confectum, quod in principio menſae apponi ſolebat.* Martial. 3, 50 Depoſui ſoleas, adfertur protinus ingens, Inter lactucas, oxygarumque liber. *conf.* Apic. 1, 34. Sidon. Ep. 9, 13 *c. not. Suuar.*

OXYGONIVM, i. n. *Figura eſt trianguli, quod tres habet acutos angulos Euclid. 1. Elemen. Suſpicatur Schefferus hanc vocem reſtituendam* Petronio c. 66 Circumlata ſunt oxygonia, *i. aculeatum genus cibi. Reineſ.* Sycomora. *Al.* Oxycominia, *i.* Oleas Cominias ex aceto.

OXYLAPĂTHVM, i. n. [ὀξυλάπαθον] *Lapathum acuta habens folia.* Plin. 20, 21 Eſt et alterum genus fere, oxylapathon vocant, ſatiuo idem ſimilius, et acutiora habet folia, ac rubriora, non niſi in paluſtribus naſcens. *Quidam tamen putant* Oxylapathum *dictum a ſaporis aciditate. Add.* Dioſc. 2, 106.

OXYMĔLI, *ſiue* OXYMEL, ellis. n. [ὀξύμελι] *Acetum melle temperatum.* Plin. 14, 17 Acetum melle temperabatur: adeo nihil intentatum in vita fuit. Oxymel hoc vocarunt, mellis X libris, aceti veteris heminis quinque, ſalis marini libra, aquae pluuiae ſextariis quinque, ſufferuefactis decies, mox elutriatis atque ita inueteratis Plin. 23, 2. *et* 26, 11. *et Dioſc.* 5, 14.

OXYMŌRON, [ὀξύμωρον] *eſt* Sententia *acuta, ſed quae ob repugnantiam primum intuenti fatua videatur: vt apud* Virg. Aen. 7, 295 Num capti potuere capi? Cic. in Verr. Diuinat. 21 Si tacent, ſatis dicunt. *Vid. Aſcon. h. l. Voſſ. Inſtit. Orat.* 5, 12, 7.

OXYMYRSĬNE, es. f. [ὀξυμυρσίνη] *ad verbum* Acuta myrtus. Plin. 26, 11. 15, 7. 23, 9. Scribon. 153. *Vid.* CHAMAEMYRSINE. *et Dioſc.* 4, 147.

OXYMYRSĬNVS, a, um. Adi. Oleum oxymyrſinum Plin. 23, 4.

OXYPAEDEROTINVS, a, um. Adi. Oxypaederotinae veſtes Vopiſc. in Aurel. c. 46. *i. quae colorem gemmae paederotis haberent.*

OXYPŎRVM, i. n. [ὀξύπορον] Oxypora *ſunt, quae* Columel. 12, 57 *tradit appellari* Oxygara. Quoniam, *inquit*, quum vſus exigit, aceto, garoque diluuntur. Plin. 20, 23 *de foeniculo*, Ipſum condimentis prope omnibus inſeritur. Oxyporis etiam aptiſſime. *Sunt et ſua medicis* oxypora, *quaſi a celeritate dicta penetrandi. eſt enim remedium praeſentaneum.* Plin. 24, 8 Iuniperus miſcetur et antidotis oxyporis. Stat. Silu. 4, 9, 36 Non ſal, oxyporumue, caſeusue.

OXYPOROPŌLA, ae. m. [ὀξυποροπώλης] *Qui cibos vendit aceto conditos. Tribuebatur verbum* Plinio 20, 7 ſ. 26 *vbi legebant* In eos vſus et oxyporopolae ſeruant, addito dulci acrementum temperantes. *Vbi nunc ſic legitur*, Stomachi diſſoluti vtiliſſime adiuuantur: in eo vſu et oxypori obolis aſperitatem addito dulci, ad intinctum aceti temperantes.

OXYRRHODON, i. n. *Acetum roſaceum* Octau. Hor. 1, 7.

OXYS, y̆os. f. [ὀξὺς] *Herba, quam Officinae Trifolium acetoſum vocant* Plin. 27, 12. *Eſt et Iunci genus* Idem 21, 12.

OXYSACCHĂRVM, i. n. [ὀξυσάκχαρον] *Potionis genus ex ſaccharo et aceto. Saccharum autem mel dicitur in arundinibus collectum gummi modo, vt videbis ſuo loco.* Oxyſaccharum dare cum ſucco mali granati Conſtantin. Afer 7, 1.

OXYSCHOENOS, i. m. [ὀξύσχοινος] *Acutus iuncus, qui et marinus dicitur* Plin. 21, 18.

OXYTONON, i. n. [ὀξύτονον] *Papauer agreſte* Apul. de Herb. c. 53. *Item ap. Grammaticos Dictio accentum habens in vltima.*

OXYTRIPHYLLON, i. n. *Herba.* Plin. 21, 9 *q. d. Trifolium acutum.*

OXYZŌMVS, a, um. Adi. *Acetoſo iure conditus* Apic. 6, 9. Priſc. de Diaet. c. 6.

O Z A E *et* O Z Y

OZAENA, ae. f. [ὄζαινα] Morbus, *auctore* Celſo 6, 8 quum vlcera circa nares generantur, pluresue cruſtae, et odorem foedum habent, cui malo vix poteſt ſuccurri. Nomenque trahit ab ozaena polypo. Plin. 25, 13 Narium ozaenas emendat ariſtolochia cum cypero. *Proprie* ¶ 2 Ozaena, *Polypi genus.* Plin. 9, 30 Polyporum generis ozaena dicta a graui capitis odore, ob hoc maxime muraenis eam conſectantibus.

OZAENITIS, ĭdis. f. [ὀζαινῖτις] Herba eſt ex genere nardi, ad Gangem Indiae fluuium naſcens, odore virus referens, vnde et nomen accepit Plin. 12, 12.

OZE, es. f. *Foetor oris.* Celſ. 3, 11 Itaque ei remiſſioni credendum eſt, quae etiam immoratur, et iactationem foetoremque quendam oris, (quem ὄζην Graeci vocant) minuit.

OZYMVM, *vid.* OCIMVM.

P.

Litera P.

P LITERA labris ſpiritu erumpens Mart. Capella p. 58. *muta eſt, nec* H *poſt ſe admittit, niſi in dictionibus Graecis, vt in* Phaëthon, Philoſophus, *etc. Conuertitur interdum in transferendis dictionibus Graecis* P *in* B, *vt quod apud Graecos* πύξος, *apud nos* Buxus *ſcribitur: interdum in* F, *vt* πέλεκυς, Falx; πήγω, Figo: *interdum in* φ, *vt* πορφύρα, Purpura; φοινίκεος, Puniceus: *aliquando in* V, *vt* πατρικὸς, Vitricus. *Facile item permutantur* B *et* P, *vt* βόσκω, paſco; Κάνωβος, Canopus. *Contra* Bruges *pro* Phryges Ennius *dixit. Neque hoc ſolum in vocibus e Graecia traductis, ſed et in Latinis frequenter, vt a* Poplicola, Publicola; *a* Scribo Scripſi; *a* Sorbeo Sorpſi, *etc. Ex* Ob *et* Pono *fit* Oppono; *et antique dictum* Optineo *pro* Obtineo. *Nec reſpuit* P, *commercium cum reliquorum ordinum mutis; vt* λύκος, Lupus; λαγὼς, Lepus; ταὼς, Pauo; Appono *pro* Adpono, Officina *pro* Opificina: *Et vice verſa* Iecur *ab* ἧπαρ; Lugeo *a* λυπέω; Studium *a* σπουδὴ; Tudo, (*vnde tundo*) *a* τυπῶ, *etc. Etiam* quidquid *Oſce dicitur* pitpit, *auctore* Feſto: *ſaltem in Aeoliſmo, vnde Latinitas fluxit, nihil vſitatius quam mutatio* P *in* Q, *vt apud Graecos* Π *in* K, *vt* κῶς *ex* πῶς. *Etiam aliquando in deriuatis in initio abiicitur, vt a* πῦρ, Vro. ¶ 2 *In mediis vocibus amat complecti* T, *vt* Aptus. *Aſſumit in Latinis ſolas* L, *et* R, *vt* Pluo, Precor: *in Graecis etiam* N, H, S, *et* T, *vt* Peripneumonia, Philoſophus, Pſaltes, Ptolemaeus. *Admittit ante ſe in medio tres liquidas* L, M, *et* R, *vt* Alpes, Compes, Amplus, Serpo; S *item in initio, vt* Aſpis, Spes. N *ante* P *commigrat in* M, *vt* Impono, Compono, Simplex, *id eſt ſine plica. Et quidem, ſi quosdam Grammaticos audimus, cum ſocia hac labiali adeo coniungi amat, vt inter* M *et* T *mediam ſe interſerat. Vid.* Priſcianus 10 p. 897 *vbi negat* poſſe M *ante* T *ſiue* P inueniri: *in quo ſincera monumenta illi contradicunt. Caeterum ex hac regula ſemper ſcribendum fuerit, v. g.* Emo, emi, emptum; Demo, demi, demptum, *etc. Viciſſim* M *pro ſe locat ante* N, *vt a* δαπάνη, Damnum; *ab* ὕπνος, Somnus; *vel ſaltem ei accitae locum cedit, vt ſit pro* Dampnum, Damnum; *pro* Sompnus, Somnus. ¶ 3 *Iam notas indicabimus et compendia vocum, quae a* P *incipiunt. Ac primo* P. *in ſignis militaribus notabat* Principum ſigna ſeu vexilla, *vt* H. Haſtatorum. *Deinde* P. Pace, Pactum, Paſſus, Pater, Patria, Pecunia, Pedes, Perpetuus, Pius, Plebs, Pontifex, Populus, Poſſeſſor, Poſuit, Poteſtas, Praeſes, Praetor, Pridie, Princeps, Prouincia, Publicus, Publius, Puer, Pupillus. P. A. Pius Auguſtus, Poſuit Aram. PAtriciatus DIgnitas. P A L. Palatina *tribu.* Palilia. P. AEL. AVG. LIB. Publius Aelius Auguſti Libertus. P A P. Papia *tribu.* P A R. Parenti, Parilia, Parthicus, PARentes INFeliciſſimi Poſuerunt. P. C. Pactum Conuentum, *vel* Pecunia Conſtituta. Patres Conſcripti, Patrono Coloniae, Pedes Centum, Ponendum Curauit, Praefectus Caſtrorum *vel* Corporis, Pro-Conſul. P. C. L. Publius Cornelius Licinius, Publii Con-Libertus. P. C. N. Poſuerunt Communi Nomine. P. C. R. Ponendum Curauit Requietorium. P. D. Publice Dedit, Patriciatus Dignitas, Ponendum Decreuit. P. D. S. Propoſita, Data,

Data, Scripta. P. E. Poſteris Eius, *vel* Publice Erexit. P. E Q. M. Publico Equo Meruit. PERegrinus, Permiſſu, Perpetuus, Pertinax. P. E X. R. Poſt Exactos Reges. P. F. Pia Fidelis, Publice Fecit, Publii Filius, Pius Felix, Patri Filius. P. H. C. Publicus Honor Curandus, Patrono Heres Curauit, Prouincia Hiſpanienſis Citerior. P. I. Pater Indulgentiſſimus, Poni Iuſſit. P. I. A. V. P. V. D. Praetorem (*an potius* Praetor *vocandi caſu?*) Iudicem ArbitrumVe Poſtulo Vti Des. P. I. R. Populum Iure Rogauit. P. I V. *vel* I. Principi Iuuentutis. P. I R. Populus, *vel* Publius Irrogauit. P. I. R. P. Q. I. S. I. F. P. R. E. A. D. P. Populum Iure Rogauit, Populusque Iure Sciuit In Foro Pro Roſtris Et Ante Diem Pridie. P. I. S. Pius In Suos, Ponendum Iuſſit Sibi, Poſteris Item Suis, Publica Impenſa Sepultus. P. K. Parens Kariſſime, Praetor Kandidatus, Pridie Kalendas. P. L. Publii Libertus, Poſuit Libens *vel* Lugens. P. L. C. Pecunia Lugduni Cuſa. P. M. Paſſus Mille, Patronus Municipii, Plus Minus, Poſuit Monumentum, *vel* Merenti, Pontifex Maximus, Principi Militum. P. M. T. P. IMP. P. P. Pontifex Maximus Tribunicia Poteſtate Imperator Pater Patriae. P. O. Patri Optimo, Pio Optimo. POblilia *tribu.* POpulus, POſuit. POMpeius, POMptina *tribu.* P. O. M. S. Parenti (Patrono) Optime Merito Sacrum. POPLIFugium. PORTumnalia. POSTVMVS. P P. C. *vel* P. C. Patres Conſcripti. P. P. P. Primus Pater Patriae. P. P. Pater Patriae, Pater Patratus, Parenti (Patrono, Publice) Poſuit, PerPetuus, Praefectus Praetorio, PraePoſitus, Propria (Publica Pecunia,) ProPraetor, Publii *duo*, PrimiPilus. P. P. H I S P. C. Praeſes Prouinciae Hiſpaniae Citerioris. P. P. P. P. E. S. S. S. E. V. V. V. V. V. V. V. F. F. F. F. P. P. R. Primus Pater Patriae Profectus Eſt, Secum Salus Sublata Eſt, Venit Victor, Validus, Vincens, Vires Vrbis Veſtrae, Ferro, Flamma, Frigore, Fame, Pace Populi Romani. P. P. P. P. P. Praefecto Praetorio Per Prouinciam Pannoniam. P. P. R. V. P. I. C. Pace Populo Romano Vrbique Parta Ianum Clauſit. P. Q. Poſtquam. P. Q. E. PoſterisQue Eorum. P. Q. S. V. F. PoſterisQue Suis Viuus Fecit. P. R. Populus Romanus, Pro Roſtris, Poſuit Requietorium. P R. Praeſes, Praetor, Pridie, Princeps, Primigenia. *Obſeruat Graeu. ad* Cic. Verr. 5 c. 72 *miſceri interdum in MSS.* P R. Praetor, *et* P. R. Populus Romanus. P. R. C. A. Poſt Romam Conditam Annis. P. R. E. *vel* E X. Poſt Reges Exactos. P R. M. S. Pro Merito Suo. P R. N. ProNepos. PROuidentia AVGuſti. PROConſul. PROCurator. PROMAGiſter Larium Diuinorum. PROTector. PRaeſes Prouinciae. PRoPraetor. PRaefectus PRaetorio. PRocurator Priuatae Rei Egregius Vir. PRoQuaeſtor AERarii ET ALIMentorum. P R R. Praetores. P R. S. Praetoris Sententia. Patri Suo. P R S. P. Poſteris Poſuit. Praeſes Prouinciae. PRaetor TVTelaris. PRaetor VRbanus. P. R. V. X. Populi Romani Vota Decennalia. P. S. Plebiſcitum. P. S. S. Plebiſcita. P. S. Poſuit Sibi. Poſteris Suis. Pecunia Sua. Proſerpinae Sacrum. P. S. O. Pecunia Sua Ordinauit. P. S. F. Publice Sibi Fecit, Publicae Saluti Fecit. P. S. F. C. Publicae Saluti Faciundum Curauit; *vel* Publico, *aut* Proprio Sumtu Faciundum Curauit. P. S. P. Q. P. Pro Se ProQue Patria (R. Republica). P. S. T. Q. H. Praecipito, Sumito, TibiQue Habeto. P T. Pater, Praeter. P. T. Pecunia Treuirenſis. P. T. S. Poſuit Titulum Sibi. P. V. Pedes Quinque, Pia Victrix, Perfectiſſimus (Primarius, Praeſtantiſſimus) Vir. Praefectus Vigilum (Vrbi). P V. Prouincia, Publilia *tribu.* PVBLico Luctu. P. V. D. Poſtulo Vti Des, Pro Voto Dedit. P. V. F. Poſteris Vniuerſis Fecit. PVblico Honore. P. V I. S. Pedes Sex Semis. PVPillus *ſ.* Pupinia *tribu.* P. V. V. L. S. Prout Vouerat Lubens Soluit. P. X. Pedes, *vel* Pondo Decem. P. Y P S E. Publius Ypſeus. ¶ 4 *In MSS.* p *notata transuerſa lineola* (p̶) *ſignificat* per: *hinc error ſaepius natus eſt, ſicut e. c. ap.* Quinctil. 1, 2, 28 *in nonnullis libris legitur* aptos *pro* apertos. *Vid. h. l. Interpp.*

PA, pro Parte; et PO, pro Populo poſitum eſt in Saliari carmine. Feſtus.

PABO, ōnis. m. Vehiculum vnius rotae Iſidor. Gloſſ.

PABV̆LVM, i. n. [νομὴ, χόρτασμα] *a paſcendo, generatim eſt, pecudum et aliorum brutorum cibus. De* pabulorum generibus et ſatione *vid.* Col. 2, 7, 1. 2, 11, 1. Varro R. R. 1, 23 *etc. Vnde firmatur Vallae obſeruatio,* Pabulum *proprie eſſe herbaceum cibum pecudum.* Plin. 10, 24 Nec occultantur turdi, viſi ſaepe ibi, quo hibernum pabulum petant. Virg. Aen. 1, 477 Priusquam Pabula guſtaſſent Troiae, Xanthumque bibiſſent, *de equis.* Dia pabula Lucret. 5, 942. Dira *tabo interfectorum infecta* Stat. Theb. 12, 566. Non inſueta graues tentabunt pabula foetas Virg. Ecl. 1, 50. Laeta Lucret. 2, 317. Larga Id. 5, 867. Luxurioſa, *vid.* LVXVS. Naturalia, *vid.* NASCOR. Pinguia Virg. Georg. 1, 86. Triſtia Senec. Thyeſt. 8. Virgea Virg. Georg. 3, 321. Viridia Quinctil. 2, 10. ¶ 2 *Verba:* Ouid. Met. 2, 212 Pabula Caneſcunt, cum frondibus vritur arbor. Concipiunt terrae pabula Virg. Georg. 1, 86. Decerpere pabula Ouid. Met. 13, 943. Diſtendi pabulo Quinctil. 2, 10. Tacit. Ann. 6, 34 Adequitare caſtris, Infenſare pabula. *h. e. Infeſtabat.* Legens hirundo parua pabula Virg. Aen. 12, 475. Metere pabula falce Ouid. Epiſt. 6, 84. Obterere Lucan. 6, 82. Petunt nocturna pabula foetae Senec. Hippol. ſ. 1. Surgunt mollia, *i. creſcunt* Ouid. Met. 7, 284. ¶ 3 Pabulum, *per translationem ad alia transfertur: vt,* Amoris pabula ſibi abſterrere Lucret. 4, 1056 *quod Scholaſtici dicant obiecta vitare.* Animorum, ingeniorumque naturale, quaſi quoddam pabulum conſideratio contemplatioque eſt Cic. Acad. 4, 127 c. 41. Idem de Senect. 49 Si vero habet ſenectus aliquid tanquam pabulum Studii et doctrinae, nihil eſt otioſa ſenectute iucundius. Dare pabula morbo Ouid. Met. 8, 876. Cic. de Aruſp. Reſp. 5 Quid hunc perſequar, pecudem ac beluam pabulo inimicorum meorum, et glande corruptum? Pabulum malorum Cato R. R. 7, 4 *fimus Suillus, quo alantur nempe poma. Sic nempe legendum puto, et probare ſtudui tum in annotatione ad h. l. tum in Indice. Sic* Col. 2, 14, 3 Vt ſtercore velut pabulo abſumtas vires reficias. *Et* 2, 5, 1 Nam eo quaſi pabulo gliſcit terra. *Sic* Cibi maioris plantae quaedam Varro R. R. 1, 23, 2. Cibus arborum *eſt* Lucret. 1, 354. *et* Plin. 17, 2.

PABVLĀRIS, e. Adi. [χορτασματικὸς] *Quod ad pabulum pertinet, ſeu Quod pro pabulo datur.* Columel. 11, 2. *et* 2, 14, 1 De lupino nihil dubito, atque etiam de pabulari vicia. Plin. 18, 16 Omnia haec pabularia. *conf.* Pallad. 1, 6.

PABV̆LOR, āri. [νέμω, χορταγωγέω] *Pabulum ex agris capere manibus aut falce in paſtionem iumentorum.* Caeſ. Bell. Gall. 8, 10 Et quum pabulatum, frumentatumque longius eſſet proficiſcendum. Id. 5, 17 Quum Caeſar pabulandi cauſa tres legiones atque omnem equitatum, *etc. Add.* Id. B. C. 1, 40. *et* 3, 37. *conf.* Liu. 6, 30. *et* Gell. 17, 2. Pabulari, *Paſcere.* Columel. 7, 6 Subinde, quae cedit (ſcilicet capella) compeſci debet, ne procurrat, ſed placide ac lente pabuletur. Pabulari oleas fimo, *Fimum in pabulum et nutrimentum ac fomentum dare ipſis oleis, hoc eſt ſtercorare* Columel. 5, 9, 13.

PABVLANS, antis. Part. Val. Max. 5, 6 ext. 1 Pabulantes hoſtes.

PABVLĀTOR, ōris. m. [χορταγωγὸς] *Qui pabulatum vadit.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 17 Repente ex omnibus partibus ad pabulatorem aduolarunt. *conf.* Hirt. Bell. Gall. 8, 11. Liu. 27, 43. *Et* 29, 2.

PABVLĀTIO, ōnis. f. [χορταγωγία] *Pabulandi actus, vel facultas.* Caeſ. Bell. Gall. 7, 17 Omnibus modis huic rei ſtudendum, vt pabulatione et commeatu Romani prohibeantur. Ibid. 1, 15. Pabulatio, *Paſtus.* Varro de R. R. 3, 16 Si e bono loco tranſtuleris, vbi idonea pabulatio non eſt, fugitiuae fiunt. *de apibus.*

PABVLATŌRIVS, a, um. Adi. [χορταγωγικὸς] *vt* Pabulatoria corbis, *In qua portantur pabula* Columel. 6, 3, 5. *et* 11, 2, 99.

PABVLŌSVS, a, um. Adi. Solin. c. 35 *de Britannia;* Ita pabuloſa, vt pecuaria, niſi interdum aeſtate a paſtibus arceantur, in periculum agat ſatietas.

P A C

PACATVS, PACATE, *vid.* PAX.

PACENSIS Colonia, Octauanorum colonia eſt, quam et Claſſicam fuiſſe appellatam *refert* Plin. 3, 4 et Forum Iulii, ad Amnem Argenteum in Gallia Narbonenſi. Pacenſis conuentus Idem 4, 22.

PACHȲNVS, i. m. [Πάχυνος] *Promontorium Siciliae, Peloponneſum ſpectans; ab aëris craſſitudine:* Virg. Aen. 3, 429 Praeſtat Trinacrii metas luſtrare Pachyni. Priſcianus in Periegeſi, Qui procul effuſis Pachyni diſtenditur oris. *In quo verſu penultima quidem corripitur, ſed caue imiteris. Potius nota verſum,* E quibus imbriferos obuerſa Pachynos ad Auſtros Ouid. Met. 13, 726.

PACIFER, PACIFICATOR, PACIFICO, *vid.* PAX.

PACIDEIĀNVS, i. m. [Πακιδειανὸς] Gladiator apud Lucilium, *vt refert* Cic. Tuſc. 4, 48 Sed in illo genere (*inquit, de gladiatoribus loquens*) ſit ſane Pacideianus aliquis hoc animo, vt narrat Lucilius, *etc. Meminit etiam huius ad* Quintum fratrem 3, 4. Nonius Marcell. 4, 425 *refert hanc illius deſcriptionem, vel elogium* Lucilii, Optimu' multo Poſt homines natos gladiator, qui fuit vnus. *Al.* Placideianus. *v. v.*

PACĪNVS, Vnus ex nepotibus Volſinii regis, cognomento Luculli, qui relicto Illyrico, in Italia conſedit, vbi et populos Pacinates de ſe nominauit. *Auctor* Feſtus.

PACIŌNEM, antiqui dicebant, quam nunc Pactionem dicimus. vnde et Paciſci adhuc, et Paceo in vſu remanet. Feſtus.

PĂCISCOR, pactus ſum, paciſci. Dep. [συντίθεμαι, ὁμολογέω, συμφωνέω] *Pactum facere, conuenire:* Cic. in Parad. 6 Si quotidie fraudas, decipis, poſcis, paciſceris, aufers, eripis. Plin. Epiſt. 6, 23 Peto, atque etiam paciſcor, vt ſimul agat Cremutius Rufo. Paciſci de mercibus Suet. de Clar. Gramm. c. 17. Iuſtin. 2, 15, 14 Cum Xerxe nuptias filiae eius paciſcitur. Cic. in Catil. 1, 24 c. 9 Scio pactam et conſtitutam eſſe cum Manlio Diem. Aliquid ſibi Idem pro Sext. c. 25. Foedus paciſci Cic. pro Sext. 33. Inducias aliquot dierum cum hoſte Idem Off. 1, 33. Letumque ſinas pro laude paciſci Virg. Aen. 12, 49. *Vid. mox* Vitam. Millia duo pactus eſt Martial. 8, 17. Cic. Q. Frat. 3, 3 Tanta inuidia ſunt Conſules propter ſuſpicionem pactorum a candidatis Praemiorum. Pretium Ouid. Met. 8, 306. Pretium praedonibus pro capite Cic. Off. 3, 107. Rem aliquam alia Senec. de Clement. 1, . . Salluſtius in Iugurth. c. 26 *pr.* Adherbali ſuadent, vti ſeſe et oppidum Iugurthae tradat: tantum ab eo Vitam paciſcatur. *i. Pactum faciat de vita ſalua.* Vitam pro laude Virg. Aen. 5, 230. *conf.* Stat. Theb. 1, 319. *Et* Ouid. Met. 7, 307. Pacti ſunt inter ſe Iuſtin. 1, 10, 4. Plin. 8, 7 Namque vnum qui ſupererat, obiecit elephanto: et ille, dimitti Pactus ſi interemiſſet, ſolus in arena congreſſus, magno Poenorum dolore confecit. Cic. Verr. 3, 37 Ne quis frumentum de area tolleret, antequam cum decumano pactus eſſet. Paciſci mercede cum aliquo, vt Liu. 25, 33. Seſtertio cum aliquo paciſci Pſeudo-Cic. in Salluſt. 19. *Eſt et matrimoniorum verbum.* Liu. 1, 2 Turno pacta Lauinia fuerat. Iuſtin. 2, 15, 14 Pauſanias proditionis praemium cum Xerxe nuptias filiae eius paciſcitur. *conf.* Idem 7, 4, 7. *Et* Tacit. Ann. 1, 55, 4 Pacta puella. *Add.* Tacit. Ann. 2, 43, 3. *Vid. mox* Pacta. Cic. Att. 5, 21 Nec dubitat Deiotarus, cuius Filio pacta eſt Artauasdis filia (ex quo ſciri poteſt) quin cum omnibus copiis, *etc.* Haec tibi pacta eſt Callicli filia? LE. ego ducam pater. *h. e. Promiſitne ipſa tibi, ſiue dedit tibi fidem?* Plaut. Trin. 5, 2, 59. *Sed etiam ſic,* Meritis et voce pactus eſt *Perſeus Andromedam* Ouid. Met. 5, 28. Inique paciſci, *vid.* INIQVVS. ¶ 2 *Obſeruatt.* Paciſco, pro Paciſcor antique Naeuius *apud* Nonium 7, 54. Ammian. 31, 12 Vt firma fierent paciſcenda. *Praeterito tempore loco Deponentis* pactus ſum *ſaepe inuenias* Pepigi, *quod eſſe ex* PAGO *eo ipſo loco oſtendimus. Hic vero exempla eius verbi ponamus, quae ob ſignificationem huc conueniunt.* Cic. pro Roſc. Com. 26 Dic pactionem feciſſe, vt abſolueretur; non pepigit. Idem Off. 3, 92 c. 24 Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepigeritque, ne illo medicamento — nec ab eo quicum pepigerit impetret, vt item eo liceat vti. Ad Herenn. 2, 29 c. 13 Ex pacto ius eſt, ſi quid inter ſe pepigerunt, ſi quid inter quos conuenit. Plaut. Bacch. 4, 8, 38 Quid fit? H. Ducentis Philippeis rem pepigi. Lucret. 1, 1022 Nec quos quaeque darent motus pepigere profecto. Virg. Aen. 12, 12 Nihil eſt, quod dicta retractent Ignaui Aeneadae, nec quae pepigere recuſent. *Sic* 10, 902 Nec tecum meus haec pepigit mihi foedera Lauſus. *Et* 11, 133 Bis ſenos pepigere dies. Liu. 1, 11 Pepigiſſe eam, quod in ſiniſtris manibus haberent. Idem 24, 29 Nam ita eos pacem pepigiſſe cum Romanis. *Et* 34, 31 Non vt Argis praeſidium deducerem pepigiſtis. *Et mox* Tu ipſe mecum, T. Quincti, ſocietatem pepigiſti, *Et mox* Cum ſocietatem mecum pepigiſtis. *Et* c. 32 Cum Philippo hoſte noſtro non ſocietatem ſolum, ſed, ſi Diis placet, affinitatem etiam per Philoclem praefectum eius pepigiſti. *Et ita ſaepius, Praeterito nempe tempore.* Sueton. de Cl. Rhet. c. 1 Et pepigerunt bolum quanti emerent. Aur.

Vict. de V. Ill. 43, 7 De redemtione captiuorum cum hoſtibus pepigit, quod pactum cum a Senatu improbaretur, *etc.* Idem Caeſ. 8, 5 Vitellius ab Sabino ſeſtertium millies pepigerat, arbitris militibus imperio decedere, *i. vt decederet.*

PACTVS, a, um. Partic. [ὡμολογημένος] *Pacto decretus.* Plaut. Aſin. 3, 3, 135 Hinc inerunt viginti minae bonae, mala opera partae: has tibi nos pactis legibus dare iuſſit. Coniux pacta Ouid. Met. 14, 451. *Conf.* Virg. Aen. 10, 722. Fides Ouid. Faſt. 3, 485. Foedus Virg. Georg. 4, 158. Lucret. 3, 782 Si non forte ita ſunt animarum foedera pacta. Cic. Off. 1, 33 Vt ille, qui cum triginta dierum eſſent cum hoſte pactae Induciae, nocte populabatur agros, *etc.* Merces Hor. Carm. 3, 3, 22. Rem pactam habeto Plaut. Poen. 5, 3, 38. Salus pacta Iuſtin. 8, 5, 3. Societas pacta Idem 20, 5, 6. Teda pacta, *Coniugium pactum* Ouid. Met. 9, 721. ¶ 2 Verba pacta, *i. Concepta et legitima.* Vlpian. titul. 24 eius libri, qui inſcribitur, Tituli ex corpore Vlpiani, Senatusconſulto Neroniano cautum eſt, vt quod minus pactis verbis legatum eſt, perinde ſit, ac ſi optimo iure legatum eſſet. *Sic dixit* Cic. pro Roſc. Com. 46 Non enim ex pactione verborum, quibus iusiurandum comprehenditur: ſed, *etc. i. Non ex formula.* *Sic et* Arnob. aduerſus gent. 7 O deorum ſublimitas praepotens, quam venerator eum pactionibus adorat et formulis.

PACTA, ae. f. *Abſolute pro ea, quae nuptias alicuius pacta eſt.* Paterc. 1, 1, 3 Pactae eius nuptias occupauerat. *Vid. Iuret. in* Symmach. p. 168. *Et Hotoman. de Vet. nupt. ritu* c. 1.

PACTVM, i. n. [συνθήκη, ὁμολογία, συμβόλαιον, σύμφωνον] *Conventionem ſignificat.* Cic. de Inuent. 2, 68 Pactum eſt, quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iuſtum putatur, vt iure praeſtare (*leg.* praeſtari) dicatur. Vlpianus, D. de pollicitationibus, l. Pactum, Pactum eſt duorum conſenſus atque conuentio: Pollicitatio vero, offerentis ſolius promiſſum. Idem D. de pactis. l. 1 Pactum autem a pactione dicitur: vnde et pacis nomen appellatum eſt. Et eſt pactio, duorum pluriumue in idem placitum conſenſus. Pactorum quaedam in rem ſunt, quaedam in perſonam. In rem ſunt, quoties generaliter paciſcor, ne petam. In perſonam, quoties ne a perſona, i. e. ne a L. Titio petam. Vtrum autem in rem, an in perſonam pactum factum ſit; non minus ex verbis, quam ex mente conuenientium aeſtimandum eſt. Plerumque enim (vt Pedius ait) perſona pacto inſeritur, non vt perſonale pactum fiat, ſed vt demonſtretur, cum quo pactum factum eſt. *Haec* Vlpian. in l. Iurisgentium. §. Pactorum. D. de pactis. Paullus in l. Si tibi decem. §. Si quis paciſcatur. D. de pactis, Pactum conuentum cum venditore factum, ſi in rem conſtituatur: ſecundum plurium ſententiam emtori prodeſt. ſecundum autem Sabini ſententiam, etiamſi in perſonam conceptum eſt, in emtorem valet. Cic. in Verr. Act. 1, 16 c. 6 Manſit in conditione atque pacto vſque ad eum finem, dum iudices reiecti ſunt. *Diſtingue inter* Pactum *et* Conuentum. *nam* Pactum *eſt ex parte ſtipulantium:* Conuentum, *quum quae pepigerunt promiſſa ſunt, de hisque eſt conuentum. Hac de cauſa* Pacta conuenta, *et* Pacta conuentaque, *legimus: antecedit enim* Pactum, *ſequitur* Conuentum. Seneca de Benef. 3, 15 Nec pacta conuentaque impreſſis ſignis cuſtodirentur. *Ex Turneb. Aduerſ.* 16, 5. Pacta conuenta, ſtipulationes, *etc.* in foro cognoſcenda Cic. de Orat. 2, 100. Pacta conuenta inſunt bonae fidei iudiciis Vlpian. in l. Iurisgentium. §. Quin immo. D. de pactis. Formula pacti Ouid. Epiſt. 20, 151. Inexorabile pactum Stat. Theb. 1, 5. Paullus in l. Et heredi. in princ. D. de pactis, Poſt mortem vero filii, nec patri proderit, nec heredi eius: quia Perſonale pactum eſt. Caius in l. Contra. in princ. D. de pactis, Contra iuris ciuilis regulas pacta conuenta Rata non habentur. Remotum a iure communi Vlpian. in l. Iurisgentium. §. Si paciſcar. D. de pactis. Paullus in l. 27 Si vnus. §. 4 Item ne experiar. D. eodem titul. Si pactum conuentum a re priuata Remotum ſit, non eſt ſeruandum, *i. ſuper alia re, quam priuata, factum.* Sacrum Valer. Argon. 8, 401. Conuenit pacto, *vid.* CONVENIO. Paullus in l. Si vnus. §. Pactus. D. de pactis, Pactum ne peteret, poſtea conuenit vt peteret: prius pactum per poſterius Eliditur. Exuere pacta Tac. Ann. 6, 43. Pacta quae poſtea Interponuntur, ſolent parere exceptiones Vlpian. in l. Iurisgentium. §. Quin immo. D. de pactis. Interpoſito pacto conuento de vna re non petenda, totam obligationem ſubmoueri Paullus in l. Si vnus. §. Si cum mihi. D. de pactis. Ligare pacta Propert. 4, 4, 82. Obſeruantur ex conuentu ſine legibus pacta, quae iuri praeſtare dicuntur Auctor ad Heren. 2, 20. *Puto leg.* iure praeſtari *vt* Cic. de Inu. 2, 68. Obſeruanda non ſunt pacta, quae turpem cauſam continent Paullus in l. Si vnus. §. Pacta. D. de pactis. Praeſtat iuri pactum Cic. de Inuent. 2, 68. *Sed hunc indicauimus, videri legendum*, vt iure praeſtari dicatur. Cic. Off. 3, 92 c. 24 Pacta et promiſſa ſemperne ſeruanda ſint, quae nec vi, nec dolo malo (vt Praetores ſolent dicere) facta ſunt. Seruandum erit pactum conventum Paulus in l. Sed ſi tantum. D. de pactis. Stare pacto Liu. 9, 11. Vlpian. in l. Iurisgentium. §. Si paciſcar. D. de pactis, Si paciſcar, ne iudicati vel incenſarum aedium agatur: hoc pactum valet. Ex Pacto Nepos 1, 2, 4. *Conf.* Liu. 1, 11. ¶ 2 Pacto, *Abl. pro Modo aliquando ponitur.* Plaut. Rud. 5, 3, 46 Non tacebo vnquam alio pacto, niſi talento comprimor. *Hic quidem etiam conditionem intelligas. Sed ſunt loca, in quibus res clarior.* Ter. Andr. 1, 1, 23 Eo pacto et gnati vitam, et conſilium meum cognoſces. Hoc denique pacto diſcimus Virg. Georg. 2, 248. Iſto pacto ſi ſerui mei me metuerent Cic. Catil. 1 c. 7. Nullo pacto, *vid.* NVLLVS. Quemadmodum natus, et quo pacto educatus ſim, memini Cic. pro Quint. c. 17. Hor. Epiſt. 1, 17, 2

Quamuis Scaeua ſatis per te tibi conſulis, et ſcis
Quo tandem pacto deceat maioribus vti,
Diſce docendus adhuc.

PACTIO, ōnis. f. [συνθεσία, σύνθεμα] *Paciſcendi actus.* Vlpian. D. de pactis l. 1 Eſt autem pactio, duorum, pluriumue in idem placitum et conſenſus. Cic. Verr. 1, 17 Sciebam in reiiciendis iudicibus nonnullos memoria noſtra pactionis ſuſpicionem non vitaſſe: *de corrumpendis pecunia promiſſa iudicibus agit.* *Sic* in Piſon. 87 c. 36 Pactionis reorum *memorat.* Accedere ad pactionem, *vid.* ACCEDO. Adire ad, *vid.* ADEO, adis. Cic. de Prouinc. Conſul. 9 Nihil aliud Actum eſt, niſi pactiones pecuniarum cum tyrannis. Conficere, *vid.* CONFICIO. Conflare Cic. de Aruſp. Reſp. 42. Cic. Verr. 5, 133 Has per Timarchidem pactiones ſepulturae cum viuis etiam illis eſſe factas? *Conf.* Sueton. Iul. 30. *Et* Iuſtin. 22, 8, 3. Facere de tota lite Cic. pro Roſc. Com. 40 c. 14. De ſua parte Ibid. 34. Facere nuptialem Liu. 4, 4. Talibus pactionibus pacem Facere Nep. 10, 5, 5. Inire pactionem Iuſtin. 35, 1, 5. Interponere pactionem Idem 7, 6, 4. *et* 22, 3, 3. Cic. in Parad. 6 c. 2 Qui tuas mercedum pactiones in patrociniis, Interceſſiones pecuniarum, *etc.* Manere in pactione Nepos 17, 2, 4. Obligare pactionibus ſuorum praemiorum aliquos Cic. Poſt red. in Senat. 31. Idem Off. 3, 108 Regulus vero non debuit conditiones, pactionesque bellicas Perturbare periurio. Idem de Inuent. 2, 73 Quum omnes perituri milites eſſent, niſi ad pactionem Veniſſent, vtrum, *etc.* Si res non Venit ad pactionem Cic. Att. 9, 10. Pactiones publicanorum Idem ib. 5, 13. ¶ 2 *Formulam et verba concepta notat* Cic. pro Roſc. Com. 46 c. 16 Non enim ex pactione verborum, quibus iusiurandum comprehenditur, ſed ex perfidia et malitia, per quam inſidiae tenduntur alicui, dii immortales hominibus iraſci et ſuccenſere conſueunt. *Vid.* PACTVS, a, um n. 2.

PACTOR, ōris. m. [ὁμολογητὴς] Cic. Verr. 5, 54 c. 21 An foederum interpretes, ſocietatis pactores, religionis auctores?

PACTICIVS, a, um. Adi. [συνθεματικός] *Vulgo Conuentionalis dicitur.* Gell. 1, 25 Ceſſatio pugnae pacticia, *i.* Induciae.

PACTVS, ūs. m. Petron. c. 81 Vnius noctis pactu omnia vendere.

PACO, āre. *Vid.* PAX.

PACONIVS *gentis Rom. nomen. V. g.* Marcus Paconius Silani Aſiae proconſulis Legatus, a Tiberio laeſae maieſtatis damnatus. *Vid.* Suet. Tiber. c. 61, 43. Tac. Ann. 3, 66.

PĂCŎRVS, i. m. [Πάκορος] *Suidae, Orodis regis Parthorum filius, eius qui Craſſum dolo circumuentum interemit. Quam maculam poſtea Ventidius Baſſus, Antonii legatus deleuit, Pacoro cum toto exercitu ad internecionem caeſo. Vid.* Paterc. 2, 78. Iuſtin. 42, 4, 6. *et* 16, 17. Flor. 4, 9. Martial. 9, 36 Scis, quid in Arſacia Pacorus deliberet aula. Horat. Carm. 3, 6, 9

Bis iam Monaeſes, et Pacori manus
Non auſpicatos contudit impetus
Noſtros. *Alii ſcribunt* Pachorus. *Male.*

PACTILIS, *vid.* PANGO.

PACTICIVS, *vid. ſub* PACISCOR.

PACTIVS, *Fluuius de quo* Plin. 3, 11 *quod, vt Strabo 14 refert, ex monte* Pactio *ortum habet.*

PACTŌLVS, i. m. [Πακτωλὸς] *Fluuius Lydiae, aureis arenis Smyrnaeos irrigans agros.* Iuuen. Sat. 14, 299 Quod Tagus et rutila Pactolus voluit arena. Tibique Pactolus fluat Hor. Epod. 15, 19. Liquores Pactoli Propert. 1, 6, 32. Diues Pactolus rutilas deſpumat arenas Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 54. Lydius Senec. Oedip. 5. Rudentis Pactoli aurea ſtagna Claud. in Ruff. 1, 103.

PACTVM, *vid.* PACISCOR.

PĂCŪVIVS, [Πακούβιος] *Gentis Rom. nomen. Nobilis eſt Poëta Brunduſinus, Ennii ſorore natus, emicuit quo tempore Scipio Numantiam deleuit: poſuit ſibi epigramma, quod ſeruauit* Gellius 1, 24. Hic (*vt* Quinctil. *ait* 10, 1 p. 912) grauitate ſententiarum, pondere verborum, auctoritate perſonarum clariſſimus fuit, citra tamen nitorem. Perſ. 1, 77 Sunt quos Pacuuiusque, et verrucoſa moretur Antiopa. Hor. Epiſt. 2, 1, 56 — aufert Pacuuius docti famam ſenis, Attius alti. *Conf.* Martial. 11, 91. ¶ 2 *Alius eſt* Plin. 34, 5 Equidem et Sibyllae iuxta roſtra eſſe non miror, tres ſint licet: vna quam Sex. Pacuuius Taurus Aedilis plebis reſtituit: duae, quas M. Meſſala. *Alius item* Pacuuius, qui Syriam vſu ſuam fecit, *memoratur a* Seneca Epiſt. 12. *Vid. ibi Not. Lipſii.*

PACVVIĀNVS, a, um. Poſſeſſiu. Cic. de Diuin. 1, 57 Ille Pacuuianus, qui in Chryſe phyſicus inducitur.

P A D

PADAEI, orum. m. *Indiae populi, aegrotos aut ſenes epulari ſoliti.* Tibull. 4, 1, 144 Impia nec saeuis celebrans conuiuia menſis, Vltima vicinis Phoebo tenet arua Padaeus. *Conf.* Herodot. 3, 99.

PADES, is. f. Gallicum eſſe verbum *ait* Plin. 3, 16. *i.* Picea arbor, a qua et Padum nomen accepiſſe *ait.*

PADVA, ae. f. [Παταβίον] *Vrbs a* Padi *vicinitate dicta, Hanc Antenor Troianus condidit, vt docet* Virg. Aen. 1, 251. *Hinc primo* Antenorea *dicta eſt, vnde* Antenoridae: *poſtea* Patauini, *et* Paduani. *Vid.* Plin. 5, 1. Catul. 92, 7 At Voluſi annales Paduam morientur ad ipſam.

PĀDVS, i. m. [Πάδος] Fluuius, qui (*vt* Plinius 3, 16 *ſcribit*) e gremio Veſuli montis celſiſſimum in cacumen elati, finibus Ligurum Vagienniorum viſendo fonte profluens, condensque ſeſe cuniculo, et in Forouibienſium agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior. A Graecis dictus Ἠριδανὸς, ac poena Phaëthontis illuſtratus. Augetur a Canis ortu, liquatis niuibus, agris quam nauigiis torrentior. Metrodorus refert, quod circa fontem arbor ſit multa picea (quae *Pades* Gallice vocetur) Padum hoc nomen accepiſſe. Ouid. Amor. 2, 17, 32 Frigidus Eurotas, Populiferque Padus. Olorifer Claud. Epiſt. ad Serenam 12. Refluens Valer. Argon. 8, 90. Stagnans Lucan. 4, 114.

PADVSA, ae. f. [Πάδουσα] Fluuius, quem Padi brachium Ravennam vſque perductum facit, Maſſanicum alio nomine appellatum. Plin. 3, 6. Claud. in Epithal. Palladii 109 Eridani ripas, et raucae ſtagna Paduſae. Piſcoſus amnis Paduſae Virg. Aen. 11, 457.

PADANEVS, a, um. Adi. Solinus c. 33 Pretium operae eſt ire longius, ne Padaneae ſiluae credantur lapidem fleuiſſe.

PADINATES, Populi in Octaua regione Italiae Plin. 3, 15.

P A E

PAEAN, ānis. [παιὰν] *Apollinis cognomen primum fuiſſe videtur, quod natus eſt ἀπὸ τοῦ παίειν, ſ. a percutiendo Pythone, ſ. a ſanando morbos.* Cic. Verr. 4, 127 c. 57 Signum Paeanis ex aede Aeſculapii *a Verre ſublatum memorat.* Iuuen. Sat. 6, 171 Parce, precor, Paean. Auſon. Epigr. 102 Pone arcum, Paean, celeresque reconde ſagittas, Non te virgo, *Daphne*, fugit, ſed tua tela timet. Feſtus Pauli, Paeana Apollinem vocauerunt, quod ſagittarum ictu eum nocere putabant. Eſt enim παίειν ferire. Alii, quod remedians morbis finem faceret talis grauitatis. *Haec poſteriora conueniunt ſententiae Euſtathii ad Il.* A, 473 ſ. p. 104, 6 Baſil. *qui deriuat ἐκ τοῦ παίω τὸ θεραπεύω, αὐτὸ δὲ, nempe verbum παίω, in quantum ſanare ſignificat ἀπὸ τοῦ παύω. Fuerit igitur Apollo* Paean, *qui finem imponit, et medetur malis, ἀλεξίκακος, averruncator.*

runcator. Vid. quae diſputat in hanc ſententiam Macrob. Sat. 1, 17 *apud quem etiam* Virgines Veſtales ita indigitant, APOLLO MEDICE, APOLLO PAEAN. *Etiam Apollinem ipſum inuocare videntur, qui in victoria* Io Paean! *clamant.* Ouid. A. A. 2, 1 Dicite io! Paean, et io! bis dicite, Paean. *Add.* Sueton. Ner. c. 39. ¶ 2 *Hymnus in laudem Apollinis* Paean *eſt.* Seru. *ad illud* Aen. 10, 738 Conclamant ſocii laetum Paeana ſecuti, *Paean* proprie Apollinis laus eſt; ſed abuſiue etiam aliorum dicitur: vnde Pindarus opus ſuum, quod et hominum et Deorum continet laudes, *Paeanas* vocauit. Quamuis quidam alium *Paeana* eſſe, alium (*ſic leg. pro* alii) Apollinem velint. Sed vere *Paean* Apollo. Tamen *Paeana* carmen eſſe victoriae Aeſchylus docet, quod ideo Apollini dicatum eſt, qui malorum auertendorum potens eſt: vnde et ab Homero vltricem immittens (*et ſedans*) peſtilentiam inducitur. Virg. Aen. 6, 657 *inducit beatos homines in campis Elyſiis* Veſcentes, laetumque choro Paeana canentes. Prop. 3, 13, 43 Prata cruentantur Zethi, victorque canebat Paeana Amphion rupe, Aracynthe, tua. Stat. Theb. 4, 157 Herculeum Paeana canunt. *Nempe Hercules Deus eſt. Sed quod hominum etiam* Paeanas *videtur innuere Seruius, illud illuſtrari exemplis poteſt, non quidem eius carminis, quod in Hermian ſcripſit Ariſtoteles, ſed aliis aliorum, quae memorat Athenaeus Deipnoſ.* 15, 16 ſq. *qui locus claſſicus eſt, ſi addas, quae diſputantur in ipſo fine libri. Nos hoc non agimus.* ¶ 3 Paean *forte etiam dictus* Ciceroni *pes metricus, quem alias* Paeona *et ipſe et alii ſolent vocare. Locus eſt* de Orat. 1, 251 c. 59 Ante condemnentur ii, quorum cauſas receperimus, quam toties, quoties perſcribitur (*vid. leg.* praeſcribitur) Paeanem aut Munionem (*vid. ſupra h. v.*) citarimus. *Sed probabilius eſt*, Paeonem *hic poſitum a Tullio, v. v.*

PAEAN Philoctetis Pater, *vid.* POEAN.

PAEANTIDES, um. f. [παιαντίδες] Gemmae ſunt ſpeciem habentes aquae glaciatae, quae in Macedonia circa Tireſiae ſepulcrum inueniuntur. Praegnantes fieri et parere dicuntur, et parturientibus mederi. Eaedem et Gemonides dicuntur. *Auctor* Plin. 37, 10 ſ. 66. *Conf.* Solin. c. 14.

PAEDAGIA, *vid.* PAEDAGOGIA.

PAEDAGŌGVS, i. m. [παιδαγωγός] *Pueri vel puerorum educator et velut quidam ductor.* Cic. Att. 12, 32 Sed et paedagogi probitas, et medici aſſiduitas, et tota domus in omni genere diligens, me rurſus id ſuſpicari vetat. Negligendi non ſunt paedagogi et nutrices Cic. de Amicit. 76 c. 20. Verſantur etiam nunc paedagogi lites ad auriculas adoleſcenti Auctor ad Herenn. 4, 14 c. 10 *nuper demum cuſtode liber adhuc audire ſibi videtur paedagogi iurgia.* Vultus paedagogi, *pro Triſti et ſeuero* Sueton. Neron. c. 37. Cuſtodem cui et paedagogum dare Sen. Epiſt. 11. Paedagogus adit ad me. *Sic Hexametrum incipit ficticius ille* C. Gall. Eleg. 3, 17. Quaſi paedagogus agricolationis Columel. 1, 1. *Diſcrimen a veteribus obſeruatum inter* Praeceptorem *et* Paedagogum. *Hic proprie deducebat et comitabatur pueros in ſcholam, etc. Vid. Burm. ad* Petron. c. 85 p. 416 *etc. et ad* Quinctil. 1, 1 p. 16. *et ipſe* Quinct. 1, 2, 10. *Conf. Lipſ. ad* Sen. de Ira 2, 22. *Interdum Conuicii loco vſurpatur. Vid.* Plaut. Pſeud. 1, 5, 32. Sueton. Galb. c. 14. Sen. Epiſt. 90. Petron. c. 94.

PAEDAGŌGA, ae. f. Hieron. ad Gaudent. Epiſt. 12 Sit ei magiſtra comes, paedagoga, cuſtos.

PAEDAGŌGĪVM, i. n. [παιδαγωγεῖον] *Locus in domicilio, in quo pueri ſerui commorantur et cuſtodiuntur, educanturque, et ad elegantiam atque vrbanitatem formantur.* Plin. Epiſt. 7, 27 Puer in paedagogio miſtus pluribus dormiebat. Suet. Neron. c. 28 Super ingenuorum paedagogia, et nuptarum concubinatus, Veſtali virgini Rubriae vim intulit. *Non ipſa* Paedagogia *per ſe turpitudinem indicant: ſed in Nerone reprehenditur, quod in* paedagogiis *habuerit ingenuos, quibus ad libidinem abuteretur. Nempe ponuntur* Paedagogia *pro* Paedagogianis *i. pueris, qui in* Paedagogiis *educantur. Sic* Plin. 33, 3 ſ. 12 *de cultu auri et margaritarum*, Honeſtius viri paedagogiis id damus, balineasque diues puerorum forma conuertit, *qui in balineis lauantur eos aduertit, iis admirationem iniicit, cultus pretioſus puerorum dominum ſuum in publicas balneas comitantium.* Id. 33, 12 ſ. 54 Iam vero Paedagogia ad tranſitum virilitatis cuſtodiantur argento, *i. argenteis fibulis comprimantur illorum pudenda, ne immatura libidine vocem et vigorem ac robur perdant. Etiam hic* Paedagogia *vt* miniſteria, ſeruitia, conciones, *etc. ipſos homines ſignificat, qui ſunt in paedagogio.* Sen. de Vita Beata 17 Quare paedagogium pretioſa veſte ſuccingitur? *Et* de Tranq. vitae 1 Praeſtringit animum apparatus alicuius paedagogii. Tertull. apolog. 13 Deum de Paedagogiis aulicis neſcio, quem *vocat Antinoum illum Hadriani puerum. Vid. Iac. Gothofredus* ad l. 6 C. Theod. de diuerſis Officiis *Hodiernam Gallorum appellationem* Page *ab hac origine certatim deriuant viri docti.* Vlpian. in l. 12 Quaeſitum. §. 32 Si inſtructum. D. de Fundo inſtr. et inſtr. leg. Si inſtructum fundum legaſſet, ea paedagogia, quae ibi habebat, vt quum eo veniſſet, praeſto eſſent in triclinio, legato continentur.

PAEDAGOGIANVS, a, um. Adi. Ammian. Marcell. 26, 17 In paedagogiani, inquit, pueri ſpeciem purpureis opertus tegminibus. Idem 29, 18 Adultus quidam ex his, quos Paedagogianos appellant.

PAEDAGOGO, āre. Fulgent. de Contin. Virg. p. 163 *Munck.* Paedagogantis ſuſpectio. Pacuu. *apud* Feſt. Depulſum mamma paedagogandum accipit. *Vid. Turneb. Aduerſ.* 13, 25.

PAEDAGOGATVS, ûs. m. Tert. aduerſ. Valent. c. 13.

PAEDĔROS, ōtis. m. [παιδέρως] *Genus acanthi.* Plin. 22, 22. *Dioſc.* 3, 17. Apul. de herb. c. 104. ¶ 2 Paederos, [παιδέρως] *Gemma eſt, quam alio nomine* Opalum *vocant;* (*al.* Opallium) *nonnulli etiam* Sangenum; ita dicta, *teſte* Plin. 37, 6 ſ. 22 propter eximiam eius gratiam; *παιδέρως enim nobis puerorum amorem ſignificat. Conf.* Solin. c. 36.

PAEDERASTIA, ae. f. [παιδεραστία] *Deteſtandum crimen, olim Romanis vſitatiſſimum. Sunt, qui* Suetonio *tribuant* Neron. 28 *pro* Paedagogia *legentes* Paederaſtian. *Vid. Bernegg. ad* Suet. Caeſ. c. 2. *Hinc*

PAEDĪCO, āre. *Cum puero rem habere.* Catull. 15, 1 *et* 17. *et* 21, 4. Martial. 11, 7, 9 *etc.*

PAEDICO, ōnis. m. Martial. 6, 33. *et* 12, 87.

PAEDICĀTOR, ōris. m. Suet. Caeſ. c. 49 Paedicator Caeſaris.

PAEDĪA, ae. f. [παιδεία] Eruditio, inſtitutioque in bonas artes, *vt docet* Gellius 13, 16. *Nobile eſt opus Xenophontis, quod a primi libri argumento nomen* habet, *de quo* Cic. Fam. 9, 25 Παιδείαν Κύρου, quam contriueram legendo, totam in hoc imperio explicaui *i. adhibui, ex illius praeſcripto imperium geſſi.*

PAEDOR, ōris. m. [αὐχμός, ῥύπος Vet. Gloſſ.] *Squalor, ſitus, illuuies, ſordes, et omnis immunditia ſeu putor, in animali praeſertim.* Lucan. 2, 73 Longusque in carcere paedor. Cic. Tuſc. 3, 62 Ex hac opinione ſunt illa varia et deteſtabilia genera lugendi, paedores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percuſſiones. Paedor *a Graeco deduci videtur, quo παῖδες, id eſt pueri dicuntur, qui in illa puerili aetatula ſordidi fere ſunt, nec a ſordibus ſciunt abſtinere.* Barba paedore horrida Cic. Tuſc. 3 c. 12. Membra horrida paedore Lucret. 6, 1267. Obſitus paedore Sen. Agam. 991. Sedet paedor Sen. Herc. Oet. ſ. 4.

PAEDIDVS, a, um. Adi. [ῥυπαρός] Paedidos (*inquit* Feſtus) Sordidos ſignificat atque obſoletos, tractum vocabulum a Graeco: quia παῖδες, id eſt pueri, talis ſint aetatis, vt a ſordibus neſciant abſtinere. *Add.* Lucil. p. 47 *ed. Douſ. Superlat.* Paedidiſſimi ſerui Petron. c. 34.

PAEDIDOSVS, a, um. *Eod. ſenſu* Titinnii *veteris Poëtae vocem putat Scaliger, quam in* Pedicoſum *i. pediculoſum corruperit* Feſtus *h. v. Verſum itaque* Titinnii *ita legit*, Rus detrudetur paedidoſus ſqualidus; *quod vel ſenarii lex defendit, quae pedicoſus ibi non admittit.*

PAEMINOSVS *etiam huc pertinere videtur. Vid.* PEMINOSVS.

PAEGNIVM, i. n. [παίγνιον] *Graeca vox eſt, quae nobis Ludum ſonat, vel rem ludicram, aut puerilem oblectationem: vnde* Technopaegnium *ludicrum quoddam Poëma ab* Auſonio *inſcriptum eſt.*

PAENE, *vid.* PENE.

PAENVLA, *vid.* PENVLA.

PAEON, ŏnis. m. [Παίων] *Nomen viri medicae artis peritiſſimi, quem Homer. Iliad.* E, 401 *ſcribit curaſſe Plutonem grauiter ab Hercule vulneratum: a quo* Paeonia *herba dicitur, quam inuenit. Vnde et Pro Medico generatim vſurpatur nomen* Paeon *ab Ariſtophane. Conf.* Iſidor. 17, 9.

PAEONIVS, a, um. Adi. Cura Paeonia Claud. de Bell. Get. 121. Herbae Paeoniae Virg. Aen. 7, 769. In morem Paeonium Idem ib. 12, 401.

PAEONIA, ae. f. [παιονία] *Herba a* Paeone *medico, qui eam inuenit.* Graecorum Paeonia Scribon. 166. Plin. 25, 4 Vetuſtiſſima inuentu paeonia eſt, nomenque auctoris retinet, quam quidam pentorobon appellant, alii glycyſidem, *etc. Conf.* Apul. de Herb. c. 64. *Al.* Paeonion.

PAEONIA, ae. f. [Παιονία] *Regio eſt Macedoniae latius acceptae, a* Paeone *Endymionis filio et Epei fratre, qui victus curſu ab Epeo (ſicut inter eos conuenerat) imperium victori dedit, et in Macedoniam ſeu Thraciam ad amnem Axium diſceſſit. A quo* Paeonia *regio dicta, quae ex regis nomine Emathia dicta fuerat: a qua* Paeones *populi, vt* Iuſtin. 7, 1, 5 *ſcribit.*

PAEONES, um. m. *Populi, vt vidimus, ad Rhodopen montem et Macedoniam maritimam habitantes.* Ouid. ex Pont. 2, 2, 77 Adde triumphatos modo Paeonas, adde quieti, *etc.* Niuoſi Paeones Idem Met. 5, 313. Stat. Achill. 2, 417 Didici, quo Paeones arma rotatu, Quo Macetae ſua gaeſa citent.

PAEON, onis, m. [παίων] *Genus pedis eſt, ſiue menſurae, qua tum Poëtae, tum oratores ſuas dictiones demetiebantur, qui a Diomede* 3 p. 477 *quadruplex eſſe traditur, quorum primus ex longa et tribus breuibus conſtat. Secundus ex breui et longa et duabus breuibus. Tertius ex duabus breuibus et longa et breui. Quartus ex tribus breuibus et longa. Sed* Cic. de Orat. 3, 183 c. 47 Probatur autem ab eodem illo maxime Paeon, qui eſt duplex; nam aut a longa oritur, quam tres breues conſequuntur: vt haec verba, Definite, Incipite, Comprimite; aut a breuibus deinceps tribus extrema producta atque longa: ſicut illa ſunt, Domuerant, ſonipedes; atque illi philoſopho ordiri placet a ſuperiore Paeone, poſteriore finire. *Conf.* Cic. de Orat. 3, 191 c. 49. *it.* in Orat. c. 57 *et* 64. Quinct. 9, 4. *et Voſſ. Inſt. Orat. p.* 435 *etc.*

PAEONICVS, a, um. Adi. Genus paeonicum, *inter rythmica genera, apud* Mart. Capell. 9 p. 329. *et alios Grammaticos veteres.*

PAESTVM, i. n. [Παιστον] *Oppidum Lucaniae, roſarum abundantiſſimum, vbi ob caeli clementiam bis in anno producebantur fructus, ſcilicet Maio et Septembri.* Virg. Georg. 4, 119 Biferique roſaria Paeſti. Odorati victura roſaria Paeſti Propert. 4, 5, 59. Tepida Paeſti roſaria Ouid. Met. 15, 708. *Conf.* Martial. 12, 31. *Meminit et* Cic. Att. 11, 17.

PAESTĀNVS, a, um. Adi. [Παιστᾶνος] Ouid. ex Pont. 2, 4, 28 Calthaque Paeſtanas vincat odore roſas. Sinus Paeſtanus Cic. Attic. 16, 6.

PAETINVS, *fuit cognomen* Fuluiorum.

PAETVS, a, um. Adi. *Qui obliquis oculis in altum reſpicit, vel qui alterum oculum minorem habet.* Hor. Serm. 1, 3, 44 Strabonem Appellat paetum pater, et pullum male paruus Si cui filius eſt. *Vid. mox* PAETVLVS. Porphyrio, Strabo, qui eſt detortis oculis, dicitur: Paetus, leniter declinatis. Acron, Paeti proprie dicuntur, quorum huc atque illuc oculi velociter vertuntur. *Eſt igitur* Paetus, *Qui oculos habet tremulos, et ſe facillime in quamuis partem vertentes: quales plerumque ſunt laſciuarum oculi.* Plin. 11, 37 Vni animalium homini oculi deprauantur, vnde cognomina Strabonum et Paetorum. *Hinc Venus ipſa* Paeta *dicitur ab* Ouid. de Arte Am. 2, 659. ¶ 2 Paetus, Aeliorum *cognomen.* Plin. 11, 37. Cic. pro Cluent. 72 Quid tu, Paete: hoc enim tibi Stalenus cognomen ex imaginibus Aeliorum delegerat. *Etiam* Papiriorum, *V. g. illius, ad quem ſunt plures* Ciceronis epiſtolae libro 9.

PAETVLVS, a, um. Dimin. *apud* Cic. de Nat. Deor. 1, c. 29 *pr.* Redeo ad Deos, ecquos ſi non tam ſtrabones, at paetulos eſſe arbitramur? *Conf. locum* Horatii Serm. 1, 3, 44 *quem modo dedimus in* PAETVS.

P A G

PAGAE, Oppidum in plaga Locrenſi famoſiſſimum, vnde Peloponneſi proſilit ceruix Plin. 4, 3. *Hinc* Pagaei *populi, de quibus idem* Plin. 4, 7. *Meminit et* Pagarum *eodem loco.* ¶ 2 Pagae memoriae ſine idolis Iſid. Gl. *Quod quid ſit, nondum, puto, expeditum eſt. Vid. Cangius. Huc enim vix pertinet.*

PAGANVS, *vid.* PAGVS.

PAGĂSA, ae. f. [Παγασαί] Theſſaliae oppidum, quod poſtea Demetrias dictum eſt, *vt ait* Plin. 4, 8 *iuxta quam aedificata fuit Argo nauis, propter quod nauis longa Argonautarum* Pagaſaea *nuncupatur, quod Iaſon, qui eam aedificauit, fuit filius Aeſonis, fratris Peliae regis Theſſaliae.*

PAGASAEVS, a, um. Adi. [Παγασαῖος] *Sic Poëtae appellant,*

quidquid Theſſalum eſt, peculiariter quidquid ad Argonautas pertinet. Silua Pagaſaea Ouid. Met. 12, 412. Apollo Silius 7. Coniux Pagaſaea, quae fata Pheratiadae redemit Ouid. A. A. 3, 19 eſt Alceſtis Admeti vxor. Fontes Pagaſaei calidi, quos et ſalem ferre ſcribit Plin. 37, 7. Iuuenes Propert. 1, 20, 17 Argonautae. Litus Lucan. 6, 400. Puppis Valer. Argon. 8, 378. Idem 1, 422. Ratis Sil. 11, 451. Sinus Mela 2, 3.

PAGĂSVS, a, um. Aliud Adi. [Παγασὸς] Valer. Arg. 8, 451 Si Pagaſas, vel Peliacas hinc denique nubes Cerneret. Sed poteſt Subſtantiuum vrbis nomen eſſe.

PAGĂSĬCVS, a, um. Pagaſicus ſinus Plin. 4, 8 et 12.

PAGES, vid. ſub PANGO.

PAGIDA, ſiue Belus, Riuus in Phoenicia ad Carmelum promontorium vitri fertiles arenas paruo litori miſcens. Ipſe e palude Cendevia a radicibus Carmeli profluit Plin. 5, 19.

PAGĬNA, ae. f. [σελὶς] Vtraque pars folii aduerſa et auerſa, a pangendo dicta; non quidem quod in paginis carmina pangantur, id eſt figantur: ſed quod duplici ſerie philurarum conſtat charta, quae panguntur et firmantur inter ſe ope aquae Niloticae, vt altera pagina habeat rectas, altera transuerſas philuras, et ſic crates quaedam peragatur. Vid. locus Plinii, quem damus in CHARTA. Haec certe meliora videntur illa etymologia, cum dictae ſunt Paginae, auctore Feſto, quod in libris ſuam quaeque obtineant regionem, vt pagi. Cic. Q. Frat. 1, 2 ſ. 3 Nam quum hanc paginam tenerem, L. Flauius Praetor deſ. ad me venit, homo mihi valde familiaris, i. cum in hac ipſa pagina libelli, ſ. tabellarum, ſcribenda occupatus eſſem. Eſt illa Epiſtola longa, libellus plurium paginarum. Martial. Epiſt. praef. 1 In nulla pagina Latine loqui fas ſit. Extrema pagina Cic. in Orat. 41. Laſciua, vid. LASCIVVS. Longa atque inſignis honorum Iuuen. Sat. 10, 57 de tabella imagini ſuffixa. Profana Claud. in Conſ. Stil. 1, 2, 301. Cic. Att. 5, 4 Meam in eo parſimoniam huius paginae contractio ſignificat. Idem de Fin. 4, 53 Vtrum igitur tibi literam videor, an totas paginas Commouere? Complere paginam, vid. COMPLEO. Reſpondebo primum poſtremae tuae paginae, quae mihi magnae moleſtiae fuit Cic. Att. 6, 2. Hinc ſaepe Pagina pro epiſtola frequenter apud Sidon. et coaeuos occurrit. Pagina de paucis verſibus, fagi libro inſcriptis Calphurn. Ecl. 1, 20. Turgeſcit pagina bullatis nugis Perſ. 5, 20. Plin. 2, 7 de fortuna: Huic omnia expenſa, huic omnia feruntur accepta, et in tota ratione mortalium, ſola vtramque paginam facit. Prouerbii faciem habet, ſumta metaphora a codicillis rationalibus duas habentibus paginas: alteram, quae indicat quid ſit datum: alteram, quae quid acceptum ſit, oſtendit. Itaque in rebus humanis fortuna vtramque facit paginam, id eſt ſiue quid obtigit boni, ea laudatur, quaſi dederit: ſiue mali quid accidit, eadem inceſſitur, ceu malorum auctor, Eraſmus. Conf. Scalig. Animadu. in Guilandi Comm. de Papyro p. 45. ¶ 2 Metaph. Pagina, in vitibus. Plin. 17, 22 de limitanda vite, Semper vero quintanis ſemitari, hoc eſt, vt quinto quoque palo ſingulae iugo paginae includantur. Paginas vocat Areas interceptas inter duo iuga. Budaeus. Sic Pallad. Mai. 11, 3 Tunc teſſellas latiores, vel tabellas qualeſcunque marmoreas, aut paginas imprimemus. De pauimento faciendo ſermo eſt. Recte laudat hic Schoettgenius Innoc. de caſis literat. p. 222 Goeſ. paginas fundorum. Vid. COMPAGINA et COMPAGINANTES agri.

PAGELLA, ae. f. Dimin. [σελίδιον] Cic. Fam. 11, 25 Non imitor λακωνισμὸν tuum, altera iam pagella procedit.

PAGINV̆LA, ae. f. Aliud Dimin. [σελιδάριον] Cic. Att. 4, 8 Si vero id eſt quod neſcio an ſit, vt non minus longas iam in codicillorum faſtis futurorum Conſulum paginulas habeat quam fatorum.

PĀGĬNO, āre. Verbum finxerunt medii aeui ſcriptores. Vnde

PAGINATVS, a, um. Paullin. Iamb. 353 Solidoque nauem paginatam robore.

PAGINALIS, e. Adi. Ennodius 2, 13 Paginalis, (i. epiſtolaris) ſtili cura. Idem 2, 16.

PAGMENTVM, vid. ſub PANGO.

PAGO, pepĭgi, pactum, ĕre. [ἐμπεδέω] Paciſci antiquis ſignificabat. Auct. ad Herenn. 2, 20, c. 13 extr. Pacta ſunt, quae legibus obſeruanda ſunt; hoc modo, Rem vbi pagunt, orato, ni pagunt, in comitio, etc. Ad eandem legem reſpicere videtur Quinctil. 1, 6, 11 vbi docet Pepigi eſſe, non a Pango, ſed ab antiquo verbo Pago, pagis, ſine N, vt in lege XII Tabularum, Ni ita pagunt. Interim exempla huius Praeteriti damus ſub PACISCOR. Conf. PANGO.

PAGRVS, i. m. [πάγρος] et Phagrus, quaſi φάγος, id eſt vorax. Piſcis. Plin. 32, 10 Pagri fluuiatilis longiſſimus dens capillo adalligatus. Idem 9, 16 Praegelidam hiemem omnes ſentiunt, ſed maxime qui lapidem habere in capite exiſtimantur, vt lupi, chromes, ſcienae, pagri. Iidem et Paguri dicuntur.

PAGV̄RVS, i. m. [πάγουρος] Piſcis ex genere teſtaceorum, aut cruſtatorum. Dictus eſt autem Pagurus, παρὰ τὸ ὁρεῖν καὶ φυλάττειν τοὺς πάγους, quod in altioribus fluminum locis verſetur, ripiſque praeruptis. Meminerunt eius Plin. 9, 31. et Ouid. Halieut. 107. Pallad. 1, 35.

PĀGVS, i. m. [κώμη] Simul poſitae villae, hoc eſt, ruſticanae domus in viciniu poſitae, et ſocietate quadam dominorum coniunctae. Dicti a fontibus, vt ait Feſtus, quod eadem aqua vterentur. Aquae enim lingua Doria παγαὶ appellantur. Pagi videntur in plano fuiſſe; hinc Paganos a Montanis diſtinguit Cic. pro Domo 74 c. 28 vt annotat Graeu. in h. c. Nempe ibi etiam facilior aquarum et fontium, παγῶν, copia. Ad hanc diſtinctionem reſpicere videtur Varro de L. L. 5, 3 p. 49, 7 Dies Septimontium nominatus ab heis ſeptem montibus, in queis ſita vrbs eſt, feriae non populi, ſed montanorum modo, vt Paganalibus (int. rem ſuam faciunt,) qui ſunt alicuius pagi. Ita diſtinguendum putamus, puncto ante feriae ſublato. Septimontium ſunt Montanorum feriae, paganorum paganalia. Sed redeundum eſt ad Ciceronem, cuius integer locus ita habet: Nullum eſt in hac vrbe collegium, nulli pagani aut montani, quoniam plebei quoque vrbanae maiores noſtri conuenticula, et quaſi conſilia quaedam eſſe voluerunt. Obſeruemus, Pagos eſſe plebis vrbanae collegia. Sed maiores etiam ſocietates hominum, ac velut ciuitates fuere Pagi, certe apud Germanos veteres. Tacit. de Moribus German. c. 12 Eliguntur in iiſdem conciliis et principes, qui iura per pagos vicoſque reddunt. Quem locum exponens Althamerus, Inter Vicum et Pagum, inquit, hoc intereſt diſcriminis. Vicus ſignificat villarum, id eſt domorum ruſticanarum congeriem abſque moenibus: Pagus vero vicorum ſocietatem, ditionem, ſeu agrum, qui multis vicis conſtat. Haec mire illuſtrant Caeſarem, qui de Bell. Gall. 1, 12 dicit, totam Heluetiam in quatuor pagos fuiſſe diuiſam. Iterum c. 37 Treuiri autem nuntiabant, pagos centum Sueuorum ad ripam Rheni conſediſſe, qui Rhenum tranſire conarentur. Rurſum 4, 1 Sueuorum gens eſt longe maxima, et bellicoſiſſima Germanorum omnium; ii centum pagos habere dicuntur; ex quibus quotannis ſingula millia armatorum bellandi cauſa ſuis ex finibus educunt. Reliqui, etc. Haec et plura Caeſar. Similia his Turnebus, qui addit, Sic ager Romanus a Numa Pompilio in pagos fuerat diſtributus, vt ſcribit Dionyſius his verbis, διεῖλε τὴν χώραν ἅπασαν εἰς τοὺς καλουμένους πάγους. Tractus enim quosdam et partes regionis ita vocauit, quod quidem et Plutarchus ſcribit, εἰς μέρη τὴν χώραν διεῖλεν, ἃ πάγους προσηγόρευσεν. Pagis autem illis praeerant pagorum magiſtri. Erant et Pagi, Caſtella quaedam et munitiones iuxta Romam in locis editis, quo ſe plebs ruſtica hoſte in agrum Romanum incurſiones faciente, recipiebat: et in certos pagos erat contributa, vt Dionyſius ſcribit. Cicero etiam in plebe Romana Paganos et Montanos numerat. Haec Turneb. Vide etiam Glareanum in Annotationibus in Caeſarem. Salmaſ. in Vopiſc. Saturn. c. 18. Voſſ. Lex. Etym. Manut. Ep. 3, 7. et Scalig. Lect. Auſon. 1, 23 p. 66. Recte igitur Iſid. 15, 2 primo Pagos inter Ciuitatis genera refert: deinde Pagi, inquit, ſunt apta aedificiis loca inter agros habitantibus. Haec et conciliabula dicta, a conuentu et ſocietate multorum in vnum. Hinc Metonymia conſueta Pagi ponuntur pro incolis. V. g. Et tum forte hilares per compita ruſtica pagi Mulcebant ſacris pectora feſſa iocis Rutil. Itin. 1, 373. conf. Ouid. Faſt. 1, 669. Ingentes pagi Virg. Georg. 2, 382. Rugoſus frigore Hor. Epiſt. 1, 18, 105. Saliarius, vid. Fabret. de Aquaeduct. diſſ. 3. Succuſanus, vid. Nardin. Rom. Vet. 3, 6. Pagus, pro Gentilitate, vid. in PAGANVS.

PAGĀTIM. Adu. [κωμηδὸν] dictum eſt Per ſingulos pagos, ea forma, qua Oppidatim. Liu. 31, 26 Templa deûm, quae pagatim ſacrata habebant, dirui atque incendi iuſſit. Ibidem c. 30 Pagatim habitantes.

PAGĀNVS, i. m. [κωμήτης] a Pago dictus eſt, Pars pagi, i. collegii ruſticorum: Cic. pro Domo 74 c. 28 Nullum eſt in hac vrbe collegium, nulli pagani aut montani, etc. Paganus, Qui miles non eſt. Iuuenal. Sat. 16, 33

— citius falſum producere teſtem
Contra paganum poſſis, quam vera loquentem
Contra fortunam armati.

Sic Perſ. prol. 6 Semipaganum ſe vocat, quaſi nondum plane militem in caſtris Muſarum. Sic Plin. Epiſt. 7, 25 extr. Sunt vt in caſtris, ſic etiam in literis noſtris plures cultu pagano, quos cinctos et armatos, et quidem ardentiſſimo ingenio, diligentius ſcrutatus inuenies. Marcellus in l. Quaedam. D. de Poenis, Quaedam delicta pagano, aut nullam, aut leuiorem poenam irrogant: militi vero grauiorem. Tac. Hiſt. 1, 53 Inter paganos corruptior miles. Idem ibid. 3, 24, 4 Vos niſi vincitis, pagani ſcil. eſtis. Tacit. Hiſt. 2, 14, 4 Turba paganorum apud milites ſubſcribens. Add. h. l. Pichena. Suet. Aug. c. 27 Turba paganorum apud milites. Milites et paganos iungit etiam Sueton. Aug. c. 27. et Plin. Epiſt. 10, 18. Veget. 2, 23 Si doctrina ceſſet armorum, nihil paganus diſtat a milite. ¶ 2 Hinc Pagani a veteribus Chriſtianis dicebantur Gentiles, quod Chriſti milites non eſſent, vt quidam cenſent. Alii nomen ducunt a Pagis, vbi extra vrbes ſub Chriſtianis principibus idola colebantur. Vid. Herald. in Arnob. pr. et Cellar. Cur. poſter. p. 276. Ex locorum agreſtium compitis et pagis pagani vocantur Oroſ. praef. l. 1. Deorum falſorum multorumque cultores pagani Auguſtin. Retract. 2, 43. Sed Pagus apud Latinos idem eſt ac ἔθνος apud Graecos, vt ſupra videre eſt; adeo vt Paganus et Gentilis idem plane ſignificent. Vid. Salmaſ. in Vopiſc. Saturn. c. 8. Hinc Pagum pro Gentilitate ipſa vſurpauit Prudent. περὶ στεφ. 10, 296 Non erubeſcis ſtulte, pago dedite Te tanta ſemper perdidiſſe opſonia.

PAGĀNVS, a, um. Adi. [κωμητικὸς] Fercula pagana Propert. 4, 4, 76. et Ouid. Faſt. 1, 670 Pagani foci. Plin. Epiſt. 7, 25 extr. Sunt vt in caſtris, ſic et in literis noſtris plures cultu pagano, quos cinctos et armatos et quidem ardentiſſimo ingenio, diligentius ſcrutatus inuenies.

PAGANĬCVS, a, um. Adi. [κωμητικὸς] Antonius in l. 1. De teſtam. militis, C. Frater tuus miles, ſi te ſpecialiter de bonis, quae in paganico habeat, heredem fecit: bona, quae in caſtris reliquit, petere non potes. In paganico intell. ſtatu, quam diu paganus fuit. Feriae paganicae Varro de L. L. 5, 3 p. 49, 19 agriculturae cauſa ſuſceptae, vt haberet in agris omnis pagus: vnde paganicae dictae ſunt. Pila paganica, a pagis dicta, hoc eſt villis, quod pagani ea vterentur. Haec craſſior laxiorque et pluma plena, nec ad luſum tam agilis, vt, quae nec tam leuis eſt, nec iactata facile reſilit. De qua ſic Martial. 14, 45 Haec, quae difficilis turget paganica pluma, Folle minus laxa eſt, et minus arcta pila. Quaſi dicat, Eſt laxior quam pila trigonalis, et arctior, firmiorque quam follis, nam Follis, tertium pilae genus eſt. Vid. Rader. ad Mart. 4, 19. Incredulitas paganica Saluian. de Gubern. 1 pr. Impia et paganica ſolicitudo Idem contra Auar. 1 p. 25. IOVI PAGANICO Gruter. Inſcript. p. 21 n. 11.

PAGĀNĬTAS, ātis. f. Ritus et religio Paganorum. Saluian. de Gub. Dei 8 p. 302 Profeſſa iugiter plurimorum paganitas fuit. Theod. Cod. l. 15 tit. 5 de Spectac. Paganitatis ſtolidae errore detineri.

PAGANALIA, ōrum. n. Pl. [κωμητικὰ] Feſta ruſticorum, de quibus Ouid. Faſt. 1, 669 Pagus agat feſtum. pagum luſtrate coloni, Et date paganis annua liba focis. Nomen habet Varro de L. L. 5, 3 p. 49, 9 Paganalibus (rem ſacram faciunt) qui ſunt alicuius pagi. Onomaſt. vet. Paganalia, κωμητικά.

P A L

PĀLA, ae. f. [δίκελλα] Inſtrumentum ruſticum. Pala a pagendo, mutata G in L, inquit Varro de L. L. 4, 31. Plaut. Poen. 5, 2, 58 Palas vendundas ſibi et mergas datas, vt hortum fodiat, atque vt frumentum metat. Col. 10, 45 Ferrato robore pala. Plin. 18, 6 Iuncoſus ager verti pala debet, at in ſaxoſo bidentibus. Liu. 3, 26 de Quinctio dictatore, Seu foſſam fodiens palae innixus, ſeu cum araret. Cato c. 11 extr. Palae ligneae quatuor. ¶ 2 Palae, dicuntur Dorſi dextra laeuaque eminentia membra. Vaporationes inter ſcapulas ſiue palas adhibendae Cael. Aurelian. Chron. 3, 2, 22. Add. Id. Acut. 2, 35, 185. ¶ 3 Pala, [σφενδόνη] Annuli pars plana et latior, in qua gemma inſeritur. Cic. Off. 3 c. 9 Ibi quum palam eius annuli ad palmam conuerterat, a nullo videbatur, ipſe autem omnia videbat. Vid. Rhodig. Ant. Lect. 6, 12. et Salmaſ. in Vopiſc. Carin. c. 20. ¶ 4 Pala, Ventilabrum, inſtrumentum quo purgantur frumenta. Tertull. de Praeſcript. c. 2 Palam in manu portat ad purgandam aream ſuam. conf. Voſſ. Lex. Etymol. Et Barth.

Aduerſ.

Aduerſ. 11, 8. *vel Gloſſ. du Freſne.* ¶ 5 *Quod* palam aeris *laudant ex* Plin. 34, 13 ſ. 36 *nihil eſt.* *Sic enim ibi legitur:* Ac repente vehementiori flatu exſpuitur aeris palea quaedam. ¶ 6 Pala, *arbor mirabilis, de qua* Plin. 12, 6 ſ. 12 *poſt mentionem* Ficus *Indicae.* Maior alia, pomo et ſuauitate praecellentior, quo ſapientes Indorum viuunt. Folium alas auium imitatur, longitudine trium cubitorum, latitudine duûm. Fructum cortice mittit, admirabilem ſucci dulcedine, vt vno quaternos ſatiet. Arbori nomen Palae, pomo Arienae.

PALACRA, ae. f. *quae et* Palacrana a nonnullis appellatur, Maior auri maſſa eſt Plin. 33, 4.

PALAEBIBLVS, [Παλαίβιβλος] Oppidum eſt in ora Syriae Libano monti ſubiectum, non procul ab Adoni flumio Plin. 5, 20.

PALAEMON, ŏnis. m. [Παλαίμων] *Inûs, quae et Leucothea, et Athamantis filius, Marinus deus, Latine* Portunus, *quod portubus praeſit. Vid.* Cic. de Nat. Deor. 3, 39. Ouid. Faſt. 6, 547 Quem nos Portunum, ſua lingua Palaemona dicet. *Vid.* MELICERTA. *item* Lactant. *ad* Stat. Theb. 7, 421. Inous Palaemon Virg. Aen. 5, 823. Naufragus Stat. Silu. 2, 1, 180. *In huius honorem ludi Iſthmii celebrati.* Auſon. Eclog. *extr.* p. 567 Iſthmia defuncto celebrata Palaemone, notum. ¶ 2 Palaemon, *Rhemmii Grammatici cognomen, cuius vitam dedit* Sueton. c. 23. Vineam *illius praedicat* Plin. 14, 4. Palaemonis artem *Grammaticam vocat* Iuuenal. 6, 451.

PALAEMONIVS, a, um. Adi. [Παλαιμόνιος] Coronae Palaemoniae, *i. Iſthmiacae, quae in Iſthmiis ludis* Palaemoni *a Theſeo dicatis victoribus dabantur.* Claud. de Conſ. Mall. Theod. 289 Cuncta Palaemoniis manus explorata coronis Adſit. Coronae *autem* ex pinu erant confectae, *vt auctor eſt* Plin. 15, 10.

PALAE- *vel* PALAEO- *cum Nominibus locorum praeponitur, indicat idem quod* vetus, *vt* Palaemyndus, Palaeopharſalus, Palaepolis, Palaeſcamander, Palaeſcepſis, *quaſi tu* antiquam Myndum, Pharſalum, Vrbem, Scamandrum, Scepſin *dicas: quo ſignificatur, eſſe etiam alios nouos locos, iisdem de reliquo nominibus.*

PALAEPHĂTVS, i. m. [Παλαίφατος] *Scriptor antiquus hiſtoriae mythicae, cuius* περὶ ἀπίστων *libellus adhuc exſtat. Vel ab hoc vel ab alio eſt nomen. De aliis huius nominis, vid. Voſſ. Hiſt. Gr.* 1, 9. *et* 3, 395.

PALAEPHĂTIVS, a, um. Adi. [Παλαιφάτιος] Virg. Ceiri 88 Palaephatiam vocem *ſimpliciter dixit pro Libris Palaephati, quum ait,* Infamem tali merito rumore fuiſſe, Docta Palaephatia teſtatur voce papyrus: *vbi* Pachynus *fruſtra reſtituit Scaliger;* docta papyrus teſtatur voce Palaephatia *ſignificat, Palaephatus ſcriptum reliquit.*

PALAESTĪNA, ae. f. [Παλαιστίνη] *Pars Syriae, laxius accepto nomine,* quae Palaeſtina vocabatur, *vt ait* Plin. 5, 12 ſ. 13 qua contingit Arabas, *etc.*

PALAESTĪNVS, a, um. Adi. [Παλαιστίνιος] Aqua Palaeſtina Ouid. Faſt. 2, 464. Deae Idem ibid. 4, 236 *videntur eſſe Furiae: ſed a* Palaeſte *Epiri vrbe dictae, vt* Arenae Palaeſtinae Luc. 5, 460. Gens Sil. 3, 606. Liquores Palaeſtini, *balſamum* Stat. Silu. 5, 1, 211. Syrus Tibull. 1, 7, 18.

PALAESTINI, ōrum. m. *Pl. Incolae regionis.* Spartian. in Seuer. c. 17 *pr.* In itinere Palaeſtinis plurima iura fundauit.

PALAESTINENSIS, e. Adi. Spartian. in Seuer. c. 9 Neapolitani Palaeſtinenſes.

PALAESTRA, ae. f. [παλαίστρα] *Luctatio, certamen quoduis corporum nudorum ſine armis. Huic maxime olim dedita fuit iuuentus Laconica, virgines etiam ipſae Lacaenae. Vid. Barth. ad* Stat. Theb. 4 p. 980. *et* 6 p. 614. *Hieron. Mercur. de Arte Gymn.* 1, 6. *conf. Turneb. Aduerſ.* 28, 46. Virg. Aen. 6, 642 Pars in gramineis exercent membra palaeſtris. Ter. Eun. 3, 2, 24 Fac periculum in literis, fac in palaeſtra, in muſicis. Cic. de Legib. 1, 6 Habuitque vires agreſtes atque horridas, ſine nitore ac palaeſtra, *i. arte, vt appareret exercitatum eſſe in vmbra: Vid. mox* Decora palaeſtra Horatii: *et pluſcula n.* 2. Studio palaeſtrae ignaua iuuentus, Ac vix arma ferens Lucan. 7, 271. Iura palaeſtrae Propert. 3, 14, 1. Agreſtis Virg. Georg. 2, 531. Catenatae Stat. Silu. 2, 1, 110. *Nempe nexibus quibusdam et velut nodis* (ἅμματα *Graecis*) *ſe implicant.* Decora Hor. Carm. 1, 10, 2. *In talibus ipſa ars, et decentia inde collecta, intelligitur.* *Sic* Cic. de Orat. 1 c. 16 Vt qui pila ludunt, non vtuntur in ipſa luſione artificio proprio palaeſtrae; ſed indicat ipſe motus, didicerintne palaeſtram, an neſciant, *etc.* Liquida Claud. de Conſ. Mall. Theod. 288. *i. Quae fit a perunctis oleo liquido.* Nitida Ouid. Epiſt. 16, 149 *ob ſimilem cauſam.* Olympiaca Lucan. 4, 614. *h. e. In Elide apud Iouis Olympii templum quinto quoque anno fieri ſolita.* Vncta Ouid. Epiſt. 19, 11. Adiuuat hiſtrionem palaeſtra Cic. in Orat. 14. *Hiſtriones enim mitti ſolebant ad palaeſtritas, vt exercitatione palaeſtrae, membra decentius et corpus mouerent, aptiusque geſtum componerent.* Exercent patrias oleo labente palaeſtras Virg. Aen. 3, 281. Habet palaeſtram quandam hic motus Cic. in Orat. 228. Ludere palaeſtra Ouid. Epiſt. 16, 150. ¶ 2 *Transfertur ad alia.* Palaeſtram, *Domum lenonis, vocat* Terent. Phorm. 3, 1, 20 Eccum a ſua palaeſtra exit foras, *i. Domo lenonis, vbi amator aſſidue exercetur, vt ait* Donatus. *Prouerbiali figura* Res eſſe palaeſtrae et olei *dicuntur, Quae non ad ſerium negotium, ſed ad luſum et oſtentationem adhibentur, quum in praelio maioribus opus ſit viribus.* Cic. de Orat. 1, 81 Nitidum quoddam genus eſt verborum et laetum, ſed palaeſtrae magis et olei, quam huius ciuilis turbae ac fori. Palaeſtra *cum Decentiam illam ſignificet, qua ſtatus, motus, flexusque corporis, ac omnes omnino habitus venuſtatem quandam leporemque prae ſe ferant: quae et Chironomia dicitur: quam qui non didicerunt, ii* Apalaeſti *ab antiquis dicti ſunt: hoc tranſtulerunt ad orationis decentiam rhetores:* Cic. Orat. 186 c. 56 Numerus — ſerius aliquanto notatus et cognitus quaſi quandam palaeſtram et extrema lineamenta orationi attulit. *Et* 228 c. 68 Vt enim athletas nec multo ſecus gladiatores videmus, nihil nec vitando facere caute, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palaeſtram quandam, vt quidquid in his rebus fiat vtiliter ad pugnam, idem ad adſpectum etiam ſit venuſtum: Sic oratio nec plagam grauem facit, niſi petitio fuit apta; nec ſatis recte declinat impetum, niſi etiam in cedendo quid deceat intelligit. Itaque qualis eorum motus, quos ἀπαλαίστους Graeci vocant: talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris ſententias, *etc.* Quinctil. 9, 4, 56 Sicut etiam quos Palaeſtritas eſſe nolumus, tamen eſſe nolumus eos, qui dicuntur ἀπάλαιστροι, *vel, quod malim* ἀπάλαιστοι. *Interdum autem exceſſum quendam venuſtatis in vmbra ſcholae collectum indicat.* Cic. de Clar. Orat. 37 Phalereus enim ſucceſſit eis ſenibus adoleſcens, eruditiſſimus ille quidem horum omnium, ſed non tam armis inſtitutus, quam palaeſtra. Itaque delectabat magis Athenienſes, quam inflammabat. Proceſſerat enim in ſolem et puluerem, non vt e militari tabernaculo, ſed vt e Theophraſti doctiſſimi hominis vmbraculis. Hic primus inflexit orationem, et eam mollem teneramque reddidit: et ſuauis, ſicut fuit, videri maluit, quam grauis, ſed ſuauitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret. *Alioquin virtutis et decentiae nomen eſt, vt diximus.* Cic. de Legib. 1, 6 *de Caelio Antipatro,* Habuit vires agreſtes ille quidem atque horridas, ſine nitore ac palaeſtra. *Et* de Orat. 1, 81 Nitidum quoddam genus eſt verborum et laetum, ſed palaeſtrae magis et olei, quam huius ciuilis turbae ac fori, *h. e. Ludicrae magis exercitationis, quam generis huius acrioris, quo nos vtimur in concilio et iudicio.* ¶ 3 Palaeſtra, *Locus, in quo corpus exercentibus aliis, philoſophi diſputabant.* Vitruu. 5, 11 Nunc mihi videtur (tametſi non ſint Italicae conſuetudinis) palaeſtrarum aedificationes tradere explicate, et quemadmodum apud Graecos conſtituantur, monſtrare. Conſtituuntur autem in tribus porticibus exedrae ſpatioſae, habentes ſedes, in quibus Philoſophi, Rhetores, reliquique, qui ſtudiis delectantur, ſedentes diſputare poſſint. Cic. de Orat. 2, 20 Porticus haec ipſa vbi inambulamus, et palaeſtra, et tot locis ſeſſiones, gymnaſiorum et Graecarum diſputationum memoriam quodammodo commouent. *Talis eſt* Ciceronis palaeſtra Palatina, *i. domui, quam habebat in Palatio adiuncta, de qua ad* Att. 2, 4. Plaut. Bacch. 3, 3, 20 *de diſciplina veteri et ſeuera:*

> Ante Solem exorientem niſi in Palaeſtram veneras,
> Gymnaſii praefecto haud mediocres poenas penderes.
> Ibi curſu, luctando, haſta, diſco, pugillatu, pila,
> Saliendo, ſeſe exercebant magis —
> Inde de hippodromo et palaeſtra vbi reueniſſes domum, *etc.*

Varro R. R 2 Pr. 2 *inter partes domus eſt* πάλαιστρα. *Etiam villae ruri* palaeſtram *habebant* Varro 3, 13, 1. Catull. 63, 60 Abero foro, palaeſtra, ſtadio et gymnaſiis? ¶ 4 Palaeſtra, *filia Mercurii, de qua* Lactant. *ad* Stat. . . . Quum aliquando Mercurius ſomnum caperet, quidam dormienti tetendit inſidias, qui conata peregiſſet, niſi eum filia Palaeſtra excitaſſet. *Aliam fabulam de* Palaeſtra Mercurii amaſia, *vid. apud* Seruium in Aen. 8, 138.

PALAESTES. m. [παλαιστής] Lamprid. de Alex. Seuer. c. 27 Palaeſtes primus fuit, in armis magnus, *etc. conf.* Idem c. 30.

PALAESTRĪTA, ae. m. [παλαιστής] *Sodalis palaeſtrae, vel magiſter, et qui palaeſtrae miniſterio dat operam.* Cic. Verr. 4 c, 57 Ex Heraclii hereditate, quam palaeſtritis conceſſiſſet, multo maximam partem ipſum abſtuliſſe. *Hi ſunt homines Palaeſtrae addicti publico inſtituto, vt doctores et miniſtri. Pro peritiſſimo artis, qui proinde poſſit praeeſſe palaeſtrae, atque docere alios,* Quinct. 9, 4, 56 Quos palaeſtritas eſſe nolumus, tamen eſſe nolumus eos, qui dicuntur ἀπάλαιστοι. *Sic legendum putamus, non* ἀπάλαιστροι. *Sed humiles etiam et ſeruilis conditionis vnctores* Palaeſtritae. *V. g.* Perſ. 4, 39 *de eo, qui ſe vellendum et depilandum praebet,* Quinque palaeſtritae licet haec plantaria vellant. Martial. 6, 39, 8 Ipſa eſt imago Pannici palaeſtritae. *Et* 3, 82 Partitur apri glandulas palaeſtritis, *vbi pro contemta parte familiae ponuntur: forte tales, quos memorauit modo Perſius. conf. Salmaſ. in* Tertull. de Pallio p. 273. Mart. 3, 58 Nec perdit oleum lubricus Palaeſtrita.

PALAESTRĬCVS, a, um. Adi. [παλαιστρικὸς] *quaſi Ex vſu palaeſtrae: ſiue Quod ad palaeſtram pertinet.* Plaut. Rud. 2, 1, 7 Ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio gymnaſtico et palaeſtrico. Ars palaeſtrica Quinctil. 2, 21, 11. Doctores Idem 12, 2. Idem 2, 8, 7 Sic diſcernet haec dicendi magiſter, quomodo Palaeſtricus ille (Magiſter) curſorem faciet aut pugilem, aut luctatorem, aliudue quid ex iis, quae ſunt ſacrorum certaminum. Motus Cic. Off. 1, 130 c. 36. Praetor, *Qui fauet palaeſtritis:* Cic. Verr. 2, 54 Nunquam vos Praetorem tam palaeſtricum vidiſtis. Succi palaeſtrici facies plena Apul. Apol. p. 315. Vacare palaeſtricis, *int. magiſtris, vel exercitationibus* Quinctil. 1, 11, 15.

PALAESTRICE. Adu. [παλαιστρικῶς] *More palaeſtritarum.* Cic. de Opt. gen. Orat. 8 c. 3 Sed ita, vt palaeſtrice ſpatiari in xyſto liceat.

PALAESTRICOS. Adu. *antiq.* Ex vſu palaeſtrae. Afran. Etiam depellis mihi manum paper (*f.* pater) palaeſtricos Non. 2, 658. *Pro illo* Paper papae *legi vult Iunius.*

PALAESTRANS, antis. Fulgent. Mythol. 1 Sudor hic opus eſt palaeſtrantis ingenii.

PALAESTRIVM, *Oppidum in Macedonia, de quo* Plin. 4, 10.

PALALIA, ae. f. *Herba, quae et Cyclamen dicitur* Apul. de Herb. c. 17.

PALAM. Adu. [ἀναφανδὸν, ἄντικρυς] *Manifeſte, aperte, in conſpectu, in ore atque oculis omnium: contrarium habet* Clam. Terent. Adelph. 3, 2, 30 A lenone ipſus eripuit palam. Donatus, Coram ad certas perſonas refertur, Palam ad omnes. Palam et interdiu, *cui contrarium* Clam et noctu Caeſ. Bell. Ciuil. 3. Luce palam Virg. Aen. 9, 153. Luce et palam comportare aliquid Cic. in Piſon. 23. Palam *et* Clam, *contraria.* Idem pro Cael. 20 Palam in eam tela iaciuntur, clam ſubminiſtrantur. Palam *et* Obſcure, *contraria.* Cic. Acad. 4, 13 Alterum quidem, vt videmus palam, alterum vt ſuſpicamur obſcurius. Palam et aperte Plaut. Bacch. 2, 3, 68. Cic. Verr. 2, 81 Quae in foro palam Syracuſis in ore atque oculis omnium geſta ſunt. In foro, palam, multis audientibus recitare, et clariſſima voce teſtari aliquid Cic. pro Cluent. 25. Idem Verr. 4, 53 Non per praeſtigias, ſed palam per poteſtatem, vno imperio oſtiatim totum oppidum compilarit. Dicere aliquid aperte, palamque Cic. in Verr. Act. 1, 18 c. 7. Idem poſt red. in Senat. 10 c. 5 Quis vllam vllius boni ſpem haberet in eo, cuius primum tempus aetatis palam fuiſſet ad omnes libidines Diuulgatum? Ter. Eun. 1, 2, 24 Sin falſum, aut vanum, aut fictum Eſt: continuo palam eſt, *i. Nihil celo.* Palam eſt, piſces audire Plin. 10, 70. *h. e. Certiſſimum eſt, et in confeſſo.* Palam et ante oculos omnium eſſe Cic. Verr. 5, 64 c. 26. Plaut. Aſin. 4, 2, 12 Me honeſtius eſt, quam te palam hanc rem Facere. *conf.* Nep. 23, 7, 7. Facere palam alicui Nep. 23, 11, 1. Huius de morte vt palam Factum eſt Idem 10, 10, 2. Facere aliquid aperte, ac palam non ex inſidiis Cic. in Orat. 38 c. 12. Idem de Nat. Deor. 2, 157 Itaque beſtiae furtim, vt dixi, Fruuntur: domini palam ac libere. Mentiri palam Plaut. Truc. 1, 2, 89. Probare aliquid palam Cic. pro Flacc. 68. Gerere palam rem aliquam Idem Att. 16, 9 *extr.* Manifeſta res palam indicat Lucret. 1, 803. Voce palam pecori, clam ſibi quisque Vocet Tibull. 2, 1, 84. *intell.* Amorem. Cic. Verr. 1 c. 15 Eum, qui palam eſt aduerſarius, facile cauendo vitare poſſis. Beatus palam Terent. Phorm. 1, 3, 17. *h. e. Aperte et ſine dubio.* Palam, *cum Ablatiuo, pro Coram, Praepoſitio eſt.* Marte palam Ouid. A. Am. 2, 569. Liu. 6, 14 Inde rem creditori

palam

palam populo perſoluit. Idem 25, 18. *Adde I. F. Gronou. ad* Liu. 25, 18. *et Burm. ad* Quinctil. Decl. 2, 13. *et* 6, 14.

PALAMĒDES, is. m. [Παλαμήδης] *Nauplii, Euboeae regis filius, qui Vlyſſis fraude a Graecis interfectus fuit. Hic fertur* Troiano bello quatuor literas inueniſſe, ſcilicet θ ξ χ φ. *Vid.* Plin. 7, 56 *Praeterea eodem auctore ib.* ordinem aciei, dationem ſigni, teſſeras, *hoc eſt ſymbolum bellicum*, et vigilias inuenit. *Et has quidem a gruibus alternatim praeuolantibus et vigilantibus didiciſſe putatur: quas vigilias diſertius deſcribit* Plin. 10, 23 ſ. 30. *Hinc a Poëtis* Palamedis aues, *Grues dicuntur.* Martial. 13, 75 *in* Grues, Turbabis verſus, nec litera tota volabit, Vnam perdideris ſi Palamedis auem. *Vid.* GRVS. *Porro etiam menſurarum, ponderum, tabulae luſoriae item, inuentorem praedicant Graeci.* Manil. 4, 206 *de illo* Qui primus numeros rebus, qui nomina ſummis Impoſuit, certumque modum (*menſuram*) propriasque figuras, *ſigna numerorum et ponderum. De hoc Philoſtratus in Heroicis multa. Vlyſſis primum inſaniae ſimulatio ab eo fuit deprehenſa: quapropter non deſtitit Vlyſſes, quin eum apud exercitum proditionis falſo inſimulatum damnari atque lapidibus obrui perfecerit: quem poſtea Graeci fleuere et magnopere deſiderauerunt.* Belides Palamedes Virg. Aen. 2, 82. Belidem *vocat, quia a Belo originem duxit, a quo ſeptimo gradu diſtabat. De eius morte, vid.* Seru. in loc.

PALAMEDĒVS, a, um. Adi. Manil. 4, 206 Et Palamedeis certantem viribus ortum. *Vid. ibi Scalig.* p. 288. Palamedeum inuentum, *ſubtile.*

PALANGAE, ſ. PHALANGAE, arum. f. Dicuntur Fuſtes teretes, qui nauibus ſubiiciuntur, quum attrahuntur ad pelagus, vel quum ad litora ſubducuntur. Vnde etiam nunc PALANGARIOS dicimus, qui aliquid oneris fuſtibus tranſuehunt. Varro de Vita Pop. Rom. 4 Quum Poenus in fretum obuiam veniſſet noſtris, et quosdam cepiſſet crudeliſſime, pro palangis carinis ſubiecerat, quo metu debilitaret noſtros. *Haec* Non. 2, 725. Palangas *ſic ad muſculos promouendos adhibuit* Caeſ. B. C. 2, 10. Plin. 7, 56 Praelium Afri contra Aegyptios primum fecere fuſtibus, quos vocant phalangas. *Etiam Graecis* φάλαγγες *dicuntur et* φαλάγγια. *Pro pertica ſ. vecte poſuit etiam* Ambroſ. T. V. Opp. Serm. in feſt. S. Cyprian. *Videtur etiam reſtituenda* Plin. 8, 43 ſ. 68 *de aſinis*, Nec pontes tranſeunt, per raritatem eorum translucentibus fluuiis. *Sic Hard. Sed editt. vett.* plancarum *et* palancarum.

PALANGO, āre. [φαλαγγίζω] *Onus aliquod huiusmodi fuſtibus tranſueho.* Afranius, Et capream vnam ſemilaceram quaterni ſimul palangabant. *Vid. Lauremb. Antiq.* p. 316.

PALANGARII, ſ. PHALANGARII, *qui palangis adhibitis geſtant vel promouent onera, vt modo ex Nonio oſtenſum.* Vitruu. 10, 8 Onerum maxima pondera, cum feruntur a phalangariis, hexaphoris et Tetraphoris. Vet. Gloſſ. Phalangarii οἱ ταῖς δοκοῖς ἀποκρεμνῶντες βάρη, καὶ πλείονες ἅμα βαστάζοντες.

PALANS, *vid.* Palor, āri. *in* PĀLVS.

PALANTIVM, *vid.* PALLANTEVM.

PALĀRA, ae. f. *Auis, de qua* Auctor Philomelae v. 11 Dulce palara ſonat, quam dicunt nomine droſtam.

PALARIA, *vid. ſub* PALVS, i.

PALARIS, e. *vid.* PALVS, i.

PALAS, *Euandri proauus, vid.* PALLAS, antis.

PALASEA, *vid.* PLASEA.

PALATHA, ae. f. [παλάθη] *Maſſa proprie ficorum et caricarum, teſte Heſychio.* Vtitur Vulg. Iudith. 10, 5.

PALATIM. Adu. *Volunt eſſe, et ſignificare Paſſim vagando.* Liu. 5, 28 *extr.* Tuſculum palatim fugerunt: *i. Sparſim fugerunt, non turmatim. Verum rectius leg.* palati. *Alterius lectionis ne mentio quidem apud Drakenb.*

PALATIVM, i. n. [Παλάτιον] Mons Romae appellatus eſt, quod ibi pecus paſcens balare conſueuerit, *inquit* Feſtus, ſic enim vox eius animalis exprimitur, quaſi Balatium. Vnde Naeuius Balatium appellat. Vel a palo, as, quod ibi palare, id eſt errare pecudes ſolent, *vt ait* Feſtus: Seu, quod Palantes Arcades cum Euandro ibi conſederunt. nam ante Romam conditam poſſeſſum atque habitatum fuit. *Similes* Varronis *ludi ſunt* de L. L. 4, 8 p. 16, 11 Quartae regionis Palatium, quod Palantes (*forte participialiter accipiendum, diſperſi*) cum Euandro venerunt; aut quod Palatini, qui et Aborigenes, ex agro Reatino, qui appellatur Palatium, ibi conſederunt. Sed hoc alii a Palatia vxore Latini putarunt. Eundem hunc locum a pecore dictum putant quidam. Itaque Naeuius Balantium appellat; (*a balantibus nempe ſ. ouibus*) *Haec Varro. Alii a* Palantia *Latini matre, quae ibi habitauerit*, Palatium *dictum volunt. Alii a* Pallante *Euandri auo. Alii a filia Euandri* Palantia, *ab Hercule vitiata, et poſtea illic ſepulta. Vel certe a* Palante *eius filio ibi ſepulto. Alii a Pale paſtorali dea nomen inditum autumant.* Sil. 12, 70 Surgit qua celſus ad auras, Aſpice, montis apex, vocitata Palatia regi Parrhaſio *i. Euandro, a quo hoc nomen monti datum ait. Hiſtoriam breuem* Palatii *praemiſit Reineſius libro ſuo de Palatio Lateran.* Nihilne te nocturnum praeſidium Palatii mouit Cic. Catil. 1 c. 1. Alta Palatia Ouid. Triſt. 1, 1, 69. Nemoroſa Idem de Arte Am. 1, 105. *et* Propert. 4, 9, 3 *vbi al.* pecoroſa. Phoebea Lucan. 3, 103. ¶ 2 Palatium, *dicitur etiam Domus imperatoria, ſuperba, amplaque, vt* Palatino monte. *Quia in eo habitauit Auguſtus. Vid. Dion. Caſſ.* l. 53 p. 507 *qui monet, ab hac origine factum, vt* Palatium *vocetur alia etiam Imperatoris domus, quocunque poſita.* Suet. de Claris Grammat. 17 Quare ab Auguſto quoque nepotibus eius praeceptor electus, tranſiit in palatium cum tota ſchola. *Plur. cum reſpectu tamen ad Auguſtum,* Romana palatia Virg. Georg. 1, 498. ¶ 3 *Sed de templo Matris Deorum* Secreta palatia Iuuen. Sat. 9, 23. ¶ 4 *Obſeruat.* Palatium *primam breuem habet.* Ouid. de Arte Am. 1, 105 Illic quas tulerant nemoroſa palatia frondes. *Sed* l *geminato produxit* Martial. 1, 71 Inde ſacro veneranda petes pallatia cliuo. *Add.* 4, 5, *etc.*

PĀLĀTĪNVS, a, um. Adi. [παλατῖνος] *Quidquid ad* Palatium *refertur.* Atrienſis Palatinus Suet. Calig. 57 *qui atria et munditiem eorum curat in Palatio.* Hor. Epiſt. 1, 3, 17 Scripta Palatinus quaecunque recepit Apollo *i. quae in Bibliotheca reponuntur, quam in Apollinis aede in Palatio Auguſtus inſtituit.* Aedes Aur. Vict. Epit. c. 6. Hor. in Carm. ſaec. 65 Si Palatinas videt aequus Arces, *Sapphicus.* Balneae Palatinae Cic. pro Roſc. Amer. 18. Collis Claud. de Sext. Conſ. Hon. 35. Euander Virg. Aen. 9, 9. Gens Ouid. Met. 14, 622. Iugum Idem Faſt. 6, 794. Laurus Idem ib. 4, 953. Ludi Sueton. Aug. c. 56. *Add. Not. Caſaub.* Officia Aur. Vict. c. 14. Palaeſtra Cic. Att. 2, 4 *domui Palatinae adiuncta.* Martial. 9, 88 Aſpice Tarpeium, Pallatinumque tonantem, *etc. Duplici* l *ſcripſit, vt primam poſſet producere.* Tribus, *vid.* TRIBVS. Venus Plin. 36, 3. ¶ 2 Palatini, *praeter antiquam ſignificationem, ſunt, Qui palatium, domum principis, habitant, et officium palatinum exercent, vel, vt loquuntur leges,* in ſacro Palatio militant. *Vid. Iac. Gothofredi Paratitlon ad* Tit. Cod. Theod. (6, 35) de priuilegiis eorum, qui in ſacro Palatio militarunt. *V. g.* Lex prima *eius Tituli ſic incipit,* A Palatinis, tam his, qui Obſequiis noſtris inculpata officia praebuerunt, quam illis, qui in Scriniis noſtris (id eſt, memoriae, epiſtolarum, libellorumque) verſati ſunt, *etc.* Comites Palatinos *noſtri operis non eſſe, indicauimus in* COMES.

PALATVAL, *Sacrificium dicunt, quod fiebat Romae in monte Palatino, laudantque* Varr. de L. L. 6, 3. *Sed nihil tale hodie apud Varronem eſſe puto: neque etiam* PALATIAR, *quod vt* Latiar *formatum eſſe ait apud Feſtum Cael. Rhod.* 28, 24. *Sed iſta ſunt* Varronis l. c. p. 73, 39 Sunt in quibus flaminum cognominibus latent origines, vt qui ſunt in verſibus plerique Volturnalis, PALATVALIS, Furinalis — Obſcura eſt eorum origo Volturnus, PALATVA, Furina, *etc. De* PALATIA *vxore Latini Varronem audiuimus in etymo* Palatii. *Caeterum*

PALATVALIS, Flamen Feſto, qui conſtitutus erat ad ſacrificandum ei deae, in cuius tutela erat palatium.

PALĀTVM, i. n. [οὐρανίσκος, ὑπερῷον] *Pars oris interna et ſuperior.* Plin. 11, 37 Intellectus ſaporum eſt caeteris in prima lingua: homini in palato. Et quibus in ſolo viuendi cauſa palato eſt Iuuenal. 11, 11. Hor. Epiſt. 2, 2, 61 Tres mihi conuiuae prope diſſentire videntur: Poſcentes vario multum diuerſa palato. Caeli palatum, *per translationem.* Cic. de Nat. Deor. 2, 48 c. 18 Dum palato quid ſit optimum, iudicat Epicurus, caeli palatum (*vt ait* Ennius) non ſuſpexit. *Nempe contraxiſſe videtur* Ennius, *litera* i *mutata in Conſonam, et deinde plane eliſa. Quanquam ſunt, qui* Palatium *legunt apud Ciceronem.* Caulae palati Lucret. 4, 624. Hor. Serm. 2, 3, 274 Quid quum balba feris Annoſo verba palato? *i. Per delicias balbutire affectas ſenex, et puerilia imitaris?* Carnoſum, *vid.* CARO. Docta et erudita palata faſtidiunt fluuialem lupum Colum. 8, 16. *i. Quae didicerunt de ſaporibus recte iudicare.* Reſciſſum Lucan. 4, 328. Subtile Hor. Serm. 2, 8, 38. Torpens Iuuen. Sat. 10, 203. *i. Hebes. Vid.* Iners ſtomachus, *in* STOMACHVS. Veneniferum Ouid. Met. 3, 85 *ſerpentis.* Vuens Sil. 7, 651. Deeſt lingua palato Ouid. Epiſt. 15, 111. Exacuit ſapor palatum Idem ex Pont. 1, 10, 13. Excitare palatum Quinctil. 6, 3. O miſerabiles, quorum palatum niſi ad pretioſos cibos non Excitatur Senec. Conſ. ad Marc. c. 9 *extr.* Exſurdant palatum vina feruida, *Hebetant, et ſurdum faciunt ita, vt ſaporem non ſentiat* Hor. Serm. 2, 8, 38. Guſtare aliquid palato Ouid. Faſt. 4, 533. Inſtituere palatum Quinctil. 1, 2. Obſerare Catull. 53, 21. Reſponſat gallina dura palato, *Reluctatur, reſiſtit* Hor. Serm. 2, 4, 18. Stupuerunt ignauo verba palato Ouid. Amor. 2, 6, 47. Subeſt vdo palato nigra lingua Virg. Georg. 3, 388. Supplantat tenero verba palato, *Supprimit, ſemifracta non aperta voce enuntians* Perſ. 1, 35. Tergere palatum gallina Hor. Serm. 2, 2, 24. Torret ſicco ſitis ora palato Propert. 4, 10, 21. Palatus, *etiam Maſc. gen. legitur.* Cic. de Fin. 2, 24 c. 8 Nec enim ſequitur, vt cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus.

PALATVS, Partic. *a* Palor, āri. *Vid. ſ. l.*

PALEA, ae. f. [ἄχυρον] *Leuiſſimum in ſtramine, proprie folliculi granorum, quod indicat* Col. 2, 9, 15 *cum* nulla palea veſtitum granum *memorat. De etymo ludit, vt ſolet, ſed ita, vt veram ſignificationem doceat,* Varro de R. R. 1, 50, 3 Contra, quod cum ſpica ſtramentum haeret, corbibus in aream defertur: vbi diſcedit in aperto loco palam, a quo nominata poteſt eſſe palea. Cic. de Fin. 4, 76 c. 27 Vt enim, inquit, gubernator aeque peccat, ſi palearum nauem euertit, et ſi auri, *etc. Add.* Parad. 3. Paleae ex leguminibus Col. 7, 3, 22. Culmi pinguis paleae Virg. Georg. 1, 192. Inanes iactantur Idem ib. 3, 134. Horna Hor. Serm. 2, 6, 88. Leues volitant Virg. Georg. 1, 368. ¶ 2 *Alia eſt* Palea, *calloſa illa et rubicunda caruncula deflua a collo galli gallinacei.* Varr. de R. R. 3, 9, 5 Gallos ſalaces, qui animaduertunt ſi ſunt lacertoſi, rubenti criſta, roſtro breui, acuto, oculis rauis aut nigris, palea rubra ſubalbicanti, collo vario aut aureolo, feminibus piloſis, *etc.* Columel. 8, 2, 9 *de gallinaceis,* Paleae ex rutilo albicantes, quae velut incanae barbae dependent. ¶ 3 Palea aeris, *pro Ramento et excremento.* Plin. 34, 13. ¶ 4 Palea *etiam vocatur, Pars annuli, in qua gemma inſeritur. Sic certe* Philarg. *in* Virg. Georg. 3, 53. *Sed leg.* Pala, *de qua Supra.*

PALEALIS, e. Adi. *In paleis reconditus. vt,* Vuae paleales Cael. Aurel. Acut. 2, 37. Idem 3, 21.

PALEĀTVS, a, um. Adi. [ἀχυρωτός] *Quod factum eſt ex paleis, vel paleis opertum, aut admiſtum.* Columel. de Arboribus c. 8 Quidquid inſerueris viti, diligenter libro ligato, atque luto ſubacto paleato oblinito, operitoque plagam, et ita alligato, ne aqua ventusve penetrare poſſit. Idem 12, 21, 2 Vrceus oblinitur luto paleato. *Add. ib.* c. 43, 1. *it.* 5, 6, 13. *et* de Arb. 26, 15.

PALEARIVM, i. n. [ἀχυρὼν] *Locus, vbi conditur palea.* Colum. 1, 6, 9 Pars autem fructuaria diuiditur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam, foenilia, paleariaque, et apothecа, et horrea.

PALEAR, āris. n. [λογόνυ] *Pellis dependens ex gutture boum, forte ob ſimilitudinem cum palea gallinacei generis ita dicta.* Columel. 6, 1 *de boum forma,* Ceruice longa et toroſa, palearibus amplis, et paene ad genua promiſſis, *etc. Conf.* Varro 2, 5, 7. Larga et circa genua fluentia Pallad. Mart. 11, 2. Senec. Hippol. 1041 Muſco tenaci pectus ac palear viret. Stat. Theb. 3, 352 Proſciſſis palearibus. Pendula Ouid. Met. 7, 118. A mento palearia pendent crurum tenus Virg. Georg. 3, 53. Seru. Pelles dependentes e gutture.

PALE. *Graeca eſt dictio, nobis Luctam ſignificans:* ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι τὸ σῶμα, *hoc eſt ab agitatione corporis: vnde* Palaeſtra *dicta eſt. Vid.* Stat. Theb. 6, 824 *ibique* Vet. Schol. *et Barth. Pro ſaltatione accipienda haec vox videtur* Sidon. Ep. 9, 13.

PALES, is. [Βοτηρικὴ θεός] *Deus ac Dea. Ordinarie quidem* Paſtorum dea, vel pabuli. Hanc quidam Veſtam, alii matrem deûm volunt. Hanc Virgilius genere Feminino appellat. Alii, vt Varro, Maſculino genere, vt *hic Pales.* Huic ſacra ſoluuntur XI Kalendarum Maiarum die, quae Palilia vocantur. *Haec Seru. ad* Georg. 3, 1. Pales Deus *eſt etiam* Arnobio *non modo* l. 3 p. 113 *vbi* Armentorum et pecorum gregibus Pales praeſunt Inuusque cuſtodes: *hoc enim ambiguum: ſed* 3 p. 123 *memorat ex Caeſio* Palem, ſed non illam feminam,

nam, quam vulgaritas accipit, ſed maſculini neſcio quem generis miniſtrum Iouis ac villicum. Martian. Capellan. 1 p. 16 Vos quoque Iouis filii Pales, et Fauor cum celeritate, Solis filia ex ſexta (*regione caeli*) poſcimini. — Sed etiam Liber ac Secundanus Pales vocantur ex ſeptima. Pales, *dea paſtorum mutatione elementi a pariendo nomen habet, quaſi* Pares *ſit. Argumento eſt, quod eius feriae, natalis ſcilicet vrbis* Parilia *et* Palilia *dicebantur. Sed et* Calpurnius Ecl. 7, 21 *attributione mutationem demonſtrat, ſcribens*, Aut foecunda Pales, aut paſtoralis Apollo. *Alii tamen in alia ſunt ſententia. Turneb. Aduerſ.* 21, 3. Alma Ouid. Faſt. 4, 721, *qui eſt locus de ea claſſicus.* Ouid. Faſt. 4, 776 Paſtorum domine grandia liba Pali. Paſtoria Flor. 1, 20, 2. Virg. Georg. 3, 1 Te quoque, magna Pales, *etc. Add.* Col. 10, 4. Tibul. 1, 1, 14 Et Placidam ſoleo ſpargere lacte Palem. Sacra Ouid. Faſt. 4, 820. Idem ib. 4, 746 Siluicolam tepido lacte precare Deam. Veneranda Virg. Georg. 3, 294.

PĂLĪLIS, e. Adi. *Quod ad* Palis *deae cultum pertinet.* Ouid. Faſt. 4, 798 Hoc argumenti flamma Palilis habet. *Libri quidam* Parilis *legunt: ſiue id eſt a balbutie dictantis librario, ſiue pertinet ad illam Turnebi coniecturam, cui* Pales *ipſa quaſi* Pares *videtur. Sed vſitatius eſt*

PALILIA, orum. n. *Plur. vel* PARILIA. [Παλίλια] Palis *deae feſta dicuntur. Haec a paſtoribus in agris fiebant vndecimo Calend. Maii, quo die Romulus vrbem fundauit, ad lupos arcendos, morbosque a pecore pellendos, ſeu pro partu pecoris. Quidam a partu Iliae ducere malunt* Parilia. *Teſtis* Solin. 2. *it.* Chariſius lib. 1 p. 43. Varro de L. L. 5, 3 p. 47, 12 Palilia dicta a Pale, quod et feriae ei Deae fiunt. *Sed idem* R. R. 2, 1, 9 *ſic argumentatur:* Non ipſos quoque (*Romulum et Remum*) fuiſſe paſtores obtinebit, quod Parilibus potiſſimum condidere vrbem? *Plerumque legi in MSS.* Parilia *non* Palilia, *obſeruant Heinſ. ad* Ouid. Faſt. 4, 721. *et Harduin. ad* Plin. 19, 5 ſ. 24. *Conf. Caſaubon. ad* Perſ. 1, 27. *et viri docti ad* Calpur. Ecl. 2, 63. *Et ſane facilius balbi homines* Parilia *potuerunt in* Palilia *olim corrupiſſe, quam contra. Sed antiquiſſimam eſſe illam varietatem,* Varronis *loci indicati oſtendunt.* Parilibus Romam condidit Romulus Vell. 1, 8, 4. Columel. 7, 3, 11 Primum admiſſurae tempus vernum Parilibus. Propert. 4, 1, 19 Annuaque accenſo celebrare Palilia foeno. Perſ. 1, 27 Et focus, et porci, et fumoſa Palilia foeno. Ouid. Faſt. 6, 257 Dena quater memorant habuiſſe Palilia, Romam Quum flammae cuſtos aede recepta dea eſt. *i. Annos* XL. *Add.* Ouid. Faſt. 4, 721. Tib. 2, 5, 87 At madidus Baccho ſua feſta Palilia paſtor Concinet, *etc. Locus hic claſſicus eſt.* Feſta Parilia *etiam* Ouid. Met. 14, 774. *De* Parilibus natali vrbis Cic. de Diu. 2, 98 c. 74.

PALILICIVM ſ. PARILICIVM, i. n. *Sidus, quod* Hyadas *Graeci, Latini voce non ab* ὕειν *pluere, ſed ab* ὗς *ſus deriuata,* Suculas *appellant.* Plin. 18, 26 ſ. 66 Hoc eſt vulgo appellatum ſidus Parilicium, (*ſic Harduin. ex MSS.*) quoniam XI Calendas Maii vrbis Romae natalis, quo fere ſerenitas redditur, claritatem obſeruationi dedit.

PALFŬRIVS Sura, *Orator et Cauſidicus, Senatu a Domitiano motus. Vid. Vet. Schol.* Iuuen. Sat. 4, 53.

PALICANVS, i. m. Lolliae *gentis cognomen, de quo vid. Burm. ad* Quinctil. 4, 2 *pr.*

PALĪCI, [Παλικοὶ] *quaſi* Paliſci, *Gemini fratres fuere, Iouis filii, et Thaliae Nymphae, ſiue (vt alii volunt) Aetnae. Tradunt enim, hanc Nympham a Ioue in Sicilia iuxta Simethum fluuium, non longe a Catina vrbe compreſſam, metu Iunonis optaſſe, vt ſibi terra dehiſceret, et ita factum eſſe: ſed quum tempus maturitatis infantium, quos aluo illa geſtauerat, aduenisſet, rurſus terram hiaſſe, duosque infantes de aluo Nymphae progreſſos emerſiſſe, appellatosque fuiſſe Palicos: vel quod* πάλιν, *id eſt rurſus hiante terra emerſiſſent: vel* ἀπὸ τῦ πάλιν ἥκειν, *quoniam prius in terram merſi, denuo inde reuerſi ſunt. Nec longe inde breues lacus ſunt, ſed mirae profunditatis, quos incolae Crateras vocant, et nomine Dellos appellant, fratresque eos Palicorum exiſtimant, et habentur in cultu maximo propter iusiurandum. Nam quum rei negatae fides quaeritur, et iusiurandum a ſuſpecto petitur, vterque ab omni contagione mundi ad Crateras accedunt, accepto prius fideiuſſore ab eo, qui iuraturus eſt, de ſoluendo eo quod petitur, ſi ita euentus addixerit: deinde loci numine inuocato iurabat, quod ſi fideliter fiebat, diſcedebat illaeſus: ſi vero male iuratum eſſet, mox in lacu amittebat vitam falſus iurator. Magna praeterea in veneratione erat Palicorum templum, quod quum Siciliam ſterilis annus areſeciſſet, diuino Palicorum reſponſo admoniti Siculi, certum ſacrificium fecerunt, poſt quod ſtatim reuerſa eſt vbertas. Quapropter Siculi omne genus frugum congeſſerunt in ara Palicorum, quae ob id pinguis vocitata eſt. Haec verbis non multum diuerſis* Macrob. Sat. 5, 19 *ad verſum* Virg. Aen. 9, 585 Pinguis vbi et placabilis ara Palici. *Conf.* Ouid. Met. 5, 406. *et* Sil. 14, 220.

PALILICIVM, *vid. ſub* PALES.

PALILLOGIA, ae. f. [παλιλλογία] Iterata locutio: hoc eſt dictionis alicuius maioris vehementiae cauſa, repetitio. *Quid autem differat ab* Epanalepſi, Epanaphora *et* Anadiploſi, *vide* Rufinianum *et* Aquilam Romanum.

PALIMBACCHIVS, i. m. [παλιμβάκχιος] Genus pedis et menſurae in carmine vel oratione, conſtans prima et ſecunda longis, et vltima breui: vt Auguſtus. *Idem* Antibacchius *dicitur. Vid.* Quinctil. 9, 4.

PALIMPISSA, ae. f. [παλίμπισσα] *Pix liquida iterum decocta.* Plin. 24, 7 *de pice*, Quidam iterum decoquunt, et vocant palimpiſſam.

PALIMPSESTVS, i. m. [παλίμψεςος] *Membrana iterum abraſa, vt alias literas accipere poſſit.* Cic. Fam. 7, 18 Nam quod in palimpſeſto, laudo equidem parſimoniam: ſed miror, quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quam haec ſcribere. *Quidam legunt* Palinxeſtum. *Iuriſconſulti* Deleticiam chartam *vocant.* Vlpianus l. Chartae D. de bonorum poſſeſ. ſecundum tab. Chartae appellatio et ad nouam chartam refertur, et ad deleticiam. Palimpſeſtus, eſt *a* πάλιν *iterum, et* ψάω *rado. Quibusdam placet* Palinxeſtus *a* πάλιν *et* ξέω, *eadem ſignificatione: Laudant* Catull. 20, 5: *Sed ibi ita legitur*, Puto eſſe ego illi millia aut decem, aut plura Perſcripta, nec ſic, vt fit in palimpſeſto, *etc. Vid. Turneb. Aduerſ.* 25, 22. *Leopard. Emend.* 13, 11. ¶ 2 Palimpſeſtum *meliore iure vocatur membrana, ita parata, vt eam ſaepe liceat delendis literis ſcripturae nouae adhibere. Talem deſcribit* Martial. 14, 7 Eſſe puta ceras licet haec membrana vocetur: Delebis, quoties ſcripta nouare voles.

PALINODIA, ae. f. [παλινῳδία] *Recantatio vel retractatio dicitur. Vnde* Palinodiam canere, *eſt Diuerſum ab iis, quae prius dixeris, dicere, atque in contrarium vertere ſententiam.* Subturpicula mihi videbatur eſſe palinodia Cic. Att. 4, 5. Idem ib. 2, 9 Si vero quae de me pacta ſunt, ea non ſeruantur, in caelo ſum: vt ſciat hic noſter Ieroſolymarius traductor ad plebem, quam bonam meis putiſſimis orationibus gratiam retulerit, quarum exſpecta diuinam palinodiam. *Add.* Cic. Att. 7, 7. Macrob. 7, 5. Palinodia, *pro Vetere et iterata cantione.* Ammian. 18, 5 Cohors palinodiam in exitium concinens noſtrum.

PALINŪRVS, i. m. [Παλίνυρος] *Promontorium eſt in Lucania: et portus prope oppidum Veliam: dictus a* Palinuro *Iaſi filio gubernatoreque claſſis Aeneae ibi ſepulto, qui per ſomnum in mare de naue ceciderat.* Lucan. 9, 41 Hinc placidis alto delabitur auris In litus, Palinure, tuum. *Nempe* ¶ 2 Palinurus *Gubernator claſſis Aeneae.* Virg. Aen. 5, 871 Nudus in ignota Palinure iacebis arena. Iaſides Palinurus Idem ib. 5, 843. Gubernator Idem ib. 5, 12. *Cum ad verbum ſit* Palinurus, *bis meiens:* πάλιν *enim iterum,* ὖρος *vrina, luſit* Martial. 3, 78 Minxiſti currente ſemel Paulline carina; Meiere vis iterum? iam Palinurus eris.

PALINXESTVS, *vid.* PALIMPSESTVS.

PALIŪRVS, i. m. [παλίυρος] Spinae et rubi genus eſt, *inquit* Plin. 24, 13. Virg. Ecl. 5, 39 Carduus et ſpinis ſurgit paliurus acutis. Paliuri *meminit Theophraſt.* 3, 17. *Hinc apparet* Seruii *lapſus, qui in carmen illud* Virgilianum *ſupra citatum ſic ait*, Paliurus, herba eſt aſperrima et ſpinoſa.

PALIŪREVS, a, um. Adi. Fulgent. Mythol. 1 Paliurea prata incedente premere planta, *i. ſpinoſa.*

PALLA, ae. f. [ἱμάτιον γυναικεῖον] Honeſtae mulieris veſtimentum, hoc eſt tunicae pallium, *auctore* Nonio 14, 7: dicta quod palam et foris eſt, *inquit* Varr. de L. L. 4, 30 ad veſtigia vsque demiſſa. *Martinius a* πάλλω *vibro. Vid. Ferrar. de Re veſtiar.* p. 1, 3, 18. Virg. Aen. 11, 652 Pro longae tegmine pallae Tigridis exuuiae per dorſum a vertice pendent. Idem ib. 1, 648 Pallam ſignis auroque rigentem. Apul. Met. 11 p. 258, 24 Palla nigerrima ſplendeſcens atro nitore, quae circumcirca remeans, et ſub dextrum latus ad humerum laeuum recurrens, vmbonis vice deiecta parte laciniae, multiplici contabulatione dependula, ad vltimas oras nodulis fimbriarum decoriter confluctuabat. Per intextam extremitatem, et in ipſa eius planitie ſtellae diſperſae coruſcabant — Quaqua tamen inſignis illius pallae perfluebat ambitus, indiuiduo nexu corona totis floribus, totisque constructa pomis adhaerebat. *In deſcriptione Iſidos, qualis per quietem apparuerit. Indecora veſtis viro Romano.* Cic. Philipp. 3, 16 Nempe ille, qui cum palla et cothurnis numos populo de Roſtris ſpargere ſolebat. Martialis 1, 93 Dimidiasque nates Gallica palla tegit. *Strab. lib. 5 Tunicarum, inquit, vice* pallas manicatas *geſtant, ad verenda vsque, natesque medias pertingentes. Quae verba,* Martialis *verſum videntur interpretari.* Palla *ab* Horatio honeſta *dicta mulierum erat.* Martial. 11, 105 Faſcia te, tunicaeque tegunt, obſcuraque palla. *Vtebantur et citharoedi. Vid.* Sueton. *Interpr.* in Calig. c. 54. *et Barth. ad* Claud. p. 736. Ouid. Met. 11, 165 Ille caput flauum lauro Parnaſide vinctus, Verrit humum Tyrio ſaturata murice palla. *Et tragoedi.* Hor. A. P. 278 Perſonae pallaeque repertor honeſtae Aeſchylus. *Item* Ouid. Amor. 3, 1, 12 Fronte comae torua, palla iacebat humo. Pallam *vocat* Hor. Epod. 5, 65 *quam Medea muneri funeſto miſit Creuſae.* Idem Sat. 1, 2, 99 Ad talos ſtola demiſſa, et circumdata palla Plurima, *etc.* Aurea palla Ouid. Amor. 1, 8, 59. Fulgens Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 26. Horrida Stat. Theb. 1, 110. Nigra palla ſuccincta Canidia *venefica* Hor. Sat. 1, 8, 23. Splendida multo croco Ouid. Epiſt. 21, 162. Superba Idem Amor. 3, 13, 26. Tenuis Tyrio ſtamine Senec. Hippol. 3. Cingat tunicas palla ſolutas Idem Troad. 2, 5. Circumdata palla plurima Hor. Serm. 1, 2, 38. Ferit imos alba pedes Valer. Argon. 1, 385. Fuſa lutea ad teneros pedes Tibul. 1, 7, 49. Induta nitentem Ouid. Met. 14, 262. Succincta palla cruenta Tiſiphone Virg. Aen. 6, 555. Succinctam nigra vadere palla Hor. Serm. 1, 8, 23. Ouid. Epiſt. 21, 162 Et Trahitur multo ſplendida palla croco. Trahi *dicitur propter longum a tergo dependens ſyrma.* Trahere puluercam pallam Ouid. Met. 6, 705. *De etymo vid. quae notamus in* SIPARIVM.

PALLŬLA, ae. f. Dimin. Plaut. Truc. 1, 1, 32 Aut petit aurum quod conſciſſa pallula eſt.

PALLACANA, ae. f. *Caepae genus, nullo fere capite, radice tantum oblonga, quod ſubinde reſecatur, vt porrum.* Plin. 19, 6 Apud nos prima duo caeparum genera, vnum condimentarium, quod illi Getyon, noſtri Pallacanam vocant. Seritur menſibus Martio, Aprili, Maio. Alterum capitatum, *etc. Conf.* Apic. 4, 2.

PALLĀCE, es. *ſiue* PALLACA, ae. f. [παλλακή] *Graecum eſt, et ſignificat Concubinam.* Sueton. in Veſp. c. 21 Poſt deciſa quaecunque obueniſſent negotia, geſtationi, et inde quieti vacabat, accumbente aliqua pallacarum, quas in defunctae locum Caenidis plurimas conſtituerat. *Conf.* Plin. 35, 10.

PALLADIVS, *vid. poſt* PALLAS.

PALLANTEVM, *vid. poſt* PALLAS *rex Arcadiae.*

PALLANTIAS. [Παλλαντιὰς] Palus eſt in Africa, non procul ab Aris Philaenorum ad Tritonem amnem, quam etiam Tritonidem paludem appellatam inuenimus: circa hanc paludem Palladem primum apparuiſſe ferunt, vnde ex ea natam nonnulli putauerunt Plin. 5, 4.

PALLANTIAS, ădis. ſ. PALLANTIS, ĭdis. f. *Pallantis gigantis filia, Aurora.* Ouid. Met. 15, 191 Cum praeuia luci Tradendum Phoebo Pallantias inficit orbem. Idem 15, 700 Sexto Pallantidos ortu, *i. die ſexto. Sic* Faſt. 6, 567 Pallantide eadem, *i. die eodem.*

PALLAS, antis. m. *Claudii libertus, nimium potens. Vid.* Tac. Ann. 12, 53, 2. Idem 14, 65, 1. Plin. Epiſt. 7, 29.

PALLAS, antis. m. [Πάλλας] *Rex Arcadiae, proauus Euandri, qui ab eo vrbem ſuam ad Tiberim conditam* Pallanteum *appellauit.* Virg. Aen. 8, 54 Poſuere in montibus vrbem Pallantis proaui de nomine Pallanteum. *Conf. ibid. v.* 341. *Alius Gubernator Aeneae* Virg. Aen. 10, 160.

PALLANTEVM, i. n. *Vrbis nomen antiquorum Arcadum, Euandri ſociorum, de quo* Virg. Aen. 8. 54 Pallantis proaui de nomine Pallanteum. Moenia Pallantea *vocat* 9, 196. *Huius nomen in* Palatium *et* Palatinum *collem mutatum ait Dionyſius Halicarn.*

PALLĂS, ădis. f. [Πάλλας] *Iouis filia ſine matre,* Minerua *Latinis proprio nomine dicta. Quum Iupiter Iunonem vxorem videret non ferentem filios, percuſſa ſibi capite* Palladem *armatam edidit: dicente* Lucan. 9, 350 Hanc et Pallas amat, patrio quae vertice nata eſt. *Et* Ouid. Faſt. 3, 815. *Dicta eſt autem* Pallas, (*ſi nugas audire Grammaticorum placet*) *quod* Pallantem *gigantem interfecerit* (Seru. *ad* Aen. 1, 43)

quum prius Tritonia vocaretur a Tritone palude, vbi primum viſa eſt. Vel a πάλλω, vibro, quatio: eo quod haſtam vibrare conſueuerit docueritque. Vel a ſaltatione in armis, nam vel ſeſe a terra attollere, vel manibus aliquid afferre dicimus πάλλειν et πάλλεσθαι, id eſt vibrare, agitareque et agitari, et ſaltationem perpeti. Alii a Pallante patre dictam volunt: Nempe inter quinque Mineruas, quas enumerat Cic. de Nat. Deor. 3, 59 c. 23 vltima eſt Pallantis filia, quae patrem dicitur intereniſſe, virginitatem ſuam violare conantem. Caeterum Pallada ſ. Mineruam Cic. de Nat. Deor. 3, 53 c. 21 Belli inuentricem et principem eſſe dixit. Proinde a nonnullis Bellona vocata fuit, ſoror et auriga Martis, de qua ſ. l. Virgo fingitur, et innupta, vt Virg. Aen. 2, 31 Pars ſtupet innuptae donum exitiale Mineruae. Sed infinitum eſt omnes illius μύθες perſequi. Videamus attributa illius, praeſertim Poëtica. Nata Tonantis inclyta Pallas Senec. Agamemn. ſ. 5. Rami Palladis, Oliuarum rami, quam arborem illa protuliſſe dicitur in certamine, quod de Athenarum poſſeſſione cum Neptuno habuit Virg. Aen. 7, 154. Armiſonae Palladis ſancta numina Idem ibid. 3, 544. Alma Pallas Tritonis Lucret. 6, 750. Armata Senec. Agamemn. ſ. 6. Armiſona Valer. Argon. 1, 73. Bellica Ouid. Met. 5, 46. Belligera Senec. Herc. fur. ſ. 11. Doctiſſima Cic. in Arat. v. 302. Innuba Valer. Argon. 1, 87. Seuera Stat. Silu. 1, 6, 1. Tetrica Claud. in pr. Conſ. Stilich. 2, 275. Tritonia Virg. Aen. 5, 704. Tritonia, armipotens, Gorgophora, Pallas, Minerua Pſeudo-Cic. antequam iret in exil. 24. ¶ 2 Obſeruatt. Pallas, pro Oleo, quod inuenit Ouid. Triſt. 4, 5, 4 Vt vigil infuſa Pallade flamma ſolet. Pingui Pallade tingere membra, Vngere oliuo Ouid. Epiſt. 19, 44. Veſtae aliquando hoc nomen tribui obſeruat Spanh. ad Callim. p. 588. conf. Propert. 4, 4, 43.

PALLADIVS, a, um. Adi. [Παλλάδιος] Quod eſt Palladis. Ouid. Epiſt. 17, 133 Nec te Palladios, nec te Iunonis honores, etc. Idem de Arte Am. 1, 727 Et tu Palladiae petitur cui fama coronae, i. Qui contendis ad titulos magnae eruditionis. Arbor, i. Oliua Sil. 1, 238. Arces, Athenae Ouid. Met. 7, 399. Ars Propert. 3, 7, 42. Latices, Oliuum Ouid. Met. 8, 275. Opus Phaedr. 4, 6 quo Argo nauis fabricata eſt. Puppis, Argo Valer. Argon. 8, 292. Silua Virg. Georg. 2, 181.

PALLADIVM, i. n. [Παλλάδιον] Forma Diminutiua, quaſi paruula Pallas, fuit in vrbe Troiana antiquiſſimum Palladis ſimulacrum, mouens oculos, atque haſtam, quam manu geſtabat, vt ſcribit Seruius ad Aen. 2, 166. Nam, quum apud Troiam in honorem Palladis arx, et in eius ſummo templum illi aedificaretur, e caelo deſiliit, et locum ſibi in eo templo delegit, nondum cooperta aede. moxque ab Apolline redditum eſt oraculum, eius ciuitatis futurum exitium, ſi id ſimulacrum extra moenia portaretur. Quod Ouid. Faſt. 6, 420 eſt elegantiſſime proſequutus. Quo factum eſt, vt tempore belli Troiani Diomedes et Vlyſſes cuniculis, vel vt alii dicunt, cloacis aſcenderint in arcem, et occiſis cuſtodibus ſimulacrum ſuſtulerint: ideo autem id negotium his potiſſimum datur, quia cultores fuerunt Mineruae. Seruius haec et longe plura ad Virg. Aen. 2, 162 Omnis ſpes Danaum, etc. et alia aliis locis: Romae in templo Veſtae aſſeruatum eſt, vt pignus imperii. Lucan. 9, 994. Liu. 5, 22. Sil. 13, 47 et ibi Drakenb. Arnobius l. 4 tradit Gentiles ipſos prodidiſſe Palladium compactum eſſe ex Pelopis reliquiis; hoc eſt, ex oſſibus Pelopis a Scytha quodam fabricatum et Troianis venditum, vt interpretatur Iul. Firmic. de Error. Prof. Rel. p. 31 ed. Oiſel. Vid. et Barth. Aduerſ. 60, 2. Tomaſinus de Donariis p. 33 obſeruat, innumera ex ligno in vrbe Palladia fuiſſe: Cic. pro Milon. 33 Exhibe quaeſo Sexte Clodi librarium illud legum veſtrarum, quod te aiunt eripuiſſe e domo, et ex mediis armis, turbaque nocturna tanquam Palladium ſuſtuliſſe. Caeleſte Sil. 13, 50. Furta Palladii Virg. Aen. 9, 151. Cic. Phil. 11, 24 c. 10 Reddite prius nobis Brutum, lumen et decus ciuitatis: qui ita conſeruandus eſt, vt id ſignum, quod de caelo delapſum Veſtae cuſtodiis continetur.

PALLENE, es. f. [Παλλήνη] Regio eſt in litoribus Macedoniae. Virg. Georg. 4, 590 Hic nunc Emathiae portus, patriamque reuiſit Pallenem. Alta Pallene Senec. Herc. fur. 978. Hyperborea Ouid. Met. 15, 357.

PALLENAEVS, a, um. Adi. [Παλληναῖος] Triumphi Pallenaei, Apollinis contra Gigantes in Agris Phlegraeis Stat. Silu. 4, 2, 56.

PALLENENSIS Iſthmus, Macedoniae regio, in qua eſt Caſſandria colonia Plin. 4, 10.

PALLEO, vid. PALLOR.

PALLIVM, i. n. [ἱμάτιον, τριβώνιον] Dictum putatur, quod palam ſit et foris: ſub eo enim Tunica ſumebatur, longe lateque diffuſum, et viris, mulieribusque conueniens. Proprie autem Graecus habitus. Vnde Palliati Graeci dicti ſunt, et Comoediae palliatae, quae ſunt ſecundum ritus et habitus hominum palliatorum Graecorum. Auctores Donatus et Diomedes 4 p. 487. Suet. in Aug. c. 98 n. 5 Sed caeteros continuos dies inter varia munuſcula, togas inſuper, et pallia diſtribuit, lege propoſita, vt Romani Graeco, Graeci Romano habitu vterentur. Pallium quoque erat philoſophorum. Gell. 9, 2 Video, inquit Herodes, barbam et pallium, philoſophum nondum video. Pallia, inter communia veſtimenta annumerantur Vlpiano, quae promiſcua appellat: vti Tiberius apud Tacit. Ann. 3, 53 Promiſcuas viris et feminis veſtes reprehendit. Palliis etiam in lecto vtebantur, vt veſte ſtragula. Ouid. Amor. 1, 2, 2 Mi dura videntur Strata, nec in lecto pallia noſtra ſedent. Add. Idem ibid. 1, 4, 50. Iuuenal. 6, 23, 6 Oneroſaque pallia iactat, geſtus aegrotantis. Sic Catullus ad Iphithillana, Nam pranſus iaceo et ſatur, ſupinus Pertundo tunicamque palliumque. Tertull. de Pallio c. 5 pr. Haec nimirum indignitas erit a toga ad pallium, i. ab habitu Romano et forenſi ad Graecum, philoſophicum, domeſticum. Sic in Verre Praetore Populi Rom. reprehenduntur Tunica et pallium Cic. Verr. 4, 54. Caeterum libellus modo laudatus Tertulliani apologia eſt ſatyrica pro pallio, quo togam commutauerat: quem librum cum longo commentario illuſtraret Salmaſius, quidquid de pallio dici poteſt congeſſit. Nobis ſatis eſt Epitheta et verborum formulas potiores ponere. Miſellum pallium, vid. MISER. Oneroſa aegrotae mulieri pallia, quae lectorum eſſe etiam diximus Iuuen. Sat. 6, 235. Purpureum Cic. Verr. 5, 31. Serica Stat. Silu. 3, 4, 89. Amictus pallio Cic. de Orat. 3, 125. Attolle pallium, Ter. Eun. 4, 6, 32 dicitur timido, qui prae metu componere veſtem obliuiſcitur. Colligere, Plaut. Capt. 4, 2, 9. et 4, 3, 9 ſqq. Conficere Cic. de Orat. 3, 125. Coniicere in collum Plaut. Epid. 2, 2, 10. Demiſſa terrae Ouid. Amor. 3, 2, 25. Iactare Iuuen. Sat. 6, 235. Iniicere alicui, vid. INIICIO. Iniecit laneum pallium Ioui Dionyſius, aureum amiculum detraxit Cic. de Nat. Deor. 3, 83. Sumere pallium Cic. pro Rabir. Poſt. 26. Tegere corpus pallio Idem de Diuin. 2, 143 c. 69. Tunica pallio propior Plaut. Trinum. 5, 2, 30. Allegoria prouerbialis, qua ſignificatur, Ex amicis nos aliis magis eſſe deuinctos: neque parem omnium habendam eſſe rationem. Ex Eraſmo.

PALLIŎLVM, i. n. Dimin. [ἱματίδιον] Cic. Tuſc. 3, 56 c. 23 Saepe eſt etiam ſub palliolo ſordido ſapientia. Ex Caecilio. Plin. 16, 8 Quidam aliter epithymum tradunt ſine radice naſci tenui ſimilitudine pallioli. Capiti tegendo et inuoluendo adhibebatur. Ita Palliolum ſicut faſcias, quibus crura veſtiuntur, et focalia, et aurium ligamenta, ſola excuſare poteſt valetudo Quinctil. 11, 3, 144. conf. Sen. Qu. Nat. 4. Ouid. de Arte Am. 1, 733 — nec turpe putaris, Palliolum nitidis impoſuiſſe comis. Iuuen. Sat. 3, 94 Vel Dorida nullo Cultam palliolo.

PALLIOLĀTIM. Adu. [τριβωνιδὸν] Plaut. Pſeud. 5, 1, 29 Sed palliolatim amictus ſic inceſſi ludibundus, i. Pallio indutus.

PALLIOLĀTVS, a, um. Adi. [τριβωνιδωτὸς] Pallio indutus. Suet. de Claud. c. 2 Palliolatus nouo modo praeſedit. Martial. 9, 34 Hanc volo quae facilis, quae palliolata vagatur.

PALLIĀTVS, a, um. Adi. [τριβωνοφόρος] Idem. Cic. pro Rabir. Poſt. 15 Itaque obiicias licet quam voles ſaepe palliatum fuiſſe. Palliata mendicabula Apul. Flor. 9. Iudex modo palliatus, modo togatus Cic. Philipp. 5, 14 c. 5. Suet. Caeſ. c. 48. Hinc comoediae palliatae Diomed. 4 p. 487 pr. Graecas fabulas ab habitu Palliatas Varro ait nominari. Sic Andriam, Eunuchum, Adelphos Terentii Palliatas vocat Donatus.

PALLIO, āre. [καλύπτω] vſurpauit, ſi verum eſt, quod negat Index Floridi, Apuleius, pro Tegere et celare: Nec palliari, inquit, tam aperta res poteſt.

PALLIŎLO, āre. Idem. Caecil. apud Non. 2, 624. Sed Mercer. aliter.

PALLIASTRVM, i. n. [τριβώνιον] Rude ac vile pallium. Apul. Met. 1 p. 104 Ecce Socratem contubernalem meum conſpicio: ſedebat ſciſſili palliaſtro ſemiamictus. Vid. Ferrar. de Re Veſt. 2, 4, 14.

PALLOR, ōris. m. [ὠχρὰς, ὠχρίασις] Color aegrotorum, fame confectorum, metuentium, e ſanguinis vel abſentia, vel paucitate vel corruptione. Plin. 14, 22 Hinc pallor, et genae pendulae. Simillimus buxo pallor Ouid. Met. 11, 417. Pallor anni continuus Plin. 2, 30. Pallor et inuidia Plin. 28, 9. Cic. Tuſc. 4, 19 c. 8 Ex quo fit, vt pudorem rubor, ſic terrorem pallor, et tremor, et dentium crepitus conſequatur. Albus Hor. Epod. 7, 15. Exanimis Stat. Theb. 12, 739. Gelidus Stat. Achil. 1, 158. Luridus Ouid. Met. 4, 267. Luteus Hor. Epod. 10, 16. Nempe in corpore alias fuſco flauus eſt pallor, albus in candido. Tacitus Ouid. Faſt. 6, 19. ¶ 2 Verborum formae: Magno cum tremore et pallore aliquid Dicere Cic. pro Flacco c. 4. Figit gelidus pallor Nereida Stat. Achill. 1, 158. Fugat ruborem pallor Sen. Med. 11, 3. Inficit ora Hor. Epod. 7, 15. Notare aliquem pallore Lucan. 8, 55. Obit ora pallor Ouid. Met. 11, 418. Occupat ora Virg. Aen. 4, 499. Tinctus viola pallor amantium Hor. Carm. 3, 10, 14. Lucret. 4, 337 Quae contage ſua palloribus omnia pingunt. ¶ 3 Pallor ſitus eſt, vitium a quiete in locis humidis contractum. Ne pallorem Trahat vas, alte ſuſpenditur Colum. 12, 41, 4. i. ſitum. Idem 12, 50, 16 Siccata dolia ſuffumigare alba cera, ne pallorem capiant. Et 12, 55, 1 de ſinapi, Vt omnem amaritudinem et pallorem exſaniet. Vitruu. 6, 7 de poſitione bibliothecae, Venti infundentes humidos ſpiritus volumina pallore, corrumpunt. Etiam Infernae domus pallor apud Lucan. 5, 628 nihil aliud eſt quam apud Virg. Aen. 6, 462 Loca ſenta ſita. Lucan. 3, 414 Ipſe ſitus, putrique facit iam robore pallor Attonitos. Quod igitur Pallorem a librariis male poni, pro ſqualore vult Burm. ad Quinctil. Decl. 5, 19 p. 122 ea in re Heinſium non nimis prouide videtur ſecutus: quod euincunt, quae ad Quinctil. 1, 2, 18 diſputat Geſnerus, et hic, itemque in PALLEO et PALLESCO a nobis referuntur. Poſtea ipſe Burmannus Lucan. 3, 414 Pallorem defendit a Squallore Cortii; et ad 5, 628 canonem conſtituit, Pallorem proprie eſſe in coloris mutatione a ſitu, Squallorem a ſordibus inductis. Sed ipſe dubium relinquit, an ſemper illum vel auctores, vel librarii certe obſeruauerint.

PALLOR, Deus ita dictus, a Tullo Hoſtilio templo donatus. Liu. 1, 7. conf. Lactant. 1, 20. et Dempſter in Roſin. Ant. p. 72.

PALLĬDVS, a, um. Adi. [ὠχρίας, ὠχρὸς] Pallidus color Plin. 10, 33. Aconita pallida, quae mortem et pallorem adferunt. Vid. ACONITVM. Aurora Virg. Georg. 1, 446 grandinis praeſagium. Corpora Ouid. Met. 15, 627. Cortice pallido arbor Plin. 12, 7. Folium Senec. Hippol. ſ. 6. Frigora Stat. Silu. 5, 1, 128. Membra pallidiora noua cera Ouid. ex Pont. 1, 10, 28. Vid. quae de Luteo Pallore modo diximus. Mulier Horat. Serm. 1, 2, 129. Ora buxo pallidiora gerere Ouid. Met. 4, 134. Orbis Phoebi pallidus Idem Rem. Amor. 256. Piper pallidum Plin. 12, 7. Regio pallida, Infernus Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 326. Vid. PALLOR n. 2. Statua inaurata pallidior Catull. ad Iuuencium ſ. 79, 4. Stellae pallidiſſimae Plin. 2, 25. ¶ 2 Vt Pallor ſitum notat interdum, ita Pallidus eſt ſitu corruptus, quod inde forte originem habet, quia color viuidior fructuum quorundam, aut aliarum rerum, ſitu corrumpitur, eumque prodit. Huc refero Varron. R. R. 1, 67 Vetuſtate ficus fit pallidior, palmula carioſior, nux aridior. Sil. 12, 373 de Sardinia Inſula, Sed triſtis caelo, et multum vitiata palude — pallidaque intus Arua coquit nimium. Mutat quidem Heinſius in Squalida, ſed contra fidem librorum. Alias haec duo nomina confundi, non negauerim. Vid. SQVALIDVS.

PALLIDVLVS, a, um. Adi. Dimin. [ὑπόχροος] Catull. ad Ortalum 63 (66) 6 Pallidulum manans alluit vnda pedem.

PALLEO, ui, ēre. [ὠχριάω] Pallidum eſſe. Cic. Philipp. 2, 84 Non diſſimulat, P. C. apparet eſſe commotum; ſudat, pallet. Amans omnis palleat Ouid. de Arte Am. 1, 729. Dies pallet Lucan. 7, 178. Genae pallent languido candore Senec. Hippol. ſ. 6. Labra palluerant Propert. 4, 9, 28. Ora pallent Tibull. 3, 5, 25. Saxum palluit auro Ouid. Met. 11, 110. Nempe corpora aliquantum fuſca, qualia Graecorum et Italorum plerumque, cum pallent flaueſcunt. Seges pallet Ouid. Faſt. 1, 688. Venae pallent amiſſo ſanguine Idem Met. 2, 524. Quoniam pallet, neceſſe eſt aegrotaſſe Auctor ad Herenn. 2 c. 25. Amore argenti pallere Hor. Serm. 2, 3, 78. Colore exſangui Ouid. Triſt. 3, 1, 55. Metu pallens Idem Met. 13, 74. Timore Idem Faſt. 2, 468. Cum Dat. Dum pueris pater et matercula pallet Horat. Epiſt. 1, 7, 7. Nempe vt Metuere alicui, i. pro illo. Pallere, cum Accuſatiuo: Propert. 1, 15, 39 Quis te cogebat multos pallere colores? Perſ. 1, 124 Iratum Eupolidem praegrandi cum ſene palles, i. propter Eupo-

Eupolidem et Ariſtophanem palles; ſ. quod ita ſtudioſe legis, et chartis illorum impalleſcis, ſ. quod ſumis illorum affectus inter legendum, et formam animi induis, quam illi exprimunt. Ita Caſaub. Viride pallens Plin. 37, 8. Pallere, *pro Timere.* Hor. Carm. 3, 27, 27 Beluis Pontum, mediasque fraudes Palluit audax. Quinctil. 7, 10 p. 654 Vigilandum ducat, iterum enitendum, pallendum. ¶ 2 *Ex ſignificatione, quam declaramus in* PALLOR n. 2, *videtur intelligendus eſſe* Ouid. Met. 1, 374 *vbi legebatur,* Ad delubra deae, quorum faſtigia turpi Pallebant muſco, *antequam in* Squallebant *illud mutaret Heinſius.*

PALLENS, entis. Partic. [ὠχρῶν] Animae pallentes Virg. Aen. 4, 243. Brachia Ouid. Met. 7, 345. Collum Idem ibid. 10, 381. Cortex *pomi poenicei* Idem ibid. 5, 537. Curae pallentes, *Quae reddunt hominem pallidum* Martial. 11, 7. Hedera Virg. Ecl. 3, 39. Herbae Ouid. Faſt. 2, 425. *Sed hic melius eſt* Pollentes. *Verum* Herbis pallentes thalamos Claud. in Conſ. Olyb. 212, *recte: nec opus mutare in* Squalentes. *Sermo eſt de antro patris Tiberini.* Pallens *eſt* χλωρὸς, *vt in* Hedera: *Sic etiam* χλωρὸς *eſt* pallidus *ex metu vel morbo.* Imago Ouid. Epiſt. 13, 119. Membra Idem ibid. 11, 77. Morbi Virg. Aen. 6, 275. Ora Idem ibid. 10, 822. Oſcula Valer. Argon. 4, 701. Puellae terrore Ouid. de Arte Am. 3, 487. Regna Sil. 13, 408. Simulacra Lucret. 1, 124. Sordibus manus pallentes Quinct. Decl. 5, 19 p. 122 *Burm. vbi nihil opus eſt mutare in* Squallentes. Sulphurata pallentia, *flaua* Martial. 1, 125. Taurus pallens multa ferrugine Valer. Argon. 1, 770. Violae Virg. Ecl. 2, 47. Vmbrae Idem Aen. 4, 26. Vultus Senec. Troad. 4.

PALLESCO, ĕre. [ὠχριῶμαι] *Pallidum fieri.* Plin. 19, 10 Et ocimum ſub Canis ortu palleſcit. Curis palleſcere Propert. 1, 13, 7. Nulla palleſcere culpa Hor. Epiſt. 1, 1, 61. Flamma palleſcit Valer. Argon. 7, 586. Frondes palleſcunt Ouid. de Arte Am. 3, 704. Stellae palleſcunt ſubito Claud. in Gigant. 9. ¶ 2 *Situm contrahere ſignificat* Quinct. 1, 2, 18 Solitaria et velut vmbratili vita palleſcere. *Ipſe mox de eadem re* Quendam velut in opaco ſitum ducit. *Vid. Geſnerus.*

PALLESCENS, entis. Partic. Plin. 9, 17 *de mullo,* Rubentium ſquamarum multiplici mutatione palleſcentem.

PALMA, ae. f. [θέναρ] *Planum illud et ex parte concauum manus, quod in digitos deſinens decore patet: vt ait Sipontinus.* Cic. in Orat. 113 Quum autem diduxerat, et manum dilatauerat, palmae illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat. *Nempe* Zeno rhetoricam palmae, dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat Cic. Fin. 2 c. 6. Idem in Arato 52 Haec Dextram Cephei dextro pede pellere palmam Geſtit, *etc.* Porrecta palma ferire Plaut. Caſ. 2, 6, 53. Tenerae palmae Virg. Aen. 2, 406. Sceptriferae Sil. 17, 143. Tremulis amplecti aliquid Ouid. Met. 5, 103. Arcent vincula teneras Virg. Aen. 2, 406. Contundere faciem plana palma Iuuen. Sat. 13, 128. Cic. Off. 3, 38 Ibi quum palam huius annuli ad palmam Conuerterat, a nullo videbatur, ipſe autem omnia videbat: idem rurſus videbatur, quum in locum annulum inuerterat. Euinctis attollat brachia palmis Virg. Aen. 5, 364. Extendere palmas Sil. 17, 471. Exutae vinclis palmae Virg. Aen. 2, 153. Ferire pectora palmis Senec. Troade 1. Hauſta aqua duabus palmis Ouid. Faſt. 2, 293. Laxantur vincula aſtrictis Lucan. 2, 516. Pandere palmas Lucret. 5, 1199. Percuſſit indignis pectora Ouid. Met. 10, 723. Percuſſit marmoreis pectora, *Candidis* Idem ibid. 3, 481. Sonuerunt adductis pectora Idem Epiſt. 10, 15. Suſtulit vndam cauis palmis de flumine Virg. Aen. 8, 69. Suſtulit palmas ad ſidera Idem ibid. 2, 153. Tendere inualidas alicui Virg. Georg. 4, 498. Tendere ambas Idem Aen. 10, 845. Tendens duplices ad ſidera Idem ibid. 1, 97. Tendens pias ad ſidera Valer. Argon. 1, 80. Tendere vtraſque Virg. Aen. 5, 685. Tollens madidas ad ſidera Stat. Theb. 10, 330. Trementes tendere Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 109. Vincire palmas catena Sil. 17, 143. Vocat paſſis palmis numina Virg. Aen. 3, 263. *Obſ.* Palma de cauterio *eſt veſtigium plagae* Veg. Mulom. 3, 41, 3. *Sic et* Palmula. ¶ 2 Palma, *Latior remi pars, et ipſe Remus.* Catull. Argon. 62, 7 Caerula verrentes abiegnis aequora palmis. *conf.* Vitruu. 10, 8. Laber. *ap.* Non. 2, 637. ¶ 3 Palma, [φοῖνιξ] *Arbor illa nobilis, quam Phoenicem vocant Graeci, dicta, quod comam in cacumine habeat circumextenſam, et ramos in digitorum modum protenſos. Non cedit ponderi, ſed ſurgit aduerſus pondus. Ideo victoribus traditur praemio, quod non ceſſerint, ſed pertinaces in bello perſtiterint.* Plin. 16, 42 ſ. 81 Et palmae arbor valida: in diuerſum enim curuatur, et populus. Caetera omnia inferiora pandantur: palma e contrario fornicatur. *Ita Hard. ex MSS. et Theophraſto. Sic et* Gell. 3, 6 *ex Plutarcho (Sympoſ.* 8, 4) Si ſuper palmae arboris lignum (*transuerſum, non in ſtantis palmae cacumen, vt vulgo pingunt*) magna pondera imponas, (ac tam grauiter vrgeas oneresque, vt magnitudo oneris ſuſtineri non queat: *haec incluſa ſunt, puto, ab Hyperbole*) non deorſum palma cedit, nec intra flectitur, ſed aduerſus pondus reſurgit, et ſurſum nititur, recuruaturque. Propterea, inquit Plutarchus, in certaminibus palmam ſignum eſſe placuit victoriae, *etc.* Plinius l. c. *ita pergit,* Sexu dignoſcitur hoc arborum genus, et quaedam quaſi connubia exercet: *de quo Ammian.* 24, 3 *et Philoſtrat. l.* 1 *Icon. in Paludibus. conf.* Claud. de Nupt. Honor. v. 66. *Pro Dono victoribus apud Graecos primo, dein apud Romanos in Circenſibus ceſſit.* Liu. 10, 47 Eodem anno (V. C. 459) coronati primum ob res bello bene geſtas, ludos Romanos ſpectauerunt: palmaeque tum primum translato e Graecia more victoribus datae. Suet. Neron. c. 5. *Vid. h. l. Torrent. it. ad* c. 22. *De* Palma *arbore eiuſque ramis et dactylis in numis, vid. Spanh. de Vſu, etc. Num. diſſ.* 6 p. 335 *ſq.* Arbuſto palmarum diues Idume Lucan. 3, 216. Agreſtium palmarum multitudo in Sicilia Cic. Verr. 5, 86. Ardua palma naſcitur Virg. Georg. 2, 67. Carioſae palmae Scribon. 148. Cic. de Legib. 1, 2 Homericus Vlyſſes Deli ſe Proceram et teneram palmam vidiſſe dicit, hodie monſtrant eandem. Viridis Ouid. de Arte Am. 2, 3. Vmbroſa Iuuen. Sat. 15, 76. ¶ 4 Palma, *Fructus, qui Palmula dicitur.* Plin. 13, 4 Alexandri milites palmis viridibus ſtrangulati ſunt. Rugoſae Ouid. Met. 8, 674. ¶ 5 Palma, *Signum victoriae, vt vidimus ex Gellio et Plutarcho: et Victoria ipſa.* Curt. 9, 2, 29 Tot bellorum palmae laureaeque. *Add.* Iuſtin. 14, 4, 17. Ter. in prol. Phorm. 17 In medio omnibus palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam. *Vbi Donatus, cauſam certaminis notari ait. Scilicet victoriae cauſa omnes certant.* Contentio ingens palmae Quinctil. 1, 2. Gloria palmae, *Victoriae* Virg. Georg. 3, 102. Dubia Iuuen. Sat. 11, 179. Lemniſcata, *vid.* LEMNISCI. Nobilis Hor. Carm. 1, 1, 5. Stolidae cupido palmae Ouid. Met. 6, 50 *quae ſtulte ſperatur.* Victrices Lucan. ad Piſon. 31. Cic. Philipp. 11, 11 Sexta palma Vrbana etiam in gladiatore difficilis. Accipere palmam, *vid.* ACCIPIO. Adepta, *vid.* ADIPISCOR. Apprehendere palmam auidiſſime, *vid.* APPREHENDO *et* AVIDVS. Ambire palmam hiſtrionibus, *vid.* AMBIO. Ter. Heaut. 4, 3, 3 Huic equidem conſilio palmam Do, hic me magnifice effero. *Caeteris conſiliis iſtud vnum praefero.* Cic. de Orat. 2, 227 c. 56 Admiror te in eo genere tribuiſſe tantum et non huius rei quoque palmam, vt caeterarum, Craſſo detuliſſe. Donare aliquem palma Ouid. de Arte Am. 2, 3. Fert palmam mel Siculum Varro R. R. 3, 16, 14. Cic. Att. 4, 14 (15) Ne diutius pendeas, palmam Tulit, *ſuperior diſceſſit.* Habeant hanc palmam ex innocentis cruore Pſeudo-Cic. antequam iret in exil. 30. Parare palmam Catull. in Carm. Nupt. ſ. 60, 11. Petere Liu. 28. Relinquere palmam alicui Virg. Aen. 5, 472. Cic. de Senect. 19 Quam palmam vtinam dii immortales tibi Scipio Reſeruent. Plin. 14, 6 Ad Tertiam palmam varie venere, *i. Tertiam bonitatem et notam. de Vuis.* Cic. pro Roſc. Amer. 84 De Capitone poſt viderimus: ſi quemadmodum paratum eſſe audio, teſtis prodierit, tum alias quoque ſuas Palmas cognoſcet, *i. Victorias in latrociniis et caedibus clandeſtinis. Eaedem ſunt* Infames Cic. pro Roſc. Amer. 99. *Et* 17 Homines eiuſmodi, alter Plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur, *h. e. Qui ſaepius vicit.* ¶ 6 *A ſimilitudine manus appellata etiam* Palma, *in vite: i. palmes. Ludit more ſuo* Varro de R. R. 1, 31, 3 Eiuncidum enim ſarmentum propter infirmitatem ſterile, neque ex ſe poteſt eiicere vitem, quam vocant minorem flagellum, maiorem etiam vnde vuae naſcantur, palmam. Prior litera vna mutata declinata a venti flatu, ſimiliter flabellum ac flagellum: poſterior, quo ea vitis immittitur ad vuas pariendas, dicta primo videtur a pariendo parilema: exin mutatis literis, vt in multis, dici coepta palma. *Vtitur etiam* 1, 8, 6. Columel. 3, 17 *extr.* Quidquid reſidui fuit ex vetere palma, per ipſam commiſſuram, qua naſcitur materia noua, reſecuerunt, atque ita cum ſuo capitulo ſarmentum depreſſerunt. Palma, *i. Vite, interprete Beroaldo.* Columel. 4, 15, 3 Sequente deinde anno inſecatur ſuperior pars curuaturae, vſque ad medullam, ne totas vires matris propagatum flagellum in ſe trahat, et vt paullatim condiſcat ſuis radicibus ali: bima deinde praeciditur proxime palmam, quae ex arcu ſummiſſa eſt. *Add.* 4, 24, 12 ſq. ¶ 7 Palma elata, ſiue abies Plin. 12, 28.

PALMVLA, ae. f. Dimin. [καρυωτὸς, βάλανος, ψὴν, φοῖνιξ] *Caryotae dicuntur, ſiue Dactyli.* Varro R. R. 1, 67 Nucem iuglandem, et palmulam, et ficum ſabinam quanto citius promas iucundiore vtare. Palmulas pomaque et ſimilia primo cibo melius aſſumit Celſ. 1, 2. Suet. Aug. c. 76 Panem et palmulas guſtauimus. Sulp. Seu. Dial. 1, 7 Cum plenam palmulis manum obtuliſſet, occurrit beſtia accepitque. ¶ 2 Palmula, *Manus exigua.* Apul. Mileſ. 3 p. 138 Vnguedine palmulis ſuis adfricata. Idem 8 p. 205. Palmula cauterii Veget. Mulom. 1, 28, 4 *veſtigium plagae, vt* Palma. *Vid.* PALMO, āre. ¶ 3 Palmulae, *Pennae maiores auium.* Apul. Florid. 2 p. 388 Intimas plumulas et extimas palmulas. *Comparat cum remis nauium ſ. palmis. Nam etiam* ¶ 4 Palmula, *extrema pars remi in modum palmae protenta.* Virg. Aen. 5, 163 Quo tantum mihi dexter abis? huc dirige curſum, Litus ama, et laeuas ſtringat ſine palmula cautes. Seruius. *conf.* Feſt. Expanſis palmulis labitur nauis Minuc. Felix c. 29. Volare palmulis Catull. de phaſelo 4, 4. *Add.* Vitruu. 10, 8. Sidon. Ep. vlt. in metro v. 5. *Turneb. Aduerſ.* 3, 7.

PALMVLĀRIS, e. Adi. Martian. Capell. 2 Frictuque palmulari madida detergit ora: *i. palmulae ſ. manus.*

PALMENSIS ager, *in Piceno memoratur* Plin. 3, 13 ſ. 18.

PALMESIA ſ. PALMENSIA, ōrum. n. *Pl.* Vina, quae a palma ſunt enata Plin. 14, 6. *Vid. Harduin.*

PALMĒTVM, i. n. [φοινικών] *Locus palmis conſitus, et in quo frequentes ſunt palmae.* Plin. 6, 28 Numeroſiſſimos eſſe Homeritas, Minaeis fertiles agros palmetis, arbuſtiſque, *etc.* Pinguia Hor. Epiſt. 2, 2, 184. Palmetis conſita terra Plin. 5, 14. *conf.* Iuſtin. 36, 3, 4.

PALMEVS, a, um. Adi. [φοινίκινος] *Quod eſt ex palma arbore.* Columel. 5, 5 M. Columella, *etc.* agricola Baeticae prouinciae, ſub ortu Caniculae palmeis tegetibus vineas adumbrabat. *Apud* Plinium 24, 17 Vinum palmeum, capiti noxium. Tabulae palmeae Vitruu. 10, 20. Palmea ſporta Pallad. Feb. 27. Tegetes Colum. 3, 5, 15. *conf.* Colum. 11, 2, 91. ¶ 2 Palma *pro* Parma, *vitio balborum, puto, dictantium in MSS. ſaepe obſeruatur. Vid. Brouckh. ad* Tib. 1, 10, 82. *et* Prop. 4, 10, 40.

PALMĪCEVS, a, um. Adi. Sporta palmicea Sulp. Seuer. Dial. 1, 5 *et* 7. *i. Ex palmarum foliis texta. conf.* Hieron. in Vita Paulli *ſub fin.*

PALMŌSVS, a, um. Adi. [φοινικώδης] *Palmis abundans:* Virg. Aen. 3, 507 Teque datis linquo ventis palmoſa Selinis.

PALMATVS, a, um. Adi. *Palmis ornatus.* Lapides palmati Plin. 36, 18 ſ. 29 *figuram qualemcunque palmae in paginis ſuis depictam habentes.* ¶ 2 Palmata tunica, *triumphale ornamentum.* Martial. 7, 1 *loricam Domitiani alloquens,* Palmataeque ducem, ſed cito, redde togae. *Non vocat* Togam palmatam. *Sed optat, vt reddatur Domitianus mox victor primum* palmatae, *nempe tunicae, triumphali; deinde* togae *ſimpliciter, i. paci et quieti. Salmaſ. ad* Vop. Car. c. 20 *p.* 853 *ſeqq. Graecis* χρυσόσημον χιτῶνα, *i. auro clauatam tunicam purpuream eſſe docet. Itaque* Tunica palmata Liu. 10, 7 *cum* Toga picta *iungitur, vt et* 30, 15. Veſtis Sidon. Gratiar. act. . . . Iul. Capitolinus in Gordiano ſeniore c. 3 *extr.* In qua pictura etiam nunc continentur Cerui palmati ducenti miſtis Britannis.

PALMĀRIS, e. Adi. [νικηματικὸς] Palmaris Dea Apul. Met. 2 p. 116, 1 *eſt Victoria, cuius ibi ſtatua et habitus adeo deſcribitur. Sed* Palmaris ſtatua, *quae alicui propter victoriam ponitur.* Cic. Philipp. 6, 15 c. 5 Sed illa ſtatua palmaris, de qua, ſi meliora tempora eſſent, non poſſem ſine riſu dicere. *Hinc* Sententia palmaris, *i. praecipua.* Cic. de Nat. Deor. 1, 20 Sed illa palmaris quidem, quod qui non modo natum mundum introduxerit, ſed etiam manu paene factum, *etc. De ſententiis philoſophorum.*

PALMARIVS, a, um. Adi. [νικητικὸς] *Quod eſt palma dignum.* Ter. Eun. 5, 4, 8 Tum hoc alterum, id vero eſt, quod mihi puto palmarium, *etc. Aliud nomen, vid. ſub* PALMVS. ¶ 2 *Subſt. vel intellecto nomine* praemium, Palmarium, *eſt Salarium victoriae.* Vlpian in l. 1. §. Si cui. D. de extraordin. cognit. Etſi nomine palmarii cautum ſit: ſic tamen, *etc.*

PALMARIA, ae. f. [Παλμηρία] *Inſula vltra Tiberina oſtia in mari Tyrrheno.* Varro de R. R. 3, 5 Hoc ita fieri apparet in inſulis propinquis Pontiis, Palmariae et Pandatariae.

PALMĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [Φοινικοφόρος] Arabes palmiferi Ouid. Met. 10, 478. Idume palmifera Sil. 3, 600. Pharos palmifera Ouid. Amor. 2, 13, 8.

PALMĬGER, ĕra, ĕrum. Adi. *Idem.* Nemea *muliebri ſpecie picta*, palmigera Plin. 35, 4 ſ. 10.

PALMĬPES, ĕdis. o. [στεγανόπους] *Planos et ad palmae ſimilitudinem habens pedes: vnde* Anſeres *et omnes fere* aquaticae aues, Palmipedes dicuntur. Plin. 11, 47 Auium aliae digitatae, aliae palmipedes. *Add.* Plin. 10, 11. *Vid. etiam in* PALMVS.

PALMATIAS, ae. m. *Motus quo terra quatitur.* Apul. de Mundo p. 65 Palmatiae appellantur quorum pauitatione illa, quae trepidant, ſine inclinationis periculo nutant. *Nempe πάλλειν vibrare eſt.*

PALMES, ĭtis. m. [κλῆμα, ὄρχος] *Vitis proprie eſt, quod in arbore ſurculus: nempe Lignum illud, quod ex ipſa ſtirpe quotannis emergit, et gemmas producit, quae deinde in virgulas abeunt, et palmae cuiusdam digitos faciunt. Deinde Poëtae promiſcue pro vite videntur ponere.* Plin. 17, 22 Sic duo genera palmitum: Quod e duro exit, materiamque in proximum annum promittit, pampinarium vocatur: at vbi ſupra cicatricem eſt, fructuarium. Alterum ex anniculo palmite, ſemperque fructuarium relinquitur ſub iugo. Et qui vocatur cuſtos: hic eſt nouellus palmes, non longior tribus gemmis, proximo anno materiam daturus, ſi vitis luxuria ſe conſumſerit. Columel. 5, 6, 29 Sed ipſorum palmitum duo genera ſunt, alterum, quod ex duro prouenit, quod, quia primo anno plerumque frondem ſine fructu affert, pampinarium vocant: alterum, quod ex anniculo palmite procreatur, quod, quia protinus creat, fructuarium appellant. Nemoroſus palmite Gaurus Stat. Silu. 3, 1, 147. Feri palmites Columel. 10, 14. Focaneus Idem 4, 22, 10. *Vid. ſ. l.* Grauidus Ouid. Faſt. 1, 152. Laetus palmes ſe agit ad auras Virg. Georg. 2, 364. Nouelli Plin. 17, 22. Opaco palmite baccae Claud. de Nupt. Honor. 217. Orbi Colum. 4, 27. *et* 5, 6. Pampinarius Idem 4, 24. Citare palmitem, *vid.* CITO. Ferre muſta e palmite Ouid. Faſt. 4, 894. Mouetur gemma de palmite Idem Triſt. 3, 12, 13. Ad pangendum qualis palmes adhibendus ſit Pall. Febr. 9, 7. Palmes *et* Pampinus, *pro eodem.* Colum. 4, 17 Item ſi oculi ſinguli ſub iugo binos pampinos emiſerint, quamuis largos fructus oſtendant, detrahendi ſunt eis ſinguli palmites, quo laetior quae ſupereſt materia, conſurgat. Palmes, *pro flagello vitis.* Colum. 4, 21 Haec brachia ſat erit interim ſingulis palmitibus in fructum ſummitti.

PALMO, āre. [ἐπιδέω] *Materias alligare: verbum a* Palmitibus *ductum.* Columel. 11, 2, 96 Caeterum palmare, id eſt materias alligare, hoc tempore non expedit, quia plurimae propter rigorem, qui fit ex frigore, franguntur. *Loquitur de vite ad palum alliganda.* ¶ 2 Palmare *eſt expanſa manu, ſiue Palma ſignum et notam imprimere.* Quinctil. in declamatione Caecin. 1 p. 31 Praeterea quum manus ex parte qua palmare veſtigium poteſt, plicetur in capulo. *Et paullo poſt,* Tuus autem, qui palmatus eſt paries, veſtigium eius partis oſtendit. *Nempe etiam* Palma *et* Palmula *vocatur veſtigium de plaga cauterii, vt ſ. l. diximus.* ¶ 3 Palmare *eſt etiam Adulari, palma blandiri.* Aſin. Pollio *ad* Cic. Fam. 10, 33, 5 Palmarer plane neceſſe erat. *Al.* Palparer *ex coniectura Vict. et Lambini.*

PALMĀTVS, a, um. Adi. Palmatus ſanguine paries Quinct. Decl. 1 p. 30.

PALMVS, i. m. [σπιθαμή] *Menſurae genus. Eſt autem duplex, inquit Budaeus, Maior, duodecim digitorum, Graece σπιθαμὴ vocatur: et Latinis etiam Dodrans, cuius exemplum apud* Plin. 7, 3. *Item* Vitruu. 2, 3 *vbi* later δίδωρος *i. duorum palmorum* eſt longus pede, latus ſemipede. *Minor, digitorum quatuor, ſiue pollicum trium, de quo* Vitruu. 3, 1 E cubito cum demti ſunt palmi duo, relinquitur pes quatuor palmorum: palmus autem habet quatuor digitos. Vitruu. 2, 3 Doron autem Graeci appellant palmum, quod munerum datio Graece δῶρον appelletur. Id autem ſemper geritur per manus palmum.

PALMĀRIS, e. Adi. [σπιθαμιαῖος] *Idem.* Varro de R. R. 1, 35 Roſa etiam conciditur radicitus in virgulas palmares. *Vid. ſupra in* PALMA. Palmarem in minutiem contrahi Arnob. 6 p. 204. Per ſpatia palmaria Colum. 8, 3, 9. *It.* 11, 3, 21. Scrobes palmares Pallad. Febr. 24, 1. *et* Mart. 10, 11.

PALMIPEDĀLIS, e. Adi. [σπιθαμοποδιαῖος] *Menſura vnius pedis et palmi.* Varr. de R. R. 2, 4, 14 Palmipedale limen, *Creſcentio interprete* palmi vnius ſupra pedem. Colum. 3, 19, 1 Nam in cliuoſis, vbi terra decurrit, poteſt malleolus palmipedalis deponi Vitruu. 10, 20.

PALMĬPES, ĕdis. c. *Idem.* Plin. 17, 20 Populus alba feritur bipedaneo paſtinatu, talea ſeſquipedali, biduo ſiccata, palmipede interuallo, terra ſuperiniecta duorum cubitorum craſſitudine. *Vid. etiam in* PALMA. Palmopes *legitur ap.* Vitr. 5, 6.

PALMIPRIMVS, a, um. Adi. Palmiprimum vinum *quid ſit, docet* Plin. 14, 16 ſ. 19 Sic fit et Sycites ex fico, quem alii palmiprimum, alii catorchiten vocant.

PALMȲRA, ae. f. [Πάλμυρα] *Syriae vrbs inter Romanorum ditionem ſita, et Parthorum, vt eſt auctor Ptolemaeus* 5, 15. *Add.* Plin. 5, 25. *Hinc*

PALMYRENVS, a, um. Adi. Palmyrenae ſolitudines, vsque ad Petram vrbem et regionem Arabiae Felicis appellatae pertinent; ſunt autem ad Hierapolin Plin. 5, 25 *et* 26. In deſertis Syriae Idem Plin. 6, 26 *et* 28.

PALO, āre; *ſiue* PALOR, āri. *Vid.* PALVS.

PALPĔBRAE, ārum. f. *Pl.* [βλέφαρα] Aſperae palpebrae Scribon. 28. Sunt Tegumenta oculorum, molliſſimae tactu, ne laederent aciem aptiſſime factae, et ad claudendas pupulas, ne quid incideret: et ad aperiendas: idque prouidit, vt identidem fieri poſſet cum maxima celeritate Cic. de Nat. Deor. 2, 142. *Et mox,* Munitae ſunt palpebrae tanquam vallo pilorum, quibus et apertis oculis ſi quid incideret repelleretur, et ſomno conniuentibus quum oculis ad cernendum non egeremus, vt qui tanquam inuoluti quieſcerent. Reſectis palpebris M. Regulum illigatum in machina, vigilando necauerunt Carthaginienſes Cic. in Piſon. 43 c. 19 *pr.* Brachia palpebraeque cadunt Lucret. 4, 950. Palpebram, *Sing.* Celſus *dixit* 5, 26. Palpebra piloſa Scribon. 230. ¶ 2 *Pilos palpebrarum* [βλεφαρίδας] palpebras *vocat* Plin. 11, 37 ſ. 56 Palpebrae in genis hominum (genas *itaque, extremas nempe, vocat palpebras*) vtrinque. Mulieribus vero etiam infectae quotidiano. Tanta eſt decoris affectatio, vt tinguantur oculi quoque. Alia de cauſa hoc natura dederat, ceu vallum quoddam viſus, et prominens munimentum contra occurſantia animalia, aut alia fortuito incidentia, *etc. Dum* vallum *vocat, et tincturae mentionem facit, pilos a ſe intelligi, ſatis indicat.*

PALPEBRVM, i. n. *Idem. Teſtatur* Nonius 3, 164 Palpebrum ſuo tempore vſitatius fuiſſe quam palpebrae. *Sic etiam* Cael. Aurel. Chron. 2, 1, 4 Superius palpebrum *et* inferius, *et* palpebrorum.

PALPEBRALIS, e. Adi. Setae palpebrales Prudent. Hamartig. 872.

PALPEBRARIS, e. Adi. Cael. Aurel. Tard. 4, 2, 17 Palpebraria collyria.

PALPEBRO, āre. Cael. Aur. Acut. 2, 10, 70 *eſt mouere palpebras.*

PALPEBRATIO, ōnis. f. Cael. Aur. Tard. 1, 5, 148. Id. Acut. 1, 3.

PALPITO, *vid.* PALPO.

PALPO, āre. [ψηλαφάω, θωπεύω, μειλίσσω] *et* PALPOR, āri. Dep. *Leniter, blande, et quaſi tentando tangere.* Palpaboque, ecquonam modo poſſim voluntate eius nullam reip. partem attingere Cic. Att. 9, 9 *pr.* Palpari, *Adulari.* Plaut. Amph. 1, 3, 9 Obſeruatote quam blande mulieri palpabitur. Palpari, blandiri. Feſt. Palpari, *Datiuo iungitur, aliquando etiam Accuſatiuo.* Hor. Serm. 2, 1, 20 Cui male, ſi palpere recalcitrat vndique tutus. Iuuen. Sat. 1, 35 Quem munere palpat Carus. Pectora praebet palpanda manu Ouid. Met. 2, 866. *Al.* Plaudenda. Meritorii corporis lupam palpare Ammian. 28, 4.

PALPANS, antis. Part. Ammian. 14, 11 Eum blandius palpantes.

PALPABĬLIS, e. Adi. Tenebrae craſſitudine palpabiles Oroſius 1.

PALPĀMEN, ĭnis. n. Prudent. Hamartig. 303 Palpamen tenerum blandis e fotibus ambit.

PALPAMENTVM, i. n. Ammian. 27, 12 Aptus ad muliebria palpamenta.

PALPĀTOR, ōris. m. [θωπευτής] Plaut. Rud. 1, 2, 37 Ecquem tu hic hominem criſpum, incanum videris, malum, periurum, palpatorem?

PALPATIO, ōnis. f. [θωπεία] Plaut. Men. 4, 2, 43 Auſer hinc palpationes.

PALPO, ōnis. m. *Adulator.* Perſ. 5, 176 Ius habet ille ſui palpo. Io. Sariſber. 3, 4 Palpo qui adulatoris vel aſſentatoris cenſetur nomine, quoniam eadem res multis notatur indiciis, hominum mentes explorat, praetentat voluntatem, vt cui rei volueris ſenſus accommodet, vt gratiam illius, cum quo agitur, fraudulenter ſurripiat.

PALPVM, i. n. *vel* PALPVS, i. m. [θώπευμα] *Blanditiae dicuntur.* Plaut. Pſeud. 4, 1, 35 Ego iſtuc aliis dare condidici, mihi obtrudere non potes palpum. *h. e. Blandiri, et ſpem inanem verbis iniicere, vt ait Eraſmus.* Palpo percutere, *eſt Plauſu tangere, et velut poppyſmo, vt de equis* Maro Georg. 3, 186 *dixit* — et plauſae ſonitum ceruicis amare. *Turneb. hinc interpretatur* Plaut. Merc. 1, 2, 42 Palpo percutit. Idem Amph. 1, 3, 28 Timidam palpo percutit.

PALPĬTO, āre. [σπαίρω, ἀσπαίρω] *Leuiter ac frequenter moueri.* Cic. de Nat. Deor. 2, 24 c. 9 Animaduerſumque ſaepe eſt, quum cor animantis alicuius euulſum ita mobiliter palpitaret, vt imitaretur igneam celeritatem, *etc.* Cerebrum palpitat Plin. 7, 16. *Add.* Idem 11, 37 ſ. 49. Iecur pauidum palpitat trepidis venis Senec. Herc. Oet. 6. Ignis arduus palpitat Stat. Theb. 12, 71. In mulo ſanguine palpitantes Apul. 3, p. 130. Lingua execta palpitat Lucan. 2, 181. Lingua palpitare Scribon. 194. Vertex palpitans Plin. 7 in praef. *A Poëtis adhiberi haec vox ſolet de membris moribundorum aut vulneratorum: Vid. Heinſ. ad* Ouid. Met. 5, 40. *Sed obſcenum eſt* Super aliquam palpitare Iuuen. Sat. 3, 134.

PALPITATIO, ōnis. f. [ἄσπαρσις] *Proprie Cordis eſt, et deinde partium ſingularum frequens et continuus motus.* Plin. 32, 5 ſ. 18 Imponat ſupra cordis palpitationem mulieri dormienti. Idem 11, 4 Itaque diuulſis praecipua viuacitas, et partium ſingularum palpitatio.

PALPITĀTVS, ûs. m. Plin. 9, 30 ſ. 48 Ne palpitatu eiiciatur, *lapillus a concha.*

PALVDA, ae. f. Sic dicta Pallas, a Paludamentis; quae ſunt inſignia et ornamenta militaria. *Ita certe* Varr. de L. L. 6, 3 p. 72, 20 *vbi allegat verſum antiqui cuiusdam Poëtae,* (Ennii *apud* Feſtum *vid.* Tartarino) Corpore tartarino prognata paluda virago. Paluda, *i. Paludata. Turnebus mallet* Palude, *quum conſtet, Mineruam ad Tritonidem* paludem *natam fuiſſe, vt ea fere palude prognata videatur: et quod Latini ſermonis conſuetudo vix hoc patiatur, vt* Paludum *pro Paludato loquamur. Sed fas non ſit, inquit, a tanti ſcriptoris ſententia recedere.*

PALVDAMENTVM, i. n. [χλαμύς, ἐφεστρίς, φοινικίς] Paludamenta Inſignia et ornamenta militaria, (*praecipue tamen Imperatorum*). Ideo ad bellum quum exit imperator, ac lictores mutant veſtem, et ſigna incinuerunt, dicitur proficiſci paludatus, *auctore* Varr. de L. L. 6, 3 p. 72. Valer. 1, 6, 11 *de Craſſo loquens, qui apud Parthos occubuit,* Pullum, *inquit,* ei traditum eſt paludamentum, quum in praelium exeuntibus album aut purpureum dari ſoleret. Paludamenta detracta conſulibus Liu. 9, 5. Imperatoria paludamenta Plin. 22, 2 *pr.* Suet. Caeſ. c. 64. Paludamentum, *pro Veſte militari etiam eius, qui non eſſet imperator.* Liu. 1, 26 Cognitoque ſuper humeros fratris paludamento ſponſi quod ipſa confecerat, ſoluit crines, et flebiliter nomine ſponſum mortuum appellat. Paludamentum *enim illud erat vnius Curiatiorum, quorum nemo, vt arbitror, imperator in Albanis fuit.* Paludamentum *etiam a muliere geſtatum.* Plin. 33, 3 ſ. 19 Nos vidimus Agrippinam Claudii principis, edente eo naualis praelii ſpectaculum, aſſidentem ei, indutam paludamento, auro textili ſine alia materie. Paludamenta, *inquit* Varro de L. L. 6, 3 Propterea dicuntur, quod qui ea habent, conſpiciuntur, ac fiunt palam. *A* palla *deriuat Gronou. ad* Liu. 41, 10 (14) *et eſſe vult quaſi* pallulamentum. *Sed pluribus velut adminiculis ad eam notationem opus eſt, quae ibi videre poſſunt curioſi. Caeterum,* Flor. 1, 5, 6 *a Tuſcis accepta ait. Add.* 4, 2, 59. *et* Salluſt. *apud* Non. 14, 11. *Qui* Nonius chlamydem nunc dici *ait. Conueniunt monumenta antiqua. An* Lictorum *etiam in bello geſtamen fuerit. Vid. mox* PALVDATVS Lictor.

PALVDĀTVS, a, um. Adi. [χλαμυδωτός] *Paludamento indutus.* Cic. Fam. 15, 17 Panſa noſter paludatus ad III Calend. Ianuar. profectus eſt. Idem Att. 4, 12 (13) Craſſum quidem noſtrum minore dignitate aiunt profectum paludatum, quam olim aequalem eius L. Paullum. Claudian. in ſext. Conſ. Hon. 596 Iure paludatae iam curia militat Aulae. Duces paludati Iuuen. Sat. 6, 399. Paludati lictores *magnum certamen Criticorum. Sunt illi in omnibus libris* Liuii 41, 10 (*al.* 14) Non votis nuncupatis, non paludatis lictoribus — ſecundum vota nuncupata lictoribus paludatis profectus — paludatis lictoribus votisque in Capitolio nuncupatis. *Et* 45, 39 Conſul proficiſcens praetorue paludatis lictoribus. *Haec loca omnia corruptionis arguit. Gronouius ex perpetuo vſu tum aliorum, tum ipſius Liuii, qui* paluda-

paludamenta *et* paludatum eſſe *ſolis imperatoribus tribuat.* *Et obſecutus illi eſt priori loco Drakenborchius,* (*poſteriore enim vulgatum reliquit*) *vt* paludatis *in* paludatus *mutaret,* *et prout res poſtulat* cum *vel* ſine *adiiceret* lictoribus. *Videtur autem durum eſſe ſic graſſari in conſtantem omnium librorum lectionem: cum praeſertim alias quoque ſerui* (*nedum liberi lictores et ciues*) *togati fuerint non minus quam domini; cum potuerit diſcrimen eſſe ſatis tamen magnum inter paludamenta imperatorum et lictorum.* *Porro* Sagulum rubens *lictori conſulis tribuit* Sil. 9, 420. *quod alias Conſulibus dat* v. g. 4, 519: *et notus eſt hodie mos quarundam ciuitatum, quae ſimiles veſtes magiſtratibus et eorum miniſtris aſſignant, quae pretio et aliis rebus differant.* *Quid?* *quod* Varro l. c. Paludamenta *vocat* inſignia militaria, *et* lictores *mutare ait* veſtem. Lucilius *quoque apud* Non. 18, 3 Pone paludatis ſtabat Rorarius velox. Rorarios *autem leuis armaturae velites fuiſſe, notum eſt.* *Iam laudatus eſt* Liu. 1, 26 *vbi Soror Horatii victoris Curiatiorum* cognito ſuper humeros fratris paludamento ſponſi, quod ipſa confecerat, ſoluit crines, *etc.* *Fuit igitur* paludamentum *non ſolius imperatoris.* Paludati in libris auguralibus ſignificat, vt ait Veranius, Armati, ornati. Omnia enim militaria ornamenta, Paludamenta *dici.* *Milites inſtructos etiam paludatos vocat* Sidon. Ep. 5, 7.

PALVDATVS. *Cognomen ab ornamento militari.* *Numus eſt, cuius inſcriptio,* MVN. TVR. L. CAEL. AQVIN. M. CEL. PALVD. II. VIR. Vaillant. Numiſm. 1 p. 84.

PALVMBES, is. c. [φάσσα] *Silueſtris columba, in arboribus ſepibusque nidificans.* Virg. Ecl. 1, 58 Raucae, tua cura, palumbes. *Laudatur* Lucan. Macroſque palumbes. *Forte in Catalectis inuenitur: in Pharſalia quidem non eſſe puto.* Plin. 10, 35 Viuere palumbes ad triceſimum annum, aliquos ad quadrageſimum, Ariſtoteles auctor eſt, *etc.* *Vid. Turneb. Aduerſ.* 21, 1. Aëriae Virg. Ecl. 3, 69. Fabuloſae Hor. Carm. 3, 4, 12. *Sic dictae autem ſunt, vt Lambinus exiſtimat, quia de his multa fabulantur Poëtae, vel, vt eſt venuſtius, illud ipſum, quod de ſe ibi narrat fabulam plebeculae eſſe indicat.* Palumbes minarrire *dicuntur, vid.* MINARRIO.

PALVMBVS, i. m. *et* PALVMBA, ae. f. Maſculus palumbus Scribon. 16. Martial. 13, 67 Inguina torquati tardant hebetantque palumbi. Propert. 4, 5, 63 Sed cape torquatae Venus ô regina palumbae Ob meritum ante tuos guttura ſecta focos. *Emendatiora exemplaria legunt* Columbae. Plin. 30, 7 Item palumbus ferus, et e poſca decoctus. Colum. 8, 8 Hac eadem ratione palumbos, columboſque cellares pinguiſſimos facere contingit.

PALVMBĪNVS, a, um. Adi. [φασσινός] *Quod ex palumbe eſt.* *vt,* Palumbina caro Plin. 30, 12.

PALVMBVLVS, i. m. Dimin. Apul. Met. 8 *et* 10 p. 213.

PĂLVS, ūdis. f. [ἕλος] *Locus aquoſus, vel Aqua non fluens, neque perpetua.* *Dixi, Non perpetua, quia* Lacus *quamuis non fluat, tamen aquam habet perpetuam: et ita differt a* Palude. Caeſ. Bell. Gall. 2, 16 Quo propter paludes aditus non eſſet. Palus, ideo dicta, quod paullulum aquae in Altitudinem contineat, et palam latius diffuſae Varr. de L. L. 4, 5. Alta palus Virg. Georg. 4, 48. Atra Id. Aen. 7, 802. Caua Catull. 18, 4. Exhauſta Virg. Georg. 3, 432. Foeda Senec. Herc. fur. 9. Horrenda Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 112. Inamabilis Virg. Aen. 6, 438. Innabilis, *vid.* INNABILIS. Liquida Ouid. Met. 1, 324. Nebuloſa Sil. 8, 382. Nigra Tibull. 3, 3, 37. Perpetua, *vid.* PERPETVVS. Pigra Claud. de Conſ. Hon. 4, 345. Placida Virg. Aen. 8, 88. Pontina Quinctil. 3, 8. Putidae paludis vorago Catul. 18, 10. Sordidae Stat. Silu. 4, 3, 8. Stantes Hor. Carm. 3, 27, 9. Sterilis *et* Remis apta Idem A. P. 65. Vaſtae Lucret. 5, 203. Vdae paludes intumuere aeſtu Ouid. Met. 1, 757. Palus obducit paſcua limoſo iunco Virg. Ecl. 1, 49. Siccare paludes Cic. Philipp. 5, 7. c. 3. ¶ 2 *Obſeruatt.* *De modo vltimae Syllabae dubitandi occaſionem dedit verſus* Hor. A. P. 65 *qui non tantum in omnibus libris ſic legitur* Regis opus; ſterilisque diu palus aptaque remis: *ſed etiam ſic laudatur a* Seruio ad Aen. 2, 65. *et* 6, 107: *itemque a* Priſciano p. 718. *qui monent praeter naturam hic correptam vltimam* VS *ab Horatio.* *Sed cum hoc incredibile videatur, Bentleius antiquum potius mendum putat, et emendari vult* ſterilisque palus prius. *Cuningamus* emendationes *et ipſe pluſculas propoſuit.* *Maneat, non imitandum certe eſſe hunc verſum ad producendam hanc vel aliam eius generis ſyllabam.* Palus Capreae, *Romulo fatalis fuit.* In Campo Martio fuiſſe *dicit* Liu. 1, 16. Palus Pomptina, *et Plur.* Paludes Pomptinae, fuerunt Foſſae quaedam, partim nauigabiles, quae a Foro Appii ad Feroniae fanum prope Terracinam ad M. P. XV aut XVI porrigebantur, olimque adeo amplae patebant, vt ante inundationem locum praebuerint 23 vrbibus, vt Mutianus ter coſ. *prodidit apud* Plin. 3, 5. Paludes Patinarum Vitellii memoriae *i. mortuo Vitellio,* exprobrauit, *i. patinas paludum inſtar ingentes* Plin. 35, 12 ſ. 46.

PALVDŌSVS, a, um. Adi. [ἑλώδης] Humus Ouid. Met. 15, 268. Nilus Stat. Silu. 3, 2, 108. Rauennae Sil. 8, 602.

PALVSTER, tris, *et* tre. Adi. [ἕλειος] *Quod eſt ex Palude.* Paluſter *an recte dicatur, inquirit* Chariſius p. 63. *Conf.* Priſcian. p. 628. *Sed exſtat apud* Vitruu. 3, 3 *pr.* Locus congeſticius ad imum aut paluſter. Columel. 1, 5 Deterrima aqua paluſtris, quae pigro lapſu repit, peſtilens quae in palude ſemper conſiſtit. Calami paluſtres Ouid. Met. 1, 706. Caelum Liu. 22, 2. *i. aër humidus a paludibus.* Iunci Ouid. Met. 8, 337. Locus paluſtris, *Plenus palude* Caeſ. Bell. Gall. 7, 20. Paſcua Columel. 6, 27. Vadum Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 59. Vlua Virg. Georg. 3, 175. Vndis paluſtribus foeta loca Ouid. Met. 14, 103. *Alii legunt* Vluis.

PALVDESTRIS, e. Idem. Caſſiod. Var. 2, 32.

PALVDĬCŎLA, ae. c. Paludicolae Sicambri Sidon. Apollinar. Epiſt. 4, 1.

PALVDĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [ἑλοφόρος] *Vt,* Aquae paludiferae Auctor Philomelae v. 44.

PALVDĬVĂGVS, a, um. Adi. Auien. Deſcript. Orbis v. 312 Moeſta paludiuagos Germania fleuit alumnos.

PĀLVS, i. m. [πάσσαλος, σκόλοψ, σφηκίσκος] *Dicitur Lignum acutum, quod ſolet in terram defigi, v. g. in vineis pedandis, in claudendis hortis, et ſimilibus.* Tibull. 1, 7, 33 Hic docuit teneram palis adiungere vitem. Plin. 14, 3 Nec orthampelos indiget arbore aut palis, ipſa ſe ſuſtinens. *Metaph.* Hor. Sat. 1, 8, 5 Obſcenoque ruber porrectus ab inguine palus. Actus palus, *vid.* AGO. Alnei pali, oleaginei, robuſtei Vitruu. 5 c. vlt. Vſtulati pali Idem 5 c. vlt. Cic. Verr. 5, 11 c. 5 Nomine ſceleris coniurationisque damnati, ad ſupplicium traditi, ad palum alligati, repente multis millibus hominum inſpectantibus ſoluti ſunt. ¶ 2 *Prouerbii ſpeciem habet de re valde interpolata illud* Plauti Men. 2, 3, 53 Perii miſera, quam tu nunc mihi nauem narras? MEN. ligneam ſaepe tritam, ſaepe fixam, ſaepe excuſſam malleo. Quaſi ſupellex pellionis, palus palo proximus eſt. *Hic quidem pali ſunt paxilli, claui lignei, quibus confixa nauis.* ¶ 3 Palorum *exercitatio militaris.* Veg. 1, 11 A ſingulis tironibus ſinguli pali defigebantur in terram, ita vt nutare non poſſent, et ſex pedibus eminerent. Contra illum palum, tanquam contra aduerſarium, tiro cum — claua velut cum gladio ſe exercebat — vt nunc quaſi caput aut faciem peteret, nunc lateribus minaretur, *etc.* Sen. Epiſt. 18 Exerceamur ad palum, et ne imparatos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. *Vid. mox* PALARIA. ¶ 4 *Pro terminis ſaepe fuere* pali. Sic. Flaccus p. 4 In quibuſdam regionibus palos pro terminis poſuimus, alii iliceos, alii oleagineos, alii vero iunipereos. *Plura dabit Rigalt. in Gloſſis Agrimenſoriis h. v. Occurrunt etiam in* Vet. Inſcript. ſ. tabula terminali Meſſianenſi *ap. Grut.* . . Palus fit per contractionem a Paxillus: *teſtis* Cic. in Orat. 153. *Vid.* AXILLA.

PĀLVM, i. n. *Ex Varrone refert* Nonius 3, 171.

PAXILLVS, i. m. Dimin. *e* Palo. Varr. Bimargo, Vt nonum cribrum nouo paxillo pendeat. Non. 2, 649. *Vid. infra ſuo loco.*

PALARIA, ium *vel* orum. n. Chariſius 1 Neutra ſemper pluralia, haec arma, haec palaria, quum milites ad palos exercentur. *Vid.* PALVS, i. n. 3.

PALĀRIS, e. Adi. Silua palaris, *In qua caeduntur pali et pedamenta.* Vlpian. D. de vſufr. l. 9 §. 7 Si fundi, Si fundi vſusfructus fuerit legatus: et ſit ager, vnde in fundum, cuius vſusfructus legatus eſt, ſolebat paterfamilias vel palo vti, vel ſalice, vel arundine: puto fructuarium hactenus vti poſſe, ne ex eo vendat: niſi forte ſalicti eius, vel ſiluae palaris, vel arundineti vſusfructus ſit legatus. Tunc enim et vendere poteſt.

PALATIO, ōnis. f. *Palorum confixio et adactio.* Vitruu. 2, 9 In paluſtribus locis infra fundamenta aedificiorum palationibus crebre fixa alnus permanet immortalis, et ad aeternitatem.

PALO, āre. [πατταλεύω] *Palis et pedamentis fulcire et munire.* Columel. 11, 2 Vt vitis paletur, et capite tenus alligetur. *Ibid.* Reliquae partes vinearum propter brumam vel frigora omiſſae, nunc palandae et alligandae ſunt. *Conf.* Pallad. 4, 7. *et* 12, 15.

PALOR, āri. Dep. [περιφέρομαι] *Paſſim vagari: ſicuti faciunt qui, dum quaerunt fructus ſilueſtres, vagantur lento gradu, diſperſique.* Liu. 5, 44 Iam obſidionis taedio victi abſcedunt, vagique per agros palantur cibis vinoque raptim hauſto repleti. Tacit. Hiſt. 3, 17, 5. *et* 3, 80, 4. *et* 4, 18, 7. *Sed et* Palo, *actiua forma.* Sulpic. Sat. v. 43 Sic noſtri palare ſenes dicuntur.

PALANS, antis. Part. [περιφερόμενος] Stat. Theb. 11, 21 Aut vaga palantes campo fuga voluit Achiuos. Palantes fuga Sil. 2, 162. Demoleos curſu palantes Troas agebat Virg. Aen. 5, 265. Agmina palantia Sil. 15, 483. Comites palantes et diſperſi Lucret. 4, 579. Hoſtes palantes inſectans Iuſtin. 15, 3, 11. Sidera paſſim palantia Lucret. 2, 1030. Stellae palantes polo Virg. Aen. 9, 21. Palantum in Terga Sil. 5, 446. Terga palantia dare Virg. Aen. 12, 738. Vitae palantis viam quaerere Lucret. 2, 10. Femina palantes agit Virg. Aen. 11, 757. *Frequenter Liuius hoc Participio vtitur.* *Loca congeſſit Drakenb. ad* 1, 11. *Sic*

PALĀTVS, a, um. [διεσπαρμένος] *Diſperſus.* Liu. 23, 40 Alius exercitus primo per agros ſiluaſque fuga palatus: dein, *etc.* Idem 3, 5 In quos palatos praedam agentes Poſthumius, *etc.* Id. 8, 24. *et* 35, 51.

PALABVNDVS, a, um. Cyprian. Epiſt. 42, 4. *et* Tert. Apol. c. 21.

PALITOR, āri. Dep. *Errare.* Plaut. Bacch. 5, 2, 5 Oues eunt a pecu palitantes.

PAXILLVS. *Vide ordinem Alphabeticum.*

P A M

PAMMACHVM, quod nos Pancratium vocamus, contendit Hercules cum Achareo Hyg. f. 273. *Hinc*

PAMMACHARII *Pancratiaſtae apud* vet. interpr. Perieget. *laudante Munkero ad Hyg. l. c.*

PAMPHAGI, orum. m. [παμφάγοι] Aethiopiae populi, quibuslibet rebus veſcentes, *quorum meminit* Plin. 6, 30. *Conf.* Solin. c. 43. *Sic* Pamphăgus, *Nomen canis venatici, quaſi Omnia deuorantis* Ouid. Met. 3, 210.

PAMPHȲLIA, ae. f. [Παμφυλία] *Regio Aſiae minoris.* *Orthographia per Graecam literam verior, quamuis nec altera auctoritate careat.* In ea (*vt* Pomponius 1, 14 *refert*) eſt fluuius Melas, nauigabilis, et Eurymedon, apud quem Cimon Athenienſis Perſas nauali pugna ſuperauit. Stat. Silu. 1, 4, 77 Hunc quoque perque nouem timuit Pamphylia meſſes.

PAMPHȲLIVS, a, um. Adi. [Παμφύλιος] *Qui eſt ex Pamphylia.* Cic. de Diuin. 1, 25 Quae quidem nunc a Romanis auguribus ignorantur, bona hoc tua venia dixerim, a Cilicibus, Pamphyliis, Piſidis, Lyciis tenentur. Pamphylium mare Plin. 5, 27.

PAMPILLVM, i. n. *Currus genus delicati volunt eſſe.* *In MS. Palatino legitur apud* Lamprid. Heliogab. c. 29 *pr.* Iunxit quaternas mulieres pulcherrimas et binas ad Pampillum, vel ternas, et ſic vectatus eſt. *Editum eſt* ad papillam, *quod abſurdum merito pronuntiat Obrechtus.* *Ipſe legendum putat* ad pabillum: *et interpretatur paruum pabonem.* *Nimirum* Iſidoro in gloſſis Pabo eſt vehiculum vnius rotae. *Vid. Dufrenius voce* PAVO. Pampillam *quidem et* Pompillum *nihil eſſe, neque conuenire huc* Papillam, *Schefferus iam diſputarat de re vehic.* 1, 10. *et* 2, 33.

PAMPĬNVS, i. m. *Interdum Fem.* [κλῆμα, οἰναρίς] *Folia et rami teneri, e ſarmento vitis enati.* Columel. 3, 17 Omnis enim fecundus pampinus intra quintam aut ſextam gemmam fructu exuberat: reliqua parte quamuis longiſſima vel ceſſat, vel perexiguos oſtendit racemos. Idem 4, 22 Nunc vbi vnius aut alterius folii pampinus prorepſit e duro. Pampinus et Palmes aliquando pro eodem accipiuntur, *vid.* PALMES. Opaca pampinus Claud. in Epithal. Pallad. 5. Varroni Pampinum frequentius feminino *dictum, ait* Seru. *ad* Virg. Ecl. 7, 58. Viridi pampino cingens tempora Hor. Carm. 3, 25, 20. Defendit pampinus vuas Virg. Georg. 1, 448. Cic. de Senect. 50 c. 15 Oriens vua ſe oſtendit, quae et ſucco terrae, et calore ſolis augeſcens, primo eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit, veſtitaque pampinis, nec modico tepore caret, et nimios ſolis defendit ardores. ¶ 2 Pampinus *etiam capitur pro Cirris polypi piſcis.*

Plin. 9, 51 ſ. 74 Polypi pariunt Vere oua tortili vibrata pampino. *Nempe* Pampinos Plinius 16, 35 ſ. 63 *etiam vocat clauiculas ſ. capreolos ederae, quibus ea ſerpit et retinet ſe, quod commode ad cirros Polyporum refertur, e quorum vno oua emitti dicit.*

PAMPĬNO, āre. [οἰναρίζω] *Pampinos decerpere, vel, vt ait* Varro de R. R. 1, 30, 2 Ex ſarmento coles, qui nati ſunt de iis, qui plurimum valent, primum ac ſecundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus ſarmentum nequeat miniſtrare ſuccum. Plin. 18, 27 Quum herba creuerit in feſtucam, arcere aquas, vineas pampinare. *Add. ib.* c. 29. *it.* 17, 22. Cato R. R. 33, 4 Vbi vinea frondere coeperit, pampinato. Modum pampinandi *praeſcribit* Colum. 5, 5, 14. Pampinatur ſalix Idem 4, 31, 2. Velut pampinare Idem 5, 10, 21.

PAMPINĀTVS, a, um. Partic. [κλημματοειδής] *Ad ſimilitudinem Pampini, i. clauiculae ſ. capreoli flexus in helicem, vel alioquin figuram habens pampini.* Plin. 16, 42 ſ. 82 Eadem valuarum repagulis, et ad quaeque libeat inteſtina opera aptiſſima, ſiue Graeco, ſiue Campano, ſiue Siculo fabricae artis genere ſpectabilis, ramentorum crinibus pampinato ſemper orbe ſe voluens ad incitatos runcinarum raptus: *de abiete: intellige pampinos illas clauiculas et capreolos, quae helicis in morem conuoluuntur. Nam deſcribit Plinius illas velut lamellas, quae dum auferuntur runcina, intorquent ſeſe et conuoluunt. Add.* Plin. 17, 22. *et* 18, 29. *et* Treb. Poll. in Claud. c. 17 Lancem argenteam pampinatam librarum triginta.

PAMPINATIO, ōnis. f. [οἰναρισμὸς] Columel. 4, 6 Optimum eſt ab initio ſic formare, vt frequenti pampinatione ſuperuacua detrahantur. *Add. ib.* c. 14 *etc.*

PAMPINĀTOR, ōris. m. [οἰναριστής] Columel. 4, 27, 5 Idque faciet variis de cauſis pampinator induſtrius. *it.* 4, 10, 2. 5, 5, 13.

PAMPINARIVS, a, um. Adi. [οἰναρικὸς] Plin. 17, 22 Duo genera palmitum: Quod e duro exit, materiamque in proximum annum promittit, pampinarium vocatur. Columel. 3, 10, 7 Pampinaria virga. Idem 4, 24 Ne aut pampinarius palmes internatus, aut verrucae ſimilis furunculus relinquatur. *Add.* 5, 6, 29 *vbi* Pampinarius fructuario *opponitur. Verba dedimus in* PALMES.

PAMPINEVS, a, um. *Aliud* Adi. [οἰναρινὸς] *Idem.* Autumnus pampineus, *i. Pampinoſus, cuius ſcilicet tempore vites foliis et fructibus plenae ſunt* Seru. *ad* Virg. Georg. 2, 5. Frondes Ouid. Met. 3, 667. Habenae Virg. Aen. 6, 804. Haſta Ouid. Epiſt. 13, 33. Val. Flacc. 2, 269 *cui pampini circumplexi, geſtamen Bacchi.* Odor pampineus, *poëtice et figurate, pro Sapore vini* Propert. 2, 33, 30. Vites Ouid. Met. 10, 100. Vitta Val. Flacc. 5, 79. Vmbrae Virg. Ecl. 7, 58. Vuae, *Quae adhuc ſuis haerent Pampinis* Ouid. ex Pont. 3, 1, 13.

PAMPINŌSVS, a, um. *ſimiliter* Adi. [οἰναρώδης] *Quod pampinis abundat.* Columel. 5, 5 Etſi parum pampinoſa vitis eſt, aduectis frondibus et interdum ſtramentis fructus muniatur. Folia Plin. 23, 1.

PAMPINACEVS, a, um. *Aliud item* Adi. Columel. 12, 20, 5 Item myrrhae quincunx, calami pondo libra, caſiae ſelibra, amomi pondo quadrans, croci quincunx, cripae pampinaceae libra. *Vid.* CRIPA.

P A N

PAN, Pānos, *vel* Panis. m. [Πᾶν] *Deus Arcadibus praeter caeteros cultus, praeſes ouium et equorum: inde eius religionem Euander in Italiam traduxit. Vid.* Ouid. Faſt. 2, 271. *Habitum eius eleganter deſcribit* Sil. 13, 326 ſq. Inuus *a Latinis dictus, teſtibus* Liu. 1, 5. *et* Macrob. Saturn. 1, 22. Pan, *inquit* Seruius *ad* Virg. Ecl. 2, 31 Deus eſt ruſticus in naturae ſimilitudinem formatus: vnde et Pan dictus eſt, i. e. Omne. habet enim cornua in radiorum Solis, et cornuum Lunae ſimilitudinem. Rubet eius facies ad aetheris imitationem. In pectore nebridem habet ſtellatam, ad ſtellarum imaginem. Pars eius inferior, hiſpida eſt, propter arbores, virgulta, et feras. Caprinos pedes habet, vt oſtendat terrae ſoliditatem. Fiſtulam ſeptem calamorum habet, propter harmoniam caeli, in qua ſeptem ſoni ſunt. Pedum habet, id eſt baculum recuruum, propter annum, qui in ſe recurrit: quia hic, totius naturae deus eſt. A Poëtis fingitur cum amore luctatus, et ab eo victus, quia, vt legimus, Omnia vincit amor. Ergo Pan ſecundum fabulas, amaſſe Syringam nympham dicitur: quam quum ſequeretur, illa implorato Terrae auxilio, in calamum conuerſa eſt: quem Pan ad ſolatium amoris incidit, et ſibi fiſtulam fecit. *Haec Seruius, et multa aliis locis.* Arcadius Propert. 1, 18, 10. Biformes Panas *dixit Plur.* Colum. 10, 427 *et cum* laſciuis Satyris *coniunxit. Nempe* Panes *a Satyris vix differunt. Vid. ſtatim* Capripedes. Deus Arcadiae Pan Virg. Ecl. 10, 26. Deus pecoris Ouid. Faſt. 2, 271. Cuſtos ouium Virg. Georg. 1, 17. Capripedes Propert. 3, 15, 34. Virg. Aen. 8, 344 Parrhaſio dictum Panos de monte Lycei. *Vid. Pauſan. in Arcad. p.* 268. Montani Stat. Silu. 2, 2, 106. Semicaper Ouid. Met. 14, 515. Propert. 3, 2, 30 Et calami, Pan Tegeaee, tui. Virg. Georg. 1, 18 Adſis ô Tegeaee fauens. Tegeaeus *eſt Arcus.* Pinu praecincti cornua Ouid. Met. 14, 638. Pinu caput praecinctus acuta Idem ibid. 1, 699. Natum Pana *aliquem* ex Mercurio et Penelopa ferunt Cic. de Nat. Deor. 3, 56.

PĀNĬCVS, a, um. Adi. *vt,* Terror Panicus, *Quem* Pan *immittit: qui iratus dicebatur ſubitos, et quorum cauſa ignorabatur, timores immittere. De* Pane Panici terroris *auctore* Val. Argon. 3, 46

Rupta quies: deus ancipitem lymphauerat vrbem,
Mygdoniae Pan iuſſa ferens ſaeuiſſima Matris (*Deorum*).
Pan nemorum bellique potens, quem lucis ad horas (*interdiu*)
Antra tenent, patet ad medias per deuia noctes
Setigerum latus, et toruae coma ſibila frontis, (*ex pinu a vento ſibilante*)
Vox omnes ſuper vna tubas, qua conus et enſes,
Qua trepidis auriga rotis, nocturnaque muris
Clauſtra cadunt; taleſque metus non Martia caſſis,
Eumenidumque comae, non triſtis ab aethere Gorgon
Sparſerit, aut tantis aciem raptauerit vmbris.

Cic. Att. 7, 26 *extr.* Ego bellum foediſſimum futurum puto, niſi qui Panicus caſus exſtiterit. *Al. et Gron.* Parthicus. *Tamen* Idem ibid. 14, 3 πανικὸν *de Repentino terrore vſurpauit. Vid. Corrad. et Manut.* Atticus noſter quondam me commoueri πανικοῖς intellexit Cic. Fam. 16, 23. *Dion. Halicarnaſſ.* 5, 16. *et Politian. Miſcell.* c. 28. *Barth. ad* Stat. Theb. 11 p. 1296 ſq. *Rationem habes ap. Polyaen. Strat. l.* 1.

PANISCI, ōrum. m. *Dii Silueſtres; quaſi* Panes parui. Cic. de Nat. Deor. 3, 43 c. 17 Nymphae, Paniſci et Satyri. Plin. 35, 11 Paniſcus pictus a Tauriſco *pictore.* Cic. de Diuin. 2, 48 Fingebat Carneades, in Chiorum lapicidinis ſaxo diffiſſo caput exſtitiſſe Paniſci.

PANĂCES, is. n. *vel* PANAX, ăcis. m. [πάνακες] *Herba, cuius ſuccus* opopanax *vocatur:* ἀπὸ τοῦ πάντα ἀκεῖν, *hoc eſt a ſanandis omnibus morbis.* Plin. 25, 3 Panaces ipſo nomine omnium morborum remedia promittit: numeroſum, et diis inuentoribus aſcriptum. *Add.* Id. 25, 4. 26, 8 *et* 9 *etc.* Panaces Scribon. 5, 126. 260. Panacis radix Idem 237. Columel. 11, 3 Panax vtroque tempore leui et ſubacta terra rariſſime differitur. *conf.* Celſ. 5, 4 *et* 27. Lucret. 4, 122. Columel. 10, 103. Panax *frutex* Plin. 12, 26. *et* 20, 15 *etc.* Panaces chironium Apul. de Herb. 95. Heraclion ſ. Herculeum Plin. 25, 5. *Pro liguſtico* Idem 19, 8. Panace Celſ. 3, 21.

PANACĒA, ae. f. [πανάκεια] *Idem.* Lucan. 9, 921 Et panacea potens, et Theſſala centaurea. Virg. Aen. 12, 419 Ambroſiae ſuccos, et odoriferam panaceam. *Vbi* Seru. Panaceam, Herbae genus. Sciendum tamen Lucretium Panaceam vbique Salem dicere: vnde poſſumus etiam hoc loco Salem intelligere: nam omnem pellit dolorem. Sed melius Herbam, quia ait Odoriferam. Panaceam *pro cunila bubula* Plin. 20, 16.

PANACOS Ceras, *herba Paeonia* Apul. de Herb. c. 64.

PĂNAETIVS, i. m. [Παναίτιος] *prima corr. Rhodius, Stoicus philoſophus, praeceptor Scipionis Africani, ſcripſit de Officiis, vnde* Cicero *bonam partem ſuos libros eſt mutuatus. Vid.* Paterc. 1, 13, 3. *et* Cic. de Fin. 4, 9. Hor. Od. 1, 29, 13 Libros Panaeti, Socraticam et domum *iungit, i. Stoicam et Academicam philoſophiam.*

PANAETOLIVM, i. n. [Παναιτώλιον] *Vniuerſae Aetoliae concilium.* Liu. 31, 28 Concilium Aetolorum ſtatuta die, quod Panaetolium vocant, futurum erat. Idem 35, 32.

PANAETOLĬCVS, a, um. Adi. [Παναιτωλικὸς] Liu. 31, 32 *extr.* Quum legib. cautum eſſet, ne de pace belloue, niſi in Panaetolico, et Pylaico concilio ageretur.

PANAEVS, Pictor Phidiae frater, pinxit praelium Athenienſium apud Marathona factum Plin. 35, 8. Induxit et Mineruae tectorium lacte et croco ſubactum Idem 36, 23.

PANARĔTVS, i. m. [πανάρετος] *dici poteſt, Omnium virtutum continens:* πᾶν *enim totum ſignificat,* ἀρετὴ *virtus.* Martial. 6, 89 Arguto madidus pollice panaretus.

PANARIVM, *vid.* PANIS.

PANATHENAEA, ōrum. n. *Pl.* [Παναθήναια] *Quinquennalia Mineruae feſta, ſeu ludi ac celebritates, quae quinto quoque anno in Palladis honorem Athenis fiebant: vnde apud* Cic. in Orat. 38. *et* de Sen. c. 5 *et* 7 Panathenaicus liber *ab Iſocrate ſcriptus, ſic dictus, quoniam in* Panathenaeis *erat recitandus. Continet autem Athenarum encomium, et rerum ab Athenienſibus geſtarum.*

PANATHENAICON, i. n. [παναθηναϊκὸς] *Vnguenti genus, quod (vt* Plin. 13, 1 *inquit)* Athenae perſeueranter obtinuere.

PANAX, *vid.* PANACES.

PANCARPIAE, ārum. f. *Pl.* dicuntur Coronae ex vario genere florum factae Feſt. *et* Tertull. *adu.* Valent. c. 12.

PANCARPINEVS, a, um. Adi. *apud* Varronem *eſſe dicitur.*

PANCARPON, i. n. [πάγκαρπον] *Spectaculi genus eſt, quaſi Omnium arborum fructibus concinnata ſilua, apud* Imperatorem in Nouel. de Conſulib. §. ac primus quidem. *conf.* Caſſiod. Var. 5, 42. *et Cerd. Adu.* 52, 3.

PANCHĀĬA, ae. f. [Παγχαία] *Regio Arabiae, tota arenoſa, in qua arbores ſponte natae tus emittunt.* Virg. Georg. 2, 139 Totaque turiferis Panchaïa pinguis arenis. Seruius *ſcribit* Panchaïam, Arabiam, et Sabaeorum gentem eandem eſſe, apud quam naſcitur tus. Diues Tibul. 3, 2, 23.

PANCHAEVS, a, um. Adi. [Παγχαῖος] Arx Valer. Argon. 1, 575. Cinnama Claud. de Nupt. Hon. 94. Odores, *Arabici* Lucret. 2, 417. *De* Panchaeis Ophiophagis, deſerta Libyae habitantibus Mela 3, 9.

PANCHĀĬCVS, a, um. *Aliud* Adi. [Παγχαϊκὸς] Tellus Ouid. Met. 10, 309.

PANCHRESTVM, i. n. [πάγχρηστον] *Medicamentum nobile, quod Latine dici poteſt Omnibus conducibile, vel omnibus affectibus vtile.* Cic. Verr. 3, 152 c. 65 Aduentu L. Metelli Praetoris, quum omnes eius comites iſte ſibi ſuo illo panchreſto medicamento amicos redemiſſet, aditum eſt ad Metellum, et eductus eſt Apronius. *Pecuniam intelligit* Plin. 36, 20. *Etiam dicitur* Panchreſtos *fem. Medicamentorum compoſitio* Plin. 23, 7.

PANCHRESTARIVS, i. m. *Artifex operis dulciarii.* Arnob. 2 p. 70. *Vid. Elmenhorſt. et Turneb. Aduerſ.* 13, 14. *et Salmaſ. in* Lamprid. Heliog. c. 32.

PANCHRŌMOS, i. m. [πάγχρωμος] *Herba Verbenacae* Apul. de Herb. c. 3.

PANCHRVS, i. m. *Gemma varii coloris* Plin. 37, 10.

PANCHRYSOS, i. com. *Totus aureus.* Plin. 5, 29 Berenice (*vrbs Aegypti*) Panchryſos cognominata eſt.

PANCRATION, *quidam* PANCRATIVM, *Herba apud Galen. 8. de Simplic. Medic. facultatibus* 32. *Vid. et Dioſcor.* 2, 168. *Pro cichoreo* Plin. 20, 8. *Pro ſcilla* Plin. 27, 12. *et* Apul. de Herb. c. 42.

PANCRATIVM, i. n. [παγκράτιον] *quaſi omnium virium pugna, neruorum omnium contentio, Ludus gymnicus, luctam et pugilatum complexus: quod Graecis (res enim Graeca eſt) Auctoribus conficit luculenter Pet. Faber Agoniſt.* 1, 9. *Diſerte in primis Ariſtoteles,* ὁ δυνάμενος θλίβειν καὶ κατέχειν, παλαιστικός· ὁ δὲ ὦσαι τῇ πληγῇ, πυκτικός· ὁ δὲ ἀμφοτέροις τούτοις παγκρατιαστικός. *Ita* Diagoras *apud* Gell. 3, 15 Tres filios habuit, vnum pugilem, alterum pancratiaſten, tertium luctatorem. Gellius *idem* 13, 27 *graphicam habet deſcriptionem:* Athletarum, qui Pancratiae vocantur, — ad certandum vocati proiectis alte brachiis conſiſtunt, caputque et os ſuum manibus oppoſitis quaſi vallo praemoeniunt, membraque eorum *omnia* priusquam pugna mota eſt, aut ad vitandos ictus cauta ſunt, aut ad faciendos parata. Sen. de Benef. 5, 3 Lacedaemonii vetant ſuos pancratio aut ceſtu decernere, vbi inferiorem oſtendit victi confeſſio, *etc. Poëtica igitur licentia potius, quam ex vero* Propert. 3, 12, 8 Puluerulentaque ad extremas ſtat femina metas, Et patitur duro vulnera pancratio. Quinctil. 2, 9, 13 Sicut ille exercendi corpora peritus, non ſi docendum pancratiaſten ſuſceperit, pugno ferire vel calce tantum, aut nexus modo, atque in iis certos aliquos docebit: ſed omnia, quae ſunt eius certaminis. Pancratio vincere Plin. 35, 11.

PANCRATIARII, [παγκρατιάριοι] Gloſſ. Lat. Gr.

PANCRATIASTES, ae. m. [παγκρατιαστής] *Qui hoc ludo vtitur, certator et victor adeo* pancratii. Gell. 3, 15 Diagoras tres filios habuit: vnum pugilem, alterum pancratiaſten, tertium luctatorem. *Adde* Plin. 34, 8. *et* Sen. Excerpt. controu. 5, 3.

PANCRATIAS, ae. *Idem. Certe* Gell. 13, 27 Athletarum, qui Pancratiae vocantur, *tuetur Gronouius, et ex hoc ipſo loco hanc formam nominis probari, contendit.*

PANCRATICE. Adu. [παγκρατιαστικῶς] *i. Robuſte: vnde* Pancratice valere, *i. Robuſtum eſſe, vt ſolent, qui pancratio exercentur.* Plaut. Bacch. 2, 3, 14 Benene vsque valuit? C. pancratice atque athletice. *Vid. Panuin. de Lud. Circ.* 2, 2.

PANCROS, *Gemma, vid.* PANCHRVS.

PANDA, *ſeu* PANTICA, *Dea a Romanis ſumma in veneratione habita eſt, ſic dicta, quod* pandat, *id eſt aperiat viam.* Arnobius 4 p. 128 Panda item dicta dea pacis, a pandendis et aperiendis Iani portis. *Meminit* Gell. 15, 15. *conf. Voſſ. Etymol. p.* 366.

PANDANA, Porta Romae, quae antea Saturnia dicebatur, ita dicta a verbo Pando, quod ſemper pateret ad res, quae in vrbem ferebantur. Eadem appellabatur Libera a libertate. *Auctores* Pomp. Feſt. *et* Varro de L. L. 4, 7. *et* Solin. c. 2.

PANDATORIA, ae. f. [Πανδατωρία] *Inſula in mari Tyrrheno* Ptolem. 3, 1. *conf.* Solin. c. 9. *et* Plin. 3, 6. Pantadataria *vocatur* Sueton. Tib. c. 53. *et* Calig. c. 15.

PANDECTES, *et Pl.* PANDECTAE, ārum. c. [πανδέκται] *dicuntur Volumina nihil non continentia, et ex quibus poſſis, quod velis, velut e cornucopiae depromere: vt* Pandectae legum, *quae omne ius complectuntur, a* πᾶν *omne, et* δέχομαι *capio, ſuſcipio.* Gell. Praef. operis, Sunt, qui libros ſuos pandectas, inſcripſerunt. *Hanc inſcriptionem* Plinius *quoque* in Praefatione inter illecebroſas et magna promittentes *numerauit*, propter quas, *vt ipſe inquit*, vadimonium deſeri poſſit. Gell. 13, 9 Tullius Tiro — libros complures — compoſuit. In his eſſe praecipui videntur, quos Graeco titulo πανδέκτας inſcripſit, tanquam *omne* rerum atque doctrinarum genus *continentes. Cum* Digeſta iuris Iuſtinianei *etiam* Pandectas *vocare viſum ſit* (Iuſtin. de confirmat. Digeſtor. §. 1 Nomenque libris impoſuimus Digeſtorum ſeu Pandectarum, qui *omnes* diſputationes et deciſiones in ſe habent legitimas, et quod vndique fuit collectum hoc in ſinus receperunt) *nata fuit ICtis etiam de genere nominis diſputatio. Si* Priſcianum *audimus* 7 *pr.* AS *et* ES *primae Declinationis terminationes* Graecorum tantum et Maſculinorum ſunt. *Hinc certior eorum ratio videtur, qui cum Voſſio de* Anal. 1, 19. *et quos ille laudat ICtis*, hos Pandectas *dicunt. Quod vero* ὁ χάρτης, μαργαρίτης, *etc. apud Latinos feminina fiunt, illud facit, vt neque altera ratio ſimpliciter damnari poſſit. Caeterum cum* λόγος *intelligatur Graece, cum ne quidem bona fide Latinum nomen ſit* Pandecta; *rectius videtur vt* Cometa, *et* Planeta (ἀστὴρ) *tractari. Maſculinum etiam probant L. Gronou. Emend. Pand. c. 21 fin. et Brenckmann. Hiſt. Pand.* 3, 6. *Singul.* Beda de Orthogr. p. 2341 *Putſch.* Vetus et Nouum Teſtamentum, ſi ſimul inſcribitur, Pandectes dicitur.

PANDECTER, ēris. m. [πανδέκτηρ] *Qui omnia continet. Ita liber* 4 Apicii *inſcribitur.*

PANDEMOS, i. m. *Luis ſpecies appellatur apud* Ammian. 19, 4 *a* πάνδημος, *i. Per vniuerſum populum graſſans. Talis eſt etiam illa* Venus Pandemos *Graecorum.*

PANDIA, ae. f. *Gemma varios colores exhibens* Caſſiodor. Epiſt. 5, 34.

PANDICVLĀRIS, e. Adi. Pandicularis dies, idem et Communicarius, in quo omnibus diis communiter ſacrificabatur, Paullus Feſti. *Mirum eſt, niſi aliquid monſtri hic latet.*

PANDICVLOR, āri. Dep. [σκορδινῶμαι] Pandiculari dicuntur, *inquit* Feſtus, Qui toto corpore oſcitantes extenduntur, eo quod pandi fiunt. Plaut. Men. 5, 2, 30 Vt pandiculans oſcitatur.

PANDICVLATIO, ōnis. f. [σκορδινασμός] Oſcitatio, vel potius corporis inter oſcitandum extenſio. Feſt.

PANDĪON, ŏnis. m. [Πανδίων] *Ericbthei Athenarum regis filius, cui ſucceſſit in regno. Huius filiae fuerunt Progne et Philomela.* Nata Pandione, *Progne* Ouid. Met. 6, 634. Ales Pandionis, *Hirundo, vel vpupa* Lucan. ad Piſon. 255. Mons Pandionius Stat. Theb. 2, 720 *arx Athenarum, ſedes Palladis.* Sidon. Qui Pandioniam mouebat orator caueam tumultuoſus, *i. Populum Atticum, cui theatrum pro comitiis.*

PANDIONIVS, a, um. Adi. [Πανδιόνιος] *Idem quod Atticus.* Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 19 Et Pandionias, quae cuſpide protegit arces. *de Pallade.*

PANDO, āre. [κυρτόω] *ſignificat Incuruari, oneri cedere. Vnde* pandari trabs *dicitur, quaſi incuruari, cedereque ponderi.* Plin. 16, 42 At populus contra omnia inferiora pandatur: palma e contrario fornicatur. Quinctil. 11, 3, 100 Leuiter pandata manus, qualis vouentium eſt. Pandare, *Neutrum.* Quinctil. 11, 3, 122 Pectus ac venter ne proiiciantur, obſeruandum: pandant enim poſteriora; et eſt odioſa omnis ſupinitas. *Niſi forte ſenſus ſit*, Pectus ac venter pandant poſteriora. Vitruu. 2, 9 Vlmus et fraxinus celeriter pandant. *Vid. ibi Philandr.*

PANDATVS, a, um. Partic. Apes ſarcina pandatae Plin. 11, 10.

PANDATIO, ōnis. f. [ἀνάπτασις] Vitruu. 7, 1 Contignationes pandationibus ſidentes mouendo ſe faciunt vitia pauimentis.

PANDVS, a, um. Adi. [κυρτός] *Incuruus.* Virg. Georg. 2, 194 Lancibus et pandis fumantia reddimus exta. Aſellus pandus *ab onere* Ouid. de Arte Am. 1, 543. Carinae Virg. Georg. 2, 445. Cupreſſus in operibus ſolet eſſe panda Vitruu. 2, 9. Delphines Ouid. Triſt. 3, 10, 43. *i. ſimi.* Dorſum Senec. Agam. ſ. 6. Fauces Stat. Silu. 4, 3, 71. Iuga boum Ouid. Amor. 1, 13, 16. Lancibus pandis Virg. Georg. 2, 194. Naris *Delphini* Ouid. Met. 3, 674. Naues Lucret. 5, 1441. Rami Ouid. Met. 14, 660. Roſtrum Idem ibid. 14, 282.

PANDO, pandi, paſſum *et* panſum, ĕre. [πετάννυμι] *ſignificat Aperire et patefacere, it. explicare.* Plaut. Bacch. 3, 1, 1 Pandite atque aperite propere ianuam hanc. Pandere, Varro de Vit. Pop. Rom. 1 exiſtimat ea cauſa dici, quod iis, qui ope indigerent, et ad aſylum Cereris confugiſſent, panis daretur. Pandere ergo, quaſi Panem dare, et quod nunquam fanum talibus clauderetur Non. 1, 209. *Sed hi luſus, ne nugas dicam.* Aciem pandere, *vid.* ACIES. Agros pandere pingues Lucret. 5, 1247. Alas ad ſolem Virg. Georg. 4, 28. Alas velorum Idem Aen. 3, 520. Brachia pandit vlmus Idem ibid. 6, 282. Clauſtra pandite ianuae Catull. 59, 76. Domus panditur Virg. Aen. 10, 1. Forem difficilem Ouid. Amor. 1, 6, 2. Varro de L. L. 6, 6 p. 82 *extr.* Hinc etiam ferae, quibus remotis Fores panduntur. Iter alicui Lucan. *ad* Piſon. 212. Limina Stat. Silu. 1, 1, 22. Moenia vrbis Virg. Aen. 2, 234. Pennas in litore pandunt halcyones Idem Georg. 1, 398. Portae panduntur Idem Aen. 2, 27. Spatia membrorum pandit Stat. Theb. 6, 752. Spectacula Hor. Serm. 2, 2, 26. Vela curuato ſinu Ouid. de Arte Am. 3, 500. Vela orationis pandere; *metaphora ſumta ab iis, qui vela ventis explicant.* Cic. Tuſc. 4, 9 c. 5 Quaerebam igitur, vtrum panderem vela orationis ſtatim, an eam ante paullulum dialecticorum remis propellerem. Veſtigia Virg. Georg. 2, 258. Viam Tacit. Hiſt. 2, 4. Viam ad aliquid Liu. 4, 15. Pandere viam fugae Idem 10, 5. Dictis pandere aliquid Lucret. 5, 55. Caſus ſuos Ouid. Met. 14, 221. Medium alicuius rei Cic. in Arat. Rem ordine Virg. Aen. 3, 179. Panditur planities, *Protenditur, ſeſe offert, apparet* Liu. 32, 4. Longe, lateque ſe pandunt diuina illa bona, caelumque contingunt Cic. Tuſc. 5, 76 c. 27.

PANDENS, entis. Partic. [πετάζων] Guttura tria pandens Cerberus Virg. Aen. 6, 420. Idem 8, 712 Nilus pandens ſinus. Pandentes carbaſa nautae Lucan. 2, 697.

PASSVS, a, um. *Aliud* Partic. [πεπετασμένος] *Apertus, extenſus.* Capillus paſſus, *i. reſolutus, ac ſparſus.* Ter. Phorm. 1, 2, 56 Capillus paſſus, prolixus, circum caput reiectus negligenter. Crines Virg. Aen. 1, 484. Caeſ. B. G. 1, 51. Linum paſſum ac tuſum Plin. 19 in Prooem. Manibus paſſis, et Velis paſſis dicimus, *inquit* Gell. 15, 15 quod ſignificat Diductis atque diſtentis. Itaque Plaut. in Mil. 2, 4, 7 A litera in E mutata per compoſiti vocabuli morem, Diſpeſſis dicit, pro eo, quod eſt Diſpaſſis. *Haec ille. conf.* Caeſ. Bell. Gall. 2, 19. Meconium paſſum Scribon. 86. *i. ſiccum, vt* Vua, *et* Racemi, *qui ſiccantur cum panduntur in ſole.* Palmis paſſis, *h. e. Expanſis.* Cic. de Nat. Deor. 2, 111 Minorem autem Septentrionem Cepheus paſſis palmis terga ſubſequitur. Caeſ. Bell. Gall. 1, 51 Quae in praelium proficiſcentes, ne ſe, *etc.* milites paſſis crinibus flentes implorabant. Racemi paſſi Virg. Georg. 4, 269. *i. Rugoſi, quia ſiccati.* Cic. Tuſc. 1, 119 Portum potius paratum nobis et profugium putemus, quo vtinam paſſis Velis peruehi liceat. *de morte.* Vento ſecundo, velo paſſo Plaut. Stich. 2, 3, 44. Verſus paſſi, *i. Soluta oratio* Apul. Florid. 2 p. 241. Vua paſſa Plaut. Poen. 1, 2, 99. *Quomodo fiant docet* Colum. 12, 39, 4. *Vid.* Non. 1, 38. *et* PASSVM, i. n. Paſſos ſenes dixit, Lucilius *apud* Non. 1, 38. *i. Exſuccos.* Idem 4, 364.

PANSVS, a, um. *Idem quod Paſſus.* Panſis in altum brachiis Prudent. Cathem. 12, 170. *Bonos auctores dixiſſe* panſus *pro* paſſus, *negat Burm. ad* Nemeſ. Cyneg. 142.

PASSIM, PASSVM, PASSVS, ûs, *etiam a* PANDO *deriuantur: ſed vide ſſ. ll.*

PASSO, āre. Theod. Priſcian. 1, 34 Quibus vngues paſſauerint.

PASSARIVS, a, um. *Idem quod Paſſus.* Ficus paſſariae Capitol. in Albino c. 11.

PASSIVVS, a, um. Adi. *Vulgaris, promiſcuus.* Amatores Firmic. 7, 18. Congeries Apul. Met. 6 p. 177. Morſus transeuntium viatorum Ibid. l. 9. Venus Ibid. l. 2 p. 122. *conf. Elmenhorſt. Ind. Colu. Not. p.* 129. *Aliud occurret ſub* PATIOR: *vnde forte* Firmici *quaedam huc potius referenda.*

PASSIVE. Adu. Crines per colla paſſiue diſperſi Apul. Met. 11. *Vid. Elmenh. Emend. ad p.* 258. *Add.* Tertull. *adu.* Pſych. c. 2.

PASSIVITVS. Adu. Tertull. de Pallio c. 3.

PASSIVITAS, ātis. f. *Vagatio.* Turbulentia et paſſiuitas Tertull. *adu.* Hermog. c. 41. Paſſiuitas luxuriae Idem Apol. c. 9. *Sic ſaepius alibi. Add.* Saluian. l. 7 p. 237.

PANDOCHĪVM, i. n. Hoſpitium, diuerſorium, ſtabulum, caupona, πανδοχεῖον. Vnde et Caupo ipſe, Pandocheus dicitur.

PANDORA, ae. f. [Πανδώρα] *Mulier formoſiſſima, et gratioſiſſima, cui ſinguli dei ſua dona dederunt, ſcilicet Pallas ſapientiam, Venus decorem, Apollo muſicam, Mercurius eloquentiam. Vnde dicitur* Pandora, *quaſi Omnium donum, vel ab omnibus donata, vel omnium rerum genere donata. Hanc, vt ait Heſiodus, Iupiter in terram miſit, vt homines deciperet.* Prometheus, Iapethi filius, *ait* Hyginus f. 142 primus homines ex luto finxit. poſtea Vulcanus Iouis iuſſu ex luto effigiem mulieris fecit, cui Minerua animam dedit, caeterique dii alius aliud donum dederunt, ob id Pandoram nominarunt. Ea data in coniugium Epimetheo fratri. Inde nata eſt Pyrrha, quae mortalis dicitur prima eſſe creata. *Hactenus ille. Ab Heſiodo et aliis proditum eſt, Pandoram fuiſſe primam mulierem: nam ante eam muliebre genus fuiſſe nullum, auctor Pauſanias in Attica.* Pandoras geneſin *in operibus Phidiae memorat* Plin. 36, 5 ſ. 4, 4. ¶ 2 Pandore *nomen gentis in conuallibus Indiae, qui, vt ait* Plin. 7, 3 ducentos annos viuunt, in iuuentute capillos candidos habent, in ſenectute nigros.

PANDOSIA, ae. f. [Πανδοσία] Plin. 3, 1 Lucanorum in Italia vrbs, in qua Alexander Epirotes occubuit. *Eſt et altera, vt idem teſtatur* 4, 1 eius nominis in Epiro. Iuſtin. 12, 2 Iuxta vrbem Pandoſiam Alexander, non prius fatalis loci cognito nomine quam occideret, interficitur. Liu. 8, 24 *pr.* Data dictio erat Alexandro, Caueret Acheruſiam aquam, Pandoſiamque vrbem: ibi fatis eius terminum dari. *Horum meminit et Strab. lib.* 6.

PANDRŎSOS, i. f. [Πάνδροσος] *Filia Cecropis Athenienſium regis, ſoror Aglauri et Herſes, de quibus* Ouid. Met. 2, 737

Pars ſecreta domus, ebore et teſtudine cultos
Tres habuit thalamos, quorum tu Pandroſe dextrum,
Aglauros laeuum: medium poſſederat Herſe.

PANDVRA, ae. f. *vel* PANDVRIVS, *aut* PANDORIVS, *aut* PANDORIVM *denique* Iſidoro 2, 20 *eſt inter inſtrumenta, quae inflantur.* Sambuca, *inquit*, in muſicis ſpecies eſt Symphoniarum. Eſt enim genus ligni fragilis, vnde et tibiae componuntur. Pandorius ab inuentore vocatus, (*quaſi* Πανὸς δῶρον) de quo Virgilius (Ecl. 2, 32) Pan primus calamos cera coniungere plures Inſtituit, *etc. Fuerit igitur ea, quam* σύριγγα *vocant Graeci*, Fiſtula, cui ſemper decreſcit arundinis ordo. Heſych. σύριγγες πανδοῦρα. Martian. Capella 9 p. 307 Verum per medium quidam agreſtes cānorique ſemidei, quorum Hircipedem (*Pāna*) Pandura, Siluanum enodis arundinis fiſtula ſibilatrix, rureſtris Faunum tibia decuerunt. Martian. Capella p. 313 Panduram Aegyptios attentare permiſi: *etiam hic inter genera eorum, quae inflantur. De Varronis autem* Pandura *nihil equidem inuenio. A* Pandura *eſt*

PANDVRIZARE, *quo vſus* Lamprid. Heliogab. c. 32.

PANEGYRIS, is. f. [πανήγυρις] *Sollemnis conuentus et publicus, ſeu celebritas, quales quinto quoque anno Athenis celebrari ſolitos* ſcribit

ſcribit Herod. 6. *Hinc* πανηγυρικοὶ λόγοι, *id eſt* panegyricae orationes, *quae in huiusmodi conuentibus et maxima celebritate haberentur, idque plerumque de vtilitatibus Graeciae. Sed etiam minores conuentus ſic vocantur. V. g.* Erat in eo ipſo loco illo die nundinarum πανήγυρις Cic. Att. 1, 14.

PANEGYRĬCVS, a, um. Adi. [πανηγυρικὸς] *Orationis Epitheton, quatenus in Panegyri habetur, aut illi apta eſt.* Cic. in Orat. 37 c. 11 Sed quoniam plura ſunt orationum genera, eaque diuerſa, neque in vnam formam cadunt omnia, laudationum, ſcriptionum et hiſtoriarum, et talium ſuaſionum, qualem Iſocrates fecit panegyricum. *Conf.* Quinctil. 10, 4 *extr. Sic exſtat* Plinii Panegyricus Traiano dictus. Panegyrici, *ſubaud.* Sermones. Quinctil. 2, 10 Nam et in iis actionibus, quae in aliqua, ſine dubio veritate verſantur, ſed ſunt ad popularem aptatae delectationem, quales legimus panegyricos, totumque hoc, *etc.*

PANEGYRISTA, ae. m. *Auctor ſermonis panegyrici, apud* Sidon. Epiſt. 4, 1.

PANEROS, i. m. [πανέρως] Gemma eſt, alio nomine Panſebaſtos appellata, quae foecunditatem creditur afferre Plin. 37, 10. *Vid.* PANSEBASTOS.

PANGAEVS, i. m. [Παγγαῖος] *Thraciae promontorium magnum atque excelſum, Macedoniae iunctum, in quo, vt ſcribit Herod. lib. 7 aurea ſunt et argentea metalla. In Sing. eſt Maſc. gen. in Plur. Neutri.* Stat. . . Illi Pangaea reſultant, Iſmaraque. Idem Theb. 6, 666 Qualis Biſtoniis clipeus Mauortis in armis Luce mala Pangaea ferit. Alta Pangaea Virg. Georg. 4, 462. Cana Pangaea niuoſis iugis Lucan. 1, 647. Perfindunt inarata diu Pangaea iuuenci Stat. Theb. 10, 506.

PANGAEVS, a, um. Adi. [Παγγαῖος] Arua Pangaea. Flumina Ouid. Faſt. 3, 739.

PANGO, pĕpigi, pegi *et* panxi, pactum, (*forte etiam* panctum) ĕre. [πηγνύω, πήγνυμι] *ex antiquo* PAGO, *de quo ſ. l. vt nempe Graeci quoque* πήγνυμι *thema eſſe* πάγω, *Aoriſtus ſecundus indicat; vt* Plango *ex* Plago *eſſe,* Plaga *docet. Significat figere et ſic firmare, conſtituere tum manu, tum animo et conſenſu aut lege.* Feſt. Pangere, Figere. Vnde, Plantae pangi dicuntur, quum in terram demittuntur. Hinc, Verſus pangi, vel figi in cera dicuntur. *Hactenus* Feſtus. Pepigi *Praeteritum ducit etiam* Quinctil. 1, 6, 10 a Pago, *non a* Pango. *Nos retulimus* Pepigi *ad* PACISCOR, *cuius ſignificationem habet. Ne plane hic exulet* Pepigi, *facit* Cic. in Piſon. 37 c. 16 Obtinuiſti prouinciam conſularem finibus iis, quos lex cupiditatis tuae, non quos lex generi tui pepigerat. *Vix enim huc paciſcendi notio conuenit. Neque hic eſt varietas lectionis, vt* de Legg. 1, 56 c. 21 Requiri placere terminos, quos Socrates pepigerit: *pro eo enim a Grutero inde editur* pegerit, *et firmat Dauiſius ex libris et* Priſcian. 10 p. 894. Panxeris eſt Colum. 11, 2, 42. Clauum pangere Liu. 7, 3. Oſculum pangere, *Oſculari laudant* Plaut. Curc. 1, 1, 56. *Alii vero aliter leg. Vid.* OPPANGO. Ramulum pangere Suet. Galb. c. 1 *pro Serere.* Tonſillam pegi laeto in litore Pacuu. in Feſt. *i. fixi remum.* Pancturus qui eſt, *ſcil. ſurculos* Pallad. Febr. tit. 9, 10. Colum. de Arb. 3 c. 3 At quae ſine vetere ſarmento panguntur, tardius coaleſcunt, ſed tardius deficiunt. *Et* 3, 3, 12 Nos iam enim vicena millia malleolorum per vineae iugerum inter Ordines pangimus. *Ludit in vſu huius verbi* Colum. 10, 251

Nomine tum Graio, ceu litera proxima primae (βῆτα)
Pangitur in cera docti mucrone (*ſtilo*) magiſtri:
Sic et humo pingui ferratae cuſpidis ictu
Deprimitur folio viridis, pede candida beta (*olus.*)

Nempe vt hortenſe verbum eſt Pangere. *Conf.* Colum. 11, 2, 18. Pallad. Febr. 9, 7. *et* Ian. 15, 1. *Sic ad ſtili opus quoque refertur, quo figuntur in tabella cerata literae. Hinc* Verſus pangere *eſt ſcribere.* Cicer. Fam. 16, 18 An pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. *Add.* Idem Att. 2, 6. Martial. 11, 4 At quam victuras poteramus pangere chartas. Carmina lucida pango Lucret. 1, 932. Ego mira Poëmata pango Hor. de Arte Poët. 416.

PACTVS, a, um. Partic. Litoribus noſtris ancora pacta tua eſt Ouid. Her. 2, 4. *aliam notionem, vid. ſub* PACISCOR.

PACTĬLIS, e. Adi. [πηκτὸς] *Iunctus.* Pactilis corona Plin. 21, 3.

PAGES, is. f. *Compactio. vnde* Compages. *Vid.* Non. 1, 137.

PAGMENTVM, i. n. *Laudatur ex* Vitruu. 4, 6 *Sed nihil ibi praeſidii:* Corona ſumma quae ſupra antepagmentum ſuperius imponitur. *Erratum in Indice edit. Elzeuirianae, vbi* Pagmentum *ex h. l. ponitur.*

PANCTIO, ōnis. f. Pallad. Oct. t. 3 Vitium fertilitatem prouidebimus panctioni.

PAGĬNA, *quaſi* Pangina, *a pangendo. Vid. ſuo loco.*

PANGONIVS, i. m. Gemma non longior digito: ne cryſtallus videatur, numero plurium angulorum cauetur Plin. 37, 10.

PANICVLA, *vid.* PANVS.

PANĬCVM, i. n. [ἔλυμον] *Genus frugis.* Plin. 18, 7 Panicum a paniculis dictum, cacumine languido nutante, paullatim extenuato culmo, paene in ſurculum praedenſis aceruatur granis, cum longiſſimo pedali, milii comae granum complexae, fimbriato capillo curuatur. Sunt et panico genera: Mammoſo e pano, paruis racemato paniculis, et cacumine gemino. *Conf.* PANVS, PANICVLVS, *ad etymon Plinii intelligendum.* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 22 Panico enim vetere, atque hordeo corrupto omnes alebantur. ¶ 2 Panicum, πανικὸν, *vid.* PAN.

PANION, i. n. *Herba, al. ſatyrion.* Apul. de Herb. c. 15.

PANIS, is. m. [ἄρτος, πύρνα, πύρνος] *Maſſa farinacea ſicco calore cocta.* Pane *in Neut. gen. ap.* Plaut. Curc. 2, 3, 88. *leg.* Chariſ. *et* Non. 3, 161. *Conf. ad l. c. Taubm.* p. 336. Arnob. 1 p. 36 Non item apud vos eſt poſitum *hoc Pane*, et *hic Panis*? *De Genitiu. Plural.* Chariſ. 1 p. 124 Panium Caeſar — dici debere ait. Sed Verrius — panum — neutrum autem puto poſſe dici, quia de iis eſt nominibus, quae, cum pondere numero menſuraque conſtant, ſemper ſunt ſingularia. Panum *probat* Priſcian. 7 p. 771. Nonius 1, 321 Panis proprietatem a paſcendo putant veteres exiſtimandam. Varro de vita Populi Romani 1 Paſtillos et panes haec vocabula paſtus, quod eſſe, paſcere dicebant. Panis *apud* Iſidor. 20, 2 dictus a πᾶν omne, quod cum omni cibo apponatur, vel quod omne animal eum appetat. Varro de L. L. 4, 22 *pr.* Panis, quod primo figuras faciebant mulieres in panificio Panis, *etc. Scaliger cum defendit, certe excuſat, hoc etymon, non* Panis *videtur legiſſe, qui Genitiuus eſt ex* Pan. *ſed* Pani *i. glomeris,* τολύπης. *Caeterum aliam etymologiam ſuppeditat Scaliger ex Athenaeo, apud quem* πανὸς ἄρτος, Μεσσάπιοι. καὶ τὴν πλησμονὴν πανίαν, καὶ πάνια τὰ πλήσματα. καὶ Ῥωμαῖοι δὲ πᾶνα τὸν ἄρτον καλοῦσι. *Locus eſt Deipnoſ.* 3, 27. *Totus ille locus a capite inde* 25 ad 30 *eſt claſſicus de* Panis *et* Panificii *antiquitate, generibus, etc. Multa* Plin. 18, 11. *et* Iſid. Orig. 20, 2. *Ne de Caelio Rhod.* 9, 16 *et Pitiſco dicam, qui Graeca Latinis, antiquas appellationes nouis miſcuere. Antiquas certe dabimus pleraſque* n. 2. *Conf. Iac. Gothofr. ad* l. 5 C. Theod. de annonis ciuicis. *Barth. Adu.* 11, 8. *De modo conficiendi panem vid.* Sen. Epiſt. 90 Aliquis — farinam aqua ſparſit, et aſſidua tractatione perdomuit, finxitque panem, quem primo cinis calidus et feruens teſta percoxit: deinde furni paullatim reperti, et alia genera, quorum feruor ſeruiret arbitrio. Cic. in Piſon. 67 c. 27 Piſtor domi nullus, nulla cella. Panis et vinum a propala atque de cupa. Plaut. Curc. 2, 3, 88 Haec ſunt ventri ſtabilimenta, panis et aſſa bubula. ¶ 2 *Iam videamus Epitheta et Formulas.* Acetoſus panis, *vid.* ACVS, ĕris. Aduſtus Hor. Serm. 2, 8, 68. Alexandrinus Apic. 4, 1 *vbi vid. Liſter.* Ardinienſis l. 5 C. Th. de Annonis ciuicis. Artopticius, *vid.* ARTOPTA. Ater Ter. Eun. 5, 4, 17. Autopyrus Scrib. 227. Azymus Idem 113. Buccellatus, *vid. ſub* BVCCEA. Cacabaceus *ap.* Zenon. Veron. ad neophytos poſt baptiſm. ſerm. 6 Non illos panes aura corrupit, non fumus amarus infecit, non frigus eliſit, quod plus eſt; ſine fermento leuati ſunt: certe cacabacei non ſunt, non vetuſti, non vſti, non crudi, non mucidi. *Caſaub. in* Lampr. Heliog. c. 19 *interpretatur, qui malum ſaporem habent a cacabo, in quo aqua calefacta eſt. Dufrenius malit atros intelligere.* Caerulei panis mucida fruſta Iuuen. Sat. 14, 128. Quinctil. 6, 4 *de riſu*, Vatinius, quum reus agente in eum Caluo, candido frontem ſudario tegeret, idque ipſum accuſator in inuidiam vocaret: Quamuis reus ſum, inquit, et panem Candidum edo. *Contrarium* Niger panis. Cantaber *v. v.* Cibarius panis, *vilis et ſordidus, qualis eſt ſeruorum* Cic. Tuſc. 5, 97 c. 34 Cui quum peragranti Aegyptum, comitibus non conſecutis, cibarius in caſa panis datus eſſet, nihil viſum eſt illo pane iucundius. *Varias appellationes* cibarii panis *Graecas et Latinas dabit Rigalt. ad Artemid.* p. 31. Ciuilis panis *a* Iuſtiniano l. vlt. C. de iure dotium, *et* l. Hac edictali §. His illud C. de ſecundis nuptiis *appellatur, quam alias* Annonam ciuilem *vocat* Authent. de non alim. §. Haec ergo. Clibanites, *vid.* CLIBANVS. Cumanus *ſordidus* Lucill. *ap.* Non. 5, 97. Diſpenſatorius *a* Vet. Schol. Horat. Epiſt. 2, 1, 123 *vocatur, quem* ſecundum *vocat Horatius.* Durus ac ſordidus Sen. Epiſt. 18. Fermentatus, *vid. ſ. l.* Fiſcalis *qui populo diuiditur, apud* Vet. Schol. Perſ. 3, 112. Furfureus, *vid. h. v.* Furnacei *in furno cocti* Plin. 18, 11 ſ. 27. Gradilis, *vid. ſub* GRADVS. Improbus, *vid.* Bucca, *pro Fruſto panis in* BVCCA. Senec. de Benef. 2, 7 *pr.* Fabius Verrucoſus beneficium ab homine duro aſpere datum Panem Lapidoſum vocabat, quem eſurienti accipere neceſſarium ſit, eſſe (*i. edere*) acerbum. Luteus, *vid.* LVTVM. Maceratus ex aqua panis Scribon. 227 *quem* 228 *ſimpliciter* ex aqua panem *appellat.* Malus Sen. Epiſt. 123. Mendicatus Iuuen. Sat. 10, 277. Militaris Plin. 18, 7 ſ. 12, 2 Lex certe naturae vt in quocunque genere pani Militari tertia portio ad grani pondus accedat, *i. Naturae experimentis cognitum, quod leges de pane militari iubent, vt v. g. pro ter mille libris granorum, reddantur quater mille panis.* Mucidus, *vid. ſ. l.* Nauticus, *vid.* NAVIS. Niger Mart. 11, 57. Oſtrearii Plin. 18, 11 ſ. 27. Picentinus Idem 18, 11. Apic. 4, 1. Plebeius Sen. Epiſt. 119. Potior panis mellitis placentis Hor. Epiſt. 1, 10, 11. Pulcherrimus longe Hor. Serm. 1, 5, 89. Secundarius, *vid.* SECVNDVS. Siligineus plebeio *opponitur* Sen. Epiſt. 119. Sordidus Plaut. Aſin. 1, 2, 16. Sen. Epiſt. 18. Speuſticus a feſtinatione Plin. 18, 11 ſ. 27. Subcinericius, *vid. ſ. l.* Adhibere aliquid ad panem, *vid.* ADHIBEO. Dare alicui venenum in pane Cic. pro Cluent. 169. Frangendus panis inermi gingiua Iuuen. Sat. 10, 200. Imponere panem Scribon. 227. Cum ſale panis Latrantem ſtomachum bene leniet Hor. Serm. 2, 2, 18. Viuere ſecundo pane, et ſiliquis Hor. Epiſt. 2, 1, 123. *Prouerbiale eſt* Plaut. 2, 2, 18 Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera. ¶ 3 Panes *etiam vocant auctores, Materiam quamcunque in morem panum formatam, ſic,* Aerei panes Plin. 34, 11. Aphronitri Stat. Silu. 3, 9, 37. Ex fimo bubulo factus Marcell. Empir. Porcinus panis, *Cyclamen* Apul. de Herb. c. 17.

PANICELLVS, i. m. Dimin. Plin. Valer. 1, 6 Panicellus debuccellatus.

PANICEVS, a, um. Adi. Plaut. Capt. 1, 2, 59 Milites paniceos, piſtorienſes, placentinos, *iocoſe dicit et ludit paraſitice.*

PANOSVS, a, um. Adi. *Pani ſimilis alendi facultate:* Cibus magis panoſus C. Aurel. Tard. 2, 14.

PANICOCTARIVS, a, um. Adi. Panicoctaria mulier Chryſolog. Serm. 99. *Vid. Meurſ. p. 2. Crit. Exercit.* 2, 32.

PANĬFEX, ĭcis. *et* PANIFICVS, i. m. [ἀρτοποιὸς] *Qui panes facit.* Panifex *et* Panificus Gloſſ. Gr. Lat. ἀρτοποιὸς *et* Onomaſt. vet. Panificus *eſt etiam* Vulg. 1 Sam. 8, 13.

PANIFICIVM, i. n. [ποπανεῖον Gloſſ. Lat. Gr.] *A pane faciendo.* Celſ. 2, 18 Scire igitur oportet omnia legumina, quaeque ex frumentis panificia ſunt, generis valentiſſimi eſſe. Valentiſſimum voco, in quo plurimum alimenti eſt. *Idem paullo poſt*, Quo minus mirum eſt, opus piſtorium valentiſſimum eſſe quod ex frumento, adipe, melle, caſeo conſtat. *Eſt igitur omne genus* panis *vel cibi ad ſimilitudinem panis et e frumentis vel leguminibus facti. Sic* Panificii *nomine* Popana, quae Serapidi offerebantur, *deſignat* Suet. Veſp. c. 7.

PANARIVM, i. n. [κάρδοπος, θύλακος] *Panis receptaculum.* Plin. Epiſt. 1, 6 Proinde quum venabere, licebit auctore me, vt panarium et lagunculam, ſic etiam pugillares feras. Suet. Calig. c. 18 Sparſit et miſſilia variarum rerum, et panaria cum opſonio viritim diuiſit. Idem Domit. c. 40. Varr. de L. L. 4, 22 Panarium, vbi panem ſeruabant. Stat. Silu. 1, 6, 31 Hi panaria candidasque mappas Subvectant, epulasque lautiores. *Al.* Pannaria. *Vid. Stuck. Ant. Conuiu.* 1, 35.

PANARIŎLVM, i. n. Dimin. [θυλάκιον] *Vaſculum vimineum, in quo ſeruatur panis.* Martial. 5, 50 Cum panariolis tribus rediſti.

PANARIVS, i. m. [ἀρτοπώλης] Vet. Gloſſ.

PANARICIVM, i. n. Apul. de Herb. c. 42 Scyllae radix piſata cum aceto et pane impoſita Panaricium ſanat. *Humelbergius* Paronychia *e quo nomine Graeco* Panaricium *recentioris aeui corruptum putat.*

PANISCI. Dimin. *a* PAN. *v. v.*

PANISSA, ae. c. Flumen in Thracia, non procul ab Apollonia Plin. 4, 11.

PANNEVS, PANNICVLARIA, *vid.* PANNVS.

PANNŎ-

PANNŎNIA, ae. f. [Παννονία] *Regio ingens, quae Hungariae hodiernae vtcunque reſpondet.* Pannonia prouincia facta Paterc. 2, 39, 3. Domanda Pannonia Ouid. Triſt. 2, 225.

PANNONIVS, i. m. Idem. Armiferi Pannonii Auſon. Epigr. 3, 4. *Conf.* Ouid. ad Liu. v. 390. Fallax Tibull. 4, 1, 109. Ferox Stat. Silu. 1, 4, 78.

PANNONĬCVS, a, um. Adi. [Παννόνιος] Suet. in Aug. c. 20 Reliqua per legatos adminiſtrauit, vt tamen quibusdam Pannonicis atque Germanicis, aut interueniret, aut non longe abeſſet. Cattae Pannonicae Martial. 13, 69.

PANNONIS, ĭdis. f. Lucan. 6, 220 Pannonis vrſa.

PANNICVLA, *vid.* Panicula, *in* PANVS.

PANNVS, i. m. [ὕφασμα, λῖτον] *Textum illud, quo veſtimur. Etymologiam poſt Scaligerum ad* Varr. de L. L. p. 45 *copioſe tractauit Menag. Amoenit. Iur.* c. 39. *Breuiter* Πῆνος *Dor.* Πᾶνος *eſt textile de comis: inde* Panus, Panicum, Panicula: *inde etiam* Pannus, Panniculus. *Prima origo πάω denſo, etc.* Rubros pannos Cruore lauit obſtetrix Hor. in Epod. 17, 51. Inducto panno ſpiſſo medicamentum imponitur 160. Inligata panno 172. Quem duplici panno patientia velat Hor. Epiſt. 1, 17, 25 *i. craſſo.* Tincti ferrugine Ouid. in Ibin 233. Velatus albo Hor. Carm. 1, 35, 21. Vincire membra pannis Ouid. in Ibin 233 *pro inuolucris infantum. Conf.* Prudent. Apoth. v. 608 ſeqq. Pannus, *pro Plagula.* Hor. de Arte Poët. 15 Purpureus late qui ſplendeat vnus et alter Aſſuitur pannus. Diadema Pannum, *contemtim aliquis appellat* Valer. Max. 7, 2 ext. 5. O nobilem magis quam felicem pannum, quem ſi quis penitus cognoſcat, — ne humi quidem iacentem tollere vellet. Pannum, neutro genere protulit Naeuius Tabellaria, Qui habet vxorem ſine dote, pannum poſitum in purpura eſt. Non. 3, 165 Vet. Lex. ῥάκος, pannum. ¶ 2 Pannus, *pro Veſtimento lacero frequentius a Latinis ſcriptoribus accipitur, et hinc mendicis ac egenis vulgo tribuitur.* Sen. Epiſt. 20 Magnificentior mihi crede ſermo tuus in grabato videbitur et in panno. Idem Nemo naſcitur diues; quisquis exit in lucem, iuſſus eſt lacte et panno eſſe contentus. *Vid. Barth. Aduerſ.* 19, 11. *Saepius tamen in Plurali vſurpatur, vti* ῥάκη, *vt ſignificetur aut ſciſſa in partes vix ſibi haerentes, aut ex pluribus male conſuta veſtis.* Lucr. 6, 1267 Cooperta pannis corpora. Petron. c. 83 Sola pruinoſis horret facundia pannis. Lactant. de Phoenice Luctus acerbus adeſt et egeſtas obſita pannis. Ter. Eun. 2, 2, 5 Homo annis pannisque obſitus. *Conf.* Heaut. 2, 3, 52. Suet. Calig. c. 35. *Et* Senec. de Ira 3, 19. Pannus, *pro Linamento.* Colum. 6, 12 Pannis aceto et ſale et oleo madentibus inculcatis.

PANNVLVS, i. m. Dimin. Semel obſoleti coloris tunica non ante deponitur, aut mutatur, quam diuturna carie in pannulos defluxerit defruſtata Ammian. 31, 3 *de Hunnis.* Diloricatis ſtatim pannulis Apul. Met. 7 p. 191.

PANNICV̆LVS, i. m. Dimin. [ὑφασμάτιον] Iuuen. Sat. 6, 259 Hae ſunt, quae tenui ſudant in cyclade, quarum Delicias et panniculus bombycinus vrit. *Hic ad delicias indicandas pertinet Diminutiuum. Alias paruitatem et vilitatem notat, vt* Celſ. 6, 18, 8 Vinculum autem ei loco linteolum, aut panniculus quadratus eſt. ¶ 2 *Perſona Mimica* Panniculus, Martial. 5, 62 Te ſucceſſurum credo ego Panniculo. *Mimo, quem pulſans Latinus, riſum mouebat.*

PANNICVLARIA. [παννικυλάρια] *Interdum abſolute ponitur, intellecto* res, *interdum Neutro Plurali, vt* bona *intelligantur. Caeterum* Pannĭcularia Vlpiano *teſte*, dicuntur ea, quae in cuſtodia receptus, ſecum attulit, aut veſtis qua indutus fuerat, qui ad ſupplicium ducitur, aut numi, quos victus ſui cauſa habuerit in promtu: aut leues annuli, hoc eſt, qui rem non excedunt aureorum quinque. Vlpiani *verba haec ſunt* in l. 6 Diuus. De bonis damnatorum, *vbi habes plura. Origo eſt, quod maior pars damnatorum nihil habet praeter* panniculos, *quos Carnifici condonant leges; ſed modum ponit l. c.*

PANNEVS, a, um. Adi. [ὑφασματινὸς] *Quod eſt ex panno. Vnde* Panneae veſtes *dicuntur, ſicut Laneae et bombycinae.* Onomaſt. Panneus ῥάκινος.

PANNŌSVS, a, um. *Aliud* Adi. [ῥακώδης] *Qui ſordida veſte, craſſo laceroue panno, vilique opertus eſt. nec hoc niſi de paupere dicitur.* Iuſtinus 2, 6, 19 Permutato regis habitu, pannoſus ſarmenta collo gerens, caſtra hoſtium ingreditur. Cic. Att. 4, 3 Clodii veſtibulum vacuum ſane mihi nuntiabatur, paucis pannoſis ſine laterna. Aedilis pannoſus Iuuen. Sat. 10, 102. Facies arida pannoſi Senec. de Clement. 2, 6. Faex pannoſa Perſ. 4, 32. *Conf.* Iuſtinian. 2, 6, 19. *Et* 21, 5, 5.

PANNOSITAS, ātis. f. Cael. Aurel. Ac. 1, 11 Cutis veluti ruginoſa, vel ſulcata pannoſitas.

PANNVCIVS, *vel* PANNVCEVS, a, um. Adi. [ῥακώδης] *Idem quod Pannoſus.* Perſ. 4, 21 Dum ne deterius ſapiat pannucia Baucis. Mentula pannucea, *i. Laxa* Martial. 11, 47. Pannucea poma, quae celerrime in rugas marceſcunt Plin. 15, 14 *in fine.* Veſtis pannucea ne centonibus quidem bonis digna Petron. c. 14.

PANNVLEIVM, *vid.* PANVELVM *ſ.* PANVCLVM, *in* PANVS.

PANNYCHISMVS, i. m. [παννυχισμὸς] *In* Gloſſis *redditur* peruigilium. Arnob. 5 p. 173 Quibus myſteriis peruigilia conſecrata ſunt et pannychiſmi graues. Παννύχιον *Aduerbium, ſignificat tota nocte.*

PANOMPHAEVS, i. m. *Iouis epitheton, quia ab omni lingua colitur,* πᾶν *et* ὀμφὴ *vox: vel quod omnium voces audiat.* Ouid. Met. 11, 198 Ara Panomphaeo vetus eſt ſacrata Tonanti, *de vicinia Troiae loquitur.*

PANOPE, es. f. [Πανοπὴ] *Vrbs Phocidis, vocata ſic a* Panopeo *Phoci filio: Stephanus. Strab. lib.* 9 Panopeus *dicitur.* Ouid. Met. 3, 19 Iam vada Cepheſi, Panopesque euaſerat arua.

PANŎPE, es. f. *Nympha marina, a perſpicuitate viſus nomen ſumens,* πᾶν *omne,* ὄπτω, *video. Vna ex Nereidibus. Vid.* Ouid. ad Liu. v. 435. *et* Virg. Aen. 5, 825.

PANOPĒA, ae. f. [Πανόπεια] *Eadem quae et Panope.* Virg. Georg. 1, 437 Glauco et Panopeae, et Inoo Melicertae. Idem Aen. 5, 240 Nereidum Phorcique chorus, Panopeaque virgo.

PANOPOLIS, is. f. Oppidum Aſiae, non procul a Ptolemaide Plin. 5, 10.

PANOPOLITES, ae. f. Aegypti praefectura, quam illi Nomum vocant, eſt. Plin. 5, 9.

PANORMVS, *et* PANORMVM, *et* PANORMIVM, [Πάνορμος] *Ciuitas Siciliae: dicta a nauium applicatione, quae vndique illuc conueniunt. eſt enim* ὅρμος *portus pars.* Sil. 14, 262 Tergemino venit numero fecunda Panormos.

PANOTII, orum. m. *Populi ſunt Scythiae, immani auricularum patularum prolixitate totum corpus tegentes: ſic dicti, quaſi toti auriti.* Iſidorus 11, 2 Panotii, *inquit*, apud Scythiam eſſe feruntur, tam diffuſa aurium magnitudine, vt eis omne corpus contegant. πᾶν enim Graeco ſermone omne, ὦτα aures dicuntur. *Ex quo loco quod apud* Plin. 4, 13 ſ. 27 *legitur*, Fanesiorum aliae, in quibus nuda alioquin corpora praegrandes ipſorum aures tota contegant, *etc. Turneb.* Panotiorum *reſtituit. Natus autem videtur hic error, quod veteres Latini* P *tenuem in aſpiratam ſaepe mutabant. Ita e* Panotiis, Phanotii, *et denique* Faneſii *tandem corrupti ſunt. Similis error eſt in* Pomponio Mela 3, 6 *vbi legitur*, Et Satmalos, quibus magnae aures, *etc. ſcribique debere* Panotios *idem Turnebus arbitratur, optima certe ratione, vt videre poteris. In Plinio ſuffragatur etiam Harduinus.*

PANSAE, [Πάνσαι] *Dicti ſunt, Quibus lati ac* panſi *ſunt pedes: ſicut Plancii, quibus plani ſunt pedes.* Plin. 11, 45 Vola homini tantum, exceptis quibusdam. namque et hinc cognomina inuenta, Planci, Plauti, Scauri, Panſae. *De pedibus hominum loquitur, et vola ipſorum pedem.* Plaut. Merc. 3, 4, 55 Subnigris oculis, oblongis malis, panſam aliquantulum, πλατύποδα. Panſam tamen dictum *putat* Caſſiodorus ab expanſis capillis. *Conf.* Cic. Phil. 11 c. 9.

PANSEBASTVS, i. m. [πανσέβαςος] Gemma, quae afferre fecunditatem exiſtimatur. ita dicta, quaſi prorſus auguſta et veneranda: alias Paneros dicitur Plin. 37, 10.

PANTĂGĂTHVS, i. m. [παντάγαθος] *i. Vsquequaque bonus. Nomen hoc impoſuit Tonſori* Martial. 6, 52. ¶ 2 Pantagathi ſunt etiam Aues, ſic dicti, quod perfectam felicitatem ſpondeant Lamprid. Anton. Diad. c. 4. ¶ 3 Pantagathos *item Herba, quae alias dicitur Pulegium* Apul. de Herb. c. 92.

PANTAGIAS, *vel* PANTAGIES, ae. m. [Παντάγιας] *Fluuius Siciliae. Quidam ducunt a* πατάγῳ *ſonitu: alii* ἀπὸ τῦ πάντα ἄγειν, *quod obuia quaeque proſternat, ac ſecum rapiat.* Hic Fluuius, (*inquit* Seruius) quum plenus incederet, implebat ſonitu paene totam Siciliam. Hic poſtea, quum Cereri quaerenti filiam obſtreperet, tacere iuſſus eſt numinis voluntate. *Haec ille enarrans illud* Virg. Aen. 3, 689 Viuo praeteruehor oſtia ſaxo Pantagiae, Megarosque ſinus, Tapſumque iacentem. Rotans ſaxa Pantagias Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 58. *Conf.* Ouid. Faſt. 4, 469. *Et* Sil. 14, 232.

PANTALEON, ontis. m. [Πανταλέων] *Nomen Graecis familiare. De Tyranno huius nominis, vid.* Feſtum in Piſitalis. *De* Pantaleonte *principe Aetoliae, vid.* Liu. 42, 15. *Plura notat Burm. ad* Quinct. 7, 9 p. 648.

PANTANVS, Lacus in Dauniorum Italiae populorum finibus ſitus Plin. 3, 12.

PANTARCES, is. m. [παντάρκης] *i. Omnes iuuans.* Arnob. 6 p. 199 Phidias, cum Olympii formam Iouis molimine operis extuliſſet immenſi, ſuper Dei digito inſcripſit PANTARCES PVLCHER: nomen autem fuerat amati ab ſe pueri.

PANTHĔA, *quaſi dicas* πανθέατος, *Omnium viſu digna. Hoc nomen feminis fuiſſe impoſitum in antiquis lapidibus obſeruat* Reineſ. Inſcript. claſſ. 1 n. 3 p. 10. *Sed* Panthea, *penult. producta* [Πάνθεια] *quaſi Tota diuina, V. g. Vxor illa* Vxor fuit Abradatae regis Suzorum *apud Xenophontem lib.* 7.

PANTHĔON, i. n. [Πάνθειον] *Templum Romae, quod (vt Dion hiſtoricus refert) ſic dictum fuit, quod in Martis Venerisque imaginibus, ſub ipſo templo conſtitutis, omnium deorum imagines efficlae erant. Siue quod templum ipſum rotundum ſit, caeloque perſimile, et ſic quoque omnium deorum habitatio cenſeatur.* Plin. 36, 15 Pantheon Ioui Vltori ab Agrippa factum. Item 34, 3. *et* 9, 35. *Hodie vulgo id templum appellatur D. Mariae rotundae. quod Bonifacius Pontifex max. a Beato Gregorio quartus, dono accipiens a Phoca Caeſare, in templum omnium Sanctorum conuertit.*

PANTHER, ēris. m. [πανθὴρ] *a quo* PANTHĒRA, ae. f. *Animal prorſus ferum et maculoſum: cuius mas Pardus dicitur.* Plin. 8, 17 Panthera et tigris macularum varietate prope ſolae beſtiarum ſpectantur, caeteris vnus ac ſuus cuiusque generis color eſt, *etc.* Ibidem, Quidam ab his pantheras ſolo candore diſcernunt: nec adhuc aliam differentiam inueni. *De pardis.* Caelius ad Cic. Fam. l. 8 *aliquoties petit, vt ſibi e Cilicia* pantherae *mittantur.* Cic. de Nat. Deor. 1, 89 Non crederes leones et pantheras eſſe, quum tibi quales eſſent, dicerentur? Panther caurit amans Auctor Philomelae, *inter opera* Ouidiana, v. 50. Panthera *ferae nomen Graecum ait* Varro de L. L. 4, 20 p. 26, 10. Pantherae, quae in Barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habent, quo quum eſſent vſae, non morerentur Cic. de Nat. Deor. 2, 129. Morſus pantherae Lucret. 4, 1010. Pictarum fera corpora pantherarum Ouid. Met. 3, 668. Pantherarum pelles *heroibus in vſu erant* Virg. Aen. 8, 460 *De Euandro.* Demiſſa ab laeua pantherae terga retorquens. ¶ 2 Panther rete quoddam *eſſe ait* Varro de L. L. 4, 20 p. 26, 11. *Forte quod* multas *et omnes adeo beſtias capiat.* ¶ 3 Panthera *ex Graeco* θήρα *quod venatum ſignificat, notare videtur* capturam, *quidquid vno reti capitur.* Vlpian. de Action. Emti et Vend. l. Ex emto §. vlt. Veluti cum futurum iactum retis a piſcatore eminus, aut indaginem plagis poſitis a venatore, vel pantheram ab aucupe. Nam etiamſi nihil capit, nihilo minus emtor pretium praeſtare neceſſe habebit.

PANTHERĪNVS, a, um. Adi. [πανθηρινὸς] *Quod ad pantheram pertinet:* Pantherina pellis Plin. 35, 11. Pantherinum, *Pantherinae ſimile et varium.* Plaut. Epid. 1, 1, 26 Qui varie valent, caprigenum hominum non placet, neque pantherinum genus. Plin. 13, 15 Menſis praecipua dos in vena criſpis, vel in vertice variis. Illud oblongo euenit diſcurſu: ideoque tigrinae appellantur, hoc intorto: et ideo tales pantherinae vocantur.

PANTHESILĒA, *vid.* PENTHESILEA.

PANTHEVS, *in* Inſcriptionibus *quibusdam eſt Imperator* ἀποθεωθεὶς, *ſcil. Conſecratus. Vid.* Reineſ. 1, 3. *Priapi epitheton eſſe docet Brouckh. ad* Tibul. 1, 1, 24.

PANTHŎĬDES, is. m. [Πανθοίδης] *Pythagoras philoſophus dicitur, qui dicebat ſe fuiſſe Euphorbum Troianum* Panthoi *filium.* Ouid. Met. 15, 161 Panthoides Euphorbus eram, *etc.* Horat. Carm. 1, 28, 10. *Nempe*

PANTHVS, i. m. [Πάνθυς] *Nomen filii Otrei fratris Hecubae: Vir Troianus ex primoribus vrbis, vt oſtendit Homer. Il.* 3. Panthoos *dicitur et* Panthus *per ſynaereſim.* Virg. Aen. 2, 319 Panthus Otriades, arcis, Phoebique ſacerdos. Panthu, *Vocatiuus.* Virg. Aen. 2, 322 Quo res ſumma loco Panthu?

PANTICAPAEVM, i. n. [Παντικάπαιον] *Vrbs maxima ad Boſporum Cimmerium, caeterarum metropolis, condita ab Aeetae filio, cui*

Agae Scytharum rex hunc locum donauerat. Nomen autem accepit a Panticape vicino amne. Meminit Plin. 4, 12.

PANTĬCES, um. Pl. [κενεὼν] Frus ventris, vt ait Feſtus: ſed quid eſſet Frus, nemo dixerit facile. Inteſtina ſignificari, ſuadet illud Plaut. Pſeud. 1, 2, 51 Eo vos panticesque adeo madefacitis, quum ſim ego hic ſiccus. Martial. 6, 64 Qui cum panticibus laxis, et cum pede grandi, Et rubro pulmone, etc. Videtur id ſignificare, quod Galli dicunt, la pance. Ioſ. Scaliger ad Catalecta dicit Pantices eſſe, quod vulgo Farcin vocant, corrupte a Farcimine. Dalechamp. ad Plin. 11, 37 vult, hoc obſoleto vocabulo lactes a Plauto vocatos eſſe. Nominatiuus Sing. Pantex occurrit in veteri Gloſſario, et explicatur ἕλκος ἐπὶ τραχήλυ κτηνῶν: vlcus in collo iumentorum, quod plane huc non conuenit. Melius huc quadrat Tibull. in Priapum n. 83 Inter atra cuius inguina Latet iacente pantice abditus ſpecus: Pantex abdomen laxum, flaccidum, dependulum aniculae, ſub quo latent caetera. Quod eſt in Gloſſ. Iſid. Pandex, qui ſemper pandit ora ad potandum, ea Grammatici de falſa lectione hariolatio eſt: reſpicitque ad locum Plauti in Pſeudolo nobis citatum.

PANTICĬNOR, āri. Dep. Pantices implere cibis. Plauto Capt. 4, 2, 116 reſtituit Salmaſius, vbi legitur, Nam niſi mantiſcinatus probe ero, fuſti pectito.

PANTOLĂBVS, i. m. [Παντολάβος] Notiſſimi ſcurrae nomen apud Hor. Serm. 2, 1, 22. Et 1, 8, 11.

PANTOMĪMVS, i. m. et PANTOMIMA, ae. f. [παντόμιμος] Perſonarum omnium imitator effictorque, qui in ſcenis perſonas per ſingulorum actuum ſimulationes ſaltando oſtendebat. Femininum rarius: V. g. Quorum (diuitum) pantomimae decies ſeſtertio nubunt Sen. ad Helu. c. 12 verſus fin. Quod volunt Pantomimum eſſe etiam ipſam fabulam, quam agat Saltator ille ſ. hiſtrio Pantomimus, falli viros arbitror. Laudatur Plin. 7, 53 ſ. 54 Cornelius Gallus Praetorius, et Q. Haterius eques Rom. in Venere obiere. Et, quos noſtra adnotauit aetas, duo equeſtris ordinis (in Venere obiere, et quidem dum illam exercent) in eodem Pantomimo Mythico (hoc vel eſt proprium nomen, vel illi ab imperito librario ſubſtitutum eſt) tum forma praecellente. Vel haec vltima verba in viam reducere poterant delirantem et hic Harduinum, ac fruſtra inſultantem Salmaſio. Alter locus eſt iunioris Plin. Pan. 46 Idem populus ille aliquando ſcenici imperatoris ſpectator et applauſor, nunc in Pantomimis (hominibus profecto, quos imperatori opponit) quoque auerſatur et damnat effeminatas artes et indecora ſaeculo ſtudia. Perſonae ſunt hic Pantomimi non minus, quam cum dicit Plin. Epiſt. 7, 24 Habebat illa pantomimos, fouebatque effuſius, quam principi feminae conueniret. Pantomimi ergo ſaltatione, hoc eſt manuum geſtu hiſtorias et fabulas ita exprimebant, vt ſub oculos ſubiicerent: ad quam ſaltationem reſpexit Horatius Serm. 1, 5, 63 Paſtorem ſaltaret vti Cyclopa rogabat. Et Iuuen. Sat. 6, 63 Chironomon Ledam molli ſaltante Batyllo. Vid. graphica deſcriptio Pantomimi ap. Caſſiod. Varr. 4, 51: quicum conuenit Epigr. vet. in Pantomimum apud Pithoeum l. 4 p. 131 ita finitur,

Quae reſonat cantor, motibus ipſe probat.
Pugnat, ludit, amat, bacchatur, vertitur, aſtat,
Illuſtrat verum, cuncta decore replet.
Tot linguae, quot membra viro: mirabilis ars eſt,
Quae facit articulos ore ſilente loqui.

Claſſicus de hoc argumento eſt Luciani de ſaltatione libellus. Conf. Oct. Ferrar. de Mimis et Pantom. Scalig. ad Manil. 5, 473. Barth. ad Claud. p. 177. Salmaſ. ad Vopiſc. in Carin. c. 19. Rigalt. ad Artemidor. 1, 78. Et I. B. Carpzou. de Ariſtonis Chii paradoxo p. 84 ſq.

PANTOMĪMĬCVS, a, um. Adi. Pantomimica ornamenta Sen. Epiſt. 29 extr.

PANVS, i. m. [ἀ.αθ.ς] Nonius 2, 623 Panus eſt tramae inuolucrum, quod tumet rotundumque eſt, quem diminutiue Panuclam vocamus. Lucilius lib. 9 Foris ſubtegminis panus eſt. Feſtus Paniculam diminutiuum, non Panulam eſſe vult. Vid. Varronem de L. L. 4, 23. Scalig. Coniect. ad Varr. p. 45. Harduin. ad Plin. 16, 36 ſ. 65. ¶ 2 Panus, [φύγεθλον, βυβὼν] vocatur Tumor ſub faucibus, auribusue, et inguinibus, ex formae ſimilitudine. Afranius Matertera, In quem plenam papulam, panum, tympanum. Nouius Optione, Qui me miſerum miſeriorem reddidit, quam panus puerum. quod pueri aegrius patiantur hoc genus morbi. Haec ex Nonio 2, 623. Vid. Celſum 5, 18, 19. et 5, 28, 10. Scribon. 263. et Plin. 20, 1. Mammoſus panus, vid. ſub MAMMA. ¶ 3 Panus, in arboribus, quae vſitatius Panicula dicitur. Plin. 16, 8 E glandiferis ſola, quae vocatur aegilops fert panos arentes, muſcoſo villo canos, non in cortice modo, verum et e ramis dependentes cubitali magnitudine.

PANICŬLA, ae. f. Dimin. [κύτταρος] ſignificat in arundinibus, iuglandibus, auellanis et ſimilibus Comam illam, in qua ſemina dependent. Plin. 16, 10 Abies e cunctis ampliſſima eſt, et femina etiam prolixior materie, mollior, vtiliorque, arbore rotundior, folio pinnato denſa, vt imbres non transmittat, atque hilarior. In totum e ramis generum horum panicularum modo nucamenta ſquamatim compacta dependent, praeterquam larici. Haec abietis maſculae, primori parte nucleos habent, non item feminae. Piceae vero totis paniculis, minoribus, gracilioribusque, minimos ac nigros. Plin. 16, 36 de arundinibus, Caetero gracilitas nodis diſtincta, leui faſtigio tenuatur in cacumina, craſſiore paniculae coma, neque hac ſuperuacua. Plin. 19, 1. et 18, 7. Quidquid igitur ſublonga et ſubrotunda forma tumet, panicula dici fere poteſt. Plin. 21, 4 Graecula, inquit, roſa conuolutas habet foliorum paniculas. Hinc pro Eadem ceruorum cornua teneris increſcunt ferulis, arundineas in paniculas Plin. 8, 32 ſ. 50. i. ad ſimilitudinem panicularum in florentibus arundinibus conſpicuarum. Paniculum tectorium, apud Plautum, quod legebatur in Milite glorioſo 1, 1, 18. Turnebus Paniculam tectoriam reſtituit ex Plinio: vt paniculae leuiſſimae arundinis, qua integi villaticae domus ſolent, intelligantur. ¶ 2 De paniculis inguinum, vid. Apul. de Herb. c. 13. Scrib. Larg. Comp. 82. Marcell. Emp. c. 32.

PĀNĬCVM, i. n. Leguminis genus an frumenti? a Paniculis dictum, ſupra ſuo loco dedimus.

PANVCLA, vel PANVLIA, ae. f. Tramae inuolucrum, ex quo panni texuntur Iſidor. 19, 29. Non. 2, 623 Panus tramae inuolucrum, quem diminutiue Panuclam vocamus.

PANVCLVM, ſ. PANVELVM, i. n. Idem, ap. Varr. L. L. 4, 23 p. 29, 20. Laudat Scal. Heſych. Πηνίον, πανύκλιον ἢ ἄτρακτος, εἰς ὃν εἰλεῖται ἡ κρόκη. Fuerit igitur tubulus ſ. arundo, in quam fila voluuntur, vt textor iis commodius vti poſſit.

PĀPA, ae. f. Orta haec appellatio videtur a voce infantum cibum petentium, cum cibum ac potionem buas ac papas vocent. Vid. Varr. apud Non. 2, 97. vel a Pappas, i. Pater. Patrem item venerabilem notat. Vid. Suid. et Heſych. Fuit nomen hoc commune paſtoribus omnibus in Eccleſia vsque ad Gregorium 7. quo tempore Epiſcopo Romano κατ' ἐξοχὴν tributum eſt. Vid. Io. Diecm. diſſert. de aetat. vocis Papae. Reperitur apud Tertull. de Pudic. c. 13. et Sidon. Epiſt. 2, 10.

PAPARIVS, i. m. Fellator impudicus, ap. Sen. Contr. 2, 9 ſub fin. Alii aliter legunt.

PAPAE. [παπαὶ] Admirantis Interiectio: habet enim in ſe affectum verbi Miror. Donatus, Papae interiectio mira ſubito accipientis. Ter. Eun. 2, 3, 25 Ecquid beo te? P. mene? papae. G. ſic ſoleo amicos. P. laudo. Adde Perſ. 5, 79. Plaut. Epid. 1, 1, 52. et Stich. 3, 1, 24.

PAPAS, vid. PAPPAS.

PAPĀVER, ĕris. n. [μήκων] Herba et Flos vulgaris, cuius ſemini ſoporifera vis ineſt. Plin. 19, 8 Papaueris ſatiui tria genera: Candidum, cuius ſemen toſtum in ſecunda menſa cum melle apud antiquos dabatur. Hoc et panis ruſtici cruſtae inſpergitur affuſo ouo inhaerens, vbi inferiorem cruſtam apium githque cereali ſapore condiunt. Alterum genus eſt papaueris nigrum, cuius ſcapo inciſo, lacteus ſuccus excipitur. Tertium genus rhoeam vocant Graeci, id noſtri erraticum, etc. Capita papaueris ſiluatici Scribon. 73. - - Capitum cortex Id. 220. Semen nigri pap. Id. 143. Aceruus papaueris Lucret. 3, 198. 3, 18. Lacrimae papaueris apud Celſum locis paene infinitis, nihil aliud eſt quam Opium. Vtitur etiam Scribon. 167 et 170. Eidem eſt Succus papaueris 22. 180. Cereale papauer Virg. Georg. 1, 212, in quantum grana in cibo ſunt non iniucundo. Sic Veſcum. Fecundum Ouid. Met. 11, 605. Letheum Virg. Georg. 4, 545. Luteum Catull. in Epithal. Mall. ſ. 59, 195. Nigrum pap. Scribon. 143. 148. Purpureum Propert. 1, 20, 38. Siluaticum Scribon. 22. 73. Soporiferum Virg. Aen. 4, 486. Hinc Redimita papauere frontem nox Ouid. Faſt. 4, 661. Veſcum Virg. Georg. 4, 131. Viride Scribon. 180. ¶ 2 Obſeruatr. Papauer, maſc. gen. Varro, Infrias ſenem papauerem. Plaut. Trin. 2, 4, 8 Formicis obiicis papauerem. Ex Nonio 3, 117. conf. Plaut. Poen. 1, 2, 113. et Trin. 2, 4, 8. In Plur. Virg. Ecl. 2, 47 Et ſumma papauera carpens. Liu. 1, 54 Summa papauerum capita baculo decuſſit. conf. Flor. 1, 7, 7. et Propert. 1, 19, 38. Inter Bellaria fuit. Hinc, Dicta factaque, quaſi ſeſamo et papauere ſparſa Petron. c. 1.

PAPAVERĔVS, a, um. Adi. [μηκώνειος] Comae papauereae Ouid. Faſt. 4, 438 flores papaueris.

PAPAVERĀTVS, a, um. Adi. [μηκωνωτὸς] Papaueratae veſtes, a colore, quem papaueris genus conciliat, candido dicuntur, ſi audimus Hard. ad Plin. 8, 48 ſ. 74. Conf. PAVERATVS ſub PAVIO.

PAPAVERCVLVM, i. n. Herba, quae alias Leontopodion Apul. de Herb. c. 7.

PAPELLIVS Iſter, Conſul, quo tempore bubo infauſta auis Capitolii cellam intrauit, propter quod Nonis Martiis vrbs luſtrata eſt eo anno Plin. 10, 12.

PAPHĀGVS, i. m. [Παφάγος] Epirotes, cum circumſideret vrbem Ambraciam, venatum exiuit, et leaenae catulum nactus ab ea inſecuta dilaniatus eſt, auctore Callimacho. Haec vet. Interpr. Ibidis Ouid. Vid. ſtatim PAPHAGEVS. De Phalaeco Ambraciae tyranno narrat idem Antonin. Liberalis f. 4.

PAPHĀGĒVS, a, um. Adi. Ouid. in Ibin v. 502 Foeta tibi occurrat patrio popularis in aruo, Sitque Paphageae cauſa leaena necis. Sic edebatur; Sed Phayllum praeferunt et Phaylleae Critici.

PAPHIACVS, PAPHIVS, vid. mox PAPHOS.

PAPHLĂGŎNIA, ae. f. [Παφλαγονία] Aſiae minoris regio, a Paphlagone Phinei filio denominata, vt auctor eſt Stephanus.

PAPHLĂGON, ŏnis. m. [Παφλαγὼν] Qui eſt e Paphlagonia. Priſcianus in Periegeſi Dionyſii, Paphlagones poſt hos Mariandynique ſequuntur. Curt. 6, 11, 4 Ludibrio ei fuiſſe ruſticos homines Phrygasque et Paphlagonas appellatos, etc. Vid. Freinsh. Ind. Curt.

PĂPHOS, i. f. [Πάφος] Vrbs Cypri, in qua Venus ſumma cum diligentia colebatur. Ex quo Hor. Carm. 1, 30, 1 eam Paphi reginam appellat. Huius meminit Plin. 2, 96. Virg. Aen. 10, 86 Celſa Paphos.

PAPHIVS, a, um. Adi. [Πάφιος] Vnde ipſa Venus Paphia dicebatur, cuius templum et cultum deſcribit Tacit. Hiſt. 2, 2. et Annal. 3, 62. Myrti Paphiae Ouid. de Arte Am. 3, 181. Myrtus enim dicata eſt Veneri. Puellae Claud. in Eutrop. praef. 2, 65 famulae Veneris, meretrices. Sedes Paphiae Idem de Nupt. Honor. 254. Thyrſi Paphii Columel. 10, 370 lactucae genus.

PĀPIA, gens Romana, vnde v. g. Lex Papia Poppaea, quam tulere M. Papius et Q. Poppaeus, de qua ICti et peculiaris I. G. Heineccii liber. ¶ 2 Papia papae, Varronis Satyrae cuiusdam titulus eſt, quod ſignificat Papae patercule. In ea immodicos laudatores et aſſentatores vituperabat, qui in admirationem ſaepe ſolent prorumpere, et aſſentatoria laude hominibus adulari. Turneb.

PĀPĬLIO, ōnis. m. Inter Vermiculos alatos numeratur, quo nullum animal imbecillius eſt. Plin. 11, 19 Papilio etiam hic ignauus et inhonoratus, luminibus accenſis aduolitans, peſtifer, nec vno modo, nam et ipſe ceras depaſcitur, et relinquit excrementa, quibus teredines gignuntur. Columel. 9, 14, 2. Ouid. Met. 15, 372

Quaeque ſolent canis frondes intexere filis
Agreſtes tineae, res obſeruata colonis,
Ferali mutant cum papilione figuram.

Ferali, quia, vt ait Plin. 28, 10 Papilio lucernarum luminibus aduolans, inter mala medicamenta numeratur. Forte etiam quia apibus et melli infeſtus. ¶ 2 Papilio, [σκήνωμα Gloſſ. Lat. Gr.] Tentorium etiam ſignificat. Plin. 5, 3 Numidae vero Nomades, a permutandis papilionibus: mapalia ſua, hoc eſt domus clauſtris circumferentes. Vetus exemplar habet, A permutandis pabulis. Certiora ſunt apud Veget. 1, 23. Spartian. in Nigro c. 11. Lamprid. Alex. c. 51. Treb. Poll. Trig. Tyran. c. 16. Dicitur etiam Lecticae ſpecies, vid. Voſſ. de Idolol. 2, 10.

PAPILIVNCŬLVS, i. m. Dimin. Tertull. de Anima c. 32.

PAPILLA, PAPILLATVS, vid. PAPVLA.

PAPINIA, gens Romana, e qua is, quem Conſulem ſe vidiſſe ait Plin. 15, 14. it. Papinius Statius Poeta, cuius carmina habemus.

PAPINIĀNVS, i. m. [Παπινιανὸς] Iuriſconſultus, Seuero principi gratiſſimus, Scaeuolae diſcipulus, cui in aduocatione fiſci ſucceſſit. Is eſt, cui filios ſuos Seuerus moriens commendauit: deinde

ab

ab Antonio Caracalla, ſecuri percuſſus, cauſa necis traditur, quod Caracalla, interfecto fratre Geta, ei mandauerit, vt in Senatu et apud populum facinus dilueret: illum autem reſpondiſſe, non tam facile parricidium excuſari poſſe, quam fieri Spartian. Seuer. c. 21.

PAPINIANISTAE, *Iuris auditores, aliquando dicti a Serbidii Scaeuolae diſcipulo* Papiniano, *Iureconſultorum, quorum in pandectas relata ſunt monumenta, longe principe.* Iuſtinianus in Epiſtola ad omnes populos, quae Pandectis eſt praefixa. *Vid. Hotoman. de verbis Iuris.*

PAPIRIA, *ſiue* PAPISIA, *gens patricia Romae fuit, ex qua plures nobiliſſimae celebrantur familiae, diuerſis cognomentis inſignitae. Alii enim* Papirii *dicebantur* Mugillani, *alii* Craſſi, *alii* Curſores, *alii* Paeti, Praetextati, *etc. De omnibus frequens fit mentio apud hiſtoricos.* Papirius *per Latinam literam ſcribendum, numi oſtendunt. Ex hac gente fuit illa* Papiria, *cuius liberta manu miſſa ſtatim pretium illi perſoluit, dicens* Vapula Papiria! *quod in prouerbium abiit, de quo in* VAPVLO.

PAPIRIANA ſaeuitia Liu. 10, 2 *extr.*

PAPPA, ae. f. [πάππα] *Puerorum cibus eſt: deductum nomen a prima voce paruorum.* Varro *ap.* Non. 2, 97 in Cato, de liberis educandis, Quum cibum ac potionem buas ac pappas vocent, et matrem mammam, patrem tatam. *Sed etiam accipitur pro eo, qui puerum alit.* Iuuen. Sat. 6, 632 Timidus praeguſtet pocula pappas. *Sed et Iouem eo nomine appellatum narrat* Alexander *ab* Alex. 2, 22 *A Bithynis vſurpatum legimus, vt adoraturi, montium cacumina conſcendant, et ſine templis* Iouem Pappam *ſalutent, ſicut Scythae* Papeum.

PAPPO, *ſ.* PAPO, āre. [παππάζω] *Blandiuſculis et puerilibus verbis patrem appellare.* Perſ. 3, 17 Et ſimilis regum pueris pappare minutum Poſcis? et iratus mammae lallare recuſas? *Graeci παππάζειν dicunt, quae vox etiam eſt anſerum, vt teſtatur Iulius Pollux.* Pappare, *Cibum ſumere.* Plaut. Epid. 5, 2, 62 Nouo liberto opus eſt, quod pappet. P. dabitur, praebebo cibum. *Vid. Taubm.*

PAPPARIVM, i. n. *Quod edendum praebetur, vt,* Dominicae libidini papparium facere Sen. Controu. 1, 1. *Vid. Gronou. in* Sen. p. 408. *et Pareum Lex. Crit. p.* 881.

PAPPVS, i. m. [πάππος] *Auus dicitur a Graecis traducto nomine.* Auſonius ad nepotem ſuum Protrept. v. 18 Pappos, auiaſque trementes Anteferunt patribus ſeri noua cura nepotes. ¶ 2 Pappus, [πάππος] *Carduorum flos et lanuginoſa quaedam ſubſtantia in aërem ſeſe effundens, vt veluti flocci quidam volare videantur, vel de ipſis carduis dependere.* Lucret. 3, 387 Veſtem nec plumas auium, pappoſque volantes, *vid.* Feſt. *Sic* Pappus, *Lanugo helxines herbae.* Plin. 21, 16 Semen ei lanuginis, quem pappum vocant: quo detracto et cortice, teneritas ſimilis cerebro palmae eſt. *Item* Pappus, *Herba, quae alias Senecio dicitur, quod in pappos abeat, et lanuginem carduorum floribus ſimilem.* Plin. 25, 13 Erigeron a Graecis, quae a noſtris vocatur ſenecio. *Et paullo poſt,* Nomen hoc Graeci dederunt, quia vere caneſcit. caput eius numeroſa diuiditur lanugine (qualis eſt ſpinae) inter diuiſuras exeunte. Quare eam Callimachus Acanthida appellat, alii pappum.

PAPVLA, ae. f. [ψυδράκια, Gloſſ. Lat. Gr. ἐξάνθημα, φῦμα] *Puſtula, tuberculum, quod ieiunae ſaliuae defricatione curatur.* Papulis *cutis exaſperatur, et rubet, leuiterque roditur.* Virg. Georg. 3, 564 Ardentes papulae, atque immundus olentia ſudor. Plin. 28, 17 Papulis nigris, caſeus caprinus ſiccus ex melle et aceto in balneis, oleo remoto. *Vid.* Celſ. 5, 28, 18. *et* Sen. de Vita beata c. 27. Papulae Scribon. 106. — in capite efferueſcentes Idem 243. — oculorum Idem 26. In pecore vt curentur Colum. 6, 31, 2.

PAPILLA, ae. f. Dimin. [θηλή] *Mammae capitulum, vnde extrahitur lac: ſic dicta, quod* papulae *ſit ſimilis. Et de viris mulieribusque dicitur: etiam de animalibus, ac de totis mammis ſaepe accipitur. Proprie* Papilla vberis Col. 9, 11, 4. Plin. 11, 37 *vbi de corde loquitur,* Homini tantum intra laeuam papillam. Varro de R. R. 2, 9 *de canibus,* Praeterea feminas volunt eſſe mammoſas, aequalibus papillis. Dura lupae Propert. 4, 4, 54. Forma papillarum apta premi Ouid. Amor. 1, 5, 20. Habiles papillae Idem ibid. 1, 4, 37. Roſeae Catull. in Camerium ſ. 53, 12. Tenerae Idem in Epithal. Iuliae ſ. 59, 105. Virg. Aen. 11, 803 Haſta ſub exſertam donec perlata papillam Haeſit. Bellula papilla Plaut. Caſ. 4, 4, 22. Turgentes papillae Idem Rud. 2, 4, 10. Tumidae papillae omne habent pectus Ouid. Rem. Amor. 337. ¶ 2 Papilla, *Clauicula in fontibus, qua exerta, aqua effluit: qua etiam fiſtulae immiſſa, aquae curſus prohibetur.* Varro de R. R. 3, 14, 2 Qui ſi naturalis non eſt, vt fere non ſunt in aprico loco, neque habeas in opaco, vbi facias, vt ſunt ſub rupibus ac montibus, quorum alluant radices lacus, ac fluuii, manufacere oportet roſcidum: qui fit, ſi adduxeris fiſtulam, et in eam papillas impoſueris tenues, quae eructent aquam ita, vt in aliquem lapidem incidat, ac late diſſipetur. *Sic edebatur ante Victorium: ab eo exemplaria habent* Mamillas. *Equidem* Papillae *videntur commodiores.* ¶ 3 *Parua* papula *ſ. tuberculum.* Sammon. 134 *de elephantiaſi,* Turpans infandis ora papillis. *Add.* 724. 1100. *et* 1110.

PAPILLATVS, a, um. Adi. *Fuiſſe colligitur ex nomine* Expapillatus, *adusque papillam nudatus.* Plaut. in Mil. 4, 4, 44 Idem et cum nexu in humero laeuo expapillato brachio.

PAPVLO, āre. Cael. Aurel. Tard. 2, 1, 34 Papulare corpus laceſſendo, *i. in papulas attollere* poſſunt malagmata quaedam. *conf.* eundem 3, 4, 54.

PAPVS, *fuit cognomen* Aemiliorum.

PAPYRIA gens, *vid.* PAPIRIA.

PAPȲRVS, i. f. *vel* PAPYRVM, i. n. [πάπυρος] *Fruticis genus.* Plin. 13, 11 Papyrum ergo naſcitur in paluſtribus Aegypti, aut quieſcentibus Nili aquis, vbi euagatae ſtagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitum, brachiali radicis obliquae craſſitudine, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine in gracilitatem faſtigiatum, thyrſi modo cacumen includens. Semine nullo, aut vſu eius alio, quam floris ad deos coronandos. Radicibus incolae pro ligno vtuntur: nec ignis tantum gratia, ſed ad alia quoque vtenſilia vaſorum. Ex ipſo quidem papyro nauigia texunt, et e libro vela, tegeteſque, nec non et veſtem, atque ſtragula ac funes. Mandunt quoque crudum decoctumque, ſuccum tantum deuorantes. Naſcitur et in Syria, circa quem odoratus ille calamus lacum. Neque aliis vſus eſt, quam inde funibus rex Antigonus in naualibus rebus, nondum ſparto communicato. Nuper et in Euphrate naſcens circa Babylonem papyrum intellectum eſt eundem vſum habere chartae. Et tamen adhuc malunt Parthi veſtibus literas intexere. Praeparantur ex eo chartae, *eo modo, quem ex Plinio dedimus in* CHARTA. *Poëtis ſaepius pro Libro ponitur.* Catull. ad libellum ſ. 36, 2 Velim Caecilio, papyre, dicas. Martial. 3, 2 Cordylas madida tegas papyro. Auguſta papyrus, *vid.* AVGVSTVS. Bibula papyrus Lucan. 4, 136. Pagina creſcit multa papyro Iuuen. Sat. 7, 101. ¶ 2 *Vſus etiam alios praeſtabat* Papyrus. *V. g.* Colum. 6, 6, 4 Sanguis *ex vena ſecta in cauda bouis* inhibetur papyri ligamine. *Add.* Veg. Mulom. 3, 3, 4. *Ad* fiſtulas *etiam adhiberi iubet* Veg. 2, 13, 5 *etc.* Vinculum de papyro faciendum *in inſitionibus* Pallad. Febr. 29, 2 *et* 33. Veget. 2, 57, 1 Papyrum candelarum purgatam ſubtiliter carpis, *i. qualis ad candelarum ellychnia pro linamentis adhibetur. Ex* Papyro textili calceos Philologiae ſubligat Phroneſis *apud* Martian. Capellam 2 p. 28.

PAPȲRĀCĔVS, a, um. Adi. [παπυρινὸς] *Quod ex papyro factum eſt.* Plin. 28, 11 Optime ellychnio papyraceo. Papyraceae naues Idem 6, 22 *e caulibus ſ. caudicibus potius papyri.*

PAPYRĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [παπυροφόρος] Amnis papyrifer. *Nilus* Ouid. Triſt. 3, 10, 27. Nilus papyrifer Idem Met. 15, 753.

PAPȲRIVS, a, um. *Idem.* Auſon. Epiſt. 7, 47 Fac campum replices Muſa papyrium.

PAPYRĬNVS, a, um. Adi. *Idem.* Varro *apud* Non. 2, 759 Stilo noſtro papyrino.

PAPYRIO, ōnis. m. *Locus papyro abundans.* Vulgata Exod. 2, 5.

P A R

PAR, pâris. n. [ζεῦγος] *Duo ſimiles et iuncti.* Cic. de Amicit. 15 c. 4 Id mihi eo magis eſt cordi, quod ex omnibus ſaeculis vix tria aut quatuor nominantur Paria amicorum: quo in genere ſperare videor Scipionis amicitiam et Laelii, notam poſteritati fore. Cic. Verr. 2, 47 c. 19 Paria complura ſcyphorum. Par columbarum Ouid. Met. 13, 837. Nobiliſſimum par gladiatorum Cic. de Opt. gen. Orat. 17 c. 6. Plin. 21, 8 Paria nunc componuntur, natura atque luxuria depugnante. Sen. de Prouid. 2 Ecce par deo dignum, vir fortis cum mala fortuna compoſitus. Lucan. 6, 3 Parque ſuum videre Dei *Pompeium et Caeſarem pugnare paratos.* Idem 6, 191 Parque nouum fortuna videt concurrere bellum, atque virum. Lucan. 7, 796 Sed par, quod ſemper habemus Libertas et Caeſar erunt, *i. Caeſar ſemper oppugnabit libertatem Romanam.* Paria ſcyphorum Cic. Verr. 2 c. 19. Inuictum par Conſulum Paterc. 2, 46, 1. ¶ 2 Par *quoque vna quaeque pars paris, coniugum praeſertim. De maſculo:* Ouid. Faſt. 3, 193 Cum pare quaeque ſuo coëunt volucreſque feraeque. *De femina:* Idem ibid. 3, 526 Accumbit cum pare quiſque ſua. Ouid. Faſt. 4, 98 Et docuit iungi cum pare quemque ſua.

PAR, paris. Adi. [ἄρτιος, ἴσος] Aequalis, Similis, Aequus: *cum de* numero *dicitur,* par *eſt, qui per binarium accurate poteſt diuidi. Sic* Par *et* Impar, *contraria.* Cic. Acad. 4, 32 Illos, qui omnia ſic incerta dicunt, vt ſtellarum numerus par an impar ſit, neſciatur, quaſi deſperatos aliquos relinquamus. Pares, *interdum pro Duobus accipiuntur, vt,* Paribus equis vtebantur Romani in praelio, vt ſudante altero tranſirent in ſiccum. Feſtus *h. v.* Pares, *Gemini fratres.* Ouid. Met. 8, 308 Actoridaeque pares. Virg. in Iuuenil. *de Caſtore et Polluce,* Germanique pares *laudante Parrhaſ. Epiſt.* 41. ¶ 2 Par, [εἰκὸς] *Decens, conueniens, aequum.* Quinctil. 5, 12 Si propter matrimonia violata vrbes euerſae ſunt, quid fieri adultero par eſt? Cic. de Legib. 2, 12 Ex quo intelligi par eſt eos, qui pernicioſa, *etc.* Idem ad Atticum 9, 11 Itaque mihi dubitanti, quid me facere par ſit. *Et* de Diuin. 2, 114 c. 55 Caſum autem praelii nemo noſtrum erat, quin timeret, ſed ita, vt conſtantibus hominibus par erat, non aperte. Par eſt autem primum ipſum eſſe bonum virum Cic. de Amicit. 84. Quibus tu, vt par erat, reſtitiſti Idem Fam. 11, 28. Par, centeno gutture niti Perſ. 5, 6. Par eſt animum aduertere ad haec Lucret. 2, 124. Par non eſt Nepos 18, 8, 4. Idem 14, 6, 4. ¶ 3 Par, *eſt* [ὅμοιος] *Similis et aequalis.* Virg. Georg. 4, 99 Et paribus lita corpora guttis, *i. Similibus.* Cic. Fam. 5, 11 Quamobrem reliquis tuis rebus omnibus pari me ſtudio erga te, et eadem voluntate cognoſces. Plaut. Bacch. 5, 1, 23 Quid tibi eſt? N. pol mihi par idem quod eſt tibi. Par et eadem, *vid.* IDEM. Virtutes inter ſe aequales et pares Cic. de Orat. 1, 83. Par et aequalis rebus ipſis oratio Idem in Orat. 132. Aequo et pari iure cum caeteris viuere Cic. Off. 1, 124. Par et ſimilis deorum beata vita Idem de Nat. Deor. 2, 153. Habet omnis hoc voluptas, Stimulis agit fruentes, Apiumque par volantum, Vbi grata mella fudit, Fugit, et nimis tenaci, Ferit icta corda morſu Boëth. 3 Met. 7. Par ſollicito fabula ſomnio Sen. Troad. Act. 2 *extr. Conf. Freinshem. ad* Curt. 5, 5, 7. *Interdum tamen* Par *et* Similis, *differre videntur, vbi* Par *idem eſt, qui aequalis, i. aeque magnus, aeque laudabilis. V. g.* Quinctil. 10, 1 Mihi egregie dixiſſe videtur Seruilius Nouianus, pares eos magis quam ſimiles: *De Salluſtio et Liuio, i. aeque magnos diuerſis virtutibus.* Pſeudo-Cic. in Salluſt. 6 At quanto meliore loco Reſp. tuenda ſtaret, ſi tu par ac ſimilis ſceleſtorum ciuium, vna cum illis adnumeraturus eſſes? Par atque vnum iudicium, *vid.* IDEM. Par atque vna ratio eſt ſpei, laetitiae, moleſtiae Cic. de Orat. 2, 209. Idem Fam. 13, 56 Peto abs te pro noſtra coniunctiſſima neceſſitudine, plurimiſque officiis paribus ac mutuis, vt, *etc.* Poëta oratori multis ornandi generibus ſocius ac paene par Cic. de Orat. 70. Par *et* Diſpar, *contraria.* Auct. ad Herenn. 2, 5 Si non poterit par animi vitium cum cauſa reperire, reperiat diſpar. Neque par, neque diſpar Lucret. 2, 737. Excellere *et* Parem eſſe, *contraria.* Cic. pro Lege Manil. 41 Vt is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis eſſe videatur. Par *et* Inferior, *contraria.* Cic. de Orat. 2, 209 Inuident homines maxime paribus aut inferioribus, quum ſe relictos ſentiunt, illos autem dolent euolaſſe: ſed etiam ſuperioribus inuidetur ſaepe vehementer, et eo magis, ſi intolerantius ſe iactant, et aequabilitatem communis iuris praeſtantia dignitatis aut fortunae ſuae tranſeunt. Paria *et* Superiora, *contraria.* Cic. de Clar. Orat. 215 Erant ei quaedam ex his paria cum Craſſo, quaedam etiam ſuperiora. ¶ 4 *Varie conſtruitur:* Cic. de Nat. Deor. 3, 2 Neque mihi par ratio cum Lucilio eſt, ac tecum fuit. Nep. Hannib. 5 Magiſtrum equitum pari ac Dictatorem imperio. Caeſ. Bell. Gall. 5, 13 *de Hibernia loquens,* Pari ſpatio tranſmiſſus, atque ex Gallia, eſt in Britanniam. Cic. de Inu. 2 c. 2 Si par in nobis huius artis, atque in illo picturae ſcientia fuiſſet. Virg. Ecl. 7, 5 Et cantare pares, et reſpondere parati, *i. Pares arte canendi, et eadem ſcientia praediti ambo. Sic* Sapientia par ad formam, *Tam elegans ingenium, quam vultus* Plaut. Mil. 4, 6, 36. Scientia par in nobis atque in illo eſt Cic. de Inuent. 2, 5. Idem in Piſon. 8 Quos Q. Metellus (facio iniuriam fortiſſimo viro mortuo,

mortuo, qui illum, cuius paucos pares haec ciuitas tulit, cum hac importuna belua conferam) ſed ille deſignatus Conſul, *etc.* Pares fortitudinis Phaedr. 4, 15. *Vid. ibi plura exempla in Not. Burm.* Par ſuperis Tydides Hor. Carm. 1, 6, 16. *i. auſus pugnare contra Martem et Venerem*, comparatus *cum illis in praelio.* Stat. Theb. 6, 839 Inde haec audax fiducia tantum Oenidae ſuperare parem. Val. Fl. 5, 43 Vbi monſtriferae par ille nouercae *i. Hercules comparatus et pugnans cum Iunone monſtra ſibi immittente. Io. Frid. Gronou. Obſ. 1, 23 addit etiam* Liu. 5, . . . Oblatus in acie par Manlius Torquatus. *In his itaque* par *eſt aduerſarius cum altero comparatus in praelio.* Res ſunt pares furta latrociniis Hor. Serm. 1, 3, 122. Aeque pares inter ſe Cic. Att. 16, 13. Aetate par Ouid. Met. 7, 514. Aetate pares, *pro Eiusdem aetatis* Plaut. Merc. 4, 7, 29. Aetate pares miniſtri Virg. Aen. 1, 709. *Sed* Sil. 4, 370 Aetatis mentisque pares. Par ſtudiis, aeuique modis, ſed robore diſpar Stat. Achil. 1, 176. Suffragiis pares competitores Cic. pro Planc. 53. Omni virtute et laude vnus alteri par Idem ibid. 27 c. 11. Cic. pro Font. 26 Qui Induciomaro iſti minaci atque arroganti par in belligerando eſſe poſſit. Par eſt, Quod in omnes aequabile eſt Idem de Inuent. 2, 68. ¶ 5 *Aliae formulae:* Pares amici Mart. 10, 47 *qui pariter amant, gradu licet alio diuerſi. Vid. mox* Pares in amore. Animis paribus, *Vnanimi conſenſu* Liu. 1. Amor par eſt illis Ouid. Met. 12, 416. Arma paria Virg. Aen. 5, 425. Auſpicia Idem ib. 4, 102. Fortuna par duorum Ouid. de Arte Am. 2, 559. Virg. Georg. 1, 208 Libra die ſomnique pares vbi fecerit Horas, *i. aequales: ſemper enim* XII. *Conf.* Lucan. 8, 467. Ingenium par nanciſci Ter. Hec. 1, 2, 95. Ingenium minime voluntati par Cic. pro Corn. Balb. 1. Menſura pari Scribon. 7. 180. 243. Menſuris paribus 133. Cic. pro Lege Manil. 29 Iam vero virtuti Cn. Pompeii quae poteſt par Oratio inueniri? Noxiae Poena par eſto Cic. de Legg. 3 c. 20. Poena par delicto Ouid. Triſt. 2, 578. Pretium laboris dignum, et par Plin. Epiſt. 3, 9. ¶ 6 *Obſeruatt.* Pares in amore, *dicuntur, vt* Pares Amici, Cic. de Amic. 32 *quum mutuo inter ſe pariter amant: contra*, Impares, *quum mutuo non amatur, ſed alteri amanti alter vicem non reddit, neque animum mutuum.* Hor. Epod. 15, 14 Et quaeret iratus parem. Idem *de* Impari Carm. 1, 33, 10 Cui placet impares formas, *etc.* *Rurſus*, Epod. 11, 26 Deſinet imparibus certare ſummotus pudor. *i. Me paullo inuerecundius geram, nec ita pudenter ſummittam amicae, ſed eam aſpernabor, deſinamque ſectari imparem, neque redamantem. Turneb.* Cic. de Senect. 7 c. 3 Pares autem cum paribus veteri prouerbio facillime congregantur. Coëat par iungaturque pari Hor. Epiſt. 1, 5, 25. Nubere pari Ouid. Epiſt. 9, 32. Eſſe paria debent poſteriora ſuperioribus, extrema primis Cic. de Orat. 3, 148. Eſſe pari filo, *non tantum ad textilia pertinet, ſed latius patet:* Lucret. 2, 341 Debent nimirum non omnibus omnia prorſum Eſſe pari filo, *etc.* Pari iugo, *dixit* Plin. in Epiſt. 3, 9 *pro eo quod eſt, Pari ſtudio, parique conatu. Quadrabit in eos prouerbium, qui negotium commune certatim ac ſimili contentione agunt. Translatum a bubus, idem plauſtrum aequali iugo trahentibus.* Plinii *verba ſunt haec*, Habet quidem gloria in ſtudiis praeſertim quiddam ἀκοινώνητον: nobis tamen nullum certamen, nulla contentio, quum vterque pari iugo non pro ſe, ſed pro cauſa niteretur. Eſſe parem, *ſignificat Sufficere alicui operi, ſiue reſiſtendo illi, ſiue exſequendo.* Cic. Att. 12 Eum tamen interpellat fletus, cui repugno quoad poſſum: ſed adhuc pares non ſumus. Nos pares Eſſe aduerſariis non poſſumus Pompei. ſub Cic. Att. 8, 12. *Add.* Ib. Epiſt. ſeq. Nep. 2, 4, 2. *et* 7, 6. 2 *etc.* Eſſe parem oneri ferendo Ouid. Met. 15, 403. Par laboribus corpus Quinct. Decl. 15. Eſſe parem alicui, *pro Aequalia reddere.* Plaut. Capt. 2, 2, 65 Bene merenti, bene profuerit: male merenti, par erit. Cic. Att. 14, 5 Non committam poſthac, vt me accuſare de epiſtolarum negligentia poſſis; tu modo videto in tanto otio, vt par mihi ſis. Superiorem parem eſſe inferiori, maximum eſt in amicitia Cic. de Amicit. 71. *Etiam cum Genitiuo*, Phaedr. 4, 15, 6 Pares dum non ſint veſtrae fortitudinis, *vbi plura dabunt viri docti. Ipſe* Cic. in Piſon. c. 4 Illum, cuius paucos pares haec ciuitas tulit. Mihi omnia cum illo paria ſunt Cic. pro Lig. c. 9. Paria facere cum rationibus *dicitur villicus* Colum. 1, 8, 13. *et* 11, 1, 24 *cum repraeſentare pecuniam poteſt, quam rationes indicant. Hoc deinde ad alia transfertur, vbi compenſantur beneficia, operae, etc.* Senec. de Benef. 3, 9 Quum aliter beneficium detur, aliter reddatur, paria facere difficile eſt. *Conf.* Plin. Paneg. c. 6 *extr.* Nazar. Paneg. Conſt. c. 13. Colum. 12 Praef. 8 Vt cum forenſibus negotiis matronalis ſedulitas induſtriae rationem parem faceret. Cic. de Legib. 3, 19 c. 9 Infima ſummis paria fecit, turbauit, miſcuit. Referre parem gratiam Ter. Eun. 4, 4, 58. Par referre Idem Adelph. 1, 1, 48. Plaut. Pſeud. 2, 3, 26 Euge, Par pari, aliud autem quod cupiebam, contingit. Plaut. Aſin. 1, 3, 20 Par pari datum hoſtimentum eſt, opera pro pecunia. Ter. Eun. 3, 1, 55 Si laudabit haec illius formam, tu huius contra denique Par pari referto quod eam mordeat. *Hunc locum adducit* Cic. Fam. 1, 9. *Paullus Manutius et Faërnus vtrobique legunt*, Par pro pari referto, *ne mancus ſit verſus: idque ex vetuſtiſſimis codicibus.* Bentl. Par tu pari, *etc.* Referre paria paribus Cic. de Orat. 3, 204. Reddere paria in vtramque partem, *vid.* REDDO. Plaut. Truc. 5, 47 Vnguenta, noctes, ſauium. P. par pari Reſpondet. Cic. Att. 16, 7 Vt ſit vnde par pari Reſpondeatur. Ter. Phorm. 1, 4, 35 Verbum verbo, par pari vt Reſpondeas. Paria paribus, omnia omnibus Reſpondeant Cic. de Nat. Deor. 1, 50. *Add.* Idem Att. 6, 1. Par impar, *Genus ludi.* Suet. in Auguſt. c. 71 Miſi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos ſingulis conuiuis dederam, ſi vellent inter ſe poſt coenam vel talis, vel par impar ludere. Hor. Serm. 2, 3, 248 Ludere par impar, equitare in arundine longa. *Obſeruandum hic etiam illud eſt veteres Poëtas claſſicosque* Par, *cum compoſitis* Compar, Diſpar, Impar, *ſemper produxiſſe, vt ex* Catullo, Lucretio, Horatio, *et aliis conſtat: cum contra qui Theodoſii temporibus et poſtea vixerunt, vt* Auſonius, Prudentius, Proſper, Mart. Capella *aliique fere corripuerunt. Quod hic monere voluimus, ne illorum auctoritas iunioribus imponat. Superlat.* [ἰσότατος] *formauit* Plaut. Curc. 4, 2, 20 Eodem hercle vos pono et paro, pariſſimi eſtis iibus. *Sic* Pariſſima talio Gell. 20, 1.

PARĬLIS, e. Adi. [πάρισος] *Significat Aequale.* Lucret. 2, 374 Concharumque genus parili ratione videmus Pingere telluris gremium. Aetate parili Ouid. Met. 8, 631. Noctes pariles agitare dieſque Lucret. 1, 1066. Ratione parili Idem 2, 374. Segetes pariles Varr. de L. L. 4, 20. Accipere, et parili reddere voce Vale Ouid. Triſt. 1, 7, 26.

PARĬLĬTAS, ātis. f. [τὸ πάρισον] *Aequalitas.* Gell. 14, 3 Parilitas virtutum inter ſe conſimilium. *Conf.* Sidon. Epiſt. 4, 4. *et* Aggen. *Goeſ.* p. 53.

PARILĬTER. Adu. Charif. 2 p. 191.

PARĬTAS, ātis. f. Arnob. 2 p. 78 Aut in impari paritas aut dulcedo in amaritudine contineri nequit.

PARIO, āre. *Soluere, Paria facere: hoc eſt, ita rationes reddere, vt paria expenſa ſint acceptis: contrarium* Reliquari. Vlpian. in l. Is qui. D. de manumiſſ. Quaeri poterit, ſi quum hoc ab initio eſſet actum, emtor feſtinauit, et pretium numerauit: an poſtea ei ſatisfacto, ſeruus conſtitutione vti poſſit? et puto poſſe. Proinde etſi ei numos prorogauit emtor, quum ei pariauerit, poterit ad libertatem peruenire. *Quaedam exemplaria habent*, Paruerit; *ſed male. Sed laxiore ſignificatu, parem eſſe.* Tertull. de Reſurr. Carn. c. 53 Pariant inter ſe Chriſtus et Adam. Idem de Reſurr. Chriſti c. 6 Non rapinam exiſtimauit pariari Deo.

PARIATIO, ōnis. f. *Solutio, per quam* paria facit *debitor: cui opponitur* Reliquatio. Scaeuola in l. vlt. §. Item quaeſitum. D. de Condictione indebiti, Item quaeſitum eſt, an pactum, quod in pariationibus aſcribi ſolet in hunc modum, Ex hoc contractu nullam in ſe controuerſiam amplius eſſe: impediat repetitionem? *Quaedam exemplaria legunt* pactionibus.

PARIATOR, ōris. m. *Qui paria fecit: cui opponitur* Reliquator. Paullus in l. Iulius Paullus. D. de conditionibus et demonſtrationibus, Quaeſiſti, ſi ita in teſtamento cautum eſſet: Stichus, ſi rationes reddiderit, cum contubernali ſua, liber eſto, eisque heres decem dato: an Sticho mortuo, antequam rationes redderet, vel pariatore, vel reliqua habente, libera ſit mulier. *Quaedam exemplaria legunt* paria, vel reliqua habente.

PARĬFĬCO, āre. *Idem quod pariare, exaequare.* Orient. Common. 2 p. 91 Trina poteſtatum concluſio parificatur. Sariſb. 3, 14 Parificare aliquem alicui.

PARA. [παρὰ] *Praepoſitio Graeca, in compoſitis, quorum multa etiam ad Latinos tranſiere vel viciniam, et ſimilitudinem, vel vitium et transgreſſionem notat.*

PARABASIS, is. f. [παράβασις] *Latine Transgreſſio dicitur, ſiue Praeuaricatio. Eſt etiam Excurſio quaedam et quaſi Digreſſio, qua, vbi hiſtriones e ſcena diſceſſerant Chorus apoſtrophen habebat ad populum, vel de ſe, vel de Republica, vel de ſingulorum peccatis, etc. Vid. Buleng. de Theat.* 1. 6. *et* 8, 11, 13. *Scalig. Poët.* 1, 7.

PARABŎLA, ae. f. [παραβολὴ] *Similitudo, ἀπὸ τοῦ παραβάλλειν: quod verbum comparare ſignificat, quaſi rerum diſſimilium comparatio. Vnde* Quinctil. 5, 11 Parabola, quam Cicero vocat collationem, longius res, quae comparantur, repetere ſolet. vt Tam fortiter apud Hipponem fecit Scipio, quam vtique apud Vticam Cato. Idem 6, 3. *et* 8, 3 Donatus: Parabola, eſt rerum genere diſſimilium comparatio: *vt* Virg. Aen. 2, 223 Qualis mugitus fugit quum ſaucius aram Taurus, et incertam excuſſit ceruice ſecurim. Sen. Epiſt. 59 Parabolae neceſſariae, vt imbecillitatis noſtrae adminicula ſint, et vt diſcentem et audientem in rem praeſentem inducant. *Conf.* Iſidor. 1, 36, *et* 6, 8. Tertull. de Orat. c. 6. *et* de Praeſcr. c. 31.

PARABOLĬCVS, a, um. Adi. *Paſſim apud* Eccleſiaſticos.

PARABOLICE. Adu. Sidon. Epiſt. 5, 17 *extr.*

PARABOLI, [παράβολοι] *Audaciae proiectae homines Gladiatores praeſertim. Socrates Hiſt. Eccleſ. 7, 22 de Theodoſio iun.* Quum aliquando venationis ſpectaculum in amphitheatro praeberet Conſtantinopoli, populus vociferari coepit, δεινῷ θηρίῳ ἕνα τῶν εὐφυῶν παραβόλων μάχεσθαι. *Hoc* Caſſiodorus Hiſt. trip. 11, 17 *ita vertit*, Crudeli beſtiae artifex parabolus pugnet. *Graphice tales deſcribit idem* Caſſiod. Var. 5, 42. *Et alias quoque παράβολα eſſe* periculoſa, παρακεκινδυνευμένα *oſtendit* Plin. Epiſt. 9, 27, 4 *de virtutibus orationis diſputans*, Sunt enim maxime mirabilia, quae maxime inſperata, maxime periculoſa, vtque Graeci magis exprimunt, παράβολα. *Ad h. l.* Parabolos *et* Parabolanos *illuſtrauit Cellarius, poſt Turneb.* 13, 23. *Nempe*

PARABOLANI, l. 42 *et* 43 C. Th. *it.* l. 18 C. de Epiſcopis, Eccleſiis et Clericis *ſunt Clerici, qui curam aegrorum etiam cum periculo ſuo ſuſciperent, ſed quorum alia quoque audacia et licentia legibus laudatis reprimitur. Omnia hic dedit de verbo et de re Iac. Gothofredus: quae ſi inſpicias facile gloſſatorum, et Alciati adeo, hariolationibus careas. Conf.* PHILOPARABOLOS.

PARACENTĒSIS, is. f. *Curatio, quae fit per acum, aut hamulum infixum, et fiſtulam, qua humor emittitur.* Plin. 25, 13 Pupillas dilatat: et ideo hoc inunguntur ante, quibus paracenteſis fit. Paracenteſin facere *in equo* tympanite *laborante docet* Veg. 1, 43, 3 *eodem modo, quo* Celſus 7, 15 emittenda aqua *curare hydropicum. De* paracenteſi in cura oculi Idem 2, 17, 1.

PARACENTETERIVM, i. n. [παρακεντητήριον] *Inſtrumentum chirurgicum perforationi idoneum, de quo* Veget. Mulomed. 2, 17, 2.

PARACHARACTES, ae. m. [παραχαράκτης] *Adulterator nummorum.* L. 9 C. Th. Si quis ſolidi circulum exter. Falſae monetae rei, quos vulgo Paracharactas vocant, Maieſtatis crimine tenentur obnoxii. *Ex Graecis illuſtrat Iac. Gothofr. Hinc*

PARACHARAXIMVS, a, um. Adi. *Adulterinus, V. g. nummus, a* Paracharacte *factus vel arroſus, etc. Vtitur* Io. Caſſianus Collat. 1, 20. Item 21 *et* 22. *E. g.* Tanquam adulterina nomiſmata et Paracharaxima reprobemus, vtpote quae falſam imaginem regis, non legitime ſignatam, contineant, *etc.*

PARACHLAMYS, ydos, f. [παραχλαμὺς] *Veſtimenti genus eſſe dicitur non modo militare, ſed etiam puerile. Laudatur* Vlpian. in l. Veſtis. de auro et argento legato, in P. Alciat. lib. 11. C. ad l. 1 de veſt. holoſ. Plaut. in Perſa. *Sed. leg. vtroque loco* Chlamys.

PARACLĒTVS, i. m. [παράκλητος] *a* παρακαλέω, *quod Conſolor, rogo et hortor ſignificat: item, Pro alio precator interuenio, vt aduocatus aut patronus. Hinc* Paracletus, *Aduocatus, conſolator, patronus, fautor. Et, Qui in foro ac iudiciis a noſtris Deprecatores vocantur, ii apud Graecos* Paracleti *dicuntur. Sacri ſcriptores et Eccleſiaſtici de Spiritu S. vtuntur.* Tertull. de Virg. Veland. c. 1. Idem de Anima c. 55. *et* de Reſurr. Carn. c. 63. *Penultimam natura longam corripuit* Prudent. Cathem. 5, 160 Spirat de patrio corde Paracletum. Idem Periſteph. 14, 430.

PARACOLLETICVS, a, um. Adi. [παρακολλητικὸς] *vt*, Emplaſtrum paracolleticum Celſ. 5, 19, 6 quod *ipſe ait* a glutinando vocari.

PARACYNANCHE, es. f. [παρακυνάγχη] *Tumor et rubor in faucibus.* Celſ. 4, 4 (*al.* 7) *Sed* παρασυνάγχη *editur.*

PARADA, ae. f. *Nauigii tegumentum vel vmbraculum.* Sidon. Epiſt. 8, 12 Superflexa crate paradarum. *Vid. ibi Sirmond.* Auſon. Epiſt.

Epiſt. 5, 27 Expoſitum ſubter paradas lectoque iacentem, *de quo loco agit Burm. ad* Rutil. 1, 347. *Vid. Turneb. Aduerſ.* 22, 10. *Caſaub. in* Suet. Iul. c. 52. *vel Cerda Adu.* 10, 2.

PARADIASTŎLE, es. f. [παραδιαστολή] Schema eſt, *vt ait* Rutilius Lupus p. 2 *Pith.* quod plures aut duas res, quae videntur vnam vim habere, diſiungit: et quantum diſtent docet, ſuam cuique propriam ſententiam ſubiungendo. *De hoc ſic* Iulius Rufinianus p. 33 Paradiaſtole, eſt quum ſimiles res diſcernuntur, contrariis redditis; vt (Virg. Ecl. 3, 80)

Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres:
Arboribus venti, nobis Amaryllidis irae. Et,
Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hoedis,
Lenta ſalix foeto pecori, mihi ſolus Amyntas.

Latine dicitur Diſcriminatio.

PARADIAZEVXIS, is. f. [παραδιάζευξις] *Eſt Figura in oratione, quae fit, quoties quid per* aut *particulam ita diſiungitur, vt tamen per* et *coniunctum intelligatur.* Imp. in l. pen. C. De verb. ſign.

PARADIGMA, ătis. n. [παράδειγμα] *Latine Exemplum dicitur.* Iulius Rufinianus p. 28 Paradigmatos quidem triformis eſt ratio. Nam exemplum aut perſonas tantum exhibet ſine ſermone, aut ſermonem ſine perſonis, aut ſimul vtrumque. Perſonam ſine ſermone, vt Cic. pro Milon. 8. Neque enim potuiſſet aut Ahalia ille Seruilius, aut P. Naſica, aut L. Opimius, aut C. Marius, aut me Conſule Senatus non nefarius haberi, ſi ſceleratos ciues interfici nefas eſſet. Sermonem ſine perſona, Catonis eſt dictum, pedibus compenſare pecunia. Sermonem pariter et perſonam. Cic. pro Roſc. (Amer. 34) Eſtne hoc illi dicto atque facto Fimbriano ſimillimum? *Hactenus* Rufinianus. Donatus: Paradigma, eſt exempli hortantis vel deterrentis enarratio. Hortantis, vt Virg. Aen. 1, 246 Antenor potuit mediis elapſus Achiuis Illyricos penetrare ſinus, *etc.* Deterrentis, vt Aen. 7, 363 At non ſic Phrygius penetrat Lacedaemona paſtor, Laedeamque Helenam Troianas vexit ad vrbes. *Vid.* Iſidor. 1, 36. *Auct.* ad Herenn. 4 c. 49.

PARADĪSVS, i. m. [παράδεισος] *Tametſi quidam femininum eſſe contendant: Hortum ſignificat apud Xenophontem, et locum ferarum ſeptum, ſiue viuarium aut viridarium. Vox deflexa eſt, ni fallor, ab Hebraeo* Pardes, *quod hortum domeſticum ſignificat, ſiue pomarium.* Gell. 2, 20 Viuaria, quae nunc vulgus, quos Graeci appellant παραδείσους, quae leporaria Varro dicit. Paradiſum nominamus locum diuinae amoenitatis, recipiendis ſanctorum ſpiritibus deſtinatum Tertull. Apolog. c. 47. *Conf.* Vulg. Luc. 23 v. 43. ¶ 2 Amnis Paradiſi *meminit* Plin. 5, 27. *et* Capella 6.

PARADISIĂCVS, a, um. Adi. Alcimus Auitus 1, 300 In paradiſiaca ponuntur ſede parentes. Venant. Fortun. Carm. 6, 8 Et paradiſiacas ſpargit odore roſas.

PARADISICŎLA, ae. m. Prudent. Hamartig. 928 Et paradiſicolae poſt vlcera dira beato.

PARADĪSĬGĔNVS, a, um. Adi. Theodulf. Hic Paradiſigeno veniens de vertice.

PARADOXVS, a, um. Adi. [παράδοξος] *Latine Admirabilis dicitur, praeter opinionem, et inauditus. Vnde* Paradoxa, *Neutro genere, dicuntur, Ea, quae ſunt praeter opinionem.* Paradoxum, *Schema eſt, de quo ſic* Rufinianus p. 79 *Pith.* Paradoxon ſiue hypomone, ſuſtentatio vel inopinatum. Hoc ſchema ſuſpendit ſenſum. deinde ſubiicit aliquid contra expectationem auditoris, ſiue magnum, ſiue minus et ideo ſuſtentatio, vel opinatum dicitur. Cic. pro Ligar. Hinc prohibitus non ad Caeſarem, ne iratus: non ad domum, ne iners: non aliquam in regionem, ne condemnare cauſam illam quam ſequutus eſſet, videretur, *etc. Hactenus* Rufinianus. *Philoſophi Stoici gaudent* Paradoxis *i. ſententiis a communi ſi non ſenſu, certe loquendi ratione, abhorrentibus, de quibus* Cic. de Fin. 4, 74 c. 27 Haec παράδοξα illi, nos admirabilia dicamus. Idem in Parad. 1 Ego tibi illa ipſa, quae vix in gymnaſiis et in otio Stoici probant, ludens conieci in communes locos: quae, quia ſunt admirabilia, contraque opinionem omnium, ab ipſis etiam Paradoxa appellantur. *Add.* Idem Acad. 2 c. 44. ¶ 2 Paradoxi *etiam* Mimi *dicuntur.* Vet. Schol. Iuuen. ad Sat. 8, 184 Siparium velum eſt, ſub quo latent paradoxi, cum in ſcenam prodeunt. παραδοξολόγους *eosdem dictos obſeruat Salmaſ. ad* Vopiſc. p. 384. Cur. Fortunatian. Rhet. 2 p. 60 ſchema ſ. figuram controuerſiae παράδοξον *dixit.* *Id explicans* Auguſtin. Princ. rhet. p. 299 παράδοξον, inquit, quod nos malae opinionis poſſumus dicere. Tametſi quidam parum diligenter Graece loquentes, paradoxa pro his quae ſunt bonae opinionis accipiunt: vnde vulgo etiam Olympionicas et caeteros victores ſacrorum certaminum *paradoxos* vocant, magis conſuetudine quam ratione ducti. Nam vt opinor παράδοξον eſt, quod eſt παρὰ τὴν δόξαν, id eſt, contra opinionem bonam.

PARADRŎMIS, ĭdis. f. [παραδρομίς] *Latine Ambulatio dicitur.* Vitruu. 5, 11 *extr.* Proxime autem xyſtum et duplicem porticum deſignentur hypaethrae ambulationes, quas Graeci παραδρομίδας, noſtri xyſta appellant, in quas per hiemem ex xyſto ſereno caelo athletae prodeuntes exercentur. *Add. Lex.* Vitruuian. *in* Xyſtus; *et Salmaſ. de* Pallio p. 272.

PARAENĔSIS, is. f. Praeceptio vel admonitio, παραίνεσις. Gell. 6, 14. Per ordinem paraeneſeon, hoc eſt praeceptionum, per triduum diſputauit. Vulcat. Gallic. in Auid. Caſſ. c. 3.

PARAENETICVS, a, um. Adi. [παραινετικός] *Praeceptorius vel admonitorius, a verbo Graeco* παραινέω, *praecipio et admoneo.* Sen. Epiſt. 94 *de re ipſa multa, ſed verbo abſtinet.* Epiſt. 95 *pr.* Haec pars Philoſophiae, quam Graeci παραινετικὴν vocant, nos praeceptiuam dicimus.

PARAETONIVS, i. m. [Παραιτόνιος] *Cyrenaicae portus ingens, et ad quadraginta ſtadiorum amplitudinem expanſus, Strabone auctore l. vltimo. Ibidem oppidum eiusdem nominis eſt ab aliis Hammonia dictum, eidem Straboni l. vlt.* Ouid. Amor. 2, 13, 7 Iſi, Paraetonium, genialiaque arua Canopi Quae colis. *Repetit* Metam. 9, 772. *Item Coloris ſpecies ab ipſo loco, vnde foditur, nomen habens, apud* Vitruu. 7, 7. *et* Plin. 35, 6. *Nempe*

PARAETONIVS, a, um. *A* Paraetonio. Lucanus Syrtes Paraetonias *vocat* 3, 295. *Conf.* Idem 10, 9. *Sed latiori intellectu idem eſt quod Aegyptius.* Nilus paraetonius Stat. Theb. 5, 12. Rates paraetoniae Ouid. de Arte Am. 3, 390.

PARAGAVDAE, f. [παραγαῦδαι] *Sunt acceſſio quaedam veſtium, ſegmenta, faſciae, lora, Parthici operis, vel aurea, vel auro certe intexta, veſtibus vel lineis vel ſubſericis addita, aſſuta, attexta: quae veſtes inde ipſae quoque* Pargaudae *vel* Paragaudiae *dictae ſunt. Haec eſt ſumma eorum, quae poſt Turnebum 9, 11 copioſe diſputarunt Caſaubonus ad* Pollionis Claud. 17: *Salmaſius ad eundem locum, itemque ad* Vopiſci Aurel. 46: *et, qui diſertiſſime tractauit, Iac. Gothofr. ad* l. 2 C. Th. de veſtibus Oloueris et auratis. *Iam ponamus ipſos locos veterum, ac legem cit.* Gratiani, Valentin. et Theodoſii, *quae oſtendit* Paragaudam *eſſe acceſſionem veſtium:* Nemo auratas habeat, aut in tunicis, aut in lineis Paragaudas. Non enim leui animaduerſione plectetur, quisquis vetito ſe et indebito non abdicarit indutu. Lege 1 eod. Valentinianus et Valens, Auratas ac ſericas Paragaudas auro intextas, tam viriles quam muliebres priuatis vſibus contexere conficereque prohibemus, ſed Gynaeciis tantum noſtris fieri praecipimus. Valerian. Imp. *apud* Vopiſc. in Probo 4 ad Praefectum Praetorio *ſcribit,* Huic igitur (*Probo tum tribuno*) dari iubebis, quoniam mediocris fortunae eſt, vt eius dignitas incrementis iuuetur, tunicas ruſſulas duas, pallia Gallica duo fibulata, interulas Paragaudias duas. Gallienus Imp. *apud* Pollion. Claudio 17 *miſiſſe ſe ſcribit Claudio,* Veſtes diuerſas XVI, Albam, ſubſericam, paragaudem triuncem, vnam. Vopiſcus Aurelian. 15 Vidimus proxime conſulatum Furii Placidi tanto ambitu in circo editum, cum darentur tunicae ſubſericae, lineae, paragaudae. *Et* 47 Paragaudas veſtes ipſe primus militibus dedit, cum ante non niſi rectas purpureas accepiſſent, et quidem alii monolores, alii dilores, trilores alii, et vſque ad pentelores, quales hodie lineae ſunt. Heſych. παραγαῦδας (*ex emend. Salm. pro* παραγωγὰς) χιτὼν παρὰ Πέρσαις. *Nomen eſſe orientalis originis* פרגוד *iam obſeruatum Caſaubono l. c. Add. Steph. Lemoyne ad Var. Sacra, p.* 592 *ſeq.*

PARAGŎGE, es. f. [παραγωγή] Diomed. 2 p. 436 Paragoge eſt, cum ad vltimam ſimplicis dictionis clauſulam aut litera iungitur aut ſyllaba. *Eodem modo finit ibidem* προσπαράληψιν, *cui exemplum ponit* Admittier, Accingier, *vt* Paragogae, Poteſtur. *Eadem* Donatus p. 1772. ¶ 2 *Argumentationis rhetoricae genus ſic vocatur,* Cic. Top. 42 c. 10 Sunt ſimilitudines, quae ex pluribus collationibus perueniunt, quo volunt, hoc modo: Si tutor fidem praeſtare debet, ſi ſocius, ſi, cui mandaris, ſi, qui fiduciam acceperit: debet etiam procurator. Haec ex pluribus perueniens quo vult appellatur *inductio,* quae Graece παραγωγὴ nominatur, qua plurimum eſt vſus in ſermonibus Socrates.

PARAGOGVS, a, um. Adi. [παράγωγος] Chariſ. 3 p. 226 Sunt quaedam verba, quae παράγωγα appellantur, quae a primitiui verbi declinatione et mutationem et adiectionem literarum capiunt, et nihilo minus interdum variant, vt *Laceſſo* et *Faceſſo* ex eo quod eſt *Lacero* et *Facio.* Diomedes 1 p. 309 Ex his naſcuntur deriuatiua, quae apud Graecos παράγωγα dicuntur, vt *fontanus, montanus, etc. Oppoſitum* Principalia, πρωτότυπα, vt *fons, mons.* Martian. Capella 5 p. 166 Deriuatione fiunt verba, quae Grammatici paragoga nominarunt, vt dicimus *Florea rura, etc.*

PARAGOGIA, orum. n. *Aquarum pori et meatus, dicta* ἀπὸ τοῦ παράγειν, *quod eſt deducere. Nam* ἀγωγὸς, *aquaeductus eſt. Alciatus in* l. Decernimus. de Aquaeductib. l. 11 C. De iisdem paragogiis vel fontibus aquam traducere Zeno Cod. l. 11 t. 42 l. 10.

PARAGORICVS, a, um. Adi. *Mercabilis.* Oct. Horat. 1, 8. *Metuo vt recte: ſuſpicor* Paregoricus *de quo ſ. l.*

PARAGRAMMA, atis. n. *Sphalma in ſcribendo.* Hieron. Epiſt. 28 Opuſcula mea ad deſcribendum hominibus tuis dedi — Vnde ſi paragrammata repereris, vel minus aliqua deſcripta ſunt, quae ſenſum legentis impediant, non mihi debes imputare, ſed tuis, et imperitiae notariorum, librariorumque incuriae, qui non ſcribunt, quod inueniunt, ſed quod intelligunt, et dum alienos errores emendare nituntur, oſtendunt ſuos.

PARAGRAPHVS, i. c. *Apud* Iſid. Orig. 1, 20 *eſt nota critica figura literae* Γ, *quae* ponitur ad ſeparandas res a rebus, quae in connexu concurrunt, quemadmodum in Catalogo loca a locis, et regiones a regionibus, in agone praemia a praemiis, certamina a diuerſis certaminibus ſeparantur. *Hinc videtur factum, vt ſententiae et verſus in corpore iuris* Paragraphi dicerentur. *Certe vetus Interpres Pandectarum,* Martianus Coſſias, *illa* verſuum tricies centena millia *interpretatur* Paragraphos. *Vſus Graecorum poſtulat, vt feminino genere efferatur* Paragraphus, *intellecto* γραμμὴ, στιγμὴ. *Sed magis placuit Maſculinum.* ¶ 2 *Et tamen apud Graecos etiam eſt, recentiores certe* ὁ παράγραφος (*intell.* κανών) Praeductale, *vel vt eſt in* Gl. Philox. Praeductal, *ſtilus vel plumbum, quo praeducuntur ſcripturis lineae, vt dirigant verſus. De his vid. Salmaſ. ad Solin.* p. 644.

PARALIPŎMĔNVM, i. n. [παραλειπόμενον] *Derelictum, praetermiſſio. Hinc Q. Calaber Poëta Graecus opus ſuum, quo ea exequitur, quae ab Homero ſunt praetermiſſa,* Ὁμήρῳ παραλειπόμενα *inſcripſit. In ſacris quoque libris eadem ratione dicuntur, quibus ea ſupplentur, quae in libris Regum aut praetermiſſa erant, aut leuiter deguſtata. Vid.* Iſidor. 6, 1 *et* 2. Hieron. Epiſt. 1, 13.

PARALIVS, i. m. [πάραλιος] *Tithymali tertia ſpecies eſt, ita dicta, quod loca maritima amet. Eadem et Tithymalis dicitur.* Plin. 26, 8 Tertium genus Tithymali paralius vocatur, ſiue Tithymalis, folio rotundo, caule palmum alto, ramis rubentibus, ſemine albo. *Conf.* Apul. de Herb. c. 108. *et Dioſcor.* 4, 164.

PARALLELOGRAMMVS, a, um. Adi. *Parallelis conſtans lineis. vt,* Parallelogramma menſura Frontin. de Colon. p. 336, 353 *et* 358.

PARALLELONEVS, a, um. Adi. Terminus paralleloneus Auctor de Limit. *apud* Goeſium p. 310.

PARALLĒLVS, a, um. Adi. [παράλληλος] *Quaſi Alternus, mutuus, inuicem comparatus, aequaliter diſtans. A quo* Lineae *aeque diſtantes,* Parallelae *dicuntur. Ideoque, Segmenta mundi, quae nos circulos dicimus* Parallelos *Graeci vocant, vt ait* Plin. 6, 33 *extr.* Paralleli dicuntur circuli ſphaerae, qui ad eundem polum conſtituti finiuntur. *Graeco more terminatio* os *etiam feminina eſt, vt* Linea parallelos Vitruu. 5, 8. Tabulae paralleli Idem 10, 15. *Subſtant.* Quum ad extremum peruenerit parallelon Frontin. de Limit. p. 313. *Interpres Plutarchi Neutro genere* parallela *dixit in* Parallelis Plutarch. *id eſt comparationibus. Ariſtot. quoque et Iſocrates Neutro genere vtuntur.*

PARALOGIA, ae. f. [παραλογία]. *Deceptio.* Frontin. de Colon. p. 270. *Nempe* παράλογον *Graecis eſt, quod a ratione abhorret, vt* παράδοξον, *quod ab opinione. Hinc* Paralogiſmum *vulgo captioſam aut falſam adeo argumentationem appellant.*

PARALOS, i. m. [πάραλος] nomen proprium eius, cui Hegeſias primam longae nauis inuentionem tribuit, *referente* Plin. 7, 56. *Idem videtur, quem pictum* Cic. Verr. 4, 135 c. 60 *in ſumma admiratione apud Athenienſes fuiſſe indicat.*

PARALYSIS, is. f. [παράλυσις] Reſolutio, morbi genus, de quo Celſus 5, 27 pr. At reſolutio neruorum frequens vbique morbus eſt. Sed interdum tota corpora, interdum partes infeſtat. Veteres auctores illud ἀποπληξίαν, hoc παράλυσιν nominauerunt: nunc vtrumque παράλυσιν appellari video, etc. Cic. Att. 16, 7 fin. Piliam πειράζεσθαι παραλύσει, te ſcripſiſſe aiebat. Valde ſum commotus: etſi idem, te ſcribere, ſperare melius. Πειράζεσθαι παραλύσει tentari neruorum reſolutione. Plin. 20, 3 Inteſtinorum omnium vitiis medetur et renum, et lumborum, et paralyſi. Add. Petron. c. 129 et 130. it. Scrib. Comp. 79. 101.

PARALYTICVS, i. m. [παραλυτικὸς] Qui paralyſi laborat. Paralytici Scribon. 154. 155. Plin. 20, 9 ſ. 34 Ideo paralyticis et tremulis dare iubet. Vid. Id. ib. ſ. 40. it. 31, 6. et 32, 3. Vtuntur etiam hac voce Petron. c. 131. Tertull. Apol. c. 21. et aduerſ. Marc. 4, 10. Arator 1, 759 antepenultimam metri cauſa produxit: Surgens paralytice dixit, etc.

PARAMESE, es. f. [παραμέση] Muſicus ſonus inter ſtantes Vitruu. 5, 4.

PARAMONARII, l. 46 C. de Epiſcopis ſunt Procuratores Monaſteriorum. Vid. Iac. Gothofr. ad l. vn. C. Th. de Bonis clericorum.

PARANETE, es. f. [παρανήτη] Chorda proxima vltimae. Vid. Vitruu. 5, 4. et 6, 1.

PARASANGARIA, ae. f. Angaria praeter viam publicam, i. exactio vehiculorum et boum in viis transuerſis, vbi Angariae non erant. Vid. Ritter. ad l. 4 et 15 C. Th. de curſu publico. Vtuntur etiam adiectiuo, vt Parangaria praeſtatio, etc.

PARANITES, ae. m. [παρανίτης] Gemma eſt ex Amethyſtorum genere, quae in Arabiae contermino inuenitur, alio nomine Sapinos dicta Plin. 37, 9.

PARANYMPHA, ae. f. Pronuba Iſidor. 9, 8.

PARANYMPHVS, i. m. [παράνυμφος] Pronubus dicitur, ab antiquis Auſpex. Antiqui enim pro nuptiis celebrandis auſpicium capere ſolebant. Qui praeerat huic rei, pro parte viri, a Graecis Paranymphus, a noſtris Auſpex dicebatur. Et vt Auſpex pro parte viri, ſic et Pronuba pro parte mulieris adhibebatur Auguſt. de Ciu. Dei 6, 9. Conf. Voſſ. Lex. Etymol. Angelus inde tuos repetens paranymphus honores. Fortunat. 8, 5, 305.

PARAPECHY, [παράπηχυ] tanquam dicas Cubitale, apud Pollux. 7, 13. veſtis alba, cubitum (vnde illi nomen eſt) purpureum contextum habens. A Varr. de L. L. 4, 30 inter Ornamenta muliebria ponitur, ſecundum coniecturam Scalig. in Coniectan. p. 57.

PARAPEGMA, ătis. n. [παράπηγμα] eſt Canon, aut organi ſpecies Aſtronomici. Cael. 8, 8 Parapegma (inquit) ad ſcenae rationem pertinet nihil: eſt enim eo nomine canon, aut organi ſpecies aſtronomici, quod ſignificat Vitruu. 9, 7 Parapegmatum diſciplinas nuncupans, quibus ſiderum occaſus, et tempeſtatum comperiantur ſignificatus. Suidas παράπηγμα, inquit, κανὼν, καὶ εἶδός τι ὀργάνȣ ἀςρονομικȣ̃. Conf. Bald. Lex. Vitr.

PARAPETASIA, ōrum. n. Pl. Theod. Cod. 15, 1 Aedificia, quae vulgi more parapetaſia appellantur: opera attenta et appenſa, quae aliis operibus ſ. aedificiis adhaerent et applicata ſunt, ſuggrundia, moeniana, ἐξῶςαι. Vid. Iac. Gothofr. ad l. c.

PARAPHERNA, ōrum. n. Pl. [παράφερνα] dicuntur a Iuriſconſultis, Quaecunque praeter dotem viris dantur a feminis. a παρὰ praeter, et φερνὴ dos. Vlpian. de Iure dotium, l. Si ego, Caeterum ſi res dentur in ea, quae Graeci parapherna dicunt, quaeque Galli peculium appellant: videamus, an ſtatim fiant mariti. Conf. Hotman. de Vet. Rit. Nupt. c. 8.

PARAPHERNALIS, e. Adi. Bona paraphernalia apud ICtos.

PARAPHORON, i. n. Aluminis ſpecies eſt, de qua Plin. 35, 15.

PARAPHRASIS, is. f. [παράφρασις] Eiusdem ſententiae per alium ſermonem expoſitio, et liberior interpretatio, quum quaedam mutantes, aut etiam addentes, copioſius ac dilucidius explicamus, quod ab aliis dictum eſt: cuiusmodi eſt Themiſtii in Ariſtotelem, etc. Quinctil. 10, 5 Neque ego paraphraſim eſſe interpretationem tantum volo, ſed circa eosdem ſenſus certamen atque aemulationem.

PARAPHRASTES, ae. m. [παραφραςὴς] Interpres, latius explicans Hieron. Praef. in Lib. Reg.

PARAPIANI, Populi ſunt in India, regione Capiſſene, non procul ab Indo fluuio Plin. 6, 23.

PARAPOTAMIA, ae. f. [Παραποταμία] Regio Aſiae Tigri fluuio proxima, vnde et nomen accepit Plin. 6, 28.

PARAPSIS, ĭdis. f. [πάραψις] Quadrangulum et quadrilaterum vas; id eſt paribus abſidis Iſidor. 20, 4. quae quidem non ſatis intelligo. Caeterum pro ea, quae Paropſis alias vocatur, vas menſarium argenteum, Parapſis conſtanter in optimis libris legitur. V. g. Petron. c. 34 Vbi parapſis excidit. Et mox, Parapſiden proiicere. Vbi vid. viri docti. Conf. PAROPSIS.

PARARENCHO, ŏnis. m. Nomen viri proprium. Sext. Pomp. 12 Non omnibus dormio, prouerbium videtur a Cipio quodam, qui Pararencho dictus eſt, quod ſimularet dormientem, quo impunitius eius vxor moecharetur. Eius meminit Lucilius. Haec Feſtus in Non omnibus. Alciat. Parerg. 4, 26 Pararhinchus, inquit, ἀπὸ τȣ̃ ῥίγχȣ dictus eſt, quod roſtro ſeu naſo ſterteret, et ſomnum in menſa ſimularet, vt riuali vxoris ſuae morem gereret, vt eſt apud Feſtum: quod et a quodam Galba factum fuiſſe Plutarchus eſt auctor, dum C. Maecenati in vxoris ſuae amorem effuſo obſequeretur: vnde ortum prouerbium, Non omnibus dormio. Iuuen. Sat. 1, 56 Doctus ſpectare lacunar Doctus et ad calicem vigilanti ſtertere naſo. Haec Alciatus, a quo diſſentiens Vitus Amerpachius in Cic. Fam. 7, 25 Apud Sex. Pompeium, inquit, male Pararhinchus Alciatus corrigit, quum ſit a ῥέγχω (ſterto) non a ῥίγχος (roſtrum) facta vox.

PARARIVS, i. m. [προξενητὴς] Qui nominibus faciendis interuenit, conciliator interceſſorque inter emtorem et venditorem. Dubium an ſit a Par, quia inter duos eſt medius, vel a Parare, quia vtrinque praeparat et coniungit animos. Vid. Voſſ. Etymol. p. 370. Senec. de Benefic. 2, 23 Quidam nolunt nomina ſecum fieri, nec interponi pararios, nec ſignatores aduocari, nec chirographum dare. Parariis interpoſitis nomina facere Senec. de Benef. 3, 15. Vid. Rhodig. Ant. Lect. 11, 10. ¶ 2 Pararium aes appellabatur Id, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur Feſtus. Vid. in PAR, Paribus equis.

PARASANGA, ae. f. [παρασάγγης] Paraſangae, inquit Feſt. apud Perſas, viarum menſurae ſunt. Budaeus triginta ſtadia continere dicit. Plin. 6, 26 Inconſtantiam menſurae diuerſitas auctorum facit, quum Perſae quoque ſchoenos et paraſangas alii alia menſura determinent. Vid. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 141. Herodot. lib. 2 de Aegyptiis loquens, Quotquot enim inopes ſoli ſunt: ii terram ſuam orgyis metiuntur. Qui vero minus inopes ſoli ſunt: ſtadiis. Qui autem latifundia habent: paraſangis metiuntur. Conſtat autem Paraſanga triginta ſtadiis, Schoenus autem, quod ipſum verbum eſt Aegyptiacum, ſexaginta. conf. Hennin. in Berger. de Viis mil. 3 ſect. 2 §. 2. Dodwell. diſſ. de Iſid. Characeno in Geographis Hudſon. §. 12 ad 15.

PARASCEVE, es. f. [παρασκευὴ] Apparatus, vnde et dies, quo Dominus noſter Ieſus Chriſtus, pro humani generis ſalute cruci affixus fuit, paraſceue dicitur: quoniam in eo Iudaei ſibi neceſſaria ad victum ſequentis diei praeparabant, vt Paſchae dies absque operatione aliqua tranſigeretur. Vid. Caſaub. contra Baron. Exerc. 16 ſ. 17. Exſtat ap. Tertull. adu. Marc. 4, 12. et adu. Pſychic. c. 14.

PARASELENE, es. f. Lunae imago quaedam a nube reflexa, quaſi tu ſecundariam aut falſam adeo Lunam dicas.

PARASIOPESIS, is. f. [παρασιώπησις] Schema eſt apud Rhetores, quum aliquid nos reticere dicimus, et tamen tacitum intelligitur, quo vtendum eſt, cum aut notam rem eſſe auditoribus arbitramur, aut ſuſpicionem excitare maiorem reticendo poſſumus. Haec finitio Rutilii Lupi de Fig. ſent. p. 10 Pith. Nomen ſolum habet Quinctil. 9, 3, 99.

PARASITVS, i. m. [παράσιτος, ἐπιτραπεζίδιος] Qui aliorum menſas et cibaria ſequitur: quique ad voluntatem eius, in cuius contubernio ſit, omnia loquitur, et facit, nihil repugnans, cibi et ventris gratia. Fuit illud nomen primo apud Graecos honeſtiſſimum ſacerdotii, et magiſtratus atque procurationis frumenti ſacri, itemque eorum, quibus honoris cauſa victus in Prytaneo praeberetur. Sed paullatim, vt fit, in illam, quam diximus ſignificationem degenerauit. Hiſtoriam Paraſitorum habes apud Athenaeum Deipnoſ. 6, 6 ſqq. vbi vid. Caſaub. Elogium, i. laudationem ludicram in peculiari Luciani libello, qui eſt inter ſcriptoris illius elegantiſſimos. Sed nos vſum Latinorum perſequimur. Cic. Fam. 1, 9 Paraſitum vocat Gnathonem illum in Eunucho Terentiana, cuius notationem petere licet ex 2, 2 et velut tria genera ibi Paraſitorum et paraſitandi obſeruare. V. g. v. 13 ridiculum eſſe, plagas pati, etc. legenda eſt tota ſcena, et bona adeo pars fabulae. Phormio etiam in fabula cognomine Terentii paraſitus eſt, et in Plauti Milite Artotrogus, quaſi tu paniuorum dicas. De hoc Cic. de Amic. 98 c. 26 Aſſentatio paraſitorum in comoediis nobis faceta non videretur, niſi eſſent milites glorioſi. In Gnathonios illos Terentii Paraſitos pulchre conuenit illud Sen. Epiſt. 27 Satellius Quadratus ſtultorum diuitum arroſor, et quod ſequitur arriſor, et quod duobus his adiunctum eſt deriſor. Quod autem Turnebus ex Plauti Trucul. 2, 2, 12 et Capt. 1, 1, 1 conficere vult Paraſitos etiam Scorta vocari, nihil eſſe puto: illud potius loco priore innuitur, Paraſitos lenoniam etiam operam ad conditiones conciliandas praeſtitiſſe. Sed in vniuerſum Comoediae argumentum ſunt paraſiti. Horat. Epiſt. 2, 1, 173 Aſpice, Quantus ſit Doſſennus edacibus in paraſitis. Paraſitus primarius atque opſonator optimus Plaut. Mil. 3, 1, 73. Vid. locus. ¶ 2 Paraſiti Phoebi ſiue Apollinis dicebantur Mimi ſeu hiſtriones: forte quia ſeruiebant Poëtis, eorum ſcripta recitantes. Poëtarum autem praeſidem conſtat eſſe Apollinem. Martial. 9, 29 de Latino Domitiani mimo, Vos me laurigeri paraſitum dicite Phoebi, Roma ſui famulum dum ſciat eſſe Iouis. Nempe adulatorie Iouis nomen Domitiano tribuit Poëta ipſe quoque paraſitus. Caeterum Paraſitos Apollinis apud Feſtum. voce Salua res eſt. Sic interpretatur Verrius, Paraſitos Apollinis ait ita appellari, quod C. Volumnius, qui ad tibicinen ſaltarit, ſecundarum partium fuerit, qui fere omnibus mimis paraſitus inducatur. In Vett. Inſcriptionibus paſſim occurrit horum mentio. Vid. v. g. Grut. p. 330, 3 quae poſita Agilio Septentrioni, M. Aurelii Aug. liberto, Pantomimo ſui temporis primo, Sacerdoti Synhodi, Apollinis paraſito, etc.

PARASITA, ae. f. [παράσιτος] Hor. Serm. 1, 2, 98 Cuſtodes, lectica, ciniflones, paraſitae, Ad talos ſtola demiſſa. conf. Plin. 10, 23.

PARASITOR, āri. Dep. [παρασιτέω] Paraſitum agere. Plaut. Perſ. 1, 2, 4 Quin paraſitando pauerint ventres ſuos. Quaſi mures ſemper edere alienum cibum. Plaut. Stich. 4, 2, 54 Vides ridiculos nihili fieri, atque ipſos paraſitarier.

PARASITASTER, tri. m. Diminut. ad contemtum pertinet. Ter. Adelph. 5, 2, 4 Eſt alius quidam paraſitaſter paruolus. noſtin'? D. iam ſcibo.

PARASITATIO, ōnis. f. Plaut. Amph. 1, 3, 23 Nequiter paene expetiuit prima paraſitatio.

PARASITICVS, a, um. Adi. Ars paraſitica Plaut. Capt. 3, 1, 9 Periurationes paraſiticae Idem Stich. 1, 3, 77. Veniet ab hac paraſitica menſa ad hanc regiam Suet. Vit. Hor.

PARASIVS, i. m. Pictor, vt in quibusdam libris antiquis ſcribitur. Vid. PARRHASIVS.

PARASTAS, ădis. [παραςὰς] vel potius **PARASTATA**, ae. f. [παραςάτης] ſignificat partem aedificii, vel operis cuiusque, ad latus conſtitutam et velut adſtantem, ſ. adſiſtentem. In architectura in primis domicilium habet, et ſignificat pilas, portis, vtrinque aut columnis adſtantes. Vitruu. 5, 1 Columnae — pedum L habentes poſt ſe paraſtatas altas pedes XX — quae ſuſtinent trabes, in quibus inuehuntur porticuum contignationes. Supraque eas aliae paraſtatae pedum XVIII — quae excipiunt item trabes ſuſtinentes cantherium, etc. Vitruu. 4, 2 pr. Trabes enim ſupra columnas et paraſtatas et antas ponuntur. Idem 10, 15 in baliſta memorantur Paraſtadae dextra et ſiniſtra. Sic edit. Elzeuir. ſed al. Paraſtatae, quod Elzeuiriana etiam agnoſcit in eadem re c. 17. Sed mox c. 15 ſic editur, A foramine ad medianam paraſtadam — Latitudo paraſtados mediae. Haec inconſtantia vtrum librariorum tantum ſit, an ipſius auctoris, diſcemus forte a Cl. Poleno.

PARASTATICA, ae. f. Adiectiuum videtur, et elliptice poni, intellecto columna. Vitruu. 9, 9 in horologii deſcriptione, In his etiam, aut in columna, aut paraſtatica, horae deſcribuntur, etc. Sic Plin. 33, 3 ſ. 15 de Salauce, Sed et illius aureae camerae, argenteae trabes narrantur, et columnae atque paraſtaticae. Ita Harduin. ex MSS. qui firmat hoc nomen ex notis Tironis, vbi p. 163 inter partes et materias aedificiorum Camera, Concameratio, Columna, Paraſtratica (leg. Paraſtatica:) et ex Inſcript. apud Donatum Romae 3, 13 p. 250 Imagines argent. paraſtaticas cum ſuis ornamentis et regulis et concameratione ferrea. ¶ 2 In oſſibus iumenti a Veget. Mulom. 4, 1, 2 ponuntur In genibus paraſtaticae duae.

PARASTICHIS, ĭdis. f. [παραςιχὶς] Series literarum nomen aliquod conficientium. Gell. 14, 6 Id etiam iſtis ſcriptum fuit, qui ſunt apud Homerum verſus iſopſephoe, et quorum ibi nominum paraſtichis

ſtichis reperiatur. *Vſus et* Sueton. de Illuſtr. Gramm. c. 6, 3 Huius cognomen in plerisque indicibus et titulis per vnam literam ſcriptam animaduerto. Verum ipſe id per duas effert in Paraſtichide libelli, qui inſcribitur Pinax. *Apparet* Paraſtichida *eo ſenſu dici, quo* Acroſtichida, *et indicari ſeriem vocum, e quarum primis literis efficiatur vox, aut ſententia. Vid. de loco* Gellii *Muretus V. L.* 14, 13.

PARASYNAXES, [παρασυναξεις] *Conuentus, coitiones, conuenticula haereticorum. l.* Quicunque 8. C. de Haeret. et Manich. Παρα *vitium, et clancularium ſ. furtiuum, quid denotat.*

PARATELLA, ae. f. *Herba, quam vocant Lapathum* Macer. de Herb. 2, 6.

PARATHĔSIS, is. f. *Nomen figurae rhetoricae: Vid.* Iſidor. 2, 21 Cum quaſi deponimus aliquid imperfectum apud memoriam iudicum, repetituros nos dicentes, cum opportunum fuerit.

PARATITLA, ōrum. n. [παράτιτλα] Iuſtinianus imperator in Concept. Digeſt. *Summas rerum appellat titulatim appoſitas: Iac. Cuiacii et Iac. Gothofredi* Paratitla *nota ſunt et magni fiunt, i. breuiaria quaedam et diſpoſitiones ſ. coniectiones titulorum.*

PARATRAGOEDIO, āre. [παρατραγῳδέω] *Exaggerare, et verborum magnitudine aliquid augere.* Plaut. Pſeud. 2, 4, 17 Illic homo eſt: vt paratragoediat carnufex. *Gron.* paratragoedat.

PARATVS, PARATE, *vid.* PARO.

PARAVEREDVS, i. m. *Equi agminales ἀγελαῖοι, quorum greges publice alebantur, a* Veredis *aiſtant, vt ab* Angariis Parangariae: *nempe equi hominibus dorſo geſtandis deſtinati extra curſum publicum in viis transuerſis. Vid. Gothofredus ad* l. 3 C. Theod. de curſu publ. *vbi nempe de illis conſtituitur: vt et* l. 6. 7. 15 *etc. eod. ne de* Iuſtinianei Codicis *pluribus locis dicamus. Add.* Caſſiod. Varr. 5, 39. 11, 14.

PARAVOLANI, *vid.* PARABOLANI.

PARAZONIVM, i. n. [παραζώνιον] *Pugio, qui tribunis ab Imperatore dabatur: vt enim maioribus magiſtratibus gladius, eiusque poteſtas tribuebatur, ſic tribunis* parazonium. *De hoc epigramma eſt* Martial. 14, 32 Militiae decus hoc, et grati nomen honoris Arma tribunicium cingere digna latus. *Dio quoque Traianum ſcribit dixiſſe, quum parazonium Surae cingeret, hoc pro me, ſi recte imperare, vtaris: ſin ſecus, in me. Ita in his meritum honorem diſtinguebat magnitudo ferri, ac gladio accingebantur Imperatores, duces, praeſides: pugione tribuni. Contra, vt in honoribus mandandis his armis accingebantur: ita quum ignominioſe mittebantur, et honoribus priuabantur, diſcingebantur, cuius rei multa paſſim in iure aliisque ſcriptoribus exſtant exempla. Ex Turneb. Aduerſ.* 12, 6. *conf. Rhod. Ant. Lect.* 22, 19.

PARCA, ae. *et quod ſollemnius, Pl.* PARCAE. f. [Μοῖραι, Αἶσαι] *Perſonae ſ. deae poëticae, ſorores anus, vitae noſtrae et fortunae praeſides: dictae a* Parco, *per contrarium, quod nemini parcant, vt etiam putat* Hieron. Ep. ad Onaſum ſ. Bonaſ. *contra Scalig. ſic dictas putat, quod maxime parcant, Poët.* 3, 90. Varro a Partu, vnius literae mutatione, deduci *putat: Vid.* Gell. 3, 16; quoniam (*vt ſcribit Heſiodus*) hae naſcentibus hominibus bonum malumque conferre cenſeantur. *Alii a* Partienda *vita humana dictas volunt, ſicut μοῖρας a μείρω diuido. Tres autem fuiſſe* Parcas, Clotho *ſcilicet et* Lacheſin *et* Atropon, *finxerunt antiqui, quas* Cic. de Nat. Deor. 3, 44 Erebi et Noctis filias fuiſſe *ſcribit, et* easdem Fata eſſe *exiſtimat. Vnde eſt illud Cleantis,* Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. *Fingunt vitae hominum praeeſſe, et nendo eam ducere.* Clotho, colum *habet:* Lacheſis, net: Atropos filum frangit. *Conf.* Lactant. 1, 11. Apuleius de Mundo *ſub fin. Tres Parcae* tria fata ſunt; numerus cum ratione temporis faciens, ſi poteſtatem earum ad eiusdem ſimilitudinem temporis referas. Nam, quod in fuſo perfectum eſt, praeteriti temporis habet ſpeciem. Et quod torquetur in digitis, momenti praeſentis indicat ſpatia. Et quod nondum ex colo tractum eſt, ſubactumque cura digitorum, futuri et conſequentis ſaeculi poſteriora videtur oſtendere. Haec illis conditio ex nominum eorundem proprietate contingit, vt ſit Atropos praeteriti temporis fatum, quod ne deus quidem faciet infectum. Futuri temporis Lacheſis a fine cognominata, quod etiam illis, quae futura ſint, finem ſuum deus dederit. Clotho praeſentis temporis habet curam, vt ipſis actionibus ſuadeat, ne cura ſollers omnibus rebus deſit. Iuuenal. 9, 135 At mea Clotho et Lacheſis gaudent, ſi paſcitur inguine venter, *i. in fortunae beneficiis hoc refero, ſi libidinis praemium cibum et potum in dies mereri licet.* Martial. 4, 54 Lanificas nulli tres exorare puellas Contigit: obſeruant quem ſtatuere diem. Tibull. 1, 8, 1 Hunc cecinere diem Parcae, fatalia nentes Stamina, non vlli diſſoluenda deo. *Vid. Broukh. ad h. l. Sed* Stat. Silu. 1, 4, 1 Eſtis io, ſuperi, nec inexorabile Clotho Voluit opus. *Sed* Id. Theb. 7 774 Immites ſcis nulla reuoluere Parcas Stamina. Catull. Epithal. ſ. 63, 305 *eſt locus claſſicus de* Parcis,

Quum interea infirmo quatientes corpora motu
Veridicos Parcae coeperunt edere cantus.
His corpus tenerum complectens vndique quercus (*Vid.* QVERCVS n. 2)
Candida purpurea quam Tyro incinxerat ora
At roſeo niueae reſidebant vertice vittae,
Aeternumque manus carpebant rite laborem.
Laeua colum molli lana retinebat amictam:
Dextera tum leuiter deducens fila ſupinis
Formabat digitis: tum prono in pollice torquens
Libratum tereti verſabat turbine fuſum, *etc.*

Sunt enim pluſcula, inducitque deinde canentes fata carmine, perfidiae, quod poſt nulla arguet aetas: *et ſubinde repetunt verſum,* Currite ducentes ſubtemina, currite, fuſi. Parcae *ſunt amanuenſes Iouis et fata illius, i. dicta ab illo ſcribunt.* Claudian. B. Gildon. 203

Iret adhuc in verba dolor, ni Iupiter alto
Coepiſſet ſolio. Voces adamante notabat
Atropos, et Lacheſis iungebat ſtamina dictis.

Vid. Barth. hic et ad Stat. Theb. 1, 213. Martian. Cap. 1 p. 17 Clotho vero, Lacheſis Atroposque, quoniam ſententias Iouis orthographiae (*leg.* ortographae) ſtudio veritatis excipiunt, vtpote librariae ſuperûm, archiuique cuſtodes — ſtilos acuunt, cerasque componunt. Latin. Pacat. Paneg. Theod. *edit. Cellar.* 12, 18, 4 An vt illi maieſtatis tuae participi deo feruntur adſiſtere Fata (*i. Parcas*) cum tabulis; ſic tibi aliquas vis diuina ſubſeruit, quae quod dixeris ſcribat et ſuggerat? Nihil ita primoribus labris polliceris, quin promiſſo fidem ſubdas, et verba re ſancias. *Nempe ad certum indicandum ſcripturam illam Parcarum commenti ſunt. Caeterum hinc eſſe videtur, quod literarum inventionem tribuerunt Parcis.* Hygin. f. 277 Parcae Clotho, Lacheſis, Atropos, inuenerunt literas Graecas ſeptem A. B. H. T. I. Y. *De literis forte aliquid inaudiuit et poſuit primus narrationis huius auctor, an hae ſeptem non debeantur librariis, dubitare licet. Credo equidem hic latere ſeptem Vocales. Sed non eſt hic diſputandi* locus. *Hucne etiam pertinet ritus, de quo* Tertull. de Anima 39 *vbi de idololatria circa recens natos loquitur,* Dum per totam hebdomadam Iunoni menſa proponitur, dum vltima (*hebdomadis*) die Fata ſcribunda aduocantur. Concordes ſtabili fatorum numine Parcae Virg. Ecl. 4, 47. Nocentum ira Parcarum Stat. Silu. 5, 2, 85. Idem ibid. 2, 1, 137 Subitas Inimica leuauit Parca manus. *Et mox* 148 Fragiles Parcis vrgentibus annos. Parca non mendax Hor. Carm. 2, 16, 39. *Hinc illud* Virg. Ecl. 4, 46 Talia fata ſuis dixerunt currite fuſis. Nubila naſcenti mihi Parca fuit Ouid. Triſt. 5, 3, 14. Saeuae Valer. Argon. 5, 531. Tenax veri Perſ. 5, 38. Veraces ceciniſſe, *i. in eo quod cecinere* Horm. in Carm. ſaecul. 25. Foedere Parcarum ſic cautum eſt Ouid. Met. 5, 533. Hilares Parcae meliora penſa manu ducunt Iuuen. Sat. 12, 65. Nubere meliore Parca, *i. Auſpicio vel fortuna* Ouid. Epiſt. 11, 105. Propinquat dies Parcarum Virg. Aen. 12, 150. Prohibent iniquae Parcae Hor. Carm. 2, 6, 9.

PARCO, peperci *et* parſi, parſum, ĕre. [φείδομαι] *Abſtinere, parum tangere proprie ſignificat, ſiue moderate vtaris victo, aut vniuerſim eo, qui nocuit, ſiue re tua, quam poteras etiam erogando perdere.* Parcui, Praeteritum, quo vſi ſunt veteres. Naeuius Quadrigeminis, Suo labori nullus parcuit: *i. Pepercit* Non. 2, 653. Donat. *ad* Ter. Hec. 3, 1, 2 Parco conſeruo, *Parſi* facit; Parco, veniam do *Peperci.* Seruius *ad* Aen. 1, 148 *rectius, vt videtur,* Multa vſus contra antiquitatem vindicauit: illi enim *Parſi* dicebant, nos dicimus Peperci. Cic. Verr. 2, 177 Vt eſſet idem monimentum victoriae, manſuetudinis, continentiae: quum homines viderent et quid expugnaſſet, et quibus peperciſſet, et quae reliquiſſet. Fortuna tibi pepercit Lucan. 3, 96. Supplicibus parcere Hor. Carm. 3, 10, 16. Subiectis parcere Virg. Aen. 6, 853. Parce precor Hor. Carm. 4, 1, 2. *Sic* Parcere *et* Mortem afferre, *contraria.* Cic. Fam. 4, 12 Cui inimici propter dignitatem pepercerant, inuentus eſt amicus (*P. Magius ſcilicet*) qui mortem afferret. Parcere, *Conſeruare,* Parſi facit, *vt vult* l. c. Donat. *Sed* Peperci *etiam apud* Plaut. in Aulul. 2, 8, 10 Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat, niſi peperceris. *Sic etiam contra* parſerat *p.* Nep. 8, 15 *legitur in MSS. vid. Bang. Obſ. Phil. 11 p.* 564. Gell. Noct. Attic. 16, 19 Tum illum ibi pernicie intellecta, pecuniam caeteraque ſua vt haberent, dediſſe: vitam modo ſibi vt parcerent, orauiſſe. *De Arione loquitur. Sic* Plaut. Curc. 3, 10 Qui homo mature quaeſiuit pecuniam, niſi eam mature parſit, mature eſurit. Virg. Aen. 11, 531 Argenti atque auri memoras, quae multa talenta Gnatis parce tuis. Seruius *hic affert ex* Plauti Milite Parce vocem. *Eodem ſenſu Accuſ. regis in veteri forma ſacrificiorum, qua operantes* Parcere linguam, *id eſt continere, vel tacere iubebantur, apud* Feſtum. *Conf.* Paſcito linguam. Parcere *et* Perdere, *contraria.* Cic. pro Quint. 51 Iugulare ciuem, ne iure quidem quisquam bonus vult: mauult enim commemorare ſe, quum poſſet perdere, peperciſſe, quam quum parcere potuerit, perdidiſſe. *Iungit* Ter. Hec. 3, 1, 2 Hanccine ego vitam parſi perdere. Cic. pro Cael. 42 Parcat iuuentus pudicitiae ſuae, ne ſpoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fenore trucidetur, ne incurrat in alterius domum atque famam, *etc.* Nihil parcunt, *vid.* NIHIL. Liu. 25, 25 Legati eo ab Thica et Neapoli cum infulis et velamentis venerunt, precantes, vt a caedibus et ab incendiis parceretur. Cic. Verr. 4, 120 Itaque Aedificiis omnibus, publicis et priuatis, ſacris et profanis ſic pepercit, quaſi ad ea defendenda cum exercitu, non expugnanda veniſſet. Animo parcendum eſt miſerabile vulnus habenti, *i. Ignoſcendum* Ouid. ex Pont. 1, 5, 23. Auribus alicuius Cic. pro Quint. 40. Idem pro Planc. 86 Ego vero fateor me hercule, quod viderim mihi Auxilium non deeſſe, idcirco me illi Auxilio peperciſſe, *i. Abſtinuiſſe, neque vti voluiſſe Auxilio illo.* Capillis Ouid. Amor. 1, 7, 65. Caſtris hoſtium Cic. de Aruſp. Reſp. 59. Caritati hominum maxime parcendum eſt; ne temere in eos dicas, qui diliguntur Idem de Orat. 2, 237. *Et* de Orat. 3, 168 Ita fit, vt omnis ſingulorum verborum virtus atque laus tribus exiſtat ex rebus: ſi aut vetuſtum verbum ſit, quod tamen Conſuetudo ferre poſſit: aut factum vel coniunctione vel nouitate, in quo item eſt auribus Conſuetudinique parcendum: aut translatum, *etc.* Dolori et iracundiae Cic. Att. 2. Famae ſuae Propert. 1, 16, 11. Plaut. Perſ. 4, 4, 23 Ne ſi Ferro parſeris, *etc.* Flatibus hibernis Euri parcebant, *i. abſtinebant Seru.* Virg. Georg. 2, 339. Gladio parcere, *pro Abſtinere a caedibus* Senec. Epiſt. 115. *Sic* Lucan. 1, 147 — temerando parcere ferro. Impenſae parcere Liu. 35. Iniuriis non parcere Senec. de Benef. 1, 9. Ter. Hec. 2, 1, 29 Meo Labori haud parcens, praeter aequum atque aetatem meam. Lamentis parcere, *Continere ſe a fletu* Liu. 6. Luminibus Ouid. Met. 5, 248. Metu parcere, *Deponere metum.* Virg. Aen. 1, 261 Parce metu Cytherea, manent immota tuorum Fata tibi. Seruius, Elocutio vſualis, *i. Dimitte metum: quomodo dicimus* Parce verbis, Parce iniuriis. Minori maior parcas Hor. Serm. 2, 3, 326. Nominibus viuentium Quinctil. 3, 1. Cic. Fam. 13, 27 Sed tamen non parcam Operae, et vt vos ſoletis in formulis, ſic ego in epiſtolis de eadem re alio modo. Pretio Plaut. Capt. prol. 32. Pudicitiae nec ſuae nec alienae Cic. pro Rabir. perd. reo 8. Rei ne cui parcat, *i. Ne quid omittat* Nepos 4, 2, 5. Ter. Heaut. 1, 1, 112 Quaeſo tandem aliquantulum tibi parce. *Dicitur ad ἑαυτὸν τιμωρούμενον, qui ſupplicium a ſe exigeret.* Stimulis Ouid. Met. 2, 127. Cic. Fam. 16, 4 Illud mi Tiro te rogo, Sumtui ne parcas vlla in re, qua ad valetudinem opus ſit. Teneris parcendum Virg. Georg. 2, 363. Cic. Fam. 11, 27 Quem quum obiurgarem, quod parum Valetudini parceret, tum ille, *etc.* Verbis Ouid. ex Pont. 4, 3, 28. Cic. de Nat. Deor. 3, 15 Sed eorum imperatorum, qui patriae conſulerent, Vitae non parcerent. *Conf.* Nep. 21, 2, 2. Voci Plaut. Mil. 4, 6, 5. Parcere telo ſuo in hoſtes, *i. Reſeruare telum ad hoſtes ſuos perdendos.* Lucret. 6, 398 — cur ipſe ſinit, neque parcit in hoſtes? *de fulmine Iouis.* Plaut. Trin. 2, 2, 35 Neu tibi aegritudinem pater parerem, parſi ſedulo. Parco, *cum Infinitiuo.* Hor. Carm. 1, 28, 23 At tu nauta vagae, ne parce malignus arenae, *etc.* Particulam dare. Parcite pollutis contingere vincula palmis Sil. 17, 27. Parcite credere, *Nolite credere* Ouid. de Arte Am. 3, 457. Parce priuatus nimium cauere, *i. Noli nimium cauere* Hor. Carm. 3, 8, 26. Virg. Ecl. 4, 94 Parcite oues nimium procedere. *Vbi* Seruius: Parcite, Prohibete, id eſt ſeruate, ne procedant. Parce tamen lacerare genas Ouid. Triſt. 3, 3, 51 *qui ſaepe ita loquitur.* Nihil promittere parcunt Catull. Argon. ſ. 62, 146. Ter. Hec. 3, 1, 2 Heu me infelicem, hanccine ego vitam parſi perdere?

Parce precor manes ſollicitare meos Ouid. Triſt. 3, 11, 32. *Add.* Seuer. Aetna v. 585. Cato R. R. 1, 1 Vti ne cupide emas, neue opera tua (*per te, non per alios*) parcas Viſere, et ne ſatis habeas ſemel circumire. Parcitum eſt Plin. 33, 4. Parcitur, *Imperſ.* [φείδεται] Cic. Att. 2. . . . Sed tamen ſatisfiet a nobis, neque parcetur labori.

PARCENS, entis. Partic. [φειδόμενος] Viribus parcens Hor. Serm. 1, 10, 13. Laborans, quaerens, parcens Ter. Heaut. 1, 1, 87. Dexterae parcentes Hor. Carm. 3, 19, 21. Verberibus parcens Stat. Theb. 6, 305. Pars ſpicula dextra Nequidquam parcente trahunt Idem ibid. 3, 130. *i. leui, ſuſpenſa.* *Add.* Idem Achill. 1, 573. Sammon. v. 80.

PARSVRVS, a, um. Partic. [φεισόμενος] Suet. Tiber. c. 62 Ac ne reliquis quidem nepotibus parſurus creditur.

PARCVS, a, um. Adi. [φειδωλός, φειδωλός, φειδόμενος] *Frugi, et ſumtibus parcens, raro aut modice aliquid agens.* Plaut. Moſtel. 1, 1, 30 Quo nemo adaeque iuuentute ex omni Attica antehac eſt habitus parcus, nec magis continens. Parcus compoſito vocabulo dictus eſt, quaſi Par arcae: quando ſicut in arca omnia reconduntur, eiusque cuſtodia ſeruantur et continentur, ita homo tenax paruoque contentus, omnia cuſtodita et recondita habet ſicuti arca. *Haec* Gabius Baſſus *apud* Gell. 2, 19. *Addit* Fauorinus *ibid. non minus abſurdam etymologiam,* quod pecuniam conſumi atque impendi arceat. *Verum concludit,* neque ab Arca, neque ab Arcendo, ſed ab eo, quod eſt Parum et paruum, Parcum denominatum. *Nempe eiusdem ſunt Originis* Parco *et* Parcus. Auctor ad Herenn. 4, 46 Ex contrario ducitur ſic, vt ſi quis hominem prodigum et luxurioſum illudens, parcum et diligentem appellet. Senes parci Hor. Carm. 2, 8, 22. Parcus et tenax pater Cic. pro Cael. 39 c. 15. Colonus parciſſimus, frugaliſſimus Idem de Orat. 2, 287 c. 76. Parcus, *cum Gen.* Parcus opum Claud. in Sec. Conſ. Stilich. 218. Aceti veteris non parcus Hor. Serm. 2, 2, 62. Cruoris Claud. in pr. Conſ. Stilich. 28. Poenae Idem de Conſ. Hon. 4, 113. Honorum parciſſimus, *Qui honoribus parcit, neque honores ſibi oblatos admittit,* Trai. ad Plin. Epiſt. 10, 25. Sanguinis ciuium parcum credidere Tacit. Hiſt. 3, 75. Parcus, *Abl. iunctum.* Parcus opera Plaut. Rud. 4, 2, 14. Parcus comitatu, *Qui paucos in comitatu habet* Plin. in Paneg. c. 83. Parcus in aedificando Plin. Paneg. c. 51 *pr.* Cic. pro Corn. Balb. 50 M. Craſſus non Aletrinenſem foederatum ciuitate donauit, homo tum grauitate et prudentia praeſtans, tum vel nimium parcus in largienda ciuitate? Aeſtimator beneficiorum parciſſimus Plin. in Paneg. c. 21. Cultor deorum parcus et infrequens Hor. Carm. 1, 34, 1. Acies parca, *vid.* ACIES. Ira parcior meo merito, *i. Minor* Ouid. ex Pont. 1, 2, 98. Iuuentus parca magnum donandi Hor. Serm. 2, 5, 79. Lucerna Propert. 4, 3, 60. Multa petentibus (deſunt multa: bene eſt, cui deus obtulit) parca quod ſatis eſt Manu Hor. Od. 3, 16, 42. Sale parco contingere aliquid, *i. Modico* Virg. Georg. 3, 403. Somnus parcus, et breuis Plin. in Paneg. c. 49 *extr.* Tellus parca Stat. Silu. 4, 5, 13. Parcus *et* Elegans, *contraria.* Cic. in Orat. 81 Nam ſic, vt in epularum apparatu a magnificentia recedens, non ſe parcum ſolum, ſed etiam elegantem videri volet. Idem de Clar. Orat. 148 Craſſus erat elegantium parciſſimus, Scaeuola parcorum elegantiſſimus. *Aliud Superlatiui exemplum damus mox in* PARSIMONIA. ¶ 2 Prop. 3, 3, 40 Optima mors parca, quae venit apta die. *Scaliger parcam diem interpretatur* πεπρωμένην, *fato conſtitutam, cum Parca ipſa ſit ἡ πεπρωμένη. Cogitabam etiam an* parca *eſſe poſſit tarda et cunctans, quales eſſe ſolent parci.*

PARCE. Adu. [φειδομένως] *Frugaliter, moderate.* Plaut. Truc. 2, 3, 26 Ita ego illam edepol ſeruem, itaque parce victitem, vt, *etc.* Parce ac duriter vitam agere Ter. Andr. 1, 1, 47. *Et* Adelph. 1, 1, 20. Viuere parce aequo animo, diuitiae grandes homini ſunt Lucret. 5, 1117. Parce parcus Plaut. Aulul. 2, 4, 35. Cic. Off. 1, 106 c. 30 Intelligemus, quam ſit turpe diffluere luxuria, et delicate ac molliter viuere: quamque honeſtum, parce, continenter, ſeuere, ſobrie. Nimium parce, *vid.* NIMIS. Cic. de Fin. 2, 42 Nec tamen cur id tam parce, tamque reſtricte faciant, intelligo. Parce et paullatim Caeſ. Bell. Gall. 7, 71. Exigere pretium parcius Ouid. Amor. 1, 8, 69. Profiteri amores parce Idem de Arte Am. 2, 630. Parce vti verbis Cic. de Orat. 3. Idem Fam. 6, 7 Scripſi de te parce medius fidius, et timide, non reuocans me ipſe, ſed paene refugiens. *Compar.* Hor. Epiſt. 1, 7, 37 Saepe verecundum laudaſti: rexque paterque Audiſti coram, nec verbo parcius abſens, *i. nihilo minus.* Parcius quam decuit principem Plin. Paneg. c. 38. Idem 14, 7 Poſtquam parcius mari condiunt. Dicere parcius de laude alicuius Cicero pro Muraen. 26. Obiicere aliquid alicui parcius Virg. Ecl. 8, 7. Vexare aliquem parcius Ouid. Epiſt. 8, 13. Parcius iunctas quatiunt feneſtras Hor. Carm. 1, 25, 1. *Superl.* Honores parciſſime delibare Plin. Paneg. c. 54. Quinctil. 10, 4 *extr.* Panegyricum Iſocratis, qui parciſſime, decem annis dicunt elaboratum. Parciſſime facere poteſtatem aquae Columel. 6, 7.

PARCITAS, atis. f. [φειδώ] *Raritas.* Sen. de Clement. 1, 21 Ciuitatis mores magis corrigit parcitas animaduerſionum: *i. Non frequens, aut non auſtera nimium punitio. Conf.* Pallad. 1, 26.

PARCITER. Adu. Claud. Mamert. praef. Parciter praelibare. *Conf.* Non. 11, 47.

PARCIBILIS, e. Adi. Vet. Interp. Iren. 4, 37.

PARCILOQVIVM, i. n. Apul. Met. 5 p. 164 Fidei atque parciloquii mei perpendiſti documenta.

PARCIPROMVS, i. m. Plaut. Pſeud. 5, 1, 22 Parcipromi victu caetero. Idem Truc. 1, 2, 81 Qui cum geniis ſuis belligerant, parcipromi.

PARSIMONIA, ae. f. [φειδωλή] *Moderatio ſumtuum et parcitas.* Ter. Heaut. 3, 1, 32 Vehemens in vtramque partem Menedeme es nimis, Aut largitate nimia, aut parſimonia. Cic. in Parad. 6, 3 O dii immortales, non intelligunt homines, quam magnum vectigal ſit parſimonia! Parſimonia, eſt Scientia vitandi ſumtus ſuperuacuos, et re familiari moderate vtendi: parciſſimum tamen hominem vocamus puſilli animi et contracti: cum infinitum interſit inter modum (*qui deſignatur nomine* parcus) et anguſtias Senec. de Benefic. 2, 34. Res familiaris conſeruatur diligentia et parſimonia, iisdem etiam rebus augetur Cic. Off. 2 c. 24. Antiqua Tacit. Ann. 12, 53. Ruſtica illa atque inculta parſimonia Cic. pro Quint. 92. Sera in fundo parſimonia Seneca Epiſt. 1. Plin. 12, 14 Alexandro Magno in pueritia ſine parſimonia tura ingerenti aris. Adhibere parſimoniam, *vid.* ADHIBEO. Cuſtodire, *vid.* CVSTODIO. Minuendum noſtra parſimonia decus illud triumphi non putaui Cic. Prouinc. Conſ. 28. Cic. in Orat. 84 Sunt enim pleraeque aptae huius ipſius oratoris, de quo loquor, parſimoniae. Sanguinis parſimonia etiam viliſſimi Senec. de Clement. 1. Temporis parſimonia Plin. Epiſt. 3, 5. *Plur.* Adeſto caſtis, Chriſte, parſimoniis Prudent. Cath. 7, 3 *i. ieiunio.*

PARDALIANCHES, is. n. [παρδαλιαγχές] *Veneni genus.* Plin. 8, 27 Pantheras perfricata carne aconito (venenum id eſt) Barbari venantur. Occupat illico fauces earum angor, quare pardalianches id venenum appellauere quidam. *Nempe*

PARDALIS, is. f. [πάρδαλις] *Animal eſt ferum, Syriae Africaeque peculiare, quod alio nomine* Panthera *appellatur. De femina dicitur. Vid.* Bochart. Hieroz. P. 1, 3, 8 p. 800 *vbi docet πάρδαλιν Graecorum eſſe* Pantheram *Latinorum. V. g.* παρδάλεις *vocat Plutarchus ea animalia, quae Caelius a Cicerone ſibi e Cilicia mitti flagitat, quaeque hic ita ſaepe* Fam. 8 Pantheras *dicit. Conf. mox dicenda in* PARDALIOS *et* PARDALIVM *et modo dicta in* PARDALIANCHES.

PARDALIOS, i. m. [παρδάλιος] Gemma eſt maculis quibusdam variegata, a Pantherinae pellis ſimilitudine nomen habens Plin. 37, 11.

PARDALIVM, i. n. [παρδάλιον] *Vnguenti nomen, ſic dictum, quod pardalis odorem reddat, quae ſola ex animantibus odorem reddit, et Latine panthera dicitur.* Plin. 13, 1 Fuerat et pardalium in Tharſo, cuius etiam compoſitio et miſtura obliterata eſt.

PARDVS, i. m. [πάνθηρ] *Animal eſt, cuius femina, Pardalis dicitur, et Latine Panthera.* Plin. 8, 17 Nunc varias, et pardos, qui mares ſunt, appellant in eo genere, creberrimo in Aſia, Syriaque Idem 10, 37. Celer pardus Lucan. 6, 183. Fulminei Claud. de Conſ. Mal. Theod. 303. Sublimis pardus magno hiatu Iuuen. Sat. 11, 123. *Add.* Idem 8, 36. Virides Claud. in Conſ. Stilich. 2, 345. Pardus hiando felit Auctor Philomel. 50. Ad ignoſcendum ferrei, ad inimicitias pardi, ad fallendum vulpes Sidon. Epiſt. 5, 7.

PAREAS, ae. m. [ὁ παρείας] *Serpentis genus, a genarum conformatione dictum. Heſych.* παρεῖαι, ὄφεις, *etc.* Lucan. 9, 721 Et contentus iter cauda ſulcare pareas. *Al.* Parias *vel* Pharias.

PARECBASIS, is. f. [παρέκβασις] *Latine Transgreſſio, excurſus et excurſio dicitur.* Quinctil. 4, 3 Parecbaſis eſt, alienae rei, ſed ad vtilitatem cauſae pertinentis, extra ordinem procurrens tractatio. *Conf.* Auſon. Eidyll. 13 *vbi habes* Parecbaſin, *interpoſitam carmini admonitionem ad lectores.*

PARECHESIS, is. f. [παρήχησις] *Cum plures literae vel ſyllabae eundem ſonum reddunt. Vid. Voſſ. P. 2 Rhet.* p. 331.

PARECTATVS, i. m. [παρέκτατος] Non. 1, 341 Parectatoe hi, qui de pueritia veniunt ad pubertatem: a Graeco ſumtum vocabulum. Lucil. 8 Vnde parectatoe chlamydes, ac barbula prima. Idem 20 Tum ephebum quendam, quem vocant parectaton. Varr. de Compoſ. Sat. Parectatae adſunt, mulierque mulier Venus caput. *Παρέκτατος poteſt extenſum ſignificare, iuſtae ſtaturae proximum.*

PAREDROS, i. m. *et* f. [πάρεδρος] *Aſſidens, vt,* Paredri ſpiritus Tertul. de Anima c. 28. *Conf. Lex. Pitiſc. de* dis paredris *exſtat liber Georg. d' Arnaud, i. qui vna eſſe finguntur, vna ara, iisdem templis coluntur.*

PAREGMENON, i. n. [παρηγμένον] *Cum voces eiusdem originis coniunguntur. Vid. Voſſ. P. 2 Rhet.* p. 208. *Vtitur* Iul. Rufinian. de Schematis lexeos p. 32.

PAREGORIA, ae. f. [παρηγορία] *Solatium, mitigatio.* Apul. de Herb. c. 24 Herba mirifice paregoriam praeſtat.

PAREGORICVS, a, um. Adi. [παρηγορικός] *Mitigatorius.* Th. Priſcian. 1, 9 Paregorica adiutoria.

PARELCON, ontis. n. [παρέλκον] *Eſt Productio dictionis ex adiectione ſyllabae, ſiue etiam dictionis integrae ad aliam dictionem.* Ter. Andr. 1, 1, 63 Nihil ad Pamphilum quidquam. *Vbi* Donatus, παρέλκον. nam abundat Quidquam. nam Nemo quisquam, non dicitur. Virg. Aen. 1, 207 Et vosmet rebus ſeruate ſecundis. *Vbi* Seruius, MET parelcon eſt.

PARELIVS, i. m. [παρήλιος] *Imago ſolis in nube denſa apparens, qua aliquando duo pluresue ſoles cernuntur. Vid. de re ipſa, nam nomen non adhibet,* Plin. 2, 31. *Sed*

PARELIA, orum. n. *Pl.* Sen. Qu. Nat. 1, 11 *vocat, deſcribit, et ita vocari vult.*

PARENCHIRESIS, is. f. [παρεγχείρησις] *In veteri lemmate ſ. inſcriptione* Quinctil. 2, 6 *eſt genus diuiſionis, cum Orator vel Rhetor, de ordine capitum, diuiſione cauſae, collocatione et diſpoſitione apud ſe exigit et perueſtigat, aut diſcipulos inſtituendo quaeſtiones et capita docet, et vltra eos, qui idem argumentum tractarunt, excogitare aliquid conatur. Rem ipſam copioſe docet* Quinct. 7, 1. *De nomine vid. Capperon. ad lemma cit. in primis ex Turn.* 12, 11. *Add. Capp.* ad Quinctil. 1, 2 no. 55. ¶ 2 *Eſt et* Parenchireſis, *Quum argumentum et negotium ab alio tractatum alius ſibi ſcribendum ſumit, vt apud* Cic. Att. 15, 4 *de oratione Bruti,* Prorſus contendis committere, tam multis verbis agis. Egone vt eam cauſam, quam is ſcripſit? Ego ſcribam non rogatus ab eo? nulla παρεγχείρησις fieri poteſt contumelioſior. *Hic* Parenchireſim *vocat Scriptam a Bruto cauſam ſcribere. Eodem modo Themiſtius, elegans et nitidus ſcriptor,* parenchireſεις *appellat, quum quid ſecus quam alii dicimus, aut praetermiſſum ſcribimus. Eius verba ſunt,* τό, τε σμικρῶν ἕνεκα παρεγχειρήσεων, ὁλοκλήρους καταβάλλεσθαι πραγματείας, ὅμοιον τῷ τὴν Ἀθηνᾶν βουλομένῳ μετακινεῖν τὴν Φειδίου, ὅτι τὰ δεσμὰ τῆς κρηπῖδος ᾤετο ἀμείνω ποιήσειν. *Hinc Timaeus* ἀπαρεγχείρητον, *perfectum appellat, et quod eſt ſuis omnibus numeris abſolutum. Ex Turnebo* 12, 11.

PARENS, entis. c. *Maſc. ſecundum* Chariſ. p. 79 [τοκεύς, γονεύς] *a* Pario *fit.* Feſtus, Parens vulgo pater aut mater appellatur: ſed iuris prudentes auos et proauos, auias et proauias parentum nomine appellari dicunt. Paull. de Gradibus affinitatis, l. Iurisconſultus, Parentes apud Romanos vsque ad tritauum proprio vocabulo nominantur. *Feminini etiam generis eſſe, ſatis docet illud* Ouid. Met. 6, 191 *de Latona,* Illa duobus facta parens. Virg. Aen. 9, 84 Quod tua cara parens domito te poſcit Olympo. *Iterum* Ouid. Amor. 3, 6, 34 Natarum Thebe quinque futura parens. *Add.* ad Liu. 81 Fecunda parens, *et* 431 Longaeua parens. *Conf.* n. 2. Pater et parens Cic. de Inuent. 1, 105. Aetas parentum, peior auis, tulit nos nequiores Hor. Od. 3, 6, 46. Cura ſagax parentum Senec. Hippol. ſ. 2. Nomen inite parentis Ouid. ex Pont. 4, 9, 134. Proles parentum Virg. Georg. 3, 101. Sanguis pauperum parentum Hor. Carm. 2, 20, 5. Sanguis, *Filius.* Cari parentes Ouid. Amor. 1, 7, 5. Tacit. Ann. 4, 16 Nam patricios confarreatis parentibus genitos tres ſimul nominari, *etc.* Confectus aetate parens Virg. Aen. 4, 599.

Dubitatus Ouid. Met. 2, 20. Feſſus aetate Virg. Aen. 2, 596. Gemini Idem ibid. 3, 180. Ingenuos claroſque parentes habere Hor. Serm. 1, 6, 91. Inteſtati Quinctil. 3, 6. Longaeuus Virg. Aen. 3, 169. Parcus vterque Ouid. Amor. 1, 5, 10. Rigidus Idem Met. 2, 813. Superſtites Hor. Epod. 5, 101. Tardus ſenio Senec. Herc. fur. ſ. 5. Tremulus Catul. 66, 142. Veterum decora alta parentum Virg. Aen. 2, 448. Non Alere parentes nefarium eſt Cic. Att. 9, 11. Anteire titulis parentes Stat. Theb. 3, 156. Colere in loco parentis, *vid.* COLO. Curare parentes, *vid.* CVRO. Facere parentem pulchra prole Virg. Aen. 1, 78. Fieri parentem Quinctil. 1, 1. Facta parens duorum Ouid. Met. 6, 191. Habere Cariſſimos parentes debemus, quod ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita eſt Cic. poſt red. in Senat. 2 c. 1. Obſeruare et diligere aliquem, vt alterum parentum Cic. Fam. 5, 8. Praeſtare pietatem parentibus Quinctil. 5, 10. Parentes et propinqui Cic. Verr. 5, 107. Parentes abunde habemus: *Dictum apud* Salluſtium *in perſona Romanorum.* ¶ 2 *Metaph.* Parens Magna Tellus Ouid. Met. 1, 383. Maximus Mundi Parens Sen. Hippol. ſ. 4. Sanctiſſima parens patria Cic. Att. 9, 11. Artium bonarum procreatrix quaedam et quaſi parens philoſophia Cic. de Orat. 1, 9 c. 3. Cunctorum parens terra: *h. e. Altrix* Plin. 18, 1. Eloquentiae parens Columel. 1 praef. 30 *Homerus.* Frugum parens, *Tellus* Virg. Georg. 2, 173. Ceres, alma Frugum parens Apul. Met. 11 p. 257. Lyrae parens Mercurius, *h. e. Inuentor* Hor. Carm. 1, 10, 6. Mentium parentes, non corporum Quinctil. 2, 9 (10) *pr.* Summus parens Mundi Lucan. 4, 110 *i. Iupiter.* Odii metus parens Stat. Theb. 1, 127. Operum omnium parens et effector Deus Cic. de Vniuerſ. 35. Patriae parens primus appellatus Cicero Plin. 7, 30. Patriae parentem occidere, quam ſuum, grauius eſt Cic. Philipp. 2, 21. Philoſophiae parens Socrates iure dici poteſt Idem de Finib. 2, 1. Rerum parens *Deus* Lucan. 2, 7. Rerum parens et educatrix, quae in homine ineſſe perſpiciuntur, ſapientia Cic. de Legib. 1, 62. Vrbis parens Romulus Liu. 4, 3. Parens, *de arbore.* Plin. 12, 5 Rami nouam ſibi propaginem faciunt circa parentem in orbes. Parentium, *Genitiuus pro Parentum.* Hor. Carm. 3, 24, 21 Dos eſt magna parentium Virtus. *Neque hoc metri cauſa produxit* Hor. *ſed communi vſu adhibetur, vt obſeruat Fabrett.* Inſcript. p. 99. *Ipſe* Cicero *ſic ſaepe dixit teſte* Chariſio 1. ¶ 3 *Pro cognato, amico, patrono laxa ſignificatione recentiores poſuere.* Capitolin. M. Philoſ. 5 Adoptatus in aulicam domum omnibus parentibus ſuis tantam reuerentiam quantam priuatus exhibuit. *Vid. Caſaub. ad h. l.*

PARENTĒLA, ae. f. [συγγένεια] *Affinitas, vel generatim cognatio: parum Latina vox.* Iul. Capitol. in Gordian. c. 23 Duxit vxorem filiam Miſithei doctiſſimi viri, quem cauſa eloquentiae dignum parentela ſua putauit.

PARENTĬCĪDA, ae. m. [γονεοκτονός] *Qui patrem aut matrem occidit. Fuiſſe tale nomen in vſu, oſtendit iocus, et alluſio* Plauti Epid. 3, 2, 13 Quia ego tuum patrem faciam Perenticidam, *a* Pera *et* Caedo.

PARENTO, āre. [ἐναγίζω] *Parentibus iuſta celebrare. Licet etiam ad alios transferatur.* VOS FILII IN VIVENTEM PARENTEM PIENTISSIMI, IN MORTVVM PII MAGIS, PATERNOS CINERES EX HISPANIA EXPORTATE, COMMVNIQVE SEPVLCRO CONDITE, QVO AVITIS CINERIBVS IMMIXTI, SACRO GAVDEANT ANNIVERSARIO PARENTARI Inſcriptio veteris Lap. Plin. 18, 12 Quoniam mortuorum animae ſint in ea (ſcilicet faba) qua de cauſa parentando vtique aſſumitur. Cic. pro Flac. 96 c. 38 Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, reuocemus eiectos. Idem Philipp. 1, 13 Vt cuius ſepulcrum nuſquam exſtet, vbi parentetur, ei publice ſupplicetur. Ouid. Amor. 1, 13, 5 Sic Memnonis vmbras Annua ſollemni caede parentet auis. *Conf. Berneg. ad* Suet. Caeſ. c. 6. *Et* Petron. c. 69. ¶ 2 *Metaphora a ludis funebribus ducta* Parentare *eſt Caedem ſuorum vlciſci.* Liu. 24, 21 Parentandum regi ſanguine coniuratorum eſſe. *Sic* manibus alicuius parentare Flor. 2, 6, 8. Iuſtin. 13, 3 *extr.* Ciuibus qui interierunt parentare Caeſ. Bell. Gall. 7, 17, 7. Petron. c. 81 Noxio ſanguine parentabo iniuriae meae. *Sed* Locus in quo luxuriae parentatur *i. triclinium apud* Senec. de Vita beata c. 11 *extr. Nempe* Luxuria *velut Dea eſt, cui honos habetur.* Idem Sen. Epiſt. 12 Vino et funereis epulis ſibi parentare.

PARENTOR, āri. Dep. Senec. Epiſt. 123 (122) Non conuiuantur, ſed iuſta ſibi faciunt. Mortuis certe viui parentantur.

PARENTALIS, e. Adi. Vmbrae parentales, *i. Animae parentum* Ouid. Triſt. 4, 10, 87. Iſta parentales non rumpant vincula curae Alcim. Auit. 1, 186. *i. pietas erga parentes cedat amori coniugali. Verum* ¶ 2 Dies parentales, *Quibus parentabatur* Ouid. Faſt. 2, 548. Marte parentali rebellant, *i. ludis funebribus parentant* Ouid. Met. 13, 619.

PARENTALIA, orum, *vel* ium. n. [ἐναγίσματα] *Conuiuia, quae in parentum aut propinquorum funere fieri conſueuerunt.* Ad parentalia inuitare Petron. c. 78. Cic. Philipp. 1, 13 c. 6 An me cenſetis P. C. quod vos inuiti ſecuti eſtis, decreturum fuiſſe, vt parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur? *Vid. Alex. ab Alex.* 3, 12. Parentalia, antiquae appellationis hic dies, et iam inde ab Numa cognatorum inferiis inſtitutus Auſon. praef. Parent. *Add. ib.* praef. metrica.

PARENTATIO, ōnis. f. Quod mortuis litabatur, id vtique parentationi deputabatur Tertull. de Spect. c. 12.

PARENTHĔSIS, is *vel* eos. f. [παρένθεσις] *Interpoſitio. Valla:* Parentheſis *eſt Interiectio orationis in ſermone: qua remota, ſermo manet integer.* Quinctil. 9, 3, 23 Illa quoque ex eodem genere poſſunt videri, quam nos Interpoſitionem vel Intercluſionem dicimus, Graeci παρένθεσιν vocant, dum continuationi ſermonis medius aliquis ſenſus interuenit. *Exemplum ponit* Cic. pro Milon. c. 34 Ego cum te (mecum enim ſaepiſſime loquitur) patriae reddidiſſem.

PARENTHETICVS, a, um. Adi. Parenthetica bellaria Sariſb. 8, 7 *quae interponuntur cibis aliis.*

PARENTO, āre: *vid.* PĂRENS.

PĀREO, ui, ēre. [φαίνομαι] *Manifeſtum eſſe.* Virg. Aen. 10, 176 Cui pecudum fibrae, caeli cui ſidera parent. *Vbi* Seruius: Parent, Peritiſſime agnoſcuntur: quod ad omnia referendum eſt, ad fibras, ſidera, voces auium, et fulmina: nam ſi videntur, tantum accipias, cuiuis poſſunt videri, nec tamen intelligi. Item voces auium non videntur, ſed agnoſcuntur auditae. Nec Parent, Obtemperant, procedit. nam quomodo ſidera, vel fibrae, vel aues, vel fulgura poſſunt obtemperare? *Etiam* Feſtus, Paret, Apparet interpretatur. Martial. 12, 29 Feſtinant trepidi ſubſtringere carbaſa nautae, Ad portum quoties paruit Hermogenes. Siculus Flaccus p. 14 *Goeſ.* Aliquibus locis lapides, qui in limitibus poſiti erant, interciderunt: et limites ipſi, id eſt rigores, non parentibus lapidibus difficile inueniuntur. *Et* Frontinus, Ante Iouem limites non parebant, qui diuiderent agros. Hyginus autem p. 160 Antiquae menſurae actus in diuerſum nouis limitibus inciditur: nam Tetrantum veterum lapides adhuc parent, ſicut in Campania finibus Minturnenſium. *Et apud* Cic. in Orat. pro Roſc. Com. 5 Non habere ſe hoc nomen in codice accepti et expenſi relatum confitetur, ſed in aduerſariis parere contendit. *Pulchra lectio, vndecunque ſit. Paullo Manutio tribui video: ſed certe nihil in commentariis: neque filius ipſius Aldus diſceſſit a vulg.* patere. *Plura loca vbi* Patet *in locum τȣ* Paret *irrepſiſſe videtur, annotauit Pareus Lex. Crit.* p. 883 ſeq. Petron. c. 137 Iuriſconſultus PARET, NON PARET, habeto Atque eſto quidquid Seruius aut Labeo. *Vbi* Paret *ſignificat Apparet, liquidum eſt. Nempe formula eſt,* SI PARET. Cic. pro Roſc. Com. 11 c. 4 Eius rei ipſa verba formulae teſtimonio ſunt. Quid eſt in iudicio? Directum, aſperum, ſimplex. SI PARET HS Iↄↄↄ DARI OPORTERE. Hic, niſi planum facit, HS Iↄↄↄ ad libellam ſibi deberi, cauſam perdit — *Et mox,* quantum aequius et melius ſit, dari repromittiue ſi pareret. *Quatuor loca* Inſtitutionum Iuſtin. *vid. apud Barn. Briſſon. de Form.* 5, 11 p. 350. *Theophilus illud* Si paret *interpretatur εἰ φαίνεται. Add.* Feſtus *voce* Parret. Scribon. 222 Parent leuia. *Maximam vim exemplorum ex inferioris praeſertim aeui ſcriptoribus congeſſit Daumius ad illud* Catonis Diſt. 2, 8 Temporibus peccata latent, ſed tempore parent. *Add. Arntzen. ad h. l.* ¶ 2 Parere, *eſt etiam Oſtentare ſe,* [πομπεύεσθαι, ἐλλαμπρύνεσθαι] *vt Scalig. explicat in* Catonis Diſtich. 3, 2 Fortunae donis raro parere memento. *Verum et lectio mutata a Scaligero, et totum diſtichon abeſt a melioribus libris, et alia deſideratur auctoritas.* ¶ 3 Parere, [ὑπακούω, πείθομαι] *Obedire ſignificat eadem, puto, ratione, vt* apparere, *i. praeſto eſſe ad accipienda imperia: non ſubducere ſe iubenti, etc.* Sen. de Benef. 2, 18 De imperfectis hominibus *loquor,* quorum affectus ſaepe Contumaciter parent, *i. cum rebelli quadam reluctatione.* Virg. Aen. 1, 6 3 Paret Amor dictis carae genitricis, *etc.* Modeſte qui paret, videtur qui aliquando imperet dignus eſſe: itaque oportet et eum, qui paret, ſperare ſe aliquo tempore imperaturum: et illum qui imperat, cogitare, breui tempore ſibi eſſe parendum Cic. de Legib. 3, 5 c. 2 *interpretans legem, quam poſuerat paullo ante* 6 c. 3 Iuſta imperia ſunto: iiſque ciues modeſte ac ſine recuſatione parento. Occultiſſime parere, *vid.* Occulte, *in* OCCVLO, ĕre. Cic. Philipp. 7, 2 Non vt pareret, et dicto audiens eſſet huic ordini, ſed vt conditiones ferret, leges imponeret. Idem de Legg. 3, 11 c. 4 Qui agent, auſpicia ſeruanto, auguri parento. Cic. de Nat. Deor. 2, 7 Claſſem amiſit, quum auſpiciis non paruiſſet. Idem ib. *p. p.* Eorum imperiis Rempubl. amplificatam, qui religionibus paruiſſent. Conſiliis alicuius parere Cic. Att. 8, 16 (12) Idem de Fin. 1, 53 Quae Cupiditates a natura proficiſcuntur, facile explentur ſine iniuria: quae autem inanes ſunt, his parendum non eſt. Deo parere libertas eſt Sen. de V. B. 15 *extr.* Dicto Liu. 28. Dominis parere ſuperbis Virg. Aen. 12, 236. Gulae parere, *pro Seruire, ſiue indulgere* Hor. Serm. 2, 7, 111. Humillimis Vell. 2, 37. Imperio Caeſ. Bell. Gall. 5, 2. Nep. 14, 4, 2. Inſtitutis patriae parere Nepos 17, 4, 3. Cic. de Legib. 3, 42 c. 18 Parere iubet Interceſſori quo nihil praeſtantius. Impediri enim rem bonam melius, quam concedi malae. Legibus parere Cic. de Legib. 3, 26. Idem Off. 2, 40 c. 11 Leges latronum eſſe dicuntur, quibus pareant, quas obſeruent. Lupatis duris Virg. Georg. 3, 208 *de equis.* Neceſſitati parere cogimur Cic. in Orat. 202. *Add.* Idem Fam. 4, 9. Patienter alicui parere, *vid.* Patienter, *in* PATIOR. Praecepto alicui parere et obedire Cic. Tuſc. 5, 36. Praeceptis Virg. Aen. 2, 607. Promiſſis parere, *Praeſtare promiſſa* Ouid. Faſt. 5, 504. Regi paret oppidum illud Plin. 6, 28. In tanto hominis periculo et Tempori eius et Voluntati parere Cic. in Vat. c. 1. *i. ſeruire.* Voluntati architecti obedire et parere Idem de Nat. Deor. 1, 19. Scaeuola, De dote praelegata. l. Quum dotem, Quaeſitum eſt, quum res in dotem datae plures ipſo vſu finitae eſſent, nec moriente marito fuerant, an quaſi ſub impoſſibili conditione legum datum videatur, Reſpondi, videri conditioni paritum, ſi quod ex rebus in dotem datis ſuperat, in poteſtatem haeredis peruenit. Symmach. Epiſt. 10, 36 (43) Suggeſtum eſt, paritum eſſe ſententiae. Paretur, [ὑπακούεται] *Imperſ.* Liu. 9, 32 Quod poſtquam Conſuli nuntiatum eſt, extemplo teſſeram dari iubet, vt prandeat miles: firmatiſque cibo viribus, arma capiat, dicto paretur. Caeſar capere arma iubet, *etc.* Paretur Lucan. 4, 148. ¶ 4 *Tranſlate dicitur* nauis vento parere, memoria oratori *etc. vid. Brouckhuſ. ad* Tibull. 1, 10, 9. *Burm. ad* Quinctil. 1, 12 p. 121. Colono arua parent Virg. Aen. 1, 3.

PARENS, entis. Partic. [πειθόμενος] Cic. Off. 1 c. 21 Quin etiam ob has ipſas cauſas et parentiores habuerunt exercitus, et fortiores. Salluſt. in Iugurth. 101, 7 Deinde quod parentes abunde habemus, amicorum neque nobis, neque cuiquam hominum ſatis fuit. Parentes *vocat, Obedientes et ſubditos.* Gulae parens Hor. Serm. 2, 7, 3. Dicto parens Virg. Aen. 1, 699. Nuntio parens Nepos 9, 5, 3.

PARIENTIA, ae. f. *Obſequium, a verbo* Pareo. Caſſiodor. Variar. 3, . . Atque ideo parientiam veſtram, ſaepius approbatam, nunc quoque eodem praeſente monſtrate. *Sic ex MSS. Cuiac. Vt et* Var. 7, . . Cui ſaluberrimam parientiam commodate l. 1. C. qui pro ſua iuriſd. *vbi non* Patientiam, *ſed* Parientiam *legendum eſt. Hanc vocem Pareus Lex. Crit.* p. 885 Tacito Agric. 16, 2 *atque alias reſtitutam cupit, vbi vulgo* Patientia. *Vid. Cuiac. Obſſ.* 1, 6.

PARITOR, ōris. m. Zeno Veronenſ. Alienae nequitiae et malitiae paritores.

PAREORON, i. n. *Idem quod Heliotropium.* Apul. de Herb. 49.

PAREPHIPPIVS, *Vox nihili, quae pro* Parhippus *irrepſit* l. 3 C. de curſu publ. *v. v.*

PARERGVM, i. n. [πάρεργον] *Quod alicui rei praeter propoſitum additur.* Plin. 35, 10 Quidam et naues pinxiſſe vſque ad annum L. argumentum eſſe, quod quum Athenis celeberrimo loco Mineruae delubro propylaeon pingeret, vbi fecit nobilem Paralum et Hemionida, quam quidam Nauſicaam vocant, adiecerit paruulas naues longas in iis, quae pictores parerga appellant, vt appareret, a quibus initiis ad arcem oſtentationis opera ſua perueniſſent. *Budaeus;* Parerga *ſunt quaſi Corollaria operis locati, quae ſiunt vltra id, quod in ſtipulatione comprehenſum eſt.* Quinctil. 11, 3 *vocat,* quae in ornamentum operis accedunt.

ceedunt. Parerga horologiorum, *Quae ornatus cauſa fiunt in horologiis, vocat* Vitruuius 9, 9.

PARHIPPVS, i. m. *Dupliciter accipitur in iure. Ordinarie eſt equus* Auertarius, *qui praeter* veredum, *ſarcinae vel* auertae *ferendae cauſa licite aſſumebatur ab his, quibus publico curſu vtendi ius erat. Vid.* l. 22 C. Th. de curſu publ. *et ibi Iac. Gothofred. Conf.* l. 22. 27. 29. *Sic et* Caſſiod. Var. 4, 47. *et* 5, 5. *Semel tantum, quod obſeruatum ſit, nempe* l. 14 C. Th. de curſu publ. Parhippus *eſt* equus *perperam et contra legem vſurpatus. Vid. Gothofr. Eſt igitur priori ratione equus, qui* praeter *veredum adhibetur, altera, qui* praeter *legem. Negari tamen non poteſt, verba* l. 14 C. Th. et l. 4 C. de curſu publ. *videri potius hominem abutentem equis publicis notare:* Parhippum eum videri et habendum eſſe, qui vſurpato vno vel duobus veredis, quos ſolos euectio (*i. diploma*) continebit, alterum tertiumue extra ordinem commoueat.

PARHY̆PĂTE, es. f. [παρυπάτη] *i. Subprincipalis, phthongi, i. ſoni ſ. toni adeo ſpecies.* Vitruu. 5, 4. *Vid. Bald. Lex.* Vitr. p. 80.

PARIA, ae. f. Inſula in Phoenicio mari, ante Ioppen, alio nomine Arados Plin. 5, 31.

PARIANVS, i. m. *Piſcis* alio nomine Colias, Saxitanus, Cybius, lacertorum minima, aquas incolens, inuenitur in Baetica Plin. 32, 11 ſ. 53.

PARIAS, *vid.* PAREAS.

PARIATIO, PARIATOR: *vid.* PAR.

PARICI, *inquit* Feſtus, Quaeſtores appellabantur, qui ſolebant creari cauſa rerum capitalium quaerendarum. *Sed legendum videtur* Paricidii ſ. ParicidI, *quod apparet collatis* Feſti *verbis in* Quaeſtores, Quaeſtores dicebantur, quod quaererent de rebus capitalibus, vnde qui talia quaerunt quaeſtores paricidI appellantur. *Vidit Scaliger, et deſcribendo probat Dacerius.*

PARICIDA, PARRICIDA, PATRICIDA, ae. m. [πατροκτόνος, πατραλοίας] *pro eodem ponuntur, patris nempe interfectore. Et eſt ſane, qui* patricida *eſt, idem ſine dubio etiam* parricida. *Sed non contra. Ac videtur vel in ipſo vſu antiquorum, vel certe librariorum opera* Patricidam *paene abſorpſiſſe* parricida. *Audiamus* Priſcian. 1 p. 553 Parricida, quod vel a pari componitur, vel, vt alii dicunt, a patre. Ergo ſi eſt a *pari*, *r* euphoniae cauſa additur. Sin a *patre*, *t* in *r* conuertitur. Quibusdam tamen a *parente* videtur eſſe compoſitum, et pro *parenticida* per ſyncopen et commutationem *t* in *r* factum parricida. *Illud primum apparet, Priſciano probari orthographiam per geminam* rr, *quam etiam firmant libri antiqui. Deinde, ipſo iudice, eodem nomine appellatum, qui patrem et qui ciuem Rom. necaſſet. Tamen* Cic. pro Domo 26 c. 10 *omnes hodie legunt*, Quid de me, quod tuliſſe te dicis, patricida, fratricida, ſororicida, nonne extra ordinem tuliſti? *Sed antiqua editio Ven.* 1495 *fol. etiam hic* parricida. *Porro in* Roſciana *vbi frequentiſſime adhibetur, nunquam, quod obſeruarim*, patricida; parricida *vel* paricida *ſemper. A* Patris caede Parricidam *deriuat* Quinctil. 8, 6, 35 *Acetabula*, quidquid habet; et *Pyxides*, cuiuscunque materiae ſunt; et *Parricida* matris quoque aut fratris interfector. *Quod eſt de deriuatione a* pari, *quae placuit etiam Lambino ad* Milonianam c. 7, *non probante Cortio ad* Sall. Catil. 14, 2: *reuocauit eam vir doctus Miſcell. Obſ. Amſtelodami editarum* Vol. 10 p. 262 *cum ciues Romani antiqui* pares *praeter caeteros dici potuerint. Hoc maneat, nomen vt nunc res eſt, vnum eſſe, eius qui patrem, qui ſanguine coniunctum, qui ciuem occiderit, qui patriae hoſtis ſit. Antiquiſſimam eſſe illam generalem ſignificationem docet* Feſtus, Parici (*leg.* ParicidI) quaeſtores appellabantur, qui ſolebant creari cauſa rerum capitalium quaerendarum. Nam paricida non vtique is, qui parentem occidiſſet, dicebatur, ſed qualemcunque hominem. Id autem fuiſſe indicat lex Numae Pompilii regis, his compoſita verbis: SI QVIS HOMINEM LIBERVM DOLO SCIENS MORTI DVIT, PARICIDA ESTO. *De hoc* Quaeſtore *dedita opera agit vir doctus in Miſcell. Obſeruatt. quem modo laudauimus. Hinc* Flor. 4, 1, 10 *Catilinarii* parricidae *vocantur. Et* Tac. Hiſt. 1, 85, 6 *Vitellius. Ipſe* Cic. *de* Catilina 1, 29 c. 12 Certe verendum mihi non erat, ne quid, hoc parricida ciuium interfectu, inuidiae mihi in poſteritatem redundaret. *Quin alias quoque res capitales hoc nomine veniſſe, docet* Cic. de Legg. 2, 22 c. 9 Sacrum ſacroue commendatum qui eleperit rapſitque (*ita e MSS. Dauiſ.*) parricida eſto. *Ad patris interfectorem pertinet, quod refert* Martian. D. ad leg. Pomp. de paric. l. 1 Lege Pompeia De paricidiis cauetur, vt is paricidii teneatur, non ſolum qui patrem et matrem interfecerit, ſed qui auum, auiam, fratrem, ſororem, patruelem, matruelem, patruum, auunculum, amitam, materteram, conſobrinum, conſobrinam, virum, vxorem, filium, filiam, nepotem, nurum, aliosque propinquos occiderit. *Add.* Paullus Recept. Sentent. 5, 24, 1. *Ad patrem occiſum refert* Hor. Carm. 3, 29, 8 Telegoni iuga parricidae. Liu. 3, 50 Virginius, occiſa a ſe filia, rogat, ne ſe, vt parricidam liberûm auerſarentur. Sicarii, homicidae, parricidae Cic. Philipp. 2, 31. Inſui in culeum parricidas viuos, atque ita in flumen deiici voluerunt Cic. pro Roſc. Amer. 71 c. 25. Caeſar *ap.* Sueton. c. 43 Parricidas (*exſules*) bonis omnibus multauit. Cuſtodiri vt paricidam Cic. ad Brut. 6. Sicarium non modo, ſed etiam paricidam aliquem iudicare Idem Fam. 12, 3.

PARICIDIVM, PARRICIDIVM, *vel* PATRICIDIVM *denique* i. n. [πατροκτονία] *Parentis, Cognati, vel ciuis, occiſio; vel, Contra patriam machinatio.* Cic. Off. 3, 83 c. 21 Poteſt enim, dii immortales, cuiquam eſſe vtile foediſſimum et teterrimum parricidium patriae, quamuis is, qui ſe eo obſtrinxerit, ab oppreſſis ciuibus parens nominetur? Idem de Nat. Deor. 3, 67 Sibi ſalutem vt familiari pareret paricidio. *Ex Poëta de Medea fratrem interficiente. Sed ad* patris *aut* matris, *etc. Interfectorem pertinet* Poena paricidii, de qua Modeſtinus, D. ad leg. Pompeiam de paricidiis, l. 9 more maiorum haec inſtituta eſt. Paricida virgis ſanguineis verberatus, deinde in culleo inſuitur cum cane, gallo gallinaceo, vipera, et ſimia. deinde in mare profundum culleus iactatur. Hoc ita, ſi mare proximum ſit. alioquin beſtiis obiicitur ſecundum D. Hadriani conſtitutionem. *Vid. etiam* Inſtit. l. vlt. tit. vlt. Cic. Philipp. 2, 17 c. 7 Quum homines nefarii de patriae paricidio confiterentur, conſciorum indiciis, ſua manu, voce paene literarum coacti, ſe vrbem inflammare, ciues trucidare, vaſtare Italiam, delere Remp. conſenſiſſe, *etc.* Necari ciuem Romanum, prope paricidium eſt: vinciri, facinus, verberari, ſcelus Cic. Verr. 5, 169. Idem pro Cluent. 31 c. 11 In ipſo fraterno paricidio nullum ſcelus praetermiſſum videtur. Committere parricidium Scribon. Ep. m. Iuſtin. 1, 9 *de Cambyſe*, Non dubitauit poſt ſacrilegia, etiam paricidium facere. Inquinare ſe parricidio Cic. de Fin. 4, 63 c. 23. *et* Tuſc. 5, 6 c. 2. Maculare parricidio partus ſuos Liu. 1, 13 *pr.* Obſtringere ſe paricidio, *vid.* OBSTRINGO. Obſtringere ſe nefario patriae paricidio Cic. Philipp. 11, 29 c. 12.

PARICIDĀLIS, *vel* PARRICIDIALIS, e. Adi. Paricidalis, *quaſi a* Paricida *eſt*; Parricidialis *a* Parricidium. *Vid. Burm. ad* Quinctil. Decl. 4, 19 p. 100. Idem Decl. 16 Vidi truces loquentis oculos, vultus paricidali ardore ſuffuſos. Arma parricidialia Cyprian. Ep. 1, 2. Bellum parricidiale Flor. 3, 21, 1. Firmic. 6, 10 Ita vt contra matres, filios faciat paricidalia inimicitiarum ſubire Certamina. Firmic. 1, 3 Ecce innumerabiles proſcriptionum tabulas ponit Sulla, et cruentarum pecuniarum paricidali Collatione ditatur. Conatus parricidiales Sulp. Seuer. Hiſt. 1, 38. Diſcordiae parricidiales Iuſtin. 39, 3 *pr.* Homo parricidialis animi Lamprid. Heliog. c. 14. Parricidali Manu gladium ſtringere Petron. c. 80. Firmic. 6, 25 Ipſos vero contra patres paricidalibus inimicitiarum Odiis exaſperant. *Et* c. 31 *non ita procul a fine*, Paricidalia parentum circa filios Odia, funeſtamque caedem ſemper exagitat. Firmic. 1, 3 Iuſſione Sullana, Sulpicius tribunus plebis, paricidalis Praecepti nefanda animaduerſione percuſſus eſt. Scelus parricidiale Iuſtin. 27, 1, 10. Firmic. 6, 18 Et quum illos vna ſanguinis neceſſitudo coniungat, paricidali odiorum contra ſe Simultate depugnant.

PARICIDIALĪTER. Adu. Lamprid. Alex. Seuer. c. 1. Auguſtin. Epiſt. 168.

PARICIDĀTVS, ûs. m. Caelius *ap.* Quinctil. 1, 11, 42 Neque enim *tuburcinabundum* iam in nobis quisquam ferat — nec *parricidatum*, quod in Caelio vix tolerabile videtur.

PARICIDIŌSE. Adu. *Ab attributo* Paricidioſus, *confictum, vt ab Ignominioſus, Ignominioſe.* Cic. Tuſc. 5, 6 c. 2 Paricidioſe vituperare parentem. *Sed hodie editur*, Vituperare quisquam vitae parentem, et hoc parricidio ſe inquinare audet?

PARICVLVM, i. n. *Nomen ex* Marculphi formulis *arreptum* Periculo, *in quantum illud* n. 5 *explicamus, ſubſtitutum eunt Sirmondum ſecuti, Heraldus obſeruat.* 50, *H. Grotius Flor. ſparſ. p.* 396. *Nempe* Paricla *et* Paricula charta *apud* Marculphum *eſt exemplar*, ἴσον, ἰσότυπον, ἀπόγραφον, ἀντίγραφον, *ex authentico deſcriptum, cui proinde conuenit ac par eſt, vnde nomen habet. Sed neque ſignificatio haec ſatis conuenit locis illis, vnde* periculum *excitauimus l. c. et repugnant libri: niſi quod in* Cod. Theodoſiano *tum in* rubrica *tum* l. 2 *Wurceburgenſis liber, Rittero teſte habet* de ſententiis ex pariculo recitandis, *et* Ex pariculo promatur deliberationis plena ſententia.

PARIENTIA, *vid.* PAREO.

PARIES, ĕtis. m. [τοῖχος, τειχίον] *Sic vocantur ſtructurae perpendiculares, quibus aedificia includuntur.* Plin. 35, 14 ſ. 48 Quid, num et Africa Hiſpaniaque ex terra parietes, quos appellant formaceos (quoniam in forma circumdatis vtrinque duabus tabulis inferciuntur verius quam inſtruuntur) aeuis durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus, omnique caemento firmiores? Cic. Verr. 4, 122 His autem tabulis interiores templi parietes veſtiebantur. Nam tua res agitur, paries cum proximus Ardet Hor. Epiſt. 1, 18, 84. Communis paries vtrique domui Ouid. Met. 4, 66. Craſſus paries, *vid.* CRASSVS. Craticius paries, *dicitur ab aſſeribus, qui arrecti transuerſique in modum cratis texuntur: vnde* Vitruuius, Arrectarios parietes, Transuerſariosque *appellat. Vid.* CRATES. Fiſſus paries tenui rima Ouid. Met. 4, 65. Intergerinus paries, *vid.* INTERGERINVS, *ſuo loco.* Directum parietem ad parietem communem Adiungere, vel ſolidum vel fornicatum, omnibus ius eſt Cic. in Topic. 22 c. 4. Conſcribere parietes, *vid.* CONSCRIBO. Cruſtare parietes, *vid.* CRVSTA. Vna fidelia duos Dealbare parietes, *vid.* FIDELIA. Diſturbare parietes Cic. in Parad. 4. Ducere parietem per veſtibulum alterius Idem pro Milon. 76 c. 27. Duos Linis parietes Petron. c. 39. Perfodere parietes, *vid.* PERFODIO. Arctis parietibus premere locum Virg. Georg. 4, 297. Vrbis parietes ſtant et manent Cic. Offic. 2, 29. Caecis parietibus textum iter Virg. Aen. 5, 589. Intra parietes meos nihil mihi tutum Cic. Fam. 4, 14. Id. pro Quint. 38 c. 11 Si quid in controuerſiam veniret, aut Intra parietes, aut ſummo iure experiretur. *i. Aut inter amicos diſceptandam rem permitteret citra iudicium, et extra cancellos forenſes: aut apud iudicem conceſſo ſibi legibus aut moribus iure vteretur, id eſt rigore iuris ad extremum non decederet.* Domi atque Intra priuatos parietes continere ſtudentem Quinctil. 1, 2 *pr.* Albo pariete aliena bona oppugnare Plaut. Perſ. 1, 2, 22. *Albo Praetoris, legibus, per calumniam.* In caducum parietem inclinare: *Prouerbiali figura, dicuntur, qui nituntur, confiduntque rei parum firmae: ducta metaphora ab aedificiis.* Hadrianus Imperator *ap.* Spartian. 25 *et in* Aelio Vero 6 *de Commodo adoptato, et imperii ſucceſſioni deſtinato dicere conſueuit.* In caducum parietem inclinamus, *etc.* Caducum *autem* parietem *vocabat, quod eſſet valetudinarius, et rebus gerendis inhabilis videretur.*

PARIETĪNA, ae. f. [τὸ τειχίον] *penult. producta. Plurali numero ſignificat ruinas et reliquias aedium, parietes quosdam, non aedes.* Plin. 22, 17 Auſtericum folio ſimilis ocimo, nigrior tantum, naſcens in tegulis parietinisque. Cic. Fam. 13, 1 Is igitur Patro, quum ad me Romam literas miſiſſet, vti te ſibi placarem, peteremque, vt neſcio quid illud Epicuri parietinarum ſibi concederes, *etc.* Cic. Fam. 4, 3 In parietinis reipublicae. ¶ 2 *Herbae etiam nomen, quae* Parietalis *vel* Parietaria. Ammian. Marcell. 27, 3 p. 523 *Gron.* Vnde Traianum herbam parietinam iocando cognominarunt. *Vid.* PARIETARIA.

PARIETĀLIS, e. Adi. Parietalis herba Marc. Empir. c. 13. *Eadem* Parietaria.

PARIETARIVS, a, um. Adi. Structor parietarius Inſcript. apud Fabrett. p. 157. Firmic. 8, 24 Decimanona pars, ſi in horoſcopo fuerit inuenta, architectos faciet, ſtructores parietarios, vel marmorarios. Faſeoli parietarii, *qui ad parietes ſe applicant et enituntur clauiculis ſuis* Apic. 8, 6 *ex emendatione Liſteri, pro* Paratarii.

PARIETARIA, ae. f. [ἑλξίνη] *Herba a parietibus, in quibus naſcitur, ſic dicta: vnde etiam Muralium appellata eſt* Apul. de Herb. c. 81. Aur. Vict. Epit. 41, 13 *de Conſtantino*, Hic Traianum herbam parietariam (*al.* parietinam) ob titulos multos aedibus inſcriptos, appellare ſolitus erat. *Vid.* PARIETINA.

PARILIA, *vid.* PALILIA.

PARILIS, PARILITAS, *vid.* PAR.

PARILICIVM, *vid.* PALILICIVM.

PARIO, āre. *Vid.* PAR.

PARIO, pepĕri, partum *vel* parĭtum, ĕre. [τίκτω, τίκω, λοχέω, ἀποτίκτω] *Fetum emittere. Proprie ad feminas pertinet.* Plin. 10, 33 In Scythis auis magnitudine otidis binos parit. Liberos ex ſeſe parit mulier Seru. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5. Femina quum peperit, repletur lacte Lucret. 5, 812. Marem parere Ouid. Met. 9, 675. Decies, *vid.* DECEM. Parere, aliquando de viris legitur. Caecil. Hic vicinus noſter peperiſſe ſe filium memorat. *Vid.* Non. 6, 94. *Conf. Druſ. Quaeſt. Hebr.* 3, 31. Parierint, *pro Pepererint dixit* Cato c. 89 Gallinas teneras, quae primum parierint, concludat. *Alia exemplaria habent* Parient. Paribo Pompon. *ap.* Non. 10, 26. Parire Enn. *ap.* Varr. L.L. 4, 10. Terra parit fruges Cic. de Nat. Deor. 1, 4 c. 2. Parere oua *dicuntur* aues, *quod* Varro de R. R. 3, 9 *aliquoties, ſed* ſ. 17 *etiam* Facere *dicit.* Plin. 10, 52 Plurima oua pariunt ſtruthiocameli. Columel. 8, 14 *de anſeribus,* Incunt autem non vt priores aues, de quibus diximus, inſiſtentes humi: nam fere in flumine, aut piſcinis id faciunt: ſingulaeque ter anno pariunt, ſi prohibeantur fetus ſuos excludere. Pariunt autem ſingulis fetibus oua, primo quina, ſequenti quaterna, nouiſſimo quina: quem partum nonnulli permittunt ipſis matribus educare, quia reliquo tempore anni vacaturae ſunt a fetu. Minime autem concedendum eſt feminis extra ſeptum parere: ſed quum videbuntur ſedem quaerere, comprimendae ſunt atque tentandae: nam ſi appropinquat partus, digito tanguntur oua, quae ſunt prima parte locorum genitalium. Ouum parit gallina Cic. Acad. 4, 57 c. 18. Vermiculos pariunt ligna putrefacta Lucret. 2, 898. ¶ 2 Parere, *per translationem, pro Acquirere, ſiue comparare:* Columel. 9, 1 Sequitur vt examina deſideremus: ea porro vel aere parta, vel gratuita contingunt, *de apibus.* Auctor ad Herenn. 4, 7 Alio tempore vtentur ea facultate, non tum, quum parere ipſi et gignere, et proferre debent, *i. excogitare et dicere vel ſcribere aliquid.* Cic. de Orat. 2, 356 Haec ars tota dicendi, ſiue artis imago quaedam eſt et ſimilitudo, habet hanc vim, non vt totum aliquid, cuius in ingeniis noſtris pars nulla ſit, pariat et procreet: verum vt ea, quae ſunt orta iam in nobis et procreata, educet atque confirmet. Cic. ad Brut. 15 Magna peſtis erat depulſa per vos, magna Pop. Rom. macula deleta, vobis vero parta diuina gloria. Aegritudinem alicui Plaut. Trin. 2, 2, 35. Beneficium ſibi Ter. Eun. 5, 2, 32. Curas nobis peperit iniuria Propert. 1, 18, 23. Cauſam vitae Plin. 11, 37. Dignitatem et ſalutem aliquibus, ſuis laboribus parere Cic. in Catil. 4, 1. Diſſidium Lucret. 1, 221. Cic. de Fin. 1 c. 15 Sed illas reiici, quia dolorem pariant. Faſtidium Plin. 12, 17. Cic. pro Roſc. Amer. 35 An is, qui ſemper ita vixerit, vt quaeſtum noſſet nullum, Fructum autem eum ſolum, quem labore peperiſſet? Gloriam Cic. ad Brut. 15. Gratiam apud aliquem ſibi Liu. 34, 44. Honores aeternos laurus illi peperit Hor. Carm. 2, 1, 16. Lacrimas peperere minoribus noſtris Lucret. 5, 1196. Cic. Off. 2, 47 Nam L. quidem Craſſus, quum eſſet admodum adoleſcens, non aliunde mutuatus eſt, ſed ſibi ipſe peperit maximam Laudem ex illa accuſatione nobili et glorioſa. Letum ſibi peperere manu Virg. Aen. 6, 435. Malum hoc miſero lingua peperit Tibull. 4, 13, 20. Moram Plaut. Truc. 2, 3, 13. Paritur Pax bello Nep. 15, 5, 4. Cic. Fam. 10, 5 Victoria Pax, non pactione parienda eſt. Perfugium pedibus Plaut. Ciſtel. 1, 3, 13. *i. Aufugere.* Reditum ad ſuos ferro ſibi parere, *vid.* Segnis prouidentia *in* PROVIDEO. Salutem Caeſ. Bell. Gall. 1, 53. Somnum tibi peperi mero Tibull. 1, 6, 27. Spinoſiora multa pepererunt dialectici Cic. in Orat. 114. Quum virtute Tyrannidem ſibi peperiſſet Nep. 21, 2, 3. Verba parere, *eſt Noua verba fingere.* Cic. de Fin. 3 c. 1 Idque cum Graecis, tum magis nobis, quibus etiam verba parienda ſunt, imponendaque noua nouis rebus nomina. Victoriam ſibi Liu. 30, 14. Voluptates iniuria pariuntur Cic. de Fin. 1 c. 16. Vrbes peperit philoſophia, et diſſipatos homines in ſocietatem vitae conuocauit: eos inter ſe primo domiciliis, deinde coniugiis, tum literarum et vocum communione iunxit Cic. Tuſc. 5, 5. Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna ſeruauit Idem in Catil. 1, 23. In pariundo, *vid.* IN *Praep.* Celerius elephanti pariunt, *Cunctationem immodicam, et quorundam nimis lenta molimina, bis verbis licebit ſignificare. Siquidem* Plin. *refert* 8, 10 *pr.* Elephantum decem annis geſtare in vtero. *Hoc prouerbio vſus eſt* Plin. in praefatione hiſtoriae mundi. Quinctil. 8, 6, 34 Abuſionis *ſ.* catachreſeos *exemplum ponit,* Et iam leo pariet: *Subiicitque,* At pater eſt. *Sed* Non. 6, 94 *ait,* Parere etiam viros dici poſſe, Caecilius auctor eſt, Calchiſſat hic vicinus, ſe aſperiſſe. *Sic Merc. ex MSS. verbum* peperiſſe *de mare dictum bic certe latere debet. Addit Nonius auctoritatem Homeri,* Ἀτὰρ Γλαῦκος ἔτικτεν ἀμύμονα Βελλεροφόντην. *Vid.* PARTVS n. 2. ¶ 3 *Notabilis eſt de hoc verbo et eius compoſitis obſeruatio* Priſciani l. 10 p. 905 *quam poſuiſſe hic non abs re fuerit:* Aperio Aperui, quod videtur a Pario compoſitum, quod vetuſtiſſimi non ſolum ſecundum tertiam, ſed etiam ſecundum quartam Coniugationem declinabant. Vnde Ennius, *Oua parire ſolet genu' pennis condecoratum.* Igitur ex eo compoſita, ſi principalem ſyllabam puram, nec ex integra Praepoſitione habuerint, *io* in *ui* conuertunt in Praeterito, vt *aperio aperui, cooperio cooperui. Reperio* vero duplicauit *p* in Praeterito, quippe diminuta vna ſyllaba *reperi* (*quaſi ex* repeperi) Simile eſt Praeteritum a *comperio comperi.* Sunt et alia ex hoc ipſo compoſita Deponentia, *Experior, opperior,* quorum Participia *expertus* et *oppertus* oſtendunt a *pario* eſſe compoſita, cuius Participium *partus* eſt.

PARIOR, ĕris. *Paſſiuum.* Cic. Off. 2, 51 Maxime autem et gloria paritur et gratia defenſionibus. Sil. 5, 169 Nam cur haec alia pariatur gloria dextra? Voluptates pecunia pariuntur Cic. de Fin. 2, 55. Pax bello paritur Nepos 15, 5, 4. Immortalitas mihi parta eſt Ter. Andr. 5, 5, 4.

PARIENS, entis. Partic. [τίκτων] Nec Lucina poteſt parientis voce vocari Ouid. Met. 10, 507. Timidae parientes Idem ibid. 9, 283. Idem ibid. 322. Gramen Calpurn. Ecl. 2, 32. *i. florens.*

PARITVRVS, a, um. *Aliud* Partic. [τεξόμενος] Ouid. Met. 5, 304 Illa potentem Lucinam nouies, nouies paritura vocauit. *conf.* ibid. 6, 187. *et* 8, 593. *De anſeribus* Pallad. 1, 30.

PARIENDVS, a, um. Partic. Auguſtin. Serm. 67 De tempore, Virginalem vterum, ſine diſpendio virginitatis, pariendus introiui. *Chriſtus ſc.*

PARTVS, a, um. *Aliud item* Partic. [γεννηθεὶς, τεχθεὶς] *In lucem editus.* Genus partum veterino ſemine Lucret. 5, 863. ¶ 2 Partam *accepit* Columella, *pro Ea, quae peperit* 7, 4, 3 Singuli agni binis nutricibus ſummittendi, nec quidquam ſubtrahi ſummiſſis expedit, quo ſaturior lactis agnus celeriter confirmetur, et parta nutrici conſociata minus laboret in educatione fetus ſui. *Nempe vt* Foeta Effoeta, *ſic* Parta Exparta. ¶ 3 Partus, [περιποιηθεὶς] *Acquiſitus, quocunque modo, ſtudio, pretio, caſu, etc.* Ter. Andr. 5, 5, 5 Nam mihi immortalitas parta eſt, ſi nulla aegritudo huic gaudio interceſſerit. Labore magno, magniſque periculis parta quaedam Cic. de Orat. 2, 209. Partum per nos, *et* Delatum diuinitus, *contraria.* Idem ibid. 2, 202 Vt et ipſum, quod erat hominis proprium, non partum per nos, ſed diuinitus ad nos delatum videretur. Virtute non parta, ſed peccatis et vitiis quaedam Cic. de Orat. 2, 209. Bonis honeſte partis aliquem priuare Idem pro Quint. 74. Cenſus partus per vulnera Ouid. Amor. 3, 8, 9. Coniunx parta tibi Virg. Aen. 2, 782. Decora ſimul parta ac ſperata vnius horae fortuna euertere poteſt Liu. 30, 30. Decus partum eloquio Sil. 3, 619. Exiſtimatio parta Cic. pro Sulla 77. Fama Valer. Argon. 7, 291. Gloria Ouid. Met. 12, 293. Honor Virg. Aen. 5, 229. Laus parta perennis Sil. 15, 392. Libertas plurimo ſudore et ſanguine maiorum parta nobis et tradita Cic. de Lege Agrar. 2, 16 c. 6. Munera parta ſunt meae Veneri Virg. Ecl. 3, 68. Opes partae Tibull. 2, 4, 40. Opes partae non caſu, ſed ingenio Cic. Tuſc. 3. Pabula parta ſine labore Lucret. 5, 867. Pax parta duci Lucan. 10, 107. Praeda parta improbe Cic. de Fin. 1, 51. Quies parta vobis Virg. Aen. 3, 495. Regna parta per gladios Ouid. de Arte Am. 1, 260. Res partae ſanguine Idem Epiſt. 1, 94. Triumphus Virg. Aen. 2, 578. Victoria Cic. Att. 10. . . Vltio parta eſt Senec. Med. 1, 5. Mei patris bene parta indiligenter tutatur Ter. Phorm. 5, 3, 5. Male parta male dilabuntur Cic. Philipp. 2, 66 c. 27. *Sic* Plaut. Poen. 4, 2, 22 Male partum male diſperit. Reponere parta Claud. de Bell. Get. 502.

PARTVS, ûs. m. [τοκετὸς, τόκος, κύημα, λοχεία] *Ipſe pariendi actus et id, quod partu editur. Affertur ex* Cic. de Fin. 3, 39 Idem hoc eſſe dicturi, bonam mortem et bonum partum meliorem longum eſſe, quam breuem. Propert. 2, 2, 37 Non non humani ſunt partus talia dona, Tanta decem menſes non peperere bona. Cic. de Nat. Deor. 2, 119 Sol mundum omnem ſua luce compleat, ab eoque luna illuminata Grauiditates et partus afferat, maturitateſque gignendi. Mulae partus prope neceſſarius, conceptio contra naturam Cic. de Diuin. 2, 49. Aeſtiuus partus, *vid.* AESTAS. Denſus vuarum Plin. 14, 2. Faciliores partus facit ſenectus anguium adalligata lumbis Idem 30, 14. *Et* 32, 1 E noſtris quidam Latinis Remoram appellauere eum piſcem. Mirumque, e Graecis alii Lubricos partus atque procidentes contineri ad maturitatem alligato eo prodiderunt: alii ſale adſeruatum adalligatumque grauidis partus ſoluere. Maturus Celſ. 7, 29. Nocturnus partus Lucret. 1, 478. Numeroſus, *vid.* NVMERVS. ¶ 2 *Formae Verborum:* Accelerare partus Plin. 28, 4. Nutrit axungia partus in abortum vergentes Idem 28, 9. Remorans Ouid. Epiſt. 16, 43. Abigere ſibi partum medicamentis Cic. pro Cluent. 32 c. 11. Adeſt mulieri partus, *h. e. Pariendi tempus* Celſ. 2, 1. Adhibetur Iuno Lucina ad partus, *vid.* ADHIBEO. Adoleſcere in partum, *vid.* ADOLESCO. Aperire maturos partus Hor. Carm. ſaecul. 13. Cic. pro Cluent. 31 c. 11 Quum eſſet grauida Auria fratris vxor, et iam Appropinquare partus videretur, mulierem veneno interficit. Etiam feras inter ſe partus atque educatio et natura ipſa Conciliat Cic. pro S. Roſc. c. 22. Plin. 30, 14 Inueniuntur et in gramine vermiculi, qui adalligati collo, Continent partum. Ibidem: Partus Conceptos hyſtricum cinis potus Continet: maturat caninum lac potum: euocat membrana e canum ſecundis, ſi terram non attigerit. *Sed haec poſſunt forte commodius referri ad* n. 3. Cuſtodit partus contra omnes abortuum inſidias aëtites lapis Plin. 30, 14. Diteſcere dulci partu Lucret. 4, 1246. Dare partu, *i. Parere* Idem 2, 1150. Dare partu geminam prolem Virg. Aen. 1, 278. Facere celeritatem partus Plin. 28, 4. Inſtat prope partus, *vid.* INSTO. Leuabit te partu Lucina Ouid. Met. 9, 697. Peperit vno partu liberos viro, at ſibi nepotes Sen. Theb. ſ. 1. Peperit Hecuba partu poſtremo Polydorum Cic. de Orat. 3, 219. *Ex Poëta.* Praeſtare partus faciles Plin. 30, 14. Reddere partum Idem 10, 12. Reſidua ex partu Purgat Scribon. 126. Soluere partus grauidis, *vid. paullo ante* Lubrici partus. Subſtiterunt ex partu Scribon. 89. Suſtinere partum Celſ. 2, 10. Tuetur partus matronarum Natio dea Cic. de Nat. Deor. 3, 47. ¶ 3 *Etiam viri* partus *eſt.* Cic. Tuſc. 2, 20 c. 8 *ex Sophocle,* Vna vecors Oenei partu edita, *Deianira. Vid.* PARIO n. 2 *extr.* Partus arboris *etiam dicitur* Plin. 12, 14 Autumno legitur ex aeſtiuo partu. *De ture.* ¶ 4 *Eſt etiam* Partus, *Proles ipſa.* Cic. de Fin. 1, 12 Ancillae partus, an in fructu habendus. Martial. 1, 14 Nec iacuit partus, ſed matre cadente cucurrit. Conceptos partus *e Plinio dedimus* n. 2 *ſub* Continet. Monſtroſi hominum partus Lucan. 1, 562. Multiformes, *vid.* MVLTVS. Nobilis Senec. Herc. fur. ſ. 6. Semiferi partus Claud. in Eutrop. 1, 1. Suppoſitus Sil. 15, 468. Abigere partum, *vid.* ABIGO. Edere partum, perfectum vel inchoatum Plin. 10, 63. Elidere partum Celſ. 2, 7. Enixa gemellos Ouid. Met. 6, 712. Excluditur partus Plin. 10, 39. Ferre partum, *In vtero geſtare* Idem 8, 32. Ferre partum ex aliqua, *Tollere puerum ex aliqua* Senec. Herc. fur. ſ. 6. Maculare partus ſuos paricidio, *vid.* MACVLA. Diligunt ſuos partus ferae Cic. de Orat. 2, 158 c. 40. Partus, *de ouis.* Columel. 8, 5 Fere autem, quum primum partum conſummauerint gallinae, incubare cupiunt. *Et* c. 11 *de pauonibus,* Primus eſt partus quinque fere ouorum: ſecundus quatuor: tertius aut trium aut duorum.

PARITVRA, ae. f. [γεννητὴ] *Idem quod Genitura et foetura.* Varro de R. R. 2, 1 *verſus fin.* Demes ſi vis duas res de mulis, admiſſuram et parituram, *Legitur et* Parturam.

PARTITVDO, ĭnis. f. [τέξις] *Antiquum.* Plaut. Aulul. 1, 1, 36 Neque iam quo pacto celem herilis filiae probrum, propinqua partitudo cui appetit. *Conf.* Idem 2, 3, 9.

PARITVDO, inis. f. *Idem.* Solin. c. 4 Si corpuſculum in marem figuratur, melior et color grauidis, et pronior paritudo vteri.

PARTIO, ōnis. f. [ἀπότεξις] *Idem, antique.* Gell. 10, 2 Eumque finem eſſe dixit multiiugae hominum partionis. Idem 3, 16. *et* 12, 1. Varro de R.R. 3, 9, 4 *de gallinis,* Hae enim ad partiones ſunt aptiores. *Sic* Macrob. Saturn. 5, 11. Plaut. Truc. 1, 2, 92.

PARTOR, ōris. m. [περιποιητὴς] *Qui peperit et acquiſiuit.* Plaut. Truc. 1, 1, 42 Vnde ante parta demus poſt partoribus.

PARTVALIS, e. Adi. *Ad partum pertinens.* Partualis ſanguinis fluxus Tertull. *adu.* Marc. 4, 20.

PARTVRA, *vid.* PARITVRA.

PARTVRIO, iui, ire. [ὠδίνω, λοχεύομαι] *In pariendo laborare, vel verſari.* Ter. Adelph. 3, 4, 42 Iuno Lucina fer opem: ſerua me obſecro. H. hem, numnam illa quaeſo parturit? Ager almus parturit Virg. Georg. 2, 330. Parturient montes, naſcetur ridiculus mus Hor. de Arte Poët. 139. Arbos omnis nunc parturit Virg. Ecl. 3, 36. *De Gallinis* Varro R. R. 3, 9, 8 In cubilibus, cum parturient, acus ſubſternendum. Larus parturit; *antiquitus dicebatur in eos, qui pollicerentur ingentia, nihil dignum promiſſis exhiberent. Aiunt enim Larum auiculam eſſe ſtupido ingenio, plumis ac pennis copioſis, corpore puſillo: quum parturit, vociferari. Hinc natum prouerbium,* Larus parturit, *vbi quis magna prae ſe fert, puſilla praeſtiturus.* Parturire, *per translationem dixit* Cic. Philipp. 2, 119 f. *extr.* Vtinam aliquando dolor Pop. Rom. pariat, quod iamdiu parturit. Periculum conceptum Respub. parturit Cic. pro Muraen. 84 c. 39.

PARTVRIENS, entis. Partic. [ὠδίνουσα] *Ipſa mulier, quae parturit.* Plin. 20, 21 *de malua,* Vtique conſtat parturientes foliis ſubſtratis celerius ſolui. Ouid. Faſt. 3, 256 Dicite, tu lucem nobis, Lucina, dediſti, Dicite, tu voto parturientis ades.

PARTVRITIO, ōnis. f. Auguſtin. Confeſſ. 8, 6. Idem Epiſt. 34.

PARTVLA, ae. f. *Dea, quae partum gubernat.* Tertull. de Anima c. 37.

PARTVMEIVS, a, um. Adi. Hor. Epod. 17, 49 Tibi hoſpitale pectus et purae manus Tuusque venter partumeius. *Turneb. Aduerſ.* 30, 2 *a* Partu *et* Meio *conflatum putat: quaſi tam facile pariat, vt ſine magno nixu meiere potius, quam parturire videatur. Alii ſimplex verbum exiſtimant, et τὸ* meius, *merum eſſe additamentum, ſeu terminationem: vt in propriis* Pactumeius *apud* Paul. ICt. Leg. vlt. D. de Hered. Inſtit. *et* Poſthumeius *in* Nicanoris *verſibus apud* Suet. de Illuſtr. Gramm. c. 5 Saeuiu' Poſthumeius idem ſed Marcu' docebit. *Ita etiam in Appellatiuis,* Hordeius *pro Hordeaceo, et* Triticeius *pro Triticeo legitur apud* Plaut. Caſ. 2, 8, 60. *Item* Impeteius *in* Gloſſ. Vet. *pro eo, quem βίαιον Graeci appellant. Fuerit itaque ſecundum hos* Partumeius venter *ſimpliciter, qui peperit, aut facile parit, vt* Loeutuleius *et* Leguleius *facilitatem quandam indicare videntur. Sed cum MSSti,* Vet. Schol. *et notum alias nomen* Pactumeius *ita ſuadeant:* Partumeii *autem veſtigium aliud nullum ſuperſit: Seruemus* Pactumeium *cum Cruquio, Bentleio, Cuningamo, et intelligamus nomen proprium:* Tuus venter Pactumeius, *quem peperiſſe te dicis, et peperiſti.*

PARION, ōnis. n. [Πάριον] *Plinio* et *Straboni,* Propontidis in Helleſponto oppidum, a Mileſiis, Erythraeis, Pariſiisque conditum: iuxta quod, *teſte* Plin. 7, 2 Gentes ſunt, quae Ophiogenes vocantur, ſerpentum ictus leuare ſolitae, et manu impoſita, venena extrahere corpori. Varro etiam nunc eſſe paucos ibi dicit, quorum ſaliuae contra ictus ſerpentum medeantur. In eodem oppido, *teſte* Plin. 36, 5 Cupido nudus fuit par Veneri Gnidiae nobilitate et iniuria. Infame Parium fragoſis vadis Valer. Argon. 2, 622.

PARIS, ĭdis. m. [Πάρις] *Priami filius, quem pater, quod patriae fatum futurum eſſe praeſenſerat, exponi iuſſit, paſtoresque educauerunt. Tempore procedente in aulam paternam receptus, apud Idam pulchritudinis ſententiam pro Venere contra Palladem et Iunonem tulit: ex quo illas perpetuo infeſtas ſibi regnoque habuit. Venus autem ei nuptias Helenae per raptum conciliauit, vnde Troiae bellum exortum ſecundum Homerum. Ex Oenone Nympha Idaea ab eo, dum eſſet paſtor, adamata, Idaeum et Daphnidem dicitur ſuſcepiſſe. Interfecit in bello Troiano Achillem et Antilochum: etc. Vid.* Hygin. f. 91. 92 *etc.* Alexander *cognominatus eſt ab opitulatione, vt innuit* Ouid. in epiſtola ipſius ad Helenam v. 357 Paene puer caeſis abducta armenta recepi Hoſtibus, et cauſam nominis inde tuli. *ab ἀλέξω auxilior, et ἀνὴρ vir.* Varro de L. L. 6, 5 *ex* Ennio, Quapropter Parin nunc Alexandrum vocant. *Hecuba Ciſſei filia, ſe facem parere vidit, et* Parin *creauit; qui cauſa fuit incendii.* Virg. Aen. 10, 705 Et face praegnans Ciſſeis regina Parin creat. Face praegnans, *ait* Seruius, quia, antequam pareret, facem ſe peperiſſe vidit in ſomnis. Culpatus Paris Virg. Aen. 2, 602. Dardanius Idem Ecl. 2, 61. Parim, *Accuſ.* Ouid. Met. 13, 200 — accuſoque Parim. ¶ 2 *Fuit et* Paris, *hiſtrio, libertus Domitiae Neronis amitae, cuius meminit* Tacit. Annal. 13, 21 *etc. Et* Iuuen. Sat. 6, 87. *Conf.* Sueton.

PARISII, ōrum. m. *Pl.* [Παρίσιοι] *Populi inter Celtas, qui Senonenſi prouinciae attribuuntur, Lutetiam habent oppidum, poſitam in inſula fluminis Sequanae. Meminit* Caeſ. Bell. Gall. 6, 3. Ammian. 15, 11 Circumclauſum ambitu inſulari Pariſiorum caſtellum Lutetia nomine.

PARISIVS, a, um. Adi. Ammian. 20, 4 Pariſii homines.

PARISIACVS, a, um. Adi. *Idem.* Venant. Fortun. 4 de vita Martini, Inde Pariſiacam placide properabis ad arcem.

PARISON, i. n. [πάρισον] *Prope aequatum; eſt Figura conſtans aequalibus prope membris. Vid.* Mart. Capell. 5 p. 174.

PARITER. Adu. [κατὰ ταῦτα] *ſignificans ſimul; et eodem tempore, eodem modo aliquid fieri indicans.* Cic. de Amicit. 83 Quod ſi haec apparent in beſtiis, volucribus, agreſtibus, natantibus, ſuibus cicuribus, feris, primum, vt ſe diligant (id enim pariter cum omni animante naſcitur) deinde, vt requirant atque appetant, ad quas ſe applicent, eiusdem generis animantes. Cic. de Orat. 3, 10 Vt ille, qui haec non vidit, et vixiſſe cum Rep. pariter, et cum illa ſimul extinctus eſſe videatur. Amittitur enim pariter cum vita ſenſus Cic. Tuſc. 1, 24. Cantantis pariter, pariter data penſa trahentis Fallitur ancillae decipiturque labor Ouid. Triſt. 4, 1, 13. Cecidit tua laus pariter cum Repub. Cic. Off. 2, 45 c. 13. Creſcunt pariter cum luna, pariterque decreſcunt oſtreae et conchylia Idem de Diuin. 2, 33. Ferunt moleſte mecum pariter Siculi Cic. Verr. 5, 72. Iſta, quae tam diſſimilia ſunt, pariter Incedunt Sen. Ep. 5. Infindunt pariter ſulcos Virg. Aen. 5, 142. Metuenda vtraque vis pariter Id. Georg. 4, 37. Auct. ad Herenn. 3, 1 Interea prima quaeque et nobiscum, quum voles, et interdum ſine nobis legendo conſequêre ne quid impediare, quin ad hanc vtilitatem pariter nobiscum progredi poſſis. Percipit voluptatem pariter cum corpore animus Cic. Tuſc. 5, 96. Secum pariter me reportauit Reſp. Id. poſt redit. in Senat. 33. Quomodo iſta tam diuerſa pariter Sunt Sen. Epiſt. 5. *Add.* Lucan. 2, 92. *et* 3, 297. Virg. Aen. 10, 864 *de Mezentio alloquente Rhoebum equum ſuum,*

Lauſique dolorum
Vltor eris mecum: aut, aperit ſi nulla viam vis,
Occumbes pariter.

Pariter, [ἴσως] Ex aequo, aequaliter. Naeuius, Vt pariter diſpertiantur bona patris, *h. e. Vt tantum habeat vnus, quantum alter.* Plaut. Aul. 2, 1, 12. *Vid.* Non. 4, 380. Cic. de Amicit. 56 Noſtra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolentiae pariter, aequaliterque reſpondeat. Terminantur pariter extrema Cic. in Orat. 38. Pariter, [ὁμοίως] *Similiter.* Idem pro Font. 4 Pugnat pariter pro ſalute M. Fonteii Narbonenſis colonia. Cic. de Fin. 1, 67 Et laetamur amicorum laetitia aeque atque noſtra, et pariter dolemus angoribus. Ter. Phorm. 5, 3, 3 Pariter nunc opera me adiuues, ac dudum re opitulata es. Plaut. Amph. 4, 1, 11 Sed aedes occluſerunt, euge hoc ſit pariter atque vt alia facta ſunt. Idem Aul. prol. 22 Is ex ſe hunc reliquit, qui hîc nunc habitat, filium pariter moratum vt pater, auosque huius fuit. Pariter fit Ter. Eun. 1, 2, 12 *i. Similiter, vt ait* Donat. *Add.* Virg. Georg. 189. Chariſ. 2 p. 191. Pariter pro meritis Plaut. Mil. 3, 1, 75. Pariter *cum Ablatiuo, omiſſa* cum, *vt* Simul, *vt* Alius, Stat. Theb. 5, 122 Vita manu thalamos, pariterque epulata marito. Claudian. de R. P. 1, 166 Pariterque fauillis Dureſcit glacies.

PARITVRA, *vid.* PARIO.

PARIVM, i. n. [Πάριον] Ciuitas Aſiae in regione Myſiae, ex qua fuit Neoptolemus, cognomento Gloſſographus Strabo 10 *et* 11. Plin. 7, 2. *et* 36, 5.

PARIX, ĭcis. f. *Auis. Vid.* Theod. Priſc. de Diaeta c. 7. *Al.* Parus.

PARMA, ae. f. [ἀσπὶς] *Breue ſcutum, quo pedites vtebantur,* quod e medio in omnes partes eſſet par, *vt inquit* Varro de L. L. 4, 24 *pr.* Virg. Aen. 9, 548 Enſe leuis nudò, parmaque inglorius alba. Peltam pro parma fecit Iphicrates Nep. 11, 1, 4 *minus ſcutum pro maiore. Sed* Plin. 3, 5 f. 6 Amazonicam vocat parmam: *Idemque* 12, 5 f. 11 Peltam Amazonicam. Liu. 8, 7 Quem cuſpide parmaque innixum, attollentem ſe a graui caſu Manlius ab iugulo, ita vt per coſtas ferrum emineret, terrae affixit. Caua parma Ouid. Met. 12, 89. Crudae parma tegmina Sil. 5, 525. Obiectum parmae dat laeua Lucret. 4, 845. Obiecta proturbat pectora parma Stat. Theb. 5, 662. Reiiciunt parmas Virg. 11, 619. *de equitibus retro fugientibus, certe ſe recipientibus.* Remouere parmam Claud. Conſ. Hon. 4, 12. Mucro Tranſit parmam Virg. Aen. 10, 817. Parma Tripedalis Liu. 38, 21. *Vid. Manut. Epiſt. part. 3 Epiſt. 6. et Lipſ. Mil. Rom. 3, 1 et 2.*

PARMATVS, a, um. Adi. [ἀσπιδωτὸς] *Parma tectus.* Liu. 4, 39 *pr.* Dat ſignum Volſcis imperator, vt parmatis nouae cohorti hoſtium locus detur.

PARMVLA, ae. f. Dimin. [ἀσπίδιον] Hor. Carm. 2, 7, 10 Tecum Philippos, et celerem fugam Senſi, relicta non bene parmula. Parmulis pugnare milites ſoliti ſunt, quarum vſum ſuſtulit C. Marius, datis in vicem earum Brutianis Feſt. *leg. videtur* Bruttianis. *v. v. Nam* Feſtus *idem* Brutianae, *ait,* parmae dicebantur ſcuta, quibus Brutiani vſi *ſunt: et ſtatim ita interpretatur* Brutianos, *vt* Bruttianos, Βρεττιανὰς *intelligi, apertum ſit. Vid.* BRVTTIVS. Caeterum Parmulae non amplae *ſunt* Frontin. Strateg. 4, 7, 29.

PARMVLARIVS, i. m. [πελταστὴς V. G.] *Qui parmula vtitur in pugna. Sic ergo primo dicti videntur gladiatores parmula vtentes,* Thraces *alias dicti.* Feſtus: Thraces (Thraeces, Threces, Θρῇκες) gladiatores a ſimilitudine palmularum (*leg.* parmularum) Thraciarum. ¶ 2 *Fautorem* Thracum *vel* parmulariorum *ſic vocauit* Domitianus *apud* Suet. c. 10 Patrem familias, quod Thracem mirmilloni parem, munerario (*editori muneris Domitiano, qui illum fauore mirmillonis premebat*) imparem dixerat, detractum a ſpectaculis in arenam canibus obiecit, cum hoc titulo, Impie locutus parmularius. *Hinc Nic. Loënſ. Epiphyll. 7, 12 emendat M. Antoninum 1, 6 praedicantem ab educatore ſe ſuo didiciſſe,* μήτε πρασιανὸς, μήτε βενετιανὸς, μήτε παλμουλάριος (*leg.* παρμουλ.) ἢ σκουτάριος (*leg.* σεκουτόριος *cum Lipſ. Saturn.* 2, 24) γενέσθαι, *i. ne fauerem vni aurigarum vel gladiatorum factioni prae alia.* Quinctil. 2, 11, 2 Alius percontanti Theodoreus, an Apollodoreus eſſet, Ego, inquit, parmularius ſum, *h. e. in amphitheatro cui faueam ſcio, quem aliis praeferam, rhetorum illas factiones, et ſectarum nomina non curo.*

PARMA, ae. f. [Πάρμα] Plin. 3, 1 Oppidum Galliae Togatae prope Rauennam. Eius lana olim in pretio fuit. *Vid.* Martial. 5, 13. *Et* 14, 155. *Conf. Lex. Pitiſc.* Surripuit Parmam Antonius Cic. Philipp. 14, 9.

PARMENSIS, e. Adi. [Παρμαῖος] *Incola et habitator vrbis Parmae.* Cic. Philipp. 14, 9 Refugit animus P. C. eaque reformidat dicere, quae L. Antonius in Parmenſium liberis et coniugibus effecerit. Optimos viros, honeſtiſſimosque homines maxime cum auctoritate huius ordinis Populique Rom. dignitate coniunctos Parmenſes crudeliſſime interfecit L. Antonius Cic. Philipp. 14, 9. Parmenſis Caſſius Hor. Epiſt. 1, 4, 3.

PARMANI, *Iidem, apud* Varr. de L. L. 7, 31.

PARNACIDES, *Genus veſtium puellarum.* Varro de Liberis educandis, Vt puellae habeant potius in veſtitu chlamydas, encombomata, ac parnacidas, quam togas. *Haec* Nonius 14, 38 *Melius* Arnacidas, *ab ἀρνακὶς agnina pellis, vbi vid.*

PARNASVS, *vel, vt alii ſcribunt,* PARNASSVS, i. m. [Παρνασσὸς] Mons in Phocide, *vt ſcribunt* Plinius, *et Strabo 9 et Herodotus,* Melaque *confirmant. Qui mons duos vertices habet: quorum vnum* Thitorea, *alterum* Hyampeum, *Herodotus in Vrania tradit: non autem* Cythaeronem *et* Heliconem, *vt* Seruius *putauit: ſeu, vt alii volunt,* Cyrrham, *aut* Cyrphin, *ſeu* Nyſam, *quod* Cithaeron *et* Helicon *in Boeotia montes disiuncti ſunt, ita vt* Helicon *procul ſit a* Parnaſo, *circiter quindecim paſſuum millia,* Cithaeron *vero triginta. Eſt igitur* Parnaſus, *mons Phocidis, ſacer Baccho et Apollini.* Plin. 4, 2 f. 4 Delphi ſub monte Parnaſſo. Ouid. Met. 1, 317

Separat Aonios Actaeis Phocis ab aruis, *etc.*
Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus
Nomine Parnaſus, ſuperatque cacumine nubes.

Splendida etiam eſt deſcriptio Lucan. 5, 71 ſqq. *In hoc monte rupes vel maieſtate numinis, vel ſitu ipſo horrorem viſentibus facit, vndique fere praeceps in formam theatri. Hîc eſt Apollinis Delphici templum: hîc fons* Caſtalius, *Muſis ſacer. Hic habitauere* Pierides, *natio Thracia: vnde* Pierius mons, *et* Pierides Muſae. *Sub* Parnaſſo *habitauerunt* Hiantes *populi. Hîc fontes Atticam verſus* Hippocrene *et* Aganippe. *De orthographia huius nominis, vid. Drakenb. ad* Sil. 15, 311 *vbi magnae auctoritates pro vno S ponuntur: neque tamen altera ſcriptio improbatur.* Arx vmbroſa Parnaſi Ouid. Met. 1, 467. Cornua ſacri Parnaſi Stat. Theb. 5, 532. Iuga Parnaſi Virg. Ecl. 10, 11. Summus vertex Parnaſi Catul. 62, 390. Biceps Parnaſus Ouid. Met. 2, 221. *et* Perſ. Sat. prol. 1 v. 2. Sacer Stat. Theb. 5, 532.

PARNASIVS, a, um. Adi. [Παρνάσσιος] Virg. Ecl. 6, 29 Nec

tantum

tantum Phoebo gaudet Parnaſia rupes. Laurus Parnaſia Virg. Georg. 2, 18. Templa Parnaſia Ouid. Met. 5, 278.

PARNASSĒVS, a, um. Adi. *Idem.* Auien. Phaenom. Arat. v. 620 Vt Parnaſſeo munus memorabile Phoebo.

PARNES, ĕtis. m. [Πάρνης] *Mons eſt Atticae regionis, diciturque tam Maſculino, quam Feminino genere, vt probat Stephanus.* Stat. Theb. 12, 620 — Parneſque benignus Vitibus.

PARO, āre. [ἑτοιμάζω, ἐυτρεπίζω] *Videtur ſignificatione prima idem fuiſſe, ac* par facere. *V. g.* Parare ſe ad dicendum *eſt parem ſe facere dicendo:* parare epulas *eſt pares illas ac dignas facere conuiuis:* ſic parare medicinam, *etc.* *Ita* parare aliquid aere *i. emere reſpicit ad pretii aequalitatem cum re.* *Latius deinde, vt fit, extenſa cum vſu verbi ſignificatio, quam exempla melius, quam Synonyma aliarum linguarum docebunt.* Terent. in Prol. Phorm. v. 3 Maledictis deterrere, ne ſcribat, parat. Cic. Fam. 2, 3 Eſt tibi grauis aduerſaria conſtituta, et parata incredibilis quaedam exſpectatio. In animum inſtituere aut parare aliquid, quod ſit carius, quam ipſe eſt ſibi Ter. Adel. 1, 1, 13. Creare et parare Lucret. 4, 786. Nemo poſſet, ſat ſcio, qui haberet, qui pararet alium, hunc perpeti Ter. Eun. 3, 2, 34 *ſc. Seruum.* Aere parare aliquid Hor. Serm. 2, 3, 129. *Aliquando abſolute ponitur eodem ſenſu.* Catull. 10, 20 Non poſſum octo homines parare rectos. *Vid. ibi Muret.* Agros alicubi ſibi parare Cic. pro Flacco 71. Idem de Amicit. 55 Quid autem ſtultius, quam vt plurimum copiis, facultatibus, opibus poſſint, caetera parare, quae parantur, pecuniam, equos, famulos, veſtem egregiam, vaſa pretioſa: Amicos non parare, optimam et pulcherrimam vitae (vt ita dicam) ſupellectilem? Ter. Eun. 1, 2, 69 Cupio aliquos parare Amicos beneficio meo. Amicos res opimae parant, triſtes probant Publ. Syr. Amor paratur ſaepe ludendo Ouid. de Arte Am. 3, 368. Ancillas veſtem, aurum, alicui parare Hor. Serm. 2, 3, 215. Animos parare, dextraſque Liu. 35, 35. Animos vina parant Ouid. de Arte Am. 1, 237. Arma parare aduerſus aliquem Idem Faſt. 4, 700. Bellum parare, *Inſtruere* Caeſ. Bell. Gall. 5, 3. Bella parantur mihi Ouid. Rem. Amor. 2 *i. contra me.* Blanditias alicui Idem Amor. 2, 19, 17. Campum ad certamen Virg. Aen. 12, 116. Caſas, pelles, ignem Lucret. 5, 1009. Claſſis haec mihi paratur Stat. Achil. 1, 31 *vt modo ex Ouidio habuimus* Bella mihi parantur. *al.* Minatur. Cic. Att. 4, 8 Multa me in epiſtola tua delectarunt: ſed nihil magis quam patina Tyrotarichi Coenam parari Diſculo. *Sed plane alia lectio introducta a Victorio. Caeterum vid.* Conuiuium, *it.* Prandium parare, *infra.* Connubia natis Stat. Achil. 2, 134. Conuiuia Virg. Aen. 1, 642. Conuiuium inſtruere et parare Cic. Verr. 4, 62. Curſus Virg. Aen. 4, 299. Dapes Idem Ecl. 6, 79. Diuitias Ouid. Triſt. 1, 2, 75. Dominum ſibi Lucan. 6, 262. Cic. Att. 12, 26 Itaque id ipſum dubito, an Excuſationem aliquam ad illum parem. Exempla alicui Iuuen. Sat. 9, 135. Exſequias Ouid. Faſt. 2, 816. Cic. Tuſc. 2, 39 Qui alteri Exitium parat, Eum ſcire oportet ſibi paratam peſtem, vt participet parem. *Ex Poëta.* Facinus triſte Ouid. Met. 6, 623. Formam Idem de Arte Am. 3, 234. Fortunas magnas, et copiam, *h. e. Diuitias* Liu. 24. Ter. Phorm. 1, 4, 14 Quam hic Fugam aut furtum parat? Cic. Att. 7, 25 Itaque Fuga quae parabatur, repreſſa eſt. Fugam et ſocios Virg. Aen. 1, 364. Gratiam alicuius Tacit. Ann. 12, 4. Homines parare, *Emere* Catull. *Vid. ſupra.* Hortos aliquos Cic. Att. 12, 19. Hoſpitium Propert. 3, 23, 16. Imber maximus paratur agricolis Virg. Georg. 1, 429. Inſidias Ouid. Faſt. 2, 638. Interitum alicui Cic. de Diuin. 1. Inuidiam alicui ex ſua re familiari Idem in Salluſt. 9. Iras Senec. Hippol. f. 10. Iter in Macedoniam Caeſ. Bell. Ciu. 3, 33. Letum alicui Lucret. 6, 1227. Locus paratur epulis Lucan. 7, 792. Locum ac ſedem alicui Caeſ. Bell. Gall. 1, 31. Manum militum parare, interficiendorum Conſulum cauſa Cic. in Catil. Medicina fero paratur, quum, *etc.* Ouid. Rem. Amor. 91. Membra paraui pugnae Idem Met. 9, 34. Motus magnos fata parant Lucan. 2, 68. Neceſſitudines Caeſ. Bell. Gall. 8, 53. Necem alicui Ouid. de Arte Am. 1, 73. Orationem ſibi parare, *vid.* ORO. Orationes aduerſus, *vel* in aliquem Plaut. Pſeud. 1, 5, 39. Praelia dira Lucan. 3, 312. Prandium parare Plaut. Amph. 4, 4, 17. Profectionem Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 27. Prouincias parare, *vel ſimpliciter etiam* parare *dicuntur Conſules et alii magiſtratus, cum non ſorte, ſed conuentione et mutuo conſenſu, prouincias, aliaue negotia indiſcretim ipſis attributa inter ſe diuidunt.* Feſtus in Fragm. p. 22, 3 Parare inter ſe munus dicebantur, cum ſortitio fiebat a magiſtratu, vtram rem agere deberet: aut inter ſe comparabant de rebus lege mandatis. Itaque in ſenatu, et in comitio quoque ſortiri, aut inter ſe parare ſolebant, vtrum exire, vtrum domi manere oporteret. — Lege etiam cauebatur, vt certos intra dies deſignati magiſtratus prouincias inter ſe pararent. Salluſt. Iug. 43 Q. Metellus et M. Silanus COSS. deſignati prouincias (*omittunt hoc nomen boni codd. quibus obtemperandum cenſet Cortius*) inter ſe parauerunt. Cic. Fam. 1, 9 *fin.* Si curiata lex non eſſet, ſe paraturum cum collega: *praeceſſit*, ſeſe, ſi licitum eſſet legem curiatam ferre, ſortiturum eſſe cum collega prouinciam. *Nempe aut* ſortiebantur prouincias *aut* parabant *ſ.* comparabant, *quo verbo fere vtitur* Liuius. *Vid.* COMPARO n. 5. *Caeterum* Parare *hoc ſenſu etiam dixit* Caſſius Hemina *apud* Diomed. 1 p. 379 *ex reſtitutione I. F. Gronouii Obſſ. 1, 10 vbi monet ex MSS. legendum* Paſtorum vulgus ſine contentione conſentiendo praefecerunt aequaliter imperio Remum et Romulum, ita vt de regno parent inter ſe *pro vulgato*, pares inter ſe eſſent. *Alterum illud* PARO *i. efficio, emo, etc. vid. ſ. l.* Reditum parat ſibi et ſociis Hor. Epiſt. 1, 2, 21. Regna aeterna magno parantur Lucan. 1, 35. Sacra parantur Virg. Aen. 2, 132. Sapientiam Cic. de Fin. 1. Se ad aliquid parare Ter. Eun. 2, 2, 9. Cic. Fam. 1, 7 Huc te pares, haec cogites, ad haec te exerceas. Id. in Orat. 122 c. 35 Quid iam ſequitur, quod quidem artis ſit, niſi ordiri orationem, in quo aut concilietur auditor, aut erigatur, aut paret Se ad diſcendum? Ouid. Met. 6, 613 In omne nefas ego me, germana, paraui. *Conf. Burm. ad* Calpurn. Flacc. Decl. 25 p. 823. Hiſce ego non paro me, vt rideant, ſed iis vltro arrideo Ter. Eun. 2, 2, 18. Solatia ſibi Ouid. Rem. Amor. 449. Cic. Att. 1, 8 Ego omnes meas vindemiolas eo refero, vt illud Subſidium ſenectuti parem. Tela Ouid. Met. 3, 46. Verba dulcia alicui Idem Amor. 2, 19, 17. Liu. Alios Vim parantes occidit, *i. Qui Vi tueri ſe nitebantur.* Ouid. Met. 2, 576 Vim parat et ſequitur. ¶ 2 *Sine caſu ponitur, vel omiſſo Pronomine reciproco.* Ter. Phorm. 5, 7, 64 Animo virili, praeſentique vt ſis, para *int.* te. Parant (ſe) defendere telis Virg. Aen. 2, 447. *Sic* Ire parat ad vrbem Idem ib. 1, 682. Ire parant in nemus Virg. Aen. 4, 118. Paratum eſt ita Plaut. Poen. 4, 2, 87 *int.* negotium. Virg. Aen. 2, 120 Cui fata parent, quem poſcat Apollo. Parent, *ſubaud.* Mortem. ¶ 3 *A librariis ſolent parmutari* Parare *et* Petere: *Burm. ad* Calpurn. Flacc. Decl. 25 p. 823.

PARANS, antis. Partic. [ἑτοιμάζων] Animi parantes infanda Stat. Silu. 5, 2, 87. Multa parans dicere Virg. Aen. 4, 390. Ille innare parans Idem ib. 11, 549.

PARANDVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἑτοιμαστέος] Dona paranda Ouid. ad Liu. 126. Scelus parandum eſt magno animo Senec. Med. f. 12.

PARĀTVS, a, um. Partic. [ἡτοιμασμένος] Ter. Heaut. 4, 4, 15 Quin eſt paratum argentum. Itane huc paratus aduenis Idem Andr. 5, 4, 6. Vir in quouis loco paratus Idem ib. 4, 3, 4. Donat. Paratum dixit ad omnes affectus, quicunque de proximo eſſe poſſunt. Abi, praecurre, vt ſint domi parata Ter. Eun. 3, 2, 46. Paratum id quidem et in medio poſitum Plin. Paneg. c. 88. Cic. Diu. Verr. 41 Omne tempus, quod mihi ab amicorum negotiis datur, in his ſtudiis, laboribusque conſumam, quo paratior ad vſum forenſem promtiorque eſſe poſſim. Planc. ad Cic. Fam. 10, 8 Nunc quum deſim benignitate Ab omni re ſumus paratiores, non ſolum bene ſperare de nobis homines, ſed explorate iudicare volumus. Cic. Fam. 8, 10 Ego quidem praecipuum metum, quod ad te attinebat, habui, qui ſcirem, quam paratus Ab exercitu eſſes, ne quod hic tumultus dignitati tuae periculum afferret. *Et* Cic. Verr. 2, 17 Sed in Siciliam paratus Ad praedam, meditatusque venire cupiebat. *Conf.* Idem pro Quint. c. 11. Ad audiendum paratus Cic. de Fin. 2 *pr.* Ad dicendum paratiſſimus Idem Diu. Verr. 44. Idem de Orat. 1, 38 Praeſidiis naturae vel doctrinae ad dicendum paratus. Ad dolores paratus Cic. de Fin. 1, 49. Ad euentum omnem paratus Idem Fam. 6, 21. Ad omne facinus paratiſſimus homo Idem pro Milon. 25 c. 9. Ad iudicium paratus et inſtructus venit Idem Act. Verr. 1, 7. Ad mentiendum Cic. de Amic. 98. Idem Fam. 11, 13 Exercitus noſtros ſingulari concordia coniunctos, Ad omnia pro vobis videatis paratos. Ad permouendos animos inſtructus et paratus Idem in Orat. 20. Ad periculum paratus animus Cic. Off. 1, 63. Ad Pericula ſubeunda paratiores Caeſ. B. G. 1, 5. Ad promerendum conſuetudine beneficentiae paratiores erunt et tanquam exercitatiores bene de multis, quo pluribus profuerint Cic. Off. 2, 53. Ad haec propulſanda paratiſſimus Idem Att. 5, 7. Ad ſeditionem paratus, ad vim promtus, expeditus ad caedem Idem de Lege Agr. 2, 82. Ad vim Ouid. Met. 11, 240. Contra fortunam Cic. Fam. 5, 13. Paratum Animo eſſe Caeſ. B. C. 3, 85. Animis opibusque parati Virg. Aen. 2, 799. Literis Auſon. Prof. Burd. 3, 13. Se aduocato aut adſtipulatore paratiorem fore putabat Cic. in Piſ. c. 9. Idem Att. 15, 23 Ego hunc ita paratum video peditatu, equitatu, claſſibus. Scutis teliſque Idem pro Caecin. 60. *Conf.* Fam. 8, 10. Paratior certamini Quinctil. 8, 3. Sceleribus Tac. Ann. 12, 47, 7. *i. ad ſcelera.* *Sic* Inceſto Ann. 14, 2, 1. Cic. de Legib. 2, 66 Fuit hic vir, vt ſcitis, non ſolum eruditiſſimus, ſed etiam ciuis e Republ. maxime, tuendaeque ciuitatis paratiſſimus. *Quaedam exemplaria legunt* Peritiſſimus. Paratus omnia perpeti Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 9. Animo paratus tueri prouinciam Cic. Fam. 10, 8. Certare parati Virg. Aen. 5, 108. ¶ 2 *Subſtantiua:* Acies paratae ferro Ouid. Faſt. 3, 215. Acies parata neci Virg. Aen. 2, 334. Agmen paratum ſecum habet Idem ibid. 5, 548. Animus paratus bello et paci Liu. 1. Animo paratiſſimo ſuſtinere Caeſ. Bell. Gall. 8, 42. Auxilium propoſitum ac paratum iis fac tuum eſſe videatur Q. Cic. de Petit. Conſul. 16. Celeritas in reſpondendo promta et parata Cic. de Clar. Orat. 154. Conſenſu omnium parato, tota denique Italia ad contentionem expedita, *etc.* Idem pro Sext. 36. Epulae paratae regifico luxu Virg. Aen. 6, 604. Fortitudo eſt ſatis inſtructa, armata, parata per ſeſe Cic. Tuſc. 4, 51. Fructus parati Plin. Epiſt. 2, 10. Honores parati Idem ibid. 7, 24. Hoſpitium nobis paratum Lucan. 9, 1028. Obuius et paratus Humor Plin. Epiſt. 2, 17. Loci parati et expediti multa commentatione ac meditatione Cic. de Orat. 2, 118. Leges paratae Salluſt. Catil. 57. Medicamenta parata Scribon. 107 *i. praeparata.* Mors parata Lucan. 8, 32. Mortis paratae inſtrumenta Ouid. Met. 10, 285. Obliuio mortuorum parata Plin. Epiſt. 6, 10. Naues paratiſſimae Caeſ. Bell. Gall. 3, 14. Prouincia omnium ciuitatum conſenſu paratiſſima Cic. Fam. 10, 8. Somni erat ſane paratiſſimi, non nunquam etiam inter ſtudia inſtantis, *Vulgo* Parciſſimi Plin. Epiſt. 3, 5. Thalami parati Virg. Aen. 7, 97. Nolo, quod cupio, ſtatim tenere, nec Victoria mi placet parata Petron. c. 15. Vrbs parata Virg. Aen. 4, 75. Lucan. 6, 93 Caeloque paratior vnda. Ouid. Met. 5, 603 Et quia nuda fui, tum viſa paratior illi. ¶ 3 *Subſtantiue:* Ter. Eun. 3, 4, 4 Praeteriit tempus: quo in loco dictum eſt, parati nihil eſt. Philoſophi Habent paratum, quid de quaque re dicant Cic. de Orat. 2 c. 36. Prata antiqui Parata dixere, *vt ait* Plin. 18, 5.

PARĀTVS, ūs. m. [κατασκευή] *Ipſe parandi actus, tum ea, quae parata ſunt.* Quinct. 10, 1 Copioſus verborum ſit paratus, *i. Apparatus.* Tacit. Ann. 6, 37 Gazam, et paratus regios adiicit. Funebris Tacit. Ann. 13, 17, 1. Graues paratus rerum Stat. Theb. 2, 104. Et veniam dapibus Nulliſque paratibus orant Ouid. Met. 8, 683. Neque enim Tantos auſim reuocare paratus Idem Achill. 2, 275. Principalis paratus, aemulantium inter ſe Regum Tacit. Hiſt. 2, 81, 6. *et ib.* c. 59, 3. Stant gemmis auroque tori menſaeque paratu Regifico Val. Flacc. 2, 652. Opus impar veſtris paratibus Ouid. ex Pont. 3, 4, 5. Celebrare aliquid ingenti, et inſolito paratu Tacit. Hiſt. 2, 59. Vti largis paratibus Ouid. Epiſt. 16, 191. Luxuries nunquam paruo contenta paratu Lucan. 4, 374. Neque enim tantos auſim reuocare paratus Stat. Achill. 1, 97. Induta Tyrios paratus Ouid. Faſt. 3, 627. *i. Induta Tyrio veſtitu.*

PARĀTIO, ōnis. f. *Idem.* Salluſt. Iugurth. c. 34 (31) Fuerit ſane regni paratio plebi iura ſua reſtituere. *Al.* Reparatio. Afran. *apud* Non. 3, 173 Silentio opus eſt, nulla ineſt paratio. *Add.* Vlpian. Dig. l. 30 t. 1 l. 19 §. 7.

PARĀTVRA, ae. f. Idem. Tertull. de Pallio c. 3 *et* Spect. c. 4.

PARĀTE. Adu. [κατεσκευασμένως] *Promte et expedite.* Plaut. Epid. 3, 2, 38 Vt parate! *Sic* Id parate curaui, vt cauerem Idem Rud. 1, 3, 9. Quidquid aget, in bonum exibit facile et parate et ſine tergiuerſatione Agentis Sen. de Vita beata c. 8. Cic. de Clar. Orat. 241 c. 68 Is tamen ad dicendum veniebat magis audacter quam parate. Idem pro Roſc. Amer. 72 Tamen diligentius, paratiusque veniſſes. Sumto ſpatio ad cogitandum, paratius atque accuratius Di-

cere Cic. de Orat. 1 c. 23. Inuectus eſt in iſtum paratius Dolabella, quam nunc ego Idem Phil. 2 c. 32. Idem Off. 1, 83 Dimicareque paratius de honore et gloria, quam de caeteris commodis. Paratiſſime reſpondit, *i. Promtiſſime* Plin. Epiſt. 3, 9.

PARĬTO, āre. Frequentat. [ἐντύνομαι] Plaut. Merc. 3, 4, 64 Quid tu ais, qui quum illuc, quo nunc ire paritas, veneris, *etc.* Id. Pſeud. 1, 5, 71.

PARABĬLIS, e. Adi. [εὐπόριστος] *Quod in promtu eſt, et cito haberi vel parari poteſt.* Cic. de Fin. 1, 45 c. 13 Propterea quod ipſa natura diuitias, quibus contenta ſit, et parabiles, et terminatas habet. Parabile eſt, quod natura deſiderat, et expoſitum Sen. Epiſt. 4. Cultus corporis parabilis Curt. 3, 5, 2. Res non magno parabiles Sen. Epiſt. 5. Venus parabilis et facilis Hor. Serm. 1, 2, 119. Victus parabilis Curt. 6, 2, 3.

PARARIVS, i. m. *Vid. ſupra in* PAR.

PARATARIVS, a, um. Adi. *Facilis paratu. vt*, Phaſeoli paratarii Apic. 8, 6 *pr. Sed Liſter.* parietarios, *qui parietes et pergulas ſcandunt.*

PARO, *vel* PARON, ōnis. m. [πάρων] Nauium genus, *inquit* Feſtus, ad cuius ſimilitudinem Myoparo vocatur, *piraticum nauigium.* Ciceronis *apud* Iſidor. 19, 1 *verſus eſt*, Tunc ſe fluctigero tradit mandatque paroni. *Vid. Barth. Aduerſ.* 35, 7. *et Turneb. Aduerſ.* 3, 1.

PARVNCŬLVS, i. m. *Idem* Dimin. Cic. *apud* Iſidor. *ib.* Paruneulis ad litus ludit celeribus.

PARŎCHVS, i. m. [πάροχος] *Qui conduxit neceſſaria hoſpitibus, legatisue publico ſumtu praebenda.* Parochi, Qui peregrinis ſalem et ligna praebebant, *inquit* Acron, *ad* Hor. Serm. 1, 5, 46 Et parochi quae debent ligna ſalemque. *Quos* Porphyrio Copiarios a Latinis vocatos eſſe *tradit*, qui ſalem et ligna iis praeſtabant, qui Reipublicae cauſa peregre ibant. Sub nomine autem harum ſpecierum omnia hoſpitibus neceſſaria intelligimus, *vt idem* Acron *alibi ſentire videtur*, Serm. 2, 8, 36 *vbi* Horatius Parochum *pro Conuiuatore poſuit*, Vertere pallor Tum parochi faciem nil ſic metuentis, vt acres Potores. Cic. *in priore ſignificatione vſus eſt* Att. 13, 2 Ariarathes, Ariobarzanis filius, Romam venit: vult, opinor, regnum aliquod emere a Caeſare. nam quomodo nunc eſt, pedem vbi ponat in ſuo, non habet: omnino eum Sextius noſter (*tanquam*) parochus publicus occupauit: *alioqui hoſpitem habiturus erat Cicero.* Hor. Sat. 2, 8, 36 *ſordidum conuiuatorem ſalſe* Parochum *vocauit*, Vertere pallor tum parochi faciem, nil ſic metuentis, vt acres Potores. *Conf. mox* PAROCHA. ¶ 2 Parochi *quoque vocantur epiſcopi, ſ. quod* φιλοξενία *ab illis requiritur, ſ. quod ſunt velut paranymphi eccleſiae, ſponſae Chriſti: nam hac altera ſignificatione etiam ap. Graecos obtinet. Vid. Lamb. ad* Hor. Sat. 1, 5, 46. *Pfeiffer. Ant. Gr.* 4, 15.

PAROCHA, ae. f. [παροχή] *Praebitio. Quidam huc referunt* Cic. Att. 13, 2 Omnino eum Sextius noſter parochis publicis occupauit. *Sed vidimus modo*, Parochus publicus *legi hodie. Quae eſſet illa* παροχὴ, *ex parte oſtendit* Gell. 15, 4 *vbi de Ventidio Baſſo*, Victum ſibi aegre quaeſiſſe, — comparandis mulis et vehiculis, quae magiſtratibus, qui ſortiti prouincias forent, praebenda publice conduxiſſet. *Certe illud* praebenda *reſpondet verbo* παρέχειν, *vnde* πάροχος *et* παροχή.

PAROCHIA, ae. f. *Pro* Paroecia *vitioſe legitur.* Per ruſticas ſolitudo parochias Sidon. Ep. 7, 6. *Conf. Sirmond. ad h. l.* p. 102.

PAROCŬLI, orum. Vox nihili, *quam tribuunt* Sueton. de cl. rhetor. 5. *Sed ibi* par oculorum *eſt, et variae eruditorum coniecturae, quae nihil ad* Paroculos.

PARODIA, ae. f. *Canticum aut verſus ad imitationem alterius.* Aſcon. Prooem. Act. Verr. 29 c. 10.

PARODONTĬDES, um. f. [παροδοντίδες] *Tabercula circa gingivas.* Celſ. 6, 13.

PAROECI, *vnde* PAROECIA, [πάροικον, παροικία] *Graecae Eccleſiae nomina, quibus ſignificabant illam peregrinitatem Chriſtianorum in hoc ſaeculo. Deinde* Paroecia *ſignificare coepit territorium quaſi et regionem, qua vnius epiſcopi cura extenditur.* Auguſtin. Epiſt. 262 (*al.* 261) *pr.* Fuſſala dicitur Hipponenſi territorio confine caſtellum: antea ibi nunquam Epiſcopus fuit: ſed ſimul cum contigua ſibi regione ad Paroeciam Hipponenſis eccleſiae pertinebat. Idem de Ciu. Dei 14, 24 Presbyter fuit quidam nomine Reſtitutus, in paroecia Calamenſis eccleſiae. *Recentiores* Parochiam *et* Parochos *maluerunt dicere. Sed haec alterius loci ſunt. Illud quod hodie quoque* Paroecian *vel* Parochian *vocare ſolemus, magis Latine* Curiam *dixeris.*

PAROEMIA, ae. f. [παροιμία] *Definitore* Donato, eſt Prouerbium rebus temporibusque accommodatum. Diomedes *autem finit hunc in modum*, Paroemia eſt, Prouerbii vulgaris vſurpatio, rebus temporibusque accommodata. Quinctil. 5, 11, 21 *cum de* fabula *dixit, addit*, Cui confine eſt παροιμίας genus illud, quod eſt velut fabella breuior, et per allegorian accipitur. Non noſtrum, inquit, onus: Bos clitellas. *Hoc apparet*, Paroemian *eſſe Prouerbium.*

PAROMOEON, i. n. [παρόμοιον] *Figura, quoties eſt verborum in oratione aliqua ſimilitudo.* Ter. Andr. 1, 5, 7 Id mutauit, quoniam me immutatum videt. *Vbi* Donatus, παρόμοιον, nam quoties Verba ſunt, παρόμοιον dicitur: quoties Nomina, παρωνομασία. Idem *in ſua editione ſecunda*, Paromoeon eſt, quando ab eisdem literis diuerſa nomina ſumuntur: vt, O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti. *Conf.* Diomed. 2 p. 441.

PAROMOLOGĬA, ae. f. [παρομολογία] Schema eſt, quod fit, quum aliquot res aduerſario concedimus: deinde aliquid inferimus, quod aut maius ſit quam ſuperiora, aut etiam omnia, quae poſuimus, infirmet. Hyperides, Sume hoc ab iudicibus noſtra voluntate: neminem illi propiorem cognatum quam te fuiſſe, concedimus. officia tua nonnulla in illum exſtitiſſe: ſtipendia vos vna feciſſe aliquamdiu, nemo negat. Sed quid contra teſtamentum dicis, in quo ſcriptus hic eſt? Rutil. Lup. p. 6 *Pith.*

PARONOMASĬA, ae. f. [παρωνομασία] Hoc *Schema eodem* Rutilio Lupo *auctore*, p. 2 aut addenda, aut demenda, aut mutanda, aut porrigenda, aut contrahenda litera, aut ſyllaba fieri conſueuit: eſtque huiusmodi. Non enim decet hominem genere nobilem mobilem videri, *etc.* Ter. Andr. 1, 3, 13 Nam inceptio eſt amentium, non amantium. *Vbi* Donatus: Amabant veteres de proximo ſimilia dicere: vt Cic. Verr. 4, 27 Minus clarum putauit fore quod de armario, quam quod de ſacrario eſſet ablatum. Et quidem ſi in Verbis ſunt, paromoeon dicitur: in Nominibus, paronomaſia. *Vid.* Quinct. 9, 3. Cic. de Or. 2 c. 63. M. Capell. 5 p. 174.

PARONYCHĬA, orum. n. [παρωνυχία] *Abſceſſus circa radices vnguium. Latini* Reduuias *appellant.* Ὄνυξ *vnguis eſt, e quorum velut radicibus ea oriuntur.* Plin. 23, 3 Gingiuarum inflammationibus, paronychiis, ſordidisque vlceribus excreſcentibus. Idem 24 c. vltim. Altero, quod eſt aizoo ſimile, ad paronychia et pterygia vnguium, et quum caro vnguibus increuit, vtuntur cum axungia. *Add.* Plin. 28, 8. Petron. c. 31 Aliis inſequentibus ad pedes, ac paronychia cum ingenti ſubtilitate tollentibus.

PARONYMON, i. n. *Plur.* Paronyma, Quae ab alio quodam conſimili trahuntur; vt equus eques. *Vid.* Diomed. p. 310.

PAROPSIS, idis. f. [παροψίς] *Patinae genus aliquantum concauae, in qua opſonia ponuntur.* Iuuen. Sat. 3, 142 Quam multa magnaque paropſide coenat. *Graecum eſt*, παροψίς, παροψίδος, *a* παρὰ *et* ὄψον, *id eſt ad cibum.* Suet. in Galb. c. 12 Et ordinario quidem diſpenſatori breuiarium rationum offerenti, paropſidem leguminis pro ſedulitate ac diligentia porrexiſſe. Martial. 11, 28, 5 Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra Alecem, ſed quam protinus, illa voret. Parapſis *ſcribi vult Heinſius ad* Petron. c. 34 p. 134. *Conf. Turneb. Aduerſ.* 10, 27. *vel Cuiac. Obſeru.* 10, 17. *Vid.* PARAPSIS *ſuo loco.*

PAROPTVS, a, um. Adi. [παροπτὸς] *Aſſatus.* Apicius 6, 9 Pullus paroptus.

PAROS, i. f. [Πάρος] *Inſula eſt vna ex Cycladibus, ex qua* Parius lapis, *marmoreus candidiſſimus. In ea eſt oppidum etiam* Paros *vocitatum.* Virg. Aen. 3, 126 Niueamque Paron. *A candore marmoris.* Marmorea Paros Ouid. Met. 7, 466.

PARII, ōrum. m. *Habitatores huius inſulae* Nepos 1, 7, 4.

PARIVS, a, um. Adi. [Πάριος] Parius lapis Plin. 36, 17 *et* 18 *et* 22. *Et* Parium marmor, *Candidum, quod omnium optimum erat* Virg. Aen. 1, 597. Idem Georg. 3, 34 Stabunt et Parii lapides ſpirantia ſigna. *Vbi* Seru. In templo Caeſaris maiorum ſtatuas eius dicit ſe eſſe poſiturum, quas commendat et a pretioſo marmore, et ab arte. Marmor Parium Hor. Carm. 1, 19, 6. *Conf.* Petron. c. 126. Iuga Paria Ouid. Amor. 1, 7, 52.

PARŌTIS, ïdis. f. [παρωτὶς] *Apoſtema eſt circa aurem.* Parotides Scribon. 43. 206. Ad Parotidas Idem 266. Diſcutit parotidas medicamentum Idem 263. Celſ. 6, 16 Sub ipſis auribus oriri παρωτίδες ſolent, modo in ſecunda valetudine ibi inflammatione orta; modo poſt longas febres illuc impetu morbi conuerſo. Plin. 20, 1 Parotidas, et panos ſanat. *Graeci* παρὰ, *ad; et* ὦτα, *aures dicunt.* Celſ. 5, 18, 18 Malagma ad Parotidas. *Conf.* ſ. 31. *Et* Macer. 1, 30.

PAROXYSMVS, i. m. [παροξυσμὸς] *Stimulatio, concitatio, exacerbatio,* παροξύνειν *enim eſt incitare. Hoc etiam nomine Graeci appellant Acceſſum febris, hoc eſt exaſperationem, quae ſtatis temporibus fieri conſueuit, de quo multa Galen.*

PARRA, ae. f. [μύσης ὄρνεον, κορυδαλὸς ἢ ἀστραγαλινὸς Gloſſ. Lat. Gr.] *Genus auis inauſpicatae.* Hor. Carm. 3, 27, 1 Impios parrae recinentis omen Ducat. *Sic* Prudent. Symmach. 2, 570

Cur Cremerae campis cornice vel oſcine parra
Nemo deûm monuit perituros Marte ſiniſtro
Ter centum Fabios?

In oſcinibus augurii forte fuit ideo infauſti, quod eius auis ſit iniucundiſſimus cantus. Eius autem inſuauitatem et prope diritatem ſatis indicarit verſus iſte Paullini *ad* Auſon. Epiſt. 2, 36 Si confers fulicas cygnis, et aëdona parrae. *Turneb. Aduerſ.* 9, 29. *Secunda auſpicia non cantu ſed loco facit.* Plaut. Aſin. 2, 1, 13 Picus et cornix eſt ab laeua, coruus, parra ab dextra, conſuadent. *Add.* Plin. 4, 29.

PARRHASIA, ae. f. [Παῤῥασία] *Regio in Peloponneſo, dicta alias Arcadia, Lycaonis patria. Vnde* Parrhaſius. Virg. Aen. 8, 344 Parrhaſio dictum Panos de more Lycaei. *In ea mons eſt Lycaeus, in quo bicornis Fauni templum fuerat, a quo Lycaea ludicra illi ſacrata, nobis Lupercalia dicta. Vnde* Ouid. Faſt. 2, 423 Quis vetat Arcadico dictos a monte Lupercos? Faunus in Arcadia templa Lycaeus habet.

PARRHASIVS, a, um. Adi. [Παῤῥάσιος] *Idem qui* Arcadicus. Antra Parrhaſia Stat. Theb. 11, 178. Axis Sen. Herc. Oet. 1281. *Arcticus polus, quia Calliſto, quae in vrſam mutata eſt, Arcadica fuit.* Coloni Claud. de Bell. Get. 191. Dea Ouid. Faſt. 1, 618. *Carmenta.* More, *i. Arcadico* Virg. Aen. 8, 344. Niues Ouid. Faſt. 2, 278.

PARRHĂSIS, ïdis. f. Patronym. [Παῤῥασὶς] *Sic dicitur Calliſto.* Ouid. Met. 2, 450 Parrhaſis erubuit. Parrhaſis Helice Lucan. 2, 237. Stellae Parrhaſides Ouid. Faſt. 4, 577, *Arctoae.* Vrſa Parrhaſis Idem Epiſt. 18, 152.

PARRHASIVS, i. m. [Παῤῥάσιος] Epheſius pictor, venit in certamen cum Zeuxide. Et quum ille detuliſſet vuas pictas tanto ſucceſſu, vt in ſcenam aues aduolarent: ipſe detuliſſe linteum pictum traditur, ita veritate repraeſentata, vt Zeuxis alitum iudicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo oſtendi picturam, atque intellecto errore concederet palmam ingenuo pudore, quoniam ipſe aues fefelliſſet, Parrhaſius autem ſe artificem. *Haec* Plin. 35, 10. *Vid.* Suet. Tiber. c. 44. *Et* Hor. Carm. 4, 8, 6.

PARRHESIA, ae. f. *Dicendi libertas. Graece inuenitur ap.* Quinctil. 9, 3.

PARRHESIASTES, ae. m. *Sic* Demochares ob nimiam et procacem linguam appellatus Sen. de Ira 3, 23. *Locum plenius laudamus voce* SVSPENDO.

PARRICIDA, *et* PARRICIDIVM. *Vid.* PARICIDA, *et* PARICIDIVM.

PARS, partis. f. [μέρος, μοῖρα] *Portio.* Partes *dicuntur, in quas diuiditur totum. Quidam* Partem *a* Pari *dictam exiſtimant: quod partes ſimul iunctae, pares, hoc eſt aequales ſint toti. Alii a* Pario, *ſiue* Partu: *quod pars a toto deducta, et quaſi parta ſit. Alii a* Parum: *quod pars, parum quiddam ſit reſpectu totius. Fauere videtur* Fannius de Ponder. 52 Poſt haec ſemiſſis ſolidi (*totius, aſſis*) pars maxima fertur: Nam quae dimidium ſuperat (*v. g. Dodrans*) pars eſſe negatur. *Sed tamen* Dodrans, Bes, Decunx, Deunx *in partibus aſſis vulgo numerantur. Et alioquin* Pars *magnum, quid notat in illo* Cic. pro Muraen. 42 Multi viri fortes, et prope pars ciuitatis offenſa eſt. *Nempe in re ita magna etiam* pars *non contemnendum quiddam videtur. Porro hoc ſtatim obſeruamus,* Partem *non modo reſpectu* totius *dici, ſed etiam ratione* generis. Cic. de Inu. 1, 32 c. 42 Genus eſt, quod plures amplectitur partes, vt animal: pars, quae ſubeſt generi, vt equus. *Et* de Orat. 1, 189 Partes ſunt, quae generibus iis, e quibus emanant, ſubiiciuntur. Ibid. 109 Res verbis deſignare, generibus illuſtrare, partibus diſtribuere. *Ad* totum *ſ.* integrum *refertur* pars *ordinarie, vt* Cic. pro Q. Roſc. 55 Vt ſocius in ſocietate habet partem, ſic heres in hereditate habet partem. Idem de Orat. 2, 366 c. 90 Quis Antonio permiſit, vt partes faceret, et vtram vellet prior ipſe ſumeret? *Et* Verr. 5, 84 Quibus

bus illi vrbis ſuae partem ademerunt, iis tu noſtri imperii partem dediſti. Ter. in prol. Adelph. 23 Senes, qui primi venient, hi partem aperient: in agendo partem oſtendent. Omnes omnium Gentium partes (*Europam*, *Aſiam*, *Africam*) tribus triumphis deuinxit Cic. in Piſon. 29. *De Pompeio.* Martial. 8, 47 Pars maxillarum tonſa eſt tibi, pars tibi raſa eſt, Pars vulſa eſt: vnum quis putet eſſe caput? Mundi partes Lucret. 5, 478. Cic. Acad. 1, 45 Carneades nullius Philoſophiae partis ignarus, *h. e. Omnem Philoſophiae cognitionem habens.* Populi partes *ſunt tribus, centuriae, claſſes.* Cic. de Legg. 3, 7 c. 3 Cenſores — populique partes in tribus diſtribuunto. *Et* 11 c. 4 De capite ciuis, niſi per maximum comitiatum ollosque, quos cenſores in partibus populi locaſſint, ne ferunto. *Hinc lux* Cic. de L. Agr. 2, 19 c. 7 Domitius, quod per caerimonias populi fieri non poterat, ratione aſſecutus eſt, vt id, quoad poſſet, quoad fas eſſet, quoad liceret, populi ad partes daret, *i. minori numero tribuum ſ.* XVII *tribubus, cum omnes eſſent* XXXV. Senſus partem ſi vllam habes, haec te lacerat, haec cruentat oratio Cic. Philipp. 2, 86. Spectatorum pars, Hominum pars, *pro incerto quodam numero* Plaut. Trucul. 1, 2, 12. Idem Trin. 1, 1, 12. Terrarum pars Plin. 13, 4. Cic. pro Font. 30 In omnibus Vitae partibus moderatum ac temperantem, plenum pudoris, plenum officii, plenum religionis, videtis poſitum in veſtra fide ac poteſtate. Partes de coena Suet. Domit. c. 11.

¶ 2 *Adiectiua:* Si mihi Aequa pars amoris tecum eſſet, *i. ſi me mutuo amares* Ter. Eun. 1, 2, 12. Auerſa pars, *vid.* AVERTO. Bona pars, *i. plerique* Hor. A. P. 297. Bona pars hominum Idem Sat. 1, 1, 61. Bonam partem ſermonis in hanc diem eſſe dilatam Cic. de Orat. 2, 14 c. 3. Celeberrimae et maximae partes vrbis Id. pro Dom. 146. Celeberrima pars Romae Stat. Silu. 1, 2, 232. Centeſima, *vid.* CENTVM. Coaequa, *vid.* COAEQVVS. Confirmans Quinctil. 5, 10. Exigua pars montis Virg. Aen. 10, 128. Exigua pars temporis Lucret. 3, 400. Exiguiſſima pars reſtat de turba fratrum Ouid. Epiſt. 14, 115. Immenſa Senec. Hippol. ſ. 10. Incultae partes mundi, *vid.* INCOLO. Inferior Lucret. 5, 289. Intima parte vrbis, *vid.* INTRA. Plus Iuſta parte Virg. Georg. 1, 35. Laeua Ouid. Met. 8, 220. Pars Magna, *quod et* Bona pars *dicitur: h. e. Multi.* Plaut. Moſtell. 1, 2, 34 Magna pars moram hanc ſibi induxerunt, donec, *etc.* Magna pars veſtrûm Ter. in prol. Heaut. 9. Morbi Magnam deponere partem Hor. Epiſt. 1, 1, 35. Magnam partem habere in re aliqua Virg. Aen. 6, 31. *Et Plur.* Cic. pro Rab. Poſt. 4 Habuit Magnas partes publicorum *eadem ratione dictum, vt hodie* partes metallicas *dicere licet, aut* partes *ſocietatis negotiatorum, quas* Actionum *nomine vocant.* *Sic mox* Nec interea locupletare amicos ſuos vnquam deſtitit, mittere in negotium, dare partes, re augere, fide ſuſtentare. Magnam partem, *pro Magna ex parte.* Caeſ. Bell. Gall. 4, 1 *de Sueuis*, Neque multum frumento, ſed Maximam partem lacte atque pecore viuunt. Lucret. 3, 64 — haec vulnera vitae Non minimam partem mortis formidine aluntur. Cic. in Orat. 189 Senarios vero, et Hipponacteos effugere vix poſſumus: Magnam enim partem ex Iambis noſtra conſtat oratio. Magna pars fui Virg. Aen. 2, 6. Cic. Off. 1, 118 Alii multitudinis iudicio feruntur, quaeque Maiori parti pulcherrima videntur, ea maxime exoptant. Maiorem partem aeui conterere ſomno Lucret. 3, 1060. Diei maiorem partem alicubi ſedere Cic. Verr. 4, 54. Vigilare maiorem partem noctis Idem de Diuin. 1, 59 c. 28. Maiorem partem populi ſuffragiis priuauit Cic. de Lege Agrar. 2, 17. Maxima pars hominum Hor. Serm. 2, 3, 6. Plus Media parte Ouid. Met. 3, 43. Multa pars mei Hor. Carm. 3, 30, 6. Pars Multa, *pro Plerique* Idem Serm. 2, 7, 7. Multis partibus maior, ſol quam terra Cic. Ac. 4, 128. *i. terrae moles ſoli comparata exigua pars illius eſt.* Multis partibus plures, *i. Multo plures.* *Etiam hoc proprie multiplicationem indicat, vt minor numerus aliquoties, et ſaepe adeo, in maiore contineatur: quanquam non ſemper ita rigide ſumſiſſe ſcriptores videntur.* *Accurate loquitur* Plin. 2, 21 Solem abeſſe a Luna vndeuiginti partes, quantum Lunam ipſam a Terra, *i. Spatium inter Lunam et Solem vndeuicies continere illud, quod intercedit inter Lunam et Terram.* Cic. Verr. 3 c. 19 Quid ſi duabus partibus doceo te amplius frumenti abſtuliſſe, quam Populo Rom. miſiſſe? Idem Fam. 1, 2 Perſpiciebant enim in Hortenſii ſententiam Multis partibus plures ituros. Cic. Fam. 8, 9 Turpe tibi erit Patiſcum Curioni decem pantheras miſiſſe, te non Multis partibus plures. *Sic* Caeſ. Quoniam numero Multis partibus eſſet inferior, *i. Multo inferior.* *Et* Cic. de Finib. 3, 36 Quis eſt enim, aut quis vnquam fuit aut auaritia tam ardenti, aut tam effrenatis cupiditatibus, vt eandem illam rem, quam adipiſci ſcelere quouis velit, non Multis partibus malit ad ſeſe, etiam omni impunitate propoſita, ſine facinore, quam illo modo peruenire? *i. Multo malit.* Quarta pars diei praeterita Hor. Serm. 1, 9, 35. Siniſtra in parte murorum Virg. Aen. 9, 468. Vltima pars lucis menſae eſt data Ouid. Met. 7, 662. Vltima pars vitae Virg. Ecl. 4, 53.

¶ 3 *Verba:* Addere partes illaeſas vitiatis, *vid.* ADDO. Adimere partem, *et* Dare partem, *contraria.* Cic. Verr. 5, 84 Quibus illi vrbis ſuae partem ademerunt, iis tu noſtri imperii partem dediſti. Rerum pars altera Ademta eſt Virg. Aen. 9, 131. Amplectitur plures partes genus Cic. de Inuent. 1, 32. Conducere partes in vnum Lucret. 1, 398. Conſtituere partes Quinctil. 3, 9. Conſtituere partes cauſae ſingulas in ſuis digitis. *vid.* CONSTITVO. Contexere partes Quinctil. 4 prooem. Dare partes, *vid.* n. 2 Magnae partes. Deſerere partem Quinctil. 1 prooem. Dilata pars laborum Ouid. Met. 3, 174. Diſpergi ad minutas partes Lucret. 4, 893. Cic. de Orat. 1, 109 Haec ab hominibus callidis et peritis animaduerſa ac notata, verbis deſignata, generibus illuſtrata, partibus Diſtributa ſunt. Cic. de Orat. 2, 366 Quis Antonio permiſit, inquit, vt et partes Faceret, et vtram vellet, prior ipſe ſumeret? *h. e. In partes diuideret.* *Conf.* Phaed. 1, 6, 6. Findit in ambas partes ſe via Virg. Aen. 6, 540. Immiſſi ignes diuerſis partibus Idem ibid. 12, 521. Ingredi partem *inſtitutionis rhetoricae* Quinctil. 4, 3, 1. Locare *agros* partibus Plin. Epiſt. 9, 37. *i. certa parte ſ. portione fructus colono aſſignata, qui inde vocatur* partiarius. Occupare partem Quinctil. 1 prooem. Auctor ad Herenn. 2, 33 Hoc quoque vitandum eſt in expoſitione, ne quando, quum omnia collegiſſe videamur, aliquam idoneam partem Reliquerimus. Requieſcere nullam partem noctis Cic. pro Roſc. Amer. 97. Reuulſa pars e monte Ouid. Met. 13, 882. Sumere partem Falerni Hor. Carm. 1, 27, 10. Cic. Att. 3, 2 Sine te non eſſe nobis illas partes Tenendas propter Autronium, *i. in illa regione iter faciendum.* Vocari in partem curarum Tacit. Ann. 1, 11.

¶ 4 *Cum Praepoſitione:* A parte omni timetur Ouid. Met. 10, 374. Ab aliqua parte argumentationes aduerſariorum labefactare Auctor ad Herenn. 2. Ab ea parte Scribon. 53. Ab omni parte Idem 226. 227. *i. vndique.* *Et ſine Praepoſ.* Ea parte imponere Idem 229. Ab Orientis partibus virtutis tuae lumen, vt eluceat opto Cic. Fam. 12, 5. Plin. 7, 50 *ad finem*, Qua in re obſeruatum, a meridianis partibus ad occaſum ſolis peſtilentiam ſemper ire. *Nempe* Partes *pro regione hic ponuntur.* *Sic* Vetant hoc alicubi venti: vt in Africa, et in Narbonenſis prouinciae partibus Plin. 14, 1. De parte ſiniſtra, *vid.* DE. Fulminat de parte Boreae Virg. Georg. 1, 370. *Frequens in primis eſt* Ex. Cic. pro Muraen. 42 c. 20 Quaeſtio peculatus Ex altera parte lacrimarum et ſqualoris, ex altera plena catenarum atque indicum. Ex magna parte, *pro Plerumque* Plin. 8, 54 *de ſimiis.* Scribon. 200. et Perorat. Magna ex parte 98. Quinctil. 10, 1 Ex magna parte Ciceronem, quantus eſt fecit. Aſſentiri alicui magna ex parte Cic. Att. 7, 3. *Add.* D. Brut. ad Cic. Fam. 11, 4. Omnino aut magna ex parte liberari Idem Tuſc. 1, 1. Maiore ex parte Idem de Diuin. 2 c. 9. Multo maxima ex parte liberae religione domus Cic. de Aruſp. Reſp. 11 c. 6. *Omittitur interdum Praepoſitio v. g.* Omni parte ſua Scribon. Ep. *Et* c. 230 Ea parte, qua tollenda. Dimidia parte Suet. Iul. c. 41, 2 *et* 5. Id. Domit. c. 7, 6. Plin. 37, 11 Melichloron eſt geminus: parte flauus, parte melleus. Virg. Aen. 8, 683 Hinc Auguſtus agens Italos in praelia Caeſar. *Et paullo poſt*, Parte alia ventis, et diis Agrippa ſecundis Arduus, agmen agens. *Sic* Partibus, *pro* Ex partibus *vel In partibus.* Paterc. 2, 38, 1 Vt quae facilius, quam partibus, ſimul vniuerſa conſpici poſſint. Idem 2, 38, 4 Inde varie poſſeſſa et ſaepe amiſſa partibus, ductu Auguſti facta ſtipendiaria. *De Hiſpania.* Columel. 2, 3 Non multum, nec vniverſum cibum, ſed partibus et paullatim praehere conuenit. Partibus locare Plin. Ep. 9, 37. *i. per partes.* *Sed frequentius exprimitur* Ex. Quinctil. 6, 3, 90 Piſces Ex parte aduſti et verſati. Dimidia Ex parte ſacerdotes non habebit Romanus populus Cic. pro Domo 38 c. 14. Idem Q. Frat. 3, 1 Quod tibi mea permiſſio manſionis tuae grata eſt, id ego ſummo meo dolore et deſiderio, tamen ex parte gaudeo. Ex aliqua parte Scribon. 56. Aliqua ex parte Idem 53. 105. Cic. Att. 3, 14. Idem Verr. 1, 76 Grandis natu parens adductus ad ſupplicium, Ex altera parte filius. Ex altera parte grauiter, ex altera acute extrema ſonant Cic. in Somn. Scip. 11. *De motu caeli.* Idem ibid. 15 E quibus duos maxime inter ſe diuerſos, et caeli verticibus ipſis Ex vtraque parte ſubnixos, obriguiſſe pruina vides. *De cingulis caeli.* Ex omni parte diligentiſſime aliquid conſiderare Cic. de Diuin. 2, 32 c. 13. Oſtendit ſe ex omnibus partibus amor tuus in his literis Idem Fam. 5, 15 *pr.* In parte aliqua apud aliquam haerere Ter. Eun. 5, 9, 25. In lauta et bene aucta parte eſſe Idem Heaut. 4, 5, 50. *Sed Bentl.* Omnes te in lauta eſſe et bene aucta re putant, *eadem ſententia, ſed phraſi et verſu commodiore.* In parte, *pro Partim.* Quinctil. 5, 7 Patronorum in parte expeditior, in parte difficilior interrogatio eſt. In hac parte, In parte cauſae, *vel* laboris, In partem, *et* In partem dimidiam, *vid.* IN *Praep.* Ire aliam in partem Lucret. 4, 448. Abundare in omnem partem, *vid.* ABVNDO. In vtramque partem, *vid.* IN *Praep.* In vtramque partem magna eſt vis in fortuna vel ad ſecundas res, vel ad aduerſas Cic. Off. 2, 19 c. 6. Neutram in partem ſine hominum opibus et ſtudiis haec effici poſſunt Idem ibid. 2, 19. *Et* Fam. 13, 1 Sed id, quod mea intelliges, tua Nullam in partem intereſſe; ita mihi des, *etc.* In Eam partem accipio Ter. Eun. 5, 2, 37. Cic. in Catil. 4, 3 Moueor his rebus omnibus, ſed in eam partem, vt ſalui ſint vobiſcum omnes. Peccare in eam partem quae cautior eſt Idem pro Roſc. Amer. 56. *Et* Att. 8 Quod plura in eam partem verba Fecerim, poteſt fieri, quod fit in multis quaeſtionibus, vt res verboſior haec fuerit, illa verior. In partes diuiſum medicamentum Scribon. 207 *de emplaſtro.* Diſtrahuntur in contrarias partes impotentium cupiditates Cic. Tuſc. 5, 60. In contrarias partes omnium rerum facultas ex iiſdem locis ſuppeditatur Idem de Orat. 2, 215. In contrarias partes fluxerunt flumina Cic. de Diuin. 1, 78. Varias in partes rapere animum Virg. Aen. 4, 286. In omnes partes verſabat animum Idem ibid. 4, 630. In omnes partes: *pro Omnibus modis.* Cic. Att. 11 Brunduſii iacere, In omnes partes eſt moleſtum. In omnes partes huius vitae praeceptis confirmari poteſt Cic. Off. 1, 7. In omnes partes aliquem defendere Idem Fam. 5, 10. In omnes partes multos fallere Idem pro Sext. 51. *Et* Fam. 4, 10 Sed, quum leuiora non multo eſſent, quae audirentur, quam quae viderentur: ſuſpicarer autem multum intereſſe rei familiaris tuae, te quamprimum venire, idque In omnes partes valeret: putaui ea de re te eſſe admonendum. In omnibus partibus argumentationes aduerſariorum tentare Auctor ad Herenn. 2. In optimam partem accipere, *i. Boni conſulere, et bene interpretari.* Cic. Att. 10, 3 Caeſar mihi ignoſcit per literas, quod non venerim: ſeſeque In optimam partem id accipere dicit. *Add.* Idem ibid. 11, 7. Cognoſci In partem optimam, *vid.* COGNOSCO. Peiorem In partem verſa et mutata ſunt omnia Cic. pro Roſc. Amer. . . Peiorem In partem liquitur aetas Lucret. 2, 1131. Mitiorem In partem interpretari, *vid.* MITIS. Cic. pro Muraen. c. 31. Rapere In peiorem partem Ter. Adelph. prol. v. 3. In deteriores partes retro cedere Lucret. 2, 507. Cic. pro Caecin. 12 M. Fulcinius adoleſcens mortuus eſt: haeredem P. Ceſennium fecit: vxori grande pondus argenti, matrique partem bonorum maiorem legauit. Itaque In partem mulieres vocatae ſunt. Per partes totum bibere Scribon. 135. Pro parte, *quantum cuique aſſignatum, atque adeo praeſtandum eſt.* Ouid. Faſt. 4, 301 Quiſquis adeſt operi plus quam Pro parte laborat, Adiuuat et fortes voce ſonante manus. Salluſt. de rep. ord. *extr.* A me quidem pro virili parte dictum et adiutum fuerit. Cic. Fam. 15, 15 Quibus aliquid opis fortaſſe ego pro mea, tu pro tua, Pro ſua quisque parte ferre potuiſſet. Idem Verr. 4, 81 Praecipue, quod in his artibus Pro mea parte verſor, quarum ille princeps fuit. *Et* Fam. 3, 10 Pro ſua parte, vt ita fieret, adiuuare. *In his videtur ad illam* Partis *ſignificationem reſpici, qua ad actores et hiſtriones primum, deinde ad alia munera pertinet, de qua mox* n. 6.

¶ 5 *Obſeruationes aliquot hic ponemus:* Ter. Heaut. 4, 1, 35 Si moreretur, ne expers partis eſſet de noſtris bonis. Plaut. Men. 3, 2, 14 Satur hic loquitur de me et de parti mea, *in coena.* Pars, *in corpore.* Celſ. 2, 11 Vſus autem cucurbitulae praecipuus eſt, vbi non in toto corpore, ſed in parte aliqua vitium eſt, quam exhauriri ad confirmandum valetudinem ſatis eſt. Qualibet parte corporis totius Scribon. 243. In omni parte corporis Idem 63. Ex interioribus partibus eruptio ſanguinis Idem 77. Omnis partis corporis dolor Scribon. 90. Euocatur inflammatio in partes, quae coniunctae ſunt Celſ. 7, 7 *de Aegil.* Mutilatis partibus

trunca membra Ouid. in Ibin 547. Genitales partes corporis Lucret. 4, 1038. Obſcenae partes Ouid. de Arte Am. 2, 584. Tegendas partes velare Idem Met. 3, 479. Pars, *pro Initio eleganter ſumitur.* Celſ. 4, 14 Parsque ſanitatis eſt, vomitum eſſe ſuppreſſum. *Sic* Virg. Aen. 7, 266 Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni. *Et* Cic. Philipp. 11, 3 Mors in beneficii partem numeretur. Pars *cum Verbo plurali diſtributioni inſeruit, et ſignificat Aliqui vel alii.* Tacit. Hiſt. 5, 11, 3 Poſcebant pericula pars virtute, multi ferocia. Ibidem 4, 23, 5 Alii praeliabantur, pars intus occulti muros ſubruebant. *Conf.* Tacit. Ann. 1, 24, 2. *Et* 3, 1, 3. Virg. Aen. 1, 216 Pars in fruſta ſecant. Salluſtio *hoc ſollemne eſſe, docet Cort. ad* Sall. Cat. 1, 2. Suet. Veſp. c. 8 Milites pars victoriae fiducia, pars ignominiae dolore, ad omnem laetitiam audaciamque proceſſerant. Virgo comitum pars vna mearum Ouid. Met. 2, 426. ¶ 6 Partes *in comoediis et fabulis, pro ipſa perſona, quam quisque agit, et ſermonibus, quos ex ea perſona habet.* *Hinc* primae partes *ſunt eius perſonae, quae frequentisſime in ſcenam venit, et plurima loquitur.* *Et generatim* Pars *ac* Partes *ponuntur pro officio, proque iis omnibus, quae quis ob perſonam, quam ſuſcepit, agit, dicit, facit, etc.* Terent. in Prol. Phorm. 28 Quia primas partes qui aget, is erit Phormio. *Et* Heaut. Prol. 1 Partes ſeni dare, quae ſunt adoleſcentium. *Et* v. 10 Quamobrem has partes didicerim. Cic. Att. 13, 19 *de Oratore ſuo*, Puero me hic ſermo inducitur, vt nullae eſſe poſſent partes meae. Primarum partium actores ſaepius in ſcenam progrediebantur: ſecundarum, et tertiarum, qui minus, minusque, *auctore* Paediano. Actores enim ſecundarum partium omnia ſummiſſe agunt, *inquit* Porphyrio. Cic. Diu. in Caecil. 48 c. 15 Vt in actoribus Graecis fieri videmus, ſaepe illum, qui eſt ſecundarum aut tertiarum partium, quum poſſit aliquanto clarius dicere, quam ipſe primarum, multum ſummittere, vt ille princeps quam maxime excellat. Hor. Epiſt. 1, 18, 14

Sic nutum diuitis horret,
Sic iterat voces, et verba cadentia tollit
Vt puerum ſaeuo credas dictata magiſtro,
Reddere, vel partes mimum tractare ſecundas.

Vet. Schol. Primae partes ſunt dictatoris, ſecundae mimi, qui refert dicta prioris. Primarum partium eſſe Cic. pro Flacc. 65. Etſi vtrique primas, priores tamen libenter deferunt Laelio Cic. de Clar. Orat. c. 21 *ſubint. partes.* Priores partes habere apud aliquam *meretricem* Ter. Eun. 1, 2, 71. *Contrarium,* In parte aliqua haerere apud aliquem Idem ibid. 5, 9, 25. Cic. Q. Frat. 3, 4 Tibi iſtius generis in ſcribendo priores partes tribuo, quam mihi, *i. Pluris facio.* Primas in dicendo partes alicui concedere Cic. Diu. Verr. 49. Meae, Tuae, *etc.* partes ſunt, *pro Meum officium.* Idem Fam. 11, 14 Si ita eſt, omnia faciliora: ſin aliter, magnum negotium, cuius exitum non extimeſco, tuae partes ſunt. Cic. Att. 7, 25 Sin erit bellum, vt video fore, meae partes non deſiderabuntur. Non ſunt meae partes id facere Idem Verr. 3, 65. Hor. de Arte Poët. 314 Quod ſit conſcripti, quod iudicis officium, quae Partes in bellum miſſi ducis. Cic. de Diuin. 1, 105 Quid de auguribus loquar? tuae partes ſunt; tuum, inquam, auſpiciorum patrocinium debet eſſe. Ter. Phorm. 5, 5, 9 Viciſſim partes tuas Acturus eſt. A. quas? P. vt fugitet patrem. Te ſuas rogauit rurſum vt ageres, cauſam vt pro ſe diceres. *Vbi* Donatus, *qui* ſuam *legit*, Partem iterum ſubaudiamus: et eſt ζεῦγμα a ſuperiore. *Sed praeſtat ex optimis libris cum Faërno et Bentl. legere* ſuas. Ouid. Faſt. 6, 70 Blandior, et partes paene rogantis ago. Agere partes lenitatis et miſericordiae Cic. pro Muraen. 6. Defende partes tuas Plaut. Milit. 3, 1, 213. Cic. Off. 1, 98 c. 28 Nobis cum a natura conſtantiae, moderationis, temperantiae, verecundiae partes Datae ſint. *Hinc ad negotia alia transfertur.* Depoſcere partes Cic. pro Roſc. Amer. 9. Mea pars etſi nemini cedit, fac vt tua caeteros vincat, *de prouincia, et magiſtratu vrbano* Cic. Q. Frat. 1, 1, 34 c. 15. Duras fratris partes praedicas, *i. conditionem* Ter. Eun. 2, 3, 62. *Etiam Singul.* Partem meam loquendi trado tibi Plaut. Aſin. 3, 1, 14. *Hinc formula* Pro parte mea, *etc.* *De qua egimus* n. 4. Cic. Verr. 4, 81 Eſt aliqua mea pars virilis, quod eius ciuitatis ſum, quam ille amplam, *etc.* Cic. in Vatin. 29 Erogarisne pecunias ex aerario tuis legibus: Eripuerisne partes illo tempore cariſſimas partim a Caeſare, partim a publicanis. Excipit has partes Nepos 10, 8, 3. Imponere partes alicui, *vid.* IMPONO. Imponere duriores partes alicui Anton. ad Cic. *ſub* Att. 10, 8. Hor. de Arte Poët. 177 Ne forte ſeniles Mandentur iuueni partes pueroque viriles. Obtinere accuſatoris partes Cic. pro Quint. 8. Omittere ſuas partes Quinctil. 1, 1. Peragere partes ſuas, *vid.* PERAGO. Dignitatis et libertatis partem nullam in poſterum ſibi Relinquere Cic. Fam. 1, 9. Subire partes Quinctil. 6, 1. Cic. Verr. 4, 79 c. 36 Cur ego tuas partes Suſcipio? cur tuum onus ſuſtineo? Suſcipiam partes, quas alienas eſſe arbitrabar Idem ibid. 4 c. 37. Suſcipere officia et partes pro aliquo Cic. in Vatin. 35. Suſcipere officia et partes imperatoris Idem Fam. 3, 12. *Et* . . . . Quas enim partes mihi ipſe Sumſeram, eas occuparit oratio tua. Cic. de Aruſp. Reſp. 61 Atque ego hanc orationem P. C. tam triſtem, tam grauem non ſuſcepiſſem, non inquam, niſi hanc perſonam, et has partes honoribus Populi Romani veſtris pluribus ornamentis mihi tributis deberem et poſſem Suſtinere. Suſtinere petitoris partes Paull. in l. 2 D. Ne quis eum, qui in ius voc. vi eximat. Transactae partes Cic. de Orat. 2, 15. Tribuere aliquas partes alicui Idem de Nat. Deor. 1, 33. *Conf. Torrent. ad* Horat. Ep. 1, 18, 14. ¶ 7 *Litigatores in iudicio* Partes *vocantur.* Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera Sen. Med. v. 199. Quo non alius potuit citius diſcere cauſas, vna tantum parte audita, ſaepe et neutra Id. de Morte Claud. Plin. in Panegyr. . . . Quo facilius, velut audita vtraque parte, diſpiceres quid ſtatuendum putares. Ter. Andr. 2, 5, 8 Noſtrae parti timeo, quid hic reſpondeat. Quinctil. 4, 1 Partis aduerſae patronus. Idem 5, 7 Turbantur enim, et a patronis diuerſae partis inducuntur in laqueum. *Hinc etiam in republica* Pars, *pro Factione.* Cic. Q. Frat. 2, 25 Damus operam, ne cuius animum offendamus, atque vt etiam ab iis ipſis, qui nos cum Caeſare non coniunctos dolent, diligamur: ab aequis vero, aut etiam a propenſis in hanc partem excolamur, et amemur. Cic. Fam. 13, 30 Quod fuerim moderatior temperatiorque, quam in ea parte quisquam: id me maxime feciſſe auctoritate Capitonis. Non quidquam illis partibus ſalubrius fuit Vell. 2, 52, 1. Plebs ad ſpem conſulatus in partem reuocandam adſpirare non audet Liu. 4, 35. Studium partium Tac. Hiſt. 1, 85, 3. Tanta lubido in partibus erat Salluſt. Iugurth. 44. Languentibus partium animis Ammian. 14, 1. Deſcendere in partes Tacit. Ann. 15, 30. Ducere aliquem in partes Idem ibid. 15, 51. Erat illarum partium Cic. pro Quint. c. 21. Semper optimarum Eſſe partium Nep. 25, 6, 1. Fouere partes Tacit. Hiſt. 1, 8. Habere aliquem in partibus, *ſignificat Addictum aliquem habere fauentemque* Tacit. Ann. 13, 2. Partibus alicuius ſe Miſcere Vell. 2, 86, 3. Alterutram partem Offendere, cum alii Sullanis, alii Cinnanis fauerent partibus Nep. 25 2, 2. Surgentes partes Tacit. Hiſt. 3, 4. Trahere aliquem in partes Idem Ann. 4, 64. Transgredi in partes Idem Hiſt. 4, 39. Tranſiere in partes Idem ib. 1, 70. Tutari partes alicuius Hor. Epiſt. 2, 1, 171. ¶ 8 *Obſeruatt.* *Laus plebeia* vernulae *apud* Petron. 46 Iam quatuor partes dicit. *Et* 75 Decem partes dicit. *Ad Grammaticae elementa imperitus homo, an ad* Aſſis partes? *videtur reſpicere: in quibus pueri exercebantur.* *Pertinet etiam ad menſas. Nam quae de cibis apponebantur conuiuis, vel ex coena ad amicos mittebantur, vocabantur* Partes. Sueton. Calig. c. 18 Qua epulatione equiti Romano contra ſe hilarius auidiusque veſcenti partes ſuas miſit. Id. Domit. c. 11 Securum hilaremque dimiſit, partibus etiam de coena dignatus eſt. *Huius vocabuli vis interdum in aliis latet. vt,* Summas amphoras operit auro et argento Nepos 23, 9, 3 *i. Summas amphorarum partes.* Reliquum oppidum relinquunt Idem 2, 2, 8 *i. Reliquam oppidi partem.* *Add.* 18, 9, 3. Quis eſt, quem video in vltima platea? Ter. Phorm. 1, 4, 38 *i. In vltima parte plateae.*

PARTIBĬLIS, *vid. poſt* PARTIOR.

PARTĬCŬLA, ae. f. Dim. [μερὶς, μόριον, τμῆμα] Cic. Acad. 4, 118 Anaxagoras materiam infinitam, ſed ex ea particulas ſimiles inter ſe minutas, eas primum confuſas, poſtea in ordinem adductas mente diuina. Copia particularum Lucret. 4, 777. Arenae particulam dare oſſibus et capiti inhumato Hor. Carm. 1, 28, 25. Aurae diuinae particula Hor. Serm. 2, 2, 79 *animus noſter.* Particula minima malorum Iuuen. Sat. 13, 14. Cic. Off. 2, 40 Cuius tanta vis eſt, vt ne illi quidem, qui maleficio et ſcelere paſcuntur, poſſint ſine vlla particula iuſtitiae viuere. Idem de Nat. Deor. 2, 37 Ipſe autem homo ortus eſt ad mundum contemplandum, et imitandum, nullo modo perfectus, ſed eſt quaedam particula perfecti. Venti particulam ſentire Lucret. 4, 262. In minimas particulas conciſa radix Scribon. 53. Minutae rerum Quinctil. 3, 11. Tenuiſſimae Cic. de Orat. 2, 162 c. 39. Facere particulas Quinctil. 4, 5. Defecta Hor. Carm. 1, 16, 14. *Apud Grammaticos* Particulae *ſunt, Minores voculae indeclinabiles quae compoſitioni aut conſtructioni inſeruiunt.* Gell. Saltem particula quam haberet principalem ſignificationem — quaerebamus.

PARTICVLARIS, e. Adi. Propoſitio particularis, Signum particulare, *etc. apud Dialecticos.* Quinctil. Trib. Marc. *Burm.* 3 p. 78 Particularis iniquitas graui eſt animaduerſione ferienda. *Paſſim occurrit ap.* Apul. de Syllog. Cat.

PARTICVLARĬTER. Adu. *Cui opponitur* Generaliter. Firmic. 5, 1 *ad fin.* Quia igitur generaliter diximus, quid caeli cardines ſignificent, nunc magis particulariter quid horoſcopus in ſtellarum finibus conſtitutus faciat, explicemus. *Conf.* Auguſtin. Retract. 1, 5 *extr.* Non niſi particulariter conuerti poteſt Apul. de Syll. Cat. Sermo ad ipſum particulariter dirigatur Quinctil. Trib. Marc. c. 1. *ſicut edidit Obr. al.* Peculiariter.

PARTICVLĀTIM. Adu. [κατὰ μόριον] *Membratim, per partes.* Plin. 6, 15 Particulatimque confectae, in genera cybiorum diſpartiuntur. Particulatim, *pro Separatim, et quod vulgo dicimus Particulariter.* Senec. Epiſt. 67 Vota quaedam aperta et profeſſa ſunt, quae particulatim fiunt. Idem Epiſt. 24 *med.* Particulatim excarnificare. Summatim *et* Particulatim, *contraria.* Auctor ad Herenn. 1, 14 c. 9 Rem breuiter narrare poterimus, ſi inde incipiemus narrare, vnde neceſſe erit, et ſi non initio repetere volemus, et ſi ſummatim non particulatim narrabimus, *etc.* *Conf.* Columel. 7, 5 Particulatim facilius conualeſcit *grex* quam vniuerſus. Lucret. 3, 549. Varr. de L. L. 4, 3. *Et plures quos citat Borrich. Cogit.* p. 188.

PARTICVLATIO, ōnis. f. *Diuiſio in particulas.* Quarta particulatio Mart. Capell. 9 p. 322.

PARTICVLO, ōnis. m. Cohaeres, ſic dictus, quod partem patrimonii ſumat. Pomp. *ap.* Non. 1, 71 Particulones producam tibi. *Et proprium viri nomen ap.* Phaedr. 5, 1, 10. *et* 5, 6, 43.

PARTĬCEPS, ĭpis. c. [μέτοχος, κοινωνός, ἔμμορος, μερίτης] *Qui partem capit.* Ter. Heaut. 1, 1, 98 Niſi vbi ille huc ſaluos redierit meus particeps. *i. Filius, qui bonis meis mecum ex aequo debebat frui.* Particeps *et* Expers, *contraria.* Cic. de Finib. 2, 38 Nec illa de ſummo bono ratio aut voluptatis, non dolendiue particeps, aut honeſtatis expers probabitur. Idem Att. 9, 12 Huius belli ego particeps, et ſocius et adiutor eſſe cogor. Amoris veſtri particeps Catul. 53, 22. Artis participem eſſe, *et* Carere arte, *contraria.* Cic. de Diuin. 1, 34 Iis aſſentior, qui duo genera diuinationum eſſe dixerunt: vnum quod particeps eſſet Artis: alterum quod Arte careret. Coniurationis particeps, *Conſcius* Cic. in Catil. 3. Connubii particeps, et ſocia regni Iuno Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 24. Cic. Att. 1, 18 *pr.* Qui mihi et in publica re ſocius, et in priuatis omnibus conſcius, et omnium meorum ſermonum et Conſiliorum particeps eſſe ſoles. Fortunarum omnium ſocius et particeps Cic. pro Font. 37 c. 17. Hereditatis diripiendae particeps Idem Verr. 4, . . Irae participes dii Ouid. Triſt. 3, 2, 28. Laudis eiusdem particeps Cic. pro Arch. 24. Leti particeps animus Lucret. 3, 463. Mentis et rationis particeps pars animi Cic. de Diuin. 1, 60. Omnes omnium participes virtutes ſunt Idem de Finib. 5, 97. Operum participes Ouid. Met. 3, 147. Periculorum particeps Curtius 7 *pr.* Pudoris particeps ac verecundiae homo Cic. de Fin. 4. Rationis compos et particeps animus Idem de Vniuerſ. c. 8. *Add.* Idem de Legib. 1 c. 7. Ratione, *inferius.* Sententiae atque opinionis meae quoniam voluiſtis eſſe participes, nihil occultabo Cic. de Orat. 1, 172. Studii participem habere Ouid. ex Pont. 2, 5, 42. Cic. de Legib. 3, 32 Quum omni Vitio carere lex iubeat, ne veniet quidem in eum ordinem vnquam Vitii particeps. Curt. 6, 7, 6 Tum Dymnus aperit in tertium diem inſidias regi comparatas, ſeque eius conſilii fortibus viris et illuſtribus eſſe participem. Particeps illi in, *etc.* Quinctil. Declam. 3 c. 3 Mater praedura, et in plerisque ruris operibus marito particeps. Ratione particeps Cic. Acad. 4 c. 7 *ſicut edidit Grut. et Gron. Al.* rationis. Particeps Regno veni Senec. Herc. fur. v. 369. Facere participem aliquem Rei alicuius, *eſt Cum eo communicare quidquid eſt.* Ter. Heaut. 3, 1, 19 Cuius maxime te fieri participem cupis. Feci continuo omnes participes meae voluptatis

tis

tis Cic. Fam. 10, 12. Habere participem Caeſ. Bell. Ciu. 3, 60. Brut. *et* Caſſ. ad Cic. Fam. 11, 2.

PARTĬCĬPO, āre. [μετέχω, κοινωνέω, μεταλαμβάνω, συμμεταλαμβάνω] *Participem facere et fieri.* Plaut. Perſ. 5, 1, 5 Nunc ob eam rem inter meos participes praedam diuidam, et participabo. Seruum conſilii participare, *Communicare cum ſeruo conſilium.* Plaut. Ciſt. 1, 3, 17. *Hellenifmum hic eſſe Voſſius notat in Ariſtarcho* 5, 33. Participare aliquem ſermone de Plaut. Milit. 2, 2, 108. Aliquem prandio participare Apul. Met. 9 p. 232. *et* 1 p. 104 *Elmenh.* Cic. de Legib. 1, 33 Sequitur ad participandum alium ab alio, communicandumque inter omnes, iuſtos natura eſſe factos. Liu. 3, 12 L. Lucretius COS. anni prioris recenti gloria nitens, ſuas laudes participare cum Caeſone, memorare pugnas, referre egregia facinora, *etc.* Menſam nobiscum participat Apul. Met. 9 p. 228. Venationem ſemper cum amicis participauit Spartian. Adrian. c. 26. Imperium cum aliquo participare Idem Seuer. c. 5. *et* Treb. Poll. Gallien. c. 7. Peſtem participare, *In peſte fieri participem.* Cic. Tuſc. 2, 39 c. 17 — qui alteri exitium parat, Eum ſcire oportet, ſibi paratam peſtem, vt participet parem. *Ex Poëta.* *Item*, Participare voluptatem Gell. 15, 2. Laudes participare Liu. 3, 12. Pomponius in l. Si igitur. D. Pro ſocio, Aequum eſt enim, vt cuius participauerit lucrum, prarticipet et damnum. Participentur, *voce paſſiua dixit* Lucret. 3, 692 Namque ita connexa'ſt per venas, viſcera, neruos, Oſſaque, vti dentes quoque ſenſu participentur. *i. Senſus participes ſint.* *Lambinus.*

PARTICIPATVS, a, um. Part. Treb. Poll. Gallien. c. 12 Imperio participato. Participato inuicem conſilio Cyprian. Epiſt. 1, 2. Iuſtin. 34, 2, 8 Regno cum fratre participato. Papinianus in l. Mater. §. In eum. D. Si quis omiſ. cau. teſta. *etc.* Si fraudis conſilio cum heredibus ſcriptis participato, legitimam hereditatem ſolus poſſideat.

PARTICIPATIO, ōnis. f. Spartian. in Iulian. c. 6 Participatio imperii. Auguſt. Octing. Quaeſt. 24 Boni immutabilis participatio. Varr. de Philoſ. in fragm. p. 172 Aſſumere ſocium ad participationem boni.

PARTICIPATVS, ûs. m. *Idem.* Spartian. Seuer. c. 8 Cum Seuerum ad participatum vocaret. Capitol. in Vero c. 3 Participatu imperatoriae poteſtatis indulto. Idem in Opil. Macr. c. 5 In participatum adſciſcere.

PARTICIPATOR, *vnde* PARTICIPATRIX, īcis. f. Vet. interpr. Iren. 5.

PARTICIPALIS, e. Adi. Leg. vn. pr. Dig. de Off. praef. Praetor. Adſociati participales curae. Varro de L. L. 9, 2 *extr. ait*, Verba, quae declinantur cum temporibus et caſibus, vocari a multis participalia.

PARTICIPIVM, i. n. [μετοχή] *Vox ficta a Grammaticis, qua partem orationis ſignificant, quae partem capit a Nomine, partem a Verbo. De hac vide* Priſcianum, Varr. de L. L. 7, 32. *Et* 8, 63. Quinctil. 1, 4 *et* 5. Arnob. 1 p. 35. Apul. de Syllog. Cat. *et alios abunde tractantes.* Quinctil. 9, 3 Vtimur et Verbo pro Participio: vt, — magnum dat ferre talentum. tanquam Ferendum. Et Participio pro Verbo: vt, Volo datum.

PARTICIPIĀLIS, e. Adi. Quinct. 1, 4, 29 *De Verbis et Verborum appellationibus*: Nam vt noctu et diu, ita et dictu et factu. Sunt enim haec quoque Verba participialia quidem, non tamen qualia dicto factoque.

PARTICIPIALITER. Adu. *occurrit apud* Feſt. in voce Oſtentum et in Torrens.

PARTĪLIS, e. Adi. *Dictio frequens* Iulio Firmico, *et caeteris mathematicis.* Partilis aſpectus, quum a ſtella ad ſtellam immorantur tot caeli partes, quot configuratione ipſam conſtituunt. Verbi gratia, quum aſcendente ab ortu prima arietis parte, ab occaſu praecipitat ſe in hemiſphaerium inferius pars Librae prima. Ammian. 14, 11 Generali potentia partilibus praeſidens fatis. *Conf.* Claud. Mamert. 1, 18. *et* Auguſtin. de Trin. 12, 9.

PARTILĬTER. Adu. *Cui opponitur* Generaliter. Firmicus 4, 9 Nunc genera explicanda ſunt omnia, quae veloci curſu ſuo perficit Luna, vt et partiliter, et generaliter cuncta videamur explicaſſe. *Et* c. 10 Sed haec tum facit, ſi partiliter in cardinibus fuerit collocatus. Si enim generaliter fuerit inuentus, *etc.* Partiliter, *cui opponitur* Platice. Firmicus 4, 10 Si vero in ſignis cardinum, non partiliter, ſed platice fuerint inuenti, mediae felicitatis incrementa decernunt. *Vid.* PLATICVS. Partiliter, *i. Per partes.* Arnob. Adu. Gent. 6 p. 192 Hoc eſt enim proprium deorum, complere omnia vi ſua, non partiliter vſpiam, ſed vbique eſſe totos. *Add.* ib. p. 204. *it.* l. 1 p. 8. Partiliter poſſidet Auguſt. de Trin. 12, 9.

PARTIM. Adu. [κατὰ μέρος, τῦτο μὲν, τῦτο δὲ] *Ex parte, vel Pro parte: et fere in oratione geminatur.* Cic. Fam. 2, 8 Vt eos partim ſcelerum ſuorum, partim etiam ineptiarum poeniteret. Idem Acad. 4, 12 Itaque quum totum iter et nauigationem conſumſiſſet, partim in percontando a peritis, partim in rebus geſtis legendis, *etc.* *Ib.* 134 Homuncio hic, qui multa putat praeter virtutem homini partim clara eſſe, partim neceſſaria. Partim ficta aperte, partim effutita temere Apollinis operta Cic. de Diuin. 2, 113. Partim deſeruerunt me amici, partim prodiderunt Idem Q. Frat. 1, 3. Idem pro Cluent. 88 c. 32 Partim ruinae ſimiliora aut tempeſtati, quam iudicio et diſceptationi fuiſſe, partim nihil contra Auitum valere, partim etiam pro hoc eſſe, partim, *etc.* Partim — partim — non nunquam Scrib. 53. Cic. Verr. 2, 142 c. 65 De quo homine auditum eſt vnquam, quod tibi accidit, vt eius in prouincia ſtatuae in locis publicis poſitae, partim etiam in aedibus ſacris, per vim, per vniuerſam multitudinem deiicerentur. Orba pedum partim Lucret. 5, 838. Nec minimum partim ex agris aegrotis in vrbem confluxit, *etc.* Idem 6, 1258. *Hic* Partim, *ſemel eſt poſitum, quod vſitatum eſt bonis ſcriptoribus.* Partim fugiendas nimias amicitias Cic. de Amic. 45. Plaut. Perſ. 3, 3, 29 Quod partim faciunt argentarii. Partim hominum, *inquit* Gellius 10, 13 venerunt, plerumque dicitur, quod ſignificat Pars hominum venit, id eſt quidam homines. Nam Partim hoc in loco Adverbium eſt, neque in caſus inclinatur: ſicuti, *Cum partim hominum* dici poteſt, i. e. Cum quibusdam hominibus, et quaſi cum quadam parte hominum. Cato in oratione de re Floria, ita ſcripſit, *Ibi pro ſcorto fuit, in cubiculum ſubreptitauit e conuiuio: cum partim illorum iam ſaepe ad eundem modum erat.* Imperitiores autem, *Cum partim* legunt tanquam declinatum ſit quaſi vocabulum, non dictum quaſi Adverbium. Sed Q. Claudius, XXI annal. inſolentius paullo hac figura eſt ita vſus, *Eum enim cum partim copiis hominum adoleſcentium placentem ſibi.* Item Q. Claudii in viceſimo tertio annali verba haec ſunt, *Sed idcirco me feciſſe, quod vtrum negligentia partim magiſtratuum — eueniſſe dicam, neſcio.* *Hactenus Gellius.* *Forte accuratius illi, qui* Partim *antiquum Accuſatiuum agnoſcunt.* *Certe* Parti *Ablatiuo vtitur aliquoties* Lucretius *v. g.* 1, 1104 Nam quaecunque prius de parti corpora ceſſe (ceſſiſſe) conſtitues, *etc.* *Sic* Plaut. Men. 3, 2, 14. Partim *igitur ponitur Graeco more pro* ſecundum partem. *Gr.* μεϱος, κατὰ μέϱος. *Cumque Latini Articulo careant, ea res duriores aliquantum locutiones parit.* *Sic*, Quorum partim inuitiſſimi Nep. 25, 7, 2. *Conf.* Idem 14, 10, 2 *cum Not.* Ter. prol. Hec. 14 In his, quas primum Caecilii didici nouas, partim ſum earum exactus, partim vix ſteti. *Vbi* Donatus, Partim ſum earum exactus: pro In aliis. Et ſimul ſplendida locutio eſt. Partim Aduerbium eſt. Partim *et* in commune *opp.* quae in medio conſtituta, et non, partim, ſed in commune conducunt Lat. Pac. Paneg. Theodoſ. c. 21. Cauſarum partim in iudiciis verſari, partim in deliberationibus Cic. de Orat. 1 c. 31. Idem Off. 2, 72 Eorum autem ipſorum partim eiusmodi ſunt, vt ad vniuerſos ciues pertineant, partim vt ſingulos attingant. Alterius factionis principes partim interfecerant, alios in exilium eiecerant Nep. 16, 1, 4. Beſtiarum autem terrenae ſunt aliae, partim aquatiles, aliae quaſi ancipites, *etc.* Cic. de N. D. 1 c. 37. Salluſt. Iugurth. c. 44 Huic rogationi partim conſcii ſibi, alii ex partium inuidia pericula metuentes. Idem Iugurth. 13 *et* 22. *et* 42. 44. 85. 94. Idem Catil. c. 51. *Conf. Alciat. Parerg.* 7, 20.

PARTIO, īui, ītum, īre. [μεϱίζω] *Act. Diuido.* Lucret. 5, 683

Aut quia Sol idem ſub terras, atque ſuperne,
Imparibus currens anfractibus aetheris oras
Partit: et in partes non aequas diuidit orbem.

Plaut. Aſin. 2, 2, 5 Praedam pariter cum illis partiam. Idem Mil. 3, 1, 112 Mea bona mea morte cognatis dicam, inter eos partiam. Id. Amph. 4, 3, 1 Vos inter vos partite. Ennius, Eandem me in ſuſpicionem ſceleris partiuit pater. *Hunc locum et alia* Lucilii, Afranii *atque* Accii *retulit* Nonius 7, 33 *et* 64. *Paſſiu.* Cic. Orat. 188 Pes, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria. *Vſitatius tamen*

PARTIOR, itus ſum, īri. Depon. *Vt* Cic. pro Roſc. Com. 53 c. 17 Si quod vniuerſae ſocietatis fuiſſet, petiſſet, quod tum redactum eſſet, aequaliter omnes partirentur: nunc, quum petierit, quod ſuae partis eſſet, non, quod abſtulit, ſoli ſibi exegit? Diſcrimen ac periculum ex aequo partiemur Tacit. Hiſt. 2, 77. Caeſ. Bell. Ciu. 3, 82 Cum Scipione honorem partitur. Aerarium cum aliquo partiri Cic. pro Domo 23. Cauſas cum Hortenſio partiebatur Cicero: *vt ipſe dicit* de Clar. Orat. 190 c. 51. Curas partiri cum aliquo Virg. Aen. 11, 822. Cic. de Vniuerſ. 19 c. 7 Sunt enim omnia in quaedam genera partita. Socios partitur in omnes Virg. Aen. 1, 194. In membra aliquid partiri Cic. de Vniuerſ. 19 c. 7. Partiri inter, Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 38 Officia inter ſe partiuntur. Quum partirentur inter ſe, qui capitolium, qui roſtra, qui vrbis portas occuparent Cic. Phil. 14, 15 c. 6. *Antiqui* Partio *eandem conſtructionem obſeruauimus ex* Plauti Mil. 3, 1, 112. Amorem alternum partiri Stat. Silu. 2, 1, 208. Partiri hominem per vices, *pro Viciſſim poſſidere* Plin. Epiſt. 3, 1. Bona ſua partiri Cic. Verr. 1, 113. Campum partiri limite Virg. Georg. 1, 126. Partiri *eſt etiam vox auguralis: e locis enim eminentioribus, vnde liber eſſet caeli conſpectus,* partiebatur *augur et deſignabat lituo caeli regiones.* *Vid.* Stat. Theb. 3, 496. *Et* 8, 279.

PARTIENS, entis. Part. Iuſtin. 1, 3, 2 Penſa inter virgines partiens. Phaedr. 3, 9, 13 Dulcemque in ambos caritatem partiens.

PARTIENDVS, a, um. Part. Cic. in Vatin. c. 5 Partiendae merces. *Et* pro Sulla 10 c. 3 Partiendae inuidiae cauſa. *Et* de Fin. 1, 22 Tollit definitiones: nihil de diuidendo et partiendo docet.

PARTĪTVS, a, um. Part. [μεϱισάμενος] Vires ſocias partitus, *Actiue* Sil. 7, 520. Hor. Serm. 2, 5, 82 — Tecum partita lucellum, *ſc.* Penelope. ¶ 2 *Paſſiu.* Cic. de Orat. 3 c. 30 Paullo ſecus a me atque ab illo partita ſunt. Animi natura partita per artus, *i. Diſtributa*, Lucret. 3, 710. Foedera partita lecti Ouid. de Arte Am. 3, 593. Soni partiti per tria ora Propert. 4, 10, 10.

PARTĪTE. Adu. [μεμεϱισμένως] *Diuiſe.* Cic. in Orat. 99 c. 33 Qui enim nihil poteſt tranquille, nihil leniter, nihil partite, definite, diſtincte, facete dicere, *etc.*

PARTITIM. Adu. Idem. Claud. de Laud. Stilic. 1, 30 — Partitim ſingula quemque Nobilitant. *Vid. Barth.* p. 189.

PARTĪTO. *Aliud* Adu. Vlp. tit. 24 Maeuius haeres meus cum Titio hereditatem meam partito diuidito.

PARTITIO, ōnis. f. [δασμὸς, μεϱισμὸς] Cic. Verr. 4, 121 In hac partitione ornatus. Aequabilis praedae partitio Idem Off. 2, 40 c. 11. Vrbis Italiaeque partitio Cic. Philipp. 13, 13. Ex partitione pecunia debetur Idem pro Caecin. 13. Facta non fortuito, nec temere partitio Idem pro Sull. 13. Vlpian. l. 164 ff. de V. S. Partitionis nomen non ſemper dimidium ſignificat, ſed prout eſt adiectum. Poteſt enim iuberi aliquis et maximam (*quid ſi* milleſimam) partiri: poſſe (*ſ.* poteſt) et viceſimam, et tertiam, et prout libuerit. Sed ſi non fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur. Partitiones Rhetorum (*quas Graeci* παϱεγχειϱήσεις *vocant*) *ſunt Diuiſiones thematum in manus et digitos.* *Vid. Turneb. ad* Quinct. 1, 2. *et ad* 2, 5 *pr. nos vulgo Diuiſiones vocamus, ſ. diſpoſitiones.* Articuloſa partitio, *Vid.* ARTICVLVS.

PARTĪTOR, ōris. m. [μεϱιστὴς] Cic. in Vatin. 12 c. 5 Quum te non cuſtodem ad continendas, ſed partitorem ad partiendas merces miſſum putares. Gloſſ. Cyril. μεϱιστὴς, partitor.

PARTIARIVS, a, um. Adi. *Sic dici videtur Colonus, ſiue alius quis, cum quo aliquid commune habemus, et partimur.* Gaius l. 25 §. 6 ff. Locati, Partiarius colonus quaſi ſocietatis iure et damnum et lucrum cum domino fundi partitur. *De hoc* Plin. Epiſt. 9, 37 *cum de fraudibus colonorum dixiſſet*, Medendi vna ratio, ſi non numo, ſed partibus locem, ac deinde ex meis aliquos exactores operis cuſtodes fructibus ponam. Cato de R. R. 16 Calcem partiario coquendam qui dant, calcarius perficit et coquit. *Et* 137 Redemtorem partiarium *dici, volunt ex lemmate antiquo.* *Verum vtroque in loco rectius pro Aduerbio ſumi videtur, vt ad* c. 137 *adnotauimus.* Iuſtin. §. 5 de fidei commiſſ. hered. Legatarius partiarius *eſt is*, cui pars bonorum legabatur, quae ſpecies legati partitio vocabatur. *Metaph.* Partiarii erroris Iudaei, *i. Participes* Tertull. *adu.* Marc. 3, 16. Apul. Met. 4 p. 156 Cum mortali puella partiario maieſtatis honore tractor. Id. 8 p. 213 Domi promiſcui operis partiarios agebant concubitus. *Ita*, Pecora partiaria, Quorum fetus inter dominum et paſtorem diuiduntur L. ſi paſcend. 8 Cod. de Pactis. *Sed vid. mox* PARTIARIO.

PARTIARIO. Adu. Apul. Met. 9 p. 229 Cum vxore mea partiario tractabo. Cato R. R. 16 Calcem partiario locare, *Et* 137 *vt modo vidimus.* *Etiam* l. Si paſcenda 8 C. de Pactis, partiario *legit Hotomannus*, *nempe* ſic: Si paſcenda pecora partiario (id eſt, vt fetus eorum portionibus, quibus placuit inter dominum et paſtorem diuidantur) Apollinarem ſuſcepiſſe probabitur, *etc. Lex eſt Antonini.*

PARTIATIM. Adu. Cael. Aurel. Acut. 1, 11.

PARTIBILIS, e. Adi. *Quod in partes poteſt diuidi.* Claud. Mamert. 1, 18 Animam partibilem putant.

PARSIMONIA, *vid.* PARCO.

PARTHAON, ŏnis. m. [Παρθάων] *Pater fuit Oenei, regis Aetoliae, auus Deianirae.* Ouid. Met. 9, 12 Accipe me generum dixi, Parthaone nate, Dixit et Alcides. *Verba ſunt Acheloi, pugnam inter ſe et Herculem propter nuptias Deianirae commemorantis.*

PARTHAONIVS, a, um. Adi. Parthaonia domus, *i. Meleagri familia* Ouid. Met. 8, 541. Parthaonia Stat. Theb. 1, 670 *eſt ipſa Aetolia Parthaoni regnata.*

PARTHENIA, ae. f. Inſula Samos quondam dicta Plin. 5, 31.

PARTHENIATAE, *vid.* TARENTVM.

PARTHĔNIAE, arum. m. *Pl. Ita dicti Tarentini, ob notam materni puderis. Vid. hiſtoriam vel fabulam* Iuſtin. 3, 4, 7. *et* 20, 1, 15. *Conf.* Lactant. 1, 20.

PARTHĔNĬCE, es. f. *Herba, cui ſponſam formoſam comparat* Catull. 60, 194 Alba parthenice velut Luteumque papauer.

PARTHENICON, i. n. [παρθενικὸν] *Herba Pulegium.* Apul. de Herb. c. 92.

PARTHENIS, ĭdis. f. *Herba, al.* Artemiſia. Plin. 25, 7 f. 36 Mulieres quoque hanc gloriam affectauere (*vt herbis durent nomina*) in quibus Artemiſia vxor Mauſoli, adoptata herba, quae antea parthenis vocabatur.

PARTHENIVM, i. n. [παρθένιον] *Aliqui Amaracum appellant, herba eſt foliis Coriandri, tenuibus, flore per ambitum albo, intus melino, odore ſubuiroſo, ſapore amaro. Eius figuram, naturam, atque vires explicat Dioſcorides* 3, 138. *et ad eum Matthiolus. Conf.* Plin. 21, 30. *et* 22, 17. *et* Celſ. 2, 33. Apul. de Herb. c. 81.

PARTHENIVS, i. m. [Παρθένιος] *Fluuius eſt in Ponto et Bithynia: item in Taurica regione. Auctor eſt Strabo.* Rapax Parthenius Ouid. ex Pont. 4, 10, 49. *Conf.* Plin. 6, 2. ¶ 2 *Sed eſt etiam mons Arcadiae, vnde*

PARTHENIVS, a, um. Adi. [Παρθένιος] Saltus Parthenii Virg. Ecl. 10, 57. Antra Propert. 1, 1, 11. Luſtra Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 241. Nemus Stat. Theb. 4, 285. Valles Ouid. Epiſt. 9, 49.

PARTHENIANVS, a, um. Poſſeſſiu. Martial. 9, 50 Haec toga iam non eſt Partheniana, mea eſt.

PARTHĔNŎPE, es. f. [Παρθενόπη] *Vna Sirenum, quae nomen vrbi dedit antiquum* Neapoli. Sil. 12, 33 Sirenum dedit vna ſuum ac memorabile nomen Parthenope muris Acheloias. *Hinc Poëtae illo nomine vtuntur pro vrbe.* Dulcis Parthenope Virg. Georg. 4, 564. Nata Parthenope in otia Ouid. Met. 15, 712. Non rara colonis Stat. Silu. 3, 5, 79.

PARTHENOPĒĬVS, a, um. Adi. [Παρθενοπήιος] Ouid. Met. 14, 106 Parthenopeia moenia, *i. Neapolitana.*

PARTHENOPAEVS, i. m. [Παρθενοπαῖος] *Teſte* Seruio, Menalippae et Martis, ſiue Melanionis (Minalionis) filius, rex Arcadiae, qui Thebana bella puer admodum petiit. Hic in bello Troiano periit, eumque apud inferos vidit Aeneas. Virg. Aen. 6, 480 Hîc illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis Parthenopaeus, et Adraſti pallentis imago. Martial. 9, 57 Non iaculo, non enſe fuit, laeſuſue ſagitta, Caſſide dum liber Parthenopaeus erat. *Nempe ob pulchritudinem omnes illi parcebant. Ab hac videtur ipſum nomen, quaſi virginei vultus iuuenis.* Parthenopaeum *multis verbis commemorauit* Stat. Theb. 4, 248 *etc. ſed matrem fuiſſe* Atalantam *inquit, patris mentionem nullam faciens. Nec mirum eſt de patre diſputari, cum* Atalantae *plures, inexplicabili confuſione miſceantur, vt ſuo loco indicauimus.*

PARTHI, orum. m. [Πάρθοι] *Populus Orientis a quo* Parthia. Hi lingua Scythica Exules dicuntur, *ſicut refert* Iuſtin. 41 *pr. docens ab* exulibus Scytharum, Parthorum imperium fuiſſe deductum. *Inuaſit haec gens poſt mortem* Alexandri M. *imperium orientis, quod ille deſtruxerat, duce Arſace, a quo tempore rerum illarum dominos,* Parthos *non* Perſas *appellant, cum accurate loqui volunt, hiſtorici: donec circa* A. C. 230 Artaxerxes Perſis *vetus imperii decus vindicauit. Sed illud diſcrimen ſaepe negligi, certum eſt. Vid. Dodw. Diſſ. de Iſidoro Charac.* c. 4 p. 62. *Spanh.* ad *Iuliani Or.* 1 p. 123. 149. Mendacior Parthis, *vid.* MENDAX. Populi Parthorum Virg. Georg. 4, 211. Animoſus Parthus verſis equis Hor. Carm. 1, 19, 11. Feroces Idem ib. 3, 2, 3. Fidens fuga Virg. Georg. 3, 31. Fugax Ouid. Rem. Amor. 155. Leves Virg. Georg. 4, 211. Sagittiferi Catul. 11, 6.

PARTHĬCVS, a, um. Adi. [Παρθικὸς] Luxuries Claud. in Eutrop. 1, 342. Damna Lucan. 1, 106. Parthicus *cognominatus eſt primum* Traianus, *vid. Dio* 68 *p.* 781 D. *Dein* Antonius Philoſophus *vna cum* Lucio Vero *fratre, vid.* Capitolin. c. 9. *Poſtea* Imperatores *multi, vid. Spanhem. de Praeſt. Num. diſſ.* 6 *p.* 526.

PARTHIARII, orum. m. *Sunt Parthicarum pellium Ibericarum, ſ. Sibericarum, negotiatores, Parthici mercatores.* Alciat. in l. negotiantes Parthiarii. de excuſat. muner. lib. X. C. *Al.* Particarii. *Vid. Iſ. Voſſ. ad* Catull. p. 190.

PARTICEPS, PARTICIPIVM, PARTICVLATIM, PARTICVLATIO, PARTICVLO, PARTIM, PARTIOR, *etc. Vid.* PARS.

PARTVLA, ae. f. Septimio Florenti *dea erat, quae puerperiis praeeſſe credebatur, quae quidem non alia eſt, quam illa ſiue* Gellii, *ſiue* Varronis Parca, *quam quaſi* partam, *mutato* T *in* C, *vocatam dicunt.* Tertullian. de Anima c. 37 Haec aeſtimando etiam ſuperſtitio Romanam deam finxit Alemonam, alendi in vtero fetus, et Nonam et Decimam a ſollicitioribus menſibus, et Partulam, quae partum gubernet, et Lucinam, quae producat in lucem: nos officia diuina, angelos credimus.

PARTVNDA, *vid.* PERTVNDA.

PARTVRIO, PARTVS, *vid.* PARIO.

PARVIFACIO, *et* PARVIPENDO, *vid.* PARVVS.

PARVLIS, ĭdis. f. *Auctore Paullo Aegineta, eſt Inflammatio circa partem aliquam gingiuarum, quae non ſoluta ſuppuratur.* Celſ. 6, 13 Solent etiam interdum iuxta dentes in gingiuis tubercula quaedam oriri dolentia, παρουλίδας Graeci appellant. *Quo in loco nonnulli* παρωτίδας *legunt, alii* παροδοντίδας; *ſed vtrumque falſo, quum de* Parotidibus *hic non ſit locus, et apud Graecos medicos nulla affectio* Parodontis *appelletur: at vero* παρουλίδας *omnes agnoſcunt.* Parulides *igitur ſunt inflammationes in aliqua gingiuarum parte factae: quae niſi diſcuſſae fuerint, ſuppurant, et quum ſuppurauerint, ſecantur, inſertiſque linamentis aperiuntur. Vid. Marcell. in lib. 5. Dioſc. et Cornarium in vlt. cap. lib. 5. Galeni, De compoſitione Pharmacorum ſecundum locos. Recepta iam lectio eſt* παρουλίδες.

PARVM. Adu. [μικρὸν, ὀλίγον, βαιὸν] *Cum Adi.* Paruus *magnam habet ſimilitudinem et affinitatem.* Vlpian. in l. Sed etſi §. vlt. D. Ad leg. Aquil. Sutor, *inquit*, puero diſcenti ingenuo filiofamilias parum bene facienti, quod demonſtratum erat, forma calcei ceruicem ita percuſſit, vt oculus puero perfoderetur. Parum ſplendoris Hor. Epiſt. 2, 2, 111. Non parum, *vid.* NON. Parum malae rei Plaut. Merc. 4, 2, 2. Parum caſtus Hor. Carm. 1, 12, 59. Parum claris dare lucem Idem de Arte Poët. 448. Parum comis Idem Carm. 1, 30, 7. Parum commode Plin. Epiſt. 2, 15, 2. Parum decorum ſilentium Hor. Carm. 4, 1, 36. Parum diligenter aliquid facere Cael. ad Cic. Att. 10, 9. Cic. Tuſc. 1, 109 Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectae perfecto functus eſt munere. Firmus parum Hor. Epod. 1, 16. Parum firma ſunt equidem, quae de fratre meo ſcribis Cic. Att. 10, 11. Parum felix matrimonium, *ſterile* Plin. Epiſt. 10, 95, 2. Parum laeta frons Virg. Aen. 6, 863. Parum locuples Hor. Carm. 2, 18, 22. Cic. Att. 10, 11 Vide, ne dum pudet te parum optimatem eſſe, parum diligenter quod optimum ſit, eligas. Parum prudens Ouid. ex Pont. 2, 10, 15. Parum pudicus Catull. 17, 4. Parum vtiliter Plin. Epiſt. 10, 39. Accipere parum, *vid.* ACCIPIO. Ter. Adelph. 5, 9, 36 Quae vos propter adoleſcentiam Minus videtis, magis impenſe cupitis, Conſulitis parum. Plaut. Trin. 5, 2, 61 Nam ſi pro peccatis centum ducat vxores, parum eſt. Facite, vt caeteris poſthac idem liceat, licebit. at hoc parum eſt: permittite, vt liceat quanti quiſque velit Cic. Verr. 3, 221 c. 95. Non nocuiſſe parum eſt: prodeſt quoque Ouid. Faſt. 2, 415. *Add.* Id. Her. 3, 25 Nec repetiſſe parum eſt: pugnas ne reddar. *Gronou. ad* Plin. 21, 13 *plures id genus incrementi formulas refert.* Parum eſt, vt in curiam venias, niſi et conuoces, et interſis Senatui Plin. in Paneg. c. 60 *pr.* Parum etiam praeut futurum eſt praedicas Plaut. Amph. 1, 1, 218. Parumne eſt, Piſo, quod tantum homines feſelliſti, vt negligeres auctoritatem Senatus, optimi cuiuſque conſilia contemneres, Rempub. proderes, Conſulare nomen affligeres? Cic. pro Sext. 32. Intelligere parum Plaut. Rud. 4, 4, 59. Parum meminiſſe quod conceſſerit Cic. de Inuent. 1, 88. Parum cauiſſe videri pronuntiat Magiſtratus, quum de conſilii ſententia capitis quem condemnaturus eſt. Feſt. *Sunt qui legant*, Patrauiſſe videri. *Male, Scaligero iudice.* Itane parum mihi fidem Eſſe apud te Ter. Phorm. 5, 3, 27. *Sed Bentl.* paruam fidem. *Laudatur etiam* Ter. Eun. 1, 2, 117 Forſan parum hic habeat mihi fidem. *Verum hic quoque* paruam *Bentl. qui etiam* Plaut. Bacch. 3, 6, 41 Si pergis paruam mihi fidem arbitrarier *laudat, vbi Gron.* parum: *vt et* Pſeud. 1, 5, 62 Cum apud te parum fiet fides. *Et ſane tantis MSS. praeſidiis (quae laudat Pareus ad Terentium) nititur illud* parum, *vt eliminare durum ſit. Neque laborat conſtructio:* parum *enim in talibus cum verbo iungendum, tanquam Aduerbium. Eadem ratio eius loci, qui laudatur e* Sen. Controu. *pr.* Parum in illis habueris fiduciam. Parum id facio Salluſt. Iugurth. 89. Ter. Andr. 4, 1, 47 Niſi id putas, quia primo Proceſſit parum, non poſſe iam ad ſalutem conuerti hoc malum. Idem Phorm. 5, 1, 8 Certo edepol, niſi me animus fallit, aut parum oculi proſpiciunt, meae nutricem gnatae video. Parum ſucceſſit quod ago Ter. Andr. 4, 1, 55.

PARVMPER. Adu. [διὰ μικροῦ, πρόσκαιρον] *Paruo tempore, per aliquantulum tempus.* Ter. Andr. 4, 2 *extr.* Tu Myſis dum exeo, parumper opperire me hic. Cic. de Amicit. 5 Tu velim a me animum parumper auertas. Parumper (*inquit* Feſtus) *ſignificat* Paulliſper; quaſi Perparum, hoc eſt valde parum. Refertur autem ad tempus. Parumper Nonio 4, 385 *et alibi, ſignificat* Cito et velociter. Virg. Aen. 6, 382 Pulſuſque parumper Corde dolor triſti, gaudet cognomine terra. Cic. de Diuin. 1, 47 Diſcedo parumper a ſomniis, atque mox reuertar. Abducere parumper animum a moleſtiis Id. Att. 9, 3 (4) *extr.* Conticuit et ipſe parumper, et caeteris ſilentium fuit Cic. de Orat. 3, 143 c. 35. Digredi parumper a cauſa Idem de Clar. Orat. 322. Luſit fortuna parumper Stat. Theb. 12, 35.

PAVLVM, *ſ.* PAVLLVM. Adu. dimin. [τυτθὸν, ἠβαιὸν] *a* Parum, *eliſa litera canina.* Ter. Andr. 5, 3, 32 Pro peccato magno paulum ſupplicii ſatis eſt patri. Id. Eun. 4, 4, 18 Tace obſecro, quaſi vero paulum interſit. Abeſſe paulum ab aliquo loco Cic. Acad. 1, 1. Addere paulum aliquid rei alicui Idem ibid. 1, 24. Decedere ſpatio paulum Lucret. 2, 219. Haeſit paulum conterritus aſpectu Virg. Aen. 3, 597. Leuari paulum grauitate valetudinis Cic. Fam. 6, 2. Immutare paulum aliquid Id. de Orat. 3, 177. Recreant paulum me tuae epiſtolae Idem Att. 9, 4. Non paulum, *vid.* NON Adu. Cic. de Nat. Deor. 2, 128 Nihil vt fere intereat, aut Admodum paulum, quod aſtrorum ignis et aetheris flamma conſumat. *De ſtellis.* Paulum aliquid ſedere in ſcholis, *pro Exiguo tempore* Quinctil. 12, 3 *extr.* Plin. 10, 49 Venere in Italiam Bebriacenſibus bellis Ciuilibus trans Padum, et nouae aues turdorum ſpecie, paulum infra columbas magnitudine. Cic. Fam. 1, 5 Quod ſine vlla dubitatione (ſi Pompeius paulum modo oſtenderit ſibi placere) faciet. Paulum oppido inter ſe differunt Idem de Fin. 5, 33. Etſi a te paulum allatum eſt noui, *i. Aliquid innouatum* Cic. de Legib. Poſt paulum clarius oſtendemus, in, *etc. pro Paullo poſt,* Quinctil. 2, 18. Paulum, *in interrogatione, vim habet augendi, quaſi dicas Multum.* Ter. Andr. 4, 4, 55 Paulum intereſſe cenſes ex animo omnia, vt fert natura facias, an de induſtria?

PAVLVS, *ſ.* PAVLLVS, a, um. Adi. [ἠβαιὸς] *a* Parum, *quo rariſſime vſi ſunt auctores, praeterquam in Ablatiuo.* Plaut. Bacch. 4, 8, 24 Paciſci cum illa paula pecunia potes. Titin. *apud* Non. 4, 47 Cocus magnum ahenum, quando feruit, paula confutat trua. Ter. Andr. 1, 5, 31 Dum in dubio eſt animus, paulo momento huc, illuc impellitur. Idem Adelph. 5, 4, 22 Paulo ſumtu.

PAVLO, *ſ.* PAVLLO. Adu. [ὀλίγον] *Idem ſignificans quod Parum, vel paulum, vt vides in ſequentibus exemplis.* Cic. Verr. Act. 1, 20 Ego autem Aedilis, hoc eſt paulo amplius quam priuatus. [πρὸ μικροῦ, μικρὸν πρὸ] Cic. Att. 14, 22 Quum paulo ante ad te Caſſii tabellarius literas, V. Idus venit noſter tabellarius, *etc.* Paulo ante, *pro Dudum vel nuperrime.* Cic. Verr. 4, 6 Nuper homines nobiles eiuſmodi Iudices, et quid dico nuper? immo vero modo, ac plane paulo ante vidimus, *etc.* Benignius paulo Hor. Epiſt. 1, 17, 11. Si qua eſt paulo habitior Ter. Eun. 2, 3, 24. Liberius paulo vti aliqua re Cic-

Cic. in Orat. 82. Idem Verr. 4, 42 Nihil eſſe quod quiſquam putaret ſe, quod iſti paulo magis placeret, conſeruare, aut domi retinere poſſe. Paulo magis, *pro Nimium.* Cic. de Clar. Orat. 83 Et libenter verbis etiam vti paulo magis priſcis. Paulo maiora canamus Virg. Ecl. 4, 1. Cic. pro Quint. 11 Sane caeterarum rerum paterfamilias et prudens et attentus, vna in re paulo minus conſideratus. *Sed* Paulo minus, *pro Propemodum, vel paene.* Suet. Tiber. c. 39 Quaſi neque rediturus vnquam, et cito mortem etiam obiturus, quod paulo minus vtrumque euenit, *i. parum abfuit, quin eueniret.* Suet. Tiber. Caeſ. c. 26 Verum liberatus metu, ciuilem ſe admodum inter initia, ac paulo minus quam priuatum egit, *i. parum abfuit, quin priuatum, tantum non priuatum. Gr.* μικρῦ δεῖν. Paulo mox, *Statim, cum paruo interuallo.* Plin. Et paulo mox calefactum vulneri imponatur. Eſt autem magnopere pertinens, ſicut paulo mox docebimus Idem 18, 28. Paulo nimium redundantia verba Cic. de Orat. 2, 88. Nimium paulo, *vid.* NIMIS. Omiſſiores paulo ab re Ter. Ad. 5, 3, 45. Paulo plus audire de aliqua arte Auctor ad Herenn. 4. Paulo plures in Senatu maleuolos eſſe, quam gratos cognoui Cic. Fam. 15, 11. Paulo pluribus e partibus Lucret. 2, 485. Haud paulo plus, *vid.* HAVD. Plus paulo vbi adbibit Ter. Heaut. 2, 1, 8. Cic. de Nat. Deor. 1, 30 De quo dicam equidem paulo poſt. Paulo poſt, *pro Paulo infra, vel Paulo minus.* Hirt. de Bell. Alex. c. 21 Hoc praelio deſiderati ſunt ex numero legionariorum militum circiter quadringenti: et paulo poſt eum numerum claſſiarii et remiges, *i. Aliquantulo pauciores.* Paulo poſt magis Plaut. Pſeud. 1, 3, 146. Poſt paulo, *pro Paulo poſt* Hor. Epiſt. 1, 6, 3. Poſt paulo *elegantius eſſe, docet Gronou. ad* Liu. 22, 60. *Et Burm. ad* Quinctil. 2, 5 *pr.* Plaut. Men. 4, 3, 7 Tibi dedi equidem illam, ad phrygionem vt ferres, paulo prius. Cic. Att. 8, 12 Vt non ſolum glorioſis conſiliis vtamur, ſed etiam paulo ſalubribus. *Sic MSS.* Salubrioribus *vſus alius poſtulare videtur, et ea res mouit forte Manutium, vt ſic ederet. Sed etiam* Ter. Heaut. 1, 2, 31 Paulo, qui eſt homo tolerabilis. Non paulo ſapientior ſeruus, *i. Multo ſapientior* Hor. Serm. 2, 3, 265. Cic. de Orat. 3, 117 Eadem enim ſunt membra in vtriſque diſputationibus, ſed paulo ſecus a me, atque ab illo partita ac diſtributa. Tardior paulo Hor. de Arte Poët. 257.

PAVLŬLVM. Adu. [ἐπὶ μικρὸν, παρὰ μικρὸν, μίνυνθα] Dimin. *a* Paulum. Ter. Adelph. 5, 8, 27 Agelli hic ſub vrbe eſt paululum, quod locitas foras. Paululum abſcede iſtinc Plaut. Aſin. 5, 2, 75. Cic. Acad. 4, 128 Paululum ante dicendum eſt, Non mihi videntur conſiderare, quum phyſici iſta valde affirmant, *etc.* Paululum quis pudor Ter. Andr. 4, 1, 6. Habeo paululum quod requiram Cic. Tuſc. 5, 21. Ter. Eun. 5, 2, 17 Quid feceras? C. paululum quiddam. T. eho paululum impudens? an paululum hoc eſſe tibi videtur, virginem vitiare ciuem? Hoc paululum mane exaraui Cic. ad Brutum. Paululum huic deeſt ad beatam vitam Idem Tuſc. 5, 23. Paululum opperiri aliquem Ter. Eun. 5, 2, 51. Idem Heaut. 2, 3, 75 Vbi ſi paululum modo quid te fugerit, ego perierim. Sed paululum ſine ad me vt redeam Idem Andr. 3, 5, 16. Reſpirare paululum Cic. pro Quint. 53.

PAVLŬLVS, a, um. Adi. [τυτθὸς] Liu. 8, 11 Praetorem eorum nomine Milonium dixiſſe ferunt, pro paulula via magnam mercedem Romanis eſſe ſoluendam. Idem 35, 11 Nihil primo adſpectu contemtius, equi, hominesque paululi et graciles: diſcinctus et inermis eques. Paulolus et Polulus, *antiqui pronuntiabant. Hinc apud* Varronem de L. L. 4, 17 Polula res, *etc. Et* Cato de R. R. c. 10 Labellum polulum habet. *Item* c. 21 Laminae polulae. *Sed* 14, 2 Paulula pila, vbi triticum pinſant. ¶ 2 Paululo, *Subſtantiue.* Ter. Eun. 1, 1, 39 Si nequeas paululo, *ſcil.* Redimere. Idem Heaut. 3, 1, 35 Muliercula paululo tum erat contenta.

PAVLĀTIM. Adu. [κατὰ μικρὸν, κατὰ βραχὺ] Dimin. *a* Paulum; *i. Senſim et leniter.* Ter. Adelph. 5, 6, 10 Paulatim plebem primulum facio meam. Cic. Fam. 8, 17 Cuius amicitia me paulatim in hanc perditam cauſam impoſuit. Paulatim adnabam terrae Virg. Aen. 6, 358. Abolere paulatim Idem ibid. 7, 724. Carpit vires paulatim Idem Georg. 3, 215. *Conf.* Ecl. 4, 28. Creſcunt omnia paulatim Lucret. 1, 190. Euaneſcere paulatim Idem 2, 827. Paulatim, *cum Genitiuo.* Cato c. 47 Aquae paulatim addito ſubigitoque pulchre, *h. e. Paululum, per interualla.*

PAVLVLATIM. Adu. Apul. Met. 2 p. 121 *Elmenh.* Paululatim labellis minuens. *Index Elmenhorſtianus docet, ſaepius eo vſum Apuleium.*

PAVLISPER. Adu. [δι' ὀλίγυ, πρόσκαιρον] *i. Paulum temporis, paulum admodum, vel paululum.* Ter. Adelph. 2, 2, 46 Pauliſper mane. Ibidem 3, 3, 24 Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere pauliſper. Ouid. Triſt. 2, 557 Atque vtinam reuoces animum pauliſper ab ira. Virg. Aen. 5, 847 Ipſe ego pauliſper pro te tua munera inibo. Commoratus eſt pauliſper, dum ſe vxor comparat, Milo Cic. pro Milon. 28. Deponere pauliſper aliquid Idem Verr. 4, 53. Cacabo pauliſper Depoſito Scribon. 213. Stetimus pauliſper in illo ganearum tuarum nidore atque fumo Cic. in Piſon. 13. Suſcipe pauliſper meas partes Idem Fam. 3, 12. *Pro Aliquamdiu.* Plaut. Bacch. 3, 3, 12 Pauliſper eſt libido homini, ſuo animo obſequi. Idem Pſeud. 1, 1, 36 Quaſi ſolſtitialis herba pauliſper fui.

PARVNDA, ae. f. *Dea parientium, quam* Terentius *Lucinam vocat. Lilius in Miſcellaneis Syntag. 1. Modo non pepererit illam* Parundam *falſa lectio* Pertundae, *vbi vid.*

PARVS, i. f. *Auicula.* Parus enim quamuis per noctem tinniat omnem Auctor Philomelae v. 9.

PARVVS, a, um. Adi. *ex Graeco* παῦρος [μικρὸς] *magni contrarium.* Paruus: vel puer, vel humilis, vel pauper Seru. *ad* Virg. Ecl. 7, 29. *Nempe* puer *aetate,* humilis *honore,* pauper *opibus* paruus *eſt.* Plin. 11, 37 Ab iiſdem, qui altero lumine orbi naſcerentur, Coclites vocabantur: qui paruis vtriſque, Ocellae. Cic. Verr. 1, . . . Quae maxime digna ſunt eo reo, cui paruum ac mediocre obiici nihil oporteat. Magnus aut paruus Hor. Serm. 2, 6, 95. Cic. de Orat. 2, 84 Sic etiam in paruis aut mediocribus rebus doctores aſſequi poſſunt, non idem ſentio tanta in hac re tamque immenſa poſſe fieri. Cic. pro Cluent. 94 c. 34 Haec autem apud Iunium parua, et infirma, et ipſius labore quaeſita atque collecta. *Ad* opes, cognatos, affines, neceſſarios, clientes *refertur.* Componere parua magnis Virg. Georg. 4, 176. Paruum parua decent Hor. Epiſt. 1, 7, 44. A paruis, *vid.* A *Praep.* Aetate parui Suet. Aug. c. 48. *Hi etiam ſimpliciter* Parui *dicuntur. V. g.* Parui primo ortu ſic iacent, tanquam omnino ſine animo ſint Cic. de Fin. 5 c. 15. Romulus, quem inauratum in Capitolio, paruum atque lactentem, vberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis Idem Catil. 3 c. 8. Te paruus lituos et bella loquentem Miretur Val. Flacc. 1, 269. Parui, femina, plebs, eques, ſenatus Stat. Silu. 1, 6, 44. Liquiſtis paruosque ſeneſque Idem Theb. 7, 520. *Vid. Barth. ad* Stat. Silu. p. 152 ſeq. Alumni parui Hor. Carm. 3, 18, 3. Animi parui Id. Epiſt. 1, 17, 40. Beneficium non paruum ſuum commemorare Cic. pro Caecin. 26 c. 10. Carmen, *i. Humile* Hor. Epiſt. 2, 1, 257. Conſuetudo Ter. Andr. 1, 1, 83. Corpus Hor. Epiſt. 1, 17, 40. Dî, *pro Diis penatibus* Id. Carm. 3, 23, 15. Diſcrimen Virg. Aen. 3, 685. Diſſenſio inter nos eſt Cic. de Legib. 1, 8. Exercitatio non parua, *vid.* NON *Aduerb.* Ter. Eun. 1, 2, 117 Me miſeram, forſitan hic mihi paruam habeat Fidem, *h. e. Nolet mihi credere. Al.* Parum. Filius male paruus, *Nimium, et cum deformitate paruus* Hor. Serm. 1, 3, 45. Infantes Lucret. 1, 187. Ingenium Plin. Epiſt. 6, 29. Cic. de Legib. 1, 17 Hoc ciuile quod dicimus, in paruum quendam et anguſtum Locum concludatur. Mercedes Hor. Serm. 1, 6, 86. Munera Idem Carm. 1, 28, 3. Nati Idem ibid. 3, 5, 42. Nauicula Cic. poſt Redit. ad Quir. 20. Nepotes Virg. Georg. 2, 514. Odoris parui amomum, *h. e. Imbecilli et pauci* Plin. 12, 13. Opuſculum Cic. in Parad. 1. Piſciculi Id. de Nat. Deor. 2, 123. Pretio paruo rem aliquam vendere et alienare Idem Verr. 4, 134 c. 60. Pueri Hor. Epiſt. 1, 7, 17. Res eſt non parua Virg. Ecl. 3, 54. Rura Hor. Carm. 2, 16, 37. Aquinius, homo nouus, paruus Senator Hirt. de B. Afr. c. 57. Sodales parui, *non praepotentes, aut ſuperbi titulis et imaginibus* Hor. Epiſt. 1, 7, 58. Tecta Senec. Hippol. 2. Tempore paruo Lucret. 5, 107. Vrbs Virg. Aen. 3, 276. Vſuram paruam exigui temporis bonae de me opinionis poſtulo, vt eam, ſi quae dixero, vobis probabo, perpetuo retineatis Cic. de Lege Agrar. 3, 2. ¶ 2 *Obſeruationes:* Paruus, *pro Breui.* Ter. Andr. 1, 1, 83 Sic cogitabam, hem, hic paruae conſuetudinis cauſa mortem huius fert tam familiariter. *Sic,* Paruam noctem *dixit* Lucan. 4, 476 *et* 528. *Eſt et vbi pro Parum ab eodem ponitur, vt* 4, 239 Si torrida paruus Venit in ora cruor, redeunt rabiesque furorque. Paruus cruor, *i. Parum cruoris.* Paruoque lacte paſtus eſt, per quem nec ales eſurit Sedul. de Chriſto. Parui *et* Ampli, *oppoſiti* Hor. Epiſt. 1, 3, 28. *De re nullius momenti* Plin. in Paneg. c. 45 Nihil ante tam vulgare, tam paruum in Senatu agebatur, vt non laudibus principum immoraretur. Paruo *opponitur* Eximium et Praeclarum. Cic. Off. 1, 67 Et ea, quae eximia pleriſque et praeclara videntur parua ducere, eaque ratione ſtabili firmaque contemnere, fortis animi magnique ducendum eſt. Parua ſunt foris arma, niſi eſt conſilium domi Cic. Offic. 1 c. 22. *i. contemtibilia, nullius vſus.* ¶ 3 *Subſtantiue:* Cic. de Finib. 2 Verum iſto modo conſequatur ſummas voluptates, non modo paruo, ſed ferme nihilo, ſi poteſt. Aſſueta paruo iuuentus Virg. Georg. 2, 472. Beatus paruo Hor. Epiſt. 2, 1, 139. Contentus paruo, *vid.* CONTINEO. Emtum paruo Hor. Serm. 2, 3, 156. Viuere paruo Idem ibid. 2, 2 *pr.* Idem 10, 41. Lucan. 4, 377. Parui aeſtimare, [περὶ ὀλίγου ποιεῖσθαι] Plaut. Capt. 3, 5, 24. Cic. pro Arch. 14 c. 6 Pericula mortis atque exilii, parui eſſe ducenda. Nepos 18, 10, 4 Omnes prae illo parui futuros. *Sic* Ter. Hec. 5, 3, 1 Herus meus operam meam parui deputat Eſſe pretii. Parui ego illos facio Plaut. Milit. 4, 8, 41. Lacrimas parui pendere latrones conſueuerunt Apul. Met. 4 p. 154. Ter. Hec. 3, 5, 63 Quae dico, parui pendunt. Cic. Att. 15, 3 Sed ſi ipſa parui pendimus, quin et maiora contemnimus. *Alii codices habent,* Sed ſint iſta parui: quin et maiora contemnimus. Parui putare et ſpernere Catull. ad Furium ſ. 20 (23) 25. Cic. pro Lege Manil. 55 Etenim illud primum parui refert, vos publicanis amiſſa vectigalia poſtea victoria recuperare. Plin. 8, 33 Eminet roſtrum, vt in paruo haud abſimile ſuillo. Paruo *vt* Paullo, *cum Comparatiuo,* Plin. 2, 67 Circa Caſpium quoque multa Oceani litora explorata, paruoque breuius quam totus hinc aut illinc Septentrio eremigatus, *h. e. Fere, vel parum abeſt, quin totus, etc.* ¶ 4 *Gradibus attollitur* Minor, *et* Minimus. *Sed tamen et* Paruior, *Compar. apud* Cael. Aurel. Chron. 2, 1, 26 Volantum paruiores. *Sic* Paruiſſimus, *Superl.* [ἐλάχιστος] Lucret. 3, 200 Igitur paruiſſima corpora quanto Et leuiſſima ſunt, ita mobilitate fruuntur. Idem 1, 609 Paruiſſima quaeque Corpora conſtabunt ex partibus infinitis. Ibid. 614. *Sic,* Rictus paruiſſimus Varr. *apud* Non. 6, 43. *Adde* Feſtum *in* Spara, *et* Iſidor. 4, 8 de Ordeolo. *Ita et* Cael. Aurel. Chron. 1, 1, 5. *et* 1, 1, 29.

PARVE. Adu. Vitruu. 9, 6 Parue per eos flectitur delphinus. *Superl.* Cael. Aurel. Acut. 2, 38 Paruiſſime aliquid memorare.

PARVŬLVS, a, um. Dimin. [τυτθὸς] Virg. Aen. 4, 328 — Si quis mihi paruulus aula Luderet Aeneas. Paruulus, *pro Puerule.* Quinctil. 5, 7 Excepta paruulorum iudicia. O manus olim mea, quae me paruulum ſaepe geſtaſti Idem Decl. 24. Ter. Eun. 5, 2, 53 Nutricem arceſſitum iit, quae illam aluit paruolam. Sors paruulorum Iuſtin. 1, 4, 13. A paruulo, *et* paruulis, *vid.* A *Praep.* A paruulo ſtudere duritiae et labori, *vid.* A *Praep. Conf. Barth. ad* Cirin v. 139. Cauſa paruula Lucret. 4, 194. Hor. Serm. 1, 1, 33 Paruula, nam exemplo eſt, magni Formica laboris. Cic. de Inuent. 2, 25 Defenſor autem ex contrario primum Impulſionem aut nullam fuiſſe dicet, aut ſi fuiſſe concedet, extenuabit, et paruulam quandam fuiſſe demonſtrabit. Brut. ad Cic. Fam. 11, 10 Reuertor nunc ad Antonium, qui ex fuga quum paruulam Manum peditum haberet inermium, *etc.* Nauiculam paruulam conſcendit Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 104. Pecunia paruula, *et* Immanis, *contraria.* Cic. pro Roſc. Com. 23 Illa fuit pecunia immanis, haec paruula. Res paruula, *pro Re nullius momenti* Ter. Adelph. 2, 4, 10. Cic. pro Quint. 53 Si in paruula re captionis aliquid vererere, non ſtatim ad Q. Aquilium. Succeſſus Plin. 2, 23. Cic. de Inuent. 2, 19 Quare nos quidem ſine vlla affirmatione, ſimul quaerentes dubitanter vnumquodque dicemus, nedum paruulum hoc conſequimur, vt ſatis commode haec perſcripſiſſe videamur. Cic. Acad. 4, 83 Sed vt minuam controuerſiam, videte quaeſo, quam in paruulis ſitis.

PARVŬLVM. Adu. [τυτθὸν] Plin. Epiſt. 8, 14 Quia paruulum refert an idem diſpliceret, quibus non idem placuiſſet. Acquirere paruulum de nocte Idem ibid. 9 vlt. Ligni ineſt paruulum Idem 15, 24. Recolligere paruulum Iuſtin. 23, 4, 8.

PARVĬTAS, ātis. f. [μικρότης, σμικρότης, λεπτότης] Columella praef. 10 Tamen eadem tam exigua ſunt, vt (quod aiunt Graeci) ex incomprehenſibili paruitate arenae funis effici non poſſit. Cic. de Vniuerſ. c. 13 Haud iiſdem vinculis, quibus ipſi erant colligati, ſed talibus, quae cerni non poſſent propter paruitatem, crebris quaſi cuneolis inliquefactis, vnum efficiebant ex omnibus corpus. Gell. 1, 5

Has tamen et paruitates rerum et magnitudines. ¶ 2 *In modeſtiae ἤθει pro Tenuitate ingenii viriumque* Val. Max. in Prol. Mea paruitas eo iuſtius ad fauorem tuum decurrerit. *Ita* Hieron. Epiſt. ad Tranquill. Quia meae paruitatis quaeris ſententiam. *Conf.* Sidon. Epiſt. 7, 9.

PARVVLĬTAS, ātis. f. *Vox inclinatae Latinitatis apud* Commodian. Inſtruct. 6 p. 6.

MINOR *et* MINVS. [ἐλάττων] *Compar. a* Paruus. Cenſor caſtigatorque minorum Hor. de Arte Poët. 174. Cic. de Amicit. 32 Tu vero perge Laeli: pro hoc enim qui minor eſt natu, iure meo reſpondeo. Idem Verr. 2, 61 Ne quis minor triginta annis natu. *Conf.* Idem Ac. Qu. 4 c. 19. Nep. 23, 3, 2. Minor quam quinque et viginti annorum Celſ. in l. Cum minor. D. de minorib. Minor annis viginti quinque Vlp. l. Denique. D. de minor. Minor annis Vlp. in l. Verum §. vlt. D. de minor. Minor, *abſolute* Vlp. in l. Denique. D. de minor. Nunc fama minores Italiam dixiſſe Virg. Aen. 1, 532. *i. Poſteros.* Virtute et honore minores Hor. Epiſt. 2, 1, 183. Minor certare *i. in certando, vel certamine* Hor. Sat. 2, 3, 313 An quodcunque facit Maecenas, te quoque verum eſt (*i. conuenit facere*) Tantum diſſimilem, et tanto certare minorem. Animus minor Idem Carm. 2, 11, 11. Cura non minor Virg. Aen. 5, 803. Dominus minor Plin. Epiſt. 7, 23. Ter. Eunuch. 2, 2, 58 Sed video herilem Filium minorem huc aduenire Plaut. Amphit. 1, 2, 22. Cic. Fam. 9, 21 Sed tamen mi Paete, quid tibi venit in mentem, negare Papyrium quemquam vnquam niſi plebeium fuiſſe? fuerunt enim Patricii minorum Gentium. *i. Quorum patres allecti erant e plebe in Senatum.* Infamia minor vero Ouid. Met. 1, 215. Credens minore ſe Inuidia fore Nep. 18, 7, 2. Ira minor Ouid. ex Pont. 2, 8, 76. Menſura minor parua lacerta Idem Met. 5, 458. Metus Hor. Epod. 1, 17. Pontifices Liu. 22, 57. Sumtus Hor. Serm. 2, 4, 85. Verbis minoribus vti Ouid. Met. 6, 151. Virtus Idem de Arte Am. 2, 13. Ter. Heaut. 2, 3, 113 Quaſi iſtic minor mea res agatur quam tua, *i. Quaſi non tam mea interſit, quam tua.* Minoris vendere aliquid, *pro Minori pretio.* Cic. Verr. . . . Multo minoris vendidit non modo quam tu, ſed etiam quam qui ante te vendiderunt. *Add. ib.* 5 (3) 151 c. 64. Minoris dimidio Plin. 17, 7. Minoris aeſtimare Cic. Fam. 4, 5. Minore, *int.* vſura Idem Att. 1, 12 Nam a Caecilio propinqui minore centeſimis numûm mouere non poſſunt, *i. accipere mutuum.* Minora dictu Plin. 11, 21. Minores *Subſt. vt* Maiores, *poſteri.* Lactant. 2, 13, 7 Itaque ignorantiam diuinitatis minoribus ſuis reliquit. Virg. Aen. 8, 268 Ex illo celebratus honos, laetique minores Seruauere diem. Seruius *ad h. l. Minores* non dicimus, niſi vbi graduum deficit nomen, vt puta *filius, nepos, pronepos, abnepos, adnepos:* ſicut etiam *Maiores* dicimus, poſt *patris, aui, proaui, abaui, atauique* vocabulum. *Sed ab ipſo Virgilio et aliis ſubtilitas illa refellitur.* ¶ 2 Miner *fuiſſe videtur antiquum nomen, vnde* Minerrimus, *quod* pro mimo dixerunt *teſte* Feſto: *nempe vt* veterrimus *ex* veter: *vt* viduertas *arguit, fuiſſe nomen* viduer, *etc.*

MINVS. Adu. *paullo poſt videbimus.*

MINŌRO, āre. *Minorem facere.* Tertull. de Anima c. 43. Vulg. Interpr. 2 Cor. 8, 15. Gloſſ. Lat. Gr. Minoro, ἐλαττόω.

MINORĀTVS, a, um. Adi. Scaeuola in l. Cum venderet. D. de ſeruis exportand. Quos minorato pretio vendidit. *Conf.* Tertull. de Corona c. 14. *et* aduerſ. Iud. c. 14. *et* Chryſolog. Serm. 76.

MINORATIO, ōnis. f. *Status minor.* Fulgent. ad Donat.

MINĬMVS, a, um. Adi. [ἐλάχιστος, μικρότατος] *Superl. pro* pariſſimus. *Nugatorie* Plaut. Stich. 1, 2, 63 E malis multis, malum quod minimum eſt, id minimum eſt malum. Liu. 2, 38 *extr.* Minimus quisque natu Patrum. *Add.* Cic. de Orat. 2 c. 14. *Sic* Filius minimus Iuſtin. 42, 5, 6. Decus non minimum Hor. de Arte Poët. 286. Minimus digitus Plin. 11, 43. Prouocare aliquem minimo Hor. Serm. 1, 4, 14. Minimo digito, *ait* Acron, ſolent prouocare, qui volunt oſtendere plus eſſe virium in ſuo minimo digito, quam in alterius toto corpore. *Al.* Schol. Minimo prouocare dicuntur hi, qui plus ipſis permittant (*leg.* promittunt) quam in reſponſione exigunt ab aduerſario. *Bentl. pro* minimo *legit* numo *probabili coniectura, quam pro more ornat egregie.* Honor Ouid. Triſt. 2, 76. Labor minimus Idem Met. 9, 674. Momenta minima Senec. Epiſt. 1. Munus Ouid. de Arte Am. 3, 652. Onus Idem Met. 14, 149. Parte ex minima Cic. Off. 1, 131. Pretii minimi homo Plaut. Aſin. 5, 2, 8. Vua ſit minima Scribon. 71. Plaut. Epid. 2, 2, 110 Quanti emi poteſt minimo? Ter. Eun. 1, 1, 30 Quid agas, niſi vt te redimas captum, quam queas minimo? ¶ 2 *Obſeruatt. Superlatiuum ex Superlatiuo Graecorum more format* Arnob. 5 p. 160 *et* 166 Digitorum minimiſſimus. Minimum, *Subſt.* Cic. de Amic. 46 c. 13 Itaque vt quisque minimum firmitatis habeat, minimumque virium, ita amicitias appetere maxime. Idem de Senect. 45 c. 13. *Et* Acad. 1, 27 c. 7. Petron. c. 113. *Sic* Colum. 11, 3, 12 Minimum herbarum creat ſtercus aſini. Minimum, *ab Epicureis vocatur, Quo nihil minus eſſe poteſt, et ad quod quum peruentum ſit, tum fiat cuiuslibet corporis ſecandi finis. Volebat enim Epicurus aliquid eſſe in rebus minimum, nempe corpora prima: quae ſcilicet iam ſecari, aut diuidi non poſſunt.* Lucret. 1, 748 Nec prorſum in rebus minimum conſiſtere quidquam. *Vide quae a* Cicerone *diſputantur ſub Varronis perſona* de Finib. 1 *vbi agit aduerſus Epicurum. Lambinus.* ¶ 3 *Subſtant.* Lucret. 6 *extr.* Nec minimum partim ex agris aegroris in vrbem Confluxit. *Sed Aduerb.* Nepos 10, 1, 2 Corporis dignitas non minimum commendat. Minimum in his exercitationibus doctores peccant Petron. c. 3. Varro de R. R. 2, 1 Ita fiunt omnium partes minimum octoginta vna. Idem 1, 5 De his quatuor generibus ſingulae minimum in duas diuiduntur ſpecies.

MINIME. Adu. *vid. mox poſt* MINVS.

MINVSCŬLVS, a, um. Adi. [μικρότερος] Dimin. *a* Minus. Varro de R. R. 3, 5 Ex hoc auiario, vt ſumantur idoneae, excludantur in minuſculum auiarium. Canis Vitruu. 9, 7 *de ſigno caeleſti.* Cic. Q. Frat. 3, 1 c. 4 *pr.* Reſcripſi Epiſtolae maximae: audi nunc de minuſcula. Idem Att. 14, 13 Scribis eſſe rumores, me ad lacum quod habeo venditurum, minuſculam vero villam vtique Quincto traditurum.

MINVSCVLARIVS, a, um. *Tenuior.* Minuſcularii aquaeductus l. 10 c. de aquaeductu. *Conf.* Theod. Cod. 11, 28.

MINVS. [ἔλαττον] *Adu. Comparatiui gradus a Poſitiuo* Parum. Ter. Eun. 4, 6, 23 Minus potens quam tu, minus notus, amicorum habens minus: *poſtremum* minus *ſubſtantiue poſitum, Genitiuus arguit.* Cic. Fam. 13, 1 Niſi tamen multo minus concedi poteſt, quam illi laborare ſine cauſa. Miſerum? quem minus credere eſt Ter. Heaut. 1, 2, 18. Minus homo, quam doctus, *pro Minus quam doctus homo: h. e. Indoctus, et minus prudens, vel cautus et ſagax.* Plaut. Epid. 3, 3, 47 Ego ſi alligaſſem aliquem ad hoc negotium minus hominem quam doctum, minusque ad rem hanc callidum, os ſublitum eſſet. Plaut. Capt. 2, 3, 70 Et quod minus dixi, quam volui de te, animum aduortas volo. *Conf.* Idem Amph. 1, 2, 17. Mĭnus habere Ter. Phorm. 1, 1, 7 *pauperem eſſe.* Minus intellexi Idem Eun. 4, 5, 11. Haud minus ac iuſſi faciunt Virg. Aen. 3, 561. Nec minus, *pro* Etiam, *ap.* Scribon. *ſaepe.* *Item pro*, Non minori tempore 25. 206. *Item cum Ellipſi vocum*, Menſibus duobus, *quae praeceſſerunt* 25. Plus dapis, et rixae multo minus Hor. Epiſt. 1, 17, 51. Cic. de Amic. 26 Num propter imbecillitatem atque inopiam deſideranda ſit amicitia, vt in dandis recipiendisque meritis, quod quisque minus per ſe ipſe poſſet, id acciperet ab alio, viciſſimque redderet. Idem ib. 101 c. 27 Quae tamen ipſa efflореſcit ex amicitia, etiam ſi tu eam minus ſecutus ſis, *i. non vehementer.* Minus acriter Ouid. Epiſt. 19, 15. Ter. in prol. Phorm. 11 Minus multo audacter, quam nunc laedit, laederet. Minus aptus Hor. Serm. 1, 3, 29. Minus bene veſtitus Nep. 5, 4, 2. *i. Non ita bene.* Minus curati Scribon. 47. Cic. de Senect. 32 Ego vero me minus diu ſenem eſſe mallem, quam eſſe ſenem antequam eſſem. Grata minus pietas Ouid. Met. 1, 204. Minus grauis Hor. Serm. 1, 5, 6. Minus inuida cura Idem Epiſt. 1, 10, 18. Minus iucundus amicus Idem Serm. 1, 3, 93. Minus multi opus ſunt boves, et bubulci Varro de R. R. 1, 18. Minus multi, et minus audacter Plaut. Mil. 3, 1, 136. Cic. in Brut. 63 Catonis autem orationes non minus multae fere ſunt, quam Attici Lyſiae Varr. de R. R. 1, 9. Minus proſpere Nep. 14, 6, 1. Minus validus Hor. Epiſt. 1, 8, 7. Minus aut magis impeditus Lucret. 1, 241. Minus intelligo *i. non ſatis* Ter. Heaut. 3, 3, 33. *et* Eun. 4, 5, 11. Ter. Andr. 4, 1, 31 Immo etiam quo tu minus ſcis aerumnas meas, *i. Non ſatis noſti.* Plaut. Bacchid. 2, 2, 15 Si non inuenta eſt, minus valet, moribundusque eſt. Cic. Fam. 12, 2 L. Cotta familiaris meus fatali quadam deſperatione, (vt ait) minus in ſenatum venit. *i. rarius.* Hor. Epiſt. 2, 2, 90 Qui minus argutos vexat furor iſte Poëtas? *i. an non aeque.* Minus cum cura lectum Plaut. Mil. 3, 1, 9. Plin. 11, 10 *de apibus*, Quum aduesperaſcit, in alueo ſtrepunt minus ac minus, donec vna circumvolet. Minus et minus Hor. Carm. 1, 25, 6. *Conf.* Ouid. ex Pont. 2, 8, 73. Ter. Heaut. 3, 3, 33 Nam mihi iam minus, minusque obtemperat. ¶ 2 *Non ſemper Ablatiuum adſciſcit in comparationibus.* Plin. 15, 25 Minus (*quam*) quinquennium eſt, quod. Tac. Agric. 9, 7 Minus triennium in ea legatione detentus. Nec minus dies viginti Scribon. 206. Plaut. Trin. 2, 4, 1 Minus quindecim dies ſunt, quod pro his aedibus minas quadraginta accepiſti a Callicle. Cic. Verr. 2, 162 Iuſſit, vt quae ſtatuae C. Verris ipſius et patris et filii eſſent, eas Quaeſtores demoliendas curarent: dumque ea demolitio fieret, Senatores triginta non minus adeſſent. Idem ib. 1, 123 Ei quum cautum vellet, ſcripſit, vt heredes iurarent, ſe curaturos, vt ex ſua quisque parte, ne minus dimidium ad A. Trebonium fratrem illum proſcriptum perueniret. Liu. . . Nunquam nix minus quatuor pedes alta iacuit. Plin. 22, 22 Condrillon ſiue condrille, folia habet intubi circumroſis ſimilia, caulem minus pedalem, ſucco madentem amaro, *i. non plane pedalem.* *Sed etiam adſciſcit Ablatiuum ſuum* Plaut. Perſ. 4, 6, 1 Probati hic argenti ſunt ſexaginta minae: duobus numis minus eſt. Minus diebus triginta Nep. 2, 5, 2. *Contra ea* Cic. pro Flacc. 68 Ante pedes Praetoris in foro expenſum eſſe auri pondo centum paullo minus. ¶ 3 *Obſerua:* Hac minus eſt vna fraude tuenda fides Ouid. A. A. 1, 644 *i. hac excepta. Vid. ad h. l. Burm.* Vt vno minus teſte haberet Rabonio Cic. Verr. 1 c. 57. *Conf. Gronou. ad h. l.* Minimo minus interii, *i. paene, parum admodum abfuit, quin interirem* Apul. Met. 1 p. 103, 37. Ter. Phorm. 3, 3, 2 Vnde ego nunc tam ſubito huic argentum inueniam miſer, cui minus nihilo eſt? Paullo minus quam priuatus, *i. Fere priuatus. Vid. Burm. ad* Quinct. Decl. 12, 18 p. 260. Ter. Andr. 1, 2, 25 Si ſenſero hodie quidquam in his te nuptiis fallaciae conari, quo fiant minus. *Conf.* Idem Andr. 4, 2, 17 Si poterit fieri, vt ne pater per me ſtetiſſe credat, Quo minus hae fierent nuptiae; volo. *Add.* Vell. 2, 51.

MINĬME. [ἐλάχιστα] Adu. *negandi vehementer, plane non; vel prohibendi, omnino ne.* Cic. de Amicit. 40 Turpis enim excuſatio eſt, et minime accipienda, cum in caeteris peccatis, tum ſi quis contra Remp. ſe amici cauſa feciſſe fateatur. Idem Off. 1, 150 Minime artes eae probandae, quae miniſtrae ſunt voluptatum. Minime feceris Plaut. Moſt. 1, 3, 115. Minime gratum ſpectaculum Liu. 1, 25. Ter. Hec. 2, 1, 23 Iam pridem equidem audiui cepiſſe odium tui Philumenam: minimeque adeo mirum. Senec. de Benefic. 1, 2 Nam nec in vulgus effundenda ſunt, et nullius rei, minime beneficiorum, honeſta largitio eſt. Minime, *pro Minimum.* Columel. 1, 6, 6 Lata bubilia oportebit eſſe pedes decem, vel minime nouem. Idem 5, 9, 12 Sed id minime bis anno arari debet. *Et* 5, 10, 13 Vt nux a nuce minime palmo abſit. *Et* ſ. 17 Ita vt minime dies XXV ad brumam ſuperſint. *Et* 5, 10, 7 Ea exſtet minime tribus pedibus. *Add.* Scribon. 15, 20 *qui etiam ita cum numeralibus ponit.* Non minime, *vid.* NON *Aduerb.* Minime gentium, dicebant veteres, *inquit* Feſtus, pro eo quod eſt, Omnium gentium iudicio minime eſſe faciendum. Ter. Eun. 4, 1, 11 Heus inquit, puer, Pamphilam accerſe, vt delectet hic nos, illa exclamat, minime gentium. Minime omnium, *i. Nullo Modo.* Cic. pro Roſc. Amer. 96 Quid attinuit eum potiſſimum nuntiare, quod ſi, *etc.* ad te minime omnium pertinebat? Minime male cogitantes ſunt, qui in eo ſtudio occupati ſunt Cato de R. R. in Praef. Cic. Verr. 5, 85 Etſi in hac quadriremi, propter honorem et gratiam Cleomenis minime multi remiges et milites deerant. *h. e. Quam pauciſſimi.* Liu. 31, 1 Ex eo exercitu quem P. Aelius habuiſſet, vt quisque minime multa ſtipendia haberet, legeret. Cic. Acad. 4, 118 Vos autem mihi veremini, ne labar ad opinionem, et aliquid adſciſcam, comprobem incognitum, quod minime vultis. quid conſilii datis? *i. Nihil minus vultis.* Minime vero; *negantis eſt in reſponſione.* Cic. Tuſc. 2 *extr.* Idem Fam. 13, 1 Homo minime ambitioſus, minime in rogando moleſtus. *i. Nihil eo minus ambitioſum, etc. quaſi Omnium hominum minime ambitioſus: vel quiduis potius quam ambitioſus.* Minime, *plus eſt quam Non. Eſt autem in reſponſione negatiua: id quod vulgo dicitur* abſit. Salluſt. Catil. c. 51 in Orat. Caeſaris *extr.* Placet igitur eos dimitti, et augeri exercitum Catilinae? minime.

MINIMŎPĔRE. Adu. [ἐλαχίστως] *Dixerunt veteres, ſicut Maximopere.*

mopere. Licinius *apud* Priſcian. 7 p. 704 Non minimopere milites quietes volebant eſſe: *ſed recte Putſch. diuiſim*, minimo opere.

P A S

PASCEŎLVS, i. m. [βαλάντιον] Eſt, *vt ait* Varro, Sacculus ex aluta factus. Plaut. Rud. 5, 2, 27 Praeterea centum minae philippicae in paſceolo ſeorſum. *Quidam dicunt ſignificare Loculum in marſupio. Deducitur a verbo Graeco* φάσκωλος *et* φασκώλων: *quod verbum* Feſtus *retinuit, qui ſcribit,* Phaſcola eſſe, quas alii vocant Peras. *Add.* Lucil. *et* Cato *apud* Non. 2, 635. *Annotauit Turneb. Adu.* 3, 11. *Conf. Meurſ. Exerc. Crit. P.* 1 c. 1.

PASCHA, ae. f. *vel* PASCHA, ătis. n. [πάσχα] *Tranſitum ſignificat, memoriam exitus ex Aegypto, et reditus ad vitam dominici ſeruans.* Auſonius, — nos etenim primis poſt paſcha diebus. Tertull. ad Vxor. 2, 4 Sollemnibus Paſchae abnoctare. Idem de Corona c. 3 A die paſchae in pentecoſten vsque. In vigiliis paſchae Hieron. Adu. Vigilant. Paſcharum dies celebrare Symmach. Epiſt. 10, 77. *De flexione vocis vid. Voſſ. de Analog.* 1, 20. *De varia ſignificatione vide Caſaub. adu. Baron. Exerc.* 16 §. 11 ſq. *Hebraei dicunt* Peſah, *Latini, qui ad nos ex Hebraeo transferunt,* Phaſe, *Syri ſiue Chaldaei* Paſha, *quod nos et Graeci beth in ch mutato, dicimus* Paſcha. *Graeci non inflectunt* Paſcha.

PASCHĀLIS, e. Adi. [πασχάλιος] *Quod ad paſcha pertinet. vt,* Paſchalis dies, Sollemnitas. Chryſolog. Serm. 5 Haec eſt via namque ſalutis, Haec firmos ad dona gradus paſchalia ducit Sedul. in exordio opuſculi. Cyclus, *vid.* Iſidor. 6, 17.

PASCHALITER. Adu. Hieronym. Epiſt. 1, 7.

PASCHIĒNVS, i. m. [πασχητιῶν] *Pathicus. Vid. Lauremb. Antiqu.* p. 321. Ita Pacatus rhetor, Paſſieno, prima eius ſyllaba in Graecum mutata, obſcenum nomen impoſuit Senec. de Controu. lib. 5 praef.

PASCO, paui, paſtum, ĕre. [νέμω, βόσκω] *Comedere ſignificat. Abſolute aliquando ponitur, aliquando cum Accuſatiuo.* Plaut. Moſt. 4, 1, 22 Quo properas? geſtis aliquo iam hercle ire paſtum foras. *Hic* Plautus *ad hominem tranſtulit, quod proprie de animalibus dicitur, ſicut Veſci, de hominibus. Sic* Martial. 9, 82 Paſcit Gellius, *alitur ab vxore.* Ouid. Met. 4, 635 Mille greges illi, totidemque armenta per herbas Paſcebant. Ouis pauit pratum Ouid. Faſt. 1, 204. Col. 7, 3, 20 Bibendi paſcendique cupidinem concipere ſapore ſalis. ¶ 2 Paſco, *Actiuum ſ. tranſitiuum h. e. Paſcere facio, vel Paſcentem obſeruo, vel Pabulum praebeo.* Ouid. Faſt. 1, 204 In priuato paſcere inertis erat: *intell.* pecus. *Ita ſimpliciter ponitur hoc Verbum in illa de Catone narratione* Cic. Off. 2, 89 c. 25 A quo cum quaereretur, Quid maxime in re familiari expediret, reſpondit, Bene paſcere. Quid ſecundum? Satis bene paſcere. Quid tertium? Male paſcere. *Conf.* Colum. 6 *pr.* Cic. de Diuin. 1, 31 Qui, quum propter paupertatem ſues puer paſceret, vna ex his amiſſa vouiſſe dicitur, ſi recuperaſſet, *etc. De Nauio augure.* Armentum hoſpes pauit in aruis Ouid. Faſt. 4, 67. Beſtias paſcere, domare, tueri Cic. Off. 2, 14. Boues paſcere Virg. Ecl. 1, 46. Canem paſcere ſero pingui Idem Georg. 3, 406. Capellas paſcere Idem Ecl. 9, 23. Coruos paſcere in cruce Hor. Epiſt. 1, 17, 48. Corpora paſcere pabulis Lucret. 2, 995. - Equos Virg. Georg. 3, 50. Oues ad flumina pauit Adonis Idem Ecl. 10, 18. *Add.* Idem Georg. 4, 152. *Etiam hoc ad homines refert* Hor. Serm. 2, 6, 67 Ante larem proprium veſcor, vernasque procaces Paſco libatis dapibus. *Hoc crediderim referendum ad antiquorum pietatem, qui partem coenae lari diisque donabant, et in focum mittebant lari ſacrum, vt conſtat. Ex ea conſuetudine ſcribit* Varr. *vt a* Marcello *citatur,* Quo circa oportet bonum ciuem legibus parere, et deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας. *Et* Cic. de Fin. 2, 22 Atqui reperiemus aſotos primum ita non religioſos, vt edant de patella, id eſt, vt edant ea, quae diis e coena libata ſunt. *Sed ritus ille optime intelligetur ex Plutarcho, ita in libello de fortuna Roman. ſcribente,* οἱ δ' οὐ φασιν, ἀλλὰ παρθένον τὴν ὀκρισίαν ἀπάργματα καὶ λοιβὴν ἑκάστοτε λαμβάνουσαν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς τραπέζης, ἐπὶ τὴν ἑστίαν κομίζειν, καὶ τότε τυχεῖν, ὥσπερ εἰώθει, τῷ πυρὶ τὰς ἀπαρχὰς ἐπιβάλλουσαν. *Ea igitur ſe caſtitate et ſanctimonia ruri dicit coenare* Horatius, *vt dapibus niſi ante deo pie libatis, veſci non ſoleat. Inde et* dii patellarii *a* Plauto *iocante feſtiue ſunt dicti, quibus in patella libabatur, non magna ſacrificia fiebant. Tales dii erant in larario domeſtici penates et lares. Ex Turneb. Adu.* 6, 7. Vilia qui quondam miſeris alimenta negarat, Nunc mendicato paſcitur ipſe Cibo Ouid. Triſt. 5, 8, 14. Cibo paſto paſci, *ingenioſe dictum eſt ab* Ouid. *de vacca, quae comeſtas paullo ante herbas, poſtea ruminat, et iterum comedit. Sic ille in* Fragm. Somn. v. 17 Dum iacet, et lente reuocatas ruminat herbas, Atque iterum paſto paſcitur ante cibo. Malis orbiculatis paſci, *i. delicate* Cic. Fam. 8, 15. *Ad* ſaturitatem *et ſaginam veluti pertinere videtur; ad vilitatem autem vrbane declarandam illud* Cic. Att. 6, 1 Sed heus tu, quid cogitas? in felicatis lancibus et ſplendidiſſimis caniſtris oluſculis nos ſoles paſcere: quid te in vaſis fictilibus appoſiturum putem? *Hinc etiam ad ſeruos refertur, et plebem. Vid. viri docti ad* Petron. 57 Viginti ventres paſco, *et Pricaeus ad* Apul. Met. 1 p. 16 Neque praeter vnicam paſcit ancillulam. Copia frumenti paſcit populum Hor. Epiſt. 1, 15, 14. Apul. Apol. p. 438 Pauciores habeo ſeruos, parcius paſco, leuius veſtio. Iuuen. Sat. 3, 141 Quot paſcit ſeruos, quot poſſidet agri Iugera, quam multa magnaque paropſide coenat? Spartian. Adrian. c. 11 Ante omnes tamen enitebatur, ne quid otioſum vel emeret aliquando, vel paſceret. *Vid. ibi Caſaub. Significat tamen etiam Conuiuium dare, vel Epulari lautius.* Spart. Adrian. c. 17 Quem cum plurimis ſumtibus paſceret, fercula de aliis menſis etiam vltimis quibusque iuſſit apponi. Idem Seuer. c. 41. *Conf. Salmaſ. Item Gronou. Obſeru.* 2, 4 *vbi illud explicat* Quinct. 6, 3, 94 Diſpenſatori, qui, quum ad reliqua non reſponderet, dicebat ſubinde, Non comedi panem, et aquam bibo (*quibus verbis commendabat frugalitatem ſuam*) Paſce, inquit, et redde quod debes, *i. per me epuleris licet, modo reddas, quod debes.* ¶ 3 Paſcere, *per tranſlationem ponitur pro Delectare. vt,* Paſcere oculos: *h. e. Viſu alicuius rei gratae oblectari.* Ter. Phorm. 1, 2, 35 Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere. Cic. Verr. 5, 64 Quum eius cruciatu atque ſupplicio paſcere oculos, animumque exſaturare vellent, *etc.* Virg. Georg. 2, 285 Non animum modo vti paſcat proſpectus inanem. *i. Delectet,* inquit Seru. Cic. Att. 4, 10 Ego hic paſcor Bibliotheca Fauſti. *h. e. Mire delector.* Idem pro Sext. c. 46 Aut qui propter inſitum quendam animi furorem, Diſcordiis ciuium ac ſeditione paſcantur. Cic. Off. 2, 40 Cuius tanta vis eſt, vt ne illi quidem, qui maleficio et ſcelere paſcuntur, poſſint ſine vlla particula iuſtitiae viuere. Idem in Piſon. 45 His ergo rebus paſcor, his delector, his perfruor, quod de vobis hic ordo opinatur non ſecus ac de teterrimis hoſtibus. Animum paſcere inani pictura Virg. Aen. 1, 468. Ouid. Met. 14, 728 Corpore vt exanimi crudelia Lumina paſcas. Oculos ſuos Idem Amor. 3, 2, 6. Oculos in aliqua re Cic. Phil. 11 c. 3 *extr.* Colores paſcunt Oculos Lucret. 2, 419. Spes eſt, quae paſcat amantes Ouid. Met. 9, 749. *Alii codices habent* Amorem. ¶ 4 *Formulae aliae:* Amorem paſcere Ouid. de Rem. Amor. 748. Barbam paſcere, *Nutrire* Hor. Serm. 2, 3, 35. Virg. Aen. 7, 391 Te luſtrare choro, ſacrum tibi paſcere Crinem. *Id ex antiquorum ſuperſtitione dictum eſt, qui hoc diis facere inſtituerant pro ſoſpite ſecundaque valetudine.* Cenſorinus de Die nat. c. 1 *extr.* Quidam etiam pro caetera bona valetudine corporis, crinem deo ſacrum paſcebant. Famem alicuius Propert. 4, 3, 22. Furorem Claud. ad Hadrian. 22. Iras Sil. 12, 721. Naturam animi paſcere atque explere rebus bonis Lucret. 3, 1016. Numos alienos paſcere, *i. Fenerari, et facere aes alienum vſuris creſcere, vt ait* Porphyrio. Hor. Epiſt. 1, 19, 35. Sidera paſcit polus Virg. Aen. 1, 612. ¶ 5 Feſtus. Paſcito Linguam in ſacrificiis dicebatur, id eſt coërceto, contineto, taceto. *Nempe antiqua illa ratione* Paſcito *pro* Parcito, *qua* Valeſios *et* Fuſios *dicebant pro* Valeriis, *etc.*

PASCOR, ĕris, paſtus ſum, paſci. Dep. [νέμομαι] *Paſcere ſe, vel paſcendum ſe praebere.* Plin. 11, 48 Solidipedes inter initia paſci, niſi ſubmiſſis genibus non poſſunt. Armenta paſcuntur per herbas Virg. Georg. 3, 162. Agmen paſcitur per valles Idem Aen. 1, 190. Paſcitur in magna ſilua formoſa iuuenca Idem Georg. 3, 219. Paſci ſiluas *i. per ſiluas* Idem ibid. 3, 314. *Sic* Apes paſcuntur arbuta Virg. Georg. 4, 181. Paſcitur pecus diem et noctem Idem ib. 3, 342. Idem Aen. 2, 684 — Tactuque innoxia molli Lambere flamma comas, et circum tempora paſci. Creſcere *interpretatur* Seruius: *ſed puto idem eſſe, quod ali, nutriri a vaporibus.* Ignes nocturni paſcuntur Virg. Georg. 2, 432. Liuor paſcitur in viuis Ouid. Amor. 1, 14, 39.

PASCĬTO, āre. [βόσκομαι] Frequent. *a* Paſco. Varro de R. R. 3, 16 Nunc feras dico, quae in ſilueſtribus locis paſcitant: cicures, quae in cultis.

PASCENS, entis. Part. [νέμων] Agni paſcentes Virg. Ecl. 4, 45. Campus paſcens cygnos Idem Georg. 2, 198. Capellae paſcentes Idem Ecl. 3, 96. Haedi paſcentes Idem ib. 5, 12. Me paſcente Idem ib. 1, 78. Armenta et Pecora paſcentes Iuſtin. 2, 2, 3.

PASCENDVS, a, um. Part. [χορταστέος] Caballi paſcendi Hor. Serm. 1, 6, 103.

PASTVS, a, um. *Aliud* Part. [χορτασθείς, νομευθείς] *Qui cibum vel pabulum ſumſit.* Cic. pro Cluent. 67 c. 25 Vt etiam beſtiae fame dominante, plerumque ad eum locum, vbi paſtae aliquando ſint, reuertantur? Agna paſta gramine Ouid. ex Ponto 4, 8, 41. Boues paſti Virg. Ecl. 5, 24. Capra hedera paſta Scribon. 132. Greges paſtos agere Ouid. Her. 24 ſ. Epiſt. Sabin. 3, 14. Monſtrum paſtum ſanguine Ouid. Met. 8, 170. Vultur paſtus cadauere Sil. 13, 597. Cic. pro Cluent. 72 c. 26 Hic ille planus improbiſſimus, quaeſtu iudiciario paſtus, qui illi pecuniae quam condiderat, ſpe iam atque animo incubaret, contrahit frontem. *i. Nutritus, inquit Budaeus.* Moeror paſtus fletu Sil. 13, 582. Paſtus, *Quod beſtiae pauerunt.* Plin. 9, 3 Paſtaeque radices fruticum remeant.

PASTVS, ûs. m. [νομή, βοσκή] *Et actum paſcendi notat, et ipſum cibum vel alimoniam.* Cic. de Senect. 54 Tum pecudum paſtu, et apum examinibus, tum florum omnium varietate, *etc.* Pecudum paſtus Cic. de Nat. Deor. 2, 99. Matutini paſtus, *vid.* Matutinus, *in* MATVTA. Abiicere animantes ad paſtum, *vid.* ABIICIO. Accedunt ad paſtum animalia alia gradiendo, alia ſerpendo, alia volando, alia nando Cic. de Nat. Deor. 2, 122. Anquirit et parat paſtum et latibula omne genus animantium Idem Off. 1, 11. Capeſſere et conficere paſtum Idem de Nat. Deor. 2, 121. Comparauit paſtum animantibus large et copioſe natura eum, qui cuique aptus erat Cic. ib. 2, 121 c. 47. Decedere campis e paſtu Virg. Georg. 4, 186. Decedens e paſtu exercitus coruorum Idem ib. 1, 381. Plin. 32, 1 Homines quibus in paſtu Eſt, piſcem olent: *h. e. Qui eo veſcuntur.* Fundit ex ſeſe paſtus varios, varieque abundantes beſtiis nihil laborantibus terra; nobis autem aut vix, aut ne vix quidem ſuppetunt ſummo labore quaerentibus Cic. de Fin. 2, 110. Inire paſtum, *vid.* INEO. Nata ad paſtum tarda et languida pecus Cic. de Fin. 2, 39. Reducit veſper vitulos e paſtu ad tecta Virg. Georg. 4, 434. Redire in paſtus Lucan. 2, 604. Paſtus, *de hominibus etiam dicitur:* Cic. Philipp. 11, 4 c. 2 Qui popularetur agros, vexaret vrbes, non ad ſpem conſtituendae rei familiaris, quam tenere eum poſſe negant, qui norunt, ſed ad praeſentem paſtum mendicitatis ſuae? Paſtus hominum Lucret. 6, 1125. Suauiſſimus paſtus animorum oblectatio ſolertiae Cic. Tuſc. 5, 66 c. 23.

PASTIO, ōnis. f. [νόμευσις] *Alimentum pecudum eſt, ſiue etiam Actus ipſe paſcendi. Vnde etiam* Varronis *index ſ. lemma* 3, 1 de Villaticis paſtionibus ad bruta pertinentibus. Idem de R. R. 2, 10 Qui paſcunt in ſaltibus, greges cogere oportet, in paſtione diem totum eſſe, paſcere communiter. Cic. pro Lege Manil. 14 c. 6 Aſia vero tam opima eſt, et fertilis, vt et vbertate agrorum, et varietate fructuum, et magnitudine paſtionis, et multitudine earum rerum, quae exportantur, facile omnibus terris antecellat. Columel. 1 praef. Porculatoris vero et ſubulci diuerſa profeſſio, diuerſae paſtiones. Hygin. Fab. 254 In paſtionem boues mittere.

PASTVRA, ae. f. Pallad. Septemb. tit. 8 Vsque in Maium menſem eius paſtura ſufficiet.

PASCVVS, a, um. Adi. [εὔνομος] Paul. in l. Silua. D. de verb. ſignificat. Siluam paſcuam appellat, quae eſt paſcuis pecudum deſtinata. Plaut. Truc. 1, 2, 47 Non aruus hic, qui arari ſoleat, ſed paſcuus eſt ager. Paſcua rura reddere, *apud* Lucret. 5, 1247 *i. Colere rura, vt apta eſſent paſcendis armentis.*

PASCVVM, i. n. *Plur.* PASCVA, orum. [ἐπινομία, προνομὴ χλόη] *In quibus pecudes paſcuntur, ſiue ager, ſiue pratum, ſiue mons, aut collis fuerit.* Columel. 7, 3, 20 Nec tamen vlla tam blanda ſunt pabula, aut etiam paſcua, quorum gratia non exoleſcat vſu continuo. Longinquae regionis paſcua Idem 7, 3, 11. Idem 7, 1, 1 Rus quod paſcuo caret. Varro de R. R. 2, 11, 3 Paſcuum viride. Ager ſine paſcuo Colum. 7, 12, 10. Herboſa Ouid. Met. 2, 689. Laeta Hor. Carm. 4, 4, 13. Paluſtria, *vid.* Paluſtris, *in* PALVS. Vaſtata Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 168. Intenta paſcuis caprea Hor. Carm. 4, 4, 13. Mandunt paſcua equi Claud. de Rapt. Proſerp. 1,

278. Paſcua, *vt ait* Plin. 18, 3 Etiam nunc in tabulis Cenſoriis dicuntur, Omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc ſolum vectigal fuerat. Cic. de Lege Agrar. 1, 5 Veneat, inquit, ſilua Scantia. Vtrum tandem hanc ſiluam in relictis poſſeſſionibus, an in Cenſorum paſcuis inueniſti?

PASCĀLIS, e. Adi. [νομαδικὸς] Paſcales oues dicuntur, Quae paſſim paſcuntur, *inquit* Feſtus, a paſco, ſiue paſcuis, quaſi Paſcuales Lucil. Paſcali pecore ac montano hirto atque ſoloce. Feſt. in Solox.

PASCVA, ae. f. Tertull. Apol. c. 22 Et quae illi accuratior paſcua eſt, quam vt hominem e cogitatu verae diuinitatis auertat praeſtigiis falſis? Paſcua *hic eſt* Paſtus.

PASCVALIS, e. Adi. *Quod paſtu viuit.* Paſcales vero oues Cato poſuit, pro Paſcuales. Feſtus. Vitulus Vulg. 1 Reg. 28, 24.

PASCVARII, ōrum. m. Qui vectigal dant ex pratorum publicorum conductione: dicti, quod ea conducebantur cauſa paſcendi pecoris.

PASCVE. Adu. *pro Laute.* Abacus paſcue vinolentus Apul. Met. 2 *apud Beroald. p. 197. alii aliter.*

PASCVŌSVS, a, um. Adi. Herba paſcuoſa Apul. de Herb. c. 92.

PASTOR, ōris. m. [νομεὺς, ποιμὴν] *Qui curam habet paſcendi pecoris. Itemque illi, qui rem pecuariam cuiusque generis exercent. Vox ſaepius repetita apud* Catonem, Varronem, *et* Columel. Plin. 12, 5 Intra ſepem eam aeſtiuant paſtores. Cic. pro Flacc. 39 c. 17 O paſtores neſcio quos cupidos literarum. Sacra paſtorum, *Palilia* Ouid. Faſt. 4, 723. Loca paſtorum deſerta Lucret. 5, 1386. Regna paſtorum deſerta Virg. Georg. 3, 479. Iuuen. Sat. 11, 151 Paſtoris duri eſt hic filius, ille bubulci. *Hoc loco* Bubulcos *a* Paſtoribus *ſegregat. Nempe* paſtor *interdum proprie eſt ouium.* Apul. de Deo Socr. p. 44, 29 Velut Paſtor, vel Equiſo, vel Bubſequa, ceu balantium, vel hinnientium, vel mugientium greges interuiſat. Lentus Propert. 4, 11, 29. Suetonius, Tiberium prouinciarum praeſidibus reſcripſiſſe *tradit*, Boni paſtoris eſſe, tondere pecus, non deglubere Tib. 32, 6.

PASTORĀLIS, e. Adi. [ποιμενικὸς, βοτηρικὸς] *Quod ad paſtorem pertinet: vt,* Paſtoralis habitus Liu. 9, 36. Antra Claud. de Nupt. Honor. 114. Cic. de Diuin. 1, 107 Ille Romuli Auguratus paſtoralis non vrbanus fuit, nec fictus ad opiniones imperitorum. Baculum Sil. 13, 334. Cantus Claud. Paneg. 1, 182. (de Laud. Stilic. 1.) Iuuentus Ouid. Faſt. 2, 365. Myrtus Virg. Aen. 7, 817. Signum Columel. 6, 23. Tectum Stat. Theb. 12, 268. Truncus Idem ibid. 4, 301.

PASTORALITER. Adu. Venant. Fortun. 8 in epiſt. quae inter 14 et 15 carm. eſt.

PASTORIVS, a, um. Adi. [νομευτικὸς] *Idem quod Paſtoralis.* Varr. de R. R. 2, 2, 1 An ea, quae mihi heri dixiſti de paſtoria re? *Emendatiora exemplaria habent* Paſtoricia. Habitus Flor. 1, 17, 4. Pales Idem 1, 20, 2. Pellis, *pro Habitu paſtorali* Ouid. Met. 2, 680. Populus, *Romani* Flor. 2, 2, 4. Paſtoriae ſectae innoxia integritas, *de Romanis* Idem 3, 12, 2. Sibila Ouid. Met. 13, 785. Gnauaque ſedulitas venit et paſtoria Virtus Calpurn. Ecl. 5, 105.

PASTORICIVS, a, um. *Aliud* Adi. [ποιμαντικὸς] *Idem.* Cic. Att. 1, 13 Itaque et ludis et gladiatoribus mirandas ἐπισημασίας, ſine vlla paſtoricia fiſtula auferebamus, *h. e. Eximias ſignificationes et gratulationes populi auferebamus, et conſequebamur ſine vllo ſibilo. Saepe enim paſtoribus ſibilus loco fiſtulae eſt, ac ſibilo oris vt fiſtula canunt. Plutarch.* καὶ φανόντος ἐν θεάτρῳ τοῦ Ὄθωνος, ἐξυβρίζων ἐσύριττεν· οἱ δ' ἱππεῖς ὑπέλαβον κρότῳ τὸν ἄνδρα λαμπρῶς· αὖθις δ' ὁ δῆμος ἐπέτεινε τὸν συριγμὸν, *i. Quum in theatro viſus eſſet Otho, populus exſibilabat: equites inſigni plauſu excipiebant: ſed rurſus populus ſibilos augebat. Sic Turneb. et Muretus.* Canis Apul. Met. 9 p. 233. Cic. pro Cael. 26 c. 11 Fera quaedam Sodalitas et plane paſtoricia atque agreſtis germanorum Lupercorum. Vitam paſtoriciam agere Varr. de R. R. 1, 2.

PASTĬCVS, a, um. Adi. *vt,* Haedus ſiue agnus paſticus Apic. 8, 6 *quid ſit, non apparet.*

PASIPHĂE, es. *et* PASIPHĂA, ae. f. [Πασιφάη] *Fuit filia Solis, et vxor Minois, regis Cretae, quam in fabulis ferunt ex tauro genuiſſe Minotaurum, qui partim hominis effigiem habebat, partim tauri.* Propert. 2, 28, 52 Vobiſcum Europe, nec proba Paſiphaë. *Conf.* Hygin. Fab. 40. Virg. Ecl. 6, 45 *et* Aen. 6, 24. Ouid. de Arte Am. 1, 289 *etc.* Sil. 8, 471. *Vid.* MINOTAVRVS. Paſiphaë, Circe, et Aee e Perſide Oceani filia natae, patre Sole, in numero dearum habentur Cic. de Nat. Deor. 3, 48. Idem de Diuin. 1, 96 Qui praeerant Lacedaemoniis, non contenti vigilantibus curis in Paſiphaae fano, quod eſt in agro propter vrbem, ſomniandi cauſa excubabant.

PASIPHAĒĬVS, a, um. Adi. [Πασιφαήϊος] Ouid. Met. 15, 500 — me Paſiphaëia quondam Tentatum fruſtra, *etc. i. Phaedra, quae Paſiphaës fuit filia ex Minoë.*

PASITHEA, ae. f. [Πασίθεα] *Vna ex tribus Gratiis, vt quidam volunt.* Dea Paſithea Catull. 61, 43. Non hoc Paſithea blandarum prima ſororum Stat. Theb. 2, 286.

PASITIGRIS, *Nomen Tigris fluuii ea in parte, qua duo eius aluei confluunt.* Plin. 6, 27 Tigris citra Seleuciam Babyloniam CXXV. M. paſſuum diuiſus in alueos duos, altero Meridiem ac Seleuciam petit, Meſenem perfundens: altero ad Septentrionem flexus, eiusdem gentis tergo campos Cauchas ſecat. Vbi remeauere aquae, Paſitigris appellatur.

PASSA, *vid.* PASSVM.

PASSAGARDAE, Caſtellum in Media, Cyri ſepulcro nobile, non procul ab Ecbatana Plin. 6, 26.

PASSALES et oues, et gallinae appellantur, quod paſſim paſcuntur. Paull.

PASSER, *cognominatus eſt* M. Petronius *memoratus a* Varr. de Re Ruſt. 3, 2.

PASSER, ĕris. *dubii generis.* [στρουθὸς] *Auis vulgo nota.* Plin. 10, 36 Contra paſſeri minimum vitae, cui ſalacitas par. Mares negantur anno diutius durare: argumento, quia nulla Veris initio appareat nigritudo in roſtro, quae ab aeſtate incipit. Feminis longiuſculum ſpatium. *Add.* Plin. 18, 17 *etc.* Ilia paſſeris Hor. Serm. 2, 8, 29. Ex paſſerum numero, belli Troiani annos auguratus eſt Calchas Cic. de Diuin. 1, 72. *Add.* Id. ib. 2 c. 29 *et* 30. Id. de Fin. 2 c. 23. Paſſer marinus, *a* Plinio 32, 11 *recenſetur inter Piſcium genera.* Plaut. Perſ. 2, 2, 17 Curriculo vola. P. iſtuc marinus paſſer per Circum ſolet. Feſtus, Paſſer marinus, quem vocat vulgus ſtruthiocamelum. *Siponinus* Stritomellum *legit, et auis genus eſſe dicit. Quidam* marinum paſſerem *eundem eſſe dicunt cum noſtra* ſolea, *quam vulgo vocamus: alii vero* paſſeres *putant noſtris* carletis *ſimiliores.* Marinus *autem vocatur* paſſer, *vt reor, quod ex Africa in Italiam mari aduceretur. Turneb.* Paſſer piſcis a rhombo hoc tantum differt, quod rhombo ſitus corporis dexter reſupinatus eſt: paſſeri laeuus Plin. 9, 20 *pr.* Hor. Serm. 2, 8, 29 Vt vel continuo patuit, cum paſſeris, atque Inguſtata mihi porrexit ilia rhombi. *Vid.* Columel. 8, 16. *Et* Plin. 9, 20. *et* 31, 11. Ouid. Hal. v. 125.

PASSERCŬLVS, i. m. Dimin. [στρουθίον] Cic. de Diuin. 2, 65 c. 30 Cur autem de paſſerculis coniecturam facit, in quibus nullum erat monſtrum: de dracone ſilet, qui (id quod fieri non potuit) lapideus dicitur factus?

PASSĔRĪNVS, a, um. Adi. Pompon. *apud* Non. 2, 335 At te obiectes fruſtatim paſſerinum prandium.

PASSERNĬCES, um. f. *Cotes ſunt, quae trans Alpes inueniuntur, aqua aciem trahentes.* Plin. 36, 22 Repertae ſunt in Italia aqua trahentes aciem acerrimo effectu: necnon et trans Alpes, quas Paſſernices vocant.

PASSIENVS Criſpus, bis Conſul, Orator, Agrippinae matrimonio et Nerone priuigno clarior. Eum arborem amaſſe, complexum, ei libaſſe Plin. 16 c. vlt. narrat. *Vid.* CRISPVS Paſſienus.

PASSIM. Adu. [πανδημεὶ, ἀνέδην] *Hic ibi, ſparſim, a Pando: ita tamen, vt ſimul temere et ſine lege vel ordine aliquid fieri intelligamus.* Cic. pro Font. 23 Hi contra vagantur laeti atque erecti paſſim toto foro. Idem pro Muraen. 63 c. 35 Num locum ad ſpectandum dare, aut ad prandium inuitare? minime: ſed Vulgo, paſſim. quid eſt Vulgo? vniuerſos. Bacchari paſſim in montibus Lucret. 5, 822. Currentia paſſim vina riuis Virg. Georg. 1, 132. Diuidi paſſim et peruulgari, atque edi Pop. Roman. imperaui Cic. pro Sulla 42 c. 15 *pr.* Paſſim et libere leuandi laboris ſui cauſa opere ſolutas aues volitare videmus Idem de Orat. 2, 23. Sternuntur paſſim corpora per vias Virg. Aen. 2, 364. Vagari paſſim tota regione Idem ibid. 6, 886. Vagantes huc et illuc paſſim volucres natura efficit Cic. de Diuin. 2, 80 c. 38. Lactant. . . . . Creditur ei paſſim tanquam cognitae veritati. Idem 2, 6, 13 Eo paſſim confugerunt ex finitimis locis, peſſimi quique ſine vllo conditionis diſcrimine. Cic. de Orat. 1, 191 Paſſim licet carpentem et colligentem vndique repleri iuſta iuris Ciuilis ſcientia. Virg. Aen. 3, 510 — paſſimque in litore ſicco Corpora curamus. Paſſim *et* Ordinatim, *contraria.* Cic. Fam. 11, 13 Biduo me Antonius anteceſſit, itinera multo maiora fugiens, quam ego ſequens, ille enim iit paſſim, ego ordinatim. Lactant. 2, 5, 13 *de ſtellis*, Si Dî eſſent, huc atque illuc paſſim ſine vlla neceſſitate ferrentur, ſicut animantes in terra; quarum quia liberae ſunt voluntates, huc atque illuc vagantur vt libuit. Lactant. 3, 9, 5 At ego hunc puto non inuenientem, quid reſponderet, effudiſſe hoc paſſim, ne taceret, *i. temere, vt pulchre oſtendit ad h. l. Bunemannus, qui inter alia laudat* de Ira 10, 17 Quisquamne ſanus exiſtimat, quod homo ratione et conſilio facere non poſſit, id concurſu atomorum paſſim cohaerentium perfici potuiſſe, *quod idem eodem loco dixit* temere, *et* ſine ratione. Perſ. 3, 60

Eſt aliquid quo tendis, et in quod dirigis arcum?
An paſſim coruos ſequeris, teſtaque lutoque?
Securus, quo pes ferat, atque ex tempore viuis?

PASSIO, ŏnis. f. *Vid.* PATIOR.

PASSIVVS, *etc. vid. ſub* PANDO *et* PATIOR.

PASSVM, i. n. [γλυκὺ] Liquoris genus eſt, *inquit* Nonius 17, 16 quod ex vua paſſa rogitur. Vua autem ideo paſſa dicitur, quod in ſiccando paſſa eſt ſolem. *Verius, puto dixiſſet, paſſum ſiue panſum eſt ad ſolem. Sed tamen etiam ſic* Plin. 14, 1 Quin etiam et a patientia nomen acinis datur paſſis. Ibid. c. 9 *de dulcium vinorum generibus*, Paſſum, a Cretico Cilicium probatur et Africum et in Italia prouinciiſque finitimis. Fieri certum eſt ex vua, quam Graeci ſticam vocant, nos apianam. Item ſcirpula, diutius in vite ſole vuis aduſtis, aut feruente oleo. Quidam e quacunque dulci, dum praecocta alba faciunt ſiccantes ſole, donec paullo amplius dimidium pondus ſuperſit, tuſaſque leniter vuas exprimunt. Deinde quantum expreſſere, adiiciunt vinaceis aquae puteanae, vt et ſecundarium paſſum faciant. Diligentiores eodem modo ſiccatis acinos eximunt: ac ſine ſarmentis madefactos, vino excellenti, donec intumeſcant, premunt. Et hoc genus ante caetera laudant. Ac ſimili modo aqua addita, ſecundarium faciunt. *Add.* Plin. 20, 19. *Paſſi faciundi ex vuis inſolatis rationem fuſiſſime docet* Columel. 12, 37. *Conf.* Virg. Georg. 2, 93. Celſ. 2, 10. Iuuen. Sat. 14, 270. Plaut. Pſeud. 2, 4, 51. Apic. 2, 3. Scribon. 31. 121. *qui* Creticum paſſum laudat 30 *et* 63. *Vt* Paſſum *videtur dictum eſſe intellecto nomine* vinum, *ita in* Paſſa aqua *ſubauditur. Differuntque adeo vt* Mulſa *et* Mulſum. *Quamquam neque Columella l. c. neque Plinius id diſcrimen diſerte indicarunt, cum* paſſum *etiam dicant, vbi aqua vuis paſſis affunditur. Certe*

PASSA, ae. f. Gellio 10, 23 *a vino diſtinguitur, qui vbi docuit, mulieres ſemper a vino abſtinuiſſe, addit,* Bibere autem ſolitas ferunt loream, paſſam, murinam, et quae id genus exſtant potu dulcia.

PASSVS, Partic. *a* PANDO *et* PATIOR, *vid. ſſ. ll.*

PASSVS, ûs. m. [βῆμα] Paſſus *a* paſſis *manibus pedibusue dici videtur: eſt autem pedum quinque, quod colligere licet ex deſcriptione ſtadii, quae habetur* Plin. 2, 23 Stadium, *inquit*, centum vigintiquinque noſtros efficit paſſus, hoc eſt pedes ſexcentos XXV. *Sic etiam* Capella 6 p. 198 Singula ſtadia centum vigintiquinque paſſibus explicata. *Accipitur autem non modo pro menſura longitudinis eius, quam diximus, verum etiam pro ipſo actu pandendi pedes, et ſic progrediendi.* Aegri paſſus Valer. Argon. 3, 357. Ambiguis paſſibus fortuna volubilis errat Ouid. Triſt. 1, 8, 15. Lenti Idem Met. 2, 573. Perpauculi, *vid.* PERPAVCVS. Rapidi Valer. Argon. 6, 489. ¶ 2 *Verba:* Abeſt ab oppido circiter millia paſſuum decem Nep. 1, 4. Accurrere rapidis paſſibus, *poëticum eſt: vid.* ACCVRRO. Ambulare quingentos paſſus, *vid.* AMBVLO. Ambulare millia paſſuum ſeptingenta triduo Cic. pro Quint. 79. Aſſociare paſſus alicui Stat. Theb. 3, 454. Conficere paſſus, *vid.* CONFICIO. Fl. Virginius interrogauit de quodam ſuo antiſophiſta, quot millia paſſuum Declamaſſet Quinctil. 11, 3, 126 *de oratore diſcurſante inter agendum.* Deducere paſſus mille in altitudinem, *vid.* DEDVCO. Deſide paſſu ire Stat. Silu. 5, 2, 61. Explicans citatis paſſibus celerem curſum Senec. Hippol. 10. Non faciente ſtrepitum paſſu venit ſenectus Ouid. Triſt. 3, 7, 36. Incedere inerti paſſu Idem Met. 2, 772. Inceſſit tardo paſſu Idem ibid. 10, 49. Seſe Menſum pedibus aiebat paſſuum CCCC Cic. ad Q. Frat. 3, 1, 2. Mouens ſonoro paſſu aurichalca Valer. Argon. 3, 61. Peragrare paſſibus disiunctiſſimas

terras

terras Cic. pro Marcell. 5 c. 2. Petere aliquem cito paſſu Ouid. Faſt. 2, 741. Praeterire tacito paſſu Claud. de Sext. Conſ. Hon. 509. Procedere anili paſſu Ouid. Met. 13, 333. Proferre paſſus proceros Lucret. 4, 825. Radere ſicco freta paſſu Ouid. Met. 10, 654 *hyperbolica celeritatis deſcriptio.* Sequitur admiſſo veſtigia paſſu, *i. Paſſu veloci* Ouid. Met. 1, 532. Sequi aliquem aequis paſſibus Virg. Aen. 2, 724. Spatiantur coniunctis paſſibus ambo Ouid. Met. 11, 64. Venit ingenti paſſu Idem Amor. 3, 1, 2. Venit tremulo horrida paſſu hiems Idem Met. 15, 212. Volare alite paſſu Idem ibid. 10, 587. Vrgere veſtigia trepidis paſſibus Stat. Theb. 2, 646.

PASTILLVM, eſt in ſacris Libi rotundi genus. Feſt.

PASTILLVS, i. m. Dimin. [τροχίσκος] *a Paſta dicerem, ſi ea vox antiquum auctorem haberet, non tota recentium Italorum videretur, ne Feſto quidem cognita, qui* Paſtillus *inquit*, forma panis parui. Vtique diminutiuum eſt a pane. *Ad delicias odoris pertinent, de quibus* Hor. Serm. 1, 2, 27 Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. *Pilulas vnguentarias exponit Eraſmus. Trochiſci Graece dicuntur ab orbiculari forma,* Quidam tradunt lauari, atque ita ſiccatam digeri in paſtillos Plin. 27, 12. Radicem terentes digerunt in paſtillos ſole ſiccatos. Id. 33, 6 *de ſtimmi, ſiue ſtibio, quod in argenti metallis inuenitur,* Quod ibi ſubſidit, flos intelligitur, ac linteolo interpoſito in ſole ſiccatur, non vt perareſcat: iterumque in mortario teritur, et in paſtillos diuiditur. Paſtilli, Emplaſtra, Malagmata, *cognata ſunt genera in inſtrumento chirurgico: inter ſe tamen differentia, vt late docet* Celſ. 5, 17 *Breuiter* Paſtilli fiunt ex metallicis, *quae* laborioſe conteruntur, *et* aliquo humore iunguntur, *et in vſu* rurſus eiusdem generis humore diluuntur, tumque illinuntur, *etc. Vtitur* Scribon. 42. 52. 115. *Vid. Galen. 5 de Compoſ. medic. ſecund. genera 6, 1. 2. 3. 4. Et Barth. Aduerſ. 36, 3.*

PASTILLICO, āre. Plin. 21, 8 ſ. 25 Luteus et bellio paſtillicantibus quinquagenis quinis barbulis coronatur. *Sipontinus* Patulicantibus *legit, quod Hermolaus non probat. Recte interpretatur Hard. Paſtilli inſtar quoddam habentibus. Quid ſi* piſtillicantibus? piſtilli *certe in tali* barbula *ſimilitudo facilius, quam* paſtilli *intelligitur. Viderint Botanici.*

PASTĬNĀCA, ae. f. [σταφυλῖνος] *Herba, cuius radix in cibo eſt.* Plin. 19, 5 Ex iis paſtinacae vnum genus agreſte ſponte prouenit, ſtaphylinos Graece dicitur. Alterum ſeritur radice vel ſemine, primo Vere vel Autumno, vt Hygino placet Februario, Auguſto, Septembri, Octobri, ſolo quam altiſſime refoſſo. Annicula vtilis eſſe incipit, bima vtilior, gratior Autumno, patiniſque maxime. Agreſtis, Erratica Plin. 20, 5. *et* 25, 9. Pratenſis Idem 21, 15. *Add.* Columel. 9, 4. *Et* 6, 17. ¶ 2 Paſtinaca, *Piſcis genus, de quo* Plin. 9, 42 Nam paſtinaca latrocinatur ex occulto, tranſeuntes radio (quod telum eſt ei) figens. Argumenta ſollertiae huius, quod tardiſſimi piſcium hi mugilem velociſſimum omnium habentes, in ventre reperiuntur. *Eo* nihil veneratius Plin. 9, 47. *Add.* Idem 32, 7 ſ. 13. *et* 11 ſ. 8. *Et* Celſ. 6, 9 Et plani piſcis, quam noſtri paſtinacam, Graeci τρυγόνα vocant, aculeus torretur. *Nomen ex eo inueniſſe videtur Turnebo 8, 23 vt radix, quod Paſtino ſimilis ſit: ſcribendumque* Paſtinatam, *quod telum quaſi paſtinum habeat: radici etiam a forma paſtini haeſiſſe nomen arbitratur, atque eſſe potius* paſtinatam, *vt alia nomina ſimilitudinis in eam ſyllabam exeunt. Viderit, quid faciat nomine minime raro apud Plinium. Quamquam audet etiam* Verbenacam *in* Verbenatam *mutare. Radicem non* bifurcam, *ſed ſimplicem deſcribunt: aculeus* Paſtinacae *piſcis ipſe quoque ſimplex.*

PASTĬNVM, i. n. [σκάφιον, σκαφεῖον] *Inſtrumentum vinitorium.* Columel. 3, 18, 1 Sed Iulius Atticus praetorto capite, et recuruato, ne paſtinum effugiat, praedictum ſemen demerſit. Paſtinum vocant agricolae ferramentum bifurcum, quo ſemina panguntur. Vnde etiam repaſtinatae dictae fuere vineae veteres, quae refodiebantur. Haec enim propria appellatio reſtibilis vineti erat. Nunc antiquitatis imprudens conſuetudo, quidquid emoti ſoli vineis praeparatur, Repaſtinatum vocat. *Et* ſ. 6 Quare pangendi optima eſt ratio recti malleoli, cuius imum caput, cum conſertum eſt bifurco paſtini, anguſtis faucibus ferramenti facile continetur ac deprimitur. ¶ 2 Paſtinum *vocatur etiam ager vineae accipiendae paratus.* Pallad. Ian. 10, 1 Paſtinum fieri nunc tempus eſt: quod fit tribus generibus, aut terra in totum foſſa, (*hoc* paſtinum *velut* κατ' ἐξοχὴν *vocat* Febr. 9, 13 *et al.*) aut ſulcis, aut ſcrobibus. *Omnem itaque rationem mouendae humi* paſtinum *appellat. Sic* Paſtinum effodi quando incipiat Dec. 2. Paſtini menſura *praecipitur* Ian. 12. Paſtinorum latitudini ſtudere Pall. 1, 7, 2. Paſtinum vineaticum vt conferendum Id. Feb. 9, 11. Ad paſtini ſimilitudinem fodies hortum Id. 1, 34, 2. *Sic etiam accipitur* a Papiniano l. 7 ff. Soluto matrimonio §. 16 Paſtinum inſtituere. *Hinc*

PASTĬNO, āre. [σκάπτω] *eſt Agrum, ſpeciatim vineam, fodere.* Columel. 3, 13 Nunc paſtinandi agri propoſitum eſt rationem tradere. Ac primum, ex omni ſiue arbuſtiuo ſiue ſiluestri loco, quem vineis deſtinauerimus, omnis frutex atque arbor erui et ſummoueri debet, ne poſtea foſſorem moretur, neue iam paſtinatum ſolum iacentibus molibus imprimatur, et exportantium ramos atque truncos ingreſſu proculcetur. *Vid.* Idem 11, 3, 9. *Et* Pallad. Ian. tit. 10. *it.* 13, 7. Vineam paſtinauit homo Vulg. Marc. 12, 1.

PASTINĀTVS, ūs. m. [σκαφή] *Ipſa paſtinatio.* Plin. 17, 20 Alba populus ſeritur bipedaneo paſtinatu.

PASTINĀTVM, i. n. [ἐσκαμμένον] Columel. 3, 10 Siue enim paſtinato deponitur, ſiue trunco inſeritur, largioribus ſatiatur alimentis, quam prius, quum eſſet in egeno. *De vite. Sic* 4, 4 Facta in paſtinato ſcrobe. Suſpenſiſſimum paſtinatum Colum. 3, 13, 7. De paſtinato eximuntur viuiradices Idem 3, 13, 11.

PASTINATIO, ōnis. f. [σκαφεία] Columel. 3, 12 *extr.* Quibus omnibus diligenter exploratis, tum paſtinationem ſuſcipiemus. Plin. 17, 21 De paſtinatione dictum eſt. Altitudo paſtinationis Columell. 3, 13. Menſura paſtinationis Idem 11, 2.

PASTINĀTOR, ōris. m. [σκαπτήρ] Columel. 3, 13, 12 Nam duas regulas eius latitudinis, qua paſtinator ſulcum facturus eſt, in ſpeciem Graecae literae χ, decuſſauimus. *Vtitur et* Firmic. 5, 4.

PASTIO, *vid.* PASCO.

PASTOMIS, *vid.* POSTEMIS.

PASTOS, [παστός] *Velum, ſipariumue variegati operis, quod thalami, i. interioris in templis quibusdam receſſus ſ. adyti foribus praetenderetur. Hinc*

PASTOPHORI, ōrum. m. *dicti videntur interioris quidam admiſſionis ſacerdotes, quorum aliquoties mentionem facit* Apuleius Met. 11. *Nempe* p. 265, 15 Coetu Paſtophorûm, quod ſacroſancti collegii nomen eſt, velut in concionem vocato. *De his nudo dixerat,* Quique diuinas effigies progerebant, et qui venerandis penetralibus pridem fuerant initiati, intra cubiculum deae (*poſt* παστὸν) recepti. P. 271 *pr. per quietem* vidit quendam de ſacratis, linteis intectum, qui thyrſos et hederas, et tacenda quaedam gerens, *etc. De hoc deinde,* De Paſtophoris viuum conſpexi ſtatim — ſtatu atque habitu examuſſim nocturnae imagini congruentem. *Denique in ipſo* fine libri Apuleium Oſiris in collegium Paſtophororum ſuorum, immo inter ipſos Decurionum quinquennales elegit: *ipſeque* collegii vetuſtiſſimi et ſub illis Sullae temporibus conditi munia gaudens obibat. Παστοφόρια *in templis* thalamos *interpretatur* Hieron. in Ezech. 40 p. 246 H. *Froben.*

PASTOR, PASTORALIS, PASTORICIVS, PASTORIVS, PASTVS, *etc. vid.* PASCO.

P A T

PĂTĂGIVM, i. n. Feſt. Patagium eſt, Quod ad ſummam tunicam aſſui ſolet, quae et Patagiata dicitur. Patagiarii vero ſunt, Qui eiusmodi opera faciunt. Apuleius Met. 2 p. 119 Vberes enim crines leniter emiſſos, et ceruice dependulos, ac deinde per colla diſpoſitos, ſenſimque ſinuato patagio recedentes paullisper ad finem conglobatos, in ſummum verticem nodus adſtrinxerat. *Quo in loco Beroaldus dicit* Patagium *id genus ornamenti dici, quod mulieres in ſumma camiſiae parte circa collum aſſuunt, criſpiſſimum, et, vt inquit* Apuleius, pinnatum. Non. 14, 19 Patagium, aureus clauus, qui pretioſis veſtibus immitti ſolet. *Vid. Scal. Append. ad Coniect. in Varr. de L. L. p. 117, 24 ſ. p. 192 vbi ait* Patagium *fuiſſe matronis, quod* clauus *viris. Spon. Miſcell.* §. 6 p. 224. *Reineſ.* Inſcript. claſſ. 11 n. 83. Salmaſ. de Pall. 190.

PATAGIARIVS, i. m. *Qui patagia conficit.* Plaut. Aul. 3, 5, 35 Patagiarii, induſiarii. *Conf. Cerda Aduerſ. 185. 10.*

PATAGIĀTVS, a, um. Adi. Plaut. Epid. 2, 2, 47 Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam, linteolum caeſicium, induſiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam.

PĂTĂGVS, i. m. *Legimus in Feſti commentariis* Patagum, Morbi genus eſſe, *neque praeterea quidquam reperimus: quod enim morbi genus ſit, nobis cogitandum reliquit vel ipſe, vel eius abbreuiator. Fere crediderim, inquit Turnebus, Morbum eſſe vitis, qui* πάτταγος *apud Theophraſtum ſcribitur. Eius verba ſunt,* καθάπερ ἔνιοι κελεύουσι πάτταγον ἐυλαβούμενοι: *vbi Theodorus* πάσσαλον *legiſſe videtur, quum Paxillum interpretetur: ac videtur hoc morbi genus eſſe, quum ſauciatur ligone in ablaqueatione, vt ſit* Patagus, *Plaga et percuſſio. Haec ille. Capitis eſt conquaſſatio et rotatio fanatica, in* Plauti fragmento, *quod citat* Macrob. Saturn. 5, 19 Mecum habet, *i. habitat* Patagus, aes, morbus. *Sic certe interpretatur Pontanus. De morbo* Patago *Scaliger l. c. Nomen a maculis habet morbus ille peſtilens, quo correptus qui moritur, nullum indicium morbi relinquit praeter naeuulos in parte corporis. Neſcio an aliquid ad rem faciat, quod Germanorum* Schlag, *vt* Patagus (*a* πατάσσω) *et* ictum *notat, et morbum* Apoplexian *vel* Hemiplexian *certe, et veſtis circa collum et manicas ornatam replicationem, etc.*

PATĂLIS, e. Adi. *Idem quod Patens.* Plaut. Truc. 2, 2, 22 Ita me amabit ſarculum, Vt ego me ruri hamaxari mauelim patalem bouem. *Patalem bouem appellat,* Cuius cornua diuerſa ſunt, ac late pateant. Paullus Feſti. *Sunt, qui legant* Patulam bouem. *Et vid. ſupra* BOS camurus. *Graeci quoque eiusmodi boues* πετάλους *vocant, vt obſeruat Scalig. in Coniect. p. 43.* Patulam, *Gr.* ἐυρυμέτωπον, *praefert ac probat Meurſ. Exercit. crit.* l. 1 p. 251 ſq. *In MSS. etiam Palatinis* patulum bouem *inuenit Gruterus.*

PATALE, Portus celeberrimus in India, in quo Sol dexter oritur, vmbrae in Meridiem cadunt Plin. 2, 73.

PATĂLĒNA, ae. f. *Dea frumenti cum folliculi eius pateſcunt. Vid.* Auguſtin. de Ciu. Dei 4, 8. *Al.* Patelene *et* Patellana. *Vid. Elmenh. in* Arnob. p. 131.

PATĂRA, ae. f. [Πάταρα] *Vrbs Lyciae, vbi Apollo dabat reſponſa. Dicta a* Pataro *Apollinis filio, vel ab alio* Pataro *Lapeonis filio. Hinc*

PATARĒVS, a, um. Adi. [Παταρεῖος] Stat. Theb. 1, 696 Phoebe parens ſeu te Lyciae Patarea niuoſis Exercent dumeta iugis. Ouid. Met. 1, 516 Patareaque regia ſeruit. Patareus, *triſyll. Cognomen Apollinis.* Hor. Carm. 3, 4, 64 Patareus Apollo.

PATERĒIS, ĭdos. f. *Adi.* Auien. Deſcript. Orb. 684 Qua frons tenta ſalo Patareidos eminet arcis.

PATAVIVM, i. n. [Πατάυιον] *Ptolem. 5, 1 Vrbs eſt in Ponto ſiue Bithynia.* ¶ 2 *Eſt item vrbs Italiae, ab Antenore condita; patria Liuii hiſtorici. Ptolem. 3, 1 Exſtat hodie in eadem vrbe Antenoris, ſi Dis placet, ſepulcrum cum huiusmodi inſcriptione, (Grut. Suppoſ. 9, 7)*

Inclytus Antenor patriam vox Niſa quietem,
Tranſtulit huc Henetos, Dardanidumque fugas.
Expulit Euganeos, Patauinam condidit vrbem:
Quem tenet hic humili marmore caeſa domus.

Sed quod ipſe Sertorius Vrſatus ſuppoſitum fatetur, Monum. Patau. 1, 10 p. 310 ſqq. Certius elogium exſtat Virg. Aen. 1, 251 *de Antenore* Hic tamen ille vrbem Patauî, ſedesque locauit.

PATAVĪNVS, a, um. Adi. Patauinus ager Plin. 3, 16. Patauina puella Martial. 11, 17 *eſt caſte et ſeuere educata.*

PATAVINĬTAS, ātis. f. [τὸ παταυινήσιον] Quinctil. 1, 5, 56 Quemadmodum Pollio deprehendit in Liuio Patauinitatem. *De hac vide D. G. Morhofii librum. Collato* 8, 1, 3 *illud certe apparet, intelligi peregrinitatem aliquam in vocibus, quae in vrbe Roma vel plane non vſitatae eſſent, vel alio intellectu adhiberentur. Nugae ſunt, quae de ſtudio Pompeianarum partium, aut alia quacunque re praeter eam, quam diximus, ex Quinctiliano quidem, Liuio imputantur.*

PATEFACIO, *vid.* PATEO.

PATELLA, ae. f. [λεκάνιον] *Videtur Diminut.* ex Patera, Patina *vel* Patena, *certe a verbo* Pateo *dicta, quod vaſa ſic dicta non tegunt quidquam, ſed patens et apertum habent, infuſum aut impoſitum quidquid fuerit.* Feſtus: Patellae, Vaſa picata, parua, ſacrificiis faciendis apta. Varr. Manio, *apud* Non. 15, 6 Quocirca oportet bonum ciuem legibus parere, et deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας. *In patella diis apponebantur epulae, quum res diuina diis penatibus laribusque fiebat, aut de coena eis libabatur: patera vinum libabatur: turibulo tus adolebatur vaporabaturque. Haec Turneb. Aduerſ. 8, 10.* Cic. Verr. 4, 46 Patella grandis cum ſigillis ac ſimulacris deorum. Idem de Fin. 2, 22 Atqui reperiemus aſotos primum ita non religioſos, vt edant de patella: deinde ita mortem non timentes, vt illud in ore habeant, *etc.* Aeris Cyprii Scribon. 37. *i. ex aere Cypr.* Hor. Epiſt. 1, 5, 2 Nec modica

modica coenare times olus omne patella. *Et* Martial. 5, 79, 6 Ponetur digitis tenendus vſtis Nigra coliculus virens patella. *Et* Iuuen. Sat. 5, 85 Ponitur exigua feralis coena patella. Martial. 13, 81 Quamvis lata gerat patella rhombum, Rhombus latior eſt tamen patella. Ouid. Faſt. 2, 634 Nutriat intinctos miſſa patella cibos. Cultrix foci ſecura patella Perſ. 3, 26. Fictilis Scribon. 57. Fragiles Iuuen. Sat. 6, 343. Pura patella fert cibos Ouid. Faſt. 6, 310. In patella decoctum pulmentarium Plin. 19, 8. Coquere patella fictili Scribon. 228. Liquefit noua patella axungia Idem 267. Reſoluere patella Idem 173. ¶ 2 Patella, *Morbus arborum.* Plin. 17, 24 Olea clauum etiam patitur, ſiue fungum placet dici, vel patellam. Haec eſt ſolis exuſtio. ¶ 3 Patella *etiam dicitur os paruum in anteriore genu. Vid.* Celſ. 8, 1.

PATELLANA, *et* PATELLA, *Dea, apud* Arnob. 4 p. 131. *Vid.* PATALENA.

PATELLARIVS, a, um. Adi. [λεκανικός] Patellarii dii Plaut. Ciſtell. 2, 1, 46. *i. Lares et Penates: certe minutos quosdam, qui patellis non pateris colerentur, intelligere videtur.*

PATENA, ae. f. [λοπὰς] *pro* Patina. Columel. 12, 43 *de vuis ſeruandis*, Columella patruus meus ex ea creta, qua fiunt amphorae, lata vaſa in modum patenarum fieri iubebat. *Ex quo loco patet*, Patenam *labra grandia habere.* *Alia exemplaria habent* Patinarum. *Conf.* Phaedr. 1, 21 Et illi in patena liquidam poſuiſſe ſorbitionem. Veg. Mulom. 1, 56 Patenam *poſuit pro alueo, in quo hordeum equis apponitur.*

PĂTEO, ui, ēre. [διακαλύπτομαι, ἀνέῳγμαι] *Apertum eſſe.* Ter. Eun. 5, 8, 29 Si hoc efficio, poſtulo, vt mihi tua domus te praeſente, abſente pateat, inuocato vt ſit locus. Idem 1, 2, 9 Semper tibi patent fores hae. Caeſ. Bell. Gall. 6, 22 Iis omnium domus patent, victusque communicatur. Alpes patent a ſupero mari ad inferum Nepos Frag. 8, 1. Fores concuſſae patuere Ouid. Met. 2, 768. Noctes atque dies patet atri Ianua Ditis Virg. Aen. 6, 127. Iugerum in latitudinem patet dimidio *longitudinis* Quinctil. 1, 10, 42. *Add.* 11, 3, 118. *item* Iuſtin. 2, 2, 2. *Sic* Plin. 12, 14 Schoenus patet Eratoſthenis ratione ſtadia XL. Locus fugae patet Liu. 27, 18. Nares ſemper propter neceſſarias vtilitates patent Cic. de Nat. D. 2, 145. Quantum Nux auellana media patet Scribon. 120 *i. capit.* Pectus patuit ferro Ouid. Met. 13, 392. Tecta patuerunt Idem ib. 14, 575. Valuae Concordiae non patent Cic. Phil. 2, 112. Via patuit in caelum Senec. Med. f. 12. Cic. Fam. 15, 2 Iter eos per Cappadociam, quod ea maxime pateret, eſſe facturos. Idem Att. 10, 15 Quod ſi nobis is curſus, quem ſperabam, pateret, effeciſſem aliquid profectō, vt tu optas, vt hortaris, dignum noſtra mora. Cic. Somn. Scip. c. 3 Niſi enim quum deus is, cuius hoc templum eſt omne, quod conſpicis, iſtis te corporis cuſtodiis liberauerit, huc tibi aditus patere non poteſt. Aditus patet ad aliquid, *vid.* ADEO, īre. Patere *et* Obſtrui, *contraria.* Cic. de Clar. Orat. 16 Nec ex conditis, qui iacent in tenebris, et ad quos omnis nobis aditus, qui paene ſolis patuit, obſtructus eſt. ¶ 2 *Metaphor.* Cic. pro Muraen. 28 Quod omnibus patet, et aeque promtum eſt mihi et aduerſario meo, id eſſe gratum nullo pacto poteſt. *Loquitur de opera Iuriſconſulti, quam ille vtrique parti praeſtat. Sed ad facilem intelligentiam refertur.* Cic. de Orat. 1, 23 c. 6 Sed quum illa pateant, in promtuque ſint omnibus, neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari, aut planius exprimi poſſint, dabis veniam mi frater, *etc.* Atria patuerunt doctis libellis Ouid. Triſt. 3, 1, 71 *i. admiſſi, et beneuole excepti ſunt.* Cic. Q. Frat. 1, 1, 18 Facillimos eſſe aditus ad te: patere aures tuas querelis omnium. *i. Te omnium querelas libenter audire.* Auaritia latiſſime patet Idem Off. 1, 24 c. 7. Ars haec late patet, et ad multos pertinet, *vid.* LATVS. Cauſae patuere Ouid. Faſt. 4, 17. Indigni, quibus eadem pateat Conditio, vt etiam proſit vobis fraus, petitis, *Scipio ad Hannibalem apud* Liu. 30, 31. Irae deûm patuere Lucan. 2, 1. Cic. Att. 4, 13 Velim domum ad tuos ſcribas, vt mihi tui Libri pateant, non ſecus ac ſi ipſe adeſſes. Locus patet literis Latinis illuſtratus Cic. de Diu. 2, 4. Late patere Quinct. 7, 2, 42 *dicit* Conſilia, *i. multa eſſe, quae de illis quaeri dicique poſſint.* Nomen in aduerſariis patere contendit Cic. pro Q. Roſc. c. 2 *pr.* Idem pro Corn. Balb. 24 Iniurioſum et contumelioſum eſt, his praemiis, et his honoribus excluſos eſſe fideliſſimos et coniunctiſſimos ſocios, quae pateant ſtipendiariis, pateant hoſtibus, pateant ſaepe ſeruis. Virginitas patet amanti Ouid. Met. 14, 135. Patent haec omnibus ad viſendum Cic. Verr. 4, 4. Salluſt. in Catil. c. 10 *pr.* Vbi cuncta maria, terraeque patebant. *Subaud.* Romanis. *Loquitur de amplitudine Romani imperii. Conf.* Propert. 4, 7, 73. Domum ſe contulit, teque Alexandrinum bellum gerente Vtilitatibus tuis patuit Cic. pro Deiot. c. 5. *al.* Paruit. Celſ. 2, 1 Longis morbis ſenectus, acutis adoleſcentia magis patet, *aditum praebet, obnoxia eſt.* *Sic* patet, *qui vulnerari poteſt:* Virg. Cul. 193 Foedeque patentis Ictibus oſſa ferit. *Ad rem veneream pertinet.* Pectora dum gaudent, nec ſunt adſtricta labore Ipſa patent, blanda tunc ſubit arte Venus Ouid. A. A. 1, 361. Nec tibi tener puer patebit vllus Tibull. in Priapeio. *Conf.* Ouid. Met. 14, 133. ¶ 3 Patet, *pro Conſtat, et manifeſtum eſt.* Cic. pro Milon. 13 Quid porro quaerendum eſt? factumne ſit? at conſtat. a quo? at patet. Idem Tuſc. 1, 54 Quum pateat igitur, aeternum id eſſe, quod ſe ipſum moueat, *etc.*

PATENS, entis. Part. [ἀνεῳγμένος] *Apertum.* Seru. *ad* Virg. Ecl. 1, 1 Patulum dicitur, quod patet naturaliter: patens quod clauditur et aperitur. *De Patulo forte verum fuerit. Sed patens etiam de his dici, quae ſemper patent, clauduntur nunquam, Exempla docebunt.* Virg. Aen. 9, 693 Portas praebere patentes. Patens et apertum ex omni parte caelum intueri Cic. de Diu. 1, 2 c. 1. Campi patentes Virg. Georg. 4, 77. Cic. pro Quint. 93 Non habere Domum clauſam pudori et ſanctimoniae, patentem atque expoſitam cupiditati et voluptatibus. *Conf.* Iuſtin. 28, 4, 5. Equus patens vulneri, *h. e. Vulneri recipiendo expoſitus* Liu. 31, 39. Humerus patens Ouid. de Arte Am. 2, 504. Iter tutum et patens Hor. Carm. 3, 16, 7. Locus longe lateque patens Cic. in Orat. Locis patentiſſimis Suet. Claud. c. 32. *et* Calig. c. 42, 3. Lux Ouid. de Arte Am. 2, 620. Oculi Lucret. 3, 655. Os Idem 6, 1173. Oris patentiſſimi dolium Columel. 12, 8. *Conf. ibid.* c. 45. Pelagus Virg. Georg. 2, 41. Puteus Hor. Epiſt. 2, 2, 135. Spatium Ouid. Amor. 3, 2, 79. Vulnus patens in pectore Virg. Aen. 11, 40. *Compar.* Vallis patentior Liu. 1, 7. Via patentior Idem 34, 39. Via patentiore ad hoſtem ducuntur Idem 7, 7.

PATENTER. Adu. [ἀνεῳγμένως] Cic. de Inuent. 2, 69 c. 23 *pr.* Abſoluta eſt, quae ipſa in ſe, non vt negotialis implicite et abſcondite, ſed patentius et expeditius recti et non recti quaeſtionem continet.

PATEFĂCIO, fēci, factum, ĕre. [ἀνοίγω, ἀνακαλύπτω] *Patere facere, vel Patentem facere.* Liu. 2, 15 Ita induxiſſe ſe in animum hoſtibus potius quam regibus portas patefacere. Cic. Fam. 13, 79 (78) Huic ego tantummodo Aditum ad tuam cognitionem patefacio, et munio. Aulam vacuam patefecit Hor. Carm. 4, 14, 36. Aures aſſentatoribus patefacere, *quod et Dare aures dicimus, vid.* AVRIS. Feneſtram patefacere ad nequitiam Ter. Heaut. 3, 1, 72. Fores virga patefecit Ouid. Met. 2, 112. Ianuam patefacere Cic. de Orat. 1, 204. Plin. Epiſt. 1, 18 Atque adeo illa actio mihi aures hominum, illa Ianuam famae patefecit. Locum ad Conſulatum Liu. 4, 54. Ocellos laſſos patefecit Propert. 2, 15, 7. Cic. Att. 8, 13 Non patefactum iter ad Vrbem? Idem Verr. 3, 219 Ne auaritiae, quae ante hac occultis itineribus atque anguſtiis vti ſolebat, auctoritate veſtra Viam patefaciatis illuſtrem atque latam. Patefacere, *Detegere, manifeſtare, palam facere.* Ter. Hec. 3, 1, 23 Tot meas Iniurias, quae nunquam vllo patefecit loco. Cic. de Aruſp. Reſp. 24 Haec igitur vobis, haec Populo Romano et ſcelerum indicia oſtendit, et periculorum ſigna patefecit. Idem pro Milon. 104 Quum illa indicia communis exitii indagaui, patefeci, protuli, extinxi, omnes in me meosque redundant ex eo fonte dolores. Coniurationem Cic. pro Sull. 4. Idem Verr. 5, 205 Vide quam tibi Defenſionem patefecerim. Ei totum Me patefeci Idem Fam. 6, 10. Idem Att. 11, 13 Sed neque hoc tempore, nec antea patefeciſſet Odium ſuum in me, niſi omnibus rebus me eſſe oppreſſum videret. Omnia patefacienda Cic. Off. 3 c. 12 *ſc. a venditore.* Idem Acad. 4, 44 Quumque ipſa natura accuratae orationis hoc profiteatur, ſe aliquid patefacturam, quod non appareat. Inexplicabilis Ratio fati, clauſis patefacienda myſteriis Arnob. 1 p. 38. Oratione ſua aliquid Cic. de Orat. 1, 204. Patefacere et illuſtrare obſcura, *vid.* ILLVSTRIS. Verum patefacere et illuſtrare Cic. de Amicit 97 c. 26. Patefaciendum mihi: *h. e. Declarandum.* Cic. pro Domo 20 Nec quae ſint in illa Reipub. flamma geſta contra me, neque quomodo, neque per quos, patefaciendum mihi eſſe arbitror. ¶ 2 Laeta patefactis inſcribere carmina fagis Calpurn. Ecl. 1, 35. *i. inciſis.*

PATEFACTVS, a, um. Part. [ἀνακεκαλυμμένος] Aditus patefactus, *vid.* ADEO, īre. Acies patefacta, *vid.* ACIES. Coniuratio patefacta Salluſt. Catil. c. 57. Virg. Aen. 2, 259 Illos patefactus ad auras Reddit equus, *Troianus.* Patefacta et detecta mutentur Cic. Acad. 4. Idem de Amic. 97 c. 26 Tamen verum valet, ſi modo id patefactum et illuſtratum eſt. Idem de Orat. 1, 177 Nonne in ea cauſa ius applicationis obſcurum ſane et ignotum, patefactum in iudicio atque illuſtratum eſt a patrono? Veritas Cic. pro Sulla c. 16. Patefactus aratro lucem adſpexit Tages Idem de Diu. 2 c. 23.

PATEFACTIO, ōnis. f. [ἀνακάλυψις] Cic. de Fin. 2, 5 c. 2 Atqui haec patefactio, quaſi rerum opertarum, quum quid quidque ſit aperitur, definitio eſt, qua tu etiam imprudens vtebare non nunquam.

PATEFĪO, ĕri. [ἀνακαλύπτομαι] *Apertum et palam eſſe.* Ter. Phorm. 5, 4, 6 Quin ſi hoc celetur, in metu: ſin patefit, in probro ſiem. Patefieri *et* Claudi, *contraria.* Cic. pro Lege Manil. 21 Patefactum noſtris legionibus eſſe Pontum, qui ante Populo Romano ex omni aditu clauſus eſſet. Feneſtrae patefiunt Propert. 3, 20, 29. Indiciis et confeſſionibus ſuis patefactus Cic. in Catil. 3, 15.

PATESCO, ĕre. [διακαλύπτομαι] *Aperiri, patentem fieri: interdum etiam idem quod Patere. Fere Poëticum verbum: vid. Voſſ. Inſt. Orat.* 6 p. 453. Virg. Aen. 2, 309 Danaumque patefcunt Inſidiae. *i. Patent, apparent, manifeſtae fiunt.* *Ibid.* 483 Apparet domus intus et atria longa pateſcunt. Campus deinde paullo latior pateſcit Liu. 22, 4. Fragor armorum pateſcit Valer. Argon. 3, 217. Ianua Tibul. 1, 4, 78. Portus pateſcit iam propior Virg. Aen. 3, 530. Nec ratio ſolis ſimplex, nec certa pateſcit Lucret. 5, 613.

PATISCENS, entis. Caeli patiſcentis fulgores Sen. Epiſt. 94.

PATVLVS, a, um. Adi. *Quod ſemper patet.* *vt*, Arbor patula, h. e. Ampla, et longe lateque ſuis ramis diffuſa ac diſtenta. *Seru. ad* Virg. Ecl. 1, 1. Cic. de Fin. 3, 63 At illa, quae in concha patula pinna dicitur, isque qui enat e concha, *etc.* Columel. 6, 1 Naribus reſimis, patulisque. Aequor patulum Sil. 13, 157. Agri Idem 15, 560. Arbor Ouid. Met. 1, 106. Arcus Idem ib. 8, 30. Aures Hor. Epiſt. 1, 19 (18) 70. Boues patulos Plautus appellat, Quorum cornua in diuerſum ſupra modum patent. Feſtus. *Vid.* BOS Camurus. *al.* Patales, *vbi vid.* Campi Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 219. Caniſtra Ouid. Met. 8, 675. Curuamen Sil. 13, 29. Fagus Virg. Eclog. 1, 1. Fauces Claud. in prim. Conſ. Stil. 2, 112. Feneſtrae Ouid. Met. 14, 752. Foſſae Idem ib. 7, 245. Mundi dant etiam ſonitum patuli ſuper aequora Lucret. 6, 107. Nares Ouid. Met. 3, 686. Os Idem Epiſt. 16, 56. Patulis Ramis diffuſa platanus Cic. de Orat. 1 c. 7. Vias patulas aperire Sil. 17, 425.

PATVLĬCO, āre. [ἀνοίγομαι] *Volebant eſſe Aperiri, Patulum fieri.* Plin. 21, 8 Patulicantibus quinquagenis quinis barbulis coronatur. *Sic legit Sipontinus. Hermolaus vero* Paſtillicantibus. *Vid.* PASTILLVM.

PATOR, ōris. m. [χάσμα] *Hiatus et apertio: ſicut Vagor pro Vagitu, et Fluor pro Fluxu.* Apul. 3 p. 137 Quod altrinſecus aedium patore perflabili. *Add.* Idem 1 p. 111. *et* 10 p. 213 *et ſaepius, vid. Ind. Elmenh.* Scribonius Largus 46 Ad amplitudinem et *patorem* narium, *i. ſinus, quo patet aditus et exitus. Rhod.* Idem 47 Donec videatur pator narium recipere poſſe fiſtulam.

PATVRA, ae. f. *Idem.* Plin. Valer. 3, 22 Ad paturam ligare.

PATER, tris. m. [πατήρ] *Qui habet liberos.* Ter. Adelph. 5, 7, 4 Tuus hercle vero et animo et natura pater. Idem Ad. 1, 2, 45 Pater eſſe diſce ab illis, qui vere ſciunt. MIC. Natura tu illi pater es, conſiliis ego. Varro de L. L. 4, 10 Pater dicitur quod patefaciat omnia, et ipſum ſemen. Circa patrem, *vid.* CIRCA. Hor. Sat. 1, 2, 17 Nomina ſectatur ſumta modo veſte virili ſub patribus duris tironum. *Illud* ſub *indicat, grauari hos tirones patria poteſtate.* Aſperitas patris Ouid. Met. 9, 751. Attentus pater Hor. Epiſt. 2, 1, 173. Patre vſus eſt Diligente Nep. 25, 1, 2. Durus Ouid. Met. 9, 555. Naturalis Cic. Philipp. 3, 15. Optimus Hor. Serm. 1, 4, 105. Seueri Idem Epiſt. 2, 1, 109. Amittere patrem aut liberos, *vid.* AMITTO. Gerere patrem, *pro Paterno affectu eſſe* Claud. de Conſ. Honor. 4, 92. *Sic* Induere patrem mente, *Sumere animum et affectum patris* Idem Conſ. Hon. 3, 157. Naſci certo patre, *vid.* CERTVS. Clariſſimo patre natus, *vid.* CLARVS. Claro patre

tre natus Hor. Serm. 1, 6, 58. Ingenuo patre natus Idem ib. 1, 6, 21. Libertino patre Idem ib. 1, 6, 6. Magno patre nata puella Idem ib. 1, 2, 72. Nullo patre nati, *i. Ignobiles* Liu. 4, 3. *Conf.* Hor. Serm. 1, 6, 11. *Periz. Anim. P.* 3 p. 157. Rem patris oblimare Hor. Serm. 1, 2, 62. ¶ 2 Iulian. l. 201 ff. de V. S. Iuſta interpretatione recipiendum eſt, vt — patris nomine auus quoque demonſtrari intelligatur: *quod quouſque valeat, ibi diſputant ICti. Caeterum multo latius patet illud nomen. Vid.* Paullus l. 10 §. 7 ff. de Grad. *quam damus voce* MAIORES *ſub* MAGNVS. Patres maioresque noſtri Cic. Diu. Verr. 93. Memoria patrum id vſu venit Idem de Orat. 1, 183. *i. proxima aetate, non ad tritauos vsque remota; cum interdum Auos diſerte adiiciant. V. g.* Liu. 39, 15 Quoties hoc patrum auorumque aetate negotium eſt magiſtratibus datum, *etc.* Caeſ. B. G. 1, 40 Factum eius hoſtis periculum patrum noſtrorum memoria, cum Cimbris et Teutonis a C. Mario pulſis, *etc.* Sancti patres Virg. Georg. 2, 473 *de vtroque parente. Sic* Ouid. Met. 4, 61 Sed vetuere patres. *Vid. Burm.* Q. Metellus Macedonicus cum ſex reliqueret liberos, vndecim nepotes, nurus vero generosque et omnes, qui ſe patris appellatione ſalutarent, viginti et ſeptem Plin. 7, 3. ¶ 3 Pater, *nomen religionis. Vnde Dii omnes*, Patres *vocabantur.* Lactant. 4, 3 Omnem Deum, qui ab homine colitur, neceſſe eſt inter ſollemnes ritus et precationes Patrem nuncupari, non tantum honoris gratia, verum etiam rationis, *etc.* Virg. Georg. 2, 4 Huc pater o Lenaee. *Vbi Seruius:* Pater licet generale ſit omnium deorum, tamen proprie Libero ſemper cohaeret: nam Liber pater vocatur. *Conf.* Vell. 2, 82, 4. Hor. Epiſt. 2, 1, 5. Virg. Georg. 2, 7. *Idem alio loco.* Pater proprie omnium deorum eſt epitheton. Diuûm pater, atque hominum rex Virg. Aen. 1, 69. Hor. Od. 1, 2, 50 Hic ames dici Pater, atque Princeps. *Vid. Maſſon. vita Horat.* p. 238. Humanae gentis pater, *Iuppiter* Hor. Carm. 1, 12, 49. Rerum pater Oceanus Virg. Georg. 4, 382. Vnus enim Rerum pater eſt Boëth. 3 Met. 6. Pater Siluane Hor. Epiſt. 2, 21, 22. Ventorum Hor. Od. 1, 3, 3 *Aeolus.* Gradiuus pater, *Mars* Virg. Aen. 3, 35. Valer. Flacc. 5, 209 Et pater aurato quantus iacet Inachus antro. Pater, *pro Ioue.* Virg. Georg. 1, 283 Ter pater exſtructos disiecit fulmine montes. Hor. Carm. 1, 2, 1 Iam ſatis terris niuis atque dirae Grandinis miſit Pater, *etc.* Magnus pater, *Iuppiter* Virg. Aen. 4, 238. Omnipotens pater Idem Georg. 2, 325. Summus Idem Aen. 1, 669. *Sic etiam fluuii, ſpeciatim Nilus, ob fecunditatem, dicti ſunt patres: vid. Brouckhuſ. ad* Tibull. 1, 8, 23. ¶ 4 Pater, *Nomen honoris et reuerentiae.* Hor. Serm. 2, 1, 13 Cupidum pater optime vires Deficiunt. Idem Epiſt. 1, 7, 37 Saepe verecundum laudaſti, Rexque paterque Audiſti coram. *Conf.* Plaut. Rud. 4, 8 *pr. Sic de iis, qui aetate praecedunt* Hor. Epiſt. 1, 6, 54. *Conf. Torrent. h. l. Caſaub. ad Theophr. Char. p.* 125. *Inprimis qui praeſenti mortis periculo erepti erant, liberatores ſuos* patres *appellabant: vid.* Val. Max. 5, 2, 4. *Drakenb. ad* Sil. 8, 2. Pater *eſt et Senior et Magiſter in re qualibet, vid. Barth. ad* 3. Theb. Stat. p. 815. *et Aduerſ.* 58, 3. *Hinc, Philoſophi etiam ſectae ſuae auctores et principes,* Patres *vocabant: vid.* Hor. Serm. 1, 3, 126 *de Chryſippo, et* Lucret. 3 *pr. de Epicuro. Similiter de* Ennio Horat. Epiſt. 1, 19, 6. *et* Propert. 3, 2, 6. *Sic et* Patres Eccleſiae. Pater Romanus: *i. Imperator.* Virg. Aen. 9, 449 Dum domus Aeneae Capitoli immobile ſaxum Accolet, imperiumque pater Romanus habebit. *De Auguſto, qui e familia Iulia erat, quam domum Aeneae vocat.* Auſonius *item in eam ſententiam videtur accepiſſe, qui ad* Theodoſium *ſcribens, Maronem imitatus, ita dicit,* v. 21 Tu modo te iuſſiſſe pater Romane memento. Patriae pater, parens libertatis, atque Reipublicae Cic. pro Rabir. 27. *Conf.* Plin. Paneg. c. 21 *c. not. Lipſ. Cauſam nominis reddit* Sen. de Clem. 1, 14. *De* Patris patriae *titulo in numis, vid. Spanh. Diſſ.* 12 *p.* 445. *qui etiam de* Patris *appellatione defunctis Imperatoribus tributa agit p.* 448. *Item de* patre caſtrorum, exercitus, *etc. p.* 451. Romulus, *quia Romam condidit, appellatur* pater Flor. 2, 4, 5. *et* Virg. Aen. 6, 859. ¶ 5 *Quod* Pater, *nomen eſſet reuerentiae, idcirco Romulus centum Senatores, quos ad Reip. curam elegit,* ſiue quia is numerus ſatis erat, ſiue quia ſoli centum erant, qui ad id idonei eſſent, Patres ab honore vocauit Liu. 1, 8, *ſiue* ab aetatis vel curae ſimilitudine, *vt ait* Salluſt. Catil. c. 6. Feſtus, Patres Senatores ideo appellati ſunt, quia agrorum partes attribuebant tenuioribus, ac liberis propriis. *Conf.* Flor. 1, 1, 15. Conſulta patrum Hor. Epiſt. 1, 16, 41. Conſcripti patres, *vid. h. v.* Patres allecti, *etiam dicebantur* Feſto *auctore,* Qui propter inopiam ex Equeſtri ordine in Senatus ſunt numerum aſſumti. *Vnde illud* Suet. Caeſ. c. 80 Peregrinis in Senatum allectis libellus propoſitus eſt, ne quis Senatori nouo curiam monſtrare velit. Pelliti patres, *vid. h. v.* Pater vrbium Hor. Od. 3, 24, 27. Pater patratus, *vid.* PATRO, as. Cic. pro Caecin. 98. *et* de Orat. 1, 181. ¶ 6 *Satirico quodam luſu* Catullus 21 Aureli, pater eſuritionum Non harum modo, ſed quot aut fuerunt, *etc. Sed quod* Facetiarum pater *laudatur ex* Catullo, *reſpicitur, puto, ad* 12, 9 *vbi legitur,* Eſt enim leporum Diſertus puer ac facetiarum.

PATERCVLVS, *vid. poſt* PATERA.

PATERFAMILIAS, patrisfamiliae. m. [οἰκοδεσπότης] *Qui poteſtatem habet in familiam.* Neque minus bonus paterfamilias quam ciuis Nep. 25, 13, 1. Cic. de Legib. 2, 48 Vt ne morte patrisfamilias ſacrorum memoria occideret. Martial. 1, 80 Paterfamiliae verus eſt Quirinalis. Paterfamiliae inueſtis Tertull. de Virg. Vel. c. 11. Sapientes patresfamiliae Idem de Cultu Fem. c. 20. Prudens et attentus paterfamilias Cic. pro Quint. 15. *Conf.* Suet. Calig. c. 26. *Ciuem ſimpliciter ſignificat apud* Suet. Domit. c. 10, *vbi vid. Caſaub. atque Torrent. Ad ignorationem* literarum *refertur, ita fere, vt Graecorum* ἰδιώτης. *V. g.* Sicut vnus paterfamilias his de rebus loquor Cic. de Orat. 1 c. 29. Quemcunque patremfamilias arripuiſſetis ex aliquo circulo Idem ib. c. 34. *Flexionem et vſum Grammaticum docebunt iſta:* Pauci milites patresque familiae Caeſ. B. C. 2 *in fine.* Patresfamiliarum Siſenna *apud* Varr. L. L. 7, 38. Ne controverſiae patribus familiarum relinquantur Vitruu. 1, 1.

PATRICIVS, i. m. [εὐπατρίδης, πατρίκιος] Patricii, *nobiles Romani, a primis Senatoribus oriundi. Niſi tamen altius etiam placet aſcendere cum* Cincio *apud* Feſtum *h. v. qui ait,* eos ſic appellari ſolitos, qui nunc (*i. Cincii aetate*) ingenui vocentur. *Confirmant hanc ſententiam A. Auguſtinus et Scaliger ex* Liu. 10, 8 En vnquam (*praetulerim* nunquam, *quod habent quidam libri*) fando audiſtis, patricios primo eſſe factos, non de caelo demiſſos, ſed qui patrem ciere poſſent; id eſt, nihil vltra, quam ingenuos? Liu. 1, 8 *extr.* Romulus centum creat Senatores, qui Patres ab honore, patriciique progenies corum appellati. Maioribus patriciis ortus Stat. Silu. 1, 2, 71. Patricii antiquiſſimique ciues Cic. pro Caecin. 101. Minorum gentium patricii Tacit. Ann. 11, 25, 2. *Non omnes Senatores iidem patricii: tamen iura patriciorum conſecuti quidam beneficio Caeſaris.* Tacitus Ann. 11, 25 *pr.* Iisdem diebus in numerum patriciorum aſciuit Caeſar vetuſtiſſimum quemque ex Senatu, aut quibus clari parentes fuerant. *De hoc genere* Sueton. Caeſ. c. 41. *Ex hoc forte fuit pater Traiani, de quo* Plin. Pan. 9, 2. *Item Veſpaſianus, de quo* Tac. Agr. 9. Exire e patriciis, *Fieri plebeium.* Cic. pro Domo 37 Id autem ſcire et videre omnes, non vt ille filius inſtituatur, ſed vt e patriciis exeat, vt Tribunus plebis fieri poſſit: idcirco adoptari? ¶ 2 Patricii *Conſtantini M. inſtituto dicti quaſi patres principis, quae dignitas ſolo conſulatu minor, maior praefectura Praetorii. De qua omnia Iac. Gothofr. ad* C. Theod. 6, 6 de Conſulibus, Praefectis, *etc.* in Paratitlo et Comment. *Illuc refer.* Inſcr. Grut. p. 1051, 8. *et* 1076, 2. *vbi patricii iidemque militiae vtriusque magiſtri occurrunt. Sic* Sidon. Apollin. Carm. 2, 90 Patricius, nec non equitum peditumque magiſter. Patricium *autem eſſe quaſi* patrem principis, *tum alia multa declarant,* (*vid. v. g.* I. 4 Inſt. quibus modis patria pot.) *tum eo reſpicit* Claud. in Eutrop. 2 pr. 50 Direptas quid plangis opes, quas natus habebit? Non aliter poteras principis eſſe pater: *et in ipſo libro* v. 78 Praeſidium legum, genitorque vocatur Principis, et famulum dignatur regia patrem. Sidonius Apoll. 5, 16 *ordinem huius honoris pulchre docet* Epiſt. 5, 16 *fin.* Vt ſicut nos vtramque familiam noſtram praefectoriam nacti, etiam patriciam diuino fauore reddidimus; ita ipſi (*liberi noſtri*) quam ſuſcipiunt patriciam, faciant conſularem. *Sic* 2, 13 Qui quamquam in arcem praefectoriam, patriciam, conſularemque intrepidus aſcenderet. *Formulam huius dignitatis habes apud* Caſſiod. Var. 6, 2. *In vniuerſum de Patriciorum origine, varietate, praeſtantia et iuribus ſunt libri IV Octauiani Gentilii Romae 1736. 4. editi.*

PATRICIVS, a, um. Adi. [πατρίκιος] Cic. ad Brut. Epiſt. 5 *extr.* Dum vnus erit patricius magiſtratus, auſpicia ad patres redire non poſſunt. Calceos patricios Romulus reperit 4 corrigiarum, aſſutaque luna, *i. Nota numeri centenarii* Iſidor. 19, 34. Familia Cic. de Legg. 2, 6. Paterc. 2, 59, 2. Fores Stat. Silu. 4, 8, 60. Honos Claud. in Praefat. Belli Get. 8. Indoles Stat. Silu. 4, 5, 44. Pueri Plaut. Capt. 5, 4, 5. Vicus Feſt.

PATRICIATVS, ûs. m. *Patricii dignitas.* Sueton. Aug. c. 2 Ea gens a Tarquinio Priſco rege inter Romanas gentes allecta in Senatum, mox a Seruio Tullio in patricias traducta, procedente tempore ad plebem ſe contulit, ac rurſus magna vi per Diuum Iulium in patriciatum rediit. ¶ 2 Caſſiodorus Var. 6, 2 Noſtro munere ſubleuatus, patriciatus culmen aſcende. Patriciatus columina Amm. 29, 13. *Conf.* Caſſiod. Epiſt. 8, 9. Iuſtinianus Inſt. l. 4 Quibus modis ius Patr. pot. Patriciatus dignitas illico filium a poteſtate patris liberat, *etc.*

PATRICA, *pro Patricia legunt quidam* Plaut. Mil. 3, 1, 101 Tum patricam clementer non poteſt hinc quin munerem. *In quo loco Turnebus* 2, 29 *multum laborat. Fere exiſtimauerim, inquit,* Patriciam *emendandum. Plebeiae enim mulieres patriciis mulieribus dona certis diebus miſſitabant, vt plebei viris patriciis. Quamquam et* Patrica *patricia erit, vnde et* Patrice, *pro Magnifice et ſplendide in* Caſina *dixit. Hic* Patritam *vidi, qui legeret, quod verbum concinit verſus modulo, quum* Patrica *diſſonet. Eo autem nomine veniet ancilla a patre data: vt enim Auita dicuntur, quae ab auo obuenerunt, ſic* Patrita, *quae a patre. Sed* Piatricem *poſtea fere receptum eſt.*

PATRICALIS, e. Adi. *Herba, quae et Sideritis, vel Heraclea.* Apul. de Herb. c. 72.

PATRICE. Adu. [πατρίως] *More patricio, ac nobiliter interpretatur Turnebus illud* Plaut. Caſ. 3, 6, 4 Atat ceſſo magnifice, patriceque, amiceque hero meo ire aduorſum?

PATRICVS, *vid. poſt in ſuo loco, vt et* PATRIA, PATRIVS, *etc.*

PATRĪTVS, a, um. Adi. [πατρῷος] *Quod eſt patris: ſicut Auitus. Quod eſt aui. ſunt enim tanquam poſſeſſiua.* Cic. Tuſc. 1, 45 c. 19 Patritam et auitam, vt ait Theophraſtus, philoſophiam cognitionis cupiditate incluſam excitant. *Sic recte pro* Patriam *emendatum ex* Non. 2, 703 *qui etiam laudat* Varronis *iſta,* Funere familiari commoto auito ac patrito more precabamur. *Et,* Secundum leges habitasſet patritas. Patrita ancilla, *Quae a patre data eſt* Plaut. Mil. 3, 1, 100.

PATRITE. Adu. *Ita legit Pareus in* Plaut. Caſin. 3, 6, 4. *Al.* Patrice.

PATRĪMVS, i. m. *vel* PATRĪMA, ae. f. *Qui vel quae adhuc viuentem patrem habet. Non autem ſimpliciter omnes vocabantur* patrimi et matrimi (*Gr.* ἀμφιθαλεῖς) *quorum parentes erant ſuperſtites: ſed ſi nati eſſent ex nuptiis confarreatis, quod monet* Seru. *ad* Georg. 1, 31. *Conf.* Tac. Ann. 4, 16, 2. Gell. 1, 21 *de Veſtali virgine capienda,* Item quae non ſit patrima aut matrima. Liu. 37, 3 Patrimi omnes, matrimique ad id ſacrificium adhibiti. *add.* Obſequ. c. 55 *et* 100. Pater patrimus dicebatur apud antiquos, Qui quum iam ipſe pater eſſet, habebat etiam tum patrem. Feſtus. Patrimi et matrimi pueri praetextati tres nubentem deducunt, vnus, qui facem praefert ex pinu alba, quia noctu nubebant, duo, qui tenent nubentem. Paullus et Feſtus. Patrima virgo *Minerua dicitur* Catull. 1, 9. *Vbi vid. Scalig. p.* 7. *Voſſ. legit* Patroa *v. v.* Tacit. Hiſt, 4, 53, 3 Virgines veſtales cum pueris puellisque patrimis matrimisque.

PATRIMES *et* MATRIMES, quibus patres et matres adhuc viuunt. Feſt. *in* Matrimes.

PATRINVS, i. m. *Qui ſpondet pro infante in baptiſmo.* Cathol.

PATERNVS, a, um. Adi. [πατρῷος] *Quod eſt patris vel a patre, patribusue, aut patria adeo.* Paternus amicus Anton. ad Cic. Att. 14, 13. Ter. Adelph. 3, 4, 4 O Aeſchine, pol haud paternum iſtuc dediſti. *Vbi* Donatus, Paternum, decet Facinus: et Dediſti, pro Feciſti. Animus paternus Hor. Carm. 2, 2, 6. Auus Idem Serm. 1, 6, 3. Bonorum paternorum exheres filius Cic. de Orat. 1, 175 c. 38. Caſus Priſc. 5 p. 670 *i. Genitiuus.* Cenſus augere paternos Ouid. Amor. 1, 10, 41. Cognomen Hor. Epiſt. 1, 13, 9. Domus Ouid. Met. 11, 437. Fluminis paterni ripae Hor. Epiſt. 1, 20, 5 *i. patrii, Etruſci, vnde Maecenas.* Hereditas Cic. de Orat. 1, 175. Honor Idem Verr. 3. Idem Acad. 4, 1 Vt admodum adoleſcens cum fratre pari pietate et induſtria praedito, paternas Inimicitias magna cum gloria eſt perſecutus, *etc.* Laris et fundi paterni inops Hor. Epiſt. 2, 2, 50. Neceſſitudo Cic. Att. 16, 16. Neceſſitudo paterna et amicitia Idem Fam. 15, 4. Nominis paterni ſatis amplum patrimonium liberis ſuis relinquere Idem pro Domo 147. Opes Ouid. ex Pont. 4, 15, 13. Rebus maternis atque paternis abſumtis Hor. Epiſt. 1, 15, 26. Rus Idem ib. 1, 18, 60. Sanguis paternus, maternusque Cic. pro Roſc. Amer. 66. Sedes Virg. Aen. 11, 44.

Terra Ouid. Epiſt. 10, 64 *vbi regnat pater.* *Sed* 13, 100 *ſimpliciter patria: Vt et* Art. Am. 2, 26.

PATERNALITER. Adu. Vet. Interp. Iren. 1, 1.

PATERNĬTAS, ātis. f. Auguſtin. Ep. 232. Vulg. Epheſ. 3, 15.

PATRISSO, āre. [πατριάζω] *Paternos mores imitari.* Ter. Adelph. 4, 2, 25 Laudo Cteſipho; patriſſas, abi, virum te iudico. Patriſſat filius Plaut. in Pſeud. 1, 5, 27. Apul. Florid. p. 341.

PATRIVS, a, um. Adi. [πατρικὸς] *Quod eſt patris.* Virg. Aen. 12, 736 — patrio mucrone relicto. Ter. Eun. 2, 2, 4 Hominem haud impurum, itidem patria, qui abligurierat bona. Amor Virg. Aen. 1, 647. Animus patrius in liberos Cic. pro Roſc. Amer. 46 c. 16. Artes Ouid. Epiſt. 1, 112. Caſus Gell. 4, 16. *i. Genitiuus.* Fundus et lar Hor. Serm. 1, 2, 56. Metus Ouid. Met. 2, 92. Cic. pro Flacco 106 Qui vos, quoniam eſt id aetatis, vt ſenſum iam percipere poſſit ex Moerore patrio, auxilium nondum patri ferre poſſit, orat, ne ſuum luctum patris lacrimis, patris Moerorem ſuo fletu augeatis. Opes patriae Martial. 9, 84. Pauor patrius Lucret. 3, 743. *de ceruis.* Res patria et auita Cic. (Prooem.) Verr. 2, 13 c. 5. Virg. Aen. 6, 508 — patria decedens ponere Terra. Virtutes Idem Ecl. 4, 17. Ter. Adelph. 1, 1, 49 Hoc patrium eſt, potius conſuefacere filium ſua ſponte recte facere, quam alieno metu. ¶ 2 *Alio ſignificatu infra occurrit ſub* PATRIA.

PATRIE. Adu. [πατρικῶς] *Paterno affectu.* Quinctil. 11, 1, 68 Vtitur hac moderatione Cic. pro Cael. *contra* Atratinum, vt cum non inimice corripere, ſed patrie monere videatur.

PATRICĪDA, ae. c. [πατροκτόνος] *pro quo ſaepius* Parricida *dicitur, is eſt, qui patrem interfecit.* Cic. de Legib 2, 22 Sacrum ſacroue commendatum, qui clepſerit rapſeritque, patricida eſto. *Legitur et* Parricida. Plin. 7, 45 Adulterium filiae et conſilia patricidae palam facta. *Vid.* PARICIDA.

PATRICVS, *vid. poſt* PATRIA.

PATRIMONIVM, i. n. [οὐσία] *Bona paterna, hoc eſt haereditas a patre relicta.* Cic. pro Domo 147 Liberis autem noſtris ſatis amplum patrimonium paterni nominis, ac noſtrae memoriae relinquemus. Idem de Finib. 5, 87 Patrimonium neglexit, agros deſeruit incultos, quid quaerens aliud, quam beatam vitam? Iuuen. Sat. 12, 50 Non propter vitam faciunt patrimonia quidam, Sed vitio caeci propter patrimonia viuunt. Honeſtus rumor, Alterum patrimonium eſt Publius in Mim. Laceratio patrimonii Firmic. 6, 18. Cic. pro Rabir. Poſt. 38 c. 14 Qui vero duo Lauta et copioſa patrimonia accepiſſet, remque praeterea bonis et honeſtis rationibus auxiſſet: quid eſſet tandem cauſae, cur exiſtimari vellet nihil habere? Luculentum, *vid.* LVCVLENTVS. Mille talenta patrimonii Hor. Serm. 2, 3, 226. Naufragus patrimonio, *vid.* NAVIS. Propugnator patrimonii ſui, et defenſor iuris paterni Cic. de Orat. 1, 244. Adhibere patrimonium, *vid.* ADHIBEO. Adminiſtrare Quinctil. 4, 2. Circumplecti patrimonium alterius, *vid.* CIRCVMPLECTOR. Comedere Quinctil. 6, 3. Conficere, *vid.* CONFICIO. Cic. Fam. 1, 9 Id ſcito eſſe eiuſmodi, vt frater meus vere exiſtimet, adiuncto iſto fundo, patrimonium fore ſuum per te Conſtitutum. Creſcunt patrimonia Iuuen. Sat. 14, 116. Deuorare vncta Catull. 27, 22. Dilapidare patrimonium varia laceratione Firmic. 4, 3. Diſſipare patrimonium ſuum lautum conuiuiis Cic. pro Flacco 90 c. 36. Effundere patrimonium Id. Off. 2, 54 c. 15. Cic. . . . Vtrum ego tibi patrimonium Eripui, Gelli, an tu comediſti. Exhaurire Quinctil. 5, 10. Expellere aliquem e patrimonio nudum tanquam e naufragio Cic. pro Roſc. Amer. 147. Exſuperans cenſus cuncta patrimonia Iuuen. Sat. 10, 13. Gubernare Cic. Att. 16, 8. Lacerato ac diſſipato patrimonio, egeſtatem miſerae mendicitatis imponit Mars Firmic. 6, 19. Obtinere Cic. pro Roſc. Amer. 6. Relinquere Idem pro Domo 147. Retinere publica patrimonia iuris non minus diligenter, quam priuatae rei veſtrae debetis Cic. pro Caecin. 75. Idem Patrimonio ſe ampliſſimo ſpoliari maluit.

PATRIMONIĀLIS, e. Adi. Patrimoniale munus Hermogenianus in l. 1 D. de muner. et honorib. Fundus patrimonialis l. 2 Cod. de fund. patrim.

PATROVS, a, um. Adi. O patroa virgo Catull. prooem. v. penult. *vt emendauit Voſſ. ac de Veſta intelligendum docuit.* Patroa, *cuius cultus a longa patrum ac maiorum ſerie poſteris traditus et commendatus eſt.* *Sed repugnat Corradinus de Attio, et* Patrona *legi vult.*

PATRVVS, i. m. [πατράδελφος] *Frater patris, quod quaſi patris loco ſit.* Ter. Phorm. 2, 1, 33 Atqui nihil fecit patrue, quod ſuccenſeas. Cic. Verr. 1, 139 Patruo teſtimonium dicente. Perſ. 1, 10

Tunc quum ad canitiem, et noſtrum iſtud viuere triſte
Aſpexi: et nucibus facimus quaecunque relictis:
Quum Sapimus patruos, etc.

i. Poſtquam abiectis puerilibus nugamentis, ſeueros mores induimus. Solent enim patrui ſeuerius nepotes obiurgare, ſi quid peccauerint. Hor. Serm. 2, 3, 88 Ne ſis patruus mihi, *etc. i. Ne me caſtiges. Talem ſe patruum praebuerat Tullius Quinti fratris ſui filio, de quo ad* Att. 10, 5 Vellem ſuſcepiſſes iuuenem regendum: pater enim nimis indulgens, quidquid ego aſtrinxi, relaxat. *Hinc* Patruus, *pro Saeuo et aſpero reprehenſore, ſeu caſtigatore.* Cic. pro Cael. 25 Qui in reliqua vita mitis eſſet, fuit in hac cauſa pertriſtis quidam patruus, cenſor, magiſter. Idem Att. 2, 2 Cura, amabo te, Ciceronem; ei nos θεῖοι videmur, *i. Patrui. Vid. vox* PATRVVS *Adiect.* Patruus Magnus, *Frater aui.* Patruus Maximus, *Frater proaui et abaui, qui et Propatruus et Abpatruus dicitur: Vid.* l. 1 Dig. de Grad. Maior patruus, *vid.* MAGNVS.

PATRVVS, a, um. Adi. [πατροκασιγνητικὸς] Linguae patruae verbera, *i. Obiurgatricis* Hor. Carm. 3, 12, 3. *Vid. quae de patruorum ſeueritate modo diximus,* h. e. Obiurgationes, *quales ſunt* patruorum ſeuerae. Manil. 5, 455 Laudabunt verba Catonis Tutoriſque ſupercilium patruumque rigorem. *Conf. Heinſ. et Drakenb. ad* Sil. 15, 10. *Torrent. ad* Hor. l. c. Patruiſſimus, *Superl.* [πατραδελφώτατος] *comica laſciuia fictus blandiendi cauſa.* Plaut. Poen. 5, 4, 24 Patrue mi patruiſſime, *etc.*

PATRVĒLIS, is. c. [ἐξάδελφος] Patrueles, patruorum (hoc eſt, *vt ait* Nonius 19, 8 marium fratrum) filii, quoniam qui pater alteri eſt, alteri eſt patruus: ſicut ſorores patrueles nuncupantur ex duobus et ipſae fratribus genitae: *auctor* Paullus ICtus l. 10 §. 15 *de Gradib.* Plaut. Poen. 5, 2, 109 Pater tuus is erat, frater patruelis meus. Cic. de Fin. 5, 1 Vnaque nobiſcum Q. frater, et T. Pomponius, et L. Cicero, frater noſter cognatione patruelis, amore germanus. Teucer patruelis Achilli eſt Ouid. Met. 13, 157. Idem 4, 461 Molirique ſuis letum patruelibus auſae, *etc.*

PATRVELIS, e. Adi. [ἐξάδελφος] Patruelis fundi Martial. 5, 36. Dona Ouid. Met. 13, 41. Origo Idem ibid. 1, 352. Regna Idem Epiſt. 14, 61.

PATRVITVS, a, um. Adi. *Idem quod Patritus.* Tertull. *adu.* Valent. c. 12 Eum cognominant Soterem, et Chriſtum, et Sermonem omnia de patruitis: *Valentiniani haec nomina ſuo fictitio Ieſu tribuunt, quae a ſuperioribus Chriſtianis accepere. Nam deinde alia etiam enumerat, ſumta a Gentilibus.*

PATĔRA, ae. f. [δέπας] *Poculi genus, latum ac patens, vnde nomen accepiſſe videtur, vt* Patera *dicatur quaſi* Patula. Macrob. Saturn. 5, 21 Patera, vt et ipſum nomen indicio eſt, poculum planum ac patens eſt. Virg. Aen. 1, 733 Spumantem pateram, et pleno ſe proluit auro. Cic. de Nat. Deor. 3, 84 Idem victoriolas aureas, et pateras, coronaſque, quae ſimulacrorum porrectis manibus ſuſtinebantur, ſine dubitatione tollebat. Patera, quod pateat, dicta eſt, *vt ait* Varro de L. L. 4, 26. Cic. in Parad. 1 Quid Numa Pompilius? minuſne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles vrnulas fuiſſe, quam Filicatas aliorum pateras arbitramur? Grauis Valer. Argon. 5, 192. Meri patera Ouid. Faſt. 4, 934. Excipere ſanguinem patera Cic. de Clar. Orat. 43 c. 11. Fundere vina pateris Virg. Aen. 5, 98. Fundere e patera ſanguinem Cic. de Diuin. 1, 46. Haurire pateram, *vid.* HAVRIO. Implere mero Virg. Aen. 1, 730. Inclinat micantem dextra Claud. in prim. Conſ. Stil. 1, 62. Libamus pateris et auro Virg. Georg. 2, 192. *i. Aureis pateris.* Nunc pateras Libate Ioui precibuſque vocate Idem Aen. 7, 133. *al.* pateris. Suſcipiunt cruorem pateris Idem ibid. 6, 249. Pateram perplouere in ſacris quum dicitur, ſignificat Pertuſam eſſe. Feſtus.

PATERCVLVS, i. m. *Appellatiuum blandientium patribus liberorum fuiſſe non dubito. Sed non exſtat auctoritas, niſi in quantum eſt cognomen, v. g.* Velleii *Hiſtorici.*

PATESCO, *vid.* PATEO.

PATETON, i. n. Palmae tertium genus, nimio liquore abundat: rumpitque ſe pomi ipſius etiam in ſua matre ebrietas, calcatis ſimilis Plin. 13, 4. *Nempe* πατητὸς *calcatus.*

PATHOS, us. n. [πάθος] *a* Cic. Tuſc. 4, 11 c. 6. *Et de* Fin. 3, 35 c. 10 *dicitur* Perturbatio, ſiue animi aegritudo. *Add.* Quinctil. 6, 2, 8 ſq. *A* Gellio 1, 16 Affectus, vel affectio. *Plur.* πάθη. Cic. Tuſc. 3, 4. *Et* Off. 2, 5. Gell. 19, 12.

PATHĒTICVS, a, um. Adi. [παθητικὸς] Pathetica oratio, *quae πάθος, i. affectum exprimit.* Cic. Orat. 128 c. 37 Duo ſunt, quae bene tractata ab oratore admirabilem eloquentiam faciant: quorum alterum eſt, quod Graeci ἠθικὸν vocant — alterum, quod iidem παθητικὸν nominant, quo perturbantur animi et concitantur, in quo vno regnat oratio. Patheticae parabolae Macrob. Saturn. 4, 5. Idem c. 6. *et* 4, 2. *Conf.* Quinctil. Decl. 299. Probationes παθητικαὶ, *quas* Quinct. 5, 12, 9 ductas ex affectibus *interpretatur.*

PATHĒTICE. Adu. Macrob. Saturn. 4, 5 Sed illud nimium pathetice. *Rurſum* c. 6 Vtrumque Virgilius bene pathetice tractauit.

PATHĬCVS, a, um. Adi. *Turpium virorum Epitheton, qui patiuntur muliebria. Vtuntur* Firmic. 8, 20 *et* 21. Catull. 16, 2. *et* 113, 2. Iuuen. Sat. 2, 99. *et* 9, 130. *It.* Carm. Priap. *Vid.* DRAVCVS, *quod contrarium eſt.* Pathiciſſimus, *vnde* Pathiciſſimi libelli, *i. Laſciui, et in quibus tractatur de rebus obſceniſſimis.* Martial. 12, 96 (97)

Muſaei pathiciſſimos libellos
Qui certant Sybariticis libellis,
Et tinctas ſale pruriente chartas
Inſtanti lege Rufe, *etc.*

PATIBILIS, *vid.* PATIOR.

PATIBVLVM, i. n. [σταυρὸς Gloſſ. Lat. Gr.] *auctore* Nonio, eſt Crux. Sen. de Vita Beata 19 *cum de cruce multa dixiſſet, addit,* Crederem illis, niſi quidam ex patibulo ſuos ſpectatores conſpuerent. Cic. Verr. 4, 90 c. 41 Tibi Marcelli ſtatua pro patibulo in clientes Marcellorum fuit? Salluſt. 4 Patibulo affigi. *Vid.* Non. 4, 355. Milites patibulo Affixi Tacit. Ann. 4, 72, 4. Apul. Met. 6 *extr.* Patibuli cruciatus, cum canes et vultures intima protrahent viſcera. Patibulo ſuffigi Idem ibid. 6 p. 186. Tacit. Ann. 14, 33 Sed caedes, patibula, ignes, cruces, tanquam redditurj ſupplicium, ac praerepta interim vltione Feſtinabant. *Hic* Patibula *ſeparantur a* crucibus. *Nempe ſicut* crux *interdum de palo ſiue ſtipite defixo dicitur; ita* Patibulum *proprie dictum eſt pars crucis patens et transuerſa, vt indicat* Senec. ad Marc. c. 20 *dum genera crucis enarrat,* Alii brachia patibulo explicuerunt. *Totum locum damus, voce* CRVX. Plaut. Mil. 2, 4, 7 Credo ego iſtoc exemplo tibi eſſe eundem actutum extra portam, Diſpeſſis manibus patibulum cum habebis. *Seruus, ad quem pertinet iſta denunciatio, v. 10 ait,* Noli minitari, ſcio crucem futuram mihi ſepulcrum. Diſpeſſas manus et patibulum *adeo pulchre deſcribit Dionyſ. Halic. Antiqu.* 7 p. 453, 56 Οἱ δὲ ἄγοντες τὸν θεράποντα ἐπὶ τὴν τιμωρίαν τὰς χεῖρας ἀποτείναντες ἀμφοτέρας, καὶ ξύλῳ προσδήσαντες περὶ τὰ στέρνα τε καὶ τοὺς ὤμους, καὶ μέχρι τῶν καρπῶν διήκοντι, παρηκολούθουν ξαίνοντες μάστιξι γυμνὸν ὄντα: *eſt, inquam, lignum, cui pectus et humeri alligantur, ad iuncturas vſque manus vtriuſque extenſae pertingens. Eandem rem enarrans* Macrobius Saturn. 1, 11 ſeruum, *ait,* ſuum verberatum patibuloque conſtrictum, ante ſpectaculi commiſſionem per circum egit. *Quod* furcam *nominat* Liu. 2, 36 *ob affinitatem ſupplicii factum videtur: ſicut apud Macrobium* σταυρὸν, crucem *quidam appellant. Hanc eſſe propriam* patibuli *notionem, vſus alius nominis declarat. Nempe* ¶ 2 Patibulum, *inquit* Nonius l. c. Sera, qua oſtia occluduntur, quod hac remota valuae pateant. Titinnius Fullonibus, Si quiſquam hodie, praeter hanc, poſticum noſtrum pepulerit, patibulo hoc ei caput defringam. *Eſt ergo vectis transuerſus muniens ianuam.* ¶ 3 Patibulum, *Inſtrumentum vindemiatorium.* Cato 26 Vindemia facta, vaſa torcula, corbulas, fiſcinas, funes, patibula, fibulas iubeto ſuo quidque loco condi. Patibula, *ex Turnebo Aduerſ. 6, 23 ſunt Inſtrumenta et machinamenta duo ſcalata e diuerſo in axiculum vnum capitibus ſuis coniuncta, diuaricatis ad imum cruribus. His in vindemia arbuſti potiſſimum opus eſt et altioribus iugis, hodieque in pergulana vite, vti homines noſtri ſolent. Non deſunt tamen, qui Seram et hic interpretentur. Add.* Cat. c. 68. *Mihi videtur,* Patibulum *etiam hic eſſe lignum iugi inſtar, in vſu transuerſum, humeris impoſitum, e cuius vtroque extremo ſuſpenſas corbulas vuarum, ſubleuantibus ſe inuicem manibus humeriſque, portabant facilius, vt hodie paſſim videmus aquam hamis ita geſtari.* ¶ 4 Patibulus, i. m. *lectum apud antiquos.* Non. 3, 189 Patibulum genere neutro: maſculino Licinius — Deligat (*ſ.* deligate) ad patibulos; deligantur et circumferuntur, cruci deſiguntur. Plautus Carbonaria, Patibulum ferat per vrbem, deinde affigat cruci. *Quid ſi me-*

ſi melius ſit, quod edidit in Theſauro Stephanus, Patibulus ferar — affigar. *Sic etiam Lipſ. Elect. 1, 18. Vt* patibulus *ſit idem, qui* patibulatus. *Sic certe* Apul. Met. 4 p. 147, 4 *de latrone Lamacho*, cuius manum ſenſim immiſſam per foramen ianuae clauſtri reuellendi gratia — *dominus aedium* grandi clauo — ad oſtii tabulam affixerat, exitiabili nexu patibulum relinquens, *i. tanquam affixum patibulo, vt commouere ſe non poſſet. Nam quod* patibulatum *edidit Floridus, e Scaligeri coniectura aſſumtum eſt. Caeterum vt a* Lateo Latibulum *eſt, in quo* latet *aliquis, ita a* Pateo patibulum, *in quo quis* patet *et expoſitus eſt ictibus.*

PATIBVLĀTVS, a, um. Adi. *Patibulo conſtrictus.* Plaut. Moſtel. 1, 1, 53 Ita te forabunt patibulatum per vias ſtimulis. Patibulati *deſcriptionem dedimus ex Dionyſio et Macrobio modo in* PATIBVLVM.

PATIENS, PATIENTER, PATIENTIA, *vid.* PATIOR.

PATĬNA, ae. f. [λοπὰς] *Vaſis genus, quo dapes elixae et iurulentae in menſam feruntur.* Plaut. Capt. 4, 2, 66 Iuben' an non iubes aſtitui aulas? patinas elui? *Bayſius*, Patina *ab eo, quod* pateat *dicta eſt, quam* Paullus Iureconſult. in l. Cum de lanionis, De fundo inſtructo, *inter culinaria videtur adſcribere*, Item cacabos et patinas inſtrumento fundi eſſe dicimus: quia ſine his pulmentarium coqui non poteſt. Patinis *vtique, niſi ſi in auctorum obſeruatione falſus ſum, vtebantur non ſolum ad coquendum piſces, et caetera id genus, quod auctore* Plinio *probatur 23, 2 vbi de faece ſapae*, Decoquitur, *inquit*, in patinis cum ſale et adipe ad tumorem quoque maxillarum et ceruicum; *ſed etiam ferculi vice. Quum ferculum dico, vas ad ferendum opſonium vel pulmentarium intelligo. Et niſi me et lectorem decipio, eadem patina vtebantur, et ad coquendum et ad ferendum opſonium, elixum praeſertim.* Hor. Serm. 2, 8, 42 Affertur ſquillas inter muraena natantes, In patina porrecta. Patinam *pro Ferculo poſuit* Horatius. Iuuenalis *autem* Sat. 4, 133 patinam *rhombo coquendo non minus, quam inferendo parari iubet ingentem:* Debetur magnus patinae, ſubitusque Prometheus, *etc. Notatur et a* Plin. 10, 51 Aeſopi patina, in qua poſuit aues cantu aliquo aut ſermone vocales, HS ſex ſingulas coëmtas. *Hactenus Bayſius.* Patinas, *a* Patulo *dixerunt: vt* puſillas, quod his libarent coenas patellas Varr. de L.L. 4, 25 *extr.* Grandes patinae Perſ. 2, 42. Tortae in orbe Cumano Stat. Silu. 4, 9, 43 *intelligit Fictiles.* Tollere patinam Hor. Serm. 1, 3, 80. Coenabat patinas omaſi Idem Epiſt. 1, 15, 34. Tyrotarichi patina, *vid.* TYROTARICHVS. Animus in patinis, *prouerbialiter dictum* Ter. Eun. 4, 7, 46.

PATINARIVS, a, um. Adi. [λοπαδικὸς] *Quod in patina conditum vel repoſitum eſt.* Plaut. Men. 1, 1, 26 Tantas ſtruices concinnat patinarias. Idem Aſin. 1, 3, 28 Is habet ſuccum, is ſuauitatem: eum quouis pacto condias, vel patinarium vel aſſum, vorſes quo pacto lubet. Patinarius piſcis, *videtur eſſe Turnebo, qui non aſſatur, ſed in patina e iure coquitur. Id ex* Horatio (Serm. 1, 3, 80) *intelligi poteſt.* Si quis eum ſeruum, patinam qui tollere iuſſus, Semeſos piſces tepidumque ligurierit ius. ¶ 2 *Eſt etiam conuicium* Patinarius, *qui patinas curat et exercet, beluo.* Suet. in Vitel. c. 17 Aliis incondiarium et patinarium vociferantibus, parte vulgi etiam corporis vitia exprobrante, *etc. Quamquam hoc videtur dictum ad ingentem* patinam Vitellii, *de qua* c. 13.

PATIOR, patĕris, paſſus ſum, pati. [πάσχω, κάμνω, ὑπομένω] *Suſtinere, tolerare, ſinere, eo animo ferre, quem adiuncta declarant.* Ter. Andr. 1, 5, 27 Tum patris pudor, qui me tam leni paſſus eſt animo vsque adhuc. Plaut. Truc. 2, 1, 12 Si eget, neceſſe eſt nos patiatur ali. Ex merito pati aliquid Ouid. Epiſt. 5, 7. Non Feram, non patiar, non ſinam Cic. Cat. 1 c. 5. Idem Verr. 5, 125 Patimur iam multos annos et ſilemus, quum videamus apud paucos homines omnes omnium nationum pecunias perueniſſe. Aegre pati Plaut. Poen. 5, 2, 111. Cic. pro Roſc. Amer. Quare Facile omnes patimur eſſe quamplurimos accuſatores. Non modo Facile paterer, ſed etiam laetarer Idem Att. 16, 11. *Et* Planco Att. 16, 17 Non modo facile patiare, ſed etiam gaudeas. Cic. Fam. 5, 7 Nulla re tam laetari ſoleo, quam meorum officiorum conſcientia: quibus, ſi quando non mutue reſpondetur, apud me plus officii reſidere facillime patior. *Add.* Idem Fam. 6, 12. *it.* 7, 15 *et* 31. *De hac formula, vid. Manut. ad* Cic. Fam. 7, 15. *It. Caſaub. ad* Cic. Att. 14, 8. Audire me facile paſſus ſum, fieri autem moleſte fero Cic. Att. 13, 33 *extr. i. audiui ſine moleſtia, quod fieri aegre ferrem.* Vel verba mihi dari Facile patior in hoc, meque libenter praebeo credulum Cic. ad Att. 15, 16 *pr. Alias* Pati *dicuntur, qui cum poſſint, non impediunt.* Quid? vis patiar? Ter. Andr. 2, 3, 6. *Al.* quiduis. Neque tamen non patiebantur Nep. 18, 1, 3. Elpinice negauit ſe paſſuram Idem 5, 1, 4. Humane pati Ter. Adelph. 1, 2, 65. Indigne pati aliquid Cic. Verr. 5, 31. Cic. Philipp. 12, 9 c. 4 Aequo animo belli patitur iniuriam. *De Gallia.* Pati iniquo animo Ter. Eun. 2, 1, 6. *Sic* Cic. Fam. 12, 18 Etſi periniquo animo patiebar te a me digredi. Ter. Andr. 1, 2, 32 Vbi vis facilius paſſus ſim, quam in hac re, me deludier. Patior non moleſte eam vitam, *etc.* Cic. Verr. 3, 5. Non poſſum pati, quin tibi caput demulceam: pro Non poſſum abſtinere quin, *etc.* Ter. Heaut. 4, 5, 13. Cic. de Amic. 87 Quin etiam, ſi quis ea aſperitate eſt — congreſſus vt hominum fugiat — tamen is pati non poſſit, vt non anquirat aliquem, apud quem euomat virus acerbitatis ſuae. Cic. de Orat. 1 c. 58 Tibi remittunt omnem iſtam voluptatem, et ea ſe carere patiuntur, *i. aequo animo ferunt.* Nullum patiebatur eſſe diem, quin in foro diceret Cic. de Clar. Orat. 320. Pateretur, *cum quadam obiurgatione et reprehenſione eleganter dictum* Ter. Heaut. 1, 2, 28 Fortaſſe aliquanto iniquior erat praeter eius lubidinem. Pateretur; nam quem ferret, ſi parentem non ferret ſuum? ¶ 2 *Nomina:* Abortum pati, *vid.* ABORIOR. Actionem ab alio intentatam pati Paullus in l. Litis. D. de negot. geſtis. *Et* Vlpian. in l. Si non ſolus. §. vlt. D. Si quis omiſſ. cauſ. teſtam. Aeuum pati Columel. 2, 10. *i. Durare.* Bona, *i. aequo animo et ſapienter ferre.* Rutil. It. 1, 446 Quaenam peruerſi rabies tam ſtulta cerebri? Dum mala formides, nec Bona poſſe pati? Plaut. Aſin. 2, 2, 58 Fortiter malum qui patitur, idem poſt patitur Bonum. *Sic* Poen. 3, 3, 82 Siquidem potes eſſe pati te in lepido loco. Concubitus pati Ouid. de Arte Am. 3, 666. Cic. Att. 12, 24 Hoc quidem vtique perficies, ſi me leuari vis, quem iam etiam grauius accuſas, quam patitur tua Conſuetudo, *i. quam decet te hominem alias ita mitem, exſpectarique adeo a te poterat.* Dicta pati ſuperborum iocorum Lucan. ad Piſon. 103. Cic. Fam. 13, 54 Primum, vt omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides tua, Dignitasque patietur; patietur autem in omnibus. Dilationem Plin. 18, 10. Dolores pati toleranter Cic. Tuſc. 2, 43 c. 18. Exilium Virg. Aen. 2, 638. Extrema Idem ibid. 1, 223. Falcem pati dicuntur ſemina Plin. 17, 10. Famam pati inultae Virg. Aen. 11, 847. Famem pati Ouid. in Ibin 617. Febrim Gell. 17, 12. Apul. Apol. p. 279, 4 Haſce duas Flammas dum potiar (*ſic legendum puto, non* potior) patiar. Formicas arbor Pallad. Oct. 12, 8. Fugam Ouid. Triſt. 3, 1, 74. Hymenaeos iuſtos Virg. Georg. 3, 60. Iacturam Columell. 1 praef. 11. Impedimentum Plin. Epiſt. 2, 12. Imperium Liu. praef. Iuſſa aliena Virg. Aen. 10, 866. Lituos Idem Georg. 3, 183 *equi labor eſt.* Malum pati fortiter, *vel toleranter* Plaut. Aſin. 2, 2, 58. Manes quisque ſuos patimur Virg. Aen. 6, 743. *i. ſecundum manes, vel manibus.* Marem femina Colum. 6, 24, 2. *i. admittit taurum vacca.* Militiam ne non paterentur Faliſci Liu. 4, 18 *pr.* Moram Ouid. Met. 4, 350. Moram pati in re aliqua Papin. in l. Qui ſolidum. in princip. D. de legat. 2 Qui ſolidum fideicommiſſum fruſtra petebat, herede Falcidiam obiiciente, ſi partem interim ſolui ſibi deſiderauerit, neque acceperit: in ea moram paſſus intelligitur. Aſperius, quam ſui patiuntur Mores, aliquid facere Cic. Att. 9, 18. Necem indignam Ouid. Met. 10, 627. Negotium patitur is, cui alius negotium facit Vlpian. in l. 3. D. de calumniator. *Add.* Scribon. 27. *i. ſuſtinent.* Cic. Att. 10 Pati poterunt Oculi, me cum Gabinio ſententiam dicere? Pauperiem anguſtam pati Hor. Carm. 3, 2, 1. Poenas Ouid. Met. 1, 243. Praelia dura Virg. Aen. 7, 807. Repulſam pati Ouid. Met. 3, 289. Seruitutem pati poſſunt aliae nationes: propria eſt Populi Romani libertas Cic. Philipp. 6, 19 c. 7. Silentia longa Lucan. 7, 66. Sollicitudinem pati pro aliquo Plin. Epiſt. 9, 2. Soporem Ouid. Met. 15, 321. Stratum aut velamina Idem ibid. 7, 558. Supplicium Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 30. Supplicium patitur non noua culpa nouum Ouid. Triſt. 2, 540. Verbera Virg. Georg. 3, 208. Vermes Perſicus Pall. Nou. 7, 5. Vires patiuntur Scribon. 138. 139. Vulnera Ouid. Epiſt. 2, 48. ¶ 3 *Cum infinitis:* Pati aliquem eſſe deſertum, *i. Derelinquere ac deſtituere.* Cic. Off. 1, 28 Vt eos, quos tutari debeant, deſertos eſſe patiantur. Patiar quemuis durare laborem Virg. Aen. 8, 577. Cic. Fam. 1, 9 Quem bonum ciuem ſemper habuiſſet, bonum virum eſſe pateretur. Idem ibid. 9, 25 Noli pati litigare fratres, et iudiciis turpibus conflictari. Idem de Diuin. 2, 4 Nullum philoſophiae locum eſſe pateremur, qui non Latinis literis illuſtratus pateret. Patitur tangi Ouid. Met 1, 644. *Elliptice*: Colum. 12, 47, 10 Patimur horis tribus (*eſſe in eo ſtatu*) *ſic ſaepe Scribon.* ¶ 4 *Obſeruatt.* Pati, *abſolute, pro durare, et viuere:* Virg. Ecl. 10, 53 Certum eſt in ſiluis, inter ſpelaea ferarum Malle pati. Lucan. 5, 313 Diſce ſine armis Poſſe pati. *Ad quem locum alia exempla adducit Grotius et* ἰδιωτισμὸν *eſſe oſtendit.* Senec. Thyeſt. 468 Immane regnum eſt poſſe ſine regno pati. *Vid. ad h. l. Gronou. It. Burm. ad* Ouid. Am. 1, 14, 3. Se pati, *eleganter dicuntur, qui minime inquieto et ambitioſo animo, ſibique viuere et ſua fortuna contenti eſſe poſſunt. Ita* Sen. Nat. Quaeſt. 4 *pr.* Scio, quam ſit ambitioni alienus, familiaris otio ac literis. Turbam rerum hominumque deſiderent, qui ſe pati non poſſunt. ¶ 5 Patio, *Obſoletum pro* Patior *videre eſt, ex* Naeuio *apud* Diomed. p. 395. *Et* Cic. de Legib. 3 c. 4 Doceri a magiſtratibus priuatisque patiunto. *Hinc Paſſiue:* Lentul. *ad* Cic. Fam. 12, 14 Quorum improbitatem aliquando retundi, et non pati impunitate augeri, e re publica eſt. *Gerund.* Vſum patiendi colligere Ouid. Amor. 1, 8, 75. Ad patiendum tolerandumque difficiles res Cic. Tuſc. 2, 18. *Partic.* Ferre non patienda Ouid. Faſt. 2, 586. Pateris nulli patienda Id. Amor. 2, 19, 51. Mors bis patienda Idem Triſt. 1, 2, 42.

PATIENS, entis. Partic. *et Nomen.* Patiens admirandum in modum Nep. 15, 3, 2. Cic. de Orat. 2, 305 In quo ego non quo libenter male audiam, ſed quia ego cauſam non libenter relinquo, nimium patiens et lentus exiſtimor. Animus patiens Ouid. ex Pont. 4, 10, 9. Dens patientis aratri Idem Am. 1, 15, 31. *i. duri, firmi, etc.* Aurem patientem praebere Hor. Epiſt. 1, 1, 40. Patiens, [ὑπομονικὸς, τλήμων, ταλασίφρων] *Nomen cum Genitiuo.* Cic. pro Sext. 138 Patiantur viros laborum patientes frui. *Correctiora exemplaria legunt*, Patiantur viros fortes labore, ſe otio ſuo perfrui. Aratri patiens taurus Ouid. Triſt. 4, 6, 1. Caeli patiens, *i. Aëris et tempeſtatum* Valer. Argon. 1, 765. Incommodi omnis patiens Columel. 3, 29. Laboris patiens latus Quinctil. 1 prooem. Laboris natura patientior Idem 1, 12. Nauigationis patiens aqua Iuſtin. 36, 3, 7. Nauium patiens Tyberis, *Qui fert naues.* Plin. Epiſt. 5, 6 Medios ille agros ſecat, Nauium patiens, omnesque fruges deuehit in vrbem. Operum patiens iuuentus Virg. Georg. 2, 472. Phoebi nondum patiens *Sibylla* Bacchatur, magnum ſi pectore poſſit Excuſſiſſe Deum Virg. Aen. 6, 77. Pulueris atque ſolis Hor. Carm. 1, 8, 4. Veneris iam patiens eſt equa Columel. 6, 37. Vetuſtatis Plin. 11, 37. Vomeris patiens tellus Virg. Georg. 2, 227. Vocari patiens Caeſaris vltor Hor. Carm. 2, 2, 43. *Graeca plane eſt haec loquendi figura,* ὑπομένων ἐκκαλεῖσθαι Καίσαρος ἐκδικητής. *Latine enim diceremus*, Patiens te vocari Caeſaris vltorem. *Sic* Epiſt. 6, 30, 1 Quum pateris ſapiens emendatusque videri, *etc. Lambin.* Patiens, *pro aegroto:* Sammon. 584 Quarum decoctos patiens haurito liquores. *Sic* Cael. Acut. 2, 16, 98 Partes patientes. Patientior, [ὑπομονικώτερος] *et* Patientiſſimus. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 96 Atque ii miſerrimo ac patientiſſimo exercitui Caeſaris luxuriem obiiciebant. Cic. Q. Frat. 1, 1 c. 14 Meae quoque literae te patientiorem, lenioremque fecerunt. Idem Off. 1, 109 Quo in genere verſutiſſimum et patientiſſimum Lacedaemonium Lyſandrum accepimus. Saxo patientior Propert. 1, 15, 29. Cic. pro Ligar. 24 c. 8 Sed iam totum omitto, non tam, vt ne offendam tuas patientiſſimas Aures, quam ne, *etc.* Ciuitas imperii iuſti patientiſſima Liu. 6, 16.

PATIENTER, ius, iſſime. Adu. [ὑπομονικῶς] *Moderate, fortiter, conſtanter.* Cic. de Amicit. 93 c. 25 Vt igitur et monere et moneri proprium eſt verae amicitiae: et alterum libere facere, non aſpere: alterum patienter accipere, non repugnanter. Amare patienter Martial. 5, 7. Cic. Fam. 1, 8 Otium nobis exoptandum eſt, quod ii, qui potiuntur rerum, praeſtaturi videntur, ſi quidam homines patientius eorum potentiam Ferre potuerint. Cic. Philipp. 11 Quae tuliſſe illum fortiter et patienter Ferunt. Parere alicui patienter Iuſtinus 1, 2 *pr. vbi de Semiramide loquitur.* Prandere olus patienter Hor. Epiſt. 1, 17, 13. Ferre omnia patientius Ouid. Epiſt. 19, 101. Vxor retenta patientius Plin. in Paneg. c. 83. Nos quoque quae ferimus, tulimus patientius ante Ouid. Triſt. 4, 6, 37. Ita patientiſſime Cato tolerauit Val. Max. 4, 3, 11. *Conf.* Sen. Epiſt. 66.

PATIENTIA, ae. f. *eſt, Animi conſtantia, qua aduerſa perinde ac proſpera ferimus.* Cic. de Inuent. 2, 163 c. 54 Patientia eſt hone-

ſtatis aut vtilitatis cauſa, rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpeſſio. Cic. Off. 1, 122 c. 34 Maxime autem haec aetas e libidinibus arcenda eſt, exercendaque in Labore, patientiaque et animi et corporis. Idem pro Milon. 77 Sed neſcio quomodo vſu obduruerat, et Percalluerat ciuitatis incredibilis patientia. - Patientia contra labores Plin. 23, 1. Cic. in Catil. 1, 26 c. 10 Habes vbi oſtentes tuam illam praeclaram patientiam famis, frigoris, inopiae rerum omnium. Bonorum in carendo patientiam, in vtendo rationem expetendam putaui Cic. pro Domo 146. Ad locorum patientiam animalia quoque generaſſe naturam Iuſtin. 2, 1, 11. Parua patientia Phaedr. 4, 6, 3. Proiecta patientia Tacit. Ann. 3, 65 *h. e. Contemta et vilis.* Vetus patientia Idem in Vita Agric. 16. Liu. 5, 6 Et animis, et corporibus ſuis Virilem patientiam ineſſe. Patientiam, Libidini et luxuriae, *oppoſuit* Nepos 17, 7, 4 *cum ait,* Quam (*ſcil. Domum Ageſilai*) qui intrarat, nullum ſignum libidinis, nullum luxuriae videre poterat, contra plurima patientiae atque abſtinentiae. Hominum ipſorum ea patientia virtus frugalitasque eſt, vt proxime ad noſtram diſciplinam videantur accedere Cic. Verr. 2 c. 3. *Interdum idem fere eſt ac Duritia et Graeco verbo καρτερίας reſpondet. Vt apud eundem* Nep. 7, 11, 4 Eundem apud Lacedaemonios, quorum moribus ſumma virtus in patientia ponebatur, ſic duritiae ſe dediſſe, *etc.* Patientiam *etiam nonnunquam pro ipſo Labore atque aerumnis poni docet Brouckh. ad* Tibull. 3, 11, 5. *et Drakenb. ad* Sil. 6, 545. *Conf. Burm. ad* Quinct. 6 prooem. p. 498. *Interdum in vitio eſt.* Cic. pro Lig. c. 9 Quae fuit igitur in vllo homine tanta conſtantia? Conſtantiam dico? Neſcio an melius patientiam poſſim? *Laudat quidem Tuberonem, ſed aduerſarium tamen, et ſui clientis inimiciſſimum. Speciatim* patientia *vſurpatur de maritis, qui vxorum adulteriis non vt par erat, commouentur.* Galitta, adulterii rea: nupta haec — et ſuam et mariti dignitatem centurionis amore maculauerat. — Caeſar centurionem exauctorauit, atque etiam relegauit. Supererat crimini — reliqua pars vltionis: ſed maritum non ſine aliqua reprehenſione patientiae amor vxoris retardabat; quam quidem etiam poſt delatum adulterium, domi habuerat, quaſi contentus aemulum remouiſſe Plin. Epiſt. 6, 31, 5. Ne quis in me aut nimiam patientiam, aut nimium ſtuporem arguat, quod feram querelam (*de adulterio vxoris*) detuli Porc. Latro ap. Sen. Controu. 2, 15. *Conf. Herald. ad* Tertull. Apol. c. 47. ¶ 2 *Verba:* Abrumpere patientiam Tac. Ann. 12, 50. Cic. Catil. 1, 1 Quo vsque tandem abutere Catilina patientia noſtra? quamdiu nos etiam furor iſte tuus eludet? Conſolari patientiam verberum Curt. 8, 25 *extr.* Contudit ingenium longa malorum patientia Ouid. Triſt. 5, 12, 31. Fit furor laeſa ſaepius patientia. *Sententia eſt* Mimi Publiani, *quae vice prouerbii in eos conuenict, qui, dum extrema experiuntur, alienant a ſe eos, cum quibus agunt: et vniuerſae rei iacturam faciunt, dum plus ſatis attenti ſunt ad lucrum.* Fit leuius patientia quidquid corrigere eſt nefas Hor. Carm. 1, 24, 19. Imitatur patientiam duritia immanis Cic. in Partit. 81. Mitigare aliquem patientia et obſequio Idem in Piſon. 5. Idem Verr. 5, 34 Iam vero quum in eiusmodi patientia turpitudinis, aliena, non ſua ſatietate Obduruiſſet, *etc.* Praeſtare patientiam, *Iuriſconſulti frequenter dicunt, vt* Marcell. in l. Cui nouum. D. de Operis noui nuntiatione: *Et* Vlpian. in l. Si alius. D. Quod vi aut clam. Reſtituere aliquem veteri patientiae Tac. in vita Agric. 16. Sueton. Tiber. c. 24 Principatum, quamuis, *etc.* diu tamen recuſauit; impudentiſſimo animo nunc adhortantes amicos increpans, vt ignaros quanta belua eſſet imperium: nunc precantem Senatum, et procumbentem ſibi ad genua, ambiguis reſponſis et callida cunctatione ſuſpendens: vt quidam patientiam Rumperent, atque vnus in tumultu proclamaret, Aut agat, aut deſiſtat. *Hic* Patientiam *ſumit pro μακροθυμίᾳ, quam longanimitatem interpretantur, i. tarditate ad iraſcendum.* Tentare patientiam alicuius Cic. de Lege Agrar. 2, 19 c. 7. Victa vitiis Ouid. Amor. 3, 11, 1. Vti incredibili patientia Cic. Philipp. 10, 9. *Quaſi Deam, perſonam certe inducit* Patientiam Hor. Epiſt. 1, 17, 25 Quem duplici panno Patientia velat.

PASSVS, a, um. Partic. [παθών] Virg. Aen. 1, 203 O paſſi grauiora! dabit deus his quoque finem. Bello multa paſſus Idem ib. 1, 9. Coagula paſſum lac, *i. Caſeus* Ouid. Met. 14, 274. Dolores ſimiles paſſa eſt Senec. Octau. 4. Funera tot paſſi Virg. Aen. 1, 236. Iniuriam paſſi Ouid. Epiſt. 17, 187. Iugum bos nullum paſſa Idem Met. 3, 11. Ligones paſſa rura Lucan. 1, 169. Nefas paſſa eſt corpore Ouid. Met. 10, 351. Nihil paſſa Ouid. Epiſt. 17, 26. Hor. Carm. 1, 7, 30 O fortes Peioraque paſſi Mecum ſaepe viri, nunc vino pellite curas. Pericula plurima paſſus Ouid. Triſt. 3, 2, 7. Praelia clipeus raro paſſus Idem Met. 13, 117. Saecula nouem paſſa cornix Idem ib. 7, 274. Stuprum tyranni paſſa Lucretia Senec. Octau. ſ. 6.

PASSVRVS, a, um. Partic. [πεισόμενος] Poenam paſſurus Ouid. ex Pont. 4, 6, 26. Situm indignum paſſurus Stat. Theb. 3, 100.

PASSIVVS, a, um. Part. [παθικὸν Vet. Gloſſ.] *Aptus ad patiendum, pati ſolitus.* Animalia animo paſſiua, *i. vt ipſe explicat,* perturbationibus mentis obnoxia Apul. de Deo Socr. p. 49, 10. *Conf. ad h. l.* Auguſtin. de C. D. 8, 160. Firmic. 4, 8 A Venere defluens Luna, paſſiuos in coitu faciet. Idem 5, 1 In amorum tamen illecebras, oculorum paſſiuis cupiditatibus incurrens. *Et* 7, 18 Mercurius paſſiuos amatores faciet. *Sed vereor ne haec potius ſint ad verbum* PANDO *referenda et vagam errabundamque libidinem notent. Huc potius pertinere cenſeo* Arnob. 2 p. 61 *extr.* Quidquid enim cauſa ingruente nonnulla ita mutatur et vertitur, vt integritatem ſuam retinere non poſſit, id neceſſe eſt iudicari natura eſſe paſſiuum. *Et* p. 65 *med.* Et illis argumenta ſunt praeſto, quibus *animas* paſſiuas atque interibiles inuenitur; et his contra non deſunt, quibus eſſe diuinas immortalesque monſtratur.

PASSIO, ōnis. f. Firmic. 2, 12 Virgo ſignificat omnes ventris aegritudines, et paſſiones. *Paullo poſt,* Capricornus ſignificat omnes geniculorum aegritudines et paſſiones. *Rurſus ibid.* Aquarius ſignificat omnes tibiarum moleſtas aegritudines, et paſſiones. Pſeudo-Corn. Gall. Eleg. 5, 42 Quae nihil imminuit paſſio, nulla fuit. *Conf. Voſſ. Inſt. Orat.* 1 p. 192. Exſtant mandatae literis praeclare martyrum paſſiones Sulp. Seuer. Hiſt. 5, 2, 32. Mortis exitu omnis peracta eſt paſſio Prudent. Periſt. 2, 292. Apul. Triſmeg. p. 93 Incredibiles poſt delicta cogentur credere, non verbis, ſed exemplis, nec minis, ſed ipſa paſſione poenarum. De paſſionibus et perturbationibus animorum Auguſtin. de C. D. 9, 4: *Vtitur etiam 8, 16 etc. vterque locus velut claſſicus.*

PASSIONALIS, e. Adi. Tertull. contra Gent. c. 2 *et* 4. Cael. Aurel. Tard. 1, 4.

PASSIBĬLIS, e. Adi. Arnob. 7 p. 214. *et* Tertull. aduerſ. Prax. c. 29. Chriſtus paſſibilis carne, impaſſibilis deitate l. 7 §. 2 C. de ſumma Trinit.

PASSIBILITER. Adu. Tertull. de Anima c. 45.

PASSIBILITAS, ātis. f. Arnob. 2 p. 62.

PATIBĬLIS, e. Adi. [παθητὸς] *Quod perferri poteſt.* Cic. Tuſc. 4, 50 c. 23 Negligenda mors eſt, patibiles et dolores et labores putandi. *Sed actiue, qui pati et perferre poteſt,* Idem de Nat. Deor. 3, 29 c. 12 Quumque omne animal patibilem naturam habeat, *etc.* Lactant. 7, 20 Anima patibilis et poenae ſentiens.

PATMOS, i. f. [Πάτμος] *Inſula in mari Aegaeo,* quae, *vt* Plin. *ſcribit* 4, 12 patet circuitu triginta millibus paſſuum. *In qua Iohannes Apoſtolus exul Apocalypſin ſcripſit.*

PATOR, *vid.* PATEO.

PATRAE, arum. f. *Pl.* [Πάτραι] *Ciuitas in Achaia, quam Pauſanias Aroën dici prius ſolitam affirmat, mox a* Patreo, *moenibus ampliatis, nomen accepiſſe, quod nunc habet. Huius meminit* Plin. 4, 4. Ouid. Met. 6, 417 Meſſeneque ferox, Patraeque, humilesque Cleonae. Sil. 15, 310 Tum luſtrata Ephyre, Patraeque et regia Pleuron.

PATRENSIS, e. Adi. Ciuis Patrenſis, *et* Patrenſium leges Cic. Fam. 13, 19.

PATRIĀNVS, a, um. Adi. [Πατριανὸς] Cic. Fam. 13, 54 Vt obtineat id iuris in agris, quod ei Patriana ciuitas decreuit et dedit. *Vetus exemplar habet* Pariana, *et ſic a Victorio inde legitur.*

PATRATVS, *vid.* PATRO, as.

PATRIA, ae. f. [πάτρα, πατρὶς] *Vrbs, ſiue regio, vnde orti ſumus: quod patria communis omnium parens ſit. Eſt autem proprie Adiectiuum, quod ſupra tractauimus ſub* PATER, *intellecto nomine* Vrbs, Regio, Reſpublica, Ciuitas, *etc.* Cic. Off. 1, 58 Sed ſi contentio quaedam et comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum ſit officii, principes ſint, patria, et parentes: quorum beneficiis maximis obligati ſumus. Virg. Ecl. 1, 3 Nos patriae fines, et dulcia linquimus arua: Nos patriam fugimus. Cic. de Fin. 3, 32 Peccatum eſt, patriam prodere. *Neſcio quam bene* Seru. *ad* Aen. 1, 384 Patria, aliquando Prouincia ipſa ex qua orti ſumus, improprie tamen dicitur. Vnde Salluſt. Hiſpaniam ſibi antiquam patriam dixit. *Certe nihil hic improprium videtur.* Nimborum patria Aeolia Virg. Aen. 1, 55. Parens communis omnium noſtrûm Cic. Catil. 1, 17. Antiquiſſimà et ſanctiſſima parens Idem Att. 9, 11. Patria eſt, vbicunque eſt bene Idem Tuſc. 5, 108 c. 37. Omne ſolum forti patria eſt. Conſors patriae Ouid. Epiſt. 15, 29. Extorres patria Lucret. 3, 48. Exul patriae Hor. Carm. 2, 16, 19. Interitus, *vid.* INTEREO. Parens Patriae Cic. in Piſon. 6. Sancte pater Ouid. Faſt. 2, 127. Solum patriae cum omnibus eſt carum, tum vero dulce atque iucundum Cic. in Catil. 4, 16 c. 7 *extr.* Antiqua patria Virg. Aen. 2, 137. Barbara, *vid.* BARBARVS. Cara Horat. Serm. 2, 2, 105. Cariorem decet eſſe patriam nobis, quam nosmetipſos Cic. de Finib. 3, 94. Munifica, *vid.* MVNVS. ¶ 2 *Verborum formulae:* Carere patria, Cedere patriae, *vid. hh. vv.* Omnibus qui patriam Conſeruauerint, adiuuerint, auxerint, certum eſſe in caelo ac definitum locum, vbi beati aeuo ſempiterno fruantur Cic. in Somn. Scip. 4. Excedere patria Virg. Aen. 1, 361. Exuere patriam Tacit. Hiſt. 5, 5. Lacerarunt omni ſcelere patriam; *vid.* LACER, *Adi.* Mori pro patria, et in patria praeclarum eſt Cic. Att. 8, 2. Hor. Carm. 3, 2, 13 Dulce et decorum eſt pro patria Mori. Mutare victricem patriam victa, *vid.* MVTO. Remeare in patriam Ouid. Met. 15, 480. Retineri amore blando patriae Idem Triſt. 1, 3, 49. Reuiſere patriam Virg. Georg. 4, 390. Patria, *pro quacunque Regione ſimpliciter.* Virg. Aen. 1, 540 Quaeue hunc tam barbara morem Permittit patria? hoſpitio prohibemur arenae. Patriam, cum proprie ſit ciuitas vel vrbs parentum, pro Regione vel terra aliena poſuit Virg. Aen. 11, 25. Ite, ait, egregias animas, Quae ſanguine nobis Hanc patriam peperere ſuo, decorate ſupremis Muneribus Non. 6, 107. *Nempe patria non modo eſt, in qua patres noſtri vixere, ſed etiam, quam noui ciues colimus, et liberis noſtris relinquere ſperamus. Non terra, ſed maxime homines* Patriae *appellatione continentur, vid.* Liu. 5, 54 *pr. Speciatim patricii, vel ſenatus Romae hoc nomen ſibi vindicabant. Vid.* Liu. 4, 60 *pr. et* 5, 4. Patriae, *Plur.* Plin. 7, 26 Neque enim ipſi coronantur, ſed patrias ſuas coronant. *de victoribus ſacrorum certaminum apud Graecos.*

PATRIVS, a, um. Adi. [πάτριος] *Quod eſt patriae. Nam in quantum proxime ad* Patrem *reſpicit, ſupra ſub* PATER *illud tractauimus.* Arma patria Virg. Georg. 3, 346. Aruum Ouid. in Ibin 503. Carmina Virg. Georg. 2, 394. Dî patrii Idem Aen. 2, 702. *Vid. Voſſ. ad* Catull. p. 5. *Gronou. ad* Stat. Silu. 4, 8. Cic. de Fin. 5 Attamen is quidem in patriis inſtitutis manet. *Poteſt hic a* Patre *deriuari.* Mos patrius et diſciplina Cic. . . . Mos patrius occiderat Cic. Parad. 4. Mos patrius Academiae erat aduerſari ſemper omnibus in diſputando Idem de Orat. 1, 84. Muri Virg. Aen. 2, 279. Penates patrios adſpicere, *domum redire* Hor. Serm. 2, 5, 4. *Contrarium* Linquere Od. 3, 27, 49. Cic. de Legib. 2, 22 c. 9 Ex patriis ritibus optima colunto, praeter Ideae matris famulos. Sedes Ouid. ex Pont. 3, 2, 84. Sermo Lucret. 1, 832. Cic. de Fin. 1 c. 2 *pr.* Terra patria decedere Virg. Aen. 6, 508.

PATRIAMPHES, *vid.* PATIRAMPHES.

PATRIARCHA, *vel* PATRIARCHES, ae. m. [πατριάρχης] Ab Adam vsque ad Patriarchas et Prophetas Tertull. adu. Prax. c. 16 *i. viri in eccleſia primaeua praecipui, familiarum ſuarum rectores.* Patriarchae et caeteri maiores Tertull. de Idolol. c. 17. *Add.* Sidon. Ep. 6, 12. *et* 9, 4. Tertull. de Cor. Mil. c. 9. ¶ 2 *In Eccleſia* Patriarchae *ſupra reliquos Epiſcopos elati ſaeculo IV,* Romanus, Antiochenus, Alexandrinus. *Deinde labente ſaeculo additus* Conſtantinopolitanus, *isque* Antiocheno et Alexandrino praelatus, *etc. Salmaſ. ad* Vopiſc. 8 *contendit,* Patriarcharum *non niſi inter Iudaeos et Chriſtianos nomen fuiſſe, ſecus quam videbatur Caſaubono.* Et *ſane* Gamaliel Patriarcha, *quem ille ex* Marcello Empir. c. 23 *protulerat, Iudaicum nomen habet.* ¶ 3 *Metaphorice enim* Patriarchas haereticorum Philoſophos *vocat* Tertull. *adu.* Hermog. 3. *et* de Anima 3.

PATRICIDA, PATRICIVS, PATRIMONIVM, PATRIMVS, PATRISSO, PATRIVS, *etc. vid.* PATER.

PATRICVS Caſus, *i. Genitiuus.* Varr. de L. L. 7, 39 Item quod in patrico caſu hoc genus diſpariliter dicatur, ciuitatum, parentum; ciuitatium, parentium, *etc. Idem* Patrius *dicitur a* Gell. 4, 16.

PATRO, āre. [παιδοποιέω, διαπράττομαι] *Eſt Perficere, quod etiam Verba compoſita* Impetrare *et* Perpetrare *ſatis oſtendunt. Hoc deinde verbo cum vulgo homines vterentur in rebus Venereis, cautius illo vtendum cenſuit* Quinctil. 8, 3, 44 Vel hoc vitium ſit, quod κακέμφατον vocatur, ſiue mala conſuetudine in obſcenum intellectum ſermo detortus eſt, vt Ductare exercitus, et Patrare bellum, apud Salluſtium dicta ſancte et antique, ridentur a nobis, ſi diis placet: quam culpam non ſcribentium quidem iudico, ſed legentium, tamen vitandam. *Vid. Burm. ad h. l. qui putat in* Salluſtio *offenſos eſſe homines non verbo* patrare *ſimpliciter, ſed quod iunctum eſſet cum bellum, quod nomen puerum delicatum etiam notare poſſet. Quidquid eius ſit, Grammatici coeperunt totum verbum infamare, et dicere, eſſe a* Pater, *et ſignificare* rem Veneream conſummare. *Sic* Gl. Philox. *Sic* Schol. Perſii *cuius verba ſtatim damus. in* PATRANS. *Sic* Iſid. 9, 5. *Interim non refugit vti hoc verbo, vt ſtatim videbimus Tacitus, nec ſupereſt forte exemplum vetus ſenſus obſceni, praeter vnicum* Perſii ocellum patrantem, *de quo ſtatim.* Salluſtius in Catil. 56 Sperabat propediem magnas copias ſeſe habiturum, ſi Romae ſocii incepta patrauiſſent. Idem Iugurth. 13 Tum Iugurtha patratis conſiliis, poſtquam omni Numidia potiebatur in otio, facinus ſuum cum animo reputans. Cic. Diu. in Caecil. 38 Putaſne poſſe, quae C. Verres in Quaeſtura, quae in legatione, quae in Praetura, quae Romae, quae in Italia, quae in Achaia, Aſia, Pamphiliaque patrarit, (*quid.* peccauit) ea quemadmodum locis, temporibusque diuiſa ſint, ſic criminibus et oratione diſtinguere? Patrare Bellum Salluſt. Iug. 21, 2. Vell. 2, 123, 1. *et alias.* Tac. Ann. 2, 26, 2. Caedem patrare Tacit. Ann. 14, 44, 2. Decreta patrare, *vid.* DECERNO. Expugnationem Tacit. Ann. 12, 16. Facinus Liu. 23, 8 *extr.* Tac. Ann. 14, 8, 5. Grat. 72 Hinc Decus et famae primum patrauit Honorem *de Hercule. Vid. Barthius ad h. l.* Iuſſa patrare Tac. Hiſt. 4, 83, 6. Necem Idem Ann. 2, 88. Cic. de Legib. 2, 19 Feriis iurgia amouento, easque in famulis (Operibus patratis) habento. Idem Att. 1, 14 *extr.* Τεῦκρις Promiſſa patrauit, tu mandata effice quae recepiſti. Reliqua belli Paterc. 2, 123 *extr.* Sementim vbi patraueris Cato R. R. 54, 1. Victoriam Tac. Ann. 13, 41. Patror, aris. *Depon.* Lucret. 5, 386 Quod facere intendunt, neque adhuc conata patrantur. *i. Perficiunt. Sed Paſſ.* Patrari, *pro Confici.* Tac. Ann. 2, 16 Etſi proxima aeſtas adiiceretur, poſſe bellum patrari. *h. e. Poſſe debellari. Partic.* Pacis patrandae cum Romanis paciſcebatur mercedem Tac. Hiſt. 4.

PATRANS, antis. Partic. *Quo ad rem Veneream abuſus eſt* Perſ. 1, 18 Patranti fractus ocello. *Vbi* Vet. Scholiaſt. Patratio, *inquit,* eſt Rei Venereae perfectio vel conſummatio, vnde et Patres dicti, quod patratione filios procreant. *Quid de hac etymologia videatur, iam diximus. Quod* Patrans voluptas *i.* συνουσιασμὸς *ex* Hieronymi Quaeſt. in Geneſ. *laudatur a Voſſio in Etymolog. h. v. hoc ex ipſo videtur Perſii loco ſumtum.*

PATRĀTVS, a, um. Part. [διαπραχθεὶς] Tacit. Ann. 2, 66, 4 Maluit patrati quam incepti facinoris reus eſſe. *Add.* Sall. Iug. c. 21. *et* Auct. Paneg. Conſtantini c. 6. Bella patrata Claud. de Conſ. Hon. 6, 126. Paterc. 2, 114, 4. Caede eius patrata Tacit. Ann. 4, 57. Mortes patratae Idem ib. 11, 28, 3. Remedium patratum irrito *opponitur* Idem Hiſt. 4, 81, 6. Patres patrati *dicebantur, quod ad* patrandum, *id eſt peragendum ius iurandum, vbi de foederibus conuenerat, mitterentur.* Liu. 1, 24. *Conf. Gronou. ad* Liu. l. c. Seru. *ad* Virg. Aen. 9, 53. 10, 14. 12, 206. *item* 7, 623. Praelium patratum Paterc. 2, 21, 3.

PATRATIO, ōnis. f. Paterc. 2, 98, 2 L. Piſo legatus Caeſaris triennio cum Thracibus bellauit, gentesque ferociſſimas plurimo cum earum excidio nunc acie, nunc expugnationibus in priſtinum pacis redegit modum: eiusque patratione Aſiae ſecuritatem, Macedoniae pacem reddidit. ¶ 2 Patratio, rei Venereae conſummatio *redditur in* Gloſſar. vet. Lat. Arab. *Add.* Theod. Priſcian. 2, 11.

PATRATOR, ōris. m. *Auctor rei.* Tac. Ann. 14, 62, 2 Maternae necis patrator Anicetus. Auien. Arat. Phaenom. 20 Auctor agendorum, propriique patrator.

PATROBIVS, i. m. Neronis principis libertus, qui arenam Nili ad debellanda corpora palaeſtrae ſtudiis ſibi ex Aegypto aduehi faciebat Plin. 35, 13.

PATROCLES, is. m. Praefectus claſſis Seleuci et Antiochi, quem multas terras patefeciſſe Plin. 6, 17 *refert.*

PATROCLIANAE ſellae *apud* Martial. 12, 78 *ſunt latrina publica. Nomen dediſſe videtur* Patrocles *ille Ariſtophanis Plut. 84 quem tota vita nunquam lauiſſe dicit, Hoc itaque digna ſedes videntur tales ſellae.*

PATROCLVS, i. m. [Πάτροκλος] *Menoetii fuit Achillis amicus, in armis illius interfectus a Troianis, quem crudeliter vltus eſt Achilles, etc.*

PATRON, ōnis. m. *Acarnan, in Italiam cum Aenea profectus in Aluntinis conſedit. Vid. de la Cerda ad* Virg. Aen. 5, 298. *et Turneb. Aduerſ. 26, 17.*

PATRŌNVS, i. m. [προστάτης, συνήγορος, παράκλητος] *Qui aliquem in periculo defendit, ac deinde qui alterius dignitatem, bona, tuetur quocunque modo. Valla, Patronus proprie eſt, qui agit cauſam, ſed accuſati, non accuſantis.* Aſcon. Pedian. *in* Cic. Diu. Qui defendit alterum in iudicio: aut patronus dicitur, ſi orator eſt: aut aduocatus, ſi aut ius ſuggerit, aut praeſentiam ſuam commodat amico; aut procurator, ſi negotium ſuſcipit: aut cognitor, ſi praeſentis cauſam nouit, et ſic tuetur vt ſuam. Origo Patronorum defluxit primum in vrbem a Romulo (*vid. Dion. Halic.* l. 2 p. 84. *qui claſſicus locus eſt*) mutuata ex vicinis Populis Sabinis. Hinc Lex adſcripta in veteri Iurisprudentia; Plebeii, quem ſibi ex Patriciis patronum volent, deligant. *Haec Aſconius. Sic memorantur* Antii *coloniae* patroni Liu. 9, 20 *extr.* Siciliae patroni, Marcelli Cic. in Verr. paſſim, *ibidemque* Aſcon. *Add.* Liu. 6, 18 Quot enim clientes circa ſingulos fuiſtis Patronos, tot nunc aduerſus vnum hoſtem eritis. Ego me patronum profiteor plebis. *Neque ſinguli homines tantum potentiores ſibi adoptant* patronos, *ſed integrae etiam ciuitates.* Suet. Aug. c. 17. *et* Tib. c. 6. *Conf. Gruter.* Inſcr. p. 46. *Vrbium ac Prouinciarum Patronos plures produxit Noriſ. Cenotaph. Piſan. Diſſ. 2, 7 fin. cui quaſi ſupplementa adiecit pluſcula Phil. a Turre Monum. Vet. Antii* c. 11 p. 149 ſqq. Ter. Eun. 4, 6, 32 Perii, huic ipſi eſt opus patrono, quem defenſorem paro. Cic. Fam. 16, 26 De patrono Marcus eſt adhibendus: isque diu et multis lucubrationibus commentata oratione. Noui vos magnos patronos, hominem occidat oportet, qui veſtra opera vti velit Cic. Fam. 2, 14. Patronus, cuſtos, et defenſor coloniae Idem pro Sull. 61. Viculus hic poſt multos vel dominos vel patronos, dum ego adoleſcentulus morarer in patria, ad Papae Euagrii, neceſſarii mei, poſſeſſionem deuolutus eſt Hieron. in Vita Malchi. Cic. de Amicit. 25 c. 7 Qualis tum patronus iuſtitiae fuit contra accuratam orationem Phili. Patronus, laudator, aduocatus Idem pro Cluent. 110. Patronus luculentus, *vid.* Luculentus, *in* LVX. Patronus *et* Cliens, *contraria* Ouid. de Arte Am. 1, 88. Cic. pro Milon. 16 Domi ſuae nobiliſſimus vir, Senatus propugnator, atque illis quidem temporibus paene patronus, *etc.* M. Druſus occiſus eſt. *Conf.* Suet. Tib. c. 3. Equeſter ordo bis patronum eum perferendae pro ſe legationis elegit Suet. Claud. c. 6. *i. orator. Minucius a Fabio Dictatore conſeruatus in praelio illum* Patronum *a ſuis Legionibus vocari voluit* Val. Max. 5, 2, 4. Cic. pro Sext. 9 Qua de cauſa et tum conuentus ille Capuae, qui propter ſalutem illius vrbis Conſulatu conſeruatam meo, me vnum patronum Adoptauit. Conſtituere alicui cauſae patronum Id. pro Muraen. 4 c. 2. Delata ad patronos diſſenſio Cic. pro Sull. 60. Dare patronum alicui cauſae Idem de Orat. 2, 280. Eſt patroni, nonnunquam veriſimile, etiam ſi minus verum ſit, defendere Idem Off. 2, 51. Exiſtere alicui cauſae patronum Idem pro Roſc. Amer. 5. ¶ 2 Patronus, [πάτρων] *aliquando eſt relatiuum* Liberti, *nimirum is, qui ſeruum donauit libertate.* Hor. Epiſt. 1, 7, 54 Quaere et refer, vnde domo, quis, Cuius fortunae, quo ſit patre, quoue patrono: *ſi forte libertus ſit, aut libertinae originis, vt de patre quaerere fruſtra ſit.* Tacit. Hiſt. 1, 2, 6 Odio et terrore corrupti in dominos ſerui, in patronos liberti. *Hi erant inter ſe certis iuribus inuicem obſtricti. Namque et operas* liberti *debebant* patronis, *et ſi egerent, alimenta, et denique teſtamento ſemiſſem. Vide ICtos, et Lipſ. ad* Tac. Hiſt. 2 p. 494.

PATRŌNA, ae. f. [συνήγορος] Cic. de Orat. 2, 199 Neque prouocationem patronam illam ciuitatis ac vindicem libertatis Populi Romani dari ſine nobilium diſſenſione potuiſſe. Ter. Eun. 5, 2, 48 Te mihi patronam cupio. Martial. 7, 71 Vt vocem mihi commodes patronam. Exemplum patronae et dominae ſecuta eſt clientium turba atque famularum Hieron. Epiſt. 8 ad Demetriad. Niſi conſuetudo patrona ſit Auguſt. Conf. 5, 8. Vet. Inſcript. *apud* Gruter. p. 353 n. 2 PATRONAE PERPETVAE, *etc. Multa ibidem occurrunt exempla, et p. 931. Conf.* Aurel. Vict. Caeſ. c. 4.

PATRONĀLIS, e. Adi. Marcell. in l. Si patronus. D. de donat. Non erit cogendus ſoluere, ne pars ex legibus verecundiae patronali debita minuatur.

PATRONĀTVS, ûs. m. *Ius Patroni in Libertum.* Paull. in l. Idque Iulian. D. de action. emt. et vend. Sed hoc ita, ſi non Areſcuſa elegerit emtoris patronatum: tunc enim illius remanet liberta. *Vox frequens apud ICtos. e. c.* D. lib. 37 tit. 14 l. 3 *et* 21. *et* lib. 48 tit. 20 l. 8 *item* tit. 23 l. 1 §. 1. *et* Cod. lib. 1 t. 3 l. 20. ¶ 2 *Iure Eccleſiaſtico ius eſt eccleſiarum paſtores epiſcopis offerendi. Vid.* tit. Iuris Canon. de iure Patronat.

PATRŌCĬNOR, āri. [συνηγορέω, ὑπεραπολογοῦμαι, συνηγορῶ] *Tam verbo, quam facto imbecilliorem protegere.* Hirt. Bell. Hiſpan. 6, 29 Quum appropinquaſſent aduerſarii, patrocinari loco iniquo non deſerunt. Plin. 14, 4 Contra id pigra vicinitate ſibi patrocinante. Quinctil. 2, 4 Non homini, ſed crimini patrocinari.

PATROCINANS, antis. Part. Tertull. adu. Prax. c. 5.

PATROCINĀTVS, a, um. Part. Tertull. adu. Gnoſticos c. 4.

PATROCINIVM, i. n. [συνηγορία, πατρωνεία] *Conditio vel actio Patroni clientem defendentis.* Feſtus, Patrocinia appellari coepta ſunt, quum plebs diſtributa eſt inter Patres, vt eorum opibus tuta eſſet. Inde factum eſt, vt Patrocinium pro Tutela et defenſione dici coeperit. Plin. 13, 3 Iſta patrocinia quaerimus vitiis. Voluptas plurimorum patrociniis defenditur Cic. in Parad. 1 c. 4. Idem Off. 2, 27 Noſtri autem magiſtratus, imperatoresque ex hac vna re maximam laudem capere ſtudebant, ſi prouincias, ſi ſocios aequitate et fide defendiſſent; itaque illud patrocinium orbis terrae verius, quam imperium poterat nominari. Fides patrocinii Quinct. 5, 13. Mite patrocinium cauſae difficilis Ouid. ex Pont. 1, 2, 79. Cauſa patrocinio non bona peior erit Idem Triſt. 1, 1, 26. Arripere patrocinium aequitatis Cic. de Orat. 1, 242. Niti patrociniis Nepos 19, 3, 1. Difficultatis patrocinia Praeteximus ſegnitiae Quinct. 1, 12, 16. Cic. de Fin. 2, 67 c. 21 Aut haec tibi Torquate ſunt vituperanda, aut patrocinium voluptatis Repudiandum. Suſcipere patrocinium difficilis cauſae Ouid. ex Pont. 1, 2, 70. Suſcipere patrocinium alicuius deſertae diſciplinae Cic. de Nat. Deor. 1, 6 c. 3. *Et* in Orat. 120 Legitimarum et ciuilium controuerſiarum patrocinia Suſcipere. Cic. Fam. 5, 9 Si tuam conſuetudinem in patrociniis Tuendis ſeruas, P. Vatinius cliens aduenit, qui pro ſe cauſam dicier vult.

PATRONYMĬCVM, i. n. [πατρωνυμικόν] *i. A parentibus vel patria adeo denominatum. Grammaticis dicitur, Quod ſub patris nomine ſignificat filium: vt,* Priamides, *i. Hector Priami filius. Vid. Grammaticos, maxime* Priſcian. p. 581. Diomed. p. 310.

PATROVS, *Apollo apud Athenienſes dictus eſt, et* PATROA *Minerua, quod illorum cultum quaſi hereditate a maioribus accepiſſent. Sic* Patroa Virgo *Veſta* Catull. 1, 9 *ex emend. Voſſ.*

PATRVELIS, PATRVVS, *vid.* PATER.

PATTAGIAS, ae. m. [Παττανίας] *Fluuius Siciliae, vide* PANTAGIAS.

PATVLCIA, ae. f. *Vt,* Patulcia Iuno, *apud* Reineſ. Inſcript. 1 n. 33 p. 60. *Sic dicta* Iuno *quod patere faceret clauſuram vteri. Eadem igitur quae* Lucina.

PATVLCIVS, *dictus eſt* Ianus, *quod tempore belli portae templi eius pateant. Vid.* Ouid. Faſt. 1, 129. *Conf.* Macrob. Saturn. 1, 9. *Item nomen proprium alicuius debitoris Ciceronis vnde* PATVLCIANVM nomen Cic. ad Att. 14, 18.

PATVLICO, PATVLVS, *vid.* PATEO.

P A V

PAVA, *vid.* PAVO.

PAVCVS, a, um. *Adi.* [παῦρος, ὀλίγος, ἀπαρής, ἀκαριαῖος] *A* Parum *quidam deducunt; ſingulariter raro legitur, occurrit tamen apud* Hygin. Fab. 194 Poſt paucum tempus nuntiatur Pyrantho, *etc.* Pauci, quos aequus amauit Iupiter, aut ardens euexit ad aethera virtus Virg. Aen. 6, 129. *Contrarium eſt* Multo. Cic. de Amic. 3 Quum et ego eſſem vna, et pauci admodum familiares, in eum ſermonem illum incidere. Plures *et* Pauci, *contraria.* Auct. ad Herenn. 4, 25 Qui quum plures erant, paucis nobis exaequari non poterant. Cic. pro Cluent. 129 Si erunt plures, qui ob innocentem condemnandum pecuniam acceperint, vt non animaduertas in omnes, ſed carpes, vt velis, et paucos ex multis ad ignominiam ſortiere. Ad paucos

poena, ad omnes metus peruenit Cic. pro Cluent. 128. Res In paucis digna, quae cognoſcatur Plin. 30, 1 *pr.* Inter paucos diſertus, et dignus illa propinquitate Quinctil. 10, 3. Crimen paucarum in omnes diffundere Ouid. de Arte Am. 3, 9. Intrauit paucis comitantibus vrbem Idem Met. 11, 275. Cic. Tuſc. 5, 102 Aperta res eſt, et quotidie nos ipſa natura admonet, quam paucis, quam paruis rebus egeat, quam vilibus. Pauca et modica Tacit. Hiſt. 4, 40. Non pauca, *vid.* NON *Adu.* Contentus paucis Hor. Serm. 1, 3, 16. Conferre in pauca, *vid.* CONFERO. Dicere pauca Hor. Serm. 2, 7, 1. E multis pauca tibi expediam dictis Virg. Aen. 3, 377. Loquar pauca pro re Idem ibid. 4, 337. Reſpondere pauca Hor. Serm. 1, 6, 60. Paucis, *ſubaudi* Verbis. Ter. Andr. 5, 3, 22 Pater, licetne pauca? S. quid dices mihi? Celſ. 7, 18 *pr.* Prius ipſius loci natura paucis proponenda eſt. *Add.* Id. 7, 7, 13. Auſcultare paucis, *vid.* AVSCVLTO. Cognoſcere paucis Lucret. 2, 142. Complecti paucis, Conſtringere paucis, *vid. ſſ. ll.* Docere paucis Virg. Aen. 3, 116. Reſponſum paucis reddere Idem ibid. 6, 672. Cic. Verr. Act. 1, 7 Ecce autem repente his diebus paucis, comitiis Conſularibus factis. Paucis diebus eram miſſurus domeſticos tabellarios, *i. Intra paucos dies* Cic. Fam. 2, 6. In paucis diebus quam Capreas attigit, *etc.* Suet. Tiber. c. 60. *i. Paucis poſt diebus quam.* Paucorum menſium ſunt relictae reliquiae Plaut. Moſt. 1, 1, 78. Paucis interpoſitis diebus iterum, *etc.* Cic. de Clar. Orat. 86 c. 22. Id. Q. Frat. 3, 1 Spero paucis menſibus opus Diphili perfectum fore. Pauci, apud antiquos pro Bonis ponebantur, vt Multi pro Malis *auctore* Nonio 12, 4. Cic. in Orat. 13 Iactationem habuit in populo, nec paucorum iudicium reprehenſionemque pertimuit. *Compar.* Liu. 24, 42 Hoſtium pauciores ſuperfuerant. Pauciores dies Paull. in l. 2 D. de iur. deliberandi. *Superl.* Plin. 10, 59 Anſeres alias plurima oua ſedecim, pauciſſima ſeptem. Celſ. 7, 2 Quam pauciſſimae plagae.

PAVCVLVS, a, um. Dimin. [πάνυ ὀλίγος] Ter. Heaut. 4, 6, 24 Quod imperabit facito: loquitor paucula. Cic. Att. 9, 15 Quintum Voluſium tui Tiberii generum, certum hominem, ſed mirifice abſtinentem, miſi in Cyprum, vt tibi pauculos dies eſſet. Caetera de genere horum paucula Lucret. 2, 104.

PAVXILLVS, a, um. Adi. [ὀλίγος ὅσος] Dimin. *a* Paullum Plaut. Aul. 1, 2, 34. Idem Poen. 3, 1, 62 Res pauxilla eſt. Oſſa pauxilla et minuta Lucret. 1, 835. Seminibus perquam pauxillis creata Idem 3, 230. Viſcera pauxilla Idem 1, 837.

PAVXILLO, *Ablatiuus per ſe Aduerbii vices ſuſtinet non ſecus ac Paullo.* Celſ. 5, 28, 18 Medium habet pauxillo leuius. Afran. apud Chariſ. p. 192 Pauxillo prius me conuenit.

PAVXILLVM. Adu. [ἐπ' ὀλίγον] *Parum admodum.* Plaut. Capt. 1, 2, 73 Sed ſi pauxillum potes contentus eſſe. E. nae perpauxillum modo.

PAVXILLVLVS, a, um. Adi. dimin. *a* Pauxillus. Plaut. Rud. 4, 3, 58 Hoc colore capiuntur pauxilluli. Idem Stich. 1, 3, 9 Non pauxillulam in vtero geſto famem. *Conf.* ibid. 2, 1, 115. *Et* Truc. 5, 1, 48. Ter. Phorm. 1, 1, 3 Iampridem apud me reliquum pauxillulum numorum, id vt conficerem. Gell. 20 c. vlt. *ſ.* Praefat. Conſiderent an minutae illae admonitiones pauxillulae, *etc.*

PAVXILLVLVM. Adu. Sidon. 2, 9 Cum vel pauxillulum bibere deſiiſſet. Idem 8, 9 (3) Sepone pauxillulum declamationes.

PAVSILLVLVM. Adu. *etiam legitur apud* Plaut. Rud. 3, 4, 24 Occipito illis auferre vim ioculo pauſillulum.

PAVXILLĀTIM. Adu. *pro Paullulum, ſenſim, pedetentim.* Plaut. Rud. 4, 2, 24 Docte atque aſtute ego illi pauxillatim pollicitabor pro capite argentum. Idem Epid. 2, 2, 63 Coepi ad illas pauxillatim accedere.

PAVXILLISPER. *Aliud* Adu. *a* Pauxillo. Plaut. Truc. 5, 21 Plus decem pondo amoris pauxilliſper perdidit, *i. Per particulas* Non. 2, 670.

PAVCIES, [παυράκις] *pro Raro dici (inquit* Non. 2, 681*) veterum auctoritas docet.* Titinn. Gemina, Tuam etiam vxorem paucies videbo. Cael. Annal. 6 Conſulto non paucies arceſſitum. Feſtus Pauciens *ſcribit, et eadem auctoritate vtitur.*

PAVCILOQVVS, a, um. Adi. Sidon.

PAVCILOQVIVM, i. n. [παυρολογία] Multiloquio, *contrarium.* Plaut. Merc. 1, 1, 31 Inhaeret etiam auiditas, deſidia, iniuria, inopia, contumelia, et diſpendium, multiloquium, pauciloquium.

PAVCĬTAS, ātis. f. [ὀλιγότης] Cic. de Inuent. 1, 32 Paucitas in partitione ſeruatur. Idem Fam. 2, 10 De pantheris per eos, qui venari ſolent, agitur mandato meo diligenter: ſed mira paucitas eſt, et eas, quae ſunt, valde aiunt queri, quod, *etc.* Amicorum paucitas Cic. antequam iret in exil. 12. Definita numero et paucitate genera Idem de Orat. 2, 145. Magna Oratorum eſt ſemperque fuit paucitas Id. ibid. 1 c. 2 *extr.* Ad paucitatem redigi Curt. 3, 3 *extr.* Paucitate ſuorum erubeſcere Idem 4, 5, 4. *Conf.* Nep. 14, 7, 5. *et* 16, 2, 3.

PAVENTIA, Dea, ab antiquis conſtituta, vt auerteret pauores ab infantibus: atque inde etiam appellata, *auctore* D. Auguſt. Ciu. Dei 4, 11. *Conf. Gyrald. Synt. Deor. 1, 156.*

PAVEO, ui, ēre. [περιφοβοῦμαι] *Timere, et quidem ad vehementem fere et celerem metum pertinet, qui mentem loco moueat, et trepidationem adferat corpori. Vid.* PAVOR, PAVITATIO. Plaut. Curc. 2, 1, 10 Paue paraſitus, quia non rediit Caria. Ter. Andr. 2, 2, 12 Id paues, ne ducas tu illam: tu autem, vt ducas. Pectora pauent metu Ouid. Met. 9, 581. Animus pauet apud conſilium illud pro reo dicere Cic. Philipp. 5, 12. Idem Tuſc. 2, 23 Nauem, vt horriſono freto Noctem pauentes timidi adnectunt nauitae. *Ex Poeta.* Pugnam pauere Lucan 7, 102. Paueo, *cum Accuſatiuo.* Plin. in Paneg. c. 69 *extr.* Illos poſteros libertatis nec terret Caeſar, nec pauet. Tac. 4, 70 Quo intendiſſet oculos, quo verba acciderent, fuga, vaſtitas: deſeri itinera, fora: et quidam regrediebantur, oſtendebantque ſe rurſum, id ipſum pauentes, quod timuiſſent, *i. metuebant, ne ſibi fraudi eſſet, et conſcientiae imputaretur, quod metus quaedam ſigna oſtendiſſent.* Pauet acres agna lupos Hor. Epod. 12, 25. Pauendo, [τῷ περιφοβεῖσθαι] Lucan. 1, 479 Sic quisque pauendo Dat vires famae. ¶ 2 Paueri frumenta dicebant antiqui, Quae de vagina non bene exibant Feſtus. *Scaliger ait* Pauera, *vid.* PAVERVS *ſub* PAVIO. *Suſpicabar, apud* Feſtum *legendum eſſe* Pauere, *et ſermonem eſſe de incrementis, cum velut meticuloſae frumentorum ſpicae cunctarentur egredi de* vaginis. Vagina *eſt* herba, qua ſublatent ſpicae Varr. R. R. 1, 48, 3. *Sic* Reformidare plantas Columella *dixit aliquoties.*

PAVENS, entis. Partic. [περιφοβούμενος] Rerum nouitate pavens iuuenis Ouid. Met. 2, 31. Hoc ſermone pauens Iuuenal. 6, 188. Agna Ouid. Met. 6, 547. Equi terrore pauentes Idem ibid. 2, 498. Feminae Tacit. Ann. 15, 38, 4. Non pauentis funera Galliae Hor. Carm. 4, 14, 49. Clamor pauentium Liu. 37, 42.

PAVENDVS, a, um. Partic. [περιφοβητέος] Plin. 8, 23 Nec pedibus pauendas tantum ſerpentes, ſed et miſſili volare tormento.

PAVESCO, ĕre. [περιφοβοῦμαι] *Idem quod Pauere, niſi frequentia ſignificationem augeat.* Gell. 19, 1 Rebus forte id genus, quibus dixi, obortis, paueſcere ſenſim, et quaſi albeſcere, non inſipientis eſſe hominis, neque ignari putemus. Bellum Tacit. Ann. 1, 4, 2. Nomina inania legionum Idem Hiſt. 4, 14, 7. Prodigia deûm Sil. 16, 128.

PAVEFĂCIO, ĕre. Gloſſ. Vet. δειλοποιῶ, pauefacio.

PAVEFĪO, ĕri. [πτοοῦμαι] *Pauidum fieri.* Gell. 19, 1 In tanta violentia tempeſtatum videor paullum pauefactus. Sil. 6, 178 Pauefacti corde. Aſt ego vicino pauefacta ſub aequore mergor Ouid. Met. 13, 878. Corpora pauefacta Idem ibid. 15, 636. *Al.* Pectora.

PAVERVS, *vid. poſt* PAVIO.

PAVĬTO, āre. Frequent. [πτύρομαι] *Valde pauere.* Ter. Hec. 3, 1, 40 Vxorem Philumenam pauitare neſcio quid dixerunt. *Vbi* Donat. Pauere et Timere, et ad corporis, et ad animi perturbationem veteres referebant. Virg. Aen. 6, 498 Vix adeo agnouit pauitantem, et dira tegentem Supplicia. Pueri in tenebris pauitant Lucret. 2, 57.

PAVĬTANS, antis. Partic. [πτυρόμενος] Valer. Argon. 7, 410. Pauitans fraternos palluit Ictus Petron. c. 122. Proſequitur pauitans, et ficto pectore fatur Virg. Aen. 2, 107. Iurauit pauitans Tyrio ſua praelia Marti Sil. 11, 24. Eſſe deam, quae Corda hominum pavitantia figat Prudent. *adu.* Symm. 1, 374 *de Diana.*

PAVITĀTIO, ōnis. f. Apul. de Mundo p. 65 Palmatiae appellantur, quorum pauitatione illa, quae trepidant ſine inclinationis periculo nutant.

PAVIBVNDVS, a, um. Adi. Arnob. 7 p. 221.

PAVOR, ōris. m [πτόα, πτοία, πτόησις, δεῖμα] eſt (*inquit* Cic. Tuſc. 4, 19 c. 8) Metus loco mouens mentem. Caeſ. Bell. Gall. 2, 13 Prius, quam ſe hoſtes ex pauore ac fuga reciperent. *Pro Religione poſuit* Sil. 3, 215. *Vbi Dan. Heinſ. plura eius ſcriptoris loca recenſet.* Aduerſorum pauor Sil. 8, 76. Anceps pauor Valer. Arg. 3, 73. Caecus Idem ibid. 7, 147. Circumfuſus, *vid.* CIRCVMFVNDO. Confuſior, *vid.* CONFVNDO. Falſus Tacit. Hiſt. 4, 38. Lucret. 3, 306 Nec Gelidi torpet telis perfixa pauoris. Id. 5, 1218 — cui non conrepunt membra pauore Fulminis Horribili? Horridus Senec. Herc. Oet. 1. Humilis Virg. Georg. 1, 331. *h. e. Humiles efficiens.* Lymphaticus, *vid.* LYMPHA. Auertit pavor Sil. 15, 722. Cepit me pauor Liu. 24, 42. Deponere pauorem Ouid. Met. 10, 117. Danda venia eſt tantorum pauorum Lucan. 1, 516. Excutit ingens ſomnos Senec. Octau. 4. Expectorat pauor ſapientiam mihi omnem ex animo Cic. de Orat. 3, 152 *et* 4. Id. Tuſc. 19. *Ex* Enn. Exultat pauor Lucret. 3, 142. Incutere pavorem, *vid.* INCVTIO. Liu. 27, 42. Induere Tacit. Hiſt. 4, 38, 1. Iniicere, *vid.* INIICIO. Inſinuat nouus pauor per pectora tremefacta, *i. Inſinuatur* Seru. Virg. Aen. 2, 229. Lenire Sil. 8, 77. Occupat artus gelidus pauor Lucan. 1, 246. Liu. 24, 40. Pulſans corda exultantia haurit Virg. Georg. 3, 105. *Et* Aen. 5, 137. Raptat ſacer pauor corda effera Valer. Argon. 1, 798. Reliquit oſſa Virg. Aen. 3, 57. ¶ 2 Deum Pauorem *facit, et ita deſcribit* Stat. Theb. 7, 109 ſqq. *vbi de Marte,*

Inde vnum dira comitum de plebe Pauorem
Quadrupedes anteire iubet. Non alter anhelos
Inſinuare metus, animumque auertere veris
Aptior; innumerae monſtro vocesque manusque,
Et facies, quaecunque libet: bonus omnia credi
Auctor, et horrificis lymphare incurſibus vrbes, *etc.*

Pauor *et* Pallor, *Dei a Tullio Hoſtilio figurati et culti.* Auguſt. Ciu. Dei 6, 10 Hoſtilius certe Rex deos et ipſe nouos Pauorem atque Pallorem propitiandos non introduceret, ſi Felicitatem Deam noſſet et coleret. Liu. 1, 27. *Et* Lactant. 1, 20. *Hinc*

PAVORII *et* PALLORII Salii ab Hoſtilio *inſtituti apud* Servium *ad* Aen. 8, 258.

PAVĬDVS, a, um. Adi. [περιδεής] Qui ſemper timet, *inquit* Seruius *ad* Aen. 2, 489. Plin. 11, 37 Nutantes aures pauidis equis. Virg. Aen. 8, 592 Stant pauidae in muris matres. Pauidi auditu, viſu, boues, *i. ad audita vel viſa* Colum. 6, 2, 14. Aures Ouid. Epiſt. 3, 59. Aues pauidas terrere Idem Faſt. 1, 400. Cerui formidine pauidi Virg. Georg. 3, 372. Formido Ouid. Met. 2, 66. Fuga Sil. 13, 133. Furtum Lucan. 2, 168. Leporem captare Hor. Epod. 2, 35. Mentes Tibull. 3, 4, 8. Metus pauidus, *ab effectu, quia pauidos facit* Ouid. Faſt. 1, 16. Pecus Idem de Arte Am. 2, 148. Relligiones Lucret. 2, 43. Vrbs Virg. Aen. 9, 473. Vultus Ouid. ex Pont. 2, 8, 39. *Compar.* Nullum animal pauidius exiſtimatur Plin. 28, 8. Elephantorum feminae multo pauidiores Idem 8, 8. Pauidiſſimus, *Superl.* [περιδεέστατος] Sil. 10, 65 Talin' pauidiſſime dignum Me vita, pulchraque indignum morte putaſti?

PAVĬDE. Adu. [περιδεῶς] *Timide, meticuloſe.* Liu. 5, 39 Quae ad Alliam tam pauide fugerat, ciuitas fuit.

PAVICVLA, ae. f. [Pauiculae, ὁμαλιστῆρες Vet. Gloſſ.] *Inſtrumentum, quo coaequatur et condenſatur terra arearum. A* pauiendo *dicitur.* Cato c. 129 Vbi bene comminuta terra fuerit, et amurcam combiberit, cylindro aut pauicula coaequato. *Add.* Idem c. 91. Columell. 2, 20, 1 Tum area aequata pauiculis, vel molari lapide condenſetur. *Et* Semen cum obrutum eſt, diligenter inculcatur pauicula vel cylindro Colum. 11, 3, 34. *Add.* 1, 6, 12 *et* 13. *Conf. Salmaſ. Exerc.* Plin. p. 41.

PAVICVLO, *vel* PAVICLO, āre. *Pauicula planare.* Gloſſ. Vet. Pauiclat. ποδίζει, ἐδαφίζει.

PAVIMENTVM, i. n. [ἔδαφος, βηλός, δάπεδον, οὐδή] *Domus vel conclauium ſolum, et ſolidamentum ſiue incruſtatio, ex calce, teſta, rudere, etc. quam gradiendo calcamus. Dictum a* pauiendo, *id eſt tundendo ſiue feriendo: quod, dum fiunt pauimenta, pluribus ſimul diebus feriuntur et tunduntur, vt ſolidiora ſint, et ne rimas faciant.* Plin. 36, 25 ſ. 60 Pauimenta originem apud Graecos habent elaborata arte, picturae ratione, donec lithoſtrota expulere eam — ſ. 61 Pauimenta credo primum facta, quae nunc vocamus barbarica atque ſubtegulana in Italia ſiſtucis pauita: hoc certe ex nomine ipſo intelligi poteſt. Romae ſcalpturatum in Iouis Capitolini aede primum factum eſt poſt tertium

tium Punicum bellum initum. Frequentata vero pauimenta ante Cimbricum (*bellum*) magna gratia animorum, indicio eſt Lucilianus ille verſus, Arte pauimento, atque emblemate vermiculato. *Plenius locum* Lucilii *laudat* Cic. de Orat. 3, 171 c. 43 Quam lepide lexeis compoſtae? vt teſſerulae omnes Arte pauimento, atque emblemate vermiculato: *ſi intelligas ſic*, vt teſſerulae omnes compoſitae ſunt *in* pauimento arte atque emblemate, *vel emblematis*, vermiculato: *non opus erit Scaligeri emendatione* pauimenti *et* vermiculatae. *Magis veroſimilis eſt lectio*, Endo pauimento. Pauimenta *facere docet* Vitruu. 7, 1 *qui claſſicus eſt locus.* Iuuen. Sat. 14, 60 Verre pauimentum, et nitidas oſtende columnas. Cato R. R. c. 18 Pauimenta ad hunc modum facito, De teſta arida pauimentum ſtruito: vbi ſtructum eſt, pauito, ſiccatoque oleo, vt pauimentum bonum fiet. Plin. Epiſt. 2, 1, 5 Virginio liber elapſus eſt. Hunc dum conſequitur colligitque, per leue et lubricum pauimentum fallente veſtigio cecidit, coxamque fregit, *etc.* Pauimenta et porticus habet villa Cic. Q. Frat. 3, 1. Compoſtae arte pauimento lexes Idem de Orat. 3, 169. *Ex* Lucil. Facere pauimenta Idem Quint. Frat. 3, 1, 1. Natabant pauimenta vino: madebant parietes Cic. Philipp. 2, 105 c. 41. Suffuſo pauimento teſtaceo Pallad. 1, 19, 1. Superfundere pauimenta Idem 1, 40, 2. Pauimenta teſtacea, marmorea, teſſellata, ſcutulata, nigra, *habes* Idem 1, 9, 5. Pauimenta Poenica, *inquit* Feſtus, marmore Numidico ſtrata ſignificat Cato, quum ait in ea oratione, quam habuit, ne quis Conſul fieret, Dicere poſſum quibus villae, atque aedes aedificatae, atque expolitae maximo opere citro atque ebore, atque pauimentis Poenicis ſtent, *vid.* NVMIDIA. Pauimenta Aſarota, *vid. ſ. l.* ſectilia et teſſellata, *vid.* Sectilis, *in* SECO; *et* Teſſellatus, *in* TESSERA. *De luxu veterum in* pauimentis, *vid. Caſaub. ad* Suet. Caeſ. c. 47.

PAVIMENTO, āre. *Pauimentum facere, ſeu pauimento ſternere.* Plin. 27, 4 Ergo pauimentandum vbi ſata ſit, cenſent, vt lacrima non abſorbeatur.

PAVIMENTATVS, a, um. Partic. Cic. pro Domo 116 In palatio pulcherrimo proſpectu, porticum cum conclauibus pauimentatam trecentûm pedum concupierat. Idem Q. Frat. 3, 1, 1.

PAVIO, īui, ītum, īre. [παίω] *Ferire, percutere, tundere. Sumtum a Graecis, qui παίειν dicunt percutere.* Cic. de Diuin. 2, 73 c. 24 Sed quia quum paſcuntur (*pulli augurales*) neceſſe eſt, aliquid ex ore cadere, et terram pauire, terripauium primo, poſt terripudium dictum eſt: hoc quidem iam tripudium. Cato c. 18, 7 Ibi de teſta arida pauimentum ſtruito: vbi ſtructum eſt, pauito, fricatoque, oleo perungito, vti pauimentum bonum ſiet. Pauitur ſolum veſtigiis Plin. 17, 10 ſ. 14.

PAVĪTVS, a, um. Partic. Pauita area Varr. R. R. 1, 51, 1. Pauita et complanata terra Plin. 9, 10.

PAVĔRVS, a, um. Adi. Multum tritus. vt, Pauera frumenta, quae vix e glumis ſuis euaginari poſſunt Feſt. *Sic pro* Paueri *legi vult Scalig. ad Catalect. p. 61. Et Ferrar. de R. Veſt. 1, 2, 11. Conf.* PAPAVERATVS.

PAVITENSIS, e. Adi. Pauitenſis veſtis, contraria Leuidenſi, quod grauiter preſſa et calcata ſit Iſidor. 19, 22.

PAVLLATIM, PAVLLISPER, PAVLLVM, PAVLLVLVM, PAVLLVS, *vid.* PARVM.

PAVLLVS, i. m. [Παῦλος] *cognomen* Aemiliorum, *v. g.* L. Aemilii *Conſulis, de quo*, Prodigus Paullus magnae animae Hor. Carm. 1, 12, 38. Belligeri ſublimis regia Paulli Stat. Silu. 1, 1, 30.

PAVO, ōnis. com. *et* PAVVS, i. m. [ταὼς] *Auis colli et caudae coloribus inſignis.* Plin. 10, 20 In his pauonum genus cum forma, tum intellectu eius et gloria. Gemmantes laudatus expandit colores aduerſo maxime ſole, quia ſic fulgentius radiant. *Et paullo poſt*, Ab auctoribus non glorioſum tantum animal hoc traditur, ſed et maleuolum, ſicut anſer verecundum. Varro *ap.* Gell. 7, 16 Pauus e Samo praeſtantior eſt. *Conf.* Varr. R. R. 3, 6, 2. *Vid. de* Pauonibus Rei Ruſticae *auctores* Varron. 3, 6. Colum. 8, 11. Pallad. 1, 28. Catoni *forte ignotus adhuc fuit.* Cic. de Fin. 3, 18 Alia autem nullam ob vtilitatem quaſi ad quendam ornatum, vt cauda pauoni, plumae verſicolores columbis, viris mammae atque barba. Auſon. Epiſt. 20, 9 Nec quia mille annos viuit Gangeticus ales, Vincit centum oculos, regie pauo, tuos. Caudaque pauonis larga cum luce repleta eſt Lucret. 2, 805. Tam nuper pictis caeſo pauonibus Argo Ouid. Met. 2, 533. *Nempe interfecti a Mercurio* Argi centum oculos — Excipit — volucriſque ſuae Saturnia pennis Collocat, et gemmis caudam ſtellantibus implet, *vt canit* Ouid. Met. 1, 721. Pauo *igitur* Auis Iunonis, *et* Iunonia *dicitur* Idem de Arte Am. 1, 627. *Et* Iuuen. Sat. 7, 30. Hor. Serm. 2, 2, 23 ſq. *ridet, qui in cibo pauonem gallinae praeferant.* P. Syrus *apud* Petron. 55 Tuo palato clauſus pauo paſcitur Plumato amictus aureo Babylonico. Tertull. de Pall. 3 *pr. elogium pauonis habet, quod copioſe illuſtrat Salmaſius.* Pauo maſculus Columell. 8, 11. Pauo femina Idem 8, 11. *Add.* Plin. 10, 20. Lepor pauonum Lucret. 2, 501. Pictus pauo Ouid. Met. 2, 533. Crudus, *vid.* CRVDVS. Pulcherrimus pauus et quo velit colore cultiſſimus Tertull. de Anima c. 33.

PAVA, ae. f. [ταώνη] *Pauonis femina.* Auſon. Epigr. 69 Feminam in ſpeciem conuertit (*paſſ.*) maſculus ales, Pauaque de pauo conſtitit ante oculos.

PAVONĀCEVS, a, um. Adi. [ταωειδὴς] Plin. 36, 22 ſ. 44 Candidum lapidem ferra ſecant, vel ſi libeat, ad quae vocant pauonacea tegendi genera, *i. ex ſquamis et lamellis lapideis diuerſi coloris. Sic etiam Hard.*

PAVONĪNVS, a, um. Adi. [ταωνινὸς] *Quod ex pauone eſt.* Pauoninum ouum Columell. 8, 5 *et* 11. Pallad. 1, 30. Petron. c. 33. Varro de R. R. 3, 9, 10. Ornatus Tertull. *adu.* Valent. c. 13.

PAVONIVS, a, um. *Aliud* Adi. [ταώνιος] *idem ſignificans.* Pauonia oua *quidam legunt* Varr. de R. R. 3, 9, 10. *Caſtigatiora exemplaria habent* Pauonina.

PAVOR, PAVORII, *vid.* PAVEO.

PAVPER, ĕris. Adi. [πένης, ἄπορος] Priſcian. 7 p. 765 Hic et haec et hoc pauper, a paupere. *Add.* Seru. *ad* Aen. 12, 519. *Proprie medium quid eſt inter diuitem et mendicum, nempe, cui neceſſaria tantum ſuppetunt, nihil ſupereſt, eum* pauperem *vocant.* Martial. 11, 33 Neſtorem *plane nihil habentem deridens* Nec toga, nec focus eſt, *etc. ita finit*,

Tu tamen affectas, Neſtor, dici atque videri
Pauper, et in populo quaeris habere locum.
Mentiris, vanoque tibi blandiris honore.
Non eſt paupertas, Neſtor, habere nihil.

Add. Brouckh. ad Tib. 1, 1, 3

Me mea paupertas vitae traducat inerti
Dum meus aſſiduo luceat igne focus.
Nec ſpes deſtituat, ſed frugum ſemper aceruos
Praebeat, et pleno pinguia muſta lacu, *etc.*

Conf. Drakenb. ad Sil. 1, 609. Cic. in Parad. 6 Non modo non copioſi ac diuites, ſed etiam inopes ac pauperes exiſtimandi ſunt. *De improbis et auaris.* Pauper, a paulola re Varro de L. L. 4, 17. Lingua pauper Sidon. Epiſt. 1, . . Res pauperes Plaut. Rud. 5, 1, 17. Turba pauperiorum Hor. Serm. 1, 1, 111. Semper Eris pauper, ſi pauper es Aemiliane: Dantur opes nullis nunc niſi diuitibus Martial. 5, 82. Ambitioſi pauperes Quinctil. 2, 4. Eſuriens pauper Martial. 9, 82. Facere pauperem Senec. de Benef. 2, 2. Ex paupere diues Factus es Cic. in Vat. c. 12. Pauper vbique iacet Ouid. Faſt. 1, 218. Pauperis eſt numerare pecus Idem Met. 13, 824. Meo ſum pauper in aere Hor. Epiſt. 2, 2, 12. *i. Pauper quidem ſum, ſed tamen in meo aere, non in alieno conſtitutus, id eſt, nulli quidquam debeo* Porphyr. Congeſto pauper in auro Sen. Herc. fur. ſ. 3. Quae ſibi inhoneſte optauit parare hic diuitias potius, quam in patria honeſte pauper Viueret Ter. Andr. 4, 6, 2. Pauper, *cum Genitiuo poſitum:* Argenti et auri pauper Hor. Serm. 2, 3, 142. Aquae pauper Daunus Idem Carm. 3, 30, 11. Colonus pauper ruris Idem ibid. 1, 35, 6. Agri pauperis cuſtos Tibull. 1, 1, 25. Altera pauper erat Ouid. Rem. Amor. 748. Cultus pauper Tibull. 1, 10, 19. Domus pauper Virg. Aen. 12, 519. Eloquentia pauper et ieiuna, *per translationem, pro Inope et ieiuna* Quinctil. 10, 5, 5. Honos Stat. Theb. 5, 513. Horti pauperis cuſtos Virg. Ecl. 7, 34. Incola Ouid. Triſt. 3, 10. Loro de paupere ſignum Iuuenal. 5, 165. Mero pauperiore Martial. 14, 103. Res Plaut. Rud. 5, 1, 17. Tecto ſub paupere Hor. Epiſt. 1, 10, 32. Terra Virg. Aen. 6, 811. Tugurium. Vena pauperiore fluit carmen Ouid. ex Pont. 4, 2, 20. Vena paupere manat ingenium Idem ibid. 2, 5. Voluntas nec iners, nec pauper Idem Met. 8, 678. ¶ 2 *Obſeruationes Grammaticae: Dicitur, vt vidimus* Pauper Domus, Eloquentia, Voluntas. *Sed etiam aliquando* Pauper *flectitur in* a, um: *ſed raro.* Plautus Paupera haec res eſt *dixit* in Fragm. Vidulariae. *Vid.* Seru. *ad* Aen. 3, 539. *Vnde Franciſc. Fabricius apud* Ter. Andr. 4, 6, 2 *legit* Paupera viuere. *Et ſimiliter* Commodian. Inſtruct. 71 Soror paupera. *Et* Cael. Aurel. Tard. 1, 1 Caput carnibus pauperum dixit, *i. Carens.* Varro L. L. 7, 39 *negat dici* vt candidus, candida ſic pauper paupera. *Compar.* Vlpian. in l. Nec ei permittitur §. vltimo. D. de adoptionib. Interdum et ditiorem permittitur adoptare pauperiori. Exemplis pauperior Apul. Flor. *extr.* p. 366. *Vid.* Ouid. *et* Hor. *ſupra.* *Superl.* [πενέστατος] Plin. 24, 1 Quum remedia vera quotidie pauperrimus quiſque coenet. Val. Max. 4, 3, 6 Fabricius cenſu par vnicuique pauperrimo. *Conf.* Cic. Verr. Act. 1 c. 15. Hor. Serm. 1, 1, 79 Horum Semper ego optaui pauperrimus eſſe bonorum.

PAVPERCVLVS, a, um. Adi. dimin. [πενιχρὸς] Terent. Heaut. 1, 1, 44 Eſt e Corintho hic aduena anus paupercula. Varro de R. R. 1, 17 Vt plerique pauperculi cum ſua progenie. Mater paupercula Hor. Epiſt. 1, 18, 46. Res paupercula Plaut. Perſ. 3, 1, 17.

PAVPERIVS. Adu. compar. Tertull. de Cultu Fem. 2, 11.

PAVPERTAS, ātis. f. [πενία] *Ipſa pauperis conditio.* Paupertas eſt, non quae pauca poſſidet, ſed quae multa non poſſidet Sen. Ep. 87. Non eſt paupertas, Neſtor, habere nihil Martial. 11, 33. Cic. Tuſc. 3, 57 Vt de paupertate nonnunquam, cuius onus diſputando leuamus, docentes, quam parua et quam pauca ſint, quae natura deſideret. Idem in Parad. 6 Itaque iſtam paupertatem, vel potius egeſtatem ac mendicitatem tuam nunquam obſcure tuliſti. Pudor paupertatis Hor. Epiſt. 1, 19, 24. Paupertas, bonae mentis ſoror Petron. c. 84. *Contra* Audax paupertas Hor. Epiſt. 2, 2, 51 *aptiſſimo et veriſſimo epitheto: nulla enim res eſt, quae magis impellat homines ad facinus, iniuriamque alteri inferendam, quam paupertas. Non male igitur Plato lib. 8 de Repub. Perſpicuum eſt (inquit) qua in ciuitate mendicos videris, in ea ciuitate, fures, crumenarum ſectores, ſacrilegos, et omnium huiusmodi malorum opifices latitare.* Hominem experiri multa paupertas iubet Publ. Syrus. Paupertas omnes artes perdocet Plaut. Stich. 1, 3, 24. *Laudant viciſſim paupertatem* Sen. ad Helu. c. 9. 10. 11. 12. Apul. Apol. p. 285. *Sed* Facilius eſt paupertatem Laudare quam Ferre Arell. Fuſcus *ap.* Sen. Contr. 9. Columell. 12, 2 Nam vetus eſt prouerbium, paupertatem Certiſſimam eſſe, quum alicuius indigeas, vti eo non poſſe, quia ignoretur, vbi proiectum iaceat quod deſideratur. Contracta in paupertate ſolutus Hor. Epiſt. 1, 5, 20. Fecunda paupertas virorum fugitur Lucan. 1, 166. Vbi ad paupertatem acceſſit infamia, paupertas Grauior fit Plaut. *apud* Feſt. Horrida paupertas Lucret. 6, 1280. Infelix Iuuen. Sat. 3, 152. Saeua Hor. Carm. 2, 12, 43. Sobria Claud. de Conſ. Hon. 4, 411. Defendere cauſam paupertatis Cic. Tuſc. 5. Effecere leuem paupertatem ferendo Ouid. Met. 8, 635. Leuare paupertatem alicui, *vid.* LEVIS. Ornari patientia paupertatis Cic. de Lege Agrar. 2, 63. Viuimus ambitioſa paupertate Iuuen. Sat. 3, 182. Paupertates, noue poſitum Numero plurali Varro de Vit. Popul. Roman. 11. Quid inter hos Ioues interſit, et eos, qui ex marmore, ebore, auro nunc fiunt, potes animo aduertere, et horum temporum diuitias, et illorum paupertates Non. 2, 714.

PAVPERIES, ēi. f. [πενιχρότης] *Idem.* Hor. Serm. 2, 7, 84 Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent. Virg. Aen. 6, 437 — quam vellent aethere in alto Nunc et pauperiem et duros perferre labores. Magnum pauperies opprobrium Hor. Carm. 3, 24, 42. Abacta pauperies, *vid.* ABIGO. Aſpera Claud. de Bell. Get. 633. Immunda pauperies domus Hor. Epiſt. 2, 2, 199. Importuna Idem Carm. 3, 16, 37. Proba Idem ibid. 3, 29, 56. Inferre aliquem in pauperiem, *vid.* INFERO. Quid inter pauperiem ac Diuitias Interſit Apul. de Phil. mor. p. 18. Pati anguſtam pauperiem Hor. Carm. 3, 2, 1. Duram pati Idem ibid. 4, 9, 49. Tolerare iniquam Claud. in Eutrop. 2, 208. Pauperies, Damnum dicitur, quod quadrupes facit Paull. *Hinc* tit. in Pandectis, Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, *i. Dediſſe damnum. Conf.* Iuſtin. Inſt. 4, 9.

PAVPERTĪNVS, a, um. Adi. [πενιχραλέος] *Quod* pauperem *decet vel indicat: formatum vt* Libertinus *a* Liber. Varro de Vita Popul. Rom. 1 Quod ſi paupertina ſint ſine elegantia, ac cum caſtimonia Non. 2, 715. Coenula Apul. Met. 3 p. 135. Calamus Sidon. Epiſt. 2, 10. Cor Arnob. aduerſ. Gentes 6. Ingenium Symmach. Epiſt. 1, 14. Literae Gell. 14, 6.

PAVPĔRO, āre. [πενιτοποιῶ] *Pauperem reddere, antique.* Plaut. Pſeud. 4, 7, 27 Nam boni viri me pauperant, improbi alunt. Hor. Serm. 2, 5, 35 Eripiet quiuis oculos mihi citius, quam te Contemtum caſſa nuce pauperet. Merx dominum pretio pauperat Plaut. Mil. 3, 1, 131. Fures a republica repellendos et pauperandos eſſe *dixit Alex. Seuerus auctore* Lamprid. c. 22. *Conf.* Non. 2, 679.

PAVPERATVS, a, um. Adi. Sidon. Epiſt. 6, 12 Defectio ciuium pauperatorum. Firmic. Pauperatus luminibus. *i. Priuatus.*

PAVSA, ae. f. [παῦσις] Eſt Quies alicuius rei, *vt ait* Non. 2, 686 *qui laudat ex* Accio, Nobis datur bona pauſa loquendi: *Et* Lucil. Sat. 1 Haec vbi dicta dedit, pauſam facit ore loquendi. Denique quae pauſa erit, et quando deſinet familia noſtra inſanire Cornelia *apud* Nep. in Fragm. Frigida pauſa vitae, *Mors* Lucret. 3, 944. Interiecta pauſa vitae Idem 3, 872. Dare pauſam alicui Idem 2, 118. Apul. Met. 8 p. 214, 38 Vbi pauſam carnificinae dedere. Fecere pauſam fremendi Ennius *apud* Varr. de L. L. 6, 5. Facta pauſa eſt Gell. 9, 13. Apul. Met. 9 p. 235, 31 Pauſam luctui fecit. Pauſam ſtare fragori Lucret. 1, 748. Apul. Met. 11 *pr.* Exantlatis caſibus pauſam pacemque tribue.

PAVSARIVS, i. m. *Qui pauſam voce deſignat.* Senec. Epiſt. 56 Sic me ad omnia duraui, vt audire vel pauſarium poſſim voce acerbiſſima remigibus modos dantem, *i.* Celeuſma *praecinentem, vbi vid. It.* Hortator *ex* Ouid. Met. 3, 619.

PAVSO, āre. [παύομαι] *Quieſcere.* Plaut. Trin. 1, 2, 150 Pauſa, viciſti caſtigatorem tuum. Vet. Gloſſ. Pauſat, ἀναπαύεται καὶ ἀναπαύει. Cael. Aurel. Tard. 1, 1, 16 Cum capitis pauſauerit dolor. Vet. Inſcript. apud Gruter. p. 1050 n. 9 AVRELIVS EVSEBIVS MATRI CONTRA VOTVM FIDEI PAVSANT.

PAVSANS, antis. Part. Cael. Aurel. Acut. 3, 21, 212. Idem Tard. 5, 10, 116. Commodian. Inſtruct. 42 p. 56.

PAVSATVS, a, um. Part. Arnob. 5 p. 160. *Deſ. Herald. emendat* pauſate.

PAVSATIO, ōnis. f. Plin. Valer. 1, 41 Poſt pauſationem prandii.

PAVSABILIS, e. Adi. Cael. Aurel. Acut. 2, 13 Pauſabilior inſpiratio, *i. Mitior.*

PAVSANIAS, ae. m. [Παυσανίας] *Cleombroti filius, Lacedaemoniorum dux ex Cornelio Nepote notus.* Pauſanias, *Macedo adoleſcens, qui Philippum Macedonem interfecit* Iuſtin. 9, 6, 4 *et* 7.

PAVSIA, *vel* PAVSEA, ae. f. [ἐλαίας, εἶδος] *Oliuae genus: quod non niſi* pauiendo, *hoc eſt tundendo oleum emittat.* Columel. 5, 8 Olearum ſicuti vitium, plura genera eſſe arbitror: ſed in meam notitiam decem modo peruenerunt, pauſia, algiana, *etc.* Virg. Georg. 2, 86 Et amara pauſia bacca. *h. e.* Viridi, *inquit* Seruius; nam ex pauſia viridi exprimitur oleum. *Vid.* Plin. 15, 3.

PAVSIAS, ae. m. [Παυσίας] *Sicyonius pictor, de quo* Plin. 35, 11.

PAVSIĂCVS, a, um. Adi. [Παυσιακός] Hor. Serm. 2, 7, 95 Vel quum Pauſiaca torpes inſane tabella.

PAVSILYPVM, i. n. [Παυσίλυπον] *Villa eſt Campaniae ab amoenitate dicta,* ἀπὸ τῆς παύσεως τῆς λύπης, *hoc eſt, a Curae moerorisque ceſſatione.* Plin. 9, 53 Pauſilypum villa eſt Campaniae haud procul Neapoli. Idem 3, 6 Iter Pauſilypum et Neapolim, Megaris.

PAVSO, *vid.* PAVSA.

PAVSVS, i. m. *Deus videtur fuiſſe, qui* pauſam *afferret et quietem, quem bellis aduerſarium, repugnantisque Bellonae poteſtatis fuiſſe ſuſpicamur ex* Arnobio 1 p. 15 *ſic ſcribente*, Qui Faunos, qui fatuas ciuitatumque genios, qui Pauſos reuerentur atque Bellonas. *Conf. Turneb. Aduerſ. 15, 21.*

PAVTALIA, ae. f. *Thraciae vrbs. Vid. Spanhem. de Vſu Num. diſſ. 4 p. 219.*

PAVVS, *vid.* PAVO.

PAVXILLVS, *vid.* PAVCVS.

P A X

PAX, ācis. f. [εἰρήνη, διάλυσις] *Otium a bello a* Pactione *dicitur, vt poſt* Capitonem *apud* Feſtum, *ait* Vlpianus, D. de pactis l. 1 *quod a verbo* Paciſcor *deducitur. Propter conſueta gentium in gentes latrocinia* Pax *vocatur etiam foedus, quod bellum proprie dictum non praeceſſit* Virg. Aen. 7, 266 Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni. *Et in vniuerſum tranquillus ciuitatis ſtatus, quo nec hoſtem externum, nec ſeditionem metuit,* Pax *eſt.* Pax eſt tranquilla libertas Cic. Phil. 2, 113. Id. de Lege Agrar. 1, 24 Nihil tam populare, quam pacem, quam concordiam, quam otium reperiemus. *Ruſtica pacis laus eſt apud* Tibull. 1, 11, 45. Alma pax, *vid.* ALMVS. Comes pacis, et otii ſocia eloquentia Cic. de Clar. Orat. 45. Conditio pacis quae eſt, in qua ei, cum quo pacem facias, nihil concedi poteſt? Idem Philipp. 12, 12. Cura tuendae pacis Ouid. Met. 11, 297. *Al.* Tenendae. Dulcedine pacis gaudentes Patercul. 2, 117 *extr.* Facies pacis Tac. Ann. 13, 38. Imago pacis Idem ib. 1, 10. Indocilis vir pacisque modique Sil. 12, 726. Inops pacis terra Ouid. ex Pont. 2, 2, 96. Medius pacis et belli Hor. Carm. 2, 19, 28. Nomen pacis dulce, et res ipſa ſalutaris Cic. Philipp. 2, 113 c. 44. *et* Phil. 13, 1. Summa pacis Tacit. Ann. 13, 38. Tranquillitas pacis et otii Cic. de Lege Agr. 1, 24. Candida pax Tibul. 1, 10, 47. Certa pax Liu. 30, 30. Concors Ouid. Met. 1, 25. Egregiae pacis cuſtos fidiſſimus Claud. de Nupt. Honor. 333. Cic. Philipp. 7, 16 Poteritis igitur Exploratam habere pacem, quum in ciuitate Antonium videatis, vel potius Antonios? Felicior pax eſt nunquam laceſſita quam multo reparata ſanguine Sen. Epiſt. 66. Feſta Ouid. Met. 2, 795. Infida, *vid.* INFIDVS. Iniquae pacis leges Virg. Aen. 4, 618. Cic. Att. 7, 14 Equidem ad pacem hortari non deſino, quae vel Iniuſta vtilior eſt, quam iuſtiſſimum bellum in ciuibus. Opima pace quieta tellus Sil. 16, 684. Optima rerum, *etc.* Sil. 11, 594. *Conf.* Prudent. Pſychom. 769 ſqq. Pia et aeterna Cic. pro Corn. Balbo 35. Placidiſſima Idem Tuſcul. 5, 48. Solida Seneca Troad. ſ. 6. Sterilis Tacit. Ann. 1, 17. Tranquilla Lucan. 1, 171. Iuſtin. 25, 1 Galli legatos ad regem Antigonum miſerunt, qui pacem ei Venalem offerrent. ¶ 2 *Verborum formulae:* Aduenio pace et pacem ad vos affero Plaut. Amph. prol. 32. Abnuere pacem Salluſt. in Iugurth. Accipere pacem Liu. de Bell. Pun. Adempta mihi Ouid. Triſt. 2, 202. Ades pax, et toto mitis in orbe mane Idem Faſt. 1, 712. Adducere ad conditionem pacis Caeſ. de Bell. Gall. 8, 3. Agitare, Agere pacem, *ſiue* de pace, *vid.* AGO. Agere pacem cum aliquo Iuuen. Sat. 15, 163. Cic. Tuſc. 5, 83 Nos illud quidem cum pace Agemus. *Huic contrarium eſt* Iracunde, *vel* Cum ira agere. Coagmentare pacem, *vid.* COAGMENTO. Cohortari ad, *vid.* COHORTOR. Colere Ouid. Met. 11, 297. Colit pax arua Tibull. 1, 10, 47. Componere Liu. 2, 13. Conciliare pacem inter aliquos Cic. Fam. 10, 27. Conficere, Confirmare, Conſtituta pax, *vid. hh. vv.* Cic. Off. 1, 35 c. 11 Paci, quae nihil habitura ſit inſidiarum ſemper eſt Conſulendum. Conuenit pax, Conuenta, Dediſcere, *vid. hh. vv.* Dimittere cum pace aliquem Cic. pro Muraen. 32. Diſturbare multo ſanguine Lucan. 4, 210. Cic. Q. Frat. 1, 1 Tibi Data eſt ſumma pax, ſumma tranquillitas. Dare ſuſpectam Sil. 7, 266. Emollit pax aliquem Tac. in Vita Agric. c. 11. Cic. de Prouinc. Conſ. 4 Sic a Barbaris, quibus eſt propter auaritiam pax Erepta, vexatur, *Macedonia.* Excutere pacem orbi Lucan. 1, 69. Exercere aeternam Virg. Aen. 4, 99. Expoſcere armis, aut precibus et votis Idem ib. 3, 261. Exquirere per aras Idem ib. 4, 56. Exuere Tac. Ann. 4, 72. Cic. de Senect. 16 Quum ſententia Senatus inclinaret ad pacem et foedus Faciendum cum Pyrrho. Idem Off. 3 c. 30. Facta pax Virg. Aen. 5, 587. Foedare pacem vitiis Claud. in prim. Conſ. Stil. 1, 29. Frui auguſta pace Ouid. ex Pont. 2, 5, 18. Virg. Aen. 9, 279 Seu pacem ſeu bella Geram. Gignere pacem Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 9. Cic. Philipp. 2, 90 Pacem Haberemas, quae erat facta per obſidem puerum M. Antonii filium. *Et ibid.* 7, 22 c. 8 *extr.* Habere pacem cum aliquo. Habere pignus pacis Ouid. Met. 8, 48. Imminuere pacem Salluſt. in Iugurth. 81. Impetrare Hor. Epiſt. 2, 1, 137. Liu. 30, 35 *extr.* Infecta pace, *vid. ſub* INFICIO. Inſidet alicui pax, *vid.* INSIDEO. Iungere Liu. Laceſſita Sen. Epiſt. 66. Manſit pax, *vid.* MANEO. Miſcere pacem duello Hor. Carm. 3, 5, 38. Mutari bene miſeram pacem vel bello Tac. Ann. 3, 44. Nuntiare Salluſt. in Iugurth. Nutrit pax Cererem, pacis alumna Ceres Ouid. Faſt. 1, 704. Tacit. de Germ. 36 Cheruſci nimiam ac marcentem diu pacem illaceſſiti Nutrierunt. Orare perpetuam Ouid. Faſt. 4, 408. Paritur pax bello Nep. 15, 5, 4. Pepigit pacem, *vid.* PANGO, *vel* PAGO. Parare copias in pace et otio Cic. pro Caecin. 33. Petere Virg. Georg. 4, 535. Praeſtare alicui Ouid. ex Pont. 2, 8, 67. Quaeritur armis pax Stat. Theb. 7, 554. Quieſcit placida compoſtus pace Virg. Aen. 1, 253. Recuperare pacem Salluſt. in Iugurth. Redimere pacem Caeſ. de Bell. Gall. 1, 37. Regebat vrbes longa in pace Virg. Aen. 7, 46. Reponere pacem terris Sil. 12, 728. Rumpere Virg. Aen. 12, 202. Cic. Philipp. 7, 22 Cum his pacem Seruabit Antonius? Siſtitur bellum pace Ouid. Met. 14, 803. Cic. Catil. 3, 29 Atque vt in perpetua pace Eſſe poſſitis, prouidebo. Suſtentare Tacit. Ann. 1, 4. Cic. anteq. iret in exil. 14 Et vos vt tutam, tranquillamque pacem Traheretis, mea perfeci vigilantia. *Vetus exemplar habet* Fortunam. Turbare Stat. Theb. 10, 891. Venire in ſpem pacis Caeſar Oppio *ſub* Cic. Att. 9, 13. Verti alicuius animum ad pacem Liu. de Bell. Pun. . . Violata pax Lucan. 7, 94. Violare foedera pacis Lucret. 5, 1154. Viuimus expertes pacis in armis Ouid. ex Pont. 1, 8, 6. Cic. de Prouinc. Conſul. 4 Ita gentes hae, quae vt pace Vterentur, vim argenti dederant praeclaro noſtro imperatori, vt exhauſtas domos replere poſſent, *etc.* ¶ 3 Pax, [εἰρήνη] *culta ab antiquis. Athenis enim* Paci *aram fuiſſe dicatam, auctor eſt Plutarchus in Cimone. Conf.* Nep. 13, 2, 2. *Templum* Pacis *Romae fuit magnificentiſſimum, foro proximum, quod Veſpaſianus a Claudio inchoatum conſtruxit.* Suet. in Veſpaſ. c. 9. *Conf.* Ouid. Faſt. 1 *extr.* Iuuen. Sat. 1, 115. *Eodem quo Ceres habitu fingebatur, Spicam nimirum manu tenens. Vid. Brouckh. ad* Tibull. 1, 11, 67. Virg. Georg. 2, 425 Hoc pinguem et placitam Paci nutritor oliuam. ¶ 4 *Metaph. De animi tranquillitate,* Epicurus non propter ſe expetendam dixit temperantiam, ſed quia pacem afferat animis Cic. de Fin. 1 c. 14 *pr.* Summa cum pace frui aeuo Lucr. 1, 58. *De venia et reconciliatione paterna vſurpatur a* Terent. Heaut. 5, 2, 45. *et* ſc. 5, 2. *De reconciliatione amantium* Idem Eun. 1, 1, 8 *et* 17 *etc.* ¶ 5 *In primis ad Deorum indulgentiam et placationem referunt.* Virg. Aen. 3, 261 Sed votis precibusque iubent expoſcere pacem. Pacis deûm expoſcendae cauſa lectiſternium fuit Liu. 7, 2. Pacem a Diis petere: Plaut. Curc. 2, 2, 19 Pacem ab Aeſculapio petes, ne forte tibi eueniat magnum malum Quod in quiete portentum eſt. Idem Merc. 4, 1, 12 *preces matrisfamilias rure redeuntis,* Apollo, quaeſo te, vt des pacem propitius ſalutem et ſanitatem noſtrae familiae, Meoque vt parcas gnato pace propitius. Romuli noui Dei pacem precibus expoſcunt Liu. 1, 16. *Sic,* Pax Deorum Iuſtin. 18, 6, 12. Veniam pacemque rogamus Ouid. Amor. 1, 2, 21. Cic. pro Rabir. 5 c. 2 Ab Ioue Optimo Maximo, caeterisque diis, *etc.* pacem et veniam peto, precorque, *etc. vid. inprimis Vlit. ad* Grat. v. 482. ¶ 6 Pace tua, *Honeſtus reprehendendi modus, prius capta venia, i. Tua venia, et te non iraſcente.* Ter. Eun. 3, 2, 13 Quaeſo hercle vt liceat, pace quod fiat tua. Pace maieſtatis eius dixerim Patercul. 2 *ſub finem.* Pace tua dixiſſe velim Ouid. ex Pont. 3, 1, 9. Cic. Tuſc. 5, 12 Cuius ergo iudicium (pace tua dixerim) longe antepono tuo. *Add.* Idem pro Marc. c. 2. Idem de Orat. 1, 79 c. 17 Tu eſſes vnus profecto, qui et meo iudicio et omnium, vix vllam caeteris oratoribus (pace horum dixerim) laudem reliquiſti. Pace horum dixiſſe liceat Plin. 34, 11. Pace diligentiae Catonis dixerim Paterc. 1, 7, 4. *Conf.* 1, 17, 3. *et* 2, 129, 4. Galli donis capti Annibalis, cum bona pace exercitum illius per fines ſuos transmittunt Liu. 21, 24 *extr.* *Huc refero etiam* Plaut. Perſ. 2, 2, 7 *vbi poſt contentiunculam, et oblatam mutuo ſponſionem,* Toxilus *ait* Bona pax ſit potius. ¶ 7 Pax *metaphorice pro Quiete, etc. quo ſenſu tribuitur ventis apud Poëtas. Vid. Barth. ad* Stat. Theb. 7, 87. *Sic* Flor. 4, 2, 21 Sed vbi pax fluminis rediit, *i. Cum aeſtit inundatio.* Sil. 7, 258 Tum ſenſim infuſa tranquilla per aequora pace. Ventorum paces Lucr. 5, 1229. ¶ 8 Paces Plur. num. noue poſitum, *teſte* Nonio 2, 621. Varro de Vita Populi Roman. 3 Animaduertendum primum, quibus de cauſis, et quemadmodum conſtituerint paces: ſecundum, qua fide et iuſtitia eas coluerint. Paces *legitur apud* Plaut. Perſ. 5, 1, 1 Hoſtibus victis, ciuibus ſaluis, re placida, pacibus perfectis. Hor. Epiſt. 2, 1, 102 Hoc paces habuere bonae, ventique ſecundi. Bella et paces Hor. Epiſt. 1, 3, 8. Pax *etiam interiectio eſt finem et ſilentium ſibi vel aliis imperantis, qua ratione etiam Graecos ſuo πάξ vſos, poſt* Priſcian. 14 p. 980 *pr. obſeruat Scaliger ad illud* Auſon. Technop. *extr.* Totum opus hoc ſparſum, crinis velut Antiphilae: Pax! *i. hic finis eſto. Tanto ſuauior eſt haec alluſio, quia in ipſo loco* Terentii, *vbi* ſparſi capilli *Antiphilae mentio fit,* Syrus *interpellationis impatiens* Cliniam *loqui incipientem illo* Pax *reprimit, nempe* Heaut. 2, 3, 50. *Eadem plane ratio eſt 4, 3, 39 vbi idem Syrus, eundem interpellantem* Cliniam *eadem interiectione compeſcit. Vtroque loco hiſtriones duo ſimul loquuntur. Sic ponitur* Plaut. Mil. 3,

1, 213

1, 213 Pax, abi. *q. d. ſatis eſt: verbo amplius opus non eſt.* *Et* Trin. 4, 2, 121 Heus, Pax, te tribus verbis volo, *i. quieſce interim, dum ego loquar.* *Etiam* Cic. Somn. Scip. 4 c. 2 Hic cum exclamaſſet Laelius, ingemuiſſentque caeteri vehementius: leniter arridens Scipio, Quaeſo, inquit, ne me e ſomno excitetis, et pax rebus: audite caetera. *Variat locus.* *Sed* pax *illud ſilentium imponentis retinendum puto.* *Conf. Voſſ. de Anal.* 4, 28.

PACĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [εἰρηνοφόρος] *Ferens pacem.* Plin. 15, 30 Laurus ipſa pacifera. Chriſtus Tertull. adu. Marc. 3, 21. Cyllenius pacifer Ouid. Met. 14, 286. Oliuae paciferae ramus Virg. Aen. 8, 116. *it.* Alcim. 4, 581. Virga pacifera Mercurii Valer. Argon. 4, 139. Apollo Inſcript. ap. Brouckhuſ. ad Tibull. 2, 5, 79. Pacifero Herculi, paciferae Mineruae *in* Num. ap. Vaillant. Num. Caeſ. T. 1 p. 160. *et* T. 2 p. 85.

PACIFĔRO, āre. Gloſſ. Gr. Lat. εἰρήνην ἄγω, pacifero.

PACIFĬCO, āre. [εἰρηνοποιῶ] *Pacem inter aliquos conciliare, diſcordias ſedare, controuerſias tollere, placare.* Cic. Att. 15, 7 Seruius vero pacificatus cum librariolo ſuo videtur obiiſſe legationem, et omnes captiunculas pertimeſcere. *Al.* Pacificator. Aures pacificare Pieriis modis Claud. de Bell. Gild. Praef. Pacificans diuos Sil. 15, 421. Pacificare, *ſine adiecto, pro Tranſigere de pace.* Liu. 5, 23 Inter haec pacificatum legati a Volſcis et Aequis venerunt.

PACIFICOR, āri. Dep. *Pacem conciliare.* Dux pacificari cum altero ſtatuit Iuſtin. 6, 1, 2. Satin' ego tecum pacificatus ſum Plaut. Stich. 4, 1, 13.

PACIFICANS, antis. Part. Sall. Iug. 66 Metellus initio Iugurtha pacificante, praeſidium *impoſuerat.* Liu. 44, 35 Interim vt appareret, quantum pacificantium Rhodiorum auctoritas valuiſſet.

PACIFICATVS, a, um. Part. Agathocles pacificatus cum Carthaginienſibus Iuſtin. 23, 1, 1.

PACIFICATIO, ōnis. f. [εἰρηνοποιΐα] *Mitigatio.* Cic. Att. 9, 19 Reſpondit ſe non dubitare, quin et opem et gratiam meam ille ad pacificationem quaereret. Idem 7, 8 Quaeris ecqua ſpes pacificationis ſit.

PACIFICĀTOR, ōris. m. [εἰρηνοποιός] *Qui pacem facit.* Cic. Att. 10, 1 Iam enim illum emtum pacificatorem peroraſſe puto, iam actum aliquid eſſe in conſenſu Senatorum. *Legitur quoque a nonnullis apud* Cic. Att. 15, 7 *vbi al.* pacificatus. Liu. 27, 30 Adhibitus ab Aetolis pacificator Amynander, rex Athamanum. *Add.* Iuſtin. 18, 2, 4.

PACIFICATŌRIVS, a, um. Adi. [εἰρηνοποιός] Cic. Philipp. 12, 3 Poſteaquam nos pacificatoria legatione implicatos putant. *i. Quae pacem fieri petebat.*

PACIFĬCVS, a, um. *Aliud* Adi. [εἰρηνικός] *Pacem faciens.* Cic. Att. 8, 12 Et quae pacifica perſona deſideretur, an in bellatore ſint omnia. Dux Ouid. Faſt. 4, 408. *Legitur et* Perpetuus. Numa Martial. 12, 63. Secures Lucan. 7, 64. Sermo Idem ib. 3, 304.

PACIFĬCE. Adu. Cyprian. Epiſt. 41 *extr.* Meſſala Coruin. de Aug. progen. Dardania pacifice aliquamdiu ſtetit.

PACO, āre. [εὐμενίζομαι, ἱλάσκω] *Ad pacem adducere: hinc mitigare, lenire, placare:* Pacare Amanum *ſublatis ex eo hoſtibus* Cic. Fam. 15, 4. Idem Verr. 1 Ciuitates non modo pacatae, verum etiam ſociorum atque amicorum ad vim atque ad arma confugient. Caeſ. Bell. Gall. 7, 65 Ciuitates pacauerat. Idem ib. 1, 7. Ad pacandas Hiſpanias Caeſ. B. C. 1, 85. Mica pacauit caeleſtes Tibull. 4, 1, 14. MANE PACAVI A PRAEDONIBVS Auguſtus in Monum. Ancyr. *de ſe ipſe.* Voce feras pacauit Orpheus Claud. de mulabus Gallicis 19. Milite pacatur Rhenus Idem in Epithal. Pallad. 91. Siluae incultae pacantur vomere Hor. Epiſt. 1, 2, 45. *i. Domantur.* Pacandus hoſtis Ouid. Faſt. 2, 18.

PACĀTVS, a, um. Part. [εὐμενισθείς] Cic. de Clar. Orat. 121 c. 31 *extr.* Sed et huius oratio in philoſophiam translata, pugnacior (vt ita dicam) videtur, et illorum in iudicia pacatior. Pſeudo-Cic. anteq. iret in Exil. 25 Si denique Cn. Pompeio auxilio fuiſtis, quod terra marique hoſtes reddidit pacatos: ſic nunc, *etc.* Cic. Philipp. 7, 24 Huic inquam tali viro, quem nos Senatus conſulto collaudarimus, poteritne pacatus eſſe Antonius? Aequora Ouid. Epiſt. 10, 65. Aëris pacati ſtatus Lucret. 3, 293. Aruum pacatius Ouid. ex Pont. 1, 2, 109. Bellis ciuilibus pacatis Paterc. 2, 59, 4. Omni Gallia pacata Caeſ. B. G. 2, 35. Humo pacata tegantur oſſa noſtra Ouid. ex Pont. 3, 9, 28. Mare Hor. Carm. 4, 5, 18. Orbem pacatum regere Virg. Eclog. 4, 17. Gentes pacatiſſimae Cic. pro Dom. c. 23. Prouincia pacatiſſima Idem pro Ligar. 4, c. 2. Vitam pacatam degere Lucret. 5, 1153. Vultu pacato excipere aliquid Ouid. Faſt. 1, 3.

PACATE. Adu. [εἰρηναίως] *Tranquille, ſedate, pacifice.* Caeſ. de Bell. Gall. 1, 6 Pacate per prouinciam iter facere. *Compar.* Petron. c. 10 In riſum diffuſi pacatius ad reliqua ſeceſſimus. Auguſtin. Epiſt. 111 Pacatius inquiramus. *Conf.* Ouid. ex Pont. 1, 2, 109. *Superl.* Pacatiſſime et commodiſſime placuit Idem Solil. 2, 7 *extr.*

PACĀTOR, ōris. m. [εἰρηνάρχης Gloſſ. Gr. Lat.] Senec. Herc. Oet. *extr.* Sed tu domitor magne ferarum: orbisque ſimul pacator ades. Claud. Conſ. Stil. 2, 13 Rheni pacator et Iſtri. Sil. 2, 483 Nemeae pacator. PACATORI ORBIS. Inſcript. Grut. p. 56 n. 5 *et* 6 *de Sept. Seuero.*

PACATORIVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Marc. 4, 29.

PACATIO, ōnis. f. Frontin. Strat. Praef. p. 4 Quae ad praelium et confectam pacationem pertinent.

PACĀLIS, e. Adi. [ἱλαστικός] *Idem quod Pacifer, ſiue pacem ſignificans:* Oleae pacales Ouid. Met. 6, 101. Flammae Idem Faſt. 1 *extr.* Laurus Idem Met. 15, 591.

PAXAE, arum. f. *Pl.* Duae inſulae quinque M. a Corcyra diſcretae Plin. 4, 12.

PAXAMACIVM, *vel* PAXIMATIVM, i. n. Iſidor. *in* Gloſſ. *eſt* Panis ſubcinericius. *Aliis eſt Panis ſex vnciarum.* *Vid. Voſſ. de Vit. L. L.* 3, 33.

PAXILLVS, i. m. [πάτταλος] *Dimin. a* Palus, i; *vt ait* Priſcianus. Cicero *autem* in Orat. 153 c. 45 *a* Paxillo, Palus *per contractionem deducit: ait enim,* Quomodo enim veſter Axilla Ala factus eſt, niſi fuga literae vaſtioris? quam literam etiam e maxillis, e taxillis, et vexillo et paxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis euellit. Colum. 8, 8 Vel ſi ita non competit, paxillis adactis tabulae ſuperponantur. Idem 8, 10. Plin. 17, 21. *et* 19, 7. Varro *apud* Non. 2, 649 Nouum cribrum nouo paxillo pendeat. Nouam haereſin nouo paxillo ſuſpendiſſe Varro ib.

PAXOS. Inſula Aſiatici maris, non procul a Crocylea Taphiarum vna Plin. 4, 12.

PECCO, āre. [ἁμαρτάνω, πταίω] *Male agere vel omittere aliquid, et quocunque modo ab officio diſcedere.* *Quidam* (*vt* Balbus in Cathol.) *proprie aiunt eſſe quaſi* pellicare, *et ad libidinem Veneream pertinere. Nec dubium eſt, frequenter ita peccari.* Cic. in Parad. 3 Lapſa eſt libido in muliere ignota? dolor ad pauciores pertinet, quam ſi petulans fuiſſet in aliqua generoſa ac nobili virgine: peccauit vero nihilominus; ſiquidem eſt peccare tanquam tranſire lineas. *Sic noti ſunt* Libri peccare docentes. *Sed hic ipſe* Ciceronis *locus fauere magis videtur Iunio apud Voſſium, qui* peccare *quaſi* pecicare, *i. pecudis in modum oberrare, dictum arbitratur. Illud certum non ad errorem modo vel temeritatem adeo, ſed etiam ad voluntariam a recto et bono diſceſſionem referri.* Sen. de Ira 1, 16 Tibi inſanabilis animus eſt, et ſceleribus ſcelera contexens: etiam non cauſis, quae nunquam malo defuturae ſunt, impelleris, ſed ſatis tibi eſt magna ad peccandum cauſa peccare. Ter. Andr. 5, 3, 25 Ego me amare hanc fateor: ſi id peccare eſt, fateor id quoque. Peccare, *et* Virum bonum eſſe, *contraria.* Cic. Off. 3, 64 Nunquam igitur eſt vtile peccare, quia ſemper turpe: et quia ſemper honeſtum eſt virum bonum eſſe, ſemper eſt vtile. Suauitatis cauſa peccare vt liceret, impetratum eſt a conſuetudine Cic. in Orat. 157. *de pronuntiatione verborum.* Dupliciter peccare Quinct. 1, 5. Largiter Plaut. Epid. 3, 4, 53. *et* Moſt. 2, 2, 8. Imprudens culpa peccaui mea, *vid.* IMPRVDENS. Erga aliquem Plaut. Aul. 4, 10, 62. Citra ſcelus peccaui Ouid. Triſt. 5, 8, 23. Cic. Verr. 2, 9 c. 3 Hunc denique ipſum pertuliſſent, ſi humano modo, ſi vſitato more, ſi denique vno aliquo in genere peccaſſet. Ter. Adelph. 1, 2, 44 Te plura in hac re peccare oſtendam. *Veneris illicitae verbum eſſe iam diximus.* *Sic* Hor. Serm. 1, 2, 63 Quid inter Eſt in matrona, ancilla, peccesue togata? Martial. 1, 35 Incuſtoditis et apertis, Lesbia ſemper Liminibus peccas. *Conf.* Tibull. 1, 7, 16. *et* Corn. Seuer. Aetn. 86 *quibus omnibus in locis ſtricte ſumitur pro Scortari.* *Add.* Ouid. Am. 3, 14, 1. item 5 *et* 11 *et alias ſexcenties.* *Caſaub. ad* Luc. c. 7. Horat. Serm. 2, 7, 61 *et* 64. Lactant. 5, 19, 31. *et* 6, 23, 27 *et* 30. Peccare in alteram partem Ter. Adel. 2, 1, 20. Cic. pro Roſc. Amer. 56 In eam partem potius peccant, quae eſt cautior. Cic. Att. 3, 15 Si quid in te peccaui, ac potius quoniam peccaui, ignoſce: in me enim ipſum peccaui vehementius. Peccare in adulteria Sen. de Benef. 1, 10. In publica commoda Hor. Epiſt. 2, 1, 3. Peccare aliquid Plaut. Bacch. 3, 3, 29. Vt ipſum quod maneam in vita, peccare me exiſtimem Cic. Fam. 4, 13. Xenophon eadem ſere peccat Idem N. D. 1 c. 12. Peccare ſyllabam Plaut. in Bacch. 3, 3, 29. Idem Ciſt. 2, 1, 41 Propter te haec pecco. *Conf.* Horat. de Arte Poët. 354. Ouid. ex Pont. 3, 7, 10. *et* Tacit. Ann. 11, 36, 2 *vbi cum Accuſatiuo iungitur.* Cic. pro Muraen. 60 Non multa peccas, inquit ille, *etc.* At ego te veriſſime dixerim peccare nihil. Magna peccare Tacit. Ann. 11, 16. Exceptionibus peccare Quinctil. 2, 15. Adultero peccare Hor. Carm. 1, 33, 9. Idem Serm. 2, 7, 64 Illa tamen ſe Non habitu, mutatue loco, peccatue ſuperne. *Simpliciſſimum videtur de cucullo, et capite obnubendo intelligere: quod in ſpecie ibi propoſita non fecit mulier,* inferne peccare *contenta.* Timens peccare Hor. de Arte Poët. 197. Peccandi cauſam dare alicui Ouid. Triſt. 2, 281. Talia peccandi iam mihi finis erit Idem ex Pont. 3, 6, 21. Peccando deos iniquos facere Idem Faſt. 5, 299. Peccātur, *Imperſ.* [ἁμαρτάνεται] Hor. Epiſt. 1, 2, 16 Seditione, dolis, ſcelere, atque libidine et ira, Iliacos intra muros peccatur, et extra. Ignoratione decori non modo in vita, ſed ſaepiſſime in poëmatis et oratione peccatur Cic. in Orat. 70. *Paſſiue.* Idem Off. 1 c. 10 Quo in genere etiam in Republ. multa peccantur. Perturbatione rationis atque ordinis peccatur, quidquid peccatur Idem in Parad. 3 *extr.* Ter. Eunuch. prol. 27 Vtrumque complexus eſt, ſi id peccatum, peccatum imprudentia eſt. *Vbi* Donatus: Si id eſt peccatum, peccatum, πλοκή. nam Peccatum ſuperius Nomen eſt, et ſequens Participium. Cic. Att. 11, 16 Non meo vitio fit hoc quidem tempore (a te enim eſt peccatum) vt me iſta epiſtola nihil conſoletur.

PECCANS, antis. Part. Hor. Serm. 2, 7, 62 Eſtne marito Matronae peccantis in ambos iuſta poteſtas? *Conf.* Epiſt. 1, 20. *Et* Martial. 14, 68. Maxima peccantium poena eſt peccaſſe Sen. Epiſt. 97. *Compar.* Eſt etiam profecto peccantius prohibito cibo vinum dare Cael. Aurel. Ac. 3, 8, 88.

PECCĀMEN, ĭnis. n. Prudent. Apoth. 915. *et* Periſt. 10, 517. *et* Cathem. 9, 95.

PECCANTER. Adu. Cael. Aurel. Acut. 3, 1 Hoc peccanter definiunt. *Conf. ib.* 2, 9, 46. *et Barth. Aduerſ.* 38, 3.

PECCANTIA, ae. f. Tertull. adu. Iud. c. 10.

PECCATELA, ae. f. Idem de Anima c. 40.

PECCATIO, ōnis. f. Gell. 13, 20. *Vid. infra* PECCATVS, ûs.

PECCATVS, a, um. *Qui peccauit, ex quorundam ſententia apud* Ter. Hec. 4, 4, 11 Nam iam ea aetate ſum, vt non ſiet peccato mi ignoſci aequum. *Sed melius eſt,* peccato *accipere vt Ablatiuum conſequentiae, cum peccatum eſt: vt* Cic. de L. Agr. 2 c. 2 Cui, errato, nulla venia, recte facto, exigua laus, et ab inuitis expreſſa proponitur: *non* ἡμαρτηκότι, κατωρθωκότι· *ſed* ἡμαρτημένου, κατωρθωμένου, cum erratum, recte factum eſt.

PECCĀTVM, i. n. [ἁμαρτία, πταῖσμα] *Quidquid fit contra officium, etiam quae Culpa appellatur.* Cic. Verr. 1, 98 Ne illud quidem animaduertebas, eiusmodi fore hoc peccatum tuum, quod tu neque negare poſſes: in tabulas enim retuliſti. Initium eſt ſalutis notitia peccati Sen. Epiſt. 28 *extr.* Vitia et peccata Cic. Philipp. 2, 43. Recte factum *et* Peccatum, *contraria* Idem Acad. 1, 36. Idem Off. 3, 15 Si gladium, quis apud te ſana mente depoſuerit, repetat inſaniens: reddere, peccatum ſit: non reddere, officium. Conſcius peccati Ouid. Amor. 2, 7, 11. Excuſatio peccati nulla eſt, ſi amici cauſa peccaueris Cic. de Amic. 37. Turpis excuſatio et minime accipienda, cum in caeteris peccatis, tum ſi quis contra rempubl. ſe amici cauſa feciſſe fateatur Idem de Amic. c. 12. Origo peccati Ouid. ex Pont. 1, 6, 21. Admiſſa peccata remordent Lucret. 3, 839. Animaduertere peccatum, *vid.* ANIMADVERTO. Auocare a peccatis, *vid.* AVOCO. Cic. Fam. 5, 21 Praeter culpam ac peccatum quo ſemper Caruiſti et carebis, homini accidere nihil poſſe, quod ſit horribile aut pertimeſcendum. Colligere peccata, *vid.* COLLIGO. Condonare peccatum, *vid.* CONDONO. Cic. de Nat. Deor. 2, 11 Vir ſapientiſſimus atque haud ſcio an omnium praeſtantiſſimus, peccatum ſuum, quod celari poſſet, Confiteri maluit, quam haerere in Rep. religionem. Corrigere peccatum alicuius Ouid. Epiſt. 20, 114. Diluere peccata, *Purgare et refutare* Idem de Rem. Amor. 695. Eſt peccatum prodere patriam Cic. de Finib. 3, 32.

Cic. Att. 7, 3 Noſtrum quidem Si eſt peccatum, in eo eſt, quod, *etc.* Idem Fam. 5, 20 De quibus memini mihi a te Myrina literas Eſſe allatas, non mei errati, ſed tui, in quo peccatum videbatur Eſſe, ſi modo Erat, fratris tui et Tullii. Cic. Att. 8, 13 Id quantis noſtris peccatis, vitiisque Euenerit, non poſſum ſine moleſtia cogitare. Incidiſſe in hanc aerumnam multis noſtris peccatis ſcio Id. ibid. 3, 14. Luere peccata Virg. Aen. 10, 32. Obliterata peccata, *vid.* OBLITERO. Oſtendere peccatum, *vid.* OSTENDO. Poenitet peccati Ouid. ex Pont. 1, 1, 58. Proſtituere peccata ſua famae ſiniſtrae Idem Am. 3, 14, 11. Cic. Att. 9, 4 Sic ego decem annorum peccata recordans, *etc.* ſuccenſebam.

PECCĀTOR, ōris. m. *Apud ſacros et eccleſiaſticos Scriptores ſic vocantur omnes, qui aliquando peccant. Pro* Adultero *laudantur* Imp. tit. de public. Iudic. *eo verbo vſus eſt.* Lactant. 3, 25. Tertull. Apol. c. 7. *Sed nusquam equidem inuenio.*

PECCATŌRIVS, a, um. Adi. Tertull. aduerſ. Marc. 2, 24. Idem de Carn. Chriſti c. 8.

PECCATRIX, īcis. f. Tertull. de Spectac. c. 3. *et contra* Marc. 4, 18. Paullin. Nolan. Epiſt. 23 ad Seuer. c. 15 Proles peccatrix.

PECCĀTVS, ûs. m. [ἁμάρτημα] *Idem quod Peccatum.* Cic. Verr. 2, 191 c. 78 Nemo ita viuebat, vt nulla eius vitae pars ſummae turpitudinis eſſet expers: nemo ita in manifeſto peccatu tenebatur, vt quum impudens fuiſſet in facto, tum impudentior videretur, ſi negaret. *Sic. Grut. Gron. Legitur et* Peccato. Gellius 13, 20 *contendit, legendum eſſe* Peccatu, *ſeque ita legiſſe* in vno atque altero antiquiſſimae fidei libro Tironiano. *Et addit:* Huius autem vocis cum elegantior hoc in loco ſonus, tum ratio certa et probata eſt. Hic enim *peccatus* quaſi *peccatio* recte Latineque dicitur. — Sic igitur *in manifeſto peccatu* dixit, vt in manifeſto inceſtu veteres dixerunt.

PECHYALES, *vid.* PARALVRGES.

PECORARIVS, PECORINVS, PECOROSVS, *vid.* PECVS.

PECTINAE, ārum. f. *Pectines erant, quibus vtebantur ex erinaceis ſpinis, quae ſaepius refici debebant. Legitur Aſtae in* Inſcript. T. VALERIVS. L. F. PLACIDVS, REFECTOR PECTINARVM CORNELIAM. *Vid. Spon. Miſc. ſect. 6 p. 231.*

PECTEN, ĭnis. m. [κτεὶς] *Inſtrumentum textorium: dictum, quod fila in telis figat.* Inſecti dentes pectine Ouid. Met. 6, 58. Vnci pectinis moderator, *Textor* Claud. in Eutrop. 2, 381. Rarum pectine denſat opus Ouid. Faſt. 3, 820. Arguto coniux percurrit pectine telas Virg. Georg. 1, 294. Textoris pectine percuſſae lacernae Iuuen. Sat. 9, 30. ¶ 2 Pecten, *Quo explicamus capillos.* Plaut. Capt. 2, 2, 18 Sed vtrum ſtrictimne attonſurum dicam eſſe, an per pectinem, neſcio. *Sane tonſorum alii altius et vsque ad cutem ſtrictim tondent: alii autem leuius, et* per pectinem *tantum, atque a ſummo capillos recidunt.* Varro de L. L. 4, 29 Pecten, quod per eum explicatur capillus. *De* pectine *eſt epigramma apud* Martial. 14, 25 *vbi vocatur*, Multifido buxus dente. Vallum pectinis abrupit capillos Ouid. Amor. 1, 14, 15. Deducit crines pectine Cytoriaco Idem Met. 4, 311. ¶ 3 Pecten *in inſtrumento ruſtico eſt, vel Cratis dentatae genus, ſtylis ferreis ad colendum terram.* Ouid. Rem. Amor. 192 Temporibus certis deſectas alligat herbas, Et tonſam raro pectine verrit humum: *vel adhibetur ad metendam ſegetem.* Colum. 2, 21 Sunt autem metendi genera complura: multi falcibus verriculatis, atque iis vel roſtratis vel denticulatis medium culmum ſecant, multi mergis, alii pectinibus ſpicam ipſam legunt, idque in rara ſegete facillimum, in denſa difficillimum eſt. ¶ 4 Pecten, *dicitur Pubes, hoc eſt locus, vbi pili apud verenda naſcuntur.* Iuuen. Sat. 6, 370 Inguina traduntur medicis iam pectine nigro. Plin. 29, 1 Pectines mulierum publicari *ſtomachatur, i. Medicis depilandos praeberi.* Pecten, [πλῆκτρον, κέντισμα Gloſſ. Lat. Gr.] *Plectrum, muſicum inſtrumentum, quo citharam pulſabant.* Virg. Aen. 6, 647 — iam pectine pulſat eburno. Criſpus pecten, *vid.* ORGANVM. ¶ 5 Pectines, *ſiue* Pectunculi, [κτένες] *Piſces ſunt teſtacei.* Hor. Serm. 2, 4, 34 Pectinibus patulis iactat ſe molle Tarentum. Plin. 9, 33 Saliunt pectines et extra volitant, ſeque et ipſi carinant. *Sunt autem* Pectines, *ait Maſſarius in* Plinium, *Conchae ſtriatae, teſtis biualuibus, altera tantum tumida, altera plana, binisque auriculis angularibus. Quod autem ad volatum attinet, velocem motum interpretatur.* Pectines *enim tanta velocitate dehiſcunt, vt ex vehementi repercuſſione ſaliant et ſuperiactent, vt quaſi volare videantur. Vid.* PECTVNCVLVS. ¶ 6 Pectines, *a* Plinio *dicuntur in arboribus et earum materia per longitudinem Rectae pectinum modo lineae et interualla, Graece* κτηδόνες*; in quibus autem variant pectinum illorum lineae et interualla, adiicere* Plinius *ſolet aliquid, quo varietas illa poſſit indicari*, Obliquos, criſpos, nodoſosue *dicens.* Plin. 16, 38 Fagis pectines tranſuerſi in pulpa. *Vid. Harduin.* ¶ 7 Pecten Veneris, *Herba.* Plin. 24, 19 *A ſimilitudine pectinum.* ¶ 8 Pectines Solis, *de anilibus fabulis prouerbium* Tertull. adu. Valent. c. 3 Iam ſi et in totam fabulam initietur, nonne tale aliquid dabitur te in infantia inter ſomni difficultates a nutricula audiſſe, Lamiae turres et pectines Solis? *An* pectinem *dabant Soli, quo capillos ſuos, i. radios diſcriminaret.* ¶ 9 Stat. Ach. 2, 158 *de Chorea*, Nunc obuia verſae Pectine Amazonio, *i. implicatione et ordine eo, qui pectinem vtcunque referat. Facilius eſt illud* Ouid. Met. 9 Digitis inter ſe pectine iunctis.

PECTĬNO, āre. [πέκω] Pectinare ſegetem Plin. 18, 21.

PECTINĀTVS, a, um. Adi. [κτενοειδής] Tectum pectinatum dicitur, a ſimilitudine pectinis, in duas partes deuexum, vt teſtudinatum in quatuor. Feſtus. *Hic quidem Nomen fuerit: Sed Particip.* Iuba probe pectinata Apul. Met. 6 p. 185.

PECTINĀTIM. Adu. [κτενηδὸν] *Ad pectinis ſimilitudinem, et quaſi denticulatim.* Fundamenta pectinatim diſpoſita Vitruu. 1, 5. Plin. 9, 33 Cuniculatim, pectinatim, imbricatim vndata, *de generibus concharum.* Plin. 28, 6 Aſſidere grauidis, vel cum remedium alicui adhibeatur, digitis pectinatim inter ſe implexis, veneficium eſt, *etc.* *Vid.* Idem 32, 11. *et* 8, 25.

PECTINĀTOR, ōris. m. Gloſſ. Cyrill. Pectinator, κτενιστής.

PECTINARIS, e. Adi. Vet. Inſcr. apud Fabret. p. 701 ACCEPTO CHIAE SERVO PECTINARI LANARI SODALES POSVERE.

PECTO, pexui *vel* pexi, pexum, ĕre. [κτενίζω] *Explicare, et formare capillum pectine.* Virg. Aen. 7, 489 Pectebatque ferum, puroque in fonte lauabat. Caeſariem pectere Hor. Carm. 1, 15, 14. Capillos Ouid. Met. 13, 765. Capillos pectens ancilla Idem de Arte Am. 1, 367. Capillos pectendos praebere Idem Epiſt. 13, 31. Comas bene pectere Tibull. 2, 5, 8. Colum. 10, 149 Olitor ferroque bicorni (*ſarculo*) Pectat, et angentem ſulcis exterminet herbam. *Paſſ.* Plin. 19, 1 Et ipſa ſtupa pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. *Metaphorice:* Plaut. Rud. 3, 2, 47 Pectere quem pugnis. Idem Capt. 4, 2, 16 Pectere fuſti.

PECTITVS, a, um. Partic. Colum. 10, 94 Verum vbi iam puro diſcrimine pectita tellus, *i. aratro et raſtri dentibus ſubacta et polita. Conf.* v. 149. Pectitae lanae Colum. 12, 3, 6.

PEXVS, a, um. *Aliud* Partic. Perſ. 1, 15 Pexusque, togaque recenti. Cic. in Catil. 2, 22 Quod proprium eſt Catilinae, de eius delectu, immo vero de amplexu eius, ac ſinu, quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis. Doctor pexus et pinguis, *pro delicato et molli* Quinctil. 1, 5, 14. *Vid. Burm.* Sammon. 35 Cum caput immenſa pexum, *i. dum pectitur*, porrigine ninguit. ¶ 2 Pexum *earum etiam rerum epitheton, quae pecti poſſunt, quia villos, et quoddam quaſi capillitium habent, quod ipſum in quodam genere pannorum laneorum a fullonibus pectendo excitatur.* Grat. 273 *canem non nimis villoſum ita deſcribit*, Caeſaries non pexa nimis, non frigoris illa Impatiens. Colum. 11, 3, 26 Pexum folium lactucae *non, vt olim interpretabamur, leue eſt, ſed lanitio quodam, aut lanugine certe, obſitum. Verum proprie ad veſtes pertinet, quarum fila non apparent* (*hae enim* raſae *ſunt, et* rallae) *ſed vel propter ſubtemen mollius et minime tortum, vel pectine fullonis excitata floccorum lanugine, deliteſcunt.* Plin. 8, 48 ſ. 73 Iſtriae Liburniaeque (lana) pilo propior quam lanae, pexis aliena veſtibus. Horat. Epiſt. 1, 1, 95 Si forte ſubucula pexae Trita ſubeſt tunicae, vel ſi toga diſſidet impar, Rides. *Nempe* pexae *veſtis lanugo illa gerendo paullatim deteritur. Vid.* PEXATVS. *Hinc* Mart. 2, 45 Emi ſeu puerum, togamue pexam, *i. nouam. Et* 7, 45 Pauperibus munera pexa dato, *i. veſtes, praeſertim ad hiemem.* Hier. adu. Iouin. 2, . . . Tunc pexa tunica et nigra ſubucula veſtiebaris, ſordidatus et pallidus, et calloſam opere geſtitans manum: nunc lineis et ſericis veſtibus, et Atrebatum ac Laodiceae indumentis ornatus incedis. Pexam tunicam *videtur villoſam et craſſam dicere, certe laneam, et ob id ipſum viliorem ſericis et linteis.*

PEXĬTAS, ātis. f. [μαλλωτὸν] Plin. 11, 24 Quam non ad hoc pertinere videtur cribrata (*Hard.* crebrata) pexitas telae. Pexitas telae aranearum, *inquit Turnebus, lanuginoſa filorum natura, quae in rara eorum textura non perinde apparet, verum in denſa.*

PEXĀTVS, a, um. Adi. [μαλλωτωμένος] *Qui veſte pexa indutus eſt.* Martial. 2, 58 Pexatus pulchre, rides mea Zoile trita: Sunt haec trita quidem Zoile, ſed mea ſunt.

PECTIS, ĭdis. f. *Herbae ſpecies, quae* Conſolida *et* Symphyton *dicitur. Vid.* Apul. de Herb. c. 56.

PECTORALE, *vid.* PECTVS.

PECTVNCŬLVS, i. m. [κτεὶς] *Piſcis, qui et Pecten dicitur.* Plin. 9, 29 Loligo etiam volitat, extra aquam ſe efferens, quod et pectunculi faciunt ſagittae modo, *vid.* PECTEN. Pectunculi concharum Columell. 8, 16.

PECTVS, ŏris. n. [στέρνον, στῆθος, θώραξ] *Anterior pars animalis a gula vsque ad ventrem.* Plin. 11, 37 Pectus, hoc eſt oſſa (*coſtas*) praecordiis et vitalibus natura circumdedit: at ventri, quem neceſſe erat increſcere, ademit. Nulli animalium circa ventrem oſſa. Pectus homini tantum latum, reliquis carinatum, volucribus magis, et inter eas aquaticis maxime. Saucius pectus leo Virg. Aen. 12, 5. *i. pectore. Metaph.* Pectus montis *vt* pedem, dorſum, verticem, *dixit* Gratius 444. Aduerſum pectus Virg. Aen. 9, 347. Aduſto pectore merulae Hor. Serm. 2, 8, 90. Anhelum Virg. Aen. 6, 48. Apertum Idem ibid. 11, 667. (Cic. de Amic. c. 26.) Arrectum Virg. Aen. 11, 639. Candidum Idem ibid. 9, 432. Caſtigato planus ſub pectore venter Ouid. Amor. 1, 5, 21. Dolor pectoris Scribon. 165. 173. Pectoris et lateris dolores Idem 101. 257. Foſſum Ouid. Epiſt. 3, 146. Frigidius glacie pectus amantis erat Idem Her. 1, 22. *de terrore.* Gelidum ſubito frigore Idem Faſt. 1, 98. Luctans Ouid. Met. 12, 331. Lymphatum Idem ibid. 11, 3 Ecce nurus Ciconum tectae lymphata ferinis Pectora velleribus. Magnum bouis Columell. 6, 1. Niueum Senec. Herc. fur. ſ. 7. Numeroſum muſculorum toris equi pectus Columell. 6, 29. Plumeum Stat. Theb. 3, 515. Plumoſum Ouid. ad Liu. 109. Pronum Stat. Theb. 11, 639. Pulchro pectore virgo Virg. Aen. 3, 426. Raucum pectus *laudatur ex* Senec. Agam. 689. *Sed recte ibi Gronou.* Pectora rauco concita buxo Furit. Semiferum Virg. Aen. 10, 212 *de Tritone, cui* Frons hominem praefert in priſtim deſinit aluus. Spatioſum Stat. Theb. 4, 173. Sublatum Virg. Georg. 3, 426. ¶ 2 *Verba:* Abit haſta trans pectus, Accreuit caeſpes pectori, Aduolare ad pectus, *vid. hh. vv.* Affligere pectora ſolo Lucan. 2, 30. Ambire aliquem pectore, *Complecti aliquem* Lucan. 8, 66. Aperire ferro pectus Senec. Agamemn. ſ. 4. Cadere in pectus Ouid. Met. 4, 578. Caedere pectus Quinctil. 2, 12. Concutere pectora planctu Stat. Silu. 5, 1, 180. Condere telum pectore Ouid. Met. 13, 458. Condidit enſem in aduerſo pectore Virg. Aen. 9, 347. Conſtringere pectora Stat. Silu. 2, 1, 129. Contundere pectora Lucan. 2, 335. Dare pectus enſibus Senec. Hippol. 5, 6. Denudari a pectore, *vid.* A *Praep.* Diſtrinxit arundine pectus Ouid. Met. 10, 526. Ferire pectora plangore Ouid. Met. 4, 553. Foedans pugnis pectora Virg. Aen. 11, 86. Fouere pectore Ouid. Met. 2, 339. Haurire pectora ferro Idem ibid. 8, 440. Impellere pectus preſſo pectore Sil. 5, 219. Infuſcare pectus illuuie, *vid.* INFVSCO. Laxare pectus amictu Stat. Achill. 2, 200. Lucentia pectora ferro Valer. Argon. 6, 574. Patens laeui in pectore vulnus Virg. Aen. 11, 40. Percuſſit honeſtum pectus manu Idem ibid. 12, 155. Perfoſſum Lucan. 3, 655. Plangere pectora Ouid. Epiſt. 11, 91. Plangere terram moribundo pectore Idem Met. 12, 118. *Al.* vertice. Proflabat ſomnum toto pectore Virg. Aen. 9, 326. Reſcindere pectora ferro Stat. Theb. 11, 506. Retegere pectus Ouid. Met. 13, 459. Rumpere pectora fremitu Lucret. 3, 298. Rupit enſis pectora Virg. Aen. 9, 432. Signatum pectus ſanguine Ouid. de Arte Am. 2, 384. Suſcipere cicatrices aduerſo pectore Quinctil. 2, 15. Suſtinere amplexu pectora alicuius Lucan. 5, 793. Traiecta ferro Virg. Aen. 1, 359. Transfixum Idem ibid. 1, 48. Tranſmittere cuſpide Sil. 7, 658. Transverberat abiete pectus Virg. Aen. 11, 667. Tundere pectora Lucan. 3, 733. Tundere liuentia Ouid. Met. 8, [illegible]. Tunſae pectora palmis Iliades Virg. Aen. 1, 485. Vulnerare pectora alicuius Ouid. Met. 8, 65. ¶ 3 Pectus, *Cor ſub pectore ſignificat, atque ipſum adeo Animum, quem in corde reſidere nonnulli antiquorum putauerunt.* Stupentibus miraculo rei, vnde nouum in Bruti pectore ingenium Liu. 1, 59. Oratio habita nequaquam eius pectoris ingeniique, quod

quod ſimulatum ad eam diem fuerat Liu. 1, 59. Plaut. Epid. 2, 2, 101 Sapit hic pleno pectore. Iuuen. Sat. 13, 198 Nocte, dieque ſuum geſtare in pectore teſtem. Cic. de Legib. 1, 49 c. 18 Amicus per ſe amatur Toto pectore, vt dicitur. Idem Att. 12, 25 Te vehementer etiam atque etiam rogo, magis quam a me vis aut pateris te rogari, vt hanc cogitationem Toto pectore amplectare. Mollities pectoris Ouid. Am. 3, 8, 18 *Miſericordia.* Hor. Epiſt. 1, 4, 6 Non tu corpus eras Sine pectore, *i. mente, non ſtupidus.* Animus in pectore praeſens Virg. Aen. 5, 365. Oculi pectoris, *Solertia* Ouid. Met. 15, 64. Aegra curis pectora Valer. Argon. 6, 623. Amicum pectus Ouid. de Arte Am. 3, 737. *Sic,* Amicitiae pectus, *pro Amico dixit* Manil. 2, 598. *Ita etiam* Stat. Silu. 4, 4, 103. *Et* Martial. 9, 15. Altum Virg. Aen. 6, 600. Anguſtum Ouid. de Arte Am. 3, 274. Animoſum Claud. in Conſ. Stil. 1, 2, 242. Anxia Stat. Theb. 5, 294. Cic. de Amicit. 97 c. 26 In amicitia niſi (vt dicitur) Apertum pectus videas, tuumque oſtendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas. Senec. in Herc. fur. f. 13 Nondum tumultu pectus Attonitum caret. Auidum Ouid. Epiſt. 9, 161. Caeca Lucret. 2, 14. Caſtum Senec. Hippol. v. 130. Certa pectora, *Conſtantia* Virg. Aen. 9, 250. Concitum ira Senec. Med. 7. Conſcium omnium ſcelerum Id. Theb. 1. Cupidum Ouid. Epiſt. 18, 90. Deuota morti Hor. Carm. 4, 14, 18. Diſcordia pectora, et ancipites animi Lucan. 10, 13. Doctum Ouid. Triſt. 3, 1, 64. Feſſum curis Senec. Hippol. f. 2. Fidei pectus Zeno Veron. *i. fidele.* Fidum mutuis amoribus Hor. Carm. 2, 12, 16. Firmo pectore nunc opus Virg. Aen. 6, 261. Flammatum amore Senec. Troad. f. 4. Stat. Achill. 1, 543 Tu tantum prouidus aſtu Tende animum vigilem, Fecundumque erige pectus. Fecundum, *i. In quo multa ſunt conſilia.* Lactant. concute: *voluit forte* excute. Fortiſſima pectora, iuuenes Virg. Aen. 2, 3, 49. Generoſa Ouid. Met. 1?, 234. Graue aerumnis Senec. Agamemn. f. 4. Hoſpitale Hor. Epod. 17, 49. Immite Sil. 1, 168. Imo pectore, *vid.* IMUS. Impium Hor. Epod. 5, 14. Inacceſſum Veneri Claud. de Raptu Proſerp. 1, 224. Inane pectus ſanguinis atque animi Ouid. Epiſt. 3, 60. Incautum, *vid.* INCAUTUS. Inexſaturabile Virg. Aen. 5, 791. Inſanum Senec. Hippol. f. 12. Intacta pectora lucro, *Non auara* Claud. Conſ. Mall. Theod. 214. Laeta Virg. Aen. 5, 816. Leue Idem ibid. 11, 40. Lugubre Ouid. Epiſt. 10, 145. Magnanimum Claud. in Conſ. Stil. 2, 9. Magnum Lucret. 3, 998. Mauors Stat. Theb. 5, 282. Mortale Virg. Aen. 4, 412. Neſcia vinci Idem ibid. 12, 527. Onuſtum laetitia, *vid.* ONUS. Periura Ouid. Met. 2, 705. Placidum Virg. Aen. 1, 525. Pleniſſima magni animi Ouid. Met. 5, 184. Praeparatum bene Hor. Carm. 2, 1, 14. Purum Idem Serm. 1, 6, 64. Remiſſo pectore ac placido aliquid ferre, *i. Aequo animo* Senec. Theb. 187. Rude Ouid. Epiſt. 4, 23. Saeuum Virg. Aen. 12, 888. Sedatum Stat. Theb. 5, 671. Perſ. 5, 27 Quantum mihi te Sinuoſo in pectore fixi, *i. multos receſſus et latebras habente: penitiſſimum amorem deſcribit.* Succincta curis Stat. Silu. 5, 1, 77. Tepidum Ouid. Met. 3, 125. Timidum Idem ibid. 11, 478. Tranquilla pectora pace Lucret. 2, 1092. Tremefacta pectora Virg. Aen. 2, 228. Turbidiora pectora ipſo mari Ouid. Triſt. 1, 11, 34. Violenta Virg. Aen. 10, 151. ¶ 4 *Verborum formulae:* Accendere donis pectus, *vid.* ACCENDO. Agere aliquid conſtanti pectore Sil. 11, 243. Ardeſcit dira cuppedine pectus Lucret. 4, 1084. Armatum fide Sil. 11, 206. Aſpergi pectus amore nocet Ouid. de Arte Am. 1, 236. Captus toto pectore, *Inſanus* Idem Faſt. 6, 509. Ceſſit amor pectore, *h. e. Receſſit* Idem Epiſt. Sabin. 2, 48. Ceſſerunt attonito pectore ſenſus Lucan. 5, 760. Ciet exoſſato omni pectore fluctus Lucret. 4, 1265. Collocare multa in pectore, *vid.* COLLOCO. Conſiſtere pectore, *vid.* CONSISTO. Dat gemitum ab imo pectore Virg. Aen. 1, 489. Domare pectus ira concitum Senec. Med. f. 7. Effundit pectore queſtus Virg. Aen. 5, 780. Excuſſa pectore Iuno Idem ibid. 5, 679. Exturbare nefanda caſto pectore Senec. Hippol. f. 2. Exuere pectus curis Stat. Silu. 4, 4, 28. Fatigatum Ouid. Amor. 3, 11, 2. Fertur furiato pectore Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 262. Figere ſibi aliquem in pectore Perſ. 5, 27. Firmat confuſa pectora relligio Valer. Argon. 1, 79. Flagranit abſtruſo incendio pectus, *vid.* ABSTRUSUS, *in* ABSTRUDO. Flectuntur pectora duri Magni Lucan. 8, 107. Fodere pectus in iras, *incitare velut calcari aut ſtimulo admoto* Sil. 5, 159. Fatur inimico vel ficto pectore Virg. Aen. 11, 685. Formare pectus amicis praeceptis Hor. Epiſt. 2, 1, 128. Geſtamus non adeo obtuſa pectora Virg. Aen. 1, 571. Iactare curas pectore Idem ibid. 1, 231. Imbuere pectora pietate aliqua, *vid.* IMBUO. Incenſum pectus amore Virg. Aen. 3, 298. Intumuit bilis calido ſub pectore Perſ. 5, 144. *Sed hoc etiam proprie poteſt intelligi.* Labi pectore noſtro, dicitur cuius obliuiſcimur Virg. Ecl. 1, 64. Luxuriat toris animoſum pectus Idem Georg. 3, 81. *de equis.* Mittere curam de pectore Idem Aen. 6, 85. Moerent praeſaga pectora Ouid. Met. 10, 444. Mollire pectora alicuius Hor. Epod. 5, 14. Mollire ferum pectus precibus Senec. Theb. 1. Mulcere pectora Virg. Aen. 1, 157. Nutrit Ruffinus commoti pectoris ignem Claud. in Ruff. 1, 181. Obſeſſa malis pectora Senec. Herc. fur. 13. Obtundere pectora pugnis, *vid.* OBTUNDO. Onerare pectora alicuius variis cauſis Ouid. Faſt. 3, 249. Cic. de Orat. 3, 119 Onerandum, complendumque pectus maximarum rerum et plurimarum ſuauitate, copia, varietate. Permulcere pectora dictis Virg. Aen. 5, 816. Pertentant tacitum gaudia pectus Idem ibid. 1, 506. Proſequimur ſtudioſo pectore tua nomina Ouid. Faſt. 2, 15. Purgare pectora dictis Lucret. 6, 23. Recipere pectus, *Recipere animum* Senec. Med. 6. Reddit arcano ſacras Cato pectore voces Lucan. 2, 285. Referre aliquid memori pectore Hor. Serm. 2, 4, 90. Referre voces pectore Virg. Aen. 5, 409. Regnat amor vacuo pectore Ouid. Amor. 1, 1, 26. Repetens ſuſpiria ſollicito pectore Idem Met. 2, 125. Reuomere fluctus pectore Virg. Aen. 5, 182. Roborant pectora cultus recti Hor. Carm. 4, 4, 34. Rumpuntur pectora Virg. Aen. 12, 527. Rupit vocem pectore Idem ibid. 3, 246. Satiare ſua pectora luctu alicuius Ouid. Met. 6, 281. Signatum nomen memori pectore Idem ibid. 13, 66. Sum. Eſſe ſeueri pectoris Idem Epiſt. 18, 63. Superbit deſpecto pectore Stat. Theb. 3, 334. Suſpirare ab imis pectoribus Ouid. Met. 2, 655. Trepidat formidine pectus Idem ibid. 2, 66. Turbare improuida pectora Virg. Aen. 2, 200. Turbatum malis Senec. Med. 6. Turbatus pectora Aeneas Virg. Aen. 8, 29. Variare pectora dubiis curis Valer. Argon. 3, 11. Verſare conſilia pectore Virg. Aen. 1, 661. Vri pectore intimo Catull. 59, 177. Vſta pectora incluſis ignibus Ouid. Epiſt. 8, 58.

PECTUSCULUM, i. n. Dimin. [στηθύνιον] Hieron. Epiſt. 22 c. 13 ad Euſtoch.

PECTOROSUS, a, um. Adi. [πλατύστερνος] *Magni et validi pectoris.* Columel. 8, 2 *de gallinis,* Sint ergo matrices probi coloris, robuſti corporis, quadratae, pectoroſae, magnis capitibus. Plin. 14, 22 Ad haec pertinet pectoroſa ceruicis repandae oſtentatio. *Compar.* Carm. Priap. 36 Nemo eſt feroci pectoroſior Marte.

PECTORALIS, e. Adi. *Quod ad pectus pertinet.* Celſ. 8, 1 In exiguo ſinu pectoralis oſſis. Ammian. 14, 9 Pectoralis tunica.

PECTORALE, is. n. [στηθοδέσμιον] *Genus armaturae, quod ante pectus ponitur.* Plin. 34, 7 Fecit et Sp. Caruilius Iouem, qui eſt in Capitolio victis Samnitibus, ſacrata lege pugnantibus, e pectoralibus eorum, ocreisque et galeis. Varro de L. L. 4, 24 De corio crudo pectoralia faciebant.

PECTUSCUM, Palati dicta eſt ea regio vrbis, quam Romulus obuerſam poſuit ea parte, in qua plurimum erat agri Romani ad mare verſus, et qua molliſſime adibatur vrbs: cum Etruſcorum agrum a Romano Tiberis diſcluderet, caeterae vicinae ciuitates colles aliquos haberent oppoſitos. *Haec* Feſtus *edit. Dacer.* Petuſcum *al.* Pecuſcum *coniicit* Dacerius, *a pecore, quod ea parte pecora paſcerentur.*

PECU, PECUARIA, PECUARIUS, *etc. vid.* PECUS.

PECULATOR, PECULATUS, PECULIARIS, *et* PECULIOSUS, *vid. mox ſub* PECULIUM.

PECULIUM, i. n. [περιουσία, περίκτησις, ἴδιον, σφέτερον, οὐσία δούλου Gloſſ. Lat. Gr. κτῆσις τοῦ ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ ὄντος, τοῦτ' ἔστιν, υἱοῦ ἢ δούλου ibid.] *Poſſeſſio eius, qui in alterius poteſtate eſt, h. e. filii familias aut ſerui. Et videtur deminutiui rationem habere, cum, vt ſtatim dicemus, etiam pecuniam denotet.* Feſtus, Peculium ſeruorum a pecore dictum eſt, vt pecunia patrum familiae. Seruius ad Virg. Ecl. 1, 33 Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi, Omne patrimonium apud maiores *peculium* dicebatur, — modo tantum ſerui *peculium* dicimus. Celſus l. 79 §. 1 ff. de Leg. III. Proculus ait, audiuiſſe ſe ruſticas ſenes ita dicentes, Pecuniam ſine peculio fragilem eſſe, Peculium appellantes, quod praeſidii cauſa ſeponeretur. *Huc refero* Hor. A. P. 330 Aerugo et cura peculi. Cic. in Parad. 5 An eorum ſeruitus dubia eſt, qui cupiditate peculii nullam conditionem recuſant duriſſimae ſeruitutis? Idem Verr. 1, 93 c. 38 Hic Diognetus, qui ex publicis vectigalibus tanta lucra facit, vicarium nullum habet, nihil omnino peculii. Vlpian. l. 5 ff. §. 3 de Peculio, Peculium dictum eſt quaſi puſilla pecunia, ſiue puſillum patrimonium. Peculium autem Tubero quidem ſic definiuit, vt Celſus libro ſexto Digeſtorum refert, quod ſeruus domini permiſſu ſeparatum a rationibus dominicis habet, deducto inde ſi quid domino debetur. Florentin. in l. Peculium D. de peculio, Peculium, inquit, et ex eo conſiſtit, quod parſimonia ſua quis parauit, vel officio meruit a quolibet ſibi donari, idque velut proprium patrimonium ſeruum ſuum habere quis voluit. Peculium re, non verbis augetur Pompon. ICt. *De filio familias* Liu. 2, 41 *vbi pater* Sp. Caſſii dicitur peculium filii Cereri conſecraſſe. *Sed vid. ad h. l. Drakenb.* Plin. 34, 4 Simulacrum ex aere factum Cereri ex peculio Sp. Caſſii. Plaut. Merc. Prol. 95 Lucrum ingens facto, praeter quam mihi meus pater dedit aeſtimatas merces: ita peculium conficio grande. *Rurſus de ſeruis.* Varro de R. R. 1, 2, 17 Tu, tibicen, non ſolum adimis domino pecus, ſed etiam ſeruis peculium, quibus domini dant vt paſcant. *Et* 1, 17, 5 Praefectos alacriores faciundum praemiis, dandaque opera, vt habeant peculium, et coniunctas conſeruas, e quibus habeant filios. Iuuenal. 3, 189 Et cultis augere peculia ſeruis. Peculium mulierum, Galli appellarunt bona, quae Graecis παράφερνα Vlpian. l. 9 §. 2 de Iur. Dot. Caſtrenſe peculium, *vid. ſub* CASTRUM. Ouid. Am. 2, 2, 39 Sic tibi ſemper honos, ſic Curta peculia creſcent. *Lepide* Apul. Met. 3 p. 133, 25 Iam in peculio Proſerpinae et orci familia numeratus, *i. morti addictus.* Sen. Epiſt. 12 *fin.* Sed iam debeo epiſtolam includere. Sic, inquis, ſine vllo ad me peculio veniet? *i. ſine ſententia pretioſa inſtar gemmae. Metaph.* Peculium, *vox eſt obſcena, Membrum virile denotans apud* Petronium c. 8 *aliosque.*

PECULIOLUM, i. n. Dimin. Quinctil. 1, 5 Magnum peculiolum, erunt, qui ſoloeciſmum putent.

PECULIARIS, e. Adi. *Quod ad peculium pertinet, et pars eſt peculii.* Plaut. Aſin. 3, 1, 37 Etiam opilio, qui paſcit mater, alienas oues, aliquam habet peculiarem, qui ſpem ſoletur ſuam. Idem Prol. Capt. 19 Hic poſtquam hunc emit, dedit eum gnato ſuo peculiarem. Plaut. Merc. 3, 1, 26 Quin etiam tibi ancillam dabo natam annos ſexaginta peculiarem. *Conf.* Aul. 3, 4, 7. *Et* Capt. 5, 4, 16. *Et* Perſ. 2, 2, 19. *Add.* tit. 16 §. 1 ff. de lib. cauſſ. Numi peculiares Paull. in l. 31 Cum fundus §. 1 D. Si certum petatur. Vlpian. in l. Si quis vinum. ad finem. D. de tritico, vino, oleo legato, Si peculiare vinum legatum ſit, id continebitur, quod ſerui habuerunt. ¶ 2 Peculiaris, [ἴδιος] *Proprius, ſpecialis, praecipuus, nec cum aliis communis.* ἰδικός, peculiaris, ſpecialis Gloſſ. Vet. Suet. Caeſ. c. 76 Praeterea monetae, publicisque vectigalibus peculiares ſeruos praepoſuit. Teſtis peculiaris alicuius Cic. pro Flacc. 51. Hoc mihi peculiare fuerit Idem Q. Frat. 1, 1. Peculiari inuidia naturae Plin. 6, 1. Cic. Verr. 3, 36 Exoritur peculiare edictum repentinum, Ne quis frumentum de area tolleret, antequam cum Decumano pactus eſſet, *i. Ad aliquod tempus proprium. Eſt etiam amoris et blanditiarum* Apollin. Sidon. 8, 9 *Apollinis ad Thaliam epiſtola ſic inſcripta eſt,* Dilectae nimis et Peculiari Phoebus Commonitorium Thaliae.

PECULIARITER. Adu. [ἰδίως] *Specialiter, praecipue.* Plin. 27, 4 Epiphoris peculiariter imponitur. *Quaſi ſingulariter, et eius propria virtus.* Quinctil. 8, 2 Quod commune eſt et aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur. Medicina peculiariter Efficax Plin. 22, 7. *Compar.* Plin. 36, 20 Haematites peculiarius ſplendet. *Sed al.* Clarius. ¶ 2 Peculiariter, *Ex peculio, vel in peculio.* Paull. in l. iij. §. Saltus. D. de acquirend. vel amitt. poſſ. Nec mouere nos debet, quod quaedam etiam ignorantes poſſideamus, id eſt, quae ſerui peculiariter parauerunt.

PECULIARIUS, a, um. Adi. *Idem quod Peculiaris apud ICtos, vt* Marcian. l. 18 Dig. de peculio legato, In eum creditoribus peculiariis actiones non competunt. *Vid. Bynkersboek. Obſeru. Iur. Rom.* 1, 25.

PECULIOSUS, a, um. Adi. *Qui peculii multum habet.* Plaut. Rud. 1, 2, 24 Peculioſum eſſe decet ſeruum et improbum, *etc.*

PECULIATUS, a, um. *Aliud* Adi. [κτήσιοι, πολυούσιος Gloſſ. Lat. Gr.] Aſin. Pollio ad Cic. Fam. 10, 32 Plane bene peculiatus, *i. Pecunia abundans, numatus. Nam ſupra dixerat,* Magno pondere auri,

auri, maiore argenti coacto. *Conf.* Apul. Met. 10 p. 247. *Alium eumque obſcenum ſenſum, vid.* in Carm. Priap. 52 Pulchre penſilibus peculiatus.

PECVLIO, āre. [ἀφαιρέω] *Peculio augere.* Plaut. Perſ. 2, 2, 10 Atque iſtanc ob rem ego aliquî te peculiabo. *Sic ad puerum vernam ſeruus nequam: cui ille ita reſpondet, vt ad impudicum quid alludi appareat.*

PECVLOR, āri. Dep. [κλέπτω τὸ κοινὸν] *Furari ea, quae ad Rempub. ſeu principem pertinent.* Peculari Rempub. Flor. 3, 17, 3.

PECVLĀTOR, ōris. m. [κλέπτης τοῦ κοινοῦ] Qui furtum facit pecuniae publicae, auct. Aſcon. *ad* Cic. Act. 1 in Verr. 2 *vbi etiam apud Ciceronem legiſſe videtur* Peculatorem aerarii, *quod hodie legitur* Depeculatorem. Cic. Off. 3, 73 c. 18 Neque enim de ſicariis, veneficis, teſtamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco diſſerendum eſt.

PECVLATŌRIVS, a, um. Adi. Oues peculatoriae, *quae ſcil. ſeruis aut filiisfamilias ſunt in peculio* Varro de L. L. 4, 19. *Conf. Taubm. in* Plaut. Aſin. p. 135.

PECVLĀTVS, ûs. m. [κλέμμα τοῦ κοινοῦ] *Pecuniae publicae furtum.* Cic. Verr. 1, 11 Erunt etiam fortaſſe Iudices, qui illum eius peculatum vel acerrime vindicandum putent: quod iſte M. Marcelli, et P. Africani monimenta, quae nomine illorum, re vera Pop. Romani et erant, et habebantur, ex fanis religioſiſſimis, ex vrbibus ſociorum, atque amicorum, non dubitauerit auferre. *Ibid.* Impudentiſſimum tuum furtum, certiſſimumque peculatum. Gell. 11, 18 M. Cato — vehementibus et illuſtribus verbis de impunitate peculatus atque licentia conqueritur — Fures, inquit, priuatorum furtorum in neruo atque in compedibus aetatem agunt: fures publici in auro atque in purpura. Aerarii peculatus factus Salluſt. Iugurth. 36. Peculatus, Furtum publicum dici coeptus eſt a pecore, quia ab eo, initium eius fraudis eſſe coepit. Siquidem ante aes, aut argentum ſignatum, ob delicta, poena grauiſſima erat duarum ouium, et triginta boum. Eam legem ſanxerunt T. Menenius Lanatus et Seſtius Capitolinus conſules. Quae pecudes poſtquam aere ſignato vti coepit Populus Romanus Tarpeia lege cautum eſt, vt bos centuſſibus, ouis decuſſibus aeſtimaretur. Feſtus. *Item*, Peculatus eſt nunc quidem qualecunque publicum furtum: ſed inductum eſt a pecore, vt pecunia quoque ipſa. Iam etiam noxii pecore multabantur, quod neque aeris adhuc, neque argenti erat copia: itaque ſuprema multa etiam nunc appellatur. Paullus. *Fundus eſt* Varro de L. L. 4, 19 p. 25, 18 Hinc peculatum publicum (*appellarunt*) primo vt cum pecore diceretur multa, et id eſſet coactum in publicum, ſi erat auerſum. *Hiſtoriam* Peculatus *petet, qui volet, a Manutio de Legibus, et ICtis ad* Tit. Pand. (48, 13) ad L. Iuliam Peculatus: *inde ponemus modo* l. 1 Lege Iulia peculatus cauetur, ne quis ex pecunia ſacra, religioſa, publicaue auferat, neue intercipiat, neue in rem ſuam vertat; neue faciat, quo quis auferat, intercipiat, vel in rem ſuam vertat, niſi cui vtique lege licebit: neue quis in aurum, argentum, aes publicum quid indat, neue immiſceat, neue quo quid indatur, immiſceatur, faciat ſciens, dolo malo, quod id peius fiat. *Reliqua, vt diximus dabunt ICti veteres et noui. Nos formulas aliquot videbimus.* Plaut. Ciſt. 1, 1, 74 Perfidioſus eſt amor. SI. Ergo in me peculatum facit, *i. perfide me tractat.* Reus peculatus Aur. Victor de Viris illuſt. c. 50. Accuſari peculatus Auctor ad Herenn. 1 c. 12. Damnari peculatus Cic. pro Flacc. 43 c. 18.

PECVNIA, ae. f. [ἀργύριον, χρήματα] *Proprie Numi aenei, argentei, aurei: deinde diuitiae omnes, quae pretio aeſtimantur.* Pecunia, dicta eſt a pecore, ſiue a pecu: quia omnis pecuniae, pecus fuit fundamentum, *vt ait* Varr. de R. R. 2, 1. *Conf.* Cic. de Rep. *apud* Non. 1, 204 *quem damus in* PECVNIOSVS. Colum. 6 Praefat. In ruſticatione vel antiquiſſima eſt ratio paſcendi, eademque quaeſtuoſiſſima, propter quod nomina quoque et pecuniae, et peculii, tracta videntur a pecore, quoniam id ſolum veteres poſſederunt, et adhuc apud quasdam gentes vnum hoc vſurpatur diuitiarum genus. Plin. 33, 3 ſ. 13 Seruius rex primus ſignauit aes. Antea rudi vſos Romae Timeus tradit. Signatum eſt nota pecudum, vnde et pecunia appellata. Feſt. Pecunia ſacrificium fieri dicebant, cum frugum fructuumque cauſa mola pura offerebatur in ſacrificio, quia omnis res familiaris, quam nunc Pecuniam dicimus, ex his rebus conſtaret. Pecuniae verbum, non ſolum numeratam pecuniam complectitur, verum omnem omnino pecuniam, hoc eſt omnia corpora. Nam corpora quoque pecuniae appellatione contineri, nemo eſt, quin approbet. *Haec* Vlpian. in l. Pecuniae. D. de verb. et rer. ſignific. *Idem ſentit* Hermogenianus, *ibidem*, l. Pecuniae. Cic. de Legib. 2, 48 Ad quos eiusdem morte pecunia venerit. Ibid. 49 Si maior pars pecuniae legata eſt. Cic. Top. 29 c. 6 Hereditas eſt pecunia, quae morte alicuius ad quempiam peruenit iure, nec ea aut legata teſtamento, aut poſſeſſione retenta. Pecunia abſque peculio res fragilis, *vid.* PECVLIVM. Pulchra edepol Dos pecunia eſt Plaut. Epid. 2, 1, 10. Effectrix multarum et magnarum voluptatum pecunia Cic. de Fin. 2, 55 c. 17. Regina pecunia Hor. Epiſt. 1, 6, 37. Abſtinens pecuniae Idem Carm. 4, 9, 38. Accipiter pecuniarum, *vid.* ACCIPITER. Nerui belli, pecunia, *vid.* NERVVS. Optimus pecuniae Modus eſt, qui nec in paupertatem cedit, nec a paupertate diſcedit Senec. de Tranqu. an. c. 3. Vias pecuniae norunt Graeci, et omnia pecuniae cauſa faciunt Cic. Q. Frat. 1, 12 c. 5. Superbus pecunia Horat. Epod. 4, 5. ¶ 2 *Epitheta:* Adeſa, *vid.* ADEDO. Adventicia, *vid.* ADVENIO. Adulteratae Firmic. 4, 12. Ampliſſimae pecuniae dominus Cic. pro Roſc. Amer. 23. Certa, *i. definita numero* Quinct. 4, 2, 6 *et* 61. Conducta, *mutuo ſumta* Iuuen. Sat. 11, 46. Papin. in l. Ideo D. de compenſat. Ideo condemnatus, quod arctiorem annonam aedilitatis tempore praebuit, Frumentariae pecuniae debitor non videbitur. Funeſta Iuuen. Sat. 1, 113. *i. Multis exitioſa, et quae multos perdidit. Et apud* Cic. Philipp. 2. Grandem pecuniam debebat Salluſt. Catil. 50. Immanes pecuniae, Ingens, Inſperatae repentinaeque, *vid. ſſ. ll.* Magnam pecuniam amiſerat Salluſt. Iugurth. 102. Maioris pecuniae res, *i. Maioris pretii et aeſtimationis* Hermogenianus in l. Rei maioris. D. de except. praeſcrip. et praeiudiciis. Marita, *vid.* MARITVS. Modica, *vid.* MODVS. Numeratam accipere Nep. 13, 1, 3. Obſcena Iuuen. Sat. 6, 297. *i. Quae multis cauſa eſt obſcenae vitae.* Occupata, *v. v.* Parua, *vid.* PARVVS. Plena et praeclara Cic. pro Roſc. Amer. 6. Priuata Quinct. 3, 6. Repetundarum pecuniarum reus Salluſt. Catil. 18. Signata Quinct. 5, 11. Vacua *v. v.* Vlpian. in l. Quum alter. D. de compenſat. Quum alter alteri pecuniam ſine vſuris, alter Vſurariam debet. *Et* lege ſequente, Si inuicem ſit Vſuraria pecunia. ¶ 3 *Formulae Verborum:* Abire *dicitur et* Proficiſci, *i. dilapidari: vid. ad* Plaut. Trin. 2, 4, 17. Abſtinere pecunia, et pecuniis, Abundans pecunia, Accipere pecuniam, Aeſtimare pecunia, *vid. hh. vv.* Annumerare pecuniam alicui Cic. Diuinat. in Verr. 66. Anquirere pecunia, Attributae, Auertere pecuniam, *vid. ſſ. ll.* Auerſa pecunia publica Tac. Hiſt. 1, 53, 2. Auferre pecuniam de aerario, Auctus pecunia, Capere pecuniam, *vid. hh. vv.* Circumdare gratiam et pecuniam Tacit. Ann. 14, 53. Circumuentus innocens pecunia, *vid.* CIRCVMVENIO. Coaceruare, *vel* congerere pecuniam Cic. Philipp. 5, 12. Cogere pecuniam, Coacta, *vid.* COGO. Collecta Hor. Epiſt. 1, 10, 47. Collocare pecuniam Cic. pro L. Manil. c. 7. Conciliare pecuniam *item.* Conciliare aliquem alteri pecunia, Condonare aliquem pecunia, Conferre pecuniam, *vid. ſſ. ll.* Conferre pecuniam ad ſtatuam, *vid.* AD *Praepoſitionem.* Conficere, *vid.* CONFICIO. Conficere pecuniam de vectigalibus Cic. de Lege Agr. 2, 33. Quinct. 5, 7 Siue odio Conflatos teſtes, ſiue inuidia, ſiue gratia, ſiue pecunia videri volumus. Conquirere acerbe pecunias Tac. H. 3, 76, 4. Coniicere pecuniam in aedificium, Conſtruere, Conuertere pecuniam ad commodum ſuum, Corrogata pecunia ad neceſſarios vſus, Corrumpere pecunia, *vid. hh. vv.* Corrumpi pecunia Quinct. 4, 2. Credere pecuniam, *vid.* CREDO. Creſcit amor numi, quantum ipſa pecunia Creſcit Iuuen. 14, 138. Curare alicui pecuniam, *vid.* CVRO. Curare nomine alterius nobis pecuniam Cic. Fam. 5, 20. Debere alicui pecuniam, Decernere pecuniam, *vid. hh. vv.* Dilapidare Pſeudo-Cic. ad Octau. Cic. ad Q. Fr. 1, 3 Ego acceptam ex aerario pecuniam tuo nomine fruſtra Diſſiparim. Dare pecuniam Cic. Verr. 5, 118. Ducens ad ſe cuncta pecunia Hor. Carm. 4, 9, 38. Effundere pecuniam Cic. contra Rull. 1, 15. Erogare pecuniam Id. Q. Frat. 1, 1, 21. Exaequat omnium dignitatem pecunia Idem Att. 4, 14. Exigere, capere, et imperare pecuniam Idem in Piſon. 38. Facere pecuniam, *vid.* FACIO. Fundata pecunia villis Hor. Epiſt. 1, 16, 46. Illudere pecuniae Tacit. Hiſt. 2, 94. Impendere pecuniam in res vanas, Imperare pecuniam, Incubare pecuniae, Inducere pecuniam et rationem, Inductum pecunia aliquid facere, *vid. ſſ. ll.* Inuadere in alienam pecuniam nullo iure Cic. pro Roſc. Amer. 6. Inuadere in pecunias alterius, Inuenire pecuniam bono modo, Iudicatus pecuniae, Mercari praeſenti pecunia, Multare pecunia, *vid. hh. vv.* Pecuniam in loco Negligere, maximum interdum eſt lucrum Ter. Adelph. 2, 2, 8. Numerare pecuniam, Obſignare, Occupare alicui pecuniam foenore, Oppugnare aliquem pecunia, *vid. hh. vv.* Parta legibus et contra leges pecunia Cic. de Finib. 2, 55. Periit pecunia, *vid.* PEREO. Perſcribere pecuniam, *vid.* PERSCRIBO. Peto certam creditam pecuniam ex ſtipulatione Quinctil. 4, 2, 6 *et* 61. Polliceri pecuniam aliquam militibus in ſingulos Cic. Philipp. 5, 54. Properare pecuniam alicui Hor. Carm. 3, 24, 61. Quaerenda vel cum periculo pecunia Cic. de Fin. 2, 55. Redigere pecuniam ex bonis alterius Idem Diu. Verr. 56. Idem Att. 12, 25 Reliquae pecuniae vel vſuram filio pendemus, dum a Faberio, vel ab aliquo, qui Faberio debet, Repraeſentabimus. Sequitur creſcentem cura pecuniam Horat. Carm. 3, 16, 17. Strangulat plures congeſta pecunia Iuuen. Sat. 10, 12. Sumere mutuas pecunias, *vid.* MVTVVM Cic. Verr. 1 c. 10. Male ſe res habet, cum id, quod virtute effici debet, Tentatur pecunia Cic. Off. 2 c. 6. Venire ad maximas pecunias paucis annis Idem de Orat. 2, 269. Verſare, *v. v.* ¶ 4 *Elegans eſt de Viribus pecuniae Poëmatium* Petronii c. 137. Pecunia Dea, Auguſtin. de Ciu. Dei 4, 21 *cui ſe commendabant*, vt pecunioſi eſſent. *Hoc ne ignorabat* Iuuenalis, *qui* 1, 113 Etſi funeſta Pecunia, templo Nondum habitas — Vt colitur Pax atque Fides, *etc.* *Sed* Auguſtinus *repetit* 4, 24. *et* 7, 4. Arnob. 4 p. 132 Quis Deam Pecuniam eſſe credat, quam velut maximum numen veſtrae indicant literae, donare annulos aureos, loda in ludis atque in ſpectaculis priora, honorum ſuggeſtus ſummos, amplitudinem magiſtratus, et quod maxime pigri ament, ſecurum per opulentias otium. Menander,

Ego vtiles vero deos eſſe arbitror
Noſtros, et Argentum et Aurum maxime.
Iſtos quidem, ſi dedices tua in domo,
Quidquid voles, roges, tibi omnia aderunt,
Ager, domus, ſeruique et argyromata,
Teſtes, amici, iudices, tantum dato.

PECVNIŌSVS, a, um. Adi. [πολυχρήματος] *Quaſi Pecuniae plenus et diues.* Pecunioſus, a pecunia magna, *inquit* Varr. de Ling. Lat. 4, 17 Pecunioſorum et locupletum proprietatem, *inquit* Non. 1, 204 aperuit M. Tull. de Rep. 2 a pecore pecunioſos, et a poſſeſſionibus locorum locupletes, appellatos, aſſerens, multaeque dictione ouium et boum, quod tunc erat res in pecore, et locorum poſſeſſionibus, ex quo pecunioſi, et locupletes vocabantur. Cic. Verr. 5, 16 Mirari, quod Apollonius homo pecunioſus tam diu ab iſto manet integer. *Ibid.* 24 Pecunioſiſſimus Syracuſanorum. *Et* in Parad. 6 Pecunioſos reos. *Et* pro Cluent. Pecunioſa mulier. Cum eſſet pecunioſus, nemo illo fuit minus emax Nep. 25, 13, 1. Non tam generoſus, quam pecunioſus Idem 5, 1, 3. Pecunioſus, a pecorum copia Quinct. 5, 10, 55. Cic. de Inuent. 1, 35 In fortuna quaeritur, ſeruus ſit an liber, pecunioſus an tenuis, *etc.* Copiis rei familiaris locuples et pecunioſus Idem pro Roſc. Com. 44 c. 15. Martial. 5, 57 Artes diſcere vult pecunioſas. Cic. in Verr. Act. 1, 21 *ait*, Hoc omnium ſermone percrebuiſſe, non apud Romanos tantum, verum etiam apud exteras nationes, in iudiciis illorum temporum, pecunioſum, quamuis ſit nocens, neminem poſſe damnari. *Huic affine eſt, quod reperitur apud* Salluſt. Iug. 8 Romae eſſe venalia omnia. *Comparat.* Mamert. Paneg. Iul. c. 20 Tanto vir quisque melior, quo pecunioſior habetur. Suet. Aug. c. 25 Viris feminisque pecunioſioribus indictum. *Superlat.* Pecunioſiſſimus Cicer. in Verr. Act. 1 c. 14. *et* 5 c. 9.

PECVNIARIVS, a, um. *Aliud* Adi. [χρηματικός] *Quod ad pecuniam pertinet.* Cic. pro Cluent. 120 Neminem voluerunt maiores noſtri non modo de exiſtimatione cuiusquam, ſed ne pecuniaria quidem de re minima eſſe iudicem, niſi qui inter aduerſarios conueniſſet. Idem ad Brut. 18 Nodus eſt inopia rei pecuniariae. Cauſae pecuniariae Vlp. in l. 1 §. 1 D. de calumniat. *Add.* l. 9 pr. D. de offic. proconſ. Condemnatio pecuniaria Paull. in l. Miles. D. de re iudicata. Iure pecuniario poſſidere Auguſtin. Epiſt. 89. Lis pecuniaria Quinct. 6, 1. Nomen pecuniarium, *i. Debitum pecuniarium* Paull. in l. Si conuenerit. D. de pignorat. Act. Poena

pecuniaria mulctari Vlpian. in l. 1 §. His igitur. D. de poſtulando. Quantitas pecuniaria Caius in l. Liberum. D. de relig. et ſumt. funer.

PECVNIARIVS, i. m. *χρηματιςὴς* Gloſſ. Gr. Lat.

PECVNIARIE. Adu. Vlpian. in l. 10 §. 2 D. de compenſationibus, Quoties ex maleficio oritur actio (vt puta ex cauſa furtiua, caeterorumque maleficiorum) ſi de ea re pecuniarie agatur, compenſatio locum habet.

PECVNIALIS, e. Adi. Cael. Aurel. Tard. 1, 5 Quaeſtus pecunialis.

PECVNIARIS, e. Adi. Damnatio pecuniaris Macer lege 10 *extr.* Dig. de Poenis.

PECVNIARITER. Adu. l. vlt. Dig. de priu. delict. Pecuniariter agere.

PECVS, ŭdis. f. [*κτῆνος, θρέμμα, βόσκημα*] *Omne animal quod ſub imperio, pabulo terrae paſcitur, vt ſunt boues, aſini, equi, cameli, oues, caprae, auctore Valla.* Colum. 2, 2 *de bobus*, Plus enim queunt pecudes collo et pectore conari, quam cornibus. Idem 9, 1 Ferae pecudes, vt capreoli damaeque. Pecudes, Antiqui a Pede appellarunt, vt ab eodem Pedicam, Pediſſequum, *etc.* Varr. de Ling. Lat. 4, 19. *Add.* Iſidor. 12, 1. Fecundius hac pecude nihil natura genuit Cic. de Nat. Deor. 2, 160. *de ſue.* Sequuntur ſui generis greges pecudes, vt bos armenta Idem Att. 7, 7. Pecudes elephantos *vocat* Plin. . . . Qui cum elephanto, *inquit*, congreſſus, gemino ictu pecudem exanimauit. *Sed locum non inuenio.* Varr. de R. R. 2, 5 Qui gregem armentorum emere vult, obſeruare debet primum, vt ſint hae pecudes aetate potius ad fructus faciendos integrae, quam iam expartae. Pecus, *pro Oue.* Plin. 8, 7 Ipſius animalis (*de elephanto loquitur*) tanta narratur clementia contra minus valida, vt in grege pecudum occurrentia, manu dimoueat, ne quid obterat imprudens. Idem 24, 11 ſ. 53 Pecus et caprae. *Saepe ita* Plinius. *Sed* Pecus, *pro Omni animali praeter hominem.* Cic. de Fin. 2, 39 Contraque vt tardam aliquam et languidam pecudem ad paſtum, et procreandi voluptatem, hi hoc diuinum animal ortum eſſe voluerunt. Virg. Georg. 4, 327 *de apibus*, Et pecudum cuſtodia ſolers. Pecus fera, *ad differentiam Domeſticae pecudis*, Lucret. 1, 14 Inde ferae pecudes perſultant pabula laeta. Idem 2, 343 *de piſcibus*, Praeterea genus humanum, mutaeque natantes, Squammigerae pecudes. Expertes rationis Cic. Off. 2 c. 3. Tacit. Ann. 13, 1 Adeo vt C. Caeſar pecudem Auream eum appellare ſolitus ſit. *De Iulio Silano, cum alluſione ad vellus aureum arietis, qui Phryxum vexit.* Barbigerae pecudes, *Caprae* Lucret. 5, 898. Denſae Stat. Theb. 5, 349. Ferae Colum. 9, 11. Grauidae Virg. Georg. 2, 150. Laetae Idem ib. 1, 423. Lanigerae Idem Aen. 3, 642. Nigrae Tibull. 3, 5, 33. Pronae Claud. de Mulab. Gallic. 10, 20. Sagittiferam pecudem, *Hiſtricem vocat* Claudian. de Hiſtrice 48. Cic. de Fin. 2, 40 c. 13 Vt Tardam aliquam et languidam pecudem, ad paſtum et ad procreandi voluptatem hoc diuinum animal ortum eſſe voluerunt. Antecedit pecudibus caeteriſque beſtiis, hominis natura Idem Off. 1, 105. Pecudes *dicere videtur domeſticas, gregales, etc.* Cogere pecudes, *vid.* COGO. Siccare diſtentas pecudes Lucan. 4, 314. Spondere balantem ſacello pecudem Iuuen. Sat. 13, 232. ¶ 2 *Hominem per translationem* Pecudem *vocat* Cic. in Piſon. 19 c. 9 Conſilio iſtius pecudis vti volebam. Impuriſſimae et intemperatiſſimae pecudis ſordes Idem ib. 72. Idem Phil. 8, 9 c. 3 Atque etiam homines agreſtes, ſi homines illi, ac non pecudes potius. Pecus *genere Maſculino ex* Ennio *adfert* Priſcian. 5 p. 659 *pr.* Pecuda, *etiam Neutro genere.* Siſen. Hiſtoriar. 4 Iumenta et pecuda locis trepidare compluribus. Cic. de Republ. 4 Quum adhibent in pecuda paſtores, *et alii apud* Non. 2, 691.

PECV, n. *Indecl. in Sing. In Plur.* Pecua, uum, ŭbus; *antique.* Plaut. Rud. 4, 3, 5 Non vides me referre vuidum rete, ſine ſquammoſo pecu? Idem Bach. 5, 2, 20 Paſtor harum dormit, quum hae eunt ſic a pecu balitantes. Item Merc. 3, 1, 11 Nec pecua ruri paſcere, neque pueros nutricare, *etc.* Pecua ſalua Cato R. R. 141, 3. Venit Pecubus balantibus aegror Lucret. 6, 1130. Boues et id genus pecua Apul. Met. 2 p. 115. Plin. 8, 43 *de aſino*, Ipſum animal frigoris maxime impatiens, ideo non generatur in Ponto: nec aequinoctio verno, vt caetera pecua, admittitur, ſed ſolſtitio. Varr. de R. R. 2, 1, 3 Et homines et pecua quum ſemper fuiſſe ſit neceſſe, *etc.* Gregalia pecua Apul. Met. 6 p. 182. Seru. *in illud* Virg. Georg. 3, 64 Mitte in venerem pecuaria primus. Pecuaria, *inquit*, ab eo quod eſt pecuare venit. Nam *Pecua*, vt ait in Pompeiana Cicero, ab eo quod eſt *Pecu* venit; vt a *Genu*, *Genua*. *Videtur reſpicere ad* pro L. Manil. 15 c. 6 *vbi hodie legitur*, *tamen* pecora relinquuntur, agricultura deſeritur. Feſt. l. 14 Pecuum Cato dixit Genitiuum Pluralem, ab eo, quod eſt Pecu. Non. Marcell. 2, 691 Pecua, *inquit*, et Pecuda, ita vt Pecora veteres dixerunt. *Et citat teſtimonia.* Liu. 26, 34 Pecua captiua, praeter equos et mancipia, reſtituenda cenſuerunt dominis. Idem 35, 21 In agris paſſim inundatis pecua ablata. Chariſ. 1 Sunt quaedam nomina tantum monoptota, quae pluralibus caſibus naturalem declinationem admittunt, et appellantur heteroclita, vt genu, tonitru, cornu, pecu. *Add.* Priſcian. 6.

PECVS, ŏris. n. *Idem quod Pecus, udis.* Pecus dictum ab eo, quod perpaſcat, a quo pecora vniuerſa Varr. de Ling. Lat. 4, 19. *Melius qui a Graeco, vt ſtatim videbimus.* Pecus, *pro Multitudine pecorum ſiue pecudum.* Virg. Ecl. 3, 1 Dic mihi Damoeta, cuium pecus? an Meliboei? Idem Aen. 3, 221 Caprigenumque pecus nullo cuſtode per herbas. Pecus, *pro Oue aliquando ponitur.* Plin. 8, 48 Eſt et in Hiſpania, ſed maxime Corſica, non maxime abſimile pecori genus muſimonum, caprino villo, quam pecoris velleri propius. *Add.* Idem ib. c. 49. Quinct. in Apibus pauperis ſ. Declam. 13 Cur in vſum veſtium ſaepe pecori lanae detrahuntur? Etſi pecorum vel ouium vſus legatus ſit, neque lacte, neque agnis, neque lana vtetur vſuarius Inſtit. l. 2. *Hinc etymon. Vid. Scalig. in Coniect. ad* Varr. p. 39. *Nempe πέκος vel πόκος a πέκω vellus eſt, ſ. lana. ποκὰς ἀδος cum* pecus, pecudis *conuenit.* Pecus *interdum de omni animali, quod humana lingua et effigie caret, dicitur.* Virg. Georg. 4, 168. *De equo* Auien. Arat. v. 447. Ignauum fucos pecus a praeſepibus arcent. *Burm. ad* Grat. Cyneg. v. 285. Pecus, *de bobus.* Columel. 2, 2 Sulcum autem ducere longiorem quam pedum centum viginti, contrarium pecori eſt: quoniam plus aequo fatigatur. *Sed etiam de equis* Stat. Theb. 1, 275 Geticoque pecus ſtabulare ſub Aemo dignius. *Vbi* Lactant. Equos — Poëta *pecus* vocat, quod eſt generale nomen omnium animalium effigie humana carentium. *Hinc* Horat. Sat. 1, 3, 100 *homines nondum humanitate cultos vocat.* Mutum ac turpe pecus. *Vid.* n. 3. Diues pecore Hor. Epod. 15, 19. Balatus pecorum Virg. Georg. 3, 554. Cuſtos pecoris Stat. Theb. 9, 508. Deus pecoris, *Pan* Ouid. Faſt. 2, 271. Diues niuei pecoris Virg. Ecl. 2, 20. Domus pecorum Stat. Theb. 1, 367. Greges pecorum Ouid. Met. 11, 276. Magiſter pecoris Virg. Ecl. 3, 101. Poſſeſſor pecoris Stat. Silu. 4, 6, 102. ¶ 2 Aquatile pecus, *vid.* AQVA. Aurinum, *Simia. v. ſ. l.* Cornutum Colum. l. 1 praef. Corpulentum, *vid.* CORPVS. Caprigenum Virg. Aen. 3, 221. Senec. Hippol. 116 *de Paſiphaë*, Pecoris efferi ſaeuum ducem audax amaſti, *i. taurum.* Colum. 6, 27 Summam ſedulitatem et largam ſatietatem deſiderat equinum pecus. Virg. Georg. 3, 72 Nec non et pecori eſt idem delectus equino. Felix capellae Idem Ecl. 1, 75. Formoſum Idem ib. 5, 44. Foetum Virg. ib. 3, 83. Generoſum Idem Georg. 3, 75. Immenſum Claud. in Eutrop. 2, 427. Quinct. 1, 5, 67 *ex* Pacuuio *affert Delphini deſcriptionem* Nerei Repandiroſtrum Incuruiceruicum pecus. Iners Virg. Aen. 4, 158. Infirmum Ouid. in Ibin 42. Lactum Hor. Epod. 2, 45. Lanigerum Ouid. Faſt. 1, 384. Molle Virg. Georg. 3, 299. Montiuagum Senec. Herc. Oet. 2, 7. Mutilum *et* Cornutum *opp.* Colum. praef. l. 1. Mutum et turpe Hor. Serm. 1, 3, 100. Operarium, *vid.* OPVS. Ouiaricum, *vid.* Ouiaricus, *in* OVIS. Pauidum Ouid. de Arte Am. 2, 148. Placidum Idem Met. 15, 116. Pingue Hor. Serm. 2, 6, 14. Raripilum *et* Setoſum *opp.* Colum. l. 1 praef. Segne Stat. Theb. 8, 576. Semianimum Idem ib. 2, 83. Stolidum Valer. Argon. 6, 537. Truncum Stat. Theb. 5, 333. Vagum Hor. Carm. 3, 13, 12. Volatile pecus Colum. 8, 3. Abigere pecus, *vid.* ABIGO. Caedere armentorum reliquique pecoris greges Cic. Philipp. 3, 31. Cogere pecus Virg. Ecl. 3, 20. Depaſcuntur a pecore agri publici Cic. de Orat. 2, 284. Imprimere ſignum pecori Virg. Georg. 1, 263. Inſueſcere pecus amurca, *vid.* INSVESCO. Legere ducem pecori Virg. Georg. 3, 125. Numerare pecus pauperis eſt Ouid. Met. 13, 824. *Metaph. de ſtupido homine, vt* Pecus, udis: Horat. Epiſt. 1, 1, 19 O imitatores, ſtultum pecus. ¶ 3 Pecus, *embryo.* Tertull. adu. Marcion. 4, 21 *de gradibus, quibus naſcitur homo*, Non caro habitus ante formam, non pecus dictus poſt figuram, non decem menſium cruciatu deliberatus. Firmicus 7, 1 Pecus intra viſcera matris artuatim conciſum a medicis proferetur. *Eadem fere habet* 6, 31 *vid.* ARTVATIM. Tertull. de Anima 25 Cum hebete vnco, quo totum pecus attrahitur, violento puerperio. *Non debebat Rigaltius mutare* Pecus *in* Facinus. *Videtur cum hac appellatione cognationem habere*, Ἀμνίον, *quo nomine venit pellicula fetum inuoluens.* Ἀμνὸς *autem* agnus *eſt, h. e.* pecus *κατ' ἐξοχήν.*

PECVSCVLVM, i. n. Foueam ſi forte pecuſcula veſtra inciderint Iuuenc. 2, 593.

PECORĪNVS, a, um. Adi. [*κτηνικὸς*] *Quod eſt pecoris: vt,* Pecorina caro.

PECORŌSVS, a, um. *Aliud* Adi. [*πολυθρέμμων*] Palatia pecoroſa Propert. 4, 9, 3 *vbi paſcebant pecora.* *Sed* nemoroſa *al.* Phyllos Stat. Theb. 4, 45. Ver Idem ib. 10, 229.

PECORARIVS, i. m. Qui pecua ſiue pecora publica redimit, *vt ait* Aſcon. *Romani enim vetuſtiores nihil in bonis praeter pecudes habebant.* Onomaſt. Vet. Pecorarius, *προβατώδης.*

PECVALIS, e. Adi. Sedul. 1, 146 Edidit humanas animal pecuale loquelas. Fortunat. de Vita Martini 2, 146 Et mihi praeda iacet pecuali capta miniſtro.

PECVARIVS, i. m. [*κτηνοτρόφος*] *Qui pecorum curam habet, vel Qui pecuarias habet alitque.* Cic. pro Deiot. 27 c. 9 Vt non ſolum Tetrarcha nobilis, ſed optimus paterfamilias et diligentiſſimus agricola et pecuarius haberetur. Idem Verr. 2, 17 c. 6 Quapropter de iſtius Praetura Sicilienſi non recuſo, quin ita me audiatis: vt ſi cuiquam generi hominum, ſiue Siculorum, ſiue noſtrorum ciuium, ſiue cuiquam ordini, ſiue aratorum, ſiue pecuariorum, ſiue mercatorum probatus ſit, *etc.* *Ibid.* 2, 188 c. 77 Poſtulo mihi reſpondeat, qui ſit iſte Verrutius, mercator, an arator, an pecuarius. Liu. 19, 23 *extr.* Et ab Aedilibus plebeiis, L. Aelio Paeto, et C. Fuluio Curuo ex multaticia item pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis, ludi facti. *Add. ib.* c. 47. Aſcon. in Diuin. Verr. p. 29. *Conf.* Iſidor. 15, 17. *et Burm. Diſſ. de Vectig. c. 9.* *Eſt autem proprie*

PECVARIVS, a, um. Adi. [*βοσκηματικὸς*] *Quod ad pecus pertinet.* Plaut. Truc. 1, 2, 45 Male vertit res pecuaria mihi apud vos. Varr. 3 praefat. Qua de re pecuaria breuiter ac ſummatim percurram. Cic. pro Quint. 12 c. 3 Erat ei pecuaria res ampla, et ruſtica, ſane bene culta, et fructuoſa. *i. Multa armenta multoſque greges habebat.* Canis pecuarius, *Qui pecora vel pecudes cuſtodit a luporum voracitate et iniuria.* Colum. 7, 12, 18 Pecuarius canis neque tam ſtrigoſus aut pernix eſſe debet, quam qui damas, ceruosque, et velociſſima ſectantur animalia. Magiſterium Apul. Met. 10 p. 253. Negotiatio Colum. 8, 1, 1. Paſtio Idem 8, 1, 2. *Et* Varro 3, 1, 8. *Item* 3, 2, 13. Quaeſtio Varr. de R. R. 2, 2 *in ipſo ſtatim initio.*

PECVARIA, orum. n. *Pl.* [*βοσκήματα*] Dicuntur ab eo, quod eſt Pecuare, et per apocopen, Pecuar: nam *Pecua*, vt ait in Pompeiana Cicero, ab eo, quod eſt *Pecu*, venit, vt a *Genu Genua:* et ſignificat Pecorum multitudinem. *Haec* Seru. *in illud* Georg. 3, 64 Mitte in Venerem pecuaria primus. Perſ. 3, 9 Finditur, Arcadiae pecuaria rudere dicas, *i. aſinorum greges.* Auctor ad Herenn. 4 c. 34 Nam quum canes funguntur officiis luporum, cuinam praeſidio pecuaria credemus? *al.* Pecua. Plin. 8, 9 Quapropter arcent eos coitu, feminarumque pecuaria ſeparant, quae haud alio modo, quam armentorum habent. Stat. Silu. 3, 3, 93 Et Lacedaemonii pecuaria Culta Galeſi. *h. e. Oues Tarentinae, quorum lana erat pretioſiſſima.* Defecta mala pecuaria tabe Grat. v. 435. Primigenia Varr. de R. R. 2, 2, 2. *i. Principia pecuariae rei:* E feris pecudibus primum oues comprehenſas ab hominibus et manſuefactas. Rudunt pecuaria Arcadiae Perſ. 3, 9. *h. e. Aſini, qui naſcuntur in Arcadia maximi.* Pecuaria, *Loca in quibus pecora nutriuntur, id eſt paſcua.* Cic. de Clar. Orat. 85 Nam quum in ſilua Scantia ita facta caedes eſſet, notique homines interfecti, inſimulareturque familia, partim etiam liberi ſocietatis eius, quae pecuaria de P. Cornelio, L. Mummio CENSS. redemiſſet, *etc.* *A Cenſoribus enim publicani vectigalia redimebant ſeu conducebant.*

PECVARIA, ae. f. [*βοσκηματική*] *Quae et* Res pecuaria *dicitur.* Varr. R. R. 3, 1 Tres libros inſtitui, e queis duo ſcripſi. Primum ad Fundaniam vxorem de Agricultura: ſecundum de Pecuaria ad Turanium Nigrum. Pecuariam facere Suet. Caeſ. 42. Pecuaria *Locus, in quo pecorum greges conſiſtunt et paſcuntur.* Varr. de R. R. 2, 1

Cuius

Cuius nobiles pecuariae in Brutiis habentur. *Ibid.* in praef. Quod eo facilius faciam, quod, et ipſe pecuarias habui grandes, in Apulia ouiarias, et in Reatino equarias.

PECVASCO, ĕre. *Legitur in decreto finium regundorum apud Gruter.* p. 204 PECVASCERE GENVATES VETVRIOSQVE LICEAT.

PECVATVS, a, um. Adi. Vet. Onomaſt. θηριώδης Fulgent. in Moral. n. 53.

PECVDALIS, e. Adi. Mart. Capell. 7 Non minus ſenſus, quam nominis pecudalis, *de* Capellae *nomine.*

PECVINVS, a, um. Adi. Apul. Met. 8 p. 215 Pecuinis oſſibus catenatum flagrum. Cato R. R. 132 Daps Ioui aſſaria pecuina. *Sed locus eſt obſcurus et dubiae lectionis.*

PECVSCVM, *vid.* PECTVSCVM.

P E D

PEDA, *vid.* PES.

PEDALIS, PEDAMEN, *vid.* PES.

PEDANA, ae. f. [Πεδάνα] Regio eſt non procul a Roma, dicta ab oppido Pedo, quod olim fuit, nunc non eſt, *vt ait* Porphyr. *in illud* Hor. Epiſt. 1, 4, 2 Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?

PEDANEVS, PEDARIVS, *vid.* PES.

PEDATIM, PEDATIO, PEDATVM, PEDECOSVM, *vid.* PES.

PEDĒMA, ătis. n. [πήδημα] *Saltus eſt et ſaltatio. Quidam legunt* Iuuen. Sat. 11, 173 Qui Lacedaemonium pedemate lubricat orbem. *Sed vehemens ibi diſſenſio.*

PEDEPRESSIM, PEDES, PEDESTER, PEDETENTIM, PEDICA, PEDICINVS, PEDICVLVS, PEDIOLVS, PEDISEQVVS, PEDITATVS, *etc. vid.* PES.

PEDIANVS, i. m. *Cognomen Roman. quo vſus eſt v.g. Ille* Aſconius, *cuius ſuperſunt quaedam reliquiae commentariorum in Ciceronem. Idem forte, quem laudat* Plin. 7, 48.

PEDICVLI, orum. m. Populi in Italia, Apulis et Salentinis contermini Plin. 3, 5. Pediculorum agrum, et oppida *vide apud eundem* 3, 11.

PEDICVLVS, i. m. *Pilorum ille incola, vid. ſub* PES.

PEDIDOSVS, *vid.* PAEDIDOSVS *ſub* PAEDOR.

PEDIS, pediculus, *vid.* PES n. 12.

PĒDIVS, i. m. *Gentis Rom. nomen. V.g.* Pedius Blaeſus, ſenatu motus ſub Nerone ob violatum ab eo theſaurum Aeſculapii. *Vid.* Tacit. Ann. 14, 18 Senatui reſtitutus ab Othone Idem Hiſt. 1, 77. *Item* Qu. Pedius, *coheres Auguſti bonorum Caeſaris. In conſulatu auctor* Legis Pediae *latae contra Caeſaris interfectores. Et* Qu. Pedius *huius nepos, pictor, mutus,* Qu. Pedii Conſularis triumphaliſque filius fuit Plin. 35, 4.

PEDO, ōnis. m. [Πέδων] *Cognomen Popiliorum.* C. Pedo Albinouanus *Poëta amicus fuit* Ouidio, *qui ſcribit ad illum* ex Ponto 4, 10; *et de illo* 16, 6 Iliacuſque Macer, ſidereuſque Pedo. Pedo *alius, Cauſidicus, de quo* Iuuen. Sat. 7, 129 Sic Pedo conturbat, *etc. Vnde ortum ſit nomen, indicat* Gl. Gr. L. πλατύπυς, *i. latos pedes habens.*

PĒDO, pepēdi, ĕre. [πέρδω, βδέω] *Crepitum ventris emittere.* Hor. Serm. 1, 8, 46 Nam, diſploſa ſonat quantum veſica, pepedi. Martial. 12, 78 Aethon in Capitolio pepedit. *Lepidiſſimum eſt epigramma.* Idem 10, 14 Nil aliud video, quo te credamus amicum: Quam quod me coram pedere Criſpe ſoles. *Add.* Idem 7, 17. *et* 12, 79.

PEDITVM, i. n. *et* PEDITVS, ûs. m. [πορδὴ Gloſſ. Cyr.] Subtile et leue peditum Liboni eſt Catull. 55, 3.

PEDO, āre. PEDVM, PEDVSCVLVS, *vid.* PES.

PEDVLES, Faſciae, quibus pedes vinciuntur Vlpian. in l. 25 §. 1 De auro et argen. legat.

PEDVLLA, ae. f. Quae dicimus, πέδιλα appellari manifeſtum eſt. πέδιλον, Talare, aut calceamentum varium ſignificat. Feſtus.

PEDVNCVLVS, i. m. *Vermis marinus eſt, de quo ſic* Plin. 32, 7 Vocant et in mari pedunculos, eoſque tritos inſtillari ex aceto auribus iubent.

P E G

PEGANVM, i. n. [πήγανον] *Herba eſt Dioſc. 3 quam Latini Rutam appellant. Conf.* Apul. de Herb. c. 89 *et* 115.

PEGĂSA, ae. f. [Παγασαὶ] *Theſſaliae oppidum, vnde* PEGASAEVS, *vid.* PAGASA. *Sic enim ſcribitur.*

PEGASVS *et* Puſio, *Coſſ. apud Rom. a quibus* Pegaſianum S. C. *nomen habuit, habitum Veſpaſiani temporibus in exemplum legis Falcidiae.* Nam quod efficit lex Falc. in legatis, eadem in fideicommiſſis fere S. C. Pegaſianum faciebat Iuſtinian. l. 2 Inſtit. Ciuilium tit. de Fideicomm.

PEGĂSVS, i. m. [Πήγασος] *Equus alatus,* ἀπὸ τῆς πηγῆς, *id eſt a fonte, quod iuxta* Pegas, *id eſt fontes Oceani natus ſit, vbi Gorgones habitant, de quo* Hygin. Poët. Aſtron. 2, 18 Hunc (*equum caeleſtem*) Aratus et alii complures Pegaſum, Neptuni et Meduſae Gorgonis filium, dixerunt: qui in Helicone, Boeotiae monte, vngula feriens ſaxum, fontem aperuit, qui ex eius nomine Hippocrene eſt appellatus. *Deinde narrat fabulam Bellerophontis, qui ope Pegaſi Chimaerae* victor profugiens, poſt fontis inuentionem cum ad caelum contenderet euolare, neque longe iam abeſſet — decidit — equus autem ſubuolaſſe, et inter ſidera ab Ioue conſtitutus exiſtimatur. *De imagine eius in numis. vid. Spanh. de Vſu, et Praeſt. Num. diſſ. 5 p. 273 ſq.* Cic. pro Quint. 80 O hominem fortunatum, qui eiuſmodi nuntios, ſeu potius pegaſos habeat! Apul. 11 p. 261, 6 *in pompa ridicula matris Deûm inducit* Aſinum pinnis adglutinatis ambulantem cuidam ſeni debili, vt — diceres Pegaſum. ¶ 2 *Eſt etiam viri nomen* Virg. Aen. 11, 670. *Sic* Pegaſus *ICtus et praefectus vrbis, de quo* Iuuenal. 4, 77.

PĒGĂSĒVS, a, um. Adi. [Πηγάσηος] Gradus Pegaſeus, *i. Celerrimus* Senec. Troade 385. Volatu Pegaſeo ferri Catull. 53, 25.

PEGĂSĒĬVS, a, um. *Aliud* Adi. [Πηγασήϊος] Perſ. in prol. 14 Cantare credas Pegaſeium melos, *Muſis et fonte Heliconis dignum.*

PEGĂSIS, ĭdos. f. [Πηγασὶς] *Patronym. femin. loco Gentilis.* Pegaſides, *Muſae dictae ſunt, a fonte, quem* Pegaſus *ictu vngulae fingitur aperuiſſe, vt dictum eſt.* Ouid. Epiſt. 15, 27 At mihi Pegaſides blandiſſima carmina dictant. *Item* Pegaſides, *Nymphae, quae et Naiades.* Ouid. Epiſt. 5, 3 Pegaſis Oenone Phrygiis celeberrima ſiluis.

PEGE, es. f. *Fons erat prope montem Arganthonum, in quem Hylas cecidit.* Apollonius 1 Αἶψα δ' ὅγε κρήνην μετεκίαθεν, ἣν καλέουσι Πηγὰς ἀγχίγυοι περιναίεται. *Hinc apud* Propert. *emendandus eſt locus* 1, 20, 33 *vbi legitur,* Hic erat Arganthi Phlegrae ſub vertice montis. Phlegra *enim illis in locis nusquam audita eſt, ac proinde* Pegae *legendum cenſet Turnebus 11, 15.* Pege *dedit Brouckh.*

PEGMA, ătis. n. [πῆγμα] *Machina e pluribus tignis, aſſeribus, tabulis coagmentata, cuius varii vſus, variaeque ob id ipſum formae eſſe poſſunt. Nomen eſt a* πήγνυμι, *quod Latino* pango, figo, compingo, *reſpondet. Incipiamus a ſimplicioribus rebus, quibus hoc nomen tribuitur. Igitur* Cic. Att. 4, 8 Pegmata, *quibus* nihil *ait* venuſtius, *ſunt plutei quidam et loculamenta Bibliothecae, quorum rationem ab Attico acceperat. Quae hic* Pegmata *dicit, eam* conſtructionem *appellat* epiſt. 5 *extr. quam nempe illa* pegmata, *illa contabulatio loculorum efficit. Sic* Auſonius epigr. 26, 10 Atriorum pegmata *memorat, i.* tablinum; *cuius magna cum Bibliotheca cognatio. Huc etiam refero* l. 12 ff. de Inſtrum. leg. Specularia quoque affixa magis domus eſſe puto, quam partem. Nam in emtione domus et ſpecularia et Pegmata cedere, ſiue in aedificio ſint poſita, ſiue ad tempus detracta. ¶ 2 *Huic generi repoſitoriorum affinia ſunt* Pegmata *mobilia pomparum.* Plin. 33, 3 ſ. 16 Caius princeps in circo pegma duxit, in quo fuere argenti pondo CXXIV. *Si numerus hic ſincerus eſt, hic modus argenti ad exornandam modo machinam ſ. ferculum adhibitus fuit; forte hoc fuit pondus bractearum argenti, quibus obductum erat* pegma. *Certe ſuadet* Martialis 8, 33, *vbi* phialam tenuiſſimam *dono ſibi datam extenuans, ſiue in nihilum potius redigens,* Hac, *inquit,* fuerat nebula tibi pegma perunctum. Pegmati *includebantur beſtiae in venatu exhibendae. Tale deſcribit* Apul. Met. 4 p. 148, 28 Confixilis (*alludit ad etymon* pegmatis πήγνυμι Vet. Gl. Pegma, confixum) machinae ſublicae turres, tabularum nexibus, ad inſtar circumforaneae (*ergo mobilis, quae* duci *poſſit*) domus, floridae picturae, decora futurae venationis receptacula. *Talia* Pegmata *in triumpho Veſpaſiani Iudaico* ductum *deſcribit Ioſephus 7, 17* Θαῦμα δὲ ἐν τοῖς μάλιστα παρεῖχεν ἡ τῶν φερομένων πηγμάτων κατασκευὴ, *etc. Admirationi praecipue ait fuiſſe* pegmatum, *quae ferrentur, conſtructionem: quorum magnitudo fidem adimeret, ea firmo et aequabili motu promoueri poſſe, trium enim et quatuor contignationum* (τριώροφα καὶ τετρώροφα) *quaedam erant. Narrat deinde totam belli obſeſſionis praeliorum, machinarum, caedium, incendiorum, euerſionum rationem et formam ibi propoſitam fuiſſe; et vnicuique pegmati, ducem captae vrbis, quae ibi repraeſentaretur, aſſignatum, etc.* ¶ 3 *Nobiliſſimum* pegmatum *et artificioſiſſimum genus videtur illud, quod ſpectaculi et admirationis cauſa in ludis publicis exhibebant. De hoc* Sen. Epiſt. 88 His annumeres licet machinatores, qui pegmata per ſe ſurgentia excogitant, et tabulata tacite in ſublime creſcentia, et alias ex inopinato voluptates, aut dehiſcentibus, quae cohaerebant, aut iis, quae diſtabant ſua ſponte coëuntibus, aut his, quae eminebant, paullatim in ſe reſidentibus. Seru. *ad* Virg. Georg. 3, 24 Scena de lignis tantum ad tempus fiebat: vnde hodieque permanſit conſuetudo, vt componantur pegmata a ludorum theatralium editoribus. *De hac* Phaedr. 5, 8, 7 Dum Pegma rapitur, concidit caſu graui *tibicen ille, Princeps cognomine.* Martial. Amphith. 2 Hic vbi ſidereus propius videt aſtra Coloſſus, Et creſcunt media pegmata celſa via. *Tale* pegma *ad ſupplicium Seluri latronis adhibitum vidit Strabo 6 p. 188. Cum ille ſe Aetnae filium iactaſſet, in alto Pegmate quaſi in Aetna poſitus, ſolutis ſubito compagibus delapſus eſt in caueas, in quibus beſtiae ſeruatae emitti facile poterant. Alioquin* Pegmata *theatrum erant* Petauriſtarum: *qui, vt ſaltuum ſuorum et iactationum, vibrationumque, probabilem viderentur habere cauſam, incendia ſimulabantur, et ruinae, quibus illi ſe ſaltibus prodigioſis eriperent. Vid.* Manil. 5, 436 ſqq. *quem locum damus in* PETAVRVS. *Quod Scaliger ad h. l. etiam pugnaſſe in* Pegmatis *gladiatores putat, illud non confectum eſt: vnicum praeſidium,* Pegmares Suetonii, *ſuo mox loco excutiemus. Sed quod diximus de ignibus, oſtendit etiam* Claudian. de Mall. Theod. Conſ. 319

Vel, qui more auium ſeſe iaculentur in auras
Corporaque aedificent celeri creſcentia nexu, *etc. Vid.* PETAVRISTA.
Mobile ponderibus deſcendat pegma reductis,
Inque chori ſpeciem ſpargentes (*ſe*) ardua flammas
Scena rotet. Varios effingat Mulciber orbes
Per tabulas impune vagus, pictaeque citato
Ludant igne trabes, et non permiſſa morari
Fida per innocuas errent incendia turres.

Hinc intelligimus, quid ſibi velit Vopiſcus Carin. 19 *cum memorat* Pegma, cuius flammis ſcena conflagrauit. *Nempe contigit ſimile quiddam ei, quod ait* Sueton. Claud. c. 34 *eum ſaeuiſſe in fabros,* Si αὐτόματον vel pegma, vel quid tale aliud parum ceſſiſſet.

PEGMARIS, e. Adi. Pegmares gladiatores *inueniſſe ſibi videntur viri docti* Sueton. Calig. c. 26, *qui in* pegmaſi *pugnent, quos tamen alias fruſtra quaeras, vel, quod facilius probes,* quos de ruina arena dimiſit, *vt eſt* Petron. 9. *Sed forte optimum fuerit, certe facillimum, cum Torrentio, qui libros laudat,* legere Tabidas feras, viliſſimos, ſenioque confectos gladiatores, pegmatis quoque patres familias notos, ſed inſignes debilitate aliqua corporis, ſubiiciebat. Pegmares *retinet, et fabros atque operas intelligit* Lipſ. Saturn. 2, 14. *Sed noſtrum non eſt, conatus omnes circa illum locum referre. Laudemus potius locum* Iuuenal. 4, 122 Et pegma, et pueros inde ad velaria raptos. *Repraeſentatum innuere videtur* pegmate *raptum Ganymedis. Quid ſi ridiculum debilitate ſenem pro Ganymede rapiendum* ſubiecit pegmatis *Caligula? Addere liceat* Pegma *vocari* Prudentio Periſt. 10, 1017 *ſimplex tabulatum inſtratum foueae celebrandi* Taurobolii *cauſa. Praeter eos, quos iam laudauimus, de* Pegmate *bene meritus eſt* Lipſ. de Amphith. c. 22.

P E I *et* P E L

PEIERO, *vid.* PERIVRO.

PEIOR, PEIORO, *vid. ſub* MALVS.

PELĂGVS, i. m. *et* n. [πέλαγος] *Profundum maris ſignificat. Vnde etiam pro ipſo Mari frequentius ſumitur.* Venti caelo pelagoque fauentes Ouid. Her. 2, 19 *ſereni et ſecundi.* Valer. Flacc. 1, 168 Pelagus quantos aperimus in vſus. Plin. 10, 32 In reliquis partibus eſt quidem mitius pelagus. Furor pelagi Lucan. 2, 199. Gemitus ingens pelagi Virg. Aen. 3, 555. Minae pelagi Idem ibid. 6, 113. Quies pelagi Stat. Silu. 2, 2, 26. Rector pelagi, *Neptunus* Ouid. Met. 4, 797. Sonora pelagi Lucret. 5, 36. *Al.* Seuera. Cadens pelagus Stat. Theb. 5, 708. Immite pelagus, *vid.* IMMITIS. Languidum pelagus nigro gurgite Seneca Herc. fur. 7. Sonans pelagus Virg. Aen. 1, 250. Tempeſtatibus pelagi actus Idem ibid. 3, 708.

3, 708. Committere ratem truci pelago Hor. Carm. 1, 3, 11. Decurrere aperto pelago Virg. Aen. 5, 212. Deſaeuit hiems pelago Idem ibid. 4, 52. Dat vela patenti pelago volans Idem Georg. 2, 41. Errare pelago Idem Aen. 3, 204. Euerſum pelagus infimo ſolo Sen. Agam. 6. Feruet dubium pelagus Idem Med. 10. Feruet aeſtu pelagus Cic. de Orat. 3, 155 c. 39. *Ex Poëta.* Premit mare arua pelago Virg. Aen. 1, 250. Retundit pelagus Boreas Lucan. 5, 601. Vt pelagus Tenuere rates Virg. Aen. 5, 8. ¶ 2 *A* pelagus *Neutro eſt Pl.* Pelage Lucret. 5, 36

Quid denique obeſſet
Propter Atlantaeum litus, pelageque ſeuera,
Quo neque noſter adit quisquam, nec Barbarus audet?

Sic 6, 619 At pelage multa, et late ſubſtrata videmus.

PELAGĬCVS, a, um. Adi. [πελαγικὸς] *Quod in mari viuit, ſiue Quod eſt ex mari.* Columel. 8, 17, 14 Caeteri autem ſaxatiles, aut pelagici, ſatis ex his, ſed ex recentibus melius paſcuntur.

PELAGIVS, a, um. *Aliud* Adi. [πελάγιος] *Idem.* Varro de R. R. 3, 3, 10 Sic noſtra aetas, inquam, luxuria propagauit leporaria, ac piſcinas protulit ad mare, et in eas pelagios greges piſcium reuocauit. *Conf.* Columel. 8, 16, 8. *Et* 8, 17, 8. *Sic* Plin. 3, 6 Ideo pelagia parua et rara ſunt. Phalerae Laber. *ap.* Petron. c. 55 Matrona ornata phaleris pelagiis, *i. margaritis.* Volucres pelagiae Petron. c. 109. ¶ 2 *De* conchis *interdum ſubſtantiue* Pelagiarum *nomen vſurpatur.* Plin. 9, 37 ſ. 61 Purpurae nomine alio Pelagiae vocantur. Earum genera plura, *etc.* Pelagium (*intell.* conchylium) *vocat p. p. c.* 38 Buccinum per ſe damnatur. Pelagio admodum alligatur. *Et* c. 40 Pretia medicamento (*ſic vocat purpurae colorem*) ſunt quidem pro fertilitate litorum viliora: non tamen vsquam pelagii centenas libras quinquagenos numos excedere.

PELĂMIS, ĭdis. *vel* PELAMYS, y̆dis. f. (*vtrumque enim reperitur, eadem et apud Graecos varietate* πηλαμὺς *et* πηλαμὶς) *nomen* thynni *piſcis a ſemeſtri vsque ad anniculum.* Iuuen. Sat. 7, 120 Siccus petaſunculus et vas Pelamidum. Plin. 9, 15 ſ. 18 Thynni mares ſub ventre non habent pinnam. Intrant e magno mari Pontum verno tempore gregatim: nec alibi ſetificant: cordyla appellatur partus, qui fetas redeuntes in mare Autumno comitatur. Limoſae vero a luto pelamides incipiunt vocari: et quum annuum exceſſere tempus, thynni. *Et* ſ. 19 Cum thynnis haec (Amia) et Pelamydes in Pontum ad dulciora pabula intrant gregatim.

PELASGIA, *vel* PELASGIS, *it.* PELASGICVM ARGOS. [Πελασγία] *Regio Graeciae, circa extremam partem Macedoniae, verſus Achaiam, olim* Theſſalia *dicta, it.* Aemonia, *etc.* Plin. 4, 7. *Etiam* Peloponneſum *dictam aliquando* Pelasgicum, *monet idem* 4, 4: *et* Lesbon 5, 31: *et* Arcadiam 4, 6. *Eadem varietate dicti.*

PELASGI, ōrum. m. [Πελασγοὶ] *Populi, quaſi* Pelargi, *id eſt ciconiae: quoniam errabundi ritu ciconiarum per multas nationes iuerunt. Vel* Pelasgi, *a* Pelasgo *Iouis filio.* ¶ 2 Pelasgi, *ſerui dicti ab antiquis Italis, teſte Stephano Byz. de Vrb. in* Chios. *Hinc Victor.* V. L. 1, 10 *explicat* Cic. de Fin. 2, 12 c. 4 Vt maiores noſtri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, vt Dictator eſſet: Sic vos de Pelasgis omnibus colligitis bonos illos quidem viros, ſed certe non pereruditos. *Malim tamen putare ex Comoedia ductum, dictumque de multitudine promiſcua.*

PELASGVS, a, um. Adi. Pubes Pelasga Virg. Aen. 9, 154. Claſſis Ouid. Met. 13, 268. Gens Idem ibid. 12, 7.

PELASGIAS, ădis. f. [Πελασγιὰς] Patronym. *pro Gentili, vel Adiectiuo:* Vrbes Pelasgiades Ouid. Epiſt. 9, 3.

PELE, es. f. *Inſula ad Petram Herculis.* Plin. 32, 2 Nec illa in nouiſſimis mira, amaros eſſe diſces ad Pelen inſulam, et ad Clazomenas.

PELECĪNVM, i. n. [πελέκινος] *Herba.* Plin. 25, 12 Pelecinum in ſegetibus diximus naſci, fruticoſam caulicolis, foliis ciceris. *Vid.* Plin. 18, 17. *it.* 27. ¶ 2 Pelecinum *ſ.* Pelecynon, *Horologii ſpecies* Vitruu. 9, 9. *A forma ſecuris, quae Graecis* πέλεκυς. *Vid. Baldi Lex.* Vitruu. p. 80. *Nihil dici poteſt praeter coniecturas admodum incertas, cum ſolum nomen habeat Vitruuius. Ego deſcriptionem eius vel formam compararem cum Simmiae carmine* Πέλεκυς, *quod cum Theocrito edi ſolet.*

PELETHRONIA, ae. f. *Herba, Centauria maior.* Apul. de Herb. c. 34.

PELETHRONIVM, i. n. [Πελεθρόνιον] Oppidum eſt Theſſaliae, vbi primum domandorum equorum repertus eſt vſus. *Auctor* Seruius *explicans illum* Virgilii *locum* Georg. 3, 115 Frena Pelethronii Lapithae, *etc.*

PELEVS, ei. m. Diſyllabum. [Πηλεὺς] *Aeaci regis filius, maritus Thetidis, et pater Achillis. De quo plura* Ouid. Met. 11, 267 *et* 350 *etc.* Aemonius Tibull. 1, 5, 45. Optimus haſta Valer. Argon. 1, 143.

PELĪDES, ae. m. Patronym. [Πηλείδης] *a* Peleo *patre dictus eſt* Achilles. Ouid. Epiſt. 8, 83 Pelides vtinam vitaſſet Apollinis arcus. Fortis Virg. Aen. 5, 808. Idem Aen. 12, 350.

PĒLĬAS, ădis. f. [Πηλιὰς] Pelias haſta, *Qua Achilles vtebatur* Ouid. Epiſt. 3, 126.

PĒLĒĬVS, a, um. Adi. Sil. 13, 803 Aequantem Peleïa facta, *i. Achillis.*

PĔLIAS, ae. m. [Πελίας] *Filius Neptuni ex Tyro nympha, filia Salmonei regis, frater Nelei, quem e Theſſalia expulit.* Valer. Argon. 1, 22 Aemoniam primis Pelias frenabat ab annis, *etc.* Atrox Idem ibid. 1, 700. Superbus Idem ibid. 1, 161. Laues Peliam: *Prouerbialiter dictum apparet, vbi quis ſalutem pollicitus, adfert exitium: aut, vbi quis prodeſſe conatus, ingens addit malum. Ductum a notiſſima* Peliae *fabula, quem dum filiae a Medea perſuaſae ſtudent ad iuuentam reuocare, lebete feruenti impoſitum occiderunt. Non intempeſtiuiter etiam dicetur, vbi quis falſa ſpe ductus inanem ſumit operam. Vid.* Ouid. Met. 7, 298. *Et* de Rem. Amor. 48. *Et* Senec. Medea 133 *et* 666.

PELICĀNVS, i. m. *rectius* PELECANVS, [πελεκάνος] *Auis eadem, quae* Platea *vel* Platalea *Ciceroni et Plinio.* Hieronymus *in illud* Pſalmi centeſimi, Similis factus ſum Pelicano ſolitudinis: Pelicanorum, *inquit,* duo genera dicuntur eſſe. Vnum in aquis eſt, et eſca eius piſces ſunt: et vnum in ſolitudine, et eſca eius venenata animalia, hoc eſt ſerpentes, et crocodili, et lacertae. Dicuntur autem iſta volatilia Latine Onocrotali. *Idem* ad Praeſidium de *cereo paſchali:* Pelicani, quum a ſerpente filios occiſos, mortuos inueniunt, lugent: et ſe, et ſua latera percutiunt: et ſanguine excuſſo ad corpora mortuorum ſic reuiuiſcunt. *Iſtam Graecorum Latinorumque hominum, qui patres vocantur, fabulam recenſet et refellit Bochartus in Hieroz.* 2, 2, 25 *p.* 301.

PELIDES, *vid.* PELEVS.

PELIGNI, ōrum. m. *Populi Marſis finitimi, quorum metropolis eſt Sulmo, vrbs, ex qua* Ouidius *duxit originem,* Amor. 3, 15, 8 Pelignae gentis gloria dicar ego. Martial. 13, 121 Maſſica Peligni mittunt turbata coloni, *etc.* Feſtus: Peligni ex Illyrico profecti ſunt ductu Volſinii regis, cui cognomen Lucullo fuit, et partem Italiae occuparunt. Ei duo nepotes fuerunt, Pacinus, a quo Pacinates: et Pelicus, a quo Peligni. Acer Pelignus Sil. 8, 512. Aquoſi Ouid. Amor. 2, 1, 1. Salubres Idem ibid. 2, 16, 37.

PELIGNVS, a, um. Adi. Praela Martial. 1, 110. Arua perrerrantur Peligna liquentibus vndis Ouid. Amor. 2, 16, 5. Frigora Hor. Carm. 3, 19, 7. Rus Ouid. Amor. 2, 16, 1.

PELION, i. n. [Πήλιον] *Mons Theſſaliae.* Lucan. 6, 336 *ſitum illius ſic deſcribit Theſſaliae reſpectu,* Cum per ſumma poli Phoebum trahit altior aeſtas, Pelion opponit radiis naſcentibus vmbras. *Sed* Ouid. Faſt. 5, 381 Pelion Aemoniae mons eſt obuerſus in Auſtros, Summa virent pinu: caetera quercus habet. Ouid. Met. 1, 155 *Iupiter* Excuſſit ſubiecto Pelio Oſſam. *Nempe Gigantes apud* Virg. Georg. 1, 281 Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam, *etc.* Altus Idem ibid. 3, 94. Ingens Stat. Achill. 1, 151. Pelion *Neutro intell.* ὄρος.

PELIVS, a, um. Adi. [Πηλιωτικὸς] Cic. pro Cael. 18 Vtinam ne in nemore Pelio.

PĒLĬĂCVS, a, um. *Aliud* Adi. [Πηλιακὸς] Apex Ouid. Faſt. 1, 308. Cuſpis, *Haſta Achillis, quae ex monte* Pelio *exciſa fuit* Idem Met. 12, 74. Iuga Stat. Achill. 1, 321. Vertex Ouid. Amor. 2, 11, 2. Vmbrae Valer. Argon. 1, 95. Vmbrae, *propter ſiluam, al.* Vndae.

PELIAS, ădis. f. Ouid. Epiſt. 12, 8 Phryxeam petiit Pelias arbor ouem. Pelias arbor, *i. Argo nauis, cuius lignum in* Pelio *monte natum, et in Magnetide regione proxima Theſſaliae fabricatum.*

PELLA, ae. f. [Πέλλα] *Ciuitas Macedoniae, vt ſcribit* Liu. 44 *extr. et in litore maris Aegei, vt oſtendit Herodotus* 7. *Eam* Pomponius Mela 2, 3 *ſcribit* illuſtratam maxime alumnis Philippo et Alexandro eius filio. *Hinc* Iuuen. Sat. 10, 168 Vnus Pellaeo iuueni non ſufficit orbis, *i. Alexandro.* Lucan. 10, 20 Illic Pellaei proles veſana Philippi. *Fuit et* Pella, *ciuitas exigua, vt idem* Poëta *docet* 10, 52 Exiguae ſecura fuit prouincia Pellae.

PELLAEVS, a, um. Adi. [Πελλαῖος] Diadema Pellaeum Lucan. 5, 60. Pellaei gens fortunata Canopi Virg. Georg. 4, 287. Gula Pellaea, *apud* Martialem, *pro Deliciis Macedonicis,* 13, 85. Pellaeum iuuenem *modo vidimus.*

PELLAEVS, i. m. Pagus eſt intimi ſinus Perſici, cui hoc nomen a ſua patria dediſſe Alexandrum magnum Plinius 6, 27 *commemorat.*

PELLAON, ŏnis. m. *Adriatici ſeu Veneti ſinus oppidum.* Plin. 3, 19 Iſtriae *annumerat* Palſicium et Pellaonem.

PELLAX, ācis. com. [ἐπαγωγὸς] Qui per blanditias decipit, *vt* Seruius *exponit illud* Virg. Aen. 2, 90 Inuidia poſtquam pellacis Vlyſſi (Haud ignota loquor) ſuperis conceſſit ab oris.

PELLACIA, ae. f. [ἐπαγωγὴ] *Fallacia.* Lucret. 2, 559 Subdola quum ridet placidi pellacia Ponti. Virg. Georg. 4, 443 Verum vbi nulla fugam reperit pellacia. *De Proteo ita rectius legitur, quam, vt vulgo,* fallacia: *ſicut etiam apud* Prudent. Hamart. v. 637. *Item Incontinentia, concubinatus.* Arnob. 4 p. 147 Per omnes libidinum formas inceſtarum cupiditatum circumegiſſe pellaciam. Idem 5 p. 171 Iouialis monumenta pellaciae.

PELLECEBRA, *vid.* PERLECEBRA.

PELLECTIO, *vid.* PERLECTIO.

PELLEX, ĭcis. f. [ζήλη, παλλακὴ Gloſſ. Lat. Gr. παλλακὴ Gloſſ. Gr. Lat.] *Mulier concubina extra iuſtum coniugium, et proprie quidem eius, qui aliam habet iuſtam vxorem.* Paullus de Verborum et rerum ſignific. l. Maſurius, ſcribit libro Memoralium, Pellicem apud antiquos eam habitam, quae quum vxor non eſſet, cum aliquo tamen viuebat: eamque nunc vero nomine amicam, paullo honeſtiore concubinam appellari. Caius Flaccus in lib. de Iure Papiriano *ſcribit,* pellicem nunc vulgo vocari, quae cum eo, cui vxor ſit, corpus miſceat: quosdam eam, quae vxoris loco ſine nuptiis in domo ſit, quam Graeci παλλακὴν vocant. *Horum vtrumque (inquit Valla) vere ſenſiſſe, et dixiſſe arbitror. Sed tamen pro ſuſcepti operis officio, admonere debeo,* pellicem *apud oratores et Poëtas, eam demum haberi, quae cum eo, cui vxor eſt, corpus miſcet. Ideoque Iuno ſemper proſequitur* pellices, *quae ſibi vxori Iouem praeriperent. Vnde* Plin. 35, 10 *verbo Graeco maluit vti, (quum de Alexandro loqueretur, quem conſtat eo tempore caelibem fuiſſe, quum Apellem ſcorto donauit) quam veteri (ſi verbum eſt) Latino:* pallace *potius, quam* pellice. *Quo fit, vt* Curtium, *vbi de eodem Alexandro, et aliis loqueretur, caeterosque ſcriptores opiner* pallacem *potius, quam* pellicem *pro concubina caelibis hominis dixiſſe.* Suet. de Veſpaſiano *loquens* c. 21 Pallacarum *dixit, non* pellicum. *Sin aliter inuenitur, librariorum vitio dandum eſt. Cuius rei hoc argumentum eſt, quod non recte quis dicitur habere* pellicem, *ſed vxor. Et eſt nomen relatiuum ad alterius vxorem, cuius cum viro rem habet, non autem ad maſculum: nec recte dicturos fuiſſe reor oratores illos, qui* pallacen *dixerunt, ſi* pellicem *dixiſſent, vt patet. Hactenus Valla. Cuius de proprio* Pellicis *intellectu ſententiam plane firmat* Gell. 4, 3 *ex* Seruii Sulpicii libro de Dotibus, Pellicem appellatam probroſamque habitam eam, quae iuncta conſuetaque eſſet cum eo, in cuius manu mancipioque alia matrimonii cauſa foret, hac antiquiſſima lege oſtenditur, quam Numae regis fuiſſe accepimus: PELLEX ASAM IVNONIS NE TAGITO. *Si* TAGET, IVNONI CRINIBOVS DEMISSIS ARNVM FEMINAM CAIDITO. Pellex autem quaſi πάλλαξ, id eſt quaſi παλλακὶς, vt pleraque alia, ita hoc quoque vocabulum de Graeco flexum eſt. *Sic* Feſtus, *cuius verba ponimus* n. 2. Cic. in Orat. 108 Ab hac indole iam illa matura, Vxor generi, nouerca filii, filiae pellex. *Verba haec leguntur* pro Cluentio 199. Matris pellex filia Salluſt. in Cic. 2. Nomine depoſito pellicis, vxor erit Ouid. Epiſt. 9, 132. Natus de pellice Idem Met. 2, 465. Iuuenal. Sat. 2, 57 Horrida, quale facit reſidens in codice pellex, *i. inculta ancilla, dominaeque inuiſa ob amores mariti. De ſimili re* Hor. Carm. 3, 27, 65 Dominaeque tradi Barbarae pellex. ¶ 2 *Conuicium eſt in molles mares virorum libidini ſuccumbentes.* Pellices, (*inquit* Feſtus) nunc quidem appellantur alienis ſuccumbentes, non ſolum feminae, ſed etiam mares. Antiqui eam proprie pellicem nominabant, quae vxorem habenti nubebat: cui generi mulierum etiam poena conſtituta eſt a Numa Pompilio hac lege, Pellex aram Iunonis ne tangito. Si tanget, Iunoni crinibus dimiſſis agnum feminam caedito. Suet. Caeſ. 49 Dolabella Caeſarem pellicem reginae, *vxoris Nicomedis appellat.*

Pſeudo-Cic. in Salluſt. 21 c. 8 Sed tu omnium menſarum aſſecla, omnium cubiculorum in aetate pellex, et idem poſtea adulter, omnis ordinis turpitudo, *etc.*

PELLICO, āre. ζηλεύω, pellico, aemulor Gloſſ. Gr. Lat.

PELLICATIO, ōnis. f. *vid.* PELLICATVS.

PELLICĀTVS, ūs. m. *Conditio pellicis.* Cic. Off. 2, 25 c. 7 Ab ea enim eſt ipſe, propter pellicatus ſuſpicionem interfectus. Id. pro Cluent. 13 Sed nefarium matris, pellicatum ferre non poſſet. Ni filia pellicatum matris prodidiſſet Iuſtin. 7, 4, 8. Ζῆλος, pellicatus, pellicatio, aemulatio, Zelus Vet. Gloſſ.

PELLICIO, exi, ectum, cĕre. [ὑπάγω, προσάγω, ἐπισύρομαι, ἐφέλκομαι] *Blandiendo decipere, inducere, adducere.* Feſtus: Pellexit, in fraudem induxit. Ter. Phorm. 1, 2, 18 Is ſenem per epiſtolam pellexit. Animum adoleſcentis nondum conſilio ac ratione firmatum, pellexit iis omnibus rebus, quibus illa aetas capi ac deliniri poteſt Cic. pro Cluent. 13 c. 5. In fraudem pellicere Lucret. 5, 1003. Mulierem imbecilli conſilii ad ſeſe pellicere Cic. pro Flacco 72. Maiorem partem ſententiarum ſale tuo, et lepore, et politiſſimis facetiis pellexiſti Idem de Orat. 1, 243 c. 57. Pellicere, *per translationem de rebus inanimis.* Lucret. 6, 999 Et omnis Cauſa patefiet, quae ferri pelliciat vim. *De magnete lapide.* Pellicio, *ex* Per *et* Lacio *componitur, mutatis* R *in* L, *et* A *in* I. *vid.* LACIO. ¶ 2 Pellicere dicuntur veneficae, cum aliquid excantationibus ſuis aliunde ad ſe trahunt. Lex XII Tab. *apud* Seru. *ad* Virg. Ecl. 8, 99 Neue alienam ſegetem pellexeris. Plin. 18, 6 Furius Creſinus cum in paruo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex ampliſſimis vicinitas, in inuidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis, *etc.* *Huc pertinent* Illecebrae frugum, *de quibus ſ. l.* *Huc reſpexit, ſi vera eſt lectio,* Colum. 12 pr. 9 Domi confectas veſtes faſtidio habeant, — 'pretioſiores alias a viris pelliciant, (*quid.* pelliceant) *Sed libri antiqui:* peruerſaque cupidine maxime placeant, quae grandi pecunia, *etc.*

PELLECTVS, a, um. Part. Vitiis animus Colum. 11, 1, 14.

PELLICĀTOR, ōris. m. [ὑπαγωγεύς] *Inquit* Paullus, Qui ad fraudem pellicit.

PELLICVLATIO, ōnis. f. Pelliculationem Cato a pelliciendo dixit. Paullus.

PELLION, i. n. *Lauri genus. alias Victoriola vel Daphnitis.* Apul. de Herb. c. 58.

PELLIS, is. f. [δέρμα, δέῤῥις, δορὰ, ῥινὸς] *Dicitur proprie, quum eſt a carne ſeparata, quae Cutis antea dicebatur: ſed non perpetuum id eſſe, oſtendimus n.* 3. Iuuen. Sat. 10, 192 Habes deformem pro cute pellem. Cic. de Nat. Deor. 1, 83 Quam tu nunquam ne in ſomnis quidem vides, niſi cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo. Canina pellis Scribon. 161. Caprina, *v. v.* Frigida pellis Lucret. 6, 1192. Fulua leonis Virg. Aen. 8, 552. Lanatae, *vid.* LANA. Scribon. 80. Lutea Perſ. 3, 95. Ouina *ſ.* Ouilla, *vid. in* OVIS. Paſtoria Ouid. Met. 2, 680. Parthicae, *i. zibellinae: vid. Voſſ. ad* Catull. p. 190. Rigidae Claud. de Rapt. Proſ. 3, 343. Villoſae Ouid. Met. 12, 319. Amicta lurida pelle oſſa Hor. Epod. 17, 22. Aret pellis Virg. Georg. 3, 501. Comans pellis ſidereis villis Valer. Argon. 8, 123. Detrahere pellem alicui, *metaphoricòs dictum eſt, pro Detegere animum alicuius* Hor. Serm. 2, 1, 64. Erepta iuuenco pellis operit humeros Virg. Aen. 11, 679. Habere paratam pellem Scribon. 172. Incinctae pictis pellibus Virg. Georg. 4, 342. Incubuit ſtratis pellibus Idem Aen. 7, 88. Inſternor pelle leonis Idem ib. 2, 722. Ponunt pellem ſenectae dracones Ouid. Met. 7, 237. Producere pellis dentibus, *vid. h. v.* Vti pellibus, et ſpoliis ferarum veſtire corpus Lucret. 5, 952. ¶ 2 *Ponitur pro ſupellectile ex pellibus, v. g.* Pellis *pro Mantica et inuolucro veſtis ſupellectilis aliorumque vtenſilium et ſarcinarum.* Perſ. 5, 140 Iam pueris pellem ſuccinctus et oenophorum aptas. Petronius c. 120 Ego vos in duas iam pelles coniiciam, vinctoſque loris inter veſtimenta pro ſarcinis habebo. Pelles pro velis Caeſ. B. G. 3, 13. *Sic* Pellibus manicatis prohibentur frigora Columel. 1, 8, 9. *et* 11, 1, 21. Pellis *pro Calceo.* Ouid. de Arte Am. 1, 516 Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet. Sub pellibus, *i. In caſtris ſtatiuis.* Cic. Acad. 2, 4 c. 2 *pr.* Vt non multum imperatori ſub pellibus otii relinquatur. Pelles *hic Tabernacula vocat militaria.* Liu. 37, 39 *pr.* Inſtare hiemem, aut ſub pellibus habendos milites, aut ſi concedere in hiberna vellent, differendum eſſe in aeſtatem bellum. *Militum enim tabernacula apud antiquos pellibus conficiebantur.* Liu. 5, 2 Sub pellibus agere. Tac. Ann. 13, 35, 4 Retentus omnis exercitus ſub pellibus, quamuis hieme ſaeua. *Sic,* Sub pellibus ſcribere, *eſt In caſtris ſtudere* Ammian. 25, 5 *de Iuliano.* *Conf.* Flor. 1, 12, 8. ¶ 3 *Tamen etiam* pellis *in viuo corpore dicitur.* Hor. Carm. 2, 20, 9 Aſperae pelles *in pedibus Cygni.* Ouid. Met. 3, 64 Atrae pellis duritia *de ſerpente.* Decora pelle ſpecioſus Hor. Epiſt. 1, 16, 45. *et* Summa nec quidquam pelle decorus Perſ. 4, 13 *forte etiam ad alienam pellem referas.* *Sed* Quieſcere in propria pelle, *eſt Contentum eſſe ſua ſorte, nec aliorum fortunis aut opibus inhiare* Hor. Serm. 1, 6, 22. Reſiſtit dura pellis ad tactum Virg. Georg. 3, 502. Rodere pellem caninam, *Prouerbiali metaphora dixiſſe videtur* Martialis, *pro eo quod eſt, Hominem maledicum et improbum conuiciis inſectari.* *Sic enim ſcribit in Obtrectatorem quemdam* 5, 61

Non deerunt tamen, hac in vrbe forſan,
Vnus, vel duo, treſue quatuorue
Pellem rodere, qui velint caninam.

Sic Colum. 6, 13, 2 Pellis corpori adhaeret in coriagine. Tunſa per integram ſoluuntur viſcera pellem Virg. Georg. 4, 302.

PELLĬCVLA, ae. f. Dimin. [δερμάτιον] Cic. pro Muraen. 75 c. 36 Atque ille homo eruditiſſimus ac Stoicus ſtrauit pelliculis haedinis lectulos Punicanos. *Et* Plin. 29, 6 Pellicula canina. Continere ſe in ſua pellicula Martial. 3, 16. *h. e. Intra ſuam ſortem ſe continere.* Veterem pelliculam retines Perſ. 5, 116. *h. e. Priſtinos mores.* Curare pelliculam Hor. Serm. 2, 5, 38. *h. e. Corpus molliter tractare.*

PELLICEVS, a, um. Adi. [δερματικὸς] *Quod eſt ex pelle.* Stragulum pelliceum Paullus in l. Quum et tunicam. D. De auro, argento, *etc.* *Pandectae Florentinae et Haloander legunt* Pellicium *per tertiam Vocalem.* *In Neutro Plural. dicebant* Pellicea *abſolute: Vid. Hieron. Mag. Miſcellan.* 3, 7. *Voſſ. de Hiſt. Gr. p.* 394. *et Bernegg. ad* Iuſtin. 2, 2.

PELLĪTVS, a, um. *Aliud* Adi. [δερματέιμων] *Pellibus tectus.* Oues pellitae Hor. Carm. 2, 6, 10. *h. e. Pellibus tectae ad lanam conſeruandam.* *Vid.* Varr. R. R. 2, 2, 18. *Et* Colum. 7, 4. Plin. 8, 47. Pedes pellitos *anſeribus tribuit* Nemeſian. Cyneg. v. 316. ¶ 2 Pelliti *ruſtici, barbari: certe antiqui.* Varro de R. R. 2, 11, 11 *vbi de capra:* Quaedam nationes harum pellibus ſunt veſtitae — cuius vſum apud antiquos quoque Graecos fuiſſe apparet, quod in tragoediis ſenes ab hac pelle vocantur διφθερίαι, et in comoediis; qui in ruſtico opere morantur, vt apud Caecilium in Hypobolimaeo habet adoleſcens, apud Terentium in Heautontimorumeno ſenex. Propert. 4, 1, 12 Curia praetexto, quae nunc nitet alta ſenatu, Pellitos habuit, ruſtica corda, patres. *De antiquis Romanis loquitur.* Pellitus arator Id. Propert. 4, 1, 25. Feſtus, Pellem habere Hercules fingitur, vt homines cultus antiqui admoneantur. Lugentes quoque diebus luctus in pellibus ſunt. Getae pelliti Ouid. ex Pont. 4, 10, 2. *h. e. Pellibus tecti ad arcendum frigus.* *Sic* Claudian. B. Get. 48 Pellita Getarum curia. Iuuentus pellita Claud. Conſ. Hon. 4, 466 *i. barbari.* Beſſorum feritas et pellitorum turba populorum Hieron. Epitaph. Nepotiani. Claud. in Ruffin. 2, 85 Moerent pellito captiuae iudice leges, *i. barbaro more veſtito.* *Hinc* Sardos Pellitos *apud* Liu. 23, 40 Pellitos *malit* Gron. *ad* Plin. 33, 11 *vbi memorat* Pompeium Paullinum Arelatenſis equitis Rom. filium, paternaque gente pellitum, *i. Sardum.* *Sed Hard. ſ.* 50 *e procerum gente, quorum inſigne veſtis pellita. Ridicule!* *Conferamus* maſtrucalos latrunculos in Sardinia *apud* Cic. de Prou. Conſul. 15 c. 7. *Sic* Varro R. R. 2, 11, 11 Quaedam nationes caprarum pellibus ſunt veſtitae, vt in Gaetulia et in Sardinia. *Rem plane conficit* Cic. pro Scauro Fr. 12 M. Aemilius cum ſua dignitate omni — ſordidiſſimae, leuiſſimae, vaniſſimae genti, ac, prope dicam, pellitis teſtibus condonetur. *De Sardis ſermonem eſſe conſtat.*

PELLEATVS, a, um. Adi. *Idem.* Paullin. ad Nicet. 280 Diuitis multo boue, pelleatus Accola, ripae.

PELLICVLO, āre. [πωμάζω] *Alligatis pelliculis obturare.* Columel. 12, 39, 2 In alia vaſa deliquare, et confeſtim opercula gypſare, et pelliculare. *Add.* 12, 46, 1 *et* 5. *item* 12, 56, 2. δερματῶσαι Gloſſ. Lat. Gr.

PELLICVLATIO, ōnis. f. Cato *apud* Feſtum et Paullum, *a* Pelliciendo, *forte rectius a* Pelliculando.

PELLIO, ōnis. m. *Qui veſtes pelliceas, et ex pellibus alia opera facit.* Plaut. Men. 2, 3, 63 Quaſi ſupellex pellionis, palus palo proximus eſt. In l. vlt. D. de iur. immunitat. pelliones *legunt quidam, et dictos volunt a pellibus conficiendis, ſub quibus milites hiemarent.* Firmic. 3, 13 *ſub finem,* Pelliones, coriorum confectores.

PELLARIA, ae. f. *vel* PELLESVINA. Varr. L. L. 7, 30 p. 95, 3 ἀναλογικῶς ſi eſſent vocabula, vbi caro venit, carnaria, vbi pelles pellaria, non pelleſuina, diceretur. Pelleſuina *a* pellibus ſuendis.

PELLARIVS, i. m. *Idem qui Pellio.* Firmicus 4, 7 Faciet pellarios, coriarios, caligarios.

PELLIONARIVS, i. m. *Mercator pellium.* *Spon. Miſcell.* p. 65 PROCVRATOR COLL. PELLIONARIOR. *Conf. Reineſ.* Inſcript. claſſ. 10 n. 8.

PELLO, pepŭli, pulſum, ĕre. [ὠθέω, ἐλαύνω, κινέω] *Percutere, ferire, trudere, dum cedat, qui pellitur.* Liu. 2, 6 *extr.* Tarquinienſis nouus hoſtis non ſtetit ſolum, ſed etiam ab ſua parte Romanum pepulit. Cic. pro Caecin. 31 Quid ais? is qui armis perterritus, fugatus, pulſus eſt, non videtur eſſe eiectus? Pellere aliquem Ter. Eun. 5, 9, 50. Inimicos pellere tectis Ouid. Epiſt. 1, 109. Tune has pepuliſti fores? Ter. Adelph. 4, 5, 3. Idem Eun. 2, 1, 9 Iſtum aemulum quoad poteris, ab ea pellito. Cic. Acad. 4, 22 Verum illud certum, comprehenſum, perceptum, ratum, firmum, fixum fuiſſe vis: deque eo nulla ratione neque pelli, neque moueri poteſt. Cic. in Piſon. 30 Quum Equites Romani relegarentur, viri boni lapidibus e foro pellerentur. Pellere ex regione Plin. 10, 43. Cic. de Orat. 2, 56 c. 13 Hos libros tum ſcripſiſſe dicitur, quum a Rep. remotus, atque id, quod optimo cuique Athenis accidere ſolitum eſt, in exilium pulſus eſſet. Domo pellere aliquem Idem pro Domo 312. Foras pelli Ter. Eun. 5, 9, 11. Oſtiatim pellere, *vid.* Oſtiatim, *in* OSTIVM. Pelli, *pro Exagitari et affligi.* Cic. Fam. 4, 13 Quamquam enim nulla me ipſum priuatim pepulit inſignis iniuria. Pelli patria, Pelli ciuitate, agro, *etc.* Idem Att. 16, 1. *Item* 8, 11. *et in* Parad. 4. Pelli regno, *aut* ſedibus Cic. Off. 2, 78. Regnoque domoque pellimur Ouid. Epiſt. 14, 112. *Conf.* Nep. 3, 1, 3. 19, 3, 1 *etc.* Cic. de Fin. 2, 32 Neque haec mouere poteſt appetitum animi, nec vllum habet ictum, quo pellat animi ſtatum hic non dolendi. Aciem pellere, atque in fugam conuertere Caeſ. Bell. Gall. 1, 52. Amores laſciuos canities pellens Hor. Carm. 2, 11, 7. Liu. 30, 14 Non mediocri cura Scipionis Animum pepulit. *Sic,* Pellere Animum et mentem Cic. Acad. 4, 66. Idem in Orat. 177 c. 53 Quod quum Animos hominum aureſque pepuliſſet, vt intelligi poſſet, id quod caſus effudiſſet, *etc.* Animum pellit ſpecies vtilitatis. Cic. Off. 3, 41. Idem Acad. 4, 30 Sed id diſputari poterat ſubtiliter, *etc.* quemadmodum prima viſa nos pellerent, deinde appetitio ab his pulſa ſequeretur, tum vt ſenſus ad res percipiendas intenderemus. Crimina pellere ab aliquo Ouid. de Arte Am. 3, 379. Curas pellere vino Hor. Carm. 1, 7, 31. Famem glande pellere Ouid. Met. 14, 216. Frigus pellere Plin. 20, 3. Humum pellere pedibus Catul. 59, 14. Initium ſermonis pellere, *Commouere longum ſermonem.* Cic. de Clar. Orat. 3 Longi ſermonis Initium pepuliſti inquam Attice, remque commouiſti noua diſputatione dignam, quam in aliud tempus differamus. *Videtur ſumta metaphora a fidibus.* *Sic* Lyram nec pudeat pepuliſſe Lucan. ad Piſon. 157. Cic. de Fin. 4, 11 c. 5 Vt pellatur mortis et religionis Metus. *Sic,* Pellere timorem animo, *apud* Plautum, *quod* Virgilius *quoque* Pellere *et* Mittere *dixit.* Moeſtitiam ex animis pellere Cic. de Fin. 1, 43. Moram Ouid. Met. 2, 838. Morbos arte Phoebea Idem Faſt. 3, 827. Pericula Hor. Epiſt. 2, 1, 136. Sitim Idem Carm. 2, 2, 14. Somnos ſegnes Columel. 10, 69. Veſtigia intrantis pepulere ſomnum Sil. 7, 300. Timores Virg. Aen. 5, 812. Vmbras noctis pepulit Sol Catul. 61, 41. Pulſerat *pro* pepulerat *ſibi induſit* Ammian. 30, 5 *extr.*

PELLENS, entis. Partic. Hor. Od. 2, 11, 7. Ouid. Met. 14, 216.

PVLSVS, a, um. Partic. [ἐξηλασμένος, ἐκκηρυχθεὶς] Patria pulſus Ariſtides Ouid. ex Pont. 1, 3, 71. *Sic* Nepos 16, 1, 4 Pulſus patria caret. Regnis pulſi Virg. Aen. 7, 217. Solio pulſus ob inuidiam Idem ib. 10, 852. Pulſus a Sulla Acie Vell. 2, 26, 1. Vi pulſus iniqua Valer. Argon. 3, 439. Vulneribus pulſus Virg. Aen. 11, 56. Reficere pulſos in praelia Idem ib. 11, 731. Amor pulſus Idem Georg. 4, 325. Arbor pulſa ventis Lucret. 5, 1095.

Dolor

Dolor pulſus corde Virg. Aen. 6, 382. Fides pulſa auro Propert. 3, 13, 51. Lyra pulſa manu Ouid. Met. 10, 205. Macies pulſa fugit Idem ib. 7, 290. Natura ſenſu pulſa ſentit Cic. de Nat. Deor. 1, 26. Nerui in fidibus pulſi Idem de Orat. 3, 214. Pudor pulſus Ouid. Met. 6, 375. Pueri pulſi, *i. verberibus affecti* Cic. de Fin. 5 c. 18. Taurus pulſus armentis Lucan. 2, 601. Tympana pulſa manu Ouid. de Arte Am. 1, 538.

PVLSVS, ûs. m. [ὠθισμὸς, κίνημα] *Actus pellendi.* Martial. 7, 6 Et vngularum pulſibus calens Iſter. Pedum pulſu tremit tellus Virg. Aen. 12, 334. *Add. ib.* v. 445 *et* 533. *item* 7, 772. Remorum impetus pulſusque Cic. de Orat. 1, 153 c. 33. Creber pulſus Virg. Aen. 12, 533. Sacer aeris Valer. Argon. 6, 141. Senis ibat pulſibus Sil. 14, 488. *ſc. remorum.* Strepit machina pulſu Stat. Silu. 1, 1, 63. Ex ſe ſua ſponte moueri, *et* Pulſu alieno agitari, *contraria* Cicer. de Nat. Deor. 2, 115. Pulſum frequentiorem habent iambi Quinct. 9, 4, 136. Inanimum eſt omne, quod pulſu agitatur externo Cic. Tuſc. 1, 54 c. 23. Externus et aduenticius pulſus animos dormientium commouet Idem de Diu. 2, 126 c. 61. Idem ib. 2, 197 c. 67 Nulla ſpecies cogitari poteſt, niſi pulſu Imaginum. Remorum pulſu praeſtat claſſis Caeſ. B. G. 3, 13. Palmarum pulſum *vocat* Laber. *ap.* Non. 2, 637. *Add.* Liu. 22, 19. *et* 27, 37. Vrbs Terrae pulſu vibrata Ammian. 23, 1. Pulſus Venarum Plin. 2, 97. *Apud eundem*, Pulſus venarum tardus aut languidus, aut citatus. Pulſus autem eſt, vbi coniungitur manus lacerto. Plin. 11, 37 Arteriarum pulſus, in cacumine maxime membrorum euidens, index fere morborum. *Alibi idem* Plinius Percuſſum *appellat.* Venarum pulſum attingere Tac. Ann. 6, 50. Vndarum immanis Ammian. 31, 8. *Eſt et Aſtronomorum vocabulum: nam quod* τροπὴ *Graecis, id* Pulſus *Latinis appellatur. Vid. Grotium ad* Arat. Auieni 691.

PVLSIO, ōnis. f. *Idem* Arnob. 4 p. 129 Partis vnius in pulſione formatum eſt.

PVLSO, āre. Frequent. [παίω, κρούω, κόπτω] *Graui et vehementi vel etiam crebro et repetito ictu caedere et protrudere.* Cic. Verr. 5, 141 Sex lictores circumſiſtunt valentiſſimi, et ad pulſandos, verberandosque homines exercitatiſſimi. Ictu crebro pulſarier Lucret. 4, 932. Saxis pulſatur et haſtis Valer. Argon. 6, 685. Murus pulſatur ab hoſte Ouid. ex Pont. 3, 1, 25. Ligones pulſarunt arua Idem Amor. 3, 10, 31. Caput vento pulſatur et imbri Virg. Aen. 4, 249. Pulſare oſtium, fores, villam Plaut. Amph. 1, 1, 295. Limina pulſantur virga Stat. Silu. 1, 2, 48. Pulſare lyram, *vel* citharam pectine: *pro Canere vel ludere, aut* (*quod ait* Virgilius) Cithara perſonare Virg. Aen. 1, 745. *et* 6, 647. Conſultor pulſat oſtia Hor. Sat. 1, 1, 10. Oſtiatim pulſare Quinct. 5, 10. Poſtes pulſare Ouid. Met. 2, 767. Terram pedibus Hor. Od. 1, 37, 1. Vlulatus pulſat aures Claud. de Bell. Get. 625. ¶ 2 *Obſeruatt.* Pulſare, *Laedere, violare:* Virg. Aen. 12, 286 Pulſatos referens infecto foedere diuos. h. e. Violatos, laeſos, fractis foederibus. Seruius. Pulſare, *ad animum refertur.* Plaut. Epid. 4, 1, 3 Meumque pectus pulſant. Cic. de Nat. Deor. 1, 115 Nec tamen video, quomodo non vereatur, iſte deus beatus ne intereat, quum ſine vlla intermiſſione pulſetur, agiteturque atomorum incurſione ſempiterna. Crimine falſo pulſari Claud. de Bell. Gildon. 170. Symmach. Epiſt. 3, 69 Cum tua quoque fama pulſata ſit. *Conf.* Stat. Silu. 5, 5, 79. Tacit. Hiſt. 4, 45, 1. Manlius Patricius ordinis Senatorii pulſatum ſe in Colonia Senienſi querebatur. *Vid. Chriſt. Coler. Parerg.* c. 36. Viſione externa et aduenticia pulſari animos Cic. de Diuin. 2, 120. Vecordia te pulſat Ouid. Met. 12, 228. Pulſari, *etiam ad ius ſiue iudicium refertur.* Vlpian. in l. De aetate, §. Qui interrogatus, D. de interrog. act. Qui interrogatus reſponderit: ſic tenetur, quaſi ex contractu eius obligatus, pro quo pulſabatur: dum ab aduerſariis interrogetur. *Sic ſaepe ICti* Actione pulſare.

PVLSANS, antis. Part. [παίων] Cymbala pulſans Iuuen. Sat. 9, 62. Soluite pulſanti loca Stat. Theb. 4, 477. Pauor pulſans corda Virg. Georg. 3, 106. Idem ib. 4, 313. *et* Aen. 5, 138.

PVLSĀTVS, a, um. *Aliud* Part. [κεκρουμένος] Pulſatos ſe querentes Liu. 3, 11 *extr.* Parens Virg. Aen. 6, 609. Plin. 12, 9 Pulſatae fluctibus arbores. Cic. pro Cael. 19 Aiebant enim fore teſtem Senatorem, qui ſe Pontificiis comitiis pulſatum a Caelio diceret. Aequor pulſatum remige Ouid. ex Pont. 3, 1, 1. Campus pulſatus aſſiduis equis Idem Met. 6, 219. Ianua pulſata ſepulcri Idem Triſt. 3, 2, 23. Saxa pulſata Virg. Aen. 3, 555. *Vid. plura in* PVLSO.

PVLSATIO, ōnis. f. [κροῦσις] Liu. 31, 39 Ea maiore cum ſonitu quam vulnere vllo pulſatio ſcutorum parumper ſuccedentes Romanos tenuit. Cic. pro Cael. c. 10 Pulſatio Alexandrinorum Puteolana.

PVLSĀTOR, ōris. m. [κρουστής] Citharae pulſator Apollo Valer. Argon. 5, 693. Auguſt. Confeſſ. 10, 31.

PVLSANDVS, a, um. Part. [κρουστέος] Nunc eſt bibendum, nunc pede libero pulſanda Tellus Hor. Carm. 1, 37, 2. Area pulſanda equis Ouid. Amor. 3, 15, 18.

PVLSABŬLVM, i. n. *Pecten, quo fides pulſantur.* Apul. Florid. 2 p. 351 Dextera pſallentis geſtu ſuo pulſabulum citharae admouet, ceu parata percutere.

PVLSIM. Adu. *Vt* Caeſim, Punctim. Nigid. *apud* Non. 2, 281.

PVLSŬLA, ae. f. Dimin. [φλύκταινα] *Pro puſtula legebatur.* Martial. 14, 167. *Sed* Puſula *aut* Puſtula *hodie obtinet, vid.* PVSTVLA.

PVLSVŌSVS, a, um. Adi. *Pulſibus plenus.* Cael. Aurel. Tard. 5, 10 Pulſuoſus dolor. Idem Acut. 2, 14.

PVLTO, āre. [καταπαίω] *A Supino* Pultum, *quo antiqui vtebantur.* Pultare oſtium Ter. Heaut. 3, 1, 1. Idem Adelph. 4, 4, 24 Perii, horreſco ſemper, vbi pultare haſce occipio fores. Pultare *et* Mertare antiqui dicebant, pro Pulſare *et* Merſare, *vt ait* Quinctil. 1, 4, 14 *vnde eſt tam crebro apud* Plautum, Pultare fores. *e. c.* Bacch. 4, 1, 68. Pultare pectus digitis Plaut. Mil. 2, 2, 47.

PVLTATIO, ōnis. f. Plaut. Truc. 2, 2, 3 Quid tibi ad haſce acceſſio eſt aedis prope, aut pultatio eſt.

PELLOS, *ſiue* PELLVS, i. m. *Earum auium genus, quae a Latinis* Ardeae, *ſiue* Ardeolae *dicuntur.* Plin. 10, 60. πέλλος, *fuſcus, cinereus.*

PELLONIA, ae. f. *Dea, quae pellendis hoſtibus praeerat. Vid.* Arnob. 4 p. 128. Auguſt. Ciu. Dei 4, 21.

PELLŪCEO, xi, ēre. [διαφαίνω] *Per medium lucere.* Quinctil. 7, 10 *extr.* Sed vt inter ſe vincti, atque ita coëuntes, ne commiſſura pelluceat. Libertatiſque magiſter, Cretice, pelluces Iuuenal. 2, 77 *i. translucente veſte indutus es.* Celſus 2, 10 Si ſanguis, qui initio fluxerat, et rubere et pellucerê coeperit. Cic. de Clar. Orat. 273 c. 79 Ita reconditas exquiſitasque ſententias mollis et pellucens veſtiebat oratio. Honeſtum quaſi pellucet, ex iis quas commemoraui virtutibus Cic. Off. 2, 32 c. 9. *Vetuſtiora tamen exemplaria legunt* Perlucet: *et* Prolucet *MSS. De Orthographia vid. Brouck. ad* Tibul. 3, 4, 71. *vid.* PERLVCEO.

PELLVCIDVS *et* PELLVCIDVLVS, a, um. Adi. [διαφανὴς] *vid.* PERLVCIDVS.

PELLVCIDĬTAS, ātis. f. Vitruu. 2, 8 Parietes tectoriis operibus expoliti, vt vitri pelluciditatem videantur habere.

PELLVO, ui, ūtum, ĕre. [καταπλύνω] *Perfecte lauare. Vid.* PERLVO.

PELLVVIVM, i. n. [ποδόνιπτρον] *Vas, in quo lauantur pedes: a* pelluendo, *an a* pedum lotione *dictum.* Feſtus.

PELLVVIAE, quibus pedes lauantur, vt malluuiae, quibus manus.

PELOPĒA, ae. f. [Πελόπεια] *Thyeſtis filia, quae a patre grauida facta, inſigni forma infantulum peperit, quem recenter natum, ne turpitudo ſua palam fieret, feris deuorandum in ſiluis reliquit. Euenit tamen, diis ita volentibus, vt paſtor quidam illac iter faciens in puerum incideret, qui miſericordia motus, domum ſuam illum detulit, lacteque caprino educauit. Vnde et* Aegiſthus *appellatus eſt: de quo vide ſuo loco. Vid.* Senecam in Thyeſte. ¶ 2 *Sed* Iuuenal. Sat. 7, 92 Praefectos Pelopea facit, Philomela tribunos, *ſunt ſcenicae mulieres, forte a perſonis, quas feliciter egiſſent, appellatae: niſi tamen ipſa haec ſunt argumenta a Paride acta.*

PELOPIA, ae. f. *Quam nominatam* Thyatiram *et* Euhippam *ait* Plinius, Vrbs eſt in Epheſo, quae Lyco flumine alluitur Plin. 5, 29.

PELOPIDAS, ae. m. [Πελοπίδας] *Thebanus, rei militaris gloria clariſſimus, arctiſſimoque amicitiae foedere cum Epaminonda coniunctus. Vitam eius vide apud Plutarchum. Notus eſt ex Nepote.*

PELOPONNĒSVS, i. f. [Πελοπόννησος] *Regio Achaiae continens, a* Pelope *Hippodamiae viro dicta, quaſi* Pelopis *inſula, quoniam paene inſula eſt.* Peloponneſus Apia ante appellata et Pelasgia, peninſula haud vlli terrae nobilitate poſtferenda, inter duo maria, Aegeum et Ionium, platani folio ſimilis. — Anguſtiae vnde procedit, Iſthmos appellatur. — Anguſta ceruice Peloponneſum continet Hellas. *Haec et plura* Plin. 4, 4. In Peloponneſo vixit Dicaearchus Cic. Att. 6, 2. Elis in Peloponneſo familias duas certas habet, Iamidarum vnam, alteram Glutidarum, aruſpicinae nobilitate praeſtantes Cic. de Diuin. 1, 91.

PELOPONNENSIS, e. Adi. Curt. 7, 4, 32 Peloponnenſium defectio.

PELOPONNESIVS, a, um. Adi. [Πελοποννήσιος] Cic. Att. 6, 2 Peloponneſias ciuitates omnes maritimas eſſe hominis non nequam, ſed etiam tuo iudicio probati, Dicaearchi tabulis credidi. Paullus l. 3 ff. Si pars hered. pet. Peloponneſia mulier quinquies quaternas enixa.

PELOPONNESIĂCVS, a, um. *Aliud* Adi. [Πελοποννησιακὸς] Cic. de Off. 1, 84 Vt Callicratidas, qui quum Lacedaemoniorum dux fuiſſet Peloponneſiaco bello, multaque feciſſet egregie, vertit ad extremum omnia, *etc. Conf.* Nep. 7, 3, 1.

PELOPS, ŏpis. m. [Πέλοψ] *Tantali potentiſſimi Phrygum regis filius fuit. Hic quum Hippodamiam, Oenomai Piſae regis filiam, coniugem deſideraſſet, iniquiſſimis conditionibus propoſitis ab Oenomao reiectus eſt: quae res bellum ſuſcitauit, in quo Myrtilo praefecto ſuo proditore, regno Oenomai Pelops potitus eſt. Hinc illae Poëtarum fabulae. Lege Diodori Siculi* 5 Pelops *equorum pernicitate vicit Oenomaum, abduxitque ex pacto vxorem Hippodamiam. Hac de re vide* Cic. Tuſcul. 3, 26. *Et* Ouid. Met. 6, 404. Cic. Tuſc. 2, 67 Vel equi Pelopis illi Neptunii, qui per vndas currus ſuſpenſos rapuiſſe dicuntur, excipient te, et quo velis, perferent. Pater Pelopis, *Tantalus* Hor. Epod. 17, 65. Periuri Pelopis heres Catul. Argon. 62, 346. Inſignis Pelops eburno humero Virg. Georg. 3, 7. Seruius ad h. l. Tantalus pater Pelopis, volens deorum tentare diuinitatem, inuitatis eis filium ſuum epulandum appoſuit, a quo omnes dii abſtinuerunt, excepta Cerere, quae brachium eius conſumſit. Poſtea punito Tantalo, cum dii voluiſſent eius filium reuocare ab inferis, Ceres ei eburneum brachium reſtituit.

PELOPĪDAE, arum. m. [Πελοπίδαι] *Dicti ſunt, Qui a* Pelope *originem duxerunt. Ob Atrei et Thyeſtis ſcelera,* Pelopidae *pro quibusuis Tyrannis dicuntur; vt cum* Cic. Att. 15, 11 *e veteri Poëta ait, ſe* aliquo euolare *cupere,* Nec Pelopidarum facta, neque famam audiam: *quem verſum reſpexit idem* Fam. 7, 28 *et* 30.

PELOPEÏVS, a, um. Adi. [Πελοπήϊος] *Quinque ſyllabis.* Arva Pelopeïa Ouid. Met. 8, 625.

PELOPĒVS, a, um. Adi. [Πελόπειος] Domus Propert. 3, 19, 20 *i. familia.* Moenia Virg. Aen. 2, 193. *i. Graeca, nominatim Argos.*

PELOPĒIS, ĭdis. f. Patronym. [Πελοπηΐς] Vndae Pelopeides Ouid. Faſt. 4, 285.

PELOPEIAS, ădis. f. *Aliud* Patronym. [Πελοπηϊάς] Mycenae Pelopeiades Ouid. Met. 6, 414.

PELŌRIS, ĭdis. f. [πελωρὶς] *Conchae genus, chama maius, inquit Euſtathius, idcircoque* peloris *propter magnitudinem appellatur. Quid ſi locus, vbi primum capta et appellata eſt, nomen dedit?* Horat. Serm. 2, 4, 32 Murice Baiano melior Lucrina peloris. Plin. 32, 11 *et* c. 9 Et pelorides emolliunt aluum. Martial. 6, 11 Tu Lucrina voras, me paſcit aquoſa peloris. Idem 10, 37 Et fatuam ſumma coenare pelorida menſa, *etc.* Varr. L. L. 4, 12 Peloris, Oſtrea, Echinus. ¶ 2 *Idem quod* Pelorus, *promontorium Siciliae.* Cic. Verr. 5, 6 Illis, quibus Siciliam propinquam fuiſſe dicis, facilius fuerit, ad Oceanum peruenire, quam ad Peloridem accedere. Auien. Deſcript. Orbis 636 Celſa Peloris. *Dionyſius Afer* 472 ἠνεμόεσσα Πελωρίς.

PELORIAS, ădis. f. *Idem.* Ouid. Faſt. 4, 479 Iamque Peloriadem, Lilybeaque iamque Pachynon Luſtrabat.

PELŌRVS, i. m. [Πέλωρος] Promontorium Siciliae Italiam verſus, a Peloro gubernatore nauis Annibalis, ibi ſepulto Pomponius 2, 7. *De hoc promontorio* Lucan. 2, 438 Extremi colles Siculo ceſſere Peloro. Plin. 3, 5 *et* 8. *Strabo* 6. Sil. 14, 79 Celſus arenoſa tollit ſe mole Pelorus. Anguſti clauſtra Pelori Virg. Aen. 3, 411. Anguſta ſedes Pelori Idem ib. 3, 687. Siculi Pelori anguſta Ouid. Met. 15, 706. Auſonius Pelorus Idem ib. 5, 350. *Vocatur, vt vidimus, etiam* Peloris *et* Pelorias.

PELORITANVS, a, um. Adi. Peloritana regio Solin. *de Sicilia* c. 5.

PELTA, ae. f. [πέλτη] *Scutum breuiſſimum, in modum lunae iam mediae.* Pelta cetrae haud diſſimilis eſt Liu. 28, 5. Virg. Aen. 1, 494 Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis. *Vid. Ald. Manut. Quaeſit. P. 3 Epiſt. 6. Et Lipſ. Analect. Rom. Mil. 3 n. 2.* Scuta Amazonica *vocat* Nonius 18, 18. Plin. 12, 5 Foliorum latitudo peltae effigiem Amazonicae habet. Lunatae Virg. Aen. 1, 494. *Conf.* PARMA.

PELTĀTVS, a, um. Adi. [πελταςὴς] *Qui pelta vtitur.* Liu. 28, 5. Puellae peltatae *Amazones* Ouid. Amor. 2, 14 *pr.* *Vid. Drakenb. ad* Sil. 2, 80.

PELTĬFER, ĕra, ĕrum. *Aliud* Adi. [πελτοφόρος] Puellae Stat. Theb. 12, 761.

PELTASTA, ae. m. [πελταςικὸς] *Idem.* Liu. 31, 36 Nocte cetratos, quos peltaſtas vocant, loco opportuno inter bina caſtra in inſidiis abdiderat. *Vid. Rigalt. Gloſſ. Tactic. p. 143. vel Cerda Aduerſ. c. 120 n. 111.* Nepos 11, 1, 4 Ille e contrario peltam pro parma fecit, a quo poſtea peltaſtae pedites appellantur, vt ad motus concurſusque eſſent leuiores.

PELVIS, is. f. [λεκάνη, λουτὴρ] quaſi Pedeluis, *inquit* Varro de L. L. 4, 25 a pedum lauatione. *Alii* Peluim ſinum aquarium putant, in quo variae res pelluntur. *Vid.* Non. 15, 4. Cato c. 10 Peluis vna. Patulas effundere pelues Iuuen. Sat. 3, 277.

PELŪSIVM, i. n. [Πηλούσιον] *Vnum ex oſtiis Nili, et ciuitas.* Iuxta Peluſium eſt optima lens Plin. 7, 34. Ammian. 22, 16.

PELVSIVS, *et* PELVSIĂCVS, a, um. Adi. [Πηλούσιος, Πηλουσιακὸς] Martial. 13, 9 Accipe Niliacam Peluſia munera lentem. Virg. Georg. 1, 128 Nec Peluſiacae curam aſpernabere lentis. Ora Peluſia Lucan. 8, 825. *i. Peluſiacum Nili oſtium.* Gurges Peluſiacus Nili Idem 10, 53. Paludes Peluſiacae Claud. de Phoen. 97. Stamen Peluſiacum Sil. 3, 25.

PELVSIĀNVS, a, um. Adi. [Πηλουσιανὸς] Peluſiana mala *apud* Columel. 5, 10.

PELVSIOTAE, ārum. m. [Πηλουσιῶται] Peluſium *oppidum incolentes.* Hieronymus contra Iouinianum: Impelle, ſi vales, Peluſioten, vt manducet caepe. Idem Epiſt. 65, 3 *ludens in* deriuatione *nominis a* πηλὸς, *lutum,* Peluſiotas nos appellant et luteos.

P E M

PEMINŌSVS, a, um. Adi. [δυσώδης] *i. Mali odoris, inquit* Feſtus: a paedore dictum. *Proinde diphthongo* ae *ſcribendum eſſet.* Varro de R. R. 1, 51, 1 Aream ſolida terra pauitam, maxime ſi eſt argilla, ne aeſtu peminoſa, in rimis eius grana obliteſcant. *Sic legit* Feſtus, *et reſtituit Victor. At exemplaria quaedam legunt*, Ne aeſtu rimoſa, in rimis eius grana oblitefcant. *Vetuſtiora tamen legunt* Paeminoſa. *Vid.* Non. 2, 722 *qui a* Paedore *deriuat. Iam* paedor *in* Vet. Gl. *eſt* αὐχμός· *Porro αὐχμὸς eſt ἡ ἐν τῇ γῇ ξηρότης, ariditas. Hinc apparet, cur* ab aeſtu terra *fiat* peminoſa.

PEMMA, ătis. n. Pemmata azyma [πέμματα ἄζυμα] *Placentae ſunt in clibano aſſae, atque mox, quum extractae ſunt, in mel calidum, vt id in totas ſeſe recipiant, iniiciuntur. Galen. de Aliment. facult. 1, 3. Conf. Dioſc. 2, 83. Hoc verbum Scaliger reſtituit* Varroni *apud* Non. 2, 483 *pro* Penia, *et pro* Remna. *Plur.* Pemmata *ſunt Bellaria, menſae ſecundae, cupediae. Vid. Heſych. Athen. l. 14. Et* Gell. 13, 12.

P E N

PENARIVS, *vid.* PENVS.

PENĀTES, ĭum. m. [πατρῷοι θεοὶ, Gloſſ. Lat. Gr. ἐφέστιοι θεοὶ] *Breuiter ſecundum* Seru. *ad* Aen. 2, 514 Omnes Dî, qui domi coluntur. Dicti ſunt Dii (*inquit* Cic. de Nat. Deor. 2, 61 c. 27) ſiue a penu ducto nomine (eſt enim omne quo veſcuntur homines, penus) ſiue ab eo, quod penitus inſident, ex quo etiam Penetrales a Poëtis vocantur. Deos, quos Lares et Penates domeſtica conſecratione perhibetis Tertull. adu. Nat. 1, 10. Macrob. Saturn. 3, 4 Penates eſſe dixerunt, per quos penitus ſpiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi poſſidemus. *Simillima his* Seruius *ad* Aen. 2, 296 *qui addit*, eos eſſe Iouem, aethera medium, Iunonem, imum aëra cum terra, ſummum aetheris cacumen, Mineruam: quos Demarati Corinthii filius Samothraciis religionibus myſtice imbutus, vno templo et ſub eodem tecto coniunxit. His addidit et Mercurium, ſermonum deum. Hos Virgilius θεοὺς μεγάλους (*indicat*) vt *Iunonis magnae primum prece numen adora:* θεοὺς δυνατοὺς, vt *Dominamque potentem:* θεοὺς χρηστοὺς, vt *bona Iuno. Multa ſimilia aliis in locis, et diuerſa, Seruius, quae facile Maſuicianus Index ſubiiciet.* Ter. Phorm. 2, 1, 81 At ego deos penates hinc ſalutatum domum deuortar. Cic. Verr. 4, 17 Iſte continuo vt vidit, non dubitauit illud inſigne penatium hoſpitaliumque deorum ex hoſpitali menſa tollere. *Iidem:* Lares familiares *dicebantur, vt ex* Cic. Orat. pro P. Quint. 83 *patet. Quos enim appellauerat paullo ante* Deos penates, *eosdem paullo poſt* Lares familiares *dicit his verbis*, At hic quidem iam de fundo expulſus, iam a ſuis diis penatibus eiectus eſſet. *Idem infra*, Illud dico, dominum expulſum eſſe de praedio, domino a familia ſua manus allatas eſſe ante ſuos Lares familiares. *Diſtinguuntur tamen* l. 12 Cod. Theod. Larem igne, mero Genium, Penates nidore veneratus. *Plerumque ita dicuntur, vt ipſa domus, vel patria adeo intelligatur.* Dii patrii ac penates Cic. pro Sulla 86. *Et* Verr. 4 c. 8. Certi penates *domus* Virg. Georg. 4, 155. Deſolati Stat. Silu. 2, 1, 67. Penates iniquos, *qui ipſam deſtituerint* moeret, *ancilla ſummo genere orta* Hor. Carm. 2, 4, 15. Magni Virg. Aen. 9, 258. Miſeri Idem Georg. 2, 505. *i. domus et familia. Sic accipiendi etiam* Parui Idem Aen. 8, 543. Patrii Idem ibid. 2, 717. *item de Palladio*, Id. Aen. 4, 598. Patrii penates familiareſque Cic. pro Domo 144 c. 57. Regii penates, Domus regia Senec. Herc. Oet. ſ. 4. Sacri Idem Octau. ſ. 4. Tenues Idem Hippol. ſ. 2. Deſerit inuiſos penates Ouid. Met. 9, 638. Eiicere aliquem a ſuis diis penatibus Cic. pro Quint. 83. Erigere inclinatos penates Stat. Silu. 3, 3, 166. Exterminare aliquem a ſuis diis penatibus Cic. pro Sext. 30. Florebant hilares, incuſſique penates Stat. Silu. 5, 1, 142. Mollire hoſtia auerſos penates Hor. Carm. 3, 23, 19. Necare hoſpitem in conſpectu deorum penatium Cic. pro Deiot. 15. Perfudit penates pollutos multo ſanguine Ouid. Met. 5, 155. Ponere penates ſuos aliquo loco Idem ibid. 1, 174. Viduare penates Stat. Theb. 3, 385. *Etiam ab hiſtoricis pro Domo*, Penates *ponuntur*; *vt* Paterc. 2, 74, 4 Penatibus ſuis ignem ſubiicere. Idem 2, 95, 1 Quem inter Caeſaris penates enixa eſt. *Quid mirum ſi ita Poëtae, quibus add.* Stat. Silu. 2, 1, 67. *In Singulari*, Liu. 28, 18 Sub vno tecto eſſe atque in eodem penate. *Sic Sigonius. Gronou. in Not. et Obſeru. 4, 6* Ad eosdem penates, *vt ante Sigonium editum fuerat, defendit*; *et ſic dedit etiam Drakenb.* Alii volunt, vt habeat Nominatiuum Singularem Penas, alii Penatis, Feſtus: *apud quem et iſta legas:* Penatis Singulariter Labeo Antiſtius poſſe dici putat, quia Pluraliter Penates dicantur, cum patiatur proportio etiam Penas dici, vt Optimas, Primas, Antias.

PENATĬGER, ĕra, ĕrum. Adi. [ὁ ἐφεστίους θεοὺς φέρων] Ouid. Met. 15, 450 Penatigero Aeneae, *qui Palladium, penates Troiae capta vrbe extulit.*

PENATOR, *vid.* PENVS.

PENDEO, pĕpendi, penſum, ēre. [κρέμαμαι] *Suſpenſum eſſe, quod non ad corpora ſola pertinet, cum non tota baſi ſua, ſed ita alia re nituntur, vt facile moueri poſſint; verum etiam ad res incorporeas, quas copulatas cum aliis indicare volumus, vt in iis rationem ſuarum mutationum, et durationis adeo habeant.* Ter. Eun. 5, 7, 20 Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas flagitiis, *etc. vapulandi cauſa.* Nati pendent circum oſcula Virg. Georg. 2, 523. Palearia pendent a mento crurum tenus Idem ibid. 3, 53. Ab humero pendere Cic. Verr. 6 (4) 74 c. 34. Ad matrem pendere, *vid.* AD *Praepoſ.* Martial. 13, 100 Pendentem ſumma capream de rupe videbis: Caſuram ſperes, decipit illa canes. Capellae pendent de rupe dumoſa Virg. Ecl. 1, 77. Fiſtula pendet de collo Idem Aen. 3, 661. Ex arbore pendere Cic. Verr. 3, 66 c. 26. In arbore pendere Idem ibid. 3, 36. In arbore poma pendent Virg. Ecl. 1, 38. *Ad pondus et libram refertur*, Plin. 18, 7 Vicenas quinas libras farris modios pendere. *Et* 21, vlt. Cyathus pendet drachmas X. *intell.* contra libras, contra drachmas, *vid.* PENDO. In fluctu ſummo pendere Virg. Aen. 1, 110. *De natantibus dicitur. De eadem re*, Aqua dubia corpus pependit Ouid. Epiſt. 18, 52. Per pedes pendere Plaut. Aſin. 2, 2, 35. Plin. 2, 5 *de terra*, Eandemque vniuerſi cardine ſtare pendentem, librantem per quae pendeat. Cic. in Piſon. 43 *ex veteri Poëta* Thyeſtea exſecratio *eſt*,

Vt tu naufragio expulſus, vſpiam ſaxis fixus aſperis,
Euiſceratus Latere penderes ſaxa ſpargens tabo,
Sanie, ſanguine atro.

¶ 2 *Illius intellectus moralis, quem ſupra explicauimus, exempla ſunto:* Narrantis ab ore pendere Virg. Aen. 4, 70 *eſt ita attendere, vt appareat, ab eius ſermone te affici, arridere narranti ridicula, moueri triſtibus, etc. Sic* Ouid. Epiſt. 1, 30 Narrantis coniux pendet ab ore viri. Ouidii *verſus laudatur*, Pendet et a veſtra noſtra ſalute ſalus. Sine *Praepoſitione*, Sil. 3, 109 Mene, oblite, tua noſtram pendere Salute, Abnuis inceptis comitem? Caſu pendemus ab vno Lucan. 5, 769. Senec. de Tranquill. Vitae Semper inſtabiles mobilesque, quod neceſſe eſt accidere pendentibus: omni vita pendent. *Sic Lipſ. Gronouius ita*, Pendentibus ad vota ſua: omni, *etc. Quid ſi* tendentibus? In ſententiis omnium ciuium famam noſtram fortunamque pendere Cic. in Piſon. 98 c. 41. Vitam omnium ex vnius pendere Id. pro Marcell. 23 c. 7. Aliunde pendere, et extrinſecus aut bene, aut male viuendi ſuſpenſas habere rationes Cic. Fam. 5, 13 *pr.* Cantilenam totam iſtam ex hoc pendere, vt quam plurimum lucrifaciant Brut. *ad* Cic. Fam. 11, 20 *med.* Hor. Epiſt. 1, 1, 105 De te pendentis, te ſuſpicientis amici. Cic. Att. 14, 20 Quod errare me putas, qui Rempubl. putem pendere e Bruto: ſic ſe res habet, aut nulla erit, aut ab iſto, iſtisue ſeruabitur. Idem Fam. 6, 22 Incolumitati Tuae tuorumque, qui ex te pendent, conſulas. Pendere ex arbitrio alterius Liu. 35, 32. Cic. Off. 1, 65 Qui ex errore imperitae multitudinis pendet, hic in magnis viris non eſt habendus. Idem in Parad. 1 c. 2 Cui ſpes omnis et ratio, et cogitatio pendet ex fortuna: huic nihil poteſt eſſe certi, nihil quod exploratum habeat, permanſurum ſibi vnum diem. Terrorem et ſuſpicionem omnem ex improbitate alicuius pendere Cic. pro Sull. 66. Pendere ex laude Quinctil. 4, 2, 127. Ex aliena leuitate Cic. Fam. 10, 21. Bellum pendet ex vna origine Ouid. Met. 1, 180. Sapientem ex inſipientium ſermone pendere, quid turpius? Cic. de Fin. 2, 56. Idem Acad. 4, 117 Non quaero rationes eas, quae ex coniectura pendent, quae diſputationibus huc et illuc trahuntur. E ſcripto pendere Quinctil. 7, 4. Ex quo verbo tota illa cauſa pendet Cic. de Orat. 2, 107. Ex verbis ius non pendet, ſed verba ſeruiunt hominum conſiliis et auctoritatibus Idem pro Caecin. 52. Pendere promiſſis, *eſt Moueri promiſſis et affici.* Cic. Q. Frat. 3, 5 Caeſaris amore, quem ad me perſcripſit, vnice delector: promiſſis iis, quae oſtendit, non valde pendere, *i. non ita illis habeo fidem, vt propterea aliquid agam vel intermittam ſecus, quam* FACEREM *abſque iis, ſi eſſet.* Cic. de Lege Agrar. 2, 65 Nolo ſuſpenſam et incertam plebem Rom. obſcura ſpe et caeca exſpectatione pendere. Id. pro Flacco 4 Niſi hoc loco, niſi apud vos, niſi per vos Iudices, non auctoritatem, quae amiſſa eſt, ſed ſalutem noſtram, quae ſpe exigua extremaque pendet, tenuerimus, nihil eſt praeterea, quo confugere poſſimus.

¶ 3 *Cum ea, quae pendent facile impelli mouerique poſſint, hinc incertum, dubitatio, ſolititudo illo verbo interdum exprimitur.* Fortuna ducum pendet Lucan. 2, 41 *in incerto eſt: ſequitur*, Cum vicerit alter. *Sic* Virg. Aen. 6, 151 Dum conſulta petis, noſtroque in limine pendes, *incertus moraris.* Pendere leui momento fides *dicitur*, *Quae facile corruit* Liu. 2. Fruor vita, quia, quamdiu futurum hoc ſit, non nimis pendeo Sen. Epiſt. 61. Cic. Att. 4, 14 Ne diutius pendeas, palmam tulit. Ex futuris pendere, *et* Frui praeſentibus, *contraria.* Cic. de Fin. 1, 62 Animus pendet Terent. Adelph. 2, 2, 19. Cic. Tuſc. 1, 96 c. 40 Quod ſi exſpectando et deſiderando pendemus Animis, cruciamur, angimur. Pendere animi, *pro Animo, more antiquo: i. Dubium eſſe.* Cic. Fam. 8, 5 Qua tu cura ſis, quod ad pacem prouinciae, finitimarumque regionum attinet, neſcio: ego quidem vehementer animi pendeo. Cic. Att. 8, 5 *extr.* Pendeo animi exſpectatione Corfinienſi, in qua de ſalute Reip. decernitur. Ibid. 11, 12. *Ita* Ter. Heaut. 4, 4, 5. Pendere, *Ceſſare.* Virg. Aen. 4, 79 Pendent opera interrupta, minaeque Murorum ingentes, *h. e. Intermittuntur ad tempus: aut Imperfecta remanent.* Id. Aen. 6, 151 Noſtroque in limine pendes, *detineris, moraris.* Flor. 1, 13, 15 Sex menſibus circa montem vnum pependerunt, nec diebus modo, ſed noctibus omnia experti.

¶ 4 Pendere rei *inde dicebantur, quod eorum nomina in programmate, id eſt tabella pendula publice propoſita, atque ſuſpenſa erant.* Suet. Domit. c. 9 Reos, qui ante quinquennium proximum apud aerarium pependiſſent, vniuerſos diſcrimine liberauit. Idem de Claudio Caeſare, *ante eius imperium* c. 9 Vt quum obligatam aerario fidem liberare non poſſet, in vacuum lege praediatoria venalis pependerit ſub edicto Praefectorum. *Quibus verbis*

bis Tranquillus *ſignificat Claudii bona praedia, id eſt publice obnoxia, edicto Praefectorum aerarii diu venalia pependiſſe, quum emtorem non inveniret. Conf. Caſaub. et Berould. ad* Suet. Domit. c. 9. *Torrent. ad* Eund. Claud. c. 9.

PENDENS, entis. Partic. [κρεμάμενος] Ter. Phorm. 1, 4, 43 Tu iam lites audies: ego plectar pendens. Plin. 10, 38 ſ. 54 Expandunt Alas, pendentesque, raro interuallo quatiunt. Amicus de te pendens Hor. Epiſt. 1, 1, 105. Anelli pendentes ex ſe Lucret. 6, 911. Animus pendens Sen. Epiſt. 5. *Conf.* Cic. *apud* Non. 3, 85. Brachia pendentia collo Tibull. 3, 7, 13. Caelum pendens Ouid. Met. 7, 580. Cauſae ex aeternitate pendentes Cic. in Topic. 59. Fata pendentia Plin. 29, 1. Lychni pendentes Lucret. 5, 296. Nubila Ouid. Met. 1, 268. Pueri pendentes circum vbera Virg. Aen. 8, 632. Scopuli Idem ibid. 1, 170. Spolia pendentia tectis Idem ibid. 5, 393. Pendenti Titulo *inſcripſere opera ſua artifices*, FACIEBAT, tanquam inchoata ſemper arte et imperfecta Plin. praef. p. 5, 10. Vinum pendens, *Quod adhuc in ipſa vite pendet, et necdum ex ipſis vuis expreſſum eſt* Cato c. 147 (149). *Et* c. 146 Olea pendens.

PENDŬLVS, a, um. Adi. [ἐκκρεμὴς] *Quod pendet.* Bombyx pendulus, *Qui ex filis, quos texit, pendere videtur* Martial. 8, 34. Collum pendulum zona laedere, *Suſpendere ſe* Hor. Carm. 3, 17, 59. Columel. 2, 18, 2 Tum deinde macriora et pendula Loca menſe Februario, luna creſcente, fimo iuuanda ſunt. Palearia Ouid. Met. 7, 117. Putator pendulus arbuſtis Columel. 10, 230. Retia Sedul. Hiſt. Reſurr. 5, 395. Spe pendulus dubiae horae Hor. Epiſt. 1, 18, 110. Ouid. in Epiſt. Penelopes ad Vlyſſem 10 Nec mihi quaerenti ſpatioſam fallere noctem Laſſaret viduas pendula Tela manus. *Nempe ad perpendiculum extenſa tela ponderibus.* Ambulatio Plin. 36, 12.

PENSĬLIS, e. Adi. [κρεμαστὸς] *Quidquid pendet. Speciatim quidquid non tota baſi ſua, ſed partibus illius extremis tantum innititur fundamento ſuo, vt adeo ſubtus cauum habeat, vel plane moueri poſſit et torqueri.* Vua penſilis Hor. Serm. 2, 2, 121 *quae in fumo vel aëre pependit ſiccitatis cauſa.* Homo penſilis, *Qui ſuſpenſus eſt* Plaut. Pſeud. 1, 1, 87. Tribus penſiles Plin. 36, 15. *i. in theatro mobili ſedentes.* Penſilis vrbs, *Quae ſubter cauata eſt: et* Penſilis hortus Plin. 36, 15 ſ. 24 c. 2 *extr.* Curt. 5, 1, 32. Penſiles balineae Plin. 9, 54 ſ. 79. Vſus penſilis balinearum Id. 26, 3 ſ. 8. *Conf. Geſner. Chreſtom.* Plin. p. 690. Penſile horreum, *Quod ſit in altiore domus loco ſubtus cauum.* Columel. 12, 50 Eſſe oportet penſile horreum, quo imponantur fructus. Penſilia, *de membris virilibus.* Pulchre penſilibus peculiati Carm. Priap. 52. Penſilia pro phaleris *e gemmis* Plin. 37, 12 ſ. 74.

PENDĪGO, ĭnis. f. *Aiunt eſſe velamen ſimulacri apud* Arnob. 6 p. 201 Vtinam liceret in ſimulacri alicuius medias introire pendigines. *Hic poſſent etiam* Iuncturae et nexus partium *intelligi: et ſic Salm. ad* Solin. p. 268, a, D. *Sed ex* Veget. Mulomed. 2, 44, 1 Ne quas inter neruos et commiſſuras pendigines faciat, *coll.* 2, 55, 4 *apparet*, Pendigines *eſſe* caua occulta et vitioſa: *eaque ſignificatio poteſt etiam ad locum Arnobii transferri, quod oſtendit ad Vegetium Geſnerus.*

PENDIX, ĭcis. f. Inſcr. ap. Grut. p. 601, 10 *et* 11 A PENDICE CEDRI, *munus ſeruile notare videtur: quale id ſit, forte oſtendat*

PENDICVLVS, i. m. *qui ἀρπεδὼν et ἀρπεδώνιον redditur in* Gloſſ. Cyrilli, *quae vox laqueum aut funem notat.* Salmaſ. *ad* Solin. p. 268, a, D *notari ait* pendicis *nomine πῆγμα, et arculas, et quidquid ex cedro compactum eſſet, idque ad eius curam ait ſpectaſſe, qui vocatur* a pendice.

PENSVM, i. n. [ἄτρακτος] *Manipulus lanae vel lini, qui* pendet *ex colo, et fuſo trahitur: vnde* Trahere penſa, *pro eo, quod Nere dicimus, ſ. potius, quia ancillis appendebatur, vid.* PENSVS *ex* PENDO. Ouid. Faſt. 2, 743 Lumen ad exiguum famulae data penſa trahebant. Ferrata Parcarum Claud. de Raptu Proſerp. 1, 53. Seuera Parcarum Ouid. ad Liu. 240. Accurare penſum ſuum Plaut. Bacch. 5, 2, 33. Affixa puella grauibus penſis Tibull. 1, 3, 87. Carpere penſum, *vid.* CARPO. Hor. Od. 3, 27, 64. Nocturna Carpentes penſa puellae Virg. Georg. 1, 391. Dare penſum Plaut. Men. 5, 2, 45. Deficit inexorabile penſum Stat. Silu. 3, 3, 172. Penſum Parcarum *intelligit.* Ducere penſa Claud. in Eutrop. 1, 498. Facere penſum Plaut. Merc. 2, 3, 62. Famulam penſis Onerare iniquis Propert. 3, 15, 15. Penſa inter virgines Partiri Iuſtin. 1, 3, 2. Peragunt penſa durae ſorores Senec. Herc. Fur. 3. Grauiora Rependere iniquis quaſillis Propert. 4, 7, 41. Reponunt infecta penſa Ouid. Met. 4, 10. Ancilla data penſa Trahens Idem Triſt. 4, 1, 13. *Et* Heroid. 3, 75. Trahere pollice penſa Ouid. ad Liu. 240. *Et* Faſt. 2, 743. Penſum, *aliquando capitur pro Filis.* Virg. Aen. 9, 476 *de textrice*, Excuſſi manibus radii, reuolutaque penſa. Mollia penſa deuoluunt fuſis Virg. Georg. 4, 343. ¶ 2 Penſum, *Eſt Officii cuiusque perfunctio, partes, quae cuique mandatae ſunt.* Cic. de Orat. 3, 117 c. 30 Nunc ad reliqua progrediar: meque ad meum munus penſumque reuocabo. Abſoluere penſum, *vid.* ABSOLVO. Varr. R. R. 2, 2. Accurare penſum, *vid.* ACCVRO. Conficere penſum Plaut. Perſ. 2, 4 *pr.* Cic. Verr. 3, 109 c. 46 Penſum magis in Leontino agro eſt Exigendum, propter hanc cauſam, quod ipſi Leontini publice non ſane me multum adiuuerunt. Imperare penſa Quinctil. 3, 7. Peragere penſum Columel. 3, 10. Penſum *in alia ſignificatione, vid.* PENDO.

PENDO, pĕpendi, penſum, ĕre. [σταθμίζω, σταθμάομαι] *Activ. ſignificat proprie Ponderare: a* Pendeo, *quod, quae ponderantur, ex libra pendent.* Thynnum inuenimus talenta quindecim pependiſſe Plin. 9, 15. Lucret. 1, 362 Nam ſi Tantundem'ſt in lanae glomere, quantum Corporis in plumbo'ſt: Tantundem pendere par eſt. Ego floccipendo Ter. Eun. 3, 1, 21. Pater id nihili pendit Idem Adelph. 13, 4, 6. Quae dico, parui pendunt Idem Hec. 3, 5, 63. Pendere, [ποιεῖσθαι, ἡγεῖσθαι] *per translationem, pro Conſiderare, ſiue Aeſtimare: vnde fit* Magnipendo, Floccipendo, Paruipendo, Multipendo, Nihilipendo: *i. In magna, parua, nulla aeſtimatione habeo.* Ter. Heaut. 1, 1, 103 Tu illum nunquam oſtendiſti quanti penderes. Cic. Verr. 4, 1 Ego, quo nomine appellem neſcio; rem vobis proponam: vos eam ſuo nominis pondere penditote. Idem in Orat. 51 c. 10 Quod ſi in philoſophia tantum intereſt, quemadmodum dicas, vbi res Spectatur, non verba penduntur: quid tandem in cauſis exiſtimandum eſt. Te non ex fortuna, ſed virtute tua pendimus, ſemperque pendemus Cic. Fam. 5, 17, 7. Idem pro Roſc. Amer. 62 c. 22 In quo ſcelere Iudices, etiam quum multae cauſae conueniſſe vnum in locum, atque inter ſe congruere videntur, tamen non temere creditur, neque leui coniectura res penditur, neque teſtis incertus auditur, neque accuſatoris ingenio res iudicatur. Magni pendi Lucret. 6, 1275. *Conf.* Plaut. Stich. 1, 2, 78. Pendere, *Soluere.* Liu. 1, 43, 9 Ad equos emendos dena millia aeris ex publico data, et quibus equos alerent, viduae attributae, quae bina millia aeris in annos ſingulos penderent. Salluſt. 20, 7 Semper illis reges tetrarchae vectigales erant, populi, nationes ſtipendia pendere. *Add.* Liu. 45, 26. Cic. Agrar. 3 c. 2. Caſſiod. Var. 7, 32. Pecuniam alicui quotannis pendere Cic. de Prouinc. Conſ. 5. Vt eſſet Pecunia, quae Romanis ex foedere penderetur Nep. 23, 7, 5. Stipem Varr. de L. L. 4, 36 *extr.* Tributum Ouid. Met. 8, 263. Vectigal Cic. Q. Frat. 1, 1. Idem Att. 12, 25 Sunt, quae vendere facile poſſim, ſed vt non vendam, Vſuram pendam a quo emero. Grates dignas pendere Stat. Theb. 11, 223. *i. Referre gratiam.* Poenas pendere, *proprie dicitur, qui ob delictum poenas ſoluit.* Virg. Aen. 6, 20 Ex eo tractum eſt, (*vt ait* Feſtus) quod aere graui vterentur Romani: eo penſo, non numerato, debita ſoluebant: vnde etiam Penſiones dictae. Cic. de Nat. Deor. 3, 81 Illos conſeruari melius fuit, quam poenas ſceleris Varium pendere. *Sic* Salluſt. Iugurth. c. 76. Maximas Poenas pendo temeritatis meae Cic. Att. 11, 8. Nos ſtultitiae noſtrae grauiſſimas Poenas pendimus Idem ibid. Ep. 11. Poenas pendere pro ſcelere Lucret. 5, 119. Poenas magiſtro pendere Plaut. Bacch. 3, 3, 21. *pro Vapulare a magiſtro.* Poenas tergo pendere Ter. Heaut. 4, 4, 6. Poenam exilio pendere Ouid. Met. 10, 232. Poenas pendunt ex foedere Idem ibid. 10, 599. Pendiſſent, *pro pependiſſent* Liu. 45, 26. *Sed mauult* librariis *imputare Drakenborchius, cum bis in hoc libro ſit* pependiſſent. *Vid.* c. 29, 4. Supplicia pendere Plin. 29, 4.

PENDĬTVR, *Imperſ.* [σταθμίζεται] Plin. 12, 14 Iterumque imperii noſtri publicanis penditur.

PENSVS, a, um. Partic. [σταθμηθεὶς] *Ponderatus.* Date penſam Lanam; qui non reddet tempori putatam recte, facite, vt multetur malo Titinn. *ap.* Non. 4, 362. Ouid. Met. 14, 270 Et aduertens penſas examinat herbas, *i. Ponderatas. Neque enim pharmaca, niſi ponderentur, recte componi poſſunt.* Claud. Mamert. praef. 1 Penſus loquendi arbiter. Gell. 13, 12 Ratum penſumque nihil habere, *i. cogitatum, perpenſum. Vſitatus in hac ſignificatione eſt Genitiuus.* Plaut. Truc. 4, 2, 52 Nec mihi adeſt tantillum penſi, *i. plane non curo.* Liu. 34, 49 Sed illis, nec quod dicerent, nec quid facerent quidquam penſi fuiſſe. *Et* 34, 31 Vobis, quid faciatis minus penſi eſt. Salluſt. Catil. 5 Neque id quibus modis aſſequeretur, dum ſibi regnum pararet, vnquam penſi habebat. *Add. ibid.* 23. *it.* 52 *extr.* Val. Max. 2, 9, 3 Nec penſi duxerat. ¶ 2 Penſum, *i. pondus appenſum lanae, it. partes muneris, modo ante* PENDO *explicatum eſt.* ¶ 3 *Videndum, quid ſibi velint iſta* Non. 1, 165 Penſum ſignificat exaequatum, quod ſine inclinatione ſunt, quae penduntur. Lucil. lib. XXVIII Nihil parui ac penſi, vti litera doceas lutum. ¶ 4 *Compar.* Plaut. Stich. 1, 2, 61 Age tu, altera vtra ſit conditio penſior, virginem an viduam habere, *i. melior, maioris ponderis, vt praeponderet alteri.* Gell. 12, 5 Vt nihil quidquam eſſet carius penſiusque nobis, quam noſmet ipſi, *eodem intellectu.*

PENSE, *vel* PENSIM. Adu. Gell. 1, 3 A Theophraſto penſim et enucleate ſcripta. *Al.* penſiculate. Symmach. Epiſt. 2, 34 Nihil hac aetate tractandum penſius domeſticis rebus.

PENSO, āre. [ἐπισταθμάομαι] Frequent. *a* Pendo *vel* Pendeo; *Saepe certe accurate ponderare.* Liu. 38, 24 Mulier lingua ſua ſtringerent ferrum, et Centurionem penſantem aurum, occiderent, imperauit. Penſat, ἐξισοῖ, ἀντελλογεῖ, καὶ σταθμίζει Vet. Gloſſ. *Metaph.* Penſare amicos factis, *Aeſtimare, et ſecernere ac ponderare* Liu. 34, 49. Penſare ſingula, *Reuoluere, conſiderare diligenter* Curt. 7, 8, 2. Penſare aliquid ex alio Valer. Max. 1, 1, 14. Trutina penſantur eadem ſcriptores Romani Hor. Epiſt. 2, 1, 29. ¶ 2 *Exaequare, compenſare. V. g.* Penſare vicem Plin. 31, 8. Penſare argento, *pro Emere*, Columella *dixit, teſte Budaeo.* Penſare, *pro Redimere.* Liu. 37, 1 Veteribus benefactis noua penſantes maleficia. Penſare, *pro Compenſare.* Tacit. Hiſt. 4, 74 Sed neque haec continua, et interuentu meliorum penſantur. Craſſianam Cladem Pacori caede penſauimus Flor. 4, 9, 7. Ignes, quibus tot caſtrorum Excidia penſauimus Tacit. Hiſt. 4, 72, 3. Male penſantur Magna ruinis Sen. Herc. Oet. v. 692. Sit deus, et nolit penſare Palatia caelo Calpurn. Ecl. 4, 141. Dicitur et cocto penſare legumine Panem Idem ibid. 3, 83. Beneficia penſare Senec. de Benefic. 3, 9. Crimen penſare vna laude Plin. 9, 25. Damnum numeri penſare Claud. de Raptu Proſerp. 1, 126. Laetitiam moerore penſare Plin. 7, 40. Laudem penſat cum crimine Claud. Conſ. Hon. 6, 115. Pudorem penſare nece Ouid. Epiſt. 2, 143. Praemia penſamus palmae Stat. Achill. 1, 69.

PENSANS, antis. Partic. [ἐπισταθμώμενος] Sil. 4, 152 Et vertice ſacro Penſantes aurum Celtas vmbone ferebat, *i. Ponderantes aurum, vel ad pondus accipientes.* Damna penſans meliore marito Senec. Oedip. v. 490.

PENSANDVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἐπισταθμητέος] Titulus penſandus meritis Ouid. Met. 13, 372.

PENSĀTVS, a, um. *Similiter* Partic. [ἐπισταθμηθεὶς] Col. 12, 51, 2 Sint iis portionibus penſata, *i. appenſa.* Sententia belli diu penſata Sil. 7, 23. Liu. 26, 37.

PENSATIO, ōnis. f. *Vtitur* Papinianus in l. 18 Commod. in l. 67 §. Sed ſi vno, *et* §. Si duos de legat. 2 l. 39 Solut. matrimon. *Adde* Petron. c. 141. *Et* Quinctil. Decl. 332. Penſatione moderata et cauta Ammian. 16, 12.

PENSĀTOR, ōris. m. [ἐπίσταθμος] Plin. 33, 3 Penſatores, *libripendes dicuntur.*

PENSABILIS, e. Adi. Nunquam penſabilia damna Ammian. 31, 13.

PENSĬTO, āre. *Aliud* Frequent. [ἐξετάζομαι, ἐπισταθμῶμαι] *Saepe vel frequenter ac diu ponderare, examinare. Male hoc verbum deriuatur a* Pendeo, *ap.* Gell. 9, 6. Plin. 7, 7 Is demum profecto vitam aequa lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanae memor fuerit. Gell. 1, 4 *pr.* Aut virtutes penſitabat, aut vitia rimabatur, vt iudicium eſſe factum ad amuſſim diceres. Cum vno aut altero penſitare Plin. Epiſt. 17, 17. Penſitare, *Frequenter et ſaepe pendere ſiue ſoluere.* Cic. pro Lege Manil. 16 c. 6 Quo tandem animo eſſe exiſtimatis, aut eos, qui vectigalia vobis penſitant, aut eos, qui exercent, atque exigunt? *Sic* Cic. de Lege Agrar. 2, 9 Immunia commodiore conditione ſunt, quam illa, quae penſitant.

PENSITATVS, a, um. Part. Multum ac diu penſitatus amor liberalitatis Plin. Epiſt. 1, 8. Saepe apud ſe penſitato Tacit. Ann. 3, 52, 4.

PENSITATIO, ōnis. f. [ἐπιστάθμησις] Plin. 19, 6 Et tunc properare praeteriti temporis penſitatione, *i. Compenſatione.* Penſi-

tationum tria ſunt genera, *teſte* Aſconio, Canon, Oblatio, Indictio. *Vid. ad* Diuin. in Verr. *it. ad* de Praet. Vrb. p. 112.

PENSITĀTOR, ōris. m. [ἐπιςαθμητὴς] *Ponderator.* Gell. 17, 1 Verborum penſitatores ſubtiliſſimi.

PENSICV̆LO, āre. [ἐπεξετάζομαι] *Idem quod Penſitare.* Gell. 13, 20 Penſicula vtrumque modulareque, reperies ſuo quodque in loco ſonare aptiſſime. *Alii legunt* Penſiculate modulateque *reperies, etc.*

PENSICVLATE. Adu. *h. e. Cum pondere, iuſtoque examine.* Gell. 1, 3 Neque ea, quae a Theophraſto penſiculate atque enucleate ſcripta, *etc.*

PENSICVLĀTOR, ōris. m. *Qui dicta factaue quadam quaſi trutina examinat.* Gellio *tribuitur* 17, 1. *Sed nunc legitur* penſitator.

PENSIO, ōnis. f. [ἔκτισμα] *Id quod pro aliqua re ſoluitur, id eſt, quod datur pro rei alicuius vſu, aut agri, aut domus.* Cic. pro Roſc. Com. 51 Cur tam ſero? cur, quum altera penſio ſoluenda eſſet, non tum, cum prima? Soluta ante diem penſio Cicer. Att. 16, 2. Penſionem annuam repraeſentare Sueton. Neron. c. 44. Tertia penſio debebatur eo anno Liu. 31, 13. Idem 33, 30. *Conf.* Hirt. Bell. Afric. c. 90. Cic. Att. 16, 2. ¶ 2 *Sed* Vitruu. 10, 8 Penſionem parem perficit *de libra iuſta.*

PENSIVNCV̆LA, ae. f. Dimin. [ἐκτισμάτιον] Colum. 10 in praef. *pr.* Fenoris tui Siluine, quod ſtipulanti ſpoponderam tibi, reliquam penſiunculam percipe.

PENSOR, ōris. m. *Qui expendit.* Auguſt. Confeſſ. 5, 4 *extr.*

PENSV̄RA, ae. f. *Idem quod Penſio.* Varr. de L. L. 4, 16 Per trutinam ſolui ſolitum, veſtigium etiam nunc manet in aede Saturni, quod ea etiam nunc propter penſuram, trutinam habet poſitam.

PENE, *ſ.* PAENE, *quod habent vetera monumenta.* Adu. [παρολίγον] *i. Fere.* Cic. Q. Frat. 3, 1 Ille mihi ſecundum te et liberos noſtros ita eſt, vt ſit paene par. Idem Fam. 1, 4 Eo die acerbum habuimus Curionem, Bibulum multo iuſtiorem, paene etiam amicum. Paene par oratori Poëta multis ornandi generibus Cic. de Orat. 1, 70. Id. Fam. 2, 8 Quid quaeris? dum illum rideo, paene ſum factus ille. Paene ſimul tecum rapta ſolatia Virg. Ecl. 9, 18. Cic. pro Roſc. Com. 16 Si qua enim ſunt priuata iudicia ſummae exiſtimationis, et paene dicam capitis. Paene puer vario iuuenes certamine vici Ouid. Epiſt. 16, 359.

PENISSVME. [παρολιγώτατα] Superl. *formauit* Plaut. in Aulul. 3, 4, 7 Me intus gallus gallinaceus, qui erat anui peculiaris, perdidit peniſſume: *i. Paene nihil defuit, quin me perderet. Sunt, qui Superlatiuum eſſe velint a* Penitus. *A* Paene *deduci vult* Priſcianus 15. Plaut. Moſt. 3, 1, 121 Mea conſilia perturbat peniſſime. Idem in Aul. *vtitur ſaepius.* Apul. Met. 8 p. 203 Peniſſime ibi, quam deuouerat, reddit animam. *Conf.* Sidon. Epiſt. 8, 3. *et Voſſ. Etym.* p. 381.

PENELŎPE, es. f. [Πηνελόπη] *Filia Icarii, et vxor Vlyſſis: cui ad bellum Troianum profecto, fidem et pudicitiam ſeruauit, licet a multis procis ſolicitaretur, quos laniſicio fruſtrari ſolebat. Nam his ſemper ſe conſenſuram, abſoluta tela, pollicebatur. Sed vt eos longius fruſtraretur, noctu retexebat, quod interdiu texuiſſet. Dicitur et* PENELOPĒA, ae. *habes teſtimonium in* Priapeiis. Difficilis procis Penelope Hor. Carm. 3, 10, 11. Penelopes telam retexere, *eſt Inanem operam ſumere, et rurſum deſtruere quod effeceris. Vſurpat hoc adagium* Cic. Acad. 4, 65 Quid quod eadem illa ars, quaſi Penelope retexens tollit ad extremum ſuperiora, vtrum ea veſtra, an noſtra culpa eſt? *de dialectica, quae iisdem illis rationibus, quibus confirmauit aliquid, rurſum ſoluit ac deſtruit, vt nihil iam actum videatur.* Penelope *pro Caſta qualibet et pudica ponitur.* Martial. 1, 63 Incidit in flammas, iuuenemque ſecuta relicto Coniuge, Penelope venit, abit Helene. *Vid. tamen Fr. Florid. Sabinum Lect. ſubſiciu.* 3, 2. *et Voſſ. Inſt. Orat.* 1 *p.* 123 *qui laudat auctores.*

PENELOPAEVS, a, um. Adi. [Πηνελόπειος] Fides Penelopaea Ouid. Triſt. 5, 14, 36.

PENELOPES, um. f. [πηνελόπαι] *Aues, de quibus* Plin. 37, 2 Et Cratim amnem in Oceanum effluentem e lacu, in quo aues, quas meleagridas et penelopas vocat, viuere.

PĔNĔS. [παρὰ] *Praepoſitio Accuſatiuo Caſui ſeruiens*, quae a Penitus trahitur, ſignificatque perſonam et dominium ac poteſtatem, *vt ait* Feſtus. *Vid.* APVD. *Certe cognata eſſe videntur* penes *et* penitus *manifeſtum eſt, tum inter ſe, tum cum* penu *vel* penore, *omnibusque illis ineſſe notionem, vt* intus *aliquid eſſe intelligatur, aut in poteſtate.* Vlpianus in l. Penes. D. de Verborum et rerum ſignificat. Penes te, amplius eſt quam apud te: nam apud te eſt, quod qualiter qualiter a te teneatur: Penes te eſt, quod quodam modo a te poſſidetur. Ouid. Faſt. 1, 119 Me penes eſt vnum vaſti cuſtodia mundi, *i. In poteſtate vel dominio meo.* Imperium ac Praetorium nomen penes aliquem eſſe Cic. Verr. 5, 39. *Conf.* Iuſtin. 1, 1, 1. Omne iudicium et poteſtatem agrorum penes aliquem eſſe Cic. de Lege Agrar. 2, 51 c. 19. Eloquentia exornat eos, penes quos eſt Idem in Orat. 142 c. 41. Penes Cenſorem iudicium Senatus de dignitate, maiores eſſe voluerunt Idem pro Domo 130. Conſiſtunt omnia penes vnum Auct. ad Herenn. 4, 8. Salluſt. Iug. c. 17 *extr.* Caeterum fides eius rei penes auctores erit. *Indicat, ſe non praeſtare verum; ſed aliena fide narrare.* Penes quos laus adhuc fuit Cic. de Clar. Orat. 142. Penes te culpa eſt Ter. Hec. 4, 1, 21. Summa virium penes eum eſt Vell. 2, 63, 1. Penes te eſt virtus Plaut. Amph. 2, 2, 21. Cic. Fam. 4, 7 Sic intellexi, nihil aliud eſſe, quod dubitationem afferret ei, penes quem eſt poteſtas, niſi quod vererer, ne tu illud beneficium omnino non putares. Idem Att. 13, 14 Quae autem his temporibus ſcripſi, Ἀριςοτέλειον morem habent, in quo ſermo ita inducitur caeterorum, vt penes ipſum ſit principatus. Te penes arbitrium noſtrae vitaeque necisque Ouid. Epiſt. Sabin. 3, 27. Quem penes arbitrium eſt et ius et norma loquendi Hor. A. P. v. 72 *de vſu.* Victoria certaminis penes Tribunos fuit Liu. 3, 24 *extr.* Penes, *aliquando pro Apud ponitur.* Ter. Adelph. 3, 3, 34 Quid? iſthaec iam penes vos pſaltria eſt? s. eſt iam intus. Cic. Verr. 3, 171 Quum omnis frumenti copia decumarum nomine penes iſtum eſſet redacta. Penes te es? Hor. Sat. 2, 3, 273. *i. tuine compos, ſatin' ſanus es?* Lucret. 2, 1009 Neue putes aeterna penes reſidere poteſſe Corpora prima, *etc. Sic enim habent antiqua exemplaria, contra fidem nouitiorum, in quibus legitur,* Neue putes aeterna parum, *etc. Ex priori autem lectione hic ſenſus elicitur, Non reſidere, nec remanere in aeternis textis corpora prima, ſed ea plerumque fluitare in ſummis rerum oris, et res interpolare ſubinde alias atque alias, vt quaedam in ortu natalibusque moriantur ſuis: tantum abeſt, vt aeternitas eſſe poſſit in his, quae prima corpora procreant et integrant. Haec Turnebus. Multa ad h. l. Lambin. Faber, Creechius. Sed neſcio, an aliquid dixerint.* Tacit. Ann. 4. 16 Pluresque eius rei cauſas adferebat, potiſſimam penes iniuriam virorum feminarumque. Auct. ad Herenn. 4, 15 Ita petulans es atque acer, vt ne ad ſolarium quidem idoneus, vt mihi videtur, ſed penes ſcenam, et in eiusmodi locis exercitatus ſis?

PENESTIA, ae. f. *Regio eſt Illyrici.* Liu. 43, 18 Tertio die ad Vſcanam (Peneſtianae terrae ea maxima vrbs eſt) poſuit caſtra.

PENĔTRO, āre. [πέρω, πήρω, περάω] Penitus intrare, *Feſto interprete.* Cic. Tuſc. 1, 43 Qui ſi permanet incorruptus, ſuique ſimilis, neceſſe eſt, ita feratur, vt penetret et diuidat omne caelum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur. Penetrare Atlantem, Montem Atlantem ſuperare, et praetergredi, *vt intra illum ſis, isque te non amplius excludat* Plin. 5, 1. Penetrare in aliquem locum Quinctil. 3, 7. Cic. Acad. 4, 122 Vt nulla acies humani ingenii tanta ſit, quae penetrare in caelum, terram intrare poſſit. *Conf.* Idem N. D. 2 c. 61. In extremos Indos Catul. ad Furium 11, 2. Antonio in Gallias penetranti Brutus ſe obiecit Cic. Phil. 13 c. 9. In maria Plin. 9, 6. In portum Cic. Verr. 5 c. 37. In quaedam templa Cic. in Somn. Scip. 17. Ad vrbem Ouid. Met. 15, 8. Ad vrbes ſedesque aliquorum Cic. de Prouinc. Conſ. 32. In vrbem Liu. 2, 53. Inter caerimonias penetrare Suet. Caeſ. c. 6. Cic. de Vniuerſ. 30 c. 9 Has ob cauſas nata aſtra ſunt, quae per caelum penetrantia, ſolſtitiali ſe et brumali reuocatione conuerterent. Cic. Verr. 4, 107 Abreptam ex eo loco virginem ſecum aſportaſſe, et ſubito non longe a Syracuſis penetraſſe ſub terras. Penetrare ſe, *antique, pro Inferre ſeſe.* Gell. 5, 14 Specum quandam nactus remotam latebroſamque, in eam me penetro et recondo. Penetrare ſe in fugam, *Fugere penitus* Plaut. Amph. 1, 1, 94. Penetrare pedem aliquo Plaut. Men. 5, 2, 64. Plin. 13, 3 Quando id primum ad Romanos penetrauerit, non facile dixerim. Vox penetrat ad aures Ouid. Met. 12, 242. Ad ſenſum opinionemque alicuius penetrare Cic. in Partit. 123 c. 36. Idem de Clar. Orat. 142 c. 38 Nulla res magis penetrat in animos, eosque fingit, format, flectit. Contagia morbi penetrant in animum Lucret. 3, 472. Tremor penetrat in artus Ouid. Met. 10, 424. Nidor penetrat in artus Lucret. 2, 682. Pauor penetrans in praecordia Sil. 16, 515. Vitium corporis vsque ad animum penetrat Vlpian. in l. 4 in princip. D. de aedil. edict. Penetrare, *ad perſonam relatum.* Tacit. Ann. 3, 4, 3 Nihil tamen Tiberium magis penetrauit, *pupugit, inquietum reddidit. Conf.* Idem Hiſt. 3, 4. Tum penetrabat eos, poſſe haec, *etc.* Lucret. 5, 1261, *l. Tum veniebat eis in mentem: vel tum ſibi perſuadebant. Lambinus.* Penetrare vitam, famamque alicuius Tacit. Hiſt. 4, 7, 3. *Infinit. Paſſiuus* Lucret. 2, 539 Vallo munitur eburno Vt penitus nequeat penetrari, *etc.*

PENETRANS, antis. Part. Penetrantibus illis Lucret. 4, 720. *Conf.* Cic. Phil. 13 c. 9. *et* de Vniu. 30 c. 9.

PENETRĀTVS, a, um. Part. [πεπερασμένος] Corpora penitus penetrata Lucret. 1, 529. Idem 4, 671. Limina penetrata mortis Stat. Silu. 4, 6, 104. Penetratis omnibus Hiſpaniae gentibus Paterc. 2, 5, 1. Penetratae cum victoria Media, Albania, Iberia Idem 2, 40.

PENETRATIO, ōnis. f. Apul. Florid. 4 p. 360 Paribus vtrinque aculeis, ſimili penetratione.

PENETRĀTOR, ōris. m. Auguſtin. Epiſt. 199. Paullin. Nolan. Epiſt. 10 n. 2. Prudent. Hamartig. 874 Ignis Traiector nebulae vaſti et penetrator operti eſt.

PENETRABĬLIS, e. Adi. [περασὸς] *Quod facile penetrat: et interdum Quod facile penetrari poteſt.* Martial. 4, 19 Ne madidos intret penetrabile frigus in artus. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 7, 649. Virg. Georg. 1, 93 Aut Boreae penetrabile frigus adurat. Caput haud penetrabile Nili Stat. Silu. 3, 5, 21. Corpus nullo penetrabile telo Ouid. Met. 12, 166. Fulmen penetrabile Idem ib. 13, 857. Pectus nulli penetrabile ferro Stat. Theb. 2, 653. Querimonia penetrabilis Gell. 10, 3. Telum penetrabile Ouid. Met. 5, 67. *Conf.* Virg. Aen. 10, 481. *Compar.* Macrob. Saturn. 7, 12 Penetrabilius in venas vinum.

PENETRĀLE, is. n. *ſiue* PENETRAL, [μυχὸς] Significat Omnem partem interiorem domus vel templi, licet ſit intecta, *vt ait* Seruius: Virg. Aen. 6, 71 Te quoque magna manent regnis penetralia noſtris. Martial. 10, 51 Nec Capitolini ſummum penetrale tonantis. Sanctum penetral animi tui neſciunt Symmach. Epiſt. 2, 34. *Et* Macrob. Sat. 7, 1 Philoſophiam tantum intra penetral ſuum adorandam. Regum penetralia Virg. Aen. 2, 484. Alta Idem ib. 7, 59, *hic ſunt media domus pars aperta, ſ. impluuium: vid. Heinſ. ad* Sil. 15, 18. Arcana tecti Stat. Theb. 5, 313. Fauſtis ſub penetralibus nutrita indoles Horat. Carm. 4, 4, 26. Patrium penetrale in ſedes nouas transferre Ouid. Met. 15, 34. Profundum Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 444. Contaminare penetralia Liu. 45 Contineri penetralibus ſuis Macrob. Sat. 7, 1 *de matre familias.* Penetralia, ſunt Penatium deorum ſacraria. Paullus. Liu. 6, 41 *extr.* Tradamus ancilia, penetralia, deos. *Metaphorice pro Arcanis praeceptis ponit* Quinctil. 6, 2 Sed mihi in animo eſt ipſa huius loci aperire penetralia.

PENETRĀLIS, e. Adi. [ἔμμυχος, ἐνδομυχὸς] *Legitur apud* Virg. Aen. 2, 297 *pro Interno et interiore:* Aeternumque adytis effert penetralibus ignem. Chaos penetrale infernae gehennae Sedul. in Luc. c. 8. Conſilium Sulpicia v. 3. Dii penetrales Cic. de Nat. Deor. 2, 68 c. 27. Sen. Theb. v. 340. Tac. Ann. 2, 10, 2. Foci abditi ac penetrales Cic. de Aruſp. Reſp. 57 c. 27. Focos penetrales deſerere Catull. ad Mallium 66, 102. *al.* Deos. Frigus penetrale, *Quod penetrat* Lucret. 1, 495. *Sic* Ignis. Tacit. Ann. 2, 10 Ille fas patriae, libertatem auitam, penetralis Germaniae deos, *etc. Cheruſcorum regionem videtur appellare* Penetrale Germaniae, *quod ſit penitior, atque interior, aut potius templum Cheruſcorum. Sed haud paullo melius eſt putare* penetralis *eſſe Accuſatiuum Plur. vel ſcribere adeo* penetrales deos. Ignis penetralis Lucret. 1, 536. *i. Qui in res omnes, quibuscunque adhaeſerit, ſeſe cito inſinuat. Vt* Frigus. Sacrificium penetrale, *inquit* Feſtus, Quod in interiore parte ſacrarii conficitur. Vnde et Penetralia cuiusque dicuntur. Et Penes nos, Quod in poteſtate noſtra eſt Feſtus. Sedes penetralis Virg. Aen. 4, 504. Signum penetrale Mineruae Ouid. Met. 13, 337. Tecta penetralia Virg. Georg. 1, 379. Templa penetralia caeli Lucret. 1, 1098. *al.* Tonitralia. Tenebrae penetrales Solin. c. 58 (46) Abditum et penetrale, *vid.* Abditum, *in* ABDO. *Comparat.* Lucret. 2, 382 Quare fulmineus multo penetralior ignis, *etc. Sic reſtituit Lambinus.*

PENETRALITER. Adu. Fortun. Mart. 4 Penetraliter vlcera mordent.

PENĒVS, *ſiue* PENĒOS, i. m. [Πηνειὸς] *Fluuius Theſſaliae, de quo* Plin. 4, 8. Et ante cunctos claritate Peneus, ortus iuxta Gomphos: interque Oſſam et Olympum nemoroſa conualle defluens, D. ſtadiis, dimidio eius ſpatio nauigabilis. In eo curſu Tempe vocantur, V. M. paſſuum longitudine, et ferme ſesquiiugeri latitudine, vltra viſum hominis attollentibus ſe dextra laeuaque leniter conuexis iugis. Intus ſua luce viridante allabitur Peneus, viridis calculo, amoenus circa ripas gramine, canorus auium concentu. *In huius ripa* Daphne in laurum conuerſa *dicitur. Vid.* Ouid. Met. 1, 569. Senex Peneus Idem ib. 2, 243. Stagnans Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 180.

PENĒĬVS, a, um. Adi. [Πηνήιος] Stagna Peneïa Stat. Theb. 4, 143. Arua Ouid. Met. 12, 209. Daphne Idem ib. 1, 452. Laurus Valer. Argon. 1, 386.

PENĒVS, a, um. *Aliud* Adi. Nympha Penea Ouid. Met. 1, 504.

PENĒIS, ĭdis. f. Patronym. Nympha Peneis Idem ib. 1, 472.

PENICILLVS, *et* PENICVLVS, i. m. *ſiue* PENICILLVM *et* PENICVLVM, i. n. [κερκίσκος] *Diminutiua ſunt a* Penis, *ſignificantque, vt ait* Feſtus, Ea, quibus calceamenta tergentur, quod e codis (*caudis ſ. penibus*) extremis faciebant antiqui. Cic. Fam. 9, 22 Caudam antiqui penem vocabant, ex quo eſt propter ſimilitudinem penicillus. Ter. Eun. 4, 7, 7 Quid ignaue, peniculone pugnare, qui iſtum huc portes, cogitas? Plaut. Men. 2, 3, 40 Quis iſte peniculus? quî extergentur baxeae? *Hinc nomen ſeruis, quod* penicillo *menſas mundarent. vt* Plautinus *in* Men. 1, 1, 1 *paraſitus*, Iuuentus nomen fecit peniculo mihi ideo, quia menſam, quando edo, detergeo. *Vid. Turneb. Aduerſ.* 18, 15. ¶ 2 Penicillus, *et* Peniculus, *quod etiam Neutrum fecit* Quinctilianus: *illud Inſtrumentum appellamus, quô pictores pingunt, quod caudarum extremitatibus fiat.* Plin. 35, 6 ſ. 13 Sinopidis vſus ad penicillum, aut ſi lignum colorare lubeat. Idem 35, 10 Arreptoque peniculo, lineam ex colore duxit ſummae tenuitatis, per tabulam. Quinct. 2, 21 *extr.* Neque enim ſcientia deſiderat inſtrumentum, quae poteſt eſſe conſummata, etiamſi nihil faciat, ſed ille opifex, vt caelator caelum, et pictor penicilla. Cic. Q. Frat. 2, 15 Quam pingam coloribus tuis penicillo meo. *Hic per translationem. Vid. Buleng. de Pictur.* 1, 13. Setae *ſuillae* a penicillis tectoriis Plin. 28, 17 ſ. 71 *quibus vtuntur ad dealbandum.* ¶ 3 Peniculum, *ſiue* Penicillum, *Quo vulnera ſtipantur: vel ideo, ne claudantur, vel vt aperiantur magis, vt ſunt* penicilli *ex linteolis concerptis, ex medulla ſambuci, et ex ſpongia.* Penicillus ano expoſitus *pro* appoſitus Scribon. 142. — Lycio intinctus ib. Abſtergere penicillo 228. Habere penicillum intinctum 142. Plin. . . Tum peniculo vulnus apertum. Celſus 7, 7, 6 Deinde exigua penicilla interponenda. Peniculi ſpongiae longae ac propter ſimilitudinem caudarum appellatae. Penes enim caudae appellabantur, Feſtus. Plin. 20, 15 ſ. 57 *de cumino*, Propter colum penicillis feruens apprimitur faſciis. Penicillus etiam dicitur Spongiae genus molliſſimum, quo fiunt penicilli Plin. 31 *extr.*

PENICVLO, āre. Bacchum peniculantem, decurtantem cantherios *apud* Arnob. 5 p. 163 *omnes editores legunt, Scaliger vero*, Peniculamenta decurtantem cantheriorum, *coniicit ad Catal.* p. 162. *Si* peniculare *vel* peniculari *eſt verbum Arnobii*, penem *i. caudam vellere ſignificat.* Peniculamenta *ſunt ſetae equinae.*

PENICVLAMENTVM, i. n. [κέρκωμα] *Pars veſtis, auctore* Nonio 2, 624. Ennius Annal. 11 Pendent peniculamenta vnum ad quemque pedum. Lucil. 19 Peniculamentum vere reprehendere noli. *Vid. quae modo diximus in* PENICVLO.

PENINSVLA, ae. f. [χερρόνησος] *Dicta eſt quaſi* Pene inſula, *vndique fere aquis clauſa, et breui tantum anguſtia, quae dicitur iſthmos, continenti adnectitur. Nam* Inſula *dicitur, Terra, quae vndique aquis clauditur, proprie autem mari.* Liu. 31, 40 Et oppidum Celetrum eſt aggreſſus in peninſula ſitum. Peninſularum Sirmio, inſularumque Ocelle Catul. 29 (32) 1.

PENIS, is. f. [κέρκος] Cauda dicitur, a pendendo Feſt. *vid.* Naeu. *apud* Feſt. Penis, *Virile membrum.* Cic. Fam. 9, 22 Caudam antiqui penem vocabant, ex quo eſt propter ſimilitudinem penicillus. At hodie penis eſt in obſcenis. At vero Piſo ille frugi in annalibus ſuis queritur, adoleſcentes peni deditos eſſe. Quod tu in epiſtola appellas ſuo nomine, ille rectius penem. *Et eſt Maſcul. ſicut Panis, Funis, et ſimilia.* Cato Diſt. 4, 10 *Scaligero emendante ex coniectura*, Indulgere gulae noli, quae penis amica eſt. *al.* ventris. Auguſtus *apud* Sueton. vita Horatii *hunc Poëtam* inter alios iocos putiſſimum penem, et homuncionem lepidiſſimum appellat.

PENĪTVS, a, um. Adi. [κερκωτὸς] *Quod eſt ex pene, hoc eſt cauda.* Vnde Penita offa, *i. Offa porcina cum cauda in coenis puris, inquit* Feſtus *voce* PENIS. *et voce* Penita Obſegmen carnis cum cauda. Plaut. Mil. 3, 1, 162.

PENĬTVS, a, um. Adi. [ἔσωθεν] *Proprie illum, qui intra eſt, ſignificat. Vnde* Penitior *dicitur Interior, et* Penitiſſimus, *Intimus, habetque, vt diximus, cognationem cum* penes, penetro, *etc.* Plaut. Aſin. 1, 1, 28 Age quaeſo hercle vsque ex penitis faucibus. Idem Perſ. 4, 3, 73 Abductam ex Arabia penitiſſuma. Catull. 59, 176

At non minus, atque tu,
Pectore vritur intimo,
Flamma, ſed penita magis.

Quidam legunt Penite, *i. Magis penitus, ſiue penitius.* Sammon. 452 Quum ſaeuit penitis haerens iniuria lumbis. In penitiorem partem domus ſe trahere Apul. *apud* Priſcian. p. 599. Plaut. Ciſt. 1, 1, 65 Pectus penitiſſimum. Idem Perſ. 4, 3, 7 Barbaria penitiſſima. Scythas penitiſſimos Gell. 11, 4. Macrob. Saturn. 5, 19 De Graecorum penitiſſimis literis hanc Hiſtoriam eruit Maro.

PENĬTE. Adu. *antiqu.* Catul. Nupt. Mall. 178 *vt locum reſtituit Scaliger. Compar.* Celſ. 5, 8, 11 Penitius condita ſuppuratione. *Superlat.* Sidon. Epiſt. 4, 9 Actiones eius quotidianas penitiſſime inſpexi.

PENĬTVS. [ἔνδον, ἐνδοτέρω] Adu. *Locale, quaſi* Pene intus, *id eſt valde interne, ſeu intrinſecus, vel intima parte et ſecreta.* Virg. Aen. 3, 32 Et cauſas penitus tentare latentes. Cic. de Legib. 1, 17 Sed penitus ex intima philoſophia hauriendam iuris diſciplinam putas? Abditum penitus aurum et argentum effodere Cic. Off. 2, 13 c. 3 *extr.* Idem Verr. 2, 169 Qui et ſui quaeſtus cauſa, et fortaſſe quod ſociorum intereſſe arbitrabatur, Bene penitus in iſtius familiaritatem ſeſe dedit. Cic. de Orat. 1, 17 Omnes animorum motus, quos hominum generi natura tribuit, penitus pernoſcendi. Comprehendere penitus animo omnes virtutes Cic. pro Corn. Balb. 3. Conuellere penitus iudicio aliquo Rempubl. Idem de Clar. Orat. 115. Demittere ſe penitus in aliquam cauſam Idem Att. 8, 12. Exterrita penitus tellus Virg. Aen. 3, 673. Figere praecepta penitus animo Tacit. Agric. c. 45 n. 6. Incluſum penitus in venis atque viſceribus Reipubl. periculum Cic. in Catil. 1, 31 c. 13. Inſedit penitus haec opinio Idem Fam. 5, 13. Id. pro Cluent. 4 Euellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus Inſitam, tam vetuſtam? Inſitum penitus odium Cic. de Lege Agrar. 2, 14. Explicari mihi conſilium tuum plane volo, vt penitus Intelligam Idem ad Q. Frat. 1, 1, 5. Intrare penitus in familiaritatem alicuius Cic. ib. 1, 1. Mandare penitus animo et menti aliquid Idem in Catil. 1, 27. Noſcere penitus aliquem Idem Fam. 2, 15. Notus penitus Hor. Epiſt. 1, 18, 80. Perſpectae penitus planeque cognitae res Cic. de Orat. 1, 108. ¶ 2 Penitus [πάντη, πάντως, παντελῶς] *aliquando pro Adu. qualitatis ponitur, Prorſus, vel Valde, aut Omnino, ita tamen, vt plerumque ad primam illam notionem poſſit reuocari.* Virg. Ecl. 1, 67 Et penitus toto diuiſos orbe Britannos. *i.* Omnino, *inquit* Seruius: *Sectio, quae intima et ipſum medium tranſit, omnino et plane diuidit.* Cic. de Fin. 3, 10 Et honeſtum ipſum quaſi virtutis lumen extinxeris, et virtutem penitus euerteris, *i. funditus.* Abraſa penitus ſupercilia Cic. pro Roſc. Com. 20. Victoriam penitus Amittere Idem Off. 2 c. 8. Diffidere penitus Reipublicae rationes a te collectae vetabant Idem Fam. 5, 13. Haurire philoſophiam Auct. Dial. de Orat. c. 30, *i. ex intimis fontibus et receſſibus.* Perdere penitus ſeipſum Cic. de Fin. 1, 49. Tollere penitus aliquid Idem de Nat. Deor. 1, 120. Penitus prorſum latet haec natura Lucret. 3, 274. Virg. Aen. 1, 516 Ater quos aequore turbo Diſpulerat, penitusque alias aduexerat oras. Seruius: Penitus, Longe a regina remotos. *Non puto. Sed quo penitius in alias oras quis intrat, eo remouet ſe magis ab his, vnde diſceſſit.*

PENNA, ae. f. [πτερὸν, πτῆλον, ταρσὸς] *Auium eſt veſtimentum pariter ac remigium, frequentius tamen hoc; cum dicitur in primis de maioribus, quibus vtuntur ad volandum: nam minores* plumae *ſunt.* Iſid. 19, 19 *Pennum* antiqui acutum dicebant, vnde et auium *pennae*, quia acutae. Et ecce nomen, quod reſeruauit antiquitatem, quia veteres dicebant *pennas* non *pinnas. Nempe origine non differunt* Penna *et* Pinna; *nec forte vſu antiquo, vt ſuſpicio ſit, diſcrimen a* Pinna, *quod ibi notamus, eſſe a Grammaticis recentioribus. Et tamen perpetuo ea in MSS. Ouidii et Virgilii confundi, notat Burm. ad* Quinctil. 1, 4 p. 43. *Caeterum quod diximus de* pennarum *et* plumarum *differentia, exempla firmabunt: quorum pleraque ad alas pertinent.* Cic. de Nat. Deor. 2, 129 E quibus pullos quum excluſerint, ita tuentur, vt et pennis foueant, ne frigore laedantur. Pennae et plumae Colum. 8, 2. Senec. Epiſt. 42 Dixi te pennam tenere: mentitus ſum, plumam tantum tenebas. Pallad. Nou. 8, 1 Pennis maxime auium maiorum, quae habent rigorem, omnia interiora mundentur. Celer penna anſer Ouid. Met. 8, 686. Caules pennarum, *vid.* CAVLIS. Iactatus pennarum Ouid. Met. 6, 703 *de Borea.* Lucret. 2, 822 Conueniebat enim coruos quoque ſaepe volantes Ex albis album pennis iactare colorem. Croceae Iridis, *de alis* Virg. Aen. 4, 700. *Sic* Ouid. ex Pont. 1, 5, 72 Quo Boreas penna deficiente venit, *mitigato iam ex longo itinere impetu.* Fugiens Hor. Carm. 3, 2, 24. Infirmae Ouid. Met. 12, 570. Leues Idem ib. 2, 581. Longior penna Scribon. 60. 8. Mobilis Ouid. de Arte Am. 2, 644. Niueae Idem Met. 2, 536. Olorinae Virg. Aen. 10, 187. Praecipiti veniſſet epiſtola penna Iuuen. Sat. 4, 149 *i. quaſi alata volaſſet.* Praepetes, *vid.* PRAEPES. Punicea Virg. Georg. 3, 372. ¶ 2 *Formulae Verborum, vbi vix aliud, quam alas ſignificat.* Ablata pennis Harpyia Virg. Aen. 3, 258. Appellere corpus pennis aliquo Lucret. 6, 751. Claudicat niſus inanis pennarum Idem 6, 834. Coruſcant pennis apes Virg. Georg. 4, 73. Credere ſe caelo praepetibus pennis auſus Idem Aen. 6, 15. Defertur pennis ales Lucret. 6, 821. Dat plauſum ingentem pennis columba Virg. Aen. 5, 215. Excutere pennas Ouid. Met. 6, 708. Iactare pennas Idem ib. 2, 835. Incidere pennas, *vid. paullo poſt*, Pennae renaſcuntur. Labi pennis Virg. Aen. 4, 223. Pandunt pennas Halcyones Idem Georg. 1, 399. Percutere pennas in aëre Ouid. Met. 1, 466. Plaudere pennis Idem ib. 8, 238. Quatere pennas in aëre Idem ib. 4, 676. Secat pennis geminis aëra auis Cic. in Arato 48. Secat alta caeli leuis penna Seneca Oedip. 4. Siccat Auſter madidas pennas Iuuen. Sat. 5, 100. Tendere iter pennis Virg. Aen. 6, 240. Pennae Renaſcuntur, *metaphoricôs, quum quis auctoritatem recuperat priſtinam.* Cic. Att. 4, 2 Iidem inquam illi, quos tu ne quidem ignoras, qui mihi pennas inciderant, nolunt easdem Renaſci: ſed, vt ſpero, iam Renaſcuntur. *al.* pinnas. Auulſae Reuiuiſcunt pennae Plin. 11, 28. Deciſis pennis humilem demittere aliquem Hor. Epiſt. 2, 2, 49. Extendere nido maiores pennas Idem ib. 1, 21 (20) 21. *Se amplius efferre, quam fortunae noſtrae ferant. At Eraſm. ſic: Rem, fortunamque, quam mediocrem aut tenuem a maioribus acceperis, auctiorem reddere.* Fertur victoria ſparſis pennis Ouid. Amor. 3, 2, 45. Quatit celeres pennas Fortuna Hor. Carm. 3, 29, 54. Vertit pennas amor, *auolauit* Propert. 2, [illegible], 22. Volat dubiis pennis victoria Ouid. Met. 8, 13. Sine pennis Volare haud facile eſt Plaut. Poen. 4, 2, 49. ¶ 3 *Obſeruat* Pennas antiqui fecerunt ex Graeco, quod illi πετηνὰ ea, quae ſunt volucria dicant. Item easdem Pesnas, et Coesnas, Feſtus. Penna *non ſolum eſt auium: Apud* Plin. 11, 28 *titulus eſt*, De pennis inſectorum. *In quo cap.* Pennas *etiam* ſcarabaeorum *vocat. Vid.* PENNATVS *et* PENNIGER. ¶ 4 Penna *ſcribentium inſtrumentum.* Iſid. 6, 14 Inſtrumenta ſcribae calamus et penna, Ex his enim verba paginis infiguntur. Sed calamus arboris (*fruticis*) eſt, Penna auis, cuius acumen diuiditur in duo, in toto corpore vnitate ſeruata. *Cum antiquior auctoritas nondum pr[illegible] ſit, videtur ſero ſatis pennae vſus in ſcribendo introductus eſſe.* Praecipitem pennam ſ. pinnam Iuuenalis *ante explicauimus, picturae, quae Ariſtoteli aut Euangeliſtis pennas dant, recentiores ſunt, etc. Vid. Trotz. ad Hugon. de prima ſcribendi Orig. p.* 72.

PENNICVLVM, i. n. *Pinna illa, quae in faſtigio aedificiorum ſita, facili motu, ventorum indicat flatum.* Plin. Petaſum *vocat.*

PENNVLA, ae. f. Dimin. [πτερίδιον] Cic. de Nat. Deor. 2, 129 c. 52 Quum autem pulli pennulis vti poſſunt, tum volatus eorum matres proſequuntur.

PENNALIS, e. Adi. Sedul. Pennali libramento corpus ſuſtentare. Pennalis *olim dictus primo anno Academicus nouellus. Vnde* Pennalismus. *Geſner.*

PENNARIVS, a, um. Adi. Theca pennaria *Ibid.*

PENNESCO, ĕre. Adulta aetate penneſcere Caſſiod. Epiſt. 1, 38.

PENNOR, āri. Dracont. Hexaëm. 146 Pennantur tunc membra.

PENNĀTVS, a, um. Adi. [πτερωτὴς] *Quod pennas habet.* Plin. 10, 52 Pennatorum autem infecunda ſunt, quae aduncos habent vngues. Amores Claud. in pr. Conſ. Stilich. (2) 356. Plin. 11 *pr. de Inſectis,* Multa haec et multigena terreſtrium volucrumque vita. Alia pennata vt apes: alia vtroque modo, vt formicae: aliqua et pennis et pedibus carentia. *Et* 11, 30 Non ſunt in Sicilia pennatae *formicae.* Cohors Claud. de Nupt. Honor. 204. Plin. 8, 21 Lyncas et ſphyngas Aethiopia generat, multaque alia monſtro ſimilia: pennatos Equos, et cornibus armatos, quos pegaſos vocant. Iouis pennata Satelles Cic. de Diuin. 1 c. 47. *i. aquila.* Serpentes Ouid. Met. 7, 350. Telum pennatum, *Pennis munitum, vt leuius fiat, et aërem facilius penetret, quemadmodum in telis et ſagittis videmus* Plin. 34, 14. Zephyrus Lucret. 5, 737. *Al.* Pinnatus. Pennatas, Impennatasque agnas in Saliari carmine, Spicas ſignificat cum ariſtis, et alias ſine ariſtis Agnas nouas volunt intelligi Paull. ex Feſt.

PENNATV̆LVS, a, um. Dimin. Tertull. ad Nation. 1, 10.

PENNĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. *Ferens pennas.* Catull. 53, 29. Sidon. 2, 309.

PENNĬGER, ĕra, ĕrum. *Aliud* Adi. [πτεροφόρος] *Gerens pennas.* Neque vermiculus, ſed ſtatim penniger Plin. 11, 16 *de rege apum.* Cic. de Vniuerſ. 31 c. 10 Erant autem animantium genera quatuor, quorum vnum diuinum atque caeleſte, alterum pennigerum et aërium, tertium terreſtre, quartum diuinae animationis, *etc.* Id. Fam. 7, 33 *lamentatur Philoctetes in inſula deſtitutus,* Quod haec pennigero (*al.* pinnigero) non armigero in corpore tela exerceantur, *quod Cicero ad ſuas in vmbra Declamationes refert, qui mallet cauſas et ſententias dicere in foro et ſenatu.* Sagittae Sil. 8, 375.

PENNIPŎTENS, entis. Adi. [πτεροκράτωρ] Lucret. 2, 867 Et noſtro de corpore ſaepe ferarum Augeſcunt vires, et corpora pennipotentum. Pennipotentes *egregio vocabulo Aues appellat, ex eo, quod pennis potiantur: nam* potens *eſt etiam potiens. vt* Potenti veſtimenta maris deo, *id eſt Neptuno maris potienti. Quamquam non me latet etiam Neptuno dici poſſe permiſſam maris poteſtatem, eoque* potentem maris *appellari, et* Pennipotentes, *quae pennis valent et nituntur vocari. Turneb. Conf.* Lucret. 5, 787.

PENNĬPES, ĕdis. c. *Aliud* Adi. [πτερόπους] Perſeus pennipes Catull. in Camer. 53 (55) 25.

PENNĪNVS, i. m. Deus Alpinorum, quem in ſummo vertice colebant Liu. 21, 38.

PENSABĬLIS, PENSATIO, PENSATOR, *vid.* PENDO, ĕre.

PENNV̆S, i. m. *Cognomen Iuniorum.* Anton. Auguſtin. de Fam. Rom.

PENSICVLATOR, PENSICVLO, *vid.* PENDO.

PENSILIS, *vid.* PENDEO.

PENSIO, PENSITATOR, PENSITO, PENSO, *vid.* PENDO.

PENSVM, *et* PENSVS, *vid.* PENDEO *et* PENDO.

PENTACHORDON, i. n. *Inſtrumentum quinque habens chordas. Vid.* Mart. Capell. 9 p. 325.

PENTADACTYLES, *ſiue* PENTADACTYLVS, i. m. Cochleae pentadactyles Plin. 32, 11, *quaſi tu quinque digitales dicas.*

PENTADACTYLON, i. n. *Idem quod Pentaphyllon.* Apul. de Herb. c. 2.

PENTADŌRON, i. n. [πεντάδωρον] *Laterum e terra macerata fictorum genus.* Plin. 35, 14 ſ. 49 Tertium *genus laterum* pentadoron: Graeci enim antiqui doron palmum vocabant, et ideo dora munera, quia manu darentur: Ergo a quatuor et quinque palmis, prout ſunt, nominantur. Eadem eſt latitudo. Minore in priuatis operibus, maiore in publicis vtuntur in Graecia. *Haec Plinius. Eadem paene ad verbum* Vitruu. 2, 3.

PENTAGŌNVM, i. n. *Figura eſt aequilatera et aequiangula compoſita ex quinque lateribus et angulis.* ¶ 2 *It. Herba.* Apul. de Herb. c. 2.

PENTAMĔTER, tri. m. *Verſus quinque conſtans metris.* Quinctil. 9, 4.

PENTAMIRON, *ſiue* PENTAMOERON, i. n. [πεντάμοιρον] Vitruu. 3, 1 *Numerus quinarius reſpectu ſenarii ita dictus.*

PENTANVMVS, i. m. *Dimidius denarius* Auct. de Limit. p. 265 *Goeſ.*

PENTAPETES, *Herba eadem, quae Pentaphyllon. Vid. infra in* PENTAPHYLLON.

PENTAPHARMACVM, i. n. *Medicamentum ex quinque ſpeciebus compoſitum. At* Aelius Verus *ap.* Spartian. c. 5 *ſic vocabat ferculum, in quo erant* ſumen, faſianus, pauo, perna cruſtulata et aprugna.

PENTAPHYLLON, i. n. [πεντάφυλλον] Herba quinque folia habens, a Latinis Quinquefolium appellata, multiplex quidem, nam et fragi ſolia quina ſunt, et alterius cuiusdam herbae paſſim creſcentis, *de qua copioſe* Plin. 25, 9. Apul. de Herb. c. 2.

PENTAPŎLIS, is. f. [Πεντάπολις] *Regio inter Palaeſtinam et Arabiam, a quinque ciuitatibus ſic appellata, vbi Sodoma et Gomorra oppida.* Aut cum in pentapolin deſcenderit igneus imber Proſp. Aquit. de Prouid. v. 254. ¶ 2 *Alia pentapolis, qua 5 Philiſtaeorum vrbes comprehendebantur, Gath, Accaron, Azotus, Aſcalon, Gaza. Vid.* 1 Sam. 6, 17. ¶ 3 *Denique celeberrima illa pentapolis, Cyrenaica dicta, quam efficiebant* Cyrene, Apollonia, Ptolemais, Arſinoë, Berenice. *Vnde etiam dicitur*

PENTAPOLITANA regio Plin. 5, 5 *pr.*

PENTAPRŌTĪA, ae. f. [πενταπρωτεία] *Quinque primorum munus: quos alibi ſacrae Conſtitutiones, Quinque Summates vocant. Spiegel. putat vocari* Quintum-viros in l. de cubiculis noſtris. De priuileg. cor. qui in ſacr. palat. militant. lib. 12 C.

PENTAPTOTON, i. n. [πεντάπτωτον] *Quod per quinque caſus variatur. Vid.* Iſidor. 1, 6. Priſcian. 5, 672.

PENTAPYLON, i. n. Iouis arbitratoris templum, in quo erat porticus, habens quinque ordines columnarum quadratarum: apud Victor. Reg. 10. *Vid. Nardin. Rom. vet. 6, 14.*

PENTAS, ădis. f. [πεντὰς] *Numerus quinarius.* Mart. Capell. 7 p. 239.

PENTASEMVS, i. m. *Genus pedis rhythmici, quinque punctorum ſiue temporum* Ibidem 9 p. 330.

PENTASPASTOS, i. m. *Machina tractoria quinque orbiculorum* Vitruu. 10, 3.

PENTASPHAERVM, i. n. l. 16 ff. de Publ. et vectigal. *malabathri genus, de quo vide coniecturas Iſ. Voſſ. ad* Melam 3, 7, 10. *Et Bynkersh. Obſeru.* 4, 5.

PENTASTICHAE, arum. f. [πεντάστιχοι] *Porticus dicuntur, a quinque columnarum ordinibus* Trebell. Poll. in Gallien. c. 18.

PENTATEVCHON, i. n. [πεντάτευχον] *Volumen quinque librorum. Sunt qui declinent* Pentateuchus, Pentateuchus Moyſis. *Vid.* Tertull. ad Marc. 1, 10. *Et* Hieron. adu. Rufin. 2, 7.

PENTATHLVM, i. n. Antiqui Quinquartium dixerunt. id autem genus exercitationis ex his quinque artibus conſtat, iactu diſci, curſu, ſaltu, iaculatione, luctatione Paull. *Vid.* Quinquertium *in Lex. Pitiſci.*

PENTATHLVS, i. m. [πένταθλος] Pentathli *dicuntur, qui in ludo quinque artes gymnaſticas exercent, videlicet diſcum, curſum, ſaltum, palaeſtram, et iaculationem. A Latinis* Quinquertiones *appellantur a quinque artibus.* Plin. *de Myrone* 34, 8 Hic fecit Delphicos pentathlos.

PENTECOSTE, es. f. *Dies quinquageſimus poſt Paſcha.* Tertull. de Idol. c. 14. *Hinc*

PENTECOSTALIS, e. Adi. Feſtum pentecoſtale *Ibid.*

PENTECTENA, Apud Antiphan. Pollux 7, 13 dicit Tunicellas eſſe iuxta oram purpura ornatas, radiis quinque intexta.

PENTEDACTYLOS, i. m. Mons in Troglodytico ſinu Plin. 6, 29.

PENTELĬCVS, i. m. *Mons Atticae, vnde* Pentelicum marmor. *Hinc* Hermae Pentelici, *ſtatuae apud* Cic. Att. 1, 8.

PENTELORIS, e. Adi. *Veſtis militaris genus ap.* Vopiſc. in Aurel. c. 46 *quinque lororum ſiue clauorum ſcilicet.*

PENTĒRES, is. f. [πεντήρης] *Nauis quinque remis.* Hirt. Bell. Alex. c. 47 Capit ex eo praelio penterem 1, triremes 2, dicrotas 8.

PENTETHRONĬCVS, a, um. Adi. *Vox fictitia et forte corrupta. Nimirum* Pugna pentethronica *eſt* Plaut. Poen. 2, 1, 25. *Gronou. legit* Ptenornithica, *a* πτηνὸν *et* ὄρνις. *Quidam ſuſpicantur* Pelethronia. *Vid. Turneb. ad illud* Virg. Georg. 3, 115 Frena Pelethronii.

PENTHEMĬMĔRES, is. f. [πενθημιμερὴς] *Latine* Semiquinaria *Caeſura, a* Diomede 3 p. 496 *ſic deſcribitur*, vbi poſt duos pedes et vnam ſyllabam pars orationis expletur. Et ideo πενθημιμερὴς vocatur, quia quinque pedes (*aequaliter*) diuidit ſic, *Defeciſſe videt. Se ſignari oculis. Vtitur etiam* Quinctil. 9, 4, 78. *Et* Auſon. Epiſt. 4, 87. *Eſt itaque* Penthemimeres *dimidia pars ex quinque, ſiue duo pedes cum dimidio in hexametro carmine. Vt* Hephthemimeres *dimidia pars ex ſeptem, i. pedes tres cum dimidio.*

PENTHESILĒA, ae. f. [Πενθεσίλεια] Amazonum regina, quae *teſte* Iuſtino 2, 4 Orithyiae ſucceſſit in regno: eiusque Troiano bello inter fortiſſimos viros, quum auxilium aduerſus Graecos ferret, magna virtutis documenta extitere. Haec, *vt ait* Seru. dicta eſt furens, quia ſororem ſuam in venatione confixit, ſimulans ſe ceruam ferire. Virg. Aen. 1, 491 Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Pentheſilea furens, *etc.* Moeotis Propert. 3, 11, 14. *Vid.* Plin. 7, 56.

PENTHEVS, i. m. Diſyll. [Πενθεύς] *Filius Echionis, ex Agaue coniuge filia Cadmi: qui quum Liberi patris ſacra aſpernaretur, ira numinis, a matre et ſorore in furorem verſis, laceratus eſt.* Pentheos *fabulam vide apud* Ouid. Met. 3 *extr.* Tecta Penthei disiecta Hor. Carm. 2, 19, 14. Demens Pentheus Virg. Aen. 4, 469.

PENTHĒVS, a, um. Adi. [Πενθεῖος] Ritu Pentheo laniant corpora Claud. in pr. Conſ. Stilich. 2, 213. Stat. Theb. 2, 575 Pentheumque trahens nondum te, Phaedimus, aequo Bacche genus: *Phaedimus, cui Bacchus nondum aequus eſt, quia genus trahit a contemtore ipſius Pentheo.*

PENTIRĒMIS, is. f. *Vox hybrida, in quam mutarunt quidam* Penteren, *v. v.*

PENTOROBON, i. n. [πεντόροβον] *Herba inſignis, quae notiore nomine* Paeonia *appellatur. Dictum* Pentorobon *eo, quod inter caetera, quinque aut ſex grana habeat, erui ſemen, non magnitudine tantum, verum etiam colore referentia. Vid.* Plin. 25, 4. *Et* 27, 10. *Et* Apul. de Herb. c. 64.

PENTRI, ōrum. m. *Pl.* Samnitium populus, cuius caput Bouianum Liu. 9, 31.

PENVARIVS, *vid. ſub* PENVS.

PENV̆LA, *vel* PAENVLA, ae. f. [φαινόλη, μανδύη] *Veſtis, quae nebuloſo ſeu pluuioſo tempore, ſupra tunicam aſſumitur loco pallii, ad arcendas a corpore pluuias. Ideo etiam* caput *habet, i.* cuculum, *ſ. vt vulgo vocant* caputium. Plin. 24, 15 ſ. 88 Centunculum (*herbam*) vocant noſtri, foliis ad ſimilitudinem capitis penularum. Quinctil. 6, 3, 66 Galba penulam roganti reſpondit, Si non pluit, non eſt opus tibi: ſi pluit, ipſe vtar. Ibid. ſ. 63 *idem* Galba penulam roganti, Non poſſum, *inquit*, commodare, domi maneo: cum coenaculum eius perplueret. Vlpian. in l. Veſtis. D. de Auro et argento legatis, inter communia veſtimenta, quibus vir et mulier promiſcue vtuntur, penulas annumerat. Lampridius c. 27 *ſcribit*, Alexandrum conſtituiſſe, vt ſenes penulis intra vrbem frigoris cauſa vterentur: quum id veſtimentum, itinerarium, aut pluuiae fuiſſet. *Viatoriam fuiſſe penulam,* Tullius Att. 13, 33 *probat:* Venit ad me, et quidem id temporis, vt retinendus eſſet: ſed ego ita egi, vt non ſcinderem penulam. memini enim tuum: et multi erant, nosque imparati. Quid refert? *Paullo poſt*, C. Capito cum T. Carrinate. horum ego vix attigi penulam: et tamen remanſerunt. Memini, *inquit*, tuum, *intell.* dictum, factum, monitum. *Al.* tui; *hoc eſt, feci, quod memini te ſolere: qui ita inuitare ſoles, vt penulam tamen cuiusquam non ſcindas.* Reiecta penula deſilire de rheda Cic. pro Milon. 29. Idem pro Sext. 82 Senſit ruſticulus non incautus, *etc.* ſuum ſanguinem quaeri ad reſtinguendam inuidiam facinoris Clodiani: mulioniam penulam arripuit, cum qua primum Romam ad comitia venerat: meſſoria ſe corbe contexit. *Erat et* Penula ſcortea: *Scorta enim veteres Pelles nominabant.* Varro *ap.* Non. 6, 3 Reliquum pedem penula ſcortea pertegere. Martial. 14, 130 *lemma habet* Penula ſcortea: Ingrediare viam caelo licet vsque ſereno, Ad ſubitas nusquam ſcortea deſit aquas. *Vid. Turneb. Aduerſ. 28, 12. Torrent. ad* Hor. Epiſt. 1, 9, 18. *Et ad* Suet. Calig. c. 52. *vel Salmaſ. Hiſt. Aug. p. 6. Burm. ad* Quinctil. 6, 3 p. 548. *Lipſ. Elect. 1, 25.* Penula gauſapina *erat Crebra, et villoſa, qua hiberno tempore et frigido vterentur. Sub hoc lemmate* Martial. 14, 145 Is mihi candor ineſt, villorum gratia tanta, Vt me vel media ſumere meſſe velis. *Quidam his verſiculis putauerunt* penulam gauſapinam *inter Theriſtra, id eſt, aeſtiua veſtimenta annumerari. Verum, ni fallor, falluntur. Senſus enim* Martialis *eſt,* Penulae *dicit talem ineſſe candorem, tantam ineſſe villorum gratiam, vt etiam, ſi hiberno vſui ſit adſcripta, tamen quis penulae*

lae ſpecie captus, eam vel media ſumere meſſe velit, Bayſius. ¶ 2 *Quoduis operimentum.* Penulam abuſiue omne, quidquid tegit, nobiliſſimos veteres tranſtuliſſe, *notat* Non. 6, 3. *Conf.* Vitruu. 10, 12. *Et Bald. Lex. p. 81.* Penula *vtebantur ſequiori aetate et oratores.* Auctor dialog. Orator. 39, 2 Quantum humilitatis putamus eloquentiae attuliſſe penulas iſtas, quibus adſtricti, et velut incluſi, cum iudicibus fabulamur? Quinctiliano *prodente ſola toga cum tunica vſos apparet ex* 11, 3, 131 ſqq.

PENVLĀTVS, a, um. Adi. [ἐν φαινόλῃ] *Penula tectus.* Cic. pro Milon. 29 c. 10 Cum vxore veheretur in rheda penulatus. Martial. 2, 57 Non ipſe Codrus alpha penulatorum. Idem 5, 27. Sidon. Epiſt. 8, 6 Cenſuales penulati. Martian. Capella 3 p. 49 *de Grammatica*, Quae femina, licet in Attica, vbi maiore aeui parte floruerat, ſe aſſereret incedere palliatam, tamen ritu Romuleo — ſenatum deûm ingreſſa eſt penulata. *Nempe Grammaticorum geſtamen penula etiam* Auguſtini *aeuo*, *qui* Confeſſ. 1, . . Quis autem penulatorum magiſtrorum audiat aure ſobria ex eodem puluere hominem clamantem, Fingebat haec Homerus, *etc.*

PENVLARIVM, i. n. [φαινολοθήκη] Quaſi Theca et vagina penulae, *vt interpretatur* Non. 2, 618. *Laudatque* Non. Fullon. Non multo poſt ſonoram accepit, abſedet, conſequitur penularium, pſilotrum petit. *Quidam legunt*, Non multo poſt zonulam accepit, abſcedit, *etc.*

PENVLEVS *et* PENVLARIVS, a, um. Adi. Parauerat ſane, penulas populo dare in honorem filii ſui — aſſerens, melius filium ſuum *Penuleum* vel *Penularium* dicendum, quam Caracallus (*a veſtimenti genere*) eſſet dictus Baſſianus. Lamprid. in Ant. Diadum. c. 2.

PENVLTĬMVS, a, um. Adi. *Quaſi dicas* paene vltimus, *vltimus praeter vnum.* *Vtitur* Gell. 4, 7. Auſon. Ecl. de Kalendis 13 Poſt quos penultima meta Nouember.

PENVRIA, *vid.* PENVS.

PENVS, i. *vel* PENVS, ûs. m. *vel* f. [ταμεῖον, βίοτος] Eſt omne, quo veſcuntur homines Cic. de Nat. D. 2 c. 27. Lucil. Magna penus paruo ſpatio conſumta peribit, *apud* Non. 3, 174. Grammaticus *apud* Gell. 4, 1 *Penus* variis generibus dictum et varie declinatum eſt. Nam et *hoc penus*, et *haec penus*, et *huius peni* et *peneris*, et *peniteris* et *penoris*, veteres dictauerunt. *Deinde interrogatus a Fauorino*, Quid ſit *penus*, et quo ſenſu id vocabulum dicatur? *Ille* Quaeris, inquit, rem minime obſcuram. Quis adeo ignorat *Penum* eſſe vinum, et triticum, et oleum, et lentem, et fabam, atque huiusmodi caetera. Etiamne, inquit Fauorinus, milium, et panicum, et glans, et ordeum, penus eſt? Cumque ille reticens haereret: Nolo, inquit, hoc iam labores, an iſta, quae dixi, *penus* appellentur. Sed poteſne mihi, non ſpeciem aliquam de penu dicere, ſed definire genere propoſito, et differentiis appoſitis quid ſit *penus?* — Q. Scaeuolam, ad demonſtrandum penum his verbis vſum audio, Penus eſt, quod eſculentum aut poculentum eſt. Quod enim ipſius patrisfamilias, eiusque familiae, quae circum eos aut liberos eius eſt, et opus non (*Gron. pro* non, *legit* eorum) facit, cauſa paratum eſt, vt Mucius ait, Penus videri debet. Nam, quae ad edendum bibendumque in dies ſingulos prandii aut coenae cauſa parantur, penus non ſunt: ſed ea potius, quae huiusce generis longae vſionis gratia contrahuntur et reconduntur, ex eo, quod non in promtu ſunt, ſed intus et penitus habeantur, penus dicta ſunt. *Haec ibi* Fauorinus, *et plura.* *Add.* Vlpian. *in* Tit. Dig. de Penu legata. Penus locuples Perſ. 3, 74. Struere penum Virg. Aen. 1, 708. Ornare penum, *vid.* ORNO. ¶ 2 Penus vocabatur Locus in aede Veſtae intimus. Feſtus: Tegetibus ſeptus, qui certis diebus circa Veſtalia aperitur. Ii dies religioſi habentur. *Hinc firmatur, quod de etymologia modo diſputauit apud Gellium Fauorinus.*

PENVS, ŏris. n. *Idem.* Hor. Epiſt. 1, 16, 72 Annonae proſit, portet frumenta penusque. Gell. 4, 1 Ea ſola eſſe penoris putat. Multiplex Suet. Ner. c. 11. Penora, *inquit* Feſtus Paulli Res neceſſariae ad victum quotidianum. Col. 12, 4, 3 Rebus Venereis ſi fuerit operatus vel vir vel femina, debere eos flumine aut perenni aqua, priusquam penora contingant, ablui. — ne ſitu penora mucorem contrahant. — cum ea res innoxia penora conſeruet, vbi non innatent, ſed ſemper ſint iure ſubmerſa. *Hic itaque* Penora *ſpeciatim ſunt* Salgama, *fructus muria conditi, etc.*

PENVM, i. n. *Idem.* Ter. Eun. 2, 3, 18 Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum. *Conf. h. l.* Donat. Afranius, Penum herile. Plaut. Capt. 4, 4, 12 Dicam, vt ſibi penum aliud ornet. *Vid.* Pompon. l. 2 D. de tritico, vin.

PENVARIVS, a, um. Adi. Suet. Aug. c. 6 Locus permodicus, et cellae penuariae inſtar. Vlpian. in l. 3 § ſiue D. de penu legata. Cella Cic. de Senect. c. 16. Vaſa Vlpian. in l. 3 D. de pen. legat. extr.

PENVARIVS, i. m. κελλάριος Gloſſ. Gr. Lat.

PENARIVS, i. m. [ταμιεῖον] *vt legit* Feſtus; *vel vt* Varro de L. L. 4, 33 PENARIA, ae. f. *vt vero alii*, PENARIVM, i. n. *Locus vbi* penus, *id eſt res neceſſariae ad victum quotidianum pertinentes, reponuntur.* *Vid.* Feſtus Paulli.

PENARIVS, a, um. Adi. [ταμιευματικὸς] *Quod ad penum pertinet. vt.* Penaria cella; *idem quod Penarium* Cic. Verr. 2, 5 c. 2.

PENATORES, um. m. Qui penus geſtant. Cato adu. M. Acil. Poſtquam nautas ex nauibus eduxi, non ex militibus atque nautis piſcatores, penatores, feci, ſed aurum dedi. Feſtus *ex emendat. Dacer.*

PENVRIA, ae. f. [ὑστέρησις] *Omnis inopia rerum, et praeſertim earum, quae in* penu *recondi ſolent. Sed repugnat modus Syllabae primae.* Penuria (*inquit* Feſtus) quod paene minus ſit, quam neceſſe eſt. *Alii putant a Graeco πεῖνα fames, potius deduci.* Ter. Adelph. 3, 3, 88 Nae illiusmodi iam nobis magna ciuium penuria eſt, homo antiqua virtute ac fide. Cic. Verr. 5, 25 Ne diutius in tanta penuria virorum fortium, talem imperatorem ignorare poſſitis. *Sic* Verr. 3, 126 Penuria aratorum. Cibi penuria Lucret. 5, 1005. Virg. Aen. 7, 113 Vertere morſus Exiguam in Cererem penuria adegit edendi. Copia *et* Penuria, *contraria* Cic. de Inuent. 2, 115. Amicorum firmorum, ſtabilium, et conſtantium magna eſt penuria Idem de Amicit. 63 c. 17. Conſilii penuria Plin. 8, 6. Mulierum penuria Liu. 1, 9. Victus Hor. Sat. 1, 1, 98.

P E P

PEPARETHOS, i. f. *Inſula vna ex Sporadibus* Plin. 4, 12. Ouid. Met. 7, 470 Et Gyaros, nitidaeque ferax Peparethos oliuae. *Add.* Senec. Troad. 840.

PEPLION, i. n. [πέπλιον] *Herba, quae alias Portulaca dicitur* Plin. 20, 20.

PEPLOS, [πέπλος] *inquit* Plin. 27, 12 quam aliqui Sycen, alii Meconion aphrodes vocant, ex vna radice tenui fruticat, *etc.*

PEPLVS, i. m. *vel* PEPLVM, i. n. [πέπλος] Veſtis ſollemnis, quae iniicitur vel viro vel feminae, vel deo deaeue Seruius. Peplum *proprie eſt Palla picta feminea, Mineruae conſecrata: vt* Plaut. Fragm. 2, 38 Nunquam ad ciuitatem venio, niſi quum infertur peplum, *nempe quinquenniis ſingulis in ſollemni* Panathenaicorum. *De hoc etiam* Mercat. Prol. 66 Neque niſi quinto anno quoque poſſe tum viſere Vrbem atque extemplo inde, vt ſpectauiſſet peplum, Rus rurſum, *etc.* *Vid. Meurſ. Panathen. c. 17 ſq.* Tertull. de Pall. c. 4. *Gonſal. ad* Petron. c. 114. *Spanhem. ad Iul. Caeſ. p. 461 ſeq.* Fluens peplus Claud. de Nupt. Hon. 123. Virg. Aen. 1, 479 Crinibus Iliades paſſis peplumque ferebant. *Hoc e veteri ritu: magnis enim in periculis deos precantes et obſecrantes, eorumque fidem et opem implorantes, etiam veſtibus ornabant, illo cultu fauorem numinis emere ſe credentes.* Peplum *igitur Troianae mulieres* ferunt, *vt ea veſte Mineruae ſimulacrum induant, et deam propitiam habeant.* *Vid. Homeri interpretem.* Virg. Cir. v. 21 ſeqq. *cum not. Scalig.* Iunoni peplum fertur *ap.* Stat. Theb. 10, 56. *Conf. ibi* Scholiaſt. *qui ait*, Peplum eſt veſtis candida aureis clauis picta, ſine manicis, quod ſimulacris fiebat, *etc.* *Metaph.* Sammonic. 222 Si vero horrendum ducunt glaucomata peplum, *i. velum obducunt viſui.* *Al.* plumbum.

PEPO, ŏnis. m. [πέπων] Plin. 20, 2 Pepones, qui vocantur, refrigerant maxime in cibo, et emolliunt aluum. Caro eorum epiphoris oculorum, aut doloribus imponitur. *Hactenus* Plin. *Conf.* Idem 19, 5. Peponum *multa ſunt genera, ab ipſorum ſapore et figuris petita.* *Per conuicium vſurpatur, vt apud* Tertull. de Anima c. 32 Pepo tam inſulſus. Idem *adu.* Marc. 4, 40 Peponem cordis loco habere, *i. Stupidum eſſe.*

PEPSIS, is. f. [πέψις] *Latine Concoctio dicitur* Gell. 13, 29. *Vnde*

PEPTICVS, a, um. Adi. Medicinae pepticae, *Medicamenta ad concoctionem, quae foris adhibentur: ἀπὸ τοῦ πέπτειν, teſte Hermol.* Plin. 20, 18 Podagris illinitur cum lacte mulierum: ſic et foliis ipſis vtuntur. Item ad ſacros ignes, et vulnera ex aceto. Ego tamen damnauerim collyriis addi: multoque magis, quas vocant lexipyretas, quasque pepticas, et coeliacas.

P E R

PER. Praep. [διὰ, ἀνὰ] *Accuſatiuo iungitur, et latiſſimi vſus, ſignificat omne genus cauſarum, et medii, modique: vixque poteſt aliter, quam exemplorum multitudine declarari.* Ter. Prol. Eun. 39 Falli per ſeruum ſenem, *i. opera ſerui, ſiue a ſeruo, quem adhibet filius.* Per Amphoram vini Pallad. Febr. 31, 2 *diſtributiue, in ſingulas amphoras.* *Sic* Id. Mart. 8, 1 Binos per Amphoram qualos. Per Cornu aliquid infundere Columel. 6, 2 *inſtrumentum et via indicatur.* Firmic. 5, 4 Erunt etiam duorum patrum, aut duarum matrum filii, vnius ſcilicet per naturam, alterius vero per Accidens. *Modi indicantur.* Per Adoptionem pater, *Qui me adoptauit* Plin. Epiſt. 5, 8, 5 Tacit. Ann. 1, 3 Adſcirique per Adoptionem a Tiberio iuſſit. Ter. Eun. 1, 2, 33 Patriam et ſigna caetera neque ſciebat, neque per Aetatem etiam potuerat, *h. e. impediente, et intercedente velut aetate.* Cic. Fam. 12, 23 Nullam partem per Aetatem ſanae et ſaluae Reipub. guſtare potuiſti. *Add.* Ter. Adelph. 1, 2, 28. Aetates per multas fuerunt antiſtites ſacri eius ab Euandro edocti Liu. 1, 7 *extr.* Per Alium oſtendere ſuam ſententiam, *Alterius adminiculo* Ter. Heaut. 2, 1, 7. Per Alium dare Idem ibid 3, 1, 61. Per Alium tranſigam, recede de medio Cic. pro Roſc. Amer. 112 c. 38. Per Ambages Liu. 5, . . . Per Ambages fatigare aliquem Quinctil. 3, 11. Si mihi per eiusdem Amicitiam licebit Cic. Fam. 1, 8. *i. Si non intercedet et vetabit iure amicitiae.* Per Amicitiam et gratiam impetraui a patre Plaut. Mil. 4, 5, 1. Per Annonam iam caram natus Idem Stich. 1, 3, 25. *Tempus notat.* *Sic* Cic. Verr. 5, 31 Ac per eos dies, quum iſte cum pallio purpureo, talarique tunica verſaretur in conuiuiis muliebribus, non offendebantur homines in eo, *etc.* *Vulgus diceret*, Durantibus his diebus. Quinctil. 1 prooem. Poſt impetratam ſtudiis meis quietem, quae per viginti Annos erudiendis iuuenibus impenderam, *etc.* Per Annos quinque et viginti Tacit. Hiſt. 4. Per Aquam Scribon. 114. *i. cum aqua.* Per Auaritiam aliquid appetere Cic. pro Roſc. Com. 21 c. 8. *i. propter.* Per Beneficium et gratiam aliquid aliquibus concedere Id. Verr. 3, 191 *tanquam beneficium.* Per Caliginem perſtrinxerat aciem animi Bruti ſalus Cic. Philipp. 12, 3. Per Caſtimoniam ſummam virorum ac mulierum, quae ſacra fiunt, ea per ſtuprum et flagitium violata ſunt Idem Verr. 4, 102. Per Cauillationem ad aliquid perduci Liu. 38, 14 *extr.* Per Cauſam, *h. e. Per ſimulationem, diſſimulando.* Liu. 2 Per Cauſam renouati ab Aequis belli, *h. e. Praetextu.* Per Cauſam aliquam gratiam alicuius ſibi conciliare Cic. de Lege Manil. 70. Per Cinerem alicuius mortui, per nomen propinquitatis, per coniugem ipſius et liberos aliquem obſecrare, vt aliquando miſericordiam capiat Cic. pro Quint. 97. *i. his rebus commemoratis impetrare, ſtudere.* Per Comitatem omnia diſperdidit Plaut. Trin. 2, 2, 54. Per Compita manat rumor Hor. Serm. 2, 6, 50. Per Compita ſupplicatum Liu. 27, 23 *extr.* Cic. pro Roſc. Amer. 33 Quos, quia ſeruare per Compoſitionem volebat, ipſe ab his interemtus eſt, *pace inter eos conciliata.* Per Conſequentias contingit Vlpian. in l. 1 D. de auctor. et conſ. tutor. *non conſilio agentis, ſed neceſſitate quadam conſequutionis, qua vno dato vel admiſſo ſe dant reliqua.* *Sic* Per Conſequentias negotium alicui geri l. Quod dicimus. D. de auct. et conſ. tut. Per Conſequentiam Vlpian. l. Moris D. de poenis. Vlpian. in l. Iulian. §. Si venditor. D. de act. emt. et vend. Per Contrarium quoque idem Iulianus ſcribit. Per Contumelias alicui inſultare Liu. 3, 62. Per Culpam venire in neceſſitatem Auctor ad Herenn. 2, 23. Per ſummum Dedecus vitam amittere Cic. pro Roſc. Amer. 30. Idem pro Rabir. Poſt. 36 c. 13 Vbi ſemel quis peierauerit, ei credi poſtea, etiamſi per plures Deos iuret, non oportet. *Add.* Curt. 4, 10, 32. Per Deos, per dextram, per fortunas, per fidem, per homines; *Modus deprecandi elegantiſſimus.* Ter. Andr. 1, 5, 54 Quod ego per hanc te Dextram oro, et genium tuum, per tuam fidem, perque huius ſolitudinem te obteſtor, ne, *etc.* Cic. Att. 3, 20 Ad quae recuperanda per Fortunas incumbe, vt facis. *Conf. h. l. Manut.* *It. Elmenh. Ind.* Apul. *Burm. ad* Petron. c. 127. Pſeudo-Cic. ad Octau. Nam per Deûm immortalium fidem (niſi forte fruſtra eos appello, quorum auris atque animus a nobis abhorret) perque Fortunam Pop. Rom. (quae quamquam nobis infeſta eſt, fuit aliquando

quando propitia, et vt ſpero, futura eſt) quis tam expers humanitatis? Per ego te, Deos, *etc.* oro: *interpoſitio elegans, et neſcio, quid ornatus habens in oratione.* Liu. 23, 9 *pr.* Per ego te, inquit, fili, quaecunque iura liberos iungunt parentibus, precor quaeſoque, ne ante oculos patris facere et pati omnia infanda velis. Plaut. Men. 5, 7, 1 Per ego te haec genua obteſtor, ne, *etc.* Ter. Andr. 5, 1, 15 Per ego te Deos oro, vt ne illis animum inducas credere. *Vid.* Cort. *ad* Sall. Iugurth. c. 14 *extr. Drakenb. ad* Sil. 5, 82. *Saepe, omiſſo illo oro, rogo, etc. vid. infra* per Matrimonium. Per Dextram, Per fidem: *modi deprecandi* Ter. Andr. 1, 5, 54 *et* 55. Per Deridiculum verba dare alicui Plaut. Pſeud. 4, 5, 7. Per Dies Scribon. 13, 14. Per continuos Dies 16. Per Dilationes Liu. 5, . . . Per Directum Plin. 5, 22. Per Diſcordiam optimatium, diſſenſionemque, patribus principibusque caedes periculaque non creentur Cic. de Aruſp. Reſponſ. 40. Per Dolum dimicare Hirt. Bell. Afr. 5, 73. Horat. Carm. 1, 10, 9. Per Dolos doctos auferre aliquid Plaut. Pſeud. 1, 5, 70. Per Domos Liu. 1, 9. *et* 25, 31. Per Eum honores cepit Nep. 25, 7, 2. Per Fas, et Fidem deceptus Liu. 1, . . . Per Fidem, qui nos ſaepe numero fefellerunt, eorum orationi fidem habere non debemus Cic. de Inuent. 1, 71. Per Figuram offerre iusiurandum Suet. de Clar. Rhet. c. 5. Per Flagitium famam perdere Ter. Heaut. 5, 1, 56. Per Fortunas Cic. Att. 3, 20. *Vid. ibi Manut.* Per Forum ferre Idem Att. 14, 18. Per Fraudem ſummam et malitiam fingere aliquid Idem pro Quint. 56. Per Gratiam abire Plaut. Mil. 4, 1, 32. *bona gratia, ſponte.* Cic. in Verr. Act. 1, 48 Vt nemo a vobis, vt iſtum abſoluatis per Gratiam, conetur contendere. *i. gratiae et amicitiae cauſa.* Per Ignauiam in praelio ſonum tubae ferre non potes Auctor ad Herenn. 4, 22. Per Ignes fugere pauperiem Hor. Epiſt. 1, 1, 46. Per Ignem *autem, ſeu* per Ignes ire *dicuntur, qui quippiam magno cum ſui capitis periculo moliuntur.* Per Ignorantiam Scribon. 199. Plaut. Poen. prol. 52 Si quidem licebit per Illos, quibus eſt in manu. Ter. Hec. 5, 2, 7 Ancillas dedo, quolibet cruciatu per Me exquire, licet. *Vbi* Donatus: Per me, Me auctore et permittente. *Vid. ſupra* per Amicitiam licet: *et infra* per Valetudinem poſſum. Per Illa tempora perrarae literae fuerunt, *pro Illis temporibus* Liu. 6, 1. Per Imprudentiam decipi Cic. pro Roſc. Com. 21. Per Incommodum alterius et calamitatem qui non aſcendit, et ſua virtute in altiorem locum peruenit, is mihi videtur ampliſſimus Idem pro Roſc. Amer. 83. Idem Verr. Diuinat. . . Ab hac praefectus Antonii quidam ſymphoniacos ſeruos abducebat per Iniuriam, quibus ſe in claſſe vti velle dicebat. Cic. Verr. 1, 135 Ne per ſummam Iniuriam pupillum Iunium fortunis patris conetur euertere. Idem pro Domo 59 c. 23 Quod eum toties per Inſidias interficere voluiſtis? Per Interdicta crudelitatis alicuius aliquid alteri non licere Idem in Piſon. 18. *i. propter.* Per Interualla Plin. 8, 42. Per Inuidiam depelli Tribunatu Cic. de Orat. 3, 11. Per Iram aliquid facere, quod nos poeniteat Idem Tuſc. 4, 79. Per Iram et leuitatem crimen commentum Liu. 26. Per Ius et magiſtratum aliquem defendere Cic. pro Quint. 63. Per Laborem Scribon. 84. *i. Labore.* Per Latrocinium impoſita lex Cic. in Piſon. 30. Idem Fam. 2, 16 Sed id vix mihi videris per Legem Iuliam facere poſſe. Per Legem illam hoc mihi licet Idem Att. 1, 20. Idem ib. 10, 3 Caeſar mihi ignoſcit per Literas, *pro eo quod eſt, Scribit, ſe mihi ignoſcere.* Per Literas colloqui cum aliquo Cic. Fam. 1, 7. *Et ad* Att. 6, 1. Per Literam vnam ſcriptum Suet. de Clar. Grammat. Per Longum: *vid. Intt.* Sil. 15, 145. Per Ludibrium conſulere aliquem Tacit. Ann. 1, 10. Per Ludicrum audire, per iocum quaerere Liu. 24. Cic. Verr. 1, 21 Tantum dicam, paucos homines arrogantes hoc adiutore Q. Opimium per Ludum et iocum fortunis omnibus euertiſſe. Idem Verr. 5, 108 Modo L. Fimbriam, C. Marium, C. Caelium videmus non mediocribus inimicitiis ac laboribus contendere, vt ad iſtos honores peruenirent, ad quos vos per Ludum et per negligentiam perueniſtis. Per Luxuriam effundere atque conſumere, quod per ſcelus, quis eſt adeptus Cic. pro Roſc. Amer. 6. Per Malitiam aliquid facere Idem pro Roſc. Com. 21. Per Manus prouinciam alteri tradere Idem de Prou. Conſ. 39. Per Mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes Hor. Epiſt. 1, 1, 46. Per Matrimonium vetus, miſerere Quinctil. Decl. 6, 8. *Vid. Burm, in loc. vel Heinſ. et Drakenb. ad* Sil. 1, 658. *Conf.* per Cinerem, per Deos. Per Maturitatem dehiſcentes Plin. 12, 7. *Correctiora exemplaria legunt*, dehiſcentes Maturitate. Per Me exquire Ter. Hec. 5, 2, 7. Per Me nulla eſt mora Ter. Andr. 3, 4, 14. Per Me percontatus ſum, ſineque indice aliquo, *h. e. Ex me ipſo, nullo alio ſuadente* Plaut. Merc. prol. 17. *Sed varia eſt lectio. Vid. Gronou. in loc.* Per Medios ruit Virg. Aen. 4, 674. Per Membranas oculorum vt cerni poſſet, fecit eas perlucidas natura Cic. de Nat. Deor. 2, 142. Plaut. Aul. 2, 1, 12 Neque occultum id haberi, neque per Metum muſſari. Plin. Epiſt. 4, 30 Ita eſt aliquid, quod huius fontis excurſum per Momenta repercutiat. Per Naturam fas eſt, aut per leges licet Cic. pro Milon. 43. Per Nebulam aliquid ſcire aut audire Plaut. Pſeud. 1, 5, 48. Liu. 1, . . . Sed rem immaturam niſi aut per Occaſionem, aut per Neceſſitatem aperiri noluerat. Per Neceſſitatem vltimam Liu. 2, . . . Per Noctem cernuntur ſidera Plin. 2, 10. Per Nomina citare Colum. 11, 1, 22. Plin. Epiſt. 10, 98 Impetrandumque a bonitate tua per Nos habet, quod illi fortunae malignitas denegauit. *i. Noſtra opera.* Per Nos quidem hercle egebit, qui ſuum prodegerit Plaut. Merc. 5, 4, 60. *h. e. Nihil ei ſuppeditabimus.* Per Notas nos certiores quam ſcite facit Iuppiter Cic. de Diuin. 2, 7. Liu. 1, 11 Dum ea ibi Romani gerunt, Antennatium exercitus per Occaſionem ac ſolitudinem hoſtiliter in fines Romanos incurſionem facit. Per Occultum ſubuertere aliquem Tacit. Ann. 4, 71. Idem ib. 1, 24 *pr.* Druſo propinquanti, quaſi per Officium obuiae fuere legiones. Per Omnia, *In omnibus, Omnino.* Colum. 4, 2 Quare per Omnia praetulerim duobus potius ſeminibus depoſitis, quam vnico periclitari. Plin. 6, 19 Regi eorum peditum ſexcenta M. equitum XXX. M. elephantorum IX. M. per Omnes dies ſtipendiantur. Quinctil. 4, 2 Sortiti noctem ſinguli per Ordinem, cum ferro cubiculum intrauerunt patre dormiente. Per Ordinem fungi honoribus S. Aur. de Viris illuſt. c. 67 *pr.* Per Ortum caniculae Colum. 2, 21, 1. Cic. de Inuent. 1, 4 c. 3 Quare mihi videntur poſtea caetera ſtudia recta atque honeſta per Otium concelebrata ab optimis enituiſſe. Plaut. Amphit. 1, 1, 232 Obſecro, vt per Pacem liceat te alloqui, vt ne vapulem, *h. e. Te pacato, et non irato amplius.* Vlpian. in l. Nam etſi D. Si cert. petat. Si alienos numos mutuos tibi dedi, non ante mihi teneris, quam ſi eos conſumſeris. Quod ſi per Partes eos conſumſeris, an per Partes tibi condicam, quaeritur. *Add.* Columel. 1, 4. *et* 4, 24. Per Partes emendare Plin. Epiſt. 1, 29. Per Partes facere Idem ib. 9, 18. Per Partes reficere aedes demolitas Vlpian. in l. Quid tamen. §. 1 D. Quib. mod. vſusfr. amittatur. Cic. Verr. 4, 32 Quum iſte ab ſeſe hydriam Boëthi manu factam praeclaro opere, et grandi pondere per Poteſtatem abſtuliſſet, ſe ſane triſtem et conturbatum domum reuertiſſe. Per Procuratores, aut per ſeipſum agere Idem Att. 4, 15. Per Quod effectum eſt, vt te conſulerem Plin. Epiſt. 10, 83. Per Rationem hanc aliquid alicui dare, *pro Ad hunc modum, hoc modo.* Cic. Verr. 2, 127 Ita Iouis illud ſacerdotium ampliſſimum per hanc Rationem Theomnaſto datur. Per Ridiculum Plaut. Truc. 2, 2, 8. Per Riſum et iocum aliquid contemnere Cicer. de Lege Agrar. 2, 95. Per Scelus et latrocinium ex fanis religioſis auferre aliquid Idem Verr. 3, 1, 57. Per Se, *pro ſua opera.* Cic. de Amic. Tanquam ſuperiorem colebat, ſuosque omnes per Se eſſe ampliores volebat. Per Se, *et* Propter Se, *hoc eſt Propter excellentiam ſui, vt excludatur omnis reſpectus et relatio ad finem vlteriorem.* Cic. de Amic. 82 Ita pulcherrima illa et maxime naturali carent amicitia, Per Se et Propter Se expetita. Per ſe aliquid poſſe, *quaſi Nullo adiutore.* Idem ib. 26 c. 8 Vt dandis, recipiendisque meritis, quod quisque minus per Se ipſe poſſet, id acciperet ab alio, viciſſimque redderet. Per Se ſibi quisque carus eſt, *Ex ſeſe, ſua natura, et quod dicitur Naturaliter.* Cic. de Amic. 82 c. 21 Ipſe ſe quisque diligit, non vt aliquam a ſeipſo mercedem exigat caritatis ſuae, ſed quod per Se ſibi quisque carus eſt. Idem de Finib. 1, 25 Si concederetur, etiam ſi ad corpus nihil referatur, iſta ſua ſponte et per Se eſſe iucunda, per Se eſſet et virtus et cognitio rerum, quod minime ille vult, expetenda. Per Se ipſe ac ſua ſponte ardor mouetur Cic. de Nat. Deor. 2, 31. Liu. 1, 49 Cognitiones capitalium rerum ſine conſiliis per Se ſolus exercebat. Per Se ipſa probitas parum tuta Sallust. in Iugurtha c. 14. Per Se ſplendet virtus ſemper, neque alienis vnquam ſordibus obſoleſcit Cic. pro Sext. 60. Per Se Scribon. 2. 10. 19 *etc. i. ſine admixtione.* Per Se, *i. Sponte* Idem 108. Per Se, vt eſt, datum 119. 185. Per Se facit 135. Per Se efferueſcere 250. *i. ſponte, non admiſto fermento alio.* Cato c. 17 Tum primum per Semen incipiunt maturae eſſe. *Sed recte hodie legitur* per ſementim. Neque per Senatum efficere potuit Nep. 24, 2, 1. Per Sententias aliquorum, iusque iurandum aliquid aſſequi Cic. pro Roſc. Amer. 8. Per Silentium adeſſe aequo animo, *Tacite audire* Ter. in prol. Phorm. 31. Per Silentium eo deducti Liu. 25. Cic. Verr. 6, 4, 6 Non ablata ex vrbibus ſociorum quatridui cauſa per Simulationem Aedilitatis, domum deinde atque ad ſuas villas auferebant. *Conf.* Caeſ. B. C. 2, 35. Per Simulationem amicitiae aliquem prodere Cic. poſt redit. ad Quirit. 21 c. 9. An Aeſculapius, an Serapis poteſt nobis praeſcribere per Somnium curationem valetudinis Idem de Diuin. 2, 123 c. 59. Per Spatium longiſſimum hoc receptaculo vtetur Plin. Epiſt. 6, 31. Per Speciem, *Simulata occaſione, per ſimulationem, fingendo.* Liu. 1, 41, 6 Itaque per aliquot dies, quum iam exſpiraſſet Tarquinius, celata morte, per Speciem alienae fungendae vicis, ſuas opes firmauit. *Add.* Idem 1, 3 *extr.* 24, 47, 12. 39, 35, 4. Plin. 5, 29 Alexander idem per duo Stadia continenti adnexuit. Per Stuprum, et flagitium violare, *vid.* Per Caſtimoniam, *ſupra.* Per Subitum, *idem quod Subito, repente.* Sil. 15, 145

Carthaginis omnes
Per Subitum raptae pernix victoria late
Terruerat gentes.

Per Subitum, *quia vno die Scipio rapuerat ſeu expugnauerat Carthaginem. Vid. Drakenb. et N. Heinſ.* Idem 14, 330

Qui ſimul affixo vicina in robora ferro
Suſtulerant ſublime ratem (miſerabile viſu)
Per Subitum rurſus laxatis arte catenis
Tanta praecipitem reddebant mole profundo,
Vt totam haurirent vndae cum milite puppem.

Per Succeſſiones plures traditae Plin. Epiſt. 10, 8. Per Succeſſiones ſibi ius vendicare Idem 12, 14. Per Suos inimicos aliquid ad te delatum eſſe, non ſine magno quidem dolore, is mihi viſus ſuſpicari Cic. ad Brut. 1. Per Tabem conſumi Scribon. 186. Per Tacitum, *idem quod Tacite.* Sil. 17, 216

Ductor defixos Itala tellure tenebat
Intentus vultus, manantesque ora rigabant
Per Tacitum lacrimae, et ſuſpiria crebra ciebat.

Per Te ſtetit, quo minus hae fierent nuptiae Ter. Andr. 4, 2, 16. Per Te tibi conſulis Hor. Epiſt. 1, 18, 1. Per Tempora illa Liu. 6, 1. Per Tempus, In tempore, ſiue tempeſtiue, *inquit* Donatus: aut Opportune. Plaut. Poen. 1, 1, 6 M. Scitum eſt; per Tempus: hoc eſt iam verbum vetus. Per Tempus aduenis Ter. Andr. 4, 4, 44. Per Tempus egredi Idem Hec. 4, 3, 15. Per Tempus ſubuenire alicui Plaut. Truc. 1, 2, 85. Per Tempus ſalices legere Cato c. 31. Per Tempus omne quo fuimus vna Plin. Epiſt. 10, 89. Liu. 2, 9 Multa igitur blandimenta plebi per id Tempus ab Senatu data. Cic. pro Roſc. Amer. 80 Per iſta Tempora. Per illa Tempora, *pro Illis Temporibus.* Liu. 6 Perrarae literae per illa Tempora fuere. Cic. in Verr. Act. 1, 67 Nulla res per Triennium, niſi ad nutum iſtius iudicata eſt. Idem Verr. 1, 57 Ea Populo Romano apportauit, per Triumphum vexit. Per Valetudinem quum poſſes venire, tamen noluiſti Cic. Fam. 7, 1. *Conf.* Idem Fam. 16, 7. Per Venas fuſus ſanguis Tacit. Hiſt. 4, 11. Cato de R. R. c. 151 Semen cupreſſi Tarentinae per Ver legi oportet. Per Viam fabulari in itinere Plaut. Ciſt. 5, 1. Per Vices, *Viciſſim.* Plin. Epiſt. 1, 3 Quid popinae? quid cubicula diurna, nocturnaque? poſſidentne te, et per Vices partiuntur? *Add.* Suet. Claud. c. 42. Per Vices annorum Plin. 12, 14. *h. e. Per Viciſſitudines.* Per Vim quod actum eſt, ratum eſſe non debet Cic. Off. 3, 110. Per Vim et ſcelus plurimum poſſe Idem pro Quint. 69. Per Vim medicamentorum Scribon. Epiſt. *i. Vi.* Per Vim Conſules creantur Plin. in Paneg. Per Vim vitium oblatum virgini Ter. Adelph. 3, 2, 10. Per Vim lata lex Aur. Vict. de Viris illuſtr. c. 62 *pr.* Per Vindemiam Scrib. 269, *i. Vindemiae tempore.* Per Vinum exortum diſſidium: *h. e. per ebrietatem* Plaut. Mil. 3, 1, 59. Cic. Acad. 4 Siue in quiete, ſiue per Vinum, ſiue per inſaniam. Per Vinum, aut per laſciuiam lapſis, capitalis poena remittenda eſt Arrius Menander in l. Omne D. de re militari. Cic. de Amicit. Quae ſe in quiete per Viſum ex Africano audiſſe dicebat. Per Vos, *ſiue* Per aliquem: *i. Beneficio alicuius.* Idem pro Roſc. Amer. Feret tamen aequo animo Iudices, ſi per Vos vitam et famam

famam poteſt obtinere. ¶ 2 *Obſeruatt.* Per, *pro Inter.* Virg. Georg. 1, 238

Has inter, mediamque, duae mortalibus aegris
Munere conceſſae diuûm, et Via ſecta per ambas,
Obliquus qua ſe ſignorum verteret ordo.

Vbi Seruius: Quum vitet vtramque temperatam, ipſa Praepoſitio Per pro Inter accipienda eſt. Per, *pro In.* Virg. Aen. 5, 837 Sub remis fuſi, per dura ſedilia nautae, *i. Iacentes in duris ſedilibus.* Per, *pro Trans.* Plin. 12, 5 Fructus per folia ſolibus coctus praedulci ſapore. Per, *pro Sub praetextu.* Cic. pro Caecin. 7 Qui per tutelam aut ſocietatem, aut rem mandatam, aut fiduciae rationem fraudauit quempiam: in eo, quo delictum maius eſt, eo poena eſt tardior. Per, *ſaepe eleganter transponitur, vt antea obſeruatum eſt in voce* Deos. *Sic*, Per enim magni aeſtimo tibi firmitudinem animi noſtri, et factum noſtrum probari Cic. Att. 10, 10. Per mihi mirum viſum eſt Scaeuola te hoc illi concedere, *etc.* Idem de Orat. 1, 214 c. 49. Per mihi, per inquam gratum feceris Idem Att. 1, 20 *extr.* Per, *in compoſitione ſignificationem ſaepe intendit; vt* Perbenignus, Perabſurdus, Perſpicio, Peruerto, Percello. *Interdum corruptionem et perditionem notat, vt in ipſo* Perdo, *vt in* Perimo, Pereo, Peruerto. Perfidus, Periurus, *etc.* *In aliis continuationem quandam notat, vt* Perſedere, *eſt totum diem ſedere: et* Perſpectare, *Ad finem vsque ſpectare.* *Sic* Perſtare, Pernoctare, Peruigil.

PERA, ae. f. [πήρα] *Pellis a collo ad lumbos pendens. A quo* Pera, *Sacculi genus.* *Hinc* Peram viatoriam *vocamus, qua panem et aliquid opſonii geſtare viatores ſolent.* Martial. 14, 81 Ne mendica ferat barbati prandia nudi, Dormiat et tetrico cum cane, pera rogat. Cum baculo peraque ſenex Martial. 4, 53 *de philoſopho.* *Conf.* Apul. Apol. p. 287 *et* 288. *Vid.* Phaedr. 4, 9, 1 Peras impoſuit Iupiter nobis duas.

PERVLA, ae. f. Dimin. [πηρίδιον] Sen. Epiſt. 91 (90) Exemtum protinus e perula calicem fregit. Apul. Met. 5 p. 165 Quantum, putas, boni nobis geris in iſta perula, *ad Pſychen grauidam, qui locus valde accommodatus eſt ad ſuſpicionem virorum doctorum firmandam, cum* Quinct. 8, 3, 54 *ſic legi volunt*, Cum in Panſam declamans *Hirtius*, filium a matre decem menſibus in vtero latum eſſe dixiſſet; Quid aliae, inquit *Cicero*, in perula ſolent ferre? *Editum eſt* penula.

PERATIM. Adu. Peratim ductitare *dicebantur heros ſerui: qui argento illos, quantum capit pera, circumduxerunt:* Plaut. Epid. 3, 2, 15. *Maior modus eſt* Follitim *v. v. ſub* FOLLIS.

PERENTICIDA, ae. m. *Qui peram ſeu marſupium ſuum incidit, Comico ioco fictum a* Plauto Epid. 3, 2, 13 Ego patrem tuum perenticidam faciam.

PERABSVRDVS, a, um. Adi. [λίαν ἄτοπος] *Valde abſurdum ſignificat.* Cic. Acad. 4 Illud vero perabſurdum quod dicitis, probabilia vos ſequi, ſi re nulla impediremini. *Conf.* Idem de Fin. 5 c. 11. Perabſurda verba Cic. in Partit. 54. Per enim abſurdum eſt l. 25 D. de probat.

PERACCOMMODATVS, a, um. Adi. Per fore accommodatum tibi Cic. Fam. 3, 5.

PERĀCER, cris, cre. Adi. [πολυδριμὺς] *Valde acre et vehemens.* Cic. Fam. 9, 16 Sed tamen ipſe Caeſar habet peracre iudicium. Acetum peracre Plaut. Bacch. 3, 3, 1.

PERACERBVS, a, um. Adi. [πολύστρυφνος] *Valde acerbus.* Cic. de Senect. 53 c. 15 Primo eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit. *de vua.* *Tralate.* Plin. Epiſt. 6, 5 Mihi peracerbum fuit, quod, *etc.*

PERACESCO, ui, ĕre. [μέγα ὀξύνομαι] *Valde acre et acidum fieri.* Plaut. Bacch. 5, 1, 13 Hoc, hoc eſt, quod peraceſcit, hoc demum eſt, quod percrucior me hoc aetatis ludificari.

PERACTIO, *vid.* PERAGO.

PERACTICVM, i. n. *Gummi genus.* *Vid.* PERATICVM.

PERACVO, ui, utum, ĕre. [μέγα ὀξύνω] *Valde acutum facere.* Cato c. 40 Sumito tibi ſurculum durum, eum peracuito, ſalicem Graecam diſcindito. *Sed nunc editur*, praeacuito.

PERACŪTVS, a, um. Adi. [ἐρίθηκτος, ὀξύθηκτος] *Valde acutum ſignificat.* Cic. Verr. 2, 108 c. 44 Videtis illum ſubcriſpo capillo, nigrum, qui eo vultu nos intuetur, vt ſibi ipſe peracutus eſſe videatur. Martial. 3, 24 Vt cito teſticulos peracuta falce ſecaret. Peracutus et callidus homo Cic. in Brut. Ingenioſus et peracutus homo Idem Verr. 2, 108 c. 44. Idem pro Planc. 73 Fingenda fuit mihi Iudices, cauſa peracuta, vt ei, quem mihi debere oporteret, ego me omnia debere dicerem. Peracuta vox Cic. in Bruto 241. Peracutum, *Ingenioſum.* Idem pro Caecin. 84 Non deieci, ſed eieci: peracutum hoc tibi videtur: hic eſt mucro defenſionis tuae.

PERACŪTE. Adu. [περιοξέως] Cic. Acad. 1, 35, c. 10 Sed Zeno quum Arceſilam anteiret aetate, valdeque ſubtiliter differeret, et peracute moneretur, corrigere conatus eſt diſciplinam. Idem Fam. 3, 7, 2.

PERADOLESCENS, entis. c. *Admodum adoleſcens.* Cic. pro Lege Manil. 61 c. 21 Quid tam praeter conſuetudinem, quam homini peradoleſcenti imperium atque exercitum dari?

PERADOLESCENTŬLVS, i. m. Hic peradoleſcentulus ad amicitiam acceſſit Philippi Nep. 18, 1, 4.

PERAEA, ae. f. [Περαία] *A πέραν trans, vltra*, vlterior Iudaeae pars, Arabiae et Aegypto proxima, aſperis diuiſa montibus, et a reliqua Iudaea Iordane amne diſcreta Plin. 5, 14.

PERAEDĬFĬCO, āre. [τελέως οἰκοδομῶ] *Aedificationem abſoluere.* Columel. 4, 3 *pr.* Ab inchoato domos exſtruunt, nec peraedificatis cultum adhibent.

PERAEQVVS, a, um. Adi. [πανεπιεικής] *Valde aequum ſignificat.* Cic. Verr. 4, 46 c. 21 Vt hoc liceret ſuſpicari, fuiſſe aliquando apud Siculos peraequa proportione caetera.

PERAEQVE. Adu. [ἐπίσης, ἐξ ἴσου] *Admodum iuſte, aeque, aequaliter.* Cic. in Piſon. 96 Quod cum peraeque omnes, tum acerbiſſime Boeotii et Byzantii Cherroneſes, Theſſalonica ſenſit. Caeſae peraeque legiones Antonii Cic. Fam. 10, 33. Peraeque narrabat incenſam eſſe iuuentutem Idem Att. 2, 8. *Add.* ib. Epiſt. 19. Atque haec peraeque in omni agro decumano reperietis Cic. Verr. 3, 21. Idem in Orat. 20 Tria ſunt omnino genera dicendi, quibus in ſingulis quidam floruerunt, peraeque autem (id quod volumus) perpauci in omnibus. *Conf.* Nep. 25, 13, 6.

PERAEQVO, āre. [ἐξισόω] *Aequum facere.* Colum. 3, 3 Et apud me octogenae ſtirpes inſitae intra biennium ſeptenos culeos peraequarent. Idem 3, 9.

PERAEQVATVS, a, um. Partic. Vitruu. 5, 1 *et* 4. 9, 4 *et* 7. 10, 14 *et* 17.

PERAEQVATIO, ōnis. f. Temporum Solin. c. 1 (*al.* 3) *al.* Adaequatio. Similitudinum Tertull. adu. Marc. 4, 29. *Add.* Idem adu. Valent. c. 12. *et* de Monog. c. 12. *et* de Reſurr. c. 52.

PERAEQVATOR, ōris. m. [ἐξισωτής] Peraequatores, *fuiſſe videntur* retractatores *quidam cenſuum, qui viderent, vt aequabili proportione ſeruata tributa et cenſus imponerentur exigerenturque.* Vet. Inſcript. apud Gruter. p. 361 n. 1 PERAEQVATORI CENSVS PROVINCIAE GALLECIAE. *Vid.* Caſſiod. Varr. 10. *Gothofr. ad* l. 13 tit. 11 Cod. Theod. *Geſner. ad Lucian. Philopatr. c. 19.*

PERĂGO, ēgi, actum, ĕre. [περαίνω, τελέω, διαπράττομαι, διανύω, ἐπιτελέω] *Perficere.* Liu. 1, 28 Rex caetera vt orſus erat, peragit, *de oratione et actione publica ſermo eſt.* Peragit tranquilla poteſtas, Quod violenta nequit Claud. Conſul. Mallii Theod. v. 239. Aeſtates ſalubres peragere Hor. Serm. 2, 4, 22. Aeuum peregit Ouid. Met. 15, 485. Bella peraguntur milite vitreo Lucan. *ad* Piſon. 181. *De ludo ſcacchorum loquitur.* Iuſta peragere Ouid. Met. 2, 627. Carmina Boëth. de Conſ. Phil. 1 Met. 1. Cibum peragere, *pro Conficere* Plin. 9, 56. Comitia Cic. de Nat. Deor. 2, 10. Concilium peragit Caeſar, equitesque imperat ciuitatibus Caeſ. Bell. Gall. 6, 4. Curſum peregi, quem dederat fortuna Virg. Aen. 4, 653. Dicta alicuius peragere Ouid. Met. 8, 815. Domum Suet. Othon. c. 7. Donum Virg. Aen. 5, 362. Fabulam aetatis Cic. de Senect. 69. Imperium Hor. Carm. 4, 14, 39. Inceptum Virg. Aen. 4, 452. Inceptum iter peragunt Idem ib. 6, 384. Indicium verum peragere, *pro Indicium ſuum comprobare et verum eſſe oſtendere* Liu. 6, 16 *pr.* Iuſſa peragere Ouid. Met. 2, 119. Latus enſe peregit Idem Epiſt. 4, 119. *h. e. Penetrauit latus enſe, enſem per latus egit, ſeu adegit.* Vlpian. in l. Qui procuratorem. D. de procur. Qui procuratorem dat, vt confeſtim agat: is intelligendus eſt permittere procuratori, et poſtea Litem peragere. Mandata peragere Ouid. Met. 7, 502. Mortem peragere Plin. Epiſt. 3, 14. Nauem peregit in portum Plaut. *i. Perduxit.* Noctes multas peregi inſomnes Apul. Noctem peregi vacuus ſomno, *h. e. Transegi* Ouid. Amor. 1, 2, 3. Otia mollia peragebant gentes Idem Met. 1, 100. *Reputare apud ſe:* Virg. Aen. 6, 105 Omnia praecepi, atque animo mecum ante peregi. Opus peregit Ouid. Amor. 1, 4, 48. Paginam Martial. 11, 25. Partes ſuas peragere, *Facere officium ſuum* Plin. Epiſt. 7 vlt. Partes alicuius Ouid. Amor. 2, 15, 26. Penſum laboris Colum. 3, 10. Poſtulata Liu. 1, 32. Regnumque aeuumque peregit Ouid. Met. 15, 485. Res geſtas peragere, *Deſcribere res geſtas, ſcriptis declarare et perſcribere* Liu. 2 praef. Reum lege, *vid.* LEX n. 5. Sententiam peragere *Achever de dire ſon opinion:* Liu. 3, 40 Quum aliud praeterquam de quo retuliſſent Decemuiri, edicere prohiberent: Claudium interpellandi verecundia fuit. Sententiam igitur peregit, nullum placere Senatus conſultum fieri. Idem 7, 35 *pr.* Vbi Sententiam meam vobis peregero, tum quibus eadem placebunt, in dexteram partem taciti tranſibitis. Seria nulla peraguntur fronte coronata Ouid. Faſt. 5, 341. Sol duodena peragit ſigna Idem Met. 13, 618. Vbi finis arenae proxima marmoreo peragit Spectacula muro Calpurn. Ecl. 7, 49 *i. finit, terminat.* Tenorem inceptum fortuna grauis peragit Ouid. Epiſt. 15, 59. Vita peragenda ſub axe Idem Triſt. 4, 8, 41. Volumina peragere Plin. Epiſt. 3, 5. Vota Ouid. in Ibin 97. ¶ 2 *Formulae aliae:* Peragere, *pro Fortiter agere.* Senec. Epiſt. 59 Hunc quem Graeci oeſtrum vocant pecora peragentem, et totis ſaltibus diſſipantem, *i. Vrgentem ad continuum curſum.* Peragere aliquem reum, *i. Condemnare.* Vlpian. D. Ad leg. Iuliam de adulteriis. l. Ex lege, Peregiſſe reum non alias, quis videtur, niſi et condemnauerit. Peragi reus *in criminibus, non res peragi dicitur.* *Eſt autem* Reum peragere, *Ita rei accuſationem perſequi, vt reus tandem damnetur.* Paull. Deſtitiſſe autem is videtur, qui intra praefinitum accuſationis a praeſide tempus reum ſuum non peregerit. *Hactenus Budaeus.* Reus peragor ore populi Ouid. Triſt. 1, 1, 24. *Add.* Plin. Epiſt. 3, 9. Peragere cenſuram Idem 7, 29. *Pro Interficere ponitur.* Sil. 11, 363 Nec tantum fata dederunt Externa peragi dextra. Martial. 5, 38 Quam peſſimorum lex auara fatorum Sexta peregit hieme nec tamen tota. *Et* 7, 46 Iamque peractus eras. *i. Finitus, ſiue mortuus.* *Conf. Burm. ad* Quinct. Decl. 8, 16 p. 182.

PERACTVS, a, um. Part. [τετελεσμένος] Caedes ingens peracta Virg. Aen. 9, 242. Cauſa Ouid. Met. 15, 36. Conſulatus Cic. in Piſon. 7 c. 3. Conuentibus Galliae peractis Caeſ. B. G. 5, 1. Imitamentis triſtitiae peractis, curiam ingreditur Tacit. Ann. 13, 4. Imperia Hor. Carm. 4, 14, 40. Lux Ouid. Epiſt. 21, 85. Opus Stat. Silu. 1, 1, 2. Res tenues tenui ſermone peractae Hor. Serm. 2, 4, 9. Sacra peracta deo Ouid. Faſt. 5, 630. Tempus melius peractum eſt Idem de Arte Am. 2, 665. Vellera Iuuen. Sat. 2, 54. Vita ſine labe Ouid. ex Pont. 2, 8 (7) 48. Votum Iuuen. Sat. 10, 6.

PERACTIO, ōnis. f. [τελείωσις] Cic. de Senect. 86 c. 23 Senectus autem, peractio aetatis eſt.

PERACTOR, ōris. m. *Qui perficit; apud* Senecam *eſſe dicitur.*

PERAGĬTO, āre. *Frequenter commouere.* Colum. 12, 19, 4 Et nihilominus ſubinde foeniculo peragitet *muſtum*, ne quid ſubſederit, quod poſſit plumbeum perforare. *Sic* Peragitare vaſa ſpatha Idem 12, 20, 4. Rutabulo 12, 24, 4. Lignea rudicula 12, 46, 3. *Eſt etiam* Sen. de Ira 1, 7.

PERĂGITĀTVS, a, um. Partic. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 80 Vehementius peragitati ab equitatu.

PERAGRO, āre. [περινοστέω, περιχωρέω] *Ex* Per *et* Ager, *agri compoſitum; ſignificat* Inquirendo circuire, *vt ait* Seruius: *ſiue Huc et illuc proficiſci.* Cic. de Diuin. 1, 94 c. 42 Arabes autem et Phryges, et Cilices, quod paſtu pecudum maxime vtuntur, campos et montes hyeme et aeſtate peragrantes, propterea facilius cantus auium et volatus notauerunt. Virg. Aen. 1, 388 Ipſe ignotus, egens, Libyae deſerta peragro. Agros et nemora Cic. de Aruſp. Reſp. 24 c. 11. Aſiam in labore militari Idem pro Muraen. 11. A me tota Aſia peragrata eſt Idem de Cl. Orat. c. 91. Belli diuerſa peragrat Valer. Argon. 6, 302. Loca auia peragro Lucret. 1, 925. Maria peragrare pedibus, claſſibus montes Cic. de Fin. 2, 112. Prouincias omnes peragraſſe gloriatur Aſellus Idem de Orat. 2, 258 c. 64. Regiones has arma Popul. Rom. peragrarunt Idem de Prouinc. Conſ. 15. Idem Off. 3, 2 c. 1 Et ob eam cauſam vrbe relicta, Rura peragrantes, ſaepe ſoli ſumus. Saltus peragrat Dictaeos Virg. Aen. 4, 72. Peragrare *etiam dicitur de nauigatione.* Iuſtin. 12, 10, 1 Ipſe cum lectiſſima manu nauibus conſcenſis oceani litora peragrat. Cic. pro Milon. 99 c. 35

Centeſima lux eſt haec ab interitu P. Clodii: et opinor vltra, quam fines imperii Pop. Rom. ſunt, non ſolum Fama iam de illo, ſed etiam laetitia peragrauit. Mente innumerabiles mundos, infinitasque regiones, quarum nulla eſſet ora, nulla extremitas, peragrare Cic de Fin. 2, 102 c. 31. Mente, animoque peragrauit omne immenſum Lucret. 1, 75. Cic. de Orat. 1, 222 Sed ita peragrat per animos hominum, ita ſenſus mentesque pertractat, vt non deſideret philoſophorum deſcriptiones. Cic. pro Cael. 53 c. 22 Poſſum omnes Latebras Suſpicionum peragrare dicendo: non cauſa, non locus, non facultas, non conſcius, non perficiendi, non occultandi maleficii ſpes, non ratio vlla, non veſtigium maximi facinoris reperietur.

PERAGRANS, antis. Partic. [περιχωρῶν] Mater ſaltus orbata peragrans Lucret. 2, 355. Idem ibid. 675.

PERAGRANTER. Adu. Ammian. 14, 1 (3) Peragranter et diſſimulanter adſiſtere.

PERAGROR, ari. Dep. Paterc. 2, 97, 4 Peragratusque victor omnes partes Germaniae domuit eam.

PERAGRATVS, a, um. *Aliud* Partic. [περικεχωρημένος] Cic. de Fin. 5, 87 A quibus propter diſcendi cupiditatem videmus vltimas terras eſſe peragratas. Vicinis regionibus peragratis Aur. Vict. c. 6. Montis peragrati ſaxa Sen. Theb. Magi peragrati *dicuntur* a Pythagora et Democrito Plin. 25, 2. *i. perluſtrati.* Sic Pythagoras Memphiticos vates, ſic Plato Aegyptum et Archytam Tarentinum, eamque oram Italiae, quae quondam Magna Graecia dicebatur, laborioſiſſime peragrauit Hieron. Ep. 103 *ad* Paullin. c. 1.

PERAGRATIO, onis. f. [περιχώρησις] Cic Philipp. 2, 57 c. 23 Quae fuit eius peragratio itinerum, luſtratio municipiorum.

PERAGRATOR, oris. m. *Vnde*

PERAGRATRIX, icis. f. Mart. Capell. 6 p. 192 Squalentior peragratrix.

PERALBVS, a, um. Adi. Apul. Met. 1 p. 103 Equus peralbus. Idem 5 p. 171 Auis peralba.

PERAMOENVS, a, um. Adi. Tacit. Ann. 4, 67, 3 Aeſtas peramoena.

PERAMBVLO, are. [περιπολέω, διοδεύω] Varro de R. R. 1, 2 Vos, qui multas perambulaſtis terras. Plaut. Moſt. 3, 2, 122 Aedes perambula. Frigusque perambulat Artus Ouid. Her. 9, 135. Cubilia omnium perambulare Catull. in Iulium Caeſ. ſ. 57, 7. Bos tutus rura perambulat Hor. Carm. 4, 5, 17. Perambulabis aſtra ſidus aureum Idem Epod. 17, 41.

PERAMBVLATVS, a, um. Partic. Perambulatus Romanis legionibus Niphates Sidon. Carm. 23, 93.

PERAMPLVS, a, um. Adi. [πολυπλατύς] Cic. Verr. 4, 109 Sunt ea ſimulacra perampla atque praeclara, ſed non ita antiqua. *Id.* Simulacra duo perampla et pulcherrima Cic. Verr. 4 c. 49.

PERAMO, are. [ὑπερφιλέω] *Valde, vel Vsque ad finem amare. Laudatur* Cic. de Legib. 1, 49 c. 18 Vbi illa ſancta amicitia, ſi non ipſe amicus peramatur toto pectore? *Sed hodie legitur, et recte, puto,* Per ſe amatur.

PERAMANS, antis. Partic. [ὑπερφιλῶν] Cic. Att. 4, 18 Homo peramans ſemper noſtri fuit, nec mihi vnquam odio.

PERAMANTER. Adu. [πολυφίλως] Cic. Fam. 9, 20 Qui me quidem peroſſicioſe et peramanter obſeruant.

PERAMPVTO, are. Vulnus ita inſanabile facit, vt totum peramputandum ſit Colum. 7, 5.

PERANCEPS, cipitis. Adi. Labor peranceps Ammian. 29, 5 Valeſ. (c. 30 *Grut.*)

PERANGVSTVS, a, um. Adi. [πολύστενος] *Admodum anguſtum ſignificat.* Cic. Verr. 5, 169 Vt ille in dolore, cruciatuque moriens, peranguſto freto diuiſa ſeruitutis ac libertatis iura cognoſceret. Peranguſto aditu relicto Salluſt. Iug. c. 92. Via Liu. 22, 4.

PERANGVSTE. Adu. [πολυστενῶς] Cic. de Orat. 1, 163 c. 35 Sed tu hoc nobis da Scaeuola et perfice, vt Craſſus haec, quae coarctauit, et peranguſte referſit in oratione ſua, dilatet nobis, atque explicet.

PERANNA, ae. f. *Dea, temporis praeſes a veteribus credita, cui ſacrificabant menſe Martio.* PERENNA *fere ſcribitur. Vid.* ANNA. Martial. 4, 64, 17 Annae pomiferum nemus Perannae.

PERANNO, *vid.* PERENNO, *quod frequentius.*

PERANTIQVVS, a, um. Adi. [ἀρχαιότερος] Cic. de Clar. Orat. 41 c. 10 Atque hunc proximo ſaeculo Themiſtocles inſequutus eſt, vt apud nos perantiquus, apud Athenienſes, non ita ſane vetus. *Sic* Verr. 4, 4 c. 2.

PERAPPOSITVS, a, um. Adi. [σφόδρα ἐπιτήδειος] *Valde appoſitus.* Cic. de Orat. 2, 274 c. 57 *extr.* Sunt etiam illa ſubabſurda, ſed eo ipſo nomine ſaepe ridicula, non ſolum mimis perappoſita, ſed etiam quodammodo nobis.

PERARDEO, ere. In tuguri vicina ſtrage perarſit Paullin. Nat. Felic. VIII, 404.

PERARDVVS, a, um. Adi. [πολυχαλεπός] Cic. Verr. 3, 166 c. 71 Mihi autem hoc perarduum eſt demonſtrare.

PERARESCO, ui, ere. [παγξηραίνομαι] *Prorſus aridum fieri.* Columel. 11, 3 Sed nec patiendum eſt, vt perareſcat, aut totum decidat. Herba, quoad perareſcat, furcillis agitari debet: cum peraruit, *etc.* Varro R. R. 1, 49. *Add.* Colum. 12, 15.

PERAREFACIO, ere. Theod. Priſcian. de Diaeta 1 c. 21.

PERARIDVS, a, um. Adi. [πάγξηρος, πολυκαγκής] *Valde, vel prorſus aridum ſignificat.* Columel. 2, 19 Eſt autem modus in ſiccando, vt neque peraridum, neque rurſus viride colligatur. Idem 3, 11.

PERARGVTVS, a, um. Adi. [πολυσωμύλος] Cic. de Clar. Orat. 167 c. 45 Quem ſtudebat imitari L. Afranius Poëta, homo perargutus, in fabulis quidem etiam, vt ſcitis, diſertus. Tintinnabula Apul. Met. 10 p. 243.

PERARMO, are. Prudent. Cath. 6, 85 Huius manum potentem Gladius perarmat anceps.

PERARMATVS, a, um. Partic. Curt. 4, 9, 66 Hoc modo inſtructo exercitu et perarmato. *Conf.* §. 23.

PERARO, are. [καταροτριάω] *ex Per et Aro compoſitum. Metaph.* Ouid. Met. 14, 96 Nareſque a fronte remiſſas Contudit, et rugis perarauit anilibus ora: *Nempe rugi ſunt velut ſulci quidam.* Pontum perarare, *i. Mare nauibus ſulcare* Senec. Med. 8. v. 650. Perarare carmina auro Stat. Silu. 4, 5, 24. Litera peraratur blandis verbis Ouid. de Arte Am. 1, 455.

PERARANS, antis. Partic. [καταροτριῶν] Ouid. Met. 9, 563 Talia nequidquam perarantem plena reliquit Cera manum, *h. e. Scribentem.*

PERARATVS, a, um. Partic. [καταροτριωθείς] Tabellae peraratae Ouid. Amor. 1, 11, 7. Litera Idem Triſt. 3, 7, 1. Cerebrum crebra vibice Sidon. Epiſt. 3, 13. *i. calua.*

PERASPER, era, erum. Adi. [πολυτραχύς] *Valde aſperum ſignificat.* Celſ. 5, 28, 14 *de thymio,* At thymion nominatur, quod ſuper corpus quaſi verrucula eminet, ad cutem tenue, ſupra, latius: ſubdurum: in ſummo, peraſperum.

PERASTVTVS, a, um. Adi. [πολυμήχανος] *Valde aſtutus. A quo*

PERASTVTE. Adu. Plaut. Truc. 2, 2, 43 Vt peraſtute eum iniiciatis in malam fraudem, et praemium. *Al. aliter.*

PERASTVTVLVS, a, um. Adi. Apul. Met. 9 p. 219 Mulier callida et ad huiusmodi flagitia peraſtutula.

PERATICVM, i. n. *teſte* Plin. 12, 9 Bdellii genus eſt, quod in Media defluit ex arbore, quam nonnulli Brochon, alii Malacram, aliqui etiam Maldacon appellant: *περατικὸν forte, quod ἐκ περάτων τῆς γῆς aduehitur.*

PERATTENTVS, a, um. Adi. [λίαν προσέχων] *Valde attentus.* Cic. Verr. 3, 10 c. 5 *pr.* Superiore omni oratione perattentos veſtros animos habuimus.

PERATTENTE. Adu. [λίαν προσεχόντως] Cic. pro Cael. 25 c. 11 *pr.* Animaduerti enim Iudices audiri a vobis meum familiarem L. Herennium perattente.

PERAVDIENDVS, a, um. Partic. Plaut. Mil. 1, 1, 34 Auribus peraudienda ſunt. *Vid. Gronou.*

PERBACCHOR, ari. [κωμάζω] *Perpotare et luſitare conuiuiis frequentandis.* Cic. Philipp. 2, 104 c. 41 At quam multos dies in ea villa turpiſſime es perbacchatus? ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.

PERBACCHATVS, a, um. Partic. [κεκωμακώς] Claud. de Bell. Get. 242 Paſſimque crematas Perbacchata domos nullis incendia cauſis.

PERBASIO, are. Puerum perbaſiamus Petron. c. 41. *Vid. h. l. Heinſ. p. 184.*

PERBEATVS, a, um. Adi. [πανόλβιος] *Valde beatus.* Cic. de Orat. 1, 1 Cogitanti mihi ſaepenumero, et memoria vetera repetenti, perbeati fuiſſe Quinte frater illi videri ſolent, *etc.*

PERBELLVS, a, um. Adi. *A quo*

PERBELLE. Adu. [μάλα κόμψως] Cic. Fam. 16, 18 Sed ſi me amas, quod quidem aut facis, aut perbelle ſimulas. *Conf. ad* Att. 4, 4. *Vid.* BELLVS.

PERBENE. Adu. [μάλα καλῶς] *Valde bene.* Cic. de Clar. Orat. 108 c. 28 Perbene loqui Latine putabatur. Fortunam perbene feciſſe Liu. 45, 3.

PERBENEVOLVS, a, um. Adi. Cic. Fam. 14, 4 Cennius eſt perbeneuolus nobis: *i. Valde beneuolus.*

PERBENIGNE. Adu. [πολυφιλοφρόνως] *Valde benigne.* Ter. Adelph. 4, 5, 69 Dî me pater omnes oderint, ni magis te, quam oculos nunc amo meos. M. quid? quam illam? AE. aeque. M. perbenigne. Cic. Q. Frat. 2, 1 Perbenigne mihi reſpondit.

PERBIBO, bibi, bibitum, ere. [ἀποπίνω] *Auget ſignificationem ſimplicis.* Plaut. Stich. 2, 2, 16 At ego perii, cui medullam laſſitudo perbibit. Cato c. 130 Perbibant bene amurcam ligna. Colum. 7, 4, 8 Vbi per triduum delibuto tergore medicamina perbiberit *ouis.* Ouid. Met. 6, 397 Terra lacrimas venis perbibit imis. Totas perbibit flammas Senec. Herc. Oet. ſ. 4. *Tralate.* Sen. Epiſt. 36 Perbibere liberalia ſtudia. Idem de Ira 1, 6 Perbibiſti nequitiam. Idem Epiſt. 71. Ouid. Ibide 233 Perbibit inde ſuae rabiem nutricis alumnus. Horat. Epiſt. 1, 2, 37 Nunc pectore puro Perbibe verba, puer, nunc te melioribus offer.

PERBIBESIA, ae. f. *Vox ficta de Prouincia, vbi ſtrenue potetur.* Plaut. Curc. 3, 1, 74 Perediam et Perbibeſiam ſubegit ſolus. *Hinc forte emendandus* Feſtus, Perediam et Bibeſiam Plautus finxit ſua conſuetudine, cum intelligi voluit cupiditatem edendi et bibendi. *Forte leg.* Perbibeſiam.

PERBITO, ere. *Perire.* Pacuu. Periboea, Nam me perbitere, illis opitularier quouis exitio cupio, dum proſim modo. Liu. Andron. Tereo, Ego puerum interea ancillae ſubdam laetantem meae, ne fame perbitet. Nonius 2, 654. Plaut. Pſeud. 3, 1, 12 Si quis non hodie munus miſiſſet ſibi, Eum cras cruciatu maximo perbitere.

PERBLANDVS, a, um. Adi. [πολυάρεσκος] *Valde blandus.* Cic. Q. Frat. 1, 2 Succeſſorem habes perblandum, caetera valde illius aduentu tua requirentur. Perblanda ac benigna oratio Liu. 23, 10.

PERBLANDE. Adu. Cum perblande ſalutauiſſet Macrob. Sat. 1, 2.

PERBONVS, a, um. Adi. [πολύεσθλος] *Valde bonum ſignificat.* Cic. pro Flacco 71 Agros habent et natura perbonos, et diligentia, culturaque meliores. Perbona toreumata Idem Verr. 4 c. 18. *Et* Att. 6, 1 Quoad mecum rex fuit, perbono loco res erat: poſtea Pompeii procuratoribus ſexcentis premi coeptus eſt.

PERBREVIS, e. Adi. [πολυβραχύς] *Valde breuis.* Cic. de Clar. Orat. 158 Quodque difficile eſt, idem et perornatus, et perbreuis. Perbreuis aeui Carthago Liu. 28, 25. Iſtos inter ſe perbreui Tempore ſtudiorum turpitudo ſimilitudoque coniunxit Cic. Verr. 3 c. 9. Tempus perbreue Ouid. Triſt. 4, 10, 70. *Aliquando interponitur dictio inter Per et Breuis.* Cic. pro Cluent. 2 c. 1 Altera pars ea, quae propria eſt iudicii veſtri, et legitimae veneficii quaeſtionis, per mihi breuis, et non magnae in dicendo contentionis fore videtur.

PERBREVI. Adu. *intell. tempore interiecto.* Cic. Fam. 6, 12, 9 Sed id erit perbreui.

PERBREVITER. Adu. [πολυβραχέως] *Valde breuiter.* Quae ego nunc perbreuiter attingo Cic. pro Domo c. 15. Idem de Orat. 2, 235 Ac ne diutius vos demorer, de omni iſto genere quid ſentiam, perbreuiter exponam.

PERCA, ae. f. [πέρκη] *Piſcis.* Plin. 32, 10 Carcinomata percarum capita ſalſarum. Idem 9, 16. Apic. 10, 1. Ouid. Halieut. 112.

PERCALEFACIO, ere. *et* PERCALEFIO, eri. [ὑπερθερμαίνω] *Vnde*

PERCALEFACTVS, a, um. Partic. Lucret. 6, 177 Mobilitate ſua feruefcit, vt omnia motu Percalefacta vides ardeſcere. *Conf.* Vitruu. 8, 2 *et* 3. Val. Max. 9, 12, 4.

PERCALEO, ui, ere: *et* PERCALESCO, ere. [ἐκθερμαίνομαι, ὑπερθερμαίνομαι] *Valde caleo* Ouid. Met. 1, 417

Caetera diuerſis tellus animalia formis
Sponte ſua peperit, poſtquam vetus humor ab igne
Percaluit ſolis.

Lucret. 6, 280 Inde, vbi percaluit vis venti, vel grauis ignis, *etc.*

PER-

PERCALLEO, ui, ēre. [πάντως παρῶμαι] *Induratum vel obduratum eſſe in re aliqua, vt iam callis contractis quaſi, ſenſum amiſerimus.* Cic. pro Milon. 77 c. 28 Sed neſcio, quo modo iam vſu obduruerat, et percalluerat ciuitatis incredibilis patientia. Cic. de Orat. 2, 147 c. 34 Si modo Vſum rerum percallueris, nihil te effugiet, *h. e. Perfecte callueris, intellexeris.*

PERCANDĬDVS, a, um. Adi. [πολυαργὴς] *Valde candidus.* Celſ. 5, 19, 24 *de elephantino emplaſtro*, Eſt autem ea percandida compoſitio. Gemma Solin. c. 50 (37)

PERCANTĀTRIX, īcis. f. [γοητεύτρια] Plaut. Mil. 3, 1, 98 Da, quod dem Quinquatribus, percantatrici, collectrici, ariolae, atque haruſpicae. Praecantrici *probat Salmaſ.*

PERCAPABILIS, e. Adi. Percapabilis vitae Interpr. Iraen.

PERCARVS, a, um. Adi. Iuſtin. 12, 12, 11 Obſequiis regi percarus.

PERCAVTVS, a, um. Adi. [πολυευλαβὴς] Cic. Q. Frat. 1, 1 Delectus in familiaritatibus et prouincialium hominum et Graecorum percautus et diligens.

PERCEDO, ĕre. Non. 2, 704 *dici ait* vt Decedere, *laudatque* Cic. in Orat. 159 c. 48 Conciſum non conceſſum, et quod quidam perceſſum etiam volunt. *Sed variatur apud Nonium, et in* Cicerone *hodie ſic legitur: Conciſum* non *concaeſum:* ex quo quidam *pertiſum* etiam volunt, quod eadem conſuetudo non probauit. Pertiſum *pro* Pertaeſum.

PERCELĔBRIS, e. Adi. Mela 2, 3 Templum Iunonis vetuſtate et religione percelebre. Gloria percelebris Plin. 10, 5.

PERCELEBRO, āre. [ὑπερφημίζω] *Maxime diuulgare.* Cic. Verr. 7 (5) 80 c. 31 De qua muliere plurimi verſus, qui in iſtius cupiditatem facti ſunt, tota Sicilia percelebrantur. Audita et peruulgata et percelebrata ſermonibus res eſt Cic. pro Cael. 69 c. 29.

PERCĔLER, ĕris, ĕre. Adi. [πυλυωκὺς] *Admodum celer.* Cic. pro Cael. 58 c. 24 Habuiſſe aiunt domi, vimque eius eſſe expertam in ſeruo quodam ad rem ipſam parato: cuius perceleri interitu eſſe ab hoc comprobatum venenum.

PERCELERITER. Adu. Recepit, perceleriter ſe ablaturum diploma Cic. Fam. 6, 12.

PERCELLO, cŭli, culſum, ĕre. [καταπαίω, περιτρέπω, πλήττω] *Ita impellere, vt loco moueatur, quod impulſum eſt.* Euertere, percutere, *inquit* Nonius. Varro Parmenone, Alius teneram abietem ſolus percellit. Ter. Eun. 2, 3, 87 Perii, quid ego egi miſer? quo trudis? perculeris iam tu me. *Vbi* Donat. Perculeris, Peruerteris. *Nempe* percellere *etiam, cum ad animum refertur, eſt illum quaſi loco mouere et gradu deiicere, certe efficere vt conſilium mutet. Quod laudatur* Horat. Od. 1, 7, 10 Me nec tam patiens Lacedaemon, Nec tam Lariſſae perculſit campus opimae, *nihil eſt:* percuſſit *legendum. Sic et* Ter. Andr. 1, 1, 98 Perculſit illico animum; Percuſſit *legunt rectius.* Perculſi *enim Praeteritum Latinum non eſt. Vid.* Priſcian. 10 p. 896 *Tamen* Cunctos tanquam fulminis turbo perculſit Ammian. 17, 8. *Grauius* Affligere *eſt, quam* Percellere: Cic. Tuſc. 3, 72 Exiſtimant enim, diis immortalibus ſe facilius ſatisfacturos, ſi eorum plaga perculſi, afflictos ſe et ſtratos eſſe fateantur. *Vid. de vſu huius verbi Drakenb. ad* Sil. 2, 213. *et* 17, 303. *Burm. ad* Ouid. Met. 4, 138. Cuſpide perculit Ouid. Amor. 2, 9, 7. Ferro perculerat leaenam Stat. Achill. 1, 169. Flectentem cornua ſtipite perculit Ouid. Met. 5, 58. Cic. pro Milon. 57 Adde caſus, adde incertos exitus pugnarum, Martemque communem: qui ſaepe ſpoliantem iam et exultantem euertit et perculit ab abiecto. Cic. pro Domo 27 c. 11 Deſinant, deſinant homines iiſdem machinis ſperare me reſtitutum poſſe labefactari, quibus antea ſtantem perculerunt. Idem ad Brut. 3 Timore quodam perculſa ciuitas tota ad te ſe cum coniugibus et liberis effundebat: recreata ad XII Cal. te huc venire, quam ſe ad te ire malebat. Cic. de Legib. 3, 24 Quid enim illum aliud perculit, niſi quod poteſtatem intercedendi Collegae abrogauit? Virg. Aen. 5, 374 Buten Perculit, et fulua moribundum extendit arena. Cic. Tuſc. 2, 56 Si te forte Dolor aliquis perculerit, exclamabis, vt mulier. *Quidam legunt* Pervellerit. Is Metus perculit, vt ſcribi militem tribuni ſinerent Liu. 3, 30 *pr. errauit in hoc loco Gronou.* Pectus alicuius percellere pavore Liu. 1, 56. Tali conſilio vno tempore Proditores perculit et hoſtes profligauit Nepos 14, 6, 8. Peſte percelli Columel. 7, 7. Erant ante oculos naufragia multorum, quos inſidioſa tranquillitate profectos, improuiſus Turbo perculerat Plin. Paneg. c. 66. Vi repentina, ac tempeſtate populari percelli Cic. pro Sext. 140. Vis Martis, non ira victoriae, ciues, quos amiſimus, perculit Idem pro Marcell. 17 c. 6. Vox haec te non perculit? non perturbauit? Cic. Verr. 3, 132. Vox perculit vrbem Valer. Argon. 2, 91. Percellere, *Differre.* Lucilius, Ad nouum hoc percellit annum.

PERCVLSVS, a, um. Partic. [πεπληγμένος] Cic. Fam. 9, 25 Repente perculſus eſt atrociſſimis literis, in quibus ſcriptum erat, fundum, *etc. Alias legitur* Percuſſus. Amore ingenti perculſus Virg. Georg. 2, 476. *Melius* percuſſus, *quod probat Heinſ. hic, et* Aen. 6, 475 *vbi* Amore magno laudum perculſus, *non recte quidam legunt.* Caſu perculſus iniquo Virg. Aen. 6, 475 *ipſum quoque in* percuſſus *mutatum e bonis libris, et vſu verbi alio. Caeterum* Perculſus *et* Percusſus *frequenter confundi in MSS. notant Burm. ad* Quinctil. Decl. 7, 3 p. 154. *Et ad* Ouid. Met. 4, 138. *It. Drakenb. ad* Sil. 2, 213. *Bentl. ad* Hor. Epod. 11, 2. Cic. pro Cluent. 106 Neque dubito, quin ii tales viri Suſpicione aliqua perculſi repentina, de ſtatu ſuo declinarent. Timore perculſi membra Lucret. 5, 1222. Cic. in Catil. 2, 2 c. 1 Iacet ille nunc proſtratus, Quirites, et ſe perculſum atque abiectum eſſe ſentit. Perculſus animus, et abiectus Cic. Att. 3, 2. *i. Perturbatus et timore concuſſus.* Achates obſtupuit ſimul ipſe, ſimul perculſus Virg. Aen. 1, 517. Ciuitas perculſa timore Cic. ad Brut. 3. Graecia perculſa et afflicta iamdiu ſuis conſiliis Idem pro Flacc. 16. Plaga perculſus Nepos 18, 5, 1. Virgo perculſa Catull. Argon. ſ. 62, 364. Volucres perculſae corda, *Helleniſmus eſt* Lucret. 1, 13. Vulgus perculſum terrore Lucan. 1, 481. Cic. pro Marcell. 24 Omnia ſunt Excitanda tibi C. Caeſar vni, qui iacere ſentis, belli ipſius impetu (quod neceſſe fuit) perculſa atque proſtrata.

PERCVLSVS, ûs. m. Tertull. de Anima c. 52.

PERCENSEO, ui, ēre. [καταριθμοῦμαι] *Idem quod Recenſere: niſi quod notionem perfectionis addit Praepoſitio.* Cic. in Partit. 127 Quo in genere percenſere poterit plerosque inueniendi locos. Idem pro Lege Agrar. 2, 47 c. 18 Italiam percenſuiſti, perge in Siciliam. Cic. poſt red. in Senat. 1 Quod tam diuinum, atque incredibile genus orationis, quo quisquam poſſit veſtra in nos vniuerſa promerita, non dicam complecti ornando, ſed percenſere numerando. Percenſuitque curſim numerum legionum Tacit. Ann. 4, 4. Totum percenſuit orbem Ouid. Met. 2, 335. *i. Peragrauit totum orbem.* Senium aeui percenſere Stat. Theb. 1, 268. Percenſe Volumen Prudent. Hamart. v. 624 *vbi vltimum* E *male corripitur. Interdum idem ſignificat ac Perſtringere et cenſoria virgula caſtigare.* Orationem ſubtili ingenio et iudicio percenſere Gell. 7, 3. Apul. Apol. p. 310 Percenſentibus iis, qui iſtum nouere.

PERCEPTIO, *vid.* PERCIPIO.

PERCERPO, ĕre. Ariſtotelis libros percerpſimus Gell. 2 *extr. ſed* Gronou. praecerperemus.

PERCIDO, ĕre. *Auget ſignificationem verbi* caedo. Flor. 3, 20, 10 Exercitum percecidit. *Sic etiam* 4, 12, 7. Plaut. Caſin. 2, 6, 52. STAL. Percide (*ſic legendum iam monuit Turn. et Grut. non* praecide) os tu illi hodie. Age, ecquid fit? CL. Ne obiexis manum. *Intercedit vxor Stalinonis mariti imperiis. Sed interrogat herum* Olympio: Compreſſan' palma an porrecta ferio? *etc. Apparet ex tota ſcena,* Os percidere *ibi eſſe ferire malam, colaphum infringere. Sic et* Perſa 2, 4, 12 Non, hercle, ſi os perciderim tibi, metuam, *etc. Quamquam hic forte turpitudo etiam ſubeſt, de qua mox.* Os percidere *videtur ſignificare obturare, ad ſilentium redigere* Sen. de Tranquill. 7 Qui me vsque ad haec mendacia leuiora, in quibus os percidi (*ſic ex MSS. Grut. al.* praecidi) non oculi erui ſolent, credulum praeſto. *Muretus ad h. l.* Praecidere, *aut fortaſſis* praecludere (*nempe ignorabat veram lectionem* percidere) *os audientibus videntur, qui ita mentiuntur, vt conſtradici non facile poſſit:* at oculos eruere, *qui non verentur ea pro veris affirmare, quae adſpectu ipſo mendacii coargui poſſunt. Excaecare enim eos, qui audiunt, quantum in ipſis eſt videntur. Haec Muretus, cuius interpretatio in* percidere *pulchre conuenit. Turpis, et obſceniſſima ambiguitas eſt in* Martial. 2, 72 Os tibi perciſum (*ſic Ald. al.* praeciſum) *cum primo loquatur quaſi de alapis, deinde ad flagitioſam oris turpitudinem manifeſte alludat.* Vet. Gloſſ. Percidit, περαίνει ὡς ἐπὶ αἰσχροῦ, *et* Perciſus, Paedicatus πεπυγισμένος. *Sed forte hic rectius* Prae, *in prima Syllaba legeretur. Vid.* PRAECIDO.

PERCIEO, īui, ĭtum, ēre. [ἐκκινέω, διακινέω] *Valde cieo, ſiue moueo.* Lucret. 3, 185 Ocius ergo animus, quam res ſe perciet vlla. Idem 3, 304 Percit, *pro Perciet, vt etiam in ſimplici Cit pro Ciet, a* PERCIO, At natura boum placido magis aëre viuit: Nec nimis irai fax vnquam ſubdita percit. Idem 4, 567. *et* 3, 28. Plaut. Aſin. 2, 4, 69 Ni iſtum impudicum percies, *i. niſi appellas.*

PERCĬTVS, a, um. Partic. [ἔκφορος] *Vehementer vel plane motus.* Percuſſus, *inquit* Nonius 2, 690 Nimis incitatus, qui ira ac furore accenſus eſt. Ter. Hec. 3, 3, 17 Et corripui illico me inde lacrimans incredibili re, atque atroci percitus. Cic. pro Milon. 64 c. 23 Siue enim illud animo irato, ac percito feciſſet, vt incenſus odio, trucidaret inimicum, *etc.* Dolore percitam inſtigat furor Senec. Hippol. 12. Magno furore percitus Idem Herc. Fur. 1. Motu aeterno percita ſemina Lucret. 2, 1054. Primordia percita plagis Idem 1, 1024. Liu. 21, 53 Ingenium percitum ac ferox.

PERCITO, āre. Frequent. Pacuu. *apud* Feſt. *in* Reciproco; Rapide reciproco, percito.

PERCITATVS, a, um. Partic. Accius *apud* Non. 7, 2 Matronae percitatae tumultu.

PERCINGO, inxi, inctum, ĕre. [περιζωννύω] *Omnino cingere.* Columel. 10, 347 Saepe ſuas ſedes percinxit vitibus albis. Manil. 3, 325 Quod medius recto percingitur ordine mundus. *Sed vtroque loco* praecingitur *recte reſtitutum eſt. v. v.*

PERCĬPIO, cēpi, cēptum, ĕre. [καταλαμβάνω] *ex* Per *et* Capio *compoſitum; Totum aut plane capere,* Eſt etiam quoque vti non magno ſolis ab igni Aëra percipiat calidis feruoribus ardor Lucret. 5, 603. *i. occupet, impleat. Non minus vero, quam ſimplex Capio late patet, vt non ad corpora modo, ſed ad ea etiam, et frequentiſſime referatur, quae animo quaſi vaſe quodam capiuntur.* Cic. Off. 1, 60 Nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamuis artis praecepta perceperint, quidquam magna laude dignum ſine vſu et exercitatione conſequi poſſunt. Diligenter percipere diſciplinam Quinctil. 1, 10. Diligenter, quae dicuntur percipere, et ea penitus animis noſtris mandare Cic. in Catil. 1, 27. Facile aliquid percipere Quinctil. 1, 3. Animo percipere aliquid et memoria cuſtodire Cic. de Orat. 1, 127. Idem Fam. 7, 20 Sin tibi quaedam videbuntur obſcuriora, cogitare debebis, nullam artem literis ſine interprete, et ſine aliqua exercitatione percipi poſſe. Diſciplinas ſingulas percipere ſi magnum eſt, quanto maius omnes? Cic. de Nat. Deor. 1, 11. Idem Acad. 4, 1 Tum omnis liberalis et digna homine nobili ab eo percepta Doctrina. *Et* Fam. 14, 1 Acerbiſſimos Dolores, miſeriasque percepit. Excuſationem percipere, *i. Agnoſcere* Paullus in l. Si quis tutor ibi, excuſatione percepta, D. de ritu nuptiarum. Fames percipit ventris medullam Plaut. Stich. 2, 2, 17 *totam occupat.* Fructus ſerere, percipere, et condere Cic. de Senect. 24 c. 8. Fructum ex arbore percipere Plin. 15, 1. Fructum percepimus anni Propert. 4, 2, 11. Cic. Verr. 5, 76 At etiam, qui triumphant, eoque diutius viuos hoſtium duces ſeruant, vt his per triumphum ductis, pulcherrimum ſpectaculum, Fructumque victoriae Pop. Romanus percipere poſſit. Gaudia ſecura percepit Ouid. Met. 7, 455. Hereditatem aut Legata Sueton. Tib. c. 15. *Sic* Id. Aug. c. 101 Quamuis viginti proximis annis quaterdecies millies ex teſtamentis amicorum percepiſſet. Iucunditatem vel laetitiam percipere Cic. de Fin. 1, 37. Luctus percipere Idem Fam. 14, 1. Oculos percipere; *pro Occupare, ſeu Afficere, ſeu Perfundere.* Lucret. 4, 733 Quippe etenim multo magis haec ſunt tenuia textu, Quam quae percipiunt oculos, viſumque laceſſunt. *Sic* 5, 603 Aëra percipiat calidis feruoribus ardor. *Lambinus.* Mihi horror Membra miſero percipit dictis ſuis Plaut. Amph. 5, 1, 66. Memoria percipere, *h. e. Memoria complecti.* Cic. Acad. 4, 22 Vnde memoria, ſi nihil percipimus (ſic enim quaerebas) quod meminiſſe viſa, niſi comprehenſa non poſſumus? Miſerias Cic. Fam. 14, 1. Nomina omnium ciuium percipere, *pro Mente complecti.* Idem de Senect. 22 Themiſtocles omnium ciuium Nomina perceperat. Oculis aliquid percipere Cic. Verr. 6, 4, 56. Odium vitae percipit humanos Lucret. 3, 80. Ter. Eun. 5, 6 *pr.* Neque agri neque vrbis Odium me vnquam percipit. Praemium percipere Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 32. Profectus percipere Scribon. Ep. Cic. de Fin. 1, 37 Non hanc ſolam ſequimur, quae ſuauitate aliqua naturam ipſam mouet, et cum iucunditate quadam percipitur Senſibus. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 87 Ac iam animo Victoriam percipiebant, quod de re tanta, et a tam perito imperatore nihil fruſtra confirmari videbatur. *Fortaſſe legendum* Praecipiebant, *pro Ante capiebant.* Cic. de Finib. 1 c. 11 Nec maiorem

iorem voluptatem ex infinito tempore aetatis percipi poſſe. Vſum alicuius rei Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 84. Percipere, *Intelligere, cognoſcere.* Cic. de Amicit. 23 Id ſi minus intelligitur, quanta vis amicitiae, concordiaeque ſit, ex diſſenſionibus, atque ex diſcordiis percipi poteſt. Idem Acad. 4, 34 Conantur oſtendere eſſe aliquid perſpicui, verum illud quidem impreſſum in animo atque mente, neque tamen id percipi ac comprehendi poſſe. Percipe quid dubitem Virg. Aen. 9, 190. Omnia percepi, atque animo mecum ante peregi Idem ibid. 6, 105. Cauſam percipe Ouid. Faſt. 4, 958. Animi percipiunt cito dicta Hor. de Arte Poët. 336. Paucis percipe rerum exordia Lucret. 4, 114. Verba mea percipe Ouid. Faſt. 5, 716. Caeſ. Bell. Gall. 7, 9 At Caeſar biduum in his locis moratus, quod haec de Vercingetorige vſu ventura opinione perceperat, per cauſam ſupplementi, equitatusque cogendi, ab exercitu diſcedit. *Caſtigatiores libri habent* Praeceperat. Celeritas percipiendi Quinctil. 1, 10. Fructus percipiendus auribus Ouid. Triſt. 4, 2, 68. Philoſophia oratori neceſſario percipienda Cic. de Orat. 1, 219 c. 51. Voluptas percipienda oculis Ouid. ex Pont. 4, 9, 38.

PERCEPTVS, a, um. Partic. [κατειλημμένος] Voluptas percepta breuis Ouid. ex Pont. 1, 2, 55. Philoſophorum percepta habere praecepta Nep. 25, 17, 3.

PERCEPTIO, ōnis. f. [κατάληψις] Cic. Off. 2, 12 c. 3 Neque agricultura, neque frugum, fructuumque reliquorum perceptio et conſeruatio ſine hominum opera vlla eſſe potuiſſet. Idem Acad. 1, 44 c. 12 Neque hoc quidquam eſſet turpius, quam cognitioni et perceptioni aſſertionem approbationemque praecurrere. Cic. Acad. 4, 22 Ars vero quae poteſt eſſe, niſi quae non ex vna, aut ex duabus, ſed ex multis animi perceptionibus conſtat? Totius artis perceptio Scribon. Epiſt. Quinctil. 2, 17, 18 Nullam artem falſis aſſentiri opinionibus, quia conſtitui ſine perceptione non poſſit, quae ſemper vera ſit: rhetoricem aſſentiri falſis: non eſſe igitur artem. Perceptione *reſtitui apud Quinctilianum pro* praeceptione: *et cauſam reddidi.* Breuiter perceptio *eſt* κατάληψις, *quae falſa eſſe non poteſt ſecundum illos*; praeceptio *poteſt eſſe falſiſſima. Conf.* PERCEPTVM. Perceptio fructuum, non tantum dicitur, ſi omnino fructus ſunt collecti: ſed etiam coepti ita percipi, vt terra continere ſe fructus deſierint l. 78 de rei vendic. in P.

PERCEPTOR, ōris. m. Auguſtin Solil. 1, 1.

PERCEPTIBĬLIS, e. Adi. Sariſb. 2, 18.

PERCIPIBILIS, e. *Idem.* Mar. Victor. de arte Gram. p. 2451 Vox eſt aër ictus auditu percipibilis.

PERCEPTVM, i. n. Cic. de Fato 11 c. 6 A perceptis artis proficiſcitur. Percepta appello, quae dicuntur Graece θεωρήματα. Non enim credo nullo percepto aut caeteros artifices verſari in ſuo munere, aut eos, qui diuinatione vtuntur futura praedicere. Sint igitur Aſtrologorum percepta huiuſmodi. *Add.* c. 8. Gell. 14, 1 Pro percepto liquere.

PERCIS, ĭdis. f. *Cochleae marinae ſpecies.* Plin. 32, 11.

PERCIVĪLIS, e. Adi. Suet. Tiber. c. 28 Exſtat ſermo eius in ſenatu perciuilis.

PERCLĀMO, āre. [καταβοάω] *Vehementer clamare.* Plaut. Truc. 1, 1, 8 Quot illic blanditiae, quot illic iracundiae ſunt, quot ſunt perclamanda? *Al.* Pericla amanda.

PERCLAREO, ēre: *vel* PERCLARESCO, ēre. Relatione perclaruit Symmach. Epiſt. 10, 72. Sancto cunctis perclaruit ore Alcim. lib. 6 ad Sororem v. 508.

PERCLVDO, ĕre. Funes, qui non percluduntur, nec praeligantur Vitruu. 1, 1. *Credo, ſignificat, traiecti firmantur, ne retro ire et elabi poſſint.*

PERCNOS, i. m. [πέρκνος] Aquilae genus, *teſte* Plin. 10, 3 ab Homero ſic vocatum. Alii vocant Morphnon. aliqui etiam Plancum et Anatariam: inter Aquilarum genera ſecundam magnitudinem et vim obtinet: viuitque vt plurimum circa lacus.

PERCNOPTEROS, i. m. Aquila *apud* Plin. *ibid.* a nigro colore alarum ſic dicta.

PERCOARCTO, āre. [κατατενοχωρέω] *Vehementer conſtringo.* Colum. 2, 19 *de foeno loquens:* Tunc demum (inquit) conuertemur, et vtrinque ſiccatum percoarctabimus in ſtriam, atque ita manipulos vinciemus. *Sed mihi non conſtat de alia lectione, quam* coartabimus.

PERCOENO, āre. [ἀποδειπνῆσαι] Percoenare Gloſſ.

PERCOGNOSCO, ōui, ĭtum, ĕre. [πάνυ γινώσκω] *Totum cognoſcere.* Plin. 4, 14 Nam Germania multis poſtea annis nec tota percognita eſt. Idem 37, 3 Percognitum nuper. Plaut. Truc. 1, 2, 50.

PERCOLAPHO, āre. Petron. c. 44.

PERCŎLO, ui, ultum, ĕre. [θεραπεύω] *Perfecte colere, id eſt amare et venerari.* Plaut. Trin. 2, 2, 4 Feceris par caeteris tuis factis, patrem tuum ſi percoles. Deos percolunt *Britanni* Solin. c. 35. Honore aliquem percolere Tac. Hiſt. 2, 82. Percolere, *Culturam abſoluere, perficere, polire, ſupremam manum addere, complere.* Plin. Epiſt. 5, 6 *ſub fin.* Praeterea indulſi amori meo: amo enim, quae maxima ex parte inchoaui, aut inchoata percolui.

PERCŎLENS, entis. Partic. Apul. Met. 8 p. 204 Imaginem diuinis percolens honoribus.

PERCVLTOR, ōris. m. Aur. Vict. in Aug. 3 Doctorum, qui abunde erant, neceſſariorumque percultor.

PERCVLTVS, a, um. Part. [κεκαλλωπισμένος] *Ornatus, politus.* Plaut. Poen. 1, 2, 23 Nam quae lauta eſt, niſi perculta eſt, meo animo quaſi inuenuſta eſt.

PERCŌLO, āui, ātum, āre. [διυλίζω] *Totum colare.* Colum. 7, 8 Nam maxime refert primo quoque tempore ſerum percolari, et a concreta materia ſeparari. *De caſeo loquitur.* Plin. 27, 7. *Et* 31, 6 Nam in terra marina aqua argilla percolata dulceſcit Columel. 12, 17. Humor percolatur per terras Lucret. 2, 474. Virus percolatur ib. 5, 270. Senec. Nat. Quaeſt. 1 praef. *Eleganter dicit eos, qui ſe ventri putant viuere,* Cibos et potiones percolare, quia ingerunt in ventrem, quod mox velut colatum defluit. Percolanda erunt Scribon. 271.

PERCOLATVS, a, um. Part. Plin. 31, 6 In terra marina aqua argilla percolata dulceſcit. *Add.* Scribon. 73.

PERCOLATIO, ōnis. f. Vitruu. 8, 7 Vti percolationibus aquae mutari poſſint.

PERCŌMIS, e. Adi. [πάνυ εὐτράπελος] Cic. de Clar. Orat. 212 c. 58 Qui peritiſſimus iuris, idemque percomis eſt habitus.

PERCOMMŎDVS, a, um. Adi. [πάνυ ἐπιτήδειος] *Valde commodus.* Liu. 22, 43 *extr.* Idem caſtris percommodum fuit.

PERCOMMŎDE. Adu. [λίαν ἐπιτηδείως] *Admodum commode.* Liu. 30, 29 Percontatuſque, ſatin' percommode omnia exploraſſent, datis qui perſequerentur, retro ad Annibalem dimiſit. *Gron.* per commodum. Cic. pro Caecin. 77 c. 27 Hoc loco percommode accidit, quod non adeſt is, qui paullo ante affuit. Hoc adhuc percommode cadit Idem Act. in Verr. 1, 5 c. 2. Idem de Orat. 2, 350 c. 86 Et quod mihi nihil, aut quod non multum relinquis, percommode facis, eſtque mihi gratum. Cic. Tuſc. 4, 64 Itaque ſiue caſu accidit, ſiue conſilio, percommode factum eſt, quod eis de rebus, quae maxime metuuntur, de morte et de dolore, primo et proximo die diſputatum eſt.

PERCONDĬTVS, a, um. Adi. [ἀπόκρυπτος] *Ex Per et* Condo, *ĕre, compoſitum; ſignificat Reconditum et abſtruſum.* Cic. de Orat. 1, 135 c. 30 Exponam vobis non quandam aut perconditam, aut valde difficilem, aut magnificam, aut grauem rationem conſuetudinis meae. *Sed legunt hodie omnes, puto,* Perreconditam: *et recte.*

PERCONTERREO, ēre. Hoc caput perconterruit omnem terram Vulg. 4 Eſdr. 11, 32.

PERCONTOR, āri. Dep. [πεύθομαι, ἐκπυνθάνομαι] *Explorare, inquirere, interrogare. Olim diſputatum eſt,* Percunctatio *et* Percunctari *ſcribendum eſſet, an* Percontatio, *etc.* Feſtus: Percunctatio pro interrogatione dicta videtur ex nautico vſu, qui conto pertentant cognoſcuntque nauigantes aquae altitudinem. Ob quam cauſam ait Verrius etiam ſecundam ſyllabam per o ſolere ſcribi. Mihi id falſum videtur. Nam eſt illa percunctatio, quod is, qui curioſe quid interrogat, per cuncta viſit; vt recte per V literam ſcribatur. Donatus *ad* Ter. Hec. 1, 2, 2 Et *percunctatum* et *percontatum* ſcribitur. Sed percontatum a *conto* dicitur, quo nautae vtuntur ad exploranda loca nauibus opportuna; ſi vero *percunctatum*, ab eo, quod a *cunctis* perquiratur, dicitur. *Vid. quae in* CVNCTOR *diximus.* Percontari *ſemper eſt in optimis Terentii editionibus, Parei, Faërni, Bentleii. Et ſane duo verba eſſe arbitror* contari *et* cunctari; *vnum modo* percontari; *percunctari autem inductum ab his, quibus* cunctari *notius eſſet, etc. Sic* Percontari *ſolum agnoſcit in Plauto Pareus Lex. Crit. Apud Horatium* Percontari *ſemper Bentleius. In Cicerone variatur, etc.* Ter. Hec. 5, 3, 12 Tua quod nihil refert, percontari deſinas. Idem Eun. 2, 3, 3 Vbi inueſtigem? quem percontier? Cic. de Fin. 2, 2 c. 1 Is percontando atque interrogando elicere ſolebat eorum opiniones, quibuſcum diſſerebat, vt ad ea, quae hi reſpondiſſent, ſi quid videretur, diceret. *De Socrate. Inter* Percontari *et* Interrogare *intereſſe quiddam ait* Quinctil. 9, 2, 6 Quid tam commune, quam interrogare vel percontari? nam vtroque vtimur indifferenter, quum alterum (*percontari*) noſcendi, alterum (*interrogare*) arguendi gratia videatur adhiberi. Gell. 13, 19 Tum is, qui quaeſierat, quonam modo vis, inquit, aurem meam interrogem? Et Probum ait reſpondiſſe, Quo ſuam Virgilius percontatus eſt. Cic. de Orat. 1, 97 Quo in genere tu Antoni (vere loquar) nunquam mihi percontanti, aut quaerenti aliquid defuiſti. Plaut. Epid. 1, 1, 38 Deſiſte percontarier. Otioſe percontari, *vid. ſub* OTIVM. Vltro aliquem percontari Quinctil. 2, 2. Doctos percontari Hor. Epiſt. 1, 18, 96. Cic. Fam. 8, 7 Imperatorem ſingulos percontari, cum qua ſit aliquis deprehenſus. Ab aduerſariis percontabitur accuſator A. ad Her. 2 c. 15. Cic. Acad. 4, 2 Itaque cum totum iter et nauigationem conſumſiſſet, partim in percontando a peritis, partim in rebus geſtis legendis, *etc.* Idem in Somn. Scip. 1 Deinde ego illum de ſuo regno, ille me de noſtra Repub. percontatus eſt. De nominibus alicuius Cic. Att. 6, 7. Plaut. Aul. 2, 2, 33 Quaeſo, quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui. Liu. 39, 12 Eſſe, quae eum quoque percunctari vellet. Plaut. Bacch. 2, 2, 12 Iſtuc volebam, ego ex te percontarier. Si eſſes percontatus me Ex aliis Idem Aſin. 2, 4, 95. Diſciplinam aliquam Ex alio Cic. de Diuin. 2, 76. Ex aliquo percontari, quanti aliquid vendat Idem de Clar. Orat. 172 c. 46. Aliquid inſidiis hoſtilibus percontari Plaut. Pſeud. 4, 4, 10. Percontor quanti olus ac far Hor. Serm. 1, 6, 112. Percontari, *Exſpectare interpretantur, et a* cunctando *i. morando deriuant.* Ter. Phorm. 2, 4, 22 Percontatum ibo ad portum, quoad ſe recipiat: *Sed nihil opus videtur ab explorandi notione recedere.*

PERCONTO, āre. Apul. Met. 11 p. 266 Quod ſedulo percontaveram. *Conf.* Priſcian. 8 p. 799. *et* Non. 7, 52 Nouius, Si percontaſſem et Naeuius, Blande et docte percontat.

PERCONTANS, antis. Part. Apul. Flor. p. 362.

PERCONTĀTIO, ōnis. f. [πεῦσις] *Interrogatio, inueſtigatio, inquiſitio.* Cic. de Vniuerſ. 2 At primum quidem tempus ſalutationibus, reliquum percontatione conſumſimus. Rogatio atque huic finitima quaſi percontatio expoſitioque ſententiae ſuae Idem de Orat. 3, 201. Cic. de Clar. Orat. 218 Omniſque ille ſermo ductus e percontatione filii, quid in Senatu eſſet actum. Liu. 27, 43 Ex captiuis percunctatio facta. Altius repetita percontatio Quinct. 5, 7. Cic. pro Cluent. 184 Poſt aliquid adiungere dictum de veneno, quod non percontatione quaeſitum, ſed dolore expreſſum videretur. Nihil de eo percontationibus reperiebamus Caeſ. Bell. Gall. 5, 13. Dial. de Orat. 1, 3 Cui percunctationi tuae reſpondere — vix hercle auderem.

PERCONTĀTOR, ōris. m. [πευστής] Hor. Epiſt. 1, 18, 69 Percontatorem fugito: nam garrulus idem eſt.

PERCONTŬMAX, ācis. Adi. [ὑπεραυθάδης] *Valde contumax.* Ter. Hec. 3, 5, 54 Percontumax rediſti huc nobis Pamphile.

PERCOOPERIO, īre. Oct. Horat. 4.

PERCOPE, *vid.* PERCOTE.

PERCOPIŌSVS, a, um. Adi. [πάνυ εὔπορος] Plin. Epiſt. 9, 31 Quae de me ſcripſiſti: in quibus quidem percopioſus fuiſti. *Add.* Sidon. Epiſt. 1, 1.

PERCOPIOSE. Adu. Sidon. Epiſt. 4, 7.

PERCŎQVO, xi, ctum, ĕre. [πανεψάω] *Perfecte coquere.* Plin. 23, 7 Bubulas carnes, additi caules magno ligni compendio percoquunt. Ardor terram percoxerat igni Lucret. 5, 1253. Mora percoquit vuas Ouid. Rem. Amor. 83. Humorem percoquere Lucret. 6, 858. Terra *dicitur* percoquere meſſem, *dum ad maturitatem fouet.* Plin. Epiſt. 5, 6 Colles optimam meſſem, ſerius tantum, ſed non minus percoquunt. Sol percoquit fructus Seneca de Benefic. 7, 31.

PERCOCTVS, a, um. Partic. [πανεφθός] Color percoctus Lucret. 6, 722. *Add. ibid.* v. 1107. *Perfecte maturus.* Plin. 15, 16 Succus matureſcentibus lactis, percoctis mellis. *De ficis.* Idem 22, 25.

PERCŌTE, es. f. *Quae et* Percope *dicta olim fuit,* [Περκώτη] *Vrbs eſt Troadis, vt ait Stephanus.* Val. Flacc. 2, 622 Iam iuga Percotes Pariumque infame, *etc. Hinc,*

PERCOSIVS,

PERCOSIVS, a, um. Adi. [Περκώσιος] *Qui vrbem illam inhabitat.* Valer. Argon. 3, 10 Muneribus primas coniunx Percoſia veſtes Impoſuit.

PERCRASSVS, a, um. Adi. Meliceria percraſſa Celſ. 5, 26.

PERCREBESCO, *vel* PERCREBRESCO, crebui *vel* crebrui, ĕre. [θρυλλοῦμαι] *Crebrum fieri, diuulgari.* Plin. in Paneg. c. 31 Percrebuerat antiquitus, vrbem noſtram, niſi opibus Aegypti ali ſuſtentarique non poſſe. Cic. Att. 11, 9 Ipſi enim illi putaui perniciosum fore, ſi eius hoc tantum ſcelus percrebuiſſet. Cic. in Verr. Act. 1, 21 Inuetrauit enim iam opinio pernicioſa Reipub. vobisque periculoſa, quae non modo Romae, ſed et apud exteras nationes omnium ſermone percrebuit. Idem Fam. 10, 10 *pr.* Tamen ipſa fama, quae de tua voluntate percrebuit, magnam es laudem conſequutus. *Al.* Percrebruit. Vox illius nefarii percrebuit Cic. pro Muraen. 50. *Circa* R *literam vel retinendam vel eiiciendam variant cum libris eruditorum ſententiae. Manutius ad* Cic. Fam. 7, 20 *reiici* R *iubet: et ſic in Virgilio fieri iuſſit N. Heinſ. Sed paſſim tamen videas bonos libros, in quibus illud ſeruetur. Analogia etiam anceps. Nam vt a* macer *eſt* maceſco, *ita* nigeſco *eſt a* niger. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 10, 1.

PERCRĔPO, ui, ĭtum, āre. [ὑπερηχέω] *Valde crepare.* Cic. Verr. 5, 31 c. 13 Lucum illum litoris percrepare totum mulierum vocibus, cantuque ſymphoniae.

PERCRESCO, ēui, ētum, ĕre. *Primae editiones.* Quinct. 7, 1, 17 Nam vis quaeſtionum percreſcere debet, et ad potentiſſima ab infirmiſſimis peruenire. *Sed receptum poſtea* Semper creſcere.

PERCRIBRARE Scribon. 87. 269.

PERCRIBRATAE res Scribon. 269.

PERCRVCIO, āre. [ἀνιάω] *Valde cruciare.* Plaut. Bacch. 5, 1, 13 Hoc, hoc eſt, quod peraceſcit, hoc demum eſt, quod percrucior, me hoc aetatis ludificari.

PERCRVDVS, a, um. Adi. [ὑπερωμὸς] *Valde crudum ſignificat et immaturum.* Colum. 12, 10 Pruna purpurea quum immatura, non tamen percruda legeris, diligenter inſpicito, vt ſint integra ſine vitio aut vermiculo.

PERCVBO, āre: *aut* PERCVMBO, ĕre. Quod aiunt, vt perſedit, et perſtitit, ſic percubuit Varro L. L. 8, 34.

PERCVDO, ūdi, ūſum, ĕre. [κατακολάπτω] *Cudendo frangere et perforare.* Colum. 8, 5 Die vndecimo animaduertat, an pulli roſtellis oua percuderint, et auſcultetur ſi pipiant.

PERCVLSVS, *vid.* PERCELLO.

PERCVNCTOR, *vid.* PERCONTOR.

PERCVNCTATVS, a, um. [καθολικὸς] *Quod ad cunctos pertinet.* Cael. Aurel. Acut. 1, 5, 46 Igitur non febricitare furioſos percunctatum non eſt ſiue vniuerſale, quod Graeci καθολικὸν vocant, ſed eſt diſcrepatione partile. Siquidem quidam febribus afficiuntur, *etc. Ficta, puto, vox, vt verbotenus exprimat Graecum* καθολικὸν; ὅλα, *cuncta.*

PERCVNCTATĪVVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Tard. 4, 8, 114 Apollonius Memphites percunctatiuo ſiue vniuerſali modo, quem Graeci καθολικὸν vocant, omnia, inquit, in inteſtinis animalia nata, *etc.*

PERCVPĬDE. Adu. Feſtus *in* Blaterare; Percupide loqui.

PERCVPIO, īui, ītum, ĕre. [ἐπιθυμέω] *Valde cupere.* Ter. Eun. 5, 2, 57 Viſne interea, dum is venit, domi opperiamur, potius quam hic ante oſtium? C. immo percupio.

PERCVPĬDVS, a, um. Adi. [ὑπερσπουδάζων] Cic. Fam. 1, 7 Cognoui Hortenſium percupidum tui, ſtudioſum Lucullum.

PERCVRIŌSVS, a, um. Adi. [πολυπεράγμων] Cic. pro Cluent. 175 c. 62 Nicoſtratus quidam fidelis Oppianici ſeruulus percurioſus et minime mendax, multa dicitur renuntiare domino ſolitus eſſe.

PERCVRO, āre. [περικήδομαι] *Perfecte ſanare.* Plin. 24, 15 Strumas impoſita ad ſuppurationem perducunt, deinde axungia adiecta percurant. Sen. Quaeſt. Nat. 3, 1.

PERCVRATVS, a, um. Part. Liu. 21, 57 Vix dum ſatis percurato vulnere. *Conf.* Curt. 4, 6, 21. *et* 7, 6, 23.

PERCVRRO, curri *et* cucurri, curſum, ĕre. [διατρέχω, ἐποίχομαι, διέξειμι] *Valde currere, vel currendo peruenire, aut tranſire adeo.* Ter. Andr. 2, 2, 18 Continuo ad te properans percurro ad forum. *Vbi* Donatus: Vide quantum dixerit, *properans* et *percurro*, vt continuationem curſus oſtenderet. Citato equo Cales percurrit Liu. 26, 15. Agrum Picenum percurrit omnem Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 15. Curſu percurrere aliquid Lucret. 1, 1002. Telas percurrere pectine Virg. Georg. 1, 294. Idem Aen. 7, 14. Caelius ad Cic. Att. 10, 9. *ſ.* Fam. 8, 16 Niſi ita faceret, ego prius quam ad vrbem accederem, vbicunque tu eſſes, ad te percurriſſem. Plin. Epiſt. 1, 14 Quaeſturam, Tribunatum, Praeturam honeſtiſſime percurrit: *h. e. Cum honore et breuibus interuallis adminiſtrauit. Sic* Quam breuiſſime percurrere Scribon. 98. Cic. de Orat. 1, 205 c. 47 Sed pauca etiam requirimus in primisque ea, quae valde breuiter a te Craſſe de ipſa arte percurſa ſunt. Idem ib. 3, 49 Faciles enim inquit, Antoni partes eae fuerunt duae, quas modo percucurri, vel potius paene praeterii, Latine loquendi, planeque dicendi. Apud doctos et ſemidoctos properans haec percurro Cic. de Orat. 2, 177. Omnia percurrere nomina *celeriter recenſere* Virg. Aen. 6, 627. Locos omnes oratoris Cic. in Orat. 47. Idem pro Cluent. 129 c. 60 Haec pluribus verbis dicerem, quae nunc paucis percurrit oratio mea. *Et* de Diuin. 2, 96 Quas quidem percurrere oratione facile eſt. Animo celeriter aliquid percurrere Auctor ad Herenn. 3 c. 22 *extr.* Animo rotundum percurriſſe polum Hor. Carm. 1, 28, 6. Murmura percurrunt caelum Lucret. 5, 1220. Plin. 19, 8 Grato menta menſas odore percurrit in ruſticis dapibus: *h. e. Circumfertur, per menſas currit, frequens apponitur.* Luna percurrens feneſtras Propert. 1, 3, 31. Atque hinc in calido percurres Membra lauacro Sammon. v. 86. Omnium pectora occulto Metu percurrente Curt. 4, 12, 14. Ventus percurrens campos rapido turbine Lucret. 1, 274. *Paſſiue.* Cic. de Orat. 1 c. 47 Quae valde breuiter a te percurſa ſunt. Percurrĭtur, *imperſ.* Idem ib. 2, 328 Et multo apertius ad intelligendum eſt, ſi ſic conſiſtitur aliquando, ac non iſta breuitate percurritur.

PERCVRSVS, a, um. Partic. Cic. de Orat. 2, 140 c. 32 Vt omnes eas diligentes et memores et ſobrii oratores, percurſas animo, et prope decantatas habere debeant: *i. Sic habere notas, vt animus et perluſtrare omnes et decantare poſſit.* Suis in eum beneficiis modice percurſis Tac. Ann. 4, 40 *pr.*

PERCVRSIO, ōnis. f. Cic. Tuſc. 4, 31 c. 13 *extr.* Velocitas autem corporis, celeritas appellatur: quae eadem ingenii etiam laus habetur propter animi multarum rerum breui tempore percurſionem.

PERCVRSO, āre. Frequent. Liu. 23, 42 Iam ne manipulatim quidem, ſed latronum modo percurſant totis finibus noſtris negligentius, quam ſi in Romano vagarentur agro.

PERCVRSATIO, ōnis. f. [διαδρομή] Cic. Philipp. 2, 62 c. 39 O praeclaram illam percurſationem tuam menſe Aprili atque Maio! Italiae Ibid. c. 25.

PERCVRSOR, ōris. m. Lactant. 6, 7, 3. *Al.* Praecurſor.

PERCVTIO, ſſi, ſſum, ĕre. [πλήττω, κόπτω, πατάσσω] *Ex* Per *et* Quatio *componitur, ſignificat Ferio.* Apri percutiunt, ſues mordent Plin. 11, 37 ſ. 31. Cic. Verr. 5, 1 Quaeſiuiſſe Domitium, quî tantam beſtiam percuſſiſſet: illum reſpondiſſe Venabulo. Gladio percutere Caeſ. Bell. Gall. 8, 23. Lapide percutere aliquem Cic. de Orat. 2, 197. Idem pro Domo 13 Qui ſunt homines a Qu. Metello fratre tuo Conſule in Senatu palam nominati, a quibus ille ſe Lapidibus appetitum et percuſſum eſſe dicit? Manu aliquem Idem pro Roſc. Amer. 97. Macrob. Saturn. 1, 6. Securi filium Cic. de Fin. 1, 23 c. 7. Fores Plin. 7, 30. Foſſam percutere, *i. fodere, deprimere* Plin. Epiſt. 10, 50, 4. Frontin. Strat. 3, 17, 5. *Add. Stewech. ad* 1, 5, 8. *Vid. infra. Conf. Burm. ad* Quinct. Decl. 3, 16. Fulmine percuti Cic. de Nat. Deor. 3, 84. Pectus percuſſit manu Virg. Aen. 12, 155. Puppis percutitur rapido Noto Ouid. Faſt. 3, 488. Martial. 11, 86 Sidere percuſſa eſt ſubito tibi Zoile lingua. *h. e. Vſum linguae amiſiſti, ſiderata tibi eſt lingua.* Idem 7, 91 Subito fias, vt ſidere mutus. *Alii legunt*, Perculſus. Animum percutere, *dicitur res aliqua.* Cic. Att. 4, 8 Audiui ex Gauio hoc Firmano, Romae eſſe hominem, et fuiſſe aſſiduum: percuſſit animum. Dices, Tantulane de cauſa? *Conf.* Ter. Andr. 1, 1, 98. Cor meum ſpes laudis percuſſit acri thyrſo Lucret. 1, 921. Cic. pro Milon. 80 Quonam modo ille vos viuus affecerat, qui mortuus inani cogitatione percuſſit? *Sic* Hor. Od. 1, 7, 11 Me nec tam patiens Lacedaemon — percuſſit, *intell. admiratione et cupiditate fruendi.* Calamitate aliqua percuti Cic. pro Muraen. 49. Idem Fam. 9, 25 Is quum ad me Laodiceam veniſſet, mecumque ego eum eſſe vellem, repente percuſſus eſt atrociſſimis Literis: in quibus ſcriptum erat, *etc.* Idem Tuſc. 5, 33 c. 11 Quodcunque noſtros animos probabilitate percuſſit, id dicimus. Vulnere fortunae grauiſſimo percuti Cic. Acad. 1, 11. ¶ 2 *Obſeruatt.* Hic cornici oculum, vt dicitur: nam Hermippum, hominem eruditum, ciuem ſuum percuſſit Cic. pro Flacco c. 20, *i. decepit, emunxit.* Percutere aliquem palpo, *Verbis adulari et ſic decipere* Plaut. Amph. 1, 3, 28. *Abſolute pro interficere.* Hoſtem cominus ſaepe percuſſit Suet. Calig. c. 3. Se percutere Epit. Liu. 114. *Conf. Ruben. Elect.* 2, 19. Animum percutere ſuſpicione religionis Senec. Epiſt. 41. Foedus percutere, *pro Ferire foedus, vel facere* Aur. Vict. de Viris illuſtr. c. 2. Hirt. Bell. Alex. 44 Cum Barbaris foedera percuſſiſſe. Percuſti, *Praeteritum pro Percuſſiſti.* Hor. Serm. 1, 3, 273 Gaudes, ſi cameram percuſti forte, *etc. Differunt* Percutere *et* Percellere. *v. v.*

PERCVTIENS, entis. Part. Aëra pennis Ouid. Met. 11, 732. Pectora *ibid.* v. 620.

PERCVTIENDVS, a, um. Part. [πληκτέος] Terga percutienda dare Ouid. Faſt. 2, 445.

PERCVSSVS, a, um. *Aliud* Part. [πεπληγμένος] Percuſſus vehementer Cic. Att. 6, 19 p. 634. Dolore extremo percuſſa Valer. Argon. 7, 475. Forma aliqua percuſſus, *Signatus, formatus: proprie de numis dicitur.* Seneca Epiſt. 34 Omnia facta dictaque inter ſe congruant: reſpondeant ſibi, ac vna forma percuſſa ſint. Ictu fulminis percuſſa es Ouid. ad Liu. 11. Ignis excitatur ex Lapide percuſſo Sen. Q. N. 2, 22. Virga percuſſus Virg. Aen. 7, 190. Vulnere percuſſus Propert. 1, 1, 13. Genu percuſſo claudicat Ouid. Faſt. 3, 758. Litora percuſſa fluctu Virg. Ecl. 5, 83. Lyra percuſſa Ouid. Amor. 3, 12, 40. Turres percuſſae de caelo, *i. Fulminatae* Cic. in Catil. 3, 19 c. 8. Victima collum percuſſa ſecuri Ouid. Triſt. 4, 2, 5. *Vox haec non raro ab affini aliqua moueri loco ſolet, vid. Burm. ad* Petron. c. 111 p. 316. *it. Permiſcetur cum* Perculſus. *v. v.*

PERCVSSA, ae. f. Cael. Aurel. Acut. praef. 18 Cum fiunt plagae ſiue percuſſae. *Vid. Barth. Adu.* 41, 18.

PERCVSSVS, ûs. m. [πλῆξις] *Pro Percuſſione.* Vox linguae formata percuſſu Sen. Q. N. 2, 6. Plin. 7, 51 Venarum inaequabili aut formicante percuſſu. *Add.* Idem 28, 11 *et* 17. *it.* 31, 3. Apul. de Herb. c. 51 n. 5. Vitruu. 9, 9.

PERCVSSIO, ōnis. f. [βολή, πάταγος] Cic. Tuſc. 3, 62 c. 26 Ex hac opinione ſunt illa varia et deteſtabilia genera lugendi, paedores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percuſſiones. Digitorum percuſſio Cic. Off. 3, 67 c. 19. Si vir bonus habeat hanc vim, vt ſi digitis concrepuerit, poſſit in locupletium teſtamenta nomen eius irrepere, hac vi non vtatur — At dares hanc vim M. Craſſo, vt digitorum percuſſione heres poſſet ſcriptus eſſe, *etc.* ¶ 2 Percuſſio, *pro Ictu, de dimenſione temporum in pedibus aut muſica.* Quinctil. 9, 4 Deinceps longiores fiunt percuſſiones. Cic. de Orat. 3, 182 c. 47 Sed ſunt inſignes percuſſiones eorum numerorum, et minuti pedes. *Add. ib.* c. 48. *Sic* Modi percuſſionum non ſunt in oratione ſoluta tanquam tibicini Cic. in Orat. 198 c. 58. *i. Rhythmi, et pedes ita praeſcripti, vt ab illis diſcedere non liceat.*

PERCVSSOR, ōris. m. [πλήκτης] *Qui percutit et occidit, et ad id faciendum conducitur.* Cic. pro Roſc. Amer. 93 Ea multitudo quae erat? opinor, aut eorum, qui in bonis erant occupati, aut eorum, qui ab his conducebantur, vt aliquem occiderent. ſi eos putas, qui alienum appetebant: tu es in eo numero, qui noſtra pecunia diues es. ſin eos, quos, qui leuiore nomine appellant, percuſſores vocant: quaere in cuius fide ſint et clientela. Deprehenſus cum ſica percuſſor Caeſaris Cic. Philipp. 2, 74 c. 29. Suet. Ner. c. 48.

PERCVSSIBĬLIS, e. Adi. Cael. Aurel. Tard. 4, 8. *et* 1, 4. *Conf. Reineſ. Var. Lect. p.* 650.

PERCVSSIONALIS, e. Adi. Caſſiodor. de Muſica.

PERCVSSVRA, ae. f. Apul. de Herb. c. 31 n. 6. *Add.* Veget. 2, 20. Vulgat. Leuit. 12, 54.

PERDAGO, āre. Cl. Mamert. 2, 3 *pr.* Philoſophorum voluminibus perdagatis.

PERDEO, īre. *Antiq. Idem ac Perire.* Plaut. Poen. 4, 2, 62. *Sed malit Gronou.* Pendeam.

PERDECŌRVS, a, um. Adi. [πάνυ εὔκοσμος] *Valde decorus.* Plin. Epiſt. 3, 9, 28 Eſt alioqui perdecorum.

PERDELEO, ēre. Ab aduerſariis perdeleri Veget. 3, 10. Interficite omnes, vt perdeleantur Tertull. adu. Iud. c. 1. *Significat internecionem et caedem omnium.*

PERDELĪRVS, a, um. Adi. *Valde ridiculus et delirus.* Lucret. 1, 693 Dicere porro ignem res omnes eſſe, *etc.* Quod facit hic idem, perdeliruui eſſe videtur.

PERDENSVS, a, um. Adi. [πολυδασὺς] *Valde denſum ſignificat.* Columel. 3, 12 Perdenſam humum caeleſtes aquas non ſorbere.

PERDEPSO, ĕre. *Vox obſcena apud* Catull. Carm. 75. *Aliis eſt*

PERDESPVO, ui, utum, ĕre. [καταπτύω] *Verba ſunt,* Patrui perdeſpuit ipſam Vxorem. Perdepſuit *placuit Voſſio.*

PERDICIVM, i. n. [ἑλξίνη] *Herba.* Plin. 21, 17 Perdicium et aliae gentes quam Aegyptii edunt: nomen dedit auis, id maxime eruens. Ea eſt, quae et muralium etiam dicitur, *vulgo* parietaria. *Dicta* Perdicium, *quod ea perdices delectentur.*

PERDICO, ĕre. Vix haec perdixerat, illi proſiliunt Alcim. Auit. 5, 596. *h. e. plane dixerat, dicere deſierat.* *Add.* Quinctil. Declam. 19 *vbi tamen nihil inuenio.*

PERDIFFICILIS, e. Adi. [πάνυ χαλεπὸς] *Valde difficilis.* Cic. Att. 3, 8 Sed et nauigatio perdifficilis fuit. Idem de Nat. Deor. 1, 1 Tum perdifficilis Brute (quod tu minime ignoras) et perobſcura quaeſtio eſt de natura deorum.

PERDIFFICILĬTER, [πάνυ χαλεπῶς] *vel vt alii volunt,* PERDIFFICVLTER. Adu. Cic. Acad. 4, 47 c. 15 Aut ſi ea quoque poſſit, cur illa non poſſit, quae perdifficiliter internoſcantur tamen?

PERDIGNVS, a, um. Adi. [πολλῦ ἄξιος] *Valde dignus.* Cic. Fam. 13, 6 Sed tamen ſuſpicor ipſum hominem, quem tibi commendo, perdignum eſſe tua amicitia.

PERDILĬGENS, entis. Adi. [πάνυ ἀκριβὴς] *Valde diligens.* Cic. Q. Frat. 3, 5 *extr.* Sed res operoſa eſt, et hominis perdiligentis.

PERDILIGENTER. Adu. [πάνυ ἀκριβῶς] Cic. de Clar. Orat. 14 c. 3 *extr.* Nempe eum dicis, inquit, quo iſte omnem rerum memoriam breuiter, et vt mihi quidem viſum eſt, perdiligenter complexus eſt?

PERDISCO, dĭdĭci, ĕre. [καταμανθάνω] *Ediſcere.* Cic. Q. Frat. 3, 1 Si ego nihil reſcripſero, mea in illum pueri omnes tanquam dictata perdiſcant. Qui non cito quid didicit, nunquam omnino poteſt perdiſcere Cic. de Orat. 3 c. 36. Plaut. Truc. 1, 1 *pr.* Non omnis aetas ad perdiſcendum ſat eſt. Idem Aſin. 1, 3, 35 Perdidici iſtaec eſſe vera damno cum magno meo. Perdiſcere et noſſe potuiſſe omnia iura belli Cic. pro Corn. Balb. 47 c. 20. Diſciplinam ruris perdiſcere Columel. 11, 1. Cic. Fam. 7, 14 Quod certe ita fieret, ſi tu maluiſſes beneuolentiae, quam litium Iura perdiſcere. Libros alicuius Idem de Orat. 1, 249. Literas Plin. 29, 1. Mores naturae Propert. 3, 5, 25. Ortus obitusque ſignorum Cic. de Fato 16.

PERDISERTE. Adu. Cic. de Orat. 1 c. 14.

PERDITIO, PERDITOR, PERDITVS, *vid.* PERDO.

PERDIV. Adu. [πάνυ διὰ μακρῦ] *Admodum diu.* Cic. Att. 3, 22 Ego, quod per Theſſaliam ſi irem in Epirum, perdiu nihil eram auditurus. Idem de Orat. 1, 8 Quum boni perdiu nulli, vix autem ſingulis aetatibus ſinguli tolerabiles oratores inuenirentur.

PERDIVTVRNVS, a, um. Adi. [πολυχρόνιος] *Quod valde diu durat.* Cum Tigrane graue bellum perdiuturnumque geſſimus Cic. pro Sext. c. 27. Idem de Nat. Deor. 2, 85 c. 33 Quae aut ſempiterna ſit neceſſe eſt, hoc eodem ornatu, quem videmus, aut certe perdiuturna permanens ad longinquum et immenſum paene tempus.

PERDĪVES, ĭtis. Adi. [πολυχρήματος] *Valde diues.* Cic. Att. 6, 1 Amici regis duo tresue perdiuites, ſed ii ſuum tam diligenter tenent, quam ego aut tu.

PERDIVS, i. m. [πανημέριος] *ex* Per *et* Dius, *quod eſt dies; Is dicitur, qui per diem aliquid agit: ſicut* Pernox, *qui per noctem.* Apul. Met. 5 p. 161, 11 Et perdia et pernox, nec inter amplexus coniugales deſinis cruciatum. Gell. 2, 1 Stare ſolitus Socrates dicitur pertinaci ſtatu perdius atque pernox, a ſummo lucis ortu ad ſolem alterum orientem inconniuens, immobilis, *etc.* *Add.* Ammian. 31, 3.

PERDIX, ĭcis. f. [πέρδιξ] *Auis nota.* Plin. 10, 33 ſ. 51 Perdices ſpina et frutice ſic muniunt receptaculum, vt contra feras abunde vallentur: ouis ſtragulum molli puluere contumulant: nec in quo loco peperere, incubant: neue cui frequentior conuerſatio ſit ſuſpecta, transferunt alio. Illae quidem et maritos ſuos fallunt, quoniam intemperantia libidinis frangunt earum oua, ne incubando detineantur. Perdix, maſculinum eſſe *probat* Nonius *ex* Varrone, Perdices Boeotios *dicente.* Seren. Sammon. 214 Seu fel perdicis, parili cum pondere mellis. *Et* 387 Vulturis atque iecur, vel ius perdicis apricae. Martial. 13, 65 *de perdice,* Ponitur Auſoniis auis haec rariſſima menſis, Hanc in lautorum mandere ſaepe ſoles.

PERDICĀLIS, e. Adi. Herba perdicalis Apul. de Herb. c. 81.

PERDICIVM, *vid. paullo ante ſ. l.*

PERDO, ĭdi, ĭtum, ĕre. [ἀποβάλλω, ἀπολλύω] *ex* Per *et* Do *compoſitum, Praepoſitione corruptionem ſignificante, vt in* Perco. *Eſt enim* Perdere, *vel corrumpere aliquid, vel certe amittere, vt non amplius habeas.* Plaut. Amph. 4, 4, 5 Hunc non repperi, et illos perdidi. Cic. Fam. 5, 16 Quum beatiſſimi ſint, qui liberos non ſuſceperunt: minus autem miſeri, qui his temporibus Amiſerunt, quam ſi eosdem, bona, aut denique aliqua Rep. perdidiſſent. Amittere *et* Perdere, *in aliquo videntur differre, ex his verbis* auctoris ad Herenn. 4, 58 Vnde amiſit vitam, et non perdidit: re enim viliſſima et parua maximam redemit: dedit vitam, accepit patriam, *etc.* *De Decio.* *Neque enim* Perdere *dicimur pecuniam, quam in bonam emtionem impendimus.* Habere *et* Perdere aliquid, *contraria.* Cic. poſt red. ad Quir. 20 Recuperata vero ſua dignitate, ſe non commiſſurum, vt quum ea, quae amiſerat, ſibi reſtituta eſſent, virtutem animi non haberet, quam nunquam perdidiſſet. Perdere *et* Lucrari, *contraria.* Cic. Off. 2 84 Quamobrem, ne ſit aes alienum, quod Reip. noceat prouidendum eſt, quod multis rationibus caueri poteſt: hoc ſi non fuerit, vt locupletes ſuum perdant, debitores lucrentur alienum. Perdere *abſolute, pro dilapidare pecuniam* Plaut. Bacch. 4, 4, 86. *De ludentibus,* Ouid. de Arte Am. 1, 451 Sic ne perdiderit non ceſſat perdere luſor. Cic. Fam. 5, 5 Quae ego, ſi non profundere, ac perdere videbor, omnibus meis viribus ſuſtinebo. Idem pro Roſc. Amer. 131 Saepe ventis vehementioribus, aut immoderatis tempeſtatibus, aut nimio calore, aut intolerabili frigore hominibus nocuit, vrbes deleuit, fruges perdidit, *etc.* *De Ioue.* Perdere aliquem, *Corrumpere, malis moribus inficere.* Ter. Adelph. 1, 1, 36 Cur perdis adoleſcentem nobis? Male perdere aliquem Catull. ad Caluum ſ. 4, 5. Amando perdere aliquem Hor. Carm. 1, 8, 3. Perdere aliquem, *Mortis periculo exponere.* Terent. Andr. 3, 5, 1 Vbi illic ſcelus eſt, qui me perdidit? Morte perdere aliquem Ouid. Met. 1, 224. Bello perdere cunctos Claud. Conſ. Hon. 6, 310. Nutu minimo perdere aliquem Ouid. ex Pont. 1, 2, 93. Scaeuolae mors omnes ciues perdidit et afflixit Cic. pro Roſc. Am. c. 12. Nos quidem pol miſeras perdidit Ter. Andr. 5, 1, 8. Cic. Verr. 3, 37 Eos quidem iam ſuperioribus edictis ſatis perdiderat atque afflixerat. Perdere aliquem capitis Plaut. Bacch. 3, 3, 86. *i. Vita priuare, ſeu occidere.* Animum pudicum male perdere Ouid. Epiſt. 7, 5. Annos bello perdidit Idem Amor. 2, 1, 31. Annos errando perdidit Idem ibid. 2, 1, 31. Quinctil. 11, 3 Huic contrarium eſt vitium nimiae tardidatis: nam et difficultatem inueniendi fatetur, et ſegnitia ſoluit animos, et temporibus praefinitis Aquam perdit, *i. Tempus datum fruſtra conterit, quum ad clepſydram dicitur.* Blanditias perdere Ouid. Amor. 11, 31. Senec. Hippol. 4 v. 441 Perdere eſt dignus Bona, qui neſcit vti. Bona aequo animo Cic. Fam. 9, 16. Bona perdere in cicere atque faba Hor. Serm. 2, 3, 182. Cic. pro Roſc. Com. 10 Hic tu ſi amplius HS. numo petiſti, quam tibi debitum eſt, Cauſam perdidiſti. Amici, Diem perdidi Titus Veſpaſ. *ap.* Suet. in Vita c. 8. Equos perdere, *i. Corrumpere* Nep. 18, 5, 4. Plaut. Trin. 3, 2, 16 Itane tandem maiores Famam tradiderunt tibi tui, vt, virtute eorum ante parta, per flagitium perderes? Famam male perdere Ouid. Epiſt. 7, 6. Fidem et rem Plaut. Epid. 2, 2, 36. Quinctil. 9, 4 Perdit, amittitque et fidem, et affectus, motusque omnes. Idem Amphit. 1, 1, 300 Vbi ego perii? vbi immutatus ſum? vbi ego Formam perdidi? Formam hominis Ouid. Met. 13, 405. Fructus omnes induſtriae ſuae et fortunae Cic. Fam. 4, 6. Fugam Martial. 1, 11. Quinctil. 9, 4 Perdidiſſet Gratiam ſimplicis atque inaffectati coloris, perdidiſſet fidem quoque. Laborem, ac tempora Idem 1, 1. Libertatem Cic. pro Rabir. Poſt. 24. Litem Idem de Orat. 1, 167. Locum Quinctil. 6, 4. Mala Sen. Conſ. ad Helu. c. 3. *i. ita ferre, vt nihil inde fructus ad animum redeat.* Manum Plin. 7, 28. Plaut. Curc. 1, 3, 41 Noli amabo verberare lapidem, ne perdas manum, *i. Corrumpas.* Memoriam Cic. de Senect. 21. Mores Plaut. Trucul. 3, 2, 9. Nomen perdidi, *pro Nomen excidit, non ſuccurrit, et non memini* Ter. Phorm. 2, 3, 39. Oculos Cic. de Aruſp. Reſp. 37. Oculos ambos perdidit Iuuen. Sat. 10, 228. Operam perdere Hor. Serm. 1, 1, 90. *Add.* Cic. pro Mur. 23 c. 10. Plaut. Bacch. 1, 2, 24. *et* 4, 3, 11. Cic. de Orat. 1, 126 Qui, quum mercede doceret, tamen non patiebatur eos, quos iudicabat non oratores euadere, Operam apud ſe perdere. Operam et oleum perdere, *prouerbialiter dictum, pro In vanum laborare: tractum ab iis, qui pernoctando multūm olei conſumunt.* Cic. Fam. 7, 1 In quibus ipſe Pompeius confitetur, ſe et operam et oleum perdidiſſe. Idem pro Muraen. 23 c. 10 Quod quidem ius Ciuile, didiciſti, non dicam operam perdidiſti. *Conf.* Plaut. Poen. 1, 2, 119. Opes ſuas perdere in aliquo Ouid. Amor. 1, 2, 50. Oppidum perdere, *et* Recipere, *contraria* Cic. de Orat. 2. Paeniſſime perdere, *vid.* PAENE. Parentes multi, multi amicos, nonnulli patriam, plerique ſe ipſos penitus perdiderunt Cic. de Finib. 1, 49. Ante Parta Plaut. Trin. 3, 2, 17. Cic. Fam. 14, 1 Per fortunas miſeras noſtras vide, ne puerum Perditum perdamus. Prandium perdere Plaut. Men. 3, 1, 13. Rem paternam Idem Trin. Prol. 13. Se perdere Idem Milit. 2, 5, 19. Plin. in Paneg. c. 93 *pr.* Manet manebitque honori veneratio ſua, nec Securitatem auctoritate perdemus. Spem Plaut. Rud. 1, 4, 3. Cic. Fam. 1, 9 Non illi quidem, vt mihi Stomachum facerent, quem ego funditus perdidi, ſed certe, vt facere ſe arbitrarentur. Talentum perdere, *Exponere et conſumere* Ter. Heaut. 3, 1, 65. Tempus Cic. de Orat. 3, 144. Tempora perdere precando Ouid. Met. 11, 286. Cic. Fam. 5, 15 Dicerem iucundius, niſi id Verbum in omne tempus perdidiſſem. Verba perdere, *pro Priuari loquela* Propert. 2, 33, 10. Vires cinis perdit Ouid. Rem. Amor. 244. Ter. Hec. 3, 1, 2 Heu me infelicem, hancine ego Vitam parſi perdere? Martial. 1, 13 Sus pariter Vitam perdidit atque dedit.

PERDVO, ĕre. [ὄλλυμι] *Dixerunt antiqui, pro Perdo: vt* Plaut. Amph. 2, 2, 214 Amphitruo es profecto, caueſis ne tute vſu perduis. *Sic apud eundem maxime, et apud* Ter. *vt* Hec. 1, 2, 59 Te Dii Deaeque perduint, cum iſto odio. *Conf.* Cic. Att. 15, 4 *pr.*

PERDENDVS, a, um. Partic. [ὀλλοθρευτέος] Genus mortale perdendum eſt Ouid. Met. 1, 188. Feras perdendas praebeat ſilua Idem Epiſt. 4, 170.

PERDĬTVS, a, um. Partic. [ὀλέθριος, ἀίτος, ἐξώλης, πανόλεθρος] dicitur, Qui ita alicui perturbationi aut vitio ſubiacet, vt inde ſe eximere non poſſit, et qui omni vitio contaminatus eſt, ita, vt de eo nulla amplius ſpes habenda ſit. Perditum enim id dicere ſolemus, Quod interiit, ac recuperari non poteſt. Feſtus. Cic. Verr. 3, 65 Tu Apronium hominem vix liberum, contaminatum, perditum, flagitioſum, qui non modo animum integrum, ſed ne animam quidem puram conſeruare potuiſſet. Miſeri et perditi Cic. Verr. 5, 31. Aere alieno perditus, et egens Id. Philipp. 2, 78. Egeſtate perditus et fame Idem Verr. 5, 86. Moerore ac miſeriis perditus Idem ibid. 5, 27. Confectus morbo, perditus moerore ac lacrimis Cic. pro Muraen. 86. Adoleſcens perditus, *vid.* ADOLEO. Adoleſcens perditus et diſſolutus Cic. Tuſc. 4, 55. Animi perditi homo Plaut. Men. 2, 1, 44. Auctoritate tam perdita, tam facinoroſa nemo inuentus eſt vita, qui quum de ſcelere fateretur, non tamen, *etc.* Cic. anteq. iret in exil. 17. Conſilia diſſoluta et perdita Idem de Lege Agrar. 2, 54. Homo Ter. Eun. 3, 1, 28 *et* 41. Iura perdita Claud. de Bell. Gildon. 402. *Al.* Prodita. Mens Tibull. 2, 6, 51. Cic. pro Cluent. 36 Quidam Larinas perdita Nequitia, et ſumma egeſtate. Omnia ad perniciem profligata atque perdita Idem pro S. Roſc. c. 13. Ter. Andr. 3, 5, 13 Tu Rem impeditam et perditam reſtituas? Cic. pro Caecin. 90 Exoritur hic iam obrutis Rebus omnibus et perditis illa defenſio, eum deiici poſſe, *etc.* Idem Philipp. 8, 31 Quum eſſet ſumma ſenectute et perdita Valetudine. Quod periiſſe vides, perditum ducas Catull. 8, 2. *Compar.* [ἐξωλέστερος] *Luxurioſior.* Hor. Serm. 1, 2, 15 Quanto perditior quisque eſt, tanto acrius vrget Catull. 40, 14. Perditius nihil, *h. e. Nequius et corruptius.* Cic. Q. Frat. 3, 5 Nihil eſt enim perditius his hominibus, his temporibus. Catull. 42, 14 Aut ſi perditius poteſt quid eſſe. Miſerius, perditius, foedius, nihil fieri poteſt Cic. Att. 8, 11. *Superl.* [ἐξωλέστατος] Perditiſſimus homo Idem pro Roſc. Amer. 2. Profligatiſſimus et perditiſſimus omnium Idem Verr. 3, 65 c. 26.

PERDITE. Adu. [ὀλεθρίως] *Corrupte.* Cic. Att. 9, 2 Qui hic poteſt ſe gerere non perdite? Perdite, *pro Vehementer aliquando dicitur.* Terent. Heaut. 1, 1, 45 Eius filiam ille amare coepit perdite, *vt perire ſibi videatur niſi potiatur.* Perdite conari Quinctil. 2, 12.

PERDI-

PERDITIM. Adu. Afran. *ap.* Chariſ. l. 2 *vbi tamen al. leg.* perdite.

PERDITIO, ōnis. f. [ἀπώλεια, Gloſſ. Lat. Gr. ὀλόθρευσις] Plin. 9, 35 Subeunt luxuriae eius nomina et taedia, exquiſita perditione portatu. *Harduin.* Perdito ne potatu. Perditionis iter Alcim. Auit. 4, 138.

PERDĬTOR, ōris. m. [ὀλοθρευτὴς] Cic. in Piſon. 55 c. 34 Ita perpetuos defenſores Macedoniae, vexatores, ac perditores effeciſti. Perditor, *et* Seruator Reip. *contraria.* Cic. pro Planc. 89 c. 36 Committerem, vt idem perditor Reip. nominarer, qui ſeruator fuiſſem?

PERDITRIX, īcis. f. Tertull. de Caſt. c. vlt. Luxuria caſtitatis perditrix. Vet. Gloſſ. Perditrix, ὀλέτειρα.

PERDŎCEO, ui, ctum, ēre. [ἐκδιδάσκω] *Perfecte et plane docere.* Ter. Heaut. 2, 3, 120 Verum illa ne quid titubet. S. perdocta eſt probe. Cic. pro Sext. 96 c. 44 Rem quaeris praeclaram iuuentuti ad diſcendum, nec mihi difficilem ad perdocendum. Plaut. Stich. 1, 3, 24 Paupertas artes omnes perdocet. Perdocere homines Lucret. 5. 1437. Deae Pierides perdocuere te Ouid. ex Pont. 4, 12, 28. Perdocere ſuam ſtultitiam Quinctil. 1, 1.

PERDOCTVS, a, um. Partic. [πολυδίδακτος] Cic. pro Corn. Balb. 60 c. 27 Ac ſi mea auctoritas ſatis apud illos in hac re ponderis haberet, quum me praeſertim rerum varietate atque vſu ipſo iam perdoctum viderent, etiam ab illis maioribus diſcordiis auocarent. Ter. Heaut. 2, 3, 120 Perdocta eſt probe. Exitio multorum perdocti Lucret. 3, 474.

PERDOCTE. Adu. [πολυδιδάκτως] Plaut. Moſtell. 1, 3, 122 Vt perdocte cuncta callet: nihil hac docta doctius.

PERDŎLEO, ui, ĭtum, ēre. [καταλγύνομαι] *Vehementer ex intimo ſenſu dolere.* Ter. Eun. 1, 2, 74 Heu noſter, laudo, tandem perdoluit, vir es. Nimis doluit, Perſenſit dolorem. Donatus. Hygin. Aſtron. 2, 40 Cuidam ciuium perdoluit inceptum Demiphontis.

PERDOLESCO, ĕre. Accius *apud* Non. 2, 328 Nec perdoleſcit fligi ſocios. Perdolitum eſt, *imperſ.* Q. Claudius *apud* Gellium 9, 13 *vbi ſingulare Manlii certamen cum Gallo deſcribit*, Deinde, *inquit*, Gallus irridere coepit, atque linguam exertare. Id ſubito perdolitum eſt cuidam T. Manlio, *etc.*

PERDOLO, āre. Cum in materiem perdolantur Vitr. 2, 10.

PERDOLATVS, a, um. Partic. Arbor praeciſa alte et perdolata Vitr. 2, 9. *Conf.* Arnob. l. 6 p. 209.

PERDOMINOR, āri. Dep. Solus zephyrus perdominetur annum, *i. toto anno dominetur, potiorque ſit ventis aliis* Claudian. Feſcenn. in Nupt. Honor. v. 85.

PERDŎMO, ui, ĭtum, āre. [καταδαμάζω] *Plane domare.* Martial. Spectac. 27 Herculeae laudis numeretur gloria, plus eſt Bis denas pariter perdomuiſſe feras. Canes perdomare Tibull. 1, 2, 54. Prouinciam aliquam perdomare Liu. 8, 13. Terram perdomare vel ſolum, *h. e. Subigere* Plin. Epiſt. 6, 15. Paterc. 2, 95, 2 Gentes perdomuerunt.

PERDOMĬTVS, a, um. Partic. [καταδαμασθεὶς] Hiſpania — poſtrema omnium — perdomita eſt Liu. 28, 12. Idem 9, 20 Apulia perdomita. Boues perdomiti mox ad aratrum inſtituantur Columel. 6, 2. Hoſtis perdomitus Claud. Conſ. Hon. 3, 34. Ora Illyris perdomita armis Sil. 8, 290. Serpens perdomitus Ouid. Met. 1, 447. Vrbes perdomitae Lucan. 2, 644.

PERDOMĬTOR, ōris. m. Prudent. Cathem. 4, 12 Mortis perdomitor, ſalutis auctor.

PERDORMISCO, ĕre. [κατακοιμάομαι] *Dormire totam noctem.* Plaut. Men. 5, 5, 29 Perdormiſcin' vſque ad lucem? M. facilen' tu dormis cubans?

PERDVCO, xi, ctum, ĕre. *Vſque ad certum finem ducere.* Cic. de Senect. 60 c. 17 M. quidem Val. Coruinum accepimus ad centeſimum annum vitam perduxiſſe. Tuba praemonitos perducat ad aequora nautas Lucan. 2, 362. Cic. Verr. 1, 11 Reperiemus, ſi iſtum virum ad aliud iudicium perducere potuerimus, quibus probemus, *etc.* Pompon. in l. Quintus. in fine. D. de annuis legat. Sed interuentu iudicis haec omnia debent ad effectum perduci. Perducere ad exitum, *pro Complere, abſoluere.* Cic. de Inuent. 2, 169 c. 59 Tamen his ſuſceptis difficultatibus compleri, atque ad exitum perduci poteſt. Ad culmen Liu. 1, . . Ad dimidias perduci Scribon. 1 *de coctione.* Cic. de Legib. 1, 22 Eſt autem virtus nihil aliud, quam in ſe perfecta, et ad ſummum perducta natura. Ad ſummam operis libros perducere Quinctil. 1 Prooem. Ad liquidum confeſſumque aliquid perducere Idem 5, 14. Cic. Fam. 9, 20 Integram famem ad ouum affero: itaque vſque ad aſſum vitulinum opera perducitur. Ad longam ſenectutem perducere vſque Plin. 29, 1. Ad ſenectutis principia perducit (vix, medicina) Celſ. 1 praef. Lucan. 3, 384 A ſummis perduxit ad aequora caſtris Longum Caeſar Opus. Perducere aliquem, *Inducere cum difficultate.* Plaut. Moſtell. 1, 3, 41 Poſtremo, ſi dictis nequis perduci, vt vera haec credas, *etc.* Ter. Andr. 1, 1, 35 Filium perduxere illuc ſecum, vt vna eſſet mecum. *Vid.* Donat. Nep. 18, 2, 5. Cum eum perducere non poſſet, interficere conatus eſt Nep. 18, 2 *extr.* Perducere aliquem ad ſuam cauſam donis Liu. 35, 13 *pr.* Perducere aliquem Ad, vel in ſuam ſententiam Cic. Att. 16, 8. Idem pro Roſc. Com. 46 Qui ſemel a veritate deflexit, hic non maiore religione ad periurium, quam ad mendacium perduci conſueuit. Carmen ad iratum dum tu perducis Achillem Ouid. Amor. 2, 18, 1. Cic. Att. 5, 21 Seducit me Scaptius: ait ſe nihil contradicere, ſed illos putare talenta CC ſe debere: ea ſe velle accipere, debere autem illo paullo minus: rogat, vt eos ad CC perducam. In rem praeſentem audientes perducere Quinctil. 4, 2. Cic. de Legib. 3, 14 Phalereus ille Demetrius, de quo ſupra feci mentionem, mirabiliter doctrinam ex vmbraculis eruditorum otioque non modo in ſolem atque in puluerem, ſed in ipſum diſcrimen, aciemque perduxit. *Quaedam exemplaria legunt*, Produxit. Ad furorem mortemque perduxit ira Aiacem Cic. Tuſc. 4, 51. Ad ampliſſimos honores aliquem perducere Idem de Amicit. 10. In odium Senec. de Benef. 2, 17. En quo diſcordia ciues Perduxit miſeros Virg. Ecl. 1, 72. Eo perduxit, vt Liu. 2. Planc. ad Cic. Fam. 10, 7 Sed vſque mihi temperaui, dum perducerem eo rem, vt dignum aliquid et Conſulatu meo, et veſtra exſpectatione efficerem. Ad libertatem perducere ſeruum Vlpian. in l. Is qui alienum. D. de verb. obligat. Perducere ad, *vel* in mediam noctem Liu. 36, . . In ſerum perducere Idem 38, . . Celſus in l. Si petitor. D. de iudiciis, Nec enim quiſquam alienam Actionem, inuito cohaerede, perducere poteſt. Noctes perducere Propert. 1, 3, 39. Perducere artem in magnitudinem Plin. 9, 56. Perducere foſſas, vel murum in altitudinem Caeſ. Bell. Gall. 7, 36. Perducere aquam ex aliquo loco Plin. Epiſt. 10, 37. Perducere, *pro Delere vſurpatur. Hin.* Perductum, *pro inductum.* Vlpian. l. 1. De his, quae in teſtam. delen. Sed nolentibus inducta accipiendum eſt, etſi perducta ſint. Perducere, *Perungere, oblinere.* Cruſta perducta Scribon. 237. *i. peruncta.* Virg. Georg. 4, 425 Haec ait et liquidum ambroſiae diffundit odorem, Quo totum nati corpus perduxit. *Proprium medicorum verbum eſt.* Seren. Sammon. de Med. c. 5 Aut lacrimis hederae, aut ſucco perducere cedri. Idem c. 39 *et* 40.

PERDVCTVS, a, um. Partic. Aqua perducta Scribon. 135. *i. epota vno hauſtu. Vid. Rhod. p.* 208. Perducit totum cyceonis laeta Liquorem Arnob. l. 5. Repertum vini Poculum continuo perduxit hauſtu Apul. Met. 10 p. 240. *Nempe etiam* Ducere *et* Educere *de potu adhibentur.* Lucret. 1, 1107 Haec ſi pernoſces parua perductus opella. *Al.* Perſunctus opella. Sermo perductus Idem 4, 540. *De his, quae ad libidinem deducuntur,* Suet. Tiber. c. 45 Quam perductam, nequidquam amplius pati conſtantiſſime recuſantem delatoribus obiicit. Id. Calig. c. 25 Perductam a marito coniunxit ſibi. *Huc referendum videtur illud* Agroetii p. 2271, 41 Abducitur, quis ad rem inhoneſtam: perducitur ad ſtuprum, *vel* ſtupra. *Sic enim legendum videtur pro* ſtudia, *vid.* PERDVCTOR.

PERDVCTO, āre. *Videtur vulgo obſcenum et meretricium verbum fuiſſe, vt modo de* Perduco *obſeruauimus.* *Certe ſic ludit* Plaut. Moſt. 3, 2, 160 Quidquid eſt, errabo potius, quam perductet quiſpiam.

PERDVCTOR, ōris. m. [προαγωγεὺς] *Qui mulieres nobiles vel promiſſis inductas, vel minis coactas, vel vi ad potentiores viros perducit.* Plaut. *huc alludit* Moſt. 3, 2, 160 Apage iſtum a me perductorem. *Nempe* Perductores, *ap.* Ciceronem in Verrem (*vt* Aſconius *ait*) in hoc differunt a Lenonibus; quod Lenones ſunt ſcortorum, Perductores etiam inuitarum perſonarum, et in quibus ſtupra exercita legibus vindicantur. Cic. Verr. 1, 33 c. 12 Sileatur de nocturnis eius bacchationibus, aut vigiliis lenonum, aleatorum: perductorum nulla mentio fiat: damna, dedecora, quae res patris eius, aetas ipſius pertulit, praetereantur. *Quidam docti illo loco* Productores *legendum cenſent, vt Latinum Graeco reſpondeat,* προαγωγεῖς. *Add.* Lactant. 6, 17. *Conf. Deſ. Herald. ad* Tertull. Apol. c. 43 *vbi* Perductores *et* Aquarioli *coniunguntur.*

PERDV̄DVM. Adu. Plaut. Stich. 4, 1, 69 Vidi hominem haud perdudum.

PERDVELLVM, i. n. *Ab antiquis dicebatur, quod poſtea* Duellum *et* Bellum: *ſicut et* Perduellis, *qui poſtea Hoſtis.* Accius *apud Turn.* 17, 24 De ſumma tibi perduellum eſt. *Conf.* Varr. L. L. 6, 3 p. 74, 20.

PERDVELLIS, is. m. [πολέμιος] Qui, *vt ait* Feſtus, pertinaciter retinet bellum. Hoſtis, *inquit* Varro de L. L. 6, 3. Ennius, Quin inde inuictis ſumſerunt perduellibus. Liu. 45, 16 Vt quoniam perduelles ſuperati eſſent, *verba SCti.* Plaut. Amphit. 1, 1, 93 Perduelles penetrant ſe in fugam. Caius in l. Quos nos. D. de Verb. et rer. ſignificatione, Quos nos hoſtes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum eſſet. Cic. Offic. 1, 37 c. 12 Equidem illud etiam animaduerto, quod qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante. Pirata non eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis omnium Cic. Off. 3 c. 29.

PERDVELLIO, ōnis. m. [εἰσαγγελία] *Crimen laeſae maieſtatis, aut Reipub.* *Exſtat* oratio Ciceronis pro C. Rabirio perduellionis reo *ideo, quod Saturninum Tribunum pl. interfeciſſet: e qua pluſcula declarando huic crimini et iudicio peti poſſunt.* Cic. in Piſon. 4 Ego in C. Rabir. perduellionis reo XL annis ante me Conſulem, *etc.* Vlpian. in l. Vltima. D. Ad legem Iuliam maieſtatis, Qui perduellionis reus eſt, hoſtili animo aduerſus Remp. vel principem animatus eſt. Liu. 1, 26 Perduellionem iudicent ſecundum legem. *Sermo eſt de Horatio ſororis ſuae interfectore. Videtur autem in priſca illa ſimplicitate* perduellis *fuiſſe, i. bello iuſto perſequendus, qui ciuem quemcunque interfeciſſet. Quae enim maior tutela vitae ſingulorum, quam ſi vno interfecto ciue tota Resp. bellum ſibi indictum iudicet, et interfectorem pro hoſte tractet. De ſe et Clodio* Cic. pro Milon. 36 c. 14 *ironice*, Diem mihi, credo, dixerat: multam irrogarat, actionem perduellionis intenderat? *Ciceronis crimen fuit, ciues indemnatos necaſſe.* Cic. pro C. Rab. Perd. reo 10 c. 3 Nam de perduellionis iudicio, quod a me ſublatum eſſe criminari ſoles, meum crimen eſt, non Rabirii. Quod vtinam, Quirites, id ego aut primus aut ſolus ex hac Rep. ſuſtuliſſem. — Quid enim — mallem, quam me in conſulatu meo carnificem de foro, crucem de campo ſuſtuliſſe. Sed iſta laus primum eſt maiorum noſtrorum Quirites, qui expulſis regibus nullum in libero populo veſtigium crudelitatis regiae retinuerunt: deinde multorum virorum fortium, qui veſtram libertatem non acerbitate ſuppliciorum infeſtam, ſed lenitate legum munitam eſſe voluerunt. *Et mox:* Vter noſtrum popularis eſt? tune, qui ciuibus Romanis in concione ipſa carnificem, qui vincla adhiberi putas oportere, qui in campo Martio, comitiis centuriatis, auſpicato in loco crucem ad ſupplicium defigi et conſtitui iubes? ¶ 2 *Turgentis et inflatae orationis exemplum ponit* A. ad Herenn. 4, 15 c. 10 Nam qui perduellionibus venditat patriam, non ſatis ſupplicii dederit, *etc.* *Videtur turgere etiam in eo, quod* perduelliones *ponit pro hoſtibus ſiue perduellibus.*

PERDV̄RO, āre. [χρονίζομαι] *Vſque ad finem durare.* Terent. Hec. 2, 2, 27 Sancte adiurat, non poſſe apud vos Pamphilo ſe abſente perdurare. Plin. 17, 20 Perdurandi peruicacia. Honos augurii perdurat Stat. Theb. 8, 88. Probitas longum perdurat in aeuum Ouid. de Medicam. faciei 49. ¶ 2 *Actiue Indurare.* Prudent. Pſych. 447 Formido pericli Perdurat teneras iter ad cruciabile plantas. *Hinc*

PERDVRĀTVS, a, um. Adi. Sen. de Tranquill. vitae . . . Et quidquid imbecillum in animo nec perduratum exulcerat, *i. Nondum confirmatum.*

PERDVRATV̄RVS, a, um. Partic. [χρονισόμενος] Stat. Theb. 1, 143 Haec mora pugnae Sola, nec in regem perduratura ſecundum.

PERĔDO, es *vel* ĕdis, ēdi, ēſum, eſſe *vel* edĕre. [κατέδω] *Edendo paullatim conſumere.* Cic. Tuſc. 3, 26 c. 12 Lacrimae peredere humore exſangues genas. *Ex Poëta.* Virg. Aen. 6, 442 Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.

PERĒSVS, a, um. Partic. [κατεδηδομένος] Languoribus multis pereſus Catull. in Camer. ſ. 53, 3. Quinque Panibus pereſis Prudent. Cath. 9, 59. Oculi media pars pereſa eſt Lucret. 3, 414. Saxa pereſa ſale, *Scopuli fluctibus marinis attriti et corroſi* Lucret. 1, 327.

Vellera pereſa illuuie Virg. Georg. 3, 561. *Add.* Apul. Met. l. 6. Seren. Sammon. p. 3.

PEREDIA, ae. f. Perediam et Bibeſiam Plautus (Curc. 3, 1, 74) finxit ſua conſuetudine, quum intelligi voluit Cupiditatem edendi et bibendi. Feſtus. *Vid.* PERBIBESIA.

PEREFFLO, are. Poſtremo balbutiens incerto ſermone pereffla-vit animam virilem Apul. Met. 8 p. 207.

PEREFFLVO, ere. Oportet obſeruare nos ea, quae audiuimus, ne forte pereffluamus Vulg. Hebr. 2, 1.

PEREGERE, dicebant Expergefacere. Paulus. *Forte* Perrege-re, *a quo ſunt*, experrexi, experrectus, *etc.*

PEREGER *et* PEREGRIS, *Dicitur quaſi* Per agrum, *vnde poſtea* Peregrinus. Auſon. Epiſt. 17 In comitatu tibi verus fui, nedum peregrem me exiſtimes compoſita fabulari. Vlpian. tit. 17 Si ante tabulas apertas deceſſerit, vel pereger factus ſit. Tertull. ad Vxor. 2, 4 *extr.* Si pereger frater adueniat. *Ita Rigaltius. Al.* Peregre.

PEREGRĪNVS, a, um. Adi. [ξένος, προσήλυτος, ἀλλοδαπός] *Aduena, et aliena loca peragrans, a* Peragro. Varro *ludens ſuo more* L. L. 4, 4 Peregrinum agrum a pergendo, id eſt progrediendo dictum ſcribit: *Voſſius autem id improbat, Etym. p.* 383. Plaut. Aſin. 2, 4, 58 Peregrinus ego ſum, Sauriam non noui. Peregrinus ex alio oppido Plaut. Poen. 3, 2, 23. Peregrinus *et* Hoſpes *hoc differunt: quod* Peregrinus *vocatur, qui in ciuitate ſua non eſt:* Hoſpes, *qui in aliena eſt. Vel*, Peregrinus, *qui ex noſtra ciuitate oriundus non eſt:* Hoſpes, *qui in noſtra eſt. Hactenus Vall.* 4, 2. Cic. pro Sulla 24 At ſi tibi nos peregrini videmur, quorum iam et nomen et honos inueterauit, et huic vrbi et hominum famae ac ſermonibus: quam tibi illos competitores tuos peregrinos videri neceſſe erit, qui iam ex tota Italia delecti tecum de honore et de omni dignitate contendunt? Peregrinus *et* aduena, *quibus opponitur* Hoſpes. Cic. de Lege Agrar. 2, 93 Nos autem hinc Roma qui veneramus, iam non hoſpites ſed peregrini atque aduenae nominabamur. Ciuis *et* Peregrinus, *contraria*. Cic. de Amic. 19 Itaque ciues potiores ſunt quam peregrini, et propinqui quam alieni. Peregrini atque incolae officium eſt, nihil praeter ſuum negotium agere, nihil de alieno inquirere, minimeque eſſe in aliena Republica curioſum Cic. Off. 1, 125 c. 34. Hoſtis apud maiores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus Idem ibid. 1, 3. Eiicere Roma peregrinos Idem de Lege Agrar. 1, 13. Peregrinae dicebantur olim Meretrices, *teſte* Donato, *nempe quod quaeſtum illum mallent apud exteros facere.* Ter. Andr. 3, 1, 11 Adeone eſt demens ex peregrina? *Add.* 1, 1, 119. Ne in noſtra patria peregrini eſſe videamur Cic. de Orat. 1 c. 58. Idem ib. 1, 218 c. 50 Fateor callidum quendam hunc, et nulla in re tironem ac rudem, nec peregrinum atque hoſpitem in agendo eſſe debere. Iuuen. Sat. 14, 187 Peregrina ignotaque nobis Ad ſcelus atque nefas quaecunque eſt, purpura ducit. Peregrina omnia relinque, Athenas nunc colamus Plaut. Stich. 5, 2, 21. ¶ 2 *Subſtantiua:* Ager peregrinus eſt, qui neque Romanus, neque hoſtilis habetur. Feſt. Amnes peregrini Ouid. Met. 8, 836. Amore peregrino captus Idem Epiſt. 1, 76. Arbores peregrinae Plin. 12, 3. Ab Armis peregrinis defendi Ouid. Triſt. 2, 4, 1. Aues Plin. 10, 26 Caelum Ouid. Triſt. 4, 8, 25. Diuitiae Hor. Epiſt. 2, 1, 204. Facies peregrina atque ignobilis Plaut. Pſeud. 4, 2, 9. Graeci exultant, quod peregrinis Iudicibus vtuntur Cic. Att. 6, 1. *i. ipſis Graecis.* Lapilli Ouid. de Nuce 141. Exornari in peregrinum Modum Plaut. Trin. 3, 3, 38. Orbem peregrinum viſere Ouid. Met. 1, 94. Sacra peregrina appellantur, Quae aut euocatis diis in oppugnandis vrbibus Romam ſunt delata: aut quae ob quaſdam religiones per pacem ſunt petita, vt ex Phrygia, Matris magnae: ex Graecia, Cereris: Epidauro, Aeſculapii: quae coluntur eorum more, a quibus ſunt accepta. Feſt. *Vid. de his* Liu. 25, 1. Sedes peregrina ac ſordida Lucan. 5, 9. Sonus peregrinus Quinctil. 1, 1. Terra peregrina Ouid. Met. 3, 24. Peregrinus, *pro Ignorante* Hor. Epiſt. 1, 17, 63. Quaere peregrinum, *nempe, qui te, et fraudes tuas non nouerit. etc. Vid. totum locum* Hor. Porphyr. Peregrinum pro Ignorante poſuit. ¶ 3 *Cognomen fuiſſe, ille* Peregrinus *Philoſophus oſtendit*, Proteus *idem dictus, de quo* Gell. 12, 1. Tertull. ad Mart. 3. Ammian. 29, 1.

PEREGRĪNOR, ari. Dep. [ἀποδημέω, ξενοῦμαι] *Per aliena loca peragrando proficiſci.* Cic. pro Rabir. 28 c. 10 Adeone ignarus es diſciplinae, conſuetudinisque noſtrae, vt haec neſcias: vt peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magiſtratum gerere videare? Longe lateque peregrinari Cic. de Nat. Deor. 1, 54 c. 20. Idem Tuſc. 5, 114 c. 39 Et quum alii ſaepe, quod ante pedes eſſet non viderent, ille infinitatem omnem peregrinabatur, *etc.* *Aut noue dictum, aut corruptum. Itaque alii Praepoſitionem adiunt* per; *alii legunt* peragrabat. Cic. de Finib. 3, 40 Mihi videris Latine docere philoſophiam, et ei quaſi ciuitatem dare, quae quidem adhuc peregrinari Romae videbatur, nec efferre ſeſe noſtris ſermonibus. Peregrinari dicuntur aures Cic. pro Mil. c. 12 *eorum, qui non attendunt ad ea, quae cum maxime aguntur.*

PEREGRINAT, ξενιτεύει Gloſſ. Gr. Lat.

PEREGRINANS, antis. Part. Non ſolum delicate, ſed etiam inepte peregrinans Cic. Att. 2, 10. Nos in noſtra vrbe peregrinantes errantesque tanquam hoſpites Idem Acad. 1 c. 3.

PEREGRINATVS, a, um. Part. [ἀποδημήσας] Cic. Acad. 4, 3 c. 1 Tamen diutius quam vellem, tanta vis virtutis atque ingenii peregrinata abſuit ab oculis et fori et curiae.

PEREGRINATIO, ōnis. f. [ἀποδημία] Cic. Att. 2, . . Veruntamen videbare mihi tempora peregrinationis commodius poſſe diſtribuere. Idem Tuſc. 5, 107 c. 37 Iam vero exilium, ſi rerum naturam, non ignominiam quaerimus, quantum demum a perpetua peregrinatione differt? Ex peregrinatione celerius reuerti Paull. in l. Si peculium §. vlt. D. de ſtatu liber. In peregrinatione omne tempus conſumere Cic. Att. 16, 3. Peregrinatio, *pro Seceſſu, qui fit peregre.* Plin. Epiſt. 3, 19 Habet etiam multum iucunditatis ſoli caelique mutatio, ipſaque illa peregrinatio interſita. Cic. Att. 6, 2 *pr.* In hac autem peregrinatione militiaue noſtra ſaepe incenſum ira vidi, ſaepe placatum. In ſua peregrinatione ſcribere Idem Fam. 15, 19. Idem de Amic. 103 c. 27 Vna domus erat, idem victus, isque communis: neque ſolum militia, ſed etiam peregrinationes ruſticationesque communes. Curſu et peregrinatione laetantur turtures Idem de Fin. 2, 109. Blandita, *vid.* BLANDIOR. Peregrinatio non facit medicum, non oratorem: nulla ars loco diſcitur Sen. Epiſt. 104. Nobilem peregrinationem Antonii *vocat per Ironiam* Cic. Philipp. 2, 101. Transmarina Quinctil. 7, 3, 31.

PEREGRINĀTOR, ōris. m. [ἀποδημητής] *Qui ſolet peregrinari, fereque ſemper peregrinatur.* Cic. Fam. 6, 19 Mehercule non tam ſum peregrinator iam, quam ſolebam. *Vtitur et* Firmicus 8, 25 *extr.*

PEREGRINĬTAS, ātis. f. [τὸ ξενικόν] *Alieni ſoli habitatio.* Vlpian. in l. Sed ſi, De in ius vocando, Si per poenam deportationis ad peregrinitatem redactus ſit patronus, putat Pomponius eum amiſiſſe honorem. Interdum Peregrini dicuntur ii, qui ciues Romani non ſunt. Itaque Redigi ad peregrinitatem eſt, Ciuitate priuari. h. e. Ciuium Romanorum iuribus. Infuſa eſt in vrbem noſtram peregrinitas: *i. e. Externa loquendi ratio* Cic. Fam. 9, 15. Peregrinitas, *alio ſignificatu apud* Quinctil. 11, 3, 30 Si fuerit os facile, explanatum, iucundum, vrbanum: id eſt in quo nulla neque ruſticitas, neque peregrinitas reſonet. Peregrinitatem *vocauit oris vitium, quod te inquilinum et alienigenam, non in vrbe natum prodat.* Peregrinitatis reus Suet. Claud. c. 15. *i. Qui peregrinus quum eſſet, Romanum ſe faciebat: vnde re cognita, peregrinitatis accuſatus eſt. Vid. ibi Torrent. et add.* ib. c. 26.

PEREGRINABVNDVS, a, um. Adi. [ξενιτεύων] *Qui verſatur peregrinatione.* Liu. 28, 18 Non peregrinabundum, neque circa amoenas oras vagantem ducem Romanum, *etc.*

PERĔGRE. Adu. [ἐπὶ ξένης] *Peregrinando. Et eſt commune tam ſignificantibus quietem, quam motum: vt* Peregre ſum, peregre venio, peregre vado. Ter. Phorm. 2, 1, 13 Pericla, damna, exilia, peregre rediens ſemper cogitet. *Haec verba habet* Cic. Tuſc. 3, 30. Plaut. Aſin. 4, 1, 16 Aut quod illa dicat peregre allatam epiſtolam. Idem Amphit. 2, 2, 216. *Conf.* Chariſ. l. 2 p. 189. Accire peregre Liu. 2, 6. Abire peregre Plin. 35, 12. Cic. Philipp. 5, 30 Lucius quidem frater eius, vtpote qui peregre Depugnauit, familiam ducit. Exire peregre Hor. Serm. 1, 6, 102. Eſt animus peregre Idem Epiſt. 1, 12, 13. Sumus peregre Scribon. Ep. *fin.*

PEREGRI, *dicimus*, quum quis in loco eſt: Peregre, quum abit in locum, *vt* Flau. Soſipater *ſcribit* 2 p. 189 *et exemplis illuſtrat. Sic* Iuſtinian. tit. de Heredib. inſtituend. Peregri natus *dixit, non vt ibi corruptiſſime*, Peregrinantes. Plaut. Amph. prol. 5 Peregrique et domi. *Conf. ibid.* 1, 1, 96 *cum not. Taubm. et Coluii not. in* Apul. p. 35 n. 17. Plaut. Perſ. Quia herus peregri eſt.

PEREGREGIVS, a, um. Adi. Sophocles protuliſſe dicitur Coloneum ſuam, peregregiam tragoediarum Apul. Apol. p. 298.

PERELĔGANS, antis. Adi. [πάνυ φιλόκαλος] *Valde elegans.* Cic. de Orat. 2, 270 Genus eſt perelegans, et cum grauitate ſalſum. Id. pro Plancio c. 24 Et quoniam tua fuit perelegans ac perſubtilis oratio, digna Equitis Roman. vel ſtudio vel pudore. Perelegantis vir ingenii Paterc. 1, 7.

PERELEGANTER. Adu. [πάνυ φιλοκάλως] Cic. de Clar. Orat. 197 c. 52 Quae quidem omnia cum perite et ſcienter, tum ita breuiter et preſſe, ſatis ornate et pereleganter diceret, *etc.*

PERELIXO, are. Denuo eum perelixabis, vt coqui commode poſſit Apic. 7, 7. *i. Plane coques.*

PERELŎQVENS, entis. Adi. [πολυφραστικός] *Valde eloquens.* Cic. de Clar. Orat. 247 c. 70 C. autem Lentulus Marcellinus nec vnquam indiſertus, et in Conſulatu pereloquens viſus eſt, non tardus ſententiis, non inops verbis, voce canora, facetus ſatis.

PEREMERE, Cincius in lib. de Verbis priſcis ait ſignificare idem, quod Prohibere. At Cato in libro, qui eſt de Re militari, pro Vitiare vſus eſt, quum ait, Quum magiſtratus nihil audet imperare, ne quid Conſul auſpicii peremat. Feſt. *Eſt nempe verbum, quod mutata Vocali poſt dixerunt* PERIMERE.

PEREMNIS, *vid.* PERENNIS.

PEREMTALIS, PEREMTORIVS, *vid.* PERIMO.

PERENDIE. Adu. [μεταύριον] *Significat diem ab hinc tertium, ſ. a craſtino proximum.* Cic. Att. 12, 43 (44) Scies igitur fortaſſe cras, ſummum perendie. Plaut. Aulul. 2, 1, 34 *Megadorum ſoror vrget, vti vxorem ducat.* *Ille* Sed his, *inquit*, legibus, ſi quam dare vis, ducam, quae Cras veniat, perendie foras feratur *i. efferatur mortua.* Perendie, quaſi Peremta die Chariſ. 2.

PERENDĪNVS, a, um. Adi. [μεταύριος] Cic. pro Muraen. 27 c. 12 Iam illud mihi quidem mirum videri ſolet, tot homines, tam ingenioſos, per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, vtrum diem tertium, an perendinum: iudicem, an arbitrum: rem, an litem dici oporteret. In perendinum diem, *vid.* IN.

PERENDINO, *vnde*

PERENDINATIO, ōnis. f. Mart. Capell. 9 p. 304 Perendinatio exſpectatur. *Videtur dilationem et velut comperendinationem indicare.*

PERENNIS, e. Adi. [ἀΐδιος, διαγινόμενος] *Ex Per et Annus compoſitum, mutatis literis, quaſi* Per annos *durans. Interdum tamen ab* Amnis *potius deriuari videtur. Vid.* n. 2. Plaut. Amphit. prol. 14 Lucrum vt perenne vobis ſuppetat. Adamas perennis, *vid.* ADAMAS. Curſus ſtellarum perennes et perpetui Cic. de Nat. Deor. 2, 56. Curſus luſtrare perennes Lucret. 5, 80. Fama perennis Virg. Aen. 9, 79. Fama et laus Cic. de Diuin. 2, 64 c. 30. Ouid. Amor. 1, 10, 62. Fides Plin. Epiſt. 9, 9. Fortuna Propert. 2, 28, 57. Monimentum perennius aere Hor. Carm. 3, 30, 1. Monimenta perennia facti Ouid. Faſt. 2, 265. Cic. in Somn. Scip. 18 Sermo autem omnis ille, et anguſtiis cingitur his regionum, quas vides, nec vnquam de vllo perennis fuit, et obruitur hominum interitu, et obliuione poſteritatis extinguitur. Thalamus *Danaës* ſaxo ferroque perennis Ouid. Amor. 3, 4, 21. Vinum perenne Col. 3, 2, 10. Cic. pro Flac. 25 Quum ab hac perenni conteſtataque Virtute maiorum, non modo non degenerauit L. Flaccus, ſed id quod maxime, *etc.* Idem poſt red. in Senat. 8 Si illud de duobus Conſulibus, quod ante in Repub. non fuerat, perenne ac proprium manere potuiſſet. Cic. Verr. 4, 107 c. 48 Enna autem, vbi ea, quae dico, geſta eſſe, memorantur, eſt loco praecelſo atque edito: quo in ſummo eſt aequata agri planities, et Aquae perennes. Caeſ. Bell. Gall. 8, 43 Quo facto repente Fons perennis exhauſtus. *Sic* Perennis Fluxus Plin. 5, 28. Vlpian. in l. 1 D. de Fluminib. Fluminum quaedam ſunt perennia, quaedam torrentia: perenne eſt, quod ſemper fluit, id eſt ἀέναος: torrens, quod hieme fluit, hoc eſt χειμάρρους. Latices manant perennes Lucret. 5, 263. Plin. Epiſt. 5, 101 Cuncta enim perennibus Riuis nutriuntur. Perennis, *pro Perpetuo et continuo.* Cic. de Prouinc. Conſul. 23 Hic me meus in Remp. animus priſtinus ac perennis, cum C. Caeſare reducit, reconciliat, reſtituit in gratiam. Amor perennis Senec. Octau. 5, 19. Loquacitas perennis et profluens Cic. de Orat. 3, 183 c. 48. ¶ 2 Perenne dicitur auſpicari, qui amnem, aut aquam, quae ex ſacro oritur, auſpicato

cato tranſit, Feſtus, *cuius et haec ſunt*, Petronia amnis eſt in Tiberim profluens, quem magiſtratus auſpicato tranſeunt, cum in campo quid agere volunt, quod genus auſpicii Peremne vocatur. Amnem autem feminine antiqui enuntiabant. *Conf.* Manalis fons *et quae ibi Scaliger.* Cic. de Nat. Deor. 2, 9 c. 3 Itaque maximae Reip. partes in iis bella, quibus Reip. ſalus continetur, nullis auſpiciis adminiſtrantur, nulla perennia ſeruantur. Idem de Diuin. 2, 77 c. 36 Quam multi anni ſunt, cum bella a Proconſulibus et Propraetoribus adminiſtrantur, qui auſpicia non habent? Itaque nec amnes tranſeunt auſpicato, nec tripudio auſpicantur.

PERENNE. Adu. [ἀΐδιον] *Perpetuo et continuo.* Colum. 12, 18, 2 Si ager amplus, aut vineta, aut arbuſta grandia ſunt, perenne fabricandae decimodiae, et trimodiae, et fiſcellae texendae et picandae. Pallad. Nou. 15, 1 Perenne durabilis abies. Perenne viuax et memor Paullin. Nolan. Carm. ad Auſon. p. 503.

PERENNĬTER. Adu. *Perpetuo.* Auguſt. de Doctr. Chriſt. 2, 16 Nouimus arborem ipſam perenniter frondere. Sidon. 7, 9 Amicitias perenniter ſeruat. *Et* Solin. 65.

PERENNA, ae. f. *Dea, etiam* ANNA *dicta. v. v.*

PERENNO, (*ſ.* PERANNO, *v. v.*) āre. [διαγίνομαι] *Per annos durare.* Colum. de Arbor. c. 16 Nam in ea fructus maxime vis conſiſtit, diutiusque perennat. Ouid. de Arte Am. 3, 42 Deſiit ars vobis: arte perennat amor. *Conf.* Macrob. Saturn. 1, 12. Perennare diu Colum. 2, 9, 18. Perennat ficus Idem 12, 15, 2. Perennare, *eſt In annum tantum viuere.* Suet. Veſp. c. 5 Puella nata non perennauit. *Vid. Caſaub.* *Sic* Colum. 12, 20, 8 Etiamſi non in totum perennat. Idem de Arbor. c. 16 Fructus diutius perennat. *Paſſ. vel Dep.* Perennari valet vinum Colum. 12, 19, 2.

PERENNANS, antis. Part. Gens vltra aeui noſtri terminos perennans Solin. c. 65. Salm. 52.

PERENNĬTAS, ātis. f. [ἀϊδιότης] *Ipſa duratio.* Perennitas fluminis dicitur, cum non ſiccatur, aeſtate, ſed per totum annum fluit Auguſtin. Serm. de Tempore. *Hanc forte malis* Peremnitatem *ab* Amni. Colum. 1, 6 Nam ea caeli poſitio maxime frigida, et minime humida eſt, quae vtraque perennitatem conditis frumentis afferunt. Idem 4, 24 Vt quam longiſſimam perennitatem ſtirpi acquirat. Cic. de Nat. Deor. 2, 98 c. 39 Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium. Colum. 11, 3, 8 Perennitatis fidem vt habeat puteus. ¶ 2 Perennitas *fuit etiam in titulis Principum.* Sext. Ruf. c. 2 Ab vrbe condita in ortum perennitatis veſtrae. Symmach. Epiſt. 10. 33. 34. 45 (52) Perennitas veſtra.

PERENNISERVVS, i. m. Antiquum. [ἀείδουλος] *Qui perpetuo ſeruit vni domino.* Plaut. Perſ. 3, 3, 16 Compedum contritor, piſtrinorum ciuitas, perenniſerue, lurco, edax, furax.

PERENTICIDA, *vid. ſub* PERA.

PEREO, ĭui, *et per ſyncopam* ii, īre. [ἀπόλλυμι, οἴχομαι, ἔῤῥω] *Vt interire plane abire, vt nunquam redeas: quod tum de morte, tum de alio fine, corruptione, interitu adhibetur.* Plaut. Truc. 1, 2, 53 Illis perit quidquid datur, neque ipſis apparet quidquam. *De morte agit illud* Nobis *Chriſtianis* perire, ſolui eſt Tertull. . . Ter. Eun. 1, 1, 28 Et prudens, ſciens, viuus, videnſque pereo, nec quid agam ſcio. Cic. ad Att. 3 Id ſi putas me poſſe ſanari, cures velim: ſin perii plane, minus laboro. Plin. 7, 7 Tu qui corporis viribus fidis, tu, *etc.* tanti perire potuiſti. Atqui etiam hodie minoris potes, quantulo ſerpentis ictus dente: aut etiam, vt Anacreon Poëta, acino vuae paſſae. Certo perii, *vid.* CERTVS. Funditus Hor. Carm. 1, 16, 19. Obnixe perire, *vid.* OBNITOR. Ocius Lucret. 3, 438. Penitus Idem 1, 263. Perpetuo, *vid.* PERPETVO. Subito Lucret. 2, 1011. Propert. 2, 20, 62 Solus amans nouit quando periturus et a quo. Ab animo perire, et ab re Plaut. Truc. 1, 1, 26. Amore indigno Virg. Ecl. 10, 10. Plaut. Rud. 2, 6, 26 Perii Animo, maleſit: contine quaeſo caput. *i. Deficit me animus.* Ingenio perii, qui miſer ipſe meo Ouid. Triſt. 2, 2. Deſidioſe agere aetatem, luſtriſque perire Lucret. 4, 1130. Meo vitio pereo Cic. Att. 11, 9. ¶ 2 *Subſtantiua:* Aedes perierunt Plaut. Moſt. 1, 2, 70. Comae formoſae periere Ouid. Amor. 1, 14, 30. Decor perit multo vulnere Senec. Hippol. 10. Dies perit otio Plin. 11, 6. Fabae pereunt laeſo flore Ouid. Faſt. 5, 267. Frons periit, *vid.* FRONS, tis. Labor irritus anni perit Ouid. Met. 1, 273. Niues pereunt tepente ſole Idem Faſt. 3, 236. Nobilitas omnis perit Lucan. ad Piſon. 10. Numi pereunt Hor. Serm. 1, 2, 133. Opera et oleum philologiae noſtrae periit Cic. Att. 2, 17. Pecunia periit Ter. Adelph. 4, 7, 25. Pecuniam tantam Populi Rom. tam breui tempore perire potuiſſe, portenti ſimile videtur Cic. Philipp. 5, 11. Plaut. Bacchid. 3, 3, 81 Ego illum periiſſe duco, cui quidem periit Pudor. Puppis hauſta perit Ouid. Faſt. 3, 600. Res et fides perit Plaut. Truc. 1, 1, 24. Telum pereat rubigine Hor. Serm. 2, 1, 13. Tempora auxilii perierunt Ouid. Rem. Amor. 107. Virtus perit fraude Idem Faſt. 2, 227. Vrbes funditus pereunt Hor. Carm. 1, 16, 19. Perire ab aliquo, *Occidi* Plin. 11, 37. ¶ 3 *Formulae aliae:* Conuolſi pereunt Lucret. 3, 344. Inter arma et enſes periit Ouid. ad Liu. 170. Crudelius perire Quinctil. 3, 8. Fortiter Hor. Serm. 2, 3, 52. Generoſius Idem Carm. 1, 37, 21. Cruciatu ſummo Cic. de Nat. Deor. 3, 81. Leto praecipiti Senec. Hippol. 3. Manibus hominum Virg. Aen. 3, 606. Morbo Caeſ. Bell. Alex. 43. Morbo periere capellae Hor. Epiſt. 1, 7, 86. Morte merita Virg. Aen. 4, 696. Occiſione perire ad vnum, *vid.* Occiſio *in* OCCIDO. Telo Ouid. Triſt. 4, 1, 84. Perit tibi, *i. Tuo periculo.* Vlpian. in l. Rogaſti. in princ. D. Si cert. petat. Quod ſi lancem vel maſſam ſine tua culpa perdideris antequam venderes, vtrum mihi, an tibi perierit, quaeſtionis eſt. ¶ 4 *Obſeruatt.* Peream; *iurantis, vel imprecantis vox Ethnicis familiaris, quemadmodum et* Dispeream. Cic. Fam. 15, 19 Peream niſi ſolicitus ſum, ac malo veterem et clementem dominum habere, quam nouum et crudelem experiri. *Add.* Cic. Fam. 11, 23. *Conf.* Plaut. *apud* Gell. 3, 3. Perii *Comicis frequens verbum:* Ter. Andr. 1, 3, 8 Si ſenſerit, perii. *i. actum de me eſt, infelix ſum. Et ſimpliciter non modo in deſperatione ſubiti terroris, vt* Andr. 3, 5, 1. *Sed etiam mediocris admirationis vox eſt, v. g.* Eun. 2, 3, 69. *et dubitationis ibid.* 3, 5, 62. Male pereat Lesbia Hor. Epod. 22, 16. Pereundi terminus Sil. 3, 559. Occurrunt animo pereundi mille figurae Ouid. Epiſt. 10, 81. Gramine Circaeo pereundum eſt mihi Propert. 2, 1, 53. Perire, *pro Decoquere.* Cic. Att. 6, 1 Metagenes certe periit: feci iter per eius poſſeſſionem, in qua animal reliquum nullum eſt. *h. e. Decoxit, perdidit omnem rem, vt de pecunia tua prorſus actum ſit.* Perire, *aliquando amatorum:* Hor. Carm. 1, 27, 10

Dicat Opuntiae
Frater Megillae, quo beatus
Vulnere, qua pereat ſagitta.

Vid. Burm. ad Quinctil. Decl. 15, 18 p. 314. Perire mulierem, *ea forma dicimus, qua* Deperire, *et amando vri.* Plaut. Truc. Perioch. 1 Tres vnam pereunt adoleſcentes mulierem.

PERITVRVS, a, um. Part. [ἀπολούμενος] Huc, periture, veni Virg. Aen. 11, 856. Amore periturus Propert. 1, 13, 33. Corpus periturum Stat. Theb. 5, 227. Perituram extollere Molem Petron. c. 120. Moenia peritura flammis Claud. in Eutrop. 2, 296. Natita Petron. c. 104. Regna peritura Virg. Georg. 3, 498. Periturum inter nos Secretum Petron. c. 21. Troia Virg. Aen. 2, 660.

PERĬTO, āre. [παραπόλλυμαι] Frequentat. Plaut. Capt. 3, 5, 32 Qui per virtutem peritat, non pol interit.

PEREQVĬTO, āre. [διιππάζω] *In omnem partem equitare.* Caeſ. Bell. Gall. 4, 33 Primo per omnes partes perequitant, et tela coniiciunt. Liu. 5, 28 *extr.* Quum perequitaſſet aciem promiſſa repetens, tantum iecit ardoris, vt non vltra ſuſtinuerint impetum Aequi. Idem 23, 47.

PEREVNDVS, a, um. Puppis pereunda eſt probe Plaut. Epid. 1, 1, 70. *Iocus ſeruilis, ſi pereundum eſt huic* puppi, *ſic tergum ſuum vocat, pereat probe.*

PERERRO, āre. [διαπλανάομαι] *In omnem locum, vel huc atque illuc errare.* Columel. 1 praef. Semperque ritu volucrum longinqui litoris peregrinus ignotum pererret orbem? Plin. 8, 45 ſ. 70 Conceptio vno initu peragitur; quae ſi forte pererrauit, XX poſt die marem femina repetit. *Sicut reſtituit Hard.* Aditus pererrare, *vid.* ADEO, īre. Auia pererrare more pecudum Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 43. Cornua pererrauit labris Sil. 4, 174. Forum pererro Hor. Serm. 1, 6, 113. Freta longa pererrare Ouid. Epiſt. 14, 103. Locum omnem pererrat Virg. Aen. 5, 441. Luminibus pererrare aliquem, *Circumſpicere* Virg. Aen. 4, 363. *Paſſiue.* Ouid. Amor. 2, 16, 5 Arua pererrantur Peligna liquentibus vndis.

PERERRĀTVS, a, um. Part. [διαπλανηθείς] Orbis pererratus Ouid. Faſt. 1, 234. Terrae pererratae Idem Met. 15, 53.

PERERVDĪTVS, a, um. Adi. [πάνυ πεπαιδευμένος] *Valde eruditus.* Cic. Att. 4, 15 Sed vereor, ne lepore ſuo detineat diutius P. Clodius, et homo pereruditus, vt aiunt, et nunc quidem deditus Graecis literis.

PERESVS, *vid. in* PEREDO.

PEREXCRVCIO, āre. [διανιάω] *Vehementer cruciare.* Plaut. Stich. 3, 1, 32 Meam culpam habeto, niſi perexcruciauero.

PEREXIGVVS, a, um. Adi. [πολύμικρος] *Valde exiguus.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 15 Quum hae intermiſſo perexiguo loci ſpatio inter ſe conſtitiſſent, nouo genere perterritis noſtris, per medios audaciſſime proruperunt. Perexigua et perminuta videntur Cic. Tuſc. 2, 30. Argento ad veſcendum facto perexiguo vtebantur Liu. 22, 52. Cic. in Verr. Act. 1, 6 Quum ego Diem in Siciliam inquirendi perexiguam poſtulauiſſem, inuenit iſte, qui ſibi in Achaiam biduo breuiorem diem poſtularet, *i. tempus.* Ignes reddere Nep. 18, 9, 3. Pars aut nulla, aut perexigua Cic. Q. Frat. 1, 4. Semen Idem N. D. 2 c. 32. Idem Verr. Act. 1, 24 Solicitabar rebus maximis vno, atque eo perexiguo tempore.

PEREXIGVE. Adu. Cic. Att. 16, 1 Perexigue et γλισχρῶς praebere, *i. Minutatim.*

PEREXĪLIS, e. Adi. [κάτισχνος] *Valde exile ſignificat.* Colum. 11, 2, 60 Hoc eodem tempore prius quam vineae puluerentur, ſi perexilis eſt, vel rara ipſa vitis, lupini modii tres, vel quatuor in ſingula iugera ſparguntur.

PEREXOPTATVS, a, um. Per, magiſter optime, exoptatus mihi nunc venis Gell. 18, 4.

PEREXPEDĪTVS, a, um. Adi. [εὐπρόχειρος] *Valde expeditus.* Cic. de Fin. 3, 36 c. 11 Sed haec quidem eſt perfacilis et perexpedita defenſio.

PEREXPLICITVS, a, um. Adi. Iam ſexto reditu perexplicito Sidon. in Carm.

PEREXSICCATVS, a, um. Adi. Proluuies ſuccis perexſiccata vitalibus Arnob. 7 p. 230.

PERFABRĬCO, āre. [διατεχνάομαι] *Fabricando abſoluere.* Plaut. Perſ. 5, 2, 4 Perii, interii: peſſimus hic mihi dies hodie illuxit, corruptor: ita me Toxilus perfabricauit, atque meam rem diuexauit. *Per translationem, fabricis ſuis et machinis auro emunxit.*

PERFACĒTVS, a, um. Adi. [πολυστωμύλος] *Admodum facetum ſignificat.* Si non perfacetum, attamen fortaſſe non ruſticum, me id dixiſſe dicunt Cic. pro Planc. c. 4. Idem de Clar. Orat. 105 Atque eundem et vehementem, et valde dulcem, et perfacetum fuiſſe dicebat.

PERFACĒTE. Adu. [πολυστωμύλως] *Periucunde.* Cic. Verr. 1, 121 c. 46 *extr.* Neque enim perfacete dicta, neque porro hac ſeueritate digna ſunt.

PERFACĬLIS, e. Adi. [πολυῤῥάδιος] Cic. Tuſc. 4, 6 Perfacilis cognitu. Nam ſententias interpretari perfacile eſt Idem de Legib. 2, . . Homo perfacilis in audiendo Idem de Orat. 1 c. 20 *extr.* Perfacile eſſe, totius Galliae imperio potiri Caeſ. B. G. 1, 2.

PERFACĬLE. Adu. [πολυῤῥαδίως] Cic. Att. 13, 32 Video enim Curules magiſtratus eum legitimis annis perfacile cepiſſe. Perfacile eſt iam animi ratione exſoluere nobis, *etc.* Lucret. 2, 381. Perfacile ſeſe Sicilia tuebatur, ne quod in ipſa bellum poſſet exiſtere Cic. Verr. 5 c. 4. Perpetior Plaut. Moſt. 3, 1, 93. Tutoreſne defenderent? Perfacile vero, apud *etc.* Cic. Verr. 1, 153. Perfacile apparet Cic. de Fin. 2, 209.

PERFACVL, Veteres dixerunt, pro Facile, *auctore* Feſt.

PERFACVNDVS, a, um. Adi. *Valde facundus.* Iuſtin. 22, 1, 9 In concionibus perfacundus. *Et* Apul. Florid. 4 p. 360 *Elmenh.* Protagoras ſophiſta fuit longe multiſcius, et cum primis Rhetoricae repertis perfacundus.

PERFAMILIĀRIS, e. Adi. [πολυοικεῖος] *Valde familiaris.* Carneades Epicuro perfamiliaris Cic. de Fin. 5 c. 31 *extr.* Idem de Clar. Orat. 168 M. Gratidius M. Antonii perfamiliaris. Idem Q. Frat. 2, 12 Ipſe eſt enim veterator magnus et perfamiliaris Philiſto. *Vid.* Gell. 1, 18 *pr.* Phaedon Socrati et Platoni per fuit familiaris.

PERFATVVS, a, um. Adi. [πολύμωρος] Martial. 10, 18 Heu quam perfatuae ſunt tibi Roma togae.

PERFĔRO, fers, tŭli, lātum, ferre. [διακομίζω, διαφέρω, περιφέρω] *Vsque ad conſtitutum finem ferre.* Virg. Aen. 12, 907 Tum lapis

ipſe viri vacuum per inane volutus, Nec ſpatium euaſit, totum nec pertulit ictum, *i. Euacuatus eſt impetus ipſius ſpatio longiore.* Seruius. Clamor perfertur circa collem Liu. 7, 36 *extr.* Conſilium perferre alicuius ad alterum Caeſ. Bell. Gall. 4, 21. Diuiſionem vero ad cogitationem et ſtilum perferunt Quinctil. 2, 6. Liu. 28, 13 *pr.* Scipio, quum ad eum Fama tanti comparati exercitus perlata eſſet. Fructum perferre Columel. 3, 20. Iuſſa omnia Propert. 1, 18, 26. Cic. Tuſc. 2, 5 Hortor omnes, qui facere id poſſunt, vt huius quoque generis Laudem iam languenti Graeciae eripiant, et perferant in hanc vrbem. Idem Att. 1, 16 Pompeius vero ad voluntatem perferendae Legis incubuerat. Liu. 2, 56 Ego hic aut in conſpectu veſtro moriar, aut perferam Legem. Et Literis multorum, et ſermone omnium perfertur ad me incredibilem tuam virtutem et fortitudinem eſſe Cic. Fam. 14, 1. Literas perferre, *Ad eum cui miſſae ſunt ferre* Idem ibid. 2, 5. Virg. Aen. 11, 825. Cic. Q. Frat. 3, 1 Scripſique ad Caeſarem Vibulium Caeſaris Mandata, de mea manſione ad Pompeium pertuliſſe. Idem ibid. 1, 1 *pr.* Exiſtimaui a me quoque tibi huius moleſtiae Nuntium perferri oportere. Cic. Q. Frat. 2, 11 Amor autem eius erga nos perfertur omnium Nuntiis ſingularis. Opem perferre alicui Valer. Argon. 5, 385. Rogationem perferre, *eſt Ita ferre, vt plebs ſciſcat* Liu. 36, 1. Rumor pertulit hoc nobis Ouid. ex Pont. 2, 1, 49. Cic. Att. 4, 1 Nunc etſi omnia aut ſcripta eſſe a tuis arbitror, aut etiam nuntiis ac Rumore perlata, tamen ea inſcribam breui, quae, *etc.* Idem pro Lege Manil. 39 Iam vero quemadmodum milites hibernent, quotidie Sermones ac literae perferuntur. Verba alicuius perferre ad aliquem Ouid. ex Pont. 2, 2, 43. Cic. Fam. 2, 8 In his enim ſum locis, quo et propter longinquitatem, et propter latrocinia, tardiſſime omnia perferuntur, *de literis et nuntiis.* ¶ 2 Perferre, [ὑπομένειν] *Pati, patienter ferre.* Perfer et obdura, dolor hic tibi proderit olim Ouid. Am. 3, 11, 7. Ter. Adelph. 3, 4, 50 Paupertatem vna pertulimus grauem. Cic. de Lege Agrar. 2, 69 Sullanus ager a certis hominibus latiſſime continuatus tantam habet inuidiam, vt veri ac fortis Tribuni pleb. ſtridorem vnum perferre non poſſit. Intrepide pertuli omnia Senec. Herc. Fur. f. 6. Deficere animo *et* Perferre, *contraria.* Cic. pro Roſc. Amer. 10 Sin a vobis (id quod non ſpero) deſerar, tamen animo non deficiam: et id quod ſuſcepi, quoad potero, perferam. Ardorem perferre Stat. Silu. 5, 1, 287. Catenas Sil. 17, 367. Contumelias Caeſ. Bell. Gall. 2, 14. Cruciatum Cic. Acad. 4, 23. Crudelitatem inimicorum Idem pro Sext. 145. Dolorem Virg. Aen. 9, 426. Famem perferre et ſitim Cic. de Fin. 5, 48. Frigus, famem, ſitim, ac vigilias Idem in Catil. 2, 9 c. 5. Inſomnia furibunda Sil. 11, 102. Laborem Virg. Georg. 2, 343. Luxuriem, crudelitatem, auaritiam, ſuperbiam alicuius Cic. Verr. 2, 9. Mala tot pertulimus Ouid. Triſt. 5, 1, 33. Senec. in Thyeſt. 2 Leue eſt Miſerias ferre, perferre eſt graue. Monſtra immania perferimus tecti ſiluis Virg. Aen. 3, 584. Niues Ouid. Amor. 1, 9, 16. Cic. de Orat. 2, 77 c. 19 Ac mihi quidem non ita moleſti ſunt, facile Omnes perpetior et perfero. *Conf.* Ter. Andr. 1, 1, 35. Onus Ouid. ad Liu. 350. Pauperiem, et duros perferre labores Virg. Aen. 6, 437. Pericula multa pelago pertulerunt Ouid. Met. 14, 560. Decem annorum legitimam Poenam non pertulit Nepos 3, 1, 5. Poenarum ſatis perferre Cic. pro Sext. 10. Pruinas, ac niues Idem in Catil. 2, 23. Quietem ſolus perferre nequit Sil. 4, 44. Somnos aut dies Stat. Silu. 3, 2, 83. Supplicium pro meritis Cic. Att. 8, 15. Timores pertulimus Claud. de Bell. Get. 206.

PERFERENS, entis. Partic. [ὑπομένων] Cic. de Orat. 2, 184 c. 43 Horum igitur exprimere mores oratione, iuſtos, integros, religioſos, timidos, perferentes iniuriarum, mirum quiddam valet, *etc.*

PERFERENTIA, ae. f. *Tolerantia.* Lactant. 3, 11 Virtutis vis et natura in malorum perferentia poſita eſt.

PERFERENTARIA cella *memoratur in* altercat. Hadrian. et Epicteti, Quid eſt homo? EPICT. Balneo ſimilis. Prima cella tepidaria vnctaria: infans natus perungitur. Secunda cella ſudatoria, pueritia eſt. Tertia cella aſſa perferentaria, iuuentus. Quarta cella frigidaria, ſenectus, omnibus aequat ſententiam. *Interrogat de hac cella Coraſius I. C. Scaligerum epiſt. 68 et hic reſpondet epiſt. 69, quod vnusquisque noſtrum poterat, a* perferendo *dictam, et omittit, quibus analogiam vocis tueri poterat* ferentarios *milites, de quibus ſ. l. Caeterum obſcurum manet, quomodo* cella aſſa perferentaria *a* ſudatoria *differat, ſ. Laconico:* Aſſae *appellatio indicat, aquam non adhibitam in hac cella, ſed* aridum vaporem, *etc.* *Quid ſi* perferentaria cella *eſt, in qua non calore, ſed motu et onere* ferendo *ſudor excitatur.*

PERLĀTVS, a, um. Partic. Clamor perlatus Curt. 5, 12, 13. Haſta perlata Virg. Aen. 11, 803.

PERLATIO, ōnis. f. Lactant. 5, 22 Patientia eſt, malorum, quae aut inferuntur, aut accidunt, cum aequanimitate perlatio.

PERLĀTOR, ōris. m. *Qui perfert.* Epiſtolarum perlator Ammian. 21, 16. Literarum perlator Symmach. Epiſt. 5, 30. *Add.* Auguſtin. Ep. 42 *et* 205.

PERLATRIX, īcis. f. Ennod. Epiſt. 1, 22 Perlatrices querelarum literae.

PERFERVEO, ēre. Mela 1, 8 Cum eſt media (nox) perferuet.

PERFERVEFĪO, ĕri. *Idem.* *Per tmeſin* Varro R. R. 1, 9 Terra ſole perferue ita fit.

PERFERVĬDVS, a, um. Adi. [πολύζεστος] *Vehementer feruidus.* Aeſtas perferuida Columel. 5, 5 *pr.*

PERFĔRVS, a, um. *Valde ferus.* Varro de R. R. 2, 1 Boues perferi.

PERFĬCIO, ēci, ectum, ĕre. [ἀνύττω, ἀποτελέω, διανύω, ἀπαρτίζω, διατελέω, ἐπιτελέω, περαίνω, τελέω, κατεργάζομαι] *Totum et plane facere, i. Abſoluere, complere, quod inceptum eſt.* Ter. Hec. 5, 2, 9 Quod ſi perficio, non poenitet me famae. Idem Phorm. 2, 3, 73 Haud deſinam donec perfecero hoc. Cic. de Nat. Deor. 2, 35 In omni natura, ac multo etiam magis, neceſſe eſt Abſolui aliquid ac perfici. Idem in Orat. 105 Vides profecto illum multa perficere, nos multa conari: illum poſſe, nos velle: quocunque modo cauſa poſtulet, dicere. Cic. pro Cluent. 18 Nihil in vita vidit calamitatis A. Cluentius, nullum periculum mortis adiit, nihil mali timuit, quod non totum a matre eſſet Conflatum et perfectum. Cic. de Vniuerſ. 36 Tria genera nobis reliqua ſunt, eaque mortalia, quibus praetermiſſis, caeli Abſolutio perfecta non erit. Hor. Epiſt. 2, 1, 39 Eſt vetus atque probus (*ſcriptor*) qui centum perficit Annos, *i. ante centum Annos ſcripſit.* Cibum perficere, *Concoquere* Plin. 11, 53. Cogitata Cic. pro Deiot. 21 c. 7. Coria perficere, *vid.* CORIVM. Cic. de Diuin. 2, 5 Quod aſſequar profecto, ſi Inſtituta perfecero. Iuſſa alicuius Valer. Argon. 7, 61. Maleficium perficere, et occultare Cic. pro Cael. 53. Suſceptum Munus Virg. Aen. 6, 629. Officium funeris Ouid. ad Liu. 70. Onus et munus Cic. Fam. 6, 7. Opera militari manu Vopiſc. in Probo c. 20. Plin. 24, 11 Alia eſt erythrodanus, quam aliqui ereuthodanum vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanae, Pelleſque perficiuntur. Poëma inſtitutum Cic. Q. Frat. 3, 8. Promiſſa perficere, pro Implere quod promiſeris Ter. Andr. 4, 1, 7. Scelus Cic. pro Cluent. 194. Stamina pauca perfeci Ouid. Epiſt. 19, 49. ¶ 2 *Etiam ſine caſu, vel intellecto* Rem, Negotium, *ſimili.* Ter. in Prol. Eun. 21 Poſtquam aediles emerunt, perfecit, ſibi vt inſpiciundi eſſet copia. Ibidem 1, 2, 100 Quam ioco rem voluiſti a me tandem, quin perfeceris? Cic. Fam. 11, 27 Quod enim vehementer mihi vtile eſſe putabas, nec inutile ipſi Caeſari, perfeciſti, vt ille me diligeret, coleret, haberet in ſuis. Idem Att. 8, 15 Perficiam profecto, vt neque Reſpub. ciuis a me animum, neque tu amici deſideres. Cic. Acad. 4, 114 Perficies, vt ego iſta innumerabilia complectens, nunquam labar, nihil opiner? Idem pro Lege Manil. 45 Et quisquam dubitabit, quid virtute perfecturus ſit, qui tantum auctoritate perfecerit? *Quaedam exemplaria legunt* Profecerit. Cic. de Diuin. 2, 110 Callide, qui illa compoſuit, perfecit, vt quodcunque accidiſſet, praedictum videretur, hominum et temporum definitione ſublata. *Sic pro demonſtrare argumentando.* Quoniam coëgiſti, vt concederem, qui mortui eſſent, eos miſeros non eſſe: perficito, ſi potes, vt ne moriendum quidem eſſe, miſerum putem Cic. Tuſc. 1 c. 8. *Obſcene vtitur, vt Gr.* περαίνειν, Capitol. in Maxim. c. 4 Cum muliere perficere. Perfici, *Paſſiuum.* Plin. 11, 53 Difficulter autem perficiuntur omnia in cibis acria, nimia, et auide hauſta, *i. Concoquuntur.* Actu perfici Quinctil. 2, 18. Perficior, *deponentialiter vſurpaſſe veteres, docet poſt* Caprum, Priſcian. p. 290 *Bryling.*

PERFICIENS, entis. Partic. Plin. 23, 1 Prodeſt ſtomacho diſſoluto, aut cibos non perficienti.

PERFICIENDVS, a, um. Partic. [ἀνυστέος] Voluptas tarda perficienda mora Ouid. de Arte Am. 2, 718. *Al.* Prolicienda.

PERFECTVS, a, um. [τετελεσμένος, τέλειος, ἐντελής, ἐντελεχής] *Aliud* Partic. *ſed quod, vt pleraque alia, Nominis inſtar ſolet vſurpari.* Plaut. Perſ. 5, 1, 1 Re placida, pacibus perfectis. Inchoata *et* Perfecta, *contraria.* Cic. de Clar. Orat. 147 Manus extrema non acceſſit operibus eius, praeclare inchoata multa, perfecta non plane. Idem ibid. 318 Quum autem anno poſt e Sicilia me recepiſſem, iam videbatur illud in me, quidquid eſſet, eſſe perfectum, et habere maturitatem quandam ſuam. *Non tribuit ſibi perfectam eloquentiam, ſed illum ſe gradum ait aſſecutum, ad quem per naturam peruenire potuerit.* Cic. de Nat. Deor. 2, 35 Neque dici poteſt in nulla rerum inſtitutione eſſe aliquid Extremum atque perfectum. Inuentum ſimul et perfectum nihil eſt Cic. de Clar. Orat. 70 c. 18. Perfectum omni ex parte in genere ſuo Idem de Amicit. 81. *Et* Tuſc. 4, 9 Erit hoc totum ex vtroque perfectius. Aptum vndique, perfectum, expletumque omnibus ſuis partibus et numeris Cic. de Nat. Deor. 2, 37. Ad ſumma atque in omni genere perfecta peruenire Idem de Orat. 1, 131. Plin. 2, 4 Eum et nos a perfecta abſolutaque elegantia, mundum appellamus. Abſoluti et perfecti philoſophi Cic. de Diuin. 2, 150. Conſummatus et perfectus Quinctil. 5, 10. Plenum atque perfectum oratorem eſſe eum dicam, qui de omnibus rebus poſſit varie copioſeque dicere Cic. de Orat. 1, 59. Summum et perfectiſſimum *iudicat* Cicero, illud cui nihil addi poteſt, in Orat. 3 c. 1. Concinnus, perfectus, politus ad perſuadendum homo Cic. in Piſon. 59. Idem de Fin. 1, 21 Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, in geometriaque perfecto. In dicendo perfectus homo et perpolitus Cic. de Orat. 1, 59. In omni genere orator ſermonis atque humanitatis perfectus Idem ibid. 1, 35. *Et* pro Lege Manil 1 Quum antea per aetatem nondum eius auctoritatem loci contingere auderem, ſtatueremque nihil huc niſi perfectum Ingenio, elaboratum induſtria afferri oportere, *etc.* Literis Graecis perfectus Memmius Cic. de Clar. Orat. 147. Moribus perfectus Quinctil. 1 Pr. Ponendis in mille modos perfecta capillis Ouid. Am. 2, 8, 1. Scientia, et omni facultate dicendi perfectus Quinctil. 1 Prooem. Cumulate perfectus, *vid.* CVMVLVS. ¶ 2 *Subſtantiua:* Ambitus verborum perfectus, completusque Cic. in Orat. 168. Augmen corporis perfectum Lucret. 3, 269. Candelabrum opera mirabili et clariſſimis gemmis perfectum Cic. Verr. 4, 64. Cymbia perfecta argento Virg. Aen. 5, 267. Eruditione perfecta, et ingenio praeſtanti ad haec opus eſt Cic. de Diuin. 2, 130 c. 63 *extr.* Idem de Clar. Orat. 327 Et certe, quod et ingenii quaedam forma lucebat, et Exercitatione perfecta erat, verborumque adſtricta comprehenſio, ſummam hominum admirationem excitabat. Forma honeſtatis expleta et perfecta Cic. de Fin. 2, 48. Idem Tuſc. 5, 39 Hic ſi eſt excultus, et ſi eius acies ita curata eſt, vt ne caecetur erroribus, fit perfecta Mens, id eſt abſoluta ratio, quod eſt idem virtus. *De humano animo.* Sententia curta, Plena et perfecta, *contraria.* Cic. de Fin. 4, 36 Eorum omnium multa praetermittentium dum eligant aliquid, quod ſequantur, quaſi curta ſententia: at vero illa perfecta atque plena eorum, qui quum de hominis ſummo bono quaererent, *etc.* Sol perfectus, *Dies transacta* Stat. Theb. 5, 180. Templum Cic. Verr. 4, 64. Virtus perfecta cumulataque Cic. pro Sext. 86. Virtutis perfectae, qui perfecto functus eſt munere, non parum diu vixit Id. Tuſc. 1, 109. Vota perfecta continuo ordine Virg. Aen. 3, 548. *Compar.* Hor. Epod. 5, 59 Nardo perunctum, quale nec perfectius Meae laborarunt manus. Nihil eſt perfectius illis Martial. 5, 64. Valuae ex auro atque ebore perfectiores nullae Cic. Verr. 4 c. 56. ¶ 3 Perfectiſſimi, *dignitatis nomen in Imperio Rom. paullo ante Conſtantini M. aetatem inuentum.* Eumenius pro reſtaurandis ſcholis *orationem habuit coram* prouinciae Lugdunenſis praeſide, *quem alloquitur,* Vir Perfectiſſime. *Huc alludit* Lactant. 5, 14 Nemo EGREGIVS, niſi qui bonus et innocens fuerit; nemo CLARISSIMVS, niſi qui opera miſericordiae largiter fecerit; nemo PERFECTISSIMVS, niſi qui omnes gradus virtutis impleuerit. Ammian. 21, 16 Nec ſub eo Dux quisquam cum clariſſimatu prouectus eſt. Erant enim, vt nos quoque meminimus, Perfectiſſimi. *Omnia de his Iac. Gothofr. Paratitlo et annott. ad* tit. et l. C. vn. C. Th. de Perfectiſſimatus dignitate. *Vid. P. in notis* Vir Perfectiſſimus. Vet. Gl. διασημότατος Perfectiſſimus.

PERFECTISSIMĀTVS, ûs. m. *Dignitas* Perfectiſſimorum, *quae* Equeſtri *interdum praeponitur, non nunquam poſtponitur. Praecipue tribuitur Rectoribus prouinciarum; aliis poſt munus aliquod certo tempore*

pare geſtum: aliis denique, qui Honorarii *vocabantur, ſimpliciter codicillis principum, quae quidem vltima claſſis immunitatem, vt priores duae non habebant. Vid. Gotthofr. l. c.*

PERFECTE. Adu. [τελέως, ἐντελῶς] Cic. de Fin. 4, 10 Quumque duae ſint artes, quibus perfecte ratio et oratio compleatur, vna inueniendi, altera diſſerendi. *Et* His initiis tanquam ſeminibus a natura datis, omnis honeſtas perfecte abſoluta eſt Idem ibid. 4, 18. *Et* de Clar. Orat. 101 Eius omnis in dicendo facultas ex hiſtoria ipſius non ineleganter ſcripta perſpici poteſt: quae neque nimis eſt infans, neque perfecte diſerta. Eruditus perfecte planeque vir Cic. de Clar. Orat. 281 c. 81. Fiebat nihil a Roſcio, niſi perfecte, nihil niſi cum ſumma venuſtate Idem de Orat. 1, 130. Imitatur nunquam perfecte veritatem Caſus Cic. de Diuin. 1, 13. Perfecte natus homo Scribon. Epiſt. *Compar.* Apul. Florid. 3 Sed de hoc tum ego perfectius. *Add.* Tertull. Apol. c. 45. Veget. de Re mil. 1, 4. *Superl.* Gell. 11, 16 A Graecis perfectiſſime vno verbo et planiſſime dicitur.

PERFECTIO, ōnis. f. [τελείωσις, τελειότης, πλήρωσις, ἐντελέχεια] Plin. 11, 2 In his tam paruis quam inextricabilis perfectio? Cic. de Orat. 1, 130 Hanc ego Abſolutionem perfectionemque in oratione deſiderans, a qua ipſe longe abſim, facio impudenter. *Add.* ibid. c. 36. Cic. in Orat. 103 Nulla eſt vllo in genere laus oratoris, cuius in noſtris orationibus non ſit aliqua, ſi non perfectio, at conatus tamen atque adumbratio. Suſceptio *et* Perfectio, *contraria.* Cic. de Fin. 3, 32 Ea, quae proficiſcuntur a virtute, ſuſceptione prima, non perfectione recta ſunt iudicanda. Operum magnorum perfectio, *et* Iacere fundamenta, *contraria.* Cic. pro Marcell. 26 c. 8 Tantum abes a perfectione maximorum operum, vt fundamenta, quae cogitas, nondum ieceris.

PERFECTVS, ûs. m. *Idem.* Vitruu. 1, 2 Si interiora perfectus habuerint elegantes. *Add.* 2, 5. *et* 8, 9, 7. 10, 8. Tertull. de Anima c. 20.

PERFECTOR, ōris. m. [ἐπιτελεστής] Cic. de Orat. 1, 257 c. 60 Ac ſtilus ille tuus, quem tu vere dixiſti perfectorem dicendi eſſe, ac magiſtrum, multi ſudoris eſt. Perfector, *Qui, quod volebat, diligentia ſua perfecit.* Ter. Eun. 5, 9, 5 O Parmeno mi, ô mearum voluptatum omnium inuentor, inceptor, perfector. *Add.* Cic. Att. 8, 11 p. 785.

PERFECTRIX, īcis. f. Lactant. 3, 15 Tantum abeſt, vt ego magiſtram eſſe putem vitae philoſophiam, beataeque vitae perfectricem, vt nullis magis, *etc. Ex* Nep. ad Cic.

PERFICA, ae. f. Arnob. 4 p. 131 Etiamne Perfica vna eſt e populo numinum, quae obſcenas illas et luteas voluptates ad exitum perficit dulcedine inoffenſa procedere. *Nominat iterum* p. 133. Perfica, *etiam Natura a* Lucret. 2, 1115 *vocatur, quae procreationi et perfectioni rerum praeeſt, quum inquit,* Ad extremum creſcendi perfica finem, Omnia perduxit rerum natura creatrix. *Vid.* Non. 2, 698. *et Creech. ad loc.*

PERFICE, *pro perfecte, ap.* Lucret. 2, 1115. Non. 2, 698. Perficiſſime *ap.* Plaut. Rud. 2, 5, 4 *legit Camerar. Vid. Taubmann. p. 1201.*

PERFIDELIS, e. Adi. [κατάπιστος] *Valde fidelis.* Cic. Att. 2, 19 *extr.* Poſthac autem ad te, ſi perfidelem habebo cui dem, ſcribam omnia plane.

PERFĪDENS, entis. Adi. Homines ſecundis rebus effrenati ſibique perfidentes Cic. Off. 1 c. 26 *vbi tamen rectius legitur,* praefidentes. Audacia ac robore corporis pugnandique arte perfidens Aur. Victor de Caeſ. c. 17. *Sed hic etiam locus incertus* Peruidens *habent libri. Vnde coniiciunt* Peruigens, Perurgens, Perfidens, Praefidens: *vltimum certe facillimum.*

PERFĪDVS, a, um. Adi. [ἄπιστος, ἀγνώμων] *Qui fidem violat, vt* Periurus, *qui iusiurandum.* Cic. Off. 3, 60 c. 14 Ergo et Pythius, et omnes aliud agentes, aliud ſimulantes, perfidi, improbi, malitioſi ſunt. Amicus perfidus Idem poſt red. ad Quir. 21 c. 9. Arma Iubae Ouid. Faſt. 4, 380. Bella Sil. 15, 819. Caput perfidum obligaſti votis Hor. Carm. 2, 8, 5. Corda Valer. Argon. 5, 289. Hoſtes Hor. Carm. 3, 5, 33. Lumina Ouid. Met. 13, 561. Mulier Hor. Carm. 3, 7, 13. Sacramentum dicere, *i. Falſum iusiurandum, ſiue peierare* Hor. Carm. 2, 17, 9. Serui Hor. Epod. 9, 10. Tela Ouid. Faſt. 2, 226. Turba Idem ex Pont. 2, 7, 62. Vappa Martial. 12, 48. Verba Ouid. Faſt. 5, 682. Perfidiſſimus Ammiani l. 19 *eſſe dicitur.*

PERFIDIA, ae. f. [ἀπιστία] Cic. Q. Frat. 2, 3 Quum illius in me perfidiam increparet, auditus eſt magno ſilentio maleuolorum. Infidelitas et perfidia Caeſ. Bell. Gall. 8, 23. Iniquitas et perfidia hominum Cic. Fam. 1, 2. Perfidia vnius in alium Idem Philipp. 2, 72. Cumulus perfidiae Ouid. Met. 11, 206. Cic. de Orat. 2, 101 Ita nonnulli dum operam ſuam multi exiſtimari volunt, *etc.* cauſas dicunt incognitas, in quo eſt illa quidem magna Offenſio, vel negligentiae ſuſceptis rebus: vel perfidiae, receptis. Abuti perfidia, *vid.* ABVTOR. Decipi perfidia alicuius Cic. pro Roſc. Amer. 110 c. 38. Exigere poenas Ouid. Epiſt. 7, 58. Fugio perfidiam Sil. 16, 149. Fugere ſuſpicionem perfidiae Cic. Att. 8, 16. Repens perfidia Tacit. Hiſt. 4, 25. Violatae perfidia et ſcelere ſunt dextrae, quae fidei teſtes eſſe ſolebant Cic. Philipp. 11, 5. ¶ 2 *Veracitati opponitur, vt vanitatem et falſitatem notet:* Talia diuino fuderunt carmine fata, Carmina, Perfidiae, quae poſt nulla arguet aetas Catull. in Nupt. Pelei v. 321.

PERFĪDE. Adu. Vlpian. in l. Apud Celſ. §. Quaeſitum eſt. D. de doli mali except. Quod perfide geſtum eſt. Recuperare perfide Senec. Controu. 26 p. 317. Rumpere factum perfide Gell. 20, 1.

PERFIDIŌSVS, a, um. Adi. *Plenus perfidiae.* Plaut. Ciſt. 1, 1, 74 Perfidioſus eſt amor. Cic. in Piſon. 67 Quod fallax, quod perfidioſus, quod impudens, quod audax eſſe videatur. Idem pro Quint. 26 Etenim ſi veritate amicitia, fide ſocietas, pietate propinquitas colitur: neceſſe eſt iſte, qui amicum, ſocium, affinem, fama ac fortunis ſpoliare conatus eſt, Vanum ſe, et perfidioſum, et impium eſſe fateatur. Cic. Fam. 3, 10 Nihil in me non modo perfidioſum, et inſidioſum, et fallax in amicitia, ſed ne humile quidem, aut ieiunum debes agnoſcere. *Add.* Diuinat. in Q. Caecil. c. 18, 1. Perfidioſum et nefarium eſt, fidem frangere Cic. pro Roſc. Com. 16. *Superl.* Idem de Nat. Deor. 3, 80 c. 32 Cur omnium perfidioſiſſimus, C. Marius, *etc.*

PERFIDIŌSE. Adu. [ἀπίστως] Auctor ad Herenn. 1, 8 In odium rapiemus, ſi quid eorum ſuperbe, ſpurce, perfidioſe, crudeliter, confidenter, malitioſe, flagitioſe factum proferemus. Vbi multa audacter, multa improbe, multa perfidioſe facta videtis, ibi ſcelus quoque latere putatote Cic. pro S. Roſc. c. 40. *Compar.* Suet. Aug. c. 21 Perfidioſius tumultuantes.

PERFINGO, ĕre. Hic ſita ſum varios auium perfingere cantus, *etc.* Inſcr. Fabrett. p. 685.

PERFĪNIO, īre. [ἐπιτελέω] *Idem quod ſimplex Finire.* Lucret. 1, 611 Quippe vbi dimidiae partis pars ſemper habebit Dimidiam partem: nec res perfiniet vlla.

PERFIXVS, a, um. Partic. [διαπεπαρμένος] *Confixus, Transfixus.* Lucret. 2, 360 Et crebra reuiſit Ad ſtabulum deſiderio perfixa iuuenci. *Sic* Natura perfixa pauoris telis torpet Idem 3, 306. *Et* 6, 391 — icti flammas, vt fulguris halent Pectore perfixo, *etc.*

PERFLAGITIŌSVS, a, um. Adi. Cic. pro Cael. 50 c. 20 Num tibi perturpe aut perflagitioſum eſſe videatur?

PERFLAGRATVS, a, um. Adi. Mart. Capell. 6 p. 189 Diſpendia lini perflagrata.

PERFLO, āre. [καταπνέω] *Valde flare, flando tranſire, vel commouere.* Iam perflare Ad ipſos auram maris Curt. 9, 4, 21. Virg. Aen. 1, 87 Et terras turbine perflant. Plin. 2, 107 Perflantibus vndique procellis. Venti perflant altiſſima Ouid. Rem. Amor. 369. Venti perflant nubila Lucret. 6, 131. *Add.* Id. 5, 135.

PERFLANS, antis. Partic. Plin. 2, 107.

PERFLĀTVS, ûs. m. [κατάπνευσις] Vt perflatus aliquis accedat Celſ. 3, 19. Aër, qui perflatus non habet Vitruu. 1, 1, 19. Columel. 1, 5 Quantoque fuerit aedificii ſolum pronius Orienti, tanto et aeſtate liberius capere perflatus, *etc.* Plin. 16, 40 Vlmus in perflatu firma.

PERFLATIO, ōnis. f. *Idem.* Mart. Capell. 1 p. 11 Virgae perflatione concuti.

PERFLABĪLIS, e. Adi. [καταπνευστός] *Quod perflari poteſt.* Cic. de Diuin. 2, 40 c. 17 Deos enim ipſos iocandi cauſa induxit Epicurus perlucidos et perflabiles, *etc.* Locus patulus et perflabilis Apul. Met. 4. Terra perflabilis, ventis penetrantibus Solin. c. 40 (27). *Actiuo ſignificatu.* Ventus mediocris, ſine vi et horrore perflabilis Pallad. 1, 6. *Conf.* PERSTABILIS.

PERFLĀMEN, ĭnis. n. *Flamen.* Prudent. Apoth. v. 760 (692) Nam ſine diuino domini perflamine ſummi Arida terra fuit.

PERFLATĪLIS, e. Adi. *Idem ac Perflabilis.* Apul. Met. 3 p. 137 Tectum aedium patore perflatili nudatum.

PERFLETVS, a, um. Adi. Diutine viſu perfleto Apul. Met. 2 p. 125. *Al.* praefletis.

PERFLEXVS, a, um. Adi. Totum ſcelus mente et cogitatione perflexum Quinctil. Decl. 314 p. 624. *Sed mira varietas librorum et ſuſpicionum conſiſtere nos non patitur.*

PERFLVCTVO, *vid.* PERFLVO.

PERFLVO, xi, xum, ĕre. [διαῤῥέω] *Tranſire fluendo.* Lucret. 3, 950 Et non omnia pertuſum congeſta quaſi in vas Commoda perfluxere. Aquae perfluunt Tibur Hor. Carm. 4, 3, 10. *Antiqui codices habent* Praefluunt. Vina per colum videmus perfluere Lucret. 2, 392. Perfluebant per frontem ſudantis acaciae riui Petron. c. 23. Ter. Eun. 1, 2, 25 Plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo. Translatio ſumta ab aquario vaſe fictili, *inquit* Donat. Quaſi dicat, Non poſſum continere: ſi quid audio, quod non ſit verum, ſtatim palam eſt. *Bentl. emendat* perpluo: *ſed non perſuadet.* Perfluo, *cum Accuſatiuo.* Quinctil. 2, 5, 13 Nec quae dicentur, perfluent aures. *Sunt, qui legant* Praeterfluent, *Burm. coniicit* Praefluent. *Ego ex MSS. et editis* Superfluent. Cic. de Fin. 2, 118 c. 35 Percontare ipſe te, perpetuiſne malis voluptatibus perfluens in ea, quam ſaepe vſurpabas, tranquillitate degere omnem aetatem ſine dolore, *etc. Grut.* perfruens. Liu. 1, 45 *extr.* Infima valle perfluit Tibris. *Al.* praefluit. *Paſſiue.* Arnob. 6 p. 191 Pluuialibus nimbis perfluuntur.

PERFLVVS, a, um. Adi. Apul. Met. 11 p. 260 Inceſſu perfluo feminam mentiebatur.

PERFLVXVS, *vid.* PERFLEXVS.

PERFLVCTVO, āre. [κατακυματίζω] *Multum fluctuare.* Lucret. 3, 721 Atque vnde animantum copia tanta Exos, et exſanguis, tumidos perfluctuat artus? *i. Per tumidos artus fluctuat. Eiuſdem generis eſt illud* Hor. Epiſt. 1, 1, 7 Eſt mihi purgatam crebro, qui perſonet aurem.

PERFŌCO, āre. *Strangulare.* Paullus l. 4. Dig. de agnoſcend. et alend. liberis: Necare videtur, non tantum is, qui partum perfocat, ſed et is, qui abiicit.

PERFŎDIO, ōdi, oſſum, ĕre. [διορύττω] *Fodiendo excauare, rumpere, ferire, perforare.* Plin. 36, 13 Inde aliae perfoſſis cuniculis ſubterraneae domus. Gell. 3, 7 Quadringenti omnes tum vna perfoſſi Gladiis, aut miſſilibus operti cadunt. Varro de R. R. 3, 17 Contra ad Neapolim L. Lucullus poſteaquam perfodiſſet Montem. Oculum alicui perfodere: *ſic enim quidam legunt in* l. Sed et ſi. §. vlt. D. Ad leg. Aquil. *Pandectae tamen Florent. et Haloander habent,* Perfundere. *Vid. ſuo loco.* Cic. in Vatin. 11 c. 5 Licet impune per me Parietes in adoleſcentia perfoderis, vicinos compilaris.

PERFOSSVS, a, um. Partic. [διωρυγμένος] Pectora perfoſſa patefeunt Stat. Theb. 9, 522. Helleſponto iuncto, Athoque perfoſſo Cic. Fin. 2, 112 c. 34. Montes Curt. 5, 7, 8. Naues perfoſſae Plin. 32, 1. Thorax perfoſſus bis ſex locis Virg. Aen. 11, 10.

PERFOSSOR, ōris. m. [διορύκτης Gloſſ. Gr. Lat.] Parietum perfoſſor Plaut. Pſeud. 4, 2, 23. *Vid.* Apul. Apol. p. 460.

PERFOSSIO, ōnis. f. διορυγή, διορυγμός Gloſſ. Gr. Lat.

PERFOSSVRA, ae. f. διορυγή, ibid.

PERFOSSO, διορύσσω, ibid.

PERFOECVNDVS, a, um. Adi. Mela 1, 9 *pr.* Aegyptus hominum aliorumque animalium perfoecunda generatrix.

PERFŌRE, [πάνυ ἔσεσθαι] *Valde futurum eſſe volunt.* Cic. Fam. 3, 5 Tunc mihi ille dixit, quod claſſe tu velles decedere, perfore accommodatum tibi, ſi ad illam maritimam partem prouinciae nauibus acceſſiſſem. *Sed melius eſt Praepoſitionem* Per, *ad* Accommodatum *referre,* Per accommodatum: *vt* Fore *interponatur: vt* Per mihi gratum, *etc. Vid.* PERVI.

PERFORMIDĀTVS, a, um. Partic. [ὑποπεπτηγμένος] *Multum formidatus.* Silius 3, 608 Iam puer auricomo performidate Batauo.

PERFORMIDOLŌSVS, a, um. Adi. Aurel. Vict. in Claud. Caeſ. Natura performidoloſus.

PERFORMO, āre. [διαμορφόω] *Formam abſoluere.* Tertull. Apol. c. 1 Ad malum performantur.

PERFORMATVS, a, um. Partic. *Laudatur* Quinctil. Declam. 62, 7 Performata materia. *Sed legendum eſt* Praeformata, *et ita habent boni codices.*

PERFŎRO, āre. [διατρέω, τρήπτω, περικηρέω] *Foramine facto traiicere.* Colum. 5 Sed aliud eſt ferramentum, quo priores vitem perforabant. Cic. Fam. 7, 1 Neque tamen dubito, quin tu ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforaſti, et patefeciſti Seianum, per eos dies, *etc. i. ſilua exciſa vel monte perfoſſo proſpectum aperuiſti.* Culmina radiis ſol perforat Stat. Silu. 1, 5, 46. Fundum cacabi perforare Scribon. 27. Latus enſe perforat Ouid. Triſt. 3, 9, 26 Margaritas perforare Vlp. in l. Si ſeruus ſeruum §. Si quum maritus D. Ad leg. Aquiliam. Nauem Quinctil. 8, 6, 47. Pectora duo ictu vno perforat Ouid. Met. 12, 377. Perforare, *per tmeſin a* Lucret. *dictum* 5, 1267 Et terebrare etiam, ac pertundere, perque forare.

PERFORĀTVS, a, um. Part. [τετρημένος] Lumina duo ab animo ad oculos perforata Cic. de Nat. Deor. 3, 9 c. 4. Viae ad oculos a ſede Animae perforatae Idem Tuſc. 1 c. 20. Animus perforatus Sen. Epiſt. 99. Cribrum perforatum Scribon. 61.

PERFORATIO, ōnis. f. Vitruuii *eſſe dicitur.*

PERFORACŬLVM, i. n. Arnob. 6 p. 200 Serris, perforaculis, aſciis, dolata, effoſſa. τέρετρον, τρύπανον Gloſſ. Lat. Gr.

PERFORTĬTER. Adu. [πολυεῤῥωμένως] *Valde fortiter.* Ter. Adelph. 4, 2, 29 Miſeram mulierem, et me ſeruulum, qui referire non audebam, vicit, hui perfortiter.

PERFOVEO, ēre. Solatur nexos in carcere, perfouet aegros Sedul. 4, 25.

PERFRĔMO, ui, ĭtum, ĕre. [περιβρύχομαι] *Idem quod Vehementer fremere.* Cic. de Nat. Deor. 2, 87 c. 35 Sicut inciti atque alacres roſtris perfremunt delphini. *Ex* Accio *Poëta.*

PERFRĔQVENS, entis. Adi. *Valde frequens.* Liu. 41, 1 In portu emporium breui perfrequens factum.

PERFRĔTO, āre. Solin. c. 40 (27) Inter haec vadoſa claſſem Romanam impune accepimus perfretaſſe.

PERFRĬCO, ui, ctum, āre. [περιτρίβω] *Fortiter fricare.* Cic. Verr. 3, 62 c. 25 Quum interea Apronius caput atque os ſuum vnguento perfricaret. Colum. 6, 2 Deinde nares perfricato, vt hominem diſcant odorari. Cic. in Piſon. 61 c. 25 Caput ſiniſtra manu perfricans *dubitantis et perplexi geſtus.* Dentes perfricuiſſe Ouid. de Arte Am. 3, 216. *Al.* defricuiſſe: *vid. Heinſ.* Perfricare faciem, et quaſi improbam facere Quinctil. 11, 3, 160. *Et* 9, 2, 25 Perfrica frontem, et dic te digniorem, *etc.* Plin. in Praef. Perfricui faciem, nec tamen profeci. Martial. 11, 28 Aut quum perfricuit frontem, poſuitque pudorem. *Nempe fricando rubor excitatur, ne rubor a pudore animaduerti poſſit. Vid. P. Victor. V. L.* 8, 6. Os perfricare, *Idem.* Cic. Tuſc. 3, 43 c. 13 Quid tergiuerſamur Epicure, nec fatemur eam nos dicere voluptatem, quam tu idem quum os perfricuiſti, ſoles dicere? *Add.* Petron. c. 22. Vulnera ab iis facta perfricantur Plin. 20, 16.

PERFRICĀTVS, a, um. Partic. Plin. 28, 12 Faucibus felis extrinſecus fimo perfricatis. Perfricata diutius fronte Petron. c. 132.

PERFRICTVS, a, um. *Legitur a quibusdam apud* Petron. c. 132 *vbi al.* perfricata. *Sic*, Homo perfrictae frontis. *Conf. infra* PERRECTVS.

PERFRICTIO, ōnis. f. *Pro attritu accipienda haec vox videtur apud* Plin. 21, 18 ſ. 69 *extr.* ¶ 2 *In aliis* Plinii *aliorumque locis ſignificat refrigerationem, vt ſtatim videbimus.*

PERFRĪGEO, xi, ēre. [καταῤῥιγόω] *Valde frigere.* Martial. 3, 18 Perfrixiſſe tuas queſta eſt praefatio fauces. Iuuen. Sat. 7, 194 Et ſi perfrixit, cantat bene.

PERFRICTIO, ōnis. f. *Refrigeratio nimia, et corporibus noxia* Plin. 28, 8 Sanat et vertigines, tremulos, opiſthotonicos, lienes, lumbos, perfrictiones. *Add.* 20, 18 ſ. 74 Lumborum et coxendicum perfrictiones. *Et* 26, 12 ſ. 76 In loco calido et a perfrictionibus tuto. *Sic* 23, 4. 20, 14 ſ. 44. *it.* 27, 12 ſ. 105. Scribon. 57. 257 *etc.* Caelius Acut. 2, 13 *et pluribus locis. Aliquoties etiam vtitur* Vegetius Mulom. *v. g.* 1, 10, 42: *cui etiam reſtituenda haec vox pro* perfricatione 1, 22, 13. *et* praeſtrictione 1, 35 *etc. Vid. Morgagni Epiſtola quarta earum, quae rei ruſticae ſcriptoribus ſubiectae ſunt*, §. 8. *it. Rhod. ad* Scribon. 257. *Alia eſt* Perfrictio *a* PERFRICO.

PERFRIGĔRO, āre. [καταψύχω] *Idem quod Refrigerare.* Plin. 25, 13 Omnium harum vis eadem perfrigerare et adſtringere. *Harduin. legit* Refrigerare. Perfrigerata Scibon. 271 *ſc. medicamenta.*

PERFRIGESCO, ĕre. [καταψύχομαι] *Valde frigidum fieri.* Artus perfrigeſcere Scribon. 268. 271. Plin. 31, 6 Difficilius perfrigeſcunt marina calefacti. *Sic* Varr. de R. R. 2, 9, 13 *Canum* cubilia ſubſternenda, ne perfrigeſcant.

PERFRIGĬDVS, a, um. Adi. [πολύψυχρος] Cic. Verr. 4, 86 c. 40 Erat hiems ſumma, tempeſtas, vt ipſum Sopatrum dicere audiſtis, perfrigida.

PERFRIGEFĂCIO, ĕre. Plaut. Pſeud. 4, 7, 117 Mihi iam dudum ille Syrus cor perfrigefacit.

PERFRINGO, ēgi, actum, ĕre. [κατάγνυμι, κατακλάζω, καταθλάω] *Valde, ſiue totum frangere.* Plin. Epiſt. 5, 6 Campi, quos monuiſti, ingentes boues, et fortiſſima aratra perfringunt. Terent. Adelph. 1, 1, 12 Ne aut ille alſerit, aut vſpiam ceciderit, ac perfregerit aliquid. Penitus perfringere aliquid Liu. 21. Proras Id. 22, 20 *pr.* Aciem perfringere tenuem, *vid.* ACIES. Anguſtias omnes, omnes altitudines, omnium obiecta tela vi et virtute perfringere Cic. de Aruſp. Reſponſ. 49 c. 23. Colla perfringere bipenni Valer. Argon. 1, 192. Domos Tacit. Hiſt. 4, 1, 4. Olympum fulmine perfregit Iuppiter Ouid. Met. 1, 154. *i. perrupit.* Phalangem perfringere hoſtium Caeſ. Bell. Gall. 1, 25. Portas vi Lucan. 3, 343. Tempora perfregit fuluo protecta capillo Ouid. Met. 12, 274. ¶ 2 *Metaphor.* Cic. Att. 3, 23 Des operam, vt vno impetu perfringatur, *i. res, quae difficultatem habet, conficiatur, ſuperatis difficultatibus et obſtante velut aggere perfracto.* Idem de Clar. Orat. 38 Et ſuauis, ſicut fuit, videri maluit, quam grauis: ſed ſuauitate ea, qua perfunderet Animos, non qua perfringeret. Conſpirationem perfringere et labefactare bonorum Cic. in Catil. 4, 22. Idem pro Milon. 87 Polluerat ſtupro ſanctiſſimas religiones, Senatus grauiſſima Decreta perfregerat. Idem in Catil. 1, 18 c. 7 Tu non ſolum ad negligendas leges et quaeſtiones, verum etiam ad euertendas, perfringendasque valuiſti. *Sic* Verr. 5, 38 Vt earum rerum vi et auctoritate omnia repagula iuris, pudoris, et officii perfringeres. Omnia perfregit ac proſtrauit cupiditate et furore Cic. pro Cluent. 15.

PERFRINGENS, entis. Part. [κατακλάζων] Lucret. 5, 137 Vt interdum validi vis incita venti Perſcindat nubem, perfringens impete recto. Dolabra glaciem Curt. 5, 6, 14.

PERFRACTVS, a, um. Part. [κατακλασθεὶς] Axe perfracto voluitur Sil. 16, 412. Capite Liu. 4, 28 *extr.* Fores perfractae Tibull. 1, 10, 56. Oſſa perfracta trinodi claua Ouid. Epiſt. 4, 115.

PERFRACTE. Adu. [αὐθαδῶς] *Obſtinate. Laudant* Cic. Off. 3, 88 Nimis mihi perfracte videbatur aerarium vectigaliaque defendere. *Sed* Praefracte *legitur hodie, v. v.*

PERFRIO, āre. *Conterere.* Colum. 12, 38 Baccas albi generis myrti quam maturiſſimas legito et perfriato.

PERFRIVŎLVS, a, um. Adi. Vopiſc. Aurel. c. 6 Haec video eſſe perfriuola.

PERFRVOR, uĭtus ſum, ui. Dep. [καταπολαύω] *In totum frui, ſeu Omnem fructum percipere.* Cic. de Fin. 1, 57 Quum enim certe nihil homini poſſit melius eſſe, quam vacare omni dolore et moleſtia, perfruique maximis et animi et corporis voluptatibus. Paſci, delectari, perfrui aliquibus rebus Cic. in Piſon. 45. Amplexu alicuius Ouid. Epiſt. 16, 214. Auctoritate rerum geſtarum, gloria, et ſapientiae laude perfrui Cic. de Clar. Orat. 9. Auctoritate teſtimonii alicuius, vel iudicio beneuolentiae, vel ſuauitate ingenii Idem Fam. 5, 12. Gaudiis Idem Tuſc. 5, 72 c. 25 *extr.* Otio Idem Fam. 7, 1. Vita modica et apta virtute Cic. de Legib. 1, 56. Ad perfruendas voluptates, et ad vſus vitae neceſſarios expetuntur diuitiae Idem Off. 1, 25. Perfrui, *in malam ſignificationem.* Ouid. Epiſt. 11, 128 Mandatis perfruar ipſa patris. *i. Faciam, quod iuſſit pater. Iuſſerat autem pater, vt ſe interficeret. Sunt, qui legant,* Mandatum proſequar ipſa patris. *Sed totum illud diſtichon dubiae fidei eſt.* Perfructus ſum, *vel* fui; *Praeteritum antiquum a Perfruor.* Lucret. 3, 969 Omnia perfructus vitai praemia. *i. Quum omnia perceperis praemia vitae, etc.* Amoenitate ſumma perfructus eſt Cic. in Hortenſ. *apud* Priſc. l. 10 p. 883.

PERFRVITIO, ōnis. f. Auguſt. de Quant. animae c. 33 Perfruitio veri et ſummi, boni. *Add.* Idem de Trinit. 6, 10.

PERFŬGIO, fūgi, fugĭtum, ĕre. [καταφεύγω] *Auxilii gratia ad aliquem confugere.* Aſylum aperit: eo ex finitimis populis turba omnis perfugit Liu. 1, 8. Idem 2, 9 *pr.* Iam Tarquinii ad Lartem Porſenam Cluſinum regem perfugerant. Cic. Verr. 5, 124 c. 48 Hic locus eſt igitur vnus, quo perfugiant, hic portus, haec arx, haec ara ſociorum: quo quidem nunc non ita confugiunt, vt antea in ſuis repetendis rebus ſolebant. Ad imperatores perfugere Cic. pro Corn. Balb. 24. In Capitolium, aliaue vrbis templa Tac. Ann. 3, 36. In oppidum aliquod deuium Cic. in Piſon. 89.

PERFVGIVM, i. n. [καταφυγή] *Locus tutus, quem nos in vexatione, aut calamitate recipere contendimus:* Plaut. Caſ. 3, 5, 3 Neſcio vnde auxilii, praeſidii, perfugii mihi, aut opum nunc copiam comparem. Cic. Fam. 12, 8 In meo Bruto non ſolum ad praeſens perfugium, ſi (quod olim) aduerſi quid acciderit, ſed etiam ad confirmationem perpetuae libertatis. Idem Verr. 5, 132 Num tibi inſultare in calamitate, num intercludere perfugium fortunae, num caſus bellicos exprobrare, aut obiicere videor? Commune perfugium, *Domus* Cic. in Catil. 4, 2 c. 1. Paratum nobis perfugium et portum putemus, quo vtinam paſſis velis prouehi liceat Idem Tuſc. 1, 118. *de morte. Legitur et* Profugium. Cic. pro Roſc. Amer. 150 Vnum perfugium, Iudices, vna ſpes reliqua eſt Sexto Roſcio, eademque Reipublicae, veſtra priſtina bonitas, et miſericordia. Fortunae miſerae portus et perfugium alicuius, multumque iactatae Idem pro Cluent. 7. Laborum omnium et ſolicitudinum perfugium ſomnus eſt Cic. de Diuin. 2, 150 c. 73. Salutis perfugium et praeſidium Idem pro Rabir. 4. Excludere aliquem a portu et perfugio Idem Fam. 5, 15. Habere ſibi perfugium Lucret. 5, 1185. Intercludere perfugium fortunae Cic. Verr. 5, 131. Praebent perfugium ac ſolatium aduerſis haec ſtudia Idem pro Arch. 16 c. 7. Vti perfugio, *per translationem.* Idem ad Fam. . . Itaque vtor eodem perfugio, quo tibi vtendum cenſeo, literulis noſtris. *Et* Verr. 2, 101 c. 41 *extr.* Poſtremo illo deſperatiſſimo perfugio vti poſſet, ſe imprudentem feciſſe, exiſtimaſſe id licere. Cic. Verr. 1, 82.

PERFŬGA, ae. m. [αὐτομόλος] Feſtus, Perfugam Gallus Aelius ait, qui liber, aut ſeruus, aut hoſtis ſui (*ſ.* ſua) voluntate ad hoſtes tranſierit, qui idem dicitur Transfuga. Quanquam ſint, qui credant Perfugam eſſe non tam, qui alios fugiat, quam qui ob ſpem commodorum ad quempiam perfugiat. *Vid. Gronou. ad* Liu. 27, 15, 11. Cic. Off. 3, 86 Quumque de imperio certamen eſſet cum rege generoſo ac potente, perfuga ab eo venit in caſtra Fabricii. Cur de perfugis noſtris copias comparant contra nos? Idem in Orat. 223 c. 66.

PERFVI, perfuiſti, perfuit: *volunt Praeteritum a Verbo* Perſum, *quod non exſtat.* Gell. 2, 18 Phaedon Elidenſis ex cohorte illa Socratica fuit, Socratique et Platoni perfuit familiaris, *etc. Verum tmeſis eſt et* per *illud coniungendum cum* familiaris. *Vid.* PERFORE: *plane enim eadem eſt ratio.*

PERFVLCIO, īre. [καταστηρίζω] *Bene fulcire et roborare.* Lucan. ad Piſon. 86 (*Aut quicunque ſit ille tandem non indignus hoc nomine*) Eloquio ſanctum modo perfulcire Senatum. *Al.* Permulcere.

PERFVLGĬDVS, a, um. Adi. Mart. Capell. 1.

PERFVNCTIO, PERFVNCTORIVS, PERFVNCTVS: *vid.* PERFVNGOR.

PERFVNDO, ūdi, ūſum, ĕre. [δίημι, δίεμαι, καταβρέχω] *Per omnes partes fundere, conſpergere.* Cic. Verr. 1, 67 c. 26 Aqua denique feruenti a Rubrio ipſo Philodamus perfunditur. Repulſum foribus perfundit gelida Hor. Serm. 2, 7, 91. Fluuiis perfundunt pecus magiſtri Virg. Georg. 3, 446. Artus perfundere rore Ouid. Met. 3, 164. Enſis perfunditur ſanguine Idem ib. 7, 396. Penates ſanguine perfundit Idem ib. 5, 155. Sen. Epiſt. 115 Cum auro tecta perfundimus, quid aliud quam mendacio gaudemus? ſcimus enim ſub illo auro foeda ligna latitare. ¶ 2 *Metaph.* Sen. Epiſt. 36 Liberalia ſtudia non illa, quibus perfundi ſatis eſt: ſed haec, quibus tingendus eſt animus. Perfundere animum religione Liu. 10, 38. Cic. de Clar. Orat. 38 Et ſuauis, ſicut fuit, videri maluit, quam grauis: ſed ſuauitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret. Animum voluptate Idem Tuſc. 4, 20 c. 9. Vlp. in l. Sed et ſi quemcunque §. vlt. D. Ad leg. Aquil. Sutor puero diſcenti ingenuo filiofamil. parum bene facienti quod demonſtratum erat, forma calcei ceruicem ita percuſſit, vt oculus puero perfunderetur. *Ita enim habent Pandectae*

Pandectae Florentinae, et Haloander: quamuis nonnulli legant Perfoderetur. Quempiam aceto, *vid.* ACETVM. Cic. Att. 8, 6 Dii immortales, qui me horror perfudit, quam ſum ſolicitus, quidnam futurum ſit. Idem pro Roſc. Amer. 80 c. 29 Interim mihi videris Eruci vna mercede duas res aſſequi velle, nos iudicio perfundere, accuſare autem eos ipſos, a quibus mercedem accepiſti. Iudicio perfundere *i. iudicio obſcuro, in quo nihil clare liquideque probetur obruere. Sic Graeuius. Vid.* PERFVSORIVS. Iucunditate perfundi, laetitia, voluptatibus, *pro Repleri.* Cic. de Fin. 2, 6. *et* 5, . . *Item* de Nat. Deor. 1, 112 Quos odores adhibebis ad deos, vt eos perfundas voluptatibus? Oratione duci, et quaſi voluptate quadam perfundi Idem de Claris Orat. 188.

PERFVNDENS, entis. Part. Sol omnia perfundens conueſtit ſua luce Lucret. 2, 147. *Alii legunt* Profundens.

PERFVSVS, a, um. *Aliud* Part. [καταβρεχθείς] Baccho perfuſus tempora multo Tibull. 1, 2, 3. Coloribus omnigenis perfuſa Lucret. 2, 820. Cruore perfuſus Liu. 30, 28. *h. e. Cruentus.* Dulcedine omni perfuſi ſenſus mouentur Cic. de Finib. 3, 114 c. 34. Flumine perfuſi greges Virg. Georg. 2, 147. Frigore aeterno leti corpus perfuſum, *i. Mortuum* Lucret. 4, 922. Fuco gloria perfuſa Ouid. Faſt. 1, 303. Lacrimis perfuſus Achilles Idem ibid. 5, 407. Lepore perfuſa Lucret. 4, 80. Metu et timore perfuſus Liu. 9. *Add.* Idem 2, 63. Oſtro veſtes perfuſae Virg. Aen. 5, 112. Puluere immundo canities perſuſa Idem ib. 12, 611. Rubore perfuſus Petron. c. 128. Sanguine fratrum perfuſi Virg. Georg. 2, 510. Sanguine currus perfuſi Idem Aen. 11, 88. Sanguine terra perfuſa Ouid. Met. 1, 157. Tempeſtate belli perfuſus pectora Mars Stat. Theb. 3, 229.

PERFVSE. Adu. Siſenna *apud* Non. 4, 11 Perfuſe atque abunde ſemper vſi.

PERFVSIO, ōnis. f. [καταβροχή] Plin. 18, 7 Italia ſine perfuſione toſtum in ſubtilem formam molit. Vt gentes baptiſmo, id eſt, purifici roris perfuſione ſaluaret Lactant. 4, 15 *pr.*

PERFVSOR, ōris. m. προσχύτης Gloſſ. Gr. Lat.

PERFVSORIVS, a, um. Adi. Seneca Epiſt. 23 Voluptas perfuſoria, *i. Exterius adſpergens, non penetrans.* Aſſertiones perfuſoriae, *i. Obſcurae, non clarae et liquidae* Suet. Dom. c. 8. *Sed magna lis eſt de lectione et interpretatione h. l. vid. Burm. Hanc lectionem a Cuiacio prolatam e MSS. tuetur Graeuius et explicat, vt modo dictum in* PERFVNDO *ad* Cic. pro Roſc. Am. c. 29.

PERFVSORIE. Adu. *Confuſe, obſcure, et non plene exprimendo.* Scaeuola in l. Qui libertatis §. Sed et. D. de Euict. Sed et ſi quis in venditione ſtatu liberum perfuſorie dixerit, conditionem autem libertatis celauerit, emti iudicio tenebitur, ſi id neſcierit emtor. *Vid.* omnino ad Cic. l. c. *Add.* l. 5 §. 1 D. quod vi aut clam. Debebit et diem et horam de nuntiatione complecti, et vbi, et quot opus futurum ſit, neque perfuſorie aut obſcure dicere aut denuntiare.

PERFVNGOR, functus ſum, gi. Dep. [ἐπιτελέω] *Ad extremum obire munus.* Cic. pro Cluent. 116 Aut quod ſe perfunctos, iam eſſe arbitrantur, quum de reo iudicarunt, negligentius attendunt caetera. Ter. Hec. 4, 2, 18 Dum aetatis tempus tulit, perfuncta ſatis ſum: ſatias me iam tenet ſtudiorum iſtorum. Perpeti et perfungi Cic. Fam. 1, 9. Bello miſero fatalique perfungi Idem pro Marcell. 31 c. 10. *Filia tua* omnibus Bonis perfuncta eſt Seru. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5. Cura perfungi Liu. 26, 17 *pr.* Moleſtia propria perfungi Cic. Fam. 5, 12. Munere quodam neceſſitatis et graui opere perfungimur, dum ſumus incluſi in his compagibus corporis Idem de Senect. 77. Periculis aliquibus perfungi Idem pro Muraen. 4. *Abſolute.* Equidem iam perfunctus ſum Idem pro Domo c. 17.

PERFVNCTVS, a, um. Partic. [ἐπιτελέσας] Cic. Fam. 1, 8 Quum et honoribus ampliſſimis, et laboribus maximis perfuncti eſſemus. *Vid. h. l. Manut.* Fato perfunctus Liu. 9, 1. *i. Mortuus.* Breui et inglorio Imperio perfunctus Tac. Ann. 12, 14, 7. Cic. pro Domo 134 Quos memoriae proditum eſt ab ipſo Hercule perfuncto iam Laboribus, ſacra didiciſſe. Parua perfunctus opella Lucret. 1, 1107. Quae tamen omnia te Vita perfuncta ſequentur Idem 3, 982. Perfunctus a febri Varr. de R. R. 2, 4. *i. Liberatus.* Perfunctus, *cum Accuſatiuo.* Lucret. 3, 969 Omnia perfunctus vitai praemia merces. *Alii* Perfructus. ¶ 2 *Paſſiu.* Cic. pro Sext. c. 4 Sed repeto memoriam perfuncti periculi *i. ſuperati.*

PERFVNCTIO, ōnis. f. [ἐπιτέλεσις] Cic. de Orat. 3, 7 c. 2 Qui autem ei annus primus ab honorum perfunctione, *etc.* Idem de Fin. 1, 49 c. 15 *pr.* Nam neque laborum perfunctio, neque perpeſſio dolorum per ſe ipſa allicit, nec patientia, nec aſſiduitates, *etc.*

PERFVNCTORIE. Adu. *Perfungendi cauſa, vt dicere poſſis te feciſſe, atque adeo ſine ſtudio, quia non tam tua quam aliena voluntate.* Vlpian. in l. 5 Aut qui §. 1 D. Quod vi aut clam, Neque perfunctorie aut obſcure dicere, aut denuntiare debet. *i. Non bona fide, nec ex animo, nec iuſta denuntiatione, vt quum dicimus Rogatus rogo. Bud. Hoc tamen in loco Haloander legit* Perfuſorie, *non Perfunctorie. Pandectae etiam Florentinae habent* Perfuſorie. *Vid.* DICIS cauſa. *Laudatur etiam* Papin. in l. Propter. D. de Senatusc. Syllan. Heredibus, qui non perfunctorie debitum officium impleuerant, *etc. Pandectae Florent. habent* Defunctorie. *Vid. Duker. de Latinit. ICtor. p. 408. Certius eſt* Verberare aliquem non perfunctorie Petron. c. 11. *Et* Si perfunctorie atque adulatorie res agatur Auguſt. Epiſt. 148 *pr.* Non perfunctorie motus videris Ambroſ. Epiſt. 14 *pr.*

PERFVRO, ĕre. [καταμαίνω] Lucret. 1, 276 Ita perfurit acri Cum fremitu. *i. Vehementer furit. De vi et impetu ventorum.* Virg. Aen. 9, 343 Incenſus et ipſe Perfurit. Perfurit Herodes Prudent. Tetraſt. 29. Sil. 8, 606 Nec non cum Venetis Aquileïa perfurit armis. *Sic editt. antiquae. Nunc editur* Aquileia ſuperfluit armis.

PERFVSORIE, PERFVSIO, PERFVSVS: *vid.* PERFVNDO.

PERGA, ae. f. [Πέργη] Oppidum in Pamphylia, a quo Diana PERGAEA, propter templum illi dicatum Pomponius Mela 1, 14.

PERGAMIS, ĭdis. f. *Epiri oppidum videtur* Varr. 2, 2, 1 Quid paſtores a Pergamide, Maledoue potis ſint.

PERGAMVM, i. n. *Minoris Aſiae inſignis ciuitas, quae ſub Attalicis regibus diu fuit fortunata, et theſauros ſeruabat Lyſimachi Agathoclis filii, qui vnus fuit ex ſucceſſoribus Alexandri. Haec Strab. l. 13.* Plin. 10, 21 ſ. 24 Pergami omnibus annis ſpectaculum gallorum publice editur, ceu gladiatorum. *Sed* ¶ 2 Pergama, orum. *Arcis Troianae nomen:* Virg. Aen. 1, 655 Pergama dum peteret. Vnde κατ' ἐξοχὴν Arces omnes Pergama dicuntur; vt Poëtam dicimus, et intelligimus Virgilium, Seru. *in illud* Aen. 2, 555 Troiam incenſam et prolapſa videntem Pergama. *Hinc ſignate, et diſtinguendi cauſa* Lucret. 1, 477 Nec clam durateus Troiai Pergama partu Inflammaſſet equus, *etc. Sic repoſuit, et recte, Lambinus, quum caeteri codices* Troianis *legerent.* Euerſa Pergama Virg. Aen. 2, 571. Sil. 13, 64 Iam Phryx condebat Lauinia Pergama victor, Armaque Laurenti figebat Troica luco. *Sic vocat Lauinium oppidum ab Aenea conditum.* Neptunia Ouid. Epiſt. 3, 151. Teucria Sil. 13, 37.

PERGAMĒVS, a, um. Adi. [Περγάμιος] *A Pergamis Troianis, pro* Troiano *dicitur.* Gens Pergamea Virg. Aen. 6, 63. Arces Idem ib. 3, 110. Ruinae Idem ib. 3, 476. Vates Pergamea, *Caſſandra* Propert. 4, 1, 51.

PERGAMĒNVS, a, um. Adi. [Περγαμηνός] *A Pergamo Attalica vrbe,* Cic. pro Flacco 64 Num honeſtior eſt ciuitas Pergamena, quam Smyrnae? Et annos iam triginta in foro verſaris, ſed tamen Pergameno. Iuriſdictio Plin. 5, 30. Naues Nepos 11, 5.

PERGAMENA, ae. f. *Abſolute pro* Charta *ſiue* Membrana Pergamena *dicitur.* Iſidor. 6, 11 Pergameni reges cum charta indigerent, membranas primo excogitauerunt. Vnde et Pergamenarum nomen hucusque tradente poſteritate ſibi ſeruatum eſt, *etc.* Plin. 13, 11 ſ. 21 Mox aemulatione circa bibliothecas regum Ptolemaei et Eumenis, ſupprimente chartas Ptolemaeo, Varro membranas Pergami tradidit repertas.

PERGAVDEO, gauiſus ſum, ēre. [καταχαίρω] *Vehementer gaudere.* Cic. Q. Frat. 3, 1, 3 Trebonium meum a te amari, teque ab illo, pergaudeo.

PERGIGNO, ĕre. [καταγεννάω] *Idem quod ſimplex Gignere.* Catul. 65, 89 Quales Eurotae pergignunt flumina myrtos. *Sed* Progignunt *meliores.*

PERGO, perrexi, perrectum, ĕre. [πορεύομαι, διατελέω] *Iter facere, ire, quaſi perregere viam.* Ter. Adelph. 4, 2, 48 Sed ceſſo ad eum pergere? Pergit huc Ter. Eun. 2, 1, 22. Idem Hec. 3, 4, 36 Horſum pergunt. Cic. ad Brut. 10 Quanquam dolebam in eam me vrbem ire, a qua tu fugeres, qui eam liberauiſſes: quod mihi quoque quondam acciderat, periculo ſimili, caſu triſtiore: perrexi tamen, Romamque perueni. Perge ire ad Phauorinum Gell. 14, 2. Liu. 22, 53 Pergit deinde ire, ſequentibus paucis, in hoſpitium Metelli. *i. Incipit ire.* Domum Ire pergam Ter. Phorm. 1, 4, 17. Cic. de Diuin. 1, 26 Qui quum ex itinere quodam propoſito et conſtituto reuertiſſet, aquilae admonitus volatu, conclaue illud, vbi erat manſurus, ſi ire perrexiſſet, proxima nocte corruit. *Conf.* Cic. Acad. 1 c. 1. Pergo tendere aliquo Virg. Aen. 6, 198. Obuiam pergere alicui Auct. ad Herenn. 4, 65. Hac pergito Ter. Adelph. 4, 2, 38. Domos pergunt eorum, apud quem quisque ſeruierat Liu. 2. Iter pergere Ter. Hec. 1, 2, 119. Iter pergere ambitione ac periculis vacuum Tacit. Ann. 4, 20. Viam aliquorum (*Lambin.* aliquot) dierum in Macedoniam, ad Planciumque perrexi Cic. pro Planc. 98 c. 41. Ad litora pergens Sil. 7, 171. Cic. de Nat. Deor. 3, 64 Neptunum eſſe dicis animum cum intelligentia per mare pergentem. *Alias* Pertinentem. Pergere, *pro Praeterire:* Idem Att. 3, 20 Sed pergo praeterita. Pergere, *Proſequi, perſeuerare, procedere:* Ter. Adelph. 2, 1, 27 Nam ſi moleſtus pergis eſſe, iam intro arripiere. Cic. de Amicit. 32 Tu vero perge Laeli: pro hoc enim, qui minor eſt natu, meo iure reſpondeo. Pergam atque inſequar longius Cic. Verr. 3, 51. Vt facitis pergite adoleſcentes Idem de Orat. 1, 34. Eadem via pergere qua caeteri Idem de Diuin. 1, 123. Ordine perge quatuor mihi iſtas partes explicare Idem in Partit. 28. Ordine ſuo cuncta pergunt Valer. Argon. 1, 531. Conficere iter reliquum pergas Cic. de Orat. 2, 290 c. 71 *extr.* Diſponere carmina pergam Lucret. 3, 421. Extinguere iuuenemque pergit Valer. Argon. 1, 31. Proficiſci ad inſtituta pergemus Auctor ad Herenn. 3, 1. Scribere quaeſo perge Cic. Att. 10, 18. Tenere viam, quam inſtituiſti perge Q. Cic. de Petit. Conſ. 42. Si pergis, *per parentheſim:* Liu. 2, 40 De his videris: quos (ſi pergis) aut immatura mors, aut longa ſeruitus manet. Cic. de Legib. 2, 68 Nos vero frater, et copioſe quidem: ſed perge ad caetera. Idem Philipp. 13, 40 Pergit in mea maledicta: quaſi vero ei pulcherrime propria proceſſerint. Idem in Catil. 1, 10 Quae quum ita ſint Catilina, perge, quo coepiſti. Perge porro hoc idem interdictum ſequi Idem pro Caecin. 59. *Et* de Finib. 4, 75 Perge porro: ſequentur enim, quae tu ſcientiſſime complexus es. Perge reliqua: geſtio ſcire iſta omnia Cic. Att. 4, 10. Pergite animo forti Lacedaemonii, hodie apud inferos fortaſſe coenabimus Idem Tuſc. 1, 100. Virg. Ecl. 6, 13 Pergite Pierides. Feſtus. Ter. Phorm. 1, 4, 17 Domum ire pergam, ibi plurimum eſt. Confeſtim ad eum ire perreximus Cic. Acad. 1 c. 1. Curſim ad aliquos pergere Idem Tuſc. 5, 13. Gradu non dubio perge Sen. Thyeſt. 5. Protinus pergere et properare Romam Idem Q. Frat. 1, 6. Ter. Phorm. 5, 6, 27 Hoc vbi ego audiui, ad fores ſuſpenſo gradu placide ire perrexi. Perge in virum Plaut. Men. 4, 2, 47. *intell. dicere, inuehi.* Pergor, *Paſſiuum.* Tacit. German. 42 Eaque Germaniae velut frons eſt, quatenus Danubio pergitur. *Quo tamen in loco putauerim potius verbum eſſe imperſonale. Conf.* Non. 11, 27. Macrob. Sat. 7, 16. Pergin'? *comicum, pro Pergisne?* Plaut. Amphit. 1, 1, 193 Pergin' argutarier? Quaſi dicat, Non ceſſabis?

PERGENS, entis. Partic. Neptunus per mare pergens Cic. de Nat. Deor. 3, 64 c. 25. Vno animo pergentes Salluſt. Fragm. c. 22. *Add. ibid.* c. 28.

PERRECTVS, a, um. *Aliud* Partic. Apul. Met. 2 p. 125, 28 Oculis perrectis et obarmatis ad vigilias. *Alii legunt* Perfrictis, *alii* Perſtrictis.

PERGLISCO, ĕre. *Plene gliſcere, i. creſcere, ſaginari, pingueſcere.* Colum. 8, 7 Gallina, quae prima luna ſaginari coepta, vigeſima perglifcit.

PERGNARVS, a, um. Adi. Apul. Apol. p. 290 Magia ars eſt diis immortalibus accepta, colendi eos et venerandi pergnara.

PERGRACĬLIS, e. Adi. [κατάλεπτος] *Valde gracilis.* Plin. 25, 13 Longiore caule, ſed pergracili.

PERGRAECOR, āri. [κωμάζω, ὑπερμαζάω] Epulis et potationibus inſeruire, *inquit* Feſtus. *Formula ſumta a Graecorum moribus.* Plaut. Bacch. 4, 7, 14 Propterea hoc facio, vt ſuadeas gnato meo, vt pergraecetur tecum, ter venefice. *Quid ſit* Pergraecari, *ipſa Plauti verba ſatis indicant in* Moſtell. 1, 1, 21 Dies noctesque bibite, pergraecamini, amicas emite, liberate, paſcite paraſitos, opſonate pollucibiliter.

PERGRANDIS, e. Adi. Plaut. Perſa 4, 3, 23. Cic. Verr. 4, 62 c. 27 Erat etiam vas vinarium ex vna gemma pergrandi trulla excauata cum manubrio aureo. Natu pergrandis Liu. 29, 29. Pecunia Cic. Verr. 2 c. 7. *Al.* praegrandis. Idem pro Lege Agrar. 1, 10 Iubet eoſdem Decemuiros omnibus agris publicis pergrande Vectigal imponere.

PERGRANDESCO, ĕre. Accius *apud* Non. 2, 358 Fruges prohibet pergrandeſcere.

PERGRAPHICVS, a, um. Adi. [πάνυ γραφικός] *Ad vnguem factum, abſolutum, et quaſi pictoris manu expolitum.* Plaut. Trin. 5, 2, 15 Modo mihi aduenienti nugator quidam acceſſit obuiam, nimis pergraphicus ſycophanta, *h. e. plane ſycophanta, vt ſi pingere velles ſycophantam, ad huius exemplum pingere poſſes.*

PERGRATVS, a, um. Adi. [ἐπίχαρις] *Admodum gratus.* Cic. de Amicit. 16 c. 4 Pergratum mihi feceris, ſpero item Scaeuolae, ſi (quemadmodum ſoles de caeteris rebus, quum ex te quaeruntur) ſic de amicitia diſputaris, quid ſentias. Id. Q. Frat. 3, 1 Id mihi pergratum, perque iucundum erit. Cic. de Fin. 5 Sed mehercule pergrata mihi oratio tua. *Tmeſis elegans, et ſollemnis in hac Praepoſitione.* Cic. Att. 1, 20 Per mihi, per inquam gratum feceris, ſi in hoc tam diligens fueris, *etc.* Eidem 5, 20 Per mihi gratum erit, ſi id curaris ad me perferendum.

PERGRAVIS, e. Adi. [πολυβαρής] *Valde grauem ſignificat.* Cic. pro Sext. 107 c. 50 Huius oratio et pergrauis et grata concioni fuit. Teſtes pergraues Idem pro Cael. 63 c. 26.

PERGRAVITER. Adu. [πολυβαρέως] *Admodum grauiter.* Cic. Att. 1, 10 Hoc te intelligere volo, pergrauiter illum eſſe offenſum. Id. de Orat. 1, 227 Idem Qu. Seruium Galbam, quem hominem probe noſſe et commeminiſſe ſe aiebat, pergrauiter reprehendere ſolebat.

PERGVLA, ae. f. [στοά] *Locus apertus a multis lateribus aërem excipiens, aliquando extra parietem porrectus, et modo tectus, modo ſub dio expoſitus. Dicta a* pergendo, *i. perrigendo vel porrigendo, quia* Pergula, *pars eſt domus exporrecta et propendens.* Plin. 35, 10 *de Apelle,* Perfecta opera proponebat in pergula tranſeuntibus, atque poſt ipſam tabulam latens, vitia, quae notarentur, auſcultabat, vulgum diligentiorem iudicem, quam ſe praeferens. Pergula pictorum, veri nihil, omnia falſa Lucil. *ap.* Lactant. 1, 22. Pergula, ὑπερῷον καὶ ἰκρία Gloſſ. Vet. μεσόδμη, ὑπερῷον, ὀροφή, σεκὸν οἴκημα *ibid.* Propert. 4, 5, 67 *in paupertatis deſcriptione,* Horruit algenti pergula Curta foco. *Beroaldus legit* Pertica: *ſed ex veteri ſcriptura ſic reſtituit Turnebus, nec ſine ratione. Nam pauperes, quibus cella non erat, nec domus, interdum in pergulis habitabant, in quibus etiam viliſſima ſcorta, et omnium libidini proſtituta merebant. Sed Brouckhuſ.* Tegula, *quae pro foco pauperrimis ſeruiebant.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 79 Te ego ipſam culleo cras faciam deportere in pergula. *Sic et Craſſitius libertinus pauper grammaticus, cui per inopiam habendae in aedibus ſcholae poteſtas non erat,* docuit in pergula. Sueton. de Gramm. c. 18 Hic initio circa ſcenam verſatus eſt, dum mimographos adiuuat: deinde in pergula docuit, *etc.* Magiſtrales pergulae, *i. Scholae*; Vopiſc. in Saturn. c. 10 In Africa Rhetoricae operam dederat, Romae frequentauerat pergulas magiſtrales. *Sed et alii in pergulis magiſtri:* Iuuen. Sat. 11, 137 *de coenis diuitum loquens,* Sed nec ſtructor erit, cui cedere debeat omnis Pergula, *i. omnes artifices illam ſtruendi et carpendi cibos artem in pergulis docentes.* Pergula, *omnino Locus eſt accommodatus exponendis venalibus rebus.* Vlp. in l. Haeres, De iudiciis, At ſi quo conſtitit non dico iure domicilii, ſed tabernulam, pergulam, horreum, armarium, ſeu officinam conducens, ibique diſtraxit vel egit: defendere ſe ex loco debebit. ¶ 2 Pergula, *in vineis Topiarium opus ſignificat.* Columel. 11, 2, 32 Si quae pergulae vitium generoſarum, a putatoribus relictae ſunt, ante Calendas Apriles vtique deputari debent. Idem 4, 21, 2 Illa enim pergulae magis quam vineae figuram obtinet, quae ſupra hunc modum materiis diſtenditur. *Conf.* Plin. 21, 3. ¶ 3 Preculam pro Pergulam dixit Tinca Placentinus *apud* Quinctil. 1, 5, 12.

PERGVLANVS, a, um. Adi. Pergulana vitis, *Quae pergulis adiungitur, et ſuſtinetur* Columel. 3, 2, 28.

PERGVS, i. m. *Lacus Siciliae apud Ennam vrbem, vbi Proſerpina a Plutone rapta dicitur. Vid.* Ouid. Met. 5, 386.

PERHAVRIO, īre. Apul. Met. 10 p. 246 Calicem vno hauſtu perhauſi. *Vid. etiam* Tertull. ad Nation. 1, 15 *extr.*

PERHAVSTVS, a, um. Mille perhauſtis ignibus inſtaurat vires Corn. Seuer. in Aetna v. 420.

PERHERCLE. Adu. Perhercle res miranda Gell. 5, 6. *Sed Tmeſis,* res permiranda, *i. valde miranda.*

PERHIBEO, ui, ēre. [φημί, λέγω] *Dicere et affirmare, quaſi dicas* per ora habere: *fere enim de ſermone et ſententia multitudinis adhibetur.* Columel. 3, 8, 3 India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Ter. Adelph. 3, 4, 58 Tam maxime vos aequo animo aequa noſcere oportet, ſi vos vultis perhiberi probos. Caelum noſtri, Graii perhibent aethera Cic. de Nat. Deor. 2, 91. *Ex Pacuuio.* Vt perhibetis Cic. pro Lig. c. 8. Idem in Arato 451 Cum quibus (Vt perhibent) auſa eſt contendere forma. *de Caſſiopeia. Sic et* Virg. Aen. 4, 179. Cic. de Nat. Deor. 2, 109 c. 42 Quem claro perhibent Ophiuchum nomine Graii. Idem de Diuin. 2, 12 c. 5 Bene, qui coniiciet, vatem hunc perhibebo Optimum. Honorem perhibere, *eſt idem quod* habere, *cum incremento quodam, vt videtur: quod ipſum quoque ad ſermonem et ſententiam pertinet.* Plin. 15, 4 Oleae honorem Romana maieſtas magnum perhibuit. *Al.* praebuit. *Sed ita etiam idem* Plin. 19, 4 Virgilio quoque confeſſo, quam ſit difficile verborum Honorem tam paruis perhibere. Varro de R. R. 2, 5 Tu vero Muti veni mihi aduocatus, dum aſſes ſoluo Palilibus, ſi poſtea a me repetant, vt Teſtimonium perhibere poſſis. *Etiam hic* perhibere *dicere eſt.* Plaut. Aſin. 1, 3, 36 Si ecaſtor nunc habeas, quod des, alia Verba perhibeas, *h. e. Longe aliud diceres. Sic etiam* Cic. Att. 1, 1 In cauſa vniuerſorum creditorum, hominum praeſertim ampliſſimorum, qui ſine eo (*ſubaudi Patrono*) quem Caecilius ſuo nomine perhiberet, *i. diceret, legeret.* *Paſſiuum:* Cic. Tuſc. 1, 28 c. 12 Eademque famae celebritate Tyndaridae fratres, qui non modo adiutores in praeliis victoriae Pop. Rom. ſed etiam nuntii fuiſſe perhibentur. Tellus falſa, quae perhibetur amara Virg. Georg. 2, 238. ¶ 2 *Quod* Perhibere *dare eſſe volunt, nihil, puto, eſt. Laudant* Plaut. Pſeud. 1, 2, 49 Cur ego veſtem, aurum, atque ea, quibus eſt vobis vſui, perhibeo. *Sed* praebeo *recte legitur, vt* Menaech. 5, 2, 51 Ancillas, penum recte perhibet, *i.* praebet, *ex quo contractum eſt. Eadem ratio* Pſeud. 1, 4, 134. *Et* Merc. 2, 1, 43. *Sic* Quinctil. 1, 1, 12 *quidam legunt* Latinus (*ſermo*) vel nobis nolentibus ſe perhibet: *Verum recte Burm.* praebet: *niſi melior altera lectio,* Latinum — nolentibus perhibet.

PERHIBENDVS, a, um. Partic. [φατέος] Cic. Fam. 5, 12 Nec minus eſt Spartiates Ageſilaus ille perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem ſuam paſſus eſt eſſe, quam qui in eo genere laborarunt.

PERHIEMO, āre. *Tota hieme eſſe.* Columel. 11, 3 *pr.* Sulcos vacuos perhiemare patiemur.

PERHILVM. Adu. [πάνυ ὀλίγον] *Ex* Per *et* Hilum, *Perpaulum.* Lucret. 6, 575 Hac igitur ratione vacillant omnia tecta, Summa magis mediis, media imis, ima perhilum. *De terrae motu.*

PERHONESTVS, a, um. Adi. Arnob. 2 p. 76 Sint licet perhoneſti, fuerint laudabiles.

PERHONORIFICVS, a, um. Adi. [πολυτίμιος] *Valde honorificum ſignificat.* Cic. Att. 2, 18 Conſalutatio forenſis perhonorifica: ſigna praeterea beneuolentiae permulta a nobis impertiuntur.

PERHONORIFICE. Adu. [πολυτιμίως] Cic. Att. 14, 12 Hic perhonorifice et amice Octauius, quem quidem ſui Caeſarem ſalutabant.

PERHORREO, ēre. *ſiue* PERHORRESCO, ĕre. [μεγάλως φρίττω] Cic. Att. 9, 10 Sed genus belli crudeliſſimi et maximi, quod nondum vident homines quale futurum ſit, perhorrui. Eidem 13, 25 Sed quid eſt tandem, quod perhorreſcas? *Inter* Pertimeſcere *et* Perhorreſcere. Cic. Verr. 4, 78 Hanc tu tantam religionem, ſi tum in imperio propter cupiditatem atque audaciam non pertimeſcebas, ne nunc in tanto tuo, liberorumque tuorum periculo perhorreſcis? Clamore perhorruit Aetna Ouid. Met. 13, 877. Corpore toto perhorreſcere et commoueri animo Cic. Verr. (Diuinat.) 1, 41 c. 13. Idem in Piſon. 45 Qui vos non oculis fugiat, auribus reſpuat, animo aſpernetur, Recordatione denique ipſa Conſulatus veſtri perhorreſcat. Aequor latum perhorruit Ouid. Met. 6, 204. Boſphorum nauita perhorreſcit Hor. Carm. 2, 13, 15. Caſus perhorrere Ouid. Triſt. 5, 9, 15. Diſſolutionem naturae valde perhorreſcere Cic. de Finib. 5, 31. Lamentationem matrumfamilias, tum fugam virginum ac puerorum perhorreſcere Idem in Catil. 4, 12. Memoriam alicuius diei Id. Philipp. 13, 31 c. 15.

PERHORRIDVS, a, um. Adi. [πολυφρικτώδης] Liu. 22, 16 Poenus contra intra Formiana ſaxa, ac Linterni arenas, ſtagnaque perhorrida ſitu hibernaturus eſſet.

PERHOSPITALIS, e. Adi. [πολυξένιος] Cic. Verr. 4, 3 c. 2 Huius domus eſt vel optima Meſſanae, notiſſima quidem certe, et noſtris hominibus apertiſſima, maximeque perhoſpitalis. *Al.* hoſpitalis.

PERHOSPITVS, a, um. Adi. *Adfertur ex* Tibull. 4, 1, 142 Ardet Arecteis aut vnda perhoſpita campis. *Sed verſum varie tortum et vexatum ita conſtituit Nic. Heinſius, et recepit Brouckhuſius,* Rapidus, Cyri dementia, Gindes Radit Arecteos haud vna per hoſtia campos.

PERHVMANVS, a, um. Adi. [πάνυ φιλάνθρωπος] Cic. Q. Frat. 2, 5 Multumque is mecum ſermonem habuit, et perhumanum de diſcordiis mulierum noſtrarum. *Add.* Id. Att. 16, 12.

PERHVMANITER. Adu. *Idem.* Cic. Fam. 7, 8 Scripſit ad me Caeſar perhumaniter.

PERHVMILIS, e. Adi. Corpus perhumile Ammian. 16, 16.

PERI, [περί] *Praepoſitio Graeca, quae modo* De, *modo* Vltra, *modo* Circum *ſignificat: a qua quoniam multa per compoſitionem fiunt, eam non omittendam cenſuimus.*

PERIACTI, ōrum. m. Pl. [περίακτοι] *Quaſi tu circumagiles dicas, Machinae verſatiles ad ſcenarum mutationes, apud* Vitruu. 5, 7. *Vid. Bald. Lex.* Vitruu. p. 81.

PERIAMBVS, i. m. *Pes conſtans duabus ſyllabis breuibus, qui* Pyrrhichius *alias dicitur* Quinctil. 9, 4, 80.

PERIANDER, dri. m. [Περίανδρος] *Corinthiorum rex, vnus e ſeptem ſapientibus, apud quem reliquos in conuiuio fuiſſe fingit Plutarchus. Sententiam illi tribuit* μελέτη τὸ πᾶν Auſonius p. 286. *Sed alias* p. 290.

PERIBOETON, i. n. [περιβόητον] *Graeci Celebrem, famigeratumque dicunt.* Plin. 34, 8 *de operibus ex aere,* Item Cataguſam, et Ebrietatem, et Liberum patrem, nobilemque vna Satyron, quem Graeci periboëton cognominant.

PERIBOLVS, i. m. *ſ.* PERIBVLVM, i. n. [περίβολος] *Latine Ambitus, Lorica murorum, a verbo* περιβάλλω, *ambio, circundo, Septum, corona domus, quae fit, ne quis delabatur: Vtitur* Vulg. Ezech. 42, 7. Vet. Gl. *apud Salm.* ad Spartian. Nigr. 12 p. 677 Peribulum, deambulatorium. *Et* Deambulatorium peribulum. *Conf.* CHALCIDICVM n. 3. *et* DOMA.

PERIBOMIVS, i. m. *Archigallus cinaedus apud* Iuuen. Sat. 2, 16 *ex re impoſitum videri nomen poteſt, qui verſatur* περὶ τοὺς βωμοὺς *circum altaria.*

PERICARPVM, i. n. [περίκαρπον] *Bulbi genus eſt.* Eius duae ſunt ſpecies, cortice rubro alterum: alterum nigro, papaueri ſimile. Vtrumque habet vim excalfaciendi: vnde et contra cicutam datur Plin. 25, 10.

PERICHRISTARIVM, i. n. *Medicamenti nomen ap.* Marcell. Empir. c. 8. Περιχρίειν *eſt circum vngere.*

PERICLES, is. m. [Περικλῆς] *Athenienſis clarus auctoritate et eloquentia, quem* Olympium *Poëtae comici vocant, quod tonare in concionibus ac fulmen ciere videretur. Habuit in adminiſtratione Reipub. aduerſarium Thucydidem Mileſium, virum nobilem ac potentem. Suggeſtum aſcenſurus, diis vota faciebat, ne verbum ſe imprudente, aut inuito efflueret, quod ad Rempub. minus pertineret.* Periclis *etiam meminit* Cic. in Brut. 15. *Et* de Off. 1, 144. *Meminit et* Quinctil. 11, 2. *et* 1, 18. *Item* 12, 8 *et* 10. *Et* 3, 1 *vbi multa de eo reperias.*

PERICLITOR, *vid.* PERICVLVM.

PERICLYMENOS, i. m. *ſiue* PERICLYMENON, i. n. [περικλύμενος] *Herba, quae Latinis Volucrum maius appellatur: vulgo Caprifolium ſiue Matriſilua, aut materſiluarum.* Plin. 27, 12 Periclymenos fruticat et ipſa, ex interuallo duo folia habens, ſubcandida, mollia. ¶ 2 Periclymenus, i. m. [περικλύμενος] *Filius Nelei, et frater Neſtoris et Chromii, teſte Homero lib. 11 Odyſſeae, qui ab Hercule in bello interemtus fuit. Huic a Neptuno auo conceſſum omnia fieri: ſiue in verſum, ſiue formicam, ſiue apem ſe vertere, vt Apollonius, et item Heſiodus Poëtae teſtantur. Huius hiſtoriam vide apud* Ouid. Met. 12, 556 Mira Periclymeni mors eſt, *etc.* Nelides Periclymenus Val. Argon. 1, 388.

PERICOPE, es. f. [περικοπή] *Amputatio, vel conciſio, ſiue potius pars libri, inde velut abſciſa et excerpta.* Hier. adu. Iouin. 2 p. 42. D *Froben.*

D *Froben.* Expoſita περικοπῇ Apoſtoli, de huiuſmodi quaeſtionibus diſputantis. *Laudatur* idem Hieronymus *ad* Pammach. Aut ſi tu quoque narem contraxeris, illam Apoſtoli περικοπὴν, id eſt amputationem, in qua de virginitate et de nuptiis diſputat, aliter differere compelleris. *Sic vulgo*, pericopae Euangelicae.

PERICVLVM, i. n. [κίνδυνος, κινδύνευμα] *a* Pereo *deducitur: et Salutis diſcrimen ſignificat. Vid. Becmann. Orig. p. 910. Et Voſſ. Etym. p. 34. Sed vid. mox n. 4.* Virg. Aen. 3, 367 Obſcenamque famem, quae prima pericula, vito. Periculum, *in vtramque partem dicebatur:* Apuleius Apol. p. 292, 3 Poſſem equidem bono periculo vel his dictis contentus perorare. *Et* Cui bono periculo totam domus fortunam concrederet Apul. Apul. p. 320, 15. *i. bona ſpe laeti exitus.* Ter. Hec. 4, 1, 46 Nam ſi periculum vllum in te eſt, periiſſe me vna haud dubium eſt. Da meo periculo rem ſaluam ego exhibebo Plaut. Aſin. 2, 4, 51. Idem Capt. 2, 2, 99 Ne vereare, meo periculo huius ego experiar fidem. Cic. Verr. 1, 15 Nihil eſt iam, quod in hac cauſa peccare Iudices quiſquam, niſi veſtro periculo poſſit. Sine tuo periculo Idem Diu. Verr. 27. *Et* Att. 6, 1 Impingit mihi epiſtolam Scaptius Bruti, rem illam ſuo periculo eſſe. Suo periculo verſari in aliqua re Cic. Verr. 5, 59. Caſus periculorum Catull. 21, 11. Comites diſcriminum periculorumque dii Cic. de Nat. Deor. 2, 166. Conſors pericli Senec. Agam. f. 13. Expers periculi Cic. Fam. 4, 15. Metuens pericli Virg. Aen. 5, 716. Celſ. 2, 1 Qualia corpora maxime tuta, vel periculis Opportuna ſint. ¶ 2 *Speciali intellectu* periculum *dicitur de capitalium cauſarum iudiciis.* Perſona in iudiciis periculisque tractata Cic. pro Arch. c. 2. *Conf.* ib. c. 6. *It.* pro S. Roſc. Am. c. 30. *Et* Fam. 6, 11 *pr.* Hunc in periculis non defendit Nep. 19, 2, 3. Non eandem eſſe conditionem litium ac diſputationum, fori et auditorii, praeceptorum et periculorum Quinctil. 10, 1, 36. *Sic* Ammian. Marc. 31, 4 Sui periculi iudices *vocat, qui de ſua ipſi cauſa apud conſcientiam ſuam iudicant. Vid. Iac. Gothofr. ad* l. 2 C. Th. de ſentent. ex peric. recit. ¶ 3 *Iam videamus Epitheta:* Animoſa pericula, *vid.* ANIMVS. Aperta, *vid.* APERIO. Capitale, *vid.* CAPITALIS *in* CAPVT. Dubia Lucret. 3, 55. *Aptiſſimo epitheto* Pericula dubia *appellauit, quia incertum eſt, vtrum quis ex iis ſaluus euadere poſſit, necne. Sic dicimus,* In dubiis rebus: *ſic*, Dubia tempora, *et* Dubii caſus. Hor. Carm. 3, 25, 18 Dulce periculum eſt ſequi deum Cingentem viridi tempora pampino. Dura Idem Serm. 1, 2, 40. Iuuen. Sat. 12, 82 *de tonſtrina*, Gaudent vbi vertice raſo, Garrula ſecuri narrare pericula nautae. Garrula, *ab effectu: h. e. Quae non ſine magna garrulitate referuntur, et nautas garrulos faciunt.* Matura Claud. in Ruff. 2, 15. Metuenda Hor. Epiſt. 2, 1, 136. ¶ 4 *Verborum formae:* Abeſſe a periculo, *vid.* ABSVM. Accedere periculum, et ad periculum, *vid.* ACCEDO. Accedere cum periculo ad flammam, *vid.* CVM. Cic. Philipp. 7, 1 Adducta eſt, P. C. res in maximum periculum, et extremum paene diſcrimen. Vitae periculum Adire Scribon. 100. Adire, *vid.* ADEO, ire. Cic. Off. 1, 154 Si ei tractanti contemplantique res cognitione digniſſimas, ſubito ſit Allatum periculum, diſcrimenque patriae. Affici animo in prouiſis periculis Id. pro Muraen. Amoliri, *vid.* AMOLIOR. Arcere aliquem periclis Virg. Aen. 8, 73. Arceſcere in periculum, *vid.* ARCESSO *in* ARCEO. Cedere periculo, *vid.* CEDO. Circumſtant te pericula Virg. Aen. 4, 561. Committere ſe periculo mortis, Communicare amici pericula, Comparare periculum, Conflare, *vid. hh. vv.* Contremere Hor. Carm. 2, 17, 7. Creare alicui periculum, *pro In diſcrimen vocare.* Cic. pro Flacc. 2 Quibus auctoribus et defenſoribus omnium tum ſalus eſſet non ciuium ſolum, verum etiam gentium defenſa ac retenta, neminem vnquam putaui per eos ipſos periculum huius fortunis, atque inſidias creaturum. Decedit de cauſa eius periculum, Deduci periculo, Deducere rem in periculum, Defendere a periculo, *vid. hh. vv.* Defuncte magnis pelagi periclis Virg. Aen. 6, 83. Denuntiare periculum Cic. Att. 2, 20. Diſcere pericula Stat. Theb. 6, 22. Effugit nocturna pericula Lucan. 1, 511. Ereptus periculis Virg. Aen. 3, 711. Depellere periculum, *vid.* DEPELLO. Exhauſta pericula maris et terrae Virg. Aen. 10, 57. Extrahere ex periculis Cic. pro Sext. 11. Facere periculum alicui, *pro Adducere in periculum.* Tacit. Ann. 13, 33 Tanquam inſonti periculum feciſſent. Facere periculum, *pro Adire diſcrimen* Tacit. Ann. 14, 28. Facere rem periculi ſui, Tryphon. in l. Si fundum. D. de fund. dotal. Si mulier praedium vt ſuum in dotem marito dedit, eumque petere neglexerit vir, quum id facere poſſet, rem periculi ſui fecit. Tacit. Ann. 1, 74 Mox clariſſimo cuique periculum Faceſſit. Faceſſere periculum innocenti, Cic. Diu. Verr. 45. Fouere periculum alicuius, *Adiuuare, vrgere.* Plin. Epiſt. 1, 5 Ruſtici Aruleni periculum fouerat Regulus, *h. e. Accuſationem Ruſtici ſub Domitiano, de vita periclitantis.* Gliſcunt pericula Tacit. Ann. 15, 10. Iactatus periclis Virg. Aen. 6, 693. Imminere periculum ſibi putat, *vid.* IMMINEO. Importare periculum, *vid.* IMPORTO. Importare cladem pericli Lucret. 3, 825. Impendere periculum Cic. pro Roſc. Amer. 7. Impetrare periculum, Includi in periculum legis, Inire pericula praeliorum, Inferre ſe in periculum alicui, *vid. ſſ. ll.* Inferre ſe in periculum capitis atque vitae diſcrimen pro aliquo Cic. pro Corn. Balbo 25. Idem pro Caecin. 83 Non ea ſola vis eſt, quae ad corpus noſtrum, vitamque peruenit, ſed et iam multo maior ea, quae periculo mortis Iniecto, formidine animum, *etc.* Inſtat periculum ab aliquo, *vid.* INSTO. Tacit. Ann. 3, 48 Ob intenta Lepidae pericula, *h. e. Intentata.* Intendere periculum iudicii, *vid.* INTENDO. Intentare periculum Quinctil. 4, 3, 7. Laſſata periclis Lucan. 9, 893. Cn. Magnus Marcello Att. 8, 12 Tot et tales viros periculo obſidionis Liberare cupio. Liberatus periculo Quinctil. 2, 15. Manet ingens periculum, *vid.* MANEO. Mittere ſe in pericula Virg. Aen. 9, 200. Moliri periculum alicui Cic. pro Sext. 1. Idem Fam. 14, 4 Nos Brunduſii apud M. Leuium Flaccum dies XIII fuimus, virum optimum, qui periculum fortunarum et capitis ſui prae mea ſalute Neglexit. Obire periculum, *vid.* OBEO. Liu. 1, 54. Obiectare caput periclis Virg. Aen. 2, 751. Offerre ſe periculis pro patria Cic. in Catil. 3, 28. Opponere pericula Quinctil. 3, 8. Oſtentare periculum capitis, *vid.* OSTENDO. Paſſus plurima pericula pelago terraque Ouid. Triſt. 3, 2, 7. Petuntur ſententiae a periculo Quinctil. 2, 11, 3. *Et* Ex periculo petita verba 10, 1, 121. *de figuris audacibus. Add.* 8, 6, 11 *et quae nos ibi.* Cic. Periculum in vtriuſque iracundia Poſitum eſt. Priuata periclis natura diuum Lucret. 1, 60. Procreare periculum, *vid.* PROCREO. Cic. pro Lege Manil. 19 A quo periculo Prohibete Remp. Cic. pro Roſc. Amer. 7 Periculum, quod in omnes intenditur, Propulſetis. Refugere periculum Idem Fam. 10, 30. Reſpondentur minimo periculo, quae conſuluntur Idem pro Muraen. 28. Plaut. in Mercat. 4, 7, 40 Feliciter is Sapit, qui periculo alieno Sapit. Spreto noctiſque hoſtiſque periclo Ouid. Met. 13, 243. Struere periculum Cic. Fam. 6, 7. Subire Hor. Epod. 1, 3. Subire periculum pro amico Cic. in Partit. 66. Subiicere aliquid periculo Quinctil. 7, 2. Periculum Subterfugere Cic. Fam. 15, 1. Celſ. 2, 8 Quos lienis male habet, ſi tormina prehenderunt, deinde inuerſa ſunt vel in aquam intercutem, vel inteſtinorum lacuitatem, vix vlla medicina periculo Subtrahit. Sum. Eſſe in periculo Liu. 28. Quaeſiuit a medicis Dion, quemadmodum ſe haberet *Dionyſius*, ſimulque ab his petiit, ſi forte maiori periculo eſſet, vt ſibi faterentur Nep. 10, 2, 4. *Add.* Id. 14, 5, 3. *Et* 23, 9, 2. *Graeu. ad* Cic. Att. 9, 10 p. 55. Eſſe periculo publico ab hoſtium vi Liu. 23. Ter. Phorm. 2, 2, 19 Aliis aliunde Eſt periclum, vnde aliquid abradi poteſt. Cic. Tuſc. 5, 118 Haud ſane periculum Eſt, ne non mortem aut optandam, aut certe non timendam putet. Periculum Erat, ne ancipiti premerentur periculo Nep. 2, 3, 3. *Add.* Id. 7, 8, 5. *Et* 18, 8, 2. Ter. Hec. 5, 1, 9 Si vera dicis, nihil tibi pericli Eſt a me mulier. Idem Heaut. 3, 1, 6 Quum illi nihil pericli ex iudicio ſiet? Suſcipere pericula Tacit. Ann. 1, 17. Celſ. 7, 6 Quae quamuis et in ceruice, et in alis, et in lateribus oriri ſolent: per ſe tamen non poſui, quum iſta omnia mediocres differentias habeant, ac neque periculo Terreant, neque diuerſo genere curentur. Celſ. 8, 10 Humerus vero quoque in periculum Venit, ſi facilius conſeruatur. Venire periculo, *vid. Graeu. ad* Cic. Att. 9, 10 p. 55. Venit in periculum ne et ea, quae relicta, et haec, quae ab ipſo parta ſunt, amittat Cic. pro Muraen. 55 c. 27. Vocari in periculum ac diſcrimen Idem pro Lege Manil. 12. ¶ 5 Periculum, *Experimentum, quia raro aliquid tentamus ſine periculo: niſi tamen haec prima nominis ſignificatio eſt, tracta ab antiquo* Perior, *de quo ſ. l.* Nonnulli faciunt imperite, qui in iſto periculo non vt a Poëta, ſed vt a teſte veritatem exigant Cic. de Legg. 1 c. 1 *vbi carmen ſuum de Mario intelligit, quod ingenii experiendi cauſa compoſuerat.* Pompeiani Mylaſena pericula belli Auſon. Moſella v. 215 *de naumachia ludicra. Conf. Scalig. Lect. Auſ. 1, 4.* Gell. 13, 8 Sapere et conſulere ex his, quae pericula ipſa rerum docuerint. Audere periculum in aperto Tacit. Hiſt. 3, 76, 1. Periculo atque negotiis compertum eſt, in bello plurimum ingenium poſſe Sall. Cat. 2, 2. *Vid. Gron.* Facere periculum, *Experiri.* Ter. Andr. 3, 3, 35 Illud periculum in filia fieri graue eſt. Idem Heaut. 1, 2, 36 Scitum eſt, periculum ex aliis facere, tibi, quod ex vſu ſiet. *Add.* Id. Hec. 5, 1, 41. Facere periculum innocentiae alicuius Cic. in Verr. Act. 1, 34. Sumere Tac. Hiſt. 3, 69, 2. ¶ 6 Periculum *etiam ſcripturae genus eſt, iudiciale, publicum certe, et videtur hoc nomine dictum, ſi quid ipſe magiſtratus conceptis verbis ſcriberet vel dictaret, quo magis certum obtineri poſſet.* Periculo *enim omnis generis* certum *dicitur: et qui ante in literas refert ſententiam, quam pronuntiet, ille ipſo illo periculo, illa πείρᾳ et tentamine ſit eo certior, et leuem feſtinationem excludit. Huc referimus* Cic. in Verr. 3, 183 c. 79 *vbi de ſcribis*, Eorum, *inquit*, hominum fidei tabulae publicae, periculaque magiſtratuum committuntur. *Apud* Nepotem 15, 8, 2 *Epaminondas apud iudices ſuos non* recuſauit, quo minus legis poenam ſubiret; ſed vnum ab iis petiuit, vt in periculo ſuo inſcriberent, EPAMINONDAS A THEBANIS MORTE MVLTATVS EST, *etc. i. in illa tabella, quae hiſtoriam damnationis illius contineret, ad memoriam reponenda in tabulario, vel etiam exempli cauſa proponenda in publico. Ad h. l. egregiam de hoc periculi intellectu diſputationem dedit in Commentario ſuo S. A. Boſius. Eſt in vtroque* Codice Iuſtinianeo *pariter ac* Theodoſiano titulus de ſententiis ex periculo recitandis, *vbi* l. 2 C. Th. *iubent* Impp. Gratianus Valent. et Theod. Vt in omnibus negotiis ex periculo promatur deliberationis plena ſententia: *quod hic dicitur* ex periculo, *illud alias vocatur* de ſcripti recitatione, ex libello, ſcriptas ſententias, (Not. Iur. Magnon. D. P. de periculo. D. L. de libello) *vt oſtendit Gothofr. paratitlo, qui etiam iuſta commentatione* periculi *ſignificationem, quam diximus, defendit et illuſtrat. Conf. tamen* PARICVLVM.

PERICVLŌSVS, a, um. Adi. [ἐπικίνδυνος, κινδυνώδης] Cic. Off. 1, 83 Grauioribus autem morbis periculoſas curationes et ancipites habere coguntur. Periculoſae plenum opus Aleae Horat. Od. 2, 1, 7. Bellum graue et periculoſum Cic. pro L. Man. c. 2. Caius in l. Ex maleficio. §. Si iudex. D. de act. et obligat. Si quid ſuſpenſum habuerit, cuius Caſus periculoſus ſit. Conſilium periculoſum magis quam tutum ſequi, bonis omnibus accidere ſolet Planc. ad Cic. Fam. 10, 18. Conſuetudo periculoſa Cic. de Nat. Deor. 3, 62. Conſuetudo periculoſa et lubrica aſſentiendi Idem Acad. 4, 68. Dimicatio Liu. 1. Diſſimulatio aliquibus periculoſa Cic. Att. 14, 16. Locus Id. Acad. 4, 98. Offenſio Id. Fam. 1, 7. Ratio rei gerendae periculoſa mihi videtur Id. ibid. 1, 7. Vitam periculoſam reddere Id. Verr. 1, . . Vulnera Cic. Philipp. 14, 26. Turbulenta, temeraria et periculoſa ea ſunt Idem pro Caecin. 34. *Et* Att. 13, 27 *pr.* Aliter fuiſſemus et in hos inofficioſi, et in noſmetipſos, ſi illum offenſuri fuimus, paene periculoſi. *Compar.* Plin. Epiſt. 3, 11 Equidem quum eſſent philoſophi ab vrbe ſummoti, fui apud illum in ſuburbano: et quo notabilius, hoc eſt periculoſius eſſet, fui praetor. Eo periculoſior Ira eſt compoſitis ac remiſſis moribus, quo plus in iis mutat Sen. de Ira 3, 5 *pr.* Quod omnibus procellis periculoſius erat Petron. c. 114. *Superlat.* Liu. 27, 35 Annus periculoſiſſimus. Dimicationes periculoſiſſimae Hirt. Bell. Alex. c. 22.

PERICVLŌSE. Adu. [ἐπικινδύνως] *Cum periculo.* Cic. Att. 10, 1 Aut vel periculoſe cum bonis, *etc.* Aegrotans periculoſe quotannis homo Idem ibid. 8, 2. *Et* pro Milon. 9 c. 4 Facere probus adoleſcens periculoſe, quin perpeti turpiter maluit. Nauigatur periculoſe hieme Cic. Fam. 16, 11. Ponere periculoſe aliquid Vlp. in l. Si vero. §. Praetor ait. D. de iis, qui deiecer. vel effud. *Comparat.* Hirt. Bell. Alex. c. 64 Periculoſius nauigare. *Superl.* Senec. de Ira 3, 32 Quod homines et periculoſiſſime et libentiſſime faciunt.

PERICVLOR, āri. Cato apud Feſt. Periculatus ſum, *i. Periclitatus.*

PERICLĪTOR, āri. [κινδυνεύω, διακινδυνεύω, παρακινδυνεύω] *In periculo verſari.* Periclitor fama, *h. e. Periculum eſt, ne perdam famam:* Periclitor ſiti, *Periculum eſt, ne moriar ſiti.* Plin. 17, 24 Arbores gelu periclitantur. Veneno periclitari Iuſtin. 37, 3, 7. Cancro periclitari Celſ. 5, 26. Me Capitis periclitatum memini Apul. Met. 8 p. 216. Martial. 6, 26 Periclitatur capite Sotades noſter: Reum putatis eſſe Sotadem? non eſt, *etc. Illud itaque apparet,* Capite peri-

periclitari *dici ordinarie, qui ſunt rei capitalis accuſati, vid.* PERICVLVM n. 2. Periclitari exitu iudicii, opinione, ſtatu Quinctil. 6, 1, 36. Cauſa Idem 7, 2, 12. Cic. de Inu. 1, 152 c. 50 Periclitari omnia iura, ſi ſimilitudines accipiantur. Verba non periclitentur Quinctil. 7, 3, 17. *Conf. Burm. ad* Quinctil. Decl. 280 p. 546. Periclitari, *cum Infinitiuo.* Quinctil. 11, 3, 42 Vox ima vim non habet: ſumma rumpi periclitatur. *Sic* Tryphon. l. Ne ex liberalitate ff. de re iudic. Periclitatur quis fieri inops. ¶ 2 Periclitari, *Experiri, periculum facere.* Cic. de Orat. 1, 157 c. 34 Subeundus vſus omnium, et periclitandae vires ingenii. Caeſ. Bell. Gall. 7, 36 Neque vllum fere diem intermittebat, quin equeſtri praelio interiectis ſagittariis, quid in quoque eſſet animi ac virtutis ſuorum periclitaretur. *Add.* Idem B. G. 2, 8. Difficile non eſt periclitari Cic. de Orat. 3, 144 c. 36. Idem Off. 3, 72 Periclitemur, ſi placet in iis quidem exemplis, in quibus peccari vulgus hominum fortaſſe non putat. Auctorem quanti plurimi periclitari oportet Vlp. in l. ex emto §. Idem ait D. de act. emt. Cic. Verr. 5, 131 c. 50 Homines in praeliis non in conuiuiis belli fortunam tentare ac periclitari ſolent. Idem pro Quint. 96 Omnia circumſpexit Quintius, omnia periclitatus eſt C. Aquili. Idem de Diuin. 2, 97 Quod aiunt, quadringenta ſeptuaginta millia annorum in periclitandis, experiundisque pueris quicunque eſſent nati, Babylonios poſuiſſe fallunt.

PERICLITANDVS, a, um. Part. [κινδυνευτέος] Cic. in Catil. 1, 11 c. 5 Non eſt ſaepius in vno homine ſumma ſalus periclitanda Reipublicae.

PERICLITANS, antis. *Aliud* Part. Tacit. Ann. 1, 39, 5 Neque aliud periclitanti ſubſidium. Succurrere periclitantibus Scribon. Epiſt. in. Aduocatus periclitantium Petron. c. 110. *Add. ib.* c. 114. Multitudo periclitantium Tacit. Ann. 3, 25, 2. *Conf. ibid.* 5, 8, 2.

PERICLITĀTVS, a, um. Part. [διακινδυνευθείς] Cic. de Amic. 64 c. 17 Eſt igitur prudentis, ſuſtinere vt curſum, ſic impetum beneuolentiae, quo vtamur, quaſi aquis tentatis, ſic amicitiis aliqua parte periclitatis moribus amicorum, *i. tentatis. Sic* In portu periclitati remigio, quid quaeque nauium efficere poſſet Hirt. B. Alex. c. 13. *Add. ibid.* c. 43.

PERICLITATIO, ōnis. f. [διακινδύνευσις] *Experimentum, vſus.* Cic. de Nat. Deor. 2, 161 c. 64 Quarum vtilitates longinqui temporis vſu et periclitatione temporis percepimus.

PERICLITABVNDVS, a, um. Adi. Puncto pollicis extremam ſagittae aciem periclitabunda Apul. Met. 5 p. 168. Sui periclitabunda Idem ib. 3 p. 158. Voluntatem meam verbis inuerſis periclitabundus Idem Apol. p. 308.

PERIDONEVS, a, um. Adi. [πάνυ ἐπιτήδειος] *Valde idoneum ſignificat.* Delegerat Iulium, conſiliis ſuis peridoneum Tac. Ann. 4, 12, 6. Suet. de Clar. Gramm. c. 11 Peridoneus praeceptor. Caeſ. Bell. Ciu. 2, 24 Quod is locus peridoneus caſtris habebatur.

PERIDRŌMIS, idis. f. [περιδρομίς] *Hypaethra, i. ſubdialis ambulatio ambiens palaeſtras, apud* Vitruu. 5, 11. *et* 6, 10 *quaſi circumcurſionem dicas.*

PERIERGIA, ae. f. [περιεργία] *Curioſitas, ſuperuacua operoſitas.* Fabius 8, 3, 55 *vbi de ornatu loquitur*, Eſt etiam, quae Periergia vocatur, ſuperuacua, vt ſic dixerim, operoſitas. *Eſt* Periergia, *Quod ab opere noſtro, ſtudioſius in alienis rebus, quaeque ad nos nihil attinent, impendimus: quale eſt, quod apud Comicum Menedemus Chremeti nimium curioſo obiectat.* Tantumne a tua re tibi otii eſt, Aliena vt cures, eaque nihil quae ad te attinent Heaut. 1, 1, 24. ¶ 2 Periergia pediſſequa Philologiae virginis et collactea *apud* Martian. Capellam l. 2 p. 27. *Indicat ſtudium inane et ſuperuacuum vix ſuperari a Philologia poſſe. Caeterum perſonam facit, vt caeteras virtutes ac vitia.*

PERIERGON, *ſ.* περίεργον odioſum *reddit* Quinctil. 1, 6, 19 *i. putidae cuiusdam et peruerſae diligentiae in rebus friuolis.*

PERIERO, *vid.* PERIVRO.

PERIGNARVS, a, um. Adi. Salluſt. Fragm. c. 29 Locorum perignari. *Add.* Non. 18, 14 *vbi tamen Mss.* pergnari.

PERILEVCOS, i. m. [περίλευκος] Gemma ſilum habens candidum ab ipſo ore ad radicem vſque deſcendens Plin. l. vlt. c. 10.

PERILLA, ae. f. *Filia Ouidii. Vid.* Ouid. Triſt. 3, 7, 1.

PERILLVS, i. m. [Πέριλλος] *Athenienſis fuit ingenioſus, qui, vt placeret Phalaridi, venit Agrigentum, et ex aere taurum artificioſiſſimum fabricauit, cui ianuam in latere poſuit: vt quum incluſus reus ſubiectis ignibus torqueretur, mugitum, et non hominis vocem videretur emittere: pro quo inuento, quum munus a crudeliſſimo tyranno Phalaride, qui nouis hominum tormentis delectabatur, poſtulaſſet, in eo ipſe includi a tyranno iuſſus, ac ſuppoſitis ignibus exuſtus.* Ouid. de Arte Am. 1, 653 Et Phalaris tauro violenti membra Perilli Torruit: infelix imbuit auctor opus. ¶ 2 Perillus, *nomen feneratoris apud* Hor. Serm. 2, 3, 75 Putidius multo cerebrum eſt (mihi crede) Perilli Dictantis quod tu nunquam reſcribere poſſis.

PERILLĒVS, a, um. Adi. [Περίλλειος] Ouid. in Ibin 439 Aere Perilleo veros imitere iuuencos.

PERILLVSTRIS, e. Adi. [πολύλαμπρος] *Admodum illuſtris.* Cic. Att. 5, 20 Ibi morati biduum perilluſtres fuimus, honorificisque verbis omnes iniurias reuellimus ſuperiores.

PERIMBECILLVS, a, um. *vel* PERIMBECILLIS, e. Adi. [πολυασθενής] Varro de R. R. 3, 10 Perimbecillum enim id, vt caput molle. Cic. Att. 10, 20 (18) Quod quidem eſt natum, perimbecillum eſt.

PERIMĒDE, es. f. *Inſignis venefica apud Theocrit. Eidyll. 2. Hinc*

PERIMEDĒVS, a, um. Adi. Propert. 2, 1, 74 Non Perimedea gramina cocta manu.

PERIMĒLE, es. f. *Nympha Hippodamantis filia in inſulam ſui nominis mutata. Vid.* Ouid. Met. 8, 591.

PERIMELIDES, ouium Nymphae Seru. *ad* Virg. Ecl. 10, 63.

PERIMETER, *vel* PERIMETRVS, i. m. [περίμετρος] *Ambitus, circuitus.* Vitruu. 5, 6. *et* Frontin. de Aquaeduct. l. 1 *paſſim. Conf. Bald. Lex. Vit. p.* 82.

PERIMO, ēmi, emtum, ĕre. [ἀναιρέω] *Adimere et tollere ſignificat, ſiue etiam interficere. ex* Per *et* Emo *compoſitum, vt* Interimo. *Nempe in his, vt et in* Adimo, Demo *et* Eximo *ſimplex non iam parare pecunia ſignificat, ſed notionem habet multo latius patentem, quam Praepoſitio finit, et cohibet.* Peremere alii poſuere pro prohibere, alii pro vitiare: *ſic* Paullus *contraxit, quae latius* Feſtus, Peremere Cincius in libro de verbis priſcis ait ſignificare, idem quod prohibere. At Cato in libro, qui eſt de re militari, pro vitiare vſus eſt, cum ait, Cum magiſtratus nihil aliud audet imperare, ne quid conſul auſpicii peremat. Plaut. Men. 5, 2, 100 Virum hunc ego perimam impuriſſimum. Perimere aliquem dolo Sen. Herc. Oet. v. 438. Penitus perimere aliquid Lucret. 1, 226. Cic. Tuſc. 1, 117 Si ſupremus ille dies non exſtinctionem, ſed commutationem affert loci, quid optabilius? ſin autem perimit ac delet omnino; quid melius, quam in mediis vitae laboribus obdormiſcere, et ita conniuentem ſomno conſopiri ſempiterno? *de die mortis.* Cauſam publicam ſi mea mors peremiſſet, neminem vnquam fore, qui auderet ſuſcipere contra improbos ciues Reipubl. ſalutem Cic. pro Sext. 49. Idem Off. 3, 33 c. 7 Eiusmodi credo res Panaetium perſecuturum fuiſſe, niſi aliquis caſus aut occupatio Conſilium eius peremiſſet. Plin. 11, 37 Tunc enim perimit Curas. Diſceptationem Vlpian. in l. Et tertium D. de iudiciis. Iabolenus in l. Si is ſeruus D. de donat. inter vir. et vxor. Quidquid eorum inciderit, quod donationem aut perimat, aut confirmet. Iulian. l. 11 de adim. leg. Qui hominem legat, et Stichum adimit, non perimit Legatum, ſed extenuat. Ludos perimere atque tollere Cic. de Aruſp. Reſp. 23. Idem pro Planc. 101 c. 42 Sin autem vitam mihi fors ademiſſet, aut vis aliqua maior Reditum peremiſſet. Dolo perimere aliquem Sen. Herc. Oet. 4.

PEREMTVS, a, um. Partic. [ἀνῃρημένος] Liu. 2, 23 *de nexis loquens*, Obſita erat ſquallore veſtis, foedior corporis habitus pallore ac macie peremti. *i. Enecti.* Peremta *et* Interemta, *pro Interfectis poni ſolet a Poëtis:* Lucret. (4, 44) Quum corpus ſimul atque animi natura peremta. Feſtus. Caede peremti Virg. Aen. 9, 453. Flamma Tertull. in Sodoma c. 4. Fraude peremtus Valer. Argon. 6, 743. *Al.* Parentum. Morte indigna Virg. Aen. 6, 164. Plagis Idem Georg. 4, 301. Animae bello Lucan. 1, 442. Senſu peremto non poteſt eſſe miſer Cic. Tuſc. 1, 89. Abdidit claram ſpeciem luna, et ſtellanti nocte peremta eſt Idem de Diuin. 1, 18 *Ex Poëta.*

PEREMTĀLIS, PEREMTALIA, fulgura dicuntur, quae ſuperiora fulgura aut portenta perimunt, id eſt, tollunt. Feſtus. *Add.* Sen. Qu. Nat. 2, 49.

PEREMTOR, ōris. m. *Interfector.* Apul. Met. 8 p. 207 Cruentus mariti peremtor. Ecquis peremtor inclyti regis fuit Sen. Oed. v. 221. *Add.* Prudent. praefat. Hamartig. v. 19.

PEREMTRIX, icis. f. Tertull. de Anima c. 42 Mors diſſolutrix corporis et peremtrix ſenſus.

PEREMTORIVS, a, um. Adi. [ἀναιρετικός] *Mortiferum: a perimendo.* Venenum peremtorium Apuleio 10 p. 243. Spiculum viuentis infantis peremtorium Tertull. de An. c. 35. *Hinc transfertur ad ea, quae litem finiunt, vt apud* Vlpian. D. de iudiciis, L. Et tertium, Quibus propoſitis, tunc peremtorium impetret: quod inde hoc nomen ſumſit, quod perimeret diſceptationem: hoc eſt vltra non pateretur aduerſarium tergiuerſari. *Paullo ante dixerat*, Ad peremtorium edictum hoc ordine venitur. *Vid.* l. 68. 70. 73 ff. de Iudic. l. 53. 54. 59 §. vlt. ff. de re iud. Tertull. de Pudic. c. 1. Exceptiones peremtoriae Vlp. in l. 2. *et* Caius in l. 3 D. de except.

PERIMPEDITVS, a, um. Adi. Locus perimpeditus ante aciem Scipionis Hirt. B. Afric. c. 58.

PERINCERTVS, a, um. Adi. [πάνυ ἄδηλος] Gell. 18, 4 *ex* Salluſtio, At Cn. Lentulus patriciae gentis, Collega eius, cui cognomentum Clodiano fuit, perincertum ſtolidior an vanior, legem de pecunia, quam Sulla emtoribus bonorum remiſerat, exigenda promulgauit.

PERINCOMMŌDVS, a, um. Adi. [μέγα ἀνεπιτήδειος] Liu. 37, 41 Quae nihil admodum Romanis, eadem perincommoda regiis erant.

PERINCOMMODE. Adu. [μέγα ἀνεπιτηδείως] Cic. Att. 1, 17 Sed accidit perincommode, quod eum nusquam vidiſti.

PERINCONSĔQVENS, entis. Adi. [μέγα ἀνακόλουθος] *Minime congruum.* Gell. 14, 1 Per autem, inquit, inconſequens ipſum quidem corpus, et habitum tam profundi aëris ſub alio atque alio caeli curuamine (*i. climate*) non eundem manere. *Hic interpoſitae ſunt duae dictiones iter* Per, *et* Inconſequens.

PERINDE. Adu. [ὄντως] *Significat Ita, eadem ratione, non minus.* Fac ſis perinde adeo, vt me velle intelligis Plaut. Amphit. 3, 3, 27. *al.* Proinde. Cic. Att. 13, 49 Quod ego perinde tuebar, ac ſi vſus eſſem. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 60 Perinde ac ſuis ſatisfacere, et fraudata reſtituere vellent. *Add.* Cic. Att. 5, 13. Cic. pro Marcell. 12 c. 4 Vereor, vt hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu poſſit, atque ego ipſe cogitans ſentio. Quinctil. 9, 4, 34 Perinde aſperiores erunt, prout oris hiatu ſimili aut diuerſo pronuntiabuntur. Plaut. Trucul. 2, 3, 3 Si perinde amentur mulieres, diu quam lauant. *al.* Proinde. *Quae particulae et alias miſcentur a librariis.* Suet. Domit. 15 Nulla tamen re perinde commotus eſt, quam reſponſo, caſuque Aſcletarionis mathematici. Cic. pro Quint. 83 c. 26 Atque haec perinde loquor, quaſi ipſo illo tempore, quum te Praetor iuſſiſſet ex edicto poſſidere. Idem pro Milon. 17 Hoc enim ſaepe ab iſtis dicitur, perinde quaſi Appius ille Caecus viam munierit, *etc.* Gell. 15, 29 Hoc perinde eſt, tanquam ſi ego dicam, Eſt mihi nomen Iulium. Cic. de Orat. 3, 7 Non poſſum dicere me haec, quae nunc complector, perinde vt dicam, dicenda eſſe didiciſſe. Idem Offic. 3, 121 Habes a patre munus M. fili, mea quidem ſententia magnum, ſed perinde erit, vt acceperis. Haec perinde ſunt, vt illius animus, qui ea poſſidet Ter. Heaut. 1, 2, 21. Quinct. 5, 9, 11 Haec perinde firma habentur, atque extrinſecus adiuuantur. *Et* 5, 13, 58 Perinde vt cuique conueniunt ſubiicienda. Perinde, *Pariter, aeque.* Plin. Epiſt. 2, 1 Funus Rufi clariſſimi ciuis, et perinde felicis. Viuendi ars tanta, tamque operoſa, et perinde fructuoſa Cic. de Fin. 1, 72. Non perinde, *i. Non multum, ſeu valde, aut admodum.* Suet. in Galba c. 13 Quare aduentus eius non perinde gratus fuit. *Certe obſcura ibi relatio eſt.* Perinde, *Ad hunc modum, vel ſimiliter.* Ter. Phorm. 4, 3, 63 Sexcentas perinde potius ſcribito iam mihi dicas. Perinde, *ſine relatione* Ac *vel* Atque, *in ſignificatione comparatiuis.* Liu. 27, 8 *extr.* Cultaque ab incultis notaret: ac perinde dominos laudaret caſtigaretque.

PERINDIGNVS, a, um. Adi. Quae vos non perindignum eſt deliberare Sidon. Epiſt. 4, 4.

PERINDIGNE. Adu. Tulit perindigne Suet. Tib. c. 50.

PERINDIGEO, ēre. Indigeamus, ſed non perindigeamus Tertull. Scorpiac. c. 13.

PERINDVLGENS, entis. Adi. [πάνυ συγχωρῶν] Cic. Offic. 3, 112 c. 31 *extr.* Magnus vir in primis, et qui perindulgens in patrem, idem

idem acerbe ſeuerus in filium. *Alii legunt*, Qui nuper indulgens, *etc.*

PERINFĀMIS, e. Adi. [πάνυ ἄδοξος] *Valde infamem ſignificat.* Suet. in Vitell. c. 2 Curam quoque imperii ſuſtinuit, abſente eo, expeditione Britannica, vir innocens et induſtrius, ſed amore libertinae perinfamis. *Cum Genitiuo poſuit* Apul. Met. 3 p. 136 Alioqui publicitus maleficae diſciplinae perinfames ſumus.

PERINFIRMVS, a, um. Adi. [λίαν ἀσθενής] Cic. de Fin. 2, 53 c. 16 Sunt enim leuia, et perinfirma, quae dicebantur a te.

PERINGENIŌSVS, a, um. Adi. [πάνυ εὐφυής] Cic. de Clar. Orat. 92 c. 24 Alios quod melius putent dicere ſe poſſe, quam ſcribere, quod peringenioſis hominibus, neque ſatis doctis plerumque contingit.

PERINGRATVS, a, um. Adi. Sen. Epiſt. 98 Peringratus eſt, qui, cum amiſerit, pro accepto nihil debet.

PERINĪQVVS, a, um. Adi. [πάνυ ἄδικος] Cic. pro Lege Manil. 63 Quare videant, ne ſit periniquum, et non ferendum. Periniquo pati animo Idem Fam. 12, 18.

PERINIVRIVS, a, um. Adi. Minuc. Felix c. 15 Periniurium eſt, vires te actionis meae intergreſſu grauiſſimae diſputationis infringere. *Add.* Cato *apud* Priſcian. 6 p. 178. *et* 205 *Bryling.*

PERINSIGNIS, e. Adi. [πάνυ εὔσημος] *Valde inſignis.* Cic. de Legib. 1, 51 c. 19 An corporis prauitates, ſi erunt perinſignes, habebunt aliquid offenſionis, animi deformitas non habebit?

PERINTĔGER, gra, grum. Adi. [πάνυ ὁλόκληρος] Gell. 3, 5 Caſtitatis perintegrae dicebatur.

PERINTHVS, i. f. [Πέρινθος] *Clara vrbs Thraciae ad Propontidem, olim Thraciae metropolis.*

PERINTHIVS, a, um. Adi. [Περίνθιος] *Vnde.* Perinthia fabula Menandri. Ter. in prol. Andr. 9 Menander fecit Andriam et Perinthiam.

PERINVISVS, a, um. Adi. Homo dîs ac nobilitati perinuiſus Cic. pro Corn. *apud* Aſcon. p. 140.

PERINVĪTVS, a, um. Adi. *Valde inuitus.* Cic. Fam. 7 Epiſt. *vlt.* Tu vellem, ne veritus eſſes, ne perinuitus legerem tuas literas, ſi mihi longiores forte miſiſſes. *Add.* Liu. 40, 57.

PERINVNDO, āre. Alueus et nigris campos perinundet arenis Alcim. Auit. 1, 267.

PERINVNGO, ĕre. Intrinſecus eadem re perinungunt Varro R. R. 2, 11.

PERIO *et* PERIOR, īri. *Verbum antiquum videtur fuiſſe a Graeco* πειράω, *i. tento, conor, ductum, cuius vis in nomine* Peritus, *item in* Periculum, *eorumque coniugatis, tum in Verbis* Comperio *et* Experior *ſupereſt.*

PERIŎCHA, ae. f. [περιοχή] *Ad verbum* Continentia: *Argumentum, complexio totius rei breuior.* Cic. Att. 13, 25 *extr.* At ego, ne Tironi quidem dictaui, qui totas periochas perſequi ſolet, ſed Spinthoro ſyllabatim. *Nempe Tironi ſententiam epiſtolae, totas certe periodos vno ſpiritu prolatas dicebat, quas ille ſua non memoria modo, ſed iudicio, in chartam coniiceret, etc.* *Sic* Auſonius Periochas *vocauit epitomas illas et argumenta librorum Homericorum.*

PERIŎDVS, *vel* PERIHODVS, i. f. [περίοδος] *Ad verbum eſt circuitus, quo intellectu vtuntur etiam Graeci. Sed Latini non aliter fere, quam ſenſu rhetorico, vt ſignet orationem, cuius membra conſtructione Grammatica ita ſint inter ſe deuincta, vt vltima cum primis connectantur, ſicut in circulo, orbe, ambitu, prima vltimis, initium fini, ſolet eſſe connexum. Huc demum redeunt antiquorum definitiones.* Cic. de Clar. Orat. 162 Quin etiam comprehenſio et ambitus ille verborum (ſi ſic periodum appellari placet) erat apud illum contractus et breuis. Quinctil. 9, 4 Periodo plurima nomina dat Cicero, ambitum, circuitum, comprehenſionem, continuationem, circumſcriptionem. Genera eius ſunt, alterum ſimplex, quum ſenſus vnus longiore ambitu circumducitur: alterum quod conſtat membris et inciſis, quae plures ſenſus habent. Aderat ianitor carceris, et carnifex Praetoris, et reliqua. Habet periodus membra minimum duo. Periodum, *ſic definit Demetrius Phalereus, vt M. Antonius Antimachus Latine vertit; Periodus eſt ex membris, et inciſis bene conuerſis, ſubiectam ſententiam perficientibus, conſtitutio.* Aquila Romanus *hoc modo:* Periodus eſt ea, quae ſententiam certa quadam circumſcriptione definit, atque determinat: qualis eſt haec, Si quantum in agro locisque deſertis audacia poteſt, tantum in foro et in iudiciis impudentia valeret: non minus nunc A. Caecina cederet impudentiae, quam tum in vi faciunda ceſſit audaciae. Sed hic ambitus, ſeu periodus, conſtat ex membris, quae κῶλα Graeci vocant: et caeſis, quae κόμματα appellant. Membrum quidem eſt pars orationis ex pluribus verbis, abſolute aliquid ſignificans: hoc modo, Etſi vereor Iudices, ne turpe ſit, pro fortiſſimo viro dicere incipientem, timere. Caeſum autem eſt pars orationis nondum ex duobus aut ex pluribus verbis quidquam abſolute ſignificans: hoc modo, Etſi vereor Iudices, ne turpe ſit. *Haec* Aquila; *qui quod* Caeſum *vocat, alii* Inciſum *appellant, Graeci Comma.* Circuitum orationis Graeci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehenſionem, aut continuationem, aut circumſcriptionem dicimus Cic. in Orat. 204. ¶ 2 *Audiamus etiam* Feſtum, Perihodos dicitur et in carmine lyrico pars quaedam (*credo Pindari libri IV* Olympiorum, Pythiorum, Nemeorum, Iſthmiorum) et in ſoluta oratione circumſcripta verbis ſententia, et in gymnicis certaminibus Perihodon viciſſe dicitur, qui Pythia, Iſthmia, Nemea, Olympia vicit, a circumitu eorum ſpectaculorum.

PERIODĬCVS, a, um. Adi. [περιοδικός] Periodicas febres *vocant medici, Quae certis temporibus clauduntur: id eſt abeunt, et quodam quaſi circuitu facto rurſus redeunt, vt ſunt tertianae et quartanae.* Plin. 20, 3 Semina eius, ſi fuerint pari numero adalligata febribus, ſanare dicuntur, quas Graeci periodicas vocant. *De cucurbita.*

PERIODEVTA, ae. m. *Agyrta, circulator, medicinam faciens.* Modeſt. l. 6 §. 1 ff. de excuſat.

PERIPATETICI, ōrum. m. [Περιπατητικοί] *Philoſophi erant Athenis, quorum originem aſſignat.* Cic. Acad. 1, 17 Platonis autem auctoritate, qui varius et multiplex et copioſus fuit, vna et conſentiens duobus vocabulis philoſophiae forma inſtituta eſt Academicorum et Peripateticorum, qui rebus congruentes, nominibus differebant. Nam quum Speuſippum ſororis filium Plato philoſophiae quaſi heredem reliquiſſet, duos autem praeſtantiſſimos ſtudio atque doctrina Xenocratem Chalcedonium, et Ariſtotelem Stagiritem: qui erant cum Ariſtotele, Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabant *inambulantes* (περιπατοῦντες) in Lycio: illi autem qui Platonis inſtituto in Academia, quod eſt alterum gymnaſium, coetus erant et ſermones habere ſoliti, e loci vocabulo nomen habuerunt. Sed vtrique Platonis vbertate completi, certam quandam diſciplinae formulam compoſuerunt, et eam quidem plenam ac refertam. *Hactenus* Cicero. *Iidem fere erant* Peripatetici, *qui* Academici. Cic. Off. 3, 20 Peripatetici, qui quondam iidem erant, qui Academici. *Et* de Fin. 5, 7 Peripatetici et Academici veteres iidem. Peripatetici *igitur dicti ſunt, a* περιπατέω, *hoc eſt a deambulando. Et* περίπατον *Graeci vocant deambulationem. horum princeps fuit Ariſtoteles. Nam in Lycio inambulans docebat. Hinc commentationes veſpertinas Ariſtoteles* δείλιον περίπατον, *id eſt, pomeridianam ambulationem appellat.* Stoici cum Peripateticis re concinere videntur, verbis diſcrepare Cic. de Nat. Deor. 1, 16. Idem Offic. 1, 2 Sed tamen noſtra (*hominis Academicam philoſophiam amantis*) leges non multum a Peripateticis diſſidentia: quoniam vtrique (*tum nos* Academici, *tum Cratippus et alii* Peripatetici) et Socratici et Platonici eſſe volumus, *i. ad Socratem et Platonem auctores ſententiarum et ſectarum noſtrarum prouocamus.* Peripateticorum conſuetudo dicendi non ſatis acuta propter ignorationem dialecticae Cic. de Fin. 3, 41. Peripateticis nihil eſt vberius, nihil eruditius, nihil grauius Cic. Tuſc. 3, 22.

PERIPATETĬCVS, a, um. Adi. Philoſophia Peripatetica Gell. 1, 3. Diſciplina Idem 1, 8.

PERIPETASMA, ătis. n. [περιπέτασμα] *Velum, tapes, quo lecti conuiuales ornantur.* Cic. Verr. 4, 27 c. 12 *pr.* Quid illa Attalica, tota Sicilia nominata ab eodem Heio peripetaſmata emere oblitus es? Varro de L. L. 4, 35 *extr.* p. 40, 18 Peripetaſmata et Periſtromata *iungit, Graeca eſſe dicens, in apparatu conuiuali. Sic idem* de R. R. 3, 5, 16 περιπετάσματα *memorat, vt intelligamus ea de lectis accumbentium dependiſſe.*

PERIPHERIA, ae. f. *Eſt Circuli ambitus. Eucl. Element. 1. et* Mart. Capell. 1, 6 p. 229. *it.* l. 8 p. 278.

PERIPHORĒTVS, i. m. [Περιφόρητος] Artemonis *cuiusdam cognomen fuit, deliciis adeo effeminati, vt nunquam, niſi lectica penſili circumlatus, domus ſuae limen tranſiret, ita dictus ἀπὸ τοῦ περιφέρεσθαι, quaſi Circumlatilis. Mentio eius eſt apud* Plin. 34, 8.

PERIPHRĂSIS, eos. f. [περίφρασις] Quinctil. 8, 6, 59 Pluribus autem verbis, quum id, quod vno aut paucioribus certe dici poteſt, explicatur, periphraſin vocant, circuitum loquendi, qui nonnunquam neceſſitatem habet, quoties dictu deformia operit: vt Salluſtius, Ad requiſita naturae. Interim ornatum petit ſolum, qui eſt apud Poëtas frequentiſſimus, vt (Aen. 2, 268) Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris Incipit, et dono diuûm gratiſſima ſerpit. Et apud Oratores non rarus: ſemper tamen adſtrictior. Quidquid enim ſignificari breuius poteſt, et cum ornatu latius oſtenditur, periphraſis eſt: cui nomen Latine datum eſt, non ſane orationis aptum virtuti, circumlocutio. Verum haec, vt quum decorem habet, periphraſis: ita quum in vitium incidit, periſſologia dicitur. Obſtat enim quidquid non adiuuat. *Add.* Quinctil. 8, 3, 53. 9, 1, 3 *et* 6. 9, 3, 97. *Ad* Virg. Ecl. 1, 22 — Teneros depellere foetus, *adnotat* Seruius, periphraſin eſſe agnorum. *Vid.* Gell. 3, 1. Iſidor. 1, 36.

PERIPLERŌMA, ătis. n. [περιπλήρωμα] *Figura eſt, quam ex Grammaticis nonnulli* Supplementum *vocant, quum ſcilicet particula aliqua ad ſenſum minime neceſſaria, carminis cauſa adiicitur: a Graeco verbo* περιπληρόω, *quod eſt Expleo. Exemplum poteſt eſſe illud apud* Virgilium, — ſic forte precatur. *Vbi* verbum, Forte, explendi carminis cauſa adiicitur, *teſte* Seruio.

PERIPLVS, i. m. [περίπλοος] Latine Circumnauigatio dici poteſt, quo nomine ex Geographis nonnulli opera ſua inſcripſerunt, orae alicuius maritimae luſtrationem continentia.

PERIPNEVMONĬA, ae. f. [περιπνευμονία] *Morbus, quum pulmo totus afficitur, et tuſſis ſubſequitur: Pulmonis exulceratio. A* Celſo PERIPNEVMATICVS morbus *dicitur* 4, 7.

PERIPNEVMONĬCVS, a, um. Adi. [περιπνευμονικός] *Qui hunc morbum patitur: Pulmonarius.* Plin. 22, 24. Idem 20, 17 Tuſſientibus quoque cum melle datur, et pleuriticis, et peripneumonicis. *Add.* Idem Plin. 26, 7.

PERIPSĒMA, atis. n. *quod Graeci* περίψημα *ſcribunt a* περιψάω *purgamentum, ac deinde homo piacularis, pro ſalute reliquorum praecipitandus etc. vtitur* Vulgatus 1 Cor. 4, 13. *et inde* Tertull. de Pudic. 14.

PERIPTĔRVS, a, um. Adi. *Vt*, Aedes periptera, *Quae habet circum circa, in antico et poſtico et ad latera columnarum ordines.* Vitruu. 3, 1. *et* 4, 7 Aedes aliae monopterae, aliae peripterae. *Vid. Bald. Lex. Vitruu.*

PERIRATVS, a, um. Adi. *Valde iratus.* Cic. Fam. 9, 6.

PERISCĔLIS, ĭdis. f. Ornamentum pedis circa crura [περὶ τὰ σκέλη] Hor. Epiſt. 1, 17, 56 Nota refert meretricis acumina, ſaepe catellam, Saepe periſcelidem raptam ſibi flentis. Periſcelides reſoluere Petron. c. 67 *vbi* mulieris compedes *vocantur, et appenduntur. Sed* Hieronymus in epiſtola ad Fabiolam, Quae Graeci, *inquit* περισκελῆ vocant, noſtri feminalia dicunt, vel braccas vsque ad genua pertingentes. *Sunt et codices in quibus* Periſcelidas *ſcriptum videas.*

PERISCELIVM, i. n. *Idem.* Tertull. de Cult. femin. 2 *extr.* Neſcio, an crus periſcelio laetatum in neruum ſe patiatur artari. *Vid. Rigalt.*

PERISSEVMA, *ſ.* PERITTEVMA, ătis. n. [περίσσευμα] *Eſt quaſi* ſupereuagatio, *quod vltra modum et canonem adiicitur, vt* Periſſochoregia, *de qua ſtatim.* Theod. M. l. 2 C. Iuſtin. de annonis ciuilibus, Centum viginti quinque modios frumenti praeter ſolitum canonem per ſingulos dies — nomine Peritteumatis de horreis publicis huius almae vrbis — tribuimus — quam modiationem iugiter et in perpetuum ciuibus noſtris debere conferri, valitura in aeuum hac lege ſancimus. *Vid. Iac. Gothofr. ad* l. 15 C. Theod. de Annon. Ciuicis.

PERISSOCHOREGIA, ae. f. [περισσοχορηγία] Idem, *vt oſtendit Gothofr. ad* l. 2 C. Th. de Frumento Alexandr. *Vbi* Periſſochoregiae nomen penitus amputari *iubetur, i. extraordinaria liberalitas mutatur in ordinariam et perpetuam.*

PERISSOLOGIA, ae. f. *Latine Superflua locutio dicitur.* Virg. Aen. 1, 662 Faciem mutatus et ora Cupido. *Vbi* Seruius, Et ora, periſſologia eſt. Idem Aen. 5, 467 — Dixitque, et praelia voce diremit. *Vbi* Seruius: Vacat QVE, metri cauſa: et maluit periſſologiam facere, quam vti communi ſyllaba, quae frequens vitioſa eſt. *Vid.* PERIPHRASIS. *Conf.* Quinct. 8, 6, 61.

PERISSON, i. n. *Inaequale et impar dicitur.* Plin. 21, 31 Qui

parcius ſpectauerant, manicon cognominauere: qui nequiter occultabant, erythron aut neurida: vt nonnulli periſſon, *de ſtrychno. Add.* Apul. de Herb. c. 74.

PERISTASIS, is. f. *Circumſtantia, ſtatus, conditio. Habet* Petron. c. 48 Dic Periſtaſin declamationis tuae, *i. argumentum. Statum et conditionem notat* Cic. Att. 4, 8. *Add.* Sen. Nat. Quaeſt. 2, 7. *et* 3, 8. Quinctil. 3, 5, 18. *et* 5, 10, 104 *vbi Synonyma ſunt* cauſa, negotium, ὑπόθεσις.

PERISTEREOS, i. f. *vel* PERISTEREON, ōnis. m. *vel* PERISTEREVM, i. n. *Herba.* Plin. 25, 10 Periſtereos vocatur caule alto, foliato, cacumine in alios caules ſe ſpargens, columbis admodum familiaris: vnde et nomen. Ibid. c. 9 Verbenacam a Latinis appellari tradit. *Dicta* Periſtereon *quaſi Columbaris, vt quidam vulgo vocant, quod circa hanc perquam libenter verſari ſoleant columbae. Add.* Apul. de Herb. c. 66.

PERISTEROTROPHĪVM, i. n. *Locus, in quo columbae habitant, Latine Columbarium; quamuis Columbarium proprie ſit Loculamentum in periſterotrophio, ſingulis columbarum paribus praeparatum. Nam* Periſtera, *Columba dicitur.* Varro de R. R. 3, 7 Duo genera earum in periſterotrophio eſſe ſolent. Vnum agreſte, quod habetur in turribus ac culminibus villae.

PERISTEREON, ōnis. m. *Idem.* Varro de R. R. 3, 7 Ex his duabus ſtirpibus fit miſcellum tertium genus fructus cauſa, atque incedunt in locum vnum, quod alii vocant περιστερεῶνα, alii περιστεροτροφεῖον, in quo vno ſaepe vel quinque millia ſunt incluſae. περιστερεὼν, fit vt teſtudo, magna camera tectus, vno oſtio anguſto, feneſtris punicanis, aut latioribus, reticulatis vtrinque, vt locus omnis ſit illuſtris, *etc.*

PERISTRŌMA, ătis. n. *Quaſi Circumſtratum; idem quod Peripetaſma.* Plaut. Stich. 2, 2, 54 Tum Babylonica periſtromata, ſellas, et tapetia aduexit nimium bonae rei. Cic. Philipp. 2, 67 c. 27 Conchyliatis, Cn. Pompeii periſtromatis ſeruorum in cellis lectos ſtratos videres: *de conuiuiorum apparatu.*

PERISTRŎPHE, es. f. *Conuerſio.* Mart. Capell. 5 p. 186 Cum aduerſarii propoſitionem in noſtram partem conuertimus, periſtrophen vocamus.

PERISTYLIVM, *vel* PERISTY̆LVM, i. n. *Locus clauſus columnis, circumquaque porticum habens, vel ſaltem a tribus lateribus.* Vitruu. 5, 2 In palaeſtris periſtylia quadrata ſiue oblonga ita ſunt facienda, vti duorum ſtadiorum habeant ambulationis circuitionem. Periſtylum tectum tegulis Varro R. R. 3, 5. Cic. pro Domo 116 c. 44 In palatio pulcherrimo proſpectu porticum cum conclauibus pauimentatam trecentum pedum concupierat, ampliſſimum periſtylum, caetera eiusmodi facile, vt omnium domos et laxitate et dignitate ſuperaret. *Add.* Suet. Aug. c. 82 *vbi* periſtylium. Periſtylium *etiam eſt Locus atrio proximus* Vitruu. 6, 7. *Item Aula* Ibid. c. 9. *Nempe haec membra columnis circumpoſitis ornata.*

PERĬTO, āre. *Vid.* PEREO.

PERITONAEVM, i. n. [περιτόναιον] *Membrana eſt tenuiſſima: ſed firmiſſima, omnibus tum viſceribus, tum inteſtinis, reliquisque partibus inferioris ventris circumtenſa: vnde et nomen accepit ἀπὸ τοῦ περιτείνεσθαι, quod eſt, circumquaque extendi.* Celſ. 4, 1 Abdomen — ab interiori parte leui membrana incluſum, quae omento iungitur, περιτόναιος autem a Graecis nominatur. *Et* 7, 4 Ab interiore parte quaſi membrana quaedam finit abdomen, quam περιτόναιον Graeci vocant.

PERITRETVM, i. n. *Baliſtae foramen vocat* Vitruu. 1, 2. *Conf.* 10, 7. Περίτρητον, *perforatum.*

PERITROCHVS, i. m. *Rota in tractoria machina* Vitr. 10, 4.

PERĪTVS, a, um. Adi. [δαήμων, εἰδήμων, ἐπιστήμων] *Doctus, a* Perior *antiquo verbo, de quo ſ. l.* Non. 5, 26 Doctum et peritum, quum ſimile videantur, a Tullio diſcretum eſt, vt ſit peritum plus quam quod doctum. Cic. Off. 3, 15 Itaque quum ſint docti a peritis, facile deſiſtunt ſententia. Soli cantare periti Arcades Virg. Ecl. 10, 32. *Add.* Perſ. 2, 34. Obſequi peritus Tacit. in Vita Agric. 8, 1. Vati parete perito Ouid. de Arte Am. 1, 29. Sapiens homo et multarum rerum peritus Cic. pro Font. 15. Antiquitatis, veterumque ſcriptorum literate peritus L. Aelius Cic. de Clar. Orat. 205 c. 56. Bellorum omnium peritiſſimus Idem pro L. Man. c. 23. Belli ac rei militaris peritus Idem in Piſon. 54. Honeſtorum ac turpium peritus Quinctil. 2, 20. Plin. Epiſt. 1, 22 Quam peritus ille et priuati iuris, et publici. Idem de Viris Illuſt. c. 6 Peritus auguriorum. Cic. de Clar. Orat. 81 c. 21 Fabius Pictor et iuris, et literarum, et antiquitatis bene peritus. Iuris valde peritus Id. ibid. c. 26. Iuris legumque peritus Hor. Serm. 1, 1, 9. Belli gerendi homo peritiſſimus Cic. pro Font. 33 c. 15. Definiendi homo peritus Idem Off. 3, 60 c. 14. Dicendi peritus, *vid.* ORATOR *in* ORO. Docendi Quinctil. 1, 3. Literate peritus Cic. in Brut. 205 c. 56. Id. Off. 1, 147 c. 41 Nec vero alienum eſt ad ea eligenda, quae dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, vel etiam vſu peritos. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 93 Vſu periti ac ſuperioribus pugnis exercitati, ſua ſponte curſum repreſſerunt. Peritus *apud* Hirtium de Bell. Afric. 31 *iungitur cum Ablatiuo rei:* Mirabili, *inquit*, peritus ſcientia bellandi. *Et* Cic. pro Cluent. 107 c. 38 Quis P. Octauio Balbo ingenio prudentior, iure peritior. *Ita*, Arte fabrica peritus ſeruus Paull. in l. Si mancipia in fine. D. de fund. inſtr. legat. *Et* Suet. in Claud. c 42, 2. *Cum Praepoſ.* Varro R. R. 1, 2 De agricultura Romanus peritiſſimus. Cic. pro Font. 33 c. 15 Profecto Iudices virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem, ad vſum ac diſciplinam peritum, ad conſilia prudentem. Facere aliquem peritum Propert. 1, 9, 7. Quinctil. 9, 4 Poëma nemo dubitauerit perito quodam initio fuſum. *Alia exemplaria habent* Imperito. Idem 8, 6 Vario Marte pugnatum eſt: peritus eſt ſermo. *Alia exemplaria habent* Eruditus. *Comparat.* Quis ingenio prudentior, iure peritior? Cic. pro Cluent. c. 38. Peritiores rei militaris Caeſ. B. C. 1, 61. Cic. pro Corn. Balb. 2 Nihil de memoria, de more, de exemplis acutius, nihil peritius de foederibus, *etc.* Peritiſſimus homo et iuris et officii Cic. Verr. 2, 30. Te peritiſſimum in iis ipſis rebus, quas a te didicerit, ſuperabit Idem de Orat. 1 c. 15. A patronis peritiſſimis cauſa haec defenſa eſt Idem pro Corn. Balb. 1. Peritiſſimi atque exercitatiſſimi duces Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 73.

PERĪTE. Adu. [εἰδημόνως] Cic. de Legib. 2, 29 Quod inſtitutum perite a Numa, poſteriorum Pontificum negligentia diſſolutum eſt. Idem Verr. 1, 6 Homo adoleſcens, quum iſtius in inquirendo multa furta ac flagitia cognoſceret, fecit perite et callide, volumen eius rerum geſtarum maximum iſti oſtendit. *Sic* Callide et perite verſari in re Cic. de Orat. 1 c. 11. Scienter et perite dicere Idem ibid. 2, 5. Cic. de Orat. 2, 81 Haec quidem ſunt concinne diſtributa, ſed non perite. *Compar.* Sen. Epiſt. 90 Multa facit aut peritius aut exercitatius. *Superl.* Peritiſſime et callidiſſime iſtius literas venditabat Cic. Verr. 2, 135 c. 54. Peritiſſime diſputare Val. Max. 8, 11, 1. Peritiſſime ſcribere Gell. 1, 17.

PERITIA, ae. f. [δαημοσύνη] Plin. 14, 1 Aliae, peritia domini amplo diſcurſu atria media complentes. Gratiae ac voluptatis peritia Quinctil. 2, 15. Legum Tacit. Ann. 12, 12, 1. Locorum Salluſt. Iugurth. 46. Morum Tacit. Ann. 1, 69, 6.

PERIVCVNDVS, a, um. Adi. Cic. Fam. 1, 7 Cui quidem literae tuae, quas proxime miſeras, quod facile intellexerim, periucundae fuerunt. *Adde* de Orat. 1, 205. *et* 2, 26. Id mihi pergratum perque iucundum erit Cic. ad Q. Frat. 3, 1, 4.

PERIVCVNDE. Adu. [πολὺ ἡδέως] Cic. Att. 13, 50 O hoſpitem mihi tam grauem ἀμεταμέλητον: fuit enim periucunde. In hac ſuauitate humanitatis, qua prope iam delectantur homines, verſari periucunde ſolere Idem pro Cael. c. 11.

PERIV̄RVS, a, um. Adi. [ἐπίορκος, ψεύδορκος] *Qui iusiurandum violat, vel qui iurando ius peruertit, vt* Perfidus, *qui fidem violat.* Virg. Aen. 2, 195 Talibus inſidiis, periurique arte Sinonis. Plaut. Pſeud. 1, 1, 129 Periurum caput. Cic. pro Roſc. Com. 46 At quid inter periurum et mendacem? Propert. 2, 4, 21 Nec tibi periuro ſcindam de Corpore veſtes, *quo fidem mihi datam violaſti.* Crimina Stat. Theb. 10, 581. Diadema periurum nocentis regni Idem ibid. 9, 55. Domus Priami Hor. Carm. 3, 3, 26. Enſe periuro ſuperbus Annibal Stat. Silu. 4, 6, 77. Fides periura patris Hor. Carm. 3, 24, 59. Gens Sil. 16, 149. Meretrix Hor. Carm. 1, 35, 26. Moenia Ouid. Met. 11, 215. Os Idem Amor. 2, 10, 34. Pectora Idem Met. 2, 705. Vir Idem Epiſt. 10, 76. *Compar.* Periurior hoc nomine non eſt Plaut. Mil. 1, 1, 21. *Superl.* Periuriſſime hominum Idem Pſeud. 1, 3, 116. Cic. pro Roſc. Com. 20 c. 7 Nam Ballionem illum improbiſſimum et periuriſſimum lenonem quum agit, agit Chaeream.

PERIVRIVM, i. n. [ἐπιορκία] *Falſum iusiurandum.* Cic. Off. 3, 108 Regulus vero non debuit conditiones, pactionesque bellicas et hoſtiles perturbare periurio. Poena diuina periurii, exitium: humana, dedecus Cic. de Legib. 2, 22 c. 9 *ex lege duodecim tabularum.* Sceleratorum hominum periuria Idem pro Font. Linguae falſae periuria Ouid. Epiſt. 7, 67. Deuotum Catull. Argon. 62, 135. Illuſtre et inſigne Cic. de Aruſp. Reſp. 36. Inaeſtimabile periurium, *cui excuſando, redimendo etc. nullum commodum ſatis magnum eſt* Liu. 37, 57 *extr.* Laſciua Claud. de Nupt. Honor. 83. Manifeſtum periurium iudicum Cic. de Aruſp. Reſp. 36: *nempe iudices iurati ferunt ſententiam.* Confirmare periurium Idem Verr. 4, 19. Laedere aliquem periurio Idem pro Caecin. 23. Nectere periuria blanditiis Claud. in Ruff. 1, 222. Quaeritur latebra periurio Cic. Off. 3, 106. Reuocare periuria Propert. 1, 15, 25. Iuppiter ex alto periuria Ridet amantum Ouid. A. A. 1, 633. Vendere periuria Iuuen. Sat. 14, 218. Quod ex animi tui ſententia iuraris, ſicut verbis concipitur more noſtro, id non facere, periurium eſt: non enim falſum iurare, peierare eſt, *etc.* Cic. Off. 3, 108 c. 29.

PERIVRIŌSVS, a, um. Adi. [ἐπιορκητικὸς] *Idem quod Periurus.* Plaut. Truc. 1, 2, 52 Procaciores eſtis vos, ſed illi periurioſi.

PERIV̄RO, PERIĔRO *et* PEIĔRO, āre. [ἐπιορκέω] *Iurare, quod falſum ſcias, aut quod iuraueris non praeſtare.* Plaut. Bacch. 4, 9, 107 Ne periurem cura. Hor. Serm. 2, 3, 127

— Quare
Si quiduis ſatis eſt, periuras, ſurripis, aufers
Vndique?

Pernegabo, atque obdurabo, periurabo denique Plaut. Aſin. 2, 2, 56. Homo periurauit Idem Merc. 3, 1, 42. Cic. Offic. 3, 108 c. 29 Non enim falſum iurare periurare eſt. *Sic MSS. optimi. De ſententia, viderint Philoſophi. Interpretatione certe commoda, ſi non emendatione ibi indiget Tullius.* Lactant. de Ira Dei 16, 4 Fraudent, rapiant, periurent. *Sic meliores. Sed* Cic. pro Cluent. 134 c. 48 Dixit ſe ſcire, illum conceptis verbis peieraſſe. Id. pro Rabir. Poſt. 36 c. 13 Vbi ſemel quis peierauerit, ei credi poſtea, etiamſi per plures deos iuret, non oportet. Catull. 52, 3 Per conſulatum peierat Varinius. Martial. 7, 19 Nec erubeſcit peierare de turdo. Perierandum eſt etiam Plaut. Truc. 1, 1, 9.

PERIVRATVS, a, um. Adi. Ouid. Am. 3, 11, 22 Et periuratos in mea damna Deos. *Sed* Hor. Od. 2, 8, 1 Vlla ſi iuris tibi peierati Poena, Barine, nocuiſſet vnquam.

PEIERATIO, ōnis. f. Saluian. de Gubern. Dei 4 p. 77 *ed. Brem.*

PERIVRATIVNCV̆LA, ae. f. Dimin. [ἐπιορκίδιον] Plaut. Stich. 2, 1, 76 Ac periuratiunculas paraſiticas.

PERIXYOMĔNOS, *i. Diſtringens ſe. ſc. in balneo. Ita* Antigoni nobile opus ex aere circumſculptum *appellat* Plin. 34, 8. *Graece* περιξυόμενος.

PERIZŌMA, ătis. n. [περίζωμα] *Id omne, quo circumcingimur, Pudendorum operimentum, velamen, quod a* Varrone *etiam dicitur* Suffibulum, *a* Cicerone Subligaculum. *Vſus eſt hac voce interpres* Geneſeos 3, 7 Fecerunt (*inquit*) ſibi perizomata.

PERIZOMATIVM, i. n. Succinctorium, quo tantum genitalia conteguntur Iſidor. 19, 22.

PERLĀBOR, labi. Dep. [κατολισθαίνω] *Labi, vt tamen terminum, aut celeritatem aliquam addat Praepoſitio.* Ad nos vix tenuis famae perlabitur Aura Virg. Aen. 7, 646. *i. occulta, et quae vix obſeruetur, via peruenit. Nam motum omnem lubricum et celerem* lapſum *dici, vt auium volatus, et natatus piſcium, ſupra oſtendimus.* Cic. Att. 9, 11 Aſſentio tibi, vt in Formiano potiſſimum commorer, et iam de ſupero mari perlabor. Neptunus perlabitur aequora curſu frenatis equis Sil. 3, 410. Volucris perlabitur auras Tibull. 4, 1, 127. Campum perlabi Sil. 16, 391. Rotis leuibus ſummas perlabitur vndas Virg. Aen. 1, 151. Perlabi per acies Lucret. 4, 248. Ad imos animi perlapſa receſſus Stat. Silu. 4, 6, 4. Perlabi ſupra orbem ſolis Lucret. 5, 765.

PERLAETVS, a, um. Adi. *Vehementer laetum ſignificat.* Liu. 10, 21 Supplicatioque perlaeta fuit.

PERLĀTE. Adu. [πολυπλατέως] Cic. de Orat. 2, 17 c. 4 Idque in ſermonis noſtri conſuetudine perlate patet.

PERLATEO, ēre. Inque ſua turri perlatuiſſet anus Ouid. Art. Am. 3, 416. *i. perpetuo latuiſſet.*

PERLAVDABILIS, e. Adi. Forma Dict. Cret. l. 6.

PERLAVO, āre. Liquamine perlauabis Apic. 8, 7. Te peccatorum fluctibus merſum perlauabit Tertull. de Poenit. c. 4.

PERLECĔBRA, *ſiue* PELLECEBRA, ae. f. [μεγάλη αἱμυλία] *Illecebra, Meretricis conuicium.* Plaut. Aſin. 1, 2, 7 Te perdam ego et filiam, perlecebrae, pernicies, adoleſcentum exitium. *Conf.* Bacch. 5, 2, 47. Non. 2, 652. *Et Taubm. in* Plaut. p. 105. *Vid. mox* PERLICIO.

PERLECTO, *vid.* PERLICIO.

PERLĔGO, *ſiue* PELLEGO, ēgi, ectum, ĕre. [τελέως ἀναγινώσκω, διεξέρχομαι, ἐπεξίημι] *A principio ad finem vsque legere.* Perlege quodcunque eſt memorabile Auſon. Protrept. ad Nepot. *ſ.* Eidyll. 4, 45. Quinctil. . . . Quod videre non eſt ſatis, ſed perlegendum erit. Cic. de Diuin. 1, 8 c. 5 Perlegi, ille inquit, tuum paullo ante tertium de natura deorum. Scripta perlegit Ouid. ex Pont. 4, 13, 33. Perlegere oculis, *pro Diligenter intueri, vel contemplari tabulas pictas* Virg. Aen. 6, 34. Vultu duro perlegere aliquid Ouid. Epiſt. 16, 11. Perlegere animis, oculiſque ſequacibus auras, *de auguribus caeli plagas ſcrutantibus* Stat. Theb. 3, 500.

PERLECTVS, a, um. Partic. Caeſ. Bell. Gall. 5, 46 Perlectam epiſtolam recitat. Idem Bell. Ciuil. 1, 19 Literis perlectis.

PERLECTIO, *ſiue* PELLECTIO, ōnis. f. Cic. Att. 1, 13 *pr.* Non inuenio fidelem tabellarium. Quotusquisque enim eſt, qui epiſtolam paullo grauiorem ferre poſſit, niſi eam pellectione releuarit. *Sic reſtituere viri docti. Ante erat* per lectionem releuerit.

PERLEPĬDVS, a, um. Adi. [πάνυ αἱμύλος] Plaut. Pſeud. 2, 4, 53 Euge perlepide Charine, me meo ludo iam beas.

PERLEPIDE. Adu. *Idem.* Plaut. Caſ. 5, 2, 47 Perlepide narrat.

PERLĔVIS, e. Adi. [πάνυ κοῦφος] Cic. de Lege Agrar. 2, 80 c. 29 An ignoratis caetera illa magnifica Populi Romani vectigalia perleui ſaepe momento fortunae, inclinatione temporis pendere? *Et* Liu. 24, 34 Perleue momentum.

PERLĔVĬTER. Adu. [πάνυ κούφως] Cic. Q. Frat. 2, 6 *pr.* Quod perleuiter commotus fuerat. Perleuiter pungat animi dolor Idem Tuſc. 3 c. 25 *extr.*

PERLIBENTER. Adu. [πάνυ ἡδέως] Cic. Att. 8, 14 Sed vt ſupra dixi, tecum perlibenter loquor. *Adde* Fam. 7, 14. *Et* de Vniverſ. 2 c. 1.

PERLIBERĀLIS, e. Adi. [πάνυ ἐλευθέριος] *Admodum liberalis.* Ter. Hec. 5, 4, 23 Perliberalis viſa eſt.

PERLIBERALĬTER. Adu. [πάνυ ἐλευθέρως] Vt perliberaliter ageretur Cic. pro S. Roſc. c. 37. Idem Att. 10, 4 Hoc loco multa perliberaliter. *Adde* 15, 15.

PERLĪBRO, āre. [καταςαθμάομαι] *Diligenter ac perfecte menſurare, et ad libram ſiue libellam aequare, ſiue aequale facere.* Si quis excelſa perlibret, maria paria ſunt Sen. Q. N. 3, 28. Cum perlibratum ita fuerit Vitruu. 8, 6. Columel. 3, 13 Nam ſtella, quam diximus Graecae literae faciem obtinere, pariter imae foſſae ſolum metitur, atque perlibrat. Idem 2, 2 Campum non aequiſſima ſitum planitie, nec perlibrata, ſed exigue prona. *Item Iaculari, quaſi libratum proiicere.* Sil. 2, 189 Saeuamque bipennem Perlibrans mediae fronti. *Adde* 5, 321.

PERLIBRATVS, a, um. Partic. Planities perlibrata Columel. 2, 10. Opus permenſum et perlibratum Idem 3, 13.

PERLIBRATIO, ōnis. f. Vitruu. 8, 6 Perductionis prima ratio eſt perlibratio, *de aquae ductu.*

PERLĬCIO, exi, ectum, ĕre. [ἐφέλκω] *Quod frequentius* PELLICIO *dicitur euphoniae cauſa: Idem quod* Allicere. Liu. 4, 48 Vt quos quisque poſſet ex collegio Tribunorum ad interceſſionem perlicerent. *Vid.* PELLICIO. Perlicere in amicitiam Liu. 25. Tacit. Ann. 13, 48 Necem et arma perliceret.

PERLECTO, āre. Frequent. [ἐπισύρομαι] Cic. pro Flacc. 18 c. 8 Egentes et leues ſpe legationis, et viatico publico, priuata etiam benignitate perlectat. *Sunt tamen, qui hic legant* Prolectat: *et ita habent boni codices.*

PERLĬGO, āre. [καταδέω] *Conſtringere.* Plaut. Bacch. 1, 2, 28 O perligatum pectus! *Alii Codd.* Praeligatum.

PERLIMO, āre. Perlimat ſpeciem Vitruu. 5, 9. *i. acuit adſpectum, obtutum.*

PERLĬNIO, īui, ītum, īre. [ἐπιχρίω] *Valde et perfecte ac omnino linire.* Columel. 9, 12 Protinus cuſtos nouum loculamentum in hoc praeparatum perliniat intus praedictis herbis.

PERLĬNO, ĭni, īui, *vel* ēui, ĭtum, nĕre. [καταχρίω] *Idem.* Ab imis vnguibus ſeſe ad vsque ſummos capillos perlinit Apul. Met. 3 p. 138 *Elmenh. Al.* perlita, *deponentialiter.* Columel. 7, 5 Mox vlcera lauantur aceto, et tunc pice liquida cum adipe ſuilla perlinuntur.

PERLĬTVS, a, um. Partic. Plaut. Caſ. 2, 3, 23 Senecta aetate vnguentis perlitus ignaue incedis? *Vbi alii,* Vnguentatus per vias. *Sed occurrit apud* Cic. pro Roſc. Amer. 150 Perlitus ſanguinis crudelitate.

PERLIPPIDVS, a, um. Adi. Os ſaliuoſum et perlippidum Plin. Valer. 1, 34. *i. valde ſtillans et velut lippiens.*

PERLIQVIDVS, a, um. Adi. Si, quod deſcendit, eſt perliquidum Celſ. 2, 4.

PERLITERATVS, a, um. Adi. *In primis literatus.* Cic. pro Q. Gallio *ap.* Hieron. Ep. 2 Homo perliteratus.

PERLĪTO, āre. [καλλιερέω] *Perfecte litare, ſacrificio facto deos placare, votumque impetrare.* Valerius Antias *apud* Gellium 1, 7 Si hae res diuinae factae, riteque perlitatae eſſent, aruſpices dixerunt omnia ex ſententia proceſſurum eſſe. Diu non Perlitatum, tenuit dictatorem, ne ante meridiem ſignum praelii dare poſſet Liu. 7, 8 *extr.* Idem 36, 1 Ea omnia ſacrificia laeta fuerunt, primisque hoſtiis perlitatum eſt. *Et* Idem 41, 15 Caeteris diis perlitatum ferunt. Saluti Petilium perlitaſſe negant. *Adde* 9, 14. *Et* Flor. 4, 2, 94.

PERLONGVS, a, um. Adi. [εὐμήκης, πολυμήκης] Cic. Att. 5, 20 Perlonga, et non ſatis tuta via. Idem de Lege Agrar. 3 Perlongo interuallo. Plaut. Trinum. 3, 3, 16 Nunc ſi opperiri vis aduentum Charmidis, perlongum eſt. *Quaſi dicat, Diu tibi exſpectandum eſt, aut longius diſtat.*

PERLONGVM. Adu. *i. Diu.* Auſon. Epigr. 4, 1, 7 Tu quoque venturos perlongum conſere Ianos.

PERLONGE. Adu. [πάνυ μακρὰν] Ter. Eun. 3, 5, 61 Perlonge eſt: ſed tanto ocyus properemus, *i. Longius diſtat.*

PERLONGINQVVS, a, um. Adi. [πάνυ ἀπότερος] Plaut. Bacch. 5, 2, 77 Non tibi venit in mentem amabo: ſi dum viuas, tibi benefacias, iam pol id quidem eſſe haud perlonginquum.

PERLVBET, uit, ĭtum eſt. [καταρέσκει] Plaut. Capt. 4, 2, 53 Perlubet hunc hominem colloqui, *h. e. Vehementer cupio hunc alloqui.*

PERLVBENS, entis. Partic. [εὐαρεςούμενος] Cic. Q. Frat. 2, 8 Sed hoc incommodum conſolantur quotidie damnationes inimicorum, in quibus me perlubente Seruius alliſus eſt, caeteri conciduntur.

PERLVCEO, xi, ēre. [διαφαίνομαι] *Vehementer lucere, vel translucere, et lucem per medium ſe transmittere. frequentius tamen dicitur* Pellucere *euphoniae cauſa, vbi vid.* Plin. 10, 54 Si contra lumen cacumine ouorum apprehenſo vna manu purus et vniusmodi perluceat color, ſterilia exiſtimantur eſſe. Litora natiuis perlucent picta lapillis Propert. 1, 2, 13. Cum primum granum incipiet perlucere Scribon. 64. *i. translucere.* Cic. Off. 2, 32 c. 9 Et enim illud ipſum, quod honeſtum decorumque dicimus, quia per ſe nobis placet, animosque omnium natura et ſpecie ſua commouet, maximeque quaſi perlucet ex iis, quas commemoraui, virtutibus. *MSS.* Prolucet. Perlucere, *ſiue* Pellucere, *aliquando ad mentem, ſed figurate refertur: vt apud* Cic. de Clar. Orat. 273 c. 79 Ita reconditas exquiſitasque ſententias mollis et pellucens veſtiebat oratio.

PERLVCENS, entis. Partic. [διαφαινόμενος] Alis Ouid. Met. 4, 411. Amictu perlucenti circumdata Salmacis nympha Id. ibid. 4, 313. Fibras perlucentes numerare in pectore Id. ibid. 6, 391.

PERLVCĬDVS, *quod etiam eſt* PELLVCIDVS, a, um. Adi. [διαφανής] *Per quod medium oculos dimittimus atque videmus, vt aqua, laterna, vitrum.* Columel. 11, 2 Quidam quum vidiſſent partem aliquam vuarum vireſcere, crediderunt tempeſtiuam eſſe vindemiam. Quidam quum coloratas et perlucidas vuas animaduertiſſent. Martial. 12, 34 Crine nitens, niger vnguento, perlucidus oſtro. Haec ipſe perlucidus, crepidatus, armillatus Sen. de Conſt. Sap. c. 18. *i. pellucente veſte indutus. Conf.* Id. Epiſt. 9. *et* de Benef. 7, 9. Amnis magis perlucidus vitro Ouid. Epiſt. 15, 157. Bulla Idem Met. 10, 733. Deos perlucidos et perflabiles inducit Epicurus Cic. de Diuin. 2, 40. Fons ſonat a dextra tenui perlucidus vnda Ouid. Met. 3, 161. Gemmae ſunt perlucidae materiae Vlpian. in l. Cum aurum, §. Perveniamus, D. de aur. et arg. legat. Membranae oculorum perlucidae Cic. de Nat. Deor. 2, 142. Stella illuſtris et perlucida Idem de Diuin. 1, 130 c. 57. *Compar.* Fides arcani prodiga, perlucidior vitro Hor. Carm. 1, 18, 16. *i. Fides non continens clauſa conſilia ſibi commiſſa, ſed ea omnibus aperiens et indicans. Aptiſſima vitri ſimilitudine vſus eſt. Lambinus.* Mundi feruor purior, perlucidior, mobiliorque Cic. de N. D. 2 c. 11.

PERLVCIDVLVS, a, um. Dimin. [ὑποδιαφανής] Catull. in Rufum ſ. 67 (70) 4 Non ſi illam rarae labefactes munere veſtis, Aut perluciduli deliciis lapidis, *i. gemmarum.*

PERLVCIDĬTAS, ātis. f. Vitruu. 2, 8 Parietes tectoriis operibus expoliti, vt vitri perluciditatem videantur habere.

PERLVCTVŌSVS, a, um. Adi. [πενθώδης] *Valde luctuoſum ſignificat.* Cic. Q. Frat. 3, 8 Serrani domeſtici filii funus perluctuoſum.

PERLVDO, ſi, ſum, ĕre. [παίζω] *Auget aliquantum ſimplex* Ludo. Propert. 4, 4, 19 Vidit arenoſis Tatium perludere campis, Pictaque per flauas arma leuare iubas. Proludere *alii. Sed* Manil. 5, 81 Totum perludere circum, *i. per totum circum ludere.*

PERLVSORIVS, a, um. Adi. Perluſorium iudicium: *i. Colluſorium, colluſionis cauſa inſtitutum, quum aliud agitur, aliud ſimulatur.* Vlpian. l. 14 de appel. in P. Si perluſorio iudicio actum ſit aduerſus teſtamentum, *etc.* Perludere, *eſt Perfecte illudere. Budaeus non* Perluſorium, *ſed* Proluſorium *legit, quod aeque certe conuenit: quum qui perludit, et proludat: non enim vult ſe intelligi illudere, cui illudit. Al.* Perfuſorium *v. v.*

PERLVMINO, āre. *Lumine implere, illuſtrem facere.* Carnem caecam perluminat Tertull. de Carne Chr. c. 4.

PERLVO, ui, ūtum, ĕre. [καταλούω] *Diligenter lauare, et mundum facere.* Columel. 6, 8 Tum vino perluitur os. Plin. 8, 27 Roſtri aduncitate per eam partem ſe perluens, qua reddi ciborum onera maxime ſalubre eſt. *de ibide aue clyſteris inuentrice.* Artus perluit fonte Ouid. Met. 4, 310. Manus perluere fontana vnda Idem Faſt. 5, 435. *Heinſ. leg.* proluit. Lympha perlui Ouid. Met. 3, 173. Sudor perluit ora Petron. c. 128. Vnda gelida perluor Hor. Epiſt. 1, 15, 4.

PERLVTVS, a, um. Partic. [καταλελουμένος] Columel. 9, 16 Expreſſae fauorum reliquiae, poſteaquam diligenter aqua dulci perlutae ſunt, in vas aeneum coniiciuntur. Sudore perlutus Apul. . .

PERLVSTRO, āre. [κατασκοπέω, παπταίνω] *Vbique luſtrare, ſiue diligenter et attente.* Liu. 7, 34 *extr.* Haec omnia ſagulo gregali amictus, Centurionibus item manipularium habitu militum ductis, ne ducem circumire hoſtes notarent, perluſtrauit. Idem 25, 9 Vt diſcurrerent circa vias, perluſtrarentque omnia oculis, ne quis, *etc.* Exercitus victor perluſtrat hoſtium agros Idem 8, 36 *extr.* Campos perluſtrans oculis Sil. 7, 537. Cic. in Partit. 38 c. 11 Huius igitur materiae ad argumentum ſubiectae perluſtrandae animo partes erunt omnes: et ad id quod agetur, ex ſingulis coniectura capienda. Dicta alicuius perluſtrat Stat. Silu. 4, 3, 143.

PERMĂCER, cra, crum. Adi. [κάτισχνος] *Valde macer.* Plin. 18, 6 Omnis creta coquit, niſi permacra. *Add.* Celſ. 2, 21.

PERMACĔRO, āre. Vitruu. 7, 2 Calculi in opere cum permacerantur, diſſoluunt et diſſipant tectorii politiones.

PERMĂDEO, ui, ēre. *ſiue* PERMADESCO, ĕre. [καθυγραίνομαι] *Valde madeſcere.* Columel. 2, 19 Quod ſi permaduit, inutile eſt vdum mouere. Ibid. c. 4 Niſi ſi magnis (vt fit nonnunquam) ac ſubitaneis imbribus, quaſi hibernis pluuiis terra permaduerit. Deliciis permaduimus Sen. Epiſt. 20 *extr.* Id. de Prouid. c. 4 Fugite eneruatam felicitatem, qua animi permadeſcunt.

PERMADEFĂCIO, ĕre. Plaut. Moſt. 1, 2, 63 Amor permadefacit cor meum. *Vnde erudite Lipſ. emendat* Flor. 3, 18, 12 Nam Caeſar exercitu amiſſo, quum in vrbem cruentus referretur miſerabili funere, mediam etiam vrbem peruiam fecit. Permadefacit, *inquit, ille.*

PERMAGNVS, a, um. Adi. Cic. de Fin. 1, 55 Fieri tamen permagna acceſſio poteſt, ſi, *etc.* Ibid. 2, 28 Deinde vbi erubuit (vis enim eſt permagna naturae) confugit illuc, vt neget, *etc.* Cic. pro Roſc. Amer. 103 Vide ne tibi deſis, tua quoque res permagna agitur. Id. Tuſc. 1, 111 Iisque, qui haec Diagorae dixit, permagnum exiſtimans tres Olympionicas vna ex domo prodire. Negotia permagna Hor. Serm. 1, 7, 4. Numerus Caeſ. B. G. 7, 31. Cic. Verr. 3, 27 At permagno decumas eius agri vendidiſti. Ibid. 4, 10 Quid? tu iſta permagno aeſtimas? Vis Celſ. 7, 4, 3. Cic. in Partit. 84 Quod enim permagni intereſt, pro neceſſario ſaepe habetur. Permagni refert Ter. Heaut. 3, 1, 58.

PERMAGNIFĬCVS, a, um. Adi. Vulg. Interpr. Eſth. 2, 18 Permagnificum conuiuium.

PERMĂNEO, manſi, manſum, ēre. [καταμένω, διαμένω, ἐπιμένω] *Vsque ad finem manere.* Cic. de Fin. 2, 55 Nam quum ſemel eſt ſuſcepta beata vita, tam permanet, quam ipſa effectrix beatae vitae ſapientia. Innuba permaneo Ouid. Met. 14, 142. Dolor permanſit Scribon. 3, 56. Mos ille Athenis iam a Cecrope permanſit Cic. de Legib. 2, 63 c. 25. Status hic permanſit in multos annos Ouid. Faſt. 5, 33. Tumor ille permanſit Idem Met. 15, 305. Cic. de Amicit. 76 Aliter amicitiae ſtabiles permanere non poſſunt. Permanere, *Perſeuerare, continuare, per translationem.* Ter. Hec. 3, 1, 25 Vnde ira inter eas interceſſit, quae tam permanſit diu. In Amicitia Caeſ. Bell. Gall. 8, 26. In Armis Id. ibid. 8, 45. In Incepto Lucceius ad Cic. Fam. 5, 14. In eadem Mente Cic. in Catil. . . In Officio Caeſ. Bell. Gall. 5, 4. In Propoſito ſuſceptoque conſilio Cic. Off. 2, 112. In Sententia Id. de Finib. 5, 94. *Conf.* Id. de Orat. 2 c. 6. In omnibus meis Sententiis de Republ. priſtinis permanebam Id. Fam. 1, 9. In Triſtitia Caeſ. Bell. Gall. 1, 32. In mea erga te voluntate etiam deſertus ab officiis tuis permanerem Cic. Fam. 5, 2. Firmum et ſtabile illud permanſurum eſt Id. de Finib. 2, 86 c. 27. Permanere, *cum Genitiuo.* Senec. Epiſt. 77 Si vna indeprauata virtus eſt, et ſola permanet tenoris ſui, vnum bonum eſt virtus.

PERMANENS, entis. Part. Permanente dolore Scribon. 5.

PERMANSIO, ōnis. f. [διαμονή] Cic. Fam. 1, 9 Nunquam enim praeſtantibus in Republ. gubernanda viris laudata eſt in vna ſententia perpetua permanſio. *Add.* de Inuent. 2, 164 c. 54. *et* 11. Att. 18.

PERMĀNO, are. [καταβρύω, ἐπιῤῥέω] *Penitus manare. Et varie conſtruitur.* Cic. de Nat. Deor. 2, 137 Ex inteſtinis autem et aluo ſecretus a reliquo cibo ſuccus is, quo alimur, permanat ad iecur, per vias quasdam a medio inteſtino vsque ad portas iecoris. Ad animum permanat macula ex ſanguine paterno aut materno concepta Id. pro Roſc. Amer. 66 c. 22 *extr.* Ad mentes eorum, apud quos agitur mouendas, permanare vt poſſint principia et caeterae partes orationis, habere hanc vim magnopere debent Cic. de Orat. 2, 311. Lucret. 3, 699 Permanare animam nobis per membra ſolere. Calor permanat argentum Idem 1, 495. Frigus permanat ad oſſa Idem 1, 356. Humor aquarum permanat in ſaxis Idem 1, 349. Malum acre permanat huc Idem 3, 253. Amor Vsque In pectus permanauit Plaut. Moſt. 1, 2, 63. Permanare *dicitur* res aliqua, *Vulgari.* Ter. Adelph. 2, 4, 19 Ne ſi magis irritatus ſiet, aliqua ad patrem hoc permanet, atque ego tunc perpetuo perierim. *i. Ne reſciſcat pater.* Permanauit ad plures Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 29. Cic. pro Domo 121 c. 46 Etſi effluunt multa ex veſtra diſciplina, quae etiam ad noſtras aures ſaepe permanant. Permanauit in hanc ciuitatem doctrina Pythagorae Id. Tuſc. 4, 2. Permanare, *pro Peruenire.* Lucret. 1, 123 Quo non permanent animae, neque corpora noſtra. *Nam antiquis* Manare, *Venire interdum erat. Id e* Feſto *apparet ſcribente* Manalem lapidem oſtium orci eſſe putatum, per quod animae inferorum ad ſuperos manarent: *id eſt, vt opinor, venirent. Turneb.*

PERMĀNANS, antis. Partic. [καταβρύων] Concluſiunculae non permanantes ad ſenſus Cic. Tuſc. 2, 42 c. 18.

PERMANANTER. Adu. [καταβρυόντως] Lucret. 6, 916 Vsque adeo permananter vis praeualet eius. *De magnete lapide. i. Tranſitorie, vt ita loquar. Lambinus vero,* Permananter, *i. Eo modo, vt permanet, et perueniat ad multas res ferreas: legitque* Perualet.

PERMANASCO, ĕre. [καταβρύομαι] Plaut. Trinum. 1, 2, 118 Neue cuiquam vnde ad eum id poſſet permanaſcere. *i. Vnde poſſet reſcire.*

PERMARĪNVS, a, um. Adi. [διαπόντιος] Aedem laribus permarinis vouit Liu. 40, 52, 7. Dedicauit aedem larium permarinûm Ibid. ſ. 4. *Vid.* LAR. Vet. Gloſſ. Lares Permarini, θεοὶ διαπόντιοι. Marinos *vocat* Varro *ap.* Non. 14, 8. *Vid. Meurſ. ad* Plaut. Bacch. 2, 1, 3. Vet. Gloſſ. θεοὶ διαπόντιοι Lares permarini.

PERMATVRO, āre. Arbori moro ſimilem eſſe: nam primum album eſt, deinde rubrum; cum permaturauit, nigrum Hygin. Fab. 136. *Munker. mutauit in* permaturuit.

PERMATVRESCO, ĕre. [καταπεπαίνομαι] *Prorſus maturum fieri.* Columel. 2, 10 Et hoc quidem ſemen Ciliciae, Syriaeque regionibus ipſe vidi menſe Iunio Julioque conſeri, et per Autumnum, quum permaturuerit tolli. Oleae nigrae, quae in arbore bene permaturuerunt Celſ. 2, 24. Pomum permaturuit, *Perfecte maturuit* Ouid. Met. 4, 165.

PERMATŪRVS, a, um. Adi. *Perfecte maturus.* Non permatura mandere Celſ. 6, 13. Columel. 12, 48 *pr.* Oliuas, quum iam nigruerint, nec adhuc tamen permaturae fuerint, ſereno caelo diſtringere manu conuenit.

PERMAXIME. Adu. *Editt. Vett.* Caton. R. R. c. 38, 4. *Al. ſimpl.* maxime.

PERMEDIŎCRIS, e. Adi. [πολυμέτριος] Cic. de Orat. 1, 220 c. 51 Partim, qui tolerabiliores volunt eſſe, et veritatem vitae propius accedere, permediocres ac potius leues motus debere eſſe dicunt.

PERMEDITOR, *vnde* PERMEDITATVS, a, um. Partic. Permeditatam meis dolis Plaut. Epid. 3, 2, 39.

PERMEDITATE. Adu. Nae tu illorum mores perquam meditate tenes Plaut. Bacch. 3, 6, 16. *Tmeſin ſtatuunt nempe, qui Aduerbium compoſitum volunt.*

PERMEO, āre. [διαβαδίζω, διαπορεύομαι] *Tranſire.* Plin. 11, 29 Immenſos permeant tractus. Cic. Acad. 4, 119 c. 37 *extr.* Erit perſuaſum etiam ſolem, lunam, ſtellas omnes, terram, mare, deos eſſe, quod quaedam animalis intelligentia per omnia ea permeet et tranſeat. Orbem permeare Lucan. 2, 418. Tot maria et terras permeat Ouid. ex Ponto 4, 11, 16. Permeare extra lacum Columel. 8, 15. Permeare ſub maria Plin. 31, 5.

PERMEATVS, a, um. Partic. *paſſ.* Ammian. 21, 25 (*Valeſ.* 13) Permeato flumine. *Add.* 24, 8. (Valeſ. 2 *extr.*)

PERMEATOR, ōris. m. Tertull. Apol. c. 21.

PERMEABĬLIS, e. Adi. Solin. 47 (60). Latitudo vix eſt plauſtro permeabilis.

PERMĔREO, ēre. *Idem quod Merere, Militare.* Stat. Silu. 1, 4, 73 Et ſole ſub omni Permeruit iurata manus.

PERMESSVS, i. m. [Πέρμησσος] *Fluuius Boeotiae ex Helicone proueniens, Phoebo et Muſis ſacer.* Virg. Ecl. 6, 64 Tum canit errantem Permeſſi ad flumina Gallum.

PERMESSIS, ĭdis *vel* ĭdos. Patronym. Martial. 1, 72 Quid tibi cum Cyrrha, quid cum Permeſſidos vnda?

PERMESSIVS, a, um. Adi. Claud. de Laud. Seren. 8 Fons Aganippea Permeſſius educat vnda.

PERMETIOR, menſus ſum, īri. Dep. [καταμετρέω] *Idem quod Metiri.* Cic. Acad. 4, 126 c. 41 Vos ergo huius magnitudinem quaſi decempeda, *etc.* permenſi refertis. *de ſole.* Plin. 2, 65 Permenſus montes. Oculis permenſi ſeſe Stat. Theb. 6, 757. Permetiri, *Peragrare, perluſtrare.* Cic. de Vniuerſ. 29 Attamen illud perſpici et intelligi poteſt, abſoluto perfectoque numero temporis, abſolutum perfectumque annum tunc compleri denique, quum ſe octo ambitus confectis ſuis curſibus ad idem caput retulerunt, quumque eos permenſus eſt idem et ſemper ſui ſimilis orbis. Virg. Aen. 3, 157 Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus aequor. i. e. Euecti, *inquit* Seruius. Aëra permenſus multum Lucret. 6, 1140. Iter durum permenſus Stat. Silu. 1, 2, 202.

PERMENSVS, a, um. Partic. *Actiue.* Emeritae permenſum tempora vitae Nemeſian. Ecl. 1, 19. *Paſſ.* Columel 3, 13 *fin.* Sic permenſum et perlibratum in ſimilitudinem veruacti ſemper procedit. *Et* Apul. Met. 8 p. 209 Aliquanto viae permenſo ſpatio. Permenſo defunctus tempore lucis Tibull. 3, 3, 9.

PERMENSIO, ōnis. f. Mart. Capell. 7 p. 235 Prudens permenſio terrae.

PERMETVO, ĕre. [περιφοβοῦμαι] *Valde metuere.* Virg. Aen. 2, 572 Et poenas Danaum, et deſerti coniugis iras Permetuens.

PERMĪLĬTO, āre. Vlpian. in l. Si tribunus D. de excuſat. Si Tribunus in cohortibus Praetoriis permilitauerit, *etc.* *Add.* Ibid. l. 8 §. 9.

PERMILITATIO, ōnis. f. *Apud* Veget. *eſſe dicitur.*

PERMINGO, ĕre. Hor. Serm. 1, 2, 44 Hunc perminxerunt calones: *poena iunioris adulteri.*

PERMINŪTVS, a, um. Adi. [πολύβαιος] Cic. Tuſc. 2, 30 c. 13 Vt omnia praeterea, quae bona corporis et fortunae putantur, perexigua et perminuta videantur. *Sic in MS. inuenit Grut. qui tamen retinet ſimplex* minuta.

PERMĪRVS, a, um. Adi. [πολυθαύμαστος] Cic. Fam. 3, 10 Illud vero permirum mihi accidit, tantam temeritatem fuiſſe in eo adoleſcente. *Add.* de Orat. 1, 214 c. 49.

PERMIRABILIS, e. Adi. Auguſtinus de Gen. ad lit. c. 10.

PERMIRANDVS, a, um. Adi. Gell. 3, 6.

PERMISCEO, miſcui, miſtum *vel* mixtum, ēre. [κατακιρνάω, καταμιγνύω] *Plane et totum miſcere.* Cic. Verr. 2, 123 Non modo illa, quae erant aetatis, ordinis, quaeſtusque permiſcuit: ſed etiam in his duobus generibus, ciuium nouorum, veterumque delectum ordinemque turbauit. Idem in Orat. 195 Ego autem ſentio omnes in oratione quaſi permiſtos et confuſos pedes. Cic. pro Planc. 41 Omnia potius permiſcuerunt, quam ei legi, conditionique parerent. Idem in Orat. 39 Qui ſi tenui genere vteretur, nunquam ab Ariſtophane Poëta fulgurare, tonare, permiſcere Graeciam dictus eſſet. *i. Perturbare et confundere.* Permiſceri dulci aqua Colum. 2, 2. Cic. Phil. 12, 26 Cuius acerbitas morum, immanitasque naturae, ne vino quidem permiſta temperari ſolet. Caelum pelago permiſcuit Eurus Sil. 15, 717. Sordes alicuius cum ſplendore clariſſimorum virorum permiſcere Cic. in Vatin. 13 c. 5. Idem de Vniuerſ. 19 c. 7 Et eius copulationis alienam permiſcens cum materia. Idem Verr. 3, 177 Sed eius rationem cum damnatione Dolabellae permiſcuit. Fortunam opinione excellentem cum laboribus et miſeriis permiſcere Cic. de Orat. 2, 210. Permiſcere frigus Lucret. 6, 363. Plin. 12, 15 Myrrham in iiſdem ſiluis permiſtam arborem naſci tradidere aliqui, plures ſeparatim. Idem 12, 19 Cinnamūm naſcitur in Aethiopia Troglodytis connubio permiſta. Mortes permiſcere Lucan. 7, 101. Fides permiſcenda ruinae mundi Idem 2, 254. *Notat eos, Qui bellum ciuile quaeſierant, ne ſoluere aes alienum cogerentur.* Cyatho roſae permiſceri Scribon. 237.

PERMISTVS *et* PERMIXTVS, a, um. Part. [καταμιχθείς] Anima permiſta toto corpore Lucret. 3, 352. Conſiliis alicuius permixtus Tac. Ann. 3, 38, 2. *Conf.* Idem Ann. 4, 40, 7. *et* Hiſt. 1, 2, 1. Corpora viua permiſta ſepultis Lucan. 2, 152. Fructus magna acerbitate permiſtos tuli Cic. pro Planc. 92 c. 38. *Add.* Pallad. Nou. t. 7. Grege permiſto pueri, innuptaeque puellae Stat. Silu. 1, 1, 12. Lixae permiſti cum militibus Salluſt. Iug. c. 44. Moribus permiſtis eſſe Lucret. 3, 749. Permiſta et temperata numeris oratio Cic. in Orat. 196. Ruinae permiſtae Lucret. 1, 1100. Sonitus tubae permiſtus lituo Hor. Carm. 1, 1, 24. Cum his permixti Velites Sall. Iug. c. 46.

PERMISTE, *et* PERMIXTE. Adu. [καταμεμιγμένως] Cic. in Partit. 24 Vt quum ſemel dictum ſit directe, ſicut natura ipſa tulerit, inuertatur ordo, et idem quaſi ſurſum verſus retroque dicatur, deinde idem interciſe atque permiſte. Partes confuſe et permixte diſperſimus Cic. de Inu. 1 c. 30. *Add.* Gell. 17, 7.

PERMISTIM. Adu. Inſtit. §. 3 de Legatis.

PERMIXTIM. Adu. Prudent. in Paſſ. Hippolyti v. 192.

PERMISTIO, *et* PERMIXTIO, ōnis. f. [κατάμιξις] *Verbale.* Cic. de Vniuerſ. 37 c. 12 In qua omnem animum vniuerſae naturae temperans permiſcebat, ſuperisque permiſtionis reliquias fundens aequabat. Macrobius in Somnio Scipionis 2, 15 *hac voce frequenter vtitur. Add. ibid.* 1, 6. Vitruu. 2, 6. *et* Apul. Dogm. Plat. 1 *ſub fin.* Permixtio terrae Salluſt. Iugurth. c. 41.

PERMISSVS, Appellatur aries, Qui annis compluribus tonſus non eſt Paullus Feſti. *Sic* Summittere *et* Immittere *dici, ſ. l. obſeruamus.*

PERMĪTIS, e. Adi. [πολυπέπειρος] *Valde mite et Perfecte maturum ſignificat.* Columel. 12, 41 Et integra mala dulcia granata, quae Punica vocantur, et ſorba non permitia diuiſa exemtis ſeminibus.

PERMITTO, īſi, iſſum, ĕre. [παραπέμπω] *Pro Mittere, vel Tranſmittere aliquando accipitur.* Colum. 7, 8 Hoc genus caſei poteſt etiam trans maria permitti. ¶ 2 Permittere, [ἐφίημι] *Immittere, incitare.* Liu. 3, 61 Concitant equos, permittuntque in hoſtem. Viridique greges permittere campo Nemeſian. 1, 7. Lucret. 4, 681 Tum fiſſa ferarum Vngula quo tulerit greſſum permiſſa canum vis Ducit. *Et* 691 Hic odor ipſe igitur, nares quicunque laceſſit, Eſt alio, vt poſſit permitti longius alter. Caeſ. B. G. 8, 9, 4 Quorum alter ex pontibus, quo tutior altitudine eſſet, hoc audacius longiusque tela permitteret. Ego ſapientem non imaginario honore verborum exornare conſtitui, ſed eo loco ponere, quo nulla permittitur iniuria Sen. de Conſt. Sap. c. 3. *Vid. Lipſ. ad h. l.* Caeſ. Bell. Gall. 8, 48, 3 Conuerſoque equo ſe a caeteris incautius permittit in praefectum. *Add.* Non. 2, 710. ¶ 3 Permittere,

[ἐνδιδόναι,

[ἐνδιδόναι, ἐπιτρέπειν] *Dedere*, Permittere ſeſe militibus Liu. 24, 30. Permittere ſe fidei, *vel* in fidem et poteſtatem alicuius Caeſar. Bell. Gall. 2, 3. *et* 5, 3 *extr.* Liu. 36, 27 *extr.* Haec vna via omnibus ad ſalutem viſa eſt, vt in fidem ſe permitterent Romanorum. *Add.* Id. l. 7 *et* 8. Permittere ſe in deditionem alicuius Liu. 8. ¶ 4 *Frequentiſſime eſt:* Permittere [συγχωρεῖν, ἐνεῖναι] *Concedere, tolerare, ſinere.* Cic. Tuſc. 1, 103 c. 43 Praeclare id quidem, qui et amico permiſerit, et ſe oſtenderit de hoc toto genere nihil laborare. Tibi, pater, permittimus Ter. Adelph. 5, 9, 38. Cogere *et* Permittere, *contraria* Auctor ad Herenn. 2, 15. Permittere aliquid liberum Liu. 31, . . *et* 37, 7. Arma permittit populis Lucan. 7, 123. Feminas maribus Columel. 6, 24. Habenas equo Tibul. 4, 1, 92. Iracundiae alicuius aliquid Cic. pro Sulla 46. Iudicio alterius, *pro Alterum facere iudicem, et ex eius arbitrio omnia ſtatuere* Terent. Phorm. 5, 8, 56. Cic. Verr. 5, 22 Facere coniecturam ſine mea argumentatione iudicibus ipſis permittam, quod hoc genus praedandi, *etc.* Inimicitias cum aliquo ſuſceptas Reipublicae permittere Cic. pro Sext. 72. Lex iubet, aut permittit, aut vetat Idem de Inuent. 2, 145 c. 49. Licentiam permittere Idem Tuſc. 1, 6. Virg. Aen. 1, 544 Quaeue hunc tam barbara Morem Permittit patria? Negotium alicui totum permittere, ſeque in eius poteſtate fore dicere Cic. Q. Frat. 2, 8. Omnia alicui permittere Idem pro Domo 55. Idem pro Cluent. 123 Ne in vnumquemque noſtrum Cenſoribus in poſterum Poteſtatem regiam permittatis. Poteſtatem infinitam innumerabilis pecuniae conficiendae permittere Cic. de Lege Agrar. 2, 33. In cenſu habendo Poteſtas omnis aeſtimationis habendae Cenſori permittitur Idem Verr. 2, 131. Committere fidei alicuius, et permittere Poteſtati aliquem Idem pro Font. 30. Precibus alicuius permittere aliquid Stat. Silu. 4, 1, 34. Regnum permittere Cic. pro Sull. 21. Vela ventis, *vid.* ORA. Vitam ſententiis iudicum Cic. pro Roſc. Amer. 149. ¶ 5 Permittere ad aliquem *laudatur* Senec. Epiſt. 67. Permitti, *pro Remitti* l. Imperatores D. de pactis. *Vid. Cuiac. Obſ. 21, 20. et contra Gronou. in Epiſt. Sylloge Burm. n. 357 T. 2 p. 612.* Permittitur, *Imperſ.* Plin. 4, 14 Si coniectare permittitur, haud multum orae deerit Graecorum opinioni, et longitudinis ab Agrippa traditae.

PERMISSVS, a, um. Part. [ἀνειμένος, συγχωρηθεὶς] Liu. 4, 30 Cognitioque eius rei L. Sergio et Qu. Seruilio, et Mamerco Aemilio permiſſa. Poteſtas permiſſa illis Lucan. 1, 595. Permiſſum eſt lege Cic. Att. 16, 17. Vti permiſſo Hor. Epiſt. 2, 1, 45.

PERMISSVS, ûs. m. [συγχώρησις] Omne ſeruitium permiſſu Magiſtratus liberatum Cic. de Aruſp. Reſp. c. 12. Id. Off. 1, 40 Quum enim Annibalis permiſſu exiſſet e caſtris, rediit paullo poſt. Idem Verr. 3, 184 Permiſſu tuo. Liu. 3, 43 Decemuirorum permiſſu.

PERMISSVM, i. n. *Idem.* Hor. Epiſt. 2, 1, 45 Vtor permiſſo. *Conf.* Labeonem ICt. *apud* Vlpian. Dig. 11 t. 7 l. 8.

PERMISSOR, ōris. m. Tertull. adu. Marc.

PERMISSIO, ōnis. f. [συγχώρημα] *Idem quod Permiſſus.* Liu. 37, 7 *pr.* Aut ex ſumma pecuniae demerent, aut permiſſionem extra ciuium corpora fieri iuberent. Grata manſionis permiſſio Cic. Q. Frat. 3, 1 c. 3. Plus valet permiſſione ſanctio Auctor ad Herenn. 2, 15. Permiſſio, *Figura eſt rhetorum, quae definitur ab* auctore ad Herenn. 4, 39 c. 29 Quum oſtendimus in dicendo nos aliquam rem totam tradere, et concedere alicuius voluntati: ſic, Quoniam omnibus rebus ſurreptis ſolum mihi ſupereſt animus et corpus, haec ipſa, quae mihi de multis ſola relicta ſunt, vobis et veſtrae condono poteſtati.

PERMODESTVS, a, um. Adi. [πολυμέτριος] Cic. Att. 4, 8 Satis enim acutus et permodeſtus, ac bonae frugi. Idem in Catil. 2, 12 Homo enim videlicet timidus et permodeſtus, vocem Conſulis ferre non potuit. Senſus Tac. Ann. 1, 7, 4.

PERMODĬCVS, a, um. Adi. [πολυπαῦρος] Suet. in Auguſt. c. 6 Locus permodicus. *et* Tiber. c. 47.

PERMODICE. Adu. Columel. 5, 11 Permodice findito. *h. e. Valde parum.*

PERMOESTVS, a, um. Adi. Agamemnonem interitu filiae permoeſtum Dict. Cret. 1, 23. *Add.* Paullin. Petroc. 5, 711.

PERMOLESTVS, a, um. Adi. *Vehementer moleſtus.* Cic. Att. 1, 15 (18) Atque hi (nolo enim te permoueri) non ſunt permoleſti, ſed tamen inſident et vrgent, et nullius amantis conſilio aut ſermone requieſcunt.

PERMOLESTE. Adu. Cic. Verr. 4, 131 c. 58.

PERMOLLIS, e. Adi. Quod etiam in carminibus eſt permolle Quinctil. 9, 4 p. 707.

PERMŎLO, ui, ĭtum, ĕre. *Valde molere vel agitare.* Horat. Serm. 1, 2, 30

Quidam notus homo quum exiret fornice: macte
Virtute eſto, inquit ſententia dia Catonis.
Nam ſimulac venas inflauit tetra libido,
Huc aequum eſt iuuenes deſcendere, non alienas
Permolere vxores. *i. Violare, polluere, ſubagitare.* Acron.

Conf. Interpp. Petron. c. 23.

PERMONSTRO, āre. Erupiſſe hoſtium vaſtatorias manus ſuperato flumine, permonſtrantes Ammian. 18, 13 (Valeſ. c. 6.)

PERMORIOR, mori. Dep. Commodian. Inſtruct. 27 *et* 29.

PERMŎVEO, ōui, ōtum, ēre. [κατακινέω, ἐξάγω] *Vehementer mouere.* Cic. Verr. 5, 144 Quod ſi quis ſociorum incommodis minus mouetur, ſi quem aratorum fugae, calamitates, exilia, ſuſpendia denique non permouent, *etc.* Animos Cic. in Orat. c. 28. Aures duras permouimus precibus Claud. de Conſ. Hon. 6, 368. Ira, *vel* luctu Quinctil. 2, 10. Adduci et permoueri re aliqua Caeſ. Bell. Gall. 1, 3 *pr.* Cic. Att. 1, 13 Qui moeſti inter ſui diſſimiles et moerentes ſedebant, et contagione turpitudinis vehementer permouebantur. Miſeratione mens iudicum permouenda eſt Cic. in Orat. 131 c. 38. In commouendis iudicibus, iis ipſis ſenſibus, ad quos illos adducere volumus, permoueri Idem de Orat. 2, 189. Permoueri Scribon. 122 *de bono effectu medicamenti.* Permotus neſcio qua animi diuinatione Cic. Fam. 3, 13. Permotus iracundia, dolore, metu Idem Att. 10, 4. Lacrimis permotus Stat. Theb. 12, 589. Cic. pro Caecin. 49 c. 17 Quod ſi fuiſſet, et ex eo loco permotus fugiſſet, quum armatos vidiſſet, *etc.* Permotus mente, *quaſi De mente remotus, pro Inſano.* Cic. de Diuin. 1, 129 Quod maxime contingit aut dormientibus, aut mente permotis. Mare permotum ventis Lucret. 6, 726. Tumultum tam propinquo tamque magno permoti Nep. 1, 4, 3. *Conf.* Idem 18, 6, 2.

PERMOTIO, ōnis. f. [κατάπληξις] Cic. Acad. 4, 135 Mediocritates illi probabant, et in permotione naturalem volebant eſſe quendam modum. Idem de Diuin. 1, 89 c. 40 Alteram mentis incitatione et permotione diuina? Permotio *et* Conciliatio, *contraria.* Cic. de Orat. 2, 216 c. 53 *extr.* Illa autem, quae aut conciliationis cauſa leuiter, aut permotionis vehementer aguntur, contrariis commotionibus inferenda ſunt, vt odio, beneuolentia, miſericordia, inuidia tollatur. Idem Acad. 4, 135 Atque illi quidem etiam vtiliter a natura dicebant permotiones iſtas animis noſtris datas: metum, cauendi cauſa: miſericordiam, aegritudinemque, clementiae: ipſam iracundiam, fortitudinis quaſi cotem eſſe dicebant. Mentis permotione magis, quam natura haec ſentimus Cic. de Diuin. 2, 9.

PERMOTO, āre. Vino permotati honorem illi (*Baccho*) dedere Commodian. Inſtruct. c. 12.

PERMVLCEO, ſi, ſum *et* ctum, ēre. [καταθέλγω] *Studioſe mulcere, lenire, mollire, mitigare, leniter attrectare.* Cic. de Nat. Deor. 2, 114 Aram quam flatu permulcet ſpiritus Auſtri. *Ex Poëta.* Terque manu permulſit eum Ouid. Faſt. 4, 551. Cic. de Orat. 2, 315 c. 78 Prima eſt quaſi cognitio et commendatio orationis in principio, quae continuo eum, qui audit, permulcere atque allicere debet. Solatia vitae permulcent animos Lucret. 5, 21. Arterias leni voce permulcere Auctor ad Heren. 3, 21. Aures vacuas Hor. Epiſt. 1, 17, 26. Aures aſſiſtentium prauis voluptatibus Quinctil. 2, 12. Aures ſonus et numerus permulcent Cic. in Orat. 163 c. 49. Colla draconum permulſit Ouid. Met. 7, 221. Corda furentum permulſit Sil. 13, 344. Iras Liu. 7, 40. Permulſit Iram eius conſul Id. 39, 23. Iucunditate Quinctil. 2, 5. Plebem permulcere atque tractare Liu. 3, 14 *extr.* Senſum voluptate, qui permulcet, pellit Cic. de Finib. 2, 32. Permulceri voluptate laetiſſima Columel. 12, 2.

PERMVLCENS, entis. Partic. [καταθέλγων] Membra permulcens Sil. 5, 144. Candida permulcens liquidis veſtigia lymphis Catull. Argon. 62, 162.

PERMVLSVS, a, um. *Aliud* Partic. *Et*

PERMVLCTVS, a, um. Part. Cic. ad Heren. 3, 21 c. 12 Nam laeduntur arteriae, ſi antequam leni voce permulſae ſunt, acri clamore compleantur. Sall. Hiſt. 4 *ap.* Priſcian. 9 p. . . liberalibus verbis permulcti ſunt. Permulcti ſonis mitioribus Gell. 1, 11.

PERMVLSIO, ōnis. f. Non. 1, 294 Omnia, quae ſunt natura fera, manuum permulſione miteſcunt.

PERMVLTVS, a, um. Adi. [πάμπολλος] Cic. Att. 14 *ſub* 17 *ad* Dolabellam *pr. quae habetur etiam* Fam. 9, 14 Sunt enim permulti optimi viri, qui valetudinis cauſa in haec loca veniant. Imitatores principum permulti exiſtunt Cic. de Legib. 3 c. 14. In faciem permulta iocatus Hor. Serm. 1, 5, 62.

PERMVLTO. Adu. [πάνυ πολλῷ] Cic. de Diuin. 2, 126 c. 61 Praeſertim quum Chryſippus Academicos refellens, permulto clariora et certiora eſſe dicat, quae vigilantibus videantur, quam quae ſomniantibus. Permulto minora Lucret. 5, 545.

PERMVLTVM. Adu. [πάνυ πολλὸν] Cic. Att. 14, 23 Et prima illa actio, et haec contra Antonium concio, mihi profeciſſe permultum videtur. Permultum ante certior factus eram literis Id. Fam. 3, 11. Id. Off. 1, 27 In omni iuſtitia permultum intereſt vtrum perturbatione aliqua animi, quae plerumque breuis eſt, et ad tempus, an conſulto et cogitato fiat iniuria.

PERMVNDVS, a, um. Adi. [πολυκαθάριος] Varr. de R. R. 3, 8 Permundae ſunt enim hae volucres. *de columbis.*

PERMVNDO, āre. Theod. Priſc. 1, 19.

PERMV̄NIO, īre. [κατοχυρόω] *Valde munire, aut Abſoluere, quod munire inceperas.* Liu. 30, 16 Et quae munimenta inchoauerat, permuniit. Caſtra permuniit Tacit. Hiſt. 3, 9, 2. Locorumque opportuna permuniuit Idem Ann. 4, 24. *Add.* Iuſtin. 24, 7, 8.

PERMVNĪTVS, a, um. Partic. [πάνυ ὀχυρὸς] Themiſtocles indicat permunitas Athenas eſſe Iuſtin. 2, 15, 9. Liu. 7, 16 Priuernates quum ante moenia ſua caſtris permunitis conſediſſet, vocatis ad concionem militibus, *etc.* *Sic* 25 *etc.* Cuncta aggeribus permunita Tacit. Ann. 2, 7, 4.

PERMV̄TO, āre. [ἀνταλλάττω, ἀμείβω] Feſtus: Permutari id proprie dici videtur, quod ex alio loco in alium transfertur: at commutatur, quum aliud pro alio ſubſtituitur. Martial. 8, 75 Permutatur onus, ſtipataque tollitur alte. Plin. 11, 37 Lien cum iecinore locum aliquando permutat. Permutare inter ſe nomina Plaut. Capt. 3, 5, 18. Permutare in contrarium Plin. 17, 11. Inuicem permutari Quinctil. 1, 4. Figurae permutantur Lucret. 2, 1021. Permutare pretio, vel merce Plin. 9, 55. Id. 7, 38 Praxiteles nobilitatus eſt Gnidia Venere — Nicomedis aeſtimatione regis, grandi Gnidiorum aere alieno permutare eam conati. *Debebant magnum aes alienum Gnidii: hoc eos exſoluere voluit Nicomedes, ſi illam Venerem ſuam ſibi darent.* Dominos permutare Hor. Epiſt. 2, 2, 174. Domos Claud. in Eutrop. 1, 60. Fauorem odiis Idem ad Adrianum 1, 3. Dando et accipiendo permutandisque facultatibus nulla re egere Cic. Off. 2, 15 c. 4 *extr.* *Al.* mutandisque. Permutare pecuniam *vno loco ſolutam alio numerandam curare, quod* cambium *hodie vocant.* Cic. Fam. 2, 17 Se ait curaſſe, vt cum quaeſtu populi pecunia permutaretur. Idem Att. 12, 24 De Cicerone (*filio Conſulis*) — quaero, quod illi opus erit Athenis, permutari ne poſſit, an ipſi ferendum ſit. *Et* 15, 15 Velim cures, vt permutetur Athenas, quod ſit in annuum ſumtum ei. Scilicet Eros (*Romae tantundem*) numerabit. *Et* 12, 27 *de eodem*, Numorum quantum opus erit, vt permutetur, tu videbis. Id. 11, 24 Scripſeras, vt HS. XII (*intell.* millia) permutaret; tantum eſſe reliquum de argento. Miſit illa CCIↃↃ (decem millia) mihi, et adſcripſit tantum eſſe reliquum. *Et* Att. 14, 1 Quo plus permutaſti, quam ad fructum inſularum, id ille annus habeat, in quem itineris ſumtus acceſſit. *Add.* Off. 2, 21 c. 6. *Conf. Manut. ad* Fam. 2, 17. Cic. de Legib. 3, 20 C. Gracchus ruinis et iis ſicis, quas ipſe ſe proieciſſe in forum dixit, quibus digladiarentur inter ſe ciues, nonne omnem Reip. ſtatum permutauit? Permutare, *pro Emere.* Plin. 31, 1 Singulis millibus numûm permutantibus congios paene binos. *Pro ſimplici* mutare Plin. Epiſt. 9, 40 Scribis pergratas tibi fuiſſe literas meas, quibus cognouiſti, quemadmodum in Tuſcis otium aeſtatis exigerem: requiris, quid ex hoc in Laurentino hieme permutem.

PERMVTĀTVS, a, um. Partic. Lucret. 1, 828 Tantum elementa queunt permutato ordine ſolo. *Add.* 5, 126.

PERMVTATIO, ōnis. f. [ἀνταλλαγὴ] Cic. Att. 5, 13 Ego praeterea rationem Philogeni, et permutationis eius, quam tecum feci, edidi.

edidi. Cic. Fam. 3, 5 Per paucos dies, dum pecunia accipitur, quae mihi ex publica permutatione debetur, commorabor. *De eo; quod hodie vocatur* Cambium. Magna rerum permutatione impendente declinaui paullulum Id. pro Sext. 73. Perturbare literas varia permutatione Quinctil. 1, 1. *Eſt et Oratoria exornatio, de qua* Auct. ad Heren. 4, 46 c. 34 Permutatio eſt oratio aliud verbis aliud ſententia demonſtrans. Ea diuiditur in tres partes, ſimilitudinem, argumentum, contrarium. Similitudo *deinde illi eadem eſt, quae metaphora;* Contrarium, *ironia. Itaque* Permutationem *dicit, puto, quem* Tropum *ex Graeco alii.*

PERNA, ae. f. [πτέρνα] *A* Pede *dicitur, vel a* πτέρνα. Pernae *dicuntur tam priores, quam poſteriores toti inde a ſpina dorſi pedes porci.* Hor. Sat. 2, 2, 117 Fumoſae cum pede pernae. *Hic* pes *pars* pernae. *Add.* 2, 4, 60. *et* Sympoſii aen. 83 *quod ita habet ſub titulo* Perna: Nobile duco genus magni de gente Catonis (Porcii) Vna mihi ſoror eſt, plures licet eſſe putentur. *Nam proprie* ſorores pernae *ſunt vel duae priores eiusdem animalis, vel duae poſteriores; licet quatuor poſſint fieri ex vno porco* pernae. De fumo facies (*color fuſcus*) ſapientia (*ſapor*) de mare (*aqua marina vel ſale adeo*) nata eſt. Plaut. Capt. 4, 2, 70 Scis bene eſſe, ſi ſit vnde. ER. pernam atque ophthalmian, *etc.* Plin. 8, 51 *de ſuibus* Caſtrantur feminae quoque ſic vti cameli, poſt bidui inediam, ſuſpenſae pernis prioribus, vulua reciſa. Perna, a pede ſuis, a nomine eius Varr. de L. L. 4, 22. *Inter* Petaſonem *et* Pernam *intereſſe ex* Martiali 13, 54 *colligitur, cuius lemma,* Perna, Caeretana mihi fies, vel maſſa licebit De Menapis, lauti de petaſone vorent: *Putantque* Petaſonis *partem* Pernam *vocari, vel Athenaeo auctore, cuius haec verba laudant,* ἐπεὶ δὲ πετασῶνος μέρος ἑκάςῳ κεῖται, ἣν πέρναν καλοῦσι. *Sic Turneb. Aduerſ. 16, 16. Locus eſt* lib. 14 p. 657 E, *ex quo mirum eſt illud collegiſſe Turnebum. Hoc enim dicit Athenaeus,* Petaſonis, *cuius etiam* Perna *nomen ſit,* partem *vnicuique conuiuarum fuiſſe appoſitam. De* Martiali *res ſpeciem habet, quia proximo epigrammate de* Petaſone *agit. Sed obſcurius eſt illud, quam, vt certi quid inde conficiatur. Si coniecturae locus eſt, putem* Ep. 54 *de coctura et paratura agi, quam deſcribit* Apic. 7, 9; Ep. 55 *autem de ſimpliciori ratione, quam ipſam quoque l. c. tractat Apicius. Viderint, quibus ea cura tanti eſt. Nobis nondum videtur diſcrimen certum* pernae *et* petaſonis *allatum.* Pernas ſallire *docet* Cato R. R. 162 Cum pernas emeris, vngulas earum praecidito, *etc.* Pallad. de ead. re Dec. 6, 2 Pernas etiam et lardum conficimus, *etc. nulla* petaſonum *mentione facta. Sed diſtinguere videtur* Varro R. R. 2, 4, 10 Etiam nunc quotannis e Gallia apportantur Romam Pernae, tomacinae, taniacae, petaſiones. Pernam quidem ius eſt apponi frigidam poſtridie Plaut. Perſ. 1, 3, 26. Debilis perna Stat. Silu. 4, 9, 34. *i. trunca.* ¶ 2 *Ab huius ſimilitudine,* Perna *etiam Piſcis dicitur ex concharum genere: vid.* Plin. 32, 11 *extr.* ¶ 3 Perna, *etiam in arborum ſurculis dicitur.* Plin. 17, 10 ſ. 13 Auulſique arboribus ſtolones vixere. Quo in genere et cum perna ſua auelluntur, partemque aliquam e matris quoque corpore auferunt ſecum fimbriato corpore. *Oſtendit ipſa haec translatio,* Perna *etiam comprehendi partem latiorem, quam* Petaſonem *proprie dici, conſtat.* ¶ 4 Pernam, *in hominibus etiam dixit* Ennius, *quum ſcribit,* His pernas ſuccidit iniqua potentia Poeni. Feſtus in Suppernati *v. v.* ¶ 5 *Non inuenio, quod poni dicitur* Perna *pro Homine ſtolido* Plaut. Truc. 2, 2, 39.

PERNONĬDES, ae. m. *Idem.* Plaut. Men. 1, 3, 27 Opſonari laridum pernonidem. *Nomen laſciue formatum ad morem patronymici.*

PERNARRO, āre. ἀφηγοῦμαι Gloſſ. Cyrilli.

PERNAVĬGO, āre. [καταπλέω] *Tranſire nauigando.* Plin. 2, 67 Sub eodem ſidere pars tota vergens in Caſpium mare, pernauigata eſt Macedonum armis.

PERNAVIGĀTOR, ōris. m. *Apud* Senecam *eſſe dicitur.*

PERNECESSARIVS, a, um. Adi. [πάνυ ἐπιτήδειος] *Admodum neceſſarius.* Emere ſibi rem perneceſſariam Vlpian. l. 11 §. 4 D. de minor. Cic. Att. 5, 21 *pr.* Non eſſe Romae meo tempore perneceſſario, ſubmoleſte fero. Perneceſſarius, *Valde coniunctus et propinquus.* Cic. pro Flacc. 14 c. 6 Contendiſſe a Laelio paterno amico, ac perneceſſario, vt hunc hoc iudicio arceſſeret. *Vid.* Fam. 9, 13. *it.* 13, 40. *et* 69. *etc.*

PERNECO, āre. Sitne in terris, domitare, quod enſis Non queat Auſonius, Tyrrhenaque pernecet haſta Sil. 4, 611. *quod tuetur Dausqueius: ſed* permeet, *quod Modius dedit, Drakenb. retinet. Non damnarim verbum, a quo deriuari videtur* Pernicies: *quodque nec plane inauditum. Vid.* Theod. Priſcian. 2, 13. Auguſtin. Serm. 17 de Tempore (Opp. T. 10 p. 605).

PERNĔGO, āre. [ἐξαρνέομαι] *Vehementer, vel omnino et praeciſe negare.* Ter. in prol. Eun. 34 Sed eas fabulas factas prius Latinas ſciſſe ſeſe, id vero pernegat. Cic. Verr. 1, 106 Saepe appellari pernegauerunt. Traditum a ſe aliquid pernegare Id. pro Cael. 65. Pernegatur, *imperſonale.* Id. Verr. 4, 76 Itaque illo tempore ac primo iſtius aduentu pernegatur.

PERNEGATIO, ōnis. f. *Apud* ICtos.

PERNEO, ēui, ētum, ēre. *Ad finem vsque nere, Totum nere.* Martial. 1, 89 Quum mihi ſupremos Lacheſis perneuerit annos, Non aliter cineres mando iacere meos. *h. e. Quum fatalem vitae meae curſum expleuerit.*

PERNĒTVS, a, um. Partic. Sidon. Apollin. 15, 167 Quam cernas Parcarum vellere in ipſo Nondum pernetam fato praeſtare ſalutem.

PERNICIES, ēi. f. [οἶτος, ὄλεθρος, πανωλεθρία] *Mors; a* Perneco, pernecas. Nonius 2, 652 Pernicies, Periculum, exitium. Ter. Adelph. 2, 1, 36 Leno ſum, fateor, pernicies communis adoleſcentium. Pernicies, pernicii *in Genitiuo declinaſſe veteres probat* Gell. 9, 14 *ex* Cic. Orat. pro Sext. Roſc. 131 *vbi ita ſcriptum legit,* Quorum nihil pernicii cauſa diuino conſilio, ſed vi ipſa et magnitudine rerum factum putamus. *Sic etiam dedere Grut. et Gronou. nec tamen ſine varietate.* Pernicies, et tempeſtas barathrumque macelli Hor. Epiſt. 1, 15, 31. *de guloſo.* Vini pernicies lymphae Catull. 25, 6. Pernicies pituitae Colum. 8, 5, 20. Labes et pernicies prouinciae Cic. Verr. Act. 1, 2. Pernicies Reip. et exitium vrbis Id. in Catil. 4, 10 c. 5. Citra perniciem, *vid.* CITRA *Praepoſitionem.* Cic. de Inuent. 1 Ne mali magno cum detrimento bonorum, et communi omnium pernicie plurimum poſſint. Idem in Catil. 1, 33 Hiſce omnibus Catilina cum ſumma Reip. ſalute, et cum tua peſte et pernicie, *etc.* proficiſcere ad impium bellum ac nefarium. Pernicies *et* Salus, *contraria.* Cic. de Orat. 2, 35 Eadem facultate et fraus hominum ad perniciem, et integritas ad ſalutem vocatur. Communis pernicies, *vid.* COMMVNIS. Acceſſit fortunis pernicies, *vid.* ACCEDO. Coniuncta cum magna calamitate Reip. pernicies Cic. in Catil. 1, 11 c. 5. Depellere perniciem a patria Idem pro Domo 75. Eluere perniciem Colum. 1, 5, 3. Facere perniciem alicui Tacit. Hiſt. 2, 70, 3. Ferre perniciem Hor. Serm. 1, 4, 130. Gliſcens pernicies Tacit. Ann. 12, 54. Moliri perniciem Cic. in Catil. Incumbere ad, *vel* in perniciem alicuius, *vid.* INCVMBO. Incurrere in perniciem Cic. de Nat. Deor. 3, 69. Inſtructus ad perniciem, *vid.* INSTRVO. Inuenire ſibi perniciem Tacit. Ann. 1, 74. Verrere in perniciem Id. ibid. 2, 20.

PERNICIĀLIS, e. Adi. [ἐξώλης] *Quod perniciem affert.* Plin. 15, 18 Cato perniciali odio Carthaginis flagrans. Diſſidium Lucret. 1, 453. Morbi, *Exitiales* Liu. 27, 23 (25). Odium Plin. 24, 1. Praelia Idem 8, 5.

PERNICIABĬLIS, e. Adi. [πανωλέθριος] *Ad mortem omnia ducens.* Curt. 7, 3, 13 Multos exanimauit rigor niuis inſolitus, multorum aduſſit pedes, plurimorum oculis praecipue perniciabilis fuit. Tacit. Ann. 4, 34, 2 Id perniciabile reo.

PERNICIŌSVS, a, um. Adi. [ὀλέθριος, ὀλοός, οὖλος, ὀλόμενος] *Damnum afferens.* Cic. de Amicit. 97 Quamquam iſta aſſentatio pernicioſa ſit, nocere tamen nemini poteſt, niſi ei, qui eam recipit. Cic. anteq. iret in exil. 21 Quae tamen omnia iam non ſunt tam calamitoſa, quod mihi ſunt ſubeunda: quam pernicioſa, quod in Remp. ſunt introducta. Foedum et pernicioſum iudicii exitum leniſſime tuli Id. Q. Frat. 3, 9. Labes ciuitatis nefanda et pernicioſa Id. pro Domo 114 c. 43. Leges Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 7. Numina cultori pernicioſa ſuo Ouid. Triſt. 2, 14. Scripta pernicioſa auctori ſuo Idem ibid. 5, 1, 68. *Compar.* Cic. Tuſc. 3, 5 Morbus pernicioſior. Alcibiadis, neſcio vtrum bona an vitia patriae pernicioſiora fuerint Val. Max. 3, 1 ext. Nullus pernicioſior hoſtis eſt, quam quem audacem anguſtiae faciunt Sen. Q. N. 2, 59. *Superl.* Hoſtis ſtudiorum pernicioſiſſima Quinctil. 2, 2. SVBLATO HOSTE PERNICIOSISSIMO Inſcript. Grut. p. 245 n. 1. Pernicioſiſſimas reip. leges introducere Val. Max. 9, 5 *pr.*

PERNICIŌSE. Adu. [ὀλεθρίως] *Damnoſe, exitialiter.* Cic. de Legib. 3, 32 c. 14 Quo pernicioſius de Republ. merentur vitioſi principes, quod non ſolum vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in ciuitatem. Plin. 17, 22 Sic pernicioſe luxuriat. Cic. Att. 14, 13 Quam diſſolute, quam turpiter, quamque ita pernicioſe, vt, *etc.* Multa pernicioſe, multa peſtifere ſciſcuntur in populis Cic. de Legg. 2 c. 5. *Superl.* Rebus mortalibus validiſſime et pernicioſiſſime compediri Auguſtin. Epiſt. 39.

PERNICITAS, *vid.* PERNIX.

PERNĬGER, gra, grum. Adi. [πολυμέλας] *Valde nigrum ſignificat.* Plautus Poen. 5, 2, 153 Specie venuſta, ore paruo, atque oculis pernigris.

PERNIMIVS, a, um. Adi. Pernimium ſentiret onus Paullin. Petrocor. 5, 25.

PERNIMIVM. Adu. [πολὺ ἄγαν] Ter. Adelph. 3, 4, 29 Nimium inter vos Demea, ac non quia ades praeſens dico hoc, pernimium intereſt. *Adu.* Papin. l. 2 §. 1 D. de Cuſtod. et exhib. Haec interpretatio praedura pernimiumque ſeuera eſt.

PERNIO, ōnis. m. [χίμεθλον] *Morbus pedum ex nimio frigore proueniens, et calcaneum infeſtans praecipue.* Perniones Scribon. 219. Plin. 20, 3 Eſt et rapo vis medica: perniones feruens impoſitum ſanat.

PERNIVNCŬLVS, i. m. Dimin. [χιμέθλιων] Plin. 26, 11 Perniunculos curat et cotyledon cum axungia.

PERNITEO, ēre. *Vehementer nitere ſ. ſplendere.* Eſt lacus, quo perfuſa corpora quaſi vncta pernitent Mela 3, 10.

PERNIX, īcis. [διαμένων] Adi. *a* Pernitor, perniteris. Perſeuerans *interpretatur* Seruius Virg. Georg. 3, 229 *de tauro ferociente,* Et inter Dura iacet pernix inſtrato ſaxa cubili. Seru. *Sic* Hor. Epod. 2, 42 Pernicis vxor Appuli. ¶ 2 *Conſuetiore intellectu* Pernix, [ὠκύς] *Celer.* Virg. Aen. 4, 180 Pedibus celerem, et pernicibus alis. Plaut. Mil. 3, 1, 36 Pernix ſum manibus. Pernix irrumpit in aulam Sil. 1, 167. Pernix fugit Maurus Idem 4, 377. Alae pernices Virg. Aen. 4, 180. Canis pecuarius Columel. 7, 12, 8. Chorea pernix Lucret. 2, 635. Equus quammaxime pernix Plin. 8, 18. Fera Seneca Herc. fur. 4. Plantae Virg. Aen. 11, 718. Velocitas Plin. 19, 5. *Ad animum mutabilem refert* Horat. Art. Poët. 165 Sublimis, cupidusque, et amata relinquere pernix. *Compar.* Vento pernicior Stat. Theb. 4, 313. Pernicior vnda Garumnae Claud. in Ruf. 2, 113. Volucri Mauro pernicior Aſtur Sil. 15, 416. Solito pernicior index Stat. Theb. 9, 33. *Superl.* Columel. 3, 9 Vnde ſacrorum certaminum ſtudioſi perniciſſimarum quadrigarum ſemina diligenti obſeruatione cuſtodiunt. Temporis perniciſſimi celeritas Sen. Epiſt. 108.

PERNĪCĬTAS, ātis. f. [ὠκύτης] *Velocitas.* Plin. 7, 2 Alibi cauda villoſa, homines naſci pernicitatis eximiae. Pernicitas et velocitas Cic. Tuſc. 5, 45 c. 15. Ademta equorum pernicitate Tacit. Hiſt. 1, 79. Pernicitas pedum inerat, quae cognomen etiam dedit Liu. 9, 16. *de Papirio Curſore.* Electi milites ad pernicitatem Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 84. *Conf.* Plaut. Men. 5, 2, 4. *et* 114. Non. 5, 92.

PERNICĬTER. Adu. [ὠκέως] Plin. 8, 14 Vt ſuperuolantes quamuis alte, perniciterque, alites hauſtu raptas abſorbeant. *Add.* Plaut. Amph. 5, 1, 64. Catull. 63, 8. Liu. 26, 4. *Compar.* Plin. 8, 52. *Et* Paullin. Petrocor. 4, 206.

PERNOBĬLIS, e. Adi. [πάνυ γνώριμος] Cic. Verr. 4, 127 c. 57 Nam tum ipſa fuit egregie facta, tum epigramma Graecum pernobile inciſum habuit in baſi.

PERNOCTO, āre. *Vid.* PERNOX.

PERNOSCO, nōui, nōtum, ĕre. [καταγινώσκω] *Perfecte noſcere.* Ter. Andr. 3, 2, 23 Non ſatis me pernoſti etiam qualis ſim Simo. Cic. de Fato 10 c. 5 Qui ſe profitebatur hominum mores, naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoſcere. Agricolationem Colum. 1 praef. 11. *Et* Mores auium Idem 8, 5, 6. Naturam pernoſcere iuris Hor. Serm. 2, 4, 63.

PERNOTESCO, ĕre. [καταγινώσκομαι] *Vnde* Pernotuit, *imperſonale, pro Perfecte et certo cognitum eſt.* Tacit. Ann. 14, 8 Atque vbi incolumem eſſe pernotuit. *Add.* Ibid. 1, 23, 2. *et* 13, 25, 2.

PERNŌTVS, a, um. Partic. Curt. 9, 7, 16 Dioxippus regi pernotus et carus. Pernotum eſt Minuc. Fel. p. 117.

PERNOSCENDVS, a, um. *Aliud* Partic. Cic. de Orat. 1, 17 Mores hominum ſunt penitus oratori pernoſcendi.

PERNOX, octis. Adi. [παννύχιος] *Totam noctem durans, apparens,*

rens, vigilans, etc. Liu. 5, 28 Praeliumque ante lucem (ſed luna pernox erat) commiſſum eſſe: et haud incertius diurno praelium fuit. *Adde* 21, 49. *Et* Ammian. 31, 2. Phoebe Senec. Hippol. ſ. 6. Trivia Senec. Medea ſ. 10.

PERNOCTO, āre. [παννυχίζω] *Noctem transigere, ſed ſic fere, vt intelligatur, non domi noſtrae, ſed in loco alio hoc fieri.* Ter. Adelph. 4, 1, 24 Sed ſi hic pernocto, cauſae quid dicam Syre? Cic. pro Cluent. 37 Quum eſſet adoleſcens apud mulierculam quandam, atque ibi pernoctaret, et ibi diem poſterum commoraretur. Neque pernoctare, neque permanere eodem loco poſſe Caeſ. B. G. 8, 15. Haec ſtudia pernoctant nobiscum, peregrinantur Cic. pro Arch. c. 7. Pernoctant Venatores in niue Idem Tuſc. 2 c. 17. Pernoctare ad oſtium carceris Idem Verr. 5, 17. *Et* Idem 4, 25 Senator Pop. Rom. quod in vobis fuit, in oppido veſtro iacuit, et pernoctauit in publico. Cic. Tuſc. 5, 69 c. 24 Quo tandem igitur gaudio affici neceſſe eſt ſapientis animum Cum his habitantem pernoctantemque curis?

PERNOCTANS, antis. Partic. Propter inopiam tecti in foro pernoctans Cic. pro Domo c. 30.

PERNOCTĀTIO, ōnis. f. *apud* Ambroſ. ſerm. 90.

PERNOXIVS, a, um. Adi. Pernoxii appulſis Pomp. Mela 1 c. vlt. *de populis Pontum accolentibus.*

PERNVMĔRO, āre. [καταριθμέω] *Totum numerare, et ſic, vt mutet pecunia dominum, locum certe, vt* Transnumerare. Plaut. Epid. 5, 1, 26 Age, age abſolue, atque argentum numera, ne comites morer. S. pernumeratum eſt. Liu. 28, 34 Paucos moratus dies dum imperatam pecuniam Illergetes pernumerarent.

PERO, ōnis. m. *Genus calceamenti ruſtici ex corio crudo, contra niues, imbresque et frigora. Cognatum nomen* perae, *cui materia et forma ſimile illud calceamentum eſt.* Iuuen. Sat. 14, 186 Quem non pudet albo Per glaciem perone tegi. Virg. Aen. 7, 690 *priſcos Latinos* perone *in bellis vſos oſtendit, quum inquit,* Veſtigia nuda ſiniſtri Inſtituere pedis, crudus tegit altera pero. Quorum pedes perone ſetoſo vinciebantur Sidon. Ep. 4, 20. Perones *etiam vocantur Sacci.* Plin. 36, 14 *de templo Epheſiae Dianae,* Id conſequutus eſt architectus ille peronibus arena plenis. *Quo in loco nonnulli* Beronibus *legebant. Sed hodie editur* Aeronibus *v. v.* Vitruu. 5 c. vlt. Creta peronibus ex vlua paluſtri factis calcetur; *vbi legitur* Meronibus. *Verum hic quoque* aeronibus *videtur praeferendum Salmaſio.* Peronibus *etiam legunt nonnulli apud* Alfenum in l. In naue. D. locati.

PERONĀTVS, a, um. Adi. *Qui peronibus calceatus eſt.* Perſ. 5, 102 Nauim ſi poſcat ſibi peronatus arator.

PERO, ûs. f. *Teſte Homer. Odyſſ. 11 Filia fuit Nelei, et ſoror Neſtoris et Periclymeni: tam admiranda fuit pulchritudine, vt omnes accolae illam ducere in vxorem cuperent. Quamobrem pater Neleus illi ſoli eam promiſit, qui boues ingentes ex Herculis cuſtodia eriperet.* Propert. 2, 3, 15

Turpia perpeſſus vates eſt vincla Melampus
Cognitus Iphicli ſubripuiſſe boues,
Quem non lucra, magis Pero formoſa coëgit,
Mox Amythaonia nupta futura domo.

PEROBSCV̄RVS, a, um. Adi. [μέγα ἀσαφής] *Valde obſcurus.* Cic. de Nat. Deor. 1, 1 Perobſcura quaeſtio. Fama Liu. 1, 16.

PERODIŌSVS, a, um. Adi. [πολυμίσητος] *Valde odioſum ſignificat.* Cic. Att. 10, 19 Crebro refricat lippitudo, non illa quidem perodioſa, ſed tamen, quae impediat ſcriptionem meam. Idem 10, 13. *et* 13, 22.

PERODISSE. *In ſummo odio habere.* Manil. 5, 409 Quisquis vero fauit culpamue perodit. *Et apud* Vopiſc. Aurel. c. 21 *ſecund. Salmaſ.*

PEROFFICIOSVS, *vnde* PEROFFICIŌSE. Adu. *Valde officioſe.* Cic. Fam. 9, 20 Qui me perofficioſe et peramanter obſeruant.

PERŎLEO, ui, *vel* ēui, ēre. [πολὺ ὄζω] *Valde olere.* Lucil. 30 Quis totum ſic corpus iam peroleſſe biſulcis. *Vid.* Priſcian. l. 9 p. 872. Lucret. 6, 1153 Rancida quo perolent proiecta cadauera ritu, *i. Valde foetent.*

PEROPACVS, a, um. Adi. Erat quaedam ſpelunca peropaca Lactant. Diu. Inſt. 1, 22 *pr.*

PEROPPORTV̄NVS, a, um. Adi. [πολυκαίριος] *Valde opportunus.* Cic. de Orat. 2, 234 c. 57 Sed tamen defeſſus iam labore, atque itinere diſputationis meae, requieſcam in Caeſaris ſermone, quaſi in aliquo peropportuno diuerſorio. Victoria Liu. 10, 45 *pr.* Cic. Fam. 6, 6.

PEROPPORTV̄NE. Adu. [πολυκαίρως] Liu. 1, 42 *pr.* Peropportune ad praeſentis quietem ſtatus, *etc.* Accidit Cic. de Orat. 2 c. 4. Literae ſunt Allatae Liu. 44, 7. Bellum Sumtum Idem 1, 42. Peropportune venis Cic. de Nat. Deor. 1, 15. Peropportune fortuna te obtulit Idem Verr. 5, 38.

PEROPTO, āre. *Vehementer optare.* Cornel. Nep. 25, 12, 1 Peroptaretque equitis Romani filiam generoſam nuptiis. Praeoptaret, *alii rectius.*

PEROPTATO. Adu. *Ex animi ſententia.* Cic. de Orat. 2, 20 c. 5 Nunc peroptato nobis datum eſt.

PEROPTIME. Adu. Iuſtinian. de Confirm. Dig. ad Sen. 2 §. 9 Compoſita et elaborata peroptime.

PEROPVS eſt, [μεγάλως δεῖ] *pro Valde opus.* Ter. Andr. 1, 5, 30 Sed nunc peropus eſt, aut hunc cum ipſa, aut me aliquid de illa aduerſum hunc loqui.

PERORĪGA, PRAVRIGA, PRORIGA, PRVRIGA, ae. m. *Tot enim modis ſcribunt vel librarii, vel critici, is eſt, qui equos admittit equabus. Ponamus loca, vnde exiſtimandum eſt.* Varro R. R. 2, 7, 8 Admittere oportet, cum tempus anni venerit, bis in die, mane et veſpere, perorigam. Is ita appellatur, quiqui admittit. *Haec Victoriana lectio. Antea,* mane et veſpere. Peroriga enim appellatur, quisquis, *etc.* Idem 2, 8, 4 Eodem tempore, quo equos adducentes, iidemque vt ineant equas per origas curamus. *Sic Victorius. Alii* perorigas *vna voce: Quidam ſuſpicantur* per perorigas. Varro 2, 7, 9 Cum equus, matrem vt ſaliret adduci non poſſet, et eum capite obuoluto peroriga adduxiſſet, et coëgiſſet matrem inire, *etc. Sed primae editiones* auriga. *Narrat eandem rem* Plin. 8, 42 ſ. 64 Alium detracto oculorum operimento, et cognito cum matre coitu petiiſſe praerupta atque exanimatum. Equae eadem ex cauſa in Reatino agro laceratum prorigam inuenimus. Prorigam *editur a Gelenio inde; ante eum,* laceratumque pariter aurigam inuenimus. *Ad haec Gelenius, Quid hic facit* auriga, *cuius longe aliud officium eſt? Lege non* pariter aurigam, *ſed* prorigam *vnica voce.* Proriga *enim appellatur, qui equos admittit, vt eſt apud Varronem 2, 7. Monet etiam Victorius ad* Varron. 2, 7, 8 Perorigam *legendum apud Plinium ex vetuſtis exemplaribus. Sed quid ſi in his per compendium ſcriptum fuit* pr *pro* pariter? *Metus igitur eſt, ne Plinio reſtituendus ſit* auriga: *praeſertim cum illum in hac re etiam agnoſcat* Tertull. de monogamia *pr.* Quid agis lex creatoris? Inter alienos ſpadones et aurigas tuos tantundem quereris de domeſtico obſequio, *etc.* Spadones *ſunt oſores nimii nuptiarum,* aurigae *conciliatores nimii, quales Pſychicos vocat Tertullianus. Sed hic etiam* Perorigas *reponere voluit Rigaltius, Priorius autem poſuit* Vrigas, *quaſi ab* Vrigine *libidinis dictos, quemadmodum a* prurigine prurigas *malebat Scaliger ad* Varron. *l. c.* Praeurigas *vel* praeuricas *praefectos* vricae *ſ.* vrigini *equorum, Salmaſ. ad Solin. p. 627 ſq. Hoc maneat,* Perorigas *illos, ſ. quomodocunque ſcribendi ſint, valde dubiae fidei eſſe, Grammaticis et Gloſſariorum conditoribus ignotos;* Aurigas *autem, qui ex pronuntiandi ratione etiam* Origae *dici potuere, quatuor locis, quibus ſolis nituntur illi* Perorigae, *commode, et aſſentientibus libris antiquis, poſſe legi et intelligi. Huc etiam propendere videtur Pontedera Epiſt. 50 p. 435 qui tamen in eo a nobis diuerſum ſentit, quod* aurigam *ab* origa *diſtinguere videtur, illumque ab* aurea *hunc ab* orea, *freno vtroque, ſed diuerſi generis, et verbo* ago, *vel probabilius, nomine* iugum (*et* iungo *adeo*) *deriuat. Nobis vt* orea *et* aurea, *ita* auriga *et* origa *ſola pronuntiatione, quam deinde ſcriptio ſecuta eſt, diſtare videntur, vt* plauſtrum *et* ploſtrum: aurigam*que eſſe, qui* aureae *ope vel* agat *vel* iungat *equos.*

PERORNO, āre. [κατακοσμέω] *Valde ornare.* Tacit. Ann. 16, 26, 3 Detraheret potius Senatui, quem perornauiſſet, infamiam tanti flagitii. Defecta in parte perornant Paullin. Natal. Felic. 7, 304.

PERORNĀTVS, a, um. Partic. [κατακεκοσμημένος] Cic. de Clar. Orat. 158 c. 43 Craſſus in dicendo et perornatus et breuis. *Sic* Firmic. 6, 6.

PERŌRO, āre. [ἀνακεφαλαιόω, ἐπιλέγομαι] *Finem orationis facere.* Cic. Acad. 4, 147 c. 48 Et quoniam ſatis multa dixi, eſt mihi perorandum. Idem de Fin. 4, 1 Quum ego te hac noua lege videam eodem die accuſatori reſpondere, et tribus horis perorare, in hac mea cauſa tempus dilaturum putas? Cic. pro Cael. 70 Dicta eſt a me cauſa, Iudices et perorata. Idem de Orat. 2, 80 Alii iubent antequam peroretur, ornandi aut agendi cauſa digredi, deinde Concludere ac perorare. Cic. pro Cluent. 145 c. 52 Lege recitata peroraſſem. Breui perorare Idem de Inuent. 1, 90 c. 48. Ad arbitrium alicuius Idem in Vatin. 26. Narrationem, *i. finire* Auctor ad Herenn. 1, 17 c. 10. Cic. Offic. 3, 43 Tantum dabit amicitiae, vt veram amici cauſam eſſe malit, et vt perorandae liti tempus, quoad per leges liceat, accommodet. Quinctil. 2, 4, 22 De iis loquor *locis communibus,* quibus citra perſonas in ipſa vitia moris eſt perorare, *i. inuehi: credo inde, quia in* peroratione *affectus fere potentiores. Sic* Perorare in matrem Idem 11, 1, 61. *Alioqui* Perorare orationem, *eſt Finire alicuius libri ſermonem, et eum vsque ad finem ducere.* Cic. de Legib. 2 c. 27 Video Platonem idem feciſſe, omnemque orationem eius de legibus, peroratam eſſe vno aeſtiuo die, *i. Dialogum peractum.* Idem Verr. 3, 154 De qua quum dixero, totum hoc crimen decumanum perorabo. Perorare, *Perſuadere.* Lucan. 10, 105 *de Cleopatra,* Vultus adeſt precibus, faciesque inceſta perorat, *h. e. Forma meretricia et impudica perſuadet Caeſari, et impetrat ab eo, quae cupit: iterum ab Epilogis ſumta metaphora. Sic* Quinctil. Declamat. 6 At iſta lege recitat, et in cadauer filii perorat, *i. Indignationem commouet. Tamen et* Perorare, *pro Agere videntur vſurpaſſe decemuirales tabulae, in quibus ſic ſcribitur,* Quum perorant ambo praeſentes, *etc. i. Quum ambo praeſentes agunt, petunt, poſtulant. Nam et,* Oro tecum ea de cauſa dicere ſolebant, *pro, Ago tecum precibus.* Ennius, Tu face vero quod tecum precibus pater orat. *Sic et* Oro tecum, *non infrequenter Plautus dicit. Turneb. 10, 15.* Perorari, *Paſſiuum.* Cic. pro Quint. 34 Quaeritur priore patrono cauſam defendente, nunquam perorari potuiſſe, *h. e. Orationem ad finem duci.* Locus perorandi, *Vbi plurimum pollet oratio* Cic. de Clar. Orat. 190.

PERORĀTVS, a, um. Partic. [ἀνακεφαλαιωθείς] Cic. Verr. 5, 3 c. 1 Cauſa prope perorata. *Adde* Propert. 4, 12, 99. Quinctil. Decl. 3 *in fine.*

PERORĀTIO, ōnis. f. [ἐπίλογος] Cic. de Clar. Orat. 127 c. 33 Exſtat eius peroratio, qui epilogus dicitur. Concluſio orationis et peroratio Idem de Orat 2, 80 c. 19. Peroratio incendit, et plenos irae relinquit Quinctil. 4, 2. Inflammans et reſtringens omnia Cic. in Orat. 122. Peti fletum perorationibus Quinctil. 6, 2.

PEROSCVLOR, āri. *ap.* Martial. 8, 81 *ex MSS. reſtituit Heinſ. ad* Petron. c. 41 p. 184.

PERŌSVS, a, um. Adi. [δυσμισητός] *Qui magno odio aliquem proſequitur.* Liu. 3, 34 Iam plebs, praeter quam quod COSS. nomen haud ſecus quam regum peroſa erat, ne Tribunicium quidem auxilium cedentibus inuicem appellatione Decemuiris, quaerebat. Rex arma peroſus Ouid. Faſt. 3, 577. Commercia noſtra peroſus Lucan. 9, 860. Exilium longum peroſus Ouid. Met. 8, 183. Femineum genus peroſi Virg. Aen. 9, 141. Lucem peroſi Idem ibid. 6, 435. Dii te valere nunc et ſemper patiantur, ſi non Populum Rom. peroſi ſunt Suet. Tib. c. 21. *Cum Genitiuo rei* Peroſa Quietis Prudent. Paſſ. Eulaliae v. 41. *Vſurpatur et Paſſiue.* Val. Flacc. 6, 289 Si fata peroſo Tarda tibi, *etc.* Iuuenc. Hiſt. Euang. 3, 482 Melius fuerit thalamis caruiſſe peroſis. Erit tanto magis peroſus deo Tertull. de Poenit. c. 5. Veritas tanto peroſior, quanto plenior Idem de Anima c. 1.

PERPACO, āre. [εἰρηνοποιῶ] *Pacatum, et tranquillum reddere.* Liu. 36, 21 *pr.* Paucosque per dies omnibus perpacatis, ſine vllius noxa vrbis, *etc. Add. ib.* c. 42. Aur. Vict. de Viris illuſtr. p. 33 Marcus Curius Dentatus primo de Samnitibus triumphauit, quos vsque ad mare ſupernum perpacauit.

PERPALLĬDVS, a, um. Adi. *Valde pallidus.* Celſ. 2, 6 *pr.* Color frontis aut niger, aut perpallidus.

PERPARCE. Adu. [πάνυ φειδομένως] Ter. Andr. 2, 6, 24 Et quod dicendum hic ſiet, tu quoque perparce nimium.

PERPĂRVM. Adu. [πολυολίγον] Cic. Verr. 5 (3) 130 c. 57 Perparum ex illis magnis lucris ad ſeſe peruenire. *Quidam legunt* Perparuum.

PERPARVVS, a, um. Adi. [πολύμικρος] Cic. de Legib. 1, 52 Quae et quum adſunt, perparua ſunt: et quamdiu affutura ſint, certum ſciri nullo modo poteſt. Ciuitas perparua et tenuis Idem Verr. 5, 86 c. 38 *pr.* Controuerſia Cic. de Legib. 1, 54. Culpa Idem pro Deiot. 9 c. 3. Inſula Plin. 5, 7. Perparuum quiddam interdum mutare videtur Lucret. 5, 588. Semina Idem 3, 217.

PERPARVVLVS, a, um. Diminut. [μικρότατος] Cic. Verr. 4, 95 c. 43 Duo tamen ſigilla perparuula tollunt. Scrupuli Solin. c. 53.

PERPASCO, ĕre. Pecus, ab eo quod perpaſcat Varro de L. L. 4, 19.

PERPASTVS, a, um. Canis perpaſtus Phaedr. 3, 7.

PERPASTINO, āre. Perpaſtinantes diuitiarum vel elegantiarum vſum Tertull. de Cultu Fem. 2, 9. *i. euellentes.* *Al.* repaſtinantes.

PERPAVCVS, a, um. Adi. Ter. Eun. 3, 1, 19 Immo ſic homo eſt perpaucorum hominum. Cic. Acad. 4, 132 Erat quidem, ſi perpauca mutauiſſet, germaniſſimus Stoicis. Idem Att. 6, 1 Perpauci offenſi. *Et* de Legib. 1, 34 De quo cum perpauca dixero, ad ius ciuile veniam. Exempla Lucret. 2, 540. Hor. Serm. 1, 4, 18 — quodque puſilli Finxerunt animi, raro, et perpauca loquentem. Patres perpauci Italici generis Liu. 43, 11. *Conf.* Nep. 16, 1, 2. *Superl.* Columel. 3, 20 Cum perpauciſſimis agricolis contigerit.

PERPAVCVLVS, a, um. Dimin. [παυρότατος] Cic. de Legib. 1, 52 c. 20 Deduxitque in Academiam perpauculis paſſibus.

PERPAVEFĂCIO, ēci, factum, ĕre. [καταπτοέω] *Valde pauefacere, et pauorem incutere.* Plaut. Stich. 1, 2, 28 Perplexabiliter earum hodie perpauefaciam pectora.

PERPAVLLVM. Adu. *ex* Per *et* Paullum, *quod a* Parum *derivatur.* Cic. de Fin. 1, 19 c. 6 Declinare dixit atomum perpaullum, quo nihil poſſet minus.

PERPAVLLVLVS, a, um. Dimin. Cic. de Orat. 2, 150 c. 35 Inter ingenium quidem et diligentiam, perpaullulum loci reliquum eſt arti.

PERPAVXILLVM. Dimin. Plaut. Capt. 1, 2, 74 Sed ſi pauxillum potes contentus eſſe. E. nae, perpauxillum modo.

PERPAVPER, ĕris. Adi. *Valde pauperem ſignificat.* Cic. Att. 6, 3 Erat enim rex perpauper. *De Ariobarzane.*

PERPAVXILLVM, *vid.* PERPAVLLVM.

PERPEDIO, īre. *i. impedio.* Si vnquam perpediar gnato Acc. *ap.* Non. 4, 10.

PERPELLO, pŭli, pulſum, ĕre. [ἀναγκάζω] *Inducere, obtrudere, cogere.* Ter. Andr. 4, 1, 38 Suadere, orare vsque adeo, donec perpulit. Liu. 1, 59 Incenſam multitudinem perpulit, vt imperium regi abrogaret. *Et* 2, 61 Illum non minae plebis, non Senatus preces perpellere vnquam potuere. Cic. pro Cael. 36 Candor huius te, et proceritas vultus, oculique perpulerunt. Sua ſponte motum perpulit Curt. 8, 6, 8. Cic. de Orat. 1, 40 Serg. Galbam memoria teneo diuinum hominem in dicendo, et M. Aemilium Porcinam, et Cn. ipſum Carbonem, quem tu adoleſcentulus perpuliſti, ignarum legum, *etc. Sed hic legendum eſt* Perculiſti, *a* Percello. *Conf.* PERCELLO. Perpellere ad deditionem Liu. 32, 14.

PERPENDICVLVM, i. n. [κάθετος, ϛάθμη] *Inſtrumentum fabri materiarii, ſeu caementarii, quo plumbo a filo et gnomone pendente, rectitudo ſeu obliquitas operis perpenditur, id eſt examinatur.* Aſconius in Verr. 3, 133 Perpendiculum, linea, laterum aequalitatem a ſummo ad imum latitudine probans. Vitruu. 7, 3 *de tectorio loquens*, Longitudines ad regulam et lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam reſpondentes exigantur. Cic. 2 Acad. *apud* Non. 2, 718 Atque ſi id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis. Idem Verr. 1, 133 c. 51 Tu Verres hic quod moliare, nihil habes: niſi forte vis ad perpendiculum columnas exigere: homo omnium rerum imperitus, quaerit, quid ſit ad perpendiculum: dicunt ei, fere nullam eſſe columnam, quae ad perpendiculum eſſe poſſit. Ad perpendiculum columnam dirigere Caeſ. B. G. 4, 17. Feruntur grauitate ad perpendiculum atomi rectis lineis Cic. de Fato 22. Ad perpendiculum facere Plin. 35, 14. *Metaph.* Ad perpendiculum ſeque ſuosque habuit Auſon. Parental. 5, 8. Honeſtatem lenium morum velut ad perpendiculum librans Ammian. 29, 2.

PERPENDICVLĀRIS, e. Adi. [καθετικὸς] Boëth. Geomet. 1 Linea ſuper rectam ſtans, perpendicularis dicitur. Ibid. In quod protractum perpendicularis cadit. *Bud. in Annotat. prior.* Normalem angulum *dixit* Quinctil. 11, 3 *pro Recto, qualem norma efficit. Eadem ratione* Cenſorin. de Die natali c. 21 Normalem lineam *vocat, id eſt* perpendicularem. *Talis enim linea a recto angulo normae fit, et ipſa rectum angulum facit vtrinque.* Perpendiculare, ἐπικάθετον Gloſſ. Vet.

PERPENDICVLĀTOR, ōris. m. *Qui perpendiculo vtitur.* Epitome Victoris in Hadriano, Fabros, perpendiculatores, architectos, genusque cunctum exſtruendorum moenium ſeu decorandorum, in cohortes centuriauit.

PERPENDICVLATVS, a, um. Adi. *Ad perpendiculum factum.* Mart. Capell. 6 Illa velut perpendiculata ſuſpectantur.

PERPENDO, di, ſum, ĕre. [καταϛαθμάομαι] *Diligenter conſiderare.* Cic. de Amicit. 97 Quid in amicitia fieri oportet, quae tota veritate perpenditur? Idem Verr. 3, 214 Sed eius aequitas aratorum commodo et voluntate perpenditur. Cic. pro Muraen. 77 Haec omnia ad rationem ciuitatis ſi Dirigas, recta ſunt: ſin perpendere ad diſciplinae praecepta velis, reperientur prauiſſima. Cic. de Orat. 3, 140 Vulgo de oratoribus ab imperitis dici ſolet, bonis is verbis, aut aliquis non bonis vtitur, non arte aliqua perpenditur, ſed quodam quaſi naturali ſenſu iudicatur. Cic. pro Muraen. 3 c. 2 Et primum, M. Catoni vitam ad certam rationis normam dirigenti, et diligentiſſime perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo reſpondebo. Iudicio acri perpendere Lucret. 2, 1040. *Haec omnia metaphorice. Proprie* Gell. 20, 1 Perpendere in librili.

PERPENSVS, a, um. Partic. [καταϛαθμηθεὶς] Perpenſum et exploratum habere Columel. 3, 1. Homo examinis iudiciique perpenſi Arnob. 2 p. 52.

PERPENSE. Adu. *Studioſe, conſiderate.* Ammian. 25 *extr.* Perpenſius iudices electurus. *Et* 26, 12 Vtilitate rei perpenſius cogitata.

PERPENSO, āre. Frequent. Gratius Cyneg. 299 — vires ſit cura futuras Perpenſare. Altis mentibus perpenſantes Ammian. 19, 24. Idem 24, 8 Inſtantiam obſidentium perpenſantes.

PERPENSATIO, ōnis. f. Gell. 2, 2 Verba ſuper ea re Taurus fecit, cum ſumma (dii boni) bonorum atque officiorum perpenſatione.

PERPENSA, ae. f. [βάκχαρις] *Herba.* Plin. 21, 19 Baccar in medicinae vſu eſt: aliqui ex noſtris perpenſam vocant.

PERPĔRAM. Adu. [φαύλως] *Praue, peruerſe.* Ter. Phorm. 5, 1, 18 Concluſam hic habeo vxorem ſaeuam: verum iſtoc de nomine eo, perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris effutiretis: atque id porro aliqua vxor mea reſciſceret. *Quantum ad nomen, falſum vobis eo dixi: ne verum nomen poſſetis effutire.* Perperam accipere pecuniam, *i. Quae non debetur* Pompon. in l. Si vendidero, §. Si Titius, D. de furt. Interpretari Liu. 1, 23. Sen. Ep. 9. Perperam pronuntiare, *Corrupte et vitioſe* Plin. Epiſt. 3, 5. Conſtitutae perperam res Cic. de Inuent. 1, 102. Recte *et* Perperam, *contraria.* Liu. 1, 23 Recte an perperam interpreter, fuerit iſta eius deliberatio, qui bellum ſuſcepit. *Add.* Id. 29, 17. Auctor ad Herenn. 2, 5 c. 3 Deinde, qui illud fecerit tam nequiter, eundem hoc tam perperam feciſſe, non eſſe mirandum. Perperam iudicare Cic. pro Caec. c. 24. Alfenus in l. Quum quaerebatur, D. de re iudic.

PERPĔRVS, a, um. Adi. [πέρπερος, προπετὴς Gloſſ. Lat. Gr.] Indoctus, ſtultus, rudis, inſulſus. Accius Pragmaticis, Deſcribere in theatro perperos populareis. Non. 2, 626. Perperas oues *dixit* Plaut. Truc. 3, 1, 9 *vbi* ἀχρῆϛους *interpretatur Scaliger: Muretus mutat* perperas *in* propere. Vopiſc. Tacit. c. 6 Nihil immaturum, nihil perperum.

PERPĔRE. Adu. *Idem quod Perperam.* Claud. Mamert. 1, 1. *Vid. Barth. Aduerſ.* 42, 10.

PERPERITVDO, ĭnis. f. [περπερότης] Stultitia, inſulſitas. Accius Pragmaticis, Et eo plectuntur Poëtae, quam ſuo vitio ſaepius, ductibilitate nimia veſtra, aut perperitudine, *ap.* Non. l. c.

PERPES, ĕtis. Adi. [ἀΐδιος] *Idem quod Perpetuus: vt*, Plaut. Truc. 2, 2, 23 Quumque ita noctem in ſtramentis pernoctare perpetem, *etc. Conf.* Idem Amph. 1, 1, 123. *et* 2, 2, 105. Per Annum perpetem Lactant. de Mort. Perſec. c. 33. Gymnoſophiſtae perpetem Diem alternis pedibus inſiſtunt Solin. c. 65 (52). Nocte perpeti alea ludere Capitol. in Vero c. 4.

PERPĔTIM. Adu. [ἀιδίως] *Perpetuo.* Plin. 20, 6 Ita vocatur vlcus aciem hebetans, et in angulo oculi, perpetim humor emanans. Iam anno perpetim aſſiduo conuictu ſpectaui illam Apul. Apol. p. 321.

PERPĔTIOR, petĕris, peſſus ſum, pĕti. [περιπάσχω, περιπαθέω] *Idem quod Pati, aut Fortiter pati.* Ter. Eun. 1, 1, 3 An potius ita me comparem, non perpeti meretricum contumelias? Cic. Fam. 2, 16 Nonne tibi affirmaui, quiduis me potius perpeſſurum, quam ex Italia ad bellum ciuile me exiturum? Idem Verr. 3, 129 Haec tu, tametſi omnium hominum diſſolutiſſimus, crudeliſſimusque ſemper fuiſti, tamen nunquam perpeterere. Perpeti et perferre Cic. Verr. 3, 131. Perpeti et perferre facile omnes Idem de Orat. 2, 77 c. 19. *Et* Fam. 4, 5 Malim niſi hoc peius ſit, haec Sufferre et perpeti. Cic. de Fin. 1, 48 c. 14 Iidem etiam Dolorem ſaepe perpetiuntur: ne ſi id non faciant, incidant in maiorem. O quam Indigna perpeteris Nep. 19, 4, 3. Iram caelique mariſque Ouid. Met. 14, 472. Mendicitatem multi perpetiuntur, vt viuant Cic. de Fin. 5, 32. Idem Fam. 1, 9 Vt mihi tam Multa pro ſe perpeſſo, atque perfuncto concederet, vt, *etc.* Omnia Propert. 2, 26, 35. Audax Omnia perpeti Gens humana Horat. Od. 1, 3, 25. Cic. Verr. 3, 45 Tanta vis erat iniuriarum, vt homines Quiduis perpeti, quam non de iſtius prauitate et iniuriis deplorare et conqueri mallent. Vltima Ouid. Triſt. 2, 187.

PERPETIENS, entis. Partic. [περιπάσχων] Cic. de Fin. 2, 65 c. 20 Qui nobis miſerabilis videtur audientibus, ille perpetienti erat voluntarius.

PERPESSVS, a, um. *Aliud* Partic. [περιπαθὼν] Damna perpeſſus Claud. in Conſ. Prob. et Olyb. 258. Ventos perpeſſus et imbres Virg. Aen. 9, 60. Vincla turpia perpeſſus Propert. 2, 2, 15.

PERPESSVS, ûs. m. *cuius Ablatiuo (quod alii Supinum eſſe volunt) vtuntur auctores, vt*, Aſperum et difficile perpeſſu Cic. Fin. 4 c. 26. *Add.* Id. Tuſc. 2 c. 8 *et* 12. Dura et perpeſſu aſperrima tolerantes Ammian. 17, 9.

PERPESSIO, ōnis. f. [περιπάθησις] Cic. de Inuent. 2, 163 c. 54 Patientia eſt honeſtatis aut vtilitatis cauſa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpeſſio. Laborum *ibid.* Fortitudinis, patientia et perpeſſio et tolerantia rami ſunt Sen. Ep. 67.

PERPESSICIVS, a, um. Adi. *Qui patiendo aſſuefactus eſt.* Senec. Epiſt. 53 Lenis motiuncula decipit: ſed vbi creuerit, et vera febris exarſerit, etiam duro et perpeſſicio confeſſionem accipit. Idem Epiſt. 104 Socratem perpeſſicium ſenem.

PERPĔTRO, āre. [διαπράττομαι] *ex* Per *et* Patro; *ſignificat Perficere, auctore* Feſt. et plerumque in malam partem ſumitur. Plaut. Caſ. 3, 5, 56 Nam cur non ego id perpetrem quod occoepi, vt nubat mihi? Legati miſſi cum donis, Cuncta ex voluntate Agrippinenſium perpetrauere Tac. Hiſt. 4, 65, 7. Perpetrare caedem Liu. 1, 6. Iudicium Tacit. Ann. 13, 27. Poſtquam Opus meum, vt volui, perpetraui, hoſtibus fugatis Plaut. Pſeud. 5, 1, 24.

PERPETRATVRVS, a, um. Partic. Quaſi perpetraturus bellum, directa acie, in litore oceani, *etc.* Suet. Calig. c. 46.

PERPETRĀTVS, a, um. Partic. [διαπραχθεὶς] Liu. 24, 45 Perpetrato bello, tum conſultandum, vtrum defectio prior plus merita ſit poenae, an hic reditus veniae. Caede perpetrata Liu. 1, 6. Pace Idem 33, 21. Parte prima perpetrata, *i. Abſoluta* Varr. de Ling. Lat. 6 *ad fin.* Pugna perpetrata Liu. 44, . . Sacrificio rite perpetrato Liu. 44, 37 *extr.* Perpetratis omnibus, quae ad pacem deûm pertinent Liu. 24, 11 *pr.*

PERPETRANDVS, a, um. Partic. Validiſſimam exercitus partem Tito tradit ad reliqua Iudaici belli perpetranda Tacit. Hiſt. 4, 51 *extr.*

PERPETRATIO, ōnis. f. Tertull. de Poenit. c. 3. *Et* Auguſtin. de Trinit. 13, 6.

PERPETRĀTOR, ōris. m. Sidon. Ep. 8, 6. *et* Auguſtin. de C. D. 20, 1. *it.* Ep. 5.

PERPETRABĬLIS, e. Adi. Tertull. ad Vxor. 2, 1.

PERPETVVS, a, um. Adi. [ἀΐδιος] *Solidum, non conciſum in fruſta, ſed continuatum, non interruptum, aut temporis ſpatio intermiſſum.* Ter. Hec. 1, 2, 12 Biennium ibi perpetuum miſera illum tuli. Idem Adelph. 4, 1, 4 Triduo hoc perpetuo. Perpetuus *et* Annuus, *contraria.* Cic. poſt red. in Senat. 4 Reſp. ſine Conſulibus eſſet, neque ſolum parentibus perpetuis, verum etiam tutoribus annuis eſſet orbata, ſententias dicere prohiberemini. Perpetuus et idem, *vid.* IDEM. Acies perpetua Plin. 8, 30. Affinitas Ter. Hec. 2, 2, 10. Aedes perpetuae ruunt, *i. Totum aedificium* Plaut. Moſt. 1, 2, 36. Aetatem perpetuam, *pro Perpetuo.* Lucret. 3, 999 Nec, quod ſub magno ſcrutentur pectore, quidquam Perpetuam Aetatem poterunt reperire profecto. Aeuum Lucret. 5, 162. Cic. in Piſon. 51 At meus quidem is fuit, vt a Brunduſio vsque Romam Agmen perpetuum totius Italiae viderem. Alimenta Plin. 7, 36. Amicitia firma et perpetua

Qu. Cic. de Petit. Conſ. 21 c. 7. Liu. Modo ſit perpetuus huius, qua viuimus pacis Amor. Carmen Ouid. Met. 1, 4 *cohaerens inter ſe: ſummo enim ingenio Poëta totum opus Metamorphoſeon coagmentauit.* Cibus Plaut. Perſ. 3, 1, 2. Conſuetudo alicuius Cic. pro Milon. 52. Crates Lucan. 3, 485. Cura aſſidua et perpetua Cic. Fam. 6, 13. Curſus ſtellarum perennes et perpetui Idem de Nat. Deor. 2, 56 c. 21. Defenſio ſalutis meae conſtans et perpetua Idem poſt red. in Senat. 28. Diſputatio longior et perpetua Cic. de Orat. 2, 16. Edictum perpetuum, *quod non ſubinde mutatur, ſed vim ſuam toto tempore muneris, i. anno integro ſeruat: Sic omnia* edicta praetorum *debebant eſſe* perpetua *ex SCto, quod cum particula actorum diurnorum ſeruauit Pighius Annal.* T. 2 p. 378. *edideruntque Reineſ. Inſcr.* 4, 2 *p.* 340. *Deinde vero ſub Hadriano Imp. conditum* Edictum perpetuum, *quod plane omnibus annis et omni aeuo vno tenore duraret. Vid. Heineccii Hiſt. edictorum edictique perpetui in Opuſc. poſtumis. Vid.* EDICTVM. Febris perpetua, *quam Celſus* Continuam *appellat* Plin. 7, 51. Feſtiuitatis perpetuae genus Cic. de Orat. 2, 219. Plaut. Merc. 2, 3, 44 Si quidem iſti dicto ſolida et perpetua eſt Fides. Flos aeui Ouid. Met. 9, 435. Fenore perpetuo, vt ducerentur centeſimae Senatusconſulto factum eſt Cic. Att. 5, 21. Formido Virg. Ecl. 4, 14. Foſſa Caeſ. de Bell. Gall. 7, 73, 2. Hiſtoriam rerum geſtarum perpetuam complecti Cic. Fam. 5, 12. Imbres Hor. Carm. 1, 7, 17. Imperium perpetuum, *Temporario opponitur* Nep. 1, 3, 1. Ira Ouid. Triſt. 5, 4, 17. Iuris perpetui, et vniuerſi generis quaeſtio Cic. de Orat. 2, 141. Iuuenta Virg. Aen. 4, 32. Languor Ouid. Triſt. 3, 8, 24. Legis perpetuae et aeternae vis Cic. de Nat. Deor. 1, 40. Malum Ouid. Amor. 2, 5, 4. Manſio in ratione bene conſiderata ſtabilis et perpetua: *eſt Definitio* perſeuerantiae Cic. de Inuent. 2, 164. Plaut. Mil. 4, 2, 87 Quin Mille annorum perpetuo viuunt ab ſaeculo ad ſaeclum, *i. Millenario.* Montes perpetui, *Multi et continui.* Liu. . . . Saltus perpetuis montibus inter ſe iuncti. Cic. Att. 12, 14 Quod ſi erit durius, veniam, et ipſe perpetuum Morbum iurabo. Munitiones Caeſ. B. C. 3, 44. Nox Ouid. Met. 7, 2. Cic. Att. 1, 13 Clodium praeſentem fregi in Senatu cum Oratione perpetua pleniſſima grauitatis, tum altercatione. *Add.* Nep. 15, 5, 1. Caeſ. B. G. 7, 57 Erant perpetuae Paludes. Pax Ouid. Faſt. 4, 408. In pace perpetua eſſe Cic. in Catil. 3, 29. Praeda perpetua eſt mea, *i. Tota mea* Plaut. Rud. 4, 3, 48. Cic. de Cl. Orat. 106 Nam et Quaeſtiones perpetuae, hoc adoleſcente conſtitutae ſunt, quae antea nullae fuerunt. Quaeſtiones, *i. Iudicia publica, quibus iudex quaeſtionis praeeſſe ſolebat.* Perpetuae, *h. e. Quibus Romani perpetuo vterentur.* Riſu perpetuo contendere ilia Ouid. de Arte Am. 3, 285. Sacra Cic. de Legib. 2, 47. Satio perpetua atque aequabilis Cic. Verr. 3, 112. *i. Plana et integra, quum pars nulla eſt, quae non ſeratur.* Sermo Lucret. 4, 541. Sitis Ouid. Amor. 1, 8, 14. Sopor perpetuus, *Mors* Hor. Carm. 1, 24, 5. Studium perpetuum in aliquem Cn. Magnus Ciceroni Att. 8, 14. Sumtus perpetuos ſuppeditare Cic. Off. 2, 42. Taciturnitas Idem Verr. 1, 80. Trabes perpetuae, *i. Solidae et non coagmentatae* Caeſ. Bell. Gall. 7, 23. Vigiliae Idem B. C. 1, 21. Virginitas Ouid. Triſt. 4, 2, 14. Vita Lucret. 3, 13. Perpetuae et contextae Voluptates Cic. Tuſc. 5, 96.

¶ 2 *Obſeru.* Non eſt perpetuum: Perpetuum *pro Generali accipitur, et quod ſemper obtinet.* Paull. in l. Quum hereditas. D. ad Senatusconſultum Trebell. nam quod dicitur retinere eum oportere: non eſt perpetuum, *i. Non ſemper accidit.* Celſ. 2, 10 Quum ſit autem minime crudo ſanguis mittendus, tamen ne id quidem perpetuum eſt, *i. Non vsquequaque verum eſt.* Cic. in Catil. 4, 18 Ignem Veſtae perpetuum ac ſempiternum. Vt ſunt humana, nihil eſt perpetuum datum Plaut. Ciſt. 1, 3, 46. Cic. pro Planc. 90 c. 37 Ego vero, ſi tum illorum impiorum ferro ac manu concidiſſem, in perpetuum Respubl. ciuile praeſidium ſalutis ſuae perdidiſſet. Paulliſper *et* In perpetuum, *contraria.* Cic. in Catil. 1, 30 Hoc autem vno interfecto, intelligo hanc Reip. peſtem paulliſper reprimi, non in perpetuum comprimi poſſe. In perpetuum res ſuas alienare Cic. de Lege Agrar. 2, 54. Imperpetuum *vna voce ſcribitur* Scribon. 11. 102. *Compar.* Perpetuius, *et Superlat.* Perpetuiſſimus Cato *ap.* Priſcian. 3 p. 601.

PERPETVVM. Adu. [διηνεκῶς] *Aſſidue, ſemper.* Terent. Adelph. 4, 1, 6 Miſere nimis cupio, vt coepi, perpetuum in laetitia degere.

PERPETVO. Adu. [διηνεκῶς] *Idem.* Ter. Andr. 3, 3, 39 At ego non poſſe arbitror, neque illum hanc perpetuo habere, neque me perpeti. Perpetuo ſub alicuius ditione et imperio eſſe Caeſ. B. G. 1, 31. Cic. Verr. 5, 82 Quid ciuitates, quae in amicitia, fideque Populi Romani perpetuo manſerant? Perpetuo equeſtrem obtinuit dignitatem Nep. 25, 1, 1 *non aſcendit ad Senatoriam.* Perii perpetuo Ter. Adelph. 2, 4, 19. Virens perpetuo buxus Ouid. Met. 10, 97.

PERPETVO, āre. *Sine intermiſſione continuare.* Cic. de Orat. 3, 179 c. 46 Vt ſi cui ſit infinitus ſpiritus datus, tamen eum perpetuare verba nolimus. Dii te perpetuent Lamprid. in Alexand. c. 6. Vt meae fama perſonae librorum tuorum beneficio perpetuaretur Sidon. Epiſt. 4, 3. Obligationem perpetuare, Paullus *ſexies vtitur* in l. Si ſeruum, D. de verb. ſignif. Ad perpetuandam gloriam Ammian. 25, 10.

PERPETVATVS, a, um. Partic. Arator in Act. Apoſt. 1 *extr.* His eſt tibi Roma catenis Perpetuata ſalus.

PERPETVĬTAS, ātis. f. [ἀιδιότης] *Continuatio.* Cic. de Fin. 2, 86 Qui autem diffidet perpetuitati bonorum ſuorum, timeat neceſſe eſt, ne aliquando amiſſis illis ſit miſer. Cic. Tuſc. 5, 31 Non igitur ex ſingulis vocibus philoſophi ſpectandi ſunt, ſed ex perpetuitate atque conſtantia. Cauſa perpetuitatis machinata eſt natura mares et feminas Cic. de Nat. Deor. 2, 528. Fidelis ad perpetuitatem beneuolentia Idem Off. 2, 23 c. 7. Dicendi perpetuitas Idem in Orat. 7 *oratio continua non interrupta.* Cic. Fam. 10, 25 Cuius eſt haec ſumma, vt omnia te metiri dignitate malim, quam ambitione: maioremque fructum ponere in perpetuitate Laudis, quam in celeritate Praeturae. Monumentorum perpetuitas Plin. 34, 9 *in fine.* Cic. de Orat. 2, 220 Non fere quisquam reperietur praeter hunc, in vtroque genere excellens, et in illo, quod in perpetuitate Sermonis, et hoc, quod in celeritate atque dicto eſt. Temporis conſequentis Cic. Tuſc. 1, 97 c. 41. Verborum perpetuitate et quaſi conuerſione vtendum non ſemper eſt Idem de Orat. 3, 188. *Et* Off. 1, 119 c. 33 In tota Vita conſtituenda, multo eſt maior rei cura adhibenda, vt conſtare in Vitae perpetuitate poſſimus nobismetipſis, nec in vllo officio claudicare. Perpetuitas voluntatis Cic. Q. Frat. 3, 5. Addere muneribus perpetuitatem Plin. in Paneg. c. 94 *pr.* Perpetuitas, *pro Immortalitate.* Cic. de Vniuerſ. 35 Neutiquam tamen diſſoluemini, neque vos vlla mortis fata periment: nec fraus valentior quam conſilium meum, quod maius eſt vinculum ad perpetuitatem veſtram, quam illa, quibus eſtis tum, quum gignebamini, colligati. *Plur.* Apennini pars continetur vmbroſis et opacis perpetuitatibus Vitruu. 2, 10.

PERPETVITO, āre. Eſſe perpetuum, et aeternum. Enn. Annal. 9 Libertatemque vt perpetuitaſſint quam maxime, Non. 2, 632.

PERPETVĀLIS, e. Adi. [καθολικός] Quinctil. 2, 13, 14 καθολικά, id eſt (vt dicamus quo modo poſſumus) vniuerſalia, vel perpetualia. *Vid. Spon. Miſc. Erud. Antiq. p. 128.* Coniux aut perpetuale refugium, aut perenne tormentum Fulgent. Mythol. 1.

PERPETVARIVS, a, um. Adi. Perpetuarius Mulio Sen. de Morte Claudii. *Budaeus,* In titulo De locatione praediorum ciuilium vel fiſcalium, C. per totum titulum, *haec dictio* Perpetuarius, *Conductorem, et colonum ſignificat, qui* perpetuo *rem conduxit,* Praedia domus noſtrae, ſi ſemel iure perpetuo apud aliquem fuerunt, ad alium transferre perpetuarium non oportet. *Et ſubinde eodem modo. Sunt etiam alibi* Fundi perpetuarii *ad diſtinctionem, vt videtur,* Emphyteuticorum.

PERPEXVS, a, um. Adi. *Valde et cum cura pexus.* Firmic. 5, 5 Qui perpexam barbam in omnibus cogitationibus ſuis permulceant.

PERPICTVS, a, um. Adi. *Valde varius. Laudatur* Ouid. Met. 10, 262 Lilia, perpictasque pilas. *Alii legunt, in iisque Burm.* Liliaque, pictasque pilas. *Heinſ. autem coniicit,* Lilia fert pictasque pilas.

PERPLACEO, ui, ĭtum, ēre. [καταρέσκομαι] *Valde placere.* Ter. Heaut. 5, 5, 22. Cic. Att. 3, 23 Sed ſi eſt aliquid in ſpe, vide legem, quam T. Fadio ſcripſit T. Viſellius: ea mihi perplacet.

PERPLANVS, a, um. Adi. Perplana expoſitio Diomed. Grammat. 2 p. 431.

PERPLEXVS, a, um. Adi. [κατάπλεκτος] *Intricatus, dubius, incertus.* Liu. 34, 14 Ex iis Menippus ignorare ſe dixit quidnam perplexi ſua legatio haberet. Ars perplexa Quinctil. 1, 5, 17. Cauſa Idem 4, 1, 62. Carmen perplexius Liu. 25, 12. Reſponſum perplexum Idem 35, 14. Figuris perplexis indupedita Lucret. 2, 101. Foramina Idem 4, 603. Iter Virg. Aen. 9, 391. Motus perplexior Plin. 2, 15. Sermones perplexi, *Dubii, ambigui* Liu. 40, 5.

¶ 2 *Alia ſignificatione vſus eſt* Valer. 3, 4, 3 *de Tullio Seruio,* Ad ſummam vnde proceſſerit, aut quo peruenerit ſtatuae ipſius titulus abunde teſtatur Seruili cognomine, et regia appellatione perplexus. *Nempe in titulo* SERVIVS TVLLIVS REX, *nomen* Tullii *implexum eſt hinc* Seruii *hinc* Regis *appellationi: quaſi eſſet Participium, a* Perplecto.

PERPLEXE. Adu. [ἐμπεπλεγμένως] Ter. Eun. 5, 1, 1 Pergin' ſceleſta mecum perplexe loqui? Scio, neſcio: abiit, audiui: ego non adfui. Agere perplexe Liu. 8, 23. Indicare haud perplexe Idem 6, 13. Reſpondere perplexe Idem 30, 42. Perplexe *et* Palam, *contraria* Idem 30, 20 *pr.* *Compar.* Ammian. 22, 8 Adſuetudo perplexius litigandi. Anfractus dubios habet et perplexius errat Prudent. *adu.* Symm. 2, 847.

PERPLEXIM. *Aliud* Adu. [καταπλέγδην] *Idem.* Plaut. Stich. 1, 2, 18 Vtrum ergo perplexim laceſſam oratione ad hunc modum, *etc.* *Conf.* Non. 11, 50.

PERPLEXIO, ōnis. f. Porcius Latro Decl. in Catilin. §. 53 *extr.* Me fateor perſaepe deliraſſe miris perplexionibus illius. Ambiguitatum Auguſtini *eſſe dicitur.*

PERPLEXĬTAS, ātis. f. *Idem.* Ammian. 18, 14 *f.* (*Valeſ. c. 6.*) Ob perplexitatem nimiam.

PERPLEXOR, āri. [καταπλέκω] *Intricare et perplexum atque impeditum reddere aliquid.* Plaut. Aul. 2, 2, 81 At ſcio, quo vos pacto ſoleatis perplexarier: Pactum, non pactum eſt: non pactum, pactum eſt, quod vobis lubet.

PERPLEXABĬLIS, e. Adi. [καταπλεκτός] Plaut. Aſin. 4, 1, 47 Neque vllum verbum faciat perplexabile, *al.* perplexibile. Non. 2, 638 Perplexabile, figuratum, quod aliud audiatur, aliud ſentiatur. *Eſt igitur anceps, dubiae explicationis.*

PERPLEXABILĬTER. Adu. [καταπλεκτῶς] Plaut. Stich. 1, 2, 28 Perplexabiliter earum hodie perpauefaciam pectora.

PERPLICĀTVS, a, um. Adi. [κατάκαμπτος] *Interiecta Coniunctione per tmeſin extulit* Lucret. 2, 394 Aut magis hamatis inter ſe, perque plicatis.

PERPLVO, ui, ūtum, ĕre. [κατομβρίζω] *Transmittere pluuiam.* Quinctil. 6, 3 Quum coenaculum eius perplueret, *i. Per medium pluuiam admitteret.* Cato c. 155 In villa quum pluet, circuire oportet, ſicubi perpluat: et vbi pluerit, tegulam ſignari carbone. *Per tranſlationem.* Plaut. Moſt. 1, 2, 30 Haec illa eſt tempeſtas mea, mihi quae modeſtiam omnem detexit, tectus qua fui: quam mihi amor et Cupido in pectus perpluit meum. Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant Plaut. Trin. 2, 2, 41. *Bentleius etiam* Ter. Eun. 1, 2, 25 *pro* Perfluo, Perpluo *legit ex coniectura, non neceſſaria arbitror. Certius illud* Quinctil. 6, 3, 64 Galba penulam roganti, *Non poſſum,* inquit, *commodare, domi maneo:* cum coenaculum eius perplueret.

PERPLVS, ūris. Adi. Plin. 13, 24 Spondetque iugero eius, annuos perplures, vel mediocri ſolo reditus. *Alia exemplaria habent* Annua HS. MM.

PERPLVRIMVM. Adu. Perplurimum refert Plin. 2, 54.

PERPOL, [μὰ τὸν Πολυδεύκη] *Aduerbium eſſe iurandi quidam putauere, apud* Plaut. Caſ. 2, 6, 18 Perpol ſaepe peccas: ita ſit vbi quid tanto opere expetas. *Et apud* Ter. Hec. 1, 1, 1 Perpol, quam paucos reperias meretricibus fideles euenire amatores. *Verum recte* Donatus *in hunc locum* Perpol quam paucos. Ordo eſt, Pol perquam paucos reperias. nam Perpol non eſt Latinum: ſed κατὰ τμῆσιν, perquam, id eſt nimio. *Ex his* Donati *verbis videre eſt, apud* Plautum *in exemplo praecedenti, ordinem eſſe talem,* Pol, perſaepe peccas. *Talia ſunt,* Perſore, Perfuit, *et quod in primis huc facit* Perhercle.

PERPŎLIO, īui, ītum, īre. [περιξέω] *Valde polire, abſoluere, et ſupremam manum addere.* Cic. de Orat. 2, 54 c. 13 Sed iſte ipſe Caelius neque diſtinxit hiſtoriam varietate locorum, neque verborum collocatione, et tractu orationis leni et aequabili perpoliuit illud opus. Aequaliter perpolire aliquid Auctor ad Herenn. 4, 19. Cic. de Vniverſ. 40 Id omne, et quae ſequentia eſſent, perpolirent, et abſoluerent. Cic. Fam. 5, 12 *extr.* Tu interea non ceſſabis, et ea, quae habes Inſtituta perpolies, noſque diliges. Partes aliquas orationis praeceptis artium perpolire Idem de Orat. 2, 201. Perpoliendi operis extremus labor Idem pro Balb. c. 7.

PERPOLĪTVS, a, um. Partic. [περιξεστός] Cic. in Piſon. 70 c. 29 Eſt autem hic de quo loquor, non philoſophia ſolum, ſed etiam literis, quod fere caeteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus. In dicendo perfecti et perpoliti homines Cic. de Orat. 1, 38 c. 13. Aurum tritu perpolitum Plin. 33, 4. Oratio ornata et perpolita

Cic. de Orat. 1, 32. Auct. ad Herenn. 4 c. 12. Vita humanitate perpolita Cic. pro Sext. 92.

PERPOLĪTE. Adu. *Superl.* Auct. ad Herenn. 4, 43 c. 32 *extr.* Vt continuationes perfecte et perpolitiſſime poſſint eſſe abſolutae.

PERPOLITIO, ōnis. f. [περίξεσις] Auct. ad Herenn. 4, 19 c. 13 Verborum exornatio eſt, quae ipſius ſermonis inſignita continetur perpolitione.

PERPOPVLOR, āri. Dep. [καταληϊζω] *Totum populari et vaſtare.* Liu. 22, 3 Annibal emiſſus e manibus perpopuletur Italiam, vaſtandoque et vrendo omnia, ad Romana moenia perueniat. Cum perpopularus omnia circumiecta vrbi, frequentis et amoeni agri, loca eſſet Liu. 34, 28. Tacit. Ann. 14, 26 Caedibus et incendiis perpopulatus.

PERPOPVLĀTVS, a, um. Partic. Liu. 26, 9 Hannibal, infeſtius perpopulato agro Fregellano, in Labicanum venit.

PERPORTO, āre. Liu. 28, 46 Valerius praedam Etruſcam, Ligurumque montanorum captiuos, Carthaginem perportantes, tradit.

PERPOTIOR, īri. Dep. Honeſta pace perpotiri Iuſtin. de Confirmat. Dig. §. 12. *Conf.* 12 Cod. t. 7 l. 2 *etc.*

PERPŌTO, āre. [καταπίνω] *Totum tempus in potationibus conſumere.* Cic. Verr. 5, 86 Similiter totos dies in litore tabernaculo poſito, perpotabat. Ibid. 98 c. 33 *extr.* Praetore tot dies cum mulierculis perpotante. Laticem amarum perpotare Lucret. 1, 939. *Add.* 4, 15.

PERPOTATIO, ōnis. f. [κατάποσις] Cic. in Piſon. 22 c. 10 Quid cum tuis ſordidiſſimis gregibus intemperatiſſimas perpotationes praedicem? Vomitiones, et rurſus perpotationes Plin. 29, 1.

PERPRESSA ae. f. *Herba*, calculos eiicere dicitur. Plin. 26, 8.

PERPRĬMO, ĕre. *Perpetuo premere.* Hor. Epod. 16, 38 Mollis et exſpes Inominata perprimat cubilia. *i. Semper iaceat in cubili. Conf.* Ouid. de A. A. 1, 394. Sen. Ep. 99.

PERPROPINQVVS, a, um. Adi. Cic. de Diuin. 1 c. 22 *ex Poëta*, Perpropinqua haec bene verrucent populo. *Vid. ibi Gruter. et Dauiſ.*

PERPROPĔRE. Adu. Plaut. Mil. 2, 4, 10 Peri perpropere.

PERPROSPER, ĕra, ĕrum. Adi. Valetudo perproſpera Suet. Claud. c. 31.

PERPRVRISCO, ĕre. [κατακνήθομαι] *Idem quod Admodum prurire.* Plaut. Stich. 5, 5, 20 Et ſuauem cantationem aliquam occipio cinaedicam, vbi perpruriſcamus vſque ex vnguiculis. Ex vnguiculis perpruriſcens mulier Apul. Met. 10 p. 249.

PERPVDESCIT, ĕre. *Valde pudere.* Nep. Fragm. 12, 6 Quando perpudeſcet miſcenda, *etc.*

PERPVGNAX, ācis. Adi. Cic. de Orat. 1, 95 c. 20 *extr.* Dicere Carneades ſolebat, ingenium tuum Craſſe vehementer admirans, me ſibi perfacilem in audiendo, te perpugnacem in diſputando eſſe viſum.

PERPVLCHER, chra, chrum. Adi. [πανεύμορφος] *Valde pulchrum ſignificat.* Ter. Eun. 3, 2, 15 Perpulchra credo dona, haud noſtris ſimilia.

PERPVNCTVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Acut. 2, 10 Perpuncti ſentiunt.

PERPVRGO, āre. [διακαθαρίζω] *Totum, ſiue omnino purgare.* Cic. de N. D. 2, 127 c. 50 Ceruaeque paullo ante partum perpurgant ſe quadam herbula, quae ſeſelis dicitur.

PERPVRGATVS, a, um. Partic. Perpurgatis auribus alicui operam dare, *per translationem dixit* Plaut. Mil. 3, 1, 176. Locus perpurgatus, *i. Perpolitus, expeditus.* Cic. pro Muraen. 51 c. 26 Nunc mihi tertius ille locus eſt orationis de ambitus criminibus, perpurgatus ab iis, qui ante me dixerunt. *Add.* Id. de Diu. 2 c. 1.

PERPVSILLVS, a, um. Adi. Corpus perpuſillum Chryſolog. Serm. 160. *A quo*

PERPVSILLVM. Adu. Cic. de Orat. 2, 245 c. 60 Hic ille, Non accuſabis, perpuſillum rogabo.

PERPVTO, āre. [διακαθαίρω] *Perfecte putare, declarare, vel potius Proferre.* Plaut. Ciſt. 1, 3, 7 Nunc operam date, vt ego argumentum hoc vobis plane perputem.

PERQVAM. Adu. [ὡς σφόδρα] *Poſitiuis iungitur et Verbis: et idem ſignificat quod Quam.* Plaut. Rud. 3, 3, 9 Propulit perquam indignis modis. Ter. Adelph. 4, 2, 28 Ne ille continebit poſthac, ſi ſapiet manus. D. fortiter. S. perquam: quia miſeram mulierem, et me ſeruolum, qui referire non audebam, vicit, hui perfortiter. *Vbi* Donat. Perquam, i. e. Nimis. Breuiter perquam perſtringere aliquid atque attingere Cic. de Orat. 2, 101 c. 49. Flebiliter perquam lamentatur in vulnere Vlyſſes apud Pacuuium Idem Tuſc. 2, 49. Graue perquam dictu, hic quam ille dignior Cic. pro Planc. 16. Perquam Modica alicuius merita in maius extollere Plin. Paneg. c. 60. Modica perquam portio hereditatis Vlp. in l. j. §. illud D. de coniung. cum emancip. liber. eius. Optanda perquam nobis varietas et incredibilis illa vis dicendi Carneadis Cic. de Orat. 2, 161. Pauxillo perquam minores Lucret. 5, 590. Puerile perquam aliquid videri Cic. de Orat. 2, 108. Lucret. 3, 188 At quod mobile tantopere 'ſt, conſtare rotundis Perquam feminibus debet, perquamque minutis. Subito perquam Lucret. 4, 170. Perquam, *Superlatiuo aliquando iunctum legitur.* Curt. 4, 6, 2 Perquam maximo poteſt exercitu comparato. Duos libros perquam breuiſſimos reliquit Pompon. t. de Orig. Iuris §. 45. Tuccetum perquam ſapidiſſimum Apul. Met. 2 p. 117. *Conf. Perizon. ad Sanct. p. 715.*

PERQVIESCO, ĕre. Apul. Met. 8 p. 211 Totam perquieſcimus noctem.

PERQVĪRO, ſiui, ſitum, ĕre. [ἐπιζητέω, ἐξετάζω] *Diligenter quaerere.* Caeſ. B. G. 6, 8 Aditus, viasque in Sueuos perquirit. Ouid. Met. 3, 3 Quum pater ignarus natam perquirere Cadmo Imperat. Homines perquirere et inueſtigare ex omni regione, *etc.* Q. Cic. de Petit. Conſul. 24 c. 8. Indicia perquirere Lucret. 6, 381. Cic. de Fin. 5, 48 Videmusne, vt pueri, ne verberibus quidem a contemplandis rebus perquirendisque deterreantur? Iuſſa ſum Vos perquirere Petron. c. 17. Perquirere, *pro Interrogare.* Cic. Verr. 3 c. 58 Non perſequeris? non perſeueras? non perquiris cui dixerit Apronius, quis audierit, vnde hoc natum, quemadmodum prolatum ſit? Perquiritur, *imperſonale.* Cic. pro Cluent. 180 Ne multa, perquiritur a coactoribus: inuenitur ea ſerrula ad Stratonem perueniſſe.

PERQVISĪTVS, a, um. Partic. [ἐπιζητηθεὶς] Plin. 18, 4 Et poſtea inuentis omni cura perquiſitis, cauſaque rerum et ratione ſimul eruta, *etc.*

PERQVISĪTE. Adu. [ἐξητασμένως] Cic. de Inuent. 1, 77 c. 41 Quae pertinere autem ad dicendum putamus, ea nos commodius quam caeteros attendiſſe non affirmamus, ſed perquiſitius et diligentius conſcripſiſſe pollicemur.

PERQVISĪTOR, ōris. m. [ἐξεταστής] Plaut. Stich. 2, 2, 61 Iam non faciam auctionem, quando mihi obtigit hereditas: maleuoli perquiſitores auctionum perierint. *Adde* Ammian. 14, 15.

PERQVIRITO, *vnde*

PERQVIRITĀTVS, a, um. Part. Opuſculum perquiritatum Claud. Mamert. 1 praef.

PERRHAEBI, ōrum. m. [Περραιβοί] *Populi fuerunt Theſſaliae, qui Lapitharum potentia fracti, fugerunt in Aetoliae montana, Pindo monti proxima; quae regio ab ipſis* Perrhaebia *dicta eſt, ipſeque Pindus cognominatus eſt* Perrhaebus. Propert. 3, 5, 33 Aut cur Perrhaebi tremuere cacumina Pindi?

PERRĀRVS, a, um. Adi. [πολυσπάνιος] *Valde rarus.* Plin. 31, 3 Perrarum eſt, vt leuior ſit aliqua. Liu. 6 *pr.* Tum quod perrarae per eadem tempora literae fuere. *Add.* 29, 38.

PERRĀRO. Adu. [πολυσπανίως] Cic. de Fin. 2, 51 c. 16. Hor. Serm. 2, 5, 50 Perraro haec alea fallit. Antio tenus nusquam Abfuit, idque perraro et paucos dies Suet. Tib. c. 38. Reperitur perraro Cic. pro Planc. 23. Venit perraro in oppidum Idem pro Roſc. Amer. 52. *Add.* Auct. ad Herenn. 4 c. 22.

PERRECONDITVS, a, um. Adi. Exponam vobis quandam non vt perreconditam aut valde difficilem — rationem conſuetudinis meae Cic. de Orat. 1, 135 c. 30.

PERRECTVS, *vid.* PERGO.

PERRĒPO, pſi, ptum, ĕre. [καθέρπω] *Repere ad certum vſque locum: et vt de quocunque animali dicitur, ita etiam de rebus inanimatis.* Columel. 4, 24 At ſi longius quam ritus agricolarum permittit, et a capite vitis emicuerit, et brachiis in aliena iugorum compluuia perrepſerit, *etc. Et* 6, 5 Cauendum quoque eſt, ne ad praeſepia ſus aut gallina perrepat. Tellurem genibus perrepere Tibull. 1, 2, 87.

PERREPTO, āre. Frequent. [καθερπύζω] *Idem.* Plaut. Rud. 1, 4, 4 Atque in latebris omnibus perreptaui quaerere conſeruam, voce, oculis, auribus. Ter. Adelph. 4, 6, 3 Perreptaui vſque omne oppidum, ad portam, ad lacum, quo non?

PERRIDICVLVS, a, um. Adi. [πάνυ γελοῖος] *Valde ridiculum ſignificat.* Cic. de Orat. 3, 72 Atque hos omnes, qui artes rhetoricas exponunt, perridiculos. *Et* de Orat. 2, 77 c. 19 Sed tamen eſt eorum doctrina, quantum ego iudicare poſſum, perridicula. *Conf.* Cic. Verr. 2 c. 6. Val. Max. 9, 12, 8.

PERRIDICVLE. Adu. Cic. de Orat. 2, 239 c. 59 In quo non modo illud praecipitur, ne quid inſulſe, ſed etiam ſi quid perridicule poſſis, vitandum eſt oratori vtrumque, ne aut ſcurrilis iocus ſit, aut mimicus.

PERRŌDO, ſi, ſum, ĕre. [διαβιβρώσκω] *Totum, aut vehementer rodere.* Plin. 34, 18 Valet purgare, ſiſtere, excalfacere, perrodere. Idem 30, 16 Vngulas tantum mularum repertas, neque aliam vllam materiam, quae non perroderetur a veneno Stygis aquae. Num plures ſinus intus diuerſa corporis genera perroſerint Celſ. 5, 28, 12.

PERRŎGO, āre. [κατερωτάω] *Proprie dicebantur Conſules, qui ſententiam Senatores a primo ad vltimum rogarent.* Plin. in Paneg. c. 60 Parum eſt, vt in curiam venias, niſi et conuocas: vt interſis Senatui, niſi et praeſides: vt cenſentes audias, niſi et perroges. Sententias perrogare Tacit. Hiſt. 4, 9. Liu. 29, 19 Perrogari eo die ſententiae non potuerunt, accenſis pro Scipione, et aduerſus Scipionem ſtudiis.

PERROGĬTO, āre. Frequent. Pacuu. *apud* Priſcian. 4 p. 634 Defeſſus perrogitando aduenas de natis.

PERRORO, āre. Ora, locum, mentem perrorat, concutit, vrit lacrima, lingua, dolor, fuſa, ſonora, grauis Hildebert. Cenoman. *ap.* Barth. Adu. 31, 12.

PERRVMPO, rūpi, ruptum, ĕre. [καταῤῥηγνύω] *Plane rumpere.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 26 Vt rates perrumperet, atque opera diſturbaret. Perrumpere, *vt Irrumpere, vi et impetu facto intrare.* Caeſ. Bell. Gall. 6, 36 Perrumpere nituntur. Ibid. 7, 19 Vt ſi eam paludem Romani perrumpere conarentur, haeſitantes premerent ex loco ſuperiore. Affectu perrumpi Tacit. Ann. 3, 15. Cic. Att. 8, 19 (12, 8) Exercitum firmum habere oportet, quo confidamus perrumpere nos poſſe. Liu. 26, 7 *pr.* Nec per caſtra eorum perrumpi ad Capuam poſſe. *Add.* Id. 28, 7. Perrumpere in veſtibulum templi Liu. 3, 18. *Add.* 26, 5. In arces perrumpere Sil. 12, 698. Perrumpere per mediam hoſtium aciem Liu. 3, 70. Aciem perrumpere Virg. Aen. 2, 513. Perrupit Acheronta Herculeus labor Horat. Od. 1, 3, 36. Cic. Tuſc. 1, 43 Accedit vt eo facilius animus euadat ex hoc Aëre, quem ſaepe iam craſſum appello, eumque perrumpat, quod nihil eſt animo velocius. Aërem perrumpere et diuidere Cic. Tuſc. 1, 42. Agmen perrumpere Claud. de Conſ. Hon. 6, 460. Caſtra et agmen perrumpere, *Diſturbare et confringere* Aur. Vict. de Vir. Illuſtr. c. 49. Liu. 8, 30. Corpus perrumpere introitu Lucret. 2, 407. Plin. 8, 23 *de aſpide*, Perrumpit omnes Difficultates, permeat ſpatia. Faſtidia Hor. Epiſt. 1, 10, 25. Leges perrumpere, *Violare, effringere* Cic. Off. 3, 36 c. 8 Emolumenta rerum fallacibus iudiciis vident: poenam non dico legum, quas ſaepe perrumpunt, ſed ipſius turpitudinis, quae acerbiſſima eſt, non vident. Leges perrumpere milite Lucan. 1, 322. Limina perrumpit bipenni Virg. Aen. 2, 480. Nodos validos Lucret. 4, 1142. Cic. in Partit. 112 c. 31 Aut ſi patefactum eſſet, depellendi criminis, vel perrumpendi Periculi, vel in longinquum tempus differendi. Saxa perrumpere aurum amat Hor. Carm. 3, 16, 10.

PERRVPTVS, a, um. Partic. [καταῤῥηχθεὶς] Moles perruptae Sil. 13, 741. Acies Tacit. Hiſt. 2, 44. Caſtra Id. Hiſt. 2, 15.

PERSA, ae. *vid. poſt* PERSEVS.

PERSAEPE. Adu. [πολλάκις] Cic. de Amicit. 77 c. 20 Recte etiam praecipi poteſt in amicitiis, ne quis intemperata quadam beneuolentia (quod perſaepe fit) impediat magnas vtilitates amicorum. Perſaepe congratulari Cic. pro Marc. c. 6. Hor. Epod. 14, 11 Qui perſaepe caua teſtudine fleuit amorem.

PERSAEVVS, a, um. Adi. Mela 2, 5 *extr.* Parua flumina, vbi accreuere, perſaeua.

PERSALSVS, a, um. Adi. *Valde ſalſum ſignificat.* Cic. de Orat. 2, 279 c. 69 Perſalſum illud eſt apud Naeuium, Quid ploras pater?

PERSALSE. Adu. [πολυαλικῶς] Cic. Q. Frat. 2, 14 Trebatium quod ad ſe miſerim, perſalſe et humaniter etiam mihi gratias agit.

PERSALVTO, āre. [καταςπάζομαι] *Frequenter vel multum et ſaepius ſalutare.* Cic. pro Flacc. 42 c. 18 Et qui ita ſit ambitioſus, vt omnes vos noſque quotidie perſalutet. *Et* Curt. 10, 5, 3 Donec a toto exercitu ad vltimum perſalutatus eſt.

PERSALVTATIO, ōnis. f. Cic. pro Muraen. 44 c. 21 Non declamatio potius, quam perſalutatio.

PERSANCTE. Adu. [πολυοσίως] *Pro Valde et religioſe.* Ter. Hec. 5, 2, 5 Phidippe Bacchis deierat perſancte. Plaut. Idque perſancte iurauit ſe facturum. *Vid.* Suet. Tit. c. 10. *et* Ner. c. 35.

PERSĀNO, āre. [ἐξιάομαι] *Omnino ſanare.* Plin. 20, 22 Vomicas rumpere, purgare, perſanare promittens. *Add.* Scribon. 221. Cinis vitium cum axungia fiſtulas purgat et perſanat Plin. l. 23 prooem. Antonius Muſa medicus, cum incidiſſet in inſanabilia vlcera, viperas edendas dabat, miraque celeritate perſanabat Plin. 30, 13.

PERSANĀTVS, a, um. Partic. Vlcera perſanata Sen. Ep. 8. Perſanatus ab hoc Scribon. 40. *ſc. medicamento.*

PERSĀNVS, a, um. Adi. *Valde ſanus.* Cato R. R. c. 157 *fin.* Vt radices polypi perſanas facias.

PERSAPIENS, entis. Adi. [πάνυ σοφὸς] *Valde ſapientem ſignificat.* Cic. de Prouinc. Conſul. 44 c. 18 *extr.* Quod magni cuiusdam hominis et perſapientis videtur.

PERSAPIENTER. Adu. [λίαν σοφῶς] Cic. pro Milon. 11 c. 4 Et ſi perſapienter, et quodammodo tacite dat ipſa lex poteſtatem defendendi, *etc.*

PERSCIENS, entis. Adi. *Valde ſciens.* Lamprid. in Commodo c. 5 Perennis Commodi animum perſciens.

PERSCIENTER. Adu. [πάνυ ἐπιστημονικῶς] *Admodum ſcienter et induſtrie.* Cic. de Clar. Orat. 202 c. 55 Et vt ad infirmitatem laterum perſcienter contentionem omnem remiſerat.

PERSCINDO, ĭdi, iſſum, ĕre. [καταςχίζω] *Quaſi per medium ſcindere.* Liu. 21, 58 Nam nec explicare quidquam, nec ſtatuere poterant: nec quod ſtatutum eſſet, manebat: omnia perſcindente vento. Nubem perſcidit ventus Lucret. 6, 137. Veſtem perſcindere e membris Tibull. 1, 10, 63. Perſcindor, *forma Paſſiua.* Lucret. 4, 605 Perſcinduntur enim, niſi recta foramina tranant.

PERSCISSVS, a, um. Partic. [καταςχισθεὶς] Carbaſus perſciſſa petulantibus auris Lucret. 6, 110. *Alii legunt* Euris.

PERSCISCO, ĕre. *Accurate interrogare.* Dictys Cret. Bell. Troi. 2, 37 Hector cauſam tumultus eorum cupidus perſciſcere.

PERSCĪTVS, a, um. Adi. *Admodum ſcitus.* Per mihi ſcitum videtur Cic. de Orat. 2 c. 67. Idem Att. 14, 5 Epiſtolam tibi miſi, vt tu de prouincia Bruti et Caſſii perſcita. . Quaedam exemplaria legunt, Per S. C. ita ſcribit et Balbus, *etc.*

PERSCRĪBO, pſi, ptum, ĕre. [ἀναγράφω] *Totum ſcribere.* Non tam perſcribere poſſum, quam mihi gratum feceris Cic. Fam. 9, 25 *extr.* Idem Fam. 14, 5 Omnes ſunt redditae, diligentiſſimeque a te perſcripta omnia. *Add.* ibid. 14, 4. Cic. Fam. 12, 23 Quod ni ita putarem, ipſe perſcriberem. De ſuis rebus ad aliquem perſcribere Cic. Fam. 5, 3. Auctoritatem perſcribere, *vid.* Auctoritas, *in* AVCTOR. Blanditias perſcribere vino Ouid. de Arte Am. 1, 571. Orationem mitiſſimam alicui Cic. Fam. 5, 4. Planitiem perſcribere Salluſt. Iugurth. c. 98 (93, 4). *Vid. ibi Cl. Waſſe et Cort.* Rationes ſcite et literate perſcribere Cic. in Piſon. 61. Verſum puris verbis Hor. Serm. 1, 4, 54. Verſu aliquid Ouid. ex Pont. 2, 7, 33. Perſcribere, *eſt etiam In tabulas et acta referre.* Cic. Verr. 4, 140 Primum mihi literas publicas, quas in aerario ſanctiore conditas habebant, proferunt: in quibus oſtendunt omnia quae dixi ablata, eſſe perſcripta. Idem pro Roſc. Com. 2 c. 1 Egone hanc manum plenam perfidiae, et hos digitos meos impellere potui, vt falſum perſcriberem nomen? Dicta omnia iudicum Cic. pro Sull. 41. Idem pro Roſc. Com. 2 c. 1 Aeque tabulae condemnantur eius, qui verum non retulit, et qui falſum perſcripſit. Senatusconſultum Cic. in Catil. 3, 13 c. 6. Idem Verr. 1, 60 In tabulas publicas ad aerarium perſcribenda curauit. Cic. Att. 9, 14 Viri boni Vſuras perſcribunt? *i. Nomina debitorum in codicem referunt.* ¶ 2 *Obſeru.* Perſcribere, *pro Praeſcribere.* Cic. Acad. 1, 23 Ex hac deſcriptione, agendi quoque aliquid in vita, et officii ipſius initium reperiebatur, quod erat in conſeruatione earum rerum, quas natura perſcribet. *Sed* praeſcriberet *legitur hodie.* Perſcribere pecuniam *ſoluendam alicui per trapezitam ſcriptura intercedente curare, de menſa ſoluere, vt interpretatur Graeu. ad* Cic. Att. 16, 2. Ter. Phorm. 5, 8, 30 Sed tranſi ſodes ad forum, atque illud mihi argentum iube rurſus reſcribi Phormio. P. quodne ego perſcripſi porro illis, quibus debui. *Sed* Diſcripſi *legiſſe videtur* Donatus, *qui interpretatur* Multis per ſcripturam reddidi, multis dedi: vt apud Virgilium, Diditur hic ſubito Troiana per agmina Rumor. *Quod quidem exemplum optime ad* diſcripſi, *ad* perſcripſi *autem nullo modo conuenit. Itaque recepit* Diſcripſi *Bentleius. Sed* Perſcribendi *verbo ſic vtitur* Cic. Att. 16, 2. *Vid. mox* PERSCRIPTIO. Pecuniam in aedem ſacram reficiendam perſcribere Cic. pro Flacc. 44 c. 19.

PERSCRIPTVS, a, um. Partic. [ἀναγεγραμμένος] *Dicitur quod literis conſignatum eſt, et monumentis antiquis continetur, apud* Ciceronem *ſemper: vt* de Aruſp. Reſp. 32 Quanquam hoc ſi minus Ciuili iure perſcriptum eſt, lege tamen naturae, communi iure gentium ſancitum eſt, vt nihil mortales a diis immortalibus vſurpare poſſint. Auctoritas Senatus perſcripta Cic. Fam. 1, 2. Hoc perſcriptum in monumentis veteribus reperietis Idem Agrar. 2 c. 32.

PERSCRIPTIO, ōnis. f. [ἀναγραφὴ] *Laudatur* Cic. Fam. 5, 2 Iam illud Senatusconſultum, quod eo die factum eſt, ea perſcriptione eſt, vt dum id exſtabit, officium meum in te obſcurum eſſe non poſſit. *Et ſane* perſcribi *dicuntur* SCta *vt modo dictum. Sed l. c. eſt* Praeſcriptione. *Sed* Perſcriptio *fere ad rem numariam pertinet, de qua modo dictum in verbo* PERSCRIBO n. 2. Cic. de Orat. 1, 250 c. 58 Si de tabulis et perſcriptionibus ſermo eſt. *Recte ſic Lambin. et Pearce ex MSS. al.* praeſcr. Cic. Att. 4 *vlt.* Haec pactio non verbis, ſed nominibus et perſcriptionibus multorum tabulis cum eſſe facta diceretur. *Etiam hic obſeruat Graeuius,* Perſcriptiones *eſſe, quas hodie vocant aſſignationes ad Trapezitam.* Cic. Philipp. 5, 11 c. 4 Illa vero diſſipatio pecuniae publicae ferenda nullo modo eſt, per quam ſepties millies falſis perſcriptionibus, donationibusque auertit. Idem pro Flacc. 74 Perſcriptiones cum mulierculis aperta circumſcriptione feciſti: tutor his rebus Graecorum legibus adſcribendus fuit. Cic. Att. 12, 51 De Cerellia quid tibi placeret, Tiro mihi narrauit: debere, non eſſe dignitatis meae: perſcriptionem tibi placere, *hoc eſt ſolutionem a menſa. Itaque mox ſequitur:* Suſtinenda tamen ſolutio eſt nominis Cerelliani, dum et de Metone et de Faberio ſciamus.

PERSCRIPTOR, ōris. m. [ἀναγραφεὺς] Cic. Verr. 3, 68 c. 72 Scribam tuum dicit Verres huius perſcriptorem fenerationis fuiſſe.

PERSCRIPTVRA, ae. f. Vlpian. Dig. 29 t. 1 l. 3 Teſtamenti facere perſcripturam.

PERSCRVTOR, āri. Dep. [ἐξετάζω] *Diligenter inquirere.* Cic. Off. 2, 25 Praemittebatque de ſtipatoribus ſuis, qui perſcrutarentur arculas muliebres: et ne quod in veſtimentis telum occultaretur, exquirerent. Inueſtigare et perſcrutari omnia Cic. Verr. 4, 47 c. 21. Idem ibid. 4, 30 Iam vt haec omnia reperire ac perſcrutari ſolitus ſit Iudices, eſt operae pretium cognoſcere. Cic. Tuſc. 5, 59 Sic noctu ad eas ventitabat, vt omnia ſpecularetur et perſcrutaretur ante. Cic. de Inuent. 1, 68 Ergo in hoc quoque iudicio definite literas legis perſcrutari, et legem (vt aequum eſt) ex vtilitate Reip. conſiderate. Cic. pro Flacc. 19 Itaque perſcrutamini penitus naturam, rationemque criminum: iam nihil praeter ſpeciem, nihil praeter terrorem ac minas reperietis. Sententiam alicuius domeſticis ſuſpicionibus Cic. de Inuent. 2, 128 c. 44. *Actiua forma vſus eſt* Plaut. Aul. 4, 4, 30 Poſtremo iam hunc perſcrutaui.

PERSCRVTĀTVS, a, um. *Paſſiue.* Ammian. 17, 4 Montium venis perſcrutatis. Conditiones perſcrutatae Aggen. de Limit. p. 56 *ed. Goeſ.*

PERSCRVTATIO, ōnis. f. Senec. ad Heluiam c. 9 *extr.* Quid opus eſt profundi perſcrutatione?

PERSCRVTATOR, ōris. m. Capitol. in Maxim. Iun. c. 1 Qui harum rerum perſcrutatores fuiſſe dicuntur. Electi perſcrutatores Veget. de R. Mil. 3, 3. *Add.* Caſſiod. Epiſt. 1, 2. *et* 2, 15.

PERSCVLPO, *vnde*

PERSCVLPTVS, a, um. Perſculpti lapides, ſurdae mutaeque figurae Coripp. 3, 377. *i. idola.*

PERSĔA, ae. f. [περσέα] *Arbor Graecis memorata, qui a* Perſica *diuerſam volunt. Sed vid. Salmaſ. Hyl. Iatr. c. 68 et quae nos inde contracta dedimus ad* Columel. 10, 405. *Materia magna diſputandi* Plin. 15, 13 ſ. 13 *vbi* Perſeam *a Perſica diſtinguit.*

PERSĔCO, ui, ctum, āre. [κατατέμνω] *Perfecte ſecare, et diuidere.* Cic. Acad. 4, 122 c. 39 Eodem modo rerum naturas perſecare, aperire, diuidere poſſumus, vt videamus terra penitusne defixa ſit, et quaſi radicibus ſuis haereat, an media pendeat. Cic. Att. 13, 23 *extr.* Quare da te in ſermonem, et perſeca, et confice, excita, compelle, loquere, vt te cum illo Scaeuola loqui putes. Perſecare vitium aliquod, ne ſerpat Liu. 40, 19.

PERSECTOR, āri. *Vid.* PERSEQVOR.

PERSĔDEO, ēdi, ēre. Sen. Epiſt. 108 Quid ergo? non nouimus quoſdam, qui multis apud philoſophiam annis perſederint, et ne colorem quidem duxerint? Liu. 45, 39 Hoc quoque quod ridetis, in equo dies noctesque perſedendo habeo. Vt etiam prima luce ad ſpectaculum deſcenderet, et meridie dimiſſo populo ad prandium perſederet Suet. Claud. c. 34.

PERSEGNIS, e. Adi. [πολύαργος] *Valde ſegnem ſignificat.* Liu. 25, 15 Pedeſtre praelium fuit perſegne, paucis in prima acie pugnantibus Romanis.

PERSEIS, Perſea *et* Perſeia *dicta eſt Hecate a patre Perſe. Vid.* HECATE. Oceani filia Cic. de Nat. Deor. 3 c. 19. *Circes, Paſiphaës, et Aees mater e Sole. Hinc*

PERSEIDES Herbae, *i. Magicae: cum* Hecate *earum rerum quaedam praeſes et auctor ſit.* Ouid. Rem. Am. 263.

PERSĔNEX, is. c. [πολυγέρων] Sueton. de Clar. Gram. c. 9 Namque iam perſenex pauperem ſe, et habitare ſub tegulis quodam ſcripto fatetur.

PERSENESCO, ĕre. Eutrop. 1, 11 Cum vxore perſenuit.

PERSENĪLIS, e. Adi. Vulg. Interpr. Ioſuae 23, 1 Ioſua iam longaeuus et perſenilis aetatis.

PERSENTIO, ſi, ſum, īre. [αἰσθάνομαι] *Plane ſentio.* Virg. Aen. 4, 448 Magno perſentit pectore curas.

PERSENTISCO, ĕre. *Inchoatiuum, Percipere aliquid fieri.* Ter. Heaut. 5, 1, 43 Quot res dedere, vbi poſſem perſentiſcere, niſi eſſem lapis, quae vidi. Ne id tu perſentiſceres Ter. Heaut. 4, 5, 21. Lucret. 3, 250

Concutitur tum ſanguis, viſcera perſentiſcunt
Omnia, *etc.* *Quidam tamen ſic legi volunt,*
Tum quatitur ſanguis, tum viſcera perſentiſcunt.

PERSEPHŎNE, es. f. [Περσεφόνη] *Ea eſt, quae a noſtris* Proſerpina *dicitur, quanquam et priori vocabulo nonnunquam noſtri Poëtae vtuntur.* Ouid. Faſt. 4, 591 At neque Perſephone digna eſt praedone marito. *Pro Morte etiam ponitur.* Ouid. Epiſt. 21, 46 Perſephone noſtras pulſat acerba fores. *Et* Tibull. 3, 5, 5 At mihi Perſephone nigram denunciat horam.

PERSEPŎLIS, is. f. [Περσαίπολις] Regia veterum Perſidis regum, *vt appellat* Curt. 5, 6 *vbi illius diuitias et interitum deſcribit: ruinae hodie adhuc occupant peregrinatores.*

PERSĔQVOR, ſecutus ſum, ſequi. Dep. [καταδιώκω] *Inſequi, inſectari.* Plaut. Men. 4, 1, 8 Hac abiit. P. ſi vis perſequi veſtigiis. Ter. Phorm. 3, 3, 18 Quoquo hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi. Armis furialibus perſequi aliquem Lucan. 1, 200. Caeſ. Bell. Gall. 1, 14. Cic. Fam. 5, 1 Ad V. Calend. Maii, quum de iis, qui hoſtes iudicati ſunt, Bello perſequendis ſententiae dicerentur. *Add.* Id. ad Brut. Ep. 5. Cic. pro Flacc. 47 Hunc aeſtuantem et tergiuerſantem Iudicio ille perſequitur. Terra et mari perſequi aliquem Cic. Att. 7, 22. Idem de Clar. Orat. 307 Brute poſſis (nam Attico haec nota ſunt) et videre quemadmodum ſimus in ſpatio Q. Hortenſium ipſius veſtigiis perſecuti. *Per translationem.* Acrius aliquid Cic. de Orat. 2, 182. Academiam veterem perſequamur Id. Acad. 1, 7. *Et* de Fin. 1, 36 In quo maxime conſueuit iactare veſtra ſe oratio, tua praeſertim, qui ſtudioſe Antiqua perſequeris claris et fortibus viris commemorandis, *etc.* Cic. de Fin. 1, 72 Eas ergo artes perſequeretur, viuendi Artem tantam, tamque operoſam, et perinde fructuoſam relinqueret? Bona ſua repetere ac perſequi lite atque iudicio Cic. Verr. 3, 47 c. 13. Caerimonias inſtitutas Id. pro Domo 141. Cauſas in obſcuro poſitas perſequi Celſ. 1 praef. Conſuetudine et celeritate ſcribendi, facillime quae dicerentur perſequi Cic. pro Sulla 42. Diuerticula, flexiones, et ſolitudines Idem in Piſon. 53. Extrema ſi idem perſequitur, qui inchoauit, iam omnia perfecta videbimus Cic. de Prouinc. Conſul. 19. Factis perſequi quod dicimus Plaut. Merc. 3, 2, 11. *i. Facere.* Feras Ouid. Epiſt. 9, 34. Hereditates, aut ſyngraphas ſuas legatione Cic. de Legg. 3, 18. *Locum notabilem damus in* LEGATIO libera. Hoſtes

perſequi Scribon. Epiſt. in. Imperium patris perſequi, *pro Facere* Plaut. Stich. 1, 2, 84. Incepta perſequi Liu. 6, 33. Inimicitias paternas magna cum gloria Cic. Acad. 4, 1. Iniurias perſequi, *Vl-ciſci.* Cic. pro Caecin. 32 c. 11 Hanc puto me habere actionem, vt per interdictuui meum ius teneam, atque iniuriam tuam perſequar. Id. Acad. 4, 3 In eodem tanta prudentia fuit in conſtituendis tempe-randisque ciuitatibus, tanta aequitas, vt hodie ſtet Aſia Luculli inſti-tutis ſeruandis, et quaſi veſtigiis perſequendis. Ius ſuum perſequi, *Defendere* Ter. Adelph. 2, 1, 9. Cic. Diu. Verr. 21 Cur his non modo perſequendi iuris ſui, ſed etiam deplorandae calamitatis adimis poteſtatem? Philoſophiam Latinis literis Id. Acad. 1, 12. *i. ſcri-bere, in literas referre.* Cic. Q. Frat. 2, 13 Facies ſcilicet vt mea mandata digeras, perſequare, conticias. Memoria, ſcientia, con-ſuetudine et celeritate ſcribendi facillime quae dicerentur perſequi poſſe Id. pro Sulla 42, 14. Plaut. Aſin. 1, 1, 58 Eos me decretum eſt perſequi Mores patris. *h. e. Tentare, vt mores patris exprimam.* Mortem alicuius Cic. pro Domo 49. Id. de Diuin. 2, 17 Solis de-fectiones, itemque Lunae praedicuntur in multos annos ab his, qui ſiderum motus numeris perſequuntur. Odio perſequitur omnes Senec. Hippol. ſ. 2. Omnia perſequi et non Neceſſaria Nep. 25, 11, 3. Otium perſequi Hor. Epod. 1, 7. Partes cauſarum ſingu-las ad vltimam ſpeciem perſequi Quinctil. 7, 2. Poenas alicuius perſequi, *pro Vlciſci.* Cic. Att. 9, 17 (14) M. Bruti ſe poenas perſequi, omniumque eorum, in quos Sulla crudelis hoc ſocio fuiſſet. Poenas a ſeditioſo ciue per bonos viros iudicio perſequi Id. Fam. 1, 9. Promiſſa alterius perſequi, Vt ſcilicet ille ſtet promiſſis Plaut. Mercat. prol. 85. Cic. Acad. 4, 117 Non perſequor quaeſtiones infinitas: tantum de principiis rerum, quibus omnia conſtant, videamus quem probet. Eo diſceſſiſti, Quo ego te ne perſequi quidem poſſem die-bus triginta Cic. Fam. 3, 6. Rem ſuam Id. pro Quint. 45. Res has commodiſſime perſecutus eſt Xenophon in eo libro, qui, *etc.* Id. Off. 2, 87. Res Annibalis diligentiſſime perſecutus Caelius Cic. de Diuin. 1, 49. Scelus ſuum Ouid. Met. 8, 774. Cic. Fam. 15, 21 Quum ea, quae ſcriptura perſecutus es, ſine ſummo amore cogitare non potueris. Sectam aliquorum hominum Id. Verr. 5, 180. Sententiam perſequi ad finem, *i. Exequi.* Vlpian. in l. 15 A diuo Pio, §. 1 de re iudicata, Sententiam Romae dictam etiam in prouinciis poſſe Praeſides, ſi hoc iuſſi fuerint, ad finem perſequi, Imperator no-ſter cum patre reſcripſit. Stilum alicuius Cic. Fam. 6, 7. *nempe vlciſcendi cauſa.* Spem infinitam Cic. pro Deiot. 13. Superſtitio quocunque te verteris perſequitur Id. de Diuin. 2, 149. Verſibus aliqua Id. de Senect. 16. Id. de Orat. 1, 105 Cuius veſtigia, qui perſequi cupiunt, eius ſententiam ſciſcitantur. Viam Ter. Hec. 3, 5, 4. Omnes Vias perſequar, quibus putabo ad id quod volumus peruenire poſſe Cic. Fam. 4, 13. Vitam inopem et vagam Idem Philipp. 12, 15. Id. Tuſc. 4, 5 Hanc ampliſſimam omnium artium bene viuendi diſciplinam vita magis, quam literis perſecuti ſunt. Vitem relictam perſequitur attondens curuo dente Virg. Georg. 2, 408. Vitia aliquem perſequuntur ab inſtitutione puerili Quinctil. 1, 1. Cic. pro Planc. . Sed quia neque neceſſe eſt me id perſequi voce, quod vos mente videatis. Voluptates cuiusquemodi Id. de Fin. 2, 3. Voluptates nominatim omnes perſequitur Epicurus Cic. de Nat. Deor. 1, 112. ¶ 2 *Paſſiue.* Illa ſe in mare praecipi-tauit, ne perſequeretur Hygin. fab. 198. *Verum Scheffer. legendum cenſet,* ne pater perſequeretur. *Sic etiam in lege, quam dedimus modo ſub* Sententiam perſequi, *ſunt qui legant,* Sententiam poſſe *per* Praeſides perſequi. *Caeterum ad* Hygin. *l. c. attulit Barthius ex* Optato, Quem a nobis perſecutum eſſe aut dicere poſſis aut probare? *Et* Schol. German. ad Pleiadas, Quidam a Sole perſecutum arbitrantur.

PERSĔQVENS, entis. Partic. [καταδιώκων] Incautius et au-dacius perſequentes Aur. Victor Epit. c. 42. Flagitii perſequens Plaut. Caſin. 2, 1, 1. Inimicitiarum perſequentiſſimus Auct. ad Heren. 2 c. 19.

PERSECV̄TVS, a, um. Part. Vellei. 2, 6, 4 Hunc L. Opi-mius Coſ. qui Praetor Fregellas exciderat, perſecutus armis, *etc.* *Conf.* Aur. Victor de Vir. Ill. c. 64.

PERSECVTIO, ōnis. f. [καταδίωξις] Cic. in Orat. 141 c. 42 Quum in altera *(eloquentia)* gratiae, gloriae, praeſidii plurimum eſ-ſet: in altera *(iuris ſcientia)* perſecutionum, cautionumque prae-ceptio. Vlpian. in l. Pecuniae verbum, D. de verborum et rerum ſignificatione, Perſecutionis autem verbo extraordinarias perſecutio-nes puto contineri: vtputa fidei commiſſorum, et ſi quae aliae ſunt, quae non habent iuris ordinarii executionem. *Eſt itaque* Perſecutio *proprie iuris verbum.* *Sed* Incepti Negotii perſecutio Apul. Met. 10 p. 252, 8. *ad ſcelus veneficiumque.* ¶ 2 Perſecutio, *apud Scriptores Chriſtianos eſt Dira vexatio et tyrannica afflictio maxime pio-rum et innocentium, cuiusmodi decem numerari ſolent.* Saeuiſſima perſecutionis incendia Hieron. Comment. in Zachar. 1, 1.

PERSECV̄TOR, ōris. m. *Sectator.* Iſidor. Orig. c. 10 in P, Perſecutor non ſemper pro malo intelligitur, vnde, perſecutor, per-fecte ſecutor. *Conf.* Cod. l. 10 tit. 72. *Item Inſectator.* διώκτης, ἐπιδιώκτης Gloſſ. Lat. Gr. *Add.* Capitol. in Albin. c. 11. Paullus perſecutor eccleſiae Hieron. Ep. 3 ad Heliodor. Pulchra res ictum ſub enſe perſecutoris pati Prudent. Periſteph. 1, 28. *Huc pertinet liber* Lactantii de Mortibus perſecutorum. *Conf.* Cellar. Cur. Poſt. c. 7.

PERSECV̄TRIX, īcis. f. Auguſtin. de conſenſu Euangeliſt. 1, 25 Hercules Iunonem perſecutricem ſuam colì prohiberet.

PERSECVTORIA, ae. f. *Diploma ſeu licentia ſcripto data ali-quid perquirendi.* Cod. 10 t. 72 l. 1 Praemiſſa perſecutoria aurum perſequi.

PERSĔQVAX, ācis. Adi. Apul. *in fine* Florid. p. 366, 5 Ales oculis perſequax. *Add.* Sidon. Epiſt. 4, 9.

PERSECTOR, āri. Dep. [καταδιώκομαι] *Diligenter ſectari, per-ſcrutari.* Lucret. 2, 165 Nec perſectari primordia ſingula quaeque. *Legitur et* Perſcrutari.

PERSECTANS, antis. Partic. Accipitres perſectantes Lucret. 4, 1004. *i. Inſectantes. Lambinus.*

PERSĔRO, ſēui, ſatum, ĕre. [κατασπείρω] *Traiicere.* Reſticu-las per ficos, quas edimus, maturas perſerunt Varro R. R. 1, 41. *Neſcio vnde ſit, quod laudatur ex* Plauto Inde veniſſe perſerit, *i. diſ-ſeminat, ſpargit in vulgus.*

PERSERVIO, īre. Vopiſc. in Probo c. 18 Germani Probo po-tius perſeruire maluerunt, quam cum Bonoſo eſſe.

PERSERVO, āre. *Conſtanter ſeruare.* Tertull. de Patient. c. 5 Si diuino interdicto patientiam perſeruaſſet.

PERSES, is. m. [Πέρσης] *Auctore* Herodoto 7 *Filius fuit* Per-ſei *Danaës filii ex Andromeda Cephei filia, a quo* Perſas *originem duxiſſe ſcribit.* Hic, *teſte* Plinio 7, 5 primus ſagittas reperit. ¶ 2 Perſes, *pater Hecates, frater Aeetae.* *Vid.* HECATE. ¶ 3 *Pro* Perſa *Graeca terminatione dixit* Achaemenium Perſen Stat. Silu. 5, 3, 187. *Vid.* ACHAEMENIA. ¶ 4 Perſes *Ma-cedoniae Rex.* Cic. de Diu. 1, 103 c. 46 L. Paullus conſul iterum, cum ei, bellum vt cum rege Perſe gereret, obtigiſſet, vt ea ipſa die domum ad veſperam rediit, filiolam ſuam Tertiam, quae tum erat admodum parua, oſculans animaduertit triſticulam. Quid eſt, in-quit, mea Tertia, quid triſtis es? Mi pater, inquit, Perſa periit. Tum ille, arctius puellam complexus, Accipio, inquit, mea filia, omen. Erat autem mortuus catellus eo nomine. *Itaque* Perſes *et* Perſa *promiſcue dicebant, vt modo* n. 3 *vidimus. Deinde obſerua obiter, iam tum moris fuiſſe, hoſtium nomina imponere canibus.* Ominis *notio-nem hic pulchre declarari, iam apparet.*

PERSEVĒRO, āre. [διατελέω, διαμένω] *Cum conſtantia animi et quadam fortitudine continuare.* Cic. de Amicit. 24 c. 7 Oreſtes autem ita vt erat, Oreſtem ſe eſſe perſeueraret. *ſubaud.* dicere. Poſtquam iter ingreſſus, nuntiatum eſt, victum eum ac vim vitae ſuae intuliſſe: nihilo ſecius Aquileiam vsque perſeuerauerunt Suet. Veſpaſ. c. 6. Cic. pro Quint. 76 c. 24 Vt neceſſario confiteare, neque eorum tam temerarium quemquam fuiſſe, neque te ipſum id quod turpiſſime ſuſce-piſſes, perſeuerare et tranſigere potuiſſe. Perſeuera diligentiam Symmach. Ep. 1, 90. Iras ſuas perpetuis indignationibus perſeue-rantes Firmic. Matheſ. 5. Cic. Fam. 7, 29 Quare, Cicero mi, perſeuera conſtanter nos conſeruare. Ad vltimum Liu. 1. Apud Praeceptorem Quinctil. 2, 2, 2. Caeſ. Bell. Gall. 5, 36 Cotta ſe ad armatum hoſtem iturum negat, atque in eo perſeuerat. Statuit ius dicere, et in eo perſeuerauit Cic. de Prouinc. Conſ. 10. In conſtantia perſeuerare Id. Philipp. 9, 6 c. 3. In errore perſeue-rare, nullius, niſi inſipientis eſt: errare, cuiusuis hominis Idem ibid. 12, 5 c. 2. In labore vno Quinctil. 1, 12. Obligatio per-ſeuerat Paullus in l. Lucius. D. Quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluitur. In propoſito Liu. 36, . . In ſententia eadem Cic. de Nat. Deor. 3, 83. In ſententia ſua vetere perſeuerare et permanere Id. de Legib. 3, 27 c. 12. In vitiis Id. de Inuent. 2, 164. Quinctil. 6 prooem. 16 In nullum iam vſum proprium perſeueramus. Paterc. 2, 92 In comitiis habendis praecipuum egit Conſulem. Nam et Quaeſturam petentes, quos indignos iudicauit, profiteri vetuit. Et quum id facturos ſe, perſeuerarent, Conſularem, ſi in campum de-ſcendiſſent, vindictam minatus eſt. Ne Bellare perſeueraret Nep. 2, 5, 1. Exſequi Suet. Domit. c. 7. Perſeuerabo eum tibi ingerere Sen. Ep. 12. Operiri Suet. Claud. c. 14. *Imperſonal.* Cic. Verr. 4, 85 Quod quum illis, qui aderant, indignum: qui audiebant, incredibile videretur, non eſt ab iſto primo illo aduentu perſeueratum. Perſe-veratum eſt in ira Liu. 2, 35.

PERSEVĒRANS, antis. Partic. Curt. 6, 7, 10 Aduerſari ſce-lus perſeuerantem metu mortis terret. Perſeuerantibus ſtudiis Quinctil. 12, 10, 79. Pertinaciter perſeuerans Iul. Obſequ. c. 124. Beneuolentiae perſeueranti reſpondent Scribon. Ep. . . *Compar.* Liu. 5, 30 Valerius perſeuerantior caedendis hoſtibus in fuga fuit. Perſeuerantior feſtinat peruenire ad expetitas ſibi terras Plin. 10, 23. *Superl.* Columel. 1 praef. Is mos ſeruatus eſt perſeuerantiſſimo co-lendorum agrorum ſtudio. *Add.* Auguſtin. Ep. 25.

PERSEVERANTER. Adu. [ἐπισπερχῶς] *Conſtanter.* Perſe-veranter obtinere Plin. 13, 1. Probare Suet. Aug. c. 62. Tueri bene coeptam rem Liu. 4, 60. *Vtitur etiam* Scribon. 38. *it.* 214. *Compar.* Liu. 21, 10 Quo lenius agunt, ſegnius incipiunt: eo quum coeperint, vereor ne perſeuerantius ſaeuiant. *Superl.* Plin. Ep. 4, 21 Nam patrem illarum defunctum quoque perſeuerantiſſime dili-go, vt actione mea librisque teſtatum eſt.

PERSEVERANTIA, ae. f. [ἐπιμονή] *Conſtantia.* Cic. Verr. 3, 144 Cuius iſte fidei, diligentiae, perſeuerantiae nulla ratione eripi poſſit. Conſtantia, grauitas, perſeuerantia retinenda eſt Id. Phil. 7, 14 c. 5. Perſeuerantia eſt in ratione bene conſiderata ſtabilis et perpetua permanſio Cic. de Inuent. 2, 164 c. 54. Nimia perſe-verantia Id. pro Domo 8. Statiua perſeuerantia Firmic. 3, 6. Retinere perſeuerantiam ſententiae ſuae Cic. pro Planc. 89 c. 36. Terentium perſeuerantia Scribon. 21. *i. labor continuatus.* Cum perſeuerantia tumoris Id. 23.

PERSEVERĀTVS, a, um. Part. *Continuatus.* Iuſtin. 12, 6, 15 Perſeuerata inedia quatriduo.

PERSEVERANDVS, a, um. Part. Quae perſeuerandae reli-gionis reuerentia decernenda credidit Symmach. Ep. 10, 73.

PERSEVERATIO, ōnis. f. Apul. in Aſclep. *extr.* Cognouimus te, aeterna perſeueratio.

PERSEVERABĬLIS, e. Adi. Reſumtio perſeuerabilis Cael. Aurel. Tard. 3, 2. *Add.* Interp. Irenaei 4, 37.

PERSEVĒRVS, a, um. Adi. [πάνυ ἀνένδοτος] Imperium per-ſeuerum Tacit. Ann. 15, 48.

PERSEVERE. Adu. *Idem.* Perſeuere inquirere Plin. Epiſt. 9, 5 *pr.*

PERSEVS, ei. *vel* PERSES, is, *ſiue* i. m. [Περσεὺς] *Sicut Achilles, is, vel i. Achilleus, ei. Iouis ex Danaë filius interfector Gorgonis Meduſae, Andromedae liberator et maritus, adiutus in ceto in-terficiendo Mercurii talaribus, et in vlciſcendis inuidis ob nuptias capite Gorgonis, in caelum et aſtra ob virtutem relatus.* *Vid.* Hygin. Fab. 63 *et* 64. *et* Poët. Aſtron. 12. *inprimis* Ouid. Met. 4, 603 ſqq. Cic. de Nat. Deor. 2, 112 Minorem autem Septentrionem paſſis palmis ſub-ſequitur Cepheus: hunc antecedit Caſſiopea. Ad pedes Andromedae Perſeus deſcribitur. Aërei Perſeos plantaria Valer. Argon. 1, 68. Inachius Perſeus Claud. in Ruffin. 1, 278. Pennipes Catul. in Camerium ſ. 53, 24.

PERSĒIS, idis. f. [Περσηΐς] *Carmen de* Perſe *Macedonum rege, an de* Perſeo *fabuloſo? de quo nihil ſupereſt, niſi mentio breuis* Ouid. ex Ponto 4, 16, 25 Trinacriusque ſuae Perſeidos auctor. Perſeides herbae, *vid. ſupra ſ. I.*

PERSIA, ae. *ſeu* PERSIS, ĭdis. f. [Περσίς] *Orientalis regio, a* Perſe, *ſeu* Perſeo *rege ſic dicta.* Virg. Georg. 4, 290 Quaque pha-retratae vicinia Perſidis vrget. Ouid. Met. 1, 62 Eurus ad Auro-ram, Nabathaeaque regna receſſit, Perſidaque, *etc.* Danaëïa Per-ſis Ouid. de Arte Am. 1, 225. Danaë *mater fuit* Perſei, *qui regioni nomen dediſſe putatur.* Tabellae e Perſia allatae Plaut. Perſ. 4, 3, 28.

PERSAE, arum. m. [Περσαὶ] *Populi Perſiam incolentes.* Lucan. 10, 269 Ex Phariis Perſisque fuit, Macetumque tyrannis. Relligio impia Perſarum Catull. in Gellium 87, 4. Graues Hor. Carm. 4, 2, 22. Infidi Id. ibid. 4, 15, 23. Veſcuntur naſturtio Perſae Cic. de Finib. 2, 92. Perſae cera circumlitos mortuos condiunt, vt quam maxime permaneant diuturna corpora Id. Tuſc. 1, 108. In Perſis augurantur et diuinant Magi, qui congregantur in fano commentandi cauſa, atque inter ſe colloquendi Idem de Diuin. 1, 90. Reges Perſarum plures vxores habere, his autem vxoribus ciuitates attribuere aiunt ſolere, hoc modo, Haec ciuitas mulieri redimiculum praebeat, haec in collum, haec in crines, ita populos habent vniuerſos non ſolum conſcios libidinis ſuae, verum etiam adminiſtros Cic. Verr. 3, 76. Rex Perſarum quisquam eſſe non poteſt, qui non ante Magorum diſciplinam ſcientiamque perceperit Idem de Diuin. 1, 91. Perſarum vigui rege beatior Hor. Carm. 3, 9, 4.

PERSĬCVS, a, um. Adi. [Περσικὸς] *Quod ex Perſia eſt.* Regnum Perſicum Iuuen. Sat. 14, 328. Bracca Ouid. Triſt. 5, 10, 34. Libri Cic. de Diuin. 1, 46. ¶ 2 *Genus arboris et fructus.* Plin. 13, 9 Aegyptus et Perſicam arborem ſui generis habet, ſimilem piro, folia retinentem. Fertilitas aſſidua ei, ſubnaſcente craſtino fructu: maturitas Eteſiarum afflatu. Pomum longius piro, incluſum amygdâlae putamine et corio: colore herbido, ſed vbi nux illi, huic prunum, differens breuitate ac mollitie: et quamuis blandiatur praedulcis ſuauitas, innocuum. *Haec* Perſea *vocatur* 15, 13 ſ. 13. *Caeterum totus ille locus inde a* ſ. 11 *de arbore* Perſica *et* prunis Perſicis *agit. Conf. ſupra* PERSEA. Nucleorum Perſicorum interiora Scribon. 184. Perſica duriora purgabis Apic. 4, 2. *Add.* Plin. 16, 26. *Vid. Scriptores rei ruſticae* Colum. 9, 4, 3. *et* 10, 405 ſq. *in primis* 5, 10, 20. *Loco, quem primum indicaui, vocat* Arbores Perſici. *Add.* Pallad. Ian. 15, 20 *etc.* ¶ 3 Plinius 6, 26 Rubrum mare, *idem cum* Perſico Sinu, *quum longe ſint diuerſa, vt ex Geographis apparet, falſo exiſtimauit, his verbis;* Perſae Rubrum mare ſemper accoluere, propter quod is ſinus Perſicus vocatur. ¶ 4 Perſicum portum cum ait Plautus (Amphitr. 256) mare Euboicum videtur ſignificare, quod in eo claſſis Perſarum dicitur ſtetiſſe, non procul a Thebis. *Haec* Feſtus. *Sed* Perſice porticus Cic. Att. 15, 9 *aenigma eſt, de quo bariolationes collegit Graeu.* p. 628 ſqq. ¶ 5 Perſicus, *aliquando pro Opulento et diuite accipitur, a* Perſarum *ſcilicet diuitiis, luxuque.* Hor. Carm. 1, 38, 1 Perſicos odi, puer, apparatus. Ornatus Perſicus Cic. de Senect. 59. ¶ 6 Perſicus peracutum ſignificare videtur, vt Plautus, Nihil deconciliare ſibi, niſi qui perſicus ſapis. Naeuius, Et qui fuerit perſicus carpenti (*ſ.* carpendi) eſt ratio. *Sed Scaliger legi vult* Perſibus *hic, et apud* Varron. de L. L. 6 *extr.* p. 82, 27 *pro* Perſibus aperite *legit* Perſibe, perite: *et huc trahit verba, quae ſtatim ſubiicit Varro,* Itaque ſub hoc (perſibe *grammatici*) gloſſema *callide* ſubſcribunt: *itemque* Feſtum, Sibus callidus vel acutus. *Caeterum* Perſicus *etiam apud Varronem legi voluit Anton. Auguſtinus, et ſic dedit Vertranius Maurus.* Perſibus *etiam Scioppius.*

PERSICE. Adu. Quinctil. 11, 2 *extr.* Themiſtoclem vnum intra annum, optime locutum eſſe Perſice conſtat.

PERSIBVS, *vid.* PERSICVS n. 6.

PERSICCVS, a, um. Adi. Si oculi graues, et aut perſicci aut ſubhumidi ſunt Celſ. 3, 6. *Add.* Feſt. in Subſtillum.

PERSICCATVS, a, um. Adi. Apic. 7, 6 *pr.*

PERSĬDEO, ēdi, eſſum, ēre. [ἐφιζάνω] *Idem quod Permanere.* Plin. 17, 24 Pruinae pernicioſior natura, quoniam lapſa perſidet, gelatque, ac ne aura quidem vlla depellitur.

PERSIDES, um. f. *Pl. Piſces ſunt ex genere Polyporum.* Plin. 32 c. vltimo.

PERSĪDO, ēdi, eſſum, ĕre. [ἐπικάθημαι] *Ex Sido compoſitum.* Lucret. 1, 308 At neque quo pacto perſederit humor aquai Viſum eſt. *i. Inſederit, immiſſus ſit, intrarit, penetrarit.* Virg. Georg. 3, 442 Turpis oues tentat ſcabies, vbi frigidus imber Altius ad viuum perſedit. Seruius: Perſedit, Medullas et oſſa penetrauit. Peſtilitas perſidit in fruges Lucret. 6, 1124. *Alii legunt* Praeſidit, *ſed corrupte.*

PERSIGNO, āre. [ἐπισημαίνω] Liu. 25, 7 Quibus creati ſunt Quinqueuiri muris turribusque reficiendis, et Triumuiri bini: vni ſacris conquirendis donisque perſignandis, *etc. i. accurate deſcribendis, ne quid in poſterum ſubduci aeditimorum aliorumue fraude poſſet.* Corpus omne notis perſignare Mela 1 c. vlt.

PERSILLVM, i. n. Vocant ſacerdotes Rudiculum picatum, quo vnguine Flamen Portunalis arma Quirini vnguet. Feſtus. Perſillum dicebant Vas quoddam picatum, in quo erat vnguentum, vnde arma Quirini vngebantur. Paullus. *Vtrum is recte interpretatus ſit Feſtum, non nimis expeditum eſt.*

PERSIMĬLIS, e. Adi. [πολυόμοιος] Cic. de Petit. Conſ. c. 7 Nihil ſane praeter memoriam, quae eſt germana literaturae quodammodo, et in diſſimili genere perſimilis. Hor. de Arte Poët. 7

Credite, Piſones, iſti tabulae fore librum
Perſimilem, cuius, velut aegri ſomnia, vanae
Pingentur ſpecies.

PERSIMPLEX, ĭcis. Adi. Perſimplici victu et agreſtibus pomis, ac, ſi ſitis admoneret, profluente aqua vitam tolerat Tacit. Ann. 15, 45, 5.

PERSISTO, ſtiti, ſtĭtum, ĕre. [ἐμμένω] *Durare, perſeuerare.* Apuleius, Quum me rogaſſent, an in propoſito perſiſterem. Liu. 38, 14 Parum eſt non erubuiſſe abſentem, quum per legatos fruſtrareris nos, niſi praeſens quoque in eadem impudentia perſiſtas? Cic. de Fin. 2, 107 c. 33 Aut pertinaciſſimus fueris, ſi in eo perſtiteris, *etc.*

PERSITES, ae. f. *Tithymali ſpecies.* Apul. de Herb. c. 108.

PERSIVS, i. m. [Πέρσιος] *Doctiſſimus Romanorum, de quo* Cic. de Orat. 2, 25 C. Lucilius homo doctus et perurbanus dicere ſolebat, ea quae ſcriberet, neque ſe ab indoctiſſimis, neque a doctiſſimis legi velle, quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortaſſe quam ipſe de ſe intelligi vellet: (quo etiam ſcripſit, Perſium non curo legere: hic enim fuit, vt noramus, omnium fere noſtrorum hominum doctiſſimus: Laelium Decimum volo, quem cognouimus virum bonum et non illiteratum, ſed nihil ad Perſium) ſic ego, *etc. Hactenus* Cicero. ¶ 2 Perſius Flaccus *Satiricus nobilis.*

PERSOLATA, ae. f. *Herba, de qua* Plin. 25, 9 ſ. 66 Perſolata, quam nemo ignorat: Graeci vero arcion vocant, folia habet maiora etiam cucurbitis et hirſutiora, nigrioraque et craſſiora, radicem albam et grandem. *Add.* Plin. 26, 5 ſ. 15. *Alii legunt* Perſollata, *et quidem rectius.*

PERSOLLEMNIS, e. Adi. Suet. Neron. c. 28 Cum dote et flammeo perſollemni.

PERSOLĬDO, āre. [καταστερεόω] *Auget ſimplex Solido.* Stat. Theb. 1, 352 Diffunditque imbres: ſicco quos aſper hiatu Perſolidat Boreas. *h. e. Congelat.*

PERSOLLA, *vid.* PERSONA.

PERSOLLATA, *vid.* PERSOLATA.

PERSOLVO, ſolui, ſolutum, ĕre. [ἐκτίω, ἐκτίνω] *Perfecte, vel in totum ſoluere.* Ab aliquo perſoluere, *vid.* A *vel* AB. D. Brutus ad Cic. Fam. 11, 11 Tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſoluere difficile eſt. Epiſtolae primae perſolui, venio ad ſecundam, *i. Reſpondi ad ea, quae ſcripſiſti in prima epiſtola* Cic. Att. 14, 20. Grates perſoluere dignas Virg. Aen. 1, 605. Gratia perſolui non poteſt, ne malo patri Quinctil. Decl. 344. *h. e. Beneficium ne malo quidem patri reddi poteſt.* Honorem perſoluere alicui Virg. Aen. 8, 62. Cic. Verr. 5, 182 Quum et Pop. Rom. ſatisfactum, et receptum officium Siculis neceſſariis meis erit perſolutum. Id. de Amicit. 37 Poenas Reipubl. graues, iuſtasque perſoluit. Poenas perſolues mihi ſanguine Virg. Aen. 9, 423. Praemia promiſſa Ouid. Faſt. 3, 392. Cic. pro Planc. 103 Sinite me, quod vobis fretus huic ſaepe promiſi, id a vobis ei perſoluere. *Add.* Id. Fam. 3, 9. Id. Att. 7, 3 Sed quoniam grammaticus es, ſi hoc mihi ζήτημα perſolueris, magna me moleſtia liberaris. Cic. Verr. 5, 112 Ego mei iam rationem officii confido eſſe omnibus iniquiſſimis meis perſolutam. Id. Att. 5, 14 Poſtremo ſeditio militum ſedata ab Appio, ſtipendiumque eis vsque Idibus Quinctil. perſolutum. Vota Propert. 2, 25, 23.

PERSOLVENDVS, a, um. Partic. [ἐκτιστέος] Ouid. ad Liu. 369 Vita data eſt, vtenda, data eſt ſine fenore nobis Mutua, nec certa perſoluënda die.

*PERSŌLVS, a, um. Adi. Plaut. Curc. 1, 3, 36 Ebriola, perſolae nugae. *i. Solae et merae: non vt quidam primi in literis ordinis cenſent,* Perſicae. Idem Men. 1, 2, 46 Oculum effodito perſolum mihi: *luſcum loquentem introducens. Particula enim augendi addita eſt verbo, quod omnis expers eſt incrementi.*

PERSOLVTA, ae. f. *ſiue* PERSOLYTON, i. n. *Herba hortenſis apud Aegyptios.* Plin. 21, 33 Et perſolutam Aegyptus in hortis ſerit, coronarum gratia. Duo genera eius, mas et femina.

PERSONA, ae. f. [πρόσωπον] *Facies ficticia, aut capitis potius totius ad formam efficta galea, qua vtebantur actores ſcenici, accommodata ad aetatem, vitae genus, mores, eorum, quos referre actores debebant. Hoc docent picturae veteres, quas Daceriano Terentio, caelo Piccarti ſculptas, videmus additas, et quae ſplendide in lucem productae ſunt Vrbini* 1736 *fol. ab Hieron. Maynardo: ne de C. H. Bergeri libro de perſonis ſ. laruis et maſcheris aliquid dicamus. Cum igitur totius capitis effigiem habuerint, etiam vbi capillatum eſt, melius intelligitur* Phaedri *illud* 1, 8 Perſonam tragicam forte vulpes viderat: O quanta ſpecies, inquit, cerebrum non habet. Sueton. Neron. c. 21 Tragoedias cantauit perſonatus, heroum deorumque, item heroidum ac dearum perſonis effictis ad ſimilitudinem oris ſui et feminae prout quamque diligeret. Gell. 5, 7 *ex Gabio Baſſo,* Caput et os cooperimento perſonae tectum vndique vnaque tantum vocis emittendae via peruium, quoniam non vaga neque diffuſa eſt, in vnum tantummodo exitum collectam coactamque vocem ciet, et magis claros canorosque ſonitus facit. Quoniam igitur indumentum illud oris clareſcere et reſonare vocem facit, ob eam cauſam perſona dicta eſt, o litera propter vocabuli formam productiore. *Credimus illi de forma* perſonae: *de vocabulo neque illi aſſentimur, neque Scaligero, qui a* περὶ σῶμα *vel a* περιζῶσθαι *adeo deriuat, Poët.* 1, 13. *Sed magis placet Voſſii coniectura, a* πρόσωπον, *cui plane reſpondet ſignificatio, deducentis* Pro *et* Per *miſceri* Proſerpina *declarat, quae* Perſephone *Graecis eſt. Quo antiquiori tempore a Graecis ſumſere nomina Romani, tanto illa magis corrupere, credo, quod in paucitate literarum non ita fideliter cuſtodita, ſed inter loquentes magis variata ſunt vocabula. Hinc* κύκλωψ cocles *factus, et* Ὀδυσσεὺς Vlixes *et infinita alia. Sed ad* perſonam *redimus. Hiatu magno patent* perſonae *illae neceſſitate quadam, ne parum vocem emitterent. Hinc* Iuuen. 2, 645 Perſonae pallentis hiatum In gremio matris formidat ruſticus infans. Prud. adu. Symmach. 2, 645 Vt tragicus contra ligno tegit ora cauato, Grande aliquod cuius per hiatum crimen anhelet. *Caeterum diſcrimina* perſonarum *pulchre exprimit* Quinctil. 11, 3, 73 Itaque in iis, quae ad ſcenam componuntur fabulis, artifices pronuntiandi a perſonis quoque affectus mutuantur; vt ſit Niobe in tragoedia triſtis, atrox Medea, attonitus Aiax, truculentus Hercules. In comoediis vero praeter aliam obſeruationem, qua ſerui, lenones, paraſiti, ruſtici, milites, vetulae, meretriculae, ancillae; ſenes auſteri ac mites, iuuenes ſeueri ac luxurioſi, matronae, puellae, inter ſe diſcernuntur: pater ille, cuius praecipuae partes ſunt, quia interim concitatus, interim lenis eſt, altero erecto altero compoſito eſt ſupercilio. Atque id oſtendere maxime latus actoribus moris eſt, quod cum iis, quas agunt, partibus congruat. *Mox* ſ. 79 *ad h. l. reſpiciens ait,* Vt modo de perſona comica dixeram. Publ. Syr. Heredis fletus ſub perſona riſus eſt. Quinctil. 6, 1, 26 Scenicis actoribus (*MS.* actionibus) eadem vox, eadem pronuntiatio plus ad mouendos affectus ſub perſona valet. *Et* 6, 1, 36 Perſonam Herculis et cothurnos aptare infanti. Plin. 12, 14 ſ. 32 Alexandriae, vbi tura interpolantur, nulla ſatis cuſtodit diligentia officinas. Subligaria ſignantur opifici: perſona adiicitur capiti, denſusue reticulus: nudi emittuntur. Perſona *illa capiſtri inſtar videtur adhibita, ne ore auferre aliquid poſſent opifices. Sunt certe, qui aſſuefactione marſupia velut duo effecerunt e genis, in quibus aliquam multum pecuniae ferre poſſunt. Si de oculis tantum obligandis actum eſſet, non videtur* perſona *opus fuiſſe. Apud* Lucret. 4, 298 Cretea perſona *eſt imago vultus creta vel argilla expreſſa. De tali* Martial. 14, 176 Sum figuli luſus, rufi perſona Bataui, Quae tu derides, haec timet ora puer. Vlpian. l. 17 §. 9 de actionib. emti et vend. Item conſtat, ſigilla, columnas quoque, et Perſonas, ex quorum roſtris aqua ſalire ſolet, villae eſſe: *i. ſalientes, ſiluani, Tullii.* ¶ 2 *Metaphorae hinc variae petuntur: ac primo quidem ſpeciem fallacem ac ſimulationem notat* perſona. Sen. Epiſt. 24 Non hominibus tantum, ſed et rebus perſona demenda eſt, et reddenda facies ſua. Liu. 3, 36 Is finis Appio gerendae alienae perſonae fuit, ſuo iam inde viuere ingenio coepit. ¶ 3 *Deinde* Perſona *omnis illa qualitas, habitus, relatio, conditio corporis, animi, fortunae, qua homo ab homine diſtinguitur. Sic Hector ad Priamum relatus* perſonam *habet filii, ad Aſtyanactem patris, mariti ad Andromachen, ad Paridem fratris, ad Sarpedonem amici, hoſtis ad Achillem.* Quinctil. 10, 1, 71 Declamatoribus neceſſe eſt ſecundum con-

conditionem controuerſiarum plures ſubire Perſonas patrum, filiorum, maritorum, militum, ruſticorum, diuitum, pauperum, iraſcentium, deprecantium, mitium, aſperorum. *Vides perſonam etiam eſſe ab affectu et breui perturbatione.* Cic. Fam. 6, 6 Caeſar nunquam niſi honorificentiſſime Pompeium appellat. At in eius perſonam multa fecit aſperius, *i. quatenus aemulus erat imperii, dux aduerſae factionis, hoſtis.* Cic. Off. 1, 97 c. 28 Sed Poëtae quid quemque deceat ex perſona iudicabunt. Nobis autem perſonam impoſuit ipſa natura — Quocirca Poëtae in magna varietate perſonarum etiam vitioſis quid conueniat, et quid deceat, videbunt: nobis autem cum a natura conſtantiae, moderationis, — partes datae ſint *etc.* *Apparet,* perſonam *et* partes *hic eadem metaphora dici totam vitae agendae rationem. Vtrumque nomen ſic iungit* pro Muraen. c. 3 Has partes lenitatis et miſericordiae, quas me natura ipſa docuit, ſemper ego libenter, illam vero grauitatis ſeueritatiſque Perſonam non appetiui. Cic. ad Caeſ. *ſub* Att. 9, 11 Et ad eam rationem (*ſi* de otio, de pace, de concordia ciuium agi *debeat*) exiſtimabam ſatis aptam eſſe et naturam et perſonam meam; *characterem dicere hodie ſolemus.* *Sic* Fam. 4, 5 Digna tua perſona quae ſunt, ea reminiſcere. *Sic* Scribon. Epiſt. *pr.* Aeſtimare homines perſonis, *i. externa ſpecie, ſplendore vitae* etc. Nep. *pr.* Genus ſcripturae leue, et non ſatis dignum ſummorum virorum perſonis. *Et* 15, 1, 2 Scimus muſicen moribus noſtris abeſſe a principis perſona. Cic. pro Cluent. c. 29 *pr.* Huius Staleni perſona ab nulla turpi ſuſpicione abhorrebat. *Et* de Fin. 1, 2 Poſtremo aliquos futuros ſuſpicor, qui me ad alias literas vocent: genus hoc ſcribendi, etſi ſit elegans, perſonae tamen et dignitatis eſſe negent. Quinctil. 7, 1, 43 Hic illi eloquentes — inuadent perſonas fauorabiles, *pro quibus nempe facile eſt dicere, vt* pro ruſtico contra diſertum, pro viro forti contra imbellem, *etc.* Cic. Fam. 7 *extr.* *de ſuis occupationibus in iudiciis,* Mihi enim iudicatum eſt, deponere illum iam perſonam, in qua me ſaepe illi ipſi probaui, ac me totum in literas abdere. *Sed operae pretium eſt formulas plures Verborum ordine elementari ſubiicere:* Cic. pro Planc. 100 Vbi me, inquam, Plancius, et complexu ſuo retinuit, multoſque menſes a capite meo non diſceſſit, Abiecta Quaeſtoria perſona, comitiſque ſumta. Adumbrare perſonam, *vid.* ADVMBRO. Tantam perſonam, tam grauem, tam ſeueram non capiunt anguſtiae pectoris Cic. in Piſon. 44. *de dignitate et maieſtate Conſulis.* Conſtituere perſonas Quinctil. 4, 2. Deterreri perſona Scribon. Ep. . . *i. auctoritate perſonae.* Ferre vtramque Hor. Epiſt. 1, 17, 29. Formare nouam Id. de Arte Poët. 106. Gerere perſonam ciuitatis dicitur magiſtratus Cic. Off. 1, 124 c. 34. Illigare perſonas graues ſermonibus, *vid.* ILLIGO. Cic. de Lege Agrar. 2, 48 Et mihi, quaeſo, ignoſcite, ſi appello talem virum ſaepius. vos mihi Praetori biennio ante Quirites hoc eodem in loco perſonam hanc Impoſuiſtis, vt quibuſcunque rebus poſſem, illius abſentis dignitatem vobiſcum vna tuerer. Cic. Verr. 2, 44 Ecquando his de rebus tales viros audituros exiſtimaſti? petatur hereditas ea, quae nulla debetur in praedam Praetoris? interponatur nomen ciuitatis? Imponatur honeſtae ciuitati turpiſſima perſona calumniae? Plin. Epiſt. 1 penult. Sed tu, iterum dicam, plurimum intereſt, quid eſſe Tribunatum putes, quam perſonam tibi Imponas, quae ſapienti viro ita aptanda eſt, vt perferatur. Cic. Verr. 2, 108 Dubitate etiamnum ſi poteſtis, quin eum iſte potiſſimum ex omni numero delegerit, cui improbam perſonam Imponeret? Vehementem et acrem perſonam, quam mihi tempus et Reſp. Impoſuit, iam voluntas et natura ipſa detraxit Cic. pro Sull. 5 c. 3. Id. Offic. 1, 107 c. 29 Duabus quaſi nos a natura Indutos eſſe perſonis. Quinctil. 4, 1, 13. Induere perſonam Quinctil. 3, 8, 51. 6, 2, 36. 12, 8, 15. Mutuantur affectus a perſonis artifices pronuntiandi Quinct. 11, 3, 74. Cic. Off. 3, 106 Illud quidem neque dedi, neque do infideli cuiquam: idcirco recte a Poëta, quia quum tractaretur Atreus, perſonae Seruiendum fuit. Subſtituere perſonas Quinctil. 3, 8. Suſcipere perſonam alicuius Idem 4, 2. Suſtineo vnus tres perſonas, meam, aduerſarii, iudicis Cic. de Orat. 2, 102. *Poteſt ergo aliquis* ſuam *ipſius* perſonam *ſuſtinere et quaſi agere.* Quinctil. 2, 20, 10 Et ipſe Cicero in ſua perſona — virtutem appellat eloquentiam. *Dixerat,* Hoc apud Ciceronem diſſerit Craſſus. Suſtinet grauiſſimam perſonam, qui philoſophiam profitetur Cic. in Piſon. 71. Id. de Orat. 3 51 Neque adhuc quam perſonam teneant, aut quid profiteantur, intelligere potuerunt. Cic. pro Archia 3 c. 2 In eiuſmodi perſona, quae propter otium ac ſtudium minime in periculis iudiciiſque Tractata eſt. Perſona *hic videtur, Poëta de ciuitate et ſtatu in iudicium vocatus: hanc perſonam in hac oratione* tractat *Cicero.* Quinctil. 4, 1, 14 Ipſius autem litigatoris perſona tractanda varie eſt, *etc.* Tueri perſonam magiſtratus Cic. in Brut. 16. Tueri perſonam principis, magnum eſt in Republica Id. Philipp. 8, 29 c. 10. ¶ 4 *Ipſi cum perſona ſua actores fabularum* Perſonae *vocantur Metonymia conſueta, qua* Arma *pro armatis dicuntur, qua Germani maiores noſtri* Gladium (*einen Degen*) *pro viro forti, et Galli hodierni* Pileum *dicunt pro viro.* Aſcon. Pedian. *ad* Cic. Diuin. in Caecin. 48 c. 15 Nam Latinae fabulae per pauciores agebantur perſonas. *Et mox,* Eſt ergo perſona primarum partium, quae ſaepius actu regreditur, *etc. Conf. Scal. Poët. 1, 13 ſqq. Sed etiam qui* aguntur, *i. agentes, loquentes producuntur in ſcenam,* Perſonae *ſunt.* Cic. de N. D. 3, 71 c. 29 Medea modo et Atreus commemorabantur a nobis, heroicae perſonae: *commemoratae autem ſunt ex Tragoediis. Ita* Perſonae *ponuntur ante fabulas* Plauti *ac* Terentii. *Ita* Perſona muta, κωφὸν πρόσωπον *interdum inducitur. Sic* Ter. Eun. prol. 16 Paraſiti perſonam inde ablatam vel militis. ¶ 5 *Ad hunc modum etiam* Perſonae *ſunt ipſi cum ſuis qualitatibus, relationibus, conditionibus, homines, fabulae quique ſuae actores.* Quinctil. 4, 2, 52 Credibilis erit narratio ante omnia, — ſi perſonas conuenientes iis, quae facta credi volemus, conſtituerimus, vt furti reum, cupidum; adulterii, libidinoſum; homicidii, temerarium; vel contra, ſi defendemus. Cic. Fam. 3, 5 Neque obſcuris perſonis, nec paruis in cauſis res agetur. Idem ibid. 5, 12 Si vno in argumento, vnaque perſona, mens tua tota verſabitur. Nep. 16, 4, 3 Haec fuit altera perſona Thebis, ſed tamen ſecunda, ita vt proxima eſſet Epaminondae. Quinctil. 4, 1, 63 Sermo a perſona iudicis auerſus, ἀποστροφή, *etc. i. ab ipſo iudice.* Vlpian. l. 1 D. Ne quis eum, qui in ius vocat, Ofilius putat, locum huic edicto non eſſe, ſi perſona, quae in ius vocari non potuit, exemta eſt, veluti parens, patronus, caeteraeque perſonae. Cic. Att. 8, 12 Ecquae pacifica perſona deſideretur. *Et* ad Pompeium *ſub* Att. 8, 11 *extr.* Vt mea perſona (*i. ego cum meis virtutibus et rebus geſtis*) ſemper ad improbrorum ciuium impetus aliquid videretur habere populare, *i. vt populares ſibi viderentur, qui in me impetum facerent.* Cic. Philipp. 6, 15 c. 6 Non alienum fuit perſonas quaſdam a vobis recognoſci, vt quibuſcum bellum gereretur, poſſitis taciti cogitare. *Et* de Orat. 2, 145 c. 34 Hominum innumerabiles perſonae, *i. homines cum ſuis relationibus.* Quinctil. 7, 3, 11 Colliduntur non perſonae inter ſe, ſed ipſae res, id eſt, non vter fecerit, ſed vtrum factum ſit? Vell. 2, 68, 1 Neque enim perſona vmbram actae rei capit, *h. e. Burmanno interprete, viri talis non poteſt in vmbra et obſcuro eſſe vita et actus.* ¶ 6 *Hominem ſingularem, ſ. indiuiduum ſignificat.* Sen. de morte Claud. 10 Ne videar in perſonam, non in rem, ſententiam dicere. Celſ. 1 *pr.* Medicos nihil tentaſſe iudico, quia nemo in ſplendida perſona periclitari voluerit coniectura ſua, ne, ſi non ſeruaſſet, occidiſſe videretur. Idem 5, 8, 13 Malagmata ad ſtrumas in perſonis varie reſponderunt. Traian. ad Plin. 10, 88 Contractis omnibus perſonis ad idem negotium pertinentibus, *i. conuocatis omnibus, quorum intereſt.* Sueton. Neron. c. 1 Domitii ne praenomina quidem vlla praeterquam Cneii et Lucii vſurparunt, modo continuantes vnumquodque per ternas perſonas, modo alternantes per ſingulas. Quinctil. 5, 2, 3 De infirmitate perſonarum querendum, contra quas erit iudicatum. Vlpian. l. 1 D. de conſtitut. Quod princeps alicui ob merita indulſit, vel ſi quam poenam irrogauit, vel ſi cui ſine exemplo ſubuenit, perſonam non egreditur. ¶ 7 *Grammatica illa appellatio primae perſonae, i. loquentis, ſecundae, quae compellatur, et tertiae, de qua ſermo eſt, ſatis antiqua. V. g.* Quinctil. 1, 4, 29 Quaedam *verba* tertiae demum perſonae figura dicuntur, vt licet, piget.

PERSOLLA, ae. f. Diminut. *Legitur a quibuſdam apud* Plaut. Curc. 1, 3, 36. *vbi alii* perſolae.

PERSONĀTVS, a, um. Adi. *Perſona indutus, tragicus vel comicus.* Hor. Serm. 1, 4, 56 Quis ſtomachetur eodem Quo perſonatus pacto pater? Tragoedias cantauit *Nero* perſonatus, heroum deorumque, item heroidum ac dearum perſonis effictis ad ſimilitudinem oris ſui et feminae, prout quamque diligeret Suet. Ner. c. 21. Cic. Att. 15, 1 Quid eſt autem cur ego perſonatus ambulem? parumne foeda perſona eſt ipſius ſenectutis? Noſtri ſenes perſonatum ne Roſcium quidem magnopere laudabant Id. de Orat. 3 c. 59. Pueri quos amant, quibus aſſueuerunt — ſi perſonatos vident, expaueſcunt Sen. Ep. 24. Fabula quaedam Naeuii Perſonata inſcribitur, quam putant quidam primum a perſonatis hiſtrionibus, ſed quum poſt multos annos comoedi et tragoedi perſonis vti coepere, veriſimilius eſt eam fabulam propter inopiam comoedorum actam nouam per Attellanos, qui proprie vocantur perſonati: quia ius eſt iis non cogi in ſcenam ponere perſonam, quod caeteris hiſtrionibus pati neceſſe eſt. Feſtus. Felicitas perſonata, *i. Fucata* Senec. Epiſt. 80.

PERSONĀLIS, e. Adi. [προσωπικός] *Quod ad perſonam pertinet.* Perſonalis actio, *Quae in perſonam datur.* Beneficium Vlpian. l. 63 D. §. 1 pro ſocio. Munus perſonale, *vid.* Vlpianum D. de conſtitut. princip. l. 1. Vſus perſonalis aquae Paullus in l. pen. D. de ſeruit. praed. ruſt.

PERSONALITER. Adu. *Idem. Grammaticorum vox.* Gell. 15, 13 Puditum et pigitum non perſonaliter per infinitum, *etc. Aliter vtitur* Arnob. 3 p. 124 Etiamſi perſonaliter ignoramus, qui ſint Lares, qui ſint Nouenſiles, qui Penates, *etc. Add.* Saluian. de Gubern. Dei l. 6 *pr.*

PERSONĀTA, ae. f. [ἄρκειον] *Genus herbae naſcentis iuxta riuos et flumina.* Plin. 25, 9 Quidam arction perſonatam vocant, cuius folio nullum eſt latius, grandes lappas ferentem. Columel. 6, 17 Venena viperae depellit ſuper ſcarificationem ferro factam herba, quam vocant perſonatam, trita, et cum ſale impoſita. *Add.* 21, 16. *it.* Apul. de Herb. 36. *et* Marc. Empir. 17. *Variatur in hoc nomine, cum* Perſonacia *etiam et* Perſolata *et* Perſoluta *legatur.*

PERSŎNO, ui, āre. [ἐνηχέομαι] *Magnum ſonum emittere, Magna voce clamare et efferre.* Cic. pro Cael. 47 c. 20 Illae vero non loquuntur ſolum, verum etiam perſonant, huc vnius mulieris libidinem eſſe prolapſam, vt ea, *etc.* Per vrbem totam perſonat Valer. Argon. 2, 164. Cantu tibia perſonuit ſollemni Ouid. Amor. 3, 13, 11. *Al.* Praeſonuit. Cithara aurata perſonat Iopas Virg. Aen. 1, 745. Latratu Cerberus perſonat regna Id. ibid. 6, 418. Tumultu perſonare Liu. 27, 15. Hor. Epiſt. 1, 1, 7 Eſt mihi purgatam crebro, qui perſonet aurem, *etc. h. e. Me admoneat. Sed* Cic. Fam. 6, 18 Leptam noſtrum iam cupio delectari talibus ſcriptis, etſi abeſt maturitas aetatis, tamen perſonare aures eius huiuſmodi vocibus non eſt inutile. *Hoc loco* Perſonare *ſignificat, Aliquid ex audito ſonore, vocibuſque reſtare in auribus, quod quaſi idem inſuſurret, diutiuſque illic maneat.* Domus perſonuit canibus Hor. Serm. 2, 6, 115. Cum Domus cantu et cymbalis perſonaret Cic. in Piſon. 22 c. 10. Idem pro Roſc. Amer. 134 Animi et aurium cauſa tot homines habet, vt quotidiano cantu vocum, et neruorum, et tibiarum, nocturniſque conuiuiis tota vicinitas perſonet. Ouid. Triſt. 1, 2, 46 Quantus ab aetherio perſonat axe fragor. Saxa perſonuere dulci fiſtula Hor. Carm. 1, 17, 12. Liu. 39, 15 Non fama modo accepiſſe vos, ſed crepitibus etiam, vlulatibuſque nocturnis, qui perſonant tota vrbe, certum habeo. *Paſſ.* Choris Aegipanum vndique perſonatur Solin. c. 37 (24). Quam magno deinceps ore tua, o princeps inuicte, facta inclyta ſunt perſonanda S. Rufus Breuiar. c. 29 *extr.*

PERSŎNVS, a, um. Adi. *Sonans, ſonum edens* Valer. Argon. 4, 418

Haec procul Io
Spectat ab arce poli iam diuis addita, iamque
Aſpide cincta comas, et ouanti perſona ſiſtro.

Petron. c. 120 Perſona verno cantu virgulta.

PERSONANTER. Adu. Salulan. de Gubern. Dei l. 6 *pr. verum emendatius legitur* perſonaliter.

PERSORBEO, ui *vel* pſi, ptum, ēre. [ἐκροφέω] *Totum ſorbere.* Plin. 31, 11 *pr.* Alias ex his mares exiſtimauere, tenui fiſtula ſpiſſioreſque, perſorbentes, et quae tinguntur in deliciis, aliquando et purpura.

PERSPECIALIS, e. Adi. Cautio perſpecialis Sarisber. Epiſt. 173.

PERSPECV̆LOR, āri. [καταθεωρέω] *Diligenter ſpeculari.* Plin. 8, 26 Aſſidua namque ſatietate obeſus exit in litus, recentes arundinum caeſuras perſpeculatus. Exercitum neque per inſidioſa itinera duxit vnquam niſi perſpeculatus locorum ſitus Suet. Caeſ. c. 58. Hirt. de Bello Afric. c. 31 Quum de vallo perſpecularetur.

PERSPERGO, ſi, ſum, ĕre. [καταῤῥαντίζω] *Vndique adſpergere.*

gere. Cic. de Orat. 1, 159 c. 34 *extr.* Libandus eſt etiam ex omni genere vrbanitatis facetiarum quidam lepos, quo tanquam ſale perſpergatur omnis oratio. Cato c. 130 Codicillos oleaginos, et caetera ligna amurca cruda perſpergito, et in ſole ponito.

PERSPĬCIO, ſpexi, ſpectum, ĕre. [διοράω, συνοράω] *Intueri et diligenter animaduertere.* Domum cum fabris Cic. Fam. 9, 15 *extr.* *quam nimirum emturus erat.* *Add.* Id. Verr. 4 c. 28 *extr.* Aſiae perſpeximus vrbes Ouid. ex Pont. 2, 10, 21. Cic. Fam. 1, 2 Perſpiciebant enim in Hortenſii ſententiam multis partibus plures ituros. Caeſ. Bell. Gall. 2, 11 Qua de cauſa diſcederent, nondum perſpexerat. Cic. pro Sulla 76 Perſpicite etiam atque etiam, Iudices: nihil eſt, quod in hac cauſa dici poſſit vehementius; penitus introſpicite Catilinae, Autronii, Cethegi, Lentuli, caeterorumque mentes, *etc.* *Conf.* Lucret. 1, 478. Perſpicere vnde natus ſit error Cic. de Fin. 1, 52. Non ſatis perſpicio iſta varietas, quae ſit Id. de Fin. 2, 10 c. 3. Quid in quaque re verum ſincerumque ſit, quid conſentaneum cuique: quid conſequens, ex quo quaeque gignantur, quae cuiusque rei cauſa ſit perſpicere Cic. Off. 2, 18. Cum conſilio et cura rem aliquam perſpicere Id. de Inuent. 2, 17. Altius perſpicere, *vid.* ALTVS. Facillime et optime Cic. Fam. 1, 2. Funditus perſpicere omnes res geſtas Lucret. 1, 479. Rectius perſpicere aliquid Id. 1, 138. Cauſam totam perſpicere et pertractare Cic. de Orat. 2, 318. Idem pro L. Manil. 16 c. 9 Multa praetereo conſulto, ſed ea vos Coniectura perſpicitis. Cura vigili perſpexerat omnia Ouid. Met. 15, 65. Cic. Verr. 2, 3 c. 2 Cuius in Sicilia virtutem hoſtes, miſericordiam victi, Fidem caeteri Siculi perſpexerunt. Fronte (vt aiunt) meum erga te amorem perſpicere potuiſſes Id. Attic. 14, 13 Ex fronte perſpicere *dicimus, quod ſtatim et velut ipſo protinus occurſu percipimus.* Naturam loci Caeſ. B. Ciu. 1, 66. Cic. de Legib. 2, 59 Quum ſe ipſe perſpexerit, totumque tentarit, intelliget, quemadmodum a natura ſubornatus ad vitam venerit, quantaque inſtrumenta habeat ad obtinendam adipiſcendamque ſapientiam. *de homine.* Studia perſpicere et videre frequentiam aliquorum Cic. Catil. 1, 21. Virtutem et integritatem alicuius Idem Verr. 3, 1. *Et* Attic. 1, 1 Quum perſpexero Voluntates nobilium, ſcribam ad te. Perſpicere, *pro Re vera diſcernere:* Plin. Epiſt. 1, 10 Vt enim de pictore, ſcalptore, fictore, niſi artifex iudicare: ita niſi ſapiens non poteſt perſpicere ſapientem. Perſpicitur: Cic. de Inuent. 1, 65 Ex re quod perſpicitur, et verum eſſe intelligitur, nihil attinet approbari. Res ipſae perſpiciantur Lucret. 4, 259. In parua pecunia ſaepe perſpiciuntur, quam ſint leves quidam amici Cic. de Amic. 63 c. 17. ¶ 2 *De obſcura quadam* per intermedium, *vt aiunt Scholaſtici, viſione* Cic. de Orat. 1, 161 c. 35 Tanquam in aliquam locupletem ac refertam domum venerim, non explicata veſte, neque propoſito argento, neque tabulis et ſignis palam collocatis, ſed his omnibus multis magnificisque rebus conſtructis ac reconditis: ſic modo in Craſſi oratione diuitias atque ornamenta eius per quaedam inuolucra atque integumenta perſpexi; ſed ea cum contemplari cuperem, vix adſpiciendi poteſtas fuit.

PERSPECTVS, a, um. Partic. [διωραμένος] Caeſ. B. Gall. 2, 17 Eorum dierum conſuetudine itineris noſtri exercitus perſpecta. Amicitia perſpecta Catull. 97, 6. Cognitum, perſpectum, iudicatum animum alicuius habere Cic. ad Brut. 1. *Contraria:* Cic. pro Corn. Balb. 16 Cuius igitur audita Virtus dubitationi locum non daret, huius praeſens, experta atque perſpecta obtrectatorum voce laedetur? Vita aliquorum in rebus honeſtis atque magnis perſpecta Idem Off. 1, 149. Perſcribere perſpecta et explorata omnia ad aliquem Cic. Attic. 3, 15. *Comparat.* Quid omnium oculis ac mentibus perſpectius et clarius? Cic. in Conſolat. *Superl.* Id. Att. 11, 1 Omnem autem ſpem habeo exiſtimationis priuatarumque rerum in tua erga me mihi perſpectiſſima beneuolentia.

PERSPECTE. Adu. [διωραμένως] *Diligenter, docte.* Perſpecte et docte ſapere Plaut. Mil. 3, 1, 161.

PERSPECTIO, ōnis. f. Lactant. 2, 8, 68 Terrenum animal rerum caeleſtium perſpectionem non capit. *Add.* Id. de Ira c. 1.

PERSPECTOR, ōris. m. Iuuencus 2, 275 — Mentis perſpector Iēſus.

PERSPECTO, āre. Frequent. [συνορῶ] Plaut. Mil. 3, 1, 2 Sinite me prius perſpectare, ne vſpiam inſidiae ſient. *Ad finem vsque ſpectare:* Suet. in Auguſt. c. 98 Ludos quinquennales honori ſuo deſtinatos perſpectauit. *Conf.* Id. Domit. c. 4.

PERSPICIENS, *vnde*

PERSPICIENTIA, ae. f. [ἐυσυνεσία] Cic. Offic. 1, 15 c. 5 Sed omne, quod honeſtum eſt, id quatuor partium oritur ex aliqua: aut enim id in perſpicientia veri, ſolertiaque verſatur, *i. perfecta cognitione.*

PERSPICVVS, a, um. Adi. [διαφανὴς] *Per quod medium videmus.* Martial. 4, 41 *de vitro,* Prodat perſpicuus ne duo vina calix. Amnis Stat. Theb. 4, 418. Aqua Idem 4, 22. Liquor Ouid. Met. 4, 300. ¶ 2 Perſpicuus, [ἐναργὴς] *per translationem pro Claro, manifeſto et minime dubio.* Cic. pro Roſc. Amer. 40 Neceſſe eſt eam quoque iuſtam et magnam et perſpicuam fuiſſe. Id. de Inuent. 1, 17 Quae perſpicuam omnibus veritatem continet aſſumtio, nihil indiget approbationis. Cic. pro Domo 64 Legeram clariſſimos noſtrae ciuitatis viros, ſe in medios hoſtes ad perſpicuam Mortem pro Salute exercitus inieciſſe, *i. praeſentem, quam ſibi imminentem videbant.* Id. Verr. 4, 99 Res quae eſſet antea non obſcura, ſacerdotum teſtimonio perſpicua eſſe coepit. Cic. Verr. 1, 122 Omnia Aperta, omnia perſpicua reperientur. Id. in Verr. Act. 1, 5 c. 2 Vt apertus in corripiendis pecuniis fuit, ſic in ſpe corrumpendi iudicii perſpicua ſua conſilia, conatusque omnibus fuit. Perſpicuum eſt omnibus Cic. Acad. 4, 132. Perſpicuum hoc eſt, conſtatque inter omnes Id. de N. D. 3, 9 c. 4.

PERSPICVĬTAS, ātis. f. [διαφάνεια] *Euidentia.* Cic. Acad. 4, 17 Propterea quod nihil eſſet clarius ἐναργείας, vt Graeci: perſpicuitatem aut euidentiam nos, ſi placet, nominemus. Prima eloquentiae virtus *dicitur* Quinctil. 8, 2. Idem 1, 6 *de verbis vetuſtis:* Oratio vero, cuius ſumma virtus eſt perſpicuitas, quam ſit vitioſa, ſi egeat interprete? Perſpicuitatem vocat intelligendi facilitatem. Perſpicuitas argumentatione eleuatur Cic. de N. D. 3 c. 4. *quod paullo poſt ita dicit,* Rem minime dubiam argumentando dubiam facis.

PERSPICVE. Adu. [διαφανῶς] *Euidenter.* Cic. Acad. 4, 34 Quo enim modo perſpicue dixeris, album eſſe aliquid, *etc.* *Conf.* Idem de Inuent. 2 c. 24. Aperte et perſpicue nulla eſſe iudicia Id. Verr. Act. 1, 6. Dilucide et perſpicue Plin. 18, 28. Plane et perſpicue expedire aliquid Cic. de Fin. 3, 19 c. 5.

PERSPĬCAX, ācis. Adi. [πανόπτης, συνετὸς, διορατικὸς, συνοπτικὸς] *Conſideratus, acutus.* Cic. Off. 3, 98 c. 26 Quod ni Palamedis perſpicax prudentia Iſtius percepſet malitioſam audaciam. *ex Poeta.* Ter. Heaut. 5, 1, 1 Ego me non tam aſtutum, neque ita perſpicacem eſſe, id ſcio. Cic. Off. 1, 100 Acutum et Perſpicax coniunxit. *Comp.* Apul. Met. 2 p. 124 Perſpicacior Lynceo vel Argo.

PERSPICACIA, ae. f. [σύνεσις] *Conſideratio et acumen.* Cic. Att. 15, 16 Tandem a Cicerone tabellarius, ſed mehercule litterae πεπινωμένως ſcriptae, quod ipſum perſpicaciam aliquam ſignificaret.

PERSPICACĬTAS, ātis. f. [τὸ συνοπτικὸν, Onomaſt. Vet. *Idem.* Cic. Att. 1, 18 *extr.* Etſi ex iis, quae ſcripſimus, tanta es perſpicacitate, etiam a me non ſcripta perſpicis. *In quibusdam exemplaribus deſiderantur haec verba,* Es perſpicacitate. *Et ſic Gronou.*

PERSPICACĬTER. Adu. Ammian. 29, 1 Queis omnibus perſpicaciter inquiſitis. *Compar.* Boëth. Conſol. Philoſ. 3 met. 11 Lucebit ipſo perſpicacius Phoebo.

PERSPICATE. Adu. *pro Perſpicaciter.* Non. 11, 31 ex Afranio: Quam perſpicate, quam benigne.

PERSPICABĬLIS, e. Adi. Tarſus vrbs perſpicabilis Ammian. 14, 8. Lumen radiorum perſpicabile Fortunat. Carm. 3.

PERSPICIBĬLIS, e. Adi. *Pellucidus.* Vitruu. 9, 4 Perſpicibilis ſolis ſplendor.

PERSPĪRO, āre. *Spiritum, aut liquorem adeo quemcunque transmittere.* Cato R. R. c. 157 Venae omnes, vbi ſufflatae ſunt ex cibo, non poſſunt perſpirare in toto corpore. *Vid.* Plin. 2, 45.

PERSPISSO. Adu. [πολυβραδέως] *ſignificat Tarde.* Plaut. Poen. 3, 5, 47 Quia quod bene promittunt aruſpices, perſpiſſo euenit. Non. 4, 422. *Al. leg.* Proſpiſſo.

PERSTABILIS, e. Adi. *Laudatur,* Vaneſcat ſanguis perſtabilis, oſſa liqueſcant Prudent. Apoth. 1016. *Sed recte editur* perſlabilis, *qui perſlari et diſſipari ſe patitur.*

PERSTERNO, ſtrāui, ſtrātum, ĕre. [καταστρώννυμι] *Totum ſternere.* Liu. 10, 47 Eodem anno ab Aedilibus curulibus, qui eos ludos fecerunt, damnatis aliquot pecuariis via a Martis ſilice ad Bouillas perſtrata eſt.

PERSTIMV̆LO, āre. [κατακεντάω] *Vehementer ſtimulo.* Tac. Ann. 4, 12, 7 Agrippinae quoque proximi illiciebantur, prauis ſermonibus ſpiritus perſtimulare.

PERSTĬNO, āre. [τιμῶμαι] *Emere ſignificaret, ſi legeretur* Apul. Met. 1 *extr.* Et percontato pretio, quod centum numis indicaret, adſpernatus, Viginti denariis perſtinaui. *Sed* Praeſtinaui Elmenh. p. 113, 15 *ne alterius quidem lectionis mentione facta. Nec aliter Beroaldus, etc.*

PERSTO, ſtĭti, ſtĭtum *et* ſtātum, āre. [ἐμμένω] *Firmum et immobilem ſtare, Perſeuerare.* Plin. 7, 2 Philoſophos eorum, quos gymnoſophiſtas vocant, ab exortu ad occaſum perſtare, contuentes ſolem immobilibus oculis feruentibus arenis. In limine perſtat quidam Tibull. 1, 5, 71. Animis perſtare Stat. Theb. 11, 431. Negare aliquid, et in eo perſtare Cic. Offic. 3, 39 c. 9. In cauſam damni perſtat vterque ſui Ouid. de Arte Am. 2, 560. In impudentia Cic. pro Roſc. Com. 26 c. . . Incepto perſtare, *vel* In incepto Liu. 8, 33. In prauitate perſtare ſua Cic. Acad. 4, 26 c. 8. In ſententia perſtare Id. pro Roſc. Com. 56 c. vlt. In ſocietate Liu. 23. Certare perſtas Ouid. Met. 13, 77. Contendere perſtat Sil. 5, 104. Hiems perſtat Ouid. Epiſt. 18, 206. Mens eadem perſtat mihi Virgil. Aen. 5, 812. Muſa ſola comes fugae perſtitit Ouid. Triſt. 4, 1, 20. Pudor in ore perſtat Id. ex Pont. 4, 9, 92. Rabies perſtat Lucan. 5, 210. *Paſſ. imperſonal.* Catonis ſententia peruicit, vt in decreto perſtaretur Epit. Liu. 49.

PERSTATV̄RVS, a, um. Partic. Liu. 8, 34 Se tamen perſtaturum in incepto.

PERSTANS, antis. Partic. [ἐμμένων] Dictis perſtantem cernit in iisdem Val. Argon. 4, 143.

PERSTRATVS, *vid.* PERSTERNO.

PERSTRENVE. Adu. Abi perſtrenue, ac fores aperi Ter. Adelph. 2, 1, 13 *apud* Non. 4, 5. *Sed vulgatum ibi eſt* praeſtrenue, *et rectius diuiditur,* Abi prae ſtrenue, *vt* I prae, *pro* praei.

PERSTRĔPO, ui, ĭtum, ĕre. [καταψοφέω] *Valde ſtrepere.* Ter. Eun. 3, 5, 52 Abeunt lauatum, perſtrepunt, ita, vt fit domini vbi abſunt. Crebro pulſatus perſtrepit ictu Claudian. in Eutrop. 2, 450. Rumor in arcana iamdudum perſtrepit aula Stat. Achil. 2, 76. Tellus perſtrepit Sil. 8, 431. *Paſſiue,* Apul. Met. 3 p. 129 Quati fores interdum, et frequenti clamore ianuae perſtrepi. Vt noueris, quibus fluctibus perſtrepamur Symmach. Ep. 6, 12.

PERSTRIDO, ĕre. Leuiter perſtridunt caerula *(maria)* venti German. in Arat. 1 v. 6.

PERSTRINGO, ſtrinxi, ſtrictum, ĕre. *Auget vim ſimplicis* Stringo, *et ſignificat vehementius tangere, eaque re aliquantum laedere.* Cato c. 32 Vites bene nodentur per omnes ramos, diligenterque caueto, ne vitem praecipites, et ne nimium perſtringas. Dentes nimis perſtringere Scribon. 57. *i. conſtringere acrimonia ſua.* Aciem mentis, aut oculos perſtringere, *quod quidam legunt, illud potius ex ſollemni librariorum errore videtur ortum, cum* praeſtringere *ita ſollemne, et frequens ſit, vt proprium huic rei videatur. Nos certe eo retulimus etiam ea, vbi lectio variat. Sed* Quinctil. 10, 1, 30 *magno conſenſu de* fulgore armorum *dicitur,* quo mens ſimul viſusque perſtringitur, *i. vehementer tangitur, percelliturque. Sic* Val. Maxim. 2, 10, 6 Cimbrica calamitas oculos hominis perſtrinxit, *ſine varietate legitur.* Mamert. Genethl. Max. 2 Senſus meos — proxima quaeque veneratio ſui maieſtate perſtringit. *Quamquam Cannegieter. diſſ. de Auiano* c. 22 p. 319 *emendat* praeſtrinxit. *Idem dubitat de* Val. Max 9, 1, 5 Cum praeſertim — Sartorius Romanorum exercituum oculos Luſitanis telis perſtringeret. *Nam hic certe poteſt amplius quid, quam ſolus ſplendor armorum intelligi, et ita propinqua telorum admotio, vt etiam raderet oculos. Conſtringendi et comprimendi notione poſuiſſe videtur* Ouid. Met. 10, 495 Iamque grauem creſcens vterum perſtrinxerat arbor, *de Myrrha, i. cortice aſpero induxerat, et ſic conſtrinxerat.* Aures perſtringis murmure cornuum Horat. Carm. 2, 1, 18. *h. e. ita deſcribis tumultum pugnae, vt auribus illum videamur percipere.* Iter fulmineum perſtrinxit Claud. in pr. Conſ. Stil. 1, 200. *i. celerrime peregit. Al.* praeſtrinxit, *vt ad ripas Rheni referatur, quas praeteriit.* Portam vrbis vomere aratri perſtringere Cic. Phil. 2, 102 c. 40. Id. de L. Agr. 2, 66 c. 25 Quod ſolum tam exile et macrum eſt, quod aratro perſtringi non poſſit? Horror perſtringit aliquem Liu. 1, 25, 4. *Metaphora a vulneribus leuioribus, vt* Virgil. Aen. 10, 344 Magnique

femur perſtrinxit Achatae. Sueton. Claud. c. 15 Graphium et libellos iecisse in faciem eius, vt genam non leuiter perſtrinxerit. Aur. Vict. Epit. 15, 9 Cum ob inopiae frumentariae ſuſpicionem lapidibus a plebe Rom. perſtringeretur. *Alias* perſtringere *eſt proxime et arcte contingere, vt* Auien. Arati Phaenom. 958 His celeris veſtigia ſumma Perſtringuntur equi, perſtringitur ales ab ipſo Verticis extremo. ¶ 2 *Metaphorice,* Perſtringere *aliquem dicimur cui vocem, atque orationem noſtram, velut telum aliquod, intentamus, eoque leuius illum quaſi vulneramus.* Cic. pro Sext. 14 Vt eos, quorum ſceleris furore violatus eſſem, vocis libertate perſtringerem? Celeriter curſum vitae alicuius Cic. Phil. 2, 47 c. 19. *vbi ſimul ad breuitatis notionem, de qua ſtatim, reſpicitur.* Cic. de Clar. Orat. 323 Conſulatuſque meus, qui illum primo leuiter perſtrinxerat, idem nos rerum mearum geſtarum, quas ille admirabatur, laude coniunxerat. Id. pro Sulla 46 Nemo vnquam me tenuiſſima Suſpicione perſtrinxit, quem non praeverterim. Voluntatem alicuius aſperioribus verbis impune perſtringere Cic. pro Planc. 33 c. 14. ¶ 3 *Vt indicabamus modo, eſt etiam* Perſtringere, *Summatim et breuiter dicere.* Cic. pro Roſc. Amer. 91 c. 32 Sed in animo eſt, quemadmodum ante dixi, leuiter tranſire, ac tantummodo perſtringere vnamquamque rem. Perquam breuiter aliquid perſtringere et attingere Cic. de Orat. 2, 201.

PERSTRICTVS, a, um. Partic. [κατασφιχθεὶς] Plin. 17, 24 Perſtrictus gelu non potuit eo peruenire humor, *h. e. Vehementer aſtrictus.* Perſtrictus leui vulnere Val. Max. 6, 8, 2.

PERSTRVO, xi, ctum, ĕre. *Ad certum vsque finem ſtruere.* Vitruu. 7, 4 Paries cum in altitudinem perſtructus fuerit.

PERSTVDIŌSVS, a, um. Adi. [πολυσπουδαῖος] Cic. Tuſc. 5, 63, c. 22 Muſicorum vero perſtudioſum accepimus, *etc.*

PERSTVDIŌSE. Adu. Cic. in Brut. 206 c. 56 His enim ſcriptis etiam ipſe interfui, quum eſſem apud Aelium adoleſcens, eumque audire perſtudioſe ſolerem.

PERSVĀDEO, ſi, ſum, ēre. [πάθω, ἀναπάθω] *Suadendo inducere, Facere vt quis non modo verum putet, quod volumus, ſed etiam agat.* Ter. Adelph. 3, 4, 24 Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia. Caeſ. Bell. Gall. 3, 18 *pr.* Idoneum quendam hominem et callidum delegit Gallum, ex illis quos auxilii cauſa ſecum habebat: huic magnis praemiis pollicitationibuſque perſuadet, vt ad hoſtes tranſeat: et quid fieri velit, edocet: qui vbi ad eos venit, timorem Romanorum proponit. *Cum Infin.* Nep. 10, 3 Plato autem tantum apud Dionyſium auctoritate potuit, valuitque eloquentia, vt perſuaſerit tyrannidis facere finem, libertatemque reddere Syracuſanis. Auditori aliquid perſuadere Cic. de Inuent. 1, 23 c. 17. Opinione non ſolum, ſed etiam ad veritatem ſibi aliquid perſuadere Cic. de Nat. Deor. 1, 61. Te tibi perſuadere volo, mihi neminem eſſe te cariorem Anton. ad Cic. *ſub* Att. 10, 8. Hoc velim tibi penitus perſuadeas Cic. Att. 14, 14. Nec tibi tam prudens quiſquam perſuadeat auctor *etc.* Virg. Georg. 2, 315. Prorſus ita eſſe, alicui perſuadere Cic. Att. 7, 8. Confirmauit non ſolum mihi, ſed etiam perſuaſit Idem ib. 16, 5. Vere perſuades hoc tibi Hor. Serm. 1, 6, 8. *Per Parentheſin:* Cic. pro Roſc. Amer. 7 Ego contra breuem poſtulationem affero, et (quomodo mihi perſuadeo) aliquanto aequiorem. Cic. Fam. 11, 5 Quamobrem velim tibi ita perſuadeas, me cum Reipubl. cauſa, quae mihi vita ipſa eſt carior, tum quod, *etc.* *Non recte laudatur* Ter. Andr. 3, 3, 46 Et is mihi perſuadet, nuptias quantum queam vt maturem, *quod pro* ſuadere *aut* perſuadere velle *poneretur. Sed optime editur hodie* ſuadet.

PERSVĀDENS, entis. Partic. [πάθων] Verba perſuadentia Ouid. de Arte Am. 1, 371.

PERSVĀSVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἀναπεισθεὶς] Cic. Tuſc. 3, 72 c. 29 Opinio mali, quo viſo atque perſuaſo, aegritudo inſequitur neceſſario. De tua fide mihi perſuaſum eſt Idem Fam. 11, 2. Ita perſuaſum omnibus, cum paucis inermibus, perterritis metu, fracto animo, fugiſſe Antonium Cic. Fam. 11, 12. Si ſcit et perſuaſus eſt Caecina ad Cic. Fam. 6, 7 *pr.* Auct. ad Her. 1, 10 c. 6 Si perſuaſus auditor fuerit, id eſt, ſi oratio aduerſariorum auditoribus fidem fecerit. Val. Max. 3, 8, 1 Capuam fallacibus Annibalis promiſſis Italiae regnum nefaria defectione paciſci perſuaſam. *Conſ.* Phaedr. 3, 5, 8 Perſuaſus ille fecit, quod monitus fuit. Miti denſitate perſuaſa Cael. Aurel. Chron. 2, 13. *i. Paullatim inducta medicamentis.* Perſuaſiſſimum eſt mihi Brut. ad Cic. Fam. 11, 9 Sed quod mihi perſuaſiſſimum eſt Lepidum recte facturum nunquam, ſi forte vobis id de hoc dubium eſt. Columel. 12, 1 Ea porro perſuaſiſſimum habere debebit, aut in totum, aut certe plurimum domi ſe morari oportere. *de villica.*

PERSVĀSVS, ûs. m. Quinctil. 5, 10 Huius perſuaſu et inductu. *Vid. etiam* Plaut. Epid. Argum. 1, 2.

PERSVĀSIO, ōnis. f. [πειθὼ, πεισμονὴ, πεῖσις] *Dicitur Credulitas et opinio firma, quam Fidem appellamus.* Cic. de Inuent. 2, 37 Aut perſuaſioni adoleſcentiae, aut alicui non malitioſae animi affectioni attribuentur. Officium oratoriae facultatis eſt dicere appoſite ad perſuaſionem Cic. de Inuent. 1 c. 5. Arrogans de ſe perſuaſio, innaſcitur Quinct. 2, 4. Attonita perſuaſio, *vid.* ATTONITVS. Falſa Quinct. 1, 1. Inanis Id. 1, 2. Popularis Quinct. 2, 15. Recepta publice Idem 3, 7. Auertere prauam animi perſuaſionem Senec. Epiſt. 94. Induere ſibi perſuaſionem Quinct. 1, 1. Tumeſcere inani perſuaſione Id. 1, 2.

PERSVASORIVS, a, um. Adi. [πειστικὸς] *Quod perſuadet.* Suetonius in Domit. c. 8 Recuperatores, ne ſe ſemper perſuaſoriis aſſertionibus accommodarent, identidem admonuit. *Quae ſint autem* perſuaſoriae aſſertiones, *explicat Turnebus his verbis: Olim qui in libertatem vindicabantur, quum ſerui eſſent, nec pro ſe iudicio liberali experiri poſſent, aſſertorem quaerebant. In cauſis igitur corporalibus monuit recuperatores, ne tametſi fauorabilis libertas eſt, ſequerentur in iudicio aſſertiones vel prece vel pretio vel perſuaſione eblanditas contra ius dominorum. Sed al.* Perſuſoriis, *v. v.*

PERSVASTRIX, īcis. f. [πειστὴς] *Antiquum.* Plaut. Bacch. 5, 2, 47 Eccas tandem probri perlecebrae, et perſuaſtrices. Δυσπρόφορον eſt, ſi quis dicat perſuaſtrices, praeſtigiatrices, atque inductrices Fortunatianus Rhetor.

PERSVASIBĬLIS, e. Adi. [πειστὸς, πιθανὸς] *Quod poteſt perſuaderi.* *Saepe eo vtitur* Quinctilianus *v. g.* 2, 15, 13 Rhetorice eſt vis inueniendi omnia in oratione perſuaſibilia *ex Ariſtotele,* τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν. Perſuadibilia *libri quidam hic. Sed* perſuaſibile *et* perſuaſibiliter *mox aliquoties.* *Conſ.* Vulgat. 1 Corinth. 2, 4.

PERSVASIBILĬTER. Adu. [πιθανῶς] Quinctil. 2, 15, 14 Qui finem eius eſſe ait perſuaſibiliter dicere. *al.* perſuadibiliter.

PERSVBTĪLIS, e. Adi. *Valde ſubtile ſignificat.* Cic. pro Planc. 58 c. 24 Et quoniam tua fuit perelegans ac perſubtilis oratio. Animus perſubtilis, atque minutis corporibus factus Lucret. 3, 180.

PERSVLCO, āre. Apul. Met. 4 p. 533 Paſſim maria perſulcantes Tritonum cateruae.

PERSVLCĀTVS, a, um. Partic. Claud. in Rufin. 1, 136 Rugiſque ſeueras Perſulcata genas.

PERSVLTO, āre. [σκιρτάω] *Ex* Per *et* Salto, *Frequentatiuo verbi Salio: Saltando elationem, aut laetitiam animi oſtendere.* Liu. 34, 20 Quorum vbi arma ſignaque Lacetani cognouere: memores quam ſaepe in agro eorum impune perſultaſſent. Tacit. Ann. 11, 9 Simul Ibero exercitu campos perſultante. Aſpice taurorum, pueris pariter ac feminis perſultantibus, terga impune calcata Sen. de Ira 2, 31. Equis leuibus perſultare Sil. 3, 385. Perſultare, *Ferarum proprium et pecudum.* Lucret. 1, 14 Inde ferae pecudes perſultant pabula laeta. *i. Saltant per pabula. Lambinus vero ſic;* Perſultant, *i. Saltu percurſant, et praetereunt, ac ita negligunt, ſcilicet rebus Venereis intentae.*

PERSVLTĀTOR, ōris. m. Symmach. Epiſt. 6, 22 Baiani litoris perſultator.

PERTĀBEO, ēre. *et* PERTABESCO, ĕre. Seuerus Aetnâ v. 474 Si quis lapidum pertabuit igne. *i. varie perforatus pondus et duritiem amiſit.*

PERTAEDET, taeduit, taeſum eſt, ēre. [ἐξαπωρεῖται] *Valde taedere.* Gell. 15, 20 Simul duas vxores habuerat, quum id decreto ab Athenienſibus facto ius eſſet, quarum matrimonii pertaedebat. *de Euripide.* *Perſonaliter.* Idem 1, 2 Verbiſque eius defatigati pertaeduiſſent. *Sed* Cic. Q. Fratr. 1, 2 Pertaeſum eſt enim leuitatis, aſſentationis animorum, non officiis, ſed temporibus ſeruientium. Ita me male conuiuii ſermoniſque pertaeſum eſt Plaut. Moſt. 1, 4, 4. Virg. Aen. 4, 18 Si non pertaeſum thalami tedaeque fuiſſet. Pertaeſum eſt eſſe domi Lucret. 3, 1074. Incepti magni pertaeſum eſt illos Virg. Aen. 5, 714. *Add.* Nep. 25, 15, 2. Pertiſum *quidam legi volunt, pro* Pertaeſum: *quod* Cicero *non probat* in Orat. 159 Conciſum, non concaeſum? ex quo quidam pertiſum etiam volunt: quod eadem conſuetudo non probauit. *Conſ.* Feſt.

PERTAEDESCIT, ĕre. [ἀδημονεῖται] Cato c. 156 Nolite multum dare, ne pertaedeſcat.

PERTAESVS, a, um. Partic. [ἐξαπορισάμενος] *Praeter dicta.* Lentitudinis eorum pertaeſa Tacit. Ann. 15, 51. *de Epichari muliere.* *Cum Accuſatiuo.* Suet. in Caeſ. c. 7 Et quaſi pertaeſus ignauiam ſuam, quod nihil dum a ſe memorabile actum eſſet. *Cum Accuſ.* Sueton. in Tiber. c. 66 Poſtremo ſemet ipſe pertaeſus talis epiſtolae principio tantum non ſummam malorum ſuorum profeſſus eſt.

PERTANGO, ĕre. Apic. 6, 9 Pullum aſſabis et ſuo ſibi iure pertangis. *Add.* Idem 8, 8.

PERTĒGO, xi, ctum, ĕre. [κατασεγάζω] *Perficere quod tegere coeperis.* Plaut. Rud. 1, 2, 35 Qui pertegamus villam, dum ſudum eſt? Idem Trinum. 1, 1, 41 Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.

PERTEMERARIVS, a, um. Adi. Cum perabſurdum perque temerarium ſit Cod. 12, 21, 2.

PERTENDO, di, ſum, ĕre. [διατείνω, διήκω] *Valde tendere. Sed quod laudatur* Cato de R. R. c. 52 In arboribus, vbi radices capiant, calicem aut qualum pertendito: per fundum ramum, quem radicem capere voles, ſcarificato, traiicitoque: *nihil eſt.* Pertundito *enim recte legitur hodie.* *Recta tendere et proficiſci.* Liu. 5, 8 Pars maxima atque ipſe Sergius Romam pertenderunt. *Diligenter contendere.* Cic. pro Corn. Balb. 11 c. 5 Nos Cn. Pompeii decretum iudicium de conſilii ſententia pronuntiatum recognoſcemus? cum legibus conferemus? cum foederibus, quorum acerbiſſima diligentia eſt, pertendemus? *Haec lectio praeferenda videtur alteri,* perpendemus. *Ad finem perducere quod intendebamus, aut coeperamus.* Ter. Heaut. 5, 5, 9 Quid iſtuc? video non licere, vt coeperam hoc pertendere. Idem Eun. 1, 1, 6 Si incipies, nec pertendes nauiter. *Sic Bentl. ex MSS.* perficies *al.* Propert. 2, 12, 17 Quod ſi pertendens animo veſtita cubaris, Sciſſa veſte meas experiere moras. *i. Obſtinata perſiſtes et perſeuerabis.* Vt ſe innocentem eſſe in tormentis pertendat Quinctil. 9, 2, 83. *Add.* Varr. de L. L. 4, 1.

PERTENTO, āre. [καταπειράομαι] *Diligenter tentare, experiri.* Ter. Andr. 3, 4, 9 Sed ea gratia ſimulaui, vos vt pertentarem. Perſpicere et pertentare Cic. Q. Fratr. 1, 4. Adminiſtrationem alicuius rei pertentare Idem de Inuent. 2, 38 c. 12. Cauſam totam pertentare et perſpicere Cic. de Orat. 2, 318 c. 78. Bipenni Latera *equi Troiani* pertentat Petron. c. 89. Pectora dictis variis pertentat Stat. Theb. 3, 381. *Saepe tentare.* Virg. Georg. 3, 250 Nonne vides, vt tota tremor pertentet equorum Corpora, ſi tantum notas odor attulit auras? Tam dulcis ſonus pertentabat Aëra Petron. c. 127. Mentem pertentant gaudia Virg. Aen. 5, 828. Omnia pertentare Lucret. 5, 191. Pectus tacitum gaudia pertentant Virg. Aen. 1, 506.

PERTENTĀTVS, a, um. Partic. Apul. Met. 1 p. 107 Diurna fatigatione pertentatus.

PERTENVIS, e. Adi. [πολύλεπτος] *Valde tenue ſignificat.* Plin. 16, 43 Secatur in laminas pertenues et ilex. Argumentum pertenue Cic. Verr. Act. 1, 168. Diſcrimen Idem de Lege Agr. 2, 86. Spes pertenuis, *per translationem* Cic. Fam. 14, 3. Suſpicio Idem pro Cluent. 17. Vis Cic. pro Caecin. 47. *Superl.* Summa pars eius pertenuiſſima Sen. Qu. Nat. 2, 10. *vid. Bang. Obſeru. 3 p. 1132. Editur autem h. l.* tenuiſſima.

PERTEPĬDVS, a, um. Adi. *Valde tepidus.* Aqua pertepida Vopiſc. in Carino c. 17.

PERTERĔBRO, āre. [διατρυπάω] *Terebra perforare.* Cic. de Diuin. 1, 48 c. 24 Annibalem Caelius ſcribit, quum columnam auream, quae eſſet in fano Iunonis Luciniae, auferre vellet, dubitaretque vtrum ea ſolida eſſet, an extrinſecus inaurata, perterebrauiſſe.

PERTEREBRĀTVS, a, um. Partic. Lapis perterebratus Vitruu. 8, 7.

PERTERGEO, ēre, *vel* PERTERGO, ſi, ſum, ĕre. [ἀπομάσσω] *Permulcere.* Lucret. 4, 250 Et quaſi perterget pupillas, atque ita tranſit. *de imagine.* Columel. 12, 9 Saepe ſuffundere ius debebit, nec pati ſitire ſalgama, ſed extrinſecus munda ſpongia vaſa pertergere, et aqua fontana refrigerare. Menſam gauſape purpureo perterſit Hor. Serm. 2, 8, 11. Oculos noſtros aura perterget Lucret. 4, 253.

PERTĔRO, īui, ītum, ĕre. [κατατρίβω] *Terendo comminuere.* Plaut. Men. 1, 1, 9 Tum compediti ianuam lima perterunt. *al.* Proterunt.

runt. Cum ſiccauerunt, perterunt Colum. 12, 38 *ſub fin.* Per lineum ſiſcum, quod pertriuerant, exprimunt Id. ibid.

PERTRĪTVS, a, um. Partic. Vna pertrita Columel. 8, 5. *Vulgaris, vſu tritus.* Senec. Controu. 18 p. 250 Vulgaris in eius controuerſiis et pertrita quaeſtio. *Add.* Sen. Epiſt. 63.

PERTERREO, ui, itum, ēre. [κατεκπλήττω] *Valde terrere.* Ter. Eun. 5, 3, 13 Poſt exibo, atque hunc perterrebo ſacrilegum. Caeſ. Bell. Gall. 7, 4 Vt ſint reliquis documento, et magnitudine poenae perterreant alios. Diligentia alicuius obſtupefieri et perterreri Cic. in Catil. 2, 14. Ferro aliquem reiicere et perterrere Idem pro Caecin. 24 c. 9. Somnio perterreri Cic. de Diuin. 1, 57 c. 27.

PERTERRĬTVS, a, um. Partic. [κατεκπληχθεὶς] Cic. pro Cael. 66 An timebant, ne tot vnum, valentes imbecillum, alacres perterritum ſuperare non poſſent? Perſequi perterritos, inermes, ſaucios Cic. ad Brut. 10. Conſcientia perterritus Idem pro Cluent. 56 c. 13. Incendii Flamma perterriti Nep. 2, 4, 2. Metu perterritus Cic. pro Milon. 62 c. 23. Timore perterritus contremui Idem de Diuin. 1, 58. *Conf.* Nep. 10, 8, 4. Cerua Ouid. Met. 11, 771. Moenia Idem ex Pont. 1, 2, 19.

PERTERRĬTO, āre. Frequent. Auienus Phaenom. Arat. v. 1171 Scorpius ingentem perterritat Oriona.

PERTERREFĂCIO, ēci, actum, ĕre. [ἐκπλήσσω] *Idem quod Perterreo.* Ter. Andr. 1, 1, 141 Perterrefacias Dauum. Cic. Fam. 11, 20 Sperare eos te perterrefacto, adoleſcente impulſo, poſſe magna conſequi praemia.

PERTERRICRĔPVS, a, um. Adi. *Quod terrorem crepat et incutit.* Lucret. 6, 128 Tum perterricrepo ſonitu dat miſſa fragorem. Cic. in Orat. 164 Immo vero iſta ſequamur, aſperitatemque fugiamus, Habeo iſtam ego perterricrepam, *ex Poëta, cui forte erat* Mulier perterricrepa, *minax et garrula, quae perterret crepando et obſtrependo.*

PERTEXO, texui, textum, ĕre. [περαίνω] *Peragere, perficere. Translatio ſumta a textoribus, qui primo telam ordiuntur, et orſam deinde texunt.* Cic. de Orat. 2, 145 c. 33 Et pertexe modo, inquit, Antoni quod exorſus es. Idem Att. 1, (14) Totum hunc locum, quem ego varie meis orationibus, quarum tu Ariſtarchus es, ſoleo pingere de flamma, de ferro (noſti illas ληκύθους) valde grauiter pertexui. Coeptum pertexere Lucret. 1, 419.

PERTEXTVS, a, um. Partic. Palla pertexta Apul. Met. 11 p. 258.

PERTĬCA, ae. f. [κοντὸς, it. χάμαξ Gloſſ. Gr. Lat. κανών, χάμαξ Gloſſ. Lat. Gr.] *Baculus oblongus.* Varro de R. R. 3, 5 Praeterea et perticas inclinatas ad parietem. Ouid. de Nuce 69 Pertica dat plenis immitia vulnera ramis. ¶ 2 Pertica *eſt Inſtrumentum, quo agros metiebantur, habens decem pedes.* Pertica quae noſtros metata eſt impia agellos Valer. Cato in Diris v. 45. Auct. de Limit. *apud Rigalt. p. 297 Goeſ. p. 290* Pertica habet paſſus duos, id eſt, pedes decem. Pertica autem a portando dicta, quaſi Portica. Propert. 4, 1, 130 Abſtulit excultas pertica triſtis opes, *de agro militibus aſſignato.* Plin. Epiſt. 8, 2, 8 Ex iis etiam, quos non vna (vt dicitur) pertica; ſed diſtincte, gradatimque tractaui; quanto quis melior et probior, tanto mihi obligatior abiit. ¶ 3 *Apud agrimenſores* Pertica *etiam eſt territorium pertica diuiſum.* Frontin. p. 43 *Goeſ.* Solum quodcunque coloniae eſt aſſignatum, id vniuerſum pertica appellatur. *Et p.* 193 Typus totius perticae. *Add. Gloſſ. Rigalt. Sed etiam forma ſ. typus talis agri* Pertica *vocatur.* Siculus Flaccus p. 16 Et quamvis vna res ſit forma, alii dicunt perticam, alii centuriationem, alii metationem, alii limitationem, alii cancellationem, alii typon, quod, vt ſupra diximus, vna res eſt, forma. *Conf. Salm. ad Solin. p. 681.*

PERTICĀLIS, e. Adi. [χαμακικὸς] Columel. 4, 31 Perticalis fere ſalix eundem agrum, quem viminalis, deſiderat. *i. Ex qua fiunt perticae.*

PERTICATVS, a, um. Adi. Martial. 5, 12 Quod nutantia fronte perticata Geſtat pondera Maſclion ſuperbus. *Ita pro* pertinaci *ex manuſcriptis legit Gruter. et cum eo Scriuer.* Perticata frons, *cui ſupinae erecta pertica impoſita ſuſtinet onera ingentia. Cuius generis Thaumaturgos paſſim videre licet.*

PERTĬMEO, ēre, *vel* PERTIMESCO, ui, ēre. [περιδέδω] *Valde timere.* Cic. Verr. 2, 179 c. 73 Si nullius vim, nullius potentiam pertimuero. Tacit. Ann. 1, 29 Nihil in vulgo modicum terrere, ni paueant: vbi pertimuerint, impune contemni. Attoniti Mauras pertimuere manus Ouid. Faſt. 6, 244. Stando procul Regem pertimuere ſuum Vet. Auctor Fabularum *ap. Rigalt. ad* Phaedr. Cic. Verr. 5, 78 Hanc tu tantam religionem, ſi tum imperio propter cupiditatem et audaciam non pertimeſcebas: ne nunc quidem in tanto tuo, liberorumque tuorum periculo perhorreſcis? Rotam fortunae pertimeſcere Cic. in Piſon. 22 c. 10. Non mediocriter aliquid pertimeſcere Cic. pro Quint. 1. Idem Verr. 5, 115 De ſuis periculis, fortuniſque omnibus pertimeſcunt. *Add.* Idem Diuinat. in Verr. c. 22. Pertimeſcitur, *Paſſiuum.* [περιφοβεῖται] Cic. de Lege Agr. 2, 45 c. 17 Graue eſt enim nomen imperii, atque id etiam in leui perſona pertimeſcitur.

PERTIMESCENDVS, a, um. Partic. [περιφοβητέος] Fama inconſtantiae pertimeſcenda Cic. Fam. 1, 9.

PERTIMEFACTVS, a, um. Adi. Cic. Fam. 11, 20 Crede mihi, ſperare eos, te pertimefacto, adoleſcente impulſo, poſſe magna conſequi praemia. *Ita veteres libri: quod* Perterrefacto *prauatum in aliis eſt.* Non. 7, 2 *ex* Pacuuio, In triplici pertimefactus moerore animi.

PERTĬNEO, ui, entum, ēre. [καθήκω] *Ex* Per *et* Teneo *compoſitum, ſignificat quod Semibarbari dicunt Pertingere, peruenire, et a temporis et loci notione, quae prima et propria eſt, ad vtilitatem et officium transfertur.* Hoc pertinet a natali ad diem extremum Sen. Epiſt. 12. Vlpianus de Cloacis, l. Praetor ait, Quo minus illi cloacam, quae ex aedibus eius in tuas pertinet, qua de agitur, purgare, reficere liceat, vim fieri veto. *Et paullo poſt,* §. Quod ait, Quod ait praetor, pertinet: hoc ſignificat, quod ex aedibus eius in tuas aedes pertinet, hoc eſt dirigitur, extenditur, peruenit. *Sed ipſe etiam* Cic. de Nat. Deor. 2, 137 c. 55 Vias quae pertinent ad iecur, eique adhaerent. Idem de Diuin. 2, 91 Quae poteſt igitur contagio ex infinito paene interuallo pertinere ad lunam, vel potius ad terram? Extendi. *Conf. quae mox ponemus in* PERTINENS: *et vid. Gronou. ad* Liu. 25, 24. *it. Cort. ad* Salluſt. Iug. 48, 6. *Sic* Caeſ. Bell. Gall. 6, 10 *extr.* Siluam eſſe ibi infinitae magnitudinis, quae appellatur Bacenis: hanc longe introrſus pertinere. *Sic Idem ſaepe admodum et frequenter Plinius.* Cic. de Nat. Deor. 1, 36 c. 14 Aliis autem libris quandam rationem per omnium naturam rerum pertinentem, vt diuinam eſſe affectam putat: *de Zenone.* ¶ 2 *Metaphorice, vt indicavimus,* Pertinere *ad nos dicuntur, in quibus vel vtilitas aliqua noſtra, vel officium intelligitur, ea fere ratione, vt* coniunctum *aliquid, aut noſtrum eſſe dicitur.* Cic. Fam. 12, 28 Tantum velim exiſtimes, ſi negotia Lamiae, procuratores, liberos, familiam, quibuſcunque rebus opus erit, defenderis, gratius mihi futurum, quam ſi ea tua liberalitas pertinuiſſet ad rem familiarem meam. Pomponius de Verb. et rer. ſignific. l. Verbum, Verbum aliud pertinere latiſſime patet; nam et eis rebus petendis aptum eſt, quae dominii noſtri ſint: et eis, quas iure aliquo poſſideamus, quamuis non noſtri dominii ſint. Pertinere ad nos etiam ea dicimus, quae in nulla eorum cauſa ſint, ſed eſſe poſſint. Te me eſſe alterum, non modo in iis rebus, quae ad me ipſum, ſed etiam in Iis, quae ad meos pertinent Cic. Fam. 7, 5 *pr. Add.* Scribon. 13. Pertinet ad te haec malitia, ſuſpicio maleficii, *etc.* Plaut. Trucul. 4, 3, 36. Cic. pro Roſc. Amer. 18 c. 7 Spero ex hoc ipſo non eſſe obſcurum, ad quem ſuſpicio maleficii pertineat. Idem Fam. 13, 14 Bonus plane vir, et cum virtutibus, tum ea fortuna (ſi quid hoc ad rem pertinet) ornatus. *i. Si quid affert momenti.* Cic. ad Brut. 2 Id valde pertinuit, vt ego tum intelligebam, ad Remp. vt nunc iudico, ad dignitatem tuam. Idem pro Corn. Balb. 34 c. 15 *pr.* Nec vero haec oratio mea ad infirmandum foedus Gaditanorum Iudices, pertinet. Oratio mea pertinet ad plures Cic. pro Roſc. Amer. 94, *de pluribus poteſt, aut debet intelligi.* Summa illuc pertinet, vt ſciatis, *etc.* Idem Verr. 5, 25. Late patet haec ars, et ad multos pertinet Idem de Orat. 1, 135. Idem de Clar. Orat. 299 c. 87 Quod autem plures a nobis nominati ſunt, eo pertinuit, quod intelligi volui, *etc. i. eo conſilio factum eſt.* Caius in l. Si id, De duobus reis, Quae ſententia eo pertinet, vt quamvis vel huic vel illi decem ſoluerit, vel Seio Stichum, nihilominus alteri obligatus maneat. Eo pertinet (*inquit Budaeus*) *id eſt, Huius ſententiae effectus eo vſque progreditur; vel, Haec ſententia eo tendit, vt, etc.* Pertinet eodem et bryon Plin. 12, 28. *h. e. Illic de ea herba dicendum eſt.* Cic. Att. 8, 9 Eo ſcripſi, quo in ſuadendo plus auctoritatis haberem; eodemque pertinet, quod cauſam eius probo. Idem de Nat. Deor. 3, 61 c. 23 Veſtri non modo haec non refellunt, verum etiam confirmant, interpretando quorſum quidque pertineat: *quam vim habeat, quid ſibi velint plures Mercurii, etc.* Cic. Acad. 1, 21 Caetera pertinere ad id putant, aut ad augendum, aut ad tuendum, vt diuitias, vt opes, vt gloriam, vt gratiam. Ad hoc pertinet ſomnium Plaut. Merc. 2, 1, 28. Ad periculum capitis tui pertinet gemitus luctuſque prouinciae Cic. Verr. 3, . . Ad vſum nauium pertinent Caeſ. Bell. Gall. 3, 9. Ad vſus veſtros pertinet Ouid. de Rem. Amor. 51. Aetas pertinet ad literas Quinctil. 1, 1. *apta eſt.* Plin. Epiſt. 8, 6, 10 *ex SCto:* Eam partem ſententiae, quae pertinebat ad dandum ei ex aerario centies quinquagies ſeſtertium. Ad me pertinere, *accipimus pro eo, quod eſt Officium meum eſſe, ſiue onus mihi incumbere, et muneris mei eſſe.* Cic. de Amic. 50 Sed eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet. *Ibid.* 13 c. 4 Quod non feciſſent profecto, ſi nihil ad eos pertinere arbitrarentur. Cic. pro Roſc. Amer. 36 Ideo quod prima illa res ad meum officium pertinet: duas autem reliquas vobis Populus Romanus impoſuit. Idem de Orat. 2, 6 c. 2 Talem exiſtere eloquentiam, qualis fuerit in Craſſo et Antonio, non cognitis rebus omnibus, quae in tantam prudentiam pertinerent, tantamque dicendi copiam, quanta in illis fuit, non potuiſſe confirmo.

PERTĬNENS, entis. Part. [καθήκων] Cic. de Nat. Deor. 2, 139 c. 55 Huic adde neruos, a quibus artus continentur, eorumque implicationem corpore toto pertinentem. Venae in omnes partes corporis pertinentes Cic. de Nat. D. 2, 137 *extr.* c. 55. Vis vitalis per omnem naturam pertinens Idem ib. 2 c. 9. Collis in immenſum pertinens Salluſt. Iugurth. c. 48. *Add.* Idem Fragm. c. 32. Compoſitiones ad Diaeteticos (*medicos*) pertinentes Scribon. 200.

PERTINENTER. Adu. *Conuenienter.* Tertull. aduerſ. Marc. 4, 38 Vides, quam pertinenter ad cauſam? *Compar.* Ibid. c. 9 Quam pertinentius volebat agnoſci. *Superl.* Ibid. c. 31 Qui pertinentiſſime ad hanc parabolam, Audite, inquit, *etc.*

PERTĬNAX, ācis. Adi. [αὐθάδης, αὐθέκαστος] *Qui nimis tenax eſt, et quidem non tantum numorum et pecuniae, quorſum tenax in primis pertinet, ſed propoſiti ſui tenax ad vitium vſque, quorſum pertinet* Gloſſ. Lat. Gr. Pertinax δύσερις, φιλέριστος, βίαιος, δυσέριστος, σφοδρὸς, μονότονος, ἐπίμονος, φίλερις. *Vid. locus* Accii, *quem damus in* PERTINACIA. *Caeterum ad etymon alludit* Plaut. Capt. 2, 2, 39 Quid tu ais? tenaxne pater eſt eius? P. immo edepol pertinax. Cupidus, iratus, pertinax Cic. pro Ligar. 18. *Sed tamen* Pertinax, *aliquando in bonam partem accipitur pro Perſeuerante; et vere mediae ſignificationis nomen eſſe, exempla docent.* Valer. Max. 1, 1, 8 Non mirum igitur, ſi pro eo imperio augendo, cuſtodiendoque pertinax eorum indulgentia deorum ſemper excubuit. Iuſtitiae pertinax Apul. Apol. p. 358. Recti pertinax Tac. Hiſt. 4, 5 *extr. h. e. Valde tenax. Contra* Cic. de Fin. 1, 28 c. 8 Certe inquam, pertinax non ero, tibique, ſi mihi probabis ea, quae dices, libenter aſſentiar. Pertinax in rem aliquam Sen. de Ira 1, 1. Pertinax in diſſerendo vel diſputando Cic. de Fin. 1, 27 c. 8. Fortuna ludum inſolentem ludere pertinax Hor. Carm. 3, 29, 50. Certamen pertinax, *Durum, et difficile, ac diuturnum.* Liu. 2, 40 Ibi fortuna Populi Romani duos hoſtium exercitus haud minus pernicioſo quam pertinaci certamine confecit. *Sic,* Pertinax praelium Idem 22, 48. Digito male pertinaci direptum pignus Hor. Carm. 1, 9, 24, *i. non ſatis pertinaci, tanquam qui vincere nolit.* Diſputationes in diſputando Cic. de Fin. 1, 27. Dolor Plin. Senec. Herc. Oet. 1854. Fama pertinax, *Conſtans et firma* Plin. 24, 17. Odium Idem 24, 1. Pietas Martial. 8, 35. *Qui praeſtat pietate pertinaci.* Sermo lenis, minimeque pertinax Cic. Off. 1, 134. *De Siligine* Plin. 18, 9 Sed et trans Alpes in Allobrogum tantum Aruernorumque agro pertinax: in caeteris ibi partibus biennio, in triticum tranſit. Statu pertinaci ſtare ſolitus Socrates perdius atque pernox Gell. 2, 1. Studium ſcribendi Quinctil. 1 Prooem. Ventus pertinax Varr. R. R. 1, 59. Vicit omnia pertinax Virtus Liu. 25, 14. *Compar.* Idem 29, 33 Pertinacior in repugnando. Pertinacior impietas Val. Max. 9, 11 ext. 1. *Superl.* Cic. de Fin. 2, 107 c. 33 Aut pertinaciſſimus fueris, ſi in eo perſtiteris, ad corpus ea, quae dixi referre: aut deſerueris totam Epicuri voluptatem, ſi negaueris. Pertinaciſſima contentio Val. Max. 5, 6 ext. 4.

PERTINACIA, ae. f. [αὐθάδεια, φρόνημα] Perſeuerantiae finitima eſt, *inquit* Cic. de Inu. 2, 165 c. 54 *et in bonum et malum accipitur.* *In bonum.* Sueton. in Caeſ. c. 68 Ne patientia et pertinacia hoſtis, animi ſuorum frangerentur. Pertinacia magna poena eſt afficienda, ne malo exemplo caeteri moueantur Hirt. 8, 39. *A Caeſare* B. C. 1, 85 *coniungitur cum* arrogantia. Cic. Acad. 1, 44 c. 12 Cum Zenone, inquam, vt accepimus, Arceſilas ſibi omne certamen inſtituit, non pertinacia aut ſtudio vincendi (vt mihi quidem videtur) ſed earum rerum obſcuritate, *etc.* *In malum.* Non. 5, 40 Peruicacia eſt interdum bonarum rerum perſeuerantia, Pertinacia ſemper malarum. *Quod* ſemper *dicit*, *falſum eſt.* *Caeterum laudat* Accium Myrmid.

Tu pertinaciam eſſe, Antiloche, hanc praedicas
Ego peruicaciam aio, et hac me vti volo.
Nam peruicacem dici me eſſe, et vincere:
Perfacile patior: pertinacem nil moror.
Haec fortem ſequitur, illam indocti poſſident.
Tu addis, quod vitio eſt, demis, quod probro datur.

Dedimus hos verſus ex emendatione Scalig. ad Varr. de Lingu. Lat. princ. Sed vltimum ſic conſtituendum putamus, Tu addis, quod vitio eſt, demis, quod laudi datur, *vt edidit Mercerius.* Ter. Hec. 3, 5, 46 Mane inquam, quo abis? PH. quae haec eſt pertinacia? Cic. pro Planc. 94 Libertatemque quam in me requiris, quam ego neque dimiſi vnquam, neque dimittam, non in pertinacia, ſed in quadam moderatione poſitam putabo. Quae pertinacia quibusdam, eadem aliis conſtantia videri poteſt Idem pro Marcello 32 c. 10. Accenditur pertinacia, *vid.* ACCENDO. Amittere ſua pertinacia vitam Cic. pro Marcell. 22 c. 7. Diſputari cum pertinacia et iracundia recte non poteſt Idem de Fin. 1, 28. Innaſcitur facillime pertinacia et nimia cupiditas principatus in elatione et magnitudine animi Idem Off. 1, 64. Refellere ſine pertinacia, et refelli ſine iracundia parati ſumus Cic. Tuſc. 2, 5. Reprehenditur in minimis rebus pertinacia, calumnia etiam coërcetur Idem Acad. 4, 65.

PERTINACITER, ius, iſſime. Adu. [αὐθάδως] *Perſeueranter*, *Obſtinate.* Plin. in Panegyr. c. 86 O rem memoriae literisque mandandam, praefectum Praetorii non ex ingerentibus, ſed ex ſubtrahentibus legere: eundemque otio, quem pertinaciter amet, reddere. Pertinaciſſime in ſententia Permanere Hirt. B. G. 8, 22. Petere Liu. 28, 38. Res ſi pertinaciter Retinent Sall. in Fragm. c. 23. Defendere Liu. 6, . . Haerere Quinctil. 1, 1. Initum praelium Liu. 28, 6. Inſequi Idem 2, 42. — pertinacius Hirt. B. G. 8, 13. Manere Varro de R. R. 1, 20. Sublitum bracteis pertinaciſſime Retinet Plin. 33, 6. Studere Sen. Epiſt. 5. Pertinaciſſime Vti contra aliquem ingenii viribus Val. Max. 4, 1 ext. 6. Cic. Fam. 10, 23 Si vno loco eſſem, verebar, ne cui obtrectatorum viderer et nimium pertinaciter Lepido offenſus, et mea patientia etiam alere bellum. Pertinacius Progreſſa contentione Val. Max. 2, 8, 2. Liu. 26, 38 Pertinacius oppugnata Capua. Durare pertinaciſſime Quinct. 1, 1.

PERTINGO, igi, tactum, ĕre. [διατείνω, διικνεῖσθαι] *Pertinere*, *Peruenire.* Plin. 11, 37 Venam ab oculis pertingere ad cerebrum periti ſſimi auctores tradunt, *rectius* pertinere. *Vid. Burm. ad* Quinct. 2, 4 p. 143. Lux oculos pertingit Lucret. 4, 278. *Alii legunt* Perterget. *Laudatur etiam* Cic. de Nat. Deor. 2, 24 Ex quo intelligi debet eam caloris naturam vim habere in ſe vitalem per omnem mundum pertingentem. *Sed recte hodie legitur* Pertinentem. *Itaque nondum habet hoc verbum auctorem antiquum, ne argenteae quidem aetatis, certum. Sed Semibarbaris donec aſſeratur relinquendum videtur.*

PERTOLĔRO, āre. [καρτερέω] *Vsque ad finem tolerare*, *perferre.* Plaut. Amphitr. *ſed* ſuppoſ. v. 20 Fata iſtaec me premunt, pertolerarem vim tantam, cladesque exantlarem impatibiles. Omnia tormenta pertolerare Lucret. 5, 317.

PERTŎNO, āre. Ambroſ. Serm. feria 2 Pentecoſt. Et Ebraeae nationis homo Chriſti gloriam Romanae facundiae eloquentia pertonaret.

PERTORQVEO, ēre. [στρεβλόω] *Auget vim ſimplicis Torqueo.* Lucret. 2, 401 At contra tetra abſinthI natura, ferique CentaurI foedo pertorquent ora ſapore. *i. Efficiunt, vt qui ea guſtat, ac mandit, os diſtorqueat.*

PERTRACTO, āre. [διαχειρίζω] *Manibus frequentius tractare, et tangere.* Cic. in Parad. 5, 2 Barbatulos mullulos receptantem de piſcina et pertractantem. Pertractare beſtias manibus Hirtius de Bello Afr. c. 72. Etiam atque etiam pertractauit Corpus hominis Apul. Flor. p. 362. *Petulans eſt apud* Plaut. Aſin. 2, 1, 71 Si papillam pertractauit. *Sed* Vulnera viſu pertractans Sil. 10, 452. *Conf. Drakenb. ad h. l.* *Per tranſlationem*, *Apud ſe reputare*, *et diligenter conſiderare.* Cic. de Fin. 2, 118 c. 35 Tute introſpice in mentem tuam ipſe, eamque omni cogitatione pertractans percontare ipſe te. Diligenter et ſaepe aliquid pertractare Cic. de Inuent. 2, 45 c. 14. *Diſſerere*, *diſputare de re aliqua.* Idem Tuſc. 4, 23 c. 10 Qua oratione praetermiſſa minime neceſſaria, ea quae rem continent pertractemus. Philoſophiam Idem de Nat. Deor. 1, 9. *Conf.* PERTRECTO.

PERTRACTANS, antis. Partic. Feſtinanter omnia membra pertractans Quinct. Decl. 2. *Add.* Iuſtin. 38, 1, 9.

PERTRACTĀTVS, a, um. Partic. Cic. Tuſc. 3, 30 c. 14 Et nimirum haec illa praeſtans et diuina ſapientia, et perceptas penitus, et pertractatas res humanas habere. Diuturnitas Idem de Diu. 1, 128.

PERTRACTĀTE. Adu. Plaut. prol. Capt. v. 55 Non pertractate facta eſt: *quod Scurriliter et Laſciue interpretatur Scaliger ex illo* Si papillam pertractauit.

PERTRACTATIO, ōnis. f. [διαχείρισις] *Frequens reuolutio.* Cic. de Orat. 1, 48 c. 11 In grammaticis Poëtarum pertractatio, hiſtoriarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam modus. Philoſophi Gell. 5, 1.

PERTRĀHO, xi, ctum, ĕre. [καθέλκω] *Vi*, *et cum molimine trahere.* Liu. 21, 28 Ea extemplo reſolutis quibus leuiter annexa erat vinculis, ab actuariis aliquot nauibus ad alteram ripam pertrahitur. *de rate.* Aliquem pertrahere in caſtra Idem 7, 39. Vitam pertrahere, *Prolongare* Plin. 28, 1. Virus pertrahi Scribon. 173 *i. extrahi.*

PERTRACTVS, a, um. Part. Aurel. Vict. de Vir. illuſtr. c. 12 Porſenna ad regem pertractus. Idem de Caeſ. c. 8 Per ſcalas Gemonias pertractus.

PERTRACTVS, ūs. m. *Perpes tractus*, *et perduratio.* Tertull. de Orat. c. 5 Quidam pertractum quendam in ſaeculo poſtulant.

PERTRAIICIO, ĕre. Solis radius ſpecular penetrat, et ſoliditatem eius inſenſibili ſubtilitate pertraiicit Auguſtin. Dominica ante Nat. Dom. ſ. Serm. 3.

PERTRANSEO, iui, itum, ire. [διαβαδίζω, διαπεράω] *Idem quod plane Tranſire.* Plin. 37, 5 Nubecula enim albicantis eſt vitium, quum viridis non pertranſit aſpectus, ſed aut intus occurrit, aut excipit in fine viſum candor. Neceſſe eſt, aut non perueniat aut pertranſeat Sen. Epiſt. 4 *de morte.*

PERTRANSIBĬLIS, e. Adi. Iſidor. in Alphab. Amarum hoc eſt et leue, quia pertranſibile.

PERTRANSLVCĬDVS, a, um. Adi. [πάνυ διαφανής] *Quod valde tranſlucet.* Plin. 13, 12 Alias indecoro viſu pertranslucida.

PERTRECTO, āre. *Idem quod Pertracto.* Iuſtin. 1, 9, 17 Tum pertrectare dormienti caput iubet. *Add.* Petron. c. 79.

PERTRECTATVS, a, um. Partic. Petron. c. 24 Pretrectato vaſculo tam rudi.

PERTREMISCO, ĕre. *i. Totum contremiſcere: nondum habet auctorem.*

PERTREPĬDVS, a, um. Adi. Capitol. in Maxim. et Balb. c. 1 Senatus pertrepidus in aedem Concordiae concurrit.

PERTRIBVO, ui, ūtum, ĕre. [παραδίδωμι] Plinius Epiſt. 10, 18 Apud me et milites et pagani, a quibus iuſtitia eius, et humanitas penitus inſpecta eſt, certatim ei, qua priuatim, qua publice teſtimonium pertribuerunt. *Sic Cort. ex MSS. quod in mea editione praeterviſum, in Addendis correxi, monuique eandem formulam ab Arntzenio redditam eſſe* Paneg. 95, 1 *et addidi, vtroque loco eam eſſe vim poſſe, ad vnum omnes, a primo ad vltimum, teſtimonium tribuiſſe.*

PERTRISTIS, e. Adi. [περίλυπος] *Valde triſtem ſignificat.* Cic. pro Cael. 25 c. 11 Et qui in reliqua vita mitis eſſet, et in hac ſuauitate humanitatis, qua prope iam delectantur homines, verſari periucunde ſoleret, fuit in hac cauſa pertriſtis quidam patruus, Cenſor, magiſter. Carmen Cic. de Diuin. 1, 14.

PERTRITVS, *vid.* PERTERO.

PERTRVX, ūcis. Adi. *Nimium ſaeuus.* Beſtia pertrux Apul. Met. 5 p. 166. *At Priceus legit* Itrux.

PERTVMIDVS, a, um. Adi. Luna pertumida Apul. de Deo Socr. p. 96. *Al.* protumida *vt Elmenh.* p. 42, 1.

PERTVMVLTVŌSE. Adu. [πολυθορυβωδῶς] Cic. Fam. 15, 4 Pertumultuoſe, neque tamen non vere, Parthos in Syriam tranſiſſe nuntiauerunt.

PERTVNDA, ae. f. Dea, quae praeſto eſt virginalem ſcrobem effodientibus maritis Arnob. 4 p. 131. *Vid.* Auguſt. de Ciu. Dei 6, 9 *vbi etiam quaerit, cur non* Pertundus *potius Deus ſit.* *Caeterum vitioſa lectio* Partunda, *quae diu illum locum obſedit, peperiſſe videtur* Parundam, *quae alias nusquam eſt.*

PERTVNDO, ūdi, ūſum, ĕre. [κατακόπτω] *Valde percutere, aut percutiendo frangere, perforare.* Cato R. R. 52 Quae diligentius propagari voles, in aulas aut in qualos pertuſos propagari oportet — In arboribus, vbi radices capiant, calicem pertundito per fundum, aut qualum. Ramum, quem radicem capere voles, traiicito. Columel. 6, 15 Si forte ſurculum calcauerit, aut acuta teſta vel lapide vngulam pertuderit. Plaut. Pſeud. 1, 2, 37 I puere prae: ne quisquam pertundat crumenam, cautio eſt. Lacum vino Vlpian. in l. Si ſeruus ſeruum, §. vlt. in fine. Materiem Lucret. 5, 1267. Saxa guttae pertundunt Idem 4, 1282.

PERTVSVS, a, um. Partic. [διάτρητος] Pertuſa ſella Cato c. 157. Aulas *et* qualos pertuſos *eiusdem 52 modo habuimus.* Cacabus pertuſus Scribon. 271. Dolium in pertuſum dicta ingerere, *pro Operam perdere* Plautus Pſeud. 1, 3, 135. Margaritae pertuſae, *vid.* Vti in linea, *etc. in dictione* LINEA. *Vid. et* MARGARITA. In vas pertuſum congeſta omnia Lucret. 3, 949.

PERTVSVRA, ae. f. Pertuſurae locus patiens Cael. Aurel. Tard. 5, 1.

PERTVRBĬDVS, a, um. Adi. Vopiſc. in Saturn. c. 7 Ciuitatem perturbidam videre.

PERTVRBO, āre. [διαταράττω] *Valde turbare.* Ter. Andr. 3, 4, 22 Nihil eſt preci loci relictum, iam perturbaui omnia. Aliquem praecipitem ex ciuitate perturbare Auctor ad Heren. 4, 13. Aliquem percellere et perturbare Cic. Verr. 3, 132. De Reipubl. ſalute magis quam de ſua perturbari Idem pro Milon. 1. Animos perturbare et concitare Idem in Orat. 128. Clamore aliquorum perturbari Idem pro Rabir. 18 c. 6. Corpus totum perturbatur Lucret. 4, 670. Domum perturbare Senec. Thyeſt. 1. Errore perturbari et inſcitia Cic. de Finib. 1. Mentes et animos hominum perturbare Caeſ. Bell. Gall. 1, 39. Motu animi magno perturbari Cic. Att. 8, 11. Idem Acad. 4, 15 c. 5 Tum vt exortus eſt in optima Rep. Tiberius Gracchus, qui Otium perturbaret, ſic Arceſilas, qui conſtitutam philoſophiam euerteret. Idem Off. 3, 108 Regulus non debuit conditiones, Pactionesque bellicas et hoſtiles perturbare periurio. Prouinciam Cic. pro Sulla 57. Rempublicam Idem Acad. 4, 14 c. 5. Status omnis vitae perturbatur Idem de Finib. 1.

PERTVRBANS, antis. Part. Perturbantes pectora ſenſusque cunctorum Mart. Capella 5 p. 139.

PERTVRBOR, āri. *Paſſiuum.* Plin. in Panegyr. c. 76 Vna erat in limine mora conſultare aues, reuererique numinum monitus nemo perturbabatur, nemo ſubmouebatur. Lucret. 3, 253 Nec temere huc dolor vsque poteſt penetrare, neque acre Permanare malum, quin omnia perturbentur.

PERTVRBATVS, a, um. Part. [διατάρακτος] Cic. Att. 6, 1 Sed enim εἰκονισμὸς, ſi perturbatior eſt, tibi aſſignato. Eidem 10, 14 *pr.* Nunquam vidi hominem perturbatiorem metu. Perturbatiore animo cogitare aliquid Cic. Fam. 6, 5. Acies, *vid.* ACIES. Anima Lucret. 4, 920. Auxilia impedita ac perturbata Caeſ. B. C. 2, 26. Ciuitas ſeditionibus perturbata Cic. de Lege Agrar. 1, 23 c. 8. Ordo Idem de Orat. 3, 46. Repentina Re perturbati Caeſ. B. G. 5, 28. Res perturbata rei, *pro Commiſta* Senec. Epiſt. 96.

PERTVRBĀTE. Adu. [διαταράκτως] Cic. de Inuent. 1, 29 c. 20 Hic conſiderandum erit, ne quid perturbate, ne quid contorte dicatur. *Item in* Orat. 122 Sua confirmare, aduerſarii euertere, eaque efficere non perturbate. Perturbate *aliquid dicitur, quum rerum ac temporum ordo non ſeruatur:* Contorte, *quum non facilis tranſitus et directus eſt, ſed obſcurus.* *Superlat.* Perturbatiſſimum tempeſtatis genus Sen. Qu. Nat. 7, 10.

PERTVRBĀTOR, *nondum obſeruatum: ſed*

PERTVRBĀTRIX, īcis. f. [διαταράκτρις] Cic. de Legib. 1, 39 c. 13 Perturbatricem autem harum omnium Academiam hanc ab Arceſila et Carneade recentem exoremus, vt ſileat.

PERTVRBATIO, ōnis. f. [διατάραξις] Cic. Tuſc. 4, 10 Eſt igitur Zenonis haec definitio, vt perturbatio ſit quod πάθος ille dicit auerſa a recta ratione contra naturam animi commotio. *Add.* ibid. 47 c. 21. Cic. Tuſc. 5, 43 Atqui quum perturbationes animi miſeriam, ſedationes autem efficiant vitam beatam: duplexque ratio perturbationis ſit, *etc.* Idem Off. 1, 67 Vacandum eſt omni animi perturbatione, *etc.* vt tranquillitas Animi adſit, quae affert cum conſtantiam, tum etiam dignitatem. Animorum turbidi concitatique motus, perturbationes ſunt Cic. Tuſc. 4, 34 c. 16. Idem de Diuin. 2, 94 c. 45 Haec igitur cum ſit tum ſerenitas tum perturbatio caeli. Idem de Orat. 2, 214 Illud autem genus orationis non cognitionem iudicis, ſed magis perturbationem requirit, *affectus, quibus a vero abducatur.* Ore confuſo magnae perturbationis Notas prae ſe ferens Curt. 6, 7, 8. Oculorum perturbatio ſicca Scribon. 32. Cic. pro Flacc. 94 c. 37 Videtis quo in motu temporum, quanta in conuerſione Rerum ac perturbatione verſemur. Idem Fam. 9, 15 Miraris me tanta perturbatione Valetudinis tuae tam grauiter exanimatum fuiſſe? Vitae perturbatio et magna confuſio Cic. de Nat. Deor. 1, 3. Nouae perturbationes Idem de Fato 2. Perturbationes per ſe Vitioſae Idem Tuſc. 4 c. 28. *de affectibus.* Afferre perturbationem, *vid.* AFFERO. Afferre errorem animis perturbationemque Cic. de Diu. 1, 62 c. 30. Commoueri magna animi perturbatione Idem Att. 6, 1. Fiunt quae cum aliqua perturbatione, ea neque conſtanter fieri poſſunt, nec iis, qui adſunt probari Idem Off. 1, 137. Fugere perturbationes, *i. Motus animi nimios rationi non obtemperantes* Cic. Off. 1, 136. Immittere perturbationes, *vid.* IMMITTO. In perturbationes exanimationesque ne Incidamus cauendum Cic. Off. 1, 131 c. 36. Incitatus ira, aut perturbatione, impetum iniuſte in eum fecit Idem ib. 1, 23. Peccatur perturbatione rationis atque ordinis quidquid peccatur Idem in Parad. 3. Regi impetu quodam animi et perturbatione, Conſilio aut iudicio, *contraria* Cic. de Orat. 3, 178. Succumbere neque perturbationi animi, neque homini, neque fortunae Idem Off. 66.

PERTVRPIS, e. Adi. *Valde turpe.* Cic. pro Cael. 50 c. 20 Cum hac aliquid adoleſcentem hominem habuiſſe rationis, num tibi perturpe aut perflagitioſum eſſe videatur?

PERTVSSIS, is. f. *Apud* Senecam, *vt ait Deſpauterius, Tuſſis eſt, quae continue vexat.*

PERTVSVS, *vid.* PERTVNDO.

PERVĀDO, ſi, ſum, ĕre. [διαβαδίζω] *Ad aliquem vsque finem vadere. Pertranſire.* Tac. Ann. 4, 51 Neque tamen peruaſere hoſtes niſi admodum pauci. Liu. 7, 36 Inter trepidationem, tumultumque Samnitum, praeſidium Romanum obuiis cuſtodibus caeſis ad caſtra COS. peruadit. Cic. de Nat. Deor. 2, 145 Similiter nares, quae ſemper propter neceſſarias vtilitates patent, contractiores habent introitus, ne quid in eas, quod noceat, poſſit peruadere. Per agros quantum incendium peruaſerit cernitis Idem Verr. 3, 66 c. 26. Liu. 5, 7 Quibus quum ampliſſimis verbis gratiae ab Senatu actae eſſent, Famaque ea forum atque vrbem peruaſiſſet, ſubito ad curiam concurſus fit plebis. *Conf.* Idem 2, 23. Morbus peruaſit Cic. pro Sulla 53 c. 19. Liu. 26, 15 Murmur a Tribunali totam concionem peruaſit, deferri rem integram ad Patres de Campanis. Cic. pro Lege Manil. 23 c. 9 Erat etiam alia grauis atque ea vehemens Opinio, quae per animos gentium Barbararum peruaſerat, fani locupletiſſimi et religioſiſſimi diripiendi cauſa in eas oras noſtrum exercitum eſſe adductum. Pallor repente peruaſit ora Sil. 7, 427. Polum peruade, ſplendida mundi ſidera bigis continuis ſecepit ſpoliis Actius *apud* Varr. de L. L. 6, 3 p. 68, 13. *it.* de L. L. 6, 2 *Significat autem eodem* Varr. *interprete,* Peruade polum, Vade per polum. Lucret. 1, 556 Summum aetatis peruadere florem, *i. ad perfectam maturitatem et ἀκμὴν peruenire, et inde iterum declinare.*

PERVADENS, entis. Partic. Vitruu. 9, 4 Saturni ſtella peruadens per ſigni ſpatium.

PERVĀSVS, a, um. Part. Vrbe peruaſa Ammian. 24, 2. Regiones Idem 31, 8. Peruaſa migrare domo Sedul. 3, 309.

PERVASIO, ōnis. f. *Vt* Inuaſio *vim iniuſtam notat.* Saluian. de Gubernat. Dei 5 *ſub fin.* A rerum alienarum peruaſione non abſtinent.

PERVĀSOR, ōris. m. *Vim et poſſeſſionem iniuſtam ipſum quoque indicat.* Saluian. 5 p. 114 Rebus eorum incumbunt peruaſores. *Et* Caſſiodor. Epiſt. 4, 20 Manente poena peruaſori. *Add.* Paulin. Petrocor. 6, 43.

PERVĂGOR, āri. Dep. [περιπολέω, περιφέρομαι] *Per aliquem locum vagari.* Cic. Verr. 5, 97 Hic te Praetore praedonum nauiculae peruagatae ſunt. Idem de Legib. 1, 32 c. 11 Moleſtiae, laetitiae, cupiditates, timores, ſimiliter omnium mentes peruagantur. Idem de Inuent. 2, 113 Deinde ne is honos nimium peruagetur. Dolor omnia Membra peruagabatur Plin. Ep. 1, 12.

PERVĂGANS, antis. Part. Vitruu. 2, 6 Peruagantes in agris ardores.

PERVAGĀTVS, a, um. *Aliud* Part. [περιπολήσας] Liu. 38, 17 Inter mitiſſimum genus hominum ferox natio peruagata bello prope orbem terrarum, ſedem cepit. Cic. de Orat. 1, 265 c. 36 An tu, inquit ille, ſi de iſtis communibus et peruagatis vix huic aetati audiendum putas, etiamne illa negligere poſſumus, quae tu Oratori cognoſcenda eſſe dixiſti? Idem pro Planc. 95 Nihil ex meis eſt temporibus, quod minus peruagatum, quodque minus aut mea commemoratione celebratum ſit, aut hominibus auditum atque notum. *Contraria* Cic. Topic. 96 Numero ſic comparabuntur, vt plura bona paucioribus bonis anteponantur, pauciora mala malis pluribus, diuturniora bona breuioribus, longe et late peruagata anguſtis. Cauſa haec apud Graecos peruagata eſt Idem de Inuent. 1, 55. Declamatio vulgaris et peruagata Cic. pro Planc. 47. Fama alicuius rei illuſtris et peruagata Idem pro Marcell. 27 c. 8. Opera quotidiana et peruagata Idem de Orat. 3, 186. Sermo ciuitatis peruagatus Id. pro Milon. 33 c. 12. Peruagatior, *et* Peruagatiſſimus. Cic. de Inuent. 2, 47 c. 14 Pars autem eſt peruagatior, et aut in omnes eiuſdem generis, aut in pleraſque cauſas accommodata. Idem in Orat. 147 c. 43 Me autem ſiue peruagatiſſimus ille verſus, qui vetat. Artem pudere proloqui quam factites.

PERVĂGVS, a, um. Adi. [πολυπλανὴς] Puer peruagus vaſto orbe Ouid. de Arte Am. 2, 18.

PERVAGABĬLIS, e. Adi. Sidon. Epiſt. 2, 2 Pelagi campus cymbulis late ſecatur peruagabilibus.

PERVĂLEO, ēre. [πολυδυναμέω] *Plurimum valeo.* Lucret. 6, 916 Vſque adeo permananter vis perualet eius. *De magnete lapide. Alii legunt* Praeualet.

PERVALĬDVS, a, um. Adi. [πολυϊσχυρὸς] *Admodum validus.* Liu. 40, 47 Donec ad perualidam aliam vrbem (Certima appellant Celtiberi) peruenit. *Alia exemplaria habent* Praeualidam. Agmen perualidum Ammian. 29, 1 *pr.*

PERVARIVS, a, um. Adi. [πολυποίκιλος] *Valde varius.* Apul. de Deo Socrat. p. 97 Vtilitates peruariae. *Sed Elmenhorſt.* p. 42, 39 Potentiae vero animis coniectatae, per varias vtilitates in vita agenda animaduerſae.

PERVARIE. Adu. [πολυποικίλως] Cic. de Orat. 2, 327 c. 80 Reliqua peruarie iucundeque narrantur.

PERVASTO, āre. [καταληίζομαι] *Prorſus vaſtare.* Liu. 6, 4 Ad peruaſtandos fines, ne quid ad noua conſilia relinquerent virium, duxere. *Et* 33, 37 Libuos quum peruaſtaſſent.

PERVASTATVS, a, um. Part. Agris paſſim peruaſtatis Liu. 8, 19. Italia peruaſtata Tac. Ann. 15, 45, 1.

PERVBIQVE. Adu. Tertull. de Pall. c. 2. *Sed Salmaſius diuidit h. m.* Vt inde velut ex ſurculis et propaginibus, populi de populis, vrbes de vrbibus perubique orbis pangerentur: διὰ πανταχῦ γῆς, *quod Latine reddere tanto minus dubitauit Afer, cum* vbique gentium *et* vbique terrarum *audiſſet. Vid. Salm.* p. 167.

PERVĔHO, xi, ctum, ĕre. [κατακομίζω] *Vſque in aliquem locum portare.* Plin. 35, 6 Sed inde non peruehuntur ad nos. Liu. 5, 40 *extr.* Virgines ſacraque in plauſtrum impoſuit: et Caere, quo iter ſacerdotibus erat, peruexit. Nauigatione ſecunda peruehi Tac. Ann. 2, 8, 1. Cic. Att. 14, 19 Nos autem alium portum propiorem huic aetati videbamus, in quem mallem equidem peruehi, florente Bruto noſtro, conſtitutaque Republica. Idem Tuſc. 1, 119 c. 49 Portum potius paratum nobis et profugium putemus, quo vtinam velis paſſis peruehi liceat. *de morte.* Cic. Off. 2, 19 c. 6 Et quum proſpero flatu eius vtimur, ad exitus peruehimur optatos: et quum reflauit, affligimur. *de fortuna.* In Aſiam, atque inde Romam peruectum eſt Tac. Hiſt. 2, 9, 4.

PERVECTVS, a, um. Partic. [κατακομισθὲις] Peruectus in litus Plin. 9, 8. Paſſu cito peruecta eſt ad litora Sil. 8, 126. *Add.* Idem 4, 51.

PERVECTOR, ōris. m. Symmach. Epiſt. 4, 64 Peruector apicum. *i. Tabellarius.*

PERVELLO, velli *et* vulſi, vulſum, ĕre. [κατατίλλω] Cicer. Tuſc. 3, 36 c. 17 Quid iaces, aut quid moeres? aut cur ſuccumbis, cediſque fortunae? quae peruellere te forſitan potuerit et pungere, non potuit certe vires frangere. Aurem peruellere, *vid.* AVRIS. Fidem alicuius peruellere, *pro Ceſſantem excitare.* Senec. de Benef. 5. *Sed* Cic. de Orat. 1, 265 c. 62 *extr.* Neque enim inquit, tam mihi moleſtus fuit, quod ius noſtrum Ciuile peruellit, quam iucundus, quod ſe id neſcire confeſſus eſt, *i. vellicat, reprehendit.* Hor. Serm. 2, 8, 8 Rapula, lactucae, radices, qualia laſſum Peruellunt ſtomachum. *h. e. Irritant, et cum quadam delectatione pungunt atque excitant.*

PERVĔNIO, vēni, ventum, īre. [ἱκνέομαι, ἐξικνέομαι, παρήκω, ἀφικνέομαι] *Ad conſtitutum locum venire, Venire eo, quo ibamus.* Plin. 10, 37 Ipſe perueni ad fontem puriſſimum. Mature cum exercitu aliquo peruenire Cic. pro Muraen. 22 c. 9. Idem in Piſon. 61 c. 25 Ipſe cum hominibus quindecim male veſtitis ad portam Caelimontanam ſitiens peruenerim. In portum ſalua naue Quinctil. 2, 17. In Prouinciam peruenire Traian. ad Plin. Epiſt. 10, 27. Terent. Eun. 1, 2, 44 Ita eſt: ſed ſine me peruenire quo volo, *i. enarrare totum, quod coepi.* Per ſummam iniuriam ad miſeros aratores quid eſt, in calamitate reſidui, quod Praetore Verre non peruenerit? Cic. Verr. 3, 226. Ad Annum ſeptuageſimum peruenit Cyrus Idem de Diuin. 1, 46 c. 23. Ad Corpus quae noſtrum, vitamque peruenit, non ea ſola vis eſt, *etc.* Idem pro Caecin. 42. In Craſtinum peruenire Quinctil. 5, 10. Ad Deſperationem peruenire Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 42. Ad Eloquentiam Quinct. 1, 1. Ad propoſitum mihi Finem honoris nondum perueneram Cic. pro Sull. 11 c. 4. Ad Fortunas ſuas aliquando peruenire ſeſe poſſe ſpes fuit Idem pro Rabir. Poſt. 27. Ad Fructus Varro de R. R. 1, 4. Ad Frugem maturam Quinct. 1, 3. Cic. Verr. 1, 105 Vtrum admonitus, an tentatus, an qua eſt iſte ſagacitate in his rebus, ſine duce illo, ſine indice peruenerit ad hanc Improbitatem neſcio. Idem ib. 2, 45 Populum quidem Syracuſanum in maximam Inuidiam ſua infamia alieno praemio perueniſſe. Ad Laudem aliquam via aliqua Cic. de Clar. Orat. 259. Idem pro Sext. Vix ſero et raro ad Manus peruenitur. Idem Att. 8, 5 Ego autem ad te ſcripſi, vt ſi tibi forte reddita eſſet, mihi curares referendam, ne in illius Manus perueniret. In Notitiam peruenire Columel. 5, 8. Cic. Fam. 13, 14 Vt quam commodiſſima conditione libertus Strabonis, qui eius rei cauſa miſſus eſt, negotium conficiat, ad Numosque perueniat. In Portum ſalua naue Quinct. 2, 17. Cic. pro Lege Manil. 32 Quum duodecim ſecures in praedonum Poteſtatem peruenerint. Ad Primos peruenire, *pro Inter primos et doctiſſimos annumerari.* Idem pro Roſc. Com. 10 Qui ne in nouiſſimis quidem erat hiſtrionibus, ad Primos peruenit comoedos. In Scripta alicuius peruenire Cic. Fam. 5, 12. In Senatum conditione vlla peruenire non potuit Idem pro Flacc. 43. Ad Summam alicuius rei peruenire Quinct. 1 Prooem. Cic. de Fin. 5, 40 Sic et extremum omnium appetendorum, atque ductum a prima communitate naturae multis gradibus aſcendit, vt ad Summum perueniret, quod cumulatur ex integritate corporis, et ex mentis ratione perfecta. Quam facillime ad Suum Cic. Fam. 13, 26. *Conf.* Idem pro Quint. c. 14, 1. In magnum Timorem peruenire Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 61. Cic. pro Roſc. Com. 16 Et pupillum fraudare, qui in Tutelam peruenit. Peruenit ad me haec Res, *i. Reſciui, Dictum eſt mihi* Plaut. Mil. 2, 4, 50. Ad Aures alicuius neſcio, quomodo peruenit Res haec Cic. Verr. 6 (4) 64 c. 28. *Add.* Nep. 1, 3, 6 *et* 16, 3, 1. Clamor ad aures peruenit Virg. Aen. 9, 396. Liu. 1, 17 *pr.* Nec dum a ſingulis, quia nemo magnopere eminebat, in nouo populo peruenerant Factiones: inter ordines certabatur. Cic. pro Sull. Non modo nihil comperi, ſed vix ad aures meas iſtius ſuſpicionis Fama peruenit. Fama peruenit huc Ouid. ex Pont. 2, 5, 27. Hereditas ad Filiam peruenit Cic. de Fin. 2, . . Humanitas ab iſto ad illos perueniſſe putatur Idem Q. Frat. 1, 22. Iniuria ad paucos ex alieno peccato peruenit Auctor ad Herenn. 4, 13. Licentia tanta ad vnum nunquam perueniſſet, niſi multorum impunita ſcelera tuliſſemus Cic. Off. 2, 28 c. 8. Idem Verr. 3, 130 Perparum ex illis magnis

gnis Lucris ad ſeſe peruenire, Praetorem eſſe ſocium. Nullus de hoc Nuntius ad me, nullum Indicium peruenit Idem pro Sulla c. 5. Pecuniam morte alicuius ad quempiam peruenire Idem in Topic. 29 c. 6. Plebs in diſcordiam peruenit cum patribus Pompon. in l. 2 §. Deinde quum eſſet. D. de origine iur. Poena parentum peruenit ad liberos, qui nihil meruerunt Cic. ad Brut. 15. Serrula ad Stratonem peruenit Idem pro Cluent. c. 64 *de auctione.* Similitudo naturae illius ad te, qui ab illo ortus es, peruenit Idem pro Muraen. 66. Peruenitur, *imperſonale.* Vlpian. in l. 1 §. Si apud duos, D. depoſit. Quod ſi nihil alter, vel minus facere poſſit, ad alium peruenietur; idemque etſi alter dolo non fecerit, et idcirco ſit abſolutus; nam ad alium peruenietur. Quoniam ad hunc locum peruentum eſt Caeſ. B. G. 6, 10. *Add.* Sall. Iug. c. 107. Curt. 4, 14, 26. Nepos 19, 4, 1. Ouid. A. A. 3, 711. Poſtquam peruentum eſt in tecta thalami Virg. Georg. 4, 375. Idem Aen. 2, 634 Aſt vbi iam patriae peruentum ad limina ſedis. Studia perueniendi aliquo nihil proſunt, niſi illud quod eo quo intendas ferat deducatque, cognoris Cic. de Orat. 1, 135 c. 30.

PERVENIENS, entis. Partic. [παρήκων] Ouid. Met. 3, 462 Verba refers aures non peruenientia noſtras. Oſcula non peruenientia contra Idem ib. 4, 80.

PERVENTVRVS, a, um. *Aliud* Part. [παρήξων] Cic. pro Roſc. Amer. 153 Videte per deos immortales, quem in locum Remp. perventuram putetis.

PERVENTIO, ōnis. f. Mart. Capell. 4 p. 126 Et ratiocinatio ex duobus pluribusue conceſſis, ad id quod non conceditur, peruentio. *Pro felici aduentu eſt etiam Auguſt. Confeſſ. 8, 6. 1.*

PERVĒNOR, āri. Dep. [καταθηρεύω] *Idem quod Diligenter venari: et per translationem pro Quaerere, et ſolertia quadam adhibita inueſtigare.* Plaut. Merc. 4, 5, 3 Defeſſus ſum vrbem totam peruenarier.

PERVENVSTVS, a, um. Adi. Sidon. Epiſt. 3, 13 Elegans homo peruenuſtusque.

PERVERTO, ti, ſum, ĕre. [διαστρέφω, καταστρέφω, παρατροπέω] *Ita vertere, vt res vel pereat, vel certe vſum non habeat.* Plaut. Caſ. 4, 1, 15 Ei rei dant operam, ne coenet ſenex, aulas peruertunt, ignem reſtingunt aqua. Labefactare et peruertere amicitias Cic. de Finib. 3, 70 c. 21. Arbuſta, virgulta, tecta Idem de Diu. 1, 49. Auctor ad Herenn. 1, 26 Oreſtes quum confiteatur, ſe occidiſſe matrem, niſi attulerit facti rationem, peruertit Defenſionem. Iura omnia divina et humana peruertit C. Caeſar Cic. Off. 1, 26 c. 8. Idem ibid. 1, 5 c. 2 Sunt nonnullae diſciplinae, quae propoſitis bonorum et malorum finibus, Officium omne peruertant. Omnia peruertere rapinis, incendiis, caedibus Cic. Att. 15, 6. Idem de Diuin. 1, 35 Quae eſt igitur iſta calliditas, Res vetuſtate robuſtas, calumniando velle pervertere? Sacra inaudita inexpiabili ſcelere Idem de Aruſp. Reſp. 57. Senatum ipſum principem ſalutis, mentiſque publicae, vi, caede, incendiiſque peruertere Cic. de Aruſp. Reſp. 58. Idem Verr. 3, 128 Quid erat, quod Vectigalibus proſpiceret Metellus in decumis et in tota re frumentaria, ſi iſte non Vectigalia Populi Romani ſuo quaeſtu pervertiſſet? Vim hoſtium ſe peruerſurum putauit Croeſus, peruertit autem ſuam Cic. de Diuin. 2, 115. Idem Diu. Verr. 44 Nunquam ille me opprimet conſilio, nunquam vllo artificio peruertet, nunquam ingenio me ſuo labefactare atque infirmare conabitur. Peruertere, *ſollemne verbum* Tacito, *pro Perdere calumniis, ſiue ſubuertere; vt* Ann. 4, 12 Volutare ſecum quonam modo Germanici liberos peruerteret. *Conf.* Id. Hiſt. 3, 38, 5.

PERVERSVS, a, um. Partic. [καταστρεβλώμενος, στρεβλὸς, διάστροφος] *Ad mores fere pertinet contrarios virtuti et humanitati.* Cic. Fam. 11, 10 Gratiorem me eſſe in te poſſe, quam iſti peruerſi ſunt in me, exploratum habes. Idem pro Cluent. 71 c. 26 Itaque vt erat ſemper Praepoſterus atque peruerſus, initium facit a Bulbo. Cic. pro Roſc. Com. 30 Nihil ab hoc Prauum et peruerſum produci poſſe arbitrabantur. Cachinno peruerſo diſtorquere ora Ouid. de Arte Am. 3, 287. Dies peruerſus et aduerſus Plaut. Men. 5, 5, 1. *i. Ineptus, incommodus, intempeſtiuus.* Ludi deformati, inquinati, perverſi, conturbati Cic. de Aruſp. Reſp. 25. Mentes Ouid. Triſt. 2, 301. Cic. pro Roſc. Com. 56 c. 18 Niſi forte tu peruerſo More, quod huius eſt, ab alio extorquere non potes, huic eripere potes. Praemia Senec. Hippol. ſ. 9. Propoſitum peruerſum Scribon. Ep. Ratio Lucret. 4, 831. Vota Stat. Theb. 1, 59. *Compar.* Quo nihil poteſt eſſe peruerſius Cic. de Fin. 4 c. 15. Quid peruerſius? quid intolerabilius? Idem ibid. 4, 20 c. 8. *Superl.* Cic. de Nat. Deor. 1, 80 c. 28 At erat, ſicut hodie eſt, peruerſiſſimis oculis.

PERVERSE. Adu. [στρεβλῶς, διαστρόφως] Peruerſe abuti Cic. de Inuent. 1, 5. Plaut. Amph. 4, 3, 10 Qui peruerſe perturbauit familiae mentem meae. Peruerſe, ne dicam impudenter, plerique amicum habere talem volunt, quales ipſi eſſe non poſſunt Cic. de Amicit. 84 c. 22. Amplecti aliquid peruerſe Lucret. 1, 1068. Imitata peruerſe fuit prudentiam ſtulta calliditas Cic. Off. 3, 113. Videre peruerſe Plaut. Merc. 2, 2, 20. Vtuntur peruerſe deorum beneficio multi Cic. de Nat. Deor. 3, 70 c. 28. *Add.* Suet. Aug. c. 62. *Compar.* Tertull. Apol. c. 2 Peruerſius cogitis de confeſſo decedere. *Superl.* Hieron. in Matth. c. 4 vlt. Quidam peruerſiſſime ſuſpicantur.

PERVERSIO, ōnis. f. *Eſt Modus* Transgreſſionis *in Rhetoricis.* Auctor ad Herenn. 4, 44 c. 32 *exemplum ponit,* Hoc vobis deos immortales arbitror dediſſe pietate pro veſtra. *Aliter* Tertull. aduerſ. Marc. 4, 5 Competit, vt ſi qui euangelium peruertebant, eorum magis curarent peruerſionem, quorum ſciebant auctoritatem receptiorem.

PERVERSĬTAS, ātis. f. [διαστροφὴ, παρατροπὴ] Cic. in Orat. 31 Quae eſt autem in hominibus tanta peruerſitas, vt inuentis frugibus glande veſcantur? Idem Q. Frat. 1, 1, 13 Sed quum te alicuius Improbitas peruerſitaſque commouerit, ſic te animo incitari, vt ab omnibus tua deſideretur humanitas. Incredibilis hominum peruerſitas Cic. Fam. 1, 7. Ferre humaniſſime alicuius peruerſitatem Idem Q. Frat. 2, 4. Diligentiae moleſtiſſima peruerſitas Quinctil. 1, 6. Morum Suet. Aug. c. 60 (62). Opinionum Cic. Tuſc. 3 c. 17.

PERVERSIBILIS, e. Adi. Caue benignus eſſe peruerſibilis Prudent. in Rom. v. 136. *Al.* peruerſe velis.

PERVESPĔRI. Adu. *pro Valde veſperi.* Cic. Fam. 9, 2 *pr.* Caninius idem tuus, et idem noſter, quum ad me perueſperi veniſſet, *etc.*

PERVESTĪGO, āre. [ἐξιχνεύω, ἐξετάζω, ἐξευρίσκω] *Quaerendo inuenire.* Cic. de Orat. 2, 174 Noſſe regiones intra quas venias, vt perueſtiges quid quaeras. Idem Verr. 6 (4) 31 c. 13 Mirandum in modum (canes venaticos diceres) ita odorabantur omnia, et perveſtigabant, vt vbi quidquid eſſet, *etc.* Cic. Verr. 7 (5) 174 c. 68 Et illa, quae tentata iam et coepta ab iſto ſunt, a me autem perueſtigata et cognita, moneo, vt exſtinguas, et longius progredi ne ſinas.

PERVESTIGATIO, ōnis. f. [ἐξεύρεσις] Cic. de Orat. 1, 9 c. 3 Sed omnia quaecunque eſſent, vel ſcientiae perueſtigatione, vel diſſerendi ratione comprehenderint.

PERVESTIGĀTOR, ōris. m. Hieron. Catalog. Script. Eccleſ. Bibliothecae diuinae diligentiſſimus perueſtigator.

PERVĔTVS, ĕris. Adi. [πολύεννος] *Valde vel admodum vetus.* Cic. de Claris Orat. 61 c. 15 *extr.* Eum nos vt perueterem habemus, qui L. Martio, M. Manilio Conſulibus, mortuus eſt, *etc.* Epiſtola Idem Q. Frat. 3, 1, 4. Nuces Plin. 23, 8. Vinum non peruetus Celſ. 5, 26, 30.

PERVETVSTVS, a, um. Adi. [πολυπαλαιὸς] *Idem.* Pervetuſtus adeps Plin. 20, 9. Verba Cic. de Orat. 3, 199 c. 52.

PERVĬCAX, ācis. Adi. [φιλόνεικος, μονότονος Gloſſ. Lat. Gr. μονοτόνος, σκληραύχην, ἰσχυρογνώμων] *Durus, contentioſus, nulli cedens, perſeuerans cum quadam vi, in contentione vsque ad conuincendum perſeverans.* Nonius 5, 40 *nomen* Peruicax *ait* eſſe laudi, Pertinax probro. Peruicaces dicuntur, qui in aliquo certamine ad vincendum perſeuerant Scholiaſt. Horat. Epod. 17, 14. *Add.* Non. 5, 40. Ter. Hec. 4, 1, 17 Adeon' peruicaci eſſe animo, vt puerum praeoptares perire, ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam poſthac ſcires? Nequiſſima femina *etiam* pertinax et peruicax Apul. Met. 9 p. 223. Pervicax contra flatus Plin. 16, 36. Irae peruicax Tacit. Ann. 4, 53. Iuſtitiae peruicax Apul. Apol. p. 338. *In bonam partem.* Tacit. Hiſt. 4, 5, 5 Opum contemtor, Recti peruicax, conſtans aduerſus motus. Achilles peruicax, *vid.* ACHILLES. Acies Senec. Agamemn. 6. Acies oculorum, *vid.* ACIES. Contumacia Columel. 6, 2. Inimicus Quinctil. 5, 7. Muſa Hor. Carm. 3, 3, 70. Thyades Idem ibid. 2, 10, 9. *Superl.* Flor. 1, 11, 11 Hoſtes peruicaciſſimi.

PERVICACIA, ae. f. [μονοτονία] *Durities, obſtinatio.* Cic. Tuſc. 4, 26 c. 11. Plin. 17, 20 Perdurandi peruicacia. Peruicacia *et* Pertinacia hoc diſtant, *inquit* Nonius 5, 40 Peruicacia eſt interdum bonarum rerum perſeuerantia: Pertinacia ſemper malarum.

PERVICACĬTER. Adu. l. 3 §. 16 Dig. de Suſpect. Tutor. Neque pecuniam deponere peruicaciter perſtant. *Compar.* Liu. 42, 14 Peruicacius cauſam belli quaerere *Adde* Curt. 10, 6, 18.

PERVĪCVS, a, um. Adi. [μονοτόνος] *dicitur pro* Peruicaci, *teſte* Nonio 8, 28. Accius, Sed peruico Aiax animo atque morabilioni. Plaut. Aulul. Fragm. 3, 23 Hic quidam peruicus cuſtodem addidit.

PERVĬDEO, ēre. [συνορόω] *Diligenter et perfecte videre.* Cic. Att. 4, 11 Ibi te igitur videbo, et peruidebo. *Alii legunt* Promouebo. *Add.* Idem Att. 15, 4. Cic. Offic. 3, 75 c. 18 Qui hoc non peruiderit, ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. *Et hic quidam legunt* Praeviderit. Columel. 2, 1 Videt ſine dubio quid eueniat: ſed cur id accidat, non peruidet. Hor. Serm. 1, 3, 25 Quum tua peruideas oculis Mala lippus inunctis. *P. Vict. Var. lect. 20 ait, hoc loco* Peruidere, *idem eſſe, quod apud Graecos* παραβλέπειν, *quod eſt, non admodum intentis oculis intueri, conniuere, negligenter inſpicere. Sed alia eſt verbi huius ſignificatio, quam ſupra diximus: et hoc loco fit, vt contrarium ſignificare videatur propter has voces adiectas,* Oculis lippus inunctis. *Verum cum Bentl. et Cuning. legendum videtur* praeuideas. Plin. Epiſt. 1, 8 Deinde, vt Pulchritudinem illarum longiore tractatu peruideremus. Peruideamus vtrum finitum funditus omne Conſtet Lucret. 1, 955.

PERVIGEO, ēre. [κατακμάζω] *Valde vigere.* Tacit. Ann. 4, 34, 6 Et vterque opibuſque, atque honoribus peruiguere.

PERVĬGIL, ĭlis. Adi. [πανάγρυπνος] *Perpetuo vigil.* Peruigiles et inſomnes Plin. Paneg. c. 63. Plin. 33, 4 Eamque ſolus intelligit in cacumine montis eius peruigil. Anguis peruigil Ouid. Epiſt. 12, 60. Canis Senec. Herc. Fur. 809. Cuſtodia Lucan. 4, 7. Ignis Stat. Theb. 2, 739. *Recto caſu dixit* Apul. Met. 11 p. 270 Cura peruigilis.

PERVIGĬLO, āre. [καταγρυπνέω] *Totam noctem inſomnem ducere.* Martial. 9, 69 Nam vigilare leue eſt, peruigilare graue. Cic. pro Roſc. Amer. 98 c. 35 Orat vt eam noctem peruigilet? Liu. 24, 38 In armis. Ad ignes hiberni luminis Virg. Georg. 1, 292. Mero poſito Ouid. Faſt. 2, 740.

PERVIGILĀTVS, a, um. Partic. [καταγρυπνηθεὶς] Ouid. Faſt. 6, 326 In multo nox eſt peruigilata mero.

PERVIGILATIO, ōnis. f. [καταγρύπνησις] Cic. de Legib. 2, 37 c. 15 Nouos vero deos, et in his colendis nocturnas peruigilationes, *etc.*

PERVIGILIVM, i. n. [παννυχισμὸς] *Multae vigiliae.* Plin. 11, 53 Peruigilio quidem praecipue vincuntur cibi. ¶ 2 Pervigilium, *Sacrum nocturnum, quo vigiliae indicuntur, vt per totam noctem vigiletur.* Gellius 2, 23 Filia hominis pauperis in peruigilio vitiata eſt. Tacit. Hiſt. 2, 68 Apud Vitellium omnia indiſpoſita, temulenta, peruigiliis, ac Bacchanalibus, quam diſciplinae, et caſtris promtiora. *Conf.* Suet. Claud. c. 54. *et* Galba c. 4. Hiemale pervigilium Martianus Capella 1, 1. Cauſa peruigilii Lucret. 6, 754. *Exſtat vetus carmen cui tit.* Peruigilium Veneris.

PERVIGILIA, ae. f. *Idem.* Iuſtin. 24, 8, 14 Maximum peruigiliae malum. *Alii legunt* Peruigilii.

PERVĪLIS, e. Adi. [πάνυ εὔωνος] *Admodum vile ſignificat.* Liu. 31, 50 Annona quoque eo anno peruilis fuit. Queis pretium pietas peruilibus aurea fecit Paullin. Nol. Natal. Fel. 6, 219 *de numis pauperis viduae.*

PERVINCO, īci, ictum, ĕre. [ἐκνικῶ] *Omnino poſt difficultates vincere.* Cic. Att. 2, 1 Reſtitit, et peruicit Cato. Liu. 4, 2 Neque, vt de agris diuidendis plebi referrent Conſules ad Senatum, pervincere potuit. Tacit. Ann. 12, 59. Dictis peruincere aliquid, *Probare* Lucret. 5, 100. Mores alicuius Propert. 1, 17, 15. Vis viuida animi peruicit Lucret. 1, 73. Vox peruincere *dicitur* vocem, *vel* ſonum, *quem exſuperat.* Hor. Epiſt. 2, 1, 200 — nam quae peruincere voces Eualuere ſonum, referunt quem noſtra theatra?

PERVICTVS, a, um. Partic. Haec mora rumpetur vino pervicta vetuſto Seren. Sammonic. p. 19.

PERVINCENDVS, a, um. Partic. [ἐκνικητέος] Catull. 74, 15 Vna ſalus haec eſt, hoc eſt tibi peruincendum.

PERVIREO, ēre. *Semper virere.* Paullin. Nolan. Paraph. Pſalm. 1, 11 Et fronde nunquam defluente, peruirens, *etc.*

PERVIRGO, ĭnis. f. Mart. Capellae *tribuitur.* *Si verum eſt, caſtam et omnino virginem notat.*

PERVIRĬDIS, e. Adi. [πολύχλωρος] *Valde viride.* Plin. 6, 22 Mare id colore peruiridi, praeterea fruticoſum arboribus. • *Adde* Melam 2, 5. *et* Solin. c. 66.

PERVISO, ĕre. Paruula ſic totum peruiſit pupula caelum Manil. 4, 916.

PERVĪVO, xi, ctum, ĕre. [ἐπιζάω] *Vsque ad certum finem viuere.* Plaut. Capt. 3, 5, 84 Etſi peruiuo vsque ad ſummam aetatem. Quas tum peruixiſſent aetates Tertull. de Anima c. 56.

PERVIVS, a, um. Adi. [βατός, βάσιμος, πορεύσιμος] *Per quod facile tranſitur.* Ter. Adelph. 4, 2, 39 Id quidem angiportum non eſt peruium. Domus peruia ventis *dicitur* Ouid. Met. 2, 762. Freta non ſunt peruia naui Idem Epiſt. 19, 209. Loca non peruia equo Idem Met. 8, 377. Naues peruiae Liu. 26, 39. Ora non ſunt peruia verbis Ouid. Met. 5, 194. Pectora nulli culpae peruia Claud. de Bell. Get. Saltus peruii Liu. 9, 43. Cic. de Nat. Deor. 2, 67 c. 27 Ex quo Tranſitiones peruiae Iani, foresque in liminibus profanarum aedium, ianuae nominantur. Vſus peruius tectorum Virg. Aen. 2, 453.

PERVIVM, i. n. *Tranſitus.* Interiectus exercitus Rhaetiam Iuliasque Alpes, ne peruium illa Germanicis exercitibus foret, obſepſerat Tac. Hiſt. 3, 8, 3.

PERVIAM. Adu. Omnes angulos aedium peruiam facere Plaut. Aul. 3, 2, 24. *Add.* Pſeud. 2, 4, 70. *et* Truc. 2, 5, 54. *Add.* Scribon. 227.

PERVLA, *vid.* PERA.

PERVNGO, unxi, unctum, ĕre. [καταχρίω] *Totum, et circumquaque vngere.* Cic. Tuſc. 1, 113 c. 47 Corpora oleo perunxerunt. *Conf.* Varro R. R. 2, 11. Ora perungere immunda manu Ouid. de Arte Am. 3, 755. Fauces perungere Scribon. 66. Inteſtinum Idem 232. Palpebras Idem 30. Pilam oleo Idem 255. Medicamentum perungetur Idem 247.

PERVNCTVS, a, um. Partic. [κατάχριστος] Faecibus ora peruncti Hor. de Arte Poët. 277 *de actoribus comicis.* Nardo perunctus adulter Idem Epod. 5, 59. Acopum perunctum Scribon. 271. Succus perunctus Idem 250. Elaterium Idem 224. Medicamentum ſupra perunctum Idem 20. Acopo perunctus Id. 270. Oleo Scribon. 164. Artus oleo peruncti Id. 198. Pilum ligneum perunctum Idem 264. Satis perunctum Idem 228.

PERVNGENDVS anus ſpecillo Scribon. 142.

PERVNCTIO, ōnis. f. [κατάχρισις] Plin. 24, 15 Excalfacit perunctione. Adhibenda perunctio ex oleo calido Cael. Aurel. Tard. 1, 3.

PERVOLGO, āre. [περιπολέω] *Peruagari.* Lucret. 4, 209. *Vid.* PERVVLGO.

PERVŎLO, vis, vult, velle. [πολὺ βούλομαι] *Valde cupere.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 73 Facient aduorſum eos, qui peruolunt. *Alii legunt* Quod volunt. Cic. Att. 1, 1 Sed eſt quod abs te mihi ignoſci peruelim. Illud peruelim falſo proditum eſſe Liu. 8, 18. Scire ex te peruelim Cic. pro Sulla c. 7. Illam negaſſe vnquam vidiſſe quemquam ſecuri ferientem, et peruelle id videre Liu. 39, 43.

PERVŎLO, āre. [διαπέτομαι] *Celeriter volare.* Coruus peruolat aërium iter Ouid. Faſt. 2, 252. Hirundo peruolat aedes diuitis domini Virg. Aen. 12, 474. Peruolare, *per tranſlationem, pro Celeriter aduenire, et quaſi volando perduci.* Cic. in Somn. Scip 21 c. 9 Sunt autem optimae curae de ſalute patriae, quibus agitatus et exercitatus animus velocius in hanc ſedem et domum ſuam peruolabit. Rumor peruolat agitatus alis Ouid. Faſt. 6, 527. Vrbem totam peruolare Iuuen. Sat. 6, 397.

PERVOLĬTO, āre. Frequent. [περιπέτομαι] Virg. Aen. 8, 24 Omnia peruolitat late loca Voces peruolitant per diſſepta domorum Lucret. 6, 952.

PERVOLĬTANS, antis. Partic. Lucret. 2, 144 Et variae volucres nemora auia peruolitantes.

PERVOLITANTIA, ae. f. Vitruu. 9, 7 Mundi circa terram peruolitantia. *Sic Elzeu. Al.* Peruolitantis, *vt ad* mundi *referatur.*

PERVOLATĬCVS, a, um. Adi. Tertull. de Anima c. 46 Non clauſa vis eſt, nec ſacrariorum circumſcribitur terminis: vaga et peruolatica, et interim libera eſt.

PERVOLVO, volui, volūtum, ĕre. [καταχυλίω] *Magno vi voluere.* Plin. 33, 4 Et repleto ſtagno, excuſſis obturamentis erumpit torrens tanta vi, vt ſaxa peruoluat. *Metaphorice:* Cic. de Orat. 2, 149 c. 25 Deinde vt in iis locis, quos proponam paullo poſt, peruoluatur Animus, vt ſe penitus inſinuet in cauſam, vt ſic cura et cogitatione intentus, diligentia eſt, *i. exerceatur.* Librum peruoluere, *legere ad finem vsque.* Catull. 96, 6 *de Smyrna, (fuit hoc opus quoddam a Cinna Poëta compoſitum)* Smyrnam incana diu ſaecula peruoluent. *Vſus eſt diaereſi.* Membra celeres peruoluunt rotae Sen. Hippol. ſ. 10.

PERVOLVTO, āre. Frequent. [περιπτύσσω, ἀναπτύσσω] Cic. Att. 5, 12 Quoniam meos cum Thallumeto noſtro peruolutas Libros, *i. diligenter legis.* Idem de Orat. 1, 158 c. 34 Omnium bonarum artium ſcriptores ac doctores et legendi et peruolutandi, et exercitationis cauſa laudandi, vituperandi, *etc.*

PERVOLVTVS, a, um. Partic. Liu. 24, 34 Pondere ſuo peruoluta grauiter in hoſtem incidunt.

PERVORSE, *pro peruerſe* Enn. *ap.* Gell. 11, 4.

PERVRBĀNVS, a, um. Adi. [πάνυ ἀστεῖος] *Valdè vrbanum ſignificat.* Cic. de Orat. 2, 15 Homo doctus et perurbanus. *Et* de Clar. Orat. 239 Etiam L. Torquatus elegans in dicendo, in exiſtimando admodum prudens toto genere perurbanus. *Add.* Id. de Orat. 1, 72 c. 16. Oratio Cic. in Brut. 272.

PERVRBĀNE. Adu. *Idem.* Reſpondit ille perurbane Sidon. Epiſt. 5, 17.

PERVRGEO, ēre. Ammian. 29, 5 Voluculiter perurgebat. *Et* Trebell. Pollio in Gallien. c. 5 Cum Aureolus perurgeret Illyricum. Hora mortis perurgeri Spartian. Seuer. c. 23. Sacra perurgentem Seuerus in Aetna v. 226. *Conf. Scalig. ad h. l. p. 107.* Arator in Act. Apoſt. c. 20.

PERVRO, ſſi, ſtum, ĕre. [κατακαίω, καταφρύγω] *Valde vrere, et vrendo conſumere.* Plin. Epiſt. 7, 1 Quin etiam quum peruſtus ardentiſſima febri, tandem remiſſus, vnctusque acciperem a medico potionem, porrexi manum. Plin. 34, 17 Eadem in aqua calculus aereus quadrans ſi addatur, vas peruri. Scribon. 122 Moueat aliquis liquorem, ne quid ſubſidat, et peruratur, *i. aduratur.* Aeſtu valido perurimur Ouid. de Arte Am. 3, 543. Cor alicuius perurere Martial. 12, 45.

PERVRENS, entis. Partic. Inteſtina perurens Catull. 78, 3.

PERVSTVS, a, um. Partic. Subducunt oneri colla peruſta boues Ouid. ex Pont. 1, 5, 24 *vt mox* Fune peruſtus. Coma peruſta ſole Propert. 4, 10, 46. Flammis peruſta Senec. Med. ſ. 12. Fune peruſtus Hor. Epod. 4, 3. Cic. Fam. 13, 16 Etiam Hominem peruſtum etiamnum gloria volunt incendere. *Metaph. Cui ſtudium, et ardor ille gloriae nocuit.* Ora Propert. 3, 13, 22. Oſſa Tibull. 1, 3, 6. Pectus peruſtum curis Senec. Med. v. 547. Terra peruſta aſtricto gelu Ouid. Triſt. 3, 4, 49.

PERVSIA, ae. f. [Περουσία] *Tuſcorum vrbs, Ptolemaeo 3, 1.* Vellei. 2, 74.

PĔRVSĪNVS, a, um. Adi. [Περουσινός] Fames Lucan. 1, 41. Propert. 1, 22, 3 Si Peruſina tibi patriae ſunt nota Sepulcra, Italiae duris Funera temporibus.

PERVTĬLIS, e. Adi. [πολύχρηστος] *Valde vtile.* Cic. Att. 9, 17 In hac enim fortuna perutilis eius et opera et fidelitas eſſet.

PERVVLGO, āre. [διαθρυλλέω, διαφημίζω] *Spargere in vulgus, diuulgare.* Cic. Verr. 3, 129 Incredibile dictu eſt Iudices, ſed et factum, et tota Sicilia peruulgatum. Peruulgari ſuam Artem noluerunt Idem de Orat. 1 c. 41. Occultare, et continere domi aliquid, Diuidere paſſim, peruulgare atque edere populo: *contraria* Cic. pro Sulla 42. Se omnibus peruulgat mulier Idem pro Cael. 38 c. 16. Communicari cum improbis, et peruulgari cum mediocribus hominibus praemia virtutis non oportet Cic. de Inuent. 2, 114. Librum aliquem peruulgare, *quod et* Diuulgare *dicitur; h. e. In lucem emittere.* Cic. Att. 12, 44 Tu vero peruulga Hirtium. *In fine autem epiſtolae ait,* Hirtii librum (vt facis) diuulga. *Vt ſeſe explicare videatur* Cicero. Peruulgatum eſt Plaut. Bacch. 4, 9, 150. *Pro Pererrare, obire, luſtrare.* Lucret. 2, 163 Multiplexque loci ſpatium tranſcurrere eodem Tempore, quo ſolis peruolgant fulgura caelum. *Lambinus: Celebrant, Complent. Ex ighot notum red ere, et celebrare.* Lucret. 2, 346 Et quae peruolgant nemora auia peruolitantes. *de auibus.*

PERVVLGĀTVS, a, um. Partic. *Conſuetum, et vulgo vſitatum ſignificat.* Ter. Heaut. 1, 1, 49 Vbi rem reſciui, coepi non humanitus, neque vt animum decuit aegrotum adoleſcentuli tractare, ſed vi et via peruulgata patrum. Cic. Acad. 4, 118 c. 37 Empedocles haec peruulgata et Nota quatuor. Idem Verr. 4 (2) 85 c. 34 Interea cupiditate iſte ſua nota, atque Apud omnes peruulgata, cum ſigna, *etc.* Cic. de Fin. 2, 15 Nec de re obſcura, vt phyſici; aut artificioſa, vt mathematici, ſed de illuſtri et facili, etiam In vulgus peruulgata, loquitur. Idem Fam. 5, 16 Conſolatio peruulgata quidem eſt illa maxime, quam ſemper in ore, atque in animo habere debemus, homines nos vt eſſe meminerimus. Maledicta in omnes Cic. pro Cael. 6. Res clara, teſtata et peruulgata Idem Verr. 2, 104 c. 42. *Comparat.* Peruulgatius Gell. 7, 17. Res peruulgatiores Apul. Apol. 1 p. 165. *Superl.* Peruulgatiſſimus Auctor ad Her. 4 c. 8.

PERVVLGĀTE. Adu. Gell. 16, 7 Peruulgate dicit, plebeio more.

PERVVLGATVRVS, a, um. Partic. [διαθρυλλήσων] Sil. 7, 193 Viticolae nomen peruulgatura Falerni Munera.

P E S

PES, pĕdis. m. [πούς, πέζα, σφυρὸς] *Interdum dicitur Id totum, quod eſt a femore ad calcem.* Standi fundamentum Varr. de L. L. 4, 19. Pedem et noſtrum dicimus et lecti et veli et carminis Sen. de Benef. 2, 34. Virg. Ecl. 9, 1 Quo te Moeri pedes? Omnia magna, Pes etiam, et camuris hirtae ſub cornibus aures Idem Georg. 3, 55 *de boue.* Digiti pedum Ouid. Met. 11, 71. Fiducia pedum Idem ibid. 9, 20. Forma aptiſſima pedis Idem Amor. 3, 3, 7. Ictus pedis Idem ibid. 5, 264. Mobilitas pedum Lucan. ad Piſon. 173. Motu pedum melior Virg. Aen. 5, 430. Orba pedum portenta Lucret. 5, 838. Sonitus creber pedum Virg. Aen. 2, 738. Trunca animalia pedum Idem Georg. 4, 310. Veſtigia duri pedis Ouid. Met. 2, 853. Celer pedibus Virg. Aen. 4, 180. Duorum pedum officio contenta Ouid. Met. 1, 744 *de Iſide, quae paullo ante in vaccam mutata, quatuor pedibus incedebat.* Melior pedibus Virg. Aen. 9, 556. Ad pedem habiles et apti calcei Cic. de Orat. 1, 231. Ante pedes, *et* Circum pedes, *vid. paullo poſt n.* 2 A pedibus. In pedem, *ſiue* pedes, *vid.* IN. Sub pedibus videt nubes et ſidera Daphnis Virg. Ecl. 5, 57. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 17, 145. ¶ 2 A pedibus, *miniſterium ſeruile, aut libertorum.* A pedibus puer *in Monum. ſ. Columbario Liuiae Aug. a Gorio edito p. 75.* *Laudant ipſum quoque* Cic. Att. 8, 5 Nec vllam ob aliam cauſam Pollucem ſeruum a pedibus meum (*al.* meis) Romam miſi. *Sed Gloſſema putat illud* a pedibus *Vrſinus. Si ſit ab auctore, quod valde dubito,* pediſſequum *vel* curſorem *notari puto. Nec magis huc pertinet* Martial. 3, 23 Omnia cum retro pueris opſonia tradas, Cur non menſa tibi ponitur a pedibus, *h. e. ad pedes, vbi ſtant ſerui. Vid.* A *vel* AB n. 22. *Conf.* Cic. Verr. 2, 92 Sermos artifices pupilli cum haberet domi, circum pedes autem homines formoſos et literatos, ſuos eſſe dicebat. *Nota,* circum pedes: Agroetius de Orthogr. p. 2274, 31 *Putſch.* Circum pedes ſunt obſequia ſeruorum, Ante pedes amicorum. Iuuenalis, *Togati Ante pedes. Locus* Iuuenalis *eſt* 7, 142 Reſpicit haec primum, qui litigat, an tibi ſerui Octo, decem, comites, an poſt te ſella, togati Ante pedes. Caſſiodor. Varr. 7, 5 In formula Curae Palatii, Vt aurea virga decoratus inter obſequia numeroſa, ante pedes regios, primus videaris incedere. *Iungi volunt Praepoſitionem in talibus, et* antepedes, circumpedes *ſcribi, neſcio quam bona ratione,* Salmaſ. ad Pollion. Claud. 14 p. 390 *Hack. et Graeuius ad* Iſidori Gloſſ. p. 5. *Caeterum hinc intelligitur, quae ſit* Pedum turba *in illo* Mart. 3, 82 At ipſe retro flexus ad pedum turbam — Partitur apri glandulas palaeſtritis. *Huc referunt etiam* eiusdem Poëtae 7, 19 Miſto lagenam replet ad pedes vino, *i. de illo vino aqua temperato, quod ſeruis poſitum eſſet.* ¶ 3 *Epitheta:* Adunci pedes Ouid. Met. 6, 516. *Al.* Obuncis. Albi, *Gypſati* Iuuen. Sat. 1, 111. Aurati, *Auratis ornati calceamentis* Ouid. Amor. 3, 13, 26. Aureolus Catull. in Epithal. Iuliae ſ. 52, 167. *h. e. Formoſus, vel pulcher vt aurum.* Bifidi Ouid. Met. 14, 304. Bellus Catull. 41, 2. Biſulcus Ouid. Met. 7, 113. Calidi, *vid.* CALIDVS. Candidus Hor. Carm. 1, 1, 27. Claudus Idem ibid. 3, 2, 32. Curui Ouid. Met. 12, 561. *de aquila.* Dexter pes, *i. Felix acceſſus:* Sil. 7, 172 Attulit hoſpitio pes dexter et hora Lyaeum. *Conf.* Virg. Aen. 8, 302. Auguſtin. Ep. 44 ad Maximum Grammat. Dubius pes fortunae Ouid. ex Ponto 4, 3, 32. *Incertus et inſtabilis.* Durus Ouid. Met. 2, 853. Equini Idem ibid. 12, 374. Exiguus Idem Amor. 3, 3, 7. Formoſi Propert. 1, 18, 12. Gypſatus, *ſerui venalis* Ouid. Amor. 1, 8, 64. Imus, *vid.* IMVS. Inimicus

cus Propert. 2, 6, 38. Longus Hor. Serm. 1, 2, 93. Malus Catull. 14, 22. Marmorei, *Candidi* Ouid. Amor. 2, 11, 15. Pallidulus Catull. ad Ortalum ſ. 63, 6. Pulmonei Plaut. Epid. 5, 1, 21. *i. vlceroſi.* Recurui Ouid. Faſt. 2, 251. *de coruo.* Segnis Hor. Carm. 3, 12, 8. Solidi aere Ouid. Epiſt. 12, 43. Tumentes Virg. Aen. 2, 273. Turpis Hor. Serm. 1, 2, 102. Vacui pedes, *Otioſi* Ouid. de Arte Am. 1, 491. Varus Perſ. 4, 12. Vdus aqua Ouid. Epiſt. 18, 100. Velox Idem Met. 1, 551. Vnci Virg. Aen. 3, 233.

¶ 4 *Formulae Verborum:* Abire pede tardo Ouid. Amor. 2, 19, 12. Abiicere ſe ad pedes, *vid.* ABIICIO. Cic. Att. 1, 14 Quum decerneretur frequenti Senatu contra pugnante Piſone, ad pedes omnium ſigillatim Accidente Clodio, vt Conſules populum cohortarentur, *etc.* Adducunt te emturientem ad mercatum crebro pedes Varr. R. R. 2 *pr.* 6. *i. venire ſoles ad mercatum.* Aduolui pedibus Tacit. Ann. 1, 23. Aduertere pedem ripae, *Ire ad ripam* Virg. Aen. 6, 386. Afferre pedem, *vid.* AFFERO. Alligare pedes Ouid. Met. 4, 364. Amplecti pedes alicuius Idem ibid. 9, 605. Argutari pedibus, *vid.* ARGVTOR, ari, *in* ARGVO. Carpere viam pede Ouid. de Arte Am. 2, 230. Carpere iter allato pede Idem Faſt. 5, 666 *de Mercurio.* Claudicare obliquo pede Idem Amor. 2, 17, 20. Comparet neque pes, neque caput Plaut. Capt. 3, 4, 82. *Prouerb. de Inconditis confuſiſque. Vid. etiam* Plaut. Aſin. 3, 3, 238. Complecti pedes alicuius Lucan. 10, 89. Conculcare aliquem pedibus Ouid. Met. 12, 374. *Al.* Proculcare. Conferre pedem, ſiue in pedes, *vid.* CONFERO. Conferre pedem cum ſingulis aduerſarii argumentis Quinctil. 1, 13. *Ipſe* Cic. pro Plancio c. 19 Non poſſum magis pedem Conferre, vt aiunt, aut propius accedere. Congredi pede Virg. Aen. 12, 465. Coniicere ſe in pedes, *vid.* CONIICIO. Connexae pedibus apes Virg. Georg. 4, 257. Conſequi aliquem pedibus Ouid. Met. 9, 126. Contendere pedibus cum aliquo Idem ibid. 10, 570. Decurrere ſiccis pedibus ſuper aequora Idem ibid. 14, 50. Deducere pedes de lecto, *vid.* DEDVCO. Deducit gracili pede aranea filum Ouid. Amor. 1, 14, 7. Defluxit veſtis ad imos pedes Virg. Aen. 1, 408. Deſilire ad pedes, *vid.* AD. Dirigere inoffenſos pedes Ouid. Amor. 1, 6, 8. Diriguere pedes Idem Met. 2, 348. Diſcedere pedem ab aliquo Cic. pro Deiot. 42. Idem Att. 2, 1 Soror, quae tantum habeat Conſularis loci, (*in ſpectaculis*) vnum mihi ſolum pedem (*illius loci*) Dat. Noli inquam de vno pede ſororis queri: licet etiam alterum tollas, (*quae inceſtuoſe volutari tecum ſoleat*) *Vid.* Tollere pedem. Dolet pes Lucret. 3, 111. Ducunt ad diaetam tuam ipſi me, vt veriſſime dicam, pedes Plin. 7, 5, 1 *loquitur de abſentis vxoris deſiderio. Vid. p. a.* ADDVCO. *Sed* Ducit vobis pedes orcus, *i. in poteſtate vos habet, abripiet vbi commodum erit, cantilena hiſtrionum apud* Suet. Neron. c. 39. *Conf. mox* Trahere pedibus. Efferre pedem porta, *Egredi.* Cic. Att. 7, 2 Qui pedem porta, quoad hoſtis cis Euphratem fuit, non Extulerit. Ire pedibus in ſententiam alicuius, *vid.* EO, is. Errare nudo pede Ouid. Amor. 3, 6, 50. Errare vago pede Idem Epiſt. 21, 96. Excitur ſonitus pedibus Lucret. 2, 329. Ferire terram pede Virg. Georg. 3, 499. Idem ibid. 1, 11 Ferte ſimul Faunique pedem, Dryadeſque puellae, *i. Accedite huc.* Fert huc pedes, et illuc Senec. Med. ſ. 11. Idem Phoen. 11 Patere caecum qua volet Ferri pedem. Fert extenſos pedes ſuperba Ouid. de Arte Am. 3, 302. Ferri incerto pede, Titubante, qualiter incedunt ebrii Hor. Epod. 11, 30. Fracta equeſtri pede tellus Senec. Theb. ſ. Phoen. ſ. 2. Freti virtute pedum Lucret. 5, 964. Fugere timido pede Ouid. Met. 4, 100. Fugere turbato pede Idem Epiſt. 11, 102. Fulta molli pede pulchra facies equi Hor. Serm. 1, 2, 88. Iacere pedes, *vid.* IACIO. Iacere ad pedes alicuius Cic. Verr. 5, 128. Implicare pedes Virg. Aen. 11, 752. Impoſuere teneros pedes graminibus Ouid. Epiſt. 16, 66. Impreſſit pedem litori Senec. Agam. 6. Incutere pedem terrae, Induitur pedibus aurum, Inferre pedem in aedes, Inſiſtere alternis pedibus, *vid. hh. ll.* Iuncti pedes Quinctil. 2, 13. Labi celeri pede Senec. Hippol. ſ. 6. Metiri pedibus quadringenta millia paſſuum Cic. Q. Frat. 3, 1. Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt, *i. Sumtum facere pro modulo facultatum ſuarum* Hor. Epiſt. 1, 7, 98. Mouere pedem a limine Iuuen. Sat. 10, 30. Mouere impercuſſos nocte pedes Ouid. Amor. 3, 1, 52. Naſci equinis pedibus, Naſci in pedes, *vid.* NASCOR. Obteritur pedibus relligio Lucret. 1, 80. Offenſus pes in porta Tibull. 1, 3, 20 *malum augurium.* Parta gloria pedibus Sil. 15, 656. Pellere terram duro pede Lucret. 5, 1401. Pendere per pedes, Penetrare pedem aliquo, Perfundere pedes amictu, *vid. hh. vv.* Plaudere choreas pedibus Virg. Aen. 6, 644. Ponere pedem cum aliquo, *i. Eodem modo incedere quo ille, nec citius nec tardius mouere pedes* Lucret. 4, 319. Cic. Att. 13, 2 Pedem vbi ponat in ſuo, non habet: omnino eum Sextius noſter parochus publicus occupauit. Ponere veſtigia pedum Lucret. 3, 4. Praeuertere curſu pedum ventos Virg. Aen. 7, 807. Premit pes pedem Sil. 4, 355. Liu. 8, 8 Si haſtati profligare hoſtem non poſſunt, pede Preſſo eos retrocedentes in interualla ordinum principes recipiebant. Procedere aequis pedibus Ouid. ex Pont. 4, 5, 3. Proferre pedem alicunde Hor. de Arte Poët. 135. Proferre pedes Quinctil. 1, 11. Liuius, Per Siciliam pedibus Profectus freto in Italiam traiecit. Proiicere ante pedes aliquid Virg. Aen. 5, 673. Proiicere ſe ad pedes alicuius Cic. pro Sext. 26 c. 11. Proruere aliquid pede iniurioſo Hor. Carm. 1, 35, 13. Proſubigit terram pede ſuis Virg. Georg. 3, 256. Pulſare humum pede Ouid. de Arte Am. 1, 112. Pulſanda libero pede tellus Hor. Carm. 1, 37, 1. Quatere humum pede candido Idem ibid. 4, 1, 27. Quatere alterno pede terram Idem ibid. 1, 4, 7. Rapiunt me pedes Idem ib. 3, 11, 49. Recuſant illuſi pedes ferre vitioſum corpus Hor. Serm. 2, 7, 108. Quinctil. 6, 4, 19 Ab iis, quae non adiuuant, quam molliſſime pedem oportet Referre. Referre pedem profugum Ouid. Epiſt. 15, 186 *de reditu Phaonis ex Sicilia.* Reflectere pedem Catull. 62, 112. Reportat pedem ex hoſte Virg. Aen. 11, 764. Reprimere pedem retro Idem ibid. 2, 378. Reuocare pedem Idem ibid. 9, 125. Sequi ducem propero pede Catull. de Berecynth. ſ. 61, 34. *Alii legunt,* Ducem properipedem. Sequi ſigna pedum, *Veſtigia* Ouid. Met. 4, 543. Signare litus pedibus, *Imprimere veſtigia, Obambulare in litore* Idem Amor. 2, 11, 15. Siſtere pedem in limine Idem Rem. Amor. 80. Spargere arenam pedibus Virg. Ecl. 3, 87. Sternere ſe ad pedes alicuius Cic. Att. 10, 4. In his actionibus omni, vt agricolae dicunt, pede Standum eſt Quinctil. 12, 9, 18. *i. contentione. Vid. Turneb. Adu.* 7, 19. Stare ante pedes alicuius Virg. Aen. 5, 381. Struit pedem, φεύγει Vet. Gloſſ. Pedem ſtruit in duodecim (*tabulis*) ſignificat fugit, vt ait Ser. Sulpicius. *Vid.* Feſtus *in* Pedem *et* Struere. Subiicere pedibus, *pro Contemnere* Virg. Georg. 2, 491. Cic. de Orat. 1, 230 Quid multa? pedem nemo in illo iudicio Supploſit, credo ne Stoicis renuntiaretur. Tangere pedem pede Ouid. de Arte Am. 1, 606. Tetigit citato pede nemus Catull. 61, 2. Tangere felici pede locum aliquem Ouid. Faſt. 1, 514. Tardat puellares pedes alta arena Idem Epiſt. 10, 20. Tenet humili ſub pede colla Idem ibid. 9, 12. Tentantur pedes, lingua non conſtat Senec. Epiſt. 84 *de ebrio loquitur.* Tollere pedem: *Obſcena locutio* Martial. 10, 81. *et* 11, 72. *Add.* Dare pedem. Trahere pedem Ouid. Rem. Am. 379. *i. claudicare.* Trahere pedibus, *eſt Contemtim pro libidine tractare.* Cic. Att. 4, 16 *med.* Non recordor vnde ceciderim, ſed vnde ſurrexerim: fratrem mecum et te ſi habebo, per me iſta pedibus Trahantur (*al.* trahuntor, *quod certe melius quam* trahuntur) *h. e.* (*vt exponit Paullus Manutius*) *Non laboro, etiam ſi peſſime adminiſtrentur.* Cic. Fam. 7, 32 Nam de iudiciis quod quereris, multo laboro minus: Trahantur per me pedibus omnes rei. *Conf.* Ducere pedes. Trahuntur *nempe* pedibus *victi a victoribus.* Liu. 24, 22 Sed euocatum eum ab legatis Demarata vxor, filia Hieronis, inflata adhuc regiis animis ac muliebri ſpiritu, admonet ſaepe vſurpatae Dionyſii tyranni vocis: qua pedibus Tractum, non inſidentem equo relinquere tyrannidem dixerit debere. Facile eſſe, momento quo quis velit, cedere poſſeſſione magnae fortunae; facere et parare eam, difficile atque arduum eſſe. *Ex his verbis liquet, Eos* pedibus trahi, *qui plane victi, ſunt in poteſtate victoris. Sic* pedibus Trahitur *Hector ab Achille, ſic Cacus ab Hercule apud* Virg. Aen. 8, 264. *Et* Iuuen. Sat. 5, 125. Tranſilire poſita ante pedes, et alia longe repetita ſumere, ſpecimen eſt ingenii Cic. de Orat. 3, 158 c. 40. Caeſ. Bell. Gall. 5, 18 Vno omnino loco flumen pedibus, atque aegre Tranſiri poteſt. Tremit pulſu pedum excita Tellus Virg. Aen. 12, 445. Cic. Att. 16, 3 Alter in Macedoniam pedibus Venire volebat. Ouid. Met. 8, 869 — Verſo pede preſſit arenam, *i. Iterum diſceſſit.* Vigeſcunt pedes laeti ſtudio Catull. 44, 8. Vincere certamine pedum Ouid. Met. 12, 304. Viſa iam eſt pedum via; factum eſt periculum, *vt ipſe interpretari videtur* Ter. Phorm. 2, 2, 12. Volutare auerſis pedibus, *vid.* AVERTO. Volutatus eſt ad pedes inimicorum frater Cic. pro Sext. 145. Sub pedibus volgi, *In contemtu vulgi* Lucret. 5, 1138.

¶ 5 Pedibus, *interdum vnicuique generi vecturae, interdum nauigationi opponitur.* Suet. in Caeſ. c. 57 In agmine nonnunquam equo, ſaepius pedibus anteibat. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 21 *extr.* Tarracone diſcedit, pedibuſque Narbonam, atque inde Maſſiliam peruenit. Cic. in Vatin. 12 Quum illud iter Hiſpanienſe pedibus fere confici ſoleat; aut ſi quis nauigare velit, certa ſit ratio nauigandi, *etc.* Idem Attic. 10, . . Me tamen conſilio iuua, pedibuſne Rhegium, an hinc ſtatim in nauem. *Conf. Graeu. ad* Cic. Att. 10, 4 p. 134. Cic. Verr. 1, 87 Milites, remigeſque Miletum Mindo pedibus reuerti iubet. Ambulare pedibus, *vid.* AMBVLO. Immenſi laboris, quippe qui prouincias omnes pedibus Circumierit Aur. Victor. Epit. in Hadriano. Facere ſtipendia pedibus, *idem ſignificat, quod Pedibus merere* Liu. 3, 27 *pr.* Praeliari pedibus Caeſ. Bell. Gall. 4, 2. Merere pedibus, *vid.* MEREO. Obire pedibus regiones, *vid.* OBEO. Cic. Att. 16, 6 Duo ſinus fuerunt, quos Tranſmitti oportet, Paeſtanus et Vibonenſis vtrumque pedibus, equis Tranſmiſimus. Cic. Fam. 7, 28 Sed quod tu, cui licebat, pedibus es conſecutus, vt ibi eſſes, *vbi nec Pelopidarum*, noſti caetera; nos idem propemodum conſequimur alia ratione. Pedibus, *i. itinere in Graeciam, quod bonam partem eſt maritimum. Sed* Prol. Menaechmi Plautinae v. 49 *de narratione ſua feſtiue,* Nunc, *inquit* in Epidamnum pedibus redeundum eſt mihi: *Luſit, puto: nec opus eſt, vt dicamus, ad metricos illum* pedes *reſpexiſſe.*

¶ 6 Pes, *metaphorice, aquae attributus.* Hor. Epod. 16, 48 Leuis crepante lympha deſilit pede. *Et* Lucret. 5, 273 Qua via ſecta ſemel liquido pede detulit vndas. *Solent enim Poëtae humori fluenti pedem tribuere: id ex eo, vt opinor, quod etiam currere aqua dicatur, quod ſine pedum officio fieri non poſſe videtur. Sic et* Virg. in Aetna v. 13 *de vino,* Ipſe ſuo flueret Bacchus pede, *i. Aurei ſaeculi tempore vinum ſua ſponte fluebat, vinique flumina erant, non vt nunc, coactum et expreſſum calcantium pedibus manat. Conf.* Virg. Culic. 17. *it.* Aen. 9, 126 *ſec.* Non. 6, 75. *Drakenb. ad* Sil. 6, 140. Nec caput nec pes apparet Plaut. Aſin. 3, 3, 238. *Add.* Id. Capt. 3, 4, 28. Propter tuas res ita contractas, vt, quemadmodum ſcribis, nec caput nec pedes equidem vellem, vti pedes haberent, vt aliquando redires Cic. Fam. 7, 31.

¶ 7 *Frequentes ſunt Metaphorae, ab Analogia, v. g.* Pes menſae, *i. Fulcrum* Plin. 12, 1. Conuulſus pes acernae menſae Ouid. Met. 12, 254. *Add.* Id. Met. 8, 660. Pes betae, *i. radices, fibrae, et tota adeo planta. Vid.* BETA *et* BETACEVS. Imi pedes Caſii montis Ammian. 14, 26. Pes *in* vtre *vel* folle *eſt ipſa machinatio, qua inflatur et reflatur, impletur et depletur: Ventile vulgo appellant: quia eminet aliquantum vltra corpus, etc. Vid. locus* Lamprid. Heliog. 25 *quem damus in* ACCVBITA *ſub* ACCVMBO.

¶ 8 *Speciatim nauticus* Pedis *intellectus obſeruabilis eſt.* Iſid. Etymol. 19, 3 Pes extremus angulus veli, quoniam ſic nautae loquuntur. *Sic editum Baſil. 1489 f. Corrupte alii,* in quo nautae locantur. *Nemo, puto, diſertius hunc pedem interpretatus eſt Iſ. Voſſio ad* Catull. p. 12 *Pedes ſunt funes, quibus inferiores veli anguli puppim verſus adducuntur. Religatis itaque ad vtrumque latus pedibus, et vento pone afflante, nauigatio erat maxime ſecunda, tumque nauis currit* vtroque pede. Vno *autem* pede *nauigabant, ſi ventus eſſet obliquus, quippe ſi a ſiniſtra flaret, tum dextrum adducebant pedem, ſin autem a dextra, ſiniſtro ſolum pede vtebantur. Haec et plura Voſſius ad* Catull. 4, 21 Laeua ſiue dextera Vocaret aura, ſiue vtrumque Iupiter Simul ſecundus incidiſſet in pedem. *Viderat rem, ſed non ita diſerte explicauerat, Salmaſ. ad Solin.* p. 400, b. *Hinc intelligitur* Plin. 2, 47 ſ. 48 Iiſdem autem ventis in contrarium nauigatur, prolatis pedibus, vt noctu plerumque aduerſa vela concurrant. Caecilius *apud* Iſid. 19, 4 Venerio curſu veni, prolato pede, vſque ad Saponem. Venerio curſu, *i. placido ac tranquillo ac felici, licet vento non plane ſecundo, ſed obliquo.* Virg. Aen. 5, 830 *de ſtudio nauigantium,* Vna omnes fecere pedem; pariterque ſiniſtros Nunc dextros ſoluere ſinus. Seruius pedem *interpretatur* funem, quo tenditur velum: quod Graeci πόδα vocant. — *Siniſtros nunc dextros,* pro aurae mutabilitate. *Conf.* PODIA. Lucan. 5, 427 Flexo nauita cornu Obliquat laeuo pede carbaſa. *Sed*

¶ 9 Nauales pedes *nautae et remiges ſunt, qui naui praeſtant, quod pedes animali:* Plaut. Men. 2, 2 *extr.* Aſſeruate haec, ſultis, nauales pedes.

¶ 10 Pes, *Menſurae genus.* Duorum pedum frutex Scribon. 163. *i. bipedali altitudine. Vid.* Quinctil. 1, 10, 41. Plin. 12, 1 Arbor eſt clara domicilii modo caua, LXXX atque vnius pedum ſpecu. *Conf.* Hor. Epiſt. 1, 7 *extr.* Script. Rei Agrar. p. 43 *et* 219. Temo protentus

tentus in octo pedes Virg. Georg. 1, 171. Pedem *quadratum intelligimus in illo* Cic. Att. 7, 21 Pedem in Italia video nullum eſſe, qui non in illius poteſtate ſit. *Vid.* n. 5 Dare pedem. ¶ 11 Pes *quoque in carmine, Syllabarum et temporum certa dimenſio.* Pes *autem hinc dicitur, quod vt animalium pedes incedendo viciſſim attolluntur ac deponuntur, ita et metrici pedes inter ſe compoſiti, quaſi quendam greſſum orationis efformant, motumque illius concinnum ac numeroſum reddunt. Vel quia quemadmodum pedibus ambulamus, ita et verſus quibusdam quaſi pedibus incedere videtur. Vel quia pedibus eo modo verſus metimur, quo nos pedibus ſpatia. Metimur enim verſum heroicum, et dicimus ſex pedum eſſe: metimur ſapphicum, et dicimus quinque pedum eſſe: et caeteros. Huc reſpiciens* Quinctil. 1, 12, 3 Ne pes quidem otioſus certam legem temporum ſeruat. Pedum ictus Idem 9, 4, 5. *et* Modulatio 1, 6, 2. Heroici pedes tres, dactylus, anapaeſtus, et ſpondeus Cic. de Orat. 3, 180 c. 47. Pes non videtur excedere tres Syllabas Quinct. 9, 3, 79 *vbi enarratio pedum. Add.* 9, 4, 20. Citus pes, *Iambus* Hor. de Arte Poët. 252, *vbi pro toto genere capitur verſuum iambicorum. Sic* v. 80 Hunc ſocci cepere pedem. *Add. Bentl. ad* Epiſt. 1, 19, 23. Moderatione quadam certa numerorum et pedum adſtrictus hiſtrio Cic. de Orat. 1, 254. Claudere verba pedibus Hor. Serm. 2, 1, 28. Certo pede differt ſermoni ſermo merus Idem ib. 1, 4, 47. Incompoſito pede currunt verſus Idem ibid. 1, 10, 1. Hor. Carm. 4, 6, 35 Lesbium ſeruare pedem, meique Pollicis ictum. *i. Carmen Lyricum.* Muſa per vndenos emodulanda pedes Ouid. Amor. 1, 1, 30 *i. carmen elegiacum. Affines his ſunt* Pedes *in palaeſtra* Quinct. 9, 4, 8. ¶ 12 Pes *etiam dicitur, foedum capitis animal, a multitudine pedum.* Varr. de R. R. 3, 9, 14 E capite et e collo eorum crebro eligendi pedes. *de pullis.* Plaut. Curc. 4, 2, 14 Item genus inter homines meo quidem animo, vt muſcae, culices, cimices, pedesque pulicesque *laudat h. l.* Feſtus *voc.* Pedibus obſitum, id eſt pediculis: *et* Liuium in Gladiolo, Pulicesne, an cimices, an pedes, reſponde mihi? *Et* Lucil. Vbi me vidit, caput ſcabit, pedes legit. *Sed audiamus etiam* Non. 3, 180 PEDIS, quem nos pediculum dicimus, generis Maſculini eſt. Nouius, Eſt pedis vnus ingens in naſo. Feminini, Plautus Vidularia, Vbi quamque pedem videbat, ſuffurabatur omnis. ¶ 13 *Soleam ſiue aream pes ſignificat.* Varro de L. L. 4, 19 p. 25, 14 Standi fundamentum pes, a quo dicitur in aedificiis area pes magnus, et qui fundamentum inſtituit, pedem ponit. Pes magnus *idem, qui alias* conſtratus *vocatur, obſeruante ad Varronem Scaligero.* Planum eſt, quod Graeci ἐπίπεδον appellant, nos conſtratos pedes Auct. de Limitib. p. 31. *ibid. p.* 30 *agitur de* pede porrecto *ſ.* proſtrato, *et de* ſolido *ſ.* quadrato. Riguis humili pede condita pratis Compenſat celſi bona naturalia montis Auſon. Moſella v. 327. *i. humili ſitu.* Exiguae ſaepe areae in multos vſus deſcribentis arte patuere, et quamuis anguſtum pedem diſpoſitio fecit habitabilem Sen. de Tranqu. An. c. 10. *Huc referimus* Solin. 14 (8) Quoniam Meliboca in hoc pede computatur *i. Salmaſio interprete in hoc tractu. Et* c. 30 (27) *pr.* Omnis Africa a Zeugitano pede incipit, *Salm. limitem interpretatur. Certam menſuram, vt* n. 10 *et* 11 *hic reſpici, certe nomen hinc ortum, probabile eſt.* ¶ 14 Pes *eſt maſſa vinaceorum, quae ſub prelo eſt, vel oliuarum adeo. De his* Plin. 15, 1 ſ. 2 *vbi* exilibus regulis pede incluſo *exprimi oleum, docet.* Idem Plin. 18, 31 ſ. 94 Preſſura vna culeos viginti implere debet. Hic eſt pes iuſtus. Ad totidem culeos *vna capiendos* et lacus *aptus eſſe debet* Pes iuſtus *igitur tantum eſt acinorum, quantum vno torculo ſimul poteſt exprimi.* Colum. 12, 43, 10 Pes vinaceorum bene prelo expreſſus proruitur. *Et* 12, 19, 3 Antequam prelo pes eximatur. Idem 12, 36 Pede circumciſo tortiuum muſtum exprimitur. Pallad. Oct. 21 Muſtum de ſub pedibus raptum. *Videtur in hoc etiam intellectu* Pes *pro menſura certa ſumi.* ¶ 15 *Tandem ob qualemcunque ſimilitudinem.* Pes milui, *Herba quaedam dicitur.* Columel. 12, 7, 5 Cymam, caulem, capparim, pedem milui, puleium, digitellum compluribus diebus ſub tecto ſiccari dum flacceſcat: et tum eodem modo condiri conuenit. *Paullo ante dixerat,* Battis, et eius coliculum, qui Miluinus pes appellatur. *Etiam* Pes gallinaceus, *vel* Pedes gallinacei, *Herba.* Plin. 25, 13 Capnos prima, quam pedes gallinaceos vocant, naſcens in parietinis et ſepibus, ramis tenuiſſimis ſparſisque, flore purpureo.

PEDICŬLUS, i. m. Dimin. [ποδίσκος] *Paruus pes.* Plin. 9, 28 Mollia ſunt, loligo, ſepia, polypus, et caetera eius generis. His caput inter pedes et ventrem, pediculi octoni omnibus. ¶ 2 Pediculi *vocantur, Quibus fungi, pira, mala, et huiusmodi ſuſtinentur, qui etiam* Petioli. Plin. 22, 23 Tutiores fiunt fungi cum carne cocti, aut cum pediculo piri. Ficorum pediculi Columel. 12, 15. Idem 12, 44 Deinde ſereno caelo Granata leguntur cum ſuis pediculis. Pomorum pediculi Idem 12, 45. Plin. 15, 28 Dependent alia pediculis, vt pira. Alia racemis, vt vuae, palmae. Alia et pediculis et racemis, vt ederae, ſambuci. Vuarum pediculi Columel. 12, 43, 1. ¶ 3 Pediculis argenteis adiecta ſigna aenea l. 32 *pr.* ff. de auro arg. leg. *quid ſint, non liquet: vid. Bynkersh. Obſ.* 4, 23. ¶ 4 Pediculus, [φθείρ] *Vermis in capite hominis, item in caeteris animalibus,* Columel. 8, 7 Pluma omnis e capite, et ſub alis atque clunibus detergetur. Illic ne pediculum creet: hic ne ſtercore loca naturalia exulceret, *de gallinis. Vid.* Celſus 6, 6, 15.

PEDICELLUS, i. m. *Aliud* Diminut. *Minutus pediculus.* Petron. Fragm. Tragur. c. 57 In alio pedicellum vides: in te ricinum non vides?

PEDICŌSUS, *ſiue* PEDICULŌSUS, a, um. Adi. [φθειριῶν Onom. Vet.] *Pediculis plenus.* Feſtus Pedicoſum *profert ex* Titinnio, *voc.* Pedibus obſitus. *Scaliger vocem non improbat: ſed in loco* Titinnii Paedidoſum *fuiſſe putat, v. v.* Martial. 12, 59 Hinc menti dominus pediculoſi.

PEDICŬLO, āre. *Pediculos venari.* Gloſſ. Vet. Pediculo, φθειρίζω.

PEDICULATIO, ōnis. f. φθειρίασις Gloſſ. Gr. Lat.

PEDICULĀRIS, e. Adi. *Quod ad pediculos pertinet. Vnde,* Pedicularis morbus, *quo corpus pediculis ſcatet. Hunc morbum Graeci phthiriaſim appellant; nam phthira pediculum dicunt.* Herba pedicularis, *quae et Staphiſagria et Pituitaria dicitur.* Columel. 6, 30. Scribon. 227.

PEDICULARIA, ae. f. *Herba.* Scribon. Larg. Compoſit. 8 σταφὶς ἀγρία, quam herbam pediculariam, quod pediculos necat, quidam appellant. *Eadem repetit* c. 166 *et* 167.

PEDICULARIUS, i. m. *Qui ſcabella vel cymbala pedibus percutit.* Gloſſ. Lat. Gr. Pedicularius, συντονάριος.

PEDIŎLUS, i. m. [ποδύλλιον] Paruus pes. Afranius, Atque adeo nolo nudo pediolo es pus. *Alii, quos Mercerius ſequitur,* Petiolus Non. 2, 699.

PEDUCULATIO, PEDUCULOSUS, PEDUCULUM φθείρ, PEDUCULUS, *ſunt in* Gl. Cyr. *pro* pedic. *niſi quod* Pediculum *etiam Neutro genere admiſiſſe auctor videtur.*

PEDUSCŬLUS, i. m. [ποδόφιον] *Paruus pes.* Plin. 11, 10. Si cooriatur procella, apprehenſis peduſculo lapillis ſe librant. *Vetus exemplar legit,* Apprehenſi ponduſculo lapilli, *etc. quae lectio hodie obtinet.*

PEDUNCULUS, i. m. Pedunculus maris Plin. 32, 7. *i. vermis marini genus. Al.* Pediculus.

PEDUNCULARIA, ae. f. *Herba eadem, quae Pedicularia.* Marc. Emp c. 1.

PEDA, ae. f. [ἴχνος] Pedam (*inquit* Feſt.) Veſtigium humanum, praecipue pedis, appellaſſe antiquos in commentariis quibusdam inueniri ſolet.

PEDAGIUM, i. n. *In* Gloſſis *eſt vectigalis genus, quod propter tranſitum penditur. Conf.* ICt.

PEDĀLIS, e. Adi. [ποδιαῖος] *Quod eſt pedis: vt,* Pedale ſpatium, *etc.* Varr. de R. R. 3, 5 In fimo intra ſaepe eſt ſtagnum cum margine pedali. Caeſ. Bell. Gall. 3, 13 Tranſtra ex pedalibus in altitudinem trabibus confixa clauis ferreis, digitis pollicis craſſitudine. Ligna Caeſ. B. C. 2, 2. Longitudo Colum. 8, 3.

PEDALE, is. n. *Socculus, qui pedi induitur.* Petron. c. 56. *Sed locus eſt obſcurus. Sunt, qui* pedulem *legunt, et* faſciam *intelligunt.*

PEDALION, i. n. *Herba, alias Proſerpinaca* Apul. de Herb. c. 18.

PEDAMEN, ĭnis, *et* PEDAMENTUM, i. n. [χάραξ] *Suſtentaculum quod arbuſculae adhibetur, vel etiam vitibus ad eas muniendas et fulciendas.* Plin. 17, 20 Caſtanea pedamentis omnibus praefertur. *Conf.* Idem 14, 1. Columel. 4, 30 Pedaminum iugorumque et viminum proſpiciendorum tradenda ratio eſt. *Add. ibid.* c. 15.

PEDANEUS, a, um. Adi. *Idem eſt, quod Pedalis.* Columel. 5, 6 Et ideo in maritandis arboribus nemo minorem pedanea ſcrobem vitibus comparat. *Conf.* Pallad. Maio t. 11. ¶ 2 Iudex pedaneus, χαμαιδικαστής Gloſſ. Lat. Gr. *Qui a praeſide conſtituitur, vt minora iudicia diſcernat: quod is magiſtratus non vtatur ſella curuli inſimi vir ſubſellii.* Paull. Sentent. 5, 28 Iudices pedanei ſi pecunia corrupti dicantur. Vet. Int. qui ex delegatione cauſas audiunt. Vlpian. in l. 1 §. Item Senatusconſ. D. de poſtulando, Item Senatusconſulto etiam apud iudices pedaneos poſtulare prohibetur, calumniae cauſa publico iudicio damnatus. *Add.* Vlp. 2 ff. t. 7 l. 3 §. 1. Paull. 48 ff. t. 19 l. 38 §. 10. *it.* Tit. C. de iudicibus pedaneis; *et* Nouell. 82.

PEDANEUM, i. n. *Scabellum.* Firmic. l. 5 Sub pedaneum pedum.

PEDARIUS, i. m. Pedarii *dicuntur, Qui in Senatu ſententiam non dicunt voce, ſed ab alio dictam comprobant, mouentes ſe loco, et in partem eius qui dixit, ambulantes; propter quod qui ita faciunt,* ire in ſententiam pedibus *dicuntur, et ab actu transeundi pedibus in aliena ſedilia,* pedarii *ſunt appellati.* Cic. Att. 1, 16 Eſt illud S.C. ſumma pedariorum voluntate, nullius noſtrûm auctoritate factum. *Et epiſtola ſequente.* Et raptim in eam ſententiam pedarii concurrerunt. *Nempe*

PEDARIUS, a, um. Adi. Feſtus, Pedarium Senatorem ſignificat Lucil. quum ait, Agipes vocem mittere coepit. Qui ita appellatur, quod tacitus transeundo ad eum, cuius ſententiam probat, quid ſentiat indicat. Caput ſine lingua pedaria ſententia eſt Laber. *apud* Gell. 3, 18 *vbi plura de hac re. Add.* Tac. Ann. 3, 65, 2.

PEDEPRESSIM. Adu. [βάδην] *i.* Nonio *interprete,* Caute, lenta et tarda itione, 1, 119.

PĔDES, ĭtis. m. *Qui pedibus rem agit.* Curt. 8, 1, 18 Sciuere, ne pedes venaretur. Errat pedes in alta ſilua Ouid. Met. 14, 364. Virg. Aen. 6, 880 Non illi ſe quisquam impune tuliſſet Obuius armato, ſeu cum pedes iret in hoſtem, Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos. Pedes *eſt etiam Miles, qui pedibus militiam exercet.* Caeſ. Bell. Gall. 8, 36 Equitatum omnem Germanosque pedites ſummae velocitatis omnes ad caſtra hoſtium praemittit. Plus penes peditem roboris Tac. Germ. 6, 6. Equite nudata erat Punica acies, cum pedes concurrit Liu. 30, 34 *pr.* Leuis armaturae pedites Caeſ. B. G. 2, 24. Acies peditum Tac. Ann. 4, 24. Cateruae peditum Hor. Epiſt. 2, 1, 120. Nimbus peditum, *Denſa multitudo* Virg. Aen. 7, 793. Armatus pedes Idem ib. 6, 516. Contrahere copias peditum et equitum Cn. Magnus Domitio Att. 8, 12. Obtruncat peditem pedes Virg. Aen. 10, 751. Cernis, et in ſiluis ſpatioſa cubilia rutro Antraque demiſſis pedites fodiſſe latebris Seuerus in Aetna v. 139. *i. qui militare opus faciunt, aggerem, foſſas: vid. Scaliger ad l. c.*

PEDITO, āre. πεζεύω Gloſſ. Gr. Lat.

PEDITĀTUS, ûs. m. [τὸ πεζὸν] *Peditum copiae.* Magna multitudo peditatus equitatusque coacta Caeſ. B. G. 4, 34. Cicer. Philipp. 5, 6 Tu ciuem ſceleratum et perditum Gallorum et Germanorum exercitu pecunia, peditatu, equitatu, copiis inſtrues? Equitatu et peditatu paratus Cic. Fam. 15, 4. Armatura varia peditatus, et equitatus Idem ib. 7, 1.

PEDESTER *et* PEDESTRIS, e. Adi. [πεζικὸς] *idem quod* Pedes. Equitibus profligatis, pedeſter exercitus pacem petiit Nep. 18, 4, 3. Apuleius, Qui modo in exercitum profectus eſt pedeſter. Martial. 1, 28 Abnuit in liquidis ire pedeſter aquis. Pedeſtria auſpicia nominabantur, Quae dabantur a vulpe, lupo, ſerpente, equo, et caeteris animalibus quadrupedibus. Feſtus Paulli. Acies pedeſtris, *vid.* ACIES. Copiae pedeſtres Cic. de Finib. 2, 112. *Add.* Curt. 4, 7, 3. *apud* Nep. 7, 8, 2. *et* 12, 2, 3. *opponuntur* naualibus. Iter pedeſtre, *i. Terreſtre* Caeſ. Bell. Ciu. 2, 32. Hirt. B. Alex. c. 26. Pugna Virg. Aen. 11, 709. Pugnae pedeſtres naualesue Cic. de Senect. 13. *Conf.* Tac. Ann. 12, 57, 2. Scutum pedeſtre Liu. 7, 10. Statua aenea pedeſtris vel equeſtris Cic. Philipp. 9, 13. ¶ 2 Oratio pedeſtris, *dicitur cum relatione ad cothurnum tragicum, vel ad Pegaſum illum, et volatum Poëticum, quoties vel ſoluta plane numeris, Poëticis pariter et oratoriis, fertur, vel adſtricta quidem numeris, nihil tamen ſupra quotidianum ſermonem tollitur.* Quinctil. 10, 1, 81 Philoſophorum quis dubitet Platonem eſſe praecipuum, ſiue acumine differendi, ſiue eloquendi facultate diuina quadam et Homerica? multum enim ſupra proſam orationem, et quam pedeſtrem Graeci vocant, ſurgit: vt mihi non hominis ingenio, ſed quodam Delphico videatur oraculo inſtinctus. *His verbis* (*ait Budaeus in quadam epiſtola ad Salmonium Macrinum*) Proſam *et* Pedeſtrem orationem *eandem eſſe intelligo: ita vt et coniunctio ſit μόριον διασαφητικόν. Siquidem Graeci πεζὸν λόγον proſam orationem vocant, quaſi peditem*

ditem ſermonem, et πεζολόγυς *hiſtoricos. Neque vero id vocabulum a pedibus metricis inditum eſt, ſed aliquid humile ſubmiſſumque denotat ſignificatione praecipua, niſi fallor, quaſi dicas humi gradiens, quodque nec carminis ſublimitate vehitur, nec figurata numeroſaque oratione nititur: etiamſi in vniuerſum vſurpari ſoleat pro omni oratione ſoluta lege carminis. Sed humilitas iſta et ſubmiſſio intelligenda mihi videtur in pronuntiatione, ac vocis temperamento, magis quam in ſtructura aut elocutione: tum quidem certe quum proſam orationem in vniuerſum hoc vocabulo ſignificamus. Argumentum huiusce opinionis, illud* Hor. in Arte Poët. 95 *eſſe poteſt,*

Interdum tamen et vocem Comoedia tollit,
Iratusque Chremes tumido delitigat ore:
Et tragicus plerumque dolet ſermone pedeſtri.

Simul illud Luciani, ἀτραγώδητά τε πάντα; καὶ πεζὰ καὶ δημοτικὰ, καὶ τῦφος ὐδὲ ἕς. *ac ſi dicas, Nihil autem tibi tragoediae ſimile, ſed* pedeſtria *omnia populariaque, citra faſtum prorſus et elationem. Hactenus ille. Nam carmen ſuis numeris quaſi equis iunctis tollitur, celeriusque incedit oratione proſa in vniuerſum: vtpote quum ipſa proſa intra ſermonis pronuntiationem cohibeatur, etiamſi ſit grandiloquentior, ac ſuapte ipſa gravitate ſublimis, neque enim in canticum effertur vt Poëma. Sunt alioqui* Proſae orationis *duo genera eodem* Fabio *auctore, quum 11, 2 ita ſcripſerit,* Etiam quae bene compoſita erunt, memoriam ſerie ſua ducent. Nam ſicut facilius ediſcimus verſus, quam proſam orationem, ita proſam vinctam, quam diſſolutam. *Quibus verbis intelligimus,* Pedeſtrem orationem *non eſſe proprie orationem numeris vinctam aptamque oratoriis, et ita compoſitam, vt faſtigium ſermonis excedat: qualis eſt Platonis, cuius ſupra meminit. Haec Budaeus. Porro illud* Horatianum, Sermone pedeſtri, *Ianus Parrhaſius exponit, Humili, Comico, comparatione equeſtris.* Cic. in Orat. 67 Itaque video viſum eſſe nonnullis, Platonis et Democriti locutionem, etſi abſit a verſu, tamen quod incitatius feratur, et clariſſimis verborum luminibus vtatur, potius Poëma putandum, quam Comicorum Poëtarum: apud quos, niſi quod verſiculi ſunt, nihil eſt aliud quotidiani diſſimile ſermonis. Terentian. de Cretico,

Optimus pes et melodis, et pedeſtri gloriae
Plurimum orantes decebit, quando paene in vltimo
Obtinet ſedem, beatam terminet ſi clauſulam
Δάκτυλος, σπονδεῖος imam: nec τροχαῖον reſpuo.
Plenius tractatur iſtud arte proſa rhetorum.

Idem de carmine Iambico,

Sed qui pedeſtres fabulas ſocco premunt,
Vt quae loquuntur ſumta de vita putes, *etc.*

Pedeſtres fabulas, *i. Quae pedeſtri orationi ſeu proſae eſſe videntur ſimillimae. Vnde* Priſcianus de Verſibus Comicis *tradit,* multos iudicaſſe Comoedias non conſtare verſu. Cic. in Orat. 184 Comicorum ſenarii propter ſimilitudinem ſermonis ſic ſaepe ſunt abiecti, vt nonnunquam vix in his numerus et verſus intelligi poſſit. Asmonius *apud* Priſcian. de metris Comicis p. 1321 Comici Poëtae laxius etiam in verſibus, quam tragici, ſpatium dederunt: et illa quoque loca, quae proprie debebantur Iambo, Dactylicis occupant pedibus, dum quotidianum ſermonem imitari volunt, et a verſificationis obſeruatione ſpectatorem ad actum rei conuertere, vt non fictis, ſed veris affectionibus intereſſe videantur. Hor. Serm. 1, 4, 47

Neque enim concludere verſum
Dixeris eſſe ſatis: neque ſi quis ſcribat vti nos
Sermoni propiora, putes hunc eſſe Poëtam.
Ingenium cui ſit, cui mens diuinior, atque os
Magna ſonaturum, des nominis huius honorem.
Idcirco quidam Comoedia, nec ne Poëma
Eſſet, quaeſiuere, quod acer ſpiritus ac vis
Nec verbis, nec rebus ineſt, niſi quod pede certo
Differt ſermoni, ſermo merus. *i. Niſi quod ſermo pure proſaicus differt a ſermone comico, certo pede, id eſt metri genere: quod tamen nihil obſtat, quo minus oratio ſit pedeſtris, et ſermo potius quotidianus, quam meditata et ſublimior oratio.* Hor. Carm. 2, 12, 9

Tuque pedeſtribus
Dices hiſtoriis praelia Caeſaris
Maecenas melius.

Hor. Serm. 2, 6, 17

Ergo vbi me in montes, et in arcem ex Vrbe remoui,
Quid prius illuſtrem ſatiris, Muſaque pedeſtri?

Pedeſtri, *non quod* pedibus ſtet *vt inepte* Acron. *ſed Familiari et humili Muſa.* Sermo pedeſtris Hor. de Arte Poët. 95.

PEDETENTIM. Adu. [βάδην, κατὰ πόδας] *Compoſitum a* Pede, *et* Tento, tentas, *et primo hoc videtur ſignificaſſe, ſi quis praetentaret pede, ante quam firmum veſtigium poneret.* Cato *apud* Chariſ. 2 p. 190 Eam ego viam pedetentim tentabam. *Deinde cautionem indicat non calide nimis et propere, ſed moderate et tarde agentis.* Cic. Off. 1, 120 c. 33 Eam imitationem ſi tempora adiuuabunt, facilius commodiusque faciemus: ſin minus, ſenſim erit, pedetentimque facienda. *Sic* pro Quint. 51 c. 16 Timide tamen et pedetentim iſtuc deſcendunt. Ter. Phorm. 3, 3, 19 Dî bene vertant quod agas, pedetentim tamen. Donat. Pedetentim, Caute, a pedibus tentando. Cic. Fam. 9, 14 Legi enim concionem tuam, nihil illa ſapientius: ita pedetentim et gradatim tum acceſſus a te ad cauſam facti, tum receſſus. Accedere pedetentim ad aliquam cauſam Auctor ad Heren. 1, 9. Dicere caute pedetentimque omnia Cic. pro Cluent. 118 c. 42. Ingredi pedetentim in defenſionem Idem de Inuent. 1, 24. Progredientes pedetentim Lucret. 5, 1452. *Alia* Ciceronis *et* Lucilii *exempla habet* Chariſ. *l. c.*

PEDĬCA, ae. f. [ποδοκάκη] *a* Pede, *ſignificat Laqueum, quo pedes illigantur.* Virg. Georg. 1, 307 Tunc gruibus pedicas, et retia ponere ceruis. Retia cum pedicis laqueique, arteſque doloſae Ouid. Met. 15, 473. Alligari nuptialibus pedicis Apul. Met. 6 p. 182. Capta pedicâ iumenta Liu. 21, 36 *extr.*

PEDICĪNVS, i. m. [ποδάριον] *Pes torcularis, quo arbores ſtatuuntur in eius fundamento.* Cato c. 18 Ibi foramen pedicinis duobus facito: ibique arbores pedicino in lapide ſtatuito. *Vid. Turneb. Aduerſ. 7, 25.*

PEDICVLARIS, PEDICOSVS, PEDICVLVS, PEDIOLVS, *vid. ſupra poſt* PES.

PEDISĔQVVS, *vel* PEDISSEQVVS, i. m. [ἀκόλυθος, θεράπων] *Qui dominum ſequitur.* Plaut. Mil. 4, 2, 18 Pediſequus tibi ſum. Cic. Att. 2, 16 Quae mihi videtur vna conciuncula, clamore pediſequorum noſtrorum eſſe peritura. Conculcari hunc a pediſequis iuſſit Cic. pro Domo 110 c. 42. Semper Cimonem pediſſequi cum numis ſunt ſecuti Nep. 5, 4, 2. *Add.* Id. 25, 15, 3.

PEDISĔQVA, *vel* PEDISSEQVA, *(priorem ſcripturam probat Schurzfleiſch. Orthogr. Rom. p. 48)* ae. f. [θεραπαινὶς] *Quae dominam ſequitur.* Ter. Andr. 1, 1, 96 Accedo ad pediſequas: quae ſit rogo. *Vna tantum S Faërnus et Bentl. ſcribunt.* Cic. de Orat. 1, 236 Sed quia ſaepe vtitur orator ſubſidio iuris in cauſis, idcirco iſtam iuris ſcientiam, eloquentiae tanquam ancillulam, pediſequamque adiunxiſti. Puerorum pediſequa Auctor ad Heren. 4, 66. Virtutis pediſequae ſunt diuitiae Auctor ad Heren. 4, 21 c. 14.

PEDITATVS, *vid.* PEDES.

PEDO, ōnis. m. [πλατύπυς Gloſſ. Gr. Lat.] *Vid. ſupra ſ. l.*

PEDO, āre. [βαδίζω] *Veteres pro Ire dixerunt. Vnde* Repedare, *de quo ſ. l.* ¶ 2 Pedare, [χαρακῦν] *eſt etiam Suſtentaculum viti addere, aut alteri arbuſculae: ex quo vineae huiusmodi* Pedatae *dicuntur.* Columel. 4, 12 Putationem ſequitur iam pedandae vineae cura. Plin. 17, 21 Aut pedatae ſimplici iugo.

PEDATVS, a, um. Partic. *Fultus.* Vitis pedata Plin. 17, 21. *Item Pedibus valens.* Suet. Othon. c. 12 Fuiſſe traditur male pedatus ſcambusque.

PEDĀTIM. Adu. Plin. 11, 45 Leo et camelus pedatim gradiuntur, *non ſubſultim.*

PEDĀTVS, ûs. m. *Acceſſus per pedem.* Plaut. Ciſt. 2, 1, 50 Niſi pedatu tertio omnes afflixero, *i. Impetu, incurſu. Vid. Parei Lex. Critic. p. 980. et* Non. 1, 325.

PEDATIO, ōnis. f. [χαράκωσις] *Actio pedantis vitem.* Columel. 4, 11 (12) Idque iugum intra quartum pedem conueniet alleuari, dum ſe vinea corroboret in pedationem.

PEDATV̄RA, ae. f. *Spatium certo numero pedum finitum, et ipſa menſuratio per pedes.* Frontin. de Colon. p. 333 Numero pedaturae ſunt limites conſtituti. *Add. ib. p. 338 et 358. Vid. Goeſii Indic. et Rigalt. Gloſſ. Agrimenſ. p. 314.*

PEDV̄LIS, e. Adi. *Vt,* Faſciae pedules, *Quibus inuoluuntur aut veſtiuntur pedes.* Vlpian. D. de aur. arg. mundo, *etc.* legat. l. Argumento ſunt, Faſciae crurales, pedulesque, et item pilea veſtis loco ſunt: quia partem corporis veſtiunt. *Turnebus* Pedules *interpretatur Calceos: vt in* regula Benedictinorum, Indumenta pedum, pedules et caligas. *Iterum,* Et pedules, et quodcunque eſt vetuſtum reddant, dum accipiunt nouum. *Reperi in veteri lexico,* Pedules eſſe Operimentum pedum. *Haec ille.*

PEDV̄LE, is. n. *Soccus.* Lamprid. in Alexandr. c. 40 Pedulibus ſemper vſus eſt. *Vid. ibi Salmaſ. Sic etiam ap.* Feſt. *pro* Pedulla *legendum videtur* Pedulia.

PEDVM, i. n. [λαγώβολον, καλάβροψ] Baculum incuruum, quo paſtores vtuntur ad comprehendendas oues aut capras pedibus, cuius meminit etiam Virgilius in Bucolicis (Ecl. 5, 88) At tu ſume pedum. Sed in eo verſu qui eſt in Iphigenia Ennii, Procede gradum proferre pedum, nitere, ceſſas? id ipſum Iaculum ſignificari, quum ait Verrius, Mirari ſatis non poſſum: quum ſit ordo talis, et per eum ſignificatio aperta, Gradum proferre pedum ceſſas? nitere. *Haec* Feſtus. Pedum Formoſum paribus nodis atque aere Virg. *l. c. Praeterea non videtur obſeruatum: niſi in Gl. vbi redditur* καλαύροψ, ποιμενικὴ ῥάβδος, λαγωβόλος.

PEDVSCVLVS, *vid. ſupra poſt* PES.

PESCENNIVS, *Romanae gentis nomen v. g.* Cic. Fam. 14, 4 Peſcennius eſt perbeneuolus nobis, quem ſemper ſpero tui fore obſeruantem.

PESCIA, orum. n. in Saliari carmine Aelius Stilo dici ait Capitia ex pellibus agninis facta, quod Graeci vocant pelles πέσκη, Neutro genere Pluraliter Feſtus.

PESESTAS, ātis. f. dicebatur Peſtilentia Feſtus Pauli. *Verba* Feſti, Peſeſtas inter alia, quae interpretatores *(edit. Rom.* inter precationes) dicunt, cum fundus luſtratur, ſignificare videtur peſtilentiam, vt intelligi ex caeteris poſſit, cum dicitur, Auertas morbum, mortem, labem, nebulam, impetiginem. Peſeſtas *autem vel* Pereſtis *fuiſſe videtur viris doctis a* peredendo: *vel formatum nomen vt* Tempeſtas, Peſteſtas.

PESSARIVM, *vid.* PESSI.

PESSI, orum. m. [προθέματα] *dicuntur Medicamenta, quae in vellere, naturalibus mulierum apponuntur, Graece* πρόθετα *dicuntur. Quae enim per anum, clyſteres: per collum matricis,* peſſi *ſiue* peſſarii *appellantur.* Celſ. 5, 21 Sed alia quoque vtilia ſunt, vt ea, quae feminis ſubiiciunt: πεσσὺς Graeci vocant. Eorum haec proprietas eſt: Medicamenta compoſita molli lana excipiuntur: eaque lana naturalibus conditur. *Latinis literis aliquoties ſcribitur in lemmatis huius capitis.* Peſſus *nomen habere putatur a* peſſo, *id eſt talo, ad cuius ſit ſimilitudinem.* Paull. *tamen* 3, 61 *Lanam concerptam, et ad digiti figuram rotundam factam, in qua pharmaca excipiantur, ac contineantur,* peſſum *appellari ait. Conf.* Apul. de Herb. c. 121. *Reineſ. ad* Petron. Fragm. p. 109. *Dicitur et* Peſſarium.

PESSARIVM, i. n. *Lineum medicamento illitum in digiti formam.* Theod. Priſcian. 3, 5.

PESSIME, PESSIMVS: *vid.* MALVS. Adiect.

PESSĪNVS, untis. f. [Πεσσινῦς] *Emporium Phrygiae habens templum maximum, (vt inquit Strab. 12) magnae venerationis Matris deûm, quam Agdeſtin vocant. Hic locus magnifice ab Attalicis regibus ſtructus eſt, et templo et porticibus ex albo lapide Romani celebre reddiderunt, accerſita inde deae ſtatua, et* Peſſinuntia *appellata.* Peſſinuntem *Dindymenen et Cybelen vocant, ait Ptolem. 5, 4. Ibi Gordius nodus eſt ab Alexandro reſciſſus.* Sedem domiciliumque Matris deorum Peſſinuntem *vocat* Cic. de Aruſp. Reſp. 28.

PESSINVNTIVS, a, um. Adi. [πεσσινύντιος] Cic. pro Sext. 56 Lege Tribunicia Matris Magnae Peſſinuntius ille ſacerdos expulſus et ſpoliatus ſacerdotio eſt, *etc.*

PESSINVNTIA, ae. f. *Dea Cybele, deûm mater, quam ex Graecia Romam admiranda religione translatam eſt notum. Eius hiſtoriam vide apud Herodian.* Hiſt. 1, 11. Arnob. aduerſus Gentes 2. Liuius *quoque* 29, 10 *et* 11. *et* Ammianus Marcellinus 21 *ſcribunt de* Peſſinuntia.

PESSV̆LVS, i. m. [βλῆτρον] *Inſtrumentum, quo oſtium clauditur.* Ter. Heaut. 2, 3, 37 Anus foribus obdit peſſulum: ad lanam redit. *Eſt Graecum* πάσσαλος *ſ.* πύτταλος. *Vid.* OBDO. *et Muret. Var. Lect. 12, 9. Caſaub. ad Aen. Tact. p. 52.*

PESSVM. Adu. [κάτω] *Deorſum, quaſi ad pedes, vel ſub pedibus. Vnde,* Peſſum premere Plaut. Moſt. 5, 2, 49. Idem Aul. 4, 1, 102

Vt toleret, ne peſſum abeat. Deiicere peſſum aliquem de opibus Apul. Met. 5 p. 163. Aetate peſſum acta Lactant. 1, 11, 46. Dedit tellus peſſum cacumina Lucan. 5, 616. Columel. 12, 6 *extr.* Nam vbi dulcem caſeum demiſeris in eam, ſi peſſum ibit, ſcies eſſe adhuc crudam: ſi innatabit, maturam. *Conf.* Sen. Q. N. 3, 25. Sidere Lucan. 3, 674. Lucret. 6, 588 Multae per mare peſſum Subſedere ſuis pariter cum ciuibus vrbes. Lucret. 6, 588. *Conf.* Boëth. 5 Metr. 5. Peſſum ituros Italiae campos Tacit. Ann. 1, 79, 3. *Per translationem,* Plaut. Ciſt. 2, 1, 12 Frangit amantem animum: neque, niſi quia miſer non eo peſſum, mihi vlla abeſt iam perdito pernicies. *i. Pereo. Vid.* Plin. 14 in prooemio.

PESSVMDO, *ſ.* PESSVNDO, dĕdi, dătum, ăre. [καταπατέω] *Pedibus calcare, perdere.* Ter. Andr. 1, 3, 3 Quae ſi non aſtu prouidentur, me, aut herum peſſundabunt. Peſſundediſti me blandimentis tuis Plaut. Rud. 2, 6, 23. Cuncta Ouid. Triſt. 3, 5, 45. Iracundiam Plaut. Merc. 3, 2, 6. Peſſundare, *dicitur mula excuſſoria, quae ceſſorem deorſum excutit.* Paullus in l. Bouem, D. de Aedilit. edi. Bouem, qui cornu petit, vitioſum eſſe plerique dicunt: item mulas quae peſſundant. *Alii legunt,* Quae ceſſim eunt.

PESSVMDATVS, a, um. Partic. Animus ad inertiam et voluptatem corporis peſſumdatus Sall. Iug. 1, 4. *al. diuiſim. Vid. Cort. ad h. l.* ¶ 2 *Metaph.* Hoc miror enim querorque, quemquam hominem ita peſſundare alterum verbis velle, vt etiam nauem perforet, in qua ipſe nauiget. Cic. *ap.* Quinct. 8, 6, 47.

PESSVS, *vid.* PESSI.

PESTIS, is. f. [λοιμὸς, φθορὰ Gl.] *Morbus contagione totos populos infeſtans, et quidquid publice, aut pluribus, aut vehementer certe noxium pernicioſumue indicare volumus.* Plaut. Amph. 2, 1, 33 Peſtis te tenet. *Pluraliter.* Plin. 2, 7 Inferis quoque in genera deſcriptis, morbisque, et multis etiam peſtibus, dum eſſe placatas trepido metu cupimus. *de DIs loquitur.* Mutandae regiones, quod in omnibus morbis et peſtibus fieri debere cenſemus Colum. 7, 5. Et minuere auidae mortis contagia peſtes Sil. 14, 623. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 14, 582. Peſtis, *aliquando de Homine dicitur, qui alios corrumpit, et damna infert.* Ter. Adelph. 2, 1, 35 Leno ſum, fateor, pernicies communis adoleſcentium, periurus, peſtis. Peſtis in amicitia pecuniae cupiditas Cic. de Amicit. . . . *It.* adulatio ib. c. 25. Amicitiae noſtrae peſtis Catull. 75, 6. Quaedam peſtes hominum Cic. Fam. 5, 8, 3. *Sic Malae Mulieres dicuntur* Peſtis teterrimaeque furiae Apul. Met. 5 p. 164. *Add.* Id. Apol. p. 334. Ciuitatis peſtis ac pernicies Cic. pro Rabir. 2 c. 1. Idem de Aruſp. Reſp. 4 Cum his furiis et facibus, cum his inquam exitioſis prodigiis, ac paene huius imperii peſtibus, bellum mihi inexpiabile dico eſſe ſuſceptum. Patriae furia ac peſtis Cic. pro Sext. 33. Reipubl. funeſta peſtis Cic. pro Domo 5. Peſtem *de Incendio dixit* Virg. Aen. 5, 699 Reſtinctus donec vapor omnis, et omnes, Quatuor amiſſis, ſeruatae a peſte carinae. Acerba peſtis Virg. Georg. 3, 419. Adulta, *vid.* ADOLEO. Blanda peſtis luxuria Senec. Octau. ſ. 7. Capitalis, *vid.* CAPVT. Corporeae Virg. Aen. 6, 737. *Peccandi illecebrae a corpore ortae.* Fluidae contagia peſtis Lucan. 6, 89. *quae ex fluida cadaueris ſanie creabatur.* Gelidae Lucan. 9, 844. *de ſerpentibus:* Improuiſior, grauiorque peſtis fuit Tacit. Ann. 2, 47. Inſolita Senec. Herc. Oet. ſ. 7. Cic. Phil. 6, 12 c. 5 Populi Romani igitur eſt Patronus L. Antonius? Malam quidem illi peſtem! Clamori enim veſtro aſſentior. *Nempe interrogante, vt inuidiam faceret, Cicerone,* Populo — Antonius? *Succlamabat concio circumſtans,* Malam illi peſtem! Noxia ſerpentum eſt admiſto ſanguine peſtis Lucan. 9, 614. Numeroſa Sen. Herc. Oet. ſ. 12. Textilis peſtis, *i. Veſtis venenis imbuta, qua periit Hercules.* Cic. Tuſc. 2, 20 c. 8 Ipſe illigatus peſte interimor textili. *Al.* Veſte. Vulcania peſtis, *Incendium* Sil. 7, 360. *Conf.* Virg. Aen. 5, 699. ¶ 2 *Verborum formulae:* Caeteri paſſim alii alia peſte Abſumti ſunt Liu. 25, 19. *i. fame, frigore, ſubmerſione etc.* Multi eadem peſte Abſumti ſunt Liu. 25, 26. *de peſtilentia.* Adeſt noua peſtis Ouid. Met. 9, 200. Maior vis peſtis Poenorum caſtra quam Romana Affecerat Liu. 25, 26. Auertere peſtem ab Aegypto Cic. de N. D. 1, 102. Virg. Aen. 3, 620 — Dii talem terris Auertite peſtem. Auertendae a populo peſtis cauſa Liu. 4, 25. Arcendae peſtis cauſa Liu. 5, 14. Concepta aeſtu, *vid.* CONCIPIO. Conferre peſtem, *vid.* CONFERO. Comprimere Cic. pro Milon. . . . Conſumtus a peſte, *vid.* CONSVMO. Depellere peſtem, *Mortem* Virg. Aen. 9, 328. Depulſi a communi peſte fluctus in nosmetipſos redundarunt Cic. de Orat. 1, 3. Deſcendit toto corpore peſtis Virg. Aen. 5, 683. Diffundunt rapidam peſtem ignes Sil. 17, 93. Euadere belli peſtem Virg. Aen. 10, 55. Excaecare peſtem Cic. pro Sextio . . . Exſtinguere peſtem. Idem pro Milon. . . . Illigatus peſte interimor, *vid.* ILLIGO. Importare peſtem, *vid.* IMPORTO. Inceſſit peſtis Columel. 9, 13. Inuadit peſtis in vitam hominum, *vid.* INVADO. Latens oſſibus Valer. Argon. 7, 252. Machinari peſtem aliquam in omnes, *vid.* MACHINA. Machinari ſibi nefariam peſtem Cic. de Nat. Deor. 3, 67. Meditari peſtem alicui Virg. Georg. 3, 153. Minitari Liu. 2, 49. Tam deteſtabilis peſtis nulla eſt, quae non homini ab homine naſcatur Cic. Off. 2, 16 c. 5. Hos peſtis Necuit Enn. *ap.* Priſc. 9 p. 861. Oppetere, *vid.* OPPETO. Apul. Apol. p. 306 Cum illa peſtis (*morbus comitialis*) in caput redundauit. Cic. Catil. 1, 30 Hoc autem vno interfecto intelligo hanc Reip. peſtem paulliſper Reprimi. Plaut. Capt. 4, 3, 3 Quanta pernis peſtis Veniet? quanta labes larido? *Ponitur, vt vidimus,* Peſtis, *pro Exitio quouis et malo. Sic* Lucret. 3, 348

Ex ineunte aeuo ſic corporis, atque animaï
Mutua vitales diſcunt contagia motus, *etc.*
Diſſidium vt nequeat fieri ſine peſte, maloque.

Pro venenis Sen. Med. v. 681 *et* 720. *Pro morte ipſa* Plaut. Capt. 3, 3, 11.

PESTILENTIA, ae. f. [λοιμὸς] *Idem.* Plin. 7, 50 Qua in re obſeruatum in Meridianis partibus, ad Occaſum ſolis peſtilentiam ſemper ire. Caeſ. Bell. Ciu. 2, 22 Graui etiam peſtilentia conflictati. Cic. de Diuin. 1, 131 Vt hoſtiarum immolatarum inſpicerentur exta: quorum ex habitu atque ex colore cum ſalubritatis, tum peſtilentiae ſigna percipi, nonnunquam etiam quae ſit vel ſterilitas agrorum, vel fertilitas futura. Animorum labes et peſtilentia Gell. 1, 3. Annus infamis peſtilentia, *vid.* INFAMIS. Eluuionis, peſtilentiae, vaſtitatis cauſae Cic. Off. 2, 16. Vaſtus atque deſertus propter peſtilentiam ager, et propter ſterilitatem incultus Cic. de Lege Agrar. 2, 69. Oratio plena veneni et peſtilentiae Catull. ad Fundum 42, (44) 12. Cic. de Lege Agrar. 1, 16 Spoliemus orbem terrarum, vendamus vectigalia, effundamus aerarium: vt locupletatis aut inuidiae aut peſtilentiae poſſeſſoribus, agri tamen emantur. Abiit peſtilentia, Afferre peſtilentiam, Coorta peſtilentia, *vid. hh. vv.* Beſtiae repentina correptae peſtilentia Apul. Met. 4 p. 149. Facere peſtilentiam valet quod egerit ſus aegra Columel. 6, 5. Incidit peſtilentia grauis in vrbem, *vid.* INCĬDO. Liu. 27, 23, 6. Paterc. 2, 21 *extr.* Poſt hoc, quum vtrumque exercitum velut parum bello exhauſtum Laceraret peſtilentia, Cn. Pompeius deceſſit. Terrere animos peſtilentia Cic. de Nat. Deor. 14. Alia genera pecorum quum peſtilentia Vexantur Colum. 7, 7.

PESTĬLENS, entis. Adi. [λοιμώδης] *Quod peſtem infert vel patitur: cui* Salubre *opponitur.* Cic. de Fato c. 4 Inter locorum naturas quantum interſit, videmus alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes. Cic. de Diuin. 1, 79 Et ſunt partes agrorum aliae peſtilentes, aliae ſalubres. Africus peſtilens Hor. Carm. 3, 23, 5. Cic. de Diuin. 1, 130 Si obſcurior quaſi caliginoſa ſtella exſtiterit, pingue et concretum eſſe caelum, vt eius Aſpiratio grauis et peſtilens futura ſit. Auaritia Apul. Met. 9 p. 225. Fundus peſtilentior Varr. R. R. 1, 4. Inuidia Senec. Hippol. 487. Ventus horribilis atque peſtilens Catull. 24 (26) 5. *Compar.* Cic. Fam. 7, 23 (24) Homo peſtilentior patria ſua. Annus peſtilentior Liu. 4, 21. *Superl.* Cic. Fam. 5, 16 Grauiſſimus et peſtilentiſſimus annus. Regiones peſtilentiſſimae Vitr. 1, 4.

PESTILENTIARIVS, a, um. Adi. *Idem.* Tertull. de Spectacul. c. 27 Sedilia hoſtium Chriſti, cathedra peſtilentiaria.

PESTILENTIŌSVS, a, um. Adi. Vlpian. in l. 2 D. Ne quid in loco publ. fiat, Si odore ſoli locus peſtilentioſus fiat. Ex hoc initio peſtilentioſo caetera ſacrilegia ſequebantur Auguſtin. Conf. 5, 10.

PESTIFĔRVS, a, um. Adi. *Idem.* Celſ. 2, 6 Sudor quoque frigidus in acuta febre peſtiferus eſt.

PESTĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [ἐξώλης, ἰοβόλος, ὀλοφώϊος, φθισήνωρ, λοίγιος] Fulmen peſtiferum, Quod mortem aut exilium oſtendit, *inquit* Feſtus. Vomuiſſe in febre, peſtiferum eſt Celſ. 2, 6 Peſtifer potu taurorum ſanguis Plin. 11, 38. Aër peſtifer Claud. de. Bell. Gild. 514. Aquae Valer. Argon. 4, 594. Amor Senec. Theb. 1. Arma Idem Herc. fur. 11. Auſpicia Feſt. Bellum peſtiferum, *Pernicioſum, mortem afferens* Cic. Fam. 4, 3. *et* Att. 8, 14. Calor Plin. 7, 50. Ciues Cic. pro Domo 85 c. 32. Exhalatio peſtifera auibus Plin. 4 in praef. *Et* 11, 19 Papilio etiam ignauus et inhonoratus peſtifer. Fames Ouid. Met. 8, 784. Fulgur Feſt. Gaudium Liu. 1, 58. Ignis Ouid. Met. 8, 477. Manus Idem Met. 4, 495. Cic. Philipp. 3, 3 Quum maxime furor arderet Antonii, quumque eius a Brunduſio crudelis et peſtifer Reditus timeretur, *etc.* Rebus a peſtiferis et nocentibus refugere Cic. de Nat. Deor. 2, 120. Tribunatus peſtifer ac funeſtus Idem pro Domo 2. Venter Ouid. Met. 1, 459 *de Pythone ſerpente.* Vipera venenata et peſtifera Cic. de Aruſp. Reſp. 50 c. 24. Virus Ouid. Triſt. 5, 2, 14. Vitia peſtifera, luxuria, auaritia, crudelitas Cic. de Fin. 3, 75.

PESTIFĔRE. Adu. [λοιγίως] Cic. de Legib. 2, 13 c. 5 Quid quod multa pernicioſe, multa peſtifere ſciſcuntur in populis, quae non magis legis nomen attingunt, quam ſi latores aliqua conceſſu ſuo ſanxerunt.

PESTIBĬLIS, e. Adi. *Attributum ex* Peſte *deductum.* Diocletianus et Maxim. in l. pen. de Aedilit. actionibus, C. Peſtibiles herbae letiferae.

PESTĬLIS, e. Adi. *Idem.* Arnob. 1 p. 11 Poſſunt nos auris peſtilibus enecare.

PESTILĬTAS, ātis. f. [κῆρα] Apud antiquos legebatur, *teſte* Non. et idem eſt quod Peſtis. Lucret. 6, 1123 Haec igitur ſubito clades noua, peſtilitasque. *Add.* ib. v. 1096. Lucil. *ap.* Non. 2, 684.

PESTILENTVS, a, um. Adi. Peſtilenta loca. *Vſus eſt* Naeu. *teſte* Gell. 19, 8 (7). *Obſoletum.*

PESTIMVS, a, um. Adi. λοιμοφόρος Vet. Gloſſ.

P E T

PETA, PETAX, *vid.* PETO.

PETALON, *ſ.* PETALVM, i. n. [πέταλον] *Apud Graecos folium eſt. Hinc* ¶ 2 Iſidor. 19, 2 Petalum *vocat* auream laminam in fronte Pontificis.

PETALIAE, Inſulae in Euripo Euboico, primo fere introitu, numero quatuor Plin. 4, 12. *Forte a quacunque folii ſimilitudine dictae.*

PETALIVM, i. n. [πετάλιον, μαλαβάθρινον] *Vnguenti praeſtantiſſimi genus ex nardi folio confectum, vnde et nomen habet.* πέταλα *enim Graeci folia vocant. Affertur ex* Plauto in Curc. 1, 2, 6 Nam omnium odor vnguentûm prae tuo nauſea eſt; tu ſtacte, tu cinnamum, tu roſa, tu crocum et caſia es, tu petalium. Petalium *autem Latine* Foliatum *appellatur. Alii vero et ipſe Gron.* Bdellium.

PETALVRGVS, i. m. *Bractearius.* l. 10 C. de excuſ. artif. t. 64 l. 1.

PETĂLVS, i. m. [Πήταλος] *Nomen vnius ex his, qui in aula Cephei regis Perſeo vim inferre conati ciciderunt.* Ouid. Met. 5, 115 Petalus irridens, Stygiis cane caetera dixit.

PETAMINARIVS, i. m. Firmic. 8, 15 Oriente Delphino, quicunque natus fuerit, natandi ſtudio tenebitur. Sed Saturni teſtimonio, vrinator erit. cum Marte vero et Mercurio, petaminarius, ephelmator, orciſcopalarius, petauriſtarius, aut certe innata curſus agilitate perſpicuus. Athletae, petaminarii, pantomimi Saluian. de Gub. Dei 6 p. 122. *Eſt autem* Petaminarius, *Qui ſtrenua corporis agilitate ſaltans volare videtur, a verbo* πέταμαι, *quod eſt volo. eſt enim Graeca origo, ſed formatio Latina.* Ephelmator *nomen habere putatur a tabulis, quae dicuntur* ἔλματα, *quibus ad ſaltandum vtebatur, vt et* Petauriſtae; *nam in tabulis iactu corporis ſaltans leuitatem et agilitatem oſtendebat. Sed al.* Ephalmator *v. v.* Orciſcopalarius *qui dicatur, cum obſcurum ſit, coniiciunt* orcheſtopalarius, *a ſaltatione et lucta,* ὀρχηστὴς, *ſaltandi magiſter.* ὀρχηστική, *ars ſaltandi.* πάλη, *lucta. Sed vid.* ORCHESTROPOLARIVS.

PETASIO, *et* PETASO, ōnis. m. *Aut eadem plane res, quae* Perna *v. v. aut parum diuerſa.* Varr. de R. R. 2, 4 Optimarum ſignum, quod etiam nunc quotannis e Gallia apportantur Romam pernae tomacinae, et taniacae, et petaſiones. Martial. 13, 55 *ſub hoc lemmate,* Muſteus eſt, propera, caros ne differ amicos: Nam mihi cum vetulo ſit petaſone nihil.

PETASVNCŬLVS, i. m. Dimin. Iuuen. Sat. 7, 119 Siccus petaſunculus, et vas Pelamidum.

PETĂSVS, i. m. [πέτασος] *Capitis tegmen, galero perſimile, ſiue ipſe Galerus. Viatorum, et Mercurii adeo geſtamen.* Arnob. 6 p. 197 Cum petaſo gnatus Maiae *(hic eſt Mercurius)* tanquam vias aggredi pracparet, et ſolem pulueremque declinet. Plaut. Amphit. prol. 143 Ego has habebo vsque in petaſo pinnulas: tum meo patri autem torulus inerit aureus ſub petaſo. *Add.* ib. 1, 1, 287. Petaſus, *fit a Graeco* πετάννυμι, *quod eſt extendo: cuius aoriſtos eſt* ἐπέτασα, *vnde* Petaſus. ¶ 2 Petaſus, *per translationem dicitur Quod in galeri formam aedificiis ſuperpoſitum, extenſum, et explicatum eſt, in metae formam ſe trahens.* Plin. 36, 13 Supra id quadratum pyramides ſtant quinque, quatuor in angulis, et in medio vna, in imo latae pedum ſexagenûm quinûm, altae centum quinquagenûm, ita faſtigiatae, vt in ſummo orbis aeneus et petaſus vnus omnibus ſit impoſitus, ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula, quae vento agitata longe ſonitus referant.

PETASĀTVS, a, um. Adi. [πετασωμένος] *Qui petaſo contra ſolem et puluerem vtitur.* Sueton. in Auguſt. c. 82 Solis vero ne hiberni quidem patiens, domi quoque nonniſi petaſatus ſub die ſpatiabatur. Cic. Fam. 15, 17 Atque idipſum facerent commodius, ſi mihi aliquid ſpatii ad ſcribendum darent: ſed petaſati veniunt, comites ad portam exſpectare dicunt, *i. ad iter parati.* Varr. *ap.* Non. 4, 319 Quid puer rogaſſet, et petaſatus capite annuiſſet, ac diſcedens numero venire ait adoleſcentem. *Conf. P. Victor. V. L. 1, 24.*

PETASVNCŬLVS, i. m. Dimin. *Paruus petaſus.* Arnob. adverſus gentes 6 p. 198 Si aliquis Solem tollat, et in Mercurii transferat ſedem: Mercurium rurſus arripiat, atque in Solis faciat commigrare delubrum: detque huic radios, Solis capiti petaſunculum ſuperponat: quibus modis internoſcere poteritis vtrumne Sol iſte ſit, an Mercurius?

PETAVRVM, i. n. *vel* PETAVRVS, i. m. [πέταυρον] *Quid eſſet, nondum expeditum eſt. Quae adhuc dicta ſunt, collegit Raderus ad* Martial. 2, 85 *(al. 86) Cum ſit vox Graeca, inde incipiamus. Igitur* Nicandro Ther. 197 πέταυρα *ſunt ſedilia gallinarum, vbi quieſcunt, Latinis* perticae. *Similis notio eſt, cum pro parte decipulae ponitur, bacillo, quo tenditur, ſtruiturque decipula, quo ruente animal capitur. Vid. Hemſt. ad Polluc. 10, 156. Antiquiſſimus Latinorum, qui* Petauri *meminit, eſt* Lucilius *apud* Feſtum, Petauriſtas Lucilius a Petauro appellatos exiſtimare videtur, cum ait, Sicuti mechanici, cum alto exſiluere Petauro. At Aelius Stilo, quod in aëre volent, cum ait: petauriſta proprie Graece, quod ii πρὸς ἀέρα πέτονται. Manil. 5, 438

Adnumeres etiam illa licet cognata per artem
Corpora, quae valido ſaliunt excuſſa petauro,
Alternoſque cient motus: delatus et ille
Huc iacet, atque huius caſu ſuſpenditur ille.

Hactenus Petaurum *fuerit machinatio quaedam, cuius ope in altum vibrentur corpora, vt euolent tanquam gallinae ad nidos ſuos et perticas. Suadent hi verſus etiam motus quoſdam reciprocos, qualis eſt puerorum, qui* tignum *imponunt baſi cuidam anguſtae ad aequilibrium fere, et extremis inſidentes alternis attollunt ſe inuicem ac deprimunt. Conuenit* Iuvenal. 14, 265 An magis oblectant animum iactata petauro corpora, quique ſolet rectum deſcendere funem. *Sed* Martial. 2, 86 Quid ſi per graciles vias petauri Inuitum iubeas ſubire Ladam, *curſorem egregium: ſimile quiddam funambulis videtur indicare: forte perticae hic graciles pro funibus. Difficillimus eſt locus* Martial. 11, 22 Lydia tam laxa eſt — Quam rota transmiſſo toties impacta petauro. *Scaliger ad* Manilii l. c. p. 403 *ita: Rota in ſublimi poſita a duobus verſabatur. alter ſuperne, alter inferne nitebatur. Ita fiebat, vt alternis deiecti, nunc penderent, nunc erecti ſederent. Per eandem rotam etiam corpora contento ſaltu ſubiecta traiiciebantur. Non ſatis haec poſteriora intelligo: niſi ſi* petaurum *pro* petauriſta *ſumſit Scaliger, quod ſuadet emendatio, cum pro* impacto *legi vult* intacto: *contra omnes libros, vt monet Scriuerius. Deinde ſi* petaurum *etiam accipias* petauriſten; *illud quod traiiciendum eſt* Annulum *dicturus aut* Orbem, *aut* Circulum *videtur Poëta, non* Rotam. *Hoc video, deſcribi* cauum pyxidis *in rota, quod crebro circumactu circa axim, qui hic* petaurum *eſt, leue et laxum euaſerit, vt non amplius arctetur axis, ſed veluti natet in pyxide.*

PETAVRISTA, *vel* PETAVRISTES, ae. m. [πεταυριστής] *Qui* petauro *agilitatem et artem cum periculo oſtendit.* Non. 1, 277 Petauriſtae a veteribus dicebantur, qui ſaltibus vel ſchoenis (*Mercer.* ſchemis) leuioribus mouerentur, et haec proprietas a Graeca nominatione deſcendit, ἀπὸ τοῦ πετᾶσθαι. Varro epiſtola ad Caeſarem, Convocat Ptolomaeum cinaedologon, Nicona petauriſten, Diona αὐλοποιόν. Varr. lib. 2 de Vit. Pop. Rom. Nec minus alio in genere ſunt ludi velitis Galli, Germani petauriſtae. *Locum* Feſti *modo dedimus in* PETAVRO. Vet. Gloſſ. Cernulus πεταυριστής, Cernui πεταυρισταί. *Deſcriptionem* Petauriſtae *iam dedimus ex* Manil. 5, 438 *cui addi debent iſta, quae ſequuntur:*

Membraue per flammas orbesue emiſſa flagrantes
Molliter vt liquidis per humum ponuntur in vndis
Delphinumque ſuo per inane imitantia motu
Et viduata volant pennis, et in aëre ludunt.

Fabulam pingit Poëta, in qua petauriſta ignibus circumdatus (de his ignibus in theatro ludicris vid. Claudian. de Conſul. Mall. 326 ſqq.) *e ficto periculo quaſi neceſſitate compulſus, ſua adiutus elaſtica machina, euolat. De Delphinorum emicantium ex aqua ſaltibus res nota e* Plin. 9, 8 ſ. 9. Petauriſtae *ſunt* Claudian. de Conſ. Mall. 319 ſqq.

Vel qui more auium ſeſe iaculentur in auras,
Corporaque aedificent celeri creſcentia nexu
Quorum compoſitam puer amentatus in arcem
Emicet, et vinctus (*leg.* vinctu) plantae vel cruribus haerens
Pendula librato figat veſtigia ſaltu.

¶ 2 Petauriſtae *inſecti genus a* poſteriorum laſciuia crurum *ſic dictum* Plin. 11, 33 ſ. 39.

PETAVRISTARIVS, i. m. *Idem qui* Petauriſta. Firmic. 8, 15. Petron. c. 47 *et* 53 *et* 60. *Conf. Burm. ad* Petron. p. 260. *Hic opus* Petauriſtarii, Per gradus ſcalarum, et in ſumma parte odaria ſaltare; circulos ardentes tranſire, et dentibus amphoram ſuſtinere. *Sed additur,* Mirabatur haec ſolus Trimalchio, *etc.*

PETELIA, *vid.* PETILIA.

PETĪGO, inis. f. [λειχὴν] *Morbi genus, qui et* Impetigo *dicitur, quod vicina petat, ſeſeque late ſumma cute diffundens, occupet plerumque totum vultum oculis exceptis.* Lucil. *apud* Non. 2, 700 Illuvies, ſcabies oculos huic deque petigo conſcendere. *Neſcio quam bene Nonius hinc colligat* Petiginem *morbum eſſe.* Depetigo *certe eſt Lucilii per Tmeſin diuiſo vocabulo. v. v. Neque certior eſt locus* Caton. R. R. 157 *extr.* Deinde petigini parce braſſicam opponito. *Videtur enim et ibi ex MSS. legendum* Depetigini porcae.

PETILIA, PETELIA, *et* PETELLIA, ae. f. [Πετηλία] *Lucanorum metropolis, a Philoctete condita; occurrit apud Samnites, qua Roma in Graeciam pedeſtri itinere itur.* Virg. Aen. 3, 402 Parua Philoctetae ſubnixa Petilia muro. *Vid.* Liu. 23, 30.

PETELLĪNVS, a, um. Adi. Lucus Petellinus Liu. 6, 20. Fides Petellina Valer. Max. 6, 6 ext. 2.

PETELLINI, orum. m. *Incolae.* Valer. Max. l. c.

PETILIANVS, a, um. Adi. Martial. 12, 57 Petilianis delicatus in regnis.

PETILIVS, a, um. Adi. *Gentis nomen.* Petilia lex, *quae ſtatuebat, ne quis ob aes alienum necteretur, et vt pecuniae creditae bona debitoris, non corpus obnoxium eſſet. Vid.* Liu. 8, 28. *Sed* Poetelius *hodie editur.*

PETILIVM, i. n. *Herbae eiusque floris nomen: eam* Latinos Roſam ſilueſtrem appellare *notat* Plin. 21, 8 *vbi et de eius natura diſputat.*

PETILVS, a, um. Adi. [λεπτὸς] *Tenuis et exilis.* Lucil. 12 Inſignis varis cruribus, et petilis. Plaut. Plotino, Nam coloratam frontem habet, petilis labris Non. 2, 620. Feſtus, Petilam ſuram ſiccam et ſubſtrictam vulgo interpretantur. Scaeuola ait, vngulam equi albam ita dici. *Conf.* Scal. ad Varron. R. R. 2, 1, 24.

PETĬMEN, ĭnis. n. Petimina, in humeris iumentorum Vlcera, et vulgus appellat, et Lucilius meminit, quum ait, Vt petimen naſo, aut lumbos ceruicibus tangat. Eo nomine autem, et inter duos armos ſuis quod eſt, aut pectus, appellari ſolitum teſtatur Naeuius in deſcriptione ſuillae, quum ait, Petimine piſcino qui meruerat. *Haec* Feſtus.

PETIŎLVS, i. m. [πόδιον] Dimin. *eſt a* Pede. Afran. Atque adeo nolo nudo petiolo ambules. Non. 2, 699. *Sic* Petioli agni haedine Celſ. 2, 18 *et* 24 *pro pedibus.* ¶ 2 Petiolus, *Quo fructus pendet.* Oliuae cum petiolo leguntur Columel. 12, 47. Idem de Arborib. c. 23 Alio modo quum iam matura mala fuerint, ante quam petioli rumpantur, quibus pendent, intorqueto. *Conf.* Apic. 1, 1.

PETISCO, PETESSO. *Vid.* PETO, ĕre.

PETISIVS, a, um. Adi. Petiſia poma *ſunt parua, ſed gratiſſimi ſaporis; de quibus* Plin. 15, 14.

PETO, iui, ītum, ĕre. [αἰτῶ, καὶ στέλλομαι, καὶ ὁρμῶ, ἀξιῶ, καὶ μέτειμι Gloſſ. Lat. Gr. ὁρμῶ Gloſſ. Cyrill.] *Videtur prima ſignificatione ad corpora pertinuiſſe, et conatum tangendi notaſſe, quocunque is conſilio ſuſceptus eſſet: deinde vero latius extenſa ſignificatione* petere *dictus, quicunque impetrare aliquid et conſequi ab altero verbis vellet ſiue imperando, ſiue ius ſuum exigendo, ſiue denique precando. Haec vltima ratio cum ſit fere ſollemnior caeteris, primo loco poni ſolet.* Πέτω *apud Graecos* ferri, cadere, volare *eſt.* Impetus, Praepes, Expeto, *hanc notionem ſeruant. Vid. Perizon. ad Sanctii Min. 4, 4, 46. Sed, vti diximus, frequentiſſima ratio eſt, quam indicabimus verbis* Varronis *apud* Seruium *ad* Aen. 9, 193 Petere eſt, cum aliquid humiliter et cum precibus poſtulamus. Cic. Philipp. 5, 13 Te autem pro vetere noſtra neceſſitudine etiam atque etiam peto, vt eius filios, qui in tua poteſtate ſunt, mihi potiſſimum condones. Peto Abs te Cic. Fam. 13, 35. Peto A te hoc diligentius Idem Fam. 13, 14. Cic. Verr. 4, 64 Iſte petit A rege, et eum pluribus verbis rogat, vti ad ſe mittat. *Sed etiam* De aliquo petere, *i. Ab aliquo.* Vlpian. in l. Si vt certo, §. Si De me petiſſes, vt triclinium tibi ſternerem. D. Commodati. *Sed etiam ſic:* Si Octauius tibi placet, a quo de noſtra ſalute petendum ſit Cic. ad Brut. Epiſt. 16. Idem Fam. 13, 8 Maiorem in modum peto atque contendo, vt quum fortunas agi eius municipii intelligas, quod ſit mihi neceſſitudine, officiis, beneuolentia coniunctiſſimum, id mihi des. Cic. pro Sulla 55 At literae ſunt Fauſti, per quas ille precibus a P. Sulla petit, vt emat gladiatores. *Add.* Caeſ. B. G. 5, 6. Voto petere, *vid.* Votum, *in* VOVEO. Cupide petere aliquid Hor. Epiſt. 2, 1, 100. Cupidiſſime aliquid petere, *vid.* CVPIO. Cupienter petere, *apud* Plaut. in Pſeud. 2, 3, 17. Inſtanter, *vid.* INSTO. Precario aliquid petere Liu. 34 *extr.* Supplex te peto Virg. Aen. 6, 115. Hor. Serm. 1, 3, 5 Caeſar, qui cogere poſſet, Si peteret per amicitiam patris atque ſuam, non Quidam proficeret. ¶ 2. *Sed, vt diximus,* Petere *etiam dicuntur, qui iure agunt, et quod ſibi debetur poſtulant.* Cic. pro Quint. 40 Si debuiſſet, Sexte, petiſſes, ſed petiſſes ſtatim: ſi non ſtatim, paullo quidem poſt: ſi non paullo, at aliquando, ſex quidem illis menſibus profecto. Paull. in l. Quum fundus, D. Si certum petatur, Quum fundus vel homo per condictionem petitus eſt: pro hoc nos iure vti, vt poſt iudicium acceptum cauſa omnis reſtituenda ſit. *Sic reus eſt,* Vnde petitur. *v. g.* Ego omnibus, vnde petitur, hoc conſilii dederim Cic. Fam. 7, 11 *pr. Vid. h. l. Graeu. Add.* Cic. Fam. 14, 2, 6. Ter. Eun. prol. v. 11 *ineptiae Poëtae accuſantur, apud quem* Cauſam dicit prius Vnde petitur, aurum quare ſit ſuum, Quam illic qui petit, vnde is — in patrium monumentum peruenerit. Per iudicem petere, *i. iudicio.* Iulian. in l. Vinum. D. Si certum petatur, Vinum quod mutuum datum erat, per iudicem petitum eſt. Quaeſitum eſt, cuius temporis aeſtimatio fieret: vtrum quum datum eſſet, an quum lis conteſtata fuiſſet, an quum res iudicaretur? Vlpian. in l. 1 §. Si aduerſus, D. de vi et vi armata, Si aduerſus eum, qui in libertatem ex ſeruitute vel contra petitur, poſt inchoatum liberale iudicium vtatur interdicto. Paull. in l. Dominus, D. Locati, Serui tamen eius, cum quo contractum eſt, propter aedificiorum notitiam in quaeſtionem peti poſſunt. Iulian. in l. Si quum teſtamento, D. de exceptione rei iudicatae, Si Stichum et Pamphilum tuos eſſe petieris, et abſoluto aduerſario Stichum tuum eſſe petas ab eodem: exceptionem tibi obſtare conſtat. Si fundum meum eſſe petiero, deinde poſtea vſumfructum eiusdem fundi petam: *etc. Sic* Hereditatem petere teſtamento Cic. de Orat. 1, 241. *Item* Pecuniam non ex tabulis, ſed ex aduerſariis Idem pro Roſc. Com. 85. *Huc refero* Cic. Att. 1, 13 Victrix nequitia Poenas ab optimo quoque petere ſui doloris. ¶ 3 *Hic formulas ponemus promiſcue, vbi ſtudium et voluntatem omnem impetrandi et conſequendi notat.* Quodcunque inciderit in mentem, volet, neque id putabit prauumne an rectum ſit quod petet Ter. Heaut. 3, 1, 75. *i. cupiet, optabit. Conf.* Hor. Od. 3, 16, 42. Habes tota quod mente petiſti Virg. Aen. 4, 100. Cic. pro L. Agrar. 1, 1 Quae res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. Aequa Ouid. Met. 7, 174. Ter. Phorm. 5, 1, 2 Aut vnde mihi nunc Auxilium petam? Cic. Diuin. Verr. 11 Auxilium ſibi per me a vobis, atque a Populi Romani legibus petunt. Auxilium nusquam niſi a Lacedaemoniis petiuerunt Nep. 1, 4, 3. Auxilium petere contra aliquem Caeſ. B. G. 8, 4.

Cic.

Cic. Tuſc. 2, 38 O Patrocles, inquit, ad vos aduenIens Auxilium et veſtras manus peto. *Ex Poëta.* Beneuolentiam iudicis, *vid.* Beneuolentia, *in* BONVS. Ouid. Met. 13, 552 Vadit ad artificem dirae Polymneſtora caedis, Colloquiumque petit. Commiſſum fidei Quinctil. 3, 6. Congreſſus alicuius Virg. Aen. 5, 733. Cic. Att. 7, 21 Nullo modo quidem a te petam Conſilium, vt ſoleo. Diem petere colloquio Liu. 26, 17. Exilium Lucan. 3, 111. Fauorem propenſum petiit voce ſollicita Ouid. Met. 14, 706. Fidem pacis petiitque deditque Idem Met. 3, 128. Finem certum voto pete Hor. Epiſt. 1, 2, 56. Gratiam Caeſ. B. G. 5, 55. Hoſpitium requiemque peto Ouid. Met. 4, 641. Mortem ardentiore ſtudio petere, quam Epicurus Voluptatem petendam putat Cic. de Fin. 2, 61. Mutuum petere Plaut. Curc. 1, 1, 68. Cic. Tuſc. 5, 5 Ad te confugimus, a te Opem petimus: tibi nos, vt antea magna ex parte, ſic nunc penitus, totosque tradimus. Cic. de Diuin. 1, 88 Amphiaraum autem ſic honorauit fama Graeciae, deus vt haberetur, atque vt ab eius ſolo, in quo eſt humatus, Oracula peterentur. Pacem paſſis manibus, et ſuppliciter Caeſ. Bell. Gall. 2, 13. *Conf.* ib. 1, 27. Praemium Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 32. Praeſidium ab aliquo Cic. Q. Frat. 2, 15. *it.* de Fato c. 9. Praeſidium laeſae petitote puellae Ouid. de Arte Am. 3, 207. Requiem exiguam petit Idem Met. 4, 628. Reſponſa a deo Plin. 31, 2. Sanguinem et vitam alicuius Cic. pro Roſc. Amer. 150. Tempus inane peto Virg. Aen. 4, 433. Plin. 28, 4 Veniam quoque a deis ſpei alicuius audacioris petimus, in ſinum ſpuendo. Veniam petere et dare viciſſim Hor. de Arte Poët. 11. Veniam petere errato Cic. pro Sulla 64. Veniam in praeteritum Tac. Ann. 11, 30, 2. Virtutem Hor. Epiſt. 1, 6, 16. Salluſt. Catil. 25 *de Sempronia*, Lubido ſic accenſa, vt ſaepius peteret Viros, quam peteretur. *Huc referimus iſta quoque:* Virg. Aen. 9, 94 O genitrix quo fata vocas? aut quid petis iſtis? *intell. Nauibus, vt tribuatur. Sic* Alicui petere diſpenſationem Sueton. in Veſpaſian. c. 23. Militibus miſſionem Tacit. Ann. 1, 19. *Sed* In aliquem accuſationem Quinctil. 5, 13. *i. veniam illius accuſandi.* Virg. Aen. 8, 405 Notumque petiuit Coniugis infuſus gremio per membra ſoporem. Cic. de Amicit. 11 c. 3 Qui Conſulatum petiit nunquam, factus eſt Conſul bis. Ouid. Epiſt. 20, 53 Aut eſſes formoſa minus, peterere modeſte: Audaces facie cogimur eſſe tua. Lucil. 26 *apud* Non. 4, 356 Bona ſemper petere ſapientem. Coniugium Ouid. Met. 10, 613. Decus et pretium Hor. Epiſt. 1, 18, 42. Decus iaculo Sil. 16, 578. Plin. 12, 14 C. etiam Caeſar Auguſti filius inde Gloriam petiit. Gloria maior petitur Sil. 16, 614. Honores Q. Cic. de Petit. Conſul. 45 ſ. *extr.* Imperium ac ſummatum ſibi Lucret. 5, 1141. Nuptias petit gemellus Maronillae Martial. 1, 40. Praeturam Cic. in Verr. Act. 1, 23 c. 8. Idem in Orat. 56 Volet igitur ille, qui eloquentiae Principatum petet, et contenta voce atrociter dicere, ſummiſſa leniter, et inclinata videri grauis, et inflexa miſerabilis. Thalamos alicuius petere, *Coniugium* Ouid. Met. 6, 700. Liu. 34, . . Nolite, ſi quod omnibus Votis petendum erat, vltro offertur, faſtidire.

¶ 4 *Ipſum contingere, conſequi, ſumere, notat in iſtis:* Petere Amplexum alicuius Virg. Aen. 8, 615. Mortem petunt per vulnera Virg. Georg. 4, 218. Oſcula petit vultu tacito Lucan. 3, 739. Pugnam ſecundam iam Horatius caeſo hoſte victor petebat Liu. 1, 25. Virg. Aen. 7, 88 Mollibus incubuit ſtratis, Somnosque petiuit. *Add.* Quinctil. 9, 4, 12. *Huc refer, quod* Petere, Eligere, *inquit* Nonius 4, 356 vel Capere. Virg. Georg. 4, 8 Principio ſedes apibus, ſtatioque petenda. *Sic* Cic. de Finib. 2, 32 Nec tamen Argumentum hoc Epicurus a paruis petiuit, aut etiam a beſtiis. Virg. Aen. 8, 395 Quid cauſas petis ex alto? Ter. Heaut. 5, 2, 25 Abiit, ac rogaſſe vellem. CL. quid? S. vnde mihi peterem Cibum. Cibum e flamma Idem Eun. 3, 2, 38. Conatum longius Quinctil. 10, 3, 6. Conſilium a ſeipſo Quinctil. 7 Pr. 4. Delectatio ſola ex his ſtudiis petitur Cic. pro Arch. 16 c. 7. Idem de Prouinc. Conſ. 19 Praeſertim quum ego omnium meorum conſiliorum atque factorum Exempla ſemper ex ſummorum hominum factis mihi cenſuerim petenda. Exempla petere longe Lucan. 1, 94. Ab hiſtoricis Quinctil. 12, 11, 17. Cic. pro Cluent. 10 Paullo longius Exordium rei demonſtrandae petam: quod quaeſo, Iudices, ne moleſte patiamini. Initium a natura Cic. de Fin. 5, 33. Idem ibid. 2, 50 Quae eſt iſta Laus quae poſſit e macello peti? Medicinam perpetuam non vt ab his, ſed vt exiguam doloris obliuionem petam Cic. Fam. 5, 15. *de literis.* Originem ſummi boni a primo ortu animantium Idem de Finib. 2, 31. Praecepta virtutis a philoſophorum ſcholis Quinctil. 1 prooem. Principia rei bene gerendae a natura Cic. de Finib. 4, 47. Probationes Riſum ex aliquo Quinctil. 6, 3, 58. Salutem petere fuga Nepos 23, 11, 4. Suſpirium alte Plaut. Ciſt. 1, 1, 58.

¶ 5 *Obſeruabilis eſt forma dicendi* Plin. 3, 1 Turduli qui Luſitaniam accolunt, iura Cordubam petunt, *i.* Cordubam *adeunt, et inde* iura petunt. *Sic* Plin. 12, 7 *de pipere longo*, Huic nec pomi, nec baccae commendatio eſt aliqua: ſola placere amaritudine, et hanc in Indos peti. Idem 12, 17 Petunt et in Carmanos ſtrobum. *i. A Carmanis, qui ſenſus per* ex *etiam exprimitur.* Plin. 12, 1 Sed quis non iure miretur arborem vmbrae gratia tantum ex alieno petitam orbe? *Item* Petere ad Aethiopas vsque Plin. 36, 6 ſ. 9. *Rurſus* Idem 36, 1 Ad frigidos potus vas petitur in nubila, caeloque proximae rupes cauantur, vt bibatur glacie. In ſepulcrum petere alicuius volumina, *h. e. E ſepulcro* Plin. 30, 1.

¶ 6 Petere *eſt, vt diximus conari tangere.* Virg. Aen. 1, 615 Ilionea petit dextra, laeuaque Sereſtum, *i. prehendit amice. Sed eſt etiam* Petere, Percutere, ferire: Virg. Ecl. 3, 87. *et* Aen. 9, 629 *de tauro,* Iam cornu petat, et pedibus qui ſpargat arenam. *Add.* Paullus in l. Bouem, in princip. D. de aedilit. edict. *Sic* Petere, *pro Appetere, et deſignare ictum, vt ſolent gladiatores. Vid.* Quinct. 9, 4, 8. Cic. in Orat. 228 c. 68 Vt enim athletas, nec multo ſecus gladiatores videmus, nihil nec vitando facere caute, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palaeſtram quandam. *Conf.* Virg. Aen. 9, 435 *ibique* Seru. Cic. Catil. 1 c. 5. Curt. 6, 1, 4. Veget. de re Mil. 1, 11. Aëra petere diſco Hor. Serm. 2, 2, 13. Capillos miſeros vngue petis Ouid. Amor. 2, 7, 7. Cic. pro Muraen. 52 Sciebam Catilinam non latus aut ventrem, ſed Caput et collum petere ſolere. Corpus petere ferro Tibull. 1, 9, 21. Criminibus aliquem Tacit. Ann. 4, 31. Genas vngue Ouid. de Arte Am. 2, 452. Gladio aliquem Ouid. Met. 5, 185. Iugulum petere, *pro Inferre mortem, teſte Vall.* Cic. pro Milon. 31. Malo petere aliquem Virg. Ecl. 3, 64. Manus inuicem petitur iniectio, *vid.* INVICEM. Pectora alicuius gladio Ouid. Met. 5, 185. Pilam Quinctil. 6, 3, 62 *vbi iocus*, Sic petis (pilam) tanquam Caeſaris candidatus (honores) *i. negligenter.* Saxis petor a populo Ouid. de Nuce 2 *et* 122. Telis petere aliquem Liu. 24, . . Telis ſacrilegae me petiere manus Ouid. Faſt. 3, 700. Vultus alicuius petere vnguibus Hor. Epod. 5, 93. Cic. pro Ligar. c. 3 Quid enim Tubero tuus ille diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? Bello petere vrbem aliquam Virg. Aen. 3, 603. Blanditiis nouercam Quinctil. . . . Petere aliquem, *Inſidias illi tendere* Cic. Fam. 10, 23. Epiſtola me petiuit, ad te cominus acceſſit Cic. Att. 2, 2. Fraude aliquem Virg. Aen. 4, 675. Fraude petere vel inſidiis aliquem Liu. 40, 55. Inſidiis petere vitam alicuius Plin. 7, 45. Latrocinio vitam innocentiſſimi cuiusque, bonorum inſidiatores petunt Auct. ad Heren. 4, 23. Veneficio aliquem petere Idem ibid. 4, 23. Virg. Aen. 9, 128 Troianos haec monſtra petunt. *i. malum illis portendunt, et velut intendunt, minantur.* Idem Aen. 5, 226 Quem petit, et ſummis annixus viribus vrget, *de nauigantibus.* *Et* Aen. 6, 395 Tartareum ille manu cuſtodem in vincla petiuit: *inuaſit vinciendi cauſa.* In vincula aliquem peti Quinctil. 7, 2.

¶ 7 *Ex illa ſignificatione, qua* petere *eſt conari, tangere vel contingere, ſunt et iſta, vbi per accedere reddi et explicari poteſt.* Petere locum aliquem, *Proficiſci.* Cic. Off. 3, 50 c. 12 Naues onuſtas petentes Rhodum viderit, *etc.* Acceſſum petere Liu. 29, 27. Aequora campi raptim petit Lucret. 3, 1015. Liu. 25, . . Cuius prima claſſis petere altum viſa eſt, quo facilius ſuperaret promontorium. Altum flamma petit Ouid. Faſt. 1, 109. Antrum immane petit Virg. Aen. 6, 11. Arcem ſummam petit arduus Ouid. Met. 2, 306. Arcem petunt Tritonidis Virg. Aen. 2, 226. Ardua petere, Aſcendere montem aliquem Stat. Achil. 2, 26. Arua aliena Virg. Aen. 4, 311. Aſtra Parnaſſus petit duobus verticibus Ouid. Met. 1, 316. Athenas petere Cic. Att. 3, 7. Caelum petere Plin. 10, 38. Caelum ſtultitia petimus Hor. Od. 1, 3, 38. Campum amnis volutus per ſaxa petit Virg. Georg. 3, 522. Claſſe petebat Lacedaemona Ouid. Epiſt. 1, 5. Cic. Att. 3, 8 Et nauigatio perdifficilis fuit: et ille incertus vbi ego eſſem, fortaſſe alium curſum petiuit. Deſerta petere curſu Virg. Ecl. 6, 81. Litora concurſu tendunt petere Virg. Aen. 1, 162. Fugam Liu. 28, . . Ima petunt nebulae Virg. Georg. 1, 402. Lectum vacuum petit anxia Ouid. Met. 11, 471. Loca ſecreta Hor. de Arte Poët. 298. Montem petiui Virg. Aen. 2, 824. Remis ventisque petere locum aliquem Idem ibid. 3, 563. Romam petit fons ille Plin. 31, 3. Secretum petere Plin. Epiſt. 1, 5. Sublime petere Plin. 10, 33. Cic. Tuſc. 1, 42 Nihil enim habent haec duo genera proni, et ſupera ſemper petunt. *i. Capeſſunt, expetunt, captant.* Tecta diuerſa petere per agros Virg. Aen. 4, 164. Tentoria greſſu petunt Sil. 7, 321. Terram ſubmiſſi petimus, *i. humi procumbimus* Virg. Aen. 2, 93. Vrbem aliquam vento petere Idem ibid. 2, 25. *de nauigantibus dicitur.* Petît, *pro Petiit vel petiuit, ſyncopa Poëtis tantum in vſu.* Ouid. Faſt. 1, 109 Altum flamma petît: propior locus aëra cepit. *Paſſ.* Plin. in Paneg. c. 88 *pr.* Plerique principum quum eſſent ciuium domini, libertorum erant ſerui, *etc.* per hos praeturae etiam, et ſacerdotia, et conſulatus, immo ab his petebatur.

PETĪTVM, *prius Supinum.* [*πρὸς τὸ αἰτῶν*] Ire petitum aliunde Catull. 59, 153.

PETENS, entis. Partic. [*αἰτῶν*] Aditum conueniendi petens Nep. 4, 3, 3. Amicitiam petens Idem 2, 9, 4. Veniam in praeteritum petens, quod ei, *etc.* Tacit. Ann. 11, 30. Lucra petens Tibull. 1, 9, 7. Noua Regna petens Virg. Aen. 1, 624. Non aduerſata petenti annuit Virg. Aen. 4, 127. Illa auerſata petentes Ouid. Met. 1, 478. Multa petentibus Deſunt multa Hor. Od. 3, 16, 42. Reſponſum dedit petenti Virg. Ecl. 1, 45. Turba ſaxis petens contundet vos Hor. Epod. 5, 98. Reiicere petentem Ouid. Met. 9, 512. *Proficiſcens:* Aliena loca petentes Catull. 64, 14. Templa Acheruſia petentes Lucret. 3, 86. Canes morſu petentes Lucret. 5, 1067.

PETENDVS, a, um. Partic. [*αἰτητέος*] Honos petendus Propert. 3, 22, 40. Gloria peccati nulla petenda tua eſt Ouid. de Arte Am. 2, 390. Palma petenda mea eſt Ouid. Amor. 3, 2, 82. Praeda petenda eſt de magno grege Tibull. 1, 1, 34. Summa ope petendum erat Liu. 34, . .

PETĪTVS, a, um. Partic. [*ἠτημένος*] Quo petitus abis Ouid. Met. 3, 455. Inſidiis petitus Vell. 2, 60, 3. Belua petita ferro Hor. Epod. 5, 10. Dies petitus tanto ambitu Senec. Med. 6. Vnde petitum (Crimen) hoc in me iacis Hor. Sat. 1, 4, 79. Praemia peccato nulla petita mihi Ouid. Triſt. 3, 6, 34. Puella petita meis votis Idem Amor. 3, 7, 2. Ratio alte petita Quinctil. 6, 5, 3. Requies mihi petita eſt Ouid. Triſt. 4, 1, 3. Spiritus petitus imo latere Hor. Epod. 11, 15. Verba ex periculo petita Quinct. 10, 1, 121. Extra rem petita Idem 4, 2.

PETITVRVS, a, um. Partic. [*αἰτήσων*] Lucra petiturus Tibull. 1, 9, 7.

PETITVM, i. n. [*αἰτηθὲν*] Vtriusque petiti facta eſt copia Catull. 63 (69) 39.

PETĪTVS, ûs. m. [*αἴτημα*] *pro Petitione.* Gell. 18, 3 Iuſſitque eum conſenſu, petituque omnium eandem illam ſententiam diſerti viri cuiusmodi poſſet verbis dicere. *Add.* Apul. Apol. p. 303. Lucret. 3, 173 Attamen inſequitur languor terraeque petitus Suauis, *i. decubitus.*

PETITIO, ōnis. f. [*αἴτησις*] *Petendi actus.* Concedere petitioni, *vid.* CONCEDO. *Vt* petere *eſt iure agere cum aliquo, ſic* Petitio actio. Quinctil. 4, 4 Recuſatio quoque plures interim propoſitiones habet, vt contra petitionem pecuniae, Male petis: procuratori enim tibi eſſe non licuit. Macer in l. penult. §. 1 D. Qui ſatisdare cogant, Diuerſa eſt cauſa eius, qui fundi petitionem perſonalem habet: id eſt actionem perſonalem, ac ſi dicas: Non ſufficit dominium fundi, aut actio ad eum petendum pertinens, ſed requiritur poſſeſſio. Inſtituere petitionem in aliquem Vlpian. l. 1 D. Quod legator. Implere petitionem *dicitur* actor, *quum id, quod petit, ſuum eſſe probat.* Paull. in l. Ex ſextante, §. Cum ergo, D. de except. rei iud. Si de proprietate fundi litigatum, et ſecundum actorem pronuntiatum fuiſſet: dicemus petenti ei, qui in priore iudicio victus eſt, obſtaturam rei iudicatae exceptionem: quoniam de eius quoque iure quaeſitum videtur, quum actor petitionem implet. *Ad honores refertur* Cic. pro Roſc. Com. 56 Et tibi integram petitionem reliquit. Idem Att. 1, . . . Fuit et mihi et Q. Fratr. magno vſui in noſtris petitionibus. Petitio extraordinaria conſulatus Cic. Brut. 226. Adornare petitionem Conſulatus Cic. pro Mur. c. 22. Oppugnare petitionem Cic. Fam. 1, 9. Se petitioni dare Cic. Fam. 13, 10. *Pro*

Impetitione et aggreſſu gladiatorum. Cic. in Catil. 1, 15 c. 6 Quot ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari poſſe non viderentur, parua quadam declinatione, et, vt aiunt, corpore effugi? *vid.* Cic. in Orat. 228 c. 68. Quinctil. 9, 1. Seru. *ad* Virg. Aen. 9, 435. Veget. de re mil. 1, 11. *Hinc Metaph.* Cic. Diuin. in Verr. c. 14 Noui omnes hominis petitiones rationesque dicendi.

PETITIVNCVLA, ae. f. δεησίδιον Gloſſ. Lat. Gr.

PETĪTOR, ōris. m. [αἰτητής] *Qui petit et litem intendit.* Cic. in Partit. 110 Sed accuſatorem pro omni actore et petitore appello. Idem pro Quint. 45 c. 13 Poſſumus petitoris perſonam ſuſcipere, accuſatoris deponere? Cic. pro Roſc. Com. 42 Quis erat petitor? Fannius. quis reus? Flauius. quis iudex? Cluuius. *Qui munus etc. ambit.* Deſcendit in campum petitor Hor. Od. 3, 1, 10. *Add.* Macrob. Sat. 3, 14. Famae petitor Lucan. 1, 131.

PETITŌRIVS, a, um. Adi. Iudicium petitorium, *quod* poſſeſſorio *oppoſitum eſt.* Caius in l. Qui petitorio iudicio vtitur, D. de rei vendicatione.

PETĪTRIX, īcis. f. Paull. in l. Qui filium. D. ad Senatuſc. Trebell. Contra petitricem pronunciauit. *Add.* Quinctil. Decl. 252.

PETESCO, *ſiue* PETISCO, ĕre. *ſ.* PETESSO, *ſ. denique* PETISSO, *tot enim modis legitur, frequentem et repetitum conatum videtur indicare.* Lucret. 3, 648 Corpore cum reliquo pugnas, caedesque petiſcit. *h. e. Cupide et ardenter petit. Lambin. legit* Peteſſit. *Eſt et varia lectio,* peteſcat. Petiſcere, antiqui dicebant pro Petere, ea quidem forma verbi, qua ſunt Laceſſere et Inceſſere. Feſtus. Sed *(inquit idem)* vt mihi videtur, tum eo ſignificabant Saepius petere. *Alii legunt* Peteſſere. Petiſſere *Dacer.* Cic. Tuſc. 2, 72 Qui hanc gloriam peteſſunt, nullum fugiunt dolorem. Idem de Diuin. 1, 17 c. 11 Menteque diuina caelum terrasque peteſſit. *Ex Poeta.*

PETESSENS, entis. Partic. [αἰτιάζων] Lucret. 5, 808 Quos vbi tempore maturo patefecerat aetas Infantum, fugens humorem, aurasque peteſſens, *etc. al.* Petiſcens.

PETITVRIO, īre. *Petere magiſtratum ſtudere.* Cic. Att. 1, 14 *extr.* Video hominem valde petiturire.

PETA, ae. f. *Dea precum.* Arnob. 4 p. 131 Rebus petendis Peta praeeſt.

PETAX, acis. Adi. *Cupidus, auidus.* Fulgent. Mythol. 2 Vitae tantum commodis anxia, ornatus petax, *etc.*

PETORĬTVM, *vel* PETORRITVM, i. n. [φορεῖον] *Gallicum vocabulum,* Genus vehiculi apud Belgas repertum, *vt* Varro *ſcribit: conf. Scalig. ad* Varr. p. 252. Quamuis ſint, qui ex Graeco vocabulo et Latino compoſitum velint, dictumque a voluendis rotis, *vt* Gell. *teſtatur* 15, 30. *Add.* Quinctil. 1, 5, 57. Hor. Serm. 1, 6, 104 — Plures calones atque caballi Paſcendi, ducenda petorita. Idem Epiſt. 2, 1, 192 Eſſeda feſtinant, pilenta, petorita, naues. *Vid.* Plin. 34, 17. *Add.* Auſon. Epiſt. 6, 33. Feſtus: Gallicum vehiculum eſſe, et nomen eius dictum exiſtimant a numero quatuor rotarum. Alii Oſce, quod ii quoque PETORA quatuor vocent: alii Graece, ſed Αἰολικῶς dictum. *Lambinus per duplex R in omnibus libris antiquis ſcribi affirmat.*

PETOSĪRIS, is. m. [Πετόσιρις] *Aegyptius mathematicus inſignis: de quo* Plin. 7, 49. Iuuen. Sat. 6, 580 Capiendo nulla videtur Aptior hora cibo, niſi quam dederit Petoſiris.

PETRA, ae. f. [πέτρα] *Saxum, rupes.* Plin. 10, 32 Gauiae in petris nidificant. Petra in altitudinem triginta eminet ſtadia Curt. 7, 11, 2. Petrarum, *inquit* Feſtus, genera ſunt duo. Quorum alterum, naturale ſaxum prominens in mare, cuius Ennius meminit 11 Alte delata, caeteriſque *(vid. leg.* elata, petriſque*)* ingentibus tecta. *Et* Liu. in Centauris, Vbi ego ſaepe petris. Alterum manufactum, vt docet Aelius Gallus, Petra eſt, quae Iouis dextra ac ſiniſtra fornicem expletura eſt, ad libramentum ſummi fornicis. Feſtus.

PETRAEVS, a, um. Adi. Braſſica petraea Plin. 20, 9. *Add.* Idem 12, 21. *et* 27, 6.

PETRENSIS, e. Adi. Piſces petrenſes C. Aurel. Tard. 2, 1.

PETRINVS, a, um. Adi. Circumciſi petrina acie Tertull. contra Iud. c. 9. *et* adu. Marc. 3, 16.

PETRŌSVS, a, um. Adi. [πετρώδης] *Petris plenum.* Plin. 17, 27 Caprificorum laudantur maxime nigrae, et in petroſis. Idem 9, 31 *pr.* Viuunt petroſis locis, cancri mollibus.

PETRICŌSVS, a, um. *Aliud* Adi. [πετρώδης] *Idem.* Martial. 3, 63 *per translationem,* Res petricoſa eſt, Cotile, bellus homo. *h. e. Difficilis et ſaxoſa ac dura. Alii legunt* Praetricoſa, *aut* Pertricoſa.

PETRŌNES, um. m. [πετρῶνες] Ruſtici *(inquit* Feſtus*)* fere dicuntur propter vetuſtatem, et quod deterrima quaeque praerupti iam agri petrae vocantur, vt Rupices iidem a rupis. Paullus *breuiter* a petrarum aſperitate et duritia dicti. *Conf.* Scalig. ad Feſt. *it. Barth.* Adu. 26, 25. *Hinc* Plautus, Petronem veruecem, *Duriorem eleganter dixit,* Capt. 4, 2, 41 Qui petroni nomen indunt veruecí ſectario, *etc.*

PETRA, ae. f. [Πέτρα] *Siciliae oppidum prope Hyblam.* Petrae Sirenum, *urbs Lucaniae, de qua* Plin. 3, 4. Virg. Aen. 5, 846 Iamque adeo ſcopulos Sirenum aduecta ſubibat, *etc. Item* Petra, *Strab. 16 Arabiae oppidum, Nabathaeorum metropolis, vnde ea pars Arabiae,* Petraea *nuncupatur.*

PETRENSIS, e. Adi. Stagnum Petrenſium, *i. Incolarum vrbis Petrae* Solin. c. 11.

PETROCORII, orum. m. [Πετροκόριοι] *Ptolem. 2, 7 Galliae populi, vulgo* Perigort. Petrogoras Plin. *eos appellat* 4, 19.

PETREIA, ae. f. Mulier dicebatur, quae pompam praecedens in coloniis aut municipiis, imitabatur anum ebriam, quod pedes in petras frequenter impingeret: quam et alii volunt ab agri vitio, ſcilicet petris, appellatam. Feſtus. *Conf.* CITERIA. *Alioquin*

PETREIVS, a, um. Adi. *Romanae gentis nomen, e qua v. g. Dux ille Pompeianus a Caeſare ſuperatus in Hiſpania.*

PETRĪNVS, i. m. [Πετρῖνος] *Vicus olim in agro Falerno, cuius meminit* Hor. Epiſt. 1, 5, 5 Inter Minturnas Sinueſſanumque Petrinum. *Vid.* Cic. Fam. 6, 19. Petrini, *incolae eius vici* Cic. Verr. 1 c. 39.

PETRĪTES, ae. m. *Genus Aegyptiaci vini.* Plin. 4, 7 *quaſi in ſaxis naſci et minui ſoleret.*

PETRONES, *vid.* PETRA.

PETRONIA, ae. f. [Πετρωνία] Amnis eſt in Tiberim profluens, quam magiſtratus auſpicato tranſeunt, quum in campo quid agere volunt. quod genus auſpicii Perenne vocant. amnem autem feminine antiqui dicebant. Feſtus.

PETRONIVS, a, um. Adi. *Gentis nomen, e qua etiam ille Arbiter iocorum, cuius* fragmenta Satyricῶν *exſtant.*

PETRONII canes *apud* Grat. Cyneg. v. 202. *v. Vlit. ad h. l. it. Thom. Fuller. de Vir. Illuſtr. Angl. Tom. 2 p. 150.*

PETROSELĪNVM, i. n. [πετροσέλινον] *Quaſi* Petrarum apium. Scribonio *frequenter nominatur.* Plin. 20, 12 Alio genere petroſelinum quidam appellant in ſaxis natum. *Add. Dioſcor. 3, 10.*

PETVLANS, antis. Adi. [ἄτακτος Gloſſ. Cyrill.] *Improbus, qui per contumeliam alios petit, vt* laſciuus *a* laceſſendo. Feſtus: Petulantes et petulci etiam appellantur, qui proteruo impetu et crebro petunt, laedendi alterius gratia. Cic. in Salluſt. 22 c. . Deſine bonos petulantiſſima confectari lingua. Petulans et audax homo Vatinius Cic. Q. Frat. 2, 4. Modeſto *opponitur* Cic. Att. 2, 2. Audax, petulans, libidinoſus Cic. pro Sull. 71. Idem de Inuent. 2, 33. Et ex ea re non eſſe mirandum qui in illa re turpis, aut cupidus, aut petulans fuerit. Petulans et improbus ſcurra Cic. pro Cluent. 39 c. 15. Si quid petulans a ſcurra profertur Plin. Ep. 9, 17. Amentia petulans Claud. in Eutrop. 1, 237. Audacia Claud. ad Alechium, 7. Auris petulantibus ſciſſa carbaſus Lucret. 6, 110. Dictum petulans nullum in vita proferatur Cic. pro Muraen. 14 c. 6. Elegia petulans vultu Stat. Silu. 1, 2, 7. Genus dicendi feruidum, petulans et furioſum Cic. de Clar. Orat. 241. Genus iocandi illiberale, petulans, flagitioſum et obſcenum Cic. Off. 1, 104. Id. pro Cael. 30 Omnia ſunt alia non crimina, ſed maledicta iurgii petulantis magis, quam publicae quaeſtiōnis. Iuuentus Claud. de Nupt. Hon. 84. Milites Quinct. 11, 1, 88. Perſ. 1, 12 Quid faciam? Sed ſum petulanti ſplene cachinno. *Vbi* ſplen petulans *eſt, Qui procliuis eſt ad aliorum vitia irridenda, et ſalſis dicteriis, quae riſum pleriſque maxime mouent, traducenda. Vid. de hoc verbo Nic. Heinſ. et Drakenb. ad* Sil. 8, 266. Verbis petulantibus vti Ouid. Ep. 16, 245. Verbis petulantiſſimis laedere vnum, laudare alium Salluſt. in Cic. 7. *Comparat.* Aures alicuius conuicio petulantiore pulſare Arnob. 4 p. 151.

PETVLANTIA, ae. f. [ἀσέλγεια] *Effrenatio immodica ad quodlibet vitium.* Cic. de Rep. 4 A petendo, petulantia: a procando, id eſt poſcendo, procacitas nominata eſt. *conf.* Suet. Ner. c. 26. *contraria.* Cic. Catil. 2, 25 c. 11 Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc ſtuprum. Cic. pro Font. 27 Nulla turpitudo, quae a libidine, aut a petulantia, aut ab audacia nata eſſet, ab accuſatore obiiceretur, ſi non vera], attamen ficta, *etc.* Cic. in Verr. Act. 1, 14 Quibus liberos, coniugesque ſuas integras ab iſtius petulantia conſeruare non licitum eſt. Frangere furorem et petulantiam hominis Cic. Piſon. 1, 31. Idem Fam. 6, 7 Solutum exiſtimatur eſſe alteri maledicere: tamen cauendum eſt, ne in petulantiam incidas. Conuicia petulantiae Quinctil. 4, 2, 27. Petulantia dicendi Quinct. 6, 3, 33. *De maledicentia etiam* Tac. Hiſt. 2, 27, 4. *conf. Graeu. ad* Cic. Fam. 6, 7 *pr.* Linguae petulantia Propert. 1, 16, 37. Morbi petulantia Gell. 12, 3. Patroni petulantiam luit litigator Quinct. 12, 9, 9. Pecoris petulantia Columel. 7, 6. Ramorum petulantia Plin. 16, 30. *Plural.* Delicta ſua et petulantias dictorum, quibus multos ante laeſerat, diluit Gell. 3, 3.

PETVLANTER. Adu. *Laſciue.* Cic. Att. 9, 22 (19) Quam cenſeas acerba nunc eſſe, quum a perditis in ciuili nefario bello petulantiſſime fiant? Facimus petulanter, ſi matrem familias, ſecus quam matronarum ſanctitas poſtulat, nominamus Cic. pro Cael. 32. Idem pro Cael. 6 c. 3 Maledictio nihil habet propoſiti praeter contumeliam: quae ſi petulantius iactatur, conuicium: ſi facetius, vrbanitas nominatur. Cic. in Salluſt. 9 Quod iſta inuſitata rabie petulanter in vxorem, et in filiam meam inuaſiſti, *etc.* Inuehi petulanter in aliquem Cic. Att. 2, 19. Idem pro Cael. 38 c. 16 Si vidua libere, proterua petulanter, diues effuſe, libidinoſa meretricio more viueret: adulterum ego putarem, ſi quis hanc paullo liberius ſalutaſſet? Bonum ciuem petulantiſſime eſt inſectatus Cic. pro Sext. c. 52. Si petulantius locuti ſunt Auguſtin. Ep. 254. Hi petulantius infirmiora vaſa Pertentant Paullin. Nol. Epiſt. 23 n. 24. *conf.* Gell. 16, 7 tit.

PETVLCVS, a, um. Adi. [ἀσελγόκερως] *A petendo ipſum quoque dictum, ſed pecori, puto, proprium, cum* petulans *ſaepiſſime de hominibus dicatur. Tamen* Seruius *ad illud* Virg. Georg. 4, 10 Haedique petulci: Petulci, Laſciui, exultantes. Et Petulci dicti ab appetendo: vnde et Meretrices petulcas dicimus. Columel. 7, 3 Itaque capri vel arietis petulci ſaeuitiam paſtores hac aſtutia repellunt. Vacca Sulp. Seuer. Dial. 2, 9. *i. quae cornu petit.* Agni Lucret. 2, 368.

PETVS, *vid.* PAETVS.

PETVSCVM, *vid.* PECTVSCVM.

P E V

PEVCE, es. f. [Πεύκη] Inſula Borealis in Iſtro, a qua vni ex Danubii oſtiis nomen datum, *vt* Plinius *docet* 4, 12. *Et* Lucan. 3, 202. *It.* Val. Flacc. 8. 217. Stat. Silu. 5, 2, 137 *Nympham facit, cuius Iſter coniux,* Ante ſeptenus habebit Iſter, et vndoſo circumflua coniuge Peuce? Peuce *eſt etiam* Genus arboris, quae vel Picea, vel Larix Plin. 11, 35. *et* 14, 7.

PEVCEDĂNVM, i. n. *ſiue* PEVCEDĂNVS, i. m. [πευκέδανος] *Herba, a qualicunque ſimilitudine Pinus nomen inuenit.* Plin. 25, 9 Sed inter primas celebratur peucedanum laudatiſſimum in Arcadia, mox Samothrace: caulis eſt ei tenuis, longus, foeniculo ſimilis, iuxta terram folioſus, radice nigra, craſſa, graui odore, ſuccoſa. *Laudat* Scribon. 163. Lac Peucedani 166. Radix 167. Succus 56.

PEVCETIA, ae. f. [Πευκετία] Peninſula eſt in orientali fine Italiae, aliis nominibus Calabria et Meſſapia dicta. *Auctor* Plin. 3, 3.

PEVCETII, orum. m. *Populi.* Peucetii ſinus Ouid. Met. 14, 513.

PEVMENE, es. f. *Spumae argenteae genus.* Plin. 33, 6.

PEXATVS, PEXITAS, PEXVS. *Vid.* PECTO.

PEZICAE, arum. f. Sunt ex Fungorum genere: ſed ſine radicibus aut pediculo. Plin. 19, 3 f. 14. *Hard.* πέζιας *dici Theophraſto autumat, et eſſe id, quod vulgus hodie* Lupi crepitum *vocat. Sunt qui* Pezitas *malint.*

P H A

PHABATON, *Pantomimi nomen, quod per Antonomaſian ponitur cum* CARAMALO, *vbi vid. Alias enim ignorabile nomen.*

PHACIA, ae. f. [φακία *an* ὁ φακίας] *Lentigo faciei, varorum et lenticularum ſpecies.* Lenticula rubicondior et inaequalior Celſ. 6, 5.

PHACOS,

PHACOS, i. m. *vel* Eleliſphacos, *Lentis genus, pro herba Salula* Plin. 22, 25. Apul. de Herb. c. 101. *Harduinus legit* Sphacos. *conſ.* Dioſcor. 3, 35.

PHAEAX, ācis. [Φαίαξ] Phaeaces. *Populi* Phaeaciae, *i. Corcyrae, ſub ditione Alcinoi. De quibus* Virg. Aen. 3, 291 Protinus aërias Phaeacum abſcondimus arces. *Ob ea, quae Homerus narrat de Phaeacibus,* Phaeacem, *pro Bene nutrito et in luxu pinguefacto dixit* Hor. Ep. 1, 15, 24 Pinguis vt inde domum poſſim, Phaeaxque reuerti. *Meminit et* Cic. de Clar. Orat. 71. Phaeaces *pro Credulis et ſtultis, quod Alcinoo, Corcyrae regi, et eius populis,* Phaeacibus, *Vlyſſes Laeſtrigonas, et Cyclopas, et alia monſtra a ſe conficta narrabat: et iis omnia vera eſſe perſuadebat.* Iuuen. Sat. 15, 23 Tam vacui capitis populum Phaeaca putauit.

PHAEĀCVS, a, um. Adi. [Φαίακος] Propert. 3, 2, 13 Nec mea Phaeacas aequant pomaria ſiluas. *Conueniunt cum hortis Alcinoi.*

PHAEACIVS, a, um. Adi. [Φαιάκιος] Tellus Phaeacia Tibull. 4, 1, 78.

PHAECASIVM, i. n. [Φαικάσιον] *Calceamentum Graecum.* Senec. de Benefic. 7, 21 Pythagoricus quidam emerat a ſutore phaecaſia, rem magnam, non praeſentibus numis.

PHAECASIĀTVS, a, um. Adi. *Qui calceatus eſt phaecaſiis.* Senec. Epiſt. 113 Puto quaedam eſſe, quae decent phaecaſiatum, palliatumque. Iuuen. Sat. 3, 218 Phaecaſiatorum vetera ornamenta deorum. *Quo in loco quidam legunt* Phaecaſianorum, *ſed corrupte, vt cenſet Hermolaus. Turnebus autem probat: vt enim, inquit, Minianus Iupiter pro Miniato a* M. Tullio *dicitur in* epiſtolis: *ita hic* Phaecaſianus *pro* Phaecaſiato, *id eſt, Phaecaſiis calceato. Sed hodie editur, recte puto,* Haec Aſianorum vetera ornamenta deorum *ſc.* confert. Petron. c. 82 Age in exercitu veſtro, phaecaſiati milites ambulant. *Vid. ibi Interpr. et Turneb. Aduerſ. 10, 7.*

PHAEDĬMVS, i. m. *Filius Amphionis et Niobes, vna cum ſex fratribus ab Apolline confoſſus ſagittis fuit.* Ouid. Met. 6, 239 Phaedimus infelix, *etc.*

PHAEDON, onis. m. [Φαίδων] *Athenienſis, in conuiuio a triginta Athenienſium tyrannis necatus fuit. Huius filiae virgines erant, quae vt virginitatem ſeruarent morte, inuicem ſe complexae, in puteum praecipitauere.* ¶ 2 *Philoſophus Elidenſis, Socratis auditor, ingenio liberali, cuius nomini Plato librum de Immortalitate animae dedit, qui alio nomine* Phaedon *inſcribitur. Vid.* Gell. 2, 18 *pr. Contra peruerſam pronuntiationem, qua, Sidonio auctore penultimam corripiunt, obſeruemus, ſemper apud Platonem Vocalem longam in obliquis ſeruari.*

PHAEDRA, ae. f. [Φαίδρα] *Regis Minois ex Paſiphaë coniuge filia. Haec vna cum Ariadne ſorore Theſeum, Aegei regis Athenarum filium, ſequuta eſt: quam ille, relicta Ariadne, vxorem ſibi copulauit, cui Demophoontem peperit et Antigonum. Infamis eſt amore in priuignum Hippolytum. v. v. Vid. Diodor. Sicul. 5, 5.* Amor notus Phaedrae Ouid. Faſt. 6, 737. Amor turpis Phaedrae Idem Rem. Amor. 64. Pocula nouercae Phaedrae Propert. 2, 1, 51.

PHAEDRVS, i. m. [Φαῖδρος] *Vnus ex diſcipulis Platonis, cuius nomine Plato nobilem librum edidit.* ¶ 2 Phaedrus *fuit item Alter philoſophus Epicureus, cuius apud* Ciceronem *mentio eſt non infrequens: de quo etiam intelligi debet illud* Martialis 3, 20 An aemulatur improbi iocos Phaedri? ¶ 3 Phaedrus *Tiberii libertus fuit, qui Aeſopicas fabulas verſibus Iambicis expoſuit.*

PHAENOMĔNA, orum. n. *Pl.* [Φαινόμενα] *a* Φαίνω, *oſtendo, proprie ſunt Apparentia. Aſtronomis* Phaenomena *ſunt ſupra nos in caelis conſpicienda. Notus eſt* Arati *liber* Phaenomena *inſcriptus. conſ.* Lactant. 2, 5 n. 24. *Medici* Phaenomena *vocant, Quae in corpore obſeruantur et in ſenſus incurrunt. Vid.* Octau. Horat. 2, 7.

PHAENON, ontis. m. [Φαίνων] *Saturni ſtella.* Cic. de Nat. Deor. 2, 53 c. 20.

PHAĔTHON, ontis. m. [Φαέθων] *Ad verbum* Lucentem *ſignificat. Ligurum rex fuit vetuſtiſſimus, cuius multae in Hetruſco litore coloniae fuerunt, vt* Cato *eſt auctor. De quo in dictione* ERIDANVS. ¶ 2 *Nobiliſſimus eſt Solis ex Clymene filius, de cuius fabula vide finem primi, et initium ſecundi libri* Met. Ouidii. *Breuiter,* Phaëthonti filio Sol facturum ſe eſſe dixit quidquid optaſſet; optauit, vt in currum patris tolleretur: ſublatus eſt: atque inſanus qua conſtitit, ictu fulminis deflagrauit: quanto melius fuerat in hoc promiſſum patris non eſſe ſeruatum? Cic. Off. 3, 94. Sole ſatus Phaëthon Ouid. Met. 1, 751. Ambuſtus Hor. Carm. 4, 11, 25. Flammatus Catull. 62, 297. Magnanimus Ouid. Met. 2, 111. ¶ 3 Phaëthon, *pro Sole, apud* Virg. Aen. 5, 105 Nonamque ſerena Auroram Phaëthontis equi iam luce vehebant. *Frequenter hoc nomine Solem appellant Poëtae Graeci.* ¶ 4 *Teſte* Cic. de Nat. Deor. 2, 53 *ſic dicitur etiam* ſtella Iouis.

PHAËTHONTĬVS, a, um. Adi. [Φαεθόντιος] Amnis Phaëthontius, *Padus* Sil. 7, 149. Stagna Sil. 17, 497.

PHAËTHONTĒVS, a, um. *Aliud* Adi. [Φαεθόντειος] Errores Phaëthontei Claud. de Phoenice 107. Ignes Ouid. Met. 4, 247. Ruina Claud. Conſ. Hon. 3, 124.

PHAËTHONTIAS, adis. f. Patronym. [Φαεθοντιάς] Virg. Ecl. 6, 62 Tum Phaëthontiadas muſco circumdat amarae Corticis. *Intelligit Sorores Phaëthontis.*

PHAËTHONTIS, ïdis. f. Patronym. Auien. Phaenom. Arat. v. 793 Illum prolixis durae Phaëthontides vlnis Planxerunt. *i. Sorores Phaëthontis, verſas in populos.*

PHAËTHVSA, ae. f. [Φαέθουσα] *Solis filia ex Neaera nympha, et ſoror Lampetiae, quae in Sicilia patris ſui, id eſt Solis armenta cuſtodiebant: de quibus ſocii Vlyſſis contra Circes monita deguſtantes, naufragium fecerunt, vt in 12 Odyſſeae finxit Homerus.* Ouid. *item* Phaethuſae *meminit* Met. 2, 346.

PHAGEDAENA, ae. f. *Graeci* φαγέδαινα, ἀπὸ τοῦ φάγειν, *hoc eſt ab edendo: eſt Exulceratio vſque ad oſſa celeriter depaſcens, cum inflammatione ſaniem male olentem emittens, et ad mortem perducens. Auctor Iulius Pollux.* Plin. 23, 1 Vtique vlcerum Phagedaenis et gangraenis, tibiarumque taedio cum ſale illinuntur. Eſt etiam Phagedaena ex ſtomachi paſſionibus, qua affecto ſequetur cibi vehemens appetentia C. Aurel. Tard. 3, 3. *Conſ.* Plin. 26, 11 ſ. 58. ¶ 2 *Apum etiam morbus eſt.* Col. 9, 13, 10 Saepe etiam vitio, quod Graeci φαγέδαιναν vocant, intereunt. Siquidem cum ſit haec apium conſuetudo, vt prius tantum cerarum confingant, quantum putant explere ſe poſſe: nonnunquam euenit, vt conſummatis operibus cereis, examen conquirendi mellis cauſſa longius euagatum ſubitis imbribus, aut turbinibus in ſiluis opprimatur, et maiorem partem plebis amittat: quod vbi factum eſt, reliqua paucitas fauis complendis non ſufficiat, tuncque vacuae cerarum partes computreſcant, et vitiis paullatim ſerpentibus, corrupto melle ipſae quoque apes intereant.

PHAGEDAENĬCVS, a, um. Adi. [φαγεδαινικὸς] Plin. 24, 4 Paronychiis ex melle, et vnguibus ſcabris, pterygiis, vlceribus manantibus, condylomatis, vlceribus quae phagedaenica vocantur.

PHAGER, *ſ.* PHAGRVS, gri. m. *In piſcibus refertur a* Plin. 32 *vlt.*

PHAGO, ōnis. m. [Φάγων] Vir adeo guloſus fuit et vorax, vt adhibitus menſae Aureliani, aprum integrum, centum panes, veruecem et porcellum vno die comederit, biberitque horcam vini. *Auctor* Flau. Vopiſc. in Aurel. *extr. Conſ.* Varro *ap.* Non. 1, 237.

PHAGOLOEDŎRVS, i. m. [Φαγολοίδορος] *i. Conuicia deuorans, et maledicta.* Hieron. prolog. in Ezech.

PHAGVS, *vid.* FAGVS.

PHALĂCRON, [Φαλακρὸν] *Graeci Caluum dicunt. Hinc*

PHALACROCŎRAX, acis. m. [Φαλακροκόραξ] *Aquaticus coruus.* Plin. 10, 48 Iam in Gallia Hiſpaniaque capitur, et per Alpes etiam, vbi et phalacrocoraces aues, Balearium inſularum peculiares.

PHALAE *et* PHALERE, *vid.* FALAE, FALERE.

PHALAECVS, i. m. Phalaecus *Ambraciae tyrannus vid.* PAPHAGVS. ¶ 2 *Poëtae nomen, vnde Genus carminum* Phalaecium *appellatum. vid.* Terent. Maurus c. 71. *Nempe*

PHALAECIVS, a, um. Adi. Phalaecium carmen, [Φαλαίκιον μέτρον] *a* Phalaeco *inuentore dictum. Alio nomine dicitur* Hendecaſyllabum, *a numero ſcilicet ſyllabarum: conſtat Spondeo, Dactylo et tribus Trochaeis. In prima tamen ſede pro Spondeo modo Trochaeus legitur, modo Iambus. Vt* Grunnibat grauiter pecus ſuillum. Phaleucium *vocatur* Mart. Capell. 5 p. 168.

PHALANGA *et* PHALANGARIVS, *vid.* PALANGA.

PHALANGIO, ōnis. *Idem quod Phalangium, animal.* Sparagus concuſſos a phalangionibus compeſcit Theod. Priſcian. c. 10.

PHALANGĪTES, ae. m. *et* PHALANGIVM, i. n. [φαλαγγίτης] *Herba: de qua* Plin. 27, 12 Phalangites a quibusdam phalangium vocatur, ab aliis leucanthemon, vel (vt in quibusdam exemplaribus inuenio) leucacantha. Phalangium *eſt* Plin. 11, 24 *et* 25, 10 *etc.* Celſ. 5, 27. ¶ 2 Phalangium, [φαλάγγιον] *Genus araneae.* Plin. 29, 4 Phalangium eſt Italiae ignotum, et plurium generum. Vnum ſimile formicae, ſed multo maius, ruffo capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercurſantibus reſperſum guttis. Acerbior huius quam veſpae ictus. Viuit maxime circa furnos et molas. *Conſ.* Solin. c. 16.

PHALANGIVS, i. m. *Idem.* Plin. 11, 24 *ad finem.* Phalangius tantum in ipſo ſpecu incubat magno numero: qui vt emerſerit, matrem conſumit, ſaepe et patrem. Phalangium *etiam Herba. Vid.* PHALANGITES.

PHALANTVS, i. m. [Φάλαντος] *Dux fuit eorum, qui ex Lacedaemone eiecti, quod ſpurii nati eſſent, Tarentum vrbem in Calabria condiderunt. Vid. Strab.* 6. Hor. Carm. 2, 6, 11.

PHALANTĒVS, a, um. Adi. Phalanteum Tarentum Sil. 11, 16.

PHALANTĪNVS, a, um. Adi. *Idem.* Martial. 5, 38 Agna Galiſi mollior Phalantini. *i. Tarentini.*

PHALANX, angis. f. [φάλαγξ] *Agmen eſt militare, quo Macedones vtebantur, quemadmodum legione Romani. Continebat autem octo millia armatorum: nullumque genus aciei apud Macedones validius erat.* Liuius 8, 8 Et quod antea phalanges ſimiles Macedonicis, hoc poſtea manipulatim ſtructa acies coepit eſſe. Virg. Aen. 2, 254 Et iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat. Phalangem, *inquit* Curt. 3, 2, 13 vocant peditum ſtabile agmen, vir viro, armis arma conſerta ſunt, ad nutum monentis intenti ſequi ſigna, ordines ſeruare didicerunt. *Conſ. Freinshem. ad* Curt. 5, 13, 10. Animoſa phalanx Virg. Aen. 12, 277. Iunctae vmbone phalanges Iuuen. Sat. 2, 46. Moeſta Virg. Aen. 11, 92. Numeroſa Valer. Argon. 1, 436. *Sed etiam de Heluetiis* Caeſ. Bell. Gall. 1, 24 Ipſi confertiſſima acie reiecto noſtro equitatu, phalange facta, ſub primam noſtram aciem ſucceſſerunt, *etc. Rurſus* c. 52. Ac Germani celeriter ex ſua conſuetudine phalange facta, impetus gladiorum exceperunt. *add.* Id. ib. c. 52. *Eſt autem hic* Phalangem facere, *quod Graeci* συνασπίζειν *dicunt, quum iunctis ſcutis aut clipeis, vel in hoſtes inuaditur, vel hoſtium impetus excipitur, quod ſic conſertis clipeis Macedonum phalanx pugnare ſoleret. Ita autem apud* Caeſarem *intelligi ex eo patet, quod ita ſcribit:* Reperti ſunt complures noſtri milites, qui in phalangas inſilirent, et ſcuta manibus reuellerent, et deſuper vulnerarent. *Eſt igitur ibi* Phalanx συνασπισμὸς: *ac Philippus rex Macedoniae ſecutus heroicum illum belli Troiani cuneum, de quo Poëta ita ſcribit,* ἀσπὶς δ' ἀσπίδ' ἔρειδε, phalangem *compoſuit* Macedonicam *vmbonum velut perpetuo textu conſertam.* Alexandri M. phalanga *imitando inſtituit* Nero apud Suet. c. 19. Perfringere hoſtium phalanges, *vid.* PERFRINGO.

PHALANGARII, orum. m. [φαλαγγίτης] appellati ſunt Milites, qui erant in phalange, quales habuit ad imitationem Magni Alexandri, Alexander Syrus Romanorum imperator, *vt auctor eſt* Lamprid. in Seuer. c. 50. ¶ 2 *Alii* Phalangarii *ſunt, de quibus in* PALANGA.

PHALANGĪTAE, arum. m. [φαλαγγίται] Liu. 37, 40 Decem et ſex millia peditum more Macedonum armati fuere, qui phalangitae appellabantur.

PHALARĬCA, *vid.* FALARICA.

PHALĂRIS, ïdis. m. [Φάλαρις] *Agrigentinorum in Sicilia tyrannus, qui ob ſaeuitiam, a ſuis, tauro quo alios prius ſuffocauerat, incluſus et crematus eſt.* Ouid. in Ibin 441 Vtque ferox Phalaris lingua prius enſe reſecta, More bouis Paphio clauſus in aere gemas. *De hoc diximus in dictione* PERILLVS. *Meminit huius* Cic. Offic. 2, 26 Teſtis eſt Phalaris, cuius eſt praeter caeteros nobilitata crudelitas: qui non ex inſidiis interiit, ſed in eum vniuerſa Agrigentinorum multitudo impetum fecit. Crudeliſſimus omnium tyrannorum Phalaris taurum habuiſſe dicitur, quo viuos ſupplicii cauſa demittere homines, ac ſubiicere flammam ſolebat Cic. Verr. 4, 73.

PHALARISMVS, i. m. *Pro Tyrannide.* Cic. Att. 7, 11 (12) Iſtum quidem, cuius phalariſmum times, omnia teterrime facturum puto. *i. Similes actiones actionibus Phalaridis tyranni. De Caeſare loquitur.*

PHALARIS, *aut* PHALERIS, ïdis. f. [φαλαρίς, φαληρὶς] *Herba,* thyrſum habet longum, tenuem, ceu calamum, in ſummo flore inclinatum: ſemen ſimile ſeſamae. Plin. 27, 12 ſ. 102. ¶ 2 *Genus auis, earum, quae in aquis agitant.* Varr. R. R. 3, 11, 4 Sunt

item non diſſimilia alia genera, vt querquedulae, phalarides. *Sic* Plin. 10, 48 ſ. 67. Columel. 8, 15, 1. *vbi* Phalerides *nuncupantur.*

PHALĒRA, ae. f. *vel* PHALĒRVM, i. n. *Portus Athenarum.* Plin. 4, 7 Piraeeus et Phalera portus, quinque M. paſſ. muro recedentibus Athenis iuncti. *Vid.* PIRAEEVS. *Hinc* Demetrius *dictus eſt* PHALEREVS, Φαληρεύς, *ſic enim pronuntiari debet trium ſyllabarum.*

PHALĔRAE, ārum. f. [φάλαρα] *Ornamenta equorum.* Virgil. Aen. 5, 310 Primus equum phaleris inſignem victor habeto. Liu. 22, 52 Praeda ingens parta eſt, et praeter equos viroſque, et ſi quid argenti, quod plurimum in phaleris equorum erat, omnis caetera praeda diripienda data eſt. Plin. 37, 12 *de gemma,* Quondam tantae magnitudinis fecere, vt equis regum in Oriente frontalia, atque pro phaleris penſilia facerent: *Sed equitum quoque ornamenta ſunt* Phalerae. Liuius 9 *extr. tradit,* comitia Flauii Aedilicia tantum habuiſſe indignitatis, vt plerique nobilium aureos annulos et phaleras deponerent. Cic. Att. 16, 17 (29) *extr.* Plancum ſe aiebant hunc Buthrotium pridie quam hoc ſcribebam, id eſt tertio Nonas audiſſe, demiſſum, ſine phaleris. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 15, 255. *Principibus et imperatoribus etiam tribuuntur: vid. Barth. ad* Claud. Conſ. Hon. 4, 549. Factae pulcherrime phalerae Cic. Verr. 4, 29. c. 12. *Et mox* Tam te has phaleras a Philarcho Centuripino abſtuliſſe dicebant, quam alias item nobiles ab Ariſto Panormitano. Donare aliquem corona et phaleris et torque Cic. Verr. 3, 185 c. 80. Ad populum phaleras Perſ. 3, 30 *i. Apud rudes et imperitos te iactes, cum prudentioribus iactationem obiicere nequeas. conf. Manut. Quaeſt. Epiſt.* 2, 10.

PHALERO, āre. *Ornare.* Ambroſ. in Lucam 2, 18 Plebem Dominus ſimplicem requirebat, quae phalerare auditu et fucare neſciret. Eloquentiae phalerandae gratia Ambroſ. Offic. 1, 12.

PHALERĀTVS, a, um. Partic. [φαλαρωτός] *Phaleris ornatus.* Liu. 30, 17 Munera quae legati ferrent regi, decreuerunt, ſingula purpurea duo cum fibulis aureis ſingulis, et lato clauo tunicis, equos duos phaleratos. *add.* Liu. 45, 5. Iul. Obſequ. c. 129. Armillata et phalerata Mazacum turba Suet. Ner. c. 30 *extr.* Idem Calig. c. 19 Phalerato equo inſigne, *i. Inſtrato magnifice. Metaph.* Phalerata dicta, Donatus *interpretatur* Honeſta atque ornata, *apud* Ter. Phorm. 3, 2, 15.

PHALERIDES, *Aues genere natantium: vid.* PHALARIS, Genus auis, *etc.*

PHALEVCIVS, *vid.* PHALAECIVS.

PHALIGES, um. m. Populi in Africa, Ptoëmphanis, qui canem pro rege habent, proximi Plin. 6, 30.

PHALISCI, *vid.* FALISCI.

PHALLICVS, a, um. *Adi. vt* ſacra phallica *apud Graecos. It.* Poëta phallicus, *auctor Priapeiorum carminum.*

PHALLVS, i. m. [φαλλός] *Pudendi virilis effigies magna, parva, in Bacchi honorem geſtari, erigiue ſolita. Hinc laudatur* Triphallus περὶ ἀρρενότητος *inter* Varronis Satiras Menippeas.

PHALLOVITROBŎLVM, i. n. *Poculum obſcenae figurae, ſeu Priapus ex vitro.* Capitol. in Pertinac. c. 8. *Vid. ibi Caſaub.*

PHANAEVS, i. m. [φαναῖος] Mons eſt in promontorio Chii, vitibus conſitus: ſic dictus a Phanaeo rege. *Auctor* Seruius *explicans illud* Virg. Georg. 2, 97 Sunt et Amineae vites, firmiſſima vina: Tmolus et aſſurgit quibus, et rex ipſe Phanaeus.

PHANATICVS, *vid.* FANVM.

PHANESII, orum. m. [Φανήσιοι] Populi in inſulis Oceani Septentrionalibus, qui (*vt* Solinus c. 30 *extr. ait*) habent aures adeo effuſas, vt reliqua viſcera contegant illis.

PHANIAS, ae. m. [Φανίας] *Graecum nomen, Comicis frequentatum. Hinc* Cic. Fam. 2, 13 Phaniam *Appii libertum, ad cuius teſtimonium prouocare ſolebat, vocat* κωμικὸν μάρτυρα.

PHANTASIA, ae. f. [φαντασία] *Imago rerum inſidentium animo.* Cic. Acad. 1, 39. In qua primum de ſenſibus ipſis quaedam dixit noua, quos iunctos eſſe cenſuit e quadam quaſi impulſione oblata extrinſecus, quam ille phantaſiam, nos viſum appellemus licet. Αἰσχρᾶ φαντασία emergit Cic. Att. 9, 4. Idem Fam. 15, 16 Qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας ſpectris Catianis excitari. Sicut parturientis cor tuum phantaſias patitur Vulg. Sirac. 34, 5. Phantaſias *vocant Rhetores Conceptus mentis, cum fingunt aliquid, quod circa rem aliquam contingere poſſit, quamuis minime contingat.* Senec. Suaſor. 2 Ceſtius cum deſcripſiſſet honores, quos habituri eſſent, ſi pro patria cecidiſſent, adiecit, per ſepulcra noſtra iurabitur. Nicetas longe diſertius hanc phantaſiam mouit. ¶ 2 Phantaſia, non homo Petron. c. 38 *vbi conuicium eſt.*

PHANTASMA, atis. n. [φάντασμα] *differt a* Phantaſia: *quod Phantaſma eſt imaginatio vel viſio eius, quod non eſt; Phantaſia autem ſolum eius, quod eſt, auctore Suida.* Plin. Epiſt. 7, 27 *pr.* Igitur perquam velim ſcire, eſſe aliquid phantaſmata, et habere propriam figuram, numenque aliquod putes, an inanem et variam ex metu noſtro imaginem accipere. *Hic pro ſpectro accipitur. Alii* Phaſmata *legunt. Eſt etiam Imaginatio rei, ſiue Idea.* Auguſt. de Trinit. 8, 6 Alexandriam cum eloqui volo, quam nunquam vidi, praeſto eſt apud me phantaſma eius. Deluſos fugiens vano phantaſmate tactus Alc. Auit. 2, 68 *de Satana.* Putauerunt eſſe phantaſmata Vulg. Marc. 6, 49. *Conf.* Vulg. Matth. 14, 26.

PHANTASMATĬCVS, a, um. Adi. [φαντασματικός] Sariſb. 2, 15 Locus imaginum phantaſmaticarum fecundior.

PHANVM, i. n. [ναός] *Vid.* FANVM.

PHAON, onis. m. [Φάων] *Iuuenis mortalium omnium formoſiſſimus, a Sappho Poëtria impatientiſſime adamatus. Vid.* Sapphûs epiſtolam ad Phaonem *apud* Ouidium, *quae eſt* Heroidum quinta decima. Phaon Lesbius a Sappho dilectus, medicamento herbae eius, quam eryngen albam appellant, alio nomine centumcaput Plin. 22, 7 *et* 8.

PHARAŌNES, um. m. [Φαραῶνες] *Appellantur Aegypti reges, quod iis cognomen fuit dignitatis, vt ſcribit Euſebius. Et (vt docet Ioſephus Antiquit. 1.)* Pharaonis *nomen ſecundum Aegyptios ſignificat Regem. Et reges quum primum perueniebant ad imperium, hoc nomen accipiebant. Vid. Bochart. in Phaleg.* 2, 26.

PHARETRA, ae. f. [φαρέτρα] *Inſtrumentum, in quo ſagittae reponuntur.* Virg. Aen. 1, 323 Succinctam pharetra, et maculoſae tegmine lyncis. *A Graeco* φέρω. Ouid. Met. 2, 440 Vnde pedem referens paene eſt oblita pharetram Tollere. Capax pharetra Ouid. Met. 9, 231. Grauida ſagittis Hor. Carm. 1, 22, 3. Habilis ad terga. Valer. Argon. 3, 607. Inſontes Stat. Achil. 1, 115. Leues Stat. Theb. 6, 928. Picta Ouid. Met. 2, 421. Plenae Ouid. ex Pont. 4, 13, 35. Saeuae Stat. Achil. 1, 166. Sagittiferae Stat. Achil. 1, 416. Venatrices Claud. Conſ. Hon. 4, 160. Aptare pharetras humeris Stat. Theb. 4, 259. Depromſit ſagittam aurata pharetra Virg. Aen. 11, 858. Ferre euerſam Ouid. Amor. 3, 9, 7. Exhauſta telis Ouid. Met. 1, 443. Exuere humero Ouid. Met. 2, 419. Fert humero Virg. Aen. 1, 504. Geſtare Idem Aen. 1, 340. Soluere pharetram, Aperire. Ouid. Met. 5, 379.

PHARETRĀTVS, a, um. Adi. [φαρετρωτός] *Qui fert pharetram, ut ait Sipontinus.* Dea pharetrata, *Diana* Ouid. Epiſt. 20, 204. Diana Ouid. Met. 3, 252. Miles Sil. 7, 656. Perſis Virg. Georg. 4, 290. Plebs Claud. in 1 Conſ. Stil. 1, 55. Puer, *Cupido* Ouid. Met. 10, 525. Suſa Claud. de Bell. Gildon. 32. Virgo Ouid. Amor. 1, 1, 10. *Intelligit Dianam.*

PHARETRĬGER, ĕra, ĕrum. *Idem.* Sil. 14, 287 Clade pharetrigeri ſubnixas regis Athenas, *de Xerxe.*

PHARIA, ae. f. [Φαρία] *A Ptolemaeo* 2, 17 Plinioque: *a Strabone vero* Pharus *inſula contra Dalmatiam et Iaderam, quae nunc vulgo* Liſna *Illyrico ſermone dicitur.* ¶ 2 Pharia, Vuae genus apud Piſas, Italiae nobilem ciuitatem. Vnde et Pharium vinum. Plin. 14, 4.

PHARĪAS, *Serpens, vid.* PARIAS.

PHARĬCON, i. n. [φαρικόν] *Veneni genus eſt, quod Athenaeus* Phariacon *nominat.* Plin. 28, 10. *Add.* Scribon. 195.

PHARIENSES, *Populi. Vid. in* PHARA.

PHARISAEVS, i. m. [Φαρισαῖος] *h. e. Separatus, ab Hebraeo* Pharas, *quod eſt diuidere. Inde* Phariſaeorum *ſecta dicta eſt apud Iudaeos, quod qui eam colerent, ab aliis ſeparati eſſent, et a publicanis ſecreti.* Tertull. de Praeſcript. c. 45 Phariſaei additamenta quaedam legi adſtruendo a Iudaeis diuiſi ſunt.

PHARISAEVS, a, um. Adi. Conuiuia Phariſaea Sedul. Paſch. 3, 403. Caeca phariſaeae factio gentis Iuuenc. 2, 612.

PHARISAICVS, a, um. Adi. *Idem.* [φαρισαϊκός] *Quod Phariſaeo attribuitur, vel aliis, a Phariſaeo.* Hieronymus contra Vigilantium epiſt. 53 p. 160. Quaſi ſepulcra Phariſaica foris dealbata.

PHARMĂCVM, i. n. *Graecis* φάρμακον, *medium verbum, quod pro Veneno et pro Medicamento accipi poteſt.* Caius l. Qui venenum, D. de Verb. ſignific.

PHARMĂCVS, i. m. [φαρμακός] *Veneficus, ſacrilegus.* Petron. c. 107 Pharmace, reſponde. *Vid. Erhard. p.* 494. *ſq. Burm.*

PHARMACOPŌLA, ae. m. [φαρμακοπώλης] *Pigmentarius, qui pharmaca, id eſt venena vel medicinas venditat. Componitur ex* φάρμακον, *et* πωλέω, *vendo.* Aconitarius Gloſſ. Cyrill. Hor. Serm. 1, 2, 1 Ambubaiarum collegia pharmacopolae. Itaque auditis, non auſcultatis, tanquam pharmacopolam: nam eius verba audiuntur, verum ei ſe nemo committit, ſi aeger eſt. Cato *ap.* Gell. 1, 15. Cic. pro Cluent. 40 c. 14. Tum repente Anconitanum quendam L. Clodium pharmacopolam circumforaneum, qui caſu tum Larinum veniſſet, aggreditur.

PHARMACEVTĬCE, es. f. [φαρμακευτική] *Dicitur Medicina, quae medicamentis curat, et morbos profligat, ad differentiam Therapeutices et Chirurgices.* Galen. Com. 1 *in* 1 *Hippocrat. de vict. ratione.* Celſ. praef.

PHARMACEVTRIA, ae. f. [φαρμακεύτρια] *Dicitur, quam nos Sagam dicimus, vel veneficam. Hoc nomine* Virgilii Ecloga octaua *inſcribitur, in qua Theocriti imitatione venefica quaedam inducitur, quae magicis incantationibus animum viri, a quo ſpernebatur, ad ſui amorem conatur reuocare.*

PHARMACOTROPHI, orum. m. [Φαρμακοτρόφοι] Populi ſunt Aſiae, Margianis et Suſianis finitimi, qui ſe venenis alere conſueverunt: vnde et nomen illis inditum eſt Plin. 6, 16. *Et* Pompon. Mela 1, 2.

PHARMACVSA, ae. f. *Inſula iuxta Cretam.* Plin. 4, 12. Etiam *teſte Strabone* 9 *duae ſunt huius nominis inſulae exiles iuxta Atticam regionem, in mari Salaminiaco, e quibus maior ſepulcrum Circes oſtentat.*

PHARNACEA, ae. f. Oppidum Themiſcyrenae regionis Cappadociae. Plinius Caſtellum *appellat* 6, 4. *Hoc, et*

PHARNACEON, i. n. a Pharnace Aſiae rege inuentore dicitur herba Panax, quarta tamen ſpecie: ea herba et Centaurium nominatur. Plin. 25, 4. *Nempe*

PHARNĂCES, is. m. *Mithridatis Ponti in Aſia regis filius, quem, vt ait* Florus 4, 2, 62 magis diſcordiae ciuilis inter Pompeium et Caeſarem fiducia, quam virtutis ſuae, infeſto in Cappadociam agmine rueret, hunc Caeſar aggreſſus, vno et non toto praelio obtriuit more fulminis, quod vno eodemque momento venit, percuſſit, abſceſſit. *vnde eſt illud* Suetonii in Caeſare c. 37 Pontico triumpho inter pompae fercula trium verborum praetulit titulum, Veni, Vidi, Vici: non acta belli ſignificantem, ſicut caeteris, ſed celeriter confecti notam. Lucan. 10, 476 Non Pontus et impia ſigna, Pharnacis et gelido, *etc.* Pharnax *ab aliis vocatur. Meminit huius* Cic. Fam. 15, 15.

PHARNACES, um. m. Gens quaedam in Aegypto, quae praeterquam quod geminas pupillas habet, aſpectu etiam nocet. Plin. 7, 2 Haud diſſimile iis genus Pharnacum in Aethiopia prodit Damon, quorum ſudor tabem contactis corporibus afferat.

PHARNACIA, ae. f. [Φαρνακία] *Stephano, Regio eſt, et vrbs Pontica, Trapezunti proxima.* Plinius 6, 4 Pharnaceen *appellat.*

PHAROS, i. f. [Φάρος] Olim parua Aegypti inſula, Plin. 4, 31 quondam diei nauigatione diſtans ab Aegypto, nunc Alexandriae (quae illi oppoſita iacet) ponte iuncta, Nili receſſu ſiue exundatione, vt Mela 2, 7 *et* Plinius ibid. c. 85 *teſtantur.* Lucanus 10, 509 Tunc clauſtrum pelagi coepit Pharon: inſula quondam, *etc. Nunc vulgo* Phara *vocatur, teſte Oliuario in* Melam. In eadem inſula, Plinio 36, 13 *et Strabone* 17 *teſtibus, inter orbis miracula magnificatur turris, multis tabulatis excelſa, et albo lapide mirifice ſtructa, eodem nomine quo inſula appellata. Eam Soſtratus Gnidius architectus Ptolemaei regis impenſis, ad nauigantium ſalutem ſtruxit, nomenque ſuum in ea ſub tectorio, quod regis nomen aliquamdiu praeferret, inſcripſit. Eadem inſula palmis abundat, teſte* Ouidio Amor. 2, 13, 8 Quae colis et Memphim, palmiferamque Pharon. *Ponitur pro Regno Aegyptio,* Stat. Silu. 3, 2, 102 Regina Phari. *Et* Lucan. 8, 443 Petimus Pharon aruaque Lagi. *Metaph.* Tertull. Poenitentiam et Exomologeſin, duas humanae ſalutis Pharos appellauit lib. extr. de Poenitentia. *Vid. ibi Rigaltium.*

PHARIVS, a, um. *et* PHARIĂCVS, a, um. Adi. [φάριος] *Aegyptium plerumque notat. vt,* Siſtra Phariaca, Acetum Pharium, *de quibus*

quibus ſſ: ll. Aequor Pharium Lucan. 4, 257. Iuuenca Pharia, *Iſis* Ouid. de Arte Am. 3, 635. Turba Pharia Tibull. 1, 3, 32.

PHARSALVS, i. m. *Oppidum Theſſaliae, clade Pompeii, Caeſaris victoria nobilitatum.* Catull. 63, 37 Pharſalum coëunt. *Sed Voſſ.* Pharſaliam.

PHARSALIA, ae. f. [Φαρσαλία] *A* Pharſalo *oppido dicitur tota Theſſalia.* Lucan. 1, 38 Diros Pharſalia campos Impleat. *Iſ. Voſſius* apud Catull. Argon. ſ. 63, 37 *retinet* Pharſaliam coëunt, *obſeruatque, regionis hic nomen, alteram autem Syllabam ancipitem, correptam etiam* Calpurnio Ecl. 4, 101 Nec mora Pharſaliae ſoluerunt ſibila cannae: *vbi tamen varia tentant eruditi. Et Lucano quidem aliisque illam ſyllabam ſemper produci conſtat. Itaque ſi* Pharſaliam *vtique ſit a Catullo, triſyllabum puto, i in Conſonantem tranſeunte. Catullum imitatus fuerit Calpurnius: quamquam ibi de lectione magis dubitatur ob librorum varietatem.*

PHARSALIVS, a, um. Adi. [Φαρσάλιος] Catul. Argon. ſ. 63, 37. Pharſalum coëunt, Pharſalia tecta frequentant. Claud. de Nupt. Honor. 291 Pharſalia rura peruolat *equus i. Theſſala. Laudantur eius prouinciae equi.*

PHARSALĬCVS, a, um. *Aliud Adi.* [Φαρσαλικὸς] *vt,* Pharſalici campi *Theſſaliae, in quibus ciuilium bellorum detonuerunt procellae, a* Pharſalo *dicti oppido, quod ſitum eſt in ripa fluminis Enipei. Sunt qui* Pharſaliam *prouinciam dicant a* Pharſalo *duce, quae primo Emathia, ab Emathio: poſtea Theſſalia, a Theſſalo: deinde a Macedone, Macedonia: poſtremo a Philippo rege, Campi Philippici.* Caſtra Pharſalica Lucan. 8, 14. Praelium Cic. pro Deiot. 29.

PHARVSII, *vel* PHARVSI, ōrum. m. [Φαρούσιοι] Plin. 5, 8 *et* Pomponio 1, 4 Populi ſunt Africae vltra Mauritaniam, quondam Perſae; comites fuiſſe dicuntur Herculis ad Heſperidas tendentis.

PHASANIA, ae. f. *Vnde et* Phaſanii *populi.* Oppidum eſt Africae ſupra minorem Syrtim Plin. 5, 5.

PHASE, *vid.* PASCHA.

PHASĒLIS, is. f. [Φασηλις] *Pamphyliae vrbs in monte ſita, piratarum olim perfugium. Proinde* Cic. Verr. 4, 21 c. 10 Mamertinum Siciliae oppidum Verri Praetori, praedoni et piratae Sicilienſi, Phaſelim *quandam fuiſſe ait, quod omnes furtorum aceruos illuc deportaſſet. Nempe paullo ante deſcripſerat illam* Cilicum et praedonum *vrbem* Phaſelin Lyciae.

PHASELVS, PHASELINVS, PHASEOLVS, *vid.* FASELVS, FASEOLVS.

PHASGANION, i. n. [Φασγάνιον]. *Herba eſt,* quae alio nomine xiphion appellatur, hoc eſt gladiolus, naſcens in locis humidis, quum primum exit gladii ſpeciem praebens, radicem habens duorum cubitorum, nucis auellanae modo fimbriatam. *Reliquam deſcriptionem vide apud* Plin. 25, 11. *conf.* Apul. de Herb. c. 46.

PHASIANE, es. f. [Φασιανὴ θεὸς] *Arrianus in Periplo Ponti Euxini, Ingredientibus, inquit, Phaſin fluuium, in dextra eſt erecta dea* Phaſiane, *quam ille ſubueretur ex eius figura, an dea Rhea ſit. Nam in manu (inquit) cymbalum tenet, et leones ſunt ſub eius throno, et ita ſedet, vt in* μητρῴῳ *templo Matris deûm Athenis, quae a Phidia fabrefacta fuit. Lilius Syntag.* 4.

PHASIĀNVS, i. m. [Φασιανικὸς] *Auis nota, a Phaſi fluuio ad nos traducta ab Argonautis; namque ex ea regione in Graeciam tranſportatae ſunt.* Martial. 13, 72. *Vid.* Lamprid. Alex. c. 41. Plin. 11, 37 *et* 48. Suet. Vitell. c. 13. Pallad. 1 t. 29.

PHASIĀNA, ae. f. [φασιανική] *Idem.* Plin. 10, 48 Rurſus phaſianae in Colchis geminas ex pluma aures ſubmittunt, ſubriguntque. *Nonnulli etiam* phaſianas gallinas *vocant: vid.* Suet. Calig. c. 22. *it.* Plin. 10, 52. *Scribitur etiam* Faſiana *v. g.* Spartian. Aelio Vero 5 *it.* Adrian. 21.

PHASIANARIVS, i. m. [φασιανοτρόφος] *Qui phaſianos paſcit.* Paullus in l. Auibus legatis D. de legat. tertio, Phaſianarii et paſtores anſerum non continentur.

PHASIANĪNVS, a, um. Adi. Oua phaſianina Pallad. 1 tit. 29.

PHASIOLVS, *vid.* FASEOLVS.

PHASIS, is, *vel* ĭdis. m. [Φᾶσις] *Colchorum fluuius, de quo* Lucan. 3, 271 Colchorum qua rura ſecat ditiſſima Phaſis. Plin. 6, 4 Nauigatur Phaſis quamlibet magnis nauigiis XXXVIII. M. D. P. Inde minoribus longo ſpatio pontibus centum viginti peruius. *Multa in vniuerſum Strabo* 11. *Eſt et* Oppidum, *auctore* Plinio 6, 4. *Epitheta fluuii:* Aſper Claud. in Ruffin. 2, 376. Barbarus Valer. Argon. 1, 517. Colchus Senec. Hippol. 8. Gelidus Claud. in Eutrop. 2, 575. Horridus Stat. Silu. 1, 6, 77. Limoſi Phaſidos rapidae vndae Ouid. Met. 7, 6. Niuoſus Stat. Theb. 12, 182. Rapidi Phaſidis amnis Valer. Argon. 4, 616. Scythicus Idem Argon. 1, 2.

PHASIAS, adis. f. Gentile, *i. Medea.* Ouid. de Arte Am. 2, 382 Barbara per natos Phaſias vlta ſuos.

PHASIĂCVS, a, um. Adi. [Φασιακὸς] Terra Phaſiaca Ouid. Rem. Amor. 261. Aqua Ouid. Epiſt. 12, 10. Coniux, *i. Medea* Senec. Herc. Oet. 948.

PHASMA, ătis. n. [φάσμα] *Latine Apparitio dicitur, monſtrum, viſum.* Vet. Gl. φάσμα moſtellum. *Legi vult Caſaubonus etiam* Plin. Epiſt. 7, 27. *Sed vid. ſupra in* PHANTASMA. *Eſt autem Nomen fabulae apud Menandrum Graecum Comicum. Vid.* Ter. Eun. prol. v. 9. Phaſma, *etiam Fabula fuit cuiuſdam* Catulli. Iuuen. Sat. 8, 186 Clamoſum ageres vt Phaſma Catulli. *Conuenit cum* Plauti Moſtellaria.

PHASSACHATES, ae. m. *Achates gemma: ſed ex qualitate quadam nomen id peculiare ſortita.* Plin. 37, 10. *Sed Hard.* Paſpachates.

PHATNAE, arum. f. *Stellae in Cancri ſigno, quae Praeſepe a Latinis dicuntur.* In prognoſticis Cicero, *teſte* Priſciano 16 p. 1034 Aſtantem tenui quae candent lumina Phatnae.

PHATNITES, ae. f. Aegypti praefectura, quam illi Nomon vocant Plin. 5, 9. *Hinc Adiectiuum opinor,*

PHATNITICVS, a, um. Phatniticum Nili oſtium, *eodem* Plin. *auctore* 5, 10.

PHAVLIAE, arum. f. [Φαυλίαι] *Polluci ſunt Oliuae, quae minimo ſucco, corpore grandiſſimo, puſilloque ſunt nucleo. Vtitur et* Plin. 15, 3 ſ. 4 Magnitudine oliuae copiam olei non conſtare, indicio ſunt, quae regiae vocantur, ab aliis maiorinae, ab aliis phauliae, grandiſſimae, alioqui minimo ſucco. *Apud* Macrob. Sat. 2, 16 *male leguntur* Pauliae. Columella 5, 8, 3 *in catalogo oleorum non habet hoc nomen, ſed habet* regias.

PHAYLLVS *et* PHAYLLEVS, *vid.* PAPHAGVS.

PHAZEMON. *Vicus, a quo* Phazemonetica *regio, et* Phazemonenſes *populi, apud quos Neapolim Pompeius aedificaſſe creditur.* Strab. 12.

PHE

PHECASIVM, etc. *Vid.* PHAECASIVM.

PHEDIVS, i. m. Delphico oraculo ſapientiſſimus iudicatus, atque feliciſſimus, vt qui pro patria proxime occubuiſſet Plin. 7, 46. *Quidam legunt* Pedium. *Neutrius alia, puto, mentio.*

PHEGEA, ae. f. [Φηγεια] *Ciuitas Arcadiae a* Phegeo *rege, Phoronei fratre condita, prius Erymanthus, poſtea et Pſophis appellata. Stephan.*

PHEGEVS, ei. m. [Φηγεύς] *Pater fuit Alpheſiboeae, filiorumque Themonis et Axionis: ad hunc confugit Alcmaeon, Amphiarai filius, poſteaquam matrem Eriphylen patris iuſſu necaviſſet, et ob id facinus ad inſaniam adactus eſſet, furiiſque exagitatus, petens a Phegeo purgari; quod quum impetraſſet, Alpheſiboeae filiae Phegei monile dono dedit, quod occiſae matri abſtulerat, ipſamque Alpheſiboeam vxorem duxit. Hanc fabulam vt breuiter, ita perobſcure refert* Ouid. Met. 9, 412. *Et, vt ego quidem coniicio, ſic voluit* Ouid. *Alpheſiboeam monile ab Alcmaeone petiſſe, et quum fratres Alpheſiboeae intellexiſſent, monile habere Alcmaeonem tam pretioſum, inſidiis eum peremiſſe. Quoque hoc ſit veriſimilius, conſtat Themonem et Axionem a ſorore ipſa interfectos eſſe, dicente* Propertio 1, 15, 15 Alpheſiboea ſuos vlta eſt pro coniuge fratres: Sanguinis et cari vincula rupit amor. Phegeus, *proprium ſerui, apud* Virgil. Aen. 5, 263 Vix illam famuli Phegeus, Sagariſque ferebant.

PHEGEĬVS, a, um. Adi. [Φηγήϊος] Enſis Phegeïus Ouid. Met. 9, 412.

PHEGIS, ĭdis. f. Patronym. *Phegei filia, Alpheſiboea.* Ouid. Rem. Amor. v. 455 Amphilochi frater ne Phegida ſemper amaret.

PHEGOR, oris. m. [Φεγώρ] *Lingua Hebraea* Priapus appellatur. Vnde Beel-phegor, dictio compoſita; h. e. Priapi ſimulacrum. Hieronymus contra Iouinianum.

PHELLANDRION, i. n. [φελλάνδριον] *Herba, quae in paluſtribus naſcitur, folio apii, cuius ſemen propter calculos et veſicae incommoda bibitur.* Plin. 27, 12.

PHELLVS, i. m. [φελλὸς] *Id videtur eſſe Graecis, quod Suber Latinis. Scribit Plutarchus in libro de Romanorum fortuna, Caium Pontium a Camillo tranſiturum in Capitolium, quod a Gallis obſidebatur, dum Tibrim transmitteret,* φελλὰς πλατεῖς ὑποστερνισάσθαι, *hoc eſt* phellos *latos pectori ſubieciſſe. Suberis natura eſt, vt mergi nequeat, propterea Graeci* ἀβάπτιστον φελλὸν *vocant, quaſi dicas immerſabilem* phellum. *Hinc* Phellopodas *quosdam fingit Lucianus, qui per mare currentes non mergerentur, quoniam inquit* phellinos *haberent pedes. Ex* phelli, *id eſt ſuberis ſimilitudine eſt apud* Vitruuium 9, 9 in horologii aqualis ratione, phellos, ſiue tympanum, aut ſcaphum, quod ab aqua ſubleuatur. *Vid. quae viri docti ad h. l.*

PHEMIVS, i. m. *Citharoedus, Homeri praeceptor, quem ipſe inducit cantantem Odyſſ. ſ. Et* Ouid. Amor. 3, 4, 17 Quid iuuat, ad ſurdas ſi cantet Phemius aures.

PHEMONOE, es. f. [Φημονόη] *Sibyllae nomen, quae prima Apollinis Delphici vates dicitur fuiſſe, et carmen Heroicum inueniſſe, vt ait Pauſanias.* Stat. Silu. 2, 2, 38 Referetque arcana pudicos Phemonoë fontes. *Eſt et Phoebados cuiusdam nomen apud* Lucan. 5, 126 Phemonoën errare vagam curiſque vacantem. *Sunt qui Phoebi filiam dicant fuiſſe. Meminit eius Heſiod. in Theog.*

PHENEVS, i. c. [Φενεὸς] Plin. 4, 6 Oppidum Arcadiae iuxta quod eſt lacus eiusdem nominis. In oppido, *vt idem teſtatur* 25, 4 naſcitur illa herba contra omnia veneficia praeſens remedium, quam Homerus a diis moly vocari putat. Pheneum lacum Arcadiae *deſcribit* Ouid. Met. 15, 332

Eſt locus Arcadiae, Pheneon dixere priores,
Ambiguis ſuſpectus aquis, quas nocte timeto;
Nocte nocent potae: ſine noxa luce bibuntur.

Locus *in primo verſu Heinſ. et Burm.* Pro Pheneon *habent quidam* Phoemon: *ſed illud rectum.* Stat. Theb. 4, 291 Et Pheneos nigro ſtyga mittere credita Diti. ¶ 2 Pheneus Amnis in Alpheum defluens, *vt teſtatur* Plin. 4, . .

PHENEATAE, arum. m. [Φενεάται] *Populi, qui incolunt* Pheneum *oppidum, et adorant Mercurium quintum.* Cic. de Nat. Deor. 3, 56 *de Mercuriis,* Quintus quem colunt Pheneatae, qui et Argum dicitur interemiſſe, *etc.*

PHENGĪTES, ae. m. [φεγγίτης] *Lapis, de quo ſic* Plin. 36, 22 Nerone principe in Cappadocia repertus eſt lapis duritia marmoris, candidus atque translucens, etiam qua parte fuluae inciderant venae, ex argumento phengites appellatus. *Sane* φέγγος *dicitur Latine ſplendor.* Sueton. Domit. c. 14 Porticuum in quibus ſpatiari conſueuerat, parietes phengite lapide diſtinxit, e cuius ſplendore per imagines quidquid a tergo fieret prouideret.

PHENION, i. n. Herba, quae et Anemone dicitur, quaſi herba venti: ſic enim vulgus appellat, quod eius flos non niſi vento ſpirante aperiatur Plin. 11, 23.

PHERAE, arum. f. [Φεραί] Plinio 4, 8 *et* Cic. de Diuin. 1, 53 *teſtibus,* Oppidum eſt Theſſaliae, quod crudeli dominatu tenuit Alexander quidam tyrannus, a quo et Pheraeus vocitatus eſt. *Huius Alexandri meminit* Cic. de Inuent. 2, 44 *et* Off. 2, 25. *Appellatur et* Plin. 4, 5 Locus Pherae in Achaia; *i. Rudera et veſtigia.* ib. c. 7 Oppidum Atticae inter Megaram et Thebas. Ouid. in Ibin 321 Inque tuo thalamo iuguleris more Pheraei, Qui datus eſt leto coniugis enſe ſuae. *Quod carmen intelligit Egnatius de Iaſone illo, qui a* Pheris *Theſſalicis, quas tyrannide oppreſſerat, dictus eſt* Pheraeus. *Hunc Thebe vxor adiuuantibus conſciis tandem interemit.*

PHERAEVS, a, um. Adi. Alexander Pheraeus Cic. de Inuent. 2, 144. Iaſon Cic. Off. 1, 108. Campi Valer. Argon. 1, 444. Duces Stat. Theb. 2, 163. Sen. Medea 663 Coniugis fatum redimens Pheraei Vxor impendes animam marito. *Alceſtis Admeto.* Vaccae Phereae Ouid. A. A. 2, 239. *quas pauit apud Admetum Pheraeum Apollo.*

PHERETIADES, is. m. [Φερητιάδης] *Patronymicum pro Gentili apud* Ouid. Met. 8, 310 Cumque Pheretiade, et Hyantaeo Iolao. *Admetum intelligit Pheretis filium. Add.* Ouid. A. A. 3, 19 Fata Pheretiadae coniux Pagaſaea redemit. *Homerus primam etiam per* η *extulit.*

PHERECYDES, is. m. [Φερεκύδης] *Syrius, praeceptor fuit Pythagorae. Ipſe autem magiſtrum nullum habuit, ſed per ſe plurimum doctrinae eſt adſecutus, vt ſcribit Suidas. Diogenes autem Laërtius Pittaci auditorem dicit fuiſſe, et pediculari morbo interiiſſe. Floruit regnante*

Seruio Tullo apud Romanos. Vid. Cic. Tuſc. 1, 38. Magiſter Pythagorae Pherecydes potius diuinus habebitur, quam phyſicus Cic. de Diuin. 1, 112.

PHERECYDEVS, a, um. Adi. [Φερεκύδειος] Cic. de Diuin. 2, 31 An hoc eiusdem modi eſt, quale Pherecydeum illud, quod eſt a te dictum?

PHERĔCLVS, i. m. [Φέρεκλος] *Filius Harmonidis, qui (vt Homerus ait) Paridi naues fabricauit, quibus ad rapiendam Helenam in Spartam nauigauit. Laudatur* Auſonius, *forte in Periochis,* Meriones Phereclum vibrata percutit haſta. *Sed non inuenio.*

PHERECLĒVS, a, um. Adi. [Φερέκλειος] Ouid. Epiſt. 16, 21. Hac duce Sigaeo dubias a litore feci Longa Phereclea per freta puppe vias.

PHERETRVM, *vid.* Feretrum *in* FERO, fers.

PHEROMBROS, i. m. *Cucumis ſiluaticus.* Apul. de Herb. c. 113.

PHETRIVM, i. n. [Φράτριον, Φάτριον ſ. Φήτριον] *Curia, locus in quo* Φράτορες *ſ. ſodales aut curiales adeo conueniunt. Occurrit in* Vet. Inſcr. Grut. p. 214 *vbi* Phetrium Auguſtalium *memoratur. Vid. Scal. de Emend. temp.* p. 477 *et Reineſ. V. L.* 3 p. 602 *itemque Mauſſacus ad Harpocrat. voce* Φρατρίαρχος.

PHEVXASPIDION, i. n. *Herba, alias Polium.* Apul. de Herb. c. 57.

P H I

PHIĂLA, æ. f. [Φιάλη] *Vas vini vel aquae, pretioſum praeſertim.* Iuuen. Sat. 5, 39 Ipſe capaces Heliadum cruſtas, et inaequales beryllo Virro tenet phialas, tibi non committitur aurum. Martial. 8, 45 Quis labor in phiala? *etc. De* phiala aurea *eſt epigramma apud eundem* 14, 100. ¶ 2 Phiala, *Locus* in *Aegypto* inter Nili inſulas, quem incolae a figura Phialam vocant Plin. 8, 46.

PHIALE, es. f. *Vna ex comitibus Dianae.* Ouid. Met. 3, 172.

PHIDIAS, ae. m. [Φειδίας] *primum pictor, deinde ſtatuarius. Cuius artis Iupiter Olympius teſtimonium exhibet, et Romae in porticibus Octauiae Venus. Auctor* Plin. 35, 8. *A* Plinio *dictus eſt* artifex nunquam ſatis laudatus. *De quo* Quinctil. 12, 10 Phidias diis quam hominibus efficiendis melior. Phidias ſpeciem ſui ſimilem incluſit in clipeo Mineruae Cic. Tuſc. 1, 34. Mineruae ſignum ex ebore pulcherrimum Phidiae Cic. de Clar. Orat. 257. Signum Phidiae: *prouerb. de Re elaboratiſſima et ſummae perfectionis.* Cic. de Clar. Orat. 228. Q. Hortenſii admodum adoleſcentis ingenium, vt Phidiae ſignum, ſimul aſpectum et probatum eſt. Simulacris Phidiae nihil in illo genere perfectius Cic. in Orat. 8.

PHIDIĂCVS, a, um. Adi. [Φειδιακός] Propert. 3, 9, 15 Phidiacus ſigno ſe Iupiter ornat eburno. Ebur Phidiacum viuebat Iuven. Sat. 8, 103. *i. Statuae eburneae a Phidia ſculptae tanto ſucceſſu, vt viuere viderentur.* Ouid. ex Pont. 4, 1, 32 Arcis vt Actaeae vel eburna vel aenea cuſtos Bellica Phidiaca ſtat dea facta manu.

PHIDIPPIDES, *vid.* PHILIPPIDES.

PHIDITIA, orum. n. [Φειδίτια vel Φιδίτια] *Coenationes Lacedaemonii ſeu conuiuia nominabant a parſimonia;* φείδομαι *enim ſignificat parco et abſtineo;* Cic. Tuſc. 5, 98 c. 34 Quid, victum Lacedaemoniorum in phiditiis nonne videmus? *Locus claſſicus de* Phiditiis *eſt Athen. Deipnoſ.* 4, 6 ſqq.

PHILADELPHENI, orum. m. Populi in Lydia contermini Macedonibus Plin. 5, 29.

PHILADELPHIA, ae. f. [Φιλαδελφία] *Nomen ciuitatis in Myſia regione Aſiae, terrae motibus concuſſa, vna ex ſeptem eccleſiis.*

PHILADELPHVS, i. m. [Φιλάδελφος] *Ptolemaeus, rex Aegypti, cognomen ab amore et matrimonio ſororis Arſinoës ſortitus: bibliothecam fecit Alexandriae, fere quinquaginta millia librorum continentem. Idem libros Moyſis curauit per* LXX *qui vocantur interpretes ex Hebraeo in Graecum ſermonem verti.*

PHILAE, arum. f. *Aegypti locus munitus, de quo* Lucan. 10, 313 Rurſus multifidas reuocat piger alueus vndas. Qua dirimunt Arabum populis Aegyptia rura Regni clauſtra Philae.

PHILAENI, orum. m. [Φίλαινοι] *fratres Carthaginienſes duo, qui viui ſe obrui in loco controuerſo paſſi ſunt, vt ita fines ſuorum ciuium ſancirent. Rem copioſe narrat* Salluſt. Iug. 79. *it.* Val. Max. 5, 6 ext. 4. *Locus et monumentum vocatur* Philaenωn arae Sall. Iug. 19, 3 *vbi* Philenon *etiam Cortius edidit.* Sil. 15, 704 Qua celebre inuicti nomen poſuere Philaeni.

PHILAMMON, onis. m. [Φιλάμμων] *Filius Apollinis ex Chione Nympha: clariſſimus carmine et cithara.* Ouid. Met. 11, 317 Naſcitur e Phoebo (namque eſt enixa gemellos) Carmine vocali clarus citharaque Philammon.

PHILANTHRŌPIVM, i. n. [Φιλανθρώπιον] *Liberalitas, quam hominis gratia largimur.* Vlpian. in l. 2 de Proxenetis, in P. Idem dico et ſi aliquid philanthropii nomine acceperit. *Al.* Philanthropiae. *Sed probata lectio* Philanthropi *Cuiacio Obſ.* 11, 18 *vbi oſtendit, a Graecis praemium eiusmodi humanitatis etiam vocari* φιλάνθρωπον. *Nempe*

PHILANTHRŌPOS, i. m. [Φιλάνθρωπος] *Latine Humanus, id eſt amans hominum. Hinc* Philanthropos, *Lappae genus, quod veſtibus hominum adhaerens, eos amare videatur.* Plin. 24, 19 Philanthropon herbam Graeci appellant hirſutam, quoniam veſtibus adhaereſcat.

PHILAVTĬA, ae. f. [Φιλαυτία] *Amor ſui ipſius.* Cic. Att. 13, 13 Libri quidem ita exierunt (niſi forte me communis φιλαυτία decipit) vt in tali genere, ne apud Graecos quidem ſimile quidquam. *De libris ſuis Academicis.*

PHILEMATIVM, i. n. *Nomen meretricis apud* Plaut. Moſt. Pulcher Philimatius *et* matrona Philimatia, *ſunt* Sidon. Epiſt. 5, 17. *it.* 2, 8, 4. *et ibi Sirmond.* p. 29.

PHILĒMON, onis. m. [Φιλήμων] *Poëta Comicus.* Quamuis, inquit Quinctil. 10, 1 prauis ſui temporis iudiciis, Menandro ſaepe praelatus eſt: conſenſu tamen omnium meruit credi ſecundus. Philemon *ruſticus, vna cum vxore Baucide in arbores conuerſus, et domus eius in templum. vid.* Ouid. Met. 8, 710 ſeqq.

PHILENI *vid.* PHILAENI.

PHILESIVS, a, um. Adi. Regna Phileſia Ouid. in Ibin v. 327 *Sed* Phliaſia *Burm.*

PHILETAERIA, ſiue PHILETERIA, ae. f. [Φιλεταίριον] *herba eſt, teſte* Plin. 25, 6 ſ. 29 quam nonnulli Pelemoniam appellant. Alii Chliodynamam, radice craſſa, exilibus ramis, quibus in ſummis corymbi dependent nigro ſemine, caetero rutae ſimilis.

PHILĒTAS, ae. m. [Φιλήτας] *Cous, temporibus Philippi et Alexandri Macedonum grammaticus, criticus et Poëta, praeceptor Ptolemaei Philadelphi, ſcripſit elegias, epigrammata, et alia. Auctor Suidas. vid.* Quinctil. 10, 1. Propert. 3, 1, 1 Callimachi manes, et Coi ſacra Philetae. ¶ 2 *Fures et Latrones Aegyptii* Philetas *dicebant.* Senec. Epiſt. 51 *extr.* Voluptates praecipue exturba, et inuiſiſſimas habe latronum more, quos Philetas Aegyptii vocant. Heſych. φιλήτης, κλέπτης, λῃστής. *Plura Lipſ.* Feſtus Pilare a Graeco *deriuat.* Graeci enim fures Piletas dicunt, *puta Aeolice* πιλήτας.

PHILETĒVS, a, um. *Adi.* [Φιλήτειος] Propert. 3, 3, 52 Talia Calliope: lymphiſque a fonte petitis Ora Philetea noſtra rigauit aqua.

PHILETIS, ĭdis. f. *Collyrium ad puſtulas oculorum.* Celſ. 6, 6, 12.

PHILIPPEVS, *vid.* PHILIPPVS.

PHILIPPI, orum. m. [Φίλιπποι] Ciuitas eſt Thraciae (*inquit* Seruius) in qua primo Caeſar et Pompeius, poſtea Auguſtus et Brutus cum Caſſio dimicauerunt. Virg. Georg. 1, 490 Romanas acies iterum videre Philippi. Emathii Philippi Ouid. Met. 15, 824. Buſta ciuilia Philippi Propert. 2, 1, 27.

PHILIPPENSIS, e. *Poſſeſſiuum a Philippis Thraciae ciuitate.* Philippenſes ciues, φιλιππήσιοι, *et* Philippenſe bellum, *Quod apud Philippos geſtum eſt.* Suet. Aug. c. 13. Praelium Philippenſe Plin. 7, 45.

PHILIPPICAE, *vid.* PHILIPPVS.

PHILIPPIDES, is. m. [Φιλιππίδης] *a celeritate pedum* ἡμεροδρόμος *cognominatus,* quod viginti trium horarum ſpatio mille quingenta ſtadia pedibus confecerit: diei vnius et noctis ſpatio itinere ab Athenis Lacedaemonem vſque peracto. *Suid. et* Solin. c. 6. *Mentio eius etiam* Nep. 1, 4, 3 *vbi tamen* Phidippides *MStorum et Herodoti auctoritate legendus videtur. Et, quid ſi* Φειδιππος *primo fuit appellatio hominis, ita valentis curſu, vt* equis parci *poſſet.*

PHILIPPOPŎLIS, is. f. [Φιλιππόπολις] *Vrbs a Macedone Philippo ſita.* Tacit. Ann. 3, 38 Plurimi ac maxime compoſiti regem, vrbemque Philippopolim a Macedone Philippo ſitam circumſidunt. *vid.* Plin. 4, 11.

PHILIPPVS, i. m. [Φίλιππος] *Macedo, Amyntae filius, puer quondam bis obſes datus ab Alexandro fratre, primum Illyriis, deinde Thebanis, conciliandae pacis gratia. Quo tempore per triennium in domo Epaminondae ſummi ducis, pueritiae rudimenta exercuit. De hoc legito Diodorum; et* Iuſtinum Trogi libro 7 *it.* 8 *et* 9. *Vt hic ad faſtigium perduxiſſe videtur Macedoniae regnum, ita illud perditum vidit.* Philippus, *Demetrii filius, rex Macedoniae a T. Quintio Flaminio victus. vid.* Liu. 31. *De priore Alexandri M. patre,* Cic. Off. 1, 90 Philippum Macedonum regem, rebus geſtis et gloria ſuperatum a filio, facilitate et humanitate ſuperiorem fuiſſe. Philippus Ariſtotelem Alexandro filio doctorem acciuit, a quo eodem ille et agendi acciperet praecepta, et loquendi Cic. de Orat. 3, 138. Clari monimenta Philippi Ouid. Faſt. 6, 801. Pellaeus Philippus Lucan. 10, 20. Terra regnata Philippo Ouid. ex Pont. 4, 15, 15. ¶ 2 *Eſt etiam cognomen Romanae gentis* Marciae, *e qua* L. Philippus orator, Craſſi aduerſarius, *vt ſcribit* Cic. de Orat. 3, *a pr. Forte idem* Strenuus et fortis, cauſisque Philippus agendis Clarus *etc.* Hor. Epiſt. 1, 7, 46.

PHILIPPĒVS, a, um. *Adi.* [Φιλίππειος] Aurum Philippeum Plaut. Curc. 3, 70. *et* Bacch. 2, 2, 42. Sanguis Philippeus Propert. 3, 11, 40.

PHILIPPEVS, i. *ſiue* PHILIPPVS, i. m. [Φιλίππειος] *Aureus cum Philippi imagine numus, cuius apud* Plautum *frequens mentio eſt.* Hor. Epiſt. 2, 1, 234 Philippos, Regale numiſma *nuncupauit* Liu. 37, 59 Numos aureos philippeos centum quadraginta millia. *Conf.* Plaut. Aſin. 1, 3, 1. *et* Poen. 1, 1, 38. ¶ 2 *De numis etiam Romanis* Treb. Poll. in Claudio c. 14 ex epiſtola Valeriani Imp. Philippeos noſtri vultus annuos centum quinquaginta. *Sunt itaque* Philippei *cum imagine* Valeriani: *vt apparet, ad pondus et valorem Philippeorum cudebantur aurei.*

PHILIPPĬCVS, a, um. Adi. Argentum Philippicum Plaut. Truc. 5, 1, 60. *Hinc*

PHILIPPĬCAE, arum. f. [Φιλιππικοὶ λόγοι] *Orationes Demoſthenis in Philippum regem: ad quarum imitationem* Ciceronis *orationes in Antonium,* Philippicae *quoque dicuntur, quae et Antonianae dici poterant.* Cic. Att. 2, 21 Fuit mihi commodum, quod in eis orationibus, quae Philippicae nominantur, enituerat ciuis ille tuus Demoſthenes, et quod ſe ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerat, *etc.*

PHILISTORICVS, i. m. *hiſtoriarum amator.* Inde philiſtoricus Daniel eſt totius orbis Theodulff. Carm. 2, 67.

PHILISTVS, i. m. [Φίλιστος] *Hiſtoricus fuit, de quo ſic* Cic. de Orat. 2, 57 Hunc conſecutus eſt Syracuſius Philiſtus, qui quum Dionyſii tyranni familiariſſimus eſſet, otium ſuum conſumſit in hiſtoria ſcribenda, maximeque Thucydidem eſt, ſicut mihi videtur, imitatus.

PHILLYRA, PHILLYRIVS, PHILLYREIVS, *vid.* PHILYRA.

PHILO, onis. m. [Φίλων] *Conſultum Graecis nomen* v. g. *Academicus Clitomachi diſcipulus,* Romae profitebatur, quo profugerat Mithridatico bello, *teſte* Cic. de Clar. Orat. 306. Philo Architectus fuit, qui Athenienſibus armamentarium fecit, *vt ait* Cic. de Orat. 1, 62. Philo Caelii *libertus, vt ipſe teſtatur in* epiſtola ad Ciceronem Fam. 8, 8. Philo *item alius Pompeii libertus, vt ſcribit* Cic. Att. 16, 3.

PHILOCALIA, ae. f. Caſtellum in Themiſcyrena, non procul a Tripoli fluuio et caſtello Plin. 6, 4.

PHILOCHARES, is. m. [φιλόχαρες] *Marrubium* Plin. 20, 22.

PHILOCTĒTES, ae. m. [Φιλουλήτης] *Poeantis filius, Herculis comes.* Propert. 2, 1, 59 Tarda Philoctetae ſanauit crura Machaon. *Ad Troiam cum caeteris Graecis proficiſcens, quum Natrix eius pedem inuaſiſſet, vt eſt apud Philoſtratum, et Q. Calabrum libro nono, ſiue quum venenata ſagitta in eo percuſſus eſſet, vt alii tradiderunt, in Lemno ſubſedit, multaque interim mala Graecis imprecabatur, a quibus in ea inſula derelictus fuerat. Hinc* M. Cicero Famil. 7, 16 Trebatium, qui Caeſarem in Britanniam euntem ſubſecutus non erat, ſed excuſatione quadam vſus Samarobrinae ſubſtiterat, *ſi quosdam audimus,* Philocteten *vocat: ſed merito inualuit ſententia illorum, qui* Philotheoron *legunt, Spectaculorumque amatorem, vel peregrinationis ſtudioſum interpretantur. Vnde Vlyſſes apud* Ouidium Met. 13, 329

Sis licet infeſtus ſociis, regique, mihique
Dure Philoctete: licet execrere, meumque
Deuoueas ſine fine caput, cupiasque dolenti
Me tibi forte dari, noſtrumque haurire cruorem *etc.*

Cicero ad Q. Frat. 2, 10 *ad finem,* De Republica nimium te laborare doleo, et meliorem ciuem eſſe quam Philocteten, qui accepta iniuria, ea ſpectacula quaerebat, quae tibi acerba eſſe video: *intell. interitum ciuium ſuorum.* Auſonius Philocteten *pro Molli et effeminato accipit in* epigram.

epigrammate 70 *ſubſcripto picturae Criſpae mulieris impudicae,* Praeter legitimi genitalia foedera coetus Repperit obſcenas veneres vitioſa libido, Herculis heredi quam Lemnia ſuaſit egeſtas. *Hoc enim nomine notatus eſt et a* Martiale 2, 84 Mollis erat, facilisque viris Poeantius heros: Vulnera ſic Paridis dicitur vlta Venus. Seruius *in illud* Aen. 3, 402 — hic illa ducis Meliboei Parua Philoctetae ſubnixa Petilia muro. *ſic ait,* Philoctetes fuit Poeantis filius, Herculis comes: quem Hercules quum hominem Oeta monte deponeret, petiit, ne alicui ſui corporis reliquias indicaret. De qua re eum iurare compulit: et ei pro munere dedit ſagittas hydrae felle tinctas. Poſtea Troiano bello reſponſum eſt, ſagittis Herculis opus eſſe ad Troiae expugnationem. Inuentus itaque Philoctetes, quum negaret ſe primo ſcire vbi eſſet Hercules, tandem confeſſus eſt mortuum eſſe. Inde quum acriter ad indicandum ſepulcrum eius cogeretur, et primo negaret, pede locum percuſſit, quum nollet dicere. Poſtea quum ipſe duceretur ad bellum, vnius ſagittae caſu vulneratus eſt pedem quo percuſſerat tumulum. Ergo quum putorem inſanabilis vulneris Graeci ferre non poſſent, diu quidem eum pro oraculi neceſſitate ſuſtinuerunt: ductum tandem apud Lemnum ſublatis reliquerunt ſagittis. Hic poſtea horrore ſui vulneris ad patriam redire neglexit: ſed ſibi paruam Petiliam in Calabriae partibus fecit. *Haec* Seruius. Auct. ad Her. 4, 41 c. 30 Danais datum erat oraculum, non poſſe capi Troiam ſine Philoctetae ſagittis. Philoctetes quum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio ſagittarum Cic. de Finib. 5, 32. *Add.* Fam. 7, 33 *quem locum damus in* PENNIGER. Philoctetes ſerpentis morſu vlceratus, in inſula Lemno relictus eſt Cic. de Fato 36.

PHILOCTETĒVS, a, um. Adi. Cic. Tuſc. 2, 55 Refutetur ac reiiciatur Philocteteus ille clamor.

PHILODĒMVS, i. m. *Epicureus Ciceronis aetate nobiliſſimus. vid.* Cic. de Fin. 2, 119 *et* Hor. Serm. 1, 2, 121.

PHILOGRAECVS, i. m. [φιλέλλην] *Qui libenter vtitur dictionibus Graecis.* Varro de R. R. 3, 10, 1 Tranſi, inquit Axius, nunc in illud genus, quod vos philograeci vocatis ἀμφίξιον.

PHILOGYNĪA, ae. f. [φιλογυνεία] *Amor mulierum.* Cic. Tuſc. 4, 25 c. 11 Similiterque caeteri morbi, vt gloriae cupiditas, vt mulieroſitas, vt ita apellem eam, quae Graece φιλογυνεία dicitur, caeterique ſimiliter morbi aegrotationesque morborum naſcuntur.

PHILOISTOR, *vel* PHILOHISTOR, ōris. m. [φιλοίστωρ] *Cupidus doctrinae.* Hieron. Epiſt. 103, 7.

PHILOLAVS, i. m. [Φιλόλαος] *Philoſophus nobilis Pythagoreus. v. g.* Philolaum inſtituit Archytas Tarentinus Cic. de Orat. 3 c. 34.

PHILOLOGIA, ae. f. [φιλολογία] *Amor literarum et librorum, ita vt philoſophia nullo modo excludatur, qui enim λόγοι meliores?* Vitruu. 8, 4 *de* C. Iulio Maſaniſſae filio, Is hoſpitio meo eſt vſus: ita quotidiano conuictu neceſſe fuerat de philologia diſputare. Interim cum eſſet inter nos de aquae poteſtate et eius virtutibus ſermo *etc.* *Et ipſe* Cic. Att. 13, 12 haec φιλολογώτερα *cum vocat ſuos de philoſophia libros, nominatim quaeſtionum Academicarum, intelligit. Sic etiam non excludi puto philoſophiam, multo minus ſubſtituendam arbitror* philoſophiam, Cic. Fam. 16, 21 Cuius quum frugi ſeueraque eſt vita, tum etiam iucundiſſima conuictlo. non eſt enim ſeiunctus iocus a philologia, et quotidiana συζητήσει. *Paullatim tamen deflexa vox videtur ad illud ſtudium, quo non tam quid verum ſit diſputando quaeritur, quam, quid quisque dixerit, interpretando aperitur. Sic* Homerum Poëtarum parentem, philologiaeque omnis ducem *vocat* Ptolemaeus *apud* Vitruu. 7 praef. *Huc alludens, et acumen ſuo more oſtentans* Quae philoſophia fuit, facta philologia eſt Senec. Epiſt. 108.

PHILOLŎGVS, i. m. [φιλόλογος] *Studioſus ſiue amator literarum et librorum.* Suet. de Claris Gram. c. 10 *vbi de Atteio,* Philologi appellationem aſſumſiſſe videtur, quia ſicut Eratoſthenes (qui primus hoc cognomen ſibi vindicauit) multiplici variaque doctrina cenſebatur. *Sic* Vitruu. 9, 3 Non minus etiam plures Philologi, cum Graecorum ſapientibus multa deliberantes, ſecretos cum his videbuntur habere ſermones. *Et ipſe* Cic. Att. 13, 12 Ergo illam ἀκαδημικὴν in qua homines nobiles illi quidem, ſed nullo modo philologi, nimis acute loquuntur, ad Varronem transferamus. Cic. ad Q. Fr. 2, 10 *extr. ſimpliciter ſermonis et conuictus amorem notare videtur:* Nos enim ita philologi ſumus, vt vel cum fabris habitare poſſimus. *Vid. Caſaubon. ad* Sueton. l. c. *et Wower. de Polymathia c.* 20.

PHILOLOGVS, a, um. Adi. Rebus philologis delectari Vitruu. prooem. lib. 6. *φιλολογώτερα habuimus ex* Cic. Att. 13, 12.

PHILOMĒLA, ae. f. [Φιλομήλη] *Pandionis Athenarum regis filia, et ſoror Prognes vxoris Terei regis Thracum. Quae quum a Tereo compreſſa fuiſſet, tandem (vt eſt in fabulis) deorum miſeratione in auem ſui nominis conuerſa fuit, quae et Luſcinia dicitur. Nec ceſſat deflere cantu dulciſſimo iniuriam quam paſſa eſt. vid.* Ouid. Met. 6, 424 ſeqq. Martial. 14, 75 Flet Philomela nefas inceſti Tereos: et quae Muta puella fuit, garrula fertur auis. Moerens Philomela Virg. Georg. 4, 511. *Add.* Virg. Ecl. 6, 79 Plaut. Rud. 3, 1 Sidon. Epiſt. 2, 2. *it. ſingularis* Elegia, *quae cum* Ouidio *edi ſolet.*

PHILOMELVS, i. m. *Viri nomen* Martial. 4, 5.

PHILOMELIVM, i. n. *Vrbs magnae Phrygiae.* Cic. Fam. 3, 8. 15, 4. *et* Att. 5, 20.

PHILOMVSVS, i. m. [φιλόμουσος] *Amator, ſiue amicus Muſarum.* Martial. 7, 75 Delectas, Philomuſe, non amaris. *Sic* 3, 10.

PHILONIDES, is. m. Curſor Alexandri, qui ex Sicyone Elin, mille, et ducenta ſtadia, nouem diei confecit horis. Plin. 2, 71.

PHILONIVM, i. n. [φιλώνιον] *Pharmaci genus, ab auctore dictum.* Serenus v. 393 Quid referam multis compoſta philonia rebus. *conf. Not. Keucben.*

PHILOPAES, aedis. m. Plin. 20, 22 ſ. 89 Marrubium — Graeci nonnulli Philopaeda *vocant.*

PHILOPARABOLOS, *vt* Curatio philoparabolos Cael. Aurelian. Acut. 1, 16, 131 *et* 144. *i. periculoſa. Conf.* PARABOLI *et* PARABOLANI.

PHILOPĂTOR, ŏris. m. *Amans patris.* Arnob. 6 p. 193. *Fuit et Cognomen Ptolemaei regis Aegyptii, ſed per ironiam, quia patre ac matre interfectis, regnum occupauerat. Vid.* Iuſtin. 29, 1.

PHILOPOEMEN, ĕnis. m. [Φιλοποίμην] *Megapolitanus, dux Achaeorum praeſtantiſſimus, Lacedaemonios et Meſſenios multis cladibus afflixit, vt eſt auctor Plutarchus. Huius etiam meminit* Liuius 35, 25 ſeqq. Auſon. Eidyl. 12, 82. Carcere in Argiuo Philopoemena lenta adiit mors. *vid.* Liu. 39, 49 ſeq.

PHILOSOPHASTER Auguſtin. de C. D. 2, 27. *i. qui falſo philoſophiae habitum induit.*

PHILOSOPHĪA, ae. f. [φιλοσοφία] *Amor et ſtudium ſapientiae, atque ipſa adeo interdum ſapientia.* Cic. de Legib. 1, 58 c. 22 Ita ſit mater omnium bonarum rerum ſapientia: a cuius amore Graeco verbo φιλοσοφία nomen inuenit. Nec quidquam aliud eſt Philoſophia, ſi interpretari velis, quam ſtudium ſapientiae Cic. Off. 2, 5 c. 2. Ars vitae, philoſophia eſt Cic. de Finib. 3, 4 c. 2. Cognitio omnis optimarum rerum, atque in iis exercitatio, philoſophia nominatur Cic. de Orat. 3, 57. Commentatio mortis, philoſophia Cic. Tuſc. 1, 74. Cultura animi, philoſophia eſt, quae extrahit vitia radicitus Cic. Tuſc. 2, 13 c. 5. Mater omnium artium, donum et inuentum deorum, philoſophia Cic. Tuſc. 1, 64 c. 26. Mater omnium benefactorum, beneque dictorum, philoſophia Cic. de Clar. Orat. 2, 322. Medicina animi, Philoſophia Idem Tuſc. 3 6 c. 3. Procreatrix omnium artium laudandarum et quaſi parens philoſophia Cic. de Orat. 1, 9. Philoſophia virtutis continet et officii et bene viuendi diſciplinam: quam qui profitetur, grauiſſimam mihi ſuſtinere perſonam videtur Cic. in Piſon. 71. In philoſophia nihil debet eſſe loci commenticiis fabulis Cic. de Diuin. 2, 80. Diſtributa eſt in tres partes philoſophia, in naturae obſcuritatem, in diſſerendi ſubtilitatem, in vitam atque mores Cic. de Orat. 1, 68. Quamquam quid opus eſt in hoc philoſophari, cum rem non magnopere indigere philoſophia videamus Cic. Tuſc. 1 c. 36. Actiua, Contemplatiua Sen. ep. 95. Fugiens conſulto multitudinem philoſophia, paucis contenta iudicibus Cic. Tuſc. 2, 4. Frugifera et fructuoſa Cic. Off. 3, 5. Orba, *vid.* ORBVS. Praepotens et glorioſa Cic. de Orat. 1, 193. Nobiles in philoſophia, *vid.* NOBILIS. Auocare philoſophiam a rebus occultis, *vid.* AVOCO. Auocare aliquem a philoſophia Cic. Tuſc. 1, 4. Illuſtrare Latinis literis, *vid.* ILLVSTRIS. Inchoare, *vid.* INCHOO. Indixerat bellum philoſophiae Zethus Pacuuianus Cic. de Orat. 2, 155. Ingurgitare ſe in, *vid.* INGVRGITO. Inſinuare ſe in, *vid.* INSINVO. Laudari ſatis digne nunquam poterit philoſophia, cui qui pareat, omne tempus aetatis ſine moleſtia poſſit degere Cic. de Senect. 2. Profiteri Cic. in Piſon. 71 c. 29. Verſari in antiquiſſima et nobiliſſima Cic. Off. 2, 8. ¶ 2 *Pro diſciplina, ſcientia etc.* ſi quis nouit geometricae artis philoſophiam Auct. de Limit. *ap.* Rigalt. p. 272. ¶ 3 Philoſophiae *in Pl. Sectae philoſophorum,* vt Cic. de Orat. 3, 107 c. 27 Quae exercitatio nunc propria duarum philoſophiarum, de quibus ante dixi, putatur: *loquitur de Philoſophia Peripatetica et Academica.* Sen. Ep. 48 *fin.* Per iſtud (*de cauillationibus et Sophismatis dixerat*) Philoſophiae ſunt nigrae, et turpes, infamesque etiam ad album ſedentibus exceptiones. Gell. 4, 1 Grammaticus *aliquis* Philoſophias, *inquit,* ego non didici, nec diſcere appetiui, *i. philoſophiae dogmata. Sic* Gell. 5, 3 Democritus Protagoram philoſophias docuit.

PHILOSŎPHVS, i. m. [φιλόσοφος] *quis ſit, doceat* Cic. de Orat. 1, 212 c. 49 Philoſophi denique ipſius, qui de ſua vi ac ſapientia vnus omnia paene profitetur, eſt tamen quaedam deſcriptio, Vt is, qui ſtudeat omnium rerum diuinarum atque humanarum vim, naturam, cauſasque noſſe, et omnem bene viuendi rationem tenere et perſequi, nomine hoc appelletur. *Conf.* Id. Tuſc. 5 c. 3. Omnia ſicut propria, ſua eſſe, atque a ſe poſſideri volunt philoſophi Cic. de Orat. 1, 217. Facilius inter philoſophos quam inter Horologia conueniet Sen. de morte Claudii *non longe ab initio.* Poſtremo nemo aegrotus quidquam ſomniat, tam infandum, quod non aliquis dicat philoſophus Varro. Auctores rerum, non fabularum philoſophi Cic. de Nat. Deor. 3, 77. Magiſtri virtutis Cic. Tuſc. 4, 70. Genera philoſophorum *deſcribit* Cic. de Orat. 3, 58 *et* 59. Scholae philoſophorum Quinctil. 1 prooem. Cathedrarii Philoſophi, Contemtiſſimi, Nobiliſſimus illius aetatis et clariſſimus, Noſtrates, *vid. ſſ. ll.*

PHILOSOPHVS, a, um. Adi. Macrob. Saturn. 7, 1 Ea coena quam Callias doctiſſimus dedit, nullum verbum niſi philoſophum ſenſit. Sententia philoſopha Gell. 13, 8. Philoſophiſſimus *Super. l. laudatur* l. fin. C. de Iure dot. *Sed non inuenio.*

PHILOSOPHĬCVS, a, um. Adi. [φιλοσοφικὸς] *Quod eſt philoſophi.* Cic. Tuſc. 5, 121 ſ. *extr.* Ad Brutumque noſtrum hos libros alteros quinque mittemus, a quo non modo impulſi ſumus ad philoſophicas ſcriptiones, verum etiam laceſſiti.

PHILOSOPHICE. Adu. *Idem.* Philoſophice viuere Lactant. 3, 14 *ſub fin.*

PHILOSŎPHOR, āri. Dep. [φιλοσοφῶ] *Philoſophum agere diſputando, commentando* Cic. de Nat. Deor. 1, 6 Et quum minime videbamur, tum maxime philoſophabamur. Plaut. Pſeud. 2, 3, 21 Sed ſatis eſt philoſophatum: nimis diu et longum loquor. Cum Graeculis philoſophari Cic. poſt red. in Senat. 13. Paucis philoſophari, *et* Omnino: *contraria* Cic. de Orat. 2, 156 c. 37. *Add.* Id. Tuſc. 1 c. 36 *et* 4 c. 23. *Etiam* Gell. 5, 15 *extr.* Ennianum Neoptolemum probabamus, qui profecto ita ait, Philoſophandum eſt paucis: nam omnino haud placet.

PHILOTECHNVS, a, um. Adi. *A* φίλος, *et* τέχνη ars. Vitruu. 6 prooem. Philotechnis rebus me delectans.

PHILOTHEOROS, i. m. [φιλοθέωρος] *Spectaculis deditus.* Cic. Fam. 7, 16 Deinde quod in Britannia non nimis philotheoron te praebuiſti, plane, non reprehendo. *Quo in loco* Philotheoron *interpretantur, Studioſum ſpectationum, Amantem ſpectaculorum. Alii eum intelligunt, quem Graeci* φιλοθεάμονα *vocant et* φιλοθεωρητήν. *Sic enim appellant illum, qui nouas terras, nouaque loca ſemper viſere vult, ſtudioque peregrinationis mirifice tenetur, vt ſitum orbis terrarum ſpectet, moresque diuerſarum gentium et inſtituta perdiſcat. Multi apud* Ciceronem *legunt,* Non minus quam Philocteten, *etc. vid. quae illic annotantur a doctis.*

PHILOTHEORVS, a, um. Adi. Varro *apud* Non. 4, 68 Alterum genus philotheoron.

PHILOTĪMVS, i. m. Ciceronis *libertus, vt ipſe ſcribit* Fam. 3, 9.

PHILTRA, ōrum. n. *Pl.* [φίλτρα] *Latine Amatoria, Genus veneni, amorem et vt plurimum inſaniam ingerentis.* φίλτρον amatorium Gloſſ. Cyrilli. Ouid. de Arte Am. 2, 105 Nec data profuerint pallentia philtra puellis; Philtra nocent animis, vimque furoris habent. Iuuen. Sat. 6, 610 Hic magicos affert cantus, hic Theſſala vendit Philtra, quibus valeant mentem vexare mariti. Apul. Apol. p. 455 *Floridi, ex* Laelio, *an* Laeuio? *Poëta:* Philtra omnia vndique eruunt: Trochiſci, iynges, taeniae etc. ¶ 2 Philtrum, *vſurpant quidam, pro Corporis totius ea venuſtate, quae obtutu, primoque intuitu animos in amorem accendat. Galli* gratiam bonam *appellant.* ¶ 3

Philtrum *quoque vocari ſolet ſulcus ille labri ſuperioris ſub naribus, aliis Lacuna dicta. Certe de Graecis Camerar. de Part. corpor.* p. 125.

PHILTRODES, *et* PHILTRODOTES, ae. f. *Herbae, apud* Apul. de Herb. c. 56 *et* 65.

PHILVS, i. m. [φίλος] *Amans, amator.* Petron. c. 110 Quam cito etiam philorum obliuiſcerentur. *al.* Filiorum.

PHILŸRA, ae. f. [φίλυρα] *Arbor, quam Latini Tiliam vocant: ſed etiam ſic vocant Membranam tenuiſſimam inter corticem et lignum tiliae.* Hor. Carm. 1, 38, 2 Diſplicent nexae philyra coronae. Ebrius incinctus philyra conuiua capillos Ouid. Faſt. 5, 337. Plin. *de tilia*, 16, 14 Inter corticem et lignum tenues tunicas multiplici membrana, e quibus vincula tiliae vocantur: tenuiſſimae earum philyrae, coronarum lemniſcis celebres, antiquorumque honore. Philyrae tenus *i. reſtem ex philyra textam* Tertulliano *reſtituit* Salmaſ. *ad* Pall. p. 209. Philura ad funes vſos eſſe Graecos *ait* Plin. 19, 2 ſ. 9. *Id.* Plin. 24, 1 Philyra coci et polline nimium ſalem eximunt. *In* philyris *ſiue* philuris *arborum antiqui ſcribebant.* Martianus de nuptiis Philologiae 2 p. 35 Libri in philyrae cortice ſubnotati. Plin. 13, 11 ſ. 23 Praeparantur ex eo chartae diuiſae acu in praetenues, ſed quam latiſſimas philuras. *Plura de hac voce Ang. Politian. Miſc.* c. 72. ¶ 2 Philyra *etiam Oceani filia, mater Chironis Centauri, a qua ille* Philyrides *et* Philereius *dictus.*

PHĬLŸRĒĬVS, a, um. Adi. Tecta Philyreïa Ouid. Met. 7, 352. Heros Philyreïus, *i. Chiron.* Idem Met. 2, 678 Flebat, opemque tuam fruſtra Philyreïus heros, Delphice, poſcebat.

PHILŸRĬDES, *vel* PHILLYRIDES, ae. m. Patronym. *de Chirone.* Ouid. de Arte Am. 1, 11 Phillyrides puerum cithara perfecit Achillem.

PHIMŌSIS, is. f. [φίμωσις] *dicitur quum glans membri virilis ita tegitur praeputio, vt nudari non poſſit. Dicta* φίμωσις, ἀπὸ τȣ̃ φιμȣ̃, *quod nexum in ſuperiore parte ſacci ſignificat, quum ſcilicet totus ſacculi oris ambitus funiculo colligatur. Eſt et* Phimoſis *vitium huic prorſus contrarium, quum praeputium ſemel deductum, ſuum in locum reduci non poteſt, quod vitii genus etiam* περιφίμωσις *appellatur. vid.* Celſum 7, 25.

PHIMVS, i. m. [φιμὸς] *capiſtrum proprie, vt et* κημὸς, *quo nomine dicta inſtrumenta, quibus ad coërcendos et quaſi capiſtrandos digitos nimis argutos in alea et teſſerarum iactu vtebantur. Videtur* phimus *inſtar* ἠθμȣ̃ *i. infundibuli, pertuſus fuiſſe, minor* turricula, *cui imponeretur: in quo diſtat a* Fritillo. Hor. Serm. 2, 7, 17 Mitteret in phimum talos *etc. alii perperam* pyrgum.

PHINEVS, ei. m. [Φινεὺς] *Rex Arcadiae, qui quum filiis ſuis, vxoris ſecundae impulſu oculos eruiſſet, ira diuina ipſe etiam caecus eſt factus, et Harpyiae aues rapaciſſimae cibos eius aut rapuerunt, aut foedauerunt. Sed poſtea Zetus et Calais a Phineo humaniter tractati eas fugauerunt. Vid. in dictione* STROPHADES. Propert. 3, 5, 41 Aut Alcmaeoniae furiae, aut ieiunia Phinei. Aues Phinei Senec. Thyeſt. ſ. 2. *De* Phineo *caeco, vid.* Valerium Argon. 4, 425. ¶ 2 Phineus *alius, Cephei frater, qui quum promiſſam ſibi Andromedam filiam fratris, a Perſeo, cui ex pacto poſtea nupſerat, repeteret, ab eodem Perſeo in marmor mutatus fuit viſa facie Meduſae. Vid.* Ouid. Met. 5, 231. ¶ 3 *Fuit et alius* Phineus *Athenienſis, in auem mutatus; vt idem refert* Ouid. Met. 7, 399 *quem* Iuſtiſſimum *vocat.*

PHINĒIVS, a, um. Adi. [Φινήιος] Guttura Phineïa Ouid. Faſt. 6, 801. Virg. Aen. 3, 212 — Phineïa poſtquam Clauſa domus.

PHINTHIAS, ae. f. Siciliae fons, in quem, vt Apion refert, nihil immergi poteſt: ſed omnia fluitanta Plin. 31, 2. ¶ 2 Phinthias, *Amicus Damonis, vt ex Plutorcho* περὶ πολυφιλίας *inuenimus. Itaque apud* Ciceronem in Officiis 3, 45 *et* Valerium Maximum 4, 7 *extr.* Phinthias *reponi debet loco* Pythiae. Pynthia *Turnebus Adu.* 20, 13 *quem ſequitur Grut.*

PHITHARVS, i. m. *Piſcis quidam apud* Plin. 32 c. vlt. *Harduinus legit* Phthitarus.

P H L

PHLEBOTOMĬA, ae. f. [φλεβοτομία] *Venae ſectio* Cael. Aurel. Acut. 2, 18, 104 Phlebotomiam adhibere. Id. Acut. 2, 19, 121.

PHLEBOTOMĬCE, es. f. *Idem.* Cael. Aurel. Acut. 1, 2, 39.

PHLEBOTOMO, āre. *venam ſecare. vt* Equos phebotomare Veget. 3, 34. *Adde* Th. Priſcian. 1, 37. Octau. Hor. 2, 14 *et* Cael. Aurel. Acut. 1, 14, 111.

PHLEBOTOMĀTVS, a, um. Partic. Phlebotomati aegrotantes Cael. Aurel. Acut. 2, 13, 88.

PHLEBOTOMVS, i. m. *et* PHLEBOTŎMON, i. n. [φλεβότομον] *Scalpellum quo vena ſecatur.* Vti phlebotomo C. Aurel. Acut. 2, 19, 121. *conf.* Oct. Horat. 2, 4 *et.* 9 *et* 21.

PHLEGĔTHON, ontis. m. [φλεγέθων] *Fluuius infernalis flammis aeſtuantibus rapidus, a* φλέγω, *ardeo.* Virg. Aen. 6, 551 Quae rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon, torquetque ſonantia ſaxa.

PHLEGETHONTĒVS, a, um. Adi. [φλεγεθόντειος] Ripa Phlegethontea Claud. de Raptu Proſerp. 1, 88.

PHLEGETHONTIS, ĭdis. f. [φλεγεθοντὶς] Ouid. Met. 5, 544 Sparſumque caput Phlegethontide lympha.

PHLEGIAE, *et* PHLEGIAS, *vid.* PHLEGYAE, *et* PHLEGYAS.

PHLEGMA, ătis. n. [φλέγμα] *Latine Pituita dicitur. Vid.* Th. Priſcian. de Diaeta c. 10.

PHLEGMATĬCVS, a, um. Adi. [φλεγματικὸς] *Qui phlegmate abundat plus ſatis.* Idem 14.

PHLEGMŎNE, es. f. [φλεγμονὴ] *Latine Inflammatio dicitur, ſiue collectio, quoties ſanguis vtilis et mediocriter craſſus, fertur ſubitus in aliquam corporis partem. Proprie autem quaelibet Incenſio cum tumore et vlcere, hoc nomine appellatur, vt ait Galenus de morborum differentiis.* Celſus 1 praefat. Et inflammationem, quam Graeci phlegmonem nominant, excitat: eaque inflammatio talem motum efficit, qualis in febre eſt, *etc.* Phlegmone, *eſt tumor cum rubore et duritia pulſatiles afferens dolores, dicta quod affectus ea locus* φλέγηται, *hoc eſt vratur: aut tumor dolens, ac renitens, cum rubore, citra febrem. Galen. in finit. Medic.* Add. Plin. 20, 4.

PHLEGON, ŏnis. m. [φλέγων] *Vnus ex equis ſolis* ἀπὸ τȣ̃ φλέγειν, *quod eſt ardere, dictus.* Ouid. Met. 2, 154 Interea volucres Pyrois, Eous, et Aethon Solis equi, quartusque Phlegon, hinnitibus auras Flammiferis implent.

PHLEGONTIS, ĭdis. f. [φλεγοντὶς] *Gemmae genus, quod flamma quaedam intus ardere videtur* Plin. 37, 11.

PHLEGRA, ae. *vel* PHLEGRE, es. f. [Φλέγρα] Vrbs eſt Macedoniae, *vt ſcribit* Plin. 4, 10. *Videtur eadem, quae poſt* Pallene *dicta eſt. Laudatur et* Propert. 1, 20, 33 Hic erat Arganti Phlegre ſub vertice montis. *Sed* Pege *leg.* ¶ 2 *Locus praelii gigantum aduerſus Deos: vallem Theſſaliae vocant quidam; alii* campos Phlegraeos *Italiae, de quibus mox.* Sparſa impio cruore Phlegra Senec. Herc. fur. 444. Tumidae Phlegrae praelia Stat. Theb. 10, 909.

PHLEGRAEVS, a, um. Adi. [Φλεγραῖος] Phlegraeus campus *quibusdam in Theſſalia, aliis in Macedonia:* Plinio *vero* 3, 5 *et Straboni* 5 in Campania, iuxta Cumas, in quo Gigantes ab Hercule ſuperati feruntur: illicque ſepulti quoties anhelant, terram quatiunt. *Vid.* Silius 12, 143. *Id autem ideo fictum eſt, quoniam ea regio tota ſulphure ſcatet. Hinc fit, vt ventorum impulſu excitetur paſſim ignis: qui, quum exitum e cauernis natura expetat, dum luctatur aſſidue, terram tandem quatit et commouet, exuritque frequenter. vnde et nomen ſortitur:* φλέγειν *enim Graece, exurere ardereque ſignificat. De hoc Strabo 5. Theagenes vero et Eudoxus, qui ad hiſtoricam fidem pugnam hanc conantur reducere, Pallenem (inquiunt) quae veteri nomine* Phlegra *vocabatur, homines tenuerunt, quibus immanitas et ſuperbia morum, Gigantum cognomen peperit. In hos ineunte praelium Hercule, fulmina de caelo miſſa ſunt, donec ii fugere coacti ſunt, ſicque ingenti victoria ſuperati. Ex hac re rumor in vulgus ortus, vt Gigantes mouerint bellum diis.* Campus Phlegraeus Propert. 3, 11, 37. Caſtra Stat. Achill. 1, 484. Hoſtes Phlegraei *gigantes* Sen. Thyeſt. 810. Iuga Propert. 3, 9, 48. Praelia Stat. Silu. 5, 3, 196. Tumultus Propert. 2, 1, 39. Vertex Sil. 8, 540.

PHLEGŸAS, ae. m. [Φλεγύας] *Martis filius, rex Lapitharum, Ixionis pater, habuit Coronidem filiam, quam Apollo vitiauit, vnde ſuſcepit Aeſculapium: quod pater dolens, incendit Apollinis templum, proinde eius ſagittis eſt ad inferos truſus.* Stat. Theb. 1, 703 Phlegyam ſubter caua ſaxa iacentem Aeterno premit accubitu. Seruius.

PHLEGYAE, ārum. m. [Φλέγυαι] Populi ſunt inſulani Theſſaliae, a Phlegya Ixionis patre cognominati. hi quum ſacrilegi eſſent, deosque et homines ſpernerent, ab irato Neptuno immiſſo, diluuio ſubmerſi ſunt: *quorum apud inferos meminit* Virg. Aen. 6, 618 Phlegyasque miſerrimus omnes Admonet, *etc.* Seruius.

PHLEOS, i. m. [φλέος, στοιβὴ] *Dioſcoridi Herba eſt caulem habens aculeatum, et folium hiſpidum, quam nonnulli Stoeben appellant. Vid.* Plin. 22, 11 ſ. 13.

PHLIAS, antis. m. [Φλίας] *Vnus ex illis, qui in naui Argo fuerunt, filius Bacchi, vt* Valerius *habet* Argon. 1, 411.

PHLIVS, untis. f. [Φλιȣ̃ς] *eſt Vrbs in medio Sicyoniae, Argiuaeque et Cleonum, vbi religioſiſſime colebatur Hebe.* Caſtellum Phlium *nominat* Plin. 4, 5. *Hinc*

PHLIASII, ōrum. m. [Φλιάσιοι] *Habitatores Phliuntis.* Cic. Tuſc. 5, 8 *de Pythagora*, In primis Phliuntem ferunt veniſſe, eumque cum Leonte principe Phliaſiorum docte et copioſe diſſeruiſſe quaedam. Cic. Tuſc. 5, 10 Qui quum poſt hunc Phliaſium ſermonem in Italiam veniſſet, exornauit eam Graeciam, quae Magna dicta eſt.

PHLOGINOS, i. *et* PHLOGITES, ae. m. quem et Chryſitem vocant, gemma Oſtreae Atticae aſſimilata, inuenitur in Aegypto. Plin. 37, 10 *et* 11. Solin. c. 40.

PHLOMVS, i. m. [φλόμος] Verbaſcum, *quo pro ellychnio vtuntur.* Plin. 25, 10 ſ. 73. Verbaſcum Graeci phlomon vocant etc. *Add.* Apul. de Herb. 71.

PHLOMIS, ĭdis. f. [φλομὶς] *Herbae nomen Phlomo affinis. Certe poſt* Phlomon ſ. verbaſcum Plin. l. c. ſ. 74 Sunt et Phlomides duae hirſutae, rotundis foliis, humiles. Tertia Lychnitis vocatur etc. *Vid.* LYCHNITIS.

PHLOX, ŏgos. f. [φλὸξ) *Latine Flamma dicitur. Sic vocatur genus floris.* Plin. 21, 10 (11) Colore tantummodo placet Iouis flos, odor abeſt, ſicut et illi, qui Graece phlox vocatur.

PHLYCTAENAE, ārum. f. [φλύκταιναι] Puſtulae ſunt maiores, pallidae, liuidae, aut nigrae, aut alterius coloris a naturali recedentis, humorem in ſe continentes, quae vbi rumpuntur, infra caro quaedam exulcerata apparet. Gignuntur autem, vel ex igni, vel ex frigore, vel ex medicamentis, *vt tradit* Celſ. 5, 28. *Dictae* φλύκταιναι ἀπὸ τȣ̃ φλύζειν, *quod eſt bullire, ſiue bullas facere.*

P H O

PHOBĒTOR, ŏris. m. [Φοβήτωρ] *Somni filius apud* Ouid. Met. 11, 640. *Dictus eſt* Phobetor, *a Graeco* φοβεῖν, *quod eſt perterrefacere. Icelos autem, quia omnium animantium formam inducere poſſit: eſt enim* ἴκελος *ſimilis.*

PHOCA, ae. f. *Bos marinus, a ſono mugitus.* Virg. Georg. 4, 395 Et turpes paſcit ſub gurgite phocas. *Hic corio tectus et pilis, parit in terra pecudum more; canum modo coit. In ſomno mugit, a quo praecipue vituli nomen accepit.* Plin. 9, 7 Et vituli marini, quos vocant phocas, ſpirant et dormiunt in terra. *Add.* Id. 2, 55. Deformes phocae Ouid. Met. 1, 300. Magnae Idem Epiſt. 10, 87.

PHOCAENA, ae. f. *Piſcis alius eſt, paruus delphinus. Vid. Spanheim. de Vſu et Praeſt. Num. diſſ.* 4 p. 234.

PHOCAEA, ae. f. [Φώκαια] *Vrbs minoris Phrygiae, Athenienſium (vt inquit Ptolemaeus) colonia. Vnde profecti ſunt, qui Maſſiliam apud Gallos, non procul a Rhodano, condidere. Dicta* Phocaea, *quod vituli marini magno numero comparuiſſent vrbem condentibus. Et eſt in Caria* Phocaea *monti Mycalae appoſita. Ab hac* Phocaeenſes, *vt a Graecorum* Phocide Phocenſes. *Vid.* Plin. 5, 30.

PHOCAĬCVS, a, um. Adi. [Φωκαϊκὸς] *Vnde* Muricem Phocaicum Ouid. Met. 6, 9 *poſuit, a* Phocaea, *non procul a Sardibus.* Manus Phocaicae Lucan. 3, 173.

PHOCAEVS, a, um. *Aliud* Adi. [Φωκαῖος] Rura Phocaea Ouid. Met. 5, 275.

PHOCAEENSIS, e. Adi. Plin. 3, 4 Maſſilia Graecorum Phocaeenſium foederata.

PHOCAIS, ĭdis. f. Patronym. [Φωκαὶς] Iuuentus Phocais Lucan. 3, 301. *Al.* Phocias.

PHOCION, ōnis. m. [Φωκίων] *Athenienſis, ex Nepote notus ob innocentiam.*

PHOCIS, ĭdis. f. [Φωκὶς] *teſte* Liuio 32, 18 Parua regio Graecorum, Apollinis oraculo inſignis, in qua eſt ciuitas Delphi. ¶ 2 *Eſt item* Phocis Pomponio 1, 17 *extr.* Ioniae ciuitas: *quam Strabo* Phocaeam *vocat, a qua* Phocaeenſes *cum diphthongo, ſ.* Phocaei, *vt a* Phocide Phocenſes *ſine diphthongo.* Lucan. 5, 53 Maſſiliaeque ſuae donatur

tur libera Phocis. *Nempe* Phocaeorum *Colonia Maſſilia.* Cic. Att. 2, 17 Iacet enim ille ſic, vt Phocis Curiana ſtare videatur. *Qui locus eſt obſcuriſſimus, et a Turnebo ſic explicatus. Credibile enim eſſe putat, quum Phocidem Graecam Philippus Macedo euerterit, vrbibus deletis et in pagos redactis, dici* Phocidem Curianam: *Curium aleatorem fortunis euerſum, qui tamen comparatione Pompeii ſtare videretur. Gron. filius* Praetis Curiana *ex fabula* Praetidum. *voluit, credo,* Proetis. *vid. ſub* PROETVS. Arx trifida Phocidos Stat. Theb. 1, 64. Exuſtae Phocidos arces Lucan. 3, 340. Sonorae Phocidos arma Stat. Theb. 11, 281. *Pro Maſſilia poſuit* Sidon. Carm. 23, 13.

PHOCENSES, um. m. [Φωκεῖς] *Qui Phocidem incolunt. Vid.* Iuſtin. 8, 1. Phocenſium deſperatio: *De ſtultis et inſanis conſiliis dici ſolitum admonet Stephanus. Verum ex Plutarcho et Iuſtino l. c. coniicere licet, vſurpandum eſſe, vbi deſperatis rebus ad extrema conſilia venitur. Vid. plura apud eundem, et Pauſaniam in Phocicis.*

PHOCVS, i. m. [Φῶκος] *Filius Aeaci, cuius meminit* Ouid. Met. 7, 477.

PHOCVSA, ae. f. Inſula vna ex Sporadibus. Plin. 4, 12.

PHOCYLIDES, is. m. [Φωκυλίδης] *Myleſius philoſophus contemporaneus Theognidis. Natus eſt 59. Olympiade. Scripſit Heroicum carmen et Elegias, item Paraeneticum carmen ex libris Sibyllinis, vt volunt, decerptum. Vid. Suidam.*

PHOEBAS, ădis. f. [Φοιβὰς] *Fatiloqua, quae Phoebei numinis concepto afflatu fureret et agitaretur, in bacchantis imaginem.* Sidonius... Nec ſic intortum violatae Phoebados (*Caſſandrae*) vltrix (*Minerua*) In Danaos fulmen iecit. *Iterum de ead. re* Carm. 15, 2 Phoebados Iliacae raptum ſatis vlta pudorem Pallas. Lucan. 5, 128 Limine terrifico metuens conſiſtere Phoebas. *Vid. et* Sil. 15, 282.

PHOEBE, es. f. [Φοίβη] *dicitur Luna, Phoebi ſoror.* Virg. Georg. 1, 432 — Vento ſemper rubet aurea Phoebe. Iaculatrix Phoebe Ouid. Epiſt. 20, 229. *h. e. Diana.* Innupta Ouid. Met. 1, 470. Nemoralis Stat. Silu. 1, 3, 76. ¶ 2 Phoebe, *Leucippi filia, vid.* LYNCEVS, *diſſyllabum.* ¶ 3 Phoebe, *Inſula in Propontide.* Plin. 6 vlt.

PHOEBVS, i. m. [Φοῖβος] *Apollo, Iouis et Latonae filius, eodem partu cum Diana genitus, quae et ipſa Phoebe vocitata eſt. Diuinationis et ſapientiae deus a Poëtis exiſtimatus, et medicinae repertor. Dictus* Phoebus, *quaſi* φώβιος, *a* φῶς *et* βίος: *id eſt lux vitae. A Poëtis enim pro Sole etiam accipitur. Vid.* APOLLO. Phoebus Apollo Virg. Aen. 3, 251. Chorus Phoebi Virg. Ecl. 6, 66. Cortina Phoebi Virg. Aen. 6, 347. Fax Phoebi triſtis nuntia belli Cic. de Diuin. 1, 18. *Ex Poëta.* Interpres Phoebi Virg. Aen. 3, 474. Repertor medicae opis Phoebus Ouid. Rem. Amor. 76. Sacerdos Phoebi Virg. Aen. 6, 319. *de Sibylla.* Soror Phoebi, *Diana* Virg. Aen. 1, 333. Ardens Phoebus Valer. Argon. 8, 116. Augur Phoebus Hor. in Carm. ſaecul. 62. Candentis Phoebi niueum limen Virg. Aen. 8, 720. Decorus Phoebus fulgente arcu Hor. in Carm. ſaecul. 62. Fatidici penetralia Phoebi Lucan. 5, 70. Inclytus Stat. Theb. 6, 296. Laurifer Ouid. de Arte Am. 3, 389. Lauriger Martial. 9, 29. Metuendus certa ſagitta Hor. Carm. 1, 12, 24. Occiduus Ouid. Met. 14, 416. Radiantis Phoebi ictus Lucan. 7, 214. Rediens fugat aſtra Hor. Carm. 3, 21, 24. Serenatus Sil. 5, 181. Vterque Phoebus, *i. Oriens et Occidens* Ouid. Met. 1, 338. Plena Phoebo Phoemonoë Lucan. 5, 186. Digna Phoebo loqui Virg. Aen. 6, 662.

PHOEBĒVS, a, um. Adi. [Φοίβειος] Arte Phoebea pellere morbos Ouid. Faſt. 3, 827. *h. e. Arte medica.* Chelys Phoebea Lucan. ad Piſon. 159. Flammae Phoebeae Seneca Thyeſt. 9. Ignes Ouid. Met. 5, 389. Lampas Virg. Aen. 3, 637. Laurus Ouid. Triſt. 4, 2, 51. Sortes Ouid. Met. 3, 130.

PHOEBEĬVS, a, um. *Aliud* Adi. [Φοιβήϊος] Ouid. Met. 15, 642 Iuuenis Phoebeïus. *i. Aeſculapius.* Dona Sidon. Carm. 4, 7.

PHOEBIGĔNA, ae. m. *Phoebi filius, Aeſculapius.* Virg. Aen. 7, 773 Fulmine Phoebigenam Stygias detruſit ad vndas.

PHOEMON, *vid.* PHENEVS.

PHOENICIA, ae. *vel* PHOENĪCE, es. f. [Φοινίκη] *Aſiae regio: ſic dicta a* Phoenice, *Neptuni et Libyes filio, vt Stephanus auctor eſt: ad quod accedit* Sil. *quum inquit* 1, 89 Et qui longa dedit terris cognomina Phoenix. *Eſt autem Iudaeae contermina. In ea ſunt Tyros et Sidon vrbes: Carmelus et Libanus montes, in quo tura leguntur. Huius meminit* Cic. Philip. 11, 35. ¶ 2 Phoenice *Inſula in ora Galliae ad oſtia Rhodani* Plin. 3, 5 *extr.*

PHOENĪCES, um. m. *Regionis incolae, quos Strabo 16 arithmetica et aſtronomia inſignes ſcribit.* Lucanus *item* 3, 221 Phoenices primi, famae ſi creditur, auſi Manſuram rudibus vocem ſignare figuris. *h. e. Fuerunt primi literarum inuentores. Vid.* Plin. 5, 12. *Ob Syrorum et Phoenicum nimis ſolertem vafritiem, adagio locus factus eſt,* Aduerſum Phoenicas Syri; *quo vſi ſunt veteres, quoties verſutus verſuto imponere velle videbatur.*

PHOENISSVS, a, um. Adi. [Φοινίκεος] Agmina Phoeniſſa Sil. 17, 147. Claſſis Idem 7, 409. Cohors Stat. Theb. 9, 527. Dido Virg. Aen. 6, 450. Tyros Ouid. Met. 15, 288.

PHOENICEVS, *vel* PHOENICIVS, a, um. Adi. [Φοινίκεος] *Quod eſt purpurei coloris, a purpura, quae prima commendatione in Tyro tingebatur apud* Phoenices, *quos mutatis ſyllabis* Poenos *appellamus.* Plin. 21, 23 Aut enim Phoeniceum florem habet, quae et copioſiſſima eſt, aut purpureum, aut lacteum. *Add.* Id. 25, 13. Chlamys phoenicea Ouid. Met. 14, 345. Color Lucret. 2, 829. Gell. 3, 16 *pro fuluo, rutilo.* Veſtes Ouid. Met. 12, 104. Plaut. Pſeud. 1, 2 *extr. alluditur ad nomen puellae, Cras,* Phoenicium, phoenicio corio inuiſes pergulam. *i. tergo a virgis rubente in lupanar detruderis.* ¶ 2 *Subſt.* Phoenicium, *vel, vt eſt in libris etiam bonis,* Foenicium, *ῥάκος φοινικοῦν pannus coloris rubicundi ſ.* phoenicii, *cui malagmata inducuntur v. g.* Scribon. 267. Marcell. c. 8 Lanam phoenicio conuoluas. *Et* c. 16 Stercus illigatum phoenicio. *Et* 26 Malagma inductum phoenicio pedibus appones. *Plura dabit Rhodius ad* Scribon. l. c. Phoenicio inducitur Scribon. 267. *ſc. corio. vid. Rhod.*

PHOENICEA, ae. f. *Herba.* Plin. 21, 25 Eſt et herba phoenicea appellata a Graecis, a noſtris vero hordeum murinum.

PHOENICIAS, ae. m. Ventus ab ortu ſolſtitiali, media regione inter ortum brumalem et meridiem flat Plin. 2, 47.

PHOENICITES, ae. m. Gemma balano ſimilis Plin. 37, 10.

PHOENICOBALANVS, i. m. [Φοινικοβάλανος] *Palmae Aegyptiae fructus.* Plin. 12, 22 Myrobalano in vnguentis ſimilem proximumque vſum habet palma in Aegypto, quae vocatur adipſos, viridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno. Colligitur autem paullo ante, quam incipiat matureſcere. Quod relinquitur, phoenicobalanus vocatur, et nigreſcit, veſcentesque inebriat.

PHOENICOPTĔRVS, i. m. [Φοινικόπτερος] *Auis rubentes pennas habens. Graeci vocant* φοινίκεον *rubrum: et* πτερὸν *alam. Hinc* Martialis *ita deſignat* 3, 58 Nomenque debet quae rubentibus pennis. Iuuen. Sat. 11, 139 Et Scythicae volucres, et phoenicopterus ingens. Plin. 10, 48 Numidicae in parte Africae Numidia, omnesque iam in Italia, phoenicopteri linguam praecipui ſaporis eſſe. *conf.* Suet. Calig. c. 22 *et* 57. *et* Vitell. c. 13. Lamprid. Heliogab. c. 19. Martial. in Xeniis epigr. 68.

PHOENICVRVS, i. m. [Φοινίκουρος] *Auis, a caudae rubedine ita dicta, quae hiberno tempore* Erithacus *appellatur.* Plin. 10, 29 ſ. 44 Sic et erithacus hieme, idem phoenicurus aeſtate.

PHOENICVSSA, ae. f. [Φοινικοῦσσα] Vna ex Vulcaniis inſulis Plin. 3, 9.

PHOENIX, īcis. m. [Φοῖνιξ] *Filius Agenoris regis, et frater Cadmi: vel, vt alii etiam ferunt, Agenoris pater, a quo regio, in qua habitabat,* Phoenicia *dicta.* ¶ 2 Phoenix, *Amyntoris filius* Ouid. Met. 8, 307 Hippothousque, Dryasque, et cretus Amyntore Phoenix. *Hic* Phoenix ſe a Peleo patre Achilli iuueni comitem eſſe datum dicit ad bellum, vt illum efficeret oratorem verborum actoremque rerum Cic. de Orat. 3, 54. *ex* Iliad. 1, 443 Μύθων τε ῥητῆρ᾽ ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων. Homericus Phoenix Quinctil. 2, 3. Reuerendus Achilli Phoenix Stat. Silu. 3, 2, 96.

PHOENIX, īcis. m. *vel* f. [Φοῖνιξ] *Auis.* Plin. 10, 2 Aethiopes atque Indi, diſcolores maxime et inenarrabiles ferunt aues, et ante omnes nobilem Arabia phoenicem: haud ſcio an fabuloſe, vnum in toto orbe, nec viſum magnopere. Aquilae narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, caetera purpureus, caeruleam roſeis caudam pennis diſtinguentibus, criſtis fauces, caputque plumeo apice honeſtante. Primus atque diligentiſſimus togatorum de eo prodidit Manilius Senator ille maximus, nobilis doctrinis doctore nullo: neminem exſtitiſſe qui viderit veſcentem: ſacrum in Arabia Soli eſſe, viuere annis DIX, ſeneſcentem caſia turisque ſurculis conſtruere nidum, replere odoribus, et ſuperemori. Ex oſſibus deinde e medullis eius naſci primo ceu vermiculum, inde fieri pullum, principioque iuſta funeri priori reddere, et totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis vrbem, et in ara ibi deponere. Tanquam phoenix ſemel anno quingenteſimo naſcitur Sen. Ep. 42. Ouid. Met. 15, 393 Vna eſt quae reparet, ſeque ipſa reſeminet ales: Aſſyrii phoenica vocant. *Vide illic plura:* Et viuax phoenix vnica ſemper auis Ouid. Amor. 2, 6, 54. *Locus claſſicus etiam eſt* Tac. Ann. 6, 28: *itemque duo carmina, quorum alterum* Claudiano, Lactantio *alterum adſcribitur. Caeterum* Phoenix, φοῖνιξ *palma eſt apud Graecos, a cuius arboris natura fabula de aue phoenice ortum habere putatur. Vid. Bochart. Hieroz.* 6, 5.

PHOLOE, es. f. [Φολόη] Mons eſt Arcadiae, *vt ſcribit* Pomponius 2, 3. Lucan. 7, 827 Scilicet ipſe petet Pholoën. *etc.* Vertex Pholoës Stat. Theb. 10, 222. ¶ 2 *Eſt etiam Nomen mulieris.* Virg. Aen. 5, 285 Olli ſerua datur operum haud ignara Mineruae Creſſa genus Pholoë, *etc. Vid.* Hor. Carm. 1, 33, 9. *et* 2, 5, 7.

PHOLOETĬCVS, a, um. Adi. Pholoëtica monſtra Sidon. Carm. 5, 230. *Centauri, de quibus* Claudian. . . . Proſtratis rubuit nubigenis Pholoë.

PHOLVS, i. m. [Φόλος] *Vnus fuit ex Centauris, Ixionis ex nube filius. Hic teſte* Seruio *in* Aeneid. 8, 294 Herculem ſuſcepit hoſpitio, quum ad expugnandos Centauros pergeret, dicente Lucano 6, 391 Hoſpes et Alcidae magni, Phole, *etc.* Tandem in nuptiis Pirithoi, orto praelio inter Lapithas et Centauros occubuit, dicente Virgilio Georg. 2, 456 Leto domuit Rhoetumque Pholumque.

PHONASCVS, i. m. [Φωνασκὸς] *Vocis, pronuntiationisque magiſter et moderator.* Quinctil. 11, 3 Sed cura non eadem oratoribus, quae phonaſcis. Sueton. de Auguſto c. 84 Pronuntiabat dulci et proprio quodam oris ſono, dabatque aſſidue phonaſco operam. Is enim vocem intorquere, remittere, lenire, exaſperare docebat. *Eſt etiam* Phonaſcus, *Praecentor in choro.* Sidon. Epiſt. 4, 11 Pſalmorum modulator et phonaſcus.

PHONŎLĔNĬDES, ae. m. Phonoleni *filius.* Ouid. Met. 12, 433. *Sed vehementer fluctuat lectio.*

PHONOS, i. m. [Φόνος] Herba eadem, quae Atractylis, ita dicta ab eo, quod ſanguineum fundat ſuccum Plin. 12, 16.

PHORBAS, antis. m. [Φόρβας] *teſte* Seruio, pater Ilionei Troiani, Aeneae in fuga comitis: Mercurio deo eloquentiae fauente ſemper pugnauit. *Vnde* Virg. Aen. 5, 842 Puppique deus conſedit in alta Phorbanti ſimilis, funditque has ore querelas.

PHORCVS, i. m. [Φόρκυς] Filius Theſeae Nymphae et Neptuni, *vt* Seruius *eſt auctor ad* Aen. 5, 824. Chorus Phorci Virg. Aen. 5, 240. *Nymphae, et animalia marina.* Exercitus Phorci Virg. Aen. 5, 824. *de iisdem.* Plin. 36, 5 ſ. 4, 7 Item Tritones, chorusque Phorci et Priſtes, ac multa alia marina, omnia eiusdem manus, praeclarum opus etiam ſi totius vitae fuiſſet. ¶ 2 Phorcus, *etiam Piſcis eſt* Plin. 32, 11. *Sed al.* Porcus.

PHORCYS, y̆dis. m. [Φόρκυς] *Pater fuit Meduſae. vnde* PHORCY̆NIS, ĭdis. f. *nomine Patronymico, ipſa dicitur.* Ouid. Met. 5, 230 Dixit: et in partem Phorcynida tranſtulit illam.

PHORCYS, y̆dos. f. [Φορκὺς] *Aliud* Patronym. Propert. 3, 22, 8 Sectaque Perſea Phorcydos ora manu.

PHORĬMON, i. n. *Aluminis ſpecies.* Plin. 35, 15.

PHORMIO, *vel* FORMIO, ōnis. Formiones, [Φορμίονες] *Tegetes ſunt ex iuncis, aut ſtraminibus contextae, apud* Vlpianum l. 12 §. 12 de inſtructo et inſtrumen. legat. in P.

PHORMIO, ōnis. m. Philoſophus, *teſte* Cic. de Orat. 2, 75 Peripateticus, quum Annibal Carthagine expulſus Epheſum ad Antiochum veniſſet exul: proque eo, quod eius nomen erat magna apud omnes gloria, inuitatus eſſet ab hoſpitibus ſuis, vt eum, ſi vellet, audiret: quumque is ſe non nolle dixiſſet: locutus eſſe dicitur homo copioſus aliquot horas de Imperatoris officio, et de omni re militari: tum, quum caeteri, qui illum audierant, vehementer eſſent delectati, quaerebant ab Annibale, quidnam ille ipſe de illo philoſopho iudicaret. Hic Poenus, non optime Graece, ſed tamen libere reſpondiſſe fertur, Multos ſe deliros ſenes ſaepe vidiſſe: ſed qui magis quam Phormio deliraret, vidiſſe neminem. Neque me hercule iniuria: quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri potuit, quam Annibali, qui tot annos de imperio cum Populo Romano omnium gentium victore certaſſet, Graecum hominem, qui nunquam hoſtem, nunquam caſtra vidiſſet,

nunquam denique minimam partem vllius publici muneris attigiſſet, praecepta de re militari dare? *Hactenus* Cicero. ¶ 2 *Fabula etiam* Terentii *huius nominis, dicta ab actore primarum partium paraſito.* *Hinc* Cic. pro Caecin. 27 c. 10 *teſti huius cognominis illudens,* Argentarius, *inquit,* S. Clodius, nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus eſt Phormio *etc.*

PHORŌNEVS, *triſſyl.* i. m. [Φορωνεὺς] *Primus Inachi fluuii filius, qui initio diſperſos populos in vrbem coëgit, appellauitque* Phoronicon. *Alii dicunt* Phoroneum *Argiuorum regem, filium habuiſſe Inachum, qui a ſe fluuium Inachum denominarit: quem fluuium poſtea Poëtae pro ipſo filio Phoronei accipiunt. Solent nepotes auorum eſſe apud Graecos cognomines.* Stat. Theb. 1, 251 Scis ſemper vt arces Cyclopum, magnique Phoroneos inclyta fama Sceptra viris opibusque iuvem: *i. regnum Argiuum, Iunonis velut proprium.*

PHORONĒVS, a, um. Adi. [Φορώνειος] Argiuus. Matres Phoroneae Stat. Theb. 12, 465. Antra Idem Silu. 3, 2, 101.

PHORONĪDES, is. m. Patronym. [Φορωνίδης] *quo nomine vocatur Inachus fluuius apud* Senec. Thyeſt. ſ. 1.

PHORŌNIS, ĭdos. Patronym. f. [Φορωνὶς] Ouid. Met. 1, 668 Nec ſuperûm rector mala tanta Phoronidos vltra Ferre poteſt. *Io. puellam intelligit, Inachi filiam, neptem Phoronei.*

PHOSPHŎRVS, i. m. [Φώσφορος] *Veneris ſtella dicitur, quae Latine* Lucifer, *vt teſtatur* Cic. de Nat. Deor. 2, 54. Martial. 8, 22 Phosphore redde diem.

P H R

PHRAĀTES, is. m. *Rex Parthorum et Perſarum fuit: de quo ſic Strabo 6 Itaque non tropaea tantum Romam miſerunt Parthi, quae adverſus Romanos quondam erexerant, verum etiam liberos ſuos Caeſari Auguſto credidit* Phraates. *Huius meminit et* Hor. Epiſt. 1, 12, 271 Ius imperiumque Phraates Caeſaris accepit genibus minor, *etc. Et* Carm. 2, 2, 17 Redditum Cyri ſolio Phraaten Diſſidens plebi numero beatorum Eximit virtus.

PHRAGMITES, is. m. *Calami genus.* Plin. 32, 10 Phragmitis radix recens tuſa luxatis medetur, et ſpinae doloribus ex aceto illita. *Nomen videtur a* φραγμῷ, *ſepe.*

PHRASIS, is. f. [Φράσις] *Forma loquendi, et dicendi modus ſ. dictio.* Quinctil. 8, 1 *pr. Dicta* ἀπὸ τῦ φράζειν, *quod eſt fari et diſſerere. Add.* Quinctil. 10, 1, 42 *et* 87 ſeq.

PHRENES, um. f. [φρένες] *dicuntur a Graecis Praecordia, quae exta nuncupant.* Galen. 5 *de interioribus, docet Diaphragma dici* Phrenas: *eo quod propter apoſtema diaphragmatis, gignatur* phrenitis. *Ariſtoteles Praecordia dici autumat* Phrenas, *a mente et prudentia, quae Graece dicitur* φρήν. Subtilitas enim mentis, *vt ait* Plin. 11, 38 praecordiis accepta fertur. *vid.* Plin. 11, 37.

PHRENĪTIS, ĭdis. f. [Φρενῖτις] *Morbus laedens mentem, et ad inſaniam, furoremque deducens. Morbus acutus in febre ſuperueniens, quum aegrotantes deſipiunt, et aliena loquuntur. Vid.* Celſ. 2, 1 *et* 3, 18.

PHRENĒSIS, is. f. [Φρένησις] *Idem.* Iuuen. Sat. 14, 136 Quum furor haud dubius, quum ſit manifeſta phreneſis. Plin. 9, 9 Semen inſtillatur in oleo decoctum capiti in lethargia et phreneſi. *Secundam perperam corripiunt* Sammon. c. 8 *et* Prudent. Hamartig. v. 125.

PHRENETĬCVS, a, um. Adi. [φρενητικὸς] *Qui phreneſi laborat.* Martial. 11, 29 Inuaſit medicus ſica phreneticus Eucli, *prima producta. Sed verſus non videtur ſanus.* Cic. de Diuin. 1, 81 c. 83 *pr.* Ego autem haud ſcio an nec cardiacis hoc tribuendum ſit, nec phreneticis. *Per* F *ſcribitur ap.* Petron. c. 63 f.

PHRENITĬCI, ōrum. m. *Iidem qui Phrenetici.* Celſ. 3, 18 Ex Phreniticis alii hilares, alii triſtes ſunt.

PHRENETIZO, āre. *Phreneticum eſſe, Phreneſi laborare.* Cael. Aurel. praefat. Acut. Phrenetizandi cauſas dicere.

PHRONĒSIS, is. f. [Φρόνησις] *Prudentia.* Cic. Offic. 1, 135 Prudentiam enim, quam Graeci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligimus, quae eſt rerum expetendarum fugiendarumque ſcientia. *Hinc* Martiano Capellae l. 2 p. 27 Phroneſis mater Philologiae virginis.

PHRONESIVM, i. f. [Φρονήσιον] *Meretriculae nomen eſt apud* Plaut. in Merc. *Latine Prudentulam ſonat.*

PHRYGANION, i. n. *Animal quoddam, quod* ſe ignorare Plinius *ait, quum tamen* remedio eſſe quartanis *ex Chryſippo commemoret* 30, 11.

PHRYGIA, ae. f. [Φρυγία] *Regio Minoris Aſiae, a* Phryge *amne, qui eam a Caria diuidit. Vel a* Phrygia *Cecropis filia, vti Dardania, a Dardano Iouis filio: Inde a Troë, Erichthonii Dardani filio, Troia: in qua Ilion. Vel a* Phrygio *oppido Macedoniae, ſiue Brygio: vnde colonos profectos aiunt in Phrygiam. Duae tamen feruntur* Phrygiae, Maior *ſcilicet et* Minor, *quae Epictetus* (ἐπίκτητος *acquiſita recens*) *dicta fuit.* Phrygia *ab Aquilonis parte eſt Galatiae collimitata, a Meridie Lycaoniae, Piſidiae, Mygdoniaeque contermina. In ea eſt Ida mons, et Tmolus, et Pactolus fluuius. Meminit* Cic. in Orat. 25. *De* Phrygia *et* Phrygibus Plin. 5, 32. Pinguis Phrygia Hor. Carm. 2, 12, 22.

PHRYX, ўgis. m. [Φρὺξ] *Qui ex Phrygia eſt. Dicitur et* Phrygius. Euerſi Phryges Senec. Troad. ſ. 6. Ruricolae Ouid. Met. 11, 91. Sero ſapiunt Phryges: *Hoc prouerbium ex vetuſtiſſima tragoedia* Liuii Andronici *mutuo ſumtum eſt, quae inſcribitur* Equus Troianus, Sero ſapiunt Phryges. Cic. Fam. 7, 16 In equo Troiano ſcis eſſe in extremo, Sero ſapiunt. *Conuenit in eos, quos ſtulte factorum ſero poenitet. Siquidem Troiani tot iam acceptis cladibus, vix decimo demum anno de reſtituenda Helena, conſultare coeperunt: quam ſi ſtatim initio repoſcenti Menelao reddidiſſent, innumerabilibus ſeſe calamitatibus ſubduxiſſent.* Phryx plagis emendatur; *In barbaros ſeruilique ingenio homines dicitur, qui non pudore, neque monitis, ſed verberibus redduntur meliores: quum contra* generoſus animus, *vt ait* Seneca, rectius ducatur, quam trahatur. Cic. pro Flacc. 65 *in teſtes Aſiaticos,* Aſia veſtra conſtat ex Phrygia, Myſia, Caria, Lydia. Vtrum igitur noſtrum eſt, an veſtrum hoc vetus prouerbium, Phrygem plagis fieri ſolere meliorem; *Ex Eraſmo.* Phryges, *Barbarorum nomine per quandam velut excellentiam apud antiquos intelligi deprehendas.* Cic. Tuſc. 1, 85 *ex Poëta,* Aſtante ope Barbarica. *i. Stante Phrygum imperio.* Hor. Epiſt. 1, 2, 7 Graecia Barbariae lento colliſa duello. *i. Phrygiae. Et apud eundem* Epod. 9, 5 Sonante mixtum tibiis carmen lyra Hac Lydium, illis Barbarum. *h. e. Phrygium.* Virg. Aen. 2, 504 Barbarico poſtes auro, ſpoliisque ſuperbi. *i. Phrygio.* Phryges *enim opibus et auro abundabant, opinioque Graecorum erat, eos opulentos fuiſſe, vt et Perſas. Itaque vt Barbarus aetate Demoſthenis dicebatur rex Perſarum, ſic qui de bello Troiano ſcripſere, aut tragoedias illius argumenti attigerunt, per Barbaros,* Phryges *intellexerunt: quanquam latius barbari nomen patet. Ex Turnebo.* ¶ 2 Phryx *fluuii nomen,* qui Phrygiam a Caria diſterminat et in Hermum Smyrnae amnem influit Plin. 5, 29.

PHRYGIO, ōnis. m. [Φρυγίων] *Qui acu pingit, vel qui veſtes acu intexit. Phryges enim primi inuenere talem texturam.* Plin. 8, 48. Plaut. Aul. 3, 5, 36 Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. *Vid.* Seru. *in* Virg. Aen. 3, 484. Varro *ap.* Non. 1, 10.

PHRYGIVS, a, um. Adi. [Φρύγιος] *Qui ex Phrygia eſt.* Cic. pro Roſc. Amer. 90 Quis ibi non eſt vulneratus ferro Phrygio? Aequor Virg. Aen. 1, 385. Arces Ouid. Met. 13, 44. Cantibus Phrygiis incitari Cic. de Diuin. 1, 114. Cateruae Lucret. 2, 630. Clades Ouid. Met. 14, 562. Homo Cic. Q. Frat. 1, 16. Iudex Phrygius, *Paris* Catul. 56. Lapis Phrygius, *Marmor* Hor. Carm. 3, 1, 41. Lapis Phrygius gentis nomen habet: eſt autem gleba pumicoſa *etc.* Plin. 36, 19. Mater Phrygia, *Cybele* Ouid. Faſt. 2, 55. Nemus Catul. 59, 18. Vrbes Virg. Aen. 6, 783.

PHRYGIĀNVS, ſ. PHRYGIONIVS, a, um. Adi. [Φρυγιανὸς] *vt* Phrygianae veſtes: *h. e. Acu contextae, et filis aureis decorae.* Plin. 8, 48 Togas raſas, Phrygianasque D. Auguſti nouiſſimis temporibus coepiſſe, ſcribit Feneſtella. *Harduinus notat, MSS. omnibus eſſe* Phrygioniae, *vt a* Phrygio, onis, *Adiectiuum formatum ſit.*

PHRYNE, es. f. [Φρύνη] *Nomen meretricis apud Athenas, de qua* Quinctil. 2, 15. *Athen. 14 Theſpienſem dicit vsque adeo venuſtam et eximia forma, vt quum in iudicium capitis adducta eſſet, plurimisque et grauiſſimis criminibus premeretur, nulla ei res alia ad abſolutionem fuerit ſuffragata, quam formae praeſtantia. Nam Hyperides orator, qui eam defendebat, quum eſſet haec opinio, iudices eam condemnaturos, conſtituit eam in eorum conſpectu, tunicasque a pectore abſcidit, vt nudas eius papillas, et nudum pectus adſpicerent: tantamque et oratione et hoc facto iudicum miſericordiam commouit, quum eam tanquam Veneris ſacerdotem oleo perfunderet, vt iudices religione quadam animis eorum occupatis, ac deterritis, non ſint auſi eam condemnare: qua abſoluta Euthias accuſator iratus, quod e iudicio victus in re tam aperta diſceſſiſſet, nullam poſtea cauſam dixit. Hinc* ¶ 2 Phryne, *Puellae nomen libertinae, apud* Hor. Epod. 14, 16.

PHRYNION, i. n. [Φρύνιον] *Herba eadem, quae* Paronychia, *ita dicta, quod* τοῖς φρύνοις, *hoc eſt rubetis, aduerſetur.* Plin. 25, 10 *et* 27, 12 *etc.*

PHRYNOS, i. m. [Φρῦνος] *a Graecis Ranae genus appellatur omnium maximum, in vepribus tantum viuens, vnde et Rubetam Latini appellant.* Plin. 32, 3 (4) Rubetas huiusmodi plenas veneno malo eſſe *ait.*

PHRYXVS, i. m. [Φρύξος] *Athamantis regis Thebarum filius, fraterque Helles, vt ſcribit Heſiodus: qui quum nouercales inſidias ferre non poſſent, et conſentiente patre aufugerent, in Aſiamque traiicerent, vecti ariete, cuius vellus erat aureum, Helle puellari more exterrita, decidit in Pontum.* (Lucan. 4, 57 Delapſae portitor Helles) Phryxus *autem incolumis euaſit, Colchosque peruenit. De quo* Iuſtin. 42. Aeolius Phryxus Valer. Argon. 6, 542. Aequoreus Stat. Theb. 5, 475. Graius Valer. Argon. 6, 362. Pius Valer. Argon. 2, 600. *Vid. Heinſ.* Profugus Valer. Argon. 1, 520.

PHRYXĒVS, a, um. Adi. [Φρύξειος] Aries Phryxeus Seneca Medea ſ. 7. Mare Senec. Herc. Oet. ſ. 7. *de Helleſponto.* Ouis Ouid. Epiſt. 6, 104. Vellera Idem. Met. 7, 7.

P H T

PHTHIA, ae. f. [Φθία] Oppidum eſt Theſſaliae, Achillis patria, *vt ſcribit* Seruius *in illud* Virg. Aen. 1, 284 Quum domus Aſſaraci, Phthiam, clarasque Mycaenas Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis. *Hinc*

PHTHIVS, a, um. Gentile. [Φθίος] Vir Phthius Propert. 2, 14, 38. Achilles Hor. Carm. 4, 6, 4.

PHTHIŎTA, ae. f. [Φθιώτης] *Qui Phthiam habitat.* Cic. Tuſc. 1, 21 Primo libro loquentes multos facit, duobus Pherecratem quendam Phthiotam ſenem, quem ait a Deucalione ortum, *etc.*

PHTHIOTIS, ĭdos. f. [Φθιῶτις] *Regio Theſſaliae, cuius* Phthia *caput.* Mela 2, 3 In Phthiotide Phthia.

PHTHIOTĬCVS, a, um. Adi. [Φθιωτικὸς] Catull. Argon. ſ. 62, 35 Deſeritur Scyros, linquunt Phthiotica Tempe.

PHTHIRIĂSIS, is. f. [Φθειρίασις] *Latinis dicitur Morbus pedicularis,* ἀπὸ τῶν φθειρῶν, *quos et pedes et pediculos vocamus.* Plin. 20, 1 Sic et contra phthiriaſin bibitur, et hydropiſes. *Add.* Id. 20, 6 *et* 22. 24, 10. 30, 15 *etc.* Sammon. c. 6.

PHTHIROPHŎROS, [Φθειροφόρος] *epitheton piceae, de qua* Plin. 16, 10. *Vid. Theophraſt.* Hiſt. 2, 3.

PHTHISIS, ĭos. f. [φθίσις] *Tabes, morbus, quo pulmonis exulceratio fit.* Columel. 6, 14 *pr.* Iuuen. Sat. 13, 95 Et phthiſis, et vomicae putres, et dimidium crus. Habentes phthiſin Scribon. 90. Tentati phthiſi Idem 89. *Add.* Celſ. 3, 22. Sen. Ep. 75. ¶ 2 Phthiſis *praeterea, vt tradit Paul. Aegineta Medicinae tertio, eſt Pupillae affectio anguſtioris factae debiliorisque, ac etiam rugoſioris: in qua paullo maiora ſeſe oſtentant obiecta.*

PHTHISĬCVS, a, um. Adi. [Φθισικὸς] *Pthiſi laborans.* Quaſi phthiſici conſumuntur Scribon. 186. Plin. 24, 15. *et* 26, 11. Martial. 11, 22 *et ibi Scriuer. et Gruter.*

PHTHISISCO, ĕre. *Phthiſi laborare.* Sidon. Epiſt. 5, 14 Iecoroſis et phthiſiſcentibus medicabilis.

PHTHONGVS, i. m. [Φθόγγος] *Sonus Latine dicitur: vnde* Diphthongus. Plin. *de harmonia diapaſon,* 2, 22 In ea Saturnum Dorio moueri phthongo, Iouem Phrygio, et in reliquis ſimilia, iucunda magis, quam neceſſaria ſubtilitate. *Conf.* Vitr. 5, 4. Mart. Capella 9 p. 138.

PHTHORIA, ōrum. n. *ſunt Medicamenta, quibus medici vtuntur abigendis infantibus in vtero enectis: quae Ecbolia quoque dicuntur, id eſt eiectoria.* Plinius *de Scammonite vino* 14, 16 Hoc vinum (*inquit*) phthorium vocant, quoniam abortus facit. *Sic enim in antiquis exemplaribus legitur manu ſcriptis: licet in impreſſis* Ectromatium *legatur verbum ſubditicium.*

P H V

PHV, [Φῦ] *vocant aliqui Nardon Agrion, ſiue Creticum, folio oleris atri, caule cubitali, geniculato, in purpura albicante, radice obliqua villoſaque,*

ſaque, et imitante auium pedes. *Dioſcorid.* 1. *et* Plin. 12. *Conf.* Plin. 21, 20. Scribon. 170. 177. Ponticum Phu Id. 176.

P H Y

PHY. [ὦ] Interiectio mirantis, *teſte* Donat. Ter. Adelph. 3, 3, 59 (4, 49) Syre, praeceptorum plenus iſtorum ille. s. phy: domi habuit vnde diſceret?

PHYCIS, ĭdis. f. [Φυκὶς] Piſcis eſt verno tempore varius, reliquis anni partibus candidus, ex alga nidificans, et in nido oua pariens Plin. 9, 26. *et* 32, 11.

PHYCITES, ae. m. [Φυκίτης] Gemma algae colorem habens Plin. vlt. c. 10.

PHYCOS, i. m. [Φύκος] *Frutex.* Plin. 13, 25 Non habet lingua alia nomen, quod Graeci vocant phycos; quoniam alga herbarum magis vocabulum intelligitur: hic autem eſt frutex: folia lata colore viridi gignit, quod quidam praſon vocant, alii zoſtera. Alterum genus eiusdem capillaceo folio, ſimile feniculo, in ſaxis naſcitur: Superius in vadis haud procul litore. *Add.* Id. 26, 10.

PHYCVS, untis. m. [Φυκοῦς] Cyrenarum promontorium, *vt ſcribit* Plin. 4, 12. Lucan. 9, 40 Tunc auſum claſſi praecludere portus, Impulit, ac ſaeuas meritum Phycunta rapinas. Sparſit.

PHYGELA, ae. f. Oppidum in Pannonia a fugitiuis conditum. Plin. 5, 29.

PHYGETHLON, i. n. [φύγεθλον] Tumor eſt non altus, ſed latus, in quo quiddam puſtulae ſimile eſt. Dolor diſtenſioque vehemens eſt, et maior quam pro magnitudine tumoris, interdum etiam febricula: idque tarde matureſcit, neque magnopere in pus conuertitur. Fit maxime aut in vertice, aut in alis, aut in inguinibus, *Panem* ad ſimilitudinem figurae noſtri vocant. *Hactenus* Celſ. 5, 28.

PHYLĂCA, ae. f. [Φυλακὴ] *Locus cuſtodiae, carcer.* Plaut. Capt. 3, 5, 93 Illic eſt abductus recta in phylacam, vt dignus eſt.

PHYLACISTA, ae. m. [φυλακιστὴς] *Cuſtos carceris.* Plaut. Aul. 3, 5, 44 Trecenti conſtant phylaciſtae in atriis. *Turnebus Artifices intelligit in atriis exſpectantes, vel manupretium, vel mercis mercedem flagitantes, qui quod in atriis diutius exſpectant et morantur, cuſtodes] et* phylaciſtae *appoſiti videntur. vid. Turneb. Adu.* 14, 5. *et* 24, 23.

PHYLACE, es. f. [Φυλάκη] *Oppidum eſt Phthiotidis, regionis Theſſaliae, cuius meminit et Homer. in Catalogo nauium. Sub imperio Proteſilai fuit. vid.* Lucan. 6, 352. *Hinc*

PHYLACĬDES, ae. m. *Proteſilaus.* Ouid. de Arte Am. 2, 356 Phyllacides aberat, *etc. Geminata L ad Syllabam producendam.*

PHYLACĒIVS, a, um. Adi. [Φυλακήσιος] Ouid. Triſt. 5, 14, 39 Vt viuat fama coniux Phylaceia, *etc. i. Laodamia Proteſilai vxor.*

PHYLACTERIVM, i. n. [Φυλακτήριον] *Graeca dictio eſt ἀπὸ τοῦ φυλάττειν, hoc eſt a cuſtodiendo, aſſeruando, ſiue tuendo deducta, ſignificatque modo Antidotum, quo nos aduerſus venena tuemur et praemunimus, modo Locum cuſtodiae deſtinatum. Hoc etiam nomine dicebantur Phariſaeorum tabulae, ſiue membranae, Decalogi praecepta inſcripta habentes: quas illi et fronti et brachiis affigebant, vt eorum oculis nunquam non obuerſarentur. Qua de re ſcribit Eraſmus in Matthaeum* 23, 5: *Phariſaei, quo viderentur admodum obſeruantes legis, ſcribebant Decalogum in membranis, ſeu duobus voluminibus, quorum alterum fronti coronae vice circumponebant, alterum brachio, vt ſiue quo manum porrigerent, eſſent in conſpectu: ſiue caput mouiſſent, ob oculos eſſent. Hunc morem teſtatur* Hieronymus ad ſuam vſque aetatem duraſſe apud Iudaeos, Perſas, ac Babylonios: atque eos, qui id facerent, apud illos habitos ceu religioſos, quaſi ſic praeſtarent id, quod Deus iuberet per Moſen, ſeruari praecepta ſua. *Haec Eraſm.*

PHYLACTERIVS, i. m. Phylacterii *vocabantur, Qui phylacteria ſeu amuleta conficiebant praebebantque. Vid. Balſam. ad* Canon. 61 Concil. in Trullo. *Lindenbrog. ad* Ammian. l. 19, 12 p. 251 *Gronou. Iac. Gothofr. ad* l. 3 C. Theod. de maleficiis et mathematicis.

PHYLARCHVS, i. m. [φύλαρχος] *Magiſtratus, atque adeo imperii nomen apud eas gentes, quae in Φυλὰς tribus, ſ. generationes potius, vel gentes, diuidebantur, quod in oriente praeſertim conſuetum eſſe, ſatis conſtat. Ne de Iudaeis dicamus, Perſae apud Xenoph. Cyrop. 1 pr. in* XII *φυλὰς diuiſi memorantur etc.* Cic. Fam. 15, 1 Iamblichus Phylarchus Arabum. Rufus Feſt. Breuiar. 14 Phylarchi Saracenorum in Osroëne ſuperati. Ammia. Marc. 24, 2 Malechus Podoſaces nomine, Phylarchus Saracenorum. *Vid. Lindebr. et Valeſ. ad h. l.*

PHYLE, es. f. *Caſtellum Atticae.* Corn. Nepos 8, 2. *Vid. Meurſ. de Pop. Attic.* p. 144.

PHYLLANTHES, is. f. [Φυλλάνθης] Herba eſt ex genere aculeatarum, ſed mitioribus aculeis, ab radice tantum foliata. Plin. 21, 16.

PHYLLANTHION, i. n. [Φυλλάνθιον] *cognomento* Dyticon, *herba eſt Democrito, purpuram tingentibus vtilis. Hermol. in Corol.*

PHYLLIS, ĭdis. f. [Φύλλις] (*inquit* Seruius) Regina Thracum fuit, et Lycurgi Thracum regis filia. Haec Demophoontem Theſei filium regem Athenienſium redeuntem de Troiano bello dilexit, et in coniugium ſuum rogauit; ille ait ante ſe ordinaturum rem ſuam, et ſic ad eius nuptias reuerſurum. Profectus itaque quum tardaret, Phyllis et amoris impatientia, et doloris impulſu, quod ſe ſpretam eſſe credebat, laqueo vitam finiuit, et conuerſa eſt in arborem ſui nominis, id eſt amygdalum ſine foliis. Poſtea reuerſus Demophoon, cognita re, eius amplexus eſt truncum, qui, velut ſponſi ſentiret aduentum, folia emiſit. Vnde etiam Phylla ſunt dicta a Phyllide, quae ante Petala dicebantur. Sic Ouidius in Metamorphoſeon libris. *Haec* Seruius *enarrans illud* Virg. Ecl. 5, 10 Incipe Moſpe prior, ſi quos aut Phyllidis ignes, Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri. *Quod autem* Metamorphoſeon libros Ouidii *hic laudat nihil eſt. Poterat indicare* Heroidum epiſtolam ſecundam, *quae eſt* Phyllidis ad Demophoontem, quae *incipit* Hoſpita, Demophoon, tua te Rhodopeïa Phyllis Vltra promiſſum tempus abeſſe queror. ¶ 2 *Nutrix Domitiani imperatoris.* Suet. in Domit. c. 17 Cadauer eius populari ſandapila per veſpillones exportatum, Phyllis nutrix in ſuburbano ſuo Latina via funerauit.

PHYLLON, i. n. [Φύλλον] Spina eſt ſine caule, ſine flore, ſine echino, foliis longis, aculeatis et lactucae ſimilibus. Aliis nominibus Polygonaton appellatur, et Leucacantha Plin. 22, 16.

PHYLLOPHARES, is. m. *Herba, alias marrubium.* Apul. de Herb. c. 45.

PHYMA, ătis. n. [Φῦμα] *quaſi tu enatum quiddam dicas, quid ſit doceat* Celſ. 5, 28 Phyma eſt tuberculum furunculo ſimile, ſed rotundius, et planius ſaepe etiam maius. Nam furunculus oui dimidii magnitudinem raro explet, nunquam excedit: Phyma etiam latius patere conſueuit, ſed inflammatio dolorque ſub eo minores ſunt. Vbi euulſum eſt pus, eodem modo apparet ventriculus: quod in furunculo non inuenitur. Verum omnis corrupta caro in pus vertitur. Idem ib. c. 13 Ariſtonis malagma etiam recentia phymata, doloresque omnes diſcutit.

PHYNON, ŏnis. m. *Collyrium Euelpidis.* Celſ. 6, 6, 20 Id quoque Euelpidis, quod Phynona appellabat, hic vtile eſt *etc. Ponit enim deinde Collyrii totam deſcriptionem.*

PHYRAMA, ătis. n. [Φύραμα] *maſſam farinaceam notat proprie: eſt et Gummis genus* Plin. 12, 23.

PHYSEMATA, um. n. [Φυσήματα] *quaſi tu bullas aut veſicas, certe inflatum quiddam, dicas, ſunt velut abortus quidam margaritarum, caua corpora, de quibus ita* Plin. 9, 35 ſ. 54 *de conchis margaritarum,* Si vero etiam tonuerit, pauidas ac repente compreſſas, quae vocantur phyſemata efficere, ſpeciem modo inani *inflatam* ſine corpore, hos eſſe concharum abortus. Sani quidem partus conſtant multiplici cute *etc.*

PHYSES, f. *Pl.* [Φύσεις] *ſunt Gemmae, ad naturalium ſimilitudinem effictae ab artificibus.* Plin. 37, 12 ſ. 74 Quae (*gemmae*) variae ſunt, et ad nouitatem accedere calliditate ingeniorum contigit, vt nomen vſitatum non habeant, *Phyſes* appellant, velut ipſius *Naturae* admirationem in iis venditantes.

PHYSĒTER, ēris. m. [Φυσητὴρ] *Genus piſcis marini, admirabili magnitudine. A φυσάω ſpiro, vel ſufflo.* Plin. 9, 4 Maximum animal in Indico mari priſtes et balaena eſt: in Gallico Oceano phyſeter, ingentis columnae modo ſe attollens, altioremque nauium velis diluuiem quandam eructans. Auienus in Arato v. 308 Delphinos virides, et phyſeteras anhelos.

PHYSIS, is. f. [Φύσις] *Latine Natura dicitur.* ¶ 2 Phyſes *gemmae facticiae vid. ſ. l.*

PHYSĬCVS, a, um. Adi. [Φυσικὸς] *Naturalis.* Ratio phyſica Cic. de Nat. Deor. 2, 55 c. 21.

PHYSICA, ae. f. [φυσικὴ] Cic. Acad. 1, 25 Sed enitar, vt Latine loquar, niſi in huiuscemodi verbis, vt philoſophiam, aut rhetoricam, aut phyſicam, aut dialecticam appellem. *Add.* Id. Fin. 3 c. 21.

PHYSICA, ōrum. n. [φυσικὰ] *vt,* Phyſica Ariſtotelis, *Libri, qui de rebus naturalibus tractant.* Ne phyſicorum quidem ignarum oratorem eſſe volo Cic. in Orat. 119 c. 34. In phyſicis, quibus maxime gloriatur, totus eſt alienus Epicurus Cic. de Fin. 1, 17 c. 6 *pr. Conf.* Auſon. Eidyll. 4, 48. Sidon. Carm. 15, 101. Explicare aliquid phyſicum Cic. de Diuin. 2, 122.

PHYSĬCVS, i. m. [Φυσικὸς] *Qui phyſicae dat operam.* Cic. de Nat. Deor. 1, 78 Sed tu hoc, phyſice, non vides, quam blanda conciliatrix, et quam ſui ſit lena ipſa natura. Speculator venatorque naturae phyſicus Cic. de Nat. Deor. 1, 84 c. 30 *pr. Add.* Gell. 1, 9. Prudent. adu. Symmach. 2, 203.

PHYSĬCE. Adu. [Φυσικῶς] Cic. de Nat. Deor. 3, 18, c. 7 Eodemque tempore illa omnia, quae a te phyſice dicta ſunt de vi ignea, deque eo calore, *etc.*

PHYSICVLO, āre. *Res naturales ſcrutari, quaſi φυσικεύεσθαι interpretatur Scalig. ad* Catal. p. 193. *Sed ipſe videtur praeferre lectionem* Fiſſiculo, *de qua ſ. l. ſub* FINDO.

PHYSIOLŎGVS, i. m. [Φυσιολόγος] *De naturis diſſerens.*

PHYSIOLOGĬA, ae. f. [Φυσιολογία] Cic. de Nat. Deor. 1, 10 Hunc cenſes primis, vt dicitur, labris guſtaſſe Phyſiologiam, id eſt naturae rationem, qui quidquam quod ortum ſit, putet aeternum eſſe poſſe? Rationem naturae phyſiologiam Graeci appellant Cic. de Diuin. 1, 90 c. 41. Idem ibid. 2, 37 Dum aruſpicinam veram eſſe vultis, phyſiologiam peruertitis.

PHYSIOGNŌMVS, i. *vel* PHYSIOGNOMON, onis. m. [Φυσιογνώμων] *Qui hominum mores ex corpore vultuque cognoſcit.* Cic. de Fato 10 c. 5 Quid Socratem, nonne legimus quemadmodum notarit Zopyrus phyſiognomon, qui ſe profitebatur hominum mores, naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoſcere.

PHYTEVMA, ătis. n. *Herba eſt amatoria, quare ob id eam contemnunt, qui de herbarum viribus aliquid ſcriptum accuratius reliquerunt. Vid. Dioſcoridem* 4, 125. Plin. 27, 12 ſ. 99 Phyteuma quale ſit, deſcribere ſuperuacuum habeo, cum ſit vſus eius tantum ad amatoria.

PHYTHON, *vid.* PYTHON.

P I

PIABILIS, PIACVLARIS, PIACVLVM, *vid.* PIO.

PIALAE, ārum. m. Populi in Scythia, qui cum Parthis ex aequo viuunt, ac degunt. Plin. 6, 17.

PIAM, *ſyllabica adiectio* in Quiſpiam, Vſpiam.

PIAMEN, PIATRIX. *vid.* PIO.

P I C

PICA, ae. f. [κίττα, κολοιὸς] *Auis, magnitudine palumbae, alis vario colore, et praeſertim caeruleo depictis, humana verba proferens.* Martial. 14, 76 Pica loquax certa dominum te voce ſaluto: Si me non videas, eſſe negabis auem. Plin. 10, 33 Picae quum diligentius viſum ab homine nidum ſenſere, oua transferunt alio. *vid.* Plin. 10, 29. Ouid. Met. 5, 299 Inſtiterant ramis imitantes omnia picae. ¶ 2 Picae, *apud* Feſtum *ſunt* Sphinges: *vnde et apud eum* PICATI. *Quanquam et* pici, *ex ſe* picatos *propagare poſſunt, qui Latinis ſunt auidae illae volucres ferae griphes vocatae, aurum e cauernis penitus egerentes. Annotauit Turnebus. Caeterum verba* Feſti, PICATI appellantur quidam, quorum pedes formati ſunt in ſpeciem Sphingum, quod eos Dorii *phicas* vocant. *Heſych.* φίγα, φῖκα, σφίγγα. *Poteſt igitur videri Nominatiuus eſſe* φίξ. *Conf. Bochart. Canaan* 1, 16. ¶ 3 Pica *de appetentia illa vitioſa et interdum prope monſtroſa feminarum praeſertim, et in his grauidarum, dicta videtur a recentioribus demum Medicis, qui Graecorum* κίττα, *et* κιττᾶν *ſic expreſſere. Vid. Aegineta* 1, 1 *etc.*

PICARIA, PICATVS. *vid.* PIX.

PICEA, ae. f. [πεύκη] *Arbor eiusdem cum pinu generis, inquit Dioſcorides, ſed quandam flagitant ſpecierum differentiam: differt enim a* pinu picea, *quod pinguiori ac tenuiori folio eſt, quodque minus alta, minusque recta quam pinus adſurgit: praeterea et conum minorem ac*

magis algentem, nucleos quoque reſina perfuſos gerit. Virg. Aen. 9, 86 Lucus in arce fuit, ſumma quo ſacra ferebant Nigranti picea, trabibusque obſcurus acernis. Plin. 14, 20 ſ. 25 Pix — Brutia fit e piceae reſina. In Hiſpania autem e pinaſtris minime laudata. *Add.* Plin. 16, 9. 10. 12. 24 ſeqq. 17, 12. *et* 18. *it.* 24, 6.

PICEASTER, tri. m. *Picea ſilueſtris.* Plin. 14, 20. *Sed Hard.* pinaſter.

PICĒNVM, i. n. [Πικηνοὶ] *Regio Italiae, in qua eſt* Aſculum, *a* Pico *Martio aue dicta, cuius ductu et auſpicio Sabini, quum* Aſculum *proficiſcerentur, in vexillo eorum picus conſederat.* Mela 2, 4 Hanc (Anconam) praetergreſſos Piceni litora excipiunt.

PICENTES, um. m. [Πικέντες] *Qui Picenum inhabitant.* Cic. pro Sulla 25 Aut igitur doceat Picentes ſolos non eſſe peregrinos, aut gaudeat ſuo generi me meum non anteponere. Acies Picentum Sil. 10, 313.

PICENTĪNVS, a, um. Adi. [Πικεντῖνος] *Idem quod Picenus.* Martial. 13, 47 Picentina Ceres in niueo ſic nectare creſcit, *etc. De panibus Picentinis.*

PICENTIA, ae. f. *Praecipua vrbs Picentinorum.* Sil. 8, 579.

PICĒNVS, a, um. Poſſeſſiu. [Πικηνὸς] Cic. de Clar. Orat. 57 Dicitur etiam C. Flaminius, is qui Tribunus pleb. legem de agro Gallico et Piceno viritim diuidendo tulerit, *etc.* Poma Hor. Serm. 2, 3, 272. Tellus Sil. 8, 425.

PICEVS, PICINVS, PICO, āre. *Vid.* PIX.

PICRIS, is. f. [πικρὶς] *Genus lactucae, ſiue cichorei agreſtis, ab amaritudine nomen trahens.* Plin. 21, 17 Amara et aphace, et quae picris nominatur, et ipſa toto anno florens: nomen ei amaritudo impoſuit. *Add.* Id. 19, 8. *et* 22, 22.

PICRIDIVM, i. n. Diminut. [πικρίδιον] *Genus lactucae*, Auguſtin. Quaeſt. 21, 21.

PICTA, ae. f. *Plur.* Pictae, *naues ſcilicet.* Veget. 5, 7. Scaphae tamen maioribus Liburnis exploratoriae ſociantur, quae vicenos prope remiges in ſingulis partibus habeant: quas Britanni Pictas vocant — Ne tamen exploratoriae naues candore prodantur, colore veneto, qui marinis eſt fluctibus ſimilis, vela tinguntur, et funes; cera etiam, qua vngere ſolent naues, inficitur (*int.* veneto colore) Nautae quoque vel milites venetam veſtem induunt, vt non ſolum per noctem, ſed etiam per diem facilius lateant explorantes. *Non igitur opus eſt de emendatione nominis cogitare, cum ratio illius ſatis appareat.*

PICTACIVM, capitium *inter verba* praclicenter ficta a Laberio *refert* Gell. 16, 7. *Nempe legendum puto*, Et pictacium (*omiſſo* et *quod inſeritur*) capitium, *vt ſit Adiectiuum inſolens* pictacium, *Subſtantiuo ſatis vulgato*, Capitium, *additum.* Pictacius *autem* ſ. pictaceus *formatum ad exemplar* Gallinacei, Muſtacei *etc.*

PICTATIVM, *vel* PYCTATIVM, *vid.* PITTACIVM.

PICTAVI, ōrum. m. *Iidem qui* PICTONES. Paullus in Petrocor. 1, 287 Dum Pictauorum doctor floreret in oris.

PICTAVĬCVS, *et* PICTŎNICVS, a, um. Adi. Auſon. Epigr. 51 Rufi Rhetoris Pictauici. Litus Pictonicum Idem Epiſt. 9, 36.

PICTOR, PICTVRA, *vid.* PINGO.

PICVMNVS, i. m. [Πίκυμνος] *Deus, qui in ſacris Romanis adhibebatur.* Aemilius Macer in Theogonia *ap.* Non. 12, 3 Et nunc agreſtes inter Picumnus habetur. Varro *ap.* Non. 12, 36 Dîs coniugalibus Pilumno et Picumno in aedibus lectus ſternebatur. *et* Seru. *ad* Virg. Aen. 10, 76. *coll.* 9, 4. *vid.* PILVMNVS.

PICVS, i. m. [δρυοκολάπτης] *Parua auis eſt.* Plin. 10, 18 ſ. 20 Sunt et paruae aues vncorum vnguium, vt pici, Martio cognomine inſignes, et in auſpicatu magni. *Poſt alia miracula*, In capite Praetoris vrbani Aelii Tuberonis, in foro iura pro tribunali reddentis ſedit ita placide, vt manu prehenderetur. Reſpondere vates, exitium imperio portendi, ſi dimitteretur: at ſi exanimaretur, Praetori. Et ille auem protinus concerpſit, nec multo poſt impleuit prodigium. *Conf.* Val. Max. 5, 6. *De* pico arbores cauante *add.* Plin. 10, 16 ſ. 18. *Id.* 10, 18. *add. ibid.* c. 16. Martia picus quis Ouid. Faſt. 3, 37. *conf.* Horat. Od. 3, 27, 15. Plaut. Aſin. 2, 1, 12 Picus et cornix eſt ab laeva, coruos porro ab dextera: conſuadent. *Augurium capit.* ¶ 2 Picos, veteres eſſe voluerunt, quos Graeci γρῦπας appellant. Plaut. Aulul. (4, 8, 1) Pici, diuitiis, qui aureos montes colunt, ego ſolus ſupero. Nonius 2, 641. *conf. Turneb. Adu.* 23, 26. *et* 24, 23.

PICVS, i. m. [Πῖκος] *Saturni filius, augur: de quo fabula talis eſt*, Picum amauit Pomona, dea pomorum, et eius volentis eſt ſortita coniugium. Poſtea Circe, quum eum amaret, et ſperneretur: irata eum in auem picum Martium conuertit. nam altera eſt Pica. Hoc autem ideo fingitur, quia augur fuit: et domi habuit picum, per quem futura noſcebat: quod Pontificales indicant libri. *Hactenus* Seruius *enarrans illud* Virg. Aen. 7, 187 Ipſe Quirinali lituo *etc.* *vid.* Ouid. Met. 14, 320 *qui* Picum Canentem filiam Iani et Veniliae vxorem habuiſſe *ait.* Auſonius Picus Valer. Argon. 7, 232.

P I E

PIENS, [εὐσεβὴς] *ex Onomaſtico Argentor. laudat Pareus Lex. crit.* *Hinc* Pientiſſimus, *de quo in* PIVS, n. 4 ſub PIETAS.

PĪĔRES, um. m. [Πιερεῖς] Populi olim Macedoniae finitimi inter Actium et Aliagmonem amnes, quibus pulſis, Macedones loca eorum occuparunt. Plin. 4, 10. *Strabo* 10.

PĪERIA, ae. f. [Πιερία] *Mons et ciuitas Boeotiae, quam primus* PIERVS, *Lini pater, aedificauit, Muſis ſacer.* Plin. 4, 8 Pierus *dicitur.* *Eſt et Regio Macedoniae* Plinio ib. c. 10.

PĪERĬDES, um. f. [Πιερίδες] *inquit* Sextus Pompeius, Muſae dicuntur, propter amoenitatem ac ſolitudinem Pierii montis, quo eae ſecretis locis propter ſtudia liberalia delectantur. Cic. de Nat. Deor. 3, 54 Pierias et Pieridas a Poëtis appellari, quod Pierio patre ex Antiopa natae ſint. *Vid.* Ouid. Met. 5, 302. Virg. Ecl. 8, 63 Haec Damon: vos quae reſponderit Alpheſiboeus, Dicite Pierides. Comes Pieridum Martial. 12, 69. Lumen Pieridum Ouid. ex Ponto 4, 16, 42. *Sic vocat Cottam.* Sacris Pieridum imponere manum Ouid. Triſt. 4, 1, 28 *Poëſi dare operam.* Studio Pieridum teneri Ouid. ex Ponto 2, 5, 63. Pieris, ĭdis. f. *Sing. et* Pieri *in Caſu vocandi.* Hor. Carm. 4, 3, 18 O teſtudinis aureae Dulcem quae ſtrepitum, Pieri, temperas.

PIERIVS, a, um. Poſſeſſ. [Πιέριος] *idem fere quod Muſicum, aut Muſis ſacrum.* Pierium Carmen Lucret. 1, 945. Chori tutela Pierii Maecenas Lucan. ad Piſonem 232. Dies Pierii, *Quos impendimus literarum ſtudiis* Stat. Silu. 1, 3, 23. Grex Martial. 9, 88 *de filio Silii.* Receſſus Martial. 7, 72. Studiis Pieriis pollere Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 150. Via Ouid. ex Ponto 2, 9, 62. Vmbra Martial. 9, 86.

PIĔRVS, i. m. [Πίερος] *Pater nouem puellarum, quae in picas verſae fuerunt.* Ouid. Met. 5, 302 Pierus has genuit Pellaeis diues in aruis. ¶ 2 Mons eſt in Theſſalia, qui in Macedoniam protenditur Plin. 4, 8. *Vid.* PIERIA.

PIĔTAS, ātis. f. [εὐσέβεια, θεοσέβεια, ὁσιότης] *Officia ipſumque adeo ſenſum erga deum, parentes, patriam, patronos, fratres, ciues, complectitur.* Eſt (*vt ait* Cic. de Inuent. 2, 161 c. 53) per quam ſanguine coniunctis, patriaeque beneuolis, officium et diligens attribuitur cultus. *Add. ibid.* c. 22. Cic. Fam. 1, 9 Periucundae mihi fuerunt literae tuae, quibus intellexi, te perſpicere meam in te pietatem. Quid enim dicam beneuolentiam, quum illud ipſum grauiſſimum et ſanctiſſimum nomen pietatis, leuius mihi meritis erga me tuis eſſe videatur? Virg. Aen. 1, 155 Tum pietate grauem, ac meritis, ſi forte virum quem Conſpexere, ſilent. Pietatem, vt deos caeteros, colebant Romani. Pietati aedem ab Acilio conſecratam aiunt, eo loco, quo quondam mulier habitauerit, quae patrem ſuum incluſum carcere mammis ſuis clam aluerit, ob hocque factum impunitas ei conceſſa eſt. Feſtus. Aedes pietatis Cic. de Diuin. 1 c. 43. Liu. 40, 3, 4. *Add.* Arnob. 4 p. 127. Lactant. 1, 20. Iuſtitia erga parentes, pietas eſt Cic. in Partit. 78. *Sic* pietas eſt iuſtitia erga deos Id. de N. D. 1, 116 c. 41. Quae intuens animus, accipit ab his cognitionem deorum, ex qua oritur pietas. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 61. Pietas, eſt voluntas grata in parentes Cic. pro Planc. 80. Nimia pietas et ſummus amor in patriam Cic. pro Flacco 96. Idem pro Domo 107 Nec eſt vlla erga deos pietas, niſi honeſta de numine eorum ac mente opinio: quum expeti nihil ab iis, quod ſit iniuſtum ac inhoneſtum, arbitrere te. Virg. Aen. 1, 14 *de Aenea*, Inſignem pietate virum. Pietas, ſanctitas, religio pure et caſte deo tribuendae ſunt Cic. de Nat. Deor. 1, 3. *Conf.* Id. poſt Red. ad Quir. c. 8. Fundamentum virtutum omnium pietas eſt Cic. pro Planc. 29 c. 12. *De iuſtitia, clementia, benignitate ſaepe vſurpatur: vid. P. Fabri Semeſtr.* 2, 2. *Opponitur* rigori *a* Claud. Conſ. Honor. 4, 513. Egregius pietate Virg. Aen. 6, 769. Egregius mira pietate parens Catul. ad Iannam 65, 29. Magnus pietate et armis Virg. Aen. 1, 549. Potens pietate Propert. 3, 22, 21. Abundans pietatis *vid.* ABVNDO. Honos pietatis Virg. Aen. 1, 257. Imago Virg. Aen. 6, 405. Officium pietatis Scrib. Ep. m. Tacit. in Vita Agric. 7 Igitur ad ſollemnia pietatis profectus Agricola, nuntio, *etc. h. e. Ad parentalia.* Vir notae pietatis Ouid. Met. 14, 443. Vmbra mendax, *i. Fallax ſpecies* pietatis Ouid. Met. 9, 459. Concors pietas Ouid. ad Liu. 84. Ficta Stat. Silu. 5, 3, 244. Hilaris Ouid. ex Pont. 2, 1, 9. Ignaua Stat. Theb. 12, 384. Mitis Ouid. Triſt. 3, 4, 35. Spectata Ouid. Faſt. 4, 37. Spreta Catul. 62, 386. Trepida Seneca Med. 7. Temeraria Stat. Silu. 3, 3, 191. Velox Id. ib. 3, 1, 12. Adhibere pietatem, *vid.* ADHIBEO. Cauere pietatem, *vid.* CAVEO. Colere pietatem, *vid.* COLO. Cole pietatem, quae quum ſit magna in parentibus et propinquis, tum in patria maxima eſt Cic. in Somn. Scip. 7 c. 3. Colitur pietate propinquitas Cic. pro Quint. 26. Efficit deos placatos pietas et ſanctitas Cic. Off. 2, 11. Euertere pietatem Lucret. 3, 84. Excidit pietas Ouid. Triſt. 1, 4, 14. Excitari pietate ad accuſandum Cic. pro Cluent. 172. Frangi pietate alicuius Ouid. Epiſt. 1, 85. Iacet victa Ouid. Met. 1, 149. Cic. pro Roſc. Amer. 37 c. 13 Si id, quod praeclare a ſapientibus dicitur, Vultu ſaepe laeditur pietas: quod ſupplicium ſatis acre reperietur in eum, qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipſum, ſi res poſtularet, iura diuina atque humana cogebant? Monet pietas erga patriam, aut parentes, aut alios ſanguine coniunctos officium conſeruare Cic. de Inuent. 2, 161. Idem in Bruto, 126 Vtinam non tam fratri pietatem, quam patriae praeſtare voluiſſet. *de C. Graccho loquitur.* Repletum pietate genus Lucret. 2, 1168. Satisfacio omnibus officio omni ac potius pietate erga te caeteris Cic. Fam. 1, 1. *Conf. h. l. Manut.* Victa iacet pietas Ouid. Met. 1, 149. Victa pietas cupidine ventris Ouid. Met. 15, 173. Victa metu Ouid. Met. 13, 663. Victa furore Hor. Carm. 3, 27, 35. ¶ 2 *Obſ. Plur.* perpetuis profecto pietatibus affinitas iſta coaleſcat ſtirpibus Auct. Epithal. Max. et Conſtant. c. 13. ¶ 3 *In titulis Principum* Symm. 10, 34 Aſperioribus quam Pietati veſtrae mos eſt literis. *Sed iam de L. Antonio, fratre Triumuiri: narrat Dio* l. 48. p. 360 A, διὰ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν εὐσέβειαν καὶ ἐπωνυμίαν ἑαυτῷ πίετας ἐπέθετο.

PIETATICVLTRIX, īcis. f. *Quae pia eſt erga parentes.* Petron. c. 55 Ciconia enim grata, peregrina, hoſpita, pietaticultrix.

PIVS, a, um. Adi. [εὐσεβὴς, θεοσεβὴς, ὅσιος, θεοφιλὴς] *Aeque late patet haec appellatio, ac de* Pietatis *nomine obſeruatum eſt.* Pius *eſt, qui deo, parentibus, patriae, patronis, fratribus etc. praeſtat amorem atque officia.* Virg. Georg. 3, 513 Dii meliora piis. Cic. Off. 3, 90 c. 23 Ipſi patriae conducit, pios habere ciues in parentes. Pii quidem ſine ſcelere eſſe potuerunt Cic. pro Roſc. Amer. 66. *Sic Agenor apud* Ouid. Met. 3, 5 facto pius et ſceleratus eodem: pius *in Europam filiam, quam quaeri iubet*, ſceleratus *in Cadmum, quem ſine ea redire vetat.* Piorum et impiorum deos rationem habere, *vid.* IMPIVS. Nemo pius eſt, qui pietatem, *verſus abruptus apud* Cic. de Finib. 2, 71: *omiſit quae ſequuntur, tanquam nota; quorum hodie ſententiam diuinare facile eſt, verba non item. Miſericors, benignus.* Cic... Non ſecus in me pius, quam pater in filios. Ter. Hec. 1, 2, 77 Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili. *Ad indulgentiam in minores refertur:* Sis pius imprimis: nam cum vincamur in omni Munere, ſola deos aequat clementia nobis Claud. Conſul. Hon. 4, 275. *Conf.* Vulcat. in Auid. Caſſ. c. 11. Capitolin. in Anton. Pio. Suet. in Tib. c. 16, 17. *vid. mox* Caelum, *et* Diem. ¶ 2 *Sed ordine ponamus Nomina:* Animo pio ſanctoque ſe gerere Scribon. Ep. m. Quinctil.... Et pios amores et caſtos. Animae piae Hor. Carm. 1, 10, 17. Arae Senec. Hippol. 4. Cauſa pia coëgit me Ouid. Met. 6, 496. Caelum pium German. Arat. 624 *et, ſi Grotium audimus, etiam* 269: *aduocat idem etiam* Pium diem Capellae 6 p. 191. *Vtroque loco beneficum notat: vt et* Culmen pium *i. caelum Iupiter Eid.* 1 p. 12. Dextra Hor. Serm. 2, 1, 54. Dolor pius et iuſta iracundia Cic. pro Sext. 4. Duellum Liu. 1, 32. 39, 36. Fratres *vid. h. v.* Fraus Ouid. Met. 9, 710. Furtum Senec. Agam. 931. *i. occultatio fratris Oreſtis reſpectu Electrae.* Gens Hor. Epod. 16, 63. Labor Ouid. Triſt. 2, 322. Lacrimae Ouid. Met. 6, 534. Lingua Ouid. Epiſt. 15, 68 Manus pias ſcelerare Virg. Aen. 3, 43. Mens Ouid. Met. 8, 767. Militia Ouid. Met. 7, 482. Numina Virg. Aen. 4, 382. Officium Ouid. Met. 6, 250. Ore pio repoſcere aliquid

Virg

Virg. Aen. 6, 530. Cic. pro Corn. Balb. 35 Nihil eſt aliud in foedere, niſi vt pia et aeterna Pax ſit. Populus Lucret. 6, 1277. Preces Liu. 34, 3. Rem piam praeſtare Ouid. Triſt. 5, 13, 12. Sacra Idem Faſt. 2, 249. Teſta, *vinum ſalubre ad laetitiam, ad ſomnum* Hor. Od. 3, 21, 4. Vota Ouid. Met. 1, 221. ¶ 3 *Pro ſanctus, de vatibus, quaſi quibuscum Deus commercium habeat.* Nam caſtum eſſe decet pium Poëtam ipſum, verſiculos nihil neceſſe eſt Catull. 16, 6. *Add.* Stat. Silu. 1, 2, 95. Os pium *ratum* Ouid. Faſt. 3, 324. ¶ 4 *Superl.* Piiſsimus. Cic. Philipp. 13, 43 c. 19 *M. Antonium notans, quod verbum nouum protuliſſet,* Tu porro ne pios quidem, ſed piiſſimos quaeris: et quod verbum omnino nullum in lingua Latina eſt, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. Curt. 9, 6, 17 Vobis quidem ô fidiſſimi piiſſimique ciuium atque amicorum, grates ago habeoque. *Adde* Tacit. Agric. 43, 7. Sen. Controu. 27. *et* Conſ. ad Polyb. c. 26. Flor. 4, 7, 15. Apul. Met. 9 p. 220. Hygin. Fab. 254. Sulp. Seuer. Dial. 3, 16. *et* Vet. Inſcript. Grut. p. 575 n. 5. *et* 689 n. 1. Chariſ. p. 90. Pientiſſimus *etiam frequens in antiquis* Inſcriptionibus: Gruter. p. 369 n. 5 PATRI PIENTISSIMO. *et* p. 752 n. 3 MATRI PIENTISSIMAE. *et* p. 636 n. 7 FRATRI PIENTISSIMO. *it.* p. 600 n. 8 *etc.*

PIE. [εὐσεβῶς, θεοσεβῶς] *Conſeruato amore vel Dei vel coniunctorum.* Ter. Adelph. 3, 4, 13 Neque faciam, neque me ſatis pie poſſe arbitror. Cic. de Fin. 5, . . An obliuiſcimur quantopere in audiendo, legendoque moueamur, quum pie, quum amice, quum magno animo aliquid factum cognoſcimus? Cic. Fam. 11, 27 Alia quae defendam a te pie fieri et humane. Idem pro Cluent 42 Sed quum eſſet haec illi propoſita conditio, vt aut iuſte pieque accuſaret, aut acerbe indigneque moreretur. *Superl.* Sen. ad Polyb. c. 34 Piiſſime et fortiſſime tulit. *Tractari* piiſſime Ammian. 19, 9.

PIO *cum Deriuatis* PIACVLVM *etc. vid. ſ. l.*

P I G

PĬGER, gra, grum. Adi. [ὀκνός, νωθρός, ῥάθυμος, βλακικός, ὀκνώδης] *Quem piget laboris, Tardus.* Nihil eſt, qui piger eſt; nimiſque id genus ego odi: mane vigilare decet hominem, qui vult ſua tempore conficere negotia Plaut. Rud. 4, 2, 15. Mane piger ſtertis Perſ. 5, 132. Piger ſcribendi ferre laborem Hor. Serm. 1, 4, 12. Cic. Fam. 8, 1 Hunc laborem alteri delegaui: non quin mihi ſuauiſſimum ſit et occupato, et ad literas ſcribendas, vt tu noſti, pigerrimo, tuae memoriae dare operam. Ad nandum piger Ouid. Epiſt. 18, 210. Ad poenas piger, ad praemia velox Idem ex Pont. 1, 2, 123. Cic. Fam. 8, 17 Interdum piger, interdum timidus in re militari videbare. Frigore piger Ouid. Met. 2, 174. Militiae piger Hor. Epiſt. 2, 1, 124. Annus piger Idem ibid. 1, 1, 21. Bellum, *Longum* Ouid. Faſt. 2, 727. Bos Hor. Epiſt. 1, 14, 43. Campi, *Frigidi, prae frigore pigritiem inducentes* Hor. Carm. 1, 22, 17. Familia Plaut. Moſtel. 1, 2, 24. Frigus pigrum dicitur, quia pigros efficit Auctor ad Heren. 4, 44. Frigora hibernae noctis Tibull. 1, 2, 31. Gratia Ouid. ex Pont. 4, 1, 23. Hiems Idem Amor. 3, 6, 94. Humor, *Lentus, maxime fluidus* Columel. 2, 2. Lapſus Columel. 1, 5. Manus Ouid. Epiſt. 21, 159. Moles Claud. Conſ. Stil. 2, 355. Obliuia Stat. Theb. 10, 89. Palus Ouid. ex Pont. 4, 10, 61. Quies Martial. 12, 63. Senectus pigra Ouid. Met. 10, 396. Situs piger Idem Amor. 2, 3, 14. Somno pigro torpere Stat. Silu. 3, 2, 73. Vitia pigra Claud. in Eutrop. 2, 206. Vita Stat. Silu. 1, 4, 57. Vultus Martial. 2, 11. ¶ 2 Pigros, *ſine adiecto, vocat vt ſuſpicatur Lipſius,* Pedes Seneca de Benefic. 2, 12 *extr.* Parum enim foede furioſeque inſolens fuerat, qui de capite Conſularis viri ſoccatus audiebat, niſi in os Senatoris ingeſſiſſet imperator pigros ſuos. *i. Pedes. Quum enim illi quocunque nos ferant, in deſidibus et pigris officio videntur deeſſe ſuo quadam ignauia, et pigri pigros et ſegnes reddere, vt in ſtrenuis et gnauis contra videntur gnaui et ſtrenui eſſe, et prompti ac parati ad viam. Sed potior eſt eorum ſententia, qui Epigros reſtituunt, quam ornauit Gronouius. Vid.* EPIGRVS *et* EPIVRVS. ¶ 3 *Compar.* Hor. Serm. 1, 4, 17 Diſcedet pigrior vltro Muneribus miſſis. Impetus tardior pigriorque Val. Max. 7, 3, 10. Plin. Epiſt. 9, 32 Nihil eſt enim pigrius delicatis, aut curioſius otioſis. Pigriora remedia Colum. 2, 18. *Superl.* Arar pigerrimus Sil. 15, 504. Gens pigerrima ad militaria opera Liu. 21, 25. Pigriſſimus *dixit* Tertull. Exhort. ad Caſtit. c. 13 Suffuſio pigriſſimorum ad continentiam.

PIGRE. Adu. [ὀκνηρῶς] Senec. de Ira 3, 17 Pigre in ſeruitutem tranſiens. Agere pigre ac ſegniter Columel. 7, 5. Aggredi pigre Idem 10 praefat. *Compar.* Plin. 10, 34 Amor ſobolis aequalis: ſaepe ex hac cauſa caſtigatio, pigrius intrante femina ad pullos.

PIGRANIMIS, e. Adi. Auien. *apud Barth. Adu.* 46, 1.

PIGRITIA, ae. f. [ὀκνία, ῥαθυμία, ἀκηδία] *Ignauia, lentitudo.* Cic. Tuſc. 4, 19 c. 8 Quae autem ſubiecta ſunt ſub metu, ea ſic definiunt, Pigritiam metum conſequentis laboris. Liu. 1, 31 Pigritia militandi. Cic. Off. 1, 101 Efficiendum eſt, vt appetitus rationi obediant, eamque neque praecurrant propter temeritatem, nec propter pigritiam aut ignauiam deſerant. Ingenua Martial. 12, 3. *i. otium liberale.* Negligentia, pigritia, inertia, aut ſuis ſtudiis quibusdam, occupationibusue ſic impediuntur, vt eos quos tutari debeant, deſertos eſſe patiantur Cic. Off. 1, 136. *Amabilis correctio eſt* Idem Att. 16, 15 Noli putare, pigritia me facere, quod non mea manu ſcribam: ſed mehercule pigritia, nihil enim habeo aliud quod dicam. *Primo circumſpicit excuſationem: cum non ſtatim idoneam inuenit, fatetur, quod res erat.* Incutere pigritiam, *vid.* INCVTIO.

PIGRITIES, ei. f. [νωθρότης] *Idem.*

PIGRITAS, ātis. f. ἀργία Gloſſ. Lat. Gr.

PIGREDO, ĭnis. f. *Idem.* Vulg. Interpr. Prouerb. c. 19, 15 Pigredo immittit ſoporem.

PIGROR, ōris. m. *Idem.* Lucilius *apud* Nonium 3, 169 Languor enim oppreſſit, pigror, torporque quietem.

PIGROR, āri. [ὀκνέω] *Vt Grauari.* Cic. Att. 14, 1 Tu quaeſo quidquid noui (multa autem exſpecto) ſcribere ne pigrere. *i. Ne moreris.* Lucret. 1, 411 Quod ſi pigraris, paullumue receſſeris ab re.

PIGRESCO, ĕre. [ἀποκνέω] *Pigrum fieri et lentum.* Plin. 18, 18 Mox pigreſcit, in Virginem transgreſſo. *Subaud.* Sole. *de Nilo.*

PIGRO, āre. [ὀκνῶ Gloſſ.] Non. 2, 655 *interpretatur* pertinere *in edit. Mercer. Gothofredus melius* retinere. *Exempla ponit.* Accii, Fateor. Sed cur propter te pigrem haec, aut huius dubitem parcere capiti. *Et eiusdem,* Melius pigraſſe, quam properaſſe eſt nefas.

PIGRĪTOR, āri. *Pigrari.* Vulg. Interpr. Act. 9, 38. *Vid.* Goclen. *Obſeruat. L. L. p.* 440. ὀκνῆσαι, pigritatus ſum Gloſſ.

PIGEO, ui, ēre. [ἄχθω] *Dolere, ſeu Moleſtum eſſe. Frequentius tamen imperſonaliter in tertiis perſonis.* Plaut. Men. 5, 9, 7 Adoleſcens quaeſo loquere tuum mihi nomen, niſi piget. Non edepol ita promeruiſti de me, vt pigeat, quae velis. Ter. Phorm. 3, 3, 21 Quare obſecro, ne quid plus, minusue faxit, quod nos poſtea pigeat. Idem in prolog. Heaut. 19 Neque ſe id pigere. Donatus: Piget in his, quae cum damno ac malo: et ad dolorem refertur. Feſtus: Pigere, interdum pro Tardare, interdum pro Poenitere poni ſolet. *Conſ.* Priſcian. p. 635. Pigitum eſt. Caſtritius apud Gellium, Pigitum eſt, inquit, cinctos ſaltem eſſe, et penulatos. *Vid.* 13, 20. *et* 15, 13. *et* Sil. 7, 173. Plaut. Poen. 5, 4, 41 Niſi piget, conſiſtite. Ter. Heaut. 5, 4, 20 Pudet dicere hac praeſente verbum turpe: at te illud nullo modo facere piguit. Martial. 2, 5 Te tamen vt videam, duo millia non piget ire. Nimio id, quod pudet, facilius fertur, quam illud, quod piget Plaut. Pſeud. 1, 3, 47. Pudere quam pigere praeſtat totidem literis Idem Trin. 2, 2, 64. Quaerere non piguit, cur ego, *etc.* Cic. in Salluſt. 20. Eſſe piget pium Ouid. Ep. 14, 14. Ter. Andr. 5, 3, 6 O ingentem confidentiam! Num cogitat quid dicat? num facti piget? Cic. pro Domo 29 c. 11 Vt me non ſolum pigeat ſtultitiae meae, ſed etiam pudeat. Facti fortaſſe pigebit O id. Epiſt. 12, 209. Incepti piget Virg. Aen. 5, 678. Laborum actorum piget Ouid. Met. 2, 386. Sceleris piguit Lucan. 4, 26. Turpitudinis tuae nonnullos pigeret Pſeudo-Cic. in Salluſt. 4.

PIGENS, entis. Partic. Apul. Met. 4 Rex affatu ſanctae vaticinationis accepto pigens triſtiſque. *Sed Elmenh. legit* Piger p. 157.

PIGENDVS, a, um. Part. [ἀλγητέος] Error nulla parte pigendus Ouid. Epiſt. 7, 110. Verba Propert. 4, 1, 74. Induci ad miſericordiam, ad pudendum, ad pigendum Cic. de Clar. Orat. 188 c. 50.

PIGRET. Ennius libro XVI, Poſt aetate pigret ſufferre laborem. Accius Clytaemn. Omnes gaudent facere recte, mali pigrent. *Haec* Non. 3, 170. *Quod enim ex corrupto codice* Pigne *legunt, fruſtra tuetur, puto, inde Heſſelius p.* 117 *quod hic non de verbis agatur, ſed de* indiſcreto genere *nominum. Tractat omnino de* indiſcreto genere nominum Nonius; *ſed vt* Pigror *fuiſſe nomen probet, etiam coniugati illius* pigret *meminit: et auctoritatibus eius prolatis, ſubdit:* feminine pigritia. *Probauit itaque* Pigrorem *et* Pigritiam *idem ſignificare.*

PIGVVS, a, um. Adi. Priſcian. p. 635. Piguus eſt, qui et piger Scholiaſt. ibid.

PIGMALION, *ſ. potius* PYGMALION, ōnis. m. [Πυγμαλίων] *Beli regis Tyri filius fuit, frater Didonis, qui, dum ardentiſſima auri cupiditate flagraret, animum ad Sichaei patruelis ſui opes appulit, illumque ſpe potiundi auri antè aras, clam et dolo interemit. Cuius caedis quum certior in ſomnis a marito Dido facta fuiſſet, ſumtis ſecum theſauris fugit, et Carthaginem condidit.* Moris autem erat, *vt inquit* Seruius, vt de pecunia publica Phoenices miſſo a rege auro de peregrinis frumenta coëmerent. Dido autem a Pygmalione ad hunc vſum paratas naues abſtulerat: quam quum fugientem a fratre miſſi perſequerentur, aurum illa praecipitauit in mare, qua re viſa, ſequentes reuerſi ſunt. *Meminit huius* Virg. Aen. 1, 350 Sed regna Tyri germanus habebat Pygmalion, ſcelere ante alios immanior omnes, *etc.* Auari opes Pygmalionis Virg. Aen. 1, 368.

PYGMALIONĒVS, a, um. Adi. [Πυγμαλιώνειος] Sil. 1, 21 Pygmalioneis quondam per caerula terris, *etc.*

PIGMENTVM, i. n. [θρόνον] *Vnguentum, quo vtuntur puellae ad pingendam et fucandam faciem.* Plaut. Moſtel. 1, 3, 106 Non iſtanc aetatem oportet pigmentum vllum attingere. Pigmenta *aliquando dicuntur Colores pictorum: de quibus* Plin. 35, 5. Cic. de Diuin. 1, 23 c. 13 Aſperſa temere pigmenta in tabula, oris lineamenta efficere poſſunt. Plin. 16, 43 ſ. 84 Inuentum vt pigmentis perderet ſe lignum, *i. aliam naturam indueret. Ioco comico* Plaut. Epid. 5, 1, 10 Quem Apelles, Zeuſisque duo pingent pigmentis vlmeis. *i. Qui virgis vlmeis vtentur ad corpus meum ſanguine pingendum.* Pigmenta, *per translationem, pro Coloribus rhetoris.* Cic. Att. 2, 1 Meus autem liber totum Iſocratis μυροθήκιον, atque omnes eius diſcipulorum arculas, ac nonnihil etiam Ariſtotelica pigmenta conſumſit. Pigmenta, *i. Exornationes, quibus oratores vt pigmentis pictores vtuntur.* Pigmenta *item per translationem dicuntur Mendacia et fraudes: quia is, qui pingitur, non eſt naturalis color, ſed artificialis.* Cic. de Orat. 2, 188 c. 45 Tam integrae ſententiae, tam verae, tam nouae, tam ſine pigmentis, fucoque puerili, vt mihi, non ſolum, tu incendere iudicem, ſed ipſe ardere videaris. ¶ 2 *Merces quoque alias, odorum, medicamentorum etc.* pigmenta *dicunt.* Apul. Her. Triſm. *extr.* p. 101, 13 *Elmenh.* Suggeramus patri, iuſſerit, vt ture addito et pigmentis precem dicamus Deo. *Nempe* pigmenta *ſunt, quaecunque vendunt* pigmentarii, *ſignificatione a praecipuo mercium genere paullatim extenſa. Sic prò his, quae Mineralia vulgo dicuntur* Scrib. 21.

PIGMENTARIVS, i. m. μυροπώλης, φαρμακοπώλης, καὶ μυρεψός Gloſſ. Lat. Gr. χρωματοπώλης ibid. θροονοπώλης *Qui pigmenta vendit.* l. 3 §. 3 Dig. de Sicar. Pigmentarii, ſi cui temere cicutam, *etc.* dederint. *Et* Cic. Fam. 15, 17 Attius pigmentarius. Inſtitores pigmentarii Scribon. 22.

PIGMENTĀTVS, a, um. Adi. *Pigmento obductus.* Tertull. de Cult. fem. 2, 13 Taliter pigmentatae, Deum habebitis amatorem. Crinis Prudent. Hamartig. v. 315.

PIGNE *nomen, quod pigritiam ſignificet, profertur ex* Non. 3, 170. *Sed Mercerius* PIGRET. *v. v.*

PIGNVS, ŏris *vel* ĕris. n. [ἐνέχυρον, ἀῤῥαβών, ὑποθήκη] *Quod illi, cui debemus, interim tradimus, retinendum donec ſoluatur debitum.* Vlpian. de Pignoraticia actione, vel contra, l. Si rem alienam, Proprie pignus dicimus, quod ad creditorem tranſit: Hypothecam, quum non tranſit, nec poſſeſſio ad creditorem *etc.* Martial. 12, 25 Quum rogo te numos ſine pignore, non habeo, inquis. Pignus, a Pugno dicitur, *vt* Caius *ait* de verborum et rerum ſignificatione, l. Plebs, quia res, quae pignori dantur, manu traduntur. Pignus *(inquit Budaeus) eſt, quod Graece Hypotheca, quaſi obligationi ſuppoſitum, dicitur, vel quaſi ob fidem debiti ſuppoſitum, quod Latini Pignori opponere dicunt.* Pignus *enim tam de immobili, quam de re mobili dicitur.* Ter. Phorm. 4, 3, 56 Ager oppoſitus eſt pignori ob decem minas, aediculae item ob decem alias. ¶ 2 *Verborum iam formulas videamus.* Pompon. in l. Si rem D. de pign. action. Si rem pignori datam vendidit et tradidit, tuque ei numos credidiſti, quos ille ſoluit ei creditori, cui pignus dederat: tibique cum eo conuenit, vt ea res, quam iam vendiderat, pignori tibi eſſet: nihil te egiſſe conſtat, qui rem alienam

alienam pignori acceperis. ea enim ratione emtorem pignus liberatum habere coepiſſe. neque ad rem pertinuiſſe, quod tua pecunia pignus ſit liberatum. Accipere ſub pignoribus mutuas pecunias Caius in l. Vel vniuerſorum D. de pig. act. *et* Scaeuola in l. vlt. eod. tit. Auferre pignora *eſt capere, quod faciunt Magiſtratus, cum cogere volunt Senatores, vt veniant in curiam, vel alio modo coërcere, et in ordinem redigere.* Cic. de Orat. 3, 4 *de iurgio Philippi Conſulis in Senatu, et L. Craſſi, magni illius oratoris loquens*, Hic quum homini et vehementi et diſerto, et in primis forti ad reſiſtendum Philippo, quaſi quasdam verborum faces admouiſſet: non tulit ille, et grauiter exarſit, pignoribusque ablatis Craſſum inſtitit coërcere. *Vid. ſupra* CAEDERE pignus. Liu. 3, 38 Poſtquam citati *a Decemuiris Senatores* non conueniebant, dimiſſi circa domos apparitores ſimul ad pignora Capienda, *etc. Videntur itaque aliquid, quo aegre careret dominus, abſtuliſſe, non prius reddendum, quam ille feciſſet, quod iniunctum eſſet.* Cauere ſibi pignoribus Vlpian. in l. Si rem alienam D. de pignor. action. Cedit res aliqua pignori Paull. in l. Si conuenerit D. de pig. act. Contrahitur pignus (*inquit* Vlpian. l. 1 de pignorat. action.) non ſolum traditione, ſed etiam nuda conuentione, etſi traditum non eſt. Si igitur contractum ſit pignus nuda conuentione: videamus, ſi quis aurum oſtenderit, quaſi pignori daturus, et aes dederit, an obligauit aurum pignori. Et conſequens eſt, vt aurum obligetur, non autem aes: quia in hoc non conſenſerunt. Si quis tamen, quum aes pignori daret, affirmauit aurum eſſe, et ita pignori dedit: videndum erit, an aes pignori obligauit: et numquid, quia in corpore conſenſum eſt, pignori eſſe videatur. Conualeſcit pignus Africanus in l. Qui balineum D. qui pot. in pignor. Dare pignus cum aliquo, *dicuntur, qui ſponſionem ineunt, quod eſt* Pignore certare Virg. Ecl. 3, 31. Plaut. Caſin. prol. 77 Id ni fit, mecum pignus, ſi quis volt, dato in vrnam mulſi. Idem Epid. 5, 2, 35 Ni ergo matris filia eſt, In meum nummum in tuum talentum pignus Da. *Nempe hoc pignore firmatur ſponſio. Sic* Catull. ad fundum ſuum ſ. 44, 4 Quouis, Sabinum (*fundum*) pignore Eſſe, contendunt. Colum. 8, 2, 5 Pignus aleae totum patrimonium victor gallinaceus pyctes abſtulit. Dare aliquid pignori, *vid.* Contrahitur pignus, *et* Accipere pignori, *ſupra.* Deferere pignus, *vid. mox* Ponere pignori. Diſcedere a pignore Martian. in l. Si debitor D. Quib. mod. pig. vel hyp. ſol. Euaneſcit pignus, *vid.* Teneri pignori. Eſſe pignori, *vid.* Contrahitur pignus, *et* Accipere pignori. Exſtinguitur pignus Martianus in l. Sicut D. Quib. mod. pig. vel hypoth. ſol. Finitur Vlpian. in l. Si res diſtracta D. quibus modis pig. vel hypoth. ſol. Habere pignori aliquid Papin. in l. Qui generaliter D. Qui potiores in. Liberare pignus, *vid.* Accipere pignori. l. 4. D. qui pot. in pig. Obligare aliquid pignori, *vid.* Contrahitur pignus. Opponere pignori, *vid.* OPPONO. Perimitur, *vid.* Teneri pignori. Plaut. Capt. 2, 3, 73 Cogitato, — meam eſſe vitam hic pro te Poſitam pignori. Ne — pignus deſeras — Scito te hinc minis viginti aeſtimatum mittier. Vlpian. in l. Petenti D. de pignorat. act. Petenti mutuam pecuniam creditori, quum prae manu debitor non haberet, ſpecies auri dedit, vt pignori apud alium creditorem Poneret. Recedere a pignore Vlp. in l. Si rem alienam D. de pign. act. Recuperare pignus Martianus in l. Si creditor D. de diſtract. pignor. Remittere pignus Modeſtin. in l. Voluntate D. Quib. mod. pign. vel hyp. ſol. Soluitur pignus, *vid.* Finitur pignus. Suſcipere pignus Papinian. in l. Fideiuſſor D. de pig. et hypoth. Martian. in l. Grege D. de pig. et hyp. Grege pignori obligato, quae poſtea naſcuntur, tenentur. Sed etſi prioribus capitibus decedentibus, totus grex fuerit renouatus, pignori Tenebitur. Statu liber quoque dari hypothecae poterit, licet conditione exiſtente euaneſcat pignus. Quum pignori rem pignoratam accipi poſſe placuerit: quatenus vtraque pecunia debetur, pignus ſecundo creditori tenetur, et tam exceptio, quam actio vtilis ei danda eſt. Quod ſi dominus ſoluerit pecuniam, pignus quoque perimitur. Vlpian. in l. Si rem D. de pignor. action. Si rem alienam mihi debitor pignori dederit, aut malitioſe in pignore verſatus ſit. ¶ 3 Pignus *ſaepe dicitur indicium, ſiue documentum et argumentum idoneum: vel etiam Signum certum.* Virg. Aen. 3, 611 Ipſe pater dextram Anchiſes haud multa moratus, Dat iuueni, atque animum praeſenti pignore firmat. *i. Securum facit, vt qui dat pignus.* Curt. 9, 6, 17 Nullum erga me beneuolentiae pignus atque indicium omiſiſtis. Amoris mutua pignora Sil. 17, 365. Caritatis mutuae Quinctil. 1 prooem. Fidei Ouid. Met. 6, 506. Curtius 6, 5 *pr.* Extulerat et Hoſpitii pignora. Ouid. Epiſt. 20, 64 Hac ego compulſus, non eſt mirabile, forma, Si pignus volui vocis habere tuae. Cara Virg. Ecl. 8, 92. Miſerabile pignus amoris *puer inceſto natus* Ouid. Epiſt. 11, 113. Idem Met. 2, 38 *Phaëthon ad Phoebum*, Pignora da genitor, per quae tua vera propago Credar. *Reſpondet ille* 90 Vt noſtro genitum te ſanguine credas, Pignora certa petis: do pignora certa timendo, Et pater eſſe metu probor. Vellei. 2, 47, 2 Septimo ferme anno Caeſar morabatur in Galliis, cum medium iam ex inuidia potentiae inter Cn. Pompeium et C. Caeſarem concordiae pignus, Iulia vxor Magni deceſſit, *etc.* Cic. Philipp. 13, 8 c. 4 Magnis et multis pignoribus M. Lepidum Reſp. illigatum tenet. Summa nobilitas eſt hominis, ſummi honores, ampliſſimum ſacerdotium plurima vrbis ornamenta, ipſius, fratris, maiorumque monumenta: probatiſſima vxor, optatiſſimi liberi, res familiaris tum ampla, tum caſta a cruore ciuili: nemo ab eo ciuis violatus, multi beneficio et miſericordia liberati. *Haec omnia* pignora *ſunt, quibus creditur, Lepidum bonum ciuem eſſe.* Cic. Philipp. 13, 6 c. 3 Tu vero ita vitam corpusque ſeruato, ita fortunas, ita rem familiarem, vt haec poſteriora libertate ducas, atque his vti velis, ſi liberare Rempub. poſſis: nec pro iis libertatem, ſed pro libertate haec proiicias, tanquam pignora iniuriae, *quorum amor te cogere poſſet ad iniuriam vel faciendam, vel ſubeundam certe.* Cic. pro Sext. 19 *de Piſone*, Nam quid ego de ſupercilio dicam, quod tum hominibus non ſupercilium, ſed pignus Reipub. videbatur? tanta erat grauitas in oculo, tanta frontis contractio. Claudian. de 3 Conſ. Hon. 15 Cognata poteſtas Excepit Tyrio venerabile pignus in oſtro. *Nempe non parentum modo, ſed Reip. pignora intelliguntur principum filii.* Cic. pro Cael. 78 Habet a M. Caelio Reſp. Iudices, duas accuſationes, vel obſides periculi, vel pignora voluntatis. Affinitatis coniunctionem pignori fore ad confirmandas inimicitias putauit Cic. pro Cluent. 190. Coniugii mors mea pignus erit Ouid. Epiſt. 9, 150. Libertatis Pop. Roman. pignus, *D. Brutum vocat* Cic. Philipp. 11. Pacis pignus Ouid. Met. 8, 48. Salutem pro pignore tradere ad explendas cupiditates Cic. de Prouinc. Conſul. 2. Pignora *etiam pro Argumentis ſiue rationibus ponit* Seuerus in Aetna v. 133 Certis tibi pignora rebus Atque oculis haeſura tuis dabit ordine tellus. *i. argumenta. Et* v. 418 *et* 474 *et* 40. *Vid. ibi Scalig. et conf.* Ouid. Faſt. 3, 71 *et* de Arte Am. 2, 378. Eſt et hoc ipſum melioris ingenii pignus, non corrumpi bonitate eius, vt illo male vtaris Sen. Controu. 2 prooem. *Adde Buchner. ad* Plin. Ep. 10, 11. Tenemus pignus ſceleris Senec. Hippol. ſ. 5. ¶ 4 Pignora imperii, *i. Symbola quaedam diuinitus data, quibus ſaluis ſaluum ſperetur imperium* Ouid. Faſt. 3, 354 Iuppiter imperii pignora certa dabit. *Haec vox reſtituenda videtur etiam* Seruio *ad* Aen. 7, 188 *vbi, cum de* Ancilìis *dixiſſet*, Septem, *inquit*, fuerunt paria, *leg.* pignora, quae imperium Rom. tenerent, Acus Matris Deûm, Quadriga fictilis Veiorum, Sceptrum Priami, Velum Ilionae, Palladium, Ancilia. Liu. 5, 52 Quid de aeternis Veſtae ignibus, ſignoque quod imperii pignus cuſtodia eius templi tenetur, loquar? Quid de ancilibus veſtris, Mars Gradiue, tuque Quirine pater. Flor. 1, 2, 3 Ancilia atque Palladium ſecreta quaedam imperii pignora. ¶ 5 Pignora *aliquando pro Filiis accipiuntur: quoniam filii videntur tanquam pignora inter virum et vxorem eſſe, tum vinculi, ne alioqui diuortium fiat: tum caritatis.* Proxima ſuis pignora Tacit. Ann. 12, 2, 1. *de priuignis.* Ouid. . . Dulcia ſollicitae geſtabant pignora matres. *Item de omnibus ſanguine coniunctis.* Quinctil. 6, 1, 24 Affert in iis momentum et aetas, et ſexus, et pignora: liberi dico et parentes, et propinqui. Quare et obſecratio illa iudicum per cariſſima pignora vtique ſi reo ſint liberi, coniux, parentes, vtilis erit Idem ibid. n. 33. Cariſſima pignorum Tacit. Ann. 15, 57, 2. *Conf.* Id. Ann. 16, 26, 4. *et* Germ. 7, 3. *et* Agric. 38, 2. Ouid. Triſt. 3, 11, 15. *Schulting. ad* Quinctil. Decl. 1 p. 7. *Add.* Lucan. 3, 33. Adſcita pignora, *Filii adoptiui* Stat. Silu. 2, 1, 86. Cara pignora nepotes Ouid. Met. 3, 134. Gemino natarum pignore fultus Stat. Theb. 1, 394. Inauſpicatum pignus ſanguinis mei Senec. Oedip. ſ. 14. Sueton. in Tiber. c. 7 Cum Iulia primo concorditer, et amore mutuo vixit: mox diſſedit, et aliquanto grauius, vt etiam perpetuo ſecubaret, intercepto communis filii pignore, qui Aquileiae natus infans exſtinctus eſt. Semiferi partus metuendaque pignora matri Claud. in Eutrop. 1, 1. *Conf. Bernegg. ad* Suet. Aug. c. 21. *it.* Pallad. de inſitione 110. ¶ 6 Pignora *de liberis et affectu dici, contra* pignera *de rebus, putat Agroetius* p. 1347, 29 *Gothofr.* Feſtus, Pignoſa pignora, eo modo, quo Valeſii et Auſelii, Pinoſi Pileſi (*leg.* Pinaſi, Papiſi) dicebantur.

PIGNĔROR, āri. Dep. [ἐνεχυρίζω, ἐνεχυριάζω, ἐγχυριάζω, τιμητόω] *Pignora capere.* Liu. 29, . . Poſtea conſcientia ſibimet exilium conſciſcentes: bona tantum, quae publicari poterant, pigneranda poenae praebebant. Cic. Philipp. 14, 32 c. 12 In fuga, foeda mors: in victoria, glorioſa. Etenim Mars ipſe ex acie fortiſſimum quemque pignerari ſolet. Pignerari *dixit, pro eo, quod eſt quaſi Pignus accipere, et ſibi aſſerere, quaſique obnoxium ſibi debitumque capere. Cuius dicti hic ſenſus eſt, Fortiſſimus enim quisque, primus in praelio occumbere ſolet. Budaeus.* Pignerare, *Actiuum, Dare pignus.* Suet. in Vitel. c. 7 Vtque ex aure matris detractum vnionem pignerauerit ad itineris expenſas. Pigneror *dici* pro pignero, *atque adeo hoc poſterius videri rectius, monet* Gell. 18, 12. *Scribitur etiam* pignoro.

PIGNERATVS, a, um. Partic. Liu. 24, 1 Et quorum propinqui extra vrbem interclusi ab hoſtibus erant, velut obſidibus datis, pigneratos haberent animos. *Quaedam exemplaria habent* Pignoratos. Res pignerata ad modicum aeris Vlpian. in l. Si quis in pignore D. de pignor. act. ¶ 2 *Actiui ſignif.* Primus Caeſarum fidem militis praemio pigneratus Suet. Claud. c. 10.

PIGNORATIO, ōnis. f. Caius in l. Sed et D. de pign. et hypoth. *al.* Pigneratio.

PIGNORISCAPIO, ōnis. f. *Vt, Vſuſcapio.* Gell. 7, 10 *ex Catone*, Pignoriscapio ob aes militare, quod aes a Tribuno aerario miles accipere debebat, vocabulum ſeorſum fit, *etc.* Copulato vocabulo *ſic dici, monet* Gellius.

PIGNERĀTOR, ōris. m. [ἐνεχυριαστὴς] *Qui pignus accipit.* Cic. Verr. 3, 27 c. 11 Quum in his, inquam, rebus omnibus publicanus petitor ac pignerator, non ereptor, neque poſſeſſor ſoleat eſſe: tu de optimo, de iuſtiſſimo, de honeſtiſſimo genere hominum, hoc eſt de aratoribus, ea iura conſtituebas, quae omnibus aliis eſſent contraria. *Edixerat enim Verres, vt publicani poſſent iure ſuo ab aratoribus decumarum nomine quantum vellent capere, non iudicis auctoritate (vt aſſolet) pignora eorum capere. Budaeus.*

PIGNERATRIX, īcis. f. *ICt in* Dig.

PIGNERATICIVS, *ſiue* PIGNORATICIVS, a, um. Adi. [ἐνεχυρισματικὸς] Actio pignoraticia Vlp. in l. 1 D. de pig. actione. *Et elliptice* Si agat pigneraticia debitor l. 3 §. 2 D. de transact. Contraria pigneraticia conſequi l. 61 §. 1 D. de furtis. Creditor pigneraticius, *Cui pignus capere licet.* Vlp. Quaeritur in pigneraticio creditore, an pignoris perſecutio denegetur. *vid.* l. 15 §. 25 D. de damno inf. Fundus pignoraticius Pomp. in l. Quamuis D. de pign. act.

PIGRESCO, PIGRO, āre. *et* PIGROR, āri. *Vid.* PIGER.

P I L

PĪLA, ae. f. [ὅλμος] *a* Pinſo, pinſis; *Vas concauum, quo antiqui ſiccata frumenta pinſebant ac contundebant.* Cato c. 14 Paullulum latam pilam, vbi triticum pinſant vnam. Idem c. 10 Pilam lineam vnam. *Similiter vaſa illa concaua medicorum vſui apta, in quibus ptiſanae fieri ſolent*, pilae *dicuntur.* In pilam coniicere Scribon. 75. 264. *i. mortarium.* In pilam miſceri Idem 255. Pila et pilo mundo contundere Id. 74. ¶ 2 Pila, *Columna ſtans, quam Graeci* στήλην *vocant a ſtando. Proprie autem* ſtelas *Graeci appellant ſtantes columnas in monumentis.* Apul. Metam. 3 p. 141 *Elmenh.* Pila media quae ſtabuli trabes ſuſtinebat. Feſtus: Pila, quae parietem ſuſtentat, ab opponendo dicitur. Petron. c. 79 Omnes pilas columnasque notauerat. Catull. ad Contub. ſ. 35, 2 A pileatis nona fratribus pila, *i. taberna nona a templo Caſtorum. Cuique tabernae ſua pila appoſita.* Plin. 11, 10 Ruentes ceras fulciunt pilarum inſtar, interius a ſolo fornicatas, vt ſit aditus ad ſarciendum. *Conf.* Nep. 7, 4, 5. *Affinis eſt ratio, cum* Pilae *in* gloſſis *vocantur* παραστάδαι. *Vid.* PARASTAS. ¶ 3 Pilae [χηλαὶ] *etiam ſunt aggeres quidam, qui in aqua conſtruuntur.* Molem *vulgo appellant: alias etiam vocata* Faleria. *Earum vſus eſt ad tuendas a fluctibus naues intra portus et naualia. De quarum conſtructione* Vitruuius 5, 12. *Huiusmodi pilam* Virg. Aen. 9, 710 *deſcribit*, Qualis in Euboico Baiarum litore quondam Saxea pila cadit, *etc. Conf. Lipſ. ad* Tac. Ann. 14, . . *Grut.* Inſcript. p. 163, 9 Pilarum opus Puteolis reſtitutum.

PILATIM. Adu. [στηλιδὸν] *Per pilas.* Vitruu. 6, 11 Itemque quae pilatim aguntur aedificia — Extremae pilae in his latiores ſpatio ſunt faciundae *etc. Alia ſignificatione vid. ſub* PILVM.

PĬLA, ae. f. [σφαῖρα] *Inſtrumentum luſorium eſt, rotundum ad ſimilitudinem ſphaerae.* Plaut. Bacch. 3, 3, 24 Ibi curſu, luctando, haſta, circo, pugillatu, pila, ſaliendo, ſe exercebant magis. *Quatuor* pilarum *genera ſic deſcripſit Perottus: Eſt* Pila trigonalis, *omnium minima, praedura, firmo pilo plena: a quo pila nomen habet.* Fluentina *nunc vulgo dicta, quod* Fluentiae *huiusmodi pilae optimae fiant.* Trigonalis *autem vocitata eſt a* trigone, *qui locus erat in thermis triquetra (hoc eſt triangulari figura, quam Graeci τρίγωνον vocant) ad huiusmodi pilae luſum aedificatus, et paruo calore tepidus teneri per hiemem ſolitus: ne exuti ad ludendum homines, ſtatim rigorem conciperent, neue ludendo exerciti nimis aeſtuarent. Mittitur pila ad vnum angulum, ita, vt vtrumque parietem contingat, redditur non minus ſiniſtra quam dextra manu, miramque corporis agilitatem requirit.* Martialis *de* pila trigonali 14, 46 Si me mobilibus ſcis expulſare ſiniſtris, Sum tua: ſi neſcis, ruſtice redde pilam. *Eſt* Pila paganica, *a* pagis, *hoc eſt villis, ita dicta, quod pagani ea vterentur. Haec craſſior eſt, laxiorque, et pluma plena, nec ad luſum tam agilis, vt quae nec tam leuis eſt, nec iactata facile reſilit.* Martialis 14, 45 Haec quae difficilis turget paganica pluma, Folle minus laxa eſt, et minus arcta pila. *Quaſi dicat, Eſt laxior quam pila trigonalis, et arctior, firmiorque quam follis. Nam* Follis *tertium pilae genus eſt: hic ex pelle fit, ſpirituque inflatur: craſſior caeteris, ſed non multo grauior: pugno redditur, non palma, vt reliquae pilae. A flatu nomen habet. Eſt praeterea quartum pilae genus, quod vocant* Harpaſtum, *ſiue* Sphennidem: *craſſior eſt quam pila paganica, tenuior quam follis. E panno fere fit, aliquando, ex pelle, lana, tomentoue impletur: non repercutitur. Sed quum multi ſint ludentes, et in duas partes diuiſi, ita vt vtrinque e regione ſibi inuicem oppoſiti ſint, ad ſuos quisque transmittere pilam conatur, quam aduerſarii nituntur arripere. Sic magno labore luditur: decidit ſaepe in terram pila: ad quam cateruatim currentes, ſe inuicem proſternunt, puluereque et ſudore infecti flaueſcunt. Laborioſum ludi genus, et ideo grandioribus tantum conueniens. Haec ex Sipontino. Add. Rameireſ. ad* Mart. 4, 19. Pilas quaſi dii habent homines Plaut. Capt. prol. v. 22. Prouectus eo, vt Fortunae vocaretur pila Aur. Victor. in Epit. c. 34. *de Pertinace.* Terra pilae ſimilis Ouid. Faſt. 6, 269. Iactus pilarum Idem Triſt. 2, 485. Stat. Silu. 1, 5, 58 Strata ſolo tabulata crepantes Auditura pilas. *Locus in balneis, ſphaeriſterium.* Pila luſoria Plin. 7, 56. Perpictae Ouid. Met. 10, 262. Velox Hor. Serm. 2, 2, 11. Ad pilam ſe, aut ad talos, aut ad teſſeras ſe conferunt homines labore aſſiduo et quotidiano aſſueti, quum tempeſtatis cauſa opere prohibentur Cic. de Orat. 3, 55 c. 15. Sen. de Benef. 2, 17 Pilam cadere non eſt dubium aut mittentis vitio aut accipientis. Tunc curſum ſuum ſeruat, vbi inter manus vtriusque apte ab vtroque et iactata et excepta verſatur. Neceſſe eſt autem luſor bonus aliter illam colluſori longo, aliter breui mittat. *Hoc ad beneficia applicat. Sic* 2, 32 Sicut in luſu eſt aliquid pilam ſcite ac diligenter excipere: ſed non dicitur bonus luſor, niſi qui apte et expedite remiſit, quam exceperat, *etc.* Celſ. 1, 6 Quem frequenter cita aluus exercet, huic opus eſt pila, ſimilibusque ſuperiores partes exercere. Lucan. ad Piſon. 173

Nec tibi mobilitas minor eſt, ſi forte volantem
Aut Geminare pilam iuuat, aut reuocare cadentem,
Et non ſperato fugientem reddere geſtu.

Aliud et operoſius genus pililudii *videtur, de quo* Manil. 5, 165

Ille pilam celeri fugientem reddere planta,
Et pedibus penſare manus, et ludere ſaltu (folle *Bentl.*)
Mobilibusque citos ictus glomerare lacertis:
Ille potens turba perfundere membra pilarum,
Per totumque vagas corpus diſponere palmas,
Vt teneat tantos orbes (*tot pilas*) ſibique ipſe reludat,
Et velut edoctos iubeat volitare.

Vid. PILARIVS. Vet. Lap. Vrſus togatus vitrea qui primus pila Luſi decenter cum meis luſoribus, Laudante populo maximis. Cic. Tuſc. 5, 60 Is quum pila Ludere vellet (ſtudioſe enim id factitabat) tunicamque poneret, adoleſcentulo, quem amabat, tradidiſſe gladium dicitur. *Add.* Id. de Orat. 1 c. 16. Mouere et tollere, pilam Ouid. de Arte Am. 3, 362. Cic. in Piſon. 69 Graecus (*Epicurus*) primo diſtinguere atque diuidere illa, (*de voluptate*) quemadmodum dicerentur: iſte claudus (quomodo aiunt) pilam retinere, quod acceperat teſtificari. *Sed ſunt, qui ad* pilam *aedificii referunt, qua ſe ſuſtineat claudus, quam non temere dimittat.* Mea pila eſt, ſi repudiatur miles Plaut. Truc. 4, 1, 8. *Prouerbialiter hoc dictum eſt, i. In mea poteſtate eſt ludus: tanquam cuius eſt pila; Arbitratu meo res geritur; Iam meae erunt primae partes apud mulierem. Gruterus obſeruat, etiam alias ad rem Veneream pilae luſus verba adhiberi. Vid.* DATATIM. ¶ 2 Pila *etiam de aliis rebus dicitur, quas rotundas ſ. orbiculares et ſphaericas indicare volumus.* Pila lanuginis, *Lanuginoſa quaedam rotunditas in formam pilae* Plin. 12, 10. Pila, quae caudis haeret ouinis Sammon. v. 251. Nurſinae Martial. 13, 20. *de rapis.* Pictae Ouid. Met. 10, 262. *de lapillis.* Roboreae Sammon. v. 114. *i. gallae.* Veteris ſeui Idem v. 347. ¶ 3 Pilae, *vt* ex Feſto Paullus *docet*, et effigies viriles et muliebres, *quae* ex lana compitalibus ſuſpendebantur in compitis, quod hunc diem feſtum eſſe deorum inferorum, quos vocant lares, putarent, quibus tot pilae, quot capita ſeruorum, tot effigies, quot eſſent liberi, ponebantur, vt eſſent his pilis et ſimulacris contenti. *Hoc deinde translatum ad Spectacula,* pilae *dictae* pannuceae *qualescunque effigies hominum coloris rubei, quibus irritarentur, in quas impetum facerent tauri et fera animalia.* Martialis *paſſim earum mentionem facit vt* Spectac. 9 *it.* 19 *et* 22. *Ponemus tantum loca, vnde humana effigies colligi poteſt. Nempe* 2, 43 At me *tegit toga, qualis eſt*, quae paſſa eſt furias et cornua tauri, Noluerit dici quam pila prima (*plures enim ordine ſtatutae*) ſuam. *Et* 10, 86 *de pilae luſore,* Sed qui primus erat luſor, dum floruit aetas, Nunc, poſtquam deſit ludere, prima pila eſt, *aeque lacera veſte indutus etc. Vet. Gl.* Pilae ταυροκαθάπται. *De his agit fragmentum primum* Cornelianae Cic. Homines foeneos in medium ad tentandum periculum proiectos, *vbi* Aſcon. Simulacra effigiesque hominum ex foeno fieri ſolebant, quibus obiectis ad ſpectaculum praebendum tauri irritarentur. Ouid. Met. 12, 102

Haud ſecus exarſit, quam circo taurus aperto
Cum ſua terribili petit irritamina cornu
Poeniceas veſtes, eluſaque cornua ſentit.

PILVLA, ae. f. Dimin. [σφαίριον] *Globulus, et ſphaericum quidam ac rotundum.* Plin. 16, 7 Naſcuntur in eo et pilulae; nucibus non abſimiles. Pilulae cupreſſi Pallad. Oct. 14, 11. Veget. Mulom. 2, 62, 2. Idem *ſic vocat* ſquibala equi minuta 1, 47, 2. *it.* Collyria ad oui magnitudinem 1, 62, 2. *Et* ad ſimilitudinem pilularum maiores glandulas 2, 24, 1. *Pharmaca illa in globulos conformata, quae hac forma ſumimus, vulgo* pilulas *nominamus.* Plin. 28, 9 Vetus axungia phthiſim in pilulis ſumta ſanat. Rotundiſſima Scribon. 39. Pares pilulae Idem 138. Platani pilulae Id. 2. *i. baccae. Add.* Marcell. Empir. c. 6. Seren. Sammon. v. 379 *et* 1051. Facere pilulas Scrib. 75. *Haec Graeco vocabulo καταπότια dicuntur. Ab abſorbendo: non enim comminuendae dentibus, aut guſtandae ſunt pilulae.*

PILĀRIS, e. Adi. *Ad pilam pertinens.* Luſio pilaris Stat. Silu. 4 praefat.

PILARIVS, i. m. Pilarii *praeſtigiatores dicuntur, Qui leui agitationi pilulas, ſeu paruas pilas videntur emittere, aut in vas iniicere, quum ſecus faciant.* Quinct. 10, 7, 11 Quo vſu conſtant miracula illa in ſcenis pilariorum ac ventilatorum, vt ea, quae emiſerint, vltro venire in manus credas, et qua iubentur decurrere. Pilarium omnium eminentiſſimum *ex Fabretti* Inſcr. 4 p. 25 *laudat Burm.*

PILICRĔPVS, i. m. *Miniſter aliquis ludentium pila in balneis, numerandis credo pilis praefectus, vt hodie quoque fieri ſolet in ſimili genere.* Seneca Epiſt. 56 *pr. cum enarrat ſtrepitum, quem exaudiat* ſuper ipſum balneum habitans, Si vero, *inquit*, pilicrepus ſuperuenerit, et numerare coeperit pilas, actum eſt. *In balneis pila ludi, ſupra vidimus ex* Statii Silu. 1, 5, 58. *Sic in vtraque villa* Plinii, Epiſt. 2, 17, 12. *et* 5, 6, 27 Sphaeriſterium *balneo adiunctum eſt.* Numerari pilas, *oſtendit etiam* Petron. 27 *vbi* Spado numerabat pilas, non quidem eas, quae inter manus luſu expellente vibrabant; ſed eas, quae in terram Decidebant. *Sed ipſos etiam luſores, et quidem magnos luſores, videntur dixiſſe* Pilicrepos. Gloſſ. Iſid. Pilicrepus, qui pila ludit. Vet. Inſcr. *apud* Grut. p. 1637, 1 *ad* Vrſum Togatum Pilicrepum *pertinet. Nempe non ſunt temere luſores meliores, quam qui totos dies hoc agunt, et ludo velut praeſunt. Sed digna eſt inſcriptio, quae huc maiore ex parte referatur, cum hominem loqui videatur, cuius ars et profeſſia eſt pilam ludere:* Vrſus Togatus, vitrea qui primus pila luſi decenter cum meis luſoribus, laudante populo maximis clamoribus Thermis Traiani, Thermis Agrippae et Titi, multum et Neronis. Si tamen mihi creditis, ego ſum: ouantes conuenite pilicrepi, ſtatuamque amici — onerate — et merum profundite — de apotheca dominica, Vrſumque canite — ſenem hilarem, iocoſum, pilicrepum ſcholaſticum, qui vicit omnes anteceſſores ſuos ſenſi (*al.* ſenſu) decore atque arte ſubtiliſſima. Nunc vera verſu verba dicamus ſenes: Sum victus, ipſe fateor, a ter conſule Vero Patrono, nec ſemel ſed ſaepius, cuius libenter dicor exodiarius. *Vltima verba hoc videntur indicare, ſi cum Patrono ſuo Vero comparetur Vrſus, illius, puto, libertus, tum illum primarum partium actorem videri, qui ſerio rem gerat, Vrſum modo* Exodiarium, *qui ſpatia et interſtitia illius expleat. Adulatur Patrona auctor inſcriptionis.*

PILILVDIVS, i. m. Gloſſ. Iſidor. Pililudius qui pilotello ludit. *Itaque* PILOTELLVS *vel* PILOCELLVS *Iſidoro eſt parua pila. Scal. ad Manil. 5 p. 364* Pililudios *etiam* Firmico *tribuit, et intelligit quos* Pilarios *modo vidimus.*

PILATES, ae. m. [πιλάτης] *Genus Lapidis candidiſſimi.* Cato *apud* Feſt. *h. v.* Lapis candidior quam pilates.

PILATVS, *vid.* PILVM.

PILENTVM, i. n. *inquit* Feſtus, Vehiculi genus, quo matronae ferebantur. Virg. Aen. 8, 666 Caſtae ducebant ſacra per vrbem Pilentis matres in mollibus. *i. Penſilibus.* Liu. 5, 25 Honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum: vt pilento ad ſacra, ludosque, carpentis feſto profeſtoque vterentur. Macrob. Saturn. 2, 6 Eueniſſeque, vt Circenſium die puer de coenaculo pompam ſuperne deſpiceret, et patri referret, quo ordine ſecreta ſacrorum in arca pilenti repoſita vidiſſet. *Totum locum damus in* DESPICIO. Sacra pilenta Claud. de Nupt. Honor. 286. *Add.* Hor. Epiſt. 2, 1, 191. Prudent. in Symm. 2, 1088. *Vid. Scheffer. de Re vehicul.* 2, 25.

PILEVS, i. m. *vel* PILEVM, i. n. [πῖλος, πίλεον] *Tegmen capitis.* Plaut. Amph. 1, 1, 306 Vt ego hodie raſo capite caluos capiam pileum. *i. Vt caluus, ſeu raſo capite, liber fiam. Nam cum manumitterentur ſerui, darenturque in libertatem, reſecari capilli, et caluo capiti pileus imponi ſolebat.* Seruius *in* Aen. 8, 564 Feronia, nympha Campaniae. Haec etiam libertorum dea eſt, in cuius templo raſo capite pileum accipiebant. *Hinc* Perſ. 5, 82 Haec mera libertas, hoc nobis pilea donant. *Hinc* Liu. 24, 32 Poſtero die ſerui ad pileum vocati et carcere vincti emiſſi. Macrob. Saturn. 1, 11 Dicet aliquis, nunc me dominos de faſtigio deiicere, et quodammodo ad pileum ſeruos vocare. Pileum naturale Lamprid. in Anton. Diadum. c. 4 *de pellicula, quae recens nato adhaeſit. vid. h. l. Caſaub. it. Salmaſ. ad* Sol. p. 659. Suta pilea de caeſis lacernis Stat. Silu. 4, 9, 24. Pilea Caſtori et Polluci dederunt antiqui, quia Lacones fuerunt, quibus pileatis pugnare mos eſt Paullus Feſti. *Vid. mox* Pileati fratres.

PILEŎLVS, i. m. *vel* PILEŎLVM, i. n. Dimin. [πιλίσκος] Hor. Epiſt. 1, 13, 15 Vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis. Colum. de Arborib. c. 25 Pileolos induere. *Lauatur etiam* Ouid. de Arte Am. 1, 734 Nec turpe putaris Pileolum nitidis impoſuiſſe comis. *Sed melioris notae libri habent* Palliolum. *Vid. Heinſ.* Pileolum *eſt* Hieron. ad Paullin. Ep. 153 *extr.*

PILEĀTVS, a, um. Adi. [πιλωτὸς] *Pileo tectus.* Liu. 24, 16 *extr.* Pileati, aut lana alba velatis capitibus Volones epulati ſunt. Fratres pileati Catull. ad Contubernales ſ. 35, 2 *Caſtor et Pollux.* Martial. 11, 7 Verſu ludere non laborioſo Permittis puto pileata Roma. *i. laetitiae, libertatisque ſigna Saturnalibus diebus praeferens. Serui enim ipſi Saturnalibus liberi videbantur. Sic Saturnaliorum imaginem ludit populus poſt mortem* Neronis *apud* Sueton. *extr.* Tantumque gaudium publice praebuit (*obitu ſuo Nero*) vt plebs pileata tota vrbe discurreret. Sen. Epiſt. 18 *de Saturnalibus* pileatam turbam *memorat.* Martial. 14, 1 *in deſcriptione Saturnalium*, Dumque decent noſtrum pilea ſumta Iouem. *de Domitiano.* Gell. 7, 4 Pileatos ſeruos venum ire ſolitos, quorum nomine venditor nihil praeſtaret. Cael. Sabin. Iuriſperitus ſcriptum reliquit. *Cauſam indicat Gellius.* ¶ 2 Pileati, πιλοφόροι *natio Dacica apud* Victor. Caeſ. 13, 3.

PILEARIVS, i. *ſ.* PILEO, ōnis. m. *Qui pileos conficit.*

PILO, āre. *ex Graeco πιλόω cogo, etiam ductum eſſe tum* pileus *indicat, tum, quae de* PILATVS *poſt ponemus ſub* PILVM. ¶ 2 *Sed etiam furari ſignificat, vt cognoſcimus e compoſito* COMPILO. Feſtus: Pilare et compilare ſunt qui Graecae originis — Graeci enim fures Piletas. *Sed errant illi, cum iſti ſint* Philetae: *nec opus ſit*

Aeolorum

Aeolorum morem aduocare adſpirationem tollentium, in verbo quod a πιλόω *denſo, commode deriuatur, conſarcinant enim, coguntque quaſi et condenſant, conſtipantque in ſuos ſaccos ablata.* Petron. Sat. 44 Singulos pilabat. *Et* Ammian. 31, 5 Pilando villas et incendendo.

PILANS, antis. Partic. *Denſans, vid. Seruii locus, quem damus in* PILATVS *ſub* PILVM. *Sed* Ammian. 31, 2 Inimica caſtra pilantes, *i. praedantes.*

PILATVS, a, um. *Denſatus. Vid. ſub* PILVM. *Pro Spoliato* Ammian. 14, 2 Cognitis enim pilatorum caeſorumque funeribus. *Praeceſſit,* Obtruncatis omnibus, merces opimas velut viles nullis repugnantibus auertebant.

PILATRIX, īcis. f. Titinn. *apud* Non. 2, 259 Extorrem hanc domo faciam pilatricem pallii, *i. furem, ſpoliatricem.*

PILVM, i. n. [ὑσσὸς, Ῥωμαικὸν δόρυ Gloſſ. Lat. Gr.] *Armorum genus,* haſtile pedum quinque et ſemis, ferro triangulo vnciarum novem: ad cuius ictum praecipue exercebantur milites: quod arte et virtute directum, et ſcutatos pedites, et loricatos equites ſaepe transverberat. *Haec* Veget. 2, 15. Varro de L. L. 4, 24 p. 29, 34 Ab omine dictum Pilum, quod hoſtis *(Accuſ. Plur.)* feriret vt perilum. *Sic Scal. Scioppiusque. Neuter aliquid annotat. Quid ſi dedit Varro* peilum *i.* pilum, *de quo ſtatim* n. 2. Seru. *ad* Aen. 7, 664 Pilum proprie eſt haſta Romanorum. Cic. in Piſon. 38 Vt ſemper Macedonibus imperatoribus iidem fines prouinciae fuerint, qui gladiorum atque pilorum. Adigere alicui pilum Val. Max. 3, 2, 23. Advigilantia pila regum ſomnis Stat. Theb. 1, 148. *de cuſtodibus corporis.* Catapultarium pilum, *vid.* CATAPVLTA. Excubiae, et circumſtantia pila Claud. de quart. Conſ. Hon. 280. Curuata pila cuſpide Lucan. 1, 242. Exeſa rubigine Virg. Georg. 1, 495. Horrentia agmina pilis Hor. Serm. 2, 1, 13. Infixa tergis hoſtium, *vid.* INFIGO. Pilum Iniecisti mihi Plaut. Moſt. 3, 1, 43. Minantia pila pilis Lucan. 1, 7. Muralia, *vid.* MVRVS. Saeua Stat. Theb. 10, 147. Torquere pila Lucan. 1, 364. *In forma* pili *ex Polybio et aliunde illuſtranda multus eſt Lipſius de Mil. Rom. 7, 4. Add. Plut. Mario p. 419, D. ex numo figuram dedit Guther. de Vet. iure Pontif. 3, 16 p. 329.* ¶ 2 Pilum, *Inſtrumentum quo aliquid pinſitur, ſeu tunditur in pila.* Varr. de L. L. 4, 31 Pilum, quod eo far pinſunt. Ligneum pilum Scribon. 152. 255. 264. Commiſcere pilo 89. Confundere pila et pilo mundo 74. Miſcere ictu pili 76. Plin. 18, 10 Piſtura omnium facilis. Quippe et Hetruria ſpicam farris toſti pinſente pilo praeferrato, fiſtula ferrata, et ſtella intus denticulata, vt niſi intenti pinſant, concidantur grana, ferroque frangantur. Cato de R. R. 10, 5 Pilum fabarium vnum, farrearium vnum, ſeminarium vnum, qui nucleos ſuccernat vnum. Piſtilium *etiam vocatur.* Pilis Subigere corium Pallad. 1, 41, 2. Plaut. in Fragm. Aſtrab. 4 Quaſi tollenonem aut pilum Graecum reciproces plana via. *Eſt autem* Pilum Graecum, *vt interpretatur Turnebus, Quod in pinſendo tritico vna deprimitur parte, altera attollitur more chelonii. De eo loquitur Heſiodus,* Ὄλμον μὲν τριπόδην τάμνειν, ὕπερον δὲ τρίπηχυν. ¶ 3 Plaut. Stich. 4, 1, 62 Poſtea ibo lauatum in Pilum. *Turneb. Hic quid* pilum *ſit, inquit, equidem comminiſci non poſſum, niſi ſit inſigne balnearum, vt malum Punicum apud* Suetonium, *inſigne domus eſt. Alii interpretantur coactilia, quaſi intelligeret coactilibus ſe muniturum et foturum, eaque ſibi pro balneo fore. Hactenus Turnebus. Lambin.* Pyelum, πύελον *vas, in quo lauatur.*

PILĀTVS, a, um. Adi. *Pilo armatus.* Agmina pilata Virg. Aen. 12, 121. *Operae pretium eſt apponere locum licet longiuſculum* Seruii. *Pilata,* h. e. pilis armata. Quidam hoc loco *pilata agmina* non a genere haſtarum poſitum adferunt: nam poſt paullo dictum inferunt, *Defigunt tellure haſtas:* ſed *pilata* denſa, ſpiſſa, vt implere portas potuerint, et poſtea ſe in loca apertiora diffundere. Alii *pilatum agmen* dicunt, quod in longitudine directum eſt, quale ſolet eſſe, cum portis procedit; vel certe *pilata,* fixa et ſtabilia, vel a *pilo,* quod figit, vel a *pila ſtructili,* quae fixa eſt et manet: nam et Graeci res denſas et arduas πιλώια dicunt. Ennius Satirarum 11 *Contemplor inde loci liquidas pilatasque aetheris oras,* cum firmas et ſtabiles ſignificaret, et quaſi pilis fultas. Hoſtius belli Hiſtrici primo: *Percutit atque haſtam pilans prae pondere frangit, Pilans,* id eſt, figens. Idem, *Sententia praeſto pectore pilata,* id eſt fixa, *(Forte ex Graeco* πεπυκασμένος *de* PILATIM *quae hic habet Seruius, ſtatim ſeorſum ponemus)* Varro rerum humanarum *(omiſſus numerus libri videtur) duo genera agminum* dicit, *quadratum, quod immixtis etiam iumentis incedit, vt vbiuis poſſit conſidere: pilatum alterum, quod ſine iumentis incedit: ſed inter ſe denſum eſt, quo facilius per iniquiora loca tramittatur.* Martial. 10, 48, 2 *in deſcriptione horae octauae,* Et pilata redit iamque ſubitque cohors: *i. cohors vna praetorianarum redit ex caſtris ſuis, et ſubit in locum diſcedentis e ſtatione ſua et excubiis. De* Pilatus *prima corr. vid. mox ſub* PILO *ex* PILVS.

PĪLATIM. Adu. *Conferto agmine. Sic explicatur a* Seruio *ad* Aen. 12, 121. Aſellio, *inquit,* hiſtoriarum VIII, *Triariorum quartum ſignum accedebat, ſiue pilatim ſiue paſſim iter facere volebat.* Scaurus de vita ſua, *In agrum hoſtium veni, pilatim exercitum duxi,* id eſt, ſtrictim et denſe.

PILĀNVS, i. m. Varr. de L. L. 4, 16 (p. 24, 1) Pilani, qui pilis pugnabant. Ouid. Faſt. 3, 129 Et totidem princeps, totidem pilanus habebat Corpora: legitimo quiſque merebat equo.

PILVMNVS, i. m. [Πιλουμνος] *Iouis filius.* Hic, *teſte* Seruio, fratrem habuit Pithumnum, qui primus ſtercorandorum agrorum vſum inuenit, vnde et Sterquilinius dictus eſt: Pilumnus vero, pinſendi frumenti; vnde et a piſtoribus colitur. Ab ipſo etiam pilum dictum eſt. Quidam Pilumnum et Pithumnum Caſtorem et Pollucem accipiunt: nonnulli laudum Deos: Varro Coniugales Deos ſuſpicatur. *Haec* Seruius *ad* Aen. 9, 4 Luco tum forte Parentis Pilumni Turnus ſacrata valle ſedebat. *Quod eſt de* Varrone, *vid.* PICVMNVS. *De eodem Turno* Virg. Aen. 10, 76 Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater. *Add.* ibid. 12, 83.

PILVS, i. m. *Idem videtur, qui Pilanus ſ. Triarius, certe in iis locis, vbi* primus pilus, *i.* centurio primus Triariorum *legionis alicuius appellatur, vt* Caeſ. B. Gall. 2, 25 Omnibus Centurionibus aut vulneratis aut occiſis, in his primo Pilo P. Sextio Baculo. *De hoc eodem nomine* Caeſ. B. Gall. 7, 38 P. Sextius Baculus, qui primum pilum apud Caeſarem duxerat. *Et* 3, 5 Primi pili centurio dicitur *idem. Sed cum nondum alius locus prolatus ſit praeter hunc Caeſaris, et non deſint, qui et hic iuncta voce* primopilo *aut* primipilo *legant: non ſatis certa eſt huius intellectus auctoritas: niſi quod ſuccenturiari videtur* Vet. Inſcr. *apud Grut. p. 437, 5* C. MEFFIO. C. F. CLA. SAXONI. PRIMO. PILO. *Tanto autem alter certior, vbi* ¶ 2 Pilus manipulum *aut* ordinem Triariorum, *vel totum adeo Triariorum in vna legione corpus ſignificat, vt nempe* Haſtatus *et* Princeps *pro* ordine Haſtatorum et principum *ſumuntur.* Liu. 42, 32, 7 Centuriones, qui primos pilos duxerant. *It.* 42, 35, 2 In legione prima primum pilum virtutis cauſa ei aſſignauerunt. *Sed claſſicus velut eſt locus* Liu. 42, 34 *de quo pluſcula deſcribere non piget.* Sp. Liguſtinus *iſta de ſe commemorat,* Biennium miles gregarius fui — tertio anno virtutis cauſa mihi T. Quinctius Flamininus decimum ordinem haſtatum adſignauit *(i. vltimum legionis et nouiſſimum centurionem fecit)* — Hic me imperator dignum iudicauit, cui primum haſtatum prioris centuriae adſignaret. — a M' Acilio mihi primus princeps prioris centuriae eſt adſignatus. — Quater intra paucos annos primum pilum duxi. *De hoc deinde* c. 35, 2 Tribunique militares in Legione primum pilum virtutis cauſa ei adſignarunt. *Nempe, vt ait* Liu. 8, 8, 7 Ordo *(manipulus)* vnusquiſque tres partes habebat: earum vnamquamque primam Pilum vocabant *(alteram* Principem, *tertiam* Haſtatum) *Sic legendum putamus et interpretandum hunc locum, duce Lipſio. Nam abſurda eſt recepta lectio* primum pilum. *Vt* Sall. Iug. 38, 6 Centurio primi pili tertiae legionis: *ſic* Liu. 26, 6, 1 M. Atilius primi principis ex eadem legione ſignum inferri — coegit. Idem Liu. 2, 27, 6 Populus dedicationem aedis dat M. Laetorio primi pili centurioni. Cic. Att. 5, 20. *It.* pro Balbo c. 15 Primi pili Centurio. *Conf.* Veg. 2, 8 *pr.* Tac. Hiſt. 3, 22, 5. Liu. 25, 19 Inſignis inter primi pili centuriones. *Add.* Tac. Ann. 15, 12, 3. Sueton. Calig. c. 44 Pleriſque centurionum maturis iam, et nonnullis ante pauciſſimos, quam conſummaturi eſſent, dies primos pilos ademit. Martial. 1, 32 Grata Pudens meriti tulerit cum praemia pili, primum *intelligit. Sic et 6, 68 de eodem* Pudente, et referes pili praemia clarus eques. *Vid. infra* PRIMIPILVS, *quorſum male referri, male nempe continuari puto, vbi aliquis* primi pili centurio *dicitur.* Primipilus *eſt* centurio primi pili *etc. Itaque recte etiam apud* Liu. 7, 41, 5 *editur,* Additumque legi, ne quis, vbi tribunus militum fuiſſet, poſtea ordinum ductor eſſet. Id propter P. Salonium poſtulatum eſt a coniuratis; qui alternis prope annis et tribunus militum, et primus centurio erat, quem nunc primi pili appellant. *Erat ibi* primipilum, *ſed iam Gelenius reperit in MSS.* primi pili *et firmat Drakenb. Et vix dubito ita etiam legendum* Liu. 8, 8 *extr. Agit de bello Latinorum cum Romanis:* Centurio quoque cum centurione, ſi ordines turbati non eſſent, concurrendum ſibi eſſe ſciebant. Duo *(centuriones)* primi pili *(vulgo,* duo primipili) ex vtraque acie inter Triarios erant, Romanus — Latinus — notiſſimi inter ſe, quia pares ſemper ordines duxerant. Romano, haud ſatis fidenti viribus, iam Romae permiſſum erat ab conſulibus, vt ſubcenturionem ſibi quem vellet legeret, qui tutaretur eum ab vno deſtinato hoſte. Iſque iuuenis, in acie oblatus, ex centurione *(primi pili)* Latino victoriam tulit. Tac. Hiſt. 4, 5, 2 Qui ordinem primi pili duxiſſet. *Et* An. 13, 36, 2 Curam praeſidiorum Pactio Orphito, primi pili honore perfuncto mandat. Plin. 22, 6 ſ. 6 *de corona graminea obſidionali,* contigit eius honos — Centurioni vni ad hoc tempus Cn. Petreio — Primum pilum is capeſſens ſub Catulo, excluſam ab hoſte legionem ſuam hortatus, Tribunum ſuum dubitantem per caſtra hoſtium erumpere interfecit, legionemque eduxit. Ouid. Am. 3, 8, 27.

PĬLVS, i. m. [θρίξ] *Nomen generale eſt, tenuium filamentorum, quibus natura veſtiuit animalia.* Plin. 11, 37 ſ. 47 In capite cunctorum animalium, homini plurimus pilus. Idem 8, 21 Pilo in contrarium verſo. *de tauris.* Radices pilorum Scribon. 230. Cic. de N. D. 2, 143 Munitae ſunt palpebrae tanquam vallo pilorum, quibus et apertis oculis, ſi quid incideret, repelleretur, *etc.* Frequens pilus Celſ. 6, 4. Inordinatiſſimi pili, *vid.* INORDINATVS. Fruticante pilo neglecta et ſqualida crura Iuuen. Sat. 9, 15. Reducere ad pilum vlcera Plin. 22, 22. *facere vt pilum cutis gignat de nouo.* ¶ 2 Vellere pilos caudae equinae Hor. Epiſt. 2, 1, 45. *Metaph. de argumentatione, quae Sorites vocatur.* E Cappadocia ne pilum quidem Cic. Att. 5, 20 p. 543. Idem Q. Frat. 2, 15 (16) *extr.* Nihil eſt quod vereare: ego enim ne pilo quidem minus me amabo. Cic. pro Roſc. Com. 20 c. 7 Qui idcirco capite et ſuperciliis ſemper eſt raſis, ne vllum pilum viri boni habere dicatur. Nullum eſſe pilum omnibus rebus talem, qualis ſit pilus alius, Stoicum eſt quidem, nec admodum credibile Cic. Acad. 4, 85.

PILO, āre. [τριχῶμαι] *Pilos emittere.* Accius, Tum primum pilabant genae. Nonius 1, 184. Corpus meum nunc pilare primum coepit Afran. ibid. *Pilos detrahere.* Martial. 6, 56 (57) Exſtirpa (mihi crede) pilos de corpore toto: Teque pilare tuas teſtificare nates. Pilat, Pilos habere incipit. alias pro Detrahit pilos, a quo et Depilati. Feſtus.

PILATVS, a, um. *pro* depilatus, *apud* Martial. 10, 48, 2 *vbi Scalig. legit* Atque pilata redit *etc. Vulgo exſtat* et pilata, *prima longa, quod etiam modo probauimus. Sed Iſiacos glabro capite intelligit Scalig. ad* Tibull. 1, 219.

PILŌSVS, a, um. Adi. [λαγματώδης] *Pilis abundans.* Cic. in Piſon. 1 Non enim nos color iſte ſeruilis, non piloſae genae, non dentes putridi deceperunt. Colonus Martial. 12, 59. Piloſa palpebra Scribon. 230. Vrſis aſperior piloſiorque Carm. Priapei. 46. *Compar.* Piloſiora folia, *quae in ipſa ſuperficie exteriori vel interiori velut adnatos quoſdam pilos oſtendere videntur* Plin. 20, 16.

P I M

PIMPLA, ae. f. [Πίμπλα] *Thraciae mons eſt et locus, vt ſcribit Strabo 10. Vnde*

PIMPLĒVS, a, um. Adi. [Πίμπλειος] Martial. 12, 11 Cuius Pimpleo lyra clarior exit ab antro. Mons Catull. 102, 2.

PIMPLĒA, ae. f. [Πιμπλέα] Muſa. Stat. Silu. 1, 4, 26 Licet enthea vatis Excludat Pimplea ſitim. *Et* 2, 2, 36 Non mihi ſi cunctos Helicon indulgeat amnes, Et ſuperet Pimplea ſitim. Catull. 106 Mentula conatur Pimpleum ſcandere montem Muſae furcillis Praecipitem eiiciunt. *Quid. legunt* Pipleum, *quod etiam rectum, vt* Pipla *et* Pimpla. Mart. 12, 11 Cuius Pimpleo lyra clarior exit ab antro. Hor. Carm. 1, 26, 9 Necte meo Lamiae coronam Pimplea dulcis. *Sed Heinſ. Bentl. Cuning.* Pimpleï. *Nempe*

PIMPLĒIS, idis. f. Patronym. [Πιμπληΐς] *Vt,* Pimpleides Muſae. Varro de L. L. 6, 2 p. 69, 21 A quo *(Olympo monte)* potius puto dictas Muſas Olympiadas. Ita enim ab terreſtribus locis cognominatae Libethrides, PIPLEIDES, PIMPLIADES, Theſpiades, Heli-

Heliconiades. Auſon. Epiſt. 14, 9 Si riguam laetis recolis Pimpleida muſis. *Itaque apud Horatium l. c. ſuffragante praeſertim Scholiaſte Vet.* Pimpleï *maluerunt legere viri docti, quam* Pimplea : *cum praeſertim hoc non habeat formam Patronymicam, qua hic opus eſt.* Martial. 11, 4 Non vrbana mea tantum Pimpleide gaudent. Pimpleides Muſae a fonte Macedoniae dictae, propter liquoris eius vnicam ſubtilitatem. Feſtus.

P I N

PINA. *Piſcis, vid.* PINNA.

PINACOTHĒCA, ae. f. [πινακοθήκη] *Tablinum. In pinacothecis autem tabulae pictae, caelatum argentum, ſtragula veſtis, ſigna et ornamenta reponebantur.* Plin. 35, 2 Et inter haec pinacothecas veteribus tabulis conſuunt, alienasque effigies colunt. Varr. de R. R. 1, 2, 10 Cum huius ſpectatum veniant villas, non vt apud Lucullum, vt videant pinacothecas, ſed oporothecas. *Et* Petron. c. 83 In pinacothecam perueni, vario genere tabularum mirabilem. Nam et Zeuxidis manus vidi, nondum vetuſtatis iniuria victas, et Protogenis rudimenta, *etc. Add.* Idem c. 93. Vitruu. 6, 7. *Vid. Alex. ab Alex.* 5, 24. *Scalig. ad* Feſt. *et Petau. not. in Dion. Syneſ. p.* 27.

PINARIVS, i. m. *et* Potitius [Πινάριος καὶ Ποτίτιος] Duo ſenes, quibus, qualiter coli vellet, oſtendit Hercules : ſcilicet vt mane et veſperi ei ſacrificaretur. Perfectoque itaque matutino ſacrificio, quum circa ſolis occaſum eſſent ſacra repetenda, Potitius prior aduenit, Pinarius poſtea extis iam redditis. *Vnde iratus Hercules ſtatuit, vt Pinariorum familia tantum miniſtra eſſet epulantibus Potitiis et complentibus ſacra. Vnde et Pinarii dicti ſunt, ἀπὸ τῆς πείνας, id eſt a fame. Nam ſenem illum Pinarium conſtat alio nomine nuncupatum. *Haec Seruius explicans illud* Virg. Aen. 8, 270 Primusque Potitius auctor, Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri. *De his* Feneſtella. *Nempe*

PINARIA gens, *Patricia Romae fuit, ſic dicta a* Pino, *Numae regis filio, vt auctor eſt Plutarchus in Numa : vel a dictis modo* Pinariis, *qui Herculi faciebant ſacra anniuerſaria.* Liu. 1, 7. *Dionyſ. et* Virg. Aen. 8, 270.

PINASTELLVM, PINASTER, *vid.* PINVS.

PINAX, acis. m. [πίναξ] *Tabella. Vid.* Vitruu. 10, 3. *Hinc* Pinacotheca.

PINACIDION, i. n. [πινακίδιον] *Tabella, indiculus, pugillar. Vid.* Plin. praef. *vbi recepit* πίναξ *Harduinus, et tamen* πινακίδιον *ſibi magis placere non diffitetur. Eſt autem libri titulus, quem etiam retulit* Gell. praefat. *licet mutarit Gronouius.*

PINCERNA, ae. m. *Pocillator, qui ſtat ad cyathos, poculorum miniſtrator.* Pincerna *(inquit Budaeus) non auſim affirmare probum eſſe vocabulum, etiamſi* Aſconius in Praetura vrbana p. 89 *vſus eſt, ſi vera ſunt eo in loco exemplaria. Locus eſt ad* 66 c. 26 Poſcunt maioribus poculis : Maioribus autem poculis poſcunt a pincerna, id eſt petunt, vt ſubaudiatur, bibere. *Sic etiam primae editiones, ſine varietate. Si Budaeum audimus,* Pincerna *a Graeco deducitur, cui conuiuae dicunt identidem* πίνειν κίρνα, *id eſt miſce vinum, vel tempera vinum, vt bibam. Haec Budaeus. Vid.* Lamprid. Alexandro c. 41. Vulg. Interpr. Geneſ. 40, 1.

PINDĂRVS, i. m. [Πίνδαρος] *Thebanus, temporibus fuit Aeſchyli Poëtae, et Perſarum expeditionis in Graeciam. Victores ſacrorum certaminum celebrauit carminibus, quae titulos habent* Olympia, Iſthmia, Pythia, Nemea. Altiſſimus fertur et verborum et ſententiarum copia, *vt ait* Quinctilianus 10, 1 grauitate arduus, conſtructioneque ac ordine immenſus ac prolixus. Horatius Carm. 4, 2 Pindarum quisquis ſtudet aemulari Ille ceratis ope Daedalea Nititur pennis, vitreo daturus Nomina ponto. *Et* v. 8 Immenſus Pindarus profundo ruit ore.

PINDARĬCVS, a, um. Adi. [Πινδαρικὸς] Propert. 3, 17, 40 Qualis Pindarico ſpiritus ore tonat. Fons Hor. Epiſt. 1, 3, 10. Lyrae Pindaricae fidicen Ouid. ex Pont. 4, 17, 40. Plectris Pindaricis contendere Stat. Silu. 1, 3, 101.

PINDASVS, i. m. [Πίνδασος] Mons Troadis, in quo Cetius fluuius naſcitur, qui Pergamum praeterfluit Plin. 5, 30.

PINDENISSVM, i. n. *Oppidum Ciliciae, ignobile, vt oſtendit* Cic. Fam. 2, 10 Oppugnaui quinque et viginti diebus aggeribus, vineis, turribus oppidum Pindeniſſum munitiſſimum, tantis operibus, vt mihi ad ſummam gloriam nihil deſit, niſi nomen oppidi, *i. fama et celebritas; cum nemo norit, quanti laboris et virtutis fuerit illud capere.*

PINDVS, i. m. [Πίνδος] *Lapitharum ſedes, mons Theſſaliae, Apollini Muſisque ſacer.* Acarnaniam ab Aetolia diuidit, *vt ait* Solinus. Iuga Pindi Virg. Ecl. 10, 11. Vertex Pindi Lucan. 1, 669. Ingens Pindus Senec. Med. f. 9. Niualis Idem ibid. f. 6. Perrhaebi tremuere cacumina Pindi Propert. 3, 5, 33.

PINEA, PINETVM, *et* PINEVS, *vid.* PINVS.

PINGO, pinxi, pictum, ĕre. [γράφω, ζωγραφέω, ποικίλλω, ὑπογράφω] *Formam alicuius rei lineis vnius vel diuerſorum colorum repraeſentare.* Plin. 35, 8 Adeo iam colorum vſus increbuerat, adeo ars perfecta erat, vt in eo praelio iconicos duces pinxiſſe tradatur. Cic. Fam. 5, 12 Neque Alexander ille gratiae cauſa ab Apelle potiſſimum pingi, et a Lyſippo fingi volebat, ſed quod illorum artem cum ipſis, tum etiam ſibi gloriae fore putabat. Caſtra pingere mero in menſa Tibull. 1, 10, 34. Cic. de Orat. 2, 69 Vt in pictura, qui hominis ſpeciem pingere perdidicerit, poſſe eum cuiusuis vel formae vel aetatis, etiam ſi non didicerit, pingere. Frontem moris ſanguineis pingit Virg. Ecl. 6, 22. Pingere humum, *eſt Verſicolorem florum varietatem humo aſpergere. Sic interpretantur verba* Pinge humum Plaut. Stich. 2, 2, 30. *Sed magis intellige, cum natura* humum *dicitur* pingere, *vel* Ver *adeo, vt* Lucret. 2, 375. *Add.* 5, 1395. Malas iuuenile decus mihi pingere coepit Lucan. ad Piſon. 248. Membra pingere ferro Claud. in Ruff. 1, 313. *ait* Gelonos, *quos* pictos *etiam ob ſtigmata vocat* Virgil. Georg. 2, . . Omnia palloribus pingunt Lucret. 4, 337. Pergama tota pingit exiguo mero Ouid. Epiſt. 1, 32. Similitudines indiſcrete pingere imaginum, *vid.* INDISCRETVS. Tabulas pingere Cic. de Inuent. 2, 1. Tempora anni pingebant viridantes floribus herbas, *i. Vernum tempus* Lucret. 5, 1395. Tempora futilibus pinguntur tecta coronis Ouid. Faſt. 5, 395. *Quatuor veteres libri legunt,* Tempora futilibus cinguntur tota coronis. Vaccinia mollia luteola pingit caltha Virg. Ecl. 2, 50. Acu pingere Ouid. Met. 6, 23. *Metaphorice* Cic. Att. 1, 14 Totum hunc locum : quem in Ariſtocratia ego varie meis orationibus ſoleo pingere, de flamma, de ferro, grauiter pertexuit. *h. e. Admodum exornare : quia varietas in pictura delectat. Vid.* LECYTHVS. *Pro exornare, et adſpectu iucundius reddere* Cic. Att. 4, 5 Bibliothecam mihi tui pinxerunt conſtructione, et ſittybis : eos velim laudes. *Conf.* Ep. praec. *et* SILLYBVS. In verbis pingendis et illuminandis ſententiis Cic. de Clar. Orat. 141 c. 37. Idem Q. Fratr. 2, 14 Quoniam ſcribis Poëma ab eo noſtrum probari, quadrigis poëticis modo mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis penicillo meo.

* PICTVS, a, um. Partic. [γραπτὸς, στικτὸς] Pictae tabulae Cic. de Clar. Orat. 265. Horat. Epiſt. 1, 2, 52. Adonis pictus, *vid.* ADONIS. Cum pictus Aër feruidis late ignibus Caeli choreas aſtricas oſtenderet Varro *ap.* Non. 6, 16. Arma Virg. Aen. 8, 588. Cauda Hor. Serm. 2, 2, 26. *de pauone.* Forma picta ad eximiam pulchritudinem Plin. Epiſt. 5, 101. Martial. 1, 56 Quisquam picta colit Spartani frigora ſaxi, *etc. h. e. Aedes potentiorum ornatas marmore Laconico, quod eſſe viride tradit* Plin. 36, 7. Geloni, *vid.* GELONI. Lacerti picti terga ſqualentia Virg. Georg. 4, 13. Pantherae Ouid. Met. 3, 669. Cic. de Fin. 5, 80 c. 27 Quae quidem dicunt, qui nunquam Philoſophum, vt dicitur, pictum viderunt. Praelia picta rubrica Hor. Serm. 2, 7, 98. Purpura Virg. Aen. 7, 252. Stragulum textile magnificis operibus pictum Cic. Tuſc. 5, 61. Strata Ouid. Met. 8, 33. Tabellae Hor. Serm. 1, 1, 72. Tapeta Virg. Aen. 7, 277. Florida Tellus gemmantes picta per herbas Virg. Culic. v. 69. Toga Propert. 4, 4, 53. Velamen croceo acantho Virg. Aen. 1, 711 (715) Veſtes pictae, vnde triumphales natae Plin. 8, 48. Volucres Virg. Georg. 3, 243. *Compar.* Cic. de Clar. Orat. 292 c. 85 Quo nihil poteſt eſſe pictius.

PICTE, *ap.* Phaedr. 4, 24, 5 *legit Ritterſh. ſed nunc omnes approbant lectionem Rigalt.* pyctae.

PICTĪLIS, e. Adi. Apul. Met. 10 p. 247 Baltei pictiles.

PICTVRA, ae. f. [ζωγραφία, ὑπογραμμός] *Actus vel Ars pingendi.* Plin. 35, 9 Quin immo certamen picturae etiam florente co inſtitutum eſt Corinthi. Similis in pictura ratio, in qua laudamus et inuentum et perfectum *etc.* Cic. in Bruto c. 18. * In picturis alios horrida, inculta, abdita et opaca : contra, alios nitida, laeta, colluſtrata delectant Cic. in Orat. 36 c. 11. Pictura ex diſcordibus pigmentorum coloribus, atris, albis, luteis, et puniceis *etc.* imagines facit Apul. de Mundo p. 66. Colluſtrata pictura, *vid.* COLLVSTRO. Inanis, *vid.* INANIS. Textiles Lucret. 2, 35. *vt in tapetibus.* Cic. Verr. 4, 1 Nego vllam picturam, neque in tabulis, neque textilem fuiſſe, quin quaeſierit, inſpexerit, quod placitum ſit abſtulerit. *al. emendant,* neque textili. Ineſt pictura in hac tabula, *vid.* INSVM. Noua pictura Interpolare opus Plaut. Moſt. 1, 3, 105. Paſcit inani pictura animum Virg. Aen. 1, 468. Tenentur pictura oculi, aures cantibus Cic. Acad. 4, 20 c. 7. *Per metaphoram transfertur ad Poëtas.* Cic. Tuſc. 5, 114 Traditum eſt etiam Homerum caecum fuiſſe, at eius picturam non Poëſin videmus.

PICTVRĀTVS, a, um. Adi. [ποικιλόγραπτος] *Variis coloribus diſtinctus.* Agger picturatus morituris floribus Stat. Theb. 6, 58. Gyro picturato Stat. Silu. 5, 1, 104. Limbus Idem Achil. 1, 330. Opus picturatum metallis Claud. de quart. Conf. Hon. 589. Veſtes Virg. Aen. 3, 483. Volucres Claud. Epiſt. ad Seren. v. 3.

PICTOR, ōris. m. [γραφεύς, ζωγράφος] Pictoribus atque Poëtis Quidlibet audendi ſemper fuit aequa poteſtas Hor. A. P. v. 9. Plin. 13, 11 Fit et ex ſarcocolla gummi vtiliſſimum pictoribus ac medicis. Cic. Verr. 4, 30 Alterum eſſe pictorem. Vident multa pictores in vmbris, et in eminentia, quae nos non videmus Cic. Acad. 4, 20 c. 7. *Add.* Idem in Bruto c. 18. Plin. 35, 9 *ſqq.*

PICTORIVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Marc. 1, 3 Poëtica et pictoria licentia.

PICTACIVS, *vel* PICTACEVS, a, um. Adi. *Inter verba liberius vſurpata a* Laberio *refert* Gellius 16, 7 *laudatque verſum,* Induis capitium tunicae pictacium. *Videtur idem eſſe quod pictum, vt toga picta etc. Qui ad* Pittacium *referunt, et* pictacium et capitium *ſeparatim ponunt, viderint quomodo explicent.*

PINGVIS, e. Adi. [πίων, παχύς, πιμελής, λιπαρός] *Animalium epitheton, cum non carnem modo multam habent, ſed oleoſum illud quoque, quod adipem vocamus. Deinde omnia vocamus* pinguia, *quae bene nutrita et hinc nitida dicere volumus : vt etiam terrarum et agrorum laus ſit.* Plin. 10, 50 Feminae quidem ad ſaginam non omnes eliguntur, nec niſi in ceruice pingui cute. Pingues et valentes Thebani Cic. de Fato 7. Virg. Georg. 4, 118 Et pingues hortos. Agri Lucret. 5, 1247. Ager pinguis ac putris Columel. 2, 2. Pinguiorem Agnum illi habent Plaut. Aul. 2, 2, 5. Agni Virg. Georg. 1, 341. Annis Valer. Argon. 5, 424. *MS.* Annus, *et ita Edit. Burm.* Arnum Virg. Ecl. 3, 100. Cic. de Diuin. 1, 130 Si obſcurior quaſi caliginoſa ſtella exſtiterit, pingue et concretum eſſe Caelum, vt eius adſpiratio grauis et peſtilens futura ſit : ſin illuſtris et perlucida ſtella apparuerit, ſignificari caelum eſſe tenue purumque, et propterea ſalubre. Campus Virg. Georg. 2, 274. Campus pinguior ſanguine Hor. Carm. 2, 1, 29. Corpus non pingue Ouid. ex Pont. 1, 4, 51. Culta Virg. Aen. 4, 372. Digiti Ouid. de Arte Am. 3, 275. Equi pingues ſanguine humano Ouid. Met. 9, 194. Ferina Virg. Aen. 1, 219. Fici Hor. Serm. 2, 8, 88. Fimo pingui ſaturare ſola Virg. Georg. 1, 80. Flammae pingues Ouid. Triſt. 5, 5, 11. Flumen Nili Virg. Aen. 9, 31. Fumus Lucan. 8, 730. *Glis hieme* pinguior Martial. 13, 50. Haedulus pinguiſſimus Iuuen. Sat. 11, 65. Horti Virg. Georg. 4, 118. Humus Idem ibid. 2, 184. Ius pingue Scribon. 200. Lardum Hor. Serm. 2, 6, 64. Menſae Catull. 60, 3. Merum Hor. Serm. 2, 4, 65. Muſta Tibull. 1, 1, 10. Olinum Stat. Theb. 6, 576. Omaſo pingui tentus Hor. Serm. 2, 5, 40. *Ad contemtum dicitur de eo, qui cibis ſe ſaturat vilibus : vt* Epiſt. 1, 15, 34. Oues Virg. Ecl. 6, 4. Patinas coenabat Omaſi Vilis et agninae. Pabula Lucret. 1, 258. *vel quod ipſa ſunt multi ſucci, vel quod pecudes pinguefaciunt. Alii legunt* Pingues pecudes. Rami pinguiſſimi Hor. Epod. 2, 55. Solum Virg. Georg. 1, 64. Terrae pingues Idem ibid. 2, 92. *Vid.* Colum. 2, 2, 5. *it.* 14 *ſqq.* Toga pinguis, *pro Craſſa, apud* Tranquill. in Auguſt. c. 82. Iuuen. Sat. 9, 28 — Pingues aliquando lacernas Munimenta togae. *Conf.* Martial. 4, 19. Coma Suet. Ner. c. 20. *i. denſa.* Vapor pinguis Senec. Herc. fur. 11. Vitiis pinguis Hor. Serm. 2, 2, 21. ¶ 2 *Transfertur dupliciter. Vel enim ad laudem copiae cuiusdam et facilitatis pertinet, vel ſubtilitatem, acumen, ſolertiam, abeſſe indicat.* Ouid.

Ouid. Am. 2, 19, 25 Pinguis Amor nimiumque patens, in taedia nobis Vertitur, et ſtomacho, dulcis vt eſca, nocet. *Sic* Pinguis conditio *etc.* *Sed* Pingue Munus Hor. Epiſt. 2, 1, 267 *eſt vile, vt lardi fruſtum.* Hor. Sat. 2, 6, 14 Pingue Pecus domino facias, et caetera, praeter Ingenium. *Nempe* pingue ingenium *dicitur, vt* obeſa naris. *Sic etiam* Ouid. Met. 11, 148. *Sic* Pingui Minerua aliquid facere Columel. 1 Pr. 33. *et* 11, 1, 32. *i. Craſſe, ruditer.* Pingui nil mihi cum Populo Poëta . . . . Doctor pinguis Quinctil. 1, 10. Literae pinguiores ruſticorum, *quibus opponitur* Hipparchi ſubtilitas Columel. 9, 14, 12. Plin. Epiſt. 6, 15 Nam ſuper illa, quae retuli, altius ibi otium et pinguius, eoque ſecurius. Pingui membra Quiete leuat Ouid. Rem. Am. 206. *i. profunda.* *Sic* Somni pingues Ouid. Amor. 1, 13, 7. Pingue: Impeditum, et ineptum, *inquit* Non. 2, 719. Cic. Acad. 4, 109 Quod ipſi Antiocho pingue videbatur, et ſibi ipſi contrarium. Cic. pro Arch. 26 c. 10 Qui praeſertim vsque eo de ſuis rebus ſcribi cuperet, vt etiam Cordubae natis Poëtis pingue quiddam ſonantibus, atque peregrinum, tamen aures ſuas dederet. ¶ 3 Pingue *ſubſtantiue pro pinguedine dicitur* Plin. 11, 37. Virg. Georg. 3, 124 Et omnes Impendunt curas, denſo diſtendere pingui.

PINGVĬTER. Adu. [πιμελῶς] Columel. 2, 2, 5 Proximum deinde huic pinguiter denſum. *Subaud.* Solum. Plin. 12, 25 Colos in quacunque natione praefertur rufus, et pinguiter lentus. *Add.* Plin. 37, 5. *Compar. pro Plenius et largius.* Vlpian. in l. Et an eadem §. 1 D. de except. rei iudic. Sed pinguius pro communi vtilitate accipitur. Paullus in l. Et exhaeredatum D. de re iudic. Pinguius enim donatori ſuccurrere debemus, quam ei, qui verum debitum perſoluere compellitur. *i. copioſius, lautius.* *Sed* Inſipidius neſcio quid facies et pinguius Gell. 13, 19 (20).

PINGVIVSCVLVS, a, um. Adi. *Aliquantum pinguis.* Corpora pinguiuſcula Solin. 18. (Salmaſ. 11.)

PINGVAMEN, inis. n. λίπος Gloſſ. Gr. Lat.

PINGVĒDO, ĭnis. f. [πιμελὴ, λίπος] Plin. 23, 8 Nuces auellanae capitis dolorem faciunt, inflationem ſtomachi, et pinguedini corporis conferunt plus quam ſit veriſimile. *Alii legunt* Pinguitudini. Sidon. Ep. 2, 2 Videbis in calicibus repente perfuſis niualium maculas et fruſta macularum, et illam lucem lubricam poculorum quadam quaſi pinguedine ſubiti algoris hebetatam. *Vid.* Eutychen de Diſc. coniug. l. 1 p. 2155.

PINGVEDINEVS, a, um. Adi. Liquor Plin. 35, 15. *ſec. Salmaſ. ad* Solin. p. 89.

PINGVITV̄DO, *vel* PINGVETVDO, ĭnis. f. [πιότης] *Idem.* Varr. de R. R. 3, 9, 19 Et lux pinguitudini inimica. *de Gallinis.* In Arcadia ſuem prae pinguitudine carnis ſurgere non potuiſſe Varro R. R. 2, 4, 12. Sus pinguitudine creſcere ſolet, Cato *apud* Varron. 2, 24, 11. Columel. 2, 15 Ea res admonet, non ineſſe tali materiae naturalem pinguitudinem et ſuccum. Quae res pinguitudinem efficiunt Varro de R. R. 2, 4, 6. Pulcher bos appellatur ad eximiam pinguitudinem perductus, Feſt. *Add.* Plin. 17, 5. ¶ 2 Quinctil. 1, 11, 4 Quarundam literarum vel exilitate vel pinguetudine nimia laboramus, *i. vel nimis tenui ſono, vel craſſo nimis et pingui eas pronuntiamus.*

PINGVITIA, ae. f. *Pinguedo.* Arnob. 7 p. 226 Non videtis, albas eſſe hoſtiarum carnes, oſſa, dentes, pinguitias?

PINGVITIES, ēi. f. *Idem.* Apul. Met. 10 p. 245 (221 *Pric.*) Corpus obeſa pinguitie compleueram.

PINGVIARIVS, i. m. [φιλοπίμελος] *Qui pinguia amat.* Martial. 11, 101 Carnarius ſum, pinguiarius non ſum. *Quod ſignificat carnoſam, hoc eſt corpulentam amicam opto, non nimis pinguem.*

PINGVESCO, ĕre. [πιαίνομαι] *Pinguem fieri.* Columel. 2, 11 Omne emaciatum armentum ex medica pingueſcit. Campi pingueſcunt Virg. Georg. 1, 492. Ouid. Met. 15, 89 Congeſtoque auidum pingueſcere corpore corpus. Achates politura pingueſcit Plin. 37, 10 ſ. 65. *i. laeuis fit et ſplendidus.*

PINGVESCENS inertiā Plin. 9, 15 ſ. 17.

PINGVEFĂCIO, fēci, factum, ĕre. [πιαίνω] Plin. 16, 44 Dein ea pinguefacit.

PINGVEFACTVS, a, um. Part. Octau. Hor. 1, 27 Mollis et pinguefactus. *Conf.* Tertull. adu. Pſychic. c. 6.

PINIFER, *vid.* PINVS.

PINNA, ae. f. [πτίλον, πτερὸν] *Proprie ea Penna eſt, quae pluma, id eſt mollior, et exigua penna non eſt: nam pennae generale nomen eſt ad plumas et pinnas. Haec Sipont. Subtilius forte quam verius. vid. quae obſeruauimus voce* PENNA. *Certe* pinnam *et* pennam *frequentiſſime confundi, conſtat; vid. v. g. Burm. ad* Quinct. 1, 4 p. 43. *et* Pinnam *dicit perpetuo fere Scribonius, quae aliis* Penna *eſt.* *V. g.* Pinna, vel calamus ſcriptorius 10. Pinna anſeris, vel calami ſcriptorii fiſtula 47. Per pinnam 48. 51. 158. *i. pinna.* Per pinnam ſufflare naribus 10. — reiicere 180. 181. *i. vomere.* — vti medicamento arido 61. Pinna perfricare fauces diutius 68. — nares 8. Nec temere vnquam triclinio abſceſſit, niſi diſtentus ac madens, et vt ſtatim ſupino et per ſomnum hianti pinna in os inderetur ad exonerandum ſtomachum Suet. Claud. c. 33. Varr. de R. R. 3, 7, 10 *de columbis*, Qui iam pinnas habere incipiunt, in nido relinquunt illiſis cruribus. Pinnis aquilae emundare aluos apium, vel etiam cuiuslibet vaſtae alitis, quae rigorem habent Colum. 9, 14, 7. Idem 8, 2, 10 Pinnae prominentes in cauda *gallorum.* Breuibus inſurgere pinnis, *de pullis auium volatum meditantium* Valer. Argon. 7, 377. *Sic MSS. Alii legunt* Pennis. Talaria pinnarum affingunt Mineruae Cic. de Nat. Deor. 3, 59. ¶ 2 Pinnae, *quibus natant piſces, et quarum adminiculis veluti remis in natando vtuntur.* Plin. 9, 20 Pinnarum quoque ſiunt diſcrimina, quae pedum vice datae ſunt piſcibus. ¶ 3 *Videndum an recte diuinarim ad* Varron. 2, 5, 7 Pinnam naſi *ſeptum illud cartilagineum, quo cauum naſi in duas nares diuiditur.* Pinna, [ἔπαλξις Gloſſ. Cyrill.] *Propugnaculi genus. Vnde et* Pinnae murorum, *i. Summitates.* Varr. de L. L. 4, 32 Muri ſumma pinnae, ab his, quas inſigniti milites habere in galeis ſolent, et in gladiatoribus Samnites. Anguſta muri corona erat: non pinnae, ſicut alibi, faſtigium eius diſtinxerant, ſed perpetua lorica obducta tranſitum ſepſerat Curt. 9, 4, 30. *Quod negat* pinnis diſtinctum faſtigium muri, *illud videtur docere,* pinnas *ſua ſibi intervalla et lacunas habuiſſe, per quas vel tormentis, vel quacunque alia molitione in hoſtem deiicere tela quaecunque liceret. Quale quid hodieque in antiquorum moenium aut arcium coronis videmus.* Liu. 40, 45 Muri pinnae aliquot locis decuſſae. Caeſ. Bell. Gall. 7, 72 Huic loricam pinnasque adiecit. Prenſabat ſummas in aggere pinnas Sil. 7, 603. Iam interualla pinnarum vncis manibus inuaſerant Eumen. Paneg. Conſtantini c. 19. ¶ 4 Pinna, *Conchae genus.* Plin. 9, 42 Concharum generis et pinna eſt. Naſcitur in limoſis ſubrecta ſemper, nec vnquam ſine comite, quem pinnoterem vocant, alii pinnophylacem: is eſt ſquilla parua, alibi cancer dapis aſſectator. Pandit ſe pinna, luminibus orbum corpus intus minutis piſcibus praebens. Aſſultant illi protinus, et vbi licentia audacia creuit, implent eam. Hoc tempus ſpeculatus index, morſu leui ſignificat: illa ore compreſſo quidquid incluſit, exanimat, partemque ſocio tribuit. *Meminit* Cic. de Nat. Deor. 2, 123 c. 48 Pinna vero (ſic enim Graece dicitur) duabus grandibus patula conchis cum parua ſquilla quaſi ſocietatem coit comparandi cibi. *Conf.* Idem de Fin. 3 c. 19. Plin. 9. 31. *et* 32, 11. ¶ 5 Pinna *oppidum Piceni apud* Sil. 8, 519. *Vnde* PINNENSES Plin. 3, 12.

PINNV̆LA, ae. f. Dimin. [πτήλιον] *Summa pars auris, ab tenui acumine dicta.* Pinnula, *qua natant piſces.* Plin. 9, 57 Quosdam inde exire ad pabula pinnulis gradientes crebro caudae motu. *Parva penna, vel pinna.* Columel. 8, 5, 5 Inhibeturque cupiditas incubandi, pinnula per nares traiecta.

PINNACV̆LVM, i. n. *a* pinna *murorum dictum ſ. moenium: nihil aliud enim eſt, quam ille pinnarum locus, aut ipſae adeo pinnae. Certe in* Vet. Onom. Pinnaculum eſt ἔπαλξις· *et apud* Vulg. Matth. 4, 5 πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ pinnaculum redditur. *Sic etiam accipit* Tertull. contra Iudaeos c. 8 *pr.*

PINNALIS, e. Adi. Rigor pinnalis Frontin. de Colon. p. 120 *Goeſ. Rigaltius interpretatur acutum, hebeti oppoſitum, ſed al.* Finalis. *vid. ſub* RIGOR.

PINNĀTVS, a, um. Adi. [πτηλωτὸς] *Quod pinnas habet.* Cauda pinnata Cic. Tuſc. 2, 24. *de aquila, ex Poëta.* Cupido pinnatus, *h. e. Alatus* Cic. de Nat. Deor. 3, 58. Idem de Diuin. 1, 106 c. 47 Hic Iouis altiſoni ſubito pinnata ſatelles. *de aquila.* Folia pinnata modo conciſa Plin. 27, 9. Fulgor Idem 37, 7. Coluber Prudent. Pſychom. v. 791. Nuntius Prudent. Apoth. v. 615. *i. celer.*

PINNICILLVS, i. m. *Penicillus.* Pallad. 4, 1, 3 Pinnicillo tenuis debet frequenter humor effundi.

PINNĬGER, ĕra, ĕrum. Adi. Piſcis pinniger Ouid. Met. 13, 963.

PINNIRĂPVS, i. m. *Gladiator, qui pinnam galeae, quam Samnites habere ex Varrone vidimus, in* PINNA n. 3 *appetebat, et rapere ſtudebat.* Iuuen. Sat. 3, 158 Hic plaudat nitidi praeconis filius inter Pinnirapi cultos iuuenes. Onom. Vet. Pinnirapi ſectatores (*ſ.* ſecutores) gladiatores, quod pinnas rapiant. Vet. Schol. Iuuenal. *l. c.* Pinnis pauonum ornari ſolent gladiatores, ſi quando ad pompam deſcendunt. Pinnirapos autem dicit laniſtas (*gladiatores emeritos*) ex habitu gladiatorum, quia poſt mortem retiarii pinnam, id eſt manicam (*hanc non intelligo Schurzfl. coniiciebat,* pinnam is ex manica) rapit, vt oſtendat populo, ſe viciſſe. Aut ideo Pinnirapos, quia pinnas in galeis habebant, vt Lucilius, Cum ſeptem incolumis pinnis redit, ac recipit ſe.

PINNOPHȲLAX, acis. *et* PINNOTĒRES, ae. m. *Squilla parua.* *Vid.* Plin. 9, 31. *et* Cic. *ſupra in* PINNA.

PINSO, pinſui, piſtum *et* pinsĭtum, ĕre. [μάσσω, μαιμάσσω] Pinſo *et* piſo, ĕre. *et* Piſo, āre, *veteres promiſcue vſurpabant:* Diomed. 1 p. 370. *Eſt autem* Pinſere. *Pilo tundere, vel Molis frangere: nam veteres vſu molarum carentes, frumenta torrebant, et ea in pilas miſſa, piſtillis tundebant et terebant.* Cato R. R. 136 Si communiter piſunt. *Sic a Victorio. Al.* Pinſunt. Non. 2, 643 Pinſere, tundere vel molere. Varro ταφῇ μενίππου, Nec piſtorem vllum noſſent, niſi eum, qui in piſtrino pinſeret farinam. Idem de Vita Pop. Rom. lib. 1 Nec piſtoris nomen erat, niſi eius, qui ruri far pinſebat, nominati ab eo, quod pinſunt. *Conf.* Seru. *ad* Aen. 1, 183. Columel. 2, 9, 19 Panicum pinſitum, et euolutum furfure, ſed et millium quoque pultem, quauis inopia, maxime cum lacte non faſtidiendam praebet. Pomponius *ap.* Diomedem *l. c.* Quum neque molis molui, neque palmis pinſui. Vuam paſſam et ficum pinſerunt Varr. R. R. 3, 16, 28. Perſ. 1, 58 O Iane, a tergo quem nulla ciconia pinſit. *i. Tundit et percutit: hoc eſt irridet.* Piſat *quidam legebant apud* Diomed. *l. c.* Plaut. Merc. 2, 3, 81 Ea molet, conficiet penſum, pinſetur flagro. Hordea pinſere Lucan. ad Piſon. 17. Pindere *etiam pro pinſere, dictum fuiſſe,* Seru. *auctor eſſe in* Fragmentis *dicitur.* *Vid. infra* PISO.

PINSENS, entis. Partic. Pinſente (*Hard.* Piſente) pilo praeferrato Plin. 18, 10 ſ. 23.

PINSĬTVS, a, um. Partic. Hordeum pinſitum Columel. 8, 4, 1. *Adde* 2, 9, 19 Pinſitum Panicum. *Et* 12, 27 Iris. *Et* 6, 31, 1 Lens. *Et* 6, 6, 5 *item* 6, 8, 2 Pinſitum allium.

PINSVS, a, um. *Idem.* Rudus pinſum Vitruu. 7, 1.

PISTVS, a, um. Partic. [μαιμαχθεὶς] Plin. 18, 10 Si piſtae ſerantur. Piſtum, a Pinſendo, pro Politum antiqui frequentius vſurpabant, quam nunc nos dicimus. Feſtus. Politum *mutari voluit in* Molitum *Scaliger. Sed nolim mutari quidpiam* Polire *hic dictum vt* Levigare, *i. comminuere: hinc* Pollen *etc.*

PINSO, āre. [μάσσομαι] *Idem.* Varr. de R. R. 1, 63, 2 Promendo diem, vt in piſtrino pinſetur, ac torreatur. *Nunc vero ſic legitur:* Promendum hieme, vt in piſtrino piſetur, ac torreatur. *Sed* Piſatur, Pinſatur, *et* Pinſetur *etiam habent libri.* Pinſare humum, *eſt Terram ferire, vt faciunt, qui interficiuntur, caduntque in terram.* Enn. *apud* Varr. de L. L. 4, 4 In terram cadentes (*dicit*) cubitis pinſabant humum. *Sic enim in manuſcriptis libris reperitur. vid. Turneb. Adu. 20, 29. Alii* Pinſebant *legunt, alii* Pinſibant.

PINSATIO, ōnis. f. Vitruu. 7, 1 Rudus crebriter pinſatione ſolidetur.

PINSĬTO, āre. Frequent. [μαιμάσσομαι] *a* Pinſo, pinſis, *quidam probant ex* Plaut. in Aſin. 1, 1, 18 Qui polentam pinſitant; *quum ibi legatur* Pranſitant.

PINSOR, ōris. m. [μαιμακτὴς] *Quem nunc Piſtorem dicimus.* Varr. *ap.* Non. 2, 643 Nec pinſorem vllum noſſent, niſi eum, qui in piſtrino pinſeret farinam.

PISTO, āre. Piſtabis in pila lignea Veg. Mulom. 1, 32.

PISTOR, ōris. m. [ἀρτοποιὸς, ἀρτοκόπος] *Qui frumenta contundebat pilis.* Varro R. R. 1, 63. Nec piſtoris nomen erat, niſi eius, qui ruri far pinſebat Varro *ap.* Non. 2, 643. *Conf.* Cic. de Fin. 2 c. 8. A piſtore, Cipere, non recedis, et panem facis et facis farinam Martial. 8, 16. *Vtrumque ſcilicet* Piſtoris *eſt, et comminuere far in farinam, et inde facere* Panes. *Ergo* ¶ 2 Piſtor *dicitur,*

tur, qui panem facit, [ἀρτοποιὸς Gloſſ. Gr. Lat.] Plin. 18, 11 Piſtores Romae non fuerunt ad Perſicum vsque bellum, annis ab Vrbe condita ſuper quingentos octoginta. *Conf. Burm. ad* Petron. c. 38 p. 167. Plaut. Aſin. 1, 3, 48 Quum a piſtore panem petimus. Coqui, piſtores, lecticarii, artes vulgares Cic. pro Roſc. Amer. 134. Dulciarius piſtor Martial. 14, 222. Apul. Met. 10, p. 244. ¶ 3 Piſtori Ioui *ara Romae poſita. Rem enarrat* Ouid. Faſt. 6, 394.

PISTRIX, īcis. f. Lucilius *apud* Varr. de L. L. 4, 31. *Adde* Feſt. in Mamphula, *vbi laudat verſus* Lucilii, Piſtricem validam ſi numi, ſuppeditabunt, Addas ἐμπλευρον, mamphulas, quae ſciat omnes. Vet. Gl. Piſtrix ἀρτοποιός.

PISTORĬCVS, a, um. Adi. [ἀρτοκοπικὸς] *Quod ad piſtorem pertinet.* Vlpian. in l. Seruos autem ſuos D. de legat. tertio, Si quis ſeruos habuerit proprios, ſed quorum operas locabat vel piſtoricas vel hiſtrionicas, ſeruorum appellatione hos legaſſe videtur. *Alii legunt* Piſtorias. *Nempe*

PISTORĬVS, a, um. [ἀρτοποιητικὸς] *Idem.* Plin. 18, 11 Ad operis piſtorii genera tranſeunte cura. Forum piſtorium *Romae in Auentino, vid. Alex. ab Alex.* 2, 12. Inſtrumentum piſtorium Paull. in l. Quum de lanionis D. de fund. inſtr. vel inſtrum. leg. Celſ. 2, 18 *pr.* Quo minus mirum eſt, opus piſtorium valentiſſimum eſſe, quod ex frumento, adipe, melle, caſeo conſtat. Ibid. c. 28 Facile autem intus corrumpuntur lac, mel, ideoque lactantia, atque omne piſtorium opus.

PISTORIENSIS, e. Adi. *Ficta vox cum alluſione ad* Piſtorii *vrbis ciues.* Plaut. Capt. 1, 2, 57 *vbi* genera Piſtorienſium militum *facit* Paniceos et Placentinos.

PISTVRA, ae. f. *Pinſendi artificium et ratio.* Plin. 18, 10 Piſtura non omnium facilis. Ibid. 8 Et ipſa autem quae euelluntur, variam piſturarum rationem habent.

PISTRĪNVM, i. n. *et* PISTRĪNA, ae. f. [ἀρτοκοπεῖον, μύλον] *Locus, in quo panis pinſitur et fit.* Varr. de L. L. 4, 31 Pilum, quod eo far pinſunt: id vbi fit, piſtrinum: L et S inter ſe ſaepe commutant. *Add.* Pallad. 1 t. 42. Plin. 18, 9 E ſiligine lautiſſimus panis, piſtrinarumque opera laudatiſſima. *Add.* Idem 19, 8. *In piſtrinum autem antiquitus a dominis trudebantur ſerui ob noxam. Vnde* Ter. in Heaut. 5, 2, 19 Piſtrino dignus. Dedere aliquem in piſtrinum, *vid.* DEDO. Detrudere et compingere aliquem in quoddam piſtrinum Cic. de Orat. 1, 46 c. 11. Molendum in piſtrino Ter. Phorm. 1, 5, 19. Tradere aliquem in piſtrinum Cic. Quint. Fratr. 1, 2. Viuere in eodem piſtrino cum aliquo Cic. de Orat. 2, 144.

PISTRILLA, ae. f. Dimin. *a* PISTRINA. Ter. Adelph. 4, 2, 45 Apud ipſum lacum eſt piſtrilla, et exaduorſum eſt fabrica. Veteres (*inquit ibi* Donatus) abſolute dicebant Piſtrinam, vt Sutrinam, et Medicinam, ad tabernam referentes. Chariſ. 1 Piſtrinum Neutro genere dicitur. ſed Lucilius decimoſexto feminine extulit, Media e piſtrina, ad tabernam referens, vt Caupona dicitur. Nam et Ter. diminutiue Piſtrillam dixit, Apud ipſum lacum eſt piſtrilla.

PISTRINENSIS, e. Adi. *Quod ad piſtrinum pertinet.* Sueton. in Calig. c. 39 Quidquid inſtrumenti veteris aulae erat, ab vrbe repetiit, comprehenſis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis, et piſtrinenſibus iumentis. *De mulis vſurpatur* Suet. Caeſ. c. 32. *De caballis* Seru. ICt. de Legatis.

PISTRINARIVS, i. m. *Piſtrini cuſtos, vel exercitor.* Vlpian. l. 1 D. Depoſiti §. Si quis ſeruum cuſtodiendum coniecerit forte in piſtrinum: ſi quidem merces interuenit cuſtodiae, puto actionem eſſe aduerſus piſtrinarium ex conducto.

PISTRINALIS, e. Adi. *Ex piſtrino.* Columel. 7, 9, 3 Album pecus piſtrinale. *de ſuibus, quod felici coniectura, cui poſt fauere deprehenſi ſunt MSS. reſtituit Beroaldus pro* priſtinali. *Antiquum eſt, ſues ali a piſtoribus.* Plaut. Capt. 4, 2, 27 Tum piſtores ſcrophipaſci, qui alunt furfure ſues.

PINVS, i. *et* ûs. f. [πίτυς] *Arbor reſinoſa.* Plin. 16, 10 Ex iis pinus atque pinaſter folium habent capillamenti modo praetenue longumque, et mucrone aculeatum. Pinus fert minimum reſinae, interdum ex nucibus ipſis. *Ablat.* pinu *eſt* Vitruu. 2, 9. Virg. Ecl. 7, 65 Fraxinus in ſiluis pulcherrima, pinus in hortis. *vid. h. l. Germanum Valent. Guell. Pimpontium.* Pinus *erat Cybele ſacra, quod, vt ait* Ouid. Met. 10, 104 Cybeleius Atys Exiit hac hominem, truncoque induruit illo. *Et* Arnob. 5 p. 167 Quid enim ſibi vult illa Pinus, quam ſemper ſtatis diebus in Deûm matris intromittitis ſanctuario? nonne illius imago eſt arboris, ſub qua ſibi Atys virum demeſſis genitalibus abſtulit? *Et mox* p. 168 Cur pinus ipſa paullo ante in dumis inertiſſimum nutans lignum, mox vt aliquod praeſens atque auguſtiſſimum numen Deûm matris conſtituatur in ſedibus? *Vnde apud* Virg. Aen. 9, 85 Pinea ſilua mihi multos dilecta per annos. *In Ida enim monte, vbi ſanctiſſime colebatur, pinus abundabat, et ei pineus ibi lucus ſacer erat. Vid.* Seru. *ad h. l.* Siluarum gloria pinus Stat. Silu. 5, 1, 151. Acuta, *vid.* ACVO. Acuta pinu praecinctus caput Pan Ouid. Met. 1, 699. Alta Virg. Georg. 2, 389. Arcadio pinus Amata deo Propert. 1, 18, 20. Annoſam pinum reuellere dumo Ouid. Met. 12, 357. Caeſa montibus Ouid. Met. 1, 94. Circumtonſae trepidanti vertice pinus. Petron. c. 131. Eruta radicibus Virg. Aen. 5, 449. Gallinaria Iuuen. Sat. 3, 307. Grata deûm matri Ouid. Met. 10, 104. Ingens Hor. Carm. 2, 3, 10. Loquens pinus Virg. Ecl. 8, 22. Nautica Idem ibid. 4, 38. Hor. Carm. 1, 14, 11 *nauem alloquens,*

Quamuis Pontica pinus
Siluae filia nobilis
Iactes et genus et nomen inutile.

Hoc ideo dixit Hor. *quia in Ponto fuit optima materia naualis, vel* Catullo *teſte, in Phaſelo, quem inde fuiſſe ait.* Sacra pendebit fiſtula Virg. Ecl. 7, 65. Succincta comas, hirſutaque vertice Ouid. Met. 10, 103. Trunca Virg. Aen. 5, 659. Vberrima Virg. Georg. 4, 141. Siluis euertere pinum Idem ibid. 1, 256. Erucae pinorum Plin. 23, 2 ¶ 2 Caua pinus, *per ſynecdochen pro ipſa Naui, quae ex pinu constructa eſt* Valer. Argon. 1, 687. Operta Stat. Theb. 5, 388. Tarda pinus pondere Virg. Aen. 5, 153. ¶ 3 Pinus *eſt etiam Flos, ſcil. Chamaepitys.* Virg. Georg. 4, 112 Ipſe thymum pinosque ferens de montibus altis. *Vid. ibi Taubman. it.* Scalig. *ad* Virg. Cul. p. 41.

PINEA, ae. f. *etiam dicitur.* [πίτυς] Columel. 5, 10, 14 Eodem tempore iuglandem, et pineam, et caſtaneam ſerere oportet. *Add.* 10, 239.

PINEVS, a, um. Adi. [πιτυινὸς] *Quod ex pinu eſt.* Plin. 15, 10 Pinea corona victores apud Iſthmum coronantur. Ardor pineus Virg. Aen. 11, 786. Clauſtra Idem ibid. 2, 258. Cortex Colum. 6, 16. Frondes Idem 2, 2. Nux *vel* Nuclei Celſ. 2, 22. Robora Stat. Theb. 2, 619. Silua Virg. Aen. 9, 85. Taeda Ouid. Faſt. 2, 558. Tecta pinea *vocat Naues* Idem Met. 14, 530. Texta Idem Triſt. 1, 3, 111. Velamina Lucret. 4, 591. Virga Ouid. Faſt. 2, 28.

PINASTER, tri. m. [ἀγριόπιτυς] *Pinus ſilueſtris, mirae altitudinis.* Plin. 16, 10. Idem 15, 10 Quartum Pityida vocant e pinaſtris.

PINASTELLVM, i. n. *Herba, quae et Peucedanum.* Apul. de Herb. c. 94.

PINĒTVM, i. n. [πιτυὼν] *Locus pinis conſitus.* Murmura pinetis fiunt Ouid. Met. 15, 604. Plin. 27, 8 Chryſolachanum in pineto lactucae ſimile naſcitur.

PINĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [πιτυοφόρος] Virg. Aen. 10, 708 Veſulus pinifer. *i. In quo creſcunt pinus.* Caput piniferum Atlantis Idem ibid. 4, 249. Maenalus Idem Ecl. 10, 14. Rupes Lucan. 2, 431. Succincta pineta Ouid. Met. 15, 604.

PINĬGER, ĕra, ĕrum. *Idem.* Caput Fauni pinigerum Ouid. Faſt. 3, 84.

P I O

PIO, āre. [εὐσεβεῖν] *Colere, pie tractare.* Plaut. Aſin. 3, 1, 3 Vbi piem pietatem, ſi iſtoc more moratam tibi poſtulem placere: colam, cuſtodiam, *interpretatur* Non. 2, 636. *Sed fallitur idem, cum* 4, 363 *ait* Piare *eſſe* impiare, contaminare: *idque probat ex* Virg. Aen. 6, 569 *de quo mox in* PIACVLVM. *Pareus Lex. Crit. profert ex* Nonio, Piare pie amare, *et locum* Naeuii, Nemo eſt qui magis ſuos piet liberos. *Maneat ergo,* Piare *eſſe pie tractare: prout deinde refertur, ad* hominem, *ad* peccatum, *ad* ſacra; *ita vel purgare noxa, vel auferre et expiare, vel poſt violationem aliquam honorem ſuum reddere et velut placare ſignificat, quod exempla docebunt.* Vet. Gloſſ. Piatur, ἁγνίζεται καὶ καθαίρεται. Cenſorin. 22 Eſt februum, quidquid piat purgatque. Virg. Aen. 2, 140 Et culpam miſerorum morte piabunt. Cic. pro Domo 131 c. 51 Si quid tibi aut piandum, aut inſtituendum fuiſſet religione domeſtica. Aras piare ture Propert. 3, 10, 19. Buſta hoſtilia piaſti Ouid. Met. 13, 515. Clades piare Propert. 3, 4, 9. Corpora piantur Ouid. Faſt. 2, 29. Delicta piare Sil. 17, 565. Delubra piantur caedibus Idem 4, 821. Fontes piandi Propert. 4, 10, 25. Fulgura atque oſtenta piare Cic. de Legib. 2, 21. Iram piauit caede Propert. 3, 19 (17) 18. Mors morte pianda eſt Ouid. Met. 8, 483. Nefas piare Virg. Aen. 2, 184. Oſſa piare Idem ibid. 6, 379. Ritum piandi Prodere Ouid. Faſt. 3, 291. Et labor in magicis Sacra piare focis Propert. 1, 1, 20. *Imperſonal.* Cum piaretur, taurus victima exanimis concidit Obſequ. c. 107. Piari eos, veluti proprio verbo, ait Verrius, qui parum ſint animati, quum mentis ſuae non ſint: et per quaedam verba liberantur incommodo. Feſtus, *et* Verrius.

PIATIO, ōnis. f. Plin. 28, 2 f. 5 *de* cibo e manu prolapſo *malum omen faciente,* Inter exſecratiſſima, ſi Pontifici accidat Ditis cauſa epulanti. In menſa vtique id reponi, adolerique ad larem, piatio eſt.

PIATRIX, īcis. f. Dicebatur Sacerdos, quae expiare erat ſolita, quam quidam Simulatricem, alii Sagam, alii Expiatricem vocant. Feſtus. Plaut. Mil. 3, 1, 101 Tum piatricem clementer non poteſt quin munerem. Februa Romani dixere piamina patres Ouid. Faſt. 2, 19.

PIĀMEN, ĭnis. *ſeu* PIAMENTVM, i. n. [κάθαρσις, ἀφοσίωσις] Id erat, quo in expiando vtebantur, *inquit* Feſtus. Februa piamina Ouid. Faſt. 2, 19. *Add.* Prudent. Cathem. 9, 33. Doliturae domus piamentum Sen. ad Helu. c. 16. Satis piamenti in vnius gemmae voluntario damno Plin. 37, 1. Idem 25, 4 Hac euulſa ſcrobem repleri vario genere frugum, religio eſt, ac terrae piamentum.

PIACVLVM, i. n. [ἀφοσιωτικὸν] *Sacrificium, cultus, et quidquid agitur ſeu praebetur pro ſatisfactione peccati.* Virg. Aen. 6, 153 Ea prima piacula ſunto. Hor. Carm. 1, 28, 34 Teque piacula nulla reſoluent. *h. e. Nullis hoſtiis te expiabis. Conf.* Id. Epiſt. 1, 1, 36. Auctores defectionis ab Romanis, piacula irae Romanorum dederentur Liu. 6, 21. Infert piacula manibus Ouid. Met. 6, 569. Miſeranda piacula ſpretae poenae Sil. 1, 182. Stat. Achill. 1, 139 Ignotis horrenda piacula diuis. ¶ 2 *Peccatum, crimen, flagitium. Laudatur* Virg. Aen. 6, 569 Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem. Seruius, Piacula, Commiſſa, propter quae expiatio debetur. *Sed rectius, puto, dicemus* Diſtulit piacula, *i. expiationem, vt maneat propria ſignificatio. Sic etiam ad primam et propriam ſignificationem reuocare licet illud* Plaut. Truc. 2, 1, 13 Piaculum eſt, miſereri nos hominum rem male gerentium, *i.* piaculum *ſoluendum eſt. Sic* Contrahere piaculum, *vid.* CONTRAHO. Mereri Liu. 2, 38. Soluti piaculo, *i. Peccato* Tacit. Ann. 1, 30.

PIACVLVS, a, um. Adi. Cato de R. R. c. 139 *et* 140 Porco piaculo facito, *i. Piaculari.*

PIACVLO, āre. *Expio.* Cato de R. R. c. 141 Te hiſce ſuauitaurilibus piaculo, *etc. Vid. Barth. in* Stat. Theb. 9 p. 1031.

PIACVLĀRIS, e. Adi. [ἀφοσιωματικὸς] *Quod ad ſatisfactionem peccati pertinet vel datur.* Liu. 1, 26 Is quibuſdam piacularibus ſacrificiis factis, quae deinde genti Horatiae tradita ſunt, *etc.* Piaculare ſacrum facere Liu. 29, 21. Agnoſcebamus et fruebamur, cum velut piaculares publicae ſolicitudinis Victimae ad lenta ſupplicia ducerentur Plin. Paneg. c. 34. Plaut. Epid. 1, 2, 36 Mene piacularem oportet fieri ob ſtultitiam tuam, vt meum tergum ſtultitiae tuae ſubdas ſuccidaneum? *i. Oportetne tuam ſtultitiam meis ſcapulis expiari?* Vt piacularia Iunoni fierent Liu. 42, 3. *int. ſacra vel ſacrificia.* Auſpicia piacularia appellabant, Quae ſacrificantibus triſtia portendebant, quum aut hoſtia ab ara profugiſſet, aut percuſſa mugitum dediſſet, aut in aliam partem corporis, quam oporteret, cecidiſſet (deciſſet *al.*) Feſtus. Piacularis Romae porta appellatur propter aliqua piacula, quae ibidem fiebant, vel, vt ait Cloatius, quum ex ſacro per aliquem piaculo ſoluitur: vt aliqua piandi propitiandique cauſa immolatur Feſtus.

PIACVLARITER. Adu. Tertull. de Pudic. *extr. al.* peculiariter.

PIABĬLIS, e. Adi. [ἀφοσιωτὸς] *Quod poteſt expiari ſ. procurari.* Ouid. Faſt. 3, 289 Cui dea, ne nimium terrere, piabile fulmen Eſt, ait, et ſaeui flectitur ira Iouis.

P I P

PIPER, ĕris. n. [πέπερι] *Fructus orientalis, condimentis aptus et calidus.*

calidus. Plin. 12, 7 Paſſim vero quae piper gignunt, iuniperis noſtris ſimiles, quanquam in fronte Caucaſi ſolibus oppoſita gigni tantum eas aliqui tradidere, *etc.* Baccae piperis Vitr. 8, 3. Piperis grana numero CLX Scribon. 255. Album piper Hor. Serm. 2, 4, 74. Albi piperis grana Scribon. 9. Angulus iſte feret piper Hor. Epiſt. 1, 14, 23. Aſperum, *vid.* ASPER. Candidum, *vid.* Candidus, in CANDEO Scribon. 167. Longum, *vid.* LONGVS Idem 120. 121. 169. *etc.* Molitum Idem 160. Nigrum Scribon. 113. 120. 228. *etc.* Nigrum electum et ponderoſum Idem 94. Rugoſum Perſ. 5, 55. Piper non homo: *prouerb. in nimis aſperum.* Petron. c. 44. *vid. ibi Scheffer.*

PIPERĀTVS, a, um. Adi. [πεπερίτης] Piperatum vinum, *Quod pipere et melle conditum eſt. Et* Piperatum acetum, *apud* Columel. 12, 47 *et* 57. Garum piperatum currebat ſuper piſces Petron. c. 31. Lepus in piperato liquamine Apic. 8, 8. *add.* Id. 4, 2. Dicta piperata, *i. Mordacia, it.* Facundia Sidon. Epiſt. 5, 8.

PIPERATVM, i. n. *intell.* conditum. In piperatum coniicitur Celſ. 4, 22. *vid.* Apic. 2, 2. *et* Plin. 14, 16.

PIPEREVS, *et* PIPERINVS, a, um. Cathol.

PIPERĪTIS, ĭdis. f. [πεπερίτις] *Herba, de qua* Plin. 20, 17 Panax, *inquit*, piperis ſaporem reddit, magis etiam ſiliquaſtrum, ob id piperitidis nomine accepto.

PIPĬLO, āre. [πιπίζω] *dicitur Paſſer.* Catullus *de paſſere Lesbiae* 3, 10 Sed circumſiliens modo huc, modo illuc, Ad ſolam dominam vſque pipilabat. *Alii legunt* Pipiabat.

PIPIO, onis. m. [περιστερίδιον] *Pullus columborum, apud* Lamprid. in Alexand. vita c. 41.

PIPIO, īre. [πιπίω] *Proprie dicuntur Pulli gallinacei, et huiusmodi.* Columel. 8, 5 Die vndeuiceſimo animaduertat, an pulli roſtellis oua percuderint, et auſcultetur, ſi pipiant.

PIPIO, āre. *Plorare, vagitum edere.* Tertull. adu. Valent. c. 15 Caeleſtes imbres pipiauit Achamoth, *i. Effudit plorando.*

PIPIANS, antis. Partic. Infantes pipiantes Tertull. de Monogam. c. 16.

PIPO, āre. [πίπω] *Dicuntur gallinae, quum vocem emittunt.* Varr. in Originib. Mugit bos, ouis balat, equi hinniunt, gallina pipat. Non. 2, 676. *conf. Scalig. Coniect. De Accipitre etiam dicitur.* Auctor Philomel. v. 24 Accipiter pipat.

PIPĀTVS, ūs. m. Varro de L. L. 6, 5 Pipulum declinatum a pipatu pullorum.

PIPATIO, ōnis. f. Feſtus: Pipatio, clamor plorantis lingua Oſcorum.

PIPV̆LVM, i. n. [ἔγκλημα] *Pro Conuicio, a pipatu gallinarum, dixit* Plaut. Aulul. 3, 2, 32 Ita me bene amet Lauerna, te iam niſi reddi mihi vaſa iubes, pipulo hic differam ante aedeis. Pipulo, i. e. conuicio, ploratu Iſid. Gloſſ. *Laudat etiam* Non. 2, 640. *Et* Varr. de L. L. 6, 5 *legit*, Pipulo te differam, *etc. Alii* Pipolo. Pipulo poſcere, *vid. Taubm. ad* Plaut. Merc. 2, 3, 73. *add.* Cn. Mattius in Miiambis.

P I R

PIRAEVM, i. n. *et* PIRAEVS, i. *vel* PIRAEEVS, ei. m. [Πειραιὸς, Πειραιεὺς] *Athenarum portus.* Donatus *in illud* Eun. Ter. 2, 2 *verſu penult.* Miror, quid ex Piraeo aberit: Piraeum, *inquit*, vt Sunium, eſt maritima et acceſſu litoris pars clementior. *Haec ille. Eſt autem Adiectiuum proprie, vt* Prop. 3, 21, 23 Inde vbi Piraei capient me litora portus, Scandam ego Theſeae brachia longa viae. *Et* Ouid. Met. 6, 446

Iubet ille carinas
In freta deduci, veloque et remige portus
Cecropios intrat, Piraeaque litora tangit, *i. Attica.*

Sed omiſſo Portus *nomine, vel ſubſtantiue adeo* Ter. Eun. 3, 4, 1 Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piraeo. *Sic et libri omnes, et ratio.* In Piraeo *enim cum eſſent cuſtodes publice dati, ibi coierunt et conuenerunt, vt de Symbolis eſſent. Obliquos etiam eſſe quatuor ſyllabarum, docet illud* Stat. Theb. 12, 615 Qui gelidum Braurona viri, qui rura laceſſunt Munychia, et trepidis ſtabilem Piraeea nautis. *Sed* Ouid. Faſt. 4, 563 *triſyllabice, plurali numero, et genere neutro vſurpauit,* Sunion expoſitum, Piraeaque tuta receſſu Linquit, et in dextrum quae iacet ora latus, *poſſumus intelligere* litora *vt integre dixiſſe illum* Met. 6, 446 *vidimus. Apud Stephanum de Vrbibus* Πειραιὸς *eſt portus Atticae, et nomen gentile* Πειραιεὺς *etiam pagi ſiue loci nomen, itemque ciuis ex eo pago ſ. loco oriundi. Caſus obliqui locum notantes,* ἐκ Πειραιῶς, εἰς Πειραιᾶ, ἐν Πειραιεῖ *et* Πειραιοῖ. *Multum ſe in vſu huius nominis torſit* Cic. Att. 7, 3 Venio ad *Piraeea;* in quo magis reprehendendus ſum, quod homo Romanus *Piraeea* ſcripſerim, non *Piraeeum* (ſic enim omnes noſtri loquuti ſunt) quam quod *In* addiderim. Non enim hoc vt oppido praepoſui, ſed vt loco. Et tamen Dionyſius noſter, qui eſt nobiſcum, et Nicias Cous non rebatur oppidum eſſe Piraeea. Sed de re videro. Noſtrum quidem ſi eſt peccatum, in eo eſt, quod non vt de oppido loquutus ſum, ſed vt de loco: ſecutusque ſum, non dico Caecilium, *Mane vt ex portu in Piraeeum* (malus enim auctor Latinitatis eſt) ſed Terentium, cuius fabellae propter elegantiam ſermonis, putabantur a C. Laelio ſcribi: *Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piraeeum.* [Piraeo *legi hodie, ante obſeruauimus, et recte legi*] Et idem, *Mercator hoc addebat, captam e Sunio.* Quod ſi δήμους oppida volumus eſſe, tam eſt oppidum Sunium, quam Piraeeus. *Hactenus* Cicero, *quem non vehementer Grammaticum hic fuiſſe, fatendum eſt. Vid. Graeu. ad h. l. Noſtro inſtituto ſatisfactum erit propoſitis auctorum locis. Ergo* Gell. 2, 21 Ab Aegina in Piraeeum compluſculi earundem diſciplinarum ſectatores Graeci Romanique homines eadem in naui tranſmittebamus. *Portum hic ſignificat.* Idem 15, 1 In eo igitur libro ſcriptum inueni, quum oppugnaret L. Sulla in terra Attica, Piraeeum, et contra Archelaus regis Mithridatis praefectus ex eo oppido propugnaret: turrim ligneam defendendi gratia ſtructam, quum ex omni latere circumplexa igni foret, ardere non quiſſe, quod ab Archelao alumine oblita fuiſſet. Piraeeum *hic oppidum vocari, nihil attinet admonere.* Plin. 4, 7 ſ. 11 Piraeeus et Phalera portus quinque M. paſſ. muro recedentibus Athenis iuncti. *et mox* A Piraeeo XLV. mill. paſſ. Sunium promontorium. *Al.* Piraeo. *Sic* Cic. Off. 3, 46 ç. 11 Nimis enim imminebat propter propinquitatem Aegina Piraeeo *portui. Al.* Piraeo. Seru. ad Cic. Epiſt. 4, 12 Poſt me erat Aegina, ante Megara, dextra Piraeeus, ſiniſtra Corinthus. *Et* 4, 12 Cum ab Epidauro Piraeeum naui aduectus eſſem. *Et mox* Cum non longe a Piraeeo abeſſem. Cic. Att. 5, 12 A Piraeeo ad Zoſtera. *Et* 6, 9 In Piraeea cum exiſſem. *Et* 7, 1 *hoc ipſum repetens* E naui egreſſum in Piraeeum *etc.*

PIRĀTA, ae. m. [πειρατής] *Nomen latronis ſecundum quosdam, qui primus mare infeſtauit, a quo omnes ſpoliatores et praedones,* piratae *dicti ſint. Alii forte malint a verbo* πειρᾶν, *tentare, explorare dictos* Piratas: *alii a* περᾶν, *traiicere. Illud certum,* Pirata Graece, *Latine praedo dicitur.* Piratam viuum tenuiſti Cic. Verr. 5 c. 29. *add.* Id. Off. 3 c. 29. Piratae orbem claſſibus iam, non furtiuis expeditionibus terrebant Vell. 2, 31, 2. Cic. Verr. 5, 63 Iſtum clam a piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepiſſe. Barbarus pirata, et nefarius praedo Cic. pro Roſc. Amer. 146.

PIRATĬCA, ae. f. [πειρατεία] *Vita et veluti ars Piratae.* Cic. Poſt red. in Senat. 11 c. 5 Profecto egeſtate et improbitate coactus, piraticam ipſe feciſſet. Quinctil. 8, 3 Piraticam quoque vt muſicam et fabricam dici, adhuc dubitabant mei praeceptores.

PIRATĬCVS, a, um. Adi. [πειρατικὸς] *Quod ad piratam pertinet.* Cic. Verr. 5, 73 c. 28 Myoparone piratico capto, dux liberatus, Symphoniaci Romam miſſi. *conf. ib.* 89 c. 34 *et* 97 c. 37. Bellum Cic. poſt red. in Sen. 11 c. 5. Nauis Quinctil. 2, 14. Puppis Claud. de Conſ. Hon. 6, 132. Scelera Vell. 2, 73, 3.

PĪRENE, es. f. [Πειρήνη] *Fons ſub vertice Acrocorinthi, Muſis dicatus.* Stat. Silu. 1, 4, 26 Excludat Pimplea ſitim, nec conſcia detur Pirene. Perſ. prol. 4 *iungit* Heliconidasque, pallidamque Pirenen. *Vid. Caſaub.* Plaut. Aul. 3, 6, 23 Interbibere ſola, ſi vino ſcateat, Corinthienſem fontem Pirenen poteſt.

PIRENIS, ĭdis. f. *Patron.* Sen. Med. 745 Tantalus ſecurus vndas hauriat Pirenidas.

PIRITHŎVS, i. m. [Πειρίθους] *Ixionis filius, non ex Nube, vt Centauri, ſed ex coniuge, fuit rex Lapitharum: qui quum ad rapiendam Proſerpinam ad inferos cum Theſeo deſcendiſſet, a Cerbero deuoratus Poëtis fingitur, vt ſcribit* Seneca in Hercule furente. *Alii dicunt iuſſu Plutonis catenis alligatum fuiſſe in perpetuum ſupplicium. Sic* Hor. Carm. 4, 7, 28 Non Lethaea valet Theſeus abrumpere caro Vincula Pirithoo. Mart. 7, 23, 3 *in calumniatorem,* Te fingente nefas Pyladen odiſſet Oreſtes, Theſea Perithoi deſtituiſſet amor. *Imitati ſunt* Claudian. in Rufin. 1, 107. Auſon. Epiſt. 24, 34. *Prioris verba:*

Talem progenies hominum ſi priſca tuliſſet,
Pirithoum fugeret Theſeus, offenſus Oreſtem
Deſereret Pylades, odiſſet Caſtora Pollux.

Alterius vero iſta:

Impie, Pirithoo diſiungere Theſea poſſes,
Euryalumque ſuo ſocium ſecernere Niſo.
Te ſuadente fugam Pylades liquiſſet Oreſtem,
Nec cuſtodiſſet Siculus vadimonia Damon.

Amator Pirithous Hor. Carm. 3, 4, 80. Ardor temerarius Pirithoi Stat. Theb. 8, 53. Fides Pirithoi Ouid. ex Pont. 2, 6, 26.

PIRRATVS, a, um. *Vnde eſſet* Cepa pirrata Petron. 58 *quid ſit, nemo temere dixerit. Conuicium ſeruile eſſe apparet. Optime forte, qui* Cirrata *legunt, id eſt hariolantur.*

PIRVM *huc pertinet: ſed vid.* PYRVM.

P I S

PISA, ae. f. *Legumen, quod frequentius* Piſum *dicitur.* Pallad. Octob. 14, 9 Ex piſa Afra lomentum.

PISA, ae. f. [Πίσα] *Vrbs Elidis, ad Alpheum fl. cuius vaſtatae ruderibus Olympia creuiſſe videtur, quae illius velut in locum deinde ſucceſſit, vt* Piſaeus *et* Olympius *idem fere ſignificent. Dedit originem* Piſis, *Italiae vrbi.* Virg. Aen. 10, 179 Alpheae ab origine Piſae Vrbs Hetruſca ſolo.

PISAEVS, a, um. Poſſeſſ. [Πισαιεὺς] Iuuentus Piſaea Stat. Theb. 6, 555. Manus Piſaeae Lucan. 3, 176. Campi Piſaei *in quibus ludi Olympii celebrati.*

PISAE, arum. f. [Πίσαι] *Ciuitas Tuſciae e* Piſa *Elidis, ut modo diximus orta, a qua* Piſani *dicuntur.* Lucan. 2, 401 Hinc Tyrrhena vado frangentes aequora Piſae. *Meminit huius* Cic. Quint. Frat. 2, 5. Alpheae Piſae Claud. de Bell. Gild. 483. Virg. Aen. 10, 179.

PISANI, orum. m. *Pl. Incolae.* Liu. 40, 43. Plin. 2, 103.

PISATĬLIS, e. Adi. Piſatilem appellat Naeuius Pantaleontem e Piſis oriundum tyrannum: quum alioqui inde profecti, nunc Piſani dicantur. Feſtus.

PĬSAVRVS, i. m. [Πίσαυρος] *Fluuius Piceni, a quo* Piſaurum *ciuitas ei ſuperpoſita, nominata eſt.* Seruius *vero ſcribit ad* Aen. 6, 826 *parum probabiliter*, Piſaurum dictum, quod illic aurum penſatum ſit. Nam quum Camillus Gallos interemiſſet, aurumque, quod Galli a Romanis acceperant pro Capitolio non euerſo, recepiſſet, et ſigna ciuitati appendiſſet, ciuitati nomen dedit. *vid.* Plin. 3, 14. *Huius meminit* Cic. Fam. 16, 11. Sedes moribunda Piſauri Catul. 79, 3.

PISAVRENSIS, e. Adi. [Πισαυρίτης] *Qui Piſaurum habitat, aut inde natus eſt.* Cic. de Clar. Orat. 170 T. Accium Piſaurenſem.

PISCIS, is. m. [ἰχθὺς] *Animal in aquis degens: proprie autem quod ſquamis tegitur, vt ex* Plinio *apparet* 9, 12 *quum ait,* Aquatilium tegmenta plura ſunt, alia corio et pilis teguntur, vt vituli, hippopotami: alia corio tantum, vt delphini: cortice, vt teſtudines: ſilicum duritia, vt oſtreae, et conchae: cruſtis, vt locuſtae: cruſtis et ſpinis, vt echini: ſquamis, vt piſces. Aequorei piſces Ouid. Met. 10, 78. Aſſus Plaut. Aſin. 1, 3, 30. Captiui Ouid. Met. 13, 932. Litoralis, *vid.* LITVS. *Notabilis ob ſententiam locus,*

Natura humanis omnia ſunt paria:
Qui poti', plus vrget, piſces vt ſaepe Minutos
Magnu' comeſt, vt aues enecat accipiter Varro *ap.* Non. 2, 98.

Molles, *vid.* MOLLIS. Muti Hor. Carm. 4, 3, 19. Nitidi Ouid. Met. 1, 74. Obſcenus, *vid. h. v.* Patinarius Plaut. Aſin. 1, 3, 30. Taciti Ouid. Met. 4, 50. Capiuntur hamo Cic. de Senect. 41 c. 13. Captare piſces arundine Ouid. Met. 8, 217. Corrrumpere piſces, *vid.* CORRVMPO. Ducere piſcem hamo Ouid. Epiſt. 19, 13. Euocare eſca piſcem e penetralibus liquidis Sil. 7, 501. Generant oua Cic. de Nat. Deor. 2, 129. Ludit piſcis in aqua, *vid.* LVDVS. Nactus ſum piſces ex ſententia, hi ne corrumpantur cautio eſt Ter. Ad. 3, 4, 58. Suſpendere piſcem hamo Ouid. Met. 15, 102. Extructa non conchyliis aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida menſa Cic. in Piſon. 67. Hor. Carm. 4, 3, 19 O Mutis quoque piſcibus Donatura cygni ſi libeat, ſonum. Plaut. Aſin. 1, 3, 26 Quaſi piſcis itidem eſt amator lenae: Nequam eſt niſi recens. *De* Piſcibus, *praeter Plinium, multa diſces ex reliquiis* Halieuticῶν Ouidii: *tum ex* Colum. 8, 16

8, 16 *et* 17 Piſces *Signum caeleſte.* Columel. 11, 2 Quintodecimo Cal. Martii Sol in Piſces tranſitum facit. *Sed etiam ſingulariter* Virg. Georg. 4, 234 Aut eadem ſidus fugiens vbi Piſcis aquoſi. *Conf.* Auien. in Arat. v. 541. Piſcis Aquilonius tertio Idus Martii deſinit oriri Columel. 11, 2. Piſcis auſtrinus quarto Nonas Septembris deſinit occidere Idem 11, 2.

PISCICVLVS, i. m. Diminut. [ἰχθύδιον] Ter. Andr. 2, 2, 31 Piſciculos minutos ferre obolo in coenam ſeni. Varr. de R.R. 3, 5. Parui piſciculi Cic. de Nat. Deor. 2, 123 c. 48. *Add.* Celſ. 3, 22.

PISCĬCEPS, upis. m. *Vid.* Varr. de L.L. 7, 33 Si ab auibus capiendis auceps dicatur, debuit, aiunt, ex piſcibus capiendis piſciceps, vt aucupem, ſic piſcicupem dici, *etc.*

PISCOR, āri. Dep. [ἁλιεύομαι] *Inſidiari piſcibus, eosque capere.* Plin. 19, 1 Retia in piſcando durantia. Abire piſcatum ad mare Plaut. Rud. 4, 1, 7. *Vid.* Cic. Offic. 3, 58 c. 14. Piſcari in aëre Plaut. Aſin. 1, 1, 86. *prouerbium, pro Operam ludere.*

PISCANS, antis. Particip. Feſtus: Piſcatorii ludi vocantur, qui menſe Iunio fieri ſolent pro quaeſtu piſcantium trans Tiberim.

PISCĀTVS, ūs. m. [ἁλιευτική] *Piſcandi actus aut profeſſio.* Plin. 8, 16 Quos venatus, aucupia, piſcatusque alebant. Piſcatu probe electili vitam colere Plaut. Moſt. 3, 2, 41. Idem Rud. 2, 1, 10 Hamatilem piſcatum, et ſaxatilem aggredimur. Plin. 6, 22 Eſſe in piſcatu voluptatem teſtudinum maxime. Viuere piſcatu, aucupio, venatione Cic. Fin. 2 c. 8. Frumenti fructu priuari, arbuſtisue, aut carne, aut piſcatu Vitr. 8, 4. *Per translationem* Plaut. in Bacch. 1, 1, 69 Piſcatus meo animo hic tibi hodie euenit bonus. *Genit. obſoletus:* Omne piſcati genus Non. 8, 38.

PISCATIO, ōnis. f. *Idem.* Vlpian. leg. 13 Dig. t. 4 lib. 8 Piſcationem thynnariam exercere. *Vid. et* Non. 3, 156. Apoſtoli de piſcatione locus Genezareth ad piſcationem hominum tranſierunt Hieron. Epiſt. 4 ad Ruſt. Piſcationes l. 9 §. 5 D. de Vſufr. et quemad.

PISCATVRA, ae. f. *Idem.* Tertul. aduerſ. Marc. 4, 9 De tot generibus operum ad piſcaturam reſpexit.

PISCĀTOR, ōris. m. [ἁλιεὺς, ἰχθυοβολεὺς] *Qui piſcatur. Vid.* Ter. Eun. 2, 2, 26. *conf.* Cic. Off. 1 c. 42. Idem Off. 3, 58 c. 14 Piſcatores ad ſe conuocauit, et ab his petiuit, vt ante ſuos hortulos poſtridie piſcarentur.

PISCATORIVS, a, um. Adi. [ἁλιευτικὸς] *Quod ad piſcatorem pertinet.* Aes piſcatorium vetuſto more appellatur, Quod in monte Albano datur pro piſcibus. Feſtus. Piſcatorio Artificio quaeſtum facere Lactant. 5, 2 *extr.* Arundo Plin. 16, 36 *ſub fin.* Forum piſcatorium Columel. 8, 17. Inſtrumentum piſcatorium Martian. in l. Item pictoris D. de fund. inſtruct. Lina piſcatoria Plin. 24, 9 ſ. 40. Ludi piſcatorii vocantur, Qui quotannis, menſe Iunio trans Tiberim fieri ſolent a Praetore Vrbano pro piſcatoribus Tiberinis, quorum quaeſtus non in macellum peruenit, ſed fere in aream Vulcani, quod id genus piſciculorum viuorum datur ei deo pro animis humanis. Feſtus. Nauis piſcatoria Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 4. Liu. 23, 1.

PISCATORIVM, i. n. [ἰχθυοπώλιον] Gloſſ. Gr. Lat. *videtur ergo intelligi* Forum.

PISCĀTRIX, īcis. f. [ἁλιεύτρια] Plin. 9, 42 Nec minor ſolertia ranae, quae in mari piſcatrix vocatur.

PISCARIVS, a, um. Adi. [ἰχθυοβολικὸς] *Idem quod Piſcatorius:* Copia piſcaria, *Abundantia piſcium* Plaut. Caſ. 2, 8, 63. Forum piſcarium, *Vbi piſces venduntur* Plaut. Curc. 4, 1, 13. *it.* Varro L.L. 4, 32. Liu. 40, 51. Hamus piſcarius Plaut. Stich. 2, 1, 17.

PISCARIVS, i. m. [ἰχθυοπώλης] *Qui piſces vendit.* Varr. *ap. Perott. Cornuc. p. 158* Inter piſcarios nemo vendebat.

PISCARIA, ae. f. [ἰχθυοπωλεῖον] *Locus, in quo piſces venduntur.* Varr. *ap. Perott. Cornuc. p. 158* Nullus in piſcaria piſcis erat. Vlpian. *(teſte Budaeo) vulgari ſignificatione vſus eſt in* l. Inter publ. De verb. ſignif. Salinarum, metallorum, piſcariarum, *inquit. Alii legunt* Picariarum. *vid. Al. ab Alex. 2, 12.*

PISCATILIS, e. Adi. Cathol.

PISCIFLVVS, a, um. Adi. Rhenus piſcifluus Theodulph. Carm. 2, 579.

PISCIVORVS, a, um. Adi. Cathol.

PISCŌSVS, a, um. Adi. [ἰχθυώδης] *Piſcibus abundans.* Amnis piſcoſus Ouid. Faſt. 3, 581. Illic piſcoſo modo vix educta profundo Mart. 10, 37. Tagus piſcoſus Id. 10, 78. Vada piſcoſa Ouid. de Arte Am. 2, 82.

PISCVLENTVS, a, um. Adi. [ἰχθυόεις] Locus piſculentus. Plaut. Rud. 4, 2, 2 Vbi multi piſces morantur, vel in quo eſt facile piſcari. Cato, Fluuium magnum, pulchrum, piſculentum Non. 2, 634. Pachinum piſculentiſſimum Solin. c. 11 (Salm. 5.) Stagna piſculentiſſima Idem c. 10 (4.)

PISCĪNA, ae. f. [ἰχθυοτροφεῖον, κολυμβήθρα] *Lacus vel ſtagnum, in quo viui piſces conſeruantur.* Varr. de R. R. 3, 3 Piſcinas dico eas, quae in aqua dulci aut ſalſa incluſos habent piſces ad villam. *add. ib.* c. 17. *Brouckhuſ. ad* Tibull. 2, 6, 27. *et* Colum. 8, 16 *et* 17. In piſcinis ſunt mulli barbati Cic. Att. 2, 1. Plin. 9, 17 *de mullis.* Nec in viuariis piſcinisque creſcunt. Publica piſcina Cic. Q. Frat. 1, 7. Publicae piſcinae hodie nomen manet, ipſa non exſtat. Ad quam et natatum et exercitationis alioqui cauſa veniebat populus. Vnde Lucilius ait, Pro obtuſo ore pugil piſcinenſis res eſt. Feſtus. Piſcinae *vocantur Omnes aquae ſiue frigidae, ſiue calidae, collectae ad natandum: quod homines piſcibus ſimiles natando fiunt.* Cic. . . Latiorem piſcinam voluiſſem, vbi iactata brachia non offenderentur. Plin. Epiſt. 5, 6 Si natare latius aut tepidius velis, in area piſcina eſt: in proximo puteus, ex quo poſſis rurſus abſtergi, ſi poeniteat teporis. *conf.* Tac. Hiſt. 5, 12, 1. Loculatae piſcinae, *vid.* Loculatus *in* LOCVS. Columel. 1, 6 Piſcinas *in villa vult eſſe* minimum duas, alteram, quae anſeribus ac pecoribus ſeruiat, alteram, in qua lupinum, vimina, et virgas, atque alia, quae ſunt vſibus noſtris apta, maceremus. Piſcinae *dicuntur etiam Vaſa lignea ampliora ad tenendam aquam.* Plin. 34, 12 ſ. 32 *de chalcantho,* Decoquitur in aqua, et in piſcinas ligneas funditur *etc.*

PISCINVLA, *et* PISCINELLA, ae. f. Dimin. *apud* Varr. de L.L. 8, 45.

PISCINĀLIS, e. Adi. [ἰχθυοτρόφεος] *Quod eſt piſcinae, ſiue quod ad piſcinam pertinet. Vnde apud* Palladium R.R. 1, 40 Piſcinales cellae *leguntur.*

PISCINARIVS, i. m. [ἰχθυοτροφεὺς] *Qui loca piſcibus referta habet, vel qui piſcinis delectatur, et earum eſt ſtudioſus. Vnde* Cic. Lucullum *et* Hortenſium, Piſcinarios *appellat* Att. 1, 19. *conf.* Varr. R.R. 3, 17. Macrob. Sat. 2, 11.

PISCINENSIS, e. Adi. *Idem ac Piſcinalis.* Res piſcinenſis, Lucilius *apud* Feſtum in Piſcina.

PISIDIA, ae. f. [Πισιδία] *Regio eſt in Aſia Minori: de qua apud* Cic. de Diuin. 1, 94 Eademque et Piſidiae cauſa fuit, et huic noſtrae Vmbriae: *de auguriis loquitur.*

PISĬDAE, arum. m. Pl. [Πισίδαι] *Antea Solymi vocati, a Solymo, Iouis et Chalenae filio: populus eſt barbarus, iuxta Aſpendam et Ciliciam habitans: vt ait Stephanus.* Claud. in Eutrop. 2, 241 *de Phrygia.*

Vtrinque propinqui
Finibus obliquis Lydi, Piſidaeque feroces
Continuant Auſtrale latus.

Priſcian. in Periegeſi *produxit,* Poſt hos Piſidûm pinguiſſima rura coluntur. Piſidûm, *pro Piſidarum.* Piſidae, Phryges, Cilices et Arabum natio auium ſignificationibus plurimum obtemperant Cic. de Divin. 1, 94.

PISINNVS, i. m. *Puer. Antiquum.* Labeo apud Vet. Scholiaſt. Perſ. ad Sat. 1, 4 Crudum manduces Priamum, Priamique piſinnos. *conf.* Martial. 11, 73. *Turneb. Aduerſ. 8, 4 et Cael. Rhodig. 4, 6.*

PISISTRĂTVS, i. m. [Πεισίστρατος] *Athenienſis tyrannus, clarus genere, eloquentia vero tanta, vt ea deliniti Athenienſes, libertate, qua nihil carius habebant, ſe ſponte exuerent, illiusque facundiae ſanctitatem Solonis, qui numen fuerat ciuitatis, poſthaberent. Regnauit annos triginta tres,* quo tempore Seruius Tullus Romae, *vt auctor eſt* Gell. 17, 21. *Plura de hoc, et quibus artibus tyrannidem adeptus ſit, vide apud* Iuſtin. 2. *Meminit et huius* Cic. Att. 7, 19.

PISITO, āre. *Sturnorum Vox.* Auctor Philomelae 17 Sturnus tunc piſitat ore.

PISO, onis. m. *Mortarium.* Marc. Empir. c. 8 p. 268, F. Steph. Radices betae maxime nigrae ex aqua tepida leuabis et expreſſas ſabano ſiccabis, deinde tundes in piſone marmoreo.

PISO, ĕre. [πτίσσω] *Idem quod pinſo, tundendo minuere, decorticare, ſubigere.* Plin. 18, 10 ſ. 23 Piſtura non omnium facilis: quippe Etruria ſpicam farris toſti piſente pilo praeferrato, fiſtula ferrata et ſtella intus denticulata, vt niſi intenti piſant, concidantur grana, ferrumque frangatur. Maior pars Italiae nudo vtitur pilo, rotis etiam, quas aqua verſet obiter, et molat. De ipſa ratione piſendi Magonis proponetur ſententia. Triticum ante perfundi aqua multa iubet, poſtea eualli, deinde ſole ſiccatum pilo repeti. (Eualli *eſt quod* decorticare *diximus*) — Lentem torreri prius, deinde cum furfuribus (*i. valuulis*) leuiter pinſi. — Acus vocatur, cum per ſe piſitur ſpica, tantum aurificum ad vſus. *Sic in his locis ex MSS. Harduinus. Quidam* pinſant, pinſendi, *etc.* Id. c. 11 ſ. 28 Piſtores tantum eos, qui far piſebant nominatos. *Sic Hard. al.* pinſebant. *Nempe idem plane verbum eſt, in quo n litera negligentius pronunciata videtur, vnde illa varietas. Conf.* PINSO. Varr. de R.R. 3, 16, 28 Alii ficum et vuam paſſam quum piſerunt, affundunt ſapam. *Legitur et hic* Pinſerunt.

PISO, āre. [πτίσσω] *Idem.* Piſat πτίσσει Vet. Gloſſ. Varr. de R. R. 1, 63 Vt in piſtrino piſetur ac torreatur. *Sic* Non. 2, 723.

PISVS, a, um. Adi. Plin. 20, 5 *ad finem,* Varro quae ſale aut aceto piſa eſt arefactaque, vermiculis non infeſtari auctor eſt.

PISTO, āre. Frequent. Veget. de Re Vet. 1, 32 In pila lignea piſtabis.

PISŌNES, um. m. [Πίσωνες] *Cognomen Calpurniae gentis, quod optime Piſa ſererent: ſicut a lente Lentuli. At* Plin. 18, 3 Cognomina, *inquit,* etiam prima inde, Pilumni, qui pilum piſtrinis inuenerat: Piſonis, a piſendo. *Sic etiam* Lucan. ad Piſon. 15

Nam quid memorare neceſſe eſt
Vt domus a Calpo nomen Calpurnia ducat?
Claraque Piſonis tulerit cognomina prima,
Humida calloſa quum pinſeret hordea dextra?

Piſones, Calpurniorum e proſapia fuere, quae a Numa rége deſcendit. Calpurnius enim Numae filius fuit, *vt ait* Feſtus. Hor. *item* in Arte Poët. 5 Vos ô Pompilius ſanguis, *etc.* Triumphi clari Piſonum Lucan. ad Piſon. 37.

PISONIANVS, a, um. Adi. *Vt,* Vitium Piſonianum, *i. Mira libido loquendi, quo vitio laborauit L. Piſo.* Hieron. Epiſt. 83 Deinde Piſoniano vitio, cum loqui neſciret, tacere non potuit.

PISSA, ae. f. [πίσσα] *Latine dicitur Pix. Hinc,*

PISSĬNVS, a, um. Adi. [πίσσινος] Piſſinum oleum Plin. 23, 4.

PISSITES, ae. m. [πισσίτης] *Vinum picatum ex liquida pice et muſto Dioſc. 5, 35.*

PISSASPHALTVS, i. m. [πισσάσφαλτος] *Pix miſta bitumini.* Plin. 35, 15 Liquidum eſt et Apolloniaticum, quae omnia Graeci piſſaſphalton appellant ex argumento picis et bituminis. *De ſulphure. Add.* Id. 27, 6.

PISSELAEON, i. n. [πισσέλαιον] *Oleum quod ex pice fit.* Plin. 24, 5. *add.* Id. 15, 7. Hard. *it.* 24, 6. *Vid.* Flos picis, *in* PIX.

PISSOCĒROS, i. m. [πισσόκηρος] *Melliginis genus ex cera et pice, ſiue gummi, ſiue reſina miſtum.* Plin. 11, 7 Prima fundamenta operis comoſin vocant periti, ſecunda piſſoceron, tertia propolin, *de apibus.*

PISTACIVM, i. n. *it.* PISTACIA, *vel* PISTACEA, ae. f. [πιστάκιον] *Nucis genus.* Plin. 13, 5 In nucum genere piſtacia nota. *conf.* Pallad. Febr. t. 25. *it.* Oct. 12, 3. Quin et amygdaleos ſubeunt piſtacia ramos Et meritum maius de breuitate petunt Pallad. de Inſit. v. 157.

PISTĀNA, ae. f. *Herba ex vluarum genere.* Plin. 21, 17 Item Piſtanam dicit a Graecis vocari, quam inter vluas ſagittam appellamus.

PISTICVS, a, um. Adi. [πιστικὸς] *Sincerus.* Vulg. Interpr. Iohan. 12, 3 Nardus piſtica.

PISTILLVM, i. n. *et* PISTILLVS, i. m. [ὕπερος] *Inſtrumentum, quo res in mortario piſuntur, i. tunduntur.* Non. 3, 182 Piſtillus maſculino: Nouius, Lacrimae cadent, cadet piſtillus. Idem, Teſtis, patinas, piſtillos, mihi cantant. Neutro Oratius *(Apud Horatium quatenus exſtat, nihil tale eſt)* Piſtillum grande eſt. Plaut. Aul. 1, 2, 17 Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium, quae vtenda vaſa, ſemper vicini rogant. Columel. 12, 55 Aut bene emundatum coniicito, et piſtillis conterito. Virg. in Moret. 114 Procedebat opus, nec tam ſalebroſus vt ante, Sed grauior lentos ibat piſtillus in orbes. *De hoc eſt epigramma* Sympoſii n. 85 Vna mihi ceruix, capitum ſed forma duorum.

PISTIS. [πίστις] *Latine dicitur fides et perſuaſio.*

PISTOLOCHIA, ae. f. [πιστολοχία] Quartum Ariſtolochiae genus, tenuius quam clematitis, denſis radicis capillamentis, (vnde et Polyrrhyzos nominatur) iunci plenioris craſſitudine, odorem habens, vt

reliquae Ariſtolochiae ſpecies, medicatum Plin. 25, 8. add. Id. 20, 4.

PISTOR, oris. Vid. PINSO, ĕre.

PISTORIVM, i. n. [Πιςωρία] Italiae ciuitas, quam Ptolem. 3, 1 ponit inter mediterraneas Tuſciae. Eſt enim inter Florentiam et Lucam, a qua PISTORIENSES dicti Plin. 3, 4.

PISTRILLA, PISTRINVM. Vid. PINSO, ĕre.

PISTRIX, īcis, PISTRIS, is, et PRISTIS, is. f. [πρίςης] Vnum idemque nomen videtur, leui literarum vel permutatione vel transpoſitione differens. Notat autem marinam beluam longi corporis, ſed anguſti, vt eſt apud Non. 13, 13. Feſtus: Balaenam beluam marinam, ipſam dicunt eſſe piſtricem, ipſam eſſe cetum. Plin. 9, 3 ſ. 2 Plurima et maxima in Indico mari animalia, e quibus balaenae quaternum iugerum, priſtes ducenûm cubitorum. Et c. 4 ſ. 3 Maximum animal in Indico mari priſtis et balaena eſt. Et c. 13 ſ. 15 Quae pilo veſtiuntur, animal pariunt, vt priſtis, balaena, vitulus. Id. 32, 11 ſ. 53 Vt a beluis ordiamur, arbores, phyſeteres, balaenae, priſtes, Tritones, Nereides etc. Virg. Aen. 3, 428 de ſcylla,

Prima hominis facies, et pulchro pectore virgo
Pube tenus: poſtrema immani corpore piſtrix,
Delphinum caudas vtero commiſſa luporum.

Fruſtra ibi Seruius, Si nauem intelligas, haec priſtis, huius priſtis facit: ſi de belua, haec piſtrix, huius piſtricis. Contrarium oſtendunt loca Plinii. Id. Virg. apud Non. 13, 13 Frons hominem praefert, in priſtim deſinit aluus. Val. Fl. 2, 531 Iamque agmine toto Piſtris adeſt deuoratura Heſionen. Cetum vocat Hygin. Fab. 31 et 89. Sen. Hippol. 1049 Piſtrix citatas ſorbet aut reddit rates. Arnob. 3 p. 118 Neptunus Piſtricum dominus et maenarum. Flor. 3, 5, 16 Quaſi marina Piſtrix euaſerat. Sed quod Tib. 1, 6, 10 Vecta eſt frenato caerula Piſce Thebis, Priſte legere tentabat Gron. Obſ. 1, 18, illud docte refellit Brouckh. cum Delphin ſit vectabulum Thebidis, non horribile monſtrum Priſtis: quale etiam fuit, cui expoſita fuit Andromeda, quod in caelum relatum eſt. Nempe eſt etiam ¶ 2 Sideris nomen, quod Cetus etiam vocatur. Cic. Arat. 153 Retro ad Piſtricis terga reuerti, et verſibus proximis aliquoties. It. 413 Occidit Andromedà: clarum caput, et fera Piſtrix Labitur. Caeſ. German. Arat. 353 Haud procul expoſitam ſequitur Nereïa Piſtris Andromedam. Et 357 Auſter Piſtrin agit — Namque aries ſupra Piſtrim piſceſque feruntur. Auſon. Eclogario in Signis caeleſt. p. 548, 12 Piſcis, et ingens Hunc ſequitur Piſtrix. Germanicus iterum 368 Criſtam ſuper ipſam Aequoreae Piſtris. Et 378 Priſtim conuerſus ad imam. Et 387 Caudam ſquamigerae Piſtris memorat. Auienus etiam Piſtrim et Piſtricem vſurpat. Piſtrix eſt etiam Hygin. Poët. Aſtr. 3, 30. ¶ 3 Nauis nomen eſt. Non. 13, 13 Priſtis nauigii genus, a forma Priſtium marinarum, quae longi corporis ſunt, ſed anguſti. Claudius Rerum Rom. lib. 12 Quinque Priſtis; nauigium ea forma a marina belua dictum eſt. Virgilius libro 5 (116) Velocem Mneſtheus agit acri remige Priſtin. Hic Seruius: Vel a tutela depicta (i. inſigni nauis) vel ἀπὸ τῦ πρίζειν τὰ κύματα, i. e. a ſecandis fluctibus. Haec nauis Virgiliana Piſtris vocatur Hygin. f. 273. Lembos priſteſque in claſſe Nabidis tyranni memorat Liu. 35, 26. Add. 44, 28. Polyb. 16, 1 Λέμβοι σὺν ταῖς πρίςεσιν. ¶ 4 Piſtrix, quae panem pinſit. Vid. ſupra in Piſter ſub PINSO.

PRISTIGER Triton, paſſiue, qui Priſti vehitur Sidon. Epiſt. 4, 8.

PRISTĪNVM ſidus pen. prod. Colum. 11, 2 et 65 Cetus ille caeleſtis. vid. PISTRIS n. 2.

PISVM, i. n. [πίσον] Genus leguminis notum: cuius caules ſparguntur in terram, niſi habeant adminicula. Plin. 18, 12 Piſum in apricis ſeri debet, frigorum impatientiſſimum. Ideo et in Italia et auſteriore caelo, nonniſi verno tempore, terra facili ac ſoluta. conf. Colum. 2, 10, 4 ſq. vid. PISA.

PISINVS, a, um. Adi. Oleo piſino vti ad quadrupedum ſcabiem Plin. 23, 5.

P I T

PITĂNE, es. f. [Πιτάνη] Vrbs Aeolidis in Aſia, quae portus duos habuit. Ab hac PITANAEI, et PITANITAE nominantur. Fama eſt, apud Pitanam lateres inuentos eſſe, qui ſuper aquas innatarent, quod et de aliis locis traditum eſt. Aeolia Pitane Ouid. Met. 7, 357.

PITHAVLES, ae. m. [πιθαύλης] Qui tibia inſtar dolioli facta cantat. Senec. Epiſt. 76 poſt pr. Quis ſit pithaules bonus iudicatur. Et Vopiſc. in Carin. c. 19 Choraulas centum: etiam pithaulas centum.

PITHĒCVS, i. m. [πίθηκος] Simia Latine dicitur. Hinc

PITHECIVM, i. n. [πιθήκιον] i. Simiolam deformem mulierem vocat Plautus in Milit. 4, 1, 42 Edepol equidem belula eſt. PA. pithecium haec eſt prae illa et ſpinturnicium. Eſt et nomen herbae, Apul. de Herb. c. 86.

PITHECVSA, ae. f. [Πιθηκῦσα] Inſula in mari Tuſco, ſinuque Campano ſita, in cuius quodam colle oppidum fuit PITHECVSAE, numero multitudinis. Haec inſula, Aenaria quoque dicta eſt a ſtatione nauium Aeneae, et Homero Inarime dicta. Graecis vero Pithecuſa, non a ſimiarum multitudine, vt aliqui exiſtimauere, ſed a figlinis doliariorum Plin. 3, 6. Sane πίθος Graecis, dolium ſignificat Latinis. Ouidius tamen Pithecuſas vrbem, non a doliis, ſed a pithecis, id eſt ſimiis, nomen habere ait Met. 14, 90 ſq.

PITHEVS, i. m. Homo ditiſſimus idemque auarus, Xerxis regis temporibus. vid. Plin. 33, 10.

PITHEIVS, vid. PITTHEIVS.

PITHEVS, ĕi. et PITHITES, ae. m. Cometae genus, dolii figuram gerens. Apul. de Mundo p. 64.

PITHO, us. f. [Πειθὼ] Dea, flexanima illa dicendi praeſes, quam Ennius Suadam, Quinctilianus Perſuadendi deam, Horatius Suadelam dixere. Cic. de Clar. Orat. 59 c. 15 Pitho (Πειθὼ) quam vocant Graeci, cuius effector eſt orator, hanc Suadam appellauit Ennius: eius autem Cethegum medullam fuiſſe vult, vt quam deam in Pericli labris ſcripſit Eupolis ſeſſitauiſſe, huius hic medullam noſtrum oratorem fuiſſe dixerit. Id. de Orat. 3, 138 c. 34 de Pericle, Cuius in labris veteres comici, etiam cum illi maledicerent, Leporem habitaſſe dixerunt etc. Vid. Kuſter. ad Ariſtoph. Acharn. 530. Laudatur etiam Plin. 34, 8 Tiſicrates bigae Pitho mulierem impoſuit: quem de hac Suadendi dea accipiebat Hermolaus: ſed Harduinus ſ. 19, 32 ita e MSS. Tiſicratis bigae Piſton (artificis nomen vult) mulierem impoſuit.

PITHOLĔON, ontis. m. [Πιθολέων] Rhodius, Poëta triuialis et abiectus, qui, quum in confinio vtriusque linguae natus eſſet, confuſo ſermone epigrammata quaedam futilia conſcripſit, in quibus perquam ridicule Graeca Latinis miſcuit, cuius meminit Hor. Serm. 1, 10, 22 O ſeri ſtudiorum, quîne putetis, Difficile et mirum, Rhodio quod Pitholeonti Contigit. Vid. Vet. Schol.

PITHONOS COME, vid. ſub PYTHON.

PITISSO, āre. [ἀπογεύομαι Gloſſ. Gr. Lat.] Paullatim deguſtare, et quod in os ſumſeris, iterum exſpuere. Ter. Heaut. 3, 1, 48 Pitiſſando modo mihi quid vini abſumpſit? Vet. Schol. apud Faërnum, Pytiſando (ſic enim ibi ſcribitur, vt et in alio antiquo Bentleii) expreſſis labris ſpuendo, dum ſaporem vini probat. Orthographia tanto incertior, quod apud Athenaeum διαπιτίζειν et ἐκπιτίζειν legitur, pro eo, quod eſt vinum ita deguſtando et reſpuendo abſumere.

PITTACIVM, vel PICTACIVM, i. n. Videtur tabella pice (quae πίττα Graecis vocatur) illita, vel affixa. Prioris generis, tenaci nempe materia illitum, aut emplaſtro adeo, eſt Celſ. 3, 10 Si capitis dolores ſunt, roſam cum aceto miſcere oportet, et in id ingerere: deinde habere duo pittacia, quae latitudinem frontis, longitudinemque aequent. Ex his inuicem alterum in aceto et roſa habere, alterum in fronte. Particulam membranae aut corii alterius intellige, quae madefacta applicat ſe cuti frontis et adhaeret. Petron. 34 Amphorae vitreae diligenter gypſatae, quarum in ceruicibus pittacia erant adfixa, cum hoc titulo, Falernum Opimianum, annorum centum. Gloſſ. ad h. l. Schedula de membrana exciſa, affixa ampullis, cui inſcripta aetas vini. Vet. Gl. πιττάκιον, Pittacium, breuis. Gl. Iſid. Pictatium, epiſtola breuis et modica. Pictatiuncula, membrana. Eſt ergo breuiſſima tabella, quam Notoriam etiam et Indicium vocant, literae breuiſſimae. Lamprid. Alex. Seuero 21 De promouendis etiam (militibus) ſibi annotabat, et perlegebat cuncta pittacia. Caſſiodor. Var. 1, 18 Si Romani praedium ſine delegatoris cuiusquam pittacio praeſumtor barbarus occupauit. Hygin. de Limit. p. 204 Goeſ. Deinde ex decuriis antequam ſortes tollant, ſingulorum nomina in pittaciis et in ſorticulis, et id ipſi ſortientur, vt ſciant, quis primo, aut quotocunque loco exeant. Hinc pittacia etiam ſunt ſchedulae et teſſerae frumentariae, quibus perſcribitur, quis, quantum accipere debeat. Impp. Valentinianus et Valens l. 11 C. Theod. de erogat. milit. annonae, Suſceptor, antequam diurnum pittacium authenticum ab Actuariis ſuſceperit, non eroget. Add. l. 13 et l. 16. et ad l. c. Iac. Gothofredus. Sed locus Laberii de Pictaceo apud Gell. 16, 7 huc non videtur pertinere, ſed ad PICTVS, ſub PINGO.

PITTACIOLVM, vel PICTACIOLVM, i. n. Aldhelm. de Virg. c. 26.

PITTĂCVS, i. m. [Πίττακος] Mitylenaeus, vnus e ſeptem ſapientibus tempore Croeſi regis. Cic. de Orat. 3, 56 c. 15 Hanc cogitandi pronuntiandique rationem, vimque dicendi veteres Graeci ſapientiam nominabant. Hinc illi Lycurgi, hinc Pittaci, hinc Solones.

PITTHEVS, ei. m. [Πιτθεὺς] Auus Theſei maternus, qui Troezene regnauit, et primus rhetoricam docuiſſe et ſcripſiſſe dicitur. Vid. Plutarch. in Theſeo; et Pauſan. in Corinth.

PITTHEIS, ïdis, f. Patronym. Pittheidos Aethrae filius Ouid. Epiſt. 10, 131 de Theſeo.

PITTHEÏVS, a, um. Adi. Ouid. Epiſt. 4, 107 Pittheïa regna, Troezene, vbi Pittheus regnauit.

PĪTVĪTA, ae. f. Non tam aqueus, in corpore humor, qui φλέγμα dicitur, quam lentus et acris, κόρυζα. Cic. Tuſc. 4, 22 c. 10 Quemadmodum quum ſanguis corruptus eſt, aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi aegrotationesque naſcuntur. Vid. Celſum 6, 6 de Pituita craſſa, alba, molli, ſicca et arida, calida, liuida, et aliis generibus. Add. Id. 2, 23 Glutinoſior pituita oculorum Scribon. 23 al. lema. Hor. Serm. 2, 275 Stomachoque tumultum Lenta feret pituita. Leues curſus pituitae Celſ. 7, 7. Oculorum Idem 7, 7, 15. Deducere Cato R. R. c. 156. Arnob. l. 4 p. 142. Detrahere Plin. 27, 12. Extenuant pituitam omnia ſalſa atque acria et arida Celſ. 2, 23. Subſtitit pituita Idem 6, 6. Suſtinere pituitam Celſ. 5, 28. Pituita, per ſynaereſin, vox eſt triſyllaba, apud Perſ. 2, 57 Somnia pituita qui purgatiſſima mittunt. Alii fruſtra legunt, Somnia qui pituita purgatiſſima mittunt. Primam Syllabam aperte producit Catullus ad Furium ſ. 23, 17 A te ſudor abeſt, abeſt ſaliua, Mucusque et mala pituita naſi. Itaque triſyllabum etiam eſt apud Horat. l. c. et Epiſt. 1, 1, 108 Niſi cum pituita moleſta eſt. ¶ 2 Pituita in arboribus: Plin. 17, 27 ſ. 43 Amygdalae ex amaris dulces fiunt, ſi circumfoſſo ſtipite, et ab ima parte circumforato defluens pituita abſtergeatur. Pituita in gallinis Columel. 8, 5.

PITVITOSVS, a, um. Adi. [φλεγματώδης] Qui Graece dicitur Phlegmaticus. Cic. de Fato 7 c. 4 Inter locorum naturas quantum interſit videamus, alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes, in aliis pituitoſos, et quaſi redundantes, in aliis exſiccatos atque aridos.

PITVITARIA, ae. f. [ςαφὶς ἀγρία] Herba, quae et Aſtaphis agria dicitur, hoc eſt vua agreſtis: dicta Pituitaria, quod pituitam oris ſiccet, ſed tamen fauces laedit. Plin. 23, 1 ſ. 13 Quidam eam pituitariam vocant. De aſtaphide agria.

PITVLVS, i. m. Nomen forte corruptum, certe nondum ſatis explicatum. Hygin. Fab. 14 extr. Ad pitulum ſederunt Hercules et Idas. Vid. Turneb. Aduerſ. 28, 43 qui πίτυλον interpretatur, ſtrepitum remorum, quem moderati ſint, i. ipſos remorum pulſus duo laudati Heroës. Tutelam, puppim, portiſculum, ſuſpicantur alii apud Muncker. et Staverenium.

PITYIS, ïdos. f. [πιτυῒς] Nux pinea e pinaſtris Plin. 15, 10. Quartum (genus nucis pineae) pityida vocant, e pinaſtris, ſingularis remedii aduerſus tuſſim. Add. Dioſc. 1, 87.

PITYÏNVS, a, um. Adi. [πιτυΐνος] Reſina pityïna, apud Marc. Empir. Adde Theod. Priſcian. 2.

PITYLISMA, vid. PITYSMA, ătis. n. Cui nomini Pityliſma ſubſtituere volebat Polit. Miſc. c. 38.

PITYOCAMPAE, arum. f. [πιτυοκάμπαι] Vermes ſiue erucae e pinu arbore naſcentes. Plin. 23, 2 Pinorum erucas, quas pityocampas vocant. Add. Id. 28, 9 et 29, 4.

PĪTYSMA, ătis. n. [πίτυσμα] Eſt modici vini effuſio vel guſtantium, et faſtidioſe reiicientium, quod in ore habebant, vel etiam poculi reliquias cum ſono in pauimentum elidentium, qui proprie Cottabus vocatur, vbi vid. Vitruu. 7, 4 cum docuiſſet pauimentum tricliniis aptum facere, Ita conuiuiis eorum et quod poculis et (ſputiſmatis, ſed legendum cum Scaligero ad Manil. 5 p. 412) pityſmatis effunditur, ſimul atque cadit, ſiceſcit. Huc reſpicit Hor. Od. 2, 14 extr. Et mero Tinguet pauimentum ſuperbo. Hinc vera et certa lux a Scaligero l. c. primum accenſa Iuuenali 11, 173

Ille

Ille fruatur
Vocibus obſcenis, omnique libidinis arte,
Qui Lacedaemonium pityſmate lubricat orbem.
Namque ibi fortunae veniam damus. Alea turpis
Turpe et adulterium mediocribus: haec eadem illi
Omnia cum faciant, hilares nitidique vocantur.
Noſtra dabunt alios hodie conuiuia ludos
Conditor Iliados cantabitur *etc.*

Poſuimus totum locum, vt intelligatur, verba illa, de quibus vehementer laborarunt Critici, quaeque in ſenſum quidam obſceniſſimum traxere, nihil aliud continere, quam deſcriptionem hominis lauti a re, in qua Poëta verſabatur, deſumtam. Ille lautus ergo ille beatus ſic deſcribitur, Qui pityſmate, *i. vino vel ex ore per faſtidium eiecto, vel e poculo per ludum ſoni et cottabi cauſa eliſo,* lubricat, *madidum, leuemque et lubricum facit* orbem Lacedaemonium, *i. pauimentum Laconici marmoris orbibus diſtinctum. Vid.* ORBIS. *De Orthographia res non vndique certa.* Pytiſmate *habent libri etiam boni.* Ἐκπιτίζειν et διαπιτίζειν eſt *apud Athenaeum. Vid.* PITISSO. *Quod diximus, Scaligerum primum ſententiae, quam ſolam bonam et veram putamus, reliquas ne dignas quidem commemoratu, auctorem, de recentioribus intelligendum eſt. Nam* Vet. Schol. *rem ipſam iam viderat,* Qui exſpuit ſupra marmor Lacedaemonium, quo ſtratum eſt pauimentum: *haec antiqua putamus, aſſuta deinde ab alio, quae ſequuntur,* vt laeue ſit, vt ſaltantibus puellis nihil impediat.

PITYVS, i. m. Oppidum opulentiſſimum in regione Colchica, e regione Sarmatarum, qui Caucaſi montis iuga incolunt. Plin. 6, 5.

PITYVSA, ae. f. Genus tithymali. Plin. 24, 6.

PITYVSAE, arum. f. [Πιτύουσαι] Inſulae duae ſunt in mari Balearico, a pineorum fruticum vbertate dictae, *teſte* Plin. 3, 5. *Ex his quae maior eſt Ptolemaeo Ebuſus, quae minor Ophiuſa, hoc eſt colubraria, appellatur.* Plinius *tamen vtramque* Ebuſum *videtur appellare: et* Ophiuſam *inſulam ab hiſce diuerſam facere. Eſt item* Pityuſa, Inſula e regione Ioniae ſita, quae notiore nomine Chios appellatur Plin. 5, 31. *Eſt et alia eiusdem nominis* inſula in ſinu Argolico ex aduerſo Hermioni agri Plin. 4, 12.

P I V *et* P I X

PIVS, *vid.* PIETAS.

PIX, pïcis. f. [πίσσα, πίττα] *Nihil aliud eſt, quam Fluxus liquefactae in ardenti taeda ſua reſinae.* Plin. 16, 11 ſ. 21 Pix liquida in Europa e taeda coquitur, naualibus (*i. omni nauigiorum et apparatus nautici generi*) muniendis, multosque alios ad vſus, Lignum eius conciſum, furnis, vndique igni extra circumdato, feruet. Primus ſudor aquae modo fluit canali. Hoc in Syria Cedrium vocatur —. Sequens liquor, craſſior iam picem fundit. Haec rurſus in cortinas aereas coniecta aceto ſpiſſatur: et coagulata Brutiae cognomen accepit *etc. Sunt enim pluſcula hic et* c. 12. *De illius vſu in vino condiendo vid.* Plin. 14, 19 *et* 20. Brutia pix Scribon. 207. 208. 210. Cedria 186. 232. E cedro facta 189. Foſſilis Plin. 16, 12 ſ. 23. Hiſpana Scribon. 209. 263. 266. Spana Id. 256. Columel. 6, 32 Atque ita factis vlceribus mederi liquida pice atque oleo. Scribon. Largus 40 Picis flos, quod piſſelaeon appellant. *Paullo poſt,* Florem picis autem appello, quod excipitur, dum ea coquitur, lana ſuperpoſita eius vapori. *Vid. Rhod.* Atrae picis maſſa Virg. Georg. 1, 275. Illyrica pice nigrior Ouid. de Arte Am. 2, 658. Caelum pice nigrius Idem Epiſt. 18, 7. Induere poſtes pice, *vid.* INDVO. Liquida pix Scribon. 52. 157. 25 *etc.* Plin. 16, 11. Lenteſcit tellus in morem picis Virg. Georg. 2, 250. Manantes picem arbores, *vid.* MANO, āre. Pice *cruciabantur malefici,* Plaut. Capt. 3, 4, 65 Atra pix agitet te apud carnificem, tuoque capiti illuceat. Picem calidam bibito Plaut. Merc. 1, 2, 29. *Et* Lucret. 3, 1030 Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, taedae.

PICVLA, ae. f. Dimin. Apul. de Herb. c. 36 Herbam cum nitro et axungia et picula ex aceto tere. *Adde* Veget. Mulom. *paſſim* Vet. Gl. 2, 46. 1, 11, 7 *etc.*

PICEVS, a, um. Adi. [πισσώδης] *Quod eſt ex pice, ſiue nigrum, et viſcoſum, ac tenax vt pix.* Martial. 2, 41 Et tres ſunt tibi Maximina dentes, Sed plane piceique, buxeique. Caligo picea Virg. Georg. 2, 309. Imber Plin. 16, 33. Lumen Virg. Aen. 9, 75. Nimbus Stat. Theb. 1, 97. Nubes Ouid. Met. 11, 549. Nubila Sil. 5, 37. Turbo Virg. Aen. 3, 573.

PICEĀTVS, a, um. *Aliud* Adi. [πισσόχριστος] *Pice illitum ſignificat.* Martial. 8, 59 *in furem,* Non fuit Autolyci tam piceata manus: *quae capit et aufert quidquid attingit, vt pix.*

PĬCARIA, ae. *et* PICARIAE, arum. f. *Picis officīnae ſ. vſtrinae, quales Populus Rom. in reditu habuit,* l. 17 in fin. de verbor. ſignif. in P. Cic. in Bruto 85 c. 22 Nam quum in ſilua Scantia caedes facta eſſet, notique homines interfecti, inſimulareturque familia, partim etiam liberi ſocietatis eius, quae picarias de P. Cornelio et L. Mummio Cenſorib. redemiſſet.

PICO, āre. [πισσόω] *Pice inducere, vel illinere.* Plin. 11, 7 Piſſoceros ſuper eam venit picantium modo ceu dilutior. Columel. 12, 18 Caeteraque vaſa ante quadrageſimum vindemiae diem picanda ſunt. *Paullo poſt,* Et feruentiſſima pice infuſa nouo alio rutabulo et ſcopula picatur. *conf.* Suet. Claud. c. 16.

PICĀTVS, a, um. Partic. [πισσωθεὶς] Plin. 15, 17 Picata vaſa fictilia. Col. 11, 2 Dolia partim picata, partim defricata. *Quod picem reſipit:* Picatum vinum Id. 12, 23, 3. Plin. 23, 1. Martial. 13, 107 Haec de vitifera veniſſe picata Vienna Ne dubites: miſit Romulus ipſe mihi.

PĬCAMEN, ĭnis. n. *Videtur reſtituenda vox* Caelio Tard. 2, 7 ſ. 108 Tum reſinae cadialis, hoc eſt dicaminis (*marg.* liquaminis) illinimentum vel dropacis. *Leg. arbitror* Picaminis, *vt et* reſinae caucalis.

PICĬNVS, a, um. Adi. Plin. 15, 17 E pice fit, quod picinum appellant. *add. ib.* c. 1.

PIXACANTHVM, *vid.* PYXACANTHVM.

P L A

PLACABILIS, PLACATVS, *vid.* PLACO.

PLACENTA, ae. f. [πλακοῦς] *Libum farinaceum, quod fit ex farina filiginea, caſeo et melle. Dicitur a Graeco* πλακοῦς. Placentam facere *ſatis operoſe docet* Cato 76. Plin. 7, 53 *de mortibus repentinis,* Iam Manlius Torquatus Conſularis quum in coena placentam appeteret, *etc.* Mellitae placentae Horat. Epiſt. 1, 10, 11. Abſorbere totas placentas Idem Serm. 2, 8, 24.

PLACENTARIVS, i. m. *Qui placentas conficit.* Vet. Gloſſ. πλακουντάριος, Placentarius.

PLACENTIA, ae. f. [Πλακεντία] Vrbs Italiae ad Trebiam amnem, nec procul a Pado Plin. 3, 15.

PLACENTĪNVS, a, um. Adi. *Gentile.* [Πλακεντῖνος] Cic. de Clar. Orat. 372.

PLACEO, ui, ĭtum, ēre. [ἀρέσκω, ἁνδάνω] *Pulchrum videri, aut rectum et bonum, Gratum eſſe.* Columel. 9, 7 Quoniam plerisque videtur operoſum iſtud, qualiacunque vaſa placuerint collocari. Cui placeo, protinus ipſa placet Ouid. Amor. 2, 4, 20. *Et* v. 17 Siue es docta, places raras dotata per artes: Siue rudis, placita es ſimplicitate tua. Amaritudine placet piper Plin. 12, 7. Dote omni tibi placebam Ouid. Triſt. 4, 3, 57. Facie placere Idem Epiſt. 6, 83. Factis Idem Met. 11, 323. Geſtu illa placet Ouid. Amor. 2, 4, 29. Meritis Idem Epiſt. 6, 83. Moribus Ouid. Amor. 2, 14, 9. *al.* Matribus. Ratione aliqua Claud. in Eutrop. 1, 77. Ouid. Art. 2, 304 Compoſitum diſcrimen (*capillorum*) erit; diſcrimina lauda: Torſerit igne comam; torte capille place, *i. tortus capillus tibi placeat. Sed et de rebus ſeuerioribus ponitur hoc verbum.* Cic. pro Domo 53 Nonne fieri poterat, vt populo de Cyprio rege Placeret, de exulibus Byzantinis Diſpliceret? Agam ſic, vt ipſi auctori huius diſciplinae placet Cic. de Finib. 1, 28. Plus iuſto Hor. Carm. 3, 7, 24. Medico quid placeat videbis Cic. Fam. 16, 1. Nec carmina nobis ipſa placent Virg. Ecl. 10, 63. Coepta placent Ouid. Met. 8, 67. Meum mihi placebat, illi ſuum Cic. Att. 14, 22. Otia ſemper placuerunt meae menti Ouid. Triſt. 4, 8, 7. Rura mihi, et rigui placeant in vallibus amnes Virg. Georg. 2, 485. Sententia iſta tibi placuit Propert. 2, 9, 37. ¶ 2 Placet, *fere in tertiis perſonis, pro Videtur, cum de Senatoriis aut Philoſophorum adeo ſententiis ſermo eſt.* Cic. Philipp. 3 *extr.* Et vt pro tantis eorum in Remp. meritis honores eis habeantur, gratiaeque referantur, Senatui placere. Idem Fam. 1, 2 Itaque poſtridie placuit, vt breuiter ſententias diceremus. *Sic* de Diuin. 1, 110 c. 49 Vt doctiſſimis ſapientiſſimisque placuit. Cic. Philipp. 6, 2 Tumultum eſſe decerni, iuſtitium edici, ſaga ſumi, dixi placere. Vlpian. in l. Si rem D. de praeſcript. verb. Si quum vnum bouem haberem, et vicinus vnum, placuerit inter nos, vt per denos dies ego ei, et ille mihi bouem commodaremus; vt opus faceret, *etc. Sic* Petron. 127 Si placet, amplexum ſume. Non ita dîs placuit Ouid. Triſt. 4, 11, 7. Cic. Attic. 13, 1 Exſpecto, quid iſtis Placeat de epiſtola ad Caeſarem. Idem Fam. 11, 1 Quum in his anguſtiis verſarer, Placitum eſt mihi, vt poſtularem legationem liberam mihi. *add. ib.* 8, 4. Placuit et Placitum eſt: ſicut Licuit et Licitum eſt, dicimus, *ait* Seru. *ad* Virg. Aen. 1, 285 Conſilia in melius referet, mecumque fouebit Romanos rerum dominos, gentemque togatam. Sic placitum. *Vbi* Seruius: Placitum, vel fatis, vel mihi: nam imperſonale eſt. *Sed et paſſ.* Placita es Ouid. Amor. 2, 4, 18. Cic. de Orat. 2, 15 c. 4 Ego enim (vt quemadmodum ſentio, loquar) nunquam mihi minus, quam heſterno die placui. Cura placendi tibi eſt Ouid. Met. 13, 764. Studioſa mulier placendi Idem de Arte Am. 3, 423. Fidem faciebat ſe velle placere Cic. ad Quint. Frat. 2, 6 *pr. i. ſic acturum, vt gratiam mereretur. Eleganter in expoſtulationibus vtitur* Ter. Eun. 5, 2, 12 THA. Aufugiſtin'? CHER. hera, factum. TH. ſatin' id tibi placet? *Vid. et* Cic. Att. 6, 6 p. 625 *Graeu.* Priapei. *c. not. Scalig.* p. 64 *pro Bandiri.* Tacit. de Orat. 32 Satis multos offendit: qui ſi forte hoc audirent, ſatis ſcio dicturos, me, dum iuris et philoſophiae ſcientiam tanquam oratori neceſſariam laudo, ineptiis meis placuiſſe.

PLACENS, entis. Partic. [ἀρέσκων] Vxor placens Hor. Carm. 2, 14, 21. Non quaſi hominibus placentes, ſed Deo Vulg. 1 Theſſ. 2, 4.

PLACENTIA, ae. f. Apul. de Philoſoph 2 p. 15, 33 Ad placentiam ac mediocritatem libido flectitur, *i. coërcetur, ne progrediatur vltra id, quod placet.*

PLACITVS, a, um. *Aliud* Particip. [ἠρεσμένος] *Quod placuit.* Ter. in Prol. Hec. 21 Vbi ſunt cognitae, placitae ſunt. Columel. in praefatione 1 Diſciplina placita. Bonis abſtinuiſſe placitis, eſt virtus Ouid. Epiſt. 17, 98. Fagi Nemeſian. Ecl. 4, 9. Forma Ouid. Faſt. 2, 777. *it.* A. A. 3, 335. Maxime placitam Feminam ſeuocare Suet. Calig. c. 36. In Locum ambobus placitum conueniunt Sall. B. Iug. c. 81. Paci placita Oliua Virg. Georg. 2, 425. *Superl.* Iuſtin. 18, 3, 9 Eumque potiſſimum quaſi placitiſſimum diis. *Vid. ibi Scheffer. et* Stat. Theb. 12, 302. ¶ 2 Placitus *et* Placidus *ſaepe confunduntur a librariis. Vid. Drakenb. ad* Sil. 1, 11. *conf.* Nemeſ. Ecl. 4, 9.

PLACITVM, i. n. [ἀρέσκον, ἄρεστον] *Decretum: quod quae decreta ſunt, ea ſic Senatui vel maioribus placuiſſe videntur.* Plin. 14, 22 Medicorum placitis nouitate aliqua ſeſe commendantium. *Pro Pacto et conuento* Hermogenianus in l. Incertis D. de iudiciis, ſed et ſi qui numis redemtos ſe, et non manumiſſos contra Placiti fidem aſſeverent.

PLACITVRVS, a, um. Particip. [ἀρέσων] Tu doctus, iniquas Parcarum praenoſſe manus, fatumque quod vltra eſt, Et ſummo placitura Ioui Stat. Theb. 1, 705. Dicta haud placitura referre Virg. Aen. 12, 76. Sacerdos placitura Marti Tibull. 2, 5, 51. *Add.* Cic. ad Quint. Fratr. 3, 1 c. 4.

PLACENDVS, a, um. Adi. [ἀρεστέος] *Quod placere debet, et acceptum eſſe.* Plaut. Trinum. 5, 2, 35 Si illa tibi placet, placenda dos quoque eſt, quam dat tibi.

PLACĬTO, āre. Frequentat. [ἀρέσκομαι] Plaut. Bacchid. 4, 10, 5 Neque placitant mores.

PLACIBĬLIS, e. Adi. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 47 Hoſtia placibilis Deo.

PLACOR, ōris. m. Vulg. Interpr. Sirac. c. 4, 13 Complectitur placorem eius. *Add. ib.* 39, 22. ἀρέσκεια Gloſſ. Cyrill.

PLACESCO, ĕre. Quod otium placeſceret Tac. Ann. 14, 3, 1 *ex emend. Barthii ad Guil. Brit. p.* 495. *vulgo,* laceſceret, *ſ.* laceſſeret.

PLACIVVS, a, um. Adi. ἀρεστὸς Gloſſ. Gr. Lat.

PLACĬDVS, a, um. Adi. [πρᾳὺς, ἥμερος, χρηστὸς] *Mitis, ſedatus: quod illa, quae quieta ſunt, omnibus placent. Non ſatis accurate* Donatus: Clemens, eſt circa recte agentes: Placidus etiam circa delinquentes. Clemens, animo: Placidus, vultu. *Haec* Donatus *ad* Ter. Adelph. 5, 4, 10 Clemens, placidus, nulli laedere os, arridere omnibus. *Sed quae facile vſus redarguat.* Plaut. Merc. 5, 4, 4 Vxor tibi placida et placata eſt. Feruere *et* Placidum eſſe, *contraria* Ter. Adelph. 4, 1, 18.

1, 18. Dare ſe placidum alicui Ouid. Faſt. 1, 17. Cic. pro Caecin. 21 c. 11 Qui cum ita vehemens acerque veniſſet, vt non modo Caecinam periurio ſuo laederet, ſed etiam mihi videretur iraſci; ita eum placidum mollemque reddidi, vt non auderet *etc.* Placida et Immitia, contraria Horat. in Arte Poët. 12. Aeuum placidum Degere Lucret. 2, 1093. Amnis placidus Ouid. Met. 1, 702. Virg. Aen. 4, 38 Placidone etiam pugnabis Amori? Animalia placidā, *quibus* Fera *opponuntur* Plin. 8, 53. Arbor placida, *cui* Silueſtris *opponitur* Plin. 16, 5. Aures Virg. Aen. 4, 440. Caelum Silu. 12, 667. Canis Plaut. Moſtel. 3, 2, 164. Caput Virg. Aen. 1, 131. Columba Ouid. Met. 7, 370. Cic. Tuſcul. 2, 10 In participe rationis ponunt tranquillitatem, id eſt placidam quietamque Conſtantiam. Deus Ouid. Triſt. 4, 5, 20. Dictis placidis miſcere fortia Idem Met. 4, 651. Dies Ouid. Met. 11, 735. Dies placidus et ſerenus Plin. Epiſt. 6, 15. Foedus placidum Virg. Aen. 10, 15. Hiems Ouid. ex Pont. 2, 7, 59. Iter Plin. in Paneg. Lector Ouid. ex Pont. 3, 4, 9. Loca placidiora Pallad. 1, 6. Lumen Hor. Carm. 4, 3, 2. Neque quidquam Magnum eſt, niſi, quod ſimul et placidum Sen. de Ira 1, 15. Manum dare placidam alicui Ouid. Triſt. 3, 1, 2. Mare ſtat Virg. Ecl. 2, 36. Mens placida et alta Quinctil. Prooem. 6. Mente placida ferre aliquid Ouid. Met. 13, 214. Mores Columel. 6, 20 *tauris tribuit.* Mors Virg. Aen. 6, 5. Oratio placida, ſummiſſa, lenis Cic. de Orat. 2, 181. Ore placido edere aliquid Virg. Aen. 7, 194. Edere, *i. Loqui.* Ouis Ouid. Faſt. 1, 362. Palus Virg. Aen. 8, 88. Pax Idem ibid. 1, 253. Cic. Tuſc. 5, 48 An delectationis et otii conſumendi cauſa locuti ſumus, ſapientem ab omni concitatione animi, quam perturbationem voco, ſemper vacare, ſemper in animo eius eſſe placidiſſimam Pacem? Pectus Virg. Aen. 1, 525. Portus aeterna placidus quiete Senec. Agamemn. 7, 1. Quies Plin. 10, 75. Sedibus vt ſaltem placidis in morte quieſcam Virg. Aen. 6, 371. Senectus Hor. in Carm. Saecul. 46. Senectus placida et lenis Cic. de Senect. 13. Somnus Ouid. Faſt. 3, 185. Somnus placidiſſimus deorum Ouid. Met. 11, 623. Sopor Virg. Aen. 4, 522. *Tellus* haec feſſos tuto placidiſſima portu accipit Idem ibid. 3, 78. Venti Idem ibid. 5, 763. Vitam placidam ac pacatam degere Lucret. 5, 1121. Vnda placidiſſima Tibridis Ouid. Faſt. 1, 241. Vndis placidis natare Idem Met. 13, 899. Vrbes placidae, *Expertes tumultus bellici* Virg. Aen. 7, 46. Vultus Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 118. Vultu placido videre aliquem Tibull. 2, 4, 59. *Compar.* Gradus placidiores Vitr. 9, 4. Nihil placidius aut quietius Liu. 3, 14.

PLACIDVLVS, a, um. Dimin. *Idem.* Cinis vbi placidula ſupera vigeat Auſon. Parental. 27, 3.

PLACIDE. Adu. [ἀρέστως, εὐαρέστως] *Quiete, ſine tumultu.* Plaut. Bacch. 4, 4, 56. Accepta eſt placide oratio Liu. 2, . . Accubare placide Plaut. Moſt. 3, 2, 167. Agere aliquid placide et otioſe Idem Poen. 3, 1, 42. Amplecti placide aliquid Virg. Aen. 5, 86 Aperire placide forem Plaut. Bacch. 4, 7, 35. Currere placide Id. Rud. 4, 8, 10. Exquirere placide Idem Merc. 1, 1, 55. Cic. Tuſc. 2, 58 c. 24 Veruntamen dolorem ſuum nemini impertiebat: Praetoris iniurias tacite, hoſpitis placide Ferendas arbitrabatur. Ferre placide iniuriam Cic. Verr. 2, 84 c. 34. Ire Plaut. Pſeud. 1, 3, 14. Loqui placide ſedateque Cic. in Orat. 92 c. 27. Pultare fores placide Plaut. Men. 1, 2, 65. Sequi placide aliquem Idem Mil. 4, 6, 5. Regere feruidam mentem, et placide tractare Sen. Med. f. 7. Viuere placide Ouid. Amor. 2, 9, 24. *Compar.* Quo plebem in magiſtratu placidius tractarent Sall. Cat. c. 39. *Superl.* Promiſeras placidiſſime Auguſtin. Conf. 6, 1.

PLACIDĬTAS, ātis. f. [εὐαρέστησις] Gell. 13, 21, (22) *extr. ex commentario* Seruilii Claudii, Nerio dictum quaſi Neirio, hoc eſt ſine ira, et cum placiditate: vt eo nomine mitem, tranquillumque fieri Martem precemur. Varro de R. R. 2, 1 In queis primum non ſine cauſa putant oues aſſumtas et propter vtilitatem, et propter placiditatem. *Vid.* Lactant. 6, 15. Placiditatis homo iucundae Ammian. 29, 1 *extr.*

PLACĬDO, āre. *Placidum reddere.* Ambroſ. de Virgin. 3 Vbi curſus ſuos ab equorum perturbatione placidauerit.

PLACO, āre. [ἱλάσκω, ἐξιλάσκομαι, πραΰνω, εὐμενίζομαι] *Mitem ac placidum facere, ſedare, tranquilliorem facere.* Ter. Heaut. 5, 4, 21 Neque quod principium inueniam ad placandum, ſcio. Pacem animis affert, et eos quaſi concordia quadam placat ac lenit temperantia Cic. de Fin. 1, 47. Idem in Catil. 2, 17 c. 8 De his, qui diſſimulant, qui Romae remanent, qui nobiſcum ſunt, nihil dicimus: quos quidem ego, ſi vllo modo fieri poſſet, non tam vlciſci ſtudeo, quam ſanare, et ipſos placare Reipubl. Cic. Philipp. 7, 24 Iam vero ipſe ſe Placabit et leniet prouinciae Galliae, a qua excluſus et repudiatus eſt. Sibi aliquem placare Cic. Fam. 13, 1. Aequora tumida placat Iuppiter Virg. Aen. 1, 146. Animas placare paternas eſt honor et tumulis Ouid. Faſt. 2, 533. Cic. Philipp. 10, 6 Quamobrem collige te, placaque Animum aliquando et mitiga. Nunquam is Animo placari potuit in eum Nep. 16, 5, 2. Animos iudicum Cic. pro Font. Cyllenius tauro niueo placatur Sil. 3, 219. Di ſuperi carmine placantur Hor. Epiſt. 2, 1, 138. Cic. de Nat. Deor. 3, 15 Tu autem etiam Deciorum deuotionibus placatos Deos eſſe cenſes. Deos placant Galli hoſtiis humanis Cic. pro Font. 36. Deos ture Hor. Carm. 1, 36, 2. Diuos placaui ſanguine Idem Serm. 2, 3, 206. Ouid. de Arte Am. 3, 653 Munera (crede mihi) placant Hominesque deosque. *al.* Capiunt. Ieiunia ventris voracis placare, *Famem ſedare* Idem Met. 15, 74. Cic. de Legib. 2, 22 c. 9 Impius ne audeto placare donis Iram deorum. Iram deûm ſacris Ouid. Met. 10, 399. Iras diſcordiasque noſtras inter nos Cic. de Aruſp. Reſp. 46 f. *extr.* Lares ture et horna fruge Hor. Carm. 3, 23, 3. Numina deorum Ouid. Faſt. 1, 171. Per tale ſacrum Numen placabitur Idem Met. 13, 46. Obiurgatores beneuolos Cic. de Nat. Deor. 1, 5. Odia improborum Idem pro Domo 44 c. 17. Ventrem eſca placauit iratum Hor. Serm. 2, 8, 5. Ventos ſanguine Virg. Aen. 2, 116. Verbis ſupplicibus aliquem Ouid. Faſt. 4, 155. Non eſt placandi ſpes mihi nulla dei Idem Triſt. 5, 8, 22. Ira placanda iudicis Tibull. 4, 1, 47. ¶ 2 *Sine reſpectu ad iram.* Hor. Carm. 1, 36, 2

Et ture et fidibus iuuat
Placare, et vituli ſanguine debito
Cuſtodes Numidae deos:
Qui nunc Heſperia ſoſpes ab vltima, *etc.*

Hic (*ait Acron*) non irata aut mitigare, aut reconciliare numina parat, ſed aut grates referre, aut vota perſoluere. Propitii enim dei reduxerunt Numidam ſoſpitem. Placare (*inquit Porphyr.*) pro eo, quod eſt Gratiam referre intelligendum, non vt placari irati dicuntur. Quum enim Numidam dicat ſoſpitem rediiſſe, apparet eum deos propitios et ante ſacrificia habuiſſe. Cuſtodes autem pro conſeruatoribus accipiamus. *Haec ille. Aſcenſ. ſic exponit:* Placare, *i. Placidos, et (vt dicunt) contentos facere, quia dum diis vouemus, non ſunt placati donec vota reddiderimus. Propterea dixit debito, ſcilicet ex voto.*

PLACANS, antis. Particip. Cic. de Diuin. 2, 63 c. 30 Aurigeris diuûm placantes numina tauris. Carmina placantia manes Valer. Argon. 3, 408.

PLACĀTVS, a, um. Particip. [ἐξιλασθεὶς, εὐίλατος] Plin. 12, 18 Nec minus propitii erant mola ſalſa ſupplicantibus, immo vero (vt palam eſt) placatiores. Qu. Cic. de Petit. Conſul. 36 Quibus propter aliquod officium neceſſitudinis affuturum negaris, tamen ii poſſunt abs te placati, Aequique diſcedere. *Contraria:* Cic. Att. 6, 2 In hac autem peregrinatione, militiaue noſtra ſaepe Incenſum ira vidi, ſaepe placatum. Idem ibid. 5, 1 Nihil tam vidi Mite, nihil tam placatum, quam tum meus frater erat in ſororem tuam. Cic. Tuſc. 5, 16 Animi Quietus et placatus ſtatus cernitur, quum perturbatio nulla eſt, qua moueri queat. Idem pro Marcell. 18 Vt mihi quidem videantur dii immortales, etiam ſi poenas a Pop. Romano ob aliquod delictum expetiuerint, qui ciuile bellum tantum et tam luctuoſum excitauerunt, vel placati iam, vel etiam Satiati aliquando omnem ſpem ſalutis, ad clementiam victoris et ſapientiam contuliſſe. Deus placatus Ouid. Triſt. 1, 3, 40. Deos placatos pietas efficit et ſanctitas Cic. Off. 2, 11 c. 3. Gurges Valer. Argon. 4, 338. Maria Virg. Aen. 3, 69. Mens Lucret. 5, 1102. Ore placato annuit Ouid. Met. 14, 593. Procella Propert. 1, 17, 7. Res placatae et minime turbulentae Cic. in Orat. 63. Sepulcra Ouid. Faſt. 2, 33. Cic. de Fin. 1, 71 Vt omnes bene ſanos in viam placatae, tranquillae, quietae, beatae Vitae deduceret? *Compar.* Placatiore dea Plin. 2, 63. Liu. 2, 60 Placatior patribus exercitus rediit. *Sic* Placatiore eo et ſua et regis ſpe inuento Idem 37, 45. *Superl.* Cic. Tuſc. 1, 97 c. 41 Quies placatiſſima.

PLACĀTE. Aduerb. [ἀταράκτως] *Inturbate.* Cic. Fam. 6, 1 Omnia humana placate et humane feramus. *Compar.* Idem Fam. 6, 13 Sed hoc ipſum intelligimus eum quotidie remiſſius, et placatius ferre.

PLACATIO, ōnis. f. [ἐξίλασμα] Cic. Tuſc. 4, 60 c. 28 Sed omnis eiuſmodi perturbatio animi placatione abluatur. Deorum immortalium placatio Idem de Nat. Deor. 3, 5 c. 2.

PLACATOR, oris. m. *Vnde*

PLACĀTRIX, īcis. f. Saluian. de Gubern. Dei 3 p. 57 Eccleſia eſſe debet placatrix Dei.

PLACATORIVS, a, um. Adi. Tertull. de Patient. c. 13 Afflictatio carnis hoſtia Domino placatoria.

PLACABĬLIS, e. Adi. [ἐξίλαστος] *Quod facile placatur.* Cic. Verr. 2, 95 c. 38 Hic qui Romam veniſſet, ſatiſque feliciter anni iam aduerſo tempore nauigaſſet, omniaque habuiſſet aequiora et placabiliora, quam animum Praetoris atque hoſpitis, rem ad amicos ſuos detulit. Idem in Orat. 34 Vt eos ipſos, quos contra ſtatuas, Aequos placabileſque dimittas. *Legitur et* Placatos. *Contraria:* Auct. ad Heren. 4, 50 Inimicis te placabilem, amicis inexorabilem praebes. *Contraria:* Cic. Att. 1, 14 Si ita ſtatueris, et irritabiles animos eſſe optimorum ſaepe hominum, et eoſdem placabiles, *etc.* Quo quisque eſt maior, magis eſt placabilis irae Ouid. Triſt. 3, 5, 31. *add.* Virg. Aen. 7, 764 *et* 9, 585. Hor. Epiſt. 1, 20, 25. Praebere ſe placabilem alicui Cic. Att. 10, 13. Ingenium placabile ad preces Liu. 4. Ira deorum Ouid. ex Pont. 1, 9, 23. Numen ſolet fieri placabile Idem Triſt. 2, 141. Omnia aequa et placabilia habere Cic. Verr. 2, 95. *Compar.* Eo placabiliorem ſe praebere Idem Att. 14, 3. Tac. Ann. 3, 18, 2 Pudore abſolutae Plancinae placabilior. ¶ 2 *Actiue, quod ad placandum valet.* Ter. Phorm. 5, 7, 68 Quod ipſa ex aliis auditura ſit, id noſmet indicare placabilius eſt. Ter. Adelph. 4, 3, 17 Quapropter te ipſum purgare ipſis coram, placabilius eſt. *Sic* Sacrificium placabile Lactant. Inſt. Epit. 6, 14. Hoſtiae placabiliores Idem 4, 28, 7.

PLACABILĬTAS, ātis. f. [τὸ εὐίλατον] Cic. Off. 1, 88 c. 25 Nihil enim laudabilius, nihil magno et praeclaro viro dignius placabilitate atque clementia.

PLACABILĬTER. Adu. Gell. 7, 3 Iudices conciliandos eſſe ac propitiandos laudabiliter ac placabiliter, et leniter exiſtimationi ſalutique eius, qui apud eos accuſatus eſt.

PLACĀMEN, ĭnis. n. [ἱλασμὸς] *Quo quis placatur.* Liu. 7, 2 Et quum vis morbi nec humanis conſiliis, nec ope diuina leuaretur, victis ſuperſtitione animis, ludi quoque ſcenici, noua res bellicoſo populo (nam Circi modo ſpectaculum fuerat) inter alia caeleſtis irae placamina inſtitui dicuntur.

PLACAMENTVM, i. n. *Idem.* Deorum placamenta Plin. 8, 47. Tac. Ann. 15, 44, 3. Irae hoſtilis placamenta Idem Hiſt. 1, 63, 4.

PLACIA, ae. f. Myſiae oppidum, iuxta Cyzicum, Mileſiorum oppidum, *vt ſcribit* Plin. 5 c. vlt.

PLACIDEIANVS, *ſeu* PLACIDIANVS, i. m. *Gladiator praeſtantiſſimus, vt ex Lucilii verſibus apparet, quos profert* Nonius Marcellus 4, 62 *in declaratione verbi* Compono. *Verſus ſunt hi:*

Sannis ſpurcus homo vita illa dignus locoque,
Cum Placideiano componitur? optimus longe
Poſt homines natos gladiator qui fuit vnus.

Eundem commemorat Cic. ad Qu. Fratr. 3, 4 *et pluribus aliis locis. Meminit huius et* Hor. Serm. 2, 7, 97 Aut Placideiani contento poplite miror Praelia, *etc. Sic etiam Bentl. al.* Pacidianus, *v. v.*

PLACĪTIS, ĭdis. f. [πλακῖτις] *Cadmiae ſpecies, quae velut fuligo quaedam, aut fauilla in fornacibus aerariis parietibus adhaeret: nam propter ſui grauitatem, ad teſtudinem euolare non poteſt. Dicta* Placitis *ab eo, quod ſpeciem referat cruſtae, quam Graeci* πλάκα *vocant. Vid.* Plin. 34, 10 f. 22.

PLACVSIAE, *vid.* PLAGVSIAE.

PLĀGA, ae. f. [πληγή] *Percuſſio, vulnus.* Ter. Eun. 2, 2, 13 Neque plagas pati poſſum, *vt paraſiti.* Cic. Verr. 5, 162 Caedebatur virgis in medio foro Meſſanae ciuis Romanus, Iudices, quum interea nullus gemitus, nulla vox alia iſtius miſeri inter Dolorem crepituſque plagarum audiebatur, niſi haec, Ciuis Romanus ſum. Nodi plagarum, *Tubera ex plagis* Stat. Theb. 4, 73 *de Tauro.* Expertia plagarum corpora Lucret. 3, 813. Cic. Fam. 9, 16 Haec leuior eſt plaga ab amico, quam a debitore. Ex retuſo telo plaga Celſ. 5, 26. Altae plagae, *Profundum vulnus* Senec. Oedip. 346. Exigua Celſ 5 c. vlt. *de phygethlo.* Luculenta, *vid.* LVCVLENTVS. Lunata Celſ. 7, 26 *a forma.* Odioſa, *vid.* ODIVM. Cic. Tuſc. 2, 56 Pugiles etiam quum feriunt aduerſarium, in iactandis caeſtibus ingemiſcunt:

non

non quod doleant, animoue ſuccumbant, ſed quia profundenda voce omne corpus intenditur, venitque plaga Vehementior. Cic. Tuſc. 2, 41 Qui bene inſtituti ſunt, Accipere plagam malunt, quam turpiter vitare? Id. de Nat. Deor. 1, 70 Grauiorem enim plagam Accipiebat, vt leuiorem repelleret. *Add.* Id. pro Sext. c. 19. Adhibere plagas, *vid.* ADHIBEO. Conſumere hoſtem plagis Hor. Epiſt. 2, 2, 97. Diſſoluere corpora valida plaga Lucret. 3, 819. Domare corpora plagis Id. 2, 1143. Cic. in Orat. 228 Sic oratio, nec plagam grauem Facit, niſi *etc.* Celſus 7, 19 Plaga Facta deorſum verſus ſubeſt. Ferre plagam Virg. Aen. 10, 797. Cic. pro Flacc. 65 c. 27 Vtrum igitur noſtrum eſt, an veſtrum hoc vetus prouerbium, Phrygem plagis Fieri ſolere meliorem? Columel. 4, 29 Ne quum ſcalpro factum fuerit iter ſurculo, plus iuſto plaga Hiet. Imponere plagam ſanabilem mortiferam alicui Cic. pro Sext. 44 c. 19. Id. in Vatin. 20 c. 8 Si ad caetera vulnera, quibus putaſti Rempubl. deleri, hanc quoque mortiferam plagam Inflixiſſes. Ingerere plagas Apul. Met. 9 p. 222. Cic. pro Muraen. 48 c. 23 Illa plaga eſt Iniecta petitioni tuae maxima. Internectere efflantes *(recentes et velut ſpirantes)* plagas Stat. Theb. 8, 168. Leuare plagam ferro Columel. de Arb. 8, 2. Obducere plagam limo, *vid.* OBDVCO. Hac ille Perculſus plaga Nep. 18, 5, 1. Cic. Fam. 9, 16 Gladiatores, aut perditi homines, aut barbari quas plagas Perferunt? *Conf.* Id. Tuſc. 2 c. 17. Peremtus plagis vitulus Virg. Georg. 4, 301. Praebere corpus plagis Ouid. de Nuce 171. Sedere plaga dicitur, *apud* Eund. Met. 3, 88. Succumbunt externis omnia plagis Lucret. 2, 1140. Suere plagam Celſ. 5, 26. Vulnerari aliquot plagis Nep. 18, 4, 2. *Inciſio arboris.* Plin. 12, 25 Succus e plaga manat. *Sic* Hiat plaga, Leuare plagam.

PLĂGAE, arum. f. κυνηγετικὰ λίνα Gloſſ. Lat. Graec. σάλικες τῶν δικτύων αἱ στάσεις, plagae; ſingulare non habet Gloſſ. Graec. Lat. *Sic dicuntur Retia rariora, ad capiendas feras.* Cic. Off. 3, 68 c. 17 Suntne igitur inſidiae, tendere plagas, etiam ſi excitaturus non ſis, nec agitaturus? Virg. Aen. 4, 131 Retia rara, plagae, et lato venabula ferro. Seruius *in hunc locum ſcribit*, Plagas proprie Funes illos dici, quibus retia tenduntur circa imam et ſummam partem. Aucupes, et plagae Vlpian. in l. Quaeſitum §. Si in agro D. de fund. inſtruct. Denſae plagae Hor. Carm. 3, 5, 32. Diſpoſitae Senec. Thyeſt. 491. Nodoſae Ouid. Faſt. 6, 110, *quia nodis nectuntur retia.* Rarae Senec. Hippol. *pr.* Ambire ſiluas plagis nexilibus Ouid. Met. 2, 499. Cadere in plagas Ouid. de Arte Am. 3, 428. Sepire ſaltum plagis Lucret. 5, 1250. Tendere plagas, *Diſponere retia* Ouid. de Arte Am. 1, 270. Trudere apros in obſtantes plagas multa cane Horat. Epod. 2, 32. *Per tranſlationem.* Cic. in Verrem 5 c. 8 Si mehercules (id quod fore intelligo non poſſe) ex his laqueis te exueris, ac te aliqua vi, ac ratione explicaris: in illas tibi maiores plagas incidendum eſt, in quibus te ab eodem me, ſuperiore ex loco confici et concidi neceſſe eſt. Coniicere ſe in plagas, *vid.* CONIICIO. Iaci in plagas amoris Lucret. 4, 1140. Cic. Acad. 4, 147 Quum plus vno verum eſſe non poſſit, iacere neceſſe ſit tot, tam nobiles diſciplinas, quam de oculorum ſenſuumque reliquorum mendaciis, et de ſorite, aut pſeudomeno, quas Plagas ipſi contra ſe Stoici texuerunt. ¶ 2 Plăga, *priore ſimiliter correpta,* [ζώνη, οὐρανία καὶ γῆς] Gloſſ. Lat. Gr. *Caeli vel terrae regio, in quantum non ſpatia metimur, ſed lineam et directionem modo indicamus. Clima Graece dicitur, quo nomine ſpeciatim etiam illos, quos Parallelos Geographi vocant, intelligunt, quibus vicinia Polorum hinc; hinc Zonae torridae indicatur. Sic plane* Virg. Aen. 7, 226 Et ſi quem extenta plagarum Quatuor in medio dirimit plaga ſolis iniqui. Plin. 16, 2 In eadem Septentrionali plaga Hercyniae ſiluae. Caeli plagas ſcrutari Cic. de Diuin. 2, 30 c. 13. *Ex Poëta.* Oculis Caeli rimari plagas Varro *ap.* Non. 4, 361. Totidemque plagae tellure premuntur Ouid. Met. 1, 48. *Quas in Caelo Zonas vocat, iis in Tellure plagas reſpondere docet. Sed ſunt tamen etiam* caeleſtes plagae Ouid. Met. 12, 40. Cic. de Fato 22 Itaque tertius quidam motus oritur extra pondus et Plagam, quum declinat atomus interuallo minimo: id appellat ἐλάχιστον. Mundi plaga Senec. Herc. fur. ſ. 13. Aetheria Virg. Aen. 1, 398. Ardens plaga, *Regio ardentior Africae* Claud. in Eutrop. 1, 179. Diuitis arua plagae Valer. Argon. 1, 511. Feruida Senec. Herc. Oet. ſ. 9. *Intelligit Zonam torridam.* Lactea caeli Stat. Silu. 1, 2, 51. Marmorata plaga ingenti dorſo Id. ibid. 4, 3, 96. *Intelligit Viam ſtratam marmoribus. Loquitur enim de via Domitiana.* Mitis Sil. 1, 213. Solifera plaga, *Plaga Orientis* Senec. Herc. Oet. ſ. 2. ¶ 3 *In veſtium quoque, certe in veſtis ſtragulae genere eſt* Plaga. Non. 14, 5 Plagae, grande linteum tegmen, quod nunc torale, vel lectuariam ſindonem dicimus, quarum diminutiuum eſt Plagulae. Varro, Chlamydes, plagae, vaſa aurea. Id. Non. 4, 361 *(edit. Gothofr. Nam Mercer. omittit) corrupte, ſic tamen, vt aliquid inde diſcamus,* Plaga aliquando pars lecti, aliquando *amnis (vid. leg. clauus, cuius nominis totidem ſunt lineolae paene perpendiculares, c cum l humili in a coaleſcere potuit)* Pacuu. Atalanta, Et ſi metuo pietate plaga palam. *(Haec haud dubie corrupta; ſed verum forte, quod addit Nonius)* Vt ſit plaga, quam nunc dicimus clauum. Varro Prometheo, Eburneis lectis, et plagis ſigillatis, *i. velis, in quibus parua ſigna intexta vel acu picta, vt* belluati tapetes, *conf.* PLAGVLA n. 2.

PLAGŬLA, ae. f. Dimin. *Chartae folium.* Plin. 13, 12 *Docens quomodo fiant chartae,* Premitur deinde prelis, et ſiccantur in ſole plagulae, atque inter ſe iunguntur. ¶ 2 *Proprie veſtis ſtragulae nomen eſt, de quo* vid. PLAGA n. 3. Liu. 39, 6 Luxuriae enim peregrinae origo ab exercitu Aſiatico inuecta in vrbem eſt. Ii primum lectos aeratos, veſtem ſtragulam pretioſam, plagulas, et alia textilia, et quae tum magnificae ſupellectilis habebantur, monopodia et abacos, Romam aduexerunt. *Apparet,* plagulas *eſſe partem inſtrumenti luxurioſi, et ad lectos pertinere. Propius deſignat* Sueton. Tito c. 10 Cum *(aegrotus)* inde lectica transferretur, ſuſpexiſſe dicitur dimotis plagulis caelum. *Ergo veli ſunt genus* plagulae *viſum arcentes, ne quis eum, qui lectica fertur, inuitum poſſit agnoſcere. Varietas lectionis apud Suetonium rem non ſatis notam librariis fuiſſe indicat.* Non. 4, 361 *(Gothofr. Nam Mercer. totum hoc omittit) Laudat* Afranii *verba corrupta, puto,* Palam facito Demea, et plagulam de lecto pellis demitte ordine. *Sufficit hic nobis,* plagulae *et* lecti *mentionem coniunctam eſſe.* Id. ibid. 2, 131 *Laudat locum* Varronis, Qui primus vxorem ducebat, duabus culcitis ac duabus toris (*leg.* toros) plagulis quum ſtraſſet. Plagae *ergo et* Plagulae *in re veſtiaria ſunt textilia quaedam quadrata vt videtur, oblonga: vnde* plagulas *quoque chartarum nomen inueniſſe autumo. Denique obſeruamus,* Vlpian. l. 23 § 2 de auro, argento, mundo *inter* Muliebria veſtimenta, quae matris familiae cauſa ſunt comparata, quibus vir non facile vti poteſt ſine vituperatione, *referre* plagulas, *forte velamenta tenuia capitis.*

PLAGO, āre. *Percutere.* Auguſt. de Ciu. Dei 21, 11 Laceſſiuit dominum vel plagauit. *Vid.* Vet. Schol. in Iuuen. Sat. 6, 652 *et* 13, 113 Mars quum plagatus eſſet a Diomette.

PLAGŌSVS, a, um. Adi. [πληγώδης] *Plagis plenus.* Plagoſa crura, *apud* Apuleium 8 p. 210. Dorſum plagoſum, *apud eundem* 9, p. 222. *Ab* Horatio Plagoſus *dicitur* Orbilius *grammaticus, qui ſaepe plagas infert,* Epiſt. 2, 1, 69

Non equidem inſector, delendaque carmina Liui
Eſſe reor, memini quae plagoſum mihi paruo
Orbilium dictare. *Hinc eſt illud* Domitii Marſi,
Si quos Orbilius ferula ſcuticaque cecidit. *Vid.* Sueton. de Clar. grammat. c. 9.

PLAGIĀTOR, ōris. m. *Idem qui Plagoſus.* Hieron. Epiſt. 6 Magiſtrum pueri tui plagiatorem eius eſſe, non dubium eſt, *vid. infra* PLAGIVM.

PLAGĬGER, ĕra, ĕrum. Adi. [πληγοφόρος] *Ad ferendas plagas quaſi natus.* Plaut. in Pſeudol. 1, 2, 20 Plagigera genera hominum.

PLAGIGERŬLVS, a, um. Adi. *Idem.* Plaut. Moſtell. 4, 1, 19 Peculii ſui prodigi plagigeruli.

PLAGIOSIPPVS, i. m. *Cognomen, quo exempli cauſa forte a ſe ficto vtitur.* Auctor ad Herenn. 4, 42 c. 31, *vid. Turneb. Aduerſ.* 20, 25.

PLAGIPATĬDA, ae. m. *Qui plagas pretio intercedente patitur* Plaut. Moſt. 2, 1, 9. *et* Capt. 3, 1, 12 *vbi etiam* Laconas *vocat.*

PLAGIVM, i. n. *Crimen, quo quis ſciens liberum hominem, aut alienum mancipium, dolo malo vendit, emit, donat, celat. Vid.* ICti ad L. Fabiam de plagiariis. *Sic* l. 5 §. 2 Dig. de re militari, Si plagium factum, vel adgreſſura, vel abigeatus, vel quid ſimile acceſſerit. *Hinc vulgo vocant* Literarium plagium, *Quo quis, quae mittit in vulgus, ex aliorum libris decerpens, horum tamen, e quibus profecit, diſſimulato nomine, videri vult e ſuo peperiſſe ingenio, quae aliis clam ſubtraxit, vid.* Iac. Thomaſius de Plag. Liter. ¶ 2 Plagium *pro Reti dixit* Gratian. Cyneg. v. 24. Et perſequar artes Armorum, caſſes plagiique exordiar aſtus: *quam lectionem defendit Barth. h. l. et Vlit. ad* Nemeſ. Cyneg. 300. *Sed tamen Burmann. edidit,* Caſſeſque, plagarumque ordiar aſtus.

PLAGIARIVS, i. m. [ἀνδραποδιστής] *Qui liberum emit, vel vendit. Item qui ſeruo aut ſeruae perſuadet, vt a domino dominaue fugiat: vel eum eamue inuito vel neſciente domino celat, vinctum habet, emit vel vendit.* Lex *ipſa,* Plagiaria [δουλοπατεία] *Crimen,* Plagium *vocatur.* Calliſtratus in l. 6 Non ſtatim D. Ad legem Fab. de Plagiariis, Seruos alienos qui ſolicitauerit, aut interceperit, crimine plagii quod illi intenditur, teneatur necne, facit quaeſtionem. Cic. Q. Fratr. 1, 2, 2 Licinium plagiarium cum ſuo pullo miluino tributa exigere. *Mox* patrem et filium *vocat. Libellorum fur:* Martial. 1, 53 Impones plagiario, pudorem.

PLAGIĀTOR, ōris. m. *Idem.* Tertull. adu. Marc. 1, 23 Talis aſſertor damnaretur in ſaeculo, nedum plagiator. Iſidor. 10 Plagiator ἀπὸ τοῦ πλαγίου h. e. obliquo, quod non certa via gradiatur, ſed pelliciendo dolis.

PLAGVSIA, ae. f. *Genus piſcis.* Plaut. Rud. 2, 1, 9 Oſtreas, balanos captamus, conchas, marinam vrticam, muſculos, plaguſias, ſtriatas, *etc.* *Malunt viri docti* Placuſias, *vid.* CONCHA.

PLANARATVM, i. n. *Vomeris Gallici genus ſic appellatur.* Plin. 18, 18, ſ. 48. *Hard. legi mallet* plauſtrarati. *Verba ſunt:* Non pridem inuentum in Rhaetia Galliae, vt duas adderent alii rotulas, quod genus vocant planarati. Plauſtraratum *itaque fuerit machina e* plauſtro *et,* aratro *compoſita.*

PLANARĬA, ae. f. Vna ex fortunatis inſulis, a ſpecie dicta Plin. 6, 32.

PLANARIVS, *vid.* PLANVS.

PLANASIA, ae. f. [Πλανασία] Inſula eſt in mari Tyrrheno, non longe ab Ilua Plin. 3, 6.

PLANCA, ae. f. [πλάξ] *Tabula plana, a planitie ita appellata.* Feſt. Paulli, Plancae dicebantur tabulae planae, ob quam cauſam et Planci appellantur, qui ſupra modum pedibus plani (*ſ.* planis) ſunt. Plin. 8, 43 Nec pontes aſini tranſeant, per raritatem plancarum translucentibus fluuiis. *Legitur et,* Per raritatem eorum, *ſic Hard.* Pallad. de R. R. 1, 21, 2 Plancae roboreae. *vid. Gronou. Obſeru. Eccl.* c. 20 p. 221.

PLANCTVS, *vid.* PLANGO.

PLANCVS, i. m. [πλατύπους] Gloſſ. Lat. Gr. Feſtus *voce* Plancae. Qui ſupra modum planis pedibus eſt, *qui pedes imos graciles habet, planoſque aequaliter, quaſi tabellas, quae* plancae *vocantur.* Plin. 11, 45 Vola homini tantum, exceptis quibuſdam. Namque et hinc cognomina inuenta Planci, Plauti, *etc.* ¶ 2 Plancus [*Ariſtoteli* πλάγκος] *eſt Aquila* tertii *generis,* Morphnos, Homerus et Percnon vocat, aliqui et Plancum, et aliqui Anatariam: ſecunda magnitudine et vi, huicque vita circa lacus. *Haec ex* Plin. 10, 3.

PLANCIANVS, a, um. Adi. *ex nomine proprio, (quod ſaepe fit) attributum confictum.* Plancianum S. C. de liberis agnoſcendis l. j. §. Eleganter de lib. agnoſcend. in P.

PLANE, *vid.* PLANVS.

PLANĒTA, ae. m. ἀπὸ τῆς πλάνης, *id eſt ab errore,* πλανήτης, *id eſt erraticus et vagus. Nempe Latini vocant Sidera* Errantia, *et* Erraticas *ſtellas,* Saturnum, Iouem, *reliquas etc. vid.* Plin. 3, 8. Nigidius Errones *appellat ap.* Gell. 14, 1. *Vnde* Virg. Georg. 1, 337. *de Mercurio,* Quos ignis caeli Cyllenius erret in orbes.

PLANETARIVS, i. m. *Aſtrologus.* Auguſt. Confeſſ. 4, 3 Illos planetarios, quos mathematicos vocant, conſulere non deſiſtebam.

PLANETICVS, a, um. Adi. Sidon. Epiſt. 8, 11 Planeticorum ſiderum globus.

PLANGO, xi, ctum, ĕre. [κόπτομαι] *Tundere, vel percutere, eſt enim ab eadem origine, vnde* Plaga *etc.* Ouid. Metam. 2, 584 Plangere nuda meis conabar pectora palmis. Quanto planguntur Litora fluctu Ouid. Her. 19, 121. *Laudatur et* Lucilius, Plangunt litora fluctus. Humum pectore plangere Ouid. Faſt. 1, 578. *It.* Her. 16, 334. Lacertos ſuos planxit Ouid. Metam. 9, 636. *Conf.* Id. Her. 12, 153. Pectora plangere manu Ouid. Amor. 3, 6, 58. Suſpenſam veſtem chartaſue volantes plangunt venti per auras verberibus Lucret. 6, 114. ¶ 2 Plangere, [ὀλοφύρεσθαι] *Plorare et deflere: quia in ipſo luctu pectora plangere ſolemus.* Carmine plangere aliquem

quem Stat. Silu. 5, 3, 44. Damna ſua plangunt coloni Id. Theb. 11, 117. Diuortia planxit magno luctu Claud. in Eutrop. 1, 65. Mortuos Petron. c. 42 *et* 63. Funera alicuius plangere Stat. Theb. 12, 383. Plangunt litora Virg. Georg. 1, 334. *i. Reſonant. Alii legunt* plangit, *i. Reſonare facit. Reciproca ſignif.* Vtque ſuum laqueis — crus vbi commiſit volucris, ſenſitque teneri, Plangitur ac trepidans adſtringit vincula motu Ouid. Met. 11, 75. Dumque volunt plangi, per brachia mota leuatae Aëre pendebant Ouid. Met. 5, 675.

PLANGENS, entis. Partic. Agmina plangentia Virg. Aen. 11, 145. *i. Plorantia.* Fluctus ſaxa plangentes, *i. Verberantes* Lucret. 2, 1154.

PLANCTVS, ûs. m. [κοπετὸς] *Percuſſio.* Lucan. 2, 24 Exigit ad ſaeuos famularum brachia planctus. *Conf.* Petron. c. 81 *et* 136. *Lamentatio et luctus.* Peruigil planctus Valer. Argon. 3, 359. Stat. Silu. 5, 1, 179 Parce precor lacrimis, ſaeuo nec concute planctu pectora, nec crucia fugientem coniugis vmbram Segnes Claud. de Get. Bello v. 273. Triſtes planctus Claud. in Eutrop. 2, 301. Dare planctus Senec. Troad. 1. Iteraſti ingentes pectore planctus Stat. Silu. 3, 5, 53. Miſtus femineo cum planctu clamor Senec. Octau. 6. Pepulere mollem planctum brachia Stat. Theb. 6, 219. Ponere planctus, Linquere moerorem Senec. Herc. Oet. ſ. 16. Reddunt tympana planctum Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 131. Reſonat planctus immenſas per vrbes Senec. Herc. Oet. 1545. Sonant vno planctu tria regna Id. Herc. fur. ſ. 12. Vallantur planctibus arae Stat. Theb. 10, 564.

PLANGOR, ōris. m. [κόψις] *Percuſſio.* Catul. Argon. 62, 273 Procedunt, leni et reſonant plangore cachinni. Praecipiti plangore ruunt Valer. Argon. 3, 275. Sonitus plangoris Ouid. Met. 3, 493. [ὀλοφυρμὸς] *pro Planctu et vociferatione.* Cic. Philipp. 2, 85 c. 34 Tum diadema imponebas cum plangore populi. Id. in Orat. 131 c. 38 Vt alia in cauſa excitato reo nobili, ſublato etiam filio paruo, plangore et lamentatione compleremus forum. Sonus plangoris Ouid. Met. 14, 749. Clarus plangor Id. Met. 4, 138. Dare plangorem Ouid. Met. 14, 421. Exit conſonus plangor in auras Id. Met. 13, 610. *al.* Clangor. Reſonat magnis plangoribus aether Virg. Aen. 4, 668. Sonat domus plangore Ouid. ad Liu. 179. Vlulant femineis plangoribus aedes Virgil. Aen. 2, 487. *add.* Lucret. 5, 971.

PLANGVNCŬLA, ae. f. Pupa, *a* πλαγγών. Cic. Att. 6, 1 *extr.* Inuentae ſunt quinque plangunculae matronarum. *Ita legunt Boſius et Lambinus. Sunt nempe* πλαγγόνες *apud Atticos puppae cereae, ludibria puellarum: Hic imagines amicarum. Illuſtrat* πλαγγόνας *Atticorum, et hanc lectionem probat Spanhem. ad Callim. p. 711. Alii* Imagunculae. *Vulgo* Langunculae, *vid.* AGVNCVLA.

PLANIPES, PLANITIES, PLANITVDO, *vid.* PLANVS.

PLANTA, ae. f. [ταρσὸς, πέλμα] *Tota pars inferior pedum, digitique et vngues.* Plin. 7, 2. Eudoxus in Meridianis Indiae viris plantas eſſe cubitales: feminis adeo paruas, vt ſtruthopodes appellentur. Lactantius de Opif. Dei c. 13 Plantae quoniam totius operis fundamenta ſunt, mirificus eas artifex non rotunda ſpecie, ne homo ſtare non poſſet; aut aliis ad ſtandum pedibus indigeret, ſicut quadrupedes: ſed porrectiores longioresque formauit, vt ſtabile corpus efficerent planitie ſua. vnde illis inditum nomen eſt. Alatae plantae Virg. Aen. 4, 259. *de Mercurio.* Ancipiti figens veſtigia planta Iuuen. Sat. 14, 272. Auerſae plantae, *vid.* AVERTO. Ferratae Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 389. Laeua Cic. in Arato. Niveae Claud. de Nupt. Honor. 152. Pernices Virg. Aen. 11, 718. Timidae Ouid. Met. 6, 107. Tremulis inſiſtere Iuuen. Sat. 6, 96. Velocis gloria Id. ibid. 13, 98. Volucris Sil. 13, 194. Contingere ſidera plantis Propert. 1, 8, 43. Euadere aegra planta lubrica Sil. 7, 611. Hor. Serm. 2, 7, 27 Nec quidquam coeno cupiens euellere plantam. Subterlinere aegri plantas Plin. 28, 7. Tingere celeres plantas aequore Virg. Aen. 7, 811. *i. Mergere.* ¶ 2 Planta, [φυτὸν] *de arboribus dicitur Ea, quae transferendi gratia, vel* de arboribus rapta, *vt ait* Seruius, *vel ex ſeminibus eſt orta: et de herbis quoque dicitur.* Generoſioris arboris ſtatim cum planta fructus eſt Quinct. 8, 3, 76. *quod tanquam falſum diſplicet eidem.* Virg. Georg. 2, 23 Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum Depoſuit ſulcis. Plin. 17, 15 Satiuae plantae ſilueſtrium radicibus inſeruntur natura ſiccioribus. Nunc et ſinapis et caules optime ſeruntur vel plantantur Pallad. Mart. t. 9. Menſe februario vel plantâ vel ſemine recte ponetur *ruta* Colum. 11, 3. Feraces Virg. Georg. 2, 79. Tenerae Id. Ecl. 10, 49. Defringere ſummas plantas ex arbore Id. Georg. 2, 300. Deponere ſulcis plantas Id. ibid. 2, 23. Transferre plantas ex ſeminario in aliud Plin. 17, 11 *pr.* Planta, quae ſaepius Transfertur, non *coaleſcit ſ.* conualeſcit Sen. Ep. 2. *Proprie autem* plantae *ſunt*, quae cum radicibus transferuntur Pallad. Apr. 2, 3. *Sed tamen pro ramo etiam ponitur v g.* Varr. R. R. 1, 55, 3 Plantam de ramulo ſecum defert olea de percuſſione aduerſa. *Add.* Col. 5, 10, 6 *Vbi etiam pro ramo minore ponitur. Sic* plantae *et* rami *ſynonyma ſunt* Col. Arb. 20, 2. Plantae, Semina olerum, quod plana ſunt: et appellantur etiam ex ſimili plantae noſtrorum pedum. Paullus Feſt.

PLANTARIVM, i. n. [φυτευτήριον] Ipſa planta in terra nata, quae cum radicibus transfertur de vno loco ad alium: *vt ait* Seruius. Virg. Georg. 2, 27

Siluarumque aliae preſſos propaginis arcus-
Exſpectant, et viua ſua plantaria terra.

¶ 2 *Metaph. pro Pilis* Perſ. 4, 39 Quinque palaeſtritae licet haec plantaria vellant, *etc. h. e. Exſtirpent et eradicent hos pilos, qui tanquam plantae ex terra, ſic ex cute pullulant.* ¶ 3 *Collectiue* Plantarium *eſt Plantarum locus.* Plin. 17, 14 Quaedam in plantario inſita eodem die transferuntur. Id. 13, 4 Ergo plantaria inſtituunt. Plantaria facito ab exoriente luna Colum. de Arbor. c. 3. *i.* ſeminaria.

PLANTARIVS, a, um. Adi. [φυτευτήριος] *Ad plantationem pertinens. Laudabant* Colum. 5, 9, 8 Antequam plantarias arbuſculas effodias ſolo, rubrica notato partem eius, quae Meridiem ſpectat. *Nunc vero ex emendatione Victorii legitur:* Ante quam explantes arbuſculam, rubrica notato, *etc.*

PLANTĀRIS, e. Adi. [πελματικὸς] *Quod eſt plantae pedis, ſiue quod pertinet ad plantam pedis.* Stat. Theb. 1, 304 Summa pedum propere plantaribus illigat alis. *De Mercurio.* ¶ 2 *Plur. Subſtant.* Exigui laetus plantaribus horti Iuuenal. 13, 123. *i. viridibus, quae plantata ſunt.*

PLANTĬGER, ĕra, ĕrum. Adi. [φυτοφόρος] *Plantas gerens: vt,* Plantigerae arbores, *Quae ex ſe pullulando plantas emittunt.* Plin. 13, 8 Siliqua plantigera eſt in imis partibus.

PLANTO, āre. [φυτεύω] *In terra deponere plantam ſ. ſerere, vt creſcat.* Plin. 17, 10 Hoc modo plantantur Punicae *conf.* Pallad. in Planta.

PLANTATIO, ōnis. f. [φυτεία] Plin. 21, 4 Vnde accolae transferentes conſerunt, ipſaque plantatione proficiunt.

PLANTĀTOR, ōris. m. Auguſt. Epiſt. 112 Plantator et rigator. *add.* Proſper de Ingratis c. 20.

PLANTĀGO, ĭnis. f. [ἀρνόγλωσσον] Plin. 25, 8 Celebrauit et Themiſon medicus vulgarem herbam plantaginem, tanquam inuentor, volumine de ea edito. Duo eius genera. Minor anguſtioribus foliis et nigrioribus linguae pecorum ſimillimis, caule anguloſo, in terram inclinato, in pratis naſcens: altera maior, foliis laterum modo incluſa: quae quia ſeptena ſunt, quidam eam Heptapleuron vocauere. Huius et caulis cubitalis eſt, et napi ſimilis. Naſcitur in humidis multo efficacior. Vis mira in ſiccando, denſandoque corpore, cauterii vicem obtinens. Vtitur etiam Scribon. 158. *Et* Succus vel ſemen plantaginis Id. 31. 83.

PLĂNVS, i. m. [πλάνος] *Impoſtor, deceptor.* Gell. 16, 7 *Commemorat* inter verba inuſitata, quibus vſus ſit Mimus Laberius, *aitque* ſignificare Sycophantam. *Budaeus, Impoſtores a Graecis etiam* plani *dicuntur, ſed certi cuiusdam generis impoſtores, inſigni verſutia praediti: quo vocabulo potius quam Latino* Cic. pro Cluent. 72. *vſus eſt,* Hic ille planus *(inquit)* improbiſſimus, quaeſtu iudiciario paſtus, *etc.* Hor. Epiſt. 1, 17, 59. Nec ſemel irriſus triuiis attollere curat Fracto crure planum, *etc.* Planus *(vt in hunc locum ait* Acron*)* nomen eſt hominis, qui ſolebat multos ſic fallere, in quorum vehicula voluiſſet tolli, vt fingeret ſe crus fregiſſe: qui quum poſtea vere genu fregiſſet, et idem rogaſſet, non eſt ei creditum. *Euſtathius Homeri interpres in Odyſ. ſic inquit, (interprete Budaeo)* Planus *eſt qui artem quandam profitetur imponendi etiam ſpectantibus, quales fuerunt Ciphiſſodorus et Pantaleon, et Matreas apud Alexandriam. Huiusmodi autem impoſtores in deliciis olim regum fuiſſe, ex* Plinii *verbis coniicere licet* 35, 10 Non fuerat *(inquit)* Apelli gratia in comitatu Alexandri cum Ptolemaeo, quo regnante Alexandriam vi tempeſtatis expulſus, ſubornato fraude aemulorum plano regio inuitatus, ad regis coenam venit: indignantique Ptolemaeo, et vocatores ſuos oſtendenti, vt diceret a quo eorum inuitatus eſſet, arrepto carbone exſtincto e foculo, imaginem in pariete deliniauit, agnoſcente vultum plani rege ex inchoato protinus.

PLĀNVS, a, um. Adi. [ἐπίπεδος, ἰσόπεδος, πεδινὸς, ὁμαλὸς] *Cuius figura aequalis, nusquam neque eleuata, neque depreſſa eſt.* Cic. de Vniuerſ. 13 Quod ſi vniuerſitatis corpus planum et aequabile explicaretur, neque in eo quidquam eſſet requiſitum. Martial. 4, 64 Et planus modico tumore vertex. Cic. de Nat. Deor. 2, 47 Quum duae formae praeſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim ſphaeram interpretari placet) ex Planis autem circulus aut orbis. Ager planus, *i. campus.* Varro de L. L. 4, 4 p. 11, 7 Quod primum ex agro plano fructus capiebant, campus dictus. Aditus planior, *h. e. Facilior et patentior* Liu. 34, 29. Area planior Pallad. 11, 11. Area planiſſima campi Ouid. Met. 15, 297. *Add.* Id. 10, 86. Campi plani aequora Lucret. 3, 1015. Corpus planum et aequabile Cic. de Vniverſ. 13. Dentes plani piſcium Plin. 11, 37. Cic. pro Caecin. 50 c. 17 Sed ne aequo quidem et Plano loco. Pedis plani aedificium *dicitur a* Vitruuio, *ad differentiam* Concamerationis et hypogei 6, 10, *vbi neque deſcenſu, neque aſcenſu opus eſt.* Et plano pede ad differentiam contignationum. *Add.* 7, 1, 4. Piſces plani. Columel. 8, 16, 7 Limoſa regio planum educat piſcem, velut ſoleam, rhombum, paſſerem. *Add.* 8, 17, 9. Plin. 9, 20 ſ. 36 Marinorum piſcium alii ſunt plani, vt rhombi, ſoleae ac paſſeres. Id. 9, 14 Planorum piſcium alterum eſt genus, quod pro ſpina cartilaginem habet, vt raiae, *etc. Add. ibid.* c. 51 ſ. 74 *etc.* Spatia plana Hor. Epiſt. 1, 7, 41. Venter planus, *Non rugoſus* Ouid. Amor. 1, 5, 21. Via plana Id. Faſt. 3, 856. Ad planum, *vt* Ad planum reducere cicatrices, *vid.* AD. De plano, *iudiciorum eſt.* Paul. de Quaeſt. in l. Vnius, in fine, Cuſtodiae non ſolum pro Tribunali, ſed et de plano audiri poſſunt, atque damnari. Suet. in Tiberio c. 33 Iudicesque aut e plano, aut e Quaeſtoris Tribunali admonebat, *i. E ſolo in quo populus ſtabat.* Papinian. in l. Miles §. Quidam D. ad Legem Iul. de Adulteriis, De plano quoque libellus dari poteſt, *i. Iudice non ſedente, et diebus feriatis. De edictis dicitur etiam ex humiliore loco ſuſpenſis.* Has ego literas, quas in omnibus pilis atque porticibus, vnde de plano legi poſſint, inſtar edicti pendere mandauero Auſon. in Grat. Act. *conf.* [illegible] *Obſ.* 7, 29. *Briſſ. it. Torrent. ad* Suet. l. c. in plano eſſe, habitare, incolere: in plana deducere *vel* deſcendere Flor. 2, 3, 5. 3, 5, 28. 4, 12, 59. Aedes in plana ſubmiſit Id. 1, 9, 4. *Verum* Lucret. 1, 412 Hoc tibi de plano poſſum promittere Memmi, *i. Liquido, et ſine dubio, et non multa opera inſumta, magnave cura adhibita. Ducta translatio eſt a praetoribus, qui lites et controverſias faciles de plano diiudicabant. difficiles autem atque implicatas e loco ſuperiore, atque e tribunali.* Vlpian. l. 9 § 3 ff. de Offic. Proconſ. De plano autem Proconſul poteſt expedire haec: vt obſequium parentibus et patronis, liberisque patronorum exhiberi iubeat: comminari etiam, et perterrere filium a patre oblatum, qui non, vt oportet, conuerſari dicatur. Poterit de plano ſimiliter et libertum non obſequentem emendare aut verbis, aut fuſtium caſtigatione. In plano cadere Ouid Triſt. 3, 4, 17. In plana decurrunt arbores, *vid* DECVRRO. In planum deducti Varro de L. L. 4, 8 *pr.* In planum rota verſari *dicitur a* Vitruuio 10, 10 *vt differat ab ea, quae in cultrum verſatur. Ea autem* rota in planum verſatur, *cuius axis perpendiculariter ſitus eſt: in cultrum vero verſatur ea, cuius axis in porrectum collocatus eſt.* ¶ 2 Planus, *pro Aperto et manifeſto aliquando ponitur, quod quae plana ſunt, nullum impedimentum habeant, quin vndecunque videri poſſint.* Plaut. Perſ. 2, 2, 1 Satin' haec tibi ſunt plana et certa? Narrationes planae ſint, breues, euidentes, credibiles, moderatae, et cum dignitate Cic. in Topic. 97 c. 26. *Hinc* Planum facere, [δηλοῦν] *Declarare; et Rem difficilem aut dubiam ſoluere, et ante oculos verbis explanare et patefacere. Translatio a loco inaequali, qui cultu adhibito, aut opera planus fit.* Cic. in Verr. Act. 1, 36 Hoc planum factum eſt. *Ibid.* 3, 152 Quum planum fieret decumis contra inſtituta legis, conſuetudinemque omnium venditis, *etc.* Quum planum facere multis teſtibus poſſim Cic. Verr. 2 c. 14. Planiora illa facere Sen. Ep. 12. Planiore probatione videtur eſſe perſpicuum Quinct. 2, 20. Facile planum, atque probare aliquid Lucret. 2, 933. *Alia metaphora.* Cic. pro Flacc. 105 Quem poſthac tam amentem fore putatis, qui non illam viam vitae, quam ante praecipitem et lubricam

bricam

bricam eſſe ducebat, huic planae et ſtabili praeponendam eſſe arbitretur? Planam viam facere ad honores quaerendos Plaut. Trin. 3, 2, 19.

PLANE. Adu. [φανερῶς, προδήλως] *Clare, aperte.* Plaut. Trin. 4, 3, 63 Satin' ego oculis plane video: eſtne ipſus, an non eſt? Demonſtrare planius Gell. 16, 6. Cic. de Fin. 2, 10 Memini vero, inquam, ſed tu iſtuc dixti bene Latine, parum plane. Expedire aliquid plane et perſpicue Id. ibid. 3, 19 c. 5 *extr.* Explicari mihi tuum conſilium plane volo, vt penitus intelligam Cic. Att. 8, 16. Intelligere plane aliquem Id. Fam. 7, 14. *Sic* Terent. Heaut. 5, 1, 24 Sed te miror, qui alia tam plane ſcias. Cic. Top. 14 c. 3 Quo planius accipiatur, *i. intelligatur.* Id. de Fin. 2, 15 c. 5 Epicurus, opinor, me non vult ſi poſſit plane et aperte loqui: nec de re obſcura, vt phyſici. Loqui plane et dilucide Id. de Orat. 1, 144 c. 32. Cic. Philipp. 7, 17 Quem gladiatorem non ita appellaui, vt interdum etiam M. Antonius gladiator appellari ſolet, ſed vt appellant ii, qui plane et Latine loquuntur. *Compar.* Quod tibi vt planius exponam Cic. Fam. 1, 9. Id. Verr. 1, 94 Non poſſum illa planius commemorare, quam ipſum Ligurem pro teſtimonio dicere audiſtis. Nemo planius eo Locutus eſt Id. de Orat. 1 c. 61. Varr. de L. L. 7, 22 *extr.* Haec apertius dixiſſem, niſi breuius eo nunc mallem, quae infra ſunt planius vſurpanda. *Superlat.* Explicare apertiſſime et planiſſime aliquid Cic. Verr. 2, 156 c. 64. Scribi quam planiſſime illa res potuit Id. Fam. 7, 20. *conf.* Id. Att. 3, 21. ¶ 2 Plane, *aſſeuerantis eſt.* Terent. Phorm. 5, 2, 6 Vt ſit qui viuat, dum aliquid aliud flagitii conficiat. G. planiſſime. D. his nunc praemium eſt, qui recta praua faciunt. G. veriſſime. Communi ſenſu plane caret Hor. Sat. 1, 3, 66. Terent. Phorm. 4, 4, 5 Opera tua ad reſtim mihi quidem res rediit planiſſime. Cic. Fam. 14, 4 Vnum hoc ſcito, ſi te habebo, non mihi videbor plane periiſſe. Id. de Clar. Orat. 215 Nec vero Sulpicio, neque Cottae dicere poſſumus, neque cuiquam bono oratori, rem vllam ex illis quinque partibus plane atque omnino defuiſſe. Plane mane, *vid.* MANE, *Adverbium.* Cic. de Clar. Orat. 332 Contine te in tuis perennibus ſtudiis, et effice id, quod iam propemodum vel plane potius effeceras. Eruditus perfecte, planeque P. Craſſus Id. ibid. 280 c. 81. Perſpectae res, penitus cognitae planeque Cic. de Orat. 1, 108. Illud quoque plane quantumuis ſalubriter et in tempore Sueton. Claud. c. 21.

PLANĀRIS, e. Adi. *Idem quod Planus.* Mart. Capell. 6 Planaris figura.

PLANARIVS, a, um. Adi. *Ad planum pertinens.* Viri ad planarios conflictus apti Ammian. 19, 5. Interpellatio l. 4 C. de dilat. *quae de plano fit, non pro tribunali.*

PLANVLA, ae. f. *Dolabrae genus. Sed in* Onomaſt. Vet. *redditur* ἐγκοπίς.

PLANO, āre. Coripp. 2, 231 Ante pedes planate vias.

PLANESCO, ĕre. *Planum fieri.* Hilarius in Geneſ. v. 97 Planeſcunt campi. Totum coget planeſcere mundum Paullin. Nol. 6, 314. *de Io. Baptiſta.*

PLANILŎQVVS, a, um. Adi. [φανερολόγος] *Qui plane et aperte dicit quod ſentit, et libere.* Plaut. Truc. 4, 4, 11 Planiloqua eſt: paucis vt rem ipſam attigit!

PLANĬPES, ĕdis. [γυμνόπους, ὁμαλόπους] *Actoris genus, qui ſine cothurnis, vt tragici, et ſine ſoccis, vt Comici actores, in ſcenam prodiret.* Diomedes l. 3 p. 487 *Putſch.* Planipedem Graece Mimum ait ſignificare: quod actores planis pedibus, id eſt nudis intrarent proſcenium. Donatus: Planipedia dicta ob humilitatem argumenti eius, ac vilitatem actorum, qui non cothurno, aut ſocco vtuntur in ſcena aut pulpito: ſed plano pede. Vel ideo, quod non ea negotia continet, quae perſonarum in turribus aut in coenaculis habitantium ſunt, ſed in plano et humili loco. Planipes, impudica et praetextata verba iaciens Macrob. Sat. 2, 1. Gell. 1, 11 Quid enim foret ea re ineptius, ſi vt planipedi ſaltanti, ita et Graccho concionanti numeros et modos, et frequentamenta quaedam varia, tibicen incineret? Quinctil. 5, 11 Vt Caſſius quis iſtam faciem planipedis ſenis torquens. *v. h. l. Burm. Scalig. ad Feſt. Add. Voſſ. Inſtit. Poët.* 2 *p.* 157.

PLANIPEDIVS, a, um. Adi. *Humilis, vt,* Comoedia planipedia Diomed. *vid. ſupra in* PLANIPES.

PLANITIES, ēi. f. [ὁμαλότης, πεδιάς, πεδίον] *Loci aequalitas, ſiue complanatio.* Cic. de Diuin. 1, 2 c. 1 Principio Aſſyrii, vt ab vltimis auctoritatem repetam, propter planitiem, magnitudinemque regionum, quas incolebant, *etc.* Liu. 7, 7 Duûm millium planities caſtra Romana ab Hernicis dirimebat. Poſtquam prima ſigna planitiem ſummam ceperunt, ſenſitque acies, aequo ſe iam inſtitiſſe loco Liu. 9, 31. Aequata agri planities Cic. Verr. 4, 107 c. 48. Aprica Claud. in Eutrop. 2, 270. Circumciſa, *vid.* CIRCVMCIDO. Curuata paruo tumore Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 102. Et diffuſa Plin. Epiſt. 5, 6. Panditur planities, *vid.* PANDO. Vincere curſu planitiem Claud. Conſ. Hon. 3, 47. *i. quantumuis ſpatioſam percurrere.* Speculi planities Lucret. 4, 295.

PLANITIA, ae. f. *Idem.* Vitruu. 7, 3 Planitiae coronarum ſunt periculoſae. Quae eſt in planitia Vitr. 9, 8. Planitiae aequilatatio *ibid. Add.* Id. 5, 12 *et* 8, 7. Vet. Inſcript. *apud* Vrſin. in Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 43 CLIVOM IN PLANITIAM REDIGENDVM.

PLANĬTAS, ātis. f. *Orationis virtus, perſpicuitas.* Tacit. de Orat. 23 Is compoſitionis decor, ſententiarum planitas.

PLANĬTVDO, ĭnis. f. *Idem quod Planities,* ὁμαλία Gloſſ. Latin. Graec. [ὁμαλότης] *Laudatur* Columel. 4, 30, 4 Perticae cacuminum modicae planitudinis, quae tamen dipondiarii orbiculi craſſitudinem non excedant, optime panguntur. *Sed legendum haud dubie, vt legitur,* plenitudinis.

PLANITVS. Adu. *pro Penitus poſuit.* Tertull. de Pallio c. 4 Planitus adeantur. ὁμαλῶς Gloſſ.

PLASEA, *ſiue* **PALASEA,** ae. f. *Nomen ſacrificorum, quod explicat* Arnob. 7 p. 230 Bouis cauda eſt plaſea, ſiligine et ſanguine delibuta.

PLASMA, ătis, *et* **PLASMATVM,** i. n. [πλάσμα] *Figmentum, proprie figlinum opus, deinde fictum a Poëta, vt* Auſon. Epiſt. 10 *pr.* Si qua fides vnquam falſis adhibenda figuris Nec plaſma ſemper allinunt. *Sic ſuam poëſin videtur vocare* Agreſte plaſma Mart. Capell. c. vlt. p. 336. ¶ 2 *Pro quodam genere Potionis voci leniendae et velut fingendae apto: a* πλάττω, *fingo, compono.* Perſ. 1, 17 Liquido quum plaſmate guttur mobile colluerit. *Sic explicat etiam Caſaubonus. Sed Turnebus, Quum* Plaſma *pro Potione nunquam legerit, putat eſſe quandam vocis Fictionem et flexionem, quae quod liquida exeat, colluere guttur videatur. Huius rei fidem, inquit, faciunt verba Theophraſti de Hiſtor. Plant.* 4, *12 Caedi ait, tempeſtiue ſolitas arundines, vſque ad Antigenidam, quum adhuc ſimplicius tibiis vterentur, ſub Arcturo menſe Septembri.* Plin. 16, 36 Caedi ſolebant tempeſtiue vſque ad Antigenidam tibicinem, quum adhuc ſimplici muſica vterentur, ſub Arcturo. *Simplicem muſicam dicit, quum adhuc ſine plaſmate et delicata varietate canerent. Iterum Theophr. Sed poſtquam varietas* fictioque *acceſſit,* (ἐπεὶ εἰς τὴν πλάσιν μετέβησαν) *caeſura mutata eſt. caedunt enim noſtra aetate, menſe Maio, et Iunio, quaſi paullo ante ſolſtitium, vel ſub ipſo ſolſtitio: et fieri vtiles in trimatu referunt, et breui exercitatione egere, linguasque diſiectu deflecti: quod his neceſſarium eſt, qui ſonos fingant, et multifariam flectant.* Plinius *loco ante citato:* Poſtquam varietas acceſſit, et cantus quoque luxuria. caedi ante ſolſtitia coeptae, et fieri vtiles in trimatu, apertioribus earum ligulis ad flectendos ſonos. *Fuerit ergo* Plaſis *et* Plaſma *ipſa fictio flexioque vocis.* Quinctil. 1, 8, 2 Lectio ſit virilis, et cum ſuauitate quadam grauis, non tamen in canticum diſſoluta, nec plaſmate, vt nunc a plerisque fit, effeminata. *h. e. Inclinatione et flexione non ſit delicata.* ¶ 3 Plaſma *pro Creato corpore ſeu creatura ponunt Scriptores Chriſtiani.* Prudent. hymno Omnis horae, v. 91 Quid tibi, profane ſerpens, profuit rebus nouis Plaſma primum perculiſſe. Emancipator ſeruientis plaſmatis Prudent. Cathem. 7, 184. *Adde* Alcim. Auit. 2, 89. *Hinc*

PLASMO, āre. *Fingere, creare.* Hieron. Epiſt. 61 c. 5 Antequam Adam plaſmaretur de terra. Terra ex qua homo primum plaſmatus eſt Tertull. adu. Iud. c. 13. Plaſmaſſe corporis effigiem Prudent. Apoth. v. 869. *Et* Tertull. de Spectac. c. 23 Illi oculos Deus plaſmauit.

PLASSO, āre. *Formare.* Apic. 2, 1 Exinde iſicia plaſſantur, *bis, ſemel* formantur. *Sunt ergo eiusdem intellectus. Eſt Gr.* πλάσσω.

PLASMĀTOR, ōris. m. *Creator.* Tertull. adu. Iudaeos c. 2 *pr.* Deus vniuerſitatis conditor, mundi totius gubernator, hominis plaſmator.

PLASTES, ae. m. [πλάστης] *Fictor, qui figlinam artem exercet, qui et Figulus dicitur.* Plin. 35, 12 Plaſtae laudatiſſimi fuere Damophilus et Gorgaſus Vellei. 1, 17, 4 Eadem eueniſſe grammaticis, plaſtis, pictoribus, ſcalptoribus. Plaſtes effingit idolum Tertull. de Idol. c. 3. *Conf.* Petron. c. 88.

PLASTICĀTOR, ōris. m. *Idem.* Firmic. 8, 16 Inauratores, plaſticatores.

PLASTĬCVS, i. m. *Idem quod plaſtes.* Firmicus 7, 25 Si enim Venus ſic fuerit inuenta, faciet pictores, plaſticos, aurifices. *Nempe*

PLASTĬCVS, a, um. Adi. Ratio plaſtica, *i. Ars ipſa fingendi* Vitruu. 1, 1. Manus plaſtica, *i. Vim habens fingendi* Tertull. ad Nationes 1, 12.

PLASTĬCE, es. f. [πλαστική] *Fictoria vel figlina ars, qua finguntur imagines ex argilla.* Plin. 35, 12 De pictura ſatis ſuperque: contexuiſſe his et plaſticen conueniat, eiusdem operae terrae fingere ex argilla ſimilitudines. *Plura toto capite. Conf. Rhodigin. Ant. Lect.* 29, 24.

PLATAEAE *vel* **PLATAEEAE,** arum. f. [ἡ Πλάταια, *vel* αἱ Πλαταιαί] *Celebris Boeotiae vrbs, praelio, quo Mardonius Perſarum dux a Pauſania et Ariſtide victus eſt.* Stat. Theb. 4, 373 Nuntiat excubiis vigiles arſiſſe Plataeas. *Sic ſcribendum. Male enim* Plateas *editur. Sic etiam* 7, 332 Aulida qui Graecamque ferunt viridesque Plataeas.

PLATAEENSIS, e. Adi. Nep. 3, 2, 1 Praelium Plataeenſe.

PLATAGE, es. f. Inſula inter Euboeam et Andrum, quondam Patage, nunc Amorgos appellatur Plin. 4, 12.

PLATALEA, ae. f. *Auis, quae et Platea dicitur. Vid. paullo poſt in* PLATEA.

PLATANISTA, ae. f. Piſcis eſt in Gange Indiae fluuio naſcens, Delphino roſtro et cauda ſimilis, ſed multo maior: vt qui in longitudinem XV cubitorum excreſcat Plin. 9, 15.

PLATANISTVS, i. m. [Πλατάνιστος] *Promontorium eſt Peloponneſi, non procul a Leprio: cuius meminit* Plin. 4, 5.

PLATĂNVS, i. f. [πλάτανος] *Arbor late ſpargens ramos: a* πλατὺς *latum.* Aëriae platanus. *Olim etiam quartae Declinationis fuiſſe, docet* Virg. Cul. 123 *vbi Scaliger ita ex antiquis editionibus reſtituit.* Nam primum prona ſurgebant valle patentes Aëriae platanus. Idem Georg. 2, 70 Et ſteriles platani. Pilulae platani Scribon. 2. *i. baccae. Vid.* Plin. 12, 1. Cic. de Orat. 1, 28 Nam me haec tua platanus admonuit, quae non minus ad opacandum hunc locum patulis eſt diffuſa ramis, *etc.* Alta Ouid. Met. 13, 794. Aurea Cyri Plin. 33, 3 ſ. 15. *Conf.* 33, 10 ſ. 47. *vbi Dario tribuit.* Caelebs platanus Horat. Carm. 2, 15, 4. *Dicta autem caelebs, quia non ſolet adhiberi ad vites ſuſtentandas, vt vlmus, ſed ad vmbram comparandam. Lambinus.* Genialis Ouid. Met. 10, 94. *Sic vocat illam, quod ſub ea conuiuari veteribus mos eſſet. Vnde etiam* Virg. Georg. 4, 146 Iamque miniſtrantem platanum potantibus vmbram. Nutans Catull. Argon. 62, 290. Vmbrifera Cic. de Diuin. 2, 63 c. 30. *Ex Homero. Conf.* Hor. Od. 2, 2. *Burm. aliique ad* Petron. c. 131.

PLATANĒTVM, i. n. [πλατανών] *Locus platanis conſitus.* Gloſſ. πλατανών, platanetum.

PLATANĪNVS, a, um. Adi. [πλατάνινος] *Quod ex platano eſt.* Columel. 12, 16 Alii foliis vitigineis, nonnulli plataninis ſemiuietas vuas contegunt.

PLATĂNON, ōnis. m. *Idem quod Platanetum.* Plin. Epiſt. 1, 3 Quid πλατανὼν opaciſſimus. Exornant fictae quae platanona ferae Martial. 3, 19. *Add.* Vitr. 5, 11. Martial. 9, 48. Petron. c. 126 *et* 131.

PLATĒA, ae. f. [πλατεῖα] *Via latior, fereque militaris, Praetoria, Conſularisque dicitur.* Ter. Andr. 4, 6, 1 In hac habitaſſe platea, dictum eſt Chryſidem. Hor. Epiſt. 2, 2, 71 Purae ſunt plateae: nihil vt meditantibus obſtet. *Penultima correpta, omiſſo iota diphthongi.* Lampridius in Heliogabalo c. 24 Plateas in palatio ſtrauit Lacedaemoniis et porphyreticis ſaxis. Concelebrare plateam hymenaeo, *vid.* CONCELEBRO.

PLATEA, ae. f. [πελεκᾶνος] *Auis.* Plin. 10, 40 Platea nominatur aduolans ad eas (*Aues*) quae ſe in mari mergunt, et capita illarum morſu corripiens, donec capturam extorqueat. Eadem quum deuoratis ſe impleuit conchis, calore ventris coctas euomit, atque ita ex iis eſculenta legit, teſtas excernens. Cic. *Plataleam vocat,* de Nat. Deor. 2, 124 c. 49 *pr.* Legi etiam ſcriptum eſſe auem quandam, quae platalea nominaretur, eam ſibi cibum quaerere aduolantem ad eas aues, quae ſe in mari mergerent: quae quum emerſiſſent, piſcem-

piſcemque cepiſſent, vsque eo premere earum capita mordicus, dum captum illae amitterent, id quod ipſa inuaderet. Eademque haec auis ſcribitur conchis ſe ſolere complere, easque quum ſtomachi calore concoxerit, euomere, atque ita eligere ex iis quae ſunt eſculenta. *Ariſt. Hiſt. An.* 9, 10 *πελεκᾶνα vocat, quam Cicero* Plataleam, *et* Plateam Plinius.

PLATEAE, *vrbs. vid.* PLATAEAE.

PLATESSAE, arum. f. *Piſces ſunt lati.* Auſon. Epiſt. 4, 60 Corroco, letalis trygon, mollesque plateſſae. *Sic Sealig.*

PLATĪCE, es. f. Firmic. 2, 11 Nunc ad platicen, locorumque definitionem reuertamur. Cael. 19, 4 Platicen *appellant eruditiores, tractatum quo vniuerſim ac pinguius imbuuntur rudes, informanturque, vt mox partiliter ſubtexatur doctrinae ratio. Vid. mox* PLATICVS *et* PLATICE, *Aduerbium.*

PLATĬCVS, a, um. Adi. Firmic. 3, 2 Et quamuis quidam putent platicam iſtam diſpoſitionem eſſe: diſcentis tamen ingenium facili inſtitutionis magiſterio componit, ne quaſi in tenebris conſtitutus mathematicus, caduca erroris confuſione turbetur. Sed licet platice definita haec a quibusdam putentur, partiliter tamen in hoc libro multa dicuntur. *Vtrumque adſpectum facili exemplo ſic demonſtro, Si ſtella aliqua cum prima Arietis parte, orientalem angulum teneat, ſe ab oceaſu in hemiſphaerium inferius praecipitante, altera cum prima parte Librae, adſpectus partilis erit, nimirum a parte ſimili in alium partem ſimilem; qui vulgo oppoſitus dici ſolet. Si vero aſcendente eadem parte Arietis cum ſua ſtella, inueniatur a 25 Librae parte altera ſtella deſcendens, quia a prima longiuſcule diſtat et dilatatur, nec a parte in partem radios proiicit,* adſpectus *et re et nomine* platicus *eſſe cenſebitur.*

PLATICE. Adu. Firmic. 2, 16 Sed interim platice: nam paullo poſt partiliter oſtendemus rationem, qua poſſint loca ſingula ſecretis inquiſitionibus colligi. Debet enim is, qui inſtituitur, primum platice inſtitui: vt his apertioribus leuioribusque compoſitus atque formatus, ſecretiora deinceps genituraе confidentius conſequatur. Idem c. 17 *et in fine* 23 *videre poteris.*

PLATO, ōnis. m. [Πλάτων] *Philoſophus, ab humerorum latitudine dictus. Adeo in omni diſciplinarum genere, et praeſertim in philoſophia excelluit, vt* diuinus Plato, *et* philoſophorum Homerus, *quin* Deus, *vocatus ſit.* Quinct. 10, 1, 81 Philoſophorum quis dubitet Platonem eſſe praecipuum, ſiue acumine diſſerendi, ſiue eloquendi facultate diuina quadam et Homerica. Platoni quum in cunis paruulo dormienti apes in labellis conſediſſent, reſponſum eſt, ſingulari illum ſuauitate orationis fore Cic. de Diuin. 1, 78. Virum vnum totius Graeciae facile doctiſſimum Platonem iniquitate Dionyſii Siciliae tyranni, cui ſe ille commiſerat, in maximis periculis inſidiisque eſſe verſatum accepimus Cic. pro Rabir. Poſt. 23. Quaſi deus quidam philoſophorum Plato Cic. de Nat. Deor. 2, 32. Deus ille noſter Plato Cic. Att. 4, 15. Diuinus auctor Plato Cic. de Opt. gen. Orat. 17. Doctus Plato Hor. Serm. 2, 4, 3. Exagitator omnium rhetorum Cic. in Orat. 42. Grauiſſimus auctor et magiſter intelligendi et dicendi Plato Cic. in Orat. 10. Princeps ingenii et doctrinae Plato Cic. Q. Frat. 1, 1. Princeps omnium longe, quicunque ſcripſerunt, aut locuti ſunt, exſtitit et grauitate Plato Cic. in Orat. 62. Vberior quis in dicendo Platone? Iouem ſiquidem, aiunt philoſophi, ſi Graece loquatur, ſic loqui Cic. de Clar. Orat. 121. Errare ſe malle cum Platone, quam cum aliis bene ſentire, *ait* Cic. Tuſc. 1, 39.

PLATONĬCVS, a, um. Adi. [Πλατωνικὸς] *Quod eſt Platonis.* Numeris Platonicis obſcurius. *Prouerbialis hyperbole videtur, quam vſurpat* Cic. Att. 7, 13 Aenigma Oppiorum ex Velia plane non intellexi. eſt enim numero Platonis obſcurius. *Id ideo dictum,* quod Plato numeris Pythagoricis *obſcurat ſuam philoſophiam, ac veluti nebulas quasdam offundit, praecipue in Timaeo. Nam Pythagoras omnem fere philoſophiae rationem ad numeros traxit. De quibus permulta* Macrobius *in* Somnium Scipionis. Philoſophi Platonici Gell. 15, 2 Sublimitas Platonica Plin. Epiſt. 1, 10.

PLATONIAE, arum. f. [πλατωνίαι] *Columnae.* Caſſiodor. Epiſt. 3, 9 In municipio veſtro iacere comperimus columnas et lapides — Supra memoratas Platonias vel columnas. Anaſtaſii Bibl. *loca laudauit Salm.* ad Capitolin. Anton. Pi. 9, *qui etiam reſtitui vult hoc nomen* Auctori de Limit. p 248 *Goeſ.* In modum platumae eos poſuimus. *Sed Goeſ. coniicit* pilae imae.

PLATYCEROTES, um. m. [πλατυκέρωτες] *Animalia ſunt latis armata cornibus.* Plin. 11, 37 Aliorum cornua natura finxit in palmas, digitosque emiſit ex iis, vnde platycerotas vocant.

PLATYCORIĂSIS, is. f. *Morbus equorum ita dictus. Vid.* Th. Priſcian. 9, 29. *et* Veget. 2, 16.

PLATYOPHTHALMON, i. n. Plin. 33, 6 In iisdem argenti metallis inuenitur, vt proprie dicamus, ſpumae lapis candidae nitentisque, non tamen translucentis, ſtimmi appellant, alii ſtibium, alii alabaſtrum, alii larbaſon. Duo eius genera, mas et femina: magis probant feminam, horridior eſt mas, ſcabriorque, et minus ponderoſus, minusque radians, et arenoſior. Femina contra nitet, friabilis, fiſſurisque non globis dehiſcens. Vis eius adſtringere, ac refrigerare, principalis autem circa oculos. Namque ideo etiam plerique platyophthalmon id appellauere, quoniam in calliblepharis mulierum dilatet oculos. Et fluxiones inhibet oculorum, exulcerationesque. *Vulgus appellat Antimonium.*

PLATYPHYLLON, i. n. [πλατύφυλλον] *Genus tithymali, a latitudine foliorum dictum.* Plin. 26, 8. Apul. de Herb. c. 7 *et* 108.

PLATYS, [πλατὺς] Plin. 26, 8 *fin.* Neruus qui platys dicitur.

PLAVDO, ſi, ſum, ĕre. [κροτέω, ἐπικροτέω] *Verbum ex ipſo ſono fictum ſignificat quacunque percuſſione et ſubita colliſione ſtrepitum edere: ſpeciatim autem manus ſubito et cum ſono committere, quod vel laetitiae, quoties alicui pro re bene geſta congratulamur, laetitiamque oſtendimus, vel deriſionis cauſa fieri ſolet.* Populum Romanum manus ſuas non in defendenda Rep. ſed in plaudendo conſumere Cic. Att. 16, 2. Idem Q. Frat. 1, 2 Te curaturum, fumo vt combureretur tota plaudente prouincia. His in theatro plaudebatur Cic. pro Sext. c. 49. Natatu aquas plaudere Stat. Silu. 1, 3, 74. Pennis plauſit perdix Ouid. Met. 8, 238. *i. Alas concuſſit.* Pedibus plaudunt choreas, et carmina dicunt Virg. Aen. 6, 644. Roſtro crepitante plaudit ſibi ciconia Ouid. Met. 6, 97. Puluereumque fugax hyppodromon Vngula plaudit Martial. 12, 50. *Speciatim, vt diximus, ad gaudii et approbationis ſignificationem pertinet.* Plaudere ſibi, *Sibi blandiri et placere, ſua nimium amare* Plin. Epiſt. 9, 14. Nec ipſe tibi plaudis, et ego nihil magis ex fide, quam de te ſcribo. Hor. Sat. 1, 1, 66 Populus me ſibilat, at mihi plaudo ipſe domi, numos ſimul ac contemplor in arca. Habet in iſtis, quod ſibi plaudat Apul. Apol. Plaudite, *verbum addi ſolitum in fine Comoediarum.* Quinctil. 2, 2. Hor. in Arte Poët. 154 Si plauſoris eges aulaea manentis, et vsque Seſſuri, donec cantor, Vos plaudite, dicat. Cic. de Sen. 70 c. 19 Neque enim hiſtrioni vt placeat, peragenda eſt fabula, modo, in quocunque fuerit actu, probetur: neque ſapienti vsque ad PLAVDITE viuendum. Quinctil. 6, 1, 52 *de Epilogo,* Tunc eſt commouendum Theatrum, quum ventum eſt ad ipſum illud, quo veteres tragoediae Comoediaeque clauduntur, PLAVDITE. ¶ 2 *Obſerva:* Plaudere aliquem, *Cum plauſu laudare* Stat. Silu. 5, 3, 140. Plaudere equum, Plauſibus excitare, *ait* Lactant. *ad* Stat. Theb. 4, 11 Plaudit equos, vocat ad portas, *etc.* Plaudi, *Paſſiue.* [κροτεῖσθαι] Cic. Att. 13, 42 (44) Populum vero praeclarum, quod propter malum vicinum ne victoria quidem plauditur. *i. Plauſu excipitur, propter imminens malum.* Ouid. Triſt. 4, 2, 49 Quaque ibis manibus circum plaudere tuorum. Plauditur, *imperſonale* [κροτεῖται] Ouid. Triſt. 2, 506 Quumque fefellit amans aliqua nouitate maritum, Plauditur, et magno palma fauore datur.

PLAVDENS, entis. Partic. [κροτῶν] Ouid. Amor. 3, 13, 13 Plaudente populo. Diis hominibusque plaudentibus Cic. ad Qu. Frat. 2, 4. Chorus plaudens Stat. Silu. 1, 2, 252. Columba plaudens alis Virg. Aen. 5, 516. Ebriae mulieres plaudentes Petron. c. 26.

PLAVSVS, a, um. *Aliud* Partic. [κροθεὶς] Alis plauſis circumvolat remos agmen volucrum Ouid. Met. 14, 507. *i. Cum quodam ſtrepitu motis.* Plauſa reſonabit Aqua Manil. 5, 421. Ceruicis Plauſae ſonitus, *h. e. Tactae per illecebras* Virg. Georg. 3, 186. *et* Auſon. Lud. 7 Sap. Praef. v. 9. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 4, 265. Colla plauſa Ouid. de Arte Am. 1, 630. Manibus laceſſere pectora plauſa Virg. Aen. 12, 85.

PLAVSVS, ûs. m. [κρότος] *Plaudendi actus tum naturalis ille, tum laudandi cauſa datus.* Cic. de Senect. 63 Quibus quum a cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus. *Sic* Att. 2, 18. Huic plauſus maximi, conſalutatio forenſis perhonorifica. *Sonora percuſſio* Plin. 10, 21 *de gallinaceis,* Diemque venientem nuntiant cantu, ipſum vero cantum plauſu laterum. *h. e. Alarum concuſſu.* Plangor *et* Plauſus, *contraria* Cic. Philipp. 2, 85. Plauſus et approbatio aliquorum Cic. Att. 14, 18. Populi plauſus Ouid. ex Pont. 3, 4, 29. Ambitioſus in plauſus Ouid. Triſt. 5, 7, 28. Aequabilis, *vid.* AEQVO. Clarus, *vid.* CLARVS. Laetifici Stat. Theb. 12, 521. Cic. Att. 2, 19 Caeſar quum veniſſet mortuo plauſu, Curio filius eſt inſequutus: huic ita plauſum eſt, vt ſalua Republica Pompeio plaudi ſolebat. Mortuo plauſu, *i. Plauſu ita tenui, vix vt exaudiretur.* Acuunt equum plauſus Stat. Silu. 5, 2, 25. Affectare plauſum Quinctil. 3, 11. Attollunt laetos agmina plauſus Stat. Theb. 6, 894. Captare plauſus, *vid.* Capto *in* CAPIO. Cic. de Diuin. 1, 59 Idque frequentiſſimo theatro, incredibili clamore et plauſu comprobatum. Conſonat nemus plauſu, fremituque virûm Virg. Aen. 5, 148. Dat plauſum pennis columba Idem Aen. 5, 215. *Nero inſtituit,* vt ſibi plauſus ex arte Daretur Suet. c. 20. Cic. Att. 4, 1 Quo S. C. recitato, continuo populus more hoc inſulſo et nouo, plauſum eo nomine in recitando dediſſet, habui concionem. Dare plauſum in theatro Hor. Carm. 1, 20, 4. Excipere aliquem plauſu Virg. Aen. 5, 575. Excitatus eſt ex omnibus ſpectaculis plauſus tantus, vt, *etc.* Cic. pro Sext. 124 c. 58. Id. Att. 2, 18 Huic plauſus maximi, conſalutatio forenſis perhonorifica, ſigna praeterea beneuolentiae permulta a bonis impertiuntur. Ingeminant plauſum Tyrii Virgil. Aen. 1, 751. Perſequi plauſu effrenatos furores alicuius Cic. de Aruſp. Reſp. 52. Petere plauſum Quinctil. 4, 1. Quaerere vel captare plauſum Cic. Tuſc. 2, 64. Reſonant ſpectacula plauſu Ouid. Met. 10, 668. Sonat aether plauſibus Stat. Theb. 9, 31. Sonuerunt ingenti omnia plauſu *columbae euolantis* Virg. Aen. 5, 506. *Etiam* Plauſus *fuit Signum ſupplicantium* Flor. 3, 6, 13 Mox vbi circumfuſa vndique roſtra viderunt, abiectis ſtatim telis remisque plauſu vndique pari, quod ſupplicantium ſignum fuit, vitam petiuerunt.

PLAVSIBĬLIS, e. Adi. *Iucundum, populare, quod plauſu populi excipi poteſt.* Plauſibile, ἀιτησίκροτον Gloſſ. Lat. Gr. Cic. Tuſc. 3, 51 c. 21 Quoniam haec plauſibilia non ſunt, vt in ſinu gaudeant, glorioſe loqui deſinant. Cic. Diuinat. Verr. 8 c. 3 Iudicum culpa atque dedecore etiam Cenſorium nomen, quod aſperius antea populo videri ſolebat, id nunc poſcitur, id iam populare atque plauſibile factum eſt. Locus laetus atque plauſibilis *Argumentum, in quo facile ſit plauſum mereri* Quinctil. 4, 3, 1. Oratio Sen. Ep. 59.

PLAVSIBILĬTER. Adu. *apud* Diomed. p. 401. *Compar.* Sidon. Epiſt. 8, 10 Amplum plauſibilius manifeſtat ingenium.

PLAVSĬLIS, e. Adi. *Idem. Laudantur* Vlnae plauſiles Sidon. Epiſt. 9, 14. *Sed Sauaro,* Quem plauſibilibus Roma foueret vlnis.

PLAVSOR, ōris. m. [κροτητὴς] Quinctil. Aſſiduus plauſor. Hor. Epiſt. 2, 2, 130. *Et* in Arte Poët. 154. Plauſor in ſcena Petron. c. 5. Sequentibus currum ouantium ritu plauſoribus Suet. Ner. c. 25.

PLAVSTRIX, īcis. f. Nonius 2, 631.

PLAVDVS, a, um. Adi. *vnde,* Plaudi canes appellantur, quorum aures languidae ſunt, ac flaccidae, et latius videntur patere Feſtus.

PLAVSĬTO, āre. [πλαυσιτεύω] *Verbum fictitium a voce palumbis.* Auctor Philomelae v. 21 Plauſitat arborea clamans de fronde palumbes.

PLAVSTRVM, *antique* PLOSTRVM, i. n. [ἅμαξα] Vehiculum duarum rotarum, quibus onera deferunt Iſid. 20, 12. *Sed eſſe tamen ἁμάξας et* plauſtra *quatuor rotarum oſtendit Scheffer. de Re vehic.* 2, 19. *qui de* plauſtro *conſulendus eſt.* Plauſtri *huius iuncti forma inſignis in monumento Liuiae Aug. a Gorio edito Tab. XIII.* Ploſtrum, *vt diximus, antiqui.* Cato R. R. 2 Vendat — ploſtrum vetus. Cic. Verr. 1 53 c. 20 Omnia ex fanis — ploſtris euecta aſportataque eſſe. *Hinc Florus Veſpaſianum admonuit. Sed dicamus verbis* Sueton. c. 22 Menſorium Florum conſularem, admonitus ab eo *Plauſtra* potius quam *Ploſtra* dicenda, die poſtera *Flaurum* ſalutauit. *A* Ploſtro *eſt* Ploſtellum, *quod vix cum diphthongo inuenias, vnde etiam illum ei locum reliquimus. Caeterum* Plauſtrum *aliquoties ſcribitur* Cic. de Diuin. 1, 57 c. 27. Varro de L. L. 4, 31 *extr.* Plauſtrum ab eo, quod non, vt in his, quae ſupra dixi, (*arceris*) ſed ex omni parte palam eſt; quae in eo vehuntur, quod perlucent, lapides, aſſeres, tignum. *Nec multo certiora alii, a* palando *ſ. extenuando, ſ. a* plaudenda terra, *quod Scaligero et Voſſio placet, quibus fauet, quod Germani plauſtra quaedam appellant* Ruumpelwagen, *a ſtrepitu, quem edunt. Schefferus a* Plauto *ſ.* Ploto *h. e. Lato. Maxime ruſticum, i. rude, ſimplex, inornatum fuiſſe conſtat. Nec obſtat* Liu. 5, 25 Honorem-

noremque matronis ob eam munificentiam habitum, vt plauſtro ad ſacra ludosque, carpentis feſto profeſtoque traherentur. *Nam optimae quaeque editt. ex MSS.* pilento *habent*, *non* plauſtro. Plauſtra *vix alia, quam ad onera.* *Sic* Vnda hoſpita plauſtris Virgil. Georg. 3, 361. Grauia Idem Georg. 3, 140. Leuia Claud. Conſul. Mall. Theod. 125. *al.* Plantis. Robuſta Hor. Epiſt. 2, 2, 74. Voluentia Virg. Georg. 1, 163. Hor. Serm. 1, 6, 41 At hic, ſi ploſtra ducenta, Concurrantque foro tria funera, magna ſonabit Cornua quod vincat *etc.* Decedunt domum plauſtra ex aequore Virg. Georg. 2, 206. Ex aequore, *i. ex Agro.* Fertur trementi plauſtro praeda Senec. Hippol. 1. Impellere plauſtrum in terram, *vid.* IMPELLO. Plauſtrum perculi Plaut. Epid. 4, 2, 52 *prouerb. i. dum iuuare volui, rem corrupi, ſumtum ab eo, qui inclinatum in vnam partem plauſtrum excipere et eleuare dum vult nimis enixa et vehementi opera illud euertit.* *Haec puto clariora iis, quae habet* Feſtus: Plauſtrum perculi dicebant antiqui, ab eo, qui pede onuſta plauſtra perculit, id eſt, euertit. *etc.* Trahunt ſtridentia plauſtra ceruice boues Virg. Georg. 3, 536. Scytharum plauſtra rite Trahunt domos Hor. Od. 3, 24, 10. *Add.* Iuſtin. 2, 2, 4. Vehere plauſtris Quinctil. 5, 13, 40. Hor. Art. Poët. 276 Dicitur plauſtris vexiſſe, poëmata, Theſpis, Qui canerent agerentque peruncti faecibus ora. *Hinc intelligemus prouerbium Graecum* De plauſtro loqui, *i. conuiciari, a libertate illa antiquae ſcenae.* ¶ 2 Plauſtrum *de ſidere, quod alias Vrſa ſ. Arctos maior appellari conſueuit.* Hygin. Poët. Aſtron. 1, 2 p. 422 Sed maiorem Arcton complures plauſtro ſimilem dixerunt, et ἅμαξαν Graeci appellauerunt (*Conf.* Varro de L. L. 6, 4 p. 77, 20.) — Ex ſeptem ſtellis, duae quae pariles, et maxime in vno loco viderentur, pro bobus haberentur: reliquae autem quinque figuram plauſtri ſimularent. *Sunt ibi plura.*

PLAVSTRARIVS, *ſ.* PLOSTRARIVS, i. m. *Qui plauſtrum regit.* Vlpian. in l. ſi ſeruus §. ſi cum D. ad legem Aquil. Si ex plauſtro lapis ceciderit, et quid ruperit, vel fregerit, Aquiliae actione plauſtrarium teneri placet. *al.* ploſtrarium, *quod legitur et* Caton. R. R. 11 *Adiectiue*, Aſinus ploſtrarius.

PLAVSTRARATVM, i. n. *Aratrum cum rotis.* Plin. 18, 18 Quod genus vocant plauſtraratum. *Ita legit Harduin.* *Vulgo* Planaratum.

PLAVSTRILŪCVS, a, um. Adi. *Lucens inſtar ſideris, quod Plauſtrum dicitur.* Mart. Capell. 9 p. 309 Sub te plauſtrilucis luminat ignibus. *Sed Grotius legit* Plauſtriducis.

PLAVTIA, Gens, plebeia Romae fuit, ex qua C. Plautius P. F. P. N. Proculus cos. Cum M. Fabio, anno CCC. XCV. Caſſiodorus. Diodorus lib. 16. Hernicos vicit Liu. 7. Mag. Eq. C. Marcio Dictat. anno CCCXCV. Idem. *vid.* PLOTIA, *idem enim nomen videtur.*

PLAVTVS, a, um. [πλατύς] *Latus. Compar.* Tertull. de Pallio c. 3 Conchae plautiores. Feſtus: Plauti appellantur, qui ſunt planis pedibus: vnde et Poëta Accius, quia Vmber Sarcinas erat, a pedum planitie initio Plotus, poſtea Plautus eſt dictus. *Turnebus credit, e Graeco per antiſtoechum eſſe deductum, a calcei genere, qui ab illis βλαύτη et βλαύτιον dicitur, quod ſandalium eſt.* *Sed et a Latinis ſoleae dimidiatae, quibus vtebantur in venando, quo planius pedem ponerent*, ſemiplotia *dicebantur, quod eſt tanquam* ἡμιβλαύτια. *In antiquo tamen lexico* Plautus *exponitur* βαρύωτος, *ab aurium latitudine: et* Feſtus *ſcribit*, Plauti appellantur canes, quorum aures languidae ſunt et flaccidae, et latius videntur patere. *Haec Turn. Etiam* Tertull. de Pallio c. 3 plautiores conchae *ex editione principe et ſcripto exemplari tribuuntur a Salmaſio, i. latiores, doceturque* p. 221 Plautum *et* Plotum *eſſe* πλατὺν, *indeque etiam* Plautos *eſſe* πλατύποδας. *et eodem referendum illud* Iſidori in Gloſſ. Plautos auribus gracili corpore, *de canibus dictum.*

PLAVTVS, i. m. [Πλαῦτος] *M. Accius, Poëta Comicus, cuius viginti fabulae ſuperſunt.* *Epitaphium quod ſibi ſcripſit, refert ex Varrone* Gell. 1, 24. Plautus vrbano, ingenioſo, et faceto genere iocandi refertus Cic. Off. 1, 104. Plautus P. Claudio, L. Portio Conſulibus mortuus eſt Cic. de Clar. Orat. 60.

PLAVTĪNVS, a, um. Adi. [Πλαυτῖνος] Numeri Plautini, *Verſus Plautini* Hor. in Arte Poët. 270. Plautiniſſimus, *ſuperlatiuum, quo vſus eſt* Gell. 3, 3. *i. Plauti ingenium et dictionem ex aſſe referens.*

P L E

PLEBS, plēbis. *vel* PLEBES, ĕi. f. [λαός, πλῆθος, χυδαῖος, δῆμος] *Idem quod Vulgus, hoc eſt* numeroſior, ſed eadem *vilior pars populi.* Plin. 10, 43 Tanta plebei conſternatione, vt primo pulſus ex ea regione, mox et interemtus ſit. Salluſtius in oratione Marci ad plebem Fragm. 3 p. 971 *Cort.* Ne vos ad virilia illa vocem, quo Tribuni plebei modo Patricium magiſtratum. *Ibidem pr.* Docendumque quas iniurias et quoties a Patribus armata plebes ſeceſſiſſet. Plebs ἀπὸ τῶν πλειόνων; *hoc eſt a pluribus dicitur: quod plures ſint plebeii, quam patricii.* *Differunt* Populus *et* Plebs, *quod illud omnes comprehendit, hoc partem maiorem, ſed eandem ignobiliorem.* *Sic* Coel. ad Cic. 8, 8 Vt Conſules, Praetores, Tribunique plebis — ad populum, plebemue referrent. *Sic* Plebem Capito ſeorſum a populo diuiſit, Gell. 10, 20. Inſtitutionum *quoque* 1 De iuſtit. et iure §. Plebs a populo eo differt, quo ſpecies a genere. Nam appellatione populi, vniuerſi ciues ſignificantur, connumeratis etiam patriciis et Senatoribus. Plebis autem appellatione, ſine patriciis et Senatoribus caeteri ciues ſignificantur. *Sic* In duas partes ego ciuitatem diuiſam arbitror, patres et plebem Salluſt. ad Caeſ. Orat. 2. ¶ 2 *Satis vſitatum eſt biſyllabum* Plebes, *vt*, Hebraica plebes Alcim. 5, 544. Capit impia plebes, ceſpite patricio ſomnos Lucan. 7, 760. Plebes Iudaea Iuvenc. 2, 164. Minuta plebes Phaedr. 4, 5, 13. *Sic et* Cic. *et* Sall. *ſaepius itemque* Liu. 3, 55. *Conf. Rittershuſ. in Phaedr. p.* 133. ¶ 3 *Quintae Declinationis Genitiuus etiam reperitur, vt*, tribunus plebei Liu. 3, 64 *et paſſim.* *Add.* Cic. Fam. 7, 27, 3 *et.* 10, 16, 4. Sall. in Fragm. c. 23. *Genit. pl.* Iſid. 6, 18 Tunc gradiens cum ramis palmarum multitudo plebeium obuiam ei clamauerunt. *Sic melius Gothofr. quam Baſil.* 1589 *ſ.* plebium. ¶ 4 *Iam ponemus formulas:* Ab infima plebe, *vid.* INFERVS. Accuſator de plebe Cic. de Clar. Orat. 54. Plebs et infima multitudo Cic. pro Milon. 96 c. 35. Antiqua plebs Hor. Serm. 2, 7, 27. Anxia Stat. Silu. 2, 1, 223. Caducae plebis interitus Stat. Silu. 2, 1, 212. Confuſa Ouid. Faſt. 6, 583 Humili de plebe pars. Claud. in Eutrop. 2, 342. Ieiuna Lucan. 3, 58. Immenſa ac nimia Iuuen. Sat. 11, 194. Infima Cic. Att. 4, 1. Ingenua Ouid. Met. 9, 670. Miſera Hor. Serm. 1, 8, 10. Sceleſta Hor. Carm. 2, 3, 18. Scenica Stat. Silu. 1, 6, 7. Ventoſa Hor. Epiſt. 1, 19, 37. *h. e. Leuis et inſtabilis.* Cic. Att. 7, 3 Omnem illam vrbanam ac perditam plebem. *Rurſus* Epiſt. 7 Plebs vrbana, tot Tribuniplebis tam perdita iuuentus, *etc.* Plebs ruſtica (*ait Paullus Manutius*) *laudatur*, vrbana *non item: vt ruſticae tribus ingenuorum, vrbanae libertinorum.* Plebs *igitur* vrbana, *infima videlicet, et perdita, ex vrbanis tribubus quatuor, in quas transferri ignominiae fuit.* *Vid.* TRIBVS vrbanae. Agere plebem, Amplecti, Concidere, Manſuefacere, Permulcere et tractare, *vid. ſſ. ll.* *Metaph.* Vos quoque plebs ſuperûm, Fauni, Satyrique, Laresque Ouid. in Ibin 81. Plebs, *de vno tantum*, Hor. Epiſt. 1, 1, 56 Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt, Eſt animus tibi, ſunt mores, et lingua, fidesque Plebs, eris. *i.* (*inquit* Acron) In duodecim ordinibus non ſedebis. *h. e.* Plebeius eris. Quadringentis. *i.* Cenſui equeſtri. Sex ſeptem, *i.* Sex ſeptemue. *Sed Plur.* Recedite a plebibus noſtris Auguſtin. Ep. 166.

PLEBECŬLA, ae. f. Dimin. [λαΐδιον] Cic. Att. 1, 13. *et* 16, 8. Perſ. 4, 6 Ergo vbi commota feruet plebecula bile. Hor. Epiſt. 2, 1, 186.

PLEBISCĪTVM, *ſ.* PLEBEISCITVM, i. n. [τοῦ λαοῦ θέσπισμα] *Plebis ſtatutum.* *Sciſcere enim, ſtatuere eſt.* *Vid.* Gell. 5, 27. Liu. 3, 55 Omnium primum, quum veluti in controuerſo iure eſſet, tenerenturne Patres plebiſcitis: legem Centuriatis comitiis tulere, vt quod tributim plebes iuſſiſſet, populum teneret: qua lege Tribuniciis rogationibus telum acerrimum datum eſt. *Eſt igitur* Plebiſcitum, *Quod nulla auctoritate Patrum conſtitutum eſt.* Gell. 10, 20 Plebiſcitum eſt, ſecundum Capitonem, lex quam plebes non populus accipit. *Et paullo poſt.* Et plebiſcita et priuilegia translato nomine leges appellauerunt. Cic. Att. 3, 23 Per leges plebisue ſcita. Plebiſcitum, lex, rogatio Cic. pro Domo 44. Decreta eſt plebiſcito a Senatu Conſuli quaeſtio Cic. de Finib. 2, 54. Plebiſcitum eſt factum, rogantibus tribunis, quos duos in Hiſpaniam cum imperio ad exercitus ire iuberent Liu. 31, 50. Auctor ad Herenn. 1, 25 In rem confertur, vt ſi quis ex teſtamento, quod facere iuſſus ſit, ex plebiſcito vetetur. *de remotione criminis.* Minuere plebiſcitis dignitatem Senatoriam Cic. de Orat. 2, 199 c. 48.

PLEBEIVS, a, um. Adi. [λαϊκός, τοῦ πλήθους] *Quod eſt plebis.* *Laudatur* Liu. 6, 11 Criminando Patres, alliciendo ad ſe plebeiam auram, non conſilio ferri: *etc.* *Verum correctiora exemplaria legunt*, Plebem, iam aura non, *etc.* *Vulgaris*, Plin. 13, 4 ſ. 9 Ex reliquo genere plebeiae videntur. *de palmis arboribus, quarum aliae* ſunt clariſſimae, quas regias appellauerunt ab honore. *Sic* 37, 12 Gemmas *alias* plebeias *vocat*, alias nobiles. Plebeiae, Pudicitiae ſacellum in vico longo eſt, Feſtus. *Hiſtoriam conditi illius narrat* Liu. 10, 23 *a* Virginia patricia, plebeio conſuli nupta, *quae* conuocatis plebeiis matronis *aram illi dedicauit.* Plaut. Poenul. 3, 1, 12 Heus tu, quanquam nos videmur tibi plebei et pauperes, *etc.* Plebei *contracte pro* Plebeii. Amictus plebeius Propert. 2, 25, 45. Domus plebeia Stat. Silu. 4, 6, 86. Idem ib. 3, 4, 37 Nec te plebeia manebunt Iura, Palatino famulus deberis amori. Liu. 29, 11 Ludi Romani. Plebeii ſepties inſtaurati. *Add.* Id. 30 c. vlt. Aſcon. in Act. 1 in Verr. p. 57. Olla Martial. 13, 8. Cic. Tuſc. 1, 55 c. 23 Licet concurrant plebeii omnes philoſophi (ſic enim ii, qui a Platone et Socrate et ab ea familia diſſident, appellandi videntur) non modo nihil vnquam tam eleganter explicabunt, ſed ne hoc ipſum quidem, quam ſubtiliter concluſum ſit, intelligent. Cic. pro Sext. 19. Veſtitus aſper noſtra hac Purpura plebeia, ac paene fuſca. Rogus Ouid. in Ibin 154. Senex Senec. Thyeſt. ſ. 4. Cic. Fam. 9, 21 Nonne plebeio Sermone agere tecum videor in epiſtolis? nec enim ſemper eodem modo. Veſtis Lucret. 2, 36. *Obſeru.* Plebeius *poteſt eſſe aliquis, nec tamen* de plebe, *ſ. pars plebis.* *Sunt enim* gentes plebeiae *i. non patriciae, et eaedem tamen nobiliſſimae.* *Vid.* NOBILIS. Liu. 22, 34 Nec finem ante belli habituros, quam conſulem vere plebeium, id eſt, hominem nouum feciſſent. Nam plebeios nobiles iam iisdem initiatos eſſe ſacris, et contemnere plebem ex quo contemni deſierint a patribus, coepiſſe.

PLEBICŎLA, ae. m. [δημοτικός] *Qui plebem colit, et plebi ſeruit.* Cic. pro Sext. 110 Qui (vt credo) non libidinis cauſa, ſed vt plebicola videretur, libertinam duxit vxorem. Tribunus plebicola Cic. Agr. 2 c. 31. Liu. 3, 33 Adeoque nouum ſibi ingenium induerat, vt plebicola repente atque omnis aurae popularis captator euaderet, pro truci inſectatore plebis.

PLEBITAS, ātis. f. Propter tenuitatem et plebitatem Cato *ap.* Non. 2, 619. *vid. infra* PLVVITAS.

PLECTO, xui, xum, ĕre. *a verbo Graeco* πλέκω *deductum videtur, quod eſt Implico, necto, texo.* *Laudatur* Lucan. ad Piſon. 169 Mobilitate pedum celeres ſuper orbibus orbes Plectis, et obliquis fugientem curſibus vrges. *Sed a Scaligero editur* Flectis. *De* Plecto *punio, mox ſeparatim dicemus.*

PLEXVS, a, um. Partic. [πλεχθείς] Coronae plexae *i. Vario genere florum implexae.* Plexa foramina linguae Lucret. 4, 623. Id. Lucret. 5, 1398 Tum caput atque humeros plexis redimire coronis. Plexa, Colligata ſignificat ex Graeco; cui nos etiam Praepoſitionem adiicimus, quum dicitur Perplexa. Feſtus.

PLEXVS, ûs. m. Manil. 5, 145 Tortosque in plexum ponere crines.

PLECTĬLIS, e. Adi. *Nexilis.* Plaut. Bacch. 1, 2, 37 Corolla plectilis. *Adde* Prudent. Apotheoſ. praef. 2, 23.

PLECTA, ae. f. *Plur.* Plectae, *crinium collectiones vno faſciculo comprehenſae.* *Vid. Salmaſ. de Caeſ. et Coma p.* 570.

PLECTO, xi, ctum, *ſecundum* Priſcianum l. 10 p. 903. *vel, vt alii volunt*, xui, xum, ĕre. *Punire, ſupplicio afficere.* Ter. Phorm. 1, 4, 40 Tu iam lites audies, ego plectar pendens. Cic. pro Cluent. 5 Vt in iudiciis et ſine inuidia culpa plectatur, et ſine culpa inuidia ponatur. Cic. Off. 1, 89 Cauendum eſt etiam, ne maior poena quam culpa ſit, et ne iisdem de cauſis alii plectantur, alii ne appellentur quidem. Plecti, *Dare poenas* Ouid. Amor. 1, 7, 30. Quidquid delirant reges plectuntur Achiui Hor. Epiſt. 1, 2, 14. Capite plecti Cic. de Legib. 3, 46 c. 20. Idem Off. 2, 38 Iure igitur plectimur: niſi enim multorum impunita ſcelera tuliſſemus, nunquam ad vnum tanta perueniſſet licentia. Tergo plecti Hor. Serm. 2, 7, 105. Plecti in re aliqua Nep. 25, 11, 6. *i. reprehenſionem incurrere ob praetermiſſum officium.* *Videtur nempe* Plecti *proprie eſſe haerere, velut in reti, implicari, teneri, Gr.* ἐνέχεσθαι, ἁλῶναι. *Ille dicebat leges aranearum telis ſimiles eſſe, quas perrumpant crabrones, cum haereant, implicentur, plectantur proinde, muſcae.*

PLECTIBĬLIS, e. Adi. *Poena dignus.* Sidon. Epiſt. 6, 1 Recordatio vitae plectibilis. Inuidia Idem Epiſt. 4, 6. Nemo ferme eſt, qui plectibilibus careat occultis Sidon. Ep. 4, 13. Vitium Claud. Mamert. 1, 1.

PLECTRVM, i. n. [πλῆκτρον] *Inſtrumentum, quo citharoedi fides percutiunt, πλήσσειν, a quo verbo Πλῆκτρον appellatur.* Martial. 14, 167 Feruida ne trito tibi pollice puſula ſurgat, Exornent docilem garrula plectra lyram. Aureo plectro ſonans Hor. Carm. 2, 13, 27. Degenerum Stat. Silu. 3, 2, 41. Eburnum Tibul. 3, 4, 39. Graue Ouid. Met. 10, 152. Imbelle Ouid. Met. 5, 114. Modulans Senec. Med. 8. Noua plectra mouere Stat. Silu. 1, 2, 2. Smyrnea Sil. 8, 596. *Add.* Hor. Od. 1, 26, 11. *et* 2, 1, 40. *etc.* Linguae plectra titubantia Suet. in Claud. Caeſ. c. 39. ¶ 2 Plectrum *eſt etiam Gubernaculum nauis* Sil. 14, 403 Deduxit telum et reſidentis puppe magiſtri Affixit plectro dextram. *Et* v. 549 Non plectro ratis, *etc.*

PLECTRIPŎTENS, entis. Adi. *Muſices et Poëticae peritus* Sidon. Epiſt. 9, 13 Qua Flaccus lyricen Pindaricum ad melos Frenis flexit equos plectripotentibus.

PLECVSA, ae. f. [πλέκουσα] *Ornatrix ancilla, a* πλέκειν. Martial. 2, 66 Et cecidit ſectis icta plecuſa comis.

PLĒĬĂS, *ſ. diſſyllabice* PLEIAS, *vel quod fere praeferunt libri optimi* PLĪAS, *et Plur.* PLEĬADES *ſ.* PLĬĂDES [Πλειὰς, Πλειάς] *Sidus, alio nomine* Vergiliae *dictum. Audiamus primo* Scholiaſten vet. Germanici in Arato v. 243 Pleiades a pluritate (πλείονες) Graeci vocant. Latini eo, quod vere exoriantur, Vergilias dicunt. Dicit autem Pherecydes Athenaeus, ſeptem ſorores fuiſſe Lycurgi filias, ex Naxo inſula, et pro eo quod Liberum educauerunt, a Ioue inter ſidera ſunt relatae. Harum nomina putantur, *etc.* Muſaeus autem refert filias Atlantis fuiſſe, *etc.* *Haec Latinis Poëtis ratio placuit, qui propterea* Atlantidas *vocant, vbi vid.* Ouid. Faſt. 4, 169

Pliades incipiunt humeros releuare paternos (*oriri*)
Quae ſeptem dici, ſex tamen eſſe ſolent.
Seu quod in amplexum ſex hinc (*i. earum*) venere Deorum:
Nam Steropen Marti concubuiſſe ferunt,
Neptuno Alcyonem (Halcyonem *Burm.*) et te formoſa Celaeno,
Maian et Electran, Taygetenque Ioui:
Septima mortali Merope tibi, Siſyphe, nupſit.
Poenitet, et facti ſola pudore latet:
Siue quod Electra Troiae ſpectare ruinas
Non tulit; ante oculos oppoſuitque manum.

Eaſdem Atlantis ac Pleiones filias enumerat Apollodorus Bibl. 3, 10. Seruius *ad* Virg. Georg. 1, 137 Pleiades ſignum eſt ante genua Tauri, quod ortu ſuo primae nauigationis tempus oſtendit. Vnde Graece Pleiades dicuntur, ἀπὸ τοῦ πλέειν. Latine Vergiliae, a verni temporis ſignificatione, quo oriuntur. *Iam exempla ponamus, et primo Singularis numeri.* Ouid. Met. 1, 670 *de Mercurio, Maiae filio,* Quem lucida partu Pleias enixa eſt. *Sed etiam totum ſidus Singulari numero indicatur* Ouid. Epiſt. 18, 188 Plias et Arctophylax. Claudian. de 4 Conſ. Hon. 438 Madidaque cadente Pliade. Imbrifera Plias Lucan. 8, 852. Claud. B. Get. 209 Vtque ſub occidua iactatis Pleiade nautis. *Plur. iungit* Virg. Georg. 1, 138 Pleïadas, Hyadas, claramque Lycaonis Arcton. Propert. 2, 16, 51 Non haec Pleïades faciunt, nec aquoſus Orion. *Add.* Id. 3, 5, 35. Stat. Silu. 1, 3, 95 Nec per Aegeas Hyades, Pliadumque niuoſum Sidus, *etc.* *Aliquando in Singulari* Virg. Georg. 4, 233 Plias et oceani ſpretos pede, *etc. al.* Pleias. Chorus Pleïadum Hor. Carm. 4, 14, 21. Greges denſi latitant Pleiadum Senec. Med. 96. Signa Pleiadum Ouid. ex Ponto 1, 5, 82. Aquoſae Stat. Theb. 4, 120. Atlanteae Ouid. Faſt. 3, 105. Denſae Valer. Argon. 5, 415.

PLEIŎNE, es. f. [Πληϊόνη] *Nympha, Oceani filia, et vxor Atlantis, ex qua Pleiades ſuſcepit* Ouid. Faſt. 5, 83. Nepos Atlantis et Pleiones, *Mercurius* Ouid. Met. 2, 743. Idem Magnae Pleiones nepos Valer. Argon. 1, 738.

PLEMMYRIVM, i. n. [Πλημμύριον] *Promontorium, cui arx impoſita prope Syracuſas, vt ex Diodoro Siculo ac Thucydide conſtat, quod* Virg. Vndoſum *appellauit, verbum de verbo exprimens. Idem enim* Vndoſum *quod* Plemmyrium. Seruius *enarrans illud* Virg. Aen. 3, 693 Sicanio praetenta ſinu iacet inſula contra Plemmyrium vndoſum, nomen dixere priores Ortygiam: *etc.* Inſulam *aut* fluuium *putat, ad h. l.* Seruius, *modo ſit annotatio iſta* Seruii.

PLENILVNIVM, PLENITAS, PLENITVDO, *etc. Vid.* PLENVS.

PLENVS, a, um. Adi. [ἀνάπλεος, μεστὸς, πλήρης, ἁδρὸς] *Quod eſt* Vacuo *itemque* Raro, Exili, tenui *etc. contrarium* Plaut. Truc. 4, 2, 13 Integrum et plenum adorta eſt theſaurum. Cadus a ſummo plenus Plaut. Mil. 3, 2, 41. Lacus plenus ad marginem Plin. 2, 103. *Contraria:* Cic. de Diuin. 2, 142 Medici ex quibuſdam rebus et aduenientes et creſcentes morbos intelligunt: nonnullas etiam valetudinis ſignificationes, vt hoc ipſum pleni enectiue ſimus, ex quodam genere ſomniorum intelligi poſſe dicunt. Cic. de Diuin. 2, 20 Sed ſi eadem hora aliae pecudis iecur nitidum atque plenum eſt, aliae horridum et Exile, quid eſt quod declarari poſſit habitu extorum et colore? Cic. in Orat. 1, 154 Quaſi vero neſciamus in hoc genere et plenum verbum recte dici, et Imminutum vſitate. Cic. de Orat. 1, 37 Sed deinceps omnia, nonne plena conſiliorum, inania verborum videmus? Cic. de Orat. 3, 16 Quod ſi quis erit, qui ductus opinione vulgi, aut Antonium ieiuniorem, aut Craſſum fuiſſe pleniorem putet, quam quomodo, *etc.* *Synonyma:* Cic. Acad. 1, 17 Sed vtrique Platonis vbertate completi, certam quandam diſciplinae formulam compoſuerunt, et eam quidem plenam ac refertam. Plenum, cumulatumque, *i. Copioſum* Liu. 42. ¶ 2 *Subſtantiua:* Acerra plena Virg. Aen. 5, 745. Alueo pleno fluere Quinctil. 2, 1. Hor. Epiſt. 1, 21, 8 — et ſcis In breue te cogi, quum plenus languet Amator. *h. e. Satur languide te amat.* Animus humanitatis plenus Scribon. Epiſt. Annus plenus, *Completus* Hor. Carm. 3, 18, 5. Annis plenis nubilis filia Virg. Aen. 7, 53. Annum plenum atque integrum habere ad Praeturam gerendam Cic. pro Milon. 24 c. 9. Argumentatio perfecta et plena ex quinque partibus conſtat Auctor ad Herenn. 2, 31. Atria plena roſarum Ouid. Met. 2, 113. Auro pleno ſe proluit Virg. Aen. 1, 743. Calami fiſtula modice plena Scribon. 47. *i. ampla.* Campus Virg. Georg. 3, 390. Caniſtri Idem Georg. 4, 280. Cic. Tuſc. 1, 64 Mihi vero ne haec notiora quidem et illuſtriora carere vi diuina videntur, vt ego aut Poëtam graue, plenumque Carmen ſine caeleſti aliquo mentis inſtinctu putem fundere: aut, *etc.* Corpus plenum, *Repletum cibo* Hor. Serm. 1, 7, 31. Flumina Virg. Georg. 3, 143. Folia pleniora Scribon. 163 *i. craſſiora.* Gaudiis perpetuis plenisque vita beata exiſtit Cic. Tuſc. 5, 67. Id. Fam. 12, 16 Illum paratum vt video, et ingreſſum pleno Gradu cohortari non intermittemus. *Eraſm. Qui leuiter rem quampiam attigerunt, ſummo pede dicuntur ingreſſi: contra qui magno ſtudio inſtituerunt aliquid, pleno gradu dicuntur ingreſſi. Vid.* GRADVS. Legio pleniſſima Caeſ. B. G. 3, 2 *numeros omnes habens.* Luna plena Virg. Aen. 3, 152. Ouid. Met. 7, 180. Manu plena, *pro eo quod eſt Ampliter, copioſe, prolixe, minimeque maligne. Translatum ab iis, qui non minutim et parce, ſed plena manu largiuntur.* Cic. Att. 2, 25 At hercule alter tuus familiaris Hortenſius quam plena manu, quam ingenue, quam ornate noſtras laudes in aſtra ſuſtulit? Manibus plenis dare aliquid Virg. Aen. 6, 884. Merces plenior ſuo officio Ouid. Epiſt. 20, 142. Nomen plenum Scribon. Ep. m. *i. perfectum.* Obſequium plenius Quinctil. 1 Prooem. Obſequio pleniori demereri Idem 1 Prooem. Orationem Latinam legendis noſtris efficies pleniorem Cic. Off. 1, 2. Orator plenus et perfectus Cic. de Orat. 1, 59. Id. Off. 1, 61 c. 18 Contraque in laudibus, quae magno animo et fortiter excellenterque geſta ſunt, ea neſcio quomodo quaſi pleniore ore laudamus. Pectus plenum Hor. de Arte Poët. 337. Cic. pro Roſc. Amer. 6 Vt quoniam in alienam pecuniam tam plenam atque praeclaram nullo iure inuaſerit. Plagae Martial. 1, 56. Pocula Virg. Georg. 4, 495. Praeſepia Idem Georg. 3, 378. Catull. 13, 8 Plenus ſacculus eſt aranearum. *Homerum imitatus eſt, qui Odyſſ. ſcribit.* Ὀδυσσῆος δὲ πυ ἐυνὴ Χήτει ἐνευναίων κάκ' ἀράχνια κεῖται ἔχουσα. *Nam arenis obſidentur et opplentur, quae inania ſolaque ſunt, vt loculi iocoſe dicuntur araneoſi, et cubilia Homerus dixit vidua et diſerta. Turneb. Aduerſ. 2, 10.* Sententiae curtae *opponitur* Perfecta atque plena Cic. de Finib. 4, 36 Eorum omnium multa praetermittentium dum eligant aliquid, quod ſequantur, quaſi curta ſententia. At vero illa perfecta atque plena eorum, qui quum de hominis ſummo bono, *etc.* Teſtimonium pleniſſimum Plin. Epiſt. 10, 8. Vber Ouid. Met. 15, 117. Velum Virg. Aen. 1, 404. Velis pleniſſimis nauigare Cic. pro Domo 24 c. 10. Viis pleniſſimis portari Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 25. Villa pleniſſima Hor. Serm. 1, 5, 50. *ſubauditur Hominibus*, Cic. de Finib. 1, 53 Diligi et carum eſſe iucundum eſt, propterea quia tutiorem vitam, et Voluptatem efficit pleniorem. Votum Ouid. Triſt. 5, 9, 22. Vocem grandiorem et pleniorem ſubſellia deſiderant Cic. in Brut. 288. ¶ 3 *Conſtructio varia:* Plenus *Genitiuo iungitur aliquando, aliquando Ablatiuo.* Plenum vino, non vini, *ſuae aetatis homines dixiſſe ait contra vſum veterum* Quinct. 9, 2 *pr. Conf. Burm. p.* 799. Aetatis plenus Plaut. Merc. 3, 3, 13. *i. Senex.* Adhortatione plenum Liu. 26, 7 *extr.* Amoris plenus Plaut. Trin. 3, 3, 22. Animi plenus Liu. 4. Animorum et irarum Liu. 6, 18. Annis plenus, plenus honoribus Plin. Epiſt. 2, 1, 7. Liu. 26, 42 *pr.* Carthaginem nouam interim oppugnare ſtatuit, vrbem tum ipſam opulentam ſuis opibus, tum hoſtium omni bellico apparatu plenam. Aquae plena ſpongia Lucret. 4, 622. Argenti caelati optimi multaeque ſtragulae veſtis, pretioſiſſimorumque mancipiorum domus plena Cic. Verr. 2, 25. Artis plenum et peracutum genus orationis Cic. de Clar. Orat. 114. Multa Caligine plenus Stat. Theb. 2, 686. Cic. de Fin. 3 Eo beatior quisque ſit, quo ſit corporis, aut externis bonis plenior. Conſilii plenus Plaut. Epid. 1, 2, 49. Nep. 4, 1, 2. Copia plenior iuſto Hor. Serm. 1, 1, 57. Crapulae plenus Liu. 9, 30 *extr.* Dedecore plenus Plaut. Amphit. ſuppoſ. 2, 29. Cic. Att. 3, 15 Ex tuis literis plenus ſum Exſpectatione de Pompeio, quidnam de nobis velit, aut oſtendat. Feſtinationis plena epiſtola Cic. Att. 5, 14. Fidei plenus Idem de Senect. 1. Frigoris domus pleniſſima Ouid. Met. 2, 763. Gaudiorum plena omnia honeſta ſunt Cic. Tuſc. 5, 67. Gloriarum plenus Plaut. Mil. 2, 2, 22. Humanitatis Plin. Ep. 1, 10, 2. Cic. pro Flac. 15 Sic adoleſcens Ingenii plenus, locupletes metu, tenues praemio, ſtultos errore permouit. Cic. de Prou. Conſ. 19 Quis plenior Inimicorum fuit C. Mario? Irae plenus Liu. 3. Irae *vel* Ira Liu. 27, 40. Laboris immenſi plenus Plin. 6, 19. Laboris plena regio Virg. Aen. 1, 464. Lacrimarum plenus Liu. 30. Laetitiae plenus Hor. de Arte Poët. 347. Litium Plaut. Men. 4, 2, 13. Meſtis loca plena Ouid. Met. 4, 111. Minarum verba plena Hor. de Art. Poët. 106. Nauium pleniſſimus portus Cic. pro Lege Manil. 33. Negotii plenus, *Valde occupatus* Cic. de Nat. Deor. 1, 54 Curioſum et plenum Negotii deum? *Vid.* NEGOTIVM. Cic. Att. 7, 4 Quem quidem cognoui cum doctum, tum ſanctum, plenum Officii, ſtudioſum etiam meae laudis. Perſuaſionis plenus Sueton. in Tiber. Caeſ. c. 69. Piſcium pleniſſimus fons Arethuſa Cic. Verr. 4, 118. Praeceptorum plenus Ter. Adelph. 3, 3, 58. Puellarum nauis plena Ouid. Rem. Amor. 488. Salutis plena Lucret. 3, 832. *Sed hodie rectius legitur,* Aliena ſalutis. Sanguinis plenus, *Homicida* Plaut. Bacch. 1, 2, 45. Sceleris plenum conſilium Cic. pro. Roſc. Amer. Idem Verr. 5, 93 Lucebat iam fere: procedit in medium, vini, Somni, ſtupri plenus. Sonoribus aures plenae Lucret. 6, 1183. Cic. pro Cael. 80 Ne aut ſenectutem iam prope deſperatam contemſiſſe, aut adoleſcentiam plenam Spei maximae, non modo non aluiſſe vos, ſed etiam perculiſſe atque afflixiſſe videamini. Splendore plenum caelum Plaut. Merc. 5, 2, 39. Stultorum plena ſunt omnia Cic. Fam. 9, 22. Id. Acad. 4, 114 Id turpiſſimum eſſe dicas, et pleniſſimum Temeritatis. Timoris plena res amor Ouid. Epiſt. 1, 12. Timoribus noctem plenam habui Cic. Fam. 16, 14. Veneni oratio plena Catul. 42, 12. Ter. Hec. 5, 4, 8 Quis me eſt fortunatior, Venuſtatisque adeo plenior? Vini plenus Ter. Hec. 5, 3, 25. Vitae plenus Lucret. 3, 951. Voluptatibus vita referta et plena Cic. pro Sext. 23. Voce pleniorem aut ſuauiorem audiſſe mihi videor neminem Cic. de Orat. 1, 132 c. 29. ¶ 4 *Obſeruatt.* Plenus, *pro Referto, ſiue Diuitiis onuſto* Cic. Verr. 2, 48 Praetorem vero cohortemque totam ſic ſtudioſam, vt facile appareret non tam illis Siciliam, quam inanem offenderant, quam Verrem ipſum, qui plenus deceſſerat, prouinciam fuiſſe Hor. Epiſt. 2, 2, 154 — et cum ſis nihilo ſapientior, ex quo Plenior es, tamen vteris monitoribus iſdem. Domus plena, *Diues, referta opibus* Hor. Carm. 2, 12, 24. *et* 4, 12, 24. Cic. de Clar. Orat. 125 Noli putare quenquam, Brute, Pleniorem et vberiorem ad dicendum fuiſſe. *De C. Graccho.* Plena proprietas, *h. e. Qua vſusfructus continetur* Paullus in l. Si ita ſtipulatus, De verb. obligat. *Et ibidem,* Fundum pleno iure promittere, *hoc eſt non detracto vſufructu, et pleno iure ſtipulatoris fundum efficere. Budaeus. Pro Integro et Iuſto* Quinctil. 1, 2 Nec ſum adeo aetatum imprudens, vt inſtandum teneris protinus acerbe putem, exigendamque Plenam operam. In plenum dicere Plin.

13, 4.

13, 4. Ad plenum, *vid.* AD. Calcare vndas a fontibus ad plenum, *i. Optime* Virg. Georg. 2, 444. Manare ad plenum Hor. Carm. 1, 17, 15. Plena, *i. Grauida.* Plena patris thalamis excedit Ouid. Met. 10, 10, 469 et cum te grauidam et cum pulchre plenam aſpicio gaudeo Plaut. Amph. 2, 2, 49. *Compar.* Pleniora perſcribere Caeſ. B. C. 1, 53. *Superl.* Legio pleniſſima Caeſ. B. G. 3, 2.

PLENE. Adu. [ὁλοκλήρως, ἐκπλεῶς] *Plane, perfecte, cumulate* Hor. Epiſt. 1, 11, 14 Furnos et balnea laudat Vt fortunatum plene praeſtantia vitam. Alere plenius Quinctil. 2, 2. Dicere pleniſſime, *h. e. Ampliſſime et abundanter* Cic. de Fin. 4 c. 6 Quum ſuperiores, e quibus pleniſſime Polemo, ſecundum naturam viuere, ſummum bonum eſſe dixiſſet. Facere plene Plin. Epiſt. 10, 26. Gratulari plenius Vell. 2, 104, 4. Laudare aliquid plenius aequo Hor. Epiſt. 2, 2, 10. Cic. de Diuin. 2, 2 Quae vt plene, cumulateque Perfecta, de diuinatione ingreſſi ſumus his libris ſcribere. Praeſtare plene animum Scribon. Ep. Referre gratiam plenius Quinctil. 2, 16. Sapientes pleneque perfecti homines Cic. Off. 1, 46. Idem Att. 3, 21 Te oro, vt ſi quid erit, quod perſpicias quamcunque in partem, quam pleniſſime ad me ſcribas. Cic. Q. Frat. 1, 31 Te illud admoneo, vt ſi hoc plene vitare non potes, quod ante occupatur animus ab iracundia, quam prouidere ratio potuit, ne occuparetur, vt te ante compares, *etc.* Pleniſſime et Reſtrictiſſime, *contraria* Plin. Epiſt. 5, 8 *vid.* Reſtricte *in* RESTRINGO.

PLENARIVS, a, um. *et* PLENARIE, *barbara ſunt: vid.* Sarisber. 5, 3.

PLENITER. Adu. *Idem quod* Plene. Octau. Hor. 1, 26.

PLENITVDO, inis. f. [πλήρωμα, πληροφόρημα, ἁδρότης, ἁδροσύνη] Plin. 11, 37 Homo creſcit in longitudinem ad annos vſque ter ſeptenos, tum deinde ad plenitudinem. Auctor ad Heren. 4, 29 c. 20 In altero longior, aut longiores, plenior aut pleniores ſyllabae erunt, vt longitudo aut plenitudo harum, multitudinem alterius aſſequatur et exaequet. Plenitudo *et* Craſſitudo, *pro eodem* Columel. 4, 30, 4. Perticae cacuminum modicae plenitudinis, quae tamen dipondiarii orbiculi craſſitudinem non excedant. Creſcere ad plenitudinem, *vid.* CRESCO.

PLENĬTAS, ātis. f. *Idem.* Vitruu. 8, 2 Propter plenitatem et grauitatem. *Adde* 5, 9.

PLENICENTRVM, i. n. *Profertur ex* Mart. Capell. 8 p. 290. Aperi plenicentrum. *Verum errore typographico coniunctae ſunt duae, diuiſim legendae, voces,* Cito ſuperioris vaſis, aqua videlicet pleni, centrum aperi.

PLENILVNIVM, i. n. [πανσέληνος, πλησιφαής] Plin. 18, 32. Quum vero occidente Sole orietur Luna ex aduerſo, ita vt pariter aſpiciantur, tunc erit plenilunium. Columel. 11, 2. Sed et proprie hoc obſeruabis, vt pridie quam plenilunium ſit, ſi minus, certe ipſo plenilunio, omnem quam ſaturus es fabam, vno die ſpargas.

PLEO, *vnde* Plentur *ap.* Feſtum antiqui etiam ſine Praepoſitionibus dicebant.

PLETVS, a, um. *Vt,* ſanguine pleti Lucret. 2, 631. *it.* Pletis ex naribus Id. 6, 1201. *ſed alii aliter.*

PLETVRA, ae. f. Creſcente pletura ſui Paullin. . . . Veget. Mulom. 1, 35, 1. A pletura febricitare. *Vtitur etiam* 1, 56, 25. 3, 12, 1. 3, 44, 1. *Poſſis* Plethoran [πληθώραν] *ſuſpicari, plenitudinem, et exceſſum adeo ſanguinis ac valetudinis. Sed videtur Latinam originem ſecutus Vegetius.*

PLEONASMOS, i. m. [πλεονασμὸς] eſt (*inquit* Donatus) Adiectio ſuperuacua ad plenam ſignificationem: vt, Sic ore locuta eſt. Ter. Phorm. 2, 2, 26 Otioſum ab animo. *Vbi* Donat. Pleonaſmos; nam addit Ab, quum ſufficeret Animo. *conf.* Quinctil. 1, 5. 8, 3. 9, 3. Mart. Capella 5 p. 176.

PLERIQVE, pleraeque, pleräque. [οἱ πλεῖστοι] *a Plus deducitur, quod auctores vſurpant aliquando pro eo, quod eſt plures, et maxima ex parte.* Salluſt. in Iugurth. 17 *pr.* In diuiſione orbis terrae plerique in tertia parte Africam poſuere: pauci tantummodo Aſiam et Europam eſſe, ſed Africam in Europa. *add. Id. ib. c.* 85. Cic. Acad. 1, Vt contra omnium ſententias dies iam pleroſque deduceret. Plerique, *i. Nonnulli.* Quinctil. 6, 5. Videas pleroſque ira percitos. Fere plerique, *vid.* FERE. Medicorum plerique Scribon. 102. Donat. *ad* Ter. Andr. 1, 1, 28 Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli, Plerique omnes, ἀρχαϊσμὸς eſt. nam errant, qui plerique παρέλκον intelligunt, aut qui ſubdiſtinguunt Plerique: et ſic inferunt Omnes. hoc enim pro vna parte orationis dixere veteres. eodem modo, Graeci πάμπολλα, et Latini *Plurimi ſatis.* *Fatetur tamen deinde,* Plerique omnes *idem eſſe, quod* plerique *ſimpliciter. Sed rurſus ad* Eun. 1, 2, 5 plerique omnes, h. e. omnes, et pleraque omnia, id eſt omnia. *Illud* pleraque omnia *eſt* Ter. Heaut. 4, 7, 2. *Hoc certum, hac formula indicari augmentum quoddam et incrementum nominis* Plerique: *ita* plerique, *vt forte* omnes *ſint, vt excipiantur pauciſſimi, aut nemo.* Hic cum plerique omnes, primo perturbati, admirarentur Nep. 18, 12, 1. Pleruſque, pleraque, plerumque *Numero Singulari vſurpauit* Salluſtius in Iugurtha 54. Exercitum plerumque in iiſdem locis opperiri iubet. *Sic* pleraque nobilitas Sall. Catil. 23, 6. *et* 38, 2. *Et* qua tempeſtate Carthaginenſes pleraeque Africae imperitabant Sall. Iug. c. 79. In pleraque Hiſtoria ſcriptum eſt Gell. 4, 8. Cum pleraque Italia ad regem defeciſſet Id. 3, 8. *Nempe*

PLERVS, a, um. *dixiſſe antiquos* teſtis eſt Pacuuius, quum ait. Periere Danai, plera pars peſſundata eſt Feſtus *Add.* Pacuu. *et* Cato *et* Aſellio *ap.* Priſcian. 5 p. 668. Plera *pro Plura.* Cic. de Legib. 3, 6. c. 3 Minores magiſtratus partiti iuris plures in plera ſunto. *Quod retinuit etiam Gron.*

PLERVMQVE, Adu. [ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, τὰ πλεῖστα] *Fere ſemper.* Ter. Andr. 1, 2, 19 (22) Ipſum animum aegrotum ad deteriorem partem plerumque applicat. Vlpian. l. falſus D. de furt. Si iactum ex naue factum alius tulerit, an furti teneatur. Quaeſtio in eo eſt, an pro derelicto habitum ſit: vt etſi quidem derelinquendi animo iactauerit (quod plerumque credendum eſt) quum ſciat periturum, *etc.* Plerumque, non ſemper quae eueniunt, fortuita ſunt Cic. de Diuin. 2, 14. Feruentior plerumque eſt animus fortis et magnus in homine non perfecto, nec ſapiente Cic. Off. 1, 46. Fruuntur frigoribus parto agricolae plerumque Virg. Georg. 1, 300. Manere plerumque in aliquo loco Cic. Att. 5, 16. Praedicunt ſemper aut plerumque quid futurum ſit multo ante Cic. de Diuin. 1, 128. *Aliquando ſignificat Nonnunquam, ſed rariſſime.* Quinctil. Declam. 15 Excuſſa ſunt plerumque vitia verberibus. Plerumque, omnes iam ſunt intermortui Plaut. Trin. 1, 1, 7. Salluſt. in Iugurth. c. 21 Sed vbi plerumque noctis proceſſit: obſcuro etiam tum lumine milites Iugurthini ſigno dato, caſtra hoſtium inuadunt. *h. e. Multum aut plurimum, vel Multa pars noctis. Cui ſimile eſt illud* Liuii 45, 9 Hic finis belli, quum quadriennium continuum bellatum eſſet inter Romanos ac Perſea, fuit: idemque finis inclyti per Europae plerumque atque Aſiam omnem regni.

PLERINVS, a, um. *legitur a nonnullis ap.* Gell. 4, 19 *pr. alii vero,* Si plurimo cibo nimioque ſomno vterentur.

PLEROMA, ătis. n. [πλήρωμα] *Plenitudo. vid.* Tertull. de Praeſcript. c. 49.

PLEROPĬCVS, a, um. Adi. *Termini epitheton.* Frontin. de Colon. *Goeſ.* p. 131 Plebe deficiente aliis paucioribus ager eſt aſſignatus, terminis pleropicis. *Nemo explicat: quid ſi* pleroticus, πληρωτικὸς *q. d. Completorius.*

PLETHORA *vid.* PLETVRA *ſub* PLEO.

PLEVĬTAS, ātis. f. [ἀγένεια] Ignobilitatem *interpretatur* Non. 2, 619. Cato pro Veturio, Propter tenuitatem et pleuitatem. Hemina in Annalibus. Quicunque propter pleuitatem agro publico eiecti ſunt. Plebitas *melius fortaſſe legeretur, a Plebe, propter cognationem literarum,* V *et* B.

PLEVRĪTIS, idis. f. [πλευρῖτις] *Dolor laterum: nam ἡ πλευρὰ appellatur tunica ſuccingens coſtas, inter quam et ipſas coſtas dum ſanies colligitur, et apoſtema generatur,* Pleuritis *appellatur morbus. vid.* Vitruu. 1, 6. *et* Cael. Aurel. Acut. 2, 13. Pleuritides, *Regulae dicuntur in Hydraulico inſtrumento, quae propelluntur et reducuntur, itaque et reditu ſuo alias obturant, alias aperiunt foramina organorum, id eſt tibiarum, quae in hydraula ſunt, et mouentur pinnis, m ſici manu tactis. Vocantur autem* Pleuritides, *id eſt laterales: quanquam in antiquiſſimis editionibus* Plinthides *Turnebus reperit, id eſt laterculares. vid.* Vitruu. *de his abunde* 10, 13. *et Bald. Lex.*

PLEVRĪSIS, is. f. *Idem quod* Pleuritis. Prudent. in Romano v. 484 Mucrone quanto dira pulſat pleuriſis.

PLEVRITĬCVS, i. m. [πλευριτικὸς] *Qui laterum dolorem patitur.* Plin. 20, 17 Origanum tuſſientibus quoque cum melle datur, et pleuriticis et peripneumonicis. *conf. Id.* 26, 7. Scribon. 94. *Adiect.* Morbus πλευριτικὸς Celſ. 4, 9.

PLEVRĬCVS, a, um. Adi. *Lateralis.* Termini pleurici Frontin. de Colon. p. 336.

PLEVRON, ōnis. f. [Πλευρών] Vrbs eſt Aetoliae, *vt ait* Plin. 4, 2 in qua vrbe Combe, quum Phaſnei filii occiderentur, deorum miſericordia in auem mutata eſt. Ouid. Met. 7, 382. *Meminit et* Plin. 2, 4.

PLEVRONIVS, a, um. Adi. Pleuronius Agmon Ouid. Met. 14, 494.

PLEXA, *vid.* PLECTO.

P L I

PLĬCO, āui *et* ui, ātum *et* ĭtum, āre. [πλέκω] *Flectendo componere, et ſic rugas facere. A Graeco* πλέκω, *quod eſt necto.* Lucret. 4, 826 Ideo faſtigia poſſe Surarum, ac feminum pedibus fundata plicari. Tibi charta plicetur Martial. 4, 83. Virg. Aen. 5, 279 *ſerpentem vulneratum pingit* ſeque in ſua membra plicantem.

PLICĬTVS, a, um. Partic. Numeri gradatim pliciti Mart. Capell. 7.

PLICATĬLIS, e. Adi. [πλεκτὸς] *Quod plicari facile poteſt.* Nauis plicatilis, *quum facta eſt ex corio* Plin. 5, 9. Idem 10, 29 Vpupa criſta viſenda plicatili, contrahens eam, ſubrigensque per longitudinem capitis.

PLICATVRA, ae. f. *Ipſe plicandi actus.* Plin. 7, 51 Iam fimbriarum curam et ſtragulae veſtis plicaturas. *Loquitur de ſignis mortis.*

PLICATIO, onis. f. Colum. *tribuitur.*

PLICA, ae. f. *Noua quidem vox, ſed paene neceſſaria. vid.* PLIX.

PLICATOR, ōris. m. Sidon . . .

PLIGORIVS, a, um. Adi. *Prolixor, longior.* Innocent. de Caſ. p. 224 Per pligorias lineas. Plegorias *coniicit Goeſ. Antiquit. agrar.* c. 8 p. 79 *quod* Plegus *fideiuſſor ſit, lineae autem hae in lateribus pro media principali, tanquam ſpondere videantur, atque in omnem euentum cauere, ne limitis rectura obliuioni detur, ſi forte interiecturae, vitio temporis, veſtigia minus appareant. In iis* pligariis *termini* pleurici (*laterales*) *conſtituti etc.*

PLINIVS, i. m. [Πλίνιος] Secundus Veronenſis, *temporibus Veſpaſiani vixit, Periit in montis Veſeui incendio, dum eius cauſam indagare cupit. Eius vitam diligentius narrat nepos eius ex ſorore,* ¶ 2 Caecilius Plinius, *cuius exſtant* Epiſtolae *et* Panegyricus Traiano Caeſari dictus, *quo gratias agit Conſul ab eo factus.*

PLINIANVS, a, um. Adi. Ceraſa Pliniana Plin. 15, 25.

PLINTHIS, idis. f. *Forma apud Graecos diminuta* πλινθὶς, laterculus *eſt, lapis nempe aut truncus, aut cauum quiddam, ad eam figuram formatum, vt in deſcriptione* catapultae Vitruu. 10, 15 Latitudo in plinthide, in qua ſtatuitur columella. *vid. Turn. Adu.* 2, 4. *et* 29, 13. *Sic* Vitruu. 3, 2 In ſyſtylo *genere columnarum,* ſpirarum *duarum* plinthides (*quod membrum eſt baſeos latiſſimum*) aeque magnae ſint eo ſpatio, quod fuerit inter duas plinthides. Meminit Vitruuius in catapultae deſcriptione. *Eſt autem* Plinthis, *id eſt laterculus, quadratum ſuperius ipſius baſis, qui laterculus quam accipit columellam, quae* στυλίσκος *vocatur ſuo cauo, eam habere debet, quam dicit ipſe idem* Vitruuius latitudinem. *Ex Turnebo* Adu. 2, 4. *et* 29, 13. Spirarum plinthides Vitr. 3, 2. *conf. ad h. l. Philand. add* Vitr. 10, 15. *et Bald. Lex. p.* 88. ¶ 2 Plinthides *quae ſint* Hyginus de Limitibus p. 205 *declarat,* Quaeſtorii dicuntur agri, quos Populus Romanus, deuictis pulſiſque hoſtibus, poſſedit, mandauitque quaeſtoribus, vt eos venundarent: quae centuriae nunc appellantur Plinthides, (*Goeſ.* Plinthi) id eſt laterculi: eaſdem in quinquagenis iugeribus quadratas cluſerunt limitibus, atque ita certum cuique modum vendiderunt. *Idem in eodem libro* p. 210 *ſic,* Sunt plinthides, (*Goeſ.* Plinthi) id eſt laterculi quadrati, vti centuriae per ſena millia pedum L. limitibus incluſi, habentes ſinguli laterculi iugera numero I. CC. L.

PLINTHVS, i. f. [πλίνθος] *Quod vſitatiſſimum Graecis, Laterem ſignificat.* Vitruu. 3, 3 Craſſitudo cum plintho ſit columnae. *conf. laudatus modo Hygin. Goeſ.* p. 205 *et* 210.

PLINTHION, ſ. Plinthium, i. n. *redditur a* Vitr. 9, 9 *lacunar, nempe, lacus, excauata forma, figura lateris.*

PLINTHIGONĀTVS, a, um. Adi. Vitruu. 10, 17 *in deſcriptione baliſtae, quod nondum explicabam.*

PLISTHĔNES, is. m. [Πλεισθένης] *Impudicus a Poëtis dicitur.* Quinctil. 5, 7, 19 Quibuſdam bona vitiis corrupta odium attulerunt; vt Nerea imbellem, Pliſthenem impudicum a Poëtis accepimus. *Cum*

vero

vero de Pliſthene *impudico alia memoria nondum prolata ſit*, Cliſthenes *mollitiei nota ab Ariſtophane inuſtus ſit: poſt alios* Cliſthenem *legit Burmann.* ¶ 2 Pliſthenes, *filius Thyeſtae epulandus patri ab Atreo patruo appoſitus, de quo* Senec. Thyeſt. v. 724. ¶ 3 *Pelopis filius, pater Agamemnonis et Menelai, quo mature defuncto, hi ab Atreo, maiore natu, educati*, Atridae *vocantur.* Pliſthenis *mentio ſupereſt in* Pliſthenius.

PLISTHENIVS, a, um. Adi. Vir Pliſthenius, *i. Agamemnon* Ouid. Remed. Amor. 778. *Rationem modo indicauimus.*

PLISTOLOCHIA, ae. f. [πλειστολοχία] *Herba eſt ex maluarum genere, quam et Hibiſcum et Molochen agrion, hoc eſt maluam ſilueſtrem appellant.* Plin. 25, 8. *vid. ibi Harduin. et ad* 20, 4.

PLISTOLYCIA, ae. f. *Maluae ſpecies.* Plin. 20, 21. *vid. ibi Harduin.*

PLIX, πλυχὴ Gloſſ. Lat. Gr. *Eſt itaque eadem, quae* plica, *quam ne Gloſſae quidem agnoſcunt.*

P L O

PLOCAMOS ISIDIS, [πλόκαμος Ἴσιδος] Frutex eſt in mari naſcens, circa Troglodytarum inſulas, Corallio ſimilis, ſine foliis, qui praeciſus lapideſcit, colore in nigrum commutato, *vt ex Iubae ſententia refert* Plin. 13, 25. *Latine vertere poſſumus Iſidis capillum.*

PLOCE, es. f. [πλοκή] *In rhetoricis, frequens vocum repetitio: Vid.* Quinctil. 9, 3, 41. *Et aliter* 9, 3, 49. Mart. Capella 5 p. 174. *In muſicis, diuerſorum conſonantia.* Idem 9 p. 323. Cum diuerſa ſociamus.

PLODO, ſi, ſum, ĕre. [κροτέω] *Idem quod Plaudere. Quatere, ſiue collidere, et manibus pedibuſue ſonum aliquem facere.* Romae in balneis plodere coepimus et murmurari Varro *ap.* Non. 7, 85. Ego tibi plodo Petron. c. 45. *Hinc compoſita*, Applodo, Complodo, Explodo, *vid.* PLAVDO.

PLOSOR, ōris. m. *Idem ac Plauſor.* Sidon. Epiſt. 4, 35 Promiſerat eccleſiaſtica ploſoribus ſuis praedae praedia fore. *Add.* 9, 3. Ploſores cui fulgidam Quirites ſtatuam locarunt Sidon. Carm. 9, 300.

PLORO, āre. [κωκύω, οἰμώζω] *Flere cum ſono et eiulatione.* Feſtus, Plorare, flere, inclamare. Quinctil. 6, 1, 46 Date puero panem, ne ploret. In funere plorare Hor. in Arte Poët. 431. Prohibere aliquem pro alio plorare Cic. pro Domo 155. Hor. Carm. 4, 2, 22 Flebili ſponſae iuuenemue raptum Plorat. Funera ſua plorare Stat Silu. 5, 3, 245. Iubeo plorare Hor. Serm. 1, 10, 91. *i. Illi male opto. Phraſis eſt Graeca: quemadmodum enim, quibus bene cupiunt, eos iubent* χαίρειν, *id eſt gaudere: ſic, quibus malum precantur, eos iubent* οἰμώζειν, *id eſt plorare.* Inuenietque nil ſibi legatum, praeter plorare, ſuiſque Hor. Sat. 2, 5, 68. *Nempe captatus diu ſenex teſtamento captatorem ſ. heredipetam* plorare *iuſſit.* *Sed* Hor. Epiſt. 2, 1, 10. Plorauere ſuis non reſpondere fauorem Speratum meritis, *i. conqueſti ſunt, querendi certe cauſas habuerunt.* Amore ſollicitus plorat Hor. Serm. 2, 3, 253. Feſſus ſum plorando Cic. Att. 15, 9. Plorare, *maius eſſe quam lacrimari, nempe, cum eiulatione, vt diximus, docet* Seneca Epiſt. 64 Nec ſicci ſint oculi amiſſo amico, nec fluant: lacrimandum eſt, non plorandum.

PLORANDVS, a, um. Partic. Bella ploranda Stat. Theb. 1, 44.

PLORANS, antis. Partic. Plaut. Poen. 1, 2, 164 Iam ego faciam plorantem illum. *Et* Petron. c. 108 Spongia vda facies plorantis deterſa eſt.

PLORATVS, a, um. Domus plorata Stat. Silu. 5, 3, 164. Adonis ploratus, *vid.* ADONIS. Rogus ploratus Ouid. Faſt. 4, 856.

PLORĀTVS, ūs. m. [οἰμωγή] Omnia paſſim mulierum puerorumque ploratibus ſonant Liu. 29, 17. Cic. Tuſc. 2, 21 c. 8 Heu virginalem me ore ploratum edere. *Ex Poëta.* Idem ad Atticum 5, 16 Ciuitatum gemitus, ploratus, *etc.* Miſti ploratus aegris vagitibus Lucret. 2, 579.

PLORATIO, ōnis. f. *Idem.* Conuallis plorationis Auguſtin. de Sanct. Serm. 17, 2.

PLORĀTOR, ōris. m. [οἰμωκτής] *De puerulo facile plorante,* Martial. 14, 59 (54) Si quis plorator collo tibi vernula pendet.

PLORABĬLIS, e. Adi. Perſ. 1, 34 Phyllidas, Hypſipylas, vatum et plorabile ſi quid Eliquat, *Cantillat de flebilibus perſonis et fabulis. Et* Claud. in Eutrop. 1, 261 Verbiſque ſonat plorabile quiddam.

PLORABVNDVS, a, um. Adi. [κλαυθμώδης] *Qui plorat.* Plaut. Aul. 2, 4, 38 Homo ad Praetorem plorabundus deuenit, *etc. vt vulgo legitur, Gron.* deplorabundus venit.

PLOSTRVM, *vid.* PLAVSTRVM.

PLOSTRARIVS, a, um. Adi. [ἁμαξικὸς] *Quod pertinet ad plauſtrum.* Aſinus ploſtrarius Cato de R. R. c. 11. *vid.* in PLAVSTRVM.

PLOSTELLVM, i. n. Diminut. [ἁμαξίδιον] *Paruum plauſtrum, quo pueri ludunt.* Hor. Serm. 2, 3, 247 Aedificare caſas, ploſtello adiungere mures, Ludere par impar, equitare in arundine longa. Varr. de R. R. 1, 52 E ſpicis in aream excuti grana, quod fit apud alios iumentis iunctis, ac tribulo: id fit e tabula, lapidibus, aut ferro exaſperata, quo impoſito auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, vt diſcutiat e ſpica grana: aut fit ex aſſibus dentatis cum orbiculis, quod vocant ploſtellum Poenicum.

PLOTAE, arum. f. [Πλῶται] Inſulae duae ſunt in Ionio mari, alio nomine Strophades dictae, ſupra Zacynthum in Meridiem ſitae Plin. 4, 12.

PLOTI, appellantur Qui ſunt planis pedibus, vnde Attius, quia Vmber Sarſinas erat, a pedum planitie initio Plotus, poſtea Plautus eſt dictus. Soleas quoque dimidiatas, quibus vtebantur in venando, quo planius pedem ponerent, ſemiplotia appellabant. Paul. Feſt. *vid.* PLAVTI.

PLOTIAS, ae. *Arundinis nomen* in inſulis fluitantibus natae Plin. 16, 36 ſ. 66.

PLOTIVM, i. Menandri Comoedia, quam Latine vertit Caecilius, *vt auctor eſt* Gell. 2, 23.

PLOTIVS, i. m. [Πλώτιος] *Videtur ex cognomine* Plotus ſ. Plautus *in nomen gentis tranſiſſe, atque idem eſſe, quod alias per Diphthongum ſcribitur,* PLAVTIA. *v. v. Vtramque rationem nummi comprobant.* Gallus, patria Lugdunenſis, dicendi praeceptor, Romae profitebatur, a quo ſe Cic. de Orat. vna cum Qu. fratre Latinas literas edoctum fuiſſe *teſtatur: a* Tranquillo *autem inter rhetores ponitur* de cl. rhet. c. 2. Plotius inſignis dicendi praeceptor Quinctil. 2, 4.

PLOTIANVS, a, um. Adi. Bona Plotiana Cic. Fam. 13, 8.

PLOXĔMVS, *ſ.* PLOXENVS, i. m. [πλόξεμος] *Vox, quam circa Padum inuenit, ſi Fabio credimus* 1, 5, 8 Catullus, *cuius haec ſunt in* Aemil. 95, 6 Hoc (*os Aemiliani*) Dentes ſeſquipedales, Gingiuas vero Ploxemi habet veteris. *Iſ. Voſſius intelligit aratrum*, Plog, Ploeg, Pflug. *Sed forte magis audiendus eſt* Feſtus, Ploximum (*ſic editur*) appellari ait Catullus capſum in ciſio, capſaue (*ſ.* capſamue) cum ait, Gingiuas vero etc. *vid.* CAPSVS. *Certe maiorem imaginari ſimilitudinem capſi eiuſmodi, quam aratri in gingiua poſſum. Firmat Salmaſ. ad Capitolin. Antonin. Pium c.* 12 p. 280. *Hack. vbi et ſuſpicatur* Ploxemum *eſſe velut* πλέξιμον, *cum* capſi *iſti textiles ſeu vitiles ex ſtirpis et viminibus eſſent.*

P L V

PLVMA, ae. f. [πτίλον] *Mollior et exigua penna.* Plaut. Men. 3, 2, 23 Pluma leuior. Martial. 14, 166 Laſſus Amyclea poteris requieſcere pluma. Auium plumae Lucret. 3, 387. Albae plumae Ouid. Amor. 1, 10, 3. Canae Ouid. Met. 2, 373. Elata pluma Varr. de L. L. 4, 11. Horrida Ouid. Amor. 2, 6, 5. Leuior plumā gratia Plaut. Poen. 3, 6, 17. Leuibus plumis velari corpora Ouid. Met. 15, 357. Mollis Virg. Aen. 10, 192. Penſilibus plumis vehi Iuuen. Sat. 1, 159. Rutila pluma fulgens praeteruolat ales Cic. in Arato 412. Variae Hor. de Arte Poët. 2. Verſicolores plumae columbis ad ornatum ſunt Cic. de Fin. 3, 18 c. 5. Verſicolore pluma fultum caput Propert. 3, 7, 50. Volucres Senec. Herc. Oet. 3. Vulſae Virg. Aen. 11, 771. Sen. Epiſt. 90 Non auium plumae in vſum veſtis conferuntur? Moueri facilius pluma aut folio Cic. Att. 8, 15. *de Conſulibus inconſtantibus loquitur.* Pluma haud intereſt Plaut. Moſt. 2, 1, 60. Nantes plumae colludunt in aqua Virg. Georg. 1, 369. Obductae plumis quaedam animantes Cic. de Nat. Deor. 2, 121. Inſperata tuae quum veniet pluma ſuperbiae Hor. Carm. 4, 10, 2. *i. vt* Vet. Schol. *interpretatur, lanugo, barba. Probat etiam Lambinus, nec melius attulere quidquam, qui aliter vel interpretari vel legere adeo voluere.* ¶ 2 *Metaphor. de ornamentis quibuſdam veſtium adhibetur.* Virg. Aen. 11, 771 Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis In plumam ſquamis auro conſerta tegebat. Seruius: Pluma eſt in armatura, vbi lamina in laminam ſe indit. *Melius*, In plumam, in ſimilitudinem plumae *interpretatur. Laudat locum* Salluſtii, Equis paria ornamenta erant, quae lintea ferreis laminis in modum plumae adnexuerant. Stat. Theb. 11, 543 Alte enſem Germani in corpore preſſit Qua male iam plumis imus tegit inguina thorax: *audacius iam plumas dixit, quas cum plumis modo comparauerat Virgilius. Vid. Barth. ad h. l. ac de toto genere talis armaturae Lipſ. de Mil.* 3, 6. *Idem* Stat. Theb. 4, 268. Aſpera plumis Terga Lactantius *interpretatur* Loricae ſquamas, quam alii cataphractam vocant.

PLVMVLA, ae. f. Dimin. [πτίλιον] Columel. 8, 5 Plumulaeque ſub cauda clunibus detrahendae, ne ſtercore coinquinatae dureſcant, et naturalia praecludant. Color pſittaco viridis et intimis plumulis Apul. Flor. 2 p. 348.

PLVMEVS, a, um. Adi. [πτιλινὸς] *Quod eſt ex pluma.* Plumea culcitra Cic. Tuſc. 3, 45 c. 19. Plin. 10, 2 Apex. Pectora Stat. Theb. 3, 15. Indumenta *vid. ſub* PLVMO, *ex Prudentio.* Cutis Apul. Met. 3 p. 138. Torus Ouid. Met. 11, 611. Turba Iuuenc. in Matth. c. 13 *i. aues.*

PLVMARIVS, a, um. Adi. [πτιλινὸς] Plumarium *dicitur* opus *acu factum, quod Graeci a liciorum varietate multiplici, Polymitarium appellant.* Plumarium opus *alii vocant opus Phrygionis. Vid.* Hieron. Epiſt. 1, 44. *Laudatur et Barthio ad* Stat. Silu. p. 58. Eucherius homil. in Domin. 2 poſt Paſcha, *de tabernaculo foederis*, Omnes autem cortinae opere plumario contextae erant, pulchraque varietate diſtinctae. Vulgatus *interpres* Exodi 36, 8 *de eadem re* opere vario et arte polymita. *Sed* cap. 39, 28 Cingulum de byſſo — arte plumaria. *Textum intelligi vtrobique, veritas Ebraea ſuadet.* Textrinas plumariorum *mox videbimus.*

PLVMARIVS, i. m. Cato de Liberis educandis, Etenim nulla quae non didicit pingere, poteſt bene indicare, quid ſit bene pictum a plumario, aut textore in puluinaribus plagis. *Ex* Non. 2, 716. Firmic. 3, 7. Plumariorum textrinae pictorumque officinae Vitr. 6, 7. *Agit de his copioſe Salmaſ. ad* Vopiſci Carin. 20 p. 850 *ſq. Hack. ſed quod in* Gloſſ. Lat. Gr. Plumarius πτιλοβάφος in ψιλοβάφος *mutari vult, neſcio an ſatis firmum ſit. Potuit enim auctor huius gloſſae intelligere* tinctorem plumarum, *quod genus hodie frequens eſt, qui ſplendidiſſimis quibuſque coloribus plumas inficiunt, et inde texunt vel conſuunt potius manicas muliebres.*

PLVMĬGER, ĕra, ĕrum. Adi. Plin. 10, 22 Velluntur quibuſdam locis bis anno. Rurſus plumigeri veſtiuntur. *De anſeribus.*

PLVMATĬLIS, e. Adi. [πτιλινὸς] *Quod ex plumis factum eſt, vel variegatum arte textoria.* Plaut. Epid. 2, 2, 49 Cumatile, aut plumatile, aut cerinum. Nonius Clauatum *interpretatur*, aut ex pluma factum 14, 22.

PLVMATIVM, *ſ.* PLVMACIVM, i. n. *Lectus plumis effultus.* πλουμάκιον Gloſſ. Gr. Lat. Ambroſ. Epiſt. 27 *extr.* ad Valentin. Ne ſine veſte, ſine plumatio paterentur extrudi ſenem.

PLVMO, āre. [πτιλόω] *Plumas emittere.* Gell. 2, 29 Pullis iamiam plumantibus: *et actiue*, dominam ſuam nocte proxima in auem ſe plumaturam Apul. Met. 3 p. 138. ¶ 2 *Variegare, et plumarium opus texere* [ποικίλλειν] Vopiſcus in Carino c. 20 Laneas tunicas purpura micantes, et plumandi difficultate pernobiles. *Sed quid ſit* Plumare *proprie, Turnebus in hunc locum exponit his verbis, Quod autem ſcribit* plumandi difficultate nobiles, *interpretatur texendi a quibuſdam, ab aliis acu pingendi: et ſane videri poteſt pro acu pingere interdum accipi, vt a* Diuo Hieronymo. *Species tamen quaedam proprie eſt acu pingendi, cum claui, aut patagia, aut ſegmenta, aut ſcutulae, aut teſſellae ſic aliae aliis in veſte ſuperaſſuuntur, vt plumam auium referant: vnde et* plumariorum et plumandi *nomen ortum eſt per ſimilitudinem traductum: aut quum ſine aſſumento acu pingendo, plumae auium referuntur. Id indicat* Prudent. Hamart. 295

Hunc videas laſciuas praepete curſu,
Venantem tunicas, auium quoque verſiculorum
Indumenta nouis texentem plumea telis. *Haec ille Adu.* 11, 25.

Sed videtur hic veſtimenti genus intelligi ex plumis proprie dictis contextum aut conſutum. Quidquid ſcitur, et forte plus quam ſcitur, dedit, quod modo indicabamus ad h. l. Salmaſius.

PLVMATVS, a, um. *plumis veſtitus.* Cic. de Nat. Deor. 2, 114. c. 44.

ex ſuis Aratris, Plumato corpore coruus. Plin. 8, 32 *de cornibus tenellis cervorum*, Molli plumata lanugine. Apul. Met. 2 Aues plumatae. ¶ 2 *Variegatur textoria arte*, Laberius *apud* Petron. 55 Pauo — plumato amictus aureo Babylonico *de pennis quidem ſermo, ſed cum reſpectu tamen ad artem plumariorum.* Lucan. 10, 125 *de ſtratis, i. veſte ſtragula luxurioſa*, Pars auro plumata nitet; pars ignea cocco, vt mos eſt, Phariis miſcendi licia telis. Telis, *inquam, quod non mutandum in* velis. Textile *enim fuiſſe plumariorum opus, ſuperiora quoque ſuadent, et hic locus euincit.*

PLVMALIS, e. Adi. Vet. Poët. in Erron. Vener. p. m. 116 *de Leda*, plumalem de Ioue fecit auem. *Scil.* Cygnum.

PLVMESCO, ĕre. [πτερῦμαι Onomaſt. Vet.] *Pennatum fieri.* Plin. 10, 53 Pullus ab eodem tempore plumeſcit.

PLVMŌSVS, a, um. Adi. [πτιλώδης] Aucupium Propert. 4, 2, 34. Folia Plin. 25, 6. *i. Lanuginoſa.* Pectora plumoſa plangere pennis Ouid. ad Liu. 109.

PLVMĬPES, ĕdis. Adi. [πτιλόπους] Catul. ad Camerium ſ. 55, 28 Adde huc plumipedes, volatileſque. *Ante* v. 26 *dixerat*, Pennipesue Perſeus.

PLVMBVM, i. n. [μόλυβδος] *Metalli genus ſtanno proxime inferius* Plin. 34, 16 Sequitur natura plumbi. Eius duo ſunt genera, nigrum atque candidum, pretioſiſſimum candidum, a Graecis appellatum eſt caſſiteron. *Et in fine capitis*, Plumbi nigri origo duplex eſt, Aut enim ſua prouenit vena, nec quidquam aliud ex ſe parit: aut cum argento naſcitur, miſtiſque venis conflatur. Hor. Epiſt. 1, 10, 20 Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum, *etc. Intellegit Fiſtulam plumbeam.* Plumba, numero plurali non dicimus, *inquit* Varr. de L. L. 8, 40 *extr.* quod quae ſub menſuram, ac pondera potius, quam ſub numerum ſuccedant, multitudinis vocabulo efferri non debeant. *vid. plura ibid.* Liquidum Hor. Carm. 1, 35, 20. Nigrum plumbum Scribon. 228. 230. Stercus plumbi, quod ſcoriam dicunt Idem 48. Vitiatum Ouid. Met. 4, 122. Virgil. Aen. 5, 405 *de ceſtis*, Ingentia ſeptem Terga boum plumbo inſuto ferroque rigebant. Cato R. R. 39, 1 Plumbo vincire dolia. Pallad. Aug. 11, 3 Plumbo attrito creatur ceruſſa. ¶ 2 *Pro pila plumbea.* Ouid. Met. 2, 727 Quam quum balearica plumbum Funda iacit. Audax Stat. Silu. 1, 3, 67. Tortum Sil. 9, 253. Vulnificum Valer. Argon. 1, 420. ¶ 3 *Genus vitii in oculis.* Plin. 25, 13 Hac commanducata, ſi oculus ſubinde liniatur, plumbum, quod eſt genus vitii, ex oculo tollitur. Macula coloris plumbei Gloſſ. Iſidor.

PLVMBEVS, a, um. Adi. [μολυβδινός] *Quod eſt ex plumbo.* Plaut. Trin. 4, 2, 117 Cui ſi capiti res ſiet, numum nunquam credam plumbeum. Auſter Hor. Serm. 2, 6, 18. *h. e. Grauis. Mortales enim aggrauat more plumbi.* Canalis Columel. 8, 3. Glans plumbea Lucr. 6, 177 *quae funda eiicitur:* Mortarium Plin. 34, 18. Prop. 3, 4, 65 Plumbea cum tortae funduntur Pondera fundae. Thorax Plin. 7, 20. Idem 11, 52 Igitur vitae breuis ſigna ponit Ariſtoteles raros dentes, plumbeum colorem. *h. e. Plumbum referentem, qualis apparet in iis, qui ictero nigro laborant.* Quaſi plumbeus color Scribon. 183. Coloris veluti plumbei fiunt Id. 186. ¶ 2 *Metaph.* Gladio plumbeo iugulare, *eſt Futili leuique argumento conuincere quempiam.* Cic. Att. 1, 13 (16) Quum illum plumbeo gladio iugulatum iri tamen diceret. Idem de Fin. 4, 48 c. 18 *Frigidum argumentum*, Plumbeum *vocat* pugionem. Glans Lucret. 6, 177. Hominem plumbeum Plautus *appellat Liuidum:* Terentius *vero Obtuſum et ſtupidum, in* Heaut. 5, 1, 4 In me quiduis harum rerum conuenit, quae ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus. Irae Plaut. Poen. 3, 6, (5) 18 *i. Quae diu inſident pectoribus.* Cic. Tuſc. 1, 71 c. 29 In animi cognitione dubitare non poſſumus, niſi plane in phyſicis plumbei ſimus, quin nihil ſit animis admiſtum. Plumbea mala 10, 94 *dixit* Martialis, *quae* aureis Alcinoi *opponat, ſiue proprie loquatur, ſiue de ſuis carminibus. Sic* Vina plumbea *dixit* 10, 49 Propinas modo conditum Sabinum (*vile a loco tempore*) Et dicis mihi Cotta, Vis in auro? Quisquis (*quisquam*) plumbea vina vult in auro?

PLVMBEA, ae. f. *Pila plumbea.* Spartian. Seu. c. 11 Mortuus ictu plumbeae.

PLVMBĀGO, ĭnis. f. [μολύβδαινα] *Metalli genus, plumbi ſimilem naturam referens.* Plin. 34, 18 Quidam limatum plumbum ſic terunt; quidam etiam plumbaginem admiſcent. *Nec alia, puto, illius mentio. Vid. tamen* PLVMBOSVS. ¶ 2 *Vitium gemmarum.* Plin. 37, 5 Haec coloris vitia: illa corporis, capillamentum, ſal, plumbago. *Paullo poſt*, Frequens et iis plumbago, hoc eſt, vt in ſole plumbei videantur. ¶ 3 *Herba: de qua ſic* Plin. 25, 13 Naſcitur vulgo molybdaena, id eſt plumbago, etiam in aruo, folio lapathi, craſſa radice, hiſpida.

PLVMBARIVS, a, um. Adi. [μολυβδικός] *Quod ad plumbum pertinet.* Plumbaria officina Plin. 34, 18.

PLVMBARIVS, i. m. [μολυβδουργός] *Qui facit opera ex plumbo.* Aurelius Arcad. in l. vlt. D. de iur. immunit. Plumbarii, ferrarii, lapidarii. *add.* Vitr. 8, 7. Frontin. de Aquaed. 1 p. 230.

PLVMBŌSVS, a, um. Adi. [μολυβδώδης] *Quod plurimum plumbi habet admiſtum.* Plin. 34, 18 Eſt et molybdaena, quam alibi galenam vocauimus, plumbi et argenti vena communis. Melior haec, quanto magis aurei coloris, quantoque minus plumboſa, friabilis, et modice grauis. Idem 33, 6 Faex eius intelligitur plumboſiſſima.

PLVMBO, āre. [μολυβδόω] *Ferruminare, vel plumbo conglutinare.* Cato R. R. c. 21, 5 Modiolos qui indat et plumbet.

PLVMBATVS, a, um. Partic. Plin. 10, 53 Plumbatis eos ſagittis decutiunt indigenae. Iacula Solin. c. 46.

PLVMBATA, ae. f. [μολυβδωτή] *intell. Sagitta, plumbo praepilata, aut alias inſtructa.* Veget. de Re Milit. 1, 17 Plumbatarum quoque exercitatio, quas martiobarbulos vocant, eſt tradenda iunioribus, *etc. Alciatus*, Plumbatae, *inquit, ſunt Iaculi genus, quum directa virga in capite ferrum apponitur, dein vndique tribuli plumbo affixi, vnde nomen tribulatae datum. Iaciuntur manu. Earum duo genera*, tribulatae, *et* mamillatae: *quarum formam diffuſius leges in* Theodoſii officiis. *v. Steweeh. ad* Veg. 4, 29. ¶ 2 Plumbatae, *flagella, quibus globuli plumbei innexi ſunt.* Iuſſit eum plumbatis contundi Ambroſ. de paſſ. Geruaſ. Plumbatarum ictibus. l. 2. C. Theod. de quaeſt. *conf. l. Gothofr. ad h. l.* Prudent. Periſt. 10, 116 *et* 122. *Bynkersboeck Obſ. Iur. Rom.* 1, 2 p. 14.

PLVMBATVRA, ae. f. [μολύβδωσις] *Ferruminatio, et quaecunque coniunctura plumbo facta.* Caſſius *apud* Paul. in l. In rem actio §. Item quaecunque D. de rei vendicatione, Ferruminatio per eandem materiam facit confuſionem: plumbatura non efficit.

PLVMBATIO, ōnis. f. Caſſiod.

PLVO, uui *et* ui, ĕre. [ὕω, ὀμβρέω, βρέχω] *Verbum quod ſine Nominatiuo poni ſolet, intelligitur autem* Deus, nubes, caelum *etc. cum humorem demittunt. Interdum et humor, vel res quaecunque decidens dicitur* pluere: *quod tum idem eſt, quod decidere, vt* ruere *interdum actiue, alias neutraliter poni ſolet.* Cic. de Nat. Deor. 2, 111 c. 43. Has Graeci ſtellas Hyadas vocitare ſuerunt, a pluendo; ὕειν enim eſt pluere. Plin. 16, 26 Etiam ſi non pluat. Virg. Aen. 10, 807 Dum pluit, *abſolute. Sed cum Nominatiuo rei, quae decidit*, Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis Virg. Georg. 4, 81. Iam bellaria adorea pluebant Stat. Silu. 1, 6, 10. Arbor onus tremefacta ſuum, deciduo grauis imbre pluit Prudent. Cath. 3, 78. *Aliquando id quod Deus pluit, ponitur in Accuſatiuo.* Valer. Max. 1, 6, 5 In Piceno lapides pluiſſe. In area Vulcani et Concordiae ſanguinem pluit Liu. 40, 19 *pr.* Sed ſanguine pluuit *MSSti quidam.* Liu. 3, 10 Inter alia prodigia et carnem pluit. *Etiam hic variatur. Vtramque conſtructionem bonos habere auctores, oſtendit Drakenb. ad h. l. Sic variatur in illo:* Sanguinem pluiſſe Senatui nuntiatum eſt Cic. de Diuin. 2, 58 c. 27. *Ablatiuo*, Liu. 36, 37 Tarracinae et Amiterni nuntiatum eſt aliquando lapidibus pluiſſe. ¶ 2 *De Praeterito* Varr. de L. L. 8, 60 Quidam reprehendunt, quod pluit et luit dicamus in praeterito, et praeſenti tempore, quum analogiae ſui cuiusque temporis verba debeant diſcriminare: falluntur, nam eſt, ac putant, aliter, quod in praeteritis V dicimus longum lūit, plūit: in praeſenti breue lŭit, plŭit. Priſcian. 10 p. 881 Pluo, Pluui, *laudatque* Liuium in II. XXI. *et* XXIII. *Saepiſſime boni codices* Liuii pluvit et pluuiſſe *habent, quod oſtendit Drakenb. ad* 1, 31 *pr.* In monte Albano lapidibus pluiſſe. Liu. 10, 31 Nam et terra multifariam pluuiſſe, et in exercitu Appii Claudii plerosque fulminibus ictos nuntiatum eſt. *add.* 35, 21. Pluuerat, *Plusquamperfectum.* Plaut. Men. prolog. v. 63 Nam rus vt ibat forte vt multum pluuerat. *Paſſ.* Totum iſtud ſpatium, qua pluitur et ningitur Apul. Flor. p. 340.

PLVENS, entis. Partic. *Spargens in modum imbris.* Lactant. in Carm. de paſſione Chriſti. Spinisque caput crudelibus hauſtum Vndique diua pluens viuum ſuper ora cruorem.

PLVOR, ōris. m. *Imber.* Laberius *apud* Nonium 3, 181 Pedem ex taberna tulimus, tantus cum ſtaret pluor.

PLVVIA, ae. f. [ὕη, ὑετός, βροχή] *Videtur natura ſua eſſe Adiectiuum, de quo ſtatim*, Aqua pluuia, *vt* Calida, Frigida *etc.* Vis et incurſus pluuiarum, *vid.* INCVRRO. Ingens pluuia Virg. Georg. 1, 325. Tenues Virg. Georg. 1, 92. Colligit pluuiam nox Virg. Ecl. 9, 63. Denuntiat caeruleus pluuiam, igneus Euros Virg. Georg. 1, 453. *De Sole.* Fiunt pluuiae Lucret. 6, 729. Grauari pluvia Virg. Aen. 9, 437. Impendet pluuia Idem Georg. 4, 191. Metuere pluuias Cic. Att. 16, 16. Rareſcunt nubila pluuiis Stat. Silu. 1, 2, 186. Nec miles pluuiae flores diſpergere ritu Ceſſat Claud. de Nupt. Hon. et Mar. v. 298.

PLVVIVS, a, um. Adi. [ὄμβριος] Aqua pluuia, *Quae pluta eſt* Plin. 10, 43. Aquae pluuiae arcentur Cic. pro Muraen. 22, c. 9. Aër pluuius, *h. e. Pluuioſus* Stat. Silu. 5, 1, 104. Arcus, *Iris* Hor. de Arte Poët. 18. Auſter, *Pluuiam inferens* Ouid. Met. 1, 66. Caelum Varr. de R. R. 1, 13. Dies Colum. 2, 15, 7. Frigus Idem 6, 27. Hyades Virg. Aen. 3, 516. Imber Ouid. Faſt. 6, 282. Iupiter pluuius *paſſim celebratur v. g.* Tibull. 1, 7, (8) 26. Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui. *Cum enim Aër ſit Iupiter, huic pluviam et fecunditatem aſſignabant. vid. Brouckhuſ. ad l. c.* Tibull. *et Montfauc. Antiq. Explic. T.* 1 p. 44. *Burm. ad* Petron. c. 44. *Hauercamp. ad* Tertull. Apol. c. 5 p. 63 *et Spanhem. ad* Ariſtoph. Nub. v. 370. Rores Hor. Carm. 3, 3, 56. Status caeli pluuius Columel. 2, 10, 21. Tempeſtates Cat. R. R. 2, 3. Ventos pluuios *vocat* Hor. Carm. 1, 17, 4. *h. e. Pluuium inducentes.* Columella Ver pluuium *nominat, In quo ſaepe ſit pluuia* praef. 1, 23.

PLVVIALIA, ae. f. *Vna de inſulis Fortunatis.* Plin. 6, 32 Ab ea tantundem ad occaſum verſus Pluuialiam Caprariamque: in Pluuialia non eſſe aquam, niſi ex imbribus.

PLVVIĀLIS, e. Adi. [ὑετιός, ὀμβροφόρος] *Idem.* Aqua pluuialis Columel. 1, 5, 2. Scribon. 22. 23. Auſtri Virg. Georg. 3, 429. Dies Columel. 2, 13, 9. Frigus Claud. de Nilo 3. Fungi Ouid. Met. 7, 393. Imber Tac. Hiſt. 5, 23, 6. Signum pluviale Capellae Ouid. Faſt. 5, 113. Vndis pluuialibus auctus torrens Idem Faſt. 2, 219. Haedi pluuiales: *Stellae duae ſunt, quas Auriga (quod ſignum caeleſte eſt ſuper cornua Tauri) in manu tenet.* Virg. Aen. 9, 668 Quantus ob occaſu veniens pluuialibus Haedis. Verberat imber humum. *Dicti ſunt autem* Pluuiales, *quod eorum ortus et occaſus tempeſtates grauiſſimas facit.*

PLVVIATĬLIS, e. Adi. [ὑόμενος] *Idem.* Columel. 9, 1, 2. Infoſſi lacus ſignino conſtruuntur, qui receptam pluuiatilem contineant. Scribon. 27. 28. 32. *etc. add.* Celſ. 4, 15. *et* 7, 3.

PLVVIATĬCVS, a, um. Adi. *Idem.* Aqua pluuiatica Marcell. Emp. c. 8.

PLVVIŌSVS, a, um. Adi. [ὑετώδης] *vt*, Annus pluuioſus, *In quo fuerunt frequentes pluuiae.* Plin. 18, 25 Nubilo occaſu pluuioſam hiemem denuntiat.

PLVS, *cum compoſitis et deriuatis, vid.* MVLTVS.

PLVSTRA, orum. n. *pro* fluſtris, *i. fluctibus ſaepe dixiſſe* Aldelmum, *antiquitatis affectatorem, notat Salmaſius ad* Tertull. Pall. p. 140. *vid.* FLVSTRA. *Laudat autem iſta*, de laudibus Virginis, Nilum, Qui fecunda rigat pluſtris Memphitica regna. *It.* Contra pluſtra ſenem ſtatuerunt ſcaeua verendum. *It.* Miteſcunt aequora pluſtris.

PLVTEVS, i. m. *et interdum quoque* PLVTEVM, i. n. *Generatim videtur ſignificare erectum quiddam et latum, munimenti cauſa appoſitum, et in re militari primo dici coepiſſe, translatumque inde eſſe ad ſimilia.* Feſtus: Plutei dicuntur crates corio crudo intentae, quae ſolebant apponi militibus opus facientibus, et appellabantur militares. Nunc etiam tabulae, quibus quid praeſepitur, eodem nomine dicuntur. *Ad militarem ſignificationem refero quod in* Gloſſ. *παράθεμα vocatur. De hoc* Plaut. Mil. 2, 2, 111 Ad eum vineas pluteosque agam. Res parata eſt, vi pugnandoque hominem capere certa res eſt. *Cum* vineis *etiam iungit* Caeſ. B. Ciu. 2, 9 Quantum tectum plutei ac vinearum paſſum eſt: *i. quantum tegi pluteo ac vineis potuit. Et mox:* vbi vero ea pars turris munita eſt ab omni ictu hoſtium, pluteos ad alia opera abduxerunt *etc. Sic* B. Ciu. 1, 25 A fronte atque ab vtroque latere cra-

tibus ac pluteis contegebat. *Et* B. Gall. 7, 25 Deuſtos pluteos turrium videbant, nec facile adire apertos ad auxiliandum. *Hic plutei pro lorica erant turribus.* Tac. Hiſt. 2, 21, 5 Pluteos cratesque ac vineas, ſuffodiendis muris protegendisque oppugnatoribus. Curt. 5, 3, 7 Caeſa materia cratibus et pluteis faciendis, vt qui turres admouerent extra teli ictum eſſent. Caeſ. B. Ciu. 3, 24 Scaphas cratibus pluteisque contexit. Pluteos ac vineas *in obſidione vrbium iungit etiam* Liu. 21, 61. *et* 34, 17. *Quia cum* vineis *et* cratibus *iunguntur, quae viminea ſine dubio; hinc argumentatur* Lipſ. Poliorc. 1, 6 *fuiſſe e tabulis. Neſcio quantum valeat argumentatio. Recentiorum* pluteum *vimineum fuiſſe, ipſe non negat. Satis forma differunt, cum vinea etiam ſuperne tecta fuerit,* pluteus *ad perpendiculum erectus frontem modo, aut, ſi curuatus in abſidem eſſet, latera tegeret.* Veget. 4, 15 Plutei dicuntur, qui ad ſimilitudinem abſidis contexuntur e vimine, et Ciliciis vel coriis proteguntur, ternisque rotulis, quarum vna in medio, duae in capitibus apponuntur, in quamcunque partem volueris admouentur more carpenti, quos obſidentes applicant muris, eorumque munitione protecti, ſagittis ſine fundis, vel miſſilibus, defenſores omnes de propugnaculis Ciuitatis exturbant, vt ſcalis aſcendendi facilior praeſtetur occaſio. *Apparet ſupra apertas fuiſſe. Tale eſt apud* Vitr. 10, 21 Pluteum thoraculae ſimilitudine ornatum *i. loricae, ex Gr. θωράκιον. Sed ſunt etiam* ¶ 2 *vt ex* Feſto *vidimus* ſ. Verrio, Plutei tabulae, quibus quid praeſepitur. *Nominatim in lecto pluteus eſt tabula perpendiculariter vltra ſpondam eminens, quae in cubiculari lecto ad parietem ſpectat, in tricliniari autem a* menſa *auerſa eſt. De tricliniari ſ. diſcubitorio* Sueton. Cal. c. 26 Quosdam ſummis honoribus functos, ad eſſedum ſibi occurrere togatos per aliquot paſſuum millia: & coenanti, modo ad pluteum, modo ad pedes ſtare ſuccinctos linteo, paſſus eſt. *De cubiculari autem* Martial. 3, 91 Exciduntque ſenem, ſpondae qui parte iacebat: Namque puer pluteo vindice tutus erat. Sponda *ſimpliciter, exterior pars, vbi iacet, qui minus timet;* pluteus *eleuatior tabula affixa pars, et inſuper ad parietem verſu.* Iſid. Orig. 20, 11 Sponda interior pars lecti, pluteus exterior. *Cum in lectis etiam ſtudiorum cauſa verſarentur, h. e. cogitandi, legendi, ſcribendi, huc pertinere puto* Perſ. 1, 106 Nec pluteum caedit, nec demorſos ſapit vngues. *Vbi interpres,* Qui moram ſtilo, iudiciumque adhibent, in ipſo limae labore irati interdum, aut ſolicite cogitabundi vel pluteum caedunt, vel vngues arrodunt, vel caput ſcabunt. *Laudat etiam* Quinct. 10, 3, 21. *Idem ergo dicit* Horat. Sat. 2, 3, 6 Culpantur fruſtra calami, immeritusque laborat iratis natus paries Dîs atque Poëtis. ¶ 3 *Architecti* Pluteos *vocabant genus parietis, interiectum columnis.* Vitr. 4, 4 Item intercolumnia tria, quae erunt inter antas et columnas pluteis marmoreis ſ. ex inteſtino opere factis intercludantur, ita vti fores habeant, per quas itinera pronao (in pronaum) fiant. Id. 5, 1 Pluteum, quod fuerit inter ſuperiores columnas. *Et* 5, 7 Pluteum inſuper cum vnda et corona inferioris plutei dimidia parte: ſupra id pluteum columnae quarta parte minore altitudine ſint, quam inferiores *etc. Vbique intelligi videtur interiectum columnis velut podium, interdum continuatio quaedam ſtylobatae, ea altitudine, quae non impediat iuſtae ſtaturae hominem intus ambulantem proſpicere in publicum, et videre, quid infra agatur.* ¶ 4 *Videntur* plutei *quoque armariorum genus fuiſſe,* parietibus *applicatum, quibus capita, aut ſtatuas integras imponerent, eorum praeſertim, quorum libri eſſent in pluteis. Huc retulerim* Iuuenal. 2, 7 Et iubet archetypos pluteum ſeruare Cleanthas. Vlpian. in l. Fundi nihil §. Quae picta e D. actionibus emti, Reticuli circa columnas, plutei circa parietes, Item cilicia vela, aedium non ſunt. ¶ 5 Pluteum *ſimpliciter pro tabula poſuiſſe videtur* Martialis 8, 44 *de mortuo* ſupraque pluteum te iacente vel ſaxum. *Ita* pluteus *pars* vineae *eſt* Lucan. 3, 488 Tunc adoperta leui procedit vinea terra, ſub cuius pluteis, et tecta fronte latentes *etc.*

PLVTEĀLIS, e. Adi. *Vnde* Sigilla plutealia Cic. Att. 1, 10 *curari ſibi iubet, i. parua ſigna ſ. ſtatuas, quas* pluteo *alicui Bibliothecae, de quo genere* n. 4. *diximus. Sed a Victorio inde editur* Putealia ſigillata. *vid.* PVTEAL.

PLVTO vel PLVTON, ōnis. m. [Πλούτων, ᾅδης, Ἀΐδης, Ἀϊδωνεὺς] *Saturni filius ex Ope coniuge, et frater Iouis atque Neptuni: ab opibus nomen habet. Graece enim πλοῦτος opulentia eſt. Qui quum ad regni diuiſionem veniſſent,* Plutoni, *qui natu minor erat, et* Ageſilaus *vocabatur, pars Occidentis obtigit, ſecus inferum mare:* Ioui *plaga Orientalis:* Neptuno *inſulae. Hinc datus eſt locus fabulae, vt* Ioui *imperium caeli,* Neptuno *maris,* Plutoni *inferorum obtigerit vid.* Lactant. 1, 11, 30. Pluto *autem,* Summanus, Dis, Orcus, Vedius Iupiter *dictus fuit. Idem* Quietalis *eſt appellatus, quaſi mors quies ſit aerumnarum. Huius vxorem fuiſſe Proſerpinam Cereris filiam conſtat. Mythologiam Pluti iucunde diſcas ex* Claudiani de Raptu Proſerpinae *opere, licet imperfecto, Parrhaſiique et Barthii in illud commentariis.* Dis *quare* Pluton *dictus, notat* Cic. de Nat. Deor. 2, 66 Terrena autem vis omnis atque natura Diti patri dedicata eſt, qui Dis, vt apud Graecos πλούτων, quia et recidant omnia in terras, et oriantur e terris. Illacrimabilem Plutona placare Hor. Carm. 2, 14, 6. Superbus Pluto Senec. Herc. Oet. 11, 43. Toruus Iuuen. Sat. 13, 50.

PLVTONIVS, a, um. Adi. *Attributum ex Plutone deductum* Hor. Carm. 1, 4, 17 Et domus exilis Plutonia Quo ſimul mearis, *etc. Dicitur* Exilis, *quod inanis et vacua ſit, vt apud* Virg. Aen. 6, 269 Perque, domos Ditis vacuas et inania regna. *Quamquam et de ſepulcro ſingulorum poteſt proprie intelligi. Quare nihil huc facit, quem laudant,* Hor. Epiſt. 1, 6, 45 Exilis domus eſt, cui non et multa ſuperſunt. *Turneb.*

PLVTONIA, orum. n. *Loca quaedam peſtifera in Aſia.* Cic. de Diuin. 1, 79 c. 36 Quid enim? non videmus quam ſint varia terrarum genera: ex quibus et mortifera quaedam pars eſt, vt et amſancti in Hirpinis, et in Aſia Plutonia quae videmus. *Turnebus,* Plutonia *inquit, Specus ſunt in Aſia, tetrum et peſtiferum halitum euomentes, omniaque accedentia animalia ſtatim enecantes, vt ad Hierapolim* Plutonium *deſcribitur a Strabone, et* Charonium *ad Thymbriam vicum Cariae.* Spiracula Ditis *Maro vocat, Haec ille* 5, 22. *Haec ſunt igitur* Auerna loca, *de quibus* Lucret. 6, 740 ſqq.

PLVTVS, i. m. [Πλοῦτος] *a Graecis fingitur eſſe Diuitiarum deus, quem in aduentu claudum eſſe volunt, in receſſu alatum: hoc nimirum innuentes, ſerius quidem opes contrahi, partas autem niſi frugaliter diſpenſes, velociſſime dilabi. Eundem et caecum faciunt, et iudicii expertem, propterea quod indigniſſimum quemque opibus affluere videamus: probos autem et condignos in re tenuiſſima verſari. Eſt huius nominis et argumenti Comoedia apud Ariſtophanem, e qua hauſit multa in ſuo Timone Lucianus.* Plutus Cereris *ex* Iaſione *filius memoratur* Hygin. Poët. Aſtron. 2, 4.

PLVVIA, PLVVIALIS, *vid.* PLVO.

P N

PNEVMA, ătis. n. [πνεῦμα] *Spiritus, flatus.*

PNEVMATĬCVS, a, um. Adi. [πνευματικὸς] *vt,* Organa pneumatica, *i. Spiritualia, vel Spiritalia; hoc eſt, quae vi flatus vel ſpiritus aliquid hauriunt et attrahunt.* Plin. 19, 4 E puteo pertica, organisue pneumaticis, vel tollenonum hauſtu rigandos. *Dicitur et in Muſica,* Ratio pneumatica. Idem 7, 37 Cteſibius laudatus pneumatica ratione et hydraulicis organis repertis. Res pneumaticae Vitr. 9, 9.

PNEVMON, ōnis. m. [πνεύμων] *Latine Pulmo dicitur, a πνέω ſpiro. Vnde* Pneumonia, *quae et* Peripneumonia, *Inflammatio pulmonis de qua* Celſ. 4, 7.

PNIGEVS, ei. m. *Quaſi tu ſuffocatorem dicas, inſtrumentum cauum, forma Pyramidulae, quo repente lucerna exſtinguitur. Vid.* Vitruu. 10, 13.

PNIGĪTIS, ĭdis. f. Terra eſt Eretriae ſimillima, grandioribus tantum glebis, & glutinoſa, cui effectus idem, qui Cimoliae, infirmior tamen. Plin. 35, 16 ſ. 57.

P O C

POCŬLVM, i. n. [πόμα, ἔκπομα, ποτήριον, κύλιξ] *Vas, in quo bibitur.* Cic. Verr. 4, 32 In his pocula duo quaedam, quae Heraclia nominantur, Mentoris manu ſummo artificio facta. Idem pro Cluent. 167 Quae deinde interceptio poculi? Pocula, a potione: vnde potatio, et etiam poma, quod haec poſcunt potum. ἀπὸ τοῦ πότου, Graeca origo potionis Varr. Lingu. Lat. 4, 26. Menſae plenae pocula Virg. Aen. 11, 738. ¶ 2 Poculum *ſumitur pro Eo, quod bibimus.* Virg. Georg. 2, 383 *et* 128 Pocula ſi quando ſaeuae infecere nouercae. Pocula ſunt fontes liquidi Idem Georg. 3, 529. Cic. Verr. 5.. Illis diligenter legibus, quae in poculis ponebantur, obtemperabat. Et ſedare ſitim prius eſt, quam pocula, natum Lucret. 4, 848. Vbi eſſent, prae poculis neſcientes Flor. 2, 10, 2. Col. 7, 10, 7 *de ſuibus,* Puteis extracta et large canalibus immiſſa praebenda ſunt pocula, quibus niſi affatim ſatientur, pulmonariae fiunt. Apul. Met. 1 p. 111, 5 Auidus affectans poculum, *de eo, qui imminet aquae profluenti, et* complicitus in genua appronat ſe. *Sic* Amoris poculum, *Philtron* Hor. Epod. 5, 38. Deſiderii poculum, *Philtron* Idem ib. 17, 80. *Sic* Pocula *frequenter intelligenda eſſe de venenatis potionibus, obſeruat Brouckh. ad* Tib. 3, 5, 9. ¶ 3 *Epitheta:* *Anſata fuere.* Dum ſtupeo viſis, (nam pocula forte tenebam,) tortilis e digitis excidit Anſa meis Ouid. Her. 16, 251. Aurea pocula Hor. Serm. 1, 2, 114. Blanda Valer. Argon. 2, 417. Ducentia ſomnos Hor. Epod. 14, 3. *i. potus.* Fagina Virg. Ecl. 3, 36. Fictilia Tibul. 1, 1, 40. Immania Cic. Philipp. 2, 63. Inſidioſa Circes Ouid. Met. 14, 295. Lactea pocula Stat. Achil. 1, 307, *pro lacte.* Laeuia Virg. Aen. 5, 91. Marcentia Stat. Silu. 4, 6, 57. Medicata, *vid.* MEDICOR. Plena Virg. Georg. 4, 379. Plena meri Ouid. Met. 9, 238. Sobria pocula ſuppoſita aqua Tibul. 1, 6, 28. Vitea Virg. Georg. 3, 379. ¶ 4 *Verborum formulae.* Adminiſtrare pocula, *vid.* ADMINISTRO. Bibere eodem poculo, *i. In eandem calamitatem incidere* Plaut. Caſ. 5, 2, 52. *Vid. Boxhorn. ad* Rud. 3, 6, 46. Collucent pocula menſae Catul. Argon. 62, 45. Componere pocula de luto Tibul. 1, 1, 40. Contingere oras circum pocula liquore aliquo, *Imbuere* Lucret. 1, 936. Dare poculum alicui Cic. pro Cluent. 30 c. 10. Demiſſa ſerta in pocula Propert. 2, 33, 37. Ducere pocula, *Exhaurire.* Hor. Carm. 1, 17, 31 Hîc innocentius pocula Lesbii Duces ſub vmbra. Exhaurire poculum mortis Cic. pro Cluent. 31 c. 11. Fabricata fago pocula Ouid. Met. 8, 670. Finguntur pocula de humo Ouid. Triſt. 2, 488. Inficere pocula veneno, *vid.* INFICIO. Hor. Epod. 5, 78 Maius parabo, maius infundam tibi Faſtidienti poculum. *de Veneficio.* Inuitare aliquem poculis, *vid.* INVITO. Poculaque Eoa luxum Irritantia gemma Sil. 13, 355. Libabant aulai in medio pocula Bacchi Virg. Aen. 3, 354. Miniſtrare pocula, *vid.* MINISTRO. Miſcere pocula, *aqua temperare vinum.* Ouid. Met. 10, 160. Miſta lactis pocula mero Tibul. 3, 5, 34. *i. lac.* Negare porrecta pocula Hor. Epiſt. 1, 19, 92. Perfecta argento, atque aſpera ſignis pocula Virg. Aen. 9, 264. Ponere pocula Id. ib. 1, 706. Cic. Verr. 1, 66 Diſcumbitur: fit ſermo inter eos, et inuitatio, vt Graeco more biberetur: hoſpes hortatur: Poſcunt maioribus poculis: celebratur omnium ſermone laetitiaque conuiuium. Sunt, *inquit* Aſconius, qui producta ſcilicet o litera Poſcunt legunt, quaſi Saepe potant. ſed Poſcunt, Prouocant intelligendum eſt. vt ſit ſenſus, Prouocant ſe inuicem. Maioribus autem poculis poſcunt, *i.* Petunt; vt ſubaudiatur Bibere. *Haec Aſcon.* Reponere pocula menſis Virg. Georg. 4, 379. Reſtinguere pocula ardentis Falerni lympha Hor. Carm. 2, 11, 20. Spumantia lacte pocula Virg. Ecl. 5, 67. Ouid. Amor. 1, 4, 31 Qua tu reddideris, ego primus pocula ſumam, Et qua tu biberis, hac ego parte bibam. Superare magnitudine poculorum bibendoque Cic. pro Flacc. 92. Hor. Serm. 1, 6, 116 — et lapis albus Pocula cum cyatho duo ſuſtinet. *Veteres, inquit Turnebus, ſolebant delphicam menſam multis onerare poculis, numeroque ſemper pari: duobus contentus eſt* Horatius, *et cyatho, quo modum potionis metiebantur, et certis cyathis vini certos aquae cyathos miſcebant, quod qui faciebat ad cyathum ſtare dicebatur. Nam cyatho hauriebant vinum et aquam e vaſis, et in pocula fundebant, quod κυαθίζειν Graeci appellant. Vnde Marcellus, cuius naues machinis Archimedis leuatae in puppim, aut proram, deinde illiſae mari, aquam quam plurimam haurirent, aut grauibus libramentis depreſſae acciperent aquam, ludens dixit, Archimedem ſuis nauibus pro cyathis vti. Solitos autem eſſe veteres paria pocula in delphica ponere, declarat* Agroetius, *ſic ſcribens,* Cicero, Iubeo promi vtrosque binos vt habeam: quia in delphica comparia vaſa ſemper ſunt: vnde ipſe Cicero dicebat, Scyphorum paria complura. *Haec Turn. Add.* Cic. Verr. 4, 32 *et* 38 *vbi etiam habes Scyphorum paria.* Tangere labellis pocula Ouid. de Arte Am. 1, 575. Temperare pocula Hor. Carm. 1, 20, 12. Tingere aliquem poculis, *Irrigare aliquem mero* Idem Ib. 4, 12, 23. Tollere pocula adorandae rubiginis Iuuen. Sat. 13, 148. Torquere pocula, *Proiicere in aliquem* Idem ib. 5, 26. Trahere

here pocula arenti ſauce Hor. Epod. 14, 4. Venient cum canibus timidi ad pocula damae Virg. Ecl. 8, 28.

POCILLVM, i. n. Dimin. [κυλίσκη] *Paruum Poculum* Cato c. 156, 3 Per linteum exugeto, (*f.* exurgeto) ſuccum, quaſi heminam, in pocillum fictile. Liu. 10, 42 *L. Papirius Coſ.* in ipſo diſcrimine (*pugnae*) quo templa Dîs immortalibus voueri mos erat, vouerat Ioui Victori, ſi legiones hoſtium fudiſſet, pocillum mulſi priusquam temetum biberet, ſeſe facturum. Id votum Diis cordi fuit, *etc.*

POCILLĀTOR, ōris. m. [οἰνοχόος, πιγκέρνης Gloſſ. Vet.] *Alias dicitur A cyathis, qui pocula menſae ingerit.* Apul. 6 p. 183 Adfuit rapax aquila: memorque veteris obſequii, quo, ductu Cupidinis, Ioui pocillatorem Phrygium ſuſtulerat, *etc.* *Rurſus eodem libro p.* 179 Tunc poculum nectaris, quod vinum deorum eſt, Ioui quidem ſuus pocillator ille ruſticus puer, caeteris vero Liber miniſtrabat. *Vtrobique Ganymedem intelligit, qui (ait Beroaldus) elegantiſſimo vocabulo Pocillator dicitur, quaſi Poculorum miniſtrator.*

POCVLENTVM, i. n. [ποτὸν] *Quod poculo i. potui eſt.* Cic. de Nat. Deor. 2, 141 c. 56 Habitat in ea parte oris, quam eſculentis et poculentis iter natura pateſecit. *Legitur et* Potulentis. *it. ex optimis MSS.* Potulentibus. *Deguſtatu.* Gell. 4, 1 Penus eſt, inquit, quod eſculentum aut poculentum eſt. *Sunt qui* Potulentum *ſcribant, vt apud* Vlpianum in l. 3 §. potulenta D. de penu legata.

P O D

PODAGRA, ae. f. [ποδάγρα] *Pedum dolor: πὸς, pes; ἄγρα, captura.* Martial. 1, 93 Litigat, et podagra Diodorus Flacce laborat. *vid.* Scribon. 107. 106. 264. *etc.* Plin. 26, 10 Podagrae morbus rarior ſolebat eſſe, non modo patrum auorumque memoria, verum etiam noſtra, peregrinus et ipſe. Nam ſi Italiae fuiſſet antiquitus, Latinum nomen inueniſſet. Inſanabilis non eſt credendus: quippe quando in multis et ſponte deſinit, et in pluribus curatur. Calda podagra Scribon. 158. Calida, Frigida Id. 160. Corpora foeda podagra Tibul. 1, 9, 73. Seneca de Vita beata c. 17 Delinimenta magis quam remedia podagrae meae compono, contentus ſi rarius accedit, et ſi minus Fera minatur. Locuples Iuuen. Sat. 13, 96. Nodoſa Ouid. ex Pont. 1, 3, 23. Tarda Hor. Serm. 1, 9, 32. Turpes Virg. Georg. 3, 299. *de morbo quodam ouini pecoris.* Ardere podagrae doloribus Cic. de Fin. 5, 94 c. 31. Correpti podagra Scribon. 107. Illam affligit, odore, ipſe Perit podagra Catull. 72, 6. Equitare, podagricis alienum eſt Celſ. 4, 27. Cruciari doloribus podagrae complures annos Cic. Tuſc. 2, 45 c. 19. Iuuant fomenta podagram Hor. Epiſt. 1, 2, 52.

PODAGRĬCVS, a, um. Adi. [ποδάγρης] *Qui podagra laborat* Plin. 20, 8 Omnes hae et podagricis vtiles, et ſanguinem reiicientibus. *Conf.* Id. 28, 9. Homo podagricus Vitruu. 8, 3.

PODAGRŌSVS, a, um. *Aliud* Adi. [ποδαγρώδης] *Idem.* Plaut. Merc. 3, 4, 8 Sed tandem ſi podagroſis pedibus eſſet Eutycus, *etc.* *Add.* Lucil. *ap.* Non. 2, 743. Vopiſc. in Saturn. c. 7.

PODĂGER, gri. m. [ποδαγριῶν] *Podagra laborans.* Atque nihil prorſus ſtare putat podager Claud. Epigr. 79, 4. *Sed* illinitur et podagris Plin. 35, 15 *poteſt eſſe a* podagra. *Certius* Enn. *ap.* Priſcian. 8 p. 829 Nunquam poëtor niſi podager. Lemma aenigm. Sympoſ. 91 Miles podager, *teſte Salmaſio ad* Lamprid. Elagab. c. 29.

PODALIRIVS, i. m. [Ποδαλείριος] *teſte Homero 2 Iliados, Filius fuit Aeſculapii et frater Machaonis, qui ob ſolertiam medicinae artis vna cum fratre ex Creta ad Troianum bellum conuocatus fuit* Ouid. de Arte Am. 2, 735 Quantus apud Danaos Podalirius arte medendi.

PODĒRIS, is. m. [ποδήρης] Tunica corpori adſtricta, vsque ad pedes deſcendens Iſidor. 19, 21. Indutus podere Tertull. adu. Iudaeos c. 11. *Add.* Id. adu. Marc. c. 7.

PŌDEX, ĭcis. m. [πρωκτὸς] *Poſterior pars corporis pudenda.* Iuven. Sat. 2, 12 Sed podice laeui, Caeduntur tumidae, medico ridente, mariſcae. Sublato podice Martial. 2, 42. Turpis podex Hor. Epod. 8, 6.

PODIA, ae. f. [πὸς, ποδιῶν] Schol. Lucan. 5, 428 Podia eſt lignum in ſimilitudine pedis, quo vela expanduntur et retinentur. *Rectius* Seru. *ad* Aen. 5, 830 Fecere pedem, id eſt Podiam, hoc eſt, funem, quo tenditur velum, quod Graeci πόδα vocant, *etc.* Podiam *edidit Fabricius.* *Salmaſ. ad Solin.* p. 400, b. C. Podium *legi vult Graec.* πόδιον, *quod ſecutus, vt videtur, Maſuicius in* Seruio *ſuo* Podium *dedit. Sed neſcio, an* πόδιον *ſuum probare potuerit Salmaſius.* Podiam *certe etiam Lucani Scholiaſtes, vt vidimus, habet.*

PODICVS, a, um. Adi. [πόδικος] *Pedeſter, a* πόδες, *pedes.* Martian. Capell. 9 p. 382 Temporum alia ſimplicia ſunt, quae podica etiam perhibentur.

PODISMVS, i. m. *eſt Dimenſio pedibus facta.* Lapides ad ſuum numerum podiſmumque conſtituti Frontin. de Colon. p. 130 *Goeſ.* *Conf.* ADAERARE. Veget. 2, 7 Menſores ſunt, qui ad podiſmum dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, vel qui hoſpitia in ciuitatibus praeſtant.

PODISMĀTVS, a, um. Adi. *Pedibus menſuratus.* Frontin. de Colon. p. 132 *edit. Goeſ.* Alii termini ſpiſſiores ſunt, id eſt, ſine menſura vel numero podiſmati ſunt.

PODIVM, i. n. *eſt fabrica altitudine circiter media hominis, porticibus praeſertim ac theatris impoſita, poſt quam ſtare, quaque inniti poſſint, qui proſpicere ac deſpicere in publicum velint. Interdum itaque* Podium *procurrit inter ſtatuarum Stylobatas earumque velut quaedam continuatio eſt, quo reſpectu etiam* Pluteus *vocatur, v. v. interdum imam Theatri praecinctionem velut lorica munit et continet, interdum columnae vni aut pluribus impoſitum, interdum proiectura trabium, innixum,* Moenianum *vocatur: interdum continuis tabulis lapideis ligneisue conſtat, quo reſpectu* plutei *magis appellationem habet. interdum varie perforatum columellis, balauſtiisque diſtinctum, ab hac voce* Baluſtrata *recentibus appellatur. Haec ita eſſe comperies, ſi contuleris inter ſe, quae* Vitruu. 3, 3 *de* podiis circa aedes, *et* 5, 7 *de* theatrali podio *praecipit. Ad hoc, tanquam loco ipſis ſpectaculis proximo ſpectabant Senatores et primi ordinis homines. Hinc* Iuuenal. 2, 146 Omnibus ad podium ſpectantibus. Sidon. Epiſt. 8, 9 Spectare alicuius puluerem, velut coronatus auriga de podio. Prudent. in Symmach. 1, 108 An quoniam podii meliore in parte ſedentes ſpectant, *etc.* *In hoc* Podio *ſibi Imperatores Romani cubiculum aedificarant,* Suggeſtum in orcheſtra *vocat* Sueton. Caeſ. 76, *et* Podium κατ' ἐξοχὴν Neron. c. 12 Caeterum accubans primo paruis foraminibus, deinde toto podio adaperto ſpectare conſueuerat. *Hoc remouiſſe Traianum docet* Plin. Pan. 51, 4 Aequatus plebis ac principis locus — nec magis proprius ſpectandi Caeſaris ſuggeſtus, quam propria, quae ſpectet. Licebit ergo ciuibus tuis inuicem contueri (*ſublato illo cubiculo, quod proſpectum intercipiebat*) dabitur non cubiculum principis, ſed ipſum principem cernere, in publico, in populo ſedentem. *De villa ſua* Plin. Epiſt. 5, 6, 22 Eſt et aliud cubiculum, a proxima platano viride et vmbroſum, marmore excultum podio tenus *i. vt nunc, re melius conſiderata, interpretor, ad inferius limen feneſtrarum, ad mediam altitudinem hominis etc.* ¶ 2 Podium, *pes veli. Vid.* PODIA.

P O E

POEAS, antis. m. [Ποίας] *Pater Philoctetis, qui ab eo* POEANTIVS, *et* Poeantides *a Poëtis appellatur* Ouid. Triſt. 5, 2, 13 Paene decem totis aluit Poeantius annis Poſt ſaeuum tumido virus ab angue datum. *Add.* 5, 1, 61. *Et* Met. 13, 45 — non te Poeantia proles Expoſitum Lemno, noſtro cum crimine haberet. Ouid. Ibide 255 Quantaque clauigeri Poeantius Herculis heres, Tanta venenato vulnera crure geras. Ποίας *eſt apud Graecos. Male ergo per* ae *ſcribitur: aut* Paean *prima poſitione vocatur. Fuit inter Argonautas.*

POECĬLE, es. f. [Ποικίλη] *Porticus fuit Athenis, in qua Stoici philoſophabantur. Latine dici poteſt Varia, ſiue Variegata, a multiplici pictura. Graeci enim* ποικίλον *varium dicunt. In hac autem porticu Zenon philoſophus diſcipulos docebat* Plin. 35, 9 Hic et Athenis pinxit porticum, quae Poecile vocatur, gratuito, quum partem eius Mycon mercede pingeret. *De Polygnoto Thaſio. Fuit et in Helide porticus* Poecile, *quae a* Plinio 36, 15 Heptaphonos *appellatur, quoniam ſepties eadem vox in ea reddebatur.*

POEĔESSA, ae. f. [Ποιήεσσα] *Inſula eſt in mari Carpathio, notiore nomine* Rhodus *dicta.* Plin. 5, 31.

POËMA, *vid.* POETA.

POEMĔNIS, ĭdis. f. [Ποίμενις] *Canis femina ex canum eorum numero, qui Actaeonem lacerauerunt, dicta a fidelitate quam gregi obſeruat, vigilantioris paſtoris officio defuncta.* ποιμὴν *enim paſtorem ſignificat.* Ouid. Met. 3, 215 Pecudesque ſequuta Poemenis, et natis comitata Harpyia duobus.

POENA, ae. f. [ποινὴ, τίσις, τιμωρία] *Malum quodcunque, quo quis ob delictum afficitur. Tria* poenarum genera *memorantur* Gell. 6, 14 κόλασις, cum poena adhibetur caſtigandi atque emendandi gratia — τιμωρία, cum dignitas auctoritasque eius, in quem eſt peccatum, tuenda *eſt* — παράδειγμα, cum poenitio propter exemplum neceſſaria *etc.* *Totus enim locus cognitione dignus eſt.* Vlpian. in l. Si quis forte D. de poenis, Et ſunt poenae, quae quidem vitam aut adimant, aut ſeruitutem adiungant, aut ciuitatem auferant, aut exilium, aut coërcitionem corporis contineant. Poena, a puniendo, vel a poenitendo, quod poſt peccatum ſequitur Varr. de Ling. Lat. 4, 36. *Quin a* Poena *eſt* Poenio *ſ.* Punio, *et* Poenitet. Cic. ad Brut. 15 In Animaduerſione poenaque durior. Idem de Legib. 3, 6 Quum magiſtratus iudicaſſit, interrogaſſitue, per populum Mulctae poenae certatio eſto, *i.* multae *ſiue* poenae. Ne maior poena quam culpa ſit, cauendum eſt Cic. Off. 1, 89 c. 25. Naturae poena eſt mors; iracundiae, tormentum atque cruciatus Cic. Philip. 11, 3. Periurii poena diuina, exitium: humana, dedecus Cic. de Legib. 2, 22. Scelerum poenae Virg. Aen. 8, 666. Arbiter poenarum mearum adſtas Sen. Phoeniſſ. 166. Cauſa poenae cruenta Ouid. Triſt. 3, 5, 44. Imago poenae Sil. 16, 70. Inter poenas, *vid.* INTER. Amara Iuuen. Sat. 13, 247. Crudeles, *vid.* CRVDELIS. Debitae Senec. Herc. fur. ſ. 9. Grauiſſimae legum Cic. in Piſon. 50 c. 21. Martial. 3, 22 Sirenas Hilarem nauigantium poenam, Blandasque mortes, gaudiumque crudele. Indeprecabilis poena Gell. 1, 13. Ingens Senec. Thyeſt. ſ. 1. Laetae Ouid. Epiſt. Sabin. 1, 79. Leuis Quinctil. 7, 3. Meritae Ouid. Faſt. 4, 239. Minor poena merito, nocuit mala lingua duobus Ouid. Amor. 2, 2, 49. Mitior Quinctil. 6, 4. Praeſens Senec. Hippol. 2. Tardior Quinctil. 7, 3. Triſtis Ouid. Triſt. 2, 494. Vehemens Iuuen. Sat. 13, 196. Vltimam poenam in aliquem ſtatuere Suet. Caeſ. c. 14. ¶ 2 *Formulae Verborum:* Accipere poenas, *vid.* ACCIPIO. Accipe quas merui poenas: en ora fatiſcunt, *etc.* Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 107. Addere poenam, *vid.* ADDO. Afficere poena Cic. Off. 2, 18 c. 6. Agere poenam, *vid.* AGO. Adſcribere poenam, *vid.* ADSCRIBO. Audere poenam Tacit. Ann. 2, 40. Salluſt. in Iugurth. 68, 3 Dum pro ciuibus ſuis viris fortiſſimis atque miſerrimis poenas Caperent. Caperent, *i. Ferrent, ſubirent. Sed* Ouid. Met. 2, 832 Has vbi verborum poenas mentisque profanae Cepit Atlantiades. *i. percepit, audiuit.* Capere poenam in hoſtem, *h. e. Hoſtem afficere ſupplicio* Curt. 4, 6 *extr.* Cogere in poenam Plin. 8, 16. Commeruiſſe poenam Ouid. Triſt. 2, 63. Committere poenam Quinctil. 7, 5, 20. *i. Committere, propter quod puniendus ſis, vt committitur ſponſio etc.* Compeſcere aliquem poenis Hor. Serm. 1, 8, 31. Conſcripſerunt edictum Praetores cum poena et iudicio Cic. Off. 3, 80. Conſtituere poenam, *vid.* CONSTITVO. Conſtituta reticentiae poena etiam eſt a Iuriſconſultis Cic. Off. 3, 65. Conſurgere in poenam Plin. 8, 16. Contineri praemio et poena Rempublicam dixit Solon Cic. ad Brut. 15. Contrahere poenam, *vid.* CONTRAHO. Decerni potuit poena decentior Senec. Thyeſt. 2. Cic. pro Sext. 140 c. 67 Omnes fere Reipub. poenas aut praeſenti morte, aut turpi exilio Dependerunt. Differre poenas Ouid. Met. 2, 467. Dare poenas *ac* Pendere *eſt puniri: orta videtur formula a poenis ſiue multis pecuniariis, quae* dat *qui punitur. Sic* exigere, ſumere poenas *dicitur is, qui punit.* Cic. de Clar. Orat. 241 Niſi in facinore manifeſto deprehenſus, poenas legibus et iudicio Dediſſet. Dare crudeles poenas Virg. Aen. 6, 585. Dare poenas meritas ſanguine Ouid. Faſt. 4, 239. Dare morte poenas alicui, *Occidi ab eo* Ouid. Met. 9, 578. Dare poenas, temeritatis ſuae Cic. Att. 9, 12 (10). Patercul. 2, 4 *pr.* M. Aquilio, capite poenas Dedit, quum initio belli Craſſum Mutianum Proconſulem intereniſſet. *de Ariſtonico loquitur.* Dare poenas, quas pati meruimus Ouid. Met. 1, 242. Dedi ſatis ſuperque poenarum tibi Hor. Epod. 17, 19. Iuſtiſſimas optime de ſe merito viro poenas Dedit Vell. 2, 64, 1. Donat heu quantum poenae miſero mens conſcia Lucan. 7, 784. *i. infligit.* Cic. Fam. 16, 26 Non potes effugere huius culpae poenam me patrono: Marcus eſt adhibendus, *etc.* Exerceri poenis Virg. Aen. 6, 739. Exhauſtum eſt ſatis poenarum Virg. Aen. 9, 356. Exigere poenas de aliquo Ouid. Met. 8, 531. Exigere poenam Plin. 7, 44. Eximere aliquem poenae, *vid.* EXIMO. Exſoluere poenas Catul. Argon. 62, 77. Exſoluere aliquem poena Tacit. Ann. 14, 12. Expendere

dere poenas alicui Cic. Tuſc. 2, 13. Idem de Aruſp. Reſponſ. 43 C. autem Gracchum mors fraterna, pietas, dolor, magnitudo animi ad Expetendas domeſtici ſanguinis poenas excitauit. Cic. pro Domo 134 Poenam hanc maternae temeritatis tulit, vt, *etc.* Finire poenas Ouid. Met. 1, 735. Fit grauior poena longa mora Ouid. ex Pont. 1, 2, 40. Frangere poenas, *i. mitigare* Lucret. 4, 1078. Cic. de Legib. 2, 44 Plus poenarum Habeo, quam petiui. Imponere poenas ſontibus Ouid. Met. 2, 521. Idem Amor. 1, 7, 26 Et potui poenam fortis Inire meam? *Sed Heinſ. et Burm. ſic,* Et valui poenam fortis in ipſe meam? Factorum poenae inſtant Ouid. Met. 8, 772. Interponere poenas, *vid.* INTERPONO. Ire in poenas Ouid. Met. 5, 668. Irrogare poenam alicui Quinctil. 6, 4. Irrogat nemo nocens ſibi ipſe poenas Senec. Herc. Oet. 7 v. 899. Irrogare poenas aequas peccatis Hor. Serm. 1, 3, 118. Leuari a poena, *vid.* n. 5. Liberare poena iudiciorum innocentiam Cic. de Orat. 1, 202. Luere poenas, *Puniri* Suet. in Veſp. c. 1. Luere poenas iuſtas Hor. Epod. 17, 37. Luere poenas facinorum Senec. Octau. 5. Manet cunctos generis poena vna Claud. in Eutrop. 2, 479. Meditari poenam in fratrem, *vid.* MEDITOR. Legitime factum poenam non Meretur L. Gracchus 4 C. ad L. Iul. de Adult. Mouere poenas immeritas Claud. de Raptu Proſerp. 3, 139. Multare aliquem multa et poena Cic. pro Corn. Balbo 42. Liu. 6, . . Poenam oblatam oculis deorum. Omitte poenas languidas longae morae Senec. Theb. 1. Patior ſine crimine poenam Ouid. Met. 9, 372. Idem ex Pont. 3, 6, 28 Qui poenam culpa non meruere Pati. *Sed Burm.* Pari. Pati genus nouum poenae Ouid. in Ibin 337. Pendere poenas, *dicitur vt* Dare, *v. v.* Cic. in Piſon. 50 Niſi poenas patriae diisque immortalibus eas, quae grauiſſimae ſunt, furore atque inſania Penderet. Pendere haud mediocres poenas, *vid.* Mediocris, *in* MEDIVS. Pendere poenam exilio Ouid. Met. 10, 232. Pendere poenas pro ſcelere Lucret. 5, 119. Pendere poenas grauiſſimas ſtultitiae ſuae Cic. Att. 11, 8 (11) Id. pro Sext. 145 c. 69 Si ſceleſtum eſt amare patriam, Pertuli poenarum ſatis. Perferre omnes acerbiſſimas poenas impiorum Idem de Lege Agrar. 2, 91. Perpeti poenas pro crimine Valer. Argon. 4, 431. Perſequi poenas alicuius, *pro Vlciſci* Cic. Verr. 3, 32 Poenam octupli ſine vlla dubitatione commiſſam non perſequebatur. Cic. Philipp. 11, 29 Poenas diis hominibusque meritas, debitasque Perſoluat. Perſoluit is iuſtas et graues poenas Reip. Cic. de Amicit. 37. *Add.* Id. ad Brut. Ep. 5. Perſoluere poenas capite ſuo Senec. Agamemn. 13. Peruenit poena ad liberos, qui nihil meruerunt Cic. ad Brut. 15. Petere poenas in imperatorem, *pro Exigere poenas de imperatore* Salluſt. in Iugurtha c. 65. *al. aliter.* Petere poenam ab aliquo Cic. de Inuent. 1, 19. Placere poenae Senec. Troad. 11. Poenitet crudelis poenae Ouid. Met. 2, 112. Poſcere poenas cum ſanguine Virg. Aen. 2, 72. Praecipit magnas poenas, *h. e. De hoſtibus cepit ante, quam ab eis caperetur* Sil. 6, 299. Vlpian. in l. 1 §. ſi plures D. de eo, per quem factum erit, *etc.* Si plures dolo fecerint, omnes tenentur: ſed ſi vnus praeſtiterit poenam, caeteri liberabuntur. Praetermittere poenam ſceleris (id enim eſt quod vocatur ignoſcere) etiamſi in caeteris rebus tolerabile eſt, in hoc bello pernicioſum puto Cic. ad Brut. 15. Premit culpam poena comes Hor. Carm. 4, 5, 24. Vlpian. in l. 1 §. Quum patronus D. de offic. praefecti vrb. Praefectus vrbi aditus, pro modo querelae corrigere eum, aut comminari, aut fuſtibus caſtigare, aut vlterius procedere in poenam eius ſolet. Promerere poenam Ouid. Triſt. 1, 2, 63. Proponere poenam alicui Catul. 96, 15. Quaerit nouamque poenam ſceleribus parem Senec. Thebaid. 1. Recipere poenas ab aliquo Virg. Aen. 4, 656. Recuſare poenam Quinctil. 4, 2. Reddere poenas Salluſt. in Iugurth. c. 14 *ad f. i. Grauiſſime puniri.* Reddere aliquem poenae, *vid.* REDDO. Ouid. Met. 14, 217 Solus, inops, exſpes, leto poenaeque relictus. Cic. in Piſon. 95 Non in eo, cui facta eſt iniuria, ſed in iis, qui fecerunt, ſceleris ac conſcientiae poena remanſit. Remittere poenam Quinctil. 7, 2 (1 *ſub fin.*) Cic. pro Roſc. Amer. 67 Hae ſunt impiis aſſiduae domeſticaeque furiae, quae dies noctesque parentum poenas a conſceleratiſſimis filiis Repetant. *Conf.* Id. Verr. 5 c. 63. Repoſcere aliquem ad poenas Virg. Aen. 2, 139. Repraeſentare poenas Suet. Claud. c. 34. Reuerſura eſt poena in caput iſta tuum Ouid. de Arte Am. 1, 340. Ruere in poenam ſuam Senec. Octau. 17. Sancire veterum malorum poenas aliquibus Stat. Theb. 3, 244. Sancire poena obſeruantiam Cic. pro Planc. 47. Sequitur poena ſcelus Id. de Aruſp. Reſp. 39 c. 18. Seruare poenam Ouid. de Arte Am. 2, 291. Soluere poenas Idem Met. 1, 209. Soluere poenas breues tam magnis ſceleribus Senec. Oedip. 12. Soluitur magnis iniuria poenis Ouid. Faſt. 5, 303. Statui in eum poena metalli debet Vlpian. in l. 1 §. Quum patronus D. de Off. praef. vrb. *Add.* Suet. Caeſ. c. 14. Cic. in Piſon. 91 Neque vllam poenam, quae tanto facinori deberetur, non maluiſti ſubire, quam, *etc.* Cic. pro Flac. 96 Summi amoris in patriam viciſſim nos poenas, ſi ita diis placet, Sufferamus. *Conf.* Id. Catil. 2 c. 13. Sum. Poenae fuit ciuitas Sall. Iug. c. 69, 3. *i. punita.* Cic. pro Ligar. 13 Vt ea poena, in qua adhuc Q. Ligarius ſit, non videamur eſſe contenti. Eris in poenas non ſatis vnus Ouid. Epiſt. 2, 44. Cic. pro Flacc. 48 Poena eſt, vt opinor, Dorylenſium grauior. Sumere poenas Cic. de Inuent. 2, 84. Sumere merentis poenas Virg. Aen. 2, 586. Sumere ſceleratas poenas, *Ob perpetratum ſcelus commeritas* Virg. Aen. 2, 576. Cic. pro Lege Manil. 7 Non modo adhuc poenam nullam ſuo dignam ſcelere Suſcepit. Suſcitare poenas alicui Virg. Georg. 4, 455. Cic. pro Domo, 135 Grauiſſimas poenas affinitatis impuriſſimae Suſtinere. Suſtinerem ſempiternam poenam mea voluntate ſuſceptam Cic. poſt red. ad Quir. *pr.* Teneri poena Cic. Q. Frat. 2, 3. Trahere aliquem per omnem poenam Virg. Aen. 5, 786. Tranſigere aliquod ſcelus leui poena Quinctil. 7, 3. Venit quae indigne poena, dolenda venit Ouid. Epiſt. 5, 8. Viuere in poenas alicuius Senec. Troade ſ. 10. Vrgeri poenis Virg. Aen. 6, 561. ¶ 3 Poena *Eſt etiam Furia* Valer. Flac. 1, 726 Vltricesque Deae, fasque et grandaeua furorum Poena parens. *Vid.* Virg. Cul. v. 217 *et ibi Taubm. et* Cic. pro Domo 3 c. 2. *et* in Piſ. c. 37. Plin. 2, 7 ſ. 5 *pr. Drakenb. ad* Sil. 2, 551. Poena *et* Beneficium, *pro Diis habitos apud quosdam Aethiopiae populos legimus. Sunt qui non ab Aethiopis, ſed ab Aſſyriis et Perſis Poenam et Beneficium cultos fuiſſe adſerant, illam, quod malorum: hoc quod bonorum largitorem eſſe opinentur.* *Alexand. Alexandrinus* 6 c. vlt. ¶ 4 *Vltio, vindicta.* Id poenae hoſtibus redditum Liu. 4, 19 *pr.* ¶ 5 *Quoduis malum, calamitas, dolor.* Poena in ipſis telis leonis *eſt dolor ex oſſe, quod morſu auidiore dentibus inhaeſerat* Plin. 8, 16 ſ. 21. Mors vltima poena eſt Lucan. 8, 195. Poenae pariendi Plin. 9, 6 ſ. 5 *i. dolores partus.* Deus non poteſt mortem ſibi conſciſcere, ſi velit, quod homini dedit optimum in tantis vitae poenis Plin. 2, 7 ſ. 5. Id. 28, 4 ſ. 7 Si quem poeniteat ictus — et ſtatim exſpuat mediam in manum, qua percuſſit, leuetur illico percuſſus a poena. *Conf. Burm. ad* Quinctil. l. 6 prooem. p. 498 Superſtes pauens tantum ad poenas.

POENĀLIS, e. Adi. Poenalis opera, *Quae ad poenam pertinet* Plin. 18, 11. Aquae Plin. 4, 8 *extr.* Ciuitas Iuſtin. 38, 9, 9. *in qua quis exulat.* Clauſtra Ammian. 15, 5. Exitium Apul. Met. 7 p. 197. Ferro poenali cadere, perire Ammian. 27, 26. *et* 28, 2. Labor Prud. Paſſ. Laur. v. 192. *i. in poenam impoſitus.* Opus poenale metallorum Tertull. de Hab. mul. c. 5. *Compar.* Saluian. de Gubern. 5 p. 173 Illud indignius et poenalius. Scelera poenaliora Id. ib. 6. p. 220. *Superl.* Idem adu. Auarit. 2 p. 254 Cogitantes quoque inter haec horrenda et poenaliſſima.

POENALITER. Adu. Poenaliter interire Ammian. 16, 12. Peccare poenaliter Auguſt. Confeſſ. 10, 33.

POENARIVS, a, um. Adi. [ποινοματικὸς] Poenaria actio Quinctil. 4, 3.

POENIO, ire, *pro punio. ex MSS. hanc vocem tribuit* Gell. 20, 1 *et* 11, 18. Cic. pro Mil. c. 31 *et* Tuſc. 1 c. 44 *etc.* Pareus Lex. Crit. p. 943. *in editis tamen fere legitur* punio. Poenio *tamen dedit Longol.* Gell. 6, 14, 1. 9, 15, 7. 11, 18, 1 *et* 2.

POENITIO, ōnis. f. Mulctae Gell. 11, 1, 2. *Add.* 6, 14, 8. *hodie tamen hic leg.* punitio: *niſi quod Longolius antiquam ſcripturam reuocauit.*

POENĬTET, uit, ēre. [μετανοέω, μεταμελέω, μεταμέλομαι] Poenitere tum dicere ſolemus, quum quae ipſi fecimus, aut quae de noſtra voluntate noſtroque conſilio facta ſunt, ea nobis poſt diſplicere incipiunt, et moleſta eſſe, ſententiamque in iis noſtram demutamus. *Sic* Aſinius Pollio *apud* Gell. 17, 1. *Atque hoc ita ſe habere, non eſt negandum. Sed tamen tum ſimpliciter, tum cum negandi Aduerbio, non ad noſtra facta modo, ſed etiam ad alias res noſtras, ſ. ad nos relatas, hominesque adeo refertur, quos nobis diſplicere ſic indicamus.* Poenitet me (*poena*) huius rei *eſt idem, quod afficit me dolor huius rei, in quantum ea res vel factum aliquod meum eſt, vel alioquin ad me pertinet. Si de interpretandis locis cogitemus, ſaepe commodum eſt, vt* non poenitet me *reddas, quaſi dictum eſſet* Contentus ſum. *Exemplis, quae dicta ſunt, iam probabimus. Ac primo* Poenitet *poſſe etiam cum Nominatiuo poni, docet* Plaut. Stich. 1, 1, 50 Et me quidem haec conditio nunc non poenitet. Gell. 13, 2 Ita eſt, vti dicis, neque id ſane me poenitet. Id. Gell. 5, 1 Quisquis ille eſt, qui audit, — et perhorreſcat neceſſe eſt, et pudeat tacitus, et poeniteat, et gaudeat, et admiretur. *Ipſe* Cic. Tuſc. 3, 53 c. 18 Sequitur vt nihil poeniteat, nihil deſit, nihil obſtet. *Et* 5, 81 c. 28 Sapientis proprium eſt, nihil quod poenitere poſſit facere. *Et* de Inu. 1, 43 Vtrum id facinus ſit, quod poenitere ſit neceſſe. *Sed haec rariuſcula. Ordinarie Nominatiuus diſſimulatur.* Cic. Att. 3, 7 Alterum non potes, vt me non noſtri conſilii vitaeque poeniteat. Ter. Phorm. 1, 3, 20 Ita plerique ingenio ſumus omnes, noſtri noſmet poenitet. *i.* Noſtra contemnimus, *inquit* Donatus. *Dicimus vulgo, Noſtra nobis non ſatisfaciunt. Pro* piget *poſuit* Virg. Ecl. 8, 34 Nec te poeniteat calamo triuiſſe labellum. Cic. de Senect. 60 Num igitur ſi ad centeſimum annum vixiſſet, ſenectutis eum ſuae poeniteret? *i. Taederet.* Cic. Att. 2, 22 Sed quod facile ſentias, taedet ipſum Pompeium, vehementerque poenitet. Cic. Tuſc. 5, 53 Satis eſt in virtute vt fortiter viuamus: ſi fortiter, etiam et magno animo, et quidem vt nulla re vnquam terreamur, ſemperque ſimus inuicti: ſequitur vt nihil poeniteat, nihil deſit, nihil obſtet. Quod te offenderim, me poenitet Cic. Attic. 11, 13. Sapientem nihil opinari, nullius rei poenitere, nulla in re falli, ſententiam mutare nunquam Cic. pro Muraen. 66. Me haud poenitet eorum ſententiae eſſe, quibus et apparitores, *etc.* Liu. 1, 8. *i. Non nolo.* Gratis poenitet eſſe probam Ouid. ex Pont. 2, 3, 14. Feciſſe fortiter vt poeniteat, ne ſuppliciis quidem moueri, viri fortis eſt Cic. pro Milon. 83. Iuraſſe poenitet Ouid. Met. 2, 49. Quem poenitet Peccaſſe, paene eſt innocens Sen. Agam. v. 241. Senſiſſe poenituit eum illa Cic. Acad. 4. . . Nihil me poeniteat ſanum patris huius Hor. Serm. 1, 6, 89. *i. Quamdiu ſanus ſim, nunquam mihi doleat, aut nunquam mihi parum beatus videar, quod tali patre natus ſim.* Cic. pro Cluent. 80 c. 29 Neque me poenitet hoc potius tempore, quam illo cauſam A. Cluentii defendere. cauſa enim manet eadem *etc. i. Non minus commode nunc et opportune agere puto, quam ſi in re recenti egiſſem.* Acti vos poenitet Valer. Argon. 5, 673. Cic. de Aruſp. Reſp. 45 Et eo feciſſe auctore ſe diceret, cuius auctoritatis neminem poſſet poenitere, *i. cuius auctoritate quisque poſſet contentus eſſe et acquieſcere.* Belli iniuſti Ouid. Met. 5, 210. Conuiuiorum Hor. Epod. 11, 12. Dignitatis tuae non me poenitet Cic. Philipp. 3, 17. Facti poenitere aliquem Catul. 28, 12. Fortunae, amplitudinis, claritatis, gloriae num poenitebat? Cic. Philipp. 1, 33. Curtius 4, 13, 9 Malo me fortunae poeniteat, quam victoriae pudeat. *i. Malo me dolore affici propter calamitoſam offenſionem, quam pudore ob victoriam.* Cic. Fam. 6, 1 Etſi ea perturbatio eſt omnium rerum, vt ſuae quemque fortunae maxime poeniteat: nemoque ſit, quin vbiuis, quam ibi vbi eſt, eſſe malit, tamen, *etc.* Cic. Acad. 4, 69 c. 22. Quid? eum Mneſarchi poenitebat? quid? Dardani? qui erant Athenis tum principes Stoicorum? *Non contentus erat illis auctoribus?* Cic. in Somn. Scip. 8 Iam ipſa terra ita parua mihi viſa eſt, vt me imperii noſtri, quo quaſi punctum eius attigimus, poeniteret: *idem fere, quod puderet.* Induſtriae noſtrae neque nos, neque alios poenitebit Cic. de Inuent. 2, 9 c. 3. Ineptiarum ſuarum eos poenitet Cic. Fam. 2, 8. Idem Diu. Verr. 69 cuius conſuetudinis atque Inſtituti patres maioresque noſtros non poenitebat. Cic. Fam. 1, 7 Multum intereſt, vtrum Laus imminuatur, an ſalus deſeratur: me meae tamen ne nimis poeniteret, tua virtute perfectum eſt. Me, Quantum hic operis fiat, poenitet Ter. Heaut. 1, 1, 20. Non poenitet me, quantum profecerim Cic. Att. 12, 28. Mei memet poenitet Cic. de Orat. 3, 29. Illius malo me quam Mei poenitere Idem Att. 12, 21. Leues, quos paullo poſt Muneris ſui poeniteat Senec. de Benef. 1, 1. Pacis poenitet Liu. 35, 25. Pecoris me poenitet Virg. Ecl. 10, 17. Cic. pro Domo 18 Quarum rerum ſi quem poeniteat, eum victoriae Populi Romani poenitere. *i. Quas res ſi quis non eueniſſe velit, et ob id dolore afficitur.* Scelerum poenitet Hor. Carm. 3, 24, 50. Status ſui vehementer poenitet Cic. Att. 2, 22. Idem pro Planc. 76 c. 31 Vide quam me Verbi tui poeniteat, *i. quam mihi non ſatis graue ſit hoc verbum.* Lacrimulam *dixerat*

Lateren-

Laterenſis; lacrimas multas *vult Cicero*, et fletum cum ſingultu. Virium poenitet Liu. 1, 8. Ter. Eun. 5, 7, 11 An poenitebat flagitii, te auctore quod feciſſet adoleſcens, ni miſerum inſuper etiam patri indicares? Donatus *interpretatur*, Parum videtur? *Sic* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 32 An poenitet vos, quod ſaluum atque incolumem exercitum nulla naue deſiderata traduxerim.

POENĬTENS, entis. Partic. [*μετανοῶν*] Sueton. in Vitell. c. 15 Non multo poſt poenitens facti. Portus optimus poenitenti, mutatio conſilii Cic. Philipp. 12, 6 c. 2. *Add.* Quinctil. Trib. Mar. c. 6 p. 80 *Burm.* Poenitens de matrimonio Sueton. in Claud. Caeſ. c. 43.

POENĬTENTER. Adu. Minucius Felix in Octauio c. 26 Auſpicia et auguria poenitenter omiſſa, obſeruata feliciter.

POENITENDVS, a, um. [*μεταμελητέος*] *Pudendus, et parui aeſtimandus.* Liu. 1, 35 Sub haud poenitendo magiſtro. Columel. 2, 2 Itaque hic ager ſiue exercetur, ſeu ceſſat, colono eſt poenitendus, ac tanquam peſtilens refugiendus. Factum Suet. Tito c. 10. Gens Suet. Veſp. c. 1. Tu nunquam poenitenda feciſti Auſon. ad Gratian. *ſub fin.*

POENITENDVM. Gerund. [*μεταμελητέον*] Salluſt. in Iugurth. Num eorum poenitendum ſit. Ad poenitendum Tacit. Ann. 3, 51. Ad poenitendum properat, cito qui iudicat P. Syrus Mim. Cic. Tuſc. 4, 79 Alexandrum regem videmus, qui quum intereміſſet Clytum familiarem ſuum, vix a ſe manus abſtinuit, tanta vis fuit poenitendi.

POENITVRVS, a, um. [*μετανοήσων*] Accius *apud* Non. 2, 685 Quod ſi procedit, neque te, neque quenquam arbitror poeniturum laudis: quam vt ſerues vide. Quinctil. 9, 3, 12 Eouſque proceſſum eſt, vt non poeniturum, pro non acturum poenitentiam: et viſuros, ad videndum miſſos, Salluſtius dixerit.

POENITENTIA, ae. f. [*μετάνοια, μεταμέλεια*] *Poenitentis conditio vel actus.* Plin. 17, 12 Nihil eſt foedius agricolis, quam geſtae rei poenitentia. Dato in poenitentiam ſpatio Iuſtin. 1, 9, 19. Liu. 31, 32 *pr.* Celerem enim poenitentiam, ſed tandem ſeram et inutilem ſequi. Agere poenitentiam, poenitentiae ſuae Plin. Ep. 7, 10. Sera poenitentia Subiit regem Curt. 3, 2 *extr.* *Pro Contemtu et aſpernatione* Plin. 5, 17 *de Eſſenis*, Gens aeterna, in qua nemo naſcitur, tam fecunda illis aliorum vitae poenitentia eſt. *De Poenitentia ſenſu theologico:* Sum dea, cui nomen nec Cicero ipſe dedit Auſon. Epigr. 12, 10.

POENITVDO, ĭnis. f. *Idem quod Poenitentia.* Pacuu. Teucro, Quae deſideria alumnûm, poenitudines, ſquales, ſcapreſque, et incultas vaſtitudines. Nonius 2, 769. Auſon. in Sap. Thal. v. 22 Praedes vadeſque poenitudinis rei. Pro quibus debeas poenitudinem gerere Zeno Veron. Serm. de praecepto ATTENDE TIBI. Subeat animos vicaria poenitudo l. vlt. C. de Feriis. *Conf.* Hieron. contra Pelag. Dial. 1 c. 9.

POENITENTIARIVS, i. m. *Qui confitentes peccata ſua abſoluit.* Hieronymi *eſſe dicitur.*

POENVLVS, i. m. Dimin. *eſt a* Poenus: *vnde* Plautina fabula *nomen ſumſit, in qua* Poenus *Hanno Punice loquens introducitur. Scribitur et* Poenolus.

POENI. [*Λίβυες*] *Carthaginienſes.* Poeni (*inquit* Seruius) *ἀντίστοιχον* eſt, quaſi Phoeni, quia a Phoenicibus orti. Virg. Aen. 1, 306 Ponuntque ferocia Poeni Corda volente deo. Calliditate Poenos Romani non ſuperarunt Cic. de Aruſp. Reſp. 19. Acutus vt Poenus, et valde ſtudioſus ac diligens Clitomachus Idem Acad. 4, 98. Crudelitati Poenorum corpus Reguli praebitum Cic. de Nat. Deor. 3, 80. Ductor Poenorum, *Annibal* Sil. 7, 530. Ferox Poenus Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 148. Fulmineus Idem de Bell. Get. 138.

POENVS, a, um. Adi. [*Λιβυκὸς*] Stat. Silu. 4, 3, 91 Poenos Bagrada ſerpit inter agros. Leones Virg. Ecl. 5, 27. Sermo Stat. Silu. 4, 5, 45.

POENICVS, *vid.* PVNICVS.

POĒTA, ae. m. [*ποιητὴς*] *ἀπὸ τοῦ ποιέω, quod eſt facio, effingo: quaſi tu factorem dicas, ſ. fictorem. Eſt enim, qui carmina fingit, et facultate ingenii, quae nusquam ſunt, producit.* Hor. in Arte Poët. 10 Pictoribus atque Poëtis Quidlibet audendi ſemper fuit aequa poteſtas. Manus multa Poëtarum Hor. Serm. 1, 4, 141. Antiquiſſimum e doctis apud Graecos eſt genus Poëtarum Cic. Tuſc. 1, 3. Finitimus oratori Poëta, numeris adſtrictior paullo, verborum autem licentia vberior Idem de Orat. 1, 70. Neminem adhuc cognoui Poëtam, qui ſibi non optimus videretur Cic. Tuſc. 5, 63 c. 22. *Conf.* Idem Att. 14, 20. Arguti Poëtae Hor. Epiſt. 2, 2, 90. Adſtrictior verſu Poëta, oratoris virtutes perſequitur Cic. in Orat. 67. Bonus Poëta nemo ſine inflammatione animorum exiſtere poteſt, et quodam afflatu quaſi furoris Cic. de Orat. 2, 194 c. 47. Nam, Caſtum eſſe decet pium Poëtam Ipſum, Verſiculos nihil neceſſe eſt Catul. ad Aurel. ſ. 16, 5, *quo velut patrocinio vtuntur poſteriores quidam Poëtae: quibus reponimus* Sidon. Epiſt. 4, 13 *extr.* Denique facilius obtingit, vt quispiam ſeria loquens viuat obſcene; quam valeat oſtendi, qui pariter exiſtat improbus dictis et probus moribus. *Vid. quae adſcripſi ad* Plin. Epiſt. 4, 27, 4. Clariſſimi Quinctil. 1, 10. Creſcens Virg. Ecl. 7, 25. Disiecti membra Hor. Serm. 1, 4, 62. Diuinus Virg. Ecl. 5, 45. Docti veteres Poëtae Graiûm Lucret. 2, 600. Graeci Cic. de Orat. 2, 61. Grauis et ingenioſus Idem pro Planc. 59. Illuſtres Quinctil. 5, 11. Magnum Poëtam quemquam ſine furore eſſe poſſe negat Democritus Cic. de Diuin. 1, 80. Hor. Art. Poët. 296 Excludit ſanos Helicone Poëtas Democritus. *Vid.* Fores Poëticas *in* POETICVS. Peſſimi Poëtae ſaeculi incommoda Catull. ad Caluum ſ. 14, 23. Sanctos Poëtas ſuo iure appellat Ennius, quod quaſi deorum aliquo dono et munere commendati nobis eſſe videantur Cic. pro Arch. 18 c. 8. Seniorum Poëtarum turba Hor. Serm. 1, 10, 67. Tener Catull. ad Libellum ſ. 33, 1. Veſanus Hor. de Arte Poët. 455. Alere et formare Poëtam Idem ibid. 307. Canunt Poëtae, *vid.* CANO. Confingunt haec Poëtae Cic. pro Roſc. Amer. 47. Valet natura ipſa Poëta, et mentis viribus excitatur, et quaſi diuino quodam ſpiritu afflatur Cic. pro Arch. 18 c. 8. Plaut. Aſin. 4, 1, 3 Nam tu Poëta es prorſus ad tuam rem vnicus, *de Syngraphe ridicula inter amicum, puellam ac lenam ſcribenda.*

POETILLA, ae. m. Dimin. Plaut. Truc. 2, 6, 4 Homeronidae Poëtillae mille memorari poteſt, Qui et conuicti et condemnati falſis de pugnis ſient.

POĒMA, ătis. n. [*ποίημα*] *Poëtae opus. De* poëmatis *et* Poëſeos *differentia. Vid.* POËSIS. Plin. 7, 56 De poëmatum origine magna quaeſtio eſt. Plaut. Aſin. 1, 3, 22 Nam neque vſquam fictum, nec pictum, neque ſcriptum in poëmatis. Auſtera poëmata Hor. de Arte Poët. 342. Dulcia Idem ibid. 99. Egregium Cic. de Orat. 1, 217. Feſtiuum, concinnum, et elegans Idem in Piſon. 70. Immodulata Hor. de Arte Poët. 263. Lacrimoſa Idem Epiſt. 1, 1, 66. Legitimum, *vid.* LEX. Pulchra Hor. de Arte Poët. 99. Cic. ad Qu. Frat. 2, 10 Non mehercule quisquam *μουσοπάτακτος* libentius ſua Recentia poëmata legit, quam ego te audio quacunque de re, publica, priuata, ruſtica, vrbana. Ridenda Iuuen. Sat. 10, 124. Ridiculum Hor. Epiſt. 2, 1, 237. Sanctum Idem ibid. 2, 1, 54. Tenerum, moratum, atque molle Cic. de Diuin. 1, 66. Tragicum, comicum, epicum, melicum ac dithyrambicum Idem de Opt. gen. Orat. *pr.* Attingere poëmata Catull. 20, 15. Componere, *vid.* COMPONO. Componere poëma ad aliquem Cic. Q. Frat. 3, 1, 4. Condere poëma, *vid.* CONDO. Condere poëma Graecum Cic. Att. 1, 13 (16.) Deducta tenui poëmata filo Hor. Epiſt. 2, 1, 225. Facere bona poëmata Idem de Arte Poët. 303. Feciſti varium et elegans omni fere numero poëma Cic. Acad. 1, 9 c. 3. Legere libentius poëmata Idem Q. Frat. 2, 9. Natum inuentumque poëma iuuandis animis Hor. de Arte Poët. 377. Opus eſt ad poëma quadam animi alacritate Cic. ad Q. Frat. 3, 5. Pangere mira poëmata Hor. de Arte Poët. 416. ¶ 2 *Datiuum plur.* Poëmatis *vulgo agnoſcunt Grammatici. Sed audiamus* Chariſ. 1 p. 28 Antiqui *hoc poëmatum, huius poëmati*, pluraliter *haec poëmata, horum poëmatorum*, et (*bis*) *poëmatis.* *Add.* p. 114 *vbi* Ciceronis, Varronis, Q. Laelii et Accii, Didaſcalicorum *auctoris auctoritate probat* poëmatorum. *Eſt etiam* Afranii *apud* Non. 8, 29.

POĒSIS, is. f. *Ratio ſcribendi carmen, atque ars adeo Poëtae, tum ipſum opus Poëtae ſ. poëma.* Varro Parmenone *apud* Non. 5, 25 Poëma eſt *λέξις ἔνρυθμος*, id eſt, verba plura modice (*modo et menſura quadam*) in quandam coniecta formam. Itaque etiam diſtichon, epigrammation, vocatur poëma. Poëſis eſt perpetuum argumentum ex rhythmis, vt Ilias Homeri, et Annalis Ennii: poëtice eſt ars earum rerum. *Simile* poëſeos *et* poëmatis *diſcrimen ex loco ſatis longo* Lucilii *proponit, quem vid. vel hic vel apud Douſam Sat. 9, 16. Perpetuum non eſſe id diſcrimen, exempla oſtendunt.* Cic. de Orat. 3, 98 Quamuis claris ſit coloribus picta vel poëſis vel oratio. Homeri picturam, non poëſim videmus Cic. Tuſc. 5, 114. Vt pictura, poëſis erit Hor. Art. Poët. v. 361. Cic. Tuſc. 4, 71 c. 33 Anacreontis tota poëſis amatoria eſt: *hoc eſt, quidquid ſcripſit Anacreon.* Idem in Orat. 67 Itaque video viſum eſſe nonnullis, Platonis et Democriti locutionem, etſi abſit a verſu, tamen quod incitatius feratur, et clariſſimis verborum luminibus vtatur, potius poëma putandum, quam Comicorum Poëtarum: apud quos, niſi quod verſiculi ſunt, nihil eſt aliud quotidiani diſſimile ſermonis.

POËMATIVM, i. n. *Paruum poëma.* Auſon. Eidyll. 7 praef. Poëmatia, quae in alumnam meam luſeram, *etc.*

POETĬCVS, a, um. Adi. [*ποιητικὸς*] *Quod ad Poëtam pertinet.* Cic. de Orat. 3, 151 Sed tamen raro habet etiam in oratione poëticum aliquod verbum dignitatem. Quinctil. 1, 5, 12 At in eadem vitii geminatione Metieo Suffetieo dicens Ennius, poëtico iure defenditur. Cic. de Orat. 1, 151 Poëticus numerus. Afflatus Idem ibid. 2 c. 47. Dii poëtici Id. de Nat. Deor. 3, 77 c. 31. Fabuloſitas poëtica Plin. 7, 28 *pr.* Fores poëticas fruſtra pepulit compos ſui, *ex Platone* Sen. de Tranquill. An. *extr.* Licentia Quinctil. 2, 4. Mella manare Hor. Epiſt. 1, 19, 44. Quinctil. 2, 10 Et poëtica (vt vere dixerim) Themata iuuenibus pertractare permittemus. Voluptates Quinctil. 1, 8.

POËTĬCE. Adu. [*ποιητικῶς*] *More poëtico.* Cic. de Fin. 5, 9 c. 4 Vt poëtice loquar. *Add.* Plin. Ep. 2, 5.

POËTĬCA, ae. *et* POETĬCE, es. f. [*ποιητική*] *Ars faciendi verſus.* Cic. Tuſc. 1, 3 c. 1 Serius poëticam nos accepimus. *De dignitate poëticae vide Strabonem 1.* Poëtica et verſus inuentus eſt terminatione aurium Cic. in Orat. c. 53. O praeclaram emendatricem vitae poëticam! Idem Tuſc. 4, 69. Attigit quoque poëticen Nep. Att. c. 18, 5. *Conf.* Plin. Ep. 7, 4.

POĒTOR, āri. Dep. [*ποιέω*] *In poëtica ſe exercere, ſiue Poëtam agere.* Ennius *apud* Priſcian. 8 p. 829 Nunquam poëtor niſi podager.

POËTRĬA, ae. *et* POËTRIS, idis. f. [*ποιήτρια*] *i. Mulier poëtices perita.* Cic. pro Cael. 64 c. 27 *pr.* Verum haec tota fabella veteris et plurimarum fabularum poëtriae, quam eſt ſine argumento, quam nullum inuenire exitum poteſt! *Clodiam, et eius mendacia ſic tangit.* Perſius in prooem.

Quod ſi doloſi ſpes refulſerit numi
Coruos Poëtas, et poëtridas picas
Cantare credas Pegaſeium melos.

POËTIFĬCVS, a, um. Adi. [*ποιητοποιὸς*] *Quo vſus eſt* Ennius, *qui* Caballinum fontem Poëtificum *nominauit.*

POETELIVS, *gentis Romanae nomen, de quo vid.* PETILIVS.

P O G *et* P O L

POGONIA, *vel* POGONĬAS, ae. m. [*πωγωνίας*] *Dici poteſt Barbatus, Genus cometae. πώγων enim barba Graecis dicitur.* Plin. 2, 25 Pogonias vocant, quibus inferiore ex parte in ſpeciem barbae longae promittitur iuba. *Conf. Geſner. Chreſtom.* Plin. 12, 6 n. 3.

POL. Adu. *iurantis et aſſeuerantis.* [*νὴ τὸν Πολυδεύκη*] *Per Pollucem, quod plenius dicebant* Edepol. *v. v.* Cic. Tuſc. 3, 44 Pol mihi fortuna magis nunc deſit, quam genus. *ex Poëta.* Hor. Epiſt. 1, 7, 92 Pol me miſerum patrone vocares. *Add.* Idem Epiſt. 2, 2, 38. Ter. Eun. 4, 5, 5 Certe tu quidem pol multo hilarior. *Commune virorum et mulierum, paginis omnibus apud Plautum, ſaepe apud Terentium legitur.*

POLA, ae. f. [*Πόλα*] *Iſtriae ciuitas, quondam a Colchis condita.* Pietas Iulia Plinio *dicitur* 3, 19 *in deſcriptione Iſtriae.*

POLEA, ae. f. [*πόλιον*] *Fimus pulli aſinini, quem equa initio partionis ante fetum effundit, vt ait Ariſtoteles, qui* Polion; Plinius *vero* 28, 13 ſ. 57 Polean *vocat.* Aſinini, *inquit*, pulli fimum, quod primum edidit, (poleam vocant Syri) dant in aceto mulſo.

POLĔMON, ōnis. m. [*Πολέμων*] *Athenienſis philoſophus, prima adoleſcentia laſciuus, et voluptatibus deditus, quum aliquando mane ebrius patentem Xenocratis ſcholam intraſſet, deque modeſtia et moribus ſermo ab illo haberetur, ita demum ad eum flexit animum, vt reiecta incontinentia, ſe totum philoſophiae addixerit: ex quo poſtea eius ſcholae ſucceſſit. Auctor* Valer. Max. 6, 9 ext. 1. *Vitam habes apud Diogenem*

genem Laërtium. Deſcribitur etiam Mutatus Polemon Hor. Serm. 2, 3, 254 ſq.

POLEMONIĂCVS, a, um. Adi. Pontus Polemoniacus, qua Polemoni regi paruit Eutrop. 7, 9.

POLEMONĬA, ae. f. ſ. POLEMONIVM, i. n. [πολεμώνιον] Herba. Plin. 25, 6 Polemoniam, alii Philetaeriam, a certamine regum inuentionis appellant.

POLENTA, ae. f. [ἄλφιτον] Audiamus de ea Plinium 18, 7 ſ. 14 Antiquiſſimum in cibis hordeum — Polentam quoque Graeci non aliunde praeferunt. Pluribus fit haec modis. Graeci perfuſum aqua hordeum ſiccant nocte vna, ac poſtero die frigunt, deinde molis frangunt. Sunt, qui vehementius toſtum rurſus exigua aqua aſpergant, et ſiccent prius, quam molant. Alii vero virentibus ſpicis decuſſum hordeum recens purgant, madidumque in pila tundunt, atque in corbibus eluunt, ac ſiccatum ſole rurſus tundunt, et purgatum molunt. Quocunque autem genere praeparato vicenis hordei libris ternas ſeminis lini et coriandri ſelibram, ſaliſque acetabulum (Sic Elzeuir. Harduinus acetabulo) torrentes ante omnia, miſcent in mola. Qui diutius volunt ſeruare cum polline ac furfuribus ſuis condunt nouis fictilibus. Italia ſine perfuſione toſtum in ſubtilem farinam molit, iisdem additis, atque etiam milio. Columel. 6, 17, 18 Polenta ex hordeo mulſa aqua conſperſa. A poliendo dicta videtur; quod verbum ad frumenti purgationem non tantum, ſed comminutionem quoque pertinere, deinde oſtendemus. Chariſius 1 Polenta dici debet per o, cuius rei Verrius Flaccus rationem reddit, quod vſu omnium poliatur. Non iucunda res eſt aqua et polenta aut fruſtum hordeacei panis Sen. Epiſt. 18. Fama eſt, quum rex vrbis (Alexandriae) futuris muris polentam, vt Macedonum mos eſt, deſtinaſſet, auium greges aduolaſſe, et polenta eſſe paſtas Curt. 4, 8, 6. Ouid. Met. 5, 450 Dulce dedit, toſta quod coxerat ante polenta. Et 464 Cum liquido miſta perfudit diua polenta. Apul. Met. 1 pr. ſ. p. 103, 34 Ego denique veſpera, dum polentae caſeatae offulam modico grandiorem in conuiuas aemulus contruncare geſtio, mollitie cibi glutinoſi faucibus inhaerentis et ima gula ſpiritus detinentis, minimo minus interii. Idem Met. 6 p. 180, 21 Offas polentae mulſo concretas appellat. Grandis polenta Perſ. 3, 55. et Cato R. R. 108: cui opponitur Tenuis polenta Scribon. 159. illa mola ſuſpenſa, haec depreſſiori comminuta.

POLENTARIVS, a, um. Adi. [ἀλφιτικὸς Onomaſt. Vet.] Quod pertinet ad polentam, ſeu Quod eſt ex polenta. Plaut. Curc. 2, 3, 16 Eiciam crepitum polentarium. Vid. CREPITVS. Damnum polentarium Apul. Met. 6 p. 181, 2. quo perit polenta.

POLIA, ae. f. [πολιὰ] Gemma quaedam. Plin. 37, 11 Polia canitiem quandam ſparti indicat: eandem duriorem, nigra Spartopolios. Nempe πολιὸς Graecis canum ſignificat. ¶ 2 Polia, [πωλεία] Grex equorum. Vlpian. in l. Aediles aiunt D. de aedil. edict. Nam ſi polia venierit: dicemus vnum equum, qui vitioſus eſt, non omnem poliam redhiberi oportere. Nempe πωλεία equaria eſt, a πῶλος pullus.

POLIMENTA, orum. n. [ὑοσόρχεις] Teſticuli porcorum dicuntur, quum caſtrantur: a politione veſtimentorum, quod ſimiliter vt illa curantur, inquit Feſtus. Plaut. Men. 1, 3, 28 Pernam itidem, aut ſinciput, aut polimenta porcina.

POLIO, iui, itum, ire. [ξέω, ξύω, ἀποξέω, ἀποξύω, λεαίνω] Colere, ornare; et quaſi Vrbano et politico more (qui ruſtico contrarius eſt) componere, vt ait Sipontinus. Virg. Aen. 8, 436 Certatim ſquamis ſerpentum, auroque polibant. Cic. de Legib. 2, 59 Hoc plus, inquit, ne facito rogum, aſcia ne polito. Arma polire deorum Stat. Silu. 4, 6, 48. Agrum Non. 1, 339. i. colere. Carmina polire ſollicita cura Ouid. ex Pont. 1, 5, 61. Frontes geminae pumice poliantur Idem Triſt. 1, 1, 11. Frumenta, vid. EXPOLITVS. Opus poliat lima, non exterat Quinctil. 10, 4 extr. Opere albario, tectorio polire Vitruu. 7, 4. Add. Idem 5, 10. Orationis faciendae et poliendae ignarus Cic. de Orat. 1, 63 c. 14 extr. Signa Daedala polire Lucret. 5, 1450. Tigna Claud. Conſ. Stil. 2, 323. Veſtes polire Plin. 35, 17. Linum torrente Idem 19, 1. Vid. Sauar. ad Sidon. Ep. 5, 17. ¶ 2 Qui minium in officinis poliunt Plin. 33, 8 ſ. 42. i. leuigant, comminuunt, in tenuiſſimum puluerem terunt. Huc referendus locus Feſti, quem damus in Piſtus ſub PINSO. Hinc POLLEN cum deriuatis.

POLĪTVS, a, um. Partic. et Nomen Adi. [ξεστὸς, εὔξεστος, εὔξοος, λεῖος, γλαφυρὸς] Omnia exculta et ad nitorem deducta, polita dicimus Non. 1, 339. Iam parte polita pars imperfecta manebat Virg. Aen. 8, 426. Politus torno Vitruu. 10, 12. Perſ. 5, 116 Pelliculam veterem retines, et fronte politus Aſtutam rapido ſeruas ſub pectore vulpem. Cic. de Clar. Orat. 284 Sin autem ieiunitatem et ſiccitatem et inopiam, dummodo ſit polita, dum vrbana, dum elegans, in Attico genere ponit, hoc recte duntaxat. Cic. in Piſon. 59 Dices, enim, vt es homo facetus, ad perſuadendum concinnus, perfectus, politus e ſchola, Quid eſt Caeſar? etc. Artibus politus Cic. de Fin. 1, 26 c. 7. Et Fam. 13, 1 Eſt enim omni liberali doctrina politiſſimus. Cic. Att. 2, 21 Sic hunc omnibus a me pictum et politum artis Coloribus ſubito deformatum, non ſine magno dolore vidi. Doctrina politos conſtituit quosdam pariter Lucret. 5, 338. Virtutibus politus omnibus Varr. de R. R. 1, 2. Politum quid et perfectum proferre Cic. de Orat. 1, 5. Nihil acutius, nihil politius Ariſtotele Idem Acad. 4. Ager politus, i. e. Excultus Non. 1, 339. Sic Varro R. R. 3, 2, 5 Politus cultura fundus. Arte politiſſima perfecit caput Veneris Apelles Cic. Fam. 1, 9. Idem Q. Frat. 3, 3 Quod mihi nunc denique apparuit, poſteaquam et ipſa tota patet, et Columnae politae ſunt. Cic. de Fin. 3, 4 Quin etiam agricultura quae abhorret ab omni politiore Elegantia, etc. Idem de Orat. 1, 243 Multo maiorem partem ſententiarum ſale tuo et lepore et politiſſimis Facetiis pellexiſti. Fundum dedimus modo in Ager. Humanitatis politioris expers Cic. de Orat. 2, 72 c. 17. Oratio accurata et polita Idem de Clar. Orat. 326. Philoſophus noſtrae memoriae politiſſimus et acutiſſimus Id. Acad. 4, 38. de Antiocho. Sermo politus Claud. Conſ. Mall. Theod. 251.

POLITVLVS, a, um. Adi. Dimin. [ὑπογλάφυρος] Cic. Fam. 7, 34 Opus eſt huc limatulo et politulo tuo iudicio.

POLITE. Adu. [γλαφυρῶς] Cic. Acad. 1, 2 c. 1 Quae et ſunt magna ſane, et limantur a me politius. Idem ibid. 4, 67 Negatis haec tam polite, tamque ſubtiliter effici potuiſſe, ſine diuina aliqua ſolertia. Dicere ornate politeque Cic. pro Cael. 8. Add. Id. Fin. 4 c. 3. Cic. Tuſc. 1, 6 Fieri autem poteſt, vt recte quis ſentiat, et id, quod ſentit, polite eloqui non poſſit. Idem de Clar. Orat. 76 c. 19 Et luculente quidem ſcripſerunt, etiam ſi minus quam tu, polite. Verba ad poëticum extruere numerum, vt perfecte et politiſſime poſſint eſſe abſoluta Cic. apud Rufin. p. 2715 Putſch.

POLĪTOR, ōris. m. Vlpian. in l. Cum duobus D. pro ſocio, Veluti quum pecus in commune paſcendum, aut agrum politori damus in commune quaerendis fructibus. Erant autem Politores, Qui agros excolere atque polire conſueuerant. Olitori mauult legere Bynckersh. Obſeruat. Iur. Roman. 2, 9 p. 25. Sed Politori retinendum videtur. Nonius enim Marcellus ſic ait 1, 339 Politiones agrorum, cultus diligentes, vt polita omnia dicimus exculta, et ad nitorem deducta. Ennius Satyr. 3 Teſtes ſunt Lati campi, quos gerit Africa terra politos. Et Annal. 8 Raſtros dentefabres capſit cauſa poliendi Agri. Varro, Quid mirum, ſi ex agri depolitionibus eiiciuntur, quum hic in coenaculo polito recipiuntur? Haec Nonius. Hoc etiam ſignificatu Politionem et Politorem dixit Cato de R. R. 5, 4 de eo qui purgat frumenta, forte etiam, qui pinſit et in pollinem redigit, quem Pollintorem etiam vocant, quomodo hic legunt ante Victorium. Sed multo latius patet illud nomen apud eundem Caton. 136 et omnem agri cultum complectitur, quod ad illum locum videmur oſtendiſſe. Politores gemmarum Firmicus 4, 7 ad fin.

POLITIO, ōnis, f. Vitruu. 7, 3 Recipiens in ſe politionem, fulgentes in adſpectu, certaſque conſiderantibus imagines reddit. Dicitur etiam illa Cultura, quae pactione certae partis frugum pro mercede fit, atque adeo ipſa Merces. Cato de R. R. c. 136 Politionem quo pacto dari oporteat? in agro Caſinate et Venuſio in loco bono parte octaua corbi diuidat: ſatis bono ſeptima, tertio loco ſexta, etc. v. h. l. Geſner. Non. 1, 339 Politiones exponit Agrorum cultus diligentes.

POLITVRA, ae. f. [λέανσις] Plin. 11, 24 Quam non ad hoc videtur pertinere cribratae pexitas telae, et quadam politurae arte, ipſa per ſe tenax ratio tramae? Idem 36, 6 Thebaica polituris accommodatur. Corporum Sen. Q. N. 7, 31. Teſtacea leuigationibus et polituris perficere Vitruu. 7, 1. Ad polituram ſarcire, vid. AD.

POLIMEN, inis. n. Idem. Apul. de Deo Socrat. p. 54 Neque in emendis equis phaleras conſideramus, et baltei polimina inſpicimus. ¶ 2 Item Teſtes, teſticuli. Arnob. 7 p. 230 Polimina porro ſunt ea, quae nos proles verecundius dicimus: a vulgaribus autem aſſolent cognomine teſtium nuncupari.

POLIO, ōnis. m. Qui arma polit. Firmicus 2 Mars et Mercurius in decimo ab horoſcopo loco poliones faciunt. Meminit Calliſtratus 50 D. de Iure immunit. l. quibusdam.

POLION, i. n. [πόλιον] vid. POLEA. ¶ 2 Polion, ſiue Polium, eſt etiam Herbae nomen, apud Scribon. 167. 170. 177. quam Plinius deſcribit 21, 7 Sic et, apud Graecos polion herbam, inclytam Muſaei et Heſiodi laudibus, ad omnia vtilem praedicantium, ſuperque caetera ad famam etiam dignitatis: prorſusque miram, ſi modo (vt tradunt) folia eius mane candida, meridie purpurea, ſole occidente caerulea adſpiciuntur. Videntur ad canos ſenum reſpexiſſe, qui πολιοὶ vocantur.

POLITES, is. m. Priami filius ex Hecuba vxore a Pyrrho, capta Troia interfectus. Virg. Aen. 2, 526

Ecce autem elapſus Pyrrhi de caede Polites
Vnus natorum Priami etc.

POLITIA, ae. f. [πολιτεία] Reſpublica: quo nomine inſcriptum eſt opus Platonis. Vid. Cic. de Diuin. 1, 60 c. 27. Conf. Idem Att. 4, 15. Gell. 18, 2.

POLITĬCVS, a, um. Adi. [πολιτικὸς] Quod eſt ciuile. Cic. Fam. 7, 1 Sed quae poteſt eſſe homini politico delectatio, quum aut homo imbecillis a valentiſſima beſtia laniatur? Quaedam exemplaria legunt Polito. Epiſtola Cic. Att. 9, 18. Idem ibid. 9, 4 (3) Sumſi mihi quasdam tanquam θέσεις, quae et politicae ſunt, et temporum horum. Libri Cael. ad Cic. Fam. 8, 1 extr. i. de republica.

POLITĬCA, ae. et POLITĬCE, es. f. Scientia Rempublicam recte conſtituendi. Apul. de Philoſophia p. 71 Ciuilitatem Plato politicen vocat.

POLLA, ae. f. [Πόλλα] Vxor Lucani Poëtae, cuius meminit Stat. Silu. 2, 7, 62 Tu caſtae titulum, decuſque Pollae Iucunda dabis allocutione. Paulloque infra eam commendat ab eruditione.

POLLEN, inis. n. vel POLLIS, inis. m. [γύρις, παιπάλη] Puluis tenuiſſimus a poliendo, i. leuigando, comminuendo. Ter. Adelph. 5, 3, 60 Ego iſtuc videro: atque ibi, fauillae plena, fumi, ac pollinis coquendo ſit faxo, et molendo. Marcellus Dioſcoridis interpres dicit eſſe Pollinem, Tenuiſſimum puluerem magis quam farinam, qualis circa molas plerumque et loca, in quibus panis pinſitur, parietibus haerens, inuenitur, vnde fit panis omnium infirmiſſimus. Turis pollen Scribon. 60. 46. Columel. 6, 30, 6 Et turis polline cum eo qui profluit, ſanguine immiſto, armi linantur. Pollinem polentae Cato c. 157, 9 commendat, it. 156, 5. Pollinis hordeacei cyathus Pallad. Oct. 14, 5.

POLLINARIVS, a, um. Adi. [γυριστικὸς] Quod ad pollinem pertinet: vt, Cribrum pollinarium, Quod lino, non ſetis equorum fit ad pollinem purgandum. nam cribra, quae ad excutiendam farinam fiunt, excuſſoria dicuntur. Plin. 18, 11. Plaut. Poen. 3, 1, 10 Nam iſte quidem gradus ſuccretus eſt cribro pollinario, i. minutus nimis.

POLLINARIS, e. Adi. Idem. Gloſſ. Cyrill. Pollinare cribrum, γυριστήριον κόσκινον.

POLLINACEVS, a, um. Adi. Quod ex polline eſt. Eadem Gl. Pollinaceus, γυρίτης ἄρτος.

POLLINCERE, γυροποιεῖν eſt in Vet. Onomaſt. quod eſſet pollinem tractare et diuidere. Hinc

POLLINTOR, ōris. m. [ἀλευροποιός] Curator piſtrini, qui farinam facit, et pollinem, quique pollinario cribro pollinem excutit. Laudatur Cato c. 5, 4 Operarium mercenarium, pollintorem, diutius eundem ne habeat die. Alii Politorem legunt, vbi vid. Igitur nondum ſatis hi Pollintores auctoritatis habent. Alii POLLINCTORES funerum, de quibus ſub POLLINCO.

POLLINTIO, ōnis. f. Opus Pollintoris. Cato c. 136 Pollintionem in agro Caſinate et Venafro ſic dare oportet. In loco bono parte octaua corbi diuidat, ſatis bona ſeptima, tertio loco ſexta, ſi granum modio diuidet, parti quinta in Venafro ager optimus, IX parti corbi diuidat. Alii legunt Politionem: quod probamus, atque huic Pollintioni alium auctorem circumſpiciendum putamus.

POLLEO, ēre. [ἰσχύω, δυναδύναμαι] Poſſe, valere. Cic. in Parad. 5 Nec eſt vlla res, quae plus apud eum polleat, quam ipſius voluntas atque iudicium. Cic. Tuſc. 4, 37 c. 17 Is, quisquis eſt, qui moderatione et conſtantia polleat; quietus animo eſt, ſibique ipſe placatus, vt nec tabeſcat moleſtiis, etc. Sed hodie illud polleat omittitur.

omittitur. Plin. 19, 3 Sunt etiamnum duo genera, nonniſi ſordido nota vulgo, quum quaeſtu nullo polleant. Scientia pollet virtus Cic. in Partit. 76 c. 22. Liu. 1, 24 Tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque. Plin. 16, 22 Cur ergo non eadem cauſa aduerſum omnes polleat, iure miremur. Cic. Off. 2, 34 c. 9 Harum igitur duarum ad fidem faciendam iuſtitia plus pollet. Plin. 24, 19 Herba quae gignitur ſupra ſimeta ruris, contra anginas efficaciſſime pollet ex aqua pota. Pollere in remediis aurum Plin. 33, 4. Pollere in Rep. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 4. Suet. Caeſ. 6 Eſt ergo in genere et ſanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent, et caerimonia deorum, *etc.* Auctoritas eius pollet, *i. Valet, in pretio eſt, et magni eſt ponderis* Salluſt. in Iugurtha c. 13. Facundia pollet tuis ingeniis Claud. ſext. Conſ. Hon. 492. Oratio plurimum pollet in peroratione Cic. de Clar. Orat. 190. *Praeſtare, vtilius eſſe.* Plin. 36, 22 *de cotibus*, Ex oleo et aqua Ciliciae pollent: ex aqua Arſinoëticae. Plus pollet potiorque eſt filius patre Cic. Tuſc. 4, 69.

POLLENS, entis. Partic. [δυνάμενος] Plaut. Capt. 2, 2, 28 Quod genus illic vnum eſt pollens atque honoratiſſimum. Pollens potensque Sall. Iug. *pr. Conf. Cort. h. l.* Equo hoſtis pollens Ouid. Triſt. 3, 10, 55. Fulmine pollens regia Iouis Ouid. ad Liu. 213. Opibus pollens Lucret. 1, 61. Venenis gelidis pollens Ophiuſa Valer. Argon. 6, 85. Auis pollens Sil. 8, 385. Corpora pollentia ſimplicitate Lucret. 1, 575. Herbae Ouid. Met. 7, 146. Matrona Idem ibid. 5, 508. Pollens vini Plaut. Curc. 1, 2, 21. *Compar.* Sil. 14, 338 — Aſtus pollentior armis. Pollentior literis l. 2 C. Theod. de aduoc. fiſci. Multo pollentioris mentis, viuacioris cordis Tertull. adu. Pſych. c. 6. *Superl.* Solin. c. 2 Pollentiſſima ingenia. Pollentiſſime, curſus Teſtor, Nile, tuos Alcim. Auit. 5, 63. ¶ 2 Pollens *etiam appellatur herba artemiſia:* alii valentinam, alii artemiſiam, non pauci per ſe pollentem vocant Apul. de Herb. c. 10.

POLLENTER. Adu. *Compar.* Claudian. de quart. Conſ. Hon. 253 Caeſaque redit pollentius Hydra.

POLLENTIA, ae. f. [δύναμις] *Potentia.* Plaut. Rud. 3, 2, 4 Vindicate, ne impiorum potior ſit pollentia. *Adde* Caſ. 4, 4, 3. *Stewech. in* Arnob. p. 90.

POLLENTIA, ae. f. [Πολλεντία] Plinio *auctore* 3, 5 *extr.* Oppidum fuit in maiore Balearium inſula. *Fuit et altera* Pollentia *iuxta Alpes inclyta lanarum nobilitate; de qua* Silius 8, 599 Fuſcique ferax Pollentia villi.

POLLENTĪNVS, a, um. Adi. [Πολλεντῖνος] Campus Pollentinus Claud. ſext. Conſ. Hon. 127. *Fuerunt et* Pollentini in Piceno, in quinta regione Italia, non multum diſtantes a Tolentinatibus, *vt indicat* Plin. 3, 13 *extr.*

POLLEX, ĭcis. m. [ἀντίχειρ] *Primus in manu digitus: ſic vocatus, quod caeteris potentior ſit.* Macrob. Saturn. 7, 13 Pollex, qui nomen ab eo quod pollet, accepit, nec in ſiniſtra ceſſat, nec minus quam tota manus in officio eſt. Vnde et apud Graecos ἀντίχειρ vocatur, quaſi manus altera. Plin. 11, 43 Hominis pollex articulos habet binos. Cic. Off. 3, 46 Durius etiam Athenienſes, qui ſciuerunt, vt Aeginetis, qui claſſe valebant, pollices praeciderentur, hoc viſum eſt vtile. Hor. Carm. 4, 6, 36 Lesbium ſeruate pedem, meique Pollicis ictum. Quinct. 11, 3, 104 Auerſo pollice demonſtrare aliquid, receptum magis puto, quam oratori decorum. Feſtiuus Claud. de Rapt. Proſerp. 2 praef. 16. Honeſtus Perſ. 6, 5. Ignauus Stat. Silu. 4, 4, 53. Sollicitus Claud. Conſ. Mall. Theod. 127. Tener Ouid. Amor. 1, 4, 22. Deducens leui pollice filum Ouid. Met. 4, 36. Deterſit et reliquum nitido pollice ſomnum Claud. in Epithal. Pallad. 27. Ducit artificemque tuo ſub pollice vultum Perſ. 5, 40. Exigite, vt mores teneros ceu pollice Ducat Iuuenal. 7, 237. Quare mortuo Pollices Ligantur Altercat. Hadr. et Epict. Metere pollice primo Martial. 10, 92. Mouere chordas pollice Stat. Achil. 1, 187. Nentes impreſſo pollice ſtamina Ouid. Met. 8, 453. Praetentat pollice chordas Idem ibid. 5, 339. Rodere irreſectum pollicem dente Hor. Epod. 5, 48. Siccare tremulo pollice lacrimas Ouid. Epiſt. 19, 26. Solicitat docto pollice ſtamina Idem Met. 11, 170. Tentauit impulſas chordas pollice Ouid. Met. 10, 145. ¶ 2 Pollice *et* Fauoris *et* Odii *ſigna edebant Romani.* Plin. 28, 2 ſ. 5 Pollices, cum faueamus, premere etiam prouerbio iubemur. *Suſpicabatur Alciat.* Parerg. 12, 9 *legendum eſſe* promere: *cum* promere *potius fauoris ſit. Et eſt in Theſauro Fabriano diſputatiuncula in hanc ſententiam, quam probare me memini alias. Sed re denuo perpenſa, nihil mutandum videtur. Dicunt*, Infeſtum pollicem *eſſe* preſſum. *Et eſt* infeſtus pollex Quinctil. 11, 3, 19 *vbi in deſcriptione vitiorum in geſtu manuum*, Fit et ille habitus, *inquit*, qui eſſe in ſtatuis pacificator ſolet, qui inclinato in humerum dextrum capite, brachio ab aure protenſo, manum infeſto pollice extendit: qui quidem maxime placet iis, qui ſe dicere ſublata manu iactant. *Hic* infeſtum pollicem *eſſe* compreſſum *effici putant* loco Fulgentii Planciadis de Contin. Virgil. p. 143 Compoſitus in dicendi modum, erectis in iotam duobus digitis, tertium pollicem comprimens, ita exorſus eſt. *Sed contra ſe res habet.* Erectis digitis *Datiuus eſt, pro* ad digitos. Comprimens duobus digitis erectis pollicem *eſt adiungens, et illo quaſi adminiculo fulciens et ſtare cogens:* Subrigens *eſt* Apuleio. *Nempe*, Infeſtus pollex *eſt etiam* Apul. Met. 2 p. 124, 1 Inſtar oratorum conformat articulum, duobusque infimis concluſis digitis, caeteros eminentes porrigit et infeſto pollice clementer ſubrigens, infit. *Ipſum* ſubrigens, *(quod temere in* ſubridens *mutari volebat Pricaeus) indicat* erectum pollicem. *Quin ipſum nomen* infeſtus, *quod ab armis ſumtum eſſe apparet, non profecto* preſſum *et vagina quaſi valae vel digitorum tectum, ſed* exſertum erectumque *velut ad pugnam et ictum* pollicem *notat. Maneat itaque*, premere pollicem *eſſe* fauere. *Nempe* complectendum *et* amplexandum *aliquem ſignificabant, qui ſic ſuum ipſi* pollicem *digitis et vola* complecterentur, *quale quid vidit etiam Baxterus ad illud* Hor. Epiſt. 1, 18, 66 Conſentire ſuis ſtudiis qui crediderit te Fautor vtroque tuum laudabit pollice ludum. *Contra ea* conuerſus pollex, *qui geſtus eſt necantis pulices, notabat interficiendum videri gladiatorem* Iuuen. 3, 36 Et verſo pollice vulgi Quemlibet occidunt populariter. Prudent. adu. Symmach. 2 *extr.* Pectusque iacentis Virgo modeſta iubet conuerſo pollice rumpi. ¶ 3 Pollex, *etiam in pede.* Plin. 7, 53 Qu. Aemilius Lepidus iam egrediens incuſſo pollice limini cubiculi. ¶ 4 *Metaphorice etiam de arboribus dicitur. In vite* pollex *dicitur pars abſciſſi flagelli ex matre relicta, et alias vocatur cuſtos, reſex etc. vid.* Columel. 4, 21, 3. *et* c. 24, 13. *Eſt et in arborum corticibus.* Plin. 13, 4 *de palmis arboribus*, Reliquae teretes atque procerae, denſis gradatisque corticum pollicibus vt orbibus, faciles ſe ad ſcandendum Orientis Populis praebent, *etc.* ¶ 5 Pollex, *Cognomen Romanum, vnde luſus* Cic. Att. 13, 46 Pollex quidem, vt dixerat ad Idus Sext. ita mihi Lanuuii pridie idus praeſto fuit; ſed plane pollex, non index. *Nempe volebat Cicero aliquid ab eo reſciſcere, indicem eum malebat eſſe, quam* Pollicem.

POLLICĀRIS, e. Adi. [ἀντιχειριαῖος] *Quod pollicis latitudinem ſiue craſſitudinem habet.* Plin. 15, 24 Digitorum hominis longitudo illis, et interim falcata pollicari latitudine. *Eſt autem pollex duodecima pars pedis, digitus ſextadecima. Vid.* VNCIA.

POLLICEOR, licitus ſum, ēri. Dep. [ὑπισχνέομαι] *Promittere, vel vltro, vel ex pacto.* Ter. Andr. 3, 5, 7 Negabon', velle me, modo qui ſum pollicitus ducere? Cic. pro Planc. 101 Nihil tibi ego tum de meis opibus pollicebar, ſed horum erga me beneuolentiam promittebam. Bene polliceri Salluſt. Catil. c. 41 *extr.* Benigne polliceri aliquid Cic. Fam. 4, 13. Liberaliſſime polliceri, *vid. poſt* Liberaliter *in* LIBER. Cic. pro Domo 28 c. 11 Neque ille tot ſuſpicionibus certorum hominum exulceratus, quae meum tempus poſtularet, ſatis prolixe mihi polliceretur. Cic. Verr. 2, 5 Quando id, quod opus eſſe putaret, non vltro pollicita eſt? Vltro polliceri et offerre ſe Cic. pro Planc. 24. Medicina pollicetur Scribon. Ep. Medicamenta hoc pollicentur Id. 217. Cic. Diuin. Verr. 21 c. 6 Tamen his operam tuam pollicebere, qui te neque velle ſua cauſa, nec ſi cupias, poſſe arbitrantur. *Conf.* Salluſt. Cat. c. 40 *extr.* Praeſidium ſuum alicui Cic. Philipp. 10, 8. Studium ſuum ſingulare profiteri alicui et polliceri Idem Fam. 5, 8. Se memorem alicuius facti Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 13. Te buccinatorem fore exiſtimationis meae polliceris Cic. Fam. 16, 21. Tantum vobis quantum facere poſſum polliceor Cic. poſt red. ad Quir. Idem in Verr. Act. 1, 9 Deinde eſſe pollicitum quantum vellent pecuniae, ſi me Aedilitate eieciſſent. Reduci aliquid polliceri Virg. Aen. 9, 301. De eo quod nos pollicemur, ille ſumma fide perficiet Cic. pro Domo 16. Idem Att. 13, 27 Erat, ſi meminiſti, in Conſulatus petitione per te mihi pollicitus, ſi quid opus eſſet. Pro certo hoc vobis polliceor atque confirmo Cic. de Lege Agr. 2, 99 ſ. *extr. Pro Affirmare*, Cic. Fam. 2, 5 De ipſo Tito Annio tantum tibi polliceor, te maioris animi, grauitatis, conſtantiae, beneuolentiaeque erga te, ſi complecti hominem volueris, habiturum eſſe neminem. Cic. Fam. 8, 10 Quod ad tuum diſceſſum attinet, illud tibi poſſum polliceri, me curaturum, vt tibi ſuccedatur: illud certe praeſtabo, ne amplius prorogetur. Cic. Fam. 1, 5 De Alexandrina re, cauſaque regia tantum habeo polliceri: me tibi abſenti, tuisque praeſentibus cumulate ſatisfacturum. *i. poſſum polliceri, habeo quod pollicear. Etiam de portentis et prodigiis adhibetur.* Flor. 1, 1, 7 Ita illi, *vultures*, aſſuetae ſanguine et praeda aues, pollicebantur. *Et* 2, 7, 7 Manifeſtam victoriam nata in praetoria puppe laurus pollicebatur. ¶ 2 *Paſſiue* Metellus Numid. *apud* Priſcian. 8 p. 792 Nam vt aliis plerumque obuenienti magiſtratu ob metum ſtatuae polliceantur. *Sic Paſſiue.* Vlpian. in l. 1 §. eſt autem D. de exerc. action. Eſt autem nobis electio, vtrum exercitorem, an magiſtrum conuenire velimus: ſed ex contrario, exercenti nauem aduerſus eos, qui cum magiſtro contraxerunt, actio non pollicetur: quod non eodem auxilio indigebat. *Vid. mox* POLLICITVM. *Sic*

POLLĬCEO, ēre. *Actiue* Varro *apud* Non. 7, 25 Ne dares, ne polliceres.

POLLĬCENS, entis. Partic. Ter. Andr. 1, 1, 49 Pretium pollicens. Montes auri pollicens Idem Phorm. 1, 2, 18. Multa pollicens Nepos 2, 8, 6.

POLLICĬTVS, a, um. Partic. [ὑποσχεθείς] *Quod ſumitur nunc actiue* Ter. Andr. 3, 2, 46. *et* 3, 5, 71. *it.* Eun. 2, 3, 15. Caeſ. B. G. 4, 19 *etc. Sed et paſſiue* Fidem pollicitam dictis addere Ouid. Faſt. 3, 366. Ad id bellum operae pollicitae Vell. 2, 111, 1. Torus pollicitus Ouid. Epiſt. 21, 140.

POLLICĬTVM, i. n. [ὑπεσχημένον] *Promiſſio.* Columel. 11, 3 Memores polliciti noſtri, ſubiungemus cultus hortorum. Polliciti conſcia templa Ouid. Her. 20, 180. Diues pollicitis Idem de Arte Am. 1, 444. Pollicitis ſuis facta addere Ouid. Am. 2, 16, 48. Pignora polliciti dare Idem Epiſt. 18, 192.

POLLICĬTOR, āri. Frequent. [καταφατίζω] Plaut. Milit. 3, 3, 6 Inſipientia, non fallacia haec ſit, me ire in opus alienum, aut tibi meam operam pollicitari. Ter. Andr. 5, 4, 9 Sollicitando et pollicitando, eorum animos lactas? Pauxillatim pollicitari, *vid.* Pauxillatim, *in* PAVCVS.

POLLICĬTANS, antis. Partic. Ter. Phorm. 3, 2, 55 Te tuli pollicitantem et nil ferentem.

POLLICITATIO, ōnis. f. [ὑπόσχεσις] *Offerentis ſolius promiſſum.* Plin. Epiſt. 10, 39 Huic theatro ex priuatorum pollicitationibus multa debentur, vt baſilicae circa, vt porticus ſupra caueam. *De iis vero, quae in contractibus promittuntur,* pollicitationem *dici, vel promiſſorem* pollicitatorem *vocari, nusquam lectum eſt: licet* polliceri *verbum ad omnia promiſcuum ſit.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 108 Hunc incitatum ſuis, et regis inflatum pollicitationibus, quae fieri vellet Photinus, nuntiis literisque edocuit. Vlpianus in l. Pactum D. de Pollicitat. Pactum eſt duorum conſenſus, atque conuentio. Pollicitatio vero offerentis ſolius promiſſum. et ideo illud eſt conſtitutum, vt ſi ob honorem pollicitatio fuerit facta, quaſi debitum exigatur. Regem magnis pollicitationibus ſolicitatum Suet. Ner. c. 13. *Add.* Nep. 18, 2, 4. Caeſ. B. G. 3, 18. Arceſſere ad ſe aliquos pollicitatione aliqua Cic. Fam. 10, 32. Auferre pollicitationes, *vid.* AVFERO.

POLLICITĀTOR, ōris. m. *Qui pollicetur.* Tertull. adu. Iud. c. 1 Habemus Deum idoneum pollicitatorem et fidelem ſponſorem. Veritatis pollicitatores Auguſt. de Morib. Manich. 2, 17.

POLLICITĀTRIX, īcis. f. Tertull. Apol. c. 23 Virgo caeleſtis pluuiarum pollicitatrix.

POLLINARIVS, *vid.* POLLEN.

POLLINCIO, *vel* POLLINGO, *ſ.* POLINGO, linxi, linctum, ĕre. περιστέλλω νεκρόν, σοροπλοκῶ, ἐνταφιάζω, ταριχεύω Vet. Gloſſ. Chariſ. 3 p. 218 Pollingo, gis, xi, σωροπλόκω *ſ.* σοροπλοκῶ. *Eſt ergo Curare, inuoluere, vngereque cadauera, et ſepulturae parare.* Plaut. in prol. Poen. 63

Eorum alter viuit, alter eſt mortuus;
Propterea apud vos dico confidentius,
Quod mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.

Vid. Turneb. Aduerſ. 28, 31. et Voſſius in Etymologico, qui multa de etymologia: nihil certi, vnde rem melius agnoſcamus.

POLLINCTVS, a, um. Partic. *Vnctus.* Voluptas medicamentis pollincta Senec. de Vita beata c. 7. *Vid. et* Apul. Florid. p. 362 *Elm.*

POLLINCTORIVS, a, um. Adi. *Idem.* Plaut. ſuppoſ. Aulul. v. 4 Siue pollinctorius efferar.

POLLINCTOR, ōris. m. [ἐνταφιαςὴς Gloſſ. Lat. Gr.] *Curator funerum, et vnctor cadauerum.* Iam pollinctore parato Martial. 10, 97. Si libitlnarius ſeruum pollinctorem habuerit l. 5 §. 8 ff. de inſt. act. Apuleius in Hermagora *apud* Fulgent. de priſco Serm. 3 Pollinctor eius funeri dum vnctionem parauit. Plaut. Aſin. 5, 2, 60 Ecquis eurrit pollinctorem accerſere? *Add.* Plaut. Poen. prol. v. 63. Non. 2, 682. *Elmenhorſt. in* Arnob. p. 45.

POLLINCTVRA, ae. f. *Ipſa curatio. Laudatur* Plaut. Stich. 5, 4, 6 Hinc quidem hodie pollinctura, praeter nos, iam dabitur nemini. *Sed recte editur* Polluctura; *de conuiuio agitur, nihil de cadauere.*

POLLINTOR, *vid.* POLLEN.

POLLIO, ōnis. m. [Πολλίων] Aſiniorum *cognomen, v. v. Conſtat ex* Seruio Aſinium Pollionem Virgilii *fuiſſe patronum: cuius ipſe* Virgilius *meminit ſaepius* Ecl. 3. Hor. *quoque* Carm. 2, 1, 6 *Senatorem, cauſarum patronum; itemque tragoediarum et hiſtoriarum fuiſſe ſcriptorem teſtatur.* Idem Serm. 1, 10, 42 Pollio regum Facta canit, pede ter percuſſo, *i. tragoedias verſibus trimetris ſ. ſenariis.*

POLLVCEO, xi, ctum, ēre. [ἀποδίδωμι, ἀποτίω] *Verbum ad ſacra pertinens, quod idem ſignificare videtur, vndecunque tandem deriues, atque offerre, ſacrum eſſe iubere.* Cato R. R. 132 Ioui dapali culignam vini quantum vis polluceto — Cum pollucere oportebit, ſic facies, Iupiter dapalis — macte hac illace dape pollucenda eſto. Plin. 32, 2 ſ. 10 Caſſii Heminae *verba ponit*, Numa conſtituit, vt piſces, qui ſquamoſi non eſſent, ni pollucerent: parcimonia commentus, vt conuiuia publica et priuata, coenaeque ad puluinaria facilius compararentur: ni, qui ad polluctum emerent, pretio minus parcerent, eaque praemercarentur. Plaut. Stich. 1, 3, 80 Vti decimam partem Herculi polluceam, *i. in rem ſacram illi faciendam impendam.*

POLLVCTVS, a, um. Partic. Polluctus virgis, *apud* Plautum Curc. 1, 3, 37. *i. Virgis expoſitus, ſicut in pollucto Herculis omnia exponebantur obuiis. Sic et idem* Plaut. Rud. 2, 4, 11 Non ego ſum polluta pago, *i. Communis et publica pago. Ex Turnebo Adu. 11, 7. Poteſt etiam ſignificare addictum et quaſi ſacratum.* Arnob. 5 p. 164 Hoccine de Dîs quiſquam vel exigua dixerit eorum opinione polluctus? *i. imbutus, velut ſacratus.*

POLLVCTE. Adu. Plaut. Neruol. Fr. 5 Pollucte prodigum eſſe amatorem addecet, *i. profuſum in epulis parandis.*

POLLVCTVM, i. n. *Videtur* Varro de L. L. 5, 7 p. 54, 33 Pollutum *dixiſſe pro* polluсto, *quod non modo libri omnes habent, cum* polluctum *ſit ex coniectura Vetranii Mauri et Scioppii: ſed ipſa comparatio cum verbo* profanare *videtur oſtendere:* Profanum eſt, quod ante fanum, id eſt coniunctum fano: hinc profanatum, quod in ſacrario pollutum. Atque inde Herculi decima data ab eo eſt, quod ſacrificio quodam fanatur, id eſt vt fani lege ſit id dicitur. Pollutum quod a porriciendo eſt fictum. Cum enim ex mercibus libamenta porrecta ſunt Herculi in ara, tum pollutum eſt: vt cum profanum dicitur, id eſt proinde vt ſit fani factum. *Conf. Locus* Maſurii Sabini *apud* Macrob. Sat. 3, 6. *Quibus porro rebus* Pollutum *illud ſ.* Polluctum *fieret, doceat* Feſtus, Pollucere merces . . . . . liceat, ſunt far, polenta, vinum, panis fermentatus, ficus paſſa, ſuilla, bubula, agnina, caſei, ouilla, alica, ſeſama, et oleum, piſces, quibus eſt ſquama, praeter ſcarum. Herculi autem omnia eſculenta, poculenta. *Sed* Polluctum Herculis *conſtanter legitur* Macrob. 2, 12 (*al.* 3, 16) *extr.* Plin. 32, 2 ſ. 10 Numa conſtituit, vt piſces qui ſquamoſi non eſſent, ni pollucerent: parcimonia, commentus, vt conuiuia publica et priuata, coenaeque ad puluinaria facilius compararentur, ni qui ad polluctum emerent, pretio minus parcerent, eaque praemercarentur. ¶ 2 *Hinc* Polluctum *pro dapibus lautis.* Plaut. Rud. 5, 3, 63 Spectatores vos quoque ad coenam vocem, ni daturus nihil ſim, neque ſit quidquam pollucti domi. *i. Si nobis eſſet coena tam laute apparata, quam eſſe ſolet eorum, qui votiuum epulum faciunt, hoc eſt polluctum; ad coenam vos vocaſſem.* *Add.* PROFANO n. 2.

POLLVCTVRA, ae. f. *Idem.* Plaut. Stich. 5, 4, 6 Hodie polluctura praeter nos iactura dabitur nemini, *i. hac coena pars dabitur nemini. Vid. Gronou.*

POLLVCIBĬLIS, e. Adi. [πολυτελὴς] Pollucibilis coena *a* Macrobio *pro Opipara et ſplendida vſurpatur. Sic enim* Saturnal. 3, 17 Cleopatra pertentans Antonium pollucibilem ſane coenam parauit. *Conf.* Idem 2, 13. Symmach. Ep. 6, 71. *Compar.* Tertull. de Ieiuniis e. vlt. Quis ſanctior inter vos, niſi conuiuandi frequentior, niſi opſonandi pollucibilior, niſi calicibus inſtructior. *Perſonae igitur hic epitheton eſt.*

POLLVCIBILĬTER. Adu. [πολυτελῶς] *Laute et ſplendide.* Plaut. Moſtel. 1, 1, 23 Paſcite paraſitos opſonate pollucibiliter. *Add.* Symmach. Ep. 3, 24.

POLLVCIBILĬTAS, ātis. f. *Lautitiam conuiuandi ſic notaſſe videtur.* Fulgent. Mythol. 1 Pollucis filium, ſiue a pollendo, ſiue a pollucibilitate, quam humanitatem dicimus.

POLLVLVS, *ſ.* POLVLVS, a, um. Adi. *Paruus, exiguus.* Varr. de L. L. 4, 35 *vt legit Turnebus*, Puluinar, *inquit*, vel a pluribus, vel a pollulis declinarunt. Puluinaria *enim* pollula *et exigua ſunt culcitis comparata: ſed et ea habere plura patres familias ſolent. Sed Scal. a* pelluleis. *Certior auctoritas, quod* Cato c. 10 Labellum pollulum *pro Paruo dixit. Et* c. 21, 3 Laminas pollulas, minutas. *quae poſterior vox forte gloſſa eſt.*

POLLVO, ui, ūtum, ĕre. [γρɑίνω, μολύνω, μιαίνω] *Inquinare et maculare ſignificat, quaſi* Perluere, *i. totum madefacere, vnde maculae deinde oriantur. Ponitur tum proprie, tum metaphorice de turpitudine vitae et morum.* Ouid. Met. 2, 794 Afflatuque ſuo populos, vrbesque, domosque Polluit. Aquas caſtas Ouid. Faſt. 2, 174. Caerimonias inceſto ſtupro et flagitio Cic. pro Domo 105 c. 40. Dapes ore Virg. Aen. 3, 234. Domus caſta polluitur ſtupris Hor. Carm. 4, 5, 21. Foedus naturae polluere concubitu vetito Ouid. Met. 10, 353. Formam auro Tibul. 1, 9, 17. Cic. pro Roſc. Amer. 65 Nemo putabat quemquam eſſe, qui quum omnia diuina atque humana iura ſcelere nefario polluiſſet, ſomnum ſtatim capere potuiſſe. Iura omnia deorum hominumque inexpiabili ſcelere Cic. Philipp. 11, 29 c. 12. Ludos flagitio omni Cic. de Aruſp. Reſp. 27. Ludos lues impura polluit Id. ib. 24. Macula pollui Claud. in prim. Conſ. Stil. 2, 292. Ora cruore polluit Ouid. Met. 15, 98. Sacra Cic. Verr. 4, 99. Sacra marita polluere nouo toro Propert. 3, 20, 16.

POLLVTVS, a, um. Partic. [μολυνθεὶς, μιανθεὶς] Sanguine pollutus Lucan. 1, 429. Amor Virg. Aen. 5, 6. Corpus Catul. 60, 46. Dextra Lucan. 2, 114. Domus Idem 2, 252. Enſes Lucan. 2, 536. Foedera dolis Sil. 11, 323. Hoſpitium Virg. Aen. 3, 61. Licentia Salluſt. in Iugurtha c. 15 *extr. i. nimia.* Menſa nullo cruore Sil. 7, 183. Sacra polluta et violata Cic. Verr. 5, 186. *Abſolute:* Salluſt. in Iugurth. c. 63 *extr.* Et iam tum alios magiſtratus plebs, Conſulatum nobilitas, inter ſe per manus tradebat. Nouus nemo tam clarus, neque tam egregius factis erat, quin is indignus illo honore, et quaſi pollutus haberetur. *Compar.* Temeraria pubes delicta augebat, pollutior ipſa ſenectus Sil. 11, 46. *Superl.* Pollutiſſimus diues Apul. Met. 9 p. 234.

POLLVTVM, *vid.* POLLVCTVM, *ſub* POLLVCEO.

POLLVTIO, ōnis. f. Pallad. 9, 10 Aqua omni labe pollutionis aliena.

POLLVS, *ſ.* POLVS, *hiſtrio eximius: vid.* Gell. 7, 5.

POLLVX, ūcis. m. [Πολυδεύκης] *Iouis ex altero Ledae ouo filius, Caſtoris frater: vid.* CASTOR. Hor. Epiſt. 2, 1, 5 Romulus, et Liber pater, et cum Caſtore Pollux, Poſt ingentia facta, deorum in templa recepti. Amyclaeus Pollux Virg. Georg. 3, 89. Aptior caeſtibus Senec. Med. 2. Polluces *etiam pro Pollux.* Plaut. Bacch. 4, 8, 53 Caſtor, Polluces, Mars, *etc.* Varr. de L. L. 4, 20 p. 20, 26 Πολυδεύκης Polluces, non vt nunc Pollux. *Vid.* Seru. *ad* Virg. Georg. 3, 89.

POLVBRVM, *vel* POLLVBRVM, i. n. [ποδόνιπτρον Gloſſ. Lat. Gr.] Vas pelluuium, quod nos peluim vocamus, *inquit* Feſtus. Non. 15, 11 Polubrum, quod Graeci χέρνιβα, (*in quo manus lauantur*) nos trullam vocamus. Liuius, Argenteo polubro, et aureo guttо. Fabius Pictor l. 16 Aquam manibus pedibusque dato, polubrum ſiniſtra manu teneto, dextera vaſum cum aqua. *Haec* Non. *Conf.* Arnob. 2 p. 59.

POLVS, i. m. [πόλος] *Quaſi Caeli cardo, et Vertex. Duo autem ſunt poli:* Arcticus, *id eſt Borealis: et* Antarcticus, *Auſtralis. Et ab altero in alterum protendi animo concipitur axis etc.* Virg. Georg. 1, 242 Hic Vertex (*polus arcticus*) nobis ſemper ſublimis; at illum ſub pedibus Styx atra videt. Plin. 2, 15 Quoniam terra a Verticibus duobus, quos appellauerunt polos, centrum caeli eſt, nec non ſigniferi, oblique inter eos ſiti. Cic. de Nat. Deor. 2, 105 c. 41 Extremusque adeo duplici de cardine Vertex Dicitur eſſe polus. *Sollemni Synecdoche pro caelo ponitur, quod nempe totum etiam* πολεῖν, *verti, circumagi circa hos videtur.* Regna poli Senec. Octau. ſ. 7. Ardens flammis Lucan. 1, 527. Ater Senec. Herc. furent. 13. Auſtralis Ouid. Met. 2, 132. Auſtrinum polum Indi Dramaſa vocant Plin. 6, 19. Calidus Lucan. 1, 54. Deuius Senec. Hippol. ſ. 10. Extremi Senec. Agamemn. ſ. 6. Gelidus Ouid. Epiſt. 16, 152. Glacialis Idem Met. 2, 173. Lucidus Virg. Aen. 3, 585. Nigrans Senec. Agamemn. ſ. 8. Nitidus Idem Herc. fur. ſ. 9. Niualis Senec. Agamemn. ſ. 2. Occultus et conſpicuus Ouid. Triſt. 4, 10, 108. Rotati Idem Met. 2, 75. Rotundus Hor. Carm. 1, 28, 6. Signifer polus, *Plaga circuli Zodiaci* Lucan. 3, 254. Stellifer Senec. Hippol. ſ. 6. Stelligeri iubar poli Stat. Theb. 12, 565. Sidereus Valer. Argon. 4, 643. Vmbrans Senec. Hippol. 7, 1. Dimouerat aurora humentem polo vmbram Virg. Aen. 3, 589. Fulſere picei poli Valer. Argon. 1, 622. Inhorreſcit polus atra nube Senec. Herc. Oet. 9. Intonuere poli, et crebris micat ignibus aether Virg. Aen. 1, 94. Inuoluens vmbra magna, terramque polumque Idem ibid. 1, 402. Occupato nube polum pater Hor. Carm. 3, 29, 44. Paſcit ſidera conuexa polus Virg. Aen. 1, 612. Percurrere polum animo Hor. Carm. 1, 28, 6. Deus, cuius legibus Rotantur poli Auguſtin. Soliloq. 1, 1. Subtexit nox atra polos Stat. Theb. 1, 346. Tenebat et nox atra polum bigis ſubuecta Virg. Aen. 5, 721.

POLĀRIS, e. Adi. *Vt,* Stellae polares *apud* Aſtronomos.

POLŌSE. Adu. *Per polos.* Mart. Capell. 1 p. 14 Obliqua decuſſata poloſe.

POLVS, *vid.* POLLVS.

POLYACANTHOS, i. m. *Herba, cuius* Plin. *meminit* 21, 16 Carduus et folio et caule ſpinoſas lanugines habet. Item acorna, leucacanthos, chalceos, cegnidos, polyacanthos.

POLYAEGOS, i. f. [Πολύαιγος] Inſula vna ex Sporadibus, a caprarum multitudine dicta Plin. 4, 12.

POLYANDRION, i. n. [πολυάνδριον] *In Graecis ciuitatibus dicebatur Commune hoſpitum ſepulcrum, ita dictum a multitudine ſepultorum;* πολυάνδριον *enim ſignificat populoſum.* Arnob. 6 p. 194 Polyandria illa Varronis. *Et* Lactant. Diu. Inſt. Epit. c. vlt. Congerentur in ea valle corpora mortuorum, et vocabitur nomen eius polyandrium. *Vid. Elmenh. ad* Arnob. l. c. p. 175.

POLYANTHĔMVM, i. n. Herba, quam quidam Batrachion appellant, cauſtica vi; exulcerat cicatrices, et ad colorem reducit Plin. 27, 12.

POLYARS, nos. Adi. [πολύαρς] *Multorum agnorum, Qui poſſidet multos agnos.* Varro de R. R. 2, 1 Origo quam dixi, et dignitas quam dicam. De antiquis illuſtriſſimus quiſque paſtor erat, vt oſtendit Graeca et Latina lingua, et veteres Poëtae, qui alios vocant πολύαρνας, alios πολυμήλους, alios πολυβούτας, qui ipſas pecudes, propter caritatem aureas habuiſſe pelles tradiderunt, vt Argis Atreus.

POLYBVS, i. m. *Rex Corinthiorum, qui, cum liberis careret, Oedipum, Laii patris iuſſu expoſitum, inuentumque a paſtore, pro ſuo educauit. Vid.* Stat. Theb. 1, 64. Senec. Oedip. v. 12. *Alius inter procos Penelopes, apud* Ouid. Epiſt. 1, 91.

POLYBVTES, ae. m. Varro R. R. 2, 1. *i. qui boum armentis abundat.*

POLYCARPVS, i. m. *Herbae genus apud* Apul. de Herb. c. 18.

POLYCHRESTOS, [πολύχρηςος] *quod multi vſus eſt, multiplicem vtilitatem affert. Laudatur* Apic. 1, 1. *Sed nihil ibi, nec, puto, alias apud Apicium. Medicorum vox de quibusdam Medicamentis vſitata. Vtitur* Veget. Mulom. 2, 6, 11 *vbi vitioſe* Polygreſton *editum.*

POLYCHRONIVS, i. m. [πολυχρόνιος] *Diuturnus, longaeuus.* Firmic. 8, 28 In coniunctione ſpinae et colli Sagittarii qui nati fuerint, nobiles erunt, polychronii quoque, ſed qui biothanati moriantur.

Et

Et c. 29 Prima pars Aquarii ſi in horoſcopo fuerit inuenta reges magnos faciet, et glorioſos, polychronios quoque.

POLYCLĒTVS, i. m. [Πολύκλητος] Statuarius eximius, diligentia et decore ſupra caeteros, *vt ait* Quinctilianus 12, 10, 7. *Nam ex aere ſigna fecit, nobilitata ſcriptorum praeconio. Cum primis fecit aſtragalizontes: hoc eſt talis ludentes, quo opere nullum abſolutius iudicant. Meminit huius* Cic. de Orat. 2, 70. *Item* de Clar. Orat. 70. *et* Verr. 4, 5.

POLYCLETĒVS, a, um. Adi. [Πολυκλήτειος] Stat. Silu. 2, 2, 67 — Quod ab arte Myronis Aut Polycleteo iuſſum eſt quod viuere caelo. Idem Silu. 4, 6, 78 Quod Polycleteis viſum eſt ſpirare caminis.

POLYCNĒMON, i. n. [πολύκνημον] *Herbae nomen: de qua* Plin. 26, 14. *et Galen. de Simplic. medic. fac. 8, 62.*

POLYCRĂTES, is. m. [Πολυκράτης] *Syloſontis frater, Samiorum tyrannus, fortuna opibusque clarus: perpetuaque vſus felicitate, quae tandem infelicem exitum habuit, cum poſtremum a Perſarum ſatrape Oronte dolo captus ac ſuſpenſus eſt.* Cic. de Fin. 5, 92 Polycratem Samium felicem appellant, nihil enim acciderat ei quod nollet: niſi quod annulum quo delectabatur, in mare abiecit. ergo infelix vna moleſtia: felix rurſus, quum is ipſe annulus in praecordiis piſcis inuentus eſt *etc.*

POLYDĂMAS, antis. m. [Πολυδάμας] *Pancratiaſtes, aemulatus Herculem, leonem inermis amplexus ſuperauit: taurum ingentem apprehenſis extremis pedibus retro tenebat: currum agitatum ſeſe opponendo altera manu apprehenſum ex curſu retrahebat, in equosque inſiliebat deiecto auriga. Arceſſitus a Dario Artaxerxis Magni filio, ter apud eum ex prouocatione victor fuit. Poſtremo poſt coenam in cauerna, quum ſaxum a vertice ruinam minaretur, diffugientibus conuiuis, confiſus ipſe viribus, ac manibus poſſe illud ſuſtinere, oppreſſus eſt. Auctor Pauſanias.* ¶ 2 Polydamas Troianus, *Panthoi filius, ſocius et magiſter, et aequalis Hectoris, vt eſt auctor Aelianus. Homerus ſcribit Iliados 18 hunc eloquentia, Hectorem armis valuiſſe.* Dares hunc *dicit* ad caſtra Graecorum noctu profectum Troiam prodidiſſe. Ouid. Met. 12, 547 Sed neque Deiphobum, nec Polydamanta, nec ipſum Hectora laudamus. Perſ. 1, 4 *per Antonomaſian,* Ne mihi Polydamas, et Troiades Labeonem Praetulerint, *pro vnoquoque nobili Romano. Primam Syllabam, cum producitur, quidam per* u *malunt ſcribere, more Graeco.*

POLYDAMANTĒVS, a, um. Adi. Sil. 12, 212 Polydamanteis iuuenis Pedianus in armis.

POLYDECTES, ae. m. [Πολυδέκτης] *Magnetis filius, rex Seriphi inſulae. Hic Perſeum Iouis et Danaës filium educauit. Cuius tandem ingenium veritus, audaciamque et felicitatem, ſub praetextu aeternae gloriae illum ad ſuperandam Gorgonem Meduſam compulit: qua deuicta, redeunti Perſeo quum ſemper detraheret, conuerſus eſt ab illo in ſilicem, monſtrato capite Meduſae. Vid.* Ouid. Met. 5, 242.

POLYDŌRVS, i. m. [Πολύδωρος] *Priami filius, miſſus a patre initio belli cum magna vi auri, ad Polymneſtorem Thraciae regem conſeruandus nutriendusque: vt ſi contingeret Troiam capi, ipſe genus et vrbem inſtaurare poſſet. Sed deſtructa Troia, auri cupiditate Polydorum interfecit, vt teſtatur* Virg. Aen. 3, 49 Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno, *etc.*

POLYDORĒVS, a, um. Adi. [Πολυδώρειος] Ouid. Met. 13, 629 Et Polydoreo manantem ſanguine terram.

POLYGĂLON, i. n. *vel* POLYGĂLA, ae. f. [πολύγαλον] Herba palmi altitudine, in caule ſummo foliis lenticulae, quae potata lactis vbertatem inducit, a quo affectu nomen accepit. Plin. 27, 12. *Dioſcor. 4, 14.*

POLYGNŌTVS, i. m. [Πολύγνωτος] *Pictor antiquiſſimus, cuius meminit* Quinctil. 12, 10. Plin. 7, 56. *et* 35, 6 *et* 9.

POLYGONA, *Figura eſt ex pluribus triangulis. Euclid. 6. Elementorum Theor. 14.*

POLYGONĂTON, i. n. [πολυγόνατον] Herba ſine foliis, aſparagi caule, in cacumine aculeum habens, eadem quae polygonum, a frequentia geniculorum, *teſte* Plin. 27, 12. *Aliam tamen videbis* polygonati *deſcriptionem in Dioſcoride 4, 7.*

POLYGONIVS, a, um. Adi. [πολυγώνιος] *Multorum angulorum.* Polygoniae turres Vitruu. 1, 5. *Vid. Bald. Lex. Vitruu.*

POLYGONIVM, i. n. *Herba.* Scribon. 2. 83. 193.

POLYGONOĪDES, is. f. [πολυγονοειδὲς] Herba eſt folio lauri, longa tenuisque, aduerſus ſerpentes ac priuatim aſpides ex aceto pota efficax. A quibusdam clematis Aegyptia, ab aliis daphnoides appellatur Plin. 24, 15.

POLYGŎNVM, i. n. [πολύγονον] *Herba, quam nos Sanguinariam dicimus, et geniculatam a multis geniculis, et ſeminalem a multo ſemine. Vulgo* Centinodia *dicitur,* Plin. 27, 12 Polygonon Graeci vocant, quam nos ſanguinariam: non attollitur a terra, foliis rutae, ſemine graminis: ſuccus eius infuſus naribus ſupprimit ſanguinem, et potus cum vino, cuiuslibet partis profluuium, excreationesque cruentas inhibet. Columel. 6, 12 *extr.* Sanguinalis herba, quam Graeci polygonon appellant. *Al.* Polygona.

POLYGRAMMOS, i. m. [πολύγραμμος] Gemma eſt ſmaragdo ſimilis, per transuerſum multis albis lineis diſtincta Plin. 37, 9. *Nempe γραμμὴ linea eſt.*

POLYGYNAECION, i. n. [πολυγυναικεῖον] *Mulierum frequentia.* Plin. 35, 11 Pinxit in templo Eleuſinae Phylarchum, Athenis frequentiam quam vocauere polygynaecion. *Al.* Gynaeconitin: *hoc eſt, ſenatulum mulierum. Harduin. legit* Syngenicon.

POLYHISTOR, ŏris. m. [πολυΐστωρ] *Multiſcius dicitur. Hoc nomine appellatus fuit* Appion, *de quo* Gell. 5, 14. Solinus *quoque ob variarum rerum commemorationem, eo nomine librum ſuum appellauit. Vid.* Suet. Grammat. c. 20.

POLYHYDION, i. n. [πολυύδιον] *Centauria maior.* Apul. de Herb. c. 34.

POLYHYMNIA, *vid.* POLYMNIA.

POLYMESTOR, ŏris. m. Mileſius, puer quum a matre locatus eſſet ad caprarios paſtus, ludicro leporem conſecutus eſt: et ob id ſtatim productus a gregis domino Olympiade ſexta et quadrageſima (vt Bocchus auctor eſt) victor in ſtadio meruit coronam Solin. c. 6. *vid.* POLYMNESTOR.

POLYMĪTVS, a, um. Adi. [πολύμιτος] *a* πολὺ, *et* μίτος, *filum, quod nos licium dicimus: a liciorum multiplici varietate. Vnde* Veſtis polymita, *Quae verſicoloribus liciis contexta eſt.* Plin. 8, 48 Plurimis vero liciis texere, quae polymita appellant, Alexandria inſtituit. Ars polymita Hieron. Ep. 8 ad Demetriad. Polymitus Textus multorum colorum eſt Iſidor. 19, 22. Veſtis Vulg. Geneſ. 23, 37. *Conf. Salmaſ. ad* Hiſt. Aug. p. 310. *De* polymita cubicularia *eſt epigramma* Martial. 14, 150 Haec tibi Memphitis tellus dat munera, victa eſt Pectine Niliaco iam Babylonis acus.

POLYMITARIVS, i. m. *Huiusce veſtis Textor, cuius ſit mentio* Regum 2, 21. *Add.* Vulg. Exod. 35, 35. *Conf.* Iſidor. 19, 22.

POLYMNESTOR, *ſ.* POLVMESTOR, ŏris. m. [Πολυμνήστωρ] *Rex Thracum tempore belli Troiani, ad quem Priamus, dubitans de ſtatu Troiae et belli euentu, filium Polydorum cum magno auri pondere conſeruandum nutriendumque miſit, vt, ſi contingeret Troiam capi, ipſe genus et vrbem inſtaurare poſſet. Sed deſtructa Troia, auri cupiditate Polydorum interfecit. Quod cum cognouiſſet Hecuba, finxit ſe illi aliud auri pondus velle ſecreto indicare. Quae auarus rex vera eſſe credens, et in conſpectum Hecubae veniens, ab illa vnguibus occaecatus eſt, vt ſcribit Euripides in Hecuba; et* Ouidius *tetigit* Met. 13, 430 Polymeſtoris illic Regia diues erat *etc.* Thrax Polymneſtor Propert. 3, 1, 55.

POLYMNIA, *ſiue* POLYMNEIA, ae. f. [Πολύμνεια] Hor. Carm. 1, 1, 33 *diuiſit Diphthongum,* Euterpe cohibet nec Polymneia. *Vbi etiam* Y *ſequentibus* M *et* N *more Graeco corripitur. Fuit autem vna ex Muſis: ſic dicta, quia cantus ſuauitate Poëtas reddit gloria immortales. Vel a* πολὺ *multum,* μνεῖα *memoria. Vnde praeeſſe rhetoribus dicitur, quibus opus eſt multa memoria. Sunt qui a* πολὺ *et hymnos deducunt, quod eſt laudatio, quia laudationibus praeſit, et ſcribunt* Polyhymnia: *vt apud* Ouid. Faſt. 5, 9 Diſſenſere Deae, quarum Polyhymnia coepit. *Et* v. 53. *Et ſic hodie viri docti magno conſenſu apud Horatium.*

POLYMYXOS, i. f. [πολύμυξος] *Lucernae epitheton, quae multos habet angulos, ſ. naſos, et in his funiculos, illuſtrandis conuiuiis accommodata. Lemma* Martial. 14, 41

Lucerna Polymixos,
Illuſtrem quum tota meis conuiuia flammis,
Totque geram myxos, vna lucerna vocor.

POLYNĪCES, is. m. [Πολυνείκης] *Oedipi Thebanorum regis filius, et Eteoclis frater, qui Oedipo mortuo, de hereditate et ditione diſſidentes, contractis vtrinque copiis, ambo ſe mutuis vulneribus interfecerunt; id quod teſtatur* Virgil. in Culic. *Vid.* Stat. Theb. 7, 689.

POLYONȲMVS, i. m. *Helxine ſiue Herba perdicalis.* Apul. de Herb. c. 81.

POLYPHAGVS, i. m. [πολύφαγος] *Vorax, multum edens.* Suet. Neron. c. 37 Creditur etiam polyphago cuidam Aegyptii generis, crudam carnem et quidquid daretur mandere aſſueto, *etc.*

POLYPHĒMVS, i. m. [Πολύφημος] *Neptuni filius, Cyclops. De quo* Seruius, Multi Polyphemum dicunt vnum habuiſſe oculum, alii duos, alii tres: ſed totum fabuloſum eſt. Nam hic vir prudentiſſimus fuit, et ob hoc oculum in capite habuiſſe dicitur: id eſt iuxta cerebrum, quia prudentia plus videbat. Verum Vlyſſes eum prudentia ſuperauit, et ob hoc eum caecaſſe fingitur. *Haec* Seruius *in illud* Virg. Aen. 3, 635 Et telo lumen terebramus acuto, *etc.* Cicero *quoque de* Polyphemo Tuſc. 5, 115 *ſic ſcribit:* At vero Polyphemum Homerus, quum immanem ferumque finxiſſet, cum ariete etiam colloquentem facit, eiusque laudare fortunas: quod quo vellet ingredi, poſſet, et quae vellet, attingere. Recte hic quidem; nihilo enim erat ipſe Cyclops, quam aries ille prudentior. Paſtor Polyphemus Virg. Aen. 3, 657.

POLYPLVSIOS, i. m. [πολυπλούσιος] *Latine Bene numatus dicitur, ſiue diues, nam* πολὺς *multus, et* πλούσιος, *diues.* Plaut. Capt. 2, 2, 27 Quo de genere natus eſt illic Philocrates? P. Polypluſio. *Add.* Ibid. 5, 2, 20.

POLYPODIVM, i. n. [πολυπόδιον] *Herba.* Plin. 26, 8 Detrahit bilem polypodion, quam noſtri filiculam vocant: ſimilis enim eſt filici. Radix in vſu, piloſa, coloris intus herbacei, craſſitudine digiti minimi, acetabulis cauernoſa ceu polyporum cirri, ſubdulcis, et in petris naſcens, aut ſub arboribus vetuſtis. *Add.* Idem ibid. c. 11 *et* 12. *it.* 16, 44 ſ. 92. *Conf.* Iſidor. 17, 9.

POLYPTŌTON, i. n. [πολύπτωτον] *Dicitur quod multiplicem habet caſum: ex* πολὺ *quod eſt multiplex, et* πτῶσις *caſus: Eſt nempe* Polyptoton, Figura ex pluribus caſibus. Hanc figuram vulgo nominauerunt, quod quum ſaepius initio ab eadem parte orationis ſtat, illa ipſa pars Declinationibus Caſuum, aut Generibus, aut Numeris immutatur. Caſuum Declinationibus hoc modo, Senatus eſt ſummi imperii conſilium: Senatui Reipubl. cura mandatur: ad Senatum in dubiis periculoſisque rebus omnis ciuitas reſpicit. Generibus autem hoc modo, Pulchra autem haec fama contigit ciuitati, ſi optime meritum ciuem damnauerimus: pulchrum erat exteras nationes exiſtimare infeſtiores nos eſſe bonis quam malis: pulchre communibus vtilitatibus conſulemus, ſi quos oppreſſos et hoſtes cupiere, nos circumuenerimus. Numeris autem ſic, Grata ſemper ſingulis fuerunt, quae commodi eorum cauſa conſtituta ſunt. Gratum ille ſuperior Africanus Senatoribus fecit, qui primus eius ordinis ſubſellia a populo liberauit. *Haec* Aquila Romanus de Figuris Sentent. p. 21. *Add.* Rutil. Lup. p. 3. Quinctil. 9, 3. Diomed. 4 p. 442. Chariſ. 1 p. 251. Mart. Capell. 5 p. 175.

POLYPTYCHA, orum. n. *Libri, in quibus rés annonaria et ciuilis annotatur* in l. 13 de indulgent. debit. in C. Theod. Caſſiodorus Varr. 5, 14 *extr. et* 39. *Vid.* Veget. 2, 19. *Cuiac. Obſ.* 4, 27. *Stew. ad* Veg. *l. c. Nempe vt* Diptycha *ſunt libelli duorum foliorum aut tabellarum, ita* Polyptycha *plurium.*

POLYPVS, i. *vel* ŏdis. c. [πολύπους] *Piſcis eſt, ex mollium genere, a multis pedibus ſic appellatus.* Plin. 9, 29 Polyporum multa genera. Terreni maiores quam pelagii, omnes brachiis vt pedibus ac manibus vtuntur: cauda vero, quae eſt biſulca, et acuta, in coitu. Eſt polypis fiſtula in dorſo, qua transmittunt mare, eam modo in dexteram partem, modo in ſiniſtram transferunt. Natant obliqui in caput: quod praedurum eſt ſufflatione viuentibus. Caeterum per brachia velut acetabulis diſperſis, eo hauſto quodammodo cui adhaereſcunt, tenent Supini, vt auelli non queant, *etc.* Polypus femina Plin. 9, 51. Polypum *etiam* generis Feminini *eſſe ex* Lucilio *oſtendit* Non. 3, 175. ¶ 2 Polypi *prouerbio dicebantur olim, vel Stupidi, ſtolidique, vel Rapaces, et vncis vnguibus homines. Eraſm. Vid.* Plaut. Aul. 2, 2, 21. ¶ 3 Polypus, *genus vermis.* Scribonius Largus 39 Beſtiolae multorum pedum, quae tactae conduplicant ſe in orbem pillulae rotundiſſimae ſimilem (κατοικιδίους ὄνους, aut πολύποδας Graeci hoc genus animalium vocant) oleo domeſtico complures inferuefactae vaſe ferreo, *etc.* ¶ 4 *Genus morbi.* Celſ. 6, 8 Polypus eſt caruncula modo alba, modo ſubrubra, quae

narium oſſi inhaeret, et modo ad labra pendens, narem implet, modo retro per id foramen, quo ſpiritus a naribus ad fauces deſcendit, adeo increſcit, vti poſt vuam conſpici poſſit, ſtrangulatque hominem, maxime Auſtro aut Euro ſlante: fereque mollis eſt, raro dura: eaque magis ſpiritum impedit, et nares dilatat, quae fere καρκινώδης eſt, itaque attingi non debet. *Vid.* Scribon. 51. Hor. Epod. 12, 5 Polypus, an grauis hirſutis cubet hircus in alis. Idem Serm. 1, 3, 40 Balbinum Polypus Hagnae *delectat.*

POLYPŌSVS, a, um. Adi. [πολυπώδης] *Qui eo morbo laborat. Metaph.* Martial. 12, 37 Naſutus nimium cupis videri: Naſutum volo, nolo polypoſum, *i. putidum et rancidum ſcurram.*

POLYRRHIZON, i. n. *Herba, quam* Melampodion nigrum *vocant.* Plin. *de ea eiusque viribus 25, 5. Add. Ib. c. 8. et 26, 12.*

POLYSIGMA, atis. n. *Vitium elocutionis.* vbi S litera crebrius geminatur: Soſia in Solario ſoleas ſarciebat ſuas Martian. Capella 5 p. 167.

POLYSPASTVS, i. m. [πολύσπαστος] Vitruu. 10, 5. *Vid. Bald. Lex. Vitruu.* p. 138.

POLYSYNDĔTON, i. n. [πολυσύνδετον] *Quaſi multipliciter coniunctum. Figura, quum ſermo multis Coniunctionibus concatenatur.* Virg. Georg. 3, 345 Tectumque, laremque, Armaque, Amycleumque canem, Creſſamque pharetram. *Vid.* Quinctil. 9, 3 p. 813.

POLYSYNTHĔTON, i. n. [πολυσύνθετον] Figura, quum ſententiae multorum articulorum conuenienti copia continentur: vt, Ille hunc poena conſtrictum trahebat, hic autem vociferabatur: concurſus vero non mediocris, quum tamen omnes opitulari vellent, ſed nemo auderet, neque ibi magiſtratus aderat, neque circumſpicientes, quo potiſſimum confugeremus, reperiebamus. Rutilius Lupus de Fig. ſent. 1 p. 4.

POLYTĔLES, is. m. *Sumtuoſus, impendioſus. Ita inſcribitur liber ſeptimus* Apicii.

POLYTRĬCHON, i. n. [πολύτριχον] *Herba ſic dicta, quod multitudinem capillorum faciat.* Plin. 22, 21. *Dicitur etiam* Polythrix. Plin. 26, 12 Polythrix in vino data. *Add. Ib. c. 11 et 14. Eſt etiam* Gemma, quae defluuia capillorum facere dicitur Plin. 37, 11.

POLYXĔNA, ae. f. [Πολυξένη] *Priami regis filia ex Hecuba coniuge, quae a Pyrrho ad Achillis tumulum iugulata eſt in Troade. Vid. Seruium in illud* Virg. Aen. 3, 321 O felix vna ante alias Priameïa virgo, *etc.* Ouid. Met. 13, 448 Placet Achilleos mactata Polyxena manes. *Vid. Euripidis Hecuba, cuius hoc capitale argumentum.*

POLYXENIVS, a, um. Adi. [Πολυξένιος] Caedes Polyxenia Catull. Argon. 62, 368.

POLYXO, ûs. f. [Πολυξώ] *Vna Amazonum, et Apollinis vates, quae Lemniaci ſceleris dux et hortatrix exſtitit. Quum enim Lemniacae mulieres ob ſpretam Venerem hircum olerent, mariti earum tantam odoris foeditatem exſecrantes, Lemno deſerta, Thracas petiuerunt: ibique filias eorum ſibi coniugio aſciuerunt. Quod vbi Lemniadibus compertum eſt,* Polyxûs *impulſu et Venere ſtimulante, in omne genus virile coniurarunt: remeantesque ex Thracia viros omnes peremerunt: inter quas Polyxo ducem memorat* Stat. Theb. 5, 90 Quum ſubito horrendas aeui matura Polyxo, *etc. At* Valer. Argon. 2, 316 Tunc etiam vates Phoebo dilecta Polyxo.

POLYZONOS, i. m. Gemma nigra, a multiplicitate zonarum ſic dicta, candicat enim zonis. Plin. 37, 11.

P O M

POMARIVM, *vid.* POMVM.

POMERIDIES, ei. m. *Legebatur a nonnullis apud* Quinctil. 9, 4, 39 *ſed Burm.* po'meridiem, *i.* poſt meridiem. *Hinc*

POMERIDIĀNVS, a, um. Adi. [μεταμεσημβρινός] *Quod poſt meridiem fit.* Pomeridiana Ambulatio. Cic. de Fin. 5 *pr. Et* de Orat. 3, 119 c. 30 Atque huius ambulationis antemeridianae, aut noſtrae pomeridianae ſeſſionis. Scholae Quinctil. 3, 1. *Caeterum nomen ita corruptum praefertur alteri illi* poſtmeridianus *a* Cic. in Orat. c. 47.

POMETVM, POMIFER, *vid.* POMVM.

POMILIO, ōnis. *Vid.* PVMILIO.

POMOERIVM, i. n. Tam intra quam extra murum eſt, dictum quaſi poſt moerium, hoc eſt poſt murum, *vt inquit* Varr. de L. L. 4, 32. Liu. 1, 44 Pomoerium verbi vim ſolam intuentes, poſtmoerium (*Perizonius conicit* poſt moerum) interpretantur eſſe. Eſt autem magis circa murum locus, quem in condendis vrbibus quondam Hetruſci, qua murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato conſecrabant. *Et paullo poſt,* Hoc ſpatium, quod neque habitari, neque arari fas erat, non magis quod poſt murum eſſet, quam quod murus poſt id, pomoerium Romani appellarunt, et in vrbis incremento ſemper, quantum moenia proceſſura erant, tantum termini hi conſecrati proferebantur. Gell. 13, 14 Pomoerium quid eſſet, augures Populi Romani, qui libros de auſpiciis ſcripſerunt, iſtiusmodi ſententia definierunt, Pomoerium eſt locus intra agrum effatum, per totius vrbis circuitum pone muros regionibus certis determinatus, qui facit finem vrbani auſpicii. Cic. de Nat. Deor. 2, 11 Quod quum pomoerium poſtea intraſſet habendi Senatus cauſa, in redeundo, quum idem pomoerium tranſiret, auſpicari eſſet oblitus. Lucan. 1, 589 Longa per extremos pomoeria cingere fines, *etc.* Ius pomoerii Cic. de Diuin. 2, 75. *Add.* Tac. Ann. 12, 23 *et* 24. *et quae viri docti ad* Feſtum *voce* Proſimurium, *etc.*

POMONA, ae. f. [Πωμώνα] *Pomorum dea, de qua locus claſſicus* Ouid. Met. 14, 623 *poſt mentionem Procae,*

Rege ſub hoc Pomona fuit, qua nulla Latinas
Inter Hamadryadas coluit ſolertius hortos,
Nec fuit arborei ſtudioſior altera fetus,
Vnde tenet nomen, *etc.*

ſunt enim pluſcula, et narratur deinde eius cum Vertumno coniugium. Pomorum patrona *vocatur* Varroni de L. L. 6, 3 p. 74, 2. *etiam Pomorum prouentus.* Solin. c. 22 Pomona copioſa eſt. *Conf. Elmenhorſt. ad* Arnob. p. 121. *it.* Feſtus.

POMONALIS, is. m. *Flamen Pomonae apud* Varron. de L. L. 6, 3 p. 74, 1.

POMPA, ae. f. [πομπή] *Omnis comitatus cum ſpectaculo et apparatu ſollemni, oſtentationeque et ſpecie quadam triumphi, tam in aduerſis, quam in proſperis et laetis; a Graeco πέμπω, proſequor.* Ter. Heaut. 4, 4, 17 Tranſeundem eſt nunc tibi ad Menedemum, et tua pompa eo traducenda eſt. Cic. Off. 1, 131 Cauendum eſt autem, ne aut tarditatibus vtamur in greſſu mollioribus, vt pomparum ferculis ſimiles eſſe videamur. *Add.* Plaut. Curc. 1, 1 *pr.* Pompa Bellorum Iuuen. Sat. 10, 281 *Triumphus.* Deorum Ouid. A. A. 1, 147. Funeris Nep. 25, 22, 4. Cic. Fam. 2, 16 Accedit etiam moleſta haec pompa lictorum meorum. Verum haec ludorum atque pompae: nos autem iam in aciem dimicationemque veniamus Cic. in Orat. 42. Idem Tuſc. 4, 47 c. 21 Illa quidem ex rhetorum pompa, ardores animorum, coteſque virtutum. Circus erit pompa celebris, numeroque deorum Ouid. Faſt. 4, 391. Decus pompae Idem Met. 2, 725. Aurea Ouid. Amor. 3, 2, 44. Eximiae Idem Epiſt. 9, 83. Feralis pompa, *Funus* Lucan. 8, 734. Flebilis Ouid. Met. 14, 749. Nigrae ſollemnia pompae Stat. Silu. 2, 1, 19. Sollemnes ducere Virg. Georg. 3, 22. Ducere pompam Ouid. Epiſt. 12, 152. Exſequi ordine ſollemnes pompas Virg. Aen. 5, 53. Parare pompam triumphis Ouid. ex Pont. 3, 4, 95. Spoliatum exſequiis et pompa cadaver Cic. pro Milon. 34. In pompa partim eorum, partim acie illuſtres eſſe voluerunt Idem de Orat. 2, 94. Cic. de Orat. 2, 294 c. 72 Sed adhibere quandam in dicendo ſpeciem atque pompam. Vlpian. in l. 3 §. vltim. D. commodati, Non poteſt commodari id, quod vſu conſumitur: niſi forte ad pompam, vel oſtentationem quis accipiat. Qu. Cic. de Petit. Conſ. 40 Poſtremo tota petitio cura vt pompae plena ſit, vt illuſtris, vt ſplendida, vt popularis, vt habeat ſummam ſpem ac dignitatem. Pompae, *i. ſpecioſae cuiusdam magnificentiae, et ferientis oculos.* Detrahere pompam muneri ſuo, *Abſque faſtu dare* Senec. de Benefic. 2, 12.

POMPO, āre. Sedul. poſt praefat. 1, 2 Grandiſonis pompare modis, tragicoque boatu.

POMPĀTVS, a, um. *Compar.* Tertull. de Spectac. c. 7 Circenſium paullo pompatior ſuggeſtus.

POMPABILIS, e. Adi. *Pompae aptus, dignus qui in pompa ducatur. Compar.* Treb. Poll. in Zenob. *extr.* Ducta per triumphum ea ſpecie, vt nihil pompabilius Populo Romano videretur.

POMPĀLIS, e. Adi. *Idem.* Capitolin. in Gordian. c. 6 Erat canitie decora et pompali vultu.

POMPALITER. Adu. *Idem.* Treb. Poll. in Gallien. c. 8 Gladiatores pompaliter ornati.

POMPALĬTAS, ātis. f. *Pompa.* Priſcian. *pr.* libelli de Verſ. Comic. p. 1320 *Edit. Putſch.* Sunt tamen qui altitudinis cauſa etiam et pompalitatis, quae ſtilo elocutionis conuenit Latinae, — id illos feciſſe arbitrantur.

POMPATĬCVS, a, um. Adi. *Idem quod* Pompalis. Apul. Met. 10 p. 253 Pompatico fauore deducor. Sermo pompaticus Hieron. prooem. in Epiſt. ad Epheſ. *Conf.* Tertull. de Cult. Fem. 2, 9. *et* adu. Valent. c. 16.

POMPŌSVS, a, um. Adi. *Idem.* Pompoſus inceſſus Sidon. Epiſt. 4, 9.

POMPŌSE. Adu. *Idem.* Pompoſe ſcribere Sidon. Ep. 9, 9.

POMPEIA *Gens Plebeia Romae.* Velleius 2, 21 *extr.* tres Pompeiae gentis fuiſſe familias *tradit: quae vero hae ſint non explicat. Qui diligentiſſime haec perpenderunt, iis duae omnino huiusce gentis familiae diuerſae memorantur. Prima* Ruforum *eſt, quorum quidem tres ante bellum ciuile Sullanum, tres poſt Pompeianum, curules geſſiſſe magiſtratus reperies. Neque tamen ignotum, quosdam ex his* Bithynicos *appellari. Huius familiae auctor eſt princeps* Qu. Pompeius *is, qui rem ad Numantiam male geſſit, vnde a Cicerone* de Clar. Orat. 96 Homo per ſe cognitus: pro Muraena 16 Nouus homo *appellatur: atque etiam* in Verr. 5, 181 Humili et obſcuro loco natus *dicitur. Altera familia* Pompeii Magni *eſt, cuius pater, quia peruerſis eſſet oculis,* Strabo *nominatus: ipſe vero propter res in prima aetate praeclare fortiterque geſtas, primus omnium* Magni *cognomine eſt a Sulla decoratus, cuius exſtat monumentum apud* Plin. 7, 26 *et in libro* Epigr. vrbis. *Imperator fuit multis feliciſſime confectis bellis et victoriis clarus, ſed victus tandem pugna Pharſalia a Caeſare, in Aegyptum fugiens miſera morte ac perfide interfectus fuit.* Cicero *totus eſt in illius laudibus* in Orat. pro Lege Manilia; *et* in Epiſt. ad Attic. *variis nominibus ſubobſcure nuncupatur: vt* 2, 3 Epicrates; *qui omnia teneret, qui dominaretur, et principatum teneret in Repub. Rurſus* Epiſt. 7 Megabocchus; *quaſi magnus Africae rex, quia Domitium et Iubam Sullanis temporibus in Africa vicerat. Bocchus autem in Mauritania Africae parte regnauerat.* Et Epiſt. 9 Hieroſolymarius; *ab Hieroſolymis ſcilicet captis.* Epiſt. 14 Sampſiceramus; *a regulo Sampſiceramo in Syria deuicto. Meminit Strabo.* Et Epiſt. 17 Arabarches; *quod Arabiae partem adiunctam Syriae domuiſſet. Sed vid.* ARABARCHES.

POMPEIVS, a, um. Adi. [Πομπήϊος] Vmbra Pompeia Propert. 4, 9, 49. *Apud* Ouid. ex Pont. 4, 5, 11 Domus Pompeia.

POMPEIANVS, a, um. *Aliud* Adi. [Πομπηιανός] Triumphi Pompeiani Lucan. 3, 166. Signa Idem 1, 323. Vitis Pompeiana, *ab inſitore dicta* Columel. 3, 2. *Abſolute* Pompeiani, *Qui a partibus Pompeii ſteterunt* Vellei. 2, 15, 3.

POMPEII, orum. m. [Πομπήϊοι] Oppidum Campaniae, non procul a Puteolis et Neapoli, *vt ſcribit* Pompon. Mela 2, 4.

POMPEIOPŎLIS, is. f. [Πομπηϊόπολις] Ciliciae vrbs, *dicente* Pomponio Mela 1, 13 Deinde vrbs eſt a Rhodiis, Argiuisque, poſt piratis, Pompeio aſſignante poſſeſſa: nunc Pompeiopolis, tunc Soloë. *Quae etiam,* Solino *teſte, poſtea* Traianopolis eſt appellata, mutato nomine, poſtquam in ea fato cedere Traianus coactus eſt.

POMPELONENSES, um. m. Populi Hiſpaniae Segienſibus contermini, *qui adhuc* Pompelonam *inhabitant.* Plin. 3, 3.

POMPEVM, i. n. [πομπεῖον] *Locus Athenis erat, vbi pompae parabantur, vaſaque aſſeruari ſolita ad pomparum ſollemnia. Vid.* Plin. 35, 11. *Pollux* 9, 5.

POMPHŎLYX, ygis. f. [πομφόλυξ] *Quaſi* tu bullam *aut Spumam adeo aeris dicas, fornicibus officinarum adhaereſcentem: quid eſſet audiamus* Plin. 34, 13 ſ. 33 Etiamnum in aerariis reperiuntur, quae vocant Pompholygem et Spodon. Differentia, quod Pompholyx lotura paratur, Spodos illota eſt. Aliqui id, quod ſit candidum leuiſſimumque, pompholygem dixere, et eſſe aeris et cadmiae fauillam: Spodon nigriorem ponderoſioremque eſſe, *etc. Mentio illius eſt apud* Scribon. 49. Lotae ibid. 26. Cypriae ibid. 220.

POMPILIA *Gens patricia Romae, cuius auctor fuit* Pomponia *vel* Pompo, *homo in primis nobilis et clarus, vrbe Sabinorum oriundus, auctore Plutarch. in Numa extr. Hinc* Pompilius Numa, *ſecundus Romanorum rex, de quo vide* NVMA. Regnum quietum Pompili Hor. Carm. 1, 12, 34. Sanguis Pompilius Idem de Arte Poët. 292. *h. e. Piſones, qui a Numa Pompilio originem ducunt.*

POMPILIANVS, a, um. Adi. *Vt,* Pompiliana curia Vopiſc. Aureliano c. 41.

POMPĪLVS, i. m. Piſcis genus, qui alio nomine vocatur Nautilos, quod nauis ſpeciem prae ſe ferat. [ναυτίλος] Qui ſemper ſequeris ſpumas, pompile nitentes Ouid. Hal. v. 101. *Add.* Plin. 9, 29. *Add.* Id. 9, 15. *et* 32, 11.

POMPONIA *gens Romae, e qua v. g.* Pomponia [Πομπωνία] *Mater Scipionis, a Ioue in anguem mutato compreſſa. Vid.* Sil. 13, 670. *Item* Pomponius Atticus, *nobilis Eques Romanus, excellenti ingenio, et amicus Ciceronis in primis: vnde* Atticus Ciceronis *eſt appellatus. Habemus vitam eius a Nepote ſcriptam. Eſt etiam, vt alios taceamus, nobilis* Pomponius Secundus *Conſularis, Poëta tragicus, Plinii maioris amicus, qui eius vitam ſcripſit. Vid.* Plin. Epiſt. 3, 5. *et* Quinctil. 10, 1 p. 912.

POMPONIANVS, a, um. Adi. Pomponiana pira, *forte quod ea primus inſuerit* Pomponius: *haec et* Mammoſa *dicuntur, quod docet* Plin. 15, 15.

POMPTINVS, *vel* PONTINVS, a, um. Adi. Pomptina palus, in extrema Italia eſt, iuxta Circeos. Plin. 3, 5. *De illa exſiccata* Liu. Epit. 47. *Sedes latrunculorum* Iuuenal. 3, 307. *Add.* Lucan. 3, 85. Quinctil. 3, 8. Liu. 6, 6 De agro Pomptino ab L. Sicinio Tribuno plebis actum. Ibid. Fugientium ex agro Pomptino agmen repente illatum in vrbem. Campi Sil. 8, 381. Tribus Pomptina, *vid.* TRIBVS.

POMVM, i. n. [ὀπώρα, ἀκρόδρυα] *Generale nomen eſt omnium fructuum, qui ex arboribus eſui apti proueniunt, ſiue mollium, ſiue durorum. Vid.* Paull. ICt. l. 105 de V. S. Macrob. Sat. 2, 15. *Verum* Seru. *ad* Virg. Ecl. 2. *et* Caſcellius ICt. *apud* Macrob. Sat. 2, 6 *de mollioribus tantum accipiunt. Ponamus totum* Macrobii *locum:* Lapidatus a populo Vatinius, cum gladiatorium munus ederet, obtinuerat, vt aediles edicerent, ne quis in harenam niſi pomum miſiſſe vellet. Forte his diebus Caſcellius conſultus a quodam, An nux pinea pomum eſſet? reſpondit, Si in Vatinium miſſurus es, pomum eſt. *Apparet, illum putaſſe, alioquin in* pomis *non eſſe pineam* nucem. *Contra ea* Plin. 15, 22 *nuces* pomorum *genere comprehendit:* Solum, *inquit*, hoc pomum natura compactili operimento clauſit. *de nuce iuglande. Sic* Pomorum *appellatione veniunt Nuces pineae, apud* Martial. 13, 25 Poma ſumus Cybeles, *etc. Mora etiam* Plinius *appellat* Poma 15, 24. *Glandes non item, Sic enim ait ibidem,* Glandes inter poma numerari non poſſunt: quamobrem in ſua natura dicentur. Ficus poma *vocat* Columel. 8, 17, 13. *Quod autem vulgus Gallorum* pomum *vocat, id Latini* Malum *appellant. Conf. quos laudamus in Indice Scriptor. Rei ruſt.* Mitibus pomis decorum caput Autumni Hor. Epod. 2, 17. Erat Pirus in vicinia, pomis onuſta Auguſtin. Conf. 2, 4. Arbor fertilis pomis aureis Senec. Agam. f. 9. Bis grauidae pecudes, bis pomis vtilis arbos Virg. Georg. 2, 150. Acerba Ouid. Amor. 2, 14, 24. Agreſtia Virg. Aen. 7, 111. Annua Ouid. de Nuce 6. Cadiua, *vid.* Cadiuus, *in* CADO. Conditiua, *vid.* Conditiuus, *in* CONDO. Cruda, *vid.* CRVDVS. Decerpta Ouid. Met. 10, 650. Diuitia Senec. Herc. fur. f. 7. Dulcia Hor. Serm. 2, 5, 12. Felicia Ouid. Met. 9, 92. Generoſiſſimum Quinctil. 5, 11. Gregalia Senec. de Benefic. 1, 12. Immitia, *vid.* IMMITIS. Pomum lupino ſimile, Intactum omnibus propter aſperitatem Plin. 12, 10. Lapidoſa, *vid. h. v. ſub* LAPIS. Mitia Hor. Epod. 2, 17. Nitidum Ouid. Met. 10, 666. Punica Idem Faſt. 4, 608. Putria Ouid. Met. 7, 586. Rubens Idem ibid. 10, 101. Vieta Varro R. R. 1, 59. Gell. 13, 2 Poma, quae dura et acerba naſcuntur, poſt fiunt mitia et iucunda: ſed quae gignuntur ſtatim Victa et mollia, atque in principio ſunt viuida: non matura mox fiunt, ſed putria. Vilia Virg. Georg. 1, 274. Cadunt poma menſis non interdicta fecundis Ouid. de Nuce 71. Carpere poma Virg. Ecl. 9, 50. Decerpſerat puniceum curua arbore pomum Ouid. Met. 5, 536. Demtum pomum arbore Idem ibid. 11, 113. Detrahere arboribus Tibull. 1, 5, 32. Excuſſa ſiluis Senec. Hippol. 4. Exuberat annus pomis Virg. Georg. 2, 516. Grauantia ramos Ouid. Met. 13, 812. Iacent ſtrata paſſim ſua quaeque ſub arbore poma Virg. Ecl. 7, 54. Induit arbos ſe pomis Idem Georg. 4, 142. Naſcentia et florentia Ouid. Met. 14, 763. Pendere cui ſua patereris in arbore poma Virg. Ecl. 1, 38. Rubenti pomo onerata arbutus Ouid. Met. 10, 101. Pomum *vnde dictum, docet* Varro de R. R. 1, 31, 6 Item poma quae inſita erunt ſiccitatibus, aquam addi quotidie veſperi: a quo quod indigent potu, poma dicta eſſe poſſunt. ¶ 2 Poma *in venuſtorum hominum nugis dicebantur, quos Latine et proprie appellabant* coleos. *Lipſ. Antiqu. Lectt.* 3 p. 127 *huc trahit* Propert. 1, 3, 24 Et modo gaudebam lapſos formare capillos Nunc furtiua cauis poma dabam manibus: *itemque* Priap. 15

Qualibus Hippomenes rapuit Schoeneida pomis
  Qualibus Heſperidum nobilis hortus erat:
Qualia credibile eſt ſpatiantem rure paterno
  Nauſicaan pleno ſaepe tuliſſe ſinu.
Quale fuit malum, quod litera pinxit Aconti
  Qua lecta cupido pacta puella viuo eſt.
Taliacunque puer dominus florentis agelli
  Impoſuit menſae nude Priape tuae.

Plura ibi Lipſius, qui praeceptorem huius nequitiae laudat Seruium *ad* Ecl. 2, 51 Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala, Verecunde rem inhoneſtam ſupprimit, quam Theocritus aperte commemorat.

POMVLVM, i. n. Dimin. Paullin. Petrocor. 5, 452 Pomula initia.

POMVS, i. f. *Arbor pomifera.* Plin. 17, 1 Nec minus miraculum in pomo eſt, multarum circa ſuburbana fructu annuo addicto binis millibus numûm, maiore ſingularum reditu, quam erat apud antiquos praediorum. Inſita pomus Tibull. 2, 1, 43. Plin. 15, 18 Attulit quodam die in Curiam praecocem ex ea prouincia ficum: oſtendensque Patribus, Interrogo vos inquit, quando hanc pomum demtam putetis ex arbore? *vid. Harduin. qui hanc lectionem firmat.*

POMARIVM, i. n. *Locus arboribus pomiferis conſitus. Graeci Paradiſum vocant.* Columel. 1, 6 Pomaria quoque et hortos oportet ſepto circumdari, et eſſe in propinquo, atque in ea parte, quo poſſit omnis ſtercorata colluuies cortis, balineorumque, et oleis expreſſa amurcae ſanies influere. Locum pomarii, priusquam ſemina feras circummunire maceriis oportet, vel ſepe, vel foſſa praecipiti Colum. 5, 10. Cic. de Senect. 54 c. 15 Nec vero ſegetibus ſolum, et pratis, et vineis, et arbuſtis res ruſticae latae ſunt, ſed etiam hortis et pomariis, tum pecudum paſtu, et apum examinibus, tum florum omnium varietate. Oleagineum pomarium Cato c. 48. Vda pomaria mobilibus riuis Hor. Carm. 1, 7, 14. Carpere eſt aliquid plenis pomaria ramis Ouid. Epiſt. 4, 29. Claudere Idem Met. 4, 646. Ponere pomaria Plin. 34, 14. *Add.* Propert. 3, 1, 51. Varro R. R. 1, 23. Tacit. Germ. 26, 5. ¶ 2 *Locus, in quo poma reponuntur.* Plin. 15, 16 In vniuerſum vero de pomis ſeruandis praecipitur: pomaria in loco frigido ac ſicco contabulari, Septentrionalibus feneſtris ſereno die patere, Auſtros ſpecularibus arcere.

POMARIVS, i. m. [ὀπωροπώλης Gloſſ. Lat. Gr.] *Pomorum venditor.* Hor. Serm. 2, 3, 227 Edicit piſcator vti, pomarius, auceps, Vnguentarius, *etc. Et* Vet. Inſcript. Grut. p. 651 n. 11 P. CORFIDIO. SIGNINO. POMARIO.

POMARIVS, a, um. Adi. Pomarium ſeminarium Cato de R. R. c. 48.

POMĒTVM, i. n. *Idem quod Pomarium.* Pallad. 1, 36 Longe ab hortis vineis, atque pometis. Tertull. de Pallio c. 2 Amoenum Alcinoi pometum.

POMĬFER, a, um. Adi. *Ferens poma.* Arbor pomifera Columel. 5, 9. Annus Hor. Carm. 3, 23, 8. Autumnus Lucan. ad Piſon. 139. Hor. Od. 4, 7, 11. Montes Ouid. ex Pont. 1, 8, 43. *al.* Piniferi. Rami Senec. Herc. fur. 9.

POMIFĔRO, āre. Gloſſ. Lat. Gr. Pomiferat, ὀπωροτροφεῖ.

POMŌSVS, a, um. Adi. Propert. 4, 2, 17 Inſitor hic ſoluit pomoſa vota corona. Tibull. 1, 1, 23 Pomoſisque ruber cuſtos ponatur in hortis, Terreat vt ſaeua falce Priapus aues.

P O N

PONDERO, PONDEROSVS, *vid.* PONDVS.

PONDO. Indecl. n. [μνᾶ, λίτρα, ὁλκή] *Vulgo putatur nomen indeclinabile vtriusque numeri, et idem ſignificare quod libra. Sed potior videtur doctrina Gronouii de Pec. Vet. 1, 6 p. 26 vbi ponit,* Pondo *ſemper eſſe Ablatiui caſus vt vulgo a* vulgus, *et vſurpari vt acceſſionem vocabuli* libra, *partiumque aſſis, et ſignificare ponderales intelligi; vel vt acceſſionem numeri, quae omiſſa mentione librae non corpora numerata, ſed pondera, et quidem librarum, denotari indicet. Fuerit ergo ſemper idem quod* pondere, *ſ.* pendendo: *et ad numeralia addendae fuerint* librae. *Iudicent qui poſſunt. Nos exempla ponemus.* Plaut. Pſeud. 3, 2, 27 Eo laſerpitii libram pondo diluunt. *Et* Rud. 4, 3, 9 Neque piſcium vllam vnciam hodie Pondo cepi, niſi quod fero hic in rete. Id. Men. 3, 3, 3 Atque huic vt addas auri pondo vnciam. Macrob. Sat. 3, 15 Plinius Secundus temporibus ſuis negat facile nullum repertum, qui duas pondo libras excederet. *Apud* Catonem de Re ruſt. *illud* Pondo *litera* P. *exprimitur. V. g.* 48, 1 Caſei P. II. S. *h. e.* pondo *ſ.* pondere libras duas ſemis. *et* P. ═ ibid. *h. e.* pondo quadrantem. *Add.* c. 85 *et* 158, 1. Columel. 12, 20, 5 Item myrrhae quincunx, calami pondo libram, caſiae ſelibram, amomi pondo quadrans, croci quincunx, cripae pampinaceae libram: *quam rationem defendit aliis exemplis Gronou. de Pec. vet.* 1, 6 p. 28. *Nam* Liu. 26, 47 Paterae aureae fuerunt ducentae ſeptuaginta ſex, libras fere omnes pondo. Feſtus in Graue Aes; Deni aſſes, ſinguli pondo libras, efficiebant denarium, *i. ſinguli pendentes ſingulas libras pondo, vt etiam declarat Perizon. ad Sanctii Mineruam 4, 4 p. 598. quo loco Sanctius ſimilia admodum Gronouianis docuit, vt et Rhodius Lex. Scribon. h. v.* Pondo *manifeſte* pondere *ſignificat* Plaut. Men. 3, 3, 18 Inaureis da mihi faciundas pondo duum numum, ſtalagmia. Columel. 12, 28, 1 Item odoramenta trita, id eſt irim cribratam, quae ſit inſtar pondo quincuncem, et trientem, foeni graeci pondo quincuncem et trientem, ſchoeni pondo quincuncem in vnum permiſceto. *Sed difficilius eſt illud* Columellae 7, 4, 2 Tum etiam cordi foeni ſeptena pondo. *Hoc et ſimilia* Liuii *ita interpretatur Gron. l. c.* 1, 7 p. 32 ſq. *vt ſuppleat,* ſeptena *pondera librarum* pondo, *i. pondere ſ. pendendo. Multum ſibi hic ſcriptores, vt fere in omnium linguarum vocabulis, indulſiſſe, non eſt negandum, difficileque eſſe ad vnam regulam reuocare omnia: Gronouianam tamen rationem vel vbique, vel certe plerisque in locis valere certum eſt. Ponamus loca quaedam medicorum, Celſi et Scribonii, qui cum ponderali Denario vtantur (vid.* Celſ. 5, 17, 1) *ſemper notam* P. *id eſt* pondo *adiiciunt ad Denarii notam* X *vel* ∗. *Igitur* Celſus 5, 18, 2 Singulorum P. ∗. cerae P. ∗ — ſingulorum P. II. ∗. Ammoniaci ſalis P. VI. ∗ *etc. Sunt enim ſexcenta exempla.* Scribon. 152 Singulorum ∗ P. trium et victoriati. Idem 70 Coſti, apii, aneſi — ſingulorum ∗ P. binum, git ∗ Pon. 1. Amomi Victoriati P. vnius, zeae quod eſt ſemen ∗ P. duum — Croci ∗ P. duum, crocomagmatis victoriati pond. Myrrhae Victoriati P. *etc. Et* 155 Myrrhae ∗ pon. duum vel vnius. *Talia ſunt infinita. Sed et cum* libra, *v. g.* 16 Mellis Attici pondo libra. *Et ſtatim* Comp. 1 Roſae aridae P. quadrans. Liuius 4, 20 Coronam auream libram pondo Ioui dicatam fuiſſe. Idem 3, 29 Coronam auream libram pondo decreuerit. Non. 2, 622 *et* 726 Noue dicta *putat, cum ait* Varro de Vita Pop. Romani, Delphos Apollini munera miſſa, cornua aurea pondo ducentum. Idem 4 Itaque retulit auri pondo mille octingentum, ſeptuaginta quinque. Graeci enim herona mille dixerunt. *Haec Nonius.* Colum. 12, 12, 2 Sextarium aquae cum dodrante pondo mellis diluunt. Ibid. c. 20 Amomi pondo quadrans. *Et* c. 33 Adde pondo libram. Gell. 2, 24 Neque argenti in conuiuio plus pondo quam libras centum illaturos. ¶ 2 *Interdum pro* libra *poni videtur, vbi Gronouius nomen illud ait intelligi.* Lex XII Tabb. *apud* Gell. 20, 1 Vincito aut neruo aut compedibus quindecim pondo ne minore, aut ſi volet maiore vincito. Plaut. Aſin. 2, 2, 33 Quot pondo te eſſe cenſes nudum? Auri quinque pondo abſtulit Cic. pro Cluent. 179 c. 64. Centum pondo vaſorum argenteorum Idem de Inuent. 2, 116 c. 40. Quinctil. 6, 3, 79 Torquem aureum centum pondo. Cic. in Parad. 3 c. 1 An virum bonum dices, qui depoſitum nullo teſte, quum lucrari impune poſſet, auri pondo decem reddiderit, ſi idem in decem millibus pondo auri non idem fecerit? Mellis pondo decem Columel. 12, 41, 1. Ibid. c. 51, 1 Cum olei pondo octoginta. Pependere pondo DCC Plin. 9, 30 f. 48. Sex pondo et ſelibram debet habere Petron. c. 67. Liu. 22, 23 Argenti pondo bina, et ſelibras in militem praeſtaret. Scribon. 266 Cerae P. dua, reſinae frictae P. dua, picis Hiſpanae P. tria, ammoniaci P. libram, turis pollinis P. ſemis. *Et* 267 Ammoniaci guttae pondo 1. cerae pondo 1. axungiae veteris ſelibram, olei veteris pondo trientem, — pondo vnciam — pondo ſextantem.

PONDVS, ĕris. n. [βάρος, ἄχθος] *Grauitas, ipſaque adeo res grauis, in quantum penditur, vnde nomen eſt.* Cic. in Somn. Scip. 10 c. 4 In terram feruntur omnia nutu ſuo pondera. Plin. 12, 5 Ficus ramis diffunditur vaſtis, quorum pondera in terram curuantur. Materiae infectae pondus: Numerus ſignatae: Species factae dicitur l. 6 ff. de Rei vindic. Saxi pondus Lucret. 1, 454. Ponderis ſupra modum portatio Scribon. 101. Virg. Aen. 6, 413 Gemuit ſub pondere

dere cymba. Pinus tarda pondere Idem ibid. 5, 153. Cic. de Fato 22 Epicurus declinatione atomi vitari fati neceſſitatem putat: itaque tertius quidam motus oritur extra pondus et plagam: quum declinat atomus interuallo minimo, id appellat ἐλάχιστον. Breue, *i. paruum* Hor. Serm. 2, 2, 37. Stat. Theb. 3, 37 Ima Flagellatis ſignum lugubre malorum Ponderibus trepidauit humus, *i. huc illuc impulſis: deſcribit motum terrae. Vid.* FLAGELLO. Graue Ouid. Met. 7, 118. Iaculabile Stat. Theb. 6, 658. Immane, *vid. h. v.* Immenſum Hor. Serm. 1, 1, 41. Iners Ouid. Met. 1, 8. Ingens Idem ibid. 13, 86. Iniquum Virg. Georg. 1, 164. Irreuocabile pondus ancorae, *vid.* IRREVOCABILIS. Iuſtum Ouid. Met. 2, 163. Leue Idem ibid. 2, 161. Magnum, *vid.* MAGNVS. Maturo pondere grauis venter Ouid. Met. 9, 684. *de grauida.* Muralia pondera vaſti ſaxi Lucan. 6, 199. Rara pondera citri Maurufiaci Martial. 12, 67. Reuolubile Ouid. in Ibin 193. Ruitura Claud. Conſ. Hon. 4, 60. Solida Lucret. 1, 986. Vix tractabile Stat. Silu. 5, 1, 84. ¶ 2 *Formulae verborum:* Aggrauare pondus, *vid.* AGGRAVO. Nam cadere aut bruto deberent pondere preſſae Lucret. 6, 104 *Quidam legunt* Abrupto, *et* Preſſi. Cedere ponderi, *vid.* CEDO. Concidit vaſto pondere ad terram Virg. Aen. 5, 447. Deducere pondera deorſum Lucret. 2, 205. Ducuntur roſtrata ora nauium graui pondere contra latrones Hor. Epod. 4, 18. Senec. Epiſt. 92 Caſura omnia exſtant, omnes exitus manet, ſiue interna vis, flatusque praecluſi violenti pondus, ſub quo tenentur, Excuſſerint, ſiue torrentium, *etc.* Feret pondera caeleſti mente paterna Ouid. Faſt. 1, 534. *i. Patrem ipſum. de Aenea, qui patrem tulit.* Lucret. 2, 239 Omnia qua propter debent per Inane quietum Aeque ponderibus non aequis concita Ferri. Habent et grauius iuſto pallia pondus Ouid. Ep. 2, 170. Moueatur, et feratur nulla re impediente omne pondus neceſſe eſt Cic. de Fato 48. Niti valido ſub pondere Virg. Georg. 3, 172. Nutantem aſpice conuexo pondere mundum Idem Ecl. 4, 50. Procubuit ſubito pondere turris Virg. Aen. 9, 540. Subſedit ictaque pondere mollis humus Ouid. Faſt. 1, 568. Tolerare pondus tauri ruentis in Venerem Hor. Carm. 2, 5, 4. Voluebant ſaxa quoque infeſto pondere Virg. Aen. 9, 512. ¶ 3 *Formae aliae:* Cic. de Fato 24 Ita dicendum ipſius indiuidui hanc eſſe naturam, vt pondere et grauitate moueatur. Cic. de Senect. 55 Magnum auri pondus. Grande pondus argenti Cic. de Senect. *et* pro Caec. 12 c. 4. Ignotum argenti Virg. Aen. 1, 363. Magnum optimi argenti Cic. Philipp. 2, 66 c. 27. Magnum auri Virg. Aen. 3, 49. Pondus, pro Numero aliquando ponitur, Nonio *indice* 6, 102. Varro de Vita Pop. Rom. E Graecia comportaſſe magnum pondus omnium artificum. *Nempe* pondus *eſt quantitas, moles.* Pondera *pro* Doſibus *vulgo ſic dictis, ſic vt menſurae quoque et numerus comprehendantur, ponuntur apud* Scribon. *v. g.* Ep. *fin. it.* Comp. 38, 97. Ponderis ſcientia Scrib. 199. Ponderis ſeſcunciae Idem 50. Pondere victoriati Id. 197. Pari pondere Scrib. 182. Pondera paria Id. 117. 211. 217. Paria pondera miſcentur ibid. 91. ¶ 4 *Difficultatis non nihil habere videtur locus* Hor. Epiſt. 1, 6, 51 Mercemur ſeruum, qui dictet nomina, laeuum Qui fodicet latus, et cogat trans pondera dextram Porrigere: *de candidato ſermo eſt. Negat certe Burmannus ad* Nemeſian. Ecl. 1, 51 *ſe hoc intelligere. Non obſeruauit igitur, aut non probauit interpretationem Cl. Ferrarii 3, 2 de re Veſtiaria, qui* pondera *intelligit togae partem dextrae impoſitam: candidatos enim, qui tunicati non eſſent, non exſertos (quorſum aduocat Plutarchum in Coriolano* p. 400 *H. Steph.) inceſſiſſe, ſed quoties prenſare aliquem vellent, ſub toga in brachium ſublata manum porrexiſſe, et ita* trans pondera *togae in illud collectae. Videndum, an non ſit ſimplicius, quod olim propoſuimus in Fabro, Nomenclator aſtutus fodicando laeuam domini candidati, monet illum, adeſſe hominem potentem, prenſandum diligenter, eaque ipſum admonitione cogit* dextram *ſalutandi prenſandique cauſa* porrigere trans pondera, *i. vltra aequilibrium illud corporis, vt nimium protendenda manu periculum caſus incurrat, linea directionis, quam mathematici vocant, cadente extra baſin, quod eo euenire facilius poteſt, cum a* laeuo latere *fodicando illum aliquantum nomenclator impellat. Ad librae pondera etiam pertinet illa* Ciceronis *metaphora* pro Cn. Planc. 79 Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, non ſolum quid cuique debeam, ſed etiam quid cuiusque interſit, et quid a me cuiusque tempus poſcat. Idem Tuſc. 1, 45 Quum enim ſui ſimilem et leuitatem et calorem adeptus, tanquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem mouetur. *Sic* Plenum tibi ponderis aequi pectus erat Nemeſian. Ecl. 1, 51. *i. aequalis ſemper grauitatis.* Ouid. Met. 1, 13 Nec circumfuſo pendebat in aëre tellus Ponderibus librata ſuis. *Quem locum explicans Turnebus, Cui, inquit, non videatur incredibile, tellurem ſuo pondere ſuſpenſam teneri, quum ſuo pondere potius in praeceps, et abruptum ire debeat? Sed nec* pondere, *verum* ponderibus *dixit. Exiſtimo ab eo ſignificari ita in medio vniuerſi cardine pendere terram, vt quum tantundem vndique ponderum habeat, nulla propenſio ei in hanc vel illam caeli partem, nullaque inclinatio ſit: quam et quietis terrae cauſam Plato exiſtimat eſſe, et* ἰσοῤῥοπίαν *Graeci vocant. Nam ſic vndique examinata ponderibus ſuis, neque in mediae noctis metam, neque in medii diei punctum fertur, nutu ponderum aequaliter vtrinque reſiſtente, obnituntur enim et repugnant: nec in ortum vel occaſum propendebit, quum tantundem ponderis retrahentis vndique ſit. Itaque ſi in ortum inclinetur, repugnabunt pondera eius in occaſum vergentia.* ¶ 5 *Operae pretium eſt ſcorſim metaphoras aliquot* Ponderis *conſiderare.* Cic. de Nat. Deor. 3, 85 c. 35 Niſi et virtutis et vitiorum, ſine vlla diuina ratione graue ipſius conſcientiae pondus eſſet. Lucan. 9, 951 Caetera curarum proiecit pondera. *Adde* Stat. Theb. 4 v. 38. *Drakenb. ad* Sil. 3, 61. Famae pondus Lucan. 8, 22. Curarum arcana mearum Expromam, Mentisque meae quo pondera vergant Idem 8, 280 *de conſilio: mens comparatur librae.* Senectae amara pondera Ouid. Met. 9, 437. Supercilii pondus veteris triſte, *h. e. Vultus ſeveritas* Senec. Hippol. f. 6. Idem Epiſt. 92 Nouitas adiicit calamitatibus pondus, nec quisquam mortalium non magis quod etiam miratus eſt doluit. Nec potui coepti pondera ferre mei Ouid. ex Pont. 2, 5, 30. *i. difficultatem ſuperare. De Auctoritate, exiſtimatione grauitate ſaepe adhibetur. v. g.* Grauior omni pondere habenda eſt honeſtas, quam caetera omnia Cic. Off. 3, 35 c. 8. Loquendi dulce pondus Claud. Conſ. Mall. Theod. 19. Quid referam expoſitos, ſeruato pondere, Mores Stat. Silu. 5, 3, 246. *i. facilitatem cum grauitate. Sic* Mentis amabile pondus Sil. 8, 611. *de Bruto.* Cic. in Topic. 73 c. 19 Perſona autem non qualiscunque Teſtimonii pondus habet: ad faciendam enim fidem auctoritas quaeritur. Idem de Orat. 2, 73 c. 17 Omnium ſententiarum grauitate, omnium Verborum ponderibus eſt vtendum. Accedit magnum pondus ad tollendam dubitationem, *vid.* ACCEDO. Addere pondus nugis Hor. Epiſt. 1, 19, 42. Afferre pondus, *vid.* AFFERO. Dare pondera dictis Valer. Flacc. Argon. 1, 39. Habere pondus, *pro Grauem eſſe et non leuem.* Cic. Att. 11, 6 Addis etiam, caeteris quoque, id eſt qui pondus habeant, factum noſtrum probari. Cic. Verr. 1, 144 M. Marcelli tutoris auctoritas apud te ponderis nihil Habebat. Ineſt immutabile et graue pondus ſanctis verbis Stat. Theb. 1, 212. Nemeſian. Ecl. 1, 51 Plenum tibi ponderis aequi Pectus erat, *i. aequitatis in neutram partem propenſae vel inclinatae, ſed in aequilibrio velut ſtantis.* Cic. Att. 10, 1 Eius igitur mihi viuit auctoritas, et ſimillimus eius filius eodem eſt apud me pondere, quo fuit ille. Cic. Fam. 2, 19 Sed tuae literae maximi ſunt apud me ponderis. Idem in Vatin. 9 Quid quisque noſtrûm de ſe ipſe loquatur, non eſt ſane requirendum: boni viri iudicent: id eſt, maximi momenti et ponderis.

PONDVSCŬLVM, i. n. Dimin. [βαρίδιον] Plin. 14, 16 Inter flores ex roſae foliis tuſis in linteolo in muſtum colatis cum ponduſculo vt ſidat, *etc.* *Et* Solin. *de gruibus* c. 15 Vigiles ponduſcula digitis amplectuntur.

PONDERŌSVS, a, um. Adi. [βαρὺς, ὑπερβριθής] *Quod multum habet ponderis.* Varro de R. R. 1, 11 Ex ſudore eius lana fit mollior et ponderoſior, et colore meliore. Caput ponderoſius Val. Max. 9, 4. Spica ponderoſior Plin. 18, 10. Epiſtola ponderoſa, *pro Longa, et res magni momenti continente.* Cic. Att. 2, 11 Quare quanquam iam te ipſum exſpecto, tamen iſti puero, quem ad me ſtatim iuſſi recurrere, da ponderoſam aliquam epiſtolam, plenam omnium non modo actorum, ſed etiam opinionum tuarum. Piper ponderoſum Scribon. 94. *Superl.* Pyritarum ponderoſiſſimi Plin. 36, 19. Idem 12, 25 Semen ponderoſiſſimum. Vis ponderoſiſſima Valer. Max. 3, 2 *pr.* Triticum ponderoſiſſimum Plin. 18, 11.

PONDERĬTAS, ātis. f. Acc. Pragmatic. 1 Et cuncta fieri caetera iubet illa, non quod ponderitatem, grauitatemque hominis Nonius 2, 671.

PONDĔRO, āre. [ἵστημι, σταθμάω, σταθμίζω] *Librare.* Plin. 18, 7 Si quis granum ipſum ponderet. Pugnos Plaut. Amph. 1, 1, 156 *de eo, qui librat brachia, i. commouet, et ad pugnam aptat.* Sinus ponderare amatorum Propert. 2, 13, 12 *recipere eos, prout diuites ſunt, multum vel parum afferunt, de puella auara.* ¶ 2 *Ponitur per translationem, pro conſiderare et examinare.* Cic. Off. 2, 57 Graui vero homini, et ea quae fiunt, iudicio certo ponderanti, probari poſſe nullo modo. Cic. pro Font. 11 c. 6 Sin autem in rebus iudicandis non minimam partem ad vnamquamque rem aeſtimandam, momentoque ſuo ponderandam ſapientia iudicis tenet, *etc.* Iudex non ſolum quid poſſit, ſed etiam quid deceat, ponderare debet Cic. pro Rabir. Poſt. 12. Cauſas ponderare Idem pro Planc. 84. Cauſas ratione, non vocibus Cic. pro Caecin. 60 c. 21. Idem pro Rabir. Poſt. 1 Quanquam hoc plerumque facimus, vt Conſilia euentis ponderemus: et cui bene quid proceſſerit, multum illum prouidiſſe: cui ſecus, nihil ſenſiſſe dicamus. Crimina magnitudine rerum ipſarum Cic. Verr. 1, 42. Idem in Partit. 117 Atque etiam ſi obſcuri teſtes erunt, et tenues, dicendum erit non eſſe fidem ex fortuna ponderandam. Fortunam cuiusque non euentis, ſed factis ponderari Cic. in Piſon. 98. Idem Fam. 2, 5 Ego ſi mea in te eſſent officia ſolum Curio tanta, quanta magis a te ipſo praedicari, quam a me ponderari ſolent: verecundius a te, ſi qua magna res mihi petenda eſſet, contenderem. Re, non verbis ponderantur diuitiae, bona valetudo, caeteraque generis eiusdem Cic. Tuſc. 5, 120. Voluptatibus et doloribus omnia ponderant Epicurei Idem de Legib. 1, 39 c. 13. Non quantum quisque proſit, ſed quanti quisque ſit, ponderandum eſt Cic. de Clar. Orat. 257. Virtus ſine fortuna ponderanda eſt Nep. 8, 1, 1. In hoc verborum genere propriorum delectus eſt quidam habendus, atque is aurium quodam iudicio ponderandus Cic. de Orat. 3, 148 c. 37.

PONDERĀTVS, a, um. Ponderata *proprie* Scribon. 106. *Compar.* Sidon. Epiſt. 8, 6 Sententia affectu ponderatiore prolata.

PONDERATIO, ōnis. f. Vitruu. 10, 8 In ſtatera aequipondium cum examine progreditur ad fines ponderationum. Aequa ponderatio Th. Priſcian. 1, 13.

PONDERATVRA, ae. f. *Idem.* Gloſſ. Gr. Lat. σταθμὸς, ponderatura.

PONDERĀTOR, ōris. m. Gloſſ. Lat. Gr. Ponderator, σταθμητὴς ἢ ζυγοστάτης.

PONDERABĬLIS, e. Adi. *Quod ponderari poteſt.* Claud. Mamert. 2, 4 Corpora numerabilia, ponderabilia et menſurabilia.

PONDERAMENTVM, i. n. Setarum Prudentii *eſſe dicitur.*

PONE. [ὀπίσω] *Praepoſitio antiqua pro Poſt: Accuſatiuo iungitur, contrarium habet Ante.* Pone, poſt: ſed loco tantum, non et tempori apponitur Seru. *ad* Virg. Aen. 2, 725. Plaut. Poen. 3, 2, 34 Pone nos recede. Pone ſeſe locare Idem ibid. v. 35. Liu. 40, 30 Pone caſtra vtrique pabulatum et lignatum ibant. Cic. de Vniuerſ. 41 Quumque inter ſe paene contingant, eos, qui prope copulentur, contrariaque regione, aut pone quos, aut ante labantur, quisque temporibus a noſtro adſpectu obliteſcunt. Pone tergum manus vinctae Tacit. Hiſt. 3, 85, 4. ¶ 2 Pone Retro ſignificat, ſiue a tergo, cum accentu in vltima: Virg. Aen. 2, 725 Pone ſubit coniunx, ferimur per opaca locorum. Seruius. Val. Max. 1, 7 ext. 1 Mox humani ingenii prona voluntate vetita ſcrutandi, pone reſpiciens animaduertit immenſae magnitudinis ſerpentem, concitato impetu omne quidquid obuium fuerat proterentem. *Sic* Pone verſus: Exercitum adduxi pone verſus caſtra hoſtium Cato *apud* Chariſ. p. 191. Noſtros pone verſus hoſtes eſſe ab dextra parte Idem ibid. Ita totum animal mouebatur illud quidem, ſed immoderate et fortuito, vt ſex motibus veheretur: nam et ante, et pone, ad laeuam et ad dextram, et ſurſum et deorſum, modo huc modo illuc Cic. in Tim. c. 13. Pone ſequens Virg. Aen. 10, 226.

PONEROPŌLIS, is. f. [Πονηρόπολις] Thraciae ciuitas ſub Rhodope monte ſita, deinde Philippopolis ab inſtauratore, et poſtremo Trimontium, a ſitu dicta Plin. 4, 11.

PŌNO, pŏſui, pŏſitum, ĕre. [τίθημι, ἕζω] *Collocare et conſtituere. Variat autem ſignificationem pro adiuncto ſibi nomine, aut pro varia conſtructione.* Cic. Fam. 8, 12 Quibus quum parum procederet, vt vlla lege mihi poneret Accuſatorem. Plin. 9, 35 Ex praecepto miniſtri vnum tantum vas Ante eam poſuere aceti. Contra legem loquendi ſunt poſita *in oratione* Quinctil. 1, 8. Cic. Verr. 5, 36 Sed quia ſic oportuerit, recte Collocata, et iudicio populi digno in loco poſita eſſe videatur. Idem pro Flacc. 3 Totum ſtatum ciuitatis,

tis, omnem memoriam temporum praeteritorum, ſalutem praeſentium, ſpem reliquorum, in veſtra poteſtate, in veſtris ſententiis in hoc vno iudicio poſitam eſſe et Defixam putetis. Cic. in Paradox. 1, 3 Ponite Ante oculos vnumquemque regum. Idem Verr. 5, 63 Praeſertim quum ſtatuiſſes, vt ais, tibi cauſam eſſe dicendam, vt ille Archipirata non potius ſecuri feriretur, quam quod erat Ante oculos poſitum, *etc.* Cic. Fam. 13, 65 Hoc in genere, ſi eum adiuueris eo ſtudio, quo oſtendiſti, Apud ipſum praeclariſſime poſueris, *etc.* Ponere in Admirandis, *pro Inter admiranda* Plin. 31, 2. In Admiratione aliquid ponere, *pro Admirari, vel potius admirandum proponere, facere, vt alii admirentur* Plin. 28, 8 ſ. 27. Cic. de Legib. 1, 38 Vt virtutibus exceptis atque vitiis, caetera in ſumma Aequalitate ponerent, *i. aequalia dicerent.* In Aequo aliquem duobus ſummis Liu. 39, 50 *extr.* Cic. Fam. 1, 5 Quae autem, poſita ſunt in Coniectura, quaeque mihi videntur fore, *etc.* In Conſpectu Cic. Tuſc. 4 c. 29. Res minime dubitanda in Contentione ponitur Idem pro Cael. c. 22. Cic. de Orat. 2, 199 Non continuo ſi quis motus populi factus eſſet, id C. Norbano in nefario Crimine, atque in fraude capitali eſſe ponendum. Cic. pro Cluent. 127 Omnes qui Oppianicum condemnarunt, in Culpa ſunt et ſuſpicione ponendi. In Diſcrimine, *pro Alicuius momenti facere, i. putare:* Liu. 1 praef. Sed haec et his ſimilia, vtcumque animaduerſa aut exiſtimata erunt, haud in magno ponam Diſcrimine. In Dubio Liu. 34, 5 *pr.* Cic. Fam. 11, 16 Ponam in Extremo quod ſentio. Liu. 26, 37 Et vt ad moenia vrbis Romae nullo prohibente ſe perueniſſe in Gloria ponebant. Cic. Att. 4, 11 Apud Lentulum ponam te in Gratiam, *i. dicam Lentulo, me tuo rogatu hoc beneficium illi tribuiſſe.* Idem Q. Frat. 1, 1 Non eſt enim poſitum in Labore aliquo, ſed in quadam inductione animi et voluntate. Cic. Verr. 3, 212 Num quae in tuo imperio pecuniae cellae nomine coactae? Neque ego hoc in tua Laude pono. Cic. in Topic. 71 Si conſilio iuuare ciues et auxilio, aequa in Laude ponendum eſt, *etc.* Idem pro Muraena . . Summa in vtroque eſt honeſtas, ſumma dignitas: quam ego, ſi mihi per Seruium liceat, pari atque in eadem Laude ponam. In Legibus, *pro Statuere inter alias leges* Cato de R. R. in prooem. In Loco beneficii Cic. Fam. 15, 4. *i. aeſtimare.* In Lucro; *modus loquendi, quum aliquid boni praeter ſpem euenit.* Idem pro Flacco 40 c. 17 Quieſcant igitur, et me hoc in Lucro ponere, *etc.* In Manu alicuius Liu. 8, 13. In Medio ponere ſententias philoſophorum Cic. de N. D. 1, 13 c. 6. *i. proponere omnium conſpectui.* In Medio poſita, *pro Manifeſta.* Cic. Diu. Verr. 26 Atque ego haec, quae in Medio poſita ſunt, commemoro: ſunt alia magis occulta, *etc.* Cic. Att. 12, 23 Hoc metuere, alterum in Metu non ponere. Idem de Lege Agr. 2 *pr.* Etſi hoc in More poſitum Quirites, inſtitutoque maiorum, *etc.* In Numero oratorum aliquem Cic. de Clar. Orat. 165. In Oratione aliquid, *pro Scribere* Idem Diu. Verr. 26. In Ordinem Varro de R. R. 3, 13. Cic. Off. 1, 126 Principio, corporis noſtri magnam natura ipſa videtur habuiſſe rationem: quae formam noſtram reliquamque figuram, in qua eſſet ſpecies honeſta, eam poſuit in Promtu. Quae partes autem corporis ad naturae neceſſitatem datae, adſpectum eſſent deformem habiturae atque turpem, eas contexit atque abdidit. In Solem Cato c. 7. In Spe optima ſibi aliquid Cic. Att. 13, 27. In Tumulo eodem poni Ouid. ad Liu. 161. Summum bonum in Virtute Cic. de Amic. c. 6. Scimus, noſtris moribus ſaltare in Vitiis poni Nep. 15, 1, 2. *Add.* Id. 7, 11, 4. Cic. Tuſc. 3, 14 Quoniam confidens mala conſuetudine loquendi in Vitio ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis eſt. In Vltimis Plin. 17, 12. In Vſu et experimentis medicinam ponere Celſ. 1 praef. Poſt aliquem poni, *pro Poſthaberi alicui* Ouid. Met. 2, 564. *Nempe, quod pluſcula iam exempla docuerunt,* Ponere *eſt putare, exiſtimare. Ita* hunc primum omnium ponam Nep. 8, 1, 1. Non ei par quiſquam in ciuitate ponitur Idem 7, 3, 5. Ea apud nos infamia ponuntur Id. praef. n. 5. *Vid. quae modo dedimus ſub* Ponere In. Pro certo Liu. 10, 9. Sub conſpectu Senec. de Benef. . . Quod ſupra poſitum Scribon. 230. Quae ſuperius poſita ſunt Idem 122. ¶ 2 *Subſtantiua:* Amplitudo ac dignitas omnis in virtute poſita eſt Cic. Fam. 1, 5. Animum, curam, cogitationemque ſuam in omnium laude vndique colligenda ponere Cic. Q. Frat. 1, 1. *Add.* pro Muraen. c. 22. Aras Virg. Aen. 3, 404. Argumentum Cic. de Orat. 2, 214. Artus et ſale tabentes in litore Virg. Aen. 1, 177. Cic. Fam. 13, 27 (26) Scriberem quam id Beneficium bene apud Meſcinium poſiturus eſſes, niſi et te ſcire confiderem. Cic. pro Sull. 26 Ego tantis a me Beneficiis in Repub. poſitis, ſi nullum aliud mihi praemium a Senatu Populoque Romano, niſi honeſtum otium poſtularem, quis non concederet? Calculum Columel. 3, 9. Capillos ſine arte Ouid. Ep. 4, 77. Caput Virg. Aen. 5, 845. *i. Componere ad quieſcendum.* Carinas nauium Curt. 10, 1, 19. *h. e. Exſtruere incipere:* carina *quaſi fundamentum nauis.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 37 Caſtellaque his locis poſuit. Cic. ad Octau. . . In vrbe milites vagantur, in campo Caſtra ponuntur. Caſtra apud Corfinium Cic. Att. 8, 19. — in aperto Liu. 36. — in plano ad murum Idem 5, 28. — ad murum Cic. Att. 9, 17. Certamina velocis iaculi ponit in vlmo, *h. e. Signum ad iaculandum* Virg. Georg. 2, 530. Liu. 10, 9 Id ne pro Certo ponerem, vetuſtior annalium auctor Piſo effecit. Ceruicem inflexam Virg. Aen. 3, 631. Collum poſuit puluere Hor. Carm. 4, 6, 11. Comas ſuas in ſtatione Ouid. de Arte Am. 3, 434. Cic. Att. 14, 18 Vt omne Conſilium in fortuna poſitum videretur. Cum Conſilium poneremus, cui nos regioni crederemus Petron. c. 115. Senec. de Benefic. Volo ſub Conſpectu meo ponere, quae gentium oculos regumque perſtringunt. Coronam in caput *vel* in capite Gell. 3, 15. Corpus ingenuum dura humo Ouid. Amor. 3, 11, 10. Cic. Verr. 2, . . De quo Crimine quid ego diſputem, quum totum poſitum ſit in teſtibus. Virg. Aen. 6, 274 Veſtibulum ante ipſum, primiſque in faucibus Orci, Luctus, et vltrices poſuere Cubilia curae. Cic. de Diuin. 1, 93 c. 42 Omnem Curam in ſiderum cognitione poſuerunt. Cuſtodes et limina alicui Propert. 2, 6, 37. Cuſtodias portis Hirt. Bell. Afric. 88. Cic. pro Flacc. 45 c. 19 Cuſtos T. Aufidio Praetore frumento publico eſt poſitus. Cuſtodia poſita eſt noſtrae puellae Tibull. 1, 2, 5. Diem tecum libentius poſuerim, quam omne tempus cum pleriſque eorum, quibuſcum viuo neceſſario Cic. Fam. 5, 21. Diem totum in conſideranda aliqua re Idem de Clar. Orat. 87 c. 22. Dies multos in rem aliquam Cic. Att. 11, . . Domos ſub terris Virg. Georg. 1, 182. Eloquentiam in orationis celeritate ponunt quidam Cic. in Orat. 53. Epulas Ouid. Faſt. 4, 545. Cic. pro Cluent. 133 Neque in re nota conſumam tempus Exemplis: ponam illud vnum, *etc.* Plaut. Capt. 2, 3, 73 Et meam eſſe Fidem hîc pro te poſitam pignori, *i. Fidem meam propter te obligatam eſſe.* Finem ſcelerum Lucan. 5, 314. Finem vitae ſibi poſuit Tacit. Ann. 6, 40. *de Tiberio.* Foedera ſunt ponenda prius, ſignandaque iura Propert. 3, 20, 15. Formidinem improbis Cic. Catil. 4, 8. Idem pro Lege Manil. 28 Non vt in illius poteſtate Fortunam poſitam eſſe dicam. Idem Fam. 10, 25 Cuius eſt haec ſumma, vt omnia te metiri dignitate malim, quam ambitione: maioremque Fructum ponere in perpetuitate laudis, quam in celeritate Praeturae. Cic. in Piſon. 9 c. 4 Ergo his Fundamentis poſitis Conſulatus tui, triduo poſt inſpectante et tacente te, *etc.* Idem de Fin. 2, 86 Quarum omnium Fundamenta vos in voluptate, tanquam in aqua ponitis. Fundamina prima fauis ponere Virg. Georg. 4, 161. Cic. pro Muraen. . . Mihi quidem vehementer expedit, poſitam in oculis eſſe Gratiam. Idem Off. 2, 83 Sic par eſt agere cum ciuibus, non vt bis iam vidimus, Haſtam in foro ponere, et bona ciuium voci ſubiicere praeconis. Humi poſitus Ouid. Met. 3, 420. Salluſt. contra Cic. . . Qui ciuitatis Incommodum in gloriam ſuam ponit: *i. Conuertit; hoc eſt, ex incommodo ciuitatis parit ſibi gloriam.* Intelligentiam in audiendi faſtidio Cic. de Opt. Gen. Orat. 12. Initia vt male poſuimus, ſic caetera ſequentur Idem Att. 10, 20. Idem pro Roſc. Amer. 98 Non illum miſerum, ignarum caſus ſui, redeuntem a coena videtis? non poſitas Inſidias? non impetum repentinum? Cic. de Lege Agr. 2, 48 c. 18 Dum patefacio vobis, quas iſti penitus abſtruſas Inſidias ſe poſuiſſe arbitrantur contra Cn. Pompeii dignitatem. *add.* Id. pro Deiot. c. 7. Iuuenem hic agreſti ſublimem in ſtramine ponunt Virg. Aen. 11, 67. Ius in natura poſitum eſt Cic. de Legib. 1, 24. Latus ſaxo Valer. Argon. 4, 378. Leges pónere, *Condere* Hor. Serm. 1, 3, 105. Cic. Att. 9, 19 Legiones ſingulas poſuit Brunduſii, Tarenti, Siponti. Libertatem in aliqua re Idem pro Planc. 91. Limina Martial. 9, 49. Cic. Octau. . . Cui hoſtis relinquitur? ciuis hoſtis Loco ponitur? Idem in Piſon. 31 Tune etiam immaniſſimum ac foediſſimum monſtrum auſus es meum diſceſſum illum teſtem ſceleris et crudelitatis tuae, maledicti et contumeliae Loco ponere? Loco celebri Plin. Epiſt. 3, 6. Loco primo Quinctil. 15, 12. Celſ. Prooem. 1 Poſt quos Serapion primus omnium nihil hanc rationalem diſciplinam pertinere ad Medicinam profeſſus, in vſu et experimentis eam poſuit. Menſam poni iubet Hor. Serm. 2, 3, 148. *conf.* Petron. c. 53. Merum in gemma Ouid. Met. 8, 572. *i. In poculo gemmis ornato.* His ego nec Metas rerum, nec tempora pono Virg. Aen. 1, 282. Modum creſcendi Lucan. 1, 82. Modum exitiis Virg. Aen. 7, 129. Modum orationi Tacit. Ann. 4, 9. Moreſque viris, et Moenia Virg. Aen. 1, 268. Mortem in malis Cic. de Fin. 3, 29. Idem Acad. 4 Sed quoniam Multum in ea arte ponitis, videte, ne contra vos tota nata ſit. Idem de Fin. 5, 52 Qui Multum in fortuna ſecunda aut aduerſa, multum in bonis aut malis corporis ponerent. Multum in fide alicuius Cic. Att. 2, 22. Multum quoque in tua fide ac diligentia poſitum eſt Quinctilian. Tryph. 3. Multum in alicuius miſericordia Curt. 5, 5, 11. Liu. 34, 49 *extr.* Vt Pop. Romanus dignis datam libertatem, ac Munus ſuum bene poſitum ſciret. Dum bene ponendi munera tempus habes Ouid. Amor. 2, 3, 18. Niues poſuit bruma Seneca Theb. 2. Nomen alicuius Ouid. ex Pont. 4, 3, 1. Nomen alicui Virg. Aen. 7, 63. Nomen alicui inſano, *Quendam nomine inſani appellare* Hor. Serm. 2, 3, 48. Cic. de Nat. Deor. 1, 44 Sunt rebus nouis noua ponenda Nomina. Numos in fenore Hor. Serm. 1, 2, 13. Omnia noſtra in patria ponere, et quaſi conſecrare debemus Cic. de Legib. 2, 5. Omnia in voluptate Idem de Fin. 2, 24. Cic. . . Primum enim ſtante Rep. facere ſolebamus, vt in agendo, plus quam in ſcribendo Operae poneremus. Idem de Fin. 1, 1 Quidam autem non id tam reprehendunt, ſi remiſſius agatur: ſed tantum ſtudium, tamque multam Operam in eo ponendam non arbitrantur. Idem Att. 13, 27 Quidquid erit, Operam Faberio ponamus. Hor. de Arte Poët. 34 Infelix Operis ſumma, quia ponere totum Neſciet, *i. conficere.* Opus ponere, *Exſtruere* Ouid. Met. 8, 160. Cic. de Vniuerſ. 26 Reliquorum ſiderum, quae cauſa collocandi fuerit, quaeque eorum ſit collocatio, in ſermonem alium differendum eſt, ne in eo, quod attingendum fuit, quam in eo, cuius cauſa id attigimus, longior ponatur Oratio. Ordine ponere, *vid.* ORDO. Otia recte, *i. Ordinare, diſponere* Hor. Serm. 2, 7, 113. Oua ponere, *dicitur gallina* Columel. 8, 2. Ouid. Met. 8, 258. Propter humum volitat, ponitque in ſepibus Oua. Partem deo Plin. 12, 19. Cic. pro Flacc. Delectum eſt oppidum, quo in oppido vno Pecunia a tota Aſia ad honores L. Flacci poneretur. Pecuniam, *Dare fenori* Hor. Epod. 2, 70. Quinctil. Declamat. 9 Nusquam melius ponitur Pecunia, quam vbi fenus bonitatis extenditur. Pedicas tunc gruibus, et retia ceruis Virg. Georg. 1, 307. Cic. Verr. 1 Ecquo in oppido Pedem poſuit, vbi, *etc.* Idem Philipp. 3, 28 Hodierno die primum P. C. longo interuallo in poſſeſſionem libertatis Pedem ponimus. Pedem vbi ponat, in ſuo non habet Cic. Att. 13, 1. Idem de Finib. 4, 69 Sapientia pedem vbi poneret, non habebat, ſublatis officiis omnibus. Potentia in vi et armis poſita eſt Cic. ad Brut. 10. Idem pro Cluent. 57 Itaque tum ille inopia et neceſſitate coactus, in cauſa eiusmodi ad Cepaſios fratres confugit, homines induſtrios, atque eo animo, vt quaecunque dicendi Poteſtas eſſet data, in honore atque in beneficio ponerent. Praemia ponit et inuitat pretiis animos Virg. Aen. 5, 292. Senec. in Conſol. ad Heluiam, Ponere magna Pretia virtutibus et vitiis. Praemia circum compita Virg. Georg. 2, 383. Praeſidium in loco aliquo Caeſ. Bell. Gall. 2, 5. Cic. Acad. 4 Quem facile Graeciae Principem ponimus. *de Themiſtocle.* Quantum in prudentia tua et fide ponam, credibile non eſt Idem Att. 2, 23. Rationem cum Orco Columel. 1, 3. Cic. pro Cael. 55 Vt Res minime dubitanda in contentione ponatur, vtrum temeraria, *etc.* Res in minimis Idem Fam. 4, 9. Cic. pro Lege Manil. 28 Nullam Rem declarant poſitam eſſe in vſu militari, quae huius rei ſcientiam fugere poteſt. Retia Ouid. de Arte Am. 1, 263. Quinctil. Declam. 3 Feſtinarunt parentes ad nomen liberos mittere, quamuis aſperrimo bello, vt ſub te virtutis Rudimenta ponere contingeret. Cic. Verr. Act. 1, 9 Ea ſpe iſtum fuiſſe praeditum, vt omnem rationem Salutis in pecunia poneret. Salus noſtra in vno te poſita eſt Ouid. Met. 3, 648. Q. Cic. de Petit. Conſul. 21 Modo intelligite magni aeſtimare, ex animo agere, bene Se ponere, fore ex eo non breuem et ſuffragatoriam, ſed firmam et perpetuam amicitiam. Cic. de Vniuerſ. 39 Quae quum ita deſignaſſet, Seſeque ſi quid poſtea fraudis aut vitii eueniſſet, extra omnem culpam, cauſamque poſuiſſet,

alios,

alios, *etc.* Cic. Tuſc. 1, 44 Totosque Nos in contemplandis rebus perſpiciendisque ponemus. Se toro Ouid. Met. 11, 472. Semina humo Propert. 2, 11, 2. Sententiam ſuam Quinctil. 3, 1. Sententias philoſophorum in medio Cic. de Nat. Deor. 1, 13. Signa nouis praeçeptis, *Scribere et conſignare* Hor. Serm. 2, 4, 10. Sortes, *pro Facere ſortem* Plaut. Caſin. 2, 6, 20. Spem ponere, *Sperare.* Plaut. Capt. 5, 2, 4 Neque Spem ponas me bonae frugi fore. Cic. Att. 6, 1 In Pompeio te Spem omnem otii ponere non miror. *conf.* Id. Verr. 5 c. 16. Spem in armis Virg. Aen. 2, 676. Statuam alicui Cic. pro Domo c. 30. *add.* Nep. 12, 1, 3. *et* 25, 3, 2. *vid. mox* Templum ponere. Cic. Fam. 13, 56 Iam apud ipſum gratiſſimum hominem atque optimum virum, quam bene poſiturus ſis Studium tuum atque officium, dubitare te non exiſtimo. Idem de Fin. 1, 1 Sed tantum Studium, tamque multam operam in eo ponendam non arbitrantur. Studium ſuum omne in aliquibus artibus cognoſcendis atque tractandis Cic. de Orat. 1, 204. Caeſ. Bell. Gall. 2, 11 Omnes in fuga ſibi ſubſidium poſuerunt. Cic. de Orat. 1, 255 Vt non modo non arbitrer ſubſidium ſenectutis in eorum, qui conſultum veniant, multitudine eſſe ponendum, ſed *etc.* Summum bonum in animo Idem de Fin. 3, 45. Cic. de Amicit. . . Qui in virtute Summum bonum ponunt, praeclare illi quidem, *i. Qui aſſerunt virtutem eſſe ſummum bonum.* Idem Qu. Fratr. 3, 1 Sed praeſtabo, Sumtum nuſquam melius poſſe poni, *i. fieri.* Tabulas obſignatas in publico lex poni voluit Cic. pro Flacco 21. Templum ponere, *Condere* Virg. Georg. 3, 13. Idem Aen. 6, 19 Poſuitque immania Templa. *Vnde in antiquis marmoribus legimus*, BENEMERENTI POSVIT. Plin. Epiſt. 1, 17 Neque enim magis decorum et inſigne eſt, ſtatuam in foro Populi Romani habere, quam ponere. Cic. pro Domo 81 c. 30 Qui Titi ob eam legem ſtatuam in aedibus meis poſuit. Templum in oculis et quotidiano adſpectu Cic. Verr. 1, . . Idem Fam. 15, 2 Tempus eius tridui quod in his caſtris morabar, in magno officio et neceſſario mihi ponendum putaui. Quinctilem in reditu ponere Idem Att. 6, 2. *i. conſumere, tranſigere.* Tempus in aliqua cogitatione Cic. de Orat. 3, 17. Idem Fam. 5, 21 Vnum mediusfidius diem tecum libentius poſuerim, quam hoc omne Tempus cum plerisque eorum, quibuscum viuo neceſſario. Cic. Att. 1, 10 Neque tamen id ipſum certum habeo, quando ad Antonium proficiſcare, aut quid in Epiro Temporis ponas. Totum in poteſtate ſapientis Idem de Fin. 2, 86. Quod ex praeda Tripodem aureum Delphis poſuiſſet Nep. 4, 2, 3. Tropaeum Idem 14, 8, 3. Venenum alicui cum cibo Liu. 6, 40. Verbum aliquod in oratione Cic. in Orat. 26. Verba in vſu quotidiano poſita minus timeremus Quinctil. 2, 10. Cic. in Parad. 6 Quem intelligimus diuitem? aut hoc Verbum in quo homine ponimus? Verba alicuius in re aliqua, *pro Adducere in teſtimonium* Plin. 13, 13. Verſus et caetera ludicra Hor. Epiſt. 1, 1, 10. Veſtem pignori ponere, *i. in pignus dare* Scaeuola in l. Vxori §. vlt. D. de legat. tertio. Veſtigia Hor. Epiſt. 1, 19, 21. Cic. Philipp. 3, 31 Quas fecit ſtrages, vbicunque poſuit veſtigia? Idem de Fin. 5, 5 Quacunque ingredimur, in aliquam hiſtoriam Veſtigium ponimus. Vim omnem dicendi in arte Idem de Orat. 1, 110. Cic. Fam. 9, 24 Hoc animo ſum, ſi in hac cura atque adminiſtratione Vita mihi ponenda ſit, praeclare actum mecum putem, etiam atque etiam. Vita poſita in manu alterius Idem pro Quint. 6. Vitem ponere, *i. Deponere, et depangere* Columel. 4, 1. Vites ordine Virg. Ecl. 1, 74. Vituperationem grauius ponere: *cui* Leuius *opponitur* Quinctil. 6, 3. In vltimis Plin. 17, 12. Ouid. Met. 3, 130 Quum poſuit iuſſam Phoebeis ſortibus Vrbem. Vrbem in montibus Virg. Aen. 8, 53. ¶ 3 *Formulae aliae, v. g. adhibetur hoc verbum in menſa.* Mart. 8, 23 Inuitas ad aprum, ponis mihi, Gallice, porcum. *Sic de potulentis appoſitis: vid. Burm. ad* Petron. c. 20 p. 68. *Heinſ. ad* Ouid. A. A. 1, 231. *it. de conuiuis ipſis, Burm. ad* Ouid. *l. c.* *De plantis ſeminibusque dicitur:* Arundineta Columel. 11, 2. Atque oleris pulli radix lacrimoſaque cepe Ponitur Colum. de Horto v. 122. Poſt Kal. Ian. confeſtim recte ponetur Lepadium: menſe autem Februario, vel plantâ vel ſemine Ruta Idem 11, 2. *De praeſidiariis militibus:* Deducta Orico legione, quam tuendae orae maritimae Poſuerat Caeſ. B. C. 3, 34. Ad eas munitiones Caeſar Lentulum cum legione X poſitum habebat Idem ibid. c. 62. Alteram nauem, quae erat ad cuſtodiam poſita Ibid. c. 40. Praeſidio perpetuo ibi poſito, in obſidione Athenas tenuerunt Nep. 7, 4, 7. *Pro Proponere.* Cic. Tuſc. 1, 7 c. 4 Ponere iubebam de quo quis audire vellet, et id aut ſedens, aut ambulans diſputabam. *Sic* ſolent ſcholaſtici declamatores ponere, An promittente ſalutem Antonio orationes ſuas comburat *Cicero?* Sen. Suaſor. 6 *extr.* Breuiter, quae erunt ſatis aperta, ponemus Cic. in Partit. . . Exempli cauſa aliquid Idem Off. 3, 19. Sub vno adſpectu ratione et diſtributione, omnia quae in re diſperſa atque infinita videntur eſſe ponere Idem de Petit. Conſ. 1. Cic. Fam. 9, 15 Et quidem quum in mentem venit, ponor Ad ſcribendum: *i. nomen meum cum aliis SCto praeſcribitur inter hos, qui ſcribendo adfuiſſe dicuntur.* Senec. Epiſt. 50 Sederem otioſus, et eiusmodi Quaeſtiones ponerem. Ille ſe torquet diu, nec Quaeſtionis poſitae cauſam intelligit Phaedrus 3, 15, 7. Cic. de Orat. 1, 102 Quid mihi nunc vos, inquit Craſſus, tanquam alicui Graeculo otioſo et loquaci, et fortaſſe docto atque erudito, Quaeſtiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? Ponere *eſt* Deſinere: quoniam quum ceſſamus ab opere, collocare quodammodo ac reponere videmur id, quod agebamus: Virg. Aen. 7, 27 Quum venti poſuere, omnisque repente reſedit Flatus: h. e. Quieuere. Seruius. Tum Zephyri poſuere Virg. Aen. 10, 103. ¶ 4 *Ponitur et pro Deponere.* Idem ibid. 1, 306 Ponuntque ferocia Poeni Corda volente deo. *Sic* Cic. Qu. Fratr. 1, 1, 8 Quos quidem libros non ſine cauſa noſter ille Africanus de manibus ponere non ſolebat. Ambages Ouid. Met. 10, 19. Amorem ponere, *Omittere* Ouid. Rem. Am. 63. Animos feroces Liu. 8, 1. Arma poni iubet, *fatentes ſe victos* Idem 4, . . Armis poſitis ſubſtitit pars vtraque Ouid. Met. 12, 147. *conf.* Cic. Fam. 6, 2, 3. *et* 10, 6, 2. Barbam Suet. in Calig. c. 5. Barbam et vngues Hor. in Arte Poët. 297. Virg. Aen. 1, 295 Aſpera tum poſitis miteſcent ſaecula Bellis. Caput ponere, *Demittere* Hor. Serm. 2, 8, 57. Clitellas muli ponunt Idem ibid. 1, 5, 47. Colorem nigrum Ouid. Met. 7, 641. Comas Virg. Aen. 12, 209. Conſilium Plin. Epiſt. 1, 22. Coronam, *luctus gratia* Cic. Att. 14, 22. Curam Liu. 1, 19. Curas graues Ouid. Met. 9, 696. Curae poſitae pectore Sil. 11, 289. Decorem Ouid. de Arte Am. 2, 379. Cic. Tuſc. 3, 67 Quid eſt autem, quod plus valeat ad ponendum Dolorem, quam quum eſt intellectum, nihil profici, et fruſtra eſſe ſuſceptum? Exuuias Virg. Georg. 3, 436. Faſtus Ouid. Met. 14, 761. Fetus varios Autumnus ponit Virg. Georg. 2, 521. Frondes et iam olim feras poſuit quum vinea Idem ibid. 2, 403. Grauitatem Lucan. ad Piſon. 259. Imaginem alicuius Ouid. Met. 3, 1. Imperium Martial. 11, 6. Inimicitias Cic. Fam. 8, 6, 4. Idem pro Cluent. 5 Vt in iudiciis et ſine Inuidia culpa plectatur, et ſine culpa Inuidia ponatur. Iras fideliter Ouid. Faſt. 6, 41. Iubas equi poſuere Stat. Theb. 3, 265. Labores Ouid. Faſt. 6, 549. Librum Cic. Tuſc. 1. Metum Plin. Epiſt. 5, 101. Ouid. Triſt. 5, 2, 3. Minas ponit mare Lucret. 5, 1001. Moras Hor. Carm. 4, 12, 25. Cic. in Piſon. 31 Tamen illud contentionis Odium ſimul cum ipſa pugna, armisque ponant. Onus vteri poſitum eſt, *pro Peperit* Ouid. Epiſt. 11, 64. Pellem dracones poſuere ſenectae Idem Met. 7, 237. Cic. Off. 3, 43 Ponit Perſonam amici, quum induit iudicis. Pudorem Martial. 11, 28. Queſtus Ouid. Met. 9, 276. Senſum Idem ex Pont. 1, 2, 32. Spem Idem ad Liu. 37. Spiritum Val. Max. 7, 8, 8. Studium lucri Hor. Carm. 4, 12, 25. Superbiam Idem ibid. 3, 10, 9. Timorem Ouid. Met. 10, 408. Tunicam Cic. Tuſc. 5, 60. Tirocinium Iuſtin. 12, 4, 6. Velamina Ouid. Faſt. 2, 169. Verecundiam Plin. Epiſt. 7, 15. Vires indomitas incendia poſuere Virg. Aen. 5, 681. Virginitas poſita Ouid. Faſt. 6, 128. Vitam, *Mori* Propert. 2, 16 (13) 3. Cic. Fam. 9, 24, 9. Nep. 4, 4, 3. Cic. de Orat. 3, 46. Idque ſi feceris, multa (vt arbitror) hîc hodie Vitia ponemus. *add.* Sen. Ep. 11. ¶ 5 *Aliae obſeruationes.* Cic. in Brut. 165 Hoc loco ipſum Domitium non relinquo. Nam etſi non fuit in oratorum numero, tamen pono ſatis in eo fuiſſe orationis atque ingenii, quo et magiſtratus perſonam, et conſularem dignitâtem tueretur, *i. arbitror, concedo. Pro Componere et temperare.* Hor. Carm. 1, 3, 16 Quo non arbiter Adriae Maior, tollere ceu ponere vult freta. *De operibus artis.* Iuuen. Sat. 1, 155 Pone Tigillinum, *in Satira, aliquid de illo ſcribe. Sic pro Pingere et formare*, Hor. Carm. 4, 8, 8 Hic ſaxo, liquidis ille coloribus Solers nunc hominem ponere, nunc deum. *Turnebus:* Ponere, *more Graeco dixit, pro Facere. Nam in eo ſenſu ſaepenumero τιθέναι ab Homero vſurpatur. Sic idem* Flaccus, in Arte Poët. 34 Quia ponere totum Neſciet. *i. Facere.* Orpheaque in medio poſuit, ſilnasque ſequentes Virg. Ecl. 3, 46. Cum pugna depingeretur, prima Miltiadis imago ponebatur Nep. 1, 6, 3. Ponere pallium, *aut* aliquid aliud, *de pignore, aut ſponſione, quod et Deponere dicitur* Plaut. Curc. 2, 3, 76. *Sic* Ponere fagina pocula Virg. Ecl. 3, 36. Pone, eum eſſe victum, *i. finge* Ter. Phorm. 4, 3, 25. Fingamus, alium creditorem fuiſſe — ponamus nunc debitorem ſine ſponſore Quinctil. Declam. 273. *vid. Borrich. Vindic. p. 179.* Iulianus in l. Si in qualitate D. de act. emt. et vend. Pone enim dixiſſe eum, quinquaginta iugera vineae eſſe, *etc.* Ponunt philoſophi, *i. Statuunt, cenſent, decernunt, ſcribunt.* Plin. 11, 52 Ariſtoteles vitae breuis ſigna ponit raros dentes. Cic. de Fin. 4, 16 Sed primum poſitum ſit, nosmetipſos commendatos eſſe nobis. *Pro inſtituere, ſancire:* Quippe Liber feſtos laetosque ritus poſuit Tac. Hiſt. 5, 5 *extr.* Longe et retro ponenda omnia, quae ſine honeſtate ſunt Cic. Tuſc. 5, 87. Poſitum eſt in te, vt *etc. i. In te ſitum eſt.* Cic. Att. 12, 26 Sed ſi perficitur de hortis Silii, hoc eſt, ſi perficis (eſt enim totum poſitum in te) nihil eſt ſcilicet, quod de Cotta cogitemus. *add. ib. 16, 2.* Cic. in Orat. 14 c. 4 Poſitum ſit igitur inprimis (quod poſt magis intelligetur) ſine philoſophia non poſſe effici, quem quaerimus eloquentem. Idem de Fin. 4, 16 Sed primum poſitum ſit, nosmetipſos commendatos eſſe nobis *etc. Philoſophica locutio eſt: nam* poſitiones *vocant philoſophi, eas propoſitiones, quae ſine probatione ponuntur, et quarum in aliud tempus probatio differtur. Graeci θέσεις vocant.* ¶ 6 Poſiui antiquum Praeteritum, pro Poſui Priſcian. p. 898. Maiores noſtri in legibus poſiuerunt Cato R. R. 1, 1. *vid. Commentatt. ad h. l.*

PONENS, entis. Partic. Corpora ponens in tumulo Ouid. Met. 8, 236. Serta recentia ponens Idem ibid. 8, 723. In gelida ponens corpora ripa Idem ibid. 14, 427.

POSĬTVS, a, um. Particip. [τεθεὶς] Ad fores poſita Arbor Plin. 16, 10. Cauſae in obſcuro poſitae Celſ. 1 Praef. Curis poſitis omnium aliarum rerum Liu. 7, 32. *i. Depoſitis.* Ouid. Faſt. 2, 438 Suppliciter poſito procubuere Genu. *De* Conuiuis *Burm. ad* Ouid. A. A. 1, 231. Delos in Aegeo mari poſita Cic. pro L. Man. c. 18. Extra omnem ingenii aleam poſitus Cicero Plin. Praef. l. 3. In illo fortunae gradu poſitum venerari Curt. 6, 10, 25. Conditione triſtiſſimae ſortis Quinctil. Decl. 4 *pr.* Natura poſita in conſpectu Cic. Tuſc. 4, 62 c. 29. Hor. Carm. 3, 10, 8 Et poſitas vt glaciet Niues Puro numine Iuppiter? i. e. (inquit Acron) deorſum miſſas: poſt niues enim miſſas, ſi flat Aquilo, eius frigore ſolidantur. Pax poſita, *i. Depoſita* Propert. 2, 1, 36. Querelis poſitis Idem 3, 10, 9. Res ab oſtentatione poſitae Quinctil. 1 Prooem. Res ante oculos poſitae Cic. Acad. 1, 5. Roma in montibus poſita, *i. Sita* Idem de Lege Agr. 2, 95 c. 35. Seminibus Virg. Georg. 2, 354. In cuius pernicie Spes poſita Nep. 18, 11, 2. Statua Idem 13, 2, 3. Terra ſub niue poſita latet Ouid. Faſt. 2, 72. Veſte poſita, *i. Depoſita* Idem ibid. 2, 284. Extra poſitum Scribon. 208. *de emplaſtro.* Homo extra ſenſus affectusque poſitus Quinctil. Declam. 19, 5 *extr.* Poſitus, Exanimatus Virg. Aen. 4, 681 — ſic te vt poſita, crudelis abeſſem? Seruius. Ouid. ad Liuiam 135 Tene ego ſuſtineo poſitum ſcelerata videre? *i. Mortuum.* Corpus poſitum, *i. Humatum.* Lucret. 3, 883 Proinde vbi ſe videas hominem indignarier ipſum Poſt mortem fore, vt aut putreſcat corpore poſto, *etc.* Poſto, Poſito. Poſitus ſuper armamentarium, *Praefectus armamentario* Curt. 6, 7, 22. Hoc autem poſito atque conceſſo, eſſe quandam vim diuinam Cic. Diu. 1 c. 52. Hoc vno poſito, quod eſt ad cognitionem diſciplinae ſatis Cic. de Legg. 2 c. 19. *vid. Cellar. Cur. Poſt. p. 415. Borrich. Vind. p. 185.*

POSTVS, a, um. *pro Poſitus.* Corpore poſto, *i. Humato* Lucret. 3, 885. In terram poſta Idem 1, 1057. *Add.* Idem 6, 763 *et* 965. Lucret. 3, 870 Semina ſaepe in eodem, vt nunc ſunt ordine poſta.

POSITVRVS, a, um. Particip. [θήσων] Ouid. Met. 3, 471 Nec mihi mors grauis eſt poſituro morte dolores.

POSĬTOR, ōris. m. [κτίστης] Ouid. Met. 9, 448 Et in Aſide terra Moenia conſtituis, poſitoris habentia nomen. *i. Conditoris.* Templorum poſitor Ouid. Faſt. 2, 63.

POSĬTVS, ûs. m. [θέσις] *i. Poſitio, ſiue ſitus.* Ouid. Faſt. 4, 420 Trinacria, a poſitu nomen adepta loci. Celſus 8 *pr.* Prius poſitus oſſium, figurasque indicabo. Tacit. Ann. 4, 5, 4 Quae poſitu regionis a tergo illis. Idem ibid. 6, 21, 4 Ille poſitus ſiderum, ac ſpatia dimenſus. Adeunda vix moenibus, et poſitu loci Ouid. ex Pont. 1, 8, 12. Defenſa vrbs melius poſitu Id. ibid. 4, 7, 23. Variare capillos poſitu Ouid. de Medic. Faciei 19. Variare comas poſitu Id. Met. 2, 412.

POSITĪVVS, a, um. Adi. [θετικὸς] *Quod primo poſitum eſt, nec aliunde deriuatum. a quo Grammatici* Poſitiuum *a* Comparatiuo *et* Superlatiuo *diſtinguunt, quod illud ſit quaſi fundamentum iſtorum. Vid.* Gell. 10, 4. *et* Iſidor. 1, 6.

POSITŪRA, ae. f. [θέμα] *Compoſitio, ſ. ratio compoſitionis.* Lucret. 1, 818 Magni refert, primordia ſaepe Cum quibus, et quali poſitura contineantur. Poſitura diſcrepitant res Idem 2, 1017. Diſſoluuntur enim poſiturae principiorum Idem 2, 946. Gell. 14, 1 Vt animaduerteretur, quo habitu, quaque forma, quaque poſitura ſtellarum aliquis naſceretur. Ligni Gell. 5, 3. *de Protagora.*

POSITIO, ōnis. f. [θέσις, θέμα] *Varietatem verbi ſequitur. v. g.* Plin. 18, 5 Vt ſolum ſua virtute valeat, qua dictum eſt, poſitione. *Eadem vocatur* Caeli poſitio, *pro Situ, regione, vel ſtatu alicuius rei ad aliquam caeli vel ſolis partem: Sed generalior eſt* Columel. 1, 6. Loci poſitio Quinctil. 3, 7, 26. Traian. Plin. Ep. 10, 59. Cic. pro Flacc. 62 c. 26 De quorum vrbis poſitione propter pulchritudinem etiam inter deos certamen fuiſſe proditum eſt. *de Athenis. al.* Poſſeſſio. Arbuſtiuae poſitionis exemplo Columel. 4, 1. Praecipua commoda Humilis poſitionis ſunt, quod celeriter adoleſcant ſemina Idem 4, 1. Allii et vlpici vltima eſt huius temporis poſitio Idem 11, 2. Campeſtris Columel. 1, 2. (Praef. p. 8) *apud Oratores.* Quinctil. 9, 4, 48 Tempus enim ſolum (alii Sonum legunt) metitur, vt a ſublatione ad poſitionem iisdem ſit ſpatiis pedum. *Quem locum ſic explicat* Diomedes 3 p. 471 Pes eſt ſublatio et poſitio duarum aut trium ampliuſue ſyllabarum, ſpatio comprehenſa. Pes eſt poëticae dictionis duarum ampliuſue ſyllabarum cum certa temporum obſeruatione modus, recipiens ἄρσιν et θέσιν, i. e. qui incipit elatione, et finitur poſitione. *Haec ille.* Vitia poſitionum Quinctil. 2, 10, 14 *i. Hypotheſium ſ. argumentorum apud rhetores. Add.* 7, 4, 40. *Rurſus* Quinctil. 1, 4, 24 Aut quae feminina poſitione mares, aut neutrali feminas ſignificant. Poſitionem *vocat, quam Grammatici vulgo* Terminationem *vocant.* Prima poſitio Quinctil. 1, 5, 60. *et* 1, 6, 12 *eſt ipſum thema, et Nominatiuus caſus nominis.* Soloeciſmus eſt in oratione comprehenſionis vnius ſequentium ac priorum inter ſe inconueniens poſitio Idem 1, 5, 51. *In proſodia dicitur poſitio, quum duae Conſonantes concurrunt.* Quinctil. 1, 5, 28 Volucres media acuta legam, quia etſi breuis natura, tamen poſitione longa eſt, ne faciat iambum, quem non recipit verſus heroicus. *Eſt enim ſermo de nomine* Volucres *in Verſu* Virg. Georg. 3, 243 Et genus aequoreum, pecudes, pictaeque volucres. *Hic primum intuentibus videri poteſt Fabius hac ſignificatione Grammaticorum vſus eſſe. Verum accuratius conſiderantibus apparebit,* Poſitione *hic ſignificare ſimpliciter,* quia hic, *in hoc loco verſus* poſita *eſt ſyllaba* LV. *Si enim poſita eſſet extra verſum, vel alio loco verſus, correpta maneret.* Conf. 9, 4, 85 *vbi in nomine* Agreſtem, *gre ſyllaba* facit longam A priorem. *Interim illa Grammatica et Proſodica ſignificatio auctores habet ſat antiquos, v. g.* Diomedem 2 p. 423 *vbi ſeptem illius modos enumerat; plures etiam* Marius Victorin. 1 p. 2473 *etc. Metaphorice* Sen. Epiſt. 64 In quacunque poſitione mentis ſim, *i. quomodocunque affectus.*

PONS, pontis. m. [γέφυρα] *Per quod ſuper aquas tranſimus. A* Pendeo *dicitur, quod veluti in aëre pendeat.* Plin. 8, 3 Territos ſpatio procul pontis a continente porrecti, vt ſeſe longinquitatis aeſtimatione fallerent, auerſos retrorſus iſſe, *de elephantis.* Ignotus pons Virg. Georg. 3, 78. Lapideus Curt. 5, 1, 29. Naumachiarius, *vid.* NAVIS. Saxeus Lucan. 4, 15. Solutus Claud. Conſ. Hon. 4, 404. Interfluentem vrbi Tiberim ponte commiſit Flor. 1, 4, 2. Adiungitur et continetur anguſto ponte pars oppidi Cic. Verr. 4, 117 c. 52 *extr.* Conſiſtere crebris pontibus Virg. Georg. 4, 27. Cic. pro Roſc. Amer. 100 c. 35 Habeo etiam dicere, quem contra morem maiorum, minorem annis ſexaginta de ponte in Tiberim Deiecerit. *Vid.* DEPONTANI. Diſſoluere Nep. 2, 5, 1. Diſtendere pontem in agros Lucan. 4, 140. Diſturbare pontes Auctor ad Herenn. 1, 21. Facere pontem Cic. in Varin. 21. Nep. 1, 3, 1. Planc. ad Cic. Fam. 10, 23. Imponere fluuio pontem Curt. 5, 1, 29. Indere pontes Tacit. Ann. 12, 57. Iniicere pontem, *vid.* INIICIO. Interrupi pontes, quos feceram Planc. ad Cic. Fam. 10, 23. Interſcindere pontem a tergo Idem de Legib. 2, 10 c. 4. Iungere ponte fluuium, *Fluuio pontem imponere* Curt. 5, 3, 7. Ludere ponte magno Catul. 18, 1. Reſcindere Nep. 1, 3, 4. Reuellere pontes Claud. in Ruff. 1, 270. Rupti torrentibus pontes Quinctil. 2, 13. Tranſmittere flumen ponte Plin. Ep. 8, 8. Vellere pontem Virg. Aen. 8, 650. ¶ 2 Pons *mendicorum ſtatio, ob frequentiam.* Iuuen. Sat. 14, 134 Inuitatus ad haec aliquis de ponte. i. e. Mendicus: quia mendici in pontis itinere ſedent, *vt annotat vetus* Scholiaſtes. *conf.* Sat. 4, 116 Diruſque a ponte ſatelles, Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes. In Sublicium pontem me transfer, et inter egentes abige: non tamen ideo me deſpiciam, quod in illorum numero conſideo, qui manum ad ſtipem porrigunt Sen. de Vita beata c. 25. Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat, *Coloniam alloquens* Catul. 17, 5. ¶ 3 *Ob ſimilitudinem formae vel vſus, diuerſae res aliae* Pontis *appellationem nactae ſunt: vt* Pons *ille* comitiorum, *de quo Feſti et Varronis auctoritates, poſuimus in* DEPONTANI. *Hos* pontes *ad tranſeundum factos, ſuadet ipſum nomen, et* Sueton. Caeſ. c. 80 Cunctati coniurati vtrum illum in campo per comitia tribus ad ſuffragia vocantem partibus diuiſis e ponte deiicerent, atque exceptum trucidarent. *Mobiles fuiſſe, apparet ex* A. ad Herenn. 1, 21 c. 12 *vbi Coepio impedit comitia Saturnini,* Pontes diſturbat, ciſtas deiicit. *Hos* Pontes *lex Maria fecit anguſtos* Cic. de Legg. 3, 38 c. 17 *vt, credo, ſoli per illum tranſeuntes, tabellam ſuo arbitratu, nemine alio arbitrante, deligere poſſent, quam vellent. Nam oppoſitam ambitioni hanc legem ait Cicero. Conuenit figura in numis, de quibus Spanhem. diſſ. 10 p. 192. De his* Cic. Att. 1, 13 Operae, *inquit,* Clodianae pontes occuparant; tabellae miniſtrabantur, ita vt nulla daretur, Vti rogas. Pontes *(ait Paullus Manutius de Leg. Rom. 9) quibus ciſtae ſuffragiorum ſuperimpoſitae. Pontes igitur occuparunt operae Clodianae, vt ex iis, quas vellent tabellas ſuffragium laturis, miniſtrarent, eas inquam duntaxat, quae inſcriptae eſſent,* Vti rogas. Ouid. Faſt. 5, 634 Pars putat, vt ferrent iuuenes ſuffragia ſoli Pontibus infirmos praecipitaſſe ſenes. Pons, *via aggerata et lapidibus conſtrata, propter paludoſum ſolum.* Caecina monitus, pontes longos quam maturrime ſuperare. anguſtus is trames, vaſtas inter paludes, et quondam a L. Domitio aggeratus: caetera limoſa, tenacia graui coeno *etc.* Tac. Ann. 1, 63, 4 ſeq. *Tabulata nauium* Pontes *vocantur.* Multae naues pontibus ſtratae, ſuper quas tormenta veherentur, ſimul aptae ferendis equis aut commeatui Idem ibid. 2, 6, 3. *Diuerſi ab his, et ſcalarum quoddam inſtar habent, de quibus* Virg. Aen. 10, 288 Interea Aeneas ſocios de puppibus altis Pontibus exponit. Ianuae pons Vell. 2, 7, 2 *vt quidam volunt, eſt limen ſuperius arcuatum. Sed recte al.* Poſtem *habent. Denique in oppugnationibus turres ad murum promoti,* pontibus *cum iis iungebantur. Vid.* Suet. Aug. c. 20 *coll.* Plin. 7, 53 *c. not. Hard.*

PONTICVLVS, i. m. Diminut. [γεφυρίδιον] Cic. Tuſc. 5, 59 c. 20 Et quum foſſam latam cubiculari lecto circumdediſſet, eiusque foſſae tranſitum ponticulo ligneo coniunxiſſet, *etc. Adde* Suet. Caeſ. 31 *et* Catull. 17, 3 Crura ponticuli aſculis ſtantis.

PONTILE, is. n. *Aliquid ponti ſimile, compactum ex roboreis axibus ſtratum in ſtabulis.* Veget. Mulom. 1, 56, 2 Dabit operam vt ſtratus pontilis emineat, ipſumque ſit non ex mollibus lignis — compactum. Nam hoc genus ligni equorum vngulas — obdurat. *add.* ſ. 22 Quo facto in pontili ſtrato collocentur.

PONTO, ōnis. m. [πορθμεῖον] Pontones, *Naues, quibus in traiiciendis amnibus loco pontium vtimur.* Paullus in l. vlt. D. de ſeruit. ruſt. praed. Flumine interueniente via conſtitui poteſt, ſi aut vado tranſiri poteſt, aut pontem habet, diuerſum, ſi pontonibus traiiciatur. Caeſ. B. Ciu. 3, 29 Pontones, quod eſt genus nauium Gallicarum, Lyſſi relinquit.

PONTONIVM, i. n. *Idem.* Iſidor. 19, 1 Pontonium, nauigium fluminale tardum et graue, quod non niſi remigio progredi poteſt.

PONTATICVM, i. n. *Vectigal, quod in pontis tranſitu datur.* Ammian. 5, 1.

PONTIAE, arum. f. *Inſulae ſunt in mari Tuſco, vt ſcribit* Plin. 3, 6 Ab his vltra Tiberina oſtia in Antiano, Aſtura, mox Palmaria, Sinonia, et aduerſum Formias Pontiae.

PONTICVLVS, *vid.* PONS.

PONTICVS, i. m. *Poëta quidam, qui de bello Thebano ſcripſit, vt docet* Propert. 1, 7, 1. Ouid. Triſt. 4, 10, 47 Ponticus heroo, Battus quoque clarus iambis, Dulcia conuictus membra fuere mei.

PONTĬFEX, ĭcis. m. [γεφυροποιὸς, ἀρχιερεὺς, ἱεράρχα] *Sacer magiſtratus, i. ſacris peragendis praefectus, vt apud* Varr. de L. L. 4, 15 *ait* Scaeuola, a Poſſe et Facere *dictus: vel, vt ait ipſe* Varro, a Ponte: quia Sublicius pons a pontificibus factus eſt primum, et deinde reſtitutus. *A* Poſſe *et* Facere *deriuat* Scaeuola, *quia ius illis erat ſacrificandi.* Facere *enim apud veteres, Sacrificare eſt. Varronis etymologiam probat Dionyſ. Halic. l. 2 p. 132, 37. vbi etiam de officio Pontificis tradit. Nobis ſatis erit ex* Liu. 1, 20 *praecipua poſuiſſe:* Pontificem deinde Numam (*an* Numa?) Marcium, Marci filium ex patribus legit, eique ſacra omnia exſcripta exſignataque attribuit, quibus hoſtiis, quibus diebus, ad quae templa ſacra fierent, atque vnde in eos ſumtus pecunia erogaretur. Caetera quoque omnia publica priuataque ſacra Pontificis ſcitis ſubiecit: vt eſſet, quo conſultum plebes veniret, ne quid diuini iuris, negligendo patrios ritus peregrinosque adſciſcendo, turbaretur. Nec caeleſtes modo caerimonias, ſed iuſta quoque funebria, placandosque Manes, vt idem Pontifex edoceret: quaeque prodigia fulminibus alioue quo viſo miſſa ſuſciperentur atque curarentur. *Nempe ponitur* Pontifex *ſimpliciter pro* Pontifice Maximo, *vt et* Liu. 2, 2. *quod obſeruat Ez. Spanh.* Tom. 2 p. 424. *Sed videndum, an eo tempore iam plures fuerint* Pontifices? Dion. Halic. p. 132, 35 *Pontifices quidem a Numa inſtitutos memorat, ſed non ita, vt ſtatim plures fuiſſe intelligamus. Apud* Liuium *prima forte eorum mentio* 4, 3 Si non ad faſtos, non ad commentarios pontificum admittimur. *Sed hic intelliguntur plures* Pontifices Maximi *ſucceſſores aliorum alii.* Liu. 10, 6 *Anno V. C.* 452 Quum IV augures, IV pontifices ea tempeſtate eſſent, — quatuor pontifices de plebe omnes adlegerentur. Id. 22, 57 Minorum Pontificum *mentionem facit, hoc modo:* L. Cantilius ſcriba Pontificis, quos nunc minores Pontifices appellant. Ad Pontifices *habita* Ciceronis oratio pro domo ſua *etc.* Cic. Att. 4, 2 Calendis Octobris habetur Senatus frequens, adhibentur omnes pontifices, qui erant Senatores, *etc.* Praeſunt ſacris pontifices, auſpiciis augures Cic. de Nat. Deor. 1, 124. Sacerdotes alii diuis aliis, omnibus pontifices, ſingulis flamines ſunto Cic. de Legib. 2, 20. In pontificum libris et in XII Tabulis plurima eſt antiquitatis effigies Cic. in Orat. 193. Coenae pontificum Hor. Carm. 2, 14, 28. Libri pontificum Idem Epiſt. 2, 1, 26. Cic. pro Domo 31 Si cuius forte pontificis animum (quod certo ſcio aliter eſſe) mea ſententia offendit, alio modo ſit conſtituturus aut de Religione pontificum, aut de Republ. *etc.* Secures pontificum, *quibus caeduntur Hoſtiae* Hor. Carm. 3, 23, 12. Dicite pontifices, in ſacro quid facit aurum Perſ. 2, 69. Liu. 3, 54 Pontifice maximo comitia habente tribunos plebis creauerunt *Romani, quod paullo ante ita enuntiatur* Factum SCtum, vt Q. Furius pontifex maximus tribunos pl. crearet. Maximus pontifex Metellus viginti et duos annos ei ſacerdotio praefuit Cic. de Senect. 30.

PONTIFICĀTVS, ūs. m. [ἀρχιερωσύνη] *Pontificis dignitas, ſicut Conſulatus.* Cic. de Aruſp. Reſp. 18 c. 9 Qui ſtatas ſollemnesque caerimonias, pontificatu, *etc.* contineri putauerunt. *Vid. et* Valer. Max. 6, 9, 13. Vell. 2, 59, 3.

PONTIFICIVS, a, um. Adi. *Quod eſt pontificis.* Cic. de Nat. Deor. 3, 43 Docebo meliora me didiciſſe de colendis diis immortalibus iure pontificio et more maiorum. Idque cum multis aliis rebus, tum e pontificio iure, et caerimoniis ſepulcrorum intelligi licet. Idem in Brut. 96 Audiui enim nuper ſtudioſe, et frequenter Sami, quum ex eo ius noſtrum pontificium, qua ex parte cum iure ciuili coniunctum eſſet, vellem cognoſcere.

PONTIFICIA, orum. n. *Pl. Libri pontificii.* Cic. de Nat. Deor. 1, 85 Deinde nominum non magnus numerus ne in pontificiis quidem noſtris, deorum autem innumerabilis.

PONTIFICIVM, i. n. *Pro Iure et poteſtate faciendi.* Gell. 1, 13 Sunt enim non pauci, qui ſententiam ſuam in vna parte defixerint, et re ſemel ſtatuta, deliberataque ab eo, cuius negotium id, pontificiumque eſſet, nequaquam putauerint, contra dictum eius faciendum eſſe. Quod quidem fieri oportere conſentio, ſed non eatenus, vt pontificium tuum in damna noſtra protendas Symmach. Ep. 7, 27. Pater hic duos filios habuit, conditoris pontificio, non neceſſitate generantis Pet. Chryſolog. Serm. 5. *Vid. Iuret. ad* Symm. l. c. *Barth. Adu.* 132, 10.

PONTIFICĀLIS, e. Adi. *Quod ad pontificem pertinet. Vnde* Pontificales libri, *in quibus ſacrae caerimoniae continentur, ſ. potius chronica rerum geſtarum, qui etiam vocabantur* Libri *vel* commentarii pontificum, *et* annales maximi: *vid.* Cic. de Orat. 1, 193. *et* 2, 52. Idem de Leg. 1, 6. Liu. 4, 3. *et* 6, 1. Macrob. Sat. 3, 2 *extr. Voſſ. de Hiſt. Lat.* 1, 1. Auctoritas pontificalis Cic. de Legib. 2, 52 c. 21. Caput pontificale polluerunt *interfectores Caeſaris* Ouid. Faſt. 3, 706. Coenas pontificales, *olim appellabant ſumtuoſas, opiparasque: Ad quod alludit* Hor. Carm. 2, 14, 28

Et mero
Tinget pauimentum ſuperbo
Pontificum potiore coenis.

Macrob. Sat. 2, 9 Accipite, et inter grauiſſimas perſonas non defuiſſe luxuriam. Refero enim vobis Pontificis vetuſtiſſimam coenam, quae ſcripta eſt in Indice quarto Metelli illius Pontificis maximi in haec verba: Ante diem nonum Kalendas Septembris, quo die Lentulus flamen Martialis inauguratus eſt, domus ornata fuit: triclinia lectis eburneis ſtrata fuerunt: duobus tricliniis Pontifices cubuerunt Q. Catulus, M. Aemilius Lepidus, D. Silanus, C. Caeſar rex ſacrorum, P. Scaeuola Sextus, Q. Cornelius, P. Volumnius, P. Albinouanus, et Iulius Caeſar augur, in tertio triclinio Popilia, Perpennina, Licinia Arruntia virgines veſtales, et ipſius *(Metelli Pontificis)* vxor Publicia flaminica, et Sempronia ſocrus eius. Coena haec fuit *etc.* *Memorantur hic IX Pontifices, in his etiam eſt* rex ſacrorum, *itemque* Augur: Metellus *idem fuiſſe videtur* Flamen dialis *etc.* Honor pontificalis Ouid. Faſt. 3, 420. Inſignia pontificalia atque auguralia Liu. 10, 7. Ius pontificale Cic. de Legg. 2, 57. Sacrum pontificale Ouid. Faſt. 1, 462.

PONTIFICENSIS, e. *Idem.* Plin. 3, 1 Obulcum, quod Pontificenſe appellatur, *oppidi ergo epitheton.*

PONTĪNA, *Palus, vid.* POMPTINA.

PONTINA TRIBVS, *vid.* TRIBVS.

PONTONES, *vid.* PONS.

PONTVS, i. m. [Πόντος] *Generatim Mare ſignificat, vt mox declarabitur: Proprie autem id mare* Pontus *appellatur, quod a Palude Maeotidis vsque in Tenedum protenditur: ſed vbi primum ſe arctat, a Tenedo incipiens, poſt Helles caſum,* Helleſpontus *vocatur; vbi expandit,* Propontis; *vbi iterum premit,* Thracius Boſphorus; *vbi iterum effundit,* Pontus Euxinus, *qui Paludi committitur. Palus ipſa,* Maeotis *in Ponto iuxta Phaſidis oſtium. Vid.* EVXINVS, *et* Plin. 4, 12 *et* 6, 1. ¶ 2 Pontus, *vt iam innuimus, etiam Prouincia Aſiae Minoris,* a Ponto Euxino, *cui adiacet, ſic cognominata.* Virg. Georg. 1, 58 Viroſaque Pontus Caſtorea, *mittit. Aliae etiam regiones ad* Pontum Euxinum *ſitae, Ponti nomine appellantur.* Ouid. Triſt. 5, 10 *pr.* Vt fumus in Ponte ter frigore conſtitit Iſter. *Quod de Tomitana regione in Moeſia Inferiore intelligendum eſt. Nempe hic eſt* Vſtus ab aſſiduo frigore Pontus, Id. Tr. 3, 2, 8. *Hic eſt* Pontus, *e quo ſcripſit epiſtolas ſ. libros* ex Ponto *quatuor.* ¶ 3 *Vt initio diximus, omne mare Poëtis* Pontus *dicitur:* Dum longus inter faeuiat Ilion Romamque pontus Hor. Od. 3, 3, 37. Libyae pontus Virg. Aen. 1, 560. Freta Ponti Idem Georg. 1, 356. Gurges Ponti Cic. de Diuin. 1, 10. *ex Poëta.* Hiems aſpera Ponti Virg. Aen. 2, 100. Imago triſtis Ponti Ouid. Met. 11, 427. Os Ponti et anguſtiae Cic. Verr. 4, 129. Anguſtus Pontus Nepheleidos Helles Ouid. Met. 11, 195 *qui vulgo* Helleſpontus *coniuncta voce dicitur.* Apertus Pontus, *i. Latus, late patens* Idem ibid. 11, 397. Arduus Valer. Argon. 5, 337. Caeruleus Virg. Aen. 12, 182. Curuati Ponti litora Senec. Hippol. ſ. 1. Euxinus Cic. de Orat. 1, 174. Ingens Virg. Aen. 1, 118. Mobilis Ponti vaga vnda Senec. Herc. Fur. 12. Niger Valer. Argon. 1, 578. Niualis Stat. Theb. 12, 592. Profundus Virg. Aen. 5, 614. Tranquillus Stat. Theb. 6, 578. Vaſtus Virg. Georg. 4, 430. Ventoſi mulcere pericula Ponti Stat. Silu. 3, 2, 2. Adſtringit bruma Pontum frigore Lucan. 1, 18. Conſiſtit glacie Pontus Ouid. Triſt. 3, 10, 37. Credere ſe Ponto Idem Met. 13, 900. Dare nomina Ponto Hor. Carm. 4, 2, 4. Ferri Ponto Virg. Aen. 9, 121. Feruet arctatus rapido qua gurgite Pontus Lucan. 5, 234. Feruet vertigine Pontus Ouid. Met. 11, 553. Legere Pontum pone Virg. Aen. 2, 208. *i. Tranſire* Seruius. Mergere Ponto, *vid.* MERGO. Miſcetur Pontus magno murmure Virg. Aen. 1, 128. Obruerat tumulos immenſa licentia Ponti Ouid. Met. 1, 309. Pererrare Pontum Senec. Med. 8 v. 650. Ridet quum ſubdola placidi pellacia Ponti Lucret. 2, 559. Saeuit Pontus Hor. Carm. 3, 3, 37. Saeuit Pontus minaci murmure Lucret. 1, 277. Tranſire Pontum per vada Idem 1, 201. Transcurrere Pontum Stat. Silu. 3, 4, 1. * Val. Fl. 8, 180 Craſtina namque dies trucis ad confinia Ponti Cyaneasque vocat, *i. ad eum locum, vbi in anguſtos fines Pontus Euxinus coit.*

PONTĬCVS, a, um. Adi. [Ποντικὸς] Columel. 12, 35 Pontici abſinthii pondo libram, *etc.* Freti Pontici fauces Senec. Med. ſ. 7. Gemmae *quaedam* Ponticae Plin. 37, 10. Iſid. 16, 14. Humus Pontica Ouid. ex Pont. 3, 5, 56. Mare Hor. Carm. 3, 24, 4. Mures Plin. 10, 73. *Vid. ibi Harduin.* Nux Pontica, quae et Praeneſtina dicitur, et Auellana Macrob. Saturn. 3, 18. Praelia Lucan. 1, 336. Terra Ouid. Triſt. 1, 2, 94. Verba Idem ibid. 3, 14, 50.

P O P

POPA, ae. m. [θύτης, ποπαχθύσης Gloſſ. Lat. Gr.] Popae *dicebantur, Qui victimas habebant venales, et qui ligabant eas ad altare, feriebantque. De* Popa, *apud quem victimae venales erant, vid. Fabrett. Inſcr. p. 56.* Popae Licinii, *qui dixerit pro teſtimonio,* ſeruos Milonis apud ſe ebrios factos, *meminit* Cic. pro Mil. c. 24. Propert. 4, 3, 62 Succinctique calent ad noua lucra Popae. Spartianus in vita Getae c. 3 *extr.* Percuſſit hoſtiam Popa nomine Antonius. Popae, *qui victimas immolabant, alio corpore nudo, ab vmbilico ad pedes inuoluti erant veſte, quae* limus *dicebatur. Hinc* Succincti Suetonio *dicuntur* Calig. c. 32 *extr.* Succinctus, *inquit,* poparum habitu. Seruius *ad* Aen. 12, 120 Limus, veſtis eſt, qua ab vmbilico vſque ad pedes teguntur pudenda poparum. Venter popa Perſ. 6, 74. *i. Phago et guloſus, quales erant popae victimarii.*

POPĂNVM, i. n. [πόπανον] *Placenta lata, tenuis, rotunda, quam diis veteres offerebant: ſed et pro quocunque Libo capitur.* Iuuen. Sat. 6, 540 Scilicet et tenui popano corruptus Oſiris. *Graecum eſt totum. Iulius Pollux ait Placentam eſſe, qua in ſacrificiis antiqui vtebantur: cuius dictionis frequens eſt vſus apud Ariſtophanem.*

POPELLVS, *vid.* POPVLVS, *maſc. gen.*

POPILIA Gens, *Plebeia Romae fuit, ex qua* M. Popilius M. F. C. N. Laenas Fl. Carmentalis COS. cum C. Manlio ann. CCCXCIV. Liu. 7, 12 *pr.* Hic quum COS. eſſet, eodemque tempore ſacrificium cum laena faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebis contra patres concitatione nuntiata, vt erat laena amictus, ita venit in concionem, ſeditionemque cum auctoritate, tum oratione ſedauit Cic. de Clar. Orat. 56. *Hinc etiam fuit* C. Popilius Laenas, *Legatus ad Antiochum, qui Ptolemaeum regem, amicum Populo Romano, obſederat, miſſus nuntiatum, vt a ſociis Populi Romani abſtineret: cunctantem, reſponſumque differentem, virga circumſcripſit, ne vltra ſpatium illud differendo exiret: ex quo territus Antiochus bellum omiſit. Vid.* Liu. 45, 12. *et* Valer. Max. 6, 4, 3. *Fuit et* Popilius Lanatus, *ſiue* Laenas, *qui Ciceronem occidit, patronum ſuum, in cauſa capitis. Auctor* Valer. Max. 5, 3, 4. Popilia tribus. *Vid.* TRIBVS.

POPĪNA, ae. f. *a* Popa. [καπηλεῖον, ὀπτανεῖον] *Locus, vbi publice opſonia, caroque cocta, ac delicate confecta venditatur, comediturque: deinde pro domeſtica etiam ſed humili ſordidaque luxuria, et beluatione ponitur. Ex poſteriori genere eſt* Cic. Philipp. 3, 20 Sed quum tam atroci edicto nos concitauiſſet, cur ipſe non adfuit? num putatis aliqua re triſti et ſeuera? vino et epulis retentus, et alea eſt? ſi epulae potius, quam popinae nominandae ſunt. *Prioris autem generis* Hor. Epiſt. 1, 14, 21 — fornix tibi et vncta popina Incutiunt vrbis deſiderium. *Rurſus* Cic. in Catil. 2, 4 Quorum aes alienum contractum in popinam, nullum Reipublicae motum afferre poterat. *al.* Popina. *Et* pro tricliniis popinae, pro cubiculis ſtabula in ſedibus huius ſunt Idem Philipp. 2, 69 c. 28. *Nempe* triclinia *lautorum hominum ſunt,* popinae *humilium luxurioſorum.* C. Gracchus *apud* Gell. 15, 12 Nulla apud me fuit popina, neque pueri eximia facie ſtabant, ſed in conuiuio liberi veſtri modeſtius erant, quam apud praeceptorem. Arcana popina, *vid.* ARCANVS. Calida Iuuen. Sat. 11, 81. Diues Martial. 5, 45. Immundae Hor. Serm. 2, 4, 62. Nigra Martial. 7, 60. Cic. in Piſon. 18 Tu ex tenebricoſa popina Conſul extractus, cum illa ſaltatrice tonſa, Senatum Reipublicae occaſum atque interitum lugere vetuiſti. Tepidae Martial. 1, 125. Cic. in Piſon. 13 Et quum iſto ore foetido teterrimam nobis popinam inhalaſſes. Ambulare per tabernas, Latitare per popinas Adrian. Imp. ap. Spart. c. 16.

POPĪNO, ōnis. m. [λαφύστιος, ἄσωτος] *Qui in popinis verſatur, et heluatur.* Suet. de Clar. Grammat. 15 Lurconem, et nebulonem, popinonemque appellans, et vita ſcriptisque monſtroſum. Hor. Serm. 2, 7, 39 Imbecillus, iners: ſim quiduis, adde popino. Popino, Tabernarius, qui popinariam exercet. Varr. Modio, Quis poculis argenteis in chorum introibit? popino. *Vid.* Non. 2, 705.

POPĪNOR, āri. [λαφύσσω, ἀσωτεύομαι] *Heluari et indulgere popinis.* Iulius Capitol. 30 Tyrann. c. 29 Dum Galienus popinatur, et balneis ac lenonibus reputat vitam.

POPINARIVS, i. m. *Qui popinae praeeſt.* Firmic. 4, 6 Faciet pharmacopolas, aut popinarios. *Et* c. 15 Faciet hoſpites, popinarios, tabernarios. *Vid.* Lamprid. in Alex. c. 49. *et Caſaub. ad* c. 33.

POPINATIO, ōnis. f. [ἀσωτία] *Nuncupata eſt a* Gellio 10, 17, *quae alio nomine dicitur* Heluatio, *quam Graeci Aſotiam vocant. Al.* Propinatio.

POPINĀTOR, ōris. m. *Idem qui Popino.* Macrob. Saturn. 7, 14 *pr.* Apud popinatores proponi.

POPINĀLIS, e. Adi. [καπηλικὸς] *Quod ad popinam ſpectat.* Columel. 8, 16 Iam enim celebres erant deliciae popinales, quum ab mari deferrentur viuaria. Luxuria popinalis Apul. Met. 8 *pr.*

POPLES, ĭtis. m. [ἰγνὺς, ἰγνύα] *Pars oppoſita genu. Dicta videri poteſt, quod poſt ſ. retro* plicetur *et curuetur: Sed prima corripitur a* Lucret. 4, 950 Brachia palpebraeque cadunt poplitesque cubanti. Columel. 6, 12 Si dolore neruorum claudicat, oleo et ſale genua, poplitesque, et crura confricanda ſunt, donec ſanetur. Defectus poples Ouid. Met. 13, 477. Firmus Idem ibid. 15, 223. Lapſus Lucan. 3, 254. Mollia nodoſus facit internodia poples Ouid. Met. 6, 256. Succiduus Idem ibid. 10, 458. Suſpenſus Stat. Silu. 5, 4, 19. Tenſus Idem Theb. 9, 473. Contendere poplitem, *vid.* CONTENDO. Depoſito victum praebebat poplite collum Lucan. 1, 608. Duplicato poplite ad terram incidit Virg. Aen. 12, 927. Excipere ſe poplitibus Curt. 6, 1, 14. Flexo poplite ſidunt Stat. Theb. 6, 590. Proiiciet truncum ſubmiſſo poplite corpus Catul. 62, 370. Succiſo poplite Gygen Excipit Virg. Aen. 9, 762.

POPPAEA, ae. f. [Ποππαία] *Secunda Neronis Claudii Caeſaris vxor.* Suet. in Neron. c. 35.

POPPAEĀNVS, a, um. Adi. [Ποππαιανὸς] *Quod ad Poppaeam ſpectat, vel quo Poppaea vti ſolebat.* Iuuen. Sat. 6, 461

Ridendaque multo
Pane tumet facies, aut pinguia Poppaeana
Spirat, et hinc miſeri viſcantur labra mariti,

i. Vnguenta, ex aſinae lacte compoſita ad conciliandum faciei decorem, quibus Poppaea vxor Neronis, *vt inquit* Plin. 11, 41 vtebatur.

POPPYSMA, atis. n. [πόππυσμα] *Dicitur Sibilus tenuis ore emiſſus, vel vocis blandimentum: quod fit equis indomitis, cum tractatione manuum. Vnde et quae fit manibus comploſio laudandi vel probandi et blandiendi cauſa,* Poppyſma *vocatur.* Iuuen. Sat. 6, 583 Frontemque manumque Praebebit vati crebrum poppyſma roganti.

POPPYSMVS, i. m. [ποππυσμὸς] *a* ποππύζειν, *quod eſt illiſis manibus inter ſe, et palma cum palma colliſa plauſum edere.* Plin. 28, 2 Fulgetras poppyſmis adorare, conſenſus gentium eſt. Poppyſmis adorare fulgetras, *i. eas adorare leuiter comploſis manibus cauis, velut ad deliniendum Iouem iratum. Manus enim cauae comploſae poppyſmum efficiunt, quae vox ficticia eſt ad ſoni expreſſionem. Turneb. Adu. 4, 15. Alex. ab Alexandr. 15, 13.*

POPPYZON, ontis. m. *Demulcens, blande attrectans, ſibilans.* Plin. 35, 10 Quum pingeret poppyzonta retinentem equum.

POPVLNVS, *vid.* POPVLVS, *fem. gen.*

POPVLONIA, ae. f. [Ποπλώνιον] Hetruriae ciuitas iuxta Piſas, *auctore* Virg. Aen. 10, 172. *et* Mela 2, 4.

POPVLONIVM, i. n. [Ποπλόνιον] *Eadem ciuitas,* Plin. 3, 5. *aliter* Populonia *dicta.*

PŎPVLVS, i. m. [δῆμος, λαὸς, λεὼς, λήϊτος] *Singulari Numero, Vnius ciuitatis multitudinem ſignificat.* Virg. Aen. 1, 21 Hinc populum late regem, belloque ſuperbum. Populus, *Multitudo hominum, iuris conſenſu et concordi communione ſociata.* Populum *et* Plebem *diſtinguit* Gell. 10, 20 In populo omnis pars ciuitatis omnesque eius ordines continentur. Plebs vero ea dicitur, in qua gentes ciuium patriciae non inſunt. Humillimus homo de veſtra plebe, quam partem, veluti abruptam a caetero populo, veſtram patriam peculiaremque rempubl. feciſtis Liu. 3, 19, 9. Populus princeps terrarum, *Romani dicuntur* Plin. 22, 3. Populi, *in Plurali, Diuerſarum ciuitatum multitudo* Virg. Aen. 1, 225. Aethiopum populi Ouid. Met. 2, 236. Hor. Epiſt. 1, 2, 8 Stultorum regum, et populorum continet Aeſtus. Fauor populi Ouid. Faſt. 4, 867. Idem ibid. 2, 531 Stultaque Pars populi quae ſit ſua curia neſcit. Rector populorum Ouid. Met. 7, 487. Regnator Hor. Carm. 3, 30, 12. ¶ 2 *De parte populi, plebe ſc. ſaepiſſime* Sueton. *it.* Datum congiarium populo Plin. Paneg. c. 25. Dat populus, dat gratus eques, dat tura ſenatus Martial. 8, 15. Pingui nil mihi cum populo eſt A. Eleg. ad Val. Meſſalam ſub f. *(in App.* Virgiliana *Scaligeri.) Diſtinguitur a* gente *tanquam latiore.* Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni Virgil. Aen. 10, 202. *conf.* Plin. 6, 17 *et paſſim. Sigon. et Gronou. ad* Liu. 5, 34.

Quin-

Quindecim liberi homines, populus eſt; totidem ſerui, familia; totidem vincti, ergaſtulum Apulei. Apol. p. 304. ¶ 3 *Epitheta* Populi, *quatenus ſimpliciter multitudinem hominum ciuitate coniunctorum notat.* Acres populi Sil. 13, 699. Armati Claud. de Bell. Gildon. 46. Aeger Senec. Oedip. ſ. 10. Audax Virgil. Aen. 4, 615. Auritus, *vid.* AVRIS. Contumax Senec. Thyeſt. ſ. 8. Degener Lucan. 2, 432. Exſanguis Stat. Theb. 12, 22. *i. metu territus.* Frequens Horat. Carm. 1, 35, 14. Furens Lucan. 1, 68. Hilaris Ouid. de Arte Am. 3, 518. Indomiti Lucan. 4, 146. Innumerus Sil. 13, 525. Integerrimi diuturna pace, *vid.* INTEGER. Lati Virg. Aen. 1, 15. Leuis Horat. Epiſt. 2, 1, 108. Magnus, *vid.* MAGNVS. Nobilis Iuuen. Sat. 15, 113. Potens Lucan. 1, 2. Praeceps Id. 1, 487. Rudis Ouid. Faſt. 1, 38. Silens populus, *Inferi* Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 237. Tributus: Horat. Serm. 2, 1, 69 Atqui Primores populi arripuit, populumque tributum, *i. Summi et infimi a Lucilio ſtili ſatirici acerbitate vulnerati ſunt. Plerique omnes legunt* Tributim: *at quum* primores *dixerit, et plebem ſignificare proxime debuerit,* Tributum *Turnebus legendum cenſet.* Tribus *enim ignobiliorum erant: et* Plinius tribus *pro pauperioribus dixit, et ab eodem* Horatio conuiua tribulis *appellatur, non diues. Idem tamen ſenſus efficitur* Tributim *legenti, i. per ſuas tribus diuiſum ſ. totum, vt creſcat oratio. Itaque relictus eſt a poſterioribus cum ſua ſententia Turnebus.* Trux Stat. Theb. 10, 121. Vrbanus *opp.* exercitui *a* Nep. 5, 2, 1. ¶ 4 *Verborum formae:* Compeſcere populos tumentes, *vid.* COMPESCO. Concedere populo vſum loquendi Cic. in Orat. 160. Concionari apud populum, *vid.* Concionor, *in* CONCIO. Conſcribere populum, *vid.* CONSCRIBO. Contemnere voces populi Horat. Serm. 1, 1, 65. Contundere populos feroces Virg. Aen. 1, 268. Conuocare populum in tribus, *vid.* CONVOCO. Inſpectante populo, *vid.* INSPECTO. Lenire feroces populos Claud. de Conſ. Hon. 4, 438. Paſcere populum frumenti copia Horat. Epiſt. 1, 15, 14. Profectus ad bella Ouid. Faſt. 1, 279. Regere populos imperio Virg. Aen. 6, 851. Spectaret populum ludis attentius ipſis Horat. Epiſt. 2, 1, 197. Tueri populum ſub religione Virg. Aen. 2, 188. Velit tene magis populus ſaluum, an populum tu. Seruet in ambiguo qui conſulit et tibi et vrbi Iupiter Horat. Epiſt. 1, 16, 27. ¶ 5 *Obſeruatt.* Populus fundus factus, *quid ſignificet, vid.* FVNDVS. Populus *pro quauis Turba, ſeu multitudine dicitur.* Iuſtin. 10, 1, 6 Vbi in tanto populo (*ſcil.* filiorum) non ſolum ſociari, verum etiam ſileri parricidium potuit. Nutaretque ratis populo peritura recepto Lucan. 3, 665. Illic prophetarum exultantium numerus, illic martyrum innumerabilis populus Cyprian. Serm. de Mortalitate *extr. De apibus.* Columel. 9, 13 *De remediis apum laborantium morbo,* Id ne fiat, duo populi coniungi debent, qui poſſint adhuc integras ceras explere, *conf. Buchner.* ad Venant. de Reſurr. v. 81. *Dicitur etiam de auibus: vt,* Aëreos populos Manil. 5, 363. *De inanimis:* Scelerum populus Sidon. ep. 6, 2. *Sed cuiuis talia non permittenda, praecipue in proſa. Conf. P. Cunaeus ad* Nonn. *p. 10 ſeqq. Barth. ad* Claud. p. 1233. *Voſſ. Inſtit. Or.* 4 p. 103.

POPLVS, i. m. *pro Populus dixit* Plaut. Amph. 1, 1, 103 Thebano poplo, *vid. ibi Taubm. et Camerar. conf.* Caſin. 3, 2, 6. *et* Moſtell. 1, 1, 14.

POPLICVS *pro* publicus Plaut. Trin. 1, 1, 16.

POPLICITVS Id. Stich. 3, 2, 35.

POPLICOLA Sil. 2, 8. *vid. Heinſ. et Drakenb. ad h. l. Graeci vix aliter quam* ποπλικόλας.

POPELLVS, i. m. Dimin. [δημίδιον] *Paruus populus, vt plebecula.* Perſ. 4, 15 Ante diem blando caudam iactare popello. Horat. Epiſt. 1, 7, 65 Vulteius mane Philippus Vilia vendentem tunicato ſcruta popello Occupat.

POPVLĀRIS, e. Adi. [δημοτικὸς, ἰδιωτικὸς, λαϊκὸς, δημοχαριστὴς] *Quod eſt populi.* Horat. de Arte Poët. 81 Et populares vincentem ſtrepitus, et natus rebus agendis. Cic. de Legg. 2, 20 c. 8 Quique agent rem duelli, quique populare Auſpicium, *i. publicum, quod ad totum populum pertinet. Sed melior altera lectio,* quique popularem, auſpicium praemonento: *Vt ſit* popularem rem agere, *cum populo agere. Sic* Ouid. Met. 12, 111 Vel cum purpureus populari Caede Caïcus Fluxit, *i. multorum interfectorum ſanguine rubuit.* Carmen populare Sen. Oed. 2, 402 *quod chorus canit.* Delectatio Quinctil. 2, 10, 11. Error Id. 12, 1, 26. Ouid. Met. 1, 577 Flumina popularia *vicina, eiusdem gentis et populi.* Laetitiam popularem Cic. de Legg. 2, 22 c. 9 *dixit, i. populi.* Laus Quinctil. 8, 3, 2. Lex popularis Cic. de Legg. 2, 9 c. 4 *quam populus ſanxit.* Nomen populare Plin. 13, 4 *eſt vulgo vſurpatum a populo.* Perſuaſio Quinct. 2, 15, 19 *et* 20 Feſtus, Popularia Sacra ſunt, vt ait Labeo, quae omnes ciues faciunt, nec certis familiis attributa ſunt; fornacalia, parilia, laralia, porca praecidanea. *Sed* Populare ſacrum *praetori faciendum.* Martial. 10, 41 *videtur eſſe ſacrum pro populo.* Sermo popularis Sen. Herc. fur. 352. *Fama, et rumor publicus.* Turbae Quinctil. 2, 16, 2 *quibus populus commouetur.* Verba popularia et vſitata Cic. Off. 2, 35 c. 10. ¶ 2 *Frequenter admodum ciuili quadam ſignificatione ponitur, quam declarabimus loco* Ciceronis *Claſſico* pro Sext. 96 c. 45 Duo genera ſemper in hac ciuitate fuerunt eorum, qui verſari in republica, atque in ea ſe excellentius gerere ſtuduerunt: quibus ex generibus alteri ſe populares, alteri optimates et haberi et eſſe voluerunt. Qui ea, quae faciebant, quaeque dicebant, multitudini iucunda eſſe volebant, populares: qui autem ita ſe gerebant, vt ſua conſilia optimo cuique probarent, optimates habebantur. *Poſt longam de eo diſputationem, qui vere* optimates, *iidemque vere* populares *eſſent, addit* n. 105 c. 49 Qui populares erant, offendebant illi quidem apud graues et honeſtos homines, ſed populi iudiciis, atque omni ſignificatione florebant. His in theatro plaudebatur, hi ſuffragiis, quod contenderant conſequebantur. Horum homines nomen, orationem, vultum, inceſſum amabant. Qui autem aduerſabantur ei generi, graues et magni homines habebantur; ſed valebant in Senatu multum, apud bonos viros plurimum: multitudini iucundi non erant: ſuffragiis offendebatur ſaepe eorum voluntas: plauſum vero etiam ſi quis eorum aliquando acceperat, ne quid peccaſſet, pertimeſcebat. Attamen, ſi qua res erat maior, idem ille populus horum auctoritate maxime commouebatur *etc. ſunt enim pluſcula. Illud apparet* Populare *ſimpliciter ſaepe dictum, quod populo, i. multitudini placeret.* Liu. 2, 10 Nec quisquam malis artibus poſtea tam popularis eſſet, quam tum bene imperando vniuerſus ſenatus fuit. Cic. de Legg. 3, 26 c. 11 Sapientis ciuis fuit, cauſam nec pernicioſam, et ita popularem, vt non poſſit obſiſti, pernicioſe populari ciui non relinquere. Cic. Att. 8, 11 Vt mea perſona ſemper ad improborum ciuium impetus aliquid videretur habere populare, *i. vti populares viderentur, qui me peterent, impetum in me facerent.* Liu. 7, 33 Nihil popularius eſt, quam quibus artibus petimus magiſtratus, eisdem gerere. Plin. Panegyr. 77 *de Traiano* Ita vt collegas vocaret *Praetores,* non quia populare gratumque audientibus, ſed quia ita ſentiebat. Cic. de Aruſp. Reſp. 43 Saturninum — ſcimus dolore factum eſſe popularem. ¶ 3 *Iam* Subſtantiua *ponamus, quibus* popularis *iungitur, et quidem maxime ea, quam modo explicauimus ſignificatione: nam licet quaedam aliam quoque notionem admittant, in eo tamen conueniunt, quod populo placent, aut placere ſtudent.* Animus vere popularis, et ſaluti populi conſulens Cic. Catil. 4, 9. Id. de Fin. 3, 4 Item ipſe rhetorum Artes, quae ſunt totae forenſes atque populares. Aura Horat. Od. 3, 2, 20 Virtus — nec ſumit aut ponit ſecures arbitrio popularis aurae *i. ſuffragiorum populi, aurae inſtar mobilis. Sic* Cic. de Aruſp. Reſp. 43 Sulpitium ab optima cauſa profectum, Caioque Tuſcio Conſulatum contra leges petenti reſiſtentem, longius quam voluit, popularis Aura prouexit. *Et* Auris popularibus gaudens Virgil. Aen. 6, 816. Auris popularibus impelli Lucan. 1, 132. Coetus popularis et forenſis Cic. Acad. 4, 6. Commemoratio Quinctil. 4, 3. Conſul Cic. Agrar. 2 c. 4 *i. pacis, libertatis, otii auctor.* Delectatio Quinctil. 2, 10. Cic. in Brut. . . Et vero fuit in hoc et popularis dictio excellens, *i. Ad conciones populares maxime accommodata. De L. Craſſo loquitur.* Cic. in Brut. 136 Sp. Torius ſatis valuit in populari Genere dicendi, *i. Ad popularem ſenſum accommodato, grato, iucundo, quo populus in primis delectatur: in quo verſantur mediocres oratores, et qui populo gratificari volunt.* Cic. de Fin. 2, 48 c. 15 Vt conſuetudo loquitur, id ſolum dicitur honeſtum, quod eſt populari Fama glorioſum. Homo maxime popularis Quintius, qui omnes rumorum et concionum ventos colligere conſueſſet Cic. pro Cluent. 77. Iactatio, *vid.* IACIO. Imperium extraordinarium populare ſemper atque ventoſum eſt Cic. Philipp. 11, 16 c. 7. Liu. 2, 24 Cui Ingenium magis populare erat. Leges Quinct. 5, 13, 24. *et* 7, 4, 13. Ratio Cic. de Legib. 1. Rem per ſe popularem dexter egit Liu. 8, 36. Senſum ad vulgarem popularemque accommodata oratio Cic. de Orat. 1, 108 c. 23. Studiis popularibus munitus Claud. in ſec. Conſ. Stilich. 36. Cic. de Legib. 3 c. 6 Non ad hunc Vſum popularem atque ciuilem de Republica differebant.

POPVLARIS, is. m. [ὁμόδημος, δημότης] *Ciuis, et vnus ex populo.* Non popularis alicuius loci, ſed ciuis totius mundi Cic. de Legib. 1 c. 23. Terent. Adelph. 2, 1, 1 Obſecro populares ferte miſero atque innocenti auxilium. Cic. Acad. 4, 118 c. 37 At hoc Anaximandro populari, et ſodali ſuo non perſuaſit. Praeparare popularium animos Liu. 34, 61. Impleuit populares laudibus et meritis Scipionis, *vid.* IMPLEO. *De gliribus:* Plin. 8, 57 Qua in re notatum, non congregari, niſi populares eiusdem ſiluae: et ſi miſceantur alienigenae, *etc. Sed redimus ad homines.* Liu. 32, 5 Tentando nunc ſociorum, nunc popularium animos. *de Philippo loquens.* Salluſt. in Iugurth. c. 74 *pr.* Dubitare, virtuti an fidei popularium minus crederet. Popularis, *inquit* Donatus, A fortuna eiusdem conditionis, gentisque, ſortis, et fortunae. Terent. Phorm. 1, 1, 1 Amicus ſummus meus et popularis Geta. *Sic eiusdem ſectae homines* populares *vocantur:* Mea quidem iſthaec ſententia eſt, (inuitis hoc noſtris popularibus dicam) ſancta Epicurum et recta praecipere Senec. de Vita Beata c. 13 *i. Stoicis, noſtra ſecta. Pro Conſcio, vel participe, ſocio, conſorte, vel fautore.* Salluſt. in Catil. c. 24 Igitur comitiis habitis Conſules declarantur M. Tullius, et C. Antonius. Quod factum primo populares coniurationis concuſſerat. *Paullo ante* c. 22 Fuere ea tempeſtate qui dicerent Catilinam oratione habita quum ad iusiurandum populares ſceleris ſui conſcios addiceret, humani corporis ſanguinem vino permiſtum in pateris circumtuliſſe, *etc. In primis* Populares *ſunt ciues.* Solon, popularis tuus Cic. Attic. 10, 1. *Sic* Sueton. in Neron. c. 44 Initio ſtatim tumultus, multa et immania creditur deſtinaſſe: quidquid vbique exulum, quidquid in Vrbe hominum Gallicanorum eſſet, contrucidare: illos, ne deſciſcentibus aggregarentur: hos, vt conſcios popularium ſuorum atque fautores: Gallias exercitibus diripiendas permittere, *etc.* ¶ 2 *Obſerua:* Populares *opponi militibus.* Peſtilentia multa millia et popularium et militum interemerat Capitolin. in Marco Anton. c. 17. Debet etiam diſpoſitos milites ſtationarios habere ad tuendam popularium quietem Vlpian. de Offic. praefecti vrbi. Popularis, Humilis, vilis, e populoque factus, *interpretatur* Donatus *ad* Terent. Phorm. 1, 1 pr. *laudatque* Plaut. Praeſtat diuitem eſſe ac popularem, quam nobilem et mendicum.

POPVLARIA, ium. n. *Plur. Loca erant, in quibus populus ſedebat in theatro, ſiue ſedilia, in quibus populus ſedens ſpectare conſueuerat: ſicut* Equeſtria *dicuntur, loca, in quibus Equites ſedentes ſpectabant.* Sueton. in Domitian. c. 4 Die proximo omne genus rerum miſſilia ſparſit; et quia pars maior intra popularia deciderat, quinquagenas teſſeras in ſingulos cuneos equeſtris ac ſenatorii ordinis pronuntiauit. *Add.* Id. in Claud. c. 25. *Sed* ¶ 2 Popularia, Nugatoria, puerilia. Laberius, Popularia agimus per ludum. Nonius 2, 630 *al.* Populacia.

POPVLARĬTAS, ātis. f. [δημότης] *Populi coniunctio. Amicitia, quae eiusdem patriae habitatione contrahitur.* Si quid opus eſt, quaeſo, dic atque impera, popularitatis cauſſa Plaut. Poen. 5, 2, 80. *Sed* Plin. 33, 2 Iudicum autem appellatione ſeparari eum ordinem, primi omnium inſtituere Gracchi, diſcordi popularitate in contumeliam Senatus. *Hic factionem, et ſtudium placendi populo, i. plebi, ſignificat. Sic* Plin. Epiſt. 6, 31 Dixit cauſam Claudius Ariſtion princeps Epheſiorum, homo munificus, et innoxiae popularitatis, *i. Populo gratus ſine damno alicuius.* Quinctil. 5, 9 Vnde Spurii Melii, M. que Manlii popularitas ſignum affectati regni fuit exiſtimatum. *Add.* Sueton. Calig. c. 15. Tacit. Annal. 3, 69, 4. *Sic* Carus popularitate princeps Sidon. Carm. 9, 301. Gratus popularitate Magnus Stat. Silu. 2, 7, 69.

POPVLARĬTER. Adu. *Affabiliter, humaniter, et cum gratia populi.* Iuuen. Sat. 3, 37 — Et verſo pollice vulgi, quemlibet occidunt populariter. Populariter *et* Moderate, *contraria* Cic. pro Sext. 37. *Item More populi.* Id. in Somn. Scip. 17 Homines enim Populariter annum tantummodo Solis, id eſt vnius aſtri reditum metiuntur. *Sed nimium ſtudium populo placendi notat* Cic. Verr. 1, 131 Et me populariter Agere, atque inuidiam commouere, quod puerum producerem, clamitauit, *i. Seditioſe et inuidioſe in ordinem Senato-*

natorium. *Ad intelligentiam populi refertur* Cic. de Fin. 2, 17 c. 6 Sed hac rhetorica philoſophorum, non noſtra illa forenſi, quam neceſſe eſt, quum populariter loquatur, eſſe interdum paullo hebetiorem. *Hinc* Id. de Finib. 5, 12 Duo genera librorum ſunt, vnum populariter ſcriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant: alterum limatius.

POPVLĀTIM. Adu. [κατὰ δήμους] *Per populos.* *Laudatur* Apuleius, Populatim ab omni prouincia reuocatus. *Certius eſt,* Poëta placuit populatim omnibus Pompon. *ap.* Non. 2, 628. *It.* Populatim, Cateruatim et in vniuerſum: Caecilius, Ego perdidi te, qui omnes ſeruos perdo populatim Nonius 2, 659.

POPVLIFVGIA, orum. n. Funeſta Populi Romani feſta, quibus ſuas fugas Romanus Populus, hoſtium repentinis incurſionibus exagitatus, teſtabatur Varro de L. L. 5, 3 *et* Macrobius Sat. 3, 2. *Conf.* Ouid. Faſt. 2, 496.

POPVLISCĪTVM, i. n. *Decretum populi.* Nepos 7, 5, 4 Populiſcito reſtituitur. Parere populiſcito Id. 15, 7, 4. *Sed diviſe melius* Liu. 45, 25. *Vid.* SCITVM *ſub* SCISCO.

POPV̆LO, āre. [δημαγωγέω] Amorem populi conciliare. Pacuuius Chryſe, Atque vt promeruit, pater mihi patriam populauit meam Non. 1, 185. *Sed vt certius ita longe vſitatius eſt*

POPV̆LO, āre, *et* POPV̆LOR, ari. [πέρθω, πορθέω, ἐξαλαπάζω] *Proprie populo et multitudine hominum, exercituque adeo inducto vaſtare locum, urbem, regionem: deinde in vniuerſum perdere, deſtruere, vaſtare.* Virg. Aen. 12, 525 Quiſque ſuum populatus iter. Id. Georg. 1, 185 Populatque ingentem farris aceruum, *add.* Id. Aen. 4, 402. Flamma populat capillos Ouid. Met. 2, 319. Quae non modo nihil cuiquam adimunt, neque vrbes hoſpitas populant Mamert. Paneg. Iul. c. 8. Hic olim ignaros luctus populauit Achiuos Propert. 3, 18, 29. *conf.* Virgil. Aen. 1, 527. Acc. *et* Quadrigar. *ap.* Non. 7, 26. Agros populari Cic. Verr. 3, 130. *conf.* Id. Offic. 1 c. 10. Artus cura populatur Senec. Hippol. f. 4. Formam populabitur aetas Ouid. de Medic. faciei 45. Ferro populari et igni Lucan. 2, 445. Moenia populari deiecto vallo Id. ad Piſon. 192. Ora lapis durus pulchra populatur Senec. Hippol. f. 10. Penates ferro populare Virgil. Aen. 1, 531. Vi populare Id. ibid. 12, 263.

POPV̆LANS, antis. Partic. Flamma populante capillos Ouid. Met. 2, 319. Igne furtiuo populante venas Senec. Hippol. 278.

POPVLANDVS, a, um. Partic. Tradere terras populandas Ouid. Met. 1, 249.

POPVLĀTVS, a, um. Partic. [πορθηθεὶς] Cic. Verr. 3, 122 Eiectos aratores eſſe dico, agros vectigales vexatos, atque exinanitos a Verre: populatam, vexatamque prouinciam. *conf.* Id. Diu. Verr. c. 3. Arua populata noſtro Marte Horat. Carm. 3, 5, 24. Tempora populata Virgil. Aen. 6, 496. *Actiue:* Id. ibid. 12, 524 Dant ſonitum ſpumoſi amnes, et in aequora currunt quiſque ſuum populatus iter. *Et* Stat. Theb. 3, 221 Populatus caedibus vrbes, *add.* Id. Theb. 5, 1 Pulſa ſitis fluuio, populataque gurgitis alueum Agmina.

POPVLĀTVS, ûs. m. [δῄωσις] Lucan. 2, 544 Ardent Heſperii ſaeuis populatibus agri. *Et* Claud. in Eutrop. 1, 244 Squalent populatibus agri.

POPVLATIO, ōnis. f. [πόρθησις] Liu. 3, 2 *extr.* Aequos populationibus incurſionibusque meliores eſſe. Terror populationum eo pleroſque ex agris compulerat Liu. 21, 57. Plin. 9, 34 Quum populatio Morum atque luxuria non aliunde maior, quam e concharum genere proueniat. Columel. 3, 21 Aut ſi maturitatem ſerotini exſpectet, amittat vindemiam praecocem, quae plerumque populationibus volucrum, pluuiiſque aut ventis laceſſita dilabitur. Eſſe in populatione Liu. 2, . . Facere populationem Id. 3, 3. *add.* Id. 2, 64. *et* 37, 20. Prohibere populatione Caeſar Bell. Gall. 1, 16. ¶ 2 Populatio *eſt etiam Turba.* Sedul. in Iohann. 4, 275 Flebant germanae, flebat populatio praeſens.

POPVLĀTOR, ōris. m. [πορθητὴς] Troiae populator Ouid. Met. 13, 655. Populatores Agrorum noſtrorum Liu. 3, 68. Agri ſenſit Arcadii populator Senec. Agamemn. 9. Ciuitatis populator euerſorque Quinctil. Decl. 12, 24 p. 266. Populator Bruchus Prudent. Hamart. v. 228. Luxus populator opum Claud. in Ruff. 1, 35. Operis noſtri viuit adhuc populator Achilles Ouid. Met. 12, 593. *add.* Lucan. 4, 92.

POPVLĀTRIX, īcis. f. [πορθητρὶς] Martial. 13, 104 Haec tibi Theſei populatrix miſit Hymetti, Pallados a ſiluis nobile nectar apis. Cateruae populatrices Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 167. *vid.* Stat. Silu. 3, 2, 86.

POPVLABVNDVS, a, um. Adi. [ἐξαλαπάζων] *Qui populatur.* Liu. 1, 15 In ſines Romanos excurrerunt, populabundi magis, quam iuſti more belli. *Adde* 2, 60. *Et cum Caſu verbi,* Populabundus agros Siſenna *ap.* Gell. 11, 15.

POPVLABĪLIS, e. Adi. [πορθητὸς] *Populationi obnoxium.* Ouid. Met. 9, 262 Interea quodcunque fuit populabile flamma, mulciber abſtulerat.

POPVLĬTO, āre. Frequentat. Lege 21 D. §. de Appellationib. Cum populitarentur ab aduerſario.

POPVLONIA, ae. f. *et* Fulgora, *nomina Dearum.* Seneca *in libro* contra ſuperſtitionem *apud* Auguſtin. de C. D. 6, 10 Quoſdam *Deos* tamen caelibes relinquimus, quaſi conditio defecerit: praeſertim cum quaedam viduae ſint, vt Populonia, vel fulgura, et diua Rumina, quibus non miror petitorem defuiſſe. *Haec vltima indicant, non a populo ſed a populando dictam* Populoniam. *add.* Macrob. Sat. 3, 11. Mart. Capella 2 p. 38. Arnob. 3 p. 118. ¶ 2 Populonia, *vel* Populonium *eſt Oppidum Hetruriae iuxta Piſas, vid. ſupra.* Plin. 3, 5 *et* Virgil. Aen. 10, 172. *Hinc* POPVLONIENSES Liu. 28, 45.

POPVLŌSVS, a, um. Adi. Apulei. Met. 8 p. 212 Ciuitas populoſa. Tota curatur populoſum funus in vrbe Alcim. Auit. 5, 295. *Comparat.* Veget. de Re Milit. 3, 19 Populoſior (militum) globus. *Superlat.* Solin. c. 52 In Gange inſula eſt populoſiſſima. Cappadocia populoſiſſima Auth. 30 *pr.* *conf. Borrich. Cogit. p.* 197.

POPVLOSĬTAS, ātis. f. Arnob. 3 p. 102 Populoſitas ſumma, *vid.* Fulgent. Mythol. 1.

POPV̆LVS, i. f. [αἴγειρος, λευκὴ, ἀχερωῒς] *Arbor.* Plin. 17, 11 Populos et fraxinos, quia feſtinantius germinant, diſponi quoque maturius conuenit. Cic. de Legib. 1, 15 Sic nos inter has proceriſſimas populos in viridi opacaque ripa inambulantes, *etc.* *De* populo Alba, Nigra, Libyca Plin. 16, 23 *pr.* Populus in fluuiis, abies in montibus altis Virgil. Eclog. 7, 67. Alba Horat. Carm. 2, 3, 9. Alta Tibull. 1, 4, 30. Ardua Claud. de Rapt. Proſerp. 2 praef. 21. Candida Virgil. Eclog. 9, 41.

POPVLEVS, a, um. Adi. [αἰγειρινὸς] *Quod eſt populi arboris, aut ex ea factum.* Virgil. Georg. 4, 511 Qualis populea moerens philomela ſub vmbra. Horat. Carm. 1, 7, 23 Tempora populea fertur vinxiſſe corona. *Populo autem Teucer ſe potius coronauit, quam alia fronde, vel quod ea arbor eſſe Herculi ſacra, magnis aerumnis laboribusque perfuncto: vel ad bacchantium coronas, et genio indulgentium reſpexit. Et ſane probabilius eſt, vt laetitiam prae ſe ferret, alioſque bene ſperare iuberet. Demoſthenes pro Cteſiphonte,* τοὺς ἐστεφανωμένους τῷ μαράθῳ καὶ τῇ λεύκῃ. *vbi Grammatici annotant,* ἐστέφοντο οἱ τὰ Βακχικὰ τελούμενοι τῇ λεύκῃ, διὰ τὸ χθόνιον μὲν εἶναι τὸ φυτὸν, χθόνιον δὲ καὶ τὸν τῆς Περσεφόνης Διόνυσον. Τὴν δὲ λεύκην πεφυκέναι φασὶ πρὸς τῷ Ἀχέροντι, ὅθεν καὶ ἀχερωΐδα καλεῖσθαι αὐτὴν παρ' Ὁμήρῳ. *Ex Turneb.* 11, 26. Frondes populeae Virgil. Aen. 8, 32. Vmbra Id. Georg. 4, 511.

POPVLNVS, a, um. *Aliud* Adi. [αἰγειρινὸς, λευκινὸς] *Id.* Plaut. Caſin. 2, 6, 32 Nam iſta aut populna ſors, aut abiegna eſt tua?

POPVLNEVS, a, um. Adi. [αἰγειρινὸς] *Id.* Columel. 6, 3 Probaturque maxime vlmea, poſt fraxinea, et ab hac populnea frons.

POPVLĬFER, a, um. Adi. [αἰγειροφόρος] Padus populifer Ouid. Amor. 2, 17, 32. Populifer Spercheos Ouid. Met. 1, 579.

POPVLĒTVM, i. n. [αἰγειρών] *Locus populis conſitus.* Plin. 14, 6 Antea caecubo erat generoſitas celeberrima in paluſtribus populetis.

POPVS, *vid.* PVPVS.

POPYSMA, *vid.* POPPYSMA.

P O R

POR *pro* puer, *v. v. mutat autem Declinationem et fit tertiae; vt* Marcipores, Lucipores.

PORCA, PORCELLVS, *vid.* PORCVS.

PORCELLIO, ōnis. m. *Vermiculus.* Cael. Aurel. Tard. 1, 4 Porcelliones, id eſt oniſci, animalia quae humectis locis naſcuntur.

PORCEO, ēre. [βιάζομαι Gloſſ. Lat. Graec.] Pro Porro arcere, dictum ab antiquis, *teſte* Feſto: *ſiue* Prohibere, *vt ait* Nonius 2, 696 *qui laudat ex* Pacuuio, Vt verear loqui: porcet pudor: *ex* Accio, quod iam ab armis anni porcent: *ex* Ennio, Deum me ſentit facere pietas, ciuium pudor: *ex* Varrone, Hunc Cereris tibi miniſtra frugibus ſuis porcet; *ex* Lucil. lib. 6 Non te porro procedere porcent. *Obſoletum verbum, ſyncopatum ex* Porro *et* Arceo.

PORCIA, ae. f. [Πορκία] Gens *Plebeia Romae fuit,* Tuſculo oriunda, *auctore Plutarcho in Catone Cenſorio, et* Tacit. Annal. 11, 24. *Eſt autem* M. Porcius Cato *princeps huius gentis, qui* Priſcus *primo, deinde quia multarum rerum vſum haberet,* Cato, *teſte Plutarcho, appellatus eſt, quod cognomen poſteri retinuerunt. Idem quoque a Cenſura ſeuere adminiſtrata* Cenſorius *dictus eſt, et in ſumma ſenectute,* quia multa eius in ſenatu, multa in foro vel prouiſa prudenter, vel acta conſtanter, vel reſponſa acute ferebantur, Sapientis cognomen adeptus eſt Cic. in Laelio 6 c. 2 *conf.* de Offic. 3, 16 c. 4. Porcia Lex *a* M. Porcio Laeca *dicitur, qui* Leges Valerias de prouocatione ad populum renouauit, et grauiore poena animaduertit in eos, qui ciuem Romanum verberaſſent vel necaſſent, *vid.* Liu. 10, 9. *conf.* Cic. pro C. Rabir. 8. *et* in Verr. 3, 144.

PORCVLĒTVM, i. n. Plin. 17, 22 f. 35, 9 Intereſſe medio temperamento inter binas vites oportet pedes quinos. Minimum autem laeto ſolo, pedes quaternos, tenui plurimum octonos. Vmbri et Marſi ad vicenos intermittunt arationis gratia in his, quae vocant porculeta. *Res ipſa oſtendit, fuiſſe arua frumentis conſita, interpoſitis vitibus.*

PORCVS, i. m. [χοῖρος] *Notum animal.* Porcus *inquit* Varro de R. R. 2, 4 Graecum nomen eſt antiquum, ſed obſcuratum, quod nunc eum vocant χοῖρον. *Idem* de L. L. 4, 19 p. 25, 34 Porcus quod Sabini dicunt de aprino porco poridus, inde porcus: niſi a Graecis, quod Athenis in libris ſacrorum ſcriptum eſt, κάπρῳ καὶ πόρκῳ. Coagulum porci Scribon. 188. Bimeſtris Horat. Carm. 3, 17, 15. Delici Varro R. R. 2, 4. *i. a mamma depulſi.* Sacri porci, *i. Puri, integri, et idonei ſacrificiis* Plaut. Rud. 4, 6, 4. *et* Men. 2, 2, 16. *conf.* Varro R. R. 2, 1 *et* 4. Saginatus Propert. 4, 1, 23. Cato de R. R. c. 150 Menſe decimo ab coactore releget porcos ſerarios, in oues denas ſingulos paſcat. *Turnebus Adu.* 7, 5 *eos intelligit, Qui ſero ouium nutriuntur. Denae enim oues ſero lactis ſui porcos ſingulos paſcere poſſunt.* Abundat porco, haedo, agno, gallina, lacte, caſeo, melle, villa locuples Cic. de Senect. 56. Dare piaculum porco ſemina Cic. de Legib. 2, 57 c. 22. *Add.* Cat. *infra in* PORCA. Immolare porcum Horat. Serm. 2, 3, 165. Porcus [χοίριον] *pro Porculo et lactente.* Columel. 7, 9 Quum iam herbae ſolidiores ſunt, vt et firma lactis maturitas porcis contingat. Candidulus porcus Iuuen. Sat. 10, 355. Lactens, *vid.* LAC. ¶ 2 *Obſeruatt. Tralate de Homine pingui, vel voluptuario.* Epicuri de grege porcus Horat. Epiſt. 1, 4, 19. Aut porcus Vmber aut obeſus Etruſcus Catull. 39, 11. *Voſſ. leg.* paſtus. Porcus Troianus, *qui menſis inferebatur aliis animalibus farctus.* Macrob. Sat. 2, 9 Cincius in ſuaſione legis Fanniae obiecit ſaeculo ſuo, quod porcum Troianum menſis inferant, quem illi ideo ſic vocabant, quaſi aliis incluſis animalibus grauidum, vt ille Troianus equus grauidus armatis fuit. Feſtus: Porci effigies inter militaria ſigna quintum locum obtinebat: quia confecto bello inter quos pax fieret, caeſa porca foedus firmari ſolebat. ¶ 3 Varro de R. R. 2, 4, 9 Nuptiarum initio antiqui reges ac ſublimes viri in Hetruria in coniunctione nuptiali noua nupta et nouus maritus primum porcum immolant. Priſci quoque Latini et etiam Graeci in Italia idem factitaſſe videntur. Nam et noſtrae mulieres, maxime nutrices, naturam qua feminae ſunt, in virginibus appellant porcum, et Graece χοῖρον, ſignificantes eſſe dignum inſigni nuptiarum. *conf.* PORCA.

PORCA, ae. f. [χοῖρος] *Femina eiuſdem animalis.* Cato 134 Priuſquam meſſim facies, porcam praecidaneam hoc modo fieri oportet. Cereri porca praecidanea, porco femina — priuſquam porcum feminam immolabis. Porca *igitur eſt* Porcus femina. *Sic certe optimi libri. Et quid opus erat* feminam *addere, ſi* porcam *dixiſſet?* Virgil. Aen. 8, 641 Stabant, et caeſa iungebant foedera porca. *Dixit autem* Porcam *feminino genere, pro* Porco, *vt et* Seruius *annotauit, et meminit* Quinctil. 8, 3 Quaedam non tam ratione quam ſenſu iudicantur: vt illud, Caeſa iungebant foedera porca. Fictio nominis. Quod ſi fuiſſet *porco,* vile erat. *conf. Commentatt. ad* Quinctil. 8, 3 p. 684 Burmann. *et* Feſti *locus quem damus in* PORCVS *n.* 2. Auream porcam et argenteam dici ait Capito Ateius, quae etſi numero hoſtia-

hoſtiarum non ſint, nomen tamen earum habere, alteram ex auro, alteram ex argento factam adhiberi ſacrificio Ceriali. Feſtus. Auida porca Horat. Carm. 3, 23, 4. Lacteus Ouid. Faſt. 2, 656. Praecidanea *vid. h. v.* ¶ 2 Porcam *in agro explicat* Varro de R. R. 1, 29 Quod eſt inter duos ſulcos elata terra, dicitur porca, quod ea ſeges frumentum porricit. Porca (*male ed.* Porta) τὸ μεταξὺ τῶν αὐλάκων ὕψος, it. τὸ μεταξὺ τῶν κυμάτων Gloſſ. Vet. Columel. 2, 4, 8 Liras ruſtici vocant eaſdem porcas, quum ſic aratum eſt, vt inter duos latius diſtantes ſulcos, medius cumulus ſiccam ſedem frumentis praebeat. Vet. Auct. de limit. *Goeſ.* p. 292 Porca eſt, quod in arando exſtat, quod defoſſum eſt Lira. Columel. 11, 3, 44 In locis ſiccis partibus ſulcorum imis diſponenda ſunt ſemina, vt tanquam in alueolis maneant: at vliginoſis e contrario in ſummo porcae dorſo collocanda, ne humore nimio laedantur. Id. 11, 2, 47 Cum in ſubacta iam terra latiores porcae ſulcantur. *Conf.* Non. 1, 305. *et* 2, 644 *Vbi ex* Varrone, Tabernas, qua populus ambulando perinde vt in (*f.* vti *vel* vtei) aratro porcas reddit. *Paullo aliter* Feſtus, Porcae appellantur rari ſulci, qui ducuntur aquae deriuandae gratia, dictae quod porceant, id eſt, prohibeant aquam frumentis nocere. *Sed et* ¶ 3 Triginta pedum latitudinem, CXXV longitudinem, Porcam *vocabant eodem auctore* 5, 1, 5. *Campani (inquit Hermolaus Barbarus) hodie* Porcas *vocant Puluinos ſiue hortulos, in quibus veluti ſulcatim ſua cuiusque generis olera ſeruntur. Id genus et* Arcae *dicuntur apud* Columellam. ¶ 4 Porca *pro natura muliebri virginum*, *vid.* PORCVS n. 3.

PORCETRA, ae. f. *Porca, quae ſemel tantum peperit, vt* Scrofa, vel ſcropha, *quae ſaepius.* Gell. 18, 6 *ex* Antonii Meliſſi libro de Loquendi proprietate, Matrona eſt, quae ſemel peperit; quae ſaepius, mater familias: ſicuti ſus quae ſemel peperit, porcetra; quae ſaepius, ſcropha. *De* Porcetra *etiam alios auctores laudat* Gellius: *De* Matrona *fictum putat.*

PORCVLVS, i. m. Dimin. [δέλφαξ] Plaut. Men. 2, 2, 38 Iubeas ſi ſapias, porculum afferri tibi: Nam tu quidem Hercle certo non ſanus ſatis. *Sacrificant ergo porcellum ad expiandam inſaniam et intemperias.* ¶ 2 Porculus marinus, *apud* Plin. 2, 15 ſ. 17 *Piſcis nomen.* ¶ 3 Porculus, *in torculari vinario, vocatur Batillus aut vncus in media circiter ſucula, qui figebatur; vt teneret funem, et dum verſabatur ſucula, circumplicabatur.* Cato de R. R. c. 19 Porculum in media ſucula facito. *Iterum,* Vbi porculum figere oportebit. *Monuit Turnebus Adu.* 7, 25.

PORCVLA, *vel* PORCVLENA, ae. f. Plaut. Milit. 4, 2, 68 Niſi huic verri affertur merces, Non hic ſuo ſeminio quamquam porculam impertiturus eſt. *MSS.* Porculem. *Edd. veteres* Porculenam, *vid. Voſſ. Etymol. p.* 19 *in* Alius.

PORCILIA, *pro* PORCVLA *vel* PORCA *poſita videtur in* Inſcript. Fratrum Arual. *ap. Phil. a Turre Monum. Vet. Antii* p. 290 IISDEM COS. XIIII. KAL. IVN. IN LVCO DEAE DIAE Q. LICINIVS NEPOS MAG. AD ARAM IMMOLAV PORCILIAS PIACVLARES.

PORCELLVS, i. m. *Idem.* [δελφάκιον] Varr. de R. R. 2, 4 Subulcus facile deſpicere poſſit, ne quis porcellus a matre opprimatur. *Et* Suet. Neron. c. 33 Porcello obiecit.

PORCELLINVS, a, um. Adi. Caro porcellina Th. Priſcian. de Diaet. c. 8. *vid.* Apic. 4, 3.

PORCĪNVS, a, um. Adi. [χοίρειος] *Quod eſt ex porco.* Plaut. Capt. 4, 2, 69. Vox porcina Senec. de Ira 2, 12.

PORCINARIVS, i. m. [χοιροπώλης] *Qui carnes porcinas vendit.* Plaut. Capt. 4, 3, 5 Quanta laniis laſſitudo, quanta porcinariis? *add.* Cod. Theod. l. 14 t. 4.

PORCINARIVM, i. n. ὑφορβεῖον Gloſſ. Graec. Latin. *Locus vbi ſues paſcuntur.*

PORCARIVS, a, um. Adi. [χοίρειος] *Idem quod Porcinus.* Porcaria vulua Plin. 11, 37 ſ. 84.

PORCARIVS, i. m. [χοιροβότης] *Porcorum cuſtos.* Iul. Firmicus 3, 6, 7 Faciet etiam armentarios, bubulcos, paſtores, equorum domitores, porcarios, et his ſimiles.

PORCVLATIO, ōnis. f. [χοιροτροφία] *Porculorum lactentium nutricatus, Antiquis dicebatur.* Varro de R. R. 2, 4 In nutricatu, quam porculationem appellabant, binis menſibus porcos ſinunt cum matribus: ſed eos, quum paſci iam poſſunt, ſecernunt.

PORCVLĀTOR, ōris. m. [χοιροτρόφος] *Qui curat porcellos lactentes.* Columel. 7, 9 Itaque porculatoris maximum officium eſt, vt vnamquamque cum prole claudat. *Sic* Id. in Praefat. 1. Porculatoris vero et ſubulci diuerſa profeſſio, diuerſae paſtiones.

PORCILACA *vel* PORCVLACA, ae. f. *Herba, al.* Portulaca, *vid.* Plin. 20, 20 *pr. c. not. Hard. Voſſ. Etymol. p.* 402.

PORDACA, ae. f. *Vaſis genus.* Ammian. 28, 4 Lucanicus ſum pordaca et ſalſula.

PORDOSELĒNE. [Πορδοσελήνη] *Inſula eſt ante Epheſum, cum vrbe eiuſdem nominis, quam nonnulli aeſchrologiam fugientes* Poroſelenen *appellarunt.* Stephan. *et* Plin. 5, 31.

POREASTRVM, i. n. *Portulaca* Apulei. de Herb. c. 103.

PORNAE, arum. f. [πόρναι] *a Iuſtiniano titulo de* Conſulib. *in* Nouell. §. ac primus quidem, *iuxta Haloandri interpretationem commemorantur inter ſpectacula, quaſi Floralia, quae per meretrices et perditiſſimorum hominum genera celebrabantur.*

POROCELA, *vid.* INTEROCELA.

PORPHYRA, ae. f. [πορφύρα] *Latine dicitur Purpura.* Dioſc. 2, 4 Porphyras *Romani purpuras dicunt.* *Hinc*

PORPHYRION, *ſ.* PORPHYRIO, ōnis. m. [πορφυρίων] *Auis, de qua* Plin. 10, 46 ſ. 63 Bibunt aues ſuctu: ex his quibus longa colla intermittentes, et capite reſupinato velut infundentes ſibi. Porphyrio ſolus morſu bibit. Idem eſt (*edit*) proprio genere, omnem cibum aqua ſubinde tingens, deinde pede ad roſtrum veluti manu afferens. Laudatiſſima in Commagene. Roſtra iis et praelonga crura rubent. ¶ 2 *Eſt etiam* Porphyrion *vnus ex gigantibus, itemque nobilis aurigae tempore* Martialis, *qui de aue* Porphyrione 13, 78 Nomen habet magni volucris tam parua gigantis, et nomen Praſini Porphyrionis habet. *De gigante* Horat. Carm. 3, 4, 54.

PORPHYRIS, idis. f. [Πορφυρὶς] Inſula in ſinu Laconico ſita, quinque millibus paſſuum a Maleae promontorio diſtans: poſtea Cythera dicta, ob memorabile templum, quod in hac Inſula eſt Veneri ſacrum Plin. 4, 12. ¶ 2 Eſt et altera eiuſdem nominis inſula, duodecim non amplius paſſuum millibus diſtans a Cnido, alio nomine Niſyros appellata Plin. 5, 3.

PORPHYRĪTES, ae. m. [πορφυρίτης] Lapis in Aegypto rubens, candidis interuenientibus punctis, *vt ait* Plin. 36, 7. *Propterea* leucoſtictos *appellatus, quod* λευκὸς, *album dicimus,* στίζειν *pungere.*

PORPHYRETĬCVS, a, um. Adi. *Purpureus, ſed vix de alia re, quam de marmore.* Sueton. in Neron. c. 50 In eo monumento ſolium porphyretici marmoris ſuperſtanti Lunenſi ara circumſeptum eſt lapide Thaſio. Saxa Lamprid. Elagab. c. 24. *conf.* Capitol. in Anton. Pio c. 11.

PORPHYRĪTIS, idis. f. *Genus fici.* Plin. 15, 18 *a colore purpureo.*

PORPHYRIACVS, a, um. Adi. *Purpureus.* Et Porphyriacis figere labra genis Ouidii *eſſe dicitur.* *Non agnoſcit Burmannianus index.*

PORRACEVS, *vid.* PORRVM.

PORRICIAE, ārum. f. *Exta, quae in arae foco ponuntur, quod diis porriciantur, i. porrigantur, a* Solino *vocata volunt quidam* c. 11 Nec ignis, *inquit*, in hanc congeriem apponitur, quum porricias intulerint, *i. Quum intulerint exta arae, quod ſponte illa lignorum ſtrues flammam concipiat diuino quodam miraculo.* *Sed* proſicias *probant ex libris Voſſius Etymol. vid.* PROSECTA, *et Salmaſ. ad Solin.* p. 90 a F. *vid.* PROSICIAE.

PORRICIO, ĕre. Porro iacere, *interpretatur* Feſtus. Exta *autem* porrici *dicuntur, quando porriguntur diis.* *Locus claſſicus eſt* Macrob. Sat. 3, 2 *Vbi ad* Virgil. Aen. 5, 238 Extaque ſalſos Porriciam in fluctus, *ita diſputat:* Ex diſciplina Aruſpicum et ex praecepto Pontificum verbum hoc ſollemne ſacrificantibus eſt, ſicut Verranius ex primo libro Pictoris ita diſſertationem huius verbi exſecutus eſt, *Exta porriciunto, dîs danto, in altaria aramue, focumue, eoue, quo exta dari debebunt.* Porricere ergo, non proiicere, proprium ſacrificii verbum eſt, et quia dixit Verranius, *in aram, focumue, eoue, quo exta dari debebunt*, nunc pro ara et foco mare accipiendum eſt, cum ſacrificium diis maris dicatur. Ait enim, *Dî, quibus imperium eſt, pelagi, etc.* Ex his docetur, in mare rite potuiſſe porrici exta, non proiici. *Haec Macrobius.* *Sic et* Liu. 29, 27 Secundum eas preces cruda exta victimae, vti mos eſt, in mare porricit, *quam lectionem tuentur Gronou. et Perizon.* Virgil. Aen. 5, 237 Stans procul in prora pateram tenet, extaque ſalſos Porricit in fluctus, ac vina liquentia fundit. *Et h. l. Virgilii et quem tractari a Macrobio vidimus fluctuant codices et Seruius, qui* Exta, *inquit*, proiiciuntur in fluctus: aris porriciuntur, h. e. porriguntur. Niſi forte dicamus, etiam fluctibus maris offerri. Quod ſi ita eſt, *Porriciam* legendum eſt, id eſt, porro iaciam. Non. 2, 660 *Laudatur e* Feneſtella, Et quaedam exta praeſente ſuis, quaedam abſente *proieciſſem*. *Gothofr.* exta *et* porreciſſem *ſuſpicatur.* Varro de R. R. 1, 29, 3 Quod eſt inter duos ſulcos elata terra, dicitur porca, quod ea ſeges frumentum porricit. Sic quoque exta DIS cum dabant, porricere dicebant. *Forte legendum, Popma monitore, dant, dicunt.* *Hoc apparet* Porricere *Varroni eſſe dare, praebere, porrigere.* Plaut. Pſeud. 1, 3, 32 Nam ſi ſacruficem ſummo Ioui, atque in manibus exta teneam, vt porriciam, interea loci, Si lucri quid detur, potius rem diuinam deſeram. Varro de L. L. 5, 7 p. 54, 33 Pollutum (*f.* Polluctum) quod a porriciendo eſt fictum. Cum enim ex mercibus libamenta porrecta ſunt Herculi in ara, tum pollutum (polluctum) eſt.

PORRECTVS, a, um. Part. *Vt,* Varro de L. L. 5, 3 p. 47, 18 Inter cuius exta caeſa et porrecta. *Et* c. 4 p. 50, 17 Inter hoſtiam caeſam et exta porrecta. Inter Caeſa et Porrecta, *vid.* CAEDO. *Etiam* Caton. 134, 4 *legunt quidam poſt Ienſon.* Vbi exta porrecta erunt. *Sed maior, vt videtur, auctoritas ibi tuetur* proſecta.

PORRĬGO, rexi, rectum, ĕre. [ὀρέγω, προτείνω, ἐπεκτείνω, παρατείνω] *Extendere, extenſa manu dare conari.* Plinius. . . Facilius quippe radices porrigunt ſolo ſubacto. Plin. Epiſt. 5, 6 Sub his per latus omne vineae porriguntur, vnamque faciem longe lateque contexunt. Id. 11, 45 Dextra in fide porrigitur. In longitudinem porrigere Liu. 25, 21. In ordinem ſe porrigere Plin. 17, 11. In rectum porrigere Id. 11, 52. Cubiculum porrigitur in ſolem Id. Epiſt. 2, 17, 23. In tabulas vuae ſiccandae porriguntur Columel. 12, 16, 1. In tempus aliquod porrigi Celſ. 2, 5. Per humum vites porriguntur Columel. 5, 4, 2. Aciem latius porrigere Ouid. Epiſt. 2, 128. Bellum porrigere in Lucanos Liu. 9, 20. Cic. de Nat. Deor. 3, 84 Eſſe ſtultitiam, a quibus Bona precaremur, ab iis porrigentibus et dantibus nolle ſumere. Brachia porrexit caelo Ouid. Met. 1, 767. Collum longe porrigitur a pectore Id. ib. 2, 375. *de Cygno Ligurum rege in auem mutato.* Corpus porrigitur per nouem iugera Virgil. Aen. 6, 597. Dextram porrigere alicui Cic. pro Deiot. 8 c. 3. Id. de Fin. 3, 57 Chryſippus quidem et Diogenes detracta vtilitate, ne Digitum quidem porrigendum in eam eſſe dicebant. *de bona fama loquitur.* Id. Poſt Red. in Senat. 24 c. 9 Qui mihi primus afflicto et iacenti conſularem Fidem dexteramque porrexit. Id. in Verr. 5, 153 c. 58 Cui ciui ſupplici non illa dextra inuicta, et fidem porrexit, et ſpem ſalutis oſtendit? Flores ad candida porrigit ora Ouid. Met. 2, 861. Frontem ſcopulus porrigit in apertum aequor Id. ibid. 4, 526. Gladius nobis ad occidendum hominem aliquando ab ipſis porrigitur legibus Cic. pro Milon. 9. Herbam porrigere, *Victum ſe fateri.* Plin. 22, 4 Summum apud antiquos ſignum victoriae erat, herbam porrigere victos, *h. e. Terra et altrice ipſa humo, et humatione etiam cedere.* Horas ſol porrigit, *i. Producit* Ouid. Met. 4, 199. Horat. Serm. 2, 8, 30 Inguſtata mihi porrexerit ilia rhombi. Iudicium hoc Praetor latius porrexit Vlpian. in l. ſi menſor D. ſi menſ. falſ. mod. dixer. Lacertos aequales porrigit Ouid. Met. 15, 731. Lucem ingenii et conſilii porrigere atque tendere ſui cunctis prope ciuibus Cic. de Orat. 1, 84. Manum porrigere, *Opem ferre.* Id. pro Flacco 15 c. 7 Sic ſunt expreſſa iſta praeclara, quae recitantur pſephiſmata, non ſententiis, neque auctoritatibus declarata, nec iureiurando conſtricta: ſed porrigenda manu, profundendoque clamore multitudinis concitatae. *Et mox* n. 17 Porrexerunt manus: pſephiſma natum eſt: ἐχειροτόνησαν. Manus porrigere aduerſus aliquem *dicuntur* Iudices, *quum ſuam ſententiam aduerſus eum exſequuntur.* Vlpian. in l. a Diuo Pio §. ſi emtor D. de re iudic. Sed ſi emtor, cui pignora ſunt addicta, exſequente iudice pretium non ſoluat: vtrum aduerſus emtorem porrigere manus debeant iidem iudices, qui ſententiam exſequuntur, videndum eſt: et non puto eos vltra procedere. Cic. pro Cael. 63 Licinium autem, quum iam manum ad tradendam pyxidem porrexiſſet, retraxiſſe. Manus porrigere aliquo Ouid. Triſt. 4, 9, 10. Manum in menſam Cic. Tuſc. 5, 62. Neque, quo Manus

nus porrigeret, ſuppetebat Nep. 10, 7, 2. *i. vnde ſumeret, de quo largiretur.* Manum porrigere gratulantibus A. ad Her. 4, 69. Membra quo vult flectit, contorquet, porrigit, contrahit animal Cic. de Diuin. 2, 120. Membra in ſpatium Ouid. Met. 2, 197. Munera porrexit dextra Id. ibid. 8, 95. Oſcula alicui Id. ibid. 3, 451. Martial. Spectac. 15 Et volucrem longo porrexit vulnere pardum *i. deiecit, confecit.* Pedem ſiniſtrum ad oſculandum Senec. de Beneſ. 2, 10. Pocula Ouid. de Arte Am. 2, 335. Radices porrexit arbor in fundum vicini Caius in l. ſi plures D. arborum furt. caeſar. Vmbras porrigit campus murorum Stat. Theb. 12, 251. Porgo *pro* Porrigo *legitur apud* Virgil. Aen. 8, 274 Cingite fronde comas, et pocula porgite dextris. Pro munere carmina porgo Coripp.

PORRIGENS, *vel* PORGENS dextram Cic. N. D. 2, 114, 44 *in verſu.*

PORRECTVS, a, um. Partic. [*προτεταμένος*] *Extenſus.* Plin. 10, 33 Hirundines faucibus porrectis in anguſtum. Ante fores porrectus Horat. Carm. 3, 10, 3. *i. iacens.* Tityus porrectus per nouem iugera terrae Tibull. 1, 3, 75. Multa porrectum extendit Arena Virgil. Aen. 9, 589. *i. proſtrauit.* Arena porrectus Propert. 2, 8, 34. Hoſtis porrectus ſomno ſub frondibus Stat. Achill. 2, 75. Iugulum porrectum Horat. Serm. 1, 3, 89. Scythia in orientem porrecta Iuſtin. 2, 2, 1. Non eſt aptus equis Ithacae Locus, vt neque planis porrectus ſpatiis Horat. Epiſt. 1, 7, 41. Litora porrecta Ouid. Epiſt. 10, 93. Loca porrecta Caeſ. de Bell. Gall. 2, 19 *Neque montibus interſepta, neque ſiluis impedita; ſic enim loquitur ille*, quum ſe illi identidem in ſiluas ad ſuos reciperent, ac rurſus e ſilua in noſtros impetus facerent, neque noſtri longius, quam, quem ad finem porrecta atque aperta loca pertinebant, *etc.* Horat. Carm. 4, 15, 15 Famaque et imperî Porrecta Maieſtas ad ortus Solis ab Heſperio cubili. Manu porrecta ſtatua eſt in Ceramico Chryſippi ſedentis Cic. de Fin. 1, 39. Manibus Id. de Nat. Deor. 3 c. 34. Mora porrecta Ouid, ex Pont. 4, 12, 14. Series longe porrecta viarum Stat. Silu. 3, 3, 102. Somno porrectus Stat. Achill. 2, 75. Stabula porrecta in latitudinem Columel. 7, 3. Tellus Horat. Epod. 5, 80. *Comparat.* Porrectiore fronte loqui, *h. e. Hilariore* Plaut. Caſin. 2, 4, 3. Deus porrectiores longioresque *plantas pedum humanorum* formauit, vt ſtabile corpus efficerent planitie ſua Lactant. Opif. D. c. 20. Acies porrectior, *vid.* ACIES.

PORRECTVM, i. n. Plin. 4, 9 Theſſaliae in porrectum longitudo. Corporum porrecta Minuc. Felix c. 17, 11 *conf.* Apic. 5, 4. Gaius ICt. D. l. 8 t. 3 l. 8.

PORRECTA ex PORRICIO, *vid. ſupra.*

PORRECTE. Adu. *Comparat.* Ammian. 29, 32 Sago Punico porrectius panſo.

PORRECTIO, ōnis. f. [*ἐπέκτασις, παράτασις*] Cic. de Nat. Deor. 2, 150 c. 60 Digitorum enim contractio facilis, facilisque porrectio, propter molles commiſſuras, et artus nullo in motu laborat. Brachii porrectio Auctor ad Herenn. 3, 27 c. 15. Porrectionibus ad centrum Vitruu. 10, 8 *extr.*

PORRĪGO, ĭnis. f. [*πιτυρίασις, it. πίτυρα τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ* Gloſſ. Latin. Graec.] Genus morbi, vbi inter pilos quaedam quaſi ſquamulae ſurgunt: eaeque a cute reſoluuntur, et interdum madent, multo ſaepius ſiccae ſunt. Saepius fit in capillo, rarius in barba, aliquando etiam in ſupercilio, *vt ait* Celſus 6, 2 *add.* Ser. Sammon. c. 4 *it.* Scribon. 243. Corruptus ſcabie et porrigine plenus Lucil. *ap.* Non. 2, 701. Iuuenal. Sat. 2, 80

Sicut grex totus in agris
Vnius ſcabie cadit, et porrigine porci,
Vuaque conſpecta liuorem ducit ab vua.

Quibusdam in libris Prurigine *legitur: vt et in* Iuſtin. 36, 2 *de Iudaeis,* Quum ſcabiem et pruriginem paterentur. Porrigo *autem habere potius hoc nomen a* porro olere, *quam a* porrigendo, *ſyllaba originem oſtendente, videtur.* Turneb. 15, 17. *conf.* Columel. 7, 5, 6 *et Rhod. ad* Scribon. 243 p. 319. *vbi haec orthographia aſſeritur.* Impexa porrigine foedum caput Horat. Serm. 2, 3, 126.

PORRIGINŌSVS, a, um. Adi. Qui porrigine infeſtatur Plin. Valer. 1, 4 Porriginoſum caput.

PORRĬMA, ae. f. [*Πόῤῥιμα*] *Soror, ſiue comes Carmentae matris Euandri.* Ouid. Faſt. 1, 633

Porrima placatur, Poſtuentaque ſiue ſorores
Siue fugae comites, Maenali Nympha, tuae
Altera quod porro fuerat ceciniſſe putatur
Altera verſurum poſtmodo quidquid erat.

Probabiliora de his ſororibus Varro *apud* Gell. 16, 16.

PORRINA, *vid. in* PORRVS.

PORRO. Adu. *Idem fere quod* Longe *ſignificat, et vel diſtantiam ſolam indicat, idque rarius, vt* Plaut. Rud. 4, 3, 95 Vbi tu hic habitas GR. Porro illic longe, vsque in campis vltimis. Virgil. Aen. 6, 7, 111 Quae ſint ea flumina porro? Seru. Longe remota: et eſt Graecum Aduerbium, ſcilicet *πόῤῥω.* *Sed hoc rariuſculum eſt. Tamen huc etiam referas* Terent. Hec. 3, 1, 18 Noua res orta eſt, porro ab hac quae me abſtrahat. ¶ 2 *Ordinaria ſignificatione continuationem motus, ſpatii, temporis, notat, et vel actionis de qua ſermo eſt, vel ſolius orationis continuationi ſeruit.* Cic. pro Planc. 81 Nihil porro tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quam committere vt beneficio non dicam indignus, ſed victus eſſe videare. Virgil. Aen. 9, 190 Percipe porro quid dubitem. Perge porro: nam de iſto magna diſſenſio eſt Cic. de Fin. 4, 75 c. 27. Agere porro armentum Liu. 1, 7 *et* 9, 2. Aut ſi ire porro pergas. Virgil. Aen. 5, 600 Hinc maxima porro Accepit Roma, et patrium ſeruauit honorem. Seru. Porro, per longum interuallum: et eſt Aduerbium temporis. Sic dicimus, Lycurgus non porro ab Homeri temporibus fuit. Terent. Andr. 4, 4, 10 Moue ocius te, vt, quid agam porro, intelligas. Cic. Fam. 4, 9 Non eſt porro tuum vno ſenſu ſolum oculorum moueri. Terent. Hec. 3, 1, 20 Quod quum ita eſſe inuenero, quid reſtat, niſi porro vt fiam miſer? *Sic,* Me ſolicitum habitum eſſe, atque porro fore Cato *ap.* Chariſ. 2 p. 190. *add.* Afran. *ibid. et* Liu. 40, 36. Quinctil. Decl. 13, 7 Porro, qui confeſſum defendit, non abſolutionem ſceleris petit, ſed licentiam. Cic. pro Milon. 25 c. 9 Occurrebat mancam, ac debilem praeturam ſuam futuram Conſule Milone, eum porro ſummo conſenſu Pop. Rom. Conſulem fieri videbat. Terent. Andr. 1, 5, 45 Adeon' me ignauum putas, adeon' porro ingratum, aut inhumanum, *etc.* Age porro tu, qui te tam religioſum exiſtimari voluiſti interpretem foederum, cur Taurominitanis, *etc.* Cic. Verr. 5, 55 Iam porro videte caetera Iudices Id. pro Roſc. Amer. 116 c. 40 *pr.* Mihi porro, vt ego non dicam, quis omnium mortalium non intelligit, quam longe progredi ſit neceſſe? Cic. Verr. 5, . . . Terent. Phorm. 1, 1, 12 Porro autem Geta ferietur alio munere vbi hera pepererit: Porro alio autem vbi erit puero natalis dies. Salluſt. in Catil. c. 46 *pr.* At illum ingens cura atque laetitia ſimul occupauere. Nam laetabatur, intelligens coniuratione patefacta ciuitatem periculis ereptam eſſe. Porro autem anxius erat, dubitans in maximo ſcelere tantis ciuibus deprehenſis quid facto opus eſſet. Catoni porro aſſenſus eſt Fauonius Cic. Attic. 7, 1. Sequitur porro nihil deos ignorare Id. de Diuin. 2, 105. Id. Verr. 1, 121 Neque enim perfacete dicta, neque porro hac ſeueritate digna ſunt. Id. de Finib. 5, 78 Ea nos mala dicimus, ſed exigua et porro minima. Porro *ita intelligo, ſi porro progrediare, et illis etiam, quae* exigua *diximus, minora incommoda fingas; ea nos dicemus* minima. Id. de Senect. 43 Saepe a maioribus natu audiui, qui ſe porro pueros a ſenibus audiniſſe dicebant. ¶ 3 Porro Quirites! *vox erat quiritantium, et auxilium populi implorantium.* Laber. *apud* Macrob. Sat. 2, 7 Porro Quirites! libertatem perdimus. Scipio Gent. *ad* Apulei. Apol. n. 810 Pro! Pro! Quirites *legi vult. Sed ſine varietate* Apulei. Met. 8 p. 215, 19 Nec diu tale facinus (*obſcenum*) meis oculis tolerantibus Porro Quirites! proclamare geſtiui. Priap. 25 *pr.* Porro (nam quis erit modus?) Quirites. *Sciopp. ad h. l. legi vult etiam ex vet. libro apud* Plaut. 1, 1, 220 Porro fidi Thebani ciues! *Sed libri, quod ſciam, meliores* Proh *habent: quod etiam carminis rationi melius accommodatum eſt. Eadem eſt ratio alterius loci* Rud. 3, 2, 1 *vbi recte legitur* Proh Cynerenſes populares! veſtram ego imploro fidem, *quod etiam in* Porro *mutatum iuere. Certius eſt illud* Tertull. in Valentinian. 1, 14 Vt etiam inclamauerit in eam Iao, quaſi porro Quirites! aut fidem Caeſaris! Vet. Schol. *ad illud* Iuuenal. 3, 60 Non poſſum ferre, Quirites! *ait,* Exclamatio, vt Porro Quirites!

PORRVS, i. m. *vel* PORRVM, i. n. [*πράσον*] *Genus oleris noti.* Martial. 13, 18 *ſub lemmate,* Porri ſectiui, Fila Tarentini grauiter redolentia porri Ediſti quoties, oſcula clauſa datu, *ne tetro odore ructus moleſtus ſis.* *Idem* 13, 19 *cuius lemma* Porri capitati, Mittit praecipuos nemoralis Aricia porros, in medio virides ſtipite cerne comas. Porrum ſectiuum et capitatum *ſunt etiam* Columel. 11, 3, 30. Tarentinum Id. 8, 11, 14. Plin. 19, 6 Porrum ſeritur ſemine ab aequinoctio Autumno, ſi ſectiuum facere libuerit, denſius. In eadem area ſecatur donec deficiat, ſtercoraturque ſemper, ſi nutritur in capita ante quam ſecetur. Quum increuit, in aliam aream transfertur, ſummis foliis leuiter reciſis ante medullam, et capitibus retractis, tunicisue extremis. *Et paullo poſt,* Sectiui duo genera, Herbaceum folio inciſuris eius euidentibus, quo vtuntur medicamentarii. Alterum genus ſuauioris folii, rotundiorisque, inciſuris leuioribus. Porrus Capitatus, *κεφαλωτὸν* Gloſſ. Vet. Horat. Serm. 1, 6, 115 Inde domum me ad porri et ciceris refero laganique catinum. *De parabili cibo frugique menſa.* Sectile porrum Iuuenal. Sat. 3, 293. Sectiui porri fila Id. ibid. 14, 133. Id. 15, 9 Porrum et caepe neſas violare, aut frangere morſu *apud quosdam Aegyptios.*

PORRACĔVS, a, um. Adi. [*πράσιος*] *Quod eſt porri.* Plin. 21, 18 Folia ima porraceis exiliora. Porraceus color, *Porri colorem referens* Id. 37, 10.

PORRĪNA, ae. f. *Locus porris conſitus, vel porrorum vno in loco conſitorum multitudo.* Scaeuola in l. Defuncta D. de vſufruct. Sempronio do lego ex reditu fructum oleris et porrinae, *vid.* Cato de R. R. 47. Arnob. 2 p. 85.

PORSĔNA, ae. m. [*Πορσῖνος*] *Rex Tuſciae, qui vrbem Romam obſedit.* Martial. 1, 106 Vrere quem potuit contemto Mucius igne, hanc ſpectare manum Porſena non potuit. *Addi nonnunquam* N, Porſenna, *vt producatur, ait* Seru. *ad* Virgil. Aen. 8, 646 Nec non Tarquinium eiectum Porſenna iubebat, *etc.* *Quam geminationem plerique libri MSS. ſequuntur, etiam ſolutae orationis et ſine metro, vt vult Gronou. ad* Liu. 2, 9. *Sed res oppido inconſtans et incerta, vt rectius putarit* Porſena *vno* N *vbique edere Drakenborchius. Apud Dionyſ. Halicarn.* Πορσῖνος *eſt; Plutarcho* Πορσήνας, *vt longe videatur vtique penultima, etſi non geminetur* N; *vt in* Murena, Aufilena, *ſimilibus. Sed corripuit eam etiam* Horat. Epod. 16, 4 Minacis aut Etruſca Porſenae manus. *Sunt omnes Iambi puri in hoc carmine.*

PORTA, ae. f. [*πύλη*] *Omnis exitus, quo poteſt* importari *vel* exportari *aliquid, vnde etiam a* portando *dicta eſt: quod videtur* Iſidoro Orig. 15, 2 *qui tamen eod. loco laudat verba* Catonis, Qui vrbem nouam condit, tauro et vacca aret, vbi arauerit, murum faciat: vbi portam vult eſſe, aratrum ſuſtollat et *portet,* et *portam* vocet. *Alludit etiam* Varro R. R. 2, 1, 10 Et quod vrbs cum condita eſt, tauro et vacca qui (*MS.* quae *forte leg.* qua) eſſent muri et portae definitum. *Eleganter* Donatus *ad* Terent. Adelph. 4, 2, 44 Porta autem dicta eſt, quod in eo loco coloniae deductor et conditor ſubiunctis vacca et tauro, aratrum, quo vrbem deſignat ſuſpendit manu, ne imprimat ſulcos, vbi ciuitatis aditus relinquendi ſunt. *Priorem rationem Iſidori firmat, cui illam debere videtur* Varro de L. L. 4, 32 *pr.* Qua viam relinquebant in muro, qua in oppidum portarent, portas. *Sunt autem portae quaelibet loca, per quae aditus eſt.* Hac vbi ſe primum porta mare fudit ab alta Manil. 4, 604. Portis anguſtioribus relictis Caeſ. B. G. 7, 70. *add. infra* Portae Caſpiae, *etc.* Virgil. Aen. 1, 87. *Buchner. ad* Venant. de Reſurr. v. 2. *Iam de portis proprie dictis videamus.* Clauſtra ingentia portarum Virgil. Aen. 7, 185. Fornice aduerſo portae Id. ibid. 6, 574. Morae portarum Stat. Theb. 11, 244. Vigiles portarum Virgil. Aen. 2, 335. Aeratae Ouid. Met. 8, 785. Ahena Stat. Theb. 10, 257. Bipatens Virgil. Aen. 2, 330. Cornea Stat. Silu. 5, 3, 289. Decumana, *vid.* Decumanus, *in* DECEM. Eburna Virgil. Aen. 6, 899. Ferrata Stat. Theb. 10, 504. Laxata Claud. in prim. Conſ. Stilich. 2, 193. Recluſa Stat. Theb. 11, 421. Rudis Ouid. Epiſt. 7, 122. Scaeae, *v. v.* Stabiles Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 143. Porta tenus Tacit. Ann. 3, 5. Vrbanae Ouid. de Nuce 137. Arietare in portam, *vid.* ARIETO. Aſtant ſublimibus portis Virgil. Aen. 12, 133. Clauſae portae Horat. Carm. 3, 5, 23. Caeſar B. G. 6, 37 Capit arma a proximis, atque in porta Conſiſtit. Diffindere portas vrbium Horat. Carm. 3, 16, 14. Qua Data qua porta ruunt, et terras turbine perflant Virgil. Aen. 1, 83 *ſc. venti.* Efferre ſeſe portis Id. ibid. 12, 441. Efferre pedem porta Cic. Attic. 8, 2. Erumpunt portis,

portis, concurritur Virg. Georg. 4, 78. Exierat portis equitatus apertis Virg. Aen. 8, 585. Exſpectare comites ad portam Cic. Fam. 15, 17. Explorare portas Virg. Aen. 9, 169. Imponere portam in aliquam regionem, *vid.* IMPONO. Inſtant Rutuli ſternere caede viros portis circum omnibus Virg. Aen. 10, 118. Introire porta Cic. in Piſon. 55. Irrumpere portas patentes Virg. Aen. 11, 879. Moliri portas Tacit. Hiſt. 2, 22. Obiicere portas Virg. Aen. 9, 45. Obſidere portas Stat. Theb. 10, 264. Obſtrepere portis, *vid.* OBSTREPO. Obſtructas portas praebere re aliqua Sil. 11, 198. Occupare portas vrbis Cic. Philipp. 14, 15. Panduntur portae ſacrae Virg. Aen. 6, 27. Pandere portas alicui Virg. Aen. 12, 584. Patet porta aliquibus Cic. in Piſon. c. 23. Perfringere Ouid. Met. 6, 597. Perfringere portas vi Lucan. 3, 343. Recludere Ouid. Met. 8, 41. Reſerare portas alicui Ouid. de Arte Am. 3, 577. Ruere portis Virg. Georg. 4, 185. Subſtare in ipſo limine portae Virg. Aen. 2, 242. Eſſe ad portam praeſto lictores Cic. in Piſon. c. 23. Tenere limina portarum obſeſſa Virg. Aen. 2, 803. Qui portas Tuetur Sen. de Tranq. an. c. 11. ¶ 2 *Quod initio ſtatim monuimus*, porta *generaliter locum apertum notat. Sic* Portam caeli *fingunt Poëtae, per quam veniunt etiam fulmina.* Virg. Georg. 3, 261 Quem ſuper ingens Porta tonat caeli, et ſcopulis illiſa reclamant Aequora. Grammaticus *apud* Sen. 108 Ennium hoc ait Homero ſurripuiſſe, Ennio Virgilium. Eſt enim apud Ciceronem in his ipſis de Rep. hoc Epigramma, ſi faſendo plagas caeleſtum aſcendere cuiquam, Mi ſoli caeli maxima porta patet. Cic. de Nat. Deor. 2, 137 Per vias quaſdam a medio inteſtino vſque ad portas iecoris. Venam portae *vulgus vocat, vel* Venas portarum. Portam *pro Femineis genitalibus dici volunt* Prop. 4, 8, 48 Cantabant ſurdo, nudabant pectora caeco. Lanuuii ad portas, hei mihi, ſolus eram. *Sed refellerunt viri docti ſpurcum commentum. vid. Brouckh. Neque tamen non in obſcenis eſt* Porta. Catull. 15 *extr.* Quem attractis pedibus patente porta Percurrent raphanique mugileſque. *Et* Priap. 52 Porta te faciet patentiorem: *quamquam hic cum* porta *tantum comparatur* ὁ πρωκτός. ¶ 3 *Geographis notabiles* Portae Ciliciae Nep. 14, 7, 2. *it.* Portae Caucaſiae, *locus in Albania, quo ſe Caucaſus mons findens, ad amnis diri odoris tranſitum, portarum ſpeciem refert.* Caſpias *quidam eas* portas *nuncupant, ſed errore inducti. vid.* Plin. 6, 11 *et* 12.

PORTV̆LA, ae. f. Dimin. [πυλίς] Liu. 25, 9 Conuenerat autem, vt Philomenes portula aſſueta venationem inferens, armatos induceret, parte alia portam Temenitida adiret Annibal *etc.* Liu. 25, 24. Prope hexapylon eſt portula magna vi refringi coepta. Aperitur portula Liu. 25, 9.

PORTELLA, ae. f. *Aliud* Dimin. Gloſſ. Lat. Gr. Portella, ſυμπσύλιον.

PORTARIVS, i. m. *Ianitor.* Vulg. Interpr. 2 Reg. 7, 11.

PORTENDO, di, tum, ĕre. [προσημαίνω, ἐπισημαίνω, προφαίνω] Porro, *hoc eſt e longinquo, certe ante* tendere, *praedicere, praemonſtrare.* Cic. de Nat. Deor. 2, 7 Praedictiones vero et praeſenſiones rerum futurarum quid aliud declarant, niſi hominibus ea quae ſint *oſtendi, monſtrari, portendi*, praedici, ex quo illa *oſtenta, monſtra, portenta, prodigia* dicuntur? *conf.* de N. D. 1, 93 c. 42. Cladem portendere alicui Sil. 4, 133. Commutationem rerum populo portendere Cic. de Diuin. 1, 45. Gener alicui portenditur Virg. Aen. 7, 256. Laeta omnia proſperaque portendere Liu. 1, . . Metus nox portendit Stat. Theb. 9, 583. Metus ex oſtentis magnorum periculorum portenditur Cic. Verr. 4, 108 c. 49. Noua ſuperi portendunt Claud. in Eutrop. 1, 14. Periculum principibus dii portendunt Cic. de Aruſp. Reſp. 53. Regnum portendere Liu. 1, 8. Significationes rerum futurarum vigilantibus et dormientibus portenduntur Cic. de Nat. Deor. 2, 166. Spem portendere Liu. 29, 11. *Significatione paſſiua vſus eſt* Plaut. Curc. 2, 2, 22 Pacem ab Aeſculapio petas: ne forte tibi eueniat magnum malum, quod in quiete tibi portentum eſt. *i. Praemonſtratum eſt.*

PORTENTVM, i. n. [τέρας, τερατολογία] *Quod portendit et praemonſtrat aliquid futurum. Laudatur e* Varrone In caelo, memorabile exſtitit portentum. *Locus claſſicus eſt* Cic. de Nat. Deor. 2, 7 *et* 14. Non. 5, 31 Portentum non ſolum quod portendat, ſed quod etiam apportet et faciat ex his ſignificationibus, quae in auſpiciis, auguriis, extiſpiciis oſtenduntur. Portenta, oſtenta, monſtra, prodigia dicuntur, quia portendunt, oſtendunt, monſtrant, praedicunt Cic. de Diuin. 1, 93 c. 42. Portenta exiſtimarunt quidam grauia eſſe, Oſtenta bona: alii Portenta quaedam bona, Oſtenta quaedam triſtia appellari. Portenta, quae quid porro tendatur, indicent: Oſtenta, quae tantummodo oſtendant monſtra, praecipiant quoque remedia. Portenta porro fieri dicuntur, cum ſolita corpora raro ſe oſtendunt, vt cometae, turbines, barathra, ſereno caelo facta tonitrua. Paullus Feſti. Explanationes portentorum, Hetruſcorum diſciplina continentur Cic. de Aruſp. Reſp. 18. Hominum pecudumque portenta praeter naturam Cic. de Nat. Deor. 2, 14. Interpres portentorum Cic. de Diuin. 2, 61. Idem de Prouinc. Conſ. 2, c. 1 Quod ſi ille, et paullo ante, et quotieſcunque ei locus dicendi ac poteſtas fuit, Gabinium et Piſonem duo Reipub. portenta, ac paene funera, cum propter alias cauſas, tum maxime propter illud inſigne ſcelus eorum, *etc.* Fatale portentum, prodigiumque Reip. P. Clodium *vocat* Cic. in Piſon. 9 c. 4. Multa donanda ingeniis puto, ſed donanda vitia, non portenta ſunt Sen. Controu. 5 praef. Magica portenta, *vid.* MAGVS. Ferunt caſum aliquem portenta Virg. Aen. 8, 533. Loqui monſtra ac portenta Lucret. 4, 594. Obſtant ſed variis portenta deûm terroribus Virg. Aen. 7, 58. *Pro Bono omine:* Virg. Aen. 8, 553 Ne quaere profecto Quem caſum portenta ferant. *Sed etiam de fictionibus audacioribus Poëtarum:* Cic. Tuſc. 1, 11. Aut quid negotii eſt haec Poëtarum et pictorum portenta conuincere?

PORTENTŌSVS, a, um. Adi. [τερατώδης] *Quod portentum facit.* Cic. de Diuin. 2, 60 c. 28. An vero illa nos terrent, ſi quando aliqua portentoſa aut ex pecude, aut ex homine nata dicuntur? Suet. Domit. c. 4 Ante pedes eius ſtabat puerulus coccinatus portentoſo paruoque capite. Mendacia Graeciae portentoſa Plin. 5, 1. *Compar.* quo quid fieri portentoſius poteſt Sen. Ep. 87. Plin. 24, 17 Portentoſiora tradit. Signa Tertull. de An. c. 57. *add.* c. 32. *Superl.* Oratio portentoſiſſima Sen. ep. 114. Opus portentoſiſſimum Plin. 36, 13.

PORTENTIFĬCVS, a, um. Adi. [τερατοποιός] Venena portentifica, *Portenta ac monſtra facientia.* Ouid. Met. 14, 55. *Heinſius legit* PORTENTIFERA. Figurae portentificae Lactant. 2, 13.

PORTENTILOQVIVM, i. n. [τερατολογία] Sermo portentoſus Vulg. Interpr. Irenaei 3, 4.

PORTHMOS, i. m. [Πόρθμος] *Fretum, maris inter duos continentes anguſtiae, Budaeus in* l. Lucius De ſeruit. ruſtic. praed. in Pand. Plin. 3, 5 ſ. 10 Qua intrat (mare Atlanticum) Porthmos a Graecis, a nobis fretum Gaditanum *etc.* ¶ 2 *Eſt et* oppidi in Euboea *nomen* Plin. 4, 12.

PORTHMEVS, ĕi. m. [πορθμεύς] *Transfretator, ad verbum, qui nauigio vehit, et qui exigit portorium: πορθμὸς enim, fretum eſt, vt modo vidimus. vid.* FRETVM. Iuuen. Sat. 3, 266 Iam ſedet in ripa, tetrumque nouitius horret Porthmea.

PORTĬCVS, ûs. f. [στοὰ] *Columnarum ſeries aperta, cui tectum impoſitum eſt, Egregium aduerſus tempeſtates, ac feruorem Solis receptaculum, quo includi areae ſolent: quae propter repentinos imbres, et vmbrarum ac deambulationis gratia aedificatur.* Ouid. de Arte Am. 1, 67 *de porticu Pompeiana,* Tu modo Pompeia lentus ſpatiare ſub vmbra, Quum Sol Herculei terga Leonis adit. Cic. pro Domo, 126 Vix pars aedium mearum decima ad Catuli porticum acceſſit, cauſa fuit ambulatio, et monimentum, et iſta Tanagrea oppreſſa libertate Libertas. In palatio pulcherrimo proſpectu porticum cum conclauibus pauimentatum trecentûm pedum concupierat. Porticuum contignationes Vitr. 5, 1. Amplae porticus Virg. Aen. 3, 353. Circumacta porticus in D literae ſimilitudinem Plin. Epiſt. 2, 17, 4. D *inquam, non* O. *Vid. quae poſt Cortium ea de re monuimus.* Duplices Vitr. 5, 9. Cic. Att. 4, 15 In campo Martio ſepta tributis comitiis marmorea ſumus et tecta facturi, eaque cingemus excelſa porticu. Longae porticus Virg. Aen. 2, 528. Perfuſa luto Iuuen. Sat. 14, 66. Poecile Nep. 1, 6, 3. *De hac* Perſ. 3, 53 Quaeque docet ſapiens braccatis illita Medis Porticus. *Nempe vt docet* Nepos l. c. *in* Poecile *depicta erat pugna Marathonia. In eadem diſputabant Philoſophi, Stoici praeſertim, inde dicta* Sapiens. Prop. 2, 33, 45 Scilicet vmbroſis ſordet Pompeia columnis Porticus auleis nobilis Attalicis. Spatioſa Ouid. de Arte Am. 1, 491. Triplices Suet. Ner. c. 16. Vacuae Virg. Aen. 2, 761. Coire in porticum, *vid.* COËO. Deambulantes in porticibus diſputabant philoſophi Cic. de Orat. 2, 20. Idem Acad. 4, 75 Sed quid eos colligam, quum habeam Chryſippum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum? Quinct. 12, 2, 8 Studia ſapientiae non iam in actu ſuo atque in hac fori luce verſantur, ſed in porticus et Gymnaſia primum, mox in conuentus Scholarum receſſerunt. *Integebantur* porticus *lignis coniunctis inter ſe, vid.* INTEGO. Spatiari porticibus Ouid. Epiſt. 21, 97. Chryſippi porticus, *i. Stoica ſchola; στοὰ enim porticus eſt.* Hor. Serm. 2, 3, 44. *Ipſe* Cicero in Academicis *apud* Auguſtin. lib. 3 contra Acadd. Clamat Zeno, et tota illa porticus tumultuatur: *et iterum* totam illam porticum inſanam. Octauii porticus Sueton. de Clar. Grammat. c. 21. *vid.* Ordino *in* ORDO. Pompeii porticus, *amphitheatrum erat Romae ampliſſimum, cuius meminit* Plin. 36, 15 Cauea ipſa cepit hominum LXXX. millia: quum Pompeii amphitheatri toties multiplicata vrbe, tantoque maiore populo ſufficiat XL. M. *Meminit et huius Plutarchus in vita Bruti.* Plin. *interdum* Theatrum, *interdum* Aedem Pompeii *nominat: nempe erant haec coniuncta omnia.* ¶ 2 Porticus, *ſignificat Tabernaculum, ſiue tentorium* Cic. Tuſc. 2, 38 c. 16 Namque Aeſculapii liberorum ſaucii opplent porticus. *Loquitur de Podalirio et Machaone, qui ad Troiam tendebant, et tabernacula habebant: quorum tabernaculo fingit adſtructa eſſe quaedam ſauciorum receptacula in longum producta inſtar porticus.*

PORTICATIO, ōnis. f. Macer in l. funeris ſumtus D. de religioſis, et ſumt. fun. Itaque ſi amplum quid aedificari teſtator iuſſerit (veluti in circuitu porticationes) eos ſumtus funeris cauſa non eſſe.

PORTICV̆LA, ae. f. [παςάδιον] Dimin. a Porticu, Varro *dixit, teſte Budaeo, et* Cic. Fam. 7, 23 In porticula Tuſculani.

PORTIO, ōnis. f. [συμμορία] *quaſi* Partio, *ſignificat Partem.* Cic. Verr. 5, 54 c. 21. Nunquam in Sicilia frumentum publice eſt emtum, quin Mamertinis pro portione imperaretur. Breuiſſima vitae portio Iuuen. Sat. 9, 128. Portionem ſeruare ad decem homines eandem Curt. 7, 11, 12. Centena vicena, ac deinde Ad has portiones Plin. 31, 6 ſ. 31. Portio ex re aliqua Plin. 12, 18. Id. 8, 28 Siquidem et pericula praemonent non fibris modo extiſque, circa quod magna mortalium portio haeret, ſed, *etc.* ¶ 2 *Analogiam et relationem ad totum et partes notat, cum* Pro *praemiſſum habet.* Cic. de Orat. 2, 220 Sed oportet, vt in aedibus ac templis veſtibula et aditus, ſic cauſis principia pro portione rerum proponere. Pro portione etiam alia ex multitudine funera multa fuere Liu. 7, 1. Pro portione aut gradus aut nauatae operae Curt. 9, 1, 6. Pro rata portione aliquid diſtinguere Cic. in Somn. Scip. 11. Pro virili portione Tacit. in vita Agric. 45. Columel 7, 1 *de aſinis loquens,* Huius animalis tam exiguae tutelae plurima et neceſſaria opera ſupra portionem reſpondent. *i. Maiorem vtilitatem praebent, quam pro cura et tutela ſui.* Plin. 11, 37 Cerebrum omnia habent animalia quae ſanguinem. Sed homo portione maximum.

PORTIVNCV̆LA, ae. f. Dimin. [συμμορίδιον] Apuleius . . . Qui quum a me portiunculam poſceret. Hiſtoriae Suetonii competentes portiunculas decerpſimus Oroſ. 6, 7. Portiuncula contentus Vlp. l. 4. ff. de vſu et hab. *conf.* Id. ff. 39 t. 2 l. 15 §. 13 *et* t. 3 l. 10.

PORTIONALIS, e. Adi. *Idem quod Particularis.* Tertull. de Virg. Veland. c. 4 Subiectum eſt portionale vniuerſali. *add.* Id. de Reſurr. Carn. c. 57. *et* adu. Hermog. c. 31.

PORTISCV̆LVS, i. m. Feſtus: Portisculus eſt, vt ſcribit Aelius Stilo, qui in portu (*vbi maxime exercentur nautae et inſtituuntur*) modum dat claſſi. Id autem eſt malleus: cuius meminit Cato in diſſuaſione de rege Attalo et vectigalibus Aſiae, C. Licinio praetore remiges ſcripti ciues Romani ſub portisculum (*ad remos, vt remiges fierent, et* ſub portisculo *vt ſub ſceptro eſſent*) ſub flagrum conſcripti veniere paſſim. Plaut. Aſin. 3, 1, 15 Et meam partem loquendi et tuam trado tibi. Ad loquendum atque ad tacendum tute habeas portisculum. *Hunc locum laudans* Iſid. Orig. 19, 12 *ait,* Porticulus (*leg.* Portisculus) malleus in manu portatus (*Gronou. malit* hortatoris) quo modus ſignumque datur remigantibus. Aldhelmus de Laudibus virginitat. Agens Liburnicam aut lintrem, inſtanter hortante proreta, et crepitante nauclero portisculo. *Hoc igitur certum,* Portiſculum *eſſe inſtrumentum, quo ſignum detur nautis. An ipſe quoque* Hortator, *qui ſignum illud tenet? Suadet* Vet. Onom. Portisculus κελευστής. *vid.* CELEVSTES. Nonius 2, 637 Portisculus *ait*, proprie eſt hortator remigum, id eſt qui eandem perticam tenet, quae porti-

portiſculus dicitur, qua excurſum et exhortamenta moderatur. *Fatetur ergo ipſe quoque*, portiſculum *eſſe inſtrumentum, cuius pulſu ſignum dari poſſit.* *Nam* pergula, *quam* perticae *quidam ſubſtituunt, commentum eſſe videtur.* *Vtitur deinde teſtimonio Plauti, quod poſuimus. Addit ex* Ennio, Tonſumque tenentes Parerent, obſeruarent, portiſculu' ſignum Cum dare coepiſſet. *Nempe* Portiſculus ſignum dat, vt tuba canit: *non tamen* tuba *eſt* tubicen. *Denique laudat* Laberium, Nec palmarum pulſus, nec portiſculi: *quo loco manifeſte inſtrumentum eſt.* *De* portiſculo *igitur perſona fides ſit penes Nonium, et auctorem Onomaſtici.* *Scripſi iſta, lectis, quae viri docti ad locos veterum citatos, et quae ad* Sil. 6, 361 *Heinſ. et Drakenb. quaeque Gronou. Obſ.* 4, 26 *poſt Voſſium in Etymol. diſputarunt.*

PORTĬTOR, ōris. m. [τελώνης] *a portu, cui impoſitus, vel praeeſt, nomen habet.* Ti. Donat. *ad* Virg. Aen. 6, 298 *vbi* Charon portitor *deſcribitur*, Portitores, *inquit*, dicuntur, qui portus obſeruant idcirco, vt ſine ipſorum iuſſu nullus tranſeat in alienas regiones. His igitur aquis, tam grauibus odore, tum horrendis aſpectu praeerat ſordibus par — Charon. Portitor *igitur eſt* Charon, *quia* portum *illum et traiectum obſeruat et neminem non excuſſum et ſine naulo tranſire patitur.* *Hic eſt de quo* Prop. 4, 11, 7 Vota mouent ſuperos. Vbi portitor aera recepit, obſerat herboſos lurida porta rogos. *Hic eſt* Letaei portitor amnis Stat. Theb. 12, 559. Orci Virg. Georg. 4, 502. Auarus Albinou. ad Liu. 358. Niger Val. Fl. 1, 784. *Add.* Ouid. Met. 10, 73. *Redimus ad* Portitores *ordinarios.* Non. 1, 95 Portitores dicuntur telonearii, qui portum obſidentes omnia ſciſcitentur, et ex eo vectigal accipiant. Cic. de Rep. 4 Nolo enim eundem populum imperatorem et portitorem eſſe terrarum (*ſ.* orbis terrarum) Optimum autem et in priuatis familiis et in rep. vectigal duco eſſe parſimoniam. Varro myſteriis, Aes defraudaſſe cauponem, bonam (*an* lenam?) luto obleuiſſe, tum portitores erram duxe. *Sic ex libris Mercer. Vid. l. g.* circum duxe *i. defraudaſſe, quod Mercerio etiam ſic viſum deprehendo.* *Alia, quae laudat Nonius, loca ex ipſis ſcriptoribus dabuntur.* Plaut. Aſin. 1, 3, 7 *Lena ad adoleſcentem*, Remigio veloque, quantum poteris, feſtina et fuge: Quam magis te in altum capeſſis, tam aeſtus te in portum refert. ADOL. Egopol iſtum portitorem (*lenam, quae e domo meretricia, quam portum vocarat, lucrum captat*) priuato portorio. Id. Menaech. 1, 2, 8 *obiurgans vxorem*

Nam quoties foras ire volo, me retines, reuocas,
Rogitas, quo ego eam, quam rem agam, quid negotii geram,
Quid petam, quid feram, quid foris egerim.
Portitorem domum duxi. Ita omnem mihi
Rem neceſſe loqui eſt, quidquid egi atque ago.

Habes deſcriptionem hominis Acciſam *ſ.* Licentiam *quam hodie vocant traſtantis.* Id. Plaut. Trin. 3, 3, 65 Iam ſi obſignatas non feret (*literas tabellarius*) dici hoc poteſt (*excuſandi cauſa*) Apud portitorem eas reſignatas ſibi inſpectasque eſſe. Ter. Phorm. 1, 2, 100 Epiſtolam ab eo allatam eſſe, audiui modo, Et ad portitores eſſe delatam. Donatus *ad* h. l. More veterum magiſtri tributorum, i. e. publicani, operam in portu dabant inferendarum rerum et efferendarum vectigal exigentes. *Huius ergo rei cauſa poteſtatem videntur habuiſſe, aut ſibi arrogaſſe certe literarum, quas negotiales eſſe putarent, examinandarum.* *Vid. in hanc rem locus Plut.* περὶ πολυπραγμοσ. *quem laudat quoque Burm. de Vectig.* c. 5 p. 57. *Iterum* Plaut. Trin. 4, 4, 15 Curre in Piraeeum — videbis iam illic nauem, qua aducti ſumus, Iubeto Sangarionem quae imperauerim, curare, vt efferantur: et tu ito ſimul. Solutum 'ſt portitori iam portorium. *Poteſt hoc ad miniſtrum et operam publicanorum pertinere; ſed poteſt etiam referri ad alterum genus, de quo ſtatim* n. 2. Cic. Off. 1, 150 c. 42 Primum improbantur ii quaeſtus, qui in odia hominum incurrunt, vt portitorum, vt feneratorum. Cic. Agr. 2, 61 c. 23 Sin eſt iniquum, Quirites, ſi turpe, ſi intolerandum, hos decemuiros portitores omnibus omnium pecuniis conſtitui, qui non modo reges, atque externarum nationum homines, ſed etiam imperatores noſtros excutiant *etc.* *Nota hoc verbum, et confer, tum quae praecedunt apud Ciceronem, tum locum* Plauti Men. 1, 2, 8 *et* portitores *plane cognoſces.* *Sic* Cic. in Vatin. 12 c. 5 Quaero abs te — miſſusne ſis a Conſule Puteolos, vt inde aurum exportari argentumque prohiberes? (*Quaeſtori facto* aquaria prouincia ſorte obtigerat:) In eo negotio, cum te non cuſtodem ad continendas, ſed portitorem ad partiendas merces miſſum putares, cumque omnium domos, apothecas, naues, furaciſſime ſcrutarere, hominesque negotia gerentes iudiciis iniquiſſimis irretires, mercatores e naui egredientes terreres, conſcendentes morarere *etc.* *Hi* portitores *cum obſeruare et cuſtodire negotiatores deberent, hinc* Stat. Theb. 1, 693 Sed iam temone ſupino Languet hyperboreae glacialis portitor vrſae, *i. cuſtos vrſae* Arctophylax, *qui alias* Bootes, *de quo* Ouid. Met. 10, 447 Tempus erat, quo cuncta ſilent, interque triones Flexerat obliquo plauſtrum temone Bootes. ¶ 2 Portitor *eſt etiam qui traiicit vectores naui: ipſe quoque a* portu *dictus, et forte primum inde, quod eiuſdem hominis eſſet traiicere vectores et exigere vectigal, quod* portorium *vocatur.* *Hinc* Charonta *illum inferorum* portitorem *dictum puto, quem rationes nauli referre ad Plutonem ex Luciano conſtat. Sed hac neglecta ſignificatione vectigalis exigendi, non nunquam ad ſolum traiectum referri apparet.* Sen. de Benef. 6, 18 Plato cum flumen naue tranſiſſet, nec ab illo quidquam portitor exegiſſet, honori hoc ſuo datum credens, dixit, poſitum illi eſſe apud Platonem officium. Deinde paullo poſt cum alium atque alium gratis eadem transueheret ſedulitate, negauit illi apud Platonem iam poſitum officium. Columella 10, 155 Mox vbi nubigenae Phryxi, nec portitor Helles *i. Aries, qui Phryxum transuexit, delabi paſſus eſt Hellen.* Hilaſius de ſignis caeleſt. in catalectis p. 162 Proditor eſt Helles: eſt portitor Europai: Et gemini iuuenes: et preſſus ab Hercule Cancer. *i. aries, taurus, gemini, cancer.* *Sic. leg. oſtendit Gronou. Obſſ.* 3, 20 p. 616 *cum edatur vtroque* Portitor. *Nec enim, vt ex Columella dedimus* Portitor Helles *fuit aries, ſed illam* prodidit, *i. effudit.* ¶ 3 *Recentiores, voce non iam a* portu, *ſed a* portando *deriuata,* portitorem *vocarunt, qui literas, aut quodcunque id eſſet, perferret.* *Illuſtrat hanc ſignificationem in primis Sauaro ad* Sidon. 6, 4 p. 371 *cui ſaepe* portitores *et* baiulatores *ſunt, qui epiſtolam perferunt.* *Iam* ad 4, 5 *annotauerat locum* Hieronymi, *quem habet etiam* Iſid. Orig. 6, 8 *cuius ſumma, epiſtolarum* portitores tabellarios eſſe dictos. *Laudat porro* Arnob. 1 . . . Muneris portitorem: *et ex* Martian. Capella 2 . . . Tunc portitores Dinae correpta lectica magno eam molimine ſubuexere. *Et* Claudian. de mirac. Chriſti *extr.* Mirandum, lecti portitor ipſe ſui. *etc.* Frumenti portitores l. vn. C. ne quid oneri publ. imp. Coruus Eliae datus olim Ciborum portitor Prudent. Paſſ. Vincent. v. 405. Harum (*literarum*) portitorem ad excellentiae veſtrae beneficia deſtinauit Caſſiod. Var. 10, 8. *conf.* Iſidor. 6, 8. Apicum portitor Apollinar. Epiſt. 6, 3.

PORTORIVM, i. n. [τέλος ἐν λιμένι Gloſſ. Lat. Gr.] Vectigal, quod ſoluitur portitori, *vt ait* Nonius 1, 169. Lucilius 27 Facit idem quod illi, qui inſcriptum ex portu exportant, ne portorium dent, *i. non ſcriptum.* *Conf. quae modo dicta ſunt in* PORTITOR. Cic. Att. 2, 16 Illud tamen quod ſcribit, animaduertas velim, de portorio circumuectionis: ait ſe de conſilii ſententia rem ad Senatum reieciſſe. De portorio et nonnullis iniuriis portitorum conqueri Cic. Q. Frat. 1, 1. Idem Verr. 2, 176 His pro rebus quod portorium non eſſet datum, literas ad ſocios miſiſſe L. Canuleium. Erant omnibus oſtiis Nili cuſtodiae, Exigendi portorii cauſſa diſpoſitae Hirt. B. Alex. c. 13. Exigere nomine portorii in ſingulas amphoras vini quatuor denarios Cic. pro Font. 9. Cum vehiculum pontem tranſiret, redemtor eius pontis portorium ab eo exigebat L. 60 D. Loc. cond. §. vehiculum 8. Exportare aliquid ſine portorio Cic. Verr. 2, 183. Imponere portorium ſingulis rebus quaecunque vaenirent Cic. in Piſon. 87. Inſtituere portorium vini Cic. pro Font. 9. Ire magnis portoriis illo mercatores conſueuerunt Caeſ. Bell. Gall. 3, 1. Locarunt portorium fruendum Liu. 32, 7 *pr.* Locare et conducere portorium Cic. de Inuent. 1, 47. Sublata portoria Italiae Cic. Att. 2, 16. Tollere portoria Italiae Cic. Q. Frat. 1, 1. *Hinc* Vectigal, *et* Portorium, *pro eodem dixit* Plin. *de macello loquens, et rebus hortenſibus,* 19, 4. *conf.* Plaut. Trin. 4, 4, 15. Vectigal ac portorium Dyrrhachinorum Cic. de Prou. Conſ. 5.

PORTITORIVM, τελωνεῖον Gloſſ. Lat. Gr.

PORTO, āre. [φέρω, βαστάζω, κομίζω,] *eſt Baiulare corpore iumenti, aut ſuo, vel etiam interdum Animo ferre et pati, vt exemplis patebit.* Plaut. Aul. 2, 2, 53 In mentem venit, Te bouem eſſe, et me eſſe aſellum, Vbi onus nequeam portare pariter iaceam ego aſinus in luto. *Sed* Ferre *Gronou.* Cic. pro Domo 62 Columnae marmoreae ex aedibus meis inſpectante Pop. Rom. ad ſocerum Conſulis portabantur. Plin. 12, 17 Mihi et ad Perſas etiam prius iſta portaſſe, quam in Syriam aut Aegyptum videntur. Portare ex toto Plin. 11, 17. Exercitum portare Salluſt. in Iugurth. c. 39 *intell.* nauibus. Faſciculum librorum portare ſub ala Hor. Epiſt. 1, 13, 13. Frumenta portare Hor. Epiſt. 1, 16, 72. Frumentum domum ad aliquem portare Cic. Att. 14, 5. Fuſtes portare Hor. Carm. 3, 6, 41. Humeris portare aliquid Hor. Serm. 1, 5, 90. Legatos portabant naues Liu. 23, 38 *pr.* Quo portas Puerum Ter. Andr. 4, 3, 4. Quae regi portarentur, abripiebar Nep. 14, 4, 2. In triumpho Maſſiliam portari ad exemplum amiſſi imperii vidimus Cic. Off. 2, 28. Collo portare aliquid Columel. 9, 8. Lectica portari Cic. Att. 10, 16. Pelago portare opes Virg. Aen. 1, 367. Venti portant nubila per caelum Lucret. 4, 445. ¶ 2 *Formulae metaphoricae:* Apul. Met. 5 p. 173 An, quod Aetatem portat bellule, puer tibi ſemper videtur? *de Cupidine pulchro ſene. vid.* FERRE aetatem. Auxilium portare alicui, *Adiuuare* Salluſt. in Catil. 6, 5. Bellum portare Virg. Aen. 3, 539. Conſul impeditus, ne copias ſecum portaret Sall. Iug. 39, 4. Ter. Andr. 2, 2, 1 Dii boni, boni quid porto. Dolorem portare ſecum Stat. Theb. 11, 508. Fallaciam portare alicui Ter. Andr. 2, 6, 2. Inſidias portare Ouid. Triſt. 2, 272. Inſomnia quum ſatis vna tuis portet ocellis Propert. 2, 25, 47. Iurgium portare ad aliquem Ter. Hec. 3, 5, 63. Nuntium portare Plin. 9, 25. Omnia mea mecum porto, inquit Bias Cic. in Parad. 1. Onus moleſtum Hor. Serm. 1, 6, 99. Peccatum portare Ter. Heaut. 4, 1, 12. Preces ad aliquem Valer. Argon. 2, 326. Rugas in vertice frontis Ouid. Amor. 1, 8, 45. Timores ne qua tibi inſolitos portarent viſa Propert. 1, 3, 29. Verba iuſſa Ouid. Met. 2, 744. Lucret. 6, 586. Verſabundaque portatur poſt incita quum vis Exagitata foras erumpitur, *etc.* Portatum, portatu; *Supina.* Plin. 23, 7 Mala piraque portatu iumentis mire grauia ſunt, vel pauca.

PORTANS, antis. Partic. [κομίζων] In totum portans incendia mundum Manil. 5, 29. Verba portantia ſalutem Ouid. ex Pont. 3, 4, 1. Ferrum et arma portantes Iuſtin. 1, 3, 3. Munera portantes Virg. Aen. 11, 333.

PORTANDVS, a, um. Partic. [κομιστέος] Cadauera portanda in arca vili Hor. Serm. 1, 8, 8. Mandata portanda alicui dare Virg. Aen. 9, 312.

PORTĀTVS, a, um. Partic. Vulg. Interpr. Ierem. 10, 4 Portata tollentur. In humeris portatus *ib.* Ezech. 12, 7.

PORTATVS, ûs. m. *Aſſerebatur ex* Sil. Ital. 12, 441 Incluſas igitur, quibus haud enare dabatur Arce ſuperpoſita, clauſtris maris extulit aeſtu, Perque auerſa tulit portatus in arua carinas. *De nauibus loquitur, quae vehiculis impoſitae, per campum in mare rurſum vehebantur. Sed Nic. Heinſ. et Cellar. et Drakenb. legunt* Portatas arua carinas. *Ap.* Plin. 9, 35 ſ. 56 *etiam perperam lectum eſt* Perditiore portatu, *pro quo Hard. ex MSS.* perdito nepotatu.

PORTATIO, ōnis. f. *Idem.* Vitruu. 10, 1 Portationes eorum non eſſent, *etc.* Armorum atque telorum portationes Salluſt. Catil. c. 42.

PORTABĬLIS, e. Adi. *Quod portari poteſt.* Sidon. Epiſt. 8, 11 Portandus quidem, ſed portabilis. *Compar.* Auguſt. Epiſt. 34 ad Paullin. Onus tolerabilius et portabilius.

PORTATORIVS, a, um. *Idem.* Sella portatoria Cael. Aurel. Tard. 1, 1, 15. *vid.* Auguſt. Serm. 7.

PORTĬTO, āre. Frequent. [συχνῶς κομίζω] Gell. 20, 1 Crumenam plenam aſſium portitas.

PORTVLA, *vid.* PORTA.

PORTVLĀCA, ae. f. [ἀνδράχνη] *Herba, acetariis adhiberi ſolita:* eſt (*inquit* Plin. 20, 20 ſ. 81.) quam Peplin vocant, non multum ſatiua efficacior. Cuius memorabiles vſus traduntur. Sagittarum venena et ſerpentium haemorrhoidum et preſterum reſtringit, pro cibo ſumta, et plagis impoſita extrahit. *add.* Plin. 13, 22 *et* 27, 13. *conf.* PORCILACA, *quam ſcripturam praefert Hard. Sed* 19, 8 ſ. 53 Portulaca *dedit. vid.* Celſ. 2, 20 *et* 33. *it.* 4, 9. Columel. 12, 13. Apul. de Herb. c. 103. Scribon. 158.

PORTVMNVS ſ. PORTVNVS, i. m. *Deus marinus, vide in dictione* PALAEMON. Portunus a portu, ſicut Neptunus a nando, paullum primis literis immutatis, dicitur Cic. de Nat. Deor. 2, 66 c. 26. Pater Portunus Virg. Aen. 5, 241. Deus marinus qui portubus praeeſt. Seruius.

PORTVMNALIA ſ. PORTVNALIA, um. n. [Παλαιμόνια]

Dict

Dici poſſunt Iſthmia, *quae inter quatuor Graeciae celeberrima certamina numerantur, in honorem Palaemonis, quem Latini* Portunum *vocant, inſtituta. Eſt autem Romanum quoque ſacrum.* Varro de L. L. 5, 3 p. 48, 7 Portunnalia a Portunno dicta, cui eo die aedes in portu Tiberino facta, et feriae inſtitutae.

PORTVS, ûs. m. *Ablatiuo* Portubus *et* Portibus; [λιμὴν] *dicitur* Locus concluſus, quo importantur merces, et inde exportantur, *vt ait* Vlpian. in l. Portus D. de verb. et rer. ſignificat. et vbi naues hiemant. Cic. Verr. 5, 95 Quem poſteaquam inanem locum offenderunt, et Praetorem commoniſſe ex eo loco caſtra ſenſerunt, ſtatim ſine vllo metu in portum ipſum penetrare coeperunt. Quum in portum dico Iudices (explanandum eſt enim diligentius eorum cauſa qui locum ignorant) in vrbem dico, atque in vrbis intimam partem veniſſe piratas. Non enim portu illud oppidum clauditur, ſed vrbe portus ipſe cingitur et concluditur: non vt alluantur a mari moenia extrema, ſed influat in vrbis ſinum portus. Quum Phalereo portu neque magno neque bono Athenienſes vterentur, huius conſilio triplex Piraeei portus conſtitutus eſt Nep. Themiſt. ſ. 2, 6, 1. Propter portus ſuos, multis et variis mercatorum ſermonibus ad ſtudium fallendi vocabantur Carthaginienſes fraudulenti et mendaces Cic. de Lege Agrar. 2, 94. Oſtium et Aditus portus Cic. Verr. 4, 118. Id. Verr. 5, 30 In ipſo Aditu atque ore portus, vbi primum ex alto ſinus ad vrbem ab litore inflectitur, tabernacula carbaſeis intenta velis collocabat. *Portibus apta ſunt oſtia fluminum. Hinc* per ſeptem Nilus portus emiſſus in aequor Ouid. Her. 14, 107. *i. oſtia. v. h. l.* Burm. *idemque ad* Amor. 2, 13, 10. ¶ 2 *Epitheta:* Altus Virg. Aen. 5, 243. Amoenus Stat. Silu. 4, 7, 18. Celeberrimus, *vid.* CELEBRIS. Celeberrimus et pleniſſimus nauium Cic. pro Lege Manil. 33. Fluminei Claud. Conſ. Hon. 6, 495. Immotus portus ab acceſſu ventorum Virg. Aen. 3, 570. Infidi Ouid. Met. 13, 710. Manufacti Cic. Off. 2, 14. Rudis vndarum Stat. Theb. 3, 24. Tranquillus et tutus Cic. pro Planc. 94. Tutus et clauſus Id. de Prouinc. Conſul. 31 c. 12. Vacui ſine remige Virg. Aen. 4, 588. ¶ 3 *Verborum formulae:* Accipere aliquos portu tuto Virg. Aen. 3, 78. Capere portum *vid.* CAPIO. Cincta portubus duobus inſula Cic. Verr. 4, 118. Cogere in portum Cic. de Inuent. 2. Committere portibus, *vid.* COMMITTO. Compellere in portum Caeſ. de Bell. Ciuil. 1, 58. Condita inerti porto ratis. Lucan. ad Piſon. 214. Coniicere in portum Cic. de Inuent. 2, 98. Deferre in portum, *vid.* DEFERO. Deferri in portus Virg. Aen. 7, 22. Diſtincta portubus regio Cic. pro Flacco, 27. Efficit inſula portum obiectu laterum Virg. Aen. 1, 163. Effodere portus Virg. Aen. 1, 431. Facere portum. Quinctil. 2, 21. Intrare portus Virg. Aen. 3, 254. Intramus amicos portus Virg. Aen. 5, 57. Inuehi ex alto in portum *vid.* INVEHO. Inuectus portum, *vid.* INVEHO. Linquere tum portus iubeo, et conſidere tranſtris Virg. Aen. 3, 289. Occupa portum fortiter Hor. Od. 1, 14, 2. Pateſcit portus propior Virg. Aen. 3, 530. Penetrare in portum, *vid.* PENETRO. Peruenire ad portum Cic. de Senect. 71. Petere portum Virg. Aen. 1, 198. Praecludere portus claſſi Lucan. 9, 39. Premit Claſſis portus Ouid. Epiſt. 2, 93. Progredi portu Virg. Aen. 3, 300. Recipere ſe in portum Caeſ. de Bell. Ciuil. 2, 22. Relinquere portus Virg. Aen. 3, 10. Soluere e portu Cic. pro Muraen. 4. Tangere portus Virg. Aen. 4, 612. Tetigêre carinae quum iam ceu preſſae portum Virg. Georg. 1, 303. Tenere portum ſi nequeas, nauigando, tempeſtati obſequi artis eſt Cic. Fam. 1, 9. ¶ 4 *Metaphoricae formulae:* In portu impingere, *eſt apud* Quinctilianum 4, 1. *pro eo, quod eſt, Statim in ipſo operis ingreſſu peccare.* Portus et ara fugae, *metaphoricôs* Ouid. ex Pont. 2, 8, 68. *conf.* Id. Her. 1, 110. Cic. Fam. 5, 15 Sed neſcio quo modo ipſae illae excludere me a portu et perfugio videntur. Cic. ad Brut. 5 Quanquam tum et fugae portus erat in tuis caſtris, et ſubſidium ſalutis in tuo exercitu. Multorum, qui aliqua componunt, portus, ſinus, praemium; omnium exemplum Plin. Ep. 8, 12. *de Capitone, de quo modo dixerat,* Colit ſtudia, ſtudioſos amat, fouet, prouehit. Nationum portus et refugium Senatus Cic. Off. 2, 26 c. 8. Idem Att. 4, . . . Quid ſi ceſſare libet, et in otii portum confugere? Cic. Fam. 7, 31 Sunt innumerabilia generis eiusdem, quae quidem ego non ferrem, niſi me in philoſophiae portum contuliſſem. Supplicii perfugium portusque exilium Cic. pro Caecin. 100 c. 34. Placidus portus aeterna quiete, *Mors* Senec. Agamemn. ſ. 7. Res eſt in portu, *i. In tuto; prouerbialis locutio* Plaut. Merc. 4, 7, 49. Exſpectare tanquam portum ſolitudinem Cic. de Orat. 1, 155. Nauigare in portu, *eſt A periculo abeſſe; prouerbialis locutio: propterea quod qui mediis adhuc in fluctibus nauigant, hi ventorum, et aeſtus arbitrio nauigant: contra, qui iam intra portum ſunt, nihil habent negotii cum vndis ac ventis.* Ter. Andr. 3, 1, 22. Virg. Aen. 2, 598. Nunc mihi parta quies, omnisque in limine portus. Paratam nobis portum et perfugium mortem putemus, quo vtinam velis paſſis prouehi liceat Cic. Tuſc. 1, 118. Venire in portum aliquando ex longa nauigatione Cic. de Senect. 71. ¶ 5 Portum veteres pro Domo poſuiſſe Feſtus et Paullus *aiunt, et ſic in* XII. Tab. *poſitum eſſe* Cui teſtimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obuagulatum ito.

PORTVŌSVS, a, um. Adi. [λιμενώδης] *Vt,* Portuoſus locus, Portuoſum mare, *Multos portus habens.* Salluſt. in Iugurtha 17. Cic. de Orat. 3, 66 c. 19. Vt philoſophi tanquam in ſuperum mare Ionium defluerent, Graecum quiddam et portuoſum. Nauigatio minime portuoſa Cic. Fam. 6, 20. *Compar.* Salluſt. Iugurth. c. 16 Pars Numidiae portuoſior. *Superl.* Plin. 4, 12 Inſularum portuoſiſſima.

PORVS, i. m. [Πῶρος] *Rex Indiae fuit, non tam ingentis corporis, quam animi magnitudine praeditus, quem Alexander deuicit. vid.* Curtium 8 *circa finem.* Eous Porus Claud. Conſ. Hon. 4, 374. Nigri Pori regia Claud. Conſ. Mall. Theod. 32. Porus *alius, Metidis filius, de quo in* PENIA.

PŌRVS, i. m. *Lapis arenarius, facile friabilis. vid.* Plin. 34, 17. 36, 6. *et* 17 *pr.*

P O S

POS, videtur potius ſignificare Pontem, quam Potentem, *inquit* Varro de L. L. 4 *pr.*

POSCA, *vel* PVSCA, ae. f. [ὀξύκρατον] *Vinum in torculari aquatum, vt quidam putant, quod apud* Plinium, Varronemque, *et alios Lora dicitur.* Scribon. 46. 104. *etc.* Plaut. Truc. 2, 7, 48 Tum tantuli doni cauſa, holerum atque eſcarum, et poſcarum, *etc. Quidam potionis genus eſſe dicunt, quam Graeci oxycraton vocant, quae ex aquae acetique miſtura fit.* Plin. 30, 7 Tormina ſanat palumbus ferus ex poſca decoctus. Celſus 2, 30 Aluum aſtringunt merulae, palumbus, magiſque ſi in poſca decoctus eſt. Id. 4, 6 Dandus panis ex poſca frigida. *vid.* Suet. in Vitellio c. 12. Plin. 20, 4. Spartian. in Hadr. c. 20. *Taubm. ad* Plaut. p. 846.

POSCO, popoſci, ĕre. [αἰτιάομαι, ἀξιόω] *Rem debitam et honeſtam petere.* Varro *ap.* Seru. *in* Aen. 9, 193 Poſcere eſt quoties aliquid pro merito noſtro depoſcimus. Donat. *in* Andr. 2, 5 Poſcimus imperioſe: Poſtulamus iure. *conf. Valla* 5, 77. *Haec tamen differentia ſaepe confunditur; nam pro Petere etiam* Poſco *accipitur.* Cic. Verr. 4, 44. Nemo tam audax, qui poſceret, nemo tam impudens, qui poſtularet, vt venderet. Ne popoſciſſes, ego me tibi non offerebam Cic. Att. 2, 1. Idem Pr. Act. in Verr. c. 15 Quam quum poſcebat, verbo illam poſcere videbatur, re vera iudicia poſcebat. Cic. Verr. 4, 46 Qui pro teſtimonio dixit, te, quum inſpiciendum popoſciſſes, auulſo emblemate remiſiſſe. Poſcere ad rauim Plaut. Aul. 2, 5, 10. Cic. Verr. 5, 70 Reliquos non deſideraret ſolum, ſed etiam poſceret et flagitaret. Cic. Tuſc. 3, 7 c. 3 Vt enim in Academiam deſcendimus, popoſci eorum Aliquem qui aderant cauſſam (*i. argumentum*) diſſerendi. Plaut. Curc. 3, 8

Habent hunc morem plerique argentarii,
Vt alius alium poſcant, reddant nemini.
Pugnis rem ſoluant, ſi quis poſcat clarius.

Cauſas veniendi poſcere Virg. Aen. 1, 418. *i. interrogare.* Deos poſci Quintilium non ita creditum, *tanquam debitum* Hor. Carm. 1, 24, 12. Honorem deûm ſibi poſcere Virg. Aen. 6, 589. *de Salmoneo, qui honorem Ioui debitum ſibi volebat tribui.* Hor. Serm. 2, 3, 1 Sic raro ſcribis, vt toto non quater anno Membranam poſcas ſcriptorum quaeque retexens. *Quo loco Turnebus,* Poſcere membranam *ille videtur, qui ea ſcripſit, quae in membranam efferenda ſint, nec retinenda in adverſariis, aut palimpſeſto, nec delenda ſint, ſed edenda, et hominum lectioni committenda. Reprehendit igitur Damaſippus Horatium, quod quae ſcribebat, retexebat omnia, aut delebat: neque quidquam eorum dignum membrana putabat, et hominum lectione.* Cic. Verr. 2, 117 c. 47 Si hoc a me muneris, non vniuerſa prouincia popoſciſſet. Numina tua poſco ſupplex et ad te confugio Virg. Aen. 1, 670. Opem poſcere Hor. in Arte Poët. 411. Opem poſci ſolitam (eſſe a diis) Celſ. 1 Praef. Oracula precibus Virg. Aen. 3, 456. Varro *apud* Non. 4, 377 In argumentis Caecilius poſcit palmam, in ethesin Terentius, in Sermonibus Plautus. Partes audaciae ſibi Cic. pro Roſc. Amer. c. 13. Poenas cum ſanguine Virg. Aen. 2, 72. Potum poſcere Varr. de L. L. 4, 26. Pretium pro ſepultura aliquorum Cic. Verr. 1, 7. Pugnam *dicitur miles* Liu. 2, 45. Cic. de Fin. 2, 1 Quorum e numero primus eſt auſus Leontinus Gorgias in conventu poſcere quaeſtionem: id eſt iubere dicere, qua de re quis vellet audire. *vid. modo* Cauſam. Rationem cuiuscunque tribus popoſceris, me redditurum contendo Cic. pro Planc. 48. Reum poſcere Liu. 9, 26. *h. e. Accuſare.* Sumtum iamne poſcet ad id Scaptius? *Al.* Sumtu iam nepos euadat Scaptius? Cic. Att. 6, 2. Veniam peccatis poſcere Hor. Serm. 1, 3, 75. Vitam poſcere Ouid. Met. 9, 605. ¶ 2 *Formulae aliae. Cum duobus Accuſatiuis* Cic. Verr. 1, 7 c. 3 Rapiunt eum ad ſupplicium dii patrii, quod iſte inuentus eſt, qui e complexu parentum abreptos filios ad necem duceret, & parentes pretium pro ſepultura liberûm poſceret. Puerum poſcere aliquid Ouid. Amor. 1, 4, 30. Munus amantem poſcere Ouid. de Arte Am. 3, 805. Numos magiſtratum Sicyonium popoſcit Cic. Verr. 1, 44. Veniam deos poſcere Virg. Aen. 4, 50. Idem Aen. 8, 614 Aut acrem dubites in praelia poſcere Turnum. Clamore aliquem poſcere Plaut. Curc. 5, 3, 5. Olympo poſcor Virg. Aen. 8, 533. h. e. Aut de Olympo poſcor, aut certe In Olympum poſcor. Seruius. Poculis maioribus poſcere *vid.* POCVLVM. Poſci in certamen Virg. Aen. 11, 221. *Sic* Poſcor, *i. poſcitur a me* Ouid. Faſt. 4, 721. Palilia poſcor, Non poſcor fruſtra Ouid. Faſt. 4, 670. Grauidae poſceris exta bovis Id. Met. 4, 274. Poſcitur Alcathoë Prop. 4, 1, 76. Auerſus Apollo Poſcitur inuita verba pigenda lyra Ouid. Met. 2, 144. Non eſt mora libera nobis: Poſcimur Sil. 2, 44. Poſcimur o ſocii. *Sed* Horat. Od. 1, 32, 1. Poſcimur, ſi quid vacui *etc. probat quidem Brouckh. ad* Prop. l. c. *Sed Bentleius dedit* Poſcimus. Plin. 18, 28 Aratione per transuerſum iterata, occatio ſequitur, vbi res poſcit. Vbicunque cauſae, locusque poſcebant Plin. 30, 1. Poſcit vſus Caeſ. Bell. Gall. 4, 2. Nulla eſt poſcendi, nulla eſt reuerentia dandi Propert. 3, 13, 13. Pepoſci, *in Praeterito, non* Popoſci, *antiquum.* Valerius Antias Annal. 45 Denique Licinius Trib. pleb. perduellionem ei diem dixit; et comitiis diem a Q. Martio Praetore pepoſcit. *Laudat* Gell. 7, 9 *vbi et* Memordi, Pepugi.

POSCENS, entis. Partic. [αἰτῶν] Negare aliquid poſcenti Ouid. Amor. 1, 10, 64. *et* Met. 7, 376. *Adde* Met. 4, 334 *et* Hor. Epiſt. 2, 2, 62.

POSCINVMIVS, a, um. Adi. Apul. Met. 10 p. 248 Poſcinumia meretricum baſia, *quibus numos ab amatoribus poſcunt.*

POSEA *vel* POSIA, ae. f. *Oleae vel oliuae genus.* Cato R. R. c. 6. Varro 1, 24. Colum. 12, 47. *Scribitur et* Pauſia.

POSIDON, [Ποσειδῶν] *Neptuni nomen apud Graecos, vnde variae appellationes.*

POSIDIANAE, arum. f. *In Baiano ſinu ſunt Aquae calidiſſimae,* nomine accepto a Claudii Caeſaris liberto, *vt ait* Plin. 31, 2.

POSIDIVM, ſ. POSIDEVM, i. n. [Ποσείδειον] *Oppidum in finibus Macedoniae, non procul a Strymone amne, cuius meminit* Plin. 4, 10. *Eſt eiusdem nominis Oppidum in Syria Libano monti ſubiecta, cuius meminit idem* Plin. 5, 20. *Eſt item* Poſidium Ioniae promontorium, cum oppido eiusdem nominis, quod olim Branchidarum, et poſtea Didymaei Apollinis oraculum fuit appellatum Plin. 5, 29.

POSIDONIA, ae. f. [Ποσειδονία] Oppidum in litore Lucaniae, poſtea Paeſtum appellatum Plin. 3, 5. *Troezen quoque Peloponneſi vrbs eo nomine appellata eſt, quod τῷ Ποσειδῶνι, id eſt Neptuno ſacra eſſet.* Strab. 8.

POSIDONIVS, i. m. [Ποσειδώνιος] *Philoſophus Stoicus Apamienſis ex Syria (vt Strab. 14 auctor eſt) ſed Rhodius exiſtimatus, quia Rhodi vixit, ac philoſophatus eſt. Fuit admodum familiaris* Ciceroni, *vt Idem teſtatur* de Nat. Deor. 1, 6.

POSSESSIO, POSSESSOR. *vid.* POSSIDEO.

POSSIBILIS, *vid.* POSSVM.

POSSĬDEO, ſēdi, ſeſſum, ēre. [κτάομαι, κατέχω] *In poteſtate ſua habere, et tenere tanquam rem ſuam.* Ter. Andr. 4, 6, 15 Quae illius fuerunt, poſſidet. Cic. pro Quint. 89 Omnia autem bona poſſeſſa non eſſe conſtitui, quod bonorum poſſeſſio ſpectetur, non in aliqua parte, ſed in vniuerſis quae teneri ac poſſideri poſſint. Sua eſſe omnia, atque a ſe poſſideri ſicut propria volunt philoſophi Cic. de Orat. 1, 217 c. 50. Ab aliquo poſſidere, *vid.* Vti via ab aliquo, *in* VTOR. ¶ 2 *Rerum quae dicuntur* poſſideri *nomina:* Ouid. Met. 4, 689 Latum ſub pectore poſſidet Aequor *i. occupat, tegit pectore: De belua, cui Andromeda fuit expoſita, eſtque emphaſis, qua beluae magnitudo monſtratur.* Agros Cic. de Lege Agrar. 1, 10. Bona alterius poſſidere ex edicto, *res acerbiſſima* Cic. pro Quint. 25 Antequam doceo id factum non eſſe: libet mihi C. Aquili ex officii ratione, atque ex omnium conſuetudine rem ipſam et factum ſimul Sexti Naeuii conſiderare. Ad vadimonium non venerat, vt ais, is quicum tibi affinitas, ſocietas, omnes denique cauſae et neceſſitudines veteres intercedebant. Illicone ad Praetorem ire conuenit? continuone verum fuit poſtulare, vt ex edicto bona poſſidere liceret? ad haec extrema et inimiciſſima iura tam cupide decurrebas, vt tibi nihil in poſterum, quod grauius atque crudelius facere poſſes, reſeruares? nam quid homini poteſt turpius, quid vero miſerius, aut acerbius vſu venire? quod tantum euenire dedecus? quae tanta calamitas inueniri poteſt? Pecuniam ſi cuipiam fortuna ademit: aut ſi alicuius eripuit iniuria: tamen dum exiſtimatio eſt integra, facile conſolatur honeſtas egeſtatem. at non nemo aut ignominia affectus, aut iudicio turpi conuictus, bonis quidem ſuis vtitur: alterius opes, id quod miſerrimum eſt, non exſpectat: hoc tamen in miſeriis adiumento et ſolatio ſubleuatur. *Igitur ad publicationem etiam bonorum pertinet.* Cic. Philipp. 11, 15 Itaque non aſſentior ſolum, ſed etiam gratias ago Quint. Fuſio; dixit enim ſeueram, grauem, Republica dignam ſententiam: iudicauit hoſtem Dolabellam, bona eius cenſuit publice poſſidenda. Bona ſine diminutione *v. g. viceſima hereditatum non ſoluta* Plin. in Paneg. c. 38. Cic. pro Roſc. Amer. 108. Cur quae reliqua ſunt, iſte Roſcius omnia cum Chryſogono communiter poſſidet? Domum alterius Cic. pro Domo 110. Plaut. Epid. 3, 4, 33 Tuas poſſidebit mulier ferias *i. tua liberta erit. vid.* FERIAE. Fiduciam ſibi commiſſam tenere ac poſſidere Cic. pro Flacc. 51. Forum armatis cateruis hominum perditorum Cic. pro Domo 110 c. 42. Idem Verr. 3, 158 Quibus rebus non ſenſim, atque moderate ad iſtius amicitiam arrepſerat, ſed breui tempore totum hominem, totamque eius Praeturam poſſederat. Imaginem *item* nomen alterius Plaut. Amphit. 1, 1, 303. Ingenium inuerecundum animi Cic. de Inuent. 1, 73, c. 45. Plin. Epiſt. 1, 3 Quid balineum illud, quod plurimus ſol implet, et circumit? quid triclinia illa popularia? illa paucorum? quid popinae? quid cubicula diurna, nocturnaque? poſſidentne te, & per vices partiuntur? Mores poſſidere Plaut. Truc. prol. 13. Multa Hor. Carm. 4, 9, 45. Opes Ouid. Amor. 3, 8, 54. Palmam Plaut. Moſtel. 1, 1, 31. Plus fidei quam artis, plus veritatis quam diſciplinae poſſidet in ſe, quem Populus Rom. meliorem virum quam hiſtrionem eſſe arbitratur Cic. pro Roſc. Com. 17 c. 6. Regnum Ouid. Faſt. 3, 631. Vim magnam, magnam neceſſitatem, magnam religionem poſſidet paternus maternusque ſanguis Cic. pro Roſc. Amer. 66. ¶ 3 *Obſerua:* Poſſidam, *Futurum a* Poſſido, poſſidis, *tertiae Coniugationis, quo vſi ſunt veteres.* Lucret. 1, 388 Nempe aër omne neceſſe eſt Inter corpora quod fiat, poſſidat inane. *i. Poſſideat, occupet. Add.* 1, 946. *Paſſiuum* Cic. Att. 2, 18 Habet etiam Campana lex exſecrationem in concione candidatorum, ſi mentionem fecerint, quo aliter ager poſſideatur. Omnia poſſideantur Lucret. 1, 391. Cic. Verr. 2, 46 c. 18 Quae bona, is, qui teſtamentum fecit, huic Heraclio, antequam eſt mortuus omnia vtenda ac poſſidenda tradiderat. Liu. 38 *extr.* In bona deinde L. Scipionis poſſeſſum publice Quaeſtor miſit.

POSSIDENS, entis. Partic. Hor. Carm. 4, 9, 45 Non poſſidentem multa vocaueris Recte beatum. Italiam poſſidentes Iuſtin. 20, 1, 4.

POSSESSVS, a, um. Partic. [κτηθείς] Amore alienae coniugis poſſeſſus Aur. Victor. Epit. c. 1. Id quemque, quod occupaſſet, habiturum arbitrabatur, velut certo iure poſſeſſum Curt. 4, 1, 27. Tetrarchia occupata et poſſeſſa paucis ante annis a Deiotaro Hirt. B. Alex. c. 78 *extr.* Noua ſemper amare, et mox poſſeſſa relinquere Petron. c. 120. Lucan. 2, 610. Vrbs eſt Dictaeis olim poſſeſſa colonis Ouid. Amor. 1, 2, 8 Et poſſeſſa ferus pectora verſat amor.

POSSESSVS, ūs. m. Apul. Apol. p. 282 Plurimis rebus poſſeſſu careo, vſu fruor.

POSSESSIO, ōnis. f. [κτῆσις, κτῆμα, κατάσχεσις] *Et actum poſſidendi, et rem poſſeſſam vulgo notare ſolet. Pro rebus poſuiſſe videtur ipſe* Cic. in Parad. 6 Etenim ſi iſti callidi rerum aeſtimatores prata et areas quaſdam magno aeſtimant, quod ei generi poſſeſſionum minime quaſi noceri poteſt. *Et ſic ſaepe ipſe pariter atque alii. Sed accuratius* Poſſeſſio eſt, vt definit Gallus Aelius, vſus quidam agri, aut aedificii, non ipſe fundus, aut ager. Non enim poſſeſſio eſt, niſi in iis rebus, quae tangi poſſunt. Auctore Praetore qui dicit ſe poſſidere, is vere poteſt dicere. Itaque in legitimis actionibus, nemo ex reliquis poſſeſſionem ſuam vocare audet, ſed ad interdictum venit, vt praetor his verbis vtatur, Vti nunc poſſidetis eum fundum, Q. D. A. (quo de agitur) quod nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero poſſidetis, ita poſſideatis, aduerſus ea vim fieri veto. Poſſeſſiones tamen appellantur et agri late patentes, publici, priuatique, quia non mancipatione, ſed vſu tenebantur: et vt quisque occupauerat, collidebat, *f.* colebat. *Haec* Feſtus *ex emendat. A. Auguſtini. Poſteriora etiam habet* Vet. Auct. de Limit. apud Rigalt. p. 292 Edit. Goeſ. *Ad res quae tangi non poſſunt, transfert* Cic. de Orat. 3, 120 Noſtra eſt, inquam, omnis iſta prudentiae doctrinaeque poſſeſſio, in quam homines quaſi caducam, et quaſi vacuam abundantes otio nobis occupatis inuolauerunt. Conſiſtere in poſſeſſione iudicii et defenſionis Cic. de Orat. 2, 200. Non eſt diuturna poſſeſſio, in quam gladio Inducimur Curt. 8, 8, 11. Mittere in poſſeſſionem *vid.* MITTO. Mittere in bonorum alicuius poſſeſſionem Cic. Diu. Verr. 1, 56. Occupare poſſeſſionem laudis Cic. Fam. 10, 7. Permanebit in poſſeſſione victoriae Reſpublica Planc. ad Cic. Fam. 10, 21. Permanet certa et ſtabilis ſua cuique poſſeſſio amicitiarum Cic. de Amicit. 55. Ponere in libertatis poſſeſſionem pedem Idem Philip. 3, 28. Retinuerunt in poſſeſſione ſua iuris Ciuilis cognitionem atque interpretationem principes Cic. Off. 2, 65. Spectatur bonorum poſſeſſio non in aliqua parte, ſed in vniuerſis quae teneri et poſſideri poſſunt Cic. pro Quint. 89. Sum. Eſſe in poſſeſſione bonorum Cic. pro Caecin. 16. *Sic et* Quinct. 12, 2, 5. Cic. Acad. 4, 132 Eſt enim inter eos non de terminis, ſed de tota poſſeſſione contentio. Tenere poſſeſſionem Siciliae Nep. 20, 2, 4. *Pro ipſis Bonis immobilibus aliquando ſumitur, ſiue pro Fundo* Cic. Fam. 13, 5 Is habet in Volaterrano poſſeſſionem. Militibus in concione agros ex ſuis poſſeſſionibus pollicetur Caeſ. B. C. 1, 17. Cui tanta poſſeſſio eſt, vt liberaliter poſſit viuere, diues eſt Cic. in Parad. 6. Liuius 32, 38 *pr.* Nabidi eam tyranno velut fiduciariam dare optimum viſum, vt victori ſibi reſtitueret: ſi quid aduerſi accidiſſet, vt ipſe haberet. *de Corintho loquens, quam Philippus Nabidi ea lege dederat, vt ſi victor ex bello rediiſſet, Nabis ei reſtitueret.* Incerta poſſeſſio, *vid.* INCERTVS. Paternae poſſeſſiones Cic. de Lege Agr. 2, 83. Id. de Lege Agr. 1, 3 Vtrum tandem hanc ſiluam in relictis poſſeſſionibus, an in Cenſorum paſcuis inueniſti? Vacua Caeſar Bell. Ciuil. 3, 112. Cic. Att. 12, 25 Voluptarias enim poſſeſſiones nolet Silius. Cedere poſſeſſione, *vid.* CEDO. Decedere de poſſeſſione Cic. de Lege Agr. 2, 67. Depelli poſſeſſione ſua Cic. de Orat. 3, 106 c. 27. Detrahere aliquid de poſſeſſione, ac fidem acquirere Cic. Catil. 2, 28. Deturbari non ſolum ſpe, ſed certa re et poſſeſſione Idem Fam. 12, 25. Dimouere et deiicere aliquem de poſſeſſione Cic. de Lege Agr. 2, 80. Id. in Topic. 50 Si ſtatuiſſemus ex edicto Praetoris ſecundum eas tabulas poſſeſſionem dari, quas is inſtituiſſet, cui teſtamenti factio nulla eſſet. Dare ex edicto poſſeſſionem bonorum alicuius Cic. Fam. 7, 22. Datae haereditatum poſſeſſiones Cic. Philip. 1, 62. Exturbare e poſſeſſione aliquem Cic. pro Sulla 71 c. 25. Habebat in Italia pretioſas poſſeſſiones Nep. 25, 12, 3. Irruere temere in alienas poſſeſſiones Cic. de Orat. 1, 41 c. 10. Mouere poſſeſſione, *vid.* MOVEO. Notare vrbanas et ruſticas poſſeſſiones, et aliorum pecunias aeſtimare Cic. Philipp. 5, 20. Pellere aliquem poſſeſſione Cic. pro Milon. 75. Recuperare poſſeſſionem amiſſam Id. de Orat. 3, 108 c. 28. Proficiſci in poſſeſſionem Cic. pro Quint. 85. Retinere aliquem in ſua poſſeſſione Id. Att. 1, 16. Tenere poſſeſſiones paternas Id. Fam. 7, 21. Tueri latitudinem poſſeſſionum Cic. de Lege Agr. 2, 67. Idem Off. 1, 134 Nec vero tanquam in poſſeſſionem ſuam venerit, excludat alios, ſed cum reliquis in rebus, *etc.* Vſurpare poſſeſſionem Cic. de Orat. 3, 108.

POSSESSIVNCŬLA, ae. f. Diminut. [κτησίδιον] Cic. Att. 13, 23 Omni enim aſſeueratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi maiori offenſioni eſſe, quam delectationi poſſeſſiunculas meas.

POSSESSOR, ōris. m. [κτήτωρ] Cic. Off. 2, 78 c. 22 Aut agrariam rem tentant, vt poſſeſſores pellantur ſuis ſedibus. Agelli poſſeſſor Virg. Ecl. 9, 3. Bonorum acerrimus poſſeſſor, expulſor, ereptor Cic. pro Quint. 30. Italici litoris poſſeſſor Petron. c. 175. Habebat tantum quisque poſſeſſor, quantum diuiſor reliquerat Antonius Cic. Philipp. 5, 20.

POSSESSORIVS, a, um. Adi. Tryphoninus in l. pen. §. Sed numquid D. de bon. libert. Sed numquid Praetor ei denegare poſſeſſorias actiones debeat. *Libro quinto* Pandectarum *titulus eſt,* De poſſeſſoria haereditatis petitione. *add.* ff. l. 37 t. 10 l. 4.

POSSESSĪVVS, a, um. Adi. [κτητικός] *Quod poſſeſſorem indicat. Vtuntur grammatici.* Quinctil. 1, 5, 45 In quibus patrium pro poſſeſſiuo dicitur.

POSSESTRIX, īcis. f. A Poſſidendo. Afran. Liberto, Tui monilis poſſeſtricem. Ita Tonſtrix, ita Impulſtrix, *etc.* Nonius 2, 631.

POSSVM, pŏtes, pŏtui, poſſe. [δύναμαι, κρατέω, ἰσχύω, ἐξουσιάζω, οἷός τέ εἰμι] *Facultatem habere.* Poſſum *eſt velut* Potis, *contracte* Pos ſum *etc. vid.* POTIS, e. Ter. in prol. Heaut. 27 Ne plus iniquûm poſſit quam aequûm oratio. Aſſequi nullis literis poſſum vt exprimam Cic. ad Brut. 15. Idem de Diuin. 1, 16 Quid ſcammoniae radix ad purgandum, quid ariſtolochia ad morſus ſerpentium poſſit. Cic. in Orat. 69 Is qui in foro cauſisque ciuilibus ita dicet, vt probet, vt delectet, vt flectat; probare neceſſitatis eſt, delectare ſuauitatis, flectere victoriae. nam id vnum ex omnibus ad obtinendas cauſas poteſt plurimum. Cic. Verr. 3, 130 Loquebantur decumani palam, et praeter caeteros is, qui apud iſtum plurimum poterat, maximosque agros populabatur, Apronius. Apud aliquem amicitia beneficiis, dignitate plurimum poſſe Cic. pro Roſc. Amer. 4 c. 1. Plaut. Poen. 5, 6, 26 Trecentos numos credo, corradi poteſt. Sed tamen quod fieri poterit, non negligam Cic. Q. Frat. 3, 5. Fieri nihil poteſt, nihil accidere, nihil euenire, niſi, *etc.* Cic. de Divin. 2, 19. Ter. Andr. 4, 2, 16 Si poterit fieri, vt ne pater per me ſtetiſſe credat, quo minus hae fierent nuptiae, volo. Fieri poteſt vt fallar Cic. Fam. 13, 74. *et* Phil. 13. *Nempe fortuitum et eam, quae Philoſophis appellatur contingentiam, vel caſum adeo ita eloquuntur.* Sen. Ep. 49 Dic mihi dormituro, Potes non expergiſci: dic experrecto Potes non dormire amplius. Dic exeunti, Potes non reuerti: dic redeunti, Potes non exire. *i. Fieri poteſt, vt non expergiſcare, dormias, reuertaris, exeas.* Nominare poſſum ex agro Sabino ruſticos vicinos et familiares meos, quibus abſentibus nunquam fere vlla in agro maiora opera fiunt, non ſerendis, *etc.* Cic. de Senect. 24. Neſcire non poſſum diutius quomodo iam ſe habeat tota res Brunduſina Cic. Att. 9, 3. Non poſſum quin exclamem Cic. de Orat. 2, 39 c. 10. Idem de Orat. 2, 66 De muſicis rebus non poterit quin dicat, hoc onere ſuſcepto recuſare. Non potuit quin ſuo ſermone aliquem familiarium participauerit, *Subaud.* Continere ſe Plaut. Milit. 2, 2, 107. Ter. Phorm. 2, 1, 72 Non non ſic futurum eſt: non poteſt. Non omnia poſſumus omnes Virg. Ecl. 8, 63. Cic. de Amicit. 26 Quod quisque minus per ſe ipſe poſſet, id acciperet ab alio, viciſſimque redderet. Per ſe poſſe minus, *vid.* Minor, *in* PARVVS. Cic. pro Quint. 69 Qui tum et poterant per vim, et ſcelus plurimum. Numquid tu melius dicere vis Quam potes? *ap.* Quinctil. 10, 3, 14. Quam maxime potero, dabo operam, vt breue id faciam Pſeudo-Cic. in Salluſt. . . . Quam poſſum maxima voce dico Cic. pro Domo 95. Quam poſſunt molliſſime ſubſternunt nidos aues Cic. de Nat. Deor. 2, 129. Quoad poſſem et mihi liceret, a ſenis latere nunquam diſcederem Cic. de Amicit. 1. Idem Att. 2, 7 Incende hominem amabo te, quoad potes Ter. Eun. 5, 1, 20 Comprehendi iube quantum poteſt. Quantum potui per aetatem,

tem, auidiſſime conſuli Plin. Epiſt. 2, 16. Poſſum ſcire quo profectus, cuius ſis, aut quid veneris? Plaut. Amphit. 1, 1, 190. *Add.* Id. Caſ. 3, 5, 25. Poſſumne ego hodie ex te exſculpere verum? Ter. Andr. 4, 4, 45. Si potes iuua me conſilio, et tamen iſta quantum potes prouide Cic. Att. 7, .. Si quid poteris Ter. Andr. 4, 2, 29. Dignitatem noſtram, vt poteſt in tanta hominum perfidia, retinebimus Cic. Fam. 1, 2. Sic tueor, vt poſſum, concordiam Cic. Att. 1, 14. Diligentiſſime grauiſſimeque vt potui, ſic te Caeſari commendaui et tradidi Cic. Fam. 7, 17. *Cum Ablatiuo:* Caeſar Bell. Gall. 1, 8 Gratia et largitione apud Sequanos plurimum poterat. *Nonnunquam cum Praepoſitione:* Ter. in prol. Heaut. 13 Sed hic actor tantum potuit a facundia, quantum ille potuit cogitare commode. Qui neque vſu ſatis, et ingenio parum poſſum Cic. pro Quint. 1. Quinctil. 10, 5 Nobiſcum contendere Poſſumus, cum aliis non poſſumus. Tantum poteſt in dicendo haec res, vt ad id vincendum nulla plus poſſit Cic. de Orat. 2, 180. ¶ 2 Poſſum *ſimpliciter dictum, certum tamen genus facultatis deſignat.* *Sic* Cic. Att. 4, 5 Sed quoniam, qui nihil poſſunt, ii me nolunt amare; demus operam, vt ab iis, qui poſſunt, diligamur: *de opibus in republica.* *Sic fere* Fam. 4, 13 Etiam illa, quae minimum nunc quidem poteſt, ſed poſſit neceſſe eſt, res publica, quaſcunque vires habebit — de te impetrabit. *Ad generandi facultatem pertinet* Ter. Eun. 4, 3, 23 *de Eunuchis*, At pol ego Amatores mulierum eſſe audieram eos maximos, ſed nihil poteſſe. Cic. Acad. 1 c. 3 Immo vero et haec (*Latina legent*) qui iſta (*Graeca*) non poterunt, et qui Graeca poterunt, non contemnent ſua. Poteſt, *pro Poteſt fieri* Plaud. Pſeud. 2, 2, 38 Poteſt vt alii ita arbitrentur, et ego vt ne credam tibi. Si quid poteſt Liu. 10, 23. Cic. Fam. 1, 7 Poterat vtrumque praeclare, ſi eſſet fides, ſi grauitas in hominibus Conſularibus. Cic. Att. 2, 9 Feſtiue, mihi crede, et minore ſonitu quam putaram, orbis hic in Repub. eſt conuerſus: citius omnino quam potuit: id culpa Catonis. Quam potuit, *ſubaudi*, Per publicas rationes. *Ad id, quod ſaluis legibus fieri poteſt, reſpicit* Cic. Att. 2, 16 Potuerit intercedi nec ne, nihil ad ſe pertinere. Id. pro Domo 11 Nam quum ingraueſceret annona, vt iam plane inopia ac fames, non caritas timeretur: concurſus eſt ad templum Concordiae factus, Senatum illuc vocante Metello conſule; qui ſi verus fuit, ex dolore hominum et fame, certe Conſules cauſam ſuſcipere, certe Senatus aliquid conſilii capere potuit. *Pro Valere et bene habere.* Cic. Tuſc. 2, 44 Nihil enim dolet niſi pes: poſſunt oculi, poteſt caput, latera, pulmones, poſſunt omnia. ¶ 3 *Formae antiquae ex* Potis ſum. Ter. Andr. 2, 6, 6 Potin'es mihi verum dicere? Idem Adelph. 4, 1, 23 Potin' es, vt deſinas? Plaut. Amph. 3, 2, 22 Potin' es, vt abſtineas manum? Idem Epid. 1, 60 Potin' vti moleſtus ne ſies. Potis ſunt *eſt* Plaut. Poen. 1, 2, 17. Ter. Eun. 4, 3, 23 At pol ego amatores audieram mulierum eos eſſe maximos, ſed nihil poteſſe. Plaut. Aulul. 2, 4, 30 Cenſen' talentum magnum exorari poteſſe ab iſto ſene? *Conf.* Id. Ciſt. 1, 1, 32. Lucr. 2, 1008. *Par. Lex. Cr.* p. 959 *et* 961. Poteſſem, poteſſes, poteſſet; *Optatiuus antiquus.* Poteſſit Plaut. Perſ. 1, 1, 41. Lucil. 5

Nam ſi quod ſatis eſt homini, id ſatis eſſe poteſſet
Hoc ſat erat: nunc quum hoc non eſt, qui credimus porro
Diuitias vllas animum mi explere poteſſe?

Poteſtur, [δύναται] *pro* Poteſt, poteratur *pro poterat* frequens apud antiquos, teſte Nonio 10, 33 ſeq. Pacuuius, Si qua poteſtur inueſtigari via. Lucret. 3, 1023 Quod tamen expleri nulla ratione poteſtur. *Conf.* Feſt. *Sic* Poſſitur *pro poſſit.* Apud forum palam, vnde de plano recte legi poſſitur Lex. Vet. *ap. Cuiac. Obſ.* 7, 29.

POTENS, entis. Partic. [δυνάμενος] Vlpian. in l. Si ambo D. de compenſation. Si quis igitur compenſare potens ſoluerit: condicere poterit, quaſi indebito ſoluto. *Sed multo frequentius Adiectiui* (δυνατὸς) *Nominis naturam habet.* Ter. Adelph. 3, 4, 58 Quam vos facillime agitis, quam eſtis maxime potentes, dites, fortunati, nobiles. Cic. pro Quint. 70 Si propter partium ſtudium potens erat Alfenus. Corporis potens Curt. 9, 5, 13. Cypri potens Diua, *i. Domina* Hor. Carm. 1, 3, 1. *A Graecis ſumtum, qui ita loquuntur*, κρατοῦσα Κύπρου. *Sic* Id. Carm. 1, 5, 15 Potens maris Deus *eſt Neptunus*, *et* Frugum potens Ceres Ouid. Amor. 3, 10, 35. Imperii potens, *Qui imperium obtinet* Tacit. Ann. 11, 31. Mentis nec potens truculentus Atreus Senec. Thyeſt. 7 v. 547. Nemorum potens virgo Stat. Theb. 9, 608. *epitheton Dianae.* Pugnae et fugae potens Liu. 8, 39 *pr.* Regni potens, *i. Regno maturus* Liuius 24, 4 *extr.* Scelerum potens Stat. Theb. 11, 57. Sui potens Liu. 26, 13. Tempeſtatum potens Virg. Georg. 1, 27. Idem Aen. 1, 84 Nimborumque facis tempeſtatumque potentem. Voti aliquem potentem facere Ouid. Met. 8, 80. Plin. Pan. 78 *extr.* Quibusque apud Deos adeſſe conſueſti, quorum potens es Votorum compotes facias. Vteri diua potens Ouid. Met. 9, 315, *Iuno Lucina. Ablatiuo iunctum:* Armis potens Virg. Aen. 1, 535. Claſſe viriſque potens Ouid. Epiſt. 13, 59. Ferro potentes Propert. 3, 22, 21. Muneribus Veneris potens Hor. Carm. 4, 10, 1. Nobilitate Ouid. Met. 13, 22. Opibus potens Roma Idem Faſt. 4, 255. Oppidis centum potens Crete Hor. Carm. 3, 27, 33. Pietate potentes Propert. 3, 22, 21. Proditione potens Ouid. Met. 8, 56. Venere turpi potens libido Senec. Octau. f. 7. ¶ 2 *Subſtantiua, quibus iungitur:* Ciuis potens Hor. Epod. 2, 8. Ciuitas ampla et potens Cic. de Inuent. 2, 169. Dextra Virg. Aen. 7, 234. Dominator Senec. Herc. fur. 13. Dominus Virg. Aen. 6, 621. Factum Claud. Conſ. Hon. 4, 220. Herbae Virg. Aen. 7, 19. Ignis ſacer, nimiumque potens Senec. Hippol. f. 3. *de igne amoris.* Iuſtitia Hor. Carm. 2, 17, 15. *Fatum intelligit, Themidem, cuius antiquiſſimum oraculum.* Manus potentes terra marique Hor. in Carm. ſaecul. 53. Matrona potens Hor. de Arte Poët. 116. Nomen potens maris Senec. Hippol. f. 5. Populus Ouid. Faſt. 5, 729. Regna Ouid. Amor. 1, 1, 13. Tactus Ouid. Met. 11, 308. Verba Idem Am. 3, 11, 31. *Compar.* Tanto potentior Ouid. Met. 14, 657. Arma feliciora potentioraque domi Liu. 31, 7. Armis potentior Ouid. Met. 6, 678. Potentiora et efficaciora Scribon. Ep. *de medicamentis.* Vſus potentior Id. 103. Quinctil. 6, 1 Tanto ſunt quadam portione ad efficiendum potentiora, quum velut ipſorum ore dicuntur. Auro nihil potentius Ouid. Amor. 3, 8, 29. *Superl.* In affectibus potentiſſimus Quinct. 6, 2 *ſub fin.* Argumenta potentiſſima Quinct. 6, 4. Potentiſſimus odor Plin. 13, 2. Potentiſſima in toto orbe terrarum Graecia Plin. 18, 7. Contumaciam potentiſſimorum virorum nunquam tuli Cic. Att. 6, 3. ¶ 3 Potens, entis. *Subſtant. certe ſimpliciter poſitum* Lucan. 1, 271 Libertatemque tueri Auſus, et armatos plebi miſcere potentes. Ex humili potens Hor. Carm. 3, 30, 12. Cic. pro Domo 49 c. 19 Itaque quum tu Florens et potens per medium forum popularis volitares, *etc.* Cic. Off. 2, 69 Sed quis eſt tandem, qui inopis et optimi viri cauſae non anteponat in opera danda gratiam fortunati et potentis? Auctor ad Herenn. 2, 40 Vt ſi quis potens ac factioſus in concione dixerit, ſatius eſt vti regibus, quam malis legibus. Potens, gratioſus, diſertus homo Cic. pro Cael. 22. Contra potentes nequid ſtulte, ne quid temere dicam aut faciam reliquum eſt Cic. Fam. 9, 16. Contra potentes nemo eſt munitus ſatis Phaedr. 2, 7, 1. Tribuere infinita potentibus Cic. ad Brut. 4. Maxime potens, *vid.* MAGIS. Fortuna potentem me fecit Ouid. Met. 10, 603. ¶ 4 Potens, qui riualibus praefertur. Sis felix, Caeli, ſis in amore potens Catull. 101, 8. Nunc admirentur, quod tam mihi pulchra puella Seruiat, et tota dicar in vrbe potens Prop. 2, 26, 21. Quis is eſt tam potens cum tanto munere hoc? Ter. Eun. 2, 3, 61. Potentior largis muneribus aemuli Hor. Od. 4, 1, 7. *Sic quam multi amant:* Mea eſt potens, magnifica, procax, ſumtuoſa, nobilis Ter. Heaut. 1, 2, 53.

POTENTER. Adu. [κατὰ δύναμιν] Res potenter lecta, *h. e. Iuxta vires electa* Hor. de Arte Poët. 40. *Compar.* Aurum per medios ire ſatellites, Et perrumpere amat ſaxa, potentius Ictu fulmineo Hor. Od. 3, 16, 9. Quinctil. 6, 4 Quod in altercatione fit potentius. *Superl.* Quinctil. Decl. 274 Potentiſſime dicere.

POTENTIA, ae. f. [δύναμις, κράτος] *Facultas, opes, vires agendi. Contrarium Impotentia.* Virg. Georg. 1, 92 Ne tenues pluuiae, rapidiue potentia Solis Acrior. Inque feris ſubiti deprenſa potentia morbi eſt Ouid. Met. 7, 537. Ventoſa potentia Neptuni Idem Amor. 2, 16, 27. Potentia oculi, *vid.* OCVLVS. Potentia, *i. Facultas* Scribon. Ep. in. *Virtus*, med. *Pro auctoritate et opibus ciuilibus*, Cic. de Inuent. 169 Potentia eſt ad ſua conſeruanda, et alterius obtinenda idonearum rerum facultas. Cupido potentiae Tacit. Hiſt. 2, 38. Prompta potentia Tacit. Ann. 12, 44. Subiecta inuidiae Iuuen. Sat. 10, 56. Sempiterna Tacit. Ann. 3, 30. Vaſta Ouid. Met. 2, 520. Potentia in vi poſita eſt et armis Cic. ad Brut. 10. Idem Off. 3, 36 Hinc Opum nimiarum potentiae non ferendae. *Et* Off. 3, 82 Qui omnia certa et honeſta negligunt, dummodo potentiam Conſequantur. Concupiſcere opes violentas, et minime ferendam potentiam Cic. Philipp. 1, 29 c. 12. Criminari inuidioſe potentiam alicuius Cic. pro Milon. 12. Dimicant de ſua potentia homines Cic. Att. 7, 3. Idem pro Caecin. 71 Nimia iſta quae Dominatur in ciuitate potentia. Cic. pro Muraen. 25 c. 11 Erant in magna potentia, qui conſulebantur: a quibus etiam dies tanquam a Chaldaeis petebantur. *i. In auctoritate magna in Repub.* Eſſe ſine potentia Plin. Epiſt. 3, 7. Cic. pro Domo 80 Quae nec vis temporum, nec potentia magiſtratuum, nec res tum iudicata, nec denique vniuerſi Populi Rom. poteſtas, quae caeteris in rebus eſt maxima, labefactare poſſit.

POTENTIALIS, e. *vnde*

POTENTIALITER. Adu. Sidon. Epiſt. 7, 14 Cui me animus potentialiter notum facit.

POTENTATVS, ûs. m. [δυναστεία] *Idem.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 31 Hic quum tantopere de potentatu inter ſe multos annos contenderent, factum eſſe, *etc.* Aemulo potentatûs inimicus Liu. 26, 38. Quod tuis ſit viribus potentatuique conueniens Arnob. 1 p. 31. *Add.* Vulg. Sirac. 10, 11.

POTENTATOR, ōris. m. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 23 Solus potentator et rex regnantium.

POTESTAS, ātis. f. [δύναμις, ἐξουσία, αὐθεντία] Poteſtas, *vt ait* Paullus De Verb. ſignific. l. Poteſtatis, plura ſignificat. In perſona magiſtratuum, imperium: in perſona liberorum, patriam auctoritatem: in perſona ſeruorum, dominium. At quum agimus de noxae deditione cum eo, qui ſeruum non defendit, praeſentis corporis copiam et facultatem. Poteſtates, *vt* Magiſtratus, *interdum ipſi, qui habent poteſtatem:* Plin. 29, 4 Mites praeſtare dominos poteſtateſque exorabiles. *Nempe* poteſtas magiſtratus *eſt*, *aut* imperium *adeo.* Manſuetus et miſericors in poteſtatibus fuit Auctor ad Heren. 3, 25. Cic. de Inuent. 2, 24 Sin fuiſſe aliis quoque cauſa faciendi videbitur, aut poteſtas aliis defuiſſe demonſtranda eſt, aut facultas, aut voluntas. Neque enim ſunt motus in noſtram poteſtatem Quinctil. 6, 2. *v. Burm.* Poteſtas adipiſcendi, *etc.* Plaut. Epid. 1, 1, 13. Quae in noſtra ſita poteſtate, reddenda aſſenſio eſt Cic. Acad. 4 c. 12. Hic me magnifice effero, qui vim tantam in me et poteſtatem habeam tantae aſtutiae Ter. Heaut. 4, 2, 31. Quocumque tempore mihi poteſtas praeſentis tui fuerit, tu eris, *etc.* Cic. Fam. 1, 9, 72. *i. copia: cum te praeſentem habuero.* Quidlibet audendi aequa Poëtis et pictoribus poteſtas Hor. de Arte Poët. 10. Plumbi poteſtas, *pro Plumbo:* Lucret. 5, 1241. Et ſimul argenti pondus, plumbique poteſtas. *Sic* Virg. Aen. 4, 132 Odora canum vis, *pro Canibus poſuit.* Cic. in Catil. 3, 18 Hanc vrbem deorum immortalium nutu atque poteſtate adminiſtrari. Cic. in Vatin. 41 Au erit haec Optio et poteſtas tua, vt, *etc.* Vis omnis ac poteſtas deorum Cic. de Nat. Deor. 3, 88. Idem ibid. 2, 29 Itaque neceſſe eſt illud etiam, in quo ſit totius naturae principatus, eſſe omnium optimum, omniumque rerum poteſtate dominatuque digniſſimum. Idem de Lege Agr. 2, 37 Hoc paruum argumentum vobis erit, a certis hominibus Dominationem poteſtatemque omnium rerum quaeri, quum videatis eum, *etc.* Idem ibid. 2, 36 Si hoc fieri poteſt, vt in hac ciuitate, quae longo iure libertatis caeteris ciuitatibus antecellit, quiſquam nullis comitiis Imperium aut poteſtatem aſſequi poſſit: quid, *etc.* Cic. Tuſc. 1, 74 Sed tanquam a Magiſtratu, aut ab aliqua poteſtate legitima, ſic a Deo euocatus atque emiſſus exierit. *de Catone.* Praeditus ſumma poteſtate homo Cic. pro Domo 110 c. 42. Compacta poteſtas Centaurorum ex membris alienigenis Lucret. 5, 878. *Igitur de robore corporis etiam accipitur.* Decemuiralis Tacit. Ann. 1, 1. Extraordinariae Cic. pro Domo 22. Firma rerum Valer. Argon. 4, 12. Fracta et paene tranſlata Claud. Conſ. Stil. 2, 125. Immenſa deûm Lucret. 5, 1208. Inuidioſa Claud. in Eutrop. 2, 554. Iuſta poteſtas eſt illi in ambos Hor. Serm. 2, 7, 62. Iuſta et legitima, *vid.* LEX. Lenis Claud. in primo Conſ. Stil. 2, 167. Naturalis poteſtas, *pro Natura:* Vitruu. 9 Namque in his locis ita naturalis poteſtas architectata eſt. *Quo genere circuitionis Lucretius vtitur et* Ferri poteſtatem, *pro Ferro dicit Turnebus.* Regia Cic. de Legib. 3, 4 c. 2. Summa Senec. Thyeſte 5. Tranquilla Claud. Conſ. Mall. Theod. 239. Violenta Idem ibid. 240. Viuata corporis atque animi Lucret. 3, 557. *Al.* Animaï innata poteſtas. ¶ 2 *Formae Verborum:* Abrogare poteſtatem, *vid.* ABROGO. Cic. de Legg. 3 c. 10. Accipere, *vid.* ACCIPIO. Aur. Victor in

Vir. Illuſtr. in Scaeuola. Adimere, *vid.* ADIMO. Cic. pro Quint. c. 2. Auferre per poteſtatem aliquid alicui Cic. Verr. 4, 52. Cadere in poteſtatem, *vid.* CADO. Concedere peccandi poteſtatem alicui Cic. Philipp. 11, 16. Continere in ſua poteſtate aliquos Idem in Catil. 2, 26 c. 12. Deducere alicuius poteſtatem, *vid.* DEDVCO. Cic. pro Corn. Balb. 37 Poteſt eſſe vlla denique maieſtas, ſi impedimur, quo minus per Pop. Rom. beneficiorum virtutis cauſa tribuendorum poteſtatem imperatoribus noſtris Deferamus? Diviſa ſpatio poteſtas Lucret. 3, 264. Cic. Fam. 10, 13 Vt primum poteſtas data eſt augendae dignitatis tuae, nihil praetermiſi, *etc.* Dare reſpirandi poteſtatem Cic. pro Quint. 87. Dare eligendi poteſtatem Idem de Inuent. 2, 2. Eripere poteſtatem Cic. in Vatin. . . Exiſſe de poteſtate proprie iratos dicimus, id eſt de conſilio, de ratione, de mente Idem Tuſc. 4, 77. Idem in Catil. 1, 11 Si quid de his rebus dicere vellet, Feci poteſtatem. Facere conueniendi ſui poteſtatem omnibus Idem Philipp. 8, 31 c. 10. Facio interpellandi tibi poteſtatem Cic. pro Roſc. Amer. 73. Facta eſt libera mihi poteſtas loquendi Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 27. Facere poteſtatem ſcriptorum Scribon. Ep. 111. Cic. Q. Frat. 1, 2 Quod quum Gabinium de ambitu vellet poſtulare, neque Praetores diebus aliquot adiri poſſent, vel poteſtatem ſui Facerent, in concionem aſcendit. Auctor ad Heren. 3, 14 In diuitiis qualis, aut paupertate cuiusmodi fuerit, quemadmodum habuerit in poteſtatibus Gerendis animum. Gliſcit poteſtas Tacit. Ann. 3, 69. Cic. pro Corn. Balb. 37 Si praemii tribuendi poteſtatem nullam haberemus. Habuit regalem poteſtatem Idem de Aruſpic. Reſp. 54. *de Sulla.* Habere ſummam poteſtatem in aliquo loco Idem Q. Frat. 1, 1, 10. Idem in Salluſt. 13 Qui eo tempore ſummam tui poteſtatem Habuit. Habere aliquem in ſua poteſtate Idem ad Brut. 4. *Et* Verr. 4, 135 Quadruplatorum quidquid erat, Habebat in poteſtate. Habere vitae necisque poteſtatem in aliquem Cic. pro Domo 77 c. 29. Habeo dicendi liberum ſpiritum nullam poteſtatem Idem Anteq. iret in exil. 27. Habere ius poteſtatemque imperandi Idem Philipp. 11, 30. Nacti ſummam poteſtatem, *vid.* NANCISCOR. Cic. Phil. 1, 3 Dictaturam, quae vim iam regiae poteſtatis Obſederat, funditus ex Repub. ſuſtulit. Oſtendere ſuam poteſtatem in aliquem. *vid.* OSTENDO. Patet late poteſtas eius Cic. Fam. 4, 7. Idem Q. Frat. 1, 1 Vt ea poteſtate, quam tu ad dignitatem Permiſiſſes, ad quaeſtum vteretur. Permittere decernendi poteſtatem aliquibus Idem Poſt red. in Senat. 3. Permiſſa poteſtas Valer. Argon. 8, 424. Cic. pro Lege Manil. 32 Quum duodecim ſecures in praedonum poteſtatem Peruenerint. Idem de Fin. 2, 86 Si modo ſit aliquid eſſe beatum, id oportere totum Poni in poteſtate ſapientis. Priuare aliquem poteſtate faciendi aliquid Cic. Fam. 5, 2. Idem Verr. 4, 64 Neminem, qui cum poteſtate aut legatione in prouinciam eſſet Profectus, tam amentem fore putauerunt. Prorogata fortunae poteſtas in nos Idem Q. Frat. 1, 1. Reciſa orandi poteſtas Quinctil. 2, 16. Reddere poteſtatem certaminis victo Quinctil. 1, 2. Cic. Philipp. 5, 46 Equites, ſagittarios, elephantos in ſuam Populique Rom. poteſtatem Redegerit. *Add.* Nep. 16, 5, 1. Redigere aliquem in ſuam ditionem ac poteſtatem Cic. de Lege Agr. 73. Redire in ſuam poteſtatem *dicitur, Qui e poteſtate exierat: apud* Gellium 7, 3 *ex* Catonis oratione *ita legitur,* Suadetque vti haec res dies aliquot proferatur, dum tanto ex interuallo in poteſtatem noſtram Redeamus. Retinere in poteſtate Cic. Fam. 12, . . Sum: Eſſe in poteſtate alicuius Plaut. Moſtel. 1, 2, 54. Cic. pro Quint. 6 Omnes, quorum in alterius manu vita poſita eſt, ſaepius illud cogitant, quid poſſit is, in cuius ditione ac poteſtate ſunt, facere, quam, *etc.* Eſſe in poteſtate alicuius, *Ex eius voluntate pendere, et obtemperare.* Liu. 40, 46 *Cenſores rogati, vt inimicitias mutuas ponant,* Ambo ſignificare, ſi alter vellet, ſe in poteſtate tot principum ciuitatis Futuros, *i. precibus illorum et ſuaſioni obtemperaturos.* Aſinius ad Cic. Fam. 10, 31 Panſa hortatur me, vt Senatui ſcribam, me et exercitum in poteſtate eius Futurum. Idem Q. Frat. 2, 9 Totum ei negotium permiſi, meque in eius poteſtate dixi Fore. Omnibus in rebus me Fore in tua poteſtate, tibi confirmo Cic. Fam. 5, 4. *Conf. Graeu.* Magnopere credo, illum Fore in officio et in noſtra poteſtate Cic. Att. 1, 10. Idem Verr. 2, 135 Petis a me, quod in tua poteſtate Eſt, vt id tibi facere ne liceat? Non Eſt in poteſtate noſtra Scribon. 172. Eſſe in poteſtatem, *vid.* IN. Eſſe cum poteſtate, *vid.* CVM. Eſſe ſub poteſtate alicuius Liu. 24, 42. Eſt malefaciendi mihi poteſtas Plaut. Stich. 1, 2, 60. Eſt poteſtas tibi ſeruandi illum Ter. Andr. 3, 3, 10. Fuit poteſtas liberius viuendi Idem ibid. 1, 1, 25. Fuit poteſtas tibi quotidie hominis admonendi Cic. pro Quint. 46. Non Fuit poteſtas mittendi Cic. Att. 11, . . Eſt poteſtas certorum hominum, *h. e. Habeo certos homines ad manum.* Idem Fam. 1, 7, 2 Quoties mihi certorum hominum poteſtas Erit, quibus recte dem, non praetermittam, *etc.* Eſt integra nobis iudicandi poteſtas Idem Acad. 4, 8. Eſt ſita in eorum poteſtate noſtra ſalus Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 12. Ter. Heaut. 4, 3, 42 Quaſi non ea poteſtas Sit tua, quo velis in tempore vt te exoluas, rem facias palam. Cic. Att. 16, 19 Praeſertim quum tota poteſtas huius rei tua Sit. Idem pro Cluent. 75 Conſurgitur in conſilium, quum ſententias Oppianicus, quae tum Erat poteſtas, (*i. quod tum fieri per leges poterat*) palam ferri velle dixiſſet, vt Stalenus ſcire poſſet, quid cuique deberetur. Eſt ſumma omnium rerum poteſtas Populi Romani Cic. de Aruſp. Reſponſ. 11. Subiicere ſe ſub poteſtatem A. ad Heren. 2, 50. Cic. pro Caecin. 98 Si pater vendidit eum, quem in ſuam poteſtatem Suſceperat, ex poteſtate dimittit. Tenere aliquem in ſua poteſtate et ditione Idem Verr. 1, 97. *Et* Q. Frat. 1, 1 Tenere motum animi in ſua poteſtate. Idem de Orat. 1, 216 Cui populus ipſe moderandi et regendi ſui poteſtatem quaſi quasdam habenas Tradidit. Venire in arbitrium ac poteſtatem alicuius Cic. Verr. 1, 150. Verſari cum imperio et poteſtate in Repub. Idem Philipp. 118 c. 7. Poteſtas *ſine adiuncto, pro Magiſtratu, vel, vt vocant, Officio, quod quis ſub principe gerit.* Quemadmodum habuerit in poteſtatibus gerendis animum A. ad Herenn. 3 c. 7. Tunc illi pauperes magiſtratus opulentam habebant remp.; nunc autem diues poteſtas pauperem facit eſſe Remp. Salu. de Prouid. l. 1. *Add.* Iuuenal. 10, 99. Plin. in Paneg. 142 c. 67 *pr.* Ciuile hoc erat, et parenti publico conuenientiſſimum nihil cogere: ſemperque meminiſſe, nullam tantam poteſtatem cuidam dari poſſe, vt non ſit gratior poteſtate libertas. *Et* Suet. Caeſ. c. 17 Eodem Nouium Quaeſtorem, quod compellari apud ſe maiorem poteſtatem paſſus eſſet. *Et* Claud. c. 23 Iuriſdictionem de fidei commiſſis quotannis et tantum in Vrbe delegari magiſtratibus ſolitam in perpetuum, atque etiam per prouincias poteſtatibus demandauit.

POTESTATIVVS, a, um. Adi. Tertull. aduerſ. Hermog. c. 19 'Αρχὴ non tantum ordinatiuum, ſed et poteſtatiuum capit principatum.

POSSIBĬLIS, e. Adi. [δυνατὸς] *Quod fieri poteſt. Laudant* Plaut. Stich. 5, 6, 4 Poſſibile eſt tandem, ſtantem ſtanti ſauium dare, amicum amicae? *Sed vid.* PROSTIBILIS. *Certior eſt auctoritas* Quinctil. 3, 8, 25 Melius ergo qui tertiam partem fecerunt δυνατὸν, noſtri poſſibile nominant, quae vt dura videatur appellatio, ſola tamen eſt. *Sic* Conditio poſſibilis, *cui opponitur* Impoſſibilis Pomponius in l. Quum in ſecundo D. iniuſto, *etc.*

POSSIBILĬTAS, ātis. f. *Pro poteſtate et potentia actiue proinde.* Arnob. aduerſ. Gentes 1 p. 25 Atqui conſtitit Chriſtum ſine vllis adminiculis rerum, omnia illa quae fecit, nominis ſui poſſibilitate feciſſe. *Et* Ammian. 19, 2 Medebatur quisque vulneribus pro poſſibilitate vel curantium copia.

POST. [μετὰ, ἄψ, κατόπιν, ὕστερον] Praepoſitio *loci et temporis, Accuſatiuo caſui iungitur, et contrarium quam* Ante *ſignificat.* Virg. Ecl. 1, 70 Poſt aliquot, mea regna videns, mirabor, ariſtas. Annum poſt quintumdecimum creati Conſules: *i. Cum interuallo* XV *annorum fuiſſent Tribuni militum Conſulari poteſtate* Liu. 5, 29 *pr.* Ablato poſt vndecimum annum a plebe conſulatu Liu. 7, 18 *pr.* Diem poſt hunc Plaut. Rud. 5, 3, 60. Cic. Att. 3, 7 Eo die pueri tui mihi a te literas reddiderunt: et alii pueri poſt Diem tertium eius diei literas alias attulerunt. *h. e. Tertio die poſtquam priores acceperam; antiqua figura, vt* Pridie eius diei, Poſtridie eius diei, Poſt diem tertium, *et* Poſt diem quartum eius diei. Cic. Att. 9, 10 Hoc ſcribis poſt Diem quartum, quam ab vrbe diſceſſimus. Dies poſt paucos caſtra habuimus Idem ibid. 5, 20. *al. omittunt* Poſt. Poſt Dies triginta Scribon. 269. Poſt hoc Id. 156. 210. 212. Poſt haec ib. 227. *i.* poſtea. Poſt Horas tres quatuorue Id. 100. Genus poſt Hominem natum pauci reperti ſunt, qui nullis praemiis propoſitis vitam ſuam hoſtium telis pro patria obiecerint Cic. pro Corn. Balb. 26 c. 10. Poſt id locorum, *pro Poſtea* Plaut. Trucul. 3, 1, 15. Iudicia poſt haec conſtituta, *i. Ex quo iudicia conſtituta ſunt* Cic. Verr. Act. 1, 17. Praetereo, atque aliis poſt me memoranda relinquo Virg. Georg. 4, 148. Cic. in Piſon. 65 Inſtant poſt hominum Memoriam paratiſſimi, magnificentiſſimique ludi. *Conf.* Nep. 2, 5, 3. *et* 3, 1, 2. Poſt hominum Memoriam *ſignificat, quantum retro memoria repetere, vel ex literarum monumentis intelligere licet.* Hoc poſt hominum Memoriam contigit nemini Cic. Catil. 1 c. 7. Quod nemo vnquam poſt hominum Memoriam fecit Idem Verr. 3 c. 17. *Sic* Idem de Opt. gen. Orat. c. 6 Optimus longe poſt homines Natos. Duo haec capita nota ſunt poſt homines Natos teterrima et ſpurciſſima Cic. Phil. 11 c. 1. Menſes poſt aliquot is occiſus eſt Idem pro Roſc. Amer. 128. Moram poſtque breuem reſcribe Ouid. de Arte Am. 3, 473. Orationem poſt Omnia concludere Cic. in Orat. 122. Poſt Tempus venis Plaut. Capt. 4, 2, 90. Cic. pro P. Quint. 19 Ego pro te nunc hoc conſulo, poſt Tempus, in aliena re, quod tu in tua re, quum tempus erat, conſulere oblitus es. Poſt Terga Virg. Aen. 11, 81. *Nempe ad locum referri iam monuimus:* Poſt Montem ſe occultauit Caeſ. B. G. 7, 83. Virg. Ecl. 3, 20 Tu poſt carecta latebas. Caeſ. Bell. Gall. 7, 88 Repente poſt tergum equitatus cernitur. *Add. ib.* c. 84. ¶ 2 Poſt, *ſuo Caſui non ſeruiens, Aduerbium eſt.* Ter. Hec. 4, 4, 78 In culpa non eſt: poſt de matre videro. Virg. Aen. 1, 140 Poſt mihi non ſimili poena commiſſa luetis. Poſt vbi confecti curſus, et dona peregit Virg. Aen. 5, 362. Quae geruntur, poſtque gerentur Liu. 29, 27. Reſpexit tamen, et longo poſt tempore venit Virg. Eclog. 1, 30. *Sed* Seruius *Praepoſitionem agnoſcit; antiqui enim, inquit,* Poſt, Ante, Circum, etiam Ablatiuo iungebant. Vbi periculum aduenit, inuidia atque ſuperbia poſt fuere Salluſt. Cat. c. 23. Omnia ſibi poſt putauit eſſe prae meo commodo Ter. Adel. 2, 3, 9. *Conf.* Ire poſt. Poſt viderimus de Capitone, ſi, *etc.* Cic. pro Roſc. Amer. c. 30. Idem de Fin. 3, 22 Non ineſt in primis naturae conciliationibus honeſta actio, Conſequens enim eſt, et poſt oritur. Idem Fam. 7, 5 Mitto igitur ad te Trebatium, atque ita mitto, vt Initio mea ſponte, poſt autem inuitatu tuo mittendum duxerim. Idem Verr. Act. 1, 17 Quae res Primo Iudices pertenui nobis argumento, indicioque patefacta eſt: poſt aperto Suſpicionis, *etc.* Idem in Orat. 107 Quae nequaquam ſatis deferbuiſſe poſt Aliquanto ſentire coepimus. *Add.* pro Caec. c. 4. Idem de Clar. Orat. 218 Reprehendit eas res, quas idem Caeſar Anno poſt, et deinceps ſingulis annis adminiſtrauiſſet in Gallia. *Conf.* Id. pro Cluent. c. 20. Annis poſt multis pecunia recuperata eſt Idem pro Flacc. 56 c. 23. Paucis poſt Annis Ser. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5. Ter. Andr. 3, 2, 3 Nunc primum fac iſtaec vt lauet: poſt deinde quod iuſſi ei date bibere, *etc.* Virg. Aen. 5, 321 — ſpatio poſt deinde relicto Tertius Euryalus. Plaut. Aſin. 5, 2, 65 Poſt Demum huc cras adducam ad lenam, vt viginti minas ei det. Diebus poſt paucis Tarenti emortuus eſt Plaut. Men. prol. 36. Diebus poſt paucis quam Luca diſceſſerat Cic. Fam. 1, 9. Poſt Hinc ad naues graditur ſociosque reuiſit Virg. Aen. 8, 546. Hora poſt, Antonium Gabinium neſcio quem, *etc.* condemnarunt Idem Att. 4, 16. Plaut. Merc. 2, 1, 10 Ea ſimia adeo poſt haud Multo ad me venit. Cic. in Catil. 1, 15 Ac iam illa omitto: neque enim ſunt, aut obſcura, aut non multo poſt commiſſa. *Vid.* MVLTVS. Neque ita multo poſt Nep. 21, 3, 4. Poſt Neque ita multo Id. 5, 3, 4. Poſt Non multo Nep. 4, 3, 1. Non ita multo poſt, *vid.* NON *Aduerbium.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 20 Poſt Paullo tamen internuntiis vltro citroque miſſis, quae, *etc.* Paullo poſt fugies inaudax Hor. Carm. 3, 20, 3. Principio, poſt, denique Plaut. Perſ. 4, 1, 4. Poſt quem - - deinde - - tum Celſ. 1 praef. Tanto poſt cur potius quam continuo queri maluit? Cic. pro Cael. 19.

POSTEA. Adu. [εἶτα, ἔπειτα, μετέπειτα, μετὰ ταῦτα] *Compoſitum ex* Poſt, *et* Ea. Saluſt. Cat. c. 19 *pr.* Poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam Quaeſtor Propraetor miſſus eſt. Ter. Hec. 4, 1, 37 Audiſti ex aliquo fortaſſe, qui vidiſſe eum diceret exeuntem, aut introëuntem ad amicam: quid tum poſtea, ſi modeſte ac raro hoc fecit? *Item* Adelph. 4, 5, 26 Eho nonne haec iuſta tibi videntur poſtea? Hoc loco abundat Poſtea, *auctore* Donato. Poſtea - - deinde - - et ſecundum hanc Scribon. 153. Poſtea - - ſecundum quae - - deinde - - vltimum Id. 267. Cic. de Clar. Orat. 12 Poſt Cannenſem illam calamitatem primum Marcelli ad Nolam praelio Populus ſe Romanus erexit, poſteaque proſperae res deinceps multae conſecutae ſunt. Sed de eo, quod poſtea (*i. ſecundo loco*) diximus, ante videamus A. ad Her. 4 c. 5 *pr.* Poſtea vero quam profectus es, velim recordere, quae ego de te in Senatu egerim Cic. Fam. 5, 2. Id.

pro

pro Muraen. 26 c. 12 Cedo, quid poſtea? Eum ego ex iure meum eſſe aio. Quid tum inde? Inde ego te ex iure manu conſertum voco. Quid tum poſtea Ter. Hec. 4, 1, 36. *Vltima longa eſt: niſi diuiſe altera pars pro Pronomine habeatur, vt,* Poſt ea mirabar, cur non ſine litibus eſſet Ouid. Faſt. 1, 164. Poſt ea praeteriti tumulis redduntur honores Ouid. Faſt. 2, 555.

POSTEĂQVAM. [ἐπεὶ, ἐπὰν, ἐπειδὰν, ἐπειδὴ] *Vna dictio eſt, quam nonnulli diuidunt, idem ſignificans quod Poſtquam.* Cic. Fam. 10, 1 Et abſui proficiſcens in Graeciam: et poſteaquam de meo curſu Reipub. ſum voce reuocatus, nunquam per M. Antonium quietus fui. Poſteaquam ego inquirendi cauſa in Siciliam veni, repente Letilii aduentu, iſtius non modo amicus, verum etiam cognatus factus eſt Cic. Verr. 2, 138. Haec poſteaquam acta aut conſtituta ſunt Id. ib. 5 c. 41. *Add.* Liu. 1, 6. 23, 20. 31, 42. Poſteaquam mihi renuntiatum eſt de obitu Tulliae, filiae tuae, ſane quam pro eo ac debui, grauiter ac moleſte tuli Ser. Sulp. ad Cic. Fam. 4, 5. *Aliquando inter* Poſtea *et* Quam, *interponitur* Vero, *et ſignificat Sed poſteaquam* Cic. Fam. 3, 7 Poſtea vero quam ita et coepi, *etc.* Poſtea vero quam audiui Nep. 10, 4, 3. Poſtea vero quam Pharnabazum rex reuocauit Idem 14, 3, 5.

POSTDELICTVM, i. n. *Delictum poſtea commiſſum.* Qui ſemel ſe abſtinuit, quemadmodum ex poſtdelicto obligatur Vlpian. l. 71 §. 9 ff. de acquir. vel omitt. hered.

POSTEO, ire. Seuerinum ſicut honore poſtibat, ita fauore praeceſſerat Sidon. Ep. . 11.

POSTICIPO, āre. *Poſt capere.* Nec anticipare vitam, nec poſticipare Cl. Mamert. 1, 21.

POSTĔRVS, a, um. Adi. [ἐπιούσιος, ὕστερος, ἐπιὼν] *Quod aliquid ſequitur: vt,* Poſtera dies. Cic. Verr. 2, 41 Id ei poſtera die venit in mentem, e lege Rupilia ſortiri dicas oportere. Plin. 7, 24 Poſtero die quam aduenerat. Poſtero die Scribon. 52. 139. 173. 271. *i. poſtridie.* In poſtero die Id. 271. Cic. Verr. 2, 139 Poſtero Anno L. Metellus mentionem tui cenſus fieri vetat. *Conf.* Varro R. R. 1, 40. Dies poſtera iamque primo ſurgebat Eoo Virg. Aen. 3, 588. *Add.* Nep. 1, 5, 5. Die Iduum poſtero Tacit. Hiſt. 1, 26. Diem poſterum commorari alicubi Cic. pro Cluent. 37. Laude poſtera creſcere, *i. In poſteritatem propagata* Hor. Carm. 3, 30, 7. Saecla poſtera Lucret. 3, 980. Temporis poſteri prouiſio Cic. in Partit. 69. Poſtero Tempore pecunia Athenas translata Nep. 3, 3, 1. Tempus in poſterum, *vid.* IN. Cic. Att. 9, 12 Ego, ſi Pompeius manet in Italia, nec res ad pactionem venit, longius bellum puto fore: ſin Italiam relinquit, ad poſterum bellum ἄσπονδον ſtrui exiſtimo. Idem de Fin. 1, 72 Quibus non ſolum praeſentibus fruuntur, ſed etiam ſpe eriguntur conſequentis ac poſteri Temporis. *Ibid.* 3, 32 Sed in caeteris artibus quum dicitur artificioſe, poſterum quodammodo et conſequens putandum eſt, quod illi ἐπιγεννηματικὸν appellant. Cic. pro Deiot. 21 c. 7 In poſterum, *inquit*, diem diſtulit. *Et* Att. 10, 16 Diſtulimus omnino ſermonem in poſterum. *Contrarium eſt illi* In praeſens. In poſterum tempus Cic. pro Mur. c. 28. Extracta pugna in poſterum Tacit. Ann. 4, 73. Vt et in praeſens ſceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrerem, et in poſterum documentum ſtatuerem Cic. ad Brut. Ep. 15 *ſub fin.* Proſpicere in poſterum: *ſubaud.* Tempus Cic. Fam. 2, 7 Ego nec praeterita, nec praeſentia abs te, ſed vt ab homine longe in poſterum proſpiciente, futura exſpecto. Valeſcit labor in poſterum Tacit. Ann. 4, 61. Poſtero, *abſolute, pro Poſtero die.* Tacit. Ann. 4, 45 Idemque quum poſtero ad quaeſtionem traheretur.

POSTERI, ōrum. m. *Pl.* [ἐπίγονοι, μεταγεννέστεροι] *qui etiam* Minores *appellantur, ſunt Quicunque ex nobis et poſt nos nati ſunt: vt filius, nepos, pronepos, atnepos, trinepos, et caeteri, qui nomine carent, poſteriores ſeu minores vocantur. Vid.* Paul. ICt. l. 10 §. Parentes 7 D. de gradibus. *Contra ea per calumniam* Caligula *apud* Sueton. c. 38 negabat iure ciuitatem Romanam vſurpare eos, quorum maiores ſibi *poſteriſque* eam impetraſſent, niſi filii eſſent: neque enim intelligi debere *poſteros* vltra hunc gradum. *Vltra* Nepotes *extendit* Cic. de Nat. Deor. 3, 90 Vt etiam ſi quis morte poenas ſceleris effugerit, expetantur hae poenae a liberis, a nepotibus ac poſteris. Degenerarunt horum poſteri Cic. de Fin, 5, 13 c. 5. Ratio quae etiam poſteris eſſet ſalutaris Cic. ad Brut. Ep. 15. Apud poſteros noſtros non vt exſtinctor coniurationis et ſceleris, ſed auctor et dux fuiſſe videar Cic. pro Domo 101. Indicare poſteris aliquid Idem de Claris Orat. 324. Poſterorum negotium ago Sen. Ep. 8.

POSTERIOR, us. *Comparatiuum, cuius Superlatiuum eſt* Poſtremus. *Interdum* Poſterior *vocatur, cuius ſecundo loco mentio facta eſt. v. g.* Cic. Orat. c. 6 Eſt autem quidam interiectus — nec acumine poſteriorum, nec fulmine vtens ſuperiorum. *Sic* Cic. Acad. 4, 47 Itaque quae contra ſenſus, contraque perſpicuitatem dicantur, ea pertinere ad ſuperiorem diuiſionem, contra poſteriorem nihil dici oportere. Non poſteriores feram Ter. Adelph. 5, 4, 26 *Vbi* Donatus: Non poſteriores feram; ſubauditur Partes; aut, Non parvifaciam, i.e. Non vincar a Micione. Et translatio eſt a partibus hiſtrionum in fabula. Cic. Acad. 4, 44 Ita priori poſterius, poſteriori ſuperius coniungitur. Idem de Clar. Orat. 43 Quem Thucydides, qui et Athenienſis erat, et ſummo loco natus, ſummusque vir, et paullo Aetate poſterior, tantum mortuum ſcripſit. Cogitationes poſteriores, vt aiunt, ſapientiores ſolent eſſe Cic. Philipp. 12, 5. Omnes res poſteriores ponere, atque operam alicui dare Plaut. Milit. 4, 1, 7. *Idem ſignificat quod Poſthabere omnes res.* Cic. Att. 10, 4 Quorum vtrique ſemper patriae Salus et dignitas poſterior ſua dominatione, et domeſticis commodis fuit. *h. e. Sua commoda praepoſuit ſaluti Reipublicae.* Salutem ſuam poſteriorem ſalute communi ducere Cic. pro Rabir. 3 c. 1. *i. Poſthabere.* Cic. Philipp. 13, 6 c. 3 Tu vero ita vitam, corpuſque ſeruato, ita fortunas, ita rem familiarem, vt haec poſteriora libertate ducas. *h. e. Poſthabeas.* Apparet pars prior, poſteriora latent Ouid. Faſt. 4, 718. Non conuenit poſterius priori, *vid.* CONVENIO. Facere poſterius quod prius eſt ordine verbum Hor. Serm. 1, 4, 59. Poſterius et nequius iſto nihil eſt Cic. in Piſon. 66 c. 27.

POSTRĒMVS, a, um. [ὕστατος] *Superlatiuum a* Poſterior. Ter. in Phorm. 4, 3, 44 Haec denique eius fuit poſtrema oratio, ego inquit, *etc.* Cic. Att. 6, 2 Reſpondebo primum poſtremae tuae paginae. Idem in Orat. 50 De firmiſſimis alia prima ponet, alia poſtrema, inculcabitque leuiora. Cic. Fam. 1, 9 Ego autem cum illa ſequor, quae paullo ante propoſui, tum hoc non in poſtremis, de quo coeperam exponere. Homines poſtremi, *pro Nequiſſimis,* Cic. ad Brut. 16 Quod ſi Romanos nos eſſe meminiſſemus, non audacius dominari cuperent poſtremi homines, quam id nos prohiberemus. *Add.* Id. pro Roſc. Amer. 137 c. 47. Munus poſtremum mortis Catul. 98, 3. Ad poſtremum, *vid.* AD. Cic. Verr. 5, 90 Tum vt quiſque in fuga Poſtremus, ita periculo princeps erat. *Compar.* Apul. de Deo Socratis p. 43 Vt poſſit videri nullum animal in terris homine poſtremius. *Superl.* Cum adoleſcentulis poſtremiſſimis inter ſcorta et pocula puer hoc acui conuiuium agitat Apul. Apol. p. 336. Tertull. de Cultu feminarum *pr.* Quo iure deputor vobiſcum, poſtremiſſimus omnium, *i. Vltimus eſt infimus. Vſus eſt et* Gracchus in oratione *quadam, cuius meminit* Gell. 15, 12.

POSTERIVS. Adu. compar. [ὕστερον] Ter. Andr. 3, 2, 29 Renuntio here futurum vt ſis ſciens, ne tu poſterius dicas, Daui factum conſilio aut dolis. *Add.* Id. Adelph. 1, 2, 60. *et* 2, 1, 8. Cic. Verr. 4, 66 Tum mittit rex ad iſtum: ſi ſibi videatur, vt reddat, iubet iſte poſterius ad ſe reuerti. Faciemus aperta Quae tibi poſterius Memini Lucret. 2, 182. Poſterius grauiore ſono tibi muſa Loquetur Virg. Cul. *pr.* Cic. de Clar. Orat. 287 Ipſe Thucydides ſi poſterius fuiſſet, multo maturior fuiſſet et mitior. Ne poſterius in me culpam Transferas Plaut. Amph. 2, 2, 156. Poſterius, pro Minus, *interprete* Nonio 4, 381. Plaut. Aſin. 1, 1, 48 Poſterius iſtuc dicis, quam credo tibi.

POSTRĒMVM. [ὕστατα] Adu. Superl. *vt Vltimum.* Ter. Andr. 2, 1, 24 Si id facis, hodie poſtremum me vides. *Dicitur pro eodem et* Poſtremo. *Vtitur et hoc* Cic. in Verr. *et* pro Cluent. *Et* de Orat. 3, 6 c. 2 Vt veſtigium illud ipſum, in quo ille poſtremum inſtitiſſet, contueremur.

POSTRĒMO. Adu. [ὕστατον, ἐπὶ τέλει, τὸ ἔσχατον] Ter. Eun. 2, 2, 21 Negat quis, nego; ait, aio: poſtremo imperaui egomet mihi omnia aſſentari. Salluſt. in Iugurth. c. 22 *extr. poſt varia enarrata inquit:* Poſtremo, de omnibus rebus legatos Romam breui ſe eſſe miſſurum.

POSTREMITAS, ātis. f. Macrob. Saturn. 1, 11 Tam ima quam ſumma poſtremitas.

POSTERĬTAS, ātis. f. [οἱ ὀψίγονοι] *Poſterum ſaeculum, ſiue homines, qui poſt nos naſcentur.* Cic. de Amicit. c. 4 Quo in genere ſperare videor Scipionis amicitiam et Laelii, notam poſteritati fore. *Sic* Tuſc. 1, 35 c. 15 Quum optimus quiſque maxime poſteritati ſeruiat. Omnium ſaeculorum poſteritas huius rei immemor non erit Cic. Philipp. 2, 54. Memoria poſteritatis Quinctil. 6, 1. Cic. Att. 12, 20 Sed ineunda nobis ratio eſt, quemadmodum in omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri poſſunt, in Infinita poſteritate (ſi modo hae ſtabunt) illud quaſi conſecratum remanere poſſit. Memor Ouid. Faſt. 6, 78. Sera Idem ex Ponto 4, 24. Creſcere poſteritate Propert. 3, 1, 34. Vitabis inimicitias et poſteritatis otio Conſules Cic. Fam. 2, 18 *extr. i. futurae aetatis tuae.* Duci ſpe et fructu poſteritatis Cic. pro Rabir. 29. In poſteritatem, *vid.* IN *Praepoſitionem.*

POSTĔRO, āre. [ὑστερέω] Palladius Nouemb. tit. 4 Oliua quum varia coepit eſſe, colligitur; nam quum tota nigreſcet, quod ſpecici merito poſterauit, fundendi vbertate compenſat.

POSTERGANEVS, a, um. Adi. *A tergo vel in tergo exiſtens.* Arnob. 4 p. 130 In quem ſi ora traduxero, erit mihi ſiniſter occaſus, qui ab ſole poſterganeus habebitur. *Sic editur, non* poſtterganeus.

POSTERVLA, ae. f. *Poſtica, porta poſterior.* Caſſianus 5, 11 Poſterulae vnius, quamuis paruiſſimae, proditione vaſtabitur. *Eſt etiam Semita occulta.* Ammian. 30, 1 Cum biuium armato milite vidiſſet oppletum, per poſterulam, tramitem medium ſqualentem fructis et ſentibus vitabundus excedens, *etc. Conf. Valeſ. not. p.* 587.

POSTELLA, ae. f. *Menſa ſecunda.* Iſidor. 20, 16 *quaſi tu dicas* Poſterula.

POSTFACIO, ĕre. *vnde*

POSTFACTVS, a, um. Poſtfacta furta Gell. 17, 7.

POSTFACTVM, i. n. Ex poſtfacto decreſcit obligatio Paull. ICt.

POSTFĔRO, fers, tŭli, lātum, ferre. [ὕστερον τίθεμαι] *Poſtponere.* Plin. 4, 4 *pr.* Haud vlli terrae nobilitate poſtferenda. Liu. 3, 64 Qui libertati plebis ſuas opes poſtferrent. Animi eſt corporis robore nulli iuuenum poſtferendus Curt. 7, 4, 34. Nulli nomini poſtferendus Vell. 2, 69, 3. Nec regnis poſtferte Fidem Sil. 2, 701. *Vid. ibi Dauſq. et Drakenb.*

POSTLATVS, a, um. Part. Plin. 35, 1 Nunc vero pictura in totum marmoribus poſtlata. *Sic Pintianus ex veſtigiis MS. al.* Pulſa. *Eſt etiam hoc Participium* in Sabin. Epiſt. 3, 68 *licet verſus alioqui corruptus ſit,* Viſaque poſtlatam iacuit vlta deam.

POSTFVIT, [ὕστερον ἐτέθη] *Poſthabitum eſt.* Salluſt. in Catil. c. 23 *extr.* Sed vbi periculum aduenit, inuidia atque ſuperbia poſtfuere.

POSTFVTVRVS, a, um. Videbitur in poſtfuturum loqui Gell. 17, 7. Videntur diuina mente tempeſtatum ſignificatus poſtfuturos ante pronuntiare Vitr. 9, 7 *extr. Sed aeque recte ſeparantur dictiones.*

POSTGENITI, orum. m. [ἐπίγονοι] *Poſteri.* Clarus poſtgenitis Hor. Carm. 3, 24, 30. *Alii diuiſe ſcribunt.*

POSTGESTVS, a, um. Poſtgeſta connectere Sulp. Seuer. Hiſt. Sac. 1, 1, 3. *Sed poteſt diuidi: vt nempe caetera.*

POSTHĂBEO, ui, ĭtum, ēre. [ὕστερον ποιοῦμαι] *Poſtponere.* Ter. Phorm. 5, 8, 15 Nam omnes poſthabui mihi res, vti par fuit, poſtquam tantopere id vos velle animum aduerteram. Seria ludo poſthabere Virg. Ecl. 7, 17.

POSTHABĬTVS, a, um. Partic. Cic. Tuſc. 5, 2 c. 1 Vt, omnibus rebus poſthabitis, totos ſe in optimo vitae ſtatu exquirendo collocarent. Altero poſthabito colere aliquem Stat. Silu. 4, 58. Samus poſthabita Virg. Aen. 1, 20.

POSTHAC. Adu. [εἰσαῦθις, τὸ λοιπὸν, μετὰ ταῦτα.] *Deinceps, in futurum, poſt hoc tempus.* Ter. Hec. 3, 3, 45 Lacrimo, quae poſthac futura eſt vita quum in mentem venit, ſolitudoque. Idem Eun. 5, 2, 59 Hunc tu in aedes cogitas recipere poſthac? *Contraria.* Cic. Att. 7, 3 Sed in hoc genere, ſi modo per Rempublicam licebit, non accuſabitur poſthac: neque hercle antea negligentes fuimus, ſed amicorum multitudine occupati. Efficiam, poſthac ne quenquam voce laceſſas Virg. Ecl. 3, 51. *Add.* ib. 1, 76. Scribam poſthac ad te planius Cic. Att. 9, 19.

POSTHINC. Adu. [ἑξῆς] *Deinceps.* Virg. Aen. 8, 546 Poſthinc ad naues graditur, ſocioſque reuiſit. *Vid.* Seru. Vnum vacat, aut Poſt, aut Hinc: vt, Poſthinc digreſſus iubeo frondentia capris. i. e. Quum hoc feceris Virg. Georg. 3, 300.

POSTHVMATVS, POSTHVMIANVS, POSTHVMIVS, POSTHVMO, *vid.* POSTVMATVS, *etc. ſine adſpiratione.*

POSTICVS, a, um. Adi. [ὀπίσθιος] *Poſterior, a tergo conſtitutus.* Feſtus, Quae ante nos ſunt antica; et quae poſt nos ſunt poſtica dicuntur: et dextram (*in auguriis*) anticam, ſiniſtram poſticam dicimus. Sic etiam ea caeli pars, quae ſole illuſtratur ad meridiem; antica vtique nominatur; quae ad ſeptentrionem eſt, poſtica: rurſumque diuiduntur in duas partes, orientem atque occidentem. *Quia hic ſumus, ſtatim ſubiiciamus* Varron. de L. L. 6, 2 Eius templi (*auguralis*) partes quatuor: ſiniſtra ab oriente, dextra ab occaſu, antica ad meridiem, poſtica ad ſeptentrionem. *De hac augurali ratione conf.* Seru. *ad* Virg. Ecl. 9, 15 *it. ad* Aen. 2, 453 *et ad* Aen. 6, 191. *Huc referendum etiam fuerit, ſi eſt apud* Plinium, *quod nondum inueni,* Pars mundi poſtica: *itemque quod apud* Feſtum Sulpicius Poſticam lineam appellauit, ab exoriente ſole ad occidentem quae ſpectabat. Varro *apud* Non. 3, 158 Perrexit in interiores partes domuis poſticae, vt ait Plautus, penitiſſimae. Liu. 23, 8, 8 Hortus erat poſticis aedium partibus. Sueton. Othon. c. 6 Poſtica pars palatii. *Sed* Lucil. *apud* Non. 3, 158 Non peperit, verum poſtica parte profudit. Solin. 26 Poſticis pedibus inſiſtere. Perſ. 1, 62 Poſticae occurrite ſannae, *qua a tergo irridemini.* ¶ 2 Poſticum *ſubſtantiue ſ. intellecto* aedificio [ὀπισθόδομος] Titinnius *apud* Non. 3, 158 Atque duo poſtica, quae loco mercede. *Huc etiam refero, quod ibid. ex* Lucilio *laudatur,* Piſtrinum appoſitum, poſticum, ſella, culina. *Conf. Diminut.* POSTICVLVM. Vitruuio 3, 1 *pars auerſa templi* poſticum *vocatur:* Amphiproſtylos aedes habet omnia ea quae Proſtylos, praetereaque habet in poſtico ad eundem modum columnas et faſtigium. Peripteros autem erit, quae habebit in fronte et poſtico ſenas columnas *etc.* Dipteros autem octaſtylos et pronao et poſtico. ¶ 3 Oſtium poſticum [παραθύρα, κατόπιν τȣ̃ οἴκȣ Vet. Gloſſ.] *plene dixit* Plaut. Stich. 3, 1, 40 Eſt etiam hic oſtium aliud poſticum noſtrarum harunce aedium. Feſtus, Poſticum oſtium dicitur in poſteriore parte aedium Plaut. Moſt. 3, 3, 27 Nunc ego me illac per poſticum ad congerrones conferam. Sueton. Claud. c. 18 Vt aegre, nec niſi poſtico euadere in palatium potuerit. Horat. Epiſt. 1, 5, 31 Poſtico falle clientem. *De hoc* Titinnius *ap.* Non. l. c. Si quis hodie praeter has poſticum noſtrum pepulerit. *Etiam oſtia quaedam, quibus patebant caua Amphitheatrorum, ſic vocabantur.* Ammian. 28, 3 Vt ſaepe faciunt Amphitheatrales ferae, diffractis tandem ſolutae poſticis. *Hoc nomen* Vopiſco *etiam reſtituit, et explicat Salmaſ. ad* Prob. c. 19. Vet. On. Poſticum πλαγία θύρα *forte huc pertinet.* ¶ 4 *Hinc Metaphora honeſta transfertur ad partem corporis noſtri, quam poſticam vocari iam obſeruatum eſt.* Varro Prometheo *apud* Non. l. c. Retrimenta cibi qua exierint (*leg. vid.* exirent) per poſticum euallefeci. *Conf. dicta in* EVALLEFACIO. Arnob. 2 p. 54 Superfluas foeditates inferioribus egerunt, eiiciuntque poſticis.

POSTICVLA, ae. f. *int. ianua, itemque* POSTICVLVM, *aedificium nempe diminute dicuntur, illud* Apul. Met. 2 p. 124 *extr.* Per quandam breuem poſticulam intra vocat me: *hoc apud* Plautum Trin. 1, 2, 157 Poſticulum hoc recepit, cum aedes vendidit. *Laudat hunc verſum etiam* Gell. 17, 6. *Et* ibid. 4, 3, 78 Vbi nunc filius meus habitat? s. Hic, in hoc poſticulo. Onom. Vet. Poſticula ὀπισθόδομος.

POSTIBI. Adu. Rogitat poſtibi, vnde ſit Plaut. Poen. prol. v. 108. *Add.* Ibid. 4, 2, 80.

POSTICIVM, παραθύρα, παραθύριον Gloſſ. Lat. Gr.

POSTILĒNA, ae. f. [Vet. Onom. Poſtellena ὀπισθία, *et* Poſtilena ἱμὰς ὁ ἐκ τȣ̃ ἐφιππίȣ ἢ σάγματος ὑπὸ τὴν ȣ̓ρὰν ἐρόμενον (*f.* ἐρχόμενος) ὀπίσθι, ὀπισθένη, ὑπȣρίς.] *Craſſius lorum, quod ſub iumenti cauda ponitur, ne antrorſum labi ephippium vel clitellae poſſint, nec irruere per decliue iter plauſtrum.* Plaut. Caſ. 1, 37 Ita te aggerunda curuum aqua faciam probe, vt ex te poſtilena poſſiet fieri. *Hinc per contrarium,* Antilena, *qua pectus cingitur, vbi vid. Quae Schefferus de Re vehic.* 1, 11 *diſputat, quo minus lorum ſit* poſtilena Plauti, *ea parum firma ſunt.* Lora *illa, de quibus hic ſermo eſt, non ſunt flexilia valde, aut elaſtica, ſed formam ſemicircularem ſeruant etiam extra vſum: vt adeo ſimilitudo conſtet.*

POST-ILLA, [μετὰ ταῦτα] Duae dictiones in vnam coniunctae per *ſubunionem,* Aduerbium eſt ſignificans Poſtea, *auctore* Donato. Plaut. Poen. 3, 5, 5 Iis explicaui meam rem poſt-illa lucro. Ter. Andr. 5, 4, 34 Tum illam hic relinquere, eſt veritus; poſt-illa nunc primum audio, quid illo ſit factum. Nec ſibi poſt-illa metuebant Catull. Carm. 85.

POSTIDEA, [ἔπειτα] *pro Poſt id, ſiue deinde, ſeu poſtea, legitur apud* Plaut. in Stich. 1, 2, 40 Quom aequius eſt nos potiorem habere te, poſtidea viros noſtros, quibus voluiſti nos eſſe matres familias. Poſtidea ego tota tecum vſque ero Plaut. Truc. 2, 4, 67. Poſtidea loci ſi eduxeris Id. Stich. 5, 5, 17.

POSTIDEM, *pro poſtea* Plaut. Aul. 1, 2, 40. *Sed Gron. legit* poſtidea. *Add. Voſſ. Etymol. in* Poſthac p. 403.

POSTIS, is. m. [παραστὰς] Poſtis *eſt tignum perpendiculare, quod limina continet, aut alias trabes transuerſas.* Vitruu. 6, 11 Praeterea inter limina, ſecundum pilas et antas, poſtes ſi ſupponentur, erunt non vitioſae. *Et* 10, 20 *in teſtudinis deſcriptione,* Inſuper hanc compactionem erigantur poſtes compactiles, praeter cardines pedum IX, craſſitudine quoquo verſus palmipedales, interualla habentes inter ſe ſeſquipedis. Vet. Gloſſ. Poſtes παραστάδες. Cic. Att. 3, 15 Aſt tu te ſcripſiſti ad me, quoddam caput legis Clodium in curiae poſte fixiſſe, ne referri, neue dici liceret. *vid. mox* Furuo poſte. Virg. Aen. 2, 442 Poſteſque ſub ipſos nituntur gradibus. Seruius, ſi circa portam, ſub poſtibus; ſi circa feneſtras, circa poſtes. *Vnde hoc certe efficitur,* Poſtes *de* Seruii *ſententia etiam feneſtrarum eſſe.* Poſtes ἐρώματα Gloſſ. Vet. Aerati Virg. Aen. 2, 480. Aurati poſtes Ouid. Met. 15, 621. *al.* Arati. Craſſi, *vid.* CRASSVS. Ferrati Hor. Serm. 1, 4, 61. Fumoſi Sil. 7, 175. Furuo Proſerpina poſte notarat Coetibus aſſumtum functis Stat. Theb. 8, 10. *In portarum valuis nempe programmata, edictu, et quae ad publicam notitiam pertinent.* Mart. 1, 118

Contra Caeſaris eſt forum taberna,
Scriptis poſtibus hinc et inde totis
Omnes vt cito perlegas Poëtas.

Sed etiam amatores inſcribunt poſtibus ſuas naenias. Prop. 1, 16, 15 *Ianua loquitur de amatore,* Ille meas nunquam patitur requieſcere poſtes, Arguta referens carmina blanditia. Humiles Ouid. Met. 8, 638. Improbi, *vid.* IMPROBVS. Inuidendi, *i. Nimis ornati* Hor. Carm. 3, 1, 45. Laureati, *vid.* LAVREA. Nigri fuligine Virg. Ecl. 7, 50. Reſupinati neglecto cardine poſtes, *i. ianua patens negligenter* Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 147. Saligni Claud. Conſ. Hon. 4, 416. Superbi Virg. Aen. 8, 227. ¶ 2 *Verba:* Virg. Aen. 2, 490 Amplexaeque tenent poſtes, atque oſcula figunt: *ex Apollonio* 4, 26 δικλίδας ἀμφοτέρωθεν σταθμȣ̃ς. Stat. Silu. 4, 1, 44 Sic Ianus, Clauſoque libens ſe poſte recepit. Diſiecit altos poſtes Sil. 7, 568. Excutere ſeram poſte Ouid. Amor. 1, 6, 24. Frangere poſtes Tibul. 1, 1, 73. Intuliſti parietibus, tectis et poſtibus meis bellum Cic. pro Domo 60 c. 23. Procumbunt emoti cardine poſtes Virg. Aen. 2, 493. Pulſare poſtes Ouid. Met. 2, 467. Recepit clauſo poſte ſe Stat. Silu. 4, 1, 44. Apul. Met. 1 p. 107, 16 Repente impulſu maiore, quam vt latrones crederes, ianuae reſerantur, immo vero fractis et euulſis funditus cardinibus proſternuntur. *Deinde* p. 108, 22 Fores ad priſtinum ſtatum reſurgunt, cardines ad foramina reſident, poſtes ad repagula redeunt: *pro eo, quod debebat* repagula ad poſtes redeunt. *Ipſa illa Hypallage augendi vim habet.* Stat. Silu. 2, 1, 64 Aque ipſo Reuocabit ad oſcula poſte. Rumpere poſtes Senec. Herc. fur. 11. Cic. pro Domo 121 Verbone Pontifices putatis, ſi is poſtem tenuerit, et aliquid dixerit, domum vniuſcuiuſque conſecrare poſſe? Vellere poſtes a cardine Virg. Aen. 2, 480. ¶ 3 Poſtes *eſſe valuas ianuae oſtendit* Lucret. 3, 370

Praeterea ſi pro foribus ſunt lumina noſtra,
Iam magis exemtis oculis debere videtur
Cernere res animus ſublatis poſtibus ipſis.

Turn. 20, 22 *huc refert ex* Varrone de L. L. 4 Reſponſum haruſpicum, Deûm Manium poſti, *ſic vocari hiatum terrae, in quem Curtius ſe demiſit,* Leonem, *i. virum fortem poſtulari. Sed editur,* Deum Manium poſtulionem poſtulare, id eſt, ciuem fortiſſimum eodem mitti. *Turnebus ſic ornat cauſam ſuam: Deûm* manium poſtis *appellatur terrae hiatus, qui cenſebatur orci ianua. Scio* Poſtulionem *ſemper apud Varronem edi, et grammaticos* Poſtulionem *mordicus retinere: ſed ea vox idoneam non interpretatur ſententiam, et* leonem *Varro per inuerſionem* ciuem fortiſſimum *adumbrare vult. In* poſtulione *autem nullum figurae inuolucrum huius ſignificationis reperias. Haec Turnebus.*

POSTLATVS, *vid.* POSTFERO.

POSTLIMINIVM, i. n. [ὑποστροφὴ] *ex* Poſt *et* Limen *componitur.* Paullus, De captiuis, et de poſtliminio, l. Poſtliminium, Poſtliminium eſt ius amiſſae rei recipiendae ab extraneo, et in ſtatum priſtinum reſtituendae, inter nos ac liberos populos, regeſque, legibus ac moribus conſtitutum. Nam quod bello amiſimus, aut etiam citra bellum, hoc ſi rurſus recipiamus, dicimur poſtliminio recipere: idque naturali aequitate introductum eſt, vt qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is vbi in fines ſuos rediſſet, priſtinum ius ſuum reciperet. Iſo Magiſter in Prud. Hamartig. 854 p. 857 *ed. Weitz.* Poſtliminio *interpretatur* introitu de exilio, captiuitate. *Poſtliminium* eſt reuerſio de captiuitate, quando longo quis tempore *limen* domus ſuae dimiſſum repetit. Quod etiam ſancti doctores ſolent dicere, quando ſtilum ad alia transmittunt; tunc iterum ad ea reuertentes (*vnde diſceſſerant*) hoc *poſtliminium* ſolent dicere. Cic. pro Corn. Balb. 28 Quod ſi ciui Romano licet eſſe Gaditanum ſiue exilio, ſiue poſtliminio, ſiue reiectione huius ciuitatis. Idem in Topic. 36 c. 8 Sed quum ipſius poſtliminii vis quaeritur, et verbum ipſum notatur, in quo Seruius noſter, vt opinor, nihil putat eſſe notandum, niſi *poſt,* et *liminium* illud productionem eſſe verbi vult, vt in *finitimo, legitimo, aeditimo,* non plus ineſſe *timum,* quam in *meditullio tullium.* Scaeuola autem P. filius iunctum putat eſſe verbum, vt ſit in eo et *poſt,* et *limen:* vt quae a nobis alienata ſunt, quum ad hoſtem peruenerint, et ex ſuo tanquam limine exierint, hinc quum redierint poſt ad idem limen, poſtliminio videantur rediiſſe. Redeunt poſtliminio haec, homo, nauis, mulus clitellarius, equus, equa quae frena recipere ſolet Cic. in Topic. 36. *Conf.* Idem de Orat. 1 c. 40. Poſtliminium pacis amare docet Rutil. Itin. 1, 214. *i. reditum ad pacem, poſt bellum.* Fornicatori poſtliminium largitus eccleſiaſticae pacis Tertull. de Pudic. c. 15.

POSTMERIDIĀNVS, a, um. Adi. [μεταμεσημέριος] *quod et* Pomeridianus *dicitur; Quod poſt meridiem fit.* Cic. Att. 12, 51 Hodie tuas literas exſpectabamus matutinas, erunt fortaſſe alterae poſtmeridianae. Cic. de Orat. 3, 17 c. 5 Deinde quum omnes inclinato iam in poſtmeridianum tempus die veniſſent ad Craſſum, *etc.*

POSTMITTO, ĕre. *Poſthabeo, negligo, parui aut nihili habeo. Laudatur* Cic. pro Cael. 54 c. 22 Quod in alicuius agreſtis periculo non poſtmitteret, id homo eruditus in inſidiis doctiſſimi hominis diſſimulandum putaret? *Sed optimo quoque libro legitur* Praetermitteret.

POSTMŎDVM. Adu. [μετέπειτα] *Significat Poſtea.* Ter. Hec. 2, 1, 11 Meque abs te immerito eſſe accuſatam poſtmodum reſciſces. Liu. 1, 9 *extr.* Saepe ex iniuria poſtmodum gratiam ortam.

POSTMŎDO. [μετὰ ταῦτα] *Idem.* Liu. 4, 7 Si Ardeates ſua tempora exſpectare velint, arbitriumque Senatui leuandae iniuria quae permittant, fore vt poſtmodo gaudeant ſe irae moderatos. Ouid. de Arte Am. 3, 593 Poſtmodo riualem, partitaque foedera lecti Sentiat. *Add.* Ib. 1, 486.

POSTOMIS dicitur ferrum, quod ad cohibendum equorum tenaciam naribus vel morſui imponitur, ἀπὸ τȣ̃ στόματος. Lucil. Sat. lib. XV Truleus poſtomide huic ingens de naribus pendet. *Haec* Non. 1, 84 *vt edidit Mercerus. Apud Pollucem* 10, 57 ὑποστόμια *et* στομίδες *inter frenorum nomina ſunt. Forte Graecam literam omiſere veteres Latini. Forte dederat Lucilius* pro ſtomide. Truleus, Trulleus, Trulla *egregio potori ad os pependit, vt ferocienti equo addi ſolet ſtomis, lupatum, aut capiſtrum.*

POSTPARTORES, um. m. *Dicuntur Succeſſores noſtri et heredes, qui poſt nos noſtra adepti bona poſſident* Plauto in Truc. 1, 1, 42 Vnde anteparta demus poſtpartoribus: *a* Poſt, *et* Pario, *quod eſt acquiro. Turneb. Aduerſ.* 10, 25. *Sic et Gronou.*

POSTPŌNO, pŏſui, pŏsĭtum, ĕre. [ὕστερον τίθεμαι] *Poſthabere, minoris facere.* Aliquos natis ſuis poſtponere Ouid. Met. 6, 211. Officium honeſtum poſtponere ſcorto Hor. Epiſt. 1, 19 (18) 34. *Omittere.* Cic. Fam. 16, 21 Omnia poſtpoſui, dummodo praeceptis patris parerem.

POSTPOSĬTVS, a, um. Partic. Ouid. Amor. 3, 1, 22 Dum tua poſtpoſito facta pudore refers. *Sed Heinſius et alii legunt* Praeterito.

POSTPRINCIPIA, orum. n. [μετὰ τὴν ἀρχὴν] *Nomen, quo* Varro *apud* Gell. *vtitur* 16, 18 *pro Progreſſu vel abſolutione adeo rei.* Voluptas autem, vel vtilitas talium diſciplinarum in poſtprincipiis exiſtit, quum perfectae abſolutaeque ſunt: in principiis vero ipſis ineptae et inſuaues videntur: *de Geometriae partibus.* Cic. pro Sext. 118 c. 55 Poſtprincipia atque exitus vitioſae vitae *ex* Togata *fabula commemorat*

memorat occentata Clodio. Vid. Gronou. Obſ. 4,10 p. 157 qui docet ſumta ab acie metaphora poſtprincipia *eſſe, quae ſecundum quarumcunque rerum principia ſubſequuntur.* Varro R. R. 3, 4, 1 *poſt interrogationem*, Quare, vnde velis me incipere, Axi, dic? Ille, Ego vero, inquit, vt aiunt, poſt principia in caſtris, ab his potius temporibus, quam ſuperioribus: *Scaliger emendat* Ego vero, inquit, a poſtprincipiis, vt in caſtris. *Vide illum et* Plaut. Perſa 4, 1, 4.

POSTPVTO, āre. *Poſtponere.* Ter. Hec. 4, 5, 33 Te poſtputaſſe omnes res, prae parente, intelligo. *Adde* Adelph. 2, 3, 9.

POSTQVAM. Adu. [ἐπεί, ἐπειδή, ἐπειδὰν] *Connexiua ſ. continuatiua particula eſt.* Ter. Andr. 3, 1, 16 Poſtquam ante oſtium me audiuit ſtare, approperat. Cic. de Prou. Conſ. 5 Quo ille, poſtquam nihil exprimere ab egentibus, nihil vlla vi a miſeris extorquere potuit, cohortes in hiberna miſit. Multo poſtquam, *vid.* MVLTVS. *Cauſam quodammodo notat, non ſolum temporis conſecutionem, v. g.* Ter. Adel. prol. 1 Poſtquam Poëta ſenſit, ſcripturam ſuam ab iniquis obſeruari. *Per* Quoniam *interpretatur* Donatus. *Sic* Ter. Adelph. 5, 1, 3 Sed poſtquam intus ſum omnium rerum ſatur, prodeambulare huc libitum eſt. Cic. Fam. 7, 3 Me voluiſſe etiam, reliquis omnibus; poſtquam non potuerim, mihi ipſe finem feciſſe belli. *Sed ad ſolum tempus refertur* Cic. Att. 12, 1 Vndecimo die poſtquam a te diſceſſeram, hoc literularum exaraui egrediens e villa. Biennium iam factum eſt, poſtquam abii domo Plaut. Merc. prol. 12. Hic annus ſextus eſt poſtquam rei huic operam damus Plaut. Men. 2, 1, 9. Tum poſtquam ad te venit, menſis hic agitur iam ſeptimus Ter. Hec. 3, 3, 34. *Inter* Poſt *et* Quam, *dictiones aliquando interponuntur.* Cic. Att. 6, 3 Nil ſane habebam noui, quod poſt accidiſſet, quam dediſſem ad te Philogeni liberto tuo literas. Non multo poſt quam tu a me diſceſſiſti Cic. Att. 12, 48. *Conf.* Ib. 5, 20. *et* 13, 30. *Sic etiam quando eſt Praepoſitio.* Hoc ſcribit poſt diem quartum quam ab vrbe diſceſſimus Cic. Att. 9, 10. *Conf.* Nepos 10, 10, 4. Vell. 2, 44, 4 Ita circiter XX millia ciuium eo deducta, et ius ab his reſtitutum poſt annos circiter CLII, quam bello Punico ab Romanis Capua in formam praefecturae redacta erat.

POSTSCĒNIVM, i. n. *Locus poſt ſcenam, vbi verſantur hiſtriones et actores, dum ſe parant, perſona nondum ſumta, vel reſpirant, poſita perſona. Hinc per translationem*, Vitae poſtſcenia, *dixit* Lucret. 4, 1180 *Abſconditam illam et intimam puellarum, ſeu meretricum conſuetudinem viuendi, et omnia quae domi faciunt, quum ſolae ſunt, quae ſuis amantibus occulta eſſe volunt.*

POSTSCRIBO, ĕre. Tacit. Ann. 5, 64, 2 Tiberii nomen ſuo poſtſcripſerat.

POSTSIGNANI, *in acie Romana*, Anteſignanis *oppoſiti.* Frontin. Strateg. 2, 3, 17 Triplicem deinde peditum aciem ordinauit — Tum Poſtſignanis, qui in ſecunda acie erant, imperauit, vt denſos numeroſosque palos firme in terram defigerent; intraque eos appropinquantibus quadrigis Anteſignanorum aciem recepit. Ammian. 18, 20 Poſtſignani noſtri, qui tenebant editiora collis, clamabant. *Vid. Salmaſ. de Milit. Rom. p. 127.*

POSTRĒMVS, Adi. *et* POSTREMO, Adu. *vid.* POSTERVS.

POSTRIDIE. Adu. [τῇ ὑστεραίᾳ] *Idem quod Poſtero die ſignificat, vel* Poſteri die, *vt* Die craſtini. *Valla*, Poſtridie, *quaſi cras, non praeſentis diei, ſed cuiusdam alterius, aut praeteriti, aut futuri.* Venit Chremes poſtridie ad me, clamitans Terent. Andr. 1, 1, 117. *Conf.* Id. Phorm. 1, 2, 62. Cato de R. R. 65 Oleum viride ſic facito, oleam quamprimum ex terra tollito: ſi inquinata erit, lauito: a foliis, et ſtercore purgato: poſtridie, aut poſt diem tertium quam lecta erit, facito. Tantum vini in Hippiae nuptiis exhauſeras, vt tibi neceſſe eſſet poſtridie vomere Cic. Philipp. 2, 63. *Aliquando Genitiuo iungitur:* Cato c. 2 Poſtridie eius diei villicum vocet Ser. Sulp. ad Cic. Fam. 4, 12 Poſtridie eius diei quum ab Athenis proficiſci in animo haberem. Poſtridie eius abſolutionis in theatrum Curionis Hortenſius introiit Cic. Fam. 8, 2. *Accuſatiuo per ellipſin Praepoſitionis* Poſt: Cic. Att. 16, 4 Itaque ſeſe ſcripturum aiebat, vt venationem etiam, quae poſtridie ludos Apollinares futura eſt, proſcriberent. Sueton. Octau. Caeſ. c. 92 Poſtridie nundinas. Dies poſtridie Calendas, Nonas, et Idus appellati atri, quod per eos dies noui inciperent Varr. de L. L. 5, 4. *Add.* Liu. 6, 1 *extr.* Macrob. Sat. 1, 16. Cic. Fam. 14, 7 Quid cauſae autem fuerit, poſtridie intellexi quam a vobis diſceſſi.

POSTRIDVO, [τῇ ἐπιούσῃ] *dixit* Plautus, *pro Poſtridie, in* Mil. 4, 2, 90 Poſtriduo natus ſum ego mulier, quam Iuppiter ex Ope natus eſt.

POSTRIDVANVS, a, um. Adi. Macrob. Saturn. 1, 16 Dies poſtriduanos ad omnia maiores noſtri cauendos putarunt. *Conf.* Gell. 5, 17.

POSTVĔNIO, vēni, ventum, īre. [ὑστερίζω] *Contrarium habet Anteuenire.* Plin. 18, 25 *pr.* Accedit confeſſa rerum obſcuritas, nunc praecurrente, nec paucis diebus, tempeſtatum ſignificatione, quod προχειμάζειν Graeci vocant: nunc poſtueniente, quod ἐπιχειμάζειν.

POSTVERTA, *ſ.* POSTVORTA, ae. f. *Dea apud Romanos, vna ex duabus Carmentibus, quae partui feminarum praeſidebant,* Proſa *altera:* a recti peruerſique partus et poteſtate et nomine Gell. 16, 16 *ſub finem.* *Add.* Macrob. 1, 7.

POSTVLO, āre. [αἰτέω, ἀπαιτέω] *Petere, in primis ea, in quae ius nobis eſſe putamus.* Ter. Eun. 1, 1, 16 Incerta haec, ſi tu poſtules ratione certa facere, nihilo plus agas quam, *etc.* Cic. pro P. Quint. 13 Verum his de rebus non neceſſe habeo dicere ea, quae me P. Quintius cupit commemorare, tametſi cauſa poſtulat: tamen quia poſtulat, non flagitat, praeteribo. Vis ingenii et copia dicendi poſtulatur Quinctil. 1 prooem. *Saepe non tam petere ſignificat, quam Cupere, velle, exſpectare.* Ter. Adel. 2, 2, 30 Per oppreſſionem vt hanc mihi eripere poſtulet? i. e. Velit, aut ſperet, *inquit* Donatus. Sed ego inſcitus, qui me hero poſtulem moderari Plaut. Men. 2, 1, 88. *Add.* Id. Caſ. 1, 1, 53. Illa phalanx Alexandri M. quae Aſiam peragrarat *etc.* non parere ſe ducibus, ſed imperare poſtulabat Nep. 18, 8, 2. Cic. Fam. 3, 10 Omnia volo a me et poſtules et exſpectes. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 23 Illud ab vniuerſis poſtulo petoque, ſi dum in ciuitate manere licitum eſt, *etc.* *Familiariter* poſtulare Quinctil. 1 prooem. Ter. Andr. 5, 1, 4 Immo enim quam maxime abs te poſtulo, atque oro Chreme, vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes. Caeſ. Bell. Gall. 1, 42 Arioniſtus legatos ad Caeſarem mittit, quod antea de colloquio poſtulaſſet, id per ſe fieri licere. *Cum ſolo Accuſatiuo.* Nunc haec dies aliam vitam affert, alios mores poſtulat Ter. Andr. 1, 2, 18. Cic. pro Ligar. *extr.* Longiorem orationem cauſa forſitan poſtulat, tua certe natura breuiorem Caeſ. B. G. 1, 34. Cic. Verr. 3, 39 Vt quisque contra eius voluntatem dixerat, ita in eum iudicium de profeſſione iugerum poſtulabatur. Ouid. Faſt. 3, 342 Poſtulat hic animam: cui Numa, Piſcis, ait. Cic. Att. 1, 24 Statim fidem publicam poſtulauit; reclamatum eſt. Idem Verr. 4, 44 Nemo tam audax, qui poſceret: nemo tam impudens, qui poſtularet, vt venderet. Cic. Verr. 1, 8 c. 3 Iudiciorum deſiderio Tribunicia poteſtas efflagitata eſt: iudiciorum leuitate ordo quoque alius ad res iudicandas poſtulatur, iudicum culpa atque dedecore etiam Cenſorium nomen, quod aſperius antea videri ſolebat, id nunc poſcitur. Cic. Fam. 2, 15 Te tamen oramus, quibusque erimus in terris, vt nos, liberosque noſtros ita tueare, vt amicitia noſtra, et tua fides poſtulabit. Vt cauſae natura et temporis ratio poſtulabit, aliquid facere Cic. in Orat. 125. Caeſ. B. G. 2, 22 Inſtructo exercitu, magis vt loci natura, deiectusque collis et neceſſitas temporis, quam vt rei militaris ratio atque ordo poſtulabat. Cic. Att. 6, 3 Quem relinquam, qui prouinciae praeſit? ratio quidem et opinio hominum poſtulat fratrem: primum quod, *etc.* Idem de Inuent. 1, 91 Longius quam res poſtulat, repetita eſt. Scribon. 100 Prout res poſtulauerit. Quum res poſtulauerit Id. Ep. in. Si res poſtulauerit 106. Cic. Off. 1, 81 c. 23 Sed quum tempus, neceſſitasque poſtulat, decertandum manu eſt, et mors ſeruituti, turpitudinique anteponenda. ¶ 2 *Obſerua:* Poſtulare *diſputantes dicuntur, Cum aliquid ſibi concedi petunt, cuius formae multa exempla* Cicero *ſuppeditat: v. g.* de Legib. 1 c. 7 M. Dasne igitur hoc nobis, Pomponi, deorum immortalium vi, natura, ratione, *etc.* naturam eam regi? A. Do ſane ſi poſtulas. *Hinc*, Poſtulata *ſunt apud Philoſophos, Quae iure ſibi concedi petunt.* Poſtulare, *eſt etiam arenae verbum, quo populus certos gladiatores petit.* Suet. Calig. c. 30 Cumque Tetrinius Latro poſtularetur. *Vid. Lipſ. Saturn.* 2, 14. ¶ 3 *Iuris verbum eſt.* Vlpianus l. 1 ff. de poſtulando, Poſtulare eſt deſiderium ſuum vel amici ſui in iure apud eum, qui iuriſdictioni praeeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere. *Vid.* Plin. Epiſt. 10, 77. *it.* Paneg. 56, 6. *et* 60, 2. *Speciatim vero poſtulat actor, et cum nomen defert, et cum poſt delationem iure agit Manut. ad* Cic. ad Q. Fratr. 2, 3 p. 41. *Conf. Graeu. ad* Cic. Fam. 5, 10. Suet. Caeſ. c. 4 Caeterum Cornelium Dolabellam Conſularem et triumphalem virum repetundarum poſtulauit. Gabinium tres adhuc factiones poſtulant Cic. Q. Frat. 3, 1. Cael. ad Cic. Fam. 8, 12 Inſolentiſſimi homines ſummis Circenſibus ludis meis poſtulandum me lege Scantinia curant. Repetundis aliquem poſtulare Tacit. Ann. 3, 38. Cic. Q. Fratr. 2, 3 Ad IIII Idus Feb. Seſtius ab indice Cn. Nerio Pupinia de ambitu eſt poſtulatus. Plin. 33, 2 Vt apud C. Caeſarem in Cenſura eius vnus ex Equitibus Flauius Proculus CCCC ex ea cauſa reos poſtularet. Plin. Epiſt. 7, *vlt.* Impietatis reum poſtulat. Liu. 2, 29 Senatus tumultuoſe vocatus, tumultuoſius conſulitur: quaeſtionem poſtulantibus iis, qui pulſati fuerant, decernente ferociſſimo quoque non ſententiis magis, quam clamore et ſtrepitu. Tandem quum irae reſediſſent, ordine conſuli coepit. Cic. pro Milon. 69 c. 20 Sed quaeſtiones vrgent Milonem, quae ſunt habitae nunc in atrio Libertatis. quibusnam de ſeruis? rogas? de P. Clodii. quis eos poſtulauit? Appius. quis produxit? Appius. *Vid. Bernegg. ad* Suet. Aug. c. 16. *it. Schild. ad* Suet. p. 569. *et* ICt. Poſtulare cum aliquo, *eſt Expoſtulare* Plaut. Mil. 2, 6, 35. Cic. Diu. Verr. 64 Nuper quum in P. Gabinium vir fortiſſimus et innocentiſſimus L. Piſo delationem nominis poſtularet. Cic. Verr. 3, 135 Scandilius recuperatores aut iudicem poſtulare. Idem Att. 2, . . . Et quum eſſet damnatus, erat Iudicium poſtulaturus. *Paſſiu.* Vlpian. in l. 1 D. de ſuſpectis tutoribus vel curatoribus, Primum igitur tractemus vnde deſcendat ſuſpecti crimen, et apud quos poſtulari quis poſſit ſuſpectus tutor, vel curator. Gell. 7, 19 P. Scipio Africanus poſtulauit pro L. Scipione Aſiatico, fratre, quum contra leges, contraque morem maiorum Trib. Pleb. hominibus accitis per vim inauſpicato ſententiam de eo tulerit. *Vbi*, Poſtulauit pro fratre, *i. Pro fratre in iudicio interceſſit. Nam paullo ante legitur*, Scipio Africanus fratris nomine ad collegium Tribunorum prouocabat. Cic. pro Corn. Balb. 34 Quod quum magis fide illius populi, iuſtitia veſtra, vetuſtate denique ipſa, quam aliquo publico vinculo religionis teneretur, ſapientes homines et publici iuris periti Gaditani M. Lepido, Q. Catulo coss. a Senatu de foedere poſtulauerunt. Quinct. 6, 4, 17 Facere probationibus *aduerſarii* auctoritatem poſtulando. Poſtulatum eſt, vt Bibuli ſententia diuideretur Cic. Fam. 1, 3.

POSTVLANS, antis. Partic. Petron. c. 25 Plaudentibus vniuerſis et poſtulantibus nuptias fecerunt. Phaedr. 2, 2, 2 Praedator interuenit partem poſtulans.

POSTVLĀTVS, a, um. Partic. [αἰτηθείς] *Accuſatus.* Cic. Q. Fratr. 2, 3. Apul. Met. 3 p. 132 Poſtulatus crimine. Poſtulatus lege Licinia et Iunia Cic. in Vat. c. 14.

POSTVLĀTVS, ūs. m. [αἴτησις] *Petitio in iure.* Liu. 4, 9 Poſtulatu audito matris, tutorumque, magiſtratus. ſecundum parentis arbitrium dant ius nuptiarum.

POSTVLĀTVM, i. n. [αἴτημα] Cic. Att. 7, 15 Plerique negant Caeſarem in conditione manſurum, poſtulataque haec ab eo interpoſita eſſe, quo minus quod opus eſſet ad bellum, a nobis pararetur. Liu. 7 *extr.* Aeque impotens poſtulatum fuit, vt de ſtipendio equitum (merebant autem triplex ea tempeſtate) aera demerentur, quod aduerſati coniurationi fuiſſent. Leniſſimis ſuis poſtulatis exſpectabat reſponſa Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 5. Accipere et remittere poſtulata Cic. Philipp. 11, 28. Facere poſtulata noluit Nepos 7, 8, 4. Interponere poſtulata, *vid.* INTERPONO. Cic. Verr. 2, 10 Hoc animo toties apud patronos de ſuis miſeriis deplorarunt, hoc commoti dolore, poſtulata Conſulibus, quae non poſtulata, ſed in iſtum crimina viderentur eſſe, ediderunt. Cic. Fam. 12, 4 Quum eſſent miſſi, vt Antonio ex Senatus ſententia certas res nuntiarent, quum ille earum rerum nulli paruiſſet, vltro ab illo ad nos intolerabilia poſtulata retulerunt. Apul. Met. 3 p. 138, 6 Tuum poſtulatum praeponam meo periculo: *faciam quod petis, etiam cum periculo meo.*

POSTVLATIO, ōnis. f. [αἴτησις] *Idem.* Caeſ. Bell. Gall. 8, 48 Quam poſtulationem Antonius quum iudicaret ab iuſto naſci timore, veniam petenti dedit, obſides accepit. Aequa poſtulatio Quinctil. 7, 2. Aequa et honeſta Cic. pro Roſc. Amer. 7 c. 2. Poſtulatio opinione Valentior Cic. Att. 7, 6. Impudens, *vid.* IMPVDENS. Abiicere poſtulationem triumphi, *vid.* ABIICIO. Conceſſit poſtulationi tuae Senatus Cic. pro Muraen. 47. Sueton. Ne-

Neron. c. 7 Celeberrimis patronis non tranſlaticias et breues, vt aſſolet, ſed maximas plurimasque poſtulationes certatim Ingerentibus. Reſiſtere poſtulationi alterius Cic. ad Q. Fr. 2, 10. Reſpondere poſtulationibus Suet. in Neron. c. 15. *Al.* Poſtulatoribus. Vacare poſtulationibus *dicuntur* Conſules Plin. Epiſt. 7, *vlt. cum audiunt petentes aliquid pro iure ſuo.* Donatus: Proprie expoſtulatio eſt apud illum ipſum, qui peccauerit: poſtulatio, de illo apud alterum. Item poſtulatio, querela et quaſi iuſta interpoſitio querelarum. Plaut. Bacch. 3, 3, 45 Acris poſtulatio haec eſt, quum huius dicta intelligo. Ter. Hec. 1, 2, 102 Neque lites vllae inter eas, poſtulatio nunquam. ¶ 2 *Obſ.* Cic. de Aruſp. Reſp. 20 c. 10 De ea re ſcriptum eſt, poſtulationes eſſe Ioui, Saturno, Neptuno, Telluri, diis caeleſtibus. *Sic Graeu. ex MSS. omiſſo illo* decretas. Poſtulationes eſſe Ioui *ſignificat, Iouem aliquid poſtulare.* Ibid. c. 14 Eodem oſtento Telluri poſtulatio deberi dicitur. *Vid. mox* POSTVLIO. *Nempe, vt ait Turn. 11, 20* Poſtulationes, *abſolute vocantur, quum ob monſtrum, oſtentum, prodigium, errorem in caerimonia ſacrificium vel expiationem poſtulare dii videntur. Laudat etiam illud* Arnob. 3 p. 148 In caerimoniis veſtris rebusque diuinis poſtulationibus locus eſt, et piaculi dicitur eſſe contracta commiſſio. *Sed hodie* Poſtulionibus *legitur, v. v. Conf.* POSTVLARIA.

POSTVLĀTOR, ōris. m. [αἰτητὴς] Suet. Neron. c. 15 In iurisdictione poſtulatoribus niſi ſequenti die, *etc. Legitur et* Poſtulationibus. *Item Patronus qui cauſas agit. Vid. Torrent. ad* Suet. *l. c. Procuratorem vocant ICti.*

POSTVLATRIX, īcis. f. Tertull. de Cor. Mil. c. 13 Sollemnitates poſtulatrices, *i. ſupplicationes.*

POSTVLARIA [αἰτητικὰ] fulgura, *inquit* Feſtus, Quae votorum aut ſacrificiorum ſpretam religionem deſignant. *Apud* Senec. Nat. Quaeſt. 2, 49 *vocantur* POSTVLATORIA, quibus ſacrificia intermiſſa, aut non rite facta repetuntur.

POSTVLATICIVS, a, um. Adi. [αἰτηματικὸς] *Qui poſtulatur.* Senec. Epiſt. 7 Haec plerique ordinariis paribus et poſtulaticiis praeferunt. *Paria gladiatorum intelligit* Seneca. *Erant autem ordinarii gladiatores, gladiaturae in primis periti, qui ex conſuetudine exhiberi ſoliti erant.* Poſtulaticii, *qui poſtulante populo, praeter ordinarios et conſuetos exhiberi principis benignitate conſueuerant. Vid. Cael. Rhodig. 11, 10. Et Lipſ. Saturn. 2, 11 occurrit hoc verbum etiam in* Tiron. Not. p. 7.

POSTVLIO, ōnis. f. *Vox ſacrorum, eadem quae Ciceroni* Poſtulatio. Varro de L. L. 4, 32 p. 36, 7 *ex emendatione Scaligeri*, Ad Haruſpices relatum: eſſe reſponſum, deûm manium poſtulionem poſtulare, ciuem fortiſſimum eo demitti. *Conf.* Liu. 5, 11. Arnob. 4 p. 148 In caerimoniis veſtris rebusque diuinis poſtulionibus locus. *Vid. ibi Herald. p. 177.* Poſtulionem *a* poſtulatione *non ſignificatione differre, ſed forma tantum, quae hic eſt archaica, oſtendit Graeu. ad* Cic. de Har. Reſp. c. 10.

POSTVMVS, a, um. Adi. *Videtur prima poſitione nihil aliud ſignificare, quam qui* poſt *vel* poſtea *eſt, naſciturue, idem fere quod* poſtremus, *vt a* cis *eſt* citimus, *ab* vls *vel* vltra vltimus *etc. Nam* I *et* V *hic alternare, ſatis conſtat. Docet hoc vſus Afrorum duorum proprietatis ſtudioſiſſimorum,* Tertulliani *et* Apuleii. *Ille* Scorpiace Princ. Cauda eſt, quodcunque de poſtumo corporis propagatur et verberat, *i. de poſtrema parte. Hic* Met. 4 p. 144, 25 Poſtumam ſpem, *et* Met. 6 p. 186, 25 Poſtumam diligentiam *dixit, et* Apol. p. 297, 23 Doctrinam feram plane et poſtumam, *i. poſtremam. De verbo* Poſtumare *et nomine* Poſtumatus, *deinde.* ¶ 2 Poſtumos *ſpeciatim dixere ICti in materia hereditatum, qui vel poſt mortem patris, vel certe poſt eius teſtamentum factum eſſent nati.* Caius Inſtit. 2, 3, 2 Poſtumorum duo genera ſunt: quia Poſtumi appellantur ii, qui poſt patris mortem de vxore nati fuerint, et illi, qui poſt teſtamentum factum naſcuntur. — Niſi quod melior conditio eſt poſtumae quam natae: quia nata ſi praetermiſſa fuerit, non rumpit teſtamentum; poſtuma vero, ſicut maſculus teſtamentum rumpit. *Sed* Vlpian. l. 3 §. 1 ff. de iniuſto, rupto *etc.* Poſtumos autem eos dicimus duntaxat, qui poſt mortem parentis naſcuntur. *Feminino vtitur idem* Vlpian. l. 164 de V. S. Nomen filiarum et in poſtumam cadere, quaeſtionis non eſt. *Multa de his* poſtumis *legas in* Titulo Pandectarum (28, 2) De liberis et poſtumis heredibus inſtituendis vel exheredandis. Nepos poſtumus *eſt* Paull. Sent. 3, 5. Poſtumi nepotes l. 29 ff. de Liberis et poſtumis. Poſtumum Cornelianum *vocari videas, credo tantum a recentioribus, qui poſt captiuitatem patris teſtati naſcitur. Vid.* l. 12 ff. Qui teſtam. fac. poſſ. *Haec apud ICtos. Sed et in communi vſu vox fuit.* Varro de L. L. 8, 38 p. 113, 12 Forſitan ab eo, qui mane natus diceretur, vt is Manius eſſet; qui luci Lucius; qui poſt patris mortem, Poſtumus — Praenomina mulierum antiqua Mania, Lucia, Poſtuma. Videmus — Poſtumam a multis poſt patris mortem *(forte excidit notam)* etiam nunc appellari. *Similia* Feſtus. *Apud* Gellium 2, 16 *eſt diſputatio de verbis* Virg. 6, 763 Siluius, Albanum nomen, tua poſtuma proles, Quem tibi longaeuo ſerum Lauinia coniunx Educet ſiluis. *Inter alia ibi* Caeſellius — Poſtuma, *inquit*, proles non eum ſignificat, qui patre mortuo, ſed qui poſtremo loco natus eſt: ſicuti Siluius, qui Aenea iam ſene, tardo ſeroque partu eſt editus. *Quam ſententiam contra* Gellium Seruiumque *probant merito Cuiac. Obſ. 3, 4. et Turneb. Adu. 18, 1.* Plaut. Aul. 2, 1, 42

Poſt mediam aetatem qui mediam ducit vxorem domum,
Si eam ſenex anum praegnantem fortuitu fecerit,
Quid dubitas, quin ſit paratum nomen puero Poſtumus?

Cic. de Orat. 2, 140 c. 32 Quam ob rem poſtumo non nato Curium tamen heredem Coponii eſſe oporteret. *Reſpicit ad* 1, 180 c. 39 Niſi poſtumus et natus, et ante quam in ſuam tutelam veniret, mortuus eſſet, *negabatur* heredem eum eſſe poſſe, qui eſſet ſecundum poſtumum et natum et mortuum heres inſtitutus. *De eadem re* pro Caecin. 53 c. 18 L. Craſſus — probauit omnibus, M' Curium, qui heres eſſet inſtitutus ita, *mortuo poſtumo filio;* cum filius non modo non mortuus, ſed ne natus quidem eſſet, heredem eſſe oportere. Tertullian. de Anima 18 Poſt mortem differt *(Socrates)* ſententiam veritatis poſtumam ſcilicet, *i. eo tempore ferendam, cum veritati non amplius locus eſt. Et* c. 54 Poſtumam eruditionem *vocat, quam animae ſeparatae poſt mortem accipiant. Et* Apol. 40 Vrbes poſtumae cladis, *poſt diluuium demum conditae.* Apul. Met. 1 p. 108, 27 Ipſe mihi ſuperuiuens et poſtumus, vel certe deſtinatae iam crucis candidatus. Poſtumus *huc vsque ſcripſimus, non* Poſthumus, *quod ſuadent Grammatici* Seruius *ad* Aen. 6, 763. *et* Iſid. 9, 5 *cum etymon afferunt,* Poſt humationem patris natus: *quod etymon, falſum ſane, probant, et tamen ſine adſpiratione ſcribendum nomen fatentur* Eutyches de adſpiratione *apud* Caſſiod. de Orthogr. p. 2311 *extr. Putſch. et* Beda de Orthogr. p. 2342 *extr. Et ſane numi, inſcriptionesque, et libri quique optimi* h *litera carent: Graeci* ποσϑμιον *ſcribunt, non* ποϑύμιον. ¶ 3 Poſtumus *et* Poſtuma *etiam in Praenomen transiiſſe, Varronis teſtimonio iam oſtenſum eſt. Sed fuiſſe etiam vice Cognominis, ſatis docet vel ille* Rabirius Poſtumus, *pro quo exſtat* Ciceronis Oratio. *Conf. quae de ea confuſione dicuntur ex* Epit. de Nominum rat. *in* PRAENOMEN. *Sed etiam*

POSTVMIVS, *Nomen gentis Romanae, quae plures viros feminasque illuſtres dedit: v. g. vnum de triginta tyrannis. Item*

POSTVMIANVS, *Cognomen* Ruffiorum.

POSTVMO, āre. *Poſteriorem eſſe.* Tertull. Apol. 19 Caeteri quoque Prophetae, etſi Moyſi poſtumant, extremiſſimi tamen eorum non retroſiores deprehenduntur primoribus veſtris ſapientibus *etc.* Idem de Reſurrect. 45 Omnis conſummatio atque perfectio, etſi ordine poſtumat, effectu tamen anticipat.

POSTVMATVS, ûs. m. *Locus poſtremus.* Tertull. adu. Valentt. 35 Sunt, qui nec principatum Bytho defendant, ſed poſtumatum.

POSTVORTA, ae. f. Dea fuit apud Romanos, ita dicta, quod futura proſpiceret Macrob. Saturn. 1, 7. *Vid.* ANTEVORTA; *et* PORRIMA. *Eſt quoque* Poſtuorta *de* duabus Carmentibus vna, *quae* perverſos partus *dirigit, vid.* Gell. 16, 16.

P O T

POTAMAVTIS, ĭdis. f. [ποταμαῦτις] Alio nomine Thalaſſaegle, herba, qua pota homines fieri lymphaticos *narrat* Plin. 24, 17. Naſcitur circa Indum.

POTAMOGĪTON, onis. m. [ποταμογείτων] *Herbae nomen, apud Galen. de Simplic. medicam. facultat. 8, 63. Dioſcor. 4, 96. Conf.* Plin. 26, 8. *et* 32, 4.

POTATIO, POTATOR, *vid.* POTO.

POTE, *vid.* POTIS.

POTENS, POTENTER, POTENTATVS, POTENTIA, *vid.* POSSVM.

POTENTIA, ae. f. [Ποτεντία] *Vrbs in agro Piceno.* Cic. de Aruſp. Reſpon. 62 Eodem fere tempore factus in agro Piceno Potentiae nuntiatur terrae motus horribilis cum quibusdam multis metuendisque rebus. Plin. 3, 1.

POTENTINI, *Populi Lucanorum.* Plin. 3. 11.

POTERION, i. n. *Herba, quae alio nomine* Phrynion, *vel* Neuras *appellatur.* Plin. 25, 10 ſ. 76 Sunt et ranis venena, rubetis maxime: vidimusque Pſyllos in certamine patinis candefactas admittentes, ociore etiam quam aſpidum pernicie. Auxiliatur eis phrynion in vino pota: aliqui neurada appellant, alii poterion, floribus paruis, radicibus multis, neruoſis, bene olentibus. *Add.* Idem 27, 12.

POTERIVM, i. n. [ποτήριον] *Dicitur a Graecis, quod nos Poculum dicimus.* Plaut. Stich. 5, 4, 12 Quibus diuitiae domi ſunt, ſcaphio, cantharis, batiocis bibunt: nos noſtro Samiolo poterio, tamen viuimus. Idem Trin. 4, 3, 10 Non pudet te? Tribusne te poteriis memoria eſſe oblitum? *ſ.* memoriae.

POTESSVM, *vid.* POSSVM.

POTESTAS, POTESTVR, *etc. vid.* POSSVM.

POTHOS, i. m. *Herba, cuius vim et ſpecies enumerat explicatque* Plin. 21, 11.

POTICIVS, *Nomen familiae inclytae, cui curam ſacrorum Herculis Euander demandauerat. Vid.* Liu. 1, 7. Plaut. Bacch. 1, 2, 15 I, ſtultior es barbaro Poticio, Qui tantus natu deorum neſcis nomina. *An reſpicit ad id, quod narrat* Liu. *l. c.* Tradito ſeruis publicis ſollemni familiae miniſterio, genus omne Poticiorum interiit. *Igitur videntur vltimi* Poticii *ignoraſſe nomina deorum, quorum eſſent nati ſacerdotes.*

POTIDAEA, ae. f. [Ποτίδαια] Macedoniae vrbs, ante Caſſandria dicta, *vt ſcribit* Plinius 2, 58. *et* 4, 10.

POTICA, *ſ.* POTINA, ae. f. *Deae nomen apud Romanos, quae puerorum potui praeſidere putabatur, ſicut* Edulia *vel* Eduſa *eorundem alimentis. Vid.* Varro *apud* Non. 2, 310. Arnob. 3 p. 115. Donat. *ad* Ter. Phorm. 1, 1, 15. *cuius locum damus in* CVBA n. 2.

POTIO, ōnis. f. *vid.* POTO.

POTIOR, us. *vid.* POTIS.

POTIOR, ītus ſum, īri. Dep. [τυγχάνω, ἐπιτυγχάνω] *A* Potis *deducitur, ſignificatque Tenere, et quaſi in poteſtate habere. Item Obtinere, et in poteſtatem vindicare. Apud Poëtas in quibusdam perſonis interdum inuenitur tertiae Coniugationis.* Virg. Aen. 3, 56 Fas omne abrumpit, et auro Vi potitur. Ouid. Met. 13, 130 Tuque tuis armis, nos te potiremur Achille. *Plura exempla dat Brouckh. ad* Propert. 2, 7, 64: *et quaedam ex his, quae mox dabimus, huc conueniunt. Genitiuo aliquando iungitur: vt,* Potiri hoſtium; *quod aliquando ſignificat Venire in hoſtium poteſtatem, aliquando Redigere hoſtes in poteſtatem.* Plaut. Capt. 1, 1, 24 Nam poſtquam meus rex eſt potitus hoſtium: *h. e. Captus eſt ab hoſtibus, ſiue hoſtium praeda factus eſt. De Philopolemo enim captiuo loquitur.* Ibid. 1, 2, 41

Tum denique omnes noſtra intelligimus bona,
Quum quae in poteſtate habuimus, ea amiſimus.
Ego, poſtquam gnatus tuus potitus eſt hoſtium,
Expertus quanti fuerit, nunc deſidero.

Verba ſunt Ergaſili paraſiti ad Aegionem Philopolemi captiui patrem. Vid. Turneb. Aduerſ. 30, 34. Sic Plaut. Epid. 4, 1, 5 Gnata mea hoſtium eſt potita. *Et* ibid. 35 Filiam, quam ex te ſuſcepi eductam perdidi. Hoſtium eſt potita. Lucret. 4, 770 Nec diſſentit eum mortis, letique potitum, *i. In poteſtatem mortis redactus. Sed* Cic. de Finib. 1, 60 Nullas conſequuntur voluptates, quarum potiendi ſpe inflammati, multos labores magnosque ſuſceperant. Id. Tuſc. 1 c. 48 Euthynous potitur fatorum Munere laeto. Sil. 15, 331 Votique potitus, *i. compos,* Euicto Fabius Poeno, *etc.* Athenienſium potiti ſunt Spartiatae Auctor ad Heren. 4 c. 25. Imperii potitus Nepos 17, 2, 1. Cic. Fam. 1, 5 Si exploratum tibi ſit, poſſe illius regni potiri Paterc. 1, 1, 3. Cic. Acad. 4, 126 Cleanthes, qui quaſi maiorum eſt gentium, Stoicus Zenonis auditor, ſolem dominari, et rerum potiri putat. *Vbi ſubaudienda aliqua vox eſt, v. g.* Poteſtate, *vel* Summa, *quae et aliquando adiicitur. Add.* Idem pro Roſc. Amer. c. 25. Suet. Veſp. c. 4. *Vid. Sanct. Mineru. p. 589. Et Voſſ. de Conſtruct. c. 31. Accuſatiuo etiam iungitur:* Plaut. Aſin. 2, 2, 58. Idem Rud. 1, 3, 7. Idem Aſin. 3, 2, 8. Cic. Philipp. 13, 7 Itaque ſi receptis illis, poſſumus eſſe liberi, vincamus odium, pacemque potiamur. *Legitur et* Pace. Ter. Adelph. 5, 4, 17 Ille

alter

alter ſine labore patria potitur commoda. Sceptra potitus Lucret. 3, 105. Ita Tacit. Ann. 11, 10, 8. Iuſtin. 6, 4, 8. 9, 7, 12 *etc.* Nepos 18, 3, 4. *Conf.* Priſcian. 18. *vel Voſſ. de Conſtruct. c. 22. Cum Ablatiuo* Virg. Aen. 1, 176 Egreſſi optata potiuntur Troës arena. Lucret. 1 Deficit aegra Ceres nec plebes pane potitur: *i. Nec habet panem.* Amore Ouid. Met. 10, 428. Auro vi potitur Virg. Aen. 3, 55. *Sic* Val. Flacc. 7, 54 Scilicet Aeoliae pecudis poteretur vt auro, *i. aureo vellere.* Auſo potiri Idem Aen. 6, 624. Corpore et armis Virg. Aen. 12, 642. Ouid. Faſt. 3, 552 Et potitur capta Maurus Iarba domo. Gaza omni Macedonum, quae fuit maxima, potitus eſt Paullus Cic. Off. 2, 76. Stat. Theb. 11, 270 Neque te vlterius fratrumque ducumque Peſſime, funeribus patriae lacrimisque potitum. Auſonius in Eclog. de Vita humana, Optima Graiorum ſententia: quippe homini aiunt Non naſci eſſe bonum, natum aut cito morte potiri. *h. e. In mortis venire poteſtatem. Sic enim exponit Alciat. Parerg. 1, 35.* Optatis Val. Flacc. 6, 469. Virg. Aen. 4, 217 Rapto. Victoria Caeſ. Bell. Gall. 3, 24. Ouid. Met. 9, 312 Potiturque puerpera voto. *Abſolute poſuit* Cic. Att. 7, 17 An iis me dem, qui tenent, qui potiuntur. *int.* rerum *ſ.* rei publicae. Potior, *pro Fruor:* Cic. de Senect. 41 Quod ſi iſtis ipſis voluptatibus bona aetas fruitur, libentius primum paruulis fruitur rebus, vt diximus: deinde iis, quibus ſenectus, etiam ſi non abunde potitur, non omnino caret. *Pro eodem poſuit* Fruitur *et* Potitur. Apul. Apol. p. 279, 4 Haſce duas flammas, dum potiar, patiar. *Sic* Lucret. 4, 1070 Potiundi tempore in ipſo, *i. in coitu Venereo.* Lucret. 4, 765 Vsque adeo, certe vt videamur cernere eum, quem Reddita vitaï iam mors, et terra potita'ſt. *i. Quem terra humatum tenet. Lambin.*

POTIO, ire. *Actiue vſus eſt* Plaut. Amph. 1, 1, 23 Qui fuerim liber, eum nunc potiuit pater ſeruitutis. Cic. de Senect. 39 Nullam capitaliorem peſtem quam voluptatem corporis dicebat a natura datam, cuius voluptatis auidae libidines temere et effrenate ad potiundum incitarentur. In potiundo *dedimus ex* Lucret. 4, 1070.

POTIENS, entis. Partic. [ἐπιτυγχάνων] Cic. Tuſc. 3, 41 c. 18 Natura iis potiens.

POTĪTVS, a, um. Adi. Liber equus campoque potitus aperto Virg. Aen. 11, 493. Coniugio ſceptrisque potitus Idem 3, 296. Tota regione potitus loca communiuit Nep. 1, 2, 1.

POTITOR, ōris. m. Plaut. Caſ. 1, 1, 23 Me ſuſpendio quam tu eius potitor fias, ſatius eſt mortuum. *al.* Potior. Val. Max. 3, 2, 20 Annibalem ſpe ſua Capuae potitorem.

POTIS, e. Adi. [οἷος περ, οἷός τε] potior, potiſſimus, *idem fere, quod* Potens, potentior, potentiſſimus. Plaut. Amphit. 2, 1, 79 Qui, malum, intelligere quisquam potis eſt? i. e. Poteſt, *vt ait* Donat. Ter. Heaut. 2, 3, 80 Multis modis iniurius Clitipho eſt, neque ferri potis eſt. Neque ſanguis vllo potis eſt pacto profluens conſiſtere Cic. Tuſc. 2 c. 16. *ex Poëta.* Non potis eſt vis vlla Virg. Aen. 11, 148. Cur non diuitiis Croeſum ſuperare potis ſit Catull. 112 (96) 3. Nulla res neque cicurare, neque mederi potis eſt, neque reficere Varro *ex* Pacuuio de L. L. 6, 5. Nec potis eſt dulces muſarum expromere fetus Catull. 63, 3. Quod nunquam ſine perniciali Diſcidio potis eſt ſeiungi Lucret. 1, 451. Qui iſtud potis eſt fieri Plaut. Amph. 2, 2, 61. *Add.* Lucret. 4, 1235. *et* 5, 718. Ter. Adelph. 4, 1, 5. *et* 4, 4, 16. Potis es, *pro Potes.* Lucret. 3, 555 Siue aliud quiduis potis es coniunctius ei Fingere, *etc.* Idem 2, 849 Cum primis quaerere par eſt,

Quoad licet, ac potis es reperire, inolentis olini

Naturam, *etc.*

Pote: Ter. Adelph. 2, 3, 11 Nil pote ſupra. Idem Phorm. 3, 3, 2 Si hic pote fuiſſet exorari. Hoſpes, non pote minoris Cic. in Bruto c. 46. Idem Att. 13, 58 Hoc quidquam pote impurius? Catull. 77, 16 Hoc facies ſiue id non pote, ſiue pote. *Vid. plura exempla in Sanctii Minerua 4, 17. Caeterum etiam Maſculinum eſt* Pote, *ſi recte editur locus* Varronis *apud* Non. 2, 98 Qui pote plus, vrget; *ac non legendum,* Qui poti' *ſ.* potis. *Sic* Potis ſunt, *Idem ac Poſſunt.* Plaut. Poen. 1, 2, 16 Duae (mulieres) maximo vni Populo plus ſatis dare negotii potis ſunt. Varr. de R. R. 2, 2 *pr.* Videamus quid paſtores a Pergamide Maledoue potis ſunt. ¶ 2 *Compar.* Potior, [κρείττων] *Melior, praeſtantior.* Ter. Phorm. 3, 2, 48 Mea lege vtar, vt potior ſit, qui prior ad dandum eſt. *Lenonis vox.* Cic. de Amicit. 19 Itaque ciues potiores ſunt, quam peregrini: et propinqui, quam alieni. Cic. de Finib. 1, 11 Tamen qui diligenter haec, quae de Philoſophia literis mandamus, legere aſſueuerit, iudicabit nulla ad legendum his eſſe potiora. Cic. Tuſc. 4, 69 c. 32 Patri dicere audet, ſe coniugem habuiſſe Illum, amor quem dederat, qui plus pollet potiorque eſt patre. *ex Poëta.* Aera potiora auro Stat. Silu. 2, 2, 68. Apul. Met. 11 *extr.* p. 272, 36 Deus Deum magnorum potior. Merum potius coenis Pontificum Hor. Carm. 2, 14, 28. Mors ciuibus Romanis ſemper fuit ſeruitute potior Cic. Philipp. 10, 19. Mors honeſta turpi vita potior Tacit. in Vita Agric. 33, 11. Pars potior Quinctil. 1 prooem. Prudentia potior acri dextra Valer. Argon. 4, 622. Matius Cic. Fam. 11, 24 (28) Quare maiorem in modum te rogo, vt rem potiorem oratione ducas: mihique ſi ſentis expedire, recte fieri, credas nullam communionem cum improbis eſſe poſſe. Sententia potior Hor. Epiſt. 1, 18, 17. Haec alternanti potior ſententia viſa eſt Virg. Aen. 4, 287. Nihil potius, *h. e. Nihil exoptatius, carius.* Cic. in Somn. Scip. 1 Quum in Africam veniſſem, *etc.* nihil mihi potius fuit, quam vt Maſiniſſam conuenirem. Ducere potiora, quae ad ſapientiam ſpectarent Cic. de Orat. 3, 79. Potior, *Quem pluris facimus, in amoribus* Hor. Carm. 3, 13, 2

Donec gratus eram tibi,

Nec quisquam potior brachia candidae

Ceruici iuuenis dabat, *etc.*

At tu qui potior nunc es, mea furta caueto Tibull. 1, 6 *extr.* Non ferre aſſiduas potiori te dare noctes Hor. Epod. 15, 13. *In materia tutorum,* Iul. Paullus receptar. ſent. 2, 28 Non recte, *inquit,* potiorem videtur nominare, qui cauſam nominati potioris non expreſſerit. Potior quis eſſe debet, non ſolum gradu generis, ſed et ſubſtantia rei familiaris. Vet. Interpres, Qui potior ad tutelam eligendus eſt, non ſolum pupillo generis affinitate propinquior, ſed et facultatibus debet magis idoneus approbari. ¶ 3 *Superl.* Sall. Iug. 94, 2 *de Mario,* Quae dubia niſu videbantur, potiſſimus tentare. Cura potiſſima Stat. Silu. 4, 4, 20. *et* Sen. de Benef. 6, 16. Plaut. Men. 2, 3, 9 Moeret potiſſimus noſtrae domi vt ſit. Nobilitas potiſſima Plin. 14, 2. Cic. Att. 2, 9 Vt ſciat hic noſter Ieroſolymitarius traductor ad plebem quam bonam meis potiſſimis orationibus gratiam retulerit. *al.* Puriſſimis. Opus potiſſimum, *Praecipuum, exquiſitum* Plin. Epiſt. 4, 34. Quinctil. 10, 3 Deinque vt ſemel quod eſt potiſſimum, dicam.

POTIVS, [μᾶλλον] *potiſſimum, vel potiſſime. Aduerbia.* Plaut. Amphit. 1, 1, 299 Nam ſi me irritaſſis, hodie lumbifragium hinc auferes. S. abeo potius. *h. e. Abire ſatius duco.* Ter. Eun. 2, 3, 94 An potius haec pati aequum eſt fieri, vt a me ludatur dolis? Quin tu aliquid ſaltem potius, quorum indiget vſus, *etc.* Virg. Ecl. 2, 71. Depugna potius, quam ſerulas Cic. Att. 7, 7. Perpeſſus eſt omnia potius Zeno Eleates, quam conſcios delendae tyrannidis indicaret Cic. Tuſc. 2, 52. Vtrum potius, aut quid potiſſimum, ſit, in comparatione quaeritur Cic. de Inuent. 1, 7. Munus potius centum ſignis Hor. Carm. 4, 2, 20. Potiſſimum, [μάλιστα] Ter. Andr. 5, 5, 6 Sed quem ego potiſſimum exoptem nunc mihi, cui haec narrem, dari? Cic. Acad. 4, 17 Nae ille longe aberit, vt argumentis credat philoſophorum: aut ſi eſt crediturus, quorum potiſſimum? Ordienda eſt nobis potiſſimum cauſa a deo Cic. de Legib. 1, 21. Potiſſimum eius dilexit affinitatem Nep. 25, 12, 1. Potiſſime. [μάλιστα] *Idem.* In ipſo impetu febris, potiſſimeque vbi ea ardens eſt Celſ. 3, 6. Cic. de Orat. 2, 6 Non potiſſime confirmo. *Sic apud eundem ſaepius inuenies: tametſi ſint, qui mendum putent eſſe, legendumque dicant* Potiſſimum. Idem pro Muraena c. 2 Is potiſſime honore affecto defenſor daretur, qui, *etc.*

POTITIVS, *vid.* POTICIVS.

POTITO, *vid.* POTO.

POTITVS, i. m. *In* Valeria *Romanorum gente Praenomen et Cognomen. Vid. Spanh. de Vſu etc. Num. diſſ. 10 p. 36.*

POTNIA, ae. f. [Ποτνία] *Vrbs in Boeotia, non longe a Thebis, vbi Glaucus, Siſyphi filius et Meropes, habuit equas, quas conſueuerat humana carne alere, quo cupidius in hoſtem irruerent. Ipſum autem, quum alimenta defeciſſent, deuorauerunt. Item Quadrigae quibus vtebatur,*

POTNIADES, Ποτνιάδες, *dictae ſunt.* Virg. Georg. 3, 268

Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum,

Et mentem Venus ipſa dedit, quo tempore Glauci

Potniades malis membra abſumſere quadrigae.

Ouid. in Ibin 555 Potniadum morſus ſubeas, vt Glaucus, equarum.

PŌTO, potaui, potatum; *vel* potus ſum, potum, potare. [πίνω] *Bibere.* Virg. Ecl. 7, 11 Huc ipſi potum venient per prata iuuenci. Ter. Phorm. 5, 5, 9 Nam apud me potaturus eſt. Acetum acre potare Hor. Serm. 2, 3, 117. Aquam potare galea Tibull. 2, 6, 8. *al.* Portare. Aquam potare Scribon. 6. Flumina limoſa potat Ouid. Met. 1, 634. Lac concretum cum ſanguine potat equino Virg. Georg. 3, 463. Medicamentum poturus eſt Scribon. 122. Merum potare Martial. 1, 12. Totos dies potabatur Cic. Philipp. 2, 67 c. 27. De medio die Hor. Serm. 2, 8, 3. *Metaph.* Arbores vina potare docuimus, *inquit* Plin. 12, 1. *de eo, quod vino quidam eas rigabant.* Lanae potant Plin. 9, 38. Potus ſum, *Praeteritum Perfectum a* Poto. Aul. Gell. 2, 25 *ex* Varronis de L. L. 8 Quumque, *inquit,* a Coeno, et Prandeo, et pranſus ſum, et coenatus ſum, et potus ſum dicamus, *etc. Verum paſſiue* Toxicum potum eſt Scribon. 194. *Nempe* Potor, *Paſſiuum.* Plin. 11, 37 Guttur homini tantum et ſuibus intumeſcit, aquarum quae potantur, plerumque vitio. Dare potatum bobus Columel. 12, 51. Voluptate potandi fruatur aliquis pariter cum aliis; aut ne ſobrius in violentiam vinolentorum incidat, ante diſcedat Cic. Tuſc. 5, 118.

POTANS, antis. Partic. [πίνων] Cic. de Fin. 2, 65 c. 20 M. Regulum beatiorem eſſe quam potantem in roſa Thorium. Petron. c. 34 Potantes et lautitias mirantes. Virg. Georg. 4, 46 Iamque miniſtrantem platanum potantibus vmbras. Vellera potantia ſuccum Aquinatem Hor. Epiſt. 1, 10, 27. *Intelligit de Aquinatibus purpuris, quae ſimiles ſunt Tyriis.*

POTANDVS, a, um. *Aliud* Partic. [ποτέος] Potandas nectare miſcet aquas Ouid. Her. 15, 198. Idem Faſt. 2, 317 Dumque parant epulas potandaque vina miniſtri. Nectar potandum Ouid. Epiſt. 16. Potanda ferens infantibus vbera Iuuen. Sat. 6, 9.

POTATVRVS, a, um. Partic. Ter. Phorm. 5, 5, 9 Apud me potaturus eſt.

POTATVS, a, um. Partic. *Paſſiu.* [ποθεὶς] Potata aqua Plin. 2, 103. Cic. Tuſc. 5, 13 c. 5 Tanquam leuia quaedam vina nihil valent in aqua: ſic Stoicorum iſta magis guſtata quam potata delectant.

POTĀTOR, ōris. m. [φιλοπότης] *Qui potationibus indulget.* Plaut. Men. 2, 1, 34 Voluptarii, atque potatores maximi. Plin. 20, 23 Radix cuiusque ex aqua decocta, potatoribus ſitim facere narratur. *Legitur et* Potoribus. Potator vini Vulg. Matth. 11, 19. *Conf.* Tertull. de Monog. c. 8.

POTATIO, ōnis. f. [πόσις] Plaut. Stich. 1, 3, 58 Quot potationes mulſi, quot autem prandia, *etc.* Idem Bacch. 1, 1, 46 Si apud te veniat de ſubito prandium, aut potatio forte, aut coena. Sen. Epiſt. 12 Deditos vino potatio extrema delectat. Cic. de Diuin. 1, 115 Si modo temperatis eſcis, modicisque potationibus ita eſt affectus, vel ſopito corpore ipſe vigilet. *Correctiora exemplaria legunt* Potionibus.

POTATORIVS, a, um. Adi. Vas potatorium Plin. Valer. 3, 54.

POTATVS, ūs. m. Apul. Met. 7 p. 192 Vinum potatui affatim ſufficiens.

POTVS, a, um. Partic. [πεπωκὼς] *Actiue et Paſſiue accipitur. Actiue.* Ter. Hec. 1, 2, 64 Quid ais? cum virgine vna adoleſcens cubuerit plus potus, ſeſe illa abſtinere vt potuerit? Iuuenis Tibull. 2, 5, 100. Varr. de L. L. 6, 4 *extr.* Apud Plaut. in Paraſito pigro: Inde hic bene potus primo crepuſculo. Potus, *ſine adiecto, idem quod Bene potus, et qui vino incaluit.* Hor. Serm. 1, 4, 88 — Poſt hunc quoque potus, Condita cum verax aperit praecordia Liber. ¶ 2 *Paſſiue.* [πεπωμένος] *Medicorum vox.* Aconitum potum Scribon. 188. Cantharides potae 189. Cicuta pota 179. Cyathi cotidie poti 183. Ephemeron potum 193. Gypſum potum 182. Opium 180. Per ſe (ius) 185. Pharicum 195. Ruta pota 188. *Sed et* Ouid. Faſt. 1, 216 Quo plus ſunt potae, plus ſitiuntur aquae. Cadus potus Hor. Carm. 3, 15, 16. Flumina pota Getis Ouid. ex Pont. 3, 4, 92. Sanguine tauri poto mortuus concidit Themiſtocles Cic. de Clar. Orat. 43 c. 11. Vnda pota Valer. Argon. 6, 67. ¶ 3 Potus *i.* paruus, *vid.* PVTVS.

POTVRVS, a, um. *Aliud* Partic. [πόσων] Terra potura cruores Stat. Theb. 12, 719. Pro Rheno poturus Halyn Claud. in Eutrop. 2, 250. Oues poturae Propert. 4, 4, 6.

POTVS, ûs. m. [τὰ πότιμα] Plin. 10, 72 Serpentes exiguo indigent potu. Potus lactis herbidus Plin. 24, 6. Sanguinis potus Scribon. 169. Immoderatus potus, *vid.* IMMODERATVS. Inexplebilis potu, *vid.* INEXPLEBILIS. Cic. de Diuin. 1, 60 c. 29 Dicit enim quum dormientibus ea pars animi, quae mentis et rationis ſit particeps, ſopita langueat, illa autem, in qua feritas quaedam atque agreſtis immanitas, quum ſit immoderato obſtupefacta potu atque paſtu, exſultare eam in ſomno immoderateque iactari. In medio potu, *vid.* MEDIVS. Potui dare medicamentum Celſ. 2, 13. *Conf. Borrich. Cogit. p. 200.* ¶ 2 Potus hominum, *de vrina* Plin. 17, 9 ſ. 5. *vt* Cibi digeſti.

POTIO, ōnis. f. [πόσις, πόμα, πότης] *Pro Potu et his quae potu ſumuntur.* Cic. de Seneƈt. 36 c. 11 Tantum cibi et potionis adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur. *Sic* de Finib. 1, 37 Quum cibo, potioneque, fames, ſitisque depulſa eſt. Idem Tuſc. 5 Quid, quod ne mente quidem recte vti poſſimus, multo cibo et potione completi? Sumere potionem Scribon. 90. Sumere magnam potionem Celſ. 1, 9. Cic. pro Cluent. 17 Quam nouum, in pane datum venenum? faciliusne potuit, quam in poculo? latentius potuit abditum aliqua in parte panis, quam ſi totum colliquefactum in potione eſſet? *Add.* Ibidem 40 c. 14. Non vſitatae potiones Hor. Epod. 5, 73. *de Poculis venenatis.* *Vid. Torrent. ad* Suet. Calig. c. 50. Cic. Tuſc. 3, 45 c. 19 Collocemus in culcitra plumea, pſaltriam abducamus, hedychrum incendamus, demus ſcutellam dulciculae potionis, aliquid videamus et cibi. Potio medicorum, *Sorbitiuncula eſt, quae aegrotis datur, Graeci Pharmacum vocant* Plaut. Men. 5, 5, 22. Efficaces potiones ad id Celſ. 4, 8. Mortifera potio Quinctil. 7, 4. Accipere potionem Idem 7, 3. Scribon. 171. Adiicere potioni, *vid.* ADIICIO. Bibere potionem Quinctil. 7, 3. Circumfertur potio Varr. de L. L. 4, 26. Dare potionem Quinctil. 7, 3. Dare potiones Scribon. 122. Suſtulit mulierem prima potione medicus Cic. pro Cluent. 40 c. 14. Plaut. Stich. 4, 2, 56 Nam mihi iam intus potione vincea onerabo gulam. *Lepide Laqueum*, Potionem *vocat* vinceam, *ac potionem quidem, quod quum potum guttur ſoleat transmittere ipſi inditum, inditur et induitur ei laqueus, quaſi transmiſſuro:* vinceam *autem a* vinciendo *venuſte deflexit, et ad potionem vineam vel vinaceam interim eleganter alluſit, quod laqueo collum vinciatur. Turnebus.*

POTIVNCVLA, ae. f. Suet. Domit. c. 21 Vt modicam in ampulla potiunculam ſumeret.

POTOR, ōris. m. [πότης] *Idem quod Potator. Titulus eſt apud* Martial. 1, 27 Ad Sextilianum potorem. Plin. 23, 8 Aiunt quinis fere praeſumtis, ebrietatem non ſentire potores. Aquae potores Hor. Epiſt. 1, 20 (19) 3. Acer, *vid.* ACER. Adi. Marcens Hor. Serm. 1, 4, 59. Nobilis Martial. 6, 78.

POTRIX, īcis. f. Phaedr. 4, 4, 25 Seponit potrici plenam antiquis apothecam cadis.

POTORIVS, a, um. Adi. [ποτηκός] *Quod ad potandum pertinet.* Ampulla potoria, *apud* Martial. 14, 110. Plin. 33, 10 Ptolemaeum Varro tradit Pompeio res gerente circa Iudaeam octona millia equitum ſua pecunia toleraviſſe: mille conuiuas totidem aureis potoriis mutantem vaſa cum ferculis ſaginaſſe. Argentum potorium Pompon. in l. In argento D. de aur. et arg. legato. Cantharus Arnob. 6 p. 309. Vas Plin. 37, 2. Vitrea eſcaria et potoria in ſupellectile ſunt, ſicut fictilia Paullus in l. 3 D. de ſupellectile legata.

POTORIVM, i. n. *int.* Vas *aut* inſtrumentum. Plin. 33, 10 ſ. 47 *de Ptolemaeo,* Quem Varro tradit — mille conuiuas totidem aureis potoriis, mutantem vaſa cum ferculis, faginaſſe. *Et* c. 12 ſ. 55 Facit idem (Pytheas) et cocos — paruulis potoriis, ſed e quibus ne exempla quidem liceret exprimere, tam opportuna iniuriae ſubtilitas erat. *Credo* vaſa potoria *fuiſſe, quae referrent virunculos cocorum habitu.*

POTVLENTVS, a, um. Adi. [ποτός] Suet. Oton. c. 2 Fertur et noctibus vagari ſolitus: atque inualidum quemque obuiorum aut potulentum corripere. *Conf.* Apul. Met. 3 p. 131. *Vid.* Poculentus, *in* POCVLVM, *quicum permutari ſolet.*

POTVRA, ae. f. Varr. de L. L. 4, 5 Sic potura a potu, non vt nunc a πόσω. *Vid. Scalig. Coniect. p. 19. Gothofr. in Not. p. 1580.*

POTITO, āre. Frequent. [πίνομαι] Plaut. Aſin. 4, 1, 26 Tecum vna poſtea aeque pocula potitet. *Conf.* Amph. 1, 1, 105. *et* Mil. 2, 2, 23.

POTIONO, āre. Vet. Interpr. Iren. 4, 51 Potionare patrem vino, *vinum praebere ad ebrietatem, de filiabus Lothi.*

POTIONOR, āri. Paſſiuum. [ποτίζω, ἐπιπόσόω] Suet. Calig. c. 50 Creditur potionatus a Caeſonia vxore, amatorio quidem medicamento: ſed quod in furorem verterit. *i. Veneno affectus.*

POTABILIS, e. Adi. Ammian. 18, 9 Fons potabilis. *Conf.* Cael. Aurel. Tard. 1, 4. *Et* Apic. 1, 1. Fons medico potabilis hauſtu Auſon. de Vrbib. 14, 31.

POTACVLVM, i. n. *Potatio.* Tertull. Apol. 39 *de collectis Chriſtianorum,* Non epulis inde, nec potaculis — diſpenſatur. *Et* de Reſurr. Carn. c. 4 Pabula ac potacula.

POTAX, ācis. f. Gloſſ. Gr. Lat. πώτης, bibax, potax.

POTILIS, e. Adi. Cael. Aurel. Tard. 3, 8 Potili hauſtu aërem haurire. Idem 5, 8.

P R A

PRACTICVS. Adi. *vid.* PRAXIS.

PRACTORES, [πράκτορες] in Nouellis Iuſtiniani *ſunt Exactores tributorum.* Suidas, φορολόγος ὁ τοὺς εἰσφορὰς συλλέγων, ὃς πράκτορας καλεῖν ἔθος τοῖς πολλοῖς.

PRAE. [πρό] Praepoſitio, *Ablatiuo Caſui ſeruit, ſignificat Ante.* Liu. 1, 7 Prope Tiberim fluuium, qua prae ſe armentum agens nando traiecerat. Lucret. 4, 287 Prae ſe propellere. *Aliquando abſolute ſine caſu ponitur.* Ter. Andr. 1, 1, 141 I prae, ſequar. Prae, [πρὸς] *Comparationem aliquando inducit.* Cic. Fam. 4, 4 Non tu quidem vacuus moleſtiis, ſed prae nobis beatus. Ter. Adelph. 2, 3, 9 Illius opera Syre nunc viuo; feſtiuum caput, qui omnia ſibi poſtputarit eſſe prae meo commodo. i. e. Mei commodi comparatione, *inquit* Donat. *h. e. Nihil pluris illi eſſe curandum putat, quam meum commodum.* Prae ſe contemnere Ter. Eun. 2, 2, 8. Omnia deſpicere et hominem prae ſe putare neminem Cic. pro Roſc. Amer. 5 c. 46. *Idem fere eſt quod* Propter, Prae multitudine Cic. Att. 2, 21. Prae ira Liu. 31, 24 *extr.* Cic. Att. 9, 14 Non medius fidius prae lacrimis poſſem reliqua nec cogitare nec ſcribere. *Add.* pro Mil. *extr.* Prae moerore loqui non poſſe Cic. pro Planc. c. 41. *In his* prae *impedimentum, et aliquid obſtans indicat, vt ſi quis maior ſtatura mihi officiat, et vel me tegat, vel proſpectum meum impediat. Sic* Ter. Eun. 1, 2, 18 Credo, vt fit, miſera prae amore excluſit hunc foras, *i. amor obſtitit, quo minus admitteret:* excludere *enim eſt non pati ingredi.* Ter. Heaut. 2, 2, 67 Prae gaudio — vbi ſim neſcio. ¶ 2 Prae ſe ferre, *eſt Dicto, factoue, et ipſa ſtatim fronte, qualem opinionem de aliqua re aut homine habeas, confiteri.* Quinctil. 5, 13 Fiduciam igitur prae ſe ferat orator, ſemperque ita dicat, tanquam de cauſa optime ſentiat. *Nempe quod quis prae ſe fert, illud videri vult.* Cic. pro Rabir. perd. 17 Quamobrem fateor, atque etiam Tite Labiene profiteor, et prae me fero, te ex illa crudeli, importuna, non Tribunicia actione, ſed regia, meo conſilio, virtute, auctoritate, eſſe depulſum. Prae me tuli, me nihil malle quam pacem Cic. ſub Att. 11, 8. Prae ſe gerere, *idem quod Prae ſe ferre.* Cic. de Inuent. 2, 7 Nam affectionis quidem ratio perſpicuam ſolet prae ſe gerere coniecturam: vt amor, iracundia, moleſtia. *Ibid.* Prae ſe gerit quandam vtilitatem, quo magis expetatur. ¶ 3 *Comparationem etiam notat in iſtis:* Plaut. Stich. 2, 2, 38 Immo res omnes relictas habeo prae quod tu velis. Idem Amph. 2, 2 *pr.* Parva res eſt voluptatum in vita, atque in aetate agunda prae quam quod moleſtum eſt. *Add.* Id. Aul. 3, 5, 33. *et ſaepius.* Gell. 16, 1. Plaut. Mil. 1, 1, 20 Nihil hercle hoc quidem prae vt alia dicam. Idem Amph. 1, 1, 218 Parum etiam praeut futurum eſt praedicas. Plaut. Men. 5, 5, 33 Immo modeſtior eſt de verbis, praeut dudum fuit. *Conf.* Idem Bacch. 4, 9, 5. Ter. Eun. 2, 3, 8 Hic ſi acceperit, ludum iocumque dices fuiſſe illum alterum, praeut huius rabies quae dabit.

PRAEACVTVS, a, um. Adi. [πολυοξύς] *Anteriore ſui parte acutus, contrarium* praepilatus. Caeſ. Bell. Gall. 2, 29 Tum magni ponderis ſaxa, et praeacutas trabes in muro collocarant. Aſperitas Plin. 11, 26. Bipennis Idem 8, 8. Cuſpis Ouid. Met. 7, 131. Scopulus Plin. 9, 10. Tigna ab imo praeacuta Caeſ. B. G. 4, 17.

PRAEACVTE. Adu. Apul. Apol. p. 296 Praeacute repetiſſe videbamini.

PRAEALTVS, a, um. Adi. [λίαν ὑψηλός] *Valde altus.* Liu. 10, 2 Oſtium fluminis praealti, quo circumagi naues in ſtationem tutam poſſint. Alueus Liu. 5, 37 *extr.* Arbor Curt. 6, 4, 3. Mare Idem 4, 2, 9. Puteus praealtiſſimus Apul. Met. 8 p. 211. Rupes praealta Liu. 40, 58.

PRAEALTE. Adu. Veget. de Re Mil. 4, 21 Trabes in terram praealte defigitur.

PRAEAMBVLO, āre. Tanti comitatus praeambulare viſuntur Mart. Capella 9 p. 306.

PRAEAMBVLVS, a, um. Adi. Praeambulus gratiae Baptiſta Sariſber. 3, 11. Dux Idem 2, 27. Diuis praeambulis Mart. Capell. 9 p. 335. Mater praeambula Idem 2 p. 46.

PRAEACCIDENS, entis. Praeaccidentia Theod. Priſcian. 2, 32.

PRAEAVDITVS, a, um. Adi. *Ante auditus.* Vlpian. in l. Solet, in princ. D. de offic. Proconſ. Solet etiam cuſtodiarum cognitionem mandare legatis: ſcilicet vt praeauditas cuſtodias ad ſe remittant.

PRAEBEO, ui, ītum, ēre. [παρέχω, χορηγέω, πορίζω] *ex* Prae *et* Habeo *compoſitum, quaſi* praehibeo; *ſignificat Dare, exhibere. Burm. ad* Quinctil. 1, 1 p. 17 A Graeco ſermone puerum incipere malo: quia Latinus, qui pluribus in vſu eſt, vel nobis nolentibus ſe praebet. Cic. Verr. 4, 9 Neminem qui cum poteſtate, et legatione in prouinciam eſſet profectus, tam amentem fore putauerunt, vt emeret argentum (dabatur enim de publico) vt veſtem (praebebatur enim legibus): mancipium putauerunt. Cic. pro Roſc. Amer. 11 Te quoque magnopere M. Fanni quaeſo: vt qualem te iam antea Populo Rom. praebuiſti, quum huic quaeſtioni iudex praeeſſes, talem te et nobis et Pop. Romano hoc tempore impertias. Praebere de manu cibos, *Manu ipſa cibum in os ingerere* Columel. 9, 1. Acceſſum praebere Liu. 30, 10. Alimenta furori Ouid. Met. 3, 479. Animum ad perniciem alicuius moderatum, et ad rerum euentum leniſſimum praebere Cic. Q. Frat. 3, 3. Appetitum rationi obedientem praebeamus Cic. Offic. 1, 132. Hor. Serm. 1, 4, 88 Praeter eum, qui praebet Aquam. *Grammatici hunc locum vix concoquere poſſunt, mirumque eis videtur, conuiuatorem aquae praebitorem appellari. Primus Dionyſius Lambinus vidit conuiuatorem ſolitum balneum praebere conuiuis: quam interpretationem nemo iure reprehendat. Turnebus aliter, cuius haec ſunt verba. Quid, ſi dicat hominem tam eſſe procacem et petulantem in iocando, vt nec conuiuis, nec miniſtris abſtineat vllis, quin eos perſtringat, praeter eum, qui ipſi pocula miſcet, miniſtratque aquam? ait enim* Martial. 1, 12 Iam defeciſſet portantes calda miniſtros, Si non potares Tongiliane merum. *Sed omnino praeſtiterit locum per allegoriam interpretari, inflexione verborum et inuerſione ducta a luſu, quo aliquo in ſitula aut vrceo nobis aquam miniſtrante, alios ea aſpergimus, aut perfundimus per laſciuiam, quod quum facimus, eo qui aquam nobis praebet, interim abſtinemus. Aquae igitur praebitori ſimilem eſſe voluit Flaccus conuiuatorem. Huic inuerſioni,* aſpergere *et* aqua, *fauere videntur. Haec ille.* Aurem, *Auſcultare, obtemperare* Plin. Epiſt. 2, 14. Aures ambagibus Ouid. Met. 3, 692. Aures conuiciis Liu. 38, 52. Aures non obtuſas criminatione, ſed vacuas praebere Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 13. Auxilium Plin. 21, 32. Praebet tibi vellere Barbam Perſ. 2, 28. *i. vellendam.* Ouid. Epiſt. 7, 126 Praebueram ſceleri Brachia noſtra tuo, *nempe liganda.* Caput denudandum tonſori Petron. c. 103. Caſum pugnae Tacit. Ann. 12, 28. Liu. 30, 4 Quae peropportune cupienti tollere inducias, Scipioni Cauſam praebuere. Cauſam necis Ouid. Epiſt. 2, 148. Ceruicem Petron. c. 97. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 21 Crimen diluere non licere ore oppreſſo Ceruices eſſe praebendas. Cibum alicui Lucret. 3, 1004. Collum cultris Iuuen. Sat. 10, 269. Copiam verborum populo cum multa concurſatione, magnoque clamore praebebat Cic. de Clar. Orat. 242 c. 69. Corpora praebemus plagis, vt ſaepe ſagittis Ouid. de Nuce 171. Corpus Reguli crudelitati Poenorum praebitum eſt Cic. de Nat. Deor. 3, 80. Crura praebemus ſagittis Perſ. 4, 42. Curam praebere, *pro Solicitum habere, vel ſolicitudinem afferre* Liu. 43, 14. Domum alicui Hor. Carm. 3, 19, 7. Errorem Liu. 4 *extr.* Exempla nequitiae lubricae aetati Cic. Verr. 5 c. 52. Ciceroni in omnibus periculis ſingularem Fidem praebuit Nep.

Nep. 25, 4, 4. Fidem mendacio Petron. c. 117. Plin. 35, 10 Alexander ei Honorem clariſſimo praebuit exemplo. Imaginem antiquitatis Senatui praebebat Tacit. Ann. 3, 60. Indignationem Liu. 26, 37 *extr.* Infamiam Vlpian. in l. Item apud Labeonem §. Aliud eſt D. de iniur. et famoſ. libell. Iter Columel. 3, 16. Cic. Off. 1, 41 Eſt infima conditio et fortuna ſeruorum: quibus non male praecipiunt, qui ita iubent, vti vt mercenariis, operam exigendam, Iuſta praebenda. Iusiurandum alteri Plin. in Paneg. c. 64. Latebras praebet creta ſerpentibus Virg. Georg. 2, 216. Locum peccandi Columel. 11, 1. *i. facultatem, occaſionem.* Ludos Ter. Eun. 5, 7, 9. Lumen praebet feneſtra Varro de R. R. 3, 9. Ouid. Epiſt. 18, 59 Luna mihi tremulum Lumen praebebat eunti. Manus verberibus Ouid. de Arte Am. 1, 16. Liu. 3, 46 *pr.* Quum Appius non Virgilium defendi ab Icilio, ſed inquietum hominem, et Tribunatum etiam nunc ſpirantem, locum ſeditionis quaerere diceret: non praebiturum ſe ilii eo die Materiam. Materiam praebere ſuo damno Ouid. Met. 2, 213. Materiam igni Liu. 21, . . Idem 25, 19 Vtrique parti parem Metum praebuit, ne hoſtes noui aduentarent. Metus Ouid. de Arte Am. 1, 754. Miraculum Plin. 28, 3. Modum praebente rudem tibicine Tuſco, Ludius aequatam ter pede pulſat humum Ouid. Art. Am. 1, 112. Munimenta Caeſ. Bell. Gall. 2, 17. Nomen Tacit. Ann. 13, 13. Notitiam Lucret. 5, 125. Nudus poſitis tibi praebeor armis Ouid. Amor. 2, 9, 35. Operam praebere, *Iuuare* Plaut. Mil. 2, 6, 108. Operam Reip. Liu. 5, 4. Plaut. Poen. 5, 4, 52 Vt modeſte Orationem praebuit. Ter. Adel. 2, 2, 7 Quid potui melius *(morem gerere adoleſcenti)* qui hodie vſque Os praebui? *ad ferendum. Metaph. de his, qui nimis patienter ferunt Verborum aut irriſionis contumeliam.* Cic. Verr. 3, 41 Qui teſtes interrogari priore actione nolueris, et iis tacitum Os tuum praebere malueris, quamuis et te et patronos tuos ingenioſos eſſe dicito. *Sic de repulſa candidati,* Os praebere ad contumeliam Liu. 4, 35 *extr.* Cic. Att. 1, 15 Quam dignus qui Palicano, ſicut facit, Os ad male audiendum cotidie praebeat. Pabnla Lucret. 2, 597. Pectora praebent ferro Stat. Theb. 9, 674. Perfugium et ſolatium aduerſis rebus praebent ſtudia Cic. pro Arch. 16. Pigneranda poenae praebere bona Liu. 29, 36 *extr.* Iuuen. Sat. 6, 383 Frontemque manumque Praebebit vati crebrum Poppyſma roganti. *Vid.* POPPYSMA. Cic. Att. 3, 1 Quod anteceſſerat Statius, vt Prandium nobis praeberet. *al.* Videret. Quam ſe praebuerant ferro patienter et igni *de capillis* Ouid. Amor. 1, 14, 25. Praebere Se *eſt Se oſtendere.* Cic. Acad. 1, 24 c. 6 De natura autem ita dicebant, vt eam diuiderent in res duas, vt altera eſſet efficiens, altera autem quaſi huic Se praebens, ea, quae efficeretur aliquid. Cic. Fam. 2, 1 Sin me id facere noles, te mihi aequum praebere debebis. Idem Tuſc. 2, 65 Atque in primis meditemur illud, vt haec patientia dolorum, quam ſaepe iam intentione dixi eſſe firmandam, in omni genere Se aequabilem praebeat. Se attentum auditorem Cic. de Nat. Deor. 3, 1. Se auctorem alicui rei Tacit. Hiſt. 3, 12. *i. Ducem.* Cic. Att. 15, 16 Vel verba dari mihi facile patior in hoc, meque libenter praebeo credulum. Se dignum ſuis maioribus Cic. Fam. 2, 18. Se docilem Idem Tuſc. 2, 15 c. 6. Idem Att. 14, 13 Quod Si duriorem te miſerae et afflictae fortunae praebes, non contendam ego aduerſus te. Se dictis praebere, *i. Attentum eſſe iis, quae dicuntur* Lucret. 2, 65. In eo magiſtratu pari Diligentia Se praebuit Nep. 23, 7, 5. Se nimium exorabilem Cic. Q. Frat. 1, 2. Se facilem praebere *dicitur* res aliqua Plin. 13, 4. Cic. Att. 14, 13 Ego autem Antonio facillimum me praebui. Se facilem praebere in hominibus audiendis, admittendisque Cic. Q. Fratr. 1, 1. Se hominem ſtrenuum Ter. Phorm. 3, 1, 12. Se gratum de bene meritis Cic. pro Planc. 91. Idem Off. 1, 114 Suum quisque noſcat ingenium, acremque Se et bonorum et vitiorum ſuorum iudicem praebeat. Se leniſſimum Caeſar Oppio Att. 9, 8. Se legibus Sen. Epiſt. 70 p. 255. Se miniſtros praebent oratoribus infimi homines apud Graecos mercedula adducti Cic. de Orat. 1, 198. Se miſericordem in re, in teſtimonio religioſum praebere Idem pro Caecin. 26. Se moderatum in aliqua re Cic. Verr. 5, 27. Se obſequentem Sen. Hippol. ſ. 132. Se patientem et impigrum Cic. Verr. 5, 27. Se placabilem alicui Idem Att. 14, 13. *Et* Verr. 2, 70 Atqui eo etiam magis, quod iſte quoquo modo Se in quaeſtione praebebat, tamen in conſilio habebat homines honeſtos e conuentu Syracuſano. Se ſpectatores otioſos alicuius calamitatis Cic. Off. 2, 26. Idem Att. 8, 4 Superbum ſe praebuit in fortuna, quam putauit noſtram fore. Se vegetum acremque ad aliquid agendum praebere Cic. de Diuin. 1, 61. Idem Fam. 5, 18 Pro amore noſtro rogo atque oro, te colligas, virumque praebeas. Pari Se virtute poſtea praebuit Nep. 14, 2 *pr.* *Illud* ſe *interdum omittitur, vt* Plin. Epiſt. 9, 33, 6 Tangunt etiam pertrectantque praebentem *Delphinum. Etiam in Venereis* Ouid. Art. 2, 586 Odi, quae praebet, quia ſit praebere neceſſe. Somnum ſilentia praebent Ouid. Faſt. 5, 429. Sonitum Liu. 7, 36 *pr.* Plin. 24, 15 Naſcitur in petroſis, orbiculato florum ambitu, Speciem lecti pedum praebens. Speciem exſtinctae animae Plin. 20, 9. Speciem terroris Liu. 24, 30. Speciem triumpho Idem 34, 52 *extr.* Spectaculum laetum Liu. 30, 12 *pr.* Spem Idem 24, 24 *pr.* Spiritum vitalem et ſalutarem praebet animantibus aër temperatus Cic. de Nat. Deor. 2, 117. Idem Q. Frat. 2, 5 Ad VIII Idus Aprilis Sponſalia Craſſipedi praebui. *i. Celebraui conuiuium ſponſaliorum.* Sumtus praebetur mihi ex re auita Hor. Serm. 1, 6, 80. Suſpendia praebuit illa arbor miſero collo Ouid. Amor. 1, 12, 17. Suſpicionem Tacit. Hiſt. 1, 28. Tempora mollia praebuerunt mihi Ouid. Triſt. 4, 8, 32. Terga Tacit. Ann. 14, 37. Terrorem Liu. 3, 8. *Add.* Id. 26, 5. Cic. Verr. 1, 82 Quum in oppidis et ciuitatibus amicorum non legatum Populi Rom. ſed Tyrannum libidinoſum, crudelemque praebueris. *i. Geſſeris te, non tanquam legatus, ſed potius vt ſolent ſe gerere tyranni libidinoſi.* Idem Fam. 7, 16 Deinde quod in Britannia non minus φιλοθέωρον te praebuiſti. Ouid. Met. 11, 515 Rima patet, praebetque Viam letalibus vndis. Vicem Plin. 16, 36. Vim Idem 13, 12. Vires fluuio hiems praebebat Lucan. 1, 217. Vſum Plin. 13, 22.

PRAEBENS, entis. Partic. *Vt,* Praebens Phoebo terga Ouid. Met. 4, 715. *Add.* ibid. 12, 101. Iuſtin. 1, 4, 10 Femina paruulo vbera praebens. *Vid. plura ſupra.*

PRAEBĬTVS, a, um. Partic. [ἐκποριϑεὶς] Columel. 1, 8 Tantoque curioſior inquiſitio patrisfamilias debet eſſe pro tali genere ſeruorum, ne aut in veſtiariis, aut in caeteris praebitis iniurioſe tractentur. Frumentum et alia affatim praebita Salluſt. Iugurth. c. 54. Praerepta non praebita ſcriptoribus facultas videtur Hirt. B. G. 8 praef. Praecordia praebita Ouid. Met. 3, 746. Praebiti in acie Vitellianis cibi Tacit. Hiſt. 3, 32, 4. *Abſolute* Praebita *vocat* Suet. Tiber. c. 50 Sed et peculio conceſſo a patre praebitisque annuis priuauit. *Similiter vſus* Columella *ſupra.*

PRAEBENDA, ōrum. n. [πορισ‌ϑα] Gell. 15, 4 Comparandis mulis, et vehiculis magiſtratibus, qui ſortiti prouincias forent, praebenda publice conduxiſſe. *Vbi interpres,* Praebenda publice conduxiſſe: *i. Ea, quae a parochis praebenda erant. de quibus* Hor. Serm. 1, 5, 46 Praebuit et parochi quae debent, ligna ſalemque.

PRAEBĬTOR, ōris. m. [ποριστὴς] Cic. Off. 2, 53 c. 15 An tu id agis, vt Macedones non te regem ſuum, ſed miniſtrum et praebitorem putent?

PRAEBITIO, ōnis. f. Vlpian. D. de offic. praefect. vrb. l. omnia §. Cura carnis, Cura carnis omnis, vt iuſto pretio praebeatur, ad curam praefecturae pertinet. Ideo et forum ſuarium ſub ipſius cura eſt: ſed et caeterorum, ſiue pecorum, ſiue armentorum, quod ad huiusmodi praebitionem ſpectat, ad ipſius curam pertinent. Varro *apud* Non. 2, 647 Quod ea die mea erat praebitio. Grauari copiarum praebitione Iuſtin. 38, 10, 8. Olei frumentique praebitiones, quibus angebantur Aurel. Vict. de Caeſ. c. 41.

PRAEBIVM, i. n. Praebia, *Remedia.* Feſtus, Ea vero praecipue praebia appellarunt, quae amuleti vim habebant, cuiusmodi erant lora, quae de puerorum collo ſuſpendebantur. Varr. de L. L. 6, 6 p. 82, 33 Naeuius in Stigmatia: Praebia a praebendo vt ſit tutum, quod ſint remedia in collo pueris. *Sed Scaliger ad h. l. ſcribendum ait* Proebia a prohibendo, *et* Feſti *locum ita proponit,* Proebia Verrius vocari ait ea remedia, quae Cata Caecilia vxor Tarquinii Priſci inveniſſe exiſtimatur, et immiſcuiſſe zonae ſuae, qua praecincta eius ſtatua eſt in aede Sangi, qui Dius Fidius vocatur: ex qua Zona periclitantes ramenta ſumunt. Ea vocari ait Proebia, quod mala prohibeant. *Comparat deinde Scaliger anulos phyſicos Graecorum. Coniicit quoque legendum* Proebra *vt ab* inhibendo *eſt* Inebra.

PRAEBIA, ae. f. φυλακτήριον, ſeruatorium, amolimentum, amuletum, praebia Gloſſ. Cyr.

PRAEBĬBO, ĕre. Offer paraſito meo, ſimul, quod ei praebiberim, commoneto Apul. 10 p. 246. *Vtitur et* Scribon. 135.

PRAEBĬTO, ĕre. [ἀναιρεῖν] *Pro Perimere, vſurpauit* Plaut. Pſeud. 3, 1, 10 Interminatus eſt a minimo ad maximum, ſi quis non hodie munus miſiſſet ſibi, eum cras cruciatu maximo ſe praebitere. Plautus *pro Praeterire, in* Poen. 5, 3, 44 Quid ſi eamus illis obuiam? P. at ne inter vias praebitamus metuo. *Sed Gron.* Praeterbitamus.

PRAEBLANDVS, a, um. Adi. Strab. Gall. Hort. praef. Tenuesque fouet praeblanda viciſſim Luna comas.

PRAECALĬDVS, a, um. Adi. Tacit. Ann. 13, 16, 3 Praecalida potio. Prudent. contra Symmach. 2, 320. *et* in Symmach. praef. 1, 47.

PRAECALEFACTVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Acut. 1, 17. Scrib. Larg. Compoſ. 156 *et* 238. Marc. Emp. c. 25. Praecalfactus, a: *eſt apud* Scribon.

PRAECALVVS, a, um. Adi. [προφάλακρος] *Caluus in anteriore capitis parte.* Suet. de Galba c. 21 Statura fuit iuſta, capite praecaluo.

PRAECĀNO, ĕre. Tertull. adu. Marc. 4, 40. *et* adu. Iud. c. 10.

PRAECANTO, āre. Lucil. *apud* Non. 2, 260.

PRAECANTATVS, a, um. Part. Praecantati lapilli Petron. c. 134.

PRAECANTĀTOR, ōris. m. *Qui ſuis incantamentis mala ab hominibus amoliri poſſe creditur. Vid. Gronou. Obſeru. p. 94.*

PRAECANTATIO, ōnis. f. [προεπῳδὴ] *a* Praecantando. Quinctil. Decl. 14 Diris vtique carminibus, et feralium praecantationum terrore permiſtum. Herba praecantationibus legitimis conſecrata Solin. c. de Africa.

PRAECANTATRIX, *ſ.* PRAECANTRIX, īcis. f. [προεπῳδὸς] Varro de Liberis educandis, Vt faciunt pleraeque, vt adhibeant praecantrices, nec medico oſtendunt Non. 8, 92. Plaut. in Milit. 3, 1, 99 Praecantrici, collectrici, ariolae, atque haruſpicae. *al.* praecantatrici. *Nempe ſic dicitur, quae cantionibus vtitur, id eſt carminibus et incantamentis, quibus plurimum ſuperſtitioſi veteres tribuebant. Turneb.*

PRAECĀNVS, a, um. Adi. [προπολιὸς] *Qui ante annos iuſtos canus eſſe incipit.* Hor. Epiſt. 1, 20, 24 Corporis exigui, praecanum, ſolibus aptum.

PRAECĀRVS, a, um. Adi. *Nimis, ſiue multum carus.* Ter. Phorm. 3, 3, 25 Quantum opus eſt tibi argenti? eloquere. P. ſolae triginta minae. G. triginta? hui, praecara eſt. P. iſtaec vero vilis eſt. *Quaedam exemplaria* Percara *legunt.*

PRAECĂVEO, cāui, cautum, ēre. [προφυλάττομαι] *Ante cavere.* Ter. Andr. 3, 5, 18 Namque hocce tempus praecauere mihi me, haud te vlciſci ſinit. Praecauere ab inſidiis Liu. 9, 17. Cic. pro Roſc. Amer. 116 Atqui ea ſunt animaduertenda peccata maxime, quae difficillime praecauentur. Idem Att. 2, 1 Quod a me ita praecautum atque ita prouiſum eſt, non vt ego de optima illa mea ratione decederem. Aſtutia intelligendi ad praecauendum quibus abeſt, ſibi iniecto terrore mortis, horreſcunt Cic. de Fin. 5, 31. *Ex* Pacuuio.

PRAECĂVENS, entis. Partic. [προφυλάττων] Cic. pro Planc. 53 c. 22 Qui te incautum fortaſſe nunc tuo loco dimouere potuerunt, prouidentem ante et praecauentem nunquam certe mouebunt.

PRAECAVTVS, a, um. Partic. [προφυλαχθεὶς] Cic. Verr. 4, 90 c. 42 Veruntamen ita res mihi tota prouiſa atque praecauta eſt, vti ſi maxime eſſet inuentus, qui, *etc.* Diſceſſu praecauto Iuuenc. 1, 259. Praecauto opus eſt Plaut. Merc. 2, 2, 62. Peritia praecauta medicorum P. Chryſolog. Serm. 156 *pr.*

PRAECAVTOR, ōris. m. [προφυλακτὴς] Plaut. Pſeud. 2, 2, 12 Nam ego praecautor, et patronus foribus proceſſi foras. *ſed melius leg.* precator.

PRAECAVTIO, ōnis. f. Paſſionis auertendae praecautio Cael. Aurel. Acut. 1, 15 n. 131.

PRAECATECHIZATVS, a, um. Adi. Praecatechizatus a prophetis Vet. Interpr. Iren. 4.

PRAECĒDO, ſſi, ſſum, ĕre. [προάγω, προβαίνω, προέρχομαι] *Antecedere.* Plin. 11, 37 Nulla praecedente iniuria. *Praeteritum.* Varr. de Ling. Lat. 5, 5 Vt enim ceſſit atque receſſit, ſic ſucceſſit, et deceſſit, et conceſſit, et praeceſſit. Agmen praecedere Virg. Aen. 9, 48. *Per translationem, pro Praecellere.* Plaut. Aſin. 3, 3, 39 Vt veſtrae fortunae meis praecedunt Litane longe, *etc.* Praecedere auctoritate, ſapore, ſuauitate, et ſimilibus Plin. 29, 1. Idem 4, 6 Vinum aliud alterum germanitate praecedit. Columel. 3, 2 Tam venerabile

nerabile erat praecedere quatuor Annis Iuuenal. 13, 58. Armorum decus praecedere actis forenſibus Lucan. ad Piſon. 34. Caeteras (arteriacas) praecedere Scribon. 75. *i. ſuperare.* Famae priſcae titulos praecedere Stat. Silu. 2, 2, 146. Praecedere in re aliqua Plin. 18, 3. Longe praecedere, *vid.* LONGVS.

PRAECEDENS, entis. Partic. [προερχόμενος] Inſtare praecedentibus Hor. Epiſt. 1, 2, 71.

PRAECESSOR, ōris. m. Tertull. adu. Prax. c. 1. Hieron. adu. Rufin. 3, 6. Rufin. *apud* Hieron. Ep. 63.

PRAECĔLER, celĕris, *et* celĕre. Adi. [πολυταχὺς] *Valde celer.* Plin. 9, 46 ſ. 70 Vt prope carinam ventum eſt, niſi praeceleri vi repente rapiant, abſumi ſpectant. Viri praeceleres Stat. Theb. 6, 550.

PRAECELĔRO, āre. [προτρέχω] *Praecurrere.* Stat. Theb. 4, 799 Pars arcta plebe ſequuntur, Praecelerantque ducem, medium ſubit illa per agmen. *Neutraliter.* Idem Theb. 2, 497 Fert via per dumos propior; qua calle latenti Praecelerant.

PRAECELLEO, ēre. *Antique.* Plaut. Pſeud. 2, 3, 14 Vt quisque fortuna vtitur, ita praecellet. *Vſitatius eſt*

PRAECELLO, cellui, celſum, ĕre. [προέχω, διαφέρω] *Praecedere et ſuperare.* Plin. 12, 3 Malus Aſſyria odore praecellit foliorum. Mobilitate praecellere Lucret. 2, 160. Claritudine generis Tacit. Ann. 16, 7, 2. Robore mentis Sil. 3, 603. Silanus per inſignem nobilitatem et eloquentiam praecellebat Tac. Ann. 3, 24, 6. Praecellere alicui, *pro Imperare, et dominari* Idem Ann. 12, 15.

PRAECELLENS, entis. Adi. [προεχὴς] Iuuenis praecellens robore mentis Sil. 3, 603. *Compar.* Plin. 12, 6 *pr.* Maior alia pomo et ſuauitate praecellentior, quo ſapientes Indorum viuunt. *Superl.* Omnibus rebus praecellentiſſimus vir Cic. Verr. 6, (4) 97 c. 44.

PRAECELLENTIA, ae. f. Tertull. Apol. c. 23.

PRAECELSVS, a, um. Adi. [ὑπερυψηλὸς] *Valde excelſus.* Cic. Verr. 4, 107 c. 48 Enna autem vbi ea, quae dico geſta eſſe memorantur, eſt loco praecelſo atque edito. Moles praecelſae Stat. Silu. 1, 5, 27. Rupes Virg. Aen. 3, 245. Fortuna Stat. Silu. 3, 3, 85. *Compar.* Saluian. 6 p. 226 Omnes ferme praecelſiores viros calamitatibus ſuis factos eſſe peiores.

PRAECENTIO, PRAECENTOR, *vid.* PRAECINO.

PRAECEPS, cĭpĭtis. Adi. [πρηνὴς, ἀπότομος, κρημνώδης, παράκρημνος, ἀπορρώξ] *a* Prae *et* Caput *componitur; ſignificatque proprie motum animalis, vbi caput periculo primum offertur, praeſertim in lapſu.* Martialis *de vrſo* 1, 11 Praeceps ſanguinea dum ſe rotat vrſus arena. Virg. Aen. 3, 598 Mox ſeſe ad litora praeceps Cum fletu precibusque tulit. h. e. Sine reſpectu ſalutis, *inquit* Seruius. *Hinc de nimia celeritate etiam animi.* Praeceps in auaritiam et crudelitatem animus Liu. 26, 38. *h. e. Promtus et procliuis.* Praeceps ingenio in iram Idem 23, 7. Cic. pro Milon. 86 c. 31 Albanorum obrutae arae ſacrorum Populi Rom. ſociae et aequales: quas ille praeceps Amentia, caeſis proſtratisque ſanctiſſimis lucis, ſubſtructionum inſanis molibus oppreſſerat, *etc.* Conſiliis omnibus praeceps et deuius homo Cic. Philipp. 5, 37 c. 13. Praeceps animi Virg. Aen. 9, 685. Idem ibid. 2, 516 Praecipites atra ceu tempeſtate columbae. Ter. Andr. 1, 3, 92 Quo iure, quaque iniuria, praecipitem me in piſtrinum dabit. In praeceps rapere, *pro Deorſum* Virg. Georg. 1, 203. Cic. de Aruſp. Reſp. 51 c. 24 An ille demens, et iam pridem ad poenam, exitiumque praeceps, foedior atque inquinatior in Cn. Pompeio accuſando, quam in vniuerſo Senatu vituperando fuit? In omnia praeceps Lucan. 2, 656. ¶ 2 Locus *etiam* praeceps *dicitur, vnde lapſus in caput facilis ac periculoſus eſt. v. g.* Virg. Aen. 2, 460 Turrim in praecipiti ſtantem. *Hinc Metaph.* Praeceps *velut ſubſtantiue ponitur pro periculo.* Ex praecipiti leuari, *E magno periculo* Hor. Serm. 2, 3, 293. Petere aliquid ex praecipiti Ouid. Met. 13, 378 *ſummo cum periculo.* In praecipiti eſt aegrotus: *i. In ſummo diſcrimine* Celſ. 2, 6. In praeceps peruenire Paterc. 2, 3, 4. Omne in praecipiti vitium ſtetit Iuuen. Sat. 1, 147. Numeroſa parabat Excelſae turris tabulata, vnde altior eſſet Caſus, et impulſae praeceps immane ruinae Iuuenal. 10, 105. *Apud* Stat. Silu. 1, 4, 51 Praeceps iuuenile, *praecipitantia.* ¶ 3 *Iam ordine elementari Subſtantiua ponemus, e quibus ipſis, quam varie ſignificet nomen hoc, poterit intelligi.* Aeſtas Sall. *ap.* Seru. *ad* Virg. Georg. 1, 43. *i. fini proxima, vt* Annus, Dies, Hiems, Nox, Senecta, Ver. Alea praeceps Hor. Epiſt. 1, 18, 21. *i. periculoſa.* Amentia Stat. Theb. 12, 765. Annus Senec. Herc. fur. ſ. 3 *exiens.* Audacia Claud. in Ruff. 1, 34. Celeritate quadam dicendi praecipiti volubilis homo Cic. pro Flacc. 48. Certamen Virg. Georg. 3, 103. Currus Idem ibid. 3, 358. Curſus Lucan. 3, 391. Dies Liu. 4, 9 *extr.* Diei praeceps in noctem tempus cauſatus eſt Curtius 4 *extr.* Foſſae praecipites, *In quas quis poteſt praecipitari, Profundae* Virg. Aen. 11, 888. Foſſae praecipites nondum cingebant oppida Ouid. Met. 1, 97. Fragor Oceani Valer. Argon. 3, 404 *ex lapſu profundo.* Cic. pro Domo 91 Nullo labore, tuo praecipiti Furori atque impio ſceleri reſtitiſſem. Gloria Stat. Theb. 10, 834 *cum periculo alta petens.* Gradu praecipiti ſecreta mentis exſerere Sen. Herc. Oet. ſ. 4. Hiems Sall. *apud* Seru. *ad* Virg. Georg. 1, 43 *vt* Aeſtas *etc.* Ira Senec. Hippol. ſ. 4. Ouid. Triſt. 4, 3, 74 Ardua per praeceps gloria vadit Iter. Letum Senec. Hippol. 2. Locus Celſ. 3, 23. Locus decliuis et praeceps Caeſ. Bell. Gall. 4, 33. Cic. Acad. 4, 68 Vt tamen in praecipitem Locum non debeat ſe ſapiens committere. Locos praecipites vitare Lucret. 4, 512. Murus praeceps in ſalum pedeſtre interceperat iter Curt. 4, 2, 9. Nimbus Valer. Argon. 1, 83 *impetuoſus.* Nox fuit praeceps Ouid. Met. 9, 485. Palmites praecipites Columel. 5, 6, 33 qui de hornotinis virgis enati, in duro alligantur, *vid. mox* Praecipitare palmitem. Periculum Celſ. 2, 11. Procellae Stat. Theb. 5, 419. Profectio praeceps et ſubitus diſceſſus Cic. Att. 9, 12. Saxum Ouid. in Ibin 495. Senectus praeceps, *i. Decrepita:* Pſeudo-Cic. ad Octau. O meam calamitoſam et praecipitem ſenectutem! Sententiae praecipites vel obſcurae Quinctil. 7, 2. Sol praeceps in Occaſum Liu. 10, 42. Ouid. Faſt. 2, 400 In tam praecipiti Tempore ferret opem. Ver Seru. *ad* Virg. Georg. 1, 43 *vt* Aeſtas *etc.* Via Quinctil. 6 prooem. *Contraria.* Cic. pro Flacc. 105 c. 42 Quem poſthac fore tam amentem putatis, qui non illam Viam vitae, quam ante praecipitem et lubricam eſſe ducebat, huic planae et ſtabili praeponendam eſſe arbitretur? Vitia praecipitia Scribon. Ep. m. Vnda Stat. Theb. 6, 774. ¶ 4 *Verborum formulae:* Abire praecipitem Salluſt. in Catil. c. 25. Adigere praecipitem Virg. Aen. 6, 594. Cic. Verr. 1, 7 c. 4 Agunt enim praecipitem poenae ciuium Romanorum, quos partim ſecuri percuſſit, partim in vinculis necauit. Virg. Aen. 5, 456 Praecipitemque Daren ardens Agit aequore toto. Agere aliquem de fundo praecipitem Cic. pro Caecin. 60 c. 21. Cadunt apes praecipites Virg. Georg. 4, 80. Capeſſere ſe praecipitem ad malos viros, *vid.* Capeſſo *in* CAPIO. Currimus praecipites Iuven. Sat. 10, 85. Decidere in praeceps Ouid. Met. 12, 339. Deferor praeceps Virg. Eclog. 8, 59. Deturbat ab alta puppi praecipitem in mare Idem Aen. 5, 175. Dare praecipitem, *pro Eiicere et excludere:* Ter. Phorm. 4, 3, 20 Nam caeteri quidem hercle amici omnes modo, vno ore auctores fuere, vt, praecipitem hanc daret. Dare praecipitem in terram Liu. 31, 37. Dare praecipitem e turre Sen. Troad. 621. Dedit ſe praecipitem tecto Hor. Serm. 1, 2, 41. Cic. Verr. 6 (4) c. 40 Quum iſte imperat lictoribus, vt Sopatrum de porticu, in qua ipſe ſedebat, praecipitem in forum Deiiciant. Catull. 18, 9 Quendam municipem meum de tuo volo ponte Ire praecipitem in lutum per caputque, pedesque. Imus praecipites Perſ. 3, 42. Exturbatus e prouincia praeceps Cic. Verr. 4, 67. Idem de Amicit. 91 Obſequium multo moleſtius, quod peccatis indulgens, praecipitem amicum ferri ſinit. Fertur praeceps in hoſtem Virg. Georg. 3, 236. Caecum et praecipitem me ferri confitear in cauſa Cic. pro Planc. 6. Idem Verr. 5, 20 Errabas Verres, et vehementer errabas, quum te maculas furtorum et flagitiorum tuorum ſociorum innocentium ſanguine eluere arbitrabare, praeceps amentia ferebare, qui te exiſtimares auaritiae vulnera crudelitatis remediis poſſe ſanare. Fugit praeceps in exilium Iuuen. Sat. 10, 160. Iacere aliquem in praeceps Tacit. Ann. 4, 22. Labuntur ſtellae praecipites caelo Virg. Georg. 1, 366. Mittere praecipitem de muro, *vid.* MITTO. Mittere ſe toto corpore praecipitem ad vndas Virg. Aen. 4, 253. Patet in praeceps Idem ibid. 6, 578. Perturbare aliquem praecipitem ex ciuitate Auct. ad Heren. 4, 13. Proiicere praecipitem in vndas Virg. Aen. 5, 860. Rapere aliquem praecipitem Ouid. Met. 3, 694. Ruunt praecipites pariterque Virg. Aen. 11, 673. Idem ibid. 2, 307 Praecipitesque Trahit ſiluas. *i. Secum deorſum rapit arbores.* Ouid. Met. 2, 320 Voluitur in praeceps, *etc.* Vrgere populum praecipitem Lucan. 1, 486. ¶ 5 Praecipes, *pro Praeceps, et pro Anceps,* Ancipes *olim dicebatur.* Plaut. Rud. 3, 3, 8 Quin ſceleſtus ſacerdotem anum praecipes. *Sic legit Turnebus ex veteri codice. Gron.* anum praecipem Repulit. *Vid.* Priſcian. 6 p. 725, *qui laudat etiam* Liuium Andron. *et* Enn.

PRAECIPĪTO, āre. [κρημνίζω, κατακρημνίζω] *In praeceps deiicere, ſed etiam ire in praeceps, vel ſe deiicere, ruere etc.* Ter. Adelph. 4, 2, 37 Vbi eo veneris, cliuos deorſum vorſum eſt, hac te praecipitato, *i. celeriter deſcendito: ſed ſtudioſe et malitioſe verbo male ominato vtitur.* Pondera praecipitant ex ſupero Lucret. 2, 247. *h. e. Praecipitanter ruunt.* Imbres praecipitare in gremium matris Terrae Lucret. 1, 251. Quum vero deorſum per fauces praecipitauit Idem 4, 632. *de cibo.* Viuus in occultas praecipitĕris aquas Ouid. in Ibin 328. Cedentem iuuenem retro praecipitat Stat. Theb. 6, 789. Ad terram ſe praecipitare de montibus Lucret. 4, 1015. Praecipitare ſeſe de turri Liu. 23, 37. Praecipitare ſe ex aliqua rupe Plin. 8, 36. Praecipitare ſe in flumen Caeſ. Bell. Gall. 4, 15. Praecipitare palmitem, flagellum, *et huiusmodi, pro Deorſum deflexum pendere pati, qua re fertilitas promouetur; ſed cum periculo vitis.* Columel. 4, 24, 19. *it.* 5, 6, 26 *et* 33. Cato c. 32 Vites bene nodentur per omnes ramos, diligenterque caueto, ne vitem praecipites, et ne nimium perſtringas. *Nempe vitis capiti periculoſa eſt illa praecipitatio.* Praecipitem agere. Celſ. 6, 7 *non procul ab initio,* Aurium inflammationes doloresque interdum etiam ad dementiam, mortemque praecipitant. Ex altiſſimo dignitatis gradu praecipitari Cic. pro Domo 98 c. 37. Idem Att. 3, 15 Quod ſi fuiſſet, fidem eandem, curam maiorem adhibuiſſes: me certe ad exitium praecipitantem retinuiſſes. Praecipitari in inſidias Liu. 25, 16. Curae praecipitant Virg. Aen. 11, 3. *i. Vrgent.* Curſum praecipitare Iuuen. Sat. 15, 78. Fata ſua Lucan. 7, 51. Ira et furor mentem praecipitant Virg. Aen. 2, 316. Moras praecipitate Idem ibid. 8, 443. Praecipitanter, id eſt feſtinanter abiicite Seruius. Spem Ouid. ex Pont. 3, 1, 140. Tu magna gerendi Praecipita Tempus Sil. 13, 774. Hiems praecipitat Caeſ. Bell. Ciu. 3, 25. *h. e. Ad finem vergit.* Lux praecipitatur aquis Ouid. Met. 4, 92. Nilus praecipitat, *Praeceps ruit, et ex alto dilabitur:* Cic. in Somn. Scip. 13 Nec eſt vllus hebetior ſenſus in vobis, ſicut vbi Nilus ad illa, quae Catadupa nominantur, praecipitat ex altiſſimis montibus, ea gens, quae illum locum accolit, propter magnitudinem ſonitus ſenſu audiendi caret. *h. e. Praecipitanter et feſtinanter cadit: vt eſt apud* Virg. Aen. 2, 9 Et iam nox humida caelo Praecipitat, ſuadentque cadentia ſidera ſomnos. Praecipitauere in inſidias Liu. 3, 51. *Hinc* Praecipitare, *inconſiderate agere.* Plaut. Trin. 2, 1, 30 Nam qui in amore praecipitauit, peius perit, quam ſi ſaxo ſaliat. Cic. de N. D. 1, 89 c. 32 Praecipitare iſtuc eſt, non deſcendere, *de ſaltu quem vocant in demonſtratione commiſſo. Cum Infinitiuo:* Sil. 3, 165 Priſcosque referre labores Praecipitat. *h. e. Feſtinat.*

PRAECIPĪTANS, antis. Partic. [κρημνίζων] Gubernaculum praecipitans traxi mecum Virg. Aen. 6, 351. Diſcrimine nullo ſe praecipitans Valer. Argon. 4, 297. Impellere praecipitantes, aut vrgere iacentes, certe eſt inhumanum Cic. pro Rabir. Poſt. 2. *h. e. Ruentes in praeceps. Conf.* pro Cluent. c. 26. Cic. de Orat. 3, 184 c. 48 Quem in cadentibus guttis, quod interuallis diſtinguuntur, notare poſſumus, in amni praecipitante non poſſumus. Cic. pro P. Sulla 1 Improbi ac perditi ciues, re domiti ac victi, praecipitante Republica vehementem me fuiſſe atque fortem: conſeruata mitem ac miſericordem faterentur. *i. Corruente. Conf.* ib. 87 c. 31. Cic. pro Domo 40 Tu tuo praecipitante iam et debilitato Tribunatu, auſpiciorum patronus ſubito exſtitiſti.

PRAECIPITANDVS, a, um. Partic. [καταβροχιστέος] Dare pectora praecipitanda ſaxis Ouid. Epiſt. 15, 192.

PRAECIPITĀTVS, a, um. Partic. [κατακρημνισμένος] Qui ſe praecipitatos ex locis ſuperioribus dicerent Cic. pro Caec. c. 17. Idem Fam. 11, 28 An quod adoleſcens praeſtiti, quum etiam errare cum excuſatione poſſem, id nunc aetate praecipitata commutem, ac me ipſe retexam? *i. Decrepita.* Morte praecipitata fungi Paterc. 2, 49, 1. Iamque morae ſpatium nox praecipitata negabat Ouid. Triſt. 1, 3, 47.

PRAECIPITANTER. Adu. [κρημνωδῶς] *Temere, inconſiderate.* Lucret. 3, 1075 Currit agens mannos ad villam praecipitanter.

PRAECIPITANTIA, ae. f. [καταβρόχισις] Gell. 6, 2 Sicut lapidem cylindrum ſi per ſpatia terrae prona atque derupta iacias, cauſam quidem ei et initium praecipitantiae feceris, mox tamen ille praeceps voluitur.

PRAECIPITATIO, ōnis. f. [κατακρήμνισις] Senec. de Ira 1, 12 Sed conſilium omne et poenitentiam irreuocabilis praecipitatio abſcondit.

PRAECIPITIVM, i. n. [κρημνὸς] *Locus praeruptus, vnde praecipitari facile poteſt.* Lactant. 2, 3, 16 Dum aliorum praecipitium vident. Deferri per praecipitia Quinctil. 1, 10. Peruenire in praecipitia Paterc. 2, 10, 1. *Conſ.* Id. 2, 112, 7. In praecipitia curſus iſte deducit Sen. Epiſt. 8.

PRAECEPTIO, PRAECEPTOR, PRAECEPTVM, *vid.* PRAECIPIO.

PRAECERPO, pſi, ptum, ĕre. [προδρέπω] *Ante carpere.* Plin. 18, 19 Ne germinum tenera praecerpant. Valer. Max. 2, 3 Nimirum non plura praecerpens quam acciderant. Praecerpunt iubas leoni Stat. Theb. 9, 193. Cic. Verr. 4, 80 c. 37 Non praecerpo fructum officii tui, non alienam mihi laudem appeto. *Reperitur etiam* Praecarpo, *apud* Macrob. Saturn. 2, 15 Mala citrea alia praecarpuntur, alia interim matureſcunt.

PRAECERPTVS, a, um. Partic. Liu. 45, 1 Victoriae nuncii praecerptam eius rei laetitiam inuenerunt.

PRAECERTATIO, ōnis. f. [κερτομία] *a* Praecerto. Auct. ad Heren. 4 c. 30 Mihi tecum praecertatio non eſt, *etc.*

PRAECIA, ae. m. *a* Prae *et* Cieo; *Praeclamator.* Apul. Met. 11 p. 261 Praeciae, qui facilem ſacris viam dari praedicarent. Feſtus, Praecias dicebant, qui a Flaminibus praemittebantur, vt denuntiarent opificibus, manus abſtinerent ab opere, ne ſi vidiſſet ſacerdos facientem opus, ſacra pollucrentur. *Conſ.* PRAECLAMITATOR.

PRAECIAMITATORES *corrupta vox apud* Feſtum, *pro qua leg.* Praeclamitatores, *quod vid. ſ. l.*

PRAECĪDO, cīdi, cīſum, ĕre. [ἀποτέμνω, ἐπικόπτω] Ante caedere, ante immolare, *inquit* Feſtus. *Sed hoc pertinet forte ad ſolam hoſtiam* Praecidaneam, *de qua mox: et, ſi vera eſt lectio quorundam MSS. ad* Ouid. Her. 20, 141 Praecidere meſſes *pro quo legitur* Praecerpere *eodem intellectu. Sollemni quidem intellectu amputare, obtruncare ſignificat.* Plin. 16, 30 Etſi infra quam rami fuere, praecidatur, quod ſupereſt, viuit. Cic. pro Rabir. 51 Etſi C. Marius quod fiſtulas, quibus aqua ſuppeditabatur Iouis Opt. Max. templis ac ſedibus praecidi imperarat, *etc.* Petron. 140 Quod manus irata praeciderat. Ancoras praecidi imperat Cleomenes Cic. Verr. 5, 87. Aures praecidere Iuſtin. 1, 9, 17. Capillos praecidere Petron. 105. Caput praecidi collegae ſui Conſulis C. Octauii iuſſit Cinna Cic. Tuſc. 2, 55. Capita patrum vt praecidant filii iubent piratae Petron. 1. Cotem nouacula praecidere Cic. de Diuin. 1, 32. Linguam Plaut. Aul. 2, 2, 12. *Et Metaphor.* Idem Mil. 4, 6, 55. Manum alicuius gladio praecidere Cic. de Inuent. 2, 59 c. 20. Medium aliquem praecidere Lucret. 3, 636. Liu. 5, 24. Medium Mare Quinctil. Decl. 12, 22 p. 263. *i. breui curſu mare tranſmittere. Vid. Burm. not. Sed melius videtur illum locum ſic emendare:* Non praecides medio mare? *int.* curſum, *vel tale quid.* Auct. ad Her. 4, 67 c. 54 Per abſciſionem ſignificamus, ſi, cum incipimus aliquid dicere, praecidimus, et ex eo, quod iam diximus ſatis relinquitur ſuſpicionis. Praecidere *eſt medium ſermonem, vt ibi mediam nauigationem abrumpere.* ¶ 2 *Nempe Metaphoras frequentes patitur hoc verbum, quae hanc vim habent, vt ſubitum et abruptum velut finem rei ſignificent. Sic* Cic. Off. 1, 120 c. 37 Vt amicitias, quae minus delectent, et minus probentur, magis decere cenſent ſapientes ſenſim diſſuere, quam repente praecidere. Cauſam belli Hor. Epiſt. 1, 2, 9. Cic. Verr. 3, 51 Poſtremo illa quidem certe tibi praeciſa defenſio eſt, in qua tu ſemper omnia tua furta atque flagitia latere poſſe arbitratus es. Idem ibid. 2, 151 Velim quaerere nunc ex ipſo Metello, quidnam ſua vi et auctoritate ex hac oratione mihi praeciderit. Cic. de Orat. 2, 28 Et ſimul praeciſa, inquis, mihi quidem dubitatio eſt, quoniam neque domui imperaram, *etc.* Idem Q. Frat. 2, 10 Tenediorum igitur libertas ſecuri Tenedia praeciſa eſt, quum eos praeter me et Bibulum, et Callidium, et Fauonium nemo defenderet. Licentiam libertatemque viuendi ſibi Cic. Verr. 3, 3. Lucan. 6, 540 Et maturato praecidit veſpere Lucem. Cic. Verr. 2, 161 Da mihi hoc, iam tibi maximam partem defenſionis praecideris. Idem in Piſon. 51 De reditu Gabinii omittamus: quem etſi ſibi praecidit, ego tamen os vt videam hominis exſpecto. *Conſ.* Id. Verr. 1, 20 c. 7 Spem iudicii corrumpendi reo praecidere. Breui praecidam Cic. de Sen. 57 c. 16. *i. paucis dicam.* Id. Acad. 2, 133 c. 43 Placet Stoicis, omnia peccata eſſe paria: at hoc Antiocho vehementiſſime diſplicet. Liceat tandem mihi conſiderare vtram ſententiam ſequar. Praecide, inquit, ſtatue aliquando quid libet. *i. ſimpliciter, ſine conditione, dic ſententiam. Vid.* Cic. Att. 8, 4 *quem laudamus in* PRAECISE. *Interdum* Praecidere *eſt negare, i. ſpem impetrandi, et vltra rogandi voluntatem amputare.* Cic. Att. 10, 16 Quod quia plane quum in Formianum veniſſet praeciderat, aſperius ad te de eo ſcribere ſolebam. *Vid. paullo poſt* PRAECISE, *Dure.* ¶ 3 *Caſtrare ſignificat, quae quidem elliptica potius quam metaphorica ratio eſt.* Martial. 9, 3 I nunc et miſeros, Cybele, praecide cinaedos, Haec erit, haec cultris mentula digna tuis. *Vid.* PRAECISVS. *Hinc* ¶ 4 *Turpitudinem eam notat, quam verbum* Paedicare: *vt videtur ideo, quia qui mare vtitur pro femina, caſtrare illum, et virilibus muneribus priuare videtur. Paſſim ſic* Martialis *v. g.* 6, 39. 4, 48. 9, 48. 7, 61. 11, 29. Priap. 12 *et* 14. *Videtur aut idem eſſe* Percidere, *aut in* Vet. Gloſſ. Percidit *et* Perciſus *prima ſyllaba emendandum eſſe. Nempe ſic dedit Labbaeus,* Percidit, περαίνει, ὡς ἐπὶ αἰσχρῷ, *et* Perciſus Paedicatus, πεπυγισμένος. ¶ 5 Praecidere, *i. os obturare* etiam ſenſu obſceno, *videtur ad* PERCIDO *pertinere v. v.*

PRAECĪSVS, a, um. Partic. [ἀποτετμημένος, ἀπότομος] Praeciſum caput Plin. 11, 37. Stramenta intra dies triginta ſublatae meſſis praeciſa Colum. 6, 3, 1. Canis media praeciſa Liu. 40, 6. Cornu Claud. de Bell. Get. 595. Defenſio tibi praeciſa eſt Cic. Verr. 3, 51. Digiti ferro praeciſi Obſequ. c. 20. Dubitatio mihi praeciſa eſt Cic. de Orat. 2, 28 c. 7. Itinere praeciſo commeantes Plin. 8, 22. Libertas Tenediorum ſecuri Tenedia praeciſa eſt Cic. ad Qu. Frat. 2, 11. Narratio praeciſa, *Conciſa, et quod vulgus dicit abbreuiata* Quinctil. 4, 2. Poteſtate opitulandi praeciſa Cic. ad Brutum 15. Terra, *quae primum coli coepta eſt: vid. Goeſ.* Auct. Rei Agrar. c. 8 p. 71. Verba praeciſa, interruptaque Gell. 7, 2 *ad fin.* Cic. ad Brut. 15 Oppreſſa ab impiis ciuitas opitulandi poteſtate praeciſa. Praeciſum, *Abruptum, et abſciſſum.* Quinctil. 10, 2 Qui praeciſis concluſionibus obſcuri, Salluſtium atque Thucydidem ſuperant. *Et* 7, 3 Praeciſam verborum comprehenſionem appellant definitionem dialecticam, quae difficilior eſt tractatu oratoria finitione. *Metaphora inde tracta, quod quae praeciſa ſunt, ea ſunt iuſto conciſiora et breuiora, indeque obſcuriora. Vel a ſaxis praeruptis, quae* ἀπόκρημνα *dicuntur, vnde deſcenſus durior eſt. Conſ. Burm. ad* Quinctil. Decl. 12, 22 p. 264. Praeciſus *caſtratus* Sen. de Tranq. 5 Interim in vrbe ſecuros eſſe praeciſos et profeſſos impudicitiam. Lamprid. Heliog. 7 Iactauit autem caput inter praeciſos fanaticos. ¶ 2 Praeciſum dicitur Pars carnis et viſcerum. Naeuius, Praeciſum, omaſum, pernam, *etc.* Lucilius 20 Illi praeciſo atque epulis capiuntur opimis. Nonius 2, 633.

PRAECĪSE. Adu. [ἀποτόμως] *Abrupte et abſciſſe.* Gell. 3, 16 Obſcure hoc et praeciſe dictum. *Metaphor. breuiter et abrupte, ad inhumanitatem ſignificandam:* Cic. Att. 8, 4 Quibus literis ita reſpondit, vt ego memini, cuius cauſam non reciperem, nunquam reo cuiquam tam humili, tam ſordido, tam nocenti, tam alieno, tam praeciſe negaui, quam hic mihi: plane ſine vlla exceptione praecidit, nihil cognoui ingratius. *Sed etiam alias* Praeciſe dicere, *eſt compendio ſermonis vti, vt aliquid omittas.* Cic. de Nat. Deor. 2, 74 c. 29 Sed id praeciſe dicitur, vt ſi quis dicat Athenienſium Remp. conſilio regi, deſit illud Areopagi: ſic cum dicimus, prouidentia mundum adminiſtrari, deeſſe arbitror, deorum.

PRAECISIO, ōnis. f. [ἀποτομὴ, ὑποτομὴ] *Proprie* Vitruu. 4, 2 Praeciſiones tignorum. Idem 5, 7 Praeciſio inferiorum ſedium. *Metaph.* Cic. de Orat. 3, 202 c. 53 Et huic contraria ſaepe praeciſio eſt, et plus ad intelligendum, quam dixeris, ſignificatio, et diſtincte conciſa breuitas. *Nempe* Praeciſio eſt, quum dictis quibuſdam, reliquum quod coeptum eſt dici relinquitur inchoatum, ſic: Mihi tecum praecertatio non eſt, ideo quod Pop. Rom. me: nolo dicere, ne cui forte arrogans videar: te autem ſemper ignominia dignum putavit Auct. ad Heren. 4, 42. *Add.* Quinctil. 9, 1.

PRAECĪSOR, ōris. m. Iſidor. 11, 1 Dentes praeciſores, *qui vulgo* Inciſores.

PRAECISV̄RA, ae. f. Apic. 4, 2 Aſparagorum praeciſura. Frontin. de Colon. p. 102 *etc.* Ager in praeciſuras aſſignatus. *Vid. ib. Goeſ. c. 8 p. 71.*

PRAECĪDĀNEVS, a, um. Adi. Praecidendum, *inquit* Nonius 2, 724. Varro de Vita Pop. Rom. 3 Quod humatus non ſit, heredi porca praecidanea ſuſcipienda Telluri, et Cereri, aliter familia pura non eſt. *Sed locus claſſicus eſt* Gell. 4, 6 Praecidaneae hoſtiae dicuntur, quae ante ſacrificia ſollemnia pridie caeduntur. Porca etiam Praecidanea appellata, quam piaculi cauſa ante fruges nouas captas immolari Cereri mos fuit, ſi qui familiam funeſtam aut non purgaverant, aut aliter eam rem, quam oportuerat, procurauerant. *Hinc melius intelligas* Feſtum, Praecidanea porca, quae Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo iuſta non feciſſet, id eſt glebam non obieciſſet: quod mos erat eis facere prius, quam nouas fruges guſtarent. *Formulam* porcae praecidaneae faciendae *praeſcribit* Cato de R. R. 134. *Huc reſpicit* Cic. de Legg. 2, 55 c. 22 Neque neceſſe eſt ediſſeri, — quemadmodum os reiectum terrae obtegatur, quaeque in porca contracta iura ſint: *de* praecidanea *loquitur.* Agna praecidanea vocabatur, Quae ante alias caedebatur Feſtus. *Sunt et* Feriae praecidaneae Gell. 4, 6 Ferias praecidaneas dici, id (opinor) a vulgo remotum eſt: propterea verba Atteii Capitonis ex quinto librorum, quos de Pontificio iure compoſuit, ſcripſi. Tib. Coruncanio Pont. Max. Feriae praecidaneae in atrum diem inauguratae ſunt, Collegium decreuit, non habendum religioni, quin eo die feriae praecidaneae eſſent.

PRAECIMITĀTOR *corrupta lectio Feſti. Vid.* PRAECLAMITATOR.

PRAECINGO, cinxi, cinctum, ĕre. [ὑποζωννύω, περιζωννύω] *Videtur augere ſignificationem ſimplicis Cingere.* Suet. Caeſ. c. 45 Vnde emanaſſe Sullae dictum conſtat, optimates ſaepius admonentis, vt male praecinctum puerum cauerent. Enſe praecingi Ouid. Triſt. 2, 271. Auro fuluo praecingitur ceruix Idem Met. 14, 395. Caſtris praecingere fluuium Claud. de Bell. Get. 298. Litora muro Sil. 3, 243. *Conſ. dicta in* PERCINGO. Plaut. Mil. 4, 4, 45 Id *(pallium)* connexum in humero laeuo, expapillato brachio, praecinctus aliqui, ſimulato, quaſi gubernator ſies. *Conſ.* Senec. Epiſt. 12. *et* Feſt. *in* Cingulum. *Qui ſolerent* praecingi *apud antiquos explicavit Gonſalius ad* Petron. c. 19 p. 83 *Ed. Burm.*

PRAECINCTVS, a, um. Partic. [περιζωσμένος] Capilli praecincti flore Ouid. Epiſt. 4, 71. Hic eſt Euphrates praecinctus arundine frontem Idem de Arte Am. 1, 223. Praecincti parietes opere teſtaceo, *Obducti* Plin. Epiſt. 10, 39. Hor. Serm. 2, 8, 70 Vt omnes Praecincti recte pueri comtique miniſtrent. *Ad ſtrenuam celeritatem refert idem* Hor. Serm. 1, 5, 5 Hoc iter ignaui diuiſimus, altius ac nos Praecinctis, vnum. Macrob. Saturn. 2, 3 *narrat,* Sullam Pompeium, (Suet. *vero* Caeſ. c. 43 Optimates) ſaepius admonuiſſe de Caeſare, vt male praecinctum puerum cauerent. *Laxiore enim tunica vtebatur Caeſar, quam non ſatis adſtringeret. Ad tunicam enim referendus cinctus, quod monuimus etiam ad* Quinctil. 11, 3, 140. *Vid.* PRAECINCTVRA. Silua praecinctus opaca lacus Ouid. Faſt. 3, 263. Praecincta *dixit* Plin. 11, 1 *Inſectorum membra, i. Diuiſa et tenui tantum canaliculo cohaerentia.*

PRAECINCTIO, ōnis. f. Vitruu. 5, 3 Diuiſio graduum in theatro, in orbem facta, *ſiue altior latiorque reliquis gradus, vt exponit Lipſ. de Amphitheatro* c. 13 *extr.* Idem 2, 8 Per mediam praecinctionem collis platea facta eſt.

PRAECINCTVS, ûs. m. Varro *apud* Non. 16, 5 Caſtula eſt palliolum praecinctui, quo nudae infra papillas praecinguntur.

PRAECINCTV̄RA, ae. f. *Idem.* Macrob. Saturn. 2, 3 Praecinctura me decepit. *Dictio* Ciceronis *de Caeſare.*

PRAECINCTORIVM, i. n. Gloſſ. Cyrill. Praecinctorium, ὑποζώνιον. Vitruu. 10, 21 Funes praecinctoriis tranſuerſis erant religati. Fecerunt praecinctoria de foliis fici Auguſtin. de Geneſi cont. Manich. 2, 21.

PRAECĬNO, cinui, centum, ĕre. [προᾴδω] *Ante canere, item praedicere, praediuinare.* Cic. Tuſc. 4, 4 c. 2 Nec vero illud non eruditorum temporum argumentum eſt, quod et deorum puluinaribus, et epulis magiſtratuum fides praecinunt. Tibull. 1, 5, 12 Carmine cum magico praecinuiſſet anus. Gemitum praecinere Stat. Silu. 5, 3, 59. Cic. de Aruſp. Reſp. 20 Quis eſt ex gigantibus illis, quos Poëtae ferunt bellum diis immortalibus intuliſſe tam impius, qui hoc tam nouo tantoque motu non magnum aliquid deos Populo Romano praemonſtrare et praecinere fateatur?

PRAECENTIO, ōnis. f. [πρόασμα] *Praecinendi actus vel ratio.*

ratio. Cic. de Aruſp. Reſp. 21 c. 10 Tui ſacerdotii ſunt tenſae, curricula, praecentio, ludi, libationes, epulaeque ludorum. Gell. 1, 11 Tibicines inter exercitum poſiti canere inceptabant. Ea illi praecentione tranquilla et venerabili, ad quandam quaſi militaris muſicae diſciplinam vis et impetus militum, ne ſparſi diſpalatique prorucrent, cohibebatur. Quapropter et exordium, ſiue initium, ſiue principium, ſiue proloquium, ſiue antiloquium, quidam praeludium, alii Praecentionem ad ſimilitudinem Graecorum, qui id Prooemium nominant: propterea quod οἴμη cantus eſt.

PRAECENTOR, ōris. m. Apul. de Mundo p. 74 Quod praecentor in choris, lex in vrbe, dux in exercitu; hoc eſt in mundo Deus.

PRAECENTORIVS, a, um. Adi. Praecentoria tibia Solin. c. 5 *al.* 11.

PRAECĬPIO, cēpi, ceptum, ĕre. [προλαμβάνω] *Ante capere, praeuenire, praeoccupare.* Virg. Ecl. 3, 98

Cogite oues, pueri: ſi lac praeceperit aeſtus,
Vt nuper, fruſtra preſſabimus vbera palmis. Idem Aen. 11, 491
Exſultatque animis, et ſpe iam praecipit hoſtem.

Vbi Seruius: Praecipit, mente praeoccupat hoſtis aduentum. *Sed quod laudatur* Columel. de Arboribus c. 6, 1 Quamobrem neque fructum vberem praecipies, et nihilominus celeriter conſeneſcet: *legitur, quod ſciam, vbique, et recte quidem* percipies. Vlpian. in l. Si filia D. Famil. herciſcund. Si filius iuſſu patris obligatus ſit, debebit hoc Debitum praecipere. Sed etſi in rem patris vertit, idem placet. Et ſi de peculio: peculium praecipiet. Hoc amplius filius familias heres inſtitutus, dotem vxoris ſuae praecipit, nec immerito: quia ipſe onera matrimonii ſuſtinet: integram igitur dotem praecipiet. Euentum animo praecipere Liu. 7, 26. Florus 3, 9. Et ille quidem ad rei famam veneno Fata praecepit. Gaudia praecipere Cic. Philipp. 13, 45. Liu. 3, 46 Icilius ſedulo tempus terens, dum praeciperent Iter nuncii miſſi in caſtra, *etc.* Lucan. 6, 15. Florus 4 c. vlt. *de Cantabris loquens,* Poſtquam extrema Barbari vident, certatim igne, ferro inter epulas, venenoque, quod ibi vulgo ex arboribus taxis exprimitur, praecepere Mortem: ſeque pars maior a captiuitate, quae videbatur, vindicauere. Poenas Sil. 6, 300. Victoriam Antonius praecepit praelio feſtinato Tacit. Hiſt. 3, 15, 3. Lucret. 6, 803 Carbonumque grauis vis, atque odor inſinuatur Quam facile in cerebrum, niſi aquam Praecepimus ante? *i. Ante hauſimus et bibimus. Sic* Praecipere *eſt ante videre,* Virg. Aen. 6, 105 Omnia praecepi, atque animo mecum ante peregi. *al.* Percepi. Euentum vtraque acies Animis praeceperat Liu. 7, 26. Idem 38, 20 *pr.* Conſul, quia non cominus pugnam, ſed procul locis oppugnandis futuram praeceperat Animo. Cic. Off. 1, 81 c. 23 Quanquam hoc animi, illud etiam ingenii magni eſt, praecipere Cogitatione futura, et aliquanto ante conſtituere, quid accidere poſſit in vtramque partem. Idem Bell. Gall. 7, 9 Quod haec de Vercingentorige vſu ventura Opinione praeceperat. Spem vniuerſae victoriae, tentato paullatim euentu certaminum, praecipere Liu. 4, 27. ¶ 2 Praecipere *eſt vel voce vel exemplo, quid agendum ſit, praeire, atque oſtendere.* (ἐντέλλεσθαι, παραγγέλλειν) *eſtque tum magiſtrorum, tum magiſtratuum, et ſuperiorum perſonarum. De medico* Scribon. 20. 80. 199. Salluſt. in Iugurth. 14 *pr.* Micipſa pater meus moriens mihi praecipit. Iam tunc praemonente fortuna, vt diu penitusque perdiſceres, quae mox praecipere deberes Plin. Paneg. c. 15. Ter. Adelph. 3, 3, 70 Conſeruis ad eundem illis praecipio modum. Reliqui legati vt tum exirent, cum ſatis altitudo muri exſtructa videretur, praecepit Nep. 2, 6, 5. Cic. Catil. 3 c. 5 Orare vt item illi facerent, quae ſibi legati praecepiſſent. Caeſ. Bell. Gall. 5, 56 Quae fieri vellet, praecipit. Quidquid praecipies, eſto breuis, vt cito dicta Percipiant animi dociles teneantque fideles Hor. A. P. v. 335. Plin. 18, 24 Heſiodus, qui princeps omnium de agricultura praecepit. Facile de aliqua re praecipere Cic. de Orat. 1, 132. Praecipere aliquid operoſe, *vid.* Operoſus, *in* OPVS. Praecipere artem oratoriam Quinctil. 3, 1. Hic artem nandi praecipit, ille trochi: *i. Docet* Ouid. Triſt. 2, 486. Cic. Fam. 5, 13 Nos erimus etiam in omni deſperatione fortes, vt tu tamen idem et Hortaris et praecipis. *Sic de opere praeceptoris:* Scholam aperuit, ſed ita, vt paucis, et tantum adoleſcentibus praeciperet Sueton. de Ill. Gramm. c. 16. Ferunt, Senecam proxima nocte viſum ſibi per quietem C. Caeſari praecipere Idem Ner. c. 7. Praecipe lugubres cantus Melpomene Hor. Carm. 1, 24, 2. *i. Praemonſtra, et doce, non vt vulgus putat, Iube et impera. Lambinus.* Idem Sat. 2, 2 *pr.* Nec meus hic ſermo, ſed quem praecepit Ofellus Idem Arte Poët. 335. Cic. de Amicit. 77 Recte etiam praecipi poteſt in amicitiis, ne quis intemperata quadam beneuolentia (quod perſaepe fit) impediat magnas vtilitates amicorum. Idem ibid. 91 Illud potius praecipiendum fuit, vt eam diligentiam adhiberemus in amicitiis comparandis, *etc.* ¶ 3 *Obſerua*, Praecepſi, *antiquum Praeteritum, pro Praecepi.* Cato de R. R. 142 Villici officia quae ſunt? quae dominus praecepſit. *Quod quidem valet, quae dominus praeceperit, vt capſit pro ceperit, a veteribus eſt ſaepe vſurpatum. Turnebus. Sed* praecepit *fere omnes.* Praecipitur, *Imperſ.* Plin. 15, 16 In vniuerſum de pomis ſeruandis praecipitur.

PRAECIPIENS, entis. Particip. *Ante capiens.* Curt. 9, 6, 2 Aliquantum interualli a caetera claſſe praecipiens.

PRAECIPIENDVS, a, um. Partic. Columel. 10 Pr. 3 Quare cultus hortorum diligentius nobis, quam tradiderunt maiores, praecipiendus eſt.

PRAECEPTO, āre. Frequent. [ἐντέλλομαι] *Saepe praecipere.* Feſtus: Praeceptat in Saliari carmine.

PRAECEPTVS, a, um. Partic. [προληφθεὶς] *Ante captum, praeuentum.* Liu. 1, 7 Tempore illi praecepto. Cic. Tuſc. 3, 38 Haec cogitantem fore beatum, praeſertim ſi et ante praeceptis bonis contentus eſſet, nec mortem, nec deos extimeſceret. Praecepta beneficia Nepos 25, 11, 5. Gaudia praecepta Ouid. Epiſt. 17, 107.

PRAECEPTVM, i. n. [παράγγελμα, ἐντολὴ] *Monitum, imperium, doctrina etc.* Cic. Off. 1, 6 Neque vlla officii praecepta firma, ſtabilia, *etc.* Idem Fam. 5, 13 Tuis monitis praeceptisque omnis eſt abiiciendus dolor. Nep. 18, 9, 5 Quibus imperatum erat, diligenter praecepta curant. Tacit. Agric. 37, 2 Tranſuectaeque praecepto ducis. Arcana praecepta, *vid.* ARCANVS. Mira Horat. Serm. 2, 3, 34. Patria Lucret. 3, 10. *i. Paterna.* Cic. de Claris Orat. 263 Hermagorae diſciplina ea dat Rationes certas et praecepta dicendi, quae, ſi minorem habent apparatum, (ſunt enim exilia) tamen habent ordinem, et quasdam errare in dicendo non patientes vias. *add.* Id. de Orat. 2, 152 c. 36. Cic. Off. 1, 1 Abundare oportet Praeceptis inſtitutisque philoſophiae. Periculoſiſſimum praeceptum Quinctil. 1, 6. Vniuerſalia vel perpetualia Idem 2, 13. Contrita praecepta, *vid.* CONTERO. Cic. de Fato, 11 Etenim ſi eſt diuinatio quaelibet natura, a Praeceptis artis proficiſcitur. Praecepta appello, quae dicuntur Graece θεωρήματα. Sunt igitur aſtrologorum praecepta huiusmodi: ſi quis, verbi gratia, oriente Canicula natus eſt, in mari non morietur. *al.* Percepta. Abundare praeceptis et inſtitutis philoſophiae, *modo vidimus ex* Cic. Off. 1, 1. Accelerare, Accipere praecepta, *vid. hh. vv.* Adiuuare nequitiam praeceptis Quinctil. 2, 15. Agitare praecepta, *vid.* Agito, *in* AGO. Alligare praeceptis Quinctil. 5, 13. Amplecti praecepta Claud. de Bell. Gild. 322. Contrahere praecepta in vnum Ouid. Remed. Amor. 523. Curare praecepta, *vid.* CVRO. Demonſtrare aliquid praeceptis Quinctil. 6, 5. Diſcere contrita et communia praecepta Cic. de Orat. 1, 137. Dare praecepta Virg. Georg. 4, 398. Dare praecepta alicuius rei Quinctil. 3, 3. Dare praecepta de aliqua re Cic. Tuſc. 2, 58. Dare viuendi praecepta Idem pro Flac. 106. Edocere praecepta Virg. Aen. 5, 747. Exſequi praecepta alicuius Idem ibid. 6, 236. Faceſſere praecepta alicuius, *Facere* Virg. Georg. 4, 548. *et* Aen. 9, 45. Formare pectus alicuius amicis praeceptis Hor. Epiſt. 2, 1, 128. Horrere praecepta alicuius Catul. Argon. 62, 159. Inſtillare praeceptum auriculis Hor. Epiſt. 1, 8, 16, Nihil opus eſt praeceptis Varr. de L. L. 7, 17. Ponere ſigna nouis praeceptis Hor. Serm. 2, 4, 2. Referre veterum praecepta Virg. Georg. 1, 176. Reſpuere praecepta alicuius Claud. Conſ. Hon. 6, 105. Sancire praecepta Quinctil. 2, 13. Sequi praecepta deûm Virg. Georg. 4, 448. Suppeditare praecepta Lucret. 3, 10. Tenendum eſt hoc officii praeceptum, ne quem vnquam innocentem iudicio capitis accerſas Cic. Off. 2, 51. Idem in Orat. 114 Ariſtoteles Tradidit praecepta plurima diſſerendi. *conf.* Id. de Fin. 5 c. 4. Praecepta et quaſi vias, quae ad eloquentiam ferrent, Tradere Cic. in Orat. 141. Tradere praecepta volandi Ouid. Met. 8, 208. Vti praeceptis alicuius Idem de Arte Am. 3, 440.

PRAECEPTIO, ōnis. f. [ὑποθήκη] *pro Praecepto.* Cic. Off. 3, 6 c. 2. Itaque propria eſt ea praeceptio Stoicorum, *etc.* Lex eſt recti praeceptio prauique depulſio Cic. N. D. 1 c. 31. ¶ 2 *Ex prima verbi ſignificatione* Plin. Epiſt. 5, 7 Saturninus, qui nos reliquit heredes, quadrantem Reipublicae noſtrae: deinde pro quadrante Praeceptionem quadringentorum millium dedit. *h. e. Vt in primis, et (quod aiunt) ante omnia daretur Reipublicae ſumma quadringentorum millium.* Papinian. in l. 2 D. de fundo inſtruct. *et* Vlpian in l. Item Labeo D. Fam. erciſcund.

PRAECEPTOR, ōris. m. [καθηγητὴς, διδάσκαλος] *Doctor, inſtitutor. Maiores* Praeceptorem ſancti voluere parentis eſſe loco Iuuenal. 7, 209. Vt praeceptori verborum regula conſtet Idem 7, 230. Cic. de Orat. 3, 54 Neque disiuncti doctores, ſed iidem erant viuendi praeceptores atque dicendi. Ouid. de Arte Am. 1, 17 Aeacidae Chiron, ego ſum praeceptor Amoris. Arandi praeceptor Idem Faſt. 6, 13. Cael. Tard. 3, 6 f. 87 Sed haec erunt adhibito Vnctionis praeceptore facienda, quo ſecundum proprias mutationes omnium partium motus aequaliter, ac totius corporis integret exercitium. Artium magiſtros liberalium et viuendi praeceptores habere Cic. de Inuent. 1, 35 c. 25. Auctorem et praeceptorem omnium conſiliorum aliquem habere Idem Philipp. 2, 24 c. 6. Eloquentiae praeceptor Quinctil. 2, 8. Acer et ſubtilis Idem 1, 4. Adſiduus potius, quam immodicus Idem 2, 24. Domeſticus Quinctil. 1, 2. Idem 2, 2, 6 Praeceptor in laudandis diſcipulorum dictionibus nec malignus nec Effuſus. Latini dicendi praeceptores Idem 2, 4, 30. Malignus, *e* Quinctil. 2, 2, 6 *modo vidimus.* Peridoneus, *vid.* PERIDONEVS. Publici Quinctil. 1, 2. Sanctiſſimus Idem 1, 2. Turpis praeceptor, *h. e. Flagitioſus* Idem 1, 2. Abducere diſcipulum a praeceptore, *vid.* ABDVCO. Plin. Epiſt. 4, 13 Quantulum eſt ergo collata pecunia Conducere praeceptores? *Paullo poſt,* Praeceptores publice conducuntur: id eſt publico ſtipendio merces et ſalarium conſtituitur.

PRAECEPTRIX, īcis. f. [καθηγήτρια] Cic. de Fin. 1, 43 c. 13 Sapientia enim eſt vna, quae moeſtitiam pellat ex animis, quae nos exhorreſcere metu non ſinat, qua praeceptrice in tranquillitate viui poteſt. Praeceptrice et magiſtra mundi verſatione omnis machinatio inſtituta eſt Vitruu. 10, 1.

PRAECEPTIVVS, a, um. Adi. [παραινετικὸς] Senec. Epiſt. 95 *pr.*

PRAECEPTIVE. Adu. Tertull. adu. Marc. 5, 10.

PRAECEPTORIVS, a, um. Adi. Praeceptoria epiſtola *laudatur* ex Plin. Epiſt. 4, 13 Interim ne quid feſtinationi meae pereat, quod ſum praeſens petiturus, hac quaſi Praeceptoria epiſtola rogo. Sed *editur* praecurſoria.

PRAECIPVVS, a, um. Adi. [ἐξαίρετος, πρόκριτος] Quod ante captum eſt, *inquit* Feſtus, *vt in hereditate. Sumitur etiam pro Magno et ſingulari, et non communi cum aliis.* Ter. Adelph. 2, 3, 5 Itaque vnam hanc rem me habere praeter alios praecipuam arbitror, Fratrem homini nemini eſſe primarum artium magis principem. Vir in eloquentia praecipuus Quinctil. 6, 3. *de Cicerone.* Circumueniendi Sabini praecipuus Tacit. Ann. 6, 4. *i. Princeps, cuius primae ea in re partes fuerant.* Cic. de Fin. 3, 5 Quoniam autem omne quod eſt bonum, primum locum tenere dicimus, neceſſe eſt, nec bonum eſſe, nec malum hoc, quod praepoſitum vel praecipuum nominamus. Non debes aut propriam fortunam et praecipuam poſtulare, aut communem recuſare Idem Fam. 4 Ep. vlt. Cic. Verr. 3, . . Quum ab omnibus non ſolum id, quod commune eſt propter imperium, ſed etiam (id quod iſtius praecipuum eſt) propter crudelitatem metueretur. Praeter caeteros praecipuum quod mihi Conſuli fuit, priuato cum caeteris commune eſt Cic. pro Sulla 9. Idem pro Ligar. 27 Vt caetera paria Tuberoni cum Varo fuiſſent, honos, nobilitas, ſplendor, ingenium, (quae nequaquam fuerunt) hoc certe praecipuum Tuberonis fuit, quod iuſto cum imperio, ex S. C. in prouinciam ſuam venerat. Amorem quendam, praecipuum, in eos, qui procreati ſunt, ingenerat natura Cic. Off. 1, 12. Artis praecipuae opus Ouid. de Arte Am. 1, 266. Bonitas praecipua, *Singularis* Plin. 12, 19. Coenationum praecipua, *i. Praecipua coenatio* Suet. in Neron. c. 31. Decus praecipuum Ouid. Met. 14, 833. Dolor in hoc caſu praecipuus eſt Celſus 8, 20. Dolore quodam praecipuo angi Cic. Fam. 4, 3. Eo praelio praecipua equitum Gloria fuit Liu. 1, 37. Cic. Att. 11, 14 Quod negas praecipuum mihi vllum Incommodum impendere, etſi iſta res nihil habet

conſolationis, tamen etiam praecipua multa ſunt, quae tu profecto vides et grauiſſima eſſe. Cic. Att. 6, 6 Decreuit Senatus, vt Ius diceretur iſta ſyngrapha, nunc iſta habet iuris idem quod caeterae, nihil praecipui. Ouid. ex Pont. 3, 4, 16 Praecipuum veniae ius habet ille liber. Laborem praecipuum impendere Virg. Georg. 3, 74. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 17 Neque vero M. Tullius ſuum animum a veſtra abalienauit poteſtate, quum praecipuum vobis Obſidem animi ſui veſtram reliquerit libertatem. Opera ſingularis et praecipua Cic. Fam. 10, 9. Partes meae in ea cauſa praecipuae fuerunt Idem pro Domo 10 c. 5. Remedia praecipua, *Omnium longe vtiliſſima* Plin. 11, 49 Oſſea ſunt lupis, vulpibus, muſtelis, viuerris, vnde etiam calculo humano remedia praecipua. *de genitalibus.* Cic. de Prouin. Conſul. 2 Praecipuum illum et proprium ſenſum doloris mei, *etc.* ad vlciſcendi tempora reſeruabo. Praecipuum ad ſerpentis ictus, *Optimum* Plin. 8, 27. Praecipuum contra morſus remedium, *Saluberrimum* Idem 8, 22. Rerum praecipua Tacit. Ann. 4, 40. Vitium praecipuum Scribon. 118. *i. Pernicioſiſſimum.* ¶ 2 Praecipuum, *abſolute, Iuriſconſultis nominatur, quod alias Legatum per praeceptionem dicunt.* Scaeuol. in princ. l. vlt. D. de legat. 2 Teſtamento filium, *etc.* et adiecit, ſe praecipua ſuique iuris, et poſt mortem ſuam habere velle. Sidon. Apollinar. 6 Epiſt. vlt. Illud autem deberi tibi quodam, vt Iuriſconſulti dicunt, praecipui titulo, *etc.* Suet. Galb. c. 5 n. 3 Namque quingenties H-S. cum praecipuum inter legatarios habuiſſet, quia notata non perſcripta erat ſumma. *conſ. Turneb. Aduerſ.* 5, 2. *et Barth. Aduerſ.* 29, 5. ¶ 3 Praecipua *a Stoicis dicuntur, quae al. bona,* Cic. Tuſc. 5 c. 16 προηγμένα, *producta.*

PRAECIPVE. Adu. [ἐξαιρέτως, προκρίτως] *Ante alia, potiſſimum.* Cic. Fam. 2, 5 Non enim mihi tam mea ſalus cara fuit, in qua praecipue ſum ab illo adiutus, quam pietas erit in referenda gratia iucunda. Praecipue omnium Celſ. Praef. 1. Decorus praecipue eſt deo color albus Cic. de Legib. 2, 45. Infelix praecipue Virg. Aen. 1, 716. Colenda eſt nobis diligentia praecipue Cic. de Orat. 2, 148 c. 35. Commendare praecipue quoſdam alicui Idem Fam. 13, 33. Datum nihil praecipue eſſe homini a natura dicemus Idem de Fin. 2, 109. Debere praecipue iſti generi hominum videmur Cic. Qu. Fratr. 1, 1. Obſeruare praecipue aliquem Brut. ad Cic. Fam. 11, 19. Rogo vnum illud te praecipue Cic. Fam. 3, 8. Timendum, ne quid tibi praecipue putes, eo animo ſis velim Idem ibid. 4, 14. *Contraria* Cic. pro Rabir. perd. 4 Labor in hoc defendendo praecipue meus eſt, ſtudium vero conſeruandi hominis commune mihi vobiſcum eſſe debebit.

PRAECIPITATIO, PRAECIPITIVM, PRAECIPITO. *Vid.* PRAECEPS.

PRAECIPITES, *Milites a Mario conſtituti, qui illius cuſtodiam ſtudioſe faciebant. Mos enim regum hic fuit, et eſt, vt ad ſui corporis cuſtodiam fideliores quoſdam homines deputarent, de quo vide Alex. ab Alex.* 6, 22.

PRAECISVS, *vid.* PRAECIDO.

PRAECLAMO, āre. *Ante clamare, clamore praemonere.* Paul. ICt. L 7 Dig. Si putator ex arbore, cum ramum deiecerit, non praeclamaverit, et praetereuntem occiderit. *Conſ.* Iul. Firmic. de Errore prof. Rel. p. 37.

PRAECLAMITATOR, ōris. m. *Nomen putatur reſtituendum Feſto, apud quem ita legitur:* Praeciamitatores dicuntur, qui flaminibus Diali, Quirinali, Martiali antecedent. exclamant (*leg.* antecedentes clamant) feriis publicis, vt homines abſtineant ſe opere, quia his opus facientem videre religioſum eſt. *Haec ita Paullus extulit:* Praeclamitatores (Praeciannuntiatores *vel* Praeciamitatores *al.*) dicebantur, Qui flaminem Dialem, hoc eſt, ſacerdotem Iouis antecedebant, clamantes, vt homines ab operibus abſtinerent: quia hunc opus facientem videre irreligioſum videbatur. Praeciae metatores *coniicit Scaliger, vt poſterius ſit interpretamentum prioris.*

PRAECLARVS, a, um. Adi. [περιφανής, πολυτίμητος] *Valde clarus. Nempe ordinarie, vt* Clarus, *ita et* Praeclarus, *figurate accipiuntur pro Eo, qui tanquam fulgore quodam famae et gloriae reſplendet; vnde* Clariſſima *et* Praeclariſſima *geſta dicimus. Sed* Praeclarus *nonnunquam pro Bono reperitur apud* Ciceronem, *ſicut* Philipp. 3, 27 O praeclarum cuſtodem ouium (vt aiunt) lupum? *Non claritas in cuſtode deſideratur, ſed probitas. Ergo* Praeclarum *pro Bono poſuit.* Idem de Amicit. 15 Cum illo vero quis neget actum eſſe praeclare? *Et paullo poſt,* Cum illo quidem (vt ſupra dixi) actum eſt optime, mecum incommodius. *Nam non ſupra dixerat,* Actum cum illo optime, *ſed* Praeclare. *Verum ideo ſic dixit, quia* Praeclare *et* Optime *idem roboris et virium in ſignificatione obtinent. Haec Valla. Ad gloriam et famam refertur* Cic. Verr. Act. 1, 42 O Commemoranda iudicia, praeclaramque exiſtimationem noſtri ordinis! *Sic* Cic. Philipp. 4, 5 Praeclara et luculenta reclamatione veſtra factum pulcherrimum Martialium comprobauiſtis. *Et* Praeclari et nobiles in philoſophia Idem de Orat. 1, 46 c. 11. Armis praeclari Stat. Theb. 3, 284. Eloquentiae, ac fidei praeclarus Tacit. Ann. 4, 34, 4. Eximia pleriſque et praeclara, parua ducere, eaque ratione ſtabili firmaque contemnere, fortis animi magnique ducendum eſt Cic. Off. 1, 67. *Sed praeſtantiam et bonitatem ſimpliciter notat* Idem Verr. 4, 117 c. 52 Et ſitu eſt cum munito, tum ex omni aditu vel terra vel mari praeclaro ad adſpectum. Cic. Att. 10, 4 Praeclara Conſcientia ſuſtentor, quum cogito, me de Republ. aut meruiſſe optime, quum potuerim, *etc.* Idem Verr. 4, . . O dii immortales praeclaram Defenſionem! *etc.* Facies Lucret. 5, 1173. Fama Claud. de Nupt. Honor. 120. Fama praeclara de Afranio Cic. Att. 7, 25. Funus Ouid. Triſt. 3, 5, 40. Genus dicendi magnificum et praeclarum Cic. de Orat. 2, 89. Indoles egregia quaedam et praeclara Idem ibid. 1, 131 c. 29. Indole praeclara iuuenis, admirabilique conſtantia Cic. ad Brut. 10. Laudatio Idem Verr. 2, 13. Lux Lucret. 2, 1031 *proprie. Sed metaphor.* Praeclarum Nomen Id. 6, 2. Operibus ſuis praeclaris laetari Cic. Fam. 1, 7. Idem pro Roſc. Amer. 6 Is a vobis iudices, hoc poſtulat, vt quoniam in alienam Pecuniam tam plenam atque praeclaram nullo iure inuaſerit, quoniam ei pecuniae vita *etc.* Praeda opima et praeclara Cic. pro Roſc. Amer. 6. Idem ibid. 133 Plura praeterea Praedia, neque tamen vllum niſi praeclarum et propinquum. Proles Valer. Argon. 2, 149. Res Hor. Serm. 1, 2, 8. Res ad diſcendum iuuentuti praeclara Cic. pro Sext. 96 c. 44. Senator Hor. Serm. 1, 6, 8. Sol Lucret. 5, 121. Stirps Virg. Georg. 4, 322. Triumphus Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 329. Vrbem praeclaram ſtatuere Virg. Aen. 4, 655. Vultus Lucret. 4, 1027. *Comparat.* Praeclarior, [περιφανέστερος] Plin. in Panegyr. c. 88 Ideoque ille parens hominum, deorumque optimi prius, deinde maximi nomine colitur: quo praeclarior laus tua, quem non minus conſtat optimum eſſe, quam maximum. Vita praeclarior Salluſt. Iugurth. c. 85. Id quod multo praeclarius eſt Idem ibid. Lucret. 1, 730 Nil tamen hoc habuiſſe viro praeclarius in ſe. *de Empedocle. Superl.* Hirt. Bell. Alex. c. 24 Patria praeclariſſima. Vopiſc. in Prob. c. 22 Duces praeclariſſimi. *conſ.* Cic. de Orat. 1 c. 5.

PRAECLARE. Adu. [περιφανῶς] Cic. Verr. 4, 96 In eo Chryſae eſt ſimulacrum, praeclare factum e marmore. Idem ibid. 1, 9 Quis hoc non perſpicit, praeclare nobiſcum Actum iri, ſi Populus Rom. iſtius vnius ſupplicio contentus erit? *Conditionem noſtram ſat felicem futuram. Conſ.* Id. Fam. 9, 24 *extr.* Dicitur praeclare a ſapientibus, Vultu ſaepe laeditur pietas Cic. pro Roſc. Amer. 37. Datur praeclare, Praeclare medetur, *h. e. Commode, optime* Plin. 26, 15. Explicare praeclare Cic. Acad. 1, 33. Idem de Fin. 3, 9 c. 2 Praeclare, inquit, Facis, quum et eorum memoriam tenes, quorum vterque tibi teſtamento liberos ſuos commendauit, *i. Laude dignum.* Geſſit praeclare ſuum negotium Cic. pro Roſc. Com. 34. Idem Verr. 2, 149 Omnino praeclare te Habes, quum is ordo, atque id genus hominum, quod optimum et honeſtiſſimum eſt, et quo vno et ſumma Reip. *etc. Peculiaria ſunt, et cum quodam lepore dicta,* Cic. Fam. 13, 8 Etſi non ſum neſcius et quae temporum ratio, et quae tua poteſtas ſit, tibique negotium datum eſſe a Caeſare, non iudicium praeclare Intelligo. *Et* Fam. 4, 7 Ego eum te eſſe, qui horum malorum initia multo ante videris, Conſulatum magnificentiſſime atque optime geſſeris, praeclare Memini. *Sic etiam eſt* Praeclare; *approbantis vocabulum, et annuentis* Cic. Philipp. 13, 9 Pacem vult M. Lepidus. Praeclare, ſi talem poteſt efficere, qualem nuper effecit Idem ibid. 8, 23. *Superl.* Re praeclariſſime geſta Hirt. Bell. Alex. c. 30. *et* 47. Nihil in vita niſi praeclariſſime feciſſe Cic. pro Mil. c. 35.

PRAECLARĬTER. Adu. Quadrigar. An. 4 *apud* Non. 11, 56 Rebus praeclariter geſtis. *Conſ.* Enn. *apud* Priſcian. 15 p. 1010.

PRAECLARĬTAS, ātis. f. Vulg. Interpr. Sapient. 8, 18.

PRAECLAVVM, i. n. [προπλατύσημον] Pars veſtis, quae ante clauum texebatur. Afran. Totum diem praeclauum vnum texere. *Haec* Non. 1, 326. *al.* Praeclauium. *Vid. Salmaſ. ad* Hiſt. Aug. p. 406. *vel Lex. Pitiſc.*

PRAECLVDO, ſi, ſum, ĕre. [διακλείω] *Ante cludere, ne accedere vel intrare poſſis.* Cic. pro Planc. 96 c. 40 *extr.* Nam maritimos curſus praecludebat hiemis magnitudo. Aditum cuſtodi patriae Pſeudo-Cic. antequam iret in exil. . Animus ad exponendam rei indignitatem praecluditur Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 9. Cic. in Piſon. 40 Quod ſi non tuis nefariis in hunc ordinem contumeliis, in perpetuum tibi Curiam praecluſiſſes, *etc.* Effugium alicui Lucret. 1, 974. *i. Effugiendi viam intercludere.* Iter Ouid. Met. 14, 790. Negotiatores omnes praecluſit, *i. Clauſtris coërcuit* Suet. Neron. c. 32. Omnia praecludere effugio Ouid. de Art. Am. 2, 21 *Sed* praeſtruxerat *Burm.* Cic. Verr. 5, 167 c. 65 Iam omnem Orbem terrarum, qui ſemper noſtris hominibus maxime patuit, ciuibus Romanis iſta defenſione praecluſeris. Portus praecludere claſſi Lucan. 9, 39. Lucret. 1, 322 Quae corpora decedant, Inuida praecluſit Speciem natura videndi. *Alii minus recte* Praecludit. Tranſitum praecludere Columel. 6, 18. Vſus vocis praecluditur Ouid. Met. 2, 658.

PRAECLVSVS, a, um. Partic. [διακλεισθείς] Fores praecluſae Propert. 2, 5, 22. *Per tranſlationem* Cic. Verr. 5, 21 c. 8 *extr.* Facile oſtendam tua crudelitate in alios, omnes tibi Aditus miſericordiae iudicum iampridem eſſe praecluſos. Exſpectatio incolumitatis praecluſa ciuibus Pſeudo-Cic. antequam iret in exil. 9. Quinctil. 1, 11, 7 Cantus tibiarum, quae praecluſis, quibus clareſcunt Foraminibus recto modo exitu grauiorem ſpiritum reddunt. Fores praecluſae Propert. 2, 5, 22. Ianua Ouid. Met. 1, 662. Vox Claud. Conſ. Hon. 6, 265.

PRAECLVSIO, ōnis. f. Vitruu. 9, 9 Praecluſiones aquarum.

PRAECLVSOR, ōris. m. Tertull. aduerſ. Marc. 4, 27 Praecluſores legis.

PRAECLVEO, ĕre. *Prae aliis cluere, i. celebrari.* Vel qui in vetuſta praecluent comoedia Terentian. *de iambis.*

PRAECLVENS, entis. Partic. Sic olim tua praecluens poteſtas Prudent. Hymn. poſt cib. v. 37.

PRAECLVIS, e. Adi. Liberi praeclues *Deorum* Mart. Capella 1 p. 2. Id. ibid. p. 10 Paret praecluibus lubens profatis. Id. 9 p. 304 Praecluis eruditionis adſerta. *et* 5 p. 138 Ita praeclues linguae excellentia floruerant.

PRAECO, ōnis. m. [κῆρυξ, βοηχός] Praecones *a praecinendo dictos volunt, quaſi Praecanes, quod ante canant et annuntient, quod eſt faciendum. Vel, vt ait* Priſcian. 14 p. 997 a Prae, id eſt valde canendo. *Sunt enim, qui iuſſu magiſtratus publice aliquid ore denuntiabant, qui auctionem faciebant, qui audientiam in theatris indicebant, etc.* Plaut. Poen. prol. 11 Exſurge praeco, fac populo audientiam. Cic. Verr. 1, 75 Tum repente, iſte teſtes citari iubet; dicit vnus et alter breuiter; nihil interrogantur; praeco DIXISSE pronuntiat. Praeco plus debet voci ſuae, quam orator Quinctil. 6, 4. Citat praeco maxima voce legatos Aemonenſes Cic. pro Flacc. 34. Declarare victorem voce praeconis Virg. Aen. 5, 245. Cic. pro Quint. 50 c. 15 De quo homine praeconis vox praedicat, et pretium conficit, *de eo loquitur,* cuius bona ex edicto poſſidentur. *De ſimili re* Cic. pro Sext. 57 Praeconi publico ſubiiceretur. *Et* Subiicere ſub praecone non ſolum fortunas, ſed etiam victum veſtitumque neceſſarium alicuius Id. pro Quint. 49. Subiicere voci praeconis bona ciuium, et haſtam in foro ponere Cic. Off. 2, 83 c. 23. Vendere aliquid per praeconem Idem de Nat. Deor. 3, 84. *conſ.* Id. Fam. 6, 18. Actionum praeco Iuriſconſultus Cic. de Orat. 1, 136 c. 55. Idem Fam. 5, 12 Nulli denique deprehendant, et dicant, verecundiores eſſe praecones ludorum gymnicorum, qui, quum caeteris coronas impoſuerint victoribus, eum ipſi ante miſſionem ludorum corona donentur, alium praeconem adhibeant, ne ſua voce ipſi ſe victores eſſe praedicent. *Poſſis itaque putare, a praedicando* praecones *dictos contracta voce.* Cic. pro Arch. 24 c. 10 O fortunate, inquit, adoleſcens, qui tuae virtutis praeconem Homerum inueneris! ¶ 2 Praechones *cum adſpiratione* quibuſdam inſcriptionibus manebat adhuc *tempore Quinctiliani, quod notat* 1, 5, 20.

PRAECONIVM, i. n. [κήρυγμα, ἀνακήρυξις] *Praeconis opus et vitae ratio.* Suet. Ner. c. 24 Et praeconio vbique contendit. Cic. Fam. 6, 18 Reſcripſit eos, qui facerent praeconium, vetari eſſe in Decurionibus: qui feciſſent, non vetari. Furtum praeconio quaeſitum Petron. c. 97. *Conſ. Erhard. ad h. l.* Praeconium praeſens SS. L. Cat. de Re Ruſt. c. 146, 1. *Turnebus* 10. 18 *mercedem praeconis intelligit. Sed*

Geſnerus ad l. c. *ſummam pretii vel indicati a domino, vel promiſſi ab emtore, praeconis voce euulgatam, vt conſtituant alii, an augere ipſis pretium placeat.* *Sic* Cic. pro Rabir. Poſt. 46 c. 17. O meum miſerum acerbumque praeconium! *Reſpicit ad hoc, quod proclamauerat paullo ante*, Ecquis eſt, qui bona C. Rabirii poſtumi nummo ſeſtertio ſibi addici velit. *Pro Laudatione* Cic. Att. 13, 12 *pr.* Ligarianam praeclare vendidiſti, poſthac quidquid ſcripſero, tibi praeconium deferam. *Vid.* Vendere *pro* Laudare, *in* VENDO. Cic. pro Arch. 20 Qui non mandari verſibus aeternum ſuorum laborum facile praeconium patiatur. Domeſtico praeconio ſtultitiae ſuae quamplurimos teſtes colligere Cic. de Orat. 2, 86. Magna quidem de te rumor praeconia fecit Ouid. Epiſt. 16, 139. Homeri praeconio Achillis haſta nobilitata Plin. 16, 13. Carmina veſtrarum peragunt praeconia laudum Ouid. ex Pont. 4, 8, 45. Cic. Fam. 5, 12 Vt mihi non ſolum praeconium quod, quum in Sigaeum veniſſet Alexander, ab Homero Achilli tributum eſſe dixit: ſed etiam graue teſtimonium impertitum clari hominis magnique videatur.

PRAECONINVS, L. Aelius Stilo ob id cognominatus, quod Praeco purpura latiore tunicae vſus fuerit. Plin. 33, 1. *conf.* Suet. de Illuſt. Gram. c. 3.

PRAECONOR, ări. Interpr. Iren. 5, . . *Praedicare.*

PRAECONIO, āre. Idem 2, 58.

PRAECONIATIO, ōnis. f. Idem 3, 3.

PRAECOGITO, āre. Quinctil. 12, 9, 20 Praecogitare plura et animum ad omnes caſus componere. *add.* Vulg. Marc. 13, 11.

PRAECOGITATVS, a, um. Particip. Liu. 40, 2 Praecogitatum facinus.

PRAECOGITATIO, ōnis. f. Tertull. aduerſ. Marc. 4, 39.

PRAECOGNOSCO, ōui, ĭtum, ĕre. [προγινώσκω] *Ante cognoſcere, a quo*

PRAECOGNĬTVS, a, um. Adi. Planc. ad Cic. Fam. 10, 15 Quod ſi latro praecognito noſtro aduentu, rurſus in Italiam ſe recipere coeperit, Bruti erat officium occurrere ei.

PRAECOGNOSCENTIA, ae. f. Mar. Victorin. aduerſ. Arium 4 p. 201 *et* 231.

PRAECŎLO, colui, cultum, ĕre. [προγυμνάζω] *Nimis colere, certe prae aliis colere.* Noua et ancipitia praecolere Tacit. Ann. 14, 22, 5.

PRAECVLTVS, a, um. Adi. Stat. Theb. 2, 298 Sacro praeculta ſuperuenit auro. Quinctil. 11, 1, 31 Praecultum eloquentiae genus. Cic. in Partit. 80 c. 23 Sunt autem alii quidam perfecti animi habitus ad virtutem, quaſi praeculti et praeparati rectis ſtudiis et artibus. *Hic ad tempus refertur.*

PRAECOMMŌDO, āre. Officio quocunque datur, praecommodo linguam Coripp. 1, 7.

PRAECOMMŌVEO, ēre. Seneca, *neſcio quo loco.*

PRAECOMPOSĬTVS, a, um. Part. [προητοιμασμένος] *Praeparatus.* Ouid. Faſt. 6, 674 Cum praecompoſito nuntius ore venit *i. ficto ad fallendum.*

PRAECONCEPTVS, a, um. [προσυλληφθεὶς] *Ante conceptus.* Plin. 2, 82 *de ſpecubus*, Praeconceptum enim ſpiritum exhalant, quod, *etc.*

PRAECONCINNATVS, a, um. Apulei. Met. 5 p. 618 *Stew.* Praeconcinnato mendacio fallens maritum. *Elmenh. p.* 170, 34 Reconcinnato.

PRAECONDIO, īre. Leporem ſucco ſparſum praecondies Apic. 8, 8.

PRAECONSVMO, ſi, tum, ĕre. [προαναλίσκω] *Ante conſumere.* Ouid. Met. 7, 489 Vtilius bellum putat eſſe minari, quam gerere, atque ſuas ibi praeconſumere vires.

PRAECONSVMTVS, a, um. Partic. [προαναλωθεὶς] Ouid. Triſt. 4, 6, 30 Eſt quoque non minimum vires afferre recentes, nec praeconſumtum temporis eſſe malis.

PRAECONTRECTO, āre. [προψηλαφέω] *Ante contrectare.* Ouid. Met. 6, 478 Spectat eam Tereus: praecontrectatque videndo. *vid. Heumann. Parerg. Crit. p.* 147. *et conf.* CONTRECTO.

PRAECŎQVO, coxi, coctum, ĕre. [προεψάω] *Ante coquere, ſeu maturare.* Plin. 18 c. 29 Acinique praecoquuntur in callum. *add.* Id. 14, 9 *et ſaepius.*

PRAECOCTVS, a, um. Plin. 14, 9 ſ. 11 Quidam e quacunque dulci *vua*, dum praecocta alba faciunt *paſſum*, ſiccantes ſole.

PRAECŎQVVS, *vid.* PRAECOX.

PRAECORDIA, ōrum. n. [περικάρδια] *Quae eſſent* praecordia, *explicet* Plin. 11, 37 Exta homini ab inferiore viſcerum parte ſeparantur membranis, quae praecordia appellant, quia cordi praetenduntur, quod Graeci appellauerunt phrenas. Omnia quidem principalia viſcera membranis propriis, ac velut vaginis incluſit prouidens natura. *Sed pro omni cauo thoracis vulgo ponebant.* Cic. de Fin. 5. 92 Felix rurſus quum is ipſe annulus in praecordiis piſcis inuentus eſt. *de Polycrate.* Praecordia, *(inquit)* Plin. 30, 5 Vocamus vno nomine Exta in homine, quorum in dolore cuiuscunque partis ſi catulus lactens admoueatur, apprimaturque his partibus, transire in eum morbus dicitur. Subter praecordia cupiditatem locauit Plato *de Deo apud* Cic. Tuſc. 1, 20. *Hinc de motibus animi vſurpari, non mirabimur.* Dolor praecordiorum Scribon. 265. Dolores Id. 198. Duritia 265. Tenſio 258. 260. Dura Celſ. 3, 20. Ferrea Ouid. Epiſt. 10, 107. Flagrantia Iuuenal. Sat. 13, 181. *i. Commota, et irata.* Inquieta Horat. Epod. 5, 95. Mollia Ouid. Met. 1, 549. Celſ. 3, 20. Aperit praecordia Liber Horat. Serm. 1, 4, 89. Dare excutienda alicui ſua praecordia Perſ. 5, 22. Iam praecordiis Conceptam mortem continere Cic. Tuſc. 1 c. 40. Mouere intima Ouid. Met. 4, 506. Mutare praecordia, *Mutare animum* Propert. 2, 4, 21. Premere genibus praecordia alicuius Ouid. Met. 12, 140. Redit in praecordia virtus Virgil. Aen. 2, 367. Stertere totis praecordia Quinctil. 4, 2. Tranſit praecordia ligno fiſſo Virgil. Aen. 9, 413. Vincta praecordia duro ferro Tibull. 1, 1, 63.

PRAECORDIALITER. Adu. *Cuius Comparat. apud* Sariſb. Epiſt. 125 Praecordialius ſtudere promereri, *i. maiore affectu amoris.*

PRAECORRVMPO, ĕre. [προφθείρω] *Ante corrumpere.* Ouid. Met. 4, 134 Dum tamen hanc ſperat, dum praecorrumpere donis me cupit *etc.*

PRAECORRVPTVS, a, um. Partic. [πρόφθαρτος] Ouid. Met. 9, 296 Illa quidem venit: ſed praecorrupta, meumque quae donare caput Iunoni vellet iniquae.

PRAECOX, ŏcis, PRAECŎQVIS, ŏquis, *it.* PRAECŎQVVS, a, um, *attributum fructuum, et earum rerum omnium, quas ante conſuetum tempus* coqui, *i. maturas fieri, indicare volunt. Penultima vbique corripitur.* Gell. 10, 11 Afranius in Togata, cui Titulus nomen eſt, Adpetis dominatum demens praematurc praecocem. In quo verſu animaduertendum eſt quod *Praecocem* inquit, non Praecoquem; eſt enim Caſus eius rectus, non *Praecoquis*, ſed *Praecox. Haec Ille. Sed tamen eſt locus* Nouii *ap.* Non. 2, 627 Huic puellae praecoquis libido ineſt. Nonius ibid. Praecox et Praecoca quod eſt immatura: et n. 678 Praecox id eſt praecoqua. Calpurn. Ecl. 2, 43 Et modo cogit inſita praecocibus ſubrepere perſica prunis. Praecoquibus *Burmann. Nec, puto, quidquam eſt differentiae, non plus quam in* coco *et* coquo. *Caeterum de re ipſa* Pallad. Nou. 7, 6 Armenia vel praecoqua prunis, duracina amygdalis melius adhaereſcunt. *Etiam* Columel. 10, 410 *legendum videtur* Exiguo properant miteſcere praecoqua malo. *Vid. quae ibi e Salmaſio et aliunde notata ſunt.* Perſica praecoqua *videntur eſſe, quae* Abricotia *corrupta voce hodie Europa appellat. De his* Martial. 13, 46 *ſub lemmate* Perſica, Nuciperſica, Vilia maternis fueramus praecoqua ramis: Nunc in adoptiuis Perſica cara ſumus. Columel. 12, 37 *inuenias* Vuas praecoquas, *al.* Praecoques, *al.* Praecoces. *Sic et* 12, 39, 1 Vuam praecoquem *legebant omnes ante Stephanum, qui* praecoquam *dedit.* Praecox maturitas *eſt* Columel. 1, 6, 20. Praecocem vitem *dixit* Id. 3, 2, 28. Praecoquis fructus *genit. mentio* Id. 3, 2, 18. Praecoques vites Id. 3. 1, 7. Fici Id. 5, 10, 10. Fatum praecox Senec. Theb. ſ. 1. Fructus Curt. 8, 5, 15. Quinctil. 1, 3, 3 Illud ingeniorum velut praecox genus non temere vnquam peruenit ad frugem. Fuga praecox *item* Pugna *memorantur apud Non. ll. cc.* Medicina Sammon. 852. *qua praecauentur morbi.* Modeſtia praecox Stat. Silu. 2, 1, 39. Riſus praecox Plin. in Praefat. 7. Odi puerulos praecoci Sapientia *ap.* Apulei. Apol. p. 328. *conf.* Sen. Conſ. ad Marc. c. 23 *extr.* Praecoqua, immo acerba dilectio Tertull. adu. Marc. 4, 27. *Nempe* praecoqua *ante tempus matura*, acerba *plane immatura.*

PRAECRASSVS, a, um. Adi. [πολυπαχὺς] *Valde craſſum ſignificat.* Plin. 16, 8 Cortex praecraſſus ac renaſcens.

PRAECVLCO, āre. Tertull. de Monog. c. 10 *pr.*

PRAECVLTVS, *vid.* PRAECOLO.

PRAECVPIDVS, a, um. Adi. *Valde cupidus.* Sueton. Aug. c. 70 Pretioſae ſupellectilis praecupidus.

PRAECVRRO, curri, curſum, ĕre. [προτρέχω, προθέω] *Ante currere, ſiue Cito ante ire.* Terent. Eun. 3, 2, 64 Abi, praecurre, vt ſint domi parata omnia. Caeſ. Bell. Gall. 6, 38 Praecurrunt equites: quanto res ſit in periculo cognoſcunt. *Metaph.* Cic. de Diuin. 1, 118 Sed ita a principio inchoatum eſſe mundum, vt certis rebus certa ſigna praecurrerent. Id. Offic. 1, 101 Efficiendum eſt, vt appetitus rationi obediant, eamque neque praecurrant propter temeritatem, nec propter pigritiam, aut ignauiam deſerant. Neque hoc quidquam eſſet turpius, quam cognitioni et perceptioni aſſertionem approbationemque praecurrere Id. Acad. 1, 44. Praecurrit hiemem maturitas eius Columel. 3, 1. Cic. in Orat. 176 c. 52 Horum vterque Iſocratem Aetate praecurrit, vt eos moderatione, non inuentione vicerit. Neſcio quomodo, cum eum nemo anteiret his virtutibus, multi Nobilitate praecurrerent Nep. 8, 1, 3. Studio praecurrere aliquem Cic. Catil. 4 c. 9. Albis equis aliquem Horat. Serm. 1, 7, 8. Vita praecurrere aliquem, *i. Vitam, quam alius, meliorem et feliciorem agere* Horat. Epiſt. 1, 10, 33. Praecurrere alicui, *pro Anteuertere, occupare.* Cic. de Orat. 3, 228 Vobis vero illum tanto minorem praecurrere vix honeſtum eſt. Hominem plurimorum ſtudio, atque omnium bona exiſtimatione munitum, vt homo iners ſine officio, ſine ingenio, cum infamia, nullis amicis ſeptus praecurrat, ſine magna culpa negligentiae fieri non poteſt Qu. Cic. de Petit. Conſ. 22. Amor votis ſuis plerumque praecurrit, *i. Vota ſua ſpe et feſtinatione praeuenit* Plin. Epiſt. 4, 15. Iudicium praecurrit amicitia, tollitque experiendi poteſtatem Cic. de Amicit. 63. Praecurre aduentum alicuius in aliquem locum Plin. Epiſt. 6, 28. *h. e. Praecedere. Pro Praeoccurrere, ac praeoccupare, quod Graeci* προκαταντᾶν *dicunt.* Lucret. 1, 327 Illud in his rebus ne te deducere vero Poſſit, quod quidam dicunt, praecurrere cogor. *Turneb. Aduerſ.* 5, 24.

PRAECVRRENS, entis. Part. [προτρέχων] Cic. in Partit. 7 c. 2 Vt primordia rerum et quaſi praecurrentia, in quibus ineſt aliquid argumenti. *conf.* de Orat. 2 c. 39 *et* 40.

PRAECVRRENTIA, ae. f. Zeno Veron. Praecurrentiae ſtudio conuenire.

PRAECVRSVS, a, um. Part. Rumore praecurſo Ammian. 18, 2. *add.* Id. 23, 2.

PRAECVRSVS, ūs. m. [προδρόμημα] Plin. 16, 25 Omnia intra VIII Iulii Idus Eteſiarum praecurſu.

PRAECVRSIO, ōnis. f. *Idem.* [προδρομία] Cic. de Fato 44 c. 19 Idemque illi, qui ab hoc diſſentiunt, confitentes non fieri aſſenſiones ſine praecurſione viſorum. Plin. Epiſt. 6, 13 Quaſi praeluſio atque praecurſio. *Pro causa praecurrente* Cic. in Topic. 59 Alia autem praecurſionem quandam adhibent ad efficiendum, et quaedam afferunt per ſe adiumenta, *etc.*

PRAECVRSOR, ōris. m. [πρόδρομος] *Qui explorandi vel parandi cauſa praecurrit.* Cic. Verr. 5, 107 c. 41 *extr.* Quem iſte in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia praecurſorem habere ſolebat et emiſſarium. Liu. 26, 17 *extr.* Leuia praelia inter extremum Punicum agmen praecurſoresque Romanorum fiebant. *vid. Salmaſ. de Re Milit. Roman. c.* 13.

PRAECVRSORIVS, a, um. Adi. Plin. Epiſt. 4, 13 Interim quod ſum praeſens petiturus, hac quaſi praecurſoria epiſtola rogo. *i. Aduentum ad te meum praecurrente.* Praecurſorius index Ammian. 15, 1.

PRAECVRVVS, a, um. *Valde curuus* Plauto tribuitur.

PRAECVTIO, ĕre. Taedas hymenaeus amorque Praecutiunt Ouid. Met. 4, 758. *i. inter praeferendum quatiunt.*

PRAECVSSVS, a, um. Part. Largo ſtrepitu praecuſſis ianuis Apulei. Met. 3 p. 141.

PRAEDA, ae. f. [λεία, ληλασία] *dicitur a* Pariendo, *vt ait* Varro, *quaſi* Parida, *quod manu parta ſit: vid. de L. L.* 4, 36. *Aliter paullo* 7, 7 *vbi a* praedando *Praedam deduci ſcribit. Alii a* Pretio *deducunt, vel a* Prae *et* Dari. *Nihil horum ne veriſimile quidem videtur. Illud apparet*, Praedem, Praedam, Praedium *communi quodam fonte fluxiſſe, in omnibus ineſſe poſſeſſionis aliquam notionem.* Praeda *et* Manubiae *differunt: Nam* Praeda *dicuntur corpora ipſa rerum, quae*

quae capta ſunt: Manubiae *vero appellatae ſunt, pecunia per Quaeſt. Popul. Roman. ex praeda vendita contracta.* Eſt tamen, *inquit* Gellius non nusquam inuenire ita ſcripſiſſe quosdam non ignobiles ſcriptores, vt aut temere, aut curioſe praedam pro manubiis, et manubias pro praeda poſuerint, et tropica quadam figura mutationem vocabuli fecerint, quod facere conceſſum eſt, ſcite id periteque facientibus. Sed enim qui proprie atque ſignate loquuti ſunt, manubias pecuniam dixerunt. *Haec* Gell. 13, 23 *extr. add.* 4, 18. *et conf.* Non. 5, 39. Victor erat praedae praeda pudenda ſuae Ouid. de Art. Am. 406. Ceruus praeda eſt canum Id. Met. 11, 27. Cic. Fam. 12, 12 Quas ob res milites tuere, ſi eos mirifice de Republ. meritos eſſe animaduertis: et effice, ne quem poeniteat, Rempubl. quam ſpem praedae et rapinarum, ſequi maluiſſe. *De Lucri cupiditate,* Tibull. 2, 6, 17 Ferrea non Venerem, ſed praedam, ſaecula laudant *etc. Sunt enim ibi plura, vbi omne Lucrum* praedae *nomine intelligitur. Metaph.* Me praedam fecerat ira ſuam Ouid. Am. 1, 7, 44. *i. abripuit me.* Copia praedae Id. Faſt. 1, 686. Cupido caeca praedae Id. Met. 3, 620. ¶ 2 *Epitheta:* Captiua Claud. de Rapt. Proſerp. 336. Facilis Id. in Eutrop. 2, 565. Fera Ouid. Met. 7, 31. Feralis Claud. de Bell. Get. 614. Genialis Ouid. de Art. Am. 1, 125. Humiles Claud. in prim. Conſ. Stilich. 2, 22. Ingens Stat. Theb. 10, 258. Nefanda Ouid. Met. 8, 86. Opima Horat. Epod. 10, 21. Oneroſa, *vid.* Oneroſus, *in* ONVS. Perpetua, *vid.* PERPETVVS. Recens Ouid. Amor. 1, 2, 29. Sordida Martial. 10, 37. Tenera Horat. Carm. 3, 27, 55. ¶ 3 *Verba:* Virgil. Aen. 1, 214 Illi ſe praedae Accingunt, dapibusque futuris: *i. Studioſe parant epulas de feris deiectis.* Adduci ſpe praedae Caeſar Bell. Gall. 4, 37. Adſeruare praedam Stat. Theb. 10, 34. Agere Salluſt. Iugurth. c. 20 *extr.* Amittere, *vid.* AMITTO. Ardere amore praedae et ſpoliorum Virgil. Aen. 11, 782. Auertere, *vid.* AVERTO. Auctus praeda, *vid.* AVGEO. Capta crudeliſſime ex fortunis alicuius praeda Cic. pro Domo 146 c. 58. Cohibere a praeda Caeſ. de Bell. Afric. 3. Conuectare praedas, *vid.* Conuecto, *in* CONVEHO. Corrumpere, *vid.* CORRVMPO. Diteſcere praeda Lucret. 5, 1248. Diuiſa praeda eſt Senec. Agamemn. 6. Virgil. Aen. 9, 426 *de Euryalo,* Heu, terra ignota, canibus data praeda Latinis, Alitibusque iaces. Ducere ſortem praedae Id. ibid. 9, 268. Liu. 35, 1 Praeda omnis ante vrbem Expoſita eſt, poteſtasque dominis ſuas res cognoſcendi facta: caetera quaeſtori vendenda data eſt: quod inde refectum eſt, militi diuiſum. Cic. Verr. 5, (3) c. 50 Maximos quaeſtus, praedasque Feciſſe. Frui praeda Valer. Argon. 4, 498 Habere praedam cum cura Tacit. Annal. 15, 8. Largiri praedam munifice, *vid.* MVNVS. Nanciſci praedam, *vid.* NANCISCOR. Nactus praedam Ouid. Met. 3, 606. Cic. de Fin. 1, 51 c. 16. Quas nulla praeda vnquam improbe parta minuit, ſed auget potius atque inflammat. Potiri praeda Virgil. Aen. 9, 363. Potiti victores praeda, ſpoliisque Id. ibid. 9, 450. Proponere ad praedam vrbem, bona, et fortunas ciuium Cic. Philipp. 4, 9 c. 4. Quaerunt praedam ſanguine Ouid. Triſt. 4, 4, 59. Raptae praedae Virgil. Aen. 1, 214. Cic. Verr. 5 c. 31 Quum ea res non ſolum prouinciae ſaluti, verum etiam ipſi praedae eſſe poſſet.

PRAEDACEVS, a, um. Adi. [ληϊςός] *Laudatur* Pecunia praedacea Gell. 4, 18. *Rectius vero legitur* Praedaticia. *Nempe*

PRAEDATICIVS, a, um. [ληϊςικός] Gell. 13, 24 Haec inſcriptio, EX MANVBIIS non res corporaque ipſa praedae demonſtrat (nihil enim captum eſt horum a Traiano ex hoſtibus) ſed facta eſſe haec comparataque ex manubiis, id eſt pecunia praedaticia, declarat. Manubiae enim ſunt, ſicuti iam dixi, non praeda, ſed pecunia per Quaeſt. Populo Roman. ex praeda vendita contracta. *Alterum locum iam laudauimus* 4, 18.

PRAEDOR, ari. Dep. [ληΐζομαι, λεηλατέω] *Diripere, et vi auferre, quemadmodum praedae in bello ſolent.* Cic. Offic. 3, 72 Ex quo intelligitur, quoniam iuris natura fons ſit, hoc ſecundum naturam eſſe, neminem id agere, vt ex alterius praedetur inſcitia. Ad multas lupa tendit oues praedetur vt vnam Ouid. de Art. Am. 3, 419. Tuus apparitor de aratorum bonis praedabitur Cic. Verr. 3 c. 78. Singula de nobis anni praedantur euntes Horat. Epiſt. 2, 2, 55. Arces praedari Valer. Argon. 5, 646. Dapes praedantur ab ore Id. ibid. 4, 429. Piſces calamo praedabor Propert. 4, 2, 37. Puella eſt me praedata Ouid. Amor. 1, 3, 1. Spes rapiendi atque praedandi occaecat animos Cic. Philipp. 4 c. 4. In terram praedatum exire Nep. 7, 8, 6.

PRAEDO, āre. Veteres protuliſſe *teſtatur* Priſcian. p. 799. *Ita* Vulg. Interpr. *paſſim, e. c.* Iudith. 2, 13 *et* 16. Eſai. 24, 3.

PRAEDANS, antis. Part. Plin. 9, 30 *pr.* Eſcam ex praedante capere.

PRAEDATVM, i. n. Vopiſc. Prob. c. 8 Quum de praedato repertus eſſet equus non decorus.

PRAEDĀTOR, ōris. m. [ληϊςής] Cic. in Catilin. 2, 20 c. 9 Quos ego vtrosque Quirites, in eodem genere praedatorum, direptorumque pono. Ioui praedatori templum fuiſſe legimus, non quod praedae, ſed quod ei aliquid ex praeda in partem praedae debebatur. Nam mos Romanorum fuit, vt bella geſturi, de parte praedae, aliquid numinibus pollicerentur. *ex* Seru. *ad* Aen. 3, 223. Aprorum praedator Ouid. Met. 12, 306. Equus praedator Stat. Theb. 4, 316. ¶ 2 *Pro auaro generatim* Tibull. 2, 6, 23.

PRAEDĀTRIX, īcis. f. [ληςρίς] Herculei alumni praedatrix *Hylae* Stat. Silu. 1, 5, 22. *conf.* Solin. c. 42. Beſtia praedatrix Ammian. 26, 15.

PRAEDATORIVS, a, um. Adi. [ληςρικός] *Ad praedandum aptus.* Liu. 29, 28 Annis prope quinquaginta nullum Romanum exercitum viderant praeter praedatorias claſſes. Id. 34, 36.

PRAEDABVNDVS, a, um. *Aliud* Adi. *Qui praedatur.* Salluſt. Iugurth. c. 90 Vbi ſtipendium et commeatum locauerat, ire iubet: datque ſe praedabundum poſt paucos dies eodem venturum. Exercitus praedabundus Liu. 2, 26.

PRAEDATIO, ōnis. f. Paterc. 2, 73 Latrociniis ac praedationibus infeſtato mari. Lactant. 5, 9 Aperta praedatione graſſantur.

PRAEDATVS, ûs. m. Praedatibus abſtinere Liu. 38, 23.

PRAEDO, ōnis. m. [ληςής] *Qui praedatur.* Plin. 16, 40 Germaniae praedones ſingulis arboribus cauatis nauigant. Maritimi praedones Nep. 2, 2, 3. Templorum omnium atque tectorum totiusque vrbis praedo Cic. pro Domo 140 c. 55. Liber a praedonibus, *vid.* LIBER, Adi. Acerbus praedo Claud. Conſ. Hon. 4, 359. Decidere praedonum in turbam Hor. Serm. 1, 2, 43. Nefarius Cic. de Orat. 3, 3 c. 1. ¶ 2 *De poſſeſſore malae fidei* Vlpian. in l. ſed etſi De petitione hereditatis, Quod autem ait Senatus eos, qui bona inuaſiſſent: loquitur de Praedonibus, id eſt de iis, qui quum ſcirent, ad ſe non pertinere hereditatem, inuaſerunt bona, ſcilicet quum nullam cauſam haberent poſſidendi. *Et paullo poſt,* De eo autem loquitur Senatus, qui ab initio mente praedonis res hereditarias apprehendit.

PRAEDONŬLVS, i. m. Dimin. [ληςίδιον] Praedonulos ὑποκοριςικῶς Cato dixit in Epiſtolis: quia ſaepe vtiles videntur praedonuli Feſtus.

PRAEDONIVS, a, um. Adi. Vlp. l. 8 §. 5 Dig. de Hered. pet. Praedonio more verſari coepit.

PRAEDAMNO, ſ. PRAEDEMNO, āre. [προκατακρίνω] *Prius damnare, ſiue iudicare, aut condemnare.* Suet. Auguſt. c. 56 Sin deeſſet: deſtituere ac praedamnare amicum exiſtimaretur. Lactant. 5, 4 Non licet praedamnari quenquam incognita cauſa. Perpetuae infelicitatis ſe praedemnare Val. Max. 6, 9, 1.

PRAEDAMNATVS, a, um. Partic. Praedamnata ſpe dimicandi, *i. Praeciſa* Liu. 27, 15. Idem 4, 41 *extr.*

PRAEDAMNATIO, ōnis. f. Tertull. Apol. c. 26 *et* de Habit. Mulier. c. 4.

PRAEDECESSOR, ōris. m. In degenerem ſucceſſorem praedeceſſoris eximii praerogatiua non tranſit Quinctil. Declam. Trib. Mar. c. 8 p. 81. *Conf.* Rutil. Itin. v. 474. Caſſiodor. 4, 44. Symmach. 10, 45 *et* 54.

PRAEDELASSO, āre. [προκαταπονέω] *Ante delaſſare.* Ouid. Met. 11, 730 Quae primas aequoris vndas Frangit, et incurſus quae praedelăſſat aquarum.

PRAEDENSVS, a, um. Adi. [πολυδασύς] *Valde denſus.* Plin. 18, 18 Culter vocatur, praedenſam prius quam proſcindatur, terram ſecans.

PRAEDES, *vid.* PRAES.

PRAEDESIGNATVS, a, um. Vt mittat praedeſignatum vobis Chriſtum Tertull. de Reſurr. Carn. c. 23 *ex* Act. 3, 20 τὸν προκεχειρισμένον.

PRAEDESTĬNO, āre. *Praeordinare.* Corn. Nepos in Eumene 2 *extr.* Primus Leonatus Macedoniam praeoccupare praedeſtinaverat. Prudent. Cath. 11, 67. *Add.* Vulg. 1 Cor. 2, 7. *et* Epheſ. 1, 4.

PRAEDESTINANS, antis. Partic. Liu. 45, 40 Quos filios praetextatos curru vehi cum parte ſibi ipſis ſimiles praedeſtinantes triumphos, oportuerat.

PRAEDESTINĀTVS, a, um. Partic. Nouatian. de Trin. c. 24. Vulg. Interp. Rom. 1, 4.

PRAEDESTINATIO, ōnis. f. *Eccleſiaſtica vox.* Qui dicit, quod idem ſit praeſcientia, quod praedeſtinatio, duo iſta permiſcet Proſp. Aquit. ad Capitula Gall. l. extr. ſent. 15. *vid.* Auguſtin. lib. de Praedeſt. Sanct. *Conf.* Ambroſ. Ep. 16. Nouatian. de Trin. c. 24.

PRAEDEXTER, tri. *i. ambidexter.* Vt praedexter erat, geminisque ſecuribus ingens Grat. Cyneg. v. 68.

PRAEDĬCO, āre. [κηρύττω, ἀναγορεύω] *Dicere, praeſertim Aperte, ſeu publice dicere, celebrare, vulgare, palam commemorare, itemque laudare.* Ter. Andr. 3, 1, 7 Actum eſt, ſiquidem haec vera praedicat, *i. dicit. Sic* Idem Eun. 3, 4, 54 Vtrum taceamne, an praedicem. Itaque praedicabat, mirari ſe, non ſacrilegorum numero haberi Nep. 17, 4, 8. Tiberio et mox Claudio praedicantibus, nemini minus inſtitutionem puerorum committendam Suet. de Gramm. c. 23. Quod mihi praedicas vitium, id tibi eſt Plaut. Amph. 1, 1, 46. Cic. pro Lege Manil. 22 Quam praedicant in fuga, fratris ſui membra in his locis, qua ſe parens perſequeretur, diſſipauiſſe. *i. narrant, de Medea.* Cic. Att. 9, 11 Praedicat palam, et militibus oſtendit, ſe largitione ipſa ſuperiorem, quam hunc fore. Praedicat praeco, *Dum aliquid palam promulgat et pronuntiat ex Senatusconſulto.* Plaut. Bacch. 4, 7, 16 In eo ipſo aſtas lapide vbi praeco praedicat, *vid.* PRAECO. Praedicare ex Tribunali Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 18. Victores ſe ſua voce praedicare Cic. Fam. 5, 12. *Commemorare eſt in illo* Iniuriam in eripiendis legionibus praedicare Caeſ. B. C. 1 c. 32. Repulſam alicuius alteri Cic. pro Planc. 5. *Sed* Monere et praedicare Liu. 2, .. Cic. pro Arch. 21 Noſtra ſemper Feretur et praedicabitur L. Lucullo dimicante cum interfectis ducibus depreſſa hoſtium claſſis, et incredibilis apud Tenedum pugna illa naualis. Idem ib. 26 Et in eo ipſo, in quo praedicationem, nobilitatemque deſpiciunt, praedicari de ſe ac nominari volunt. Idem pro Caecin. 25 In Ebutium hoc dicit armatos homines fuiſſe: de ſe autem hoc praedicat, Antiocho Ebutii ſeruo imperaſſe, vt, *etc.* Idem Off. 1, 137 c. 38 Deforme etiam eſt, de ſe ipſo praedicare falſa praeſertim, et cum irriſione audientium imitari militem glorioſum. Glorioſus de ſe ipſo praedicare Idem pro Domo 93. De ſe vera cum gloria aliquid praedicare Idem in Piſon. 2. Honorate, et honorifice, et grauiter multa de aliquo Cic. Philipp. 11, 33 c. 13. Virtutem alicuius optime praedicare Idem pro Arch. 20. Praedicare herbas miris laudibus Plin. 25, 5. Glorianda, praedicanda, et prae ſe ferenda beata vita Cic. Tuſc. 5, 50.

PRAEDICANS, antis. Partic. Salluſt. Catil. c. 48 Craſſum ego praedicantem audiui. Cic. Fam. 5, 13 Ignoſces mihi aliquid de me ipſo praedicanti.

PRAEDICĀTVS, a, um. Partic. [κεκηρυγμένος] Arbor hiſtoriis alicuius praedicata Plin. 12, 17.

PRAEDICATIO, ōnis. f. *Commemoratio, Gloriatio.* Plin. 35, 3 Affirmant vana praedicatione, vt palam eſt. Idem 20, 10 Radix quoque plurimorum praedicatione trita, *etc.* Factum eſt tua praedicatione, vt tantum ei debere videreris Cic. Att. 9, 13. Idem Verr. Act. 1, 2 Homo vita atque factis, omnium iam hominum opinione damnatus, pecuniae magnitudine, ſua ſpe ac praedicatione abſolutus. Beneficiorum alicuius praedicatio non grata potius quam arrogans Cic. de Aruſp. Reſp. 16 c. 8. Idem Verr. 3, 140 Cogit Scandilium Apronio ob ſingularem improbitatem atque audaciam, praedicationemque nefariae Societatis, HS V millia mercedis nomine, ac praemii dare. Idem Q. Frat. 1, 33 Quod ſi in mediocri ſtatu ſermonis ac praedicationis noſtrae res eſſent, nihil abs te eximium, nihil praeter aliorum conſuetudinem poſtularetur. Acerba praedicatio praeconi futura eſt Cic. de Lege Agrar. 2, 47 c. 18. *i. praeconium.* Deſpiciunt praedicationem nobilitatemque philoſophi Idem pro Arch. 26. c. 11. *i. laudem.*

PRAEDICĀTOR, ōris. m. [κηρυκτὴς] Cic. pro Corn. Balb. 4 c. 2 Qui ſui facti, ſui iudicii, ſui beneficii voluit me eſſe, vt apud eosdem vos iudices nuper in alia cauſa fuerim, et praedicatorem, et auctorem. Mercurius praedicator Apul. Met. 6 p. 665. *i. praeco.* Cic. Fam. 1, 9 Quanquam et Pompeio plurimum Te quidem ipſo praedicatore ac teſte debebam. *Apud Eccleſiaſticos, Qui concionatur; ſicut* Praedicatio *eſt Concio.* Tertull. adu. Marc. 4, 8 Chriſtus praemiſerat vtique digniores praedicatores.

PRAEDICĀTRIX, īcis. f. Tertull. de Anima c. 46 Haec ſpecies ſummarum praedicatrix poteſtatum.

PRAEDICABĬLIS, e. Adi. [κηρυκτὸς] *Palam dicendum et gloriandum.* Cic. Tuſc. 5, 49 c. 17 Nec in miſera vita quidquam eſt praedicabile, aut gloriandum, nec in ea, quae nec miſera ſit, nec beata. • Domino merito praedicabili et venerando fratri, dominis dilectiſſimis et praedicabilibus Auguſtin. in epiſtolis paſſim.

PRAEDICAMENTA, [προκηρύγματα Gloſſ. Lat. Gr.] *Sed ſic vulgo vocantur, quae* Quinctilianus Elementa decem *appellat,* circa quae verſari videtur omnis quaeſtio 3, 6, 23. Categoriae, κατηγορίαι *Ariſtotelis.*

PRAEDICATĪVVS, a, um. Adi. *Vox Philoſophica.* Apul. de Syllogiſmo *pr.* Propoſitio praedicatiua: *Nempe quam* κατηγορικὴν, categoricam *vulgo dicunt.*

PRAEDICATORIVS, a, um. Adi. Saluian. 3 contra Auarit. Verba praedicatoria.

PRAEDĬCO, xi, ctum, ĕre. [προαγορεύω, προλέγω, πρόφημι, προερέω] *Ante, ſiue prius dicere.* Ter. Andr. 1, 1, 19 Hoc primum in hac re praedico tibi, quas credis eſſe has non ſunt verae nuptiae. *v. Weſterhou. ad h. l.* Niſi aliquid praedixero, intelligi non poterunt, quae refellentur Sen. Ep. 102. *Sic* Id. ib. in ſeqq. vt praediximus Vell. 1, 4, 1. *et* 1, 12, 1. Cic. Verr. Act. 1, 30 Moneo, praedico, ante denuntio, *etc.* Collegas ſuos iuſſit proficiſci, eisque praedixit, vt ne *etc.* Nep. 2, 7, 3. Id temporis illos ad me venturos aliquibus praedixeram Cic. in Catil. 1, 10. Virg. Aen. 3, 436 Vnum illud tibi, nate dea, proque omnibus vnum Praedicam, et repetens iterumque iterumque monebo. Cic. de Aruſp. Reſp. 29 Quis eſt, qui id non totum in iſtius ludos praedictum et reſponſum eſſe fateatur? Cic. de Aruſp. Reſp. 53 Quum dii immortales monent de optimatium diſcordia, de clariſſimorum et optime meritorum ciuium diſſenſione praedicunt: quum principibus periculum caedemque portendunt, in tuto locant, *etc.* Bellum non obſcure nobis paullo ante praedixerunt aruſpices Cic. de Aruſp. Reſp. 18. Defectiones Solis in multos annos praedicuntur Cic. de Diuin. 2, 17. Futura praedicere et intelligere Idem ibid. 1, 2 c. 1. Nepos 25, 16, 4. Hos mihi praedixit luctus Virg. Aen. 3, 713. Necem praedico tibi Tibul. 2, 5, 48. Genus praedicendi Chaldaicum repudiauit Scylax Cic. de Diuin. 2, 88. *Denuntiare et proteſtari:* Pomponius in l. ſi tamen §. penult. D. de aedil. edict. Quum redhibitoria actione de ſanitate agitur, permittendum eſt de vno vitio agere, et praedicere, vt ſi quid aliud poſtea de eo apparuiſſet, de eo iterum ageretur.

PRAEDĪCENS, entis. Partic. [προλέγων] Cic. Fam. 6, 6 Quo in bello nihil aduerſi accidit, non praedicente me.

PRAEDICTVS, a, um. Partic. [προῤῥηθεὶς] Defectiones Solis et Lunae in omne poſterum tempus cognitae praedictaeque ſunt Cic. de Nat. Deor. 2, 153. *Pro ſupra vel paullo ante dicto* Quinctil. 10, 1 Theopompus his proximus, vt in hiſtoria praedictis minor, ita oratori magis ſimilis. Praedictarum artium profeſſores Colum. l. 1 praef. Praedicta coenae hora, *h. e. Praeſtituta* Suet. Claud. c. 8. Praedicto, *abſolute.* Tacit. Ann. 16, 33, 3 Montanus patri conceſſus eſt, praedicto, ne in Republ. haberetur.

PRAEDICTVM, i. n. [πρόῤῥητον] *pro Praedictione.* Cic. de Legib. 2, 33 Augurum praedictis multa incredibiliter vera cecidiſſe. Ex meis ſuperioribus praedictis Cic. Fam. 6, 6. *Conf. Graeu. h. l.* Cic. de Diuin. 2, 88 c. 42 Sic iſti diſputant, qui haec Chaldaeorum Natalicia praedicta defendunt. *Vid.* Tetartemorion, *in* TETARA. Vatum praedicta interpretari Cic. de Legib. 2, 30. Vatum praedicta terribili monitu horrificant Virg. Aen. 4, 464.

PRAEDICTIO, ōnis. f. [πρόῤῥησις, προαγόρευσις] *Quod praedicitur, ſiue praenuntiatur, vel diuinatur.* Cic. de Diuin. 1, 4 c. 2 Ex quo genere ſaepe hariolorum etiam et vatum furibundas praedictiones. Idem de Nat. Deor. 2, 7 Praedictiones vero et praeſenſiones rerum futurarum. Praedictio et notatio cuiusque vitae ex natali die Idem de Diuin. 2, 87. Mali praedictio tum probatur, quum ad praedictionem cautio adiungitur Idem ibid. 2, 54. Fatorum veteres praedictiones Cic. de Aruſp. Reſp. 18. Praedictiones diuinae Plin. 7, 37. Diuina praedictione qui non vteretur, quis rex vnquam fuit? Cic. de Diuin. 1, 95. Habet fidem noſtra praedictio Idem Fam. 6, 6.

PRAEDICTIVVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Acut. 1, 12 Libro praedictiuo.

PRAEDIFFICILIS, e. Adi. *Valde difficilis.* Praedifficilia penes homines, facilia penes deum Tertull. de Bapt. c. 2.

PRAEDIGESTVS, a, um. *Ante digeſtus.* Bibi debet medicamen praedigeſto corpore Cael. Aurel. Tard. 5, 2, 41.

PRAEDIRVS, a, um. Adi. *Valde dirus.* Tunc erat ſpectare cum gemitu facta, dictu viſuque praedira Ammian. 31, 24 (Valeſ. c. 8)

PRAEDISCO, dĭdici, ĕre. [προμανθάνω] *Ante diſcere.* Plin. 18, 24 Et confitendum eſt caelo maxime conſtare ea, quippe Virgilio iubente praediſci ventos ante omnia. Virg. Georg. 1, 51 Ventos et varium caeli praediſcere morem, Cura ſit. *Hos verſus citat* Columel. 1, 4. Praediſcere et meditari aliqua Cic. de Orat. 1, 147 c. 32.

PRAEDISPOSITVS, a, um. Nuntios praedispoſitos miſit ad regem Liu. 40, 56. *Quibusdam placet* per diſpoſitos. *Sic* miſit *fuerit ſcripſit, epiſtolam miſit,* ἐπέστειλεν. *Et tamen transpoſita* Per *praeter morem.*

PRAEDĬTVS, a, um. *Quaſi ante datus participiali forma et ſignificatione: daemonem,* qui nobis praeditus fuit Apul. de Deo Socr. p. 68. *Sed* ¶ 2 *multo vſitatius* Praeditus *vocatur, vt* donatus *cui aliquid datum et attributum eſt.* *Valla* 5, 15 Praeditus ſum (*inquit*) bono *dicitur, et* praeditus ſum malo: *ſicut Affectus ſum malo, et affectus ſum bono. i. (vt breuiter magis, quam optime dicam) Habeo bonum, et habeo malum. vt,* Praeditus ſum humanitate, virtute, diuitiis, dignitate, viribus: *qui ſermo eſt vſitatiſſimus. Nunquam tamen cum Ablatiuo et Praepoſitione* A *vel* Ab, *vt ſit in Affectus. veluti, Ego ſum a rege magnis honoribus affectus: non autem,* Sum praeditus a deo magnis viribus. *Haec Valla.* *Iam ponamus nomina earum rerum, quibus aliquis* Praeditus *eſſe dicitur, vnde apparebit, bonis rebus plerumque, ſed tamen etiam vitiis quibusdam* Praeditos *inueniri.* Cic. Verr. 3, 62 Homo quid ageret, taceret, reſponderet, quid faceret denique illa Auctoritate, et Aetate praeditus neſciebat. Amentia et audacia Idem ibid. 2, 104. Animo et ſenſibus praeditus mundus Idem de Nat. Deor. 1, 18. Arte nulla, aut humili aliqua praeditus, et mediocris homo Idem pro Arch. 10. Audacia Idem pro Roſc. Com. 4. Auctoritate et miſeria Idem Verr. 5, 107. Auctoritate praeditus et poteſtate Idem pro Roſc. Amer. 154. Beneficiis ſummis maximisque rebus geſtis, ſummo ingenio et prudentia praeditus C. Curio Cic. pro Lege Manil. 68. Bonitate ſingulari et modeſtia Id. pro Domo 110. Crudelitate et Immanitate ſingulari Idem pro Sulla 7 c. 3. Cupiditate ſingulari, audacia, ſcelere praeditus homo Idem Diu. Verr. 6. Dignitate magna praeditus puer Idem de Inuent. 2, 2. Diuinitate praeditae imagines Idem de Nat. Deor. 1, 121. Gloria ingenii ſumma Idem pro Arch. 10. Iudicio minus firmo Id. in Orat. 24. Leuitate praeditus, egeſtate, perfidia Idem pro Flacc. 6 c. 3. Luctu praeditus miſer *laudatur* Cic. pro Roſc. Amer. 23. *Sed leg.* Perditus. Magiſtratu ſummo praeditus vir Idem Verr. 4, 86. Medicamentis praeditum cornu Plin. 8, 32. *de cornu cerui.* Mente praeditus Cic. Acad. 4, 126. Mente diuina et conſilio praediti homines Idem de Lege Agrar. 2, 89. Sapiens et alta mente praeditus homo Idem pro Milon. 21. Metu non vt paruo praeditus, ſed vt nullo Idem Tuſc. 5, 41 c. 14. Morbo praeditum Scaeuolam *aduocant quidam ex* Cic. pro Rabir. perd. 21 c. 7. *Sed Grut.* praepeditus, *Graeu.* perditus. Multitudine infinita, varietate admirabili praediti ſiderum errores Idem de Vniuerſ. 29. Natura immortali Lucret. 1, 237. Opibus paruis ac facultatibus Cic. Diu. Verr. 69. Ornamentis honoris, fortunae, virtutis, ingenii praeditus vir. Idem pro Lege Manil. 51. Poteſtate ſumma praeditus vir Idem pro Domo 110. Prudentia et exercitatione praeditus vir Idem pro Cluent. 84. Religione ſumma et auctoritate praeditus homo Idem ibid. 53. Sacerdotio ampliſſimo Idem Att. 8, 3. Sapientia praeditus prope ſingulari Idem Fam. 4, 3. Singulari cupiditate, audacia, Scelere praeditus homo Idem Diuin. Verr. 3, 6 c. 2. Senſu diuino Lucret. 5, 145. Cic. pro Flacc. 2 Vnum illud intelligo, quod Praetor in reiectione iudicum iudicauit, ea Spe iſtum fuiſſe praeditum, vt omnem rationem ſalutis in pecunia poneret. Spe ſumma et animi et ingenii praeditus adoleſcens Idem Philipp. 2, 46. Studio optimo, iudicio minus firmo praeditos docere, non alienum eſt Idem in Orat. 24. Studiis rectiſſimis atque optimis artibus praeditus adoleſcens Idem pro Cael. 24 c. 10. Studio venandi, vel pilae praeditus Cic. de Amicit. 76. Studiis literarum doctrinaque Idem Fam. 13, 31. Tumore praeditum, deformatum et decoloratum corpore mortuum conſtat eſſe Auctor ad Heren. 2, 44. Virtute ſingulari, conſtantia, grauitate praeditus vir Cic. pro Domo 29 c. 15. Vitio perſpicuo et grandi praeditum poſuimus exemplum Idem de Inuent. 1, 88.

PRAEDĪVES, ĭtis. Adi. [πολυπλούσιος] *Valde diues.* Plin. 34, 3 Praediues numinum vice illud candelabrum coluit. Aula praediues Claud. in Ruff. 2, 142. Cornu praediues Ouid. Met. 9, 91.

PRAEDIVĪNO, āre. [προμαντεύομαι] *Ante diuinare, diuinando praedicere.* Plin. 11, 10 Praediuinant enim apes ventos, imbresque. Quod futurum cum praediuinaſſet Caeſar Frontin. Strat. 2, 5, 58. Plaut. Truc. 2, 3, 17 Iam quaſi vulturii, triduo potius praediuinant quo die eſuri ſient. *Non ſimpliciter otioſa eſt in hoc verbo Praepoſitio: cum* diuinare *etiam ad praeſentia vel praeterita adeo referri queat.*

PRAEDIVINANDVS, a, um. Varro de L. L. 5, 7 *pr.* Qui futura praediuinando ſolent fari, fatidici dicti *etc.*

PRAEDIVINATIO, ōnis. f. [προμάντευσις] Plin. 8, 25 *de crocodilo,* Parit oua quanta anſeres, eaque extra eum locum transferens ſemper incubat praediuinatione quadam, ad quem ſummo auctu eo anno egreſſurus eſt Nilus.

PRAEDIVĪNVS, a, um. Adi. [ζάθεος] *Valde diuinus.* Plin. 37, 10 ſ. 60 Promittitur praediuina ſomnia repraeſentare. *ead.* Solin. c. 40. (*al.* 27.)

PRAEDIVM, i. n. [χωρίον, κτέαρ] *a* Praeda *dictum volunt, eo quod capti ab hoſtibus agri militibus diſtribuebantur. Vel dicitur* a Praeſtando, *vt ait* Varro de L. L. 4, 4 *extr.* p. 11, 35 quod ea pignori data publice mancupes (*f.* mancupis) fidem praeſtent. Vetus auctor de Limitibus *apud* Rigalt. p. 299 Praedium, quod ex omnibus patris familias maxime prouidetur, id eſt apparet quaſi praeuidium, vel quod antiqui agros, quos bello ceperant, praedae nomine habebant. *Optime* Aſconius *ad illa* Cic. Verr. 1, 142 c. 54 Populo praediis et praedibus cautum eſt, Praedia, *inquit* ſunt res ipſae, praedes homines fideiuſſores, quorum res, bona, praedia nunc vno nomine dicuntur. • *Et paullo ante, ad verba* In bonis praediis praedibusque vendundis, *ſic ait,* Bona praedia dicuntur bona ſatisdationibus obnoxia, ſiue ſint in mancipiis, ſiue in pecunia numerata: praedia vero domus, agri. Haec omnia venduntur, ſi rationi publicae locator ſartorum tectorum non reſponderit. *Conf. Salmaſ. de Modo Vſur.* c. 16. Cic. Off. 3, 51 Ac de iure quidem praediorum ſanctum eſt apud nos iure Ciuili, vt in his vendendis vitia dicerentur, quae nota eſſent venditori. Praedium et Fundum idem eſſe, *vid.* FVNDVS. Bona praedia, *vid.* BONVS. Continentia praedia fundo, *vid.* CONTINEO. Culta Claud. in Ruff. 1, 188. Dotalia Cic. Att. 15, 20. Libera, *vid.* LIBER, Adi. Paterna Quinctil. 6, 3. Ruſtica Cic. pro Roſc. Amer. 42. Triquetra praedia *nulla ſunt.* *Nam* Hor. Serm. 2, 6, 55. Quid? militibus promiſſa Triquetra Praedia Caeſar, an eſt Itala tellure daturus? Triquetra tellure *eſt in Sicilia.* Vlpian. l. 198 D. de verbor. ſignific. Vrbana praedia omnia aedificia accipimus: non ſolum ea, quae ſunt in oppidis, ſed et ſi forte ſtabula ſunt, vel alia meritoria in villis, et vicis, vel ſi praetoria voluptati tantum deſeruientia, quia vrbanum praedium non locus facit, ſed materia. Proinde hortos quoque, ſi qui ſunt in aedificiis conſtituti, dicendum in vrbanorum appellatione contineri. Plane ſi plurium horti in reditu ſunt (vinearii forte, vel etiam olitorii) magis haec non ſunt vrbana. *Quo in loco* ſtabula *dicuntur, diuerſoria, et quas tabernas vocamus.* Praetoria *ſunt, Ornatiores domus, in quibus patres familias ruri habitant.* ¶ 2 *Iam Formulas videamus.* Accipere praedia in aeſtimationem ab aliquo, *vid.* ACCIPIO. Abeunt fructus praediorum in ſumtus Cic. Att. 11, 2. Aedificare praedia, *vid.* AEDIFICO. Colenda fructuoſa praedia ac tuenda pater filio tradiderat Cic. pro Roſc. Amer. 41 c. 15. • Diuidere praedia Hor. Serm. 2, 3, 168. Emere ab aliquo Cic. Fam. 13, 9. Mancipare paterna praedia Quinctil. 6, 3. Fructum Reddunt praedia Ter. Phorm. 4, 3, 75. Vendere Cic. Verr. 1, 142.

PRAEDIŎLVM, i. n. Dimin. [κτεατίδιον] Cic. Fam. 2, 15 Sed mea praediola tibi nota ſunt. Aedificata belle praediola noſtra, et ſatis amoena Cic. Att. 16, 3. *Add.* Id. de Orat. 3 c. 27.

PRAEDIĀTVS, a, um. Adi. *Praediis diues.* Apul. Flor. 2 p. 349, 40 Ipſe bene veſtitus, bene praediatus. ¶ 2 Praediatus *lepida metaphora ad ipſum Iouem retulit* Martian. Cap. 1 p. 16 In ſecunda (manſione) itidem manſitabant praeter domum Iouis, quae ibi quoque ſublimis eſt, vt eſt in omnibus praediatus *etc. Iupiter domos et velut praedia habet in omnibus regionibus caeli.* ¶ 3 Praediatus *eſt, cuius bona publico ſunt obligata.* Vet. Gloſſ. Praediatus ὑπὲρ φόρϐ δήμῳ ἐνδεδεμένος. *Sic legendum cenſet pro* Praediator *et* δήμϐ, *Salmaſ. de modo Vſur.* p. 738. *Nempe Graeca formula illum ſpeciatim notat, qui propter vectigalia, quae redemit, praedia ſua obligauit populo.*

PRAEDIATOR, ōris. m. *Teſtibus gloſſis veteribus* ὠνητὴς ὑπαρχόντων, *praediorum emtor. Arctius includit hoc nomen Salmaſius de modo Vſur.* p. 738. *et iis tantum tribuit, qui praedia publico obligata et proſcripta, vel* bona praedia *emebant. Et videntur ſane in his vel maxime ſe iactaſſe, cum ſpes lucri maior, vt in ſectionibus, ibi affulgeret: non tamen excludendam puto aliam in praediis emendis et vendendis negotiationem.* Cic. Att. 12, 14 Procuratores Cornificii et Appuleium praediatorem videbis. Ibid. Ep. 17 Praediator liberalis *vocatur* Appuleius. Idem pro Corn. Balbo c. 20 Q. Scaeuola ille augur, cum de iure paediatorio conſuleretur, homo iuris peritiſſimus, conſultores ſuos non nunquam ad Furium et Caſcellium praediatores reiiciebat. *Expungi vult* praediatores *Salmaſius l. c. p. 740 ne cenſeamus, inquit cum doctiſſimis ICtis,* praediatores *dictos, qui iuris ad praedes et praedia pertinentis erant periti. Quod eſt ineptiſſimum. Haec Salmaſius. Sed violentum eſt, vocem omittere, quam habent omnes libri, quaeque hic poteſt vim modo indicatam ſeruare planiſſime. ICti erant Furius et Caſcellius, ſed iidem* praediatores *quoque, in praediis emendis et vendendis verſati, et rem ſic augentes. Ad hos ICtos alioquin multo minores, ſed hac in re verſatos ablegat ſuos conſultores Scaeuola. Furius et Caſcellius non quia ICti, ideo* praediatores*: Sed quia* praediatores *erant, ideo iura illa praediorum melius nouerant ICtis, multum alias ſe peritioribus. Hoc ſeries orationis apud Tullium firmat planiſſime. Ergo vt* fenerator *eſt, qui in* fenore *collocauit pecuniam ſuam, vt* aratores, paſtores, ſectores *dicuntur, qui* arando, paſcendo, ſectionibus *redimendis rem faciunt, ita* praediatores, *qui pecunias collocarunt ſuas in praediis. Caeterum* l. 54 ff. de iure dotium *laudatur* Gaius ad edictum Praetoris vrbani titulo de praediatoribus: *vbi adſcripſit Gothofr. ex* Boëthio ad Topica Ciceronis, Vindex eſt, qui alienam cauſam ſuſcipit vindicandam, veluti quos nunc praediatores vocamus. *Sed editio Glareani Baſ. 1570 f. p. 773 recte habet* procuratores. Praediatores *emendauit ex vett. libris Cuiac. Obſ. 5, 29. Dubitare tamen licet, an Boëthii aetate* praediatorum *appellatio obtinuerit? et an non potius* vindicem *parum accurate cum ſuae aetatis* procuratore *contulerit.*

PRAEDIATORIVS, a, um. Adi. [κτεατικός] Cic. pro Corn. Balb. 45 c. 20 Etenim ſi Q. Scaeuola ille augur, quum de iure praediatorio conſuleretur, homo iurisperitiſſimus conſultores ſuos nonnunquam ad Furium et Caſellium praediatores reiiciebat. *Eadem* Val. Max. 8, 13, 1. Suet. Claud. 9 Ad eas rei familiaris anguſtias decidit, vt cum obligatam aerario fidem liberare non poſſet, in vacuum lege praediatoria venalis pependerit. *Vbi* Lex praediatoria. *Torrentio, quae de praedibus cauebat; Salmaſio, quae agebat de praediatis, id eſt obligatis publico.*

PRAEDO, āre. *vnde*

PRAEDĀTVS, a, um. *i. Ante datus.* Praedato oleo C. Aurel. Acut. 3, 17, 163. Praeſentientes iam fuiſſe digeſta praedata Id. Ac. 2, 37, 213. *Add.* Id. Tard. 1, 1, 21. *Reineſ. Varr. Lect.* 3, 17 p. 657.

PRAEDO, ōnis. m. *Vid.* PRAEDA.

PRAEDŎCEO, ēre. Prudent. Cathem. 12, 72 Myrrheus Puluis ſepulchrum praedocet.

PRAEDOCTVS, a, um. Partic. Salluſt. Iugurth. c. 94 Praedocti a duce. Plin. 18, 34 Praedoctus eſto.

PRAEDŎMO, ui, āre. [προδαμάζω] *Ante domare, ſedare, comprimere.* Senec. Epiſt. 113 Et omnes caſus antequam exciperet, praedomuit meditando.

PRAEDOR, āri. *Vid.* PRAEDA.

PRAEDVCO, xi, ctum, ĕre. [ἔμπροσθεν ποιῶ] *Ante ducere.* Cretâ circumducere Plin. 35, 11. Ibidem 35, 16 Probatur mollitie, et quod ſi aera praeducantur, violaceum reddit colorem. *de terra Eretria Hard.* aere perducatur. Tutam caſtris praeducere Foſſam Tibull. 4, 1, 83. Foſſam praeducere Tacit. Ann. 14, 32, 5. Sil. 10, 411. *v. Drakenb. ad h. l.* Praeducere foſſam homini obſeſſo, *pro Foſſa circumuallare* Senec. de Ira 2, 8. Praeductis Sulcis Prudent. Apoth. v. 356. Vallum praeducere Tacit. Ann. 14, 32, 5.

PRAEDVCTAL, *vel* PRAEDVCTALE, *vel etiam* PRAEDVCTILE, is. n. in Gloſſ. παράγραφος, *erat Stilus vel plumbum, quo lineae praeducebantur in membrana ad ſcripturam dirigendam. Vid. Salmaſ. ad* Solin. 643.

PRAEDVCTORIVS, a, um. Adi. Lora praeductoria Cato de R. R. c. 135, 5. *obſcurum eſt, quid ſibi velint. Al.* productoria.

PRAEDVLCIS, e. Adi. [πολυγλυκύς] *Valde dulcis.* Plin. 12, 5 Fructus per folia ſolibus coctus praedulci ſapore. Luxuries praedulce malum Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 132. Eſſe aliis quidpiam praedulce Lucret. 4, 639. Tibia Nemeſian. Ecl. 1, 23. Tyrrhenae volucres nautis praedulce minantur Stat. Silu. 5, 3, 82. *i. Sirenes.*

PRAEDVRO, āre. [ἐπισκληρόω] *Valde durum facere. Laudatur.* Columel. 3, 11 *extr. de rubrica,* Verum, eſt in opere difficilior, quod neque humentem fodere poſſis, quod ſit glutinoſiſſima: nec nimium ſiccam, quia nimium praeduratur. *Sed editur* Praedura Apic. 2, 1 *extr.* Adipes phaſiani praedurato. Id. 7, 8 Lumbuli praedurentur.

PRAEDVRATVS, a, um. Partic. Plin. 23, 7 Aliqui myrrha adiecta et cupreſſo praeduratum vas ſole torrebant.

PRAEDVRVS, a, um. Adi. [ἐπίσκληρος] *Valde durus.* Aetas praedura, *cui opponitur* Tenera Columel. 6, 2. Corpora Virg. Georg. 2, 531. Gemma praedura Plin. 37, 10. Labor Valer. Argon. 1, 235. Os praedurum Quinctil. 6, 4. Tempora praedura fregit nodoſo robore Ouid. Met. 12, 349. Viribus praedurus Virg. Aen. 10, 749.

PRAEELIGO, ĕre. Ego tamen morum illius aemulator eſſe praeeligerem Sidon. Ep. 7, 4.

PRAEEMĬNEO, ēre. Tacit. Ann. 12, 12 *pr.* Caſſius caeteros praeeminebat peritia legum *al.* Praeminentes. Albutium, qui Graecis praeeminet Sen. Contr. 1, 4 *extr.* In quo intelligentia praeeminet Varro in fragm. Auguſt. Confeſſ. 6, 9 Ad cancellos plumbeos, qui vico argentario deſuper praeeminent, *al.* Praeminent.

PRAEEMINENTIA, ae. f. Claud. Mamert. 1 Praef. Ad negotii praeeminentiam ſpectare.

PRAEEMTOR, oris. m. προαγοραστής Gloſſ. Gr. Lat.

PRAEEO, īui, ĭtum, īre. [προάγω, προέρχομαι, προηγοῦμαι] *Ante ire.* Liu. 2, 1 Praeierat Aruns Tarquinius filius regis, rex ipſe cum legionibus ſequebatur. Praei verbis quod vis, *i. Dic primum verba, quae vis me referre* Plaut. Rud. 5, 2, 48. Plin. Ep. 10, 60 Praeiimus commilitonibus iusiurandum praeſtantibus. *Add.* Ep. 61, 97, 102. *Et vid. ad* Pan. 64, 3. Mihi praeire digneris quid me putes obſeruare debere Plin. Epiſt. 10, 47. *Hic docere eſt. Nempe qui docent, praeire ſolent verba.* Valer. Max. 4, 1 *de Africano poſteriore.* Qui Cenſor quum luſtrum conderet, inque ſolito ſacrificio ſcriba ex publicis tabulis ſollemni eius precationis carmine praeiret, quo dii immortales, vt Populi Rom. res meliores amplioresque facerent, rogabantur: ſatis (inquit) bonae ac magnae ſunt: itaque precor, vt eas perpetuo incolumes ſeruent. Praeiret, *i. Recitaret, et praelegeret verba concepta et praeſcripta lege, ac proinde ſollemnia.* Varr. de L. L. 4, 14 Praetor dictus, qui praeiret iure et exercitu, *etc.* Obſecrationem praeire, *pro Dictare* Suet. Claud. c. 22 *extr.* Liu. 8, 9 Agedum Pontifex publicus Populi Rom. praei verba, quibus me pro legionibus deuoueam. Idem 31, 17 Praeeuntibus execrabile carmen ſacerdotibus. Voce praeire alicui quid iudicet Cic. pro Milon. 3 c. 2. Plin. 28, 2 Vidimus certis precationibus obſecraſſe ſummos magiſtratus, et ne quid verborum praetereatur, aut praepoſterum dicatur, de ſcripto praeire aliquem. Praeire alicui de re aliqua Gell. 14 2. *i. Pronuntiare quod ſequatur.* Quinctil. 2, 5 Non videntur ſuffectura tempora, ſi legentibus ſingulis praeire ſemper ipſi velint. *h. e. Ante pronuntiare, et praedictare et praelegere. Nam ſtatim ſequitur,* Et hercle praelectio.

PRAEIENS, euntis. Partic. [προερχόμενος, προηγούμενος] Ouid. ad Liu. 408 Et venit ſtella non praeeunte dies. Praeeunte natura deduci ad cognitionem aliquam Cic. de Fin. 2, 58. Liu. 39, 18 Qui ex carmine ſacro praeeunte verba ſacerdote precationes fecerant, *de Bacchanalibus.*

PRAEEXERCITAMEN, ĭnis. n. Praeexercitamina puerorum Sarisb. Metal. 1, 24.

PRAEEXERCITAMENTVM, i. n. *ſic Graecum* προγύμνασμα *reddidit* Priſcian. in tit. libri.

PRAEFACĬLIS, e. Adi. [πάνυ ῥᾴδιος] *Valde facile.* Plaut. Epid. 5, 2, 21 Te profecto Apoecides nihil moror mihi. P. de praefacili exoras Epidice. *Vid. Taubm. not. p.* 532.

PRAEFĀMEN, ĭnis. n. Symmach. Epiſt. 2, 34 Recordaris hoc te praefamine epiſtolam texuiſſe.

PRAEFĀRIS, *vel* praefare, praefatus ſum, praefari [προλογίζω, φροιμιάζω, προοιμιάζω] *Ante fari, proloqui.* Maiores noſtri omnibus rebus agendis, quod bonum fauſtum, felix, fortunatumque ſit, praefabantur Cic. de Diu. 1 c. 45. Columel. in praef. Quas ordine ſuo tunc demum perſequar, quum praefatus fuero, quae reor ad vniverſam diſciplinam maxime pertinere. Cic. de Vniuerſ. 33 Sed haec ſatis ſunt dicta nobis, quae de deorum qui cernuntur, quique ſunt orti, natura praefati ſumus, habeant hunc terminum. Plin. 28, 2 Attalus affirmat ſcorpione viſo, ſi quis dicat duo, cohiberi nec vibrare ictus. Et quoniam ſcorpio admonuit, in Africa nemo deſtinat aliquid, niſi praefatus Africam. In caeteris vero gentibus deos ante obteſtatur vt velint. *His poſtremis verbis declarat ſeipſum* Plinius. Carmen praefari Liu. 5, 41. Diuos praefatus ſolio rex infit ab alto Virg. Aen. 11, 305. *More antiquo: nam maiores nullam orationem, niſi inuocatis numinibus, incohabant. Nec hoc de antiquis illis exordiis interpretandum cenſeo, quibus orationes auſpicari ſolebant veteres oratores, vt, Deos immortales iudices precor, deasque omnes, etc. Sed de precatione, quam facere antequam concionarentur, aut in ſenatu loquerentur, ſolebant. Id ex ea concione intelligi poteſt, in qua Gracchus occiſus eſt, de qua ſic* Cornificius *ſcribit* ad Her. 68. Quum Gracchus deos inciperet precari, curſim iſti impetum faciunt. *i. Quum antequam populum alloqueretur, precaretur deos. Turneb. 14, 13. Etiam in ſacrificiis locum habet.* Cato R. R. 134 Ture, vino, Iano, Ioui, Iunoni praefato. *Meurſius legi vult* praefamino, *vt* 141, 2 Ianum Iouemque vino praefamino. *Singularem poſtulat oratio. Etiam* Feſtus famino *interpretatur* dicito. *Senſus igitur in his eſt, vbi vinum fundis, vbi tus in ignem das, praefare Dei nomen, cui des.* Honorem praefari: *eſt quum quid turpe dicturi, ſolemus duobus aut tribus verbis deprecando honorem habere pudori audientium.* Cic. Fam. 9, 22, 12 Nos autem ridicule ſi dicimus, ille patrem ſtrangulauit, honorem non praefamur. ſin de Aurelia, aliquid, aut Lollia, honos praefandus eſt. *Conf.* de Fin. 2, 29 c. 10 Caetera addit, quae ſi appelles, honos praefandus ſit. *V. mox ſeparatim* PRAEFANDVS *it.* PRAEFATVS. Stat. Achil. 2, 53 Oſtenſa Pacem praefatur oliua.

PRAEFANS, antis. Partic. [προλογίζων] Catul. Argon. 62 (64) 382 Talia praefantes quondam felicia Pelei Carmina, diuino cecinerunt pectore Parcae.

PRAEFANDVS, a, um. Partic. Plin. 8, 16 ſ. 17 Vir quem magna ſecuturus ex parte, praefandum reor, *i. ſtatim initio huius diſputationis cum honore appellandum puto.* Cic. Fam. 9, 22 Si de Aurelia aliquid aut Lollia, honos praefandus eſt. Honos auribus praefandus eſt, domus eius tota lenonia Apul. Apol. Praefandi humoris effluuium Plin. 7, 51 *pr.* In praefanda *verba* incidere Quint. 8, 3, 45 *vt Geſnerus poſt Obrechtum edidit.* Praefata *al.*

PRAEFATVS, a, um. Partic. paſſ. *Praedictus.* Apic. 4, 5 Cucurbitae iam praefatae. *Sic* Vopiſc. Aurel. 1. *it.* Cod. Iuſtin. l. 1 t. 9 l. 13. *et* t. 5 l. 2. ¶ 2 *Vt* praefandus, *de his, quae ſaluo pudore nominari vix poſſunt.* Quinctil. 8, 3, 45 In praefata videmur incidere *vid.* PRAEFANDVS. Partes, quas inter aures caſtas ſine venia nefas eſt ac ſine honoribus appellare praefatis Arnob. 5 p. 176.

PRAEFATIO, ōnis. f. [πρόλογος, προοίμιον] *Id quod praeloquimur ante, quam ad rem veniamus.* Cic. Verr. 3, 187 c. 80 Quae porro praefatio tuae donationis fuit? Adhibere praefationem Suet. in Claud. c. 25. Dare praefationem Quinctil. 4, 1. Praefationes Caius in l. 1 D. de origin. iuris. *Alia ſignificatione* Varr. de L. L. 6, 3 *extr.* Oſtendit a Praefatione praeficam dictam. Iucundiſſime Imperator, ſit enim haec tui praefatio veriſſima Plin. praef. *pr. i. appellatio, nomen honoris.* Praefatio vltionis, *i. Titulus ſupplicii* Valer. Max. 6, 3, 1.

PRAEFATIVNCVLA, ae. f. Hieronym. Epiſt. 89, 6 ad Auguſtin.

PRAEFATVM, i. n. Symmach. Epiſt. 6, 3 Praefato opus eſt, ſi ardua poſtulentur.

PRAEFATVS, ûs. m. Symmach. Epiſt. 10, 29 Comperit meo praefatu, *i. Praedictione.*

PRAEFASCINVS, a, um. *πάνυ βάσκανος* Gloſſ. Gr. Lat.

PRAEFECTVS, *vid.* PRAEFICIO.

PRAEFĔRO, fers, tŭli, lātum, ferre. [*προκομίζω*] *Ante ferre.* Ouid. Faſt. 2, 336 Et praefert cautas, ſubſequiturque manus. *i. Ante ſe manus fert, vt ſolent ii, qui in tenebris ambulant.* Cic. Verr. 4, 74 Siniſtra manu retinebat arcum, dextra ardentem Facem praeferebat. Cic. in Catil. 1, 13 c. 6 Cui tu adoleſcentulo, quem corruptelarum illecebris irretiſſes, num ad audaciam ferrum, ad libidinem facem praetuliſti? Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 9 Vos vos obteſtor dii immortales, qui meae menti lumina praetuliſtis, quum conſenſum exſtinxi coniurationis. Opem praeferre Stat. Theb. 6, 476. Prae, *hoc loco nihil ſignificare aliud videtur, ſed augere tantum.* Taedas praeferre Cic. Verr. 4, 106. ¶ 2 *Eſt etiam ante habere* [*προτιμᾶν, προκρίνειν*] *Praeponere* Liu. 1, 2 *pr.* Turnus rex Rutulorum, cui pacta Lauinia ante aduentum Aeneae fuerat: Praelatum ſibi aduenam aegre patiens, ſimul Aeneae, Latinoque bellum intulerat. Cic. pro Roſc. Amer. 87 Auaritiam praefers, qui ſocietatem coieris de municipiis, cognatique fortunis cum alieniſſimo. Ouid. Met. 4, 56 Altera quas Oriens habuit, praelata puellis. Caeſ. B. Ciu. 1, 47 Haec eius diei praefertur opinio. *i. a pluribus probatur.* Se aliis praeferre Cic. de Orat. 2, 342 c. 84. Ius imperii amori patrio praeferre Idem de Finib. 1, 24. Salutem Reipublicae ſuis commodis praeferre Idem pro Lege Manil. 71 ſ. *extr.* Hominem a ſe ortum hominibus nobiliſſimis, omnibus honoribus praeferre Idem Philipp. 6, 17. Alicui neminem praeferre fide, conſtantia, magnitudine animi Nep. 8, 1, 1. Bonitate praefertur Plin. 12, 21. *Cum Infinitiuo.* Columel. 1, 3 Vt multi Praetulerint carere poëmatibus. ¶ 3 *Prae ſe ferre, Oſtendere.* Modeſtiam praeferre et laſciuia vti Tac. Ann. 13, 45 *de Poppaea. i. prae ſe ferre.* Plin. Ep. 1, 22 In ſumma, non facile quis quenquam ex iſtis, qui ſapientiae ſtudium habitu corporis praeferunt, huic virò compararit. Vultus tuus neſcio quod ingens malum praefert Curt. 4, 10, 26. Planc. ad Cic. Fam. 10, 8 Cum praeferremus ſenſus aperte. ¶ 4 Liu. 39, 5 Ne plus in triumpho certaminum, quam in bello haberet, praetulit triumphi diem. *i. occupauit, prius quam ſtatuerat triumphauit.* *Conf. Turneb. Aduerſ.* 30, 25.

PRAELATVS, a, um. Partic. Hoſtes praeter caſtra ſua fuga praelati Liu. 7, 24 *med.* Vt effuſa fuga caſtra ſua praelati, vrbem peterent Liu. 5, 26, 7. Praelatus honor Virg. Aen. 5, 541. *vid. ſupra. Compar.* Praelatior Tertull. adu. Marc. 1, 9. *et* ad Vx. 1, 3.

PRAELATIO, ōnis. f. Val. Max. 7, 8, 4 Praelatio contumelioſa videri poſſet. Chariſ. 1. c. de Gradibus, Praelatio omnium. *Add.* Tertull. Apol. c. 13.

PRAELĀTOR, ōris. m. Tertull. de Pudic. c. 2.

PRAEFERICŬLVM, i. n. Vas aeneum ſine anſa patens, veluti peluis, quod praeferre in ſacrificiis ſolebant veteres. Feſtus. *Conf. omnino Lex. Pitiſc.*

PRAEFERMENTO, āre. *legitur a nonnullis ap.* Plin. 18, 11 *vbi Hard.* ſ. 26 fermentabatur.

PRAEFĔROX, ōcis. Adi. [*πολυάγριος*] *Valde ferox.* Liu. 5, 36 Mitis legatio, ni praeferoces legatos, Galliſque magis quam Romanis ſimiles habuiſſet. *Ibid.* l. 3 Praeferocis animi. *Conf.* Suet. Caeſ. c. 35.

PRAEFERRĀTVS, a, um. Adi. [*προσεσιδηρωμένος*] *Quod ferrum habet in cacumine.* Plin. 18, 10 Quippe et Hetruria ſpicam farris toſti pinſente pilo praeferrato, fiſtula ferrata, et ſtella intus denticulata, vt niſi intenti pinſant, concidantur grana, ferroque frangantur. *Ferro vinctus.* Plaut. Perſ. 1, 1, 22 Pluſculum annum fui praeferratus apud molas Tribunus vapularis.

PRAEFERTĬLIS, e. Adi. *Valde fertilis.* Prudent. adu. Symmach. 2, 1025 Quoniam praefertile germen Luxuriat. Alcim. Auit. 5, 119 Praefertilis vbere terra.

PRAEFERVĬDVS, a, um. Adi. [*πολύζεστος*] *Valde feruidum ſignificat.* Columel. 3, 1 Et omni declinatione mundi, niſi tamen glaciali, vel praeferuida, curae mortalium reſpondet. Ira praeferuida Liu. 9, 18.

PRAEFESTĪNO, āre. [*προεπείγω*] *Ante tempus feſtinare.* Plaut. Rud. 1, 2, 31 Qui praefeſtinet, vbi herus adſit, praeloqui. Liu. 23, 14 Concedendo plebi Senatum, vbi velint, defecturos ſe, ne deficere praefeſtinarent, effeciſſe. ¶ 2 Praefeſtinare, Tacito Ann. 5, 10, 4 *eſt Feſtinando praecurrere: vt,* Quo vera ſeu falſa praeteriret Toronaeum Thermaeumque ſinum praefeſtinans, mox Euboeam, *etc.* euadit.

PRAEFESTINĀTVS, a, um. Partic. [*προεπειγμένος*] Ouid. de Nuce 98 Et tamen inuenias qui me iaculetur, et ictu Praefeſtinato munus inane petat. Opus praefeſtinatum Columel. 11, 2.

PRAEFESTĪNE. Adu. [*προεπισπερχῶς*] *Celeriter.* Plaut. Rud. 2, 5, 4 Vt ſine labore extraxi hanc praefeſtine ſatis!

PRAEFESTINĀTIM. Adu. [*προεπειγμένως*] *Idem.* Siſenna Hiſt. 4 Iidemque perſeuerauerunt, vti lex perueniret ad Quaeſtorem, ac indices quos vellent inſtituerent praefeſtinatim et cupide. *Vid.* Non. 2, 708.

PRAEFĬCA, ae. f. [*ἡ πρὸ τῆς κλίνης, ἐν τῇ ἐκφορᾷ, κοπτομένη, θρηνῳδὸς ἐπ' ἐκφορᾷ,* Gloſſ. Lat. Gr.] Nonius 1, 340 Praeficae dicebantur apud veteres, quae adhiberi ſolebant funeri, mercede conductae, vt flerent, et fortia facta laudarent. Plaut. Truc. 2, 6, 14 Praefica, quae alios collaudare, a ſe vero non poteſt. Lucil. 22 Mercede quae Conductae flent alieno in funere praeficae Multo, et capillos ſcindunt, et clamant, magis. Varro de L. L. 6, 3 p. 76, 31 Praefica, vt Aurelius ſcribit, mulier ab luctu, quae conduceretur, quae ante domum mortui laudes eius caneret. *Et paullo poſt*, Claudius, ſcribit, quae praeficerentur ancillis, quemadmodum lamentarentur, praefica eſt dicta. Vtrumque oſtendit a Praefatione Praeficam dictam. *Forte leg.* praefectione: *ſed nec* praefatione *a Varronis ingenio abhorret.* Feſtus: Praeficae dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductae, quae dant caeteris modum plangendi, quaſi in hoc ipſum praefectae. Naeuius, Haec quidem me hercle, opinor praefica eſt, quae ſic mortuum collaudat.

PRAEFĬCIO, fēci, fectum, ĕre. [*ἐφίστημι, προΐσταμαι*] *ex* Prae *et* Facio, *eſt facere, vt aliquis praeſit negotio, vt* praeponere. Columel. 1, 7 Ne talis praeficiatur negotio. Ouid. de Arte Am. 1, 7 Me Venus artificem tenero praefecit Amori. Cic. Verr. 2, 144 An aliquem Curatorem praeficere, qui ſtatuis faciundis praeeſſet? Cuſtodem praerogatiuae aliquem comitiis praeficere Cic. Poſt red. in Senat. 16. Cuſtos praeficitur lateri Claud. Conſ. Mall. Theod. 43. Deum praefecit mundo Ariſtoteles Cic. de Nat. Deor. 1, 33. Ducem populo Id. pro Domo 89 c. 33. Exercitui praeficere ducem Nepos 11, 2, 4. Elephantis quem Indicis praefecerat Ter. Eun. 3, 1, 23. Imperio pari praeficitur Nepos 7, 5, 4. Imperatorem alicui bello Cic. pro Lege Manil. 49 c. 16. Legatos praeficere legionibus Caeſ. Bell. Gall. 5, 24. Cic. de Legib. 2, 66 Hunc procurationi certum Magiſtratum praefecerit. Pecori aliquem Idem pro Planc. 62. Regioni alicui, aut negotio praeficere aliquem Idem Att. 10, 3. Reipublicae ſeditioſos homines Id. pro Flacc. 16. Stationibus viarum aliquem praeficere Stat. Silu. 4, 9, 19. *Add.* Iuſt. 5, 5, 1 *etc.*

PRAEFECTVS, a, um. Adi. Ouid. Epiſt. 12, 87 de Iunone, Sacris praefecta maritis *i. maritalibus, coniugialibus, Iuno Zygia ſ. coniuga.*

PRAEFECTVS, i. m. [*προστάτης, ἐπιστάτης*] *Qui alicui rei gerendae praeficitur.* Praefectus moribus, *intell. componendis, et corrigendis* Cic. Fam. 9, 15 Quamdiu hîc erit noſter hic praefectus moribus, parebo auctoritati tuae. Moribus praefectus mulierum Plaut. Aul. 3, 5, 30. ¶ 2 *Nobiliſſimus inter eos, qui hoc nomine vocantur, magiſtratus eſt* Praefectus Praetorio, *qui et* Praefectus Praetorianorum *dicitur apud* Suet. Claud. c. 23. *it.* Praefectus praetorii *mediocris initio dignitas, ab Auguſto inſtituta, qui duo equites Romanos praetorianis cohortibus praefecit, teſte Dione* l. 52 p. 480, B. *et* 55 p. 555, A. *Sed a poſterioribus in immenſum prope aucta.* Sueton. Tito c. 6 Praefecturam quoque praetorii ſuſcepit, nunquam ad id tempus, niſi ab equite Rom. adminiſtratam. *De hac re* Plin. Praef. operis, Triumphalis ac cenſorius tu — et, quod his nobilius feciſti, dum illud patri pariter et equeſtri ordini praeſtas, Praefectus Praetorio eius. Capitolin. Pertin. 2 M. Aurelium palam doluiſſe ſcribit, quod eum, cum Senator eſſet, praefectum praetorii facere non poſſet. *Interim cum ipſa nempe Praetorianorum militum potentia creuit etiam* Praefecti praetorio *dignitas in tantum, vt iam* Aur. Victor *de illa* Tibi Praefectura *dicat*, Vnde etiam honos is, ingens a principio, tumidior, atque alter ab Auguſto imperio fuit. *Auxit eam dignitatem procul dubio illa vox* Traiani, *ad quam alludens* Plin. Pan. 67, 8 *ex perſona ipſius Traiani dicit*, Ego quidem in me, ſi omnium vtilitas ita poſceret, etiam praefecti (*κατ' ἐξοχὴν intell.* Praetorio) manum armaui. *Vid. Dio ap. Xiphilin.* p. 778, A. Traianus ad Plin. 10, 65 Quia a Iulio Baſſo in perpetuum relegatus eſt — vinctus mitti ad Praefectos Praetorii mei debet. Imp. Iuſtin. de Confirm. ff. §. 9 Rhetores (*aduocati*) quidem ſunt glorioſiſſimorum praefectorum ſacrorum noſtrorum Praetoriorum. *De* Praefecto Praetorii *ſerioris aetatis locus velut claſſicus eſt* Caſſiod. Varr. 5, 3. *v. g.* Quid eſt, quod non habeat commiſſum, cuius eſt vel ipſe ſermo iudicium? Paene eſt, vt leges poſſit condere, quando eius reuerentia poteſt negotia ſine appellatione finire. — Poteſtate igitur nulla dignitas eſt aequalis. Viae ſacra vbique indicat. — Et licet aliae dignitates habeant titulos praefinitos, ab iſta totum paene geritur, quidquid in imperio noſtro aequabili moderatione tractatur. *Nempe omnis et bellicarum rerum et iuris dicendi ſumma poteſtas lapſu temporis in hoc munus eſt collata. Hinc eſt titulus* Pandectarum 1, 11 de officio Praefecti Praetorio. *Et* Cod. Iuſt. 12, 4 *itemque* Theod, 6, 7 de Praefectis Praetorio. *Vid. Gothofredi Notitia Dignitatum Cod. Theod. Fab. Semeſtr. 1, 1 etc.* ¶ 3 *In re militari* Praefecti *de ſociis auxiliiſque intelligendi, non de legionibus, et quidem de pedeſtribus copiis pariter atque equeſtribus. ſic,* Praefecti alarum, cohortis *ap.* Plin. Tac. Suet. *paſſim.* *Sic* Tribuni militum (*legionariorum*) ac praefecti (*auxiliarium*) Caeſ. B. G. 1, 39. Nihil ſibi ex iſta laude centurio, nihil praefectus, nihil cohors, nihil turma decerpit Cic. pro Marc. c. 2. ¶ 4 *Alii* Praefecti *ordine literarum.* Aerarii praefectus, *vid.* Aerarius praefectus, *in* AES. Annonae praefectus Liu. 4, 12. Claſſis praefectus Plin. 6, 17 *et* 29. Dux praefectuſque claſſis Cic. Verr. 5, 88. Ante ſolem exorientem niſi in palaeſtram veneras, Gymnaſii praefecto haud mediocres poenas penderes Plaut. Bacch. 3, 3, 21. *Conf. Turneb. Adu.* 2, 30. Legionis Veget. 2, 9 *i. tribunus ap.* Tac. Hiſt. 1, 82, 1 *ſic appellatur tribunus militum legionariorum, vt a tribuno praetorianorum, ibidem memorato, diſtinguatur.* Cic. poſt redit. in Senat. 14 His vtitur quaſi praefectis Libidinum ſuarum. Orae Ponticae praefectus Plin. Epiſt. 10, 21. Regii praefecti Liu. 36, 11. Vigilum praefectus Paullus, D. De offic. praefect. vigil. Vrbi Gell. 13, 16. *de his omnibus, et aliis, quorum in libris et lapidibus antiquis mentio eſt, non tam noſtrum eſt agere, quam eorum, qui antiquitatis explicationem promittunt. Quare multa ſunt de iis in Lexico Pitiſci.*

PRAEFECTIANI, ōrum. m. *Apparitores praefecti praetorio*, l. 2 *et* 3 C. De apparit. praefecti praetor. Ammianus Marcellinus 17, 3 Vt nec praefectianus, nec praeſidialis apparitor ad ſoluendum quenquam vrgeret.

PRAEFECTŪRA, ae. f. [*πρόστασις, προστασία*] *Munus et adminiſtratio Praefecti.* *Speciatim* Praefecturae eae appellabantur in Italia, In quibus et ius dicebatur, et nundinae agebantur, et erat quaedam earum reſpub. neque tamen magiſtratus ſuos habebant, in quas legibus praefecti mittebantur quotannis, qui ius dicerent. Quarum genera fuere duo: Alterum, in quas ſolebant ire praefecti quatuor ſex (viginti ſex *I. F. Gron. ad* Gell. 1, 12) virûm pro populi ſuffragio creati (erant) in haec oppida, Capuam, Cumas, Caſilinum, Vulturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Sueſſulam, Atellam, Calatiam. Alterum, in quas ibant quos Praetor vrbanus quotannis in quaeque loca miſerat legibus, vt Fundos, Formias, Cere, Venafrum, Allifas, Priuernum, Anagniam, Fruſinonem, Reate, Saturniam, Nurſiam, Arpinum, aliaque complura. *Hactenus* Feſtus. Plin. 5, 9 Diuiditur in praefecturas oppidorum, quas nomos vocant. Cic. pro Sext. 32 Nullum erat Italiae municipium, nulla colonia, nulla praefectura, nulla Romae ſocietas vectigalium, *etc.* *Speciali nempe nomine* Praefectura *vocatur pars agri* coloniae vicinae *aſſignata.* *Vid.* Sic. Flaccus p. 21 et *Wil. Goeſ. Antiquit. Agrar.* c. 12 p. 110. Siculi *verba ſunt:* Illud praeterea comperimus, deficiente numero (*hic Datiuus Caſus eſt*) militum veteranorum agro, qui territorio eius loci continetur, in quo veterani milites deducebantur, ſumtos agros ex vicinis territoriis conditorem diuiſiſſe et aſſignaſſe. Horum quoque agrorum proprias eſſe formas, vt ſuam quaeque regio formam habeat: quae ſingulae Praefecturae appellantur. *Sic* Mantuanum Campum Cremonenſi coloniae *attributum docet* Seruius *ad illud* Ecl. 9, 28 Mantua

tua, vae, miſerae nimium vicina Cremonae. *Alioqui latius patet, vt* Praefecti, *ſic* Praefecturae *appellatio.* *Sic* Multas conſulum praetorumque praefecturas delatas ſic Accepit *etc.* Nep. 25, 6, 4. Cic. Att. 5, 21 Praefecturam petiuit: negaui me cuiquam negotianti dare: quod idem tibi oſtenderam. Suſcipere Caeſ. B. G. 8, 12. Promittere praefecturam alicui Cic. Att. 6, 1.

PRAEFECTIO, ōnis. f. *Actus praeficiendi.* Mundana praefectio Mart. Capell. lib. 6 p. 239.

PRAEFECTOR, ōris. m. *Idem quod Praefectus eſſe dicitur apud* Iuſtin. de Confirm. Digeſt. §. 9 *et Ferret. Muſ. Lapid.* p. 276. *Sed de priore loco certe falſum.* *De altero iam non vacat quaerere.*

PRAEFECTORIVS, a, um. Adi. [ἐπιστατικὸς] *Praefectura functus.* Vlpian. D. de Senatoribus l. 1 Conſulari feminae vtique Conſularem virum praeferendum eſſe nemo ambigit. Sed vir praefectorius an feminae Conſulari praeferatur videndum eſt.

PRAEFIDENS, tis. *Valde fidens* Cic. Off. 1, 90 c. 26 Sic homines ſecundis rebus effrenatos, ſibique praefidentes, tanquam in gyrum rationis et doctrinae duci oportere.

PRAEFĪGO, xi, xum, ĕre. [προπηγνύω] *Ante figere.* Plin. 33, 4 Lineas itineri praefigunt. Arma praefigere puppibus Virg. Aen. 10, 80. Capita in haſtis praefigere idem ibid. 9, 466. *Praecludere* Idem Georg. 3, 399 Multi iam excretos prohibent a matribus haedos Primaque ferratis praefigunt ora capiſtris.

PRAEFIXVS, a, um. Partic. [προπηχθεὶς] Plin. 16, 4 Antea roſtra nauium Tribunali praefixa foro decus erant. Caput haſta praefixum circumtulit Suet. Caeſ. c. 24. Veru praefixa latus Tibul. 1, 6, 49. Haſtilia praefixa ferro Virg. Aen. 5, 557. Robur praefixum ferro Idem ibid. 10, 479. Praefixa ferro iacula, *Quibus affixum eſt ferrum acutum* Liu. 26, 4. Praefixum, *Praecluſum:* Caius, l. 6 de Seruitut. vrban. praediorum, Si ego per ſtatutum tempus feneſtras meas praefixas habuero, vel obſtruxero.

PRAEFIGVRO, āre. Se quisque pro ſexu in illis imaginibus praefigurat Lactant. 6, 20. *de pueris et puellis, impudicos ludos comicos ſpectantibus.*

PRAEFIGVRATIO, ōnis. f. Sine vlla praefiguratione futurorum Auguſtin. C. D. 16, 2. *i. deſignatione, deſcriptione.*

PRAEFĪNIO, īui, ītum, īre. [προορίζω] *Praeſcribere, praeſtituere.* Cic. Fam. 7, 2 Sed eo vidiſti multum, quod praefiniſti, quo ne pluris emerem. Tu vero, vt videtur: nam praefinire, non eſt meum Cic. Tuſc. 5 c. 8. Idem Verr. 5, 173 Neque de illo quidquam tibi praefinio, quo minus ingenio mecum atque omni dicendi facultate contendas. Calendas Ian. tibi praefinitas eſſe ſcito Cic. Fam. 6, 8. Idem de Prouinc. Conſul. 37 Legem quam non putat, eam quoque ſeruat; praefinit enim ſucceſſori diem. Idem de Legib. 2, 45 Sed ego caetera non tam reſtricte praefinio, vel hominum vitiis, vel ſubſidiis temporum victus. Praefinire ſumtum funerum ex cenſibus Idem ibid. 2, 68. Idem de Leg. Agrar. 1, 10 Quod ſuperiore parte legis praefinitum fuit, Sulla et Pompeio Conſulibus, id rurſus liberum infinitumque fecerunt.

PRAEFINITIO, ōnis. f. Iulianus in l. Quum ſine D. Quand. dies leg. vel fideicom. ced. Quum ſine praefinitione temporis legatum ita datum fuerit, Vxori meae penum heres dato. Marcellus in l. proxima; Si cum praefinitione annorum legatum fuerit, velut Titio dena ad annos decem, *etc.* Secundum praefinitionem Tertull. de Monog. c. 2. *Add.* Vulg. Epheſ. 3, 11.

PRAEFINĪTO. Adu. [προωρισμένως] Donatus *dicit* deeſſe Tempore: vt dicamus Praefinito tempore. Ter. Hec. 1, 2, 19 Nam illic haud licebat, niſi praefinito loqui.

PRAEFINITVS, a, um. Part. Scaeuola l. 47 D. de Pactis, Intra praefinitum tempus. *Add.* Vulg. Dan. 12, 4. Galat. 4, 2.

PRAEFISCINE, *vel* **PRAEFISCINI**, *a* Faſcino *eſt, quaſi dicas Praeter faſcinum,* [ἀβασκάντως] *Nempe formula eſt* faſcinum *i. faſcinationem, illam praeſertim, quae ex laude intempeſtiua eſt, deprecandi et depellendi, de qua Muret. Var. Lect.* 9, 3. Plaut. Aſin. 2, 4, 84 Praefiſcine hoc nunc dixerim, nemo etiam me accuſauit merito meo. *Add.* Apul. Flor. 3. *Scalig. ad* Feſt. Praefiſcine, Veteres ad faſcinum depellendum dicere ſolebant. Afranius ſ. Titinn. *ap.* Chariſ. 2 p. 189. Paulla mea amabo, pol tu ad laudem addito praefiſcine, ne puella faſcinetur. Praefiſcine, *de praeſenti:* praefiſcini, *de futuro dici, obſeruat Scalig. v. Stewech. ad* Apul. Flor. p. 398.

PRAEFLETVS, a, um. Diutine viſu praefleto Apul. Mileſ. 2 p. 125. Perfleto *Elmenh. i. lacrimis rigato.*

PRAEFLŌREO, ui, ēre. [προανθέω] *Ante florere.* Plin. 16, 29 Ideoque et praeflorent talia, et praegerminant.

PRAEFLŌRO, āre. [προδρέπω] *quaſi Praelibare.* Gell. 14, 1 *extr.* Et futuri gaudii fructum ſpes tibi iam praeflorauerit.

PRAEFLORĀTVS, a, um. Part. Praeflorata virgo Apul. Apol. p. 332 *Elm.* Praecerptum praefloratumque Plin. Paneg. c. 58. Gloria praeflorata Liu. 37, 58. *Vid. Gronou. ad loc.*

PRAEFLVO, xi, xum, ĕre. [προῤῥέω] *Ante fluere.* Plin. 4, 5 Praefluente Alpheo amne. Idem 5, 30 Pergamum quod intermeat Silenus, praefluit Cetius profuſus Pindaſo monte. Hor. Carm. 4, 3, 10 Sed quae Tibur aquae fertile praefluunt. Flumen caſtra praefluebat Tacit. Ann. 15, 15. *Conf. Burm. ad* Quinctil. 2, 5 p. 151.

PRAEFLVVS, a, um. Adi. Plin. 19, 4 Hortos eſſe riguos habendos praefluo amne.

PRAEFŌCO, āre. [ἄγχω] *Spiritum faucibus claudere.* Ouid. in Ibin 558 Praefocent animae Gnoſia mella viam. Praefocari Scribon. 179. 184. 196. *i. ſuffocari.* Praefocari videntur 94.

PRAEFOCĀTVS, a, um. Partic. Calpurn. Ecl. 4, 115 Praefocata malignum Meſſis habet lolium. Praefocati videntur Scribon. 47.

PRAEFOCABĬLIS, e. Adi. Cael. Aurel. Acut. 2, 27, 143 Praefocabilis iacendi difficultas *actiue, quae videtur praefocare.* Praefocabilis ſenſus Idem 3, 2, 16 *cum ſibi quis praefocari videtur.* Id. Acut. 2, 35, 185 Grauantur quidam thorace, atque praefocabili ſpiramento reſpirant. *Et* 2, 37, 193 Conuenit, neque maiora loca eſſe — ſed neque plus ſatis breuia; ſunt enim praefocabilia, *actiue hic quoque.*

PRAEFOCATIO, ōnis. f. Scribonius Largus Comp. 100 Facit hoc medicamentum ad ſubitas praefocationes. *Vid.* INCVBO, onis.

PRAEFŎDIO, fōdi, foſſum, ĕre. [προορύττω] *Fodere ante, ſiue loci reſpectu ſ. temporis.* Plin. 17, 11 Praefodere ſcrobes ante. Praefodiunt portas Virg. Aen. 11, 473. *i. Ante portas, foſſas faciunt, quae res nimiam indicat deſperationem.* Ouid. Met. 13, 60 Fictumque probauit Crimen, et oſtendit quod iam praefoderat aurum. *i. Quod iam antea abſconderat, ſeu defoderat.*

PRAEFOECVNDVS, a, um. Adi. [πολυγόνιμος] *Ante conſuetum tempus et nimis foecundum ſignificat* Plin. 16, 27 ſ. 51 Omnia autem celerius ſeneſcunt praefoecunda.

PRAEFOR, *non dicimus, vid.* PRAEFARIS.

PRAEFORMĪDO, āre. [καταφοβοῦμαι] *Valde formidare.* Quinctil. 4, 5 Quum iudex ſi prouidet, non aliter praeformidat, quam qui ferrum medici ante quam curetur, aſpexit.

PRAEFORMO, āre. [προμορφόω] *Ante vel prius formare.* Sil. 7, 385 Atque his praeformat dictis fingitque monendo. Animos ad humanitatem praeformare Scribon. Ep.

PRAEFORMATVS, a, um. Partic. Quinctil. 2, 6, 5 Namque incipientibus danda erit velut praeformata materia ſecundum cuiusque vires. *i. Declamationis formam dare debet praeceptor, diuidendo, et dictionem incipiendo. Et* 5, 14, 31 Praeformatae infantibus literae, *quas imitentur.*

PRAEFORMATOR, ōris. m. Tertull. de Praeſcr. Haer. c. 30 Marcion inſtitutor et praeformator Apellis.

PRAEFORTIS, e. Adi. Tertull. de Reſur. Carn. c. 5 Hinc infirmum, inde praefortem.

PRAEFOVEO, ēre. *Vnde*

PRAEFOTVS, a, um. Praefotae partes aqua marina vel aceto ſalſo Cael. Aurel. Tard. 4, 2.

PRAEFOMENTO, āre. Praeſomentare vulnera Theod. Priſc, 1, 21. *Add.* Octau. Horat. 1, 19.

PRAEFRIGĬDVS, a, um. Adi. [πολύψυχρος] *Valde frigidus.* Plin. 17, 20 Septentrionali et praefrigido ſitu. Auſter praefrigidus Ouid. ex Ponto 4, 12, 35. Vinum Celſ. 4, 5.

PRAEFRINGO, frēgi, fractum, ĕre. [προαγνύω] *Frangere partem priorem, eminentiorem.* Columel. 2, 2 *extr.* Et praefractas ſtirpes, ſummasque radices, quibus ager arbuſto conſitus implicatur, omnes refodiat ac perſequatur. Liu. 8, 10 Et haſtas aut praefregiſſent, aut hebetaſſent.

PRAEFRACTVS, a, um. Partic. [προκαταγνύμενος] Celſ. 5, 26, 35 Surculus corpori infixus ſi praefractus eſt, vel altius deſcendit, quam vt manu aut ferro eiici poſſit, medicamento euocandus eſt. Ligna praefracta, *i. In prima fronte, et in ſummo quaſi cortice fracta.* Lucret. 1, 891 Poſtremo in lignis cinerem, fumumque videri Quum praefracta forent. Pinus praefracta Ouid. Met. 12, 358. ¶ 2 *Metaphor. Durus et inflexibilis.* Huic contrarius Ariſto Chius, praefractus, ſeuerus Cic. *ap.* Non. 2, 664. Val. Max. 6, 5 ext. 4 Praefractior atque abſciſſior iuſtitia. Cic. in Orat. 40 c. 13 Thucydides autem praefractior, nec ſatis, vt ita dicam, rotundus. Praefractior, *i. Aſperior et durior.* Praefractus *enim eſt, Qui flecti non poteſt, ſed potius frangitur: vnde et pro Obſtinato ponitur.* *In hoc autem* Ciceronis *loco Breuis et conciſus potius denotatur, vt* abruptus, confragoſus.

PRAEFRACTE. Adu. [αὐθαδῶς] *Obſtinate.* Cic. Off. 3, 88 c. 22. Nimis mihi praefracte videbatur aerarium vectigaliaque defendere. *Compar.* Val. Max. 9, 7 *extr.* Diſciplinam praefractius et rigidius adſtringere.

PRAEFVGIO, ĕre. Tertull. de Anima c. 33.

PRAEFVLCIO, ſi, tum, īre. [προερείδω] *Praemunire, praeſtruere.* Plaut. Pſeud. 3, 1, 6 Vbi ego omnibus paruis, magnisque miſeriis praefulcior. Cic. Att. 5, 13 Per fortunas (quoniam Romae manes) primum illud praefulci atque praemuni quaeſo, vt ſimus annui, ne intercaletur quidem.

PRAEFVLGEO, ſi, ēre. [περισσελαγίζω] *Praeter modum fulgere.* Auctor ad Herenn. 3, 33 Tum nec nimis illuſtres, nec vehementer obſcuros locos haberi oportet, ne aut obcaecentur tenebris imagines, aut ſplendore praefulgeant. Sen. de Benef. 1, 6 Auro praefulgent.

PRAEFVLGENS, entis. Partic. [περισσελαγίζων] Murice aurato praefulgens Sil. 4, 326. Pellis praefulgens vnguibus aureis Virg. Aen. 8, 553. Memoria Poppaei Sabini conſulari et triumphali decore praefulgentis Tacit. Ann. 13, 45, 2.

PRAEFVLGĬDVS, a, um. Adi. apud Firmic. *Et* Iuuenc. 3, 330 Praefulgida nubes.

PRAEFVLGVRO, āre. [προαστράπτω] *Ante fulgurare.* Valer. Argon. 3, 119 Strictoque vias praefulgurat enſe. *h. e. Coruſcare facit.* Stat. Theb. 7, 502 Multoque latus praefulgurat enſe. *al.* Perfulgurat.

PRAEFVRNIVM, i. n. [προπνιγεῖον] *Os patens fornacis, quo ligna in fornacem induntur, et deinde obſtruitur.* Cato c. 38 Ventus ad praefurnium caueto ne accedat. *Sic* c. 38. *et* Vitruuius 5, 10.

PRAEFVRO, ĕre. *Ante vel valde furere.* Stat. Theb. 4, 821. Agmina bello Decertare putes, iuſtumque in gurgite Martem Praefurere. Toruus praefuris Idem Theb. 2, 420.

PRAEFVSCVS, a, um. Adi. Terrae praefuſcae Manil. 4, 715 *i. valde fuſcae.*

PRAEGELĬDVS, a, um. Adi. [πολυκρυώδης] *Qui multum aut nimis frigidus eſt.* Columel. 2, 9, 7 Ea locis praegelidis ac niuoſis, vbi aeſtas humida et ſine vaporibus, recte committitur. Idem 11, 2 Praegelidum et pluuium caelum. *conf.* Id. 5, 6. Riui Sil. 4, 226. Frigora Colum. 4, 8. In locis praegelidis Liu. 21, 54.

PRAEGENĔRO, āre. Proſper. Aquitan. Epitaph. haereſ. Neſtor. et Pelag. *pr.* Neſtoriana lues ſucceſſit Pelagianae, Quae tamen eſt vtero praegenerata meo.

PRAEGERMĬNO, āre. [προβλαστέω] *Ante germinare.* Plin. 16, 29 Ideoque et praeflorent talia, et praegerminant.

PRAEGĔRO, ĕre. Apul. Met. 4 *extr.* Alius ſub oculis dominae ſpeculum praegerit.

PRAEGESTVS, a, um. Partic. Cael. Aurel. Tard. 1, 5, 150 Obliuione praegeſtorum affici, *rerum ante factarum.*

PRAEGESTIO, īre. [ὑπερπροθυμοῦμαι] *Valde geſtire.* Cic. pro Cael. 67 c. 28 Praegeſtit animus iam videre, primum lautos iuuenes mulieris beatae ac nobis familiares. Animus praegeſtit apiſci aliquid Catul. Argon. (60) 145.

PRAEGESTIENS, entis. Partic. [ὑπερπροθυμούμενος] Hor. Carm. 2, 5, 9 Nunc in vdo Ludere cum vitulis ſalicto Praegeſtientis. *De puella innubili, quam iuuencae comparat.* Porphyrio Praegeſtientis, *interpretatur* Properantis, creſcentis. Priſcianus, Magnopere cupientis.

PRAEGIGNO, genui, genĭtum, ĕre. [προγεννάω] *Ante gignere.* Plaut. Pſeud. 1, 5, 77 Quia nolebam ex me morem praegigni malum. *i. Nolebam eſſe auctor mali moris.*

PRAEGLORIOSVS, a, um. Adi. Cl. Claudiano praeglorioſiſſimo Poëtarum Inſcript. Grut. p. 391 n. 5.

PRAEGNANS, antis. [ἔγκυος, ἐγκύμων] *quaſi* Praegenans, *ab antiquo Geno:* Grauida, Quae iam occupata eſt in generando quod conceperit. Feſt. Dum ſe praegnantem eſſe puellariter neſcit Plin. Ep. 8, 10. Cic. de Diuin. 1, 39 Quum praegnans hunc ipſum Dionyſium aluo contineret, ſomniauit ſe peperiſſe Satyriſcum. Arbor praegnans, quae etiam Feta dicitur, tunc ſcilicet, quum humorem et ſuccum ſibi familiarem exſuxit, needum in folia aut flores propagauit Plin. 12, 14. Praegnantia quum ſunt, *(ea quae in fundo nata)* matura pariunt poma aut ſpicam Varro R. R. 1, 44. Bos praegnans Varr. de L. L. 5, 3. Canis Hor. Carm. 3, 27, 9. Folia Plin. 25, 13. Nitrariae praegnantes, ſed nondum parientes Plin. 31, 10. Ouis praegnans Varro de R. R. 2, 2, 14. Oues factae praegnantes ibid. Sus Varro de R. R. 2, 4. Vxor Cic. pro Cluent. 33 c. 12. *Metaphorice.* Gingiuae praegnantes, quae fluore infeſtari ſolent Scribon. 61. Plaut. Aſin. 2, 2, 10 Praegnantes plagas. Iuuen. Sat. 2, 55 Praegnantem ſtamine fuſum.

PRAEGNAS, ātis. *Pro Praegnans dixere veteres.* Plaut. Truc. 1, 2, 95 Quae nunquam fuit praegnas, quî parere potuit? Idem Truc. 4, 3, 37 Vir illam praegnatem fecit. *vid. Taubm. ad* Plaut. Amph. 2, 2, 91. Item Cic. Att. 1, 10 Soror praegnas eſt.

PRAEGNATIO, ōnis. f. Denom. [κύησις] Varro de R. R. 2, 1 Hi enim primi praegnationis, et extremi fines. Idem 1, 44 *de terrae fructibus.* Plin. Epiſt. 8, 10. Dum ſe praegnantem eſſe puellariter neſcit, ac per hoc quaedam cuſtodienda praegnationibus omittit, facit omittenda. *Caſtigatiora exemplaria habent* Praegnantibus. Quum primum praegnationem tuam plenus maturauerit vterus Apul. Met. 5 p. 166. *conf.* Id. 1 p. 106.

PRAEGNĀTVS, ûs. m. *Idem.* Tertull. adu. Iud. c. 8. *Et* de Carne Chriſti c. 1 Conceptus et praegnatus et partus Virginis.

PRAEGNAVITER. Adu. Plaut. Perſ. 4, 4, 39.

PRAEGNAX, ācis. Fulgent. Mythol. 2 Quod diuitiae ſemper praegnaces ſint. *i. praegnantes vel* praegnates, *ex quo etiam a librario corruptum eſſe poteſt. Sed nihil temere mutandum, cum illa forma in* AX *ſit frequens ſequioribus.*

PRAEGRACILIS, e. Adi. Erat illi praegracilis et incurua proceritas Tac. Ann. 4, 57, 3.

PRAEGRADO, āre. Pacuu. *apud* Non. 1, 328. *conf. Turneb. Aduerſ.* 29, 19 *et mox* PRAEGREDIOR.

PRAEGRANDIS, e. Adi. [πολυμέγας] *Valde grandis.* Cic. Verr. 4, 6 Erat etiam vas vinarium ex vna gemma praegrandi, trulla excauata cum manubrio aureo. *Legitur et* Pergrandi. Aures Plin. 4, 13. Lucerna Apul. Met. 2 p. 125.

PRAEGRĂVIS, e. Adi. [πολυβριθής] *Valde graue.* Plin. 10, 33. Perdix procurrit ad pedes aucupis feta, praegrauem aut delumbem ſeſe ſimulans. Caput Plin. 8, 21. Imperium Curt. 4. 11, 8. Seruitium Plin. 7, 8.

PRAEGRĂVO, āre. [καταβρίθω] *Valde grauare, et moleſtum eſſe.* Plin. 17, 22 Ne praegrauet fructus parte aliqua Liu. 5, 34 Praegrauante turba, *etc.* Id. 7, 23 Onerata et praegrauata corpora. Obſeruans, ne quem ſarcina praegrauaret Ammian. 18, 2. *actiue, nimis premeret.* Hor. Epiſt. 2, 1, 13 Vrit enim fulgore ſuo, qui praegrauat artes Infra ſe poſitas. h. e. Grauis eſt inferioribus, et infra poſitis nocet, qui bonis artibus caeteros vincit. Ei ſiquidem inuident inferiores. Porphyr. *v. Dan. Heinſ.* p. 111. Hor. Serm. 2, 2, 77 Corpus onuſtum Heſternis vitiis animum quoque praegrauat vna Atque affligit humo diuinae particulam aurae. Caput praegrauatum Columel. 6, 7. Idem 7, 6 Flaccidis et praegrauantibus auribus. Scuta praegrauata inhaerentibus telis Liu. 10, 23.

PRAEGRAVARE, [προβρίθειν] *Praeponderare.* Senec. de Clement. 1 Cito apparebit pars deterior ciuitatis quanto praegrauet. Praegrauant tamen caetera facta, vt et abuſus dominatione et iure caeſus exiſtimetur Suet. Caeſ. c. 76. Praegrauari alium non oportet ex ſententia pro alio habita Paullus in l. Lucius D. de iis, qui notant. infam.

PRAEGRAVĬDVS, a, um. Adi. *Idem* Stat. Theb. 6, 700 Mulis praegrauidae caſtigat puluere lapſus.

PRAEGREDIOR, ĕris, greſſus ſum, grĕdi. [προπορεύομαι] Ante venire, *inquit* Nonius 1, 328 dictum a Gradu. Pacuuius, Extremum intra camterem ipſum praegrediar Parthenoreum. *al.* Praegradat. *vid. ſupra.* Liu. 10, 25 Qui vt lictores praegredi viderunt, *etc. Contraria.* Cic. Philipp. 13, 4 c. 2 Ora vobis eorum ponite P. C. ante oculos, et maxime Antoniorum, inceſſum, aſpectum, vultum, ſpiritum, latera tegentes alios, ſequentes alios, alios praegredientes amicos. Praegredi ad vrbem Liu. 25. Praegredi gregi Varro de R. R. 2, 7. *Praetergredi.* Plin. 28, 8 Quum fugiant venantem declinare ad dextram, vt praegreſſi hominis veſtigia occupent. *de pantheris.* Praegredi nuntios et famam aduentus ſui in aliquem locum, *h. e. Anteuertere* Liu. 28 *pr.* Praegredi alios, *Antecellere* Salluſt. in Oratione ad Caeſarem de Rep. ordinand.

PRAEGREDIENS, entis. Partic. [προπορεύων] *Praecedens.* Suet. Tiber. c. 7 Druſum in Germania amiſit, cuius corpus pedibus toto itinere praegrediens, Romam vsque peruexit. *Add.* Salluſt. Iugurth. c. 94.

PRAEGRESSVS, a, um. *Aliud* Partic. [προπορεύσας] Fama praegreſſa diem Stat. Silu. 5, 1, 105. Hominis praegreſſi veſtigia occupare Plin. 28, 8.

PRAEGRESSIO, ōnis. f. [προπόρευσις] Cic. de Fato 44 c. 19 Dicent, ſi omnia fato fierent eiuſmodi, vt nihil fieret, niſi praegreſſione cauſae, confitendum eſſe fato fieri omnia.

PRAEGRESSVS, ûs. m. Ammian. 21, 10 Expertus quid in rebus tumultuoſis anteuerſio valeat et praegreſſus.

PRAEGVBERNO, āre. Muſculis ſimilis, balenarum corpulentiam praegubernantibus Sidon. Epiſt. 5, 13.

PRAEGVSTO, āre. [προγεύομαι] *Ante guſtare.* Plin. 21, 3 Gratificationem ipſius reginae Antonio timente, nec niſi praeguſtatos cibos ſumente, *etc.* Cibos praeguſtauit ipſe Ouid. Amor. 1, 4, 33. Praeguſtato Melle Plin. 27, 9. Timidus praeguſtet pocula papas Iuuen. Sat. 6, 633. Praeguſtare Pontica medicamina regis Ibid. 660.

PRAEGVSTĀTOR, ōris. m. [προγευστής] *Qui cibos principis praeguſtat.* Suet. Claud. Caeſ. c. 44. *vid. ibi Torrent. et Pignor. de Seru. p. 65. vel Meurſ. Exerc. Crit. 2, 3.* PRAEGVSTATOR AVGVSTI Inſcript. Grut. p. 63 n. 5. Cic. pro Domo 25 c. 10 Scilicet tu helluoni ſpurciſſimo, praeguſtatori libidinum tuarum, homini egentiſſimo et facinoroſiſſimo Sext. Clodio, *etc.*

PRAEGYPSO, āre. Os vaſculi praegypſandum C. Aurelian. Tard. 3, 2.

PRAEHENDO, *vid.* PREHENDO.

PRAEHĬBEO, ēre. *Vox antiqua pro Praebeo.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 49. *et* Menaech. 5, 2, 51. *etc.* Petron. c. 117. *vid. Burm. ad* Quinctil. 1, 1 p. 17. *Sic apud* Nazar. Pan. Conſt. 5, 3 *videtur legendum,* Demorando adſpectu oſtentatio ſpecioſa praehibetur. v. OBTENTVS.

PRAEIĂCEO, ui, ēre. [προβάλλομαι] *Ante iacere.* Plin. 3, 4 Oppida de caetero rara, praeiacentibus ſtagnis. Caſtra praeiacere Tacit. A. 12, 36, 3.

PRAEIĂCIO, *vel* PRAEIĬCIO, ĕre. Columel. 8, 17 Mox praeiaciuntur in gyrum moles. Multis in contumeliam Graecorum praeiactis probris Dyctis l. 2.

PRAEIMPENDO, ĕre. προδαπανῶ Gloſſ. Gr. Lat.

PRAEINSTITVTVS, a, um. Male praeinſtitutus Sarisber. 7, 9.

PRAEIVDEX, ĭcis. m. προδικαστής Gloſſ. Gr. Lat.

PRAEIVDICO, āre. [προδιαγινώσκω] *Ante tempus iudicare.* Brut. ad Cic. 4 Quod enim nondum Senatus cenſuit, nec Populo Rom. iuſſit, id arroganter non praeiudico, nec reuoco ad arbitrium meum. *Simpliciter ante iudicare ſignificat* Cic. de Legib. 3, 47 Apud eoſdem, qui magiſtratu abierint, edant et exponant quid in magiſtratu geſſerint, deque iis Cenſores praeiudicent. Cic. pro Cluent. 172 Cur non Auiti exemplo vſus es, vt per illum, qui attuliſſet venenum, de hoc praeiudicaretur? *i. Praeiudicium fieret: hoc eſt, Vt ſi iudicatum eſſet, venenum eſſe huic Auito allatum, praeiudicium eſſet factum in accuſationem veneficii ſecuturam.* Cic. de Invent. 2, 60 Quare dum de ea iudicetur, de aliquo maiore maleficio, de quo iudicium comparatum ſit, praeiudicatur. ¶ 2 *Cum praeiudicia ſaepe moleſta ſint reis: hinc* praeiudicare *interdum eſt Nocere.* Vlpian. in l. 1 §. Si inter. D. de magiſtr. conuent. et eorum, *etc.* Si inter magiſtratus hoc conuenerit, vt alterius tantum periculo tutores darentur: conuentiones pupillo non praeiudicare Diuus Hadrianus reſcripſit. *i. illius ius non minuere.*

PRAEIVDICĀTVS, a, um. Partic. [προδιαγνωσθείς] Antequam de cauſa dicere incipio, hoc poſtulo, vt ne quid praeiudicati afferatis Cic. pro Cluent. c. 2. *At* Euentus belli praeiudicatus, *apud* Liu. 42, 61 Idem 26, 2 Cic. pro Cluent. 49 c. 17 Cognoſcite nunc ita reum citatum eſſe illum, vt re ſemel atque iterum praeiudicata, condemnatus in iudicium venerit. Cic. de Nat. Deor. 1, 10 c. 5 Tantum opinio praeiudicata poterat, vt etiam ſine ratione valeret auctoritas. *de Pythagoreis. Superl.* Sidon. Poſtſcript. Carm. 22 Vir ille praeiudicatiſſimus. *i. multorum iudiciis praecedentibus laudatiſſimus, de Statio. Laudat Sauaro ex* Auieno, Salluſtii dicta omnibus Praeiudicatae auctoritatis ducier: *et* ex Hieron. epiſt. 1 ad Galatas Neque vero more Pythagorico quidquid reſponderam rectum putabat, nec ſine ratione praeiudicata apud eum valebat auctoritas.

PRAEIVDICATIO, ōnis. f. [προδιάγνωσις] *Laudatur* Quinct. 4, 2, 25 Damnari praeiudicatione Senatus. *Sed ibi eſt* Praeiudicio.

PRAEIVDICIVM, i, n. [πρόκριμα] *Iudicium, quod iudicibus exemplum praebet ad iudicandum in eadem cauſa, vel paribus cauſis: vti clare in* oratione Ciceronis pro Cluentio 58 c. 22 *colligitur: qui* duobus praeiudiciis, *vno in Scamandrum, altero in Fabricium eadem veneficii cauſa factis, Oppianicum damnatum eſſe demonſtrat. Eius haec ſunt verba,* Quum Oppianicum iam perditum, et duobus iugulatum praeiudiciis videret. Graue praeiudicium eſt, quod iudicium non habet, P. Syrus in Mimis. Praeiudicium dicitur res, quae cum ſtatuta fuerit, affert iudicaturis exemplum quod ſequantur Aſcon. Ped. *conf.* Quinctil. 5, 2, 25 Si iam praeiudicio Senatus damnatus eſſet Milo. Quinctil. 6, 5, 10 Pro Milone non ante narrauit *Cicero,* quam praeiudiciis omnibus reum liberaret. Praeiudicia *ibi erant, Viuere non debere, qui fateretur hominem eſſe a ſe interfectum, Metui Milonem a Pompeio, iam damnatum eſſe a Senatu.* Quinctil. 5, 2 *pr.* Praeiudiciorum vis omnis tribus in generibus verſatur, Rebus, quae aliquando ex paribus cauſis ſunt iudicatae, quae exempla rectius dicuntur — iudiciis ad ipſam cauſam pertinentibus, vnde etiam nomen ductum eſt, qualia in Oppianicum facta dicuntur (*ap.* Ciceron. pro Cluent. c. 17) et a Senatu aduerſus Milonem (Cic. pro Milon. c. 5) aut cum de eadem cauſa pronuntiatum eſt *etc.* Id. 5, 11, 13 Per quae fere omnia Cicero praeiudicia, quae de Cluentio videbantur facta, ſubuertit. Curtius 7, 1, 20 Sine praeiudicio dicimus cauſam liberis corporibus animiſque: habitum etiam in quo te comitari ſolemus, reddidiſti. *Verba ſunt Amyntae cauſam dicentis, ac ſi diceret, Si ex vinculis cauſam diceremus, praeiudicatum quodammodo videretur nos eſſe compertos et conuictos ſceleris. Quum vero vinculis exemtos nos voluiſti, ſignificaſti te liberum iudicium integrumque ſuſpendere voluiſſe, quoad defenſionem noſtram audieris. Sic* absque praeiudicio tu interea ſede, dum inſpicimus quaerimuſque vtrum conueniat, tene potius ſedere Gell. 2, 2. *Seruat ſic integram rem de iure.* Liu. 3, 40 Neminem, verum eſſe, praeiudicium rei tantae afferre. Plin. Epiſt. 5, 1 Curianus orabat, vt ſibi donarem portionem meam, ſeque praeiudicio iuuarem: eandem tacita conuentione ſaluam mihi pollicebatur. Praeiudicio *facto, quod alter ſequatur. Nempe pro Exemplo et auctoritate ſumitur, vt* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 32 Pompeius nullo praelio pulſus, veſtri facti praeiudicio demotus Italia exceſſit. *Apud* Tacitum *denotat Futurae rei iudicium, ſiue Quod de euentu iudicandum eſt;* Germ. c. 10 *extr.* Victoria huius vel illius pro praeiudicio accipitur. ¶ 2 Praeiudicium, *pro Damno et iactura:* Vlpian. in l. 1 §. Quemadmodum D. de agnoſcendis vel alendis lib. Si maritus vxore denuntiante cuſtodes miſerit, nullum praeiudicium facit.

PRAEIVDICIĀLIS, e. Adi. Praeiudicialis mulcta l. 50 *et* 65 C. Theod. de Appell. *Et* Symmach. epiſt. 10, 58 *quam incurrit, qui a iudicio ante latam ab eo ſententiam appellat.*

PRAEIVRO, āre. [προόμνυμι] *Ante alios iurare.*

PRAEIVRATIO, ōnis. f. [προόμωσις] Praeiuratio, *inquit* Feſtus, quam ii facere dicuntur, qui ante alios conceptis verbis iurant. poſt quos alii in eadem verba iurantes tantummodo dicebant, Idem in me. *Huic igitur* praeiurationi, *quae ſpecies eſt iuriſiurandi conceptis verbis, addebatur, vt apparet, exſecratio; eam enim verbum,* Idem in me, *continet. Annotauit Turnebus. conf.* Liu. 2, 45 *vbi exemplum eſt.*

PRAEIVVO, iūui, āre. [προωφελέω] *Ante iuuare.* Tacit. Hiſt. 3, 65, 2 Et credebatur affectam eius fidem praeiuuiſſe, domo, agriſque pignori acceptis.

PRAELĀBOR, ĕris. [προολιϑέω] *Ante labi.* Columel. 11, 1 Praelabentis vero temporis fuga, quam ſit irreparabilis, quis dubitet? Cic. de Nat. Deor. 2, 111 c. 43 Piſces quorum alter paullum praelabitur ante. Tibris praelapſus moenia Romae Lucan. 6, 76. Euphrates praelabens plurimas gentes Solin. c. 50.

PRAELAMBO, ĕre. [προλιχμάω] *Idem quod ante lambere.* Hor. Serm. 2, 6, 109 Continuatque dapes, necnon verniliter ipſis Fungitur officiis, praelambens omne quod affert.

PRAELARGVS, a, um. Adi. Pulmo animae praelargus Perſ. 1, 14. Iuuenc. in Matth. 22, 8 Praelargis dapibus quaecunque inſtruximus.

PRAELASSATVS, a, um. Praelaſſatos facile ſuperauit Frontin. Strat. 2, 5 *extr.*

PRAELAXO, āre. Motus beneficio praelaxato aegrotante Cael. Aurel. Tard. 2, 1, 27.

PRAELATIO, *etc. vid.* PRAEFERO.

PRAELAVO, āre. *vnde* PRAELAVATVS, a, um. Oct. Hor. 1, 27 Vino tepido praelauatus.

PRAELAVO, ĕre. Apul. Apol. p. 278 Eius merito os, vt bono potui poculum, praelauitur.

PRAELAVTVS, a, um. *Valde delicatus.* Suet. Vitell. c. 2 Praelautus alioqui famoſusque coenarum magnificentia. *conf.* Id. Ner. c. 30.

PRAELĒGO, āre. *Ante coheredes legare v. g.* Eam coronam teſtamento ei praelegauit Plin. 33, 2 *extr.* Paullus in l. Titia Seio D. de legat. 2 Scaeu. l. 39 §. 4 D. t. 3 l. 10. *et* l. 54 t. 1 lib. 15.

PRAELEGATVS, a, um. Partes coheredibus praelegatae Papinian. l. 77 §. 8 D. de leg. et fideic. lib. 2.

PRAELĔGO, lēgi, lectum, ĕre. [προαναγινώσκω] *Ante legere: vt ſolent praeceptores pueris ſuis.* Quinctil. 1, 14 Sed pueris quae maxime ingenium alant, praelegenda, atque animum augeant. *Sed* ¶ 2 Praelegere Campaniam, *Praeterire nauigio* Tacit. Ann. 6, 1, 1. *Add.* 2, 79, 1.

PRAELECTVS, a, um. Partic. Apul. Met. 7 p. 192 *Elmenh.* Praelectum hircum victimare. *i. electum prae aliis.*

PRAELECTIO, ōnis. f. [προανάγνωσις] Quinctil. 1, 2, 15 Attamen emendationi, praelectionique numerus obſtat. ¶ 2 Non ſolum primas editiones, ſed etiam ſecundas, quas repetitas praelectiones veteres nominabant, ſubſecutas eſſe inuenimus Iuſtinian. de emendat. Cod. §. 3 *vnde* Codex repetitae praelectionis *appellatur.*

PRAELECTOR, ōris. m. [προαναγνωστὴς] Gell. 18, 5 Si magiſtrum, praelectoremque habuiſſet alicuius aeris.

PRAELIBER, ra, rum. *Omnino liber.* Liquido praelibera motu Prudent. Apoth. v. 87 *ſc.* natura ignis ſuperni.

PRAELĪBO, āre. [προγεύομαι] *Ante libare et deguſtare.* Stat. Silu. 3, 4, 60 Care puer, ſuperis qui praelibare verendum Nectar, et ingentem, *etc.* Vultus ac pectora alicuius praelibare viſu Stat. Achil. 2, 88.

PRAELIBATIO, ōnis. f. Tertull. de Anima c. vlt. Sine vlla praelibatione.

PRAELICENTER. Adu. *Nimis licenter.* Gell. 14, 7 Oppido quam verba finxit praelicenter. Ammian. 16, 5 *et* 17, 8.

PRAELĪDO, ĕre. *Adfertur ex* Manil. 5, 81. *al.* Praecludere totum circum, *quod probat et reducit Bentl.* Praelidere *plane nihili eſſe videtur.*

PRAELIGĀMEN, ĭnis. n. *Amuletum.* Marc. Empir. c. 8.

PRAELIGANEVM Vinum, *a* praelegendo *dictum: eſtque illud, quod vel praematurum eſt, vel prae omnibus legitur.* Cato de R. R. c. 23, 2 Vuas miſcellas ad vinum praeliganeum, quod operarii bibant, vbi tempus erit, legito: ſuccum puriter omnium dierum pariter in dolia diuidito.

PRAELĬGO, āre. [προεπιδέω] *Ante vel ab anteriori parte ligare.* Liu. 22, 16 Faſceſque virgarum, atque arida ſarmenta praeligantur cornibus boum. Cic. de Inuent. 2, 149 c. 50 Os autem obuolutum eſt folliculo, et praeligatum. Plin. 17, 11 *extr.* Pectus praeligatum Plaut. Bacch. 1, 2, 28. *i. inſanum: Turneb.* Adu. 2, 30 *ab his, qui veneficiis impediti et defixi.*

PRAELĬNO, ĕre. Gell. 7, 14 *extr.* Cum caſte pudiceque ornatur, fit illuſtrius; cum fucatur atque praelinitur, fit praeſtigioſum.

PRAELĬTVS, a, um. Partic. Gell. 13, 23 Villae inexcultae et rudes, ne tectorio quidem praelitae.

PRAELIVM, ſ. PROELIVM, (*pari fere auctoritate*) i. n. [μάχη, ἀλκὴ, συμβολὴ] *Conflictus in bello.* Bellum *totum tempus militiae ſignificat:* Praelia *vero ſunt in bello congreſſiones. vid.* Non. 5, 61. *Deſcriptionem* praelii *vide apud* Plautum Amph. 1, 1, 70. Praelium, bellum, excurſus, et pugna Tacit. de German. 30. Praelium *et* Bellum, *quid inter ſe differant*, Liu. 30, 19 Faſſus in curia eſt, non praelio modo ſe eſſe, ſed bello victum. *add.* Id. 9, 19, 9. Cic. in Orat. 30 Thucydides res geſtas et bella narrat et praelia, grauiter et probe. Cic. in Catil. 2, 23 In huiuſmodi certamine ac praelio nonne, etiam ſi hominum ſtudia deficiant, dii ipſi immortales cogent ab iis praeclariſſimis virtutibus tot et tanta vitia ſuperari? Exitus praeliorum ſunt incerti Idem Fam. 6, 4. Audax praeliis Liber Hor. Carm. 1, 12, 21. Semper in praelio eis eſt maximum periculum, qui maxime timent Salluſt. Catil. c. 58. ¶ 2 *Epitheta:* Aduerſum praelium, *vid.* ADVERTO. Cruda praelia Stat. Theb. 12, 762. *i. crudelia.* Dubium Liu. 35, 29 *pr.* Martem incertum *vocat* Tacit. Hiſt. 4, 35. Fatale Cic. Fam. 15, 15. Feruida Claud. in Gigant. 12. Fortunatiſſimo praelio decertare Paterculus 2, 12, 5. Impia Hor. Carm. 2, 1, 30. Iuſtum, Maritimum, Modicum, *vid. ſſ. ll.* Naualia Quinctil. 2, 17. Nepos 23, 10, 5. Scelerata Lucan. 4, 207. Secundum Tacit. Hiſt. 4, 79. Auſonius in Periocha 7. Iliados, Fortiſſimum Graecorum ab Hectore prouocatur. Ab Aiace Telamonio praelium ſingulare conſeritur. Vlulata Stat. Theb. 9, 724. ¶ 3 *Verba:* Abſtinere praelio, *vel* pugna, *vid.* ABSTINEO. Audere praelium Tacit. Ann. 4, 49. Audere in praelia Virg. Aen. 2, 347. Ceſſare a praeliis, *vid.* CESSO. Ciere praelium, *vid.* CIEO. Committere praelium Nep. 1, 5, 3. *et* 23, 11, 3 *etc.* *incipere ac facere adeo, vt ſ. l. monemus.* Concurrunt praelia ventorum Virg. Georg. 1, 318. Conficere praelium Caeſar Bell. Gall. 8, 28. Confligere praelio Idem ibid. 5, 15. Conſerere praelia Virg. Aen. 2, 397. Praelio Conſerto Liu. 21, 4. Contendere Caeſ. Bell. Gall. 1, 50. Decertare praelio, *vid.* DECERTO. Defungi praelio Liu. 1, . . Detrectare praelia Sil. 7, 647. Differre Idem 7, 330. Dimicare praelio cum aliquo Cic. de Nat. Deor. 2, 6 c. 2. Dirimere Virg. Aen. 5, 467. Dare Idem Georg. 3, 265. Edere praelia et pugnas aeterno certamine Lucret. 2, 118. Editur Liu. 21, 29. *et* 24, 16. Elabi ex praelio Caeſ. Bell. Gall. 5, 36. Elicere ad praelium Idem 2, . . Excedere ex praelio Caeſ. Bell. Gall. 3, 25. Facere manibus praelium, *vid.* MANVS. Factis praeliis plurimis Plaut. Men. 4, 2, 23. Cic. de Orat. 2, 273 c. 67 Quum Tarento amiſſo arcem tamen Liuius retinuiſſet, multaque ex ea praelia praeclara Feciſſet, quum aliquot poſt annos, *etc.* Liu. 38, 12 In agro eorum pluribus praeliis ſecundis Factis. Frangere praeliis aliquos Cic. de Prouinc. Conſul. 32. Inceſſitque itineri et praelio Tacit. Ann. 1, 51. *h. e. Ad iter, et praelium.* Incipere praelium Salluſt. in Iugurtha. Inducere in praelium cohortes, *vid.* INDVCO. Inire praelium Quinctil. 3, 8. Inire et finire, *vid.* INEO. Liu. 25, 39 Cum his tam ſecuris ſolutiſque Romani calentes adhuc ab recenti pugna, feroceſque victoria praelium ineunt. *Add.* Id. 21, 12. Ineunt vrſi hiſpida praelia Stat. Theb. 6, 865. Inferre praelium in caſtra, *vid.* INFERO. Inſtaurare praelia Lucan. 3, 615. Inſtaurata Virg. Aen. 2, 669. Intermittere, *vid.* INTERMITTO. Inuadere, *vid.* INVADO. Laceſſere praelio Caeſ. Bell. Gall. 5, 17 *pr.* Ludere praelia Stat. Theb. 9, 786. Miſcere horrida Virg. Georg. 2, 282. Miſcere praelia multa vi Idem ibid. 3, 220. Moliri Sil. 13, 198. Obire Lucret. 4, 964. Oritur atrox praelium Liu. 25, 39. Pati dura praelia Virg. Aen. 7, 806. Profligare praelia Tacit. Ann. 14, 36. Pronuntiare praelium Liu. 24, 14 *extr. vid.* PRONVNTIO. Pugnare mutuis praeliis inter ſe, *vid.* MVTVVM. Redintegrare Caeſ. Bell. Gall. 1, 25. Renouare Idem ibid. 2, 14. Reſtituere Caeſ. B. G. 1, 53. Scrutari Sil. 7, 273. Tacit. Hiſt. 5, 11 Et ſequentibus diebus crebra portis praelia Serebant. Serere praelia cum aliquo Sil. 8, 35. Sumere praelium Tacit. Hiſt. 4, 34. Suet. Caeſ. c. 9. Superſedere praelio Caeſ. Bell. Gall. 2, 8. Suſtinere alicuius cauſa praelia Cic. Fam. 9, 11. Tentare Virg. Aen. 2, 334. Texunt fugas et praelia ludo Idem ibid. 5, 593. Tollit caput altum in praelia Virg. Aen. 5, 375. Tractare praelia Sil. 15, 466. Ventum eſt ad praelia Virg. Georg. 3, 98 *de vetere admiſſario Venerem conante.* Vti ſecundis praeliis Cic. pro Lege Manil. 23.

PRAELIOR, āri. Dep. [μάχομαι] *Praelio pugnare.* Caeſ. Bell. Gall. 2, 23 Ex loco ſuperiore in ipſis fluminis ripis praeliabantur. Pedibus praeliantur Idem 4, 2. Praeliari cum equitibus Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 78. *Per translationem, pro Dimicare, et contendere verbis.* Cic. Att. 1, 16 *pr.* Ego enim, quamdiu Senatus auctoritas mihi defendenda fuit, ſic acriter et vehementer praeliatus ſum, *etc.* ¶ 2 Praelio *antique pro Praelior apud* Priſcian. p. 799. Ennius *apud* Non. 7, 38 Ita mortales inter ſe pugnant, praeliant. *Hinc et Imperſonaliter paſſiue*, Iuſtin. 19, 1, 9 Et diu et varia victoria praeliatum fuit. *Item* Feſtus *in* Arma, Quibus prope praeliatur. *Conf.* Eumen. de Reſt. Schol. c. 2.

PRAELIANS, antis. Partic. [μαχόμενος] Eudemus praelians ad Syracuſas occidit Cic. de Diuin. 1, 53 c. 25. *Add.* Iuſtin. 2, 11, 1.

PRAELIĀTVS, a, um. Partic. Plin. 7, 28. Iuſtin. 12, 9, 12.

PRAELIĀRIS, e. Adi. [μαχικὸς] *Ad praelium pertinens.* Praeliares pugnae, *apud* Plaut. *in* Curc. 4, 4, 17. Praeliares dies appellantur, Quibus fas eſt hoſtem bello laceſſere. Erant enim quaedam feriae publicae, quibus nefas fuit id facere. Paullus Feſti. *Conf.* Macrob. Saturn. 1, 16. *Al. hic leg.* praeliales. Apul. Met. 8 p. 208, 40 Nec quidquam praeter vnicam tubam deerat, quin acies eſſet praeliaris. Dea praeliaris Apul. Met. 10 p. 254, 21 *Minerua.*

PRAELIĀTOR, ōris. m. Tacit. Ann. 2, 73, 3 *tradit* Germanicum fatis Alexandri adaequatum, nec minus praeliatorem fuiſſe. Auct. Dial. de cauſis Corr. Eloq. c. 37 Plures bonos praeliatores bella, quam pax ferunt. Dux belli et praeliator inſignis Iuſtin. 15, 4, 19.

PRAELŎCO, āre. Si pro trochaeo penultimo ſpondaeum praelocaueris Mart. Capella 5 p. 170. Senſus in ſola facie praelocati ſunt Auguſtin. de Gen. ad lit. 7, 7.

PRAELONGVS, a, um. Adi. [ἐυμήκης] *Valde longus.* Liu. 22, 46 Diſpares ac diſſimiles gladii: Gallis praelongi, ac ſine mucronibus. Cornua Lucret. 3, 614. Gladii Tacit. Hiſt. 1, 795. Haſtae Liu. 31, 39. Homo Quinctil. 6, 4.

PRAELONGO, āre. [περιμηκύνω] *Longum facere; nam* Longo *non dicitur.* Plin. 11, 2 Qua ſubtilitate pedum crura praelongauit?

PRAELŎQVOR, ĕris, ūtus ſum, lŏqui. [προφθέγγομαι] *Praefari.* Plin. Epiſt. 8, 21 Forte accidit, vt eo die mane in aduocationem ſubitam rogarer: quod mihi cauſam praeloquendi dedit. Cic. Fam. 8, 12 Vix hoc erat praeloquutus, quum ego Appium Cenſorem eadem lege poſtulaui. *Sed al.* prolocutus.

PRAELOCVTIO, ōnis. f. Frontin. Strat. 3 praef. Nec morabor vlla praelocutione. Senec. Controu. 3 praef. Silo haberetur diſertus, ſi a praelocutione dimitteret.

PRAELVCEO, luxi, ēre. *Valde lucere.* Martial. 12, 38 (42) Praeluxere faces, velarunt flammea vultus. Alicui praelucere, *Praeferre facem* Suet. in Octau. c. 29. Aur. Vict. de Viris illuſtr. c. 38 Duillio conceſſum eſt, vt praelucente funali, et praecinente tibicina, a coena publice rediret. Cic. in Salluſt. c. 5 Ego meis maioribus virtute mea praeluxi: vt ſi prius noti non fuerint, a me initium accipiant memoriae ſuae. Cic. de Amicit. 23 c. 7 Quum plurimas et maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum praeſtat omnibus, quod bona ſpe praelucet in poſterum. Pectora praelucent filo Sidonio Lucan. 10, 141. *Vbi rectius legendum eſt*, Perlucent. Nullus in orbe ſinus Baiis praelucet amoenis Hor. Epiſt. 1, 1, 83. *i. nobilior ob amoenitatem eſt.*

PRAELVCĬDVS, a, um. Adi. [πολυφεγγὴς] Plin. 37, 6 Arabicae excellunt candore circuli praelucido, atque non gracili.

PRAELVDO, ſi, ſum, ĕre. [προοιμιάζω, ἀκροβολίζω] *Ante ludere.* Virg. Georg. 3, 234 Et ſparſa ad pugnam praeludit arena. *Legitur et* Proludit. *Cum Datiuo:* Sen. Epiſt. 102 Illi meliori vitae longiorique praeluditur. Praeludere *dicebantur* Gladiatores, *ante congreſſum, quod eſt Luſorie pugnare, ventilare. Vid. Lipſ. Saturn.* 2, 19. Ouid. de Arte Am. 3, 515 Sic vbi praeluſit, rudibus puer ille relictis Spicula de pharetra promit acuta ſua.

PRAELVDIVM, i. n. [προοίμιον Onomaſt. Vet.] *Dicitur illa Modulatio vocum, quae ante initium cantus fieri ſolet, quae et Praecentio dicitur.* ¶ 2 *Laudatur* Cic. Philipp. 14, 8 c. 3 Quaeque eſſet facturus in hac vrbe, niſi eum hunc ipſe Iupiter ab his moenibus repuliſſet, declarauit in Parmenſium calamitate: quos optimos viros, honeſtiſſimoſque homines, maxime cum auctoritate huius ordinis, Populi-

Populique Rom. dignitate coniunctos, crudeliſſime interfecit, praeludium illud et portentum L. Antonius inſigne odium omnium hominum, vel ſi etiam dii oderint quos oportet, omnium deorum. *Al.* Proludium. *Sed nihil dum melius excogitatum Ferrariano* Propudium.

PRAELVSIO, ōnis. f. [ἀκροβολισμὸς] *Idem.* Plin. Epiſt. 6, 13 Tu tamen exiſtima quantum nos in ipſa pugna praelii et certaminis maneat, cuius quaſi praeluſio atque praecurſio has contentiones excitauit. *Sed* Cic. de Orat. 2, 325 c. 80 Proluſio *eſt.*

PRAELVM, *vid.* PRELVM.

PRAELVMBO, āre. *Lumbos praefringere.* Naeuius, Coepit vnumquemque praelumbare fuſtibus Non. 2, 673. *Eſt igitur ſimile vel idem adeo, quod* Delumbare.

PRAELVMĬNO, āre. Tertull. de Reſur. Carn. c. 33.

PRAELVSTRIS, e. Adi. [πολύλαμπρος] *Prae aliis lucens: ſimile* Illuſtris. Ouid. Triſt. 3, 4, 5 Viue tibi: quantumque potes, praeluſtria vita: Saeuum praeluſtri fulmen ab arce venit.

PRAELVTVS, a, um. Praeluta habitacula Sidon. Ep. 4, 25.

PRAEMACĔRO, āre. Scrib. Larg. 193 Praemacerentur autem mala cydonia, *i. ante macerentur.*

PRAEMĂDEO, ēre. *vel* PRAEMADESCO, ĕre. Ante diem nimio praemaduiſſe mero Orient. Commonit. lib. 2.

PRAEMALEDĪCO, ĕre. Tertull. aduerſ. Marc. 5, 3.

PRAEMALLE. *Pleonaſmo quodam, quaſi* magis *vel* prae aliis malle. Adiuro — me nullam aliam meae Fotidi praemalle Apul. Met. 3 p. 139, 14.

PRAEMANDO, āre. [προπαραγγέλλω] *Ante, ſiue prius mandare, et mittere.* Cic. Fam. 5, 9 Dicitur mihi tuus ſeruus anagnoſtes fugitiuus Vardaeis eſſe, de quo tu mihi nihil mandaſti: ego tamen terra marique vt conquireretur, praemandaui. Plaut. Truc. 2, 4, 49 Praemandare, et quaerere puerum aut puellam, quae ſupponatur mihi.

PRAEMANDO, ĕre. Gell. 4, 1 Si idem me tibi praemandere, quod aiunt, poſtulas. *Idem ait, quod* Cic. de Orat. 2, 162 c. 39 Qui omnes tenuiſſimas particulas, atque omnia minima manſa, vt nutrices infantibus pueris, in os inſerunt.

PRAEMATŪRVS, a, um. Adi. [πρόωρος] *Ante conſuetum tempus maturus.* Praematurus fructus, *Ante alios maturus* Colum. 11, 3. ¶ 2 *Per translationem, quod ante tempus venit, aut accidit: vt,* Praematura mors Plin. 7, 51. Hiems praematura Tac. Ann. 1, 30. *Contraria.* Plin. 8, 45 Domitura boum in trimatu, poſtea ſera, ante praematura. Planc. ad Cic. Fam. 10, 8 Nunquam diffitebor multa me, vt ad effectum horum conſiliorum peruenirem, et ſimulaſſe inuitum, et diſſimulaſſe cum dolore: quod praematura denuntiatio boni ciuis imparati, quam periculoſa eſſet, ex caſu Collegae videbam. Labor praematurus Sil. 15, 356.

PRAEMATŪRE. Adu. [προώρως] *Immature.* Plaut. Moſtel. 2, 2, 69 Quia praemature vita careo, *h. e. Quia mortuus ſum ante tempus. Vid.* Gell. 10, 11. *Compar.* Praematurius, *eſt apud* Papin. Dig. l. 45 tit. 1 leg. 118.

PRAEMEDICĀTVS, a, um. Partic. [προφαρμακευθεὶς] Ouid. Epiſt. 12, 15 Iſſet anhelatos non praemedicatus in ignes, Immemor Aeſonides, oraque adunca boum. *i. Iſſet Iaſon ad domandos tauros, qui naribus ignem efflabant, non ante a me, Medea ſcilicet, inſtructus medicamentis, quibus hi poſſent vinci.* Antidoto praemedicatus Tertull. de Ieiun. c. 12.

PRAEMEDĬTOR, āri. [προμελετάω] *Ante meditari, praecogitare, parare ſe.* Cic. Att. 6, 3 Ex qua me fingere poſſim, et praemeditari, quo animo accedam ad vrbem. Quid ſibi vſu venturum ſit praemeditari Auct. ad Heren. 2 c. 5. Lucret. 4, 822 Et illum, Effugere errorem, vitareque praemeditator. *Sic hunc locum non minus docte, quam feliciter reſtituit Lambinus, quem ſequuntur alii, quum ante mirum quam corruptus eſſet.*

PRAEMEDITĀTVS, a, um. Partic. *Paſſ.* Mala praemeditata leuiora an fiant Cic. Tuſc. 3, 31 *ſeqq.* c. 15.

PRAEMEDITATIO, ōnis. f. [προμελέτημα] Cic. Tuſc. 3, 26 c. 14 Haec igitur praemeditatio futurorum malorum, lenit eorum aduentum, quae venientia longe ante videris. *Add.* ib. 31 c. 15.

PRAEMEDITATORIVM, i. n. *Locus vbi meditatio fit et praeparatio.* Tertull. de Ieiun. c. 6 Totum illud domicilium interioris hominis, eſcis ſtipatum, vinis inundatum, decoquendis iam ſtercoribus aeſtuans praemeditatorium efficitur latrinarum. *Vid. ibi Pamelium.*

PRAEMENSVS, *vid.* PRAEMETIOR.

PRAEMERCOR, āri. [προεμπορεύομαι] *Prius mercari, ſiue, vt ait Budaeus, In emtione praeuenire, et licitaturo praeripere.* Plaut. Epid. 3, 3, 26 Edepol nae iſtam tempore ſuo gnato tuo ſumus praemercati. Plin. 32, 2 Ni qui ad polluctum emerent, pretio minus pareerent, eaque praemercarentur.

PRAEMETIOR, īri. [προμετρέω] *Ante metiri.* Praemetiri pericula Sariſb. Epiſt. 59. *Vnde*

PRAEMENSVS, a, um. Partic. *Paſſ.* Lucis praemenſae tempora Tibull. 3, 3, 9 Tunc quum praemenſae defunctus tempora lucis Nudus Letea cogerer ire rate. *Alii* Permenſae. *Vid. Brouckh.* Portionem vitae *appellat* Iuuen. Sat. 9, 127 Miſeraeque breuiſſima vitae Portio. Praemenſi ſoli ſpatium Frontin. de Re Agr. n. vlt.

PRAEMĒTOR, āri. Solin. c. 40 Dinocratem Alexandri iuſſu Alexandriam in Aegypto praemetatum, ſupra expoſuimus.

PRAEMETĀTVS, a, um. Partic. *Paſſ.* Mart. Capell. 8 p. 273 Praemetata diuûm itinera.

PRAEMETVO, ĕre. [προφοβοῦμαι] *Ante metuere.* Prudent. aduerſ. Symmach. 2, 581 Praemetuit cultus inoleſcere Chriſti.

PRAEMĔTO, meſſui, meſſum, ĕre. [προθερίζω] *Vnde*

PRAEMESSVM, *vid. ſtatim* PRAEMETIVM.

PRAEMETIVM, i. n. ἀπαρχὴ Onomaſt. Quod praelibationis cauſa ante praemetitur. Paullus Feſti. Feſti *ipſius verba ſic ponunt:* Quod ante metitur, quaſi praemeſſum praelibationis cauſa. Προλογίαν *dictam Laconibus, ait Scal. ad* Varron. Coniect. p. 75.

PRAEMETIVVM, i. n. *Idem.* ἡ πρὸ θερισμοῦ Δημήτρας θυσία Gloſſ. *apud Scal. in* Feſtum. *Vid.* PRAEMETIVM.

PRAEMETVENS, entis. Partic. Caeſ. Bell. Gall. 7, 49 Caeſar praemetuens fuit. Phaedr. Fab. 1, 17 Dolum praemetuens. Lucret. 3, 1032 At mens ſibi conſcia facti Praemetuens, adhibet ſtimulos, torretque flagellis.

PRAEMETVENTER. Adu. Gronou. Obſeru. 3, 5 *reſtituit* Lucret. 4, 822 Effugere errorem vitareque praemetuenter. *Vulgo* Praemeditator.

PRAEMĪCO, āre. Apul. Met. 11 *pr.* Praemicantis lunae candore nimio completus orbis. Prudent. Calagurit. 84 Quae viam patere caeli praemicando oſtenderent.

PRAEMIGRO, āre. [προαποικέω] *Ante migrare.* Plin. 8, 28 Ruinis imminentibus muſculi praemigrant.

PRAEMĬNEO, ēre. *Prae aliis eminere.* Senec. Med. v. 93 Vnius facies praeminet omnibus. Tacitus *cum quarto Caſu iunxit* Ann. 15, 34, 3 Eo vſque valuit, vt gratia, pecunia, vi nocendi etiam malos praemineret. *Add.* Ann. 12, 12 *pr. Vid.* PRAEEMINEO.

PRAEMINENS, *pro Praeeminens. Solent enim Latini non raro Vocales coniungere, et in vnum confundere: vt Praerogare, pro Praeerogare, et ſic in caeteris.* Literae auctoritate praeminentes Auguſtin. de Geneſi ad lit. c. 14. Prudent. Cathem. 11, 108 Inſignis ipſe et praeminens.

PRAEMINISTRO, āre. Apul. Mileſ. 2 p. 119 Aſſidue reſpiciens praeminiſtrantem Fotidem. Tertull. Apol. c. 22 Fabulas ad deſtructionem veritatis iſtius aemulas praeminiſtrauerunt.

PRAEMINISTER, tri. m. Macrob. Saturn. 3, 8 Mercurii vocabulo ſignificant praeminiſtrum. Tertull. de Orat. c. 1 Opus praeminiſtri.

PRAEMINISTRA, ae. f. Macrob. Saturn. 3, 8 Camilla Dianae praeminiſtra. Apul. Apol. p. 278 Lingua mendaciorum et amaritudinum praeminiſtra.

PRAEMINOR, āri. *Valde minari.* Apul. Mileſ. 5 p. 167 Malum grande de vultus curioſitate praeminatur. *Vid. Elmenh. Ind. Conf.* Tertull. Apol. c. 21. *et* aduerſ. Marc. 5, 19.

PRAEMĪTIS, e. Adi. Venant. Fortun. Carm. 3, 12, 37 Horrea praemitis melius tua condita ſeruans. Praemitis terga aſinae Iuvenc. 3, 636.

PRAEMITTO, mīſi, miſſum, ĕre. [προπέμπω] *Ante mittere. Conſtruitur vere cum* Ad *vel* In *Praepoſitionibus.* Cic. Off. 2, 25 Praemittebatque de ſtipatoribus ſuis, qui ſcrutarentur arculas muliebres. Literas odioſas praemittere Cic. Att. 10, 7. Cum equitatu in aliquem locum praemittere aliquem Idem ad Brut. 15. Praemiſerat in Hiſpaniam legiones Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 39. Praemittitur in Siciliam cum imperio Cic. Att. 7, 15. Praemittere edictum Cael. B. C. 2, 19. Cogitationes in longinqua praemittere Sen. Ep. 5. *Scriuerius ad* Martial. 10, 12 *Quod vulgo legitur,* Diſpeream niſi te, Domiti, permitto libenter, *legendum cenſet* Praemitto, *nempe ominis cauſa, ipſe ſi liceat, ſecuturus: et docet, veteres Chriſtianos ſic etiam de mortuis dixiſſe,* Praemiſi vxorem *etc. i. extuli.*

PRAEMISSVS, a, um. Part. [προπεμφθεὶς] Praemiſſus Achates Virg. Aen. 6, 34. Equites praemiſſi ibant Virg. Aen. 9, 367.

PRAEMISSA, ōrum. n. Plin. 12, 1 Produnt Alpibus coërcitas, et tum inexſuperabili munimento Gallias, hanc primum habuiſſe cauſam ſuperfundendi ſeſe Italiae, quod Elico ex Heluetiis ciuis earum, fabrilem ob artem Romae commoratus, ficum ſiccam et vuam, oleique ac vini praemiſſa remeans ſecum tuliſſet. *Quem locum emendans Hermolaus,* Promiſſa *reponit, publica lectione expuncta. Caelius tamen 6, 6 mauult* Praemiſſa, *interpretaturque primitias quasdam, ſicuti* praemiſſa ſacrorum *dicantur. Contendit etiam,* Ciceronem *hoc vocabulo fuiſſe vſum* Fam. 10, 12 Et tuarum literarum ad me miſſarum praemiſſa meminiſſem: *vbi vulgo legitur* Promiſſa. *Tandem Harduinus diligentem exquiſiti olei ac vini delectum notari apud Plinium arbitratur.*

PRAEMIVM, i. n. [γέρας, ἐπιτίμιον, ἆθλον] *Quod in ludis proponitur iis, qui ſe ſtrenue geſſerint, et victores euaſerint.* Ter. Eun. 5, 9, 27 Quoduis donum et praemium a me optato, id optatum feres. Virg. Aen. 5, 485 Inuitat qui forte velint, et praemia ponit. Praemium, *inquit* Varro de L. L. 5, 36 a Praeda, quod ob recte quid factum conceſſum. *Ac ſane interdum idem fere ſignificat; vt* Virg. Aen. 11, 78 Laurentis praemia pugnae. *Sic* Plaut. Men. 1, 2, 26. *Conf.* Tacit. Hiſt. 1, 51, 1. *et* Tibull. 1, 2, 25. Propert. 2, 3, 7. *Sed multo latius patet, et, quidquid commodi facto quocunque aliquis conſequitur, praemium vocatur.* Praemia bonorum malorumque bonos ac malos faciunt Plin. Paneg. c. 44. Apud infirmum et credulum minore metu et maiore praemio peccabatur Tacit. Hiſt. 1, 12, 4. *Add.* ib. 4, 42, 6. Pro euerſae Reipub. praemiis prouincias aliquas occuparunt Cic. de Prouinc. Conſul. 3. Plin. Epiſt. 3, 17 Ego viaticum, ego etiam praemium dabo. Ampla praemia Stat. Theb. 6, 550. Ampliſſimum praemium ex omnibus praemiis virtutis, ſi eſſet habenda ratio praemiorum, gloria eſt Cic. pro Milon. 97 c. 35. Exitialia Stat. Achill. 2, 344. Frondentia praemia vatum, laurus vel hedera Id. Silu. 5, 3, 56. Opimum praemium Plin. 14, 1. Siniſtrum, *vid.* n. 2 Reportare praemium. ¶ 2 *Formulae Verborum:* Accipere praemia Virg. Aen. 5, 309. Affici praemio Quinctil. 3, 6. Auferre praemium, *vid.* AVFERO. Capere praemia Virg. Aen. 5, 232. Commoueri amplis praemiis ad perdiſcendum Cic. de Orat. 1, 13 c. 4. Contemnere periculorum praemia et laborum fructum Id. in Piſon. 63. Contineri praemio et poena Rempublicam Solon dixit Cic. ad Brut. 15. Decoratur honoribus, praemiis, atque ſplendore verus, iuſtus et honeſtus labor Cic. de Orat. 1, 194. Deferre alicui dignitatis praemium, alteri denegare Idem pro Flacc. 1. Dare alicui ampliſſima praemia Cic. in Catil. 4, 5 c. 3. Data ſunt mihi pro hac induſtria praemia tanta, quanta antea nemini Idem pro Muraen. 8. Donare aliquem praemiis Cic. pro Arch. 5 c. 3. Donari praemio ſtudii ſui Quinctil. 2, 7. Elicere aliquem praemiis ad faciendum aliquid Cic. pro Corn. Balb. 37. Euocari praemiis Quinct. 1, 1. Exſpectare praemia meritae palmae Virg. Aen. 5, 70. Exſtant recte factis praemia, peccatis ſupplicia Cic. de Nat. Deor. 3, 85. Ferre praemia multa laborum Hor. Serm. 2, 1, 11. Ferre grandia praemia meritorum Idem Epiſt. 2, 2, 38. Ferre digna praemia Virg. Aen. 1, 609. Tibull. 1, 2, 26 Nec ſinit occurrat quisquam, qui corpora ferro Vulneret, aut rapta praemia veſte petat, *i. praedam, de latronibus nocturnis.* Fert improba praemia dira libido Senec. Octau. ſ. 6. Tulit peruerſa praemia triſtis virtus Idem Hippol. ſ. 9. Inuitare aliquem praemiis ad aliquid agendum Cic. pro Ligar. 12. Licet legis praemio, *i. Beneficio legis.* Cic. Acad. 4, 1 Abſens factus Aedilis, continuo Praetor (licebat enim celerius legis praemio) poſt in Africam, *etc. i. lege Sullae hoc praemium tribuente.* Linquere alicui quaeſita praemia Lucret. 5, 5. Maculat vitae praemia metus poenarum Idem 5, 1150. Merere praemia, *vid.* MEREO. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 12 Non ſatis eſt, ne cui iniuriam facias, prouidere: ſi tamen ſunt voluntarii inimici, qui tuis praemiis te oppugnent. Penſare praemia Stat. Achil. 1, 69. Perſoluere praemium alicui Cic. pro Cael. 68. Perſoluit praemia morum Stat. Silu. 1, 4, 38.

38. Ouid. Epiſt. 16, 19 Praemia magna quidem, ſed non indebita poſco. Poſtulare praemium Cic. pro Rabir. 31. *Et* in Catil. 3, 26 Virtutis praemium, inſigne honoris, monimentum laudis pro tantis rebus nullum poſtulo. Propoſuit praemium Xerxes, qui inueniſſet nouam voluptatem Cic. Tuſc. 5, 20. Propoſita virtutibus ſunt praemia, et ſupplicia vitiis Idem de Orat. 1, 247 c. 58. Reddere praemia Catul. Argon. ſ. 62, 157. Referens praemia ſeruati ciuis Lucan. 1, 358. Rependere digna praemia Stat. Theb. 9, 50. Repetere praemium et fructum officii Cic. anteq. iret. in exil. 4. Reportaſti ſiniſtrum praemium curioſitatis improſperae Apul. Met. 11 p. 264, 1. Soluere praemia digna Virg. Aen. 9, 253. Trahunt inuidioſa victores praemia Graii Ouid. Met. 13, 414. Tribuere alicui praemium ſub aliqua conditione Cic. pro Arch. 25. Vendere praemio prouinciae totam Remp. Idem in Piſon. 15. Venire fruſtra ad praemia Virg. Aen. 5, 346. Cic. pro Cluent. 98 Sed quod iudicibus probarint, quod in eodem genere, in quo ipſi offendiſſent, alios reprehendiſſent, ſe ad praemia legis Venire oportere. ¶ 3 *Obſeruatt.* Praemium, pro Pecunia poſuit Naeuius, ſine praemio ſum, marſupium reliqui domum: Nonius. *Pro Quibusuis vitae commodis et bonis.* Lucret. 3, 969 Omnia per fructus vitaï praemia marces? Idem 5, 4 Qui talia nobis Pectore parta ſuo quaeſitaque praemia liquit. *de Epicuro. Conf.* Id. 3, 913. *Vid.* n. 2 Ferre praemia *ex* Tib. 1, 2, 26. *Pro Poena*, Ouid. Met. 8, 503 Cape praemia facti. *Adde, quod modo dedimus*, Reportaſti Praemium.

PRAEMIOR, āri. *Praemium auferre.* Suet. in Tit. Veſp. c. 7 Suſpecta et rapacitas, quod conſtabat in concionibus (*leg.* cognitionibus) patris nundinari, praemiarique ſolitum. Praemiari, *inquit Budaeus, hoc loco Lucrari ſignificat. Sic et Lipſius, Praemia accipere poſt datas ſententias.*

PRAEMIŌSVS, a, um. Adi. [χρηματώδης] Pecunioſus; *interpretibus* Nonio *et* Feſto. Accius, Diuitem ac praemioſum auum.

PRAEMIĀTOR, ōris. m. Praemiatorem, pro Praedone dixit Naeuius, *auctore* Nonio 2, 629 Nam in ſcena nos nocturnos coepit praemiatores tollere. *Vid. Lipſ. in* Tacit. Ann. 1, 40.

PRAEMIĀTRIX, īcis. f. *Alio ſenſu, quae perſoluit praemium.* Ammian. 14, 39 Vltrix facinorum impiorum, bonorumque praemiatrix Adraſtia, *i. remunerans.*

PRAEMISCEO, *vnde*

PRAEMIXTVS, a, um. Partic. Apic. 4, 5 Olera praemixta compones.

PRAEMODĔROR, āri. [προδιοικέω] *Ante moderari.* Gell. 1, 11 Cretenſes quoque praelia ingredi ſolitos memoriae datum eſt praecinente ac praemoderante cithara greſſibus.

PRAEMODVLĀTVS, a, um. Quinctil. 11, 3, 109 Praemodulati geſtu cogitationem iuuenes, *ſ. vt malim*, Geſtum cogitatione.

PRAEMODVLATIO, ōnis. f. Quinctil. ibid. *eſſe dicitur. Non puto.*

PRAEMŎDVM. Adu. [ὑπερμέτρως] Gell. 7, 7 *extr.* Liuius in Odyſſea, Praemodum dicit quaſi Admodum; Parentes, inquit, praemodum. Quod ſignificat Supra modum: dictumque eſt quaſi praeter modum, in quo ſcilicet prima ſyllaba acui debet.

PRAEMOENIO, īre. *i. Praemunire.* Gell. 13, 27. *et* 14, 2.

PRAEMOLESTIA, ae. f. [προδυσχέρεια] Cic. Tuſc. 4, 64 c. 30 Alii metum praemoleſtiam appellabant, quod eſt quaſi dux conſequentis moleſtiae.

PRAEMOLIOR, ītus ſum, īri. [προεπιχειρέω] *Ante moliri, praeparare.* Liu. 28, 17 Itaque praemoliendas ibi ratus iam res, conciliandosque regum, gentiumque animos, Syphacem primum regem ſtatuit tentare.

PRAEMOLLIS, e. Adi. [πολυμαλακὸς] *Valde mollis.* Plin. 11, 37 p. 564 *Hard.* Cor palpitat certe, et quaſi alterum mouetur animal, intra praemolli firmoque opertum membranae inuolucro. Idem 9, 51.

PRAEMOLLIO, īre. [προμαλάττω] *Ante mollire.* Quinctil. 4, 3, 10 Si quid erit aſperum, praemolliemus, quo facilius aures iudicium admittant. *Vnde*,

PRAEMOLLĪTVS, a, um. Partic. [προμαλαχθεὶς] Quinctil. 2, 9, 3 Et fruſtra ſparſeris ſemina, niſi illa praemollitus fouerit ſulcus. Mentes praemollitae Idem 6, 5, 9.

PRAEMŎNEO, ui, ĭtum, ēre. [προπαραγγέλλω] *Ante monere, prius quam aliquid fiat, et ante periculum monere.* Igitur praemoneo, ne villicum ex eo genere ſeruorum, qui corpore placuerunt, inſtituamus Colum. 1, 8 *pr.* Animo ſane beneuolo, vt magnopere cauerem, praemonebat Cic. Verr. 2, 23 c. 8 *extr.* Ab impendentibus periculis maximis voce alicuius praemoneri Idem de Aruſp. Reſp. 10. Nefas praemonere Ouid. Met. 15, 785. Pericula praemonent Plin. 8, 28.

PRAEMONĬTVS, a, um. Partic. [προπαραγγελθεὶς] Vrbs praemonita oraculo Plin. 16, 39.

PRAEMONĬTVS, ûs. m. [προπαράγγελμα] *Pro Praedictione.* Valer. Max. 1, 6 Sic deorum ſpreti praemonitus excandeſcunt. Ouid. Met. 15, 804 Nec tamen inſidias venturaque vincere ſata Praemonitus potuere deûm.

PRAEMONITVM, i. n. Gell. 14, 2 Generalia quaedam praemonita et praecepta.

PRAEMONITIO, ōnis. f. Tertull. aduerſ. Marc. 2, 4 Agnoſco bonitatem Dei ex legibus et praemonitionibus bonis et benignis.

PRAEMONĬTOR, ōris. m. Apul. de Deo Socr. p. 51 *Elm.* Incertis proſpector, dubiis praemonitor, periculoſis tutator.

PRAEMONITŌRIVS, a, um. Adi. Tertull. de Anima c. 3 Praemonitorium edictum.

PRAEMONSTRO, āre. [ὑποδεικνύω] *Ante monſtrare, Docere, oſtendere.* Plaut. Perſ. 1, 3, 68 Praemonſtra docte: praecipe aſtu filiae quid fabuletur, vbi ſe natam praedicet. Cic. de Diuin. 1, 13 c. 7 Atque etiam ventos praemonſtrat ſaepe futuros Inflatum mare. *Ex Poëta.*

PRAEMONSTRANS, antis. Part. [ὑποδεικνύων] Stat. Theb. 1, 67 Si Sphingos iniquae Callidus ambages te praemonſtrante reſolui.

PRAEMONSTRĀTOR, ōris. m. [ὑποδεικτὴς] *Qui praemonſtrat, et docet, quid faciendum ſit ante periculum.* Ter. Heaut. 5, 1, 2 Sed hic adiutor meus, et monitor, et praemonſtrator Chremes, hoc mihi praeſtat. *Vid. Guyet. ad h. l.*

PRAEMONSTRATIO, ōnis. f. Lactant. 7, 14, 12 Saepe diximus minora et exigua magnorum figuras et praemonſtrationes eſſe.

PRAEMORDEO, di, ſum, ēre. [προδάκνω] Gell. 7, 9 Plautus in Trigeminis, non *Praemordiſſet*, neque *Praemomordiſſet* dixit, ſed *Praemorſiſſet*; Ni fugiſſem, inquit, medium credo praemorſiſſet.

PRAEMORIOR, īris *vel* ĕris, mŏri. [προτελευτάω] *Quaſi Ante tempus mori.* Ouid. Epiſt. 8, 121 Aut ego praemoriar, primoque exſtinguar in aeuo, Aut ego Tantalidae Tantalis vxor ero. Plin. 29, 2 Traduntque quod extra nodum ſit, e cauda praemori.

PRAEMORTVVS, a, um. Partic. Membra praemortua, *ante fatum ſcilicet totius hominis* Ouid. Amor. 3, 7, 65. Liu. 3, 72 Scaptium ipſum id quidem, etſi praemortui iam ſit pudoris, non facturum. *Sic autem forte vocat, vt notet in ſene decrepito paullo ante vitam exſtinctum eſſe pudorem.*

PRAEMŎVEO, ēre. Cael. Aurel. Tard. 1, 5, 168 Quoties partes longe remotae praemouentur.

PRAEMŌTVS, a, um. Partic. Idem ibid. 2, 1, 46 Praemotis vel exercitis, vt ſupra dictum eſt, conſilium dabimus.

PRAEMVLCEO, ēre. *Vnde*

PRAEMVLSVS, a, um. Partic. Apul. Florid. 1 p. 342 *pr.* Crines eius praemulſis antiis, et promulſis caproneis anteuentuli et propenduli. Praemulſis, *vt frontem tegant aliquantulum*, Promulſis *vt ad latus dependeant.*

PRAEMVNDO, āre. Octau. Hor. 1, 10 Praemundare oculos molli penicillo.

PRAEMVNIO, īre. [προοχυρόω, προεχυρόω] *Prius munire.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 55 Iſthmum praemunire inſtituit. Ibid. 58. *Per translationem, pro praeparare, praeſtruere, etc.* Cic. pro Cael. 19 c. 8 Quamobrem illa, quae ex accuſatorum oratione praemuniri iam et fingi intelligebam, fretus veſtra prudentia, Iudices, non pertimeſco. Cic. in Orat. 137 c. . Vt diuidat in partes, vt aliquid relinquat ac negligat, vt ante praemuniat, vt in eo ipſo, in quo reprehendatur, culpam in aduerſarium transferat. Cic. Att. 5, 13 Primum illud praeſulci atque praemuni, quaeſo, vt ſimus annui, ne intercaletur quidem.

PRAEMVNITVM genus dicendi et ex omni parte cauſae ſeptum Cic. de Orat. 3 c. 9.

PRAEMVNITIO, ōnis. f. [προοχύρωμα] *Praeparatio, qua facimus, ne ſecus accipiantur, quae dicere volumus.* Cic. de Orat. 2, 304 c. 75 Quid? ſi in homines caros, iudicibusque iucundos, ſine vlla praemunitione orationis acerbius, et contumelioſius inuehare, nonne abs te iudices abalienes?

PRAENARRO, āre. [προδιηγέομαι] *Ante narrare.* Ter. Eun. 5, 3, 12 Recte ſane interrogaſti, oportuit rem praenarraſſe me.

PRAENASCOR, ĕris, naſci. Commodian. Inſtruct. 6 Illum non aliquis prophetauit praenaſci.

PRAENĀTO, āre. [προνήχομαι] *Ante natare.* Plin. 9, 45 ſ. 68 Praenatante piſciculo frondem ſuam ſpargit: *de vrtica, piſce.* Praenatat amnis domos Virg. Aen. 6, 705. Seruius: Praenatat praeterfluit. Et contrarie dictum eſt: nam non natant aquae, ſed nos in ipſis natamus. Ennium igitur ſequutus eſt, qui ait, Fluctusque natantes. *Vid. ſimilia in* NATO.

PRAENAVĬGO, āre. [προπλέω] *Praeternauigare, vel vltra nauigare.* Plin. 6, 23 Deinde Ichthyophagi tam longo tractu, vt XX dierum ſpatio praenauigauerint. Mela 2, 3 Ad Sunium tendentibus illa praenauiganda.

PRAENAVIGATIO, ōnis. f. Plin. 6, 31 A Gorgonum inſulis praenauigatione Atlantis dierum quadraginta, *etc.*

PRAENECTO, *vid.* PRAENEXVS.

PRAENESTE, is. n. *et* PRAENESTIS, is. f. [Πραίνεστον] *Nomen vrbis in Latio, non longe ab vrbe Roma*, quod locus in quo ſita eſt, montibus praeſtet Feſt. *ex* Catone: *vid.* Seru. *ad* Aen. 7, 682. *Et ſic cum Diphthongo ſcribitur.* Seruius *ad* Aen. 7, 278 ἀπὸ τῆς πρίνε, hoc eſt ab ilice, quae ibi abundat, *deducit.* Solinus c. 8 A Praeneſte Vlyſſis nepote, et Latini regis filio. *Olim Polyſtephanos dicta: id eſt, multarum coronarum. Lege Plutarchum in Parall. Gr. Rom. extr. Quidam a Caeculo Vulcani filio conditam ferunt ſuper Aretino monte; quod ſequitur* Virg. *vid.* CAECVLVS. *In hac fuit Fortunae templum illuſtre: vnde certa edebantur oracula. Huius meminit* Cic. de Diuin. 2, 87 Quod Carneadem Clitomachus ſcribit dicere ſolitum nuſquam ſe fortunatiorem, quam Praeneſte, vidiſſe Fortunam. *Vid.* PRAENESTINA Dea, Fortuna. Altum Praeneſte Virg. Aen. 7, 682. Frigidum Hor. Carm. 3, 4, 22. Sacrum Stat. Silu. 4, 4, 15.

PRAENESTĪNI, orum. m. *Pl.* [Πραινεστινοὶ] *Habitatores Praeneſte.* Cic. de Diuin. 2, 85 Numerium Suffucium Praeneſtinorum monumenta declarant, honeſtum hominem et nobilem ſomniis crebris, *etc.* Praeneſtinos, *refert* Gell. maximo opere a Tiberio imperatore petiſſe oraſſeque, vt ex Colonia in municipii ſtatum redigerentur: idque illis Tiberium pro referenda gratia tribuiſſe, quod in eorum finibus ſub ipſo oppido, ex capitali morbo reualuiſſet. *Haec ille* 16, 13.

PRAENESTĪNVS, a, um. Poſſeſſiu. [Πραινεστινὸς] Bracteae Praeneſtinae Plin. 33, 3. Dea Ouid. Faſt. 6, 62. Fortuna Lucan. 2, 193. Montes Liu. 3, 8. Nucum Praeneſtinarum *meminit* Cato *v. g.* 8. *it.* 143, 3 Eae ſunt, quae et Ponticae vocantur, et Auellanae. *Auctor* Macrob. Saturn. 3, 18. Sorores Stat. Silu. 1, 3, 80 *videntur Parcae eſſe ſortium praeſides.* Cic. de Diuin. 2, 87 c. 41 Fani pulchritudo et vetuſtas Praeneſtinarum etiamnum retinet ſortium nomen, atque id in vulgus. *Sed totum illud caput earum ſortium hiſtoriam et rationem continet.* Vrbs Virg. Aen. 7, 678.

PRAENEXVS, a, um. *Obligatus.* Praenexo obſignatoque ore ſimulacrum Solin. c. 2.

PRAENĬMIS. [μέγα λίαν] *Quaſi dicas Valde nimis.* Gell. 19, 10 Hoc praenimis plebeium eſt.

PRAENĬTEO, ui, ēre. [περιστιλβόω] *Valde nitere et reſplendere.* Paterc. 2, 39, 2 Deuictarum gentium titulis forum Auguſti praenitet. Cur tibi iunior laeſa praeniteat fide Horat. Od. 1, 33, 4. *i. pulchrior videatur.*

PRAENĬTENS, entis. Part. Paterc. 2, 35, 1 Virtus Catonis multis in rebus conſpicua atque praenitens. Luna Plin. 2, 9.

PRAENOBĬLIS, e. Adi. *Compar.* Apul. Florid. 3 Praenobilior proprio ingenio, quam patrio conſulatu.

PRAENŌMEN, ĭnis. n. [πρῶτον ὄνομα] *Quod diſtinctionis cauſa praeponitur nomini, vt* Marcus, Publius, Titus, Quintus. *Et raro plene ſcribitur, ſed aut vnica litera, vt* A, *id eſt Aulus.* C, *id eſt Caius: vbi ſcribitur* C *et pronuntiatur* G: *vt in* Cn, *duabus literis, id eſt Cneus. Sic* Sex. *id eſt Sextus: Sic* M. Marcus, *ſed* M' Manius, T. Titus, Ti. Tiberius, *etc.* In Praenominibus *non ſeruari analogiam vt in Nominibus, ſcribit* Varro de L. L. 8, 38 p. 113, 4 quod *ſint* inſtituta ad vſum ſingularia, quibus diſcernerentur nomina gentilicia; vt a numero

mero in feminis, Prima, Secunda, Tertia. In viris, vt Quinctus, Sextus, Decimus. Sic ab aliis rebus, quum eſſent duo Terentii, aut plures, diſcernendi cauſa, vt aliquid ſingulare haberent, notabant: forſitan ab eo, qui mane natus diceretur, vt is Manius eſſet: qui luci, Lucius, qui poſt patris mortem Poſtumus. E quibus, quae cum item accidiſſent feminis, proportione appellata: declarant praenomina mulierum antiqua, Mania, Lucia, Poſtuma. Videmus enim Maniam matrem larum, et Luciam Volumniam Saliorum carminibus appellari. Poſtumam a multis poſt patris mortem (*natam*) etiam nunc appellari. *Haec Varro. Claſſicus locus eſt* Auctoris Epitomes de Nominum ratione, *quae* Valerio Max. *ſubiici ſolet: vnde quaedam delibamus:* Animaduerto in conſulum faſtis perplexum vſum praenominum et cognominum: fuiſſe dictum Poſtumum Cominium Auruncum, et Poſtumum Aebutium Eluam, et Vopiſcum Iulium, et Opitrem Virginium Tricoſtum, et Paullum Fabium Maximum. (*Nempe* Poſtumus, Vopiſcus, Opiter, Paullus *etiam cognomina ſunt*) — Gentilicia nomina Varro putat fuiſſe innumera, et praenomina circa triginta. Pueris, non priusquam togam virilem ſumerent; puellis non antequam nuberent, praenomina imponi moris fuiſſe, Q. Scaeuola auctor eſt. Quae olim praenomina fuerunt, nunc cognomina ſunt, vt Poſtumus, Agrippa, Proculus, Caeſar. *Enarrat deinde praenomina* Opiter, Vopiſcus, Hoſtus *etc. quae nos ſuis locis explicamus. Qui plura, et in vnum locum congeſta cupit, illi adeundus eſt liber Caroli Sigonii de Nominibus Romanorum: quem correxit, et ſuppleuit Ez. Spanhem. de Vſu et praeſt. Num.* diſſ. 10, 2 p. 23-41. *Nos non totam antiquitatem, ſed linguam potiſſimum tractamus. Itaque vnum alterumque locum bonorum ſcriptorum ſubiiciemus.* Quinctil. 3, 7, 20 Et poſt mortem adiecta quibusdam ignominia eſt, vt — Marcoque Manlio, cuius praenomen a familia in poſterum exemtum eſt. *Vid. Spanh. l. c. p. 33. et add.* Tacit. Ann. 3, 17. Hor. Sat. 2, 5, 32 *Senibus blandiri et adrepere Vlyſſem docet Tireſias*, Quincte, puta, aut Publi (gaudent praenomine molles Auriculae) tibi me virtus tua fecit amicum. *Nempe cum fratres, et familiariſſimi adeo ſolis ſe praenominibus appellarent, cumque facilius ſcirent externi, eſſe v. g. aliquem* Tullium *ac* Ciceronem, *quam* Marcum *aut* Quinctum; *hinc interioris notitiae ſignum eſt,* Praenomine *aliquem appellare.* Cic. Fam. 1, 9 *vbi rationem reddit nouae cum Vatinio familiaritatis, laudato* Terentii *loco de* Phaedriae *oppoſita Pamphila*, Sic petiui a iudicibus, vt quoniam quidam nobiles homines — nimis amarent inimicum meum —— quoniamque illi haberent ſuum Publium (*Clodium, quem blande ſolo praenomine appellarent*) darent mihi ipſi alium Publium (*Vatinium ipſis exoſum*) in quo poſſem illorum animos, mediocriter laceſſitus leuiter repungere. *Contra qui ſe ſatis alteri notos putabant, ii Praenomen ſuum in praeſcriptione literarum omittebant.* Cic. Fam. 7, 32 *pr.* Quod ſine Praenomine, vt debebas, ad me epiſtolam miſiſti, primum addubitaui, num a Volumnio ſenatore eſſet, quocum mihi eſt magnus vſus: deinde εὐτραπελία literarum fecit, vt intelligerem, tuas eſſe.

PRAENOMĬNO, āre. Epit. de Nom. rat. *vulgo* Val. Max. adſcripta, Tullus praenominatus eſt ominis gratia, quaſi tollendus. Qui celeriter erant nati, fere Numerios praenominabant Varro *apud* Non. 4, 319.

PRAENOSCO, nōui, nōtum, ĕre. [προγινώσκω] *Ante noſcere.* Plin. 19, 12 Vera autem cuiusque natura nonniſi medico effectu praenoſci poteſt. Idem 18, 24 Quae futura praenoſci non poſſunt. *Verum in his duobus* Plinii *exemplis al.* Pernoſci. Futura Cic. de Diuin. 1 c. 38. Laborem venturum praenoſſe Stat. Theb. 3, 490. Signum hoc veniens poterunt praenoſcere nautae Cic. in Arat. 75. Omnia praenoſcens mater Sil. 16, 124.

PRAENOSCENTIA, ae. f. Sarisb. Metalog. 4, 27 Praenoſcentia futurorum.

PRAENOTIO, ōnis. f. [πρόγνωσις] *Notio et intelligentia inſtitutionem praecedens.* Cic. de Nat. Deor. 1, 43 c. 17 Fateamur conſtare illud etiam, hanc nos habere ſiue anticipationem, vt ante dixi: ſiue praenotionem deorum.

PRAENOTO, āre. Signo aliquo vicinae ſtirpis aut arboris praenotabit (*locum*) Pallad. 9, 8. *Euagrius* librum primum defenſionis Origenis, Euſebii Caeſareenſis, nomine Pamphili Martyris praenotauit Hieron. ad Cteſiph. adu. Pelag. c. 2. *Add. ibid. paullo ante.* Apuleius de Deo Socratis praenotauit librum, quem appellare de Daemone Socratis debuit Auguſtin. de Ciu. D. 8, 14.

PRAENOTATVS, a, um. Part. Crux praenotata, crux adumbrata eſt prius Prudent. in Rom. v. 629. *i. praefigurata in Vet. Teſtam.* Libri literis ignorabilibus praenotati Apul. Met. 11 p. 268. Liber hoc titulo praenotatus Auguſtin. Retr. 2, 14.

PRAENŪBĬLVS, a, um. Adi. [συννεφὴς] *Significat idem quod valde nubilus et obſcurus.* Ouid. Amor. 3, 13, 7 Stat vetus, et denſa praenubilus arbore lucus.

PRAENVNCVPO, āre. *Ante nominare, id enim eſt* nuncupare. Prudent. Hymn. Ieiun. 179 Praenuncupatus ore qui prophetico Emanuel eſt.

PRAENVNTIO, āre. [προαγγέλλω] *Ante nuntiare.* Ter. Phorm. 5, 2, 12 Geta, abi, praenuntia hanc venturam. Cic. de Diu. 1, 11 c. 6 Inflatuque diuino futura praenuntiat. Praenuntiandae futurae res Auguſtin. Ep. 19, 3.

PRAENVNTIVS, a, um. Adi. [προαγγελτικὸς] *Qui rem nuntiat ante quam fiat.* Cic. de Nat. Deor. 2, 14 Quae nuper bello Octauiano magnarum fuerunt calamitatum praenuntiae. *de cometis.* Plin. 2, 27 Quippe ingentium malorum fuere praenuntia, *ſc.* chaſmata. Ales lucis praenuntius, *Gallus* Ouid. Faſt. 2, 567. Aurora ſolis praenuntia Cic. in Arat. 66 (Grot. 300.) Clamor Plin. in Paneg. . . Hirundo Veris praenuntia Ouid. Faſt. 2, 153. Ortus praenuntius ſolis Idem Triſt. 3, 5, 55. Veneris praenuntius Zephyrus Lucret. 5, 736 *qui ſpirat ante ver, et genitalem illam anni horam.* Verba praenuntia cladis futurae Ouid. Met. 3, 191.

PRAENVNTIVM, i. n. Procellarum ſunt quaedam praenuntia Sen. de Ira 3, 10. Nunquam vrbs Roma tremuit, vt non futuri euentus alicuius id praenuntium eſſet Plin. 2, 84. *Add.* Id. 2, 27.

PRAENVNTIATĪVVS, a, um. Adi. Ignes praenuntiatiui Plin. 2, 71 *de ignibus, qui accenduntur in turribus, ſiue ſpeculis ad maris litus exſtructis.*

PRAENVNTIATIO, ōnis. f. Auguſtin. Retract. 1, 22. Tertull. de Anima c. 46.

PRAENVNTIATOR, ōris. m. προάγγελος Gloſſ. Cyrill. Auguſtin. Confeſſ. 9, 5. *et* de Geneſ. 8, 4 *extr.*

PRAENVNTIATRIX, īcis. f. Prudent. paſſ. B. Laurent. 29.

PRAEOBTVRO, āre. Partic. *vſus eſt* Vitruu. 10, 12 Praeobturantes foramina.

PRAEOCCĬDO, cīdi, cāſum, ĕre. [προπίπτω] *Ante occidere.* Plin. 18, 29 Cui praeoccidere Caniculam neceſſe ſit.

PRAEOCCŬPO, āre. [προφθάνω, προκαταλαμβάνω] *Ante occupare.* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 17 Praeoccupatum ſeſe legatione ab Cn. Pompeio teneri obſtrictum fide. *Eſt autem in hoc Caeſaris exemplo, Hominem beneficio irretire. Loquitur de Varrone, quem Pompeius ſibi per eam legationem obligauerat, antequam bellum foret.* Liu. 4, 48 Vbi videant Collegas principes agendae rei gratiam omnem ad plebem praeoccupauiſſe, nec locum in ea relictum ſibi. Ne cum inter ſe timerent, alter alterutrum praeoccuparet Nepos 10, 4, 1 *de inſidiis et morte adeo inferenda.* Saltum Datames praeoccupare ſtudet Idem 14, 7, 2. Praeoccupauit animos timor Caeſ. Bell. Gall. 6, 40. Cic. Philipp. 10, 2 c. 1 Quas partes mihi ſumſeram, eas praeoccupauit oratio tua. Praeoccupauit ferre legem Liu. 4, 30 *pr.* Praeoccupari vlceribus Columel. 7, 12.

PRAEOCCVPĀTVS, a, um. *cum Infinitiuo.* [προληφθεὶς] Aſia Vell. 2, 69, 2. Senec. Epiſt. 50 Omnes praeoccupati ſumus Virtutes diſcere, vitia dediſcere — *debemus.* Liu. 21, 20 Praeoccupatos iam ab Annibale Gallorum animos eſſe.

PRAEOCCVPATIO, ōnis. f. [πρόληψις] Nepos 18, 3, 6 Locorum praeoccupatio. *Eſt etiam apud Rhetores* Schema, quum aliquid nos reticere dicimus, et tamen tacitum intelligitur. quod fit, vel quum rem notam eſſe putamus auditoribus, vel quum ſuſpicionem excitare maiorem reticendo volumus: a Graecis dicitur Apoſiopeſis. Beda Presb. de Schem. et Trop. *pr.*

PRAEŎPĪMVS, a, um. Adi. *Valde pinguis.* Tertull. de Poenit. c. 8 Immolat vitulum praeopimum.

PRAEOPTO, āre. [μᾶλλον εὔχομαι] *Potius optare, vel valde optare.* Ter. Hec. 4, 1, 17 Adeon' peruicaci eſſe animo, vt puerum praeoptares perire? Liu. 23, 43 Punicam Romanae ſocietatem atque amicitiam praeoptandam eſſe. *Conf.* Id. 9, 45. Liu. 28, 21 *extr.* Mortem in certamine, quam vt alter alterius ſubigeretur imperio, praeoptantes. Praeoptare equitis Romani filiam generoſam nuptiis Nepos 25, 12, 1.

PRAEORDINATVS, a, um. [τεταγμένος] Vulg. Interp.

PRAEOSTENDO, ĕre. *Vnde*

PRAEOSTENSVS, a, um. Praeoſtenſa ſacrificia Tertull. contra Iud. c. 5 *pr.* *Add.* Ambroſ. de Diuinit. Filii c. 6 *extr.*

PRAEPALPO, āre. Molli manu ante praepalpans Paullin. Nol. Ep. 49 (*al.* 36) n. 3.

PRAEPANDO, pandi, paſſum, ĕre. [προπετάζω] *Praetendere.* Plin. 11, 24 Maiores aranei in terra cauernarum exigua veſtibula praepandunt. *Praeaperire.* Lucret. 1, 144 Quo carmine demum Clara tuae poſſim praepandere lumina menti, *etc. Lambin. Praeferendo faces lumen aperire.* Et poſt hiberni praepandens temporis ortus Cic. in Arat. v. 274.

PRAEPARCVS, a, um. Adi. [πάνυ φειδωλὸς] *Valde parcus.* Plin. 11, 19 Aliquando et ipſae contrahunt mortis ſibi cauſas, quum ſenſere eximi mella, auide vorantes. Caetero praeparcae, et quae alioquin prodigas atque edaces, non ſecus ac pigras, et ignauas proturbent. Animi eſſe humilis et praeparci Plin. 22, 24.

PRAEPĂRO, āre. [κατασκευάζω, καταρτίζω, παρασκευάζω, προετοιμάζω] *Ante parare quae nobis vtilia credimus.* Cic. Off. 1, 12 c. 4 Facile totius vitae curſum videt, ad eamque degendam praeparat res neceſſarias. Cic. de Legib. 1, 28 Sunt haec maiora, quae aliorum cauſa fortaſſe complecteris, quam illa ipſa, quorum haec cauſa praeparantur. Amicitias praeparare Cic. de Amicit. . . Idem Tuſc. 2, 13 Cultura animi philoſophia eſt, quae extrahit vitia radicitus, et praeparat Animos ad ſatus accipiendos. Arma Claud. Conſ. Hon. 4, 192. Hiemi cibos Plin. 8, 37. Hortos certo loco diligenter Cic. pro Cael. 36 c. 15. Puppes Lucan. 3, 16. Se praeparare aduerſarium alicui Paull. in l. 3 §. ſi ſeruus D. de acquir. poſſeſſ. Vlmos Hor. Epiſt. 1, 7, 84. Praeparo te huic Quinctil. 7, 2. Cic. de Diuin. 2, 119 Pythagoras et Plato locupletiſſimi auctores, quo in ſomnis certiora videamus, praeparatos quodam cultu atque victu proficiſci ad dormiendum iubent. Ad mediam aetatem declamauit, animi magis cauſa, quam quod foro aut ſcholae praepararet Vet. Schol. Iuuenal. in Vita. Ambitioſae ſunt curae, foroque ſe et honoribus praeparant Sen. Contr. 2 prooem.

PRAEPARĀTVS, a, um. Partic. [προκατασκευασθεὶς, προητοιμασμένος] Pectus bene praeparatum Hor. Carm. 2, 10, 13. Animo cum bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatem accommodatis praeparato, qui ſe ita quieti tradet, certa et vera cernit in ſomniis Cic. de Diuin. 1, 121. Auribus non praeparatis qui inflammare rem coepit, furere videtur Idem in Orat. 99. Otio niſi praeparato inſtitui hiſtoria nec poteſt, nec exiguo tempore abſolui Cic. de Legib. 1, 9. Poenae apud inferos ſunt impiis praeparatae Idem de Inuent. 1, 46 c. 29. Praeparato, *Ablatiuus:* Praeparato facere Quinctil. 4, 2, 58. *i. Ex praeparatione. Et* Non ex praeparato locutus eſt Sen. Epiſt. 11.

PRAEPARĀTVS, ûs. m. [παρασκευὴ] Gell. 10, 11 Namque in praeparatu rei ruſticae, per tempeſtates pluuiasque, quum otium eſt, maturari poteſt. Paterc. 2, 76, 3 Aduentus in Italiam Antonii praeparatusque contra eum Caeſaris habuit belli metum.

PRAEPARATVRA, ae. f. Tertull. adu. Marc. 4, 13 Spiritus S. in Ioanne egerat praeparaturam viarum Domini.

PRAEPARĀTOR, ōris. m. Tertull. adu. Marc. 4, 33.

PRAEPARATORIVS, a, um. Adi. Vlpian. in l. deinde D. de liber. exhib. Itaque prius interdictum, quod eſt de liberis exhibendis, praeparatorium eſt huius interdicti.

PRAEPARATIO, ōnis. f. [προκατασκευὴ] Quinctil. 4, 2 Narrabimus cum praeparatione quadam. Diligens praeparatio in omnibus negotiis, priusquam aggrediare, adhibenda eſt Cic. Off. 1, 73 c. 21 *extr.* Prouiſio animi et praeparatio multum poteſt ad minuendum dolorem Cic. Tuſc. 3, 30. Praeparatio bibendi Pomponius in l. In argento D. de aur. et arg. leg. In argento potorio vtrum id duntaxat ſit, in quo bibi poſſit: an etiam id, quod ad praeparationem bibendi comparatum eſt, veluti colum niuarium, et vrceoli: dubitari poteſt. Praeparationum liber Aſclepiadis Scribon. Epiſt. m.

PRAEPARVVS, a, um. Adi. Simile eſt, cordis ſi panditis aures, Praeparui grano regnum caeleſte ſinapi Iuuenc. lib. 2 *extr.*

PRAEPĔDIO, īui, ītum, īre. [πεδέω, ἐμποδίζω] *Prius pedibus deuincire. Per translationem vero, quaſi Pedibus vehementer obligare, Impedire,*

Impedire. Ter. Heaut. 3, 1, 101 An eo ſit, quia in re noſtra aut gaudio ſumus praepediti nimio, aut aegritudine? Praepeditus latera forti ferro, *apud* Plaut. in Poen. 4, 2, 6. Liu. 8, 38 *extr.* Sine modo inquit ſeſe praeda praepediant. Idem 9, 6 Pudor praepediebat. Qua praepediantur ſoni Acc. *apud* Non. 2, 583. Crura praepediuntur vacillanti Lucret. 3, 477. Lumina luminibus praepediuntur Idem 3, 365. Tremor ſubitus praepedit oſſa Ouid. Epiſt. 14, 18. Cic. pro Rabir. 21 c. 7 Confectus ſenectute, praepeditus morbo, *etc.* Mentes praepedire timore Hirt. Bell. Hiſp. c. 31.

PRAEPEDIMENTVM, i. n. [ἐμποδισμός] *Impedimentum.* Plaut. Poen. 3, 2, 28 Ne fallaciae praepedimentum obiiciatur. Sidon. Epiſt. 7, 6 Praepedimento alicui eſſe.

PRAEPENDEO, di, ſum, ēre. [προκρεμάζω] *Ante pendere.* Ancones exſculptae dextra ac ſiniſtra praependeant Vitruu. 4, 6. Martial. 9, 50 (48) Praependet mento nec tibi barba minor. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 9 Circum turrem praependentes. *Item* Tegumenta praependent Idem ibid. 2, 9.

PRAEPES, ĕtis. Adi. [ὠκυπέτης] *Velox.* Cic. de Diuin. 1, 106 Praepetibus pennis, lapſuque volantem. *Ex Poëta.* Alae praepetis plauſus Stat. Theb. 2, 39. Adunca praepes Iouis, *Aquila* Ouid. Faſt. 6, 196. Auis Cic. de Diuin. 1, 106. Si diuus, ſi diua ſibi praepetem miſiſſet Liu. 7, 26. *de coruo Valerii. Poëtis eſt ſaepenumero, qui a Graecis vocatur* οἰωνός, *i. e. eſt auis rapax, vt aquila et accipiter, quod volatu valeant.* Virg. Aen. 5, 254 Quem praepes ab Ida Sublimem rapuit pedibus Iouis armiger vncis. *i. Auis armigera: ſed et in Marone tantum accipi et exponi poteſt Armiger, Volans. At multo clarius ita a* Valerio *vſurpatur* 8, 32

Ecce autem pauidae virgo de more columbae
Quae ſuper ingenti circumdata praepetis vmbra
In quemcunque tremens hominem cadit, *etc.*

Nomen habere videntur Praepetes *a* προπέτεσθαι, *quod eſt praeuolare. Hae aues a Latinis* Magnae *vocantur.* Plaut. Rud. 3, 4, 65 Teque ambuſtulatum obiiciam magnis auibus pabulum. Aues praepetes, *inquit* Feſtus, quidam dici aiunt, quia ſecundum auſpicium faciunt. Alii, quod antea quam petamus, indicent: aut quod praeteruolent. Aut ex Graeco tractum putant, quod ante conſpectum volent noſtrum: inepte ſcilicet, ex Praepoſitione Latina componentes, et Graeco vocabulo. Caeterum Poëtae promiſcue omnes aues ita appellant. Curſus praepes Claud. in Ruffin. 1, 262. Loci praepetes *metaphorice dicuntur ab Auguribus, quod velut aues,* quae proſperius praeuolant, praepetes *vocantur, ſic* loci, quos capiunt, *quod* idonei feliceſque *ſunt.* Ennius, Praepetibus hilares ſeſe, pulchriſque locis dant. *Haec* Gell. 6, 6 *qui laudat etiam* Ennii Brunduſium pulcro praecinctum praepete portu, *i. felici, idoneo.* Subitae praepetes Ouid. Met. 13, 617. Virg. Aen. 3, 361 Et praepetis omina pennae. *Quem locum* Seruius *exponens ſic ait:* Aues aut oſcines ſunt, aut praepetes. Oſcines, ore futura praedicunt, ab os et cano: Praepetes, volatu ſignificant. Sed praepetes aut ſuperiora tenent, et praepetes vocantur, aut inferiora, et dicuntur inferae. Praepetes autem ideo, quia omnes aues ſuperiora petunt volantes. *In illud vero* Aen. 6, 15 *ſic,* Praepetibus pennis, h. e. Felicibus. Praepetes enim ſunt aues boni augurii: quod huic dat, ad quam peruenit. De Daedalo loquitur. *Similia* Gell. 6, 6. *Add.* Auſon. Epigr. 1, 2 Victoria praepes, *i. Volucris.* Mattius *apud* Gellium 6, 6 in ſecundo Iliados, Dum dat vincenti praepes victoria palmam.

PRAEPĔTO, īui, ītum, ĕre. [προάγω] *Ante, vel prius petere, id eſt ire.* Feſtus in Praepes: Praepetere dicebant veteres pro Anteire.

PRAEPIGNĔRO, āre. Partic. *vſus eſt* Ammian. 29, 12 Colloquiis praepignoratus abſtruſis.

PRAEPĪLĀTVS, a, um. Adi. *Pilae inſtar rotundus in altero extremo, pilam habens pro acumine vel mucrone.* Plin. 8, 6 Ab operariis haſtas praepilatas habentibus per circum totum actos. Idem 9, 30 ſ. 50 *de locuſtis,* Si nullus ingruat metus, recto meatu cornibus, quae ſunt propria rotunditate praepilata, ad latera porrectis, *etc. Vid. Lipſ. Poliorc. 4 Dial. 4. et Cellar. ad* Hirt. Bell. Afric. 72. Liu. 26, 51 Tertio die *milites* rudibus inter ſe in modum iuſtae pugnae concurrerent, praepilatiſque miſſilibus iaculati ſunt. *Metaphorice,* Quinctil. 5, 12, 17 Declamationibus exerceri ad pugnam forenſem velut praepilatis, *vbi Burman. p. 455 laudat Salmaſ. de Cruce, qui p. 301 oſtendit, eſſe tela quae pilas, i.* σφαίρας *in extremo haberent, ne laederent.*

PRAEPĪLO, āre. *Pilis iactis praelio praeludere.* Romani praepilatis miſſilibus per procurſatores principiis pugnae tentatis Ammian. 24, 7. Idem 16, 29 (Gron. 12 p. 157) Praepilabantur miſſilia, *de principio pugnae. Sed Gron.* Propilabantur, *vt et Lindebr.* Praepilabantur *Sylburg. Vid. Lipſ. Poliorc. 4 Dial. 4 p. 172. Alia ſunt* Praepilata miſſilia Liuii, *de quibus modo dictum in* PRAEPILATVS.

PRAEPINGVIS, e. Adi. [πολυπίων] *Valde pinguis.* Colum. 3, 2 Itaque non eſt vineis apta: vix etiam arbuſto, niſi praepingui et viuida terra. Solum Virg. Aen. 3, 698.

PRAEPOLLEO, ui, ēre. [πλέον δύναμαι] *Ante alios vel plurimum pollere.* Liu. 1, 57 Ardeam Rutuli habebant, gens vt in ea regione, atque in ea aetate diuitiis praepollens. Idem 5, 34 Virtute et fortuna praepollens. *Compar.* Auguſtin. de Ciu. Dei 22, 29 Praepollentior vis oculorum.

PRAEPONDĔRO, āre. [προσταθμάω] *Prius ponderare, ſeu examinare.* Stat. Theb. 8, 615 Quem viciſſe velint: tacite praeponderat exul. ¶ 2 Grauiorem eſſe: Natura partes ſuas velut in ponderibus conſtitutas examinat, ne, portionum aequitate turbata, mundus praeponderet Sen. Q. N. 3, 10. *i. pondere vincat, deſcendat in bilance. Hinc per translationem, Pluris eſſe, ſiue pluris aeſtimari debere.* Gell. 1, 3 Nam quum in rebus aut paribus, aut non longe ſecus, vtilitas amici, aut honeſtas noſtra conſiſtit, honeſtas procul dubio praeponderat. Cic. Off. 3, 18 c. 4 Qui autem omnia metiuntur emolumentis et commodis, neque ea volunt praeponderari honeſtate. *Accipitur et pro Anteferre.* Quinctil. Declam. 8 Inter duos filios pari deſperatione languentes da bonum patrem: non praeponderabit alterutrum, non eliget. *Alia conſtructione apud* Senec. de Clementia 1, . . Quidquid plus aequo futurum eſt, in partem humaniorem praeponderet.

PRAEPONDERĀTVS, a, um. Partic. Solin. c. 11 Praeponderatis ſinubus alueos vertunt.

PRAEPONDERATIO, ōnis. f. Gloſſ. Lat. Gr. Praeponderatio, ῥοπή.

PRAEPŌNO, pŏſui, pŏſitum, ĕre. [προτίθημι] *Ponere ante.* Salluſt. in Iugurth. . . Vbicunque res poſtulabat, praeſidium eſt praepoſitum. Praepoſiui, *pro Praepoſui.* Plaut. Rud. 4, 1 (2) 11 Lucrum praepoſiui ſopori et quieti. Aditus aedibus praeponere, *vid.* Aditus, *in* ADEO, īre. Cic. de Aruſp. Reſp. 25 c. 12 Quid magis inquinatum, deformatum, peruerſum, conturbatum dici poteſt, quam omne ſeruitium permiſſu magiſtratus liberatum in alteram ſcenam immiſſum, alteri praepoſitum, *etc.* Vltima primis praeponere Hor. Serm. 1, 4, 59. Toro Effigies praepoſita Tacit. Ann. 3, 5, 7. Via praepoſita Ouid. Triſt. 1, 3, 54. *forte fuerit praecepta iniuncta. Sed Burm.* Propoſita. [προκρίνειν, προτιμᾶν, προΐστασθαι] *Anteponere, praeferre.* Ter. Andr. 1, 1, 38 Nunquam praeponens ſe aliis. Idem Eun. 1, 2, 59 Ait, ſi fidem habeat, ſe iri praepoſitum tibi apud me. Amicitiam patriae praeponere Cic. pro Rabir. perduel. reo 23. Multos ſibi Ouid. Triſt. 4, 10, 127. Hominem Ioui Idem Faſt. 2, 676. Vis tu homines, vrbemque feris praeponere ſiluis Hor. Serm. 2, 6, 92. *Add.* Id. Od. 1, 7, 7. Salutem Pop. Rom. vitae ſuae praepoſuit Cic. Philipp. 9, 15 c. 7. Idem Fam. 15, 4 Quintum fratrem negotio praepoſui, vt in vicis aut captis, aut male pacatis exercitus collocaretur. *i. praefeci.* Bello praepoſitus imperator Cic. pro Lege Manil. 28. Idem de Inu. 1 c. 34. *Conf.* ib. 63 c. 22. Exactioni praepoſiti equites Tacit. Hiſt. 1, 20, 4. Exercitui praeponere imperatorem ſapientem et callidum Cic. de Inuent. 1, 68. Muneri alicui quendam Idem de Orat. 2, 41 c. 10. Nauibus aliquem Cic. Verr. 5, 99. Negotio publico praeponi Idem Fam. 8, 5.

PRAEPOSITVS, a, um. Partic. Multum (vt inter Germanos) rationis ac ſolertiae, praeponere electos, audire praepoſitos, noſſe ordines, intelligere occaſiones Tacit. Germ. 30, 3. Toti officio maritimo praepoſitus Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 5. Oraculo praepoſita ſacerdos Cic. de Diuin. 1, 76 c. 34. Quaeſtioni praepoſitus qui haec iuſte ſapienterque diſceptet Idem pro Milon. 23. Supplicio praepoſitus centurio Sen. de Ira 1, 16. Tyranni praepoſiti a Lacedaemoniis Nep. 8, 1, 5. Praepŏſta, *per ſyncopen pro Praepoſita, et vt vulgus loquitur, Praemiſſa:* Lucret. 6, 996 Quapropter bene vbi haec confirmata, atque locata Omnia conſtiterint nobis praepŏſta, parata, *etc.* ¶ 2 Praepoſita *dicta Latinis, itemque* Producta, *vel* Praecipua, *quae* προηγμένα *appellabant Stoici. Locus claſſicus* Cic. de Fin. 4, 71 c. 26 Valere, locupletem eſſe, non dolere, bona non dico, ſed dicam Graece προηγμένα, Latine autem producta: ſed praepoſita aut praecipua malo. ſic tolerabilius et mollius. Illa autem, egeſtatem, morbum, dolorem, non appello mala, ſed, ſi libet reiectanea. Itaque illa non dico me expetere, ſed legere, nec optare, ſed ſumere: contraria autem non fugere, ſed quaſi ſecernere. — Aut doceat, paratiorem me ad contemnendam pecuniam fore, ſi illam in rebus praepoſitis, quam ſi in bonis duxero, fortioremque in patiendo dolore, ſi eum aſperum — quam ſi malum dixero. Facete M. Piſo — Stoicos irridebat. Quid enim? aiebat, bonum negas eſſe diuitias, praepoſitum eſſe dicis. Quid adiuuas? auaritiamne minuis? Quod ſi verbum ſequimur, primum longius verbum *(plurium ſyllabarum)* praepoſitum, quam bonum. Nihil ad rem. Ne ſit ſane: at certe grauius. Nam bonum ex quo appellatum ſit neſcio: praepoſitum ex eo, credo, quod praeponatur aliis *etc. Add.* 3 c. 16 *et* 17. *it.* Acad. 1 c. 10.

PRAEPOSITVS, i. m. *Praefectus militaris.* Gregarius miles caueri inſuper praepoſitos iubebat Tacit. Hiſt. 1, 36, 2. Auſus milites quoſdam, quod motu Camilli ex poenitentia praepoſitos ſuos occiderant, capite punire Suet. Oth. c. 1. *Conf. Burm. ad* Quinctil. Declam. 3, 15 p. 72. Praepoſitus *nomen generale variorum officiorum partim Imperii Rom. ſequioris aeui, partim domus Auguſtae. Dabimus hic ſpeciminis cauſa nomina cum indicio, vnde petita ſint. Gruteri corpus Inſcriptionum, et* Notitiam Dignitatum Imperii, *breuiter modo breuitatis cauſa indicamus, cum facile ſit volentibus indicis ope loca propria inuenire. Occurrunt igitur* Praepoſitus, *vel* PP. Arcarius, *Grut.* Argenti potorii, *ibid.* Ab Argento ſcaenico *Reineſ. Inſcr.* 1, 293. Auri eſcarii, *Grut.* — potorii, *Id.* Ab Auro gemmato, *Grut.* Baſtagae, *vbi vid.* Barbaricariorum, *vid. ſ. l. et in* Not. Dig. Imp. Cellarii *Grut.* A Cryſtallinis, *vid. ſupra in* A, n. 34. Cubiculi, *ſ.* Sacri Cubiculi Cod. Theod. 6, 8. Ammian. Marcell. 14, 11, *qui* thalami cuſtodem *vocat* 22, 4. *Add.* Not. Dig. Imp. Curſorum, *Grut.* Equitum N. D. I. Gregum N. D. I. Laborum, *ſ.* Labororum *a.* Labarorum, *de his plena manu Iac. Gothofredus ad* C. Theod. 6, 25. Laetis *vbi vid.* l. 6 C. de Cenſibus et Cenſitor. Largitionum l. 10 C. Th. de Veteranis. Legionum, N. D. I. Limitum, N. D. I. Militum, N. D. I. Numerorum, N. D. I. Opificibus Domus Auguſtanae *Fabrett. Inſcr.* p. 297. Stabulorum, N. D. I. Tabularum Rationis Caſtrenſis, Aug. Lib. *Reineſ.* 9, 28. Theſaurorum, *varii generis,* N. D. I. Velariorum Domus Auguſtanae *Grut.* Veſtis albae triumphalis, *Inſcr. apud Gorium in Monum. Liu. p. 135. De* Praepoſitis Eccleſiarum *et* Coenobiorum *hic non agimus.*

PRAEPOSITIO, ōnis. f. [πρόθεσις] *Actus ipſe praeponendi.* Vlpian. in l. 1 §. Igitur D. de exercit. action. Igitur praepoſitio certam legem dat contrahentibus. quare ſi eum praepoſuit naui ad hoc ſolum, vt vecturas exigat, *etc.* Cic. de Fin. 3 c. 16 Neque tamen illa praepoſitio ad eum quem dixi finem pertinebit. ¶ 2 *Pars orationis apud Grammaticos: de qua abunde apud* Priſcianum *et alios.* Cic. in Topic. 48 c. 11 Praepoſitio enim IN, priuat verbum ea vi, quam haberet, ſi IN praepoſitum non fuiſſet. *Sic* ABS praepoſitio vna eſt, eaque nunc tantum in accepti tabulis manet, ne his quidem omnium: in reliquo ſermone mutata eſt Cic. in Orat. 158 c. 47. Corrumpere praepoſitiones, *i. mutare, vt in* corrigo, illuſtris, *etc.* Quinct. 1, 5. *Add.* ibid. c. 4. Gell. 15, 3.

PRAEPOSITIVVS, a, um. Adi. *Quod praeponi poteſt.* Vocales praepoſitiuae Priſcian. 1 p. 561. Coniunctio praepoſitiua Diomed. 1 p. 409. *ed. Putſch.*

PRAEPOSITVRA, ae. f. *Officium et dignitas praepoſiti.* Lamprid. Heliog. c. 6 Militaribus etiam praepoſituris et tribunatibus et legationibus et ducatibus venditis. Idem Alex. c. 46 Dabat praepoſituras locorum ciuilium, non militum. *Vid. Salmaſ.*

PRAEPORTO, āre. [προφορέω] *Ante ſe ferre, vel portare.* Cic. in Arato 434 E quibus ingenti exiſtit cum corpore prae ſe Scorpios, infeſta praeportans flebile acumen. Telaque praeportant violenti ſigna furoris Lucret. 2, 621. Catull. 65, 194 Frons exſpirantis praeportat pectoris iras.

PRAEPOSSVM, pŏtes, pŏtui, poſſe. [προϊσχύω] *Praepollere, praeualere.* Tacit. Hiſt. 5, 8, 4 Poſtquam Macedones praepotuere, rex Antiochus demere ſuperſtitionem et mores Graecorum dare adnixus.

PRAEPŎTENS, entis. Adi. [πολὺ δυνάμενος] *Valde potens.* Praepotens Deus Cic. de Nat. Deor. 2, 77. Praepotens et glorioſa Philoſophia Cic. de Orat. 1, 193. Idem de Fin. 2, 57 Praepotentem, vt M. Craſſus fuit. Domus Seneca Octau. ſ. 2. Imperia Valer. Max. 7, 2. *de Appio Claudio.* Opibus praepotens Plin. 36, 5. Terra praepotens marique Carthago Cic. pro Corn. Balb. 34 c. 15. *Compar.* Saluian. de Gubern. Dei 4 p. 144 Cum victus cuiusdam pauperis prece praepotentiori cuidam ſupplicarem.

PRAEPOTENTIA, ae. f. Tertull. adu. Marc. 2, 7 Deus per praeſcientiam et praepotentiam ſuam interceſſiſſe potuiſſet.

PRAEPOSTĔRVS, a, um. Adi. [ὑςεροπρότερος] *Peruerſus et inuerſus. Vt* poſterum *ſit, quod* praecedere *debebat.* Cic. Fam. 15, 17 Praepoſteros habes tabellarios, etſi me quidem non offendunt, ſed tamen, quum a me diſcedunt, flagitant literas. Cic. de Orat. 3, 48 Non diſcerptis ſententiis, non praepoſteris temporibus, non confuſis perſonis, non perturbato ordine. Cic. pro Cluent. 71 Vt erat ſemper praepoſterus et peruerſus, initium facit a Bulbo. Idem pro Rabir. Poſt. 37 Quid tam inſolens, tam peruerſum praepoſterumve dici, aut excogitari poteſt? Omnia peruerſa praepoſtera ſunt ratione Lucret. 4, 831. Perturbatum ac diſcrepans, aut praepoſterum ne quid ſit conſeruemus Cic. de Orat. 3, 37. *de ordine orationis.* Ambitio praepoſtera, *importuna, tempori non accommodata* Tacit. Ann. 16, 17. Conſilia praepoſtera, *Quae ad tempus non dantur.* Cic. de Amicit. 87 c. 22 Cum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis et deligendis et colendis: praepoſteris enim vtimur conſiliis, et acta agimus, quod vetamur vetere prouerbio. Cic. pro Sulla 91 O praepoſteram gratulationem: quam cito illa omnia ex laetitia et voluptate ad luctum et lacrimas reciderunt! Cic. in Piſon. 92 Quae bellicae laudis victoriaeque omnes gentes inſignia et monimenta eſſe voluerunt, noſter hic praepoſterus imperator amiſſorum oppidorum, caeſarum legionum, prouinciae praeſidio et reliquis militibus orbatae ad ſempiternum dedecus ſui generis et nominis indicia conſtituit. Obſequio praepoſtero crimen meruit, *i. Importuno et exitioſo* Tacit. Hiſt. 3, 78. Ordo praepoſterus Lucret. 3, 621. Verbis praepoſteris quaedam pronuntiare Cic. pro Domo 140 c. 55. *Contrarius, vel aduerſus.* Ouid. Triſt. 1, 7, 5 Omnia naturae praepoſtera legibus ibunt.

PRAEPOSTĔRE. Adu. [ὑςεροπροτέρως] *Ordine contrario.* Cic. Acad. 4, 67 c. 20 *extr.* Quod quoniam a te probatur, vt praepoſtere tecum agam: iam enim referam me ad ordinem. *Contraria.* Cic. Att. 7, 16 *pr.* Omnes arbitror mihi tuas literas redditas eſſe, ſed primas praepoſtere, reliquas ordine quo ſunt miſſae per Terentiam. Cic. de Diuin. 2, 146 Nihil tam praepoſtere, tam incondite, tam monſtroſe cogitari poteſt, quod non poſſimus ſomniare. Praepoſtere inducere calcem Plin. 2, 7.

PRAEPOSTERĬTAS, ātis. f. Arnob. 3 p. 118 Graeci nominis praepoſteritate repetita, *i. nomine* Ἥρα *ita frequentato, vt tandem neſcias, vtrum* Ἥρα *dicatur an* ἀήρ.

PRAEPOSTĔRO, āre. *Peruertere.* Quinct. Trib. Mar. c. 9 Ordinem iudiciorum militis praepoſterauit impietas.

PRAEPOTENS, *vid. in* PRAEPOSSVM.

PRAEPRIMIS. *Vox barbara: vid. Vorſt. de Latin. Suſp. c. 32 edit. poſter. Cellar. Antib. p. 82. et Cur. Poſter. p. 363.*

PRAEPROPERO, āre. Praeproperat, προπετεύεται Gloſſ. Vet.

PRAEPROPĔRVS, a, um. Adi. [μάλα ἐπισπερχὴς] *Valde celer.* Cic. Fam. 7, 8 Sed ex tuis literis cognoui praeproperam quandam feſtinationem tuam. Amor Val. Max. 6, 3, 6. Celeritas Liu. 31, 42. Haſtam praepropero niſu iacit Sil. 15, 757. Ingenium Liu. 22, 41. Ingenia praepropera ac feruida Liu. 27, 33 *extr.*

PRAEPROPĔRE. Adu. [λίαν ἐπισπερχῶς] *Nimium celeriter.* Liu. 22, 3 Itaque ſatis apparebat, nec deos nec homines conſulentem, ferociter omnia, ac praepropere acturum. Id. ib. c. 19. *it.* 2, 45. Feſtinans Idem 37, 23.

PRAEPROPERANTER. *Aliud Adu. idem ſignificans.* Lucret. 3, 781 Innumero numero, certareque praeproperanter, *etc.*

PRAEPVLCHER, a, um. Adi. Iuuenc. 1, 430.

PRAEPVRGO, āre. Cael. Tard. 1, 4, 128 Vt ſaepe imminente acceſſione per ſomnum iactu ſeminis aegri praepurgentur.

PRAEPVTIVM, i. n. [ἀκροβυςία, πόσθη] *Pellis, quae glandem, hoc eſt ſummam colis partem tegit.* Iuuen. Sat. 14, 99 *de Iudaeis loquens,* Mox et praeputia ponunt. Idem Sat. 6, 237 Impatiensque morae pauet, et praeputia ducit. *Deriuatur a Graeco* προπόσθων, *ita enim et a* πόσθων *putus eſt; et puta,* πόσθη, *mentula. Vid. Scalig. Catalect. et Voſſ. Etymol. p. 406.*

PRAEPVTIATVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Marc. 5, 9 Praeputiati ſacerdotii Pontifex.

PRAEPVTIATIO, ōnis. f. Idem ibid. *et* c. 4 *et* 13. *et* de Reſur. Carn. c. 23. *et* de Monog. c. 6.

PRAEQVAM, *vid.* Prae quam, *in* PRAE.

PRAEQVESTVS, a, um. Partic. *Ante queſtus.* Ouid. Met. 4, 251 Multaque praequeſtus, tanges tamen aethera dixit. *Alii legunt,* Multaque conqueſtus, *etc.*

PRAERABĬDVS, a, um. Adi. Sen. de Ira 1, 12 Ira praerabida et amens. *al.* Praerapida.

PRAERADIO, āre. [προακτιβολέω] Ouid. Epiſt. 6, 115 Praeradiant ſtellis ſigna minora ſuis. *i.* Praelucent. *Conf.* Claudian. Nupt. Honor. 287.

PRAERĀDO, ſi, ſum, ĕre. [ἀποξύω] *Radere ab anteriore parte.* Cato c. 41 Si vitis vitem contingat, vitis vtriusque latus alterum praeradito oblique, et inter ſeſe medullam cum medulla libro colligato.

PRAERASVS, a, um. Partic. Paullin. Nolan. Epiſt. 22 n. 2 (*al.* Ep. 7) Inaequaliter ſemitonſi (*i.* capilli) et deſtituta fronte praeraſi.

PRAERANCĬDVS, a, um. Adi. [πολύσαπρος] *Valde rancidus per translationem, pro obſoleto et iam ingrato.* Gell. 13, 20 Non finitiones illas praerancidas, neque foetutinas grammaticas ſpectaueris.

PRAERAPĬDVS, a, um. Adi. [πάνυ θοὸς] *Valde celer:* Fuga praerapida Sil. 16, 363. *Add.* Sen. de Ira 1, 12.

PRAERĬPIO, rĭpui, reptum, ĕre. [προαρπάζω, προλαμβάνω] *Ante quam alter capere poſſit rapere, celeriter praeoccupare.* Plaut. Caſ. 1, 14 Huc veniſti ſponſam praereptum meam? Coniugem praeripere Virg. Aen. 9, 138. Cic. Off. 1, 108 c. 30 Facile celare; tacere, diſſimulare, inſidiari, praeripere hoſtium conſilia. *i. Praeoccupare, ſiue praenoſcere, aut praeuenire.* Cic. Off. 3, 81 c. 20 Vt Mario praeripere Collegis et Trib. Pleb. popularem gratiam, non ita turpe. Iter praeripere, *Praeoccupare* Liu. 3, 9. Cic. de Aruſp. Reſp. 9 c. 3 Cui me praeripere deſponſam iam, et deſtinatam laudem, quum ipſe eius opera et dignitatem et ſalutem recuperarim, valde eſt iniquum. Oſcula Lucret. 3, 909. Cic. Att. 4, 5 Viaticum Craſſipes praeripit, tu de via recta in hortos. Hieron. Epiſt. ad Nepotian. de Cicerone, Demoſthenes tibi praeripuit ne eſſes primus orator: tu illi (*non* praeripuiſti, *ſed omiſſa notione* τῆς prae, rapuiſti) ne ſolus.

PRAEREPTVS, a, um. Partic. [προαρπασθεὶς] Praereptus immatura morte Aur. Vict. de Viris illuſtr. c. 5. Cupidis praereptus ab aſtris Claud. de B. Gild. v. 253. Virtus praerepta Sil. 4, 840.

PRAERIPIA, ōrum. n. *Pl. Loca vicina ripis.* Praeripia fluminis Apul. Apol. p. 278 *Elmenh. Vid. Gronou. Obſeruat. 1, 20 qui corrigit etiam* Seruium *ad* Virg. Aen. 6, 704.

PRAERIGĬDVS, a, um. Adi. Quinctil. Decl. 17 p. 227 Vos ignotos praerigidae mentis adfectus vocabulo molliore lenitis.

PRAEROBORATVS, a, um. Praeroboratum corpus Cael. Aurel. Chron. 4, 1.

PRAERŌDO, ſi, ſum, ĕre. [καταβρώσκω] *De extremo aut ſummo rodere.* Columel. de Arb. c. 18 *pr.* Nam ſi ſaepius cacumina manu praefracta, aut a pecore praeroſa fuerint, in perpetuum corrumpuntur. *Add.* Idem R. R. 5, 10 *pr.* Columel. de Arboribus c. 15 Genus eſt animalis, volucra appellatur, id fere praerodit teneros adhuc pampinos et vuas. Idem 5, 6 Ne prodeuntia cacumina ſeminum ab auibus praerodantur. Caudam Plin. 9, 62. Digitos Plaut. Pſeud. 3, 2, 94. Hamum Plin. 9, 43.

PRAERŌSVS, a, um. Partic. [καταβρωθεὶς] Hamus praeroſus Hor. Serm. 2, 5, 25.

PRAERŎGO, āre. [προχριματίζω Gloſſ. Cyrilli, *quod corruptum videtur ex* προχρηματίζω] *Ante alios rogare ſententiam. Vid.* PRAEROGATIVA. Suet. Aug. c. 35 Sententias de maiore negotio, more atque ordine, ſed prout libuiſſet, praerogabat. ¶ 2 *Eſt etiam* Praeerogare *contracte, h. e. ante tempus ſoluere.* Vlpianus, Locati et conducti l. Sed addes, Nam inter eum, qui per errorem ſoluit, et eum, qui penſionem integram praerogauit, multum intereſt. *Add.* Cod. 10 t. 3 l. 20.

PRAEROGATVS, a, um. Partic. Comitia comitiis praerogata Cic. pro Planc. c. 20. *Al.* Praerogatiua. *Eadem certe ſententia.*

PRAEROGATĪVVS, a, um. Adi. Praerogatiua tribus *dicebatur, Quae prima rogata ferebat ſuffragia: et* Praerogatiua centuria, *itidem.* Liu. 26, 22 Fuluius Romam comitiorum cauſa accerſitus, quum comitia conſulibus rogandis haberet, praerogatiua Veturia iuniorum declarauit T. Manlium Torquatum, et T. Octacilium. Cic. pro Planc. 49 c. 20 An tandem vna centuria praerogatiua tantum habet auctoritatis, vt nemo vnquam prior eam tulerit, quin renuntiatus ſit? tu aedilem Plancium factum miraris, cuius in honore non vnius tribus pars, ſed comitia tota comitiis fuerint praerogatiua? Cic. pro Muraen. 38 c. 18 Si tanta in illis comitiis religio eſt, vt adhuc ſemper omen valuerit praerogatiuum: quid mirum eſt in hoc felicitatis famam, ſermonemque valuiſſe? *Nempe, vt ait idem* de Diuin. 1, 103 c. 45 *extr.* Praerogatiuam maiores omen iuſtorum comitiorum eſſe voluerunt. *Repetit* 2 c. 40 Tribus praerogatiua *eſt* Liu. 10, 22. ¶ 2 Praerogatiua, *ſubſtantiue etiam dicitur, tum* centuriam *vel* tribum praerogatiuam, *tum* ſententiam *notat, quam ſequuntur, vt omen quoddam, reliquae partes Populi.* Cic. Ver. Act. 1, 26 c. 9 Qui autem Metellus quam iſti ſit amicus, attendite. Dedit enim praerogatiuam ſuae voluntatis eiusmodi, vt iſti pro praerogatiuis eam reddidiſſe videatur. *i. Aperte fauere ſe oſtendit Verri, et ſententiam de eo fert, cuius auctoritatem ſequi optat alios, vt hoc beneficium rependere videatur pro pecunia a Verre accepta, qua tribus corrupit vt Conſul crearetur ambitu. Huc redit etiam* Aſconii *interpretatio. Propius etiam ad rem accedit Gronou. Obſſ. 4, 1 p. 16 cum monet, ex eo, quod praerogatiuae tribus vel centuriae tantus erat ſuſpectus et reuerentia apud iure vocatas in comitiis, factum, vt vox ipſa* Praerogatiuae *acciperetur pro ſecundo omine, certo ſigno indicioque et pignore ac quaſi arrhabone futurae rei optatae vel ſecundae.* Cato ad Cic. Fam. 15, 5 Quod ſi triumphi praerogatiuam putas ſupplicationem; — neque ſupplicationem ſequitur ſemper triumphus *etc.* Liu. 3, 50, 8 Icilius vbi audiuit tribunos militum in Auentino creatos, ne comitiorum militarium praerogatiuam vrbana comitia iisdem Tribunis Plebis creandis ſequerentur. Idem 21, 3 In Aſdrubalis locum haud dubia res fuit, quin praerogatiuam militarem, qua extemplo iuuenis Hannibal — imperator — appellatus erat, fauor etiam plebis ſequeretur. Idem 28, 9 *extr. cum in triumpho Liuii et Claudii equites praeter caeteros celebraſſent et plebi commendaſſent Veturium et Caecilium, vt eos Conſules in annum proximum crearent, addit,* Adieciſſe equitum praerogatiuae auctoritatem conſules, poſtero die in concione *etc. Sed redimus ad* tribum *vel* Centuriam Praerogatiuam. Sortitio praerogatiuae Cic. Philipp. 2, 8 c. 33. *primum eorum, quae in comitiis aguntur, vbi nempe ſorte deciditur, quae tribus, quae centuria, prima debeat ſententiam ferre.* Cic. de Diuin. 103 c. 45 Praerogatiuam etiam maiores omen iuſtorum comitiorum eſſe voluerunt. Cuſtodem praerogatiuae (*tribus vel centuriae*) comitiis praeficere Cic. poſt redit. in Senat. 16. Cic. de Diuin. 2, 74 At aruſpices diuini, quos quum Tib. Gracchus propter mortem repentinam eius, qui in praerogatiua referenda ſubito concidiſſet, in Senatum introduxiſſet *etc. Quod pro ſigno et pignore rei futurae optatae poni monuimus, illud aliis quoque exemplis oſtendi poteſt.* Sen. Controu. 1, 2 *ad fin.* Etiam habemus quandam praerogatiuam ſacerdoti ab ipſo numine datam. Licet iſti obiiciant illi fuiſſe captiuum, lenoni poſtea ſeruiſſe, cauſam nouiſſime dixiſſe: inter tot pericula non ſeruaſſent illam dii niſi ſibi. Praerogatiua *eſt pignus voluntatis diuinae: quo ipſo etiam honos illi habitus.* Plin. 7, 16 Fecunditatis in feminis praerogatiuam accepimus, inunctis medicamine oculis ſaliuam infici. Idem 27, 1 Candidarum (*gemmarum*) dux eſt Paederos: quamquam poteſt quaeri, an in colore numerari debeat toties iactati per alienas pulchritudines nominis: adeo decoris praerogatiua in vocabulo facta eſt. *Ipſum nomen* Paederos *iam ſpondet inſignem pulchritudinem eius gemmae, cui tribuitur.* Vlpian. l. 9 ff. de iure iur. Hoc duntaxat aduerſus eum, qui iusiurandum detulit — caeterum aduerſus alium ſi velis praerogatiua iurisiurandi vti, nihil ei proderit. Vopiſc. Probo c. 6 Iſti enim ſunt, qui quadam felicitatis praerogatiua praeſules niſi futuros principes habere non norunt. Ambroſ. in Hegeſippo 1, 32 Nunc mihi trepidatio veſtra

ſtra vadatur praerogatiuam victoriae. Symmach. 3, 91 Promtam fore in eum praeclarae tuae mentis adfectionem, quam illi et decus proprium, et meae amicitiae praerogatiua conciliat. Et 7, 115 Quem ego in numerum bonorum eſſe referendum, priusquam morum ipſius periculum facerem, ex praerogatiua tui teſtimonii iudicaui. Et 125 Magna enim praerogatiua eſt placuiſſe ſapienti. Eſt igitur Praerogatiua praeiudicium, ſed optabile et in bonam partem. Eumen. Paneg. Conſtantin. c. 6, 2, 3 Quin immo patrem tuum ipſum vetus illa imperatoriae domus praerogatiua prouexit. Imperatoris filius habet iam magnam ſuffragationem, magnum pignus, futurum, vt ipſe quoque imperet. ¶ 3 Quod autem praecellentiam quamcunque, commodum, honorem, quem quis prae aliis habet, vulgo hoc nomine ſignificant, illius quoque rei quaedam exempla videamus. Vlpian. in l. 4 Obſeruare §. 5 de Offic. Proconſ. Magni enim faciunt prouinciales ſeruari ſibi conſuetudinem iſtam, et huiusmodi praerogatiuas. Veteranorum priuilegium etiam in delictis habet praerogatiuam Appius l. 1 ff. de Veter.

PRAEROGATIVARIVS, a, um. Adi. Praerogatiuarii dicuntur Caſſiod. Var. 11, 27 Veterani, quod iis praerogatiua debetur, vt protectorum dignitas iis tanquam pretium longi laboris accedat. Vid. Symm. Epiſt. 3, 67. Item Guther. de Off. Dom. Aug. 2, 15.

PRAEROGATOR, ōris. m. Redditur diſpenſator in Gloſſ. Iſidor.

PRAERVMPO, rūpi, ruptum, ĕre. [καταῤῥήγνυμι] Abrumpere ab extremo praeſertim. Ouid. Met. 14, 547 Stuppea praerupit Phrygiae retinacula puppis.

PRAERVPTVS, a, um. Partic. [κρημνώδης, ἀπόκρημνος] Abruptus, Praeceps, locorum epitheton, cum non continenti itinere licet progredi, ſed hiatus magni et ſubiti intercedunt. Columel. 3, 13 Praeruptior vero collis, vel in quatuor pedes vertendus. Caeli praerupti vertex Valer. Argon. 2, 88. Imber Claud. in prim. Conſ. Stil. 2, 462. Locus Caeſ. B. C. 1, 45. Moles Ouid. Epiſt. 2, 132. Montes Catul. Argon. 62, 126. Mons aquae praeruptus Virg. Aen. 1, 105. Oppidum Caeſ. Bell. Gall. 8, 40. Rupes Ouid. Met. 1, 719. al. Cautes. Cic. Verr. 5, 144 Sinus quosdam obſediſſe maritimos, aut aliqua promontoria, aut praerupta ſaxa tenuiſſe dicuntur. Praeruptum hoc loco Arduum ſignificat, non ſenſim accliue, quod ἀπότομον Graece dicitur. Praeruptiſſimis ſaxis eſſe munitas omnes oppidi partes Caeſ. Bell. Gall. 8, 33. Add. Liu. 5, 46. Vertices praerupti Catul. Argon. 62, 297.

PRAERVPTA, orum. n. Pl. pro Rupibus. Plin. 8, 32 Ad praerupta ducunt, ſaltumque demonſtrant.

PRAERVPTE. Adu. [κρημνωδῶς] Abrupte, et ſine cliuo. Plin. 34, 14 Mons praerupte altus, incredibile dictu, totus ex ea materie eſt.

PRAERVTILVS, a, um. Adi. Omnia praerutila miſcet non inuida luce Tertull. ſ. Cyprian. de Iudic. Dom. c. 8.

PRAES, praedis. m. [ἐγγυητὴς] eſt, inquit Feſtus, Qui Populo ſe obligat, interrogatus a magiſtratu. Idem alibi Mancipem etiam Praedem dici ait, quia tam debet (inquit) Populo praeſtare, quod promiſit, quam is, qui pro eo praes factus eſt. Scripſit forte, debuit certe ſcribere, quam is, pro quo praes factus eſt. Nullius rei neque praes neque manceps factus eſt Nep. 25, 6, 2. Cic. Fam. 2, 16 (17) 6 Laodiceae me praedes accepturum arbitror omnis pecuniae publicae, vt et mihi, et Populo cautum ſit ſine vecturae periculo. In his verbis deſcribi videtur negotium illud, permutandae pecuniae, quod Cambium hodie dici ſolet. Gell. 7, 19 Si Lucius Cornelius Scipio Aſiaticus Collegae arbitratu praedes dabit, Collega ne eum in vincula ducat, intercedemus. Varr. de L. L. 5, 7 p. 59, 11 Sponſor, inquit, et praes, et vas, neque iidem, neque res, a quibus ii, ſed diſſimiles. Itaque Praes eſt, Qui a magiſtratu interrogatur in publicum vt praeſtet, a quo quum reſponderit, dicitur praes. Vas appellatus eſt, qui pro altero vadimonium promittebat. Aſcon. ad Cic. Verr. 1, 142 c. 54 In bonis, praedibus praediisque vendendis ita ait: Praedia ſunt res ipſae, Praedes homines, id eſt, fideiuſſores, quorum res bona praedia vno nomine dicuntur. Inter Praedem et Vadem, differentiam oſtendit Auſon. Eidyll. 12, 100 Quis ſubit in poenam capitali iudicio? Vas. Quis cum lis fuerit nummaria, quis dabitur? Praes. Praedes, a Praeſtando Varr. L. L. 4, 4. Cautum eſt Populo praedibus et praediis, vid. CAVEO. Accipere praedes Cic. Verr. 1, 150 c. 57. Idem Att. 9, 11 Egi, per praedem ille daret. Factus aliquando praes in quibusdam tabulis ille eſt Cic. Att. 12, 3. Praedes etiam interdum pro Bonis praediis accipiuntur. Cic. Philipp. 2, 78 Et domi quidem cauſam amoris habuit, foris etiam turpiorem, ne Lucius Plancus praedes tuos venderet. i. Bona tua ſponſioni obnoxia. Poſſumus etiam hic Praedes pro Sponſoribus intelligere: vt ſit Sponſorum bona praedia auctioni addicere. Idem Att. 6, 1 μεταφορικῶς vſus eſt: Itaque, inquit, iraſcatur qui volet, patiar. τὸ γὰρ εὖ μετ᾽ ἐμοῦ, praeſertim quum ſex libris tanquam praedibus me ipſum obſtrinxerim, quos tibi tam valde probari gaudeo.

PRAESĀGIO, īre. [προαισθάνομαι, προφητεύω] Ex Prae et Sagio; Praenuntio, portendo. Plin. 10, 21 de gallis gallinaceis: Habent oſtenta et praepoſteri eorum veſpertinique cantus. Namque totis noctibus canendo, Boeotiis nobilem illam aduerſus Lacedaemonios praeſagiuere victoriam, ita coniecta interpretatione, quoniam victa ales illa non caneret. Conf. Apul. Met. 9 p. 235. Ter. Heaut. 2, 2, 7 Neſcio quid profecto mihi animus praeſagit mali. Praeſagibat mihi animus Plaut. Aul. 2, 2, 1. Praeſagibunt Plin. 18 c. vlt. Praeſagient Idem ibid. Praeſagire quid ſignificet, et eius etymologiam dat Cic. de Diuin. 1, 65 c. 31 Sagire enim, inquit, ſentire acute eſt, ex quo ſagae anus, quia multa ſcire volunt; et ſages dicti canes. Is igitur, qui ante ſagit, quam oblata res eſt, dicitur praeſagire, id eſt futura ante ſentire. Idem ibid. Praeſagibat animus fruſtra me ire, quum exirem domo, ex Poëta. Liu. 30, 20 Iam hoc ipſum praeſagiens animo, praeparauerat ante naues. Animus praeſagit magna mala Senec. Theb. 278. Corpus praeſagit gaudia Lucret. 4, 1100. Cupido multa voluptatem praeſagit Idem 4, 1051. Exiguitas copiarum, receſſum, non dimicationem mihi tuam praeſagiebat Cael. ad Cic. Fam. 8, 10. Venturam melius praeſagit nauita mortem Propert. 3, 11, 5. ¶ 2 Pro demonſtrat, oſtendit, Praeſagit poſuit Lucret. 3, 511

Et quoniam mentem ſanari, corpus vt aegrum
Cernimus, etc.
Id quoque praeſagit mortalem viuere mentem.

¶ 3 Forma Dep. Plaut. Bacch. 4, 4, 28 Occidi; iam animus iſtoc dicto plus praeſagitur mali. Conf. Non. 7, 73.

PRAESAGITIO, ōnis. f. [προμαντεία] Cic. de Diuin. 1, 66 c. 31 Ineſt igitur animis praeſagitio intrinſecus iniecta, atque incluſa diuinitus. Praeſagitio dicta, quod praeſagire eſt acute ſentire: vnde ſagae dictae anus, quae multa ſciunt, et ſagaces canes; qui ferarum cubilia praeſentiunt. Feſtus. Cic. de Diuin. 1, 123 Non paruiſti mihi reuocanti, quum vterer qua ſoleo praeſagitione diuina.

PRAESAGIVM, i. n. [προαίσθησις] Praeſenſio, diuinatio. Columel. 11, 1 Quantumuis vtile, continget villico tempeſtatis futurae praeſagium. Paterc. 2, 57, 2 Cum quidem plurima praeſagia atque indicia Dii immortales futuri obtuliſſent periculi. Stupore defixi mirantur ac trepidant Diuina praeſagia Apul. Met. 9 p. 233. Mentis praeſagia Ouid. ex Pont. 2, 8, 57. Somni Stat. Achill. 1, 22. Irrita Ouid. ex Pont. 3, 4, 89. Canunt praeſagia noctes Claud. de Bell. Gildon. 355. Capere praeſagium, vid. CAPIO. Docta ſpirant praeſagia rupes Claud. ſext. Conſ. Hon. 34.

PRAESĀGVS, a, um. Adi. [προαισθητικὸς] Qui praeſagit, aut praeſagire nouit. Claud. Rapt. Proſerp. 1, 190 — Heu mens praeſaga futuri. Malorum praeſagus Lucan. 7, 186. Ars Valer. Argon. 5, 433. Fulmina Idem ibid. 3, 354. Mens mali Virg. Aen. 10, 843. Nares, vid. NARIS. Pectora praeſaga moerent Ouid. Met. 10, 444. Quies praeſaga, Somnium Stat. Theb. 10, 318. Suſpiria praeſaga luctus Ouid. Met. 2, 124.

PRAESALTOR, ōris. m. Vocabatur magiſter et moderator, quem habebant Salii. Vet. Gloſſ. Praeſaltor, ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος. Argol. in Panuin. de Lud. Circ. 11, 2.

PRAESANĀTVS, a, um. [προϊαθεὶς] Plin. 26, 14 Vulneribus praeſanatis aſphodeli radix decocta efficaciſſima eſt. Ita legit Hermolaus; licet vulgo Perſanatus legatur, et ita in antiquo legimus, inquit Budaeus.

PRAESANESCO, ĕre. [προϋγιαίνομαι] Ante ſanum fieri. Plin. 24, 10 pr. Cortex eius interior cicatrices quae praeſanauere, aperit.

PRAESAVCIATVS, a, um. Praeſauciatae vires Cael. Aurelian. Acut. 1, 3.

PRAESCĀTEO, ĕre. [περιβρύω] Valde plenum eſſe. Gell. 14, 6 Et ſimul dat mihi librum grandi volumine, doctrinis omnigenis, vt ipſe dicebat, praeſcatentem.

PRAESCINDO, ĕre. Inferiores ſedes praeſcindantur Vitruu. 5, 7.

PRAESCIO, ſciui, ſcitum, īre. [προγινώσκω] Ante ſcire. Ter. Andr. 1, 5, 4 Nonne oportuit praeſciſſe me ante? nonne prius communicatum oportuit? Tertull. adu. Marc. 2, 5 Vniuerſa diſponendo praeſciit, et praeſciendo diſpoſuit.

PRAESCIENTIA, ae. f. Tertull. ibid. et Mart. Capella 2 p. 40.

PRAESCISCO, ĕre. [προεπίσταμαι] Liu. 27, 35 Quamprimum eos ſortiri prouincias, et praeſciſcere quam quisque eorum prouinciam, quem hoſtem haberet, volebant, i. ante decernere et conſtituere. Sed Longe praeſciſcere Virg. Georg. 4, 70. eſt praeſcire: quod imitatur Columel. 9, 9, 4 Poterit exploratam fugam praeſciſcere.

PRAESCISCENDVS, a, um. Ammian. 20, 7 Ad praeſciſcendos aduerſos ſubitosque motus munimentum locare.

PRAESCITIO, ōnis. f. Praeſcitionum auctor Ammian. 29, 1.

PRAESCĪTVM, i. n. Praeſcita, Plinius identidem vocat, quae Graeci προγνωστικὰ, inquit Budaeus. Plin. 10, 18 Vnum eorum praeſcitum tranſire non queo. i. Augurium et oſtentum. Ibid. c. 75 Vtrumne ſint aliqua praeſcita animi quieſcentis.

PRAESCIVS, a, um. Adi. [προγνωστικὸς, προειδὼς] Praeſcia venturi vates Virg. Aen. 6, 66. Deus bonus et praeſcius futuri Tertull. adu. Marc. 2, 5. Caeli venturi praeſcius Valer. Argon. 5, 53. Lingua Ouid. Faſt. 1, 538. Mens Sil. 16, 89. Vox Valer. Argon. 5, 528.

PRAESCRĪBO, pſi, ptum, ĕre. [προγράφω] Primo ſignificat ſimpliciter ſcribere ante caetera ſ. in principio. Virg. Ecl. 6, 12 Nec Phoebo gratior vlla eſt, Quam ſibi quae Vari praeſcripſit pagina nomen. Sic Gell. 11, 16 Nomen virtutis, de qua locuturus eſſet, libro ipſi praeſcripſit. Sed ¶ 2 frequentius eſt ſcribere, quod alii tanquam exemplum vel legem adeo ſequuntur. Cic. Off. 3, 27 c. 6 Atque ſi etiam hoc natura praeſcribit, vt homo homini quicunque ſit; ob eam cauſam, quod is homo ſit, conſultum velit. Cic. de Senect. 18 At Senatui quae ſunt gerenda praeſcribo: et quomodo Carthagini male iam diu cogitanti, bellum inferatur, multo ante denuntio. Quid faciam? praeſcribe Hor. Serm. 2, 1, 5. Quemadmodum ius ſuum perſequatur, alicui praeſcribere Cic. pro Caecin. 8. Qualis debeat eſſe ciuis, alicui praeſcribere Cic. pro Flacc. 23 c. vlt. Auctor ad Herenn. 2, 24 Eadem omnia videntur conſideranda, quae neceſſitudine praeſcripta ſunt. Cic. pro Caecin. 76 Veſtra auctoritate hoc conſtituetur, hoc praeſcribetur. Elatus in lecticula, vt ipſe praeſcripſerat Nep. 25, 22, 4. Cic. pro Lege Manil. 1 Facile intellexi Quirites, et quid de me iudicaretis, et quid aliis praeſcriberetis. Cic. Acad. 4, 8 Nec vt omnia, quae praeſcripta et quaſi imperata ſunt, defendamus, neceſſitate vlla cogimur. Curationem valetudinis per ſomnium praeſcribere an poteſt Aeſculapius? Cic. de Diuin. 2, 123. Finem praeſcribere rei alicui Ter. Andr. 1, 1, 124. Gyros praeſcriptos euecta eſt pagina Propert. 3, 3, 21. Iura ciuitatibus praeſcribere Cic. de Senect. 27. Idem pro Font. 36 Denique vt oportet bello Gallico, vt maiorum iura moresque praeſcribunt, nemo eſt ciuis Rom. qui ſibi vlla excuſatione vtendum putet. Cic. de Fin. 4, 61 Omnium rerum publicarum rectiones, genera, ſtatus, mutationes, leges etiam et inſtituta ac mores ciuitatum praeſcripſimus. Cic. de Legib. 2, 38 Dummodo ea moderata ſint, vt lege praeſcribitur. Lege et officio praeſcriptum eſt, teſtibus credere Cic. pro Font. 12. Hor. Carm. 2, 15, 11 Non ita Romuli Praeſcriptum et intonſi Catonis Auſpiciis, Veterumque norma. Modum praeſcribere Quinctil. 4, 1. Munia praeſcripta Hor. Serm. 2, 2, 81. Natura praeſcripſit homini, vt nihil pulchrius quam hominem putaret Cic. de Nat. Deor. 1, 78. Idem ibid. 1, 7 Arbitramur nos et publicis et priuatis in rebus ea praeſtitiſſe, quae ratio et doctrina praeſcripſerit. Simus igitur ea mente, quam ratio et veritas praeſcribit Cic. Fam. 6, 1. Verbis praeſcriptis actio apud ICtos celebratur, habeturque titulus Digeſtorum 19, 5 de praeſcriptis verbis et in factum actionibus. Nam vt ait Celſus l. 2 h. t. Cum deficiant

vulgaria atque vſitata actionum nomina, praeſcriptis verbis agendum eſt. In quam (*actionem, quod ait* Iulianus l. 3) neceſſe eſt confugere, quoties contractus exiſtunt, quorum appellationes nullae iure ciuili proditae ſunt. Praeſcribuntur *nempe in hac actione verba, et formula ſuppeditatur, non a Praetore vel lege adeo, ſed a ICto. Vid. v. g. Heinecc. Antiqu. iur. 4, 6, 32.* Cic. in Vatin. 13 c. 5 At tibi iam inde praeſcribo, ne tuas ſordes cum clariſſimorum virorum ſplendore permiſceas. *i. hos tibi fines ac terminos pono.* ¶ 3 *Excipere, exceptionem ſubmotoriam obiicere agenti, ſignificat, videturque inde ducta ratio, quod qui tali ſe exceptione tuetur, ille velut terminos quosdam praeſcribit, et lineam obducit, vltra quam progredi aduerſario non liceat.* Quinctil. 7, 5, 3 Ignominioſo patri filius praeſcribit: de eo ſolo iudicatio eſt, an liceat? *Nempe, vt adſcripſimus ad illum locum, in declamatorum ciuitate lex eſt* Ignominioſo nulla ſit actio. *Vid.* Quinct. Decl. 250 *et* 265. *itemque Hypotheſis* Decl. 346. *et* Fortunatian. p. 51. Marcellus l. 3 D. de praeuaricatoribus, Nam ſi reus accuſatori ideo praeſcribit, quod dicat ſe ab alio accuſatum et abſolutum. Tertull. Apol. 47 Expedite autem praeſcribimus adulteriis noſtris (*corruptelis Scripturae S. quibus vtuntur haeretici*) illam eſſe regulam veritatis, quae veniat a Chriſto, tranſmiſſa per comites ipſius, quibus aliquanto poſteriores diuerſi iſti commentatores probabuntur. *Vid.* PRAESCRIPTIO n. 3.

PRAESCRIBENS, entis. Tertull. adu. Hermog. c. 39.

PRAESCRIPTIO, ōnis. f. [ἐπιγραφή] *Primo illud notat, quod in capite et principio libri, tabellae, etc. ſcriptum eſt. Sic* Cic. Fam. 5, 2 Iam illud Senatus conſultum, quod eo die factum eſt, ea praeſcriptione eſt, vt dum id exſtabit, officium meum in te obſcurum eſſe non poſſit. *Nempe praeſcribi ſolebat in SCtis, quis retulerit ad Senatum, qui ſcribendo adfuerint, quos eosdem auctores fuiſſe ſententiae, conſtat. Apertum hoc erit, ſi quis formulas SCtorum inſpicere velit, v. g. illas, quas retulit* Caelius ad Cic. Fam. 8, 8. *Sic* praeſcriptio legis Cic. de L. Agrar. 2, 22 c. 9 *eſt ille index, ex quo intelligitur, quis legem tulerit. Quod vero laudatur* Cic. Att. 4, 18 Haec pactio non verbis, ſed nominibus et praeſcriptionibus, multorum tabulis quum eſſe facta diceretur; *nihil eſt. Legendum enim* Perſcriptionibus, *ea ſignificatione, qua* perſcribere, tranſcribere *etc. pecuniam dicimus, i. alii numerandam a trapezita aſſignare.* ¶ 2 Praeſcriptio [ὑπογραφή, πρόσταγμα] *Praeceptum, ordo, lex, forma, regula.* Cic. Tuſc. 4, 22 c. 9 Omnium autem perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiam, quae eſt a tota mente, ac recta ratione defectio: ſic auerſa a praeſcriptione rationis, vt nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant. Cic. de Inu. 1, 32 c. 25 Haec ideo diligentius inducitur praeſcriptio, vt aperte intellecta generali partitione, paucitas generum in partione ſeruari poſſit. Cic. Acad. 4, 140 c. 46 Hanc normam, hanc regulam, hanc praeſcriptionem eſſe naturae. Cic. pro Cael. 41 c. 18 Dummodo illa in hoc genere praeſcriptio moderatioque teneatur, *fines ac termini a natura praeſcripti. Laudatur quoque* Cic. Att. 4, 18 Haec pactio non verbis, ſed nominibus, et praeſcriptionibus, multorum tabulis, quum eſſe facta dicerentur. *Sed leg.* Perſcriptionibus. ¶ 3 Praeſcriptio *eſt* exceptionis *ſpecies, qua actio intentata excluditur,* Tranſlationi *affinis, de qua ſ. l.* Fortunatian. art. rhetor. ſcholicae 1 p. 51 Quid intereſt inter praeſcriptionem et tranſlationem? Quod praeſcriptio excludit actionem, tranſlatio autem differt. *Multo plura et hic et apud* Sulpic. Victorem Inſtitt. Oratt. p. 262 *ſq. Vid.* PRAESCRIBO n. 3. Quinctil. 7, 5, 2 Aut intentio aut praeſcriptio (*in actionis quaeſtionibus*) habet controuerſiam. *Et mox* Quum ex praeſcriptione lis pendet, de ipſa re quaeri non eſt neceſſe. Ignominioſo patri filius praeſcribit: de eo ſolo iudicatio eſt, an liceat. *Sic* Tertullianus *in Libello,* de praeſcriptionibus aduerſus omnes haereticos *hoc ſtudet efficere, vt ipſe ait* c. 15 Non admittendos eos ad vllam de ſcripturis diſputationem. *Vid. Rigalt. ad tit. libri. Sed nempe generale nomen apud ICtos* Praeſcriptio, *i. Exceptio, quae ab agendo remouet accuſatorem. Itaque eſt titulus* Pandectarum de exceptionibus, praeſcriptionibus et praeiudiciis. Praeſcriptio rei iudicatae *eſt* l. 10 h. t. *de qua multa* Pet. Fab. Semeſtr. 1, 21 *ita vt totum argumentum praeſcriptionum illuſtret.* Praeſcriptio doli mali eſt l. 91 ff. de ſol. et lib. *Nobilis etiam* Praeſcriptio longi temporis, *de qua eſt* titulus Codicis. *Etiam* Sen. Epiſt. 48 Quantum potes ergo, mi Lucili, reduc te ab iſtis exceptionibus et praeſcriptionibus Philoſophorum. *Et* Vet. Schol. *ad* Hor. Serm. 2, 3, 69 Elabitur enim mille praeſcriptionibus (*ſic leg. docet Gronou. de Centeſ. p. 644*) et dilationibus. ¶ 4 Praeſcriptio, *Praetextus.* Caeſ. Bell. Ciuil. 32 Vt honeſta praeſcriptione rem turpiſſimam tegerent. ¶ 5 *Quin pro circumſcriptione et defraudatione poſuiſſe dicitur* Saluianus l. 4.

PRAESCRIPTVM, i. n. [ὑπόγραμμα] *Certa regula, quam ſequi deceat.* Cic. de Orat. 2, 178 Plura enim multo homines iudicant odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut laetitia, aut ſpe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis: quam veritate, aut praeſcripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicii formula, aut legibus. Idem pro Cluent. 147 c. 53 Omnia legum imperio et praeſcripto fieri videbitis. Quinctil. 2, 14 Erat enim rhetorice, res prorſus facilis ac parua, ſi vno breui praeſcripto contineretur. Si ludum literarium intraueris, ſcies, iſta, quae ingenti ſupercilio Philoſophi iactant, in puerili eſſe praeſcripto Sen. Ep. 49. Cic. in Orat. 36 Quid eſt quo praeſcriptum aliquod, aut formulam exprimas, quum in ſuo quodque genere praeſtet, et genera plura ſint? *Hanc metaphoram aiunt a ludimagiſtris ſumtam eſſe, qui pueris dictant, et praeſcribunt quod ediſcant. Vnde* Seneca, Pueri, *inquit,* ad praeſcriptum diſcunt Ep. 49. Vet. Scholiaſt. Hor. Od. 2, 15, 10. Certum praeſcriptum Quinctil. 4, 2. Ad praeſcriptum agere, *vid. in Praepoſitione* AD. Caeſ. B. C. 3, 51. Ex praeſcripto aliquid agere, *vid.* EX. Caeli et anni praeſentes mores intuentur: neque enim ſemper eundem velut ex praeſcripto habitum gerunt Colum. R. R. Praef. Communi ex praeſcripto ciuitatis vnamquamque rem adminiſtrare Cic. de Inuent. 2, 132. Lucret. 6, 91 Tu mihi ſupremae praeſcripta ad candida callis Currenti, ſpatium praemonſtra callida Muſa. *Quo loco Turnebus,* Putem potius, *inquit,* Calcis *legi debere, vt a* Cicerone Tuſc. 1, 15 *ſcriptum eſt,* Nunc video calcem, ad quem quum peruentum ſit, *etc. Ex eo autem ſic curriculi finis vocatus eſt, quod creta, aut etiam calce notaretur: quod et* Lucretius *indicauit, quum* Praeſcripta candida *dixit, intelligens* Praeſcriptum, *velut Cretatum finem. Secuti ſunt Turnebi emendationem poſteriores.* Dare certum quiddam praeſcriptum alicuius rei in perpetuum Cic. de Inuent. 2, 174. Seruare praeſcripta Cic. Off. 1, 92. *Etiam de eo dicitur, qui tantum auctoritatem ſuadendi habet.* Liu. 10, 22 *extr.* Ad praeſcriptum Coſ. et conſularia et praetoria comitia habita.

PRAESCRIPTVS, ûs. m. Tertull. de Exhort. ad Caſt. c. 3 Indulgentiam nuptiarum non de diuino praeſcriptu induxiſſe.

PRAESCRIPTIVVS, a, um. *Quod ad* praeſcriptionem *n. 3 explicatam pertinet. Vtitur* Sulpic. Victor Inſtitutt. Oratt. p. 262 *ſq.*

PRAESCRIPTIVE. Adu. Tertull. adu. Marc. 4, 1 Praeſcriptiue occurrere, *vt praeſcriptionem opponas actori.*

PRAESĔCO, ſecui, ſectum, āre. [ἀποκόπτω] *Extrema deſecare, vt Praecidere.* Columel. de Arborib. c. 29 Radicem arundinis acuta falce praeſectam impendenti pluuia diſponito. Varr. de R. R. 3, 16 *ſub f.* Fauorum qui eximuntur, ſi qua pars mellis nihil habet, aut habet inquinatum, cultello praeſecatur. Ouid. de Rem. Amor. 112 Qua laeſus fuerat, partem Poeantius heros Debuerat celeri praeſecuiſſe manu. Hor. de Arte Poët. 294 — Atque Praeſectum, decies non caſtigauit, ad vnguem. *i. Non perfectiſſime, accuratiſſimeque poliuit. a marmorariis opificibus ducta tralatio eſt, quorum in opere, ſi quid non exactiſſime politum vngue obducto deprehenditur, cum ille tanquam in incili haereat, vbi in aſperum aliquid, ſiue emineat, ſiue depreſſum ſit, incurrit.* Apte praeſecta Scribon. 46. Auribus praeſectis Epit. Liu. 88. *Accommodatur aliquando immolationi.* Liu. 5, 21 Inſeritur huic loco fabula immolante rege Veientium, vocem aruſpicis dicentis, Qui eius hoſtiae exta praeſecuiſſet, ei victoriam dari, exauditam.

PRAESECATVS, a, um. Partic. Apul. Met. 1 p. 102 Impetu teli praeſecata gula.

PRAESĔCA, ae. f. Varr. de L. L. 4, 30 Braſſica, vt praeſeca, quod ex huius ſcapo minutatim praeſecatur.

PRAESEGMEN, ĭnis. n. [ἀπονύχισμα] Pars corporis inciſa, amputatio rerum ſuperfluarum. Vnde, Quae ex vnguibus ſcinduntur, Praeſegmina dicuntur. Plaut. Aulul. (2, 4, 34) Quin ipſi pridem tonſor vngues demſerat, collegit, omnia abſtulit praeſegmina. *Haec* Non. 2, 639.

PRAESEMINO, āre. Ammian. 30, 2 Sapor maiora ſibi praeſeminans.

PRAESEMINATVS, a, um. Partic. Lactant. 6, 10 Ex draconis dentibus praeſeminati. Auguſtin. de Geneſ. 3, 14 Praeſeminata materia.

PRAESEMINĀTIO, ōnis. f. Vitruu. 2, 9 In corpore praeſeminatio creſcens detrahit alimentum in ſe.

PRAESENS, PRAESENTO, *vid.* PRAESVM.

PRAESENTIO, ſi, ſum, īre. [προαισθάνομαι] *Ante, vel prius ſentire.* Plaut. Trin. 4, 1, 16 Ni haec praeſenſiſſent canes. *Per tranſlationem.* Ter. Andr. 5, 1, 20 Quum ibi me adeſſe neuter tum praeſenſerat. Ouid. Epiſt. 11, 33 Prima malum nutrix animo praeſenſit anili. Animo prouidere, et praeſentire Caeſ. Bell. Gall. 7, 29. Certa notione animi praeſentire deum eſſe Cic. de Nat. Deor. 2, 45. Dolos Virg. Aen. 4, 297. Cic. de Diuin. 2, 100 Cenſent eſſe in mentibus hominum tanquam oraculum aliquod, ex quo futura praeſentiant. *Add.* Ib. c. 18. Sermones praeſentire de ſe aurium tinnitu Plin. 28, 2. Vtilitatem praeſentire Lucret. 4, 25. Cic. pro Rabir. perduell. 29 Optimi et ſapientiſſimi cuiusque animus ita praeſentit in poſterum, vt nihil niſi ſempiternum ſpectare videatur. *Imperſ. Paſſ.* Praeſenſum tamen eſt, quia Luna pernox erat Liu. 21, 49.

PRAESENTISCO, ĕre. [προαισθάνομαι] *Idem.* Ter. Heaut. 4, 5, 21 Et ea gratia ſecum adduxiſſe, ne id tu praeſentiſceres. *al.* Perſentiſceres. *Vid.* Priſcian. 8 p. 824.

PRAESENSVS, a, um. Partic. [προαισθηθεὶς] Cic. de Diuin. 1, 124 c. 55 Satis eſt non modo plura, ſed etiam pauciora diuine praeſenſa et praedicta reperiri.

PRAESENSIO, ōnis. f. [πρόαισθησις] Cic. de Nat. Deor. 2, 7 c. 3 *pr.* Praedictiones vero et praeſenſiones rerum futurarum, quid aliud declarant, niſi, *etc.* Idem de Diuin. 1 *pr. et ſaepe alias in hoc opere.*

PRAESEPE, *vid.* PRAESEPIO.

PRAESEPĔLIO, ſepelīui, ſepultum, īre. [προθάπτω] Quinctil. Decl. 9, 23 p. 211 Video ſenem meliore ſui parte praeſepultum, *imbecillum et orbum.*

PRAESĒPIO, īui, ītum, īre. [περιφράττω] *Munire aditum rei ſeptis.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 27 Aditus autem, atque itinera duo, quae extra murum ad portam ferebant, maximis defixis trabibus, atque eis praeacutis praeſepit.

PRAESĒPE, is. n. PRAESEPIS, is. f. PRAESEPIA, ae. f. PRAESEPIVM, i. n. [κάπη, φάτνη] *Proprie ſunt clathri illi praetenti ſepis inſtar, vnde nomen eſt, ad angulum acutum, continentes foenum, gramen, quod inde carpant paullatim animalia, prohibeanturque eiicere et conculcare. Deinde vero, vt fit, latius extenſa ſignificatione, tum canales illos complecti videtur, in quibus minutum pabulum aut liquidum apponitur, tum vniuerſa nonnunquam ſtabula.* Non. 1, 247 Praeſepia non tantum, quibus aut cantheria aut iumenta caetera, aut vetera animalia pabulantur, ſed et omnia loca clauſa et tuta dicta praeſepia. *Ad primam illam rationem pertinet* Cato R. R. 4, 1 *vbi poſtulat* Bubilia bona (*ſtabula, in his*) bonas praeſepis, Faliſcas, (*quales Faleriis tum fiebant*) clathratas. Clathros intereſſe oportet pede. *Et* c. 14, 1 *poſtulat* Praeſepis bubus hibernas (*in bubilibus*) et aeſtiuas (*mobiles*) Faliſcas *has quoque. Ita nunc interpretandum Catonem cenſeo potius, quam vt cum Turnebo* Preſepes *canales,* Faliſcas *autem clathros illos intelligam.* Varro 1, 13, 6 Laudabatur villa, ſi habebat colinam ruſticam bonam, praeſepias laxas, *etc. vbi* Praeſepes *primae editt.* Non. 3, 160 Praeſepim latam. *MS. Polit.* Praeſepiis *i.* praeſepis *Accuſ. Plur.* Varr. de R. R. 2, 2, 19 *de ouibus Tarentinis,* Harum praeſepia ac ſtabula vt ſint pura, maiorem adhibeant diligentiam, quam hirtis. Idem 2, 5, 16 Cum creuerunt vituli, leuandae matres, pabulo viridi obiiciendo in praeſepiis. Columel. 7, 4, 2 Singula capita (*ouium Graecarum*) per hiemem recte paſcuntur ad praeſepia tribus hordei — ſextariis, ita vt et aridam frondem praebeat, *etc. Quod* ad praeſepia *dixit Columella, id* Virg. *quoque* Georg. 3, 495 Vituli dulces animas plena ad praeſepia reddunt. *Et* 214 Intus clauſos *tauros* ſatura ad praeſepia ſeruant. *Sed idem* Virg. Aen. 7, 275 *de equis,* Stabant ter centum nitidi in praeſepibus altis. Altas praeſepes *vocat ad magnitudinem equorum indicandam. Nam* Non altius edita eſſe praeſepia conuenit, quam vt bos aut iumentum ſine incommodo ſtans veſci poſſit Columel. 1, 6, 6. Virg. Georg. 4, 168 Igna-

vum

vum fucos pecus a praeſepibus arcent : *metaph. de cibo apum.* *Sed* State coronati plenum ad praeſepe iuuenci Ouid. Faſt. 1, 663. *Add.* Tibull. 2, 1, 7. Olida Iuuen. Sat. 8, 157. Vipera delituit ſub praeſepibus Virg. Georg. 3, 416. Ferre herbas praeſepibus Idem ibid. 3, 395. Quum primum paſti repetent praeſepia tauri Virg. Ecl. 7, 39. Saeuiunt vrſi in praeſepibus Idem Aen. 7, 17. *apud Circen.* *Genit. Caſus :* Iuuenc. de Chriſto 1, 176 Puerumque iacentem Praeſepis gremio cernunt. Prudent. de Natal. Dom. 77 O ſancta praeſepis tui, Aeterne Rex cunabula! *Forma* Praeſepium *placuit praeſertim* Apuleio, *vt* Metam. 7 p. 199. *it.* 9 p. 221 *et* p. 222 *bis*, *quibus omnibus locis cibi iumentorum receptaculum eſt.* ¶ 2 *Metaphorae :* Virg. Georg. 4, 168 Ignauum fucos pecus a praeſepibus arcent. *Sic* Hor. Epiſt. 1, 15, 28

Menius vt rebus maternis atque paternis
Fortiter abſumtis vrbanus coepit haberi
Scurra vagus, non qui certum praeſepe teneret.

Porphyr. Satyrice pro Menſa dixit Praeſepe. Menium Scurram voraciſſimum notat, vt qui non vnam ſectaretur menſam. Praeſepibus ſe retineat forenſibus Varro *ap.* Non. 1, 249. *Sic* Plaut. in Curc. 2, 1, 13 *de paraſito quodam*, Tormento non retineri potuit ferreo, quin reciperet ſe huc eſum ad praeſepe ſuum. *Sic MSS. Camer. Al.* Praeſepim ſuam. Cic. in Piſon. 42 c. 18 Verum audis in praeſepibus, audis in ſtupris, audis in cibo et vino. *Ita obiicit illi vitam beluinam*, *vt* 37 c. 16 Epicure noſter, ex hara producte, non ex ſchola. *Itaque* Praeſepe *dixit vt* Luſtrum. *Sic* Non. 3, 160 *ex* Plauto, Ad meum herum arbitrum vocat me, hic intra praeſepias meas. *Sed editur* praeſepis. *Eſt enim* Rud. 4, 3, 99. *Sic* Caſin. Prol. 57 Scit, ſi id impetret, Futurum, quod amat, intra praeſepis ſuas. *Porro in talibus totum ſtabulum et quaſi* conſeptum *intelligi, apparet, quod a* praeſepiendo *et ipſum dici potuit.*

PRAESERO, āre. Teli impetu praeſerata gula Apul. Met. 1 *i. praecluſa.* Elmenhorſt. p. 108 praeſecata.

PRAESĒRO, ſēui, ſatum, ĕre. [προσπείρω] *Prius ſerere. Laudatur* Columel. 7, 9, 7 At vbi penuria eſt arborum, terrenum pabulum conſectabimur, et ſicco limoſum praeſeremus, vt paludem rimentur. *Sed recte hodie editur* Praeferemus.

PRAESERTIM. Adu. [καὶ ταῦτα, ἐξαιρέτως, προηγουμένως] *Significat Praecipue, ante alia.* Cic. Fam. 1, 8 Sed te non praeterit quam ſit difficile ſenſum in Rep. praeſertim rectum, et confirmatum deponere. Tantam fuiſſe obliuionem, in ſcripto praeſertim, admirari Cic. de Clar. Orat. 219. Hac praeſertim imbecillitate magiſtratuum, praeſtare nihil poſſum Cic. Fam. 1, 4. Ter. Eun. 5, 2, 24 Debeam credo iſti quidquam furcifero, ſi id fecerim, praeſertim quum ſe ſeruum fateatur tuum ? Cic. pro Flacc. 41 Facis iniuſte Laeli, ſi putas periculo noſtro viuere tuos contubernales, praeſertim quod tua negligentia factum arbitremur. Cic. Fam. 2, 6 Sera gratulatio reprehendi non ſolet : praeſertim ſi nulla negligentia praetermiſſa eſt. *i. e.* Per aliquam negligentiam. Ter. Phorm. 1, 2, 5 Praeſertim vt nunc ſunt mores, adeo res rediit ; Si quis quid reddit, magna habenda eſt gratia. *Conf.* Nep. 7, 5, 2.

PRAESERVIO, iui, itum, ire. [ὑπηρετέω] *Inſeruire praeeundo, praeparando etc.* Plaut. Amph. Prol. 126 Vt praeſeruire amanti meo poſſem patri. *Conf.* Gell. 1, 7 Verbum indefinitum —— neque numeris neque generibus praeſeruiens, ſed liberum vndique et impromiſcuum.

PRAESERVO, āre. [προφυλάττω] *Huius nullum exemplum apud idoneos auctores, etſi medicis perquam familiare eſt. Vid. Cellar. Antibarb. p. 83.* *Sed* Praeſeruare *pro ante obſeruare apud* Cael. Aurel. Acut. 3, 8 n. 90. *Verba ſunt* Quid enim tam vanum, atque (vt ita dixerim) ridiculum, quam ob vſum cataplaſmatum naturam, vel aetates, ac vitae conſuetudinem praeſeruare ? *i. ante quaerere de iis rebus et diſpicere atque obſeruare.*

PRAESES, *vid.* PRAESIDEO.

PRAESICCVS, a, um. Adi. *Valde ſiccus.* Praeſicca rurſus vulnera diruere Prudent. Periſteph. 5, 141.

PRAESICCATVS, a, um. Adi. Succus ſole praeſiccatus Apul. de Herb. c. 124.

PRAESĬDEO, ſēdi, ſeſſum, ēre. [προΐστημι, προστατεύω] *Proprie anteriore loco vel, etiam in aditu loci ſedere, idque vel honoris cauſa et directionis, vel etiam ad tutelam et auxilium. Deinde ſedendi notione neglecta, conſtanter adeſſe vnius harum rerum cauſa.* Patrii penates familiaresque, qui huic vrbi et Reip. praeſidetis Cic. pro Domo 144 c. 57. Idem Verr. 5, 187 Vos etiam atque etiam imploro ſanctiſſimae deae, quae illos Ennenſes lacus lucosque colitis : cunctae Siciliae, quae mihi defendenda tradita eſt, praeſidetis. Idem Philipp. 13, 20 c. 9 Teſtor et vos et Populum Romanum et omnes deos, qui huic vrbi praeſident. Suet. Aug. c. 26 Cum mane prae aede Iouis Capitolini paullulum curuli ſella praeſediſſet, magiſtratu abiit. Idem c. 35 Quo tempore exiſtimatus lorica ſub veſte munitus ferroque cinctus praeſediſſe. Sueton. in Tiber. c. 6 Praeſedit et Actiacis ludis. Armis praeſidet Iupiter Virg. Aen. 7, 800. Foribus caeli Ianus Ouid. Faſt. 1, 125. Naues quae Helleſponto praeſiderent Curt. 3, 1, 20. Hic ego tibi praeſidebo Plaut. Moſt. 5, 1, 47. *i. aram occupatam tuebor, ne alius eo confugiat.* Imperio huic et libertati communi praeſidet atque praeſedit Gallia Cic. Philipp. 5, 37 c. 13. *i. illam tuetur contra incurſum barbarorum. De Ciſalpina Gallia ſermo eſt.* Itineri praeſidebat Curt. 4, 12, 15. Iudicio alicui Cic. pro Milon. 101 c. 37. Laetitiae publicae Plin. in Paneg. c. 79. Ludis Modeſt. in l. Annuam D. de ann. legat. Orbi terrarum Cic. Philipp. 2, 15 c. 7. *de Senatu Romano.* Rebus vrbanis Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 85. Templo praeſident dii Cic. pro Lege Manil. 5. *Cum Accuſatiuo.* Tacit. Ann. 4, 72, 5 Et haud ſpernenda illic ciuium, ſociorumque manus litora Oceani praeſidebat. Idem Ann. 12, 29, 4 Praeſidere Pannoniam. *Conf.* 3, 39, 1 *etc.*

PRAESIDENS, entis. *Idem ac Praeſes.* Tacit. Ann. 3, 40, 4 Saeuitia ac ſuperbia praeſidentium. *Conf.* Tertull. de Corona c. 3. *et Borrich. Cogit. p.* 204.

PRAESES, idis. c. [προστάτης, ἔφεδρος, ἐπιστάτης, ἐπιτακτήρ] *Qui praeſidet, ea ratione, qua modo dictum eſt.* Quinctil. 3, 9 Quod omnia ſic egerit, vt genitum praeſide bellorum deo incredibile non ſit. Vlpian. in l. 4 D. de Officio praeſidis, Praeſes prouinciae maius imperium in ea prouincia habet omnibus poſt principem. Praeſide tuta deo Ouid. Met. 1, 594. *Conf.* Curt. 4, 13, 13. *it.* 8, 10, 16. Rerum praeſes Caeſar Ouid. Met. 15, 758. *Conf.* Liu. 6, 16. Cuſtos et praeſes iuuentutis Mercurius Cic. Verr. 5, 184 c. 72. Dea praeſes terrae Senec. Hippol. 2 v. 108. Libertatis praeſes et cuſtos Tribunus Plebis Cic. de Lege Agrar. 2, 15 c. 6. Vrbi et Reipublicae praeſides ſunt penates patrii Cic. pro Domo 144 c. 57. *al.* praeſidetis. Senatus Reipublicae cuſtos, praeſes et propugnator Cic. pro Sext. 137 c. 65. Caruerunt praeſide Delphi Ouid. Met. 10, 168. Plaut. Rud. 4, 4, 7 Ite domum ambo nunc iam ex praeſidio praeſides. *Vox dimittentis milites de ſtatione.* Liu. 6, 16 Dii, deaeque, qui Capitolium arcemque incolitis, ſiccine veſtrum militem ac praeſidem ſinitis vexari ab inimicis ? *Conf.* Dig. l. 1 tit. 18. Praeſes locus, *pro Tuto laudatur* Plaut. Caſin. 5, 1, 11. *Sed locus eſt vel mutilus, vel certe obſcurus. Verba ſunt :* Senem, Quo ſenex nequior nullus viuit : ne illum Quidem nequiorem arbitror eſſe, qui locum praebet illi nunc praeſidem. *Quid ſi incidendum poſt nunc, vt iungatur* illum praeſidem, qui locum huic praebet : *vt praeſes ſit* Olympio, *qui* Stalinoni *locum apud Caſinam Sponſam ſuam praebebat.*

PRAESIDIVM, i. n. [ἀλκή, φρουρά, φρούριον] *Auxilium praeſidis, eſtque adeo collectiuum nomen* praeſides *plures comprehendens.* Feſtus: Praeſidium eſt, quod pro vtilitate et ſalute alicuius praeponitur : Subſidium, quod poſtpoſitum eſt ad ſubueniendum laborantibus. Caeſ. Bell. Gall. 1, 10 Eo opere facto praeſidia diſponit, caſtella communit, quo facilius, ſi ſe inuito tranſire conarentur, prohibere poſſit. Praeſidium eſt dictum, quia extra caſtra praeſidebant in loco aliquo, quo tutior regio eſſet Varr. de L. L. 4, 16. Cic. pro Ligar. 28 Tantummodo in praeſidiis eratis, animi vero a cauſa abhorrebant. *i. in caſtris aut generatim potius in locis, quae milite Pompeius inſederat.* Collocare armatos in praeſidiis Cic. Philipp. 1, 25 c. 10. Idem de Orat. 2, 303 c. 75 Quid ? illud quod ſupra dixi, ſolere me cedere, et (vt planius dicam) fugere ea, quae etiam valde cauſam meam premerent ? quum id non faciunt alii, verſanturque in hoſtium caſtris, ac ſua praeſidia dimittunt, mediocriterne cauſis nocent, quum aduerſariorum adiumenta confirmant ? Cic. Verr. 3, 186 Claſſis pulcherrima, Siciliae propugnaculum, praeſidiumque prouinciae piratarum manibus incenſa eſt. Caſſa praeſidia Senec. Troad. f. 8. Nocturnum palatii Cic. in Catil. 1, 1. Hor. Epiſt. 2, 2, 30 Praeſidium Regale loco deiecit, vt aiunt, Summe munito et multarum diuite rerum. Salutare Firmic. 6 praef. Statiuum, *quod datur vt aliquis ſtet in loco aliquo.* Cic. Philipp. 12, 24 Haec mea ſedes eſt, haec vigilia, hoc praeſidium ſtatiuum. *Vt* Caſtra ſtatiua : *de vrbe loquitur, e qua in legationem ad Antonium diſcedere non vult.* ¶ 2 *Formulae verborum :* Agitare praeſidium Tacit. Ann. 1, 38. Cingere aliquem praeſidiis Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 210. Collocare praeſidium, *vid.* COLLOCO. Caeſ. B. G. 1, 38 *extr.* Comparare vel quaerere praeſidium Cic. pro Sext. 90. Confirmare praeſidiis aliquam prouinciam Cic. de Lege Agraria 1, 16. Contrahere praeſidia Cn. Magnus Domitio *ap.* Cic. Att. 8, 12. Conſtituere praeſidia in arce, *vid.* CONSTITVO. Cic. pro Cluent. c. 57. Decedere de praeſidio et ſtatione vitae iniuſſu imperatoris, hoc eſt Dei, vetat Pythagoras Cic. de Senect. 73. *Conf.* Liu. 4, 29. Deducere praeſidia in aliquem locum Cn. Mag. Domit. Cic. Att. 8, 12. Deducere praeſidia de locis, *vid.* DEDVCO. Cohortes ex praeſidiis Caeſ. B. C. 1, 12. Defendere vitam praeſidio et copiis Cic. pro Sext. 86. Deiicere praeſidium Cic. Philipp. 8, 6. *et* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 23. Deiici de praeſidio vrbis, et de cuſtodia ciuitatis deturbari Cic. pro Muraen. 79. Dare cohortes in praeſidium Tac. H. 4, 35, 3. Dimittere praeſidia Cic. Fam. 2, 7. Diſponere praeſidia Caeſ. de Bell. Gall. 1, 10. *et* 4, 4. Ferre praeſidium, *vel* afferre Cic. ad Brut. 18. Ferri inutile praeſidium Claud. ſec. Conſ. Stil. 222. Firmare praeſidiis aliquem locum Cic. Fam. 1, 7. Gerere praeſidium, *Ferre* Plin. 22, 12. Habet firmum praeſidium locus ille Cic. pro Lege Manil. 31. Imponere praeſidium ciuitati Liu. 24, 7. Introducere praeſidium in oppidum, *vid.* INTRODVCO. Locatus in praeſidio, *vid.* Locatus, *in* LOCVS. Mittere in praeſidium Liu. . . . Munire ſe praeſidio Cic. pro Sext. 78. Munire frumentaria ſubſidia Reipublicae firmiſſimis praeſidiis claſſibusque Cic. pro Lege Manil. 34. Nudata vrbs praeſidio, *vid.* NVDVS. Obſidere et occupare Italiam praeſidiis Cic. de Lege Agrar. 2, 74. Occupare praeſidia Senec. Troad. 6. Opponere praeſidium, *vid.* OPPONO. Cic. Fam. 2, 16 Omnia praeſidia, quae magna et firma parataueram, commotus hominum non dubio ſermone, dimiſi. Ponere praeſidia Caeſ. de Bell. Gall. 2, 5. Cic. de Lege Agrar. 1, 20 Si praeſidium non praeponitur huic vrbi iſta colonia, ſed opponitur ? Inter ſua praeſidia ſe Recipere Nep. 23, 11, 4. *i. locos ſuis hominibus occupatos.* Cic. Fam. 3, 10 Praeſertim quum tu omnibus vel ornamentis vel praeſidiis redundares. Relinquere praeſidium Caeſ. de Bell. Gall. 1, 51 *pr.* Tenere Italiam interclusam praeſidiis Cic. de Lege Agrar. 2, 74. Tenetur armis praeſidiisque tota Italia Cic. Att. 9, 3. *Conf.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 15. *et* Liu. 24, 7. Tutari aliquo praeſidio caput, ceruices, et iugulum Cic. pro Sext. 90. Venire ad iudicium cum praeſidio Cic. pro Roſc. Amer. 13. Id. pro Caecin. 83 In meis caſtris, praeſidiisque verſaris, mea eſt iſta defenſio. *Nempe, vt iam vidimus,* ¶ 3 Praeſidium, *interdum eſt Locus ipſe, vbi praeſidiarii milites collocati ſunt.* Lucret. 5, 1108 Condere coeperunt vrbes, arcemque locare Praeſidium reges ipſi ſibi, perfugiumque. *Et apud* Cic. Tuſc. 3, 16 Nec, qui propter metum praeſidium reliquit, quod eſt ignauiae. Caeſ. B. Ciuil. 3, 45 In his (praeliis) cum legio Caeſaris IX praeſidium aliquod occupauiſſet et munire coepiſſet. *Conf. Gronou. ad Liu.* 4, 29. ¶ 4 Praeſidium, *per translationem, Omne auxilium et ſalutis propugnaculum.* Ter. Andr. 5, 2, 2 Praeſidio meo atque hoſpitiis. O et praeſidium et dulce decus meum Hor. Carm. 1, 1, 2. Naturae vel doctrinae praeſidiis omnibus ad dicendum parati viri Cic. de Orat. 1, 38. Idem pro Rabir. 3 Agitur nihil aliud in hac cauſa, Quirites, niſi vt nullum ſit poſthac in Republ. publicum conſilium, *etc.* nullum extremis Reipubl. temporibus perfugium et praeſidium ſalutis. Cic. pro Muraen. 22 Omnes vrbanae res, omnia haec noſtra praeclara ſtudia, et haec forenſis laus et induſtria, latent in tutela ac praeſidio bellicae virtutis. Innocentiae leue eſt praeſidium, vbi lubido dominatur Cic. in Orat. 217 c. 65. Idem Tuſc. 1, 62 Omnes magni etiam ſuperiores, qui fruges, qui veſtitum, qui tecta, qui cultum vitae, qui praeſidia contra feras inuenerunt. Fida praeſidia amici Senec. Agamemn. f. 11. Cic. pro Sull. 77 Quot praeſidia quam munita pudoris et pudicitiae vi et audacia ceperit, quid me attinet dicere aut coniungere cum iſtius flagitio cuiuſquam praeterea dedecus ? Grande Ouid. ex Ponto 1, 5, 14. Inſigne

moeſtis reis Hor. Carm. 2, 1, 13. Cic. Act. Verr. 1, 8 Vt hoc palam dictitet, non ſine cauſa ſe cupidum pecuniae fuiſſe, quoniam tantum in pecunia praeſidium experiatur eſſe. Plaut. Poen. 3, 3, 52 Trecentos numos Philippos portat praeſidii, *i. viatici.* *Et* Perſa 1, 3, 45 Marſupium habeat, inibi paullum praeſidii, Qui familiarem vitam ſuam oblectet modo. Afferre vltima praeſidia diſcriminis Iuuen. Sat. 12, 55. Comparat magnum is ſibi praeſidium ad beatam vitam, qui mortem non timet Cic. Tuſc. 2, 2. Defendere firmo praeſidio aliquem Cic. pro Roſc. Amer. 13. Ferre praeſidium labenti et inclinatae paene Reipublicae Cic. ad Brut. 18. Munire praeſidia Reipubl. Cic. pro Rabir. perduel. 3. Oppugnat omnium commune praeſidium, qui fidem laedit Cic. pro Roſc. Amer. 111 c. 38. Petere ſibi praeſidium ex aliqua honeſta re, quam ne inimici quidem criminari poſſint Auctor ad Herenn. 4, 34. Quaerere ſibi praeſidia periculis, aut adiumenta honoribus ex cuiuſquam amplitudine Cic. pro Lege Manil. 70. Terent. Heaut. 5, 2, 14 Ibi tuae ſtultitiae ſemper erit praeſidium Clitipho. Cic. Verr. 7 (5) 167 c. 65 Sed quocunque venerint, hanc ſibi rem praeſidio ſperant eſſe futuram. Eſſe parentibus praeſidio et decori Lucret. 2, 642. Eſſe praeſidio ſolitudini atque inopiae contra vim et gratiam Cic. pro Quint. 5. Tegi firmo praeſidio amicorum Cic. pro Sull. 51 c. 18.

PRAESIDIOR, āri. Dep. *In praeſidio eſſe.* Gloſſ. Lat. Gr. Praeſidior, φρουρῶ.

PRAESIDIĀLIS, e. Adi. Ammian. 17, 3 Praeſidialis apparitor. Idem 28, 1 Tabularius praeſidialis officii.

PRAESIDIĀTVS, ûs. m. *Officium praeſidis :* *Spon. Miſcel. p. 36.*

PRAESIDĀTVS, ûs. m. *Idem.* Auſon. Profeſſ. Burdig. 18. Aurel. Victor de Caeſ. c. 29 *et* 33. *et* Modeſt. l. 6 §. 14 D. de Excuſat. tut. *c. not. Gothofr.*

PRAESIDĀLIS, e. Adi. *Quod praeſidis eſt.* Prouincia praeſidalis Sext. Ruf. c. 4 *et* 5. *c. not. Cellar.* Praeſidalem eſſe Theodatum Ammian. 22, 33. *i. praeſidis dignitate exornatum.* Iuſſio l. 11 Cod. de Pignorat. Act. Iudicium l. 18 Cod. *Conſ. Salmaſ. ad* Spartian. Hadr. c. 13. *et Spanh. de Num. diſſ. 13.*

PRAESIDIARIVS, a, um. Adi. [φρουραῖος] *Quod paratum eſt, vt praeſidio ſit.* Praeſidiarii milites Liu. 29, 8. Toga Spartian. in Seu. c. 1. *i. qua, qui praeſidet, indutus eſt.* Praeſidiarii, *in vitibus, qui et Cuſtodes.* Columel. 4, 15 Et praeſidiarii malleoli propagandi ſunt. Ibid. c. 21 Sed nouellis palmis ſemper vitis renovetur: quae ſi ſatis excreuerint, iugo ſuperponantur: ſin aliqua earum vel praefracta, vel parum procera fuerit, locumque idoneum obtinebit, vnde vitis anno ſequenti renouari debeat, in pollicem tondetur, quem quidam cuſtodem, alii reſecem, nonnulli praeſidiarium appellant, id eſt ſarmentum gemmarum duarum vel trium. *Vid.* CVSTOS.

PRAESIDĔRO, āre. [προχειμάζειν] Praeſiderare dicitur, quum maturius hiberna tempeſtas mouetur, quaſi ante ſideris tempus Paullus.

PRAESIGNIFĬCO, āre. [προσημαίνω] *Praedicere, praeoſtendere.* Cic. de Diuin. 2, 101 c. 38 Aut non cenſent eſſe ſuae maieſtatis praeſignificare hominibus, quae ſunt futura.

PRAESIGNIFICATIO, ōnis. f. Lactant. 7, 15 *pr.* Praeſignificatio et figura.

PRAESIGNIS, e. Adi. [περίσημος] *Inſignis, q. d. prae caeteris ſignatum.* Ouid. Faſt. 6, 628 Praeſignis facie Corniculana fuit. Gaudeat et Lybica praeſignis auunculus haſta Stat. Silu. 4, 8, 12. Vertice praeſignis Stat. Silu. 4, 4, 9. Draco praeſignis tribus linguis Ouid. Met. 7, 150.

PRAESIGNO, āre. [προσημαίνομαι] *Prius ſignare.* Cato c. 154 Et ad ſummum, qua fini culeum capiet, praeſignato. Plin. 28, 4 Incipientes furunculos ter praeſignare ieiuna ſaliua. *Add.* Auguſtin. Serm. in Fer. 3 Pentec.

PRAESIGNATOR, ōris. m. Inſcript. Vet. *apud* Fabrett. p. 38 D. M. PRIMO AVG. SER. PRAESIGNATOR HAEREDITAS FILIO PIISSIMO.

PRAESĬLIO, ſilui, ſultum, īre. [προπηδάω] *Ante ſalire.* Plaut. Stich. 3, 2, 13 Vt prae laetitia lacrimae praeſiliunt mihi!

PRAESIPIO, ĕre. *i. praediuinare.* Feſt. h. v. *it. in* Adſipere. *et* Praeſagire.

PRAESOLIDVS, a, um. Adi. Praeſolidum Simonem, dignum cognomine Petri Iuuenc. 1, 425.

PRAESOLVS, a, um. Adi. Cedere praeſoli iuſtitiae Prudent. *vt perhibetur.*

PRAESŎNO, ui, āre. Hinc vbi praeſonuit ſollemni tibia cantu Ouid. Am. 3, 13, 11. Quî poſſet auena praeſonuiſſe chelyn Calpurn. Ecl. 4. *i. melius ſonare.*

PRAESPARGO, ĕre. *Ante ſpargere.* Lucret. 5, 738 Flora quibus mater praeſpargens ante viaï Cuncta coloribus egregiis, et odoribus opplet. *Al.* praeſpergens.

PRAESPECŬLOR, āri. Dep. Ammian. 25, 25 Genuina vtilitate praeſpeculata.

PRAESPĒRO, āre. Tertull. adu. Marc. 5, 17.

PRAESPICIO, ĕre. Non. 4, 109 *et* 177. *ſec. Lect. Mercer. ſed Gothofr.* perſpicere.

PRAESTABILIS, PRAESTANA, PRAESTANTIA, *etc. vid.* PRAESTO.

PRAESTAVRO, āre. *Idem quod Praeſtruere.* Diomed. Materiam praeſtaurare dicenti. *Vid. Voſſ. Etymol.*

PRAESTĔGA, ae. f. [προστέγιον] *Videtur quibusdam locus, vbi otii cauſa ſumus ſub tecto tantum, patula reliqua parte tanquam ſub porticu.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 31 Facite vt offendam parata omnia, vorſa praeſtega, ſtrata, lautaque, coctaque omnia vti ſint. *Sed al.* Praeſterga, *vid.* Praeterſus *ſub* PRAETERGEO.

PRAESTER, eris. m. *Genus ſerpentis venenati, etc. vid.* PRESTER.

PRAESTERNO, ſtrāui, ſtrātum, ĕre. [προστρωννύω] *Ante ſternere.* Stat. Silu. 3, 2, 114 Quae ſibi praeſternat viuax altaria phoenix. Plin. Epiſt. 5, 8 *extr.* Illud peto praeſternas ad quod hortaris, eligasque materiam, *etc. i. praepares.* Plaut. Poen. 2, 1, 32 Eo praeſternebant folia furfuri. *al.* Proſternebant.

PRAESTES, ĭtis. m. [πρωτοστάτης] Idem quod Praeſes, antiſtes: Nam antiqui ſic praeſtites dixerunt, nunc antiſtites, *inquit* Feſtus. *Idem Iouis erat cognomen.* Gruter. Inſcript. p. 22 n. 1 PRAESTITI IOVIS. *et* p. 1065 n. 2 IOVI PRAESTITI. Iouis Praeſtitis Sacellum Capitolin. Maximo 5. Genium Praeſtitem *dictum ait* Martian. Capella 2 p. 38 *extr.* quod praeſit gerundis omnibus. Praeſtites Lares, *dicti fuerunt inquit* Ouid. Faſt. 5, 129 Quod praeſtent oculis omnia tuta ſuis: *i. Quod res omnes conſeruent, et tueantur in aedibus. His ara conſtituta fuit Calendis Maii. Gr.* προστατήριοι θεοί. *Vid. Plut. Quaeſt. Rom. 50.*

PRAESTIGIĀTOR, ōris. m. [Ψηφοπαίκτης Gloſſ. Cyrill. θαυματοποιὸς, γόης] *Qui circumſtantibus ita oculorum aciem praeſtringit, vt non aduertant dolum. vid. mox* PRAESTINGVO. Plaut. Poen. 3, 3, 6 Praeſtigiator hic quidem Poenus probus eſt, *etc. Ergo hic producitur ſecunda ſyllaba, ſicut etiam a* Prudent. hymn. ante ſomn. ſub f. Varr. de L. L. 4, 18 Similis cauſa, quae ab ſcientia vocantur aliqua, vt praeſtigiator, monitor, nomenclator. Sen. Epiſt. 45 Sic iſta ſine noxa decipiunt, quomodo praeſtigiatorum acetabula, et calculi, in quibus fallacia ipſa delectat. *Conuicium in fraudulentum eſt* Plaut. Truc. 1, 2, 32. *et* Aul. 4, 4, 3.

PRAESTIGIĀTRIX, īcis. f. [γοητεύτρια] Plaut. Amph. 2, 2, 150 Aut pol haec praeſtigiatrix mulier multo maxima eſt, *etc.*

PRAESTĬGIAE, ārum. [ψηφοπαιξίαι Cyrilli Lex. *it.* Praeſtigiis, παραλογισμοῖς, πανουργίαις Gloſſ. Vet. *it.* γοητεία, γοήτευμα, θαυματοποιΐα] *Deluſiones, quae quadam manuum dexteritate aliae videntur, quam re vera ſint; a* praeſtringendo, *quaſi* Praeſtrigiae. *Secunda breuis eſt* Alcimo Au. 5, 471 Praeſtigiaeque diu nebuloſa fraude peractae. Cic. Verr. 4, 53 c. 24 Qui praeteriens, lectica paulliſper depoſita, non per praeſtigias, ſed palam per poteſtatem, vno imperio oſtiarim totum oppidum compilarit. *al.* Praeſtigia, *neutro genere.* Cic. de Nat. Deor. 3, 73 Quid ergo iſti doli, quid machinae, quid fallaciae, praeſtigiaeque, num ſine ratione eſſe potuerunt? Cic. de Nat. Deor. 3, 73 c. 29 Ita omnes meos dolos, fallacias, praeſtigias praeſtrinxit commoditas patris. Cic. Acad. 4, 45 Ne ab iis, quae clara ſint ipſa per ſeſe, quaſi praeſtigiis quibusdam et captionibus depellamur. Praeſtigiae verborum Idem de Fin. 4, 74 c. 27. *Singular.* Petere plauſum huius praeſtigiae Quinctil. 4, 1, 77.

PRAESTIGIVM, *dicitur* monſtrum a praeſtringendo Gloſſ. ad Prudent.

PRAESTIGIOR, ψηφοπαικτῶ Gloſſ. Cyr.

PRAESTIGIŌSVS, a, um. Adi. *Magicus, aut ad fallendum compoſitus.* Arnob. 1 p. 32 Nihil magicum, nihil humanum, praeſtigioſum aut ſubdolum, nihil fraudis delituit in Chriſto. Grammaticus praeſtigioſus Gell. 10, 8.

PRAESTINGVO, ĕre. *ex* Prae *et* Stinguo, *Obtenebro, obſcuro, ſignificare, ait Lambin. ad* Lucret. 3, 1057, *ad* Hor. Epiſt. 2, 1, 14, *ad* Cic. pro Rabir. c. 16 *et illud verbum omnibus illis locis reponi vult, vbi* praeſtringere *vel* perſtringere *ad oculos et viſum refertur. Argumenta illius non ſunt ab auctoritate MSS. petita; hi enim vix agnoſcunt* Praeſtinguo: (*vid. tamen Pulm. et Berſm. ad* Lucan. 1, 154 *et Gruter. ad* Cic. de Sen. c. 12.) *ſed a verbo* STINGVO, *unde eſt* Exſtinguo, *et a nomine* Praeſtigiae. *Verum vtrumque oppido leue eſt.* Praeſtigiae *euphoniae cauſa dictae pro* Praeſtrigiae, *vt* Proſa oratio *pro* Prorſa, *et* Peiero *pro* Periero, *itemque* ſuſum *pro* ſurſum. *Itaque paſſim reclamatum eſt Lambino. Vid. Taubm. ad* Plaut. Mil. 1, 1, 4. *Voſſ. Etymol. voce* Praeſtigiae. *Drakenborch. ad* Sil. 1, 358. *Quaecunque igitur huc referuntur a Lambino, et qui ei obtemperarunt, ea damus in* PERSTRINGO *et* PRAESTRINGO: *praeterquam* Lucret. 3, 1057 *de Epicuro,* Qui genus humanum ingenio ſuperauit, et omnes Reſtinxit, ſtellas exortus vti aetherius Sol. Praeſtinxit *ſuum Lambinus ſubſtituere vult. Libri aut* Reſtinxit *habent, quod receperunt etiam Creech. atque Hauerc. aut* Reſtrinxit, *quod aperte falſum, aut* Praeſtrinxit, *quod hic non ita commode locum habet, cum non de oculis ſpectatorum, ſed de ipſa re oculis abiecta ſermo ſit, quae* exſtingui *vel* reſtingui *dicitur, cum non videtur.*

PRAESTĬNO, āre. [πρίαμαι] Emere eſt, *inquit* Feſt. id eſt, emendo tenere. Plaut. Pſeud. 1, 2, 36 Ego eo in macellum, vt piſcium quidquid eſt, pretio praeſtinem. Idem Capt. 4, 2, 68 Alium piſces praeſtinatum abire? Idem Epid. 2, 2, 92 Vt praeſtines argento. Apul. Met. 8 p. 212 Emtor is nimio praeſtinandi ſtudio, praeconem rogat cuiatis eſſem. Idem Apolog. p. 553 Quantulo pretio mulier locuples Agellum ſuum praeſtinauit. Idem Florid. p. 346 Fateor me ſellularias quidem artes minus callere, veſtem de textrina emere, buxeas iſtas de ſutrina praeſtinare. Puellam magnis talentis Idem Met. 7 p. 192.

PRAESTINATVS, a, um. Partic. Apul. Met. 4 p. 149 Caue a modico praeſtinata pretio.

PRAESTITOR, ōris. m. Apul. in Aſclep. p. 92 Mundus praeſtitor eſt et tributor omnium.

PRAESTITVO, ui, ūtum, ĕre. [προορίζω] *Prius ſtatuere, praeſcribere.* Ter. Phorm. 3, 2, 38 Certe hercle ſi ſatis commemini, tibi quidem olim eſt dies, quam ad dares huic praeſtituta. Tempus quamdiu dicat, alicui praeſtituere Cic. pro Quint. 35 c. 9. *Add.* Idem in Verr. de praet. Vrb. c. 36. Regula animali homini praeſtituta Tertull. adu. Valent. c. 30. *conf.* l. 57 ff. loc. cond. Cic. Tuſc. 1, 93 c. 39 Quod tempus? naturaene? at ea quidem dedit vſuram vitae tanquam pecuniae nulla praeſtituta Die. Diem certum Chabriae praeſtituerunt Nepos 12, 3, 1.

PRAESTO, ſtiti, ſtĭtum et ſtātum, āre. [παρέχω, ἐπιτελέω] *proprie Ante ſtare.* Lucan. 4, 28

Prono tum Caeſar Olympo
In noctem ſubita circumdedit agmina foſſa,
Tum primae praeſtant acies, hoſtemque fefellit.

Sic Cort. Sed perſtant *tamen Burm. Quod nec damnat Oudendorp. licet dederit* praeſtant. *Vtrumque verum, et conuenit cum narratione ipſius* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 41. ¶ 2 Praeſtare *ſignificat facere, vt alter habeat aliquid, vel frui aliqua re poſſit: itaque eſt commodare, tribuere, impertiri, praebere, procurare cum quadam conſtantiae et firmitatis ſignificatione. Sed exempla rem vnice declarant.* Actiones ſuas alteri praeſtare adverſus debitorem Africanus in l. Si ſeruus legatus §. Qui margarita D. de legat. 1. Alimoniam parenti relegato praeſtare Paul. in l. Mutus D. de Iure dotium. *Add.* Plin. Pan. 31, 3. Cic. in Catil. 4, 23 Habetis conſulem, qui et parere veſtris decretis non dubitet: et ea, quae ſtatueritis, quoad viuet, defendere, et per ſe ipſum praeſtare poſſit. Ad quendam modum geſtum et motum praeſtare debet orator Quinctil. 1, 11, 3. Amorem praeſtare, *i. re ipſa conſtanterque oſtendere, ſiue amicum ſe exhibere* Ouid. Triſt. 3, 4, 61. *Sic* Hor. Sat. 1, 1, 87 Si nemo praeſtet, quem non mercaris amorem. Animum debitum praeſtare Cic. Fam. 1, 9. Balb. ad Cic. Att. 9, 10 Nam non mediocriter laboro, vtrique vt vis, tuam Beneuolentiam praeſtare

praeſtare poſſis, quam me hercule te praeſtaturum confido. Beneuolentiam memoriamque, quam debet, tibi praeſtat Pontinus Cic. Fam. 3, 10. Candorem praeſtare Scribon. Ep. . . Caput fulminibus et ruinae praeſtare, *i. Vitam exponere, etc.* Lucan. 5, 771. Conſilium ſuum fidemque in Senatu, et apud populum, et in cauſis amicorum, et domi et militiae praeſtare Cic. de Orat. 3, 132. Dentis et ſpeciem et vſum praeſtare Scribon. 53. Dignum praeſtabo me etiam pro laude merentis Hor. Epiſt. 1, 7, 24. Cic. Fam. 14, 3 Pudet me vxori meae optimae, ſuauiſſimis liberis, virtutem et Diligentiam non praeſtitiſſe. Fauorem praeſtare et voce et mente Ouid. Met. 15, 632. Fidem Idem Faſt. 3, 497. Cic. Att. 9, 9 Nunc Romae omnia negotia Lentuli procuro, ſuſtineo, meumque officium, Fidem, pietatem iis praeſto. Idem Fam. 5, 11 Quamcunque ei Fidem dederis, praeſtabo *Conſ. et* n. 3 Fidem praeſtare. Plin. Paneg. Praeſtabitque Gaudium quantum ipſe percipiet, *etc.* Honorem alicui Ouid. Faſt. 6, 57. Honorem debitum patri Cic. Philipp. 9, 12 c. 5. Humanitatem Scribon. Ep. . . . Id praeſtant medicamenta Scribon. Ep. . . *Et* Idem praeſtat 163 *i. efficit.* Indemnem aliquem African. in l. Tutor, in princ. D. ad Senatuſc. Velleian. *et* in l. Si a pluribus D. de legat. 1. Intellectum euidentiorem praeſtare Caius in l. 1. in fine D. De orig. iur. *i. Rem euidentius explicare.* Iter tutum alicui Cic. pro Planc. 97. Iusiurandum Plin. Epiſt. 269. Cic. pro Flacc. 31 Qui quum praedonem nullum cepiſſent, Mare tamen tutum praeſtiterunt. Miſericordiam Scribon. Ep. . . Moleſtiam Id. 199. Mors Omnia praeſtat Vitalem praeter ſenſum, calidumque vaporem Lucret. 3, 215. *i. Mors omnia relinquit integra, nihil demit, nihil detrahit.* Munus ſuum Cic. de Orat. 2, 38. Plin. Epiſt. 10, 2 Et ciuis, et ſenatoris boni partibus functus es, Obſequium ampliſſimi ordinis, quod iuſtiſſime exigebat, praeſtando. Cic. Fam. 14, 4 Neque legis improbiſſimae poena deductus eſt, quo minus hoſpitii et amicitiae Ius, Officiumque praeſtaret. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 83 Qui Romae remanſiſſent, neque inter praeſidia Pompeii fuiſſent, neque Operam in re militari praeſtitiſſent. Otia Ouid. Triſt. 2, 235. Pacem Idem ex Pont. 2, 7, 67. Pecuniam praeſtare, *i. Soluere* Suet. Domit. c. 9. Pietatem non tam fratri quam patriae Cic. de Clar. Orat. 126 c. 33. Principem praeſtare, *Facere quae ſunt principis, exhibere ſe principem* Suet. Tiber. c. 33. Cic. pro Quint. 95 Funeſtum eſt a forti atque honeſto viro iugulari: funeſtius ab eo, cuius vox in praeconio Quaeſtum praeſtitit. Quae ratio et doctrina praeſcripſerit, arbitramur ea nos praeſtitiſſe Idem de Nat. Deor. 1, 7. Quod petebat praeſtiti Plin. Epiſt. 205. Quod promiſi, vix videor praeſtare poſſe Cic. ad Brut. 18. Quod factum eſt impenſae in bellum praeſtare Liu. 2, 18 *extr.* Quod potes praeſtare ſatis id magnum eſt Cic. de Orat. 1, 44 c. 10. Reuerentiam marito praeſtare, *Revereri maritum* Plin. Epiſt. 158. Robur praeſtare alicui Claud. Conſ. Mall. Theod. 153. Salutem praeſtare Lucret. 4, 154. Salutem communem integram in periculo meo praeſtare Pſeudo-Cic. Antequ. iret in exil. 16. Cic. Fam. 5, 16 In qua non eſt iam grauitatis et Sapientiae tuae, quam tu a puero praeſtitiſti, ferre immoderatius caſum incommodorum tuorum. Plin. Pan. 83, 3 Quanto magis arduum eſt alios praeſtare, quam Se: tanto laudabilius, quod, quum ipſe ſis optimus, omnes circa te ſimiles tui effeciſti. Cic. Fam. 16, 9 In hoc omnem diligentiam ſi adhibueris, teque nobis incolumem praeſtiteris, omnia a te habebo. Idem ad Brut. 11 Veteris Antiſtii talis animus eſt in Rempubl. vt non dubitem, quin et in Caeſare et Antonio Se praeſtaturus fuerit acerrimum propugnatorem communis libertatis. *Conf.* Suet. Caeſ. c. 16. Sedulitatem praeſtare alicui, *Sedulo alicuius negotium agere* Plin. Epiſt. 3, 18. Sententiam ſuam Senatui Cic. in Piſon. 80. Silentium Liu. 29, 25. Ouid. de Arte Am. 2, 603 Eximia eſt virtus praeſtare ſilentia rebus. Saluos ſocios ſuos auctoritate nominis ſui praeſtabant Romani Cic. pro Lege Manil. 55. Solicitudinem praeſtare Plin. Epiſt. 1, 29. Spem ſuam praeſtare deis Lucan. 5, 42. Te praeſta eum, qui mihi a teneris (vt Graeci dicunt) vnguiculis es cognitus Cic. Fam. 1, 6. *add. ib.* 5, 16. Titillationem praeſtare Scribon. 199. Vicem alicuius rei praeſtare, *pro Eſſe vice alicuius rei* Plin. 20, 27. Vim omnem, cui reſiſti non poteſt, dominus colono praeſtare debet Vlpian. in l. Ex conducto §. 1 D. Locat. Vires praeſtare Ouid. ex Pont. 1, 7, 37. Vitam praeſtare Hor. Epiſt. 1, 11, 14. Voluntatem ſuam alicui rei praeſtare Cic. Fam. 1, 9. Voluptatem illam quis poteſt praeſtare ſapienti? Idem de Fin. 2, 89. Vſuram triplicem Iuuenal. 9, 6. *i. dare.* Vtrumque praeſtari poteſt Scribon. 41. Plin. Epiſt. 8, 19, 1 Studia praeſtant, vt aduerſa magis intelligam, ſed patientius feram. Cic. Qu. Frat. 1, 1, 3 *extr.* Quanta ſit in quoque fides, tantum cuique committere. Atque inter hos eos, quos tibi comites et adiutores negotiorum publicorum dedit ipſa Reſpublica, duntaxat finibus his praeſtabis, quos ante praeſcripſi: *i. continebis intra hos fines, efficies, vt intra hos fines maneant.* ¶ 3 Praeſtare, (ἀναδέχεσθαι, ἐγγυᾶσθαι) *interdum eſt, Exitum rei in ſe recipere, quaſi cuſtos ante alterum, et hoſtem in ipſum irruentem, molem in ipſum cadentem excipias: quod Germani etiam dicimus,* davor ſtehen. *Valla 6, 16.* Praeſtare, *eſt Prohibere, ne alicui fiat aliquid incommodi: et ſi non prohibuerint, ſatisfacere:* vt venditor debet praeſtare vitium rei, quam vendit, *i. prohibere atque efficere, ne emtor damni quid faciat, alioqui ſatisfacere.* Cic. de Orat. 171 Defendebamus, quidquid fuiſſet incommodi in mancipio, id ſi venditor ſciſſet, neque declaraſſet, praeſtare debere. *Vid. Manut. ad* Cic. Fam. 4, 8. *Burm. ad* Quinctil. Decl. 338 p. 704. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 7 Neque periculum praeſtare eorum, ſed totam rem ad Pompeium reiicere. Sen. de Clem. 1, 10 Quos ob adulterium filiae ſuae damnauerat, adeo non occidit, vt dimiſſis, quo tutiores eſſent, diplomata daret. Hoc eſt — non dare tantum ſalutem, ſed praeſtare, *i. efficere, vt ab aliis quoque tutus ſit.* Caſum communem et incertum neque vitare quisquam noſtrum, neque praeſtare vllo pacto poteſt Cic. Fam. 5, 17. *Et* ibid. 2, 17 Perfecto et vltima exſpectato, quae ego tibi et iucunda et honeſta praeſtabo: *ita certe polliceor, vt teneri velim ipſe, ſi mentiar.* Nihil in vita nobis praeſtandum praeter Culpam putemus Cic. Fam. 6, 1. Idem de Orat. 1, 113 Perge vero Craſſe, inquit Mutius. Iſtam enim Culpam quam vereris, ego praeſtabo. Damnum praeſtare Idem Off. 3, 66 c. 16. Felicitatem de ſe praeſtare nemo poteſt Cic. pro Lege Manil. 47. Idem de Diuin. 2, 78 Virtutis auſpiciis video eſſe vſum Deiotarum, quae vetat ſpectare fortunam, dum praeſtetur Fides. Fidem promiſſi Liu. 30, 12. Fidem publicam Idem 2, 28. Quinct. 7, 4, 35 An Fides praeſtari debeat tantum, non etiam Conſilium, et Euentus? Periculum iudicii praeſtare debet, qui ſe nexu obligauit Cic. pro Muraen. 3. Promiſſum Liu. 33, . . . *it.* 7, 16. Sumtum nusquam melius poſſe poni praeſtabo Cic. Qu. Frat. 3, 1. Idem Fam. 9, 16 Caetera vero quid quisque me dixiſſe dicat, aut quomodo ille accipiat, aut qua fide mecum viuant ii, qui me adſidue colunt et obſeruant, praeſtare Non poſſum. Praedones nullos fore quis praeſtare poterat? Cic. pro Flacc. 31. Me non ingratum eſſe praeſtabo Idem de Prouinc. Conſul. 47. Quod de te ſperare, de me praeſtare poſſim Idem Fam. 5, 15. Cic. Qu. Frat. 3, 1 Ego Trebatium ad Caeſarem miſi, qui mihi iam ſatisfecit: ſi ipſi minus, praeſtare nihil debeo. Ego Meſſalam Caeſari praeſtabo, quaſi Fide iubebo Caeſari pro Meſſala Idem ibid. 3, 8. Praeſtare aliquem *dicimus, quum efficimus, ne quid is committat, ſecus quam volumus.* Cic. Q. Frat. 1, 1 Iam te vſus ipſe erudiit, nequaquam ſatis eſſe, ipſum haſce habere virtutes, ſed eſſe circumſpiciendum diligenter, vt in hac cuſtodia prouinciae non te vnum, ſed omnes miniſtros imperii tui ſociis et ciuibus, et Reipubl. praeſtare videare. Idem Att. 6, 3 Quem tamen ego praeſtare non poteram. *Huc poteſt etiam referri, quod* n. 2 *dedimus.* Plin. in Paneg. c. 83 *pr.* Quanto enim magis arduum eſt alios praeſtare, quam ſe: tanto laudabilius, quod quum ipſe ſis optimus, omnes circa te ſimiles tui effeciſti. Cic. Att. 10, 4 Hac igitur conſcientia comite proficiſcar, magno equidem cum dolore, nec tam id propter me aut propter fratrem meum, quorum iam acta aetas, quam propter pueros, quibus interdum videmur praeſtare etiam Rempublicam debuiſſe, *i. cauere illius damna.* ¶ 4 Praeſtare, (διαφέρειν) *cum Datiuo, Melius eſſe, vel antecellere ſignificat,* vt Anteſtare. Ter. Eun. 2, 2 *pr.* Di immortales, homini homo quid praeſtat? ſtulto intelligens quid intereſt? Virtus praeſtat caeteris rebus Cic. de Fin. 4, 51 c. 18. Culta incultis praeſtant Lucret. 1, 209. Intelligens praeſtat imperito Cic. de Clar. Orat. 199. Imperatoribus minutis praeſtat orator Idem ibid. 255. Contemplatio rerum cogitatioque longe omnibus ſtudiis in vita praeſtat Cic. Tuſc. 5, 9. Idem Off. 1, 64 c. 19 Difficile eſt, cum praeſtare omnibus concupieris, ſeruare aequitatem. Doctus auditor indocto praeſtat Idem de Clar. Orat. 199. *Datiuum aliquando regit rei, quae ſuperatur, et Ablatiuum rei, in qua quis excellit.* Cic. pro Deiot. 5 Tanto ille ſuperiores gloria vicerat, quanto tu omnibus praeſtitiſti. Quinctil. 1 Eloquentia caeteris praeſtet. Cic. de Clar. Orat. 161 c. 43 Haec Craſſi quum edita oratio eſt, quam te ſaepe legiſſe certo ſcio, quatuor et triginta tum habebat annos, totidemque annis mihi aetate praeſtabat. Lepore et humanitate omnibus praeſtitit Socrates Idem de Orat. 2, 270 c. 67. Prudentia caeteris praeſtare Cic. de Orat. 1, 197. Res praeſtant rebus pondere Lucret. 1, 359. Suauitate et breuitate dicendi aliis praeſtitit Ariſtoteles Cic. de Inuent. 2, 6. Plaut. Bacch. 4, 9, 49 Sed Priamus hic multo illi praeſtat. *Datiuus nonnunquam tacetur:* Cic. Off. 1, 116 c. 33 Quorum vero patres aut maiores aliqua gloria praeſtiterunt, ii ſtudent plerumque eodem in genere laudis excellere. Arte bellandi praeſtabat Claudius Sil. 13, 149. Caritate patria praeſtat Cic. de Legib. 2, 5. Facie praeſtare Hor. Serm. 2, 4, 71. Fortunis praeſtare, *abſolute, pro Longe fortunatiſſimum, et beatiſſimum eſſe* Lucret. 5, 1178. Honore et aetate Cic. Q. Frat. 1, 1. Ingenio Lucret. 5, 1106. Iuris Ciuilis intelligentia, atque omni prudentiae genere Mutius praeſtitit Cic. de Clar. Orat. 102. Literis doctrinaque Idem de Orat. 3, 135. Mobilitate Lucret. 3, 430. Numero militum praeſtabant Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 44. *Accuſatiuum cum Ablatiuo aliquando regit:* Praeſtare virtute peditem, vt honore atque ordine praeſtatis Liu. 3, 61. Ciuitas, quae antiquitate, humanitate, doctrina praeſtaret omnes Nep. 25, 3, 3. Qui honore rerumque geſtarum amplitudine caeteros Romani Populi praeſtiterunt Idem ibid. c. 18, 5. Liu. 5, 36 Vt nuntiare domum poſſint, quantum Galli virtute caeteros mortales praeſtarent. *Ablatiuum ſubticuit* Virg. Aen. 11, 438 Vel magnum praeſtet Achillem, *i. antecellat: vel, vt quidam volunt, Repraeſentet, exhibeat, vel aequalis ſit. Cum Praepoſitione item conſtruitur:* In arte aliqua praeſtare Lucret. 5, 1355. Caeſ. Bell. Gall. 2, 15 Quod ciuitas magna et inter Belgas auctoritate, ac hominum multitudine praeſtabat. Inter ſuos aequales longe praeſtare Cic. de Clar. Orat. 230 c. 46 *extr.* ¶ 5 Praeſtat, (κρεῖσσον) *imperſonaliter, pro Melius eſt, et Datiuo conſtruitur.* Cic. pro Sext. 146 Si hoc non eſt ſatis, quod haec omnia delata videntur reditu meo, multo mihi, multo inquam Iudices praeſtat, in eandem illam recidere fortunam, quam tantum importare meis defenſoribus et conſeruatoribus calamitatem. *Datiuus raro exprimitur.* Virg. Aen. 1, 139 Sed motos praeſtat componere fluctus. Emori potius, quam ſeruire praeſtat Cic. in Piſon. 15 c. 7. Mori millies praeſtitit quam haec pati Idem Att. 14, 9. Tacere praeſtat philoſophis, quam loqui Idem de Nat. Deor. 3, 77 c. 31. Longe multumque praeſtat, *vid. ſub* LONGVS. Multo praeſtat, *vid.* MVLTVS. ¶ 6 *De Praeterito huius verbi* Diomed. 1 p. 361 Praeſto, praeſtiti, *ait, et laudat* Senecam de Officiis, Si ceruicem praeſtitero, pro Praebuero. *Addit,* Eſt autem hodie horum verborum iſta diuiſio, vt ſit *praebeo* patientis, *praeſto* facientis, ac perinde, praebui occaſionem aut operam, praeſtiti fidem ac rem dicamus. *Gerund.* Vires praeſtandi habere Ouid. ex Pont. 1, 7, 38.

PRAESTĀTVS, *et* PRAESTĬTVS, a, um. Partic. Brutus in Epiſt. *apud* Priſcian. 9 p. 863 Occiſo C. Caeſare, poſtquam mare tranſierat, praeſtatum eſt. *Interim ipſe* Priſcian. l. c. Praeſtitum et Praeſtatum vetuſtiſſimos protuliſſe *affirmat.*

PRAESTATVRVS, *et* PRAESTITVRVS, a, um. Partic. Vitr. 1, 1 *extr.* Polliceor, me ſine dubio praeſtaturum. Cic. Fam. 6, 8 Se praeſtaturos. *Sic MSS. quidam* praeſtituros. Id. ibid. 10, 11 Id me praeſtaturum ſpero. *Add.* 12, 16. Liu. 30, 15 Maſiniſſam libenter primam ei fidem praeſtaturum fuiſſe. *Add.* Balbus ad Cic. *ſub* Att. 9, 10. Sen. Controu. 1 Praef. Ipſis quoque multum praeſtaturus videor, quibus obliuio imminet. *Sed* Cic. Fam. 6, 8 Se praeſtituros, nihil ex eo te offenſionis habiturum. *Sed quidam libri* praeſtaturos.

PRAESTANDVS, a, um. Partic. Amor praeſtandus Ouid. ex Pont. 4, 10, 81. Cic. pro Sext. 62 Deſignatus Tribunus plebis obtulit in diſcrimen vitam ſuam: dixit eam ſententiam, cuius inuidiam capitis periculo ſibi praeſtandam videbat.

PRAESTANS, antis. Partic. *vel Nomen adeo, quod Ablatiuum et Genitiuum regit.* [ὑπερέχων] Praeſtans virtute homo Virg. Aen. 8, 548. Viri cum Claritate tum vſu belli praeſtantes Nep. 18, 3, 3. Corpore et armis praeſtans Sil. 5, 175. Grauitate et prudentia praeſtans homo Cic. pro Corn. Balb. 50 c. 22. Longe praeſtans omnibus ingenio et diligentia Idem Tuſc. 1, 22 c. 10. Ingenio, iuſtitia, integritate, omnibus praeſtans vir Idem pro Planc. 33. Literis doctrinaque praeſtans vir Cic. de Orat. 3, 135. Idem Tuſc. 5, 26 An dubitas, quin praeſtans valetudine, viribus, forma, acerrimis, *etc.*

Duo Vſu et ſapientia praeſtantes Nep. 13, 3, 2. In oculis praeſtans, *vid.* OCVLVS. Praeſtantes in eloquentia viri Quinctil. 12, 2, 25. Virg. Aen. 12, 19 Praeſtans animi. *Cum Infinit.* Idem ibid. 6, 164 Quo non praeſtantior alter Aere ciere viros, Martemque accendere cantu. Sapientiae praeſtantiſſimus Tacit. Ann. 6, 6. Cic. de Amicit. 1. Quo mortuo, me ad Pontificem Scaeuolam contuli; quem vnum noſtrae ciuitatis et ingenio et induſtria praeſtantiſſimum audeo dicere. Nec videri poteſt optimus, niſi qui eſt omnibus Optimis in ſua cuiusque laude praeſtantior Plin. Paneg. c. 88. Numero praeſtantior omni Stat. Achil. 1, 512. Studio ac doctrina praeſtantiſſimi Xenocrates et Ariſtoteles Cic. Acad. 1, 17. Totum hominem tibi trado de manu, vt aiunt, in manum tuam iſtam victoria et fide praeſtantem Idem Fam. 7, 5. Virginibus praeſtantior omnibus Herſe Ouid. Met. 2, 724. Cic. Fam. 5, 8 Itaque et praeſtantiſſima omnium feminarum vxor tua, et eximia pietate *etc.* Hoc certe praeſtantioribus, quo nihil nouere niſi commune Plin. 11, 5. Atque hoc mihi fuerit ad laetitiam animi praeſtantius Cic. Fam. 5, 12. Nihil praeſtantius Idem de Fin. 3, 2. Aliis aliud praeſtantius Lucret. 2, 506. Solidae laudis ac verae dignitatis praeſtantius quid mihi potuit accidere? Cic. in Vatin. 8. Praeſtantia debent ea dici, quae habent aliquam comparationem Cic. Tuſc. 5, 38. Nec, ſi quaeſieris Odium Cyclopis Amorne Acidis in nobis fuerit praeſtantior, edam Ouid. Met. 13, 756. *al.* Praeſentior. Conſilio et virtute praeſtanti exſtiterunt Cic. pro Sext. 86. Corpore praeſtanti Nympl[illegible] Virg. Aen. 1, 75. Labor praeſtans Lucret. 2, 12. Munere praeſtanti donare aliquem Virg. Aen. 5, 361. Natura excellens et praeſtans Cic. de Nat. Deor. 1, 55. Nomina praeſtantia Ouid. Triſt. [illegible] 467. Ordo praeſtantior Stat. Silu. 5, 1, 97. Victima labe carens, et praeſtantiſſima forma Ouid. Met. 15, 130. Viri praeſtantes Stat. Theb. 6, 295. Praeſtantiſſimi, *epitheton honoris, ergo Imperatoribus tributum.* Tertull. de Coron. Mil. *pr.* Nazar. Paneg. Conſtantin. c. 26 *extr.*

PRAESTANTER. Adu. *Priores gradus nondum habemus repertos: Superlatiuo vſus* Plin. 28, 12 Praeſtantiſſime vincit.

PRAESTANTIA, ae. f. [ἐξοχὴ, ὑπεροχὴ] *Excellentia.* Cic. de Amicit. 70 Fructus enim ingenii et virtutis omnisque praeſtantiae, tum maximus accipitur, tum in proximum quemque confertur. Idem Off. 1, 97 c. 28 Nobis perſonam impoſuit ipſa natura, magna cum Excellentia praeſtantiaque animantium reliquorum. Excellens in animorum laude praeſtantia Idem de Fin. 5, 36. Altercandi praeſtantia Quinct. 6, 4, 5. Animi praeſtantia Idem 6, 1, 25 *et* 27. *et* 12, 5, 1. Dignitatis aut fortunae ſuae praeſtantia, aequabilitatem communis iuris tranſeunt quidam, et intolerantius ſe iactant Cic. de Orat. 2, 209. Idem de Fin. 4, 3 Quum ſummum bonum poſuiſſet in Ingenii praeſtantia, quam virtutem vocamus. Mentis praeſtantiam habet homo, cui tota illius natura pareat Cic. de Fin. 5, 34. *Add.* Quinctil. 6 Pr. 7. Cic. Acad. 1, 10 c. 5 Valetudinem, vires, pulchritudinem in toto: in Partibus autem, ſenſus integros et praeſtantia aliquam partium ſingularum, vt in pedibus celeritatem, *etc.* Remedii praeſtantia Plin. 12, 3. Rerum omnium praeſtantia excellentes dii immortales Cic. de Diuin. 2, 129. Virtutis, ingenii, fortunae praeſtantiam conſequi Idem de Amicit. 72 c. 19.

PRAESTATIO, ōnis. f. [παροχὴ] Paullus de legatis 3 l. Si plures gradus ſint heredum, et ſcriptum ſit, Heres meus dato: ad omnes gradus hic ſermo pertinet: ſicuti haec verba, Quisquis mihi heres erit. Itaque ſi quis velit, non omnes heredes onerare legatorum praeſtatione, ſed aliquot ex his, nominatim damnare debet. Fiſcalium praeſtationum exactores Firmic. 4, 3. *et* 6, 3. Familiae erciſcundae iudicium ex duobus conſtat, id eſt, rebus, atque praeſtationibus: quae ſunt perſonales actiones Vlp. in l. Item Labeo §. Famil. erciſc. D. Famil. erciſc. *et ſic paſſim ap.* ICt. Vt concedas, omnia eos fide bona dicere, vt ad praeſtationem ſcribant Seneca de Breuit. Vitae c. 14. *i. quaſi praeſtare cogantur veritatem eorum, quae narrant.*

PRAESTABĬLIS, e. Adi. [ἔξοχος] *Excellens* Gell. 1, 3. Chilo praeſtabilis homo ſapientiae *Add.* Id. 18, 3. Cic. de Fin. 1, 30 c. 12 Quem tandem hoc ſtatu praeſtabiliorem, aut magis expetendum poſſumus dicere? Nihil melius mundo, nihil praeſtabilius, nihil pulchrius Idem de Nat. Deor. 2, 18 c. 7. Dignitas praeſtabilis Idem de Prouinc. Conſul. 38. Cic. de Orat. 2, 347 c. 85 Sumendae res erunt magnitudine praeſtabiles, aut nouitate primae, aut genere ipſo ſingulares; neque enim paruae, neque vſitatae, neque vulgares admiratione, aut omnino laude dignae videri ſolent. Praeſtabilis et inſignis alicuius virtus Idem de Aruſp. Reſp. 41 c. 19. Nil mente praeſtabilius natura homini dedit Idem de Sen. 40.

PRAESTANA, ae. f. *Dea, de qua* Arnob. 4 p. 128 Praeſtana eſt dicta, quod Quirinus in iaculi miſſione cunctorum praeſtiterit viribus.

PRAESTATOR, ōris. m. Frontin. de Colon. p. 351 (Goeſ. p. 128) Qui aduocantur vt praeſtatores, *i. praeſtandi auxilii et patrocinii cauſa. Sic Goeſ.*

PRAESTO. Adu. *vel quod placet aliis, Nomen indeclinabile omnis generis. Certe* Praeſto ſum *ſignificat Praeſens ſum.* Plaut. Epid. 5, 1, 46 Tibi quidem quod ames, domi praeſto eſt. Cic. Fam. 3, 5 *pr.* Tralleis veni ad VI. Calend. Sextiles: ibi mihi praeſto fuit L. Lucilius cum literis, mandatisque tuis. *i. me adueniente adfuit, meque exſpectauit.* Adire praeſto, *vid.* ADEO, īre. Ter. Eun. 5, 9 (8) 20 Sed vbi eſt frater? C. praeſto adeſt, *pro Praeſto eſt, per Pleonaſmum. Simpliciter* Praeſto eſt Ter. Phor. 3, 3, 29. *Rurſus* Ter. Heaut. 1, 1, 120 Iamdudum domi praeſto apud me eſſe aiunt. Praeſto eſſe alicui, *vt* Adeſſe, *pro Praeſidio eſſe, fauere, iuuare.* Cic. pro Muraen. 19 c. 9 Ius Ciuile didicit, multum vigilauit, laborauit, praeſto multis fuit. *conf. Boſ. ad* Cic. Att. 10, 8 p. 143. *Sed ſimpliciter Aduenire, comparere eſt* Auctori ad Herenn. 4, 62 c. 48 Hirundines aeſtiuo tempore praeſto ſunt, frigore pulſae recedunt. *De aduerſariis quoque, qui inſidias ſtruunt, vt de accuſatore* Cic. Verr. 3 c. 25 *extr.* Idem ibid. 2, 92 c. 38 Iſte homo certus, et diligens ad horam octauam praeſto eſt. Cic. Verr. 1, 78 Tune quod videris, quod audieris, quod concupieris, quod cogitaris, niſi id ad nutum tuum praeſto fuerit; niſi libidini tuae, cupiditatique paruerit. Locus eſt praeſto Lucret. 2, 1067. *intell. commodus et aptus rei.* Cic. de Fin. 2, 69 Praeſto eſſe virtutes vt ancillulas, quae nihil aliud agerent, nullum ſuum officium ducerent, niſi vt voluptati miniſtrarentur. Ter. Andr. 2, 5, 4 Ipſum adeo praeſto (*eſſe*) video.

PRAESTŎLOR, āri. [ὑπομένω, περιμένω] *Praeſto eſſe, manere, exſpectare.* Feſtus: Praeſtolari is dicitur, qui ante ſtando ibi, quo venturum excipere vult, moratur. Non. 2, 709 Occulte taciteque aduentum hoſtium praeſtolari. *Penultimam corripit Becmannus, quem et analogia tueri videtur: cum ſit ex diminuto* Praeſtulus *ſ.* praeſtolus. *Producit Taubman.* Ter. Eun. 5, 5, 5 Quem praeſtolare Parmeno hic ante oſtium? *Sic* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 23 Huius aduentum L. Caeſar filius cum decem longis nauibus praeſtolans, *etc.* Plaut. Caſin. 3, 3, 15 Te praeſtolabor. *Sic* Epid. 2, 2, 37. *Datiuo iunxit* Cic. in Catil. 1, 24 c. 9 Qui tibi ad forum Aurelium praeſtolarentur armati. Praeſtolari *inquit* Donatus *ad* Ter. l. c. Praeſto eſſe, et apparere, hoc eſt obſequi.

PRAESTOLO, āre. *Idem apud* Non. 7, 67 *vbi* Turpilius, Ego praeſtolabo illi. *Et* Liuius Andr. Nimis imprudenter ſeruis praeſtolaras.

PRAESTOLATVS, a, um. Partic. Apul. Met. 5 p. 160 Voces cubiculo praeſtolatae nouam nuptam curant.

PRAESTRANGVLO, āre. Ne anxium oratorem praeſtrangulet inuidia Quinctil. Trib. Mar. c. 3 p. 77 Burm.

PRAESTRENVE. Adu. *vid.* PERSTRENVE.

PRAESTRINGO, ſtrinxi, ſtrictum, ĕre. [ἀποξύνω, περιστέλλω] *Valde ſtringere, vel occupando conſtringere.* Plin. 18, 34 Praeſtringit enim atque percellit hic radices arborum. *De* Borea *vento loquitur.* Tempora praeſtrinxit ſertis Stat. Silu. 5, 3, 112. Fauce praeſtricta laqueo Ouid. in Ibin 551. ¶ 2 *Stringendo et vehementius contingendo hebetare atque acie ſua priuare.* Plin. 7, 15 *de menſtruis mulierum,* Praeſtringitur acies ferri, eborisque nitor. *Et* 15, 14 *de pomis acerbis,* Vis tanta, vt aciem gladii praeſtringat. ¶ 3 *Sollemni metaphora ad* Aciem oculorum, *ac* mentis *adeo refertur, vt* hebetare, obtundere, *quoties oculi luce, mens perturbatione terroris, admirationisue cuiuscunque impedita verum non poteſt videre: pro hoc interdum eſt* Perſtringere, *vt dubium ſit, ipſine veteres promiſcue adhibuerint nonnunquam, an confuſio ſit a librariis.* Praeſtinguo *autem, de quo ſ. l. fere ſoli ingenio Lambini videtur debitum.* Plaut. Mil. *pr.* Curate, vt ſplendor meo ſit clipeo, — vt oculorum praeſtringat Aciem in acie hoſtibus. *Multa hic ad hanc lectionem contra Lambini vehementes conatus defendendam Taubmannus.* Non. 1, 149 *et h. l. laudat, et addit* Lucil. . . Praeſtringat oculorum aciem ſplendore micanti. Varro, Non mirum, ſi caecutis: aurum enim non minus praeſtringit oculos, quam ὁ πολὺς ἄκρατος. Cic. de Fato et de Finib. 4 Aciem animorum noſtrorum virtutis ſplendore praeſtringitis. Liu. 40, 58, 4 Cum ingenti fragore caeli tonitrubusque et fulguribus praeſtringentibus aciem oculorum *Sic etiam Drakenb.* Cic. in Vatin. 25 c. 10 Cuius dignitas et ſplendor praeſtringebat, credo oculos Vatinii: *quidam* perſtringebat. Lux ahena praeſtringit oculos Claud. Conſ. Hon. 3, 134. Cic. de Nat. Deor. 3, 73 c. 29 Ita omnes meos dolos, fallacias, Praeſtigias praeſtrinxit commoditas patris. *ex Poëta. Sine vlla varietate ſic legitur. Alludi videtur ad etymon* praeſtigiarum, *de quo in* PRAESTINGVO. *Hic* praeſtrinxit *breuiter eſt retudit, vi ſua et quaſi acie priuauit.* Cic. Phil. 12, 3 c. 2 Quod videbam equidem, ſed quaſi per caliginem; praeſtrinxerat enim aciem animi D. Bruti ſalus. *Sic optimi MSS. Quidam* perſtrinxerat. *Grut. neſcitur vnde* reſtrinxerat. *Sic* praeſtrinxerant animi aciem Vell. 2, 118, 4. Sil. 1, 358 Qualis ſanguineo praeſtringit lumina crine Ad terram caelo decurrens ignea lampas: *ad quem locum praeclare de hoc verbo meritus eſt Drakenb. Add. Oudendorp. ad* Lucan. 1, 154. *Id.* Lucan. in Piſon. 89 Inſigni praeſtringit imagine viſus. Cic. Diu. Verr. 46 c. 14 Mihi videtur periculum fore, ne ille non modo verbis te obruat, ſed geſtu ipſo ac motu corporis praeſtringat aciem ingenii tui, teque ab inſtitutis tuis cogitationibusque abducat. Aſcon. Ped. ad h. l. Vel a praeſtigiatoribus tranſtulit verbum, vel a tironibus, qui ignari ac rudes, pugnae etiam vano armorum ſonitu terrentur praeſtrictis luminibus. Praeſtringuntur *igitur ſecundum* Aſconium lumina, *cum ad magnum ſplendorem, vel terrorem adeo, ſubito clauduntur.* Aciem mentis praeſtringere ſolet inopia et ſatietas Cic. de Diuin. 1, 61 c. 29. Id. Cato. 42 c. 12 Impedit conſilium voluptas, ac mentis praeſtringit oculos. *Quidam* perſtringit, *al.* praeſtinguit. *Add.* Sen. de Benef. 7, 9 *Edit. Gron. et* de Tranqu. 1. ¶ 4 Praeſtringi *etiam res dicitur, quae latet ob ſplendorem alterius.* Quinctil. 10, 1, 92 Dicent haec plenius futura ſaecula. Nunc enim caeterarum fulgore virtutum laus iſta praeſtringitur. Auſon. de Vrb. 2, 5 Novisque Excellens meritis veterem praeſtringit honorem. *Conf.* PRAESTINGO *et* PERSTRINGO.

PRAESTRINGENS, entis. Partic. Liu. 40, 58, 4 Tonitribus et fulguribus praeſtringentibus aciem oculorum. Ammian. 31, 3 Ad vsque Danubium terras praeſtringens. *Conf.* Claudian. 1 Conſ. Stilic. 200 *quem locum damus in* PERSTRINGO.

PRAESTRICTVS, a, um. Partic. Fauce laqueo praeſtricta Ouid. in Ibin 549. Nazar. Paneg. Conſtant. 5 Praeſtricta acie, videndi facultate caruerunt. Nimio ſplendore praeſtrictus Sen. Ep. 71. Ianuis palatii praeſtrictis Ammian. 14, 7.

PRAESTRICTIO, ōnis. f. Senſus praeſtrictio Tertull. Reſ. Carn. c. 49. *al.* Praeſtructio.

PRAESTRVO, xi, ctum. ĕre. [προοικοδομῶ, προκατασκευάζω] *Prius ordinare, aedificare, munire.* Columel. 1, 5 Quippe ab imo praeſtructa, valenter reſiſtent contra ea, quae poſtmodum ſuperpoſita incumbent. Plin. Epiſt. 5, 8 Illud quaeſo praeſtruas, ad quod hortaris. Prius agmina duris Exerce ſtudiis, et ſaeuo praeſtrue Marti Claud. Conſ. Hon. 4, 370. *i. praepara.* Praeſtruere ſibi fidem Liu. 28, 42. *Pro Obſtruo:* Aditum montis praeſtruere obiice Ouid. Faſt. 1, 563. *de Caco.*

PRAESTRVENS, entis. Partic. Ammian. 31, 7 Id ſcilicet praeſtruentes.

PRAESTRVCTVS, a, um. Partic. [προκατασκευασθεὶς] Hoſtis praeſtructus bellis ciuilibus Claud. de Bello Get. 187. *Arte praeparatus, et ex-compoſito ſiue ex-induſtria factus.* Suet. Tiber. c. 53 Quondam vero inter coenam porrecta a ſe poma guſtare non auſam, etiam vocare deſiit, ſimulans ſe veneni crimine arceſſitum: quum praeſtructum vtrumque conſulto eſſet, vt et ipſe tentandi gratia offerret, et illa quaſi certiſſimum exitium caueret. Cunctis praeſtructis ſtabant omnes armati Ammian. 20, 6. Ab imo praeſtructa valenter reſiſtunt Columel. 1, 5.

PRAESTRVCTIM. Adu. Tertull. de Pall. c. 3 Multa dicendum fuit, vt ad hominem praeſtructim perueniretur, *i. praeparatione quadam, et gradibus.*

PRAESTRVCTIO, ōnis. f. Tertull. aduerſ. Marc. 4, 14 Auguſtin. Epiſt. 112 c. 1.

PRAESTRVCTVRA, ae. f. Tertull. aduerſ. Marc. 4, 2.

PRAESTVLTVS, a, um. Adi. Πάνυ ἀνόητος Gloſſ. Graec. Latin.

PRAESTVPIDVS, a, um. Adi. Altera praeſtupido pars eſt ſtolidiſſima corde Iuuenc. 4, 200.

PRAESTVS, a, um. Adiect. *Laudatur ex Vet. Inſcript.* OFFICIO PRAESTVS FVI.

PRAESVDO, āre. [προιδρόω] *Ante ſudare, ante exercere ſe.* Stat. Theb. 6, 4 Ludumque ſuper quo Martia bellis praeſudare paret, ſeſeque accendere virtus. *add.* Claudian. de Rapt. Proſerp. 2, 120.

PRAESVL, ŭlis. m. [χοροςάτης Onom. vet.] *teſte* Phoca, *a* Praeſilio, īre fit, quod eſt Ante ſalio: *Is appellabatur apud antiquos, qui primus erat inter Salios Martis ſacerdotes, a ſaliendo dictos, in portandis ancilibus. Valla 5. conf. Turneb. Aduerſ.* 19, 10. Lucil. *ap.* Feſt. in Redamptruo. *ſ.* Redentruo. *Item generaliter Qui aliis praeeſt.* Capitol. Anton. Philoſ. c. 6 Fuit in eo ſacerdotio et praeſul et vates, et magiſter. *vid. Caſaub. et Salmaſ. Buchn. ad* Prud. hymn. de Natali Chriſti *fin. Vſus et* Cic. de Diuin. 1 c. 26. *et* 2 c. 66. *Si quibusdam libris fides eſt. vid.* PRAESVLTOR. Praeſulem *cum reſpectu ad hanc hiſtoriam* Arnob. 7 p. 216 *et* 244. Teſtis Roma ſui praeſulis eſſe poteſt Rutil. Itin. 1, 550 *de Protadio, quem ſummos honores geſſiſſe conſtat.* Praeſul fori Sidon. Epiſt. 4, 14. Praeſulem agri ponere Pallad. 1, 6, 18. *i. villicum. Femin. apud* Auien. Deſcript. Orbis 519 Et Iunone calent hic arae praeſule ſemper. Pallad. R. R. 1, 6, 14 Graeci iubent oliuam, cum plantatur et legitur, a mundis pueris atque virginibus operandum: credo recordati, arbori huic praeſulem eſſe Caſtitatem. *i. Mineruam Virginem.*

PRAESVLTOR, ōris. m. [ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος Gloſſ. Latin. Graec.] *Idem qui et Praeſultator.* Cic. de Diuin. 1, 55 c. 26 Exin quidam ruſtico Romano dormienti viſus eſt venire, qui diceret Praeſultorem ſibi non placuiſſe ludis *etc. conf.* Id. ibid. 2 c. 66 *Vtroque loco* Praeſulem *habent quidam MSS.* Lactant. 2, 7. Val. Max. 1, 7, 4. *al.* Praeſultator.

PRAESVLTO, āre. [προπηδάω] *Ante ſaltare.* Liu. 7, 10 Si tu permittis, volo ego illi beluae oſtendere, quando adeo ferox praeſultat hoſtium ſignis, me ex ea familia ortum, quae Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deiecit.

PRAESVLTĀTOR, ōris. m. Liu. 2, 36 Viſus Iupiter dicere, ſibi ludis praeſultatorem diſplicuiſſe. Praeſultatorem *vocat eum, qui quaſi ludorum prima pars fuerit: qui, antequam ludi committerentur, ſaltauerit. Eundem* Praeſultorem *et Praeſulem dici in eadem hiſtoria modo obſeruatum eſt.*

PRAESVLSVS, a, um. Adiect. [πολυάλικος] *Valde ſalſus, vel ante ſalſus.* Columel. 6, 2, 7 Libraleſque offas in praeſulſae adipis liquamine tinctas.

PRAESVM, es, eſt, fui, eſſe. [προΐςημι, ἐφίςαμαι] *Praefectum eſſe.* Cic. de Finib. 4, 76 Omnibus enim artibus volumus attributam eſſe eam, quae communis appellatur prudentia, quam omnes qui cuique artificio praeſunt, debent habere. Id. pro Roſc. Amer. 50 Qui praeeſſe Agro colendo flagitium putes. Faciendae alicui rei publice praeeſſe Id. Verr. 5, 46. Intereſſe alicui rei et praeeſſe Id. Fam. 1, 8. Exercitui praeeſſe Id. ibid. 10, 8. Nepos 7, 6, 2. Ignibus aeternis Ouid. Faſt. 3, 421. Imperio Praetorio Cic. de Diuin. 1, 68. Magiſtratibus leges, populo magiſtratus praeſunt Id. de Legib. 3, 2. Nauibus et claſſi Id. Verr. 5, 81. Nepos 10, 6, 3. Officiis alicuius Ouid. Faſt. 4, 382. Prouinciae Cic. Fam. 1, 9. Id. pro Roſc. Amer. 11 Quum huic idem Quaeſtioni iudex praeeſſes. Reipublicae Id. Off. 1, 79. Sacerdotiis Id. pro Domo 10. Sacris Id. de Aruſp. Reſp. 14. Studio alicui Cic. de Orat. 1, 235. Summae imperii Nepos 2, 4, 2. Cic. de Amicit. 37 Non paruit ille T. Gracchi Temeritati, ſed praefuit. Templo Ouid. ex Pont. 3, 2, 65. *Particip. futur.* Ducem fortem et prudentem regiis opibus praefuturum videbant Nepos 9, 4, 3. ¶ 2 Praeſeſſe *veteres dixiſſe pro Praeſentem eſſe Voſſius in Etymol. p. 406 probat ex illo* Auſonii in dictis Sapient. 19 Spondere qui nos, noxa quod praeſeſt, vetat. *Hinc remanſit*

PRAESENS, entis. Partic. *a* Praeeſſe, *vt modo vidimus,* [παρὼν ἐνδημῶν] *Qui adeſt.* Plaut. Stich. 1, 3, 67 Agite ſi vultis, praeda erit praeſentium. *i. Eorum, qui hic adſunt. Contraria.* Terent. Eun. 1, 2, 112 Cum milite iſto praeſens abſens, vt ſies, *i. licet* praeſens *corpore, animo tamen* abſens. Id. Adelph. 1, 1, 49 Praeſens, abſensque idem erit. Praeſens praeſenti adſum Plaut. Moſtell. 5, 1, 27. Terent. Adelph. 4, 5, 34 Quum hanc ſibi videbit praeſens praeſenti eripi, abduci ab oculis. Id. Eun. 5, 9, 29 Poſtulo, vt mihi tua domus te praeſente abſente pateat. *i. ſiue adſis, ſiue abſis.* Facultas optabilis tui praeſentis ſi mihi eſſet, nunquam a tuis conſiliis diſcreparem Cic. Fam. 10, 4. Cognoſcent omnes tui praeſentis amorem Id. ibid. 1, 1. Praeſentem atque audientem, vita priuandum eſſe dixit Id. in Catilin. 4, 13. Id. Offic. 1, 156 Neque ſolum viui atque praeſentes ſtudioſos diſcendi erudiunt atque docent, ſed hoc idem etiam poſt mortem monumentis literarum aſſequuntur. Id. de Orat. 2, 9 Duos ſummos viros, iis, qui neutrum illorum viderint, eorum, quibus ambo illi oratores, cogniti ſint, viuorum et praeſentium memoria teſte, commendemus. Praeſente hoc, nolebam dicere Ter. Hec. 4, 4, 90. Dicerem de eius virtute eo praeſente timidius Cic. pro Caecin. 77. Id. de Orat. 2, 233 Quanquam ſoles, inquit, ſaepe mirari eorum impudentiam, qui agunt in ſcena geſtum ſpectante Roſcio Id. pro Quint. 77. Hic eſt vnus homo ex omnibus, quo praeſente minime ineptus eſſe vellem Id. de Orat. 1, 112. ¶ 2 Praeſente nobis, *pro Praeſentibus dixerunt veteres.* Plaut. Amph. 2, 2, 194 Neque nobis praeſente, aliquis, niſi ſeruos Soſia adſuit. *Sed verſus eſt inter ſuſpectos, quamquam laudat eum* Nonius 2, 66. Idem 2, 660 *iſta habet:* Pomponius Syris, qui apud forum praeſente teſtibus mihi vendidit. *Et ex* Accio *laudat* Praeſente his, *atque ex* Nouio Praeſente omnibus. Donat. *ad illud* Terent. Eun. 4, 3, 7 Abſente nobis, *laudat* Pomponii *verſum,* Siue ergo iſtuc praeſente amicis inter coenam, *Et* Varronem in Marcellum, id praeſente legatis omnibus, exercitu pronuntiat. *vid.* Abſens *in* ABSVM. ¶ 3 *Formulae:* Cic. Off. 1, 11 Ad id ſolum quod adeſt, quodque praeſens eſt, ſe accommodat. *de belua.* Adeſt praeſens, *vid.* ADSVM. Praeſens non Ades Plaut. Amphit. 3, 3, 22. Egi tecum praeſens, itemque petiui ſaepe per literas Cic. Fam. 2, 6. *vid.* Sermo praeſens n. 4. Exponere commodius aliquid praeſenti Id. Attic. 1, 14. Hortatur praeſens Horat. Epiſt. 1, 1, 69. Interfuit, et praeſens vidit Cic. de Inuent. 1, 104. Liu. 1, 57 Quin ſi vigor iuuentae ineſt, conſcendimus equos, inuiſimusque praeſentes noſtrarum ingenia? Sit tibi credibilis ſermo, conſuetaque verba, blanda tamen praeſens vt videare Loqui Ouid. A. A. 1, 467. *i. ex tempore.* Cic. Off. 2, 60 Quanquam quod praeſens tanquam in manum datur, iucundius eſt: tamen haec in poſterum gratiora. Praeſens ingenio Plin. 17, 1. *vid.* Animus praeſens n. 4. ¶ 4 *Subſtantiua:* Aetas praeſens Horat. Epiſt. 2, 1, 42. [παράςημα] Terent. Phorm. 5, 8, 64 Animo virili praeſentique vt ſis, para. Virgil. Aen. 5, 363 Nunc ſi cui virtus, animusque in pectore praeſens. *Vbi* Seruius, Praeſens, fortis: ac ſi diceret, ſi adſit quis plenus animi. *Melius ita puto* Praeſens *animus, qui ſtatim videt quid agendum ſit, ſtatim audet agere: vt* Praeſens Deus, medicina, *de quibus* n. 6. Cic. de Orat. 2, 84 Sed animus acer et praeſens, et acutus, idem atque verſutus inuictos viros efficit. Animo praeſentiore aliquid facere Liu. 31, 46. Cic. Off. 1, 80 c. 23 Fortis animi et conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu deiici, vt dicitur, ſed praeſenti animo vti et conſilio, *etc.* Animo praeſenti dicere Terent. Eun. 4, 6, 31. *Dicitur etiam* praeſens, *ipſe, qui* Animo praeſenti *eſt.* Ouid. Am. 2, 8, 17 At quanto, ſi forte refers, praeſentior ipſe Per Veneris feci numina magna fidem. Argento praeſenti, *vel* Pecunia mercari vel vendere Plaut. Poenul. Prol. 89. Id. Men. 5, 9, 97. *Idem eſt* Repraeſentare pecuniam. Caſus praeſentis immemor Ouid. Triſt. 4, 1, 40. Dolor praeſens Lucret. 6, 1275. Forma dei praeſens Stat. Silu. 1, 1, 62. Gratiam praeſentem refero Cic. pro Planc. 131. Hora Horat. Carm. 3, 8, 27. Terent. Phorm. 5, 2, 16 Praeſens quod fuerat Malum, in diem abiit: plagae creſcunt, niſi proſpicis. Mors Virgil. Aen. 1, 91. Paſtum ad praeſentem mendicitatis ſuae agros populari Cic. Philipp. 11, 4. Id. Attic. 2, 4 Pro eo tibi praeſentem Pecuniam ſolui imperaui, ne tu expenſum muneribus ferres. Pecuniam praeſentem non debitam ſoluit mulieri Id. pro Cluent. 34. Pignore praeſenti firmat animum Virgil. Aen. 3, 611. Cic. de Diuin. 2, 122 Atqui ne ſi nauigare quidem velim, ita gubernarem vt ſomniauerim: praeſens enim Poena ſit. *Vtitur etiam* Tacit. de German. 19, 2. Re praeſenti Liu. 40 . . Eſſe in Re praeſenti Plaut. Amphit. 1, 1, 93. *et* Plin. Epiſt. 10, 85. Ipſe in Re praeſenti fui, et vidi tuam quoque ſtatuam in bibliotheca poſitam. Cic. Offic. 1, 32 c. 10 Vt ſi conſtitueris te cuipiam aduocatum in Rem praeſentem eſſe venturum, atque interim grauiter aegrotare filius coeperit, non ſit contra officium, non facere quod dixeris. Id. de Orat. 1, 250 c. 58 An vero ſi de re ipſa, ſi de finibus, quum in Rem praeſentem non venimus, ſi de tabulis et praeſcriptionibus controuerſia eſt *etc. vid. Burmann. ad* Quinctil. Decl. 369 p 762. Quinctil. 4, 3, 123 Multum confert adiecta veris credibilis rerum imago, quae velut in Rem praeſentem perducere audientes videtur. *Et* 7, 10, 11 Oeconomica totius cauſae diſpoſitio, quae conſtitui niſi velut in Re praeſenti non poteſt. *Et* 9, 4, 112 Cum Re praeſenti deliberare, *i. ita vt totum negotium cum omni ſua circumſtantia animo obuerſetur.* Caetera praeſenti Sermoni reſeruantur Cic. ad Qu. Fratr. 2, 6. *i. coram de iis agemus.* Id. in Catil. 1, 22 Quanta tempeſtas inuidiae nobis, ſi minus in praeſens Tempus recenti memoria ſcelerum tuorum, at in poſteritatem impendeat. Horat. A. P. 41 Pleraque differat, et praeſens in Tempus omittat. Tempus ad praeſens diſſimulato dolore, odium regis in vindictae occaſionem diſtulit Iuſtin. *de Harpago* 1, 5. Teſtibus praeſentibus liberam cretionem cognoſcere Cic. Attic. 13, 44. ¶ 5 *Obſeruentur et iſta:* Cic. pro Domo 12 Erat igitur et praeſens caritas, et futura fames. Praeteritorum meminit, praeſentia cernit, futura praeuidet animus Id. de Diuin. 1, 63. Horat. Carm. 16, 26 Laetus in praeſens animus, quod vltra eſt oderit curare. *conf.* Tacit. Hiſt. 2, 70. *Interdum* praeſens *de re, quae modo, cum loquimur, praeteriit, dicitur, cum reſpectu nempe ad ſuperiora.* Cic. Fam. 1, 1 Exarſi non ſolum praeſenti credo iracundia. *h. e. Quae mihi tunc ex re praeſenti obuenerat.* ¶ 6 *Saepe* praeſens *non tantum ad locum aut tempus refertur, ſed hoc ſignificat, ſtatim et continuo vim ſuam ſiue ad iuuandum ſiue ad nocendum, aliquem exſerere. De* Animo praeſente *iam diximus* n. 4. Ouid. Met. 13, 756

Nec, ſi quaeſieris, Odium Cyclopis, Amorne
Acidis in nobis fuerit praeſentior, edam.
Par vtrimque fuit. Proh! quanta *potentia* regni,
Eſt, Venus alma, tui *etc.*

Hor. Carm. 1, 35, 1 *de Fortunae potentia,*

O diua, gratum quae colis Antium,
Praeſens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus, vel ſuperbos
Vertere funeribus triumphos.

i. quae potes ſtatim et ſola voluntate tua: nutuque. Hor. Carm. 4, 14, 43 *Auguſtus vocatur,* Tutela praeſens Italiae dominaeque Romae. Virg. Georg. 1, 10 Et vos agreſtum praeſentia numina Fauni: *i. qui vim diuinam rebus, ſubito praeſertim interuentu, declaratis.* Ter. Phorm. 2, , 31 Ea qui praebet, non tu hunc habeas plane praeſentem deum? Donatus, Praeſentes dii ſunt, vel qui ſtatim praeſtant: vel qui coluntur, et videntur, vt Sol et Luna. Hercules tantus et tam praeſens habetur Deus Cic. Tuſc. 1 c. 12. *Add.* Stat. Theb. 8, 459. Virg. Aen. 9, 404 Tu, Dea, tu praeſens noſtro ſuccurre labori, i. e. illico ſtatim, *vt ait* Seruius. Cic. Verr. 4, 107 c. 49 Multis ſaepe in difficillimis rebus praeſens auxilium eius oblatum eſt, *de Cerere.* Deos immortales huic inuicto populo contra tantam vim ſceleris praeſentes auxilium eſſe laturos Cic. Cat. 1 c. 9. Nec tam praeſentes alibi cognoſcere diuos Virg. Ecl. 1, 41. Deus praeſens ac praepotens Cic. de Nat. Deor. 2, 77. Deos praeſentes videre Idem ibid. 3, 1. Plin. Paneg. 1, 5 Eodemque loci *(de Capitolio loquitur)* quem Deus ille *(Iupiter)* tam manifeſtus ac praeſens, quam caelum ac ſidera inſedit. Numen praeſentius Quinctil. 4 prooem. 5. Depellens tetros praeſenti Numine morbos Ser. Sammonic. prooem. Medicamento efficaci dato, protinus velut praeſenti Numine omni dolore periculoque liberaſſe aegrum Scribon. Larg. Ep. p. 1. Virg. Georg. 2, 127 *de malo Medico,* Quo non praeſentius vllum — Auxilium venit, ac membris agit atra venena. Virg. Aen. 12, 245 Dat ſignum caelo, quo non praeſentius vllum Turbauit mentes Italas. Inſidiae praeſentes *iam erupturae* Cic. Fam. 15, 4. Praeſens Medicina: *h. e. Quae praeſens et feſtinum remedium adfert* Columel. 2, 14. Peſtis, *quae ſtatim perdit* Cic. Philipp. 3, 25 Nimirum recte veneficum appellat, a quo tibi praeſentem peſtem vides comparatam. Praeſentiſſima Pericula Quinctil. 10, 7 *fr.* Praeſentiſſimum Remedium, ſanguis de aure emiſſus Columel. 6, 14. *Add.* Plin. 28, 4. Vires ad nocendum praeſentes Cic. Att. 15, 4. ¶ 7 Praeſentia, *Pl.* Tacit. Hiſt. 3, 69, 4 Sabinus re trepida quod tutiſſimum e praeſentibus, arcem Capitolii inſedit. Idem Hiſt. 4, 59, 6 Veniam oſtentantes, ſi praeſentia ſequerentur, *i. praeſentem rerum ſtatum ac fortunam.* ¶ 8

Praeſens *idem eſſe quod* Praeſes, *vult Salmaſ. ad* Lamprid. Alex. Seu. 32 Praefectis autem ſemper detulit — Si vnquam alicui praeſentium ſucceſſorem dedit, ſemper illud addidit, Gratias tibi agit reſpublica, *etc. Eo refert etiam* Spartian. Get. 5 Si quid acciperet a praeſentibus, id ad ſuum contulit cultum: *itemque illud* Iuſtiniani . . . . In Berytenſium autem ciuitate tam vir clariſſimus praeſens (*quid ſi modo librarii error eſt pro* praeſes?) Poenicae maritimae, quam beatiſſimus eiusdem ciuitatis epiſcopus, et legum profeſſores. *Sed Iac. Gothofredus ad* l. 1 C. Theod. de domeſticis et protectoribus Praeſentes *interpretatur proprie, de his, qui* praeſentes praeſenti principi *adeſſent*, *vel, vt ait* Imperator Iulianus leg. cit. in praeſenti eſſe. *Dicti iidem* Praeſentales, *vt* Curioſi Praeſentales in Notit. Imp. f. 42. Milites praeſentales, *it.* Magiſtri militum praeſentales *ſ.* praeſentum, *de quibus* Not. Imp. f. 20. *it.* 159 ſq. *Caeterum* Praefectus Praetorio praeſens *eſt* Ammian. Marc. 14, 1. *et* 23, 5. *Sic* l. 17 C. Th. de re milit. Si qui miles, ex his, qui Praeſentes diuino obſequio noſtrae clementiae deputati ſunt, *etc.* ¶ 9 Vet. Gloſſ. *laudatae Salmaſio ad* Pollion. Claud. 14 p. 394, b. *Hack.* Praeſens, ἐπιφανὴς, καὶ παρὼν, καὶ εὔχαλκος, *quod vltimum ita interpretatur, qui magnam vim habeat pecuniae* praeſentis, *i. numeratae.*

PRAESENTIA, ae. f. [*παρουσία*] Ter. Heaut. 3, 3, 12 Multa fert libido: ea prohibet facere tua praeſentia. In praeſentia Quinctil. 5, 7, 15 *et alias.* In praeſentia, *i. mox* Scribon. 101. 105. *i. ſtatim* 122. *vid.* IN. In praeſentia et ante oculos proponere periculum Cic. pro Domo 11. Deſiderium praeſentiae tuae meo labore minuam Idem Fam. 5, 8. Deorum praeſentiae Idem de Nat. Deor. 2, 166. Declarant praeſentiam ſuam ſaepe diui Idem ibid. 2, 6. Formae aberat praeſentia Ouid. Faſt. 2, 777. Paullus in l. de vnoquoque D. de re iudicat. Si ſaepe conuenti, praeſentiam ſui facere noluerint. Hermogenianus in l. contumacia eod. tit. Praeſentiam ſui facere contemnit. Praeſentia animi, [*παράστημα*] *Praeſens animus, qui ſtatim videat, quid e re ſit, et facere audeat.* Cic. pro Milon. 63 c. 23 Neque vero ſine ratione certa cauſa Milonis ſemper a Senatu probata eſt: videbant enim ſapientiſſimi homines, facti rationem, praeſentiam animi, defenſionis conſtantiam. Cic. de Fin. 5 c. 8. *Conf.* Quinctil. Decl. 6, 14.

PRAESENTO, āre. [*παρίστημι, προβάλλω*] *quaſi Praeſens facere.* Quinctil. 11, 2 *pr.* Fruſtra docemur, ſi quidquid audiuimus, praeterfluat: et exemplorum, legum, reſponſorum, dictorum, beneque factorum velut quasdam copias, quibus abundare, quasque in promtu ſemper habere debet Orator, eadem illa vis praeſentet. *Sic primae editt. Sed nunc editur.* Repraeſentat. Aur. Vict. de Viris illuſtr. 77, 13 Caput *Pompeii* ab Achilla Ptolemaei ſatellite, Aegyptio velamine inuolutum, cum annulo Caeſari praeſentatum eſt. Neque forma tantum in te patris, ſed etiam continentia, fortitudo, iuſtitia, prudentia ſeſe votis gentium praeſentant Paneg. Maximini et Conſtantini c. 3 *extr.* *Referre, ſpeciem praebere, et quod Repraeſentare dicitur:* Plin. 37, 10 ſ. 67 Sarcitis bubulas carnes praeſentat. *Sic etiam Elzeu. Sed Harduin.* repraeſentat, *ne mentione quidem facta alterius lectionis. Laudatur etiam* Frontin. Strat. 1, 11, 2 Quantum quisque numeratae pecuniae haberet, conferret, vt praeſentari merces proditoribus poſſet. *Sed pro ſphalmate Scriuerianae edit. habet Oudendorp. pro* repraeſentari. Apuleium *quoque fruſtra laudari arbitror. Sed ſequior aetas frequentavit. Vid. Iac. Gothofr. ad* l. 3 C. Th. de Aquaeductu.

PRAESENTANS, antis. Partic. Plin. 20, 19 Foliis ſpeciem paſſerum praeſentantibus. *Sic etiam Elzeu. Sed Hard.* ſ. 79 praebentibus. MS. Repraeſentantibus.

PRAESENTATIO, ōnis. f. Etiam Tironis praeſentationem agnoſcant Conſtantin. Imp. 12 Cod. t. 29 l. 2.

PRAESENTANEVS, a, um. Adi. [*παραστατικός*] *Quod praeſentem habet efficaciam. vt,* Praeſentanei boleti, *apud* Senec. Epiſt. 95 *qui cito enecant.* Medicamentum Plin. 38, 13. Remedium praeſentaneum ad dentium mobiles firmandos Idem 21, 31. Gell. 6, 4 Id quoque addidiſſe venenum ſibi Carthaginenſes dediſſe, non praeſentaneum, ſed eiusmodi, quod mortem in diem proferret, *etc. De Regulo loquitur. Add.* Plin. 24, 1. Virus praeſentaneum paro Quinctil. Decl. 17.

PRAESENTANEE. Adu. Oct. Hor. 1 praef. Praeſentanee conficere libellos.

PRAESENTARIVS, a, um. Adi. *Praeſentaneus.* Plaut. Poen. 3, 3, 92 Quid ita? L. quia aurum poſcunt praeſentarium. Idem Moſt. 2, 1, 14. *et* Trin. 4, 3, 74. Apul. Met. 10 p. 242 ſ. 34 Venenum praeſentarium. *quod* p. ſq. 30 Peremtorium *vocat:* Praeſentarium *etiam* p. 240, 21.

PRAESENTALIS, e. Adi. Milites praeſentales l. vlt. §. 1 de re mil. Praeſentales domeſtici l. vlt. Cod. de Domeſt. *i. Praeſentes circa principem. Vid.* PRAESENS n. 8.

PRAESENTIALITER. Adu. Sarisb. 5, 8 Praeſentialiter examinare.

PRAESVMO, ſumſi, tum, ĕre. [*προλαμβάνω*] *Prius ſumere.* Sinendi modo haec legati verba ſunt, Ille heres meus rem illam illum permitte praeſumere Caius 2 Inſt. t. 5 §. 6. *Conf.* Vlpian. tit. 25 §. 2 *ed. Iul. Pacii.* Plin. 36, 11 Theophraſtus auctor eſt, potores in certamine bibendi praeſumere farinam eius *ſcil.* Lapidis. Antidotos praeſumta Scribon. 167. Cogitare futura ac praeſumere Sen. Epiſt. 107. Dapes praeſumere Ouid. de Arte Am. 3, 757. Praeſumere animo Valer. Max. 1, 5, 3 *extr.* Aeternitatem famae ſpe praeſumere Tacit. Ann. 11, 7, 1. Virg. Aen. 11, 18 Arma parate animis, et ſpe praeſumite Bellum. *Vbi* Seruius, Aut hypallage eſt, pro Armis parate animos; aut certe eſt mutanda diſtinctio; vt ſit, *Animis et ſpe praeſumite bellum:* Mente praeoccupate. Verba poëtica libertate audaciora non praeſumunt eadem proprie dicendi facultatem Quinctil. 10, 5, 4. *i. intercipiunt, praeripiunt, ſed relinquunt integram.* Fortunam praeſumere Tacit. Hiſt. 1, 62, 3. Plin. Epiſt. 2, 10 Vt tandem percipias Gaudium, quod ego olim pro te non temere praeſumo. *i. Quibusdam ſignis intelligo ante tempus.* Quinctil. 2, 4, 7 Illa mihi natura in pueris minimum ſpei dederit, in qua Ingenium iudicio praeſumitur, *i. vbi prius iudicium et ſeuera quaedam prudentia, quam laeta ingenii vbertas deprehenditur.* Laetitiam praeſumere Plin. in Paneg. c. 79. Hor. Sat. 2, 2, 86

Tibi quidnam accedet ad iſtam,
Quam puer et validus praeſumis, Mollitiem? ſeu
Dura valetudo inciderit, ſeu tarda ſenectus.

Officia heredum praeſumere, *pro Agere, dum ſuperſtites ſumus, quod heredum eſſet* Plin. Epiſt. 6, 10. Partes iudicis praeſumere Quinctil. 11, 1, 27. *i. iudicare de cauſa antè ſententiam iudicis.* Quantum in infantia praeſumtum eſt Temporis, adoleſcentiae acquiritur Quinctil. 1, 1, 19. Remedia praeſumere Tacit. Ann. 14, 3. Supplicium in aliquem Id. ibid. 1, 48. *h. e. Ante ſumere.* ¶ 2 Praeſumere *pro audere ſequioris aeui eſt.* Sulpic. Seu. Hiſt. Sacr. 1, 47 Elatus ſecundis rebus, illicita praeſumens. *Vid. Vorſt. hic et ad* c. 33. Sext. Ruf. c. 7 Epirotae ad Italiam tranſire praeſumſerant. *vid. Cellar. it. Deſ. Herald. ad* Tertull. Apol. c. 49. Barth. in Phoebad. p. 85. De venia nihil praeſumit, *i. ſpe veniae nihil audet* Pet. Chryſol. Serm. 158.

PRAESVMTVS, a, um. Partic. [*προληφθεὶς*] Diadema praeſumtum Claud. Conſ. Honor. 4, 168. Deſperatio praeſumta Quinctil. prooem. 1. Id. 2, 17 Nihil inuidia valeat, nihil gratia, nihil Opinio praeſumta. *Apud* Tacit. Annal. 2, 73, 5 Praeſumta ſuſpicio, *pro eodem dicitur.* Piacula Sil. 5, 213. Quies Tacit. in Vita Agricol. 18. Spes Id. Annal. 3, 46. Ammian. 22, 6. Praeſumtum eſt enim, ea mancipia quae rudia ſunt, ſimpliciora eſſe Vlpian. in l. praecipiunt D. de aedil. edict. *i. vulgo putatur.* Praeſumtum habere Tacit. Ann. 14, 64, 5.

PRAESVMTE. Adu. Vopiſc. in Caro c. 4 Cari patria ſic ambigue a plerisque proditur, Vt praeſumte veritatem dicere nequeam, quae illa vera ſit: *i. cum fiducia quadam, ſine metu falſi.*

PRAESVMTIO, ōnis. f. [*πρόληψις*] *Ante-ſumtio, vel anticipatio.* Plin. Epiſt. 9, 3, 1 Alius alium: ego beatiſſimum exiſtimo, qui bonae, manſuraeque famae praeſumtione perfruitur, certusque poſteritatis cum futura gloria viuit, *i. fama quam praeſumit, ante capit.* ¶ 2 Cic. de Diuin. 2, 108 c. 53 *Aſſumtionem ſ. minorem propoſitionem ſyllogismi aut illud adeo, quod antecedens vocant in ſyllogismo conditionali, videtur notare:* Sed demus tibi iſtas duas ſumtiones, ea quae λήμματα appellant Dialectici: praeſumtio tamen, quam πρόληψιν iidem vocant, non dabitur. Adſumit autem Cratippus hoc modo: Sunt autem innumerabiles, *etc.* ¶ 3 Praeſumtio, *apud Rhetores, dicitur, quum id, quod in aduerſarii cauſa, vel in iudicis opinione contrarium nobis eſſe aut fore arbitramur, praeoccupamus dicere, et cum ratione diſſoluere.* Quinctil. 9, 2, 16 Mire vero in cauſis valet praeſumtio, quae πρόληψις dicitur, quum id, quod obiici poteſt, occupamus, quae praecipue prooemio conuenit. ¶ 4 *Apud ſequioris aeui ſcriptores nimiam ſpem et fiduciam denotat.* αὐθάδεια Gloſſ. Graec. Latin. Spartian. Hadrian. c. 2 Habuit autem praeſumtionem imperii mox futuri. *vid. Salmaſ. ibid.* Ammian. 26, 10 Cognita leui praeſumtione Marcelli. Sulpic. Seuer. Hiſtor. Sacr. 1, 33 Illicita praeſumtione rex ad vicem ſacerdotis holocauſtum obtulit.

PRAESVMTOR, ōris. m. Ammian. 26, 8. Tertull. de Poenit. c. 6. *et* de An. c. 4. Hieronym. Epiſt. 89. Sedul. 2, 4 *pr.* Paullin. Natal. Fel. 9, 225.

PRAESVMTORIE. Adu. Tertull. contra Marc. 4, 41.

PRAESVMTVOSVS, a, um. Adi. Sidon. Epiſt. 1, 1 *et* 11. Id. Epiſt. 7, 4. Saluian. 7 p. 258.

PRAESVMTVOSE. Adu. Sidon. Epiſt. 7, 7 (6) Hoc ipſum praeſumtuoſe arroganterque loquor.

PRAESVO, ui, ūtum, ĕre. [*προῤῥάπτω*] *Ante ſuere, a prima vel extrema parte aſſuere aliquid.* Plin. 12, 19 Conſecant ſurculos longitudine binûm cubitorum. Mox praeſuunt recentibus coriis quadrupedum ob id interemtarum, *etc.* Haſta praeſuta foliis Ouid. Met. 11, 9.

PRAESVRGO, ĕre. Interdum tenuis praeuertere nubes Viſa deum (ſolem): haec celeris ſi praeſurrexerit ortum *etc.* Auien. Prognoſt. Arat. v. 272.

PRAETACTVS, a, um. *Ante affectus.* Cael. Aurel. Acut. 1, 10, 71 Plus tamen in phreniticis afficitur male praetacta neruoſitas, *i. Partes neruoſae morbo iam laborantes.* *Et* 2, 11, 79 Sed praetactis membris; quae frigido mortis torpore afficiuntur: *vbi non bene Ammanus explicat, ante omnia curatis.* Praetactus *ad vim et velut ictum morbi pertinet, vt* Tactus *et* Attactus *de fulguritis, vt noſtra Germanorum conſuetudine* tactum *fulmine tactum, aut paralyſi membrum dicitur.*

PRAETĔGO, xi, ctum, ĕre. [*προσκεπάζω*] *Idem quod Tegere.* Plin. Panegyr. c. 15 Veniet ergo tempus, quo poſteri viſere, viſendumque tradere minoribus ſuis geſtient, quis ſudores tuos hauſerit campus, quae refectiones tuas arbores, quae ſomnum ſaxa praetexerint, quod denique tectum magnus hoſpes impleueris. *Sed vid. leg.* praetexuerint.

PRAETECTVS, a, um. Partic. Cael. Aurel. Acut. 1, 9 Ligationibus vtimur, ſed praetectis lana aut veſte locis. *conf. Reineſ. Var. Lect.* 3, 18.

PRAETECTIO, ōnis. f. Oculorum praetectio *Ibid.*

PRAETENDO, di, tum *et* ſum, ĕre. [*προΐσταμαι, προβάλλω*] *Ante tendere, opponere.* Virgil. Aen. 9, 599 — Et morti praetendere muros, *i. poſt moenia confugere, et iis ſe defendere.* Veſtem ocellis Ouid. Amor. 3, 6, 79. Plin. Epiſt. 7, 27, 8 Initio quale vbique ſilentium noctis, deinde concuti ferrum, vincula moueri: ille non tollere oculos, non remittere ſtilum, ſed offirmare animum, auribusque praetendere, tum crebreſcere fragor, aduentare, et iam, *etc.* *Al.* Auribusque manum praetendere, *i. Opponere, ne ſpectri aduentantis tumultum audiret.* *Sed* praetendere animum auribus *eſt obſtinatione quadam ſtudendi impedire, ne audire nobis videamur. Sic neque Marklandi emendatione opus eſt,* acriusque pertendere, *quod elegans oppido, ſed non ideo Plinii.* Plin. 9, 8 Qua de cauſa praetendi non queunt retia, quae molem ponderis vllo modo tolerent. Praetendere ſepem ſegeti Virgil. Georg. 1, 270. Seruius, Circumdare, et opponere. *Et* Georg. 4, 230 Fumosque manu praetende ſequaces. Ramum manu praetendit oliuae Virgil. Aen. 8, 116. Id. ibid. 4, 339 Nec coniugis vnquam Praetendi taedas, aut haec in foedera veni. *Negat Aeneas, ſe iuſtas et ſollemnes cum Didone nuptias celebraſſe.* ¶ 2 *Pro Obtendo, et praetexo.* Plin. Epiſt. 4, 16 Studeamus ergo: nec deſidiae noſtrae praetendamus alienam. Quinctil. 1 Praefat. *de falſis philoſophis,* Sed vultum et triſtitiam, et diſſentientem a caeteris habitum peſſimis moribus praetendebant. Ignorantia praetendi non poteſt Id. 7, 2. Legem poſtulationi ſuae Liu. 3, 45, 1. Cic. in Vatin. 14 Volo vt mihi reſpondeas tu, qui te Pythagoricum ſoles dicere, et hominis doctiſſimi nomen tuis immanibus et barbaris moribus praetendere, quae te tanta, *etc.* Speciem laetam praetendere fraudi Claud. in pr. Conſ. Stilich. 2, 474. Titulum belli Liu. 37, 54. Verba culpae praetendere Ouid. Rem. Amor. 240. Quinctil. 8, 5, 15 Qui quum loricatus in foro ambularet, praetendebat ſe id metu facere. Amicitiam, ac ſtudium

dium alicuius praetendere Tacit. Hiſtor. 4, 13. ¶ 3 *Sed etiam ad veram cauſam ſignificandam adhibent ICti.* v. g. L. 9 ff. de pactis, Vnus tutor plurium pupillorum nomine, vnum debitum praetendentium: *qui locus fauere videtur nouae ſignificationi, qua barbaris* Praetendere *eſt poſtulare tanquam iure ſibi ſuo debitum. Sed tutius eſt illum intelligere, ex dicta ratione ICtis alias vſitata V.* g. L. 7 ff. ad SC. Vellei. Fideiuſſor non poteſt facti ignorationem praetendere, *i. allegare in iure.* L. 6 ff. de re milit. §. 7 Si nihil tale praetendat (*i. alleget, excuſandi cauſa proferat*) capite puniatur. Vlpian. l. 1 ff. de Vacat. et excuſ. mun. Si praetendentibus aliquod (*ſ.* aliquid) *i. excuſationis loco allegantibus*, ſine iudice credatur, ——— non erunt, qui munera neceſſaria in rebus publicis obeant. L. 74 ff. ad SCtum Trebell. §. vltim. Tutores Valerianae filiae Antonini egeſtatem eius praetendebant. ¶ 4 *Eſt et militare verbum, et ponitur pro Cuſtodire limites.* Tacit. Hiſtor. 2, 6, 5 Quidquid caſtrorum Armeniis praetenditur. *Nempe* tentoria *quoque a* tendendo *dicta: it.* praetendere ſepem. Ammian. Marc. 16, 21 Dum caſtrorum opera mature conſurgunt, militisque pars ſtationes praetendit agrarias, alia frumenta — colligit caute *etc. vid. mox* PRAETENTVRA. *conſ. Salmaſ. in* Solin. p. 295.

PRAETENDENS, entis. Part. Velamenta manu praetendens Ouid. Met. 11, 279. Funis praetendens Iul. Obſequ. c. 132 *tentorii.* Cauſas belli praetendentes, quod *etc.* Iuſtin. 24, 1, 3.

PRAETENTVS, a, um. Partic. [προςαθεὶς] Cuſpide praetenta retardat *Cadmus* inſtantia ora *Draconis* Ouid. Met. 3, 83. Veſte praetenta lacrimas coortas obtegis Senec. Hippol. 885. Inter praetenta foribus Vela Sueton. Claud. c. 10. Locus praetentus aquis Claud. in Ruffin. 1, 124. Praetenta ſinu iacet inſula contra Plemmyrium Virgil. Aen. 3, 692. Arua praetentaque Syrtibus *Ibid.* 6, 60. *Adde Drakenb. ad* Sil. 16, 253. *Ex militari vſu* Tacit. Annal. 2, 56, 1 Gens prouinciis late praetenta. Legio praetenta Britannis Claud. de Bell. Get. 416. *i. oppoſita.*

PRAETENTA, ae. f. *Nomen, quod eo intellectu, quem mox aſſignabimus* Praetenturae, Manilio *tribuebat in prima edit.* Lib. 4 p. 104, 28 *Vbi legebat* Gallia praetentis, Hiſpania maxima bellis. Praetentas *inquit, vocat, quas alii* praetenturas, *h. e. equites exploratores. Sed poſt ex Gemblacenſi cod. dedit*, Gallia per cenſus; Hiſpania maxima belli; *quod ſeruauit Bentlei.* 4, 693.

PRAETENTVRA, ae. f. *a tendendo, i. tentoriis, (quae a* tendendo *dicta et ipſa) caſtrisque habendis dicta in re militari Romanorum duplici ratione accipitur. Apud* Hyginum de caſtrametat., *vt oſtendit Schel. p. 30 ſeq. commentarii, et in diagrammate caſtrorum* p. 2 Praetentura *eſt tota illa pars caſtrorum, quae eſt inter viam principalem et portam praetoriam: quemadmodum* Retentura *eſt pars caſtrorum auerſa ab hoſte, inter viam Quintanam et portam Decumanam. Cum igitur* Praetentura *ſit hoſti obuerſa, habeatque in prima ſui parte exploratores: Hinc* ¶ 2 Praetenturae *etiam dictae, quae alias* agrariae ſtationes, *nempe praeſidia militum, quae caſtellis et aliis locis extra caſtra, tuendae regionis cauſa imponebantur, ipſaque loca adeo, in quibus hae ſtationes, haec praeſidia collocata erant, ac tendebant. Vid. Lindebrog. ad* Ammian. 14, 2 p. 10 *Gronou.* Ibique denſis inter ſepientes itinera praetenturis, prouincialium et viatorum opibus paſcebantur. Iterum 14, 3 p. 15 Et quia Meſopotamiae tractus omnes crebro inquietari ſueti, praetenturis et ſtationibus ſeruabantur agrariis *vid. hic Valeſius. Rurſus*, 25, 4 Salubriter et caute caſtra metata, praetenturae ſtationesque agrariae totis rationibus ordinatae. Ammian. 19 *extr.* Per furta et latrocinia finitimos adflictabant, et eo praetenturas militum, vt montani fallentes, perque rupes et dumeta ex vſu facile diſcurrentes. Id. 21, 13 p. 308 *Gronou.* Non vt laceſſerent Perſas in praelia, ſed praetenturis iuncturos citeriores Tigridis ripas, et ſpeculaturos, quonam rex erumperet violentus.

PRAETENSVRA, ae. f. *i. Praetentura.* Hygin. de Limit. p. 197. *Goeſ.* Frontin. de Colon. p. 134 Quanquam h. l. praecenſura *legitur. Neque ſcio, an ſatis huic* Praetenſurae *coloniarum cum illa militari conueniat* Praetentura.

PRAETĔNER, ĕra, ĕrum. Adi. *Valde tenerum.* Plin. 25, 13 ſ. 99 Similis et nomine et effectu, ſed alia eſt capnos, fruticoſa, praetenera, foliis coriandri. *vid.* Idem 14, 2.

PRAETENTO, āre. [προπειράομαι] *Prius tentare.* Plin. 11, 37 Cornua ſunt cochleis ad praetentandum iter. Calliope querulas praetentat pollice chordas Ouid. Met. 5, 339. Calcatur ſi pigra palus, tuus ante Profundum Praetentet ſonipes Claud. Conſ. Hon. 4, 346. Vires Ouid. Met. 8, 7. *add.* Id. ib. 9, 588. Miſericordiam iudicis Quinctil. 4, 1, 28. Loca caſtris ipſe capere, aeſtuaria ac ſiluas ipſe praetentare Tacit. Agric. 20, 2. *conſ.* Annal. 1, 29, 3. *Et* Hiſtor. 2, 49, 3.

PRAETENTATVS, a, um. Partic. Tacit. Annal. 1, 73, 1 Praetentata crimina. Sueton. Auguſt. c. 35 Cordus Cremutius ſcribit, ne admiſſum quidem nunc quemquam Senatorum, niſi ſolum, et praetentato ſinu. Cic. de Orat. 2, 318 Idcirco tota cauſa Praetentata atque perſpecta, locis omnibus inuentis atque inſtructis, conſiderandum eſt quo principio ſit vtendum.

PRAETENTĀTVS, ûs. m. [προπειρασμὸς] Plin. 11, 37 Cochleis oculorum vicem cornicula bina praetentatu adimplent.

PRAETENVIS, e. Adi. *Valde tenue ſignificat.* Plin. 11, 15 Mel thymoſum non coit, et tactu praetenuia fila mittit. Id. 8, 50 Solertium eius animalis Mutianus viſam ſibi prodidit in ponte praetenui. *de capris.* Laminae Id. 16, 43. Membrana Id. 11, 37. Spiritus Quinctil. 11, 3, 4.

PRAETĔPEO, ui, ēre. [προχλιαίνομαι] *Idem quod Ante tepere.* Ouid. Amor. 2, 3, 6 Mollis in obſequium, facilisque rogantibus eſſes, ſi tuus in quauis praetepuiſſet amor.

PRAETER. Praepoſit. [πλὴν, ἐκτὸς, παρὰ, παρὲξ] *Accuſatiuo ſemper iungitur, primoque ad locum refertur, a quo excludit; aliud enim eſt* per ſiluam ire, *aliud* praeter ſiluam. *Deinde habet vim excipiendi ſiue ſimpliciter, vt cum omnes* praeter vnum *aliquid feciſſe dicimus, ſiue vt eminentiam ſignificemus, vt cum* praeter alios *vel* praeter omnes *aliquem amare aut odiſſe dicimus. Deinde his, quae adſunt, aliquid velut ad latus adiungit, vt cum* praeter ingenium *etiam pecuniam habere aliquis dicitur. Denique etiam ſimpliciter negare et excludere videtur, vt cum* praeter voluntatem *aliquid accidiſſe dicimus: quae quidem omnia cum illa prima* loci excluſione *conueniunt ex aliqua parte, et inde deriuari poſſunt. Exempla, etiam promiſcue poſita, facile hoc oſtendent.* Omnibus ſententiis praeter vnam condemnatus eſt Cic. pro Cluent. c. 20. Id. Attic. 7, 3 Qui omnes praeter eum, de quo per te egimus, reum me facere rentur. *add.* Id. Fam. 1, 5. Auctor ad Herenn. 4, 1 In ſuperioribus libris nihil, neque ante rem, neque praeter rem locuti ſumus: *add.* Celſ. 2, 1 *et* 2 *et* 4 *etc.* Terent. Adelph. 2, 3, 5 Itaque vnam hanc rem me habere praeter alios praecipuam arbitror. Praeter auctoritatem vires quoque ad coërcendum habet Caeſ. Bell. Ciu. 3, 57. Romanos praeter inſitam induſtriam animis fortuna quoque cunctari prohibebat Liu. 23, 14. *add.* Plin. 14, 19 *pr.* Praeter ripam ire Liu. 38, 18. Praeter moenia ipſa fluere, Praeter Caralliten paludem agmen ductum, Praeter Thebas Demetriadem curſum dirigerent, Praeter oram Hetruſci maris Neapolim transmiſit, *dixit* Liu. 38, 15. 29, 25. 40, 41. Lucret. 4, 389 Quae manet in ſtatione, ea praeter creditur ire. *de naui.* Terent. Hec. 2, 1, 29 Meo labori haud parcens praeter aequum atque aetatem meam. *add.* n. 3. ¶ 2 *Ponemus elementari ordine Subſtantiua, quibus diuerſa illa ſignificatione iungitur:* Praeter Aequum et bonum nimium durus Terent. Adelph. 1, 1, 39. Plaut. Epid. 1, 2, 3. Praeter Aetatem et virtutem ſtultus es, *h. e. Dedecet aetatem tuam, te ſtultum eſſe.* Id. Heaut. 1, 1, 7 Videre mihi praeter Aetatem tuam facere. Vnam me hanc rem habere praeter Alios praecipuam arbitror Id. Adelph. 2, 3, 5. Praeter Caetera, *Plus quam caetera:* Id. Andr. 1, 1, 31 Horum ille nihil egregie praeter Caetera ſtudebat. *add.* Id. ibid. v. 94. Cic. Offic. 2, 26 Teſtis eſt Phalaris: cuius eſt, praeter Caeteros, crudelitas nobilitata. *Pro eo quod eſt, Praeter caeterorum crudelitatem.* Id. pro Sulla 9 c. 3 Quod mihi Conſuli praecipuum fuit praeter Alios. Hoc mihi praecipuum eſt praeter Caeteros Id. Attic. 1, 15. Id. ibid. 3, 23 In altera epiſtola, praeter Conſuetudinem tuam, diem non adſcribis, ſed ſatis ſignificas tempus. Praeter Conſuetudinem ſi acciderit aliquid, praeter naturam tamen non poſſit exiſtere Id. de Diuin. 2, 60 c. 28. Nihil magis ridetur, quam quod eſt praeter Exſpectationem Cic. de Orat. 2, 287. Praeter Fatum, *vid. paullo poſt*, Praeter Naturam. Fidem communem praeter quae omnibus debetur, praetera nos iſti hominum generi praecipue debemus Id. Quint. Fratr. 1, 1. Praeter Hoc Scribon. 187. Praeter Hac, *i. Vltra, amplius.* Plaut. Stich. 2, 2, 21 *vt Poſthac. Sic* Rud. 4, 4, 74 Si praeter Hac tu verbum faxis hodie, ego tibi comminuam caput. Praeter Haec Quinctil. 4, 5, 8. Praeter Id Id. 5, 10, 45. Terent. Heaut. 1, 2, 27 Fortaſſe aliquanto iniquior erat praeter eius Libidinem. Praeter quoduis aliud Medicamentum Scribon. 206. *i. prae alio qu. med. vel, vltra q. a. m.* Cic. pro Planc. 82 Quem qui reprehenderit, in eo reprehendit, quod gratum praeter Modum dicat eſſe. Id. Tuſcul. 5, 105 Ariſtides nonne ob eam cauſam expulſus eſt patria, quod praeter Modum iuſtus eſſet? Praeter Modum creuit lacus Albanus Cic. de Diuin. 1, 100 Id. Offic. 2, 36 Voluptates blandiſſimae dominae, maiores partes animi a virtute detorquent: et dolorum quum admouentur faces, praeter Modum plerique exterrentur. *add.* Id. de Fin. 5 c. 36. Praeter Morem atque legem ciuium, Contra conſuetudinem, *inquit* Donatus Terent. Andr. 5, 3, 8. Cic. Philipp. 1, 10 Multa autem impendere videbantur praeter Naturam etiam praeterque Fatum: *de Violenta morte et inopinata. vid.* Gell. *in haec verba* 13, 1. Quem amo praeter Omnes Plaut. Amph. 2, 2, 10. Praeter Opinionem, Contra, *inquit* Donatus: Terent. Hec. 5, 1, 37 Nunc quum ego te eſſe praeter noſtram Opinionem comperi: fac eadem vt ſis porro. *i. Aliam quam credebamus.* Praeter Opinionem aliquid accidet Cic. pro Planc. 15. Id. in Piſon. 46 Vt amitteretis exercitum nunquam mehercule optaui: illud et iam accidit praeter Optatum meum, ſed valde ex voluntate. Praeter Sententiam omnia eueniunt Plaut. Merc. 4, 7, 20. Praeter Solitum laetus Virgil. Georg. 1, 412. Non praeter Solitum leues Horat. Od. 1, 6, 20. Terent. Andr. 2, 6, 5 Praeter ſpem euenit, ſentio: hoc male habet virum. *vid. P. Faber Semeſtr.* 2, 18. *add.* Gell. 15, 11. Praeter Spem ſi quid erit, facies vt ſciam Cic. Attic. 15, 13. Praeter Spem aliquid dicere Id. Fam. 4, 4. ¶ 3 *Ad locum refertur, et idem fere quod* Prae *vel* Ante *ſignificat, in iſtis:* Via vna, et ipſa praeter hoſtes erat Liu. 10, 35. Cic. Verr. 3, 61 c. 25 Serui autem eius, qui et moribus iisdem eſſent, quibus dominus, et eodem genere ac loco nati, praeter oculos Lolii haec omnia ferebant. Praeter oculos eunt Senec. de Ira 2, 8. Praeter ora Tacit. Hiſtor. 4, 30. Praeter pedes muſtela mihi murem abſtulit Plaut. Stich. 2, 3, 7. Sueton. Caligul. c. 36 Quas plerumque cum maritis, praeterque pedes ſuos tranſeuntes conſiderabat. Lucret. 4, 142 Montibus anteire, et Solem ſuccedere praeter, *i. Ante ſolem, vel e regione ſolis.* ¶ 4 *Obſeruari iſta merentur:* Quidquid naſcatur in naturae parte vlla, et in mari eſſe; praeterque multa, quae nusquam alibi Plin. 9, 21 *praeterea et ita paſſim.* v. g. 8, 42 *ad finem* Equo fere qui homini morbi, praeterque veſicae conuerſio. Id. 11, 4 *extr.* Habent autem oculos, praeterque e ſenſibus tactum atque guſtatum. Nec praeter quod in bullis, cingulis, atque annulis erat, quidquam ſibi auri reliquere Flor. 2, 6, 24. *Sed hic etiam ſubaudiri poteſt omiſſum*, id. Calpurn. Ecl. 4, 27 Certe mea carmina nemo Praeter ab his ſcopulis vertoſa remurmurat Echo, *i.* praeterquam. *vid. Gronou. ad* Gell. 1, 23 Pueri in curiam ne introëant, praeter vnus Papirius. Columel. 3, 2 Omnis incommodi patientes praeter caloris. Cic. Q. Fratr. 1, 1 Atqui etiam e Graecis ipſis diligenter cauendae ſunt quaedam familiaritates, praeter hominum perpaucorum, ſi qui ſunt vetere Graecia digni. Sueton. Neron. c. 56 Religionum vsquequaque contemtor, praeter vnius Deae Syriae. Varr. R. R. 1, 41 Grana de fico expedit obruere praeter ſi aliter nequeas. *Add.* Salluſt. Catil. c. 36. Praeter propter: Gell. 19, 10 *ex* Ennii Iphigenia, *quos ponemus, vt ſunt ex coniectura emendati a Voſſ. ad Fragment. Tragicor. p.* 34.

Otio qui neſcit vti, plus negotii habet,
Otii minus, quam quum eſt negotium in negotio.
Nam cui quod agat inſtitutum eſt, is nullo negotio
Id agit: ſtudet ibi, mentemque atque animum delectat ſuum.
Otioſo in otio animus neſcit, quid quidem velit.
Hoc ita eſt, neque nunc domi nos, nec militiae ſumus,
Imus huc, hinc illuc: quum illuc ventum eſt, ire illinc lubet,
Incerta errat animus, praeter propter vitam viuitur.

Laudandis Ennii verſibus occaſionem dederat formula, qua quis vſus erat. Et praeter propter alia quinquaginta ſeſtertia, *i. circiter, plus minus. Sed Enniani dicti haec ſententia videtur, quam declarauit etiam Salmaſ. ad* Solin. c. 42 p. 617, b. *Temere nunc* propter vitam *et prope illius ſcopum, nunc* praeter *eam, non habita ratione finis illius*, viuitur. Praeterpropter *vt alia eiusmodi ἀσυνδέτως iuncta* plus minus, vltra citra,

ſerius ocius. Praeter propter, *vbi non habetur ratio* praeter an propter eas: *prope an longe abſis*, *etc.*

PRAETERAGERE. [πέραν ἄγειν] *vt Circumagere.* Horat. Epiſt. 1, 15, 10 Mutandus locus eſt, et diuerſoria nota praeteragendus equus. *ἁ inquit* interpres, Agendus eſt equus praeter diuerſoria nota, id eſt vltra: quod equi inuitiſſimi ſolent facere. *Sed nihil impedit, quo minus dicamus, Praepoſitionem ſimpliciter ſuo Caſui poſtpoſitam:* agendus equus praeter diuerſoria.

PRAETERBITO, ĕre. [παράγειν] *Praeterire, antiquum.* Plaut. Epid. 3, 4, 1 Caue praeterbitas illas aedes, quin roges, ſenex hic vbi habitat Periphanes Platenius.

PRAETERCAPVTSAXI, *ex tribus verbis vnum nomen, quo iter ad Garamantas apud* Plinium *appellatur*, 5, 5.

PRAETERCVRRO, ĕre. Veget. 3, 24 Equis praetercurrentibus.

PRAETERCVRSVS, ûs. m. Ammian. 22, 22 (Valeſ. c. 9) Praetercurſa Chalcedonia et Libyſſa.

PRAETERDVCO, ĕre. [προπέμπω] Plaut. Milit. 1, 1, 67 Vt te hodie quaſi pompam illac praeterducerem.

PRAETEREA. Adu. [προσέτι] *i. Praeter ea, quae dicta ſunt.* Terent. Adelph. 2, 2, 16 Age, noui tuum animum, quaſi iam quidquam tibi ſint viginti minae, dum huic obſequare, praeterea autem te aiunt proficiſci Cyprum. *Vbi* Donat. Praeterea autem ἀρχαϊσμὸς figura; nam veteres libenter coniunctiones multiplicabant. Virgil. Aen. 1, 657 — Et quiſquam numen Iunonis adoret Praeterea? aut ſupplex aris imponat honorem? *h. e.* Poſtea, *ait* Seruius. *add.* Id. ibid. 8, 355. ❡ Addebant praeterea Rempublicam conuenturam Calendis Sextilibus Cic. Philipp. 1, 8. Prudentiam tuam mihi expoſuit, et praeterea mihi non ignotam, in conſuetudine et familiaritate ſuauitatem tuam adiunxit: praeterea ſummam erga ſe liberalitatem Id. Fam. 10, 3. Lyſiadem Athenienſem plerique nouimus: eſt enim Phaedri philoſophi nobilis filius, homo praeterea feſtiuus Id. Philipp. 5, 13. *Interdum habet Pronomen tam ſingularis quam pluralis Numeri incluſum.* *De Singulari:* Virgil. Aen. 11, 285 Si duo praeterea tales Idaea tuliſſet terra viros. *i. Praeter eum Aeneam.* Cic. Fam. 4, 3 A me vero ſic diligitur, vt tibi vni concedam, praeterea nemini. *i. Praeter te.* Sic Populus Roman. deligit magiſtratus quaſi Reipubl. villicos, in quibus, ſi qua praeterea eſt ars, facile patitur Id. pro Planc. 62. Non poſſumus huius ciuitatis et cuiuſuis praeterea eſſe ciues Id. pro Corn. Balb. 29. Expedito homine nobis opus eſt, et eo, qui imperium legitimum habeat, qui praeterea auctoritatem, nomen, exercitum, *etc.* Id. Philipp. 1, 25. Nihilne vobis in mentem venit, quod praeterea a Craſſo requiratis? Id. de Orat. 1, 160. *De Plurali:* Cic. Fam. 1, 7 Praeterea quidem de Conſularibus, nemini poſſum aut ſtudii animi erga te, aut officii, aut amici eſſe teſtis. *i. Praeter eos.* Duo praeterea teſtes nihil dixerunt Id. pro Caecin. 27. Agroetius p. 2272 *eſſe ait* praeteriti temporis *illud* Salluſtii Catil. 19 Nunquam Hiſpanos praeterea tale facinus facere auſos. *Sed Cortius modo tranſpoſitum ait* Praeterea, *quod ante* nunquam *poni debuerit.*

PRAETĔREO, iui, *vel* ii, ĭtum, ire. [παρέρχομαι] *iuxta et vltra ire, non intrare, tranſire.* Ter. Eun. 4, 2, 5 Dum haec puto, praeterii imprudens villam. Id. Adelph. 4, 2, 35 Praeterito hac recta platea ſurſum. Aures noſtras audita velocius quam lecta praetereunt Auſon. praef. Eidyll. 4. Praeterire per vias Plaut. Merc. 5, 4, 46. In platea modo huc, modo illuc praeterire Catull. 16, 8. Aeſtas praeterit Virgil. Georg. 2, 322. Aetas praeteriit ad ducendum Terent. Phorm. 2, 3, 76. Dies praeteriit Id. ibid. 3, 2, 40. Hora Ouid. A. A. 3, 64. Tempus non legis, ſed libidinis tuae praeteriit Cic. Attic. 7, 9. Vnda praeterit Ouid. de Arte Am. 3, 63. Praeterire malum, *Effugere, vitare* Terent. Hec. 3, 4, 5. Praeterire aliquid, *Nullam de re aliqua facere mentionem, et quaſi obliuiſci.* Terent. in prol. Adelph. 14 Pernoſcite, furtumne factum exiſtimetis, an locum reprehenſum, qui praeteritus negligentia eſt. Cic. de Prouinc. Conſ. 6 Omitto iuriſdictionem in libera ciuitate contra leges, Senatuſque conſulta, caedes relinquo, libidines praetereo, *etc.* Et, quod bene praeterii, Bruti tui cauſa feci omnia Id. Attic. 6, 3. Non praetereundum eſt ne id quidem Id. Verr. 1, 155. De hoc iure nulla praetereo Id. pro Caecin. 101. Id. ad Brut. 15 Tantum omnium laudum excellentiam non queo ſilentio praeterire. *conf.* Id. ibid. c. 22 *extr.* Caeſar Cic. Attic. 9, 6 Praeterire tamen non potui, quin et ſcriberem ad te, et illum mitterem. Non praeterit me Scribon. 38. *i. Scio.* Terent. Hec. 5, 4, 37 An temere quidquam Parmenonem praetereat quod facto vſus ſit? Non te praeterit, *h. e. Scis.* Cic. Attic. 8, 20 Etſi conuenirent, quantum iis committendum ſit, quod inter ſe ne noti ſint, contra legiones, non te praeterit. *add.* Id. Fam. 1, 8. Id. ibid. 13, 66 Non me praeterit, nos eam rem Epheſi expertos eſſe. Animo praeterire ſuos annos, *Animum annis maiorem habere* Ouid. ex Pont. 2, 2, 73. Cic. Tuſcul. 5, 4 c. 19 Sed quum ſapiens, et bonus vir, qualis fuit ille, ſuffragiis praeteritur, non populus a bono Conſule potius, quam ille a bono populo repulſam fert, ſuffragiis praeteritur? *conf.* Ouid. Faſt. 6, 418. Dignos praeterire nonnunquam populus ſolet Cic. pro Planc. 8 c. 3. Filium fratris praeterire, *pro Nihil ei in teſtamento relinquere:* Id. Philipp. 2, 41 Vide quam te amarit is, qui albus aterue fueris ignorans, fratris filium praeteriit Q. Furii honeſtiſſimi Equitis Romani ſuique amiciſſimi: quem palam heredem ſemper factitarat, ne nomen quidem praeſcripſit: quem nunquam viderat, ac nunquam ſalutauerat, fecit heredem. *Pro Antecellere, Vincere.* Varro de R. R. 1, 1 (praef.) Hos nobilitate Mago Carthaginienſis praeteriit Poenica lingua. Cic. in Salluſt. 2 Neque ab alio vinci poteſt, neque ipſe ſe omnino reliqua aetate praeterire. Martial. 12, 36

Vis curſu pedibuſque gloriari?
Tigrim vince, leuemque paſſarinum.
Nulla eſt gloria praeterire aſellos.

Paſſiuum. Cic. de Legib. 2, 60 Ne ſumtuoſa reſperſione longae coronae, nec acerrae praetereantur. Praeterit, *pro Praeteriit, vel praeteriuit, ſyncopa poëtica.* Ouid. Faſt. 1, 49 At Numa, nec Ianum, nec auitas praeterit vmbras. *i. Praetermiſit.*

PRAETERIENS, euntis. Partic. [παρερχόμενος] Cic. (Diuin.) Verr. 1, 50 c. 15 *extr.* Quaſi praeteriens ſatisfaciam vniuerſis. *conf.* Terent. Andr. 1, 5, 19. Vno aſpectu, et praeteriens de aliquo iudicat Cic. de Clar. Orat. 200. Populus Ouid. Amor. 3, 1, 54. Currus Tibull. 2, 6, 124.

PRAETERĬTVS, a, um. *Aliud* Partic. [παρεληλυθὼς] *Tum qui praeteriit, tum quem alii praeterierunt ſ. omiſere.* Aetas praeterita quamuis longa, quum effluxiſſet, nulla conſolatione permulcere poſſet ſtultam ſenectutem Cic. de Senect. 5. Virg. Aen. 8, 560 O mihi praeteritos referat ſi Iuppiter annos. Labores praeteritos meminiſſe Sil. 3, 477. Opus praeteritum retexere Ouid. de Rem. Amor. 12. Pudor praeteritus Id. Triſt. 2, 409. Spatium temporis praeteritum Lucret. 3, 868. Tempus praeteritum nunquam reuertitur Cic. de Senect. 69 c. 19. Id. de Diuin. 1, 63 Tum meminit praeteritorum, praeſentia cernit, futura praeuidet. Memoria praeteritorum, futurorum prudentia Id. de Senect. 78 c. 21. Conuerti praeterita in falſum e vero non poſſunt Id. de Fato 14. Mutare praeterita non poſſumus Id. in Piſon. 59 c. 25 *pr.* In praeteritum, *vid.* IN. Praeteritus dolus eſt ante litem contra commiſſus, Praeſens vero eſt poſt litem commiſſus Vlpian. in l. apud Celſ. §. quaeſitum eſt an D. de doli mali et metus except. Praeteriti *ſunt mortui* Propert. 2, 10, 52 Fas eſt praeteritos ſemper amare viros. ❡ 2 *Paſſiue.* *V. g.* Cic. Acad. 4, 45 c. 14 Quae ab his dicuntur ſic perſequamur, vt nihil in praeteritis relinquamus. *i. praeteritum.* Suo praeteritum loco referre Vellei. 2, 68, 1. *i. illud, quod ſupra dici debebat, nec dictum eſt.* *Sic* Praeteriti, [ἀποδοκιμασθέντες, ἀμνημόνευτοι] *Qui in petitione magiſtratuum repulſam habuerunt, vt ſaepe apud* Ciceronem *inuenies.* Feſtus: Praeteriti Senatores quondam in opprobrio non erant, quod vt reges ſibi legebant, ſublegebantque quos in conſilio publico haberent, ita poſt exactos eos, Conſules quoque, et Tribunos militum Conſulari poteſtate coniunctiſſimos, ſibi quoſque patriciorum et deinde plebeiorum legebant, donec poteſtas Tribunicia interuenit, qua ſancitum eſt, vt Cenſores ex omni ordine optimum quemque curiatim in Senatu legerent: quo factum eſt, vt qui praeteriti eſſent, et loco moti, haberentur ignominoſi. Aedilitate praeteritos ſcimus Conſules eſſe factos Cic. pro Planc. 51 c. 21. *Sic* Venter praeteritus l. Ventre ff. de acquirenda vel omitt. hered. *i. non inſtitutus heres.*

PRAETERITVRVS, a, um. Partic. [παρελευσόμενος] Ouid. de Arte Am. 3, 612 Quaque vigil cuſtos praeteriturus eram.

PRAETEREVNDVS, a, um. Ouid. Faſt. 6, 418 Caetera iam pridem didici puerilibus annis, Non tamen id circo praetereunda mihi. *i. omittenda, non dicenda.*

PRAETERITIO, ōnis. f. Cod. 6 tit. 29 l. 4 Poenam pati praeteritionis. *Eſt etiam apud Rhetores eadem figura, quae Paralipſis dicitur.*

PRAETEREQVĬTO, āre. [παριππάζομαι] *Equitando praetergredi, vel currere.* Liu. 3, 91 Praeterequitantesque abſterrent.

PRAETERFĔROR, ferris, lātus ſum, ferri. [παραφέρομαι] *Praetergredi.* Liu. 21, 55 Sed et Baleares pulſo equite iaculabantur in latera, et elephanti iam in mediam peditum aciem ſeſe tulerant: et Mago Numidaeque, ſimul latebras eorum improuida praeterlata acies eſt, exorti a tergo ingentem tumultum ac terrorem fecere.

PRAETERLĀTVS, a, um. Partic. [παραφερόμενος] Lucret. 4, 573 At quae pars vocum non aures accidit ipſas, praeterlata perit, fruſtra diffuſa per auras.

PRAETERFLVO, xi, ctum, ĕre. [παραῤῥέω, παῤῥέω] *Vltra, vel iuxta fluere.* Varro de R. R. 3, 16 Cibi pars quod potio, et ea iis aqua liquida, vnde bibant, eſſe oportet: eamque propinquam, quae praeterfluat, aut in aliquem locum influat. *Per metaphoram, pro Elabi, pertranſire.* Cic. Tuſc. 5, 69 c. 33 Quocirca corpus gaudere tamdiu, dum praeſentem ſentiret voluptatem; animum et praeſentem percipere pariter cum corpore, et proſpicere venientem, nec praeteritam praeterfluere ſinere. *i. memoria retinere quaſi praeſentem.*

PRAETERFLVENS, entis. Partic. Liu. 41, 11 Amnem praeterfluentem moenia, nouo alueo auertit.

PRAETERGEO, ſi, ſum, ĕre. Lucret. 4, 250 *de Aëre,* Iſque ita per noſtras acies perlabitur omneis, et quaſi praeterget pupillas, atque ita tranſit, *al.* perterget. *Ibid.* 253 Et noſtros oculos praeterget longior aura. *h. e. Praeſtringit, praelambit, et ſenſum titillando ſenſim pertranſit.* *Sed et hic al.* perterget.

PRAETERSVS *an* PERTERSVS, a, um. *Reſtituendum videtur* Plaut. Pſeud. 1, 2, 32 Facite — Vorſa, praeterſa (*pro vulgato* praeterga) ſtrata, lautaque coctaque omnia vti ſint.

PRAETERGRĔDIOR, ĕris, greſſus ſum, grĕdi. Dep. [παραβαίνω] *Vltra tranſire.* Cic. Fam. 3, 7 Currens Lepta venit, mihique nuntiauit, te iam caſtra praetergreſſum eſſe.

PRAETERGREDIENS, entis. Partic. Tacit. Annal. 14, 23, 4 Illum fines ſuos praetergredientem, incurſauere Mardi.

PRAETERIENS, PRAETERITVS, *vid.* PRAETEREO.

PRAETERINQVĪRO, ĕre. Ammian. 15, 10 Statuit in negotium praeterinquiri.

PRAETERLĀBOR, ĕris, lapſus ſum, lābi. [παρολισθαίνω] *Iuxta labi.* Cic. de Orat. 2, 109 c. 25 *extr.* Tum et in ſenſum et in mentem iudicis intrare non poteſt: ante enim praeterlabitur, quam percepta eſt. Tumulum praeterlabi Virgil. Aen. 6, 874. Terram pelago praeterlabi Id. ibid. 3, 478.

PRAETERLAMBO, ĕre. Moſa fluuius praeterlambit Ammian. 17, 4. (Valeſ. 2)

PRAETERLVO, ĕre. Praeterluens fluuius Apulei. Met. 6 p. 685.

PRAETERMEO, āre. [παραπορεύομαι] *Iuxta meare.* Lucret. 1, 319 Saepe ſalutantum tactu, praeterque meantum. *Pro Praetermeantium, cauſa metri.* Ammian. 31, 23 Quos Iſter praetermeat.

PRAETERMITTO, mīſi, miſſum, ĕre. [παραλιμπάνω, παραλείπω] *Intactum relinquere, omittere, praeterire.* Terent. Adelph. 3, 3, 60 Nihil praetermitto: conſuefacio, *etc.* Cic. de Aruſp. Reſp. 21 Si quid eſt praetermiſſum aut commiſſum afferunt. Praetermitti *dicitur, quod aut ignorantia, aut obliuione, aut negligentia praeteritur?* Id. Offic. 3, 9 c. 2 Minime vero aſſentior iis, qui negant, eum locum a Panaetio praetermiſſum, ſed conſulto relictum. In annalibus res praetermiſſa Liu. 8, 30. Id. de Orat. 2, 126 Quare Craſſe neque tu tua ſuauitate nos priuabis, vt ſi quid ab Antonio aut Praetermiſſum, aut relictum ſit, non explices. Cic. Philipp. 13, 13 Ac ne illud quidem ſilentio, P. C. praetermittendum puto, quod, *etc.* Sine nefario ſcelere quaedam praetermitti non poſſunt Id. Fam. 1, 9 *de ſtudiis erga amicum.* Nihil quod ad rem pertinet, praetermittere Id. ibid. 1, 5. Ne hoc quidem praetermittendum duxi, te vt hortarer, vt, *etc.* Id. ibid. 5, 17. Id. Offic. 1, 18 Praetermittendae defenſionis deferendique officii plures ſolent eſſe cauſae. Ne illud quidem praetermittam, Hortenſius filius fuit, *etc.* Id. Attic. 6, 3.

6, 3. Diem nullum praetermittebat Nepos 5, 4, 5. Neratius in l. qui patri D. de acquir. vel omitt. hered. Qui patri heres exſtitit, ſi idem filio impuberi ſubſtitutus eſt, non poteſt hereditatem eius praetermittere. Locum nullum laudandi tui praetermitto Cic. Fam. 12, 24. Id. ibid. 11, 21 Quid? tu illum tecum ſolum, aut cum Caeſare, qui Neminem praetermiſerit, quicum loqui potuerit, cui non eadem iſta dixerit? Id. ibid. 10, 13 Vt primum poteſtas data eſt augendae dignitatis tuae, Nihil praetermiſi in te ornando, quod poſitum eſt aut in praemio virtutis, aut honore verborum. Nihil praetermiſi quantum eniti potui, quin Pompeium a Caeſaris coniunctione auocarem Id. Philipp. 2, 23. Occaſionem praetermittere Liu. 25, 28 *extr.* Neque vllum Officium erga te hominis amantiſſimi praetermiſit Cic. Fam. 1, 8. Id. ad Brut. 15 Sed ſceleris Poenam praetermittere (id enim eſt, quod vocatur ignoſcere) etiam ſi in rebus tolerabile eſt, in hoc bello pernicioſum puto. Id. Attic. 9, 11 Quid tu illuc Scipionem, quid Fauſtum, quid Libonem praetermiſſurum Sceleris putas? quorum creditores conuenire dicuntur: quid eos autem, quum vicerint, in ciues effecturos? Vitia animi praetermittere Lucret. 4, 1145. Voluptates praetermittere Cic. de Nat. Deor. 3, 38.

PRAETERMISSIO, ōnis. f. [παράλειψις] Cic. in Topic. 31 c. 7 Formae igitur ſunt hae, in quas genus, ſine vllius praetermiſſione diuiditur.

PRAETERMONSTRO, āre. *i. vltra monſtrare apud alium, quod ipſe defugies, interpretatur Oiſelius apud* Gell. 20, 10 *Sed Gronou. Pater adſcripſit* Praemonſtr.

PRAETERNAVĪGO, āre. [παραπλέω] *Iuxta, vel vltra nauigare.* Vet. Gloſſ. Praeternauigo, παραπλέω. Scyllam praeternauigault Apulei. de Deo Socrat. *extr.*

PRAETERNAVIGATIO, ōnis. f. [παράπλους] Plin. 4, 12 Ab hac Aegina liberae conditionis XVII M. P. cuius XX M. P. praeternauigatio eſt.

PRAETĔRO, trīui, trītum, ĕre. Plin. 11, 37 ſ. 63 Timarchus Nicoclis filius Paphii, duos ordines habuit maxillarium. Frater eius non mutauit primores, ideoque praetriuit. *Hard. ſollicitat hanc lectionem, et legere tentat* pertriuit. *Sed aeque commodum eſt* praetriuit, *cum de primoribus dentibus ſermo ſit, quos, cum ſponte non cederent ſucceſſoribus, lima praeraſit.* Vt tunicam, quamuis illico, vt acceperam, tibi deſtinatam, meo tamen veſtitu initiando praetererem Paullin. Nol. Ep. 29 (*al.* 10) ad Seuerum c. 5.

PRAETERPROPTER, *vid.* PRAETER.

PRAETERQVAM. [πλήν, πλὴν ἀλλά, ἀλλ' ἤ] *Vna dictione, excipiendi particula eſt, quae requirit ſemper praecedentem caſum, quia idem verbum ſubintelligitur:* Terent. Andr. 4, 5, 14 Verbum ſi mihi vnum praeterquam quod te rogo, faxis: caue. Nullas iis praeterquam ad te dedi literas Cic. Fam. 5, 7. Pro tantis rebus nullum a vobis praemium poſtulo, praeterquam huius diei memoriam ſempiternam Id. in Catil. 3, 26. Liu. 1, 9 Vocata ad conſilium multitudine, quae coaleſcere in populi vnius corpus nulla re, praeterquam legibus, poterat, iura dedit. *conf.* Sueton. Aug. c. 45 *in MSS.* Praeter quam *diſiunxit* Plautus, *interpoſita altera dictione, in* Perſa 3, 1, 38 Virgo atque mulier nulla erit, quin ſit mala, quae praeter ſapiet, quam placet parentibus. Praeterquam quod, *idem quod* Niſi quod. Terent. Heaut. 2, 4, 19 Nam, dum abs te abſum, omnes mihi labores fuere, quos cepi leues: praeterquam tui carendum quod erat. Praeterquam quod Reipubl. conſulere debemus, tamen tuae dignitati ita fauemus, vt omne noſtrum conſilium, ſtudium, officium, operam, laborem, diligentiam ad amplitudinem tuam conferamus Cic. Fam. 10, 1. Non faciam, neque, quod diſpliceat, committam, praeterquam quod hominis mihi coniunctiſſimi doleo grauem caſum Matius ad Cic. Fam. 11, 28. Cic. de Fin. 5, 61 Hoc autem loco tantum explicemus, haec honeſta quae dico, praeterquam quod nosmetipſos diligamus: praeterea ſuapte natura per ſe eſſe expetenda indicant pueri, in quibus vt in ſpeculis natura cernitur. Terent. Eun. 1, 1, 32 Neque praeterquam quas ipſe amor moleſtias habet, addas. Plin. 8, 25 Tergoris ad ſcuta, galeasque impenetrabilis, praeterquam ſi humore madeat. Praeterquam ſemper, *pro* Quum ſemper: Gell. 15, 1 Declamauerat Antonius Iulianus rhetor, praeterquam ſemper alias, tum vero minimum quam delectabiliter et feliciter. Celſ. 1, 9 Aqua vero frigida infuſa, praeterquam capiti, etiam ſtomacho prodeſt: *i. Non tantum capiti, ſed etiam, vel praeterquam quod capiti prodeſt.* Liu. 4, 17 Cum Veientibus Fidenatibusque praeterquam populis finitimis, ab cauſa etiam tam nefaria bellum exorſis, atrox dimicatio inſtabat.

PRAETERRĀDO, rāſi, ĕre. [παραξύω] *Idem quod Radere in tranſitu.* Lucret. 4, 531 Praeterradit enim vox fauces ſaepe. *Legitur et* Praeterea radit vox, *etc. Sed rectum* praeterradit. *vid.* Ludouic. Creſoll. *Vacat. Autumn.* 3, 8.

PRAETERSVM, eſſe. *Abſum.* Tertull. Apolog. c. 38 Ipſis rebus, de quibus tranſiguntur ſpectacula, praeterſumus.

PRAETERVĔHO, vexi, vectum, ĕre. [παρελαύνω] *Trans, vel vltra vehere.* Cic. Verr. 5, 87 Tamdiu in imperio ſuo claſſem iſte Praetor diligens vidit, quamdiu conuiuium eius flagitioſiſſimum praeteruecta eſt. Id. de Finib. 5, 49 c. 18 Neque enim vocum ſuauitate videntur, aut nouitate quadam et varietate cantandi reuocare eos ſolitae, qui praeteruehebantur: ſed quia multa ſe ſcire, profitebantur. *de Sirenum cantibus.* Claſſis praeteruecta continentis oras Liu. 22, 20. Litora praeteruectus aquis Stat. Theb. 5, 473. Oſtia praeteruehi Virgil. Aen. 4, 688. Praeteruehere, *pro* Praeteruehi. Sueton. Auguſt. c. 93 C. Nepotem, quod Iudaeam praeteruehens, apud Hieroſolymam non ſupplicaſſet, collaudauit. Id. Caeſ. c. 37 Triumphi die Velabrum praeteruehens. *Et* c. 78 Subſellia tribunicia, praeteruehens. Liu. 22, 49 Praeteruehens equo. Praeteruecta ſcopulos oratio, *per translationem, pro Difficiliora explicauit, et percurrit.* Cic. pro Cael. 51 c. 21 Sed quoniam emerſiſſe iam e vadis, et ſcopulos praeteruecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus curſus oſtenditur. Id. pro Corn. Balb. 4 c. 1 Etenim ei ſuccedo orationi, quae non praeteruecta ſit aures veſtras, ſed in animis omnium penitus inſederit. Praeteruehere aliquid ſilentio; *idem quod* Praeterire ſilentio. Id. Philipp. 7, 8 c. 3 Magna ſpe ingredior in reliquam orationem, P. C. quoniam periculoſiſſimum locum ſilentio ſum praeteruectus.

PRAETERVECTIO, ōnis. f. Cic. Verr. 5, 170 c. 66 *extr.* Monumentum ſceleris audaciaeque ſuae voluit eſſe in conſpectu Italiae, veſtibulo Siciliae praeteruectione omnium, qui vltro citroque nauigarent.

PRAETERVERTO, ti, ſum, ĕre. *Huius verbi auctor quidem laudatur* Cic. de Diuin. , 10 c. 6 De quibus quid ipſe ſentiam, ſi placet, exponam: ita tamen ſi vacas animo, neque habes aliquid, quod huic ſermoni praeteruertendum putes. *Sed recte legitur* Praevertendum. *Certius forte illud* Plin. 2, 71 Philonides ſolem obuium contrario praeteruertebat curſu. *Et hic tamen al.* Praeuertebat.

PRAETERVŎLO, āre. [παρίπταμαι] *Celeriter praeterire, et quaſi vltra volando effugere.* Cic. de Orat. 3, 221 c. 59 Sententiaeque ſaepe acutae, non acutorum hominum ſenſus praeteruolant. Id. Acad. 4, 24 c. 13 Haec duo propoſita non praeteruolant, ſed ita dilatant, vt non mediocrem curam adhibeant et diligentiam. Id. in Arat. 412 Hic ſe iam totum caecas Equus abdit in vmbras, Quem rutila fulgens pluma praeteruolat Ales. Parua puppe lacum praeteruolat ocius Claud. de Bell. Get. 321. Haſta praeteruolat auras Sil. 10, 114.

PRAETESTOR, āri. Tertull. adu. Marc. Carm. 3 c. 6 v. 4.

PRAETEXO, texui, textum, ĕre. [προκαλύπτομαι, σκέπω] *Proprie eſt telae extremae limbum aut oram attexere. Sed frequentior fere metaphora.* v. g. Auſonius in Gratiarum actione ad Gratianum imperatorem pro Conſulatu, Tu Auguſte venerabilis, diſtrictus maximo bello, aſſultantibus tot millibus Barbarorum, quibus Danubii ora praetexitur. Ouid. de Arte Am. 1, 255 Quid referam Baias, praetextaque litora velis? Plinius *quoque* Praetexta tuguriorum *poſuit* 16, 9. Cortex e fago, tilia, abiete, picea in magno vſu agreſtium. Vaſa corbesque, ac patentiora quaedam, meſſibus convehendis, vindemiisque faciunt, atque praetexta tuguriorum. *Sepimenta ſ. conſepta intelligo.* Litora praetexere Virgil. Aen. 6, 5. Praetexere piſcibus retia Plin. 16, 1. Cic. de Orat. 2, 317 c. 78 Sic omnia quae fiunt, quaeque aguntur acerrime leuioribus principiis natura ipſa praetexit. Plin. 6, 25 Semper fuit Parthia in radicibus montium ſaepius dictorum, qui omnes eas gentes praetexunt. Procera [illegible] praetexitur alga profundo Rutil. Itin. 1, 537. Arundine praetexit ripas Mincius Virgil. Eclog. 7, 12. Ea Germaniae velut frons eſt, quatenus Danubio praetexitur Tacit. German. 42, 2. Rheno praetexuntur nationes Idem 34, 2. Praetexuimus auctores quos ſequamur, *i. in principio libri ordine nominauimus* Plin. 18, 3 ſ. 5. ¶ 2 *Noua Metaphora* Praetexere [προφασίζειν] *eſt obtendere, colorem quaerere.* Virgil. Aen. 4, 500 Non tamen Anna nouis praetexere funera ſacris Germanam credit. Id. ibid. 172 Coniugium vocat: hoc praetexit nomine culpam. Cic. in Piſon. 56 c. 24 Neque enim quisquam poteſt exercitum cupere, aperteque, vt non praetexat cupiditatem triumphi.

PRAETEXENS, entis. Partic. [προκαλυπτόμενος] Tibull. 1, 4, 37 Quamuis praetexens picta ferrugine caelum, Venturam admittat imbrifer reus aquam. Paterc. 2, 62, 3 Vbicunque ipſi eſſent, praetexentes eſſe rempublicam.

PRAETEXTVS, a, um. *Aliud* Partic. [προκαλυφθεὶς] Templum praetextum Auguſto nomine: *i. Inſcriptum nomine Auguſti Caeſaris, ſiue Auguſto dicatum* Ouid. Faſt. 5, 567. Cic. in Catil. 2, 4 c. 2 Tongillum mihi eduxit, quem amare in praetexta calumnia coeperat. *Sed quae ſit* praetexta calumnia *nemo facile dixerit. Niſi* calumnia *plane eſt e margine antiquiſſimi codicis, cui hanc indignationis notam aliquis commiſit: non improbabilis eſt coniectura* alumnum. *Illud quidem mihi certum,* in praetexta *hic ad aetatem ſignificandam pertinere.* Praetexta pubes *i. praetextata* Auſon. 18, 7. Togam praetextam texi Oppio, puto te audiſſe, *i. Magiſtratum maiorem paraui* Cic. Fam. 2, 16, 19.

PRAETEXTVS, ûs. m. [πρόφασμα] *Pro Obtentu ponitur, quod* Cicero Per cauſam, et per ſimulationem *dicere ſolet.* Sueton. in Tiber. c. 28 Omnium inimicitiae hoc praetextu ad vos deferentur. Tacit. Hiſtor. 1, 77, 2 Praetextu veteris amicitiae. *conf.* Ibid. 1, 76, 4. Agitatum ſecreto num Piſo proficiſceretur, maiore praetextu, *i. Splendore, dignitate* Id. ibid. 1, 19, 4.

PRAETEXTVM, *etiam neutro genere dicitur, nempe* veſtimentum *vel* inſigne. Sueton. Caeſ. c. 30 Et praetextum quidem illi ciuilium armorum hoc fuit: cauſas autem alias fuiſſe opinantur *etc. vid. Caſaubon. p.* 25. *conf.* Tacit. Hiſtor. 2, 100, 4. Praetextum triumphi *pro Inſignibus triumphi dixiſſe* Valer. Max. 7, 1, 1 *obſeruauit Salmaſ. ad* Vopiſc. p. 405. Valer. Max. 2, 10 *pr. de maieſtate:* Grato et iucundo introitu animis hominum illabitur admirationis praetexto velata. *Sic optimi quique libri, probante etiam Gronou. ad* Senec. Epiſt. 71 *vbi* pulcherrimum Reipubl. praetextum (*i. ornamentum ac decus*) optimates, vno praelio profligabantur. Valer. Max. 7, 5, 6 M. Porcius Cato plus moribus ſuis praeturae decoris adiecturus, quam praetexto eius ſplendoris ipſe laturus. Id. 7, 3, 8 Quid illa neceſſitate miſerius, quae magiſtratum Populi Roman. abiecto honoris praetexto, alienigenae religionis obſcuratum inſignibus, per vrbem iuſſit incedere. Manil. 131 Honoris Conditio, et famae modus, et ſpecioſo Gratia praetexto. *Sic* MS. *apud Gronou. l. c. conf. Rupert. Diſſertat. ad* Valer. Max. 7, 3 p. 442.

PRAETEXTA, ae. f. [περιπόρφυρος] *Subſtantiue ſ. per ellipſin: eſt enim* Praetexta *purpureo limbo* toga, *qua pueri vtebantur vsque ad annum decimum ſeptimum: quo tempore* togam virilem *ſumebant, depoſita praetexta puerili.* Puerorum amores ſaepe cum ipſa praetexta ponuntur Cic. de Amic. c. 10. *Locum* Liu. 34, 7 *mox dabimus.* Apud Etruſcos originem inuenit Plin. 8, 48. Lucil. Sat. 1 *apud* Non. 14, 1 Praetextae ac tunicae Lydorum opus ſordidum omne. *Add.* Flor. 1, 5, 6. *Fuit autem praetexta puerorum ingenuorum.* Cic. in Piſon. 8 Qu. Metellus deſignatus conſul, quum quidem tribunus pl. ſuo auxilio magiſtros ludos contra SCtum facere iuſſiſſet, priuatus fieri vetuit. — Tu, quum III calendas Ianuar. compitaliciorum dies incidiſſent, Sex. Clodium, qui nunquam antea praetextatus fuiſſet, ludos facere, et praetextatum volitare paſſus es; *quibus verbis* Paedianus *haec ſubiungit,* Solebant magiſtri collegiorum ludos facere, faciebant compitalicios praetextati. *Illud* nunquam praetextatus fuiſſet *indicat, Sextum Clodium nullo antea magiſtratu functum, nullo honore vſum, qui ius praetextae daret.* Feſtus, *vt e veſtigiis ſcripturae coniicit Scalig.* Praetexta pulla, nulli alii licebat vti, quam ei, qui funus faciebat. Idem ius magiſtratus habebat, qui in aliquo loco publico ludos faciebat. Nam is praetexta vtitur ——— Praetextae ius datum eſt item Conſulibus et Praetoribus vota nuncupantibus *etc.* *Ludis Senatores omnes* Praetextis *vſos, docere videtur* Cic. Philipp. 2, 110 *de Senatoribus,* Neſcis, heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuiſſe? te autem ipſum ad populum tuliſſe, vt quintus praeterea dies Caeſari tribueretur? cur non ſumus praetextati?

ti? cur honorem Caeſaris tua lege datum, deſeri patimur? Facibus maritis ceſſit praetexta Propert. 4, 12, 33. *h. e. Praetexta, qua in aetate induebar puerili, ceſſit nuptiis, in quibus faces adhibebantur.* Mutare praetextam paludamento, *vid.* MVTO. Quinctil. 5, 13, 39 Habitus recte incuſari ſolet. Vt aduerſus Quintium Cicero, non haec ſolum, ſed ipſam et praetextam demiſſam ad talos inſectatus eſt. Praetextam *ingenuorum fuiſſe tam mulierum, quam virorum, auctor eſt* Cic. Verr. 1, 113 c. 44 Eripies igitur pupillae togam praetextam? detrahes ornamenta non ſolum fortunae, ſed etiam ingenuitatis? Praetextam Cicero pupillae tribuit, quam nubentes deponebant, *inquit* Feſtus. *Rurſus* Cic. Verr. 1, 152 c. 58 *de Iunio pupillo.* Neque te tam commouebat, quod ille cum toga praetexta, quam quod ſine bulla venerat. Veſtitus enim neminem commouebat is, quem illi mos et ius ingenuitatis dabat: quod ornamentum pueritiae pater dederat, indicium atque inſigne fortunae (*bullam*) hoc (*cum opibus*) ab iſto praedone ereptum eſſe, grauiter et acerbe homines ferebant. *Erat ſua* magiſtratuum praetexta. Ouid. ex Ponto 4, 9 *qua Graecino Conſulatum gratulatur,* v. 42 Praetextam, faſces adſpiciamque tuos. Tacit. Hiſtor. 3, 31 Sed vbi Caecinna praetexta et lictoribus inſignis dimota turba Conſul inceſſit, exarſere victores. *Sic apud* Cic. pro Domo 98 Videre praetextatos inimicos, *i. In magiſtratu poſitos. Ad ea, quae dicta ſunt, pertinet illud* Plin. 9, 36 *de purpura loquentis,* Huic faſces ſecureſque Romanae viam faciunt: idemque pro maieſtate in pueritia eſt: diſtinguit ab equite curiam: diis aduocatur placandis, omnemque veſtem illuminat: in triumphali miſcetur auro. *Alluſit enim his verbis* Plinius *ad Purpuram magiſtratuum: et ad eam, qua* pudor ingenuitatis ſignificatur, *vt inquit* Macrob. Saturnal. 5, 6 *et ad ſacerdotalem praetextam, qua ſacris operantes vtebantur: et ad triumphalem, et ad latumclauum, quod inſigne eſt Senatoriae dignitatis, diſcriminans Senatum ab equeſtri ordine: eratque non toga, ſed tunica.* *De triumphali* Sueton. Tiber. c. 17 Triumphum ipſe diſtulit, moeſta ciuitate clade Variana: nihilominus vrbem praetextatus et laurea coronatus intrauit. Lucius Valerius *apud* Liu. 34, 7 *in oratione, quam habuit pro feminis, ius auri ac purpurae poſtulantibus a Senatu, M. Catone reclamante.* Purpura, viri vtemur, praetextati in magiſtratibus, in ſacerdotiis: liberi noſtri praetextis purpura togis vtentur: magiſtratibus in coloniis, municipiiſque, hic Romae infimo genere magiſtris vicorum, togae praetextae habendae ius permittemus: nec id vt viui ſolum habeant tantum inſigne, ſed etiam vt cum eo crementur mortui. feminis duntaxat purpurae vſum interdicemus? *Quibus verbis omnem praetextae vſum complexus* Liuius, *eo etiam amplius docuit eos, qui in magiſtratu moriebantur, praetextatos in rogum ferri, cum praetextaque cremari ſolitos eſſe Romae. Ex Valerio item intelligere datur, hunc morem fuiſſe, vt Praetor, qui iudex quaeſtionis, et quaeſitor rerum capitalium dicebatur, non ante ſententiam in reum noxae capitalis pronuntiaret, quam praetexta exuta. Sic enim ait* 9, 12 Conſimili impetu mortis C. Licinius Macer, vir Praetorius, Repetundarum reus; dum ſententiae dicerentur, in Menianum conſcendit. Siquidem quum M. Ciceronem, qui id iudicium cogebat, praetextam ponentem vidiſſet: miſit ad eum, qui diceret, ſe non damnatum, ſed reum periiſſe, nec ſua bona haſtae poſſe ſubiici: ac protinus ſudario, quod forte in manu tenebat, ore et faucibus ſuis coarctatis, incluſo ſpiritu, mortem poenam praecurrit. ¶ 2 Praetextae fabulae *ſ.* Praetextae *ſimpliciter vocantur, vt ait* Feſtus Paulli, quae res geſtas Romanorum continent ſcriptas. Horat. A. P. 288 Vel qui praetextas, vel qui docuere togatas: *fabulas nempe Romani argumenti, Comici quidem et perſonarum humilium, togatas, ſed Tragici et nobilium perſonarum* Praetextas. Aſin. Pollio ad Cic. Fam. 10, 33 Ludis praetextam de ſuo itinere ad L. Lentulum proconſulem ſolicitandum, poſuit. *vid.* FABVLA. Conſularis praetexta Patercul. 2, 65, 3. *Fuit igitur* Praetexta inſigne Romanum, quod ſupra tunicas honorati quique ſumunt Non. 14, 29.

PRAETEXTĀTVS, a, um. Adiect. [περιπορφυρωτὸς] Praetextati *pueri dicebantur, Qui praetexta adhuc et bulla vtebantur, quod fiebat vsque ad annum decimum ſeptimum: quo tempore togam virilem ſumebant, depoſita praetexta puerili, vt meminit* Cic. de Amicit. 34 Ego autem, inquit, a patre ita eram deductus ad Scaeuolam, ſumta virili toga. Hinc Praetextati *ponuntur ab auctoribus pro Pueris. vid.* Macrob. Saturn. 1, 6. *Manut. Epiſt. Lipſ. ad* Tacit. p. 86, *et Guther. de Iure Pontific. 1, 28. vid. etiam infra.* Maritis e plebe proprios ordines aſſignauit, praetextatis cuneum ſuum, et proximum paedagogis Sueton. Auguſt. c. 44. Amicitia praetextata *dicta, Iam inde a puero coepta, apud* Martial. 10, 20, 4. Filii triumphantum praetextati Cic. pro Muraen. 11 c. 5. Patercul. 2, 59, 2. Pueri et puellae, Praetextati et Praetextatae, Ingenui et ingenuae: *qua dictione vſus eſt auctor* Inſtitutionum iuris, De iniuriis, Siue quis matrem familias, aut praetextatum, praetextatamue affectatus fuerit. Iuuenal. 10, 308 Nec praetextatum rapuit Nero loripedem, vel Strumoſum. Catull. 59, 182 Mitte brachiolum teres, Praetextate, puellulae. Pupillus praetextatus Cic. Verr. 1, 15. Illo die magnus praetextatus fui *ludens* Id. Attic. 6, 1 p. 593. *i. praetexta, magiſtratus inſigni, indutus.* Affectari praetextatum *vel* praetextatam *iniuriae genus, de quo ſ. l.* Anni praetextati *a* Plinio *dicuntur,* 33, 1 *pro Annis pueritiae.* Aetas praetextata Gellio 1, 23. Sic praetextatos referunt Artaxata mores Iuuen. Sat. 2, 170. *Romanorum puerorum corruptos.* Feſtus Paulli *non audiendus cum ait,* Praetextatis nefas erat obſceno verbo vti, ideoque praetextatum appellabant ſermonem, qui nihil obſcenitatis haberet. *Verus* Feſtus *ita:* Praetextatum ſermonem quidam dici putant, quod praetextatis nefas ſit obſceno verbo vti. Alii, quod nubentibus depoſitis praetextis, a multitudine puerorum obſcena clamentur. Suet. in Veſpaſ. c. 22 Erat enim dicacitatis plurimae, et ſic ſcurrilis ac ſordidae, vt ne praetextatis quidem verbis abſtineret. Macrob. Saturn. 2, 1 Haec nobis ſit literata laetitia, et docta cauillatio vice planipedis et ſubulonis impudici, et praetextata verba iacientis. Gell. 9, 10 Tot vero et tam euidentibus ac tam (*ſ.* tamen) non praetextatis, ſed puris honeſtiſque verbis venerandum illud concubii pudici ſecretum neminem dixiſſe. ¶ 2 Praetextatus, *cognomen Papirii fuit, quod in aetate praetextata ſummam prudentiam oſtenderit. Fabulam notam vid. apud* Macrob. Saturn. 1, 6. *et* Gell. 1, 23. *Vnde familiae cognomen. Sed etiam aliarum. V. g.* Sulpicia Praetextata Craſſi, *int.* vxor Tac. Hiſt. 4, 42.

PRAETĬMEO, ui, ēre. [προδείδω] *Timere ante tempus.* Plaut. Amph. prol. 29 Mirari non eſt aequum ſi ſibi praetimet. Tibull. 3, 4, 14 Et fruſtra immeritum praetimuiſſe velit. Sen. Epiſt. 98 Nil eſt nec miſerius nec ſtultius quam praetimere.

PRAETIMĬDVS, a, um. Adi. *Valde timidus.* Tertull. Carm. de Iona 65.

PRAETINCTVS, a, um. Semina mollit humus valido praetincta veneno Ouid. Met. 7, 123. *i. ante tincta.* Truci praetinctus cruore Cael. Aurel. 1, 4.

PRAETONDEO, ēre. Cum eius pinnas praetotonderim Apul. Met. 5 p. 172. *i. ab extremo totonderim, vt* praeſecare, praeacuere: *partem anteriorem et extimam indicat.*

PRAETOR, ōris. m. [ϛρατηλάτης, ϛρατηγὸς] Omnis magiſtratus *appellabatur,* cui pareret exercitus, *vt ait* Aſcon. in Verr. 1, 36 c. 14. Varro de L. L. 4, 16 p. 23, 22 In re militari Praetor dictus, qui praeiret exercitui. *Et* c. 14 p. 22, 12 Praetor dictus, qui praeiret iure et exercitu. *Add.* Non. 1, 91. Epaminondas, Thebanorum imperator, ei, qui ſibi ex lege praetor ſucceſſerat, non tradidit exercitum Cic. de Inu. 1 c. 33: *ad quem locum* Victorinus, notare, *inquit,* debemus, omnes magiſtratus Praetores et Imperatores appellatos *etc.* p. 171 *Pithoei. Sic* Nepos Praetores *appellat Graecorum duces ſ.* ϛρατηγὀς. *v. g.* 2, 2, 1. 3, 2, 1. *it.* Hannibalem 23, 7, 4 *etc. Add.* Liu. 2, 3. *Hinc* Iuuenal. 10, 36 *quem* Praetorem *vocauit, eundem diſerte* Conſulis *nomine appellat v.* 41. *Antiquiſſima fuit haec ratio.* Liu. 3, 55 *ad A. V. C.* 306 His temporibus nondum conſulem iudicem, ſed praetorem appellari mos fuit: *h. e. qui nunc* Conſul *vocatur, ille ea aetate non* Iudex *ſed* Praetor *appellatus eſt.* Idem 7, 3 Lex vetuſta eſt priſcis literis verbiſque ſcripta, vt qui praetor maximus ſit, Idibus Septembribus clauum panget — A Conſulibus poſtea ad Dictatores, quia maius imperium erat, ſollemne claui figendi translatum eſt. Cic. de Legg. 3, 8 c. 3 Regio imperio duo ſunto, iique *praeeundo,* iudicando, conſulendo. *Praetores,* Iudices, Conſules appellantur. *Etiam* Cic. Fam. 2, 17 Quod ego officio quaeſtorio te adductum reticere de praetore tuo non moleſte ferebam. *Loquitur de Bibulo, Proconſule Syriae. Vid.* PRAETORIA porta. *Quin* Vett. Inſcr. *Grut.* p. 318, 6. *et* 398, 7 Praetor Sacris Volcani *memoratur, ſi Scaligerum audimus in Indice. Sed refellitur ab Heineccio Hiſt. edictor. 1, 6 p. 74 ſq. qui oſtendit, illud modo dici in inſcriptionibus, qui tum praetura fungerentur, eosdem Sacerdotes Vulcani fuiſſe.* ¶ 2 *Sed fuit etiam peculiaris magiſtratus nomen, de quo* Cic. de Legg. 3, 8 c. 3 Iuris diſceptator, qui priuata iudicet, iudicariue iubeat, Praetor eſto. Is iuris ciuilis cuſtos eſto. Liu. 6 *extr.* A. V. C. 389 Conceſſum a plebe nobilitati de praetore vno, qui ius in vrbe diceret ex patribus creando. *Et* l. 7 *pr.* Annus hic erit inſignis — nouis duobus magiſtratibus, praetura, et curuli aedilitate. Idem 8, 15 Eodem anno (418) Q. Publilius Philo, Praetor primum de plebe — eſt factus; ſenatu, cum in ſummis imperiis id non obtinuiſſet, minus in praetura tendente. Idem 8, 32 Conſules, regia poteſtas, praetores, iisdem auſpiciis, quibus conſules, creati. *Et* 7, 1 *iam memorauerat* Praetorem iura reddentem, et collegam conſulibus, atque iisdem auſpiciis creatum. *Videndus hoc de* collegio *atque his de* auſpiciis *locus inſignis* Meſſalae auguris *ſeruatus a* Gell. 13, 15. *Add.* Plin. Pan. 77, 4. *Numerus* Praetorum *ſubinde auctus.* Pompon. l. 2 de Or. Iur. §. 27 Cumque Conſules auocarentur bellis finitimis, neque eſſet, qui in ciuitate ius reddere poſſet: factum eſt, vt praetor quoque crearetur, qui vrbanus appellatus eſt, quod in vrbe ius redderet. §. 28 Poſt aliquot deinde annos, non ſufficiente eo Praetore, quod multa turba etiam peregrinorum in vrbem veniret; creatus eſt et alius Praetor, qui Peregrinus appellatus eſt, ab eo, quod plerumque inter peregrinos ius dicebat. §. 32 Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hiſpania, deinde Narbonenſi prouincia, totidem praetores, quot prouinciae in ditionem venerant, creati ſunt: partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus praeeſſent. Deinde Cornelius Sulla quaeſtiones publicas conſtituit, veluti de falſo, de parricidio, de ſicariis, de iniuriis, et Praetores quatuor adiecit. Deinde Gaius Iulius Caeſar duos praetores, — conſtituit. Ita duodecim praetores — ſunt creati. Diuus deinde Auguſtus ſedecim praetores conſtituit. Poſt deinde diuus Claudius duos praetores adiecit, qui de fideicommiſſo ius dicerent: ex quibus vnum diuus Titus detraxit, et adiecit diuus Nerua, qui inter fiſcum et priuatos ius diceret. Ita decem et octo Praetores in ciuitate ius dicunt. *Vid. viri docti ad h. l. Pomponii, et qui de magiſtratibus Pop. Rom. egerunt, praeter caeteros Manut. ad* Cic. ad Q. Fr. 2, 1. *et Heinecc. Hiſtor. edictor. 1, 6. Nos pauca, quae ad Latinitatem pertinent, adiiciemus.* Cic Fam. 10, 12 Placuit nobis, vt ſtatim ad Cornutum Praetorem vrbanum literas deferremus; qui, quod Conſules aberant, conſulare munus ſuſtinebat more maiorum. Liu. 24, 9 Comitiis Praetorum perfectis Senatusconſultum factum eſt, vt Q. Fuluio extra ordinem vrbana prouincia (*isque adeo Praetor vrbanus*) eſſet: isque potiſſimum conſulibus ad bellum profectis vrbi praeeſſet. Liu. 22, 35 Inde Praetoria comitia habita. Creati M. Pomponius Matho, et P. Furius Philus. Romae iuri dicundo vrbana ſors Pomponio, inter ciues Rom. et peregrinos P. Furio Philo euenit. Additi duo praetores, M. Claudius Marcellus in Siciliam, L. Poſtumius Albinus in Galliam. *Gron. legi vult* iure dicundo *vt* Sueton. Caeſ. c. 7 Vbi cum mandatu Praetoris iure dicundo conuentus circumiret. Varro de L. L. 5, 4 p. 50, 6 Dies nefaſti, per quos dies nefas fari praetorem, Do, Dico, Addico. Itaque non poteſt agi. Neceſſe eſt aliquo eorum vti verbo, cum lege quid peragitur. Quod ſi tum imprudens id verbum emiſit, aut quem manumiſit, ille nihilominus eſt liber, ſed vitio *etc. Hinc* Ouid. Faſt. 1, 52 *finiens diem faſtum,* Verbaque honoratus libera Praetor habet. *Illa tria verba Praetoris luculenter declarat Heinecc. in Hiſtor. edictor. 1, 6 §. 8. 9. 10 p. 83 ſq. Opuſc. poſtumor.* Ab *hoc* honore Praetoris venit ius honorarium, quod edicta Praetorum conſtituerunt Pompon. l. 2 de Or. iur. §. 10. Cic. Att. 9, 14 Praetores ius dicunt? Aediles ludos parant? Idem pro Muraena 41 Sapiens Praetor, qualis hic fuit, offenſionem vitat aequalitate decernendi, beneuolentiam adiungit lenitate audiendi. Praetor Iuſtiſſimus Cic. pro Flacc. 8. Maior Praetor *qui eſſet, audiamus* Feſtum, Maiorem Conſulem L. Caeſar putat dici vel eum, penes quem faſces ſunt, vel eum, qui prior factus ſit: Praetorem autem maiorem vrbanum, minores caeteros. Mercenarii Praetoris decretum, *vid.* MERCES. Palaeſtricus Praetor, *vid.* Palaeſtricus, in PALAESTRA. Vrbani Praetores iurati debent optimum quemque in ſelectos iudices referre Cic. pro Cluent. 121. Citare per praetorem, *vid.* CITO. Praetores Aerarii Tac. An. 1, 75. *et* Hiſt. 4, 9. Praetores etiam *duumuiri municipiorum et coloniarum: vid. ad* Petron. c. 65 p. 324 *Burm. Vid. etiam Tit.* C. Theod. 6, 4 de Praetoribus et Quaeſtoribus, *et ibi Iac. Gothofr.*

PRAETORIVS, a, um. Adi. [στρατηγικὸς] *Quod eſt Praetoris, ſeu quod ad Praetorem pertinet.* *V. g.* Feſtus: Praetoria cohors, quae a Praetore non diſcedebat. Scipio enim Africanus primus fortiſſimum quemque delegit, qui ab eo in bello non diſcederent, et certo munere militiae vacarent, et ſesquiplex ſtipendium acciperent. Hor. Serm. 2, 2, 50 Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nido, Donec vos auctor docuit Praetorius, *ſc. edere vtrumque genus.* Vet. Schol. Aſellius Sempronius Rufus inſtituiſſe creditur, vt ciconiarum pulli manducarentur: isque quum in Praetura repulſam retuliſſet, tale epigramma meruit,

Ciconiarum Rufus iſte conditor,
Hic eſt duobus elegantior Plancis.
Suffragiorum puncta non tulit ſeptem,
Ciconiarum Populus vltus eſt mortem.

Candidatus Praetorius, *vid. ſ. l.* Claſſica praetoria Propert. 3, 3, 41. Cognitio Quinctil. 3, 6, 69. Cohors Cic. In Verr. 1, 36 c. 14 *quos* Comites conſulares *interpretatur ad h. l.* Aſconius. Cic. in Catil. 2, 24 c. 10. Tacit. Ann. 1, 7, 5. *Conſ. Spanh. de Num. diſſ. 10.* Collegium Praetorium Cic. Off. 3, 80. *Legunt alii* Praetorum. Comitia Praetoria Liu. 22, 35. *quibus Praetores creantur.* Domus Cic. Verr. 5, 144 c. 56. Homo praetorius Scrib. 146. Cic. Verr. 5, 27 Vt quum penes te Praetorium Imperium ac nomen eſſet, ad illam paruam manum exſtinguendam, ducem te principemque praeberes. Inſignia praetoria *etiam non praetoribus* data *honoris cauſa.* *Vid.* Tac. An. 12, 21, 2. 12, 53, 2. *it.* Hiſt. 4, 4, 3. Ius Cic. Off. 1, 32 c. 10. Ius praetorium ad legem, cenſorium iudicium ad aequum aeſtimabatur Varr. de L. L. 5, 7. Nauis Praetoria, *Qua dux belli ſiue imperator vehebatur* Liu. 26, 39. *it.* 29, 25. Porta praetoria, qua exercitus in praelium educitur: quia initio Praetores erant, qui nunc Conſules, et ii bella adminiſtrabant: quorum tabernaculum quoque dicebatur Praetorium. Feſtus. *Meminit etiam* Aſcon. ad Verr. 1, 36 c. 14. Vir Praetorius, *Qui Praeturam geſſit.* Cic. pro Planc. 15 Cedat Conſulari generi Praetorium, nec contendat cum Praetorio Equeſter locus. Viri Conſulares et Praetorii Cic. Att. 16, 7. *Conſ.* Vell. 2, 48, 1.

PRAETORIVM, i. n. [στρατήγειον, πραιτώριον] *Domus vel tabernaculum in quo* Praetor *eſt.* Initio praetores erant, qui nunc conſules: et ii bella adminiſtrabant; quorum tabernaculum quoque dicebatur praetorium. Feſt. *Eadem* Aſcon. ad Verr. 1, 36 c. 14. Deinde duci praetorium eiusque comitibus praeparatur, ac tribunis tabernacula collocantur Veget. de Re mil. 3, 8. Nulli iudicum, qui prouincias regunt, in ciuitatibus, in quibus ſacra palatia ſiue praetoria ſunt, liceat, his relictis, priuatorum ſibi domos ad habitandum, velut praetoria, vindicare l. 14 C. de offic. rectoris prouinc. *Ipſe* Cic. Verr. 4, 65 c. 28 Antiochus imperat ſuis, vt candelabrum in praetorium deferrent. Liu. 3, 25 Quercus, ingens arbor, Praetorio imminebat: cuius vmbra opaca ſedes erat. *Hoc alio nomine a* Quinctiliano *dicitur* Augurale. ¶ 2 Praetorium, *magnifica et ampla domus in agro et ruri exſtructa; in quae aedificia pecunias ingentes effundebant.* Suet. Calig. c. 37 In exſtructionibus Praetoriorum atque villarum omni poſthabita ratione, nihil tam efficere concupiſcebat, quam quod effici poſſe negaretur. Idem in Auguſt. c. 72 Ampla et operoſa Praetoria grauabatur. *Add.* Suet. Aug. c. 63. *et* Tit. c. 8. Stat. Silu. 1, 3, 25 Alternas ſeruant praetoria ripas. *Conſ.* Auſon. Moſell. 286. ¶ 3 Praetorium *eſt Locus, in quo Praetor ius dicit; et ipſum adeo conſilium Legatorum, Tribunorum, amicorum: vnde dicunt* Dimitti Praetorium, *ſicut Dimitti Senatum.* Liu. 26, 15 Fuluius ne id ipſum impedimento incepto foret dimittens Praetorium, Tribunis militum ac praefectis ſociorum imperauit, *etc.* *Conſ.* Idem 30, 5. 21, 54. 37, 5. *et Lipſ. de Mil. Rom.* 5, 2. Cic. Verr. 5, 91 Curritur ad Praetorium. Ibid. Procedit iſte repente e Praetorio. *Sed* Verr. 5 c. 72 *vbi* Caſtor et Pollux celeberrimo in loco Praetorii locati *eſſe dicuntur, legendum Graeuio auctore* P. R. *id eſt* Populi Romani. *Vide obſeruationem ſupra ad notas* PR. *et* P. R. *propoſitam.* ¶ 4 Praetorium, *etiam dicebantur Praetoriae cohortes, quas habebat Imperator cuſtodiam corporis et aduerſus ſubita remedium, Quibus qui praeerat* Praefectus Praetorio *appellabatur.* *Vid. Onuph. de Rep. Rom. 1 p. 22.* Suet. Neron. c. 9 Antium coloniam deduxit, adſcriptis veteranis e Praetorio. Tacit. Hiſt. 4, 46, 9 In praetorium accepti. *i. Praetorianis adſcripti.* Hic et praefecti nutu praetoria rexit Rutil. It. 1, 273. *Vid. Iac. Perizonii diſquiſ. de Praetorio, eiusque defenſio contra Huberum.* *De* Praefecto Praet. *ſupra ſ. l. dictum eſt.* ¶ 5 Praetorium, *iurisdictio, iudicialis poteſtas etc.* *Vt*, praetorium Africae, Galliarum, Illyrici, Italiae, Orientis *etc. in* Cod. *et* Notitia Vtriusque Imperii.

PRAETORIĀNVS, a, um. Adi. *Qui apud Praetorem, ſeu in Praetorio verſatur, vt* Praetoriani milites. Plin. 6. 29 Nuper renuntiauere principi Neroni, miſſi ab eo milites Praetoriani cum Tribuno ad explorandum, inter reliqua bella et Aethiopicum cogitanti. *Conſ.* Tacit. Hiſt. 2, 44, 5. *Sed* Liu. 22, 35 Inde Praetoriana comitia habita. creati M. Pomponius Matho, et P. Furius Philus, *al.* Praetoria comitia, *et ſic hodie editur.*

PRAETORĬCIVS, a, um. *Aliud* Adi. Martial. 8, 34 (33) Praetoricia corona, *qualem de tenui lamina factam ludis donare ſolent Praetores victoribus.*

PRAETVRA, ae. f. [στρατηγία] *Ipſa Praetoris dignitas.* Plin. 14, 22 Ad Proconſulatum vsque e Praetura honoribus geſtis. Calamitoſa Praetura, *vid.* CALAMITAS. Continua, *vid.* CONTINVVS. Manca et debilis, *vid.* MANCVS. Probata in iure grata in munere, ornata in prouincia Praetura Muraenae Cic. pro Muraen. 15. Abdicare ſe Praetura, *vid.* ABDICO. Conſequi aliquem in Praetura, *vid.* CONSEQVOR. Egredi Praeturam Tacit. Ann. 3, . .

PRAETORQVEO, ēre. *Intorquere aliquid primore parte.* Praetorquere collum Plaut. Rud. 3, 2, 12.

PRAETORTVS, a, um. Columel. 3, 18 *pr.* Iulius Atticus praetorto capite et recuruato, ne paſtinum effugiat, ſemen demerſit.

PRAETORRIDVS, a, um. Adi. *Valde torridus, aeſtuoſus.* Calpurn. Sicul. Ecl. 2, 80 Quos etiam praetorrida muneret aeſtas.

PRAETRACTATVS, ûs. m. Tertull. de Fuga in Perſec. c. 4.

PRAETREPĬDANS, antis. Partic. Catul. 47, 7 Iam mens praetrepidans auet vagari, *feſtinans.* Ignis praetrepidans Paullin. Petroc. 6, 492.

PRAETREPĬDVS, a, um. Adi. *Valde trepidus.* Laetari praetrepidum cor Perſ. 2, 54. Suet. Tiber. c. 63 Non modo inuiſus ac deteſtabilis, ſed praetrepidus quoque atque etiam obnoxius vixit.

PRAETRVNCO, āre. [κατακόπτω] *Trunco, proprie parte primore.* Plaut. Capt. 4, 4, 7 Arripuit gladium, praetruncauit tribus tergoribus glandia. Idem Mil. 2, 3, 47 Nonne tibi iſtam praetruncari linguam largiloquam iubes?

PRAETVMĬDVS, a, um. Adi. *Valde tumidus.* Furor Claud. in Ruff. 1, 225. Iactantia Iuuenc. 1, 583.

PRAETVTIVM, i. n. Oppidum eſt in Piceno. Plin. 14, 7. *Hinc*

PRAETV̄TIVS, a, um. Adi. Sil. 15, 570 Tum qua vitiferos domitat Praetutia pubes Laeta laboris agros.

PRAETVTIANA regio. Plin. 3, 13. Ager Praetutianus Liu. 22, 9. *et* 27, 43.

PRAEVĂLEO, ui, ēre. [ὑπερνικάω] *Plus valere, antecellere, in maiori pretio eſſe, vel meliorem eſſe.* Plin. . . . Vtraeque in pretio ſunt, ſed tamen praeualent margaritae. Idem 10, 6 Vulturum praeualent nigri. Oppida praeualent Idem 6, 10. Id. 21, 21 ſ. 88 Trifolium ſcio credi praeualere contra ſerpentium ictus. Stat. Achill. 2, 122 Quisquis equo, iaculoque potens, qui praeualet arcu. *Conſ.* Catull. 6, 12. Fata praeualebant conſiliis Paterc. 2, 118, 4. Sapientia ſemper praeualet Phaedr. 1, 13, 14. Sententia Seruii praeualuit Vlpian. in l. Etſi forte §. Etiam D. Si ſeruit. vindicet. Vlpian. in l. Quaeritur D. de ſtatu hominum, Quaeritur hermaphroditum cui comparamus? Et magis puto eius Sexus exiſtimandum, qui in eo praeualet. Praeualet, *Imperſ.* Catul. 6, 12 Nam nil praeualet iſta, nil, tacere. *i. nihil eſt, cur illa potius taceas, quam dicas.* Praeualet, *cum Infinitiuo.* Paullus in l. Eum, qui §. Si iniuria D. de iniuriis, Si iniuria mihi fiat ab eo, cui ſim ignotus: aut ſi quis putat me Lucium Titium eſſe, quum ſim Caius Seius: praeualet (quod principale eſt) iniuriam eum mihi facere velle.

PRAEVĂLENS, entis. Partic. Liu. praef. Praeualentis Populi vires. Corpore praeualens Paterc. 2, 108, 2. Flamma praeualente Plin. 7, 52 *pr.*

PRAEVALENTIA, ae. f. Paullus in l. In rem actio D. de rei vindicatione.

PRAEVALESCO, ĕre. *pro Inualeſcere.* Columel. 5, 6 Vitem quoque antequam ex toto praeualeſcat arbor, conſerere conuenit. Paullin. Epiſt. 49 n. 1.

PRAEVALĬDVS, a, um. Adi. Praeualida vrbs, *quae et Praepotens dicitur.* Liu. 26, 16. *it.* 40, 47. Iuuenis Idem 27, 43. *et* 3, 43. Legiones Paterc. 2, 69, 2. Manus Ouid. Epiſt. 9, 80. Tellus Virg. Georg. 2, 253. Vires Manil. 5, 75. Vites Virg. Georg. 2, 190. Vitia praeualida et adulta Tacit. Ann. 3, 53, 2. Praeualidi prouincialium, *pro Praeualidi prouinciales* Tacit. Ann. 15, 20. *Superl.* Praeualidiſſimi ad virum Salu. de Gub. 6 p. 228.

PRAEVALĬDE. Adu. [πολυκαρτερῶς] Plin. 17, 14 Hoc maxime praecauendum, vt praeualide accipientis trunco in media fiſſura relinquatur.

PRAEVALLO, āre. Hirt. Bell. Alex. c. 19 Caeſar imperat pontem aduerſus hoſtem praeuallari.

PRAEVAPŌRO, āre. Praeuaporare loca Cael. Aurel. 1, 3. *i. ante vaporare.*

PRAEVAPORATVS, a, um. Praeuaporatis locis aſpergere Oct. Horat. 1, 2.

PRAEVARĬCOR, āri. [καθυφίεμαι, ἐθελοκακέω, ὑποστέλλω, προΐεμαι] *Proprie nimis diſtendere pedes, atque ſic a ſtatu vel inceſſu recto diſcedere.* Plin. 18, 19 ſ. 49, 2 Arator, niſi incuruus praeuaricatur. Inde translatum hoc crimen in forum. Ibi itaque caueatur, vbi inventum eſt. Praeuaricari, *inquit Eraſm. in prouerb. eſt a recto ſulco diuertere. Vnde et in cauſis* praeuaricari *dicuntur, qui cauſam diuerſam adiuuant. Nempe qui* praeuaricant *inter eundum, illi viis velut duabus incedunt, ponunt veſtigia ita a ſe inuicem remota, vt duo ea iuiſſe videantur.* Vlpianus De iis, qui notantur infamia l. Athletas, Qui praeuaricatur, ex vtraque parte conſiſtit, quin immo ex aduerſa. Cic. de Aruſp. Reſp. 42 c. 20 A Catilina pecuniam accepit, vt turpiſſime praeuaricaretur. *Et* Att. 4, 16 Omnino accuſatorum incredibilis infantia, id eſt L. Lentuli, L. F. quem fremunt omnes praeuaricatum. Quinctil. 9, 2, 87 Ego neque oratoris puto eſſe vnquam praeuaricari, neque litem intelligo, in qua pars vtraque idem velit. Cic. pro Cluent. 58 c. 21 Hoc quanquam ſedulo faciebat, tamen interdum non defendere, ſed praeuaricari accuſationi videbatur. *i. Praeuaricando ſubſeruire. Sic Grut. quid.* accuſatori.

PRAEVARICO, āre. Auguſtin. Tract. 99 in Ioh. Adam quod audiuit praeuaricauit. *Nempe vt* פשע, *vt* παραβαίνειν *late patet recentioribus, quoties a recto deflectitur.* In vna eademque ſignificatione protuliſſe antiquos Praeuarico et Praeuaricor *teſtatur item* Priſcianus p. 799.

PRAEVARICATVS, a, um. Partic. Iſidor. 10 lit. P. Praeuaricatus eſt malae fidei aduocatus.

PRAEVARICĀTOR, ōris. m. [καθυφετὴς, ἐθελοκακὸς] *Qui vtrique litigantium inſeruit perfide.* Martianus, D. Ad S. C. Turpilianum, l. 1 Praeuaricatorem eſſe eum oſtendimus, inquit, qui colludit cum reo, et translatitie munere accuſandi defungitur, eo quod proprias quidem probationes diſſimularet, falſas vero rei excuſationes admitteret. Vlpianus in l. Athletas D. de his, qui notantur infamia, *ſic definit*, Praeuaricator autem eſt quaſi varicator, qui diuerſam partem adiuuat, prodita cauſa ſua: allegatque Labeonem, qui hoc nomen a varia certatione tractum ſenſit. Cic. Diu. Verr. 58 Vtrum te perfidioſum, an praeuaricatorem exiſtimari mauis? *Conſ.* Idem Partit. c. 36. Praeuaricator Catilinae quondam, nunc vltor Cic. in Piſon. c. 10. Cael. ad Cic. Fam. 8, 11 Ne quod furore Paulli adeptus eſſet boni, ſua culpa videretur amiſiſſe, et praeuaricator cauſae publicae exiſtimaretur. Cic. Philipp. 2, 25 c. 11 Iam vereor, Patres Conſcripti, ne (quod turpiſſimum eſt) praeuaricatorem mihi appoſuiſſe videar, *i. ſubornaſſe accuſatorem non id agentem ſerio.* *Conſ.* Plin. Epiſt. 3, 9, 30. *vbi* Praeuaricator *eſt, qui mala fide accuſat.* Quinctil. 12, 1, 24 Sed proditorem, transfugam, praeuaricatorem donabimus oratoris illo ſacro nomine?

PRAEVARICATRIX, īcis. f. Hieron. Prooem. Dial. *extr.* Ambroſ. Epiſt. 33 Praeuaricatricis conſcientiae reus. *Generali ſignificatione.*

PRAEVARICATIO, ōnis. f. [καθύφεσις] *Crimen cauſam prodentis, nec ſerio agentis.* Plin. Epiſt. 1, 20 Alioqui praeuaricatio eſt tranſire dicenda: praeuaricatio etiam curſim et breuiter attingere,

quae ſint inculcanda, infigenda, repetenda. *In iure:* Cic. in Partit. 124 c. 36 Vt ſi in reo pecunia abſoluto, rurſusque reuocato, praeuaricationem accuſator eſſe definiat omnem iudicii corruptelam ab reo: defenſor autem non omnem, ſed tantummodo accuſatoris corruptelam ab reo. *Vid. totus ille locus.* Idem Q. Frat. 2, 16 Quo die haec ſcripſi, Druſus erat de praeuaricatione a Trib. aerarii abſolutus. Praeuaricationis nomen, ſignificat eum, qui in contrariis cauſis, quaſi varie eſſe poſitus videatur Cic. in Partit. 126 c. 36 *quid ſi* vare? *i. varis pedibus et nimium diuaricatis, vt in vtraque cauſa ſtare videatur.* Crimina praeuaricationum Quinctil. 7, 1, 32. Abſoluere de praeuaricatione, *vid.* ABSOLVO. Cic. de Diuin. 2, 41 At ego id ipſum, quod vir optimus Diogenes Chaldaeis quaſi quadam praeuaricatione concedit, nego poſſe intelligi. Damnare aliquem praeuaricationis, *vid.* DAMNO. Dicere cauſam praeuaricationis Cic. Fam. 8, 8. Idem pro Cael. 24 c. 10 At praeuaricatione eſt Aſcitius liberatus.

PRAEVARVS, a, um. Adi. *Valde tortus et obliquus.* Apul. Florid. 4 p. 362 Vt qui animaduerteret venarum pulſus inconditos vel praeuaros. Cic. *apud* Iſidor. c. 10 Quid tam praeuarum?

PRAEVATICINOR, āri. Praeuaticinatus eſt de induſtria Sarisb. Metal. 1, 4.

PRAEVĔHO, xi, ctum, ĕre. [προάγω] *Ante ſ. Praeter vehere.* Liu. 9, 35 Sed equites Romani praeuecti per obliqua campi, quum ſe fugientibus obtuliſſent. Idem 24, 44. Equo praeuectus Sil. 7, 117. *Tranſlate:* Plin. Epiſt. 1, 16 Omnia haec mire placent, cum impetu quodam, et flumine praeuehuntur, placent ſi retractentur. *Vid.* Tacit. Hiſt. 4, 71, 9 Miſſilia hoſtium praeuehi, *i. ita prope ſubire, vt miſſilium non amplius vſus ſit. Itaque ait*, Paullum morae in aſcenſu, dum miſſilia hoſtium praeuehuntur. Vt ventum ad manus *etc.*

PRAEVELLO, ĕre. Laber. *apud* Diomed. p. 369 Aliqua parte praeuulſerat. Tertull. adu. Gnoſt. c. 13 *extr.*

PRAEVĒLO, āre. [προκαλύπτω] *A parte anteriore operire.* Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 325 Flammea ſollicitum praeuelatura pudorem.

PRAEVĒLOX, ōcis. Adi. *Valde velox.* Plin. 11, 31 Formicae odore ſolicitatae prouolant, crebroque lacerant, quamuis praeuelocibus camelis fugientes.

PRAEVĔNIO, vēni, ventum, īre. [φθάνω, προλαμβάνω] *Ante venire, occupare.* Liu. 24, 21 Caeterum praeuenerat non fama ſolum, qua nihil in talibus rebus eſt celerius, ſed nuntius etiam ex regiis ſeruis. Praeuenire deſiderium alicuius Liu. 8, 16. Praeuenit germinatione arbor Plin. 16, 26. Idem 11, 52 Oculi quibuscunque ſunt longi, maleficos eſſe indicant. Qui carnoſos a naribus angulos habent, malitiae nota praeuenti. Candidi pars extenta notam impudentiae habet. *Correctiora tamen exemplaria habent*, Malitiae notam praebent.

PRAEVENIENS, entis. Partic. Ouid. Faſt. 5, 548 Candida Lucifero praeueniente dies. *Interpoſita dictione.* Virg. Ecl. 8, 17 Naſcere, praeque diem veniens age Lucifer almum.

PRAEVENTVS, a, um. Partic. Tacit. Hiſt. 1, 5 Praeuentamque gratiam intelligit. Ouid. Triſt. 5, 4, 32 Quod non praeuentum morte fuiſſe dolet. Rumore praeuento Claud. Conſ. Honor. 4 v. 10. Praeuentis pauca dicenda ſunt, *i. Nobis, qui praeuenti ſumus* Patercul. 2, 59, 1.

PRAEVENTVS, ûs. m. Mortis praeuentu Tertull. adu. Marc. 5, 12.

PRAEVENTOR, ōris. m. Ammian. 18, 9 Praeuentores et ſuperuentores. *Ordines ſcil. militares.*

PRAEVERBIA, ōrum. n. *Sunt quas vulgo Praepoſitiones vocamus.* Varro de L. L. 5, 8 p. 61, 7 Spectare, dictum ab antiquo ſpecio, *etc.* Conſuetudo autem communis, quae cum praeuerbiis coniuncta ſunt, etiam nunc ſeruant: vt aſpicio, conſpicio, reſpicio, ſuſpicio, deſpicio. *Sic alibi frequenter. Conf.* Chariſ. p. 175.

PRAEVERNO, āre. *Dicitur imperſonaliter, vt* pluit, *etc.* Plin. 18, 26 ſ. 65, 2 Siue ante, quando praeuernat, (*i. ver praematurum eſt*) ſiue poſt, quando hiemat, innumera ruſticos cura diſtringit.

PRAEVERRO, ĕre. *Ante verrere:* Qua ventura Dea eſt, iuuenes timidaeque puellae Praeuerrunt latas veſte iacente vias Ouid. Amor. 3, 13, 24.

PRAEVERTO, ti, ſum, ĕre. Actiu. *et* PRAEVERTOR, ĕris, verti. Depon. *Praeterire, praecedere, anteuertere.* Flammea praeuertet celeris veſtigia ceruae Catull. 65, 337 *de Achille.* Virg. Aen. 1, 321 Volucremque fuga praeuertitur Hebrum. Pro Praeuertit, id eſt Tranſit, *vt ait* Seruius. Tacit. Ann. 4, 32 Aut ſi quando ad interna praeuerterent. Praeuerti foras Plaut. Amph. 4, 3, 24. Cic. pro Sulla 46 Nemo vnquam me tenuiſſima ſuſpicione perſtrinxit, quem non praeuerterim. Praeuertere vxorem prae Repub. Plaut. Amph. 1, 3, 30. *i. Praeferre Reipublicae. Add.* Id. Capt. 2, 3, 99. Curſu pedum praeuertere ventos Virg. Aen. 7, 806. Ipſe pedes praeuertit volantem equum Sil. 8, 559. Fata praeuertunt me Ouid. Met. 2, 657. Laſſitudinem praeuertere pigritiae, *i. praetexere* Plaut. Mercat. 1, 2, 3. Praeuertere alicui poculum Plaut. Mil. 3, 1, 58. *i. ante ipſum bibere.* Praeuertere animos amore, *Praeoccupare* Virg. Aen. 1, 725. Praeuertere metum ſupplicii fuga Liu. 24, 5. Luctum metus praeuertit Ouid. ad Liu. 397. Herilis Metus praeuertit Plaut. Amph. 5, 1, 17. *i. plus metuo herae meae, quam mihi, plus illius cauſa ſolicita ſum, quam mea.* Nefas praeuertere morte Senec. Hippol. 254. Plaut. Merc. 2, 3, 40 Ergo edepol, ſi ſapias eas, ac decumbas domi. C. otium non eſt: mandatis rebus praeuorti volo. *i. Tranſigere volo prius, quae mihi mandata ſunt, quam vt meum procurem corpus. Familiare eſt* Plauto *verbum. Significat autem* Praeuertere, *Aliquid caeteris rebus anteponere, vel magis alicui rei operam dare.* Ciſt. 5, 8 Praeuorti hoc certum eſt rebus aliis omnibus. *Hadrianus Cardinalis*, Praeuertere *et* praeuerti, *non id ſignificat, quod praecedere, ſed id, quod praeponere, praeuenire, ſed non ſuo, immo potius praepoſtero ac peruerſo ordine: id eſt, vt quod erat in animo, vt poſtea fieret, fiat antea: et contra, quod ante erat faciendum, poſtea fiat. Sed id quoque praecipue notandum eſt, Datiuum poſt ſe plerumque trahere, ac Deponens idem verbum etiam fieri.* Liu. 2, 24 Nec poſſe, quum hoſtes prope ad portas eſſent, bello praevertiſſe quidquam. *Ibid.* Aegre impetratum a Tribunis, vt bellum praeuerti ſinerent. Idem 9, 17. *Vid. Gronou.* Plaut. Amph. 3, 2, 39 Si quid dictum eſt per iocum, Non aequum eſt id te ſerio praeuortier. Serio *Datiuus eſt; ſerio ſermoni praeponere iocum, et plus illi tribuere.* Sed quoniam pietatem amori tuo video praeuertere, *i. Praevalere* Plaut. Pſeud. 1, 3, 59. Illuc praeuertamur Hor. Serm. 1, 3, 38. *h. e. potius nos conuertamus. Sic* Praeuertor ad ea Plin. Ep. 5, 15, 7 *potius me conuerto.* Nunc tempus eſt ad epiſtolas Pudentillae praeuerti Apul. Apol. p. 357 *Colu.* Nunc praeuertemur ad noſtrum orbem Plin. 28, 8 *extr. vt legit Gron. vulgo, etiam Hard.* reuertemur. Columel. 3, 7, 3 Non intempeſtiuum eſt, nos ad ea praeuerti, quae videntur hunc publicum errorem corrigere poſſe. *Praeponere:* Anacharſis regno Scythiae philoſophiam praeuertit Tertull. de Pallio c. 5 *pr.* Gell. 4, 3 Iusiurandi religionem animo atque amori praeuertiſſe, quod iurare a Cenſoribus coactus eſſet, vxorem ſe liberorum quaerendorum gratia habiturum. Cic. de Diuin. 1, 10 c. 6 De quibus quid ipſe ſentiam, ſi placet, exponam; ita tamen, ſi vacas animo, neque habes aliquid, quod huic ſermoni praeuertendum putes.

PRAEVERSVS, a, um. Partic. Praeuerſum fulgur. *Vid.* PROVERSVM.

PRAEVĔTO, vetui, vetĭtum, āre. *Ante vetare.* Sil. 13, 155 Praeuetitum capitis poena committere Martem, Sponte viris. *Vetitum ante fuerat, ne quis iniuſſu ducis pugnaret ſub poena capitis.*

PRAEVEXATVS, a, um. Partic. Praeuexatae vires Cael. Aurel. Acut. 2, 32. Paſſione praeuexatus Idem Tard. 1, 1.

PRAEVĬDEO, vīdi, vīſum, ēre. [προοράω] *Ante videre.* Ter. Andr. 1, 2, 9 Herus eſt, neque praeuideram. *al.* prouideram. Cic. de Diuin. 1, 63 c. 30 Tum meminit praeteritorum, praeſentia cernit, futura praeuidet. Ictum venientem praeuidit Virg. Aen. 5, 445. Hor. Epiſt. 1, 7, 68 Ille excuſare — quod non Praeuidiſſet eum. *Al.* Prouid. Cic. de Diuin. 1, 77 Ita futura eloquentia praeuiſa in infante eſt. *al.* Prouiſa. Cunctaque mens oculis praeuidet illa ſuis Ouid. ex Ponto 1, 8, 34. *al.* Peruidet. Vidit autem vir omnium callidiſſimus, magno ſe fore in periculo, niſi quid praeuidiſſet Nep. 23, 9, 2. *al.* Prouidiſſet. ¶ 2 Pro praeteruidere, παραβλέπειν, *i. negligentia quadam non obſeruare, quod tamen oculos incurrit, poſuiſſe Rutgerſio, Heinſio, Bentleio, Cuningamo videtur* Hor. Sat. 1, 3, 25 Cum tua praeuideas oculis male lippus inunctis; Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum? *al.* Peruideas. *Meruill.* Praetereas *ex coniectura.*

PRAEVĪSVS, a, um. Partic. [προορᾳθεὶς] Cultros praeuiſos timet hoſtia Ouid. Faſt. 1, 327. Hor. Art. Poët. 311 Verbaque praeuiſam rem non inuita ſequentur. *Al.* prouiſam, *quod etiam probat Bentl. Adeo vix quidquam plane certi in hoc verbo eſt ob illam viciniam cum* Prouideo.

PRAEVINCIO, vinxi, vinctum, īre. *Strangulare.* Gell. 15, 10 Decreuiſſe Mileſios, vt virgines, quae corporibus ſuſpenſis demortuae forent, vt eae omnes nudae cum eodem laqueo, qui eſſent praevinctae, efferrentur.

PRAEVIRIDIS, e. Adi. Frontin. de Aquaeduct. 1 p. 223 *Keuch.* Stagnino colore praeuiridi.

PRAEVIRIDANS, antis. Laber. *apud* Macrob. Saturn. 2, 7 Cum vigebam membris praeuiridantibus.

PRAEVITIO, āre. [προκαταισχύνω] *Ante vitiare.* Ouid. Met. 14, 55 Hunc dea praeuitiat, portentificisque venenis Inquinat. *h. e. Circe gurgitem venenis inficit ante quam Scylla in eum lotura deſcendat.*

PRAEVIVS, a, um. Adi. [πρόοδος] *Quod antecedit.* Cic. *apud* Non. 1, 330 Alcion genuit claris delapſus ab aſtris, Praeuius Aurorae, Solis, Noctisque ſatelles. *ex Poëta.* Ouid. Met. 11, 65 Nunc praecedentem ſequitur, nunc praeuius anteit. Agmina Stat. Silu. 2, 1, 175. Turba Ouid. de Arte Am. 1, 542.

PRAEVIO, *vnde Partic.* Homo viam non poteſt adoriri, niſi dominum habeat praeuiantem Ambroſ. in Luc. 3, 21.

PRAEVLCERATVS, a, um. Loca praeulcerata Cael. Aurel. Tard. 5, 1, 18.

PRAEVMBRO, āre. [προσκιάζω] *Tegere, caligine offundere, et inuoluere* Tacit. Ann. 14, 47, 1 Fama, in quantum praeumbrare imperatoris faſtigio datur, clarus. *Hic* praeumbrare *dicitur* imperatoris faſtigium: *quia primatium magnitudine ſuperius, ſplendorem eius obfuſcat: quemadmodum praecelſae arbores fulgore in ſe recepto, alias obſcurant inferiores.*

PRAEVNGO, ĕre. Octau. Horat.

PRAEVNCTVS adipe anſerino Cael. Aurel. 4, 3.

PRAEVŎLO, āre. [προπέτομαι] *Ante volare.* Plaut. Mil. 1, 1, 41 Curamque adhibere, vt praeuolet mihi quo tu velis. *Acidalius coniicit* praeuelim, quod tu velis. Cic. de Nat. Deor. 2, 125 c. 49 Baſis autem trianguli, quam efficiunt grues, ea tanquam a puppi ventis adiuuatur, eaeque in tergo praeuolantium colla et capita reponunt.

PRAEVOLO, velle. *i. malle. Vid. modo* PRAEVOLO, āre.

PRAEVRO, uſſi, uſtum, ĕre. [προκατακαίω] *Ante vel primoribus partibus vrere.* Plin. 3, 20 Caeteri fere Lepontios relictos ex comitatu Herculis, interpretatione Graeci nominis credunt, praeuſtis intra ſinus Alpium niue membris. *h. e. quorum primores partes erant vſtae.*

PRAEVSTVS, a, um. Partic. [προκαυθεὶς] Liu. 1, 32 Vt Fetialis haſtam ferratam, aut ſanguineam praeuſtam ad fines eorum ferret. *h. e. Cuius extremitas erat vſtulata.* Virg. Aen. 7, 524 Stipitibus duris agitur ſudibusque praeuſtis.

PRAEVT, *vid.* Prae vt, *in* PRAE.

PRAGMA, atis. n. [πρᾶγμα] *Latine dicitur Actio, ſiue negotium.* Plaut. Caſ. 3, 6, 9 Πράγματά μοι παρέχεις, *faceſſis mihi negotium, moleſtus es.*

PRAGMĂTĬCVS, a, um. Adi. [πραγματικὸς] *Negotialis.* Pragmatici *erant homines quidam forenſis profeſſionis, qui cauſarum actores, interdum iuris ignaros monebant, iuris reſponſa, formulasque actionum ſubminiſtrantes, quaſi admonitores poſtici, dicendorumque ſuggeſtores, quum ad iuris diſceptationem ventum erat. De Graecis oratoribus* Cic. de Orat. 1, 253 c. 59 Iuris vtilitas ad quamque cauſam quamvis repente vel a peritis, vel de libris, depromi poteſt. Itaque illi diſertiſſimi homines miniſtros habent in cauſis iuris peritos, cum ipſi ſint imperitiſſimi (*ſic leg. cum Lambino, pro* peritiſſimi) et qui, vt abs te paullo ante dictum eſt, pragmatici vocantur. *Reſpicit ad* 1, 198 c. 45 Itaque non vt apud Graecos infimi homines mercedula adducti miniſtros ſe praebent in iudiciis oratoribus, ii, qui apud illos πραγματικοὶ vocantur: ſic in noſtra ciuitate, *etc. Poſtea tamen id factum docet* Iuven. Sat. 7, 123 Si contigit aureus vnus: Inde cadunt partes in foedera pragmaticorum. Quinctil. 3, 6, 58 Graeci πραγματικοὺς vocant iuris interpretes. *Et* 12, 3, 4 Neque ego ſum noſtri moris ignarus, oblitusue eorum, qui velut ad arculas ſedent, et tela agentibus ſubminiſtrant: neque idem Graecos quoque neſcio factitaſſe, vnde nomen his pragmaticorum datum eſt. *Ad* arculas *reſpicit in curru militari poſitas, quibus qui aſſident, iis inclamat heros* Aen. 10, 333 Suggere tela mihi.

mihi. Pragmatici *igitur in ipſo velut conſlictu adſunt monitores. Caeterum Adiectiuum eſt.* Pragmaticus locus Quinctil. 2, 21, 3 *quem ipſe interpretatur* negotialem. Martial. 12, 73 Frumentum, milium, ptiſanamque, fabamque ſolebas Vendere pragmaticus, nunc emis agricola. Quaeſtio Quinctil. Decl. 299. Pragmatica ſanctio, *quae eſſet, poteſt intelligi e* l. vlt. C. de diuerſ. reſcr. princip. Pragmaticas ſanctiones non ad ſingulorum preces ſuper priuatis negotiis proferri; ſed ſi quando corpus, aut ſchola, vel officium, vel prouincia, vel quaedam vniuerſitas hominum, ob cauſam publicam fuderit preces, manare decernimus, vt in his etiam veritatis quaeſtio reſeruetur. Pragmatici homines, *h. e. Rebus gerendis exercitati.* Cic. Att. 2, 20 Pompeius amat nos, carosque habet. Credis? inquies. Credo: prorſus mihi perſuadet. Sed quia, vt video, pragmatici homines omnibus hiſtoricis praeceptis, verſibus denique cauere iubent, et vetant credere: alterum facio, vt caueam: alterum, vt non credam, facere non poſſum.

PRAGMATICVM, i. n. [*πραγματικὸν*] Cic. Att. 14, 3 Tu ſi quid pragmaticon habes ſcribe. *h. e. Quod in Repub. geſtum ſit.*

PRAGMATICARIVS, i. m. Pragmaticarii l. vlt. C. de diuerſ. reſcript. princ. *videntur, quorum opera vterentur Imperatores ad* pragmaticas ſanctiones *condendas.*

PRAMNION, i. n. Gemma, morion dicta. Plin. 37, 10.

PRAMNIVM Vinum, [*πράμνιος οἶνος*] Generoſi vini genus, quod in Smyrnaeorum agro naſcebatur iuxta delubrum matris deûm, etiam Homeri carmine celebratum. *Auctor* Plin. 14, 4.

PRANDIVM, i. n. [*ἄριστον*] *Cibus, qui ante meridiem ſumitur. Hinc a πρὸ* et *ἔνδιον, vt vult Plutarch. in Problem. Vel dicitur* quaſi Parandium, quia debemus accipere quod paratum eſt Iſidor. 20, 2. *vel Quia pranſi iterum ad opus ſunt* parati: *vid. Iul. C. Scal. Poët. 1, 5.* Militare prandium, quod dictum eſt prandium ab eo, quod ad bellum milites paret, a cinctis initum Trebell. in Gall. c. 2. Cic. Att. 5, 1 Quod ante ceſſerat Statius, vt prandium nobis videret. Suet. in Vitell. c. 13 Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat, in ientacula, et prandia, et coenas, comeſſationesque. Apparatus prandiorum Cic. Philipp. 2, 201. Abſtemium prandium, *In quo nihil vini potatur* Gell. 13, 29. Caninum, *vid.* CANIS. Paſſerinum prandium *e* Pomponio *apud* Non. 2, 335 *Turneb. Aduerſ. 29, 23 interpretatur in minutas adeo particulas conciſum, quaſi cibum paſſeribus velis obiicere. Verba ſunt:* Et te obiectes fruſtatim paſſerinum prandium. Plebeia Perſ. 5, 18. Accurare prandium, *vid.* ACCVRO. Adducere ad prandium, *vid.* ADDVCO. Commemorare prandia et coenas alicuius Cic. Verr. 1, 49. Conficere, *vid.* CONFICIO. Curare, *vid.* CVRO. Finire prandia nigris moris Hor. Serm. 2, 4, 22. Opſonare, *vid.* OPSONO. Ornare, *vid.* ORNO. Prandere calidum prandium, *vid.* CALIDVS. Magno honori prandia Oreſti fuerunt Cic. Off. 2, 58. Vocare vulgo ad prandium aliquos Idem pro Muraen. 72 c. 34. Prandium, *non fuiſſe praecipuum cibum antiquis, ex ſequentibus apparet.* Celſ. 1 praef. *extr.* Famem facilius fert adoleſcens quam puer, et vno cibo quam prandio quoque aſſuetus. *Eodem pertinet id, quod dicit 1, 3 de hieme loquens,* Si prandet aliquis, vtilius eſt exiguum aliquid, et ipſum ſiccum ſine carne, ſine potione ſumere. Martial. 13, 30 *cuius lemma,* Caſeus Lunenſis, Caſeus Etruſcae ſignatus imagine Lunae Praeſtabit pueris prandia mille tuis. *De* prandiis *eorumque hora, vid. Marcil. ad* Hor. Epiſt. 1, 2, 30.

PRANDICVLVM, i. n. [*ἀριστίδιον*] Feſtus, Prandicula antiqui dicebant, quae nunc ientacula.

PRANDEO, prandi, *et* pranſus ſum, ēre. [*ἀριστάω*] *Prandium ſumere.* Prandeo, poto, cano *etc.* Martial. 4, 90. Plaut. Rud. 4, 2, 33 Sed hic rex cum aceto pranſurus eſt atque ſale. Cic. Att. 5, 1 Sed prandimus in Arcano. Prandi in naue, inde huc egreſſus ſum Plaut. Men. 2, 3, 50. Luſcinias ſoliti impenſo prandere coëmtas Hor. Serm. 2, 3, 245. Olus prandere Idem Epiſt. 1, 17, 13. Teſſeram veſperi per caſtra dedit, vt ante lucem viri equique curati et pranſi eſſent Liu. 28, 14. *Conf.* Gell. 2, 25 *et Borrich. Cogit. p. 279.* Quinctil. 6, 3, 63 Eques Rom. ad quem in ſpectaculis bibentem cum miſiſſet Auguſtus, qui ei diceret, Ego ſi prandere volo domum eo: Tu enim, inquit, non times, ne locum perdas.

PRANDENS, in fictilibus Plin. 1, . .

PRANSVS, a, um. Partic. [*ἠριστηκώς*] Hor. Serm. 1, 6, 127 Pranſus non auide. Ducis pranſi, poti, oſcitantis inſcitia Cic. pro Milon. 57 c. 21. *Conf.* Plaut. Men. 3, 2, 11. Pranſi, *inquit* Nonius 659 non ſolum qui pranderent, dicuntur, ſed etiam quibus nihil deſit. Varro, Quare ô Marce, pranſum, ac paratum eſſet, hoc minime oportet.

PRANSĪTO, āre. Frequent. [*ἀριστῶμαι*] Plaut. Aſin. 1, 1, 18 Vbi flent nequam homines, qui polentam pranſitant. *Eruditi fere omnes contra fidem exemplarium,* Pinſitant *eſſe ſcribendum contendunt: quum praeſertim ſequatur,* Vbi fit polenta te fortaſſe dicere. *Turnebus contra,* Pranſitant, *retinet: hac ratione, quod putet, molitores ſeruos non pane, ſed polenta nutritos fuiſſe in piſtrino: vel potius miſeros illos piſtores, inter agendas molas, quum famelici eſſent, furtim ſolitos eſſe de polenta, id eſt de hordei farina eſitare. Quae cauſa frequentationis* Plauto *fuit, vt* Pranſitare *potius, quam* Prandere *diceret: etſi deſiderandi potius videri poſſit, vt ſit* Pranſitare, *Prandere cupere. Haec ille, et pluribus, vt videre poteris. Gron. coniic.* Ni pol. pranſitant. Vitruu. 8, 3 Accumbentes viatores pranſitare ſolent. *Conf.* Macrob. Saturn. 3, 15.

PRANSITANS, antis. Part. Lamprid. Heliog. c. 27 Pranſitans et coenitans.

PRANSOR, ōris. m. [*ἀριστητὴρ*] *Qui prandet, aut qui inuitatus eſt ad prandium.* Plaut. Menaech. 2, 2, 2 Bonum anteponam prandium pranſoribus, *i. apponam.* Macrob. Saturn. 3, 6 Cum iam manus pranſores lauarent.

PRANSORIVS, a, um. Adi. [*ἀριστητήριος*] *Vnde* Pranſorium candelabrum, *apud* Quinctil. 6, 3, 99. *ioco ficta appellatio. Nempe aliquis,* mirantibus quod humile candelabrum emiſſet, Pranſorium erit, inquit *Scilicet* humile candelabrum *non poteſt illuſtrare menſam, prandentibus luce opus non eſt. Similis ergo iocus ei, ſi quis rimoſum et inhabile* nauigium *excuſaturus diceret,* terreſtre eſt.

PRAPEDION, *et* PRAPEDILON, i. n. Flammula Veneris *dicta alias herba* Apul. de Herb. c. 7.

PRASĬNVS, a, um. Adi. [*πράσινος*] *Viridis ad ſimilitudinem porri. Nam πράσον, Latine porrum dicitur. Hinc Veſtes e viridi lana,* Praſinae *dicuntur.* Martial. 10, 29 De noſtra praſina eſt ſyntheſis emta toga. Plaut. Praſina, coccina, tyria, focale, ſocos, monilia amiſit. Praſina viriditas Caſſiodor. Epiſt. 12, 12. Praſina faſcia inuoluere Petron. c. 64. Praſina agitatorum factio, *qui et ipſi* Praſini Suet. Calig. c. 55. *et* Neron. c. 22. *vid. hic Torrent.*

PRASINVS, i. m. *Gemma.* Tertull. Cypr. de Iudic. c. 8 Inde nitet praſinus, illinc carbunculus ardet.

PRASIANVS, a, um. Adi. [*πρασιανὸς*] *Qui praſinae factioni fauet. Erant enim qui in circenſe certamen deſcendebant, per factiones diuiſi, quas ſuo quamque nomine vocabant. Antonius Imperator in vita ſua, παρὰ τοῦ τροφέως, τὸ μήτε πρασιανὸς, μήτε βενετιανὸς, μήτε παλμουλάριος, ἢ σκουτάριος γενέσθαι. Claſſicus de his factionibus locus eſt* Caſſiod. Var. 3, 51. *Vid.* FACTIO. Plinius Ep. 9, 6 Nunc fauent panno, pannum amant, et in ipſo curſu, medioque certamine, hic color illuc, ille huc transfertur. *Vid.* Petron. c. 70. PRASINIANOS *vocat* Iul. Capitol. in Vero c. 6.

PRASINATVS, a, um. Adi. *Praſina indutus.* Petron. c. 28 In aditu ipſo ſtabat oſtiarius praſinatus, ceraſino ſuccinctus cingulo.

PRASIVM, i. n. *Herbae nomen. Marrubii ſpeciem Dioſcorides ſtatuit 3, 119. vid.* Plin. 20, 17 *et* 22. Apul. de Herb. c. 45.

PRASIVS, i. m. [*πράσιος*] Gemma quaedam e viridantium genere Plin. 37, 8.

PRASOĪDES, is. m. [*πρασοειδὴς*] Gemma eſt ex genere Topaziorum, a porri colore nomen habens. *Nam πρασοειδὴς Graecis idem eſt quod porraceus. vid.* Plin. 37, 8.

PRASON, i. n. Aliis nominibus Phycos, Zoſtera frutex eſt marinus, foliis latis, colore viridi, *de quo* Plin. 14 c. vlt. *et* 13, 25.

PRATVM, i. n. [*λειμὼν*] *Locus herboſus, qui herbae et graminis cauſa ſubmittitur.* Vlpian. l. 31 D. De verbor. ſignific. In quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus eſt: ex eo quod paratum ſit ad fructum capiendum. Columel. 2, 17 Et ideo neceſſarius ei cultus eſt agri, cui veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt partes: nomen quoque indiderunt ab eo, quod protinus eſſet paratum, nec magnum laborem deſideraret. Prata dicta ab eo, quod ſine opere parata Varr. de L. L. 4, 4. *et* R. R. 1, 7, 10. Viriditas pratorum Cic. de Senect. 57. Floridior prato Ouid. Met. 13, 790. Inſtar triginta iugera prati Catul. 112, 1. Arida, *vid.* ARIDVS. Aſia Virg. Georg. 1, 384. Cro[illegible] Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 273. Florida et gemmea Plin. 5, 6. Irrigua et ſicca Cato R. R. 8, 1. Mollia Virg. Georg. 2, 384. Idem Ecl. 10, 42. Nouella Ouid. de Arte Am. 2, 698. Vetera vt excolantur, nouella formentur Pallad. Sept. 10. Viride pratum Ouid. Met. 1, 297. ¶ 2 *Verborum formulae:* Albicant pruinis nec prata canis Hor. Carm. 1, 4, 4. Caedere *vel* ſecare prata Plin. 8, 28. *et* Varr. de R. R. 1, Carpere prata fuga, *vid.* CARPO. Colere Colum. 2, 18. Conueſtiuntur herbis prata, *vid.* CONVESTIO. Cratire pratum Plin. 18, 18. Facere prata ex ſegetibus contra leges Varr. R. R. 2 *pr.* 4. Formare Pallad. Sept. 10. Non prata viridi facie laeta germinant Senec. Herc. fur. 9. Irrigare iugera prati Cic. Q. Frat. 3, 1, 2. Ludere aperto prato Senec. Herc. fur. 2. Obducta ſitu vetuſtatis prata, *vid.* OBDVCO. Paſcit ouis pratum Ouid. Faſt. 1, 204. Renouare vel reſtituere pratum Columel. 2, 18. *et* Plin. 18, 28. Rigent prata Hor. Carm. 4, 12, 3. Rubeant ante nouis quam prata coloribus Virg. Georg. 4, 306. Sicilire pratum Varr. de R. R. 1, 49. Stercorare Cato 50. Suberat area gramineo viridiſſima prato Ouid. Amor. 3, 5, 5. Subſecare prata tenerrima Idem de Arte Am. 1, 299. Ouid. Faſt. 4, 695. Haec modo Verrebat cum raro pectine pratum. *Aldinum exemplar legit, quod ſequitur etiam* Burm. Haec modo verrebat ſtantem tibicine villam.

PRATŬLVM, i. n. Dimin. [*λειμώνιον*] *apud* Plin. Epiſt. 5, 6. Cic. Att. 12, 6 Pro iſto aſſo ſole, quo tu abuſus es in noſtro pratulo.

PRATENSIS, e. Adi. [*λειμώνιος*] *Quod eſt ex prato.* Columel. 6, 3 Pratenſe foenum. Plin. 21, 8 Flores. Fungi Hor. Serm. 2, 4, 20.

PRAVVS, a, um. Adi. [Prauae, *σκολιαὶ* Gloſſ. Vet.] *Quod non eſt rectum.* Cic. Acad. 1, 19 Quid rectum in oratione, prauumue. *Add. ib.* 4 c. 11 *pr.* Artus in prauum elapſi, *vid.* ARTVS. Frangas citius quam corrigas, quae in prauum induruerunt Quinctil. 1, 3. Recta praua faciunt Ter. Phorm. 5, 2, 6. Talis prauis male fultus Hor. Serm. 1, 3, 48. Prauo naſo viuere Idem in Arte Poët. 36. Regula praua Lucret. 4, 516. *Ad animum refertur;* [*σκαιὸς, φαῦλος* Gloſſ. Lat. Gr.] Ter. Adel. 5, 8, 22 Etſi hoc mihi prauum, ineptum, abſurdum atque alienum a vita mea videatur. Cic. Tuſc. 4, 29 Non omne vitium partes habet diſſentientes: vt eorum, qui non longe a ſapientia abſunt, affectio eſt illa quidem diſcrepans ſibi ipſa dum eſt inſipiens, ſed non diſtorta, nec praua. A vitiis in praua, a prauis in praecipitia peruenitur Vell. 2, 10, 1. Malus prauusque Plin. Epiſt. 3, 9. Cic. pro Roſc. Com. 30 Nihil ab hoc prauum et peruerſum produci poſſe arbitrabantur. Ambitio Hor. Serm. 1, 6, 51. Ingenia Quinct. 1, 6, 32. Praui Iudices Quinct. 4, 1, 18. Iudicia Id. 10, 1, 19. Stultitia Hor. Serm. 2, 5, 220. Prauus, *dicitur* Senecae *non Improbus, nec malus; ſed Praefractus* de Ira 1, 6 Cn. Piſo vir fuit memoria noſtra integer: ſed prauus, et cui placebat pro conſtantia rigor. *Sed malus eidem* H. 1, 47 *extr.* Audax callidus, promtus, et, prout animum intendiſſet, prauus aut induſtrius eadem vi Tac. H. 1, 47 *extr.* Prauus *maius eſt quam* Deprauatus. Cic. de Fin. 2, 33 Beſtiarum vero nullum iudicium puto; quamuis enim deprauatae non ſint, prauae tamen eſſe poſſunt. Deprauatus enim eſt tantum animi, quo beſtiae carent: prauus autem et corporis et animi. Tenax praui Virg. Aen. 4, 188. Praua iubentium ardor ciuium Hor. Carm. 3, 3, 2. Obnoxius prauis Hor. Serm. 2, 7, 8. *Compar.* Quo prauius nihil eſſe poſſit Cic. Tuſc. 3 c. 33. *Superl.* Prauiſſima conſuetudinis regula Cic. de Cl. Orat. c. 74. Homo prauiſſimus Vell. 2, 80, 3. Tacit. Ann. 15, 19 Praeualuerat ea tempeſtate prauiſſimus mos.

PRAVE. Adu. [*πονηρῶς, στρεβλῶς*] *cui Recte opponitur.* Cic. de Fin. 2, 25 Quia quod bene, id recte, frugaliter, honeſte: ille porro male, praue, nequiter, turpiter coenabat. Praue pudens Hor. A. P. v. 88. Praue colere religiones Liu. 1, 32. Praue facta, *Peccata,* Cic. Acad. 1, 26 c. 10 Recte facta ſola in bonis actionibus ponens: praue, id eſt peccata, in malis. *Superl.* Prauiſſime adhuc tutus furit Salluſt. Fragm. 1 c. 3. Prauiſſime religiones ſuſcipere Lactant. 2 *pr.*

PRAVĬTAS, ātis. f. [*πονηρία, φαυλότης*] *Vitium proprie eorum, quae recta eſſe debent: vt* Prauitas curuaturae Pall. Mart. 11, 2. Columel. 4, 20 Prauitas ſtaturninum. Cic. Tuſc. 4, 29 c. 13. Vitium

tium, quam partes corporis inter ſe diſſident: ex quo prauitas membrorum; diſtortio, deformitas. Corporis prauitates ſi erunt perinſignes, an habebunt aliquid offenſionis: animi deformitas non habebit? Cic. de Legib. 1, 51. Idem de Finib. 5, 47 Si Prauitatem imminutionemque corporis propter ſe fugiendam putamus, cur non etiam ac fortaſſe magis propter ſe formae dignitatem ſequamur? Cic. de Orat. 1, 156 Intuendi nobis ſunt non ſolum oratores, ſed etiam actores: ne mala conſuetudine ad aliquam deformitatem prauitatemque veniamus. *Diſtortio oris eſt* Cic. ibid. 2, 91 Fuſius neruos in dicendo C. Fimbriae, quos tamen habuit ille, non aſſequitur: oris prauitatem, et verborum latitudinem imitatur. ¶ 2 *Ad animum refertur. v. g.* Quae iſta eſt prauitas? quaeue amentia? Terent. Heaut. 5, 2, 21. Cic. Acad. 4, 26 Tamenne in iſta prauitate Perſtabitis? Varr. de L. L. 8, 17 Inductis non tam iraſcendum, quam huiusce prauitatis patronis. *de iis, qui veterem loquendi vſum contaminant.* Quo magis prauitas eorum admiranda eſt, qui corporis dediti gaudiis, per luxum atque ignauiam aetatem agunt Sall. Iug. c. 2. Qu. Cic. de Petit. Conſul. 31 Dans operam, vt de illa Animi prauitate deducas. Quinctil. 1, 1 *extr.* Multa linguae vitia, niſi primis eximuntur annis, inemendabili in poſterum prauitate durantur. Animi prauitates recte vitia dicuntur Cic. in Parad. c. 3. Artis Quinctil. 2, 15, 2. Cic. de Fin. 2, 27 Qualis iſta philoſophia eſt, quae non interitum Afferat prauitati, ſed ſit contenta mediocritate vitiorum? Erroribus prauitatis mentes Aegyptiorum imbutae Cic. Tuſc. 5, 78. Iudiciorum prauitate mirari aliquid Quinct. 2, 5, 10. Perſtare in prauitate ſua, *vid.* PERSTO.

PRAVICORS, ſ. PRAVICORDIVS, Vulg. Sirac. 3, 28. *Sed Bibl. Clementis*, prauus corde.

PRAXIBVLVS, i. m. [Πραξίβουλος] *Athenienſium magiſtratus, cuius meminit* Plin. 33, 7 ſ. 37.

PRAXIDĬCVM, i. n. *Liber vel Accii neſcio cuius, cuius meminit* Plin. 18, 24 ſ. 55 Adiecit iis Accius in Praxidico vt ſereretur, cum Luna eſſet in ariete, geminis *etc.* *Idem putat opus eſſe Hard. quod* Gell. 20, 3 *ita laudat* Accius Poëta in Pragmaticis.

PRAXIS, eos. f. [πρᾶξις] *Actionem ſignificat.* Cic. Att. 14, 19 Facere magnam praxin Dolabellae. *et mox*, Tibi aſſentior, maiorem praxin eius fore, *etc. adde* Petron. c. 39. *et* Quinctil. 3, 6.

PRACTĬCVS, a, um. Adi. *Quaſi Actiuus, et qui actu ipſo aliquid perficit. Hinc*, Artes *dictae ſunt quaedam* Practicae, *quae in exercitatione et ipſa actione conſiſtunt: diuerſae ab illis, quae* Theoricae, *id eſt ſpeculatiuae, dicuntur. De vtrisque* Quinctil. 2, 18.

PRAXĬTĔLES, is. m. [Πραξιτέλης] *Statuarius, aere, magis autem marmore nobilitatus, duplici in primis Venere, Gnidia et Coa: Scripſit*, teſte Varrone, quinque volumina nobilium operum in toto orbe. *Vid.* Plin. 7, 38. 34, 8. *et* 36, 5. Propert. 3, 9, 16 Praxitelem Parius vindicat arte lapis. Laborifer Stat. Silu. 4, 6, 27.

PRAXITELĪVS, a, um. Adi. [Πραξιτέλειος] *Epitheton operis, ſtatuarii praeſertim, quod Praxitele dignum indicare ſic volumus.* Cic. de Diuin. 2, 48 Quaſi non potuerit id euenire caſu, et non in omni marmore neceſſe ſit ineſſe vel Praxitelia capita. illa enim ipſa efficiuntur detractione, neque quidquam illuc affertur a Praxitele, *etc.*

P R E

PRECARIVS, PRECATOR, *etc.* *Vid. mox in* PRECOR.

PRECIAE, [πρόωροι σταφυλαί] *Vuae, apud* Virgilium *leguntur*, Georg. 2, 95 Purpureae, preciaeque, et quo te carmine dicam Rhaetica? *Vbi* Seruius; Preciaeque: hae cito matureſcunt: vnde et preciae dictae ſunt, quaſi praecoquae, quod ante alias coquantur. Pretiae *ſcribuntur* Col. 3, 2, 23.

PRECIAE, *vid.* PRAECIAE.

PRECIVM, *vid.* PRETIVM.

PRECOR, āri. [δέομαι, εὔχομαι, ἱκετεύω, παρακαλῶ Gloſſ. Lat. Gr.] *Orare.* Plin. in Paneg. 73, 5 Atque hoc magis incenſi ſumus vt precaremur, ne quando tibi non eadem cauſa lacrimarum. Colere, precari, venerarique deos ſolemus Cic. de Nat. Deor. 1, 120. Deos precari, atque ab eis auxilium petere Idem Verr. 4, 71. Precari, implorare, et venerari deos, vt vrbem defendant Idem in Catil. 2, 29. Numen caeleſte precari Ouid. Met. 1, 367. Numina Palladis Virg. Aen. 3, 543. Precor, quaeſo, et obteſtor vos Cic. pro Domo 144 c. 57. Precari bonas preces Cato c. 134. Parce precor, precor Hor. Carm. 4, 1, 2. Pro aliquo precari Ouid. Met. 3, 614. Liu. 38, 43 Quos adorent, ad quos precentur et ſupplicent, Ambracienſibus non ſupereſſe, *i. exceptas ſibi ſtatuas: praecedit*, Simulacra deûm, deos immo ipſos conuulſos ex ſedibus ſuis, ablatos eſſe, parietes poſtesque nudatos. Animo et voce precari Ouid. ex Pont. 2, 6, 17. Cic. pro Corn. Balb. 55 Sacra pro ciuibus ciuem facere voluerunt, vt deos immortales Scientia peregrina et externa, mente domeſtica et ciuili precaretur. *de ſacris Cereris.* Sonis blandis Ouid. Rem. Amor. 332. Voce grata Senec. Agamem. 6. Voce timida Ouid. Epiſt. 19, 51. Vultu pro verbis precari, *i. Signis et indiciis* Ouid. Faſt. 2, 613. Cic. in Piſon. 46 c. 20 Haec ego ſemper de vobis Expetiui, haec optaui, haec precatus ſum. Bona a quibus precamur, ab iis dantibus nolle ſumere, ſtultitia eſt Cic. de Nat. Deor. 3, 84 c. 34. Idem de Amicit. 57 c. 16 Quam multa, quae noſtra cauſa nunquam faceremus, facimus cauſa amicorum: precari ab indigno, ſupplicare, tum acerbius in aliquem inuehi inſectarique vehementius. *Add.* Id. pro Mur. c. 1. Idem Ibid. *pr.* Quae precatus (*al.* deprecatus) *ſum* a diis immortalibus — vt ea res mihi magiſtratuique meo, populo, plebique Romanae, bene ac feliciter eueniret: eadem precor ab iisdem diis immortalibus ob eiusdem hominis conſulatum vna cum ſalute obtinendum, et vt veſtrae mentes *etc.* Veniam precari Virg. Aen. 3, 144. Cic. pro Rab. c. 2. Ouid. ex Pont. 1, 2, 59 Saepe precor mortem, mortem quoque deprecor idem, *etc.* Cic. in Piſon. 33 Vtrum tandem bono viro et ſapienti optabilius putas, ſic exire a patria, vt omnes ſui ciues ſalutem, incolumitatem, reditum precentur, quod mihi accidit. Tac. Ann. 4, 8 Hos orbatus parente tradidi patruo ipſorum, precatusque ſum, quamquam eſſet illi propria ſoboles, ne ſecus, quam ſuum ſanguinem foueret, ac tolleret, *i.* vt tamen non ſecus *etc.* Quinctil. ad Tryphonem p. 2 B, Et oram ſoluentibus bene precemur. Tibul. 2, 5, 115 Tu miſerum torques, tu me mihi dira precari Cogis, et inſana mente nefanda loqui. Cic. in Piſon. 43 c. 19 Neque vero ego, ſi vnquam vobis Mala precarer, quod ſaepe feci, in quo Dî immortales meas preces audiuerunt, morbum aut mortem aut cruciatum precarer, *etc.* *Et* 33 c. 14 An quod tibi proficiſcenti euenit, vt omnes exſecrarentur, male precarentur, vnam tibi illam viam et perpetuam eſſe vellent? Pergin' precari peſſimo Plaut. Aſin. 2, 4, 71 *pro* peſſimum, *ſi vera eſt lectio.* Preco, *actiua forma*, *apud* Priſcian. p. 799. Tentare iterum precando Virg. Aen. 4, 413.

PRECANS, antis. Partic. [δεόμενος] Tange manu menſam, quo tangunt more precantes Ouid. Amor. 1, 4, 27. Mitis precanti Stat. Theb. 1, 189. Dextra precans Virg. Aen. 12, 930. Oliuae precantis ramus Stat. Theb. 2, 478. Verba precantia Ouid. Met. 7, 590.

PRECANDVS, a, um. *Aliud* Partic. [δεητέος] Modeſtiam precandam, vt contentus eſſet Tacit. Ann. 4, 7.

PRECATVRVS, a, um. *ſimiliter* Partic. [δεησόμενος] Ouid. ad Liuiam 193 Larga precaturi ſumite vina manu. *Add.* Ouid. Faſt. 2, 636.

PRECATVS, a, um. Partic. Precati Deos viam ingredimur Petron. c. 117. Supplex per vota precatus Virg. Aen. 3, 624. *Paſſiue legitur apud* Iuuenc. 3, 85 Suſpiciensque dehinc caelum, genitore precato.

PRECATIO, ōnis. f. [δέησις, εὐχή] Cum bonis ominibus votisque ac precationibus Liu. praef. Cic. pro Muraen. 1 Quod ſi illa ſollemnis comitiorum precatio Conſularibus auſpiciis conſecrata, *etc.* Idem de Nat. Deor. 2, 67 c. 27 Itaque in ea dea, quod eſt rerum cuſtos intimarum, omnis et precatio et ſacrificatio externa eſt. Vti noua precatione Quinctil. 4. Prooem. Precatione rem tranſigere Liu. 9, 5. *i. petitione.* Idem 30, 5. Fauſtis precationibus Tacit. Ann. 4, 9, 1. *De* precatione maxima *vid. Lex. Pitiſc.*

PRECATVS, ûs. m. Sidon. Epiſt. 4, 2 Precatu Deum placare. Idem Epiſt. 8, 15. *et* 9, 3. Ammian. 24, 22 (6) Cum concordi precatu prohibere tentarent. Stat. Theb. 11, 103 Blanda precatu Antigone. *Conf.* Idem Silu. 5, 2, 81. Sedul. in Luc. c. 14.

PRECATIVNCVLA, ae. f. Gloſſ. Gr. Lat. δεησείδιον, Precatiuncula, petitiuncula.

PRECĀTOR, ōris. m. [δεητήρ, ἱκέτης] *Qui pro altero intercedit, vel poſtulat.* Ter. Heaut. 5, 2, 22 Nemo accuſat Syre te, nec tu aram tibi, neque precatorem pararis. Idem Phorm. 1, 2, 90 Ad precatorem adeam credo, qui mihi ſic oret, Nunc omitte quaeſo hunc; caeterum poſthac ſi quidquam, nihil precor. *Vid. Scalig. ad* Tibull. 4 *extr.*

PRECĀTRIX, īcis. f. Aſconius in Verr. 1, 14 De nominibus Sabinarum plures tribus factae, quibus precatricibus bellum parentum maritorumque finitum. *Al.* Deprecatricibus.

PRECIS, i, em, e. [δέημα, ἱκεσία] *Pluraliter* PRECES, um, ĭbus. *ab antiquo* Prex. Quinctil. 3, 10 Hac illi opus eſt occaſione, ne eum talium precum pudeat. Nullus locus preci Ter. Andr. 3, 4, 22 Nihil eſt preci loci relictum: iam perturbaui omnia Idem Phorm. 3, 3, 14. Tempus aptum precibus Ouid. ex Pont. 2, 2, 69. Cic. pro Planc. 97 Eorum Preces et vota de meo reditu exaudiens, Dyrrhachium, quod erat in fide mea petere contendi. Idem Verr. 4, 94. In precibus et gratulationibus non ſolum id venerari, verum etiam id oſculari ſolent. *de ſimulacro Herculis.* Blandae iuuenum preces Hor. Carm. 4, 1, 8. Docta prece blandus chorus Caeleſtes implorat aquas Hor. Epiſt. 2, 1, 135. Exiguae preces Ouid. de Arte Am. 1, 440. Graues Propert. 1, 6, 6. Humiles Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 295. Infructuoſae, *vid.* INFRVCTVOSVS. Irritae, *vid.* IRRITVS. Cic. ad Brut. 13 Noli exſpectare longas preces, intuere me ipſum, qui, *etc.* Omnibus precibus aliquid petere, *vid.* OMNIS. Pudicae Ouid. Epiſt. 1, 25. Quomodo in Quotidiana prece vnquam diximus, dimitte nobis debita noſtra Hieron. Epiſt. lib. 1 Ep. 39. Sacrificae Senec. Med. 2. Spretae Ouid. Met. 1, 701. Thyeſteae Hor. Epod. 5, 86. *i. imprecationes.* *Add.* Cic. in Piſon. 43 c. 19. Accipere preces, *vid.* ACCIPIO. Accipere ſuperbius alicuius preces Tacit. Ann. 2, 37. Addere precibus lacrimas Ouid. Epiſt. 4, 175. Addere minas precibus Ouid. Met. 2, 397. Adduci precibus, *vid.* ADDVCO. Adire templa caſtis precibus Senec. Hippol. 2. Adhibere preces, *vid.* ADHIBEO. Admittere preces, *vid.* ADMITTO. Admouere, *vid.* ADMOVEO. Prece numen Adora Virg. Aen. 3, 437. Quinctil. 4, 1 Cuius animus ſpe, metu, admonitione, precibus, vanitate denique, ſi id profuturum credimus, Agitandus eſt. *de iudice.* Ambire aliquem ſollicita prece Hor. Carm. 1, 35, 5. Annuere precibus Ouid. Met. 8, 352. Aſſentire iuſtis precibus Idem ib. 3, 406. Audire preces Cic. in Piſon. 43. Auerſari preces, *vid.* AVERSOR. Blandiri alicui precibus Ouid. de Arte Am. 2, 527. *Al.* Poſtibus. Carent fine vanae preces Idem ex Pont. 3, 7, 2. Cedere precibus alicuius, *vid.* CEDO. Cogere aliquem prece Hor. Epiſt. 1, 9, 2. Ouid. Met. 10, 481 Atque inter mortisque metus, et taedia vitae, Eſt tales Complexa preces: O ſi qua fauetis, *etc. i. Tales preces concepit, ſic orauit.* Concipit illa preces, et verba precantia dicit Ouid. Met. 14, 365. Concipere preces per noua vota Ouid. Amor. 3, 7, 44. Concipere caducas preces Idem Faſt. 1, 182. Conſumtis precibus violentam tranſit in iram Ouid. Met. 8, 106. Decurrere ad miſeras preces Hor. Carm. 3, 29, 59. Deduci oportere oſtendimus nec prece, nec pretio, nec gratia, nec ſimultate a via recta Auctor ad Heren. 3, 4 c. 3. Demittere ſe in preces humiles Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 295. Deſcendere ad preces Senec. Hippol. ſ. 5. Deſcendere in preces Virg. Aen. 5, 782. Deſpuere preces alicuius; *Contemnere* Catul. 48, 18. Deteſtari aliquem hoſtili prece Ouid. Met. 15, 505. Valer. Argon. 2, 336 — Date vina precesque. Dare preces alicui Quinctil. 6, 1, 27. *i. illum precantem introducere, ſ. ex perſona illius precari.* Dare manus precibus Ouid. Faſt. 3, 688. *i. exaudire.* Erubeſcere preces, dicitur quem pudet precari Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 67. Excipere preces blandas molliter Ouid. de Arte Am. 1, 710. Expoſcere pacem precibus Virg. Aen. 1, 261. Extendere preces, *vid.* EXTENDO. Fatigare aliquem prece Hor. Carm. 1, 2, 26. Liu. 1, 11. Ferre preces alicui, *Precari aliquem* Virg. Aen. 8, 60. Flectere ſupplici prece Senec. Herc. furent. 7. Flecti precibus Virg. Aen. 2, 689. Frangi precibus Ouid. Epiſt. 1, 85. Fundere preces Virg. Aen. 5, 234. Immiſcere preces Idem ibid. 10, 153. Impetrare precibus ſalutem alicui Cic. ad Brut. 16. Implorata prece Pollucis Catull. 66, 65. Indulgere precibus, *vid.* INDVLGEO. Mouere preces ſollennes ſatis eſt voce Ouid. Faſt. 6, 622. Moueri prece Idem Epiſt. 7, 3. Obliquare preces, *eſt Per ambages aliquid rogare, vt ſolent qui rem vel inhoneſtam, vel factu difficilem impetrare volunt* Stat. Theb. 3, 382. Cic. de Nat. Deor. 1, 36 Nihil ſentiens deus, qui nunquam nobis Occurrit

currit neque in precibus, neque in optatis, neque in votis. Plaut. Capt. 2, 1, 47 Quod antea iure imperitabam meo, nunc te Oro per precem. Ouid. Faſt. 5, 680 Et Peragit ſolita fallere voce preces. *h. e. Eadem voce preces peragit et precatur mercator Deum, qua et fallere conſueuit emtorem.* Prece haut degenere Permotus Tacit. A. 12, 19, 1. Cic. pro Sul. 55 Literae ſunt Fauſti, per quas ille precibus a Sulla petit, vt emat gladiatores. Petere aliquid infimis precibus Liu. 8, 2. *Vid.* INFERVS. Petere aliquid tacita prece Hor. Epiſt. 1, 14, 14. Placare prece caelites Senec. Agamemn. ſ. 7. Placare precibus diuinum numen ſcelere violatum Cic. pro Domo 140. Poſcere aliquid emaci prece Perſ. 2, 3. Proſequi aliquem prece Hor. Carm. 4, 5, 33. Repugnare precibus Ouid. Met. 11, 239. Reſiſtere precibus Senec. Hippol. 8. Retentare preces, *Iterum precari* Ouid. Met. 14, 382. Cic. Att. 11, 15 Quintus non modo non cum magna prece ad me, ſed acerbiſſime Scripſit. Succumbere precibus Ouid. Epiſt. 3, 91. Totus eſt in prece Idem Faſt. 6, 251. Tentare precibus Idem Amor. 2, 3, 17. Tolle preces, *Deſine precari* Idem Faſt. 3, 198. Vinci precibus Senec. Hippol. ſ. 2. Vocare aliquem precibus Virg. Aen. 7, 133. Cic. de Inuent. 1, 22 Si prece et obſeruatione humili ac ſupplici Vtemur. Feſtus, precem ſingulariter Cato dixit. *Pro Exſecrationibus diris,* Caeſ. Bell. Gall. 6, 30 Catiuulcus rex dimidiae partis Eburonum omnibus precibus deteſtatus Ambiorigem, qui eius conſilii auctor fuiſſet, taxo ſe exanimauit. Iratis precibus vrgere Hor. Serm. 2, 6, 30.

PRECICVLAE, ārum. f. *Pl.* Dimin. Symmach. Auctor. Epiſt. 14.

PRECĀBĬLIS, e. Adi. Gloſſ. Lat. Gr. Precabile, δεητικὸν, εὐκτικόν.

PRĔCABVNDVS, a, um. *Ad precandum compoſitus.* Pacat. Paneg. Theodoſ. c. 36 Manus illa (*multitudo militum*) ſubmiſſis precabunda vexillis petiit veniam neceſſitatis.

PRECARIVS, a, um. Adi. [ἱκετευτικὸς] eſt, *vt ait* Vlpianus De verbor. ſignific. l. Pratum: Quod precibus petenti vtendum conceditur tamdiu, quamdiu is, qui conceſſit, patitur. *Vid. eundem* Vlpian. D. de precario. *Hinc* Precarium, *Quod non noſtri iuris eſt, ſed alieni.* Sen. de Tranqu. anim. c. 11 *pr.* Non mancipia tantum poſſeſſionesque et dignitatem, ſed corpus quoque ſuum et oculos et manum et quidquid eſt cariorem vitam facturum, ſeque ipſum inter precaria numerat (ſapiens) viuitque vt commodatus ſibi, vt repoſcentibus ſine triſtitia, redditurus. Tacit. Ann. 1, 42, 6 Meque precariam animam inter infenſos trahere. Auxilium precarium, non iuſtum ferre, *i. Precari pro aliquo, non patrocinari. Sic exponit Budaeus* Liu. 8, 35. Caſtitas precaria, *quam non diutius ſeruare licet, quam alii preces audiant* Senec. in Declamat. 2. Ouid. Met. 9, 76 *De Acheloo ſub anguis forma certante cum Hercule,* Quem forma precaria celat. *i. Aliena.* Imperium Tacit. Hiſt. 1, . . Ius Tacit. de German. 44. Libertas Liu. 39, 37. Opem non orare precariam, ſed pro debita petere Liu. 3, 47. Pſeudo- Cic. ad Octau. *extr.* Cuius auus fuerit argentarius, adſtipulator pater, vterque vero precarium fecerit Quaeſtum. Regnum precarium Curt. 5, 8, 12. Cic. ad Brut. 16 Nempe quia poſtulabat haec, Salutem abs ſe peti precariam, nos, *etc.* Spiritus precarii *dicitur* eſſe homo *a* Seneca, lib. De conſol. ad Martiam c. 11 *quaſi commodati, et quem ea lege accepimus, vt reddamus quum primum repoſcet qui commodauit.* Vita Tacit. Hiſt. 4, 76, 5. Vſuram ſi precariam vocis ſumeres Apul. 7 *extr. verba ſunt ad aſinum, h. e. Si vſus vocis tibi ad tempus concederetur, vt loqui poſſes?*

PRECARIO. [τῷ δεήματι] *Nomen, ipſa terminatione Ablatiui, pro Aduerbio accipitur.* Vlp. l. 2 Ait praet. §. 3 Habere lib. 43 D. t. 26 de precario, precario habere videtur, qui poſſeſſionem corporis vel iuris adeptus, ex hac ſolummodo cauſa, quod adhibuit preces, et impetrauit, quod ſibi poſſidere aut vti liceat: *ib.* t. ſeq. Veluti ſi me precario rogaueris per fundum meum ire, vel agere liceat: vel vt in tectum meum ſtillicidium, vel tignum in parietem immiſſum habeas. Aur. Vict. de Vir. Illuſt. c. 7 Seruius Tullius quaſi precario regnare coepit: ſed recte imperium adminiſtrauit. Cic. pro Caecin. 92 Ne id quidem ſatis eſt, niſi docet ita ſe poſſediſſe, vt nec vi, nec clam, nec precario poſſederit. Cic. Verr. 5, 58 Quo tempore in tanta inopia nauium, tantaque calamitate prouinciae, etiamſi precario eſſent rogandi, tamen ab his interpretatur. Precario mox praefuit Tacit. Agric. 16, 5. Mori praeſtat quam precario imperatorem eſſe Curt. 9, 2 *extr.* Precario Poſſidere ſ. Venire in poſſeſſionem Cic. Agr. 3 c. 3. Seu vi, ſeu clam, ſeu precario Ter. Eun. 2, 3, 27. Petere precario Plaut. Amph. prol. 24.

PRECARIVM, i. n. *Pro Sacrario ſeu templo domeſtico apud* Petron. c. 30. *Vid. viri docti ad locum, et Barth. in* Claud. de Conſul. Honorii 4, 3. *Nihil certi.*

PRECATĪVVS, a, um. Adi. Vlpian. titulo 24 libri, qui inſcribitur, Tituli ex corpore Vlpiani, Legatum, eſt quod legis modo, id eſt imperatiue, teſtamento relinquitur. Nam ea, quae precatiuo modo relinquuntur, fideicommiſſa vocantur. Pax precatiua Ammian. 16, 9. *et* 17, 10. *i. precibus impetrata.*

PRECATĪVE. Adu. Vlpian. titulo 25 libri, qui inſcribitur, Tituli ex corpore Vlpiani, Fideicommiſſum, eſt quod non ciuilibus verbis, ſed precatiue relinquitur: nec ex rigore iuris ciuilis proficiſcitur, ſed ex voluntate datur relinquentis.

PREHENDO, di, ſum, ĕre. [λαμβάνομαι, πιέζω] *Capere. Dicitur, a Poëtis praeſertim et* Prendo *per ſyncopam. Camerario placuit* Praehendo, *quod ex* Prae *et antiquo inuſitato* Hendo, *ſiue* Fendo *compoſitum eſſet.* Cic. de Legib. 1, 61 Quid diuinum aeternumque ſit viderit, ipſumque ea moderantem et regentem paene prehenderit.. Idem Acad. 1, 41 c. 11 Sed quum acceptum iam et approbatum eſſet, comprehenſionem appellabat, ſimilem iis rebus, quae manu prehenderentur: ex quo etiam nomen hoc duxerat. Plin. 20, 17 Et orthopnoicis, quod ternis Digitis prehenderit ſeminis, tantundem hyoſcyami cum lacte aſinino. Cic. de Diuin. 1, 59 c. 28 Quumque te tua patria vi pulſum eſſe dixiſſes, prehendiſſe eum dextram tuam, et bono animo te iuſſiſſe eſſe. Oculorum Lumine aperto innumerabilia Lucret. 4, 1136. Manu prehendere aliquem Cic. de Orat. 2, 140 c. 56. *In primis magiſtratuum eſt cum venire detrectantem* prendi *adducique iubent.* Gell. 12, 12 *ex Labeone Antiſtio*, Poſſe igitur eos (*tribunos pl.*) venire et prendi ſe iubere, ſed vocandi abſentem ius non habere. *Et ex Varrone*, Qui vocationem habent, iidem prendere, tenere, abducere, poſſunt. — Nam iure prendi qui poteſt, etiam in vincula duci poteſt. *Add.* c. 13. Poma prendere fugientia Ouid. Epiſt. 18, 181. Stirpes tellus amplexa prehendit Cic. in Arat. 116. Oras prendimus fugientis Italiae Virg. Aen. 6, 61. Sen. Medea 104 Effrenae ſolitus Pectora coniugis (*Medeae*) Inuita trepidus prendere dextera, Felix Aeoliam corripe virginem. Portus prendere *i. intrare* Stat. Silu. 1, 2, 203. *et* Val. Fl. 7, 83. Cic. de Clar. Orat. 93 Dein quum otioſus Stilum prehenderat, motusque omnis animi, tanquam ventus hominem defecerat, flacceſcebat oratio. *Laudatur ex* Plin. Ep. 2, 9 Prendo amicos, ſupplico, ambio, domos ſtationesque circumeo: quantumque vel auctoritate, vel gratia valeam, precibus experior. *Sed recte legitur* Prenſo, *v. v. Et tamen* Cael. ad Cic. Fam. 8, 11 Prendimus eum *eſt rogauimus prehenſa dextra. Sic* Ter. Phorm. 4, 3, 15 Viſum eſt mihi, vt eius tentarem ſententiam. Prehendo hominem ſolum, *i. colloquii cauſa Seduco.* Prendere auriculis Plaut. Aſin. 3, 3, 77. *et* Poen. 1, 2, 163. Prehendere *vt* comprehendere, *intell.* terram, *dicuntur plantae transpoſitae aut inſitae, cum conualeſcunt, et ſuccum trahere incipiunt* Pallad. Febr. 25, 3. *Sic* ſine ambiguitate prehendendi Febr. 10, 7 *ſine metu ne non conualeſcant. Perf.* Prendidi *laudatur ex* Sil. 15, 635 *de telo*, Fert letum cuicunque viro, quem prendidit ictus. *Sed diu eſt, cum ex MSS. reſtitutum eſt* prenderit.

PRENDENDVS, a, um. Partic. [ληφθησόμενος] Ouid. ex Pont. 2, 6, 13 Brachia da laſſo potius prendenda natanti. Ter. Heaut. 3, 1, 89 Syrus eſt prehendendus atque adhortandus. *vid. Guyet. ad h. l.*

PREHENSVS, *ſiue* PRENSVS, a, um. *Aliud* Partic. [ληφθεὶς] Seneca Troade 1095 Sic ille dextera prenſus hoſtili puer ferox. Prehenſus manifeſto furto Gell. 11, 18. Prehenſus furti manifeſti Idem 11, 18. Corpora prenſa manu Virg. Aen. 3, 624. Dextraque prehenſum continuit Idem ibid. 2, 592. Ouid. Am. 2, 9, 31 Prope iam prenſa Tellure, *de naue.* Otium diuos rogat in patenti prenſus Aegeo Hor. Carm. 2, 16, 1.

PRENSVRVS, a, um. *ſimiliter* Partic. [ληψόμενος] Ouid. Epiſt. 10, 10 Incertum vigilans, an ſomno languida, moui Theſea prenſuras ſemiſopita manus. *Sed Burm.* preſſuras ſemi ſupina.

PREHENSIO, ſ. PRENSIO, ōnis. f. *Ius erat magiſtratibus conceſſum.* Varro *apud* Gellium 13, 12 In magiſtratu, *inquit*, habent alii vocationem, alii prehenſionem, alii neutrum: vocationem, vt COSS. et caeteri, qui habent imperium: prehenſionem, vt trib. pleb. et alii, qui habent viatorem: neque vocationem, neque prehenſionem, vt Quaeſt. et caeteri, qui neque lictorem habent, neque viatorem. Qui vocationem habent, iidem prehendere, tenere, adducere poſſunt: et haec omnia, ſiue adſunt quos vocant, ſiue acciri iuſſerunt: Trib. Pleb. vocationem habent nullam. Neque minus multi imperiti, perinde atque haberent, ea ſunt vſi. *Haec* Varro. *Cur autem Tribuni, qui habebant ſummam coërcendi poteſtatem, ius vocandi non habuerint, ibidem diſputatur. Add.* c. 13. *Genus machinae apud* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 9. *Vid. Hotoman.* Lipſ. Poliorc. 2 Dial. 4.

PREHENSO, *ſiue per Syncopam vſitatius*

PRENSO, āre. Frequent. *Conatum vehementiorem prehendendi ſignificat: ac propriam fere ſedem habet in precibus, cum dextra prehenſa alios rogamus, quod δεξιώσασθαι Graeci dicunt.* Cic. de Orat. 1, 112 c. 24 *Craſſus* Equidem, *ait*, cum peterem magiſtratus, ſolebam in prenſando dimittere a me Scaeuolam, cum ita ei dicerem, me velle eſſe ineptum; id erat petere blandius, quod niſi inepte fieret, bene non poſſet fieri. *Conf.* Q. Cic. de petit. Conſul. 32 c. 11. Liu. 1, 47 His muliebribus inſtinctus furiis Tarquinius, circumire, et prehenſare minorum maxime gentium patres, admonere paterni beneficii. Idem 3, 12 *Caeſo, reus*, cum multa indignitate prenſabat ſingulos. *Et* 3, 47 *Virginius* circumire et prenſare homines coepit; et non orare ſolum precariam opem, ſed pro debita petere. *de candidatis.* Cic. Att. 1, 1 Prenſat vnus P. Galba, ſine fuco ac fallaciis more maiorum. Brachia manu prenſare Hor. Serm. 1, 9, 64. *eſt familiaris clanculum rogantis.* Genua circumſtantium Tacit. Ann. 1, 21. Pectora commanipularium prenſare Tacit. Hiſt. 4, 46, 7. Initium prenſandi Cic. Att. 1, 1. Arma, genua, veſtigia prehenſando flexere militum animos Tacit. Hiſt. 1, 66, 1. *Add. ib.* 3, 28, 3. *Dicitur tamen etiam de aliis.* Virg. Aen. 2, 444 Prenſant faſtigia dextris *aſcendere molientes.* Liu. 22, 51 Ad conſilium prenſandum temporis opus eſſe. *Vid. ſtatim* PRENSANS.

PRENSANS, antis. Partic. Virg. Georg. 4, 501 Prenſantem nequidquam vmbras. Tumulos prenſans Ouid. Met. 13, 424. Lubrica prenſantes effugit vmbra manus Ouid. Faſt. 5, 476. Prehenſantes manum gratantesque Tacit. Ann. 4, 10, 2.

PRENSATIO, ōnis. f. *Studium ambitionis, quod in* PRENSO *deſcripſimus.* Cic. Att. 1, 1 Fuit illius haec praepropera prenſatio.

PRENSĬTO, āre. Sidon. Epiſt. 2, 8 Cum Libitinam ipſam flentes omnes externi quoque prenſitarent, *i. feretrum attingere ſtuderent honoris mortuae cauſa.*

PRENSORIVM, i. n. Gloſſ. Lat. Gr. Prenſorium, ἶπος. *Fuerit igitur laqueus, decipula.*

PRELVM, i. n. [πιεστὴρ, πιεστήριον] Trabs eſt, qua vua vel oliua premitur, *auctore* Seruio, a premendo dictum. *Alii a* praeluendo *formant, et ideo ſcribunt* Praelum. Virg. Georg. 2, 242 — tu ſpiſſo vimine qualos, Colaque prelorum, et reliqua. Torcular ſi non cochleis torquetur, ſed reſtibus et prelo premitur Vitr. 6, 9. Colum. 12, 39, 1 *de vuis paſſis*, in fiſcellam conferre et prelo premere. Martial. 1, 27 Non haec Pelignis agitur vindemia prelis. Vina prelis eliſa Falernis Propert. 4, 6, 73. *Add.* Stat. Silu. 2, 2, 5. Prela, *etiam dicuntur Inſtrumenta preſſoria alia*, Plin. 13, 12 *de chartis loquens*, Premitur deinde prelis, et ſiccantur ſole plagulae, atque inter ſe iunguntur. *De veſtibus vide poſt.* Cato de R. R. c. 12 In torcularium quae opus ſunt vaſis quinis? Prela temperata quinque, ſuperuacanea tria. Prela temperata *vocat*, *Quae apta ſunt et accommodata ad torquendum et premendum*; Superuacanea *vero*, *Nihil agentia et ceſſantia: quae ſi ſuperiora illa deficiant, operoſa eſſe poſſint, et in vicem ſuccedere. Ex Turneb. Aduerſ.* 8, 6. Prelum *veſtibus adhibebatur, ne nitorem amitterent.* Martial. 2, 46, 3 Sic tua ſuppoſitis pellucent prela lacernis Sic micat innumeris arcula ſyntheſibus. Claud. Epithal. Pallad. 100 Ornatum formae, prelisque ſolutae Mira Dioneae ſumit velamina telae. *Conf.* Sen. de Tranq. An. c. 1.

PREMA, ae. f. *Dea mater*, culta, vt ſubacta *a ſponſo* virgo ne ſe commoueat, quum premitur. Auguſtin. de Ciu. Dei 6, 9.

PREMELLERE, Litem promouere, Paullus *apud* Feſtum *habere dicitur. Ego non praeſto.*

PREMO, preſſi, preſſum, ĕre. [πιέζω, θλίβω] Calcare, et alicui rei inniti cum pondere, *vt ait* Nonius 4, 353. Virg. Aen. 10, 495 Et laeuo preſſit pede talia fatus, Exanimum, rapiens immania pondera baltei. Plin. 28, 2 Pollices, quum faueamus, premere etiam prouerbio iubemur. *vid.* POLLEX. Arcte premere Lucret. 4, 1173. Premere omnia deorſum Idem 1, 363. ¶ 2 *Metaphoras parit elegantes:* Cic. de Lege Agrar. 1, 16 Ne vrbem hanc alia premere, atque vrgere poſſitis? *nimis in propinquo collocare.* Nepos 17, 6, 1 Cum a plerisque ad exeundum premeretur. *i. Impelleretur.* Pro diffidentia premitur abſentia Quinctil. 5, 7 *pr. i. commemoratur cum inuidia, certe ſuſpicione.* Id. 7, 2, 12 Euerſo vno quo defendimur, reliquum eſt quo premimur. *Sic* 5, 7, 23 *etc.* Virg. Aen. 10, 375 Numina nulla premunt, mortali vrgemur ab hoſte Mortales. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 46 Pompeiani hoc inſolentius atque audacius noſtros premere et inſtare coeperunt. Nepos 1, 3, 2 Male rem gerere Darium premique a Scythis. Senec. Epiſt. 22 Premeris, accelera et euade. *Quod ex* Feſto *hic ponitur* premere pro prohibere, *ad* Peremere *pertinet, v. v.* *Sed pro Inſtare, et dicendo immorari.* Plin. Epiſt. 3, 9 Quum Caſtam accuſarem, nihil magis preſſi, quam quod accuſator eius, praeuaricationis crimine corruiſſet. *Superare antecellere* Stat. Silu. 1, 2, 115 Quantum Latonia Nymphas Virgo premit, quantumque egomet Nereidas exſto. *Add.* Pallad. de Inſit. v. 69. *Vid. Barth. ad* Stat. Silu. p. 68. *Reprehendere, maledicere.* Quinctil. 12, 10 *de Cicerone*, Praecipue vero preſſerunt eum, qui videri Atticorum imitatores concupiebant. *Verbum venatorium, vt et Agitare et Excitare.* Virg. Aen. 1, 328 Vt ſpumantis apri curſum clamore prementem. *Et* Georg. 3, 413 Ingentem clamore premes ad retia ceruum. *Sic de bello* Virg. Aen. 1, 471 Hac fugerent Graii, fugeret Troiana iuuentus. *Adde Drakenb. ad* Sil. 5, 281. *et* Iſidor. 10 lit. V. *In his omnibus* premere *ita accipitur, vt aliquam moleſtiam inferre ſignificet his, qui* premi *dicuntur.* ¶ 3 *Sunt aliae quoque formulae, vel a metaphora, vel a peculiari vſu notabiles. V. g. eſt Venereum verbum:* Caligula *apud* Suet. c. 25 Noli vxorem meam premere. *vid.* Dea PREMA. *De Aeolo* Virg. Aen. 1, 63 Legemque dedit *ventis Iupiter*, qui foedere certo, Et premere et laxas ſciret dare iuſſus habenas. *Nempe*

Hic vaſto rex Aeolus antro
Luctantes ventos tempeſtatesque ſonoras
Imperio premit, ac vinclis et carcere frenat.

Id. 11, 600 Preſſas habenas *dixit adſtrictas ad retinendum equum. Id. Significat etiam Occultare, tegere.* Virg. Aen. 9, 612 Canitiem galea premimus. Id. ibid. 1, 213 Premit altum corde dolorem. Hor. Carm. 3, 4, 18 Vt premerer ſacra Lauroque collataque Myrto Non ſine Diis animoſus infans. *Conf.* Seuer. in Aetna v. 205. Preſſa eſt inſignis gloria facti, *i. Auctor ignoratur* Virg. Aen. 12, 322. Hor. de Arte Poët. 388 *de carmine* Nonumque prematur in annum Membranis intus poſitis. *Neſcio quid ſibi velit laudatus* Varro, Inuitamque preſſit ab aedibus. ¶ 4 *Sed, age, ordine elementari ponamus Nomina, quibus varie admodum hoc Verbum iungitur.* Cic. Att. 7, 3 Omnes qui Aere alieno premantur. Alas premunt cantu plauſuque galli Cic. de Diuin. 2, 57. Virg. Aen. 2, 379 Veluti qui ſentibus Anguem Preſſit humi nitens *i. calcauit.* Annos facta premunt, *i. Superant* Ouid. Met. 7, 449. Anguſtiis premi Caeſar Bell. Gall. 3, 18. Argumentum hoc etiam atque etiam eſt premendum Cic. Tuſc. 1 c. 36. Arte ſua premi Ouid. Triſt. 2, 450. Arua aliena iugo premere Virg. Aen. 10, 78. Arua premere dicitur pelagus Idem ibid. 1, 250. i. e. Aquarum abundantia populari et vaſtare. Seruius. Cic. pro Lege Manil. 30 Teſtis eſt iterum, et ſaepius Italia, quae quum ſeruili Bello tetro periculoſoque premeretur, ab hoc auxilium abſente expetiuit. Caſeus pinguis premitur vrbi ingratae Virg. Ecl. 1, 35. Cauſa ipſa facie premitur Quinctil. 4, 1, 42. *i. laborat primo ſtatim intuitu, ac difficilis eſt ad tuendum.* Cic. pro Cluent. 53 Denique hoc loco cauſa teſtibus honeſtiſſimis hominibus premebatur. Virg. Georg. 3, 413 Ingentem clamore premes ad retia Ceruum. Collum laqueo Hor. Epiſt. 1, 16, 37. Confeſſionem Quinctil. 7, 1, 29. *it.* 4, 4, 4. Corticem premere, *Contundere, et ſuccum ex cortice exprimere* Plin. 12, 21. Crimen eleuare *et* Premere, *contraria* Quinctil. 7, 2, 40. Crinem fronde premere Virg. Aen. 4, 148. *Add.* Aen. 5, 556. Stat. Silu. 1, 2, 228. Curſum ingenii premit haec importuna clades ciuitatis Cic. de Clar. Orat. 332. Dentes in vite Ouid. Faſt. 1, 355. Deſiderio rerum omnium et luctu premi Cic. Att. 3, 22. Digitos pollice Quinctil. 11, 3, 94. Virg. Aen. 1, 213 Spem vultu ſimulat: premit altum corde dolorem, *i. occultat.* Cic. Tuſc. 2, 17 Quis autem non miſer non modo tunc, quum premetur ſummis Doloribus, ſi in his eſt ſummum malum: ſed etiam quum ſciet id ſibi poſſe euenire? Falce vitem premere Hor. Od. 1, 31, 9. *Sic* Virg. Georg. 1, 157 Ruris opaci Falce premes vmbras. Famam alicuius premere Tacit. Ann. 15, 49. Fame premi et tempeſtate Plin. 37, 8. Fauces obſeſſas lingua aſpera premit Virg. Georg. 3, 508. Fauces defenſionis alicuius premere, *per translationem, pro Corrumpere, et quaſi ſtrangulare atque infirmare.* Cic. Verr. 3, 145 Timarchides columen familiae veſtrae premit Fauces defenſionis tuae. Faucibus premi, *Ita premi, vt elabendi locus nullus ſit.* Cic. pro Cluent. 84 Iſtam conciliationem gratiae Stalenus tum recenti re, quum Faucibus premeretur, excogitauit. Fauis preſſis ſpumantia mella cogere Virg. Georg. 4, 140 Varro *ex* Pompilio de L. L. 6, 5 Heu qua me cauſa Fortuna infeſta premis? Foſſam *i. Fodere* Frontin. Strat. 1, 5, 8. *Vid.* PRESSVS, DEPRESSVRVS *et* DEPRESSVS. Frigore quum premitur porro omnis terra, coitque, *etc.* Lucret. 6, 8. Frigoribus premimur Ouid. de Arte Am. 2, 317. Gradum preſſere attoniti Valer. Argon. 2, 454. *h. e. Reſtiterunt.* Grana preſſerat ore Ouid. Met. 5, 538. Haſta aliquem Virg. Aen. 2, 530. Imperio ventos Idem ibid. 1, 57. Impetu hoſtium premi Liu. 22, . . Inopia premi Columel. 5, 12. Cic. de Orat. 1, 228 c. 53 Quum et Inuidia et odio populi tum Galla premeretur, his quoque eum tragoediis liberatum ferebat. Tacit. Hiſt. 4, 72 Cerialis a metu infamiae, ſi licentia, ſaeuitiaque imbuere militem crederetur, preſſit Iras. Iras graues Lucan. 2, 521. Iuſſa Fauni parentis te premunt Virg. Aen. 7, 368. Lethargo premi Quinct. 4, 2, 106. Luxuriem Ouid. Met. 14, 629. Mammam Plin. 11, 40. Manu premere Lucret. 4, 623. Neceſſitas te tanta premebat Cic. pro Roſc. Amer. 97. Nobilitate premi nec finis ingenium Ouid. ex Pont. 2, 3, 2. Nocte premi Virg Aen. 6, 827. Obſidione premi Ouid. Faſt. 6, 368. Obſidione vrbem premebat Virg. Aen. 8, 647. Oppugnationibus premere Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 9. Virg. Aen. 9, 487 *de honore funeri habito* Preſſiue Oculos, aut vulnera laui Veſte tegens. *Vid.* Nonius 4, 353. Oculos quies preſſit Virg. Aen. 12, 908. Odium premere Plin. in Paneg. c. 62. *i. occultare.* Cic. antequam iret in exil. 6 Non Odio bonorum, ſed inuidia premor malorum. Idem Q. Frat. 3, 4 Quo quidem in iudicio Odio premitur omnium generum. Onere premi, *vid.* ONVS. Pedem premere, *Figere* Liu. 8, . . Propoſitum premere, *Non deſiſtere ab incepto* Ouid. Met. 2, 104. *al.* Tenere. Molle Salictum Valle premens gelida Calpurn. Ecl. 5, 110 *ſc. falce. vid. Burm. ad* Ouid. Met. 8, 291. Sedilia premere, *Sedere* Ouid. Met. 5, 317. Seruitio premere vrbem Virg. Aen. 1, 289. Cic. Philipp. 4, 3 Qui quum Seruitute premeremur, et indies malum creſceret, praeſidii nihil haberemus. Silentia preſſere Sil. 12, 646. Sonus remorum premitur clamore, *i. Prae clamore remorum ſonus non auditur* Lucan. 3, 541. Virg. Aen. 10, 296 Sulcumque ſibi premat ipſa carina. Tumentia premere, humilia extollere, luxuriantia adſtringere, inordinata digerere, ſoluta componere, exſultantia coërcere, *etc.* Quinctil. 10, 4. Cic. Tuſc. 1, 13 c. 7 Quoniam me Verbo premis, poſthac non ita dicam miſeros eſſe, ſed tantum miſeros ob id ipſum, quia non ſunt, *i. Verbo me non tecte, vti doces.* Veſtigia premere, *pro Conſiſtere, ſiue pedem figere.* Virg. Aen. 6, 197 Sic effatus veſtigia preſſit. *Poëticum eſt.* Veſtigia premere, *Proxime ſequi* Tacit. Ann. 2, 14. Virg. Georg. 2, 346 Quod ſupereſt, quaecunque premes Virgulta per agros, *i. Demerges, infodies.* Vi premi Lucret. 6, 517. Vitem premere falce Hor. Carm. 1, 31, 9. *i. putare.* Cic. de Finib. 4, 78 Hoc vno Vitio maxime mihi premi videntur tui Stoici, quod ſe poſſe putant duas contrarias ſententias obtinere. Vmbras premere falce, *i. Reſecare frondes, vel herbas, aut frutices vmbram facientes* Virg. Georg. 1, 157. Vocem premere, *Tacere* Virg. Aen. 9, 324. ¶ 5 *Frequenter permutari hanc vocem cum* petere, terere *docet Burm. ad* Rutil. Itin. 1, 621.

PREMENS, entis. Part. Lilia verbenasque premens Virg. Georg. 4, 131. Collectum premens ſub naribus ignem Id. ib. 3, 85. *in equi deſcriptione. Add.* Id. Aen. 8, 289.

PRESSVS, a, um. Partic. [τεθλιμμένος, πεπιεσμένος] Caſeus preſſus manu Columel. 7, 8. Humi preſſus vtroque genu Stat. Theb. 6, 899. Grauitate ſoporis Ouid. Met. 15, 21. Mentem formidine Virg. Aen. 3, 47. Bello iniquo Valer. Argon. 5, 554. *Cum eſt orationis epitheton, caſtigatum et minime luxuriantem notat.* Cic. de Clar. Orat. 202 c. 55 Aſiatici oratores non contemnendi quidem, nec celeritate, nec copia, ſed parum preſſi et nimis redundantes. Quotusquisque tam rectus auditor, quem non potius dulcia haec et ſonantia, quam auſtera et preſſa delectent Plin. Ep. 2, 19. Preſſa et tenuia Quinctil. 10, 1, 44. Idem 10, 1 *de Homero*, Laetus ac preſſus, iucundus et grauis, tum copia, tum breuitate mirabilis. *Vid. mox* Cultus, Eloquentia, Narratio, Oratio, Orator, Ornatus, Stilus, Verba. *it.* n. 3 *Comparat.* ¶ 2 *Subſtantiua ordine elementorum:* Boues preſſi detrectant iuga Ouid. Amor. 1, 2, 14. Clamor preſſus ſubſtitit Ouid. Met. 1, 207, *vt* Vocem premere. Cogitationibus preſſioribus inſtructae, *h. e. Certis et ad propoſitum directis* Apul. Met. 5 p. 163. Coma preſſa ſuſtinere galeam Ouid. Epiſt. 3, 120. *Sic interpretantur etiam* Virg. Aen. 5, 556 Omnibus in morem tonſa coma preſſa Corona, *vbi* coronam *volunt eſſe galeam coronatam, et* tonſa *per hypallagen pertinere ad* coma. *Sed facilius videtur* Comam preſſam corona tonſa *intelligere* comam *orbe et velut* Corona *tonſam, vt* vitem premere *eſt putare.* Cubito preſſo remanere Hor. Carm. 1, 27, 8. Cultus orationis preſſus Quinctil. 4, 2, 117. Dolor preſſus ſub corde Stat. Theb. 9, 824. Eloquentiae genus plenum, *et* Preſſum, *contraria* Quinctil. 11, 1, 31. Foſſa arctius preſſa Plin. Ep. 10, 59, 4. Genus dicendi preſſum limatumque Quinct. 2, 8, 4. Gradu preſſo incedere, *h. e. Firmo, nec tamen celeri: ſed quo cautos incedere videmus* Liu. 28, 14. Lactis preſſi copia Virg. Ecl. 1, 82. *Circumloquutione poëtica a* Virgilio *ſignificatur Caſeus, qui et coagulo cogitur et premitur: ſed et ipſa interdum manu premitur, formatur, atque figuratur.* Tranquill. Aug. c. 76 Et caſeum bubulum manu preſſum. Premitur autem, *auctore* Columella 7, 8 ne ſit fiſtuloſus, quod ei accidit, qui laxius remiſſiusque in formis ſuis habetur, nec ſatis cogitur. *Haec Turneb.* Mammis preſſis manabunt flumina Virg. Georg. 3, 310. Cic. Tuſc. 1, 106 Haec quum preſſis et flebilibus Modis, qui totis theatris moeſtitiam inferant, concinuntur, difficile eſt non eos, qui inhumati ſunt, miſeros iudicare. Narratio preſſa Quinctil. 9, 4. Narrationis gracilitas preſſa Idem 4, 2. Oratio preſſa, *et* In qua ineſt luxuries quaedam, *contraria* Cic. de Orat. 2, 96. — multo preſſior *ib.* c. 23. Oratores pro preſſis exiles Quinct. 10, 2, 16. Cic. in Hortenſ. *apud* Non. 4, 352 Quis te autem eſt, aut fuit vnquam in partiundis rebus, in definiendis et explicandis ſententiis preſſior? Ornatus preſſior et ſeuerus Quinctil. 8, 3, 13. Ore preſſo obmutuit Virg. Aen. 6, 155. Oſcula preſſa iungere Ouid. Epiſt. 2, 94. Pede preſſo Liu. 8, 8 *ipſe paullo poſt per* Senſim *interpretatur. Quod enim dixit* Pede preſſo retrocedentes, *variata oratione ait*, ſenſim referebantur. Sermo preſſus purusque ex epiſtolis petitur Plin. Epiſt. 7, 9. Signis preſſis ponere veſtigia Lucret. 3, 4. Solo preſſo tenuit veſtigia Virg. Aen. 5, 331. Cic. de Nat. Deor. 2, 146 Deinde in ore ſita lingua eſt, finita dentibus, et ea vocem immoderate profuſam fingit et terminat, quae Sonos vocis diſtinctos et preſſos efficit. Stilus preſſus demiſſusque Plin. Epiſt. 1, 8. Verba preſſa Idem ib. 2, 19. Verbis aptus et preſſus Thucydides Cic. de Orat. 2, 59. Vina preſſa Torquato Conſule Hor. Epod. 13, 9. ¶ 3 *Obſerua:* Preſſum *vocat* Ouidius, *Quod eſt quaſi impreſſa nota ſignatum*, Faſt. 6, 610 (Certa fides facti eſt) dictus ſceleratus ab illa Vicus, et aeterna res ea preſſa nota eſt. *Compar.* Plin. Epiſt. 1, 16 Nam in concionibus eadem vis, quae in orationibus eſt: preſſior tamen, et circumſcriptior et adductior. Cum ſuſpicarer futurum, vt tibi tumidius videretur, quod eſt ſonantius et elatius: non alienum exiſtimaui, ne te torqueres, addere ſtatim preſſius quiddam et exilius, vel potius humilius Plin. Ep. 7, 12.

PRESSVS, ûs. m. [πίεσις] *Ipſe premendi actus.* Cic. de Orat. 3, 40 c. 11 Nemo eſt quin literatiſſimum togatorum omnium Qu. Valerium Soranum lenitate vocis, atque ipſo oris preſſu et ſono facile vincat. Idem Tuſc. 2 c. 23 Depellit preſſum omnem ponderum. Idem de Nat. Deor. 2 c. 42 *ex Arato*, Hic preſſu duplici palmarum continet Anguem.

PRESSIO, ōnis. f. Gloſſ. Cyrill. Preſſio, πίλησις, ἡ σφίξις. *Preſſio vocari videtur machinatio vectium, lignum vel ſaxum vecti ſubiectum oneris tollendi cauſa.* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 9 Tectum tollere preſſionibus, *al.* Prehenſionibus. Vitruu. 10, 8 Suppoſita cito porrecta preſſione.

preſſione. *Idem ibid.* Propius centrum preſſiones habuerit; *et paullo poſt*, Preſſionibus artis.

PRESSVRA, ae. f. [πιεσμὸς] *Premendi, prelo in primis, actus.* Plin. 18, 31 Preſſura vna culeos XX implere debet. Columel. 12, 36. *Conf.* Frontin. de Aquaeduct. 1 p. 233. *Sed* Vlpian. in l. Si arborem D. de ſeruit. vrban. praedior. Interdum dici poteſt, eum quoque, qui tollit aedificium, vel deprimit, luminibus officere: ſi forte κατ' ἀντανάκλασιν, vel preſſura quadam lumen in eas aedes deuoluatur. Preſſura croci, *Succus eſt croci ſiphonibus eiaculatus* Lucan. 9, 812

Vtque ſolet pariter totis ſe effundere ſignis
Corycii preſſura croci: ſic omnia membra
Emiſere ſimul rutilum pro ſanguine virus.

Indicat ſtatuas canalibus quibusdam perforatas, croceum liquorem ſiphonibus occultis preſſum eiaculantes. Metaphorice, Afflictio. Lactant. 5, 22 Deus preſſurae verberibus diffluentem corrigit diſciplinam. *Conf.* Tertull. aduerſ. Gnoſt. c. 12. *et* Cyprian. Epiſt. 1, 1.

PRESSOR, ōris. m. Iſidor. 10 *extr.* Quatuor ſunt venatorum officia: veſtigatores, indagatores, alatores, preſſores.

PRESSE. [πεπιεσμένως] Adu. *ad orationem pertinens, contrarium habet Abundanter.* Quinctil. 8, 3 Primum eſt, vt liqueat augere quod velimus, an minuere: concitate dicere, an moderate: late, an ſeuere: abundanter, an preſſe: aſpere, an leniter. Preſſe et anguſte definire aliquid Cic. in Orat. 117 c. 33. Attenuate preſſeque Dicere Cic. de Cl. Orat. c. 55. *Sed* Idem de Orat. 3 c. 12 Ex quo ſic locutum eſſe eius patrem iudico, ſic maiores, non aſpere, vt ille, quem dixi: non vaſte, non ruſtice, non hiulce, ſed preſſe et aequabiliter, et leniter. Cic. Off. 1, 133 In voce duo ſequamur, vt clara ſit, vt ſuauis: vtrumque omnino a natura petendum eſt: verum alterum exercitatio augebit, alterum imitatio preſſe loquentium et leniter. Preſſius agere, *i. Subtilius.* Cic. de Fin. 4, 24 c. 10 Sed vt propius ad ea, Cato, accedam, quae a te dicta ſunt, preſſius agamus: eaque quae modo dixiſti, cum his conferamus, quae tuis antepono. Paterc. 2, 129, 2 Cum quanta grauitate vt Senator et iudex, non vt princeps, et cauſas preſſius audit. Preſſius definire perturbationes: *i. Subtilius* Cic. Tuſc. 4, 14. Macrob. Saturn. 7 c. *vlt.* Sed illud preſſius intuendum eſt, *etc.* Quae preſſius et adſtrictius ſcripſi Plin. Epiſt. 3, 18, 10. ¶ 2 *Proprie* preſſe, *i. premendo* Scribon. 104 Preſſe fricare. *Sic* Fricari preſſius Id. 60. 66 *etc.* Iniicere preſſius 46.

PRESSIM. Adu. Apul. Met. 2 p. 121 Me preſſim deoſculàto.

PRESSVLVS, a, um. Dimin. Apul. Florid. 2 p. 346 Tereti ambitu, preſſula rotunditate.

PRESSVLE. Adu. *Idem.* Apul. Met. 10 p. 248 Exoſculata preſſule. *Idem ibid.* Adhaerens preſſule.

PRESSO, āre. Frequent. [πιέζομαι] Virg. Ecl. 3, 99 Fruſtra preſſabimus vbera palmis. *Conf.* Ouid. Met. 15, 472. Propert. 3, 17 (16) 18 Et noua preſſantes inquinet vua pedes. Parce preſſare, *i. Vide ne premas* Plaut. Perſ. 2, 5, 11. Frena Stat. Theb. 6, 347. *vt* premere, *i. adſtringere.*

PRESSANS, antis. Partic. [πιεζόμενος] Lucret. 4, 1103 Et inſpirant preſſantes dentibus ora. *Conf.* Grat. Cyneg. v. 207.

PRESSĀTVS, a, um. Partic. [πιεσθεὶς] Plaut. Aſin. 3, 3, 71 Quin tradis hac crumena preſſatum herum? *Sed eſt Supinum, vulgo ita dictum.*

PRESSORIVS, a, um. Adi. [πιεστικὸς] Preſſorium vas, *in quo quid premitur* Columel. 12, 18, 4.

PRESSORIVM, i. n. *Subſtantiue ſ. elliptice.* Vet. Gloſſ. Preſſorium, πιεστήριον, πιαστήριον. *Pro Prelo veſtiario vſus* Ammianus 28, 22 (4) Solutis preſſoriis veſtes luce nitentes diligenter explorare Plin. Valer. 2, 17 Exprimere in preſſorio. *Vid. Reineſ. Var. Lect.* 2, 8.

PRENDO, *per Syncopam dicitur pro* PREHENDO.

PRENSARE, *Frequentat. vid.* Prehenſare, *in* PREHENDO.

PRENESTE, *vid.* PRAENESTE.

PRESBӮTER, ĕri. m. [πρεσβύτερος] *Ad verbum Senior, aetate maior, nomen ſacerdotii apud veteres Chriſtianos.* Ammian. 31, 33 Chriſtiani ritus presbyter, vt ipſi vocant. Tertull. de Praeſcript. Haeret. c. 4 Hodie presbyter, qui cras laicus. *Conf.* Prudent. Periſteph. 4, 20. *et* Sidon. Epiſt. 6, 2.

PRESTER, ēris. m. [πρηστὴρ] *Serpentis venenati genus, qui alio nomine dicitur Dipſas.* Plin. 20, 20 Sagittarum venena et ſerpentium haemorrhoidum et preſterum reſtringi. Lucan. 9, 725 Oraque diſtendens auidus ſpumantia preſter. *Nomen habet a ſitis ardore.* πρήθω, *incendo, ardeo. vid.* DIPSAS, *et* Solin. c. 30. ¶ 2 Genus vorticis, quem typhon, id eſt vibratam ecnephian vocant. Idem ardentior accenſusque dum furit, preſter vocatur, amburens contacta pariter et proterens, *vt auctor eſt* Plin. 2, 48. *Sequenti autem capite tradit* eum a fulmine differre, vt ignem a flamma. *Meminit huius* Lucret. 6, 423

Πρηστῆρας, Graii, quos ab re nominitarunt:
In mare qua miſſi veniant ratione ſuperne. *Et* 444
Et quaſi demiſſum caelo preſtera imitetur, *etc.*

PRETIDES, *vid.* PROETIDES.

PRĔTIVM, ſ. PRECIVM, i. n. [τιμὴ] *Quod datur pro re emta.* Ter. Heaut. 1, 1, 12 Agrum in his regionibus meliorem neque pretii maioris nemo habet. *De Etymologia res dubia.* Alciat. Parerg. 3, 11 Pretium, *eſt Valor rei a venditore in eius compenſationem petitus, conuentusque: videturque ab antiquo verbo* Procire *dictum, quod petere ſignificat: licet recentiores grammatici quaſi* Praeitium *dici ſentiant: quibus ratio ſyllabae, itemque ſcripturae aduerſatur. per* C *enim ſcribendum videtur. Haec Alciatus. Alii, quaſi* πράτιον, *quod τῷ πράτῃ, id eſt vendenti, datur.* Pretium, *inquit* Varr. de L. L. 5, 36 Quod aeſtimationis, emtionisue cauſa conſtituitur, dictum a peritis, quod hi ſolum poſſunt facere recte id. Pretium in libras ſex X, *i. Denariorum* Plin. 12, 7. Idem 12, 24. *Conf.* 12, 12 *et* 13. Emitur X. LX. *i. denariis* LX. Et Pretium vnae in libras X. LX. *Vbi notabis per* X *literam, Denarios ſignificari.* Pretia ei a XXXV, ad X. CCC Plin. 13, 1. ¶ 2 *Generatim* Pretium, *Merces, praemium in vtramque partem, vt et honorem virtuti habitum, et mercedem ſtultitiae notet, et quidquid datur, accipitur, conſequitur pro re, facto, merito.* Iuuen. 13, 105 Ille crucem ſceleris pretium tulit, hic diadema. Ter. Andr. 3, 5, 4 Ego pretium ob ſtultitiam fero: ſed inultum id nunquam auferet. Voluntatis ſuae poſtea pretium tulit Vell. 2, 52, 4. Cic. Verr. 5, 49. Pretio atque mercede minuiſti maieſtatem Reipub. Curae pretium Plin. Epiſt. 8, 6. Mors pretium tardis Ouid. Met. 10, 572. *i. Poena.* Morae deforme pretium Stat. Theb. 11, 661. Pietatis iniquum pretium Ouid. Epiſt. 14, 129. Pugnae pretium, coniux Idem Met. 9, 47. Sceleris pretium ferre Iuuen. Sat. 13, 105. Plin. in Paneg. c. 80 *pr.* Non locupletando fiſco ſedes, nec aliud tibi Sententiae tuae pretium, quam bene iudicaſſe. Viuendi pretia Plin. Ep. 1, 12, 4 *ſunt neceſſarii homines, propter quos aliquis optat viuere.* Ouid. Amor. 2, 5, 62 Neſcio quis pretium Grande magiſter habet. Immenſum, *vid.* IMMENSVS. Leuius Ouid. de Arte Am. 3, 171. Pretioſum pretium, *vid. paullo poſt in* PRETIOSVS. Magni pretii homo, *vel* Pretii parui Ter. Adelph. 5, 6, 3. Cic. Q. Frat. 1, 2, 4 Noli ſpectare quanti homo ſit; parui enim pretii eſt, qui iam nihil ſit. Maiora pretia Lamprid. Heliog. c. 29. Pretiis emti Maximis ſerui Plaut. Poen. 4, 2, 20. Par pretium Senec. Thyeſt. ſ. 6. Opera parui pretii Ter. Hec. 5, 3 *pr.* Pretium non vile Martial. 1, 72. Pretium, pro Periculo, nonnulli interpretantur, *teſte* Donato. Ter. in Prol. Hec. 41 Vt libeat ſcribere aliis, mihique vt diſcere nouas expediat poſthac, pretio emtas meo. *Sed pecuniam Poetae datam quid ni intelligimus?* ¶ 3 *Verborum formulae:* Abiit retro pretium, Accendere pretium rei alicuius, Addicere pretio, *vid. hh. vv.* Adduci pretio Cic. pro Caecin. 29. Aequare pretium, Aeſtimare pretium, Amplificare pretium, Antecedere pretio, *vid. et ipſa ſuis locis.* Arridet pretium, *i. Placet* Plin. Epiſt. 1 vlt. Hor. Epiſt. 2, 1, 35 Scire velim, chartis pretium quotus Arroget annus. Auellere pretium ante, quam mercem oſtendere Hor. Serm. 1, 2, 104. Augere nefandum pretium Claud. in Eutrop. 1, 50. Capi pretio Tibul. 3, 1, 7. Cic. de Lege Agrar. 2, 70 Hic ager omnis quoquo pretio coemtus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur. Componere pretio, Concedere partem pretii, *vid. hh. vv.* Condere ſinu Ouid. Am. 1, 10, 18. Conſiſtit pretium Varr. de L. L. 4, 2. Conſtituere certum pretium Cic. Att. 14, 32. Corrumpere pretio, *vid.* CORRVMPO. Deduci a recta via nec prece, nec pretio, nec gratia, nec ſimultate oportet Auctor ad Heren. 3, 4. Dicere pretium muneris Hor. Carm. 4, 8, 12. i. e. Oſtendere quam pretioſum ſit munus: Porphyr. Cic. pro Font. 77 Falſum eſt, et ob vacationem pretium Datum, quum immunis nemo fuerit. Ouid. Am. 1, 10, 63 Nec Dare, ſed poſci pretium, dedignor et odi. Quod nego poſcenti, deſine velle, dabo. Duci pretio et mercede ad aliquid faciendum Cic. Off. 2, 21 c. 6. Emere aliquid pretio Propert. 3, 16, 22. Emtus meo pretio, *vid.* MEVS. Facere pretium alicui rei, *pro Imponere et ſtatuere* Plin. 9, 35. Facere finem pretio difficile eſt, niſi libidini feceris Cic. Verr. 4, 14. Ouid. Am. 1, 10, 32 Et pretium, quanti gaudeat ipſa facit. Ferre pretium Ter. *et* Iuuen. *ſupra.* Flagitare pretium Tibul. 2, 4, 14. Habere: Annona pretium, niſi in calamitate fructuum, non habet Cic. Verr. 3, 227. Iacent pretia praediorum Cic. pro Roſc. Com. 33. Impendere pretium, *vid.* Impenſus, *in* IMPENDO. Imponere pretium, *vid.* IMPONO. Infitiari pretium Ouid. Met. 11, 205. Largiri pretium alicui Lucan. ad Piſon. 112. Cic. Verr. 2, 122 Ab iſto et praeco qui voluit, iſtum ordinem pretio Mercatus eſt Gell. 3, 17 in tit. libros Mercati ſunt pretiis fidem non capientibus. Mercari aliquid tanto pretio Cic. pro Sext. Roſc. 13. Mercari minori pretio, *vid.* MERCOR. Metiri pretio, *Aeſtimare pretio* Iuuen. Sat. 9, 71. Paciſci pretium pro nocte Ouid. Am. 1, 10, 47. Pactum pretium Cic. Off. 3, 107. Parcere pretio, *vid.* PARCO. Pendere pretium Cic. Att. 14, 12. Perſoluere pretium Cic. pro Domo 23. Idem Att. 12, 24 Nec tamen iſta pretia hortorum Pertimueris: nec mihi iam argento, nec veſte opus eſt. Poſci pretium Ouid. Amor. 1, 10, 63. Poſuit vrbem exiguam pretio Virg. Aen. 4, 212. Praeſtare pretio Ouid. Amor. 1, 10, 21. Redemtus pretio Virg. Aen. 9, 213. Reddere pretium pro benefactis Plaut. Perſ. 4, 4, 30. *it.* Capt. 5, 1, 20. Sarcire pretium Claud. in Eutrop. 2, 588. Statuere pretium arti ſuae Ter. in prol. Hec. 49 (2 prol. 41) Stare magno pretio Hor. Serm. 1, 2, 122. *i. Conſtare.* Eſſe in pretio, *vid.* IN *Praepoſitionem.* In pretio pretium nunc eſt Ouid. Faſt. 1, 217. *i. pecunia.* Plin. 12, 25 Corticis ad medicamenta Pretium eſt, *i. Valet cortex ad medicamenta, et eſt in pretio.* Vendere aliquid paruo pretio Cic. Verr. 4, 134. *Conf.* Plaut. Perſa 4, 4, 30. ¶ 4 *Obſeruatt.* Pretium *pro Operae pretio* Tacit. Ann. 1, 57 Germanico Pretium fuit conuertere agmen. *Vt n. 2 indicauimus, etiam ponitur pro Poena* Virg. Aen. 12, 350 Illum Tydides alio pro talibus auſis Affecit pretio. i. e. Poena, *inquit* Seruius: nam pretium eſt τῶν μέσων. Ter. Andr. 3, 5, 4 Ego pretium ob ſtultitiam fero. Vnde et Graeci τιμωρίαν, poenam vocent, ἀπὸ τῆς τιμῆς, quod eſt pretium. *Haec ille.* Hor. Carm. 3, 24, 24 Et peccare nefas, aut pretium eſt mori. *Conf. Donat. ad* Ter. l. c. Pretium operae, *et* Pretium curae, *adnotatu dignae locutiones. Poſterior apud* Plin. Epiſt. 8, 6 Poſtea mihi viſum eſt pretium curae, ipſum Senatusconſultum quaerere. Cenſores quemadmodum creati ſint, operae pretium eſt cognoſcere Cic. Verr. 2 c. 53 *pr.* Facere aliquid, quod ſit operae pretium Cic. pro S. Roſc. Am. c. 37. Facturusne operae pretium ſim — nec dum ſcio Liu. *pr.* Operae pretium habent libertatem ciuitatemque Liu. 25, 6. Magna operae pretia mereri Liu. 21, 43. *Iterum* Cic. Cat. 4, 16 c. 8 Operae pretium eſt libertinorum hominum ſtudia cognoſcere. Petron. 27 Nec tam pueri nos, quamquam erat operae pretium ad ſpectaculum duxerant. Exitus pretium fides famaque Tacit. Hiſt. 4, 58. Conſcientiae pretium Idem in Vit. Agric. 12.

PRETIŌSVS, a, um. Adi. [τίμιος, τιμήεις, ἔντιμος] *Quod eſt multi pretii.* Plaut. Bacch. 1, 1, 41 Equidem tibi dabo hanc operam. P. at nimium pretioſa operaria es. Cic. Off. 3, 89 Quaerit ſi in mari iactura facienda ſit, equine pretioſi potius iacturam faciat, an ſerui vilis. Aera pretioſa Corinthi Senec. Med. 10. Dona pretioſa Idem ibid. ſ. 10. Emtor pretioſus, *qui magno pretio aliquid emit.* Hor. Carm. 3, 6, 32 Seu nauis Hiſpanae magiſter Dedecorum pretioſus emtor. *Vid. mox* Thais pretioſa. Horti pretioſi Declam. in Salluſt. Iuuen. 6, 473 Eſt pretium curae penitus cognoſcere *etc.* Ingenium quondam fuerat pretioſius auro Ouid. Amor. 3, 8, 3. Linteo pretioſo veſtes Plin. 12, 10. Loca pretioſa metallo Ouid. ex Pont. 3, 8, 5. Nox pretioſa, *quae emitur pretio* Propert. 3, 13, 1. Sapor pretioſus Columel. 3, 7. Texta pretioſa Ouid. Epiſt. 17, 223. Thais pretioſa Menandri *i. ſumtuoſa atque ob id ipſum magno etiam conſtans amatori* Prop. 4, 5, 43. Veſtis Lucan. 2, 385. Cic. Phil. 2 c. 27. Veſtimenta Hor. Epiſt. 1, 19, 32. Vinitor pretioſus Columel. 3, 3. *Compar.* Ouid. Met. 1, 115 Subiitque argentea proles Auro deterior, fuluo pretioſior aere. Non poteſt eſſe pretioſior homo Petron. c. 70. *Superl.* Cic. de Fin. 2, 91 c. 28 Non minor voluptas percipitur ex rebus viliſſimis, quam ex pretioſiſſimis. *Add.* Petron. c. 14.

PRETIŌSE. Adu. [τιμίως] *Delicate, eleganter.* Cic. de Invent.

vent. 2, 116 c. 40 Vaſa magnifica, et pretioſe celata. Pretioſius ſepeliri Curt. 10, 1, 32. Medicus qui nutrit morbum, quo pretioſius et formoſius curet Tertull. adu. Marc. 1, 22. Omnia largius et pretioſius compenſare Paullin. Nol. Ep. 11 (*al.* 5) n. 4.

PRETIOSITAS, ātis. f. *Apud* Macrob. Saturn. 7, 13 Annuli pretioſitas.

PRETIO, āre. *Aeſtimare, pretium adſignare.* Caſſiod. Var. Epiſt. 5, 40 Gemmarum diuites venae auri fulgore pretiantur.

P R I

PRI, pro Prae, dixerunt antiqui. Feſtus. *Inde* Prior, Pridie, Priorſum *et Pleraque a* Pri *incipientia.*

PRIĂMVS, i. m. [Πρίαμος] fuit Laomedontis Troiani regis filius, ſic παρὰ τῦ πρίαμαι emo, dictus, *auctore* Seruio *ad* Aen. 1, 623. Nam puer ab Hercule captus cum Heſiona ſorore ſolus pecunia redimi potuit. antea Podarces dictus teſte Lycophrone. Eum a Ioue originem traxiſſe ferunt, *per Dardanum quem ex Electra ſuſcepit Iupiter. Vid. Genealogia Aeneae, quam tradit* Ouid. Faſt. 4, 31 Priamus patre ab Hercule interfecto, eſt auro redemtus: Ilion reformauit et exornauit. Habuitque *teſte* Cic: Tuſc. 1, 85 filios quinquaginta: quorum decem et ſeptem ex iuſta vxore ſunt nati. Sen. Troad. 54 Ille tot regum parens Caret ſepulcro Priamus, et flamma indiget Ardente Troia. Priamum tota progenie orbatum, quum in aram confugiſſet, hoſtilis manus interemit Cic. Tuſc. 1, 85. *vid.* Virg. Aen. 2, 554 ſq. Regna Priami Idem ibid. 2, 22. Diues Priamus Hor. Carm. 1, 10, 14.

PRIAMĒĬVS, a, um. Adi. [Πριαμήιος] Virg. Aen. 7, 252 Sceptra Priameïa. Coniux Priameïa, *Hecuba* Ouid. Met. 13, 404.

PRIAMĬDES, ae. m. Patronym. [Πριαμίδης] Virg. Aen. 6, 494 Atque hic Priamiden laniatum corpore toto Deiphobum vidit. *Prima ſyllaba neceſſitate quadam producitur. Conf.* Petron. c. 89.

PRIAMĒIS, ĭdis. f. *Filia, Priami, Caſſandra.* Ouid. Amor. 1, 9, 37 Summa ducum Atrides viſa Priameide fertur.

PRIĀPVS, i. m. [Πρίαπος, Φαλλὸς] *De hoc* Seruius *ad* Georg. 4, 111 Dionyſi ſ. Bacchi ac Veneris filius, deus Lampſacenus Helleſponti, qui hortos tuetur. *De parentibus eius vid. Brouckh. ad* Tibul. 1, 4, 7 *vbi illud* Afranii *apud* Macrob. Sat. 6, 5 Nam quod vulgo praedicant aurito me parente natum, non ita eſt, *non de lepore, vt ille explicat: ſed de Pane, Sileno, aut ſatyrorum aliquo, quos reſpuat Priapus, Bacchum ſolum adoptet. Addit Seruius, eum Helleſponto eiectum ob membri virilis magnitudinem immoderatam, deinde tamen pro deo habitum. Alii eundem eſſe* Priapum *volunt et* Bacchum: *quod ex vocabuli ratione ac veritate probari poteſt.* πρίηπος *enim eſſe videtur quaſi* βριήπυος, *id eſt clamoſus, propter eos, qui in poculis immoderatis, et bacchationibus eduntur, clamores:* πρίηπος *dictus eſt, quaſi* προϊέμενος τὸ σπέρμα, *id eſt ſemen profundens. Aſſerunt etiam nonnulli priſcos illos, quum vellent hominum pudenda occultius nominare,* Priapum *dixiſſe. Auctor Diodorus* 5. Arnob. 6 p. 209 Genitalibus propriis inferior Priapus. Ouid. Faſt. 1, 415 At ruber hortorum deus, et tutela Priapus. Virg. Georg. 4, 110 Et cuſtos furum atque auium, cum falce ſaligna Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi. *Conf.* Catull. 18. 19 *et* 20. Fabulam de Priapo in Veſtam dormientem accenſo reiectoque a Dea rugitu aſini excitata, quam ob cauſam Lampſaceni aſinum Priapo in vltionem et poenam immolare coeperint, *narrat* Lactant. 1, 21. *vid.* Ouid. Faſt. 6, 321. *Conf.* Faſt. 1, 415. Hor. Serm. 1, 8, 1

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum;
Cum faber incertus ſcamnum, faceretne Priapum,
Maluit eſſe deum. Deus inde ego, furum auiumque
Maxima formido.

Pertinet huc antiqua collectio, carminum bonam partem obſcenorum, quae Priapeia *vocantur, a Scaligero et Scioppio illuſtrata: cuius etiam ſunt Collectanea de Priapo.* ¶ 2 *Accipitur pro Pene, et talis formae Poculo, ex quo laſciui bibebant, hinc dicti Drillopotae. Vid. Lambin. ad* Iuuen. Sat. 2, 14 Vitreo bibit ille Priapo. ¶ 3 *Eſt et* Priapus, Helleſponti vrbs, *teſte* Plin. 5, 32 *a* Priapo ſuperiore, Liberi et Veneris filio condita, *coeptus eſt enim ibi coli ob vineta vberrima, quae iuxta in Pariana et Lampſacena regione ſunt, auctore Strabone.*

PRIAPEIA, orum. n. *Vt monuimus, vocantur carmina breuia illa, antiquitus collecta, et Virgilianis Catalectis adiici ſolita, quibus etiam titulus praeſcriptus eſt* Luſus in Priapum.

PRIAPĪNVS, a, um. Adi. Petron. Satyric.

PRIAPISCVS, i. m. [πριαπίσκος] *Lignum ſeu herba in modum penis; al. Satyrion.* Apul. de Herb. c. 15. *Aliqui etiam* Aeneoli priapiſci *legunt pro* Aeneolis piſcatoribus *apud* Petron. c. 73. *Burm. p.* 362.

PRIAPISMVS, i. m. [πριαπισμὸς, σατυρίασις] *Morbus eſt, quum genitale membrum in longitudinem protenditur, et in circulum intumeſcit ſine Veneris appetitu: quod vitii genus iis potiſſimum ſolet vſu venire, qui ſupini cubare conſueuerunt. Galen.* 6 de Locis affect. Cael. Aur. Acut. 3, 19.

PRIDEM. Adu. [πάλαι] *quaſi* Prius die: *vel* Prae idem. *De longiori tempore dicitur: decem aut viginti dierum, aut menſis, menſiumue, et nonnunquam annorum, pro conditione materiae, inquit Valla.* Plaut. Pſeud. 1, 3, 108 Non edepol habeo profecto: nam eam pridem vendidi. Cic. Fam. 5, 6 Quod ad me pridem ſcripſeras. Quam pridem hoc nomen Fanni in aduerſaria retuliſti? Cic. pro Roſc. Com. 5 c. 3. *Add.* Id. Verr. 1 c. 48. Ter. Heaut. 2, 1, 17. Hoc ego mali non pridem inueni: neque etiamdum ſcit pater. *Conf.* Cic. pro Cluent. c. 10. Idem in Brut. 41 *de Themiſtocle loquens*, Fuit enim regnante iam Graecia, noſtra autem ciuitate non ita pridem dominatu regio liberata. *i. Non multo ante id tempus. Conf.* Apul. Apol. p. 308. Haut ita pridem Hor. Serm. 2, 2, 46. Dudum, iamdudum pridem, modo Plaut. Amph. 2, 2, 60 *idem valent.*

PRIDIE. Adu. [τῇ προτέρᾳ, *ſubaud.* ἡμέρᾳ] *i. Priori ſiue praecedenti die.* Cato de R. R. c. 157 *ſub f.* Si quem purgare voles, pridie ne coenet. Cic. Att. 12, 14 De Terentia autem ſcripſi ad te eis literis, quas dederam pridie. Cic. Philipp. 7, 13 Cui cum Pridie frequentes eſſetis aſſenſi, poſtridie ad ſpem eſtis inanem pacis deuoluti. *Cum Genitiuo* Cic. Fam. 1, 4 Quod iam illam ſententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus. Pridie eius diei venit Cic. Att. 11, 20. *Sed et cum Accuſatiuo, qui pendet ab omiſſo* Ante. Idem ibid. 3, 17 Ibi eſſe vsque ad pridie Calend. Maias volo. A pridie Idus Septembres gignitur Plin. 11, 16. Pridie Idus Suet. Caeſ. c. 81. Cic. Fam. 3, 4 Pridie Nonas Iunias quum eſſem Brundiſii. Vell. 2, 53, 3 Pridie natalem eius. Cic. de Amicit. 12 Pridie quam exceſſit e vita. Scribon. 122. Cic. Fam. 1, 2 De his rebus pridie quam haec ſcripſi, Senatus auctoritas grauiſſima interceſſerat. Literae tuae erant pridie fortaſſe ſcriptae quam datae Cic. Att. 12, 18.

PRIDIĀNVS, a, um. Adi. [προτεραῖος] *Pridie factus, dictus, coctus etc.* Suet. Calig. c. 58 Marcente adhuc ſtomacho pridiani cibi onere. *i. praecedenti die ſumti.* Pluuia Apul. Met. 7 p. 196. Reliquiae *Idem ibid.*

PRIĒNE, es. f. [Πριήνη] *Ioniae vrbs, Biante alumno nobilis. Meminit* Cic. in Parad. 1. Priſcian. in Periegeſi, Per quas Maeander pinguis deſcendit in aequor, Inter Miletum currens, latamque Prienem. Auſon. de ſept. Sapient. 8. Plures eſſe Bias prauos quem clara Priene *etc.*

PRIENAEVS, a, um. Adi. [Πριηνεὺς] Sidon. Paneg. 1, .. Prienaee Bia, quod plus tibi turba malorum eſt. Idem Carm. 15, 48.

PRIMNESIVS, Palus ad quem funis nauticus religatur, quem alii Tonſillam dicunt. Paullus Feſti. *Melius* Prymneſius, πρυμνήσιος, a πρύμνι *Puppis.*

PRIMAEVVS, PRIMANVS, PRIMARIVS, PRIMATES, PRIMITIAE, PRIMIPARA, PRIMIPILVS, PRIMOGENITVS, PRIMORDIVM, *etc. vid. mox ſub* PRIMVS.

PRIMVS, a, um. Adi. *Superl. a* Prior, [πρῶτος,] *ad numerum, ſeu ordinem refertur, et ſignificat, ante quem nemo eſt.* Ter. Phorm. 2, 3, 47 At ſi talentûm rem reliquiſſet decem. D. dî tibi malefaciant P. primus eſſes memoriter progeniem veſtram vſque ab auo atque atauo proferens. Idem Adelph. 5, 9, 18 Et quidem tuo nepoti huius filio hodie primam (*al.* prima) mammam dedit haec. Idem Adelph. 4, 2, 7 Primus ſentio mala noſtra, primus reſciſco omnia. Virg. Ecl. 1, 45 Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti. Extremi primorum Hor. Epiſt. 2, 2, 203. Primus ante omnes Virg. Aen. 2, 40. Primus ad extremum ſimilis ſibi Hor. in Arte Poët. 254. *de pede Iambo.* Prima duo capita epiſtolae tuae tacita mihi quodammodo relinquenda ſunt Cic. Fam. 3, 8. Idem Fam. 10, 11 Primae tuae ſententiae infinitis cum muneribus, poſteriores ad tempus arbitriumque amicorum meorum compoſitae. Cic. Philip. 6, 8 Primus in hoc ordine, quo ad magiſtratum iniret, ſententiam dicere. *Solebant enim Conſules deſignati primi omnium in Senatu ſententiam rogari, vt et apud* Salluſtium, *et multis aliis in locis videre eſt. Ex Turnebo.* Primus, *de duobus*, Cic. de Inuent. 2, 11 Quo pacto tractari conueniret argumentationes, in libro primo non indiligenter expoſitum eſt. Cic. Verr. 2, 183 Recita mihi, quaeſo, hunc primum libellum, deinde illum alterum libellum Canuleii. Virg. Aen. 1, 24 Prima quod ad Troiam pro caris geſſerat Argis. Idem Aen. 1 *pr.* Troiae qui primus ab oris. *add. ib.* 8, 319. ¶ 2 *Interdum honoris ordinem notat.* Ciuitatis primus Dyrrachinus Cic. Verr. 3, 129. Genere et nobilitate ſui municipii facile primus Cic. pro Roſc. Amer. 15 c. 6. *Sic* Decem primi *Ameriae* Cic. pro Roſc. Am. 25. Virg. Aen. 9, 785 — iuuenum primos tot miſerit Orco. Ter. Adelph. 5, 4, 4 Et quae tibi putaris prima, in experiundo vt repudies. Vbi Donat. Prima, ante alia eligenda, quae et primo loco ponenda, ac per hoc optima. *conf.* Ter. Heaut. 5, 2, 9. Prima et ſumma, habentur vtilia Cic. Off. 3, 101. Homo primus Cic. Verr. 4, 37. Primus apud te eſt Ter. Eun. 1, 2, 10. *h. e. Supra alios amas illum.* Ibid. 2, 2, 17 Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt, nec ſunt. Primam dices, ſcio, ſi videris: *h. e. Pulchriorem caeteris omnibus* Ter. Eun. 3, 5, 19. Plin. 12, 23 Laus prima candidiſſimis ſphagnis atque altiſſimis, ſecunda rutilis, nulla nigris. *i. Pluris aeſtimantur.* Honos primus virtutis Hor. Serm. 1, 6, 83. *Conſtruitur cum Genitiuo, et cum Praepoſitione.* Omnium primus Celſ. 1 praef. Ex omnibus primus id. ibid. Cic. Q. Fratr. 2, 5 Poſtea Racilius de priuatis me primum ſententiam rogauit. Id. de Fin. 4, 17 Primi ex omnibus philoſophis natura tributum eſſe docuerunt, vt hi, qui procreati eſſent, a procreatoribus amarentur. ¶ 3 Prima, *plur. pro Principiis.* Liu. 8, 3 Quod bellum ſi prima ſatis proſpera fuiſſent, haud dubie perueniſſet ad Romanos. Prout prima ceſſiſſent, *i. principia* Tac. Agric. 18, 5. Virg. Ecl. 6, 34 Vt his exordia primis Omnia et ipſe tener mundi concreuerit orbis. *Vbi per* Prima, *Atomos Epicuri intelligit. Sic* Lucret. 4, 187 Propterea quia ſunt e primis facta minutis. Prima viaï, *pro Primae viae: Vſitatum eſt loquendi genus* Lucretio: *Sic enim alibi*, Vltima naturaï, Abdita templi, Acuta belli, *et caetera id genus. Eſt autem verſus hic* 1, 1068 Amplexi quod habent naturae prima viaï. *i. Quia tenent peruerſe prima elementa, et primas vias naturae inueſtigandae.* Prima conſiliorum, *h. e. Prima conſilia* Tacit. Hiſt. 2, 11, 5. Cic. in Orat. 4 c. 1 Prima enim ſequentem, honeſtum eſt in ſecundis tertiisque conſiſtere. Saluſt. Catill. c. 36 Domi otium atque diuitiae, quae prima mortales putant. *conf.* Idem Iugurth. 61 *et* 76. ¶ 4 *Subſtantiua:* Liu. 28, 43 M. Attilium captum in Africa commemorat, tanquam M. Attilius primo Acceſſu ad Africam offenderit. Aditus primi difficiles Hor. Serm. 1, 9, 56. Adoleſcentia prima, *vid.* ADOLEO. Liu. 4, 53 Impigre primo ſtatim aduentu deiectis qui in praeſidio erant, arcem recepit. Aeſtas prima inceperat Virg. Aen. 3, 8. Aetas Idem Georg. 2, 362. Anni Virg. Aen. 2, 87. Cic. de Orat. 3, 7 Qui ei annus primus ab honorum perfunctione aditum omnium conceſſu ad ſummam auctoritatem dabat. Liu. 35, 11 Nihil primo adſpectu contemtius, equi hominesque paulluli et graciles. Adſpectu primo obſtupuit Virg. Aen. 1, 617. Barba prima Senec. Hippol. ſ. 5. Chorda prima Varr. de L. L. 9, 4. Corpora prima, et ſemina rerum *vocat* Lucret. *Elementa*, 1, 56. Die primo quoque Columel. 8, 5. Pompeius ad Domitium, Vt primo quoque die Luceriam aduenires: *ap.* Cic. ad Att. 8, 12. Diebus primis Scribon. 1. 22. 158. Diluculo primo Suet. Vitell. c. 15. Facie prima Caius in l. Aliquando D. ad Senat. Conſ. Vellcianum. Fax prima noctis Aul. Gell. 18, 1 *in fine.* Fronte prima, *vid.* FRONS, frontis. Ab Infantia prima Tacit. Ann. 1, 4. Introitu primo Plin. 12, 8. Iuuenta prima Plin. 10, 55. Luna prima Varr. de L. L. 5, 2. Labes prima mali Virg. Aen. 2, 97. Cic. de Nat. Deor. 1, 20 Hunc cenſes primis, vt dicitur, Labris guſtaſſe phyſiologiam, id eſt naturae rationem, qui quidquam quod ortum ſit, putet aeternum eſſe poſſe? *Eſt, inquit Eraſmus, Breuiter quippiam attingere. ductum ab iis, qui cibum aut potum tenuiter praeguſtant, nihil inde in ſtomachum tranſmittentes.* Cic. ad Qu. Frat. 1, 1, 17 c. 7 Apud quem primus Lictor quieuit, tacuit accenſus. *Vid. infra* Proximus lictor. Lux prima, *pro Summo diluculo.* Cic. Fam. 4, 12 Eo ſum profectus prima Luce. *Sic* Cic. Att. 4, 3. Caeſar Bell. Gall. 1, 22. Liu. 9, *et* Tacit. Hiſt. 3, 79.

3, 70. Primae Magnitudinis aper Petron. 40. *vt* Stella primae magnitudinis Lamprid. Alex. Seu. 13. Primae formae feras *dixit* Sen. de Prouid. 3. Primae Notae oleum Colum. 12, 50, 11. Acetum id. 12, 17, 1. *Nempe idem etiam* ſecundae Notae 3, 2, 19 *et* tertiae vel quartae *meminit* 3, 20, 3: *vt* Sen. Epiſt. 52 Egregium hoc quoque, ſed ſecundae fortis ingenium. *Vid. viri docti ad* Petron. l. c. Mane primo cum familia prodeundum eſt Columel. 12, 1 *dicitur et Summo mane.* Plin. Ep. 9, 28 *extr.* Proinde prima quaque Occaſione mitte. Partes primae *vid.* n. 6. Particulam primam quamque venti ſentire Lucret. 4, 262. Primus pilus, *vid. mox* PRIMIPILVS. Cic. Acad. 4, 92 Sed quoniam tantum in ea arte ponitis, videte, ne contra vos tota nata ſit, quae primo Progreſſu feſtiue tradit elementa dicendi. Cic. de Fin. 4, 61 Nominibus vterentur his, quae prima Specie admirationem, re explicata riſum mouerent. Hor. Serm. 2, 2, 93 Hos vtinam inter Heroas natum tellus me prima tuliſſet. *i. vtinam olim inter antiquos Heroas natus eſſem.* *Aliter* Virg. Aen. 4, 166 Prima et Tellus et pronuba Iuno Dant ſignum: *vbi ad verbum et actum refertur.* *Sic et* Georg. 1, 13 Tuque o cui prima frementem Fudit equum magno tellus percuſſa tridenti. *Neptunus primum equum percuſſa tridente terra creauit.* *Sic* 3, 95 Quae vos prima Tellus; *in quam terram primum naſcentes veniſtis.* *Vid. talia* n. 7. Tempore primo quoque, *i. Statim, ſiue Quum dabitur occaſio,* Cic. Verr. 4, 58 Primo quoque Tempore afferretur. Idem Att. 8, 6 Omnes copias primo quoque Tempore in vnum locum conuenire. *add. ib.* 2 *ſub* 11. *Sed* Tempore primo Scribon. 122. *i. initio.* Temporibus primis Scribon. 13. Tenebris primis mouit *h. e. Coepta nocte* Liu. 31. Idem 34, 61 Tabellas conſcriptas celeberrimo loco ſupra ſedem quotidianam magiſtratuum prima Veſpera ſuſpendit. Tacit. Ann. 5, .. Primo Veſpere vt lumina in caſtris hoſtium conſpexere, *etc.* Vrna prima addita Varr. de L. L. 4, 36. Plin. 15, 14 *ad finem, de variis malorum generibus.* Dacis ferme viliſſimis nomen, quanquam primis aduentu, decerpique properantibus. ¶ 5 *Formulae cum Praepoſitionibus.* A primo, *pro ab initio.* Plaut. Moſt. 3, 2, 159 Multum improbiores ſunt, quam a primo credidi. Cic. Att. 8, 11 Hoc a primo cogitauit, omnes terras, omnia maria mouere. *Et* 7, 11 Vtinam a primo ita tibi eſſet viſum. *Et* 9, 4 Tuas nunc epiſtolas a primo lego. Ter. Phorm. 4, 3, 37 A primo homo inſanibat. *Et* 4, 2, 14 Petam hinc vnde a primo inſtitui. Cic. in Orat. 26 In illa pro Cteſiphonte oratione longe optima, ſubmiſſius a primo: deinde dum de legibus diſputat, preſſius: poſt ſenſim incedens, iudices vt vidit ardentes, in reliquis exultauit audacius. Sen. de Breuit. vitae 1 Non illa ſe regis imperio, non fauore populi longius proferet: ſicut miſſa eſt a primo decurret. *Et ſi audimus Gronouium, etiam de* Vita beat. 7 *legendum,* Nec quidquam mutauit a primo, *pro vulgato,* N. q. m. optima. *De loco* Cic. de Fin. 3, 32 c. 9. *dicimus in* APPRIME. In primum, *pro In primam aciem.* Liu. 2, 46 *extr.* Sic in primum infeſtis haſtis inuolant duo Fabii, totamque mouerunt ſecum aciem. *Et* 3, 62 Equites duarum legionum ſexcenti fere ex equis deſiliunt: cedentibusque iam ſuis prouolant in primum: ſimulque et hoſti ſe opponunt, *etc. add.* 2, 20. In primo viget, iacet in extremo Cic. in Orat. 215. Cum primis, *vid.* CVM *Praepoſitionem.* Cum primis domi ſuae locuples et honeſtus homo Sopater Cic. Verr. 2, 68. Sapiens cum primis noſtrae ciuitatis homo Cic. de Orat. 2, 224. In primis, *vid.* IN *Praepoſitionem.* Clarum et ornatum in primis Siciliae oppidum Himera Cic. Verr. 2, 86. Homo in primis improbiſſimus Cic. Verr. 3, 68. In primis ſplendidus Minutius Eques Rom. Cic. Verr. 2, 86. ¶ 6 Partes primae *in fabulis quae eſſent, ſuo loco diximus.* *Sed nomen illud ſaepe omittitur.* Cic. de Clar. Orat. 183 Ex his Cotta et Sulpicius, cum meo iudicio, tum omnium facile primas tulerunt. *i. Sapientiſſimi et doctiſſimi habiti ſunt.* Ibid. c. 95 Erat excellens iudicio vulgi, et facile primas tenebat adoleſcens. Agebat primas in cauſis Hortenſius Cic. de Clar. Orat. 308 c. 90. Concedere ingenio primas Cic. de Orat. 2, 147 c. 35. Deferre primas alicui, *Palmam et primum locum tribuere.* Cic. Att. 1, 14 (17) Amoris erga me, quum a fraterno amore domeſticoque diſceſſi, tibi primas defero. *i. Poſt eos ille es, quem magis amem.* *add.* Id. de N. D. 1 c. 16. *et in* Orat. c. 9. *Sic* Primas eloquentiae ferre Tac. An. 14, 21, 8. Primae tribuuntur Dial. de Oratt. 25, 4. Primarum partium eſſe, *vid.* PARS. ¶ 7 *A Poëtis hoc Adiectiuum conſtruitur cum Subſtantiuis, et Aduerbii vim habet:* Virg. Aen. 5, 857 Vix primos inopina quies laxauerat artus. *i. Primum.* *Sic,* Primam vrbem inuadere Sil. 2, 235. *Vid. Drakenb. et Gronou. Obſeru.* 1, 7. *Vid.* n. 4 Prima Tellus. *Interdum notat Partem alicuius rei:* *vt* Ter. Prol. Adelph. 8 Lenoni eripit meretricem in prima fabula. *i. In prima parte fabulae.* Virg. Aen. 9, 245 Vidimus obſcuris primam ſub vallibus vrbem. Idem in Ciri 212 Tum ſuſpenſa leuans digitis veſtigia primis. *Sic* Catullus 2, 3 *dicit* Primum digitum, *pro Summa digiti parte.*

PRIMVM. Adu. [πρῶτον, πρῶτα] *Ordinem notat: fere ſequitur* Praeterea, *vel* Deinde. Ter. Adelph. 4, 2, 1 Nae ego homo ſum infelix! primum fratrem nusquam inuenio gentium; praeterea autem dum illum quaero, a villa mercenarium vidi. Idem in prol. Heaut. 3 Id primum dicam: deinde quod veni, eloquar. Nunc primum, *vid.* NVNC. Cic. Verr. 3, 169 Primum eam, quum poſita eſſet apud eas ſocietates, vnde erat attributa, binis centeſimis feneratus eſt; deinde permultis ciuitatibus pro frumento nihil ſoluit omnino; poſtremo ſi cui ciuitati ſoluit, tantum detraxit, quantum commodum fuit. Cic. Verr. 2, 144 Primum auerti pecuniam domum non placere: deinde ipſarum ſtatuarum modum quendam eſſe oportere: deinde illud certe ab inuitis exigi non oportere. *Add.* Cic. Fam. 7, 2. *et* Att. 5, 14. *et* Catil. 2 c. 9. *it.* 4 c. 3. *et* de Diuin. 2 c. 46. *et* pro Font. c. 14. Celſ. 2, 1. Liu. 32, 19. *etc.* *Nonnunquam tamen ſolum reperitur, vt nullae conſecutiuae particulae ſequantur.* *Vid. Manut. ad* Cic. Fam. 2, 9. *Sic* Plaut. Capt. 2, 3, 100 Sequere, te vt amittam: ei rei primum praeuorti volo, *i. ante omnia.* Ter. Heaut. 2, 3, 33 Mane, hoc quod coepi, primum enarrem, Clitipho: poſt iſtuc veniam. CLIT. propera. S. iam primum omnium vbi ventum ad aedes eſt, Dromo pultat fores: *etc.* Vt primum illam vidi, nunquam vidi poſtea, *h. e. Nunquam niſi ſemel vidi* Plaut. Epid. 4, 2, 30. Vt primum poteſtas data eſt augendae dignitatis tuae, nihil praetermiſi in te ornando, quod poſitum eſt in praemio virtutis, aut in honore verborum Cic. Fam. 10, 13. Vt primum forum attigi, ſpectaui ſemper, vt tibi poſſem quam maxime eſſe coniunctus Cic. Fam. 5, 8. *Sic* Cum primum, *de quo in* CVM. *Pro Praecipue, ſ. ante omnia,* Plin. 15, 18 Quid primum in eo miremur? curam ingenii, an occaſionem fortuitam? celeritatemque curſus, an vehementiam viri? ¶ 2 Primum dum *quod etiam iuncte ſcribitur* Primumdum: Plaut. Trin. 1, 2, 61 Primumdum omnium — Tum autem *etc.* *conf.* Idem Bacch. 2, 3, 25. Moſt. 1, 2, 39. *et* 2, 1, 53. Mil. 2, 3, 26. Rud. prol. 32. *et* Truc. 1, 1, 10. *Illud dum producit modo vocem, vt in* iamdum.

PRIMO. Adu. [πρῶτον] *Idem.* Ter. Eun. 5, 7, 10 At etiam primo callidum et diſertum credidi hominem. Ouid. Met. 2, 444 Et timuit primo ne Iupiter eſſet in illa. Plin. 19, 3 Veſci pecora ſolita, primoque purgare, mox pingueſcere. Rex primo non accredidit Nep. 14, 3, 4. *Cum diſtinguuntur, v. g.* primum Conſul *eſt, qui nondum fuit,* primo *indicat aliquem poſt factum, vel eundem initio* Conſulem, *vt hoc vtar, deinde* dictatorem *fuiſſe.* *Hoc ita eloquuntur,* Primum *tempus,* Primo *locum denotat.* *Quam etiam differentiam inter* Quartum *et* Quarto *tradit* Varro *apud* Gell. 10, 1. *Sed vid. etiam* TERTIVM. *Sequuntur particulae* Iterum, Poſtea, Poſtremo, *etc.* *Vid.* Liu. 2, 51. 31, 29. 26, 39 *et* 23, 40. Cic. de Reſp. Ar. c. 23. Celſ. 5, 26.

PRIME. Adu. *apud antiquos, vnde* Apprime. Fabula prime proba Naeu. *apud* Soſipatr. p. 188. *et* Priſcian. p. 603.

PRIMVLVS, a, um. Adi. *Dimin. a* Primus. Plaut. Amph. 2, 2, 105 Primulo diluculo abiiſti ad legiones.

PRIMVLVM. Adu. *Dimin.* Ter. Adelph. 5, 6, 10 Paullatim plebem primulum facio meam. Ibid. 3, 1, 2 Modo dolores mea tu occipiunt primulum. *Vbi* Donatus: Initium et ipſa origo dolorum diminutiue demonſtrata eſt. Non enim *Primum,* ſed *Primulum* dicit.

PRIMAEVVS, *vid. paullo poſt.*

PRIMARIVS, a, um. Adi. [πρωτεῖος, ἀρχικός] *qui primus eſſe meretur, primae dignitatis.* Cic. de Senect. 61 In quem illud elogium vnicum plurimae conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum. *h. e. Primum inter populum et veluti eminentiorem.* Idem Verr. 5, 120 Vir primarius, homo nobiliſſimus, dicit. *Et* de Fin. 2, 116. Adoleſcens primarius, *vid. h. v.* Bellator Plin. 7, 43. Conditio Plaut. Stich. 1, 2, 82. Femina Ter. Phorm. 5, 8, 78. Cic. Verr. 1, 153 c. 58 Scilicet magno praeſidio fuit Anniae pupillae mater femina primaria. Senator vir primarius Cic. pro Flacc. 50 c. 21. *Contraria:* Cic. de Fin. 3, 52 c. 15 Sic in vita non ea, quae primario loco ſunt, ſed ea, quae ſecundum locum obtinent, προηγμένα, id eſt producta, nominentur.

PRIMAS, ātis. m. [ἄριστος] Primates *dicti, vt Summates ſiue Optimates, hoc eſt primi in ciuitate.* Primatis ciuitatis filii cadauer Apul. Met. 2 p. 124. Feminam primatem, *dixit* Idem p. 123. *De Primatibus variis vid. Gotbofr. ad C. Theod. v. g.* ad l. 1 de offic. Iudic. ciuil. *etc.*

PRIMATVS, ūs. m. [πρωτεῖον, πρωτεῖα] *Ipſe locus et auctoritas primorum.* Plin. 13, 12 Primatum mutauit Caeſar. Primatum dare alicui rei Varr. de R. R. 1, 7.

PRIMANVS, i. m. [πρωταῖος] Tribunus, qui primae legioni tributum ſcribebat, vt apud Catonem, in ea, quae eſt contra Thermum de ſuis virtutibus. *Haec* Feſtus. Legio primanorum Capitolin. in Albino c. 6. Primani *nempe primae legionis milites, vt* Secundani *ſecundae etc.* Tacit. Hiſt. 2, 43, 2 Primani ſtratis Vnaetuiceſimanorum principibus Aquilam abſtulere.

PRIMŌRIS. [ἄκρος] *Genitiuus, cuius Nominatiuus non reperitur: Plur.* PRIMORES, um, *etc. non multum a* Primis *diſtant.* Primores, dicuntur Summae quaeque res, *inquit* Nonius 5, 24. Lucilius, Quum gallus digitos, primoresque erigit vngues. Cato c. 51 Pullos in terram deprimito, extollitoque primorem partem. Naſi primoris acumen Lucret. 6, 1191. In primore fronte animum geſtare Apul. Apol. p. 300 *Elm.* Cato de R. R. 40 Surculum aridum praeacutum inter librum et ſtirpem artito primores digitos duos. *Hic* Primores digiti, *Tenues intelliguntur, quod digiti primore ſui parte minus craſſi ſint.* *Itaque* Cato *bis* Craſſos *opponit, ita ſcribens,* Stirpem oblinito digitos craſſos tres. *Eod. loco* Surculum primorem praeacui *iubet.* Primoribus labris guſtare, *eſt Leuiter quidpiam attingere: ductum ab iis, qui cibum aut potum tenuiter deguſtant, nihil inde in ſtomachum transmittentes.* Cic. pro Cael. 28 c. 12 Equidem multos et vidi in hac ciuitate, et audiui non modo, qui primoribus labris guſtaſſent genus hoc vitae, et extremis, vt dicitur, digitis attigiſſent. Idem de Orat. 1, 87 c. 19 Haec autem eſſe penitus in media philoſophia retruſa atque abdita, quae iſti rhetores ne primoribus quidem labris attigiſſent. Primores, *pro primis accipitur: vt,* Primores imbres Varr. de R. R. 2, 2. Anni Sil. 16, 650. Dentes, *Qui primi patent* Plin. 11, 37. Ioannes in primori Epiſtola Tertull. de Pudic. c. 19. Domus partem primorem eſſe atrium Gell. 16, 5. Primori in acie verſabantur Tacit. Hiſt. 3, 21 *extr.* ¶ 2 Primores, [ἄριστοι] *pro Optimatibus* Virg. Aen. 9, 309

> Protinus armati incedunt: quos omnis euntes
> Primorum manus ad portas, iuuenumque ſenumque
> Proſequitur votis.

Vbi Seru. Primorum, Genitiuus hic venit ab eo, quod eſt, hi Primores, ſicut hi Proceres: quorum Nominum Nominatiuus ſingularis non inuenitur, licet dicamus huius Primoris. Primores ciuitatis Colum. 12, 3, 10. Primores plebi *opp. ap.* Tac. Ann. 2, 19, 1. *et frequenter hac voce vſus eſt* Idem. Feminae primores Tacit. Ann. 2, 29, 1. Miniſtri primores Idem Ann. 4, 10, 2. Primores iuuentute Liu. 24, 20. *Vid. Gronou.* Auſon. Parent. 15, 7 Te primore vigens, te deficiente relabens. Hor. Serm. 2, 1, 69 Primores populi arripuit, populumque tributim. Socium primores Sil. 13, 7.

PRIMŌTĬCVS, a, um. Adi. *Primo natus, praecoquus.* Duracina primotica Apic. 4, 5.

PRIMAEVVS, a, um. Adi. *Primae aetatis, vt Grandaeuus, grandioris aetatis.* Virg. Aen. 9, 546 Vix vnus Helenor Et Lycus elapſi: quorum primaeuus Helenor. *etc.* Idem 10, 345 — fidens primaeuo corpore Lauſus. Coniux primaeuus Stat. Silu. 5, 3, 66. Nam primaeuus adhuc fenibus documenta dediſti Arator praef. priore. Natus Catul. Argon. 62, 401 (Epithal. ſub fin.). Primaeuo flore iuuentus Virg. Aen. 7, 162. Iuuenes Sil. 5, 424. Iuuenta Auct. Phoenicis 115. *conf.* Rutil. Itin. 1, 172 *c. not. Barth. Weitz ad* Val. Flacc. 2, 653.

PRIMICERIVS, i. m. *Is, qui primus notabatur in tabula cerata, hoc eſt albo, ſiue catalogo, munere aliquo fungentium.* [πρωτογεγραμμένος] *Ita* Secundicerius *et* Tertiocerius *dicuntur in* Notitia vtriusque imperii. Primicerium domeſticorum, menſorum *etc.* Cod. l. 2 de domeſt. et protect. *et* l. vna de menſor. Veget. Mulom. 2, 21 Primicerius in officio praefectorum Praetorio, ad honeſtum quaeſtuoſumque militiae peruenit finem. *Dicitur autem* Primicerius *non ſolum* notariorum, *vt apud* Renatum Frigiridum in hiſtoria Honorii et Theodoſii: Ruſticus Agretinus ex primicerio notariorum Iouini, multique nobiles apud Aruernos

capti: *add.* Paul. Diac. Longob. 4, 34. *Sed etiam primus aliarum dignitatum.* Ammian. Marcell. 18, 3 Inter quos etiam Valentinus ex primicerio protectorum, Tribunus. *Quae autem huius officii ſit dignitas, oſtendit* Caſſiodor. Var. 6, 7 *in forma comitiuae ſacrarum et primiceriatus, vbi,* Ad publicae, *inquit*, feſtiuitatis indicium, locum quoque primiceriatus adiungimus. Paruni eſt autem, quod prouinciarum iudices tuae ſubiaceant dignitati: ipſis quoque proceribus chartarum confirmas officium: dum perfectum non creditur, niſi a te fuerit pro ſollemnitate completum, *etc.* *De* Primiceriis domeſticorum, cubiculi, exceptorum, fabricae, ſacrarum largitionum, ſacrae maſſae, notariorum, totius officii Palatini, ſcriniorum Palatinorum *vid. Iac. Gothofr. ad* Cod. Theod. *variis locis, quae index monſtrabit. Multa quoque Cangius. Noſtrae operae non eſt.*

PRIMICERIATVS, ûs. m. *Dignitas et munus primiceriorum.* l. 1 Cod. de Decanis, Biennii ſpatio primiceriatus gerant officium. *conf.* Caſſiodor. Var. Epiſt. 6, 7 *et* 16. *Et* Epiſt. 10, 11.

PRIMIGĔNIVS, a, um. Adi. [πρωτότοκος, πρωτόπλαστος] *Idem quod Primitiuus, Quod aliunde non habet originem.* Verba primigenia, vt Lego, Scribo, quae non ſunt ab alio verbo, ſed ſuas habent radices Varr. L. L. 5, 5. Primigenius ſulcus (*inquit* Feſtus) dicitur, Qui in condenda noua vrbe, tauro et vacca, deſignationis cauſa imprimitur. Primigenia Fortuna: Cic. de Legib. 1, 28 c. 11 Fortuna ſit vel huiusce diei: nam valet in omnes dies; vel Reſpiciens ad opem ferendam; vel Fors, in quo incerti caſus ſignificantur magis; vel Primigenia a gignendo. Liu. 34, 53 Et aedem Fortunae Primigeniae in colle Quirinali dedicauit Q. Martius Ralla Duûmuir ad id ipſum creatus. *Add.* 29, 36. *it.* 43, 13 *Celebratur etiam Inſcriptionibus.* Semina primigenia Varr. de R. R. 1, 40 *pr.* Dicam de primigenia pecuaria Id. 2, 2 *pr.* *i. De ouibus, quales ſint ad feturam vtiles.* Legio primigenia Spartian. in Iulian. c. 1. Seminis primigenii fontes Ammian. 14, 6. Primigenia rerum *i. Naturae* Idem 26, 10 *extr.* Primigenius *nomen fere ſeruorum vel libertorum: vid.* Petron. c. 46. *et Gruter.* Inſcript. p. 578 n. 3. *et* p. 599. n. 1.

PRIMĬGĔNVS, a, um. *Aliud* Adi. [πρωτογόνος] Lucret. 2, 1104 Multaque poſt mundi tempus genitale, diemque Primigenum maris et terrae, ſolisque coortum, *etc.* Auien. Phaenom. Arat. 13 Mentis primigenae penetralia.

PRIMIPARA, ae f. [πρωτοτόκος] Primiparae *dicuntur Matres, quae primo genuerunt.* Plin. 8, 40 ſ. 62 Et ab ea, quae femina ſit ex primipara genita citius cerni. Matres Id. ib. c. 47.

PRIMIPĪLVS, ſ. PRIMOPILVS, i. m. [πρωτόπιλος] Centurio primi *manipuli aut ordinis Triariorum. Vid.* PILVS. Caeſ. B. Gall. 2, 25 Omnibus centurionibus aut vulneratis aut occiſis, in his Primipilo P. Sextio Baculo. *Sed al.* primo pilo: *al.* primi pili. Val. Max. 1, 6, 11 Aquilarum altera vix conuelli a primipilo potuit. *Hic nihil varietatis. Nempe* aquila *legionis cuſtodiae* primi pili *commiſſa q. v. rſum* Iuuen. 14, 196 Vt locupletem aquilam tibi ſexageſimus annus Adferat. *Idem dicit, quod* Plin. 14, 3 Centurionum in manu vitis, et opimo praemio tardos ordines ad lentas perducit aquilas. *Vid.* Martialis 1, 32 *et* 6, 68 Et referes pili praemia clarus eques, *vnde apparet etiam, equeſtrem dignitatem primipili centurioni* ſ. primipilo *adiunctam fuiſſe. Indicat idem* Ouid. Am. 3, 8, 10 Ecce recens diues, parto per vulnera cenſu, Praefertur nobis ſanguine factus eques. *Quod declarat* v. 25

Diſcite, qui ſapitis, non quae nos ſcimus inertes,
Sed trepidas acies et fera caſtra ſequi:
Proque bono verſu primum deducite pilum *etc.*

Nempe Primipilatus *et opes adfert, et equeſtrem dignitatem. Illud* deducite *gratiam habet, cum etiam* carmen deduci *dicatur.* Tac. Hiſt. 3, 22, 5 Ipſam aquilam, Atilius Verus primi pili centurio — ſeruauit. *Compoſitum itaque nomen indubie nondum habet antiquiorem auctorem* Valerio, *quem laudauimus. Caetera loca omnia commodius diuiſim accipi putamus, ponimusque adeo in* PILVS. *Caeterum frequentior mentio in lapidibus, quod Index Gruterianus oſtendit, et quidem nunc* PRIMIPILVS *ſcribitur, nunc* PRIMOPILVS: PRIMIPILARIS *et* PRIMOPILARIS. *Antiquum et aureae aetatis nomen eſſe* Primopilum *ſatis indicat Dionyſius Halic.* 9 p. 567, 24 *vbi de Flauuleio,* ἑνὸς τῶν ταγμάτων (*legionum*) τῇ λαμπροτάτῃ ἀρχῇ κεκοσμημένος, ἣ τὰς ἑξήκοντα ἑκατονταρχίας (*centurias*) ἕπεσθαί τε καὶ τὸ κελευόμενον ὑπηρετεῖν κελεύει νόμος. Τούτους Ῥωμαῖοι τοὺς ἡγεμόνας τῇ πατρίῳ γλώττῃ πριμοπίλους καλοῦσιν.

PRIMIPILVM, i. n. *ſequiori aeuo dicta fuit annona, quae dabatur primi pili centurionibus, vt inter milites diſtribueretur: Vid. Dion. Gothofr. ad* tit. Cod. de primipilo (12, 61) *it. Iac. Gothofred. ad* Cod. Theodoſ. 8, 4 *Panciroll. ad* Notit. dignit. vtriusque Imperii c. 21.

PRIMIPILĀRIS, [πρωτοπιλαῖος] *Centurio, qui primum pilum duxit. Et ea forma dicitur* Primipilaris, *qua Conſularis.* Sueton. Calig. c. 38 Teſtamenta Primipilarium — vt ingrata, reſcidit. Quinctil. 6, 3, 92 An primipilari ſeni teſtato ſuaderet ordinare ſuprema iudicia *Vid. Geſn. ad h. l. Metaphor.* Sidon. Epiſt. 6, 1 Te primipilarem ſpiritualia caſtra venerantur. *conf.* Tac. H. 2, 22, 6. *et* 4, 15, 7. *it.* Ann. 2, 11, 2 *etc. Legitur et* Primopilaris Gruter. Inſcr. p. 50 n. 6 *et al.* ¶ 2 Primipilares *dicti ſunt*, qui ad paſcendos milites ſollemniter ad limitem deſtinabantur l. 6 Cod. Theod. de cohortalibus, princip. cornicul. et primipilaribus. *Vid. Iac. Gothofred. ad hunc tit.* (8, 4).

PRIMIPILARIVS, *Idem.* Sen. de Conſt. c. 18 Nec impune ceſſit primipilario. *conf.* Spartian. Iulian. c. 5. *et* Nigr. c. 2. Modeſtin. Digeſt. 27 t. 1 l. 8 §. 12. ¶ 2 *Pro filiis primipilarium: vid. Iac. Gothofred.* l. c.

PRIMIPILATVS, ûs. m. Sariſb. 6, 16 Primipilatum affectare. Commoda primipilatus l. 1 C. de primipilo.

PRIMIPŎTENS, entis. Apul. Aſclep. p. 92 Deus primipotens et vnus gubernator mundi.

PRIMISCRINIVS, i. m. *Scriniariorum ſupremus.* Symmach. Ep. 1, 33. *Magiſter ſcriniorum Voſſ. Lex. Etym. conf.* l. vlt. C. de muner. l. vlt. C. de apparitor. l. 3 C. de diu. Off. *it.* Notit. Imp. *ſaepe. De* Primiſcrinio canonum, numerorum et ſecuritatum, *vid. Lex. Pitiſc.*

PRIMĬTER. Adu. [πρώτως] *i. Primo.* Pomponius Maccis geminis, Quin bono animo es video, eripis primiter dapes Non. 2, 661. *qui etiam laudat Lucilium.*

PRIMĬTVS. *Aliud* Adu. [πρωτίστως] *Idem.* Lucil. 5 Sicuti quum primiter ficos populare ſentis, item pretio ingenti ad primitus paucos. *Ita* Non. l. c. Varr. de R. R. 2, 2 Primitus oritur herba imbribus primoribus euocata. *add:* Id. 1, 31, 2. *et* 1, 48, 1. Petron. c. 62 Ego primitus neſciebam vbi eſſem. *conf.* Gell. 1, 18. *et* Catull. 19, 11 *qui habet* Primitu. Inſinuari primitus Lucret. 4, 1024. Idem 5, 1092. Primitus ingredienti cum faſcibus forum Suet. Claud. c. 7. Primitus inſtituti dies Cenſorin. c. 20. *add.* Val. Max. 2, 5, 5. Tellurem noſtro vitiatam primitus vſu Prudent. Apoth. v. 1045.

PRIMITIVS, a, um. Adi. *Quod in aliqua re primum et principale eſt. Laudatur* Ouid. Met. 12, 271 Ecce rapit mediis flagrantem Rhetus ab aris Primitium torrem. *Alii legunt* Prunitium: *ſic et Burm.*

PRIMITIAE, arum. f. *Pl.* [ἀρχαὶ, ἀπαρχαὶ, κατάργματα] *Primi fructus ex agro ſuſcepti, qui Deo offeruntur.* Plin. 4, 12 *ſub fin.* Frugum primitias ſolitos Delon mittere Apollini. *add.* Id. 18, 3. Frugum primitiae Ouid. Met. 10, 433. Operum primitiae Stat. Theb. 2, 742. Primitias vitis reſecare cenſuerunt, *i. Prima flagella* Columel. 4, 10. Armorum primitiae Stat. Theb. 11, 285. Lacrimarum primitiae Id. ib. 6, 146. Metallorum Tacit. Hiſtor. 4, 53, 5.

PRIMITĪVVS, a, um. Adi. [πρωτότυπος] *Quod aliunde non habet originem, ſiue Quod per ſe inuentum eſt. Vnde et* Primitiua verba, *Quae per ſe inuenta ſunt, nec aliunde deriuantur: vt* Amo. Vt Primitiuum crederes fetum geri Prudent. in Rom. v. 828. Columel. de Arborib. c. 23, 1 Ea res et fertilem arborem reddet, et primitiuos annos, fructum vinoſum, poſtea vero etiam dulcem, et apyrenum. *Fortaſſe legendum,* Primitiuis annis, *ſiue* Primis: *vt* idem 5, 10, 15 *vbi dicta in libro* de arboribus *repetit.* Ea res et fertilem arborem reddit, et primis annis fructum vinoſum, et poſt quinquennium dulcem et apyrenum facit. Apes primitiuis floribus illectae Columel. 9, 13, 2. *i. vernis.*

PRIMIVIRGIVS, i. m. *Primus virgam geſtantium ante regem.* Gloſſ. Graec. Latin. πρωτοραβδοῦχος, primiuirgius. Gloſſ. Iſidor. Primiuirgius, caballarius, quod primus eſt militiae in virgis. *vid. Voſſ. de Vit. L. L.* 3, 38.

PRIMODVM, *pro Primo. Laudatur* Plaut. Capt. 1, 2, 51 Primodum opus eſt piſtorienſibus, *quod probat Meurſ. Sed Gronou.* Primumdum.

PRIMOGENĪTVS, a, um. Adi. [πρωτότοκος] *Qui primo genitus eſt, etiam ſi alii non ſint geniti.* Plin. 11, 40 Primogeniti in quacunque parte ſues primas premunt. *Vetus codex habet,* Primis genitis in quoque partu ſues primas praebent. *Subaudi,* Mammas. *vid. Cellar. Cur. poſt. p.* 278. Lactant. Inſtitut. Diu. 1, 11 Filium ſuum primogenitum delabi iuſſit e caelo. *conf.* Pallad. 1, 39. Primogenitus diaboli Marcion *dictus a* Polycarpo *apud* Hieron. de Script. Eccleſ. Sulpic. Seuer. Hiſtor. 1, 18 Primogenita omnia Domino offerenda.

PRIMOGENITALIS, e. Adiect. Tertull. aduerſ. Valentinian. c. 20.

PRIMOPLASTVS, i. m. Prudent. Hymn. omn. Hor. 17 Ne gens periret primoplaſti ex germine.

PRIMORDIVM, i. n. [ἀρχαιογονία, προϋφεστηκότα] Principium, *inquit*, Feſtus, quod primo ordimur. Cic. Partit. 7 Vt primordia rerum et quaſi praecurrentia, in quibus ineſt aliquid argumenti. Id. de Legib. 2, 7 c. 3 A Ioue Muſarum primordia, ſicut in Aratio carmine orſi ſumus. Belli primordia Stat. Achill. 2, 333. Curt. 9, 6, 17. Dicendi primordia Quinctil. 1, 9. Gentis primordia Ouid. Met. 5, 190. Mundi primordia Id. ibid. 15, 67. Operum primordium Curt. 9, 2, 11. Principiorum primordia Lucret. 3, 263. Rerum prima primordia Id. 1, 50. Romae primordia Ouid. de Arte Am. 3, 337. A primordio fui, *vid.* A *Praepoſitionem.* Capere primordia, *vid.* CAPIO. Ducere primordia generis ex aliis Ouid. Met. 15, 391. Tacit. German. 39, 2 Stato tempore in ſiluam coëunt, caeſoque publice homine, celebrant barbari ritus Horrenda primordia. *Vbi* Primordia *forſan ſunt Sacra, quae propter primordia, ſiue originem gentis celebrantur Deo, a quo genus ſe ducere exiſtimarunt.*

PRIMORDIĀLIS, e. Adiect. Cauſa primordialis Ammian. 30 *pr.* Lex Tertull. aduerſ. Iud. c. 2. Verbum, ὁ λόγος Id. Apol. c. 21.

PRIMORDIALITER. Adu. Claud. Mamert. 2, 5 Vnde corpora primordialiter exiſtunt. *conf.* Auguſtin. de Trin. 3, 9.

PRINCEPS, ĭpis. Adi. [πρῶτος] *Qui* primum capit, *vt* particeps, *qui partem, initio nihil fere aliud quam* primum *in quaque re ſignificat, ſolo ordinis reſpectu.* Cic. de Orat. 2, 55 c. 13 Namque et Herodotum illum, qui princeps genus hoc ornauit. Liu. 24, 4, 8 Princeps in praelium ibat, vltimus conſerto praelio excedebat. *de Hannibale.* Cic. Verr. 5, 90 Vt quisque in fuga poſtremus, ita periculo princeps. Id. Fam. 10, 17 Ad omnia pericula princeps eſſe non recuſabat. Exordium princeps omnium debet eſſe Id. de Inuent. 1, 19. Princeps et ſolus initio bellum his indixit Nepos 8, 1, 5. Terent. Adelph. 2, 3, 6 Itaque vnam hanc rem me habere praeter alios praecipuam arbitror, fratrem homini neminem eſſe primarium artium magis principem. Qui princeps vitae rationem inuenit eam, quae nunc appellatur ſapientia Lucret. 5, 9. Amor princeps ad beneuolentiam coniungendam Cic. de Amicit. 26. Ciuem principem ſe putat Id. de Nat. Deor. 2, 168. Dies imperii princeps, vitae ſupremus Tacit. Annal. 1, 9. Locum principem auctoritatemque in ſalute mea tenuiſtis Cic. pro Domo 147. Gell. 19, 9 Celebrandae Lucis annuae, quam ſibi principem vitae habuerat. *i. natalem.* Menſis princeps, *Ianuarius* Columel. 11, 2. Natura princeps huius boni Cic. de Orat. 2, 356. *De his, qui memoria vigent.* Id. de Clar. Orat. 319 Quum igitur eſſem in plurimis cauſis, et in principibus Patronis quinquennium fere verſatus, tum, *etc.* Qualitatum aliae ſunt principes, aliae ex iis ortae Id. Acad. 1, 26. Roma princeps vrbium Horat. Carm. 4, 13, 3. Cic. in Catil. 4, 19 Sed vt mea Vox, quae debet eſſe in Republica princeps, officio functa Conſulari videretur. Id. Fam. 6, 12 Principem tamen habuimus Panſam, tui ſtudioſiſſimum, mei cupidum, qui valeret apud illum non minus auctoritate, quam gratia. *i. Praecipuum adiutorem.* ¶ 2 *Ducatum quendam, honorem ac praerogatiuam indicat.* [ἀρχὸς, ἀρχηγὸς, ἀρχηγέτης] Cic. Phil. 8, 29 Quam magnum eſt perſonam in Republ. tueri principis: quae non animis ſolum debet, ſed oculis ſeruire ciuium. Id. Verr. 5, 40 c. 16 Ad illam paruam manum extinguendam ducem te principemque praeberes. Nepos 15, 1, 2 Hoc abeſt a principis perſona. Princeps Graeciae Id. 6, 3, 1. *et* 15, 5, 4. Principibus placuiſſe viris, non vltima laus eſt Horat. Epiſt. 1, 17, 35. *Sic* Princeps *appellatur Imperator Roman. poſtquam Auguſtus ſec.* Tacit. Annal. 1, 1 Cuncta diſcordiis feſſa ciuilibus, nomine Principis ſub imperium accepit. *Exempla habent omnibus paginis* Tacitus, Plinius, Suetonius. *Tum relatum eius eſt* ciuis, *vid.* Plin. Paneg. c. 7 *et* 22. *Iam de Iulio Caeſare.* Ouid. Faſt. 3, 697 Praeteriturus eram gladios in Principe fixos. *Sed latiſſime, vt indicauimus, patet.* Cic. Verr. 5, 128 Totum enim tua libidine et ſcelere, ex ſua patria, in qua multis virtutibus et beneficiis floruit princeps, ſuſtuliſti. Id. de Diuin. 2, 87 c. 42 De quibus Eudoxus Platonis auditor, in aſtrologia iudicio

iudicio doctiſſimorum hominum facile princeps, hic opinatur, *etc.* In iure Ciuili longe omnium princeps Seruius Id. de Clar. Orat. 151. *Sic* Ciuitatis longe princeps Pompeius Id. pro Dom. 66 c. 25. Conſilii publici princeps plurimos annos fuit Pericles Id. de Orat. 1, 216 c. 50. Ciuitatis Id. pro Dom. 66 c. 25. Plin. Epiſt. 3, 7. Auctor conſilii publici, dux regendae ciuitatis, ſententiae atque eloquentiae princeps in Senatu Cic. de Orat. 3, 60. *Sic iunguntur* princeps et inuentor Id. Tuſc. 1 c. 23. Hunc video mihi principem horum ſtudiorum exſtitiſſe Id. pro Arch. c. 1 *pr.* Paullus in l. hoc D. de ſeruo corrupto, Iuſtius eſt eum teneri, qui princeps fuerit delicti. Princeps omnium flagitiorum et vitiorum Cic. Verr. 5, 4. Belli inferendi princeps Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 54. Cothurni tragici princeps Plin. 7, 29. Dearum princeps Iuno Ouid. Faſt. 6, 37. Ingenii et doctrinae princeps Plato Cic. Q. Fratr. 1, 1. Quia principes Intelligendi diuina fuerunt *Curetes* Salluſt. *ap.* Lactant. 1, 21. Princeps iuuentutis *erat libera Republ. is, qui primus inter equites legebatur.* Brutus, princeps iuuentutis, celeriter, vt ſpero ciuitatis Cic. Fam. 3, 11. *Sic* Principes nobiliſſimae iuuentutis *vocantur equites ab Alexandro ap.* Curt. 6, 9, 21. *Verum et* Principes iuuentutis *dicebantur Principum ſeu imperatorum liberi, futuri imperii omine tituloque: Quod Auguſtus in Caio et Lucio Caeſaribus inſtituit. vid.* Tacit. Annal. 1, 3 *et Lipſ. Elect.* 2, 1. *Bernegg. ad Iuſtin.* 42, 2, 11. *Spanb. de Vſu et Praeſt. Num. diſſ.* 12. Iuuenum nunc princeps, deinde future ſenum Ouid. de Arte Am. 1, 194. *Hinc eſt, quod Auguſtus, vt modo dictum,* Principis *nomen ſibi ſumſit.* Legis Agrariae princeps P. Rullus, *i. Auctor* Cic. de Lege Agrar. 2, 13 c. 9. Nominis Latini princeps Liu. 1, 49 *pr.* Orbis terrae Cic. pro Dom. 110. Principes illius Ordinis (equeſtris) Nepos 25, 8. Philoſophorum princeps Socrates Cic. de Nat. Deor. 2, 167 c. 66. *add.* Id. de Orat. 3 c. 16. Philoſophorum princeps et auctoritate et antiquitate Socraticus Ariſtippus Id. Tuſcul. 2, 28. Philoſophorum princeps Plato fuit Id. de Fin. 5 c. 3. Appellatus eſt Atticus, vt eius Rei princeps eſſe vellet Nep. 25, 8. Salutis mentisque publicae princeps, *Senatus* Cic. de Aruſp. Reſp. 58. Sceleris princeps atque architectus Id. pro Cluent. 60. Sceleris princeps et concitator belli Caeſ. Bell. Gall. 8, 38. *conf.* Nepos 18, 13, 3. Senatus princeps, *Qui primus in Senatum lectus a Cenſoribus, primus in Senatu ſententiam rogabatur.* Liu. 27, 11 Cornelius *(alter Cenſorum)* morem traditum a patribus ſequendum aiebat, vt qui primum Cenſor ex iis, qui viuerent, fuiſſet, eum principem legerent *etc.* *Et* 39, 52 *Sic probat* Africanum *A. V. C. 569 non amplius vixiſſe*, quod eo anno L. Valerius Cenſor princeps Senatus lectus ſit, quum ſuperioribus tribus luſtris Africanus fuiſſet, quo viuo, niſi vt ille Senatu moueretur, quam notam nemo memoriae prodidit, alius princeps in locum eius lectus non eſſet. *Conf.* 34, 44. Liu. 45, 40 *de P. Aemilio Macedonico* Memorabilis eius oratio et digna Romano principe fuit. Gellius 4, 10 Primus rogabatur, qui a Cenſoribus princeps in Senatu lectus erat. Valer. Maxim. 4, 4 *in fine*, M. Scaurum *vocat* Senatus principem. Cicero *quoque* in Bruto 112 *de eodem Scauro ſic ait*, Hoc dicendi genus ad patrocinia mediocriter aptum videbatur: ad Senatoriam vero ſententiam, cuius erat ille princeps, vel maxime. Sermonis ordiendi princeps fuit, *i. Auctor.* Cic. de Orat. 1, 98 Et quoniam princeps Craſſus eius ſermonis ordiendi fuit, date nobis hanc veniam, vt ea, quae ſentitis de omni genere dicendi, ſubtiliter proſequamini. Stoicorum princeps Zeno Id. Acad. 4, 131 c. 42. Gell. 19, 9 Celebrandae lucis annuae, quam ſibi Principem Vitae habuerat, *i. diei natalis.* Terrarum princeps Populus Romanus Plin. 22, 3. Roma, princeps Vrbium Horat. Od. 4, 13, 3. ¶ 2 *Varie conſtruitur:* Conſilio et lingua princeps aliquis Cic. de Orat. 1, 98. Longe omnium quicunque fuerunt grauitate dicendi princeps Plato Id. ibid. 62. Studiis doctrinae, et regenda ciuitate princeps Demetrius Id. de Legib. 3, 14. Quales in Republica principes eſſent, tales reliquos ſolere eſſe ciues Id. Fam. 1, 9. Id. pro Flacco 54 c. 23 *pr.* Vsque eo orba fuit ab optimatibus illa concio, vt princeps principum eſſet Meandrius. Altiſſimus Claud. de muneribus Honorio imperatori a Stilicone miſſis 11. Egregius Claud. Conſ. Stil. 2, 113. Honoratus homo et princeps Cic. Offic. 1, 138. Immenſus Claud. Conſ. Hon. 4, 23. Iuſtus Ouid. Triſt. 4, 4, 12. Nefandus Senec. Octau. 5. Venerandus Claud. Conſ. Hon. 6, 53. Colere principem donis, *vid.* COLO. Exercere principem, et praeſtare Sueton. Tiber. c. 33. Placuiſſe principibus viris non vltima laus eſt Horat. Epiſt. 1, 17, 35. Profiteri ſe principem in Senatu Cic. Fam. 12, 24. Perſonam principis in Republ. tueri, magnum eſt Id. Philipp. 8, 29. Seruire principi Id. Fam. 9, 17. Princeps, *f. g.* Plin. 8, 32 Quasdam nos principes feminas ſcimus omnibus diebus matutinis carnem eam deguſtare ſolitas, et longo aeuo caruiſſe febribus. Principes feminas *dixit, vt* Principum philoſophorum praecepta Nepos 25, 17, 3. ¶ 3 Principes *militiae Romanae genus, inter* Haſtatos *et* Triarios *medium.* Liu. 8, 8 *cum de* Haſtatis *dixiſſet*, Haec prima frons in acie florem iuuenum pubeſcentium ad militiam habebat; *addit:* Robuſtior inde aetas, quibus principibus eſt nomen, hos ſequebantur ſcutati omnes, inſignibus maxime armis. ——— Haſtati omnium primi pugnam inibant. Si haſtati profligare hoſtem non poſſent, pede preſſo eos retrocedentes in interualla ordinum principes recipiebant. Tum principum pugna erat, haſtati ſequebantur. ——— Si apud principes quoque haud ſatis proſpere eſſet pugnatum, a prima acie ad triarios ſenſim referebantur *etc.* *Sed* Varro de L. L. 4, 16 p. 24, 2 Haſtati dicti, qui primi haſtis pugnabant, Pilani (*hi iidem* Triarii) qui pilis, Principes, qui a principio gladiis *etc. Vid. de hoc Varronis loco Schelius ad Hygin.* p. 306 *ſeq.* Veget. 1, 20 *aperte a Liuii ordine diſcedit*, Sic illi muniti erant, qui in prima acie pugnantes principes, in ſecunda haſtati, in tertia triarii vocabantur. *Sed etiam totus ordo Principum horum* Princeps *vocatur, vt* Pilus, *vt* Haſtatus. Cic. ad Brut. 8 Cretenſi bello Metello imperatore octauum principem duxit. *i. Octauum ordinem, centuriam octauam.* Ouid. Faſt. 3, 129

> Inde pares centum denos ſecreuit in orbes
> Romulus, Haſtatos inſtituitque decem.
> Et totidem Princeps, totidem Pilanus habebat
> Corpora, legitimo quique merebat equo.

Pares *viri docti e coniectura et MSS. pro eo, quod* Patres *fuerat: i. aequales annis, viribus, armis.* Orbes, *i. centurias;* centeni pares Principes *faciunt vnum* orbem: *horum orbium* decem *ſunt* mille *primae illius Legionis ſ. exercitus Romani.* Veget. 2, 8 Vetus conſuetudo tenuit, vt ex primo principe legionis promoueretur centurio primi pili. *Paullo poſt* Princeps autem primae cohortis *vid. leg.* Princeps primus, *vt* Primus haſtatus *ibid.* *In his* primus princeps *eſt primus centurio eius corporis, quod* Principes *continebat.* *Sic ipſe* Liu. 25, 14 T. Pedanius Princeps primus centurio. *Hic mox ſimpliciter dicitur* princeps tertiae legionis.

PRINCIPĀTVS, ûs. m. [ἀρχὴ, πρωτεῖον, ἡγεμονία] *Locus primus, conditio et ſtatus principis.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 3 In ea ciuitate de principatu inter ſe contendebant. Principatus eſt apibus Plin. 11, 15. Cic. de Finib. 3, 52 c. 16 Quorum ordo proxime accedit vt ſecundus ſit ad regium principatum. Principatum *a dominatu diſtinguit* Plin. Panegyr. c. 45 *a regno* Sueton. Calig. c. 22. *De honore principis Senatus.* Cic. pro Scauro Fragm. 13 Curia illa de grauiſſimo principatu patris fortiſſimoque teſtatur. Imperii maritimi principatus Nepos 13, 2, 2. Appetitio quaedam principatus cupiditati veri videndi adiuncta eſt Cic. Offic. 1, 13. Appetere alicuius rei principatum Id. Fam. 2, 6. Deferre principatum alicui Id. Philipp. 2, 5 c. 3. Delere principatum Id. Fam. 1, 9. Id. Philipp. 11, 36 Caſſio vero ſententia mea dominatum et principatum Dari. Dare principatum alicui rei, *pro Eam praeferre aliis.* Plin. 9, 17 Nunc ſcaro datur principatus. *conf.* Cic. Offic. 2, 66 c. 19 *de eloquentia*, Huic quoque a maioribus noſtris eſt in toga principatus dignitatis datus. Id. Attic. 13, 19 Quae autem his temporibus ſcripſi, Ἀριστοτέλειον morem habent, in quo ſermo ita inducitur caeterorum, vt penes ipſum ſit principatus. Id. Philipp. 13, 44 Qui huius belli Feret principatum. Innaſcitur pertinacia et nimia cupiditas principatus facillime in elatione animi Id. Offic. 1, 64. Principatum armis Quaeſitum armis Tenere Vellei. 2, 57, 1. Cic. Philipp. 12, 9 c. 4 Illa enim huius belli propulſandi, adminiſtrandi, ſuſtinendi principatum Tenet. Eloquentiae Nep. 25, 5, 4. Tribuit diuinum principatum menti Theophraſtus Cic. de Nat. Deor. 1, 35. *Et* Tuſc. 1 c. 10 Plato animae principatum, id eſt rationem, in capite ſicut in arce poſuit.

PRINCIPĀLIS, e. Adi. [ἀρχικὸς, ἡγεμονικὸς] *Quod primum et praecipuum eſt: aut Quod principis eſt.* Eſt tropus ſermo a naturali et principali ſignificatione translatus ad aliam Quinctil. 9, 1. Plin. in Panegyr. c. 78 Tanta benignitas principis, tanta ſecuritas temporum eſt, vt ille nos principalibus rebus exiſtimet dignos. Liu. 4, 19 *extr.* Intentos deinde hoſtes in vallum, egreſſus dextera principali cum triariis repente inuadit *ſubint. porta.* Arrogantia principalis, *i. Qua vt plurimum principes abundant* Plin. in Panegyr. c. 78. Bonum principale Plin. 13, 3 *extr. de vnguentis, quibus Imperator Caligula vngebatur.* Cic. de Fato 9 Si omnia fato fiant, ſequi illud quidem, vt omnia Cauſis fiant antepoſitis: verum non principalibus Cauſis et perfectis, ſed adiuuantibus et proximis. *conf.* ibid. 41 c. 18 *pr.* Conſtitutiones principales, *i. Principis* Caius in l. 1 in princ. D. Quod cuiusque vniuerſitatis nomine. Plin. in Panegyr. c. 82 Nec vero laudauerim per ſe duritiem corporis, ac lacertorum: ſed ſi his validior toto corpore animus imperitet, quem non fortunae indulgentiae molliant, non copiae principales ad ſegnitiem, luxumque detorqueant. Domus Senec. ad Polyb. c. 21. Faſtigium Paterc. 1, 11, 6. Fortuna Tacit. Hiſtor. 2, 81, 6. Maieſtas principalis, *i. Principis* Modeſtinus in l. Famoſi D. ad legem Iuliam maieſtatis, Ob principalis maieſtatis venerationem, *add.* Suet. Claud. c. 17. Milites principales *apud* Hygin. *vid. Schel.* p. 45 *vbi oſtendit, eſſe eos, qui non ſint* gregales: *qui iidem* Principes *et* Duplicarii. *vid.* PRINCIPIVM n. 3. *vbi enumerantur ex* Veget. 2, 7. Opera Paterc. 2, 124, 3. Opes principales Plin. Epiſt. 159. Paratus principalis Tacit. Hiſtor. 2, 59, 3. Porta principalis (*inquit* Feſtus) Caſtrorum nominatur, quod in eo loco eſt, in quo principes ordines tendunt. Principales portae *in caſtris Romanis duae erant;* dextrae *mentio fit apud* Liu. 4, 19 *extr. vid. Schel. ad* Hygin. p. 60. Quinctil. 3, 11, 4 Hanc quaeſtionem veluti principalem vocant ζήτημα. Scortum principale Tacit. Hiſtor. 1, 13, 5. Studio principali Iuris diſciplinam exercere Gell. 13, 10. Tabulae principales, *i. Primae et praecipuae.* Paullus in l. penult. D. quemadmodum teſtamenta aperiantur, Sicut codicilli pars intelliguntur teſtamenti, ita ſecundae tabulae principalium Tabularum partem obtinere videntur. Verba principalia Gell. 11, 15 *quae* primitiua *vocant Grammatici.* Viri principales, *pro Primis et Praecipuis* l. 2 de origin. iur. *Et* Symmach. 9. 10. *it.* Iſidor. 9, 4. *Comparat.* Vt videant naturalem indicem ſomnum omnibus naturalibus principaliorem Tertull. de Anima c. 43.

PRINCIPALĬTAS, ātis. f. Macrob. in Somn. Scip. 1, 3 Tria illa, quae ſola probabilia ſunt genera principalitatis amplectitur, *i.* principales diuerſitates, *quas in principio huius capitis dixerat.* Tertull. de Anima c. 13 Habes animae principalitatem *i. principatum.*

PRINCIPALĬTER. Adu. [ἡγεμονικῶς, προηγουμένως] *Vt decet principem.* Plin. in Panegyr. c. 47 Quid vitam, quid mores iuuentutis, quam principaliter formas? *Pro Praecipue.* Vlpian. in l. athletas §. 1 D. de iis, qui notantur infamia, Siue principaliter hoc negotium gerat, ſiue alterius negotiationis acceſſione vtatur.

PRINCIPIVM, i. n. [ἀρχὴ] *Initium alicuius rei: et modo ad numerum, modo ad tempus, modo ad fundamentum refertur.* Terent. Phorm. 1, 3, 6 Neu me cupidum eo compuliſſet, quod mihi principium eſt mali. Id. ibid. 2, 3, 82 Bene habent tibi principia. Origo principii nulla eſt: nam ex principio oriuntur omnia; ipſum autem nulla ex re alia naſci poteſt Cic. Tuſc. 1, 53. Principium *et* Extremum, *contraria* Id. de Nat. Deor. 1, 2. Id. pro Cael. 56 Reliquum eſt igitur crimen de veneno, cuius ego neque Principium inuenire, neque euoluere exitum poſſum. Id. pro L. Manil. 3 c. 1 Huius orationis difficilius eſt exitum quam principium inuenire. Id. de Senect. 78 c. 21 Quum animus ſemper agitetur, nec Principium motus habeat, quia ipſe ſe moueat, ne finem quidem habiturum eſſe motus qui nunquam ſe ipſe ſit relicturus. ¶ 2 *Videamus formas dicendi:* Ab Ioue principium Virgil. Ecl. 3, 60. *conf.* Id. 8, 11. *Interpp.* Quinctil. 10, 1 p. 891 *Burm.* Liu. 9, 38 *extr.* Faucia curia fuit principium, *i. praerogatiua, quae prima ſuffragium ferret. vid. Gronou. Obſeru.* 4, 1 p. 14. Lipſ. *ad* Tac. An. 1, 1. Dare a natura principia Cic. de Finib. 4, 18. Ex quibus principiis noſtra corpora ſint Celſ. praef. 1. Ex quatuor principiis Ibid. Ex albis principiis alba eſſe Lucret. 2, 789. Corporea principia Id. 4, 538. Bellorum et imperiorum principium Cic. pro Corn. Balb. 9. Iuris principia Id. de Legib. 1, 18. Principio Lucis Tacit. Hiſtor. 3, 6. Lucis principium Lucina habet Ouid. Triſt. 2, 450. Motionis principium alicui dare Cic. de Fato c. 19. Mouendi fons et principium Id. in Somn. Scip. 20. Naturae principiis parere debemus Id. Offic. 3, 2. Philoſophiae principium eſt in ſcientia Id. de Nat. Deor. 1, 1. Pugnae principium

Virgil. Aen. 9, 53. Rerum omnium principia parua, ſed ſuis progreſſionibus vſa augentur Cic. de Finib. 5, 58. Terent. Andr. 1, 1, 21 Rem omnem a principio audies. Audire a principio admonentem Cic. Attic. 7, 1. Capeſſere principium Tacit. Annal. 15, 49. Conſtant ex principiis rerum omnia Cic. Acad. 4, 117. Cognitis principiis multo facilius extrema intelliguntur Id. pro Cluent. 11. Ducenda ſunt omnium rerum principia a diis immortalibus Id. in Vatin. 14 c. 6. Ducere principium a ſanguine Teucri Ouid. Met. 13, 706. Flebile principium melior fortuna ſecuta eſt Id. ibid. 7, 518. Foedum anni principium inceſſit Tacit. Annal. 4, 68. Abrupta principia Quinctil. 3, 8. Acutum principium, *vid.* ACVO. Exalbeſcere in principiis dicendi Cic. de Orat. 1, 121 c. 26. Ferri a principio ad exitum, et a capite ita fluere, vt ad extremum veniens conſiſtas Id. ibid. 199. Habere principium Id. pro Corn. Balb. 9. Bene habent tibi principia Terent. Phorm. 2, 2, 82. Cic. pro Caecin. 44 Poteſtis igitur principia negare, quum extrema conceditis? Obſta principiis Ouid. Rem. Amor. 91. Ponere prouiſa et diligenter explorata principia Cic. de Legib. 1, 37. Plin. 9, 34 ſ. 54 Principium culmenque omnium rerum pretii margaritae Tenent. Tarda principia in omni genere dicendi ſunt, exitus ſpiſſi et producti eſſe debent Cic. de Orat. 2, 213. ¶ 3 Principia, *pl.* [ἀρχεῖα] *Locus caſtrorum, vbi tendebant* principes, *i. dux, Legati, tribuni, vbi ſigna proinde militaria, quo vocabantur milites ad concionem, vbi iudicia et tribunal: Plutarchus* ἐν τοῖς ἀρχείοις, ἃ πριγκίπια καλοῦσι Ῥωμαῖοι *corruptam narrat adulterio Caluiſii Sabini Legati vxorem, in Galba* p. 1057, F. *De eadem re* Tacit. Hiſtor. 1, 48, 4 *Legati* vxor mala cupidine viſendi ſitum caſtrorum ——— in ipſis principiis ſtuprum auſa. Cic. ad Brut. 10 *extr.* Spes libertatis nusquam niſi in veſtrorum caſtrorum principiis eſt, *i. in te et reliquis magiſtratibus, legatis, tribunis, qui in caſtris tuis ſunt.* Liu. 28, 24 Forma tamen Romanorum caſtrorum conſtabat vna ea ſpe, quod tribunos ex contagione furoris haud expertes ſeditionis defectionisque rati fore, et iura reddere in principiis ſinebant, et ſignum ab eis petebant, et in ſtationes ac vigilias ordine ibant, *etc.* Erupit deinde ſeditio, *etc.* Fugatis itaque ex principiis, ac paullo poſt e caſtris Tribunis, ad principes ſeditionis gregarios milites C. Albium Calenum et C. Atrium Vmbrum, delatum omnium conſenſu imperium eſt. *vid. forma caſtrorum Lipſii, vel Schelii.* Liu. 7, 12 Nec in circulis modo fremere, ſed iam in principiis et praetorio in vnum ſermones confundi. Flor. 3, 10, 12 Tantus gentis nouae terror in caſtris, vt teſtamenta paſſim et in principiis ſcriberentur. Id. 4, 2, 45 Duxiſſe — mane cum pullo (nefas!) apud principia conſpectus eſt. Tacit. Annal. 1, 67, 1 Tum contractos in principia *milites*, iuſſosque dicta cum ſilentio accipere, temporis ac neceſſitatis monet. *Add.* Hiſtor. 1, 54, 2. Id. Hiſtor. 3, 13, 1 Primores centurionum et paucos militum — in principia vocat. Id. Annal. 4, 2 *extr.* Colique per theatra et fora effigies eius interque principia legionum ſineret. *Et* Annal. 1, 61, 3 Prima Vari caſtra lato ambitu et dimenſis principiis trium legionum manus oſtentabant. *Et* Hiſtor. 3, 13, 4 Recurrens in principia miles praeſcriptum Veſpaſiani nomen, proiectas Vitellii effigies adſpexit. Sueton. Othon. c. 1 *Seueritatis exemplum narrat, quod* L. Otho milites quosdam capite punire auſus *eſſet*, et quidem ante principia, ſe coram. *add.* Nepos 18, 7, 2 *et* 3. *It.* Frontin. Strat. 4, 1, 16 *et* 26. ¶ 4 Id. Frontinus principiorum *nomine etiam ipſos principes caſtrorum, tribunos etc. intelligit* 2, 5, 30 *Transfuga perfidus* tempus elegit, quo miſſa principia quietem omnibus caſtrenſibus dabant, praetoriumque ſecretius praeſtabant. *Nempe* principia mittere, *i. dimittere, eadem plane ratione ac ſenſu dicitur, qua* mittere Praetorium Liu. 21, 54 *et aliis locis.* Id. Frontin. 4, 1, 28 Domitius Corbulo Aemilio Rufo — veſtimenta per lictorem ſcidit, eidemque vt erat, foedato habitu perſtare in principiis, donec mitterentur, imperauit Veget. 2, 7 *pr.* Iuſtin. 11, 6, 6 Ordines quoque nemo in exercitu Alexandri niſi ſexagenarius duxit; vt ſi principia caſtrorum cerneres, Senatum te alicuius priſcae Reipublicae videre diceres. *Non ſatis certo huc pertinet* Varro de R. R. 3, 4 1 Ego vero, vt aiunt, poſt principia in caſtris, id eſt, ab his potius incipiendum temporibus, quam ſuperioribus. *vid.* POSTPRINCIPIA. Antiqua ordinatione legionis expoſita, principalium militum, et vt proprio verbo vtar, principiorum nomina, ac dignitates, ſecundum praeſentes matriculas indicabo. Principiorum *inquam, non vt male editi recentiores* principum. Principia *ex MSS. et editionibus antiquis omnibus firmant Stewech. et Scriuerius, quorum ille etiam rem* auctoritatibus *extra dubium ponit. Enarrat autem* Vegetius l. c. Tribunum maiorem, *tum* Ordinarios, Auguſtalesque et Flauiales Tribunos: Aquiliferos, Imaginarios vel Imaginiferos, Optiones, Signiferos, Teſſerarios, Metatores, Beneficiarios, Librarios, Tubicines, Cornicines et Buccinatores, Armaturas duplares et ſimplares, Menſores Torquatos duplares et ſimplares, Candidatos duplares et ſimplares. Hi ſunt, *inquit*, milites principales, qui priuilegiis muniuntur. Reliqui munifices *etc.* Marcellin. 22, 301 Praeſentibus Iouianorum et Herculianorum principiis et tribunis, cauſas vehementius aequo bonoque ſpectauerunt. Id. 15, 5 p. 88 *Gronou.* Cum principiorum verticibus ſecretius collocutus. Id. 25, 5 *pr.* Collecti duces exercitus, aduocatisque legionum principiis. *Et* 28 *extr.* p. 591 *Gronou.* Numerorum principia dixit. *add.* l. 1 C. de Veteranis *et* l. iubemus C. de erogat. milit. annonae. ¶ 5 *Interdum* principia *eſt prima acies, vbi laceſſitur hoſtis, et praelium committitur, ſine reſpectu ad illos* Principes *legionum.* Terent. Eun. 4, 7, 11 Tu hosce inſtrue: hic ego ero poſt principia: inde omnibus ſignum dabo. Siſenna *ap.* Non. 2, 516 Poſt principia paullatim recedunt, atque inde cum paucis fugae ſe mandant. Salluſt. Iugurth. 49 *extr.* Aciem ſicut inſtruxerat, transuorſis principiis, in planum deducit. Liu. 2, 65 Ceſſere magis quam pulſi hoſtes ſunt: quia ab tergo erant cliui, in quos poſt principia integris ordinibus tutus receptus fuit: *de Volſcis loquitur.* Liu. 3, 22 Equites ſuae cuique parti poſt principia collocat, ita trifariam adortus caſtra circumuenit, *i. ab tergo aciei, qua oppugnaturus erat caſtra.* Id. 8, 10 Vbi triarii conſurrexerunt integri, ——— clamore ſublato principia Latinorum perturbant. *In his* principiis *iam Latinorum triarios fuiſſe, ſuperiora docent.* Senec. de Vita beata c. 14 Prima virtus ſit, haec ferat ſigna: at qui voluptati tradidere principia, vtroque caruere. Principia *ſunt prima acies, vbi* ſigna *inferuntur. Denique* Tacit. Hiſtor. 2, 43, 2 Principia vnaetuiceſimanorum ſtrata, *non principes Legionis* XXI, *ab haſtatis et triariis diuerſi, ſed generatim primi ordines. Nam omnis reliqua* legio *ſalua fuit. Hunc intellectum* principiorum *locis, quae dedimus vindicauit* Gronou. *Obſ.* 4, 10 *qui* p. 157 *etiam hinc deriuat formulam* Poſtprincipia: *et negat, ſibi locum occurriſſe, vbi* Principia *dicantur pro* Principibus *illis, ab haſtatis et pilanis ſ. triariis qui diſtinguuntur.*

PRINCIPIO. Adu. *i. Primum.* Virgil. Georg. 4, 8 Principio ſedes apibus ſtatioque petenda eſt. Terent. Eun. 5, 9, 39 Principio ego vos credere ambos hoc mihi vehementer velim me, *etc.* Id. Andr. 2, 1, 28 Te obſecro, principio, vt ne ducas. Cic. de Diuin. 2, 75 c. 35 Exiſtimoque ius augurum, etſi diuinationis principio opinione conſtitutum ſit, tamen poſtea Reipublicae cauſa conſeruatum ac retentum. Id. de Finib. 1, 17 c. 6 Principio, inquam, in phyſicis, quibus maxime gloriatur, primum totus eſt alienus. *de Epicuro.* Id. Offic. 1, 11 c. 4 Principio generi animantium omni eſt a natura tributum. Principio atque animus ephebis aetate exiit Plaut. Merc. 1, 1, 40 *i. Quum primum, vel ſtatim poſtquam.*

PRINCIPIĀLIS, e. Adi. [ἀρχικὸς] *Quod primum eſt.* Lucret. 2, 423 Aut ſine principiali aliquo laeuore creata eſt. Id. 5, 247 Scire licet caeli quoque idem terraeque fuiſſe Principiale aliquod tempus.

PRINCIPANS, antis. Lactant. 4, 13, 19 Et erit illa die radix Ieſſe, et qui exſurget principans. Sidon. Carm. 9, 48 Regnis principibusque principantem. Id. ibid. 23, 90 Natos cum genitore principantes. *vid. Sauar. in loc.*

PRIOR, *et hoc* Prius. [πρότερος] *Comparatiuum, non ſolum ad duos, ſed etiam ad plures referri poteſt.* Terent. Phorm. 3, 2 *extr.* Mea lege vtar, vt potior ſit, qui prior ad dandum eſt. Apulei. Florid. 2 p. 346 *Elm.* Vt Hippias e numero ſophiſtarum eſt artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli ſecundus. *Sed tamen de duobus ordinarie ponitur.* *v. g.* Vtraque formoſa eſt — Artibus in dubio eſt, haec ſit, an illa, prior Ouid. Amor. 2, 10, 6. Nunc et qui color eſt puniceae flore prior roſae Horat. Carm. 4, 10, 4. Officio prior ne quisquam reſpondeat Id. Serm. 2, 6, 24. Aeſtate priore conficere aliquid non potuiſſe Cic. Fam. 1, 9, 78. Anno Id. ibid. 12, 13, 10. Cacabus prior Scribon. 271. In priore Genere podagrae Id. 160. Libro priore Columel. 4, 22. *i. Praecedenti.* Loco priore cauſam dicere Cic. pro Quint. 7 c. 2. Pueritia prior, *pro Ineunte aetate: Vtitur* Taurus *philoſophus apud* Gell. 10, 19. Tempora priora Plin. in Panegyr. Tyrannus prior Siciliae Dionyſius Id. 12, 1. *add.* Nepos 10, 1, 3. *et* 21, 2, 2. Iuſtin. 22, 1, 1. Priores noſtri, *i. Maiores* Plin. Epiſt. 3, 4, 5. Priora et terga Id. 11, 37. Primas etſi vtrique, priores tamen libenter deferunt Laelio Cic. de Clar. Orat. 84 c. 21. *int.* Partes. *Sic* Priores Partes habere Terent. Eun. 1, 2, 71. Prior, *pro Superior, maior, praeſtantior.* Horat. Carm. Saecul. 51 ——— Venerisque ſanguis imperet bellante prior, iacentem Lenis in hoſtem. Cauſa quis prior Horat. Serm. 2, 5, 30. Siquidem hercle poſſis, nihil prius neque fortius Terent. Eun. 1, 1, 5. Neque prius neque antiquius quidquam habuit Paterc. 2, 52, 3. Iudicare prius Scribon. Ep. m. *i.* potius. Aeui prioris exempla Ouid. in Ibin 253. Prius *et* Poſterius, *contraria* Horat. Serm. 1, 4, 58. Priori poſterius, poſteriori ſuperius coniungere Cic. Acad. 4, 44. Nil prius fide Propert. 4, 1, 80.

PRIVS. [πρότερον, πρόσθε, πρόσθεν, πρὶν, πάρος] Adu. *Temporis.* Terent. Heaut. 5, 2, 18 Prius quaeſo diſce, quid ſit viuere: vbi ſcies, ſi diſplicebit vita, tum iſtoc vtitor. Statuerat, hos prius iudicio populi debere reſtitui, quam ſuo beneficio videri receptos Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 1. Nihil prius mihi faciendum putaui, quam vt tibi gratularer Cic. Attic. 4, 1. Id. de Amicit. 15 Quem fuerat aequius, vt prius introieram, ſic prius exire de vita. Prius orto Sole, *i. Ante Solis ortum* Horat. Epiſt. 2, 1, 102.

PRIVS-MORE. Adu. Petron. c. 5 *i. vt ante fieri conſueuerat.*

PRIVSQVAM. Coniunctio, *quam nonnulli diſiungunt,* Prius quam. *Aliquando Indicatiuo, aliquando Subiunctiuo iungitur. Indicatiuo:* Terent. Hec. 3, 1, 14 Prius quam hanc vxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum. Cic. Philipp. 1, 11 c. 4 Prius quam de Republ. dicere incipio, pauca querar de heſterna M. Antonii iniuria. Cui priusquam de caeteris rebus reſpondeo, *etc.* Id. ibid. 2, 3. *Coniunctiuo:* Virgil. Georg. 3, 468 Continuo ferro culpam compeſce, priusquam dira per incautum ſerpant contagia vulgus. Ac priusquam aggrediar ad cauſam Cic. pro Corn. Balb. 18 c. 7. Praeclare enim vixero, ſi quid mihi acciderit, priusquam hoc tantum mali videro Cic. pro Milon. 100. Tamen quid potius faciam priusquam me dormitum conferam, non reperio Id. Fam. 9, 26. *Aliquando transponuntur duo vocabula, quibus conſtat,* Quam prius abiunctos ſedula lauit equos Propert. 2, 14, 12.

PRIORSVM. Adu. *Verſus priora ſ. anteriora.* Macrob. Saturn. 7, 13 Sed libris anatomicorum poſtea conſultis, verum reperi neruum quendam de corde natum priorſum pergere vsque ad digitum manus ſiniſtrae minimo proximum. *Et* c. 9 Septem corporei motus ſunt. Aut enim accedit priorſum, aut retrorſum recedit, *etc.* *Videtur* Macrobius, *vel qui auctor eſt huius ſcripturae, etymologiam Aduerbii* Prorſus *voluiſſe iudicare.* Pri *idem eſſe quod* Prae, *ante vidimus: Fuit igitur* Priorſum *ſimile* Deorſum, *ex* Priorſum *vero contractum* Prorſum.

PRIORSVS. Adu. Claud. Mamert. 1, 18 Mouetur corpus priorſus et retrorſus. *vid. modo dicta in* PRIORSVM.

PRIORATVS, ûs. m. Tertull. aduerſ. Valent. c. 4 Vt ſolent animi pro prioratu exciti.

PRISCIĀNVS, i. m. [Πρισκιανὸς] *Nobilis Grammaticus, cuius ſcripta habemus, eam claritatem conſecutus, vt* Priſcianus *quemadmodum* Donatus, *ipſum artis nomen videatur.* *Alius* ¶ 2 Theodorus Priſcianus, *medicus tempore Arcadii Imper. cuius tres libros aliqui* Oct. Hor. *tribuunt. vid. Reineſ. Varr. Lect.* 3, 11 *et* 17. *et Barth. in* Claud. p. 1270.

PRISCVS, a, um. Adi. [ἀρχαῖος] *Qui ſuperiore aetate fuit, ex* Pri, *i.* Prae, *et terminatione* ſcus, *quam obſeruamus etiam in* Veſcus. Credendum nimirum eſt veteribus et priſcis, vt aiunt, viris, qui ſe progeniem deorum eſſe dicebant, itaque eorum vocabula nobis prodiderunt Cic. de Vniuerſ. 34 c. 11. Itaque vnum illud erat inſitum priſcis illis, quos Caſcos appellat Ennius, eſſe in morte ſenſum Id. Tuſc. 1, 27. Agricolae priſci Horat. Epiſt. 2, 1, 139. Annales Ouid. Faſt. 1, 7. Arti priſcae addere motum et luxuriam Horat. in Arte Poët. 214. Aurum Id. Carm. 4, 2, 40. Catonis priſci virtus narratur mero caluiſſe Id. ibid. 3, 22, 11. Virgil. Aen. 9, 79 Dicite, priſca Fides facto, ſed fama perennis. Gens priſca mortalium Horat. Epod. 2, 2. Cic. de Nat. Deor. 3, 42 c. 16

c.16 Ioues quoque plures in priſcis Graecorum Literis inuenimus. Moneta priſca conceſſit nouae Ouid. Faſt. 1, 222. Id. ibid. 2, 282 Flamen ad haec priſco More Dialis erat. Nomen priſcum mutare Id. Met. 14, 850. Progenies Claud. in Ruffin. 1, 106. Religio Ouid. Met. 10, 693. Id. Faſt. 1, 103 Me chaos antiqui (nam ſum Res priſca) vocabant. Ritus Plin. 12, 1. Saecula Martial. 1, 27. Senes Ouid. Met. 10, 645. Cic. de Aruſp. Reſp. 27 Cuius priſcam illam ſeueritatem ſacrificii mirifica tua ſoror exiſtimatur imitata. Tempus Ouid. Faſt. 1, 197. Verborum priſcorum affectator, *apud* Suetonium de Clar. Grammat. c. 10. *add.* Cic. de Cl. Orat. c. 21. Vetuſtas Ouid. ex Pont. 3, 1, 115. Verborum priſca Vetuſtas Cic. de Orat. 1, 193 c. 42. Verbis priſcis, et paene ſollemnibus bona alicuius conſecrare Id. pro Dom. 123. Id. de Orat. 3, 39 Et illud quod loquitur, priſcum viſum iri putat, ſi plane fuerit ruſticanum. Priſcae, Latinae Coloniae appellatae ſunt, vt diſtinguerentur a nouis, quae poſtea a populo dabantur. Feſtus. Priſci Latini proprie appellati ſunt Ii, qui prius, quam conderetur Roma, fuerunt. Feſtus.

PRISCE. Adu. [χρονίως] *vt,* Priſce agere; *i. Priſco et antiquo more.* Cic. pro M. Cael. 33 c. 14 Sed tamen ex ipſa quaeram prius, vtrum me ſecum ſeuere et grauiter et priſce agere malit, an remiſſe ac leniter et vrbane.

PRISMA, atis. n. *Sectio. a πρίω ſeco. Figura eſt ſolida, quae planis continetur, quorum aduerſa duo ſunt, et aequalia et ſimilia et parallela, alia vero parallelogramma. Euclid. Elem. 2. Vtitur* Mart. Capella 6 p. 233.

PRISTINALE Pecus, *quod affertur ex* Columel. 7, 9, 3 *nullum eſt. Legendum enim* Piſtrinale, *quod in* piſtrinis *alitur a* piſtoribus ſcrophipaſcis.

PRISTĬNVS, a, um. Adiect. [ὁ πάλαι] *Quod ſuperioribus annis, menſibus, diebus, et noſtra memoria fuit.* Venit autem ab eo, quod eſt Prius, *auctore* Feſto. Cic. de Diuin. 2, 7 Quod quum accidiſſet noſtrae Reipubl. tum priſtinis orbati muneribus, haec ſtudia renouare coepimus. Aetas priſtina Claud. Conſ. Stil. 2, 124. Animum priſtinum erga aliquem conſeruare Liu. 31, 2. Bonitas priſtina et miſericordia Cic. pro Roſc. Amer. 150. Coniux priſtinus Virgil. Aen. 6, 473. Dignitas Cic. Fam. 1, 5 *extr.* Gloria Virgil. Aen. 10, 143. Cic. pro Sulla 26 Si ille labor meus priſtinus, ſi ſolicitudo, ſi officia, ſi operae, ſi vigiliae deſeruiunt amicis, praeſto ſunt omnibus. Mos priſtinus iudiciorum, et vetus conſuetudo fori Id. pro Milon. 1. Plaut. Truc. prol. 7. Odio priſtino incenſa mulier Cic. pro Cluent. 18. Seueritatem ad priſtinam reuocare Senatum Id. Attic. 1, 16. Id. Anteq. iret in Exil. 13 c. 5 Quamobrem nolo me duce, ſupplicii vos ad fraudem deduci, vt ego ad priſtinum Statum recidam caſus. *Abſolute:* In priſtinum reſtituere Nepos 20, 1, 1. ¶ 2 Priſtīnus *pen. prod. vid. mox ſub* PRISTIS.

PRISTIS, *vid.* PISTRIX. *A forma* Priſtis *eſt*

PRISTĬGER, ĕra, ĕrum. Adi. Priſtiger Triton Sidon. Epiſt. 4, 8. *Et*

PRISTĪNVS, a, um. Adi. Sidus Priſtinum Columel. 11, 2, 5 *et* 64. *i. cetus ſ. piſtrix.*

PRIVATVS, *etc. vid.* PRIVVS.

PRĪVERNVM, i. n. [Πριούερνον] *Vrbs Volſcorum in Latio.* Virg. Aen. 9, 576. *Vnde*

PRIVERNAS, ātis. *Incola. Vid.* Seru. *apud* Virg. Aen. 7, 803 *explicans carmen illud,* Hos ſuper aduenit Volſca de gente Camilla. Priuernates Populi Plin. 3, 5. Cic. de Orat. 2, 224 Forte euenit, vt in Priuernati eſſemus. Brute, teſtificatur pater ſe tibi Priuernatem fundum reliquiſſe.

PRIVERNVS, a, um. Adi. Priuernus ager Cic. in Rullum 2, 25.

PRIVERNVS, i. m. *Nomen Itali* Virg. Aen. 9, 576.

PRIVERVS, a, um. Adi. Idem ac Priuatus; *vt,* Priuerae mulieres. Feſtus.

PRĪVIGNVS, i. [πρόγονος] *quaſi* Prius genitus, *ante matrimonium nempe eius, cuius* priuignus *dicitur, ex priore coniuge. Vid. ſupra* BIGNAE. Priuigni *correlata ſunt* Vitricus *et* Nouerca. Cic. ad Brut. 16 Quanto autem magis illa callere videtur Philippus, qui priuigno minus tribuerit, quam Cicero, qui alieno tribuat? Hor. Carm. 3, 24, 18 *in deſcriptione Scythicae paupertatis et adiunctae boneſtatis,* Illic matre carentibus Priuignis mulier temperat innocens. Pocula priuigno non nocitura ſuo Propert. 2, 1, 52. Nubere in familiae luctum, atque in priuignorum funus Cic. pro Cluent. 188. *Add.* Salluſt. Cat. c. 15. Cic. Att. 13, 20 De vxore Tuberonis et priuigna, neque poſſum iam abdere (eſt enim res peruulgata) neque Tuberonem volo defendere. Priuigna proles Columel. 10, 163. Priuignus dictus, quod prius quam mater ſecundo nuberet, eſt genitus. Pri enim antiqui pro Prae dixerunt. Feſtus.

PRIVILEGIVM, *et* PRIVO, *vid.* PRIVVS.

PRIVVS, a, um. Adi. [ἴδιος] Priui, ae, a. *i. Singuli.* Veteres priua dicebant, quae nos ſingula dicimus Gell. 10, 20. Non. 1, 152. Priuum eſt proprium vniuscuiusque. *vid.* Idem 2, 694. Feſtus: Priuos, priuasque antiqui dicebant pro ſingulis. Ob quam cauſam et Priuata dicuntur, quae vniuscuiusque ſint. Hinc et priuilegium, et Priuatus. Cato c. 26 Priuasque ſcopulas in dolio facito habeas illi rei, queis labra doliorum circumfrices. Idem c. 3 Trapetos bonos, priuos, impares eſſe oportet. *Et* c. 10 Labra aquaria quinque, opercula doliis et feriis priua plura. *Et* 11, 1 Priua Tectoria. Hor. Serm. 2, 5, 10 Siue aliud priuum dabitur tibi. Lucil. Stat. 1 Abdomina Thynnia venientibus priua Dabo, cephaleamque carnem. *Refert* Gell. 10, 20. Lucret. 4, 570 In multas igitur voces vox vna repente Diffugit, in priuas quoniam ſe diuidit aures. Cogitatio ſua cuique animi, colorque priuus Phaedr. 5 Prol. 8, *vt legit Faber. Sed al. et Burm.* proprius. Lex priua Ciceroni *reſtituta a Scaligero ad* Feſtum. *Nempe* pro Domo 43 c. 17 *pr. ſic legendum:* Vetant leges ſacratae, vetant XII. tabulae leges priuis (*pro quo editur* priuatis) hominibus irrogari. Id eſt enim priuilegium. Hor. Epiſt. 1, 1, 93 Quem ducit priua Triremis. Liu. 7, 37 In praeſentia ſingulis bobus, biniſque priuis Tunicis donati. Turba imperitorum priua verae rationis Apul. de Deo Socr. p. 43. Liu. 30, 43 Senatusconſultum in haec verba factum eſt, vt priuos lapides ſilices, priuasque verbenas ſecum ferrent. Veſtigia priua pedum Lucret. 3, 390. *conf.* 5, 275. Voces priuae Gell. 11, 16. ¶ 2 Priuus *etiam pro caſſus, priuatus ſenſu participiali, ponitur.* Apul. de Deo Socr. p. 43, 1 Profana philoſophiae turba imperitorum, vana ſanctitudinis, priua verae rationis, inops religionis.

PRIVĀTVS, a, um. Adi. [ἴδιος, ἰδιωτικός] *Quod vniuscuiusque proprium eſt, non-publicum aut commune.* Cic. de Amicit. 15 c. 4 Quia cum Scipione vixerim: quocum mihi coniuncta cura de Republ. et de priuata fuit. Idem de Senect. 22 c. 7 Manent ingenia ſenibus, modo permaneat ſtudium et induſtria: nec ea ſolum in claris et honoratis viris, ſed in vita etiam priuata et quieta. Idem de Finib. 3, 4 Verbis tamen in dicendo quaſi priuatis vtuntur ac ſuis. Cic. Off. 1, 21 c. 7 Deinde vt communibus vtatur pro communibus, priuatis vt ſuis. Sunt autem priuata natura nulla, ſed aut vetere occupatione, vt qui quondam in vacua venerunt. In priuato, in publico, *vid.* IN. Cenſus priuatus Hor. Carm. 2, 15, 13. Cic. pro Sext. 27 Quid quisquam poteſt ex omni memoria ſumere illuſtrius, quam pro vno ciue, et bonos omnes priuato Conſenſu, et vniuerſum Senatum publico conſilio mutaſſe veſtem? Conſilium Aur. Vict. de Viris illuſtr. c. 72. Diſputationes Quinctil. 3, 4. Dolor Sil. 5, 157. Domus Cic. pro Quint. 13. Frugalitas eſt Laus priuata Cic. pro Deiot. c. 9. Loco priuato liceat delituiſſe Ouid. Triſt. 3, 1, 80. Cic. ad Brut. 16 Quod autem tibi cum Antonio priuatum Odium? Opes priuatae, *Sibi propriae* Hor. Epiſt. 1, 3, 16. Pecunia Quinctil. 3, 6. Si Re publica non poſſis frui, ſtultum eſt, nolle priuata Cic. Fam. 4, 9. Senectus Lucan. 1, 324. Spectacula Sueton. Ner. c. 21. Vita Lucan. 7, 266. Cic. de Senect. 22. *et* Iuſtin. 38, 9, 4. Priuatae *etiam* feriae, vocabantur ſacrorum propriorum, velut dies natales, *vt ait* Feſtus: Fulgurum procurationes, et huiusmodi priuatae, quae fiebant pro familiis ſingulis et hominibus. ¶ 2 Priuati dicuntur, qui abſque negotio publicae dignitatis curam ſolius domi gerunt Scholiaſt. Iuuenal. ad Sat. 12. Cic. Off. 1, 124 Priuatum autem oportet aequo et pari cum ciuibus iure viuere. Idem de Inuent. 1, 33 In fortuna quaeritur, ſeruus ſit an liber, pecunioſus an tenuis, priuatus an cum poteſtate. Tacit. Ann. 14, 28 Qui a priuatis iudicibus ad Senatum prouocauiſſent, eiusdem pecuniae periculum facerent, cuius ii, qui Imperatorem appellauere. *Sed et* priuatum eſſe, *et* cum imperio eſſe *opp. vt ap.* Cic. Fam. 11, 1. Idem Cn. Pompeium Phil. 11 c. 8. *et* pro L. Manil. c. 21. *it.* P. Scipionem Africanum Phil. 11 c. 8 *vocauit* priuatos, *quia fuerant priuati, quum ipſis imperium mandaretur.* Quum proiectis faſcibus et depoſito imperio, priuatus et captus, ipſe in alienam veniſſet poteſtatem Caeſ. B. C. 2, 32. Miltiades in imperiis verſatus, non videbatur poſſe eſſe priuatus Nep. 1, 8, 2. Neſcire Tarquinios priuatos viuere Liu. 2, 2. *conf.* Plaut. Capt. 1, 2, 63. Lucan. 5, 365. *praeſertim* Cic. ad Qu. Fratr. 1, 1. *Ergo nonnunquam* Priuati *omnes dicti extra Principem, licet ſummis magiſtratibus admoti, cum Romana res ad vnum eſſet delata.* Plin. Epiſt. 2, 1, 2 Perfunctus eſt tertio conſulatu, vt ſummum faſtigium priuati hominis impleret, quum Principis noluiſſet. Tac. Agric. 39, 3 Id ſibi maxime Formidoloſum, priuati hominis nomen ſupra principis extolli. *Sic* Plin. Pan. 7, 3. 9, 3. 10, 4. 60, 3. Tacit. Ann. 2, 31, 3 Vt identidem interrogaret, an ipſe imperii potens, an Silius priuatus eſſet. Suet. Aug. c. 28 n. 2 Reputans ſe priuatum non ſine periculo fore. *conf.* Tacit. Hiſt. 1, 49, 6. *Nonnunquam tamen etiam ab horum temporum ſcriptoribus* priuati *opp.* magiſtratibus, *vt* Tac. Ann. 6, 2 *extr. vid. Salmaſ. ad* Capitol. p. 169. *Bernegg. ad* Suet. Aug. c. 32. *Rupert. ad* Vell. p. 112. *De Sacerdotibus dubitatum. Ipſum Pontificem Maximum* priuatum *videtur facere* Cic. Catil. 1 c. 1 An vero vir ampliſſimus P. Scipio Pontifex Max. Ti. Gracchum — priuatus interfecit. *At non* Pontificem *dicit* priuatum; *ſed ab eo, qui paullo poſt, ob hoc ipſum factum Pontifex factus ſit, cum adhuc priuatus eſſet, interfectum eſſe Gracchum. Sic Cuper. ad* Lact. de M. P. c. 18 p. 173. *Certe* Pontifices et Flamines priuato opponuntur Liu. 5, 52. *Sequentibus temporibus* Priuati *etiam dicti, Qui milites non eſſent. Pagani alias appellati.* Lactant. de Mort. perſec. c. 18 A militibus amaretur, a priuatis et optaretur. Gloſſ. Cyrill. ἰδιώτης ὁ κοινὸς, Priuatus, Paganus, Plebeius. Lamprid. Alex. Seu. c. 58 Sola quae de hoſtibus capta ſunt, limitaneis ducibus et militibus donauit, ita vt eorum ita eſſent, ſi haeredes illorum militarent, nec vnquam ad priuatos pertinerent. *Quin antiqua videtur illa ratio, et iam in veteri formula conuocandi populi vſurpata apud* Varr. L. L. 5, 9 p. 62 Omnes Quirites pedites, armatos priuatosque *etc. Et poteſt videri hanc eſſe appellationis originem, quod* priuati *ſint* priuati armis, *non habentes arma. Equidem malim inde, quia etiam* milites Rempublicam gerere *dicuntur.* ¶ 3 Priuatus *Part. vid.* PRIVO.

PRIVĀTIM. Adu. *Quod non eſt publice factum.* Plaut. Bacch. 2, 3, 80. Priuatim *et* Publice, *contraria:* Cic. de Inuent. 1, 5 c. 4 Quare meo quidem animo nihilominus eloquentiae ſtudendum eſt, etſi ea quidem et priuatim et publice peruerſe abutuntur. Si quae beneficia ſingulis ciuibus, priuatimque dantur, ea ſolent iis eſſe fructuoſa, a quibus ſunt profecta Cic. antequ. iret in exil. 1. Priuatim aliquid gerere, *Non fungi munere publico:* Cic. de Fin. 5, 57 c. 20 Aut priuatim aliquid gerere malunt: aut qui altiore animo ſunt, capeſſunt Rempubl. honoribus, imperiiſque adipiſcendis. Mandare alicui rem priuatim Cic. pro Roſc. 114 c. 39. Nulla enim me ipſum priuatim pepulit inſignis iniuria Idem Fam. 4, 13, 5. Priuatim, (ἰδίᾳ, ἰδίως) *pro eo, quod vulgo dicitur* Particulariter, *vel* In particulari, *vel* ſpecialiter. Cic. pro Quint. 15 Neque interea verbum vllum interpoſuit Naeuius, aut ſocietatem ſibi quippiam debere, aut priuatim Quintium debuiſſe. Plin. 24, 17 Piſcis natura excalfacit, explet, aduerſatur priuatim ceraſtae morſibus cum polenta. Peculiariter *pro eodem, ibidem dixit,* Peculiariter renibus vtilis eſt. Idem 32, 1 ſ. 6 Caeteri (*digiti*) omnes onerantur (*annulis,*) atque etiam priuatim articuli minoribus aliis. Quinctil. 8, 2, 5 Qui iaculum emittit iaculari dicitur: qui pilum aut ſudem, appellatione ſibi priuatim adſignata caret. Vaſa celata priuatim ac publice rapere Salluſt. Catil. c. 11. *vid. Waſſe.*

PRIVĀTE. *Aliud* Adu. *Adfertur ex* Cic. Att. 7, 7 Illud priuate non adſcribis, et tibi gratias egit. *At ex vetuſto codice legendum,* Illud, puto, tu non, *etc. Sic Graeu.*

PRIVATO. Adu. Liu. Andron. Priuato nos tenuiſſemus. *Vid.* Priſcian. p. 1009. *Sic etiam dedit* Heinſius *apud* Vell. Paterc. 2, 1, 2 Publicamque magnificentiam ſecuta priuato luxuria eſt. *Al.* priuata.

PRIVATVS, ûs. m. *Proprietas.* Tertul. de Poenit. c. 2 Poenitentia delinquentium priuatus.

PRIVO, āre. [ςερέω, ἀποςερέω] *Adimere et ſpoliare ſignificat.* Plaut. Truc. 2, 7, 20 Miſerum ſua blanditia intulit in pauperiem, priuauit bonis, luce, honore, atque amicis. Cic. Acad. 4, 61 c. 19 Spoliat nos iudicio, priuat approbatione omni, orbat ſenſibus. Praepoſitio enim In priuat verbum ea vi, quam haberet, ſi In praepoſitum non fuiſſet, vt dignitas, indignitas Cic. in Topic. 48 c. 11. Adſpectu ſuo patriam priuare Idem Fam. 4, 9. Dolore priuari Idem de Fin. 1, 37.

1, 37. Lucret. 2, 1090 Quae bene cognita ſi teneas, natura videtur Libera continuo dominis priuata ſuperbis. Stat. Theb. 2, 695 Sed fata monentem Priuauere fide, *i. fidem derogauere monenti.* Fructu liberalitatis aliquem priuare Cic. Fam. 5, 20. Non enim hac exceptione vnus adficitur beneficio, ſed priuatur iniuria Cic. de Lege Agrar. 1, 13 c. 4. *Sic* MSS. *nec audiendus Lambinus, qui* prohibetur *ex coniectura reponit.* Cic. pro Quint. 74 Vt per ſe adflictum atque euerſum propinquum ſuum non modo honeſte partis bonis, verum etiam communi Luce priuaret, *i. interficeret.* Idem de Finib. 5, 87 Cur haec eadem Democritus, qui, *etc.* dicitur Oculis ſe priuaſſe? *conf.* Id. Acad. 4 c. 11. Somno me priuat aegritudo Cic. Att. 9, 12. Idem Acad. 4, 33 Itaque priuabo potius illum debito Teſtimonio, quam id cum mea laude communicem. Idem Fam. 2, 2 Graui teſte priuatus ſum amoris ſummi erga me tui. Cic. in Parad. 3 Patrem Vita priuare, ſi per ſe ſcelus eſt, *etc.* *Add.* Id. pro Rabir. perd. c. 3. Priuandum [στερητέον] eſt corpora motu Lucret. 1, 382.

PRIVANS, antis. Partic. Cic. in Topic. 48 c. 11 Sunt enim alia contraria, quae priuantia licet appellemus Latine, Graece appellantur στερητικά.

PRIVĀTVS, a, um. Partic. [στερηθείς] Cui quid eſt ademtum, *inquit* Feſtus. Aur. Vict. de Viris illuſtr. c. 50 Priuatus ſtipendio. Lumine priuatus, *i. Oculis* Ouid. ex Pont. 1, 1, 53. Aër priuatus lumine Lucret. 4, 372. Natura libera dominis priuata Idem 2, 1090. Priuati parte virili Idem 6, 1207.

PRIVATIO, ōnis. f. [στέρησις] Cic. de Fin. 2, 29 c. 9 *extr.* Quia dolori non voluptas contraria eſt, ſed doloris priuatio. Omni priuatione doloris putat Epicurus terminari ſummam voluptatem Id. ibid. 1, 38 c. 11 *pr.*

PRIVATICIVS, a, um. Adi. Gloſſ. Lat. Gr. Priuaticia, στερητικά.

PRIVATĪVVS, a, um. Adi. *Idem.* Gell. 5, 12 Pars priuatiua. *Et* 13, 22 Ne particula priuatiua eſt.

PRIVILEGIVM, i. n. [προνομία, προτέρημα] *Lex ad priuos homines, i. ſingulos pertinens. Quod, ſi ſequamur, id quod de reditu M. Ciceronis, et de imperio Pompeii ſtatutum eſt, non* lex, *ſed* priuilegium *dicitur: quod probat etiam* Gell. 10, 20. *Sed proprie tamen* Priuilegium *illud eſt, vbi de indemnati ciuis capite fertur ad populum.* Cic. pro Dom. 43 c. 17 Vetant leges ſacratae, vetant XII tabulae, leges priuatis (*Scal.* priuis) hominibus irrogari. Id eſt enim priuilegium. Nihil eſt crudelius, nihil pernicioſius, nihil quod minus haec ciuitas ferre poſſit. Proſcriptionis miſerrimum nomen illud, et omnis acerbitas Sullani temporis quid habet, quod maxime ſit inſigne ad memoriam crudelitatis? Opinor poenam in ciues Rom. NOMINATIM SINE IVDICIO conſtitutam. *Deinde formam iudiciorum populi deſcribit, vt appareat ad* priuilegium *proprie dictum pertinere, vt aliquis ſit* indemnatus. *Hinc ergo interpretandum illud* pro Sext. 65 c. 30 Cur cum de capite ciuis — et de bonis proſcriptio ferretur, cum et ſacratis legibus et XII tabulis ſancitum eſſet, vt neque priuilegium irrogare liceret, neque (*quod eandem vim habet*) niſi comitiis centuriatis rogari, nulla vox eſt audita conſulum? *itemque* de Legg. 3, 44 c. 19 In priuatos (priuos *recte Putean.*) homines leges ferri noluerunt: id eſt enim priuilegium, quo quid eſt iniuſtius? cum legis haec vis ſit, ſcitum et (*ſic leg.* pro eſt) iuſſum in omnes: ferri de ſingulis, niſi centuriatis comitiis noluerunt. Deſcriptus enim populus cenſu, ordinibus, aetatibus, plus adhibet ad ſuffragium conſilii, quam fuſe in tribus conuocatus. *Et mox* Praeterea neque tributa capitis comitia rata eſſe poſſe, (*ſic leg.* pro poſſent) neque vlla priuilegii: *i. vlla comitia, in quibus ſine iudicio antegreſſo ſolis ſententiis populi, indemnatus proinde aliquis proſcribitur. Hinc etiam diſſolui poterunt, quae diſputantur apud* Gell. 10, 20. Cic. in Parad. 4 Sed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exul? Familiariſſimus tuus de te priuilegium tulit, vt ſi in opertum Bonae deae acceſſiſſes, exulares. Vim et crudelitatem priuilegii, auctoritate honeſtiſſimorum hominum et publicis literis conſignauit Id. poſt redit. in Senat. 29 c. 11. ¶ 2 *Neque tamen non ſatis antiqua eſt ratio, qua nunc fere vtuntur:* Plin. Epiſt. 10, 56, 1 Cupere quidem vniuerſos, vt a me rationes coloniae legerentur; nunquam tamen eſſe lectas ab vllo Proconſulum: habuiſſe priuilegium, et vetuſtiſſimum morem, arbitrio ſuo Rempubl. adminiſtrare. *Et* 57, 2 Hoc, quod nunc inſpecturus es ex mea voluntate, ſaluis, quae habent priuilegiis, eſſe facturum. *Et* 110 Sine habent priuilegium, quod caeteris creditoribus anteponantur, cuſtodiendum eſt *etc.* Priuilegio ſubnixus Aurel. Arcadius in l. 1 in fine D. de offic. praefect. praetor. *Sic etiam* Sen. de Benef. 3, 11 Quaedam priuilegia parentibus data ſunt. Quomodo horum extra ordinem habita ratio eſt *etc.* Idem de Tranquil. vit. 2 Nam ſi dicis illum aequo animo laturum, nullum habet priuilegium.

PRIVILEGIĀRIVS, a, um. Adi. Vlpian. in l. Reſcriptum D. de pactis, Reſcriptum autem Diui Marci ſic loquitur, quaſi omnes creditores debeant conuenire. Quid ergo ſi quidam eorum abſentes ſint? numquid exemplum praeſentium abſentes ſequi debeant? Sed an et priuilegiariis abſentibus haec pactio noceat, eleganter tractatur: ſi modo valet pactio et contra abſentes. *Ergo* Priuilegiarius *dicitur, Cui aliquod priuilegium conceſſum eſt. Vulgo* priuilegiatus *nuncupatur. Vnde* Milites priuilegiarii *dicti, Qui vacabant officio.* Vlpianus 14 Digeſt. titul. Quod cum eo, qui in aliena poteſtate l. Sed an hic, Recte, *inquit*, dicetur occupantis meliorem eſſe conditionem, niſi ſi quis priuilegiarius veniat.

P R O

PRO, *quod quidam* PROH *ſcribunt.* [ὦ] *Interiectio admirantis, praeſertim cum indignatione, Nominatiuo aliquando, ſeu Vocatiuo potius, aliquando Accuſatiuo iungitur.* Ter. Adelph. 3, 3, 12 Pro Iuppiter, hominis ſtultitiam. Cic. Tuſc. 1, 99 Pro dii immortales, quam illud, *etc.* *Et* Liu. 22, 14 Tantum (pro dolor) degeneramus a parentibus noſtris, vt, *etc.* Quae res pro ſancte Iuppiter in terris eſt geſta maior! Cic. Philipp. 2, 32 c. 13. Pro Iuppiter Virg. Aen. 4, 590. (Pro curia, inuerſique mores!) Hor. Carm. 3, 5, 7. *Accuſatiuo.* Ter. Heaut. 1, 1, 9 Nam pro deûm atque hominum fidem, quid vis tibi? Cic. de Amicit. 52 Nam quis eſt, pro deûm fidem atque hominum, qui velit vt neque diligat quenquam, nec ipſe ab vllo diligatur? Pro facinus Ouid. Epiſt. 10, 6. *Al.* Per. Pro ſcelus Virg. Aen. 5, 793. Ouid. Her. 3, 98 At mihi, pro, nullo pondere verba cadunt.

PRO. [ὑπέρ] Praep. *Ablatiuo caſui ſeruiens. Cuius ſignificationes difficile eſt ad vnum aliquod caput referre, quod obſeruat etiam* Gell. 11, 3. *Primo permutationem notat, vt Gr.* ἀντί. Ter. Eun. 1, 2, 89 Heri minas viginti pro ambobus dedi. Idem Andr. 5, 3, 17 An vt pro huius peccatis, ego ſupplicium ſufferam? Ego te pro iſtis dictis et factis vlciſcar Ter. Eun. 5, 4, 19. Idem Hec. 3, 1, 30 Pueri quam pro leuibus inter ſe iras gerunt. Plaut. Aſin. 1, 3, 20 Par pari datum hoſtimentum eſt, opera pro pecunia. ¶ 2 *Vt Graeca* ὑπέρ *commodum, fauorem, auxilium, indicat.* Pro Agricola hoc minime eſſe reor Colum. 3, 5. Populum Rom. neque recte, neque pro Bono facturum Salluſt. Iug. 22, 4. *vid. Cort.* Pro aliquo ſtare, *eſt eum defendere* Ter. Phorm. 2, 1, 37. *Sic et* Decernere pro ſodali et pro fama fortuniſque Cic. de Orat. 2, 200. Deprecari aliquid pro Amicis, non pro ſe Id. ibid. 2, 201. Pro vniuerſa Analogia dicam Varro de L. L. 8, 2. *Et* 5, 9 Pro ſe ſiue altero rationem dari. Cic. de Orat. 3, 143 Profecto nunquam conquieſcam, neque defatigabor antequam illorum ancipites vias rationeſque et pro omnibus, et contra omnia diſputandi, percepero. Hoc non modo non pro me, ſed contra me eſt potius Id. ibid. 3, 75 c. 20. Quinctil. 7, 2 Pro me eſt. Partim nihil contra Habitum (Auitum) valere, partim pro hoc eſſe Cic. pro Cluent. 88. Cuncta pro hoſtibus erant Tac. Hiſt. 4, 78, 4. Praetorianam militiam repetebant a Vitellio dimiſſi, pro Veſpaſiano congregati Id. ibid. c. 46, 1. Quae antea pro illis erant, in contrarium verſa ſunt Curt. 4, 14, 15. Plaut. Rud. 4, 4, 81 Si iſte loquitur, ſine me pro re meam partem loqui. *Sic legendum monet Gronou.* Pro frugibus facere, *i. Sacrificare* Macrob. Saturn. 3, 2. Virg. Ecl. 3, 77. *conf. et Briſſon. de Form. p. 18.* Pro ſocio *leges Romanae comprehenduntur* Titulo Pandectarum libro 17, 2. Cic. pro Flacco 43 c. 18 Nicomedes — et furti et pro ſocio damnatus eſt, *i. legibus* pro ſocio, *ſi is a ſocio laeſus eſſet, latis.* ¶ 3 *Vices notat, vt* ἀντί, *loco, vel in locum.* Ter. Eun. 2, 3, 79 Quid tum poſtea? P. pro illo te ducam. Plaut. Moſt. 1, 2, 62 Continuo pro imbre amor aduenit. Dial. de Orator. 23, 2 Qui Lucilium pro Horatio, et Lucretium pro Virgilio legunt. Pro ſua eduxit eam mater Ter. Eun. 1, 2, 76. Pro Abſoluto habere aliquem Cic. Fam. 8, 8. Pro Alienigenis Tacit. Ann. 11, 24, 6. Pro Ancilla habere Plaut. Perſ. 3, 1, 13. Liu. 25, 9 Pro Argumento id fuit, Annibalem caſtris non mouiſſe. Cic. de Clar. Orat. 276 Hoc ipſum etiam poſuiſſe pro Argumento, quod ille quum, *etc.* tam ſolute egiſſet. Sicilia non ſolum pro penaria cella, ſed etiam pro Aerario Romanis fuit Idem Verr. 2, 5. Pro Beneficio an hoc eſt habendum? Idem ad Brut. 16. Cic. Fam. 8, 8 Totum Sempronium vſque eo perago, vt Veſtorium quoque interponam, et illam fabulam narrem quemadmodum tibi pro Beneficio dederit, ſi quid iniuriis ſuis eſſet, quod Veſtorius teneret. Pro Ciue gerere ſe Idem pro Arch. 11 c. 5. Pro Ciue eſſe, qui ciuis non ſit, rectum eſt non licere Idem Off. 3, 47. Pro Conſule, *vid.* PROCONSVL. Etiam noctes certarum mulierum, atque adoleſcentulorum nobilium introductiones, nonnullis iudicibus pro mercedis Cumulo fuerunt Cic. Att. 1, 13. Pro Centum millibus vnus Cato mihi eſt Idem ibid. 2, 5. Cic. Philipp. 11, 27 Itaque ſi nihil ad nos referretur de Dolabella perſequendo, tamen ego pro Decreto putarem. Pro Derelicto aliquid habere Idem Att. 8, 1. Pro Deſertore Tacit. Ann. 1, 38, 3. Pro Dictatore, *vid.* PRODICTATOR. Pro Die noctem, cauponam pro oppido alicui eſſe Cic. in Piſon. 55. Pro Diis habent obſcena Plin. 2, 7. Pro Deliciis crudelitas illi fuit Cic. Philipp. 11, 9. Vlpian. in l. ad teſtium §. Si quis D. Qui teſtamenta facere poſſint, Si quis ex teſtibus nomen ſuum non adſcripſerit, veruntamen ſignauerit, pro Eo eſt, atque ſi adhibitus non eſſet. Pompon. in l. Legatarius D. de Leg. 1 Si legatum nobis relictum conſtituerimus, nolle ad nos pertinere, pro Eo erit, quaſi ne legatum quidem ſit. Pro Eunucho deduci Ter. Eun. 3, 5, 25. Pro Exercitu (*i. exercitatione*) gymnaſtico et palaeſtrico hoc habemus Plaut. Rud. 2, 1, 7. Pro Filio educari Iuſtin. 1, 4, 15. Pro Frugibus Cererem, Liberum appellare pro vino, Neptunum pro mari, curiam pro Senatu, campum pro comitiis, *etc.* Cic. de Orat. 3, 165. Pro Hoſte habere Liu. 2, 20. Pro Monſtro eam vocem accepit, *i. Tanquam monſtrum deteſtatus eſt* Val. Max. 4, 3, 6. Pro Occiſo relictus eſt Sextius Cic. pro Sext. 81. Pro Parente colere Liu. 26, 49 *extr.* Quaſcunque ſedes elegeris pro Patria Curt. 5, 11, 5. Pro Perfuga Nepos 14, 6, 4. *conf.* Caeſ. Bell. Gall. 3, 18. Liu. 27, 15. Pro Pignore tradere aliquid Cic. de Prou. Conſ. 2. Pro Latis habere rationes relictas Cic. Fam. 5, 20. Pro Praetore, Pro Quaeſtore, *vid.* PROPRAETOR, PROQVAESTOR. Pro Sale data eſt anima ſui, ne putreſcat Cic. de Nat. Deor. 2, 160. Pro Spoliis abuti ornamentis alicuius Idem pro Quint. 99. Pro Stercore aliquid habere, *Nihili facere* Plaut. Truc. 2, 7, 5. Pro Verbo verbum reddere Cic. de Opt. Gen. Orat. 24. Idem in Orat. 93 In quibus pro Verbo proprio ſubiicitur aliud. Pro Virgine nuptum dari non poteſt Ter. Adelph. 3, 2, 48. Pro Vxore habere Idem Andr. 1, 1, 119. ¶ 4 *Parum differt illa ratio, et interdum a ſuperiore vix diſtinguitur, cum idem eſt, quod Tanquam, Perinde, Acſi.* Ter. Adelph. 1, 1, 23 Inde ego hunc maiorem adoptaui mihi, eduxi a paruulo, habui, amaui pro meo. Pro certo: Vlpian. in l. 3 §. Is, qui neſcit D. de libero homine exhib. Etenim recte placuit, tunc demum hoc interdictum locum habere, quoties quis pro Certo liber eſt. Quinctil. 5, 12 Prius de adulterio conuincendum eſt, vt quum id coeperit eſſe pro Certo, fiat incerti argumentum. Pro Certo ponere Caeſ. Bell. Gall. 7, 5. Pro Certo affirmare Liu. 1, 3 *pr.* Pro Certo ambiguum concedere Cic. de Inuent. 1, 88. Idem Att. 5, 21 Sed poſthac omnia, quae certa non erunt, pro Certis negato. Pro Certo dicere Ter. Adelph. 3, 4, 32. Cic. ad Brut. 5 Neque nuntiabatur quidquam, quod pro Certo haberemus. *add.* Quinctil. 5, 10. Pro Certis perſcribere ad aliquem ea, quae certa ſunt Cic. Fam. 6, 12. Liu. 35, 29, 8 Vnum de auxiliaribus ſpecie transfugae mittit ad eum: qui pro Comperto adferret, Achaeos ſtatuiſſe poſtero die *etc.* Cic. Tuſc. 5, 18 Geometrae quum aliquid docere volunt, ſi quid ad eam rem pertinet eorum, quae ante docuerunt, id ſumunt pro Conceſſo et probato. Pro Certis et Conceſſis dubia ſumuntur Idem de Diuin. 2, 106. Pro Collegio decreuere Pontifices Gell. 11, 3. Cic. Verr. 4, 33 Quum iam pro Damnato mortuoque eſſet. Idem Att. 11, 16 De omnibus rebus velim ad me ſcribas, et maxime quid ſcribas de ea: in quo tuo conſilio egeo, etiamſi nihil excogitas: id enim mihi erit pro Explorato. *Aliqua exemplaria habent*, Pro deſperato. Pro Emtore ſacrificare Varro de L. L. 5, 3. Cic. Att. 13, 1 Itaque iſtud iam pro Facto habeo. Pro Firmato non ſtetit ius magiſtratus eius Liu. 4, 7. Pro Herede omnia gerere patre non mortuo Pſeudo-Cic. in Sall. 14. Pro Indiuiſo Cato c. 137. Pro Infecto id quod iudicatum non ſit, haberi oportere Cic. de Inuent. 2, 80. Satis pro Imperio, *i. tanquam qui imperare poſſit* Ter. Phorm. 1, 4, 19. Pro Inſano ſit reprehendendus

hendendus Varr. de L. L. 7, 17 *extr.* Cic. Verr. 2, 169 In ſcriptura Siciliae pro Magiſtro eſt quidam L. Carpinatius. Idem Att. 11, 10 P. Terentius meus neceſſarius operas in portu, et ſcriptura Aſiae pro Magiſtro dedit. Cic. Att. 12, 14 Solitudo aliquid adiuuat: ſed multo plus proficeret, ſi tu tamen intereſſes: quae mihi vna cauſa eſt hinc diſcedendi: nam pro Malis, recte habebat. Idem Fam. 6, 2 Quod maiore in varietate verſata eſt adhuc tua cauſa, quam homines aut volebant, aut opinabantur: mihi crede, non eſt pro Malis temporum, quod moleſte feras. Pro Meliore fuit, effugere hoſtes, *etc.* Tacit. Ann. 12, 39. Pro Munere Scribon. 172. Cic. Verr. 4, 2, 40 Tu ausus es pro Nihilo prae tua praeda tot res ſanctiſſimas ducere? Pro Nihilo putare Idem Diu. Verr. 24 c. 7. - Cic. de Finib. 2, 43 Quae quum Ariſtoni et Pyrrhoni omnia viſa ſunt pro Nihilo, vt inter optime valere, et grauiſſime aegrotare nihil prorſus dicerent intereſſe. Ego tamen, quoniam condemnatum eſſe pro Nihilo vis, (*al.* eſt) ſi ita eſſet, ignoſcerem Idem Philipp. 2, 56. Cic. Fam. 13, 29 Itaque ſic velim exiſtimes, me omnes Achaiae ciuitates arbitrari, pro horum temporum Perturbatione, felices. Pro Ridiculo ac delectamento putare aliquem Ter. Heaut. 5, 1, 79. Pro Rudi atque indocto deſpicitur Gell. 10, 24. Pro Rupto foedus habere Liu. 2, . . Pro Sano loqueris Plaut. Men. 2, 2, 24. Pro Seditione res erat Curt. 4, 10, 4. *i. inſtar ſeditionis.* Pro Sententia *dicere, ap.* Feſtum, *tanquam ſententiam, vel loco ſententiae, vel, vt ipſe interpretatur,* in ſententia. Pro Teſtimonio dicere Cic. Verr. 4, 44. *it.* Gell. 11, 3. Mentiri Cic. Vat. 3. Pro Victis abiere Liu. 2, 7 *pr.* ¶ 5 *Secundum.* Ter. Phorm. 2, 2, 23 Immo enim nemo ſatis pro merito gratiam regi refert. Salluſt. in Catil. c. 30 Hisque permiſſum eſt, vti pro tempore atque periculo exercitum compararent. Quinctil. 3, 6 Et accidit pro Conditione cauſarum. Cic. Att. 1, 5 Pro noſtra Conſuetudine tu exiſtimare potes. Pro Dignitate tribuere cuique Idem Offic. 1, 42. Columel. 9, 1 Modus ſiluae pro cuiusque Facultatibus occupatur. Pro Facultate noſtra Quinctil. 6, 5. *add.* Nep. 15, 3, 5. Pro tuo Ingenio haec conſidera Cic. Fam. 16, 3. Pro Iniuriis tuis in me nunquam te mihi ſatis eſſe facturum putabas Cic. Philipp. 2, 49. Pro Imperio *dedimus* n. 4 *et* Pro Iure ſuo, *vid. poſtea* n. 6. Pro Laude merentis praeſtare ſe dignum, *i. Iuxta laudem merentis* Hor. Ep. 1, 7, 24. Pro Modo craſſitudinis Columel. 12, 46. Pro Modo virium et exigendum et corrigendum opus Quinctil. 2, 4. Pro Numero militum ciuitatibus pecuniarum ſummas deſcribere Cic. Verr. 5, 61. Pro meis Officiis Caeſar nequaquam ſatis, pro ipſius in alios effuſione, in me liberalis fuit Idem Att. 7, 3. Pro ſuis Opibus nemo fuit, qui non me in illa tempeſtate defenderit Idem pro Domo 108. Pro Opinione vulgi haec nequaquam extimeſcenda ſunt Cic. Tuſc. 3, 58. Plaut. Rud. 4, 4, 81 Sine me mea pro Parte loqui. *Sed variat lectio. Certius* Cic. Fam. 5, 2 Fieri non moleſte tuli, atque etiam vt ita fieret, pro mea Parte adiuui. Idem Philipp. 13, 8 Tum me eius beneficio plus, quam pro virili Parte obligatum puto. Ouid. ex Ponto 2, 1, 17. Cic. Tuſc. 1, 94 Omnia iſta perinde vt cuique data ſunt, pro rata Parte a vita, longa aut breuia dicuntur. Paullus in l. Vſus D. de vſu et hab. Nam frui quidem pro Parte poſſumus, vti pro parte non poſſumus. Pomponius in l. Si poenae §. Si falſo D. de condict. indeb. Si falſo exiſtimans debere, tibi numos ſoluero, qui pro Parte alieni, pro parte mei fuerunt, *etc.* Vlpian. in l. in his vero D. De ſolution. et liberation. Si vero ſumma vſurarum debitarum et non debitarum non eadem ſit: ad vtramque cauſam aequaliter proficit, quod ſolutum eſt, non pro Rata, vt verba reſcripti oſtendunt. Varro de R. R. 2, 3 Vt et lac multum, et pingue habeant pro Portione. Cic. de Orat. 2, 320 Sed oportet vt aedibus ac templis veſtibula et aditus, ſic cauſis principia pro Portione rerum proponere. Cic. in Somn. Scip. 11 Hic eſt, inquit ille, qui interuallis coniunctus imparibus, ſe tamen pro rata Portione diſtinctis, impulſu et motu ipſorum orbium efficitur. Pro virili Portione Tacit. in vita Agric. 45. Pro Poteſtate interceſſerunt tribuni pl. Gell. 11, 3. Pro Scapulis, quum dixit Cato, ſignificauit Pro iniuria verberum Paullus Feſti: *Forte melius ad* n. 6 *refertur.* Pro Spe nihil contigit Liu. 28, . . Caeſ. de Bell. Gall. 5, 8 Conſilium pro Tempore et pro re caperet. *add.* Liu. 30, 10. Virg. Ecl. 7, 35. Iuſtin. 11, 1, 8. Salluſt. Iug. 50 Ipſe pro Re ac loco paullatim procedere. Pro Veritate cauſae conficere negotium, et pro ſua dignitate Cic. Fam. 13, 57. ¶ 6 *Reſpectum, Relationem, Proportionem, indicat.* Plaut. Poen. 1, 2, 63 Nam pro heri noſtri quaeſtu ſatis bene ornatae ſumus. *h. e. Si reputes, quam exigue lucrum faciat herus.* Ter. Heaut. 5, 1, 67 Duo talenta pro re noſtra ego eſſe decreui ſatis. Cic. Philipp. 3, 36 Sunt impii ciues, pro caritate Reip. nimium multi: pro multitudine bene ſentientium, admodum pauci. *h. e. Si Reip. caritatem ſpectes.* Idem pro Muraen. 86 Ego vos pro mea ſumma et vobis cognita in Rempubl. diligentia moneo, pro auctoritate conſulari hortor, pro magnitudine periculi obteſtor, vt *etc.* Cic. pro Font. 32 Quare ſi etiam monendi eſtis a me, quod non eſtis Iudices, videor hoc leniter pro mea auctoritate vobis praecipere poſſe. Pro eo ac debui grauiter moleſteque tuli Seru. ad Cic. Fam. 4, 5 *pr.* Pro eo quanti te facio Cic. Fam. 3, 3 *extr. Huc ref.* Pro quam, *de quo vid.* PROQVAM. Pro Humanitate eius ſingulari Balbus Cic. Att. 9, 8. Cic. Fam. 11, 12 Non dubito autem pro tua ſingulari Prudentia, quin perſpicias. Quorum vobis pro veſtra Sapientia Quirites habenda eſt ratio diligenter Idem pro Lege Manil. 17. Pro caetera diligentia Plin. Ep. 2, 16. Pro caetera reverentia, quam mihi praeſtas Id. 3, 8. Pro poteſtate tribunus pl. interceſſit Gell. 11, 3. Caſtra metatus latius, quam pro Copiis Liu. 36, 10. Maior Romanis quam pro Numero iactura fuit Id. 21, 59. Maior quam pro Numero hoſtium editur pugna Id. 25, 29 *pr.* Cic. Att. 7, 8 Diem tuum ego quoque ex epiſtola quadam tua, quam incipiente febricula ſcripſeras, mihi notaueram, et animaduerteram poſſe pro Re nata, te non incommode ad me in Albanum venire III. Non. Ian. Id. ibid. 3, 2 Itineris noſtri cauſa fuit, quod non habebam locum, vbi pro meo iure diutius eſſe poſſem, quam fundum Sicae, praeſertim nondum rogatione correcta. Cic. pro Flacc. 95 Oppreſſus eſt C. Antonius; eſto: habuit quandam ille infamiam ſuam; neque tamen ille ipſe (pro meo iure dico) vllis iudicibus damnatus eſſet. Pro iure meo imperitabam Plaut. Capt. 2, 1, 47. Pro tuo iure oras Idem Rud. 5, 3, 36. Terent. Adelph. 1, 1, 27 Non neceſſe habeo omnia pro meo iure agere. *Vbi* Donat. Hic eſt ſenſus, Non neceſſe eſt, etiam ſi liceat, ſaeuum eſſe patrem. *Sic* Pro ſe quisque, *i. pro ratione et portione virium ſuarum.* Ter. Heaut. 1, 1, 74 Video alios feſtinare, lectos ſternere, coenam apparare, pro ſe quisque ſedulo faciebat. Plaut. Amph. 1, 1, 76. Virg. Aen. 12, 552. Pro ſe quisque quod ceperat, adferebat Cic. Offic. 3, 58. Pro ſe quisque conferunt aurum, *etc.* Liu. 26, 36 *extr.* Idem 25, 14 Itaque pro ſe quisque omnes per aequa atque iniqua loca, quum vndique tela conicerentur, armaque et corpora hoſtes obiicerent, peruadunt, irrumpuntque. *Idem eſt* Pro ſua quisque facultate Cic. Tuſc. 1, 108. ¶ 7 *Locum ſignificat, apertum inprimis et conſpicuum: et quidem vel in loco, vel ante illum. Ante eſt in illo* Catonis *ap.* Gell. 11, 3 Praelium factum pro caſtris. Salluſt. Iugurth. 94 Ac Numidae ſaepe antea vineis Romanorum ſubuerſis, item incenſis, non caſtelli moenibus ſe tutabantur: ſed pro muro dies noctesque agitare, maledicere Romanis. *Vid. Cort. ad* Salluſt. c. 59 *pr.* Gell. l. c. Pro Aede Caſtoris. Pro concione aliquid agere Quinctil. 4, 4. *Add.* Tac. Hiſt. 3, 9, 9. Curt. 4, 10, 16. *In ſignificat in illo* Gell. 11, 3 Pro roſtris. *Sic* Pro ſuggeſtu Caeſ. Bell. Gall. 6, 3. Pro tribunali cognoſcit iudex Vlpian. in l. 2 D. de re iudic. *Add.* Cic. Fam. 3, 8. Salluſt. Catil. c. 18 *extr.* Qui ni maturaſſet, pro curia ſociis ſignum dare. Cic. Philipp. 2, 64 Haſta poſita pro aede Iouis ſtatoris. Illa praeſidia, quae pro templis omnibus cernitis Idem pro Milon. 2. Locare equites pro cornibus Quinctil. 2, 13. Pro gradibus Palatii Sueton. Neron. c. 8. Pro oppido, pro vallo, pro caſtris collocare copias Caeſ. Bell. Gall. 7, 70 *et* 71. Pro oſtio Feſtus. Pro pedibus aliquid abiicere, *i. ante pedes* Apul. Apol. p. 337. *Sic* Pro portis Tacit. Hiſt. 5, 11, 2. ¶ 8 *De vi huius particulae in compoſitis pluſcula ſunt apud* Feſtum, *ſed lacera et corrupta. Ad ſignificationes forte ſimplicis, quas dedimus, redigi poſſunt et compoſita, vt* n. 1 Promereor, n. 2 Procuro, n. 3 Proconſul *etc. Sed iſta rariuſcula. Omnium frequentiſſima ſunt, in quibus vt* n. 7 *ad locum publicum, et lucem publicam refertur, vt* Produco, profero, *etc. vel notat remotionem aliquam, vt idem fere ſit, quod* procul, *vt in* Proiicere, prohibere, profanus, procello, proficiſcor *etc. Quantitas compoſitorum variat, et in ſingulis obſeruanda eſt, niſi quod tum fere corripi, obſeruaſſe mihi videor, cum per* procul *reddi poteſt.*

PROAEDIFICATVS, a, um. Proaedificatum dicitur, Quod ex priuato loco in publicum ſolum proceſſit. Feſtus.

PROAGOGIVM, i. n. [προαγώγιον] *Stuprum, perductio, a Graeco verbo προαγωγᾶν, quod Latini perducere dicunt, id eſt lenocinari, lenocinium facere. Laudatur* Suet. Neron. c. 28 Super ingenuorum proagogia, et nuptarum concubinatus. Veſtali virgini Rubriae vim intulit. *Sed totum hoc eſt ab Egnatii ingenio: lectio vera eſt* Paedagogia. *v. v.*

PROAGŎRVS, *Dorica ratione, quam Latini aemulantur, et Siculorum lingua (nam ab aliis Graecis προήγορος dicitur) ſignificat Eum, qui princeps eſt, et ante alios verba facit. Vſus eſt* Cic. Verr. 4, 50 c. 23. *it.* c. 39 *et* c. 42.

PROAMĬTA, ae. f. *Proaui mei ſoror.* Caius in l. 1 D. de Gradibus. *Add.* tit. Inſt. de gradib.

PROARCHE, es. f. *Aeon Valentini, quaſi tu aliquid ipſo principio prius dicas. Vid.* Tertull. adu. Val. c. 7. 35. 37. *add.* Interpr. Iren. 1, 1.

PROARIES, ĕtis. m. *Inſtrumentum eſſe aiunt, quo vice arietis vti liceat ad adigendam materiam.* Caeſ. Bell. Gall. 4, 17 Ac nihilo ſecius ſublicae, et ad inferiorem partem fluminis obliquae adigebantur, quae proariete ſubactae, et cum omni opere coniunctae, vim fluminis exciperent. *Vid. Bayſium in lib. de Vaſculis. Alii vero legunt* Pro ariete ſubiectae: *al.* Pro pariete ſubiectae. *Metuo igitur, ne nihili ſit hic* Proaries.

PROAVCTOR, ōris. m. [προκατάρχων] Sueton. Claud. c. 24 Appium Caecum generis ſui proauctorem. *Qua forma Proauum dicimus, eadem* Proauctorem, *quaſi Procul et longa origine auctorem dixit.*

PROAVVNCVLVS, i. m. *et* PROMATERTERA, ae. f. *i. Proaui frater et ſoror.* l. Iuriſconſultus et l. 1 de Gradib. et affinib. Imper. in tit. de gradib. 2. inſtit. Ciuil.

PROĂVVS, i. m. [πρόπαππος, προπάτωρ] *Aui paterni vel materni pater. Huius relatiuum eſt Pronepos.* Cic. de Clar. Orat. 212 Nam et de duobus auis iam diximus, Scipione et Craſſo, et de tribus Proauis. *conf.* Id. pro Cael. c. 14. *et* pro Muraen. c. 7. Iuuen. Sat. 3, 312 Felices proauorum atauos. Virg. Aen. 12, 225 Cui genus a proauis ingens, clarumque paternae Nomen erat virtutis. i. e. Cuius auctoritatem commendabat et origo maiorum, et paterna virtus. Seruius. Petere proauos, *Ad proauos viſendos ire* Virg. Aen. 3, 129. ¶ 2 *Etiam adiectiue ponitur.* Proaua manu Ouid. Her. 4, 158 *ſec. Burm. ex MS. Francof.* Proaua tropaea Propert. 4, 11, 29 *ſec. Barth. et Burm.*

PROAVIA, ae. f. *Aui vel auiae mater.* Suet. Calig. c. 10 In Liviae Auguſtae proauiae ſuae contubernio manſit.

PROAVĪTVS, a, um. Adi. [προπαππῷος] *Quod eſt proaui:* Rura proauita Stat. Silu. 4, 4, 83. Facta Sil. 11, 88. Regna Ouid. Met. 13, 416. Pugnae proauitae inſignia oſtentare Sil. 5, 79. Idem 16, 253.

PROBA, ae. f. *Specimen.* Ammian. 21 c. vlt. *extr.* Annonae militaris indicia, vt ipſi nominant probam. *Vid. Valeſ.* Impp. Valent. et Valens l. vnic. C. de Strator. Vt ſtratoribus vnus tantum ſolidus probae nomine poſceretur.

PROBAMENTVM, i. n. *Idem.* Mart. Capell. 7 Indubitabile probamentum. Cod. Theod. l. vlt. *add.* Rufin. *ap.* Hieron. Ep. 63.

PROBABILE, PROBATOR, *etc. vid.* PROBVS.

PROBATĬCA, ae. f. [προβατική] *Latine Ouilis dicitur. Erat piſcina, vbi oues lauari ſolebant, quum ſacerdotes eas litare vellent: πρόβατον Graece, Latine dicitur ouis. Vtitur* Vulg. Ioh. 5, 2.

PROBATION, i. n. *Herba, al.* Arnogloſſa ſ. plantago Apul. 1.

PROBATORIA, ae. f. l. 3 Cod. de agent. in reb. Nemo ſine diuali probatoria, quam codices in ſacro noſtro ſcrinio memoriae poſiti debeant inferendam accipere, militaribus eiusdem deuotiſſimae ſcholae ſtipendiis vel priuilegiis potiatur. *Eſt igitur epiſtola, qua quis probatum ſe oſtendit, teſtimonium publicum.*

PROBE, PROBITAS, PROBITER, *vid.* PROBVS.

PROBLĒMA, ătis. n. [πρόβλημα] *Eſt Propoſitio, interrogationem annexam habens. Vid.* Gell. Praef. Cic. Att. 12, 2 Iam explicandum eſt πρόβλημα, ſi quid acturus es. Suet. de Gram. c. 4 Inſtitutionum ad eloquentiam parandam quaedam genera, vt problemata, periphraſes, elocutiones *etc. Libris ſuis quosdam hunc titulum praefixiſſe, monet* Gell. Praef. *Et* 2 *extr.* Ariſtotelis libros Problematorum *laudat. Sic et* 3, 6 *pr. vbi ſimiles Genitiuos ex Grammaticis obſeruat Gronou. Sed* 1, 11, 17 Problematorum libros. Vulg. Iud. 14, 12 Proponam vobis problema, *i. aenigma.*

PROBO, *vid.* PROBVS.

PROBOSCIS, (*quid.* PROMVSCIS) ĭdis. f. [*προνομαία, προβοσκὶς*] Graecum nomen eſt, dictum quod ante depaſcat: et eſt porrecta corporis pars, inhaerens naribus: quae, excepto homine, in aliis animalibus inuenitur. Varro Sexageſ. Inueniſſe ſe, quum dormire coepiſſet, tam glaber quam Socrates, caluum (*quid ſi haec vox gloſſa eſt?*) eſſe factum ericium e pilis albis cum proboſcide. *Haec* Non. 1, 241. *In elephanto dicitur Manus; quod ea tanquam manu vtatur.* Plin. 8, 12 Reſoluunt elephanti manu draconum nodos. Idem Proboſcidem *vocat,* 8, 7. *conf.* Flor. 1, 18, 9.

PROBRVM, i. n. [*κηλὶς, ὄνειδος*] *vt* crimen, *et ipſum turpe factum, et illius commemorationem atque obiectionem, notat.* Sueton. Caeſ. c. 43 Diremit nuptias Praetorii viri, qui digreſſam a marito poſt biduum ſtatim duxerat, quamuis ſine probri ſuſpicione. Probrum virginis Veſtalis, vt capite puniretur, vir, qui eam inceſtauiſſet, verberibus necaretur, lex fixa in atrio Libertatis, cum multis aliis legibus incendio conſumta eſt. Feſtus. Cato *ap.* Gell. 10, 23 Mulier, ſi vinum bibit, ſi cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur. Nefanda probra Seneca Hippol. 2. Amphitruo actutum vxori turbas conciet, atque inſimulabit eam probri, *i. Adulterii* Plaut. Amph. 1, 2, 15. *conf.* Cic. Philipp. 2, 69 *infra.* L. 41 ff. de ritu nuptiar. Probrum intelligitur etiam in his mulieribus eſſe, quae turpiter viuerent, vulgoque quaeſtum facerent. *Maledictum, contumelia, infamia, dedecus, quod ex ſcelere conſequi ſolet: vt,* Datum eſt probro, *i. Ignominiae adſcriptum.* Cic. Att. 11, 9 Epiſtolas mihi legerunt plenas omnium in me probrorum. *i. Contumeliarum, maledictorum.* Compertus nullius probri Liu. 7, 4. Cum probro, *vid.* CVM. Accuſare probri, *vid.* ACCVSO. Arguere probri, *vid.* ARGVO. Canere probra Ouid. Faſt. 3, 676. Cic. Caton. mai. c. 12 Flagitioſa et perdita libido, quae cum probro priuato coniungeret imperii dedecus. Dicere multa probra alicui Ouid. Rem. Amor. 697. *add.* Id. A. A. 3, 49. Effuſi ſumtus cum probro atque dedecore Cic. pro Roſc. Amer. 68. Emergere ex paternis probris ac vitiis Idem Verr. 3, 162 c. 69. Exſecuta ſum probrum lucri cauſa Plaut. Truc. 2, 5, 8. Iacere probra in inſontem, *vid.* IACIO. Iactare probra in aliquem, *vid.* Iacto, *in* IACIO. Implere terras probris Ouid. Epiſt. 17, 208. Increpare probris Liu. 23, 40. Qui alterum Incuſat probri, ipſum ſe intueri oportet Plaut. Truc. 1, 2, 58. Incuſabo te probri, *vid.* INCVSO. Inferre probrum alicui Cic. pro Cael. 42 c. 18. Ingerere probra alicui Liu. 2, 45. *i. maledicta.* Catull. 92 Haud poſſe a turpi mentem Inhibere probro. Cic. Philipp. 2, 69 c. 38 Non eſt ſatis: probri Inſimulaſti pudiciſſimam feminam, *i.* Adulterii. Plaut. Amph. 3, 2, 6 Neque me patiar probri falſo Inſimulatam. Intendere probra alicui Tacit. Ann. 3, 36. Liu. 31, 6 Laceratus probris in Senatu Tribunus plebis. Luere ſanguine probra Ouid. in Ibin 567. Obiicere probrum Cic. de Or. 2 c. 70. Idem pro Domo 76 In iſto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum Obiectas, ſed etiam laudem illuſtras meam. Idem Tuſc. 1, 3 c. 2 Honorem tamen huic generi non defuiſſe declarat oratio Catonis, in qua Obiecit vt probrum, Marco nobiliori, quod is in prouinciam Poëtas duxiſſet. Reſpergi probro Tac. Hiſt. 1, 48, 6. Sum: Tuum ſcelus, meum probrum putas Eſſe oportere Cic. pro Domo 87. Idem pro Roſc. Amer. 48 c. 17 Vitam hanc ruſticam, quam tu probro et crimini putas Eſſe oportere, et honeſtiſſimam et ſuauiſſimam eſſe arbitrantur. Eſſe in probro, *vid.* IN *Praepoſitionem.* Vetito probro ſacraria temerare Ouid. Met. 10, 695. Vacare probro Senec. Herc. fur. 1. Vexare probris maledictisque omnibus Cic. pro Flacco 48 c. 20. Ouid. Amor. 3, 14, 44 Et fuerint oculis probra videnda meis. Violare probris ſuis famam imperii Cic. Verr. 1, 82 c. 32. Animalia ſpurca atque probra Gell. 9, 2 *dicit pro Probroſis, quemadmodum apud* Terentium, Scelus, *pro homine ſceleſto. Conf.* OPPROBRIVM.

PROBROSVS, a, um. Adi. [*ὀνείδιστος*] *Ignominioſus.* Cic. pro Font. 27 c. 12 De quo vos homine Iudices, ne ab inimicis quidem vllum fictum probroſum non modo crimen, ſed ne maledictum quidem audiſtis. Ruinae probroſae, *Dedecus adferentes* Hor. Carm. 3, 5, 39. Carmina Tacit. Ann. 14, 48. Vita probroſus Idem ibid. 3, 68, 4. Feminae probroſae Suet. Domit. c. 8. *Compar.* Plin. 22, 6 Quo nihil probroſius duco. Aurel. Vict. c. 9 Veſpaſ. Senatu motus probroſior quisque. *Superl.* Probroſiſſimi auaritia, luxuria, iniquitate Tertull. ad Nat. 1, 5 *pr.* Mulier probroſiſſima Lamprid. Heliog. c. 18.

PROBROSE. Adu. Gell. 17, 21 Cum Demoſtheni quod fugerat probroſe obiiceretur. Sen. Controu. 1, 2 Probroſe leno illam proſtituit.

PROBROSITAS, ātis. f. Saluian. de Gub. Dei 3 p. 92 *et* 94.

PROBVS, a, um. Adi. [*δόκιμος, εὐδόκιμος, αἰδήμων, καθήκων, ἐλεύθερος* Gloſſ. Lat. Gr.] Bonus, quaſi prohibus, quod ſe a delinquendo prohibeat; *inquit* Feſtus. *Forte accuratius* probum *dicemus, quidquid eſt, quod eſſe videtur, aut videri vult, ſignificatione a metallis translata ad mores etc.* Ter. Phorm. 2, 1, 29 O artificem probum! Cic. pro Cluent. 133 Neque enim hoc nomine ſanctior, neque probior, neque in omnibus officiis retinendis diligentior eſſe quisquam poteſt. In poëmatibus et picturis vſu euenit, vt delectentur imperiti, laudentque ea — ob eam credo cauſam, quod inſit intus aliquid probi, quod capiat ignaros Idem Off. 3, 15 c. 3. Non probus, *vid.* NON. Probus ad iſtas res Plaut. Poen. 3, 3, 67. Ager Colum. de Arbor. 3, 6. Argentum probum Liu. 32, 2. *et* 38, 38 *extr.* *Add.* Plaut. Perſ. 4, 3, 57. Claua proba Plaut. Rud. 3, 5, 20. Color Columel. 8, 2, 8. Conger probus hic frigidus Plaut. Mil. 3, 1, 162. Faber probus Idem Poen. 4, 2, 93. Facinus Idem Men. 1, 2, 23. Homo probus *de verecundo* Cic. pro Milon. c. 4. *vid. Abram. ad h. l.* Probus quis nobiscum viuit? multum demiſſus homo ille eſt Horat. Sat. 1, 3, 56. *i. modeſtus.* Hoc ne homines quidem probi faciunt Cic. de Diuin. 2 c. 25. *i. aperti ac ſimplices.* Idem Off. 1, 103 c. 29 In ipſo ioco aliquod probi ingenii lumen eluceat. Materia Plaut. Poen. 4, 2, 93. Merx Idem 1, 2, 129. *et* Perſ. 4, 6, 1. Mores Hor. in Carm. ſaecul. 45. Moribus probus Plin. Epiſt. 171. Nauigium Cic. Acad. 4 c. 31. Numi Plaut. Perſ. 3, 3, 33. Idem Bacch. 4, 8, 41. *conf. Salm. ad* Lampr. Alex. Seu. c. 33 *extr.* Os probum ac venerandum per cunctas gentes *Pompeio tribuit* Plin. 37, 2 ſ. 6. *conf.* Id. 7, 12 ſ. 10. Occaſio Plaut. Caſin. 5, 4, 2. Pauperies Hor. Carm. 3, 29, 55. Probae Res et lecta oratio Cic. de Cl. Orat. c. 51 *pr.* Columel. de Arb. c. 3 Sed firmum, probumque ſaporem vini praebent. Vt probi, vt bene morati, vt boni Viri eſſe videamur Cic. de Orat. 2 c. 43. Virgines Quinctil. 1, 10, 32. *Compar.* Plaut. Moſt. 2, 1, 60 Pluma haud intereſt, patronus an cliens probior fiet homini, cui nulla in pectore eſt audacia. *i. opportunior, commodior, vt Idem etiam alias.* Idem Stich. 1, 2, 87 Probiores credo arbitrarunt. Cic. Fam. 7, 5 De quo tibi ſpondeo probiorem hominem eſſe neminem. *Superl.* Plin. Ep. 2, 9 Adiutum cuperem iuuenum probiſſimum. Vet. Inſcr. apud Gruter. p. 647 n. 2 MEMORIAE AETERNAE HOMINIS PROBISSIMI.

PROBE. Adu. [*δοκίμως*] *Bene, recte, vt oportet.* Ter. Andr. 2, 5, 7 D. Quaſi de improuiſo reſpice ad eum. P. hem pater. D. probe, h. e. Recte, et vt volebam. Oculus conturbatus non probe affectus ad munus ſuum fungendum Cic. Tuſc. 3, 15. Appotus probe Plaut. Amphit. 1, 1, 126. Curaſti probe, *iron.* Ter. Andr. 5, 2, 6. Decipere probe Plaut. Amphit. 1, 1, 268. Dicis probe de Seruio Cic. Brut. 161. Plin. Epiſt. 2, 18 Niſi ſperare te vellem, poſſe fratris tui liberos probe Diſcere. Errant probe Plaut. Amphit. 3, 3, 20. Feciſtis probe, *iron.* Ter. Phorm. 2, 3, 18. *Sed* Cic. Att. 13, 6 De aquaeductu Feciſti probe. Ter. Eun. 4, 6, 30 Si vim faciet, in ius ducito hominem, Intellextin'? C. probe. Iudicas probe Cic. Att. 7, 3. Ter. Andr. 5, 4, 15 Ni metuam patrem, habeo pro illa re illum quod Moneam probe. *conf.* Cic. de Orat. 3 c. 50. Idem ibid. 1, 228 Hominem probe Noſſe; et commeminiſſe ſe aiebat. Cic. Fam. 2, 9 Ad Amanum exercitum adduxi ſatis probe Ornatum auxiliis. Percutere probe, *h. e. Fortiter* Plaut. Amphit. 1, 1, 162. Scire probe Cic. Fam. 2, 12. Idem de Legib. 1, 54 Probe quidem Sentis, ſi re ac non verbis diſſiderent. Idem Tuſcul. 1, 88 Hoc igitur probe Stabilito et fixo, illud excutiendum eſt, vt ſciatur quid ſit carere. Tenere aliquid probe, *Scire* Cic. de Inuent. 1, 77. Viuere probe Plaut. *vid. de vſu ap. Comicos Parei Lex. Crit. p. 989.* Probiſſime Ter. Adelph. 3, 3, 65. De aquaeductu probe feciſti Cic. Att. 13, 6. De Seruio probe dicis Idem de Clar. Orat. 161.

PROBĬTAS, ātis. f. [*καλοκαγαθία*] *Bonitas, illa praeſertim, quae ſe praeſtat talem, qualis videri vult.* Cic. de Amicit. 29 c. 9 Quod ſi tanta vis probitatis eſt, vt eam vel in eis, quos nunquam vidimus, vel quod maius eſt, in hoſte etiam diligamus: quid mirum eſt, ſi animi hominum moueantur? *etc.* Virtus, probitas, integritas, in candidato, non linguae volubilitas, non ars, non ſcientia requiri ſolet Idem pro Planc. 61. Diſſimilis eſt tibi probitate Ouid. ex Pont. 2, 11, 17. Dulci probitate rubentem, *i. pudore* Stat. Silu. 1, 2, 12. Exercita probitas rebus aduerſis Ouid. Triſt. 5, 5, 49. Aeuo tenero maturior probitas Stat. Silu. 2, 1, 40. Inops iacet probitas Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 130. Probitas cum paupertate iacebit; *i. Negligetur ac contemnetur* Lucan. ad Piſon. 109. Probitas laudatur et alget Iuuen. Sat. 1, 74. Cauſa *Abdolonymo* paupertatis, ſunt plerisque, probitas erat Curt. 4, 1, 20. Commendatione probitatis boni viri ſpeciem tueri Cic. de Orat. 2, 111. Perdurat probitas in longum aeuum Ouid. de Medicam. faciei 49. Parum tuta per ſe ipſa probitas Sall. Iug. c. 14.

PROBĬTER. Adu. [*εὐδοκίμως*] pro Probe, apud antiquos. Varro Octogeſ. Poſtquam auida libido rapere ac concidere coepit, ſeque opifice, non probiter ſtrepere. *Haec* Non. 11, 13.

PROBO, āre. [*δοκιμάζω, εὐδοκέω, βασανίζω*] *Efficere vt probum, rectumque iudicetur id, quod quis facit vel dicit; vnde et pro Laudare accipitur.* Cic. Verr. 4, 82 Non vereor, ne hoc officium meum P. Seruilio iudici non probem. *i. ſcio, eum omnino hanc meam accuſationem Verris non improbaturum.* Idem de Senect. 42 c. 10 *extr.* Mihi vero et Flacco neutiquam probari potuit tam flagitioſa et tam perdita libido. *i. Nullo modo perſuaderi mihi potuit, vt bonam dicerem et laudarem tantam libidinem.* Quî hoc probari poteſt cuiquam? Cic. Verr. 2 c. 4 *pr.* Eſt enim mihi vtendum quibusdam rebus ex iis libris, ad eos, quos in manibus habeo: quos, vt ſpero, tibi valde probabo Idem Att. 4, 14. *Sic* Diligentiam probare Scribon. Epiſt. *extr.* Cic. de Orat. 2 c. 38 *extr.* Carneades nullam rem vnquam defendit, quam non probarit, nullam oppugnauit, quam non euerterit. Idem pro Quint. 92 Nos noſtram cauſam perfacile cuiuis probaturos ſtatuebamus. Vt ſi in hac cauſa noſtrum officium, ac Diligentiam probauerimus, haec quae dixi, retinere per Pop. Rom. incolumia, ac ſalua poſſimus Cic. Diu. in Verr. 72. Scripta probare auribus Puris Propert. 2, 13, 12. Quibus de meo celeri Reditu non probabam Cic. Att. 16, 7. *i. Non perſuadebam.* Idem Tuſc. 5 *pr.* Virtutem ad beate viuendum ſe ipſa eſſe contentam. Quod etſi difficile eſt probatu, propter tam varia et tam multa tormenta fortunae. Probatu *non tantum demonſtratu ſignificat. Sed illud, vt homines etiam in* illa *ſententia acquieſcant, ea delectentur etc.* Cic. pro Ligar. 2 c. 1 Qua in legatione et ciuibus, et ſociis ita Se probauit, vt decedens, *etc. i. Probitate et integritate vitae ſe talem praeſtitit ac demonſtrauit.* Multis Se probauit Idem de Fin. 2 c. 25. Idem Fam. 12, 29 A magiſtris quum contenderem de proferendo die, probarunt mihi, Seſe, quo minus id facerent, et compromiſſo, et iureiurando impediri, *demonſtrarunt, ita vt cauſae negandi nobis probae viderentur.* Se probare pro eunucho, *i.* Perſuadere, *interprete* Donato Ter. Eun. 2, 3, 83. Suppoſitum in eius locum, quem pro illo probare vellet Cic. Verr. 3 c. 1.

¶ 2 Probare *eſt probum iudicare, et pro eo agnoſcere, quod videri vult. Locum notabilem* Ciceronis Verr. 1 c. 30 *huic notioni vindicamus* n. 3. Cic. Fam. 7, 1 Teque et iſtam rationem otii tui et Laudo vehementer, et probo. Idem de Fin. 2, 1 Quod ne in ipſis quidem philoſophis magnopere vnquam probaui. Idem in Parad. Praef. Ea ſentit, quae non ſane probantur In vulgus. *i. Quae nec ipſum quidem vulgus probat, neque laudat.* Oculis hominum probari Ouid. Epiſt. 17, 125. Conſilium probare Caeſ. Bell. Gall. 8, 21. Dicta *alterius* voce probare Ouid. Met. 1, 244. Video meliora, proboque Idem ibid. 7, 20. Idem ex Pont. 3, 2, 28. Diligentiam ſuam alicui probare Papinian. in l. Labeo D. de ſtatuliberis. Indolem generoſam factis probare Senec. Theb. 2. Sententiam probare Cic. Acad. 4, 70. Cenſores Villam publicam in campo Martio probauerunt Liu. 4, 22 *extr. i. ex lege contractus aedificatam et perfectam iudicarunt.* Cic. Verr. 5, 171 Nolo eos Iudices, quos ego probarim atque delegerim, ſic in hac vrbe notatos, iſto abſoluto ambulare, vt non cera, ſed coeno obliti eſſe videantur. Pactum dea probauit Ouid. Faſt. 6, 453. *al.* Factum. Nemini probatur, *i. Nemo approbat, ſiue laudat, aut nemini placet* Cic. Verr. 3, 17 c. 6. Non nimium probare, *vid.* NIMIS. Lente et faſtidioſe probare aliquem, *vid.* LENTVS. Probare *et* Improbare, *opponuntur* Quinctil. 2, 2.

¶ 3 Probare, *demonſtrare, et argumentando planum facere: quod ea laude digna videantur, quae probari rationibus poſſunt. vid.* Lucret. 2, 932. Plaut. Bacch. 4, 4, 53 Quid mihi refert Chryſalo eſſe nomen, niſi factis probo? Plaut. Pſeud. 1, 1, 99 Quod tu iſtis Lacrimis te probare poſtulas. Dialectice probare

probare Quinctil. 1, 10. Huic ſatis illud erat planum facere atque probare Lucret. 2, 932. Plus Iuſto probare aliquid Ouid. ex Pont. 9, 9, 8. Exitus Acta probat Idem Epiſt. 2, 85. Culpa nec ex facili, quamuis manifeſta, probatur Ouid. Amor. 2, 2, 55. ¶ 4 Probare *etiam eſt tentare, examinare, ſpecimen capere. Sic Graevius interpretatur illud* Cic. Verr. 1 c. 30 Vt probaret Apronius hoc triticum, quod ei dabatur, imperat Agyrinenſibus Verres, vt in medimna ſingula dentur Apronio H-S tres. Quid eſt hoc? — numi praeterea exigentur, vt probetur frumentum? An poterat non modo Apronius, ſed quiuis, exercitui ſi metiundum eſſet, improbare Siculum frumentum, quod iſti ex area, ſi vellet, admetiri licebat? *Poſui totum locum, vt appareat, falſum eſſe virum magnum. Aperte enim* probare *et* improbare *hic opponuntur. Igitur* vt probaret frumentum, *ſignificat, vt, licet non vsque quaque bonum, pro bono tamen ac probo acciperet. Interim verum eſt, quod poſuimus, et quod defendit ad l. c. Graeuius*, probare *eſſe examinare, aeſtimare.* Plaut. Trin. 4, 3, 42 Quippe ex eorum ingenio ingenium horum probant. *Et* Perſ. 2, 2, 30 Tuo ex ingenio mores alienos probas. Petron. c. 70 Cultros Norico ferro ſtatim iuſſit afferri, inſpectosque miratus eſt, etiam nobis poteſtatem fecit, vt mucronem ad buccam probaremus: *i. tentaremus, quo verbo in tali re vtitur* Sueton. Ner. c. 49. *et* explorare Othone 11. Plin. 33, 9 ſ. 46 Miſcentur aera falſae monetae — Igitur ars facta denarios probare. *Et* 17, 5 *pr.* Terram amaram ſiue macram, ſi quis probare velit, demonſtrant eas atrae degeneresque herbae. *Et* 37, 13 ſ. 76 Nos rationem deprehendendi falſas (gemmas) demonſtrabimus — Translucentes matutino probari cenſent — Experimenta pluribus modis conſtant. *Et* 35, 6 ſ. 17 Qui adulterant — Probatur carbone. Reddit enim, quod ſincerum eſt *etc.* *Huc ref.* Ouid. ex Pont. 2, 3, 8 Vulgus amicitias vtilitate probat. *De ipſo frumento* Macer l. 12 ff. de re milit. *in tribunorum officiis ponit*, frumentum probare, *i.* annonam militum diligenter inſpicere, *vt de ea re* Lamprid. Alex. Seu. 15. Vulg. Io. 14, 19 Iuga boum quinque emi, et eo probare illa. Hieron. contra Iouin. . . . Equus, aſinus, bos, probantur prius, et ſic emuntur. *Et ſic* Vulgata *paſſim, vt* 1 Cor. 11, 28. *et* 2 Cor. 13, 5. Galat. 6, 4. 1 Theſſ. 5, 21. 1 Ioh. 4, 1 *etc.* Pallad. Nou. 7, 22 Sicut probaui ipſe, *i. expertus ſum.*

PROBANS, antis. Partic. Ioue non probante Hor. Carm. 1, 2, 19. Idem Epiſt. 1, 1, 82 Iidem eadem poſſunt horam durare probantes? Vulgata Ier. 17, 10 Dominus ſcrutans corda et probans renes.

PROBANDVS, a, um. Partic. [δοκιμαστέος] Caeſ. Bell. Gall. 5, 44 Quem locum probandae virtutis tuae exſpectas? Cauſa probanda Ouid. Faſt. 6, 266. Forma probanda operis Idem Triſt. 3, 11, 44.

PROBĀTVS, a, um. *Aliud* Partic. [δεδοκιμασμένος] Quae facimus, ea prudentiſſimo cuique maxime probata eſſe volo Cic. Fam. 6, 12. Idem in Topic. 73 Nam et ingenioſos et opulentos, et aetatis ſpatio probatos, dignos quibus credatur, putant. Minus probatus parentibus Nepos 2, 1, 2. Adoleſcentia probata et ſpectata maxime Lucil. *apud* Non. 5, 60. Crimen patens ſine teſte probatum Ouid. Met. 15, 37. Fides probata Claud. Conſ. Hon. 2, 145. Medicamenta vſu probata Scribon. Epiſt. *pr.* Cic. Verr. 1, 101 Homo ſcilicet aut induſtria, aut Opera probata, aut frugalitatis exiſtimatione praeclara. Res probata Nepos 14, 6, 5. *Compar.* Liu. 27, 8 Ita repente exuit antiquos mores, vt nemo tota iuuentute haberetur prior: nec probatior primoribus patrum, ſuis pariter alieniſque eſſet. *Superl.* Femina probatiſſima Cic. pro Caecin. c. 4. Gratulatio tua eſt mihi probatiſſima Marcell. *ad* Cic. Fam. 4, 11. Homo probatiſſimus Cic. Verr. 2, 23.

PROBĀTOR, ōris. m. [δοκιμαστής] Cic. pro Caecin. 85 Deinde huius rationis non modo non inuentorem, ſed ne probatorem quidem eſſe me. Bonorum probator Apul. de Deo Socr. p. 51 *Elm.* Ingenii probator Ouid. ex Pont. 2, 2, 105. *i. Approbator et laudator.* Rationis alicuius non modo non inuentor, ſed ne probator quidem Cic. pro Caecin. 85.

PROBATIO, ōnis. f. [κατασκευή, δοκιμασία, δοκιμή] *Actus probandi.* Plin. Epiſt. 2, 11 Huius actionem veſpera incluſit, non tamen ſic, vt abrumperet. Itaque in tertium diem probationes exierunt. Falſum eſt ob probationem Cic. pro Font. c. 4. Id. Verr. 1, 142 c. 54 Locatur opus id, quod ex mea pecunia reficiatur: ego me refecturum eſſe dico. Probatio futura eſt tua, qui locas: praedibus et praediis populo cautum eſt, *ex intellectu verbi ſecundo. Sed multo vſitatior tertius.* Artificialis Quinctil. 5, 9. Athletarum probatio Cic. Offic. 1 c. 40. Equitum probatio Valer. Max. 2, 2, 9. Fontium probationes et expertiones Vitruu. 8, 5. Firma Quinctil. 5, 10. Implere probationem *eſt, Quod quis intendit, ſeu agendo, ſiue excipiendo plene probare.* Vlpian. in l. in exceptionibus, in fine D. de probationibus et praeſumt. Si iudicatae rei vel iuriſiurandi conditio delata dicatur de eo, quod tunc petitur, ſiue in alea geſtum eſſe contendatur, eum implere probationes oportet. Inexpugnabiles probationes Quinctil. 5, 10. Lineares Id. 1, 10 *de Geometria.* Potentiſſimae Id. 1, 10. Probationem non habere Senec. 3, 10. *Ex quarta verbi ſignificatione:* De quadrupedibus prima eſt probatio, qui idonei ſint Boues Varro R. R. 1, 20, 1.

PROBATĬVVS, a, um. Adi. Probatiuae duae quaeſtiones Quinct. Decl. 299.

PROBABĬLIS, e. Adi. [πιθανὸς] *Dicitur, quod ſ. verum ſ. falſum ſit, videtur tamen pleriſque, vel his quorum intereſt, probari poſſe. Itaque non ſimpliciter ad argumenta pertinet aut iudicium intellectus, vt ſit idem quod veriſimile; ſed* probabile *eſt, quod* probari, *i. probum putari, laudari, placere poteſt. v. g.* Plin. 21, 4 ſ. 10 *de Roſis*, Nec odore nec ſpecie probabilis eſt, quae Graeca appellatur a noſtris. Cic. Acad. 4, 33 Quamobrem ſiue tu probabilem viſionem, ſiue improbabilem, et quae non impediatur, vt Carneades volebat, *etc.* Nullas probabiles Cauſas longinquae peregrinationis afferebat Tacit. Annal. 6, 14, 2. Iuſta et probabilis cauſa Vlpian. in l. 3 §. Si mecum D. ad exhibend. Cic. de Clar. Orat. 241 Erat eius aequalis P. Antronius voce peracuta atque magna, nec alia re vlla probabilis. Orator probabilis Id. ibid. 263. *i. Cuius oratio facile fidem inuenit. conf.* Nepos in Catone 3, 1. Probabile Cicero id Genus *orationis* dicit, quod non plus minusue eſt, quam decet Quinctil. 8, 3, 42. *Nempe* Probabile genus orationis eſt, ſi non nimis eſt comtum atque expolitum, ſi eſt auctoritas et pondus in verbis, ſi ſententiae vel graues, vel aptae opinionibus hominum et moribus Cic. Partit. 19 c. 6. Copia Quinctil. 1, 8. *de verbis.* Nonnunquam honeſto ac probabili nomine, bono viro iudici error obiici ſolet Cic. pro Caecin. 71. Sumtus probabilis Vlpian. in l. apud Celſum §. Si minor D. de doli mali exceptione. Cic. de Inuent. 1, 46 Probabile autem eſt id, quod fere fieri ſolet, aut quod in opinione poſitum eſt, aut quod habet in ſe ad hoc quandam ſimilitudinem, ſiue id falſum eſt, ſiue verum. Probabile *et* Non probabile, *ſiue, (vt in praecedentibus exemplis)* Improbabile; *contraria* Id. Acad. 4, 33. Non eſt probabile Id. Verr. 2, 154 c. 63. Nihil eſt tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile Id. in Parad. 1, 1. *Comparat.* Probabilior orator Cic. de Orat. 2 c. 36. Probabilius edictum Gell. 20, 1. Valer. Max. 6, 2 *pr.* Libertas vulgi auribus gratior, quam ſapientiſſimi cuiusque animo probabilior eſt.

PROBABILĬTER. Adu. [πιθανῶς] Cic. de Orat. 2, 337 Ad conſilium autem de Republ. dandum caput eſt, noſſe Rempubl. ad dicendum vero probabiliter, noſſe mores ciuitatis. Probabiliter acti ratio reddi poteſt Id. de Finib. 3, 58. Probabiliter quid poſſe defendi Id. Acad. 4. Multa in eam partem probabiliter argumentatus Liu. 33, 28. Probabiliter defenſum Id. 42, 48. Conſulatus neque petitus honeſte, neque probabiliter geſtus Paterc. 2, 46, 1. *Comparat.* Probabilius *apud* Valer. Max. 2, 8, 2. *et* Cic. de Inuent. 2 c. 46.

PROBABILĬTAS, ātis. f. [πιθανότης] Cic. Acad. 4, 75 c. 24 Certe tam multa non collegiſſet, quae nos fallerent probabilitate magna, niſi videret his reſiſti non facile poſſe. Captioſa probabilitas, *vid.* Captioſus, *in* CAPIO.

PROBOLE, es. f. [προβολὴ] Cognoſce probolen veritatis Tertull. aduerſ. Prax. c. 8 *i.* prolationem rei alterius ex altera, *ſicut ipſe ibi exponit.* Infinitae angelorum editiones et probolae Tertull. Praeſcr. adu. Haeret. c. 46.

PROCA, *ſ.* PROCAS, ae. m. [Πρόκας] *Rex Albanus, pater Amulii et Numitoris, auus proinde Romuli et Remi. vid.* Liu. 1, 3. Virgil. Aen. 6, 767 Proximus ille Procas, Troianae gloria gentis. Ouid. Met. 14, 622 Iamque Palatinae ſummam Proca gentis habebat. *conf.* Id. Faſt. 4, 52. *et* 6, 143.

PROCACIA, PROCACITAS, *vid.* PROCO.

PROCALO, āre. Prouocare, ex Graeco καλεῖν, id eſt vocare; vnde Calendae, calumnia, calones, caculae, et calatores. Procalato, prouocato. Feſtus.

PROCAPIS, Progenies quae ab vno capite procedit Paullus *in* Feſto. Procapibus, proximis Gloſſ. Iſidor.

PROCAS, *vid.* PROCA.

PROCASTRIA, *vid.* PROCESTRIA.

PROCAX, acis. *vid.* PROCO, are.

PRŌCĒDO, ſſi, ſſum, ĕre. [προβαίνω, πρόειμι] *Progredi, in publicum ire, vltra ſ. porro ire.* Huc procede, vel illuc Terent. Eun. 3, 2, 17. Procedere dicebant interdum pro Succedere: interdum pro Porro cedere. Feſtus. Procedere *proprie dicitur, qui pompa quapiam prodit in publicum, vt* Procedit funus Terent. Andr. 1, 1, 100. *Speciatim* Conſul *dicitur* procedere, *cum primo initi conſulatus die in Capitolium comitante amicorum caterua deducitur. vid. Drakenb. ad* Sil. 6, 44. *conf. Spanhem. de Num. diſſ.* 12 p. 457 *etc.* Cic. de Diuin. 1, 119 In ſella aurea ſedit, et cum purpurea veſte proceſſit. Lente et paullatim Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 80. Leniter placideque, *vid.* LENIS. Longius Cic. de Aruſp. Reſp. 48. Parcite oues nimium procedere Virgil. Eclog. 3, 94. Oblique, *vid.* OBLIQVVS. Vltra Propert. 1, 20, 23. Vltra procedere, quam comes poſſit Quinctil. 2, 3. Cic. Attic. 6, 5 Velim, etſi (vt ſpero) te haec legente, aliquantum tamen viae proceſſero, tamen obuias mihi literas quam argutiſſimas de omnibus rebus crebro mittas. Trecenta circiter ſtadia procedere Id. ibid. 16, 7. Foras procedere Plaut. Pſeud. 2, 2, 12. Cic. pro Sext. 68 c. 31 Huic ad vrbem venienti tota Obuiam ciuitas cum lacrimis gemituque proceſſerat. Id. Tuſc. 5, 56 Cum accipere, quam facere praeſtat iniuriam, tum morti iam ipſi aduentanti paullum procedere Obuiam, *etc.* Procedere a, *vel*, ex: Caeſ. Bell. Gall. 4, 32 Quum paullo longius a caſtris proceſſiſſet. Id. ibid. 8, 19 Paullatim ex ſilua inſtructa multitudo procedit militum. Cic. Verr. 5, 106 Procedit iſte repente e Praetorio. Ad forum procedere Plaut. Caſin. 3, 3, 2. Extra moenia Lucret. 1, 74. In aliquem locum Cic. pro Cael. 67. Caſtris Virgil. Aen. 12, 169. Tectis Valer. Argon. 7, 306. Paſſu tacito Id. ibid. 5, 351. Pedibus aequis Ouid. ex Pont. 4, 5, 3. Cultus procedit adulter Id. Triſt. 2, 499. Subducto vultu grauior volo procedere Propert. 2, 10, 9. Teſtis puſillus proceſſit Cic. de Orat. 2, 245. Claſſis procedit velis aequatis Virgil. Aen. 4, 58. Menſes incipient magni procedere Id. Ecl. 4, 12. In aciem procedere, *vid.* ACIES. Ad aliquid agendum procedere Caius de Verb. ſignific. Ad opus procedere Plin. 11, 10. Ad pabula noctibus procedunt Id. 8, 32. Ad pugnam procedere Liu. 7, 9 *extr.* In latera oblique procedere Plin. 9, 30. In infinitum Columel. 5, 3. Cic. Verr. 2, 190 Procedite In medium, explicate deſcriptionem, imaginemque tabularum. In multum vini proceſſerat Liu. 37, 7 *h. e. Probe appotus erat.* In pedes procedere, *et* Pedibus gigni, *ſignificant fetum ita naſci, vt pedes ex vtero priores emergant* Plin. 7, 8. In publicum Liu. 34, 5. In ſolem ex vmbraculis Cic. de Clar. Orat. 37. In ſublime vites procedunt Columel. de Arbor. c. 4. Cic. Attic. 13, 13 Biennium praeteriit, quum ille καλλιπίδης aſſiduo curſu Cubitum nullum proceſſerit. ¶ 2 *Metaph. et aliae formulae:* Cic. Acad. 4, 68 Suſtinenda eſt potius omnis aſſenſio, ne praecipitet, ſi temere proceſſerit. Stationes procedunt, *i. Vsque continuantur* Liu. 5, 48. *Sic certe Gronou. Sed Drakenb.* Stationes *pro ipſis militibus in* ſtationes *euntibus accipit.* ¶ 3 *Speciatim rationum verbum eſt, et idem fere ſignificat, quod imputare.* Liu. 25, 5 Tribuniplebis, ſi iis videretur, ad populum ferrent: vt qui minores ſeptem et decem annis ſacramento dixiſſent, iis perinde ſtipendia procederent, acſi ſeptem et viginti annorum, aut maiores, milites facti eſſent. Liu. 5, 7 Placere autem, omnibus his voluntariam extra ordinem profeſſis militiam aera procedere, *i. hoc tempus voluntariae militiae annumerari ſtipendiis, quae meruiſſent, aut merituri erant.* *Iterum* 27, 11 Ne praeterita ſtipendia procederent iis, qui equo publico meruerant. Frontin. Strateg. 4, 1 A patribus deinde obtinuit, ne iis praeterita aera procederent. Valer. Max. 2, 7 *Vtrumque iungit*, Legioni neque ſtipendium anni procedere, neque aera dari voluit. Gell. 15, 8 Is nunc flos coenae habetur inter iſtos, quibus ſumtus et faſtidium pro facetiis procedit. Ouid. Her. 9, 109 Illi procedit rerum menſura tuarum, *Omphalae gloriam augent facta tua, o Hercules, cum*

te vicit omnis tua magnitudo illi imputatur. P. Scipio apud Gell. 5, 19 extr. Filium adoptiuum tam procedere (in cenſu) quam ſi ex ſe natum habeat. Cato c. 148 Quot dies per dominum mora fuerit, quo minus vinum deguſtet, totidem dies procedent emtori. Vlpian. in l. In acceſſione D. de diuerſis temporal. praeſcription. In acceſſione temporis et id tempus, quo in fuga ſit ſeruus, domino eius procedere, verum eſt. Si cui (oui) vetuſtate dentes abſunt, binae pro ſingulis vt procedant, i. Annumerentur Varro de R. R. 2, 2, 5. Quippe beneſacta mea reipublicae procedunt Salluſt. Iugurth. c. 87. ¶ 4 *Formulae aliae:* Cic. de Finib. 3, 48 Qui proceſſit aliquantum ad virtutis aditum, nihilominus in miſeria eſt, quam ille, qui nihil proceſſit. Id. ibid. 4, 21 Eos, qui natura doctrinaque longe ad virtutem proceſſiſſent, niſi eam plane conſecuti eſſent, ſumme eſſe miſeros. In virtute procedere et progredi Id. ibid. 4, 64. In multum honorem formae procedere Propert. 3, 11, 17. *Proficere:* Id. ibid. 3, 6 Qui tum in philoſophia, tum in optimo genere philoſophiae tantum proceſſeris. Ad opes procedere, *Diuitem fieri* Plin. Epiſt. 2 *vlt.* In aetate proceſſa Scribon. 100. Cic. de Senect. 50 c. 14 Num igitur cenſetis eum, quum Aetate proceſſiſſet, qui Ariſtides eſſet, Lyſimachum ſalutare ſolitum? *i. Senex factus eſſet.* Id. Philipp. 5, 10 An hoc vidit puer? ſi Aetate proceſſerit, non videbit? Proceſſit eo inſolentiae, vt iram, *etc.* Plin. in Panegyr. c. 16 *extr.* Proceſſit eo ira Liu. 9, 26 *pr.* Cic. de Clar. Orat. 180 Is proceſſiſſet honoribus longius, niſi ſemper infirma atque etiam aegra valetudine fuiſſet. Studiis procedere, *pro Ad honores emergere adminiculo literarum* Plin. Ep. 4, 24. Ambitio et procedendi libido Plin. Ep. 8, 6, 3. Conſuetudine procedere Liu. 39, . . Opere Caeſ. B. C. 1, 81. Ratione et via procedat oratio Cic. de Fin. 1, 29. Idem pro Flacc. 11 Graecus teſtis cum ea voluntate proceſſit, vt laedat. Aliquid procedit noui Plaut. Moſt. 4, 3, 7. *i. Accidit.* Dies alter et alter proceſſit Virg. Aen. 3, 356. Colum. 8, 7 Si faſtidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot iam farturae proceſſerint. Nox proceſſit iam Nepos 16, 3, 3. Sed vbi plerumque noctis proceſſit, obſcuro etiam tum lumine milites Iugurthini ſigno dato caſtra hoſtium inuadunt Salluſt. Iugurth. c. 21 *pr.* Pars maior anni iam proceſſerat Liu. 3, 37. Tempus proceſſit Caeſ. B. C. 3, 25. Tempora tarde procedunt Ouid. Triſt. 5, 10, 5. Ecce Dionei proceſſit Caeſaris aſtrum Virg. Ecl. 9, 47. Quum Auguſtus Caeſar ludos funebres patri celebraret, die medio ſtella apparuit: ille eam eſſe confirmauit parentis. Seruius. Irae longius procedunt Virg. Aen. 5, 461. Hoc procedit, *i. Locum habet:* Pomponius in l. Si mulier §. Item ſi mulier D. ad Senatusconſ. Velleian. Et hoc procedit, ſiue ipſe creditor emerit, ſiue, *etc.* ¶ 5 Procedere *eſt, Bene vel male cadere, ſiue accidere, ſiue cedere.* Ter. Adelph. 5, 6, 8 Meditor eſſe affabilis, et bene procedit. Nonnunquam ſummis oratoribus non ſatis Ex ſententia euentus dicendi procedit Cic. de Orat. 1 c. 27. Omnia, vt ſpero, proſpere procedent Cic. Fam. 12, 9. Conſilia procedunt Liu. 24, 26. Haec minus proſpere procedebant Nepos 14, 6, 1. Parum proceſſit Liu. 1, 57. Ter. Andr. 4, 1, 47 Niſi id putas, quia primo proceſſit parum, non poſſe, *etc.* Quibus quum parum procederet, vt vlla lege mihi poneret accuſatorem, *etc.* Cic. Fam. 8, 12. Nihil procedit Liu. 24, 13. Sequitur caedes Annaei Senecae, vt ferro graſſaretur, quoniam venenum non proceſſerat Tacit. Ann. 15, 60, 3. *Paſſ. Imperſ.* Liu. 25, 21 Qua temeritate proceſſum in aciem eſt.

PROCĒDENS, entis. Partic. [προβαίνων] Cic. Tuſc. 3, 53 c. 22 Quod ita eſſe dies declarat: quae procedens ita mitigat, vt iisdem malis manentibus non modo leniatur aegritudo, ſed in pleriſque tollatur. Die procedente Liu. 28, 15. Nox Sil. 13, 416. Plin. Epiſt. 3, 20 Sed vereor, ne procedente tempore ex ipſo remedio vitia naſcantur.

PROCESSVS, a, um. Partic. Neutro-Paſſ. Hirt. Bell. Afric. c. 75 Caeſar proceſſus a caſtris ſuis. Scrib. Larg. Comp. 100 In proceſſa aetate.

PROCESSIO, ōnis. f. Cic. pro Lege Manil. 24 c. 9 A militibus reditus magis maturus, quam proceſſio longior quaerebatur. *al.* Proceſſus. Veget. de Re Mil. 2, 22 Cornicines canunt, quod in omnibus exercitiis et proceſſionibus cuſtoditur.

PROCESSVS, ūs. m. [πρόβημα, προκοπή] *Progreſſus.* Firmic. 3 c. vlt. Sed tamen ipſis proceſſu aetatis, et felicitas et patrimonii augmenta conferuntur. *Paullo poſt,* Sed proceſſu aetatis, poſt graues iacturas largitur ſubſtantiae facultatem. Firmic. 3, 4 Si vero per noctem ſic fuerit inuentus, mediocres in ſubſtantia faciet homines, et proceſſu temporis etiam feliciores reddet. *Et c. 6 ſub finem,* Proceſſu temporis, augmenta felicitatis et dignitatis accipient. *Sic alibi frequenter.* Firmic. 5, 1 Sed quibus felicitas, tardis proceſſibus conferatur. Cic. de Clar. Orat. 271 Itaque tantos proceſſus efficiebat, vt euolare, non excurrere videretur. Officiorum proceſſus per officia Senec. Epiſt. 102. *Succeſſus et euentus:* Senec. Epiſt. 116 Queruntur et de conſiliis, et de proceſſibus ſuis: maluntque ſemper, quae reliquerunt. Felix proceſſus Auguſtorum, *in nummis celebratur. Vid. Spanh. de Num. diſſ. 12 p. 457.* Habere proceſſum in literis, *pro Facere progreſſum* Suet. de Clar. Gramm. c. 10. *Plur.* Cic. de Clar. Orat. 232 c. 65 Gradus tuos, et quaſi proceſſus dicendi ſtudeo cognoſcere. Flor. praef. Si quis Pop. Rom. quaſi hominem conſideret, totamque eius aetatem percenſeat, *etc.* quatuor gradus proceſſusque eius inueniet. *Ita quas* Promotiones *vulgo dicimus,* Proceſſus *vocauit* Quinctil. Decl. 3, 9. *Vid. Burm. p. 67.*

PROCELEVSMATĬCVS, i. m. [προκελευσματικός] *Pes eſt conſtans e duobus pyrrhichiis, id eſt e quatuor ſyllabis breuibus, temporum quatuor: vt,* Philoſophus. *Dictus* παρὰ τὸ παρακελεύειν, *id eſt a cohortatione et iuſſu nautico: cui ob celeritatem eſt aptiſſimus. Vid.* Mart. Capel. 9 p. 331.

PROCELLO, culi, culſum, ĕre. [πλήττω] *Percutere vel impellere, et ſic euertere.* Plin. in Paneg. c. 66 Erant ſub oculis naufragia multorum, quos inſidioſa tranquillitate prouectos, improuiſus turbo proculerat. *Al.* Perculerat. *quod hodie receptum.* Lucret. 5, 310 Nec ſanctum numen fati procellere fines Poſſe? *Sic legit Lambinus; quum quidam partim* Protellere, *partim* Protelere. *Sed rectiora edoctus deinde Lambinus a Giſanio* protollere *reſcripſit, vt hodie quoque editur. Nihil ergo adhuc certae auctoritatis huic verbo, niſi quod* Procellunt *per* Procumbunt Feſtus *interpretatur, quod deſumtum ex* Plaut. Mil. 3, 1, 164 *de conuiuis parum modeſtis,* Sed procellunt ſe, et procumbunt dimidiati, dum appetunt. *Sic MSS. non* percellunt. *Adde etymologiam, quam ſtatim dabimus,* Procellae *Seruianam: quamquam etiam hic* percellat *edi curauerit Maſuicius.*

PROCELLA, ae. f. [ἄελλα, χειμών] *Vehementior quidam venti impetus, nec ita durans.* Dicta ab eo, quod omnia procellat, id eſt moveat et percutiat. Seru. *ad* Aen. 1, 89. Virg. Aen. 1, 89 — Creberque procellis Africus. Plin. 2, 48 Flatus vagi et ruentes torrentium modo, tonitrua et fulgura edunt; maiore vero illati pondere, incurſuque, ſi late ſiccam ruperint nubem, procellam gignunt, quae vocatur a Graecis ἐκνεφίας. *De tempeſtate terreſtri eſt ap.* Liu. 6, 8 *et* 34. Timidus procellae Hor. in Arte Poët. 28. Aduerſa Ouid. Met. 11, 484. Immanis Sil. 3, 525. Impendentis procellae ſigna Claud. de Bell. Gildon. 486. Inſana Senec. Hippol. ſ. 6. Nigrans Sil. 12, 620. Praecipites Stat. Theb. 5, 419. Subitae Ouid. de Nuce 163. Triſtis Senec. Troad. ſ. 9. Turbida rapacior procella Catul. 23, 4. Vndans Sil. 5, 538. Volucres Ouid. Amor. 2, 11, 33. Abruptae, *vid.* ABRVMPO. Credere ſe veloci procellae Hor. Carm. 3, 27, 63. Inceſſit procella, *vid.* Inceſſo, *in* INCEDO. Intorquet ſe nubibus venti collecta, procella Lucret. 6, 124. Saliunt ſubitae in vela procellae Stat. Theb. 10, 583. Stridens Aquilone procella Virg. Aen. 1, 102. Tolerare ſaeuas procellas Sil. 3. Vexant mare inaequales procellae Hor. Carm. 2, 9, 2. Lactant. Mort. Perſ. 2, 3 Nubis procella circumnoluit Chriſtum. ¶ 2 *Per translationem.* Liu. 30, 18 Equeſtrem procellam excitemus oportet, ſi turbare, ac ſtatu mouere volumus. Tacit. Hiſt. 3, 53, 3. Circumſpicite omnes procellas, quae impendent, niſi prouidetis Cic. in Catil. 4, 4 c. 2. Ciuilis procella Nepos 25, 10, 6. Quinctil. 11, 3, 158 *de Vlyſſe,* Stetiſſe oculis in terram defixis — priusquam illam eloquentiae procellam effunderet. Fortunae impotens procella, *i. immoderata et ſe cohibere nequiens* Sen. Agam. 589. Cic. pro Cluent. 153 c. 56 Vitam illam tranquillam et quietam, remotam a procellis inuidiarum, et huiuscemodi iudiciorum anfractu ſequi maluiſſe. Irarum procellae Sil. 11, 224. Patriae procella, turbo ac tempeſtas pacis Cic. pro Domo 137 c. 53. Idem Act. Verr. 1, 8 c. 3 Quoniam criminum vim ſubterfugere nullo modo poterat, procellam temporis deuitaret.

PROCELLŌSVS, a, um. Adi. [ἀελλής, ἀργέστης] *Plenus procellis.* Columel. 7, 6 Hanc pecudem mutilam parabimus quieto caeli ſtatu: nam procelloſo atque imbrifero cornuta ſemper. Liu. 40, 2 Ver procelloſum eo anno fuit. Aequor procelloſum Valer. Argon. 3, 621. Mare Senec. Med. 411. Noti Ouid. Epiſt. 2, 11. Pelagus procelloſiſſimum Auguſt. de Ciu. Dei 5, 22 *extr.* Venti Liu. 28, 6.

PROCELLOSE. Adu. Auguſtin. Confeſſ. 13, 20 Genus humanum profunde curioſum et procelloſe tumidum.

PROCERES, *vid. paullo poſt.*

PROCĒRVS, a, um. Adi. [εὐμήκης, περιμήκης] Prolixum, et in longitudinem productum: quaſi ex cera, ob eius facilitatem, *inquit* Feſtus. *Plura, ſed nihil certi Voſſ. Etym. p. 411.* Hor. Serm. 2, 2, 36 — Quo pertinet ergo Proceros odiſſe lupos? Varr. de R. R. 2, 1 Sues procero corpore, capitibus vt ſint paruis. Alni procerae Virg. Ecl. 6, 63. Arundo Ouid. Met. 13, 891. Cacumina procera nemoris celſi Sil. 7, 675. Cohors Claud. in pr. Conſ. Stil. 129. Corpus Lucret. 3, 658. Fraxini: Hor. Carm. 3, 25, 16 Proceras manibus vertere Fraxinos. Membra Stat. Theb. 1, 414. Palmae Catul. Argon. 62, 289. *al.* Lauri. Paſſus viae proferre proceros Lucret. 4, 825. Siluae Ouid. Epiſt. 16, 107. Manil. 1, 841 *de Comete,* Quin etiam tumidis exaequat dolia flammis Procero diſtenta vtero. Bentl. Procere diſtenta vteros. *Compar.* Cic. de Orat. 3, 183 Poſt anapaeſtum procerior quidam numerus effloruit. Longa procerior alno Ouid. Met. 13, 791. *Laus Cyclopica Galateae.* Pinus procerior Pallad. Nou. 7, 9. *Superl.* Gallorum quisque proceriſſimus ad pompam triumphi lectus Sueton. Calig. c. 47. Alae proceriſſimae Columel. 8, 2. Proceriſſimus homo Plin. 7, 16. Proceriſſima populus Cic. de Legg. 1, 15 c. 5.

PROCĒRE. Adu. [προμηκῶς] Dolia procere diſtenta Manil. 1, 841. *vt emendauit Bentl.* *Compar.* Cic. de Orat. 3, 128 c. 59 Brachium procerius proiectum quaſi quoddam telum orationis.

PROCERĬTAS, ātis. f. [μῆκος] *Longitudo ſ. altitudo.* Cic. de Senect. 59 c. 17 Quum autem miraretur Lyſander et proceritates arborum, et directos in quincuncem ordines. Plin. 6, 32 Arborum ibi proceritatem ad centum quadraginta quatuor pedes adoleſcere. Cic. in Orat. 212 c. 63 Fiunt omnino numerus a primo, tum incitatius breuitate pedum, tum proceritate tardius. Corporum proceritas Plin. 2, 78. Spatii proceritas Apul. Mileſ. 5 p. 169. *de longitudine viae.*

PROCERITVDO, ĭnis. f. Solin. c. 5 Sobolem noſtri temporis per naſcentium detrimenta decus veteris proceritudinis perdidiſſe.

PROCERVLVS, a, um. Adi. Apul. Florid. 2 p. 351 Manus eius tenerae procerula laeua diſtantibus digitis neruos molitur.

PROCĔRES, um. m. [δυνάσται] Seru. *ad* Aen. 1, 744 Proceres ideo ſecundum Varronem principes ciuitatis dicuntur, quia eminent in ea, ſicut in aedificiis mutuli quidam, hoc eſt capita trabium, quae proceres nominantur. Liuius 1, 45 Quum conſenſum, deosque conſociatos laudaret mire Seruius inter proceres Latinorum. Virg. Aen. 10, 213 Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant Subſidio Troiae. Referre aliquid ad delectos Populi proceres Virg. Aen. 3, 58. Caſtrorum proceres Lucan. 7, 69. Pullati proceres Iuuen. Sat. 3, 213. Rerum proceres Paullus et Flaminius Sil. 11, 142. Proceres gulae Plin. 9, 17. *Licet neget ſingularem huic nomini Seruius,* Procerem, *protulit* Iuuen. Sat. 8, 26 Agnoſco procerem. *A* PROCER, ĕris. Interea trepido vicinia moeſta pauore Pallebant tanti proceris diſcrimine Paullin. de vita Mart. 6, 20. *Conf.* Capitol. Maximin. c. 1.

PROCERĪTVS, a, um. Adi. [νυμφόληπτος] *Malo ſpiritu afflatus aſſertur ex* Plaut. Poen. 3, 1, 25. *Sed legitur ſine dubio diuiſim:* Neque nos Populus pro cerritis inſectabit lapidibus. *Nulli ergo ſunt* Lapides proceriti; *ſed petulans plebecula lapidibus petit quos* pro Cerritis *habet, v. v.*

PRŎCESSIO, PROCESSVS, *vid.* PROCEDO.

PROCESTRIA dicuntur, quo proceditur in muro. Aelius Proceſtria aedificia eſſe dixit extra portam. Artorius proceſtria, quae ſunt ante caſtra, etiam qui non habent caſtra, propugnacula, quibus pro caſtris vtuntur, aedificant. *Haec* Feſtus. Vet. Gloſſ. Procaſtria, οἰκήματα πρὸ παρεμβολῆς. *Sed quod laudatur* Plin. 2, 17, 10 Poſt hanc cubicu-

cubiculum cum Proceſtrio ; *ſic olim legebatur. Hodie ex MSS. optimae notae* cum Procoetone.

PROCHEIMASIS, is. f. [προχείμασις] *Praecedens tempeſtatum ſignificatio.* Plin. 18, 25 *pr.* ſ. 57 Accedit confeſſa rerum obſcuritas, nunc praecurrente, nec paucis diebus tempeſtatum ſignificatione, quod προχείμασιν Graeci vocant, *etc.*

PROCHĪRVS, i. m. *Scriba expedite notans.* Meloprochirus, *Exercitio et cura promtus. Alciatus ad* legem peculiari De proxim. ſacr. ſcrinii libro 12 C. *Sed metuo, ne* Melloproximi *hos* Meloprochiros, *tanquam* Melopeponas *genuerit.*

PROCHOSAGRIOS, i. m. [πρόχος ἄγριος] *Herba, Saxifraga.* Apul. de Herb. c. 97.

PRŎCHȲTA, ae. *et* PROCHYTE, es. f. [Προχύτη] *Inſula in Puteolano ſinu ; Dicta, quaſi Profuſa. Emerſit enim prouolutis in mare montibus, quum prius non foret. Nam προχέω ſignificat effundo. Inarimes enim mons terrae motum paſſus hanc inſulam fudit. At Dionyſius 1 ſcribit* Prochytam *dictam eſſe a Nutrice Aeneae eiusdem nominis. De hac* Virg. Aen. 9, 715 Tum ſonitu Prochyta alta tremit.

PRŌCĬDO, cĭdi, cāſum, ĕre. [προσπίπτω, παραπίπτω] *ex* Pro *et* Cado *compoſitum ; ſignificat Pronum cadere, procumbere.* Gellius 10, 1, 9 Nam quum multis annis poſt ea ſcena quae prociderat, refecta eſſet. Cupreſſus late procidit Hor. Carm. 4, 6, 11. Ad pedes alicuius procidere Hor. Epod. 17, 13. *Conf.* Id. Carm. 4, 6, 11. Liu. 26, 39 Ille atque praeceps cum armis procidit ante proram, *etc.*

PROCĬDENS, entis. Partic. [προπίπτων] Plin. 16, 5 Cautum eſt praeterea lege duodecim Tabularum, vt glandem in alienum fundum procidentem, liceret colligere. Idem 24, 11 ſ. 59 Radix vulnera ſanat, et ſedis procidentia, condylomata et haemorrhoidas. *Sic Hard. quoque, Elzeuir, etc. Alias Subſt. eſt* Procidentia, ae. Plin. 24, 13 ſ. 67 *extr.* Vuluamque et ſedes procidentes.

PROCIDENTIA, ae. f. [πρόπτωσις] Plin. 34, 18 ſ. 50 Vſus enim ex eodem et in oculorum medicamentis, et maxime contra procidentiam eorum, et inanitatem, et vlcerum excreſcentiam, *etc.* Idem 23, 9 ſ. 81 Vtilis coeliacis, procidentiae vuluarum ſedis vitiis *etc.* Idem 26, 8 ſ. 58 Anagallidum caerulea procidentiam ſedis retroagit, e diuerſo rubens proritat. *Conf. Partic.* PROCIDENS.

PROCĬDVVS, a, um. Adi. [προσπίπτωτος] *Quod procidit.* Plin. 20, 20 Infantium cerebro imponitur, vmbilicoque prociduo. Idem 21, 20 Teſtes vero, et ſedem prociduam, quaeque illi ſunt vitia, *etc.* Turpans prociduam cruore frontem Sidon. Carm. 23, 415.

PRŎCIEO, *vid.* PROCIO.

PROCINGO, ĕre. *Origo eſt eorum, quae ſequuntur.*

PROCINCTVS, a, um. Part. [ἐν προβολῇ καταστὰς] *Paratus, expeditus.* Feſtus: Procincta claſſis dicebatur, quum exercitus cinctus erat Gabino cinctu, confeſtim pugnaturus. Vetuſtius enim fuit multitudinem hominum, quam nauium, claſſem appellari. Idem, Procinctam claſſem, id eſt paratam ad bellum militum multitudinem, Diali flamini videre non licuit. *Hactenus* Feſtus : *vel* Paullus *potius : Gabinum quidem cinctum a Feſto eſſe, mihi non eſt probabile. Nihil certe in his, quae Feſti eſſe conſtat.* Gell. 1, 11 Quum procinctae igitur claſſes erant, et inſtructa acies. Idem 10, 15 ex Fabio Pictore, Claſſem procinctam extra pomoerium, id eſt, exercitum armatum videre Dialem flaminem religio eſt : idcirco rarenter flamen Dialis creatus conſul eſt, cum bella conſulibus mandabantur.

PROCINCTVS, ûs. m. [προβολὴ, παρασκευὴ] *Apparatus bellicus, et expeditio dicitur.* Plin. 23, 1 Curas, vigoremque animi impedit ad procinctum tendentibus. Cic. de Nat. Deor. 2, 9 Ex quo in procinctu teſtamenta perierunt. Teſtamentum in procinctu facere ſine libra atque tabulis Cic. de Orat. 1, 228 c. 53. Gell. 15, 27, 3 Alterum teſtamentorum genus in procinctu, cum viri ad praelium faciendum in aciem vocabantur. *Add.* Vell. 2, 2, 3. Ouid. ex Ponto 1, 8, 10 *cum dixiſſet* v. 5 Viuimus aſſiduis expertes pacis in armis *etc. ſubiicit*, Haec in procinctu carmina facta leges. Gell. 1, 11, 7 Halyattes — feminas etiam tibicinas in exercitu atque in procinctu habuit. Quinctil. 10, 1, 2 Tanquam in procinctu paratam ad omnes caſus habere eloquentiam. Idem 12, 9, 21 Orator — quem armatum ſemper, ac velut in procinctu ſtantem, non magis vnquam in cauſis oratio, quam in rebus quotidianis ac domeſticis ſermo deficiet. Vlpian. in l. non dubium eſt D. de bon. poſſeſſ. ex teſt. milit. Quamquam enim diſtet conditio militum ab his perſonis, quas conſtitutiones principales ſeparant : tamen qui in procinctu verſantur, quum eadem pericula experiantur, iura quoque eadem merito ſibi vendicant.

PROCINCTVALIS, e. Adi. *Ad procinctum pertinens.* Procinctualis ornatus Caſſiodor. Epiſt. 6, 22.

PROCIO *an* PROCIEO *Verbum fuit, vnde*

PROCITVM teſtamentum dicebatur, veluti procatum, prouocatum, id eſt, irritum ac ruptum. Procitum cum prima Syllaba corripitur, ſignificat petitum. Liuius, Matrem procitum plurimi venerunt. *Haec* Feſtus Paulli.

PROCĬTO, āre. *Idem quod Vocito.* [προκαλοῦμαι] Feſtus Paulli, Procitant prouocitant : citare enim vocitare eſt, vnde procet et prociet. Gloſſ. vet. Procitat, προσκαλεῖται. *Sed ipſe* Feſtus, Procitare, ſaepe prolicere id eſt producere.

PROCLĀMO, āre. [καταβοάω] *Palam et valde clamare, vociferari.* Liu. 1, 26 Moti homines ſunt in eo iudicio maxime, Pub. Horatio patre proclamante, ſe filiam iure caeſam iudicare : ni ita eſſet, patrio iure in filium animaduerſurum fuiſſe. Cic. Verr. 5, 107 c. 42 Adſunt, defendunt, proclamant : fidem tuam, quae nusquam erat, nec vnquam fuit, implorant. Quinctil. 11, 3, 170 Nam etiam orbos viduasque videas in ipſis funeribus canoro quodam modo proclamantes. *Suaſerat oratori ad miſericordiam commouendam* flexum vocis et flebilem ſuauitatem. Proclamare in libertatem Paullus in l. 3 §. quod ſi ſeruus D. de acquir. poſſeſſ. Alioquin ſi ex poſſeſſione ſeruitutis in libertatem proclamauerit, et liberale iudicium implorauerit, nihilominus in poſſeſſione mea eſt. *Pandect. Florentinae et Haloander habent*, Reclamauerit. *Conf.* Labeo l. 41 D. de liberali cauſa.

PROCLAMATIO, ōnis. f. Proclamatio ad libertatem l. 25 §. 1 tit. de liberali cauſa. *Add.* Ib. l. 34. Quinctil. Decl. 18 Inſtantem truci proclamatione diſcutere. *Conf.* Idem Decl. 7 *et* 8.

PROCLAMĀTOR, ōris. m. [καταβοητὴς] Cic. de Orat. 1, 202 c. 46 Non enim cauſidicum neſcio quem, neque proclamatorem, aut rabulam hoc ſermone noſtro conquirimus, ſed eum virum, qui primum ſit eius artis antiſtes.

PROCLINO, āre. [προκύπτω] *Idem quod Inclinare ſignificat.* Columel. 7, 10, 1 Earum notanda ſunt capita, quam in partem proclinentur. Ouid. Amor. 2, 11, 39 Tum mare in haec magnus proclinet litora Nereus.

PROCLINATVS, a, um. Partic. [προκεκυμμένος] Partes proclinatae Ouid. Triſt. 2, 84. Curuatura montis proclinata ad mare Vitruu. 2 c. vlt. Proclinatum latus Idem 5, 11. ¶ 2 *Metaph.* Ne quo progredereris proclinata iam re Caeſ. ad Cic. Att. 10, 8. Adiuuare rem proclinatam Caeſ. B. G. 7, 42.

PROCLINATIO, ōnis. f. Vitruu. 6, 11 Non minus etiam obſeruandum eſt vti omnes ſtructurae perpendiculo reſpondeant, neque habeant in vlla parte proclinationes. *Conf.* Idem 5, 12.

PROCLĪVIS, e. Adi. [καταφερὴς] Porro inclinatus, vel pronus, inclinatusque, *vt ait* Donatus : *vt ſi cliuo deſcendas nimirum. Contrarium* Accliuis. Columel. 9, 5 Cum onere per procliuia non aegre deuolent. *de apibus. Sed* ¶ 2 *Frequentior longe eſt translatio, vbi facilitatem ad aliquid agendum notat, vt* pronus, propenſus, inclinatus, *etc.* Sceleri procliuis egeſtas Sil. 13, 585. Ingenium procliue ad libidinem Ter. Andr. 1, 1, 50. Cic. in Partit. 34 Vt adoleſcentiam procliuiorem eſſe ad libidinem. Circa aliquid procliuior Quinctil. 4, 5. Procliuior vſus in peiora datur Claud. Conſ. Honor. 4, 261. Procliuiores alii ad alios morbos Cic. Tuſc. 4, 81 c. 3. Procliue, *Quod facile factu eſt.* Plaut. Aſin. 3, 3, 73 Nam iſtud procliue eſt, quod iubes plane collocare. Cic. Off. 2, 68 c. 20 Quum in hominibus iuuandis aut mores ſpectari, aut fortuna ſoleat, dictu quidem eſt procliue ; itaque vulgo loquuntur, ſe in beneficiis collocandis, mores hominum, non fortunam ſequi. In procliui eſſe, *In promtu, promtum, et facile.* Ter. Andr. 4, 2, 18 Id faciam, in procliui quod eſt, per me ſtetiſſe vt credat. Vitia ſemel incitata in procliue labuntur, ſuſtinerique nullo modo poſſunt Cic. Tuſc. 4, 41.

PROCLĪVVS, a, um. Adi. *Idem.* Varro de R. R. 2, 2 Solum oportet eſſe eruderatum, et procliuum, vt euerri facile poſſit, ac fieri purum. Lucret. 6, 728 Quo fit vti pacto liber minus exitus amni, Et procliuus item fiat minus impetus vndis. *Sic enim ex manuſcriptis legit Lambinus.* Sen. de Morte Claud. p. 858 Omnia procliua ſunt, facile deſcenditur. Idem Epiſt. 86 Iunius menſis eſt iam procliuus in Iulium. *Conf.* Plaut. Mil. 4, 2, 27.

PROCLĪVE. Adu. Lucret. 2, 454 Et procurſus item procliue volubilis exſtat. *Neque eſt quod quemquam moueat Syllaba vltima ; nam breuem eſſe licet, cuiusmodi eſt, Sublime volantes, etc. Al.* In procliue, *vt ſit Nomen.* Cic. Tuſc. 4 c. 18 Sunt in lubrico, incitataque ſemel procliue labuntur. *Vid. ibi Gronou.*

PROCLIVĬTER, ius, iſſime. Adu. [ἐπιῤῥεπῶς] Gell. 1, 6 Facile et procliuiter perſuaſit. *Compar.* Idem 12, 11 Procliuius peccare. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 13 Qui ſunt aſſecuti ſummum gradum honoris, non deſpoliabuntur honore : qui ſperant, facilius et procliuius ad laudem nobilitatis peruenient. Procliuius currit oratio Cic. de Fin. 5 c. 28. Multo procliuius Lucret. 2, 791. Decurrere ad iras procliuius Idem 3, 312. Res procliuius ad perniciem Labitur Cic. de Amic. c. 12. Verba procliuius labuntur breuitate et celeritate ſyllabarum Cic. in Orat. 191.

PROCLIVĬTAS, ātis. f. [καταφέρεια] Cic. Tuſc. 4, 28 Haec igitur procliuitas ad ſuum quodque genus a ſimilitudine corporis aegrotatio dicitur, dum ea intelligatur ad aegrotandum procliuitas. Sed haec in bonis rebus, quod alii ad alia bona ſunt aptiores, facilitas nominetur : in malis procliuitas, vt ſignificet lapſionem. Hirt. Bell. Afr. c. 37 Inde paruulam procliuitatem digreſſus, ſiniſtra parte campi propter mare legiones ducit.

PROCLIVIVM, i. n. Frontin. Strat. 2, 2, 2 Adiuuante procliuio. Claud. de Laud. Stil. 1, 23 Laſſant procliuia currus.

PROCLVDO, ĕre. Curabit, vt fetus proprios cum vnaquaque (*matre*) procludat Pallad. Febr. c. 26, 4. *Fortaſſis leg.* praecludat, *quod habet* Creſcentius de commodis rer. rural. 9, 77.

PROCO, āre. *et* PROCOR, āri. Poſcere, *inquit*, Feſtus, Vnde Procaces meretrices ab aſſidue poſcendo, et Proci, vxorem poſcentes in matrimonium. Liuius Aegiſtho *apud* Non. 1, 92 Quin quod parere vos maieſtas mea Procat, toleratis, temploque hanc deducitis? Cic. *apud* Non. 1, 89 A petendo petulantia, a procando procacitas nominata eſt. Varr. de L. L. 6, 5 p. 78, 11 Poſcere procare dictum. Sen. praef. Nat. Quaeſt. 4 Plancus aiebat, non eſſe occulte, nec ex diſſimulato, blandiendum. Perit, inquit, procari ſi latet.

PROCAX, ācis. [αὐθάδης, ἰταμὸς, προπετὴς Gloſſ. Lat. Gr.] *ſ. Petax. Hinc*, Meretrix procax, *Petulans, impudens, inuerecunda.* Ter. Hec. 1, 2, 84 Maligna multo, et magis procax, facta illico eſt. Idem Heaut. 2, 1, 15 Mea eſt potens, procax, magnifica, ſumtuoſa, nobilis. Cic. pro Cael. 49 c. 20 Si quae non nupta mulier domum ſuam patefecerit omnium cupiditati —— ſi denique ita ſeſe geret, non inceſſu ſolum, ſed ornatu atque comitatu, non flagrantia oculorum, non libertate ſermonis, ſed etiam complexu, oſculatione, aquis, nauigatione, conuiuiis, vt non ſolum meretrix, ſed etiam procax videatur. *de Clodia. Proteruus, petulans :* Suet. Oton. c. 2 A prima adoleſcentia prodigus ac procax adeo, vt ſaepe flagris obiurgaretur a patre. Amatus a procacioribus feminis Capitol. de Maximin. *pr. In bonam partem* Tacit. Ann. 13, 46. *de Othone*, Vbi vsque ad ciuilia arma, non ex priore infamia, ſed integre ſancteque egit, procax otii, et poteſtatis temperantior. Procax et ſuperbus faſtus Plin. 9, 35. *De Inanimantibus etiam dici poteſt.* Virg. Aen. 1, 540 — Penitusque procacibus Auſtris. *i. Saeuientibus procellis.* Dicta procacia Claud. ſext. Conſ. Hon. 246. Epiſtola Plin. in praefat. Lingua Sil. 8, 250. Locutio Catul. 59, 126. Manus Plin. 22, 6. Manum procacem armare, *i. Exercitum improbe aliquid repetentem* Senec. Agamemn. ſ. 3. Muſa Hor. Carm. 2, 1, 37. Procacibus Scriptis diffamare aliquem Tac. Ann. 1, 72, 4. Vernae Hor. Serm. 2, 6, 66. *Compar.* Ouid. Triſt. 2, 435 Cinna quoque his comes eſt, Cinnaque procacior Anſer. In feminas procacior *aries cornutus* Columel. 7, 3, 4. Nequitiae procaciores Martial. 5, 2. *Superl.* Procaciſſima ingenia Tacit. Hiſt. 2, 87, 2. Publicanus iuſtificatior Phariſaeo procaciſſimo diſceſſit Tertull. de Orat. c. 13.

PROCACIA, ae. f. *Audacia in poſcendo.* Auſon. Epiſt. 22 *pr.* Quod nihil poſcente me abnuis, magis acuis procaciam quam retundis.

PROCACĪTAS, ātis. f. [ὕβρις] *Licentia, qua meretrices et ſcurrae vtuntur.* Cic. de Republ. 4 A procando, id eſt poſcendo, procacitas nominata eſt. Idem in Salluſt. 1 Aut ſi huius facta, mores, omnem aetatem nudauero, in idem vitium incidam procacitatis, quod huic obiicio. *Apud* Non. 1, 89 *et* 92. *Add.* Nep. 20, 5, 2. Martial. 2, 41 *in Maximinam, cui tres tantum erant dentes, iidemque rubiginoſi;*

Mimos ridiculi Philiſtionis,
Et conuiuia nequiora vita,
Et quidquid lepida procacitate
Laxat perſpicuo labella riſu.

Stolida procacitate ludere Martial. 1, 125. *h. e. Impudenter et ſtolide iocari.* Pſeudo-Cic. in Salluſt. 3 c. 1 Non enim procacitate linguae, vitae ſordes eluuntur. Procacitas galli gallinacei rixoſi. *Plur.* O profanae procacitates Saluian. de Gub. l. 8 *pr.*

PROCACĬTER, ius, iſſime. Adu. [ὑβριστικῶς] Liu. 28, 24 Flagitatum quoque ſtipendium procacius quam ex more et modeſtia militari erat, et a cuſtodibus probra in circumeuntes vigilias Tribunos iacta. Sermo procaciter ortus Curt. 8, 1, 32. Procaciſſime illudere Idem ibid. n. 34. Exercentibus plerisque per occultum, atque eo procacius, libidinem ingeniorum Tacit. Annal. 5, 4, 4.

PROCATIO, ōnis. f. *Petitio matrimonii.* Apul. Apol. p. 320 Cum in hoc ſtatu res eſſet inter procationem matris et metum filii.

PROCVS, i. m. [κωμαστὴς, μνηστὴρ] *Matrimonii appetitor. Vid. quae modo in* PROCO *dicta ſunt.* Virg. Aen. 4, 534 — Rurſusue procos irriſa priores Experiar? Ouid. Epiſt. 1, 88 Turba ruunt in me luxurioſa proci. Diuites proci Ouid. Met. 2, 571. Spes procorum inuidioſa Idem ibid. 4, 794. Ignoti et impudentes proci Cic. de Clar. Orat. 330 c. 96. Idem Orat. 156 c. 46 Iam *fabrûm* et *procûm* audeo dicere, non *fabrorum* et *procorum.* ¶ 2 Procos *in* Poenulo Plauti *dici pro* proceribus, *monet Scal. ad* Feſtum *loco iam laudando. Sed, ſi reſpicit 3, 1, 7 et quorſum alias? videtur illum fugere ratio. Verſus eſt,* Nequidquam hos procos ni elegi, loripedes, tardiſſimos. Procos *vocat exprobrandi cauſa, qui iuuenes, petitores puellarum, pro alacribus, quales eſſe ſolent alioqui tales, adeo tardi ſunt. Sed* Feſtus, Procûm Patriciûm in deſcriptione ceas ſi vnquam (*leg.* claſſium, quam) fecit Seruius Tullius ſignificat proceres. Ii enim ſunt principes. *Huc trahit Scal. non modo* Procos *illos Plautinos, de quibus modo dictum, ſed etiam, idque maiore vt videtur iure,* Cic. Orat. 156 c. 56 *qui totus ita habet*, Iam, vt Cenſoriae tabulae (*ex ipſa veteri formula Seruii fortaſſe*) loquuntur, *fabrûm* et *procûm* audeo dicere, non *fabrorum* et *procorum.*

PROCOETON, ōnis. m. [προκοιτὼν] *Quaſi tu dicas Antecubiculum.* Plin. Epiſt. 2, 17 Poſt hanc, cubiculum cum procoetone, altitudine aeſtiuum, munimentis hibernum. *Alii tamen* Proceſtrium *dicunt, quod vide.*

PROCONNĒSVS, i. f. [Προκόννησος] *Inſula eſt in Propontide.* Plin. 5 c. vlt. Inſulae in Propontide ante Cyzicum Elaphonneſus, vnde Cyzicenum marmor. Eadem Neuris et Proconneſus dicta. *Conf.* Val. Flacc. 3, 34. *al.* Proconeſus.

PROCONNESIVS, a, um. Poſſeſſiu. Vitruu. 2, 8 Halicarnaſſei regis Mauſoli domus Proconneſio marmore omnia habebat ornata. Ariſteas Proconneſius, *Scriptor laudatus a* Plin. 7, 2.

PROCONSVL, is. m. *et, vt quibusdam placet, etiam* PROCONSVLE, [ἀνθύπατος] *vocatur, qui Conſulis poteſtatem habet. Ante omnia autem obſeruandum, pauciſſimos eſſe locos, ſcriptorum veterum, vbi certum ſit, compoſita voce* Proconſulem *et* Proconſules *dici: ſed fluctuare libros, et nunc* pro Conſule *vel* pro Conſulibus *diuiſim, nunc vna voce* Proconſule *habere, etiam vbi alius Caſus, Nominatiuus v. g. aut Accuſatiuus, poſtulatur. In numis et libris non multum ad hanc rem praeſidii, cum varie corripiatur, et in fine perpetuo fere truncetur illud nomen* PROC. PROCOS. PRO. C. PR. COS. PRO COS. *in Spanhemiano numiſmatum opere promiſcue inuenies. Apud Gruterum v. g. p. 360, 3* PROCONSVLE PROVINCIAM CYPRVM OBTINVIT. p. 397, 6 PROCONSVLI PROVINCIAE ASIAE. p. 436, 7 PROCOS. PROV. SICILIAE. p. 471, 6 PROCOS. SORTITVS. PROV. CRET. *Sed etiam Grammatici, quod non nouum eſt, diſſident.* Cledonius in arte p. 1864 Proconſul, *inquit*, a diſertis bene dicitur, non vt quidam putant *hic Proconſule* dici, quia nomen eſt dignitatis non ſub duabus partibus orationis, ſed ſub vna. Nam ſi dixeris *Proconſule* erit monoptoton —— Abſurdum igitur erit dicere — *Carruca eſt Proconſule.* Sectantes chartulariorum aliquantorum (*i. librariorum quorundam*) imperitiam, deſerunt doctiſſimorum veterum in arte tractatus — *Denique diſerte iubet nos ſic declinare:* Proconſul, Proconſulis, Proconſuli *etc. Sed* D. Auguſtinus principio libri de Grammatica p. 1975 *Putſch.* Ab E litera Vocali (*deſinens*) nullum Latinum, niſi iuncta Praepoſitione Maſculinum inuenitur, vt *Proconſule, Propraetore.* Ergo iuncta Praepoſitione fiunt Latina, vt dixi *Propraetore, Proquaeſtore.* Nam veteres Nominatiuo Caſu Proconſul dicebant, attendentes nullum nomen Latinum exire in E litera Nominatiui Caſus, generis Maſculini. *Huius opinionis, quam tuetur Auguſtinus, Cledonius refellit, origo haec videtur, quod veteres ſaepe ita locuti ſunt,* (*vt deinde videbimus*) Lentulus pro Conſule rexit Syriam, *quod etiam recte dicitur* Lentulus Proconſul rexit Syriam. *Cum porro vno tenore ſcriberentur voces, nullis, vt hodie moris eſt, intermiſſis ſpatiis: facile fieri potuit, vt* Proconſule *acciperetur pro Nomine vno Caſus recti etc. Retineamus ergo non quidem Nominatiuum* Proconſule, *ſed* ἧσαν pro Conſule, *quoties conſtructionis ratio illud admittit, nec vbique expungendus* Proconſul *cum Caſibus ſuis, quod librariorum quorundam conſilium videtur fuiſſe.* ¶ 2 *Iam igitur auctoritates adferemus, et propter perpetuam fere varietatem librorum vno loco proponemus veterum loca, vbicunque vel* Proconſul, *vel qui* pro Conſule *fuerit; aut aliquid geſſerit, memorantur. Videntur autem ſeptem fere genera hominum hac ratione deſignata eſſe.* I. *Illi, qui vulgo* Tribuni militum Conſulari poteſtate *vocantur, creati per diſſidia, illa cum plebeios Conſules plebs poſceret, negarent fas eſſe patricii.* Liu. 4, 7 *pr.* Anno trecenteſimo decimo, quam vrbs Roma condita erat, primum Tribuni militum pro Conſulibus magiſtratum ineunt A. Sempronius *etc. Et* 4, 41 M. Poſtumius Tribunus militum pro Conſule ad Veios fuerat. *Et* 4, 43 Copularent concordiam; Patres patiendo Tribunos militum pro Conſulibus fieri. II. *Quibus bellum gerendum conſulari* imperio *mandatum erat.* Liu. 8, 23 Vt cum Publilius Philo conſulatu abiſſet, pro Conſule rem gereret. *Sic* 10, 22 *extr.* Conſules creati Q. Fabius et P. Decius —— L. Volumnio (*qui Conſul adhuc fuerat*) prorogatum in annum imperium eſt. *De hoc deinde* c. 31 Samnitium legiones, cum partim Ap. Claudius Praetor, partim L. Volumnius pro Conſule (*al.* Proconſul) ſequeretur. *Et* 10, 18 Iam Volumnius — Lucanorum ſeditiones — per Q. Fabium Proconſulem (*al.* pro Conſule) miſſum eo cum veteri exercitu compreſſerat. Idem 23, 10 M. Marcello pro Conſule imperium eſſe Populus iuſſit. *Et* 26, 1 Prorogatum et M. Marcello, vt pro Conſule in Sicilia reliqua bella perficeret. Idem 38, 37 *pr.* Hieme ea, — ad Cn. Manlium, Conſulem primum, deinde pro Conſule, (*libri omnes MSS. Drakenborchio inſpecti* Proconſulem) hibernantem in Aſia, legationes — conueniebant. Idem 29, 13 De Hiſpaniae imperio, quos in eam prouinciam duos Proconſules mitti placeret, latum ad Populum eſt. Omnes tribus eosdem — Proconſules — obtinere eas prouincias iuſſerunt. *Hic MSS. quidam* Proconſules *plane omittunt.* Liu. 26, 18 *vbi de Hiſpaniae ſtatu poſt interfectos Scipiones Romae deliberatur,* Et exercitum augeri, et imperatorem mitti placebat — poſtremum eo decurſum eſt, vt Populus Proconſuli creando in Hiſpaniam comitia haberet. *Petit deinde hoc imperium et accipit P. Scipio XXIV annorum iuuenis priuatus. In hoc forte ſolo loco nihil varietatis adnotatum.* Cic. de Diu. 2, 76 c. 36 Quam multi anni ſunt, cum bella a Proconſulibus et Propraetoribus adminiſtrantur? qui auſpicia non habent. *Hic locus forte ad proximam claſſem referendus eſt.* Idem pro L. Manil. 62 c. 21 Quid tam inuſitatum, quam vt, cum duo Conſules clariſſimi fortiſſimique eſſent, eques Rom. ad bellum maximum formidoloſiſſimumque pro Conſule (*ſic certe melius ſcribitur, quam* Proconſule) mitteretur? miſſus eſt. Quo quidem tempore, cum eſſet non nemo in Senatu, qui diceret, non oportere mitti hominem priuatum pro Conſule: L. Philippus dixiſſe fertur, Non ſe illum ſua ſententia pro Conſule, ſed pro Conſulibus mittere. Aſcon. Pedian. ad Act. 1 in Verr. 45 c. 15 Pompeius autem pro Conſule de Hiſpania, Sertorio victo, nuper venerat. III. Proconſules *dicti, qui ex Conſulatu in vrbe geſto, ſed etiam ex Praetura non nunquam, vel ſtatim, vel interiecto aliquo tempore, Prouinciam maiorem Populi Romani regebant, atque adeo imperium ſimul et iurisdictionem exercebant. Talis fuit* Cicero *Ciliciae, qui proinde literis e prouincia ſcriptis ante quam* Imperator *dictus eſt, praeponit,* M. Tullius M. F. Cicero Proconſul, *vel* Procos. *vel* Proc. *Ad Ciceronem etiam cum Pompeio pertinet, quod eſt in SCto* Caeſari *commemorato* B. C. 1, 5 Dent operam Conſules, Praetores, Tribuni plebis, quique pro Conſulibus (*al.* Proconſulibus) ſunt ad vrbem, ne quid Reſp. detrimenti capiat. Cic. Verr. 3, 212 c. 91 C. Marcelle, te appello: Siciliae prouinciae, cum eſſes pro Conſule (*ſic Grut. Gron. Graeu. non* Proconſule) praefuiſti. *Sic* Cic. de Legib. 1 c. 20 Gellium cum pro Conſule ex Praetura in Graeciam veniſſet. Sall. Iug. 44 *pr.* Sed vbi in Africam venit (*Metellus*) exercitus ei traditur Sp. Albini Proconſulis: *quam lectionem neſcio an ſatis caute in* pro Conſule *mutauit Cortius: qui videri meretur etiam ad* Catil. 19, 1. *De hoc toto genere* Proconſulum *vid. Manut. ad* Cic. Fam. 1, 1 *quae inſcripta* Lentulo Procos. IV. *Interdum etiam multo maioris poteſtatis hoc nomen fuit. Certe ſic* Vellei. 2, 31, 2 A. Gabinius legem tulit, vt — Cn. Pompeius ad eos (*piratas*) opprimendos mitteretur, eſſetque ei imperium aequum in omnibus prouinciis cum Proconſulibus vsque ad quinquageſimum miliarium a mari: quo S. C. paene totius terrarum imperium vni viro deferebatur: ſed tamen idem hoc ante biennium in M. Antonii Praetura decretum erat *etc. Hoc eſt quod* M. Antonii infinitum imperium *vocat* Cicero in Verr. 2, 8 c. 3. *Conf.* Aſcon. *ad h. l. et* Lactant. Inſt. 1, 11, 32 *vbi fruſtra* Antonio Pompeium *ſubſtitutum eunt viri docti, moniti licet a Spanhemio diſſ. 12 p. 470 vbi ab hoc* Proconſulatu *pulchre deriuat* Proconſulatum *Auguſtorum et Caeſarum de quo deinde.* V. *Cum rerum potitus eſſet Auguſtus,* Prouincias validiores, *vt refert* Sueton. 47 et quas annuis magiſtratuum imperiis regi, nec facile nec tutum erat, ipſe ſuſcepit (*per* Legatos pro Praetoribus *regendas*) caeteras Proconſulibus ſortito permiſit: et tamen nonnullas commutauit interdum. *De diſcrimine harum prouinciarum, et qui eas regerent vid. Lipſ. ad* Tac. Ann. 1, 76 *ſ. Excurſu M. Tales ſunt, de quibus iſta* Plinii *maioris ponemus:* L. 2, 67 Q. Metello Celeri — tum Galliae Proconſuli Indos a rege Sueuorum dono datos. *Et* 7, 12 ſ. 10 Surae Proconſulis etiam rictum in loquendo. *Et* 9, 8 ſ. 8 Delphinus vnguento perunctus a Flauiano Proconſule Africae. *Et* 9, 30 ſ. 48 Non ſunt praetereunda et L. Lucullo Proconſule Baeticae comperta de Polypis. *It.* 19 Prooem. Quod etiam contigit C. Flauio Legato Vibii Priſci Proconſulis. *Et 14 extr.* Nouellius Torquatus ad Proconſulatum vsque e Praetura honoribus geſtis. *Apud* Plinium iuniorem *varietas quam ſupra memorauimus, obſeruatur. V. g.* 2, 11, 2 Marius Priſcus, accuſantibus Afris, quibus pro Conſule praefuit. *Sic Cort. al.* Proconſul. *Hic recte puto* pro Conſule *legi. Idem Cortius legit* 7, 16, 3 Hic nunc pro Conſule prouinciam Baeticam eſt petiturus: *malim cum reliquis* Proconſul. *Sed* 10, 57 *omnes habent*, Eos, qui pro Conſulibus hanc prouinciam obtinuerunt. *Denique* 10, 64, 4 Eſt enim adductus ad me in perpetuum relegatus Iulio pro Conſule. *Al.* a Iulio Baſſo Proconſule. *Et paullo poſt ſine varietate,* Interrogaui — an adiiſſet docuiſſetque Proconſulem? (Cort. *ad* Sall. p. 122) Auſon. . . . Huius ego et natum et generum pro Conſule vidi. De officio Proconſulis et Legati *ſunt tituli* Pandectarum 1, 16. *et* Cod. 1, 35. Proconſulem κατ᾽ ἐξοχὴν *de Africe Proconſule, ſine alio titulo addito in vtroque Codice dictum obſeruat Spanhem. Diſſ. 9 p. 115.* VI. *Ab illo* Proconſulatu *quem quarto loco memorauimus, Traianus et alii Imperatores occaſionem videntur arripuiſſe* Proconſules *ſe in numis vocandi, qua de re Spanhem.* Diſſ. 12, 9 p. 463 *ſqq.* VII. *Idem* l. c. p. 470 *obſeruat,* Proconſulem *peculiaris generis fuiſſe* Germanicum, *cum illi teſte* Tac. Ann. 2, 43 Decreto patrum permiſſae prouinciae, quae mari diuiduntur, maiusque imperium quoquo adiiſſet, quam his, qui ſorte aut miſſu Principis obtinerent: *qui quidem* Proconſulatus *ſimilis fuit ei, de quo loco quarto diximus, et ei poteſtati, quam* Tac. Ann. 15, 25 *Corbuloni permiſſam narrat.*

PROCONSVLĀTVS, ûs. m. [ἀνθυπάτεια] *Proconſulis dignitas.* Plin. Epiſt. 2, 12 Summotum a Proconſulatu; quia ſe in legatione turpiter geſſerat, de Proconſulibus iudicare? Plin. 35, 4 ſ. 5 Antiſtius Labeo Praetorius, etiam Proconſulatu prouinciae Narbonenſis functus.

PROCONSVLĀRIS, e. Adi. [ἀνθυπατικὸς] *Quod ad Proconſulem pertinet.* Gell. 5, 14 Quum prouinciam Africam Proconſulari imperio meus dominus obtineret. Ammian. 22, 9 Achaia proconſularis. Liu. 5, 2 Proconſularem imaginem *vocat tribunatum*

militum

militum conſulari poteſtate. Proconſularis dignitas, prouincia. *Vid.* Capitolin. in Pio c. 4. *et* Vero c. 4.

PROCONTOR, āri. Ab hoc procontanda diſcctis Symmach. 653. *al. aliter.*

PROCRAGO, procraxi, procraxiſſe, *et per ſyncopen* procraxe. *Palam aperuiſſe atque indicaſſe, et quaſi in publico garriiſſe. Verbum eſt e Graeco detortum κράζω, κραγῶ, κέκραγα, quod valet clamo, et vociferor.* Lucret. 5, 1158

Quippe vbi ſe multi per ſomnia ſaepe loquentes
Aut morbo delirantes procraxe ferantur:
Et celata diu in medium peccata dediſſe.

Quidam malunt legi, Protraxe, *vt habent plerique libri vulgati : ſed Lambinus cum Hermolao hoc aptius et ſignificantius eſſe contendunt. Adde quod in optimae notae aliquot manuſcriptis ita reperitur ſcriptum. Itaque retinuere poſt Lambinum omnes.*

PROCRASTĬNO, āre. [ἀναβάλλομαι] *Diem de die trahere, differre.* Cic. pro Roſc. Amer. 26 c. 9 Ac primo rem differre quotidie, ac procraſtinare iſti coeperunt : deinde aliquanto lentius nihil agere, atque deludere. Idem Verr. 2 c. 45 Res non procraſtinatur.

PROCRASTINATVS, a, um. Partic. Gell. 17, 10 Quae procraſtinata ſunt ab eo.

PROCRASTINATIO, ōnis. f. [ἀνάβλησις] *Dilatio.* Cic. Philipp. 6, 7 c. 3 Nam cum plerisque in rebus gerendis tarditas et procraſtinatio odioſa eſt, tum hoc bellum indiget celeritatis.

PROCREO, āre. [παιδοποιέω] *Liberos progignere.* Liu. 1, 3 *extr.* Proca deinde regnat : is Numitorem atque Amulium procreat. Cic. pro Roſc. Amer. 41 c. 14 Pater igitur amens, qui odiſſet eum ſine cauſa quem procrearat. Neque haec inter ſe congruere poſſunt, vt natura et procreari vellet, et diligi procreatos non curaret Cic. de Fin. 3 c. 19. Plaut. Rud. 5, 1, 4 Nam lenones ex gaudio credo eſſe procreatos, Ita omnes mortales ſi quid eſt mali lenoni, gaudent. Catull. 59

Num te leaena montibus Libyſſinis,
Aut Scylla latrans infima inguinum parte,
Tam mente dura procreauit ac tetra?

Sic enim ab initio ſui animatus, vt non magis me mea cauſa putarem eſſe natum, quam Reipubl. procreatum Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 20. Terra ex minutiſſimis ſeminibus tantos truncos ramosque procreat Cic. de Sen. c. 15. Idem Att. 2, 22 Quum diceret in ſumma ſe perfidiae et ſceleris infamia fore, ſi mihi periculum procrearetur ab eo, quem ipſe armaſſet, quem Plebeium fieri paſſus eſſet. *al.* Crederetur periculum. Vſum procreare Lucret. 4, 833. *Paſſiuum.* Varro de L. L. 8, 21 *extr.* Non in volucribus generatim ſeruatur analogia ? non ex aquilis, aquilae, atque ex turdis, qui procreantur, turdi, *etc.* Macrob. Saturn. 2, 13 Leges bonae ex malis moribus procreantur.

PROCREATIO, ōnis. f. Cic. Tuſc. 1, 31 c. 14 Quid procreatio liberorum ? quid propagatio nominis ? Diſſimilitudo locorum, nonne diſſimiles hominum procreationes habet ? Cic. de Diuinat. 2, 96 c. 46.

PROCREĀTOR, ōris. m. Cic. de Finib. 4, 17 c. 7 Vt ii, qui procreati eſſent, a procreatoribus amarentur. Idem de Vniuerſ. 23 c. 8 Animum igitur quum ille procreator mundi Deus ex ſua mente et voluntate genuiſſet.

PROCREATRIX, īcis. f. Cic. de Orat. 1, 9 c. 3 Neque enim te fugit laudandarum artium omnium procreatricem quandam, et quaſi parentem eam, quam φιλοσοφίαν Graeci vocant.

PROCRESCO, ĕre. Lucret. 2, 566 Et res progigni, et genitas procreſcere poſſe. Ibid. 546 Ex quatuor rebus omnia procreſcere. Lucret. 1, 715 Vnde queat vis immenſi procreſcere morbi Lucret. 6, 664.

PROCRIS, is *et* ĭdis. f. [Πρόκρις] Filia Iphidis, vxor Cephali, quum audiſſet a ruſtico quodam amare eum Auram, quam inuocare conſueuerat, ad ſiluas profecta eſt, et in frutetis latuit ad deprehendendum maritum cum pellice. Qui quum more ſolito Auram vocaret, Procris egredi cupiens, fruteta commouit. Sperans Cephalus feram, haſtam ineuitabilem iecit, et ignarus interemit vxorem. *Haec et plura* Seruius *enarrans illud* Virg. Aen. 6, 445 His Phaedram, Procrinque locis, moeſtamque Eriphylen. *Vid.* Ouid. Met. 7, 694 *vbi* Procrin *facit* Erechthei filiam, *et* Orithyiae ſororem. *Vnde et* Erechthis *vocatur. Huius quoque amore captus fuerat Minos, poſtquam illa laborantem ſanauerat. Vid.* Ouid. Remed. Amor. 453. *Omnium copioſiſſime, certe pleniſſime*, Hygin. Fab. 189. *et* Aſtron. 2, 35. *et vtroque loco Muncker.*

PROCRVSTES, ae. m. [Προκρούστης] *Celebris latro, habitans in ea parte Atticae, quae Curdalus dicitur. Viatores ad lectum, quem aſcendere cogebat, emenſus, longioribus partem ſupereminentem amputabat, et breuiorum pedes diſtendebat. De quo Plutarch. in Theſeo, et Diodor. 4, 5.* Immitem *vocat* Ouid. Met. 7, 438. Toruum Id. Epiſt. 2, 69. *Conf.* Sidon. Carm. 5, 477. *et Meurſ. Theſ. c. 7. Al. male quidem* Procuſtes.

PROCV̆BO, ui, ĭtum, āre. *Anteiacere, Obiacere, et ſic Protegere, vt habeat cognationem cum* Excubo. Virg. Georg. 3, 145 Muſcus vbi, et viridiſſima gramine ripa Speluncaeque tegant, et ſaxea procubet vmbra. Laſſus procubuit Ouid. Met. 3, 414. *Sed vſitatius eſt* PROCVMBO.

PROCVBĬTOR, ōris. m. *Qui noctu, cuſtodiae cauſa ante caſtra excubat.* Feſtus: Procubitores dicuntur fere velites, qui noctu cuſtodiae cauſa ante caſtra excubant, cum caſtra hoſtium in propinquo ſunt, vt M. Cato in eo, quem de re militari ſcripſit. Gloſſ. Vet. Procubitor, φρουρός. *De* Procubitoribus *vid. plura apud Stewech. in* Veget. 3, 8.

PROCV̄DO, di, ſum, ĕre. [ἐπικόπτω, ἐπικολάπτω] Prolatare, cudendo extenuare, *inquit* Seruius, ſeu probe cudere, exacuereue. Virg. Georg. 1, 261 — Durum procudit arator Vomeris obtuſi dentem. *Eſt et Producere, longiusque aut amplius efficere aliquid:* Ira procudit enſes Hor. Carm. 4, 15, 19. Ignes procudunt ignem Lucret. 2, 1112. *Al.* Producunt. Dolos procudere Plaut. Pſeud. 2, 2, 20. Cic. de Orat. 3, 119 c. 30 *extr.* Non enim ſolum acuenda nobis, neque procudenda lingua eſt, ſed onerandum complendumque pectus maximarum rerum, et plurimarum ſuauitate, copia, varietate. Prolem propagando procudere, *i. Procreare, producere.* Lucret. 5, 854. *Et* 848 Saecla propaganda procudere. Vitam procudito legendo aut ſcribendo ; i. e. Producito Varro *apud* Non. 2, 677. Voluptas proculditur viuendo Lucret. 3, 1094. Idem 5, 1263 — Quamuis in acuta et tenuia poſſe Mucronum duci faſtigia procudendo.

PROCVL. Adu. [ἄποθεν, πόῤῥω, εἰς μακρὰν] *Locum proprie ſignificat ſeparatum, et pro re nata longius propiusue remotum. Etymon fruſtra forte quaeritur in voce ſatis ſimplici.* Seruius *certe parum probabiliter ad* Aen. 3, 13 Procul, *ait*, eſt quaſi porro ab oculis. *Nec ſcio, an multo melius a* Procellendo *deriuet Voſſius in Etymol. Si vt a* facio facilis *eſt* facul, *(vt a* ſimilis ſimul*) poſſis putare a* Procio *i. promoveo eſſe* procilis *et* procul : *licet illud plane obſoleuerit. Redimus ad ſignificationem, quam vnicam habet eam, quam poſuimus. Neque enim audiendus* Seruius, *qui ad* Virg. Ecl. 6, 16. *et* Aen. 6, 10 *contrarium illi intellectum, nempe* prope *aſſignat : quem ſequitur* Gloſſ. Lat. Gr. *quod vno Spiritu ponit*, Procul ἐγγὺς καὶ μακρὰν καὶ πόῤῥωθεν. *Hoc commentum bene iam refutatum a Perizon. ad Sanct. Min. 1, 16, 7. Illud modo teneamus, totum hoc* procul *et* prope *eſſe relatiuum, vt poſſit eadem res diuerſo reſpectu vel* prope *eſſe vel* procul. *Satis eſt ad hoc, vt aliquid* procul *eſſe dicatur, ſi non ſit contiguum, aut ita prope, vt ſolet, vt optatur, vt efficax eſſe poſſit. Caeterum interdum non tam locum proprie dictum, quam tempus, et animi adeo aduerſionem ſ. applicationem remouet : quae omnia iam exemplis declarabuntur.* Plaut. Curc. 1, 2, 18 Amabo, cuia vox auribus ſonat procul ? Caeſ. B. G. 5, 46 Tum fumi incendiorum procul videbantur. Ter. Adel. 3, 3, 84 Sed quis illic eſt, quem procul video ? Idem Eun. 4, 7, 17 Vt tu illos procul hinc ex occulto caederes, facerent fugam. Idem Hec. 4, 3, 1 Quem cum iſtoc ſermonem habueris, procul hinc ſtans accepi, vxor. *Hoc* procul *non nimis remotum fuiſſe debet. Hoc ſignificat, ſe audiſſe, quod non ſibi dictum eſſet.* Ouid. Met. 2, 464 I procul hinc dixit, nec ſacros pollue fontes. Iuuen. Sat. 14, 45 Procul hinc, procul inde puellae Lenonum *etc.* Virg. Aen. 6, 258 Procul o procul eſte profani. Ouid. Faſt. 2, 623 Innocui veniant, procul hinc, procul impius eſto. Gratius 447 Procul hinc extorribus ire Praedico, praeſente Deo, praeſentibus aris, Quîs ſcelus aut manibus ſumtum, aut in pectore motum eſt. Stat. Silu. 3, 3, 13 Procul hinc, procul ite nocentes, Si cui corde nefas tacitum, feſſique Senectus Longa patris *etc.* Cic. in Catil. 2, 29 *de Dîs*, Qui iam non procul, vt quondam ſolebant, ab extero hoſte et longinquo, ſed hîc praeſentes ſuo numine, atque auxilio, ſua templa atque vrbis tecta defendunt. Abſcedere procul, *vid.* ABSCEDO. Salluſt. Iugurth. 85, 38 Caeterum homines ſuperbiſſimi procul Errant. *h. e. Vehementer falluntur, et longe a vero iudicio aberrant.* Ouid. Met. 2, 458 His quoque laudatis, procul Eſt ait, arbiter omnis. Procul Habeo irae et ſtudii cauſas Tacit. Ann. 1, 1, 6. *i. ab animo meo remoui.* Cic. Verr. 2, 48 Quia non poſſet negare ab illis pecuniam datam, non Quaeſiuit procul alicunde. Ter. Adelph. 3, 2, 50 Poſtremo, quando ego conſcia mihi ſum, a me culpam eſſe hanc procul. Ouid. Epiſt. 4, 75 Sint procul a nobis iuuenes, vt femina comti. Cic. de Lege Agr. 2, 87 Haec quae procul erant a conſpectu imperii, non ſolum affixerunt, ſed etiam, *etc.* Cic. pro Cluent. 2 Altera autem, quae procul a iudicio remota eſt, quae concionibus ſeditioſe concitatis accommodatior eſt, quam tranquillis moderatisque iudiciis. Procul a literis Quinctil. 7, 2. Caeleſtia procul eſſe a naturae cognitione Cic. Acad. 1, 15. Procul a patria Virg. Ecl. 10, 46. Plaut. Curc. 2, 2, 11 Hac noctu in ſomnis viſus ſum viderier procul ſedere longe a me Aeſculapium. Procul ab oſtentatione poſita res Quinctil. 1 prooem. De procul, *vid.* DE. Virg. Ecl. 6, 16 Serta procul tantum capiti delapſa iacebant. *Ad hoc* procul *minimum interuallum ſatis eſt.* Idem Aen. 3, 13 Terra procul vaſtis colitur Mauortia campis. *de Thracia certe mari diſiuncta. Eadem ratio* Aen. 5, 124. Id. Aen. 4, 278 Tali Cyllenius ore locutus Mortalis viſus medio ſermone reliquit, Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram. *Eo ipſo quod euanuit, remouit ſe, et ſubduxit oculis. Repetit hunc verſum de Apolline* Aen. 9, 658. ¶ 2 *De multorum ſaeculorum poſteritate remota vſurpatur a* Stat. Silu. 1, 6, 98 Quos ibīt procul hic dies per annos! Quam nullo facer exoleſcet aeuo. ¶ 3 *Praepoſitionem eſſe volunt, quae tum Accuſatiuum adſciſcat, tum Ablatiuum. De Accuſatiuo laudatur* Liuius 21, 7 Locus procul muros ſatis aequus agendis vineis fuit. *Sed apparet ſibilum, qui vocem ſatis incipit, adhaeſiſſe in quibusdam libris praecedenti* muro, *vt recte editum a Drakenborchio.* Curt. 5, 5, 5 *recte Freinshemius edidit*, Iamque haud procul vrbe erant, *vbi quidam* vrbem. Idem 4, 13, 35 *dedit*, Impedimenta ——— haud procul acie in edito colle conſtituit, *pro aliorum* aciem. *Ne Ablatiuum quidem proprium ac ſuum regere videtur : Sed eſt ille ab omiſſa Praepoſitione* a *vel* ab, *quam ſaepe exprimi, allata modo exempla docent. Sic et Voſſ. de Anal. 4, 22.* Tacit. Hiſt. 1, 54 Nec procul ſeditione aberant : *Praepoſitio in Verbo eſt.* Procul mari incolebant Liu. 38, 16 *extr.* Non procul Oceano habet Plin. 5, 9. *Ennius apud* Cic. Fam. 7, 6 Multi ſuam rem bene geſſere, et publicam patria procul. Haud procul Neapoli Plin. 9, 53. Ambitione procul Hor. Serm. 1, 6, 52. Procul diſcordibus armis Virg. Georg. 2, 459. Procul dubio, *i. Certe* Suet. Claud. c. 3. Columel. 1 praef. Nam illud procul vero eſt, quod plerique crediderunt, *etc.*

PROCV̆LA, *vid.* PROCVLVS.

PROCVLCO, āre. [καταπατέω] *Progrediendo, vel aliud agendo conculcare.* Columel. 2, 20 Nam dum a pecudibus legumina proculcantur, herbae etiam atteruntur vngulis, *etc.* Idem 2, 15 Tum pedibus lotis in modum farinae proculcant. Segetes creſcentes proculcat aper Ouid. Met. 8, 290. Virg. Aen. 12, 534 Crebro ſuper vngula pulſu Incita, nec domini memorum proculcat equorum. Fata proculcare, *Mortem non curare, ſpernere* Sen. Phoen. ſ. 1.

PROCVLCATIO, ōnis. f. Plin. 8, 18 Obturbata proculcatione aqua. Sen. de Tranquill. Anim. c. 11 Quod regnum, cui non parata ruina et proculcatio.

PROCVLCĀTOR, ōris. m. *In militia idem qui Procurſator.* Ammian. 27, 23 Inueniri poſſe aliam viam, praeter eam, quam inſpexere proculcatores.

PROCVLEIVS, i. m. *Vt ſcribit* Acron, Eques fuit Romanus, Auguſti amiciſſimus, qui pius ſic erga fratres ſuos Scipionem *et* Muraenam fuit, vt ſpoliatis bello ciuili patrimonium ſuum ex integro diuideret, quod cum eis iam ante diuiſerat. *Haec* Acron *apud* Hor. Carm. 2, 2, 5 Viuet extento Proculeius aeuo Notus in fratres animi paterni. *Huius meminit et Plutarchus in vita Antonii. Conf. Hard. ad* Plin. 7, 45. *et Burm. ad* Quinctil. 6, 3. *Cognomen fuiſſe* Cominiorum *tradit Spanhem. Num. diſſ. 6.*

PROCVLEIA *et* PROCVLINA, ae. f. *Mulierum nomina apud* Martial. 10, 41. *Et* 6, 22.

PROCVLIO, *ſ.* PROCVLĬNO, ārc. Paullus Feſti, proculiunt, promittunt. *Ipſe* Feſtus, Proculinat (*ſ.* proculinant) promittunt ait ſignificare Antiſtius de iure Pontificali libro nono.

PROCV̆LVS, i. m. [Πρόκλος.] *Cognomen eius*, qui natus ſit patre peregrinante a patria procul. Sunt qui credant Proculos ideo dictos, quia patribus ſenibus, quaſi procul progreſſis aetate, nati ſunt. Feſtus Paulli. *Hinc contracte* Proclus. Proculus, cum priſco tempore Virginiorum et Geganiorum praenomen fuiſſet, poſtea cognomen fuit Plautiorum. Auct. de nominibus ſub Val. Max. Quae olim praenomina fuerunt, nunc cognomina ſunt, vt Proculus. ¶ 2 *Etiam ſeminarum eſt*, *vt* Procula *adultera et meretrix* Iuuenal. 2, 68. *et* 3, 23.

PROCVMBO, cubui, cubĭtum, ĕre. [προσπίπτω, κατάκειμαι] *Proſterni*, *pronum iacere: quod proprie quidem de animalibus*, *per translationem vero etiam de aliis rebus dicitur*, *cum inclinantur vel iacent adeo.* Liu. 1, 7 Ipſum feſſum via procubuiſſe. Columel. 1, 6, 6 Lata bubilia eſſe oportebit pedes X, vel vt minimum IX. Quae menſura et ad procumbendum pecori, et iugario ad circumeundum laxa miniſteria praebeat. Soluti vino procubuere Virg. Aen. 9, 190. Laſſus ſtudio venandi procubuit Ouid. Met. 3, 413. In terram toto procumbere vultu Idem ibid. 14, 281. Terrae procumbere, *h. e. In terram* Ouid. Met. 2, 347. Pede offenſo Idem Faſt. 2, 720. Genu ſucciduo Ouid. Epiſt. 13, 24. Genu poſito ſuppliciter Idem Faſt. 2, 438. Genibus alicuius procumbere; *h. e. Ad genua* Ouid. Met. 13, 585. Procumbere ad genua, *vel* ad pedes alicuius Liu. 25, 7 *pr.* Ante pedes alicuius Ouid. Epiſt. 12, 186. Procumbere ad arborem Plin. 8, 16. Martial. 1, 56 (61) Quod ruet in tergum, vel quos procumbet in armos, Alta iuuencorum vulnera figet vbi? In genua procumbere Curt. 9, 5, 13. Procubuit lupa Virg. Aen. 8, 630. Culmus procumbit grauidis ariſtis Virg. Georg. 1, 111. Domus lapſa in domini procubuit caput Ouid. ex Pont. 1, 9, 14. Nemora omnia late procumbunt Lucan. 3, 395. Poplites procumbunt Lucret. 4, 950. Segetes procubuere imbribus Caeſ. B. G. 6, 42. Tectum thalami procumbit Ouid. Faſt. 4, 233. Tecta ſuper habitantes procubuere Quinctil. 2, 16. Turris procubuit pondere Virg. Aen. 9, 541. Procumbunt milites, *pro Cadunt* Caeſ. B. C. 2, 42. Procumbit humi bos Virg. Aen. 5, 481. Metu procubuere ferae Stat. Theb. 4, 142. Bello et armis procubuiſſe Valer. Argon. 4, 753. Certamine ſummo procumbunt Virg. Aen. 5, 198. Fatis procubuere pares Stat. Theb. 2, 642. Ictu ſaxi procumbit Sil. 8, 669. Manu noſtra procubuere Ouid. Met. 13, 262. Strage hac me vellem procubuiſſe Valer. Argon. 3, 271. Plin. 16, 36 *de arundinibus*, Omnibus vero folia a nodo orſa, complexu tenues per ambitum inducunt tunicas, atque a medio internodio, cum plurimum, deſinunt veſtire, procumbuntque. *h. e. In terram inclinantur.* Taxi procumbentes Lucan. 3, 419. Alfenus in l. ſi quando D. ſi ſeruit. vindicet. Si quando inter aedes binas paries eſſet, qui ita ventrem faceret, vt in vicini domum ſemipedem aut amplius procumberet: agi oportet, *etc.* *Metaph.* Sen. Epiſt. 18 Vt tunc voluptatibus ſolus abſtineat, cum in illas omnis turba procubuit.

PROCVPIDO, ĭnis. f. Monet etiam in nos procupido amoris Min. Felix c. 26, 11. *Sed* Meurſ. Ex qua manet in nos porro cupido amoris. *Herald.* Ex qua manare in nos procupidinem amoris.

PRŎCV̄RO, ārc. [ἐπιτροπεύω, ἐπιμελέομαι] *Adminiſtrationem alienarum rerum vel ſuarum gerere.* Cic. Fam. 12, 24 Is procurat rationes negotiaque Dionyſii noſtri. Idem Acad. 1, 29 Sapientiam perfectam, quem deum appellant, omniumque rerum, quae ſunt ei ſubiectae, quaſi prudentiam quandam, procurantem caeleſtia maxime, deinde in terris ea, quae pertinent ad homines. Procurare prouinciam Plin. 7, 16. ICtus l. 86 Dig. de acquir. et amitt. hered. Pannonius Auitus cum in Cilicia procuraret, *de praeſide Prouinciae.* ¶ 2 *Eſt etiam ſacrorum verbum et ſignificat prodigii alicuius cauſa rem ſacram facere.* Gell. 4, 6 Vt terram mouiſſe nuntiari ſolet, eaque res procuratur, ita — Eius rei cauſa S. C. factum eſt — Quod C. Iulius L. F. Pontifex nuntiauit, in ſacrario in regia haſtas Martias mouiſſe: de ea re ita cenſuerunt, vti M. Antonius Conſul hoſtiis maioribus Ioui et Marti procuraret, et caeteris DIs, quibus videretur placandis vti procuraſſet ſatis habendum cenſuerunt, *etc.* Cic. de Diuin. 2, 130 c. 63 Officium autem eſſe eius, praenoſcere dei erga homines mente qua ſint, quidque ſignificent, quemadmodumque ea procurentur, atque expientur. Fulgur procurare Suet. Galb. c. 4. *Vid. Brouckh. ad* Tibull. 1, 5, 13. Petron. c. 10. *Et Drakenb. ad* Sil. 8, 125. Minas caeleſtium hoſtiis Apul. Met. 9 p. 233. Sacra Nepos 2, 2 *extr.* Sacrificia Caeſ. B. G. 6, 12. Magna vis eſt in monſtris interpretandis ac procurandis, in Aruſpicum diſciplina Cic. de Diuin. 1, 3 c. 2. ¶ 3 *Simpliciter curare.* Plaut. Poen. prol. 29 Nutrices pueros, infantes minutulos domi procurent. Apul. Hunc enim equulum ſuum curioſe nimis procurantem inueni. Catull. 45, 15 Et me procuraui ocimoque, et vrtica. Varro de L. L. 4, 14 Aedilis, qui aedes ſacras et priuatas procuraret. Virg. Aen. 9, 158 Laeti bene geſtis corpora rebus Procurate viri. Stabulis procurans otia paſtor Sil. 6, 330. Procurare arbores, *Adhibita diligentia excolere*, *et prouidere*, *vt creſcant.* Cato de R. R. c. 43 Eodem modo caeteras arbores procurato. *Prima ſyllaba anceps eſt. Producitur apud* Virg. *et* Sil. *ſupra. corripitur apud* Tibull. 1, 5, 13 Ipſe procuraui, ne poſſent saeua nocere Somnia. *i. Expiaui.* *Add.* Ouid. Art. 1, 587 Procurator.

PROCVRATIO, ōnis. f. [ἐπιτροπή] Varr. de R. R. 1, 1 Adveneror Mineruam et Venerem, quarum vnius procuratio oleti, alterius hortorum. Alienorum Honorum mercenaria procuratio Sen. de Breu. Vit. c. 17. Negotii publici procuratio Cic. pro Sext. 66 c. 30. Vlpian. in l. quae omnia D. de procurat. Nec ferendus eſt procurator, qui ſibi Adſerit procurationem. Nam hoc ipſo ſuſpectus eſt, quod operam ſuam ingerit inuito: niſi forte purgare magis conuicium, quam procurationem exſequi maluerit. Cic. de Nat. Deor. 1, 3 Sunt philoſophi et fuerunt, qui omnino nullam habere cenſerent rerum humanarum procurationem deos. Cic. pro Roſc. Amer. 28 Qui poſtea, quam magiſtratus creauit, legesque conſtituit, ſua cuique procuratio auctoritasque eſt reſtituta. Suſcipere procurationem rei alicuius Vlpian. in l. ſi vero §. ſi filiofamilias D. mandati, vel contra. Cic. Verr. 5, 36 Mihi ſacrarum aedium procurationem, mihi totam vrbem tuendam eſſe commiſſam. Idem Acad. 1, 11 Dum me ambitio, dum honores, dum cauſae, dum Reipublicae non ſolum cura, ſed quaedam etiam procuratio multis officiis implicatum et conſtrictum tenebat, *etc.* *Expiatio:* Cic. de Diuin. 1, 101 c. 45 Atque etiam ſcriptum a multis eſt, quum terrae motus factus eſſet, vt ſue plena procuratio fieret. Cic. de Legib. 2, 34 Iam de aruſpicum religione, de expiationibus et procurationibus ſatis ſuperque in ipſa lege dictum puto.

PROCVRATIVNCVLA, ae. f. Dimin. Sen. Epiſt. 31 Omnia tranſiſti procuratiunculae pretio.

PRŎCVRATOR, ōris. m. [ἐπίτροπος, ἐπιμελητής, διοικητής, κηδεμών] *Late patet vis huius Nominis*, *quam complexus videtur* Vlpian. l. 1 π. De Procuratoribus (*totus ille titulus inſpiciendus erit omnia ſcire volenti*) Procurator eſt, qui aliena negotia mandatu domini adminiſtrat: *quin etiam iniuſſu* ſ. ſine mandatu, vt l. 35 *pr.* eod. *Talis videtur* Procurator Voluntarius Cic. Bruto 17 c. 4 Ego a te, huius voluntarius procurator, petam, quod ipſe, cui debes, te incommodo exacturum negat. *Talis videtur fuiſſe* Sex. Alphenus procurator P. Quinctii Cic. pro Quint. 27 c. 6. *Vid.* Cuiac. Obſſ. 10, 25. *Quam late pateat hoc nomen*, *declarat etiam locus* Cic. pro Caecin. 57 c. 20, *vbi ad verba legis*, VNDE TV AVT FAMILIA, AVT PROCVRATOR TVVS, *ita diſputat*, Homines — *ſic* loquuntur, — vt ſeruos — appellent vno familiae nomine; de liberis autem quisquis eſt, procuratoris nomine appelletur: non quo omnes ſint aut appellentur procuratores, qui negotii noſtri aliquid gerant: ſed — verba ſubtiliter exquiri omnia noluerunt —: non alia ratio iuris, vtrum me tuus procurator deiecerit is, qui legitime procurator dicitur, omnium rerum eius, qui in Italia non ſit, abſitue reip. cauſa, quaſi quidam paene dominus, hoc eſt alieni iuris vicarius: an tuus colonus, aut vicinus, aut cliens, aut libertus, aut quiuis, qui illam vim Deiectionemque tuo rogatu, aut tuo nomine fecerit. *Itaque priuatorum*, *mulierumque adeo etiam* Procuratores *ſunt:* Martial. 5, 62 Vxoris res agit, inquis, Iſte meae. Sane certus et aſper homo eſt, Procuratorem vultu qui praeferat ipſo, *etc.* *Nempe hic* procurator *ex eo genere*, *de quo* Ouid. Art. 1, 587 Inde Procurator nimium quoque multa procurat, Et ſibi mandatis plura videnda putat. Cic. Att. 4, 15 Mihi mehercule nihil videbatur eſſe, in quo tantulum intereſſet, vtrum per procuratores ageres, an per te ipſum. Lepidus ad Cic. Fam. 10, 30 A meis procuratoribus certior ſum factus. *Diuerſiſſimae igitur conditionis homines hoc nomine comprehenduntur: Non tantum eſt* Pothinus regni *Aegypti* procurator Caeſ. B. C. 3 *extr.* *Sed etiam* Villae Colum. 1, 6, 7; *Talis eſt*, *de quo* Cic. de Orat. 1, 249 c. 58 Mandare aliquid procuratori de agricultura, *quin partium villae*, *vt* Apum, Columel. 9, 9, 1 *et* 2. Auiarii, Varr. 3, 6, 3. ¶ 2 *Nobiliſſimum genus ſunt* Procuratores Caeſarum, *diuerſiſſimi ipſi quoque generis. Quidam*, *in minoribus praeſertim prouinciis*, *quae Praeſidem alium non haberent*, *cum imperio erant: Vid. Lipſ. ad* Tacit. Ann. 12, 60 *ſ. Excurſ. B. quem etiam adſcribunt* ad Sueton. Claud. 12. *Add. Salmaſ. ad* Spartian. Hadr. c. 13 *Bynkersh. Obſſ. Iur. Rom.* 2, 21. *Talis fuit* Pontius Pilatus, *de quo* Tacit. Ann. 15, 44 Auctor nominis eius Chriſtus, Tiberio imperante per procuratorem Pontium Pilatum ſupplicio affectus erat. *Tales dicuntur* Procuratores cum iure gladii. *Vid. Reineſ. ad* Inſcr. 1, 14. *Quidam*, *quam non haberent poteſtatem ſibi arrogabant.* Tacit. Ann. 4, 15 *cum accuſaretur* Procurator Aſiae, Lucilius Capito, *adſeuerat Tiberius*, Non ſe ius, niſi in ſeruitia et pecunias familiares dediſſe. Quod ſi vim Praetoris vſurpaſſet, manibusque militum vſus foret; ſpreta in eo mandata ſua, audirent ſocios. *Huius generis* Procuratores *ſunt*, *de quorum vel litibus vel concordia cum Legatis Aug. ſeu Praeſidibus Prouinciarum*, *vid.* Tac. Ann. 14, 38 ſq. *et* Agric. 9. *De his Guther. de Off. Dom. Aug.* 3, 33 ſqq. ¶ 3 *Non melius intelligentur diuerſa illa* Procuratorum *genera*, *quam ſi Catalogum eorum texamus*, *de quo eadem hic monita volumus*, *quae ſupra de* Praepoſitis *dicta ſunt. Addendum et hoc: Gruterianos Indices qui conferre voluerit meminerit*, *et n. V et n. VII* Procuratores *recenſeri. Memorantur igitur*, *ſimpliciter* Procuratores Auguſti, *v. g.* Reineſ. Inſcr. 6, 30 *et plures apud Gruterum.* ab Alimentis, *et* ad Alimenta, *Grut.* Alpium, Tacit. Hiſt. 3, 42. — Cottianarum, *Grut.* per Baeticam, *Idem.* Balnei, *Id.* Baphiorum, Not. Dig. Imp. ad Bona damnatorum, Grut. Bybl. ſ. Bibliothecae, *Id.* a Cenſibus accipiendis, *Id.* C. *i.* Centeſimae hereditatum, ſummi Choragii (Aug. Lib.) *Id.* Dromi factionis Venetae, *Vet. Inſcr. apud Turn.* 11, 11, *qui interpretatur*, Hippodromi. Ducenarius, Sueton. Claud. c. 24. Salmaſ. ad Capitolin. Pertin. 2. ab Ephemeride, *Grut.* ab Epiſtolis, *Id.* Fabrorum, *Id.* Familiae gladiatorum, *Id.* Fiſci Aſiatici, *Id.* Formis, Fundis, Caietae, *Id.* Gynaeciorum (*ſic leg. non* Cynegiorum *monet Labbeus*) Not. Dig. Imp. Hortorum Maianorum et Lamianorum, *Grut.* Kalendarii Tribuni plebis et Quaeſtoris vrbis, *apud* Gorium Monum. Liu. p. 163 ſq. *qui laudat Noriſ. ad Cenot. Piſan.* 1, 3. Laurento ad Elephantos *Grut.* Linificiorum Not. Dig. Imp. Ludi ſ. Ludorum, Tacit. Ann. 11, 35. — matutini, Reineſ. 1, 157. a Mandatis, *Grut.* Mauſolei, *Id.* Metall. Alboc. (*i.* Albocenſis *in Hiſpania Tarracon. Spanhem. de Vſu et Praeſt. num. Diſ.* 13 *p.* 631) *Grut.* Miniciae, *ſ.* Minuciae, *vid. ſ. l.* Monetae *ſ.* Monetarum, N. D. I. Ammian. Marcell. 28, 1. *conſ. Reineſ. ad* 6, 123. Operum publicorum, *Grut.* Ornamentorum, *Id.* a Patrimonio, *et* Patrimonii, *Grut.* Pecuniae Reg. Vrb. *Id.* a Pinacothecis, *Fabrett. Inſcr. p.* 724. Portus, *Grut.* ad Praedia Gallicana, *Id.* Praeguſtatorum, *Id.* Prouinciae Britanniae, *Reineſ.* 6, 128. Prouinciarum Lugd. *Reineſ.* 9, 60. *Tales plurimos dabunt Gruteriani Indices*, *et Taciti.* Procurator et Praeſes Prouinciae Sardiniae, *Grut.* p. 487, 9. a Rationibus, *Grut.* *Talis eſt* Petron. c. 30 Procurator rationes accipiebat in prima parte triclinii. *Vid. Gonſal.* — Aurariarum, *Grut.* — Prouinciarum, *Id.* Regionis Calabriae, Norici, *Grut.* a Regionibus vrbis, *vid. Gor. ad Monum. Liuiae p.* 84. Rei priuatae, N. D. I. Saltuum, N. D. I. ab Scaena theat. Imp. Domit. *Grut.* Tibicinum, *Idem.* Tractus Campaniae, Carthaginenſis, *Id.* Vectigaliorum, *et* Vectigalium, *Grut.* Viae Oſt. (Oſtienſis) et Camp. *Id.* XX, *i.* Viceſimae hered. *Grut.* — Vmbriae, *Id.* Villarum Tuſculanarum. *Grut.*

PROCVRATRIX, īcis. f. Cic. de Fin. 4, 17 c. 7 Sed quum ſapientiam totius hominis cuſtodem et procuratricem eſſe vellent, quae eſſet naturae comes, *etc.*

PROCVRATORIVS, a, um. Adi. Vlpian. in l. ſi quis quum procuratorio nomine condemnatus eſſet, heres exſtiterit domino litis, *etc.* D. de procuratoribus Caius in l. ſi quis in rem ſuam procuratorio nomine agat eod. tit. *Add.* l. 3 D. famil. herc. *et* l. 7 C. de procuratorib.

curatorib. Veterator quidam procuratorio nomine caput extulit Symmach. Ep. 5, 66. Exceptio procuratoria Pomponius in l. ad legatum D. de procuratoribus.

PROCVRRO, curri, curſum, ĕre. [προτρέχω] *Vltra, ſiue longe currere.* Columel. 6, 2, 9 Ex domitis bubus, valentiſſimum, eundemque placidiſſimum cum indomito iungimus, qui et procurrentem retrahat, et cunctantem producat. Caeſ. B. G. 5, 34 Quoties quaeque cohors procurrerat, ab ea parte magnus hoſtium numerus cadebat. Idem B. C. 3, 93. *Sic apud* Virg. Aen. 9, 690 Procurrere longius. Ad mortem Plin. Epiſt. 1, 22. Ad oras Lucret. 1, 968. In vias Liu. 4, 40. In publicum Idem 34, 2. In pugnam Colum. 7, 3. In aciem, *vid.* ACIES. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 7, 566. Procurrere *etiam dicuntur milites, quum extra ordines praeliantur; quod etiam ad oratorum excurſiones transfertur: vid. Burm. ad* Quinctil. 4, 3 p. 356. Vitae ſpatium pede inoffenſo Ouid. Triſt. 3, 4, 33. *al.* Decurrere. *Metaph.* Procurrere in Occidentem Columel. 6, 27, 7. *de monte.* *Sic* Ouid. Faſt. 4, 419 Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in aequor Trinacris, *etc. i. Protenditur.* In mare procurrit Apenninus Hor. Epod. 16, 29.

PROCVRRENS, entis. Partic. [προτρέχων] Procurrens ſinus inter duo maria Plin. 4, 11. Virg. Aen. 5, 204 Infelix ſaxis in procurrentibus haeſit. i. e. Praeminentibus, et veluti obuiam venientibus Seruius. Procurrens gurgite pontus Virg. Aen. 11, 624. Vnus ex multitudine procurrens Caeſ. B. G. 5, 43. Procurrens in longitudinem radix Plin. 18, 13.

PROCVRSVS, ûs. m. [προδρόμημα] Liu. 22, 41 *pr.* Tumultuario praelio, ac procurſu magis militum, quam ex praeparato, aut iuſſu imperatorum orto, haudquaquam par Poenis dimicatio fuit. Rapidus procurſus Virg. Aen. 12, 711. Magno procurſu agebat equos Stat. Theb. 9, 25. Faciles ſternit procurſibus herbas Idem ibid. 4, 787. *Et* Theb. 6, 847 Petit aequor vterque Procurſu medium. Procurſus anguloſus Plin. 5, 10. Lucret. 2, 454 *de rebus fluidis*, Et procurſus item in procliue volubilis exſtat. Aequoris infeſti procurſibus Auien. Perieg. 555. *Tralate.* Val. Max. 3, 2 *pr.* Initia procurſusque virtutis patefecimus.

PROCVRSIO, ōnis. f. [προδρομή] *Excurſio, vel digreſſio a cauſa.* Quinctil. 4, 3, 9 Non ſemper eſt neceſſaria poſt narrationem illa procurſio. *Vid.* Egredi, *pro Digredi, in* EGREDIOR. *Sed proprie* Quinctil. 11, 3, 126 *vbi de pedum geſtibus loquitur:* Varicare pedes ſupra modum, et in ſtando deforme eſt, et accedente motu prope obſcenum. Procurſio opportuna, breuis, moderata, rara: conuenit etiam et ambulatio quaedam propter immodicas laudationum moras: quamquam Cicero rarum inceſſum, neque ita longum probat. Diſcurſare vero ineptiſſimum, *etc.*

PROCVRSO, āre. Frequent. [ἐκτρέχω] Liu. 27, 2 Ibi per dies aliquot quum ab ſtationibus procurſaretur. Plin. 8, 5 Procurſantibus inter eos qui laceſſerent, non potuiſſe effici, *etc.*

PROCVRSĀTOR, ōris. m. *Velites, milites qui praelium laceſſunt.* Liu. 42, 64 Breue certamen leuis armaturae maxime cum procurſatoribus fuit.

PROCVRSATIO, ōnis. f. [ἐκδρομή] Liu. 28, 33 *pr.* A quibus vbi per procurſationem commiſſa pugna eſſet, *etc.* Idem 5, 19 Procurſationes multae temere inter murum et vallum fiebant. *Et* 22, 44 Hannibal dirigit aciem, laceſſitque Numidarum procurſatione hoſtes.

PROCVRSORIVS, a, um. Procurſorius index Ammian. 31, 9. *Valeſ.* praecurſorius.

PROCVRVVS, a, um. Adi. [πολυκαμπύλος] *Valde curuus.* Virg. Georg. 2, 421 Contra non vlla eſt oleis cultura, neque illae Procuruam exſpectant falcem. Litora Virg. Aen. 5, 765.

PROCVRVO, āre. Celſum procuruat Agyllea Tydeus Stat. Theb. 6, 852 *de gymnico certamine.* Tertull. S. Cypr. Geneſ. 1, 14 Pomiferique ſimul procuruant brachia rami.

PROCVS, *vid.* PROCO, as.

PROCVSTES, *vid.* PROCRVSTES.

PROCYMAEA, ae. f. [προκυμαία] *Moles oppoſita fluctibus.* Rufin. Lat. Ioſeph. Bell. Iud. 1, 17 Expleto ſpatio quod vnda celabat, in ducentos pedes murum dilatauit, ex quibus centum repellendis erant fluctibus, ante conſtructi, vnde procymaea dicebantur.

PROCЎON, ōnis. m. [Προκύων] *De hoc* Plin. 18, 28 ſ. 68 Aegypto — Procyon — quod ſidus apud Romanos non habet nomen, niſi Caniculam hanc velimus intelligi, hoc eſt, minorem canem, vt in aſtris pingitur. *Verum diſtinguit a* Canicula Columel. 11, 2, 52 Idib. Iuliis Procyon exoritur mane, et tempeſtatem ſignificat. Poſtea, *inquit*, VII Cal. Auguſti, Canicula apparet, eſtque caligo aeſtuoſa. *Nempe hic* Caniculam *ipſum* Sirium *videtur dicere.* Hor. Carm. 3, 29, 18 Iam Procyon furit, Et ſtella veſani Leonis. *Latinis etiam* Anticanis *dicitur* Cic. de Nat. Deor. 2, 114 Anticanis Procyon Graio qui nomine fertur.

PRODEAMBVLO, āre. [ἐκπεριπατέω] *Prodire deambulatum.* Ter. Adel. 5, 1, 4 Prodeambulare huc libitum eſt.

PRODEO, īui *vel* ii, itum, īre. [προέρχομαι, παρεῖμι] *Foras ire, in publicum.* *Ex* Pro, *et* Eo, is, D *interpoſita, vt in* prodeſt, prodeſſe: *antiqua illa productione, qua* PVCNANDOD *et ſimilia dicebant.* *Vid. Lit.* D n. 3. Ter. Eun. 5, 7, 4 Nunc id prodeo, vt conueniam Parmenonem. *i. Ob id exeo, vt, etc.* Plaut. Caſin. 2, 7, 12 Atque illi ad me prodeunt. Prodire ad colloquium Caeſ. B. G. 5, 26. E limine Tibull. 3, 3, 3. Ex portu Caeſ. B. C. 3, 7. Cic. Off. 1, 140 Cauendum eſt, praeſertim ſi ipſe aedifices, ne extra modum ſumtu et magnificentia prodeas. In Aciem, *vid.* ACIES. In Conſpectum alterius Ter. Phorm. 2, 4, 3. In Funus Varr. de R. R. 1, 69. Ter. Andr. 1, 1, 88. In Hoſtem Lucan. 7, 231. In Paſcua pecudes prodeunt Columel. 7, 10. In Praelium Caeſ. B. C. 3, 86. Cic. Verr. 1, 98 Prodeundi tibi in Publicum poteſtatem factam negas. *Add.* Id. Att. 8, 11. Cic. Off. 1, 129 In Scenam ſine ſubligaculo prodeat nemo. Nepos praef. 5. Intus prodire, *vid.* INTVS. Cic. Verr. 2, 65 Eiusmodi literas ad eos miſit, vt huic frequentes Obuiam prodirent. Obuium prodire reduci Ouid. Epiſt. 8, 97. *Procedere:* Virg. Aen. 6, 199 Illae tantum prodire volando, Quantum acie poſſent oculi ſeruare ſequentum. Inteſtinum prodit Scribon. 232. Infans prodit vtero matris Ouid. Faſt. 1, 33. Eſt quodam prodire tenus ſi non datur vltra Hor. Epiſt. 1, 1, 32. *Pompae muliebris verbum eſſe obſeruat Brouckh. ad* Tibull. 1, 10, 70. Prodinunt, *pro Prodeunt, vid.* INFRA. Prodītur, *Imperſ.* Cic. de Inuent. 1, 29 c. 20 Ne ab vltimo repetatur: ne ad extremum prodeatur: *in praeceptis narrationis.*

PRODĪCO, ĕre. *Ante dicere.* Varr. de L. L. 5, 7 Hinc illa, Indicit illum, indixit funus, prodixit diem, *etc. Al.* Praedixit. Liu. 3, 57 Tribunus ei diem prodixit. *Vid. viri docti ad h. l.* Tacit. Ann. 2, 79 Affuturum, vbi Praetor reo atque accuſatoribus diem prodixiſſet.

PRODICTVS, a, um. Partic. Cic. pro Domo 45 c. 17 Ne, niſi prodicta die quis accuſetur.

PRODICTIO, ōnis. f. *Quae ex* Feſto *affertur*, Proditio *eſt, de qua ſub* PRODO.

PRODICTĀTOR, ōris. m. [ἀντιδικτάτωρ] *Qui extraordinariam Dictaturam gerit.* Liu. 22, 8 Prodictatorem populus creauit Q. Fabium Maximum. *Plerique* MSS. Dictatorem, *quod minus mirum, ſi cogites, quae refert* Liu. 22, 31 Omnium prope annales Fabium Dictatorem aduerſus Hannibalem rem geſſiſſe tradunt. Caelius etiam eum primum a populo creatum Dictatorem ſcribit. Sed et Caelium et caeteros fugit, vni Conſuli C. Seruilio, qui tum procul in Gallia prouincia aberat, ius fuiſſe dicendi dictatoris: quam moram, quia exſpectare territa iam clade ciuitas non poterat, eo decurſum eſſe, vt a populo crearetur, qui pro Dictatore eſſet. Res inde geſtas, gloriamque inſignem ducis, et augentes titulum imaginis poſteros, vt qui pro Dictatore (*erat*) dictator diceretur.

PRODĪCVS, i. m. [Πρόδικος] *Philoſophus Cous, cuius de Hercule, conculcata voluptate virtutem colente fabulam ſeruauit Xenophon, et inde* Cic. Offic. 1, 118 c. 32. qui

PRODICIVS Hercules *inde ab ipſo Cicerone l. c. vocatur. Exornauit eam fabulam et ad Scipionem Africanum tranſtulit* Sil. 15, 20 ſqq. *vbi alios laudant Dauſqu. et Drakenb.* Quinctil. 9, 2, 36 Sed formas quoque fingimus ſaepe, vt famam Virgilius, vt voluptatem et Virtutem (quem ad modum a Xenophonte traditur) Prodicus.

PRODIGALIS, PRODIGALITAS, *vid. poſt* PRODIGO.

PRODIGIALIS, *etc. vid. infra.*

PRODĬGIVM, i. n. [τέρας, τερατόδευμα, τεράστιον] *quaſi* Prodicium, *vel* Porrodicium, *quod porro dicat, porro ſignificet, et aliquid futurum eſſe portendat.* Feſtus, Prodigia, quod praedicunt futura, permutatione G literae: nam quae nunc C appellatur, ab antiquis G vocabatur. *Scaliger a* prodigendo, *ſiue* porro agendo, *id eſt auerruncando, dictum cenſet* Nonius 5, 54 Prodigia, deorum minae, vel irae. Virg. Aen. 3, 365 Sola nouum dictuque nefas Harpyia Celaeno Prodigium canit. Cic. Verr. 4, 107 Etenim multa ſaepe prodigia, vim eius numenque declarant Cereris. Idem de Diuin. 1, 93 c. 42 Quia enim oſtendunt, portendunt, monſtrant, praedicunt, oſtenta, portenta, monſtra, prodigia dicuntur. *Eadem* de Nat. Deor. 2 c. 3. Heu prodigia ventris, *i. admiranda in cibis luxuria!* Plin. 19, 4 ſ. 19, 2. Prodigio ſimile Idem 12, 26. Haec non mirabilia ſunt, ſed prodigiis ſimilia Cic. pro Ligar. c. 4. Locus notus prodigio Ouid. Met. 6, 321. P. Clodius fatale portentum, prodigiumque Reip. Cic. in Piſon. 9 c. 4. Plin. Epiſt. 9, 17, 3 Cinaedos, ſtultos, moriones prodigia *vocat, ſeu vocari a Genitore ſuo amico, memorat: quae quidem vel maxime ad* Cinaedos *appellatio pertinere videtur.* Quinctil. 1, 10, 47 Sulpicius Gallus in exercitu L. Paulli de lunae defectione diſſeruit, ne velut prodigio diuinitus facto militum animi terrerentur. Laetum, *vid.* LAETVS. Miſerabile diuûm Stat. Theb. 11, 454. Prodigiis acti caeleſtibus oſſa piabunt Virg. Aen. 6, 379. Plin. 10, 18 *de Pico Martio*, Reſpondere vates, exitium imperio portendi ſi dimitteretur: at ſi exanimaretur, Praetori. Et ille auem protinus concerpſit, nec multo poſt impleuit prodigium. *i. Mortuus eſt.* Quinctil. 7 Pr. 2 Si quam in corporibus noſtris aliorumue animalium partem permutes atque transferas, liceat habeat eadem omnia, prodigium ſit tamen. Idem 8 Pr. *extr.* Orationem *laudat* admirabilem, non ſic quomodo prodigia miramur.

PRODIGIĀTOR, ōris. m. [τερατοσκόπος] *Qui ex prodigio futura praenuntiat.* Feſtus, Prodigiatores, aruſpices, prodigiorum interpretes. *Vid. Buleng. de Sortibus c. 5.*

PRODIGIŌSVS, a, um. Adi. [τερατώδης, τερατουργὸς] *Quod prodigium facit, vel quod praeter naturam eſt et conſuetudinem.* Aſtra prodigioſa Stat. Theb. 3, 523. Corpora Quinctil. 1, 1. Defectus ſolis prodigioſi et longiores Plin. 2, 30. Honor Claud. in praefat. lib. 2 in Eutrop. 12. Mendacia veterum vatum Ouid. Amor. 3, 6, 17. *Compar.* Treb. Poll. Tyran. c. 31 Studioſe in medio feminas poſui ad ludibrium Gallieni, quo nihil prodigioſius paſſa eſt Reſpublica Romana. Partus aliquando ſinguli, quod prodigioſum putant, *de canibus* Plin. 10, 63.

PRODIGIŌSE. Adu. [τερατωδῶς] *Praeter naturam vel morem.* Plin. 11, 37 ſ. 80 Lien cum iecinore locum aliquando permutat, ſed prodigioſe. Plin. 30, 11 Bubonis certe oculorum cinerem inter ea quibus prodigioſe vitam ludificantur, acceperim. Quid fieri prodigioſius potuit Saluian. de Gub. 7 p. 281.

PRODIGIĀLIS, e. Adi. [τεράστιος] *Late admodum patens nomen. v. g.* Plaut. Amph. 2, 2, 107 Sed mulier poſtquam experrecta es, prodigiali Ioui aut mola ſalſa hodie, aut ture comprecatum oportuit, *i. prodigia mittenti et in bonum vertenti.* Rubens prodigiale cometes, *h. e. Prodigialiter; Nomen pro Aduerbio* Claud. de Rapt. Proſ. 1, 232. Caput prodigiale Claud. Rufin. 2, 434. Daemone prodigiali diſtentus Paullin. Nol. Natal. Felic. 8, 308. Rerum prodigialium gnari Ammian. 25, 32. Signa prodigialia Prudent. Hamart. 467.

PRODIGIALĪTER. Adu. [τεραστικῶς] *Idem quod Prodigioſe.* Columel. 3, 3 Nam illa videntur prodigialiter in noſtris Ceretanis accidiſſe. *Add.* Arnob. 1 p. 10. Variare rem vnam prodigialiter Hor. in Arte Poët. 29 *ad miraculum vsque.*

PRODĬGO, ēgi, ĕre. [σπαθάω, ἀσωτεύομαι] *Conſumere, vltra modum erogare: compoſitum ex* Pro, *et* Ago, *vt ſit idem fere, quod abigere, domo exigere, quod faciunt ii, quos* prodigos *vocamus, qui Plutum domo exigant. Vid.* n. 2. Plaut. Aul. 2, 9, 10 Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat, niſi peperceris. Salluſt. Fragm. 1, 5 Niſi aliena bene parta prodegerint. Gell. 15, 5 Profligare *per* prodigere et deperdere *explicat.* *In meliorem partem vtitur* Claud. Mamert. *apud* Sidon. Epiſt. 4, 2 Tuas opes in vſus inopum prodigis. *Paſſiue.* Lactant. 6, 11 Leuiſſimorum hominum patrimonia in res ſuperuacuas prodiguntur. Modeſtinus in l. plebiſcito D. de offic. Praeſid. Plebiſcito continetur, vt ne quis praeſidum munus donumue caperet, niſi eſculentum potulentumue, quod intra dies proximos prodigatur. *i. Conſumatur.* ¶ 2 *Proprie hoc verbo vſus* Varro de R. R. 2, 4, 8 Admiſſuras quum faciunt, prodigunt in lutoſos limites. *de ſuibus.* Idem 3, 9, 14 Prodigendi in ſolem et ſterquilinium, vt ſe volutare

volutare poſſint, quod ita alibiliores fiunt: *de gallinis.* *Sic* 2, 7, 11 Prodigunt pullos equorum in pabulum.

PRODIGENS, entis. Part. Aur. Vict. de Caeſ. c. 40 Pecuniam conferre prodigenti.

PRODACTVS, a, um. Adi. Tertull. de Anima c. 48. Idem de Pudicit. c. 8.

PRODĬGVS, a, um. Adi. [ἄσωτος, ἀκόλαστος, χάος] *Qui bona ſua prodigit, profuſus.* Cic. Off. 2, 55 c. 16 Omnino duo genera ſunt largorum: quorum alteri prodigi dicuntur, alteri liberales. Prodigi, qui epulis et viſcerationibus, et gladiatorum muneribus, ludorum, venationumque apparatu, pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut nullam omnino ſunt relicturi. Plaut. Moſtell. 4, 1, 19 Prodigus ſui peculii. Suae alienaeque et fortunae et pudicitiae prodigus Paterc. 2, 48, 3. Alieni prodigi, contemtores ſui Tacit. Germ. c. 32. *In bonam partem* Hor. Carm. 1, 12, 38

Animaeque magnae
Prodigum Paullum ſuperante Poeno
Gratus inſigni referam camoena
Fabriciumque.

Acron *recte interpretatur* Contemtorem vitae. *Conf.* Ouid. Am. 3, 9, 64. *Drakenb. ad* Sil. 1, 225. *Add. mox* Sanguinis, *it.* Pectora vitae prodiga. Homo largitor et prodigus Cic. in Catil. 4, 10 c. 5. Aeris prodigus Hor. in Arte Poët. 164. Animae prodigus *modo adſuit.* Auri prodigus Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 151. Lucri neglecti Idem de Bell. Get. 608. Nocendi Stat. Theb. 6, 767. Rerum prodiga luxuries Lucan. 4, 473. Sanguinis atque animae Ouid. Amor. 3, 9, 64. Prodigus re aliqua Plin. 9, 17. Cic. ad Brut. 15 Quod in honoribus decernendis eſſem nimius, et tanquam prodigus. Fides prodiga arcani Hor. Carm. 1, 18, 16. Locus prodigus multae herbae Idem Epiſt. 1, 7, 42. Mens prodiga Plin. 36, 15. Odor Idem 13, 3. Pectora prodiga vitae Stat. Theb. 3, 69. Tellus prodiga diuitias et alimenta ſuggerit Ouid. Met. 15, 81.

PRODĬGE. Adu. [ἀσώτως] *Effuſe.* Cic. Philipp. 11, 13 c. 6 Sed non poſſunt non prodige viuere, qui noſtra bona ſperant, quum effundunt ſua. Sen. Epiſt. 88 Homini homine non eſt prodige vtendum.

PRODIGĪTAS, ātis. f. *Antiquum.* [ἀσωτία] *Profuſio.* Lucil. Sat. 6 Nequitia occupat, hoc petulantia, prodigitaſque. *Ex* Non. 2, 695.

PRODIGENTIA, ae. f. [ἀκολασία] Tacit. Ann. 13, 1, 4 Cuius abditis adhuc vitiis per auaritiam ac prodigentiam mire congruebat. *Conf.* Idem Ann. 15, 37, 1. *et* 6, 14, 1.

PRODIGVVS, a, um. Adi. *Vnde et* Prodiguae hoſtiae vocantur, vt ait Veranius, quae conſumuntur: vnde homines quoque luxurioſi, prodigi. Feſtus.

PRODĬGALIS, e. Adi. *pro* Prodigus, *nondum habet auctorem.*

PRODIGALĬTAS, ātis. f. Porc. Latro Decl. in Catil. Summum pecuniae deſiderium, ſumma ſimul prodigalitas.

PRODĪNVNT, Prodeunt, vt Ennius Annal. 3 Prodinunt famuli, tum candida lumina lucent.

PRODITIO, *vid.* PRODO.

PRODIVS, [ἐγγύτερον] dictum eſt Interius, longius, *inquit* Non. 1, 231 A prodeundo, quaſi porro eundo. Varro Virgula diuina, Primum venit in vrbem, atque intra muros, deinde accedit prodius, atque introit domum. i. e. Intra priuatos muros.

PRODO, dĭdi, dĭtum, ĕre. [προΐεμαι, προδίδωμι] Porro dare, *ait* Seruius *ad illud* Virg. Aen. 1, 252 Nauibus, infandum, amiſſis vnius ob iram Prodimur, atque Italis longe disiungimur oris. *Se ipſum interpretatur* Virgilius, *quum ait,* Longe disiungimur oris. *Eſt ergo* prodere *contrarium verbi* ſeruare. *Sic* Lucret. 2, 932 Oriri Poſſe ex non ſenſu ſenſus mutabilitate Ante aliqua tanquam partum, quam proditur extra. *Igitur dixit* Lucretius, Partum extra prodi. *Sic* MS. Ouid. Met. 5, 517 Prodita partu, *al.* Edita. Lucret. 6, 835 Et conamen vtrinque alarum proditur omne, *i. fruſtra impenditur, vt ea quae proiiciuntur.* *Metaph.* Virg. Aen. 4, 431 Non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro, *i. quod dimiſit, neglexit.* Cic. Acad. 4, 133 Scelus enim dicebas eſſe, Luculle, dogma prodere. *i. dimittere, non ſeruare ac tueri.* *Sic* Fidem prodere *eſt non ſeruare* Salluſt. Catil. 25. *Conf. Heinſ. ad* Ouid. Faſt. 2, 454. *Et* Legem prodere l. 2 ff. Ad L. Iul. de adulter. *non ex ea agere.* Officium prodere aut fidem Cic. Acad. 4, 23 *non ſeruare.* ¶ 2 *Quae intus non ſeruantur, ſed dantur foras, ea in conſpectum aliorum veniunt. Eſt ergo* Prodere *etiam indicare, patefacere.* Virg. Aen. 2, 127 Prodere voce ſua quemquam, aut opponere morti. Ter. Heaut. 4, 3, 29 Tu quidem illum plane prodis. *al.* perdis. *Sententia eadem* Cic. Tuſc. 2, 32 An coli iuſtitia poterit ab homine propter vim doloris enuntiante commiſſa, prodente conſcios, multa officia relinquente? Furor proditur vultu Senec. Hippol. ſ. 363. Indicio ſuo proditur Ouid. Epiſt. 11, 72. Inſidias prodere Idem Met. 13, 106. Quinctil. 4, 2, 89 *de cautione circa ea, quae finguntur,* Nam quae tota extra rem petita ſunt, licentiam mentiendi produnt. Otio prodimur Plin. Paneg. 82. Artes ſuas prodere Ouid. Rem. Amor. 11. Prodere interregem, *eſt nominare, renuntiare* Liu. 6, 41. *add.* Id. 5, 31. *Sic,* Prodere flaminem, *apud* Cic. pro Milon. 27 c. 10. *et* 46 c. 17. Pompon. in l. 2 D. de orig. iuris, Itaque Dictatores proditi ſunt. ¶ 3 *Cum quae produntur non ſeruentur, ſaepe* Prodere *idem eſt, quod periculo obiicere.* *Proprie* Sen. Oedip. 43 Sonipes Concidit, dominumque prono Prodidit armo, *proiecit, et ita obiecit periculo.* Sil. 17, 138 Corruit aſper equus, confixaque cuſpide membra Huc illuc iactans rectorem prodidit hoſti. Idem 5, 570 Vani frigentem in Marte ſenectam Prodebant ictus, *i. deſtituebant, et exponebant periculo ab hoſte.* *Et* 15, 712 Occubuit clipei transfixo proditus aere. *Et* 16, 433 Proditus auriga elapſo flagello *vt non poſſet amplius incitare equos.* Caeſ. Bell. Gall. 4, 25 Deſilite milites, niſi vultis aquilam hoſtibus prodere, *i. relinquere. Vox ſigniferi ſe ex naue deiicientis, et aquilam ferentis in hoſtes.* Virg. Aen. 12, 40 *Latinus ad Turnum,* Ad mortem ſi te prodiderim, *i. permittam, vt congrediaris cum Aenea.* Plin. 10, 22 Per id tempus canum ſilentio proditis rebus *Capitolio in periculum adducto.* Iuſtin. 19, 3 Ne — inter hoſtium exercitus relictos morte ſua proderet, *deſtitueret in periculo.* Idem 12, 6 *rogat exercitus Alexandrum,* Ne ita vnius *Cliti* mortem doleat, vt vniuerſos prodat. Liu. 2, 36. Publica prodendo tua nequidquam ſerues. *Vides prodere eſſe contrarium τῷ* Seruare. *Sic* Cic. de Diuin. 2 c. 16 Vrbem proditis, dum caſtella defenditis. Ter. Heaut. 3, 1, 69 Prius proditurum te tuam vitam, et prius Pecuniam omnem, quam abs te amittas filium. Idem Adelph. 4, 5, 58 Prodidiſti et te, et illam miſeram, et gnatum. Ter. Hec. 4, 4, 50 Eho an non alemus Pamphile? prodemus quaeſo potius? Donatus, Deſeremus, proiiciemus, porro dabimus. Amici partim me deſeruerunt, partim prodiderunt Cic. Q. Frat. 1, 3. ¶ 4 Prodere *eſt* Proferre, prolatare, differre, *interprete* Donato Ter. Andr. 2, 1, 13 Credo impetrabo, vt aliquot ſaltem nuptiis prodat dies. *Sic etiam Bentl.* Lucil. Sat. 5 *apud* Non. 4, 350 Poſſiſne elabi, an prodenda dies. *Add.* Cic. pro Domo 45. Prodidiſſe, non ſolum dicitur in illis, qui patriam hoſtibus prodiderunt, ſed etiam Tempus longius feciſſe: Cato, Te C. Caecili diem prodidiſſe militibus legionis tertiae, quum proditionem non haberent Feſtus. *Vltimum verbum in* haberes *mutat Scal.* ¶ 5 *Ex illa generali ſignificatione, e pro et dare ducta,* Prodere *eſt etiam Propagare.* Virg. Aen. 4, 230 Italiam regeret, genus alto a ſanguine Teucri Proderet. Cic. Verr. 5, 36 Imagines ad memoriam, poſteritatemque prodendam. Regnum a Tantalo proditum Idem Off. 3 c. 21. Non accipere modo haec a maioribus voluerunt, ſed etiam poſteris prodere. Poſteris rem a patribus acceptam Cic. pro Milon. c. 30. Idem in Somn. Scip. 16 Si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes vniuſcuiuſque noſtrûm a patribus acceptas poſteris prodere, tamen, *etc.* Exemplum prodere, *i. edere quod ad poſteros pertineat* Liu. 1, 11 *extr.* Tac. Hiſt. 1, 3. *Sic* Cic. pro Flacco 24 c. 11 Ne periculoſam imitationem exempli reliquis in poſterum proderetis. Cic. Verr. 5 c. 14 Ius imaginis ad memoriam poſteritatemque prodendae. *Sic et* pro Rabir. Poſt. 7. Prodere, *pro Scribere et componere, quod poſteri legant, quaſi dare poſteris.* Plin. 6, 23 Regnabat ibi quum haec proderem, Celebrotas. Cic. pro Arch. 15 Quaeret quiſpiam, Quid illi ipſi ſummi viri, quorum virtutes Literis proditae ſunt, iſtane doctrina, quam tu effers laudibus, eruditi fuerunt? Cic. pro Milon. 8 c. 3 Itaque hoc Iudices, non ſine cauſa fictis fabulis doctiſſimi homines Memoriae prodiderunt. Sermonem memoriae Cic. de Orat. 3, 14. Prodidit memoria Columel. 1, 4. Caeſ. Bell. Gall. 1, 17 Ne committeret, vt is locus, vbi conſtitiſſent, ex calamitate Pop. Romani, et internecione exercitus nomen caperet, aut Memoriam proderet. *i. Ad poſteros transmitteret, vt perpetua eſſet memoria.* Cic. Off. 2, 63 Danda opera eſt, vt his beneficiis quam plurimos afficiamus, quorum Memoria liberis poſteriſque prodatur. Cic. de Legib. 1, 62 Factaque et conſulta fortium et ſapientum cum improborum ignominia ſempiternis Monumentis prodere. Prodit fama, *pro Refert* Celſ. 2, 6. Cic. Off. 3, 97 Vtile videbatur Vlyſſi, vt quidam Poëtae Tragici prodiderunt. Produnt vix quinto anno reuerti negotiatores, *ſubaud. Auctores* Plin. 12, 19. Proditur, *Imperſ.* Plin. 8 c. vlt. Iam quaedam animalia indigenis innoxia, aduenas interimunt: ſicut ſerpentes parui in Tyrinthe, quos terra naſci proditur. Cic. Verr. 1, 47 c. 18 Quum in ea ipſa loca veniſti, potuiſti accipere id, quod eſt proditum memoriae ac literis. Caeſ. Bell. Gall. 5, 12 Quos natos in inſula ipſi memoria proditum dicunt. ¶ 6 *Hoc verbum ſpeciatim adhibetur de his, qui perfidia quadam hoſtibus tradunt quae ſeruare debebant. Vt* Sall. . . . Prodere arcem hoſtibus. Cic. in Piſon. 56 Caput et ſalutem alicuius mercede prodere. Idem in Verr. 5, 105 Claſſem praedonibus. Patriam et Parentes Lucret. 3, 86 *quamquam hic locus ad metum potius quam ad perfidiam pertinet.* Patriam Cic. de Fin. 3, 32. Salutem viri Eriphyla prodidit Idem Verr. 4, 39.

PRODĬTVS, a, um. Partic. [προδεδομένος, πρόδοτος] Cic. Att. 3, 5 Quandoquidem ego proditus, inductus, coniectus in fraudem, omnia mea praeſidia neglexi. A ſocio proditus Ouid. Met. 13, 66. Proditus et proiectus Caeſ. B. C. 1, 30. Cauſa prodita Martial. 8, 17. Conſul proditus ac nudatus Cic. Verr. Act. 1, 11. Liu. 26, 12 Se et praeſidium in omnes Cruciatus proditos. Cic. pro Domo 45 Quarta ſit accuſatio trinum nundinum, prodita die, qua die iudicium ſit futurum. h. e. Edita, declarata. Imago ad memoriam poſteritatis prodita Cic. pro Rabir. Poſt. c. 7. Ira prodita turbato vultu Lucan. 3, 356. *i. Manifeſtata.* Proditio nobis prodita eſt, et prodita a duce, quaerimus proditorem Quinctil. 7, 2. Vox prodita Valer. Argon. 5, 523. Proditus, *Foras editus, et prolatus:* Lucret. 3, 603 Quid dubitas tandem quin extra prodita corpus, Imbecilla foras, *etc. de anima.*

PRODĬTOR, ōris. m. [προδότης] *Qui prodit vel prodidit.* Cic. de Finib. 3, 64 Nec magis vituperandus eſt proditor patriae, quam communis vtilitatis aut ſalutis deſertor. Ouid. Amor. 2, 8, 26 Et veniam culpae proditor ipſe meae. Cic. Fam. 12, 3 Sed tamen ea dixit de conſeruatoribus patriae, quae dici deberent de proditoribus. *Conf.* Id. pro Milon. c. 30. Proditor aut deſertor ſalutis meae Cic. poſt redit. ad Quir. 13 c. 5. Sil. 16, 620 Septem denudas proditor arces, *i. deſtituis, vt hoſtis facilius poſſit capere: de Scipione in Africam parante traiicere, cum Annibal eſſet in Italia.* Quinctil. 12, 9, 15 Neque enim ſolum negligentis, ſed et mali, et in ſuſcepta cauſa perfidi ac proditoris eſt, peius agere quam poſſit. Riſus proditor puellae latentis ab angulo Hor. Carm. 1, 9 *extr.* Initio proditor, deinde perfuga Cic. pro Roſc. Amer. 17. Occultus proditor Claud. in Conſ. Stil. 1, 113. Induere proditorem Tacit. Ann. 16, 28. Hilaſius de Signis caeleſt. in Catal. Proditor eſt Helles, eſt portitor Europaï, *i. Aries et Taurus.* *Sic Gron. Obſſ. 3, 20 p. 616.*

PRODĬTRIX, īcis. f. Lactant. 1, 10 Bacchus patris proditricem, fratris interemtricem in coniugium ſibi vindicauit. Fama proditrix Prudent. Periſt. 1, 11.

PRODITIO, ōnis. f. [προδοσία] Liu. 4, 30 Quum ab Tribunis parari COSS. vnius ex collegio proditione excepiſſent, *etc.* Quinctil. 7, 1, 42 Qui reo proditionis patri non adfuerit exheres ſit. Proditionis damnatus cum aduocato exulet. Arcanorum proditio Plin. 7, 45 *fin.* Proditiones amicitiarum et Rerumpubl. Cic. Acad. 4, 27. Inſida proditio Ouid. de Arte Am. 3, 578. Potens proditione Idem Met. 8, 56. Merces proditionis Lucan. 4, 221. Falſa ſub proditione aliquem neci demittere Virg. Aen. 2, 83. Multorum in nos perfidiam, inſidias, proditionem notabis Cic. Fam. 5, 12. ¶ 2 Proditio, *i. prolatio diei Catonis eſt apud Feſtum in* Prodidiſſe, *vt paullo ante obſeruauimus.*

PRODŎCEO, ui, ēre. *Foris, palam, et publice docere. Pro enim in compoſitione ſaepe idem valet, quod Foris, ſeu foras et palam.* Hor. Epiſt. 1, 1, 55

O ciues, ciues; quaerenda pecunia primum eſt,
Virtus poſt nummos: haec Ianus ſummus ab imo
Prodocet: haec recinunt iuuenes dictata ſeneſque, *etc.*

Al. Perdocet. *Sed recte* Prodocet *Lambin. Bentl.*

PRODRŎ-

PRODRŎMVS, i. m. [πρόδρομος] *Latine Praecurſor dicitur.* Cic. Att. 1, 12 Nam mihi Pompeiani prodromi nuntiant aperte Pompeium acturum. Eidem 16, 6 *pr.* Ego adhuc (perueni enim Vibonem ad Sicam) magis commode, quam ſtrenue nauigaui: remis enim magnam partem, prodromi nulli. *Manutius hunc locum de* prodromis *Aquilonibus putat intelligendum, qui octo ferme diebus exortum Caniculae antecedunt.* Columel. 11, 2, 51 Sexto Idus Iulias prodromi ſlare incipiunt. *Vid.* Plin. 2, 47. *et* 18, 28. Ficus et praecoces habet, quas Athenis prodromos vocant Plin. 16, 26 ſ. 49 f.

PRODVCO, xi, ctum, ĕre. [τείνω, ἐκτείνω, ἀποτείνω] *Primo eſt in longum ducere, prolongare. Et tam de tempore, quam de corporeis rebus dicitur.* Cic. de Senect. 46 c. 14 Conuiuiumque vicinorum quotidie compleo, quod ad multam noctem, quam maxime poſſumus, vario ſermone producimus. Animam producere, *i. Longius viuere* Lucan. 4, 796. Coenam Hor. Serm. 1, 5, 70. Diem Ter. Adelph. 4, 2, 52. Nudus et hibernae producis Frigora brumae Tibull. 1, 4, 5. Ignem longius produxit ſubita vis venti Paullus in l. Qui occidit in fine D. ad leg. Aquil. Lectum Varr. de L. L. 8, 4. Moram alicui malo producere, Differre, protendere, prolatare, *inquit* Donatus: Ter. Andr. 3, 5, 9. Noctem vino Martial. 2, 89. Pelles dentibus producere, *Extendere* Idem 9, 77. Rem producere, *Differre* Caeſ. B. C. 1, 83. Cic. de Clar. Orat. 251 Tamen incurro in memoriam communium miſeriarum, quarum obliuionem quaerens, hunc ipſum Sermonem produxi longius. Sermonem in multam noctem Cic. in Somn. Scip. 1. Spem vitae Tacit. Ann. 12, 8. Cic. de Senect. 60 Marcum quidem Valerium Coruinum accepimus ad centeſimum annum Vitam produxiſſe. ¶ 2 *Deinde, foras ſ. extra ducere.* Cic. Fam. 10, 30 Repente Antonius in aciem ſuas copias de vico produxit, et ſine mora concurrit. Funus ad tumulum Lucan. 2, 298. *Ipſe* Virg. Aen. 9, 487 Nec tua funera mater Produxi. Producere cunctantem bouem indomitum Columel. 6, 2. Idem 6, 2 Poſt eiuſmodi experimenta vacuo plauſtro ſubiungendi, et paullatim longius cum oneribus producendi ſunt. Ad ſolem producere Columel. 11, 3. Cic. Verr. 5, 155 c. 60 Capitibus inuolutis ciues Romanos ad necem producere inſtituit. Idem ibid. 5, 120 c. 45 *extr.* Producuntur e carcere, et deliguntur ad palum. In aciem equitum decem millia produxit, praeliumque commiſit Nep. 1, 5, 4. In aciem exercitum Plaut. Amph. 1, 1, 63. In concionem producere aliquem Cic. in Piſon. 14. Idem Verr. 1, 112 Quum eum, quem virgis iſte ceciderat in proſpectum Populi Romani produxit. Hor. de Arte Poët. 59 Signatum praeſente nota producere nomen, *Sed variatur. Al.* Procudere, *al. etiam* numum. Coram productus Cic. pro Flacc. 35. Auctorem vel teſtem Cic. Verr. 5, 154 c. 59. Idem ibid. 1, 13 Producam teſtes, et producam plures eodem tempore. Cic. Verr. 5, 130 c. 50 Harum rerum omnium auctores teſtesque produco. In iudicium producere, *Vocare, vel cogere:* Cic. Verr. 5, 112 Grauiorem apud ſapientes iudices ſe fore ab inferis teſtem, quam ſi viuus in iudicium produceretur. Aliquem producere, *abſolute, pro In ius producere:* Cic. Verr. 4, 19 Producam caeteros, reticebunt quae poterunt, libenter: dicent quae neceſſe erit, gratis. Producere aliquem rus, *comitari, deducere* Ter. Adelph. 4, 2, 23. ¶ 3 *Metaph. ex vtroque intellectu* Producere aliquem, *pro Detinere, et verbis remorari.* Cic. pro Quint. 30 Annum et ſex menſes nihil petit: quieſcit: conditionibus hunc quoad poteſt producit. *Dicitur et Trahere, vid.* TRAHO. Producere aliquem falſa ſpe, *Deludere et detinere* Ter. Andr. 4, 1, 24. Producere aliquem ad aliquid, *pro Inducere* Plin. 9, 35. Amator me duce productus Ouid. Amor. 3, 12, 11. *Sed leg.* Perductus. Nubila producere menti, *vt obducere* Stat. Silu. 5, 3, 13. Sed vt productus ſtudio et viribus vltra facile procurras Auct. ad Heren. 4, 61. Idem 1, 4 Producti ſumus, vt de orationis partibus loqueremur. *Et* 4, 58 De qua producti ſumus, vt plura diceremus. προαχθῆναι *Graeci.* Producere aliquem, *Promouere hominem, et in medium honorifice proferre; cui opponitur* Subducere. Cic. pro Domo 21 *de Catone in Syriam ablegato,* Quem tu in eo non pro illius dignitate produxeras, ſed pro tuo ſcelere ſubduxeras. Liu. 40, 56 Ab hoc ſermone omni genere honoris producere eum non deſtitit. Ad dignitatem producere Cic. de Fin. 3 c. 16. Non poſſis, quantumuis licet excellas, omnes tuos ad honores ampliſſimos producere Cic. de Amic. c. 20. Niſi illum magnitudo patris non produceret, ſed obrueret Sen. Exc. contr. 4 praef. Quid eſt, quod dubitemus, quin per eosdem gradus producendus ſit, per quos frater eius productus fuit Suet. Claud. c. 4. Pronuntiatio, quae hiſtrionem poſſet producere Sen. Exc. Controu. l. 3 praef. *i. inſignem reddere ac nobilem. Alias* Hiſtrionem producere *dicitur etiam munerarius, vt* Suet. Claud. 21. *Conf.* Quinct. 3, 6, 18. ¶ 4 *Formulae aliae:* Produci proprie venales *dicuntur* Plaut. Merc. 4, 5 ſuppoſ. 44 Hanc reſciſcens pater produxit, venalem praebuit. Ter. Eun. 1, 2, 53 Pretium ſperans illico producit, vendit. Idem Heaut. 1, 1, 92 Omnes produxi ac vendidi. Producere filiam, *Proſtituere* Plaut. Aſin. 3, 1, 40. Iuuen. Sat. 6, 240 Vtile porro Filiolam turpi vetulae producere turpem. *Conf. Caſaub. ad* Suet. p. 145. *Comment. ad* Petron. c. 25. *Verum* Producere filios, *Gignere* Plaut. Capt. 3, 5, 105. Partus Sil. 1, 112. Scelus Ter. Adelph. 3, 2, 16. *i. filium ſceleſtum generare.* Sobolem Hor. in Carm. ſaecul. 17. Multa cura ſata producuntur ad ſegetem Senec. de Benefic. 2, 11. Accipe noſtro Dira quod exemplum feritas produxerit aeuo Iuuenal. 15, 32. Memoriam alicuius ſcriptorum monumento producere, *i. Propagare* Senec. in Conſolat. ad Polybium.

PRODVCTVS, ior, iſſimus. *Pro longo.* Cic. de Orat. 3, 213 Et principia tarda ſunt, et exitus tamen ſpiſſi et producti eſſe debent. Idem de Finib. 4, 29 Non ſunt in eo genere tantae commoditates corporis, tamque productae temporibus, tamque multae. Dolores longinquitate producti, vehementius torquent Cic. Tuſc. 5, 117 c. 40. Haemorrhoides productae Scribon. 230. *i. eminentes.* Cic. de Nat. Deor. 2, 66 Datum eſt igitur Neptuno alterum, Iouis vt volunt fratri, maritimum omne regnum: nomenque productum, vt Portunus a portu, ſic Neptunus a nando, paullum primis literis immutatis, *i. deriuatum adiecta ſyllaba.* Syllaba producta atque longa Cic. de Orat. 3, 181 c. 47. ¶ 2 Productus *idem quod Illectus:* Caeſ. B. C. 3, 100 Ex nauibus longius productam vnam cepit. Nepos 15, 5, 3 Dolo productum in praelium fugauit. *Conf. Ciaccon. ad* Caeſ. l. c. ¶ 3 Producta *apud Stoicos,* προηγμένα, *praecipua,* non ea, quae primario loco ſunt, ſed ea, quae ſecundum locum obtinent, producta nominantur Cic. de Fin. 3 c. 16. *Conf.* ibid. 5 c. 30. *Vid.* PRAEPOSITA. *Compar.* Dolor productior Cic. Tuſc. 3 c. 17 *extr.* Hor. de Arte Poët. 189 Neue minor, neu ſit quinto productior actu, Fabula, *etc.* Productiora alia et quaſi immoderatius excurrentia Cic. in Orat. c. 53. Nox productior Sen. Epiſt. 12. Status longior et productior Columel. 7, 12. *Superl.* Flagellum vitis productiſſimum Idem 3, 10. *h. e. Longiſſimum.*

PRODVCTE. Adu. *cui* Breuiter *opponitur.* Cic. in Orat. 159 c. 48 Inclitus dicimus breui prima litera, inſanus producta: inhumanus breui, infelix longa; et ne multis, quibus in verbis eae primae literae ſunt, quae in ſapiente atque felice, producte dicitur: in caeteris omnibus breuiter. *Vid.* Correpte, *in* CORRIPIO. Correpte et Producte *ſibi opponuntur* Gell. 2, 17. *Compar.* Idem 4, 17 Syllaba productius latiusque pronuntiata. Temporalis vita breuius productiusque non tenditur, quam Deus diſpoſitor temporum nouit vniuerſitatis moderamini conſonare Auguſtin. Ep. 28.

PRODVCTIO, ōnis. f. [παράτασις, ἔκτασις] Cic. in Topic. 36 Nihil putat eſſe notandum niſi Poſt, et Liminium illud, productionem eſſe verbi vult, *i. terminationem additam.* Productio, *cui opponitur* Contractio: Cic. de Orat. 3, 194 c. 50 In his ſi paullum modo offenſum eſt, vt aut contractione breuius fieret, aut productione longius, theatra tota reclamant. Cic. de Finib. 3, 45 c. 14 Quemadmodum opportunitas (ſic enim appellemus εὐκαιρίαν) non fit maior productione temporis: habent enim ſuum modum quaeque opportuna dicuntur. Stoicorum προηγμένα, *vertit* Productiones Gell. 12, 5. Productio ſyllabae Idem 2, 17.

PRODVCTOR, ōris. m. Vet. Gloſſ. Productor, προαγωγός. *Vid. Caſaub. ad* Cic. Att. 16, 1. *In MSS. confunditur cum* Perductor, *v. v.*

PRODVCTILIS, e. Adi. *Quod extendi poteſt.* Gloſſ. Productile, ἐλατόν.

PRODVX, ŭcis. *Idem quod Productor.* Tertull. de Carne Chriſti c. 20. Vetus auctor, Amorem Firmat vt accepto produce totus eat. *Vid. Barth. in* Stat. Theb. 2 p. 545.

PROEBIVM, *vid.* PRAEBIA.

PROËGMĔNON, i. n. [προηγμένον] *i.* Productum, promotum, praecipuum, *vt illam Stoicorum vocem interpretatur Cicero. Vid.* PRAEPOSITA.

PROËMINEO, ēre. [προκύπτω] Gloſſ. Gr.

PROETVS, i. m. [Προῖτος] *Abantis Argiuorum regis filius, cui ſucceſſit in regno. Hic, teſte Homero Odyſſeae 11 Antiam habuit vxorem, ex qua filias quatuor habuit, quae, teſte Pherecyde, quum in forma ſeu pulchritudine ſe Iunoni praetuliſſent, offenſa dea eis furorem talem immiſit, vt vaccas ſe eſſe arbitrarentur, et aratra timentes, ſiluas peterent; vnde* Virg. Ecl. 6, 48 PROETIDES implerunt falſis mugitibus agros. *Poſtea autem belleboro ſanatae a Melampode perhibentur, a cuius nomine vnum bellebori genus appellatur melampodion. Iac. Gronou.* Cic. Att. 2, 17 *pro* Phocis *reſtituit, poſuit certe,* Proetis Curiana: *licet* Praetis *ſcribat.*

PROFĀNVS, a, um. Adi. [βέβηλος] *Irreligioſum ſignificat, non ſanctum: quaſi ſit* Porro *a* fano: *Impium, ſceleſtum, aduerſum omni religioni.* Plaut. Fragm. 2, 21 Sacrum, an profanum habeas, parui penditur. Feſtus, Profanum, quod fani religione non tenetur. Profanum dictum id, quod, quum ſanctum fuiſſet, poſtea in vſu hominum factum, hoc eſt extra fanum: *Ex* Aggeno de Limitibus agrorum p. 61 *extr. Goeſ.* Profanum Varro *interpretatur,* Quod eſt ante fanum, fano coniunctum, de L. L. 5, 7. *Locum damus in* POLLVCTVS *ſub* POLLVCEO. Profanum, *ſimpliciter, Vſu vulgatum.* Tacit. Ann. 13, 57 Tegmina corpori direpta iniiciunt, quantum magis profana et vſu polluta, tanto magis oppreſſura ignes. Cic. Verr. 4, 122 Has tabulas M. Marcellus, quum omnia illa victoria ſua profana feciſſet, tamen religione impeditus non attigit. Virg. Aen. 12, 779 Colui veſtros ſi ſemper honores, Quos contra Aeneadae bello fecere profanos. Miſcere ſacra profanis Hor. Epiſt. 1, 16, 57. Profanus, Sacris non initiatus, *inquit* Seruius, qui fanum intrare non poterat: Virg. Aen. 6, 258 Procul ô procul eſte profani Conclamat vates. Error profanus Claud. in Ruff. 1, 75. Ouid. Faſt. 6, 440 Miſtaque erat flammae Flamma profana piae. Locus profanus, *et* Conſecratus, *contraria* Cic. in Partit. 36. Loca ſacra et religioſa profana habere Idem de Aruſp. Reſp. 9 c. 5. Manus Claud. in Ruff. 1, 116. Mens Ouid. Met. 2, 831. Oculi Idem ibid. 3, 710. Pagina Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 301. Teſtis Ouid. Met. 5, 543. Verba profana, *Ominoſa, infauſta* Tacit. Ann. 4, 70. Verba profana lapſa nimio mero Ouid. Triſt. 3, 5, 48. Vſus profanus, *Communis et vulgaris, non ſanctus* Plin. 15, 30. Vulgus Hor. Carm. 3, 1, 1. *Pro inceſto* Tacit. Ann. 4, 2, 2 *vbi* Acte Neroni *dicit* Peruulgatum eſſe inceſtum, gloriante matre, nec toleraturos milites profani principis imperium. *Neutrum ſubſtantiue poni videtur: vt,* Plin. 16, 4 Hinc ciuicae coronae, militum virtutis inſigne clariſſimum: iampridem vero et clementiae imperatorum, poſtquam ciuilium bellorum profano meritum coepit videri ciuem non occidere.

PROFĀNO, āre. [βεβηλόω] *Apud antiquos* Profanare *erat* conſecrare. *Sic vtitur* Cato R. R. 50 *et* 132, 2. Varro de L. L. 5, 7 p. 54, 30 Profanatum, quod in ſacrario polluctum, *vid.* POLLVCEO. Macrob. Sat. 3, 6 Ex Maſurio Sabino, M. Octauius Herennius — bene re geſta decimam Herculi profanauit. *Auct.* de Orig. Gent. Rom. 6 Recaranus ſub Auentino Inuentori Patri aram dedicauit — et apud eam decimam ſui pecoris profanauit, *etc. Totus ille locus huc pertinet.* ¶ 2 *Deinde mutata ſignificatione ex ſacro humanis vſibus promiſcuum facere.* Liu. 31, 44 Dies feſti, ſacra, ſacerdotes, quae ipſius maiorumue eius honoris cauſa inſtituti eſſent, omnia profanarentur. Mors profanat omne ſacrum Ouid. Amor. 3, 9, 19.

PROFANĀTVS, a, um. Partic. [βεβηλωθείς] Varr. L. L. 5, 7 Profanatum quod in ſacrario pollutum, *leg.* polluctum, *v. v.* ¶ 2 Chaos profanatum hoſpite viuo, *Theſeo, Hercule, nunc Amphiarao, qui viui ad inferos venere* Stat. Theb. 8, 52. Funus profanatum acerbo vulnere Idem ibid. 9, 8. Manus Ouid. Met. 2, 755. Res profanata Pallad. 1, 35, 2. *i. diuulgata.* Sacris profanatis Petron. c. 89. Terrae Stat. Silu. 3, 3, 2.

PROFANATIO, ōnis. f. [βεβήλωσις] Plin. 16, 4 Poſtquam ciuilium bellorum profanatione meritum coepit videri, ciuem non occidere. *al.* Profano. Tertull. de Idol. c. 18 Habent profanationis ſuae maculam.

PROFANĀTOR, ōris. m. Prudent. Apoth. 178 Cede, profanator Chriſti, iam cede Sabelli.

PROFĀNE, Adu. Profane ac petulanter illudere Lactant. 6, 23.

PROFANĪTAS, ātis. f. Tertull. de Pall. 2 Vt autumat ſuperiorum profanitas.

PROFĀRIS, *vel* profare, profatur, profari. [πρόφημι, ἐκφωνέω, ἐξειπεῖν] *Publice dicere, vel etiam futura praedicere.* Vlp. de Aedil. edict. l. prima §. exempli, Apud Viuianum quaeritur, ſi ſeruus inter fanaticos non ſemper caput iactaret, et aliqua profatus eſſet, an nihilominus ſanus videretur? Petron. 89 Cum, Delio profante, caeſi vertices. Auct. de progen. Aug. Is Helenus Aeneae futura praedices, monitus interpres Deorum profatus fuerat. Catull. de nupt. Pel. 383 Talia profantes quondam felicia Pelei, Carmina diuino cecinerunt pectore Parcae. *Hinc recte* Liuio *reſtituit Gron.* 22, 1 Quemadmodum cordi eſſe Diui carminibus profarentur. *Sed etiam Dido Troianis reſpondens* breuiter profatur Virg. Aen. 1, 561. *Sic Hannibal* Clamore magno profatur Sil. 11, 211. Voce ſacra profari *dicitur Tellus* Ouid. Met. 2, 278. Sed ſicca Voce loquuta *Burm.* Mente laeta profatur Sil. 3, 674 *Sacerdos.* Pythia profatur Lucret. 1, 739. Idem 5, 113. Actius apud Varron. L. L. 6, 3 Veteres caſmenas caſcas res volo profari. Vera profari impune Petron. c. 121.

PROFANS, antis. Petron. c. 89 Delia profante.

PROFATVS, a, um. Partic. Lucret. 6, 80 Quanquam ſunt a me multa profata, Multa tamen reſtant: *Sic Creech etc. Al.* Profecta.

PROFĀTVM, i. n. Gell. 16, 8 Axiomata Varro, alias profata, alias proloquia appellat.

PROFĀTVS, ûs. m. [ἐκφώνησις] Gell. 18, 11 Quae voces mihi quidem neque abhorrere a Poëtica facultate viſae ſunt, neque dictu, profatuque ipſo tetrae aut inſuaues eſſe. Quid nunc profatu vocis incerto ſonas Sen. Apocol. 3. Effrenus profatus Stat. Silu. 5, 3, 103.

PROFECTIO, *etc. vid.* PROFICISCOR.

PROFECTO. [ἀμέλει, ὄντως] Adu. *confirmantis, dictum quaſi pro facto, et ſignificat Nimirum, ſane, certe. Et plerumque ad reſponſionem adhibetur.* Ter. Adelph. 1, 1, 3 Profecto hoc vere dicunt, ſi abſis vſpiam, *etc.* Cic. pro S. Roſc. Am. *vt videtur* Quis haec renuntiat? is profecto qui interfuit. Idem de Senect. 12 Quorſum igitur haec tam multa de Maximo? Quia profecto videtis, nefas eſſe dictu, miſeram fuiſſe talem ſenectutem. *Add.* Caeſ. B. G. 8, 21. Profecto enim negare non potes, te ex lege Rupilia ſortiri iudicium debuiſſe Cic. Verr. 2, 42 c. 18 *pr.* Profecto non crederem, niſi aliquoties ex ipſis accuſatoribus vobiſcum ſimul Iudices audiſſem Cic. pro Font. 23. Non eſt ita iudices, non eſt profecto Idem pro Flacc. 35. *Certe:* Idem de Nat. Deor. 1, 5 Alterum profecto fieri non poteſt, vt earum nulla; alterum certe non poteſt, vt plus vna vera ſit. Idem Fam. 1, 5 *med. Primam corripuit* Hor. A. P. 315 Ille profecto Reddere perſonae ſcit conuenientia cuique.

PROFECTVS, *vid.* PROFICIO, *et* PROFICISCOR.

PROFERA, ae. f. *Dea; de qua* Mart. Capell. 8 p. 270 Ne prioris Proferae admiratio labatur. *Sed quum nusquam ne apud Martianum quidem talis ſit veſtigium Deae, praeſtat ſequi coniecturam Grotii,* propere *ſubſtituentis, quod apprime ad rem facit:* prioris *reſpicit ad* feminarum dotalium *illam, cuius proxima mentio fuerat, Arithmeticam. Huius* ne propere laberetur admiratio, diutule remoratur Phoebus aliam dotalium intromittere *in Senatum illum Deorum etc.*

PROFĔRO, fers, tuli, lātum, ferre. [προφέρω, ἐκβάλλω] *Extra ferre, exſerere, promere.* Plaut. Aſin. 4, 1, 50 Ne ſic tuſſiat, vt cuiquam linguam in tuſſiendo proferat. Audaciam proferre, *Oſtendere* Cic. pro Quint. 88. Caput proferre Ouid. Met. 6, 372. Cic. pro Caecin. 71 Quid agat, quomodo aggrediatur iudicem, qua denique digitum proferat, non habet. Dolum proferre Plaut. Caſ. 3, 5, 47. Gaudium oculis Plin. in Paneg. c. 75 *extr. al.* praef. Paſſus Lucret. 4, 824. Imaginem Quinctil. 6, 1. Libellos Tacit. Ann. 2, 30. Libros proferrem, ſi negares Cic. de Nat. Deor. 1, 114. Pecuniam ex arca Idem pro Roſc. Com. 39 c. 10. Verba Ouid. ex Pont. 4, 4, 49. Caeſ. B. C. 2, 22 Arma tormentaque ex oppido, vt eſt imperatum, Proferant. Proferre corporis robur in maria Plin. in Paneg. c. 84 *extr.* In ſolem Plin. 21, 17. Beneficium in aliquem proferre, *Oſtendere gratum animum.* Cic. pro Muraen. 70 Homines tenues vnum habent in noſtrum ordinem aut promerendi, aut proferendi beneficii locum: hanc in noſtris petitionibus operam atque aſſectationem. Stat. Theb. 12, 9 Vix primo proferre gradum, et munimina valli Soluere, *progredi.* Gradum, *Feſtinare* Plaut. Men. 5, 2, 2. Paſſus viae, *incedere* Lucret. 4, 824. Pedem proferre Hor. in Arte Poët. 135. *Sed hic mel.* Referre. ¶ 2 Proferre [ἐξαγορεύειν] *Palam facere, prodere, vulgare, pronuntiare.* Ter. Hec. 1, 2, 78 Hoc ego proferre, incommodum eſſe mihi arbitror. *Add. ib.* v. 32. Proferre palam Ter. Adelph. 3, 2, 39. Nominatim, *vid.* NOMEN. *Contraria:* Cic. Att. 15, 13 Orationem tibi miſi: eius Cuſtodiendae et proferendae, arbitrium tuum. Patefacere et proferre aliquid Idem pro Flacc. 40. Dicerem fortaſſe, et facile et libenter dicerem, ſi paullo etiam longius, quam finis quotidiani officii poſtulat, pietas et fraternus amor L. Caecilium protuliſſent Cic. pro Sull. 64. Indicia communis exitii indagaui, patefeci, protuli, exſtinxi Cic. pro Milon. 104. Idem pro Cael. 57 c. 23 In eiusmodi domo in qua materfamilias meretricio more viuat, in qua nihil geratur quod foras proferendum ſit. Idem pro Arch. 12 Caeteros pudeat, ſi qui ita ſe literis abdiderunt, vt nihil poſſint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in adſpectum, lucemque proferre. In auras aëris proferri, *Creari* Lucret. 1, 208. In conſpectum proferre Caeſ. B. G. 7, 48. In lucem, Edere in publicum Hor. Epiſt. 2, 2, 116. Cic. Acad. 4, 62 An tu quum res occultiſſimas aperueris, in lucemque protuleris, iuratusque dixeris ea te comperiſſe, *etc.* Illa commentatio incluſa in veritatis lucem proferenda eſt Idem de Orat. 1, 157 c. 34. Idem Verr. 5, 179 Non agitanda res erit? non in medium proferenda? Idem ibid. 4, 115 Vnius etiam vrbis omnium pulcherrimae atque ornatiſſimae Syracuſarum direptionem commemorabo, et in medium proferam, Iudices. Idem de Finib. 2, 76 Eamne rationem ſequare, qua tecum et ipſe et cum tuis vtare, Profiteri autem et in medium proferre non audeas? In medium proferre literas palamque recitare Idem Philipp. 2, 7. In medium proferre ſcelus Idem Verr. Act. 1, 29. *Add.* Id. Cic. pro Roſc. Amer. 51 Neque ego haec eo profero, quo conferenda ſint cum hiſce, de quibus nunc quaerimus. Vis enim aliquid iisdem de rebus politius a nobis perfectiusque proferri Idem de Orat. 1, 5. Propert. 1, 18, 3 Hic licet occultos proferre impune dolores, Si modo ſola queant ſaxa tenere fidem. *Etiam* ¶ 3 *Qui ſine deductore innoteſcunt, et ipſi ſe producunt,* Proferre ſe *dicuntur:* Plin. Epiſt. 9, 13 *pr.* Statui mecum atque deliberaui, eſſe magnam pulchramque materiam inſectandi nocentes, miſeros vindicandi, ſe proferendi. Sen. Epiſt. 52 Hos maxime laudat, quibus ex ſe impetus fuit, qui ſe ipſos protulerunt. *Sic,* Artem Suet. Neron. c. 25. *et* Ingenium Tacit. Ann. 16, 29 *extr.* Studia ſua Plin. Epiſt. 145. ¶ 4 Proferre, Protendere, et prolatare, *vt ait* Nonius 4, 378 *laudatque* Cic. de Repub. 3. Sapientia iubet proferre opus, amplificare diuitias. Munitiones proferre Caeſ. B. C. 1, 81. Fines officiorum Stoici videntur longius protuliſſe, quam natura vellet Cic. pro Muraen. 65. Imperium proferre Tacit. Ann. 12, 23. Imperium protulit in terras nouas Ouid. ad Liuiam 20. Imperium proferet ſuper et Garamantas et Indos Virg. Aen. 6, 793. Cic. Att. 13, 12 Dices igitur vel amico tuo, vel Othoni coheredi meo, vel Labeoni noſtro, paullum proferant Auctionem: me circiter Nonas in Tuſculano fore cum Piſone. Cic. Att. 13, 14 Quod ſi laxius volent proferre Diem, poterunt biduum, vel triduum, vel vt videbitur: nihil enim intereſt. Ter. Andr. 2, 1, 28 Saltem aliquot Dies profer, dum proficiſcor aliquo. Certo venient ordine Parcae: Nulli iuſſo ceſſare licet, Nulli ſcriptum proferre Diem Sen. Herc. fur. v. 187. *Add.* Stat. Theb. 3, 665. *Heinſ. ad* Ouid. Rem. Am. v. 93 Rem proferre, *i. differre cauſam, quod fit, cum* AMPLIVS *pronunciatur. Vid. v. h.* n. 4. Honorem Tacit. Ann. 3. Cic. de Fin. 3, 76 Si beatus vnquam fuiſſet, beatam Vitam vsque ad illum a Cyro exſtructum rogum protuliſſet. ¶ 5 *Ponitur etiam* Proferre, *pro eo quod dicitur Allegare.* Cic. de Inuent. 2, 106 Oportebit igitur eum, qui ſibi vt ignoſcatur, poſtulabit, commemorare ſi qua ſua poterit beneficia, et deinde maiorum ſuorum beneficia, ſi qua exſtabunt, proferre. *Item Allegare, citareque leges, eſt* Ciceroni Proferre: *vt in eodem libro* 82 Deinde poſtulabit vt legem, qua lege fecerit, proferat. Plin. *de Archippo philoſopho* Epiſt. 10, 58 Ille nihil proferebat, quo reſtitutum ſe doceret: allegabat tamen pro reſtitutione libellum a ſe Domitiano datum. Fabritios auctores Cic. de Orat. 2, 290. Teſtes et legatos Idem pro Corn. Balb. 41. Idem de Diuinat. 1, 103 Ego exempla omnium nota proferam. Probationem apud iudicem Quinctil. 6, 4. Cic. pro Muraen. 14 Sic a me Conſul deſignatus defenditur, vt eius nulla fraus, nulla auaritia, nulla perfidia, nulla crudelitas, nullum petulans dictum in vita Proferatur. *Affinis eſt illa ratio, qua* Proferre *apud Iureconſ. eſt, quod nos* Producere *dicimus, id eſt apud acta deponere.* Cic. Verr. 3, 16 Scio te edicta ſuperiorum omnium correxiſſe: et poſſeſſiones hereditatum non ſecundum eos, qui proferrent, ſed ſecundum eos, qui dicerent teſtamentum factum, dediſſe.

PROLĀTVS, a, um. Partic. Lucan. 2, 493 Vt conſpicit amne ſoluto Rumpi Caeſar iter, calida prolatus ab ira, *etc. i. commotus et impulſus.* Aere prolato adſtitit cum ait Ennius, ſignificat clipeo ante ſe protento, Feſtus. Auro prolato non deeſt venditor, *i. Oſtenſo ab emtore* Lucan. 4, 97. Non eſt opus prolato hoc Ter. Hec. 1, 2, 29 *i. euulgari non debet.* Res prolatae, *vid.* Res prolatae, *in* RES. Cic. Att. 10, 8 Niſi te valde amarem, et multo quidem plus, quam tu putas, non extimuiſſem rumorem, qui de te prolatus eſt, quum praeſertim falſum exiſtimarem. Somnia multa ex hiſtoriis prolata Idem de Diuin. 2, 136 c. 66.

PROLATIO, ōnis. f. [προφορὰ] *Verbi intellectum ſequitur.* Plaut. Milit. 2, 2, 98 Quantum vis prolationum, dummodo, *etc. i. dilatio.* Commemoratio antiquitatis exemplorumque prolatio Cic. in Orat. 120. *Protenſio:* Liu. 31, 5 Laetaque exta fuiſſe: et prolationem finium, victoriamque, et triumphum portendi. Cic. pro Rabir. perd. reo 8 c. 3 Quum alteri ad prolationem Iudicii biduum quaereretur. Rerum prolatio, *vid.* Res prolatae, *in* RES. *Plur.* Tacit. Ann. 4, 3, 7 Sed magnitudo facinoris metum, prolationes, diuerſa interdum conſilia adferebat.

PROLĀTVS, ûs. m. Tertull. aduerſ. Valent. c. 33 Facillimo prolatu.

PROLATIVVS, a, um. *Sic* προφορικὸν *reddit* Interpr. Iren. 2, 18 Prolatiuum hominum verbum.

PROFESSIO, PROFESSOR. *vid.* PROFITEOR.

PROFESTVS, a, um, Adi. [ἀνέορτος] Profeſti dies, *qui hominibus, ad rem vel priuatam, vel publicam adminiſtrandam conceſſi erant.* Nonius 5, 45 Profeſti dies, ſunt a feſtiuitate vacui. Afranius, Quae feſti nos facere ſolemus, de quotidiano opere promiſcue, atque profeſto concelebras focum. Plaut. Aul. 2, 8, 10 Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat, niſi peperceris. Plin. 18, 6 Peiorem qui profeſtis diebus ageret, quod feriatis deberet. Diebus feſtis profeſtisque Liu. 34, 3. In luce profeſta Hor. Serm. 2, 2, 116. Laeta niſi auſteris varientur feſta profeſtis Auſon. Eidyll. 32, 11. Horat. Serm. 2, 3, 144 Qui Veientanum feſtis potare diebus Campana ſolitus trulla, vappamque profeſtis. Lucibus profeſtis deos adprecari Hor. Carm. 4, 15, 116. Profeſtum facere, *inquit* Feſtus, dicebatur, qui ferias vitiabat, et profanabat, inauſpicataſque reddebat et profanas.

PROFĬCIO, fēci, fectum, ĕre. [προκόπτω, προβαίνω, προήκω, ἐπιδίδωμι] *eſt* pro ſe facere *i. facere quod ſibi proſit, it. procedere, progredi in rebus bonis.* Cic. Fam. 6, 21 Nunc vero euerſis omnibus rebus, quum conſilio profici nihil poſſit, vna ratio videtur, quidquid euenerit, ferre moderate. Idem Verr. 4, 91 Vti ſi maxime eſſet inuentus, qui in ſe ſuſcipere iſtius culpam crimenque cuperet: tamen is proficere nihil poſſet. Idem pro Lege Manil. 45 Et quisquam dubitabit quid virtute profecturus ſit, qui tantum Auctoritate profecerit? Caeſ. Bell. Gall. 6, 28 Si quid Celeritate itineris, atque opportunitate temporis proficere poſſit, monet. Cic. pro Font. 23 Quod ſi in turpi reo patiendum non eſſet, vt quidquam iſti ſe Minis profeciſſe arbitrarentur, quid faciendum vobis in M. Fonteio arbitramini? Querelis quotidianis nihil Lucceius ad Cic. Fam. 5, 14. Nihil teſtibus illis profeci Virg. Ecl. 8, 20. Gazae non proficiunt in noſtro corpore Lucret. 2, 37. Cic. pro Planc. 75 Nihil in Ciſpio profeciſti? Abſolutae iam ſunt preces tuae. Idem et docenti et diſcenti debet eſſe propoſitum, vt ille prodeſſe velit, hic proficere Sen. Ep. 108. Ille ſe profeciſſe ſciat, cui Cicero valde placebit Quinctil. 10, 1, 112. Cic. de Fin. 3, 19 Multumque ad ea, quae quaerimus, explicatio tua iſta profecerit. Magnificentia et virtus in qua grauitas et auctoritas eſt, plus proficit ad miſericordiam commouendam, quam humilitas et obſecratio Cic. de Inuent. 1, 22. Ad bonitatem proficere, *vid. in Praepoſitione* AD. Vsque ad mores proficere Quinctil. 1, 1. Idem 1, 1 Hoc per ſingulos annos prorogatum, in ſummam proficit. *h. e. Summae ac fini et perfectioni confert. Summa enim dicitur cumulus ac finis vniuscuiusque rei.* In ſummam ſpei proficere Liu. 3, 61 *extr. Prodeſſe:* Vlpian. in l. ait

Praetor

Praetor De iureiurando, Matris igitur iusiurandum partui non proficiet, nec nocebit, etſi mater detulerit. *De medicamentis ſaepiſſime* Scribonius *v. g.* Quamdiu nihil profectum eſt medicamentis 156. Ad morbum proficit 15. Satis commode proficit ad - - 78. Melius proficit caeteris 22.. *Sic et ſaepe* Plinius: *v. g.* 28, 17 Adeps e lupis illitus, in his, quae rumpere opus eſt, plurimum proficit. *Et* c. 18 Similiter proficit ad cacoëthes haedi feminum cinis e lacte mulieris. Quid proficit tantum nefas? Prudent. Cathem. 12, 133. Proficĭtur, *imperſ.* Cic. Att. 16, 3 aut proderimus aliquid Ciceroni, aut, quantum profici poſſit, iudicabimus. Plin. 17, 23 ſ. 35 n. 22 Adeo excelſitate proficitur. Idem 23, 7 ſ. 71 Ad idem potu proficitur. *i. Potus prodeſt.*

PROFICIENS, entis. Partic. [προκόπτων] Frena non proficientia equo rigidae ceruicis remittere Ouid. Triſt. 1, 4, 13. Medicamenta proficientia Scribon. c. 84. Radice, Herba nihil proficiente curari fugeres Hor. Epiſt. 2, 2, 151. Verba miſer fruſtra non proficientia perdo Ouid. Triſt. 1, 2, 13.

PROFICIENTER. Adu. Auguſtin. Epiſt. 80 Cum ſe in hac delectatione cor noſtrum proficienter extendit.

PROFECTVS, a, um. Partic. Caeſ. B. G. 4, 19 Satis et ad laudem et ad vtilitatem profectum arbitratus.

PROFECTVRVS, a, um. *Aliud* Partic. [προκόψων] Ouid. ex Pont. 3, 1, 138 Profectura aliquid tunc tua verba putes. Idem Epiſt. 5, 116 Non profecturis litora bobus aras. Idem de Nuce 158 Non profectura dextra lauatur aqua.

PROFECTVS, ûs. m. [προκοπή, ἐπίδοσις] *Vtilitas, quae ex alicuius rei tractatione nobis prouenit.* Quinctil. 10, 2 (3 *in.*) Vt terra altius effoſſa generandis alendisque ſeminibus fecundior ſit: ſic profectus non a ſummo petitus, ſtudiorum fructus effundit vberius, et fidelius continet. Experimentum tui profectus capias Sen. Epiſt. 20 *pr.* Exhibere profectus Scribon. Ep. Donec profectus intelligatur 134. Percipere profectus Ep. In eo quantum eſſet ingenii, quantum iam etiam profectus, ſermo oſtendit Sen. Epiſt. 11. Ad profectum tuum pertinet Plin. Ep. 8, 13, 1. Puer magni profectus in ea arte obiit Plin. 35, 4. Teneri profectus Quinctil. 2, 3. Stat profectus, admiratio decreſcit Idem 1, 3.

PROFICISCOR, ĕris, fectus ſum, ciſci. [πορεύομαι, εἶμι] *Quaſi tu dicas* faceſſo me: *eſt enim in viam ſe dare, et initium proprie itineris notat.* Ter. Adelph. 2, 2, 16 Praeterea autem te aiunt proficiſci Cyprum. Proficiſcor quaeſitum Plaut. Merc. 5, 2, 98 *extr.* Profectus venatum Nepos 14, 4, 4. Quo profectus ſum, ibo Plaut. Aul. 1, 2, 40. *i. Quo coeperam. Simile eſt illud* Ter. Eun. 2, 2, 49 Detineo te: fortaſſe tu profectus alio fueras. *alio ire inſtitueras, aliud iter habebas, a me interceptus.* Quid cauſae eſt, quin hinc recta in piſtrinum proficiſcar via Ter. Andr. 3, 4, 21. Quo cum eſſent profecti Nepos 4, 5, 1. Profecta eſt illinc grandiuſcula Ter. Andr. 4, 6, 19. Etſi poteram remanere, tamen vt ſcripſi tibi, proficiſcar hinc, ne relictus videar Cic. Att. 13, 26. Copioſe aliquo proficiſci, *vid. ſub* COPIA. Ad Athenas doctas proficiſci Propert. 3, 21 (20) 1. Ad Bella populus profectus Ouid. Faſt. 1, 279. Cic. de Senect. 10 Adoleſcentulus miles profectus ſum ad Capuam. Idem ibid. 85 c. 23 Proficiſcar non ad eos ſolum viros, de quibus ante dixi, verum etiam ad Catonem meum. Ad Domum proficiſci Cic. Verr. 1, 69. Idem de Diuin. 1, 62 Iubet Plato ſic ad Somnum proficiſci corporibus affectis, vt nihil ſit quod errorem animis, perturbationemque afferat. Cic. Att. 2, 8 Calend. Maiis de Formiano proficiſcemur. Idem Acad. 4, 100 Si iam ex hoc loco proficiſcatur Puteolos ſtadia triginta, probo nauigio, *etc.* Ex Aſia Romam verſus profectus Idem Fam. 5, 5. *Conf. ib.* 2, 6. Hinc alia propiore via meliusque profecti Grat. Cyneg. v. 5. Cic. de Fin. 2, 54 Profectus in exilium Tubulus ſtatim, nec reſpondere auſus: erat enim res aperta. In animorum concilium coetumque proficiſci Idem de Senect. 85 c. 23. In vrbem proficiſci Plaut. Amph. 1, 2, 7. Caeſ. B. G. 8, 31 C. Fabius cum reliquo exercitu Carnutes, reliquasque proficiſcitur Ciuitates. *Al.* In Carnutes. Cic. Q. Frat. 3, 2 Ad VI Idus Octobris, Salúius Oſtiam veſperi Naui profectus erat cum his rebus, quas tibi dono mitti volueras. Obuiam proficiſci Caeſar B. G. 7, 12. ¶ 2 *Non ſemper ad iter proprie dictum pertinet, ſed transfertur varie.* Cic. Verr. 3, 10 Nunc proficiſcemur ad reliqua, ſi pauca ante erimus a vobis, Iudices, deprecati. Idem Off. 1, 24 c. 7 Atque illae quidem iniuriae, quae nocendi cauſa de induſtria inferuntur, ſaepe a metu proficiſcuntur. Omnia enim a me in te profecta ſunt, quae ad tuum commodum, quae ad honorem, quae ad dignitatem pertinerent Idem Fam. 5, 5. A falſis initiis proficiſci Idem de Fin. 1, 72. Idem Fam. 13, 30 Ab his initiis noſter in te Amor profectus auxit paternam neceſſitudinem, et eo magis quod intellexi vt primum per aetatem iudicium facere potueris, *etc.* Si quae Beneficia ſingulis ciuibus, priuatimque dantur, ea ſolent iis eſſe fructuoſa, a quibus ſunt profecta Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 2. Cic. de Amicit. 20 An eſſet hoc quidem proprium amicitiae, ſed antiquior et pulchrior, et magis a natura ipſa profecta alia Cauſa. Idem Dolabellae Att. 14, 17 Neque plane aſſentior, ne imminuam tuam Laudem, ſi omnis a meis Conſiliis profecta videatur, neque valde nego. *h. e. Meo conſilio eam tibi laudem pararis.* Nerui ſicut venae et arteriae a corde tractae et profectae in corpus omne dicuntur Cic. de Nat. Deor. 2, 139. Quaecunque a me Ornamenta ad te proficiſcuntur Idem Fam. 2, 18. Proficiſci a parente non potuerunt plura Nep. 25, 9, 4. Cic. pro Lege Manil. c. 2 Atque vt inde Oratio mea proficiſcatur, vnde haec omnis cauſa ducitur, *etc.* Xenophon Socraticus profectus a philoſophia. *i.* ὁρμηθεὶς Idem de Orat. 2, 58. Proficiſcitur ius cinnamomi a, *Adfertur, habetur, venit* Plin. 12, 19. ¶ 3 Proficiſceret, *pro Proficiſceretur* Turpil. *apud* Non. 7, 21. Proficiſcitur, *Paſſ. imperſon. legitur a nonnullis ap.* Liu. 9, 14 *pr. Sed* Proficiſcimur *Drak. nec alterius lectionis mentionem facit.*

PROFICISCENS, entis. Partic. [πορευόμενος] Hor. Epiſt. 1, 13, 1 Vt proficiſcentem docui te ſaepe, *etc.* Domo nauibus proficiſcens Nepos 1, 1, 15.

PROFECTVS, a, um. Part. Claſſe Cherſoneſum profectus Nepos 1, 4, 4. Conſules ad deprehendendos legatos coniuratosque profecti domo Liu. 2, 4. Genus a Pallante profectum Virg. Aen. 8, 51.

PROFECTIO, ōnis. f. [πορεία] Cic. Q. Frat. 3, 8 Recordere conſilium noſtrum, quod fuerit profectionis noſtrae. Omnia de profectione exulum perſcripta Nep. 16, 3, 2. Cic. Philipp. 1, 1 Exponam vobis breuiter conſilium et profectionis, et reuerſionis meae. Ducere lentum profectionis ordinem Quinctil. 4, 2. Intermittere profectionem, *vid.* INTERMITTO. Parare profectionem, *vid.* PARO, āre. Praeparare Suet. Tib. c. 38.

PROFECTICIVS, a, um. Adi. [ἐπελευστικός] *Vnde*, Dos profecticia, *vid.* DOS. Profecticii peculii *nomen non puto in antiquis iuris libris eſſe.*

PROFECTOR, ōris. m. *Qui in itinere eſt.* Gloſſ. Gr. Lat. Ἐκδημος, profector.

PROFICVVS, a, um. *Vtilis* Caſſiod. Epiſt. 1, 39 Quibus mora poteſt eſſe proficua.

PROFINDO, fĭdi, fiſſum, ĕre. [διατμήσσω] *Proſcindere.* Stat. Theb. 10, 512 Quanta pariter ceruice gementes Profindunt inarata diu Pangaea iuuenci. *Al.* Profringunt, *quod probat Gron.*

PROFITEOR, ēris, feſſus ſum, ēri. [ὁμολογέω, ἐπαγγέλλομαι, ἀπογράφομαι] *Palam fateri, polliceri.* Cic. Acad. 1, 18 Qui philoſophiam iam profeſſus ſim populo noſtro exhibiturum? Liu. .. Palam profeſſi, nuſquam inde niſi in patriam, veſtigium eſſe moturos. Quum tantas res Graeci ſuſciperent, profiterentur, agerent Cic. de Orat. 2, 153. Impudentia eſt, profiteri quod non poſſis implere Id. pro Cluent. 51 c. 18. Profiteri, et non poſſe ſatisfacere Idem pro Planc. 62. Ducem profitetur primis in annis Ouid. de Arte Am. 1, 181. *Al.* Armis. Cic. pro Roſc. Amer. 153 Quod ſi id vos ſuſcipitis, et eadem in re Operam veſtram profitemini. Patrocinium alicuius profiteri Paterc. 2, 75, 1. Cic. Verr. Act. 1, 36 Qui ſequeſtres aut interpretes corrumpendi iudicii ſolent eſſe: quique ad hanc rem, aut Potentiam aut impudentiam ſuam profeſſi ſunt. *i. Vltro obtulerunt.* Cic. de Lege Agrar. 1, 27 Quod ſi vos veſtrum mihi Studium P. C. ad communem dignitatem defendendam profitemini, perficiam profecto id, quod maxime Reſpub. deſiderat. Suum ſtudium in omni genere officii alicui profiteri atque polliceri Idem Fam. 5, 8. Noſtrae tamen cauſae non videntur homines defuturi, mirandum in modum profitentur, offerunt ſe, pollicentur Cic. Q. Frat. 1, 2. *Aperte ac voluntarie confiteri et affirmare:* Idem de Amicit. 35 Illos autem, qui quiduis ab amico auderent poſtulare: Poſtulatione ipſa profiteri, omnia ſe amici cauſa eſſe facturos. Idem pro Rabir. 17 c. 5 Quamobrem fateor, atque etiam T. Labiene profiteor, et prae me fero, te, *etc.* auctoritate eſſe depulſum. Medicina profitetur ſe nulli nocituram Scribon. Ep. in. Nihil hanc rationalem diſciplinam pertinere ad medicinam profeſſus Celſ. 1 praef. Me principem Senatui, Populoque Rom. profeſſus ſum Cic. Fam. 2, 24. Curt. 7, 2, 7 Tum vero neque lacrimis neque acclamationibus, quibus Studia ſua multitudo profitetur, temperauerunt. Cic. pro Caecin. 24 Quid confitetur, atque ita libenter confitetur, vt non ſolum fateri, ſed etiam profiteri videatur Recuperatores? Idem Acad. 1, 44 Quibus de cauſis nihil oportere neque profiteri neque affirmare quemquam, neque aſſertione approbare, cohibereque ſemper, et ab omni lapſu continere temeritatem. Eamne rationem ſequare, qua tecum ipſe, et cum tuis vtare, profiteri autem et in medium proferre non audeas? Idem de Fin. 2, 76. Verum Ouid. Met. 9, 757. Liu. 26, 18 Primo exſpectauerant, vt qui ſe tanto imperio dignos crederent, Nomina profiterentur. Ter. Eun. prol. 3 In his Poëta hic Nomen profitetur ſuum. Senec. de Benefic. 6, . . Si quis patriae meae pecuniam credat, non dicam me illius eſſe debitorem, nec ex hoc aes alienum profitebor. Amores furtiuos timide Ouid. Faſt. 6, 573. ¶ 2 *Ad cenſum et aliam publicam profeſſionem pertinet* Profiteri apud Praetorem Cic. pro Arch. 7 c. 4 *aliquoties de indicando domicilio.* *Sic* Vulg. Luc. 2, 4 Aſcendit Ioſeph vt profiteretur, τοῦ ἀπογράφεσθαι. *Sic* Cic. de Lege Agrar. 2, 58 In poſterum vero lex haec imperatoribus veſtris conſtituitur, vt quicunque de prouincia deceſſerit, apud eosdem Decemuiros, quantum habeat praedae, manubiarum, auri coronarii, profiteatur. Idem Verr. 3, 38 c. 15 Edixerat, vt aratores iugera ſationum ſuarum profiterentur. Varro de R. R. 2, 1, 16 Itaque greges ouium longe abiguntur ex Apulia in Samnium, aeſtiuatum: atque ad publicanum profitentur. Curt. 10, 2, 9 Alexander priusquam ſecerneret quos erat retenturus, edixit, vt omnes milites aes alienum profiterentur. Graue eſſe plerisque compererat. Et quanquam ipſorum luxu contractum erat, diſſoluere tamen ipſe decreuerat. Illi tentari ipſos rati, quo facilius ab integris ſumtuoſos diſcerneret, prolatando aliquantum extraxerant temporis. Et rex ſatis gnarus profeſſioni aeris pudorem, non contumaciam obſtare, menſas totis caſtris poni iuſſit: et decem millia talentorum proferri: tum demum fide facta profeſſio eſt. Vlpian. in l. 2 D. de cenſibus, Vitia priorum cenſuum editis nouis profeſſionibus euaneſcunt. Profiteri *etiam* merces *dicimus: hoc eſt Vectigales facere, et publicanis non ſubducere. Vnde* merces improfeſſae *a* Martiano *dicuntur* in l. Interdum, De publicanis, *quarum nomine negotiatores vectigal non pependerunt. Antiqui porro* liberos *natos ſibi* profitebantur *apud acta.* Iuuen. Sat. 9, 85

Tollis enim, et libris actorum ſpargere gaudes
Argumenta viri: foribus ſuſpende coronas:
Iam pater es.

Capitolinus in M. Anton. Philoſopho c. 9 Inter haec liberales cauſas ita muniuit, vt primus iuberet apud praefectos aerarii Saturni vnumquemque ciuium natos liberos profiteri, intra triceſimum diem nomine impoſito. Per prouincias tabulariorum publicorum vſum inſtituit: apud quos idem de originibus fieret, quod Romae apud praefectos aerarii: vt ſi forte aliquis in prouincia natus, cauſam liberalem diceret, teſtationes inde ferret. *Fiebat autem profeſſio addito die et Conſule; propterea profeſſione aetas facile probari poterat. Vt in* l. 1 C. Si minor ſe maiorem dixerit. ¶ 3 *Formulae aliae:* Plaut. Capt. 3, 1, 20 Quis agit hoc, aut quis profitetur inquam? quaſi muti ſilent. *i. quis pollicetur coenam.* Cic. Acad. 4, 73 Qui ita ſit auſus ordiri, Haec loquor de vniuerſis. Nihil excipit de quo non profiteatur. Profiteri indicium, *praemii vel impunitatis cauſa vltro ſeſe conſortesque criminis deferre* Plin. Epiſt. 3, 16. *Conf.* Tacit. Ann. 6, 3, 6. *Publice legere, vel docere:* Cic. de Amicit. 17 Quamobrem quae diſputari de amicitia poſſunt, ab eis cenſeo petatis, qui iſta profitentur. Audiſtine, Valerium Licinianum in Sicilia profiteri? Plin. Ep. 4, 11, 1. *i. rhetoricen docere.* Diſciplinam Liu. 39, 8. Ius Ouid. de Arte Am. 3, 530. Medicinam rationalem Celſ. 1 praef. Partes teneri profitemur amoris Ouid. Amor. 2, 18, 19. *al.* Artes. Philoſophiam qui profitetur, grauiſſimam ſuſtinet perſonam Cic. in Piſon. 71 c. 29. Idem pro Muraen. 28 Triduo me Iuriſconſultum profitebor, *i. talem, qui de iure reſpondeat.* *Sic* Se profiteri grammaticum Idem Tuſc. 2, 12. Suſcipere atque profiteri onus Idem de Orat. 1, 116.

PROFĪTENS, entis. Partic. [ἐπαγγελλόμενος] Cic. ad Brut. 15 Italiae ſua vobis ſtudia profitenti remiſiſtis.

PROFITENDVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἐπαγγελτέος] Cic. de Nat. Deor. 1, 63 Ex quo equidem exiſtimo, tardiores ad hanc ſententiam profitendam multos eſſe factos.

PROFESSVS, a, um. *ſimiliter* Partic. [ἐπαγγειλάμενος] Ouid. Faſt. 2, 198 Sumunt Gentiles arma profeſſa manus. Hor. de Arte Poët. 14 Inceptis grauibus plerumque, et magna profeſſis. Ouid. Faſt. 5, 351 Non eſt de tetricis, non eſt de magna profeſſis. Culpa Ouid. Amor. 3, 14, 6. Vota aperta et profeſſa, *pro Manifeſta* Seneca Ep. 68. Iuſtin. 8, 4, 4 Boeotii orant vt profeſſum aduerſus Phocenſes ducem Graeciae exhibeat. Phaedr. 4, 6, 8

Vtinam ne vnquam —
Ad profeſſae mortis audacem viam
Fabricaſſet Argus opere Palladio ratem.

Add. Stat. Silu. 1, 2, 24. Ludimagiſtrum profeſſus, pueros docebat Iuſtin. 21, 6, 8. Aperte ſe hoſtem profeſſus Id. 29, 4, 1. *Actiue, Qui profitetur:* Profeſſus amicum Hor. Epiſt. 2, 18, 2. *Et* Profeſſus grandia turget Idem de Arte Poët. 27. *vid. ſupra.*

PROFESSIO, ōnis. f. [ἐπαγγελία] *Verbi varietatem ſequitur. Ad inſtitutum totius vitae pertinent iſta:* Ex ipſa profeſſione ſe ἐμπειρικοὺς appellauerunt Celſ. 1 praef. Ex profeſſione Serapionis ſc. qui, nihil hanc rationalem diſciplinam pertinere ad medicinam profeſſus, in vſu et experimentis eam poſuit Id. *paullo ante. Ita ſaepe tum in hac* praefatione *Celſus, tum* Scribonius in Epiſtola profeſſionem de Medicina, *in quantum vitae genus eſt, dixere. Sic* Colum. 7, 12, 3 Ad profeſſionem noſtram non pertinet. *i. ad argumentum, de quo ſcribere inſtituimus. De cenſu et vectigalibus frequens eſt.* Cic. Verr. 3, 39 Profeſſio eſt agri Leontini ad iugera XXX. Iugerum ſubſcriptio ac profeſſio Idem Verr. 3, 113. Idem Fam. 16, 23 Tu confice profeſſionem, ſi potes: etſi haec pecunia ex eo genere eſt, vt profeſſione non egeat. Idem pro Arch. 9 c. 4 At non eſt profeſſus. Immo vero his tabulis profeſſus, quae ſolae ex illa profeſſione, collegioque Praetorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem. Vices profeſſionum diuidere Quinctil. 1 Prooem. Cic. de Orat. 1, 21 c. 6 Quanquam vis oratoris, profeſſioque ipſa bene dicendi. *Conf.* Sen. Epiſt. 5. Promoturus vltimae profeſſionis homines Lampr. Heliog. c. 20. *Conf.* Vlpian. l. 1 §. 13 ff. de offic. praef. Vrb. *et* Paul. l. 9 §. 1 ff. de edendo. *Sed* Pallad. Febr. 9, 2 Profeſſione vitiorum ſuorum. *i. propter aperta vitia.*

PROFESSOR, ōris. m. [ἐπαγγελτὴς] *Qui profitetur artem, et ſe illam ſcire dicit, atque opem inde aliis promittit. De medicis* Celſus 2, 6 Nec protinus crimen artis eſſe, ſi quod profeſſoris ſit. *Et* 8, 6 *de Hippocrate*, Sed haec quidem alioquin memoria magni Profeſſoris, vti interponeremus, effecit. Profeſſor aſtrologiae conſultiſſimus Hipparchus Col. 1, 1, 4. Suet. de Clar. Gramm. c. 9 Reliquit filium Orbilium, et ipſum grammaticum profeſſorem. Plin. Epiſt. 4, 11 *pr.* Quos tibi Fortuna ludos facis? facis enim ex profeſſoribus Senatores, ex Senatoribus profeſſores. Sapientiae profeſſor Quinct. Pr. 15. *it.* 12 Pr. Suet. Tiber. c. 14. Celſ. 1 praef. *bis.* Artium Quinct. 12, 11, 20. Magni nominis profeſſores Idem 2, 11. Conſummati profeſſores Idem 1, 9.

PROFESSORIVS, a, um. Adi. [ἐπαγγελτικὸς] Lingua profeſſoria, *Quae meritoriam exercet eloquentiam* Tacit. Ann. 13, 14, 5.

PROFESSVM, i. n. *vnde*, Ex profeſſo aliquid agere: *Vid.* Ex profeſſo, *in* EX. De profeſſo audere aliquid Apul. Apol. p. 274.

PROFLIGO, ĕre. *Inde*

PROFLICTVS, a, um. Gell. 15, 5 Res proflictae et perditae.

PROFLIGENDO *ap.* Colum. 1, 3, 11 *quidam legunt; ſed melius,* profugiendo. *Nec diuerſa mihi lectio, quod annotauerim, obſeruata.*

PROFLĪGO, āre. [κατακόπτω] *Deiicere, depellere, deperdere, et ad perniciem deducere.* Cic. pro Rabir. Poſt. 42 Caſtris locum capere, exercitum inſtruere, expugnare vrbes, aciem hoſtium profligare. Cic. Phil. 14, 37 c. 14 Hoſtium copias profligare. Idem de Orat. 3, 3 Quum ipſe conſiliis ſuis Remp. profligaſſet. Nepos Fragm. 12, 2 Inimici noſtri, atque vti nunc ſunt erunt, potius quam Reſpub. profligetur et pereat. Plaut. Mil. 2, 2, 75 Confidentia eſt, nos inimicos profligare poſſe. ¶ 2 *Metaph. pro paene abſoluere, et verſus finem perducere* Gell. 15, 5. Profligo, ab affligendo et ad perniciem interitumque deducendo inclinatum tractumque eſt: quo verbo, qui diligenter loquuti ſunt, ita ſunt vſi, vt *Profligare* dicerent *Prodigere*, et *deperdere: profligataſque res*, quaſi *proflictas* et *perditas* appellarent. Nunc audio aedificia et templa, et alia fere multa, quae prope abſoluta affectaque ſunt, *in profligato eſſe*, et ipſa iam *profligata.* Quapropter vrbaniſſime reſpondiſſe praetorem non indoctum cuidam ex aduocatorum turba, Sulpicius Apollinaris — ſcriptum reliquit. Nam quum ille, inquit, rabula audaculus ita poſtulaſſet, verbaque ita feciſſet, Omnia, vir clariſſime, negotia, de quibus te cogniturum eſſe hodie dixiſti, diligentia et velocitate tua profligata ſunt; vnum id ſolum relictum eſt, de quo rogo audias. Tum Praetor ſatis ridicule: An illa negotia, de quibus iam cognoviſſe me dicis, profligata ſint, equidem neſcio: hoc autem negotium, quod in te incidit, procul dubio, ſiue id audiam, ſiue non audiam, profligatum eſt. *Illud, puto, verum eſt in hac diſputatione, proprie* profligari *dici ea opera, quae ſic indicantur moleſtiam aliquam habere, quicum pugnandum certandumque ſit. Igitur* bellum *et* iter *pulchre dicentur* profligari: valetudo *etiam, in quantum indicatur, illam oppugnari velut hoſtiliter. Sed, vt fit, in lubrico ſita hominum lingua non patitur ſe rationibus ſemper contineri. Itaque in ipſius* Auguſti Monumento Ancyrano *legimus, quod damnat hic Grammaticus, et ridet Praetor*, INTER AEDEM CASTORIS ET AEDEM SATVRNI COEPTA PROFLIGATAQVE OPERA A PATRE MEO PERFECI. Tacit. Hiſt. 2, 4, 5 Profligauerat bellum Iudaicum Veſpaſianus. Deos ipſos ſine vlla humana ope committere ac profligare bellum, nos autem commiſſum ac profligatum conficere Liu. 21, 40 *extr.* Gell. 19, 5 Deſinite valetudinem veſtram profligare. Sen. de Vita beata 1 Tunc circumſpiciendum eſt, qua contendere illo celerrime poſſimus: intellecturi in ipſo itinere, ſi modo rectum erit, quantum quotidie profligetur. Cic. de Prouinc. conſ. 35 c. 14 *de Caeſare* Etenim ſi — in patriam — redire properaret — vos tamen oporteret ab eodem illa omnia, a quo profligata ſunt, confici velle. *Vid. mox* PROFLIGATVS.

PROFLIGANDVS, a, um. Partic. [κατακοπτέος] Acies profliganda Sil. 11, 400.

PROFLIGĀTVS, a, um. *Aliud* Partic. [κατακοπεὶς] *Proſtratus, deiectus, afflictus, perditus.* Cic. pro Roſc. Amer. 38 Et denique omnia ad perniciem profligata atque perdita? Quanto tandem illum moerore afflictum eſſe et profligatum putatis? Idem in Catil. 2, 2. Profligati homines, *Perditi, et in quibus nihil eſt ſalubre, nihil integrum.* Idem Verr. 3, 65 Profligatiſſimus omnium mortalium, ac perditiſſimus. Idem pro Rabir. 23 Nemo eſt inquam inuentus tam profligatus, tam perditus, tam ob omni non modo honeſtate, *etc.* Tu omnium profligatiſſime et perditiſſime Idem Verr. 3, 65. Iudicia perdita et profligata Idem Verr. Act. 1, 78. Profligata, *dicuntur etiam Quae prope abſoluta ſunt.* Idem Tuſc. 5, 15 c. 6 Atqui ſi ita eſt, profligata iam haec, et paene ad exitum adducta quaeſtio eſt. Id. Fam. 12, 29 (30) Sic vehementius nos laboramus, qui profligato bello, ac paene ſublato, renouatum bellum gerere conamur. Flor. 2, 15, 2 *imitatus locum* Liu. 21, 40 *quem modo dedimus in* Profligare, Si quis trium temporum momenta conſideret, primo commiſſum bellum, profligatum ſecundo, tertio vero confectum eſt. *Add.* Tac. H. 4, 73, 2. Profligatam eam rem Romae eſſe nuntiantes Liu. 3, 50. *i. concitatum populum contra Decemuiros, Appium fugere etc.* Quaeſtio profligata Sen. de Benefic. 7, . .

PROFLIGATIO, ōnis. f. Cic. in Conſol. Profligatio exercitus aut clades.

PROFLIGĀTOR, ōris. m. [κατακοπτὴς] *Prodigus.* Tacit. Ann. 16, 18, 1 Habebaturque non ganeo et profligator, vt plerique ſua haurientium, ſed erudito luxu.

PROFLO, āre. [χωνεύω, ἐκπνέω] *Idem quod Flare, et flando efficere, vel expellere adeo.* Plin. 34, 9 Maſſa proflatur in primis: mox in proflatum additur tertia portio aeris collectanei, *etc.* Taurus immani proflauit turbine flammas Valer. Argon. 7, 571. Riuos ſanguineos proflans pectore Stat. Theb. 11, 266. Proflare pectore ſomnum Virg. Aen. 9, 326 *ſpiritum ſonantiorem ducere ſ. ronchos, in dormiendo.* Noctem tartaream proflantes pectore tauri Valer. Argon. 6, 435. *h. e. Ignem et fumum ingentem tenebris et flammis tartareis non abſimilem.* Proflare iras *ipſo ſpiritu et anhelitu vehementiore iram prodere* Plin. 8, 4 ſ. 5.

PROFLĀTVS, a, um. Proflatis naribus Apul. Met. 7 p. 193 *Elmenh.* Maſſa Plin. 34, 9.

PROFLĀTVS, ûs. m. [καταπνοή] *Ipſe proflandi actus.* Columel. 5, 9 Aeſtiuo proflatu refrigerentur.

PROFLVO, xi, xum, ĕre. [ἀποῤῥέω, προῤῥέω] *Fluendo in apertum venire.* Plaut. Aſin. 4, 1, 51 Quod illa autem ſimulet quaſi grauedo profluat. Si lacus emiſſus lapſu et curſu ad mare profluxiſſet Cic. de Diuin. 1, 100 c. 44. Humor profluit Virg. Georg. 4, 25. Profluere ab fonte Varro de L. L. 7, . . Profluunt lacrimae ab oculis Columel. 6, 7. Profluit ſanguis ex vulnere Plin. 8, 16. Graecia profluit ore Romano Lucan. ad Piſon. 78. Cuius ore ſermo melle dulcior profluebat Auctor ad Herenn. 4, 44. Profluere ad hominum famam, *per translationem, pro Delabi et deuenire.* Cic. pro Cael. 6 c. 3 Equidem vt ad me reuertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam: et meus hic forenſis labor vitaeque ratio dimanauit ad exiſtimationem hominum paullo latius commendatione ac iudicio meorum.

PROFLVENS, entis. Partic. [ἀποῤῥέων] Cic. Q. Frat. 3, 1 Ego locum aeſtate vmbroſiorem vidi nunquam: permultis locis aquam profluentem, et eam vberem. Genus orationis liquidum, fuſum ac profluens: *cui opponitur*, Exile, aridum, conciſum ac minutum Cic. de Orat. 2, 159. Loquacitas perennis et profluens Idem ibid. 3, 183 c. 48. Expedita ac profluens celeritas Idem de Clar. Orat. 220 c. 61. Profluens, *ſubſt. pro Flumine.* Auctor ad Herenn. 1, 23 Qui parentem necaſſe iudicatus erit, is obuolutus et ligatus culeo, deuehatur in profluentem. *i. Fluminis procurſum.* Cic. de Inuent. 2, 149 c. 50 Deinde eſt in carcerem deductus, vt ibi eſſet tantiſper, dum culeus, in quem coniectus in profluentem Deferretur, compararetur. Liuius *tamen adponit* Aquam 1, 4 Pueros in profluentem aquam mitti iubet.

PROFLVENTVM, i. n. *Idem.* Iul. Obſequ. c. 6 Ad Tiberis profluenta deſcendere.

PROFLVENTER. Adu. [προῤῥεόντως] *Abundanter.* Cic. Tuſc. 5, 53 c. 18 Ergo omnia profluenter, abſolute, proſpere: igitur beate. *Compar.* Gellius 14, 1 At Phauorinus, *etc.* latius ea et amoenius, et ſplendidius, et profluentius exſequebatur.

PROFLVENTIA, ae. f. [προῤῥοή] Cic. in Partit. 81 c. 23 Et hanc oratoriam vim inanis quaedam profluentia loquendi. *Subaud.* Imitatur.

PROFLVVS, a, um. Adi. [προῤῥέων] *Quod profluit: vt,* Profluus amnis, *Qui perpetuo fluit* Plin. 19, 4. Columel. 8, 17 Humilis in duos pedes piſcina deprimitur in ea parte litoris, quae profluo receſſu nunquam deſtituitur. Flumina proflua in altas ſiluas Ouid. ex Pont. 2, 1, 39. *al.* Paſcua. Lacrimae profluae vbertimque manantes Sidon. Ep. 4, 23. Venarum vt Vndam profluam manantium Prudent. Romano v. 483. Tam profluo augmento faceret Paullin. Petrocor. de Viſit. Nepot. v. 6 *vbi praeter reliquorum Poëtarum vſum prima corripitur.*

PROFLVVIVM, i. n. [πρόῤῥευσις] *Fluxus:* Profluuium alui Columel. 9, 12. Profluuium ſanguinis Idem 6, 26. *Conf.* Plin. 24, 13. Acre profluuium tetri ſanguinis Lucret. 6, 1203. Atticum *vid. h. v.* Genitale Plin. 7, 14. Mulierum, *ſiue* feminarum Idem 7, 15. *de menſtruis. Et* 34, 12 Feminarum Profluuium ſiſtit. Geniturae Idem 22, 22. Narium Idem 32, 10. Inhibere profluuium ſanguinis, *vid.* INHIBEO. Laborare profluuio Celſ. praef. Reprimere profluuium ſanguinis Columel. 6, 33.

PROFLVVIVS, a, um. Adi. Profluuia fides Caecil. *apud* Priſcian. p. 699 *videtur fluxa et inſtabilis.*

PROFŎREM, fŏres, fŏret, fŏre. [ὠφελέω] *Profuturum eſſe, coniugatur vt Forem.* Hor. Epiſt. 1, 8, 11 Quae nocuere ſequar, fugiam quae profore credam.

PROFRINGO, ĕre. *Vt,* Inarata profringere Stat. Theb. 10, 512. *vid.* PROFINDO.

PROFV̆GIO, fūgi, fūgĭtum, ĕre. [ἀποφεύγω, προφεύγω] *Procul fugere, aut quantum quis poſſit fugere.* Cic. de Seneċt. 37 Hac itaque amentia quaeſtione noua perterritus, in Aſiam profugit. Idem Verr. 1, 37 Quod ſi illinc inanis profugiſſes, tamen, *etc.* Lucret. 3, 717 *de Anima*, Sin ita ſinceris membris ablata profugit. Profugerunt metu perterriti Cic. Fam. 4, 12. Hinc centum triginta ſeptem patresfamilias extorres profugerunt Idem Verr. 3, 120. Ex

Ponto Medea quondam profugiſſe dicitur Cic. pro Lege Manil. 22. *Add.* Id. pro Deiot. c. 4. Inanem ex aliquo loco profugere, *vid.* INANIS. Ad aliquem profugere Cic. Att. 15, 21. Idem de Senect. 47 c. 14 Libenter vero iſtinc, tanquam a domino agreſti, ac furioſo profugi. In exilium Cic. pro Domo 86. Idem de Clar. Orat. 306 Eodem tempore quum princeps Academiae Philo cum Athenienſium optimatibus Mithridatico bello domo profugiſſet, *etc.* Pedibus Caeſ. B. C. 2, 23. Cic. Verr. 5, 75 Qui ex praedonum inſidiis, qui ex tempeſtatum periculis profugiſſent, in Sicilia ſecuri ferirentur, quum ſe iam domum veniſſe arbitrarentur? Idem Off. 1, 69 Multi autem et ſunt et fuerunt, qui eam, quam dico, tranquillitatem expetentes, a negotiis publicis ſe remouerint, ad otiumque profugerint. *Cum Accuſatiuo:* Curt. 10, 220 Nec ſerui quidem vno grege profugiunt dominos. *Conf. Gracu. ad* Cic. Att. 10, 8.

PROFV̆GVS, a, um. Adi. [φυγὰς] *Qui longe aliquo fugit, procul a finibus ſuis vagus, quaſi porro fugatus.* Salluſt. Catil. c. 6 Troiani, qui Aenea duce profugi ſedibus incertis vagabantur. Caſtra profuga Claud. de B. Get. 298. Claſſis Ouid. Met. 13, 627 Currus Id. ib. 15, 506. Pedem profugum referre Idem Epiſt, 15, 186. Idem ibid. 4, 155 Depuduit profugusque pudor ſua ſigna reliquit. Puppis Idem Triſt. 5, 2, 62. Stirps Idem Faſt. 2, 843. *Cum Genitiuo: Iudaei* ſoli caelique ſui profugi Cyprian. de Idol. Van. c. 6. Plin. 7, 28 Bis ab Annibale captus, bis vinculorum eius profugus. Profugus, *Qui diuerſa petit loca, etiam ſi non fugatus: Vnde* Hor. Carm. 1, 35, 42 Profugos Scythas *appellat, Quod crebro domicilia mutent.*

PROFVGIVM, i. n. *Dicitur quum longe aliquo fugitur, vbi ſe quis tutum putat.* Cic. Tuſc. 1 *extr.* Portum potius paratum nobis et profugium putemus, quo vtinam velis paſſis prouehi liceat. *Sic Victor. de morte.* Exilium, non ſupplicium eſt, ſed profugium, portusque ſupplicii Cic. pro Caecin. 100 c. 34. *Conf.* Idem Fam. 5, 15. *et* 7, 20. *Sed al.* Perfugium, *omnibus his locis.*

PROFVNDE, PROFVNDITAS, *vid. poſt* PROFVNDVS.

PROFVNDO, fūdi, fūſum, ĕre. [προχέω, καταχέω, σπαθάω, προΐεμαι] *Large fundere.* Plaut. Aul. 2, 4, 29 Aquam hercle plorat, quum lauat, profundere, *in notatione auari. Sed fere metaphorice ponitur pro eo, quod eſt inaniter et fruſtra, certe nimis liberaliter impendere.* Animam profundere Cic. pro Marcell. 32 c. 10. Idem pro Flacc. 15 Sic ſunt expreſſa iſta praeclara, quae recitantur, pſephiſmata, non ſententiis, neque auctoritatibus declarata, nec iureiurando conſtricta, ſed porrigenda manu, profundendoque Clamore multitudinis concitatae. Fulmen *vid. mox* Sonitus. Ignes Lucret. 6, 209. *i. Emittere.* Laborem profundere et perdere Cic. Fam. 5, 5. Idem in Somn. Scip. 5 Quem vt vidi, equidem vim Lacrimarum profudi. Lacrimas oculis Virg. Aen. 12, 154. Nec ratione alia, cum ſomnus Membra profudit Lucret. 4, 761. *i. proſtrauit.* Cic. in Piſon. 16 Omne Odium incluſum nefariis ſenſibus impiorum in me profudiſtis. Palmites profundere dicitur vinea, *Quum vbertim fruticat* Columel. 5, 5. Res: Sed vt ad ea, quae clariora ſunt, veniam, Res iam vniverſas profundam Cic. Acad. 4, 87. Idem pro Cluent. 18 c. 6 Sanguinem ſuum profundere omnem cupit, dummodo profuſum huius ante videat. Sanguinem pro patria Idem de Fin. 2, 60. Idem Att. 7, 3 Quae ſi ſecus eſſent, totumque Se ille in me profudiſſet, tamen, *etc.* Lucret. 6, 400 Iupiter in terras Fulmen Sonitusque profundit. Spiritum in acie Val. Max. 6, 3, 3. Vniuerſum: Nihil eſt in natura rerum omnium, quod ſe Vniuerſum profundat, et quod totum repente euolet Cic. de Orat. 2, 137. Lucret. 4, 929 Tu fac ne ventis Verba profundam: *attentionem poſcit.* Vires animi et ingenii, *pro Omnes neruos intendere, et omnem ingenii vim applicare.* Cic. Att. 1, 15 (8) In qua ego nactus (vt mihi videbar) locum reſecandae libidinis, et coërcendae iuuentutis, vehemens fui: et omnes profudi Vires animi atque ingenii mei. Idem Off. 1, 84 Inuenti autem multi ſunt, qui non modo pecuniam, ſed etiam Vitam profundere pro patria parati eſſent. *Sic* Phil. 14 c. 14. Cic. Tuſc. 2, 56 Sed quia in profundenda Voce omne corpus intenditur, venitque plaga vehementior. Catul. Argon. ſ. 63, 202 Has poſtquam moeſto profudit pectore Voces. Voluptates quum incluſae diutius et prima aetate compreſſae et conſtrictae fuerunt, ſubito ſeſe nonnunquam profundunt atque eiiciunt vniuerſae Cic. pro Cael. 75. Profundere [καταναλίσκειν] *Supra modum exponere, ſiue inſumere:* Ter. Adelph. 1, 2, 54 Tibi ſi iſtuc placet, profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet. Cic. Verr. 3, 155 Ait, omnia pecunia effici poſſe: dare, profundere, opponere, ſi velis vincere. Idem in Catil. 2, 10 c. 5 Patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas obligurierunt.

PROFV̄SVS, a, um. Partic. [κατάχυτος] *Supra modum ſumtuoſus.* Plin. 11, 41 Mulieri ante ſeptimum menſem profuſum lac, inutile. Sin ea quae fructus cunque es, periere profuſa Lucret. 3, 953. Fletus ſuper ora profuſus Ouid. Met. 11, 657. *al.* Refuſus. Lacrimis vultum lauere profuſis Idem ibid. 9, 679. Nilus Plin. 5, 9. Clauſtris profuſi Caſpiadae Valer. Argon. 6, 106. Varro de R. R. 2, 5 Bonis clunibus, coda profuſa vsque ad calces, *etc. i. protenſa. Compar.* Cauda profuſior Pallad. 4, 13. Profuſus, [δαπανηρὸς, προϊέμενος] Supra modum ſumtuoſus, *inquit* Feſtus. Cic. pro Muraen. 76 c. 36 Odit Populus Rom. priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit: non amat profuſas epulas, ſordes et inhumanitatem multo minus. Idem pro Cael. 57 c. 18. Sumtibus profuſis viuere Idem pro Quint. 93. Idem Verr. 3, 1, 20 Pecunioſus, Profuſus, perditus. Perditus ac profuſus nepos Idem pro Quint. 40 c. 12. Salluſt. Catil. c 5 Alieni appetens, ſui profuſus, ardens in cupiditatibus. Cic. Tuſcul. 4, 35 Vt aegritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat, metus receſſum quendam animi, et fugam laetitia Profuſam hilaritatem. Mens Stat. Silu. 3, 1, 91. Ipſumque genus iocandi non profuſum neque immoderatum, ſed ingenuum et facetum Cic. Off. 1, 103. Profuſus, Abiectus, iacens: Pacuuius, Profuſus gemitu murmuro. Feſtus. *Superl.* Suet. Veſp. c. 7 Comeſſationes cum profuſiſſimo quoque extendebat.

PROFV̄SE. Adu. [καταχεχυμένως] Liu. 10, 36 Haec ipſa minitans obſtitit profuſe tendentibus ſuis in caſtra. *Compar.* Salluſt. Catil. c. 13 *extr.* Profuſius quaeſtui deditus. *Superl.* Suet. Aug. c. 75 Profuſiſſime celebrare feſtos dies.

PROFVSIO, ōnis. f. Celſ. 2, 7 Profuſio alui. Vitruu. 10 praef. Infinitae ſumtuum profuſiones. Tertull. de Poenit. c. 8 *pr.*

PROFV̄SOR, ōris. m. Tertull. aduerſ. Marcion. 1, 24 Diſpenſator non profuſor.

PRŎFVNDVS, a, um. Adi. [βαθὺς, βύθιος] *dictum eſt quod Porro, id eſt longe, habeat* fundum. Acheron profundus, *vid.* ACHERON. Fornax Ouid. Met. 2, 229. Fretum Senec. Hippol. 12. Inane Lucret. 1, 1101. Mare profundum et immenſum Cic. pro Planc. 15 c. 6. Pontus Virg. Aen. 5, 614. Sinus Senec. Troade 6. Stagna Ouid. ad Liuiam 242. Tartara Senec. Hippol. 8. Valles Stat. Theb. 10, 95. *Altus:* Virg. Aen. 1, 62 — caelumque profundum. Idem Ecl. 4, 21. *Sic* Altitudo profunda *apud* Liu. 38, 23. *et* Tacit. Ann. 2, 61 *pr.* Caeli profundi latus Valer. Argon. 7, 4-8. Siluae Lucret. 5, 42. ¶ 2 *Per tranſlationem dicuntur* Auaritia profunda, *Immenſa et magna* Salluſt. Iugurth. c. 81. Caedes Stat. Theb. 10, 831. Cupido profunda imperii et diuitiarum Salluſt. Hiſt. 4, 29 (5) Gula Suet. Vitell. c. 7. *et* 13. *Conf. Caſaub. ad* Suet. Libido Salluſt. de Rep. ordinanda. Mero profundo caluere nubigenae Stat. Theb. 5, 262. Nox Virg. Aen. 4, 26. Os profundum, *Exuberans* Hor. Carm. 4, 2, 7. Tempeſtas Stat. Achil. 1, 45. Venter Curt. 10, 2, 26. *Compar.* Solin. c. 26 Numidici vrſi villis profundioribus. *Superl.* Cic. pro Sext. 93 c. 43 Diuitias in profundiſſimum libidinum gurgitem profundere. Cura deorum profundiſſima Tertull. 2, . . . Pace profundiſſima florentes Mamertin. Paneg. Maximian. c. 14.

PROFVNDVM, i. n. [βύθος, βύθον, βύσσα, βάραθρον] *Subſt. Mare.* Pater profundi, *Neptunus* Valer. Argon. 2, 606. *Contraria.* Cic. de Finib. 3, 48 Vt qui demerſi ſunt in aqua, nihilo magis reſpirare poſſunt, ſi non longe abſunt a Summo, vt iam iamque poſſint emergere, quam ſi etiam quum eſſent in profundo. Atlantiacum Auſon. in Moſella v. 144. Gelidum Ouid. Epiſt. 18, 89. Ionium profundum, *pro Mari* Sil. 11, 22. Latum Senec. Herc. fur. 11. Penetrale Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 444. Rubrum profundum, *Mare Erythraeum* Lucan. 8, 853. Saeuum Sil. 13, 480. Ouid. Met. 2, 267 Corpora Phocarum Summo reſupina profundo. Tuſci ſtagna profundi Sil. 10, 591. Vaſto profundo Sil. 4, 246. Abiicere in profundum Cic. Verr. 6 (4) 26 c. 11. Abſtruſit natura veritatem in profundo idem Acad. 4, 32. Iacere ſe in profundum, *vid.* IACIO. Iactari indomito profundo Ouid. Triſt. 1, 10, 39. Mergere multos profundo Senec. Octau. 6. Putei profundum Val. Max. 9, 6, 2 *extr.* ¶ 2 Profundum, Plautus *Paraſitum eleganter ad fundum alludens vocat, quaſi mare quoddam ſit, quo omnia ſorbeantur et hauriantur. Sic enim* Capt. 1, 2, 99 Profundum vendis tu quidem, haud fundum mihi. *Vid. locum integrum. Sic* Profundum, *abſolute, apud* Caprum grammaticum *ſignificat Ventrem, nec iniuria, quum eodem ſenſu Gurges vſurpetur. Exemplum autem vt ex antiquo ſermone profert:* In profundum, *inquit,* numi vel in arcam conduntur. *h. e. Vel in ventrem mittuntur, vel in arcam. Turnebus.* Sed a Capro hunc Profundum *pro Crumena dictum ait Cuiac. Obſeru.* 10, 26. *Plur.* Profunda montium et ſiluarum Tacit. Agric. 25, 2.

PROFVNDATVS, a, um. Plaut. Mil. 3, 3, 44 Carina ſatis profundata et bene ſtatuta. *Sic Taubm.* p. 851: *al.* Probe fundata, *et ſic Gronou.*

PROFVNDE. Adu. *Compar.* Plin. 8, 42 Quo quis acrior in bibendo profundius nares mergit. *Conf.* Prudent. Vincent. 119.

PROFVNDĬTAS, ātis. f. Macrob. de Somn. Scip. 1, 6 Corporum tres ſunt dimenſiones, longitudo, latitudo, profunditas. Idem Saturn. 7, 14 Oculus videt caeli profunditatem. *Vid. Cur. poſt. Cellar.* p. 153. *et* 227. In ipſis viſceribus terrae abſtruſa profunditas Tertull. de An. c. 55.

PROGEMMO, āre. [βλαστέω] *Gemmas trudere. De vinea dicitur.* Columel. 4, 27 Si palmis incipientibus, progemmantibusque foſſorem immiſeris, magnam partem vindemiae decuſſeris.

PROGĔNER, ĕri. m. [δισγαμβρός] Progenerum *dicit auus, neptis ſuae virum.* Suet. Auguſt. c. 19 Luciliique Paulli progeneri ſui, *etc.* Modeſtinus in l. 4 D. de gradibus et affinibus. *Conf.* Tacit. Hiſt. 5, 9, 7. *et* Nepos 25, 12, 1. Sen. Ep. 21.

PROGENĔRO, āre. [παιδοποιέω, παιδοσπορέω] *Generatione ex ſe producere.* Plin. 11, 16 Fetus quonam modo progenerarent, magna inter eruditos et ſubtilis fuit quaeſtio. Aquilae non progenerant columbam Hor. Carm. 4, 4, 31. *Paſſ.* Varro de L. L. 8, 22 Num bos ad bouem conlata eſt ſimilis? et qui ex his progenerantur inter ſe vituli? *etc.*

PROGENERATIO, ōnis. f. [παιδοποιία] Plin. 8, 43 Opera ſine dubio geruli mirifica, arando quoque, ſed mularum maxime progeneratione. *De aſinis.*

PROGENICV̄LO, āre. Gloſſ. Lat. et Gr. Progeniculo, γονυῶμαι. *Item* Progeniculat, γονυπετεῖ.

PROGENIES, ēi. f. [γέννα, γενεὰ] *Genus atque familia.* Cic. Philipp. 9, 5 Reddita eſt ei tum a maioribus ſtatua pro vita: quae multos per annos progeniem eius honeſtaret. Herculis progenies Nepos 17, 1, 2. Certa progenies Seneca Troade 6. Digniſſima caeli Stat. Achil. 2, 373. Egregia progenies virtute Virg. Aen. 7, 257. Ferrea Virg. Georg. 2, 341. Impia progenies Tantali Senec. Thyeſt. 2. Haud inficianda parenti progenies Phaëthon Ouid. Met. 2, 34. Magna Iouis Catul. 32, 6. Parua Virg. Georg. 1, 413. *de coruis.* Priſca Claud. in Ruff. 1, 106. Regia Ouid. Met. 11, 754. Veſana Claud. de B. Gild. 332. Viua Lucret. 2, 617. Vitioſiorem progeniem dare Hor. Carm. 3, 6, 46. Propius abeſſe ab ortu, et diuina progenie Cic. Tuſc. 1, 26 c. 12. Orbatus progenie Idem ibid. 1, 85 c. 35. Terrae progenies, *vid.* TERRA. Vitis progenies Columel. 3, 9.

PROGENITOR, *vid.* PROGIGNO.

PROGERMĬNO, āre. [καταβλαστέω] *Germen ex ſe producere, dicitur ſurculus.* Columel. 4, 10 Putandi autem duo ſunt tempora, melius autem (vt ait Mago) vernum, ante quam ſurculus progerminet. Idem c. 15 Ne ex propinquo progerminet.

PROGĔRO, geſſi, geſtum, ĕre. [ἐκκομίζω, προκομίζω] *Extra gerere, efferre.* Plin. 11, 18 (17) Quum defunctas progerunt, funerantiumque more comitantur exſequias, *de apibus.* Oua progerunt formicae Plin. 18, 35. Columel. 12, 50 Vrcei quibus oleum progeritur.

PROGERENS, entis. Part. Plin. 18 c. vlt. *extr.* Formicae vel concurſantes, aut oua progerentes.

PROGESTO, āre. Apul. Mileſ. 6 *extr.* Sinu ſerico progeſtans nucleos.

PROGIGNEON, *vid.* PROPNIGEON.

PROGIGNO, genui, genĭtum, ĕre. [γεννάω] *Gignendo ex ſe producere.* Cic. Off. 3, 66 Vt enim caeteri ex patribus, ſic hic, qui illud lumen progenuit, ex filio eſt nominandus. Idem de Diuin. 1, 128 c. 56 Atque vt in ſeminibus vis ineſt earum rerum, quae ex his progignuntur, ſic in cauſis conditae ſunt res futurae. Progignere nouos

nouos rerum motus Lucret. 2, 80. Ferae te progenuere Ouid. Epiſt. 7, 38. Terra parens illam progenuit Virg. Aen. 4, 180. Progigni, *Infinit. paſſiuae ſignificationis:* Lucret. 2, 545 Vnde ea progigni poſſit concepta, *etc.*

PROGENITOR, ōris. m. [προγεννήτωρ] *Auus.* Ouid. Met. 11, 319.

Quid peperiſſe duos, et dîs placuiſſe duobus,
Et forti genitore, et progenitore Tonanti
Eſſe ſatam prodeſt?

Cum fuerit medius progenitor genitis Orientius in Commonit. l. 2.

PROGENĬTVS, a, um. Partic. Pallad. Ianuar. 15 Arbores ex pomis ſponte progenitae. Elementa progenita Apul. de Dogm. Plat. p. 51.

PROGNĀRE. Adu. *i.* Aperte, *auctore* Feſto.

PROGNARĬTER. *Aliud* Adu. [γνωρίμως] *Fundus eſt* Non. 2, 625 Prognariter, ſtrenue, fortiter, et conſtanter. *Laudat* Plaut. Perſ. 4, 4, 39 Ego ſcio hercle vtrumque velle. D. age, indica prognariter. *Et* Ennium Annal. lib. 6 Diui, hoc audite parumper, Vt pro Romano Populo prognariter armis Certando prudens animam de corpore mitto. *Poſſis credere legendum eſſe* Prognauiter: *ſed an ter peccatum?* Prognariter *etiam retinet Merula* p. 348.

PROGNĀTVS, a, um. Adi. [γεννητὸς] *Natus.* Ter. Phorm. 1, 2, 65 Bonam, bonis prognatam. Cic. Tuſc. 3, 26 Qualis enim tibi ille videtur Tantalo prognatus, Pelope natus? Plaut. Epid. 1, 1, 33 Tum ille prognatus Theti. Liu. 1, 40 Vt in eadem ciuitate poſt centeſimum fere annum, quam Romulus deo prognatus, deus ipſe tenuerit regnum, *etc.* Hor. Serm. 1, 6, 77 Artes, quas doceat quiuis Eques atque Senator a ſe prognatos. *h. e. Liberos ſuos.* Ouo prognatus eodem Hor. Serm. 2, 1, 26. Pinus prognatae vertice Peliaco Catul. Argonaut. ſ. 63, 1. Prognati, [γεννώμενα] *Liberi:* Plaut. Amph. 2, 2, 20 Res, parentes, patria et prognati, tutantur, ſeruantur.

PROGNATIO, ōnis. f. Mart. Capell. 6 p. 210 Oppidum Diomedis Tydeique prognatione notiſſimum.

PROGNAVITER, *vid.* PROGNARITER.

PROGNE, *vel* PROCNE, es. f. [Πρόκνη] *Pandionis Athenienſium regis filia, quae Tereo, Thracum regi, matrimonio iuncta eſt, ex qua filium Itym ſuſcepit, quem patri poſtea comedendum dedit, propter Philomelam ſororem ab eo violatam.* Ouid. Met. 6, 7 *dicit eam fuiſſe verſam in hirundinem, Itym vero in phaſianum: quo in loco tota fabula deſcribitur. Vid. etiam in dictione* TEREVS. *Hinc Hirundinem notat apud* Virg. Georg. 4, 15 Et manibus Progne pectus ſignata cruentis. *Conf.* Auct. Philomel. 44. *et* Petron. c. 135 qui priorem corripit; Atque vrbana Progne, *etc.* Sidon. Epiſt. 2, 2 Progne inter aſſeres minuriens.

PROGNOSIA, ae. f. *Idem ac* PROGNOSIS, *Praenotio, Praeſcientia.* Iſidor. 12, 7 Nautae ſibi hanc bonam prognoſiam facere dicunt.

PROGNOSTĬCON, i. n. [προγνωστικὸν] *Rei futurae ſignum. A Graeco verbo προγινώσκω, quod facit in futuro προγνώσομαι, quod praeſcio, ſiue praecognoſco ſignificat. Vnde* Hippocratis prognoſtica, *quibus facile aegrotorum ſalus morsue a medicis praedici ſolet.* Cic. de Diuin. 2, 47 c. 20 Ex eo quidem loco et prognoſtica noſtra pronuntiabas et genera herbarum. *Et ibid.* 1, 13 c. 8 Atque his rerum praeſenſionibus prognoſtica tua referta ſunt. Idem Att. 15, 16 Equidem etiam pluuias metuo, ſi prognoſtica noſtra vera ſunt; ranae enim ῥητορεύουσιν.

PROGNOSTICVS, a, um. Adi. Prognoſtica praeuiſio aegritudinum Iſidor. 4, 10.

PROGRAMMA, ătis. n. *Scriptura publice propoſita. Inſcriptio alicuius rei venalis. Tabula pendula publice propoſita ac ſuſpenſa, in qua edicta ſcribi conſueuerunt. vnde pro Edicto aliquando ponitur. Vid.* l. 3 C. de Leg. et Conſtitut. princip. Vulcat. in Auidio Caſſ. c. 6 Edici iuſſit et programma in parietibus fixit. Caſſiod. Var. 2, 24. *et* 7, 42 Edictale programma.

PROGRAXE, *vid.* PROCRAGO.

PROGREDIO, ĕre. *Vt* Progredior veteres dixiſſe *notat* Priſcian. p. 799.

PROGRĔDIOR, ĕris, greſſus ſum, ĕdi. [προέιμι, προάγω] *In publicum prodire, vel vltra ire.* Plaut. Caſ. 4, 2, 17 Sed eccum progreditur cum corona et lampade meus ſocer. Progredi *i. domo exire ad obeunda negotia* Plin. 7, 53. Caeſ. B. G. 4, 24 Quum illi aut ex arido, aut paullulum in aquam progreſſi, omnibus membris expediti, *etc.* Cic. Off. 1, 33 Atque regredi quam progredi mallent. Nihil progredi Idem pro Sext. 75. Progreſſus ſum ad Inalpinos cum exercitu Idem Fam. 11, 4. Pedetentim Lucret. 5, 534. Inceſſu tacito Virg. Aen. 12, 219. Magnis itineribus Caeſ. B. C. 2, 19. Duos duntaxat pedes Cic. de Orat. 3, 183. Tridui viam progreſſi, rurſus reuerterunt Caeſar B. G. 4, 4. Cum iam progreſſus eſſet multorum dierum Viam Cic. de Diuin. 1 c. 15. Obuiam Liu. 7, 10 *extr.* Longius, *per tranſlationem, pro Sermonem extendere:* Cic. Verr. 3, 144 c. 62 Non dubito, quin vobis ſatisfecerim, iudices, verumtamen progrediar longius. Cic. Tuſc. 1, 17 Vltra quo progrediar, quam vt veriſimilia videam, non habeo. In adulationem Tacit. Ann. 3, 47. Liu. 31 *pr.* Iam prouideo animo, velut qui proximis litori vadis inducti mare pedibus ingrediuntur: quidquid progredior, in vaſtiorem me altitudinem ac velut profundum inuehi. Suis viribus ſine adminiculo Quinctil. 2, 6. Cic. de Aruſp. Reſp. 56 Repulſi ſunt ii, quos ad omnia progredientes, quos munera contra leges gladiatoria parantes, quos apertiſſime largientes, non ſolum alieni; ſed etiam ſui vicini, tribules, vrbani, ruſtici repulerunt. Cic. Verr. 4, 27 Videret quid ageret, de Diodoro quo progrederetur. Ne digitum quidem progredi; *prouerbialis formula, pro Ne minimum quidem.* Cic. Acad. 4, 16 Non quaero ex his illa initia mathematicorum, quibus non conceſſis, digitum progredi non poſſunt. Vltra primas literas paullum aliquid progredi Quinctil. 1, 1. In virtute procedere et progredi Cic. de Finib. 4, 64 c. 23. Id. Verr. 1, 81 Vt perſpicuum ſit omnibus, niſi tanta acerbitas iniuriae, tanta vis ſceleris fuiſſet, vt Lampſaceni moriendum ſibi potius, quam perpetiendum putarent: nunquam illos in eum locum progreſſuros fuiſſe, vt vehementius odio libidinis tuae, quam metu legationis mouerentur. Progreſſus eo, *h. e. Eo peruenit, vel decidit.* Cic. Att. 10, 4 Indulgentia videlicet noſtra deprauatus, eo progreſſus eſt, quo non audeo dicere. Neque eo deducam, aut progredi patiar, vt opera mea manus inter vos conſeratis Cic. anteq. iret in exil. 20. Peruenit quoad fieri hominis amentia progredi poteſt Cic. Philipp. 11, 6. Quamobrem id primum videamus, ſi placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat Cic. de Amicit. 36. Vix vltra quo iam progrediatur habet Ouid. Faſt. 1, 196. *de amore.* Calumnia ſerpere longius atque progredi dicitur. Cic. anteq. iret in exil. 14. Diuinatio coniectura nititur, vltra quam progredi non poteſt Cic. de Diuin. 1, 25. Id. Acad. 4, 27 Ipſa philoſophia, quae rationibus progredi debet, quem habebit exitum?

PROGREDIENS, entis. Partic. [προάγων] Zeno a communibus initiis progrediens Cic. de Fin. 4, c. 16. *i. philoſophandi initium faciens.* Id. Tuſc. 3, 54 Senſim enim et pedetentim progrediens extenuatur dolor. Idem de Senect. 45 Aetate progrediente, *h. e. In ipſo aetatis curſu:* Id. de Finib. 5, 41 c. 15 Natura corpus quidem hominis ſic genuit et formauit, vt alia in primo ortu perficeret, alia progrediente aetate fingeret. Id. de Nat. Deor. 2, 81 Alii autem vim participem rationis atque ordinis tanquam via progredientem. *de natura.* Id. de Finib. 1, 69 Quum autem vſus progrediens familiaritatem effecerit, tum amorem efflorefcere tantum.

PROGRESSVS, a, um. *Aliud* Partic. [προελθὼς] Cic. de Senect. 33 c. 10 Niſi forte adoleſcentes pueritiam, paullulum aetate progreſſi adoleſcentiam, debeant requirere. Id. de Diuin. 1, 26 Itaque vt ex ipſo audiebam, perſaepe reuertit ex itinere, quum iam progreſſus eſſet multorum dierum viam. Ex hac domo grogreſſa iſta mulier de veneni celeritate dicere audebit? Id. pro Cael. 60. Intra iactum teli progreſſus Virg. Aen. 11, 603. *Compar.* Tertull. de Anima c. 31 Vt anima progreſſior reuerteretur mille poſt annos.

PROGRESSVS, ûs. m. [προποδισμὸς] *Proceſſus, progreſſio.* Audiui Caeſarem firmo progreſſu in caſtrum Truentinum veniſſe Cic. Att. 8, 18. Progreſſus et regreſſus quinque errantium ſtellarum conſtantes et rati Id. de Nat. Deor. 2, 52. Arcere a progreſſu, et a reditu refrenare Id. Philipp. 11, 4. Id. Off. 1, 11 Homo autem quoniam rationis eſt particeps, conſequentia cernit, cauſas rerum videt, earumque progreſſus et quaſi anteceſſiones non ignorat. *i. Futures exitus, et quo res progrediatur et tendat.* Id. Philipp. 5, 47 c. 17 C. Caeſar ineunte aetate docuit ab excellenti eximiaque virtute, progreſſum aetatis exſpectari non oportere. Facere progreſſum in ſtudiis, *quod* Plin. Iun. *Profectum facere dicit:* Cic. Tuſc. 4, 43 c. 19 Philoſophiae ipſius principes nunquam in ſuis ſtudiis tantos progreſſus ſine flagranti cupiditate facere potuiſſent. Structuris ſiue aggeribus expediantur progreſſus Vitruu. 5, 12. Hac ratione in aquam poterit eſſe progreſſus Id. ibid. Cic. de Nat. Deor. 1, 15 Lucilius Balbus, qui tantos progreſſus habebat in Stoicis.

PROGRESSIO, ōnis. f. [προκόπωσις] Cic. Off. 3, 14 c. 3 Quae et ingenii bonitate multi aſſequuntur, et progreſſione dicendi. Id. Acad. 1, 20 In qua quod inchoatum eſt, neque perfectum, progreſſio quaedam ad virtutem appellatur. Id. de Finib. 4, 17 Atque ab iis initiis profecti, omnium virtutum et originem et progreſſionem perſecuti ſunt.

PROGVBERNATOR, ōris. m. Caecil. *ap.* Non. 13, 17 Cui progubernator propere vertit proſumiam.

PROGYMNASTES, ae. m. [προγυμναστὴς] *Praeexercitor. Qui docet, vel qui vna cum aliquo exercetur.* Senec. Epiſt. 83 Minimum exercitationi corporis datum. et hoc nomine ago gratias ſenectuti, non magno mihi conſtat: quum me moui, laſſus ſum. Hic autem eſt exercitationis, etiam fortiſſimis, finis. Progymnaſtas meos quaeris: vnus mihi ſufficit, Earinus, puer (vt ſcis) amabilis. ſed mutabitur. iam aliquem teneriorem quaero: iam vix illum aſſequor currentem, et intra pauciſſimos dies non potero.

PROGYMNASMA, ătis. n. [προγύμνασμα] *Pl.* Progymnaſmata *Latine dici poſſunt Praeexercitamenta, vel praeexercitationes. Vt* Aphthonii *opuſculum, quod hoc nomine inſcripſit.*

PROH. [ὦ] *Interiectio. Vid.* PRO.

PROHĬBEO, ui, itum, ēre. [κωλύω, ἀπείργω,] *ex* Pro *et* Habeo *compoſitum; q. d. procul habere, i. impedire vetando, vel quacunque ratione, ne quid fiat, aut incipiatur.* Virg. Aen. 1, 544 Quod genus hoc hominum: quaeue hunc tam barbara morem Permittit patria? hoſpitio prohibemur arenae. Ter. Heaut. 3, 3, 12 Multa fert libido, ea prohibet facere tua praeſentia. Idem Andr. 3, 3, 36 Si eueniat (quod dî prohibeant) diſceſſio. Prohibere minaciter, *vid.* MINACIAE. Cic. Verr. 2, 156 c. 64 Qui quum a Praetore prohiberentur, a quatuor Quaeſtoribus impedirentur, omnium minas atque omnia pericula prae ſalute ſua leuia duxerunt. Coram aliquid facere prohiberi Id. ad Octau. Prohibentur adire ad filios ſuos Id. Verr. 5, 117. Lacrimae dolorque prohibent loqui Ouid. Met. 9, 328. Cic. Off. 3, 4 Male etiam qui peregrinos vrbibus vti prohibent, eoſque exterminant. Id. Diu. Verr. 33 Daturus es huic crimini, quod et potuiſti prohibere, ne fieret, et debuiſti? Columel. 2, 4 Nihil prohibet, quo minus menſe Iulio veruacta ſubigantur. Prohibere et vetare quin Plaut. Curc. 1, 1, 33. *Iungitur Accuſatiuo et Ablatiuo cum Praepoſitione:* Caeſar. B. G. 1, 11 Caeſarem certiorem faciunt, ſeſe depopulatis agris non facile ab oppidis vim hoſtium prohibere. Virg. Aen. 1, 529 Prohibe infandos a nauibus ignes. Prohiberi commeatu, aqua, *etc. h. e. Detineri, quo minus aquam, commeatum, et alia neceſſaria habere poſſimus* Cic. Fam. 12, 15. ¶ 2 *Nomina:* Acceſſum prohibere, *vid.* ACCEDO. Acceſſus prohibet refugitque viriles Ouid. Met. 14, 363. Aditum prohibere, *vid.* ADEO, īre. Cic. Att. 4, 3 Qui erant mecum, facile operas Aditu prohibuerunt. Ouid. Met. 12, 66 — prohibent Aditu, litusque tuentur Troës. Agricultura prohiberi Caeſar B. G. 4, 1. Cic. pro Lege Manil. 18 Erit humanitatis veſtrae, magnum eorum ciuium numerum calamitate prohibere. A conuiciis prohibere Caeſ. B. C. 1, 23. Cibo prohiberi et tecto Cic. Verr. 3, 60. Detrimento aliquem prohibere Auctor ad Herenn. 2, 17. Dolorem dentium prohibet, *Occurrit dentium dolori, impedit, ne oriatur, arcet* Plin. 20, 7. Domo Ter. Phorm. 2, 3, 78. Exitu Cic. Att. 9, 14. Id. ib. 9, 12 Populi Romani exercitus Cn. Pompeium circumſidet, foſſa et vallo ſeptum tenet, Fuga prohibet. Ab Iniuria aliquem Salluſt. Iugurth. c. 107 *pr.* Ab Inſula procul praedones prohibere, *et* Intra inſulam recipere, *contraria* Cic. Verr. 4, 144. Itinere Caeſ. B. G. 1, 10. Ludo inani prohibere animos inſtabiles Virg. Georg. 4, 105. *de apibus.* Motus et conatus alicuius prohibere Cic. in Catil. 2, 26. Nefas Virg. Aen. 5, 197. Cic. Verr. 2, 14 Quum videretis nulla vi retineri, nullo periculo prohiberi poſſe, *etc.* A periculo Rempub. Id. pro Lege Manil. 19, c. 7. Potione per triduum Columel. 6, 7. Prouincia aliquem Cic. Fam. 10, 15. A pugna Caeſ. B. G. 4, 34. Rixis Bacchum Hor. Carm. 1, 27, 4. *Hypallage, quaſi diceret, Prohibete rixas a Baccho: vel proprie et vſitato more loquutus eſt.* *Sic enim* Cic. pro Lege Manil. 18 Erit.

igitur

igitur humanitatis veſtrae, magnum eorum ciuium numerum calamitate prohibere. *Lambin.* Sepultura aliquem Auctor ad Heren. 4, 34. Seruitio Liu. 1, 39 *extr.* Vim a ſe Plaut. Capt. 4, 2, 24. Vim hoſtium ab oppidis Caeſ. B. G. 1, 11. Voce aliquem, *Impedire ne quis loquatur:* Cic. pro Ligar. 13 Id ne impetremus, pugnabis, et in noſtrum fletum irrumpes, et nos iacentes ad pedes ſupplicum voce prohibebis? Vrbe aliquem Ouid. Met. 15, 600. *Datiuo et Accuſatiuo iunctum:* Plaut. Curc. 5, 2, 7 Obſecro parentesne meos mihi prohibeas? Idem Mil. 3, 1, 105. ¶ 3 Prohibeſſim, is, it, *antique pro* Prohibeam, as, at. Plaut. Pſeud. 1, 1, 11 Id te Iuppiter prohibeſſit. Cato c. 141, 2 Vti tu morbos viſos, inuiſosque, viduertatem, vaſtitudinemque, calamitates, intemperiasque prohibeſſis.

PROHĬBENS, entis. Partic. [ἀπείργων] Lex naturae recta imperans, prohibensque contraria Cic. de Nat. Deor. 1, 36. Egredi deo prohibente Tibul. 1, 3, 22. Populo prohibente Ouid. Met. 15, 610. Vento prohibente reuerti Id. Epiſt. 13, 127.

PROHIBENDVS, a, um. Columel. 6, 7 Sed prohibendus erit bos potione. Cic. Off. 1 c. 25 Prohibenda maxime eſt ira in puniendo.

PROHIBITIO, ōnis. f. Quinctil. 9, 2. Prohibitio ſceleris. *conf.* Tertul. de Monog. c. 9. Arnob. 2 p. 45. *Et* Vlpian. l. 8 ff. de Poenis.

PROHIBĬTOR, ōris. m. Apul. de Deo Socr. p. 52 Socrates nullo adhortatore vnquam indigebat, at vero prohibitore nonnunquam. *conf.* Ammian. 24, 15. *Et* Arnob. 7 p. 249.

PROHIBITRIX, īcis. f. Marcian. 2 ff. de leg. Lex eſt prohibitrix non faciendorum.

PROHIBĬTVS, a, um. Partic. Cic. Verr. 3, 60 c. 24 Equitem Romanum ſcitote biduum cibo tectoque prohibitum. Pudore peccandi prohibitis abſtinere Sen. Ep. 84.

PROHIBITORIVS, a, um. Adi. Auis prohibitoria, *apud* Plin. 10, 14. Paullus in l. Mutus et ſurdus D. de procur. Quia hoc edictum prohibitorium eſt. Interdictum prohibitorium Vlpian. in l. Ait praetor D. de arbor. caedend. . . et in l. certum D. de confeſſ.

PROHINC. *Igitur.* Apul. Met. 3 p. 133 Prohinc tormentis veritas eruenda. Idem 5 *pr.* Prohinc cubiculo te refer.

PROIĬCIO, iēci, iectum, ĕre. [ἀποῤῥίπτω, προΐεμαι] *Porro iacere.* Virg. Aen. 6, 835 Proiice tela manu. Ouid. Epiſt. 21, 165 Proiicit ipſe ſuas deducta fronte coronas. Ante pedes proiicere aliquid Virg. Aen. 5, 673. Arma proiicere Caeſ. B. C. 3, 98. Hirt. B. G. 8, 29. Ampullas proiicere et ſeſquipedalia verba Hor. in Arte Poët. 97. *i. abiicit,* non *adhibet verba inflata, grandia: omittit orationem tumidam.* Animas proiicere Virg. Aen. 6, 436 Quaſi rem vilem, *inquit* Seruius. Artus ſtrato proiecerat Valer. Argon. 7, 171. Aurum proiicere Hor. Serm. 2, 3, 100. Diem, *Oppetere:* Stat. Theb. 1, 237

Ille tamen ſuperis aeterna piacula ſoluit,
Proiecitque Diem, nec iam amplius aethere noſtro
Veſcitur.

Cato *apud* Gellium 4, 17. Ita hos fert ventus ad priorem Pyrenaeum, quos proicit in altum. In Exilium proiici Cic. anteq. iret in exil. 30. Id. in Catil. 2, 2 c. 1 Quae quidem laetari mihi videtur, quod tantam peſtem euomuerit, Foraſque proiecerit. Fructus amoris, *A ſe reiicere* Catul. 53, 19. Lacrimas, *pro Effundere* Caeſ. B. Alex. 24. Libertatem ſuam Cic. pro Rabir. Poſt. 33. Rem viliore pretio, *i. Vendere tam vili pretio, vt eam proiicere et abiicere videamur* Vlpian. in l. Si pignora D. de euiction. Cic. Att. 9, 4 Tuas nunc epiſtolas a primo lego. Hae me paullum recreant, primae mouent et rogant, ne Me proiiciam. *h. e. Deſpondeam animum.* Diogenes proiici Se iuſſit inhumatum Id. Tuſc. 1, 104 c. 43 *h. e. Abiici.* Se ad pedes, *Humilitatis ſignum:* Id. pro Sext. 26 c. 11 Vos inquam, pro meo capite ad Pedes lenonis impuriſſimi proieciſtis. Se ex naui Caeſ. B. G. 4, 25. Se ex vrbe, *Subtrahere* Cic. Philipp. 4. Se in forum, *Proripere* Liu. 2, 23. Cic. pro Cael. 21 Hoc ex genere ſi qui Se in hoc iudicium forte proiecerint, excluditote eorum cupiditatem, Iudices, ſapientia veſtra. Se in muliebres fletus Liu. 25, 37. Seſe ſuper amicum exanimem Virg. Aen. 9, 44. Cic. de Finib. 2, 73 Quod ſtuprum, quae libido Se non proripiet ac proiiciet aut occultatione propoſita, aut impunitate, aut licentia? Tectum proiicitur, *pro Extenditur:* Id. in Topic. 24 Quoniam P. Scaeuola id ſolum eſſe ambitus aedium dixerit, quantum parietis communis tegendi cauſa Tectum proiiceretur. Magno animo quaedam Verba proiicere Sen. Epiſt. 10. In noſtrum proiicere quid eſſet l. 5 §. 10 ff. de noui oper. nunt. *intelligitur ex his, quae mox dicentur in* PROIECTVM. *Huc etiam pertinet* Proiiciendi ſeruitus l. 2 ff. de Seruit. vrban. *vid.* PROIECTVM. Virtutem patriam Caeſ. B. G. 2, 15. Lucan. 4, 516 Vitam proieci comites, tutusque futurae Mortis agor ſtimulis. ¶ 2 *Obſeru.* Nonne extremam pati Fortunam paratos proiecit ille Caeſ. B. C. 2, 32. *Et* quaeritur in concione, ſe proiectum et proditum a Pompeio. Id. ib. 1, 30. *In his* proiicere *idem eſt quod deſtituere, prodere.* Proicere *apud Poëtas:* *vid.* Gell. 4, 17. *Drakenb. ad* Sil. 9, 538. Proiicere, *inquit* Nonius 2, 711 Effundere, honeſte poſitum: Siſen. Hiſt. 4 Tum poſtquam apud Aeginos, ac Peruſinos eius facti mentionem proiecit. *Intranſitiua ſignificatione poſitum videtur* Gell. 4, 17 *extr.* Promuntorium, cuius lingua in altum proicit. *i. prominet.*

PROIECTVS, a, um. Partic. [ἀπεῤῥιμμένος, προβλής] Columel. 12, 2 Quia ignoretur vbi proiectum iaceat quod deſideratur. Cibum proiectum odorari Hor. Epod. 6, 10. Simonides ignotum quendam proiectum mortuum quum vidiſſet, humauit Cic. de Diuin. 1, 56. Id. Philipp. 12, 19 Qui ex naufragio luculenti patrimonii ad haec Antoniana ſaxa proiectus eſt. In puluere proiectus Valer. Argon. 4, 268. Sternitur et toto proiectus corpore terrae Virg. Aen. 11, 87. Alga proiecta vilior Id. Ecl. 7, 42. Sil. 10, 42 Per medios agitur, proiecto lucis amore, Annibalem luſtratus Paullus. Cadauera Varr. de L. L. 4, 5. Corpus Lucret. 3, 895. Enſes proiectos reddidit Lucan. 9, 26. Pudore proiecto loquar tua facta Ouid. Met. 6, 545. Puer proiectus, *dicitur Expoſitus:* Plaut. Ciſt. 1, 2, 5 Paruulam puellam proiectam ex angiportu ſuſtuli. [προτεταμένος] *Extenſus:* Cic. de Orat. 3, 220 c. 59 Brachium procerius proiectum, quaſi quoddam telum orationis. In antro viridi proiectus Virg. Ecl. 1, 76. Exin proiectae claro cum lumine Chelae Cic. in Arat. 323. In aequor proiectus Ouid. ex Pont. 2, 7, 57. Cic. Verr. 4, 119 Quarum vna eſt ea, quam dixi, inſula, quae duobus portubus cincta, in vtriusque portus oſtium aditumque proiecta eſt. Vineae proiectae humi Columel. de Arb. c. 4. Vrbs proiecta in altum Cic. Verr. 4, 21. Id. pro Cluent. 183 c. 65 Quod aut hi, qui ad fraudem callidi ſunt, non tantum audent, quantum excogitant: aut illi, quorum eminet audacia atque proiecta eſt, a conſiliis malitiae deſeruntur. *Sic,* Proiecta cupiditas, *apud eundem* pro Domo 115 c. 44. Cic. Verr. 1, 2 Eſt idem Verres qui fuit ſemper; vt ad audendum proiectus, ſic paratus ad audiendum praeſto eſt. *Compar.* Venter paullo proiectior Suet. Tit. c. 3. Quid eſſe vobis aeſtimem proiectius Prudent. in Romano v. 153. *Superl.* Gens ad libidinem proiectiſſima Tacit. Hiſt. 5, 5, 3 *de Iudaeis.* ¶ 2 Proiectas ac proditas ad inconſultam atque improuidam pugnam legiones, *dixit* Liuius. . . . Proiectum, *pro Contemto et vili;* Tacit. Ann. 1, 42 An ciues, quibus iam proiecta Senatus auctoritas? ¶ 3 Proiectum *in aedificandi ratione quid eſſet, docebimus verbis* Iauoleni l. 242 ff. de V. S. Inter Proiectum et Immiſſum hoc intereſſe ait Labeo, quod Proiectum eſſet id, quod ita proueheretur, vt nusquam requieſceret, qualia meniana et ſuggrundia eſſent: Immiſſum autem, quod ita fieret; vt aliquo loco requieſceret, veluti tigna, trabes, quae immitterentur. Vet. Gloſſ. Proiecta tecta ἀνατετ[illegible], ἀνάτασιν ἔχοντα ἐπ' οἰκίας. *Et* Proiectum τὸ ἐξέχον ὥςε ἐπιτίθεσθαι αὐτῷ ἐξώςην. Vlpian. l. 3 ff. §. Vti poſſidetis: Labeo quoque ſcribit, ex aedibus meis in aedes tuas proiectum habeo. Interdicis mecum, ſi eum locum poſſideamus, qui proiecto tegetur: an quo facilius poſſim retinere poſſeſſionem eius proiectionis, interdico tecum, ſicuti nunc poſſidetis eas aedes, e quibus proiectus (*Haloand. melius* proiectum) eſt. Venuleius l. vlt. §. penult. ff. Quod vi aut clam, ſi quis proiectum aut ſtillicidium in ſepulcrum immiſerit: etiam ſi ipſum monumentum non tangeret *etc.* *Vid.* PROIECTIO n. 2.

PROIECTVS, ûs. m. [προβολὴ] *Ipſa proiectio.* Plin. 17, 12 Omnium quae proiectu frontis ita diffunduntur, vt per ipſas non defluant imbres, ſtilla ſaeua eſt. Corporis proiectus immanis Lucret. 3, 1000.

PROIECTIO, ōnis. f. [τάσις] Cic. in Orat. 59 c. 18 Brachii proiectio in contentionibus, contractio in remiſſis. ¶ 2 *Pro iure* proiiciendi *ſ. proiectum immittendi* Vlpian. l. 3 §. 5 ff. Vti poſſidetis, Item videamus, ſi proiectio ſupra vicini ſolum non iure haberi dicatur.

PROIECTO, āre. [κακίζω] *Frequenter proiicere.* Proiectare aliquem probris, *Iniuriis afficere:* Plaut. Bacch. 3, 6 (5) 38 Tuis me proiectas probris. *Al.* Prolectas, *i. Prouocas.*

PROIECTVRA, ae. f. [προβολὴ] Proiecturae Vitruuio *ſunt Prominentiae, et velut ſupercilia quaedam parietum arcendis ſtillicidiis inuenta: Quanquam etiam proprio nomine Coronae vocentur: ſiue ſtructura, ſiue inteſtino opere conſtent.* Vitruu. 2, 8 Summis parietibus ſtructura teſtacea ſub tegula ſubiiciatur altitudine circiter ſeſquipedali: habeatque proiecturas coronarum. Ita vetari poterunt quae ſolent in iis fieri vitia. *Budaeus.* *Conf. Hotoman. Reſponſ. Amic.* 2, 30.

PROIECTICIVS, a, um. Adi. *Qui Proiectus nutritur.* Plaut. Ciſt. 1, 3, 43. Ibid. arg. v. 8 Lemnique natam deſpondit adoleſcentulo amore capto illius proiecticiae. Ammian. 28, 37 Salutat te Palladius proiecticius.

PROIECTE. Adu. Tertull. de Pudic. c. 13 Apoſtolus vero eam ſceleratam libidinem tam proiecte ignouiſſet.

PROIECTIBĬLIS, e. Adi. Vet. Interp. Iren. 1, 34 Serpens proiectibilis.

PROIECTŌRIVS, a, um. Adi. Macer. 4, 1 Herbae totius eſt proiectoria virtus. Theod. Priſcian. de Diaet. c. 15 Vim proiectoriam participare.

PROIN. Adu. [διὰ ταῦτα] *Propterea, ideo, propter hoc.* Ter. Eun. 1, 1, 11 Proin tu, dum eſt tempus, etiam atque etiam cogita. Id. Andr. 2, 4, 5 Orationem ſperat inueniſſe ſe, qua differat te: proin face, apud te vt ſies.

PROINDE. *Aliud* Adu. [διὸ, τοὔνεκεν, δῆκεν] *Idem ſignificans.* Ter. Andr. 4, 2, 24 Ne vacuum eſſe me nunc ad narrandum credas, Proinde hinc vos amolimini. Proinde aut exeant aut quieſcant Cic. Catil. 2, c. 5. Liu. 1, 9 Satis ſcire, origini Romanae et deos affuiſſe, et non defuturam virtutem: proinde ne grauarentur. Plaut. Amph. 1, 1, 59. Proinde iſti licet faciant quos volent Conſules Cic. Att. 2, 9. Proïnde bono animo ſis Id. ib. 1, 8. Proinde fac magnum animum habeas Cic. Fam. 12, 6. Proinde, ſi ſapis vide Cic. Verr. 2, 70. Proinde ſi qui ſunt, qui *etc.* Id. ib. 5, 182. Et proinde diligenter ab vtroque conſeruata ſunt Cic. Fam. 11, 35. ¶ 2 Proinde, [ὁμοίως] *pro Aduerbio ſimilitudinis aliquando ponitur, eandemque ſignificationem habere videtur, quam* Perinde. Ter. Phorm. 2, 3, 35 Proinde expiſcare, quaſi non noſſes. Proinde quaſi nemo ſiet, ita tute attente illorum officia fungere Ter. Heaut. 1, 1, 13. Cic. pro Domo 31 Proinde quaſi iſti aut de Cn. Pompeio aliter atque ego exiſtimo, ſentiant, *etc.* Columel. 11, 52 Itaque nonnulli guſtu explorare maturitatem tentauerunt, vt ſiue dulcis eſſet ſapor vuae, ſiue acidus, proinde aeſtimarent. Tacit. Ann. 12, 60 Decretaque eorum proinde haberi iuſſerat, acſi magiſtratus Romani conſtituiſſent. *de Auguſto loquitur.* Lucret. 3, 1048 Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror Oſſa dedit terrae, proinde ac famul improbus eſſet. *i. Tanquam, proinde ac ſi.* Proinde ac debeat Varr. de L. L. 9 *verſus fin.* Proinde ac ſi Nepos 6, 2, 2. Proinde vt Varr. de L. L. 5, 7. Plaut. Amph. 2, 3, 18 Recte loquere, et proinde, diligentem vt vxorem decet. Ibid. 27 Haec curata ſint fac ſis, proinde adeo vt me velle intelligis. *Conf. Burm. ad* Quinctil. 5, 9 p. 393.

PROLĀBOR, ĕris, lapſus ſum, labi. [προάγομαι] *Auget ſignificationem ſimplicis verbi, vt ſit tum manifeſto, tum vltra labi, et ita, vt plane iaceat: et non proprie tantum, ſed metaphorice etiam ponitur, vt exempla docebunt. Primam produci, oſtendit* Cic. de Nat. Deor. 2, 113 At Canis ad caudam ſerpens prolabitur Argo, *i. mouetur celeriter.* Inteſtinum prolabitur Scribon. 232. Prolapſus cecidit Liu. 5, 21 *extr.* Prolabi in caput Id. 27, 32. *Al.* Per caput. Prolabi ex arbore Plin. 27, 8. *Et apud* Liu. 27, 27 Prolabi ex equo. Matris prolapſus ab aluo Ouid. in Ibin 223. Eo iam prolapſi ſunt mores Sen. Controu. 15 *pr.* In ignotum priſcae continentiae diuerticulum prolabi Val. Max. 9, 1, 4. Cic. pro Quint. 77 Fore vti permultis in rebus timore prolaberer. Id. pro Caecin. 101 Non me praeterit, Recuperatores, tametſi de hoc iure multa praetereo, tamen me longius Prolapſum eſſe, quam ratio veſtri iudicii poſtulauit. Prolabi in miſericordiam Liu. 30, 12. Cic. Att. 1, 14 (17) Aſiani, qui de Cenſoribus conduxerunt, queſti ſunt in ſenatu, ſe cupiditate prolapſos, nimium magno conduxiſſe.

PROLAPSVS, a, um. Partic. [προαχθεὶς, κατερεχθεὶς, κατερείψας] Equus prolapſus Propert. 4. 1, 94. Cic. de Diuin. 2, 5 c. 2 His praeſertim

ſertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapſa eſt Iuuentus, vt omnium opibus refrenanda atque coërcenda ſit Cic. Diuin. 2, 4 c. 2. Id. pro Cael. 47 Huc vnius mulieris Libidinem eſſe prolapſam, vt ea non modo ſolitudinem ac tenebras, atque haec flagitiorum tegumenta non quaerat. Pergama prolapſa Virg. Aen. 2, 555. Verbum prolapſum ab aliqua cupiditate Cic. pro Font. 18 c. 9. *i. quod excidit teſti nimis cupido.*

PROLAPSIO, ōnis. f. [κατέρειψις] Cic. pro Cael. 41 c. 17 Et interdum multas vias adoleſcentiae lubricas oſtendit, quibus illa inſiſtere aut ingredi ſine caſu aliquo aut prolapſione vix poſſet. Inuiſibili prolapſione deſcendere Ambroſ. Serm. 15 de Temp. p. 20.

PROLATIO, PROLATVS, *vid.* PROFERO.

PROLĀTO, āre. [ἀνευρύνω, πλατύνω] *Idem quod Dilatare, et aliquando metaph. Differre in aliquod tempus, et protrahere.* Cic. in Catil. 4, 6 c. 3 Id opprimi ſuſtentando ac prolatando nullo pacto poteſt. *Sic,* Liu. 21, 5 Nihil prolatandum ratus. Omnis inuidia prolatandis Conſultationibus dilapſa foret Salluſt. Iugurth. c. 27. Agros Tacit. Hiſt 2, 78, 5. Salluſt. in Catil. 43 Cethegus ſemper quaerebatur de ignauia ſociorum: illos, dubitando, et Dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere. Sil. 3, 142. *conf. Cort. ad* Salluſt. c. l. Diem ex die prolatare Tacit. Ann. 6, 42, 6. Columel. 1 *praefat.* Largius tamen condidere quam nos, quibus diuturna permittente pace, prolatare licuit Rem ruſticam, *i. ampliorem facere.* Tacit. Ann. 11, 37 Interim Meſſalina Lucullianis in hortis prolatare vitam, *i. Producere, prorogare.* Prolatare, *Porrotenus latius facere, et amplificare:* Lucret. 1, 982 Effugiumque fugae prolatet copia ſemper. *i. Fiet, vt ſpatii infinitas perpetuum telo effugiendi atque euolandi locum praebent. Lambin.*

PROLATĀTVS, a, um. Partic. [ἀνευρυνθεὶς] Tacit. Ann. 10, 32 Prolatatum inter Parthos Romanosque de obtinenda Armenia bellum acriter ſumitur. *Add. ib.* 13, 34, 4.

PROLATATIO, ōnis. f. [ἀνευρυσμὸς] Tacit. Hiſt. 3, 82, 3 Sed omnem prolatationem vt inimicam victoriae ſuſpectabant.

PROLATĪVVS, PROLĀTVS, *etc. vid.* PROFERO.

PROLECTO, āre. [ἐπάγω] Frequent. *ex* Prolicere, *niſi a* Lactando *ductum malis.* Cic. pro Flacc. 18 c. 8 Egentes, et leues ſpe largitionis, et viatico publico, priuata etiam benignitate prolectat. Praeda puellares animos prolectat inanis Ouid. Faſt. 4, 433. Vitruu. Prooem. 5 Verſuum diſtincta pronunciatio prolectando ſenſus legentium, perducit ſine offenſa ad ſummam ſcriptorum terminationem. Apul. Apol. p. 331 Cauſa prolectandi ad nuptias.

PROLECTANS, antis. Partic. Apul. Met. 5 *pr.* Prolectante ſtudio pulcherrimae viſionis. Ibid. p. 162 Prolectante gaudio.

PROLECTATVS, a, um. Mart. Capell. 8 p. 270 Nuptialis gratiae nomine prolectatus.

PROLECTIBILIS, e. Adi. *Quod alliciendi incitandique vim habet.* Sidon. ad Vectionem, Nemo ita naturae firmae eſt, vt prolectibilibus careat occultis. *Al.* Prolectabilibus. *vid.* Feſt.

PROLEPSIS, is. f. [πρόληψις] *Dici poteſt Latine Praeſumtio: ἀπὸ τῦ προλαμβάνειν, hoc eſt a praeſumendo.* Fitque in oratione, quum id, quod in aduerſarii aut iudicis opinione eſſe aut fore arbitramur contrarium nobis, praeoccupamus dicere, et ratione diſſoluere, *vid.* Rutil. *et* Gell. 10, 16. Diomedi p. 438 *Eſt* cum id, quod poſterius accidit, ante tempus adſcribitur. *Vt* Virg. Aen. 1 *pr.* Italiam fato profugus Lauinaque venit Litora. *Cum enim in Italiam veniret Aeneas, Lauinium non erat conditum. Haec apud rhetoras.* ¶ 2 *Philoſophi aliter:* Cic. de Nat. Deor. 1, 43 c. 16 Quae eſt enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus, id eſt anteceptam animo rei quandam informationem.

PROLES, is. f. [ἀπογόνη] *Progenies; a* Pro *et* Oleo, *id eſt creſco: vt* Soboles *i.* ſuboles *a* ſuboleo. Columel. 7, 6, 7 *de caprino pecore,* Paſcit autem, ſi eſt generoſa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos. Quinctil. 8, 3, 26 Prolem ducendam, tragicum. *Sed parum liquido de lectione et ſententia mihi conſtat.* Proles *et* Soboles, *verba a* Cicerone *non euitata, vt ipſe teſtatur* de Orat. 3, 151 c. 38 Neque illud fugerim dicere, vt Caelius, Qua tempeſtate Poenus in Italiam venit, nec Prolem aut Sobolem, aut Effari, aut Nuncupari. *Interim tamen Poëtis vſitatius nomen, exempla docebunt:* Tuta diu volucrum proles, tum denique caeſa eſt Ouid. Faſt. 1, 449 Oliuae proles Virg. Georg. 2, 2. Hominum futurorum Cic. in Somn. Scip. 16. Virûm prole felix vrbs Virg. Aen. 6, 784. Achilles Thetidis proles, *vid.* ACHILLES. Degener Senec. Agamemn. 6. Duellica equorum Lucret. 2, 660. *Al.* Bellica. Effera Id. 2, 604. Foeda Senec. Med. 7. Felix Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 370. Generoſa Sen. Oedip. 110. Colum. 7, 6. Ignara parentis Ouid. Met. 2, 496. Incerta Senec. Thyeſt. ſ. 4. Inclyta Id, Medea ſ. 7. Maſcula ruſticorum militum Hor. Carm. 3, 6, 38. Noua Lucret. 1, 260. Poſtuma Virg. Aen. 6, 763. Praeclara Valer. Argon. 2, 149. Pulcherrima Virg. Aen. 6, 648. Scelerata Ouid. Met. 1, 127. Virilis Virg. Aen. 7, 50. ¶ 2 *Verborum formulae.* Agnoſcere ambiguam prolem Virg. Aen. 3, 180. Creata proles ſine matre Ouid. Met. 2, 553. Deſcribunto equitum, peditumque prolem Cic. de Legib. 3, 7. Dare geminam Virg. Aen. 1, 278. Eniti gemellam Ouid. Met. 9, 452. Ferrea tum vero proles Exorta repente eſt Cic. de Nat. Deor. 2, 159 c. 63 *pro Saeculo, vid. Barth. ad* Claud. p. 1103. Procudere prolem Lucret. 5, 854. Parentem facere pulchra prole Virg. Aen. 1, 79. *i. Parere.* Producere prolem teneram a nido in aëra Ouid. Met. 8, 214. Propagare prolem Lucret. 2, 996. Priuignasque rogat proles Columel. 10, 163. *De Teſticulis* Arnob. 5 p. 172 Circumiectae prolibus membranulae, *vid. Stew. h. l.* Idem 7 p. 230 Polimina ſunt ea, quae nos proles verecundius dicimus.

PROLETĀRIVS, a, um. Adi. [θητικὸς, θητευτικὸς] *a* Prole *dictum eſt.* Proletarii dicti ſunt, Qui in plebe Romana pauperrimi erant, et non amplius quam mille et quingentos aeris in cenſum deferebant, *vt ait* Non. 2, 666. Ennius Annalibus, Proletarius publicitus ſcuto ferroque Ornatus, *vid.* Gell. 16, 10. Definite hominem, proletarius cum ſit, claſſicis; et capite cum cenſeatur, adſcribere ordinibus primis Arnob. 2 p. 63. Feſtus Proletarium, capite cenſum dictum ait, quod his ciuitas conſtet. quaſi proles progenie. iidem et proletanei. Non. 1, 342 Proletarii dicti ſunt plebeii, qui nihil Reip. exhibeant, ſed tantum prolem ſufficiant. Proletarius ſermo Plaut. Mil. 3, 1, 175. *i. Vulgaris, perfunctoriae et tralaticiae humanitatis, non ſerius, vid. totus locus in* APPONO n. 2.

PROLITAS, ātis. f. *Pro proles, legitur a quibuſdam ap.* Apul. Met. 2 *poſt init. Vbi alii* proles, *al.* probitas.

PROLEVO, āre. Haec te peccatorum fluctibus merſum prolevabit Tertull. de Poenit. c. 4. *Al. aliter.*

PROLĪBO, āre. [προσπένδω] *Ante libare.* Plin. 35, 12 In ſacris quidem etiam inter has opes non myrrhinis criſtallinisue, ſed fictilibus prolibatur ſympulis. Idem 28, 4 Alii e tribus puteis pari menſura aquas miſcent, et prolibant nouo fictili.

PROLICIO, lexi, lectum, ĕre. [ἐφέλκω] *Inducere. Antiquum.* Plaut. Curc. 1, 2, 1 Eius amor cupidam huc me per tenebras prolicit.

PROLECTVS, a, um. Part. Romanos impetu ſuo protelant, prolectos perſequuntur Siſ. *ap.* Non. 4, 394.

PROLECTO. *vid. paullo ante, loco ſuo.*

PROLIQVEO, *vel* PROLICEO, ēre. Gloſſ. Iſidor. Emanare: *Vbi laudatur* Varro, Demum vbi prolicuit dulcis vnda.

PROLIQVATVS, a, um. Apul. Apol. 1 p. 283 *Elm.* Radii noſtri ſeu mediis oculis proliquati.

PROLITAS. *vid.* PROLES.

PROLIXVS, a, um. Adi. [μηκὴς, ἐκτανὴς, προμήκης] *a* Laxum *fit, quaſi porro laxum; Quod longum, laxumque eſt.* Ter. Heaut. 2, 3, 49 Capillus paſſus, prolixus, circum caput reiectus negligenter. Varr. de R. R. 1, 9 Licet videre fructuoſas ſegetes ac reſtibiles, et arbores prolixas. Arator prolixior Columel. 1, 9, 3. *de ſtatura procera. Longiſſimum enim quemque aratorem iubet facere.* Barba prolixa Virg. Ecl. 8, 34. Comae Ouid. Triſt. 4, 2, 34. Corpus prolixum, Exili *opponit* Sueton. Claud. c. 30. Ictu prolixo prouolat Lucret. 4, 1239. *h. e. Velocitate maxima.* Prolixo ſatis itinere Apul. Met. 3 *ſub f.* Tempus prolixum l. 3 §. 3 ff. de re mil. Pollices prolixiores Columel. 5, 6. ¶ 2 Prolixus animus, *Liberalis.* Cic. Att. 16, 16 Quod quum ita ſit, tamen intereſt noſtra, Plancum hoc animo libenti prolixoque facere. *Vbi interpres,* Prolixus, In cauſam propenſus. Cic. Fam. 3, 8 Liberalitas tua, vt hominis nobiliſſimi, latius in prouincia patuit. Noſtra ſi auguſtior (etſi de tua prolixa beneficaque natura limauit aliquid poſterior annus, propter quandam triſtitiam temporum) non debent mirari homines, quum et natura ſemper ad largiendum ex alieno fuerim reſtrictior, *etc.* Ariobarzanes non in Pompeium prolixior per ipſum, quam per me in Brutum, *i. Propenſior, facilior, liberalior* Cic. Att. 6, 3. ¶ 3 *Proſper, felix:* Cic. Att. 1, 1 Quum perſpexero voluntates nobilium, ſcribam ad te. Caetera ſpero prolixa eſſe his duntaxat vrbanis competitoribus. Cato *apud* Gell. 7, 3 Scio ſolere plerisque hominibus rebus ſecundis atque prolixis atque proſperis animum excellere, ſuperbiam atque ferociam augeſcere *etc.* ¶ 4 *Quod vulgo hodie* prolixum carmen, epiſtolam, orationem *dicit, i. Verboſam, multis verbis conſcriptam illud ſequioris demum aetatis auctores habet, vt* Macrob. Sat. 3, 7 *Poſt mentionem Trebacii,* cuius exemplum, ne ſim prolixus, omiſi. *At* Prolixa oratio Apul. Flor. 3 p. 359, 23 *Non eſt ſimpliciter verboſa, ſed eloquens, flumen orationis.* Quod vtinam mihi pro amplitudine auditorii prolixa oratio ſuppeteret, ac non hic maxime clauderet, vbi me facundiſſimum cuperem. *vid.* PROLIXE, *et* PROLIXITVDO, PROLIXITAS.

PROLIXVM. Adu. Luctu redintegrato prolixum eiulat Apul. Met. 8 p. 205.

PROLIXE. Adu. *Longe, lateque.* Arbores prolixe foliatae Apul. Mileſ. 4 *pr.* ¶ 2 Ter. Adelph. 5, 8, 21 Vis eſt haec quidem. D. age prolixe Mitio. *Vbi* Donat. Aut age prolixe, id eſt age benigne, vt ſit prolixe, benigne, ſecundum veteres, aut *etc.* Prolixe aliquem accipere, *i. Large et laute:* Ter. Eun. 5, 9 (8) 52. Accipit hominem nemo melius prorſus, neque prolixius. Fouere quem prolixius Suet. Ti. c. 7. Prolixe promittere, *Large, copioſe, liberaliter, etiam ſi paucis verbis:* Cic Fam. 7, 5 Neque mehercule minus ei prolixe de tua voluntate promiſi, quam eram ſolitus de mea polliceri. Cic. pro L. Flacc. 89 c. 36 Adductus huius pudore, et non ampliſſimis patrimonii copiis, id non ſolum fecit, ſed etiam prolixe, cumulateque fecit. Cic. Att. 16, 16 Id autem eſt, vt hoc, quod te tua ſponte facturum eſſe certo ſcio, honoris noſtri cauſa libenter, prolixe, celeriter facias. Id. ib. 7, 14 Me Pompeius Capuam venire voluit, et adiuuare delectum: in quo parum prolixe reſpondent Campani coloni, *i. Inuiti. Nec mirum eſt lege Iulia in agrum Campanum deductos, propenſiores in Caeſarem eſſe.* ¶ 3 *Verboſe, ap.* Gell. 12, 1 *pr.* Fabulari inſtituit prolixius.

PROLIXITVDO, ĭnis. f. [μῆκος] Pacuuius Duloreſte, Oro mi ne flectas fandi mi prolixitudinem Non. 2, 697.

PROLIXĬTAS, ātis. f. Vlpian. in l. 2 §. *vtrum.* D. Quemad. teſtam. aper. ſecundum locorum anguſtias ſeu prolixitates. *Adde* Arnob. 7 p. 250 Colubram validiſſimi corporis et prolixitatis immenſae. *Sed* 4 p. 138 *med.* Ne forte prolixitas faſtidium audientiae pariat, ceſſabimus ire per ſingula. Symmach. Epiſt. 2, 8 Literarum prolixitas.

PROLIXO, āre. *Prolixum facere.* Columel. 4, 24 *ad finem* Magnopere monendus putator eſt, vt prolixet aciem ferramenti, et quantum poſſit, nouaculae ſimilem reddat.

PROLŎGVS, i. m. [πρόλογος] *Proloquium, ſiue praefatio, vbi aut Poëta excuſatur, aut fabula commendatur* Prologus *etiam narranda proponit.* Ter. Prol. Phorm. 15 Nullum inuenire prologum potuiſſet nouus, quem diceret. *Vid.* Idem Andr. Prol. 5. Spartian. Ael. Ver. c. 1 Non debet eſſe prologus enormior, quam fabula. *Aliquando ipſum Hominem, prologum referentem, ſignificat:* Ter. Prol. Heaut. 11 Oratorem voluit eſſe me, non prologum.

PROLOGIVM, i. n. [προλόγιον] Principium, proloquium: Pacuuius, Quid eſt? nam exanimaſti me prologio tuo. Feſtus.

PROLONGO, āre. [μηκύνω] *Longum facere.* Plin. 13, 3 *pr.* Veſtes prolongant tempus. *Sed leg. hodie* Prorogant, *i. In longum tempus durant.* Senec. de Benefic. 5, 17 Vt prolongetur tibi dies mortis, nihil proficiet ad felicitatem. *Sed leg.* Prorogetur. Prolongauerunt iniquitatem ſuam Vulg. Pſalm. 128 (Hebr. 129) v. 3.

PROLŎQVOR, ĕris, loquutus ſum, qui. [πρόφημι, προφέρω, ἀποφαίνομαι] *Publice, libere, eloqui.* Varr. de L. L. 5, 7 Prolocutum dicimus, quum animo quod habuit, extulit loquendo. Ter. Andr. 1, 5, 21 Cenſen' vllum me verbum potuiſſe proloqui? Idem Phorm. 2, 1, 5 Poſtquam ad iudices ventum eſt, non potuit cogitata proloqui. Cic. in Orat. 147 Me autem ſiue peruagatiſſimus ille verſus, qui vetat artem pudere proloqui quam factites, diſſimulare non ſinit quin delecter. Plaut. Epid. 3, 4, 28 Nam quid ego apud te proloqui parcam? *i. non fatear.*

PROLOQVIVM, i. n. [ἀξίωμα] *Sententia, in qua nihil deſideratur.* Varr. de L. L. 24 Exemplum, vt Annibal Poenus fuit, Scipio Numantiam deleuit. Et omnino quidquid ita dicitur, plena atque perfe-

perfecta verborum ſententia, vt id neceſſe ſit aut verum aut falſum eſſe, id a Dialecticis appellatum eſt ἀξίωμα: a M. Varrone proloquium: a Cicerone pronuntiatum. *Haec* Gell. 16, 8. *Pro Exordio ponitur. v. g.* Neceſſaria communis cauſae proloquia Quinctil. Decl. 3. Proloquium disiunctiuum, *pro Disiuncto genere argumenti, vel Propoſitione disiunctiua, vt vulgo loquuntur.* Gell. 5, 11 Non ratum id, neque iuſtum: disiunctum eſſe ait, quoniam non neceſſum eſt alterum ex duobus, quae disiunguntur, verum eſſe: quod in proloquio disiunctiuo neceſſarium eſt.

PROLOCVTOR, oris. m. Quinctil. Decl. 3.

PROLVBĪDO, ĭnis. f. Varro de L. L. 5 *apud* Non. 1, 324.

PROLVBIES, ēi. f. Ibid.

PROLVBIVM, i. n. [ἐπιθυμία] *Cupiditas et voluptas.* Ter. Adelph. 5, 9, 28 Quod prolubium? quae iſtaec ſubita eſt largitas? *Sic praeſtantiſſimi MSS. et* Donatus *interpretatur* προθυμίαν, id eſt promtum animum ad largiendum. Non. 1, 324 *laudat ex* Accio, Muliebre ingenium, prolubium, occaſio: ex Nouio, Et volo et vereor, et facere in prolubio eſt: ex Laberio, Quo quidem me a matronali pudore prolubium meretricis progredi coëgit: denique ex Varron. de L. L. 5 Prolubiem et prolubidinem dici ab eo quod lubeat, vnde etiam lucus Veneris Lubentinae dicatur. *Sed* Seru. *ad* Aen. 3, 217 Proluuium Terentii effuſionem *interpretatur, ex memoria, vt videtur: vnde deinde in libros quosdam Terentii venit et* Non. 4, 373. Gell. 5, 10 Sed maius mihi in iſta victoria prolubium eſt, quum te non in cauſa tantum, ſed in argumento quoque iſto vinco. *Idem* Gell. 16, 19 Feros et immanes nauitas prolubium tum audiendi ſubit.

PROLVCEO, xi, ēre. Senec. de Vita beata c. 32 Sena per diem, ſena per noctem ſigna prolucent.

PROLVDO, ſi, ſum, ĕre. [προαγωνίζομαι] *eſt Futurum certamen meditari, et exercendarum virium cauſa, confirmandique animi veluti ſimulacrum quoddam certaminis inire.* Varr. de L. L. 5, 7 Pro, idem valet quod ante, vt in hoc proludit. Virg. Georg. 3, 234

Et tentat ſeſe, atque iraſci in cornua diſcit,
Arboris obnixus trunco: ventosque laceſſit
Ictibus, et ſparſa ad pugnam proludit arena.

Iuuen. Sat. 5, 26 Iurgia proludunt, ſed nox et pocula torques Saucius. Cic. de Orat. 2, 325 c. 80 Atque eiusmodi illa proluſio debet eſſe, non vt Samnitum, qui vibrant haſtas ante pugnam, quibus in pugnando nihil vtuntur: ſed vt ipſis ſententiis, quibus proluſerunt, vel pugnare poſſint. In armis leuibus proludit Lucan. ad Piſon. 75. Dolor proludit per ſcelera Senec. Med. f. 12. Cum per iſta proluſum eſt Sen. Nat. Quaeſt. 3, 28. *In libris ſaepe permiſcentur* proludo *et* praeludo: *vid. Burm. ad* Ouid. A. A. 3, 515. *et ad* Rutil. It. 1, 257.

PROLVSIO, ōnis. f. [προαγώνισμα] Cic. de Orat. 2, 325 c. 80 Atque eiusmodi illa proluſio debet eſſe, non vt Samnitum, qui vibrant haſtas ante pugnam. Proluſionis *vocabulum ad cauſas tranſlatum eſt. Sic* Cicero Diuinationem *ſuam*, Proluſionem Verrinae accuſationis *vocat*, Diu. Verr. 47 c. 14 *extr.* Sin mecum in hac proluſione nihil fueris: quem te in ipſa pugna cum acerrimo aduerſario fore putemus?. Eſt rhetorica proluſio, communes locos in vtramvis partem inuentorum alternatione tractare Macrob. Sat. 7, 5.

PROLVDIVM, i. n. [προαγών] *Praeludium poſſet ſignificare. Sed adhuc auctore caret.* Gell. 5, 10 *eſt* proludium *vt modo vidimus.* Cic. Philipp. 14 c. 3 Proludium illud atque portentum L. Antonius: inſigne odium omnium hominum L. Antonius, vel, ſi etiam DI oderint quos oportet, omnium Deorum. *Sic omnes MSS. Sed editur* propudium: *cum* proludium *illud nemo ſit, qui intelligat.*

PROLVSORIVS, a, um. Adi. Proluſorium iudicium, *id eſt Praeiudicialis cauſa* Vlpian. in l. Si proluſorio iudicio D. de appellation. *al.* Perluſorio.

PROLVGEO, luxi, luctum, ēre. [ἐπιθρηνέω] Feſtus, Prolugere dicuntur, qui ſolito diutius lugent. *Vid. Lex. Pitiſc.*

PROLVO, ui, utum, ĕre. [βρέχω] *Multum, ſiue multo tempore lauare, et eluere.* Perſ. Sat. prol. *pr.* Nec fonte labra prolui Caballino. *Non enim omnino negat, ſed negat multum labra lauiſſe, humilitatis cauſa.* Columel. 2, 18 Quoniam impetus aquarum proluit terram, nudatisque radicibus germina non patitur coaleſcere. Virg. Aen. 1, 743 Et pleno ſe proluit auro. Cruor ſaucia proluit pectora Stat. Theb. 8, 711. Praecordia melius prolueris leni mulſo Hor. Serm. 2, 4, 26. Eridanus proluit ſiluas inſano contorquens vortice Virg. Georg. 1, 481. *Tralate:* Gell. 2, 24 Pecuniam ſuam prandiorum gurgitibus proluiſſe.

PROLVTVS, a, um. Partic. [βεβρεγμένος] Hor. Serm. 1, 5, 16 Multa prolutus vappa nauta, atque viator. Apul. de Mundo p. 73 Audiuimus abruptis imbribus prolutas eſſe totas regiones.

PROLVVIES, ēi. f. [ῥυπαρία] *Immundities cuiuscunque rei ſordidae.* Virg. Aen. 3, 216 Foediſſima ventris Proluuies. i. e. Sordis effuſio, *inquit* Seruius. Cic. Q. Frat. 1, 7 Romae, et maxime Appia, ad Martis, mira proluuies. *al.* Alluuies. Columel. 12, 38 Et ad alui proluuiem. Larga proluuie lauere ſaxa Lucret. 5, 648.

PROLVVIVM, i. n. [κατάκλυσμα] *Profuſio et prodigalitas, quum quis more aquae opes profundit, quibusdam placet* Ter. Adelph. 5, 9, 28 Quod proluuium? quae iſtaec ſubita eſt largitas? *Sed. vid.* PROLVBIVM.

PROLVVIŌSVS, a, um. Adi. Proluuioſa peſtis Q. Fab. Lucull. *apud* Fulgent. de Sermone priſco.

PROLȲTA, ae. m. [προλύτης] Prolytae, *a* Triboniano *appellantur*, Qui in quintum iam annum iuri Ciuili operam dederant, ſicut Lytae, qui quatuor. Iuſtinian. in prooemio Pandectarum. *Turneb. Aduerſ.* 8, 19 *vt* Lytas *interpretatur ſolutores, quaſi qui iam tantos progreſſus habent in iure, vt de eo reſpondere prope poſſint et quaeſtiones ſoluere: ſic* prolytae *illi ſunt, quos tanquam praeſolutores dixeris, quod etiam ſolutoribus, qui lytae dicuntur, antecellant. Vulgus interpretum iuris* Lytas *ſolutos vocat, magno ſane flagitio.*

PROMAGISTER, tri. m. *Qui pro magiſtro ſubſtituitur.* Vet. Inſcript. Gruter. 454 n. 8 PROMAGISTER HEREDITATIVM. *Conf. Rhod. in* Scrib. Larg. p. 237. *Alias disiungitur* Cic. Fam. 13, 65 Qui operas in Scriptura pro magiſtro dat. *Etiam* Cic. Att. 5, 15 *in fine* Promagiſtris *legunt quidam, vbi nunc editur*, Tu autem ſaepe dare tabellariis publicanorum poteris, per magiſtros ſcripturae, *etc.* *Vid.* SCRIPTVRA, pro Vectigali, *etc. in* SCRIBO.

PROMĀNO, āre. *Quod vulgatum eſt hodie, apud antiquos deſideratur. Vid. Cellar. Cur. poſt. p. 364.*

PROMATERTĔRA, ae. f. *Proauiae meae ſoror.* Caius in l. 1 D. de gradib. *Vid.* PROAVVNCVLVS.

PROMELLO, ĕre. *Verbum antiquum, quod* Litem promouere *interpretatur* Feſtus Paulli. *Ex ipſo* Feſto *legunt* litium prouere: *quod quid ſibi velit, non dixerim.*

PROMERCĀLIS, e. Adi. [ὤνιος] *dicitur Quod paterfamilias venale habet extra ea, quae vſui ſuo ſeruat, vt ait Budaeus.* Columel. 1, 8 Neue negotietur ſibi, pecuniamque domini aut animalibus, aut rebus aliis promercalibus occupet. Suet. de Illuſt. Gramm. 23 Quum et officinas promercalium veſtium exerceret. Gell. 4, 1 *extr.* Ex iis autem, quae promercalia et vſuaria in locis hisdem eſſent, ea ſola eſſe penoris putet, quae ſint vſu annuo. Aurum promercale, Suetonius *vocat id, quod Caeſar vendidit ſuperans ſibi, reſeruata tanta auri copia, quanta ſuo vſui ſatis eſſet: vid. in* Caeſ. c. 54.

PROMERCIVM, i. n. Paullus in l. caetera D. de legat. 1 Sed et ſi quis ad opus Reip. faciendum legauit, puto valere legatum. Nam et Papinianus lib. 11 Reſponſorum refert, Imperatorem noſtrum et Diuum Seuerum conſtituiſſe, eos, qui Reipublicae ad opus promiſerunt, poſſe quid detrahere ex aedibus ſuis vrbanis atque ruſticis, eoque ad id opus vti: quia hi quoque non promercii cauſa id haberent. Promercium, *inquit Turnebus, a* Paullo *dicitur ea ratione, qua* Commercium. *Illo autem verbo continentur ea, quae paterfamilias promercalia habet et venalia, id eſt, quae non ſuae vſioni et penori, vt conſumet, ſeruat, ſed vt pecunia mutet. Add.* l. 3 §. 4 D. ad l. Cornel. de ſicar.

PROMĔREO, es, ui, ĭtum, ēre. *et* PROMEREOR, ēris, ĭtus ſum, ēri. Dep. *Idem quod Mereri, ſic tamen, vt fere in bonam partem accipiatur.* Ter. Phorm. 3, 2, 31 Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris, conduplicauerit. Cic. Q. Frat. 1, 1 Etenim ſi in promerendo vt tibi tanti honores haberentur, quanti haud ſcio an nemini, fuiſti omnium diligentiſſimus. Ter. Adelph. 2, 1, 47 Verum enim quando bene promeruit, fiat: ſuum ius poſtulat. Vota tua promeruere deos dextros marito Stat. Silu. 5, 1, 72. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 6 Non conuenire, quum ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam eſſe tardiores. Curae teſtimonium promeruiſſe contentus Quinctil. 3, 1. Promereri de aliquo Plaut. Men. 5, 9, 8 *eſt bene mereri. Sic* Plin. in Paneg. c. 62 f. Quisquis probatos Senatui viros ſuſcipit, hic maxime principem promeretur. Promereri Virg. Aen. 4, 334 Nunquam regina negabo Promeritam. Ter. Andr. 2, 1, 33 Ego Charine, neutiquam officium eſſe liberi puto, quum is nihil promereat, poſtulare id gratiae apponi ſibi. Promereri de aliquo, *Conferre beneficium in aliquem* Plaut. Capt. 5, 1, 13. Cic. Off. 2, 53 c. 15 Deinde conſuetudine beneficentiae paratiores erunt, et tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum. Optime de Repub. promereri Cic. Philipp. 3, 37 c. 15. Occaſionem promerendi non amittere Qu. Cic. de Petit. Conſul. 21. Diligentiſſimum eſſe in promerendo Cic. Q. Frat. 1, 1. *Nonnunquam in malam partem accipitur.* Quid mali ſum, here, tua ex re promeritus? Plaut. Amph. 2, 1, 10. Haud promeruit, quamobrem vitio verteres Idem ibid. 5, 2, 12. *Sic* Ouid. Triſt. 1, 2, 63 Poenam promerui. *Iterum* Plaut. 2, 1, 20 Quid mali ſum promeritus? Cic. de Inu. 2, 83 c. 27 Reus leuius punitus quam ſit promeritus.

PROMĔRENS, entis. Partic. [εὐνοῶν] *Qui bene de aliquo meretur.* Plaut. Aſin. 1, 2, 2 Promerenti optime hoccine pretii redditur?

PROMERĬTVM, i. n. [εὔνοια] Cic. poſt redit. ad Quir. 8 c. 4 *pr.* Quare hoc maius eſt in nos veſtrum promeritum, quod non multitudini propinquorum, ſed nobismetipſis reddidiſtis. *Sic* Veſtra in nos vniuerſa promerita Cic. poſt red. in Sen. c. 1. Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira Lucret. 1, 61. *de deorum natura loquitur.* Idem 2, 650. *et* Ouid. Faſt. 4, 394 Sponte Deae munus promeritumque patent.

PRŎMĒTHEVS, ei. m. *trium ſyllabarum.* [Προμηθεύς] Iapeti et Clymenes filius, poſt factos a ſe homines, dicitur auxilio Mineruae caelum aſcendiſſe, et adhibita ferula ad rotam Solis ignem furatus: quem hominibus indicauit. Ob quam cauſam irati dii, duo mala immiſerunt terris, febres et morbos, ſicut et Sappho et Heſiodus memorant. *Quod tangit et* Horatius (Carm. 1, 3, 27) Ipſum etiam Prometheum in monte Caucaſo per Mercurium religauerunt ad ſaxum: et adhibita aquila eſt, quae eius cor exederet. Haec autem omnia non ſine ratione finguntur. Nam Prometheus, vir prudentiſſimus fuit, dictus ἀπὸ τῆς προμηθείας, id eſt a prouidentia. Hic primus aſtrologiam Aſſyriis indicauit: quam reſidens in monte altiſſimo Caucaſo, nimia cura et ſolicitudine deprehenderat. — Dicitur autem aquila cor eius exedere, quod ἄχος eſt ſolicitudo, qua ille affectus, ſiderum omnes deprehenderat motus. Et hoc quia per prudentiam fecit, duce Mercurio, qui prudentiae et rationis deus eſt, ad ſaxum dicitur eſſe religatus. Deprehendit praeterea rationem fulminum, et hominibus indicauit: vnde caeleſtem ignem dicitur eſſe furatus. Nam quadam arte ab eodem monſtrata, ſupernus ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit, donec eo bene vſi ſunt. Nam poſtea malo hominum vſu in perniciem eorum verſus eſt: ſicut in Liuio lectum de Tullo Hoſtilio, qui eo igne exuſtus eſt cum omnibus ſuis. Numa vero Pompilius impune eo vſus eſt tantum in ſacris deorum. Hinc eſt quod igne rapto, ab iratis numinibus morbi hominibus dicuntur immiſſi. *Haec et plura* Seruius *in illud* Virg. Ecl. 6, 42 Caucaſeasque refert volucres, furtumque Promethei. *De fictis a Prometheo hominibus* Ouid. Met. 1, 82. Prometheus quum homines limo fingeret, iuſſus eſt ex omnibus animalibus particulam, prout erat eorum natura, homini apponere. Vnde leonis vim ſtomacho appoſuit: ideo iracundia magis accendimur. Timorem a lepore poſuit, a vulpe aſtutiam: caeteraque a reliquis. *Haec* Acron *in illud* Hor. Carm. 1, 16, 13

Fertur Prometheus addere principi
Limo coactus particulam vndique
Deſectam, et inſani leonis
Vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro.

Scribit Euſebius, anno mundi MMM. CCCCX. *Argis regnante Argo, fuiſſe Promethea, a quo homines factos eſſe commemorant, eo quod quum ſapiens eſſet, feritatem eorum et imperitiam ad humanitatem et ſcientiam reducebat.* Lactant. Diuinar. inſtit. 2, 11 *tradit* primum omnium Prometheum ſimulacrum hominis formaſſe de pingui et molli luto, ab eoque natam primo artem ſtatuas et ſimulacra fingendi. *Hinc pro Figulo ponitur apud* Iuuen. Sat. 4, 133 Debetur magnus patinae ſubitusque Prometheus. Scopuli Promethei Sen. Herc. fur. 13. Callidus Prometheus Hor. Carm. 2, 18, 35. Diri Prometheos artes Stat. Theb. 11, 468.

PROMETHĒVS, a, um. Adi. [Προμήθειος] Propert. 1, 12, 10

— An quae Lecta Prometheis diuidit herba iugis? Promethea *autem iuga vocat Caucaſum, vbi naſcebatur e cruore Promethei aconitum. Etſi enim e vomitu Cerberi prope Heracleam plerique natum ferunt, alii tamen e tabe et ſanie Promethei, cuius iecur tundebat aquila, exortum fabulantur. Herbam igitur lectam in Prometheis iugis quum dicit, Veneficia intelligit.* Auſon. Eidyll. 12, 78 Vnde Prometheo de corpore ſanguineus ros, Aſpergit cautes, et dura aconita creat cos. Martial. 10, 39 Namque vt tua ſaecula narrant Ficta Prometheo diceris eſſe luto. Idem 14, 80 Clara Prometheo munere ligna ſumus, *de ferulis.*

PROMETHĪDES, ae. m. Patronym. [Προμηθείδης] Ouid. Met. 1, 390 Inde Promethides placidis Epimethida dictis Mulcet. *de Deucalione, Promethei filio.*

PROMĪCO, āre. [προτείνω] Extendere, et porro iacere. Naeuius, Si quidem loqui vis, non perdocere, multa longe promicanda oratio eſt. *Haec* Nonius 1, 329. Promicant molles plumulae Apul. Mileſ. 3 p. 138. *i. ante alias micant.*

PROMĪCANS, antis. Lacrimis rurſum promicantibus, *i. ſubito profluentibus* Apul. Met. 3 p. 133.

PROMILITE, *vid.* EXCONSVLE.

PROMĪNEO, es, ui, ēre. [προβάλλω] *Vltra aliquid eminere.* Plin. 11, 37 Simiae dentes vt homini. Elephanto, intus ad mandendum quatuor, praeterquam eos, qui prominent. Vulgus prominet excelſis tectis Stat. Theb. 11, 416. Plin. 8, 32 Aut enim paucos aut nullos habent, nec in cornibus imis ramos, alioquin ante frontem prominere ſolitos iunioribus. Prominere a caetera acie, *pro Eminere vltra reliquam aciem* Liu. 22, 47. Collis prominet in Pontum Ouid. Met. 13, 778. Prominere in memoriam ac poſteritatem Liu. 28, 43. *i. ſtudium et ſpem gloriae eo extendere.*

PROMĬNENS, entis. Partic. [προβάλλων] Liu. 27, 48 Gallos prominens collis tegebat. Venis prominentibus Martial. 5, 4. *Compar.* Prominentiore cauda Plin. 10, 3. Prominens, *Subſt.* [προβάλλων] *vt*, Litoris prominens Tacit. Ann. 1, 53.

PROMINENTER. Adu. Cael. Aurel. Acut. 1, 11 Paullo prominentius a lecto producendus aeger.

PROMINENTIA, ae. f. Vitruu. 6, 11 Habere ſummam prominentiam. Solin. c. 27 *pr.* Africa extenſa in duas prominentias: *i. Promontoria.* Idem c. 2.

PROMINVLVS, a, um. Adi. Solin. c. 27 *extr.* Mammis prominulis. Idem c. 30 Ora prominula. Capitolin. Pertin. c. 12 Habitudine corporis pinguiore, ventre prominulo.

PROMĬNO, āre. *Producere.* Apul. Mileſ. 9 p. 229 *Elm.* Senex claudus vniuerſa nos iumenta ad lacum proximum bibendi gratia gregatim prominabat.

PROMONTŌRIVM, *ſ.* PROMVNTORIVM, i. n. [ἄκρα, ἀκρωτήριον] *Significat Montem in mare, vel vltra alios montes, aut ſimpliciter terrae tractum in mare prominentem. Vid. Voſſ. ad Melam* p. 281 *et* 286. Plin. 36 *pr.* Promontoria aperiuntur mari, et rerum natura agitur in planum. Cic. Verr. 4, 103 Ab eo oppido non longe, in promontorium fanum eſt Iunonis antiquum. Oppida in extremis promontoriis poſita Caeſ. B. G. 3, 12. Sicilia tribus promontoriis in diuerſa procurrens Mela 2, 7. Liu. 21, 35 Hannibal in promontorio quodam conſiſtere iuſſis militibus, Italiam oſtentat. Ouid. Met. 15, 709 Inde legit Capreas Promontoriumque Mineruae: *quadriſyllabum vt cum abiete, pariete ſunt Dactyli.*

PROMISCAM, dicebant veteres pro Promiſcue. Feſtus. *Vid.* Plaut. Pſeud. 4, 5, 11. *Et mox* PROMISCARVS.

PROMISCVVS, *ſ.* PROMISCVS, a, um. Adi. [ἐπίκοινος, ἀδιάφορος] *Miſtum, confuſum, commune, incertum.* Salluſt. Catil. c. 12 Diuina atque humana habere promiſcua, nihil penſi neque moderati habere. Liu. 2, 30 *extr.* Pluſque ibi ſanguinis promiſcua omnium generum caede, quam in ipſa dimicatione factum. Liu. 4, 2 Quam enim aliam vim connubia promiſcua habere, niſi vt ferarum prope ritu vulgentur concubitus plebis, patrumque? Victus promiſcuus Plin. 5, 1. In promiſcuo aliquid habere Idem 33, 1. In vſum promiſcuum venire Plin. 9, 35. Operam promiſcuam dare, *Mutuam operam tradere* Plaut. Rud. 4, 4, 138. Promiſcuum genus, *apud Grammaticos, Genus epicoenum, et quaſi incertum ſiue confuſum.* Quinctil. 1, 4, 23 Nec ſtatim diligenter putabo, qui promiſcua, quae et epicoena dicuntur, oſtenderit, in quibus ſexus vterque per alterum apparet. Promiſcus, *veteres dicebant eoſque imitatus* Gell. 11, 16 Varia promiſcaque — rerum — plurimarum cogitatio *etc.* Idem 16, 13 De huius opinionis tam promiſcae erroribus.

PROMISCVE. Adu. *Miſte, communiter, ſine diſcrimine, confuſe, incerte.* Plin. 11, 37 In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus, iam quidem promiſcue maribus ac feminis. Liu. 3, 47 Placet pecudum, ferarumque ritu promiſcue in concubitus ruere? Magis promiſcue quam diligenter Varr. de L. L. 5, 8 *pr.* Cic. de Lege Agrar. 2, 8 Tamen promiſcue toto, quam proprie parua frui parte malletis. Cic. pro Font. 12 Vnum eſt enim et ſimplex aurium iudicium, et promiſcue et communiter ſtultis ac ſapientibus ab natura datum. Annotatum indiſtincte atque promiſcue Gell. 20, 10. Datum promiſcue ſuffragium eodem iure omnibus Liu. 1, 43. Plin. Epiſt. 10, 20 *pr.* Vt primum me, domine, indulgentia veſtra promouit ad praefecturam aerarii Saturni, omnibus aduocationibus, quibus alioqui nunquam eram promiſcue functus, renuntiaui, vt toto animo delegato mihi officio vacarem. Haurire promiſcue ex aliquo loco Cic. de Orat. 3, 67. Vlpian. in l. veſtis ff. de Aur. et Arg. Legat. Communia ſunt veſtimenta, quibus promiſcue vtitur mulier cum viro.

PROMISCARVS, a, um. Adi. *Idem ac Promiſcuus eſſe volunt in loco* Varron. *apud* Nonium 2, 112 Dum vixi promiſcaris meis in cortibus pauit. *Al.* Promiſcam, *quod malim.*

PROMITTO, miſi, miſſum, ĕre. [ὑπισχνέομαι, ὑφίστημι, ἐπαγγέλλομαι] *Proprie eſt porrigere, oſtendere, vt deinde videbimus: frequentiſſime autem Polliceri.* Ter. Adelph. 5, 8, 18 Fac: promiſi ego illis. Cic. . . . Iam enim totum quod tibi promiſeram, praeſtiti. Dii faxint, vt faciat ea, quae promittit Cic. Att. 16, 1. Vix videbar quod promiſeram, praeſtare poſſe Cic. ad Brut. 18. Promittere ad coenam, *h. e. Promittere ſe venturum ad coenam* Plaut. Menaech. 5, 2, 43. Promittere foras ad coenam Plaut. Stich. 4, 2, 16. Idem Moſt. 4, 3, 12. Promittere ad fratrem, *h. e. Se coenaturum ad fratrem* Cic. de Orat. 2, 27. *vid. Gabbema ad* Petron. c. 10 p. 42 *Burm.* Quinctil. 3, 9 Nec eſſe vtilis poteſt, niſi conſtiterit, quid debeat de probatione promittere. Pro domo eius ſeſtertium millies identidem promittens Plin. 17, 1. *i. licitans.* Cic. Fam. 7, 5 Nec mehercule minus ei prolixe de tua voluntate promiſi, quam eram ſolitus de mea pollicere. Bene promittere Ouid. de Arte Am. 3, 461. Quae autem inconſtantia deorum, vt primis minentur extis bene promittant ſecundis? Cic. de Diuin. 2, 38. Senec. Epiſt. 1 Aut timide negauit, aut promiſit, ſed difficulter. Timide Ouid. de Arte Am. 1, 631. Vere Catul. 163, 3. Cic. Fam. 12, 14 Praeterea mihi promiſerunt Panſa et Hirtius coram, et abſenti mihi ſcripſerunt, Verrioque noſtro Panſa affirmauit, ſe daturum operam; *etc.* Cic. Fam. 13, 28 Quod ita eſſe tibi promitto, atque confirmo. Idem Fam. 3, 10 De me tibi ſic conteſtans omnes deos promitto, atque confirmo, me, *etc.* Cic. pro Cael. 77 Promitto hoc vobis, et Reipubl. ſpondeo. Promitto, recipio, ſpondeo P. C. C. Caeſarem talem ſemper fore ciuem, *etc.* Cic. Philipp. 5, 51. Idem Fam. 13, 10 Sed tamen ſeparatim promitto, in meque recipio, fore eum tibi et voluptati et vſui. Cic. Topic. 22 c. 3 At ſi quis in pariete communi demoliendo damni infecti, promiſerit, non debebit praeſtare quod fornix vitii fecerit. Nomine damni infecti Dig. de damno inf. ¶ 2 *Subſtantiua:* Alimenta ſanis corporibus agricultura, — ſanitatem aegris medicina promittit Celſ. 1 praef. Auxilium promittere alicui Ouid. Met. 13, 325. Bellum promittere auidi Stat. Theb. 3, 390. Promiſi mea fide Plaut. Menaech. 5, 4, 6. Promittere ſe facturum aliquid Plaut. Aſin. 5, 2, 80. Promitto fore Idem Aul. 2, 2, 42. Magna promittere Sil. 8, 240. Opem promittere Ouid. Faſt. 5, 247. Se promittere *dicitur metaphorice arbor* Plin. 16, 26 ſ. 44 In maxima tamen admiratione pinus eſt. Habet fructum matureſcentem, habet proximo anno ad maturitatem venturum, ac deinde tertio. Nec vlla arborum auidius ſe promittit, *fructum ſuum maturius oſtendit.* Torum promiſit illi Ouid. Met. 7, 91. Vana Idem Epiſt. 16, 296. Cic. Verr. 3, 38 Ne extra ſuum forum vadimonium promittere cogantur. ¶ 3 *Interdum eſt ſimpliciter Praedicere.* Cic. Att. 7, 9 Promitto tibi Pompeium, ſi valebit, tegulam in Italia nullam relicturum. Idem Fam. 6, 1 Si mihi alterutrum, de exitu rerum promittendum eſſet. Per quae ſe parricidam ſcelera promiſerit Sen. Controu. 29. *i. quae antea perpetrauerit, vnde ſuſpicio naſcatur, vid. Schulting. ad* Quinctil. Decl. p. 2 *Burm.* *Minari:* Plaut. Aſin. 5, 2, 86 Surreptum pallam promiſit tibi. *Conf.* Ter. Heaut. 4, 4, 6. Virg. Aen. 2, 96. *Profiteri: Qui enim ſunt profeſſores artium, promittere dicuntur.* Petron. c. 10 Et ego, ne quaeſtibus tuis obſtem, aliquid aliud promittam. *i. Aliquam aliam artem pollicebor et profitebor. Turneb.* 19, 6. Hor. Epiſt. 2, 1, 115 — Quod medicorum eſt Promittunt medici. Quinctil. 1 Prooem. 14 Facere quam promittere optima maluerat. ¶ 4 *Sed ſuperſunt etiam primae et propriae ſignificationis exempla, qua notat, vt diximus, longius mittere, extendere.* Mela 1, 3 Gallia eſt longe et a noſtris litoribus hucuſque promiſſa. Liu. 6, 16 Multos mortales capillum ac barbam promiſiſſe. Caeſ. B. G. 8, 9 Quo tutius altitudine eſſet, hoc audacius longiuſque tela promitteret. Tacit. Ann. 2, 39, 3 Donec crinem barbamque promitteret. *Vid. Heinſ. ad* Sil. 3, 534. *et conf.* PROMISSVS n. 2.

PROMITTENS, entis. Partic. Ingentia promittens, interdum regnum quoque Curt. 6, 7, 11. *Add.* Iuſtin. 31, 3, 8.

PROMISSVS, a, um. Partic. [ἐπαγγελθεὶς, ἐγγυητὸς] Cic. pro Roſc. Com. 16 Quae ex liberalitate huius promiſſa ſit et oſtentata. Carmen promiſſum Hor. Epod. 14, 6. *et* de Arte v. 45. Corpus mihi Ouid. Epiſt. 20, 146. Dies promiſſa aderat Virg. Aen. 9, 107. Dona promiſſa reddere Ouid. Triſt. 4, 2, 7. Donum Ioui dicatum atque promiſſum Cic. Verr. 5, 183. Fides Virg. Aen. 6, 346. Idem 4, 552. Foedera Ouid. Faſt. 2, 159. Munus Idem ibid. 3, 365. Nox Tibull. 2, 6, 49. Praemia ſoluere alicui Ouid. Met. 14, 810. Salus promiſſa tibi eſt Lucan. 4, 235. ¶ 2 *Ex prima et propria notione,* Promiſſa barba, *Prolixa et dependens, ſiue longa* Virg. Ecl. 8, 34. *al.* Prolixa. Plin. Epiſt. 7, 27 Mox apparebat idolum ſenex macie et ſqualore confectus, promiſſa barba, horrenti capillo. Feſtus, Promiſſum capillum dicunt longum. Item, Barba promiſſa, velut porro miſſa. Capillus Liu. 44, . . Idem 38, 17 Procera corpora, promiſſae et rutilatae comae, vaſta ſcuta, praelongi gladii. *de Gallis.* Promiſſo ventre arietes Columel. 7, 3.

PROMISSVM, i. n. [ἐπάγγελμα] *Quod pollicemur.* Plin. 12, 1 Elico ex Heluetiis Romae commoratus, olei ac vini promiſſa remeans ſecum tulit. *al.* Praemiſſa. Cic. Philipp. 2, 79 Ille induxit vt peteret, promiſſum ac receptum interuertit, ad ſeque tranſtulit. Cic. Att. 4, 16 O conſtantiam promiſſi et fidem miram! Sponſor promiſſorum alicuius Cic. Att. 15, 15. Dextra non tam in bellis et in praeliis, quam in promiſſis et fide firmior Cic. pro Deiot. 8. Largus promiſſis Tac. Hiſt. 3, 58, 5. Infida promiſſa Valer. Arg. 2, 578. Superba Idem ibid. 4, 649. Cic. Tuſc. 5, 19 Vllumue eſſe Philoſophiae promiſſum vberius aut maius. ¶ 2 *Formulae verborum:* Abſoluere promiſſum, *vid.* ABSOLVO. Admouere promiſſis ſpem recurſus Ouid. Met. 11, 454. Fac promiſſa Appareant Ter. Eun. 2, 3, 19. Commoueri ditibus promiſſis Sil. 3, 512. Complere promiſſum, *vid.* COMPLEO. Cic. in Partit. 132 Eo expoſito munus promiſſi omne Confecero. Idem Tuſc. 1, 95 Si ante mors aduentet, quam Chaldaeorum promiſſa Confecuti ſumus. Dignum promiſſis dicere aliquid Hor. Serm. 2, 3, 6. Dare blanda promiſſa Catul. Argon. 62, 139. Efficere promiſſum et conuentum cuipiam Cic. Off. 1, 32. Idem Off. 3, 94 Theſeus Exegit promiſſum a Neptuno. Expetere promiſſa Cic. Fam. 6, 17. Exuere promiſſa Tacit. Ann. 13, 44. Cic. Philipp. 1, 1- Multis multa promiſſa non fecerit. *de Caeſare.* Ferre munera vberiora promiſſis Ouid. Amor. 3, 6, 66. Firmare promiſſa Ouid. Met. 10, 430. Cic. Fam. 3, 11. Quum tua promiſſa per literas Flagitabam. Implere promiſſum, *vid.* IMPLEO. Inducere aliquem promiſſis, *vid.* INDVCO. Ludere aliquem inani promiſſo Ouid. Faſt. 3, 685. Manere promiſſis, et ſeruare fidem Virg. Aen. 2, 160. Miſcere minis promiſſa Tac. H. 5, 24, 4. Morari aliquem plura in promiſſis Lucret. 5, 92. Onerare pectora alicuius largis promiſſis Sil. 17, 576. Parere promiſſis, *Facere quod promiſiſti* Ouid. Faſt. 5, 504. Patrare promiſſa, *vid.* PATRO. Cic. Q. Frat. 3, 5 Caeſaris amore, quem ad me perſcripſit, vnice delector: promiſſis iis, quae oſtendit, non valde Pendeo. Perficere, *vid.* PERFICIO. Reddere Virg. Aen. 5, 386. Referre Ouid. Met. 14, 18. Cic. pro Planc. 101 Quid me adſpectas? quid mea promiſſa repetis? Id. Verr. 5, 138 c. 53 Satis eſt factum Siculis,

Siculis, ſatis officio ac neceſſitudini, Iudices, ſatis promiſſo noſtro ac recepto. Cic. Off. 1, 32 c. 10 Nec promiſſa Seruanda ſunt ea, quae ſint iis, quibus promiſeris, inutilia. *Add.* Ib. 3 c. 24. Soluere militibus Cic. Fam. 12, 29. Idem Off. 1, 32 c. 10 Iam illis promiſſis Standum non eſſe quis non videt, quae coactus quis metu, quae deceptus dolo promiſerit? Cic. Att. 12, 19 Iam quaſi voto quodam et promiſſo me Teneri puto. Trahunt promiſſa puellas Ouid. de Arte Am. 1, 631.

PROMISSIO, ōnis. f. [ἐγγύη, ἐπαγγελία, ὑπόσχεσις] *Idem.* Cic. de Orat. 3, 203 Promiſſio, deprecatio, obſecratio. Idem Att. 8, 9 Cum literis, cum mandatis, cum promiſſione prouinciae. Auxilii promiſſio Idem Fam. 4, 13. Cic. Philipp. 8, 10 Scelerum promiſſio, et iis, qui exſpectant pernicioſa eſt, et iis, qui promittunt.

PROMISSVS, ûs. m. *Idem.* Promiſſu vitae recreat Manil. 5, 578.

PROMISSĪVVS, a, um. Adi. Promiſſiuus modus P. Conſent. *inter* Grammat. Putſchii p. 2061.

PROMISSIVE. Adu. Praeceptiue, non promiſſiue Tertull. adu. Marc. 5, 10.

PROMISSOR, ōris. m. Hor. Arte Poët. 138 Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?

PROMO, promſi, promtum, ĕre. [ἐκφέρω, προβάλλω] *Contractum ex* Pro *et* Emo; *Proferre, exponere, educere.* Virg. Aen. 2, 260 — Illos patefactus ad auras Reddit equus, laetique cauo ſe robore promunt. Vina horna promere dolio Hor. Epod. 2, 47. Niſi idcirco moleſte pateris, quod HS. IↃↃↃ tu ex arca proferebas, HS. CCCIↃↃↃ ex diſciplina et artificio Roſcius promebat Cic. pro Roſc. Com. 29. Ex armario aurum promere Cic. pro Cael. 52 c. 21. Pecuniam ex aerario Cic. Verr. 5 (3) 195 c. 84. Promere e ſacrario Plin. 33, 1. Iuſtitiam promere et exercere, *Vacare cauſis et litibus diiudicandis* Plin. Epiſt. 1, 10. Libros e bibliotheca Cic. de Fin. 3, 7 c. 2. Medicamenta promere de narthecio Cic. de Fin. 2, 22. Spicula promit de pharetra Ouid. de Arte Am. 3, 516. Promere in vſus Columel. 2, 10. Aeſtus promit Titan Senec. Herc. Oet. f. 12. Diem promit et celat ſol Hor. in Carm. ſaecul. 9. Gemitus de pectore Martial. 10, 85. Voces Cic. de Diuin. 1, 20. *Eloqui.* Plin. in Paneg. c. 66 Iubes quae ſentimus promere in medium. In publicum aliquid Quinctil. 1, 1. Promere a ſe, *vid.* A *vel* AB. Animus eruditus qui ſemper aliquid promat quod alios delectet Lucceius *ad* Cic. Fam. 5, 14. Aliquid ex ſcientia obſcuriore promere et aſſumere Cic. de Orat. 1, 59. Loci ſunt quaſi ſedes, e quibus argumenta promuntur Cic. in Topic. 7. Promere conſilia, *Aperire, palam facere* Cic. Att. 9, 10. Obſcura promere Hor. Carm. 1, 34, 14. Orationem de ſe Tacit. Hiſt. 2, 90. Ordo rerum iuſtis voluminibus promitur Paterc. 2, 48, 5.

PROMONSTRVM, i. n. Promonſtra, prodigia Feſt.

PROMTO, āre. Frequent. [προχαρίζω] Plaut. Bacch. 3, 3, 61 Quia malum ſi promtet, in dies faciat minus. Idem Pſeud. 2, 2, 33 Theſauros promtare.

PROMTVS, *ſ.* PROMPTVS, a, um. Partic. *et plerumque* Adiect. [εὐπρόφορος, εὐπρόχειρος, πρόχειρος Vet. Gloſſ.] *vel de hominibus dicitur ad agendum patiendumue expeditis, vel de rebus, quae ſtatim ad manus ſunt.* Salluſt. c. 43 *extr.* Natura ferox, vehemens, manu promtus erat, maximum bonum in celeritate putabat. Laudat promtos, atque in poſterum confirmat? ſegniores caſtigat atque incitat Caeſ. B. C. 1, 3. Reſponſio facilis et promta Cic. de Orat. 1, 237. Paratus et promtus Cic. Diu. Verr. 41. Liu. 5, 3 Is tum iam non promtus ingenio tantum, ſed vſu etiam exercitatus, talem orationem habuit. *Cum Genit.* Gell. 10, 22 Plato veritatis homo amiciſſimus, eiusque omnibus exhibendae promtiſſimus. *Sic* Animi promtus Tac. Hiſt. 2, 23. *Cum Ablat.* Promtus lingua Liu. 2, 45. Promtior manu Idem 2, 56. *Cum Datiu.* Sceleribus faciendis promtus Tacit. Ann. 15, 67, 3. Seditioni promtus Tacit. Ann. 1, 48, 3. Vltioni Idem ibid. 11, 32, 1. Promtus ſeruitio, *pro Ad ſeruitium* Tacit. Ann. 1, 2. ¶ 2 *Iungitur etiam cum* Ad *et* In. Liu. 31, 34 *pr.* Quod promtiores ad ſubeundam omnem dimicationem videbatur facturum, id metum, pigritiamque incuſſit. Ad arma promtior Ouid. Met. 1, 126. Ad bella Quirites promti Ouid. Faſt. 3, 277. Ad dicendum promtus et non inexercitatus Cic. de Clar. Orat. 136 c. 36. Ad diſcendum promtus Quinctil. 1, 1. Ad pericula promtior Cic. Off. 1, 83. Ad pugnam promtus Cic. pro Milon. 55. Ad vim promtus Id. de Lege Agrar. 2, 81. Aditus ad honores capeſſendos promti Tacit. Ann. 3, 30. Animo te eſſe hilari et promto ad iocandum valde me iuuat Cic. Q. Fratr. 2, 13. Animum tuum promtum et alacrem perſpexi ad defendendam Rempubl. Cic. Fam. 3, 11. Celeritas promta et parata in reſpondendo Idem de Clar. Orat. 154 c. 42. Decumani legiones et promtiſſimum quemque Centurionum dimitti Tac. H. 1, 51, 6. Homo promtiſſimus et experiens Cic. Verr. 4, 37 c. 17. Ingenium promtum ad aſperiora Druſo erat Tacit. Ann. 1, 23. Ingenium promtum in adulationes Tacit. Ann. 15, 61. Salluſt. de Rep. ord. ad Caeſarem, Vix ſatis apertum os, aut Lingua promta videtur, quae dicta pectore euoluat. Lingua promta ad ſonos rigidos Ouid. Faſt. 4, 310. Manus promtas in fata alicuius continere Ouid. ex Pont. 1, 9, 22. Ore alacri et promto ac vultu, huc atque illuc intueri Cic. de Orat. 1, 183. Pectus promtum ad vulnera Lucan. 5, 320. Rabies in ferrum promtiſſima Lucan. 7, 245. Tacit. Ann. 2, 36 Promta illi legionum ſtudia. Promtus in arma Tacit. Hiſt. 4, 76, 3. In adulationes Idem Ann. 15, 61, 2. In latrocinia promtiſſimi Flor. 4, 12, 10. Promta in auxilium vulnerum morborumque Celſ. 1 praef. ¶ 3 *Ex participiali vſu, per translationem, Manifeſtus, et apertus, quum res a ſecretiore loco educitur, vt parata nobis et ad manus ſit.* Aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promtum habet Sall. Cat. c. 10. Cic. de Fin. 30 c. 9 Altera occulta quaedam et quaſi inuoluta aperiri, altera promta et aperta iudicari. Fingere, Graecis promtiſſimum eſt Quinct. 9, 1. Cuncta tentanti promtiſſimum viſum *etc.* Tac. Ann. 4, 3, 3. Cic. Verr. 4, 42 c. 20 *pr.* Statuerunt ſe nihil tam clauſum, neque tam reconditum poſſe habere, quod non iſtius cupiditati apertiſſimum, promtiſſimumque eſſet. Aditus promtiores Tac. Ann. 15, 53, 1. Eminentia et promta Cic. de Orat. 3, 213. Loca promta, *Publica, et in propatulo* Lucret. 6, 1265. Idem 6, 817 Exſperatque foras in aperta promtaque caeli. Promta et expoſita fides Cic. pro Caecin. 78. Mella, quae tum promtiſſima mortis Via, exſoluit venas Tac. Ann. 16, 17, 5. *i. expeditiſſima, faciliima. Nempe et alias Facile ſignificat:* Quinct. 10, 7 Promtum hoc et in expedito poſitum exercitatione ſola continetur. Ouid. Met. 3, 96 Vox ſubito audita eſt, nec erat cognoſcere promtum, Vnde? *Sic* Plin. 9, 35 Haud promtum.

PROMTVS, ûs: *Vnde formula* In promtu. *Nimirum* In promtu rem eſſe *dicimus, i. Manifeſtam:* Cic. Acad. 4, 4 A me enim ea quae in promtu erant, dicta ſunt: a Lucullo autem reconditiora deſidero: *vel facilem*, Plura quidem feci, quam quae comprendere dictis In promtu mihi ſit Ouid. Met. 13, 161. Sed haec quoque in promtu fuerunt, nunc interiora videamus Cic. de Diuin. 2, 123. Hoc decorum non recondita quadam ratione cernitur, ſed eſt in promtu Cic. Off. 1, 95. In promtu gerunt oua pauones feminae Columel. 8, 11. Inſipientia eſt, iram in promtu Gerere Plaut. Pſeud. 1, 5, 33. In promtu habere Cic. Tuſc. 3, 76. Ouid. ex Pont. 1, 1, 24. Cic. de Orat. 1, 23 c. 6 Sed cum ea pateant, in promtuque ſint omnibus, neque ea interpretatione mea, aut ornatius explicari, aut planius exprimi poſſint. *Pro quo* Idem pro Muraen. 28 Quod omnibus patet, et aeque promtum eſt mihi et aliis. Cic. Off. 1, 126 c. 35 Principio corporis noſtri magnam natura ipſa videtur babuiſſe rationem, quae formam noſtram reliquamque figuram, in qua eſſet ſpecies honeſta, eam poſuit in promtu: quae autem partes corporis ad naturae neceſſitatem datae, adſpectum eſſent deformem habiturae, atque formam, eas contexit, atque abdidit. Lucr. 2, 867 Nec contra pugnant, in promtu cognita quae ſunt, *i. manifeſta. Dixerat modo,* Neque id manifeſta refutant.

PROMTE. Adu. *Statim, celeriter.* Cic. de Petit. Conſ. 34 c. 11 Homines non modo promte ſibi, ſed etiam large et honorifice promitti volunt. *al.* Promitti ſibi. Val. Max. 4, 3, 9 Promte diſtribuere. *Compar.* Morbi promtius finiuntur Celſ. 2, 1. Promtius facere Nazar. Paneg. Conſtant. c. 29. *Superl.* Promtiſſime. [προθυμότατα] *Confeſtim.* Plin. Epiſt. 4, 17 Quare ego vero Corelliae adero promtiſſime: nec ſubire offenſas recuſabo. Val. Max. 6, 5, 1 Victoria promtiſſime licentiam ſubminiſtrat.

PROMTIM. Adu. Tertull. in Geneſ. c. 3 — Dum dicit lumina promtim Affulſiſſe ſibi.

PROMTITVDO, ĭnis. f. *Sequioris aeui vox.*

PROMTVARIVS, a, um. Adi. [ταμιεῖος] *E quo aliquid depromitur.* Armarium Cato R. R. 11, 3. Plaut. Amph. 1, 1, 4 Inde cras e promtuaria cella depromar ad flagrum? *Hic iocularitter pro Carcere poſuit. Conf.* Capt. 4, 4, 10.

PROMTVARIVM, i. n. [ταμιεῖον Gloſſ. Lat. Gr.] *Locus, in quo res ad vſum neceſſariae ita repoſitae ſunt, vt ſtatim promi ac proferri poſſint. Intelligitur* Armarium, *quod exprimit, vt vidimus,* Cato c. 11, 3 Armarium promtuarium vnum, ſcamna longa ſex. Paullus in l. Nam quod §. 1 D. de penu legata, Si cui, quae in promtuario ſunt, legata fuerint: non omnis penus legata eſt. Symmach. Ep. 9, 72 Linguae tuae ornatiſſimo promtuario nunquam deſit materia. Lactant. de Aureo ſaeculo 5, 5 Cum promtuaria iuſtorum benigne paterent omnibus.

PROMTARIVM, i. n. Auſon. Epiſt. 21 *extr.* Aliquid reportans interim munuſculi De largitate muſici promtarii.

PRŎMĪTOR, ōris. m. Seru. *ad* Virg. Georg. 1, 21 *ex* Fabio Pictore *tradit*, flaminem Cerealem, dum ſacrum Cereale faceret, inter alios deos Promitorem inuocaſſe.

PRŌMVM, i. n. *Idem ac Promtuarium.* Tertull. ad Vxor. 2, 4 Si cui largiendum erit, horreum, proma, praecluſa ſunt.

PROMVLVS, i. m. Mart. Capell. 3 p. 58 V, ore conſtructo labriſque promulis exhibetur. *al.* Prominulis.

PROMVS, i. m. *Cellarius.* Plaut. Poen. 3, 4, 6 Edepol feciſti prodigum promum tibi. Columel. 12, 3 Promis quoque et cellariis aliquid attendentibus aut metuentibus interuenire. Promusque quam condus magis Auſon. Epiſt. 22, 20. *Per translationem dixit* Plautus in Trin. 1, 2, 44 Ne admittam culpam, ego meo ſum promus pectori. Idem Pſeud. 2, 2, 14 Condus promus ſum, procurator peni. Apul. Apol. p. 308 Promus librorum.

PROMVS, a, um. Adi. Tertull. de Reſ. Carn. 27 Sepulcra erunt cellae promae. Ibid. In cellis promis caro ſalita et vbi repoſita ſeruatur, depromenda illinc ſuo tempore. *Sed* Columel. 3, 2, 1 *ad fructum referunt,* Inconditum fructum velut promum vendere: *ſine exemplo alio. Nihil melius, quam legere* velut pomum: *vua de vineis ſuburbanis non opus habet vt condatur, fiat muſtum, deinde vinum: ſed vendi poteſt, vt quodcunque pomum aliud.*

PROMONSTRA, Prodigia, *inquit* Feſtus.

PROMONTORIVM, *vid. ſub* PROMINEO.

PROMŎVEO, mōui, mōtum, ēre. [προκόπτω, προάγω] *Vltra mouere, prouehere.* Ter. Eunuch. 5, 3, 3 Moue vero ocius te nutrix. S. moueo. C. video, at nihil promoues. Cic. Q. Fratr. 3, 1 Aſſa in alterum apodyterii angulum promoui. Caeſar B. G. 1, 48 Eodem die caſtra promouit, et millibus paſſuum ſex a Caeſaris caſtris ſub monte conſedit. Moenia Suet. Neron. c. 16. Remis centaurum (*Nauem*) promouet Virg. Aen. 10, 195. Onera promouere et portare Columel. 11, 1. Scalas, et machinamenta promouere Tacit. Ann. 15, 4. Gradum promouere ab aliquo loco Stat Theb. 12, 541. Promouere arcana loco Hor. Epod. 11, 21 *Bacchus dicitur.* Cic. Att. 4, 11 Inde domum, coenatus, vt ſim praeſto Miloni: ibi igitur te videbo et promouebo. *Qui ſic legunt, intelligunt, negotia Alimenti, quae vrgere promittat Cicero. Sed al.* Promonebo *ſ.* praemonebo. *Metaphor. ad gradus honorum refertur.* Plin. in Paneg. c. 90 *extr.* Habuerat hunc honorem periculis noſtris diuus Nerua, vt nos, etſi minus vt bonos, tamen promouere vellet. *Conf.* Suet. Oth. c. 1. Plin. Ep. 10, 20 *pr.* Vbi primum me, Domine, indulgentia veſtra promouit ad praefecturam aerarii. *Peculiaris ratio eſt* Plin. Epiſt. 8, 20 Rurſus omnes in eundem locum depulſae, qua ſteterunt, promouent terram: et modo hac, modo illac lacum reddunt, auferuntque, *de inſulis natantibus.* Aciem promouere, *vid.* ACIES. Cornua aciei vtrinque promouere Quinctil. 2, 13. Imperium Ouid. ex Pont. 2, 2, 72. Promôſſe, *pro Promouiſſe:* Ouid. Amor. 2, 9, 17 Roma, niſi immenſum vires promôſſet in orbem, *etc. Prolongare, producere tempus:* Ter. Andr. 4, 2, 28 Eho tu impudens, non ſatis habes, quod tibi dieculam addo, quantum huic promoueo nuptias? *h. e. Differo.* Donatus. *Proficere:* Ter. Hec. 4, 4, 18 Abibo hinc, praeſens quando promoueo parum. Nihil promoueris Ter. Andr. 4, 1, 16. Nihil ab eloquentia metuant, quam, ſi quid omnino promoui, potius ſpero quam praeſto Apul. Apol. . . . Quod quis videbatur paullo largius in arte promouiſſe Id. in Flor. . . . Quum in ſtudio facundiae abunde promouiſſet Gell. 5, 10. Vlpianus in l. Si quis mihi, in princip. D. de acquir. hered. Si quis mihi bona fide ſeruiat ſeruus alienus: iuſſu meo hereditatem adeundo nihil promouebit.

PROMŌTVS, a, um. Partic. [*προηγμένος*] Claſſis promota attollit fluctus Stat. Achil. 1, 444. Cic. de Finib. 3, 52 c. 16 Sic in vita non ea, quae primario loco ſunt, ſed ea, quae ſecundum locum obtinent, *προηγμένα*, id eſt producta nominentur. Quae vel ita appellemus (id erit verbum e verbo) vel promota et remota, vel (vt dudum diximus) praepoſita vel praecipua, et illa reiecta. Promotus ad dignitates Plin. Epiſt. 151. Ad procurationes Idem Epiſt. 7, 31.

PROMOTIO, ōnis. f. Firmicus 3, 7, 9 In palatiis regum, vel potentium virorum domibus perſeuerant, et promotionibus aliquibus adornantur. *Add.* Ib. n. 5. Aſcon. in Verr. de Praet. vrb. Lamprid. in Ant. Diad. c. 2.

PROMŌTOR, ōris. m. *Patronus.* Ammian. 21, 1 Nullo arbitrio eius promotorum ſuſcepto praeter Nebridium.

PROMŌTVS, ûs. m. Tertull. de Coron. Mil. c. 3 Ad omnem progreſſum atque promotum.

PROMVLCEO, *unde* PROMVLSVS, a, um. Part. Apul. Florid. 1 p. 342 *Elm.* Crines eius praemulſis antiis, et promulſis caproneis anteuentuli et propenduli, *videtur ſignificare antrorſum mulcere.*

PROMVLCVS, i. m. Promulco agi nauis dicitur, Quum ſcaphae ducitur fune. Paullus. *Miratur Scaliger, pro* Remulco *dici.*

PROMVLGO, āre. *Publicare, palam pronuntiare : quaſi* Prouulgare. Feſtus: Leges promulgari dicuntur, quum primum in vulgus eduntur, quaſi prouulgari. *Nempe* promulgatur lex, cum *publice in albo proponitur, vt Populo ſit facultas legendi, conſiderandi an e re ſua putet.* Cic. Q. Fratr. 2, 3 Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. De meo reditu octo Tribuni promulgarunt Cic. pro Sext. 69. Tribuni qui promulgarent de ſalute mea, et ad vos ſaepe referrent Cic. poſt red. in Sen. 4. Qui de Caeſare monſtra promulgarunt, quibus intercederet nemo Cic. Q. Fratr. 2, 5. Quaeſtionem promulgare Cic. in Vatin. 26. *i. Ad Populum ferre rogationem, de quaeſtione.* Quinctil. 2, 4, 35 Aut de iure dubitari poteſt ipſius rogationis, — ſiue non trino forte nundino promulgata, ſiue non idoneo die — lata eſſe dicitur.

RROMVLGATVS, a, um. Partic. Praelia promulgata Cic. pro Muraen. 30 c. 14. Loquor de Legibus promulgatis Cic. Phil. 1 c. 10. Re multos dies promulgata et cognita Cic. pro Flacc. 15. Qui agunt, — Promulgata, propoſita, in aerario cognita, agunto Cic. de Legib. 3, 11 c. 4.

PROMVLGATIO, ōnis. f. Cic. Fam. 1, 5 Subito exorta eſt nefaria Catonis promulgatio. Illae enim leges nulla promulgatione latae ſunt, antequam ſcriptae Cic. Philipp. 1, 25 c. 10. Promulgatio trinundinum Cic. Philipp. 5, 8. *i. per trinundinum facta, vt* domuitio *et ſimilia.*

PROMVLSIS, ĭdis. f. [*ὑδρόμελι*] *Potio ex mulſo condita in ipſo coenae ingreſſu poni ſolita ; verum non ſola, ſed, cum aliis cibis guſtum et gulam irritantibus.* Cic. Fam. 9, 16 Neque eſt quod in promulſide ſpei ponas aliquid, quam totam ſuſtuli. Solebam enim antea debilitari (*ſic leg. pro* delibitari MSS.) oleis et lucanicis tuis. *Ergo* oleae et lucanicae *pars* promulſidis. *Firmat totus tenor coenae Trimalchionis ap.* Petronium *v. g.* c. 34 *facit* poteſtatem *dominus* ſi quis vellet iterum muſtum ſumere : *tum* guſtatoria rapiuntur Cic. Fam. 9, 20 Habuiſſes enim non hoſpitem, ſed contubernalem. At quem virum? non eum, quem tu es ſolitus promulſide conficere. Integram famem ad ouum affero, itaque vsque ad aſſum vitulinum opera perducitur. *Quid? ſi recte* Promulſidem *Turnebus eos cibos vocari ſcribit, quibus ante primum hauſtum veſcebantur, quem e mulſo ducebant, quod vacuis et inanibus venis initio dulcem eſſe potionem putarent infundendam. Itaque ex auſtero vino mulſum conditum reprehenditur.* Hor. Serm. 2, 4, 24 Aufidius forti miſcebat mella falerno, Mendoſe. *Eſt igitur* Promulſis *Antecoena, Guſtatio.* Petron. 24 *petulanti metaphora Quartilla ait*, Hoc belle cras in promulſide libidinis noſtrae militabit. hodie enim poſt aſellum diaria non ſumo. *Non audiendus Salmaſius ad* Tertull. Pall. p. 437 *qui cum recte interpretatus eſſet* Promulſidarium, *de quo ſtatim, eo progreditur, vt* promulſidem *ipſam putauerit vas recipiendo mulſo, quin ne hoc quidem, ſed operculum modo illius vaſis. Refutauit illum Gonſal. ad Petron. c. 3 p. 113 Burm.*

PROMVLSIDARIVM, i. n. *Repoſitorium promulſidis.* Vlpian. l. 19 ff. de auro, argento, mundo §. 10 Sed cui vaſa ſunt legata, non ſolum ea continentur, quae aliquid in ſe recipiant edendi bibendique cauſa paratum, ſed et, quae aliquid ſuſtineant : et ideo ſcutellas vel promulſidaria contineri. Repoſitoria quoque continebuntur. Petron. c. 31 Caeterum in promulſidario aſellus erat, *etc. al.* Promulſidari. *Eſt ergo idem quod* Guſtatorium. *v. v.*

PROMVNCTORIVM, i. n. *προμυκτήριον* Gloſſ. Gr. Lat.

PROMVNTORIA, *vid. ſub* PROMINEO.

PROMVRALE, is. n. Vulg. Interpr.

PROMVRIVM, i. n. Cathol.

PROMVS, *vid.* PROMO.

PROMVSCIS, *melius ſcribitur* PROBOSCIS, *v. v.*

PROMVTVVM, i. n. *Quaſi mutuum, quaſi mutua pecunia.* Scaevola l. 40 §. 3 de Statulib. Quod neque a conductoribus praediorum, neque a villicis penſiones exegerit, et inſuper etiam promutuum eis dederit. *Tribuitur etiam* Caeſari de B. C. 3, 32 *coll.* 31. *Sed melius ibi ſeparatim legitur*, Publicanis — inſequentis anni vectigal — pro mutuo tolli iubebat. *Vid. Cuiac. Obſ. 8, 34.*

PROMVTVOR, *προδανείζομαι* Gloſſ. Gr. Lat.

PRONATO, āre. *Natando in conſpectum venire.* Delphines e toto mari pronatant Hygin. Aſtron. 2, 17.

PRONĀVS, i. m. *Verti poteſt Protemplum, vel Antetemplum. Eſt autem anterior pars, et veluti frons templi, pars illa aperta, columnis nixa, et velut veſtibulum quoddam* cellae, *quae proprie ναὸς vocatur. Vid.* Vitruu. 4, 4 *pr. unde illud, quod dixi, facile colligas. Meminit etiam 3, 1. Et 3, 3 ait*, Spiris perfectis et collocatis, columnae ſunt medianae in pronao et poſtico ad perpendiculum medii centri collocandae. *It.* Supra pronaum aedis Vitr. 5, 1 *ſub f.*

PRONECTO, nexi *et* nexui, nexum, ĕre. [*καταπλέκω*] Stat. Silu. 4, 3, 145 Vidi quam ſeriem morantis acui Pronectant tibi candidae ſorores. *h. e. In longum tempus futurum nectant Parcae.*

PRONĔPOS, ōtis. m. [*προέγγονος*] *Nepotis filius.* Cic. Phil. 13, 15 c. 7 Haec ſi cogitas M. Lepide, M. Lepidi Pontificis Maximi fueris pronepos. Idem Att. 16, 14 Quintus aui tui pronepos ſcribit ad patris mei nepotem, *i. ſororis tuae filius ad meum filium.* Iouis pronepos, *Aiax* Ouid. Met. 13, 142.

PRONEPTIS, is. f. [*προεγγόνη*] *Neptis filia.* Caius in l. 1 D. de grad. et affin. Hanc mihi gratiam retulit, vt Iulias, proneptes meas (*Auguſti*) occideret, vnum abnepotem L. Silanum Senec. de Morte Claud. p. 854. Perſ. 6, 53

Si mihi nulla
Iam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis
Nulla manet.

PRONITAS, *etc. vid.* PRONVS.

PRONOEA, ae. f. [*πρόνοια*] *Prouidentia et ipſe adeo Deus, ex Stoicorum praeſertim rationibus.* Cic. de Nat. Deor. 2, 58 c. 22 Natura mundi omnes motus habet voluntarios — et his conſentaneas actiones ſic adhibet, vt nosmetipſi, qui animis mouemur et ſenſibus. Talis igitur mens mundi cum ſit, ob eamque cauſam vel Prudentia, vel Prouidentia appellari recte poſſit (Graece enim *πρόνοια* dicitur) haec potiſſimum prouidet, et in his maxime eſt occupata; primum vt mundus quam aptiſſimus ſit ad permanendum, deinde vt nulla re egeat, maxime autem vt in eo eximia pulchritudo ſit, atque omnis ornatus. *Cum illam ſaepe in ore haberent Stoici, praeſertim vbi de diuinatione ſermo erat, hinc Epicureus* Velleius Cic. de N. D. 2, 18 c. 8 Audite, inquit, non opificem aedificatoremque mundi Platonis de Timaeo Deum, nec anum fatidicam Stoicorum *πρόνοιαν*, quam Latine licet Prouidentiam dicere *etc. Et* ſ. 20 Pronoea vero ſi veſtra eſt Lucili, *hic Stoicus eſt. Et* ſ. 22 Illo igitur tam immenſo — (*ante mundum hunc*) quaero, Balbe, cur Pronoea veſtra ceſſauerit? *Suauiſſimus locus* de N. D. 2, 160 c. 64 Ex *piſcibus* tanta percipitur voluptas, vt interdum Pronoea noſtra Epicurea fuiſſe videatur. *Seuerus maxime et maxime memorandus* Cic. de Nat. Deor. 2, 73 c. 29 *vbi male affingi Stoicis cum dixiſſet* Anum fatidicam, *pergit*, Vt ſi quis dicat Athenienſium remp. conſilio regi deſit illud, Ariopagi : ſic cum dicimus Prouidentia mundum adminiſtrari, deeſſe arbitrator, Deorum. Plene autem et perfecte ſic dici exiſtimato, Prouidentia Deorum mundum adminiſtrari. Chryſippi librum *περὶ προνοίας* quartum *laudat* Gell. 6, 1.

PRONŌMEN, ĭnis. n. [*ἀντωνυμία*] *Pars eſt orationis Grammaticis, dicta quod vice nominis ponatur. Vt enim quum nomen ponimus, explicamus perſonam: ſic ponendo* pronomen, *tacito nomine; vt quum dicimus*, Hic legit, ille ſcribit. *Vid.* Priſcianum *et alios Grammaticos.* Varro de L. L. 7, 23 *diſtinguit* Prouocabula, vt quisque, *et* Pronomina, vt hic haec: *et illa* infinita *ait, haec* finita. Quinctil. 11, 3, 87 Pronominum vicem obtinent manus.

PRONOMINĀLIS, e. Adi. Pronominalis conſtructio Priſcian. 17.

PRONOMINATIO, ōnis. f. Graece *ἀντονομασία*; Figura rhetorica, quae cognomine extraneo demonſtrat id, quod ſuo nomine appellari non poteſt Auct. ad Heren. 4 c. 31.

PRONV̆BA, ae. f. *vel potius* PRONVBVS, a, um. Adi. [*προμνηστρία, νυμφεύτρια*] Pronubae dicuntur, Quae in obſequio nubentis ſunt, *inquit* Donatus, quae nubentes domum mariti deducunt, ac comitantur. *Hinc* Iuno Pronuba dicitur, quae nubentibus praeeſt Seru. *ad* Virg. Aen. 4, 166 *qui addit*, Varro Pronubam dicit, quae ante nupſerit, quaeque vni tantum nupta eſt: ideoque auſpices deliguntur ad nuptias. *Sunt ergo* Pronubae *mulieres, quod* Auſpices *viri.* Feſtus Paulli, Pronubae adhibebantur nuptiis, quae ſemel nupſerunt, cauſa auſpicii, vt ſingulare perſeueret matrimonium: *pro quo ipſe antiquus* Feſtus, vt matrimonii perpetuitatem (*ſic legunt viri docti pro* paupertatem) auſpicantes. Tertull. exhort. ad caſtit. Monogamia apud Ethnicos in ſummo honore eſt, vt et virginibus legitime nubentibus vniuira pronuba adhibeatur: et ſic auſpicii initium eſt. Catull. 60, 186 Vos vnis ſenibus bonae Cognitae bene feminae Collocate puellulam. Ouid. Epiſt. 6, 43 Non ego ſum furto tibi cognita, Pronuba Iuno Adfuit, et ſertis tempora vinctus Hymen. Bellona pronuba Virg. Aen. 7, 319. Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 131 Tenerum iam pronuba Flamma pudorem Sollicitat. *h. e. Ingenitus ardor quidam, qui aetate matura virgines ad nuptias prouocat.* Nox Claud. Conſ. Honor. 4, 642. Annulus l. 38 ff. pr. de Rit. Nupt. *et* l. 3 Cod. de Sponſal.

PRONV̄BO, āre. Nuptiis praeſum. *Hinc*

PRONVBANS, antis. Partic. Hieron. vita Malchi p. 99 Pronubante nobis moeſtitia.

PRONVNTIO, āre. [*ἐκφωνέω, ἐκφέρω*] *Idem fere eſt quod recitare, praeſertim ex memoria, vt actores ſcenici, oratores.* Plin. 7, 48 Luceia mima centum annis in ſcena pronuntiauit. Acriter, apte, decenter Plin. Epiſt. 5, 19 *pr.* Idem ibid. 5, 19 *pr.* Nam ante aliquot annos dum intente, inſtanterque pronuntiat, ſanguinem reiecit. Perperam Plin. Ep. 3, 5, 12. Cic. de Diuin. 2, 14 c. 5 In quo noſtra quaedam Aratea memoriter a te pronuntiata ſunt. Ad comicum morem aliquid Quinctil. 1, 8. Cubito pronuntiant *apud* Quinctil. 11, 3, 93 qui transuerſum brachium proferunt. Epiſtolas pronuntiare verſiculis facetis Cic. Att. 13, 6. Vno ſpiritu multos verſus pronuntiare Idem de Orat. 1, 261 c. 61. ¶ 2 Pronuntiare (*inquit Budaeus*) *verbum eſt iuris, pro eo, quod eſt Expreſſe et nominatim praedicere, praefarique ex bona fide in rebus contrahendis.* Vlpian. in l. prima, De Aedilicio edicto, *ſaepe in ea ſignificatione vſus eſt : et in* l. Quod ſi nolit, Qui mancipia vendunt, nationem cuiusque in venditione pronuntiare debent. *Hoc Graeci ἐκφωνεῖν, dicunt.* Cic. Off. 3, 66 Is igitur Cato iudex ita pronuntiauit, quum in vendendo rem eam ſciſſet, et non pronuntiaſſet, emtori damnum praeſtari oportere. *Hoc etiam Nuncupari dicitur. Simul docet hic locus, etiam iudices* pronuntiare, *cum ſententiam ferunt.* Pronuntiatum et ſtatutum (*inquit* Vlpian. in l. Pronuntiatum D. de verb. ſignif.) idem dici poteſt: promiſcue enim et pronuntiaſſe, et ſtatuiſſe ſolemus eos dicere, qui ius habent cognoſcendi. Pronuntiare per praeconem Aur. Vict. de Viris illuſtr. c. 51 *extr.* Pronuntiare ſententiam Cic. de Fin. 2, 37 c. 12. De tribunali Praetor pronuntiat Cic. Verr. 2, 94. In vltima cognitione pro tribunali, acceſiſſe ad finem mortalitatis, ſemel atque iterum pronuntiauit Suet. Claud. *extr.* *Hinc* Pronuntiari ad beſtias, *eſt Damnari.* l. 6 D. ad l. Iulian. peculatus. *Vid. Buchner. ad* Plin. Epiſt. 6, 31 p. 234. *Add.* PRONVNTIATVS, a, um. Idem ib. 3, 15 Non temere iam nunc de vniuerſitate pronuntio. De ſe ſententiam ferre, et iudicium pronuntiare Cic. in Piſon. 97. Amplius pronuntiare Idem Verr. 1, 26. Aduerſus aliquem Plin. 17, 9. Idem Epiſt. 5, 18 *extr.* Nec tamen adhuc poſſum pronuntiare, vtrum ſit difficilius, capere aliquid, an ſcribere. Seorſum de re aliqua Quinctil. 7, 3. Idem 2, 5, 25 Sed hi qui ſint, non cuiusque eſt pronuntiare. Quid ipſi libuiſſet, perinde ac pluribus idem videretur, pronuntiabat Suet. Ner. c. 15. ¶ 3 *Sed ad aliam quoque ſollemnem declarationem pertinet :* Liu. 24, 27 Poſtremo victi conſenſu, et ſeditionem metuentes,

metuentes, pronuntiant eos praetores. Cic. pro Roſc. Amer. 129 Quae enim mihi ipſi indigna et intolerabilia videntur, quaeque ad omnes, niſi prouidemus, arbitror pertinere, ea pro meipſo, ex animi mei ſenſu ac dolore pronuntio. Curt. 4, 8, 16 Imminensque Dario, iter ad Euphratem pronuntiauit. Nomina victorum Cic. Fam. 5, 12. Aduentu longarum nauium Curio pronuntiari onerariis iubet, ſe in hoſtium habiturum loco, quae non e veſtigio ad caſtra Corneliana vela direxiſſet Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 25. Pronuntiare praelium in poſterum diem, *Indicere* Liu. 24, 14 *extr.* *Sic Palam promittere:* Cic. pro Cluent. 78 c. 29 Suppreſſam eſſe ab eo pecuniam, quam pro reo pronuntiaſſet: qui erant in concione non intelligebant. Curt. 3, 5, 15 Quippe Darius mille talenta interfectori Alexandri daturum ſe pronuntiari iuſſerat. Suet. Caeſ. c. 19 Numos de ſuo communi nomine per centurias pronuntiauit. Idem Neron. c. 24 Quae beneficia e medio Stadio Iſthmiorum die ſua ipſe voce pronuntiauit. Pronuntiatur, *Imperſ.* Plin. 16, 4 Patriam ab eo coronari pronuntiatur.

PRONVNTIĀTVS, a, um. Partic. [ἐκφωνηθεὶς] *Vt*, Verſus pronuntiatus ſyllaba vna breuior aut longior Cic. in Parad. 3 *extr.* Curt. 10, 6, 24 Ipſum ad pronuntiatam praedam ſequebantur. *Item Damnatus.* Ammian. 15, 3 *extr.* Protectores pronuntiati vertere ſolum, veniam meruere. *Vid.* PRONVNTIO n. 2.

PRONVNTIĀTVM, i. n. [ἀξίωμα] Cic. Tuſc. 1, 14 c. 8 Omne pronuntiatum (ſic enim mihi in praeſentia occurrit, vt appellarem ἀξίωμα, vtar poſt alio, ſi inuenero melius) Id ergo eſt pronuntiatum quod eſt verum aut falſum. *De hoc vid.* Gell. 16, 8.

PRONVNTIĀTVS, ûs. m. [ἐκφώνησις] *Pro ipſa Pronuntiatione.* Gell. 4, 17 Ratio in pronuntiatu manet. Idem 15, 3.

PRONVNTIATIO, ōnis. f. [ἐκφώνησις, ἐκφορὰ] *Eſt*, Vocis, et vultus, et geſtus moderatio cum venuſtate, *inquit* Auct. ad Heren. 1 c. 2. Quinctil. 11, 3 *vbi omnem* Pronuntiationis *artem tractat, ita incipit*, Pronuntiatio a plerisque actio dicitur, ſed prius nomen a voce, ſequens a geſtu videtur accipere. Namque actionem Cicero alias quaſi ſermonem, alias eloquentiam quandam corporis dicit. Idem tamen duas eius partes facit, quae ſunt eaedem pronuntiationis, vocem atque motum. Qua propter vtraque appellatione indifferenter vti licet. Indecora vel voce, vel geſtu pronuntiatio Quinctil. 3, 3. Quis enim cantus moderatae orationis pronuntiatione dulcior inueniri poteſt? Cic. de Orat. 1, 34. ¶ 2 *Iudicialis ſententiae prolatio:* Idem pro Cluent. 67 c. 20 Lege et pronuntiatione nondum condemnato, tantum Habitus Oppianicum reum ſtatim non fecit. Qua pronuntiatione facta Caeſ. B. C. 2, 25, 7. *Haec pronuntiatio, ſola diſceſſione fieri poterat, vt colligere eſt ex* Petron. c. 80 Fulminatus hac pronuntiatione. ¶ 3 *Pro* pronuntiato *vel* enuntiatione Cic. de Fato 26 Quod cum ita ſit, quid eſt, quod non omnis pronuntiatio aut vera aut falſa ſit? ¶ 4 Graeca pronuntiatione ſtrategemata dicuntur, *i. Graeca voce* Valer. Max. 7, 4 *pr.*

PRONVNTIĀTOR, ōris. m. [ἐκφωνητὴς] Cic. de Clar. Orat. 286 c. 83 Thucydides enim rerum geſtarum pronuntiator ſincerus et grandis etiam fuit.

PRONVNTIABĬLIS, e. Adi. Apul. Doctr. Plat. 3 *pr.* Oratio pronuntiabilis. Gloſſ. Lat. Gr. Pronuntiabile, ῥητόν.

PRONVNTIATĪVVS, a, um. Adi. *Idem.* Modus pronuntiatiuus, quo pronuntiamus Diomed. 1 p. 329.

PRONVPER. Adu. [νεωςὶ] *Quaſi dicas Valde nuper.* Plaut. Trin. 2, 4, 26 Qua ſponſione pronuper tu exactus es pro illo adoleſcente. *Al. aliter: vid. Taubm.*

PRŌNVRVS, ûs. f. [πρόνυος] *Nepotis vxor.* Ouid. Epiſt. 17, 206 Pronurus et magni Laomedontis ero. Modeſtinus in l. Nurus D. de gradib. et affinib.

PRONVS, a, um. Adi. [πρηνὴς, καταφερὴς, καταπρηνὴς] *In anteriorem partem flexus.* Ouid. Met. 1, 84 Pronaque quum ſpectent animalia caetera terram, Os homini ſublime dedit, *etc.* Pecora natura prona finxit Salluſt. Catil. *pr.* Plin. 7, 17 Virorum cadauera ſupina fluitare, feminarum prona: velut pudori defunctarum parcente natura. Pronus et Superus, *contraria* Cic. Tuſc. 1, 42. Plin. Epiſt. 5, 6 Demiſſus inde pronusque puluinus, cui beſtiarum effigies inuicem aduerſa buxus inſcripſit. Proni decurrere monte parabant Sil. 7, 216. Pronus ad Meridiem locus Varr. de R. R. 3, 16. Pronus ſoli, *et* ad ſolem Columel. 2, 9. Pronus in ventrem Varr. de R. R. 2, 7. Pronus bibis aquam Martial. 1, 93. Aurigae pendent proni in verbera Virg. Aen. 5, 147. Mittere aliquem pronum Catul. 18, 23. *i. Praecipitem dare.* In pronum iaculari, *vid.* IACVLOR. ¶ 2 *Vt* Procliuis, *ſic* Pronus *eſt Facilis:* Plin. Ep. (8, 10) Quibus video a meo, tuoque latere pronum ad honores iter, et audita latius nomina, et non ſubitas imagines relicturus. Apud priores agere memoratu digna, pronum magisque in aperto erat Tac. Agric. 1, 2. Idem ibid. 33, 7 Omnia prona victoribus. *Pro Vicino,* Virg. Aen. 5, 212 — ventisque vocatis Prona petit maria. i. e. Litori vicina. Seruius: Prona maria, *inquit*, quaſi non ipſa eſſent per quae tranſierant: aut poſſit fieri, vt ſint maria deuexa. Non hoc ſenſit, ſed facilitatem reditus voluit demonſtrare. Pronum enim dicimus, quidquid difficultatem non habet: et Arduum, quidquid difficulter ſuperatur. Donatus. *Per translationem, Inclinatus ad virtutes, vel ad vitia:* Plin. in Paneg. c. 84 Nihil eſt tam pronum ad ſimultates, quam aemulatio, in feminis praeſertim. Pronior huic rei, *pro In hanc rem, apud* Suet. Neron. c. 40 Cui ſpei pronior, Britannia Armeniaque amiſſa, ac rurſus recepta, defunctum ſe fatalibus malis exiſtimabat. Honori alicuius pronior Stat. Silu. 3, 3, 153. Proniores paci Valer. 8, 3 *extr.* Pronus ad haec, *apud* Suet. Vitell. c. 7 *et in ſuperioribus exemplis.* Ad fidem pronius eſt Liu. 21, 28. Ad omne nefas pronus Lucan. 6, 147. Proniores ad iracundiam Plin. 22, 24. Pronus ad fidem Liu. 21, 28. *i. Credibilis.* In aliquid pronior Quinctil. 2, 8. In bellum pronus Lucan. 1, 292. In obſequium plus aequo pronus Hor. Epiſt. 1, 18, 16. Proniſſimus ad indulgentias Capitol. in Pio c. 10. *Sic* Proni *dicuntur, Qui fauent:* Tacit. Hiſt. 1, 13, 6 Prona in eum aula Neronis. Idem Hiſt. 2, 74, 2 Muciani animus nec Veſpaſiano alienus, et in Titum pronior. Suet. Galb. c. 12 Remiſit in patriam quaſi Cn. Dolabellae proniorem. Paterc. 2, 69, 6 Quem pronior fortuna comitatur. ¶ 3 *Subſtantiua:* Ouid. Met. 14, 821 Pronumque per Aëra lapſus, *etc. i. Cedentem et tranſitu facilem.* Aetas ad vitia maxime prona Quinctil. 1, 2. Virg. Georg. 1, 203 Atque illum in praeceps prono rapit Alveus amne. Anni proni, Volubiles et decliui, inſtabiles et cito labentes: Acron: Hor. in Arte Poët. 60. Aqua Virg. Aen. 8, 548. Aures pronas accommodare Claud. de Bell. Gildon. 426. Auribus

pronis aliquid accipere Tacit. Hiſt. 1, 1, 4. Aures ſuperbae, et offenſioni proniores Idem Ann. 4, 29. Crateres, *Euerſi* Stat. Theb. 5, 255. Currus Idem ibid. 10, 364. Id. ibid. 5, 612 Prono vexantem gramina curſu: *currentes enim effuſe ſuperiora corporis antrorſum inclinant.* Decurſu prono agitur malum Catul. 63, 23. Dies Stat. Theb. 2, 41. Fides prona venit Ouid. de Arte Am. 3, 674. Iuventus Satyrorum prona in Venerem Idem Faſt. 1, 397. Idem ibid. 5, 498 Et pronum ſaturae Lac bibit agnus ouis. *Pronum lac deorſum fluens et facile.* Lapſus Claud. in Ruff. 1, 159. Lapſus fidei Plin. 5, 1. Largitor Claud. Conſ. Hon. 4, 117. Manu prona fundere falerna Tibull. 3, 6, 6. Mens prona in ferrum Lucan. 1, 154. Menſes pronos voluere Hor. Carm. 4, 6, 39. Motus corporis pronus, obliquus, ſupinus Cic. de Diuin. 1, 120. Sententia prona Valer. Argon. 8, 340. Columel. 1, 3 Quantoque fuerit aedificii Solum pronius orienti, tanto et aeſtate liberius capere perflatus, *etc.* Via prona Ouid. Met. 2, 67.

PRONE. Adu. Ammian. 30, 29 (Val. 8) Ad ſugillandum pronius inclinat.

PRONĬTAS, ātis. f. [τὸ πρανὲς] Seneca in praefat. Controu. Neſcio qua iniquitate et ad malum pronitate naturae eloquentia ſe retrotulerit.

PRONO, āre. Sidon. Epiſt. 8, 11 Ipſi latrones ad pauimentum conuerſa defunctorum ora pronauerunt. *add.* 5, 18.

PRONĀTVS, a, um. Sidon. Epiſt. 8, 17 Nunc per cataſtrophen ſaepe prōnatus.

PROOECONOMIA, ae. f. [προοικονομία] *Figura, cum Poëta aut quicunque ſcriptor praeſtruit, et praemunit aliquid, quo ea, quae ſequuntur, rectius queant intelligi, aut certe non nimis abrupta ſit tranſitio.* Seruius *in illum verſum* Virgil. Aen. 1, 230 Et Libyae defixit lumina regnis. Pulchra prooeconomia, id eſt diſpoſitio carminis. Vituperabile enim fuerat, ſi ex abrupto tranſitum faceret. *Rurſus.* Virgil. Aen. 2, 298 Diuerſo interea miſcentur moenia luctu. *Vbi,* Seruius: Haec eſt prooeconomia. ait enim Aeneam non fuiſſe proditorem: ſed propter longinquitatem domus et tarde bella cognouiſſe, et facilius euitaſſe diſcrimen.

PROOEMIVM, i. n. [προοίμιον, προίμιον] *Initium vel exordium, ſiue praefatio.* Quinctil. 4, 1 *pr.* Quod principium Latine vel exordium dicitur, maiore quadam ratione Graeci videntur προοίμιον nominaſſe: quia a noſtris initium modo ſignificatur, illi ſatis clare partem hanc eſſe ante ingreſſum rei, de qua dicendum ſit, oſtendunt. Nam ſiue propterea, quod οἴμη cantus eſt, et *citharoedi pauca illa, quae antequam legitimum carmen inchoënt, emerendi fauoris gratia* canunt, prooemium cognominauere: ſic oratores ea, quae priusquam cauſam exordiantur, ad conciliandos iudicum animos praeloquuntur, eadem appellatione ſignarunt: ſiue quod οἶμον iidem Graeci viam appellant, id quod ante ingreſſum rei ponitur, ſic vocare eſt inſtitutum: certe prooemium eſt, quod apud iudicem, priusquam cauſam cognouerit, proſit. *Haec Fabius, qui toto capite illo doctrinam prooemiorum perſequitur.* Cic. de Orat. 2, 325 c. 80 (*quo loco a* c. 80 *inde prooemiorum praecepta tradit*) Connexum autem ita ſit principium conſequenti orationi, vt non, tanquam citharoedi prooemium affictum aliquod, ſed cohaerens cum omni corpore membrum eſſe videatur. Cic. Attic. 16, 6 De gloria librum ad te miſi: at in eo prooemium id eſt, quod in Academico tertio: id euenit ob eam rem, quod habeo volumen prooemiorum: ex eo eligere ſoleo, quum aliquod σύγγραμμα inſtitui. His libris Noua prooemia ſunt addita Cic. Attic. 13, 32. Libera prooemia Quinctil. 3, 8. Vitioſum Id. 4, 1. Dicere Id. 2, 20. Longo et alte petito prooemio reſpondere Cic. pro Cluent. 58 c. 21. Scribere Quinctil. 3, 9. In ſingulis libris vtor prooemiis Cic. Attic. 4, 16. Id. Acad. 1, 8 In iis ipſis antiquitatum Prooemiis philoſophiae ſcribere voluimus. Habes prooemium legis hoc Id. de Legib. 2, 17. Rixae prooemia Iuuenal. Sat. 3, 288. Prooemium mercenarium Cic. Verr. 1, 111.

PROOEMIOR, āri. [προοιμιάζω] *Exordiri.* Plin. Epiſt. 2, 3 Prooemiatur apte, narrat aperte, pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excelſe. Poſtremo docet, delectat, afficit. *add.* Sidon. Epiſt. 4, 3.

PRŌPĀGO, ĭnis. f. [ἀπογονὴ, παραφυὰς, ἀπορρὼξ, Propagines ἀπώρυγες Gloſſ. Vet.]. Vitis vetula, et ſuppreſſa, vt ex vna plures fiant: dicta quod porro pangatur, id eſt, longe figatur. Feſtus. Virgil. Georg. 2, 26 Preſſos propaginis arcus. *et prima producitur.* Cic. de Senect. 52 c. 15 Malleoli, ſarmenta, vites, viuiradices, traduces, propagines. Vitis vitium deprimitur in propagines Plin. 14, 1. Vites melius reſpondent propagine Virgil. Georg. 2, 63. Inter ſuboles herbarum et propagines Vitium Apulei. Apol. p. 329. Diſciplinae propagines Varro de L. L. 7, 9 *extr.* Vitium propago Horat. Epod. 2, 9. Propagines Colum. 4, 6, 3. ¶ 2 Prŏpago. *Genus.* [ἡ καταβολὴ, ἡ ἐπίδοσις τοῦ γένους, γονὴ Gloſſ. Lat. Graec.] Lucret. 5, 1026. Virgil. Aen. 12, 827 Si Romana potens Itala virtute propago. *add.* Id. ibid. 6, 870. Sic familiarum originem ſubtexuit, vt ex eo clarorum virorum propagines poſſimus cognoſcere Nepos 25, 18, 2. Auctor propaginis Ouid. Faſt. 3, 157. Id. Met. 1, 160 Sed et illa propago Contemtrix ſuperûm, ſaeuaeque auidiſſima caedis. Plin. 7, 14 Liberorum pius aliorum propago ſunt Liciniani cognominati. Blanda catulorum Lucret. 4, 995. Lucret. 1, 43 Memmî clara propago. Verſuta, *Autolicus* Ouid. Met. 11, 312. *Obſeruemus:* Propago, *in vtraque ſignificatione nunc produci, nunc corripi:* *Certe* Lucret. 5, 848 Vt propagando poſſit producere ſaecla. *In priore tamen ſignificatu neminem ex antiquis qui corripuerit, laudari video.*

PROPAGES, is. f. *inquit* Nonius 1, 327 eſt Series et affixio continua, vel longe ducta. Pages enim compactio: vnde Compages, et Propagare, id eſt genus Longe mittere. Pacuuius, Saluete gemini mea propages ſanguinis. Ennius, Nobis vnde forent fructus, vitaeque propages, *al.* Propagmen.

PROPĀGO, āre. [κατατίθημι] *Vitem vetulam ſupprimere, vt ex ea vna plures fiant.* Cato c. 32 Vites propages in ſulcos. *Huius verbi primam ſyllabam* Lucretius *modo producit, modo corripit, Praepoſitionem* Pro *in plerisque compoſitis faciens ancipitem.* *Caeterum* Propagare, *per translationem, ponitur pro extendere, et dilatare.* Cic. Verr. 5, 179 Quum ipſe ſui generis initium ac nominis ab ſe gigni et propagari vellet, hominum potentiſſimorum ſuſcepit inimicitias. Haec monumentis annalium mandantur, poſteritati propagantur Cic. pro Sext. 102. Arbitria propagare Paullus l. 32 non diſting. §. 16 Quaeſitum D. de recept. qui arbit. *vocat, quando arbiter pronuntiat ad alium arbitrum rem reiiciendum.* Bona plura, ex quibus

propagentur Cic. in Topic. 69. Commeatum propagare, *Producere et proferre* Sueton. Calig. c. 29. Fines imperii Nepos 22, 2, 5. Lucret. 1, 196 Propagare Genus poſſit, vitamque tueri. Imperium in annum Liu. 23, 25 *extr.* Sueton. Caeſ. c. 24. Cic. pro Domo 87 c. 32 Huius viri Laudem ad ſempiternam memoriam temporis calamitas propagauit. Lucret. 2, 996 Et dulcem ducunt vitam, Prolemque propagent. Radices agere et propagari Cic. Offic. 2, 43 c. 12. Religionem propagare Id. de Diuin. 2, 149 c. 72. Lucret. 1, 21 *ad Venerem* Efficis, vt cupide generatim ſaecla propagent. Stirpem in prope quingenteſimum annum Cic. Philipp. 1, 13. Tempora Id. in Catilin. 2, 11. Terminos vrbis Tacit. Annal. 12, 23. Cic. de Inuent. 1, 2 Nam fuit quoddam tempus, quum in agris homines paſſim beſtiarum more vagabantur, et ſibi victu ferino Vitam propagabant. *add.* Id. Fin. 5 c. 11.

PROPAGANDVS, a, um. Partic. Soboles propaganda Cic. pro Marcell. 24. Religio propaganda quae eſt iuncta cum cognatione naturae Id. de Diuin. 2, 149 c. 72.

PROPAGĀTVS, a, um. Partic. Dies ad Memoriam Conſulatus mei propagata Cic. in Catilin. 3, 26 c. 11. Veriſſime memoria propagata, fabulae ſimilia exiſtimare Pſeudo-Cic. ad Octau. Vitis propagata celeriter conualeſcet Colum. de Arb. c. 8.

PROPAGATIO, ōnis. f. [*κατάθεσις*] Columel. de Arb. c. 7 Propagationum genera tria ſunt in vſu maxime. Vitium Cic. de Senect. 53 c. 15. Finium imperii Id. de Prouinc. Conſ. 27 c. 12. Vita in qua nihil inſit, niſi propagatio miſerrimi temporis Id. Fam. 5, 15. Quae propagatio et ſoboles, origo eſt Rerumpubl. Id. Offic. 1, 54. Propagatio nominis Id. Tuſc. 1, 31.

PROPAGĀTOR, ōris, m. Cic. Attic. 8, 3 Ille reſtituendi mei quam retinendi ſtudioſior, ille prouinciae propagator, ille abſentis in omnibus adiutor. . *De Pompeio.*

PROPAGĬNO, āre. *Idem quod Propagare.* Gloſſ. Graec. Latin. *καταμοσχεύω*, propagino.

PROPAGINATVS, a, um. Tertull. de Pallio c. 2 Quot populi propaginati.

PROPĀLA, ae. m. *eſt, ſi Turnebum audimus* 1, 1 *Qui merces propalam velut* ante palum, *aut* de palo *pendentes habet, et vendit: quam vocem in* propolam *deprauauerunt, quum apud Graecos (quorum vocabulum videri volunt)* *προπώλης* *Proxenetam ſignificet, venditionisque conciliatorem, vt ſcribit* Pollux (7, 2) Cic. in Piſon. 67 c. 27 Panis et vinum a propala et de cupa. *(Sic legi in optimis MSS. certum. Sed Manutio, Scaligeroque Auctoribus* Propolam *reſtituit Graeuius. Pergit Turnebus.) Quin et ea vox integra hodieque apud* Varronem *manet, ſic ſcribentem,* (R. R. 3, 14, 3) Denique ipſae exruminantes ad propalam vitam diu producunt: id eſt apud propalam. *Apud* Non. 4, 118 *extr.* Lucilius *ipſo ſyllabae modulo ſatis indicat vocabulum Latinum eſſe, cuius verba ſunt,* Vt cum primitiis ficos propala recentes protulit, et pretio ingenti dat primitus paucos. *Haec Turnebus. Sed Mercerius edidit* p. 154, 27 Sicuti, quum primus ficus Propola recentis: *vt legendum etiam voluit Scaliger ad* Culicem ſ. Catal. p. 42 *vbi* Propalam *plane exulare iubet, et* Propolam *ex Graeco ducit, niſi quod primam ex natura ſuae* Pro *produxerit.*

PROPĀLAM. Adu. [*ἀποπεφασμένως*] *i. Clare, aperte, et in propatulo.* Cic. de Orat. 1, 161 c. 35 Non explicata veſte, neque propoſito argento, neque tabulis, et ſignis propalam collocatis. Ponere libellos Tacit. Annal. 4, 27. Reſpondere Id. ibid. 12, 46. Haec propalam dicebat; illa tacita ſuberat cura Liu. 34, 33 *extr.*

PROPĂLO, āre. *Hoc verbum habebant primae editiones* Columellae de Arb. 7, 4 *vbi nunc* Propagare *legitur, hoc modo,* Per quos vti quaeque virga poſtulauerit, propagetur: *quod vnice huc conuenit. Alias eſt manifeſtare, vt* Pagina propalatur Mamert. de Anima 1, 2. Quae propalare diſſimulat, excolere detrectat Sidon. Epiſt. 9, 11.

PROPALATVS, a, um. Oroſ. 6, 5 Contra edictum propalatae et publicae veritatis. Auguſtin. Epiſt. 137 Diuinitus propalatum.

PROPANDO, *vnde*

PROPANSVS, a, um. Apulei. Mileſ. 6 p. 179 Aquila propanſis vtrinque pinnis.

PROPATOR, oris. m. Chriſtum miſſum ab illo propatore, qui eſt Bythos Tertull. *ad Valentinianorum mentem,* de Praeſcr. c. 49.

PROPATRVVS, i. m. *Maximus patruus, frater proaui* Caius in l. 1 D. de gradib.

PROPATŬLVS, a, um. Adi. [*προφανής*] *Late patens, atque apertum.* Cic. Verr. 4, 110 c. 49 Ac tamen eo contentus non fuit, ante aedem Cereris in aperto ac propatulo loco ſigna duo ſunt, Cereris vnum, alterum Triptolemi, et pulcherrima, et perampla. In propatulo, *aduerbialis formula, pro Palam.* Columel. 12 prooem. Quum victus et cultus humanus non vti feris in propatulo, ac ſilueſtribus locis, ſed domi ſub tecto accurandus erat. Salluſt. Catil. 13 Viros muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo, habere. *conf.* Plin. Epiſt. 1, 8. Statuas in propatulo domi abiicit Nepos 23, 9, 3. Propatulo, *ſine Praepoſitione, quaſi aduerb.* Mela 1, 19 Propatulo veſcuntur. *ita Voſſ. et Gronou.*

PROPE. [*ἄγχι, ἐγγὺς*] *Viciniam loci ſignificat, vt* iuxta, *et inter Praepoſitiones vulgo refertur, quatenus Accuſatiuo iungitur. Sed cum interdum Aduerbium eſſe, quoties* A *Praepoſitioni iungitur, nemo neget: cum* propius *et* proxime, *quae Accuſatiuos et ipſa adſciſcunt, nemo habeat pro Praepoſitionibus: malim cum Voſſio ſimpliciter Aduerbium putare, et Accuſatiuum illum arceſſere a ſuppreſſa* ad *vel* apud. *Caeterum ſiue Praepoſitionem ſimulat, ſiue Aduerbium, loci modo viciniam, ſed idem quod* fere *ſignificat.* Curt. 6, 4, 7 Prope fontem cauerna. Vbi non modo prope me, ſed plane mecum habitares Cic. Fam. 7, 24. Liu. 1, 25 Horatium accipiunt, eo maiore cum gaudio, quo prope metum res fuerat. Cubat is prope Caeſaris hortos Horat. Serm. 1, 9, 18. Vlpian. in l. Si fideiuſſor. in princ. D. Mandat. Diſſoluta negligentia prope dolum eſt. Varro ex Poëta in Periboea, de L. L. 6, 2 Scrupea ſaxa Bacchi templa prope adgreditur. Prope montes conſiſtere Liu. 1, . . . Prope ripam quum plebs Anienis ad III milliarium conſediſſet Cic. de Clar. Orat. 54 c. 14. Prope ſeditionem ventum Tacit. Hiſtor. 3, 21. *add.* Curt. 10, 6, 12. ¶ 2 Prope a, Cic. Verr. 5, 6 At quum in Italia bellum tam prope a Sicilia, tamen in Sicilia non fuit? Plin. 4, 4 Nec ſunt vetuſtiora de illa re Latinae linguae praetexta: tam prope ab origine rerum ſumus. *h. e. Tam ſumus propinqui poſt rerum originem.* Plin. 15, 18 Tam prope a muris habemus hoſtem. Cic. Verr. 2, 10 Quod commodum non mediocre Pop. Romano eſt, tantum ciuium Roman. numerum, tam prope ab domo, tam bonis fructuoſisque rebus detineri. Prope abeſt ab infirmitate, in quo ſola ſanitas laudatur Tacit. de Orat. 23, 4. Cic. in Piſon. 30 c. 11 Prope a meis aedibus, *etc.* ſedebas. Ab exule prope eſſe *vid.* A *vel* AB. Prope ab inceſto Quinctil. in Infami in matrem 1 Decl. ¶ 3 *Sine caſu:* Terent. Adelph. 4, 1, 8 Et illud rus nulla alia cauſa tam male odi, niſi quia prope eſt. Prope adeſt, quum alieno more viuendum eſt mihi, *ſubaud.* Tempus Terent. Andr. 1, 1, 125. Prope adeſt vt Plaut. Aul. 2, 3, 9. Tu aduentare ac prope adeſſe iam debes Cic. Attic. 4, 16. Prope aduentat Plaut. Truc. 2, 4, 48. Prope appoſitum alterius gladium e vagina eduxit Cic. de Inuent. 2, 14. Prope intueri, *et* Procul ſpectare, *contraria* Id. de Senect. 43 c. 14. Volebam prope alicubi eſſes Id. Fam. 9, 7. Prope eſt quando Plaut. Men. 5, 6, 25. *h. e. Appropinquat tempus.* Prope eſt vt omnes ſint Senec. Epiſt. 121. *i. Parum abeſt, quin omnes ſint.* ¶ 4 *Pro Quaſi, fere.* Terent. Heaut. 1, 1, 46 Eius filiam ille amare coepit perdite prope iam vt pro vxore haberet. Annos prope quinquaginta continuos Cic. Verr. Act. 1, 40 c. 13. Iam tu potes diſcedere liberatus moleſtia prope dicam non minore, quam Quintius Id. pro Quint. 44. Prope deſperatis rebus Id. Fam. 7, 29. Id. Verr. Act. 1, 1 Id non humano conſilio, ſed prope diuinitus datum atque oblatum vobis ſummo Reipublicae tempore videtur. Prope nouum genus dicendi Id. pro Arch. 3. Prope ſingularis Ariſtoteles in philoſophia Id. Acad. 4, 132. Sapientia praeditus prope ſingulari Cic. Fam. 4, 3. Prope ſolus Id. Verr. 4 (2) 142 c. . *add.* Id. Fam. 9, 6, 11. Funeratus prope ictu arboris Horat. Carm. 3, 8, 7. Prope eſt factum, vt iniuſſu Praetoris ſignis conuulſis in aciem exirent Liu. 25, 21 *pr.* Iam prope erat, vt ſiniſtrum cornu pelleretur Romanis, ni ſeptima legio ſucceſſiſſet Liu. 40, 32.

PROPIOR. Compar. [*ἐγγύτερος*] *Vicinior, cum reſpectu ad locum, tempus etc.* Terent. Heaut. 5, 2, 34 Dum iſtis fuiſti ſolus, dum nulla alia delectatio, quae propior eſſet te, indulgebant. Cic. Tuſc. 1, 116 Veniunt inde ad propiora. *Cum Genitiuo poni videtur* Lucret. 4, 339 Quia quum propior caliginis aër Ater init oculos prior, et poſſedit apertos: Inſequitur, *etc. Sed poteſt eſſe ſimpliciter* caliginis aër, *i. caliginoſus. De Datiuo res certior: vt* Funeri propior Horat. Carm. 3, 15, 4. Gradu ſanguinis propior Ouid. Epiſt. 3, 28. Propior ſobrino, *vid.* PROPIVS, n. 2. Tibi propior me nemo eſt Cic. pro Quint. 97 c. 31. Propior vero Liu. 23, 12 *pr.* Id. 4, 37 Capuamque ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero eſt) a Campeſtri agro appellatam. *i. Magis ad veritatem accedens. Accuſatiuus forte per ellipſin τῆς* ad *ponitur: vt* Propius fidem eſt Liu. 2, 41 *extr. i. Magis credendum.* Alter quo propior hoſtem collocatus eſſet Hirt. de B. G. 8, 9. Ipſe propior montem cum omni equitatu Salluſt. Iugurth. c. 49. Quidquam propius Cic. Verr. 5, 93. Propius nihil factum, quam vt occideretur Cic. Q. Frat. 1, 2. *h. e. Parum abfuit.* Vocari ad propiora Ouid. Faſt. 6, 83. Cura propior deam angit Id. Met. 13, 578. Exemplo tangi non propiore potes Id. Epiſt. 16, 326. Fides ad fallendum propior Tacit. Hiſtor. 2, 8. Interuallum multo tanto propius nobis Varr. de L. L. 6 *pr.* Neue leuem praedam, aut propioris pignora Lucri amplexus Grat. Cyneg. v. 232. Mors propior venit Tibull. 2, 3, 42. Pericula omnia ſua ſibi propiora eſſe quam aliena Cic. pro Sext. 40. Nos autem alium Portum propiorem huic aetati habebamus Id. Attic. 14, 21. Res virtuti propiores Id. Offic. 2, 22. Spatiis propioribus aetas aliquem inſequitur Virgil. Aen. 9, 275. Et dicendi ardore eram propior, et aetate coniunctior Cic. de Clar. Orat. 317. Tunica propior pallio eſt. Prouerbium. Plaut. in Trin. 5, 2, 30 Hunc priorem aequom 'ſt me habere; tunica propior pallio eſt. Via Grat. Cyneg. v. 5 *i. breuior, compendioſa. vid. Burmann.* Vitium hoc propius virtutem erat Salluſt. Catilin. c. 11.

PROPIVS. Adu. compar. [*ἐγγύτερον*] Terent. Adelph. 3, 2, 11 Propius obſecro accedamus. Propius aliquid eſſe *dicimus, ait Budaeus pro Veriſimilius eſſe.* Calliſtratus l. Semper D. de iure immunit. §. Conductores, Quod propius eſt defendere, niſi paria cum fiſco feciſſe dicantur. Cic. Philipp. 6, 5 Dum ne propius vrbem Romam CC mil. admoueret. Abeſſe propius ab ortu et diuina progenie Id. Tuſcul. 1, 26. Abeſſe propius mortem, *vid.* ABSVM. Accedere propius Ouid. Met. 2, 41. Cic. Fam. 14, 19. Itineribus nocturnis propius aliquem accedere Id. Attic. 11, 11. Propius accedere: Id. de Finib. 4, 24 Sed vt propius ad ea, Cato, accedam, quae a te dicta ſunt. Accedere propius ad ſenſum alicuius Id. in Partit. 61. Ad ſimilitudinem enim Deo propius accedebat humana virtus, quam figura Id. de Nat. Deor. 1, 97. Aſpicere res alicuius propius Virgil. Aen. 1, 530. Conficere ſpatium propius, vt, Stellae aliae propius a terris, aliae remotius, ab eiſdem principiis, diſparibus temporibus eadem ſpatia conficiunt Cic. de Nat. Deor. 1, 88. Conſiſtere propius Ouid. de Arte Am. 3, 467. Conſiſtere propius montes Liu. 1, 27. Ire propius: Terent. Adelph. 4, 2, 41 Sane hac multo propius ibis. Cur caſtra longius aduerſariorum caſtris, et propius vrbem mouentur? Cic. ad Octau. Petas propius licebit, quod petis Martial. 1, 118. Stare propius ab aliquo loco Senec. Epiſt. 121. Sum: Ouid. Epiſt. 18, 177 Quo propius nunc es, flamma propiore caleſco. Subſequi propius aliquem. Plaut. Bacch. 4, 4, 72 Cedo manum, ac ſubſequere propius me ad fores. Vt ventum propius eſt Ouid. ex Pont. 4, 7, 43. ¶ 2 Propius ſobrino mihi eſt conſobrini mei filius, et conſobrinae meae filia, et patris mei conſobrinus, et matris meae conſobrinus. *Haec* Feſtus. Paullus l. 10 §. 16 de Gradib. Perſonae, quas enumerauimus a patrui magni filio (*Nempe* Patrui magni filius filia: hi ſunt aui fratris filius filia, Proaui aut proauiae nepos neptis ex filio filia *etc.*) ei, de cuius cognatione quaeritur, propius ſobrinis vocantur. Nam, (vt Maſurius ait) quem quis appellat propiorem ſobrino, qui eſt patris matriſue conſobrinus aut conſobrina; ab eo conſobrini conſobrinaeue filius filia nominatur. *Et mox,* His omnibus, quos ad patrui nepotem propoſuimus, is de cuius cognatione quaeritur, propius ſobrino eſt: nam patris vel matris eorum conſobrinus eſt. *Breuius* Gaius l. 1 §. 7 de Gradib. Quinto gradu ſunt ——— propior ſobrino, propior ſobrina: iſti ſunt patrui magni, amitae magnae, auunculi magni, materterae magnae filius filia. *Nempe* Sobrini *ſunt conſobrinorum filii, quibus enumerati modo ſunt propiores.*

PROXĬMVS, a, um. Superlat. [*ἐγγύτατος*] *Ad tempus non mi-*

nus

nus quam ad locum refertur. Terent. Eun. 2, 3, 40 His menſibus ſex ſeptemue proximis. Aedis proximae fundo Id. Heaut. 4, 4, 10. Ad aliquem ſedere proximum Ouid. de Arte Am. 1, 139. Claſſem, qua proxima Aeſtate mare tueri poſſet Nepos 9, 4, 2 *i. ſequente.* In annum proximum transferre Cic. pro Milon. 24. Mare diſſimile proximo ei continenti Id. Acad. 4, 160. Cura proxima Ouid. de Arte Am. 2, 746. Die primo et proximo Cic. Tuſc. 4, 64. Diebus proximis ſuperioribus Id. Fam. 1, 9. Proximo die eius noctis, qua correpti Scribon. 100. Proximis diebus Id. 105. *i. inſequentibus.* Non. 2, 650 Die proximi *pro* proximo, *a veteribus dictum obſeruat, vt* craſtini *et* priſtini *et* praefiſcini. *Eadem* Gell. 10, 24 *extr.* Labor proximus huic eſt, placidam exorare puellam Ouid. de Arte Am. 1, 37. Nocte quid proxima, quid ſuperiore egeris Cic. in Catil. 1, 1. Saeculo hunc proximo Themiſtocles inſecutus eſt Id. de Clar. Orat. 41. Senatum in proximum differre, *vid.* IN. Vicinus proximus. Id. Attic. 2, 14 C. Arrius proximus eſt vicinus, immo ille quidem iam contubernalis. ¶ 2 Proximus, *Simillimus.* Cic. Attic. 2, 6 Quin etiam dubitem, an hic Antii conſidam, et hoc tempus omne conſumam: vbi quidem ego mallem diu nimirum, quam Romae fuiſſe. Tu vero ſapientior Buthroti domum paraſti; ſed mihi crede, proxima eſt illi municipio haec Antiatum ciuitas. Proxima, *i. Simillima, quod ad ſolitudinem et amoenitatem attinet.* *Iterat* Id. 4, 8 Hoc ſcito, Antium Buthrotum eſſe Romae, vt Corcyrae illud tuum. Nihil quietius, nihil alſius, nihil amoenius. Proximum, *aliquando Obuium et facile ſignificat.* Apulei. Apol. p. 278 Quis vnquam fando audiuit tam ſimilem ſuſpicionem? tam aptam coniecturam? tam proximum argumentum? Id. ibid. p. 287 Nimis patiens vir es et oppido proxima humanitate. Senec. Epiſt. 12 Proximam occaſionem arripere. *vid. Burmann. et Schulting.* ad Quinctil. Decl. 13, 10. ¶ 3 *Formulae memorabiles:* Proximus, ſuperior, primus *gradus quaſi praeteriti temporis.* Cic. pro Arch. 11 Eſt enim obſcurum proximis Cenſoribus, hunc cum clariſſimo imperatore L. Lucullo apud exercitum fuiſſe: ſuperioribus, cum eodem Quaeſtore fuiſſe in Aſia: primis Iulio et Craſſo nullam populi partem eſſe cenſam. *Ad gradus bonitatis referuntur* Optimus, proximus, tertius. Plin. 12, 13 Aſarum optimum in Ponto, proximum in Phrygia, tertium in Illyrico. Cic. de Clar. Orat. 173 Duobus igitur ſummis Craſſo et Antonio, L. Philippus proximus accedebat, ſed longo interuallo, tamen proximus. Virgil. Aen. 5, 320 Proximus huic, longo ſed proximus interuallo. *Sic* Quamuis ei *(Antimacho)* ſecundas fere *(poſt Homerum)* grammaticorum conſenſus deferat, — at omnino arte deficitur, vt plane manifeſto appareat, quanto ſit aliud, proximum eſſe, aliud, ſecundum Quinctil. 10, 1, 53. Horat. Od. 1, 12, 18 Vnde *(ex quo Ioue)* nil maius generatur ipſo, Nec viget quidquam ſimile aut ſecundum; Proximos illi tamen occupauit Pallas honores. *Nempe* ſecundus *a* ſequendo *excludit interuallum, quod admittit* Proximus. Cic. de Inuent. 2, 173 Summa neceſſitudo honeſtatis, huic proxima incolumitatis, tertia et leuiſſima commoditatis. ¶ 4 *Conſtructio varia:* Proximus ante aliquem Cic. de Senect. 42. Proximus a poſtremo Id. in Orat. 217. Proximus ab eo Quinctil. 3, 10 *circa finem.* Ab aliquo proximus Id. 3, 8. Proxima ab Aegypto Campania eſt copia roſae Plin. 13, 3. *In veteri codice non legitur* Proxima. Proximus a vino ſomnus Id. 10, 75. Cic. Offic. 1, 109 Qui praefectus claſſis proximus poſt Lyſandrum fuit. Socrates hanc viam ad gloriam proximam, et quaſi compendiariam dicebat eſſe, ſi quis, *etc.* Id. ibid. 2, 43. De proximo, *vid.* DE. Amore tibi proximus Id. Attic. 1, 16. Culpae proximus Phaedr. 1, 10, 5 *vt* affinis culpae. Eques dignitate Senatori proximus Id. pro Cluent. 152. Genere mihi proximus Terent. Adelph. 4, 5, 17. Proximum vino guſtu ſemen Plin. 12, 25. Titulis proximus Ouid. Faſt. 4, 43. Vſu longo alicui proximus Id. ex Pont. 3, 6, 53. Proximus optimis Plaut. Trin. 2, 4, 86. Optimis proximum numerari Cic. de Clar. Orat. 220. Carmina proxima Phoebi verſibus Virgil. Eclog. 7, 22. Laudem Planco proximam conſecutus es Cic. Fam. 10, 25. Lictor proximus *videtur fuiſſe ille, qui in illa ſerie ſingulatim praecedentium vltimus, proxime magiſtratum iret. Huius generis etiam eſſe videtur* Proximus Admiſſionum *apud* Ammian. 22, . . Vet. Inſcript. *Grut.* p. 630, 6 L. VALERIVS ACHILLEVS LICTOR PROXIMVS. Salluſt. Iugurth. 12 Sed Hiempſal in oppido Thumida forte eius domo vtebatur, qui proximus lictor Iugurthae, charus acceptusque ei ſemper fuerat. Vero proximum Horat. in Arte Poët. 338. Veritati proximum Quinctil. 2, 10. *Cum Accuſatiuo:* Proxima diuos mens fuit Grat. Cyneg. v. 96. Claud. in Eutrop. 2, 238 Fars Phrygiam, Scythicis quaecunque Trionibus alget; Proxima Bithynos; ſolem quae condit, Ionas. *Adde Drakenb. ad* Sil. 1, 13 *et Burmann. ad* Quinctil. 8, 6 p. 733. Cic. Attic. 1, 1 Dies nullus fere eſt, quin hic Satyrus domum meam ventitet: obſeruat L. Domitium maxime, me Habet proximum. Id habendum eſt Deo proximum, quod eſt optimum Id. de Legib. 2, 40. Qua cuique proximum erat Liu. 30, 6 *pr.* Inferioris aetatis proximus Cic. de Claris Orat. Seruorum proximi Tacit. Annal. 15, 64. ¶ 5 *Obſeruat.* Proximus egomet mihi ſum Terent. Andr. 4, 1, 12. Intimus, proximus, familiariſſimus quisque ſibi pertimuit Cic. Q. Fratr. 1, 4. *Sic* Proximi *ſunt Cognati:* Valer. Max. 4, 4, 1 Tutela cara proximis, accepta alienis. Proximus te ſum, *apud* Plaut. in Poen. 5, 3, 1. Cic. Attic. 1, 11 Proximus Pompeium ſedebam. *Comparat.* Senec. Epiſt. 109 (108) Ita tamen, vt modum ſeruem, et quidem continentiae proximiorem. Innocent. de Caſ. 228 Fines proximiores. *conf. Borrich. Cogit.* p. 307. Proximum, *Subſtant.* Terent. Eun. 3, 5, 53 Eamus ad me: ibi proximum eſt vbi mutes. *h. e. Nullus eſt propior locus, vbi poſſis mutare veſtem.* E proximo, *i. ex Vicinia:* Plaut. Aſin. 1, 1, 38 Iſtanc meretricem e proximo Phileniuu. Nepos 16, 2, 1 Quemque ex proximo locum fors obtuliſſet. In proximo, *Non procul hinc* Cic. Fam. 16, 12. ¶ 6 *Subſtant. Vicinus.* Quinctil. Decl. 3 Optimum fuerat non habuiſſe talem proximum, aut libenter perdidiſſe. Id. Decl. 259 In illa omnium trepidatione, in qua pro ſua quisque ſalute ſolicitus, nihil de proximo cogitabat, *ne de proximo quidem; niſi hic, vt ap. Eccleſiaſticos quilibet homo, qui caritatis officiis indiget* proximus *vocatur.*

PROXĬME. [ἐγγυτάτω, ἄγχιστα] Adu. Superlat. *Temporis, loci, ſimilitudinis.* Plin. Epiſt. 4, 13 Proxime quum in patria mea fui, venit ad me, *etc.* Literae, quas a te proxime accepi Cic. Fam. 5, 15. Is quem proxime nominaui Id. de Nat. Deor. 1, 37. Eique proxime adiunctus Druſus fuit Cic. de Clar. Orat. 109. Habere exercitum quam proxime hoſtem Id. Attic. 6, 5. Varro de R. R. 1, 13 Villici proxime ianuam cellam eſſe oportet. Cic. Fam. 5, 2. Id. Attic. 6, 5 Tamen eſſe officium meum putaui, exercitum habere quam proxime hoſtem. Quam proxime Italiam Id. ibid. 3, 14. Proxime Hiſpaniam Mauri ſunt Salluſt. Iugurth. c. 19. Ego huic tuae virtuti proxime accedo Cic. Fam. 11, 21. Fides ac iusiurandum proxime legum ac poenarum metum Liu. 1, 21. Proxime morem Id. 24, 48. Quinctil. 8, 6, 11 *de tropis* Praecipueque ex his oritur mira ſublimitas, quae audaci proxime periculum translatione tolluntur, quum rebus ſenſu carentibus actum quendam et animos damus: qualis eſt, (Virgil. Aen. 8, 728) — pontem indignatus Araxes. *circumloquitur Graecorum* παρακεκινδυνευμένα. Factus ex aere vel marmore, proxime Polycletos et Euphranoras Victor in Adrian. ſ. Epit. 14, 2. Cic. Acad. 4, 16 Proxime a Lacyde ſolo retenta eſt: poſt autem, *etc.* Columel. 1, 6 Omnes tamen quam proxime alter ab altero debent habitare, ne villici diuerſas partes circumeuntis ſedulitas diſtendatur, et vt inter ſe diligentiae et negligentiae cuiusque teſtes ſint. Cic. Fam. 9, 13 Non poſſum ego non aut proxime atque ille, aut etiam aeque laborare. Proxime autem et ſecundum deos homines hominibus maxime vtiles eſſe poſſunt Id. Offic. 2, 11. Proxime accedere ad verum Id. Acad. 4, 36 c. 15. Plin. 12, 12 In noſtro orbe proxime laudatur Syriacum, mox Gallicum, tertio loco Creticum. Quinctil. 6, 2 Et vt proxime vtriusque differentiam ſignem: *i. Vt quantum prope fieri poteſt, accedam ad vtriusque differentiam.* *Comparat.* Quid Mantuanus Maro? Nonne apertius, proximius, verius? Min. Felix c. 19 *al.* veris. Proximius ſequi Manil. 3, 531.

PROXIMĬTAS, ātis. f. [ἀγχιστεία] *Vicinia.* Ouid. de Arte Am. 2, 662 Et lateat vitium proximitate boni. Meque ream nimiae proximitatis agi Id. de Nuce 56. *conf.* Apulei. de Doctr. Plat. p. 20 *et* ad Aſclep. p. 79. Sidon. Epiſt. 1, 5. Damno eſt ipſa proximitas Ouid. Met. 10, 339. *i. propinqua cognatio.* Proximitate niti Quinctil. 3, 6. Aut ſi proximitas primusque requiritur heres Ouid. Met. 13, 154.

PROXIMO. Adu. *Proxime.* Cic. Attic. 4, 17 Ab Q. Fratre accepi literas datas a litoribus Britanniae, proximo. *i. Proximis diebus.* *Sic* Arcano et arcane, Commodo et commode *indifferenter veteres dixere. conf.* Chariſ. p. 191.

PROXĬMO, āre. [ἀγχιστεύω] *Proximum eſſe.* Cic. de Nat. Deor. 2, 112 c. 44 Capiti autem equi proximat Aquarii dextra, totusque deinceps Aquarius. Geloni ad hos proximant Solin. 25 (15) Id. c. 70 *non procul a fine,* Tertia huic proximat eodem nomine. Id. c. 65 Indo flumini proximantes, verſa ad Meridiem plaga vltra alios torrentur calore. Apulei. Met. 2 p. 128 In vicum proximamus. Id. ibid. 6 p. 174 Sacratis foribus proximat. *Add.* Vulg. Prou. 12, 13 *et* Hebr. 7, 19.

PROXIMANS, antis. Apulei. Met. 2 p. 122 Praelio iam proximante. Id. ibid. 3 p. 140 Vt me praeſepio videre proximantem. Id. ibid. 5 p. 161 Luce proximante. *vid. Barth. Aduerſ.* 1, 3. Solin. c. 11 Ei proximans lacus.

PROXIMĀTVS, ûs. m. *Dignitas aulica ſub Imperatoribus.* Leg. 1 *et* 11 Cod. de Proximis Scriniorum, Splendor indepti proximatus. *vid. Valeſ. in* Ammian. 20, 9 *et Salmaſ.* Hiſtor. Auguſt. p. 207.

PROPECTO, pexui, ĕre. [κατακτενίζω] *In longum deorſum pectere.*

PROPEXVS, a, um. [κατάπεκτος] Propexa barba Ouid. Faſt. 1, 259. *conf.* Sil. 13, 310. Barba propexa in pectore Virgil. Aen. 10, 838. *Ad* barbas *piſcium tranſtulit.* Auſon. Moſell. 134 Propexique iubas imitatus gobio barbi. Canities mento propexa Stat. Theb. 2, 97. Crinis propexus ac rutilatus Tacit. Hiſt. 4, 61.

PROPEDIEM. Adu. *Temporis.* [ἐν βραχεῖ, ὀλίγον χρόνον] *Breui: quaſi* Prope *ſit* dies, *quando aliquid futurum ſit.* Terent. Heaut. 1, 1, 108 At porro recte ſpero illum tibi ſaluum affuturum eſſe hic confido propediem. Cic. Offic. 3, 121 Tum et praeſens tecum propediem, vt ſpero, et dum aberis, praeſens loquar. Id. de Diuin. 1, 47. Terent. Heaut. 4, 8, 28 Nae tu propediem (vt iſtam rem video) iſtius obſaturabere. Propediem te videbo Cic. Attic. 6, 2. *Apud* Salluſt. *Cort. edidit duabus ſeparatis vocibus, ex MSS.*

PROPELLO, propŭli, propulſum, ĕre. [ἀπωθέω, ἀποκρούω, ἀποσοβέω] *Vltra pellere, procul amouere.* Plin. 9, 6 Dum ſaginam perſequitur, in litus fluctibus propulſa, *etc.* Nauem remis propellere Cic. Tuſc. 4 c. 5. Propellere a caſtris Liu. 7, 24. Agmina voce Sil. 7, 530. Amnem caedibus Stat. Theb. 1, 43. Claſſem Lucan. 3, 1. Haſtam vicinam metae Sil. 16, 571. Impetum inimicorum Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 1. Inimicos Caeſar B. G. 5, 33. Iniurias hominum Columel. 7, 12. Membra propellit anima Lucret. 3, 163 *i. mouet.* Orationem alicuius propellere remis, *Translatione ſumta à nauigantibus, qui remis vndas propellunt* Cic. Tuſc. 4, 9. Salluſt. in Catilin. c. 26 Collegam ſuum Antonium Pactione prouinciae propulerat, ne contra Rempublicam diſſentiret. *Al.* perpulerat. Pecus paſtum Liu. 25, 8. Periculum propellere Populo Roman. *Fugare* Cic. pro Font. *h. e. A Roman. Populo.* Liu. 40, 11 Periculum vitae propellere a me potes, puniendo eos, qui ad me interficiendum ferrum ſumſerunt. Columel. 2, 2 Quum ventum erit ad verſuram, in priorem partem iugum propellat.

PROPELLENS, entis. Partic. [ἀποκρούων] Lucret. 4, 286 Atque alium prae ſe propellens aëra voluit.

PROPVLSVS, a, um. Partic. [προωθεὶς] Flumina propulſa cruore Lucan. 7, 789. Caeſ. Bell. Gall. 8, 19 Victi propulſique. Hirt. B. H. 26 Aduerſarios adhuc propulſos habemus.

PROPVLSVS, ûs. m. [πρόωσις] Senec. Nat. Quaeſt. 5, 14 Ventum propulſu ſuo concitare.

PROPVLSO, āre. Frequent. [διακρούω] Cic. de Finib. 5, 24 Coeptatque et ea, quae naturae ſentit apta, appetere: et propulſare contraria. Bellum moenibus propulſare Liu. 3, 69. Frigus, famem, *et ſimilia* Cic. de Finib. 4, 69. Hoſtem Caeſ. B. G. 1, 49. Impetum inimicorum propulſare ac propellere Cic. anteq. iret in exil. 1. Iniurias Caeſ. B. G. 6, 14. Morbi exquiſitis remediis propulſandi Columel. 6, 5. Periculum a capite Cic. pro Cluent. 144. Periculum quod in omnes intenditur Id. pro Roſc. Amer. 7 c. 3. *conf.* Salluſt. Iugurth. c. 51. Populum ſic ab ingreſſione fori propulſari videres Cic. Philipp. 5, 9. Suſpicionem Id. Verr. 3, 140. Vindicationem Id. de Inuent. 2, 161.

PROPVLSANS, antis. Partic. Curt. 9, 4, 31 Clipeo incidentia tela propulſans. Id. 9, 2, 6 Vix diurno quaeſtu propulſans famem.

PROPVLSATVS, a, um.

PROPVLSATIO, ōnis. f. [διάκρουσις] Cic. pro Sulla 2 c. 1 Cum huius periculi propulſatione coniungam defenſionem officii mei.

PROPVLSĀTOR, ōris. m. [διακρουστής] Valer. Max. 7, 8, 7 Auctorem harum rerum beneuolentia, propulſatorem odio inſecutus. Valetudinum peſſimarum propulſator Arnob. 7 p. 249.

PROPVLSOR, ōris. m. Cornigeri pecoris propulſor, *i. Bubulcus* Venant. Fortunat. de Vita Martin. 3, 301.

PROPEMŎDVM. Adu. [ὀλίγου δεῖν, σχεδὸν] *Paene, quaſi prope menſuram.* Terent. Adelph. 1, 2, 51 Nam ambos curare, propemodum repoſcere illum eſt, quem dediſti. Id. Andr. 3, 4, 7 Propemodum habeo iam tibi fidem. Verba componere, et ſyllabas propemodum dinumerare Cic. in Orat. 147. Alteros propemodum iam funus experti Id. Fam. 6, 4. Propemodum manere in inſtituto meo videor Id. Diuin. in Verr. c. 2. Vt propemodum iuſtioribus vtamur illis, qui omnino auocent a philoſophia, quam iis, *etc.* Cic. de Finib. 1, 2.

PROPEMODO. Adu. *Idem.* Liu. 24, 20 Quum propemodo muris acceſſiſſet.

PROPEMPTĬCVS, a, um. Adi. *vnde* Propempticum carmen *dicitur* Stat. Silu. 3, 2 *quo proſequimur abeuntem et diſcedentem.* προπέμπω, *comitor, cum pompa aſſequor, honoris gratia deduco.*

PROPENDEO, di, ſum, ēre. [ῥέπω, ἐπιῤῥέπω] *In vlteriorem partem pendere: vt lanx depreſſior in libra.* Cic. Tuſc. 5, 51 c. 17 Qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis, et externa: tantum propendere illam boni lancem, putet, vt terram et maria deprimat. Si multo maiore et grauiore ex parte bona propendent Idem ibid. 5, 86 c. 31. *Metaph.* Cic. de Orat. 2, 129 c. 29 Hoc neceſſe eſt, vt is, qui nobis cauſam adiudicaturus ſit, aut inclinatione voluntatis propendeat in nos, aut defenſionis argumentis adducatur, aut animi permotione cogatur.

PROPENDENS, entis. Partic. [ῥέπων] *Demiſſus.* Columel. 7, 12 Probatur quadratus potius quam longus aut breuis, capite tam magno, vt corporis videatur pars maxima, deiectis, aut propendentibus auribus. *De cane villatico.*

PROPENDO, ĕre. Nec dependis, nec propendis Plaut. Aſin. 2, 2, 39. *i. Nec minus, nec plus pendis, ſec. Turneb. ad c. l.*

PROPENDVLVS, a, um. Adi. Propenduli crines, *apud* Apul. Florid. 1 p. 342.

PROPENSVS, a, um. Adi. [καταῤῥοπος, ἐπιῤῥεπὴς] *Tranſlate fere ſemper accipitur, de animi inclinatione.* Plaut. Bacch. 3, 4, 23 Sed antequam illa vnquam meis opulentiis ramenta fiat grauior aut propenſior, mori me malim. Propenſa munera, *i. Multa et magna* Plaut. Truc. prol. 1, 8. Cic. de Finib. 5, 6 Sed vtrum hortandus nobis es, Luci, inquit, an etiam tua ſponte propenſus es? Ad Cauſam turpem propenſior Idem Att. 7, 25. Ad Diſcendum Idem de Finib. 3, 65 c. 20. Ad Ignoſcendum Cic. de Inuent. 2, 107. Ad Lenitatem propenſior paullo Idem pro Muraen. 41 c. 31. Ad Similitudinem veritatis Idem de Nat. Deor. 3, 96. Cic. Off. 1, 105 c. 30 Quin etiam, ſi quis eſt paullo ad Voluptates propenſior. In aliquid propenſior Quinctil. 4, 1. Cic. Att. 8, 3 Multitudo et infimus quisque propenſus in Alteram partem. Animus propenſus ad ſalutem alicuius Idem Fam. 4, 13. Vt natura ad aliquem morbum procliuior, ſic Animus alius ad alia vitia propenſior Idem Tuſc. 4, 81 c. 37. Propenſo Animo aliquid facere Liu. 37, 54 *pr.* Propenſior Benignitas eſſe debebit in calamitoſos Cic. Off. 2, 62. Dei propenſi ad vota Ouid. Faſt. 1, 722. Diſputatio ad veritatem Cic. de Diuin. 1, 9. Fauor Ouid. ex Pont. 3, 4, 15. Fauorem propenſum petiit voce ſollicita Idem Met. 14, 706. Cic. Off. 2, 68 A quo enim expeditior et celerior remuneratio fore videtur, in eum fere eſt Voluntas noſtra propenſior. Voluntas propenſiſſima Hirt. B. Alex. c. 26.

PROPENSE. Adu. [ἐπιῤῥεπῶς] *Ex animo.* Lentulus *apud* Cic. Fam. 12, 15 Vt hanc concordiam et conſpirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem, propenſe non crederent eſſe factam.

PROPENSIO, ōnis. f. [ἐπιῤῥοπὴ] *Animi inclinatio.* Cic. de Finib. 4, 47 c. 17 Qui nulla in re niſi in virtute aut vitio propenſionem, ne minimi quidem momenti ad ſummum bonum adipiſcendum eſſe diceret.

PROPĔRO, āre. [ἐπείγω, κατεπείγω] *a* Prope *fit; et ſignificat Feſtinare, celeriter ire. Nam qui in aliquem properat, id agit, vt illi propinquior ſit.* Ter. Andr. 1, 5, 65 Obſtetricem accerſo. P. propera. Feſtinare *et* Properare *et* Maturare, *quid differant, vid.* FESTINO. Feſt. in Properare, *et* Gell. 16, 14. *et* 10, 11. Maturate properare, *vid.* MATVRVS. Pergere et properare Romam Cic. Qu. Fratr. 1, 3. Id. pro Mil. c. 19. In Campum Cic. de Orat. 1, 166. In Cyprum Ter. Adelph. 2, 4, 14. Atque inde ventis, remisque in Patriam omni feſtinatione properaui Cic. Fam. 12, 25. Properare ad Exitum Idem Att. 16, 7. Ad Metam vnam Ouid. ad Liu. 359. Sedem properamus ad vnam Idem Met. 10, 133. Plaut. Amph. 2, 2, 29 Nam quid ille reuertitur, qui dudum properare ſe aiebat. Ocius propera Idem Ciſtel. 3, 8. Quo properas? Idem Aſin. 3, 3, 16. Retractare *et* Properare, *contraria* Cic. Tuſc. 1, 76. *Cum Infinitiuo:* Virg. Aen. 7, 57 Quem regia coniux Adiungi generum miro properabat amore. Properabat adire Ouid. Met. 4, 317. Sed odio ductus, rem properauit Deducere in iudicium Cic. Att. 1, 13 (16.) Propera ire in vrbem Plaut. Rud. 4, 6, 19. Properare hominem Inuenire Ter. Phorm. 5, 6, 5. Properare Proficiſci Caeſ. B. C. 2, 43. Properare Propero domum Plaut. Aul. 2, 2, 4. Properare Venire ad aliquem Cic. in Somn. Scip. 6. Properare aliquid, *pro Feſtinanter aliquid agere, vel dicere: Frequens enim eſt huius verbi vſus in voce agente.* Virg. Georg. 1, 259 Multa forent, quae mox caelo properanda ſereno, Maturare datur. *Vid. ibi* Seru. Deditionem properare Tacit. Ann. 2, 22, 2. Fugam Val. Flacc. 4, 573. Iter Tac. Hiſt. 3, 40, 2. Laborem Propert. 3, 21, 21. Mortem Tacit. Ann. 2, 31, 4. Mortem per vulnera Virg. Aen. 9, 401. Omnia properat, quidquid agit Plaut. Poen. 3, 1, 2. *i. Omnia properanter agit.* Pecuniam indigno heredi properare, *pro Rapaciter colligere* Hor. Carm. 3, 24, 62. Hoc opus, hoc ſtudium parui properemus, et ampli Hor. Epiſt. 1, 3, 28. ¶ 2 *Paſſiue.* Plin. in Paneg. 51 At quam magnificus in publicum es! hinc porticus, hinc delubra occulta celeritate properantur, *i. ſtudioſe aedificantur.* Lanae cui properabantur? *i. Cito parabantur* Hor. Epod. 12, 21. Amores teneri properentur Ouid. Amor. 3, 1, 69. *conf.* Idem Met. 5, 396.

PROPERANS, antis. Partic. [ἐπείγων] Ter. Eun. 2, 2, 60 Non temere eſt, et properans venit. At ille properans feſtinansque Cic. Philipp. 9, 6. Idem pro Cluent. 36 Longum eſt mihi dicere, praeſertim ad alia properanti. Properantes haec ſcripſimus Idem Att. 4, 4. Aquae properantes, *Rapide et concitate fluentes* Plin. 5, 9. Properantis Aquae per amoenos ambitus agros Hor. in Arte Poët. 17. Bellum properans Lucan. 1, 466. Idem 3, 18 Vix operi cunctae Dextra properante ſorores Sufficiunt. Falce properanti dolatus acernus ſtipes Propert. 4, 2, 59. Gradum properantem ſiſte Senec. Herc. fur. 9. Lingua properante legere aliquid Ouid. ex Pont. 3, 5, 9. Oculus properans Idem Triſt. 3, 3, 71. Pede properante adire locum aliquem Catul. 61, 30. Remis properantibus aequora impellere Ouid. Met. 3, 657. *Compar.* Auſon. Epiſt. 1, 27 — properantior heres Claud. Rufin. 2, 337 Feſtinamque rotam ſolito properantior vrget.

PROPERANDVS, a, um. Partic. [ἐπεικτέος] Virg. Georg. 1, 260 Multa forent quae mox caelo properanda ſereno. *h. e. Properanter agenda.* Fuga Valer. Argon. 4, 573. Veneris non eſt properanda voluptas Ouid. de Arte Am. 2, 717.

PROPERĀTVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἠπειγμένος] Ouid. Met. 5, 396 Vſque adeo eſt properatus Amor. Accuſatio properata Tacit. Hiſt. 4, 69. Carmina Ouid. ex Pont. 3, 4, 59. Fata retexere Idem Met. 10, 31. *al.* Fila. Gloria rerum Ouid. Met. 15, 748. Greſſu properato moenia repetere Sil. 3, 159. Mors Ouid. Triſt. 3, 3, 34. Naues Tac. Ann. 2, 6, 2. Opus properatum breui tempore Ouid. ex Pont. 2, 11, 1. Oſcula congerimus properata ſine ordine raptim Idem Epiſt. 18, 113. Stilus Quinctil. 10, 3. Tela agreſtia ad ſubitum vſum Tacit. Ann. 2, 80, 7. Voluptas Ouid. Amor. 1, 4, 47. Vox Idem Met. 3, 296. *Compar.* Solin. c. 39 Lucinae illis properatius tempus eſt.

PROPERATVS, ûs. m. Gell. 10, 11 In properatu rei ruſticae maturari poteſt.

PROPERATIO, ōnis. f. [ἔπειξις] Qu. Cic. Fam. 16, 27 Nam quae parcius frater perſcripſerat, verecundia videlicet et properatione.

PROPERANTIA, ae. f. [κατέπειξις] *Feſtinatio.* Salluſt. Iugurth. c. 36 Neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum, ſocordia magis quam dolo crederent. Tacit. Ann. 12, 20, 3 Pericula ex properantia.

PROPERĀTO. Adu. [ἠπειγμένως] Tacit. Ann. 13, 14 Neque nimis properato Narciſſus Claudii libertus ad mortem agitur. Properato opus eſt, *pro Properare.* Cic. pro Milon. 50 c. 19 Primum erat nihil, cur properato opus eſſet. *conf.* Plaut. Trin. 3, 3, 78 *Et* Mil. 3, 1, 209.

PROPERĀTIM. *Aliud* Adu. [κατεπείκτως] *Celeriter.* Caecil. Properatim in tenebris iſtuc confectum eſt opus. Non. 2, 663. *Meminit et* Gell. 12, 15.

PROPERĬTER. [ἐπεικτῶς] *Idem.* Catull. *apud* Non. 11, 63 Animula miſerula properiter abit. *conf.* Idem 2, 663. *et* Auſon. Parental. 27, 1.

PROPERANTER. [κατηπειγμένως] *Idem.* Accius *apud* Non. 2, 663 Remisque nixi properanter nauim in fugam vertunt. Vſque adeo properanter Lucret. 5, 301. *Compar.* Salluſt. Iugurth. c. 8. Si properantius pergeret. Tacit. Ann. 2, 55, 1 Quo properantius deſtinata inciperet. Sil. 7, 747 Ceſpite de viridi ſurgunt properantius arae. Ouid. Faſt. 4, 673 Hanc quondam Cytherea diem properantius ire Iuſſit. *Superl.* Leg. 8 Cod. Theod. de appellat. et Poen. Intra viceſimum diem, quaecunque ad inſtructionem pertinent cauſae, ad comitatum noſtrum properantiſſime volumus adferri.

PROPERABILIS, e. Adi. Calore properabili, et rigore tardabili Tertull. de An. c. 43.

PROPĔRVS, a, um. Adi. [ταχὺς] *Idem quod Celer, feſtinus.* Feſtus: Properus antiquos dixiſſe pro celer, teſtimonio eſt qualitatis Aduerbium, quod eſt propere; et properam, pro celeri ac ſtrenua, teſtimonio eſt Cato, quum ait in libro de re Militari: Tertia e caſtris eductio celeris, properaque eſt. Feſtus. Irae properus Tacit. Ann. 11, 26, 3. Oblatae Occaſionis propera Idem Ibid. 12, 66. *de Agrippina. i. celeriter illam arripiens.* Vindictae Id. An. 14, 7. Pergit properus Tacit. Ann. 6, 44. Curſus properus Ouid. Epiſt. 16, . . Greſſus properi Valer. Argon. 4, 176. Pede propero ſequuntur ducem Catul. de Berecinth. ſ. 63, 34. Properam video ancillam venientem Plaut. . . . Venit properus Ouid. Met. 7, 647.

PROPĔRE. Adu. [ταχέως] Ter. Heaut. 2, 3, 9 Abi dum tu Dromo illis obuiam propere: quid ſtas? *add.* Nep. 15, 4, 3. Plaut. Amph. 5, 1, 10 Vt Subito, vt propere, vt tonuit valide! Idem Rud. 5, 2, 36 Eloquere propere celeriter. Currere propere Ter. Hec. 5, 3, 10. Exſequi propere praecepta alicuius Virg. Aen. 6, 236. Impertire propere aliquem malo Ter. Adelph. 3, 2, 22. Inſtruit menſasque toroſque propere Stat. Silu. 5, 1, 125. Miſſi ſpeculatores propere Liu. 24, . . Recepit ſe propere Cumas Idem 23, 36 *pr.* Sequere propere me ad macellum ſtrenue Plaut. Aul. 2, 2, 86.

PROPERTIVS, i. m. S. Aurelius. [Προπέρτιος] *Elegiarum Poëta ex Meuania oppido oriundus:* Ouid. Triſt. 2, 465 Inuenies eadem blandi praecepta Properti. Idem de Arte Am. 3, 333 Et teneri poſſis carmen legiſſe Properti.

PROPES, ĕdis. Funis eſt, *vt ait* Iſidorus 19, 4 Quo pes, id eſt imum veli tenditur: *Profertque* Turpilii *teſtimonium*, Quaſi quum ventus fert nauem in mare ſecundus, ſi quis propedem miſit in veli ſiniſtrum.

PROPETRO, āre. Mandare quod perficiatur: nam impetrare eſt exorare: et perpetrare, perficere Paullus *apud* Feſt.

PROPEXVS, *vid.* PROPECTO.

PROPHANVS, *vid.* PROFANVS.

PRŎPHĒTA, *vel* PROPHĒTES, ae. m. [προφήτης] *Qui futura praedicit, vel certe conſilia Deorum enunciat, a* πρόφημι. Veteres (*vt ait* Feſtus) antiſtites fanorum, oraculorumque interpretes, prophetas dicebant, *laudatque verſus* Iulii *Caeſaris, quos ita ordinat Scaliger,* Cum capita viridi lauro velare imperant Prophetae, ſancta caſte qui purant ſacra. Aegyptii ſacerdotes ſuos prophetas vocabant Macrob. Sat. 7, 13. Apul. de Dogm. Plat. 1 p. 2 Aſtrologiam ad vſque Aegyptum iuit petitum, vt inde prophetarum etiam ritus addiſceret. *conf.* Idem de Mundo p. 56. *et* 2 Met. p. 127. Tertull. Carm. adu.

Marc.

Marc. 3, 120 Magnus rex atque propheta. *de Dauide.* *Idem nomen Ieremiae tribuitur ab* Eodem ib. v. 169.

PROPHĒTIS, idis: *et* PROPHETISSA, ae. f. [προφητὶς] *Quae futura praedicit.* Tertull. de Praeſcript. c. 51. *conf. Voſſ. de L. L. 1, 12.*

PROPHETĪA, ae. f. [προφητεία] *Inſpiratio vel reuelatio diuina, rerum euentus immutabili veritate denuntians.* Tertull. de Anima c. 35. *Add.* Id. Exhort. Caſt. c. 4. *et* de Praeſcript. c. 51. *et* adu. Marc. 1, 10.

PROPHĒTO, āre. [προφητεύω] *Praedicere.* Tertull. de Reſ. Carn. c. 28. Hieron. Epiſt. 103 c. 7. Prudent. Periſteph. 13, 101. *vid. Barth. ad* Claud. Mamert. p. 238. *et Cellar. Cur. poſt. p. 280.*

PROPHETĪZO, āre. Vulg. Interp. Matth. 26, 68.

PROPHETIĀLIS, e. Tertull. adu. Valent. c. 28.

PROPHETĀLIS, e. Hieron. Epiſt. 7. Chryſol. Serm. 84. *vid.* Fortunat. Carm. 4, 58.

PROPHETĬCVS, a, um. Tertull. Exhort. Caſt. c. 10 *etc.* Prudent. Cathem. 7, 179 Praenuncupatus ore qui prophetico Emanuel eſt. *conf.* Idem Periſteph. 14, 631.

PROPHETĬCE. Adu. Tertull. de Monog. c. 4. Auguſtin. Ep. 19 c. 3 *etc.*

PROPHORON, *vel* PROPHVRVM, i. n. *Proiectum domus, Moenianum.* Vet. Gloſſ. Peribulum, (*ſic leg. pro* Patribulum) πρόφορον. *Reſtituendum nomen etiam* Pomponio l. pen. ff. de V. S. Idem Labeo ait Prophorum, id eſt Iterum, quod in aedibus fieri ſolet, aedium eſt. *Haec Salmaſ. ad* Spartian. Nigr. 12 p. 677. *Conf.* ITERVM *nomen.*

PROPĪLO, *vid.* PRAEPĪLO.

PROPINGO, ĕre. Lucret. 4, 674 Quae penetrata queunt ſenſum propingere acerbum. *i. Impellere, vrgere, verſare, impingere. Sed recte hodie editur* Progignere.

PROPĪNO, āre. [προπίνω] *Proprie eſt, Praeguſtato leuiter vino poculum alteri amicitiae et honoris cauſa offerre: Verbum Graecum, vt res Graeca, ſed vt mille aliae in vſum Romanorum translata. Rem Graecam ex Graecis deſcripſere Caſaubon. ad Athen. 4, 1. et Dan. Heinſ. ad* Sil. 11, 301 *quamquam ibi non tam de propinatione quam de libatione ſermo eſt. Nempe vtrumque fere coniunctum: vt* Virg. Aen. 1, 728 Hic regina grauem gemmis auroque popoſcit Impleuitque mero pateram — *tum preces fundit ad Iouem, et Tyrios Troianosque ad laetitiam excitat:* Dixit, et in menſam laticum libauit honorem, *Ioui nimirum,* Primaque libato ſummotenus attigit ore. Tum Bitiae dedit increpitans, *i. hortans ad bibendum,* ille impiger hauſit. Cic. Tuſc. 1, 96 c. 40 Theramenes, cum coniectus in carcerem — venenum vt ſitiens obduxiſſet, reliquum ſic e poculo eiecit, vt id reſonaret (*hic cottabus*) Quo ſonitu reddito arridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiae, qui in eum fuerat teterrimus. Graeci enim in conuiuiis ſolent nominare, cui poculum tradituri ſint. Plautus *etiam in Comoedia palliata mores Graecos videtur ſecutus, v. g.* Pſeud. 5, 1, 19 Manu candida cantharum dulciferum Propinare, amiciſſumam amicitiam. Stich. 5, 4, 26 Tibi propino decem. *Et mox* v. 30 Tibi propino cantharum. *Sed* Ibid. 3, 1, 24 Cadum tibi veteris vini propino, *i. dono, herus cum ſeruo loquitur. Sic etiam explico* Petron. 28 Iatraliptae — Falernum potabant, et cum plurimum rixantes effunderent, Trimalchio hoc ſuum propinaſſe dicebat, *i. ſe de ſuo dominico vino illis donaſſe; niſi tamen indoctus doctrinae oſtentator hoc vult dicere, quod effuderant rixantes, hoc ſibi libatum eſſe.* Plaut. Stich. 3, 2, 16 Propino tibi ſalutem plenis faucibus *extra coenam aut comiſſationem in publico, ſalutatio paraſitica. Non recte laudatur* Ouid. Art. 1, 587 Inde propinator nimium quoque multa propinat, Et ſibi mandatis plura bibenda putat: *Libri enim meliores* Procurator, procurat, videnda. Iuuenal. 5, 127 Quando propinat Virro tibi, ſumitque tuis contacta labellis Pocula? *i. a te propinata.* Martial. 5, 79 *Graeco verbo vſus putatur,* Non deerunt tibi ſi ſoles προπίνειν viles Cappadocae *etc. Mihi non liquet.* Idem 6, 44 *in hominem impuri oris* Nemo propinabit Calliodore tibi. Martial. 1, 69 Coenat, propinat, poſcit, negat, innuit. *Longa prima eſt,* 3, 82 *et* 8, 6 *quale quid de* Propola *obſeruatum eſt. Sic* 12, 75 *de vilibus poculis,* Hoc quoque nonnihil eſt, quod propinabis in iſtis Frangendus fuerit ſi tibi, Flacce, calix, *propter impuritatem oris conuiuae.* ¶ 2 *Interdum feſtina translatione* Propinare *eſt leuiter et cum hilaritate, quaſi ludi cauſa alteri aliquid tradere.* Ter. Eun. 5, 9 (8) 57 Hunc comedendum et deridendum vobis propino: *h. e. Hunc vobis do. Ab antiquorum conſuetudine regum, qui phialas interdum compotoribus propinabant, quas illi auferebant. Suidas,* προπεπωκότες, ἀντὶ τῦ παραδεδωκότες, κ. τ. λ. *Sic etiam Demoſthenes eos, qui patriam produnt,* προπίνειν τοῖς ἐχθροῖς, *hoc eſt, propinare hoſtibus dicebat. Sic,* Enni Poëta ſalue, qui mortalibus verſus propinas flammeos medullitus Ennius *apud* Non. 1, 140. Apul. Met. 5 p. 172, 16 *ad Cupidinem de Marte Venus,* Cui ſaepius in angorem mei pellicatus puellas propinare conſueſti: *maligne, vt indicet ab illo delibatas.*

PROPINĀTOR, ōris. m. [προπότης] *Laudatur* Ouid. de Arte Am. 1, 587 Inde propinator nimirum multa propinet. *Sed rectius leg.* Procurator.

PROPINATIO, ōnis. f. [πρόποσις, πρόπομα] Senec. Epiſt. 83 *non longe a fine* Quum penes te palma fuerit, et propinationes tuas ſtrati ſomno et vomitantes recuſauerint, tamen a dolio vinceris. Idem de Ira 2, 33 *de Paſtore, equite Rom.* Propinauit ei Caeſar heminam: et poſuit illi cuſtodem. Perdurauit miſer, non aliter, quam ſi filii (*eo die a Caeſare interfecti*) ſanguinem biberet. Gell. 10, 17 Eſt enim perſona, quae hoc apud Laberium dicit, diuitis auari et parci, ſumtum plurimum, ἀσωτιάντι, et propinationem adoleſcentis filii deplorantis. *Hic comiſſationem ſignificare videtur. Apud* Senecam *vero* de Beneficiis 2, 21 *pro actu porrigendi poculum accipitur;* Ego ab eo beneficium accipiam, a quo propinationem accepturus non ſim? Petron. c. 113 Nec Giton me aut tralaticia propinatione dignum iudicabat.

PRŎPINQVVS, a, um. Adi. [πλήσιος, πλησίστιος, ὑπόγυιος] *Qui prope eſt, et non minus quam* prope *ad loca temporis, et quamcunque aliam viciniam et ſimilitudinem refertur.* Ter. Heaut. 1, 1, 5 Quod ego in propinqua parte Amicitiae puto. Clamor propinquus Sil. 13, 148. Exilium propinquius orare Ouid. Triſt. 4, 4, 51. Mors Cic. de Diuin. 1, 36. Motus, qui finitimi ſunt et propinqui his Idem de Orat. 2, 185. Praedium Idem pro Roſc. Amer. 133 c. 46. Prouinciae propinquae et finitimae Cic. Philipp. 11, 34 c. 13. Spes propinqui Reditus Idem Att. 9, 18. Regio Ouid. Triſt. 3, 12, 35. Ter. Eun. 5, 6, 1 Ex meo propinquo Rure hoc capio commodi. Signa Ouid. Faſt. 2, 189. Spem alicuius rei propinquam facere Liu. 28, 25. Verbis propinquis abuti Cic. in Orat. 94. Veſpera Tacit. Ann. 15, 60. In propinquo ſunt Caſtra Liu. 24, 38 *extr.* In propinquo Certamen erat, *vid.* IN *Praepoſitionem.* ¶ 2 *Speciatim* propinqui *ſunt neceſſitate ſanguinis vel affinitate coniuncti.* Cic. de Amicit. 19 Itaque ciues potiores ſunt quam peregrini, et propinqui quam alieni. *conf.* Suet. Caeſ. c. 1. Conſanguinitate propinquus Virg. Aen. 2, 86. Cic. pro Muraen. 73 Virgo Veſtalis huius propinqua et neceſſaria. Idem pro Milon. 7 Etſi aequabiliter in rempublicam, in priuatos, in Longinquos, in propinquos, in alienos, in ſuos irruebat. Arctior vero colligatio eſt ſocietas propinquorum Idem Off. 1, 53. Cari propinqui Hor. Serm. 1, 1, 83 Propinqui cognatique optime conuenientes Cic. pro Roſc. Amer. 96 Tutela abeat ad ſanos propinquos Hor. Serm. 2, 3, 218. *Compar.* Varro L. L. 7, 38 Caſus propinquiores. Idem 9, 2 Propinquiora genere inter ſe verba. *conf.* Ouid. Triſt. 4, 4, 51.

PROPINQVĬTAS, ātis. f. *Coniunctio, vicinitas.* Cic. Off. 3, 46 c. 11 Nimis enim imminebat propter propinquitatem Aegina Piraeeo. Liu. 38, 27 *extr.* Ipſe (iam enim medium Autumni erat) locis gelidis propinquitate Tauri montis excedere properans, *etc.* Propinquitas loci, *et* Longinquitas, *contraria.* Cic. de Inuent. 1, 38. [ἀγχιστεία] *Affinitas.* Cic. de Amicit. 50 Vt bonos boni diligant, adſciſcantque ſibi quaſi propinquitate coniunctos atque natura. Propinquitas, et affinitas Caeſ. B. G. 2, 4. Municipium propinquitate paene finitimum Cic. Philipp. 3, 15 c. 6. Si pietate propinquitas colitur: qui affinem prodit, impius ſit neceſſe eſt Idem pro Quint. 29 c. 6. Qui eſt cum illo maximis vinculis et propinquitatis et affinitatis coniunctus Idem pro Planc. 27 c. 11. Suet. Neron. c. 36 Interemit caeteros aut affinitate aliqua ſibi, aut propinquitate coniunctos. Propinquitate proximus Nep. 17, 1, 3.

PROPINQVE. Adu. [πλησίως] Plaut. Truc. 2, 7, 21 Atat eccam adeſt propinque: credo audiuiſſe haec me loqui.

PROPINQVO, āre. [πελάζω, πλησιάζω] *Vicinum et proximum fieri, aut prope accedere.* Virg. Aen. 2, 733 Heu fuge nate propinquant. Foribus propinquare Idem ibid. 6, 634. Scopulo Id. ib. 5, 185. Acies legionum propinquat, *vid.* ACIES. Supplicium propinquat Stat. Theb. 5, 493. Animis propinquare alicui Id. ibid. 10, 379. *Cum Accuſatiuo.* Virg. Aen. 10, 254 Tu rite propinques Augurium. Sil. 2, 281 Mortem licet arma propinquent. *conf. Drakenb.*

PROPINQVANS, antis. Partic. Salluſt. Fragm. c. 29 Bithyni propinquantes iam amnem Tartanium.

PROPIO, āre. Corpori ſinat propiare Oct. Horat. 4.

PROPIOR, *vid.* PROPE.

PROPITIVS, *vel* PROPICIVS, a, um. Adi. [ἵλεως, ἵλεος] *Placidus, fauens; a* Prope, *et* Ito, as, *vt quidam aiunt: nam qui fauent, prope nos ire conſueuerunt, vt ait Sipontinus. Vel dicitur* Propitius, Prorſus aut proprie pius: *aut* Porro *id eſt valde* pius: *auctore* Nonio 1, 292. *Magis placet Voſſio, quod ait* Alfenus ICtus *apud* Gell. 5, 5 Sicut nouum nouicium dicimus, et proprium propicium. *Fuerit itaque* propicius, *qui noſter eſt beniuolentia. Quid ſi a* Prope *et* proprium *eſt, quod ſemper ad manum, et in poteſtate noſtra eſt: et* propicius, *qui non alienus auerſusque a nobis, ſed ſuo fauore et voluntate prope nos eſt, vt ſtilo orientis* prope eſſe *dicitur* Dominus inuocantibus ſe: *vt praeſens* Deus *eſt, qui ſtatim fert auxilium etc.* Ter. Adelph. 1, 1, 6 Vbi ſi ceſſes euenire ea ſatius eſt, quae in te vxor dicit, et quae in animo cogitat irata, quam illa, quae parentes propicii. Cic. de Nat. Deor. 1, 125 Quid enim dicam, propicius ſit? eſſe enim propicius poteſt nemini, quoniam, vt dicitis, omnis in imbecillitate eſt et gratia et caritas. Cic. pro Cael. 42 c. 17 Huic homini ego fortaſſe, et pauci deos propicios, plerique autem iratos putabunt. Non. 6, 85 ex Lucil. Si irati, ſeu cui propitii ſunt DI. Dei propicii, ſed lenti Senec. Agam. 399. Fortuna propicia, *cui opponitur* Infeſta Pſeudo-Cic. ad Octau. Tam propiciam reddam, quam quum propicia eſt Iuno Ioui Plaut. Merc. 5, 2, 115. Idem Curc. 4, 2, 45 Cui homini Dii ſunt propicii, lucrum ei profecto obiiciunt. Liu. 39, 11 Aebutia *de fratris ſui filio loquens,* Quod probus adoleſcens (Dii propicii eſſent) obſcenis, vt fama eſſet, ſacris initiari nollet: *vbi* εὐφημισμὸς, *et votum pro adoleſcentulo eſt.* Voluntate propicia eſſe Nepos 10, 9, 6. *Prima in* Propicius *corripitur a* Plauto, *it. a* Sen. Agam. v. 399: *quare in hexametro carmine non vſurpatum legitur bonis auctoribus;* Prudent. *tamen* Hymn. Agnet. ſ. Periſt. 14, 130 Propitiabilis. *Et* Iuuenc. Hiſt. 1, 16 Nam me propicius rerum pater vnicus alto *etc.*

PROPICIO, āre. [ἱλάσκω] *et* PROPICIOR, āri. *Propicium reddere, placare.* Plaut. Poen. 1, 2, 120 Quo te agis? AD. egone? in Veneris. AG. Quid eo tu? AD. vt Venerem propiciem. Curt. 4, 7, 24 Carmen canentes, quo propiciare Iouem credunt, vt certum edat oraculum. Manes propiciare Suet. Oth. c. 7. Propiciare ſolicitudinem animi Plin. 28, 2.

PROPICIANS, antis. Partic. Curt. 4, 13, 15 Ariſtander praeibat preces regi Iouem, Mineruam, Victoriamque propicianti.

PROPICIATVS, a, um. Prudent. Periſt. 3, 215 Proſpicit haec populosque ſuos Carmine propiciata fouet.

PROPICIATVS, ûs. m. Vulg. Interp. Sirac. c. 5, 5.

PROPICIATIO, ōnis. f. Macrob. Somn. Scip. 1, 7 *pr.* Quod apportant minae, litatio propiciationis auertit. Sen. Nat. Quaeſt. 2, 38 Expiationes propiciationesque prodigiorum. *al.* Procurationesque. *conf.* Non. 4, 366.

PROPICIĀTOR, ōris. m. Hieron. Epiſt. 146.

PROPICIĀTRIX, īcis. f. Ambroſ. ad Virg. Lapſ. c. 4.

PROPICIABĬLIS, e. Adi. [ἱλαστὸς] *Quod eſt ad propiciandum aptum.* Ennius *apud* Non. 2, 669 Huic eſt animus propiciabilis. *add.* Tertull. de Ieiun. c. 15. Prud. Periſt. 14, 130 Purgabor oris propiciabilis Fulgore, noſtrum ſi iecur impleas.

PROPICIATORIVM, i. n. [ἱλαστήριον] *Locus aut inſtrumentum, in quo placari ſolet Deus. Tabula poſita ſuper arcam foederis.* Iſidor. 15, 4 Propiciatorium oraculum inter duo Cherubim. Et dictum propiciatorium, quaſi propiciationis oratorium. Propiciatio enim placatio eſt. Vulg. Rom. 3, 25.

PROPIVS, *vid.* PROPE.

PROPLASMA, ătis. n. [πρόπλασμα] *Typus, id eſt forma figlini operis, quam ad formanda, fundenda praeſertim ex aere, alia opera adhibent.* Plin. 35, 12 ſ. 45 Arceſilai proplaſmata pluris venire ſolita artificibus ipſis, quam aliorum opera.

PROPNIGĒON, i. n. [προπνίγειον] *Os patens furni, praefurnium.* Plin. Epiſt. 2, 17, 11 Adiacet vnctorium hypocauſton, adiacet propnigeon balinei: mox duae cellae magis elegantes, quam ſumtuoſae.

πνιγεὺς caminum ſignificat, et furnum ſiue fornacem. conf. Vitruu. 5, 11. Praefurnium ad verbum dixeris.

PROPOETĬDES, um. f. *Pl.* [Πρωποίτιδες] Filiae Amathunthae (*pro* Amathuntis) adſpernatae Venerem, primae in triuio vulgauere corpora. Ob eiusdem deae iram, quia pudore indurucrant, nouiſſime in lapidem ſunt transfiguratae. *Haec* Lactantius Placid. fab. 10, 7. *Nempe* Ouid. Met. 10, 238 *fabulam breuiter deſcribit:*

Sunt tamen obſcenae Venerem Propoetides auſae
Eſſe negare Deam: pro quo ſua, numinis ira,
Corpora cum forma primae vulgaſſe feruntur.
Vtque pudor ceſſit, ſanguisque induruit oris,
In rigidum paruo ſilicem diſcrimine verſae.

PROPŌLA, ae. m. [πωλεὺς Gloſſ. Lat. Gr. προπώλης, μεταβολεὺς] *Negotiator, qui merces praeemit minoris, vt poſtea pluris vendat.* Plaut. Aul. 3, 5, 38 Propolae, linteones, calceolarii. Cic. in Piſon. 67 c. 27 Piſtor domi nullus, nulla cella, panis et vinum a propola, atque de cupa. *vid. ſupra* PROPALA.

PROPŎLIS, is. f. [πρόπολις] *quaſi Suburbanum; dicitur Quod apes ante alueum faciunt, maxime aeſtate.* Varro de R.R. 3, 16, 23 Propolim vocant, e quo faciunt ad foramen introitus protectum, in aluum, maxime aeſtate. Quam rem etiam nomine eodem medici vtuntur in emplaſtris *etc.* Plin. 11, 7 Cerae initium plerumque e mitiore gummi. Propolis craſſioris iam materiae additis floribus, nondum tamen cera, ſed fauorum ſtabilimentum, quo omnes frigoris aut iniuriae aditus obſtruuntur, odore et ipſa etiamnum graui, vt qua plerique pro galbano vtantur. *Add.* 24, 8. *it.* Scribon. 209. 214. 262. Id. 82 Propolis, quam quidam ceram ſacram vocant. *Et* Attica 214. *Vtitur etiam* Veget. Vet. 3, 55, 5 *etc.*

PROPŎMA, ătis. n. [πρόπομα] *Videtur ita dictum vt* Promulſis. *Eſt enim potio ex melle, cum vino mixta, et variis ſaporibus vel aromatis medicata, cuius generis plurimas formulas videre licet apud Graecos, v. g. Nicol. Myrepſum* ſ. 38 n. 46 ad 70. *Hinc intelligere licet antiquum ſatis, et forte ab ipſo auctore profectum* lemma Pallad. Febr. 32 Vt propomata ſponte naſcantur, *quod velut problema ita explicat*, Conditum, vel abſinthiatum, vel roſatum, vel violatum procedere ſponte fertur ex vitibus, ſi ſarmenta in vas aliquod ſemiplenum ſupradictis potionibus merſa feruentur — hinc eadem ſarmenta gemmantia in quo volueris loco, vitium caeterarum more, deponas.

PROPŌNO, pŏſui, pŏſĭtum, ĕre. [προτίθημι, προβάλλω, προτείνω] *Ante oculos ponere, ſiue Palam oſtendere rem, dictum, aut factum.* Plin. 35, 10 Idem perfecta opera proponebat in pergula tranſeuntibus. Quod dicturus ſis, proponere Cic. in Orat. 137 c. 40. Digredi ab eo, quod propoſueris Idem de Orat. 2, 311. Non alienum eſſe videtur de Galliae Germaniaeque moribus, et quo differant eae nationes inter ſeſe, proponere Caeſ. B. G. 6, 10. Proponi oportet quid adferas, et id quare ita ſit, oſtendere Cic. de Orat. 2, 177. Sic eſt propoſitum, de quo diſputaremus Idem Tuſc. 5 c. 4. *Inprimis de Actore.* Proponitur vno modo, diſſoluitur varie Quinctil. 5, 13, 2. *conf. ibid. ſegm.* 13. 20. 46. 49. *Nempe* Proponere *eſt affirmare ac defendere aliquid. v. g.* Neque eſſe crudele *(viua corpora incidere)* quod plerique proponunt Celſ. praef. *i. affirmant.* Qui proponimus, multo vtique dignius credi, hominem ex homine rediturum Tertull. Apologet. c. 48. Cic. pro Cael. 79 Et quum huius vobis Adoleſcentiam propoſueritis, conſtituitote vobis ante oculos huius etiam miſeri ſenectutem. Liu. 30, 30 Quum tuas vires, tum vim fortunae Martemque belli communem propone Animo. Animo ſuo multa ferenda Ouid. de Arte Am. 2, 516. Cic. Fam. 4, 5 Quae aliis tute praecipere ſoles, ea tute tibi ſubiice, atque apud Animum tuum propone. Animis proponere Liu. 31, . . Argentum, *i. Explicare et conſpiciendum dare.* Cic. de Orat. 1, 161 Et tanquam in aliquam locupletem ac refertam domum venerim, non explicata veſte, neque propoſito argento, neque tabulis et ſignis propalam collocatis, *etc.* Auctionem Quinctil. 6, 4. Bona ciuium ſibi ad praedam Cic. Philipp. 4, 9. Cauſam belli gerendi ſibi Idem ibid. 13, 23. Conditionem alicui Caeſ. B. G. 8, 2. Congiarium, donatiuum proponere, *eſt Publice promittere, idque libello propoſito* Suet. Neron. c. 7. Edicta proponuntur Cic. Att. 2, 21 Ediſcendum Idem pro Muraen. 25. Cic. de Vniuerſ. 3 Quocirca ſi is, qui aliquod munus efficere molitur, eam ſpeciem, quae ſemper eadem eſt, intuebitur, atque eam ſibi proponet Exemplar, praeclarum opus efficiat neceſſe eſt. Exemplum propoſitum Quinctil. 10, 1. In Exemplum aliquid Idem -, 2. Exercitationem aliquam ſibi Cic. de Orat. 1, 154. Extremum illud mihi propoſueram Idem pro Lege Manil. 175. Finem ſibi Idem Tuſc. 2, 3. Fortuna quaecunque mihi proponetur, ſubeatur Cic. in Catil. 4, 2. Fraudem edicto proponere alicuius rei, aut periculum Idem Verr. 1, 106. Hoc igitur tibi propone, amplitudinem animi, et quaſi quandam exaggerationem quam altiſſimam animi, quae maxime eminet in contemnendis et deſpiciendis doloribus, vnam eſſe omnium rem pulcherrimam Idem Tuſc. 2, 64. Honorem geminum pugnae Virg. Aen. 5, 365. Ad Imitandum aliquem ſibi Cic. de Orat. 2, 93. Impunitatem Idem de Finib. 2, 73. Iudices Idem Verr. 2, 34. Legem in publicum Cic. de Lege Agr. 2, 13. Legum leges voce proponam Idem de Legib. 2, 18. Libellos de aliquo in celeberrimis locis Idem pro Quint. 50. Magna ſibi Cic. Off. 1, 116. Memoriam atque imaginem alicuius ſibi Idem de Amicit. 102. Mercedem alicui Idem Qu. Frat. 3, 3. Merita propoſuit ſua in illos Caeſ. B. G. 7, 54. Minas, *Minari* Cic. Att. 2, 19. Mortem Idem pro Planc. 97. Mortem omnibus natura propoſuit Idem Philipp. 4, 13. Mortem acerbam Cic. Verr. 5, 152. Ante Oculos Idem de Nat. Deor. 1, 115 c. 41. Ora alicuius oculis Idem pro Sext. 17. Orationem Gracchi ſibi Cic. de Orat. 1, 154. Periculum ante oculos Idem pro Cluent. 11. Poenam Idem de Fin. 2, 57. Poenam amori Catull. 96, 15. Praemium Caeſ. B. C. 1, 17. Pretium ſe daturum propoſuit, *i. Promulgauit* Paterc. 2, 6, 5. In Publico epiſtolam Cic. Att. 8, 9. Idem pro Planc. 5 Sed mihi in cauſa facili atque explicata perdifficilis Iudices, et lubrica defenſionis Ratio proponitur. Reges duos propone tibi, idque animo contemplare, quod oculis non potes Cic. pro Deiot. 40. Rem in medio Idem Verr. 1, 29. Sententiam alicuius Plin. 18, 10. Signum pugnae Liu. 27, 41 *extr. Sagulum ſ. paludamentum in pertica etc.* Caeſ. B. C. 3, 49 Quibus quotidie melius ſuccedere tempus, maioremque Spem maturitate frumentorum proponi videbant Cic. Verr. 2, 118. Ad Timorem aliquid alicui Idem Fam. 2, 15. Venale aliquid Idem Verr. 2, 78. Interdictum, ne quid in popinis cocti praeter legumina aut olera Veniret, cum antea nullum non opſonii genus proponeretur Suet. Neron. c. 15. Caeſ. B. G. 2, 20 Caeſari omnia vno tempore erant agenda, Vexillum proponendum, quod erat inſigne quum ad arma curri oporteret, ſignum tuba dandum. Idem B. C. 13, 1, 3 Legati ad Caeſarem mittantur, qui Voluntatem ſenatus ei proponant. Vtilitatem Reipubl. ſibi proponere debent, qui leges ſcribunt Cic. de Inuent. 1, 68. ¶ 2 *Formulae et conſtructiones: Promulgare.* Suet. Calig. c. 41 Tandem flagitante Pop. Rom. propoſuit quidem legem, ſed et minutiſſimis literis, et anguſtiſſimo loco, vt ne cui deſcribere liceret. *Conſtitutionibus principes ſua manu adſcribere ſolebant,* Proponatur: *vt ex* Nouellis *aliquot* Valentiniani *et* Maioriani *liquet. Pro docere cum Infinitiuo:* Quos tamen Homerus - - - mederi ſolitos eſſe propoſuit Celſ. praef. 1. Non ſatis potentem vſum eſſe proponunt Ibid. Haec neceſſaria eſſe proponunt Ibid. *Omiſſo Pronomine* Sibi, Aegyptum petere propoſuit Vellei. 2, 53, 1. *Paſſiu.* Cic. de Clar. Orat. 25 c. 6 Laudare igitur eloquentiam, et quanta vis ſit eius expromere, quantamque iis, qui ſint eam conſecuti, dignitatem afferat, neque propoſitum Nobis eſt hoc loco, neque neceſſarium. Nobis propoſitum eſt, naturas rerum manifeſtas indicare, non cauſas iudicare dubias Plin. 11, 3. Omni huic ſermoni propoſitum eſt, vt laborem meum perſpicias Cic. de Clar. Orat. 318. Tametſi hoc minime latet, quod ita promtum et propoſitum eſt, vt, *etc.* Idem pro Roſc. Amer. 118.

PROPOSĬTVS, a, um. Partic. [προτεθειμένος] Cic. Fam. 5, 16 In animo habere debemus, homines nos vt eſſe meminerimus ea lege natos, vt omnibus telis fortunae propoſita ſit vita noſtra, *quod etiam dicitur Expoſita, vt ſcopus ſ. meta, ad quam collineatur. Sic* Cic. Verr. 3, 98 Sed eſt hic ordo quaſi propoſitus et editus in altum, vt ab omnibus ventis inuidiae circumflari poſſe videatur. Asdrubal propoſitum ſe Bello ratus Liu. 28, 2 *extr. i. tanquam ſcopum, quem hoſtes peterent. vid. Gronou.* Cauſa perditis ciuibus propoſita ad inuidiam Cic pro Domo 44. Exemplum propoſitum ad imitandum Idem pro Muraen. 66 c. 31. Ad Exitum peruenire ſibi propoſitum Idem Philipp. 12, 22. Finibus bonorum et malorum propoſitis, officium omne peruertunt Cic. Off. 1, 5. Fuga aut turpis, aut glorioſa mors propoſita Idem de Finib. 2, 97. Gloria Scipioni propoſita Cic. de Finib. 2, 56. Gratia, gratulatio propoſita eſt omnis in impudenti mendacio Idem pro Flacc. 12. Iniuriis ab aliquo propoſitis reſiſtere Idem Fam. 1, 5. Iter propoſitum peragere Hor. Serm. 2, 6, 99. Ex Itinere propoſito et iam conſtituto reuerti Cic. de Diuin. 1, 26. Laqueos legum et conditionum ſibi propoſitos eſſe oportere putandum Idem pro Cluent. 150. Munere gladiatorio propoſito Suet. Tito c. 8. *i. promiſſo.* Officium Propert. 1, 20, 4. Opus perficere Ouid. de Rem. Amor. 40. Operis propoſiti regula Paterc. 2, 38, 1. Neque mihi in omni vita Res tam erit vlla propoſita, quam vt quotidie vehementius te de me optime meritum eſſe, laetere Cic. Fam. 1, 9. Quem de ſuſcepta cauſa propoſitaque Sententia, nulla vis, nullum periculum poſſet depellere Idem pro Ligar. 26. Serui, qui libertatis ſpem propoſitam non habent Idem pro Rabir. 15 c. 5. Vita maximis praemiis propoſita et paene addicta Idem pro Milon. 57.

PROPOSĬTVM, i. n. [Gloſſ. προαίρεσις, πρόθεσις, τὸ προκείμενον] *Quod mente ſtatutum eſt, conſilium, et vt recentiores vocant, intentio.* Plin. . . . Hoc ei propoſitum erat, vel ſuperare, vel cedere. Academiae conſuetudo contra propoſitum diſputandi Cic. de Fato 4. Quaeſtionum duo ſunt genera, alterum infinitum, alterum definitum: definitum eſt, quod ὑπόθεσιν Graeci, nos cauſam; indefinitum, quod θέσιν illi appellant, nos propoſitum poſſumus nominare Cic. Top. c. 21. Reditus ad propoſitum Idem de Orat. 3, 201. Sed ad propoſitum Quinctil. 8, 3, 14. *ſc. redeamus a propoſ. Saepe accipitur de ratione viuendi, quam quis ſequitur.* Vir alioquin vita innocentiſſimus, ingenio florentiſſimus, propoſito ſanctiſſimus Vellei. 2, 2, 2. Aliud propoſito tuo nomen impone Senec. Epiſt. 68. Matrona quoque virtuti et ſtudio eius proxime accedit, neque a propoſito viri diſcrepat Ambroſ. Epiſt. 6, 36. *de Paullini ſeceſſu.* Iuuenal. 10, 324 Quid profuit immo Hippolyto graue propoſitum, quid Bellerophonti, *i. ſtudium caſtitatis. Quin* Hor. Carm. 3, 3, 1 Iuſtum et tenacem propoſiti virum. *Sed de vno tantum decreto voluntatis* Tenax propoſiti Ouid. Met. 10, 405. ¶ 2 *Verba:* Aberro propoſito, *et* a propoſito. *i. Longius digredior, et deflecto ab eo, quod coepi dicere* Cic. Tuſc. 1 c. 33 *extr. et* Fin. 5 c. 28. Aſſequi propoſitum, *vid.* ASSEQVOR. Auerti a propoſito Liu. 2, 8. Conducit hoc propoſito Hor. in Arte Poët. 195. Declinare a propoſito Cic. in Orat. 138. Deerrare, *vid.* DEERRO. Deſtituere Ouid. Amor. 3, 7, 14. Deterreri nulla re a propoſito poteſt Brutus ad Cic. Ep. 11. Egredi a, Cic. de Clar. Orat. 82. Facta lumina propoſiti miniſtra tui Ouid. Epiſt. 21, 114. Plin. 11, 17 Quod ſi defecerit alicuius aluei cibus, impetum in proximas Faciunt rapinae propoſito. Fugare a Quinctil. 2, 2. Fui hoc propoſito, vt venderem, *i. Hac voluntate* Vlpian. in l. Rogaſti D. Si cert. petat. Labeo in l. Quum in plures §. locator D. Locat. Locator horrei propoſitum Habuit, ſe aurum, argentum, margaritam non recipere ſuo periculo. Propoſitum Habet oſtendere Varr. de L. L. 8 *pr.* Nihil Habet propoſiti maledictio praeter contumeliam Cic. pro Cael. 6. Manere in propoſito, *vid.* MANEO. Mutandum tibi propoſitum eſt, et vitae genus Phaedr. praef. 3, 15. Cic. Off. 1, 112 Catoni quum incredibiliter tribuiſſet natura grauitatem, eamque ipſe perpetua conſtantia roborauiſſet, ſemperque in propoſito Permanſiſſet: moriendum potius, quam tyranni vultus aſpiciendus erat. Pertinet ad Quinctil. 9, 1. Premere propoſitum ſuum Ouid. Met. 2, 104. *al.* Tenere. Redire ad Cic. Tuſc. 1, 23. Reuerti ad Senec. de Benefic. 1, 14. Scribon. 84. Sanctiſſimus propoſito Paterc. 2, 2, 2. Superare aliquem propoſito Quinctil. 2, 5. Tenere propoſitum Caeſ. B. C. 1, 83. *et* Nepos 18, 3, 6. Africanus in l. Stichus habet D. de peculio leg. At in propoſito, quia Stichus nil debeat.

PROPOSITIO, ōnis. f. [πρόθεσις, πρότασις] *Proponendi actus. In rhetoricis* Propoſitio dicitur, *inquit* auctor ad Herenn. 2, 28 per quam oſtendimus ſummatim, quid ſit quod probare volumus. Cic. de Orat. 3, 201 Propoſitioque quid ſis dicturus, et ab eo quod eſt dictum, ſeiunctio, et reditus ad propoſitum. *Pro Propoſito,* Cum animi ampla quadam et ſplendida propoſitione Idem de Inuent. 2, 163. Confeſſa propoſitio Quinctil. 5, 14. Dura Idem 4, 5. Nuda Idem 4, 4. Vitae propoſitio et cogitatio Cic. Tuſc. 3, 39 c. 18.

PROPONTIS, ĭdis. f. *Pars maris inter Helleſpontum et Boſporum Thracium.* Ouid. Triſt. 3, 12, 41 Fas quoque ab ore freti, longaeque Propontidos vndis. Laeua Propontidos, *i. Siniſtra pars* Ouid. Faſt. 5, 257. Longa Propontis Idem ex Pont. 4, 9, 118.

PROPONTIĂCVS, a, um. Adi. [Προπόντιος] Ouid. Triſt. 1, 9, 29 Hincque Propontiacis haerentem Cyzicon oris. Aqua Propontiaca Propert. 3, 22 *pr.*

PROPORRO. [πόῤῥω] *Vlterius, praeterea.* Lucret. 2, 978 Et ſibi proporro quae ſint primordia quaerunt. Idem 4, 888 Ipſaque proporro paullo maiora laceſſunt. *Turnebus,* Proporro *vſurpatur a Latinis, vt Graeci ſolent congeminare* προπροκυλινδόμενος.

PROPORTIO, ōnis. f. [ἀναλογία] *eſt, Duarum pluriumue rerum, quatenus ad quantitatem pertinet, inuicem facta comparatio.* Cic. pro Flacc. 32 Qui quum omnes Aſiae ciuitates proportione in prouincias deſcripſiſſet. Idem Verr. 4, 46 Vt hoc liceret ſuſpicari, fuiſſe aliquando apud Siculos peraequa proportione caetera. *Sic* de Vniuerſ. 12 c. 4 *extr. et* c. 5. Proportionem reddere Varr. de L. L. 7, 32 p. 95, 24. *i. obſeruare: de* Analogia *et* ſimilitudine *Grammatica, quibus nominibus hoc ipſo loco vtitur. Sic* Feſtus V. Penatis, Cum patiatur Proportio etiam Penas dici.

PROPORTIONĀLIS, e. Adi. Termini proportionales Frontin. de Colon. p. 330 *etc.*

PROPORTIONĀTVS, a, um. Adi. Firmic. Matern. 4, 13 Corpus ſatis proportionatum.

PROPOSITIO, *vid.* PROPONO.

PROPRAEFECTVS, i. m. Aſiam paullo ante Propraefectus rexerat Ammian. 29, 1. *Sed Gronou.* p. 597 pro Praefectis.

PROPRAETOR, ōris. m. [ἀντιστράτηγος] *Qui cum auctoritate Praetoria aliquo mittitur: qui pro Praetore prouinciam tenet; diſſoluitur etiam in duo vocabula,* pro Praetore. Cic. de Prouinc. Conſ. 15 c. 7 Res in Sardinia cum maſtrucatis latrunculis a Propraetore vna cohorte auxiliaria geſta. Salluſt. Catil. 19, 1 Piſo in citeriorem Hiſpaniam Quaeſtor pro Praetore miſſus eſt. Liu. 10, 26 *extr.* Cn. Fuluius et L. Poſtumius Megellus Propraetores ambo ſtatiua in eis locis habere iuſſi. Salluſt. Iug. 37, 3 Aulus, quem pro Praetore in caſtris relictum, ſupra diximus. *Al.* Propraetorem. Liu. 26, 2 Principio eius anni, quum de literis L. Marcii referretur, res geſtae magnificae ſenatui viſae: titulus honoris, quod imperio non populi iuſſu, non ex auctoritate patrum dato, *Propraetor Senatui* ſcripſerat, magnam partem hominum offendebat. — Reſcribi — placuit — adſcribi autem *Propraetori L. Marcio,* non placuit *etc. Vtroque loco ſunt libri, qui habent* pro Praetore. *Ac ſane quod de* Proconſule *obſeruauimus, incertum eſſe fere vbique,* Proconſulem *ne vna voce dederint, an* pro Conſule; *illud etiam de hoc nomine verum eſt.* Liu. 10, 26 Circumuentis pabulatoribus — Scipionem Propraetorem (*quidam* pro Praetore) ſubſidium e caſtris tuliſſe. *Et* c. 29 Pontifex M. Liuius, cui lictores Decius tradiderat, iuſſeratque Propraetorem eſſe. *MSS. quos probat Gronou. et hic* pro Praetore. Liu. 27, 22 Prorogatum et C. Hoſtilio Tubulo eſt, vt pro Praetore in Etruriam ad duas legiones ſuccederet C. Calpurnio *etc. vbi bis eadem varietas eſt. Sic et* 27, 35 Varro in Etruriam Propraetor miſſus. Propraetor *etiam ille interdum vocatur, qui geſto conſulatu in prouinciam abit. vid. Manut. ad* Cic. Fam. p. 6 *Graeu.*

PROPRIVS, a, um. Adi. [ἴδιος, κύριος] *Quod peculiare eſt vniuscuiusque, cui contrarium eſt* alienum. *A* Prope *fit: hoc enim maxime prope eſt, quod proprium eſt. Conf.* PROPITIVS. Virg. Aen. 7, 331 Hunc mihi da proprium virgo ſata nocte laborem. Ter. Phorm. 5, 5, 2 Curaui propria ea vt potiretur. Vt quum ademerit nobis omnia, quae noſtra erant propria, ne lucem quoque hanc, quae communis eſt, eripere cupiat Cic. pro Roſc. Amer. 150 c. 52. Rem aliquam ſuo certo ac proprio vocabulo nominare Idem pro Caecin. 51 c. 18. *et* de Orat. 3, 147 Ergo vtemur verbis, quae propria ſunt et certa quaſi vocabula rerum, paene vna nata cum rebus ipſis. Cic. Tuſc. 5, 19 Propriis et ſuis argumentis et admonitionibus tractanda quaeque res eſt. *Contraria.* Idem de Senect. 35 c. 11 At id quidem non proprium ſenectutis eſt vitium, ſed commune valetudinis. Proprium et peculiare Plin. 7, 25. Quod autem meum erat proprium, vt alariis Tranſpadanis vti negarem, id etiam populo ſe remiſiſſe ſcribit Cic. Fam. 2, 16. Praecipuum et proprium Idem de Prouinc. Conſ. 2. Amor proprius Lucret. 4, 1135. Bono aliunde aſſumto vti, non proprio, nec ſuo Cic. de Orat. 2, 39. Conſilium proprium auferre alicui Hor. Serm. 1, 4, 133. Conſuetudo communis vel tua ſolius et propria Cic. Fam. 5, 14. Crimen proprium Idem Verr. 1, 43. Culpa mea propria Idem Fam. 14, 3. Marte proprio Ouid. ex Pont. 4, 7, 14. Natura atque vis animae propria eſt, moueri motu interiore et ſuo Cic. de Somn. Scip. 21. c. vlt. Negotiis excuti propriis Hor. Serm. 2, 3, 19. Nota certa et propria Cic. Acad. 4, 33. Proprium habere Varr. de L. L. 9, 2 f. Pelle in propria non quieſcere Hor. Serm. 1, 6, 22. Periculum proprium Cic. Fam. 6, 1. Praedia propria tradere alicui Idem pro Roſc. Amer. 150. Remedia propria Scribon. 178. Remedia propria ad ſingula Id. 200. Ritus proprius Plin. 10, 58. Tempus agendi fuit mihi magis proprium, quam caeteris Cic. pro Sull. 9. Verba tranſlata et aliena, *quibus opponuntur* Propria et ſua Idem de Orat. 3, 147. Quinctil. 8, 4, 29 *etc. inprimis* 8, 2 *int. Vnde damus quaedam mox in* PROPRIETAS. Vi propria nituntur Virg. Georg. 2, 428. Viribus propriis bella gerere Liu. 2, 53. Vngues proprii Hor. Epiſt. 1, 7, 51. ¶ 2 *Obſeruationes.* Proprius ſuus, tuus, meus. Paull. in l. Si ſeruo D. de heredibus inſtituendis, Idem et in eo, qui propria ſua data pecunia emtus eſt ab aliquo Idem Paul. in l. Vt tantum §. j. D. de ſeruo corrupto, Si ſeruus communis meus et tuus proprium meum ſeruum corruperit: Sabinus ait, non poſſe agi cum ſocio: perinde acſi proprius meus ſeruus corrupiſſet conſeruum. Suam propriam Calamitatem Caeſ. Bell. Ciu. 3, 20. Suam quandam propriam Facultatem Cic. de Orat. 1 c. 10. Suo proprio Magiſtratu Liu. 4, 8. Suo proprio Praelio Idem 3, 70. Proprius, *cum Genitiuo:* Cic. Philipp. 3, 29 c. 11 Aut libertatem propriam Romani generis, et nominis recuperemus, aut mortem ſeruituti anteponamus. Idem Fam. 7, 30. Proprium eſt Eius, *per tranſlationem, h. e. Illi adſcribitur* Idem pro Roſc. Amer. 21. Aper, aut ceruus proprius domini Triphoninus in l. vſufructuarium venari D. de vſufruct. Pompon. in l. Vel inutilium D. eodem titulo. Propria eſt ea praeceptio Stoicorum Cic. Off. 1, 2. Varietas eſt propria Fortunae Idem de Diuin. 2, 109. Proprium Oratorum, Proprium epiſtolae, *h. e. Quod maxime conuenit, et obſeruari debet ab Oratore, et in epiſtola.* Cic. Qu. Frat. 1, 29 c. 13 Illud quod epiſtolae proprium, vt is, ad quem ſcribitur, de his rebus, quas ignorat, certior fiat. Idem de Orat. 3, 112 c. 29 Cum quid cuiusque ſit proprium, exquiritur: vt ornate dicere propriumne ſit oratoris, an id etiam aliquis praeterea poſſit? Animum iudicis impellere quocunque res poſtulat, hoc eſt vnum Oratoris maxime proprium Cic. de Clar. Orat. 322. Artis maxime proprium eſt creare et gignere Idem de Nat. Deor. 2, 57. Poſtremo quum hoc proprium ſit animantium, vt aliquid appetant quod ſit naturae accommodatum Idem ibid. 1, 105 c. 37. Proprium Stultitiae, aliorum vitia cernere, obliuiſci ſuorum Idem Tuſc. 3 c. 30. *Cum Datiuo:* Quinctil. 1, 1 Propria eſt nobis mentis agitatio, atque ſolertia, vnde origo animi caeleſtis creditur. ¶ 3 Proprium, *Perpetuum:* Ter. Andr. 4, 3, 1 Nihilne eſſe proprium cuiquam? dii veſtram fidem! *Vbi* Donat. Omne quod habemus, aut mutuum eſt, aut proprium. Ergo proprium, perpetuum. Virg. Aen. 6, 871. Propria haec ſi dona fuiſſent. Ter. Andr. 5, 5, 3 Ego vitam deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror, quod voluptates eorum propriae ſunt. Propriam dicare, i. e. Perpetuam: Virg. Aen. 1, 77 Connubio iungam ſtabili, propriamque dicabo: Seruius. Plaut. Merc. 2, 3 *pr.* Homo me miſerior nullus eſt aeque, opinor, neque aduerſa cui plura ſint ſempiterna; ſatin' eſt vt quidquid agere occoepi, proprium nequit mihi euenire quod cupio? Cic. poſt red. in Senat. 8 Si illud de duobus Conſulibus, quod ante in Republica non fuerat, perenne ac proprium manere potuiſſet. Quod vt illi proprium ſit atque perpetuum, Quirites, velle et optare debetis Idem pro L. Man. c. 16. Hor. Serm. 2, 6, 4 Nihil amplius oro Maia nate, niſi vt propria haec mihi munera faxis. Nepos 8, 4, 2 Parua munera diutina: locupletia non propria eſſe conſueuerunt. Munitiones propriam et expeditam Caeſaris victoriam interpellauerunt Caeſ. B. C. 3, 70. *Conf.* Nonius 4, 346.

PROPRIVM, i. n. Subſt. *apud Logicos.* Quinctil. 5, 10 Sunt eiusdem rei plura propria, vt ipſius ignis lucere, calere, *etc. Conf.* 7, 3, 25.

PROPRIASSIT, Proprium fecerit Feſtus. *Fuit igitur Verbum antiquum* PROPRIO, *i. proprium facio: quo vtitur etiam quaſi poſtliminio* Cael. Aurel. Acut. 1, 5, 150 Accepta per cibos impartiri corpori — propriari; atque ad ſua deſtinata peruenire. Idem Chron. 5, 4, 136 digeſtione facile ſolidiora propriantur.

PROPRIĔTAS, ātis. f. [ἰδιότης, ἰδίωμα] *Quod alicuius rei proprium eſt.* Plin. 13, 1 Huius proprietas, vt ventiletur in coquendo donec deſinat olere. Cic. Acad. 4, 56 c. 18 Singularum rerum ſingulas proprietates eſſe. Proprietas terrae et caeli, *pro Ingenio* Liu. 38, 17. Proprietate quadam prodeſſe Scribon. 21. Ferrum reſtituitur in antiquam proprietatem Vitr. 1, 4. Morborum proprietates Celſ. 5, 28. Plin. 13, 22 Proprietatem Habet fructum emittendi lanugine (pappum vocant) quod nulli alii arbori euenit. Proprietas definitioni attributa Cic. in Topic. 83 c. 22 quaeritur ſic, In hominem ne ſolum cadat, an etiam in beluas aegritudo. Proprietas verborum *tractatur diligenter* Quinctil. 8, 2 *pr.* Perſpicuitas in verbis praecipuam habet proprietatem. Sed proprietas ipſa non ſimpliciter accipitur. Primus enim intellectus eſt ſua cuiusque rei appellatio — ei contrarium eſt vitium id, quod apud nos improprium, ἄκυρον apud Graecos vocatur. — ſ. 7 Secundo modo dicitur proprium inter plura, quae ſunt eiusdem nominis, id vnde caetera dicta ſunt. — Tertius — modus, cum res communis pluribus in vno aliquo habet nomen eximium — Item quod commune et aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur, vt *vrbem* Romam accipimus, et *venales,* nouicios, et *Corinthia,* aera. — Proprie dictum, quo nihil inueniri poſſit ſignificantius — Illud quoque eſt a quibusdam traditum proprii genus ex appoſitis, quae epitheta dicuntur, vt *Dulce muſtum* — Etiam quae bene tranſlata ſunt, propria dici ſolent: interim autem quae ſunt in quoque genere praecipua, proprii locum accipiunt, vt Fabius inter plures imperatorias virtutes *Cunctator* eſt appellatus.

PROPRIETARIVS, i. m. *Cuius aliquid eſt proprium.* Pomponius in l. Diuus Hadrianus D. de vſu et habitat. Licet tam anguſtus eſt legatarius, cui domus vſus legatus eſt, vt non poſſit occupare totius domus vſum: tamen eis quae vacabunt, proprietarius non vtetur, quia licebit vſuario et aliis temporibus tota domo vti. *Add.* l. 13 D. de pecul.

PROPRIE. Adu. [ἰδίᾳ, ἰδίως, κυρίως] Plancus ad Cic. Fam. 10, 24 *extr.* Tu, vt inſtituiſti, me diligas, rogo, proprieque tuum eſſe tibi perſuadeas. Idem ibid. 9, 15 Quod me amas, *etc.* eſt id quidem magnum, atque haud ſcio an maximum: tibi commune cum multis: quod tu ipſe tam amandus es, *etc.* id eſt, proprie tuum. Promiſcue *et* Proprie, *contraria* Cic. de Lege Agrar. 2, 84 c. 31. Idem pro Sext. 37 Neque Senatus publice, neque vllus ordo proprie, neque ſuis decretis Italia tota ſuſceperat. Proprie *et* Vniuerſe, *contraria* Cic. Att. 5, 2. Communis perſona, *et* Proprie ſingulis attributa, *contraria* Idem Off. 1, 107 c. 30. Proprie et vere honeſtum Idem ib. 3, 13. Idem de Orat. 2, 59 Quam proprie de vnoquoque dixit. Id. Philipp. 2, 77 c. 31 O hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis proprie nihil poſſum dicere. Idem Off. 1, 37 *de* hoſtis *nomine,* A peregrino enim receſſit, et proprie in eo, qui arma contra ferret, remanſit. *Conf. Burm. ad* Quinct. *Declam.* 12, 3 p. 243. *Excellentiam notat:* Proprie cicatricem ducunt Scribon. 240. Facit proprie 36. 108. 157. Facit proprie bene 93 *in quibus ſingularis, et quam hodie* ſpecificam *vim dicunt, indicatur.*

PROPRIĀTIM. Adu. Res exigit propriatim Deos ſcire Arnob. 3 p. 125.

PROPRITIM. Adu. [ἰδίᾳ] Lucret. 2, 973 Quid? genus humanum propritim de quibus factum'ſt. *i.* Proprie. Nonius 11, 18. *Reſtituit Lambin. Al.* Propriatim.

PROPTER. [διά, ἕνεκεν, ἕνεκα] *Praepoſitio, Accuſatiuo caſui ſeruit, et ſignificat cauſam quamcunque.* Ter. Phorm. 2, 1, 46 Qui ſaepe propter inuidiam adimunt diuiti. Plaut. Amphit. 4, 1, 7 Quem propter corpus ſuum ſtupri compleuerit. *Nempe* Propter *ſignificat etiam efficientem cauſam, vt,* Propter quos (*parentes*) hanc ſuauiſſimam lucem adſpexerit (*filius*) Cic. pro S. Roſc. Am. c. 22. Seruis, propter quos viuit Idem pro Mil. c. 22. *i. quorum opera.* Me propter quem caeteri liberi ſunt Id. Fam. 7, 27 *extr.* Plin. 35, 4 ſ. 10 Propter Philocharem (*pictorem*) ignobiliſſimos alioqui, Glauciomem filiumque eius Ariſtippum (*quos ille pinxit;*) Senatus Populusque Rom. tot ſaeculis ſpectat. Qui propter acumen occultiſſima perſpicis Cic. Fam. 5, 14. Propter tuum in me amorem Idem ibid. 1, 3. Indicere ventri bellum propter aquam Hor. Serm. 1, 5, 7. Eaque ſuſpicio propter eam cauſam fuit, quod, *etc.* Cic. de Clar. Orat. 100. Habemus haec omnia: bonorum ſtudium, propter noſtram cauſam: vulgi ac multitudinis, propter magnificentiam munerum Idem Fam. 2, 5. Tironem propter humanitatem et modeſtiam malo ſaluum, quam

quam propter vſum meum Cic. Att. 7, 5. Propter reliquae aetatis infamiam poenas lege et iure perſoluere Idem Anteq. iret in exil. 28. Legibus non propter metum parere Idem in Parad. 5, 1. Ex ſe et propter ſe expeti Idem de Finib. 2, 82 c. 26. Vnum illud dico, ſi propter partium ſtudium potens erat Alphenus, potentiſſimus Naeuius Idem pro Quint. 70. Nam nec caſtra propter anni tempus facere poſſum Idem Att. 8, 19. Propter quod, *i. Propterea quod.* Apul. Apol. p. 275, 5 Suſtineo non meam modo, verum etiam Philoſophiae defenſionem — Propter quod — patroni — multa in me — et in Philoſophos ficta — effutierunt. *Sic* Praeter *pro* Praeterea *dici ſuo loco monuimus.* Paullus in l. Qui in D. de adopt. Vxor mea illi matris loco non eſt, nec enim agnoſcitur ei: propter quod nec ei cognatus fit. ¶ 2 Propter, *pro Prope, iuxta: aliquando Aduerbium eſt ſine Caſu:* Ter. Adelph. 4, 2, 39 Poſtea eſt ad hanc manum ſacellum: ibi angiportum propter eſt. Aedificato monaſterio et diuerſorio propter exſtructo Hieron. Ep. 26 ad Pammach. *ſub fin.* Lucret. 3, 653 Inde alius conatur ademto ſurgere crure, Quum digitos agitat propter moribundus humi pes. Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet Ter. Eun. 2, 3, 76. *Iungitur et Accuſatiuo ſaepiſſime in eadem ſignificatione:* Ter. Adelph. 2, 1, 15 Nimium iſtoc abiſti, hic propter hunc aſſiſte. Cic. de Clar. Orat. 24 Propter Platonis ſtatuam conſedimus. Propter aedem Saturni Tacit. Ann. 2, 41. Propter aquam Ouid. Met. 8, 258. Virg. Ecl. 7, 87. Propter aedem Vulcani Cic. Verr. 2, 150. Fluuius Eurotas qui propter Lacedaemonem fluit Idem de Inuent. 2, 96. Duo filii propter patrem cubantes Idem pro Roſc. Amer. 64 c. 23. In pratulo propter Platonis ſtatuam conſedimus Idem de Clar. Orat. 24. Plaut. Milit. 1, 1, 9 Hic eſt, ſtat propter Virum fortem. Propter viam Appiam oppida Liu. 28, 8. Propter viam ſacrificium, *de quo ſub* VIA Facere propter viam.

PROPTEREA. Adu. [διὰ τοῦτο, τούτου ἕνεκεν, δι' ὅτι] *Ob eam cauſam.* Ter. Hec. 4, 4, 88 Amarae mulieres ſunt, non facile haec ferunt: propterea haec ira eſt. Ter. Andr. 1, 1, 11 Feci e ſeruo vt eſſes libertus mihi propterea quod ſeruiebas liberaliter. Quum eſſem otioſus in Tuſculano, propterea quod diſcipulos obuiam miſeram, vt, *etc.* Cic. Fam. 9, 18 *pr.* *Add.* Id. pro Roſc. Am. c. 38. Si notionem veri et falſi, propterea quod ea non poſſunt internoſci, nullam habemus Cic. Acad. 4, 33. Seru. Sulp. ad Cic. Fam. 4, 5 Etſi genus hoc conſolationis acerbum eſt propterea quia, per quos, *etc.* Propterea quia Lucret. 1, 625. Cic. pro Ligar. 8 Atque haec propterea de me dixi, vt mihi Tubero, quum de ſe eadem dicerem, ignoſceret.

PROPVDIVM, i. n. [ἀναίσχυντος] *De hoc nomine* Feſtus Paulli, Propudium dicebant, cum maledicto nudare turpitudinem volebant, quaſi porro pudendum. Quidam propudium putant dici, a quo pudor et pudicitia procul ſint, *inquit* Feſtus. Plaut. Mil. 2, 4, 11 Qui propudii me innocentem falſo inſimulauit. Idem Curc. 1, 3, 34 Iam huic voluptati hoc adinuentum odium eſt. PA. quid ais propudium? *Vtitur etiam pro conuicio ſeruili in meretricem* Poen. 1, 2, 60. *Negat Scaliger ad Feſtum, dubium eſſe, quae Graecis καθάρματα, ea Latinis* Propudia *dicta. Et inde demum putat ſceleratos, vt καθάρματα ſic* Propudia *eſſe appellatos. Vid. mox* PROPVDIANVS. *Ac ſane non de obſcena turpitudine loquitur, ſed de exſecrabili et monſtroſa crudelitate* Cic. Phil. 14, 9 c. 3 Quos — crudeliſſimis exemplis interemit propudium (*ſic certatim viri docti pro* proludium) illud et portentum L. Antonius, inſigne odium omnium hominum, vel ſi etiam dii oderint quos oportet, omnium deorum. *Sed pro pudendo pruritu poſuit, de Lynce animali agens,* Plin. 28, 8 ſ. 32 Hoc cinere poto propudia virorum: eiusdem aſperſu feminarum libidines inhiberi, item pruritus corporum.

PROPVDIANVS Porcus dictus eſt, vt ait Capito Ateius, Qui in ſacrificio gentis Claudiae, velut piamentum et exolutio omnis contractae religionis eſt. Feſtus. *V. modo dicta voce* PROPVDIVM.

PROPVDIŌSVS, a, um. Adi. [ἀναισχυντώδης] *Idem.* Plaut. Truc. 2, 2, 16 Quia tibi inſuaſo infeciſti, propudioſa, paliulam. Idem Stich. 2, 2, 10 Mene faſtidis, propudioſe? Gell. 2, 7 Sed enim ſi imperet vxorem ducere infamem, propudioſam, criminoſam. Ipſe propudioſus, vxor lupa Apul. Apol. p. 322 *Elm.* Propudioſi Facinoris obſcenitas Arnob. 5 p. 175. Meretrices propudioſae Min. Felix p. 234. Ancilla propudioſiſſima Sidon. Epiſt. 9, 6,

PROPVGNO, āre. [ὑπερασπίζω] *Pugnando defendere ac tueri.* Plin. 12, 19 Caſia circa paludes, propugnante vnguibus diro veſpertilionum genere, aligeriſque ſerpentibus, his commentis augentes rerum pretia. Sueton. Caeſ. c. 23 Qui ſibi pepigiſſent propugnaturos abſentiam ſuam. Propugnare commoda, patriae, *pro Tueri et defendere aduerſus hoſtium impetum laudant* Cic. de Inuent. 1, 1 Qui vero ita ſe armat eloquentia, vt non oppugnare commoda patriae, verum propugnare poſſit; is mihi vir et ſuis et publicis rationibus vtiliſſimus. *Sed Gron.* pro his pugnare. Cic. pro Rabir. 30 Teſtor, me pro illorum fama, gloria, memoria, non ſecus ac pro patriis fanis, atque delubris propugnandum putare. Pro innocentibus propugnare, *et* Nocentes oppugnare, *oppoſita* Pſeudo-Cic. antequam iret in exil. 2. Idem Tuſc. 5, 79 Non pro ſuo partu ita propugnant, vt vulnera excipiant, nullos impetus, nullos ictus reformident? Acerrime propugnare pro ſalute alicuius Brutus ad Cic. Fam. 11, 16. Hor. Epiſt. 1, 18, 16 Alter rixatur de lana ſaepe caprina Propugnat nugis armatus.

PROPVGNANS, antis. Part. Cic. Offic. 1, 62 c. 19 Probe definitur a Stoicis fortitudo, cum eam virtutem eſſe dicunt, propugnantem pro aequitate.

PROPVGNATIO, ōnis. f. [ὑπερασπισμὸς] Cic. Fam. 1, 7 Nam noſtra propugnatio, ac defenſio dignitatis tuae propter magnitudinem beneficii tui, fortaſſe pleriſque officii maiorem auctoritatem habere videatur. *Et* Fam. 5, 8 Suſcepique mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis. Tamen aggrediar ad dicendum, ne mea propugnatio ei potiſſimum defuiſſe videatur Cic. pro Sext. 3 c. 2.

PROPVGNĀTŌR, ōris. m. [ὑπερασπιστὴς] Caeſ. B. G. 7, 25 Nec ille prius eſt a propugnatoribus vacuus relictus locus. *Conf.* Nep. 18, 13, 3 Claſſis infirma propter dimiſſionem propugnatorum et remigum Cic. Verr. 5, 85 c. 34. Idem Verr. 4, 80 Non eſt pudoris mei P. Scipione florentiſſimo adoleſcente viuo et incolumi, me propugnatorem monimentorum P. Scipionis, defenſoremque profiteri. Propugnator fortunarum, et defenſor aſſiduus Id. Poſt red. in Senat. 37. Senatus propugnator Idem pro Milon. 6. Acerrimus propugnator communis libertatis Idem ad Brut. 11. Defenſor et quaſi propugnator patrimonii ſui Idem de Orat. 1, 244. Propugnator ſtudioſiſſimus Idem Verr. 2, 117.

PROPVGNATRIX, īcis. f. Fabret. Inſcript. p. 169.

PROPVGNACVLVM, i. n. [προβολὴ, ἐπιτείχισμα, ἔρυμα, ἔπαλξις] *Locus munitus, vnde defendi vrbs, caſtra, fines poſſint.* Virg. Aen. 4, 87 Et propugnacula bello Tuta parant. Cic. pro Font. 3 c. 1 Eſt in eadem prouincia Narbo Martius colonia noſtrorum ciuium, ſpecula Populi Rom. ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum et obiectum. Pontesque et propugnacula iungunt Virg. Aen. 9, 170. Aequoris propugnacula Stat. Silu. 3, 3, 101. Murorum propugnacula Virg. Aen. 9, 664. Hor. Epod. 1, 2 Ibis Liburnis inter alta nauium Amice propugnacula. Claſſis pulcherrima Siciliae propugnaculum, praeſidium prouinciae Cic. Verr. 3, 186. Propugnaculo eſſe alicui Idem ibid. 5, 88 c. 34. Propugnaculis imperii, ſociorum fortunas, non ſua tecta defendere Idem pro Lege Manil. 52. Propugnaculum contra hoſtium impetus Idem Verr. 3, 40. Propugnaculum et praeſidium Idem Fam. 14, 18. Propugnaculum firmiſſimum Liu. 34, 61. Lex Aelia et Fuſia, propugnacula murique tranquillitatis Cic. in Piſon. 9. Propugnaculum oppoſitum barbaris Nepos 2, 6, 5. Propugnacula tyrannidis demoliri Idem 20, 3, 3.

PROPVLSO, *etc. vid.* PROPELLO.

PROPYLAEVM, i. n. [προπύλαιον] *Latine Veſtibulum, vel porticus ante portas templorum.* Cic. Offic. 2, 60 c. 17 Phalereus Demetrius, qui Periclem principem Graeciae vituperat, quod tantam pecuniam in praeclara illa propylaea coniecerit. Plin. 35, 10 Protogenes quum Athenis celeberrimo loco Mineruae delubro propylaeon pingeret.

PROQVAESTOR, ōris. m. [ἀντιταμίας] *Qui Quaeſtoria auctoritate accepta mittitur in aliquam regionem.* Cic. Acad. 4, 84 Nec vero ineunte aetate ſolum, ſed et Proquaeſtor aliquot annos. *Al.* Quaeſtor, *al.* Pro Quaeſtore. Quum Alexandriae Proquaeſtor eſſem Idem ibid. 4, 11 c. 4. *al.* pro Quaeſtore. *Add.* Id. Verr. 1 c. 15. *Nempe eadem hic varietas, quam in* PROCONSVL *et* PROPRAETOR *notauimus. Conf.* EXCONSVLE.

PROQVAM. Adu. Lucret. 2, 1136 Nec ſatis eſt, proquam largos exaeſtuat aeſtus, Vnde queat tantum ſuboriri, ac Suppeditare, Quantum opus eſt. *Melius diuiditur: eſt enim* pro eo quam. Id. 3, 200 Igitur paruiſſima proquam Et leuiſſima ſunt, ita mobilitata feruntur. *Sed hic nunc editur* quanto, *ſenſu eodem.*

PROQVIRITO, āre. *Idem quod Quiritare.* Apul. Apol. p. 326 Epiſtolam ſaepe aperiens proquiritabat, *etc.*

PROQVIRITATVS, a, um. *Promulgatus. Verbum* LL. XII tab. Sidon. Apollinar. 8, 6 Per ipſum fere tempus, vt decemuiraliter loquar lex de praeſcriptione tricennii fuerat proquiritata. *Nempe* Quiritare, *Fidem Populi Rom. implorare.*

PRŌRA, ae. f. [πρῶρα] *Anterior pars nauis.* Liu. 24, 34 Tollenone ſuper murum eminente ferrea manus firmae catenae illigata, quum iniecta prorae eſſet, graui libramento plumbi recellente ad ſolum: ſuſpenſa prora, nauim in puppim ſtatuebat. *de Archimedis Machina.* In nauigio, latera, carinae, prora, puppis Cic. de Orat. 3, 178 c. 46. Aerata prora Stat. Theb. 5, 335. Roſtrata Plin. 9, 30. Aduertere terris proram Virg. Georg. 4, 117. Idem Aen. 7, 35. Aſtitit prorae Plaut. Merc. 1, 2, 75. Auertit prora Virg. Aen. 1, 108. Contorſit laeuas proram Palinurus ad vndas Idem ibid. 3, 562. Detorquet proram ad vndas Idem ibid. 5, 165. Caeſ. B. G. 3, 13 Prorae admodum Erectae. Obtorquet proram in vndas dextras Stat. Theb. 5, 415. Obuertunt pelago proras Virg. Aen. 6, 3. Pependit illiſa prora Idem ibid. 5, 206. Liu. 22, 20 *pr.* Quae non aut Perfregerant proras litore illiſas, aut carinas fixerant vadis. Steterant ad litora prorae Virg. Aen. 9, 122. Torquent proras ad litora Idem ibid. 3, 532. Vertere proras a litore Lucan. 9, 1082. Cic. Fam. 16, 24 *ad Tironem* Mihi prora et puppis (vt Graecorum prouerbium eſt) fuit a me tui dimittendi, vt rationes meas explicares. Prora *itaque* et puppi, *Summam conſilii noſtri ſignificamus, propterea quod a prora et puppi, tanquam a capite et calce pendeat tota nauis.*

PRORĒTA, ae. m. [πρωρεὺς, πρωράτης] *Cuſtos et gubernator in prora nauis ventos captans, ſcopulos obſeruans etc.* Plaut. Rud. 4. 3, 75 Si tu proreta iſti naui es, ego gubernator ero. Paullus ICtus l. 11 Cotem §. 2 ff. de Public. et vectigal. Quod ſi id abſente domino a magiſtro, vel gubernatore, aut proreta, nautaue aliquo factum ſit. *vid. Turneb. Aduerſ.* 28, 43.

PROREVS, ei. m. *Duarum ſyllabarum vox, proprium nautae apud* Ouid. Met. 3, 634. *Dicitur autem πρωρεὺς Graecis qui et* Proreta, *id eſt prorae gubernator, vt dictum eſt.*

PRORĒPO, pſi, ptum, ĕre. [ἐξερπύζω] *Vltra in conſpectum repere.* Columel. 3, 5 Vt mota aequaliter humus, nouelli ſeminis radicibus, quamcunque in partem prorepſerint, molliter cedat. Hor. Sat. 1, 1, 37 *de formica* Non vsquam prorepit. Quum prorepſerunt primis animalia terris Hor. Serm. 1, 3, 99. Prorepere e cauis Plin. 8, 39. Columel. 3, 10 Illae fertiles ac firmae, quia e tenero prorepunt, *etc.* Prorepere in luxuriem *dicuntur* radices vitium, *Prorependo luxuriari et diuagari* Columel. 5, 5.

PROREPENS, entis. Partic. Auien. Deſcript. Orbis 540 Tunc prorepentis qua ſunt vada turgida Nerei. Prorepentes oculi vitium Columel. 11, 2. Prorepentes vndique pampini Idem 4, 17.

PRORETA, *et* PROREVS, *Diſſyllabum: vid.* PRORA.

PRŌRĪGA, *vid.* PERORIGA.

PRORĬPIO, ripui, reptum, ĕre. [ἐνθορέω, ἐξορμάω] *Celeriter rapere et auferre, et in primis cum reciproco ad fugam celerem indicandam ponitur.* Virg. Ecl. 3, 19 Et quum clamarem, quo nunc ſe proripit ille? Tityre coge pecus: tu poſt carecta latebas. Plaut. Capt. 3, 4, 1 Quo illum nunc hominem foras poripuiſſe ſe dicam ex aedibus! Domum ſe proripuit ex curia Salluſt. Catil. c. 32 *extr.* Domo ſe proripere Liu. 29, 9. E manibus alicuius proripere ſeſe Liu. 22, . . Cic. de Aruſp. Reſp. 2 Attamen ignarus ille qui Conſules eſſent, exſanguis atque exaeſtuans ſe ex curia repente proripuit, cum quibusdam fractis iam atque inanibus minis. Caeſ. B. C. 1, 80 Seſe ſubito proripiunt. Seſe porta foras vniuerſi proripiunt Idem ibid. 2, 12. Solio ſe proripit alto Valer. Argon. 5, 268. Ab veſtibulo templi ſeſe proripere Liu. 8, 6 *pr.* Ex curia ſe proripere Idem 3, 17 *pr.* Ex concilio Idem 22, 3. In publicum ſe proripere Idem 8, 28. In coetus ſe proripere Plin. 8, 46. Hor. Carm. 1, 8 *extr.* Ne virilis cultus Achillem in Caedem et Lycias proriperet cateruas. *Rapere:* Cic. Verr. 5, 109

5, 100 Deinde iubet vndique hominem proripi, vehementiſſimeque verberari. Proripiet ſe libido ac proiiciet occultatione propoſita Cic. de Fin. 2, 73.

PRORĪTO, āre. [παροξύνω] *Prouocare.* Columel. 10, 117 Vt Peluſiaci proritet pocula zythi. Stomachum proritare Scribon. 104. Plin. 26, 8 *ad finem*, Anagallis caerulea procidentia ſedis retro agit: e diuerſo rubens proritat. *i. Exſtimulat et acuit.* Columel. 2, 10 Lini ſemen, niſi magnus eſt eius in ea regione quam colis prouentus, et pretium proritat, ferendum non eſt. *i. Allicit et inuitat.* Sen. Epiſt. 23 Quem ſpes proritat.

PRORŎGO, āre. [παρατείνω, ἀναβάλλομαι] *Protrahere, prolongare, continuare, videturque proprie comitiale verbum eſſe, vt* irrogare, abrogare *etc.* Cic. Fam. 3, 10 Illud pugna et enitere, ne quid nobis temporis prorogetur. Per ſingulos annos hoc prorogatum in ſummam proficit Quinctil. 1, 1, 19. Aetatem Plin. 15, 13. Aeuum in alterum luſtrum Hor. in Carm. Saecul. 68. Bellum Cic. Philipp. 12, 13 c. 6. Dies paucos propter inopiam ad ſoluendum alicui prorogare Idem ibid. 2, 84. Impetrant a Senatu, vt dies ſibi prorogaretur Idem Verr. 1, 98 c. 38. Famam prorogat aeternam feritas tibi Punica Claud. Conſ. Hon. 4, 418. Plin. Epiſt. 9, 19, 3 Victurique nominis Famam, ſupremis etiam titulis prorogare nituntur. Fama prorogatur meritis Plin. Pan. 55, 10. Horam recte viuendi Hor. Epiſt. 1, 2, 41. Cic. Q. Frat. 1, 1 Quod ſi tibi bellum aliquod magnum et periculoſum adminiſtranti prorogatum imperium viderem, tremerem animo: quod eodem tempore eſſe intelligerem, etiam fortunae poteſtatem in nos prorogatam. Idem Att. 5, 11 Ne pateretur quantum eſſet in ipſo, prorogari nobis prouincias. *Add.* Id. Phil. 2 c. 10. Quinct. 10, 7, 10 *de oratore dicente* Longe enim praecedat oportet intentio, ac prae ſe res agat: quantumque dicendo conſumitur, tantum ex vltimo prorogetur: vt donec perueniamus ad finem, non minus proſpecta procedamus quam gradu. Plin. Ep. 7, 31, 5 Memoriam alicuius grata praedicatione prorogare et extendere. Moras Plin. 16, 22. Munus Grammatici vsque ad ſuaſorias prorogatur Quinct. 2, 1, 8. Numerum annorum prouinciis prorogauit Cic. Philipp. 2, 109. Numos prorogare, *de ſuo ſoluere:* Vlp. l. 4 D. de manumiſſionibus, Proinde etſi ei numos prorogauit emtor, quum ei pariauerit: poterit ad libertatem peruenire. *Dixerat autem* Vlp. *paullo ante*, Proinde ſi ex aduenticio lucro, ſine etiam amici beneficio, vel liberalitate, vel prorogante eo, vel repromittente, vel ſe delegante, vel in ſe recipiente debitum, redemtus ſit: credendum eſt, ſuis numis eum redemtum. *Ita pro erogare paſſim occurrit ap. poſterioris aetatis ſcriptores.* *Conf. Pignor. de Seru. p.* 308. Prouincias prorogare Cic. Att. 5, 11. Spes prorogatur militi in alium diem Plaut. Aulul. 3, 5, 57. Spiritum prorogare *i. vitam* Plin. Ep. 2, 20, 7. Idem 13, 3 Margaritae gemmaeque ad heredem tamen tranſeunt: veſtes prorogant Tempus: vnguenta illico exſpirant, ac ſuis moriuntur horis. Prorogant tempus, *i. In aliquod tempus durant.* Rogo atque oro, ne patiare quidquam mihi ad hanc prouincialem moleſtiam temporis prorogari Cic. Fam. 2, 6. Columel. 1, . . Quis enim dubitet eam maxime probatam haberi, ſine qua nemo noſtrûm vel proſperae vel aduerſae valetudinis Vitam prorogat?

PROROGATVS, a, um. Prorogata poteſtas Cic. Q. Frat. 1, 1. Diebus paucis ad ſoluendum prorogatis Idem Philipp. 2, c. 29.

PROROGATIO, ōnis. f. [ἀναβολή, ὑπερημερία] Cic. Att. 13, 41 Ego vero vtar prorogatione diei. *Non recte laudatur* Liu. 34, 5 *pr.* Tum. L. Valerius prorogatione ab ſe promulgata, ita diſſeruit, *etc.* *Nam rectius diuiſe* pro rog. Liu. 8, 26 Duo ſingularia haec ei viro primum contigere: Prorogatio imperii, non ante in vllo facta: et acto honore triumphus. Prorogatio legis, *Dilatio promulgandae legis* Cic. pro Muraen. 47. *Vid. Perizon. Animadu.* c. 6 p. 229.

PROROGATOR, ōris. m. *Diſpenſator.* *Sic*, Arcarii prorogatores tritici, vini et caſei *leguntur apud* Caſſiodor. Epiſt. 10, 28. *Conf.* Chryſol. Serm. 23 *et* 26. *Pignor. de Seru.* p. 308. *vel* Veget. 4, 7.

PROROGATĪVVS, a, um. Prorogatiua fulmina, quorum minae differri poſſunt, auerti tollique non poſſunt Sen. Nat. Quaeſt. 2, 47.

PRORSI Limites, *vid.* PRORSVS.

PRORSVS, *vel* PRORSVM. Adu. [πάνυ] *ſignificat Omnino.* Ter. Eun. 2, 3, 14 Ego neſcio hercule, neque vnde eam, neque quorſum eam, ita prorſum oblitus ſum mei. Cic. de Orat. 2, 61 c. 14 *extr.* Verbum prorſus nullum intelligo. De ſumma agi prorſus vehementer et ſeuere volo Idem Att. 16, 14. Plaut. Aul. 2, 8, 27 Sed ceſſo prius quam prorſus perii currere? Prorſus haec diuina mihi videtur vis, *etc.* Cic. Tuſc. 1, 64. Satis affatim prorſus Idem Att. 16, 1. Prorſus iucunde Hor. Serm. 1, 5, 70. Prorſus omnino omnia obſequor Ter. Adelph. 5, 9, 33. Prorſus id praeſtant medicamenta Scribon. Ep. in. Nam penitus prorſum latet haec natura, ſubeſtque Lucret. 3, 274. Hoc mihi prorſus valde placet Cic. Fam. 6, 20. *Idem ibid.* 4, 10. Ter. Hec. 4, 4, 51 Enimuero prorſus iam tacere non queo. Id. Andr. 2, 6, 4 Nihilne? hem. D. nihil prorſus. *Item* Adelph. 4, 1, 4. Nullo modo prorſus aſſentior Cic. de Nat. Deor. 3, 21 c. 8 *extr.* Nullo modo poteſt fieri prorſus Plaut. Trin. 3, 3, 2. Idem *apud* Chariſ. 2 p. 189 Ita ſunt praedones prorſum parcunt nemini. *Laudatur ibid.* Cato. Ter. Eun. 2, 3, 40 Illum liquet mihi deierare his menſibus ſex, vel ſeptem prorſum non vidiſſe proximis. Cic. Fam. 4, 10 Venies enim, mihi crede, exſpectatus: neque ſolum nobis, id eſt tuis, ſed prorſus omnibus. Prorſum, Certe, recte, vere, *inquit* Donatus: Ter. Adelph. 5, 3, 58 Eo pacto prorſum illic alligaris filium. Cic. Attic. 13, 43 Prorſus ex his libris non videtur eſſe dubium, quin, *etc.* ¶ 2 *Loci Aduerbium eſſe videtur, quaſi* porro verſus, *vti* Feſtus *explicat, i. recta ad locum aliquem:* Plaut. Mil. 4, 4, 56 Ego adeo, vt tu ſcias, prorſum Athenas protinus abibo tecum. Idem Perſ. 4, 5, 5 Simulato quaſi eas prorſum in nauem. Cato *apud* Feſtum, Camerini — cum Romam venirent, prorſus deuertebantur pro hoſpitibus ad amicos ſuos. Prorſus ibat res, *i. Bene ſuccedebat* Cic. Att. 14, 20 *extr.* Ter. Hec. 3, 1, 35 Trepidari ſentio, curſari rurſum prorſum. *Vbi* Donatus, Rurſum proprie Retro: Prorſum Ante ſignificat: et eſt prouerbiale, vt dicimus Surſum deorſum, intro foras, hac illac, et ſimilia. Non. 4, 402 *laudatur* Varro Andabat. Mortales multi rurſus ac prorſus meant. *Et* Ennius Andromeda, Rurſus prorſus reciprocat fluctus feram.

PROSVM, *i.* Prorſum, *Antrorſum.* Afranius *apud* Feſtum in Remeare, Vetuit me ſine mercede proſum paucius (*Scal.* Paccius) remeare in ludum. *Sic* Suſum *dixere pro* Surſum.

PRORSVS, a, um. Porro verſus. *Rectum ſignificat.* *Inde* Prorſi limites dicuntur in agrorum menſuris, Qui ad Orientem directi ſunt: *vt ait* Feſtus. Prorſi limites dicti, qui ſpectabant ad Orientem: tranſuerſi, qui ad Meridianum: Hyginus de Limit. p. 151 *Goeſ.* Prorſa oratio, Soluta, quam non inflexit cantilena Donat. in Ter. Eun. 2, 3, 14. Apul. Flor. 4 p. 361 Prorſa et vorſa facundia. *Ita antique pro* Proſa.

PROSVS, a, um. *Idem plane quod* Prorſus *et* Suſum Surſum *etc.* *Laudatur verſus* Ennii, Ruſus proſus reciprocat fluctus feram, *vt* fluctus *alius ducatur* Ruſus, Proſus *alius.* *Sed nondum inueni verſum, niſi apud* Non. 4, 402 *qui pro Aduerbiis* rurſus *retro, et* prorſus, *citat* Ennium Andromeda, Rurſus prorſus reciprocat fluctus feram. *Ita neque Aduerbium* Proſus *pro* Prorſus *apud* Salluſt. Catil. 25 *extr.* *aut alias hodie inuenias.* *Fuiſſe tamen veteribus in vſu tale Adiectiuum, ſatis indicat* Proſa Dea, *et* Proſa Oratio. *Nempe* ¶ 2 Proſa *Dea; de qua* Gell. 16, 16 *ex* Varrone, Quando, *inquit*, contra naturam, forte conuerſi in pedes pueri, brachiis plerumque diductis retineri ſolent, aegrius tunc mulieres enituntur. Huius periculi deprecandi gratia, arae ſtatutae ſunt Romae duabus Carmentibus; quarum altera Poſtuerta nominata eſt, Proſa altera, a recti peruerſique partus et poteſtate et nomine. ¶ 3 Proſa [πεζὸς, λόγος] *dicitur Oratio ſoluta, quaſi* Profuſa. Gell. 10, 18 *extr.* Exſtat nunc quoque Theodori tragoedia, quae inſcribitur Mauſolus: in qua eum magis, quam in proſa placuiſſe Hyginus refert. Quinctil. 1, 5, 13 Sed in proſa quoque quaedam iam recepta immutatio. *Et* 1, 8, 2 Sit autem lectio (*Poëtarum*) non quidem proſae ſimilis, quia carmen eſt. Auſon. Profeſſ. Burdigal. 21, 14 Proſa ſolebat et vorſa loqui. *Idem ibid.* 3, 4 Seu proſis ſolueret ora modis. *Vid. Caſaub. ad* Lamprid. Alex. Seuer. c. 59 *et Scalig. Auſon. Lect.* 1, 14. Paterc. 1, 17, 3 Oratio ac vis forenſis, perfectumque proſae eloquentiae decus. Proſa oratione prioribus ſubnectentur exordiis Columel. 10 praef. *Conf.* Plin. 5, 29. *et* 7, 56. ¶ 4 Proſa pexa tunica, πεζὸν ἱμάτιον Gloſſ. Lat. Gr. *vid.* PROSARIVS n. 2.

PROSAĬCVS, a, um. Adi. [πεζικός] Plin. 7, 56 Proſaicam orationem condere Pherecydes Syrius inſtituit. Idem 5, 29 Cadmus primus proſaicam orationem condere inſtituit. *Al.* Proſam. Fortunat. Carm. 7, 11 Proſaico quoties direxi ſcripta relatu. Idem Vit. Martin. 2 *extr.* Cuius proſaicus cecinit prius acta ſeuerus.

PROSARIVS, a, um. Adi. Sidon. Epiſt. 3 *vlt.* Comperi quod meas nugas confectas opere proſario lectione digneris. Idem Epiſt. 9, 13 Proſario loquendi genere diſtrictus. Idem ibid. 16 *extr.* ¶ 2 Ars proſaria *etiam eſt, quae tunicas pexas curat:* *Vid. Salmaſ. de Vſur. p.* 342. Proſariae artis negotiator, *qui veſtes pexas vendit in* Inſcript. ad Gruter. *Vid.* PROSVS n. 4.

PRORVMPO, rūpi, ruptum, ĕre. [ἐκρηγνύω] *cum impetu prodire.* Virg. Georg. 1, 98 Rurſus in obliquum verſo prorumpit aratro. Caeſ. B. G. 5, 15 Nouo genere pugnae perterritis noſtris per medios audaciſſime proruperunt. Virg. Aen. 10, 379 Haec ait, et medius denſos prorumpit in hoſtes. In Aciem prorumpere, *vid.* ACIES. Caeſ. B. G. 3 *extr.* Celeriter ad eas Munitiones peruenerunt, atque proruptis his, prius in hoſtium caſtris conſtiterunt, quam plane ab his videri, aut quid rei gereretur cognoſci poſſet. *Al.* Prorutis. Peſtis prorumpet qua poterit Cic. pro Muraen. 85. Vox prorumpit in auras Sil. 3, 699. Eo prorumpit hominum cupiditas, et ſcelus, et audacia, vt non modo clam, verum etiam hic in foro caedes futurae ſint Cic. pro Roſc. Amer. 12 c. 5. Prorumpere, *Actiuum*, Vltra emittere, euomere; vnde Proruptum mare, Effuſum fluensque, *inquit* Seruius. Virg. Aen. 3, 572 Horrificis iuxta tonat Aetna ruinis, Interdumque atram prorumpit ad aethera nubem. Seruius *accipit pro* Euomit, *aſſerens* nouam hanc eſſe locutionem. Non enim dicimus, Ego prorumpo hanc rem. *Hoc modo vſus eſt* Ter. in Eun. 3, 5, 2 Iamne erumpere licet hoc mihi gaudium? *Conf. Drakenb. ad* Sil. 12, 438. Prorumpit fons ab vna parte, *h. e. Magno impetu profluit et oritur.* Caeſ. B. G. 8, 41 Sub ipſius enim oppidi murum magnus fons prorumpebat ab ea parte, quae fere pedum CCC interuallo fluminis circuitu vacabat. Prorumpor, *forma paſſiua:* Lucret. 6, 435 Hinc prorumpitur in mare venti Vis, et feruorem mirum concinnat in vndis, *i. prorumpit ſe.*

PRORVPTVS, a, um. Partic. [κατεῤῥηχθείς] *vt*, Cic. pro Roſc. Amer. 68 c. 24 Niſi prorupta audacia, niſi tanta temeritas, vt non procul abhorreat ab inſania, *i. quae prorupit in omne ſcelus.* Mare proruptum Virg. Aen. 1, 250. *vid. Drakenb. ad* Sil. 3, 51. Sudor proruptus Id. ib. 7, 459. *i. Profuſus.*

PRORVPTIO, ōnis. f. Mart. Capell. 6 p. 201 Vndarum proruptio. Impetulantis proruptionis ſonitus Idem 7 p. 271. *de riſu.* Simulata proruptio hoſtium, *i. Eruptio* Aur. Vict. de Caeſ. c. 33.

PRORVPTOR, ōris. m. Ammian. 24, 5 Proruptores alii iumenta intercipiunt.

PRORVO, rui, rŭtum, ĕre. [καταῤῥήγνυμι, καταράσσω] *Proiicere, facere vt aliquid cadat.* Liu. 22, 5 *De terrae motu*, Mare fluminibus inuexit, montes lapſu ingenti proruit. Vrbes terrarum motibus prorutae ſunt Sen. Q. N. 7, 28. Liu. 26, 13 Albam, vnde ipſi oriundi erant, a fundamentis proruerunt: ne ſtirpis, ne memoria originum ſuarum exſtaret. Columel. 12, 43 Tum vinaceorum pes bene praelo expreſſus, proruitur. In caput proruit Valer. Argon. 7, 600. In hoſtem Curt. 4, 16, 6. In trituram proruere Varr. de R. R. 1, 13. Proruere ſe foras, *Prorumpere* Ter. Eun. 3, 5, 51. Aciem hoſtilem proruere, *vid.* ACIES. Liu. 9, 14 Quum pars foſſas explerent, pars vellerent Vallum, atque in Foſſas proruerent. In Faciem caeli proruunt ſeniores Chryſol. Serm. 6. Lucret. 3, 824 Neque autem corpora deſunt, Ex infinito quae poſſint forte coorta Proruere hanc mentis violento turbine Molem. Hor. Carm. 1, 35, 13 *ad Fortunam*, Iniurioſo ne pede proruas Stantem columnam. Proruere hanc rerum violento turbine Summam Lucret. 5, 369.

PRORŬTVS, a, um. Partic. [καταῤῥαχθείς] Liu. 4, 29 Dictator proruto vallo iam in caſtra praelium intulerat. *Al.* Prorupto. *Sed conf. Gronou. ad l.* Vell. 2, 63, 1. Proruti lapidum cumuli Curt. 2, 3, 7. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 1, 373. Gramina proruta Stat. Theb. 4, 819.

PROSA, PROSAICVS *etc.* *vid. paullo ante ſub* PRORSVS, a, um.

PRŌSAPIA, ae, *vel* PROSAPIES, ēi. f. *Progenies antiqua.* [Proſapies, γένος καταγωγή Gloſſ. Vet. proſapia, ἐκ προγόνων εὐγένεια καὶ συγγένεια ibid.] Cato *ap.* Non. 1, 343 Veteres proſapiae. Plaut. Curc. 5, 2, 3 De coelitum proſapia te eſſe arbitror. Cic. de Vniuerſ. 35 c. 11 Deinceps Iouem atque Iunonem reliquos fratres inter ſe, agnatosque vſurpare atque appellare ſolemus, et eorum, vt vtamur veteri verbo,

verbo, proſapiam. Quinctil. 1, 6, 40 *Teſtatur* Proſapia eſſe verbum inuſitatum. *Et* 8, 3, 26 Vniuerſam eius proſapiam inſulſum *pronuntiat.* Feſtus, Proſapia, progenies: id eſt porro ſparſis, et quaſi iactis liberis: quia ſipare, ſignificat iacere et diſiicere. Non. 1, 343 Proſapies, generis longitudo, dicta a proſupando, *i.* proſerendo. Negat Patrum proſapia Prudent. de Nat. Dom. v. 89. Illuſtratori proſapiae ſuae Inſcript. Reineſ. p. 463. Veteres proſapiae conſulares et cenſociae Apul. Apol. p. 286. Prudent. Pſych. Praef. 36 Ne quam fidelis ſanguinis proſapiam. Idem Rom. 180 Proſapiem. Magna et vetere proſapia Sueton. Galba c. 2. Veteris proſapiae et multarum imaginum homo Salluſt. in Iugurth. c. 85.

PROSAPODOSIS, is. f. [προσαπόδοσις] Quinctil. 9, 3 Figura cum *pluribus* ſententiis *ſua cuique* ratio ſubiicitur.

PROSCENIVM, i. n. [προσκήνιον] *Locus ante ſcenam porrectus, vbi pulpitum excitatum erat, quo actores fabularum prodirent, ita vt ſcena altior eſſet pulpito: pulpitum autem altius orcheſtra, quae ipſa locus erat ſaltantium. Haec Budaeus.* Plaut. Amph. Prol. 91 Etiam hiſtriones anno cum in proſcenio hic Iouem inuocarunt. Liu. 40, 51 Theatrum et proſcenium ad Apollinis aedem, Iouis in Capitolio, *etc.* Vitr. 5, 6 Linea ducatur, quae diſiungat proſcenii pulpitum et orcheſtrae regionem. *Inter edictiones comicas* Plaut. Poen. Prol. 17 *eſt,* Scortum exoletum ne quis in proſcenio ſedeat. Plauti Truc. Prol. 10 Athenae iſtae ſunto, ita vt hoc eſt proſcenium, tantiſper dum tranſigimus hanc comoediam. Hic habitat mulier *etc.* *Itaque Prologus recitatur, et perſonae agunt in ipſo proſcenio. Nempe* Baccho caper omnibus annis caeditur, et veteres Ineunt proſcenia ludi Virg. Georg. 2, 381. Seruius *ad h. l.* Primi ludi theatrales ex Liberalibus (*Baccho ſacris*) nati ſunt — Proſcenia autem ſunt pulpita ante ſcenam, in quibus ludicra exercentur. Sueton. Neron. c. 12 Ludos ſpectauit e proſcenii faſtigio. Apul. Met. 3 p. 130, 16 Tunc me per proſcenium medium velut quandam victimam publica miniſteria perducunt, et orcheſtrae mediae ſiſtunt. Inſcript. *apud Reineſ.* p. 298 THEATRVM ET PROSCENIVM REFECERE.

PROSCHOLVS, i. m. *Promagiſter, ſubdoctor.* Auſon. Profeſſ. Burdigal. 22 *Inſcriptum eſt* Victorio Subdoctori ſiue Proſcholo. *vid. Scalig. Lect. Auſon.* 1, 15. *vel Faber Agoniſt.* 26. Auguſtin. de Verbis Apoſt. Serm. 19 c. 7 Tam pauper, vt proſcholus eſſet Grammatici.

PROSCINDO, ſcĭdi, ſciſſum, ĕre. *Progreſſu et linea quadam ſcindere. Vnde dicimus,* Proſcindere terram, *quum primum eam aramus.* Varr. de R. R. 1, 29, 2 Terram cum primum arant, proſcindere appellant; cum iterum, offringere dicunt; tertio cum arant iacto ſemine, lirare dicuntur. Columel. 2, 2, 21 Antiquiſſimi fere omnes formam huius operis conſcripſere, quam velut ſcita legemque in proſcindendis agris ſequantur agricolae. Aequor roſtro carina proſcindit Catul. 62, 12. Campum ferro Ouid. Met. 7, 119. Glebas Varr. de L. L. 6, 4. Litus aratro Ouid. Epiſt. 17, 139. Quercum ferro Lucan. 3, 434. Solum terrae Lucret. 5, 1294. Terram aratris Lucret. 5, 210. Terram iuuencis validis Virg. Georg. 2, 237. ¶ 2 *Metaph.* Proſcindere aliquem, *per tranſlationem, pro Infamare, contumeliis laceſſere et lacerare:* Sueton. Aug. c. 13 Hunc foediſſimo conuicio coram proſciderunt. Plin. 33, 1 Vtinamque poſſet e vita in totum abdicari Aurum, ſacra fames, vt celeberrimi auctores dixere, proſciſſum conuiciis ab optimis quibusque, et ad perniciem vitae repertum. *Etiam ſimpliciter,* Ouid. ex Pont. 4, 16, 47 Ergo ſubmotum patria proſcindere, liuor, Deſine, neu cineres ſparge, cruente, meos.

PROSCISSVS, a, um. Partic. Aequor proſciſſum Virg. Georg. 1, 97. *i.* Terra quam iam arauerat, Seruius. Armi proſciſſis natant palearibus Stat. Theb. 3, 332. *i. Vulneratis.* Pectus proſciſſum vulnere Idem ib. 10, 439. ¶ 2 *Subſtant.* Columel. 2, 2, 25 Bubulcum autem per proſciſſum ingredi oportet.

PROSCISSIO, ōnis. f. Columel. 6, 2 Neue adhuc tenera colla dura proſciſſione terrae contundant. Columel. 2, 13 Seſami ſextarii ſex tribus iugis a proſciſſione coluntur.

PROSCRĪBO, pſi, ptum, ĕre. [προγράφω] *Aliquid in Conſpectum hominum per ſcripturam proponere et publicare.* Vlpian. l. Sed etſi pupillus ff. de Inſtitor. Act. Proſcribere palam ſic accipimus, claris literis, vt de plano recte legi poſſint, — non in loco remoto, ſed in euidenti. Eo die Kal. Martias proſcriberet Cic. Verr. 2 c. 52. Multa graece latineque proſcripta aut vulgata ſunt Suet. Ner. c. 39. *Sic* Proſcribi domus *dicuntur, quando appoſita inſcriptione, venales, vel locandae ſignificantur.* Cic. Offic. 3, 68 Itaque Calpurnius quum demollitus eſſet, cognoſſetque Claudium aedes poſtea proſcripſiſſe, *etc.* Idem ib. 3, 55 c. 13 Ille quod non placebat, proſcripſit; tu quod placebat, emiſti. Racilius tabulam proſcripſit, ſe familiam Catonianam venditurum Cic. Qu. Fratr. 2, 5. Plin. Epiſt. 7, 11 *pr.* Miraris quod Hermes libertus meus, hereditarios Agros, quos ego iuſſeram proſcribi, non exſpectata auctione, pro quincunce, ex ſeptingentis millibus Corelliae addixerit. Bona proſcribere Cic. pro Quint. 51. Id. ib. 15 Quum aeris alieni aliquantum eſſet relictum, quibus nominibus pecuniam Romae curari oporteret, auctionem in Gallia P. hic Quintius Narbone ſe facturum eſſe proſcribit earum rerum, quae ipſius erant priuatae. Cic. Fam. 7, 30 Ergo fructus eſt tuus, mancipium eſt illius: quod quidem ſi inter ſenes coëmtionales venale proſcripſerit, egerit non multum. Itaque ſeſe ſcripturum aiebat, vt venationem etiam, quae poſtridie ludos Apollinares futura eſt, proſcriberent III Id. QVINCT. Cic. Att. 16, 4. Proſcribere aliquem, *edicto propoſito aliquem ciuitate eiicere, propoſita morte impune a quouis inferenda, ſi intra certum numerum lapidum deprehendatur, et bonis illius publicatis, vel potius proſcribenti attributis.* Cic. pro Domo 44 Hanc vos igitur Pontif. iudicio atque auctoritate veſtra Tribunoplebis poteſtatem dabitis, vt Proſcribere poſſit quos velit? Quaero enim, quid ſit aliud proſcribere, Velitis iubeatis, vt M. Tullius in ciuitate ne ſit, bonaque eius vt mea ſint: ita enim fecit, etſi aliis verbis tulit. Sueton. Caeſ. c. 49 Miſſa etiam facio edicta Bibuli, quibus proſcripſit Collegam ſuum. Paterc. 2, 66, 2 Inſtauratum Sullani exempli malum, proſcriptio. Nihil tam indignum illo tempore fuit, quam quod aut Caeſar aliquem proſcribere coactus eſt; aut ab illo Cicero proſcriptus eſt. Sullani exempli malum *vocat. Ille enim inuentor rei, de qua paſſim queritur* Cicero *in* or. pro Roſc. Am. *v. g.* 16 c. 6 Quum proſcriberentur homines, atque ex omni regione caperentur ii, qui aduerſarii fuiſſe putabantur. *Add.* 125 c. 43 *et, vbi liberius agit* de L. Agr. 3, 5 c. 2. *vid* PROSCRIPTIO.

PROSCRIPTVS, a, um. Part. [προγεγραμμένος] Ager proſcriptus Cic. Att. 16, 16. Iſte locare incipit non proſcripta neque edicta die Cic. Verr. 1, 141. Horti quam in diem proſcripti ſint, velim ad me ſcribas Id. Att. 12, 48. Poſſeſſiones venales ac proſcriptas hac lege video Cic. de Lege Agrar. 3, 13 c. 4. *Relegatus:* Id. Att. 2, 1 Quinta de proſcriptorum filiis. Lex Cornelia proſcriptum iuuare vetat Cic. Verr. 1, 123 c. 47. Rex proſcriptus Hor. Serm. 1, 7, 1. Cuius pudoris dignitas proſcripta Petron. c. 106. In proſcriptorum numero eſſe Salluſt. Catil. c. 51. *Conf.* Nepos 25, 11, 1. *et* 25, 12, 4. *vel Lex. Pitiſc.*

PROSCRIPTIO, ōnis. f. [προγραφή, ἀπογραφή] *Proſcribendi actus, in primis vero res illa omnium crudeliſſima, a Sulla poſt deuictum Marium inuenta, de qua vid. Plut. in Vita* p. 472. *Verbo, proſcripſit nomina eorum, quos iuberet interfici: qui recepiſſet et ſeruaſſet proſcriptum, vt ipſe capite lueret: nec fratrem vel filium, vel parentes excepit: percuſſori praemium ſtatuit, etiam ſi ſeruus dominum, patrem filius interemiſſet: proſcriptorum liberi nepotesque infamia notati, bona autem publicata, et addicta ſectoribus etc. Armauit illum lex* Valeria, *de qua* Vet. Schol. *ad* Or. pro Roſc. Am. 125 c. 43 Valerius Flaccus praetor — tulit legem, Quidquid Sulla dixiſſet, lex eſſet. Si quid ergo ad populum tuliſſet Sulla, valebat lege Cornelia: ſi quid voluiſſet facere, et non tuliſſet ad populum, hoc valebat lege Valeria. *De hac ipſe* Cic. de L. Agr. 3, 5 c. 2 *videndus eſt.* Cic. pro Cluent. 118 Ne ſubſcriptio Cenſoria non minus calamitatis ciuibus quam illa acerbiſſima proſcriptio poſſit afferre. Paterc. 2, 28 Primus Sulla exemplum proſcriptionis inuenit. Proſcriptionis miſerrimum nomen Cic. pro Domo 43. Proſcriptiones locupletum Id. in Parad. 6. Capitis proſcriptio Cic. de Prouinc. Conſul. 45. Non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſt informata Id. Att. 11, 6. Id. pro Flacc. 74 c. 44 Emtiones falſas, praediorum proſcriptiones cum mulierculis aperta circumſcriptione feciſti. Quum de capite ciuis et de bonis proſcriptio fertur Cic. pro Sext. 65 c. 30. Cauete per deos immortales, ne noua et multo crudelior per vos proſcriptio inſtaurata eſſe videatur Cic. pro Roſc. Amer. 153. Quum caput meae proſcriptionis recitaretur Idem Poſt Redit. in Senat. 4.

PROSCRIPTOR, ōris. m. [προγραφεύς] Plin. 7, 12 Adeoque tempeſtiuam admirationem intulit, vt ille proſcriptor animus, mero et contumelia furens, non aliud in cenſu maius, et in fortuna ſua duceret.

PROSCRIPTVRIO, is, īre. *Deſideratiuum Verbum.* Cic. Att. 9, 10 Sed mediusfidius turpe nobis puto eſſe de fuga cogitare. Hoc turpe Cn. noſter biennio ante cogitauit: ita Sullaturit animus eius, et proſcripturit iamdiu. Sullaturire, *eſt cupere Sullam imitari:* Proſcripturire, *proſcriptiones ciuium meditari ac moliri.* Quinctil. 8, 3 Nec a Verbis modo, ſed a Nominibus quoque deriuata ſunt quaedam: vt a Cicerone, Sullaturit; et ab Aſinio, Fimbriatum, et Fibulatum. *Conf.* Idem 8, 6.

PROSĔCO, ſecui, ſectum, āre. *Secare.* Plaut. Poen. 2, 1, 8 Vetuique exta proſecarier. *Quidam MSS.* Proſicarier. *Nempe* I *pro* E *etiam alias hoc verbum admittit. vid. Voſſ. Etymol. voce* Proſecta. *Sicut etiam* Non. 2, 62 Naeuii *verba laudat,* ſimul atrocia Proſicerent exta miniſtratores. *Sic Mercer. Sed Gothofr.* Porricerent. Cato 134, 4 Vbi exta proſecta erunt, Iano ſtruem commoueto. *Habet editio Ienſoniana* porrecta, *quod etiam aliis placet. Sed maior auctoritas* Proſecta *tuetur.* Liu. 5, 21 Qui eius hoſtiae exta proſecuiſſet. Exta *cocta ſolebant proſecare veteres, ac partem adolebant partem conſecrabant, ſacerdotibusque dabant: partem ſibi apponebant: ſic luſtralibus extis veſcuntur apud Maronem. Turnebus.* Tertul. Apol. c. 46 Aeſculapio gallinacium proſecari. *Adde Caſaub. et Torrent. ad* Sueton. Auguſt. c. 1 Semicruda exta rapta foco proſecuit. Lactant. 3, 20, 16 Socrates — ante mortem familiares ſuos rogauit, vt Aeſculapio gallum, quem vouerat, proſecarent. Id. 4, 27, 5 Inſtigantibus iisdem daemonibus, quibus proſecant. Id. Epit. 23, 3 Eidem Saturno Carthaginienſes non modo infantes proſecabant. *Et* 37, 5 *de illo gallo Socratis,* Et quia eum proſecare ipſe non potuit *etc. Sed omnibus locis variatur. Multitudinem codicum ſecutus Bunemannus* Proſecrandi *verbum vbique expreſſit. Sed* Plin. Epiſt. 5, 6, 10 Solum, quum primum proſecatur, *i. proſcinditur.*

PROSECTVS, a, um. Part. Cato R. R. 134, 4 Vbi exta proſecta erunt. *Hinc*

PROSECTVM, i. n. Varro de L. L. 4, 22 p. 28, 32 Inſicia ab eo, quod inſecta caro, vt in carmine Saliorum eſt; quod in extis dicitur nunc proſectum. *Conſuetius* Proſecta, orum: *dicta ſunt ab antiquis Viſcera, quae in ſacrificiis proſecuiſſent.* Lucan. 6, 738 Si pectora plena Saepe dedi, et laui calide proſecta cerebro. Non. 3, 179 Proſecta, exta, quae aris dantur ex fibris pecudum diſſecta: ſunt generis neutri. Licinius Macer Ornithogonia, Vulgari toſta vapore Cum virgis proſecta ferunt. Val. Flacc. 3, 439 Tunc piceae mactantur oues proſectaque partim Pectora *etc. Sic* Cuius vt impoſuit proſecta calentibus aris Ouid. Met. 12, 152. Sic vbi libauit proſecta ſub aethere ponit Idem Faſt. 6, 163. Vbi auerſo dederat proſecta Tonanti Stat. Theb. 5, 641. *vid. Barth. Conf. infra* PROSICIAE, *et* PROSICIVM.

PROSECTA, ae. f. Lucil. 14 Coenam inquit nullam neque diuo proſectam vllam: *ap.* Non. *d. l.*

PROSECTVS, ûs. m. Apul. Met. 8 p. 203, 20 Quanto crederet ferri vulnera ſimilia futura proſectu (*Datiuo caſu*) dentium. *Et* Eodem 8 p. 214 Proſectu gladiorum, ictuque flagrorum.

PROSECTIO, ōnis. f. Saluian. de Gub. Dei 6 p. 145 Adhibent duram ferri proſectionem.

PROSECTOR, ōris. m. Tertull. de Anima c. 25 Maiorum quoque proſector Herophilus.

PROSECRO, āre. *Verbum, quod habent plerique MSS. Lactantii, iis locis, quae dedimus paullo ante in* PROSECO.

PROSECVTVS, **PROSECVTIO**, *etc. vid. poſt* PROSEQVOR.

PROSĒDA, ae. f. [πόρνη] Meretrix dicitur, *auctore* Feſto, quod ante ſtabula ſedeat. Plaut. Poen. 1, 2, 54 An ibi vis inter iſtas verſarier proſedas piſtorum amicas, relliquias alicarias? *vid. Barth. Adverſ.* 40, 7.

PROSEDĂMVM, *vel* **PROSEDANVM**, i. n. *Vitium eſt arietibus et hircis circa coitum proueniens ex nimio labore. Huic morbo ruſtici medentur genere ſatyrii, quod crategonon appellant, quum in cibum porrigitur.* Plin. 26. 10 ſ. 63 *De ſatyrio,* Arietibus quoque et hircis ſegnioribus in potu dari. Et a Sarmatis equis ob aſſiduum laborem pigrioribus in coitu, quod vitium proſedamum vocant.

PROSELĒNVS, a, um. Adi. [προσέληνος] *Arcadum epitethon eſt, qui ſe*

ſe πρὸ τῆς σελήνης, id eſt ante Lunam fuiſſe gloriabantur. Seruius *ad* Virg. Georg. 2, 342 Hunc ordinem propter Arcadas tenuit, qui ſe Proſelenos eſſe aſſerunt; id eſt, ante lunam natos: quod et Cicero in Fundaniana commemorat *etc. vid. Sigon. et Graeuius ad Fragm. huius Orat. n.* 6. Stat. Theb. 4, 275 Arcades hulc veteres aſtris Lunaque priores, Agmina fida datis.

PROSELY̆TVS, i. m. [προσήλυτος] *Aduena, nouus, peregrinus, a verbo Graeco προσελεύθω, quod eſt aduenio.* Proſelyti *Hebraeis, qui ex Ethnicis, legibus Moſis et caerimoniis initiati Iudaiſmum profitebantur, non illi quidem gente, ſed adoptione Iudaei.* Lucas in Rebus Geſtis Apoſt. 2, 10 Iudaei quoque et Proſelyti. Iſidor. 7, 14 Proſelytus eſt aduena, qui miſcebatur populo Dei. *Conf.* Tertull. Aduerſ. Iud. c. 1. *et adu.* Marc. 3, 21. Vulg. Act. Apoſt. 2, 11.

PROSĒLY̆TA, ae. f. *Femina, quae ad Iudaeos tranſit. vid. Sponii Miſc. Sect.* 378.

PROSEMĬNO, āre. [κατασπείρω] Cic. in Horteuſ. *apud* Non. 3, 152 Vel in tegulis proſeminare oſtreas.

PROSEMINATVS, a, um. Partic. Lactant. 6, 10 Non per omnem terram nati ſunt homines tanquam ex Draconis alicuius dentibus proſeminati, vt Poëtae ferunt. *Al.* Praeſeminati. Cic. de Orat. 3, 58 c. 16 *extr.* Nam quum eſſent plures orti fere a Socrate, quod ex illius variis et diuerſis, et in omnem partem diffuſis diſputationibus alius aliud apprehenderit, proſeminatae ſunt quaſi familiae diſſentientes inter ſe, et multum disiunctae et diſpares.

PROSENTIO, īre. Si proſenſerit miles, nihil hinc ferri poterit Plaut. Mil. 4, 4, 16. *Sic Gronou. nulla varietatis mentione facta.*

PROSĔQVOR, ĕris, ſecūtus ſum, ſequi. [κατακολουθέω] *Vltra, ſiue poſt ſequi, deducere.* Caeſ. B. G. 5, 50 Longius proſequi veritus, quod ſiluae paludesque intercedebant. Cic. Verr. 4, 77 Ture, odoribusque incenſis vsque ad agri fines proſecutas eſſe? Proſequi decedentem domum Liu. 2, 31 *extr.* Plaut. Caſin. 4, 2, 4 Nam nouum maritum hinc, et nouam nuptam volo rus proſequi. Proſequi, et domum reducere Martial. 11, 25. Cum equis aliquem proſequi Cic. Q. Frat. 2, 12. Virg. Aen. 6, 898 His vbi tum, natum dictis, vnaque Sibyllam Proſequitur, *i. inter deducendum loquitur.* Oculis abeuntia vela Ouid. Epiſt. 5, 55. Odore proſequitur Plin. 11, 17. *Al.* Perſequitur. Viſu proſequimur illos Stat. Theb. 5, 483. Ventus proſequitur euntes a tergo Virg. Aen. 5, 130. Exſequias alicuius Ouid. Triſt. 1, 7, 14. Cic. pro Cluent. 101 Poſtremo etiam fortaſſis mater exſequias illius funeris proſecuta, mortem ſe filii lugere ſimulaſſet. ¶ 2 *Parit formulas plures, in quibus non tam ad comitatum aliquem et deductionem, quae fit corpore, quam ad animi quandam aduerſionem et affectum vel ſecundum vel infeſtum reſpicitur. Exempla ſola rem poſſunt declarare. Sic* Donis proſequi Liu. 39, 55. Cic. pro Planc. 73 Is me in diſceſſu meo non lacrimis ſolum ſuis, ſed animo, corpore, copiis proſecutus eſt. Ab vltimo repetere, et longe proſequi *int.* Oratione Auct. ad Herenn. 1, 15. Altius proſequi, *vid.* ALTIVS. Latius, quae cuiusque affectus natura ſit, proſequamur Quinctil. 5, 8. Et id non proſequar longius, quam mea fides poſtulabit Cic. pro Roſc. Amer. 83 c. 30. Ne haec difficiliora eſſe ad proſequendum videantur Id. de Orat. 3, 186. Cic. Tuſc. 1, 28 Quid, totum prope caelum, ne plures proſequar, nonne humano genere completum eſt? *i. Vt alios taceam.* Proſequi vsque ad extremum Senec. de Benef. 2, 11. Proſequi atque imitari Antiquitatem, *vid.* IMITOR. Alloquiis blandioribus medici proſequuntur cibos voluptate carentes Plin. Epiſt. 1, 8. Amore profectionem alicuius Cic. Fam. 15, 21. Id. Verr. 3, 94 Quemcunque equitem Romanum in prouincia viderant, Beneficiis ac liberalitate proſequebantur. Beneuolentia vero opportunitatem mortis illius potius quam miſericordia proſequamur Cic. de Clar. Orat. 4. Mirabilis eum omnium Beneuolentia proſecuta eſt Cic. Fam. 15, 15. Dicto improbum factum alicuius Columel. 8, 16. *i. Improbo facto dictum non minus improbum adiicere.* Exiſtimatio bona vt eum vsque ad rogum proſequatur Cic. pro Quint. 99 ſ. *extr.* Fletibus natos, laetitia defunctos proſequuntur Quinctil. 5, 11 *ſub fin.* ſ. 38 *de quibusdam nationibus.* Cic. de Amicit. 23 Quocirca et abſentes adſunt, et egentes abundant, et imbecilli valent, et (quod difficilius dictu eſt) mortui viuunt: tantus eos Honos, memoria, deſiderium proſequitur amicorum. Cic. Fam. 13, 63 Itaque primum tibi ago gratias, quod me omni moleſtia liberas; deinde Impudentia proſequor. Sed idem ſarciam. Paterc. 2, 92 *extr.* Praeſentia Inuidia, praeterita veneratione proſequimur. Lacrimis proſequi mortuos Liu. 25, 26. Lacrimis linquentem terram Cic. pro Planc. 26. Lamentis lacrimisque aliquos tanquam exſtinctos Liu. 25, 38. Columel. 12, 3 Horum erat officium, eos, qui legibus parerent, Laudibus proſequi. Laudes alicuius ad cantum proſequi Cic. de Legib. 2, 61. Laureatis geſta Tacit. in Agric. 18 *int.* Literis. Libello memoriam alicuius Plin. Epiſt. 3, 10. *i. Honeſtis ſcriptis memorare.* Memoria aliquid Quinctil. 10, 7. Memoria grata alicuius virtutem Cic. Philipp. 14, 30. Memoria immortalitatis proſequi aliquorum gloriam *dicuntur* literae: *h. e. Scripta aliquorum laudes complectentia* Cic. Philipp. 2, 33. Mentionem alicuius cum honore ſummo Plin. Epiſt. 159. Nomen alicuius animis clariſſimis Cic. Philipp. 3, 10. Officiis omnibus aliquem Id. Fam. 15, 10. Qui paternam amicitiam nullis ipſi officiis proſecuti ſunt Id. ibid. 6, 16. Officio ſuo facta alicuius Ouid. Faſt. 4, 724. Oratione aliquem liberaliter Caeſ. B. G. 2, 5. *conf. ib.* c. 11. Ordinem rerum Cic. in Partit. 14. Plauſu et clamore Memoriam alicuius Cic. Philipp. 10, 8. Praemio proſequuntur eos, qui ſtrenue atque induſtrie ſe geſſerunt Columel. 8, 14. Reliquias proſequare aui Cic. de Senect. 19. *Al.* Perſequare. Cic. Att. 3, 7 Quid enim eſt quod me retineat, praeſertim ſi Spes ea non eſt, quae nos proficiſcentes proſequebatur? *i. Quam habebamus.* Stilo rationem munificentiae Plin. Epiſt. 1, 8. Veneratione aliquid, *vid. paullo ante*, Inuidia proſequi. Verbis honorificis Cic. Tuſc. 2, 61. Verbis aliquem, *Conuitiis obiurgare, vel inſectari* Cic. in Catil. 2, 12. Verbis vehementioribus aliquem Cic. Verr. 4 (2) 73 c. 29 *extr.* Verſu paſcua Virg. Georg. 3, 340. *h. e. Deſcribere carmine.*

PROSEQVIVM a proſequendo; obſequium ab obſequendo dicuntur, Feſtus.

PROSEQVENS, entis. Partic. Hirt. B. Alex. c. 16 Suum quisque contubernalem; amicum, notum proſequens. Caeſ. B. C. 2, 44 In oppidum vectus proſequentibus compluribus ſenatoribus. *Superl.* Porc. Latro in Catil. Homo inimicitiarum proſequentiſſimus.

PROSECVTVS, a, um. Partic. Hirt. B. Alex. c. 15 Illum laudibus proſecutus. *vid. ſupra paſſim.*

PROSECVTIO, ōnis. f. Symmach. Epiſt. 7, 59 Largitas iucundior erit, ſi ei commendationem proſecutio opportuna praeſtiterit.

PROSECV̄TOR, ōris. m. l. 12 Cod. Theod. de Suſceptorib. Praepoſ. *etc. et* Cod. l. 9 de Curſu publ.

PROSECVTORIVS, a, um. Adi. Imp. Cod. 2, 7 l. 14 Scituri nec proſecutorias quidem ſacras poſthaec ſibimet poſtulandas, *int. Epiſtolas.*

PROSERO, ſeui, ſatum, ſerere. Non proſerit vllam flaua Ceres ſegetem Lucret. 4, 411. Proſeuit fruges Tertull. adu. Marc. Carm. 1, 6, 9. Ex artibus artes proſerere Grat. Cyneg. v. 9.

PROSATVS, a, um. Biſſula trans gelidum ſtirpe et lare proſata Rhenum Auſon. Eidyll. 7, 1. Chriſtus patre proſatus perenni Prudent. Periſt. 6, 46. *Conf.* Nemeſian. Ecl. 3, 63.

PROSERO, ſerui, ſertum, ſerere. *i. exſerere.* Linguam proſerere in tuſſiendo Plaut. Aſin. 4, 1, 50. *Add.* Auien. Phaenom. Arati v. 1111 *et* Deſcript. Orb. v. 342.

PROSERPO, pſi, ptum, ĕre. [ἐφερπύζω] *Serpendo in conſpectum venire.* Plaut. Aſin. 3, 3, 105 Fac proſerpentem beſtiam me, duplicem vt habeam linguam. Serpere et Proſerpere idem dicebant: vt Plautus qui ſcribit, Quaſi proſerpens beſtia Varr. de L. L. 4, 10. Plin. . . . Haec herba niſi ſata ſit, mire proſerpit. *Non habet Index Harduini.*

PROSERPENS, entis. Partic. *Praeter dicta vtitur* Ammian. 15, 20 Malum vltro proſerpens.

PRŎSERPĪNA, ae. f. [Περσεφόνη] *Iouis ex Cerere filia, coniux Plutonis, inferorumque adeo regina.* Ouid. Faſt. 4, 423 At neque Perſephone digna eſt praedone marito. Auguſtinus de C. D. 7, 20 Hanc ipſam *Varro* dicit ſignificare fecunditatem feminum. Quae cum defuiſſet quodam tempore, — exortam eſſe opinionem, quod filiam Cereris, id eſt ipſam fecunditatem, quae *a proſerpendo, Proſerpina* dicta eſſet, orcus abſtulerat, et apud inferos detinuerat. Quae res cum fuiſſet luctu publico celebrata — Dicit deinde multa in myſteriis eius tradi, quae niſi ad frugum inuentionem non pertineant. *Huius raptum deſcribit magnifico ſed imperfecto opere Claudianus: breuius* Cic. Verr. 4, 106: Seruius, Ceres, *inquit*, quum raptam a Plutone Proſerpinam filiam diu quaeſiſſet, tandem aliquando eam eſſe apud inferos comperit: pro qua re quum Iouis imploraſſet auxilium, ille reſpondit, poſſe eam reuerti, ſi nihil apud inferos guſtauiſſet. Illa autem iam punici mali in Elyſio grana guſtauerat: quam rem Aſcalaphus Stygis filius prodidit. Vnde Proſerpina ad ſuperos remeare non potuit. Hinc ait Lucanus (6, 739 Eloquar immenſo terrae ſub pondere) quae te Detineant Ennaea dapes. Sane Ceres a Ioue poſtea meruiſſe dicitur, vt Proſerpina ſex eſſet cum matre menſibus, ſex cum marito: quod ideo fingitur, quia Proſerpina ipſa eſt quae et Luna, quae toto anno ſex menſibus creſcit, ſex deficit, ſcilicet per ſingulos menſes quindenis diebus: vt creſcens apud ſuperos, deficiens apud inferos eſſe videatur. *Haec Seruius ad* Virg. Georg. 1, 38 Quamuis Elyſios miretur Graecia campos: Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrem. *Conf.* Stat. Theb. 12, 269. Regna Proſerpinae, *Inferi* Hor. Epod. 17, 2. Apul. Met. 3 p. 133, 25 Iam in peculio Proſerpinae et Orci familia numeratus, *i. morti deſtinatus.* Caſta Proſerpina Hor. Carm. 2, 13, 21. *Al.* Furua. Imperioſa Id. ibid. 2, 5, 110. Pulchra Virg. Aen. 6, 251. Saeua Hor. Carm. 1, 28, 20. Siculae regna Proſerpinae Sen. Herc. fur. 7.

PROSERPINĀCA, ae. f. *Herba vulgaris, eximii aduerſus ſcorpiones remedii. vid.* Plin. 27, 12. *et* 26, 4. Apul. de Herb. c. 18.

PROSERPINALIS, is. f. *Herba. Al. Dracontion.* Marcell. Empir. c. 9.

PROSEVCHE, es. *vel* PROSEVCHA, ae. f. [προσευχή] *Obſecratio vel oratio, quae ad Deum funditur. Sed apud Latinos* ¶ 2 Proſeucha, locus Iudaeorum, vbi orabant. Vet. Schol. *ad* Iuuen. 3, 296 Ede vbi conſiſtas, in qua te quaero proſeucha. *Turnebus*, Proſeuchae, *fana erant Iudaeorum, vt Alexandriae, Romae, et in aliis vrbibus: ſic nomen adepta, quod oracula quaedam eſſent, vel vt Chriſtiani loquuntur, oratoria. Philo de* proſeuchis, *quas Romae Iudaei habebant*, ἠπίςατο γοῦν καὶ προσευχὰς ἔχοντας, καὶ συνιόντας εἰς αὐτὰς, καὶ μάλιςα ταῖς ἱεραῖς ἑβδόμαις. *De Alexandrinis*, προσευχὰς ὅσας μὴ ἐδυνήθησαν ἐμπρήσεσι, καὶ κατασκαφαῖς ἀφανίσαι, διὰ τὸ πολλὰς ἀθρόας πλησίον οἰκεῖν Ἰουδαίους, ἕτερον τρόπον ἐλυμήναντο. *Quum autem ad eleemoſynam Iudaei dandum eſſent propenſiſſimi, eo ceu mendicorum conuentus coibat: ſed et Iudaei, et ipſi mendici, inuiſi erant omnibus: et mendici ea loca, quod domicilia non haberent, diuerſores interdum occupabant, in eisque cubabant, ideoque* proſeuches *nomen in contemtum abierat. Cleomedes Epicuri ineptias in philoſophia illudens dicit*, τὰ δὲ ἀπὸ μέσης προσευχῆς, καὶ τῶν ἐπ' αὐτῆς προσαιτούντων, Ἰουδαϊκά τινα καὶ παρακεχαραγμένα. *Haec ille ad* Iuuenalis *locum, Aduerſ.* 1, 19. *conf. Voſſ. Inſt. Orat.* 4 p. 91. *vel Sam. Petit. Varr. Lect.* 9. *Caeterum etiam arbores, ſub quibus precarentur, dictae* Proſeuchae. *Philo* . . . . . πάσας Ἰουδαίων προσευχὰς ἐδενδροτόμησε.

PROSFERARI, Impetrari Non. 2, 687. Lucil. 26 Nec minimo et prosferatur pax quod Caſſandram ſigno deripuit.

PROSICIAE, *et* PROSICIVM Vet. Gloſſ. Proſiciae, *αἱ τῶν θυμάτων ἀπαρχαί.* Al. Gloſſ. Proſicle ἀκροθίνια. Proſiciae *emendat Scal. ad* Feſtum Paulli, *qui ita* Proſicium, quod proſecatum proiicitur, *inquit* Paullus *apud* Feſtum. *Turnebus ex* Varrone Proſicies *declinat*, huius proſiciei, *atque* Proſiciem *vſurpaſſe antiquos pro Proſectis, id eſt pro extis ſectis, quae aris inferuntur.* Varro, Proſiciem extorum, vel in menſam proiicere. *ap.* Non. 3, 179. *qui laudat etiam* Proſecta *genere neutro, et* Proſectam *feminino, et interpretatur* exta, quae aris dantur, ex fibris pecudum diſſecta. *vid. ſupra* PROSECO *cum Deriuatis. Sed et* Proſicias *dicebant.* Arnob. p. 231 Quod ſi omnes has partes, quas proſicias dicitis, accipere dii amant, *etc.* Praeſicias *enim quod in eo ſcribitur, vitioſum eſt. conf. Salm. ad Sol.* p. 90 a F.

PROSIGNANVS, i. m. *Qui in ſecunda acie ſtat, quum anteſignanus in prima.* tum proſignanis, qui in ſecunda acie erant, imperauit, vt *etc.* Frontin. Strateg. 2, 3, 17. *conf. Keuchen. ad h. l.*

PROSILIO, ui, īui, *et* ii, ſultum, īre. [ἐκπηδάω, προθορέω] *Vltra, ſeu foras, vel ante ſalire, prorumpere.* Curt. 8, 1, 43 Rex e lecto repente proſiluit. Idem 7, 4, 20 Beſſus e conuiuio proſiliuit. Ter. Eun. 5, 8, 6 Hunc ego nunquam videram: et iam hic quidnam properans proſilit? Repente proſilire Cic. pro Cael. 62 c. 25. Temere Id. ibid. 63 c. 25. A ſede Liu. 2, 12. Ad certamen Senec. de Benefic. 1, 25. Ad accuſationem vltro proſilire Vlpian. in l. 3 §. vtrum D. de Senatusconſ. Sillaniano, *et* in l. Si cui, in princ. D. de Accuſat. Ex tabernaculo Liu. 28, 14. In campos proſiliit Stat. Theb. 10, 470. In campos apertos hoſtes proſiliunt Ouid. Faſt. 2, 228. In freta proſilit attonito pede Valer. Argon. 8, 21. In concionem proſilire Liu. 5, 2.

5, 2. In altitudinem proſilire *dicuntur* frutices, *pro Exſurgere et erumpere* Columel. 7, 6. Stratis proſiluit Valer. Argon. 1, 310. Toris altis proſilit Id. ibid. 6, 456. Lucan. 7, 78 — ipſae tua ſigna revellent, Proſilientque acies. Martial. 1, 34 Amiſſum non flet, quum ſola eſt Gellia, patrem: Si quis adeſt, iuſſae proſiliunt lacrimae. Natura vaga proſiliet frenis remotis Hor. Serm. 2, 7, 74. Scintillam ſubito proſiluiſſe ferunt Ouid. Faſt. 4, 796.

PROSALTOR, ōris. m. *Salmaſ. in* Capitolini Marcum c. 6. *ſic ait in antiquis* Gloſſis *reperiri, et perperam id in* Praeſultor *mutatum.*

PROSIMVRIVM, *aut* POSTMVRIVM, i. n. Pontificale pomoerium, vbi Pontifices auſpicabantur: dictum autem Pomoerium, quaſi promurum, id eſt proximum muro. Paullus *ex* Feſto. *Sed eſt longus etiam ipſius* Feſti *locus, a Scaligero pro derelicto habitus: ad quem tamen conati quaedam ſunt poſteri.*

PROSISTO, *vnde*

PROSISTENS, entis. Foliis in modum radiorum proſiſtentibus Apul. Met. 11 p. 269 *Elmenh.* p. 257 *Pric.* *i. prominentibus.*

PROSITA, Propoſita. Paullus *apud* Feſtum.

PROSLAMBANŎMĔNOS, i. m. [προσλαμβανόμενος] *Phthongus ita dictus a* Vitruu. 5, 4.

PROSŎCER, ĕri. m. [ἀντιπενθερὸς] *Vxoris auus vel mariti.* Plin. Epiſt. 5, 15 Eram cum proſocero meo, eram cum amita vxoris, eram cum amicis diu deſideratis, circumibam agellos. Ouid. Epiſt. 3, 74 Curque ſenex Nereus proſocer eſſe velit. l. 4 Dig. de Grad.

PROSOCRVS, ûs. f. Modeſt. l. 4 §. 6 D. de Gradibus, Proſocrus mihi vxoris meae auia eſt: ego illius ſum progener.

PROSODIA, ae. f. [προσῳδία] *Latine Accentus dicitur: eſtque Lex, ſiue regula ad eleuandam deprimendamue ſyllabam vniuscuiusque particulae orationis accommodata: Alio nomine apud Graecos τόνος dicta. Fit autem* Proſodia *a πρὸς Graeca Praepoſitione, quae ſignificat* ad: *et* ᾠδὴ cantus. Quinct. 1, 5, 22 Adhuc difficilior obſeruatio eſt per tenores — vel accentus, quas Graeci προσῳδίας vocant, cum acuta et grauis (*ſyllaba*) alia pro alia ponitur. Gell. 13, 6 Quas Graeci προσῳδίας dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum voculationes appellabant. *add.* Idem ibid. c. 24. *et* 18, 12.

PROSODIACVS, a, um. Numeri Mart. Capella 9 p. 334.

PROSONOMASIA, *errore quodam huc relata pro* Paronomaſia. *v. v.*

PROSOPIS, ĭdis. f. [προσωπὶς] Herba, quae alias Perſonacia Apul. de Herb. c. 36.

PROSOPITES. *Aegypti praefectura* Plin. 5, 9.

PROSŌPON. [Πρόσωπον] *Perſona eſt.* Martial. 6, 6 Comoedi tres ſunt, ſed amat tua Paulla, Luperce, Quattuor. Et κωφὸν Paulla πρόσωπον amat. *Mutam perſonam. Etenim ex lege* Horat. A. P. 192 Nec quarta loqui perſona laboret. ¶ 2 *Item Papauer ſilvaticum* Apul. de Herb. c. 53.

PROSOPOPOEIA, ae. f. [Προσωποποιΐα] *Ad verbum dicitur Perſonae fictio: hoc eſt figura perſonam inducens, quum perſona aliqua fingitur, vt quum inanimatum loquitur ad animatum, vel e conuerſo.* Hor. Epod. 17, 30 Quid amplius vis? ô mare et terra, ardeo. Quinctil. 6, 1 His praecipue locis vtiles ſunt proſopopoeiae, id eſt fictae alienarum perſonarum orationes. Idem 6, 2 Illa adhuc audaciora, et maiorum, vt Cicero exiſtimat, laterum, fictiones perſonarum, quae proſopopoeiae dicuntur: mire namque tum variant orationem, tum excitant. His etiam aduerſariorum cogitationes velut ſecum loquentium, protrahimus: quae tamen ita demum a fide non abhorrent, ſi ea locutos finxerimus, quae cogitaſſe eos non ſit abſurdum. Et noſtros cum aliis ſermones, et aliorum inter ſe credibiliter inducimus: et ſuadendo, obiurgando, querendo, laudando, miſerando, perſonas idoneas damus. Quin deducere deos in hoc genere dicendi, et inferos excitare, conceſſum eſt. Vrbes etiam, populique, voces accipiunt. Ac ſunt quidam, qui has demum proſopopoeias dicant, in quibus et corpora et verba fingimus: ſermones hominum aſſimulatos, dicere dialogos malunt. *vid.* Idem 9, 2. *et* 1, 8.

PROSOPOPOEICVS, a, um. Adi. Proſopopoeicus ſermo Firmic. de Error. Prof. Relig. p. 21.

PROSPECTO, āre. *et* PROSPECTVS. *vid.* PROSPICIO.

PROSPECVLOR, āri. *Procul ſpeculari.* Liu. 3, 43 *pr.* L. Siccium proſpeculatum ad locum caſtris capiendum mittunt. Id. 31, 1 Multitudo e muris aduentum Imperatoris Romani et regis proſpeculabatur.

PROSPER, *et* PROSPERVS, ĕra, ĕrum. Adi. [εὐήμερος, ὄριος] *Felix, ſecundus, tum paſſiue de his, quibus bene ſuccedit, tum de ipſis quae ſuccedunt, tum denique de DIS felicitatis auctoribus.* Tac. Hiſt. 4, 71 Cuncta hoſtibus proſpera. Cic. Att. 9, 7 *pr.* Ego non iam id ago (mihi crede) vt proſperos exitus conſequar. Fama Tac. Ann. 14, 51, 5. Fatum proſperius Ouid. Faſt. 3, 614. Flatu proſpero fortunae vti Cic. Off. 2, 19 c. 6. Hor. Carm. 4, 14, 37 Fortuna luſtro proſpera tertio Belli ſecundos reddidit exitus. Ouid. Triſt. 3, 4, 77 Proſpera ſic maneat vobis fortuna, nec vnquam, *etc.* Cic. de Nat. Deor. 3, 89 Ad proſperam aduerſamue Fortunam, qualis ſis, aut quemadmodum vixeris, nihil intersit. Fortuna proſpera, aequabilis, perpetuaque Cic. poſt Redit. ad Quir. 2. Ino proſpera populo adeſt Ouid. Faſt. 6, 202. Luna frugum proſpera Hor. Carm. 4, 6, 39. Lux proſpera Ouid. Faſt. 1, 71. Sors Catul. Argon. 62, 237. *al.* Aetas. Succeſſus proſperos dare, *h. e. Felicem exitum* Liu. *praef.* Tempora Claud. Conſ. Hon. 4, 618. Terra proſperiore frui Ouid. ex Pont. 3, 7, 30. Valetudo Suet. Caeſ. 45. Verba proſpera Ouid. ex Pont. 4, 4, 38. In proſperis nimia humanae fragilitatis obliuio Curt. 4, 14, 20. ¶ 2 Proſperus, *Nominat.* Cic. Somn. Scip. c. 4 Deinde eſt hominum generi proſperus et ſalutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis. Val. Max. 3, 7, 1 Nec minus animoſus minusue proſperus illius in Aſiam tranſitus. Sil. 10, 202 Occidit immoriens magnis non proſperus auſis. *vid. Drakenb.* *Compar.* Proſperius fatum Ouid. Faſt. 3, 614. Aequora proſperiora Claud. ad Seren. 60. *Superl.* Acre et proſperrimum bellum Paterc. 2, 69, 6.

PROSPERĬTAS, ātis. [εὐημερία] *Felicitas, et ad votum ſucceſſus.* Cic. de Fin. 2, 19 Vt Ariſtoteles, qui virtutis vſum cum vitae perfectae proſperitate coniunxit. Improborum igitur proſperitates ſecundaeque res redarguunt, vt Diogenes dicebat, vim omnem deorum ac poteſtatem Cic. de Nat. Deor. 3, 88 c. 36. Commoditatem, proſperitatemque vitae a diis habemus, virtutem deo acceptam nemo refert Id. ibid. 3, 86 c. 36. Proſperitate valetudinis vti Nepos 25, 21, 1. Proſperitas rerum Suet. Calig. c. 31.

PROSPĔRE. Adu. [εὐημέρως] Quaſi Pro ſpe, *inquit* Non. 2, 788. Cic de Nat. Deor. 2, 167 ſ. *extr.* Magna dii curant, parua negligunt, magnis autem viris proſpere ſemper omnes res *Subaudi*, eueniunt. Cic. Fam. 3, 12 Ego vero velim mihi Tulliaeque meae proſpere euenire ea, quae me inſciente facta ſunt a meis. Fortuna proſpere functus Cic. de Clar. Orat. 243. Proſpere data medicamenta Scribon. Ep. pr. *Compar.* Columel. 4, 32 Arundo proſperius loco reſoluto quam denſo deponitur. Aur. Vict. in Carino, Bello proſperius cedente. *Adde* Gell. 1, 13. *et* 6, 6. *Superl.* Paterc. 2, 97, 1 Omnia geruntur proſperrime. Sueton. Caeſ. c. 36 Proſperrime dimicare.

PROSPERĬTER. Adu. Ennius *apud* Priſcian. 15 p. 1010.

PROSPĔRO, āre. [εὐήμερον ποιῶ] *Proſperum facere.* Plaut. Perſ. 2, 3, 11 Nunc et amico meo proſperabo, et genio meo multa bona faciam. Liu. 8, 9 Dii Manes vos precor, veneror, veniam peto, feroque, vti Pop. Rom. Quiritium vim victoriamque proſperetis. Conſilia Reipub. proſperare Tacit. Ann. 3, 56. *Paſſiue:* Auguſt. de Ciu. Dei 5, 25 Conſtantinus in Tyrannis opprimendis per omnia proſperatus eſt. Gloſſ. Cyrill. Proſperabitur, αἰσιοποιηθήσεται.

PROSPERANS, antis. Part. Val. Max. 7, 2, 5 Non proſperantibus auibus.

PROSPERĀTVS, a, um. Proſperata felicitas Tertull. Apol. c. 6. Deus proſperatus Prudent. Periſt. 10, 365. Proſperata ſigna ſalutaribus paſſio Cael. Aurel. Acut. 2, 27, 145.

PROSPERATIO, ōnis. f. Gloſſ. Cyrill. Proſperatio, κατευόδωσις.

PROSPERGO, ſperſi, ſperſum, ĕre. [ἐπιῤῥαίνω] *Aſpergere.* Tacit. Ann. 15, 44, 2 Vnde hauſta aqua, templum et ſimulacrum deae proſperſum eſt.

PROSPERSVS, a, um. *Laudatur* Apul. Met. 2 p. 243 Flore proſperſus.

PROSPĬCIO, ſpexi, ſpectum, ĕre. [προνοέω, προοράω] *Ante, et velut e longo videre, vel oculis vel animo.* Ter. Phorm. 5, 1, 8 Certo edepol (niſi me animus fallit, aut parum oculi proſpiciunt) meae nutricem gnatae video. Ouid. Faſt. 6, 205 *Metaph.* Proſpicit a templo ſummum breuis area circum: *i. ita poſita eſt, vt inde proſpici poſſit, imminet.* *Sic* Varr. R. R. 1, 23, 3 Quaedam etiam ferenda, non tam propter praeſentem fructum, quam in annum proſpicientem, quod ibi ſubſecta atque relicta terram faciunt meliorem. Ab rupe proſpicere Virg. Aen. 3, 647. Ab ianua Nep. 23, 12, 1. Ad agentem ex turba proſpexit Quinctil. 6, 1. Cic. Fam. 4, 3 Multo ante tanquam ex ſpecula proſpexi tempeſtatem futuram. Proſpicere ex loco aliquo in alium Caeſ. B. C. 2, 5. Plaut. Stich. 4, 2, 55 Nunquam edepol viuum quisquam in craſtinum proſpiciet diem. *i. Videbit.* Proſpicere per vmbram Virg. Aen. 2, 732. Proſpicere oculis Plaut. Amph. 5, 1, 7. Plaut. Curc. 2, 3, 38 Perii, Proſpicio parum. Os amarum habeo. ¶ 2 *Frequenter ad animum refertur.* Ter. Adel. 3, 3, 32 Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt, videre: ſed etiam illa, quae futura ſunt, proſpicere. Ea ipſa tempeſtate euerſam eſſe remp. quam quatuordecim annis Ante proſpexerim Cic. Att. 10, 4. Id. pro Mur. 59 Semper in hac ciuitate nimis magnis accuſatorum opibus, et populus vniuerſus, et ſapientes, ac multum in poſterum proſpicientes iudices reſtiterunt. Longe in poſterum futura Cic. Fam. 2, 7 (8). In dextrum Quinctil. 1, 1. Proſpicere animo, *Conſiderare:* Cic. pro Quint. 35 Et tu C. Aquili iam ante animo proſpicere poſſis, quibus de rebus auditurus ſis. Cic. pro Cluent. 34 Quid Oppianicus fecerit, cognoſcite, vt illum Magium intelligatis Longe animo proſpexiſſe morientem. Cic. Diu. Verr. 42 Iam nunc mente et cogitatione proſpicio, quae tum ſtudia hominum, qui concurſus futuri ſunt. Coniectura aliquid proſpicere Cic. pro Dom. 11. Proſpicere multo ante Cic. ad Brut. 10. *conf.* Id. de Reſp. Ar. c. 3. Longe futuros caſus Id. de Amicit. 40 c. 12. Inſidias Id. Verr. Act. 1, 32. Prope infinitum mihi laborem proſpicio Quinct. Prooem. 4. ¶ 3 *Formulae:* Proſpicere ſenectutem, *pro Eſſe propinquum ſenectuti* Senec. Epiſt. 33. Proſpicere ſibi, alicui, ſaluti ſuae: *h. e. Sibi cauere:* Ter. Adel. 4, 2, 50 Cteſipho autem in amore eſt totus: ego iam proſpiciam mihi. Idem Eun. 4, 6, 24 Malo ego nos proſpicere, quam hunc vlciſci accepta iniuria. *Subaud.* Nobis. Cic. Verr. 1, 158 c. 61 Hoc modo iſte ſibi, et ſaluti ſuae proſpicere didicit. Cic. Fam. 7, 21 Nec Papirianam domum deſeres, quanquam illa quidem habet lotum, a quo etiam aduenae teneri ſolent: quem tamen ſi excideris, multum proſpexeris. *Ludit ambiguitate, indicans,* Lotum, ſ. Lucum (*variat enim lectio et criticorum ſententia*) *officere proſpectui, et eſſe cauſam ſumtuum ob hoſpites, qui ibi ament potare.* Proſpicere Bonum alicui Liu. 5, . . Ferramenta, *i. procurare* Cic. pro Sulla 55. Habitationem mihi proſpiciam Petron. c. 10. Petis, vt fratris tui filiae proſpiciam maritum: *i. Deligam* Plin. Epiſt. 1, 14. Immortalitati alicuius Idem Epiſt. 1, 17. Alicui malo Cic. de Aruſp. Reſp. 56. Conſulere filiis ac proſpicere Id. Verr. 1, 153 c. 58. Liberis Nep. 19, 1, 3. Patriae Cic. in Catil. 4, 3. Rationibus alicuius quibuscunque rebus proſpicere et conſulere Id. Fam. 3, 2. Niſi proſpectum interea aliquid nobis eſt, deſertae viuimus Ter. Heaut. 2, 4, 11.

PROSPICIENS, entis. Partic. Vitruu. 9, 3 Mentes aëris altiora proſpicientes. Virg. Aen. 1, 131 Alto proſpiciens. *conf.* v. 159. *et* Aen. 12, 136. Varro R. R. 1, 23, 3 Proſpiciens annus *proxime futurus.*

PROSPECTVRVS, a, um. Partic. [προνοήσων] Claud. Conſ. Hon. 4, 235 Mandatricem operum proſpecturamque labori.

PROSPECTVS, ûs. m. [προόρασις, πρόοψις] Plaut. Mil. 3, 1, 15 Sterilis hinc proſpectus vsque ad vltimam plateam probe eſt. Adimere proſpectum Liu. 10, 32. Capere proſpectum in vrbem agrumque, *i. locum occupare, vnde proſpicias* Id. 1, 18. Corrumpere alicui Sil. 5, 36. Eripere oculis Virg. Aen. 8, 254. Impedire Caeſ. B. G. 2, 22. Paſcit animum proſpectus Virg. Georg. 2, 285. Petebat proſpectum ex ſumma arce Catul. Argon. 62, 241. Petere pelago Virg. Aen. 1, 185. Producere in proſpectum populi Cic. Verr. 3 (1). 122 c. 47. Maris proſpectus Idem Att. 12, 10. Arborum Plin. 12, 6 *ad fin.* O praeclarum proſpectum! Puteolos videmus, at familiarem noſtrum Auianum fortaſſe in porticu Neptuni ambulantem non videmus Cic. Acad. 4, 80 c. 25. Porticus in palatio pulcherrimo proſpectu Idem pro Dom. 116.

PROSPECTO, āre. Frequent. [προκύπτω, προόπτομαι] Liu. 24, 21 Pars in aedium veſtibulis ſtat, pars ex tectis feneſtrisque proſpectant. Virg. Aen. 7, 813 Turbaque miratur matrum, et proſpectat euntem. *conf.* Idem 9, 168. *et* 10, 741. *Metaphor.* Nauis omnibus qui eam aſpexerant, proſpectare iam exilium, atque explorare fugam domini videbatur Cic. Verr. 5, 43.

PROSPECTANS, antis. Partic. [τηλεσκοπῶν] Catul. Argon.

ſ. 62

l. 62 (65) 52 Quae tum proſpectans cedentem moeſta carinam, *etc.* Aſtra proſpectantia, *i. Noctu lucentia* Stat. Silu. 5, 1, 124. Diem de die proſpectans Liu. 5, 48.

PROSPECTE. Adu. Tertull. Apol. c. 6 Proſpecte decreuerant patres veſtri.

PROSPECTOR, ōris. m. Apul. de Deo Socr. p. 51 Deus in rebus incertis proſpector, dubiis praemonitor. *conf.* Tertull. de Corona c. 8.

PROSPEX, ĭcis. *vt Auſpex. Idem.* Tertull. de Anima c. 5 Recogita in praeſagiis vatem, in ominibus augurem, in euentibus proſpicem. *vid. Barth. Aduerſ.* 42, 8. *Huc referam etiam, quod de* Feſto *ſupereſt*, Proſpices, Proſpice.

PROSPECTĪVVS, a, um. Adi. Proſpectiuae feneſtrae Zeno in Cod. 8 t. 10 l. 12 §. 2 *et* 3.

PROSPHERŎMENA. [προσφερόμενα] *Quae eſu potuque intra corpus admittuntur* Cael. Aurel. 9, 15.

PROSPICA, *et* DESPICA. Intenta et contempla. Naeuius, Ae ſibi proſpica ac deſpica. Poteſt ergo proſpicus ac deſpicus dici. *Haec* Non. 2, 667.

PROSPICIENTER. Adu. [προορατικῶς] *Prouide, circumſpecte.* Gell. 2, 29 Res ſalubriter ac proſpicienter animaduerſas in mentes, animosque hominum cum audiendi quadam illecebra induxit.

PROSPICIENTĬA, ae. f. *Cura, prouidentia.* Cic. Philipp. 7, 19 c. 7 Vt vacuum metu Populum Rom. noſtra vigilia et proſpicientia redderemus. *Sic Grut. Gron. poſt Lambin. al.* Prouidentia, *ex gloſſa. Plur.* Tertull. Aduerſ. Valent. c. 26.

PROSPICVVS, a, um. Adi. [περιφανής] *Pro Conſpicuo aut viſendo.* Senec. Epiſt. 111 Hinc proſpicuos puerorum cultu atque forma greges. Apul. Met. 6 p. 315 *Pric.* Turris illa proſpicua. *vulgo* propitia. Stat. Theb. 12, 15 — Proſpicuae ſcandentem limina turris.

PROSPICVE. Adu. Apul. Met. 1 p. 112 *Elmenh.* Benigne et proſpicue in me conſuluit.

PROSPĪRO, āre. *Spiritum longe lateque diffundo.* Cato R. R. c. 157, 7 Nam venae eorum, vbi ſufflatae ſunt ex cibo, non poſſunt proſpirare in toto corpore. *Sed* perſpirare, *quos ego noui.* Apul. Apol. p. 306, 12 Tabes foras corporis proſpirauit.

PROSPISSO. Adu. *i. Sero admodum.* Aruſpices ſi quid boni promittunt, proſpiſſo euenit Plaut. Poen. 3, 5, 47. *vbi diuiſim ſcribit Gronou. add.* Non. 4, 422. *qui perſpiſſo legit. Turneb. Adu.* 39, 2.

PROSTAS, ădis. f. [προστάς] *Membrum domus, quod et* Paraſtas (παραστάς) *appellatur, atrio Romanorum fere reſpondens.* Vitruu. 6, 10 Spatium datur introrſus: hic locus apud nonnullos proſtas, apud alios παραστὰς nominatur. In his locis introrſus conſtituuntur oeci magni, in quibus matres familiarum cum lanificiis habent ſeſſiones. In proſtadis autem dextra et ſiniſtra cubicula ſunt collocata, quorum vnum thalamus, alterum amphithalamus dicitur *etc.*

PROSTASIS, is, *ſiue* PROSTASIA, ae. f. [πρόστασις] *Praefectura vel praeſidentia Latine dicitur. Eſt item* Proſtaſia, *quum quis pro altero liti ſe opponit, et eius defenſionem ſuſcipit, euentumque praeſtat. Budaeus in Commentar.* Gloſſ. Cyrill. προστασία, patrocinium.

PROSTATES, ae. m. [προστάτης] *Modo Praeſidem adiutoremue in bello, aut vicarium, aut defenſorem ſignificat.* in lib. Poſterioribus C. de Muneribus Patrimon. *Ordinarie eum ſic vocant Graeci, quem Latini Patronum.*

PROSTERNO, ſtrāui, ſtrātum, ĕre. [καταστρωννύω, ἐδαφίζω] *Sic ſternere, vt aliquis porrectus iaceat.* Ter. Adel. 3, 2, 21 Caeteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, proſternerem. Humi aliquem proſternere Ouid. Met. 5, 197. Telo proſtrauit virum Valer. Argon. 3, 185. Acies proſternunt, proterunt armatos Plin. 8, 9. Liu. 8, 11 Ibi in conciliis Numiſius imperator eorum, affirmando communem vere Martem, vtramque Aciem pari caede proſtrauiſſe. Corpus Sil. 17, 424. Corpora proſternere humi Liu. 4, 11. Flores Stat. Silu. 5, 1, 257. Hoſtes proſternere, fundere, occidere Cic. Philipp. 14, 27 c. 10. Hoſtem ferro Sil. 7, 397. Legio proſternitur latis aruis Valer. Argon. 6, 508. Salluſt. Proſtratisque Militibus fugae ſe dedit. Oppida proſternere fragore Sil. 3, 213. Siluas nutantique ruens proſtrauit vertice Garganus Sil. 8, 630. Siluam pondere aliquo Ouid. Met. 8, 776. Vineas in terram Columel. 11, 3. Viribus ſuis proſterni Quinct. 2, 12. *Interdum Datiuum habet cum Accuſatiuo:* Suet. Iul. c. 2 Non ſine ſuſpicione proſtratae regi pudicitiae. Perfregit ac proſtrauit omnia cupiditate ac furore Cic. pro Cluent. 15 c. 6. Proſterni materiem et campum tuis virtutibus, tuis laudibus, ſi quid aduerſi cadat Plin. in Paneg. 31, 1. Praecipitantem igitur impellamus, et perditum proſternamus Cic. pro Cluent. 70 c. . . Opes regni Sil. 17, 147. Vatin. ad Cic. Fam. 5, 9 An verear, ne qui potentiſſimorum hominum conſpirationem neglexerit pro mea ſalute, is pro honore meo puſillorum ac maleuolorum obtrectationes et inuidias non proſternat atque obterat? Ille ſe ad meos pedes proſtrauit lacrimans Cic. Philipp. 2, 45 c. 18. Abiicere ſe atque proſternere, *pro Parui aeſtimare et ſeſe demittere:* Cic. in Parad. 1 Sic te ipſe abiicies atque proſternes, vt nihil inter te atque inter quadrupedem aliquam putes intereſſe? *Ad veneream turpitudinem refertur,* Sueton. Cal. c. 24 Reliquas ſorores ſuas — ſaepe exoletis ſuis proſtrauerit. Pſalteriae venalia proſternunt corpora, *i. Proſtituunt* Arnob. lib. 2 p. 73.

PROSTERNENS, entis. Partic. Catul. 65, 322 Denſas proſternens meſſor ariſtas.

PROSTRĀTVS, a, um. Partic. [καταβεβλημένος] Humi proſtratus Lucret. 5, 1199. Proſtratus in gramine Lucret. 2, 29. Iacere proſtratum Cic. in Catil. 2, 2. *Conf.* Hirt. B. Alex. c. 40 *et* 23. Enſe adacto proſtratus Sil. 17, 483. Cum Imperatorem proſtratum videret Vell. 2, 70, 3. Mole Ouid. Triſt. 1, 7, 17. Morte Lucret. 6, 1194. Oppida proſtrata et diruta iacent Seru. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5. Siti Lucret. 6, 1262. Sopore proſtrata vrget membra quies Petron. c. 104. Respub. affecta et proſtrata Cic. ad Octau. Idem de Legib. 2, 42 Quo ſcelere Religiones tam proſtratae afflictaeque ſunt, partim ex illis diſtracti ac diſſipati iacent. Virtus afflicta et proſtrata Idem de Orat. 2, 111.

PROSTRATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Haeret. c. 41 Simplicitatem volunt eſſe proſtrationem diſciplinae.

PROSTRATOR, ōris. m. Firmic. de Error. Prof. Rel. p. 43 Proſtratores eſtis omnium hoſtium veſtrorum.

PROSTHĔSIS, is. f. *Appoſitio literae vel ſyllabae ad principium dictionis. vid. Grammaticos v. g.* Chariſ. 4 p. 248.

PROSTIBVLVM, *Vid. ſub* PROSTITVO.

PROSTITVO, ui, ūtum, ĕre. [προάγω, προαγωγεύω] *In aperto ſiue publico ſtatuere, in primis turpitudinis perpetiendae cauſa.* Suet. Neron. c. 29 Suam pudicitiam vsque adeo proſtituit, vt contaminatis, *etc.* Toto corpore ſeſe proſtituere Catul. 107 (109) 8. Faciem ſuam lucro Ouid. Amor. 1, 10, 42. Vocem ingrato foro Idem ibid. 1, 15, 6. *cauſidicum eſſe.*

PROSTITVTVS, a, um. Partic. [προαχθείς] *Libidini publicae expoſitus.* Plin. 30, 2 Vtinamque inferos potius et quoscunque de ſuſpicionibus ſuis deos conſuluiſſet Nero, quam lupanaribus atque proſtitutis mandaſſet inquiſitiones eas. Sidon. Epiſt. 3, 13 Sermones proſtituti et theatrales. *Superl.* Tertull. Apol. c. 25 Proſtitutiſſima lupa Laurentina.

PROSTITVTIO, ōnis. f. Arnob. 2 p. 53 In libidinem publica venalium corporum proſtitutione damnari.

PROSTITVTOR, ōris. m. Tertull. de Cult. Fem. 2, 9 Lenonis et proſtitutoris veſtitus et cultus. Idem de Pudic. c. 10 Proſtitutor Chriſtiani ſacramenti.

PROSTIBVLVM, ſ. PROSTIBILVM, i. n. [πορνεῖον, ἐργαστήριον] *Scortum, quod proſtituitur vel meretur proſtitui.* Plaut. Aul. 2, 4, 6 Bellum, et pudicum vero proſtibulum populi. Plaut. Stich. 5, 6, 4 Proſtibili eſt, ſtantem ſtanti ſuauium dare. *i. Meretriculae viliſſimae et proſtantis, vid. mox* PROSTIBILIS. Arnob. adu. Gent. 6 p. 199 Deum nomine proſtibuli (*pueri*) nuncupare. ❡ 2 Iſid. Orig. 18, 42 Idem vero theatrum idem et proſtibulum: eo quod poſt ludos exactos meretrices ibi proſternerentur. *Eſt igitur idem quod lupanar.*

PROSTIBVLA, ae. f. [πόρνη] *Meretrix.* Feſtus, Alicariae meretrices appellabantur in campis ſolitae ante piſtrina alicariorum verſari, quaeſtus gratia: ſicut hae, quae ante ſtabula ſedebant, dicebantur proſtibulae. Plaut. Perſ. 5, 2, 56 Nam hercle ſi absque me fores et meo praeſidio, hic faceret te proſtibulam propediem. Tertull. Apol. c. 6 Inter matronas et proſtibulas nullum diſcrimen relictum. *Vid.* Non. 5, 8.

PROSTIBILIS, e. Adi. *Proſtibulo dignum, iam legebat et interpretabatur apud* Plautum Stich. 5, 4, 6 *edit. Taubm. Scioppius.* Proſtibile eſt ſtantem ſtanti ſuauium Dare amicum amicae. Id. Perſ. 5, 2, 56 Hic faceret te proſtibilem propediem.

PROSTO, ſtĭti, ſtĭtum, āre. [προΐσταμαι] *Stare in loco publico, ſ. pro vnoquoque volente.* Plaut. Curc. 4, 2, 21 Hae ſaltem in occultis locis proſtant, vos in foro ipſo. Anguli proſtantes Lucret. 2, 428 *h. e. Prominentes, exſtantes.* Iuuen. Sat. 1, 46

Quid referam, quanta ſiccum iecur ardeat ira,
Quum populum gregibus comitum premat hic ſpoliator
Pupilli proſtantis?

Pretio proſtare Ouid. Amor. 1, 10, 17. Quinctil. in Milite Mariano, Iuberet proſtare gladio cinctum, *h. e. Proſtitui ad Venerem patiendum.* Ouid. Amor. 3, 12, 8 Fallimur? an noſtris innotuit illa libellis? Sic eſt, Ingenio proſtitit illa meo. *i. Meis carminibus eam inuulgaui, et famam ei conciliaui.* Proſtat femina Iuuenal. Sat. 9, 24. Ouid. ex Pont. 2, 3, 19 Illud amicitiae quondam venerabile nomen Proſtat, et in quaeſtu pro meretrice ſedet.

PROSTRATVS, *etc. vid. in* PROSTERNO.

PROSTOMIS, *vid.* PASTOMIS.

PROSTYLOS, i. [πρόστυλος] *In fronte columnatus.* Vitruu. 3, 1. *et Bald. Lex.* p. 94.

PROSVBĬGO, ēgi, actum, ĕre. [ὑπορύττω] *Ante ſe ſubigere, vel ſubigendo progredi.* Virg. Georg. 3, 25

Ipſe ruit, denteſque Sabellicus exacuit ſus:
Et pede proſubigit terram: fricat arbore coſtas:
Atque hinc, atque illinc humeros ad vulnera durat.

Vbi Seruius: Proſubigit, fodit, et pedibus impellit alternis: quod pugnaturi ſues facere conſueuerunt ad acquirendum robur. *Haec ille imitatus* Virgil. *eſt* Prudent in Eulalia v. 130. *Aliis hoc videtur potius Poëta ſignificare, Apros lutum facere, in quo quum ſaepe ſe volutarint; deindeque exaruerint, ita durius ac craſſius tergum, utemque impenetrabiliorem reddunt, ſic ſe armantes et quaſi loricam induentes. Proinde eleganter vſus eſt verbo* Subigere: *intelligere enim debemus terram eam fuiſſe madidam, in paludibus namque, ſtagnantibusque locis fere degunt apri. Quam aprorum naturam his verbis tradit Ariſtoteles 6 Hiſtoriae animalium, 18. Sues quoque feri acerrime ſaeuiunt. Dimicant inter ſe mirum in modum armantes ſeſe, et cutem quam craſſiſſimam praeparantes, indurantesque attritu arborum. Saepe etiam luto obducto, ac reſiccato, tergus inuictum contra ictus efficiunt.* Fulmina Cyclops proſubigit Valer. Argon. 4, 288.

PROSVM, prodes, profui, prodeſſe. [ὠφελέω, λυσιτελέω] *Vtilitati eſſe, quaſi pro aliquo eſſe.* Ter. Eun. 5, 5, 23 Neque illi proſis, et tu pereas. Idem Hec. 3, 5, 13 Quidquid eſt id quod reliquit, profuit. *Vbi* Donatus: Profuit, pro nobis fuit, ac per hoc noſtrum eſt: poteſt enim ipſe profuiſſe, poteſt res eius. Cic. Verr. 5, 39 Nobile et illuſtre apud omnes nomen tuae ciuitatis profuiſſet. Sin a me eſt alienior, nihil tibi literae meae proderunt Idem Fam. 2, 16 (17) Metuo, ne artificium tuum tibi parum proſit Idem ibid. 7, 13. De medicamentis ſaepe *ap.* Scribon. Doloribus prodeſſe 264. Eis prodeſſe 106. Prodeſſe ad - - 67. 105. 161. Aere multum profuit ei Bithynia Catul. de Varo ſ. 10, 8. Aeque pauperibus prodeſt, locupletibus aeque, Aeque neglectum pueris ſenibusque nocebit Hor. Epiſt. 1, 1, 25. Cic. Acad. 4, 6 Quis reprehendet otium noſtrum, qui in eo non modo nosmetipſos hebeſcere et languere nolumus, ſed etiam vt plurimis proſimus enitimur. Conſtantia multum prodeſt in amore Propert. 2, 26, 27. In commune Quinctil. 6, 1. Ad concordiam Liu. 2, 1 *extr.* Plin. 37, 10 Putant eam contra araneorum et ſcorpionum ictus prodeſſe. *Conf.* Id. 23, 1. Non placent mihi illae literae, quae ad virtutem doctoribus nihil profuerunt Salluſt. Bell. Iugurth. c. 85. Aut prodeſſe volunt, aut delectare Poëtae Hor. de Arte Poët. 333.

PROFVTVRVS, a, um. Part. Sen. Epiſt. 6 Paſſim profutura ſectaris. ❡ 2 Profuturus, *Ducis nomen apud* Ammian. 31, 7.

PROSVMIA, ae. f. [πλοίου γένος] *Genus nauigii, ſpeculatorium paruum.* Plaut. Amph. De nocte ad portam ſum prouectus proſumia. Caecilius Meretrice, Qui pro gubernatore ſe gerens, prope euertit proſumiam. Feſtus. *Meminit* Gell. 10, 25. *Conf.* Non. 13, 17.

PROSVMO, ſi, tum, ĕre. *Porro vel prorſum ſumere, conſumere.* Plaut. Trin. 5, 2, 6 Beneficium homini proprium quod datur, proſumſerit. *Sic Gron. qui interpretatur prorſus inſumſerit, alienarit,*

tranſcripſerit, vt repetere nequeat. *Boxhornius ſuſpicatur* pro ſum, *i.* prorſum perit.

PROSVMNVS, i. m. *Index inferorum, de quo ſic ſcribit* Arnobius aduerſus gentes 5 p. 176 Quum (*inquit*) inter homines eſſet adhuc Nyſius et Semeleius Liber, noſſe inferos expetiuit, et ſub Tartari ſedibus quidnam rerum ageretur inquirere. Sed cupiditas haec eius nonnullis difficultatibus impediebatur, quod qua iret, ac pergeret, inſcitia itineris, neſciebat. Proſumnus quidam exoritur, ignominioſus amator dei, atque in nefarias libidines ſatis pronus, qui ſe ianuam Ditis, atque Acheruſios aditus pollicetur indicaturum, ſi ſibi gereret morem deus, atque vxorias voluptates pateretur ex ſe carpi. Deus facilis, iurat poteſtatis futurum, ac voluntatis ſe eius: ſed quum primum ab inferis compos voti, atque expeditionis rediſſet. Viam comiter Proſumnus ediſſerit, atque in limine ipſo proſtituit inferorum. *Caetera referre pudet.* *Conf. Elmenhorſt.*

PROSVS, a, um. *vid.* PROSA.

PROSYMNA, ae. f. [Πρόσυμνα] *Ciuitatis nomen eſt, in qua Iuno colitur: cuius ſitum vide apud Strabonem 8.* Celſa Proſymna Stat. Theb. 1, 383. *et* 4, 44.

PROTAGION, i. n. Vini genus quod Italicis proximum fecerant Aſclepiadis ſcholae, *vt indicat* Plin. 14, 7.

PROTAGORIVS, *et* PROTAGORĬCVS, a, um. *Poſſeſſ. a* Protagora *philoſopho.* Protagorium reſponſum Gellius 5, 11.

PROTĂSIS, is. f. [πρότασις] *Dicitur Propoſitio.* Donatus in prol. Ter. Protaſis, Primus actus eſt, initiumque dramatis. *Vid.* Gell. 5, 11. Apul. de Syll. Cat. p. 29.

PROTATĬCVS, a, um. *Ad Protaſin pertinens, vt,* Perſona protatica, quae tantum loquitur in Protaſi, *vt refert* Donatus *ibid.*

PROTĔGO, texi, tectum, ĕre. [σκεπάζω, προαμύνω, ὑπερασπίζω] *Tegendo tueri.* Plin. 12, 1 Arbor ſe vaſtis protegens ramis, *de platano.* Plin. 10, 33 Cameraque ab imbri aut fronde protegere denſa. Qui me ramorum protegat vmbra Virg. Aen. 2, 489. *Conf.* PROTECTVM. Ego iacentem et ſpoliatum defendo et protego Cic. pro Sull. 50 c. 18. Qua vicit, victos protegit ille manu Ouid. Amor. 1, 2, 52. Armis aliquem Idem Met. 8, 394. Ora equi ſaucia Propert. 4, 1, 93. Scuto protegere Cic. Tuſc. 4 c. 22. *Per translationem* Quinctil. Decl. 8 Captet licet crudeliſſimus ſenex parricidii immanitatem metu maiore protegere, *etc.* Vell. 2, 100, 5 Singularem nequitiam ſupercilio truci protegens.

PROTEGENS, entis. Part. Rami multa fronde veſtiti, velut de induſtria regem protegentes Curt. 9, 5, 4.

PROTECTVS, a, um. Partic. [σκεπασθεὶς] Ouid. Met. 12, 273 Dextraque a parte Charaxi Tempora perfregit fuluo protecta capillo. *h. e. Tecta.* Protecta humeros rutilis capillis Ouid. Met. 2, 635. *h. e. Humeros habens tectos capillis.* Inſidiis riſu protectis Iuſtin. 38, 1, 10. Porticibus protectis Columel. praef. 9. *Compar.* Cic. Philipp. 13, 6 c. 3 Quid ſapientia? cautioribus vtitur conſiliis, in poſterum prouidet, eſt omni ratione protectior.

PROTECTVM, i. n. *Subſt.* Vlpianus in l. Quemadmodum D. Ad legem Aquiliam, Si protectum meum, quod ſupra domum tuam et nullo iure habebam, recidiſſes, poſſe me tecum damni iniuria agere, Proculus ſcribit. *Add.* Pompon. Dig. 47 t. 7 l. 6 §. 2. Varro R. R. 3, 16 Faciunt ad foramen introitus protectum in aluum. Protecta *a protegendo dicta ſunt.* *Eſt enim Protegere, Tectum proiicere.* Cic. in Topic. 24 c. 4 Quoniam Publius Scaeuola id ſolum ambitus aedium eſſe dixit, quantum parietis communis tegendi cauſa tectum proiiceretur: ex quo in tectum eius aedis qui protexiſſet, aqua deflueret: id ius tibi videri.

PROTECTVS, ûs. m. Tignorum protectus Scaeuola ICt. Dig. 8 t. 2 Leg. 41 §. 1.

PROTECTIO, ōnis. f. Quinctil. Trib. Mar. c. 8 A numinibus protectionem inuenire. *Burm.* p. 81. Tertull. de Fuga perſec. c. 2. Ambroſ. Serm. 88 *extr.*

PROTECTOR, ōris. m. Protector fidei Cyprian. Epiſt. 9, 2 Protectores, σωματοφύλακες, *electi ad cuſtodiam corporis, vox* Spartiano, Lampridio, Ammiano, Lactant. de Mort. perſec. c. 19. *aliisque vſurpata.* Protectorum dignitas Symmach. 3, 67. *Quae de illis ſciuntur vid. apud Iac. Gothofr. Paratitlo et Comment. ad* l. C. Theod. (6, 24) de domeſticis et Protectoribus.

PROTECTORIVS, a, um. Adi. Protectoria dignitate cumulatus Conſtant. Imp. Cod. 12 t. 47 l. 2.

PROTĒLO, āre. [ἀναβάλλομαι, ἀπελαύνω] Protrahere, praeuenire, exagitare, *inquit* Donatus. *A πρὸ, et ἑλεῖν, (f. ἕλκειν)* dictum eſt, quod eſt ante et trahere. Alii ab aſſiduo telorum iactu exiſtimant dici. *Haec* Donatus *ad* Ter. Phorm. 1, 4, 37 Ne te iratus ſuis ſaeuis dictis protelet. Alii legunt, Saeuidicis dictis. Plaut. Merc. Perioch. 2, 12 Vicini ſcortum inſimulat, protelat virum. Feſtus: Protelare longe propellere, ex Graeco videlicet τηλόθι, quod ſignificat Longe. Apul. Met. 8 p. 209 Non veſtrorum ſpoliorum cupidine latrocinamur, ſed hanc ipſam cladem de veſtris protelamus manibus. *i. Propulſamus et longe propellimus, ne ſcilicet vos de nobis ſpolia auferatis.* Protelare, *inquit* Nonius 4, 349 Percutere, perturbare. Siſenna Hiſtor. 3 Romanos impetu ſuo protelant, prolectos perſequuntur. Protelare, (*inquit idem* Nonius l. c.) eſt Excludere. Turpilius Lemniis, Propter peccatum pauxillum indigniſſime patria protelatum eſſe ſaeuitia patris. Siſenna Hiſtor. 4 Duae cohortes de ſubſidio procedunt, atque equites protelant. *Sed nihil opus erat, haec ita diſtinguere, nihil enim eſt quam depellere, longe remouere. Item eſt differre, prorogare;* Vlpian. l. 4 §. 7 D. de damno infect. Dies cautioni praeſtitutus ſi finietur, Praetoris vel Praeſidis officii erit, ex cauſa vel renouare, vel protelare eam. Hieron. Epiſt. 23 *pr.* Ezechias vicina morte terretur, et fuſus in lacrimas, quindecim annorum ſpatio protelatur ad vitam. *Add.* Id. de Poenit. 4. *et* de Spect. 1.

PROTELĀTVS, a, um. *Apud* Nonium *ſupra citat.*

PROTĒLVM, i. n. *Tenor et continuatio primo arandi, tum pugnandi, vel alterius laboris* Lucret. 2, 531 Vndique protelo plagarum continuato. Donatus *ad* Ter. Phorm. 1, 3, 36 *laudans h. l. explicat.* i. e. Tenore. Lucil. Sat. 6 *apud* Non. 4, 349

Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri
Ducere protelo validis ceruicibu' poſſent. Idem 12
Hunc iuga mulorum protelo ducere centum
Non poſſunt.

Cato Orig. 5 Sed protelo trini boues vnum aratrum ducent. Varro Cato, vel de liberis educandis, Remotiſſimum ad diſcendum formido et nimius timor, et omnis perturbatio animi; contra delectatio protelo ad diſcendum. *Sed hunc quidem locum non recte videtur accepiſſe* Nonius, *ſed legendum diuiſim* pro telo *i. incitamento, eſt ad diſcendum. Vid.* TELVM n. 2. *Sic videtur etiam legendum* Catull. 57 Deprendi modo pupulum puellae criſſantem. Hunc ego, ſic (*pro ſi*) placet Dionae, Pro telo (*loco teli, quo adulterum caedere ſolent furioſi zelotypi*) rigida mea cecidi. Protelo *legunt, viri docti, et intelligunt continuo, eodem tractu et tenore in continenti, vt ſit Aduerbium, quod etiam* Lucilio lib. 7 *apud* Non. 4, 437 reſtitui vult Voſſius ad Catulli l. c. p. 124. *Narrare videtur in illo fragmento fabulam Atyos et Cybeles, quod ita emendat Voſſius,*

Hanc vbi vult male habere, vlciſci pro ſcelere eius,
Teſtam ſumit homo Samiam, ſibique protelo
Praecidit caulem teſteſque vna amputat ambo.

Franc. Douſa ex emendatione Hadr. Iunii, ſibique illico telo. *Lectio vulgata Gothofr. et Mercer.* ibi an vno telo. *Nondum itaque firmum quiddam pro aduerbiali illo* Protelo *prolatum eſt. Neque certius eſt* Protelum *pro incitamento poſitum, quod* Varroni R. R. 3, 16, 12 *reſtitutum ibat Scaliger, et legebat* Hic enim ſonus harum (*apum*) fugae exiſtimatur eſſe protelum. *Vid. locus. Nihil itaque certius putabam, lectis iis, quae habent Scalig. ad Catalecta* p. 240 ſq. *Salmaſ. in ipſo fine Exercitatt. Plin. Iſ. Voſſius ad* Catull. l. c. *Quam* protelum *eſſe tenorem illum et continuatum tractum, quo aratrum extrahere coguntur boves, quam rem ita deſcribit* Colum. 2, 2, 27 Sed nec in media parte verſurae conſiſtat *bubulcus,* detque requiem in ſumma, vt ſpe ceſſandi totum ſpatium bos agilius enitatur. *Hoc* protelum *eſſe, ſuadent etiam quae ſequuntur.* Plin. 9, 15 ſ. 17 *de Siluro piſce,* Praecipue in Moeno Germaniae amne Protelis boum, et in Danubio marris extrahitur, porculo marino ſimillimus. *Paullo ante de ingenti alio piſce dixerat,* Catenato captus hamo, nec niſi boum iugis extractus. *Et* 18, 18 ſ. 48 Nec ſarrienda ſunt hoc modo ſata. Sed protelis binis terniſque ſic arant, *h. e. deſcriptum ante aratrum bis, ter, per ſegetem ducunt. Sic Hard. ex MSS. Al.* Porcellis. *Huic* Protelo *opponitur* STRIGATIO. Lucret. 4, 190 Et quaſi protelo ſtimulatur fulgure fulgur. *i. Impulſu producto, perpetuo et continuo.*

PROTENDO, di, ſum *et* tum, ĕre. [προτείνω] *Vltra tendere, porrigere.* Plin. 11, 43 Inter digitos medius longiſſime protenditur. Idem 9, 32 In eodem genere cochleae, aquatiles terreſtreſque, exſerentes ſe domicilio, binaque ceu cornua protendentes contrahenteſque, *etc.* Aciem protendere in aeſtus pelagi Catul. Argon. ſ. 62, 127. Brachia alterna Virg. Aen. 5, 377. *Conf.* Petron. c. 17 *et* 108. Dextram precantem Virg. Aen. 12, 931. Famam alicuius Claud. Conſ. Stil. 1, 36. Iuga protendit Cithaeron Senec. Phoen. ſ. 1. Lacrimas Claud. in Eutrop. 2, 592. Manum nanti Lucan. ad Piſon. 241. ¶ 2 *Proferre, differre.* Cic. Fam. 10, 26 Comitia tamen, quum ex his pendes, quantum facere poſſumus, quod multis de cauſis Reipublicae arbitramur conducere, in Ianuarium menſem protendimus. *al.* Protrudimus.

PROTENDENS, entis. Partic. [προτείνων] Brachia, protendens Catul. 64 (67) 10. Ouid. Met. 14, 191 Foedataque brachia tabo In mare protendens.

PROTENTVS, ſ. PROTENSVS, a, um. *Aliud* Partic. [προτεταμένος] Sil. 16, 387 Vſque ad colla repente Cornipedum protentus. Temo protentus in octo pedes Virg. Georg. 1, 271. Haſtae Tacit. Ann. 14, 37. Tela Ouid. Met. 8, 341. *Compar.* Auien. Periegeſ. 128 Protentior gurges. Idem 598 Lucis in exortum protentior. *Sic* Solin. c. 43 (30)

PROTENTO, āre. Et, ceu Siriaco torretur ſpica calore Protentata manu Auien. in Arat. v. 285.

PROTĔNVS. Adu. [τῆλε] Quaſi porro tenus, et longe a finibus, *interprete* Seruio. Virg. Ecl. 1, 31 En ipſe capellas Protenus aeger ago. *Per* E *ſcribi debere vult Caper* Grammaticus, *cum localeeſt, Per* I *cum ad tempus refertur vid.* p. 2243 Putſch. *Sed videtur nata demum in cerebro Grammaticorum differentia, quam nemo obſeruauit. Vid.* PROTINVS.

PROTERMĬNO, āre. [παρεκτείνω] *Fines promouere.* Apul. Met. 9 p. 235 Licet priuato ſuis poſſeſſionibus paupere, fines vſque et vſque proterminaueris. *Add.* Sidon. Epiſt. 3, 1.

PROTĔRO, trīui, trītum, ĕre. [κατατρίβω, καταπατέω] *Ante ſe terere, et quaſi pedibus conculcare.* Plin. 8, 9 Proſternunt acies, proterunt armatos. *de elephantis.* Caeſ. B. G. 8, 48 Partim in fuga proteruntur, partim intercipiuntur. Idem B. C. 2, 41 Auerſos hoſtes proterere. Agmina curru Virg. Aen. 12, 330. Plaut. Truc. 2, 2, 13 Ego hic te mulier, quaſi ſus catulos, Pedibus proteram. Arua pedibus proterit Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 128. Vlmus labens proterit viuas Stat. Theb. 8, 547. Aeſtas proterit Ver Hor. Carm. 4, 7, 9. Copias hoſtium Plaut. Amph. 1, 1, 91. Idem Men. 5, 2, 111 Vt ego hunc proteram Leonem. Vmbram inanem Ouid. Triſt. 3, 11, 25. Cic. pro Flacc. 53 c. 22 *extr.* Sin illi ipſi domi proterendum eſſe et conculcandum putauerunt, deſinant putare auctoritatem eſſe in eo teſtimonio, cuius auctor inuentus eſt nemo. Proteri et conculcari Auctor ad Herenn. 4, 67.

PROTRĪTVS, a, um. Partic. [κατατριβεὶς] Acies protrita, *vid.* ACIES. Arbores Tacit. Hiſt. 2, 70, 2. Frumentum protritum et corruptum Liu. 34, 26.

PROTRIMENTVM, i. n. Apul. 8 Metam. *extr.* Accuratius in protrimentis ſapidiſſime decoctum. Onomaſt. vet. apud Pric. Protrimenta ἐπιτρίμματα. *Nempe embamma, ſ. liquatum e pluribus condimentis contritis paratum.*

PROTERREO, ui, ĭtum, ēre. [καταπτήσσω] *Terrendo abigere et fugare.* Plaut. Trin. 3, 2, 77 Mea opera hinc proterritum te, meaque auaritia autument. Ter. Heaut. 3, 1, 57 Proterruiſti hinc me. Aduerſo equo aliquem Virg. Aen. 12, 291. Stat. Theb. 2, 645 Protinus idem vltro iaculo parmaque Menoetem Proterrebat agens.

PROTERVVS, a, um. Adi. [προπετής, ἀτάσθαλος] *Qui obvios proterit: quod faciunt tauri in appetitu coitus feminarum, in quas calent.* Plaut. Bacch. 4, 3, 1 Petulans, proteruo, iracundo animo, indomito, incogitato. Ter. Heaut. 3, 3, 16 Ne ineptus, ne proteruus videar. Cic. de Finib. 1, 6 Alii audaces, proterui, iidem intemperantes et ignaui. Si vidua libere, proterua petulanter, diues effuſe, libidinoſa meretricio more viueret: adulterum ego putarem, ſi quis hanc paullo liberius ſalutaſſet? Cic. pro Cael. 38 c. 16. Africus Hor. Epod. 16, 22. Dictum aut factum Cic. de Finib. 2, 47. Facta proterua pater damnaret nati Ouid. Epiſt. 8, 84. Frons, proterua, *Impudens* Hor. Carm. 2, 5, 15. Cic. de Fin. 5, 35 Et flexi fractique motus, quales proteruorum Hominum aut mollium eſſe ſolent,

lent, contra naturam ſunt. Iuuenes proterui Hor. Carm. 1, 25, 2. Lingua Ouid. in Ibin 522. Manus Idem Met. 12, 234. Hor. Od. 3, 11, 11 *Virgo* Nuptiarum expers, et adhuc proteruo Cruda Marito. Noctis luſus Stat. Theb. 9, 612. Oculi Ouid. Epiſt. 17, 77. Ora canum Idem Met. 14, 63. Rixa Hor. Carm. 3, 14, 26. Sales Stat. Silu. 1, 6, 6. Stella Canis Icarii Ouid. Amor. 2, 16, 14. Turba Idem Epiſt. 5, 136. Venti Hor. Carm. 1, 26, 2. Verba proterua dicere in aliquem Ouid. Triſt. 5, 6, 26. *Compar.* Meretricem proteruiorem quotidiana regis ſtupra faciebant Iuſtin. 30, 2, 2.

PROTERVE. Adu. [προπετῶς] *Immoderate et ſuperbe.* Ter. Heaut. 4, 4, 1 Satis pol proterue me Syri promiſſa huc induxerunt. Idem Hec. 3, 5, 53 Ecce autem tu quoque proterue iracundus es. Multa miſer timeo, quia feci multa proterue Ouid. Amor. 1, 4, 45. Facere alicui proterue iniuriam Plaut. Rud. 2, 4, 1. Idem Amph. 2, 2, 207 Quae non deliquit, decet audacem eſſe, et confidenter pro ſe et proterue loqui. *Compar.* Facere et dicere aliquid aequo proteruius Ouid. de Arte Am. 1, 599. *Superl.* In noſtram Religionem proteruiſſime inſiliunt Auguſt. de Ciu. Dei 5, 22.

PROTERVITER, Ennius *apud* Nonium 11, 28 Quis eſt, qui noſtris foribus tam proteruiter.

PROTERVĬTAS, ātis. f. [προπέτεια] *Superbia, petulantia.* Ter. Heaut. 4, 6, 10 Quam paene tua me perdidit proteruitas. Cic. pro Cael. 29 c. 12 De corruptelis, de adulteriis, de proteruitate, de ſumtibus, immenſa oratio eſt. Grata proteruitas Hor. Carm. 1, 19, 7.

PROTERVIA, ae. f. *Idem.* [ἀταςθαλία] Auſon. Eidyll. 3, 172 Capripedes agitat quum laeta proteruia Panas. Proteruiam facere *librariorum aut criticorum adeo error eſt.* *Vid. ſub* VIA propter viam Facere *i. ſacrificare.*

PROTERVIO, īre. *Petulanter agere.* Tertull. de Patient. c. 12 Dilectio non inflatur, non proteruit, οὐ περπερεύεται. *Conf.* Guil. Briton. 6, 328 Me ſolum quaerit, Regna (*in*) mea ſola proteruit.

PROTESILĀVS, i. m. [Πρωτεσίλαος] *Vnus e Graecorum ducibus, qui ad Troiam profecti ſunt: quum primus ex nauibus in litus proſiliret, ab Hectore eſt interfectus. Fuit ex Phylace Theſſaliae oppido. Inde* Phylacides *dictus. Eius vxor Laodamia, quum interitum reſciſſet, in ſolatium moeroris optauit, vt mortui vmbram videret. Quod quum impetraſſet, in illius amplexibus exſpirauit.* Propert. Eleg. 1, 19, 7 Illic Phylacides, *etc.* *Vid.* Ouid. Met. 12, 68. *et* Epiſt. 13.

PROTESILAĒVS, a, um. Adi. [Πρωτεσιλάειος] Catul. 66. (67) 73 Coniugis vt quondam flagrans aduenit amore Proteſilaëam Laodamia domum. Proteſilaëum delubrum, *In quo Proteſilai oſſa conſecreta ſunt, non procul a Cherronneſo.* Strabo 13. *et* Pomponius 2, 2.

PROTESTOR, āri. *Palam teſtari.* Imp. Iuſtin. Inſtit. *pr.* Bellicos ſudores noſtros tam Africa, quam aliae innumerae prouinciae iterum ditioni Romanae noſtroque additae imperio proteſtantur. *Conf.* l. fin. de Inſtitor. act. Quinctil. Decl. 4 *extr.* Praedico, proteſtor, non ego parricidium faciam. Macrob. Saturn. 1, 17 *extr.* Floris ſpecies florem rerum proteſtatur.

PROTESTO, āre. non minus quam Proteſtor veteres dixiſſe *docet* Priſcian. p. 799.

PROTESTĀTVS, a, um. Apul. Met. 10 p. 252 Vxor magno fidem eius proteſtata clamore.

PROTESTATIO, ōnis. f. Symmach. Epiſt. 1, 56 Alia eſt proteſtatio amoris, alia linguae oſtentatio.

PRŌTEVS, *duarum ſyllabarum vox*, i. m. [Πρωτεὺς] *Filius Oceani et Tethyos, marinus deus, paſtor Phocarum: et vates, ſed niſi coactus, nulla dans reſponſa.* Virg. Georg. 4, 382 *Fuit autem rex Aegypti temporibus Priami regis Troiani. Quum Aegyptus rege careret, ait Diodorus 2 ex dignioribus quidam in regem aſſumtus eſt, quem Aegyptii Cetea, Graeci* Proteum *appellant, qui Iliaci belli tempore exſtitit. Hunc artium peritum fuiſſe tradunt, et in varias ſe formas vertere ſolitum, vt nunc animal, quandoque arbor, aut ignis, aut quid aliud videretur.* *Vid.* Virg. Georg. 4 *verſus f. et Drakenb. ad* Sil. 7, 423. *vel Polyaen. praef. de Strateg. Conſuetudo autem regibus Aegyptiis, cauſam huiusmodi transmutationes fingendi praebuit. Nam Aegyptiis mos erat regibus, aut leonis, aut tauri, aut draconis, priorem partem in capite ferre inſignia principatus, quandoque vero arborem, aliquando ignem, quandoque redolentia ſupra caput vnguenta. Haec tum ad decorem ſpectant, atque ornatum: tum ſtuporem, ac ſuperſtitionem quandam adſpicientibus iniiciebant, etc.* Proteum aliquando in Carpatho inſula regnaſſe, Pallene vrbe Theſſaliae relicta, ad quam tamen reuerſus eſt poſtea, Seruius *auctor eſt, enarrans carmen illud* Virg. Georg. 4, 387 Eſt in Carpathio Neptuni gurgite vates Caeruleus Proteus, *etc.* Idem Aen. 11, 262 Atrides Protei Menelaus adusque columnas Exulat. *i. Ad fines Aegypti peruenit: ex eo, quod in confiniis, columnae, quae dirimerent terras, ponerentur, vt Pollux et Strabo plerisque locis ſcribunt. Annotauit Turnebus.* Senex Proteus Ouid. Met. 11, 221. Mutabilior Proteo: *In vafrum et verſipellem competit: aut in eos, qui facile vertunt ſententiam.* Hor. Epiſt. 1, 1, 90 Quo teneam vultus mutantem Protea modo? Idem Serm. 2, 3, 71 Effugiet tamen haec ſceleratus vincula Proteus. Protea *vocat Tergiuerſantem, et quem Graeci vocant δυσφώρατον, id eſt deprehenſu difficilem. Hinc cognomentum* Peregrino Philoſopho *de quo* Gell. 12, 11. Ammian. 22, 41. Tertull. ad Mart. *et Lucianus peculiari libello.*

PROTEA, ae. f. *Herba paluſtris.* Apul. de Herb. c. 67.

PROTHEOREMA, ătis. n. *Praeuia conſideratio.* Mart. Capell. 2 p. 35 Formae multiangulae protheorematum vel elementorum diuerſitate formatae.

PROTHĔSIS, is. f. [πρόθεσις] *Latine dicitur Praepoſitum, ſiue Praepoſitio.* Figura eſt Grammaticis propria, quoties litera quaedam vel ſyllaba apponitur ad principium dictionis: vt Gnate, pro nate: Tetulit, pro tulit. *Ex* Donato. *Al.* Proſtheſis. *Conf.* Iſidor. 1, 34.

PROTHȲME. Adu. *Ex Graeco* προθύμως. Plaut. Pſeud. 5, 1, 23 Diem prothyme ſumere.

PROTHYMIA, ae. f. [προθυμία] *Promtitudo, alacritas Latine dicitur.* Plaut. Stich. 4, 2, 53 Vides benignitates hominum perire et prothymias. *Ibid.* 5, 2, 11 Proh dii immortales, quot ego voluptates fero, quot riſiones, quot iocos, quot ſuauia, ſaltationes, blanditias, prothymias.

PROTHYRIS, ĭdis. f. [προθυρὶς] *Ancon.* Vitruu. 4, 6. *Vid. Bald. Lex.* p. 7.

PROTHYRVM, i. n. [πρόθυρον] *Veſtibulum in ianua domus, ita de priuatis aedibus dictum, vt propylaeum de veſtibulo vrbis, vel templi, vel regiae. Auctor* Vitruu. 6, 10 Item prothyra, Graece dicuntur, quae ſunt ante in ianuis veſtibula. *Nos autem appellamus* prothyra, *quae Graece dicuntur Diathyra. Dixi autem penult. corr. quia Dithyrambus, quod ab eadem eſt origine, ſecundam corripit apud* Hor. Carm. 4, 2, 10. *Conf.* Dig. l. 50 t. 16 de V. S. leg. 245.

PROTĬNVS, ſ. PROTENVS. Adu. [αὐτίκα] *Idem ac Protenus, i. Statim, et recta antrorſum via, quae eſt breuiſſima, quaſi Porro tenus. Significat itaque continuationem nulla re interruptam, vt vno tenore res peragatur. Hanc notionem retinet, licet deinde, pro reliqua circumſtantia,* ſimul, deinceps, immediate, a principio, *aut ſimiles particulae ſubſtitui poſſint, quod facere ſolent veteres et recentiores Interpretes.* *Vid.* Non. 4, 384 Taubm. *ad* Virg. Ecl. 1, 14 Capellas Protenus aeger ago, *i. non paſſim vagari patior, ſed recta via et breuiſſima hinc ago.* *Vid. Taubm. ad* Virg. Ecl. p. 8. Virg. Aen. 4, 196 Protinus ad regem curſum detorquet Hiarbam. Protinus, id eſt, eodem die Scribon. 19. Plin. 15, 17 ſ. 18 In cinere lixiuio tingunt protinus, quam detraxere vitibus. *i. Protinus poſtquam.* Rogo te, vt Romam protinus pergas Cic. Q. Frat. 1, 3. Id. de Diuin. 1 c. 24 Deus praecepit Hannibali, vt pergeret protinus; quid retro atque a tergo fieret, ne laboraret. *Et* Fam. 3, 6 Clodius a me petiuit Corcyrae, vt Laodiceam protinus irem. Neque libelli protinus lecti erant Paterc. 2, 57, 2. Virg. Aen. 6, 34 Quin protinus omnem Perlegerent oculis. Quinctil. in Aegro redemto, Traxerat ex firmitate mentis magnam protinus et in membra conſtantiam. Deinceps, exinde, *ait* Seruius, Virg. Georg. 4 *pr.* Protinus aërii mellis caeleſtia dona Exſequar. *Sed quidni hic quoque ſit* iam ſtatim? *Sic* Hor. Epiſt. 1, 18, 67 Protinus vt moneam, *i. vt ſtatim illud praeceptum ſubiiciam.* Vlpianus, Etenim parui refert protinus libertus patrono cogatur dare, an per interpoſitam fideiuſſoris vel rei perſonam, *i. ſtatim nullo alio interueniente.* *Sic idem* Vlpianus in l. Sed etſi, Ad Senat. Macedon. Videri pecuniam a donatore profectam protinus ad creditorem, et fieri numos accipientis. Celſ. 3, 9 Neque ideo tamen non eſt temeraria, iſta medicina, quia plures ſi protinus a principiis excepit, interemit. *Sic vtitur etiam* 7, 8 Solet euenire vel a prima natali die protinus *etc.* *Et* 7, 26 Id protinus in imbecillioribus ab ipſa curatione faciendum eſt. Id. 3, 6 Periti medici eſt, non protinus vt venit apprehendere manu brachium. Plin. 18, 17 Venti tribus temporibus nocent frumento et hordeo; in flore, aut protinus cum defloruere, vel matureſcere incipientibus. Celſ. 3, 18 Leuato acceſſionis impetu, protinus mens redit. Quinctil. in prooemio 1 Altius tamen ibunt, qui ad ſumma nitentur, quam qui praeſumta deſperatione quo velint euadendi, protinus circa ima ſubſliterint. Principium eſt oratio proſpicue et protinus perficiens auditorem attentum Cic. de Inuent. 1, 20. Virg. Aen. 10, 340 Traiecto miſſa lacerto Protinus haſta fugit, ſeruatque cruenta tenorem, *recta via, vno tenore.* Plin. 5, 9 Originem in monte inferioris Mauritaniae, non procul Oceano habet, lacu protinus ſtagnante, quem vocant Nilidem. Celſ. 5, 26 Optime ſurculum educit ſuperimpoſita arundinis radix, ſi tenera eſt, protinus contrita; ſi iam durior, ante in mulſo decocta. Plin. 16, 25 Concipiunt — alia protinus vt animalia, tardius aliqua, et diutius grauida partus gerunt. Virg. Aen. 7, 621

Cornuque recuruo
Tartaream intendit vocem, qua protinus omne
Contremuit nemus.

Quando autem huic Aduerbio additur negatio, ſignificat Non ideo: quemadmodum fit in Continuo et Statim. Quinctil. 10, 1 Non autem vt quidque praecipue neceſſarium eſt, ſic ad efficiendum oratorem maximi protinus erit momenti. Plaut. Pſeud. 2, 1, 13 Poſt ad oppidum hoc vetus continuo mecum exercitum protinus abducam. Virg. Aen. 8, 159 Protinus Arcadiae gelidos inuiſere fines, *dum recta via iter ſuum perſequitur.* Suet. in Octau. c. 38 Liberis Senatorum, quo celerius Reipub. aſſueſcerent, protinus virilem togam, latum clauum inducere, et curiae intereſſe permiſit. *Non puto,* protinus *adſumere Accuſatiuum, ſed excidiſſe copulandi coniunctionem.* *Vid.* CLAVVS n. 6.

PROTĬNAM. Adu. [εὐθὺς] *Idem apud veteres ſignificabat.* Plaut. Caſ. 5, 2, 16 Etſi malum merui, hac dabo protinam, et fugiam. *Et* Idem *apud* Non. 4, 384 Dare pedibus protinam ſeſe ab his regionibus. Nouius ibid. Vbi vidi, exanimabiliter timidis pedibus protinam me dedi. Ter. Phorm. 1, 4, 13 Atque hinc me coniicerem protinus in pedes. *Vbi* Donatus, Protinam fuit: et ſic Nigidius legit. Varr. de L. L. 6, 6 p. 82, 29 Protinam a protinus continuitatem ſignificans, *nempe nullo neque ſpatio neque tempore interiecto.* Plaut. Perſ. 4, 5, 8 At ne cum argento protinam permutes domum. Idem Curc. 2, 3 *extr.*

PROTOCOLLVM, i. n. [πρωτόκολλον] *Quaſi prima glutinatio, prima Scheda, primo loco glutinata in chartae ſcapis et in libris compactis. In protocollis ſcaporum nomen auctoris ſ. officinae, locique adeo, et temporis quo charta confecta erat. In libris autem* πρωτόκολλον *nomen auctoris et operis titulus. Haec ex Graecis probat Salmaſ. ad* Vopiſcum p. 703 ſq. *Oppoſitum* Eſchatocollon, *v. v.*

PROTOCOMIVM, i. n. [πρωτοκόμιον] *Prima coma.* Veget. de Re vet. 2, 11, 4 Caput et tempora ſub ipſo Protocomio ſemiſſe inuris cauterio.

PROTOGĔNES, is. m. [Πρωτογένης] *Pictor nobiliſſimus, cui patria fuit Caunus, gens Rhodiis ſubiecta.* Palmam habet tabularum eius Ialyſus, qui eſt Romae, dicatus in templo Pacis: quem quum pingeret, traditur madidis lupinis vixiſſe, quoniam ſimul famem ſuſtineret, et ſitim, ne ſenſus nimia dulcedine obſtrueret. Huic picturae quater colorem induxit ſubſidio iniuriae et vetuſtatis, vt decedente ſuperiore, inferior ſuccederet. *Haec et alia multa de* Protogene Plin. 35, 10. Fabius 12, 10. *et* Gell. *Vid.* IALYSVS. ¶ 2 *Per Antonomaſiam* Iuuen. Sat. 3, 120 Non eſt Romano cuiquam locus hic vbi regnat Protogenes aliquis, vel Diphilus aut Hermarchus *i. Graeculi homines, artis alicuius aut doctrinae, aut humanitatis adeo et venuſtatis cauſa in domos nobiliorum aſſumti.*

PROTOLLO, ĕre. [προτείνω] *Vltra tollere.* Plaut. Pſeud. 3, 2, 71 Manum ſi protollet, et pariter proferto manum. Auien. Arat. Phaenom. 568 Pleïades femoris pariter ſub fine ſiniſtri Perſeus protollit, *quaſi ſuſpenſus a ſuo pede.* ¶ 2 Protollere, [ἀναβάλλεσθαι] *Differre, prolongare.* Plaut. Caſin. 3, 5, 43 Neque viri vitam ſinet in craſtinum protolli Gell. 3, 16 Neque vltra decimum menſem

ſem fetura mulierum protolli poteſt. Plaut. Caſ. 2, 8, 11 Protollo mortem mihi.

PROTŎME, es. f. *Scalig.* [προτομή] *Prima aequi portio.*

PROTOMYSTA, ae. m. [πρωτομύστης] *Myſtarum princeps. Myſtae autem ſacerdotes appellantur, qui myſteria et eccleſiae ſecreta regunt, et adminiſtrant. Vtitur* Sidon. Epiſt. 2, 9.

PROTŎNO, āre. [προβροντάω] *Vocem, inſtar tonitru, horribilem emittere.* Valer. Argon. 4, 205

Deuolat inde furens, nec qua via, cúrue profecti,
Nec genus ante rogat: ſed tali protonat ira,
Incipite ô iuuenes, *etc.*

PROTONOTARIVS, i. m. [πρωτογραμματεύς] *Notariorum primus.*

PROTOPLASTVS, i. m. [πρωτοπλάστης] *Primo formatus, Adam.* Tertull. Exhort. Caſt. c. 2. Alcim. Auit. 2, 35 *vbi alii* protoplaſtûm. *Corripit primam* Orient. Common. 2 Per pomum protoplaſte cadis.

PROTOPRAXIA, ae. f. [πρωτοπραξία] *i. Prima exactio, vel* priuilegium, *vt quis* caeteris creditoribus anteponatur, *vt explicat ipſe Traianus, reſpondens* Plinio *ſuo ad illud* Epiſt. 10, 109 Inueni a plerisque proconſulibus conceſſam eis protopraxian.

PROTOSĔDEO, ēre. Tertull. de Coron. Mil. c. 15 Protoſedent et presbyteri coronati, *i. praeſident in thronis.*

PROTOSPATHARIVS, i. m. *Iuri reddendo praefectus apud Conſtantinopolim. Harmenopul. Epit. 1* Luitprandus de Reb. per Europam geſt. 3, 7.

PROTOSTASIA, ae. f. *Vt,* Protoſtaſiae munus, in l. 8 C. de munerib. patr. l. 3 de filiisfam. et quemad. pro his par. tenean. *it.* toto tit. de Protoſtaſia in C. Theod. (11, 23) *res obſcuriſſima, vt fatetur Iac. Gothofredus ad* l. 1 *tituli citati, qui tamen illud tandem conficit,* Protoſtaſiam *fuiſſe principalem et ſummam tributorum curam in ſingulis municipiis et territoriis per Orientem, periculo* Protoſtatae.

PROTOTŎMVS, i. m. [πρωτότομος] *Primae ſectionis. Primus caulis qui ſucciditur, vel cyma braſſicae, a prima ſectione,* prototomus *appellatus eſt, quae Vere fit: eſtque ipſorum caulium delicatior, tenuiorque cauliculus.* Columel. 10, 369

Sed iam prototomos tempus decidere caules. Martial. 10, 48
Et faba fabrorum, prototomique rudes. Idem 14, 101
Prototomis, pudet heu, ſeruio coliculis.

PROTOTYPIA, ae. f. [πρωτοτυπία] l. 2 C. Theod. de Protoſtaſia et Prototypia, *eſt, vt tandem conficit ſub longa diſputatione Gothofredus ad l. c. Munus formalis* (*i. vniformis et ad vnum* Prototypon, *formam vnam exacti*) *pretii ſtatuendi pro tironibus.*

PROTRADO *eſſe dicitur* Apul. Apol. . . .

PROTRĂHO, xi, ctum, ĕre. [παρέλκω] *In publicum, certe in conſpectum trahere.* Liu. 28, 29 Nudi in medium protrahebantur, et ſimul omnis apparatus ſupplicii expromebatur. Lucret. 5, 1387 Sic vnumquidquid paullatim protrahit aetas In medium, ratioque in luminis eruit oras. Cic. Verr. 4, 24 Hinc in conuiuium Sextum Cominium protrahi iuſſit. Omnia protrahere in lucem Lucret. 4, 1183. Caput alicunde Propert. 3, 18, 26. Latitantes indicio Ouid. Triſt. 3, 4, 72. In medios aliquem protrahere, *Statuere coram omnibus* Virg. Aen. 2, 123. Cic. Philipp. 1, 22 Quis reum damnare audeat, vt ipſe ad operas mercenarias ſtatim protrahatur? Protrahere ad indicium Liu. 33, 28. Verum protrahere alicunde *Elicere* Lucret. 1, 410. *Augere:* Valer. Max. 1, 5, 8 *de Caio Caſſio,* Vt rapaciſſimi victoris inſolentiam dicti tumore protraheret. ¶ 2 Protrahere, [ἀναβάλλεσθαι] *Differre, prolongare:* Ter. Andr. 2, 1, 15 Credo impetrabo, vt aliquot ſaltem nuptiis protrahat dies. *Hoc loco* Donatus *legit* Prodat. *quod recte ſequuntur hodie.* Protrahere et differre Suet. Neron. c. 32. Mors lenta protrahatur longa fame Senec. Herc. fur. f. 6.

PROTRACTVS, a, um. Part. [ἑλκυσθείς] Ad arma protractus Sil. 16, 84.

PROTRACTE. Adu. Sariſb. 2, 26 Protractius derideri.

PROTRACTIO, ōnis. f. Macrob. Somn. Scip. 1, 12 Quae eſt prima protractio. *de lineis.*

PROTRACTVS, ûs. m. Apul. Met. 11 Sacerdos in ipſo protractu pompae roſeam manu dextra ſiſtro cohaerentem geſtabit coronam. *Al.* Procinctu. *Vid. Elmenhorſt. Emend. ad* p. 259.

PROTREPTĬCVS, a, um. Adi. [προτρεπτικός] *Inſtructiuus et exhortatiuus.* Symmach. Epiſt. 1, 25 Indulge ſtilo, aliquidque didaſcalicum ſeu protrepticum ſcribe. *Add.* Id. Epiſt. 1, 31. Auſon. Epiſt. ad Eidyl. Libellum inſtar protreptici luſeram. Capitolinus in Gallien. c. 2 *pr. ait librum, cui titulus eſt* Hortenſius, ſcriptum eſſe a Tullio ad exemplum protreptici. *Conf.* Treb. Pollio de Gallien. c. 2. *Abſolute etiam* Protrepticon *exſtat loco tituli in* Stat. Silu. 5, 2. *et in* Auſon. Eidyll. 4 *quod vtrumque carmen adhortationes ad virtutem continet.*

PROTRIMENTVM, PROTRITVS, *vid.* PROTERO.

PROTRŎPVM, i. n. [πρότροπον] *Genus vini.* Plin. 14, 9 Sed inter haec gene ra potuum ponere debeo et protropum; ita appellatur a quibusdam muſtum ſponte defluens ante quam calcentur vuae. *Add. ib.* c. 7. Protropum vinum, *dicitur a* Columel. 12, 41, 1 Muſtum lixiuium *Latine:* Muſtum, inquit, lixiuium de lacu ſtatim tollito: hoc autem erit, quod diſtillauerit ante, quam nimium calcetur vua. Protropi *appellatio Graecis ab eo deducta apparet, quod calcaturam et praelum ſponte effluendo praeuertat;* ἀπὸ τοῦ προτρέπειν τὸ ἐκπιέζεσθαι. *quod ipſum ex Plinii verbis clarum eſt.*

PROTRVDO, ſi, ſum, ĕre. [προωθέω] Porro, *ſiue vltra* trudere. Cic. de Fato 43 c. 19 Vt igitur inquit, qui protruſit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem non dedit; ſic, *etc.* Protrudere aëra Lucret. 4, 247. Paullatim moles protruditur atque mouetur Lucret. 4, 889. Protrudere opus, *apud* Vitruuium 2, 8. *Vid.* ORTHOSTATA.

PROTRYGĒTON, i. n. [προτρυγητόν] Stella ad dextram Virginis, quam noſtri prouindemiam vocitant Vitruu. 9, 6.

PROTVBĔRO, āre. *Inſtar tuberis eminere.* Solin. c. 45 (57) *de Bucephalo,* De fronte eius quaedam exſtantium corniculorum minae protuberabant. *Et* c. 46 (59) Poma protuberant.

PROTVMĬDVS, a, um. Adi. Apul. de Deo Socrat. p. 96 Luna protumida.

PROTVRBO, āre. [ἀπαλλάσσω] Porro, *ſiue vltra, et a ſe, aut extra* turbare, *Repellere.* Liu. 5, 47 Iamque et alii congregati telis, miſſilibusque ſaxis proturbare hoſtes, ruinaque tota prolapſa, acies in praeceps deferri. Plin. 11, 19 Apes pigras et ignauas proturbant. Columel. 6, 37 Niſi ea prius marem cognouit, adſilientem admiſſarium calcibus proturbat. Proturbare aliquem Tacit. Annal. 11, 8. Hoſtem eminus miſſilibus Virgil. Aen. 10, 801. Hinc comminus atque hinc Id. ibid. 9, 441. A ſolio aliquem Valer. Argon. 1, 597. Extra tecta Columel. 9, 15. Iraque anhelatum proturbat pectore murmur Sil. 5, 605.

PROTVTOR, ōris. m. *Niſi diſtincte pro tutore malis legere, eſt, Qui aut ſe ingerit in tutelam, aut pro ipſomet tutore occupato, tuetur.* Romanum cum domeſticis cuſtodiendum protutoribus committi mandauit Ammian. 29, 5. l. 1 §. 1 de eo, qui pro tutor. l. vlt. de tutel. et rat. diſtrahen. l. 3 §. pen. de contrah. iudic. tutel. *et multis aliis locis,* in P. *Hinc* PROTVTELAE *actio,* quae in Protutorem datur, l. 4 de teſtam. tutel. l. penult. de tut. et rat. diſtr. in P. Vlpian. l. 1 D. §. 8.

PROTŸPVM, i. n. [πρότυπον] *Quod in typi vicem ante formatum eſt.* Plin. 35, 12 ſ. 43 Primusque perſonas tegularum extremis imbricibus impoſuit, quae inter initia protypa vocauit: poſtea idem ectypa fecit. *vid. Harduin. ad* Plin. c. l.

PROTŸRVM, i. n. Vinum apud inſulam Lesbon Vitruu. 8, 3.

PROVĔHO, xi, ctum, ĕre. [προάγω, ἐπιδίδωμι] *Producere.* Plaut. Rud. 3, 6, 25 Quia pol prouexi, auehere non quiui miſer. Liu. 22, 20 *pr.* Itaque ad Honeſcam claſſe prouecti, exenſu e nauibus in terram facto, quum vrbem vi cepiſſent, *etc.* Cic. Verr. 5, 47 c. 33 Poſteaquam paullum prouecta claſſis eſt, et Pachynum quinto die denique appulſa eſt. Vltra prouehi Virgil. Aen. 3, 481. Vlterius prouehere Propert. 2, 15, 19. Ratem prouehere per freta Valer. Argon. 4, 421. Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta Virgil. Aen. 3, 506. Atque etiam homines agreſtes inani ſpe ad aquas vsque Puteolanas prouehuntur Cic. Philipp. 8, 9. Prouehi equo Liu. 23, 47. Prouehere mulis Plin. 21, 13. ¶ 2 *Metaph. adhibetur, vt progredi:* Cic. ad Brut. 15 Sed prouehor amore: non enim id propoſitum eſt, huic epiſtolae Meſſalam vt laudem, *i. Rapior.* Longius in amicitia prouecti, *vid.* LONGVS. Eo vsque corruptionis prouectus eſt Tacit. Annal. 2, 55. Vnde et quousque iam prouecta ſit orandi facultas Quinctil. 2, 16. *Procedere:* Cic. de Finib. 3, 74 c. 22 Sed iam ſentio me eſſe longius prouectum quam propoſita ratio poſtularet, verum admirabilis compoſitio diſciplinae, incredibilisque rerum traxit ordo. Paullo longius oratio mea prouecta eſt Id. pro Roſc. Com. 31 c. 11. Paruula cauſa, eſt fatis, a tergo quae prouehat, *etc.* Lucret. 4, 195. Vitam in altum prouehere Id. 5, 1433. In maius prouehere Horat. Carm. 3, 4, 66. Prouehi in maledicta Liu. 35, 48 *extr.* Prouehere vitam ſuam in periculum Cic. pro Milon. 57. Prouehi ad optatos exitus Id. Offic. 2, 15. Paullatimque per altercationem ad continuas et infeſtas orationes prouecti ſunt Tacit. Hiſtor. 4, 7. Prouecta prudentia vsque ad extremum Cic. de Senect. 27. Id. pro Domo 32 c. 12 Sed quum me purgatum vobis eſſe cuperem, tum etiam veſtra in me attente audiendo benignitas Prouexit orationem meam: ſed hoc compenſabo breuitate, *etc.* Prouexit me haec ſpes Liu. 2, 50. Prouehere aliquem ad dignitatem Plin. Epiſt. 10, 8. Ab eo in conſulare prouectus faſtigium Paterc. 2, 69, 1. Plin. Epiſt. 8, 12 Vir eſt optimus, et inter praecipua ſaeculi ornamenta numerandus: colit ſtudia, ſtudioſos amat, fouet, prouehit. Sulpitium longius quam voluit, popularis aura prouexit Cic. de Aruſp. Reſp. 43. Vltra, quam homini datum eſt, prouehi Quinctil. in prooem. 6. Ecquo te tua virtus prouexiſſet? Cic. Philipp. 13, 24.

PROVĔHENS, entis. Partic. [προάγων] Liu. 40, 14 Illo etiam (prauo forſitan) gaudio prouehente, quod *etc.*

PROVECTVS, a, um. *al.* Partic. [προαχθείς] Cic. de Senect. 55 Ignoſcetis autem: nam ſtudio ruſticarum rerum prouectus ſum, et ſenectus eſt natura loquacior. Prouectus et delapſus in flumen Id. de Diuin. 1, 58. Id. de Senect. 10 c. 4 Quanquam eum colere coepi, non admodum grandem natu, ſed tamen iam aetate prouectum. Aetate prouecta mortua eſt Id. Tuſc. 1, 94 c. 39. Longius prouectus Aetate Id. de Clar. Orat. 129. Bellum longius Tacit. Hiſtor. 3, 46, 1. Dignitas longius Id. ibid. 1, 1, 5. Nox erat prouecta Tacit. Annal. 13, 20, 1. Senectus prouecta Id. ibid. 1, 4. *Comparat.* Prouectior ſenectute Arnob. 6 p. 195. Equi prouectiores Pallad. 4, 13 *extr. ſc. aetate.* Neſtore prouectior Auſon. Epigr. 19.

PROVECTVS, ûs. m. *Progreſſus.* Sidon. Epiſt. 4, 4 Prouectu aetatis. *conf.* Caſſiodor. Epiſt. 1, 24. Dictys Cret. 6, 11 Inſula prouectu frugum redundatura. *al.* Prouentu.

PROVECTIO, ōnis. f. Lactant. 5, 11 Prouectio dignitatis.

PROVECTIBILIS, e. Adi. Fulgent. de Cont. Virg. p. 147 Ingenio natum eſt prouectibile, *i. quod proficere et prouehi in melius poſſit.*

PROVĔNIO, vēni, ventum, īre. [παρίημι] *Venire in conſpectum.* Plaut. Pſeud. 1, 5, 155 Nam qui in ſcenam prouenit nouo modo, aliquid nouum inuentum afferre addecet. *A fructibus frugibusque petita translatione, Creſcere fructificare.* Plaut. Truc. 2, 6, 35 Quum tu recte prouenisti, quumque es aucta liberis, gratulor. *Eſt nempe* Prouenire, [φύεσθαι] *Produci, naſci:* Plin. 9, 10 *extr.* Neque aliud ibi animal prouenit. Carmina proueniunt animo deducta ſereno Ouid. Triſt. 1, 1, 39. Plin. 8, 19 Vt ex ſtudiis gaudium, ſic ſtudia hilaritate proueniunt. Proueniebant oratores noui, ſtulti, *etc.* Cic. de Senect. 20 c. 6 *ex* Naeuio. Plaut. Men. 5, 5, 61 Nimis prouentum eſt nequiter. *i. Peſſime res cecidit.* Cic. de Finib. 1, 47 Nec quid prouenturum ſit prouident. Annus fecundior prouenit Ouid. Faſt. 4, 672. Proueniant medii ſic mihi ſaepe dies Id. Amor. 1, 5, 26. *Succedere:* Tacit. Hiſtor. 2, 16, 2 Inani auxilio etiamſi proueniſſet. *Ipſi etiam homines* bene *aut* nequiter prouenire *dicebantur, quibus res vel pulchre vel ſecus ſuccederent. Cuius formulae plurima exempla apud Plautum, v. g.* Truc. 2, 4, 33 *ad eam, quae putabatur puerpera,* Cum bene proueniſti, ſalua, gaudeo. *Et* 2, 6, 35 Cum tu recte proueniſti, cumque es aucta liberis, Gratulor. Id. Rud. 3, 5, 57 Edepol proueni nequiter multis modis. *Add.* et Sticho 2, 3, 72. *conf. item* Columel. 4, 29.

PROVENIENS, entis. Partic. Ouid. in Nuce 10 Fructus proueniens.

PROVENTVS, a, um. Partic. Macrob. Saturn. 7, 12 *extr.* Ideo ex aſpiratione oris prouenta ſuauitas excluditur.

PROVENTVS, ûs. m. [πρόβασις, πρόσοδος] Ortus vel Reditus non tantum bonarum, ſed etiam malarum rerum, *vid.* Non. 12, 12. Plautus, Calamitatum et miſeriarum tot prouentus. Plin. 8, 55 Certum eſt Balearicos aduerſus prouentum eorum, auxilium militare a Diuo Auguſto petiſſe. *de Cuniculis loquitur.* Lactis Plin. 20, 12. *conf.*

12. *conf.* Virgil. Georg. 2, 518. Poëtarum Plin. Epiſt. 1, 13. Orationis Id. ibid. 9, 13, 18. Scelerum nouorum Lucan. 2, 61. Prouentus dapſilis, *vid.* DAPS. Onerare ſulcos prouentu Virgil. Georg. 2, 518. Triferus prouentus Plin. 15, 18. *Pro Succeſſu:* Caeſ. B. C. 2, 38 Multum ad hanc rem adiuuat adoleſcentia, magnitudo animi, ſuperioris temporis Prouentus, fiducia rei bene gerendae. Valer. Max. 5, 10 *de Aemylio Paullo,* Quum in maximo prouentu felicitatis veſtrae Quirites timerem, ne quid mali fortuna moliretur, *etc.* Fauet Ruſſino Aemilianus et prouentum cupit Apulei. Apol. p. 335.

PROVENTO, āre. Frequentat. Naeu. *apud* Cic. de Senect. 20 c. 6 Prouentabant oratores noui, ſtulti adoleſcentuli, *al.* proueniebant.

PROVERBIVM, i. n. [παροιμία] *dicitur quaſi publicum et Commune omnium verbum: eſt enim ſententia, quae in ore omnium verſatur.* Cic. Philipp. 13, 27 c. 12 Illud tamen verum, quod in hoc Planco prouerbii loco dici ſolet, perire eum non poſſe, niſi ei crura fracta eſſent. Opportune aptata prouerbia Quinctil. 6, 3. Ceſſit in prouerbium, *vid.* CEDO. Contritum vetuſtate prouerbium, *vid.* CONTERO. Cic. Acad. 4, 57 Videsne vt in prouerbio ſit, ouorum inter ſe ſimilitudo? *add.* Id. Offic. 1 c. 16. Quod eſt Graecis hominibus in prouerbio Id. Verr. 1, 53. Tangunt eum prouerbia Ouid. Faſt. 5, 489. Tritum ſermone prouerbium Cic. Offic. 1, 33 c. 10. Tritum vetuſtate prouerbium Id. ibid. 3 c. 19. Venit in prouerbium Liu. 40, 46 *extr.* Venit in conſuetudinem prouerbii Cic. Offic. 2, 55 c. 15 *extr.* Verſari in communi prouerbio Id. Verr. 1, 121 c. 46. Vertere in ludicrum prouerbii, *vid.* LVDICRVS. Cic. de Senect. 7 c. 3 *in.* Pares enim cum paribus, veteri prouerbio facillime congregantur.

PROVERBIALIS, e. Adi. Verſus prouerbialis Gell. 2, 22.

PROVERBIALITER. Adu. Ammian. 29, 17 Prouerbialiter dici ſolet.

PROVERSVS, a, um. Varro de L. L. 6, 5 p. 78, 12 Apud Plautum, Vt tranſuerſus, non prouerſus cedit, quaſi cancer ſolet. Dicitur ab eo, qui in id, quod eſt verſus; (*Sic Scalig. ſed Sciopp.* p. 130 Qui it in id, quod eſt in verſu) et ideo qui exit in veſtibulum, quod eſt ante domum, prodire et procedere dicitur. Quod quum leno non faceret, ſed ſecundum parietem tranſuerſus iret, dixit: vt tranſuerſus cedit, quaſi cancer: non prouerſus, vt homo. *Haec* Varro. *Sic* Prouorſum fulgur *apud* Feſtum, quod ignoratur, noctu an, interdiu ſit factum. *Sed ſuſpicatur Scalig. ex errore hoc eſſe vel Feſti, vel Paulli, pro* Controuerſum. *Et ſane* con *et* contra *ſic ſolent contrahi in ſcriptura Longobardica, vt in* pro *mutari poſſint.*

PROVĪDEO, vīdi, vīſum, ēre, [προνοέω, προμηθέομαι] *Ante vel a longe, et futurum aliquid videre, antequam ſit factum.* Cic. de Diuin. 2, 15 Medicus morbum ingraueſcentem ratione prouidet, inſidias imperator, tempeſtates gubernator: et tamen ipſi ſaepe falluntur, qui nihil ſine certa ratione opinantur. Id. Tuſc. 1, 66 Quod et praeterita teneat, et futura prouideat. Eſt boni Conſulis non ſolum videre quid agatur, verum etiam prouidere, quid futurum ſit Id. pro Muraen. 4. Prouidere in poſterum Id. de Legib. 3, 44 c. 2. Prouidere exitus Id. Fam. 6, 4 *pr.* Ehem, optime: quemadmodum tu aduenisti? Non hercle te prouideram *i. Animaduerteram* Plaut. Aſin. 2, 4, 43. *Sic* Horat. Epiſt. 1, 7, 69 Quod non mane domum veniſſet: denique quod non Prouidiſſet eum. Plin. Epiſt. 92 Quod quidem ſemper quaſi prouideret hoc tempus, ſedulo facit. Caeſ. B. G. 7, 30 Pluſque Animo prouidere et praeſentire exiſtimabatur, quod, *etc.* Coniectura aliquid Cic. Attic. 1, 1. Ante occupatur animus ab iracundia, quam prouidere ratio potuit, ne occuparetur Id. Q. Fratr. 1, 1, 31. Celeritas in conficiendo, conſilium in prouidendo Id. pro Lege Manil. 29. ¶ 2 *Vt,* Videre, Proſpicere, Curare *etc.* *Sic* Prouidere *eſt* [φυλάττειν] *Cauere.* Terent. Andr. 1, 3, 4 Quae ſi non aſtu prouidentur, me, aut herum peſſundabunt, *vid.* Donat. h. l. Id. Heaut. 1, 1, 63 Putauit me aetate et beneuolentia plus ſcire et prouidere, quam ſeipſum ſibi. Fortuitos caſus nullum humanum conſilium prouidere poteſt Vlpian. in l. 2 §. ſi eo D. de adminiſtr. rer. ad Rempubl. pertinent. Niſi prouidiſſes, tibi ipſi tum pereundum fuiſſet Cic. Verr. 1, 157. Prouidere et praecauere Id. pro Planc. 53 c. 22. In poſterum quam longiſſime prouidere Id. Philipp. 7, 19 c. 7. Quum videtur praecaueri potuiſſe, ſi prouiſum eſſet Id. Tuſc. 3, 52. Actum eſt de te, niſi prouides Id. Fam. 9, 18 (19). Cic. Tuſc. 1, 78 Sed, ne accidat, prouidebo. Quidquid prouideri poteſt prouide, ne, *etc.* Id. Attic. 5, 11. Quid in quaque parte prouideri opus eſſet, *etc.* Caeſ. B. G. 3, 22. Omnibus rebus cura et prouide, ne *etc.* Cic. Attic. 11, 3. Iam ſocii ne ſpoliarentur, fide ac officiis prouiderunt Id. Verr. 5, 126. Animo ſaluti alicuius Id. in Catilin. 3, 4. Sibi ex iniuria alterius Id. Verr. 1, 85. Id. Fam. 10, 4 Quantum viribus eniti, conſilio prouidere, auctoritate mouere potuero. Caetera, quae conſilio prouideri poterunt, cauebuntur Id. Attic. 10, 18 (16). Conſulere omnibus, mederi incommodis hominum, prouidere ſaluti Id. Q. Frat. 1, 1. Ex aliorum euentibus, rationibus ſuis prouidere Auctor ad Herenn. 4, 14 c. 9. Vitae hominum Cic. de Nat. Deor. 1, c. 2. Alicui contra aliquem Id. pro Cael. 22. Huic loco, per deos immortales, Iudices, conſulite et prouidete Id. Verr. Act. 1, 43. Publice Id. Anteq. iret in exil. 9. *i. Communi ſaluti conſulere.* Magnopere prouidendum, *vid.* MAGNVS. Sane multum in eo Reipubl. prouiſum eſt Cic. Attic. 7, 14. A me ita praecautum et prouiſum eſt Id. ibid. 2, 1. Prouidere rebus neceſſariis, *Res neceſſarias comparare:* Cic. .. Satis iam omnibus quae neceſſaria erant, prouiſum putabant. Prouidere rei frumentariae Caeſ. B. G. 5, 8. Prouidere rem frumentariam Id. ibid. 6, 9. Prouidere in hiemes pabulum Plin. 8, 38. Prouidere auctorem induſtrium Columel. 6, 27. Prouiſum hoc legibus, *i. Cautum* Plin. Epiſt. 3, 9. Prouiſum a diis immortalibus Cic. de Nat. Deor. 2, 135. Prouiſum eſt rationibus multis, ne noceri poſſit Verri Id. Verr. Act. 1, 27. Terent. Phorm. 5, 2, 14 Prouiſum eſt, ne in praeſentia haec hinc abeat. Mouere, ferre: Pacuuius Teucro, Aut me occide, illa hinc ſine vsquam prouideam gradum Non. 2, 656.

PROVĪSVS, a, um. Partic. [προεωραμένος] Columel. 9, 8. Paratus, et prouiſus Plin. Epiſt. 1, 14. Frugis prouiſae copia in annum Horat. Epiſt. 1, 19 (18) 109. Caeſ. B. C. 1 c. 49 Multum erat frumentum prouiſum, et conuectum ſuperioribus temporibus. Rem prouiſam verbaque non inuita ſequentur Horat. in Arte Poët. 311. Ratio explorata et prouiſa Cic. Verr. 1, 15 c. 6. Cui viuendi via conſiderata atque prouiſa eſt Id. in Parad. 5. His rebus prouiſis Columel. 9, 8. Prouiſa fiunt leuiora Cic. Tuſc. 3, 31 c. 15.

PROVĪSVS, ūs. m. [προόρασις] Tacit. Hiſtor. 2, 5 Diſpoſitu prouiſuque ciuilium rerum peritus. Prouiſu periculi Tacit. Annal. 1, 27, 3. Nullo rei frumentariae prouiſu Tacit. Annal. 15, 8, 1. Prouiſu Deûm, *i. Prouidentia* Id. ibid. 12, 6, 3.

PROVISIO, ōnis. f. [πρόνοια] Cic. Tuſc. 3, 30 c. 14 Tamen quoniam multum poteſt prouiſio animi et praeparatio ad minuendum dolorem, ſint ſemper omnia homini humana meditata. Id. in Orat. 189 Vitioſum genus, et longa animi prouiſione fugiendum. Cautio et prouiſio Id. de Amicit. 80 c. 21. Poſteri temporis prouiſio Id. in Partit. 69 c. 20. Summis gubernandae reipublicae prouiſionibus Eumen. Rhet. de Reſtaur. Schol. c. 5.

PROVĪSOR, ōris. m. [προνοητής] Horat. in Arte Poët. 164 Vtilium tardus prouiſor, prodigus aeris. *de iuuene.* Inſcript. Vet. apud Gruter. p. 459 n. 1 ORDINIS PROVISORI.

PROVĪSO, ſi, ſum, ĕre. [πρὸς τὸ ὁρᾶν ἔρχομαι] *Viſum vento. Nam* duo ſignificat, *inquit* Donatus: Procedere, et Videre. Terent. Eun. 3, 1, 4 Hoc prouiſo, vt tibi tempus ſiet, deducam. Idem Adelph. 5, 6, 1. *conf.* Plaut. Men. 5, 1, 4. Prouiſi, *Praeteritum:* Horat. Epiſt. 1, 7, 69 Denique quod non prouiſiſſet eum. *Mendoſe in nonnullis libris legitur* Praeuidiſſet, *vt vult Lambinus: Sed hodie editur* Prouidiſſet. Prouiſere aliquem, *i. Spectare num veniat.* Plaut. Stich. 5, 1, 4 More hoc fit, atque eſt ita mea ſententia: ſi quem hominem exſpectant, eum ſolent prouiſere, qui hercle illa cauſa nihil ocius venit; idem ego nunc facio, qui prouiſo Sagarinum, qui nihil ocius venit.

PROVĪDENS, ior, iſſimus. [προμηθής] *Prudens, qui praeuidet futura et cauet.* Plin. Epiſt. 4, 17 Quod tum recordor, intelligo mihi laborandum, ne qua parte videar hanc de me fiduciam prouidentiſſimi viri deſtituiſſe. Cic. Fam. 6, 6 Homo valde eſt acutus et multum prouidens. Id. ibid. 3, 1 Id enim mihi et ad breuitatem eſt aptius, et ad reliquas res prouidentius. Gratia prouidentiſſima Tertull. de Reſurr. Carn. c. 63. Princeps prouidentiſſimus Frontin. de Aquaed. 1 p. 225 *Keuch.* Prouidentiſſimus Imperator Plin. Epiſt. 8, 17. Tacit. Hiſtor. 1, 85, 6 Prouidentiſſimus quiſque. Inſcript. *apud Gruter.* p. 258 n. 6 PROVIDENTISSIMO IMP. CAES. MARC. ANTONIN. VERO INVIC. AVG.

PROVIDENTER. Adu. [προνοητικῶς] Salluſt. Iugurth. c. 90 Cibum ſatis prouidenter exornare. *conf.* Plin. Panegyr. 1, 2 *et* Lactant. 3, 17. Vlpian. l. 1 D. de tign. iunct. Quod prouidenter lex effecit, ne vel aedificia, *etc.* *Superlat.* Cic. de Nat. Deor. 3, 95 c. 40 Quae de prouidentia deorum ab illis ſanctiſſime et prouidentiſſime conſtituta eſt.

PROVIDENTIA, ae. f. [πρόνοια, προμήθεια] *Prudentia prouidendi futura.* Cic. in Hortenſ. . . Id enim ſapientis eſt, prouidere: ex quo ſapientia appellata eſt prouidentia. Id. de Inuent. 2, 160 c. 53 Prouidentia, eſt per quam futurum aliquid videtur, ante quam factum ſit. *it.* ſapientis eſt prouidere, ex quo ſapientia appellata eſt prouidentia *ibid.* Paterc. 2, . . Nec temerario conſilio, nec ſegni prouidentia vſi, ſpeculatique opportunitatem, ferro ſibi ad ſuos peperere reditum. Neque feriendi neque declinandi prouidentia eſt Tacit. Hiſtor. 4, 29, 3. *conf.* Id. Annal. 13, 3, 3. Prouidentia, qua cogitationes in longinqua praemittimus maximum bonum conditionis humanae Senec. Epiſt. 5. ¶ 2 Prouidentia, *Deo ſingulariter tribuitur, quin pro Deo ſaepe ponitur.* Quinctil. *de Cicerone* 10, 1 Dono quodam prouidentiae genitus, in quo totas vires ſuas eloquentia experiretur. Materiae rerum ex qua et in qua omnia ſint, fictrix et moderatrix diuina prouidentia Cic. de Nat. Deor. 3, 91. Mundus diuina prouidentia conſtitutus Id. de Vniuerſ. 8 c. 3 *extr.* Nullam terras deſpicere prouidentiam teſter Quinctil. in Prooem. 6. Prouidentia, quae πρόνοια Graece dicitur, haec potiſſimum prouidet, et in his maxime eſt occupata, primum, vt, *etc.* Cic. de Nat. Deor. 2, 58. Deorum prouidentia mundum adminiſtrari Id. de Diuin. 1, 117 c. 51. Regaturne prouidentia mundus Quinctil. 5, 7. ¶ 3 Prouidentia, *peculiariter vſurpata* Pomponio in l. Quintus Mutius, in fine D. de annuis leg. et fideic. Et magis enim eſt, vt prouidentia filiorum ſuorum hoc feciſſe videatur, *i. dum his prouidet.*

PROVĪDVS, a, um. Adi. [προνοητικός] *Diligens, ſolers.* Plin. Epiſt. 2, 10, 5 Sed diſpice, ne ſit parum prouidum, ſperare ex aliis, quod tu ipſe non praeſtes. Cic. pro Roſc. Amer. 117 c. 40 Itaque nunc illi homines honeſtiſſimi propter iſtius inſidias parum putantur Cauti prouidique fuiſſe. Id. de Nat. Deor. 2, 128 Atque vt intelligamus nihil horum eſſe fortuitum, et haec omnia eſſe opera prouidae ſolertisque naturae: quae multiplices fetus procreant, vt ſues, vt canes: iis inammarum data eſt multitudo. Aſtu prouidus Stat. Theb. 6, 766. Rerum veſtrarum prouidus Tacit. Annal. 4, 38. Multorum prouidus Horat. Epiſt. 1, 2, 19. *de Vlyſſe.* Actor prouidus Stat. Theb. 10, 323. Augur Ouid. Met. 12, 18. Auſpex Horat. Carm. 3, 27, 8. Cura Ouid. Faſt. 2, 60. Homo animal prouidum, ſagax, *etc.* Cic. de Legib. 1, 22 c. 7. Labor Sil. 7, 65. Mens Horat. Carm. 3, 5, 13. Mens prouida rerum futurarum Cic. de Diuin. 2, 117 c. 57. Natura conſultrix et prouida Id. de Nat. Deor. 2, 58. Orator prudens et prouidus Id. in Partit. 15. Virtus Claud. in Eutrop. 402.

PROVĪDE. Adu. [προνοητικῶς] *Diligenter.* Plin. 10, 33 Iam publicum quidem omnium eſt, tabulata ramorum ſuſtinendo nido prouide eligere.

PRŌVINCIA, ae. f. [ἐπαρχία] *Proprie Prouinciae dictae ſunt Regiones extra Italiam bello acquiſitae,* quod eas Romanus Populus prouicerit, id eſt ante vicerit, *inquit* Feſtus. *Seu, vt aliis placet, quod porro i. longe a Roma victae ſint.* Cic. Verr. 2, 2 Primum quod omnium nationum exterarum princeps Sicilia ſe ad amicitiam fidemque Pop. Roman. applicuit, id quod ornamentum imperii eſt, prouincia eſt appellata. *A Sicilia etiam incipit enarrare prouincias, quae tum erant, adiecto, quis quamque redegerit* Vellei. 2, 38 ſeq. *Ac de ipſa antiquitate et hiſtoria Prouinciarum Romanarum, et iure, totis libris homines eruditiſſimi egerunt, vt On. Panuinius in Imperio Romano, Carolus Sigonius libris duobus de Iure prouinciarum. Paullus Manut. in opere de Legibus: quorum inuentis multas praeclaras obſeruationes addidit Spanhem. tum de Vſu et praeſt. num.* Diſſ. XIII. *tum in Orbe Rom. qui illud*

lud in primis oſtendit, licet prouinciae *ſuis legibus priuatae ordinarie eſſent, et ex iure Romano et legibus a X Legatis ſcribi ſolitis a praeſide ius illis diceretur, tamen fuiſſe in illis αὐτονόμους ſ. liberas ciuitates ſuis legibus vtentes etc. Noſtrum eſt modo nomen ipſum, et formulas, quas illud ingreditur, locis veterum prolatis illuſtrare: quam illud mouerimus,* Ciceronis primam omnium ad Q. Fratrem epiſtolam *nihil eſſe aliud, quam adhortationem de prouincia Aſia recte adminiſtranda: ac multa eſſe, quae huc pertineant in epiſtolis ad Lentulum, ad Appium etc. itemque in* Ciceronis Orat. de prouinciis Conſularibus, *qua Caeſari continuari Gallias ſuaſit, quae res fatalis Reipubl. fuit et ipſi Tullio. Sed ad rem.* Animorum prouinciae prudens Tacit. Agric. 19 *i. Prouincialium.* Annuae Cic. de Prouinc. Conſul. 17. Conſulares Cic. pro Domo c. 9: *et tota quam laudamus toties Oratio.* Illuſtris, *vid.* ILLVSTRIS. Infeſta, *vid.* INFESTVS. Locuples ac referta, *vid.* Locuples, *in* LOCVS. Pacatiſſima, *vid.* PACATVS. Praetoriae ne plus quam annum, neue plus quam biennium conſulares obtinerentur Cic. Phil. 1, 19 c. 8. Accedere in prouinciam, *vid.* ACCEDO. Cic. Fam. 1, 7 Quum aliquantum ex prouincia, atque ex imperio laudis Acceſſerit. Accipere prouinciam, *vid.* ACCIPIO. Adiungere prouincias ad imperium, *vid.* ADIVNGO. Adminiſtrare prouinciam, *vid.* ADMINISTRO. Capere prouinciam, *vid.* CAPIO. Commorari in prouincia Cic. de Prouinc. Conſ. 29 c. 12. Coniunctae (*prouinciae*) Galliae duae vno imperio Idem ibid. 3. Communicare prouinciam, *vid.* COMMVNICO. Conſtat ea prouincia primum ex eo genere ſociorum, quod eſt ex hominum omni genere humaniſſimum, (*Graecos Aſiaticos intelligit*) deinde ex eo genere ciuium, qui aut — publicani ſunt — aut — negotiantur Cic. ad Q. Fr. 1, 1, 5 c. 1. Decernere prouinciam, *eſt Dicere ſententiam, vt quis mittatur in prouinciam adminiſtrandam* Id. Orat. de Prouinc. Conſ. *pr.* Hos de prouinciis ſi non aliquando Deducendi eſſent, Deripiendos non putaretis? Idem de Prou. Conſ. 13 c. 6. Idem in Piſon. 5 Ego prouinciam Galliam Senatus auctoritate, *etc.* In concione depoſui Idem Fam. 5, 2. Idem pro Sull. 52 Illam ſibi officioſam prouinciam Depopoſcit, vt prima luce Conſulem ſalutatum veniret. Idem pro Flacc. 32 Qui quum omnes Aſiae ciuitates proportione in prouincias Deſcripſiſſet. *de L. Sulla.* Idem Verr. 4, 51 c. 23 Illam ſibi ab iſto prouinciam Datam. Ducere prouincias Tacit. Ann. 3, 58. Plus eſt prouinciam Retinere quam Facere Flor. 2, 17, 8. *conf.* Id. 4, 12, 29. Habere prouinciam auctoritate Senatus, et ſorte Cic. in Piſon. 50. Habere deſponſam non decretam Idem de Prou. Conſ. 37 c. 15. Mitti in prouincias SC. in Cic. Fam. 8, 8. Multari imperatorem deminutione prouinciae contumelioſum eſt Cic. de Prouinc. Conſ. 38 c. 15. Prouincia Macedonia, quae erat ante Munita plurimorum imperatorum non turribus, ſed tropaeis; quae multis victoriis erat iam dudum triumphisque pacata, ſic Barbaris — Vexatur *etc.* Cic. de Prouinc. Conſ. 4 c. 2. Idem pro Flacc. 85 Quum prouinciam Aſiam Conſulari imperio Obtineres. Prouinciae octo, quas Praetorii pro Praetore Obtinerent Idem Fam. 8, 8. Ornatur prouincia, *quum magiſtratus, cum praeſcripta regendi forma, ei decernitur: vid. Torrent. ad* Sueton. Caeſ. c. 18. Perdomare prouinciam aliquam, *vid.* PERDOMO. Petere ambitioſiſſime prouinciam Quinctil. 6, 3. Praeeſſe alicui prouinciae Cic. pro Font. 2 c. 1. Proficiſci in prouincias Senatusc. in Cic. Ep. 8, 8. Redigere in prouinciae formam Sueton. Caeſ. c. 25. *Sic* Vell. 2, 38, 1 Quae cuiusque ductu gens ac natio Redacta in formulam prouinciae ſtipendiaria facta ſit. Referebatur de prouinciis Quaeſtorum, et de ornandis Praetoribus Cic. Q. Frat. 2, 3. Redditaque eſt omnis populo prouincia noſtro Ouid. Faſt. 1, 589. Noſtra triumphati fuerint prouincia Parthi Claudian. de Conſ. Honor. 4, 316. ¶ 2 *Non perpetuo vtuntur illa propria* Prouinciae *ſignificatione ſcriptores: ſed aliquanto latius patet illud nomen, vt omne munus publicum, omnem rei gerendae poteſtatem notare videatur.* *Sic* Liu. 10, 24 Patriciis tendentibus, vt Fabius Etruriam extra ordinem prouinciam haberet. *Sic ſaepius illo loco.* *Sic* c. 25 L. Volumnio Samnium prouinciam dari. *Sic* Aquaria prouincia Cic. in Vatin. 12 c. 5 *de qua Lipſ. Antiqu. Lect.* 1, 12. *Eadem* Oſtienſis Cic. pro Mur. 18 c. 8. Legatoria Id. Att. 15, 9. *in quam mittuntur legati, non ad rem gerendam, ſed frumenti emendi cauſa.* ¶ 3 *Sed alia etiam quaecunque negotia ſic appellantur. v. g.* Ter. Phorm. 1, 2, 22 O Geta prouinciam cepiſti duram, *cuſtodiendi adoleſcentulos.* Idem Heaut. 3, 2, 5 Idcirco huic noſtro tradita eſt prouincia. Plaut. Capt. 1, 2, 53 Quid credis? fugitant omnes hanc prouinciam. Cic. pro Cael. 63 c. 26 Deinde eam prouinciam ſuſceperint, vt in balneas contruderentur.

PROVINCIĀTIM. Adu. [κατ᾽ ἐπαρχίας] *Per Prouincias.* Sueton. Aug. c. 49 Ex militaribus copiis legiones et auxilia prouinciatim diſtribuit. *conf.* Ammian. 31, 10.

PROVINCIĀLIS, e. Adi. [ἐπαρχιώτης] Prouinciales *dicti ſunt, qui ex prouinciis ſunt, ſiue vt ait* Vlpian. de Verb. Signific. Qui in prouinciis domicilium habent. *Add.* Pompon. l. 2 §. 32 ff. de Orig. Iur. Prouincialium *nomine omnes praeter Italos appellabantur: Vnde* Columel. 5, 4 *tradit* vinearum prouincialium culturam, *quum alibi de* Italicarum *cultura ſcribat.* Plin. Epiſt. 9, 23, 2 Italicus es, an prouincialis? Sueton. Veſp. c. 9 Ordines exhauſtos ſuppleuit, honeſtiſſimo quoque Italicorum ac prouincialium allecto. Prouincialis locuples Sueton. Calig. c. 39. Auxilia Liu. 40, 32. Hoſpitia Cic. in Catil. 4, 22. Idem Fam. 2, 6 (7) Rogo te, ne patiaris mihi quidquam ad hanc prouincialem Moleſtiam temporis prorogari. Idem Att. 2, 1 Neque iſta Negotia prouincialia eſſe putabam, neque te in Tocullionibus (id eſt puſillis ſeu minutis feneratoribus) habebam: ſed ſcripſi vt debui diligenter. Ornamenta Cic. poſt Red. in Senat. 34. Parſimonia Tacit. Agric. 4, 4. Scientia prouincialis, *Quae de prouinciarum adminiſtratione eſt:* Cic. Q. Frat. 1, 1 In qua ſcientiae praeſertim prouincialis ratio ipſa expedita eſt. Solitudo Martial. 12, 1. Viri Cic. Q. Frat. 2, 11.

PROVINDEMIA, ae. f. Vitruu. 9, 6 Virginis ſupra humerum dextrum lucidiſſima ſtella, quam noſtri prouindemiam maiorem, Graeci προτρύγετον vocitant.

PROVISIO, PROVISO, PROVISVS, *vid.* PROVIDEO.

PROVĪVO, vixi, victum, ĕre. [περίειμι] *Vltra et amplius viuere.* Tacit. Ann. 6, 25 Nondum is dolor exoleuerat, quum de Agrippina auditum: quam interfecto Seiano ſpe ſuſtentatam prouixiſſe reor, *i. viuere perrexiſſe, poſt moriendi conſilium captum.*

PROVOCABŬLVM, i. n. Varr. de L. L. 7, 23 Appellandi partes ſunt quatuor: e queis dicta a quibusdam prouocabula, quae ſunt, vt quisque vocabula, vt ſcutum, *etc.*

PROVŎCO, āre. [παρακαλέω, προκαλίζω, παρακελεύομαι] *Vocare in publicum, ſ. vt prodeat.* Plaut. Pſeud. 2, 2, 43 Herus ſi domi eſt tuus, quin prouocas? Idem Bacch. 3, 3, 46 Prouocatur paedagogus, Eho ſenex minimi pretii, *etc.* *In certamen aliquod vocare, ſiue ludendi, ſiue laedendi gratia:* Ter. Eun. 3, 1, 52 Pamphilam cantatum prouocemus. Idem Adelph. 5, 4, 24 Quando eo prouocat. Cicero, Tuis literis amantiſſimis ſum prouocatus. Cic. Fam. 12, 20 Ego Reſpondere facilius poſſum, quam prouocare. Hoſtem clamore prouocat Sil. 17, 522. Prouocare ad certamen Liu. 24, 8. Ad pugnam Cic. Tuſc. 4, 48. In aleam Plaut. Curc. 2, 3, 76. Prouocare minimo, *Subaudi,* Digito Hor. Serm. 1, 4, 14. *Solemus enim dicere nos tantum digito valere, quantum alius brachio.* Auras curſibus Virg. Georg. 3, 193. Liu. 7, 26 Gallus proceſſit magnitudine atque armis inſignis: quatiensque ſcutum haſta, quum ſilentium feciſſet, prouocat per interpretem vnum ex Romanis, qui ſecum ferro decernat. Virtute Plin. Epiſt. 2, 7. Reſpondere in amore iis, a quibus prouocere Cic. ad Brut. 1. *Irritare: vt* Prouocare iniuriis, *hoc eſt Laceſſere:* Idem Philipp. 2, 91 Haec tu quum per me acta meminiſſes, niſi illis, quos videmus, gladiis confideres, maledictis me prouocare auſus eſſes? Bellum prouocare Plin. Paneg. c. 16. Quinctil. 10, 1, 93 Elegia Graecos quoque Prouocamus, *i. certamen illis offerre audemus, vtra gens melior.* *Sic* Plin. 33 Prooem. Acceſſit ars picturae, et aurum argentumque caelando carius fecimus. Didicit homo naturam prouocare. *Quo modo intelligi poteſt illud* Lucan. 9, 883 — qui nuda fuſus arena Excubat, atque omni fortunam prouocat hora. Plin. 35, 10 Pinxit et heroa nudum, eaque pictura naturam ipſam prouocauit. Omnes tamen has eius dotes ilex ſolo prouocat cocco, *i. Vincit* Plin. 16, 8. Prouocare, *idem eſt, quod hodie vulgo dicitur* Appellare: *Et proprie ad maiores, potentioresque, quorum ope atque gratia indigemus, pertinet* Prouocatio. Cic. . . . Quum alter ad Senatum prouocaſſet, alter vero appellaſſet Tribunos. Idem de Legib. 3, 27 Iudicia, vt eſſet populi poteſtas ad quam prouocaretur. Ad populum Cic. Philipp. 1, 21. Liu. 8, 33 Tribunos plebis appello et prouoco ad populum. Aduerſus ſententiam prouocare Papinian. in l. Tutores §. Tutor. D. de Adminiſt. Tutor. Prouocare iudicium ad populum Valer. 8, 1. Liu. 1, 26 A Duumuiris prouocarit, prouocatione certato. Cic. ad Brut. 16 De Caeſare vero quod fieri potuit ac debuit, transactum eſt: neque iam prouocari in integrum poteſt. *h. e. Integrum iam non eſt illi, vt prouocare poſſit iure.* Prouocare aduerſus creationem Papinian. in l. Tutores qui §. Tutor. D. de Adminiſtrat. *et* Peric. Tut.

PROVOCANS, antis. Partic. Paterc. 2, 118, 1 Prouocantes alter alterum iniuria. Curt. 9, 5, 13 Manu prouocans hoſtes.

PROVOCĀTVS, a, um. Partic. [προκεκλημένος, πρόκλητος] Cic. de Finib. 1, 8 Quanquam a te ipſo id quidem facio prouocatus gratiſſimo mihi libro, *etc.* Qui mecum ſaepiſſime non ſolum à me prouocatus, ſed etiam ſua ſponte de te communicare ſolet Cic. Fam. 1, 7. Prouocatus cum Gallo depugnauit Idem de Finib. 2, 73 c. 22. Prouocatus beneficio Idem Off. 1, 48 c. 15. Studio et beneficio prouocatus Idem Att. 14, 13. *conf.* Caeſ. B. C. 1, 74 Nam quum ſemper te amaui, primum tuo ſtudio, poſt etiam beneficio prouocatus.

PROVOCĀTIO, ōnis. f. [πρόκλησις, παρακέλευσις] Prouocatione certare Liu. 1, 26. Idem 3, 20 *extr.* Ex prouocatione interfecit eum Plin. 37, 1. *Appellatio:* Cic. Acad. 4, 72 Commemorant reliquos, qui leges populares de prouocationibus tulerunt. Quid turpius quam Senator ſine prouocatione? Idem de Legib. 3, 18. Prouocatio patrona illa ciuitatis, ac vindex libertatis Pop. Rom. dari ſine nobilium diſſenſione non potuit Idem de Orat. 2, 199 c. 48. Idem Philipp. 1, 23 c. 9 Quibus quum prouocatio Datur, nonne acta Caeſaris reſcinduntur? Dare poenam ſine prouocatione Idem de Lege Agrar. 2, 33.

PROVOCĀTOR, ōris. m. [προκλητὴς] Cic. pro Sext. 134 c. 64 Quum vero ne de venalibus quidem homines electos, ſed ex ergaſtulis emtos, nominibus gladiatoriis ornarit, et ſortito alios Samnites, alios prouocatores fecerit, *etc.* Tribunus militum Gallum prouocatorem occidit Aur. Vict. de Vir. Ill. c. 28. Procedere aduerſus prouocatorem Id. de Viris Illuſtr. c. 29 *pr.* Inſolens prouocator Gell. 9, 13.

PROVOCATRIX, īcis. f. Lactant. 6, 18 Prouocatrix improbitas.

PROVOCATĪVVS, ſ. PROVOCATICIVS, a, um. Tertull. de An. c. 37. Idem in Marc. 2, 3.

PROVOCABĬLIS, e. Cael. Aurel. Acut. 3, 21.

PROVOCATŌRIVS, a, um. Adi. [προκλητικὸς] *vt,* Prouocatoria dona militaria, *i. Quae meruit prouocatus: quod humanius eſt quam prouocaſſe* Gell. 2, 11.

PROVŎLO, āre. [προσπέτομαι] *Volando prodire* Plin. 11, 10 Tunc vniuerſae prouolant, ſi dies mitis futurus eſt. *de apibus.* Prouolat in medium Ouid. Faſt. 6, 443. *Per translationem, procurrere* Liu. 2, 46 Sic in primum infenſis haſtis prouolant duo Fabii, totamque mouerunt ſecum aciem, *i. Procurrunt.* Sonitus prouolat Lucret. 6, 293. Liu. 1, 12 Ipſe ad primores Romulus prouolat. Idem 7, 7 Relictis equis clamore ingenti prouolant ante ſigna. Prolixo prouolat ictu Lucret. 4, 1239. *de ſemine.* Prouolare in locum et vicem alterius Liu. 3, 62.

PROVOLANS, tis. Partic. Prouolantia tabulata *vocat* Aſcon. *ad* Cic. Diuin. 50 c. 16. *quae* Proiecta *alias dicuntur. Vid. totus locus in* Maenia Columna.

PROVOLVO, volui, volūtum, ĕre. [προκυλινδέω] Porro voluere. Ter. Andr. 4, 5 (4) 38 Iam ego hunc in mediam viam prouoluam. Lucret. 2, 469 Prouolui ſimul vt poſſint, et laedere ſenſus. Subter iuga et lora prouoluere aliquem Virg. Aen. 12, 533. Gleba prouoluitur Lucret. 6, 552. Prouoluere ſe ad genua, ad pedes alicuius Liu. 34, 11. Idem 6, 3. Genibusque eius prouolutus Mithridates, *etc.* Tacit. Ann. 1, 2, 18.

PROVOLVENS, entis. Partic. Curt. 8, 11, 13 Ingentia ſaxa in ſubeuntes prouoluentibus barbaris. Truncum prouoluens Virg. Aen. 10, 555.

PROVOLVTVS, a, um. Part. Curt. 3, 12, 11 Mater et coniux prouolutae ad pedes. Tacit. Ann. 14, 61, 3 Prouoluta genibus. Agrippina vsque ad libita Pallantis prouoluta Idem Ann. 14, 2, 4. *quae libidini ſe eius ſubſtrauerat.*

PROVŎMO, ĕre. [ἐξεμέω] Lucret. 6, 446 Hic vbi ſe in terras demiſit, diſſoluitque: Turbinis immanem vim promouit, atque procellae. *de preſtere.*

PROVORSVM Fulgur appellatur, quod ignoratur noctu, an inter-

interdiu ſit factum. Itaque Ioui fulguri et Summano fit, quod diurna Iouis, nocturna Summani ſulgura habentur. Feſt.

PROVT. Adu. [ὥσγε] *i. Sicut, vel vt: aut quod vulgo dicunt* Secundum quod. Plaut. Bacch. 4, 9, 5 Non Pelides tormento fuit, prout ego herum expugnabo meum. Prout ipſe amabat literas Nep. 25, 1, 2. Hor. Serm. 2, 6, 67 — venasque procaces Paſco libatis dapibus prout cuique libido eſt. *h. e. Vt cuique libido eſt. Ex quo apparet eum, metri cauſa* Prout *dixiſſe pro Vt.* Quinctil. 4, 1 Prout aſperi, leues, iucundi, *etc.* Cic. Att. 11, 6 Tuas literas, prout res poſtulat, exſpecto. Prout Thermitani hominis facultates ferebant Cic. Verr. 2, 83 c. 34. Prout haberi liceret, ſi anno ſuperiore Quaeſtor fuiſſet Idem Philipp. 1, 46. Liu. 9, 43 Raptim collatae ſarcinae in medium, et prout tempus patiebatur, inſtructa acies. Quinctil. 9, 4 Perinde aſperiores erunt, prout oris hiatu ſimili aut diuerſo pronuntiabuntur. Plin. 28, 2 Ac prout quaeque accepta ſunt, ita valere. Prout mea opinio eſt Apul. Flor. p. 364. Prout res poſtulat Scribon. 22. - - poſtulauerit 100. Prout cuiusque vires poſtulabunt 121.

PROVVLGO, āre. Prouulgari eas literas, et potiſſimum filii praeconio publicari Apul. Apol. p. 326. *Conf.* Tertull. adu. Marc. 4, 21 *et* de Cultu Fem. 1, 2. Sidon. Ep. 9, 11.

PROVVLGATVS, a, um. Part. Duabus coniurationibus prouulgatis Suet. Neron. c. 36.

PROX, *Exclamandi particula*, quaſi Proba vox: Bona vox, velut quidam putant, ſignificare videtur, vt ait Labeo de iure Pontificio libro vndecimo. Feſtus. Plaut. Pſeud. 5, 1, 33 Prox! iam paene inquinaui pallium. *Al.* Pax.

PROXENĒTA, ae. m. [προξενητὴς] Proxenetae (*inquit Budaeus*) *ſunt Conciliatores et interuentores, quaſique conglutinatores hominum inter ſe ſtipulantium et ſpondentium, aut quemuis contractum, conuentumque ineuntium.* Martial. 10, 3 Quae ſulphurato nolit emta ramento Vatiniorum proxeneta fractorum. *Conf.* Sen. Epiſt. 119. *Eius officium ſanctum Romanis Regibus, teſte Barth. ad* 1. Theb. Stat. p. 387. *Vid.* Vlp. l. 2 ff. de proxenet.

PROXENETRIA, ae. f. *Pronuba, nuptiarum conciliatrix. Diſpunct.* 1, 22.

PROXENĒTĬCVM, i. n. *Merces*, quae pro opera, proxenetis datur, quae et licito iure peti poteſt. Vlpian. l. j *et* ij De proxenet.

PROXIMVS, PROXIMATVS, *etc. vid.* PROPE.

P R V

PRVDENS, entis. Adi. [Φρόνιμος, Φρενήρης] *Quaſi* Prouidens: *interdum Sapiens, aut Sciens dicitur. Vnde* Iurisprudentes *vocantur, qui ius ſciunt.* Prudens, *inquit* Donatus, qui intelligentia ſua aliquid ſentit. *Vid. infra* Prudens et ſciens. Plaut. Capt. prol. 45 Plus inſciens fecit, quam prudens boni. Prudens declinatum ab animo. Dicitur enim a Prudentia, Prudens: vt ab Ingenio, Ingenioſus Varr. de L. L. 7, 5. Omitto prudens, *i. Sciens, et de induſtria* Plin. 10, 29. Prudens, *pro Sciens, cum Infinitiuo:* Plin. 8, 31 *de vitulo marino*, Euomit fel ſuum ad multa medicamenta vtile; item coagulum ad comitiales morbos, ob ea ſe peti prudens. Prudens et ſciens: Ter. Eun. 1, 1, 27 Et prudens, ſciens, viuus, vidensque pereo. Prudens, *inquit* Donat. eſt, Qui intelligentia ſua aliquid ſentit. Sciens, qui alicuius indicio rem cognoſcit. Ergo Prudens per ſeſe: Sciens per alios. Cic. Fam. 6, 6 Vt in fabulis Amphiaraus, ſic ego prudens et ſciens ad peſtem ante oculos poſitam ſum profectus. Prudens et ſciens ad interitum ruebam Idem pro Marcel. 14. Qui me malebant nimium timidum, quam ſatis prudentem exiſtimari Idem Fam. 4, 14. Ad conſilia prudens Idem pro Font. 33 c. 15. Gnarus et prudens impendentium malorum Idem pro Sext. 16. *Vetus codex habet*, Ignarus et imprudens. Idem pro Cluent. 107 c. 38 Quis P. Octauio Balbo ingenio prudentior? iure peritior? Id. de Amicit. 50 L. Acilius quia prudens eſſe in iure Ciuili putabatur. Id. de Fin. 5, 58 Deinde Rerump. adminiſtratio, aut adminiſtrandi, ſciendique prudens, temperata, fortis, et iuſta ratio. Admodum prudens Idem de Clar. Orat. 239. Adulandi gens prudentiſſima Iuuen. Sat. 3, 86. Agricolationis prudens vir Columel. 2, 2. Artis deſtituor prudens ab arte mea Ouid. Epiſt. 5, 150. Doli Tacit. Hiſt. 2, 25, 1. Iuris mouendi prudens Claud. in Eutrop. 2, 347. Locorum prudens Liu. 34, 11. Moderandi prudens Tacit. Ann. 3, 69. Prouinciae Idem Agric. 19, 1. Rerum animus prudens Hor. Carm. 4, 9, 35. Rei militaris prudens Nepos 9, 1, 2. Sententia prudens animi Ouid. Epiſt. 21, 137. Ciuitas Athenienſium prudentiſſima Quinctil. 5, 11. Prudentiſſimus quisque negotioſus maxime erat Salluſt. Catil. c. 8.

PRVDENTIA, ae. f. [Φρόνησις] *Quaſi* Prouidentia, *a prouidendo. Vid.* Non. 1, 198. Cic. de Legib. 1, 60 Quae virtus ex prouidendo eſt appellata prudentia. Idem de Inuent. 2, 160 c. 53 Prudentia eſt rerum bonarum et malarum et vtrarumque ſcientia. Idem de Fin. 5, 67 Prudentia in delectu bonorum et malorum, *Subaudi*, Cernitur. Idem de Nat. Deor. 3, 67 Prudentiam Deo tribuemus, quae conſtat ex ſcientia rerum bonarum et malarum, et nec bonarum nec malarum, cui mali nihil eſt, nec eſſe poteſt? Prudentia, quam Graeci Φρόνησιν dicunt, eſt rerum expetendarum fugiendarumue ſcientia Cic. Off. 1, 153 c. 43. Vt medicina valetudinis, ſic viuendi ars eſt prudentia Idem de Fin. 5, 16. Temeritas eſt florentis aetatis, prudentia ſenectutis Idem de Senect. 78. Prudentia in iudicando Idem Philipp. 10, 12. Prudentia iuris Ciuilis Idem de Orat. 1, 256. Altiſſima Quinctil. 2, 13. Cic. de Finib. 5, 76 Omnibus artibus volumus attributam eſſe eam, quae Communis appellatur prudentia, quam omnes, qui cuique artificio praeſunt, debent habere. Idem in Partit. 76 Prudentia, in ſuis rebus, Domeſtica: in publicis, ciuilis appellatur. Maior rerum fato prudentia Virg. Georg. 1, 416. Saepe acri Potior prudentia dextra Val. Flacc. 4, 622. Velox Perſ. 4, 4. Cic. de Orat. 2, 132 Perſpicua ſunt haec quidem, et in Vulgari prudentia ſita. Acuere prudentiam, *vid.* ACVO. Adhibere prudentiam, *vid.* ADHIBEO. Imitatur malitia prudentiam Cic. in Partit. 18. Adeon' ego non perſpexeram prudentiam literarum tuarum? Idem Att. 6, 9. Impertire prudentiam ſuam ad ſalutem alicuius, *vid.* IMPERTIO. Adde quod eſt illis operum prudentia maior Ouid. de Arte Am. 2, 675. Hoc ſentire, prudentiae eſt: facere, fortitudinis Cic. pro Sext. 86. Idem Att. 8, 19 Non pro tua prudentia debes illud ſolum animaduertere, quod in praeſentia, *etc. Scientia, peritia:* Nepos 5, 2, 1 Habebat enim magnam prudentiam cum iuris ciuilis, tum rei militaris.

PRVDENTER. Adu. [Φρονητῶς, Φρονίμως, νουνεχῶς] *Sapienter, prouide.* Cic. de Fin. 5, 15 c. 6 Facit igitur L. noſter prudenter, qui audire de ſummo bono potiſſimum velit. Aliquid in cauſa prudenter intexere Cic. de Orat. 2, 68. Multa prudenter prouiſa Idem de Amicit. 6 c. 2. *Compar.* Suet. Tiber. c. 21 Non potuiſſe quemquam prudentius gerere ſe, quam tu geſſeris, exiſtimo. Cic. de Diuin. 2, c. 5 Belli adminiſtrationem prudentius coniectura aſſequi. *Superl.* Idem ibid. 2, 150 c. 72 *extr.* Acutiſſime ſententias ſuas prudentiſſimeque defendere. *Conf.* Idem Att. 13, 1 *et* Fam. 5, 17. Val. Max. 3, 3 ext. 4. Anaxarchus totius mundi naturam prudentiſſime et facundiſſime expromſit.

PRVDENTIVS, i. m. *Poëta Chriſtianus. Floruit Theodoſii M. et filiorum eius temporibus, eo nemo diuinius de rebus Chriſtianis vnquam ſcripſit, vti cenſet Barthius.*

PRVĪNA, ae. f. [πάχνη] *Ex rore gelido naſcitur. A* perurendo *dicta, quod fruges et virgulta perurat.* Plin. 17, 24 Hoc genere alternis prope annis in Gallia vites, arbores, et frumenta interdum praecocia vitiantur. Etenim pruina a perurendo dicta eſt, quaſi perurina: vrit enim germina, quum ſole liquefacta eſt, vt ſaepe vidimus. Columel. 11 c. *vlt. extr.* Locis frigidis, vbi timor eſt, ne autumnalis ſatio hiemis gelicidiis peruratur, arundinibus humiles cantherii fiunt, iisque virgae transuerſae imponuntur, et virgis ſtramenta ſupraiaciuntur, et ſic a pruinis ſemina defenduntur. Cic. de Nat. Deor. 1, 26 Quod pars earum appulſu ſolis exarſerit, pars obriguerit niue, pruinaue longinquo ſolis abſceſſu. Plin. 2, 60 Grandinem conglaciato imbre gigni, et niuem eodem humore mollius coacto, pruinam autem ex rore gelido. *Vertit et* Apuleius *libellum Ariſtotelis* de Mundo, *in ea verſione ſic ait:* Glaciem dicimus humorem ſereno frigore concretum. Huic eſt pruina conſimilis, ſi mollities roris matutinis frigoribus incanuit. Hor. Carm. 1, 4, 4 Nec prata canis albicant pruinis. Acris pruina Lucret. 3, 20. Algentes Stat. Theb. 3, 469. Cana Virg. Georg. 2, 376. Candentes Claud. de Nupt. Honor. 52. Canens Sil. 3, 533. Gelidae Virg. Georg. 2, 263. Matutina Propert. 2, 9, 41. Rorata Ouid. Faſt. 3, 357. Triſtes Valer. Argon. 2, 177. Vitrea Ouid. Epiſt. 10, 7. Corpora circumfuſa pruinis Virg. Georg. 3, 368. *de bobus.* Obrigere pruina Cic. in Somn. Scip. 15. Perferre pruinas ac niues Idem in Catil. 2, 23 c. 10. Rigens glacie hiemisque pruinis Petron. c. 122.

PRVINŌSVS. Adi. [παχνώδης] *Pruinae obnoxius.* Columel. 3, 20 Seu frigidus et pruinoſus, quod non eſt patiens vredinis. Fruteta pruinoſa Auſon. Eidyll. 14, 13. Herbae Ouid. Met. 4, 82. Petron. c. 83 Sola pruinoſis horret facundia pannis. Longa pruinoſa frigora nocte pati Ouid. Amor. 2, 19, 22. Columel. 7, 9 Si Regio frigida et pruinoſa eſt, quam duriſſimae et nigrae ſetae grex eligendus eſt. Status caeli frigidus et pruinoſus Columel. 4, 23. Tenebrae Ouid. Met. 5, 443.

PRVNA, ae. f. [ἀνθρακὶς, ἀνθρακία] *a Carbone ita diſtinguitur, quod quamdiu ardet*, pruna *dicitur:* carbo, *quum exſtincta fuerit.* Virg. in Moreto 9 Et cinis obductae celabat lumina prunae. Pruna non nimis acri coqui Scribon. 220. In pruna non acri coquere medicamentum Id. 268. Hor. Serm. 1, 5, 36 Praetextam, et latum clauum, prunaeque batillum, *i. foculum, rei ſacrae faciendae cauſa.* Subiiciunt verubus prunas, et viſcera torrent Virg. Aen. 5, 103.

PRVNVS, i. f. [κοκκύμηλος] *Arbor pruna producens.* Columel. 2, 2 Multa ſunt quae et dulcem terram, et frumentis habilem ſignificent, vt iuncus, vt calamus, vt gramen et trifolium, ebulum, rubi, pruni ſilueſtres.

PRV̄NVM, i. n. *Pl.* Pruna, *Fructus pruni.* Globus prunorum Stat. Silu. 4, 9, 28. Spini ferentes pruna Virg. Georg. 4, 145. Corna lapidoſa rubeſcunt prunis, *Inſita ſcilicet* Idem ibid. 2, 34. Aſinina, *vid.* ASINVS. Aſinaria Plin. 15, 13. Autumnalia Propert. 4, 2, 15. Cerea, *vid.* CERA. Cerina Plin. 15, 13. *De* prunis Damaſcenis, *eſt epigramma* Martial. 13, 29 Pruna peregrinae carie rugoſa ſenectae Sume: ſolent duri ſoluere ventris onus. Onychina pruna, *vid.* Onychinus *in* ONYX. Silueſtria Plin. l. c.

PRVRIGA, *vid.* PERORIGA.

PRVRIO, īui, ītum, īre. [κνήθομαι, κνησείω] *Libidine ſcalpendi ardere.* Facit prurire Scribon. 193. Plaut. Bacch. 5, 2, 75 Te amabo, et te amplexabor. N. caput prurit. Idem Poen. 5, 5, 36 An dentes pruriunt? In pugnam prurire Martial. 3, 58. *et* 5, 103. Idem 1, 36 Lex haec carminibus data eſt iocoſis, Ne poſſint, niſi pruriunt, iuuare.

PRVRIENS, entis. Nemo pruriens corpus feminando correxit C. Aurel. Tard. 4, 9, 133. Tinctae ſale pruriente chartae Martial. 12, 97.

PRVRĪTVS, ûs. m. [κνηθμὸς] *Senſus, aut morbus adeo* pruriens*tis.* Plin. 9, 45 Contactos piſces, attrituque petrae ſcalpentes pruritum inuadit. Seren. 87 Pruritus autem ſalſos leuat humor aceti.

PRVRĪGO, ĭnis. f. [κνησμὸς] *Idem.* Columel. 7, 5 Nam ſubeſt aſpera cutis, et velut quaedam prurigo. Nigrae radices ita in aqua coctae pruriginem tollunt. *Vetus codex habet* Porriginem. *Al.* Prorigo. Si tibi moroſa prurigine verminat auris Martial. 14, 23. Iuuen. Sat. 6, 326 Tum prurigo morae impatiens *de muliere Venerem appetente.*

PRVRIGINŌSVS, a, um. Adi. Paull. in l. 3 D. de aedilit. edict. In Priapeiis n. 63 Quae tot figuris non inuentis pruriginoſa diſcedit.

PRVRIŌSVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Tard. 2, 1, 33 Squilla, quam vulgo bulbum prurioſum vocant. *Vid. Reineſ. Var. Lect.* 3, 18.

PRVRISCO, *vnde* PERPRVRISCO.

PRVSA, ae. f. [Προῦσα] *Oppidum eſt Bithyniae Phrygibus et Myſis finitimum, a* Pruſia *rege, qui contra Croeſum bellum geſſit, ad radices Olympi montis conditum. Strab. 12.* Plin. 5, 32 ab Annibale id conditum eſſe putat. *Hinc*

PRVSIAS, ae. m. [Προυσίας] *De quo multa* Liuius 45 *extr.* Bithyniae rex, qui Annibalem huc concedentem ſuſcepit, poſt Antiochum ſuperatum, et Phrygiae Helleſpontiae ſeditionem, aduerſum Attalicos ex compoſito factam. *Vid. Strab.* 12. *et* Nep. 23, 12, 3.

PRVSIĂCVS, a, um. Adi. Sil. 13, 888 Donec Pruſiacas delatus ſegniter oras.

P R Y

PRYMNESIVM, i. n. [πρυμνήσιον] *Funis nauticus. Apud* Feſtum Pompeium palus, ad quem funis nauticus religatur, quem alii Tonſillam nominant.

PRYTANĒVM, i. n. [Πρυτανεῖον] *Locus erat Athenis in arce digniſſi-*

gniſſimus, vbi iudices et magiſtratus habere conſilium ſolebant. In Prytaneo *item alebantur publice, qui bene meriti erant de Rep. qui honos habebatur maximus.* Cic. de Orat. 1, 232 c. 54 Et vt ei victus quotidianus in Prytaneo publice praeberetur. *Sic dictum quaſi πυρῦ ταμίειον, tritici promtuarium, velut horreum publicum. Dionyſius* Prytanea *vocat Curias, in quibus ſacra fiebant ab iis, qui maximam in vrbe habent poteſtatem.* Prytanis, *Magiſtratus, praefectus, adminiſtrator, vt Conſul: quem publici conſilii principem appellabant. A verbo πρυτανέω, quod eſt guberno, et magiſtratum exerceo.* Liu. 41, 20 Cizici in Prytaneum: id eſt penetrale vrbis, vbi publice quibus is honos datus eſt, veſcuntur, vaſa aurea menſae vnius poſuit. *Vid. Meurſ. in Areopago* c. 11. *Aliis* Prytaneum *proprie eſt, vbicunque Veſta colebatur, dictumque ita putant quaſi πυρὸς ταμεῖον quod in omnibus Graeciae ciuitatibus Veſta culta; vnde et legimus* Prytaneum Tarentinorum, Corinthiorum, Rhodiorum, Eleorum, *aliorumque multorum; vt oſtendit Caſaub. Animadu. in Athenaeum 15, 19.*

PRYTANIS, is. *Magiſtratus. Vid. ſupra.* Sen. de Tranquil. c. 3 Non vis niſi conſul, aut prytanis, aut ceryx, aut Sufes adminiſtrare rempublicam. *Conf. Spanh. Num. diſſ. 9. et Syntagmate pecul. de Veſta et Prytanibus Graecorum.*

P S A

PSALLO, ĕre. [ψάλλω] *Canere, cantare.* Gell. 19, 9 Qui canerent voce, et qui pſallerent. *i. Citharam pulſarent, inquit Budaeus.* Hor. Epiſt. 2, 1, 34 Pingimus, atque Pſallimus, et luctamur Achiuis doctius vnctis. Doctus pſallere Hor. Carm. 4, 13, 7. Aur. Vict. Caeſ. c. 5 Pſallere per coetus. Pſallentis geſtu Apul. Florid. 2 p. 351. *et* Met. 5 p. 165 *etc.* pſallendi doctiſſimus.

PSALLOCITHARISTAE. [ψαλλοκιθαρισταὶ] Suet. Domit. c. 4 Certabat etiam et proſa oratione Graece Latineque, ac praeter citharoedos corocithariſtae quoque et pſallocithariſtae. *Al.* Pſilocithariſta.

PSALMVS, i. m. [ψαλμὸς] *Canticum; a ψάλλω, canto, quod ad pſalterium cantaretur.* Tertull. adu. Iud. c. 14. *et* ad Vxor. 2, 9 *etc.*

PSALMOGRAPHVS, i. m. *Scriptor pſalmorum.* Sidon. Epiſt. 7, 9. Tertull. adu. Marc. 3, 120. *et* Fortunat. 9, 2 *etc.*

PSALMICANVS, a, um. Theodulf. Carm. 2, 19 *pro Dauide.*

PSALMĬCEN, ĭnis. m. *Idem. Vt,* Clerici pſalmicines Sidon. Epiſt. 5, 17.

PSALMISTA, ae. m. Hieron. adu. Pelag. 1, 1. *et* 3, 1 in Eſai. c. 39 *etc.*

PSALTES, is. m. [ψάλτης] *Latine Cantor dicitur.* Quinctil. 1, 10 Pſaltis ſe et Geometris multa dicit dediſſe. Sidon. Epiſt. 8, 9 Chorda, voce, metro ſtupende pſaltes.

PSALTRIA, ae. f. [ψάλτρια] *Cantatrix.* Ter. Adelph. 3, 3, 34 Iſthaec iam penes vos pſaltria eſt? Cic. pro Sext. 116 c. 54 Qui in coetum mulierum pro pſaltria adducitur.

PSALTRIVM, i. n. Cic. de Aruſp. Reſp. 44 c. 21 P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus ſoleis purpureisque faſciolis, a ſtrophio, a pſaltrio, a flagitio, a ſtupro eſt factus repente popularis. *Videtur idem eſſe quod* Pſalterium *de quo ſtatim.*

PSALTERIVM, i. n. [ψαλτήριον] *Genus organi muſici, dulcius et amoenius ſonans quam cithara, cuius ſimilitudinem quidem habet, ipſa tamen non eſt. Cum* tympanis et tibiis *coniungit* pſalteria Tertull. de Cor. Mil. c. 9. *Add.* Id. adu. Marc. 5, 18. Varro *apud* Nonium 3, 149 Scientia doceat quemadmodum in pſalterio, tendamus neruias. Hieron. ad Caſſiodor. in expoſ. Pſalterii prol. c. 4. ¶ 2 Pſalterium, *ipſum quoque Canticum aut pſalmum denotat.* Paull. Sententiarum 5, 4, 15 Pſalterium, quod vulgo dicitur canticum in alterius infamiam compoſitum, et publice cantatum, tam in eos, qui hoc cantauerint, quam in eos, qui compoſuerint, extra ordinem vindicatur: eo acrius, ſi perſonae dignitas ab hac iniuria defendenda ſit. ¶ 3 *Apud Chriſtianos ſic vocatur liber Pſalmorum Dauidis.* Hier. Epiſt. 7 ad Laetam, Hunni diſcunt Pſalterium. *Plur.* Quinctil. 1, 10 Nec pſalteria et ſpadicas, etiam virginibus probis recuſanda, ſed cognitionem rationis, *etc. de Muſica. Conf. Scalig. in* Manil. 5 p. 367. Virg. in Ciri 177 Non arguta ſonant tenui pſalteria chorda.

PSAMĂTHE, es. f. [Ψαμάθη] *Fons apud Thebas.* Valer. Argon. 1, 364 Qui tenet vndiſonam Pſamathen. *Ponitur etiam pro Vrbe et Monte. Fuit et* Pſamathe, *Crotopi Argiuorum regis filia, ex qua compreſſa Apollo Linum filium ſuſtulit, quem inter ſentes a matre occultatum canes dilacerarunt, vt late proſequitur* Stat. Theb. 1, 750 *etc. Alia* Pſamathe *Nympha fuit, Nerei filia et Phori mater, de qua* Ouid. Met. 11, 399 Caeruleam Peleus Pſamathen, vt finiat iram Orat, *etc. Hinc*

PSAMMATHVS, untis. m. *Oppidum Laconicum vnde et* PSAMMATHVNTIVS, *ſiue* PSAMMATHVSIVS. *Steph.*

PSAMMETICHVS, i. m. [Ψαμμήτιχος] *Rex Aegypti, cuius tempore, teſte Herodoto 2 ducenta et octo millia Aegyptiorum ad Aethiopes tranſiere. Conf.* Plin. 6, 30. *et* 36, 13.

PSARONIVS, i. m. Lapidis genus, quem Thebaicum et Pyrrhopoecilon appellari *dicit* Plin. 36, 22.

P S E

PSECAS, ădis. f. [ψεκὰς] *Gutta, ſiue ſtilla dici poteſt.* Apul. de Mundo p. 61 *Elm. ex Ariſtotele* c. 4 Pſecadas *interpretatur* Stillicidia. ¶ 2 *Ancillae, quae delicatarum matronarum capillos medicamento fuco conſpergunt, a Graecis hoc nomine appellatae ſunt.* Iuven. Sat. 6, 489 Componit crinem laceratis ipſa capillis Nuda humero pſecas infelix, nudisque mamillis. *Apud* Cic. Fam. 8, 15 Dea nato *opponitur* Pſecade ſeu ancilla natus. *Ita Dianae ornatricem nominat* Ouid. Met. 3, 170 Excipiunt laticem Nymphaeque Hyaleque Rhanisque Et Pſecas et Phyale, funduntque capacibus vrnis. *Dicitur a ψεκάζειν, irrorare, ſtillare, inſpergere. Vid. multa e Graecis apud Reineſ.* Inſcript. 1, 89 *vbi* PSECHAS *eſt.*

PSEGMA, ătis. n. [ψῆγμα] *Idem fere quod Flos aeris. Agricola.* Plin. 34, 13 In aerariis officinis et pſegma fit, iam liquato aere atque percocto, additis etiamnum carbonibus, paullatimque accenſis, ac repente vehementiori flatu exponitur aeris palea quaedam. *Sic viri docti coniiciunt pro Spegma, quod eſt in MSS.*

PSEPHISMA, ătis. n. [ψήφισμα] *Decretum ſignificat.* Cic. pro Flacc. 15 c. 6 Sic ſunt expreſſa iſta praeclara quae recitantur pſephiſmata, non ſententiis, nec auctoritatibus declarata. *Add. ib.* 19 c. 8. *Ibid.* 75 c. 31 Poſſem recitare pſephiſmata Smyrnaeorum, quae fecerunt in Caſtricium mortuum. *Conf.* Plin. Epiſt. 10, 52.

PSEVDOS, [ψεῦδος] *Mendacium. Hinc* Pſeudolus, *mendax ſeruus:* Pſeudologus, *Falſidicus:* Pſeudopropheta, *Falſus propheta, et multa alia id genus.*

PSEVDANCHŪSA, ae. f. [ψευδαγχοῦσα] *Quaſi Falſo anchuſa dicta, de qua* Plin. 22, 2.

PSEVDAPOSTOLVS, i. m. Tertull. de Praeſcript. c. 4 *et* de Reſurr. c. 24 *et* contra Marcion. 4, 3.

PSEVDENĔDRVS, i. m. Iul. Firmic. 3, 8 Mercurius pſeudenedros ſaepius fecit. *Cael.* 11, 7 *Inſidiatores fictos* Firmicus pſeudenedros *nuncupat. Nam et apud Xenophontem,* pſeudenedram *legimus pro fictis inſidiis.*

PSEVDESIODION, i. n. [ψευδησιόδειον] *i. Quod falſo Heſiodo adſcribitur.* Cic. Attic. 7, 13.

PSEVDISODŎMON, i. n. [ψευδισόδομον] *i. Inaequaliter ſtructum* Plin. 36, 22. Vitr. 2, 8.

PSEVDOALETHINVS, a, um. [ψευδοαλήθινος] *i. Purpuram imitans, vt,* Pſeudoalethinae veſtes, *apud* Cyprian. *Vid. Salmaſ.* Hiſt. Aug. p. 342.

PSEVDOBVNION, i. n. [ψευδοβούνιον] *Herba, quae vt* Plin. 24, 16 *ait,* napi folia habet, fruticans palmi altitudine. Laudatiſſima in Creta.

PSEVDOCALIDVS, a, um. *Calorem mentiens.* Marc. Emp. c. 8.

PSEVDOCĀTO, ōnis. m. [Ψευδοκάτων] Cic. Att. 1, 11 *qui ſe Catonem mentitur.*

PSEVDOCHRISTVS, i. m. Tertull. adu. Marc. 3, 3 Fides apud Pſeudochriſtos facillima.

PSEVDOCYPERVS, i. m. *Herba,* Plin. 17, 13 *et* 34, 13.

PSEVDODAMASIPPVS, i. m. Cic. Fam. 7, 24 Si enim Damaſippus in ſententia non manebit, aliquem Pſeudodamaſippum vel cum iactura reperiemus.

PSEVDODECIMIANVS, i. m. *Pyri genus, quaſi Falſus Decimianus.* Plin. 15, 15.

PSEVDODIA, ae. f. [ψευδῳδία] *Falſa cantio.* Hieron. Epiſt. 79.

PSEVDODIACONVS, i. m. Hieron. Epiſt. 79 ad Alypium et Auguſt.

PSEVDODICTAMNVM, ſ. PSEVDODICTAMNVS. [ψευδοδίκταμνος] *Falſum dictamnum, genus herbae, quae in Creta ſimilis pulegio naſcitur.* Plin. 26, 9 (8) *et* 15. 25, 8. Apul. de Herb. c. 62.

PSEVDODIPTERVS, a, um. *Ex* Diptero *interpretationem nanciſcitur* Vitruu. 7 praef. *et* 3, 1. *et* 2. *Vid.* Pſeudoporticus.

PSEVDOEPISCOPVS, Cyprian. Epiſt. 55, 11.

PSEVDOFLAVVS, a, um. Color pſeudoflauus Marc. Empir. c. 8.

PSEVDOGRAPHE. Adu. Donatus in vita Virg. Multa pſeudographe ſub alieno nomine ſunt prolata.

PSEVDOGRAPHIAE, arum. f. *Pl.* [ψευδογραφίαι] Quinctil. 1, 10, 39 Fit hoc et in numeris per quasdam, quas pſeudographias vocant, quibus pueri ludere ſolebamus. *Sunt illa Sophismata Arithmetica ſ. geometrica, v. g. vbi ſunt* IV, *ibi ſunt* I. II. III. IV. *Ergo* X.

PSEVDOGRAPHVS, a, um. [ψευδόγραφος] Sariſb. Epiſt. 172 Librum ſapientiae ſcripſit Philo, diciturque pſeudographus.

PSEVDOGRATIA, ae. f. *i. Gratia ficta.* Sariſb. 2 *vlt.* Pſeudogratiam vendere.

PSEVDOLIQVĬDVS, a, um. Marcell. Emp. c. 16.

PSEVDOLŎGVS, i. m. *Falſa loquens, mendax.* 1 Tim. 4, 2.

PSEVDŎLVS, i. m. [ψεύδολος] *Seruus veterator et fraudulentus, nomen Plautinae fabulae.* Cic. de Senect. c. 14.

PSEVDOMĔNOS, i. m. [ψευδόμενος] *Sophiſmatis genus, de quo* Cic. de Diuin. 2, 11 c. 4 Quomodo autem mentientem, quem ψευδόμενον vocant, diſſoluas? *Sic* Acad. 4, 147 c. 48. Sen. Epiſt. 45 Quid me detines in eo, quem tu ipſe Pſeudomenon appellas. *Plura vide apud* Gell. 5, 17 *et* 9, 16.

PSEVDONARDOS, *Herba nardum referens.* Plin. 12, 12.

PSEVDONY̆MOS, i. c. [ψευδώνυμος] *Falſum nomen gerens, nomen mentiens.*

PSEVDOPATVM, i. n. *Ficticium tabulatum aut pauimentum.* Zeno c. 8 t. 10 l. 12 §. 3.

PSEVDOPERIPTĔRVS, a, um. [ψευδοπερίπτερος] Vitruu. 4, 7 *Ex* Peripteri *notione intelligitur.*

PSEVDOPHILIPPVS, i. m. Cic. de Lege Agrar. 2, 89. Paterc. 1, 11, 1. *Fictus rex Macedoniae.*

PSEVDOPORTICVS, ûs. f. *Falſa porticus. Nam in aedificiis, partes quae ſunt ad imitationem, nec integrum nec principalem; ſed precarium, aut temporarium vſum praebent, quaſi alienum opus mentientia, hoc nomine inſigniri ſolent: vt* Pſeudothyrum *et* Pſeudoancae, *ſimiliaque his complura apud* Vitruuium. *Conf.* Plin. Epiſt. 6, 27.

PSEVDOPROPHĒTA, ae. m. [ψευδοπροφήτης] Tertull. de Reſurr. c. 24. de Anima c. 2. *et* de Praeſcript. c. 4.

PSEVDOPROPHĒTIS, ĭdis. f. [ψευδοπροφῆτις] Idem de Anima c. 57.

PSEVDOPROPHETIA, ae. f. [ψευδοπροφητεία] Idem de Ieiun. c. 2.

PSEVDOPROPHETICVS, a, um. *Vt,* ſpiritus Tertull. de Pudic. c. 21.

PSEVDOPYLAE, arum. f. *Pl.* Inſulae iuxta portum Iſidis apud Troglodytas Plin. 6, 29.

PSEVDOSELINVM, i. n. [ψευδοσέλινον] *Apiaſtrum.* Apul. de Herb. c. 2.

PSEVDOSMARAGDVS, i. m. Ex dimidia parte ſmaragdus, ex dimidia iaſpis. Plin. 37, 5.

PSEVDOSPHEX, ēcis. f. Plin. 30, 11 ſ. 30 Pſeudoſphecem vocant veſpam, quae ſingularis volitat.

PSEVDOTHY̆RVM, i. n. [ψευδόθυρον] *Falſum oſtium: vnde pro Poſtico ſumitur.* Cic. in Verr. 2, 50 c. 20 *extr.* Ea quemadmodum ad iſtum poſtea pſeudothyrum reuertatur, tabulis vobis, et teſtibus Iudices planum faciam. Idem Poſt red. in Senat. c. 6 Non ianua

nua receptis, ſed pſeudothyro intromiſſis voluptatibus. *Add.* Oroſ. 3, 6.

PSEVDOVRBANVS, a, um. Pſeudourbana aedificia, *dicuntur a* Vitruuio 6, 8 *Aedificia ruſtica, vrbana elegantia exſtructa.*

P S I

PSIALGICVS, *vid.* PSOALGICVS.

PSILAE, ārum. f. *Pl.* a ψιλὸς *nudus*; *ſunt Veſtes villis carentes: vti contra, Amphitapae, Tapetes vtrinque habentes villos.* Lucil. *apud* Non. 14, 24 Pſilae atque amphitapae villis ingentibu' molles. *Vid. Turneb. Aduerſ.* 28, 20.

PSILE. Inſula circa Epheſum Plin. 5, 31.

PSILOCITHARISTA, ae. m. *Vid.* PSALLOCITHARISTA.

PSILŌTHRVM, i. n. [ψίλωθρον] *Medicamentum exſtirpandis pilis, nudandaeque cuti aptum.* · *Speciatim herbae nomen.* Plin. 23, 1 Vitis alba eſt, quam Graeci ampeloleucen, alii ophioſtaphylon, alii melothron, alii pſilothrum. Huius ſarmenta longis et exilibus internodiis geniculata ſcandunt. Folia pampinoſa, ad magnitudinem hederae diuiduntur, vt vitium. Radix alba, grandis, raphano ſimilis initio: ex ea caules aſparagi ſimilitudine exeunt. *Et paullo poſt,* Semen in vua raris acinis dependet, ſucco rubenti, poſtea croci. *Et paullo poſt,* Vitia cutis in facie, varosque et lentigines et ſugillata emendat et cicatrices. *Conf.* Pallad. 1, 35. Plin. 32, 10 ſ. 47 Pſilothrum eſt thynni ſanguis, fel, iecur, ſiue recentia, ſiue ſeruata, *etc. De Vnguento depilatorio* Martial. 6, 93 Pſilothro nitet, aut acida latet oblita creta. *Conf.* Lamprid. in Heliog. c. 31.

PSILOTHRO, āre. *Pilos exſtirpare per pſilothri medicamentum.* Plin. Valer. 3, 52. *Vid. Barth. Aduerſ.* 28, 20.

PSIMMYTHIVM, i. n. [ψιμμύθιον] *Ceruſſa.* Plin. 34, 18 Pſimmythium quoque, hoc eſt ceruſſam, plumbariae dant officinae. Laudatiſſimum in Rhodo. Fit autem ramentis plumbi tenuiſſimis ſuper vas aceti aſperrimi impoſitis, atque ita diſtillantibus, *etc.* Pſimmithium Scribon. 32. 33.

PSIMYTHVS, i. m. [ψίμυθος] *Idem. De hac vide* Vitruu. 7, 12 *et Dioſcor.* 5, 94.

PSITTA, ae. f. [ψίττα] *Piſcis plani genus, quem nos paſſerem vocamus, vt vertit Theodorus ex Ariſtotele de Natura animalium.* Plin. 9, 16.

PSITTĂCVS, i. m. [ψιττάκη, ἀνθρωπόγλωσσον] *Auis Indica, vocem humanam miro naturae artificio effingens.* Martial. 14, 73 Pſittacus a vobis aliorum nomina diſcam: Hoc didici per me dicere, Caeſar aue. Plin. 10, 42 Super omnia humanas voces reddunt, pſittaci quidem etiam ſermocinantes. India autem hanc mittit, ſittacen vocant, viridem toto corpore, torque tantum miniato in ceruice diſtinctam. Inperatores ſalutat, et quae accipit verba pronuntiat. In vino praecipue laſciua. Capiti eius duritia eadem quae roſtro, *etc. Conf.* Id. 2, 42. *et* Apul. Flor. p. 348 ſeq. *vbi elegans in primis deſcriptio eſt.* Perſ. Prol. 8 Quis expediuit pſittaco ſuum χαῖρε, Picasque docuit noſtra verba conari? Stat. Silu. 2, 4 *eſt elogium* Pſittaci. *v. g.* v. 24 Occidit aëriae celeberrima gloria gentis Pſittacus, ille plagae viridis regnator Eoae Stat. Silu. 2, 4, 25. Ouid. Amor. 2, 6 *etiam eſt epitaphium Pſittaci. v. g.* v. 37 Occidit ille loquax, humanae vocis imago, Pſittacus, extremo munus ab orbe datum.

PSITTACĪNVS, a, um. Adi. Scribon. Largus Comp. 27 Collyrium pſittacinum a colore ita dictum.

P S O

PSOADĬCVS, a, um. Adi. [ψοαδικὸς] *Qui lumborum dolore afficitur.* Cael. Aurel. Tard. 5, 1.

PSOALGICVS, a, um. Adi. [ψοαλγικὸς] *Laborans lumbis, a* ψόα *lumbus, et* ἄλγος *dolor.* Theod. Priſc. 2, 34 *Male ſcribitur* Pſialgicus.

PSOLEOS, i. m. [ψώλεος] *Verpus.* Priap. Carm. 68 Pſoleon ille vocat, quod nos pſoloënta vocamus.

PSOPHIS, ĭdis. f. [Ψωφὶς] *Arcadiae ciuitas, a* Pſophide *Lycaonis fili*, *aut, vt alii malunt, a* Pſophide *Erycis Sicani filia condita.* Ouid. Met. 5, 607 Vsque ſub Orchomenon, et Pſophida, Cyllenenque. *Conf.* Stat. Theb. 4, 296.

PSORA, ae. f. [ψώρα] *Lepra.* Plin. 20, 1 *ſcabiem* pſoram *appellat; quam* tuſis cepis ſanari poſſe *eodem libro* c. 5 *ait.* Idem Plin. *eodem ipſo libro* 9 lepram *a* pſora *ſeparat:* Lepras (*inquit*) et pſoras cum alumine rotundo ex aceto. *Et paullo poſt,* Item (*inquit*) pſoras et lepras veteres, ipſius tribus partibus, cum duabus aluminis in aceto acri illitis: *loquitur de braſſicae criſpatae viribus: multis quoque eiusdem libri inſequentibus capitulis* pſoram *a* lepra *diſtinguit, vt verear ne non auctor Lexici Graeci aberrauerit in expoſitione eiusdem dictionis. Vid. Caelium* 6, 6. Pſora *ſit a* ψῶ *ſcalpo. Nam qui pſora laborant, vlcera ſiue puſtulas ſupra modum contingere, palpare, et ſcalpere cupiunt.*

PSORĬCVS, a, um. Adi. Pſoricum collyrium Scribon. 32. *et* Celſ. 6, 6 *vbi docet ad oculos ſcabros collyria.* Pſoricum medicamentum Plin. 34, 12.

PSORANTHEMIS, ĭdis. f. [ψωράνθεμις] *Infructuoſa herba roſmarini.* Apul. de Herb. c. 779.

P S Y

PSȲCHE, es. f. [ψυχὴ] *Anima.* Pſychen *vt formoſiſſimam puellam ſiſtit* Apul. Met. 4. *Cuius fabulam allegorice ad animam retulit* Fulgent. *Vid. Beroald. Not. p. m.* 522.

PSYCHĬCVS, a, um. Adi. [ψυχικὸς] *Animalis.* Tertull. *Montaniſta ſcripſit librum* contra Pſychicos, *quo orthodoxos reprehendit, vt nimis corpori animali,* ψυχικῷ *deditos.* *Conf.* Idem aduerſ. Marc. 4, 22.

PSYCHOMACHIA, ae. f. [ψυχομαχία] *Sic carmen vocat* Prudentius, *in quo pugna virtutum et vitiorum, quae in anima ſunt, deſcribitur.*

PSYCHOMANTĪVM, i. n. [ψυχομαντεῖον] *Locus vaticinii, vbi fiebat manium euocatio.* Cic. Tuſc. 1, 115 c. 48 Ait enim Terinaeum quendam Elyſium, quum grauiter filii mortem moereret, veniſſe in pſychomantium, quaerentem quae fuiſſet tantae calamitatis cauſa, *etc.* Idem de Diuin. 1, 133 c. 58 Neque eos, qui quaeſtus cauſa ariolentur, nec pſychomantia quidem quibus Appius amicus tuus vti ſolebat, agnoſcere.

PSYCHOTRŎPHVM, i. n. [ψυχοτρόφον] *Herba de qua* Plin. 25, 8 ſ. 46 Quae Vettonica dicitur in Gallia, in Italia autem ſerratula, a Graecis Ceſtros aut Pſychotrophon.

PSYCHROLVSIA, ae. f. [ψυχρολυσία] *Frigidum lauacrum. vid.* Cael. Aurel. Acut. 1, 14, 112. *et* Tard. 1, 1, 47. 3, 2, 40. *etc.*

PSYCHROLVTES, *vel* PSYCHROLVTA, ae. m. [ψυχρολύτης] *Qui frigida lauatur. Veteres enim frigida tantum vtebantur: calida vero balnea valetudinariis deſeruiebant.* Senec. Epiſt. 54 (53) Memor artificii mei veteris, frigidae cultor, mitto in mare, quomodo pſychrolutam decet, gauſapatus. Idem Epiſt. 84 (83) Ille tantus pſychrolutes, qui Calendis Ianuariis in Euripum ſaltabam, qui anno nouo, quemadmodum legere, ſcribere, dicere aliquid, ſic auſpicabar in virginem deſilire, *etc.*

PSYDRACION, i. n. [ψυδράκιον] *Genus puſtularum durarum et ſubalbidarum acutarumque, caput praecipue infeſtantium. Paul. Aegineta* Celſ. 5, 28.

PSYLLI, ōrum. m. [Ψύλλοι] *Populi ſunt Libyae in Africa, a* Pſyllo *rege dicti, quibus, vt ſcribit* Plin. 7, 2 virus exitiale ſerpentibus ingenitum fuit, vt cuius odore eas ſopirent. Mos vero illis fuit, liberos genitos protinus obiiciendi ſaeuiſſimis earum: eoque genere pudicitiam coniugum experiendi, non profugientibus adulterino ſanguine natos ſerpentibus. *Meminit et Herodotus* 4. Silius *item de Atyro Pſyllo* 1, 412. Lucan. 9, 895. Gellius *etiam* 16, 11. *Crinitus* 1, 3. *et* Solinus c. 40. *Plutarchus in Catone, ſcribit Catonem per deſerta Libyae iter facientem ſecum Pſyllos duxiſſe, qui morſibus ſerpentum mederentur, ore trahentes venenum, et ipſos ſerpentes cantibus mitigantes. vid.* Celſ. 5, 27, 3 De curationibus communibus aduerſus omnes morſus ſerpentium. *Conf.* Sueton. Aug. c. 17. Marmaridae Pſylli Lucan. 9, 895. *Plura de* Pſyllis, *vid.* Plin. 8, 25. 25, 10. *et* 28, 3.

PSYLLION, i. n. [ψύλλιον] *Herba* radice tenui, ſuperuacua; ſarmentoſum, fabae granis in cacuminibus, foliis canino capiti non diſſimilibus, ſemine autem pulici, vnde et nomen: hoc in baccis; ipſa herba in vineis inuenitur, *etc.* Plin. 25, 7. 8. 10. 11 *et* 12. *et* 20, 11 *ad fin. Vulgus Herbam pulicarem vocat.*

PSYLLIS, is. m. Fluuius in Boſphoro ponti Euxini Plin. 6, 1.

PSYLLIVM, i. n. [Ψύλλιον] *Ptolemaeo* 5, 1 *vrbs Bithyniae: vulgo* Picello.

PSYTHIVS, a, um. *ſpeciatim*

PSYTHIA, ae. f. [ψυθία] *Vuae epitheton.* Virg. Georg. 2, 93 Et paſſo pſythia vtilior. Columel. 3, 2 Nam quae Graeculae vites ſunt, vt mareoticae, thaſiae, pſythiae, ſophortiae, ſicut habent probabilem guſtum, ita noſtris regionibus, et raritate vuarum, et acinorum exiguitate minus fluunt. Macrobius *quoque in enumeratione generum vuarum meminit* Saturn. 3, 19 Numantana, precia, prannia, pſythia, pilliolata, *etc.* Pſythia vitis Virg. Georg. 4, 269. Stat. Silu. 4, 9, 38 Vel paſſum pſythiis ſuis recoctum. Plin. 14, 9 Pſythium et melampſythium paſſi genera ſunt, ſuum ſaporem, non vini, referentia.

P T A *et* P T E

PTARMICVS, a, um. [πταρμικὸς] *Sternutatorius.* Dioſcor. 2, 156.

PTE. [γὲ] *Syllabica adiectio Ablatiuis aliquando iungi ſolita: vt* Meapte, tuapte, ſuapte, noſtrapte, veſtrapte. Ther. Phorm. 5, 2, 1 Nos noſtrapte culpa facimus, vt malis expediat eſſe. Curt. Sabinus ſuopte ingenio mitis Tacit. Ann. 2, 63, 5. *conf.* Priſcian. p. 947.

PTERA. [πτερὰ] *ſiue vt* Vitruu. 3, 2. *appellat,* PTEROMATA, [πτερώματα] *in templis Muri duo ſunt, vt ait Strabo* 17. *de templo Heliopolitano, ad altitudinem ipſorum templorum, vtrinque ſurgentes: ita dicti, quod alarum ſpecie quaſi protegant. add.* Vitr. 4, 4 *et* 7. *Sed et ſing.* Pteron *ſ. ala de aedificio ad latus alterius adiuncto.* Plin. 36, 13 Maiore autem in parte tranſitus eſt per tenebras: aliaeque rurſus extra murum labyrinthi aedificiorum moles, pteron appellant. *Et* c. 5 Namque ſupra pteron pyramis, *etc.*

PTERELAS, ae. m. *Taphiorum rex, de quo* Ouid. in Ibin 362. *De alio* Pterela, *vid.* Stat. Theb. 6, 648. *et* 7, 632. *Meminit et cuiusdam huius nominis* Plaut. Amph. 1, 1, 105 *etc.* ¶ 2 *De Cane huius nominis* Ouid. Met. 3, 212 Et pedibus Pterelas, et naribus vtilis Agre.

PTERIS, ĭdis. f. *Herba, prima ſpecies eſt filicis, herbae nobilis, quam* Plin. *deſcribit, eiusdemque vires monſtrat* 27, 9. *conf.* Apul. c. 76. *et Dioſcor.* 4, 186.

PTERNICA, Caulis eſt herbae, quae vocatur cactos; *de qua* Plin. 21, 16. *al.* Pternix.

PTEROMA, *et* PTERON. *vid.* PTERA.

PTEROPHŎROS, i. m. [Πτεροφόρος] Eſt Regio apud Ripheos montes: ſic dicta ab aſſidua niue, quae ibi pennarum ſimilitudine continuo decidit Plin. 4, 13.

PTERŌTVS, a, um. Adi. [πτερωτὸς] *Alatus, anſatus.* Pteroti, *duo Neronis calices ex vitro.* Plin. 36, 26 Sed quid refert, Neronis principatu reperta vitri arte quae modicos calices duos, quos appellabant pterotos, HS ſex milibus venderet.

PTERY̆GIVM, i. n. [πτερύγιον] *In oculis vocatur Membranula quaedam neruoſa, quae oriens ab angulo, vel a narium vel temporum parte ad coronam vsque, interim et pupillam operit.* Plin. 34, 10 Cadmiae effectus, ſiccare, ſanare, ſiſtere fluxiones, pterygia, ſordes oculorum purgare, ſcabritiem extenuare. ¶ 2 Pterygium in digitis *apud Paullum Aeginetam eſt, quum caro excreſcit, partem illam contegens, quae in vngue,* pterygion (*inquit*) *appellatur, quod vitium ex paronychia fere naſcitur. At* Celſus 7, 7, 5. *dicit* eſſe pterygium, quum recedit ab vngue caruncula non ſine magno dolore. *Haec Hermol. Videtur enim Diminutiuum eſſe ab* πτερὸν, *id eſt ab ala, quam tunc videtur efficere caro ab vngulis diſcedens.* Plin. 23, 1 Illinitur eadem cum fico et pterygiis digitorum.

PTERYGŌMA, ătis. n. [πτερύγωμα] *Eſt Pegma aedificii inſtar, alae,* Vitruu. 10, 17. *vid. Bald. Lex.* p. 95.

PTISĀNA, ae. f. [πτισάνη] *Hordeum decorticatum et piſtillo contuſum, vnde* (ἀπὸ τοῦ πτίσσειν) *nomen habet: it. Sorbitionis ſ. tenuiſſimae pultis genus ex illa paratum.* Plin. 18, 7 ſ. 15 Ptiſanae ex hordeo vſus validiſſimus, ſaluberrimusque tantopere probatur. Vnum laudibus eius volumen dicauit Hippocrates, clariſſimus medicinae ſcientiae. Ptiſanae bonitas praecipua Vticenſi. In Aegypto vero ea eſt, quae fit ex hordeo cui ſunt bini anguli. In Baetica et Africa genus, ex

quo fiat, hordei, glabrum appellat Turannius. Idem olyram et oryzam eandem eſſe exiſtimat. Ptiſanae conficiendae vulgata ratio eſt. *Dedit plures ex Graecis Gorraeus in Definitionibus.* Idem 22, 25 Ptiſanae, quae ex hordeo fit, laudes vno volumine condidit Hippocrates, quae nunc omnes in alicam tranſeunt. Contra quanto innocentior eſt alica? Hippocrates tantum ſorbitionis gratia laudauit, quoniam lubrica ex facili hauriretur, quoniam ſitim arceret, quoniam in aluo non intumeſceret, quoniam facile redderetur, et aſſuetis hic ſolus cibus in febri, bis die poſſet dari, tantum remotus ab iſtis, qui medicinam fame exercent. Ptiſanae cremor ſine vllo liquore Scribon. 105. Ptiſanae cremor ſecundum purgationem Id. 99. Ptiſanae cremor caldus largior acceptus 184. *add.* Id. Compoſ. 93. Celſ. 3, 7. Ptiſanam *medici hodie quum abſolute proferunt,* Hordeaceam *intelligunt: ſit enim et triticea ptiſana ex tritico, vel farina triticea aqua elota, de qua Galen.* I *alimentorum.*

PTISANARIVM, i. n. [πτισσανάριον] *Forma Diminut.* Hor. Serm. 2, 3, 155 Quid ceſſas? agedum ſume hoc ptiſanarium oryzae. *Diminutiua forma vtitur, vt pauxillum indicet et iucundum, facile ſumendum, non difficile concoctu.*

P T O

PTOCHIA, ae. f. *ſ.* PTOCHION, i. n. [πτωχεῖα] *Domus alendis pauperibus deſtinata, idem quod Ptochodochium* l. 15 *et* 17 §. 1 vlt. C. de Sacroſanct. Eccleſ.

PTOCHOTROPHIA. n. *Plur.* [πτωχοτροφεῖα] *Diuerſoria ſiue domus, in quibus mendici nutriuntur:* πτωχὸν *enim Graeci mendicum dicunt, et* τρέφω *nutrio.* Iuſtinian. 1 C. *multis in Legib. maxime ſub tit.* de Epiſcopis et Clericis, *et* de Sacroſanct. Eccleſ.

PTOCHŎTRŎPHVS, i. m. [πτωχότροφος] *Qui pauperes alit. Vid.* l. 1 Cod. Tit. 3. *et ibid.* leg. 42.

PTOËMPHANAE, ārum. m. *Pl.* Populi in Africa, qui canem pro rege habent, motu eius imperia augurantes, ſicut et PTOËMBARI Plin. 6, 30.

PTOLEMAEVS, i. m. [Πτολεμαῖος] *Nomen Aegypti poſt Alexandrum M. regibus commune a* Ptolemaeo Lagi F. *vno Ducum Alexandri ductum.* Lucan. 8, 696 Cum Ptolemaeorum manes ſeriemque pudendam Pyramides cludant, indignaque Mauſolea: Litora Pompeium feriunt *etc.* Ptolemaeorum *ſtemma habes apud Paul. Manut. Quaeſ. per Epiſt.* 1, 10. *conf.* Gell. 6 c. vlt. ¶ 2 De Ptolemaeo Fluuio Plin. 6, 29.

PTOLEMAEĒVS, a, um. Adi. [Πτολεμαΐειος] *quinque ſyllabarum.* Propert. 2, 1, 30 Et Ptolemaeeae litora capta Phari. *Hinc* ¶ 2 Ptolemaeion [πτολεμαιεῖον] ſ. Ptolemaeeum, Gymnaſium, *de quo* Cic. de Fin. 5 *pr.*

PTOLEMĀIS, ĭdis. f. Patronym. [Πτολεμαΐς] Lucan. 10, 69 Miſcuit inceſtam ducibus Ptolemaida noſtris. *De Cleopatra. Adiectiue* Sidon. Carm. 5, 461 Ptolemaide gaza.

PTOLEMAIS, ĭdis. f. [Πτολεμαΐς] Oppidum in margine Rubri maris, ad primos elephantorum venatus, a Ptolemaeo Philadelpho conditum eſt in regione Troglodytarum Plin. 2, 73. *Eſt et aliarum vrbium nomen.*

PTYAS, ădis. f. [πτυὰς, *a* πτυεῖν *ſpuere*] *Aſpidis genus quoddam, quod ſputum homini letale in oculos exſpuit.* Plin. 28, 6 Verum ex his quae referre fas ſit, impubium puerorum contra ſaliuas aſpidum, quas ptyadas vocant, quoniam venena in oculos hominum exſpuant: contra oculorum albugines, obſcuritates, cicatrices, argema, palpebras, et cum erui farina contra aduſtiones, contra aurium pura, vermiculoſque, ſi decoquatur ad dimidias partes, cum porro capitato nouo fictili.

P V B

PVBER, ĕris. Adi. *com. vid. infra in*

PVBES, is. f. [ἥβη καὶ ἐνῆλιξ καὶ ἤϊθεος Gloſſ. Lat. Gr.] *Proprie Lanugo, quae maribus decimoquarto anno, feminis duodecimo circa pudenda oriri incipit.* v. g. Si inguen incidendum eſt, idque iam pube contegitur, ante radendum eſt Celſ. 7, 19 *pr.* *Quod quia maturitatis eſt ſignum, factum eſt, vt Adiectiue vir* PVBES, *ſiue* PVBER *vocaretur, quumprimum ad generandum aptus eſt, et femina ſimiliter ad concipiendum.* Feſtus, Pubes adoleſcens qui iam generare poteſt, vocatur. Pubes etiam plurium numerus eiuſdem aetatis dici ſolet. *Deinde,* Pubes et qui pubem generare poteſt. Is incipit eſſe a quatuordecim annis, femina a duodecim annis viri potens, ſiue patiens, vt quidam putant. Salluſtius, Puberes omnes interfici iubet. Cic. Off. 1, 129 c. 35 Noſtro quidem more cum parentibus puberes filii, cum ſoceris generi non lauantur. Cic. pro Rabir. 31 c. 11 Neminem eſſe dico, ex iis omnibus, qui illo die Romae fuerint (quem tu diem in iudicium vocas) pubesque tum fuerit, quin arma ceperit. Pater filium puberem habens Cic. de Orat. 2, 224 c... Priusquam puer pubes eſſet Nep. 10, 4, 4. Liu. 1, 3 Ad impuberem aetatem. Et ſine lacte procreſcit infantia pubes Dracont. Hexaëm. v. 269. Puberibus caulem foliis. *i.* Adultis Virg. Aen. 12, 413. Seruius. *Sic in* 4, 514 Pubentes herbae. *Et eſt reciproca inter herbas et homines translatio, nam et pubertatem herbarum, et florem iuuentutis vocamus. vid. poſt.* ¶ 2 Pubes, *pro Parte pudenda aliquando accipitur:* Virg. Aen. 3, 427 Prima hominis facies, et pulchro corpore virgo Pube tenus. Apul. Met. 1 p. 105 Ab vmbilico pube tenus caetera corporis renudare. Ibidem 9 p. 222 Exiguo tegili tantummodo pubem iniecti. ¶ 3 Pubes, *Iuuenum multitudo.* Virg. Aen. 1, 403 Haud aliter puppesque tuae, pubesque tuorum. Cic. pro Milon. 62 c. 23 Cui Senatus totam Remp. omnem Italiae pubem, cuncta Pop. Rom. arma commiſerat. Agreſtis Virg. Georg. 1, 343. Armata Valer. Argon. 7, 77. Captiua Hor. Carm. 3, 5, 18. Delecta Stat. Theb. 4, 112. Effrena Idem Silu. 5, 2, 68. Electa Claud. de B. Gild. 416. Fortiſſima Lucan. 2, 473. Generoſa Stat. Silu. 5, 3, 146. Indomita Virg. Georg. 3, 174. Nautica Sil. 6, 351. Numeroſa Valer. Argon. 5, 40. Ruſtica Tibul. 1, 1, 23. Sobria Sil. 11, 106. Pube praeſente *eſt Populo praeſente* συνεκδοχικῶς, ab iis, qui puberes ſunt, omnem populum ſignificant. Feſtus: *reſpicit* ad Plaut. Pſeud. 1, 1, 124 Nunc — dico omnibus, Pube praeſenti, in concione, omni populo *etc.* *Videtur idem notare, quod Gr.* ἡβηδόν. Aegre id Romana pubes paſſa Liu. 1, 9. *vid. Borrich. Vind.* p. 194. Omnis pubes Virg. Aen. 9, 74. ¶ 4 Mart. Capella 2 p. 34 Quarum vna deoſculata Philologiae frontem illic, vbi pubem ciliorum diſcriminat glabella medietas, *i. in ipſo interſtitio ſuperciliorum.*

PVBENS, entis. Partic. *ab obſoleto* PVBEO [ἐφηβῶν, ἐνῆλιξ] Pubentes herbae, *per translationem* Virg. Georg. 4, 514 Pubentesque ſecant herbas. *Vbi* Seruius, Pubentes, adultas, macriores, quibus robur acquiritur. *Quidam legunt* Florentes. Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 172 Sunt mihi pubentes atro de ſemine fratres. Genae pubentes Virg. Aen. 12, 221. *al. Tabentes.* Roſae Stat. Silu. 3, 3, 129. *Nempe fuit antiquum verbum*

PVBEO, *vnde ſupereſt*

PVBESCO, pubui, ĕre. [ἐφηβεύω, ἡβάσκω, γενειάω, χνοάζω] *Lanuginem emittere, ad maturitatem, et generandi facultatem peruenire, quod eleganti translatione etiam de ſtirpibus et plantis dicitur.* Cic. Off. 1, 118 Namque Herculem Prodicium dicunt, vt eſt apud Xenophontem, quum primum pubeſceret. Virg. Aen. 3, 491 Et nunc aequali tecum pubeſceret aeuo. Vlpian. in l. 3 §. 8 Carbonianum, Plane ſi mater D. de Carbon. edicto, ſi duo impuberes patiantur ſtatus controuerſiam, et alter eorum pubuerit, exſpectari alterius quoque pubertas debet. Iuuentus pubeſcens Sil. 16, 679. Malae pubeſcunt Valer. Argon. 7, 340. Ora pubeſcentia Stat. Silu. 3, 3, 11. Aetas pubeſcit Sil. 3, 84. Virg. Georg. 2, 390 Hinc omnis largo pubeſcit vinea fetu. *i. Exuberat.* Cic. de Nat. Deor. 2, 41 Quum is efficiat, vt omnia floreant, et in ſuo quaeque genere pubeſcant. *de ſole. conf.* Id. N. D. 1 c. 2. Cic. Tuſc. 1, 69 c. 28

Hic autem vbi habitamus, non intermittit ſuo tempore
Caelum niteſcere, arbores frondeſcere,
Vites laetificae pampinis pubeſcere.

ex Poëta. Vinea pubeſcit in palmitem Max. Taurin. homil. 1 in Pentecoſt. Virgulta pubeſcunt fetu Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 79. Prata pubeſcunt flore Ouid. Triſt. 3, 12, 7.

PVBESCENS, entis. Partic. *Idem quod Pubens.* Sil. 16, 678 Sidoniusne puer vix pubeſcente iuuenta. *Sic,* Pubeſcentem et quaſi adoleſcentem vitem *vocat* Colum. 4, 28, 1. Pubeſcente vere Ammian. 27, 10. Pubeſcente iam fide geſtorum Idem 31, 4.

PVBERTAS, ātis. f. [ἥβη, ἀντιπαιδία] *Aetas generando ſui ſimile apta, quam leges certo annorum numero finire ſolent.* Pubertas plena, XVIII *annus eſt.* Modeſtin. De Adoptationibus l. Arrogato. *conf.* Cod. 5 t. 60. Vlpian. Dig. 40 t. 16 l. 5. *Bynkersh. Obſ.* 3, 24. ¶ 2 Pubertas, *eſt Emiſſio ipſa pubis a qua anni pubertatis dicti ſunt. Laudatur* Columel. 4, . . . At citra naturae quandam pubertatem. Cic. de Nat. Deor. 2, 86 c. 33 Vt ſi quis dentes et pubertatem natura dicat exiſtere. Plin. 25, 11 Exſtinguit Venerem teſtibus circa pubertatem illita. ¶ 3 *Pro vi generandi, et vigore per ſenectutem etiam durante, poſuit* Tacit. de Germ. 20, 4 Sera iuuenum Venus, eoque inexhauſta pubertas. *Improprie:* Vuae pubertas Plin. 23, *pr.*

PVBERĀLE, is. n. *Pubes, vel in pube pili.* Gloſſ. Gr. Lat. ἐφήβαιον.

PVBĒDA, *vel* PVBETA, ae. m. *Adoleſcens.* Gloſſ. Iſidor. Gloſſae *aliae,* Pubeda, Iuuenis ſiue pube. *al.* Pubeda adultus. Mart. Capell. 1 p. 12 Pubeda vixdum. *conf.* 9 p. 308.

PVBLICIVS. *Gentis Romanae nomen, vnde nobiles illi* aediles Publicii, *de quibus* Ouid. Faſt. 5, 288. *Ab his dictus* Publicius cliuus ibid. v. 294. Publicius cliuus appellatur, quem duo fratres, L. M. Publicii Malleoli Aediles Curules pecuariis condemnatis ex pecunia quam ceperant, munierunt, vt in Auentinum vehiculo Velia, veniri poſſit Feſt. *Sic enim emendandum* Feſtum *puto. vid.* Varr. L. L. 4, 32. *Ab hac gente etiam dicta* PVBLICIANA actio. *Eſt titulus in* Pandectis de Publiciana in rem act. *Fuit Praetor apud Romanos, qui ad inſtar domini, non dominum agere actione ſua voluit.* Vlpian. in l. ſed et ſi D. de Publician.

PVBLĬCVS, a, um. Adi. [δημόσιος, ἔνδημος] *quaſi* Populicus, *a populo; vnde et* Poplicus, Poplicola, *et Gr.* ποπλικόλας, πόπλιος. *Eſt igitur* publicum, *quicquid eſt populi, vel populi auctoritate, nomine, ſumtibus, commodo, fit, conſtituitur etc.* Plaut. Rud. 2, 7, 14 Iſtic vbi vis, condormiſce: nemo prohibet, publicum eſt. Idem Trin. 1, 2, 183 Hoc ita ſi fiat, publico fiat bono. Vlpian. De tabulis exhibendis, l. Praetor ait, Publici loci appellatio quemadmodum accipiatur, Labeo definit, vt et ad areas, et ad inſulas, et ad agros, et ad vias publicas, itineraque publica pertineat. Publica ſacra, Quae publico ſumtu pro populo fiunt, quaeque pro montibus, pagis, curiis, ſacellis. At Priuata, Quae pro ſingulis hominibus, familiis, gentibus fiunt, Feſt. Conuiuari de publico, *vid.* CONVIVOR. Publicum, commune, ſingulare Cic. de Inuent. 1, 46. Publicum *et* Priuatum *opponuntur:* Cic. pro Muraen. 76 Odit Populus Rom. priuatam luxuriam: publicam magnificentiam diligit. Publica priuatis ſecernere Hor. de Arte Poët. 397. Peſſimo publico Liu. 11, 1 *pr.* Iam publicum quidem omnium eſt, tabulata, *etc.* *h. e. Omnibus commune* Plin. 10, 33. Adulter publicus fiet. *Sollicitabunt illum vulgo mulieres. De incommodis formoſi iuuenis* Iuuen. Sat. 10, 311. Aes publicum Tacit. Ann. 12, 53. Aſſertor Ouid. Rem. Amor. 73. Cauſam antea publicam nullam dixi Cic. pro Roſc. Amer. 59 c. 21. Commoda Hor. Epiſt. 2, 1, 3. Conſilium publicum, *dictus eſt Senatus:* Cic. de Orat. 1, 216 Quare non etſi eloquentiſſimus Athenis Pericles, idemque in ea ciuitate plurimos annos princeps conſilii publici fuit. Cura publica iuuenum Hor. Carm. 2, 8, 8. Cuſtodia Tacit. Ann. 3, 36. Fauor Ouid. ex Pont. 4, 14, 56. Fides Salluſt. *vid.* FIDES. Quinctil. 1, 6 Vtendum plane ſermone vt nummo, cui publica Forma eſt. Furor Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 305. Ius publicum Ter. Phorm. 2, 2, 65. - - impertire alicui Suet. Aug. c. 10. Litora omnia publica eſſe Cic. in Topic. 32. Loca vrbis Idem de Lege Agrar. 2, 36. Luctus Ouid. ad Liu. 66. Ludus vrbis Hor. Carm. 4, 2, 42. Lux publica immenſi mundi Ouid. Met. 2, 35. Idem Triſt. 4, 3, 76 Publica virtuti per Mala facta via eſt. Munera Idem Met. 6, 351. Maieſtas Claud. in Eutrop. 1, 424. Officia, *promiſcuae humanitatis, quae vix imputari poſſunt,* Plin. Epiſt. 9, 37, 1. Cic. Verr. 4, 139 Neque illam ſtatuam eſſe ex Pecunia publica, neque publice datam. *add.* Id. Agrar. 2, c. 30. Religio publica, *vid. ſupra.* Res priuatae et publicae Plaut. Trin. 1, 1, 16. Primus bibliothecam dedicando, ingenia hominum Rempublicam fecit *Aſinius Pollio* Plin. 35, 2 *extr.* *Vt nempe vnusquisque frui, vt aëre, vt profluente aqua, ingeniis poſſet. vid.* RES publica. Sacra publica, *vid. ſupra.* Sidera Ouid. Epiſt. 18, 130. Spes Idem ad Liu. 365. Sumtus Hor. Carm. 2, 15, 18. Vectigalia publica. Vlpian. de Verb. ſign. l. Inter publica. Verba publica, Quibus *vtuntur omnes promiſcuae humanitatis, vnde initium eſſe ſolet notitiae* Ouid. de Arte Am. 1, 144 Hic tibi quaeratur ſocii ſermonis origo Et moueant primos publica verba ſonos. *Et* Amor. 3, 7, 11 Dominumque vocauit, Et quae praeterea publica verba iuuant. Senec. Epiſt. 3 Itaque ſic priore verbo quaſi publico vſus es; et ſic illum amicum vocaſti, quomodo omnes candi-

candidatos bonos viros dicimus, quomodo obuios, ſi nomen non ſuccurrit, dominos ſalutamus. *Et* Epiſt. 59 Magnam ex epiſtola tua percepi voluptatem: permitte enim mihi vti verbis publicis, nec illa ad ſignificationem Stoicorum reuoca. *Vid. Burm. ad* Petron. 39 p. 169. Via publica nemo quemquam ire prohibet. Plaut. Curc. 1, 1, 35 *Habet vim Prouerbii, quo ſignificant rerum communium aequalem omnibus vſum eſſe, neque cuiquam vertendum vitio, quod ius publicum concedit. Caeterum, vid.* VIA. Vſus Hor. Epiſt. 2, 1, 92. Vtilitates Tacit. Ann. 1, 10. ¶ 2 *Vt* Populus *pro plebe interdum ponitur, ſic* Publicus, *interdum Vulgaris eſt, et ab egregio diſtinguitur. Ita apud* Petron. c. 3 Sermonem habes non publici ſaporis. Iuuen. 7, 53

Sed vatem egregium, cui non ſit publica vena,
Qui nihil expoſitum ſoleat deducere, nec qui
Communi feriat carmen triuiale moneta.

Ouid. ex Ponto 4, 13 *de* ſtructura ſui carminis, Non quia mirifica eſt, ſed quod nec publica certe, Qualis enim cunque eſt, non latet eſſe meam. Publicum omnium eſt, *Omnibus eſt commune* Plin. 10, 33. Publicum eſt, quod ciuitas vniuerſa aliqua de cauſa frequentat Cic. de Inuent. 1, 40. ¶ 3 Publicum, *Subſt. vel pro Conſpectu publico vel pro publica, i. populi vtilitate, nominatim pro reditibus ſ. vectigalibus populi.* Liu. 9, 7 *de Caudina pace loquens*, Vt poſtero atque inſequentibus diebus nemo eorum forum aut publicum aſpicere vellet. In publico, *vid.* IN. Abſtinere publico, *vid.* ABSTINEO. Carere publico, *Non prodire in publicum.* Caeterum proximis Cenſoribus adeo omnibus notis ignominiiſque confectos eſſe, vt non foro ſolum omni, deinde vita, ſed prope luce ac publico caruerint Liu. 22, 61. Conſulere in publicum Plin. Epiſt. 9, 13. *vid.* CONSVLO. Edicere in publicum Suet. Galba c. 19. Egredi in publicum Tacit. Hiſt. 4, 49, 7. Prodire in publicum Sueton. Neron. c. 51. Proponere literas in publico Cic. Att. 7, 17. Rapi de publico Sueton. Othon. c. 7. Redigere bona in publicum, *vid.* IN Praepoſitionem. Cic. Verr. 5, 91 Cleomenes, quamquam nox erat, tamen in publico eſſe non audet: includit ſe domi. Suet. Neron. c. 9 Eiusdem ſaepe lectica per publicum ſimul Vectus eſt. *de Nerone et eius matre.* Verſari in publico Tacit. Ann. 15, 59. *Aliquando, vt indicauimus, ſignificat Vectigal: vnde et* Publicani *dicti ſunt.* Cic. Q. Frat. 1, 1 Hic te ita verſari, vt et publicanis ſatisfacias, praeſertim publicis male redemtis, et ſocios perire non ſinas, diuinae cuiusdam virtutis eſſe videtur, id eſt tuae. Sueton. Calig. c. 40 Additumque ad caput legis, vt tenerentur publico, et quae meretricium et quae lenocinium feciſſent. *conf.* Id. Vitell. c. 7. Hor. Epiſt. 1, 1, 77 Pars hominum geſtit conducere publica, *vid. Torrent. ad* Sueton. ll. cc. Donat. *ad* Tacit. Ann. 13, 51. *et Lipſ. ad* Senec. de Conſ. Sap. c. 14. *Aliquando Aerarium etiam ſignificat, vid. Gronou. ad* Liu. 2, 9.

PVBLĪCE. Adu. [δημοσίᾳ, πάνδημον] *In Conſpectu populi etc. vt in* PVBLICVS *oſtendimus.* Ter. Adelph. 3, 3, 89 Haud cito mali quid ortum ex hoc ſit publice. *i. Numquam obfuturus Reip.* Cuſtos publice eſt in Piraeeo Ter. Eun. 2, 2, 59. Cic. Verr. 4 c. 8 Qui naui iſtius aedificandae publice praefuit. Idem de Finib. 5, 42 Serpit ſenſim foras cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis, poſt vicinitatibus cum ciuibus et iis, qui publice ſocii atque amici ſunt, deinde totius complexu gentis humanae. Accipere mercedem publice Scribon. 171. *i. de publico.* Adiuuare Tacit. Agric. 21, 1. Ali Nep. 3, 3, 3. Cic. Verr. 3, 80 Itaque quum Philinus Herbitenſis, homo diſertus et prudens et domi nobilis, de calamitate aratorum, et de fuga, et de reliquorum paucitate publice diceret. Idem ibid. 3, 170 Cui Senatus dederat publice cauſam, vt mihi fratrique meo gratias ageret. Dati ei ſumtus publice Aur. Vict. de Viris Illuſt. c. 40. *i. Ex aerario.* Plin. Epiſt. 5, 15 His ex cauſis vt illi, ſic mihi gratulor, nec priuatim magis quam publice, quod tandem homines, *etc.* Itur illac publice Vlpian. in l. 1 D. Ne quid in loco publico fiat. Locantur publice cibaria anſeribus Cic. pro Roſc. Amer. 56. *h. e. Ex pu lico aluntur.* Suet. Aug. c. 36. Parare Nauem publice Liu. 3, 26 *extr.* Parare locum publice Idem 42, 1. Poſſidere bona publice, *vid.* POSSIDEO. Maximam publice Putant eſſe laudem, quam latiſſime a ſuis finibus vacare agros Caeſ. B. G. 4, 3. Mittere publice Scribon. 171. Praebere epulum publice Suet. Vitel. c. 10. Cic. Verr. 5, 89 Quem ab illis praedonibus Locrenſes poſtea publice redemerunt. *i. Sumtibus publicis.* Reſtituere Capitolium publice Tacit. Hiſt. 4, 9, 4. *i. Sumtu publico.* Cic. Att. 16, 11 Publice tamen ſcripſi, ſi vti vellet iis Valerius, aut mihi nomina mitteret. Idem Fam. 15, 9. Sum: Cic. Verr. 1, 16 c. 6 Neque meus aduentus labori aut ſumtui, neque publice, neque priuatim fuit. *i. Neque meis amicis, neque proainciae, aut vrbi.* Tacit. Ann. 12, 60 Publice Valebant, qui vicerant. Cic. Diu. Verr. 1, 2 Cuncti ad me publice ſaepe, Venerunt, vt ſuarum fortunarum omnium cauſam defenſionemque ſuſciperem. *Et* Verr. 2, 11 c. 4 Publice priuatimque Venerunt.

PVBLICO, āre. [δημεύω, δημοσιόω, ἐκδίδωμι] *Publicum facere, quod interdum ad ſolam notitiam refertur, vt ſit Omnibus palam facere, manifeſtare.* Zeno praeceptorum fidem exemplo ſuo publicauit Val. Max. 3, 3 ext. 2. Iuſtin. 1, 7, 15 Non contentus voluptatum ſuarum tacita conſcientia, niſi etiam matrimonii reticenda publicaret. *vid.* Plin. 33, 3. *Interdum vero Publico aerario attribuere ſignificat, v. g.* Cic. de Inuent. 2, 98 Lex eſt apud Rhodios, vt ſi qua roſtrata in portu nauis deprehenſa ſit, publicetur. Quum magna in alto tempeſtas eſſet, vis ventorum inuitis nautis, Rhodiorum in portum nauim coëgit, Quaeſtor nauim populi vocat. Nauis dominus negat publicari oportere. Idem de Finib. 2 Secutus eſt qui in cauſa impia, victoria etiam foediore, non ſingulorum ciuium bona publicaret, ſed vniuerſas prouincias, regionesque vno calamitatis genere comprehenderet. Sueton. Claud. c. 25 Libertinos, qui ſe pro equitibus Rom. agerent, publicauit. *i. bona eorum in fiſcum iuſſit vel aerarium redigi, vt interpretatur Torrentius.* Agros publicare Cic. de Lege Agr. 1, 10 c. 4. Bona Idem in Catil. 4, 8 c. 4. Priuata publicare, Publica liberare Idem de Lege Agr. 2, 56 c. 21. Librum publicare *eſt Edere in publicum*: Plin. Epiſt. 4, 27 Ad hunc guſtum totum librum repromitto: quem tibi, vt primum publicauerit, exhibebo. Oratiunculam publicare Plin. Epiſt. 5, 108. Fortunam ſuam publicare, *pro Paſſim communicare* Senec. de Clement. 1. Se publicare Suet. Neron. c. 21. *i. Copiam ſui publice facere et publice cantare.* Publicat vulgo corpus ſuum meretrix Plaut. Bacch. 4, 8, 22. Publicare crimen, *non pro Diuulgare, aut palam facere: ſed pro Deriuare in totam ciuitatem, vel totam ciuitatem eius inſimulare eſt.* Liu. 34, 61 Scriptum erat, Ariſtonem priuatim ad neminem, publice ad ſeniores (ita Senatum vocabant) mandata habuiſſe. Publicato crimine minus intenta de paucis quaeſtio erat. Publicari, *Fiſco acquiri:* Paullus in l. Via. D. de ſeruit. ruſtic. praed. Si fundus ſeruiens, vel is, cui ſeruitus debetur, publicetur: vtroque caſu durant ſeruitutes: quia cum ſua quisque conditione fundus publicatur. Publicari mulier *dicitur, Quae ad quaeſtum meretricium damnatur: vid. Burm. ad* Quinctil. 7, 9.

PVBLICANS, antis. Partic. Conditio publicantium, *ſcil.* Opus Plin. Nat. Hiſt. praef.

PVBLICĀTVS, a, um. Bona publicata Nep. 7, 4, 5. *et* 8, 1, 5. Publicata, *vid.* Pudicitia, *in* PVDEO. Sermones publicati Petron. c. 39. *i. Copia facta omnibus inter ſe et cum conuiuatore loquendi.*

PVBLICATIO, ōnis. f. [δήμευσις] Cic. in Catil. 4, 10 c. 5 Adiungit etiam publicationem bonorum. Proponere publicationem bonorum Cic. pro Planc. 97.

PVBLICĀTOR, ōris. m. Publicator occulti Sidon. Epiſt. 3, 13. Onomaſt. Vet. Publicator, τελώνης.

PVBLICATRIX, īcis. f. *Sic*, Publicatrix inteſtini decoris, *Venus ab* Arnobio *dicta* 1.

PVBLICĀNVS, i. m. [τέλων, τελώνης] Publicanos *appellarunt, qui* Publica, *i. vectigalia omnesque adeo Pop. Rom. reditus exigendos redimebant. Horum ordinem et numero ampliſſimum, et perſonarum dignitate potentiſſimum fuiſſe conſtat.* Cic. pro Planc. 23 Flos enim Equitum Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum Reip. publicanorum ordine continetur. Vlpianus De publicanis et vectigalibus, l. 1 Publicani ſunt qui publico fruuntur. nam inde nomen habent: ſiue fiſco vectigal pendant, vel tributum conſequantur: et omnes, qui aliquid a fiſco conducunt, recte vocantur publicani. Familiae maximae publicanorum Cic. pro Lege Manil. 16 c. 6. Idem Qu. Frat. 1, Nomen autem publicani aſpernari non poſſunt, qui pendere ipſi vectigal ſine publicano non potuerunt. Cato publicanos tertium iam menſem vexat Id. Att. 1, 15. Idem Verr. 3, 78 c. 34 Mulierculae publicanae noluit ex decumis nimium lucri dare.

PVBLICŎLA, *quaſi Cultor et obſeruator populi,* [δημοκήδης, δημοτικὸς Gloſſ. Lat. Gr.] *hoc cognomine dictus eſt* Publius Valerius, *qui in locum Tarquinii Collatini conſul a populo ſuffectus eſt. Plutarchus* ποπλικόλαν *dicere ſolet. Vid.* Liu. 2, 8. *al.* Poplicola; *vt Graeci communiter, et Marmora apud Sigon. ad* Liu. 2, 8. *ad quem locum, itemque ad* Sil. 2, 8. *etiam Drakenborchius antiqua monumenta profert, in quibus* Poplicola *eſt. Sed nempe vt* Poplicum *mollierunt in* Publicum: *ita factum in* Publicola, *quomodo optimae etiam Liuii membranae conſtanter ſcribunt. Appellatiue vſus eſt* Sidon. Carm. 23, 80 Inter publicolas manu feroces Trunco Mutius eminet lacerto.

PVBLICIVS. Adi. *Vid. ſupra ſuo loco.*

PVBLĬCĬTVS. Adu. [δημοσίως] *Idem quod publice.* Ter. Phorm. 5, 8 (7) 85 Nonne hoc publicitus ſcelus hinc deportarier in ſolas terras? *Vbi* Donatus: Publicitus, publica cura et conſilio. Plaut. Amph. 4, 2, 7 Hoſpitio publicitus accipiar. *i. Carcere publico.* Idem Bacch. 2, 3, 79. *et* Perſ. 4, 3, 40. *Vid.* Non. 11, 27. *et* Chariſ. 2 p. 40. Nulla tibi priuatim, ſed omni publicitus gratia obſtrictus Apul. Florid. 2 p. 347. Peccata prohiberi publicitus intereſt Gell. 6, 14.

PVBLĬPOR, ŏris. m. [Πουβλίου παῖς] *Publii puer ſiue ſeruus. Vid.* PVER n. 1. *it.* MARCIPOR. *itemque* QVINTIPOR *ex* Feſto.

PVBLIVS *genere* Syrus *fuit, conditione ſeruus cuius* Mimi, *i. verſus vitae quandam picturam habentes, pluſculi ſuperſunt. Vid.* Gell. 17, 14. *et* Macrob. Saturn. 2, 7. Plin. 8, 51. *Caeterum* Publii, qui prius pupilli facti erant, quam praenomina haberent: alii ominis cauſa, ex pube Probus in Epitome de Nominib. Val. Maximo adſcripta. *Vid. ſupra* PRAENOMEN.

PVBLILIVS, i. m. *Aliud nomen a Publio deſcendens. Vid. Sigon. de Nom. Rom.*

P V C

PVCĪNVM, i. n. [Πούκινον] Caſtellum in Venetia decima regione Italiae, in Carnorum agro, nobilitatum, ob vina elegantia quae ibidem naſcuntur Plin. 3, 18. *Hinc*

PVCĪNVS, a, um. Adi. *vt*, Pucinum vinum [Πουκινὸς οἶνος] *ab oppido* Pucino, *in quo naſcitur.* Plin. 14, 6. *de vinis generoſis*, Iulia, *inquit*, Auguſta LXXXII annos vitae Pucino retulit acceptos, non alio vſa. Gignitur in ſinu Adriatici maris, non procul a Timauo fonte, ſaxeo colle, maritimo afflatu paucas coquente amphoras. Nec aliud aptius medicamentis iudicatur. Hoc eſſe crediderim quod Graeci celebrantes miris laudibus pyctanon appellauerunt ex Adriatico ſinu.

P V D

PVDA, ae. f. *Charta, ſ. papyrus, ſec. Voſſ. ad* Melam 3, 9 p. 599. *Vid.* BVDA.

PVDEO, ui, ĭtum, ēre. [αἰδέομαι, αἰσχύνομαι, ἐρυθριάω] *Fere ſemper in tertiis tantum perſonis legitur. Tamen* Plaut. Caſ. 5, 2, 3 Ita nunc pudeo, atque ita nunc paueo, atque ita in ridiculum ſumus ambo, Sed ego inſipiens noua nunc facio, pudet, quod prius non puditum vnquam eſt. Donatus, Pudere, eſt in his, quae turpiter fiunt: Pigere, in his, quae cum malo, damnoque. *Firmari poteſt illa obſeruat. loco* Plauti Capt. 2, 1, 9 At nos pudet, quia cum catenis ſumus. *Lorarii*, At pigeat poſtea noſtrum herum, ſi vos eximat vinculis. *Caeterum* Piget *minus quam* Pudet: Cic. pro Domo 29 Me non ſolum piget ſtultitiae meae, ſed etiam pudet. Pudet et Piget hoc diſtant: Pudet verecundiae eſt, Piget poenitentiae Non. 5, 10. *Cum Accuſatiuo:* Lucan. 8, 495 Semper metuet, quem ſaeua pudebunt Ter. Adelph. 4, 7, 36 Non te haec pudent? *Nempe* Pudere *fuit priſcis pudore afficere,* αἰσχύνειν. *Imperſonale ſaepius legitur, vt dictum eſt: aliquando cum Infinitiuo, et ſubauditur Accuſatiuus* Me *vel* Te; *interdum etiam effertur.* Ter. Heaut. 5, 4, 18 Pudet dicere hac praeſente verbum turpe. Non me hoc iam dicere pudebit Cic. Q. Frat. 1, 1. Idem Orat. 147 c. 43 Verſus, qui vetat Artem pudere proloqui, quam factites. *Cum Accuſatiuo:* Ter. Adelph. 1, 2, 4 Quem neque pudet quidquam, neque metuit quemquam. Simul pudere, quod non oportet, coeperit, quod oportet, non pudebit Liu. 34, 4 *extr.* Quem non pudet, hunc poena dignum puto Cic. de Orat. 1, 121 c. 26. Me autem quid pudeat? qui, *etc.* Idem pro Arch. 12. Me pudet quia Plaut. Capt. 2, 1, 9. *vt modo vidimus. Cum Genitiuo:* Ter. Heaut. 2, 3, 19 Cuius nunc pudet me et miſeret, qui harum mores cantabat mihi *i. cuius praeſentia aut cogitatio adeo me pudore afficit.* Vt te neque deorum neque hominum pudet Salluſt. Hiſt. l. 1. in Orat. L. Philippi n. 15. *Sed frequentius factum, vel res turpis*

turpis in Genitiuo ponitur, vt Cic. Verr. Act. 1, 35 c. 12 Quos libidinis infamiaeque ſuae neque pudeat, neque taedeat. Craſſe pudet me tui Cic. in Piſon. 58 c. 24. Cuius eos non pudere miror Idem Philipp. 10, 22. Non te huiuſcemodi criminis maxime eius pudet? Idem Verr. 5, 135. Pudet incepti Stat. Theb. 3, 609. Pudet tanti mali Hor. Epod. 11, 10. Patris mei meûm factûm pudet, *pro Meorum factorum* Cic. in Orat. 155 c. 46. Sceleris pudet Hor. Carm. 1, 35, 33. ¶ 2 *Declinatur varie.* Cic. Philipp. 2 c. 25 Si te municipiorum non pudebat, ne veterani quidem exercitus. Puditum eſt, *pro Puduit*: Plaut. Caſ. 5, 2, 4 Pudet, quod prius non puditum vnquam eſt. *Add.* Idem Bacch. 3, 1, 12. *et* Apul. Apol. *et* Florid. p. 246. 289 *et* 342. Cic. pro Flacc. 52 c. 22 Nonne eſſet puditum, ſi hanc cauſam agerent ſeuere, *etc.* Plin. 36, 15 Quum puderet viuos, tanquam puditurum eſſet exſtinctos. Non enim pudendo, ſed non faciendo id, quod non decet, impudentiae nomen effugere debemus Cic. de Orat. 1, 120 c. 26. Induci ad pudendum Idem de Clar. Orat. 188 c. 50. Plaut. Epid. 2, 1, 1 Plerique homines, quos, cum nihil refert, pudet; vbi pudendum eſt, ibi eos deſerit pudor, cum vſus eſt vt pudeat.

PVDESCIT, *pro Pudet.* Prudent. Cathem. 2, 26 Piget, pudeſcit, poenitet.

PVDENS, entis. Partic. [αἰδήμων] Cic. Verr. 3, 161 c. 69 Metelli eſt filius in prouincia: non puer, ſed adoleſcens bonus ac pudens. Petulans, *et* Pudens, *contraria* Ouid. de Arte Am. 1, 767. Pudens animus Ter. Heaut. 1, 1, 68. Hominem pudentem et officioſum cognoſces, et dignum qui a te diligatur Cic. Fam. 13, 22. Riſus pudens et liberalis Auctor ad Herenn. 3 c. 13. Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil, pudens, nihil pudicum Cic. Philipp. 3, 28. *Compar.* Quo pudentior aut melior eſſet Cic. Verr. 3 c. 68. *add.* Id. Fam. 7, 5. Cic. pro Cluent. 77 Homines totius ignari negotii, qui Oppianicum numquam vidiſſent, virum optimum, et hominem pudentiſſimum pecunia oppreſſum arbitrarentur? *Vetus codex habet* Prudentiſſimum. Pudentiſſimus atque optimus vir Cic. pro Flacc. 48. *add.* Id. pro Sulla c. 22. Pudentiſſima lectiſſimaque femina Idem Verr. 1, 84 c. 37.

PVDENTER. Adu. [αἰδημόνως] *Cum verecundia, vel verecunde: cui contrarium* Impudenter. Cic. pro Quint. 38 c. 11 Quem nunc interficere nefarie cupis, eum tum pudenter appellare nolebas? Appellare aliquem pudenter Idem ibid. 38 c. 11. Rogare aliquem parum pudenter Idem Fam. 7, 28 (27). Sumere pudenter aliquid Hor. Epiſt. 1, 17, 44. Licentia ſumta pudenter Idem de Arte Poët. 51. Viuere pudenter Cic. in Vatin. 6. *Compar.* Quem ego paullo ſciebam vel pudentius vel inuitius ad hoc genus ſermonis accedere Idem de Orat. 2 c. 89. Idem Att. 7, 2 Bene eueniat, inquit Carneades, ſpurce, ſed tamen pudentius quam Lucius noſter et Patron. Gell. 12, 11 Pudentius peccare. *Superl.* Cic. Att. 16, 15 Pudentiſſime hoc petierat.

PVDENDVS, a, um. Adi. [αἰδοῖος, αἰσχυντέος] Plin. 17, 12 Illam inſcitiam pudendam eſſe conueniet. Amor pudendus Ouid. Ep. 5, 44. Cauſa pudenda tua eſt Idem ibid. 5, 98. Lucra Idem de Arte Am. 3, 442. Luxus Tacit. Ann. 3, 53, 1. In immundo Signa pudenda toro Ouid. Rem. Am. v. 432. Strages Claud. de B. Getico 158. Vita Ouid. ex Pont. 2, 2, 108. Vulnera Virg. Aen. 11, 55. Vt iam pudendum ſit, honeſtiora eſſe legionum decreta quam Senatus Cic. Philipp. 5, 4. Dictu pudenda Quinctil. 1, 2. Multa pudenda pati Ouid. Triſt. 2, 504. ¶ 2 *Subſtantiue, ſ. potius intellecto nomine* Membra, Pudenda, orum n. *Pl. Ea, quibus viri feminaeque diſcernuntur.* Auguſtin. Ciu. Dei 14, 17 Qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant. *Idem infra.* *De podice:* Min. Fel. 28, 10 Strepitus per pudenda corporis expreſſi.

PVDIBVNDVS, a, um. *Aliud* Adi. [αἰσχυντηρός] *Idem quod Pudens.* Plin. 10, 20 Idem cauda annuis vicibus amiſſa cum foliis arborum, donec renaſcatur iterum cum flore, pudibundus ac moerens quaerit latebram. *de pauonibus.* Columel. 10, 361 Femina, quae iuſtis tum demum operata iuuentae Legibus, obſceno manat pudibunda cruore. Amplexus pudibundi Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 275. Dies pudibunda exoritur, *Purpurea* Stat. Theb. 5, 296. *deſcriptio Aurorae.* Matrona Hor. de Arte Poët. 232. Ora Ouid. Faſt. 2, 819. Pars pudibunda noſtri, *Genitalia membra* Idem Amor. 3, 6, 69. Sales pudibundi Auctor ad Calpurn. Piſon. 114.

PVDIBĬLIS, e. Adi. Lamprid. Heliogab. c. 12 Pudibilia membra.

PVDIMENTVM, i. n. Gloſſ. Gr. Lat. αἰδοῖον, pudimentum, pudendum.

PVDEFĪO, fieri. [αἰσχύνομαι] *a* Pudefacio *fit.* Gell. 15, 17 Traditas ſibi tibias quum ad os adhibuiſſet, inflaſſetque, pudefactus oris deformitate abiecit, infregitque. *de Alcibiade.*

PVDĪCVS, a, um. Adi. [σώφρων, σεμνός, πότνιος] *Quem pudet facile vbi oportet.* Pudicum ingenium Pamphili, *apud* Ter. Hec. 1, 2, 77. *et* Plaut. Curc. 1, 1, 51 Tam a me pudica eſt, quaſi ſoror mea ſit. Amicitia pudica Stat. Silu. 2, 2, 144. Animus Ouid. Epiſt. 7, 5. Aures Senec. Hippol. ſ. 8. Coniuges Hor. Carm. 4, 9, 41 Crines Ouid. ex Pont 3, 3, 51. Fidem pudicam ſollicitare donis Ouid. Met. 7, 720. Fraus Ouid. ex Pont. 3, 1, 107. Frons Claud. Conſ. Mall. Theod. 118. Iuuenis Senec. Hippol. ſ. 12. Cic. ad Octau. Audiet C. Marius impudico domino parere nos, qui ne Militem habere voluit niſi pudicum? Mores Ouid. Triſt. 3, 7, 13. Mulier Hor. Epod. 2, 39. Nupta Ouid. Faſt. 2, 794. Preces Idem Epiſt. 1, 85. Thalamos violare pudicos Idem Amor. 1, 8, 19. Vota Idem Epiſt. 9, 35. Pudicus *fere is eſt, qui nihil turpe patitur, vt* Hor. Serm. 1, 6, 82

Quid multa? pudicum,
Qui primus virtutis honos, ſeruauit ab omni
Non ſolum facto, verum opprobrio quoque turpi.

An et ille, qui alterius pudicitiam non violat, pudicus vocatur, qui alterum non efficit impudicum? Laudatur Horatius *de Hippolyto* Carm. 4, 7, 25 Inferius neque enim tenebris Diana pudicum Liberat Hippolytum. *Sed etiam Hippolytus maxime in refutanda nouercae cupiditate* pudicus *fuit. Conf. Perizon.* de morte Iud. p. 71 ſeq. *Compar.* Ouid. in Ibin 349 Nec tibi contingat matrona pudicior illa, *etc.* *Superl.* Pudiciſſima femina Plin. 7, 35. ¶ 2 *Peculiare eſt, quod* Pudicus *ponitur pro verecundo.* Is eſt honor homini pudico, meminiſſe officium ſuum Plaut. Trin. 3, 3, 71.

PVDĪCE. Adu. [σωφρόνως] Plaut. Amph. 1, 1, 192 Ego tibi iſtam hodie ſceleſte comprimam linguam. *Soſia in obſcenum ſenſum rapit dictum, et* Haud potes, *inquit*, Bene pudiceque aſſeruatur. Actum pudice omne aeuum Ouid. ad Liuiam 41. Bene ac pudice doctum atque eductum ingenium Ter. Andr. 1, 5, 39. *Compar.* [σωφρονεστέρως] Plin. Epiſt. 4, 78 (13) Vbi enim iucundius morarentur, quam in patria: aut pudicius continerentur, quam ſub oculis parentum, *etc* Plaut. Merc. 4, 3, 15 Pudicius faciunt illi.

PVDICITIVS, *Idem.* Apul. Apol. 1 p. 312 *ed. Colu.* Verſus tanto pudicitius compoſiti. *Elmenh. leg.* pudicius: *vid. eius Emendd.* p. 281.

PVDICITIA, ae. f. [τὸ σῶφρον, σωφροσύνη] *Virtus pudicorum.* Plin. 17, 25 A quo tempore pudicitiam ſubuerſam Piſo grauis auctor tradidit. Lis eſt cum forma magna pudicitiae Ouid. Epiſt. 16, 282. Iuuen. Sat. 10, 297. Amiſſa pudicitia Liu. 1, 58. Suet. Aug. c. 68 Quaſi pudicitiam Delibatam a Caeſare, et etiam Hirtio in Hiſpania CCC Millibus numûm ſubſtrauerit. Impenetrabilis Agrippinae pudicitia Tacit. Ann. 4, 12. Ouid. ad Liuiam 42 Nulla reparabilis arte Laeſa pudicitia eſt: deperit illa ſemel. Obſtinata, *vid.* OBSTINO. Proſtrata Suet. Tiber. c. 35. Idem Caeſ. c. 2. Publicata pudicitia, *i. Proſtituta* Tacit. de Morib. Germ. 19, 3. Attentatur pudicitia, *vid.* ATTENTO. Colere pudicitiam, *vid.* COLO. Eripere pudicitiam alicui Cic. pro Milon. 9. Habere pudicitiam in propatulo Salluſt. Catil. c. 13. Imminuere pudicitiam virginis, *vid.* IMMINVO. Non parcere ſuae nec alienae pudicitiae Cic. pro Rabir. 8. Parcat iuuentus pudicitiae ſuae, ne ſpoliet alienam Idem pro Cael. 42 c. 18. Quaeſtio pudicitiae, *Qua ſcil. de ſtupro maſculi quaeritur* Valer. Max. 6, 1, 7. *Conf.* Iuſtinian. Inſt. l. 4 tit. 17 §. 4 *Religioſa munditia, ac puritas:* Virg. Georg. 2, 524 Caſta pudicitiam ſeruat domus. Pudicitiam, *pro Dea coluerunt Romani:* Feſtus, Plebeiae Pudicitiae ſacellum in vico longo eſt. Liu. 10, 23.

PVDOR, ōris. m. [αἰδώς, αἰσχύνη] *Metus et fuga turpitudinis, non venereae modo, ſed omnis etiam alterius, adeo quidem, vt interdum generale virtutis omnis nomen videatur. Rurſus* Pudor *eſt non nunquam ipſa turpitudo, cuius nos pudet, itemque fama et exiſtimatio, quam* pudor *tueri ſtudet. Exemplis haec iam declaranda ſunt.* Cic. pro Cluent. 12 c. 5 Deinde ita flagrare coepit amentia, ſic inflammata ferri libidine, vt eam non pudor, non pudicitia, non pietas reuocaret. Pudor *et* taciturnitas *coniung.* Suet. Ner. c. 23 *extr.* Pudor *et* petulantia *opp.* Cic. Catil. 2 c. 11. Clauſtra pudoris et reuerentiae refracta Plin. Epiſt. 2, 14. Ruſticitas, non pudor ille fuit Ouid. A. A. 1, 672. Inſigne pudoris vittae, *et* inſtita longa Ouid. de Arte Am. 1, 30. *Habitus virginum et matronarum.* Naufragium pudoris Firmic. 6, 12. Significatio pudoris Cic. de Orat. 2, 182. Plena pudoris libertas Lucan. ad Piſon. 94. Moderator cupiditatis pudor Cic. de Finib. 2, 113. Paupertatis pudor et fuga Hor. Epiſt. 1, 18, 24. Famae pudor Cic. de Prouinc. Conſul. 14. In Rogando Cic. Fam. 5, 19. Pudor patris, *Reuerentia* Ter. Andr. 1, 5, 28. *Conf.* Idem Hec. 1, 2, 47. *et* Liu. 5, 46. Ouid. Epiſt. 11, 79 Irruit, et noſtrum vulgat clamore pudorem, *i. factum pudendum.* Idem Rem. Amor. 359 Pudor eſt mihi dicere. Liu. 34, 58 Quae impetrata gloriae ſibi non pudori ſit. *Vid. Berneg. ad* Suet. Caeſ. c. 2 n. 1. *Pro fama, et exiſtimatione* Plin. Epiſt. 2, 4 Magnum habes facilitatis meae pignus, cuius fiducia debes famam pudoremque defuncti ſuſcipere. Idem ibid. 5, 1 Neque aderat alius, qui defunctae pudorem tueretur. Productus teſtis, ſaluo tamen ante pudore. Quantumcunque potes, celato crimen amici Cato de Morib. diſticho 5 libri 3. Cic. Fam. 5, 1 Quem ſi parum ipſius pudor defendebat. Pudor oneratur Papin. 3 Dig. t. 2 l. 20. ¶ 2 *Epitheta:* Aeger pudor Valer. Argon. 7, 514. Afflictus Stat. Theb. 11, 164. Caſtus Ouid. de Arte Am. 1, 100. Dirus Senec. Herc. Oet. ſ. 9. Famoſus Ouid. Amor. 3, 6, 78. Foedus Idem de Arte Am. 3, 247. Infans Hor. Serm. 1, 6, 56. Ingenuus Iuuen. Sat. 11, 154. Malus pudor, *i. Vitioſus,* δυσωπίαν *Graeci vocant, de quo ſcripſit Plutarchus libellum vtiliſſimum:* Hor. Serm. 2, 3, 39 — Pudor te malus vrget, Inſanos qui inter vereare inſanus haberi. Idem Epiſt. 1, 16, 24. Miſer Ouid. Ep. 9, 19. Obſoletus. Apul. Apol. p. 274 *extr. Elmenh.* Pudor veluti veſtis quanto obſoletior eſt tanto incurioſius habetur. Profugus Ouid. Epiſt. 4, 155. Proiectus Idem Met. 6, 544. Pudor ille Romani nominis proprius, qui ſaepe res perditas ſeruauit in praeliis *etc.* Plin. 36, 15 ſ. 24, 3. Pulcher Claud. Conſ. Prob. *et* Olib. 22. Rigidus Idem Conſ. Mall. Theod. 246. Saluo pudore Cato Diſt. 3, 5. Sanctus Tibul. 1, 3, 83. Tener Ouid. Epiſt. 2, 143. Timidus Idem Amor. 1, 5, 8. Turpis Idem Met. 11, 180. Verecundus Idem de Arte Am. 2, 572. Pudor, ſi ſimules, prodeſt: Verus obeſſe ſolet Idem Am. 1, 8, 35. Vilis Quinct. 11, 1, 30. *i. contemtus, conculcatus, verbo, Impudentia.* Virginei pudoris flos intemeratus Ouid. Met. 14, 658. ¶ 3 *Verba:* Abſit in arctis rebus pudor Val. Flacc. Argon. 4, 324. Adeſt nominibus pudor, *i. Nomina ſunt turpia* Ouid. Triſt. 2, 434. Aeſtuat ingens pudor in imo corde Virg. Aen. 10, 870. Afferre pudorem Ouid. Triſt. 3, 6, 31. Affici pudore, *vid.* AFFICIO. Atterere pudorem alicuius, *vid.* ATTERO. Auferre pudorem virgini Ouid. Met. 6, 616. Celat vlcera malus pudor Hor. Epiſt. 1, 16, 24. Ceſſit pudor Ouid. Met. 10, 241. Non vnquam reuocabilis pudor ab ore ceſſit Valer. Argon. 7, 456. Coactus pudore, *vid.* COGO. Colere pudorem, *vid.* COLO. Confuſa pudore Ouid. Epiſt. 21, 111. Conſequitur rubor pudorem Cic. Tuſc. 4, 19 c. 8. Conſulere pudori, *vid.* CONSVLO. Cuſtodire pudorem Quinctil. 1, 2. Decet ora pudor Ouid. Amor. 1, 8, 35. Defendere pudorem pudicitiamque Cic. de Aruſp. Reſp. 9. Deiecta oculos triſti pudore Valer. Argon. 2, 470. Deiecti vultus pudore Senec. Troad. 12. Depoſitus Hor. Epiſt. 1, 9, 12. Explicare pudorem Quinctil. 6, 3. Exſtinctus Virg. Aen 4, 322. Ferre: Triſtia cum magno damna pudore tuli Ouid. Amor. 3, 7, 72. Formare pudorem Quinctil. 1, 2. Fugit ab ore pudor Ouid. Triſt. 2, 30. Fugiens ex vrbe Iuuen. Sat. 11, 52. Habere pudorem Stat. Theb. 10, 564. Non Habitant vna pudor et fames Quinctil. Decl. 12. Imponere plagiario pudorem, *vid.* IMPONO. Incendit tum pudor vires, et conſcia virtus Virg. Aen. 5, 455. Incutere pudorem alicui Hor. Epiſt. 1, 18, 77. Intrat pudor aliquem Tacit. Ann. 1, 43. Miſcet pudorem temperies iuſta Claud. de Nupt. Honor. 268. Miſcendus eſt amori pudor Ouid. Epiſt. 4, 9. Mordet pudor Quinctil. 6, 4. Notat ora pudor Ouid. Amor. 3, 6, 78. Nundinatus Firmic. 6, 31. *Ibid. extr.* Quaeſtus et libidinis cauſa, pudorem ſuum etiam duobus fratribus nundinabit. Obiicere alicui digna pudore Ouid. Met. 13, 307. Obſequi pudori, *vid.* OBSEQVOR. Ornat aetatem pudor Cic. pro Roſc. Amer. 149. Quantum illius aetatis Patiebatur pudor Cic. de Orat. 2, 3. Proſtituti pudoris ſcelerata commercia Firmic. 6, 12 *et* 17. Proſtituti pudoris meretrix Idem 6, 31. Pulſus Ouid. Met. 6, 375. Penſare pudorem nece Ouid. Epiſt.

Epiſt. 2, 143. Periit pudor, *vid.* PEREO. Ponere pudorem Stat. Theb. 10, 62. Poſtpoſito pudore referre aliquid Ouid. Amor. 3, 1, 22. *Al.* Praeterito. Rapere pudorem puellae Ouid. Met. 1, 600. Refugere pudore a dicendo Cic. de Orat. 2, 10. Relictus Stat. Theb. 3, 273. Reprimere cupiditatem pudore Senec. de Benef. 2, 7. Sollicitare tenerum pudorem Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 131. Soluere pudorem Virg. Aen. 4, 55. Sugillare pudorem alicuius Vlpian. in l. Sed ſi hac lege §. Praetor ait D. de in ius vocand. Sum: Pudori eſſe res *dicitur, Quae verecundari nos cogit, quia dedecus aliquod afferat:* Liu. 34, 58 Amicitiam Romanos Antiochum petere: ſed quae impetrata, gloriae ſibi, non pudori ſit. Gloriam *hic* Pudori *opponit.* Pudor eſt mihi dicere Ouid. Rem. Amor. 359. Pudor eſt vlteriora loqui Idem Faſt. 5, 532. Pudor eſt referre promiſſa precesque, *etc.* Idem Met. 14, 18. Suſcipere pudorem alicuius, *vid.* Suſcipere famam, *in* FAMA. Tegere pudorem Lucan. 2, 360. Tenet ora pudor Ouid. Met. 9, 514. Tranſire fines pudoris Id. Epiſt. 17, 67. Vexare pudorem Lucret. 3, 83. Victus amore pudor Ouid. Amor. 3, 10, 29. *In MSS. confundi* pudor *et* furor, *docet Burm. ad* Quinctil. Decl. 11, 1 p. 232.

PVDORATVS, a, um. Vulg. Interp. Sirac. 26, 19 Melior ſancta et pudorata Sariſb. 8, 11 Pudoratiſſima virgo.

PVDOROSVS, a, um. *Idem.* Gloſſ. Gr. Lat. αἰδήμων modeſtus, pudoroſus.

PVDORICOLOR, oris. *i. Rubicundus.* Naeu. *apud* Gell. 19, 7 Auroram pudoricolorem.

P V E

PVELLA, *etc. vid. poſt* PVER.

PVER, pueri. m. [παῖς] Puer quaſi Purus, id eſt impubes: Varro *ap.* Cenſorin. de Die Nat. c. 14. *et* Iſidor. 11, 2. *Apud* Feſt. *in* Obpuniat, *adhuc aſtutius*, Puer dicitur a pauiendo, quia aetas puerilis eſt obpauiuanda, id eſt ferienda, punienda. *Scalig. in Coniect. Varr.* p. 41 *ab antiquo* Por *deducit, qui poſtea* Puer. *Sic* Marcipor, Publipor, Quintipor, id eſt Marcipuer, *etc. vid.* Quinctil. 1, 4 p. 49. Plin. 32, 1. Priſcian. 6 p. 700. *Voſſ. Inſt. Orat.* 4, 12 p. 225. Por *autem ex Graeco* πὸρ, *quod Dorice dicebatur pro* παῖς. Paullus de Verb. ſignific. l. Puer 204 Pueri appellatio tres ſignificationes habet: Vnam, quum omnes ſeruos, pueros appellaremus: alteram, quum puerum contrario nomine puellae diceremus: tertiam, quum aetatem puerilem demonſtraremus. Virg. Aen. 1, 271 At puer Aſcanius. Improuida aetas puerorum Lucret. 1, 938. Pueri *appellabantur Romanis etiam, qui multo aetatem* 15 *annorum exceſſerant: vid. Manut. ad* Cic. Fam. 2, 1. *ita* Auguſtus 19 *annos natus, dicitur* puer Virg. Cul. v. 3. Cic. Fam. 10, 28. *et* 11, 7. *et* Att. 16, 11. *et* Phil. 13 c. 11. *vid.* Seru. *ad* Ecl. 1, 43. Ouid. Art. 1, 182 *de Auguſto*, Bellaque non puero tractat agenda puer. *Stultitiae notae et confeſſae deſcriptio eſt* Cic. Verr. 4, 148 c. 66 Homo ridicule inſanus, qui illic eiuſmodi eſt, vt eum pueri ſectentur, vt omnes, cum loqui coeperit, irrideant. Centum artium Hor. Carm. 4, 1, 15. h. e. Multarum artium. Acron. Puer duri oris et audax Ouid. Met. 5, 451. ¶ 2 *Epitheta:* Adulti Quinctil. 2, 2. Aeternus Ouid. Met. 4, 18. *de Baccho.* Cic. ad Brut. 3 Caeſaris pueri mirifica indoles. Caſti Hor. in Carm. ſaecul. 132. Conſuetus, *vid.* CONSVESCO. Dulcis Catull. 43, 11. Egregius Stat. Silu. 3, 4, 99. Ferox Claud. de Nupt. Honor. 110. Feruidus puer, *Amor* Hor. Carm. 1, 30, 5. Formoſus Virg. Ecl. 2, 17. Gracilis puer Hor. Carm. 1, 5, 1. Immaturus Iuſtin. 1, 2 *de Nino iuniore, i. Nondum idoneus regno gubernando.* Improbus Virg. Ecl. 8, 50. Infantium puerorum incunabula Cic. pro Roſc. Amer. 153. Ingenuus Hor. Carm. 3, 24, 55. Integri, *Incorrupti, caſti* Catul. in Carm. ſaecul. 2. Laſciui Hor. Serm. 1, 3, 134. Magnanimus Perſ. 6, 22. Magni, *Diuites, ex magna familia nati* Hor. Serm. 1, 6, 72. Maiores et minores Suet. Tiber. c. 6. *et* Aug. c. 53. Meritorius, *vid.* MEREO. Molles Hor. Epod. 11, 5. Neſcii fari Idem Carm. 4, 6, 18. Orti magnis e Centurionibus Idem Serm. 1, 6, 73. Parui Idem Epiſt. 1, 7, 17. Praeſtantes Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 133. Pulcher Hor. Epiſt. 1, 18, 74. Regii, *apud Macedonas vocabantur principum liberi ad miniſterium regis electi* Liu. 45, 6. Robuſtus acri militia Hor. Carm. 3, 2, 2. Teneri Celſ. 2, 1. Teres Hor. Epod. 11, 41. Trux *Achilles* Senec. Troad. 9. ¶ 3 *Verba:* Creandis pueris beata vxor Hor. Epiſt. 2, 2, 44. Deerrat a patre puer, *vid.* DEERRO. Florent vrbes pueris Lucret. 1, 256. Inclamatus a puero, *vid.* INCLAMO. Periclitari pueros et experiri, *vid.* PERICLITOR. Vagit puer Ouid. Met. 10, 513. ¶ 4 *Obſeruatt.* Puer, *Graecorum more pro Filio. nam* παῖς *ſignificat filium et puerum.* In Tuſculano cum eſſem, vellemque in bibliotheca pueri Luculli quibuſdam libris vti Cic. Fin. 3 c. 2. *i. filius, adhuc puer.*

Maxima debetur puero reuerentia, ſi quid
Turpe paras: nec tu pueri contemſeris annos,
Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans

Iuuenal. 14, 47. Hor. de Arte Poet. 185 Nec pueros coram populo Medea trucidet. *Sic* Carm. 1, 11, 23 Dicam et Alciden, pueroſque Ledae, *etc. et aliis pluribus in locis. Lambinus. Vid.* Carm. 4, 6, 37. *Conf.* Iuuen. Sat. 14, 3. *et* Plaut. Amph. 5, 1, 72. Virg. Aen. 2, 597. Vt primum ex pueris exceſſit Archias Cic. pro Arch. 4 c. 3 *pr.* Puer, *Seruus:* Ter. Andr. 2, 2, 31 Certa res eſt, etiam puerum inde abiens conueni Chremis. Eo die pueri tui mihi a te literas reddiderunt, et alii pueri poſt diem tertium eius diei, literas alias attulerunt Cic. Att. 3, 7. Puer et ancilla: Varr. Eudaemonib. Vix vulgus confluit, non furiarum, ſed puerorum atque ancillarum: Nonius 2, 648. Perſicos odi, puer, apparatus Hor. Carm. 1, 38, 1. *Conf.* Plaut. Curc. 1, 1, 9. *et* Moſt. 1, 3, 149. Seru. *in* Virg. Ecl. 6. Puer, *ſolum, Blandientis vox:* Virg. Aen. 6, 832 Ne, pueri, ne tanta animis adſueſcite bella. Idem Culice 36 *de Auguſto*, Sancte puer. *Ita ille ſaepius, atque* Catullus, Statius, *aliique. Contra ei Imprudentiae et ingenii puerilis exprobrationem habet in illo* Senecae Epiſt. 24 Quod vides accidere pueris, hoc nobis quoque, maiuſculis pueris euenit. Illi, quos amant, quibus aſſueuerunt, cum quibus ludunt, ſi perſonatos vident, expaueſcunt. Vetuſtiſſimos hic et haec Puer dixiſſe *oſtendit* Priſcian. 6 exemplo Liuii in Odyſſea, Sancta puer, Saturni filia, regina, *et* Naeuii, Prima incedit Cereris Proſerpina puer. *Item.* Cic. Att. 16, 11 *extr.* Atticae, quoniam, quod optimum in pueris eſt, hilarula eſt, meis verbis des ſuauium.

PVERVS, i. m. [παιδίον] *Etiam declinatur antique.* Plaut. Merc. 5, 2, 89 Tu, puere, abi hinc intro ocius. Idem Aſin. 2, 3, 2 *et* 5, 2, 42. *et* Moſt. 4, 2, 32 *etc.* Vet. Gloſſ. παῖς, puer, puerus. *Conf.* Priſcian. 6 p. 697.

PVERA, ae. f. [παιδίσκη, κοράσιον] *i. Puella.* Varro, Properate viuere puerae, quas ſinit aetatula ludere et amare, et Veneris tenere, leges: Nonius 2, 674. *Conf.* Priſcian. *l.* c. Suet. Calig. c. 8. *Sic Qualiſcunque partus ſine vllo ſexus diſcrimine* puerperium *vocatur, quod antiqui etiam puellas* pueras, *ſicut et* pueros *puellos dictiturent.* Vet. Gloſſ. παιδίσκη, puera.

PVERVLVS, i. m. [παιδάριον] Dimin. *a* Puerus. Omnium deliciarum atque artium omnium pueruli Cic. pro S. Roſc. c. 41. Idem in Topic. 18 Adiungitur enim vt ſecundum ſeruorum, ſecundum exulum, ſecundum puerulorum tabulas poſſeſſio videatur ex edicto dari.

PVERCVLVS, i. m. *Aliud* Dimin. Arnob. 2 p. 59. *et* 7 p. 247.

PVERPERA, ae. f. [λεχώ] *Mulier quae recens peperit.* Ter. Adelph. 5, 7, 23 Multo rectius eſt, quam illam puerperam nunc duci huc per viam aegrotam. Plin. 7, 4 *et* 28, 19. Hor. Epod. 17, 52.

PVERPERVS, a, um. Adi. [λεχώιος] *Quod partum iuuat:* Ouid. Met. 10, 511 *de Myrrha iam arbore, ſed fetum continente,* Conſtitit ad ramos mitis Lucina dolentes, Admouitque manus, et verba puerpera dixit, *i. carmina, quibus leuaretur dolore et onere mater.*

PVERPERIVM, i. n. [λοχεία] *Tempus, quo puerpera ex dolore partus, recumbit, vel etiam tempus ipſum, quo parit mulier.* Dolorem in puerperio puella perpetitur Sen. Ep. 24. Plin. 28, 8 Lingua adalligata, pericula puerperii tolli. Gell. 12, 1 Percontatus eſt, quam diutinum puerperium, et quam laborioſi nixus fuiſſent, puellamque, defeſſam labore ac vigilia, ſomnum capere cognouit. Aegra puerperio Plaut. Truc. 2, 5, 11. Cubare puerperio, *vid.* CVBO. Puerperium, *Proles ipſa:* Femina puerperiis inſignis Tacit. Ann. 12, 6, 1. Gell. 10, 2 Diuo Auguſto imperante, ancillam Caeſaris Auguſti in agro Laurente peperiſſe quinque pueros dicunt, eoſque pauculos dies vixiſſe: matrem quoque eorum non multo poſt, quam peperit, mortuam: monumentumque ei factum iuſſu Auguſti in via Laurentina, inque eo ſcriptum eſſe conſtat numerum puerperii eius. Plin. 18, 29 Vt in lacte puerperium necat. Idem 7, 11 Vno abortu duodecim puerperia egeſta. Cruda puerperia Stat. Theb. 4, 280. *Metaph.* Colum. 3, 21 Puerperio quodam aeterno Laeta tellus.

PVERIGER, era, erum. Adi. Fulgent. Mythol. 1 Semina puerigera viſceribus infundere.

PVEROSVS, a, um. Gloſſ. Gr. Lat. παιδικός, pueroſus.

PVERASCO, ere. Suet. Calig. c. 7 Nouem liberos tulit, quorum duo infantes adhuc rapti, vnus iam pueraſcens inſigni feſtiuitate. Auſon. Eidyll. 4, 55 Obductoſque ſeni facies pueraſcere ſenſus. Claud. Mamert. 1, 1 In ſenectute pueraſcere.

PVERARIVS, i. m. *Puerorum amator.* Gloſſ. Gr. Lat. φιλόπαις, puerarius.

PVERASTER, tri. m. Gloſſ. Gr. Lat. ἀντίπαις, pueraſter. *i. puer aliquantum robuſtus, vix amplius puer.*

PVERILIS, e. Adi. [παιδικός, παιδαριώδης] *Quod eſt pueri, vel quod puerorum proprium eſſe ſolet.* Ter. Phorm. 5, 7, 55 Quid vos, malum, ergo me ſic ludificamini, inepti veſtra puerili ſententia? Acta puerilia Stat. Theb. 5, 505. Cic. pro Arch. 4 c. 3 Quibus artibus Aetas puerilis ad humanitatem informari ſolet. Agmen Virg. Aen. 5, 548. Animus puerilis Sen. Epiſt. 4. Anni Ouid. Met. 2, 55. *Add.* ib. 5, 400. Blanditiae Ouid. Met. 6, 626. Carmina Fauni Stat. Achil. 1, 240. Cic. Att. 14, 23 Acta illa res eſt animo virili, Conſilio puerili. Decus Claud. Conſ. Hon. 4, 161. Delectatio Cic. de Finib. 1, 72. Facies Ouid. Met. 8, 323. Flos Claud. in Eutrop. 1, 344. Imago Propert. 2, 12, 13. Infirmitas Quinctil. 2, 3. Regnum Liu. 1, 3. Species puerili dicitur viſus Cic. de Diuin. 2, 59. Puerile eſt, *Inconſultum et vanum:* Cic. de Finib. 3, 19 Iſtiuſmodi autem res dicere ornate velle, puerile eſt: plane autem et perſpicue expedire poſſe, docti et intelligentis viri. Quod mihi quidem perquam puerile videri ſolet Cic. de Orat. 2 c. 25. *Conf.* Ter. Andr. 2, 6, 18. *Compar.* Hor. Serm. 2, 3, 250 Si puerilius his ratio eſſe euincet amare.

PVERILITAS, atis. f. [τὸ παιδαριῶδες] *Leuitas puerilis.* Senec. Epiſt. 4 Adhuc non pueritia in nobis, ſed quod grauius eſt, puerilitas remanet: et hoc quidem peius eſt, quod auctoritatem habemus ſenum, vitia puerorum: nec puerorum tantum, ſed infantium. Puerilitas, Pueritia. Varro de Liberis educandis, Velim me hercules, inquit, ipſe vſu magno puerilitatis formulam audire. *Vid.* Nonius 8, 90. Val. Max. 5, 4, 2 Vixdum annos puerilitatis egreſſus.

PVERILITER. Adu. [παιδαριωδῶς] *More puerorum.* Cic. de Finib. 1, 19 c. 6 Quae quum res tota ficta ſit pueriliter, tum ne efficit quod vult. Pueriliter blandiri Liu. 21, 1. Pueriliter facere Cic. Acad. 4, 33 c. 11. Pueriliter conſectari aliquid Idem ibid. 4, 54.

PVERITIA, ae. f. [παίδων ἡλικία] *Aetas puerilis.* E ludo et pueritiae diſciplina Cic. pro L. Man. c. 10. Idem Verr. 1, 47 Si in pueritia non his artibus et diſciplinis inſtitutus eras. A pueritia legimus et diſcimus Idem Tuſc. 2, 27. Qui me a pueritia ſua ſemper obſeruauit Idem Fam. 5, 8. Ornamentum pueritiae Idem Verr. 1, 152. Idem pro Lege Manil. 28 Qui Extrema pueritia miles fuit ſummi Imperatoris. Pueritia, ſomnus, imprudentia, vinolentia, inſania, eius generis ſunt, ex quibus ſaepiſſime verum inuenitur Cic. Top. c. 20. Adoleſcit pueritia Tacit. Ann. 12, 8. Pueritia, Puritas: Varro, Ea erat matronae ſimplicitas et pueritia et honeſtas: Non. 2, 672. Puertia, *per ſyncopen* Hor. Carm. 1, 36, 1 Actae non alio rege puertiae.

PVERITIES, ei. f. Auſon. Profeſſ. Burdigal. 10, 17.

PVELLVS, i. m. Dimin. *a* Puer. [παιδισκάριον] Lucilius, Cumque hic tam formoſus tibi ac te dignus puellus. Ennius, Poeni ſoliti ſuos ſacrificare puellos. *Et* Plautus, olim huic puello ſeſe venum ducier: *omnes apud* Feſtum. *Plura habet* Non. 2, 688. Lucret. 4, 1245 Puellos ſuſcipere. Apul. Met. 7 p. 197 Tener puellus. *Conf.* Suet. Calig. c. 8. *et* Priſcian. 6 p. 697.

PVELLA, ae. f. [κοράσιον] Dimin. *a* Puera. Cic. Att. 1, 5 De tutela legitima, in qua dicitur eſſe puella, nihil vſucapi poteſt. Virg. Georg. 1, 11 Ferte ſimul, Faunique pedem, Dryadeſque puellae. Idoneus puellis Hor. Carm. 3, 26, 1. Dulce puella malum Ouid. Am. 2, 9, 26. Turba puellarum ſi mea verba colit Propert. 3, 2, 10. Verba puellarum foliis leuiora caducis Ouid. Amor. 2, 16, 45. Bella Id. ib. 1, 9, 6. Blanda Id. ibid. 2, 2, 34. Candida Hor. Epod. 11, 40. Caſta Ouid. Met. 2, 711. Comta longas comas Idem Amor. 1, 1, 20. Delicatior haedo Catul. 18, 15. Diues Hor. Carm. 4, 11, 23. Docta: Sunt tamen et Do-

et Doctae rariſſima turba puellae Ouid. de Arte Am. 2, 271. Flaua Iuuen. Sat. 6, 353. *et* Ouid. Amor. 2, 4, 39. Idem ibid. 3, 7, 1 Aut non Formoſa eſt, aut non bene culta puella. Idem ibid. 1, 6, 63. Infans Hor. Epiſt. 2, 1, 99. Ingenua Ouid. Amor. 2, 4, 33. Innupta Virg Aen. 2, 238. Lacteola Catul. 53, 17. Laſciua Virg. Ecl. 3, 64. Sapiens Ouid. Met. 10, 622. Scelerata Idem Rem. Amor. 299. Tenera Idem Epiſt. 14, 87. Vaga Propert. 1, 5, 7. Verecunda Ouid. Amor. 1, 5, 7. Viridiſſimo flore Catul. 18, 14. ¶ 2 *Verba:* Blandiri durae puellae precibus Ouid. de Arte Am. 2, 527. Capiet me candida, capiet me flaua puella Ouid. Amor. 2, 4, 39. Data verba puellae hoc aditu vidi tetricae Idem de Arte Am. 1, 721. Exorare placidam Idem ibid. 1, 37. Experta virum Hor. Carm. 3, 14, 10. Inclamaſſe puellae nonne ſatis fuerat timidae? Ouid. Amor. 1, 7, 45. Laborantes vtero puellae, *Praegnantes* Hor. Carm. 3, 22, 2. Miſereri dignae puellae Ouid. Epiſt. 5, 155. Nata puella magno patre Hor. Serm. 1, 2, 72. ¶ 3 Puella *etiam dicitur, Quae matrimonio iuncta eſt:* Scaeuola in l. Vxorem §. teſtamento D. de legat. 3 Poſtea marito defuncto puella dote recepta, nupſit alii. *Rurſus ibidem paullo poſt.* Ouid. Epiſt. 1, 115

Certe ego quae fueram te diſcedente puella,
Protinus vt redeas, facta videbor anus. Idem Faſt. 2, 557
Dum tamen haec fiunt, viduae ceſſate puellae.

i. Dum fiunt feralia, vos nuptae ceſſate a concubitu, quaſi viduae, et illis diebus a viris diuiſae. Gell. 12, 1 *de vxore, puerpera,* Puellamque defeſſam labore ac vigilia ſomnum capere. *Vid. Barth. ad* Stat. Silu. p. 76. *et Aduerſ.* 38, 6. *Taubm. ad* Plaut. Ciſt. 2, 3, 77. *Parei Lex. Crit.* p. 1014.

PVELLVLA, ae. f. [κόριον, κορίσκιον] *Alterum* Dimin. Catull. in Epithal. Iul. ſ. 59 (62) 57 Floridam ipſe puellulam Matris e gremio ſuae Dedis. *Add. ibid.* v. 182. Socii puellularum Catul. in Mamurram ſ. 55, 9.

PVELLĀRIS, e. Adi. [κορασιώδης, κοριώδης] *Quod puellarum proprium eſt, vel quod puellarum eſt.* Quinctil. prooem. 6 *de vxore defuncta,* Tum aetate ea puellari, praeſertim meae comparata. Plin. 10, 55 Puellare augurium. Aetas puellaris Quinctil. in prooem. 6. Animi Ouid. Faſt. 4, 433. Anni Claud. de laud. Seren. 140. Furor Seneca Medea ſ. 12. Pedes puellares Ouid. Epiſt. 10, 20. Penſa puellaria Mela 3, 5. Planta puellaris, *Metaphorice* Ouid. Faſt. 4, 463.

PVELLARIVS, a, um. Adi. Petron. c. 43 Puellarius idem ac puellarum ac puerorum amator. *Verum, forte cum Burm. leg.* Pullarius.

PVELLARĬTER. Adu. [κοριωδῶς] Plin. Epiſt. 8, 10 Dum ſe praegnantem puellariter neſcit, ac per hoc, *etc.*

PVELLASCO, ĕre. [θηλύνομαι] *Effeminari.* Pacuuius, Puellaſcunt laſciuia adoleſcentes. Puellaſcere, Reflorere, et quaſi ad puellarem aetatem redire. Varro Lais. Quod non ſolum innubae fiunt communes, ſed etiam veteres puellaſcunt. *Vid.* Non. 2, 657.

PVELLATŌRIVS, a, um. *Quod eſt puellarum, aut ſimile huic rei, quam faciunt puellae.* Tibiae puellatoriae, quibus a ſono clariore vocamen datur Solin. c. 5 (*al.* 11.) Puellarias *rectius putat Salm.* p. 87, b. C.

PVELLĬTOR, āri. Puellitari verbum, vt multa alia, Laberius finxit, de iis agens, qui cum vetulis rem habent, quarum naturam eugium canum vocauit. Quaenam mens, inquit, quae deliritas vos ſuppolitores facit cum cano eugio puellitari? Nonius 8, 36. *Al.* Velitari. *Conf. Voſſ. Etym.* p. 418.

P V G

PŬGIL, ĭlis. c. [πύκτης, πύγμαχος, ἀγωνιστής] a Pugna dicitur, *vt ait* Donatus: *vel a* Pugno: *Qui vel quae pugno pugnandi artem nouit.* Ter. Eun. 2, 3, 23 Si qua habitior paullo, pugilem eſſe aiunt. Cic. de Clar. Orat. 243 c. 69 Pugiles inexercitati etiam ſi pugnos et plagas Olympiorum cupidi ferre poſſunt, ſolem tamen ſaepe ferre non poſſunt. Pugiles etiam quum feriunt aduerſarium, in iactandis caeſtibus ingemiſcunt Idem Tuſc. 2, 56. De caternariis, legitimis atque ordinariis pugilibus, *vid.* Suet. Aug. c. 45. *et* Calig. c. 18. Aut vrſum aut pugiles; his nam plebecula gaudet Hor. Epiſt. 2, 1, 186. Pollucem pugiles, Caſtora placet equus Ouid. Amor. 3, 2, 54. *Prima producitur a* Prudent. in Symmach. 2, 517 Vnctis pugilibus *etc. vid.* PVGILLVS, PVGILLARIS. *Nempe quidam maluerunt ſeruare* V, *quantum eſt in* Pugnus *etc.*

PVGILO, āre. *et* PVGILLOR, āri. *Verbum antiquum.* Gloſſ. Cyrill. pugilo πυκτεύω. Apul. de Deo Socr. p. 53 Si pugillari valde velis, brachia vegetanda ſunt, quibus pugillatur. Idem Met. 7 p. 195 Primoribus in me pugillatur vngulis.

PVGILANS, antis. Partic. Treb. Poll. Gallien. c. 8 Pugiles ſacculis non veritate pugilantes.

PVGILATIO, ōnis. f. Denomin. [πυγμαχία] *Pugilum exercitatio.* Cic. de Legib. 2, 38 c. 15 Iam ludi publici quoniam ſunt cauea circoque diuiſi, ſint corporum certationes curſu, et pugilatione, luctatione, curriculiſque equorum.

PVGILĀTOR, ōris. m. Arnob. 1 p. 30 Tyndaridae Caſtores, equos vnus domitare conſuetus, alter pugilator bonus. *Conf.* Sidon. Epiſt. 9, 14 Pugilator, παγκρατιαστής, Vet. Gloſſ.

PVGILATORIVS, a, um. Plaut. Rud. 3, 4, 16. *Vid. poſt* PVGNVS, PVGILLVS.

PVGILĀTVS, ûs. m. [πυγμή] *Pugilum ludus.* Plaut. Capt. 4, 2, 13 Hic homo pugilatum incipit. Idem Bacch. 3, 3, 24 Ibi curſu, luctando, haſta, diſco, pugilatu, pila, ſaliendo ſe exercebant magis, quam ſcorto, aut ſauiis.

PVGILĬCE. Adu. [πυκτικῶς] *Firmiter, valenter, quemadmodum pugiles ſolent.* Plaut. Epid. 1, 1, 18 Quid, herilis noſter filius valet? T. pugilice, atque athletice.

PVGILLARIS, PVGILLVS, *vid.* PVGNVS.

PVGIO, ōnis. m. [ἐγχειρίδιον] *Genus teli, a* pugno *dictus, quod facile prehenditur, vel quod eo praeſentius pugnetur.* Feſtus: Pugio dictus eſt, quod eo punctim pugnatur. *Malim equidem a* pungendo *deriuare.* Nonius 18, 9 Pugio, eſt gladius breuis. Salluſt. Hiſt. 3 At Oppius poſtquam orans nihil proficiebat, et timide veſte tectum pugionem expedire conatus, a Cotta, Vulſcioque impeditur. Martial. 14, 33 Pugio quem curuis ſignat breuis orbita venis, Stridentem gelidis hunc Salo tinxit aquis. *Vid.* Gell. 16, 25. Paterc. 2, 43, 2. Tacit. Hiſt. 1, 43, 2. *Cerda Aduerſ.* c. 225, 36. A pugione, *vid.* A *vel* AB *Praepoſitiones.* Cic. Philipp. 2, 30 Qui ſtillantem prae ſe pugionem tulit. *Vitellius imperator Veſpaſiano aduentante* aſſiſtenti conſuli exſolutum a latere pugionem, velut ius necis, vitaeque ciuium, reddebat Tacit. Hiſt. 3, 68, 4. *Conf.* Suet. Vitell. c. 15. Pugionem plumbeum *vocat* Cicero *Inualidum argumentum,* de Finib. 4, 48 c. 18 O plumbeum pugionem.

PVGIVNCVLVS, i. m. [μαχαιρίδιον] Dimin. Cic. Fragm. Hiſpanienſem pugiunculum Cn. Piſonem appellat. Idem in Orat. 224 c. 67 In iis, quibus vt pugiunculis vti oportet, breuitas facit ipſa liberiores pedes.

PVGNA, ae. f. [μάχη] *Lucta, praelium, et omne certamen, quod manu et viribus peragitur. A* pugno *dicta eſt.* Veteres enim, *inquit* Donatus, ante vſum ferri et armorum, pugnis et calcibus, et morſibus, corporumque luctatione certabant. Arena ſparſa ad pugnam Virg. Georg. 3, 234. Amor pugnae Hor. Carm. 4, 4, 12. Certamen Ouid. Met. 12, 180. Euentus Virg. Aen. 8, 16. Exitus incerti pugnarum, Marsque communis Cic. pro Milon. 97. Facies pugnae Tacit. Hiſt. 2, 42. Fortuna pugnae anceps Virg. Aen. 4, 603. ¶ 2 *Epitheta:* Aduerſa Tacit. Ann. 1, 64, 3. Ardens Virg. Georg. 3, 46. Auida Sil. 12, 715. Caeca Valer. Argon. 5, 663. Clara, *vid.* CLARVS. Decertatoria Quinctil. 6, 4. Dura Valer. Argon. 6, 298. Equeſtris Sil. 13, 230. Forenſis Quinctil. 5, 12. Fortuita Idem 6, 5. Impeditior, *vid.* IMPEDIO. Inermis Stat. Theb. 6, 249. Ingens Virg. Aen. 2, 438. Iniqua, *vid.* INIQVVS. Lenta, *vid.* LENTVS. Magna pugna bis victi Virg. Aen. 12, 34. Mala Lacedaemoniorum in Leuctris Cic. de Diuin. 2, 54. *Conf.* Tacit. Ann. 15, 28, 3. Nobilis Senec. Herc. fur. ſ. 9. Obnixa Valer. Argon. 6, 355. Optata Sil. 16, 81. Pedeſtris Virg. Aen. 11, 709. Pedeſtres naualesque pugnae, *vid.* Pedeſtris *in* PES. Saeua Valer. Argon. 4, 147. Simplicior contra tabulas Quinctil. 5, 7. Singularis pugna Aeneae et Turni, Achillis et Hectoris Macrob. Saturnal. 5, 2. Triſtis Virg. Aen. 11, 589. ¶ 3 *Verba:* Abrumpere miſeras Valer. Argon. 3, 250. Abſiſtere pugna, *vid.* ABSISTO. Accingere ſe pugnae Virg. Aen. 11, 707. Aequare pugnas Idem ibid. 5, 419. Sil. 4, 395 Et tandem Aequatae geminato funere pugnae. Ardeſcit pugna Tacit. Hiſt. 5, 18, 1. Capere viriles Stat. Silu. 1, 6, 54. Capeſſere pugnam manu Tacit. Ann. 12, 30. Idem Ann. 3, 41, 4 Suis quiſque locis pugnam ciebant. Cic. in Catil. 3, 6 c. 3 Tum interuentu Pontini atque Flacci pugna quae erat commiſſa, ſedatur. Committere pugnas ſanguine Stat. Theb. 6, 149. Committere caeſtu Virg. Aen. 5, 69. Congredi iniqua pugna Idem ibid. 10, 889. Conſerere, *vid.* CONSERO. Conſeritur pugna Valer. Argon. 6, 353. Conſpirare, *vid.* CONSPIRO. Conſtituere pugnae diem Caeſ. B. G. 3, 23. Continere a pugna Idem ibid. 4, . . Cooriri in pugnam, *vid.* COORIOR. Crudeſcit pugna, *vid.* CRVDVS. Decernere forti pugna Valer. Argon. 4, 193. Decertare pugna Caeſ. B. G. 3, 23. Depoſcere inſanas Stat. Theb. 10, 913. Depoſcite pugnam votis Lucan. 2, 533. Dirimere Liu. 6, 32. Dare pugnam Ter. Eun. 5, 2, 59. Edere pugnas Lucret. 2, 118. Elicere ad pugnam Liu. 29, 34. Ereptus pugnae Annibal Sil. 17, 378. Euocare ad pugnam Caeſ. B. G. 5, 56. Excedere cunctos pugna Virg. Aen. 5, 380. *al.* Palma. Exire ad pugnam Idem Georg. 4, 67. Expediam, et primae reuocabo exordia pugnae Idem Aen. 7, 40. Extendere pugnam Liu. 27, 2. Extracta in poſterum pugna Tacit. Ann. 4, 73. Facere pugnam Idem ibid. 3, 21. Nepos 9, 5, 2. Facere pugnae poteſtatem *vel* copiam Liu. de Bell. Pun. Idem 4, 18. Gerere pugnas innumeras Claud. Conſ. Stil. 2, 141. Imponere finem pugnae Virg. Aen. 5, 463. Inclinare pugnam Liu. 6, 32. Indipiſci pugnam, *vid.* INDIPISCOR. Inducere in pugnam equites, *vid.* INDVCO. Indulgere pugnae Stat. Theb. 11, 447. Inire pugnam et praelium, *vid.* INEO, īre. Inire pugnam forenſium certaminum Quinctil. 5, 12. Inſtaurare pugnam, *vid.* INSTAVRO. Iterare pugnam Liu. 6, 32. Laceſſere pugnam Lucan. 3, 548. *al.* Capeſſere. Laceſſere ad pugnam, *vid.* LACESSO. Laxare pugnam Liu. 21, 39. Mouent arma pugnam Ouid. Faſt. 3, 395. Obire pugnas lituo et haſta Virg. Aen. 6, 167. Parare membra pugnae Ouid. Met. 9, 34. Pauere pugnam Lucan. 7, 102. Perpetrare Liu. 44, . . Praebere pectora pugnae Ouid. Met. 10, 706. Procedere ad pugnam Liu. 7, 9. Procurrere in pugnam Idem de Bell. Pun. . . Prohibere a pugna Caeſ. B. G. 4, 34. Quaerere pugnae locum Salluſt. Iugurth. . . . Remittere pugnam Idem Iugurth. 60. Reſtituere Liu. 4, 38. Ruere in pugnam magno feruore Sil. 15, 463. Quinctil. 2. 12, 2 Gladiator, qui armorum inſcius in pugnam ruit. Subducere aliquem pugnae Virg. Aen. 10, 50. Sum: *vt,* Pugna eſt de paupere regno Stat. Theb. 1, 151. Quanta pugna eſt doctiſſimorum hominum Cic. de Diuin. 2. 105. Sumere pugnam Sil. 8, 308. Surgit aſpera pugna Virg. Aen. 11, 635. Venire ad pugnam Hor. Serm. 1, 5, 56. Cic. Verr. 5, 28 Nonnunquam etiam res ad manus atque ad pugnam Veniebat. Venire in pugnas Sil. 15, 647. Vocet pugna Virg. Aen. 12, 125. Verſare pugnam in pectore Lucan. 7, 765. Punctatoriolas leueis pugnas appellat Cato in ea quam dixit de re Hiſtriae militari. Feſtus.

PVGNICVLA, ae. f. *Pro Leui pugna* Catonem *vſurpaſſe, ait Perottus* p. 595. *Forte ad locum modo laudatum reſpiciens.*

PVGNO, āre. [μάχομαι, πολεμίζω] *Pugnis certare, Pugnam committere. De quacunque re dicitur, de qua controuerſia eſt.* Plaut. Amph. 1, 1, 44 Nam quum pugnabant illi maxime, ego fugiebam maxime. Virg. Aen. 4, 38 Placitone etiam pugnabis amori? Ac ſi diceret: Contemſiſti eos, qui diſplicebant: numquid etiam placito amori repugnabis? Et eſt Graecum, Pugno tibi. Nam nos, Pugno tecum dicimus. Seruius. *Alii legunt* Placido. Noli pugnare duobus Catull. 60, 64. *Aſſumit Aduerbia:* Acriter Quinctil. 2, 20. Bene Ouid. ex Pont. 2, 3, 53. Caute Idem Epiſt. 13, 146. *Subſtantiua:* Pugnare bella Hor. Epiſt. 1, 16, 25. Pugnam Plaut. Pſeud. 1, 5, 110. Vicimus, o ſocii, et magnam pugnauimu' pugnam Enn. Praelia Hor. Carm. 4, 9, 19. Acie directa Quinctil. 2, 13. Manu Ouid. Met. 13, 10. Odiis Stat. Theb. 3, 240. Pugnis Hor. Serm. 1, 3, 102. Cic. Fam. 5, 21 Quauis tuta conditione pacem accipere malui, quam Viribus cum valentiore pugnare. ¶ 2 *Praepoſitiones:* Aduerſus latrones canem pro domino pugnare accepimus Plin. 8, 40. Contra aliquem Idem 8, 7. Contra naturam Quinctil. 2, 8. Cic. Att. 7, 6 Niſi forte haec illi tum arma dedimus, vt nunc cum bene parato pugnaremus. *Conf.* Id. pro Balbo c. 9. Cum ſenectute, *i. Aduerſus ſenectutem* Plin. Epiſt. 3, 1. De poſſeſſione hominis Gell. 12, 15. Ter. in Prol. Hecyr. 33 Tumultuantur, clamant, pugnant de lo-

de loco. Cic. de Nat. Deor. 2, 6 In noſtra acie Caſtor et Pollux ex equis pugnare viſi ſunt. Ex cauſa pari pugnat vterque Ouid. Faſt. 5, 704. E muris Plin. 32, 1. In aliquem, *Contra aliquem* Ouid. Amor. 3, 1, 34. In hoſtem Liu. 8, 6 *extr. et* 8, 7, 15. *vid.* Gell. 7, 2. In frontem, In latera, In frontem et latera Tacit. Agric. 35. Inter ſe cornibus pugnant, *vid.* INTER. Cic. pro Quint. 88 Omnesque pro P. Quintio pugnent, *i. Defendant P. Quintium.* Pro cauſa iniqua Ouid. Epiſt. 20, 171. Pro commodo patriae pugnare, *cui opponitur*, Patriae commoda oppugnare Cic. de Inuent. 1, 5 c. 1. Pro gloria Sall. Iugurth. *extr.* Pro ſacris, Pro ſalute Salluſt. Iugurth. *extr.* Cum eorum vita mirabiliter pugnat oratio Cic. Tuſc. 2, 12 c. 4. *i. Contraria eſt oratio vitae illorum.* Tota in oratione tecum ipſe pugnas Cic. Phil. 2 c. 8. Lucret. 2, 280 Tamen eſt in pectore noſtro Quiddam, quod contra pugnare, obſtareque poſſit. Pugnare inter ſe Quinctil. 3, 10. *i. Contraria eſſe.* Varro de R. R. 2, 3. Sententia mea pugnat ſecum Hor. Epiſt. 1, 1, 97. ¶ 3 *Formulae aliae:* Pugnare aliquid, *pro Contendere de re aliqua:* Cic. de Nat. Deor. 1, 75 Illud video pugnare te, ſpecies vt quaedam ſit deorum, quae nihil concreti habeat, *etc.* Hic pugnes licet, non repugnabo Idem Acad. 4, 57 c. 18. Pugnant Stoici cum Peripateticis Idem de Fin. 2, 68. Non magnopere pugnare, *pro Non valde laborare* Idem de Nat. Deor. 3, 2. *Metaph.* Lucret. 2, 205 Quamquam Pondera quantum in ſe eſt, deorſum deducere pugnent. *Lambinus.* Ouid. Rem. Amor. 122 Pugnat in aduerſas ire natator aquas. Illud pugna, et enitere Cic. Fam. 3, 10. Tu tantum viuere pugna, Inque pios dominae poſſe redire ſinus Ouid. Her. 13, 77. Pugnaueris, i. e. Magnam rem feceris, *inquit* Donatus. Ter. Adelph. 5, 3, 57 Et iſtam pſaltriam vna illuc mecum hinc abſtraham. M. pugnaueris. ¶ 4 Pugnatur, *impersonale.* Caeſ. B. G. 3, 15 Quum ab hora fere quarta vsque ad ſolis occaſum pugnaretur. Quotidie vtrinque eminus fundis, ſagittis, reliquisque telis pugnabatur Idem B. C. 1, 26. Pugnatur cominus armis Virg. Aen. 7, 553. Gladiis pugnatur acutis Ouid. de Arte Am. 3, 589. Quum male pugnatum apud Caudium eſſet Cic. Off. 3, 109. Libido praua pugnandi Sil. 7, 215. Superare pugnando Ouid. Met. 9, 30. Vinci pugnando Idem de Arte Am. 1, 666. Quinct. 2, 8, 14 Nicoſtratus pugnando luctandoque quorum (*vid. leg.* quo) vtroque certamine iisdem diebus coronabatur, inuictus. *Cum* lucta *ſine dubio* πάλη *ſit*, pugna hic παγκράτιον ſ. pancratium *eſſe videtur.* Arte pugnandum eſt Quinctil. 2, 17. Hoc pugnatur, *pro Hoc ſtudent efficere:* Cic. pro Roſc. Amer. 8 c. 3 Hoc ſolum hoc tempore pugnatur, vt ad illam optimam praeclaramque praedam damnatio Sexti Roſcii, velut cumulus accedat.

PVGNANS, antis. Partic. [μαχόμενος] Domare pugnantem Ouid. Met. 13, 172. Fortiſſime pugnantes Caeſ. B. G. 6, 39. Vincetur femina pugnans Ouid. Faſt. 2, 801. Cum frigore pugnans Id. ex Pont. 1, 2, 27. Anima pugnans Stat. Silu. 1, 4, 107. Tibull. 1, 8, 38 Et dare anhelanti pugnantibus humida linguis Oſcula. Sententiae pugnantes, *h. e. Inter ſe contrariae* Plin. Epiſt. 8, 14, 6. Cic. de Fin. 1, 71 c. 18 Atqui pugnantibus et contrariis ſtudiis conſiliisque ſemper vtens, nihil quieti videre, nihil tranquilli poteſt. Venti pugnantes contra Lucret. 6, 97. Loqui pugnantia Cic. Tuſc. 1, 13. Pugnantia ſecum frontibus aduerſis componere Hor. Serm. 1, 1, 102.

PVGNĀTVS, a, um. Partic. [μεμαχεσμένος] Salluſtius Iug. c. 54 Quae negotia multo magis quam praelium male pugnatum a ſuis, regem terrebant. Hor. Carm. 3, 10, 4. *Et* Epiſt. 1, 16, 25 Si quis Bella tibi terra pugnata marique Dicat. Bella pugnata in ordine Virg. Aen. 8, 629. Cic. pro Muraen. 34 c. 16 Cuius ex omnibus pugnis, quae ſunt innumerabiles, vel acerrima mihi videtur illa, quae cum rege commiſſa eſt et ſumma contentione pugnata. Nepos 23, 5, 1 Hac pugna pugnata, Romam profectus eſt. Plaut. Amph. 1, 1, 97 Haec illi eſt pugnata pugna ab vsque mane ad veſperam. *Vid. Voſſ. de Conſtruct.* c. 22.

PVGNAX, ācis. Adi. [μάχιμος] *Bellicoſus.* Plin. 22, 21 Perdices et gallinaceos pugnatiores fieri putant, in cibum eorum additis. In vitiis pugnax Cael. ad Cic. Fam. 8, 13. Cic. in Piſon. 70 Graecus facilis et valde venuſtus, nimis pugnax contra Senatorem Pop. Rom. eſſe noluit. Arma pugnacia Ouid. Faſt. 2, 547. Centurio pugnax et lacertoſus Cic. Philipp. 8, 26. Idem de Orat. 2, 317 c. 78 Neque eſt dubium, quin Exordium dicendi vehemens et pugnax non ſaepe eſſe debeat. Fera Ouid. Faſt. 5, 374. Hoſtes Propert. 3, 9, 25. Ignis aquae Ouid. Met. 1, 432. *i. Aquae repugnans.* Muſta pugnacia, lenibus *oppoſita* Plin. 14, 20. Cic. de Clar. Orat. 121 c. 31 *extr.* Sed et huius Oratio in philoſophiam translata pugnacior (vt ita dicam) videtur, et illorum in iudicia pacatior. Oratio pugnax et contentioſa *dicitur a* Plin. Epiſt. 2, 19. *i. Quae eſt in genere iudiciali, et in qua opus eſt contra aduerſarium vocem intendere.* Quid ferri duritia pugnacius? Plin. 36, 16. Hac legione noli acrius aut pugnacius quidquam putare Aſin. ad Cic. Fam. 10, 31. Pugnaciſſimus quisque Tacit. Hiſt. 4, 60, 4. Gentes pugnaciſſimae Curt. 3, 9, 3. Galli pugnaciſſimi Petron. c. 45.

PVGNACĬTAS, ātis. f. [τὸ μάχιμον] *Pugnandi vis.* Plin. 10, 33 Perdices capiuntur quoque pugnacitate eiusdem libidinis. Argumentorum pugnacitas Quinctil. 4, 3.

PVGNACĬTER. Adu. [μαχίμως] *Pertinaciter, inſtanter.* Cic. Acad. 4, 9 c. 3 Sed neſcio quomodo plerique errare malunt, eamque ſententiam quam adamauerunt, pugnaciſſime defendere, quam ſine pertinacia quid conſtantiſſime dicatur, exquirere. Quinctil. 9, 4 Vbicunque acriter erit et inſtanter, pugnaciterque dicendum, membratim caeſimque dicemus. Sidera collectum aërem luce leui, non pugnaciter, nec aſpere feriunt Sen. Q. N. 1, 2 *extr.* *Compar.* Idem *ibid.* Quis dubitat alia lenius, alia pugnacius eſſe dicenda. Sen. Nat. Quaeſt. 3, 36 In illa diſputatione pugnacius locutus es.

PVGNĀTOR, ōris. m. [μαχητὴς] Liu. 24, 15 Deinde occupata dextra tenendo caput, fortiſſimus quisque pugnator eſſe deſierat. Frontin. 4, 7, 37. Pugnator gallus gallinaceus Plin. 30, 15.

PVGNATRIX, īcis. f. Pugnatrix natio et formidanda Ammian. 23, 6. Intulit hoc vulnus pugnatrix ſubdola Prudent. Pſychom. v. 683.

PVGNATORIVS, a, um. Adi. Oratorium robur et mucro pugnatorius Sen. Contr. 2 praef. Batuebat pugnatoriis armis Suet. Calig. c. 54.

PVGNACŬLVM, i. n. [προμαχὼν] *Locus vnde pugnatur.* Plaut. Mil. 2, 3, 63 Deturbabo iam ego illum de pugnaculis. Ammian. 21, 12 Suſceptus ad pugnaculum ſolus.

PVGNVS, i. m. Manus contracta, [δρὰξ, κόνδυλος] a punctione, id eſt percuſſione dicitur, *auctore* Feſto. Donatus *in* Adelph. 2, 1, 17 An pugnus a pugna ſit dictus, an ab illo pugna? Cic. in Orat. 113 Nam quum compreſſerat digitos, pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi eſſe. *Hic clariſſime docet* Cicero *quid ſit* pugnus. Pleni pugni ſanguine Iuuen. Sat. 15, 58. Caedere pugnis, *vid.* CAEDO. Caeſus pugnis Hor. Serm. 1, 2, 66. Conſcindere aliquem pugnis et calcibus Cic. Verr. 5 (7) 56 c. 23. Idem in Parad. 3 Quoniam verbis Contendimus inter nos, non pugnis. Contundere aliquem pugnis, *vid.* CONTVNDO. Facere pugnum, et pugnum arcte vehementerque comprimere Cic. Acad. 4, 145. Idem de Clar. Orat. 243 c. 69 Pugiles inexercitati, etiam ſi pugnos et plagas Olympiorum cupidi Ferre poſſunt. Foedans pectora pugnis Virg. Aen. 11, 86. Pugnus continuo in mala Haeret Ter. Adelph. 2, 1, 17. Impingere pugnum, *vid.* IMPINGO. Incurſare aliquem pugnis, *vid.* INCVRSO, *in* INCVRRO. Ingerere pugnos in ventrem alicuius, *vid.* INGERO. Legere aliquem pugnis Plaut. Amph. 1, 1, 160. Obſerere pugnos, *vid.* OBSERO. Obtuſus pugnis, *vid.* OBTVNDO. Onerare pugnis, *vid.* Onero, *in* ONVS. Quum ad dentem Peruenit pugnus Scribon. 214. Ouid. Met. 3, 626 Is mihi dum reſto, iuuenili guttura pugno Rupit. Pugnis rem Soluunt, ſi quis poſcat clarius Plaut. Amph. 1, 3, 9. Victus pugno Hor. Carm. 3, 12, 8.

PVGNEVS, a, um. Adi. Plaut. Amph. 1, 1, 140 Me hoſpitio pugneo accepturus eſt. Idem Rud. 3, 4, 58 Iam tibi meſſis in ore fiet mergis pugneis.

PVGNĬTVS. Adu. Caecil. *apud* Nonium 11, 38 Quidam qui ſe malit pugnitus peſſundari. *i. pugnis.*

PVGILLVS, i. m. [δράκιον] Dimin. *a* Pugnus. *Vt in* Pugil, *ita hic primam corripiunt.* Minimi menſura pugilli Prudent. Cathem. 10, 152. Cuius clauduntur cuncta pugillo Fortun. 3, 69. *Item illud ipſum quod pugillo continetur;* Plin. 20, 22 Semen cum farris pugillo decoctum. Onomaſt. Vet. Pugillus, δράκιον.

PVGILLVM, i. n. *Idem.* δρὰξ χειρὸς Gloſſ. Lat. Gr.

PVGILLĀRIS, e. Adi. [δρακιαῖος] *Quod pugillum ſiue pugnum implere poteſt, Quantum pugnus poteſt continere.* *Primam produxit* Iuven. Sat. 11, 156 Nec pugillares defert in balnea raucus Teſticulos, nec vellendas iam praebuit alas.

PVGILLĀRIS, is. m. *vel* PVGILLAR *ſiue* PVGILLARE, is. n. [πινακίδιον] Pugillares, *Tabellae cereae, vel alterius materiae, in quibus ſtilo ſcribimus: dictae quod* pugno *comprehendantur.* *Vel a* pungendo, *quod ſtilo in his pungendo ſcribatur.* Plin. Epiſt. 7, 9 *extr.* Quin ergo pugillares ſumis et aliquid ex his, vel iſtud ipſum, quod coeperas, ſcribis? Apul. 6 p. 183 *Elm.* Dolebam me hercle, quod pugillares et ſtilum non habebam, qui tam bellam fabellam pernotarem. *Primam corripit* Prudent. in Caſſiano v. 15 Vnde pugillares ſoliti percurrere ceras. Catull. 40 (43) 5

Et negat mihi veſtra redditurum
Pugillaria, ſi pati poteſtis. Auſon. Epigr. 146, 3
Bipatens pugillar expedi.

Plin. 13, 11 Pugillarium enim vſum fuiſſe etiam ante Troiana tempora inuenimus apud Homerum, *vid.* Gell. 17, 9.

PVGILLATORIVS, a, um. Adi. [δρακιδικὸς] *Quod pugno percutitur.* Plaut. Rud. 3, 4, 16 Extemplo hercle ego te follem pugillatorium faciam, et pendentem incurſabo pugnis periuriſſume. *Reſpicit illam* Coryceomachian, *quam loco ſuo explicuimus.*

P V L

PVLCHER, chra, chrum. Adi. [καλὸς, εὐειδὴς] *Hoc nomine colorem quaſi quendam virtutis et omnis praeſtantiae indicamus.* Pulchrum *vocamus, quidquid ob ſuam praeſtantiam placere nobis indicamus: ita tamen, vt peculiarem quaſi domum ſibi in oculorum iudicio* pulchrum *conſtituerit.* Cic. Off. 1, 144 O puerum pulchrum, Pericle. Idem pro Muraen. 26 c. 12 Ne pulchrum ſe, ac beatum putaret. Pulcher bos appellatur, ad eximiam pinguitudinem perductus. Feſtus. Nimis pulcher, *vid.* NIMIS. Viſus pulcher Stat. Silu. 5, 2, 22. *Compar.* Virg. Aen. 9, 179 Quo pulchrior alter Non fuit Aeneadûm. *Add.* Id. 7, 649. Vua quid poteſt eſſe tum fructu laetius, tum adſpectu pulchrius? Cic. de Senect. 53. Pulchrum *eſſe, quod placet, tum alia multa, tum iſta facile probant:* Suum cuique pulchrum eſt, Te tua, me delectant mea Cic. Tuſc. 5 c. 22. Cui pulchrum fuit in medios dormire dies Hor. Epiſt. 1, 2, 30. *Superl.* Iuuenum pulcherrimus Ouid. Met. 4, 55. Poëtarum pulcherrimus Gell. 19, 8. *i. Optimus et peritiſſimus.* Rerum facta eſt pulcherrima Roma Virg. Georg. 2, 534. Vrbs pulcherrima Liu. 26, 32. *Fortis:* Virg. Aen. 7, 656 — ſatus Hercule pulchro. *it.* Pulcher Auentinus *etc.* Flor. 4, 4 *extr.* Tum etiam manu pulcher apparuit. ¶ 2 *Subſtantiua, quibus additur:* Cohors pulchra Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 63. Color Lucret. 4, 1027. Conſilia pulcherrima Virg. Aen. 5, 728. Corpus pulchrum Idem ibid. 5, 344. Cura pulcherrima dolori meo nata Propert. 2, 25, 1. Dies Hor. Carm. 1, 36, 39. Idem 4, 4, 39. *i. laetus, felix.* Diuitiae Hor. Serm. 2, 3, 95. Dos Plaut. Epid. 2, 1, 10. Facinus Idem Men. 1, 2, 23. Genae Hor. Carm. 4, 13, 8. Gens pulcherrima Sil. 13, 466. Hor. Epod. 14, 13 Vreris ipſe miſer: quod ſi non pulchrior ignis Accendit obſeſſam Ilion, gaude ſorte tua. *i. inquit* Porphyrio, Si non fuit Helena ſpecioſior Terentia, ſcilicet amica tua, iucunda haec miſeria eſt. Amor, ignis ſolet dici. Liber pulcher Plin. Epiſt. 151. Libertas Virg. Aen. 6, 821. Plin. Epiſt. 9, 13 Occiſo Domitiano, ſtatui mecum ac deliberaui, eſſe magnam pulchramque Materiam inſectandi nocentes. Mors Virg. Georg. 4, 218. i. e. Glorioſa: Seruius. Nympha pulcherrima forma Virg. Aen. 1, 76. Pulchrum Ornatum turpes mores peius coeno collinunt Plaut. Moſt. 1, 3, 133. Origo Virg. Aen. 1, 290. Panis Hor. Serm. 1, 5, 89. Pectore pulchro virgo Virg. Aen. 3, 426. Poëmata Hor. in Arte Poët. 99. Idem Serm. 1, 10, 6. Populus pulcher Flor. 2, 19, 1. Poſtes Plaut. Moſtel. 3, 2, 133. Cic. pro Roſc. Amer. 43 Tot Praedia, tam pulchra, tam fructuoſa. Proles Virg. Aen. 1, 79. Puer Hor. Epiſt. 1, 18, 74. Pulchritudo pulchra Plaut. Mil. 4, 1, 13. Sol Hor. Carm. 4, 2, 47. Tecta Idem ibid. 3, 10, 6. Tunicae Idem Epiſt. 1, 18, 33. Virgo pulcherrima Deianira Ouid. Met. 9, 9. Vrbs Virg. Aen. 4, 266. ¶ 3 *In vituperio interdum eſt* Pulcher. Seru. *ad* Virg. Aen. 3, 119 Et quidam *pulcher Apollo*, epitheton datum Appollini reprehendunt: *pulchros* enim a veteribus exoletos dictos: nam et apud Lucilium Apollo *pulcher* dici non vult. ¶ 4 Pulcer *a nonnullis ſcribitur:* Sic Varro,

Varro, *de quo* Chariſius 1 p. 56 Pulcrum adſpirari debere Varro negat, ne duabus Conſonantibus intercedat adſpiratio, quod minime rectum antiquis videbatur. *Sic* Pulcerrima terrarum Campania Flor. 1, 16, 3. Pulcerrimus exitus Idem 2, 2, 14. *Vid. Cellar. Orthogr.* p. 5 *et* 138. Quin ego ipſe loquebar ſic, vt *pulcros*, *Cetegos*, *triumpos*, *Cartaginem* dicerem: aliquando idque ſero, conuicio aurium cum extorta mihi veritas eſſet, vſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſeruaui Cic. in Orat. c. 48. ¶ 5 *In MSS. permiſcentur* pulcher *et* purus, *v. v.*

PVLCHRALIA, ium. n. *Vt*, Pulchralibus, atque cupediis, Feſtus, *qui addit*, idem in ea, quae eſt de fundo oleario. *Catonis orationem intelligi putat Scaliger.* Pulchralia *quidem hic eſſe* bellaria, *ſatis apparet.*

PVLCHRE. Adu. [περικαλλῶς] *Aeque late patet, ac nomen* Pulcher: *verbo, vbi* pulchre *dicimus, ibi placere nobis rem et vel oculorum vel reliquo iudicio probari, ſignificamus.* Plaut. Merc. 5, 2, 61 Si tu vera dicis, et pulchre aedificatas arbitror. Pulchre, Sapienter, *interprete* Donato. Ter. Eun. 2, 3, 84 Dixti pulchre: nunquam vidi melius conſilium dari. *Ibid.* 3, 1, 26 Pulchre mehercle dictum, et ſapienter. Dicere pulchre et oratorie Cic. in Orat. c. 68. Id. de Finib. 2, 63 At quum pulchre dicere videbare, quum ex altera parte ponebas, *etc.* Neque ego praeberi vidi ligna pulchrius Plaut. Aul. 3, 1, 6. Pulchre, Valde, fortiter, nimis, *inquit* Donatus. Ter. Eun. 4, 5, 2 Ac dum accubabam, quam videbar mihi eſſe pulchre ſobrius! Cato c. 74 Aquae paullatim addito, ſubigitoque pulchre. *Approbationis formula:* Ter. Eun. 4, 2, 4 TH. Male multabo ipſum. GN. pulchre! Idem Heaut. 2, 3, 91 S. Aſſimulabimus tuam amicam huius eſſe. C. pulchre! *Aliquando in deteriorem partem ſumitur:* Idem ibid. 3, 1, 40 Vt tu ſcias, quam ea nunc inſtructa pulchre ad perniciem ſiet. *Bene:* Plaut. Amphit. 1, 1, 122 Optume optumo optumam operam das, datam pulchre locas. Idem Trin. 1, 2, 101 Edepol mandatum pulchre, et curatum probe. In ea *familia* ne pediſſequus quidem quiſquam erat, qui non vtrumque pulchre Facere poſſet Nep. 25, 13, 3. Pulchre notus Plin. 21, 26. Dum ſanitas conſtabit, pulchre Meminero Phaedr. 1, 4 *extr.* Cic. Att. 13, 21 Sed tamen quae tum acta ſunt, non poſſum non probare, et tamen non curare pulchre poſſum, ſicuti facio. Cum in ſenatu pulcherrime Staremus Idem Fam. 1, 4, 1. Idem de Nat. Deor. 1, 114 Propone ante oculos deum nihil aliud in omni aeternitate, niſi Mihi pulchre eſt, et Ego beatus ſum, cogitantem. Tibi pulchre eſt Hor. Serm. 2, 8, 19. Eſt pulchre tibi cum tuo parente Catul. 21, 5. Pulchre valet Charinus, et tamen pallet Martial. 1, 78. Degere aeuum pulchre Lucret. 5, 173. *Superlat.* Secundam fortunam ferre pulcherrime Seru. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5. Idem Verr. 1, 49 Hunc ipſum inquam Tenem pulcherrime factum, quem quondam in comitio vidiſtis, abſtulit magno cum gemitu ciuitatis.

PVLCHELLVS, a, um. Dimin. Cic. Att. 1, 16 Redeo ad altercationem: ſurgit pulchellus puer. Idem Fam. 7, 23 At pulchellae ſunt, noui optime: et ſaepe vidi. Seruus pulchellus Apul. Met. 8 p. 213.

PVLCHRESCO, ĕre. Caſſiod. Varr. Epiſt. 5, 40 Vnius rei facies de addita venuſtate pulchreſcit. Ser. Sammon. c. 45 *vlt.* — ſuccis hederae pulchreſcit foeda cicatrix.

PVLCHRITVDO, ĭnis. f. [κάλλος] *Species, venuſtas, decor, elegantia, honeſtas, et quidquid placet.* Cic. Off. 1, 98 Pulchritudo corporis apta compoſitione membrorum mouet oculos et delectat hoc ipſo, quod inter ſe omnes partes quodam lepore conſentiunt. Oris pulchritudo Idem ibid. 3, 10. Pulchritudini victae Vrbis parcere Flor. 2, 6, 34. Excellens muliebris formae pulchritudo Idem de Inuent. 2, 1. Eximia pulchritudine femina Idem de Diuin. 1, 52 c. 25. Plin. Epiſt. 1, 14 Eſt illi facies liberalis, eſt Ingenua totius corporis pulchritudo. Cic. de Orat. 3, 68 Si illam praeclaram et eximiam ſpeciem oratoris perfecti et pulchritudinem adamaſtis. Idem in Piſon. 81 Habet hoc virtus, vt viros fortes Species eius et pulchritudo etiam in hoſte poſita delectet. Cic. Off. 2, 37 c. 10 Quis non admiretur Splendorem pulchritudinemque virtutis? Venuſtas et pulchritudo corporis ſecerni non poteſt a valetudine Idem ibid. 1, 95. Pulchritudinis duo genera ſunt: quorum in altero venuſtas eſt, in altero dignitas: venuſtatem muliebrem dicere debemus: dignitatem virilem Idem ibid. 1, 130. Pulchritudo rei nos trahit vel ea conſectandi, quae propter infirmitatem, *etc.* Columel. 3, 20. Illuminare pulchritudinem rerum Quinctil. 2, 16. Proſequi honore verborum pulchritudinem Idem 3, 7. *Cum Gerundio:* Plin. Epiſt. 3, 19 Solicitat primum ipſa pulchritudo iungendi. *i. Decorum adſpectus agrorum perpetuorum,* Iungendi *agrum agro.*

PVLCHRĬTAS, ātis. f. *Pulchritudo.* Nonius 2, 665 Caecilius, Dii boni quid illud eſt pulchritatis.

PVLEGIVM, ſ. PVLEIVM, i. n. [γλήχων, βλήχων] *Herba hortenſis vulgo nota.* Plin. 20, 14 Magna ſocietas cum menta ad recreandos defectos animo pulegio, cum ſurculis ſuis in ampullas vitreas aceti vtriſque deiectis. Qua de cauſa dignior e pulegio corona vertigini, quam e roſis cubiculis noſtris pronuntiata eſt. Pulegium decoctum Sammonic. v. 314. *Iocoſe* Cic. Fam. 16, 23 Cras exſpecto Leptam: etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui ſermonis vtendum eſt: *aſperior ruta, pulegium ſuauius.* Columel. 12, 7 Silentem florem viti albae et aſparagi, *etc.* et puleii, et nepetae, *etc.* Idem ibid. c. 35 *et* 37. Martial. 12, 32 Quadrima nigri nec corona puleii. Cic. de Diuin. 2, 33 c. 14 Nam et muſculorum iecuſcula bruma dicuntur augeri, et puleium aridum floreſcere brumali ipſo die. Pulei virtutes celeri comprendere verſu Strabo Gall. in Hortulo 18, 2.

PVLEIATVM, i. n. *Pro Vino puleio ſeu pulegio condito, dixit* Lamprid. Heliog. c. 19.

PVLEX, ĭcis. m. [ψύλλα] *Sic vocantur* Couponarum aeſtiua animalia, pernici moleſta ſaltu Plin. 9, 47 ſ. 71. *Videtur* Pulex *dictus, quod ex* puluere *generetur.* Iſidor. 12, 5. Plin. 30, 10 Aliud eſt cuculo miraculum, quo quis loco primo audiat alitem illam, ſi dexter pes circumſcribatur, ac veſtigium id effodiatur, non gigni pulices vbicunque ſpargatur. Pulex *apud* Columellam *Vermiculus eſt hortenſia infeſtans: ſic enim ait in horto* 10, 321 *etc.*

Tu quoque proſciſſo riguoque inſperſa nouali
Ozyma comprimite, et grauibus denſata cylindris,
Exurat ſata ne reſoluti pulueris aeſtus,
Paruulus aut pulex irrepens dente laceſſat,
Neu formica rapax populari ſemina poſſit.

Pulice, vel ſi quid pulice ſordidius Martial. 14, 83. *Al.* Pullex. Prima perperam corripitur ab Auctore Carm. de Pulice v. 1 *et* 20 *et* 34.

PVLĬCO, āre. *Pulices progignere.* Gloſſ. Gr. Lat. ψυλλίζω, pulico.

PVLICARIA, ae. f. *Herba Pſyllium.* Octau. Hor. 1, 10.

PVLICŌSVS, a, um. Adi. [ψυλλώδης] *Pulicibus plenum.* Columel. 7, 13 Pulicoſae cani remedia ſunt: ſume cyminum tritum pari pondere cum veratro, aquaque miſtum et illitum, ſeu cucumeris anguinei ſuccum. Vel ſi haec non ſunt, vetus amurca per totum corpus infuſa.

PVLLARIAE, ārum. f. *Pl. Inſula in Illyrico.* Plin. 3 *vlt.* Clarae ante oſtia Timaui calidorum fontium, cum aeſtu maris creſcentium: iuxta Iſtrorum agrum, Ciſſa, Pullariae et Abſyrtides.

PVLLARIAM, Plautus dixit Manum dextram. Paullus.

PVLLARIVS, PVLLASTER. *vid.* PVLLVS Subſt.

PVLLATVS, *vid.* PVLLVS Adi.

PVLLESCO, PVLLICENVS, PVLLITIES. *vid.* PVLLVS Subſt.

PVLLASCO, PVLLVLO. *vid.* PVLLVS Subſt.

PVLLVS, i. m. [παιδαρίον, νεοσσός] *Quidam per ſyncopam a* Puellus *dici volunt: ſignificat certe paruum, nouellum non hominem modo, ſed omnium animalium fetum.* *De homine* Feſtus *h. v.* Antiqui puerum quem quis amabat, pullum eius dicebant. Inde pullus Iouis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat, propter candorem, quod eius natis fulmine icta erat. Arnob. 4 p. 145 Vt Iouis dicatur pullus, in partibus Fabius aduritur mollibus, obſignaturque poſticis. Placidus in Gloſſ. Pullum puerum in amoribus, vnde Q. Fabius Eburnus, quod natibus fulguratus erat, pullus Iouis dictus eſt. *Vid.* PVLLARIVS *Adi. et Subſt.* Pullus *inter blandiendi vocabula hominibus paruis tribuitur:* Hor. Serm. 1, 3, 44

— ſtrabonem
Appellat paetum pater; et pullum male paruus
Si cui filius eſt.

Vid. Caſaub. et Suet. Calig. c. 13. ¶ 2 *De animalibus* Hor. Serm. 2, 3, 314 Abſentis ranae pullis vituli pede preſſis. Aquilae pullos *vocat* Plin. 10, 3 *et* 7. Coccycis 10, 9. Cornicis, *ibid.* c. 12. Hirundinis, *ibid.* c. 33 *et* 60. Columbae, *ibid.* c. 34 *et* 58. Anſeris, *ibid.* c. 59. Equae pullus Lucret. 3, 763. Generoſi pecoris Virg. Georg. 3, 75. Animales pulli Lucret. 2, 926. Aſininus, *vid.* ASINVS. Columbinus Cic. Fam. 9, 18. Equinus Quinctil. 8, 2. Gallinaceus Liu. 32, 1. *De* pullis gallinaceis *eſt epigramma apud* Martial. 13, 45. Infantes auium pulli Plin. 10, 33. Miluinus, *vid.* MILVVS. Nothi, *vid.* NOTHVS. Viles Iuuen. Sat. 13, 142. Cauea liberati Cic. de Nat. Deor. 2, 8. Pullus onagri Plin. 8, 44. Pulli apum Columel. 9, 3. ¶ 3 *Sunt et* Pulli arborum: [μοσχία] Plin. 17, 10 Nullis vero tales pulli proueniunt, niſi quarum radices amore ſolis atque imbris in ſumma tellure ſpatiantur. Cato c. 51 Ab arbore, abs terra pulli qui naſcentur, eos in terram deprimito. *Hinc eſt* Pullare *et* Pullulare.

PVLLO, āre. *Germinare.* Calpurn. Ecl. 5, 20 Gramine ſilua pullat. *vid.* PVLLVLO.

PVLLVĬLO, āre. [παραφυέω] *Quaſi Pullulos emittere.* *Nam* Pullulare *dicimus arbores, quum a radice nouae plantae ſurgunt.* Plin. 17, 10 Natura et plantaria demonſtrauit, multarum radicibus pullulante ſobole denſa, et pariente matre quos enecet. Vet. Gloſſ. Pullat; παραφυάδας βάλλει, βλαστάνει. Pullulant hilarius vites Colum. 4, 27, 1. *Tralate.* Virg. Aen. 7, 329 — Alecto tot pullulat atra colubris. Nepos 24, 2, 2 Pullulare incipiebat luxuria, *i. Creſcere.* *Actiue pro Generare:* Apul. Met. 4 p. 155 Deam (Venerem) Venerem aliam pullulaſſe. Silua pullulat ab radice Virg. Georg. 2, 17.

PVLLVLASCO, ĕre. [βλαστέω] *Pullulantem fieri.* Columel. 4, 21 *extr.* Et ita ex nouello palmite vitis pullulaſcit. *Legitur et* Pulleſcit. Prudent. Romano 882 Libet experiri, Lerna, ſicut traditur Vtrum renatis pullulaſcat artubus.

PVLLESCO, ĕre. [βλαστάνω Onomaſt. Vet.] *Idem quod Pullulaſcere.* Columel. 4, 21 *extr.* Quidquid eſt ſupra vetuſti brachii, amputatur, et ita ex nouello palmite vitis pulleſcit. *Legitur et* Pullulaſcit.

PVLLASTER, tri. m. *vel* PVLLASTRA, ae. f. [ὀρνίθιον] *Significat Gallum ſiue Gallinam adoleſcentes.* *Sic a* M. Varrone de R. R. 3, 9, 9 Pullaſtrae *dicuntur Iuuencae Gallinae.* *Vid. Scalig. al.* Pulletra. Onomaſt. vet. Pullaſter, πῶλος.

PVLLETRA *vel* PVLLITRA, ae. m. *vid.* PVLLASTER.

PVLLICĒNVS, i. m. [πωλάριον, νεοττός] Dimin. *a* Pullus. Lamprid. de Alex. Seuero c. 41 Et ne earum paſtus grauaret annonam, ſeruos habuit vectigales, qui eos ex ouis et pullicenis et pipionibus alerent. *Vid. ibi Salmaſ.*

PVLLĪNVS, a, um. Adi. [πωλινός] *Quod eſt pulli.* *Vnde,* Pullini dentes, *quos primum equi iaciunt.* Plin. 8, 44 ſ. 69 Quae non prius quam dentes, quos pullinos appellant, iaciat, conceperit, ſterilis intelligitur. *De mula* Veget. 3, 17.

PVLLARIVS, a, um. Adi. *Ad pullos ſpectans.* Pullaria collectio Veget. 2, 25. Feles pullaria, *Puerorum fur, corruptor, qui ſicut felis aues, ita ipſe pullos captat* Auſon. Epigr. 70, 5. *Vid.* FELIS. *Quo ſenſu et* Plautus *apud* Feſtum, Pullariam dextram *dixit, quae libidinoſe pullos contrectaret.* *Vid. Turneb. Aduerſ.* 3, 11.

PVLLARIVS, i. m. [πωλοκόμος] *Qui pullorum curam habet.* Onomaſt. Vet. Pullarius, πωλοκόμος. *Qui e paſtu pullorum captat auſpicia:* Cic. Fam. 10, 12 Recitatis literis oblata religio Cornuto eſt, pullariorum admonitu non ſatis diligenter eum auſpiciis operam dediſſe Idem de Diuin. 2, 72 c. 34 Attulit in cauea pullos, is qui ex eo nominatur pullarius. *Vid. Lex. Pitiſc.* *Paedico:* Gloſſ. Gr. Lat. παιδεραστής, pullarius. *Vid. Scalig. Auſon. Lect.* 1, 27 *pr.* *Burm. ad* Petron. c. 43 *extr.*

PVLLARIA, ae. f. *Int. paſſio.* *Eſt morbus pullorum equinorum.*

PVLLATIO, ōnis. f. [πωλοτοκία] *Fetura pullorum.* Columel. 8, 5, 9 Plerique tamen etiam ab aeſtiuo ſolſtitio non putant bonam pullationem.

PVLLEIĀCEVS, i. m. *Pro Pullo gallinaceo, an* PVLEIACEVS *pro* Puleio *dixerit, Auguſtus, dubium faciunt libri veteres, et noui Critici apud* Suet. Auguſt. c. 87.

PVLLĬGER, a, um. Adi. Fulgent. Mythol. 1. Oua pulligera ingerere.

PVLLIPREMO, ōnis. m. *Puerorum plagiarius, vel Paedico.* Auſon. Epigr. 70, 8.

PVLLITIES, ēi. f. [νεοσσοὶ] *Pulli.* Columel. 9, 11 Itaque quum primo Vere in eo vaſe nata eſt pullities, nouus rex eliditur. *de apibus.* *Et* 8, 14, 11 Et ea propter etiam tenerrima pullities ſaepe quadraginta diebus redditur opima. *de anſeribus.* Confirmata Idem 8, 9 *extr.*

PVLLŬLVS, i. m. Dimin. Apul. Met. 8 p. 213 Tam bellum pullulum. *De aſino quidem, ſed pro puero pathico.* *Item* Surculus Gloſſ. Cyrill. Pullulus, παραφυὰς, ϐλαςός. Pulluli arborum Plin. 17, 10.

PVLLVS, a, um. Adi. [Φαιὸς] *Fuſcus, quali oues non albae naſcuntur.* Virg. Georg. 3, 389 Ne maculis infuſcet vellera pullis. *i.* Nigris, *inquit* Seruius Tibul. 1, 2, 64 Concidit ad magicos hoſtia pulla deos. *Sunt qui dicunt hunc colorem, Hiſpanicum, ſiue Baeticum dici. A quo* Pullati, *etiam Baeticati dicuntur* Martial. 1, 97 Et Baeticatus atque leucophaeatus. *Vid.* PVLLIGO. Agna pulla Hor. Serm. 1, 8, 27. Aqua Tibul. 2, 5, 34. Ficus Hor. Epod. 16, 46. Myrtus Ibidem Carm. 1, 25, 18. Calpurnius Ecl. 7, 81

— Sed mihi ſordes
Pullaque paupertas, et adunco fibula morſu
Obſuerant.

Pullam paupertatem *dixit, quia lautiſſimus quisque apud antiquos albatus erat, praeſertim diebus feſtis, pauperes potius pullati.* *Vid.* PVLLATVS. Radix pulli oleris, *h. e. Oluſatri* Columel. 10, 124. Varro R. R. 3, 12, 5 Pulla ſuperior pars tergoris in leporibus. Solum putre et pullum Columel. 2, 10, 18. *Sic* 3, 11, 6. Terra pulla: Columel. in Praefat. 1, 24 In aliis regionibus nigra terra, quam terram pullam vocant. *Sic* 2, 2. Plin. 17, 4 Nec pulla, qualem habet Campania, vbique optima vitibus. Cato c. 34 Ager rubicoſus, et terra pulla. *Quod ad* Cat. de R. R. c. 151, 2 *obſeruaui, videri in hac appellatione etiam teneri et adoleſcentis, fecundique adeo notionem ineſſe, nondum muto.* Toga Cic. in Vatin. 30 c. 12. Tunica Idem Verr. 2, c. 24 *extr.* Calpurn. Ecl. 7, 25 *de popularibus,* Venimus ad ſedes, vbi pulla ſordida veſte Inter femineas ſpectabat turba cathedras. Veſtis pulla, *Fuſca, atra, qua quis in luctu induitur:* Cic. in Vatin. 30 c. 12 Quis in funere familiari coenauit cum toga pulla? Idem Verr. 4, 55 In hac officina maiorem partem dici cum tunica pulla ſedere ſolebat et pallio. Pulla ſordida Veſte *plebs* Calpurn. Ecl. 7, 26.

PVLLĀTVS, a, um. Adi. [μελανείμων] *Pulla veſte indutus, hoc eſt Lugubrem habitum ferens, vel luctus cauſa, vel alia quauis ratione. Idem et* Atratus *dicitur.* Cic. in Vatin. 30 c. 12 Quis vnquam coenauit atratus? *Et paullo poſt,* Quum ipſe epuli dominus Q. Arrius albatus eſſet. Albati ad exſequias, pullati ad nuptias Sidon. Ep. 3, 7. Pullata turba Quinctil. 6, 4. Sueton. Aug. c. 40. *vti et* Circulus pullatus, *pro Imperitorum turba.* Ibidem 2, 12. *Sic* Plin. Epiſt. 7, 17 Nam illos quoque ſordidos pullatosque reueremur. Sueton. Aug. c. 44 Militem ſecreuit a populo, multis ex plebe proprios ordines aſſignauit, praetextatis cuneum ſuum et proximum paedagogis, ſanxitque, ne quis pullatorum media cauea ſederet.

PVLLĪGO, ĭnis. f. [Φαιότης] *Idem quod Pullus color.* Plin. 8, 48. *de lanarum generibus,* Hiſpania nigri velleris praecipuas habet: Polentia iuxta Alpes cani: Aſia rutili, quas Erythraeas vocant: item Baetica: Canuſium fului: Tarentum et ſuae pulliginis.

PVLLVLVS, a, um. Adi. *Dimin.* Pullula terra Columel. 2, 2, 19 MSS. *quidam* Pulila. *al.* Pulla.

PVLMENTVM, i. n. [ὄψον] *Non puls, ſed, vt ait* Varro de L. L. 4, 22 p. 28, 6 Quod edebant cum pulte, ab eo (*i. ab ea re dictum eſt*) Pulmentum: hinc Pulmentarium dictum. Hoc primum fuit paſtoribus caſeus — dein poſteaquam deſierunt eſſe contenti his, quae ſuapte natura ferebat ſine igne — poma — decoquebant in olla — Hinc ad pecudis carnem peruentum eſt. *Haec ergo omnia* Pulmenta, *quae ad* Pultem, *in cuius locum mox panis ſucceſſit, ſumerentur.* Apul. Met. 10 p. 244 *extr.* Porcorum, pullorum, piſcium, et eiusmodi pulmentorum largiſſimas reliquias. Idem Met. 4 p. 146, 2 Eſtur ac potatur incondite, pulmentis aceruatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingeſtis. Plaut. Aul. 2, 4, 37 Pulmentum pridem ei eripuit miluus. Idem Pſeud. 1, 2, 84 Aut num ipſe ego pulmento vtor magis vnctiuſculo. Coenes vt pariter pulmenta laboribus emta Hor. Epiſt. 1, 18 (17) 48. Minuere in ſingula pulmenta mullum trilibrem Idem Serm. 2, 2, 34.

PVLMENTĀRIS, e. Adi. [ὀψοτικὸς] *Quod pertinet ad pulmentum.* Plin. 18, 12 Praeualens pulmentari cibo.

PVLMENTARIVM, i. n. [προσφάγιον, ὄψον] *Idem plane quod* pulmentum, *quidquid praeter* pultem, *et poſtea* panem *in cibo ſumebatur.* Cato R. R. 58 Pulmentarium familiae *de olea, halece, ſale.* Iuuen. Sat. 7, 185 Veniet qui pulmentaria condit. Plin. 18, 8 Pulte autem non pane vixiſſe longo tempore Romanos manifeſtum: quoniam inde et pulmentaria hodieque dicuntur. Sen. Epiſt. 87 *pr. de Caricis,* Si panem habeo, pro pulmentario ſunt, ſi non, pro pane. *Conf.* Plin. 15, 19. Hor. Serm. 2, 2, 20 Tu pulmentaria quaere ſudando. *Conf.* Senec. Epiſt. 87. *et* Phaedr. Fab. 3, 7, 22. Apic. 3, 2. Vncta pulmentaria Perſ. 3, 102. Colum. 11, 3, 57 Satureia non inutilis ad pulmentaria condienda.

PVLMO, ōnis. m. [πνεύμων] *Follis ille naturalis, quo ſpiritum ducunt, et reddunt animalia.* Plin. 11, 37 ſ. 72 Sub corde pulmo eſt, ſpirandique officina, attrahens ac reddens animam, idcirco ſpongioſus, ac fiſtulis inanibus cauus. Cerui pulmo Scribon. 76. Vulpis pulmo Id. 76. Pulmo *diuiditur in ſimilitudinem vngulae bouis: atque eius quidem partes,* fibrae *vocantur: ſicut in omnibus viſceribus, vnde etiam* Pulmones *plurali numero pro Tota pulmonis ſubſtantia.* Plaut. Curc. 2, 1, 22 Lien necat, renes dolent, pulmones diſtrahuntur, cruciatur iecur. Cic. Tuſc. 2, 20 Quae lateri inhaerens morſu lacerat viſcera, Vrgensque grauiter pulmonum haurit ſpiritus. *ex Poëta.* In pulmonibus ineſt raritas quaedam et aſſimilis ſpongiae mollitudo, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima, qui tum ſe contrahunt aſpirantes, tum ſpiritu dilatant, vt frequenter ducatur cibus animalis, quo maxime aluntur animantes Cic. de Nat. Deor. 2, 136 c. 54. Has tamen imagines loqui volunt: quod fieri, nec ſine lingua, nec ſine palato, nec ſine faucium, laterumue et pulmonum vi et figura poteſt Cic. Tuſc. 1, 37 c. 19. Anheli pulmonis fibra Lucan. 1, 617. Mollis Ouid. ex Pont. 1, 3, 19. Sanguineus Senec. Oedip. ſ. 4. Tumidi iecur pulmonis arentes fibras diſtendit Ibidem Herc. Oet. ſ. 9. Ignis edax errat imis pulmonibus Ouid. Met. 9, 201. Rumpere pulmonem ventis Perſ. 3, 27. Pulmo prius veniſſet, quam tu mihi aduenisti: *Antiquum prouerbium in tardos* Plaut. Epid. 5, 1, 21. *Ex* pulmone *naſcitur tabes, quam Graeci phthiſin vocant: tunc enim* pulmo *tabeſcit, atque adeo totum corpus* Ouid. ex Pont. 1, 3, 19 Cernis vt e molli ſanguinis pulmone remiſſus Ad Stygias certo limite ducat aquas. ¶ 2 Pulmo marinus *ex genere teſtaceorum eſt*, ſine ſenſu *vt ait* Plin. 9, 47 ſ. 71. Halipleumon [ἁλιπλεύμων] *ab eodem vocatur* 32, 11 ſ. 53. Plin. 18, 35 ſ. 85 Pulmones marini in pelago, plurium dierum hiemem portendunt. *Et* 32, 10 ſ. 46 Pulmo marinus alligatus, egregie profluuia purgat. *Et in ipſo fine* Pulmone marino ſi confricetur lignum, ardere videtur.

PVLMVNCŬLVS, i. m. Dimin. *Paruus pulmo, vel caruncula paruo pulmoni ſimilis.* Solinus c. 62 *al.* 49 Sunt enim illis reciprocis quibusdam pulmunculis veſtigia carnulenta. *de camelis Bactrianis. Sed* Veg. Mulom. 2, 56. *et* 2, 61. *videtur ſignificare vlcus fiſtuloſum pulmonis inſtar.*

PVLMONĀCEVS, a, um. Adi. *Pulmonis ſpeciem habens.* Pulmonacea radix Veget. 1, 12.

PVLMONARIVS, a, um. Adi. [περιπνευμονικὸς] *Qui laborat pulmonis morbo.* Ouis pulmonaria, *apud* Columel. 7, 5.

PVLMONEVS, a, um. Adi. *Tumens et mollis inſtar pulmonis* Plaut. Epid. 5, 1, 21 Pulmoneis pedibus qui perhibetur, prius veniſſet, quam tu aduenisti. *i. vlceroſis, tumidis, mollibus.* Idem Rud. 2, 6, 27 Pulmoneum vomitum vomere. *Conf. Parei Lex. Crit.* p. 901. Pulmonea, *Poma quaedam pulmonis inſtar tumentia:* Plin. 15, 14 Stolide tument pulmonea.

PVLPA, ae. f. *Pars mollior in arboribus.* Plin. 16, 38 ſ. 73 In quarundam arborum carnibus pulpae venaeque ſunt. Diſcrimen earum facile. Venae latiores candidioresque, pulpae fiſſilibus inſunt. Ideo fit, vt aure ad caput trabis quamlibet praelongae admota, ictus ab altero capite vel graphii ſentiatur, penetrante rectis meatibus ſono. *Et mox* Caetera menſarum genera fiſſis arboribus circinantur in pulpam: alioqui fragilis eſſet vena in orbem arboris caeſa: *f.* arbore. *Nempe fiſſis ad perpendiculum arboribus, apparet pulpa latior, quae accipere circinationem poteſt: ſi caedatur arbor ſectionibus horizonti parallelis venae breuiores non ita contineant tabulas.* Mediae pulpae caryotarum Scribon. 74. ¶ 2 Pulpa, *inquit* Donatus, Caro ea, quae manducatur, eo quod pulſetur et conſcindatur. Perſ. 2, 63 Quid iuuat hoc, templis noſtros immittere mores, Et bona diis ex hac ſcelerata ducere pulpa? Et pulpam dubio de petaſone voras Martial. 3, 77.

PVLPĀMEN, ĭnis. n. Epit. Liu. 48 Maſaniſſa ſine pulpamine mandere, et guſtare panem tantummodo ſolitus.

PVLPAMENTVM, i. n. *a* Pulpa *dictum eſt, et tum ipſam* pulpam *ſignificat, tum accipitur pro quouis Cibo lautiore.* Ter. Eun. 3, 1, 36 Tute lepus es, et pulpamentum quaeris, *i. muliebris patientiae homo, ſcortum appetis.* Cic. Tuſc. 5, 90 c. 32 Mihi amictui eſt Scythicum tegmen, calceamentum ſolorum callum, cubile terra, pulpamentum fames: lacte, caſeo, carne veſcor. *conf.* Plaut. Curc. 1, 1, 90 *etc.*

PVLPO, āre. *Vox vulturis, quaſi dicatur pulpam ſeu carnem poſcere.* Auctor Philomel. 27 Vultur pulpare probatur.

PVLPŌSVS, a, um. Adi. *Pulpa plenus.* Apul. Met. 7 p. 195 Terga pulpoſis torulis obeſa.

PVLPVS, i. m. *Genus piſcis.* Theod. Priſc. de Diaet. c. 1.

PVLPĬTVM, i. n. [θυμέλη, σανίδωμα ἐπίπεδον Gloſſ. Lat. Gr. (*conf.* Vitr. 5, 6) *it.* ἔδασις ξυλικὸν (ξυλική) Gloſſ. Lat. Gr.] *Locus ante ſcenam editior, in quo omnis comoedia recitabatur.* Plin. Epiſt. 4, 25 Inde iſta ludibria, ſcena et pulpito digna. Iuuen. Sat. 6, 78 Longa per anguſtos figamus pulpita vicos. Deuexum pulpitum Suet. Neron. c. 13. Rubra Ouid. de Arte Am. 1, 104. An genus hoc ſcripti faciunt ſua pulpita tutum? Ouid. Triſt. 2, 517. Pulpita ſollemnes non oluere crocos Propert. 4, 1, 16. Hor. A. P. 279 Aeſchylus et modicis inſtrauit pulpita lignis. Idem 215 Tibicen traxitque vagus per pulpita veſtem. Idem Epiſt. 2, 1, 124 Quam non adſtricto percurrat pulpita ſocco. *Sunt et Grammaticorum pulpita.* Horat. Epiſt. 1, 19, 40 Non ego nobilium ſcriptorum auditor et vltor Grammaticas ambire tribus et pulpita dignor. Sueton. de Claris Gramm. c. 4 Remoto pulpito declamare ſolitum.

PVLPĬTO, āre. *i. Pulpitis et aſſeribus fulcire.* Sidon. Epiſt. 8, 12 Pandi carinarum ventres abiegnarum trabium textu pulpitabuntur.

PVLS, pultis. f. [πόλτος] *Victus antiquiſſimus ex farina, et aqua apud lautiores etiam melle ſeu caſeo, ouo decocto factus.* Varro de L. L. 4, 22 *pr.* p. 27, 20 De victu antiquiſſima puls; appellata, vel quod ita Graeci, vel ab eo (vt ſcribit Appollodorus) quod ita ſonet, cum aqua feruenti inſipitur. *Hoc genus quod aqua feruenti inſipitur populares mei in Franconia plebeio vocabulo* Puls *appellant hodie.* Plin. 18, 8 Pulte autem non pane, longo tempore vixiſſe Romanos manifeſtum: quoniam inde et pulmentaria hodieque dicuntur. Et hodie ſacra priſca atque natalium pulte fritilla conficiuntur: videturque tam puls ignota Graeciae fuiſſe, quam Italiae polenta. Val. Max. 2, 5, 5 Erant adeo continentiae attenti *veteres Romani*, vt frequentior apud eos pultis vſus quam panis eſſet. — Pullis, quibus auſpicia petuntur, puls obiicitur. *Add.* Ammian. 25, 2. Puls potiſſimum dabatur pullis in auſpiciis, quia ex ea neceſſe erat aliquid decidere, quod tripudium faceret, id eſt terripauium. Pauire enim, ferire eſt. Bonum enim augurium eſſe putabant, ſi pulli, per quos auſpicabantur, comediſſent, praeſertim ſi eis edentibus aliquid ab ore decidiſſet. Sin autem omnino non ediſſent, arbitrabantur periculum imminere. *Haec* Feſtus. Cic. de Diuin. 2, 73 Nunc vero incluſa in cauea, et fame enecta, ſi in offam pultis inuadit, et ſi aliquid ex ore cecidit, hoc tu auſpicium, aut hoc modo Romulum auſpicari ſolitum putas? Cato R. R. 85 Pultem Punicam ſic coquito. Libram alicae in aquam indito, facito vti bene madeat. Id infundito in alueum purum, eo caſei recentis P. 3 mellis P. 5. ouum vnum, omnia vna permiſceto bene. Ita inſipito in aulam nouam. Varro *apud* Non. 15, 1 Sed ſimul manibus trahere lanam, nec non ſimul oculis obſeruare ollam pultis, ne aduratur. Iuuen. 14, 174 Grandes fumabant pultibus ollae. *Et* 11, 58 Sed laudem ſiliquas occultus ganeo, pultes coram aliis dictem puero, ſed in aure placentas. Feniſecae craſſo vitiarunt vnguine pultes Perſ. 6, 40. *Delicatas tamen aliquot* Pultes *facere docet* Apic. 5, 1 *frumentaceas quidem omnes, ſed admiſtis* cerebellis, pipere, liguſtico, liquamine oenogaro, lacte, melle, oleo *etc.*

PVLTICŬLA, ae. f. Dimin. [πολτάριον] Plin. 26, 8. Columel. 8, 1 Nec minus quolibet frumento cocta pulticula. *add.* Celſ. 4, 6. Aurel. Ac. 2, 18, 108.

PVLTARIVS, i. m. [ἑψητήριον] Vrceus *forte intelligitur, vas in quo vel coquebatur puls, vel inferebatur, et ſi quod aliud huic eſſet ſimile. Legitur etiam* PVLTARIVM. Celſ. 2, 11 Si caetera defecerint, caliculus quoque aut pultarius oris compreſſioris, ei rei commode aptatur. Plin. 7, 53 Edita coena calidam potionem in pultario popoſcit.

poſcit. Columel. 12, 43, 7 Vuae dependentes a matre ſic in pultarios condi debebunt. *vid. P. Scriuer. ad* Martial. 1, 100. *Sic*, Mulſi pultarium Petron. c. 42.

PVLTIFĬCVS, a, um. Adi. Auſon. in Monoſyllabis v. 61 Mox ador, atque adoris de polline pultificum far.

PVLTIPHAGVS, i. m. [πολτυφάγος] *Opifex, qui pultem vorat, apud* Plautum *legitur* Moſt. 3, 2, 141. *vid. Scalig. ad* Varr. de R. R. 3, 7, 3. *Nempe Poeni amabant Pultem. vid.* PVLS Punica *ex* Caton. 85.

PVLTIPHAGONIDES, is. m. Plaut. Poen. prol. 53. *i.* Poenus. *Nam Agoraſtoclis patruus eſt Hanno Carthaginienſis. Ergo* Carchedonius vocatur haec Comoedia, Latine Plautus *vult vt dicatur* Patruus Pultiphagonides.

PVLSO, PVLSVLA, PVLSVS, PVLTO, *vid.* PELLO.

PVLVERO, PVLVEREVS, *etc. vid.* PVLVIS.

PVLVĪNAR, āris. n. [προσκεφάλαιον] *Eſt Quod capiti dormituri ſupponimus.* Puluinar, *inquit* Varro L. L. 4, 35 vel a plumeis vel a pelluleis declinarunt. *Vbi Scaliger legit*, A polis *vel* polulis, *antique pro pellibus.* Incolumis coniux ſua puluinaria ſeruat Ouid. ex Pont. 2, 2, 71. Geniale puluinar Catul. Argon. 65, 57. ¶ 2 *Lectus, qui in templis ſterni conſueuit, numini dicatus:* [καθίδρυμα, ϛρωμνὴ θεῶ Gloſſ. Lat. Gr.] Cic. pro Domo 136 Aram et aediculam et puluinar ſub ſaxo ſacro dedicauit. Idem Tuſc. 4, 4 Nec vero illud non eruditorum temporum argumentum eſt, quod et deorum puluinaribus et epulis magiſtratuum fides praecinunt. *Inter affectatae a Domitiano diuinitatis argumenta ponit* Sueton. c. 13 *quod* non dubitauit in reducenda poſt diuortium vxore edicere, Reuocatam eam in puluinar ſuum. *Hinc* Iuuen. 6, 131 *de Meſſalina Claudii*, Lupanaris tulit ad puluinar odorem. Sen. Conſ. ad Polyb. 35 De Fortuna, Poteſt enim haec aduerſus priuatas domus vllam aequitatem noſſe, aut vllam modeſtiam, cuius implacabilis ſaeuitia totiens ipſa funeſtauit puluinaria? *i. Caeſarum domum.* Quinctil. 1, 7, 12 Interim quoque, vt in puluinari ſolis, qui colitur iuxta aedem Quirini, veſperug *intellige, ſcribebatur. Nempe aut accipiendae ſunt literae acu pictae in ipſo molli puluinari: aut* puluinar *etiam ſpondam ligneam, eburneamue complectitur, quae literas poſſit accipere. Add.* Plin. Pan. 8, 1. *it.* 11, 3. Puluinar, ſimulacrum, faſtigium, flamen Cic. Philipp. 2, 10. Alta puluinaria Ouid. Met. 14, 827. Liu. 22, 1 Ad omnia puluinaria ſacrificatum Cic. in Catil. 3, 23 c. 10. Quoniam ad omnia puluinaria ſupplicatio decreta eſt. Puluinaria dicebantur aut lecticae diuorum, aut tabularia, in quibus ſtabant numina, vt eminentiora viderentur. Acron. Ornare puluinar deorum Hor. Carm. 1, 37, 2. *Conf.* Suet. Aug. c. 45. *Caſaub. ad* Suet. Caeſ. c. 76.

PVLVINARIS, e. Adi. *Sedens in puluinis.* Pica Puluinaris Petron. 37. *Conuicium in mulierem de puluino ſuo ſemper concionantem.*

PVLVINARIVM, i. n. *Idem quod Puluinar, id eſt lectus, qui in templis ſterni conſueuerat.* Liu. 21, 62 Et coruum in aedem Iunonis deuolaſſe, atque in ipſo puluinario conſediſſe. ¶ 2 *Nauale apud* Plaut. Caſ. 3, 2, 27 Ibo intro, vt ſubducam nauim rurſum in puluinarium, *i. vt moneam vxorem, domi maneat. Vid.* PVLVINVS n. 2 *extr.*

PVLVĪNVS, i. m. *Culcitra, ſaccus plumis vel pilis effartus, in quo mollius cubetur, ſedeatur.* Plaut. Truc. 5, 13 Opus eſt puluinis, cunis, incunabulis. Cic. de Orat. 1, 29 c. 7 Tum Craſſum, immo vero commodius etiam puluinosque popoſciſſe, et omnes in iis ſedibus, quae erant ſub platano, conſediſſe dicebat. In puluinum ſubiicere literas *inter coenandum* Nep. 16, 3, 2. Equeſtris puluinus Iuuen. Sat. 3, 15. *in Theatro Puluinis vſus in ſpectaculis, oſtendit* tomentum illud Circenſe Martial. 14, 160. Cic. Verr. 5, 27 Nam (vt mos fuit Bithyniae regibus) lectica octophoro ferebatur, in qua puluinus erat perlucidus, Melitenſi roſa farctus. Apul. Met. 10 p. 248 Quatuor eunuchi confeſtim puluinis compluribus, vento tumentibus, pluma delicata terreſtrem nobis cubitum perſtruunt. *Sic praeſtat legere, quam* pulvillis, *quibus mox deinde locus eſt.* Celſ. 3, 18 Mandragorae mala puluino ſubiiciunt. Idem 8, 12 Subiecto inter parietem et caput eius ſcorteo puluino duro. ¶ 2 *Transfertur varie.* Puluini, *Areolae terra elata inter duos ſulcos in hortis, quae porcae a porrigendo, in agris appellantur. Habet enim veluti puluinorum, in quibus ſedemus, ſimilitudinem: propter quod et torus a quibusdam dicitur.* Varr. R. R. 1, 35, 1 Puluini fiunt e terra ad violaria obruenda. Plin. 19, 4 Areis diſtingui, easque reſupinis puluinorum toris, ambire ſingulas tramitum ſulcis, qua detur acceſſus homini ſcatebrisque decurſus. *add.* Colum. 11, 3. Puluinum, *pro Loco, vbi homines ſub dio in hortis, deliciarum cauſa iacent, vſurpare videtur* Plin. Epiſt. 5, 6, 16. Ante porticum, xyſtus conciſus in plurimas ſpecies, diſtrictusque buxo: demiſſus inde, pronusque puluinus, cui beſtiarum effigies inuicem adverſas buxus inſcripſit. Puluinus *moles in aqua ſtructa et eminens, vt portum complecti poſſit.* Vitruu. 5, 12 Tunc ab ipſa terra ſine crepidine puluinus firmiſſime ſtruatur. *conf.* Seru. *ad* Virg. Aen. 10, 303. *Vnde diſcimus*, Puluinos *etiam dici arenae cumulos ſub aqua congeſtos. De* Puluino in torculo oleario Cato de R. R. 13, 1. Puluinis teſtaceis fibulantur iuncturae parietum Colum. 1, 6, 13. Puluini *videntur fuiſſe robora ſ. trabes, in quibus ſubducta nauigia ſuſpenſa aliquantum quieſcerent.* Paullin. Epiſt. 31 Huius nauem in quodam eius Inſulae loco, quem Ad puluinos vocant, ne ſimiliter illideretur, ancoris fundare conati ſunt. Palangas ſ. Phalangas *cum* puluinis hiſce confudiſſe *videtur* Iſid. Etym. 19, 2 Puluini ſunt machinae, quibus naues deducuntur et ſubducuntur: *quin in* Puluinis *quieſcunt. Haec docuit Gronou. ad* Plauti Puluinarium, *quod modo vidimus* n. 2.

PVLVINĀTVS, a, um. Adi. *Quod eſt ad ſimilitudinem puluini, conuexum.* Plin. 13, 4 Lanuginoſo ac puluinato calyce. Calyx Plin. 15, 22. *et* 17, 22 Cliuoſa loca altiores poſcunt ſcrobes, praeterea puluinatis a deuexitate labris. Idem 1, 2. *et* Vitruu. 1, 4 *et* 3, 3.

PVLVINVLVS, i. m. Dimin. Columel. de Arbor. c. 10 Sed quaecunque in cliuis erunt poſitae, ita ablaqueandae ſunt, vt a ſuperiore parte ſecundum codicem lacuſculi fiant, ab inferiore autem puluinuli altiores excitentur.

PVLVILLVS, i. m. *Aliud.* Dimin. Serici puluilli, *Serico panno obducti* Hor. Epod. 8, 15. Plumeis puluillis *vſos Romanos oſtendit Barth. ad* Stat. Silu. p. 57. *De lectulis* Apul. Met. 10 p. 248 Pulvillis pluribus ventoſe tumentibus pluma delicata terreſtre nobis cubitum praeſternunt.

PVLVIS, ĕris. c. [κονιορτὸς, κονίσαλος] *Minutiarum terreſtrium multitudo.* Propert. 1, 22, 6 Sis mihi praecipue puluis Hetruſca dolor. Idem 2, 13, 35 Et duo ſint verſus, qui nunc iacet arida puluis, *etc.* Plin. 35, 13 Quis enim ſatis miretur peſſimam eius partem, ideoque puluerem appellatum in Puteolanis collibus, opponi maris fluctibus, *etc.* Nebula pulueris Lucret. 5, 254. Aeſtiuus Claud. Conſ. Hon. 6, 215. Altus Virg. Georg. 4, 96. Ater Hor. Serm. 2, 8, 55. Caecus Virg. Aen. 12, 444. Canus Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 185. Coctus, *Calx* Stat. Silu. 4, 3, 53. Craſſus Idem Theb. 6, 816. Crudus Perſ. 2, 67. *De* Erudito puluere *vid.* n. 2. Exiguus Virg. Georg. 4, 87. Feralis Stat. Theb. 6, 32. Fractus Idem ibid. 6, 640. Hiberno laetiſſima puluere farra Virg. Georg. 1, 101. Immundus Idem Aen. 10, 844. Inanis Ouid. Faſt. 5, 656. Indecoro puluere ſordidus Hor. Carm. 2, 1, 22. Leuis Catul. 64, 85. Litoreus Stat. Theb. 6, 304. Niger Virg. Aen. 9, 33. Obſcurus Stat. Silu. 2, 2, 32. Siccus Ouid. Triſt. 1, 5, 48. Sordidus Idem Amor. 3, 2, 42. Turbidus Virg. Aen. 11, 877. Commoto puluere nubes Sil. 4, 94. Collectus turbine Hor. Serm. 1, 4, 31. Collinere crines puluere: Idem Carm. 1, 15, 20. Excitare puluerem Columel. de Arb. c. 12. Excutere puluerem Ouid. de Arte Am. 1, 149. Foedans canitiem terra, atque infuſo puluere Catul. Argon. 62, 224. Glomerato puluere vndans nubes Sil. 13, 158. Hauſtus Ouid. Met. 14, 136. Mouere puluerem Quinctil. 5, 10. Obruere lumina hauſtu pulueris Stat. Silu. 5, 3, 223. Reſperſus puluere campi Stat. Theb. 8, 8. Sumus puluis et vmbra Hor. Carm. 4, 7, 16. ¶ 2 *Formulae:* Puluis, *pro Loco certaminis:* Cic. de Legib. 3, 14 c. 6 Doctrinam ex vmbraculis eruditorum, otioque non modo in ſolem atque puluerem, ſed in ipſum diſcrimen aciemque perduxit. Idem de Orat. 1, 157 Educenda inde dictio eſt ex hac domeſtica exercitatione et vmbratili medium in agmen, in puluerem, In clamorem, in caſtra, atque aciem forenſem. Virg. Aen. 7, 163 Domitant in puluere currus. *Add.* Cic. de Cl. Orat. c. 9. Cic. de Nat. Deor. 2, 48 c. 18 Sed ſi haec non videtis, quia nunquam eruditum illum puluerem attigiſtis. *Vbi per* Eruditum puluerem, *Mathematicas diſciplinas intelligit. Habebant enim Arithmetici et Geometrae abacos, ſiue tabulas, quas tenuiſſimo puluere aequabant. In eo inſcribebant numeros et figuras ſuas, vt ſi quid erraſſent, confundere et de nouo inſcribere delta poſſent.* Perſ. 1. 131

Nec qui abaco numeros et ſecto in puluere metas
Scit riſiſſe vafer. Fann. de Ponderibus 13
Vt docuit tenui ſcribens in puluere Muſa.

Ouid. Faſt. 2, 360 Adde peregrinae cauſam, mea Muſa, Latinam. Inque ſuo noſter puluere currat equus. Citra puluerem *Graeci dicunt* contingere, *Quo quis facile, citraque negotium potitur: tranſlatum vel ab haphe, id eſt a pulueris contactu, quo ſe ſpargebat, in palaeſtrico certamine congreſſurus: vid.* Suet. Neron. c. 45. Plin. 35, 13 *vel certe a puluere, quo non indecore ſordidari ſcripſit* Horatius Carm. 2, 1, 22 *eos, qui certant Olympia, quiue bellum gerunt.* Plin. 35, 11 ſ. 40 Alcimachus Dioxippum, qui pancratio Olympiae citra pulueris tactum, (quod vocant ἀκονιτὶ) vicit. *Vid. Hardu.* n. 32 *extr.* Gell. 5, 6 Ouandi, inquit, cauſa eſt, quum deditione repente facta, ſine puluere, vt dici ſolet, incruentaque victoria obuenit. Hor. Epiſt. 1, 1, 51 Cui ſit conditio dulcis, ſine puluere palmae? *vid. Torrent. ad h. l.* Martial. 8, 65 Hic ſtetit Arctoi formoſus puluere belli. *vid. I. Caſp. Geuart. Papin. Lect.* c. 6. Ammian. 21, 16 Non niſi puluere bellico indurati praeficiebantur armatis. ¶ 3 Puluer, *apud antiquos dicebatur: vnde Genitiuus* Pulueris. *Verum in vſu tantum eſt* Puluis *in recto*, Pulueris *in obliquis.* Vet. Gloſſ. Puluer, κονιορτὸς. Apul. de Herb. c. 35 Herbae puluer vino exhibitus. *Habet etiam* Priſcian. Med. 1, 30. *et* 2, 32 *teſte Reineſio. conf. Barth. Aduerſ.* 37, 23. Puluis, *in Genit.* [κόνις] *apud* Catul. in Epithal. Iul. ſ. 59 (62) 206

Ille puluis Erithrei
Siderumque micantium
Subducat numerum prius.

PVLVISCV̆LVS, i. m. [κονιορτίδιον] *vel* PVLVISCVLVM, i. n. Dimin. *generaliter de omni puluere dicuntur: et praecipue quo mulieres vtuntur ad munditiem dentium.* Catull. *ap.* Apul. Apol. p. 277 *Elmenh.*

Miſi, vt petiſti, munditias dentium,
Nitellas oris, ex Arabicis frugibus
Tenuem, candificum, nobilem puluiſculum,
Complanatorem tumidulae gingiuulae,
Conuerritorem pridianae relliquiae,
Ne qua viſatur tetra labes ſordium,
Reſtrictis forte ſi labellis riſeris.

Cum puluiſculo, *dicimus quoties omnia ſic tolluntur, vt nihil ſit reliqui, ne puluis quidem.* Plaut. Truc. Prol. 19 Quo citius rem ab eo auferat cum puluiſculo. Auratilis puluiſculus Solin. c. 25. Puluiſculum neſcio quod Hieron. aduerſ. Vigilant. c. 2.

PVLVICVLVS *ead. ſignificatione eſt* Solin. c. 15 *extr. Salmaſ. Totum locum damus in* AVRATILIS.

PVLVĔRĔVS, a, um. Adi. [κονισάλεος] *Plenum pulueribus.* Plin. 18, 11 Gratia terrae eius puluerea ſumma. Aequor puluereum, *pro Circo vbi pugnatur* Stat. Theb. 11, 403. Circus Idem ibid. 6, 493. Crinis Idem ibid. 6, 7. Farina Ouid. de Medic. Faciei 61. Nubes Virg. Aen. 8, 593. Palla Ouid. Met. 7, 705. Solum Idem ibid. 7, 113. Turbo Claud. de Bell. Getic. 458.

PVLVĔRV̆LENTVS, a, um. Adi. [κονιορτώδης] *Idem.* Martial. 7, 31 Non harpaſta vagus puluerulenta rapis. Varro de R. R. 3, 16 Minus valentium ſigna: ſi ſunt piloſae et horridae, vt puluerulentae, niſi opificii eas vrgeat tempus. Aeſtas Virg. Georg. 1, 66. Agmina puluerulenta cerui glomerant fuga Idem Aen. 4, 155. Ceres Lucret. 5, 741. Corpora quaſi puluerulenta Scribon. 21. Iter Quinctil. 5, 10. Praemia militiae puluerulenta ſequi Ouid. Amor. 1, 15, 4. Terga Virg. Aen. 12, 463. Via puluerulenta et aeſtuoſa Ouid. de Nuce 90. Cic. Att. 5, 14. Virtutem in templis inuenies, in foro, in curia, pro muris ſtantem, puluerulentam, coloratam, calloſas habentem manus Sen. de Vita beat. c. 7.

PVLVĔRO, āre. [κονιορτόω, κονίω] *Reſoluere in puluerem.* Columel. 11, 2 Hoc eodem tempore prius quam vineae puluerentur, *etc.* Calpurn. Ecl. 5, 87 — fragiles nimius Sol puluerat herbas. *conf.* Pallad. Mart. t. 7. *Intranſit.* Plaut. *apud* Gell. 18, 12 Mundum eſſe hoc veſtibulum volo. Venus ventura eſt noſtra, nolo hoc pulueret, *i. puluerulentum ſit.* Puluerare *ſecus accepit* Plin. 17, 9 Sunt, *ait*, qui puluere quoque vuas ali iudicent, pubeſcentesque puluerent, et vitium arborumque radicibus aſpergant. Quod certum eſt Narbonenſi prouinciae, et vindemias certius ſic eo coqui, quia plus puluis ibi, quam ſol, confert. *Eſt igitur* Puluerare Plinio, *Puluerem ex glebis ſuper vuas excitare, vt inde matureſcant. Nam et* Puluerem excitare

dixit Columel. de Arb. c. 12 Vites, *inquit*, poſt meridiem fodito pulveremque excitato, ea res et a ſole et a nebula maxime vuam defendit. Virg. *quoque* Georg. 2, 418 Sollicitanda tamen tellus, puluisque mouendus. Pulnerationis *meminit et* Palladius in Martio c. 7. *Vid. Theophraſt. de Hiſtoria Plantar.* 2, 8. *et* 3, 22 *de Cauſis Plantarum.* Pulverare ſe, *In puluere ſe volutare, vt gallinae faciunt.* Plin. 11, 33 *de morbo pediculari*, Phaſianas vero interimit, niſi puluerantes ſeſe.

PVLVERATICVM, i. n. *ſiue* PVLVERATICA, ae. f. Honorarium eſt quod quaſi pro labore et puluere agrimenſoribus datur, Frontinus. Caſſiod. Varr. Ep. 12, 15 Pulueratica quoque iudicis funditus amputantes trium tantum etiam dierum praeſulibus annonas praeberi ſecundum vetera conſtituta decernimus. L. 26 Cod. Theod. de Tiron. Pulueratici nomine binos ſolidos accepturi. Conſtit. Theod. et Valent. (in Scriptoribus Rei Agrar. p. 343) Tres aureos accipiat absque ſua pulueratica. *conf. Meurſ. in Auctar. Philol.* p. 149. *Iac. Gothofred. ad* Cod. Theod. l. c.

PVLVERATIO, ōnis. f. [κονιόρτωσις] Genus culturae, *vt ait*, Seruius in Georg. 2, 418 quo imminutae glebae vitibus applicantur. Columel. 11, 2 Sed frigidioribus regionibus pulnerationem faciunt, quam vocant ruſtici occationem, quum omnis gleba in vineis refringitur, et reſoluitur in puluerem. Idem 4, 28.

PVLVERIZATVS, a, um. Tus pulnerizatum Veget. 1, 54. *i. in puluerem redactum, leuigatum.*

P V M

PVMEX, ĭcis. m. [κίσσηρις] *Lapis cauernoſus ad corpora leuiganda laudatiſſimus, in mari creſcens.* Plin. 36, 21 Appellantur quidem ita et eroſa ſaxa in aedificiis, quae muſea vocant, dependentia, ad imaginem ſpecus arte reddendam: Sed et ii pumices, qui ſunt in vſu corporum leuigandorum feminis, iam quidem et viris, atque vt ait Catullus, libris, laudatiſſimi ſunt in Melo Niſyro (*ſic Hard. al.* Scyro) et Aeoliis inſulis. Probatio in candore, minimoque pondere, et vt quam maxime ſpongioſi, aridique ſint, ac teri faciles; nec arenoſi in fricando. Vis eorum in medicina, extenuare, ſiccare, *etc.* Claud. de Apono Fonte 15 Spirat putre ſolum concluſaque ſubter anhelo Pumice limoſus perforat vnda vias. Plaut. Aul. 2, 4, 18 Pumex non aeque eſt Aridus, atque hic eſt ſenex. Cauus pumex Virg. Georg. 4, 44. Exeſus Ouid. Faſt. 4, 495. Fragilis Idem Tr. 1, 1, 11. Latebroſus Virg. Aen. 5, 214. Mordax Ouid. de Arte Am. 1, 506. Multicauus Idem Met. 8, 561. Natiuus Idem ibid. 10, 692. Niueo de pumice fontes Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 103. Structaque pendenti pumice tecta ſubit Albinou. Conſolat. ad Liuiam v. 252 *ſc. pater Tiberinus. conf. Brouckh. ad* Propert. 3, 2, 28 *qui illuſtrat* Specus pumice pendentes, *i. in quibus exeſa ſaxa eminent. v. g.* Ouid. Am. 3, 1, 3 Speluncaque pumice pendens. Viuus Ouid. Met. 3, 159 *artificio opponitur, vt* Natiuus. Aequata pumice omnia Catul. 20, 8. Nec fragili geminae poliantur pumice frontes *de libro* Ouid. Triſt. 1, 1, 11. Quod neque ſim cedro flauus, nec pumice leuis Ouid. Triſt. 3, 1, 13. *de libro. Prouerb. de re impoſſibili*, A pumice aquam quaerere Plaut. Perſ. 1, 1, 42. Leuis pumice pro *Molli et effeminato* Iuuen. 9, 95. Pumice terere crura Ouid. A. A. 1, 506. *molliter laſciuientium virorum eſt, et virum quaerentium. Sic* Iuuenal. 8, 16 Tenerum attritus Catinenſi pumice lumbum. Catina *nempe vicina vrbs Aetnae, vnde eiiciuntur pumices. Adde dicta in* Catinenſis *ſub* CATANA. *Obſ.* Pumex, *femino genere etiam reperitur:* Catull. 1, 2 Cui dono lepidum nouum libellum Arida modo pumice expolitum Corneli?

PVMICŌSVS, a, um. Adi. [κισσηρώδης] *Quod pumicis vel naturam vel ſimilitudinem habet, h. e. Rarum et cauernoſum.* Plin. 17, 5 Pumicoſa terra. *Compar.* Idem 32, 8 Quartum pumicoſius, ſpongiaeque putri ſimile, paene purpureum.

PVMICĔVS, a, um. *Aliud* Adi. [κισσήρινος] Plaut. Pſeud. 1, 1, 73 Pumiceos oculos habeo, non queo lacrimam exorare. Ouid. Faſt. 6, 318 Et quae pumiceas verſat aſella molas. Martial. 1, 4, 57 Et quae pumiceis fontibus antra calent. Antra Stat. Silu. 3, 1, 144. Pumiceum cor eget lacrimis Paullin. de Obitu Celſi v. 417. Sedes Sil. 4, 419.

PVMĬCO, āre. [κισσηρίζω] *Pumice polire, leuigare.* Tibul. 3, 1, 10 Pumicet, et canas tondeat ante comas. *al.* pumex. Apul. Apol. *non procul ab init.* Quam multo aequius erat ſpurciſſimo ritu Iberorum, vt ait, Catullus (37, 19) — ſua ſibi vrina Dentem, atque ruſſam pumicare gingiuam. Lucil. *apud* Non. 2, 202 Scabor, ſubuellor, deſquamor, pumicor, ornor. *vid. Lex. Pitiſc.*

PVMICĀTVS, a, um. *Pumice politus.* Plin. Epiſt. (2, 11) Qui titulis a vita hominis comti ſemper et pumicati non abhorrebat. *conf.* Sidon. 8, 3. Dentes pumicati Hieron. Ep. 10 ad Furiam.

PVMICATIO, ōnis. f. Papin. ICtus.

PVMICĀTOR, ōris. m. Gloſſ. Cyrill. σμήκτης.

PVMILIO, *ſeu* POMILIO, ōnis. m. [νάνος] *Qui Nanus alias dicitur: quanquam* Plin. 11, 49 Pumilionum genus in omnibus animalibus eſt, atque etiam inter volucres. Colum. 8, 2, 14 Pumiliones aues, niſi quem humilitas earum delectat, nec propter fecunditatem, nec propter alium reditum nimium probo. *al.* pumiles. Plin. 10, 56 *de gallinis*, Eſt et pumilionum genus non ſterile in his, quod non in alio genere alitum, ſed quibus certa fecunditas rara, et incubatio ouis noxia. *De pumilione eſt Epigramma apud* Martial. 14, 212 Si tantum ſpectes hominis caput, Hectora credas; ſi ſtantem videas, Aſtyanacta putes. *conf.* Gell. 19, 13. *Et* Sen. Epiſt. 76. Pumilio, *de Femina:* Lucret. 4, 1155 Paruula, pumilio, χαρίτων μία tota, merum ſal. *i. Nana, et humilis ſtaturae.*

PVMĬLO, ōnis. m. [ἀνθρωπίσκος] *Legitur apud* Statium *pro Pumilione*, Silu. 1, 6, 57 Hic audax ſubit ordo pumilonum, *etc. Producit hic primam, quum alibi contrahat.*

PVMĬLVS, i. m. [ἀνθρωπάριον] *Ab eodem* Statio, *pro Pumilione vſurpatur*, Silu. 1, 6, 54 Caſuraeque vagis grues rapinis, Mirantur pumilos ferociores. *Contrahitque primam, quum alibi producat.*

PVMILIVS, i. m. [ἀνθρωπίδιον] *Idem.* Sueton. Auguſt. c. 83 Nam pumilios, et diſtortos, et omnes generis eiusdem, vt ludibria naturae, malique ominis, abhorrebat. *vid. Torrent.*

PVMĬLIS, is. m. Onomaſt. Vet. Pumilis, ὁ νάνος. *Adiectiue ſumitur, atque hinc Compar. formatur apud* Apul. Met. 5 p. 163 Maritum ſortita ſum quouis puero pumiliorem.

PVMV̆LA, ae. f. *Vitis genus* Plin. 14, 3.

PVNCTA, PVNCTILLVM, *etc. ſtatim damus ſub* PVNGO.

PVNGO, pupugi, punctum, ĕre. [ςίζω, νύττω] *dicuntur corpora acuta, cum imprimuntur et penetrant in molliora, cum ſenſu quodam doloris.* Varro, Admota aſpis quum pupugerit, ſi non occidat, ſciat ex pſyllorum eſſe ſtirpe. *vid.* Priſcian. 10 p. 894. Cic. Tuſc. 3, 82 c. 34 Si ignominia pupugit, ſi quid tenebrarum offudit exilium. Idem pro Roſc. Amer. 6 c. 2 Hunc ſibi ex animo ſcrupulum, qui ſe dies noctesque ſtimulat ac pungit, vt euellatis, poſtulat. Pepugi, *pro Pupugi, Praeteritum quo vſi ſunt veteres:* Accius in Acdilicia, ſed ſi pepugero, metuet. *vid.* Gell. 7, 9. Pungunt, quaſi Aculeis, interrogatiunculis anguſtis Cic. Fin. 4 c. 3 *de Stoicis.* Pungunt apes Petron. c. 82. Gladius qui per ſe pungere non poteſt Cic. pro Sext. 24 c. 10. Leviter pungit eos animi dolor, *vid.* LEVIS. De medicamento *vſurpat* Scribon. 21. Suſpiria pungere Propert. 3, 8, 27. Primum epiſtola illa ita me pupugit, vt ſomnum mihi ademerit Cic. Att. 2, 16 *pr. add.* Ibid. 6, 6.

PVNGENS, entis. Partic. [νύττων] Plin. 16, 24 Pungentia folia, pino, *etc.* Idem 8, 57.

PVNCTVS, a, um. *Aliud* Partic. [ςιχθεὶς] Vulnus punctum acu Cic. pro Milon. 66 c. 24. Puncto tempore Lucr. 2, 263. *i. perbreui.* Puncti ſtigmate Petron. c. 103.

PVNCTA, ae. f. *Ictus, qui punctim infertur.* Veget. 1, 12 Puncta duas vncias adacta mortalis eſt. *Huc aliqui referunt* Cic. Parad. *pr.* Stoica haereſis minutis interrogatiunculis et quaſi punctis, quod propoſuit, efficit. *Nempe* pungunt quaſi aculeis, interrogatiunculis anguſtis Cic. de Fin. 4 c. 3.

PVNCTVS, ûs. m. [ςιγμή, κέντημα] *et* PVNCTVM, i. n. *frequentius. Proprie pro punctione* Plin. 8, 50 Oculos ſuffuſos capra iunci puncto ſanguine exonerat, caper rubi. Plin. 29, 6 Muſtelae etiam oculis punctu erutis, aiunt viſum reuerti. Apul. Met. 7 p. 196, 11 Spinas acerrimas, et punctu venenato virioſas — caudae meae penſilem deligauit cruciatum. Scribon. 208 *et* 209 Neruorum et muſculorum punctus. Iſid. 11, 1 Pupilla eſt medius punctus (*perforatio*) oculi. ¶ 2 *Tradunt Geometrae*, Punctum [σημεῖον] *eſſe Corpus indiuiduum, cuius pars nulla eſt, in quo neque longitudo, neque latitudo, neque altitudo deprehenditur, et ob incomprehenſibilem breuitatem ſui, in partes diuidi non poſſe: quod protractum lineam efficit, id eſt corpus vnius dimenſionis.* Plin. 2, 68 Non aliud eſt terra in vniuerſo, quam mundi punctus. Senec. Nat. Qu. 1 *pr.* Hoc eſt illud punctum, quod inter tot gentes ferro et igni diuiditur. *Acute, quod* punctum *diuidi non poteſt. Hinc breuiſſima temporis pars* punctum temporis *dicitur.* Cic. Verr. 1, 103 Quum iſte punctum temporis nullum vacuum peccato praeterire paſſus ſit. Idem pro Sext. 53 Illo inquam ipſo die: die dico? immo hora, atque etiam puncto temporis eodem, mihi, Reip. pernicies, Gabinio et Piſoni prouincia rogata eſt. Ter. Phorm. 1, 4, 6 Tum temporis punctum mihi ad hanc rem eſt. Donatus, Punctum anguſtiſſimum ſpatium. Lucret. 4, 216 Temporis in puncto, rerum ſimulacra feruntur. Omnibus minimis temporum punctis Cic. de Nat. Deor. 1, 67. Eodem puncto temporis quo, *etc.* Cic. pro Domo 115. Hunc diem, hoc punctum temporis quo loquor defende ſi potes Cic. Philipp. 2, 112. Idem pro Flacc. 60 c. 25 Reuocarem animos veſtros ad illam vniuerſorum ciuium Romanorum, per tot vrbes, vno puncto temporis miſeram crudelemque caedem. Attende enim paullisper, cogitationemque ſobrii hominis ad punctum temporis ſuſpice Cic. Philipp. 2, 31. Leges vno verſiculo Senatus puncto temporis ſublatae Cic. de Legib. 2, 14. *conf.* Caeſ. B. C. 2, 14 *et* 25. Lucret. 4, 201 Haec puncto cernuntur lapſa diei Per totum caeli ſpatium diffundere ſeſe. Horae puncto Hor. Epiſt. 2, 2, 172. Tempore puncto, *pro Puncto temporis:* Lucret. 2, 263 Nonne vides etiam patefactis tempore puncto Carceribus, non poſſe tamen, *etc. i. Breuiſſimo tempore.* Puncto *Participium eſt. Sed et ſimpliciter* Punctum *pro puncto temporis:* Vbi mente delinquitur quam facile eſt puncto cogitationibus euagari, tam pernix adhaerebit noxa delicti Zeno Veron. de Praec. Attende tibi. Idem Serm. de Reſurrect. Pro vno puncto requiei. *Simili ratione, a paruitate puncti ducta nimirum* Manil. 4, 926 Sic admas, punctum lapidis, pretioſior auro eſt. ¶ 3 Punctum, *Suffragium, et fauor: quoniam ſuffragia* puncto *notabant.* Hor. in Arte Poët. 343 Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci. *Epigramma Choliambic. ad h. l. refertur a* Porphyrione,

Ciconiarum Rufus iſte conditor,
Hic eſt duobus elegantior Plancis.
Suffragiorum puncta non tulit ſeptem.

Cic. Tuſc. 2, 62 Quae flamma eſt per quam non concurrerint hi, qui haec olim punctis ſingulis colligebant? *de magiſtratibus, qui ſingulorum ciuium ſuffragiis mandabantur.* Idem Cic. pro Muraen. 72 Tamen admonitus re ipſa, recordor quantum hae quaeſtiones in Senatu habitae punctorum nobis detraxerint. *i. Suffragiorum in comitiis.* Te curia plauſu, Te punctis ſcripſere tribus Sidon. Paneg. Anthemii v. 20. Cui ſi examinis tui quoque puncta tribuantur Idem Epiſt. 1 vlt. *vid. Sauar. ad h. l. His admodum ſimilia ſunt* Puncta argumentorum Cic. de Orat. 2, 147 c. 41 Puncta argumentorum plerumque occulas, ne quis ea numerare poſſit; vt re diſtinguantur, verbis confuſa eſſe videantur. *De* minutis interrogatiunculis et quaſi punctis *in* PVNCTA *diximus.* ¶ 4 *Dicitur etiam de aliis pluribus. v. g.* Puncta, *in talorum luſu numerorum vicem obtinent:* Martial. 14, 17 Hic mihi biſſeno numeratur teſſera puncto. *conf.* Sueton. Neron. c. 30 Puncta *etiam Notae, quibus milites ſolebant ſignari. vid.* Veget. 2, 5. Front. de Aquaed. Art. 25 Exiles *aquae ducenaae* moduli, et velut puncta, quibus olim aqua, cum exigua eſſet, diuidebatur. Id. Art. 115 Etiam ille Aquariorum tollendus eſt reditus, quem vocant puncta. *et p. p.* Has (*fiſtulas*) comperi per eum, qui appellabatur a punctis, paſſim conuulneratas, *etc. vid. Polenus, quo docente intelligimus, e truncis maioribus fiſtularum per vrbem ſub ſilice meantium paſſim laterales quaſi ramos tenues eductos fraude aquariorum in domos priuatas, quae res publicam aquam nimis minuit.*

PVNCTVLVM, i. Dimin. Apul. Met. 6 p. 182.

PVNCTILLVM, *ex* Punctulo *Diminut.* Solin. 25 (15) Punctilla interlucentia.

PVNCTIM. Adu. *Per punctiones, ſiue pungendo.* Liu. 22, 46 Hiſpano punctim magis quam caeſim aſſueto petere hoſtem.

PVNCTV̄RA, ae. f. Firmic. 8, 21 Duodecima pars Geminorum ſi in horoſcopo fuerit, iuuenta, Marte praeſente, viri punctura teli morientur, mulieres vero in partu deficient. Celſ. 10, 9 Aſſiduae puncturae ſentiuntur.

PVNCTIO, ōnis. [ςίξις] Plin. 25, 13 Bibitur et contra ſerpentes,

 et

et ante ſectiones punctionesque, ne ſentiantur Cael. Aurel. Acut. 2, 6. Celſ. 8, 9, 2.

PVNCTIVNCVLA, ae. f. Dimin. [νυξείδιον] Senec. de Ira, Magis ignoſco ei, qui vulnus inimici, quam qui punctiunculam concupiſcit. Idem Epiſt. 53 Pedes dolent, articuli punctiunculas ſentiunt. Idem de Vita beata c. 15.

PVNCTO, āre. Frequent. *a* Pungo: *vox medii aeui: ſed nec veteſtis inaudita, ſi verum eſt*

PVNCTATORIOLA, ae. f. *Leuis pugna, cuius auctor laudatur, vt nunc legitur,* Cato *apud* Feſtum.

PVNCTĀTIM. Adu. *Signate, quaſi per punctum: aut Breuiter, vt punctis ſolemus ſcribere.* Claud. Mamert. de Stat. Anim. 3, 14 Collectim ſtrictimque et veluti punctatim ſub mentis oculum redegi.

PV̄NĬCVS, a, um. Adi. [Λιβυκός] *Quaſi* Poenicus, *a* Poenus *qui a Phoenicia, detracta adſpiratione, deducitur.* *Vid.* POENI *et* Feſti *reliquiae a Scaligero interpolatae, an reſtitutae: quibus Ennio tribuitur mutatio* u *longi in* oe. *Forte Graeciſmi affectatione ſiue oſtentatione id fecit Ennius, cum priores Graeca corrumperent.* Virg. Aen. 1, 338 Punica regna vides. Allium Punicum *al.* Vlpicum Col. 11, 3, 20. Arbor Punica Id. 10, 243. *Vid.* PVNICA MALA. Cera *v. h. v.* Cicer Col. 9, 1, 18. Color *vid.* PVNICEVS. Bellum Punicum Cic. Tuſc. 3, 51. Gloria Punica, *Gloria Poenorum* Virg. Aen. 4, 49. Grana Punica ſub lento cortice rubent Ouid. ex Pont. 4, 15, 8. Humus Idem Epiſt. 7, 140. Libum Punicum, idem probum, quia caeteris libis ſuauiſſimum videbatur. Feſtus. Lutum Col. 9, 7, 4. *et* 11, 3, 54. *Eadem* Impenſa *v. v.* Mala Martial. 1, 44. Cato R. R. 7, 3. *Sunt nempe eadem, quae* granata. *Vocantur etiam ſimpliciter* Punica. *vid.* Col. 12, 41, 2. Pallad. Mart. 10, *int.* Poma Ouid. Faſt. 4, 608. Praelia Iuuen Sat. 4, 161. Puls *quomodo fiat* Cato R. R. 85. *vid.* PVLS. Regna Virg. Aen. 1, 342. Roſae Col. 9, 4, 4. Sagum Hor. Epod. 9, 27. Lucan. 2, 45 O miſerae ſortis, quod non in Punica nati Tempora, Cannarum fuimus, Trebiaeque iuuentus. Punica fides, *Poenorum perfidia in prouerbium abiit: quod ea gens peculiariter periurii, vanitatisque notata ſit: quemadmodum abunde teſtatur* Liu. 22, 6: *Et* 21, 4 Has tantas viri virtutes ingentia vitia aequabant: inhumana crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil veri, nihil ſancti, nullus deûm metus, nullum iusiurandum, nulla religio. Salluſt. Iugurth. 108 Comperio Bochum magis Punica fide, quam ob ea, quae praedicabat, ſimul Romanos et Numidam ſpe pacis detinuiſſe. Plaut. Poen. prol. 113 Et is omnes linguas ſcit, ſed diſſimulat ſciens ſe ſcire. Poenus plane eſt, quid verbis opu'ſt?

PVNICEVS, a, um. *quod inuenias etiam* POENICEVS. *Aliud* Adi. *Idem* [Φοινίκεος] Ouid. in Ibin 281 A duce Puniceo pertulit ipſe feras. Puniceus ſ. Punicus *etiam nomen eſt coloris rubentis, qui Graece phoeniceos dicitur:* Virg. Aen. 12, 77 Puniceis inuecta rotis. *Nam* exuberantiſſimum colorem, *teſte* Gellio 3, 9 ſignificat. Plaut. Rud. 4, 3, 61 Fiet tibi puniceum corium, poſtea atrum denuo. Tincta gerens rubro punica roſtra croco Ouid. Am. 2, 6, 22. *de pſittaco.* Aqua punicea Getico ſanguine Idem ex Pont. 4, 7, 20. Colore puniceo matura arbuta Lucret. 5, 939. Coma punicea depexa, ſed lactea crure eſt Columel. 10, 189. Crocus Ouid. Faſt. 5, 318. Cruor Idem Met. 2, 607. Pennae Virg. Aen. 12, 750. Ouid. Met. 5, 536. Poeniceum curua decerpſerat arbore pomum. *Sic Burm.* Color flore roſae puniceae prior Hor. Carm. 4, 10, 4. Roſeta Virg. Ecl. 5, 17. Sanguis Stat. Achill. 1, 308. Puniceum Scribon. 34 *de Myſi vſto.*

PVNICĀNVS, a, um. *Similiter* Adi. [Φοινίκιος] Punicani lecti, *ex Phoenicia, vel qualibus Carthaginienſes vti ſolebant:* Cic. pro Muraen. 75 c. 36 Atque ille homo eruditiſſimus ac Stoicus ſtrauit pelliculis haedinis lectulos Punicanos, et expoſuit vaſa Samia. *Viles igitur. Ad vilitatem pertinere etiam videtur illud* Plauti Moſt. 3, 2, 143 Non enim haec pultifagus opifex opera fecit barbarus. Punicanae feneſtrae Varr. R. R. 7, 7, 3. Punicana coagmenta Cato R. R. 18, 9.

PVNICO, āre. *Puniceum colorem habere.* Apul. Met. 3 *pr.* Commodum punicantibus phaleris aurora roſeum quatiens lacertum, caelum inequitabant.

PVNICE. Adu. Plaut. Poen. 5, 2, 22 Adibo hoſce atque appellabo Punice, ſi reſpondebunt Punice pergam loqui. Loquitur nunquam niſi Punice Apul. Apol. Punice interpretari Auguſt. Epiſt. 173.

PVNIO, īui, ītum, īre. [κολάζω, τιμωρέω, μετέρχομαι] *Caſtigare, ſupplicio afficere, vlciſci.* Cic. Off. 1, 89 c. 25 Prohibenda autem eſt maxime ira in puniendo. *Sed etiam ſignificat poenis vindicare, et explere: ita* Dolorem aut odium punire, *eſt Odio ac dolori ſatisfacere: Hinc illud* Cic. Att. 14, 12 O mi Attice, vereor ne nobis Idus Martiae nihil dederint praeter laetitiam, et odii poenam ac doloris. *quaſi diceret, Noſtrum dolorem et indignationem, noſtrumque in Caeſarem odium puniuimus nos quidem illius interitu, ſed Rempublicam tamen in libertatem minime vindicauimus.* Cic. de Orat. 1, 220 c. 51 Quid eſſet iracundia, ſeruorne mentis, an cupiditas puniendi doloris? ὄρεξις ἀντιλυπήσεως. *Sic* pro Milon. 36 c. 13 Punitor doloris ſui. Punire maleficium, peccatum Cic. pro Caecin. 6 c. 2 *Et* de Inuent. 2, 66 c. 22. Capite Plin. Epiſt. 8, 14, 23. Capite et tergo Liu. 3, 55 *extr.* Sontes Cic. Off. 1 c. 24. Morte Plin. Ep. 8, 14, 3. 12. 13. Cic. pro Domo 76 c. 29 Tu ſupplicio puniendum putaſti. Poenire *dixit* Lucret. *more antiquo, pro Punire: vt* 6, 1238 Poenibat paullo poſt turpi morte, malaque Deſertos, *etc.* *Sic, Moerus, pro Murus; Moenire pro Munire, vt ſupra etiam annotauimus.* *Conf.* Gell. 20, 1 *et* 11, 18. ¶ 2 *Ponitur etiam* Punior, *Depon.* Cic. pro Milon. 34 c. 13 Tu me iratum Sexte putas tibi, cuius tu inimiciſſimum multo crudelius etiam punitus es, quam erat humanitatis meae poſtulare? Quinctil. 9, 3 Fiunt et in verbis, inquit, figurae; vt Fabricatus eſt gladium, et Inimicos punitus eſt: quod mirum minus eſt, quod in natura verborum eſt, et quae facimus, patiendi modo ſaepe dicere, vt Arbitror, Suſpicor: et contra faciendi quae patimur: vt Vapulo. Ideoque frequens permutatio eſt. *Conf.* Nonius 7, 27 *et Barth. Aduerſ.* 23, 9. Muncker. ad Hygin. f. 18 *et* 273. ¶ 3 Punior, *paſſiuum* Ouid. Met. 9, 778 Quod videt haec lucem, quod non ego punior ipſa, *etc.*

PVNIENS, tis. Part. Cic. Tuſc. 3, 65 c. 27 Quid ille Terentianus ipſe ſe puniens, id eſt, ἑαυτὸν τιμωρούμενος. *Ex varietate lectionis conicitur, dediſſe Ciceronem* Poeniens.

PVNĪTVS, a, um. Partic. Cic. de Inuent. 2 c. 28 Leuius reus punitus quam promeritus eſt. *Vid. Salmaſ. ad* Lamprid. Com. c. 11.

PVNIENDVS, a, um. Partic. [κολαστέος] Facinus puniendum Cic. pro Milon. 18 c. 7. Senatus meam domum a magiſtratibus defendendam, a iudicibus puniendam putauit Idem de Aruſp. Reſp. 16 c. 8.

Iracundia eſt cupiditas puniendi doloris Idem de Orat. 1, 220 c. 51. *i. vlciſcendi.*

PVNITIO, ōnis. f. [κόλασμα] Val. Max. 8 *pr.* Punitione liberari. Tertull. ad Nation. 1, 16.

PVNĪTOR, ōris. m. [κολαστής] Cic. pro Milon. 36 c. 13 At valuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, fuit vltor iniuriae, punitor doloris ſui. Craſſianae ſtragis punitor exſtitit Val. Max. 3, 4, 5. Stuproſae mentis punitor Idem 6, 1, 8.

P V P

PV̄PA, ae. f. *et* PVPVS, i. m. [κοράσιον] *Puella et Puellus.* Auſon. Eidyll. 7 Barbara, ſed quae Latias vincis alumna pupas. *Verſus choriambicus, penultima longa.* Martial. 4, 20. Pupam ſe dicit Gellia, quum ſit anus. ¶ 2 Pupa, *a ſimilitudine, Paruula puellaris imago dicitur.* Varr. in Orig. *apud* Non. 2, 675 Itaque breui tempore magna pars in deſiderium puparum et ſigillorum veniebat. *Moris autem fuit veterum puellarum, paruula quaedam puellaria ſimulacra ex linteo inſuere, deinde tomento infarcire, tum veſtibus amicire. Haec virgines Veneri tanquam virginitatis ſuae inſignia condonabant, vt fauſtum futurum matrimonium cederet.* Pupae, πλαγγόνες, αἱ τῶν παιδίων νύμφαι Gloſſ. Vet. Perſ. 2, 70 Dicite Pontifices in ſacris quid facit aurum? Nempe hoc quod Veneri donatae a virgine pupae. Lactant. 2, 4 Imagines et ſtatuas Deorum nil aliud eſſe quam grandes pupas. *Declinatur et* PVPVS, *vt diximus.* Nonius 2, 675 Ac mammam lactis ſugentem paſcere pupum. *Inter blandae appellationis nomina fuiſſe, oſtendit locus* Suet. Calig. c. 13 Pullum et pupum appellare. Vet. Gloſſ. Pupus, βρέφος νάνιον. *Item,* παιδάριον, *hic* Puellus, hic Pupus. *it.* POPVS, νίννιον Gloſſ. *de equis.*

PVPVLVS *et* PVPVLA. Dimin. Catull. 56, 5 Deprendi modo pupulum puellae Criſſantem (Truſantem *al.*) Hunc ego *etc.* Sen. Epiſt. 12 *pr.* Pupulus etiam deliciolum meum factus eſt. *De ficto ad luſum puerilem homuncione* Arnob. 7 p. 215 *extr.* Ergo ne iniurias ſuas Dî vendunt, atque vt paruuli puſiones, vt animoſis pareant abſtineantque ploratibus, paſſerculos, pupulos, equuleos, panes, accipiunt, quibus auocare ſe poſſint. *Per acerbas blanditias apud* Apul. Met. 6 p. 179, 37 *Venus ad Pſychen,* Sed adhuc iſtud, mea pupula, miniſtrare debebis. ¶ 2 Pupula *et* PVPILLA *Graecorum imitatione, qui* κόρην *vocant fuiſſe primum videtur illa imago minuta, ex cornea tunica oculi polita tanquam e ſpeculo, quoties illam inſpicimus, reſultans. Deinde pro ipſo illo orbiculo nigricante ponitur, in quo apparet illa pupula, i. pro foramine tunicae vueae, quam rhagoiden Graeci vocant, per quod radii lucis et ſpecies rerum, quas videmus, incidunt.* Plin. 11, 37 Media eorum (*oculorum*) cornea feneſtrauit pupilla Idem 11, 37. Idem 28, 6 Augurium ex homine ipſo eſt non timendi mortem in aegritudine, quamdiu oculorum pupillae imaginem reddant. Idem 7, 2 Notabilius eſſe, quod pupillas binas in oculis ſingulis habeant. Cic. de Nat. Deor. 2, 143 c. 57 Acies ipſa qua cernimus, quae pupilla, *etc.* *Vetus exemplar habet* Pupula. Defrictis diu pupillis Apul. Met. 3 p. 138. *Conf.* Arnob. 2 p. 46. Lucret. 3, 409 Vt lacerato oculo circum ſi pupula manſit Incolumis, ſtat cernendi viuata poteſtas. Oculis quoque pupula duplex fulminat Ouid. Am. 1, 8, 15. *in deſcriptione veneficae.* Cic. de Nat. Deor. 2, 142 c. 57 Palpebrae quae ſunt tegmenta oculorum, molliſſimae tactu, ne laederent aciem, aptiſſime factae, et ad claudendas pupulas (*al.* pupillas) ne quid incideret, et ad aperiendas. Hor. Epod. 5, 40

Interminato cum ſemel fixae cibo
Intabuiſſent pupulae. Manil. 4. . .
Paruula ſic totum peruiſit pupula caelum. Lucret. 2, 810
Et quoniam plagae quoddam genus excipit in ſe
Pupula, quum ſentire colorem dicitur album.

PVPILLVS, *et* PVPILLA. Dimin. *Noua ſunt a* Pupulo *et* Pupula. Hor. Serm. 2, 3, 216 Pupam, aut pupillam appellet, fortique marito Deſtinet vxorem. *Sic reſtituit hunc locum Lambinus, quum antea legeretur,* Rufam aut puſillam, *contra legem carminis. Prima enim ſyllaba nominis* Puſillam *breuis eſt.* ¶ 2 Pupillus *et* Pupilla [ὀρφανὸς] pro Impube, qui deſiit eſſe in patris poteſtate, vel morte, vel emancipatione, *vt ait* Pomponius, de verb. ſignific. l. Pupillus. Si de pupillo loquitur, hoc et in pupilla obſeruandum eſt l. 20 Dig. de adoption. Plin. Epiſt. 8, 23, 8 Modo deſignatus aedilis, recens maritus, recens pater, intactum honorem, orbam matrem, viduam vxorem, filiam pupillam ignarum aui, ignaramque patris reliquit. Pupillos et pupillas certiſſimam praedam eſſe praetoribus Cic. Verr. 1 c. 50. *Add. ib.* c. 41. Cic. in Topic. 46 Non quemadmodum quod mulieri debeas, recte ipſi mulieri ſine tutore ſoluas, ita quod aut pupillae aut pupillo debeas, recte poſſis eodem modo ſoluere. Hor. Epiſt. 1, 1, 122. Columel. 8, 16 Maxime laudabatur ſeueritas Catonis, qui nihilominus et ipſe tutor Luculli grandi aere piſcinas pupilli ſui venditabat. Pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit Cic. pro Roſc. Com. 16 c. 6. Idem Verr. 1, 153 Iſte infanti pupillae fortunas patrias ademit. De Pompeii capite pupillus et ſpado tulere ſententiam Sen. Epiſt. 4. Formoſa pupilla Apul. Apol. p. 320. Non fraudem ſocio pueroue incogitat vllam Pupillo Hor. Epiſt. 2, 1, 122. *De* Pupilla *oculi vid.* PVPVLVS *et* PVPVLA n. 2.

PVPILLĀRIS, e. Adi. [ὀρφανικὸς] *Quod ad pupillum pertinet.* Liu. 24, 18 Pecuniae quoque pupillares primo, deinde viduarum coeptae conferri. Plin. 7, 18. Suet. Aug. c. 66.

PVPILLARIVS, a, um. *Idem, apud* Scholiaſt. Perſ. 2, 19.

PVPILLARĬTER. Adu. Iuſtin. Cod. 6 t. 30 l. 20 Pupillariter aliquem ſubſtituere. *Conf. Caluin. Lex. Iur.* p. 769.

PVPILLO, āre. *Vox Pauonis.* Auct. Philomelae 26 Pupillat pauo, triſſat hirundo vaga.

PVPINIA, Feſtus 14 Pupinia tribus, ab agro Pupinio prope Tibur. *Vid.* TRIBVS. Liu. 26, 9 Infra Tuſculum dextrorſus Gabios deſcendit. Inde in Pupiniam exercitu demiſſo, octo millia paſſuum a Roma poſuit caſtra. *De Annibale ad vrbem ducente exercitum loquitur.* Columel. 1, 4 In vniuerſum tamen quaſi teſtificandum, atque ſaepius praedicandum habeo, quod primo iam Punico bello dux inclytiſſimus M. Attilius Regulus dixiſſe memoratur, fundum, ſicuti ne fecundiſſimi quidem ſoli, quum ſit inſalubris, ita nec effeti, ſi vel ſaluberrimus ſit, parandum. quod Attilius aetatis ſuae agricolis, maiore cum auctoritate ſuadebat peritus vſu. Nam Pupiniae, peſtilentis ſimul et exilis agri cultorem fuiſſe eum loquuntur hiſtoriae Val. Max. 4, 4 Attilius Regulus, primi belli Punici gloria, cladesque maxima, quum in Africa inſolentiſſimae Carthaginis opes crebris victo-

riis

riis contunderet, ac prorogatum ſibi ob bene geſtas res in proximum annum imperium cognouiſſet: Conſulibus ſcripſit, villicum in agello quem ſeptem iugerum in Pupinia habebat, mortuum eſſe: occaſionemque nactum mercenarium, amoto inde ruſtico inſtrumento diſceſſiſſe: ideoque petere, vt ſibi ſucceſſor mitteretur, ne deſerto agro non eſſet, vnde vxor ac liberi ſui alerentur. Varro de R. R. 1, 9 Itaque in iis, vt in Pupinia, neque arbores prolixas, neque vites feraces, neque ſtramenta videre craſſa poſſis. Cicero *quoque* in Rull. 2, 96 *docet* Pupiniam *eſſe agrum ad Vrbem, eundemque macrum et ſterilem.* Agros vero, *inquit*, Vaticanum et Pupiniam, cum ſuis optimis atque vberibus campis conferendos ſcilicet putabunt. *de Campanis loquitur.*

PVPPIS, is. f. [πρύμνα, ἀντίπρωρον] *Poſterior pars nauis.* Liu. 22, 20 Naues omnes, quae non aut perfregerant proras litore illiſas, aut carinas fixerant vadis, religatas puppibus in altum extraxere. Sedere in puppi Cic. de Seneſt. 17. Puppis, *pro Tota naui, apud Poëtas:* Ouid. ex Ponto 4, 3, 5 Dum mea puppis erat valida fundata carina. Idem Epiſt. 2, 16. Virg. Aen. 10, 80 Interea Aeneas ſocios de puppibus altis Pontibus exponit. Id proſa oratio non recipit, *teſte* Quinctil. 8, 6, 20. Adunca puppis Ouid. Met. 3, 651. Aerata Idem ibid. 8, 103. Aerea Virg. Aen. 5, 198. Alta Idem ibid. 5, 175. Caerulea Idem ibid. 6, 410. Celeris Ouid. Epiſt. 19, 176. Celſa Virg. Aen. 1, 187. *et* 3, 527. Cita Hor. Epod. 9, 20. Concaua Ouid. de Arte Am. 1, 402. Curua Virg. Aen. 6, 4. Stat. Silu. 2, 2, 142 — nec vnquam Emeritam in noſtras puppem demitte procellas. Fractae Valer. Argon. 6, 412. Inceſta Stat. Achill. 2, 364. Inflexa, *vid.* INFLECTO. Laboratae arte Ouid. Epiſt. 19, 183. Laërtia Stat. Achill. 2, 1. Naufraga Ouid. Epiſt. 2, 16. Patulae Virg. Georg. 3, 362. Pictae Hor. Carm. 1, 14, 24. Pronae Claud. Conſ. Hon. 6, 497. Recurua Ouid. Met. 8, 141. Trunca Iuuen. Sat. 12, 79. Turritae Virg. Aen. 8, 693. Aduertere puppim iuſſus inexpertam Colchos Ouid. Epiſt. 12, 23. Applicare puppim litori Senec. Herc. fur. 9. Auferor vt rapida concita puppis aqua Ouid. Amor. 2, 4, 8. Conſertis puppibus coit agmen Lucan. 5, 708. Dirigit huc puppim fluctus Idem 5, 587. Euertit puppim fluctus Idem 5, 647. Exire puppibus feſſis in litora Ouid. Met. 6, 519. Facere iter ignaua puppe Idem Epiſt. 21, 78. Feruntur puppe per immenſas aquas Idem ex Ponto 3, 2, 94. Ibat per Aegeos fluctus Laërtia puppis Stat. Achill. 2, 1. Hor. Epod. 9, 20 Hoſtiliumque nauium portu latent Puppis ſiniſtrorſum citae. Obrue puppes ſummerſas Virg. Aen. 1, 73. Refeci laceras puppes Ouid. Epiſt. 2, 46. Idem Triſt. 5, 2, 63 Et Scythicum profuga ſcindere puppe fretum. Non puppis vmbras furua transuexit meas Senec. Herc. Oet. ſ. 16. *Intelligit nigram cymbam Charontis.* ¶ 2 *Metaph.* Plaut. in Epid. 1, 1, 69 Haeccine vbi ſcibit ſenex, iſtaec puppis pereunda eſt probe? *de tergo ſuo loquitur.* *Pro Loco honoratiſſimo in Repub.* Cic. Fam. 9, 15 Sedebamus enim in puppi, et clauum tenebamus: nunc autem vix eſt in ſentina locus. *i. Rempub. ciuitatis principes tenebamus.* Montis *quoque* puppis *eſt.* Cic. Diuin. 1, 50 Ex monte Taygeto extrema montis quaſi puppis auulſa eſt. Plin. 2, 79 ſ. 81 *de ead. re,* Taygeti montis magna pars ad formam puppis eminens abrupta.

PVPPIVS, i. m. [Πόππιος] Poëta Tragoediographus (*inquit* Acron *apud* Horatium) ita affectus ſpectantium mouit, vt eos flere compelleret. Inde huius poëmata, Lacrimoſa vocauit Hor. Epiſt. 1, 1, 66 Vt propius ſpectes lacrimoſa poëmata Puppî.

PVPVLA, *vid.* PVPILLA. *ſub* PVPA.

P V R

PVRGO, āre. [καθαίρω, καθαρίζω, ἁγνίζω] *Mundare, a* purus, *quaſi* puricare *vel* purigare. Columel. de Arb. c. 8 Itaque cauatum foramen quum purgauimus, vndique ad raſos circulos inſerimus. Cato c. 65 Si inquinata erit, lauito, a foliis et ſtercore purgato. Clyſtere vomituque purgari Suet. Ner. c. 20. Vomitione canis purgare aluos ibes Aegyptiae curant Cic. de Nat. Deor. 2, 126 c. 50. *Locus a corruptione in magnam varietatem coniectus, parum huc facit.* Agros et agreſtes purgare Tibul. 2, 1, 17 *de luſtratione.* Arua nec dubitem longis purgare ligonibus Ouid. ex Ponto 1, 8, 59. Hor. A. P. 302 Qui purgor bilem verni ſub temporis horam: *Defendunt hanc lectionem a Lambini emendatione* purgo *Bentl. et Cuningamus.* Belle purgat Scribon. 136. Difficulter purgantur Id. 106 *ſc. mulieres.* Corpus purgare aqua proiecta Ouid. in Ibin 452. Locum immiſſi cum falcibus multi purgarunt et aperuerunt Cic. Tuſc. 5, 65. Mulierem purgat Scribon. 89. Omnia purgat edax ignis Ouid. Faſt. 4, 785. Piſces purgare Ter. Adel. 3, 3, 22. Vngues cultello Hor. Epiſt. 1, 7, 51. *Cum Genitiuo:* Hor. Serm. 2, 2, 27 Noui, Et morbi miror purgatum te illius. *Sic,* Liu. 37, 28 *pr.* Quibus purgantibus ciuitatem omnis facti, dictique hoſtilis aduerſus Roman. *etc.* Vti me purgarem tibi Plaut. Amph. 3, 2, 28. Ter. Eun. 3, 1, 44 Sed heus tu, purgon' ego me de iſtac, Thaidi, quod eam me amare ſuſpicatur? Cic. Att. 13, 24 De altero ei me purgaui. Idem Fam. 12, 25, 8 Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excuſationem. Si quis tibi ſe purgare volet, quod ſuſpectum eſſe arbitretur Qu. Cic. de Petit. Conſ. 28. Ab aliquo cui te purges, veniam petere Cic. in Orat. 230. Idem pro Roſc. Amer. 120 Seruos ipſos, quod ad me attinet, neque arguo, neque purgo. Crimen purgare, *Eluere vel diluere:* Idem pro Cluent. 3 c. 1 Vt non exiſtimetis plus vos ad ſalutem reo largiri oportere, quam quantum defenſor purgandis criminibus conſequi, et dicendo probare potuerit Liu. 39, 39. Neque negligentius ea, quae obiiciuntur, purgare Idem 3, 23, 4. Faſtidium purgare, *Curare, et ei remedium adhibere* Plin. 8, 27. Fidem purgare leto Claud. de B. Get. 592. Nefas purgare ferro Sil. 11, 199. *i. expiare.* Pectora purgauit dictis Lucret. 6, 23. Probra purgare, *i. Diluere* Tacit. Ann. 4, 42, 3.

PVRGANS, antis. Partic. [καθαίρων] Ouid. ex Ponto 4, 3, 53 I, bibe dixiſſem purgantes pectora ſuccos. Purgante nefas crimine Idem Met. 13, 952.

PVRGĀTVS, a, um. *Aliud* Partic. [καθαρισθείς] Adeps purgatus Scribon. 201. 221. Cnicus purgatus 135. Granis interioribus purgatis 74. *i. curatis.* Putaminibus exterioribus purgatis 76. Semen purgatum 147. 148. 189. Vua paſſa purgata 176. Aether purgatus nitet diſcuſſis nubibus Sil. 12, 635. Purgatus morbi Hor. Serm. 2, 2, 27. Eſt mihi purgatam crebro qui perſonet aurem Idem Epiſt. 1, 1, 7. Si parum vobis eſſem ſine defenſione, purgatus Cic. Philipp. 14, 17 c. 6. *Compar.* Salluſt. *apud* Nonium 4, 205. *et* Donat. in Hec. 4, 1, 13 Ita fiducia, quam argumentis, purgatiores dimittuntur. *Superl.* Perſ. 2, 57 Somnia purgatiſſima, *ſcil. Quae vera ſunt.* *Conf.* Auguſtin. Confeſſ. 6, 2. Idem de Vera Relig. c. 1 *et* de Doctr. Chriſt. 2, 16.

PVRGATE. Adu. *apud* Nonium 1, 296 Enucleate dicitur, purgate, exquiſite.

PVRGATIO, ōnis. f. [καθαρμὸς, καθαρισμὸς, κάθαρσις] Plin. 15, 30 Suffimentum caedis hoſtium et purgatio. *De euacuationibus alui, quae medicamentis fiunt:* Scribon. 99. *Sic* Cic. Fam. 16, 12 Ego vero cupio te ad me venire, ſed viam timeo, grauiſſime aegrotaſti: inedia, et purgationibus, et vi ipſius morbi conſumtus es. Aeſculapius primus alui purgationem inuenit Cic. de Nat. Deor. 3, 57 c. 22. Mulierum purgationes Sen. Q. N. 3, 16. *Et* Purgationes feminarum, *pro Menſtruis* Plin. 20, 4. *Excuſatio:* Ter. Heaut. 4, 1, 12 Neſcio quid peccati portet haec purgatio. Purgatio eſt quum factum conceditur, culpa remouetur Cic. de Inuent. 1, 15. *Add.* A. ad Herenn. 2 c. 16.

PVRGATOR, ōris. m. Firmic. 8, 20 Secunda pars Tauri ſi in horoſcopo fuerit inuenta, ſtercorum faciet baiulos, latrinarum cloacarumque purgatores. Apul. Apol. p. 288 Hercules luſtrator orbis purgator ferarum. Auri argentique purgator Paullin. Nol. Ep. 18 (28) ad Victric. *ſub f.*

PVRGATRIX, īcis. f. Tertull. de Baptiſmo c. 5 Purgatrice aqua ſe expiare.

PVRGATORIVS, a, um. Adi. Purgatorio medicamento aluum vacuare Symmach. Epiſt. 6, 64. *Conf.* Ser. Sammon. 29, 9. Purgatoriae virtutes Macrob. Somn. Scip. 1, 8.

PVRGATIVVS, a, um. Adi. Purgatiua medicamenta Cael. Aurel. Tard. 1, 1.

PVRGĬTO, āre. Frequentat. Plaut. Aul. 4, 10, 23 Non mihi homines placent, qui quando malefecerunt purgitant. *i. Excuſant.*

PVRGĀMEN, ĭnis. n. *Pro purgatione.* Prudent. Hymn. Ieiun. 79 Micet metalli ſiue lux argentei Sudum polito praenitens purgamine. ¶ 2 *Ea quae Graecis λύματα vel καθάρσια dicebantur, id eſt piamenta, poſt ſacrificium luſtrationis peractum, in mare vel fluvium abiici ſolita; vt folia, ſulphur, etc.* Ouid. Faſt. 2, 35

Omne nefas omnemque mali purgamina cauſam
Credebant noſtri tollere poſſe ſenes.

Idem ibid. 6, 713

Haec eſt illa dies, qua tu purgamina Veſtae
Tibi per Etruſcas in mare mittis aquas.

Adde Met. 11, 49. *et* Prudent. Periſt. 6, 30.

PVRGAMENTVM, i. n. [ἔκκριμμα] *Sordes, quae purgando auferuntur.* Columel. 1, 6 Sterquilinia quoque duo ſint: vnum, quod noua purgamenta recipiat, et in annum conſeruet. Liu. 1, 56 Cloacamque maximam receptaculum omnium purgamentorum vrbis, ſub terram agendam. Hortorum purgamenta Tacit. Ann. 11, 32, 5. *conf.* Petron. c. 34 *et* 134. *Latius etiam patet ſignificatio.* Senec. Epiſt. 73 *extr.* Non aliter quam fimus ſterilis ac paluſtris bona ſemina necat, ac deinde purgamenta pro frugibus cient. *i. Herbas inutiles et quae ſint proiiciendae, vel res nihili.* Idem de Conſtant. Sap. c. 2 Aliquem purgamentis oris adſpergere. *Sic* Purgamenta Seruorum Curt. 6, 11, 2. Idem 8, 5, 8 Agis quidam Argiuus peſſimorum carminum poſt Chaerilum conditor, et ex Sicilia Cleo, hic quidem non ingenii ſolum, ſed etiam nationis vitio adulator, et caetera vrbium ſuarum purgamenta. Idem 10, 2, 7 Igitur exules finibus eiiciunt, omnia potius toleraturi, quam purgamenta quondam vrbis ſuae, tunc etiam exilii, admitterent. *Conf.* Petron. c. 74. *Burm.* p. 367. ¶ 2 *καθάρμα, piamentum ap.* Petron. c. 134. *vid. Interpp.*

PVRGABĬLIS, e. Adi. [εὐκάθαρτος] *Quod facile purgatur.* Plin. 15, 23 Rotundior quae balanitis vocatur, purgabilis maxime et ſponte proſiliens.

PVRIFICO, PVRITAS, *vid.* PVRVS.

PVRPŬRA, ae. f. [πορφύρα] Piſcis ex concharum genere annos ſeptenos viuens. Congregatur verno tempore, mutuoque attritu lentorem quendam veluti cerae emittit. Sed nobilem illum ſuccum ad tingendas veſtes in mediis faucibus habet: reliquo corpore fere ſterilis. Cum vita ſuccum emittit, et ideo viuas capere oportet. Hinc Purpureus color dicitur, qui nigricantis roſae ſplendore ſublucet, caeterorum omnium gratiſſimus, et tingendis veſtibus maxime expetitus. *Haec fere ex* Plin. 9, 36 *vbi plura leges.* *Add. ib.* c. 39. Ex conchylio marino purpura inficitur Vitr. 7, 13. *Ibid.* Purpura, pro ſolis propinquitate colorem habet. Et puniceum quidem procreat Africa, id eſt quaſi violaceum colorem: Tyros autem, rubeum. Murices purpurae Scribon. 104. Purpura *Inſigne Romanorum magiſtratuum.* *Hinc* Martialis 10, 10 Diuiſit noſtras purpura veſtra togas. *Vnde,* Septima purpura, *pro Septimo conſulatu apud* Florum 3, 21, 17. *et* Claud. Conſ. Honor. 3, 4 Diues Hydaſpeis augeſcat purpura gemmis. Purpura regii decoris eſt inſigne Hieron. in Eſai. c. 61. Ardens Iuuen. Sat. 11, 155. Coae Hor. Carm. 4, 13, 13. Gaetulo murice tinctas veſtes *laudat* Idem Epiſt. 2, 2, 181. Ignea Valer. Argon. 1, 428. Laconicae Hor. Carm. 2, 18, 8. Meliboea Lucret. 2, 499. Oebalis Stat. Silu. 1, 2, 150. Picta Virg. Aen. 7, 251. Stlataria Iuu. 7, 134. Tyria purpura Cic. pro Flacc. 70. Plin. 9, 39 Nepos Cornelius, qui diui Auguſti principatu obiit, Me (inquit) iuuene, Violacea purpura vigebat, cuius libra denariis centum venibat. *Vid.* Cerda *ad* Virg. Georg. 4, 275 *qui oſtendit, antiquis* purpureum *colorem fuiſſe violaceum, vsque ad Auguſti aetatem, quo tempore rubor ille cocci additus ſit. tum ex hoc ipſo Plinii loco, tum aliunde.* *De ſua aetate* Plin. 9, 38 Buccinum Pelagio alligatur, nimiaeque illius nigritiae dat auſteritatem illam nitoremque, qui quaeritur, cocci. — Laus ei ſumma in colore ſanguinis concreti, nigricans aſpectu, idemque ſuſpectu refulgens. Vnde et Homero purpureus dicitur ſanguis. *De illius roſeo rubore in* ſuſpectu *vid. h. v.* *Colorem etiam illum purpurae violaceum colligere licet ex* Amethyſtino *ap.* Plin. 9, 38 *et* 41. *it.* 37, 9 ſ. 40. *Add.* Sueton. Neron. c. 32. Vsque ad talos demiſſa Cic. pro Cluent. 111 c. 40. Illius et roſeo flammatur purpura vultu, Et gemmis lux maior ineſt Stat. Achill. 1, 297. Cic. in Catil. 2, 5 c. 3 Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura. Numeros cum numeris tanquam purpuram miſceri Idem in Orat. 196. Purpura, *pro Magiſtratibus:* Martial. 8, 8 Purpura te felix, te colit omnis honos. Plin. 10, 21 Romana purpura, *i. Romani magiſtratus.* Regum purpura Virg. Georg. 2, 495. Iamque noui praeeunt faſces, noua purpura fulget Ouid. Faſt. 1, 81. Per hoc inane purpurae decus precor Hor. Epod. 5, 7. *Add.* Claud. Conſ. Hon. 4, 47. *Hinc locutiones,* Attingere purpuram, Sumere purpuram; *vt late docet Salmaſ.*

maſ. in Treb. Poll. p. 193 *et* 197. *De Purpura ſacrae dignitatis inſigni eſt diſſertatio erudita Adriani Stegeri Lipſ.* 1741. 4. *Poëtae Flores purpureos eleganter* Purpuras *dicunt:* Stat. Silu. 3, 3, 130 Aut vbi verna nouis exſpirat purpura pratis. In pudorem florulentae prodierunt purpurae Peruigil. Ven. v. 19. *de roſis.* *Pro Veſte purpurea:* Iuuen. Sat. 7, 135 Purpura vendit cauſidicum. Purpuram potabilem *de Vino dixit* Caſſiodor. Varr. Epiſt. 12, 4.

PVRPVREVS, a, um. Adi. [πορφύρεος, πορφυρόεις, ἀλεργὴς] *Quod purpurae colorem refert.* Plin. 10, 32 Tantum purpureis et candidis, admiſtis pennis. Purpureus, *ſplendidus*, ἀγλαὸς, *candidus, Pulcher* Virgil. Georg. 1, 405. *Hinc* Horat. Carm. 4, 1, 10 Olores *vocat* Purpureos. *Quem locum exponens* Porphyrio *ſic ait:* Quomodo purpurei dicuntur, quum albi ſint potius? Sed purpureum pro pulchro Poëtae dicere aſſueuerunt. Virgil. Georg. 1, 405 Et pro purpureo poenas dat Scylla capillo. Albinou. 2, 62 Brachia purpurea candidiora niue. *vid. Voſſ. Inſtit. Orat.* 4 *p.* 245. Aër purpureus Ouid. Met. 6, 48. Amictus Virgil. Aen. 3, 405. Anima Id. ibid. 9, 349 *cum ſanguine exiens. vid. Lacerda.* Aurora Ouid. Met. 3, 184. Ceruices Perſ. 3, 40 *ad ruborem ex aeſtuatione et metu.* Color purpureus, *eſt Niger rubore quodam admiſto. Quandoque dicitur Caeruleus, quando de mari vel flumine dicitur.* Virgil. Georg. 4, 373 In mare purpureum violentior influit amnis. *vid.* PVRPVRA Violacea. Color purpureus quondam oſſa reliquit Virg. Aen 11, 819. Colore purpureo caſia Plin. 12, 19. Coma Tibull. 1, 4, 63. Cultus Stat. Theb. 6, 81. Diem purpureum rapido qui vehit axe Ouid. Faſt. 3, 518. Flos purpureus centaurii Scribon. 227. Flores Virgil. Georg. 4, 54. Flore purpureo aſarum Plin. 12, 13. Genae Ouid. Amor. 1, 4, 22. Stat. Achill. 1, 162 — Niueo natat ignis in ore Purpureus, fuluoque nitet coma gratior auro. Labella Ouid. Amor. 3, 14, 23. Id. Faſt. 6, 252 Laetaque purpurea luce refulſit humus. Lumen iuuentae Virgil. Aen. 1, 591. *i. ſplendidum.* Ouid. de Arte Am. 2, 316 Plenaque purpureo ſubrubet vua mero. Narciſſus Virgil. Eclog. 5, 38. *i. pulcher.* Oloribus purpureis ales *i. volans, vecta,* Venus Horat. Od. 4, 1, 10 *candidis.* Ouid. Triſt. 1, 2, 27 Nam modo purpureo vires capit Eurus ab Ortu. Os Horat. Carm. 3, 3, 12. Pallium Cic. Verr. 7 (5) 31 c. 13. Panis Plaut. Men. 5, 5, 19. Pira purpurea *recenſet inter* generoſiſſima Columel. 5, 10. *Sic* Pruna purpurea Id. 12, 10. Pudor Ouid. Amor. 1, 3, 14. Rubor Sen. Hipp. 4. Sanguis purpureus Homero dicitur, quia ſumma laus purpurae in colore ſanguinis concreti Plin. 9, 38 ſ. 62. Torus Ouid. Epiſt. 5, 88. Ver Virgil. Eclog. 9, 40. Veſtes Id. Aen. 6, 221. Veſtes purpureae dictae ſunt Tyriae, a loco vbi purpura fit Plin. 11, 37. Veſtitus Cic. de Diuin. 2, 37 c. 16. Vuae Ouid. Met. 13, 814. Id. Amor. 1, 8, 12 Purpureus Lunae ſanguine Vultus erat. Purpureus, *pro Purpurato:* Horat. Carm. 1, 35, 12 Et purpurei metuunt Tyranni. Reges purpurei Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 300.

PVRPVRO, āre. [πορφυρίζω] *Purpurae colorem habere, ſiue reddere.* Columel. 10, 101 Tum quae pallet humi, quae frondens purpurat auro, ponatur viola, et nimium roſa plena pudoris. *al.* frontes. Purpurare, *Purpureum facere:* Furius Antias *ap.* Gell. 18, 11 Spiritus Eurorum virides quum purpurat vndas. *vid. Drakenb. ad* Sil. 17, 258. Apulei. Met. 6 p. 183 Horae roſis et caeteris floribus purpurabunt omnia.

PVRPVRANS, antis. Partic. Prudent. Paſſ. S. Laur. 275 Purpurantes ſtolas. Id. Vinc. Paſſ. 339 Purpurantem corporis cruorem.

PVRPVRASCO, ĕre. [πορφυρίζομαι] *Purpureum fieri.* Cic. in Acad. *ap.* Non. 2, 717 Quid mare, nonne caeruleum: aut eius vnda, quum eſt pulſa remis, purpuraſcit? *conf.* Vopiſc. in Flor. c. 4.

PVRPVRĀTVS, a, um. Adi. [πορφυριδωτὸς] *Quod eſt purpura ornatum. Vnde* Purpurati *dicuntur ii, qui apud principes dignitate antecellunt.* Cic. Tuſcul. 1, 102 c. 43 Iſtis quaeſo, inquit, iſta horribilia minitare purpuratis tuis. Liu. 30, 42 Sopatrum ex purpuratis et propinquis regis eſſe. *conf.* Id. 37, 23. Curt. 3, 6, 4 Parmenio fidiſſimus purpuratorum. Flor. 1, 10, 5 Vbi fruſtrato circa purpuratum eius ictu tenetur.

PVRPVRATORIVS, a, um. Adi. Sidon. Epiſt. 1, 7 Qui non affectaſſet habitum purpuratorium. *al.* Purpuratorum.

PVRPVRARIVS, a, um. *aliud* Adi. [ἀλεργικὸς] *Quod ad purpuram pertinet:* Officina purpuraria, *In qua purpura fit* Plin. 35, 6. Taberna Paullus in l. Praediis §. Pater D. de legat. 3. Fucus Solin. c. 26. Vet. Gloſſ. Purpurarius, πορφυροβάφος, πορφυροπώλης. Grut. Inſcript. p. 6.9 A SEMPRONIO GALLAECI L. LAETO PVRPVRARIO. L. 7 C. de Excuſatt. Muner. Negotiantes veſtiarios, linteones, purpurarios, et particarios *iungit.* Purpuraria Vulg. Interpres Act. 16, 14. Purpurariae, *Inſulae in mari Aethiopico* Plin. 6, 30.

PVRPVRISSVM, i. n. [ἀνδρίκελος] *Genus coloris facticii, quo vtuntur pictores, fitque e creta argentaria*, et cum purpuris pariter tingitur, bibitque eum colorem celerius quam lanae Plin. 35, 6. *conf.* Non. 3, 166. Plaut. Moſtell. 1, 3, 104 Tum tu igitur cedo purpuriſſum s. non do: ſcita es tu quidem, noua pictura interpolare vis opus lepidiſſimum. Purpuriſſum, *quo buccas inficiebant ſuas meretriculae,* Rubricam *dixit* Plautus *Latine. Nam quum ſcripſiſſet* Trucul. 2, 2, 35 Iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habes; *ſubiecit non multo poſt*, Buccas rubrica, cera omne corpus intinxit tibi.

PVRPVRISSVS, i. m. *Idem.* Quid facit in facie Chriſtianae purpuriſſus et ceruſſa Hieron. Epiſt. 10 ad Furiam.

PVRPVRISSO, āre. *Purpuriſſo inficere. Vnde Partic.*

PVRPVRISSATVS, a, um. Genae purpuriſſatae Apul. Apol. p. 323. Faſti purpuriſſati *pro Conſulares* Sidon. Epiſt. 8, 8. Plaut. Truc. 2, 2, 35 Quiaque iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habes.

PVRPVRITICVS, a, um. *Idem quod Porphyreticus.* Vet. Inſcript. *apud Gruter. p.* 128 VETVSTATE CORRVPTAM AMPLIAVIT COLVMNIS PVRPVRITICIS.

PVRRHICHARII, *qui dicantur in* l. Aut damnum, De poenis. *vid. in dictione* PYRRHICHA.

PVRVLENTVS, *etc. vid.* PVS.

PVRVS, a, um. Adi. [καθαρὸς, καθάριος] *Mundus, ſine ſorde, aut quacunque re, quam abeſſe melius eſt.* Liu. 1, 44 *extr.* Et extrinſecus puri aliquid ab humano pateret cultu, *de pomoeriis: nam melius eſt illam partem non eſſe cultam.* Nulla in hac vrbe domus ab hac religionis ſuſpicione tam vacua atque pura eſt Cic. de Aruſp. Reſp. 11. *Etiam hic vnusquisque optat ſuam domum a religione liberam.* Id. pro Caecin. 78 Quidquid inde haurias, purum, liquidumque te haurire ſentias. Ea multo puriora et dilucidiora cernentur Idem Tuſc. 1 c. 20. Purus et inſons Horat. Serm. 1, 6, 69. Purus et religioſus Cic. de Aruſp. Reſp. 53 c. 25. Eſtne quisquam, qui tibi purior, prudentior *etc.* videatur? Id. pro Roſc. Com. c. 6. Sceleris purus Horat. Carm. 1, 22, 1. Sceleris purum, *inquit hic Lambinus, accipio eum, qui caſtas et puras a ſanguine manus habet: quales Hippolyti dicit eſſe Phedrae nutrix apud Euripidem. Notanda eſt et conſtructio, Graecaniae prorſus reſpondens. dicunt enim* καθαρὸς ἀδικίας. *Sed optime intelligetur hoc nomen ex Subſtantiuis, quibus adiicitur:* Aër purus Lucret. 4, 328. Aër purus ac tenuis, *cui opponitur* Craſſus et concretus Cic. de Nat. Deor. 2, 42. Ex nobiliſſima puriſſimaque Aetheris parte gigni Id. ibid. 2 c. 15. Amnis Horat. Epiſt. 2, 2, 120. Amnis electro purior Virgil. Georg. 3, 522. Animus omni admiſtione corporis liberatus, purus et integer eſſe coepit Cic. de Senect. 80. Animus caſtus et purus Id. de Diuin. 1, 121. Aqua Horat. Carm. 3, 16, 29. Scribon. 8, 10. *i. ſimplex.* Argentum Cic. Verr. 4, 49. Argenti vaſcula puri Iuuen. Sat. 9, 141. *et* 10, 19. Aurum purum, *inquit* Feſtus, in ſacris dicitur, Quod in vſu ſpurco non fuerit. *alias* Purum aurum, *Quod expurgatum, excoctumque eſt.* Calceus Tertull. de Pall. c. 4. *i. pero, de corio crudo.* Campus purus ac patens Liu. 24, 14. *i. Non impeditus, et vacuus.* Charta pura Vlpian. l. 52 §. 4 de legat. 3. *in qua nihil ſcriptum eſt.* Horat. Serm. 2, 3, 213 Et purum eſt vitio tibi, quum tumidum eſt Cor? Dies Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 2. Domus hac nec purior vlla eſt Horat. Serm. 1, 9, 49. Duellum purum et pium Liu. 1, 32. Fides Ouid. Amor. 1. 3, 6. Genae Senec. Hippol. 5. Haſta pura, *i. Sine ferro: praemium fuit apud antiquos eorum, qui praelio viciſſent: auctor* Seruius. Virgil. Aen. 6, 760 Ille, vides, pura iuuenis qui nititur haſta. Hebrus purior Horat. Epiſt. 1, 16, 13. Herbae purae, Ex loco ſancto decerptae, *apud* Feſtum. *vid.* Liu. 1, 24. Hiſtoria pura et illuſtris Cic. de Clar. Orat. 162. Hoſtia Plin. 8, 51. Humus ſubacta atque pura Id. de Senect. 59. Id. de Inuent. 2, 60 Agit is, cui manus praeciſa eſt, iniuriarum: poſtulat is, quicum agitur, a Praetore exceptionem, extra quam in reum capitis praeiudicium fiat. Hic is, qui agit, Iudicium purum poſtulat: ille, quicum agitur, exceptionem addi ait oportere. Libertas Claud. in prim. Conſ. Stil. 2, 164. Locum purum, Vlpianus *eſſe definit*, Qui nec ſanctus, nec ſacer, nec religioſus eſt, De religioſis et ſumtibus funerum l. Locum. Luna Horat. Carm. 2, 5, 20. Lux Virgil. Aen. 2, 590. Manus puriſſimae Senec. Epiſt. 67. Mella puriſſima Virgil. Georg. 4, 163. Mens pura atque integra Cic. pro Milon. 62. Nox Virgil. Eclog. 9, 44. Oratio Terent. prol. Heaut. 46. *i. Qui facile aſſenſum auditorum ineat.* Ouid. Amor. 1, 8, 10 Quum voluit, puro fulget in Orbe dies. Pectus Horat. Epiſt. 1, 2, 68. Plateae purae, *i. Non impeditae, ſed patentes, et late explicatae, et vacuae.* Horat. Epiſt. 2, 2, 71 — verum Purae ſunt plateae, nihil vt meditantibus obſtet. *Hanc ſcripturam quidam corruperant, et plures ſuppoſuerant, quam reſtituit feliciter Lambinus.* Purus Putus, *vid.* PVTVS. Salis puri concha Horat. Serm. 1, 3, 14. Sermones puriſſimi Gell. 19, 8. Sol Horat. Carm. 3, 29, 45. Martial. 8, 14 Hibernis obiecta notis ſpecularia ſoles Admittunt puros, et ſine faece diem. Sinceritas Plin. 15, 6. Tus Id. 12, 14. Toga Id. 8, 48. *i. non praetexta.* Vaſa pura, *Sine emblemate, caelatura, aut incruſtatione:* Paullus in l. Si in rem, De rei vindicatione, Quamuis et in Vaſis occurrat difficultas, pura an caelata ſint dici oporteat. Horat. Serm. 1, 4, 54 Non ſatis eſt puris verſum perſcribere Verbis. Veſper Id. Carm. 3, 19, 26. Veſtis Virgil. Aen. 12, 169. Veſtimenta pura, a veteribus dicebantur, Quae ſacerdotes ad ſacrificia ſumebant, id eſt non obſita, non fulgurita, non funeſta, non maculam habentia. Feſtus. Vinum Ouid. Met. 7, 594. Vir purus, pudens Cic. pro Roſc. Com. 18. Vlcus purum Scribon. 24. 238. Vnda Virg. Aen. 6, 229. ¶ 2 *Obſeruatt.* Puri menſtrio (ſ. *melius* menſtruo) eſſe dicuntur, Qui ſacrorum cauſa toto menſe in caerimoniis ſunt. id eſt puri ſint, certis rebus carendo. Feſtus. Purus, *Simplex, ſine conditione, aut vlla exceptione.* Paull. in l. 4 D. de annuis legat. et fideicom. Si in ſingulos annos alicui legatum ſit, Sabinus plura legata eſſe ait: et primi anni purum, ſequentium conditionale. videri enim hanc ineſſe conditionem, Si viuat. *In obliquis permiſcentur a librariis* purus *et* pulcher. *vid. Burmann. ad* Ouid. Met. 2, 856.

PVRE. Adu. [καθαρῶς] Plaut. Aulul. 2, 3, 3 Vaſcula intus pure, propera, atque elue. Pure lautum, Aqua pura lauatum Paullus. Quiete, pure, et eleganter acta aetas Cic. de Senect. 13. Apparet tibi pure res Horat. Serm. 1, 2, 100. Lauari pure Tibull. 1, 3, 25. Loqui pure et emendate Cic. de Opt. gen. Orat. 4 c. 2. Liu. 5, 22. Loqui Latine et pure Cic. de Orat. 1, 144. Venerari deos pure et caſte Id. de Nat. Deor. 1, 3. Pure, *Simpliciter et abſolute, ſine conditione aut exceptione.* Vlpian. l. 4 D. de in diem addict. Quum igitur tunc recedatur ab emtione, vbi pure contrahitur: vel tunc non impleatur, vbi ſub conditione fit, *etc.* Vlpian. in l. Etſi conditionalis contractus cum pupillo fiat, tutor debet pure auctor fieri, Nam auctoritas non conditionaliter, ſed pure interponenda eſt, vt conditionalis contractus confirmetur. *Comparat.* Sidon. Epiſt. 4, 1 Purius, fortius, meracius amare. Hor. Carm. 1, 19, 6 Splendentis Pario marmore purius. Sen. Benef. 2, 12 Partem in corpore purius oſculari. *Superlat.* Cato R. R. c. 66 Quam mundiſſime puriſſimeque fiat. Puriſſime atque illuſtriſſime deſcribere Gell. 9, 13. Purime, antique pro Puriſſime, *apud* Feſtum.

PVRĬTER. *Aliud* Adu. [καθαρίως] *Idem.* Cato c. 23 Succum puriter omnium dierum pariter in dolia diuidito. Id. c. 90 Puriter facito. *conf.* Pompon. *et* Naeu. *apud* Nonium 11, 58. *Item* Ennius *apud* Priſcian. 15 p. 1010. Lauare dentes Catull. 40, 18. Vitam agere Id. 77, 19.

PVRĬTAS, ātis. f. [καθαρότης] *Munditia.* Pallad. 11, 14 *de vino,* Mox ſumere puritatem, colarique debere. Capitol. in Vero, c. 3 Amauit puritatem viuendi. *conf.* Macrob. Somn. Scip. 1, 11. *et* 13 *etc. vid. plura in Borrich. Cogitat. p.* 208. *Et Cellar. Cur. Poſter. p.* 154.

PVRITIES, ēi. f. Varro Sat. Menip. Vocatur a caelatura caelum, Graece ab ornatu κόσμος, Latine a puritie mundus. *Vid. Fragm. Scalig. p.* 96.

PV̆RO, āre. *pro Purgare.* Plaut. Aulul. 2, 3, 3. *conf.* Varro *et* Iul. Caeſ. in Adraſto. *vid. Taubmann. ad* Plaut. p. 186.

PVRE-

PVREFĂCIO, ĕre. *Idem apud* Non. 2, 355.

PVRIFĬCO, āre. [καθαροποιῶ] *Purum facere.* Suet. Aug. c. 94 Paulloque poſt egreſſum, illamque expergefactam, quaſi a concubitu mariti purificaſſe ſe, et ſtatim in corpore eius exſtitiſſe maculam depicti draconis. Plin. 10, 41 Villaribus gallinis et religio ineſt. Inhorreſcunt edito ouo, excutiuntque ſeſe, et circumactae purificant, ac feſtuca aliqua ſeſe et oua luſtrant.

PVRIFICANS, antis. Part. Spiritus fide purificans corda Vulg. Act. 15, 9. Plin. 8, 1 Se purificantes ſollemniter.

PVRIFICĀTVS, a, um. Partic. Iuſtin. 10, 3, 2 Purificato regno. Vulg. Interpr. Act. 21, 26.

PVRIFICĀTIO, ōnis. f. καθαρμὸς Gloſſ. Cyrilli. [καθαρισμὸς] Plin. 15, 30. Eadem purificationibus adhibetur. *Sic* Martial. 8, 1. *vid.* LVSTRVM. Plin. 15, 30 Laurus purificationibus adhibetur.

PVRIFĬCVS, a, um. Adi. Lactant. 4, 15 *pr.* Baptiſmus purifici roris perfuſio. *al.* purificati. Claud. Conſ. Hon. 6, 328 — Purificumque Iouem Triuiamque precatus.

PVRIMENSTRIO, *melius diuiditur* puri menſtruo. *Itaque modo dedimus in* PVRVS n. 2.

P V S

PVS, pūris. n. [πῦον] *Sanies eſt, et quicunque humor in putredinem verſus.* Plin. 29, 3 Ad puris et ſanguinis exſcreationes. Id. 23, 4 Vtiliter etiam auribus inſtillatur cum melle, vel ſi pus effluat. Pus *a* Sanie *diſtinguit* Celſus *his verbis* 5, 26, 20 Sanguis omnibus notus eſt: ſanies tenuior hoc, varie craſſa, et glutinoſa, et colorata. Pus craſſiſſimum, albidiſſimumque, glutinoſius et ſanguine et ſanie. Exit autem ſanguis ex vulnere recenti, aut iam ſeneſcente. Sanies eſt inter vtrumque tempus. Pus ex vlcere iam ad ſanitatem ſpectante. Maturum pus Celſ. 5, 18. Effunditur pus Idem 2, 8. Exit pus ex iecinore Id. 2, 8. Exemto pure, ſi leuis plaga eſt Id. 6, 12. Exprimere pus Celſ. 5, 28. *de furunculo.* Extuſſire pus Id. 2, 8. Fertur pus ex vomica Id. 2, 8. Fit pus Scribon. 214. Maturare pus Celſ. 5, 18. Id. 5, 19, 13 Aliud emplaſtrum eodem nomine puri Mouendo eſt. *h. e. Valet ad excitandum et extrahendum pus.* Id. 5, 3 Concoquunt et Mouent pus. Mouendo puri accommodatum, *vid.* ACCOMMODO. Ortum pus Celſ. 5, 19. Latebram tabentis vulneris alte Impreſſam, penitusque putri de pure Pereſam Prudent. adu. Symm. 1, 16. *Tralate* Horat. *de Homine improbo* Serm. 1, 7 *pr.* Proſcripti regis Rupili pus atque venenum Hybrida quo pacto ſit Perſius vltus, *etc.* Pura, n. *pl.* Plin. 35, 6 Explet vulnera ſi coquatur, ad ſiccanda praecipue vtilis, et capitis doloribus, et ad deprehendenda pura. Subeſſe enim illa intelligitur, ſi ex aqua illita non areſcat.

PV̄RV̆LENTVS, a, um. Adi. [πυώδης] *Pure plenum.* Purulenta exſcreant Scribon. 77. Plin. 20, 13 Multi vero et contra purulentas exſcreationes ſiccae drachmas duas ſulphuris vnam et dimidiam ſumi cenſent. Vlcus Id. 20, 2.

PVRVLENTE. Adu. [πυωδῶς] Plin. 23 prooem. Cicatricibus marcidis, oſſibus purulente limoſis plurimum confert. *de Omphacio.*

PVRVLENTIA, ae. f. *eſt ipſa Puris tumiditas aut plenitudo, vel Vulnus pure plenum. Metaphor.* Tertull. de Pallio *extr.* Haud facile has purulentias ciuitatis quis eliciet et exſuppurabit.

PVRVLENTATIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Tard. 5, 3.

PVSA, *pro* Puella, *vid.* PVSVS.

PVSCA, *vid.* POSCA.

PVSILLANIMIS *et reliqua ſic incipientia ſub* PVSILLVS *inter deriuata a* PVSVS.

PVSTV̆LA, *vel* PVSVLA, ae. f. [φλυκτὶς, φλύκταινα] *Tuberculum in ſummitate cutis naſcens, qualia in cuti aduſta ſolent exſiſtere, vnde ſuſpicari licet, eſſe quaſi* buſtulas, *permutatione literarum cognatarum: ſed praeſtat a* Pus, puris *deriuare.* Martial. 14, 167 Feruida ne trito tibi pollice puſtula ſurgat. *Quidam male legunt* Pulſula, Puſula *melius.* Plin. 26, 8 ſ. 39 *de tithymalo.* Eſt enim tam feruentis naturae, vt per ſe extra corpori impoſitum, puſtulas (*Hard.* puſulas) ignium modo faciat, et pro cauſtico in vſu ſit. Puſtulas emittit calx non penitus macerata Vitruu. 7, 2. Celſus 5, 28, 15 Puſtulae maxime vernis temporibus oriuntur. Earum plura genera ſunt. Nam modo circa totum corpus partemue aſpredo quaedam fit, ſimilis his puſtulis, quae ex Vrtica, vel ex ſudore naſcuntur: ἐξανθήματα Graeci vocant, eaeque modo rubent, modo colorem cutis non excedunt. ——— Ex puſtulis vero non nunquam etiam Vlcuſcula fiunt — maximeque id euenit in aetate puerili, raro in medio corpore, ſaepe in eminentibus partibus. Peſſima puſtula eſt, quae ἐπινυκτὶς vocatur *etc. plura enim ſunt, quam quae huc referri poſſint.* Id. 6, 6, 11 de puſtulis *oculorum* ex inflammatione *agit.* Id. 4, 6 Recte etiam ſinapi ex aceto ſuper pectus imponitur, donec vlcera puſtulasque excitet. *Multa etiam de* puſtulis Plinius *v. g.* 20, 13. 21, 7 *etc.* *Leue malum notat* Senec. de Ira 3 *extr.* Magis ignoſco ei, qui vulnus inimici, quam qui puſulam concupiſcit. Hic enim non tantum mali animi eſt, ſed puſilli. Martial. 14, 167 *in* Plectrum, Feruida ne trito tibi pollice puſula ſurgat, Exornent docilem garrula plectra manum. Columel. 7, 5, 16 *de ouibus,* Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis, quam puſulam vocant paſtores: ea — vniuerſum gregem contagione proſternit: ſiquidem nec medicamentorum, nec ferri remedia patitur. Nam paene ad omnem tactum excandeſcit — Tibull. 2, 3, 10 Nec quererer quod ſol graciles exureret artus, laederet et teneras puſtula rupta manus. Puſtulae liuentes Plin. 20, 6. Lucentes puſtulae Martial. 11, 99. *ob inflammationem.*

PVSTVLŌSVS, *vel* PVSVLOSVS, a, um. Adi. Celſus 5, 26, 31 Vlcus in locum puſtuloſum ſerpit. Pecus puſuloſa Columel. 7, 5, 17.

PVSTVLESCO, ĕre. Cael. Aurel. Tard. 5, 1 Quo ſuperficies cutis puſtuleſcat.

PVSTVLO, āre. *Puſtulam emittere.* Tertull. de Cult. Fem. 1, 6 Si concha aliquid intrinſecus puſtulat, vitium eius magis debet eſſe quam gloria.

PVSTVLĀTVS, *ſ.* PVSVLATVS, *Argenti epitheton, cum puriſſimum ſignificatur. v. g.* Sueton. Neron. c. 44 Exegitque ingenti faſtidio et acerbitate numum aſperum, argentum puſtulatum, aurum ad obruſam, vt plerique omnem collationem palam recuſarent. Martial. 7, 85 Sed cauſam ſcio, nulla venit a me Argenti tibi libra puſtulati. Alfenus l. 31 ff. Locati, Cum argentum puſulatum fabro daretur, vt vaſa fierent. *vid. Cuiac. Obſ.* 7, 39. *Sic dictum a puſtulis, quae in argento caelato in aſpredinem quandam exciſae viſuntur, arbitratur Salmaſ. in* Solin. p. 738, a, D. *Sed verius puto* puſtulatum *vel* puſulatum *dici, quod excoctum diligenter et purgatum eſt, quod dum fit* puſtularum *vel* puſularum *inſtar ebulliunt ſcoriae, et ea quae* ſpuma argenti *vocatur.* Puſtulas argenti modo relucentes *in gemmis facticiis notat* Plin. 37, 7 ſ. 26. Puſulam, Puſilam, Puſtulam, Poſtulam, *et ita* Puſulatum *etc. in libris inueniri, et eandem rem notare, obſeruatum a Turneb.* 24, 2. *add. Viri docti ad* Sueton. l. c.

PVSTVLATIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Acut. 3, 16 Puſtulatio partium. Id. 5, 1 Puſtulationem facere. *Morbum ergo* Puſtularum *notat.*

PVSVS, i. m. *Puer.* Epigrammation Papinii *vel* Pomponii *laudat* Varro de L. L. 6, 3 p. 70 *extr. cuius verſus vltimus eſt* Nam vere puſus tu, tua amica ſenex' ſt. Lucret. 4, 1021 Puſi ſaepe lacum propter, ſe, ac dolia curta Somno deuincti credunt extollere veſtem, *etc.*

PVSA, ae. f. *Puella. Vet. Poëta in epigrammatio modo laudato,* Dic tu illam puſam, ſit fiet Muta muli. *Sed* Horat. Serm. 2, 3, 216 Pupam *non* Puſam *legunt hodie.*

PVSIO, ōnis. m. [παιδίον] *Paruus puer.* Cic. pro Cael. 36 c. 15 Qui propter neſcio quam credo timiditatem et nocturnos quosdam inanes metus, tecum ſemper, puſio cum maiore ſorore cubitauit. *Sic* Id. Tuſc. 1, 57 c. 24. Iuuenal. Sat. 6, 34 Nonne putas melius, quod tecum puſio dormit? Puſio qui noctu non litigat. Emerge dulcis puſio, quem mater edit caſtitas Prudent. Hymn. in Nat. Dom. v. 13. Puſio, et Secundilla, *prodigioſi corporis homines, apud* Plin. 7, 16 ſ. 16. Poſioni *emendat Harduinus. Sed videtur* Puſio *per charientiſmum dictus, qualis etiam eſt in nomine diminutiuo mulieris.*

PVSIŎLA, ae. f. *Parua puella.* Prudent. Paſſ. Eul. 19 Ipſa crepundia reppulerat Neſcia ludere puſiola.

PVSILLVS, a, um. Dimin. [τυτθὸς, μικρὸς] Puſus, Puſulus, Puſillus, *vt* Pupus, Pupulus, Pupillus. Martial. 1, 10 Bellus homo, et magnus vis idem Cotta videri: ſed qui bellus homo eſt Cotta, puſillus homo eſt. *Nempe* Bellus *eſt diminutiuum,* Benus, Benulus, Bellus, *vt* Catena, Catenula, Catella. Animus puſillus Horat. Serm. 1, 4, 17. Animi illud eſt puſilli Cic. Fam. 2, 17 *extr. add.* Martial. 3, 62. *et* 9, 51. Caput oppido puſillum Catull. 52, 1. Cauſa firmis puſilla nocet Ouid. Rem. Amor. 730. Cauſidicus Iuvenal. 10, 121. Cera puſilla Id. Sat. 14, 29. Cic. ad Brut. 14 Videlicet quum illam puſillam Epiſtolam tuam ad me dabas, nondum erat tibi id notum. Homines puſilli Iuuen. Sat. 15, 70. Cic. Verr. 2, 185 Pauculis igitur menſibus, vt hi puſilli et contemti Libelli indicant, furta Praetoris, *etc.* Moechi puſilli et ſemitarii Catull. ad Contubernales 35, 16. Romam quaſi puſillam habuimus in Tuſculano: tanta erat in his locis multitudo Cic. Attic. 5, 2 *pr.* Teſtis puſillus proceſſit, *vid.* PVSILLVM Adu. Paene puſillus Thucydides Cic. ad Qu. Frat. 2, 13. Villula valde puſilla Id. Attic. 12, 26. Villa Id. Fam. 12, 20. Vxor puſilla Horat. Serm. 2, 3, 216. Cic. Fam. 12, 16 Ego tamen nactus in nauigatione noſtra puſillum laxamenti. Salis puſillum admiſcere Scribon. 158. Puſillum intelligere Plin. Epiſt. 278. Putillus *pro* Puſillus Plaut. Aſin. 3, 3, 194. *vid. Taubmann.*

PVSILLVM. Adu. Cato R. R. c. 90 Far primum puſillum, poſtea magis depſes. Cic. de Orat. 2, 245 c. 60 Puſillus teſtis proceſſit. Licet, inquit, rogare? Philippus. Tum quaeſitor properans, modo breuiter. Hic ille, Non accuſabis: perpuſillum rogabo. *Nempe valde parum, valde breuiter, ita tamen, vt intelligi vellet admodum puſillum et puſionem teſtem.*

PVSILLO. Adu. Plin. 27, 5 Puſillo altior lenticula eſt. Puſillo diutius Scribon. 53. 55. — preſſius 66. *i. paullo.*

PVSILLĬTAS, ātis. f. Lactant. de Opificio Dei c. 1 Tentabo tamen vtriusque rationem, quantum puſillitas intelligentiae meae peruidet, explicare. Id. de Ira c. 5 *pr.* Hieron. Epiſt. 152 ad Mineru. et Alexand. *extr.* Tertull. aduerſ. Hermog. c. 14. Id. de Reſurr. Chriſti c. 6.

PVSILLANĬMIS, e. Adi. [μικρόψυχος] *Quod eſt puſilli animi: cui contrarium* Magnanimus. Tertull. de Fuga in perſec. c. 9 Puſillanimes conſolari. *conf.* Sidon. Epiſt. 7, 17. *et* Claud. Mamert. de Stat. Anim. 1, 20.

PVSILLANIMĬTAS, ātis. f. Gloſſ. ὀλιγοψυχία, μικροψυχία. *conf.* Lactant. de Ira Dei c. 5 *pr.*

P V T

PVTA Dea, PVTAMEN, PVTATIO, PVTATOR, *vid.* PVTO.

PVTAGŎNON, i. n. *Idem quod Heliotropium.* Apulei. de Herb. 49.

PVTEAL, PVTEALIS, *vid. poſt* PVTEVS.

PV̄TEO, ui, ēre. *Foetere, et mali odoris eſſe.* Hor. Serm. 2, 2, 42 Putet aper, rhombusque recens. Quinctil. 6, 3, 65 Aliquando deſinet putere. Diurno mero putere Hor. Epiſt. 1, 19, 11.

PVTENS, entis. Partic. Illoti piſces aut etiam putentes Scrib. Larg. Compoſ. 186.

PV̄TĬDVS, a, um. Adi. [δυσώδης] *Quod eſt mali odoris.* Plaut. Bacch. 4, 7, 2 Tanti eſt, quanti eſt fungus putidus. Cic. in Piſon. 19 c. 9 Ego iſtius pecudis ac putidae carnis conſilio ſcilicet, aut praeſidio niti volebam? Palus putida Catul. ad Coloniam 18 (17) 10. Hor. Serm. 2, 3, 75 Putidius multo cerebrum, mihi crede, Perilli eſt, *inſani deſcriptio.* Putidum (*inquit* Nonius 6, 68) non ſolum ab odore foetido et graui, quod naribus praebetur, ſed etiam quod auribus triſte, inſuaue, auſterum, rancidum, putidum dici poſſe auctoritas vetuſtatis admiſit. Cic. . . Putidas ac paeminoſas aures. Putidam orationem *dicimus per metaphoram, quae auribus auſtera, inſuauis, et (vt ita dicam) rancida.* Cic. in Orat. 27 Quonam igitur modo audiretur Myſus aut Phryx Athenis, quum etiam Demoſthenes exagitetur vt putidus? Putidus *dicitur, qui orationem affectat: qua re nihil eſt odioſius. Ita* oratio putida *dicitur affectata, quae ita aures offendit, ſicuti quae putida ſunt, nares. Vid. Gronou. ad Script. Eccl. Obſeru. c.* 19 *p.* 206. Non dices hodie quorſum haec tam putida tendunt Furcifer? Hor. Serm. 2, 7, 21. Moecha putida Catul. de Acme 40 (43) 11. Putidum Ciceroni, *In quo nimia diligentia reprehendi poſſit:* Off. 1, 133 Literae neque expreſſae, neque oppreſſae, ne aut obſcurum eſſet, aut putidum. Putidum, Putre. Varr. Ταφῇ Μενίππε, Inde putidas vuas acinis electis et comeſtis extendit in lectis quondam. Caecil. Andr.

Andr. Conducit nauem putidam Non. 2, 645. *add.* Ibid. 706. *Compar.* Sidon. Epiſt. 3, 13 Facit ambigi putidior, temulentior, an f cinoroſior exiſtimetur. *Superl.* Petron. Fragm. Trag. c. 13 p 97 Ac ne ſic quidem putidiſſimam ei actionem licuit effugere.

PVTĬDE. Adu. [σαπρῶς] *Inſuauiter, auſtere, rancide.* Cic. de Orat. 3, 41 c. 11 Nolo exprimi literas putidius, nolo obſcurat negligentius. Putide loqui Sen. Epiſt. 75. Qui nec inepte dicunt, nec putide Cic. de Clar. Orat. c. 82.

PVTIDV̆LVS, a, um. Adi. *Dimin.* [ὑπόσαπρος] Martial. 4, 20 Ferre nec hanc poſſis, poſſis Coline nec illam: Altera ridicula eſt, altera putidula.

PVTIDIVSCV̆LVS, a, um. *Aliud* Adi. *Dimin.* Cic. Fam. 7, 5 Simus enim putidiuſculi, quam per te vix licet: verum, vt video, licebit. *i. nimis diligentes, quam apud beniuolum. et generoſum, et occupatum decet. Sed apud te mihi licent omnia.*

PVTIS, e. Adi. *antique.* Lucret. 3, 583 Atque ideo tanta mutatum pute ruina Conciderit corpus. *Sed* Putre *editur hodie.*

PV̆TISCO, *ſiue* PVTESCO, ĕre. Cic. Fin. 5 c. 13 Non inſcite illud dictum videtur in ſue, animam illi pecudi datam pro ſale, ne putiſceret. Cato R. R. c. 3 Olea puteſcet. Idem c. 98 Ligneam ſupellectilem ſi vngues, non puteſcit. *conf.* Arnob. 7 p. 224.

PVTOR, ōris. m. [δυσωδία] *a* Puteo, ēre. *Foetor.* Cato c. 157 Poſtea bis in die contrita imponito, ea omnem putorem adimet. Coepit putor ob imbres intempeſtiuos Lucret. 2, 871 *et* 927. *add.* Id. 6, 1099. *Sed vbique* Putror *editur hodie.* *Sic* Stat. Silu. 4, 3, 86 Deterges ſterilis ſoli putorem, *vel ideo ſtare non poteſt, quod eſt Phaleucus.* Pudorem *itaque editur.* Putor nidoris foetidi Apul. Met. 4 p. 144. Putor, amaritudines Auguſt. adu. Iul. Pelag. 4, 14. Putores, *Pl.* Arnob. 7 p. 222 Sintne Diis in voluptate putores, quos neque ipſi ſacrificantes ferre, nec ingenuae ſuſtinere tractos valeant per ſpiritum nares?

PVTEŎLI, ōrum. m. *Pl.* [Ποτίολοι] *Oppidum maritimum Campaniae, octauo lapide a Neapoli diſtans non procul ab Auerno lacu, a Samiis conditum, teſte Euſebio, ſub idem fere tempus, quo Tarquinii Roma ſunt exacti.* Paullus Feſti: Puteolos dictos putant ab aquae calidae putore. Quidam a multitudine puteorum earundem aquarum gratia factorum. *Hauſerat iſta* Feſtus *ex* Varr. de L. L. 4, 5. Dicaearchiam *alias dictam docet Stephanus.*

PVTEOLĀNVS, a, um. Poſſeſſiuum. [Ποτιολανὸς] Cic. Fam. 13, 57 Cluuius Puteolanus valde me obſeruat. Aquae Puteolanae Idem Philipp. 2, 9. Senec. Quaeſt. Natur. 3, 20 Puteolanus pulvis, ſi aquam attigit, ſaxum eſt. *De hoc* Vitruuius *fuſiſſime* 2, 6.

PV̆TEVS, i. m. [Φρέαρ] *Locus defoſſus ſeu depreſſus manu hominum, vt ibi aqua colligatur, quae hauriri inde, cum opus eſt, poſſit.* Plin. 2, 97 Aeſtus idem triduo in menſe conſiſtit, ſeptima, octaua, nonaque luna. Gadibus, qui eſt delubro Herculis proximus, fons incluſus ad putei modum: alias ſimul cum Oceano augetur, minuiturque: alias vero vtrumque contrariis temporibus. Virg. Georg. 3, 329 Ad puteos, aut alta greges ad ſtagna iubeto Currentem ilignis potare canalibus vndam. Haec vtilitas, haec amoenitas deficitur aqua ſalienti: ſed puteos, ac potius fontes habet; ſunt enim in ſummo *etc.* Plin. Epiſt. 2, 17. Aut fons illacrimet putei non ſede profunda, Ne grauis hauſturis tendentibus ilia vellat Columel. 10, 25. Alto ex puteo ſurſum ad ſummum aſcendere Plaut. Mil. 4, 4, 14. Capaces putei Ouid. Met. 7, 568. Iugis, *vid.* Iugis *in* IVGVM. Patens Hor. Epiſt. 2, 2, 135. Perennis puteus iugis aquae Id. Epiſt. 1, 15, 15. Abiicere ſe in puteos Cic. de Prouinc. Conſ. 6. Aperire puteum, *Excauare* Vlpian. in l. Fluminum §. finali D. de damn. infect. In domo mea puteum aperio: quo aperto, venae putei praeciſae ſunt; an tenear? Miſerum eſt opus demum Fodere puteum, vbi ſitis fauces tenet Plaut. Moſt. 2, 1, 32. Haurire aquam de puteo Cic. de Diuin. 2, 31.

PVTEVM, i. n. *Dixit* Varro, De miris ſecundo de ſtatiuis, aquis, vt ſunt lacus, et ſtagna, et putea, et maria, *apud* Nonium 3, 155. Vlpian. in l. Iulian. ad finem D. de action. emt. et vend. Aedibus diſtractis vel legatis, ea eſſe aedium ſolemus dicere, quae quaſi pars aedium, vel propter aedes habentur: vt puta puteal. Pompon. in l. mox ſequente: id eſt, quo puteum cooperitur.

PVTEĀNVS, a, um. Adi. [Φρεατιαῖος] *Quod ex puteo eſt, vnde* Aquam puteanam *dicimus* Plin. 14, 9.

PVTEĀLIS, e. Adi. [Φρεάτιος] *Eiuſdem ſignificationis.* Ouid. in Ibin 389 Vt quos dux Poenus merſit putealibus vndis. Columel. 9, 5 Praeterfluens vnda vel putealis. Aquae Vlpian. l. 1 §. 6 D. de aqua cotid. Limus putealis Ammian. 22, 16. Et quis te ſitiens putealia pocula poſcat Iuuenc. 2, 158. Lymphae puteales Lucret. 6, 1172. Putealia ſigna Ciceronis, *vid.* PLVTEALIA *ſub* PLVTEVS.

PVTEAL, ālis. n. *Explicat* Pomponius l. 14 ff. de actionib. emt. et vend. Id quo puteum operitur. Gloſſ. περιστόμιον. Vlpian. l. 13 §. vlt. ff. de actionib. emt. et vend. Aedibus diſtractis vel legatis, ea eſſe aedium ſolemus dicere, quae quaſi pars aedium, vel propter aedes habentur, vt puteal, *quod nomen deinde Pomponii verbis, quae dedimus, declaratur. Eſt igitur loricae genus, quo puteus munitur, ne homo vel animal ita facile incidat.* ¶ 2 *Erant porro Romae nobilia duo* putealia. *De vno* Cic. de Diuin. 1, 33 c. 17 *cum narraſſet hiſtoriam Cotis ab Attio Nauio diſſectae,* Cotem autem illam et nouaculam defoſſam in comitio, ſupraque impoſitum puteal accepimus: *i. ſuggeſtum lapideum cauum, quod indicaret hic aliquid eſſe defoſſum, quod propter religionem auferre non liceret.* Βωμὸν *vocat eam ſtructuram, h. e. aram Dionyſius Halicarnaſſeus, qui enarrat hiſtoriam Antiqu. 4 p. 204 med. qui addit* Φρέαρ, *i. puteum vocari illum locum a Romanis. Nempe* Puteum *intellexit pro* puteali: *et* Puteal *ſane ſignum putei eſt.* Puteal *igitur eſt velut paruum ſacellum ſuperne apertum. Hoc firmat* ¶ 3 Puteal Libonis, ſeu Scribonianum: *de quo* Feſti *locus exſtat ſub* Sceleratus campus, *mutilus ille quidem, ſed vnde illud certe apparet, a* Scribonio Libone *fuiſſe locum fulgure attactum impoſito* puteali *procuratum, vt* ſemper foramine ibi aperto caelum pateret. *Hoc* Libonis puteal *ab illo* Nauiano *diuerſum, oſtendit Salmaſ. ad Solin. p. 801 ſq. Qua in re conſentientem habet Spanhem. de Vſu et praeſt. numiſ.* Diſſ. 10 p. 189 ſq. *vbi numos Scriboniae gentis duo profert, in quibus hoc* Puteal *luculenter exprimitur, quod ara videri poſſet, niſi adſcriptum nomen* PVTEAL SCRIBON. *et ſubſcriptum in altero* LIBO, *ſuſpenſique vtrinque vrcei, vaſa certe hauriendo apta, rem ſatis declararent. Caeterum hoc* Libonis Puteal *in foro fuit, eo loco, vbi feneratorum et debitorum cauſae tractabantur.* Hor. Sat. 2, 6, 35 Roſcius orabat, ſibi adeſſes ad Puteal cras. Vet. Schol. Ad Puteal, in quo *(int. loco, non enim profecto in ipſo Puteali)* tribunal ſolebat eſſe Praetoris. Al. Schol. Locus ad quem conueniebant feneratores. Id. Epiſt. 1, 19, 8 Forum putealque Libonis Mandabo ſiccis. Vet. Schol. Sedes Praetoris fuit prope arcum Fabianum. Ouid. de Rem. Am. 561 Qui puteal, Ianumque timet, celereſque calendas, *quibus nempe ſoluendi etc.* Perſius 4, 49 Si puteal multa cautus vibice flagellas, *i. Caſaubono interprete, forum teris et calefacis iniuſtis litibus, vel graſſationibus nocturnis et petulantia etc.* P. Victor in regione vrbis octaua *iſta coniungit:* Iulia porticus, Arcus Fabianus, Puteal Libonis, Iani duo celebris mercatorum locus: *ſatis longo interuallo poſt* ficum Ruminalem, *cui* puteal *illud* Nauianum *adiungit Feſtus.*

PVTEARIVS, i. m. [Φρεατορύκτης] *Qui puteos fodit.* Plin. 31, 3 ſ. 28 Depreſſis puteis ſulphurata vel aluminoſa occurrentia, putearios necant.

PVTICVLAE, ārum. f. *Pl.* Extra oppida *ſunt appellatae* a puteis, quod ibi in puteis obruebantur homines, niſi potius, quod puteſcebant ibi cadauera proiecta: qui locus publicus vltra Eſquilias. *Haec* Varro de L. L. 4, 5 p. 12, 12. Puticuli, *inquit* Pompon. Feſtus, ſunt appellati, quod vetuſtiſſimum genus ſepulturae, vt puteus fuerit: vel dicti Puticuli, quia ibi cadauera putreſcent. *al.* Puticulae. *Conf.* Horat. Sat. 1, 8, 8 ſq.

PVTIDVS, *vid.* PVTEO, ēre.

PVTITIVS, pro Stulto dixit Plautus, Paullus *ex* Feſto.

PVTO, āre. [κλαδεύω] *Falſa et ſuperflua et infructifera ex quacunque re a veris et fertilibus reſecare, et purgare. hinc* Putari arbores et vites *dicuntur.* Putare, purgare eſt: vnde et arbores et vites putare dicimus Donat. *id quod probat ex* Virg. Ecl. 2, 70. Columel. 2, 8 *pr.* Neque arent, neque vitem aut arborem putent. Idem 6 Quin etiam compluribus annis interpoſitis oliuetum putandum eſt. Diſputatio et computatio cum Praepoſitione, a putando, quo valet purum facere, ideo antiqui purum, putum appellarunt: ideo putator, qui arbores puras facit: ideo ratio putari dicitur, in qua ſumma fit pura Varro de L. L. 5, 7. *Add. quae* Gell. 6, 5 *diſputat de nomine* Putus: *Putare* autem veteres dixerunt vacantia ex quaque re ac non neceſſaria, aut etiam obſtantia et aliena auferre et excidere, et quod eſſe vtile ac ſine vitio videretur, relinquere. Sic namque arbores et vites, et ſic etiam rationes *putari* dictae. Verbum quoque ipſum *puto,* quod declarandae ſententiae noſtrae cauſa dicimus, non ſignat profecto aliud, quam id agere nos in re dubia obſcuraque, vt deciſis amputatiſque falſis opinionibus, quod videatur eſſe verum et integrum et incorruptum, retineamus. *Reliqua vid. in* PVTVS. Feſtus: Putum antiqui dicebant pro Puro. vnde Putatae vites et arbores, quod deciſis impedimentis remanerent purae. *Haec ille. Conf.* Non. 1, 112. Vitem putando fingit Virg. Georg. 2, 407. Olea quo tempore putetur Cato de R. R. c. 44. Idem de Vitibus c. 32. ¶ 2 Putare, [νομίζω, δοκέω, οἴομαι, ἡγέομαι] *Cogitare, conſiderare.* Ter. Eun. 4, 2, 4 Dum haec puto, praeterii imprudens villam. Multa putans, ſortemque animo miſeratus iniquam Virg. Aen. 6, 331. Multaque dura ſuo triſti cum corde putabant Id. ibid. 8, 522. Tegulae duae pro vna putabuntur Cato R. R. c. 14. Recte putas Ter. Andr. 1, 1, 114. Cic. Fam. 8, 2 Puto, vt ſuum gaudium gauderemus. *Aeſtimare, iudicare:* Terent. Eun. 4, 7, 43 Nolunt vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltro. THR. bene putas. Virgil. Aen. 6, 719 O pater, anne aliquas ad caelum hinc ire putandum eſt Sublimes animas? In quo primum illud debes putare, comitiis ſtudium eſſe populi, non iudicium Cic. pro Planc. 30. Praeterea quamuis ſolidae res eſſe putentur Lucret. 1, 347. Noli putare me *etc.* Cic. Att. 6, 1. Idem Acad. 4, 48 An non videmus hoc vſu venire, vt quos Nunquam putaſſemus a nobis internoſci poſſe, eos conſuetudine adhibita tam facile internoſceremus. Cic. Off. 1, 81 c. 23 Non committendum eſt, vt aliquando dicendum ſit, Non putaram. Senec. de Ira 2, 31 Turpiſſimam aiebat Fabius Imperatori excuſationem eſſe, Non putaui: ego turpiſſimam homini puto. Omnia puta, omnia exſpecta. Cic. pro Lege Manil. 47 Quem enim poſſumus imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu veneant centuriatus, atque venierint? *Simile eſt* Ter. Heaut. 1, 1, 5 Putare vicinitatem in propinqua parte amicitiae, *pro Aeſtimando ponere.* Cic. pro Roſc. Amer. 33 Etiam videtis Iudices, vt omnes deſpiciat, vt hominem prae ſe Neminem putet, vt ſe ſolum beatum, ſolum potentem putet. Idem Att. 9, 18 Haec pro certo putauimus. Cic. Philipp. 13, 21. Neque eos ſolum praeſentes, ſed multo magis nos, a quibus illi erant miſſi, ſpreuit, et pro nihilo putauit. *add.* Id. pro Mil. c. 24. Quinctil. 6. 2 Alius imaginem mariti pro rea proferre Magni putauit. Magni putare honores Cic. pro Planc. 11. Noli ſpernere, nec putare parui Catul. 21, 25. Plin. 8, 3 Circumuentique a venantibus primos conſtituunt, quibus ſunt minimi, ne Tanti praelium putetur. Non putat tua dona eſſe Tanti Cic. pro Cael. c. 15. Ouid. Met. 10, 618 Quid, quod amat, Tantique putat connubia noſtra, Vt pereat? Ter. Adelph. 5, 3, 10 Mitto maledicta omnia, rem ipſam putemus. *Vbi* Donatus: Putemus, Tractemus, Purgemus. Idem Phorm. 4, 5, 6 Nam ſi altera illa magis inſtabit, forſitan nos reiiciat. G. rem ipſam putaſti. Beſtia damnationem pro Praetura putat Cic. Philipp. 11, 11. *i. Damnationem putat eſſe Praeturam.* Putare cum aliquo argumentis Plaut. Amph. 2, 1, 45. Idem Aul. 3, 5, 52 Cedit miles, aes petit, itur, putatur Ratio cum argentario. Cato c. 5 Rationem cum domino crebro putet. Rationem ſecum putare, *pro Cogitare, conſiderare* Plaut. Caſ. 3, 2, 25. *Eleganter verbum* Puto *nunc abſolutum, nunc cum particula* Vt, *inſeritur, vel modeſtiae cauſa vel per ironiam.* Perſ. 4, 9 Hoc, puto, non iuſtum eſt. Ouid. Triſt. 5, 5, 5 Lingua fauens adſit noſtrorum oblita malorum, Quae, puto, dedidicit iam bona verba loqui. Catull. 15, 13 Hunc vnum excipio, vt puto, pudenter. Apul. Apol. Satis, vt puto, crinium crimen refutatum eſt. Ouid. de Nuce 57 Sed, puto, magna mei eſt operoſo cura colono, Inuenies qui det nil mihi praeter humum. *Vid. Paul. Leopard. Emend.* 3, 6. Cic. de Amicit. 6 Sed vterque alio quodam modo: Actilius, quia prudens eſſe in iure Ciuili putatur. *Legitur et* Putabatur. Lucret. 5, 1044 Tempore eodem alii facere id non quiſſe putentur? ¶ 3 Puta, *Imperatiuum, loco Aduerbii ponitur pro Scilicet, vel Verbi gratia.* Pomponius in l. Si quis §. Item ſi D. de hered. inſtit. Si ille, puta, Conſul factus fuerit. tunc *etc.* *De hoc ita* Priſcianus 15 de Aduerbiis, A igitur terminantia vel primitiua ſunt, vt Ita, quod ſolum A correptam habuit, quamuis quidam Puta quoque Aduerbium eſſe accipiant, ideoque Perſium (4, 9) id corripuiſſe: vt, Hoc puta non iuſtum eſt, illud male,

male, rectius illud. *conf.* Seru. *ad* Virg. Aen. 2. Vt puta, [οἷον Gloſſ. Lat. Gr.] *eodem modo dicitur.* Vlpian. in l. Iulianus §. vlt. D. de Act. emt. et vend. Aedibus diſtractis vel legatis, ea eſſe aedium ſolemus dicere, quae quaſi pars aedium, vel propter aedes habentur, vt puta putea. *Vſus et* Seneca Nat. Quaeſt. 2, 2. *et* Celſ. 5, 26. *et* Columel. 5, 2, 4. Poëta Phallic. 37. *Vid. Goclenii Problem. Grammat. 1, 28.*

PVTANS, antis. Partic. Ouid. Met. 5, 828 Nomen eſſe putans nymphae. *Vid. ſupra.*

PVTATVS, a, um. *Idem ac Purus apud antiquos. Vid.* Paullum *ex* Feſto *ſupra.* Aurum putatum, ratio putata *ibid.*

PVTĀTOR, ōris. m. [κλαδευτής, καθαριστής Gloſſ. Lat. Gr.] Arborum purgator, *inquit* Donatus. Plin. 27, 8 Curatum ea ſcio. omnibus fere oſſibus confractis, prolapſum ex arbore alta putatorem circumdata vniuerſo corpori. *add.* Id. 18, 33. Martial. 3, 58 Seras putator horridus refert vuas. Vitis putator Ouid. Met. 1, 649. Pallad. 1, 6. Virg. Georg. 2, 28. Pendulus putator, *vid.* PENDEO. *Add.* Paul. Recept. Sent. 5 t. 23 ſent. 5. *it.* l. ſi putator C. ad l. Aquil. Varro *ſupra in* PVTO.

PVTATORIVS, a, um. Adi. Falces putatoriae Vlpian. in l. Inſtrumenta D. de inſtruct. et inſtr. leg. Pallad. 1, 35.

PVTATIO, ōnis. f. [κλάδευσις] *Opus putatoris in vite vel arbore.* Cic. de Orat. 1, 249 c. 58 Vt quid ſit ſementis ac meſſis, quid arborum putatio ac virium, quo tempore anni, aut quomodo ea fiant, omnino neſciat. Columel. praefat. 1. Idem 4, 17. *Plur.* Arnob. 4 p. 129 Putationes arborum. ¶ 2 *Sed pro Aeſtimatione* Paullus in l. Eum, qui §. vlt. D. de iniur. et famoſ. libell. Nec transferri perſonae putatio ex perſona filiorum ad eas poteſt. *Computatio:* Macrob. Saturn. 1, 13 Vnus menſis vniuerſam putationem imparem fecit.

PVTATĪVVS, a, um. Adi. [δοκητὸς] *quod putatur, nec eſt.* Tertull. de Carn. Chriſt. c. 1 Qui carnem Chriſti putatiuam introduxit. Putatiuus habitus, putatiuus actus, imaginarius operator Idem aduerſ. Marc. 3, 8. Putatiuus magiſter Vet. Interp. Iren. 4, 60.

PVTATĪVE. Adu. *Idem.* Interp. Iren. *et* Hieron. Epiſt. 61.

PVTĀMEN, ĭnis. n. [ἔλυτρον, κέλυφος] Non. 2, 683 Putamina, non ſolum arborum ſunt, verum omnium rerum purgamenta: nam quidquid ex aliqua re proiicitur, id putamen appellatur. Plaut. Capt. 3, 4, 122 Nucleum amiſi, reliqui pignori putamina. *Vid.* NVCLEVS. Cic. Tuſc. 5, 58 c. 20 Inſtituitque, vt candentibus iuglandium putaminibus barbam ſibi et capillum adurerent. Putamina ouorum Plin. 7, 2. Teſtudinum putamina ſecare in laminas Idem 9, 11. Exteriora Putamina Scribon. 76.

PVTA, ae. f. *Dea, putationibus arborum praeſidens* Arnob. 4 p. 130.

PVTOR, ōris. m. *vid.* PVTEO.

PVTREO, PVTRESCO, PVTREFACTVS, PVTRICAVVS, PVTRIDVS. *vid. poſt* PVTRIS.

PVTRIS, e. Adi. [σαπρὸς] *Quod eſt corruptum ab humore acri, certe reſolutum, etiam ſine vitio.* Virg. Aen. 8, 596 Quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula campum. *conf.* Ibid. 11, 875. Virg. Georg. 1, 44 Et Zephyro putris ſe gleba reſoluit. Quo tempore, *inquit* Seruius, Fauonii flatu arua laxantur, quae fuerant praecluſa frigoribus. Putris gleba, Solubilis. *Haec ille. Sic mox* Creta. *inprimis* Solum. Aranea putris et in vacuo texetur lecto Propert. 3, 6, 33. Arenae putres Stat. Silu. 4, 3, 126 *facile nimis cedentes, et iter facientibus ob id ipſum incommodae. Sed* Colum. 1 pr. 24 *in laude fertilitatis ſunt. Vid.* Solum putre. Bos Ouid. Faſt. 1, 379. Campus, *vid. ſupra.* Chartae Stat. Silu. 4, 3, 141. Cineres Idem Theb. 6, 234. Coma Martial. 4, 53. Corpus Lucret. 3, 585. Creta, *quae facile ſoluitur, et ſic apta eſt ad ſcribendum* Mart. 12, 62. Hor. Epiſt. 1, 10, 49 Haec tibi dictabam poſt Fanum putre Vacunae. Fungi Virg. Georg. 1, 392. Stat. Theb. 1, 437 Putresque ſanguineo videt imbre Genas, *i. maculatas, deformatas.* Gleba, *vid. ſupra ex* Virg. Georg. 1, 44. *et add.* Pallad. 1, 5, 1. Liber roſus tineis, et ſitu putris Stat. Silu. 4, 9, 10. Plin. Epiſt. 256 Siue Lapis ipſe gracilis et putris. Mammae Hor. Epod. 8, 7. Nauis putris in vacua requieſcit arena Propert. 2, 25, 7. Hor. Carm. 1, 36, 17 Omnes in Damalim putres Deponent Oculos. *i.* Nimio potu marcentes, et libidine reſolutos. Acron. *Huc facit illud* Perſii 5, 58 Ille In Venerem eſt putris. *h. e. Ita rei venereae intentus, vt eneruetur, exhauriatur, et aſſidua libidine reſoluatur.* Os vetuſtate vitii putrefactum Scribon. 201. Martial. 7, 66 Palaeſtra putris eſt puluerulenta. Sanies Stat. Theb. 12, 568. Saxa Claud. in Eutrop. 2, 277. Putria ſunt Saxa Senec. Epiſt. 12. Solum Virg. Georg. 2, 204. *Sic* Colum. 2, 2, 4. 2, 11, 18 *etc. Nempe* Putris, *cum terrae epitheton eſt, laudabilem illius teneritatem notat, quod reſoluta eſt, quod facile in puluerem abit, faciliusque adeo et accipit et alit ſemina.* Spinis putribus atque deciduis Plin. 8, 37. Sulci Virg. Georg. 1, 215. Tabo putri liquentia corpora Sil. 13, 487. Tellus Stat. Theb. 6, 507. Putris in Venerem, *vid.* Oculi putres, *ſupra.*

PVTER, *pro* Putris *antique,* Varr. R. R. 1, 8, 4 Palus puter euertitur.

PVTRĀMEN, ĭnis. n. Cyprian. de Lapſ. c. 12.

PVTRICĀVVS, a, um. Adi. *Carie exeſus et excauatus, nomen tributum* Lucret. 2, 859 *Sed legendum,* Quae quum ita ſunt tandem, vt mortalia conſtent, Molli lenta, fragoſa putri, caua corpore raro *etc.*

PVTRIFLVVS, a, um. Adi. Eugen. Toletan. Carm. 12 Anhela tuſſis exſpuit putriflua.

PVTRILĀGO, ĭnis. f. *Idem quod Caries, apud* Non. 1, 79.

PVTRĬDVS, a, um. Adi. [σαπριώδης] *Corruptus.* Cic. in Piſon. 1 Non enim nos color iſte ſeruilis, non piloſae genae, non dentes putridi deceperunt. Antra Claud. de Raptu Proſerp. 1, 174. *al.* Putria. Membra Lucan. 2, 141. Pectora Catul. Argon. 62, 351.

PVTRĒDO, ĭnis. f. [σαπρότης, σηπεδὼν] *Corruptio, reſolutio.* Plin. 20, 20. *et* 22, 24. Eſtur, vt occulta vitiata putredine nauis Ouid. ex Pont. 1, 1, 69.

PVTRĒDVLVS, a, um. Dimin. *pro Putridulus.* Voces putredulae Ammian. 22, 42.

PVTREO, ui, ēre. [σαπρίζω, σέσηπα] Marcere, et in pus reſolutum eſſe, vel putridum. Pacuuius Teucro, quanquam annis et aetate hoc corpus putret. *Ex* Non. 2, 692. Non alia, quam qua Byzantia putruit orca Hor. Serm. 2, 4, 66.

PVTRESCO, ĕre. [σήπομαι, κατασήπομαι] *Putridum fieri.* Nihil mea intereſt, humine an ſublime putreſcam Cic. Tuſc. 1 c. 43. Columel. 2 Vt herbarum culmis caeteriſque rebus immiſta putreſcant. Cic. de Finib. 5, 38 Animum illi pecudi datum pro ſale ne putreſceret. Cur Aiax heros ab Achille ſecundus putreſcit Horat. Serm. 2, 3, 193. Veſtis putreſcit in arca Id. ibid. 2, 3, 119. Putreſcere, *pro In puluerem reſolui, vid.* Fermentare terram, *in* FERMENTVM.

PVTRESCENS, entis. Partic. Prudent. Periſt. 4, 131 Dum putreſcentes tenuat medullas Tabidus humor.

PVTRIBĬLIS e. Adi. Paul. Nolan. Epiſt. ad Seuer. 30 (8) n. 6 Imagines noſtras non in tabulis putribilibus, neque in aeris liquentibus pinxit.

PVTRVŌSVS, a, um. Adi. Putruoſum vlcus Cael. Aurel. Tard. 2, 14.

PVTREFĂCIO, fēci, factum, ĕre. [σήπω, κατασήπω] *Corrumpere, reſoluere, putre aliquid facere.* Plaut. Moſt. 2, 1, 30 Perpluunt tigna, putrefacitque operam fabri. Columel. 3, 12 Quum ſe pronunt vites, modico tempore euocant humorem terrae iuſto maiorem, qui putrefacit depoſita ſemina.

PVTREFACTVS, a, um. Partic. [σηπτὸς] *Primas duas corripuit* Ouid. Met. 15, 389 Sunt qui quum clauſo putrefacta eſt ſpina ſepulcro *etc.* Mutari credant humanas angue medullas. *Sed produxit vtramque, in verſu:* Et tamen haec quum ſint quaſi putrefacta per imbres Lucret. 2, 897.

PVTREFACTIO, ōnis. f. Auguſtin. Epiſt. 147 Vulnerum putrefactione dolorem perdidimus.

PVTREFĪO, ĕri. Pallad. 1, 33 Humor abundans hoc praeſtabit, vt putrefiant. Idem Febr. 10. *et* Sept. 9.

PVTROR, ōris. m. [σηπεδὼν] *Idem quod Putredo.* Lucret. 2, 871

Quippe videre licet viuos exiſtere vermes
Stercore de tetro, putrorem quum ſibi nacta eſt
Intempeſtiuis ex imbribus humida tellus.

Sic enim legendum eſt, non vt in vulgatis Putorem. *Lambinus. Vid.* PVTOR.

PVTVS, a, um. Adi. [καθαρὸς] *Purus: vnde* Putum argentum, *i. Purgatum.* Alfenus ICtus *apud* Gell. 6, 5 *reſpondit,* eſſe purum putum valde purum: ſicut nouum nouicium dicimus, et proprium propitium, augere atque intendere volentes noui et proprii ſignificationem. *Sed refellit iſta* Gellius, *et,* Iis ergo aſſentimus, *inquit,* qui putum eſſe dicunt a putando dictum, et ob eam cauſam prima Syllaba breui pronunciant, non longa — *Reliqua damus in* PVTO, *et in* ARGENTVM purum putum. *Et habet eadem* Non. 1, 112. *Laudant etiam* Iuuen. Sat. 10, 19 Pauca licet portes argenti vaſcula puti. *Et* Sat. 9, 141. *Sed hodie legitur* Puri. *Certius eſt illud:* Sole exorto puto Varr. R. R. 2, 2, 10 *quod ex optimis libris prolatum probarunt Victor. et Scaliger.* Non. 4, 112 *ex* Varrone, Mea igitur hecatombe pura ac puta. *Et* ex Prometheo eiuſdem, Chryſoſandalus locat ſibi amiculam de lacte et cera Tarentina, quam apes Mileſiae coëgerint ex omnibus floribus libantes, ſine oſſe et neruis, ſine pelle, ſine pilis, puram putam, proceram, candidam, teneram, formoſam. Plaut. Pſeud. 4, 2, 31 *ridicule,* Eho, Polymachaeroplacides purus putus eſt ipſus; noui. *Quaſi diceret, Ipſe eſt omnino, et nullus alius prorſus: verus, non adulterinus eſt: Verba ſunt* Lenonis *in epiſtola ſymbolon militis agnoſcentis.* Idem in eadem 4, 7, 103 Purus putus ſycophanta eſt. *h. e. Merus ſycophanta, in quo nihil probitatis ineſt.* Feſtus: Putum antiqui pro Puro dicebant: vnde Putum aurum, putatum dici ſolet, id eſt expurgatum. *Superl.* Cic. Att. 2, 9 Vt ſciat hic noſter Hieroſolymitanus — quam bonam meis putiſſimis orationibus gratiam retulerit. *Loquitur de iis, quibus Pompeium populo commendauerat.* ¶ 2 Putus *etiam Paruum vel Puerum denotat, pro quo ſaepe Puſus.* Gloſſ. Puti, μικροί. Putus, μικρός. *Legitur et pro eo* Potus. *vt* Catalect. 118 p. 90 Diſperéam niſi me perdidit iſte potus. *Ad quem locum Scaliger deriuat hanc appellationem a πόσθη, quae vox apud Graecos id ſignificat, quo viri ſunt, et ex eodem fonte* praeputium *et* ſalaputium *arceſſit. Nempe nutrices ait, ab illa parte, quam* Putam *Latine dixerint, alumnos ſuos per laſciuiam denominaſſe. Etiam femininam partem ſimillimo nomine hodie ab Italis vocari, notum eſt.* Hor. Serm. 2, 3, 216 Putam aut Putillam, *ſecundum Scalig. al.* Puſam. *Sed Bentl. ex MSS.* Ruſam aut Poſillam, *nomina propria mulierum reſtituit, quem hic ſequitur etiam Cuningamus.*

PVTILLVS, a, um. Dimin. *Vox in blanditiis adhibita, dum pueros* putillos, *et puellas* putillas *dixere a laſciuia nutricum, de qua in* PVTVS n. 2. *Sic apud* Plaut. Aſin. 3, 3, 104 Dic me tuam hirundinem, monedulam, paſſerculum, putillum. *De* putilla *apud* Hor. Serm. 2, 3, 216 *modo diximus. conf. Voſſ. Etym. p. 421.*

P V X *et* P Y C

PVXIS. Scribon. 230. *et alibi: vid.* PYXIS.

PYCHON, i. n. Cael. 4, 3 *a* πῆχυς, cubitus.

PYCNĪTIS, ĭdis. f. [πυκνῖτις] *Verbaſcum.* Apul. de Herb. c. 71.

PYCNŎCŎMON, i. n. [πυκνόκομον] *Nomen herbae, quam* Plin. 26, 8 *deſcribit. Sed hodie incognita eſt. vid. Dioſcor. 4, 169.*

PYCNOSTȲLVM, i. n. *vel* PYCNOSTȲLOS, i. m. [πυκνόστυλον] *Aedificium deambulationi aptum, cinctum* columnis denſioribus, *modicoque interuallo a ſe inuicem diſtantibus. vid.* Vitruu. 3, 2 *et* 3.

PYCTĂCIVM, *falſa lectio eſt nominis* PITTĂCIVM, *v. v.*

PYCTĂNON, i. n. *Genus vini.* Plin. 14, 6. *al.* Praecianum.

PYCTES, is. *ſiue* PYCTA, ae. m. [πύκτης] *Pugil dicitur.* Lamprid. in Heliog. c. 25 Gladiatores ante conuiuium pugnantes ſibi et pyctas frequenter exhibuit. *vid. Caſaub. Hinc* Columel. 8, 2 *Gallinaceum in certaminibus gallorum pugnacem,* Pycten *vocat.* Plin. 7, 47 Euthymus pycta ſemper Olympiae victor. Senec. Controu. 1, 3 *extr.* Aut athleta aut pyctes eſt. *Sic* Apollonius pycta Idem Nat. Quaeſt. praef. 4. Martial. 11, 85 Haec quaecunque meo numeraſti ſtigmata mento, In veteli pyctae qualia fronte ſedent. *Add.* Phaedr. 4, 24, 5 *c. not. Gud.* Tertull. de An. c. 46 *et* adu. Gnoſt. c. 6. Pyctas *a Pammachis diſtingui oſtendit P. Faber Agoniſt. c. 9.*

PYCTĀLIS, e. Adi. *i. Pugillaris.* Seru. *in* Virg. Aen. 5, 373 Victus eſt pyctali certamine.

PYCTOMACHARIVS, i. m. *Idem quod Pyctes, vel pugil.* Firmic. 8, 8 Hunc locum ſi Mars reſpexerit, ſtadiodromos facit: ſi Luna cum Marte, pyctomacharios.

P Y D *et* P Y E

PYDNA, ae. f. *Vrbs Macedoniae in Pieria iuxta ſinum Thermaicum. vid. Geogr. conf.* Nep. 2, 8, 5. *et* Iuſtin. 14, 6. *etc.*

PYELVS, i. m. [πύελος] *Labrum balneatorium, in quo lauatur, ſolium. Reſtituit Lambinus* Plauto Sticho 4, 1, 62 Poſtea ibo lauatum in Pyelum, (*legebatur* Pylum) ibi fouebo ſenectutem meam. *Probat etiam Salmaſius.*

P Y G

PYGA, ae. f. [πυγή] *Podex, nates.* Horat. Serm. 1, 2 extr. Ne nummi pereant, aut pyga, aut denique fama. *De iis loquitur, qui in adulterio deprehenſi, luere illa parte cogebantur, vel vt ipſi libidinem alienam pathici exciperent, vel raphaniſmo, mugile etc.*

PYGIACVS, *vel* PYGICIACVS, a, um. Adi. Petron. c. 140 Puellam inuitabat ad Pygiaca ſacra.

PYGARGVS, i. m. [πύγαργος] *Caprea quaedam ſilueſtris, non diſſimilis damis.* Plin. 8, 53 Sunt et damae et pygargi, et ſtrepſicerotes, multaque alia haud diſſimilia. Iuuen. Sat. 11, 138

Apud quem
Sumine cum magno lepus atque aper, et pygargus,
Et Scythicae volucres.

Pygargos *pro quodam Aquilarum genere accipit* Plin. 10, 3. Secundi generis (*inquit*) pygargus, in oppidis manſitat, et in campis, albicante cauda.

PYGMAEVS, i. m. [Πυγμαῖος] Pygmaei, *Populi ſunt ad extremos fines Indiae. De quibus* Plin. 7, 2 Super Aſtomos extrema in parte montium ſpithamaei Pygmaei narrantur, ternas ſpithamas longitudine, hoc eſt ternos dodrantes non excedentes, ſalubri caelo, ſemperque vernante, montibus ab Aquilone oppoſitis: quos a gruibus infeſtari Homerus quoque prodidit. Fama eſt, inſidentes arietum caprarumque dorſis, armatos ſagittis, Veris tempore, vniuerſo agmine ad mare deſcendere, et oua pulloſque earum alitum conſumere: ternis eam expeditionem menſibus confici, aliter futuris gregibus non reſiſti. Caſas eorum luto pennisque, et ouorum putaminibus conſtrui. Ariſtoteles in cauernis viuere Pygmaeos tradit. Caetera de his vt reliqui. *Hactenus* Plin. In Thracia *quoque* Pygmaeorum gentem fuiſſe, *idem* Plinius 4, 11 *ſcribit, quod ſecutus videtur* Iuuen. Sat. 13, 167

Ad ſubitas Thracum volucres, nubemque ſonoram
Pygmaeus paruis currit bellator in armis.
Mox impar hoſti, raptusque per aëra curuis
Vnguibus a ſaeua fertur grue, ſi videas hoc
Gentibus in noſtris, riſu quatiere: ſed illic
Quanquam eadem aſſidue ſpectentur praelia ridet
Nemo vbi tota cohors pede non eſt altior vno.

conf. Gell. 9, 4. *Albertus, Simiarum genus, Pygmaeos, non homines eſſe tradit.*

PYGMAEVS, a, um. Adi. [Πυγμαῖος] Mater pygmaea, *i. Gerana matrona, a Pygmaeis olim culta, ſed a Iunone in gruem conuerſa* Ouid. Met. 6, 90. Idem Faſt. 6, 176 Nec quae Pygmaeo ſanguine gaudet auis. *i. Grus.* Virgo Pygmaea Iuuen. Sat. 6, 505. *i. Paruula, pumilio.*

PYGMALION, *vid.* PIGMALION.

PYGMARIS, e. Adi. Suet. Calig. 26, 9 Gladiatores pygmares. *ex* πυγμή, *pugnus. Al.* Pegmares. *vid. Pitiſc. Lex.*

P Y L

PYLA, ae. f. [πύλη] *Latine dicitur Porta. Vnde Thermopylae in anguſtiis Theſſaliae dictae ſunt.* Cic. Att. 5, 20 Itaque confeſtim iter in Ciliciam feci per Tauri pylas. *Vid. Graeu. in loc. conf.* Curt. 3, 4, 2 *et* 11.

PYLADES, is. m. [Πυλάδης] *Strophii filius, Agamemnonis amiciſſimi. nec ipſe eius filii Oreſtis minor amicus, quem nunquam deſeruit.* Ouid. ex Pont. 2, 6, 25 Non ita vixerunt Strophio atque Agamemnone nati. *De Pyladis et Oreſtis amicitia, ſcripſit* Cic. de Finib. 2, 84. Ouid. ex Pont. 3, 2. *et* Martial. 6, 11 Vt praeſtem Pyladen, aliquis mihi praeſtet Oreſtem. *conf.* Stat. Silu. 2, 6, 54. *et* Iuuen. Sat. 16, 26. ¶ 2 *Eſt et* Pylades *Pantomimi nomen, de quo Scalig. ad* Euſeb. p. 255. Hunc in comoedia, vt Bathyllum in tragoedia, excelluiſſe *tradit* Seneca Controu. praef. 3.

PYLAICVS, a, um. Adi. Pylaicus conuentus Liu. 33, 3. Pylaicum concilium Liu. 31, 32. *vid. ſupra* AMPHICTIONES.

PYLORVS i. m. [πυλωρός] *Ad verbum* Ianitor, *eſt Inteſtinum, de quo* Galen. 6 *de Anatom. adminiſtrat. Ianitor eſt ventriculi, qui ad dextram prope iecur ſitum habet.* Celſ. 4, 1 Inde ima ventriculi pars paullum in dexteriorem partem conuerſa in ſummum inteſtinum coartatur. Hanc iuncturam πυλωρὸν Graeci vocant, quoniam portae modo in inferiores partes ea, quae excreturi ſumus, emittit.

PYLOS, *vel* PYLVS, i. m. [Πύλος] *Achaiae vetuſta ciuitas in agro Meſſenio, quem Coryphaſium Graeci nominauerunt: a Sparta, ſtadia circiter quadraginta ſita, vt Thucydides 4 ſcribit: Neſtore alumno, qui Pylius inde cognominatus eſt, celebris.* Ouid. ex Pont. 1, 4, 10 Crede mihi, Pylio Neſtore maior ero. *De Pylo multa Strabo* 8. Ouid. Epiſt. 1, 63 Nos Pylon, antiqui Neleia Neſtoris arua miſimus; incerta eſt fama remiſſa Pylo. Neſtoria Pylos Senec. Herc. furent. 7. *Tres conſtat fuiſſe eiusdem nominis vrbes in Peloponneſo, quae de Neſtore tanquam alumno certabant. Vnde Prouerb.* Eſt Pylus ante Pylum, ſiquidem eſt Pylus altera ſane. *vid. Chiliad. et Plutarch.*

PYLIVS, a, um. Adi. [Πύλιος] Agri Pylii Ouid. Met. 2, 684. Pylius, *idem quod Neſtorius:* Aeuum Pylium Martial. 4, 1. Sil. 15, 459 Ille foro auditus quum dulcia ſolueret ora, Aequabat Pyliae Neleia verba ſenectae. Aequarint Pylios quum tua fata dies Ouid. Triſt. 5, 5, 62. *vide Strabon.* 8. *et Melam* 2, 3.

P Y R

PYR, pyros. [πῦρ] *Latine dicitur Ignis: a quo multa per compoſitionem fiunt.*

PYRA, ae. f. [πυρά] *Rogus, lignorum congeries.* Virg. Aen. 11, 204 Innumeras ſtruxere pyras. *In his cremare corpora antiqui conſueruut.* Accenſa pyra Ouid. in Ibin 38. Atra Sil. 8, 52. Ouid. Faſt. 2, 534 Paruaque in exſtructas munera ferre pyras, *al.* Exſtinctas. Erigere pyram Virgil. Aen. 4, 494. Struere ingentem pyram Id. ibid. 6, 215. Id. ibid. 11, 204.

PYRACMON, ōnis. m. [Πυράκμων] *Inter Cyclopes, Vulcani famulos, numeratur.* Virgil. Aen. 8, 424 Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro, Brontesque, Steropesque, et nudus membra Pyracmon. Securifer Pyracmon Ouid. Met. 12, 460. *conf.* Claud. Conſ. Honor. 3, 195. *et* de Rapt. Proſerp. 1, 241. *vid.* BRONTES.

PYRACANTHA, ae. f. [πυράκανθα] *Frutex eſt quem Dioſcorides 1, 22 Oxyacantham vocat, piri folio, myrti baccis, ſpinis aſperrimus.* Huius baccas *ſcribit* Plin. 24, 13 contra ſerpentium ictus bibi; *Nicander etiam in Theriac. p. 60 commendat in primis aduerſus ſerpentes et ſcorpiones,* Λάζεο καὶ πυράκανθαν ἰδὲ φλόμου ἄρρενος ἄνθην.

PYRĀLIS, is. f. [πυραλίς] Pennatum animalculum, magnitudine muſcae, igne proueniens: vnde et nomen ei a quibusdam Pyrauſtae datum eſt. Quamdiu eſt in igne, viuit: quum euaſit longiore paullum volatu, tunc emoritur *Ex* Plin. 11, 36. Id. 10, 74. *vbi vid. Harduin.*

PYRAMA, *vt legit Sipontinus, vel potius* PHYRAMA, ae. f. Lacrymae genus ex Metopio arbore ſtillans pingue et reſinoſum Plin. 12, 28.

PYRĂMIS, ĭdis. f. [πυραμίς] *Moles maxima in quadrata baſi ita conſtructa, vt e lato in acutum tendat in formam flammae, quae latior ſurgens, in acutum deſinit: quales Romae adhuc exſtant duae, iam vetuſtate fatiſcentes.* Pyramides erant in Aegypto, Structurae ex quadratis lapidibus admirandae, faſtigiatae vltra omnem excelſitatem quae manu fieri poſſet, *vt ſcribit* Solinus c. 45 *extr. Et ſub eis ſepulti reges. vid.* Plin. 36, 5 *et* 12. *Plures in Aegypto paſſim exſtiterunt, nullae tamen clariores tribus illis, quarum* Pomponius Mela 1, 9 *meminit,* quae orbem impleuere fama, conſpicuae vndique adnauigantibus, ſitae in parte Africae, monte ſaxeo ſterilique inter Memphim oppidum et Delta. *vid.* Tacit. Annal. 2, 61. Ammian. 22, 15. Martial. Spectacul. 1. Lucan. 9, 155 Non mihi pyramidum tumulis euulſus Amaſis. Pyramidem pulchriorem quam ſphaeram videri Cic. de Nat. Deor. 2 c. 18. Forma pyramidis Id. ibid. 1, 24. Saxa pyramidum Stat. Silu. 5, 3, 50. Nam neque pyramidum ſumtus ad ſidera ducti Propert. 3, 1, 57.

PYRAMIDĀTVS, a, um. Adi. [πυραμιδωτός, πυραμιδοειδής] *In formam pyramidis factum.* Cic. de Nat. Deor. 1, 66 c. 24 Eſſe corpuſcula quaedam leuia, alia aſpera, rotunda alia, partim autem angulata, et quaedam pyramidata, curuata quaedam et quaſi adunca. *Sed Vetuſtiora exemplaria omittunt haec verba,* Et quaedam pyramidata. *Nec recepit Grut. Gronou. etc.*

PYRĂMVS, i. m. [Πύραμος] *Adoleſcens Babylonius, qui amore Thisbes amatae ſe ipſum interemit, eaque re mortis illi cauſa fuit. Pulcherrime narrat* Ouid. Met. 4, 55 *ſeqq.* ¶ 2 *Eſt et* Pyramus, Ciliciae fluuius, *teſte* Pomponio Mela 1, 13 *de quo et Cydno digna ſunt lectu in Arriano et Curtio* 3, 4. *et* 7, 5. *de hoc quoque exſtat illud oraculum,* Tunc erit vndiſonus late quum Pyramus olim Litora perfundens, Cyprum labetur in almam. *conf.* Cic. Fam. 3, 11.

PYRAMEVS, a, um. Adi. Arbor pyramea, *i. Morus, cuius fructus a ſanguine Pyrami et Thisbes rubent.* P. Seren. Sammonic. c. 29, 550.

PYRĀTICVM, i. n. *Potus ex pyris.* Hieron. adu. Iou. 2. *conf. Voſſ. de Vit. L. L.* 3, 35. *al.* Pyraceum. *Optimum forte* Piratum.

PYRAVSTA, ae. f. [πυραύστης] *Animal in igne viuens. vid.* PYRALIS. Pyrauſta, *apud Ariſtotelem de Hiſtor. Animal.* 8, 27 *Vermiculus eſt, quem et Cleron vocat, aranei ſpecie, nocens fauis. Alia de* pyrauſta *vel* pyralide *tradit* Plin. 11, 36. *Adde Caſp. Schotti Phyſic. Curioſ.* 7, 8, 1. *et Chil. Eraſm.*

PYREICVS, i. m. *Egregius ſculptor in paruis imagunculis fuit. Vnde ſic cecinit* Propert. 3, 9, 16 Pyreicus parua vindicat arte locum. *Alii vero* Praxitelem propria vindicat arte lapis. *Denique* Brouckh. 3, 7, 16 Praxitelem Paria vindicat vrbe lapis. *vid.* Plin. 35, 10.

PYREN, ēnis. m. Gemma ab oliuae nucleo ſic dicta: huic aliquando ineſſe piſcium ſpinae videntur Plin. 37, 11 ſ. 73. *al.* pyrena.

PȲRĒNE, PYRENIS, *vid.* PIRENE.

PYRENE *et* PYRENAEVS, i. m. *Prima communi.* [Πυρήνη καὶ Πυρηναῖος] *dicitur, et numero multitudinis* Pyrenaei montes, *qui Gallias Hiſpaniasque diſterminant,* promontoriis in duo diuerſa maria proiectis Liu. 21, 60. Plin. 3, 3. Strabo 3 Pyrenes (*inquit*) *latus in Hiſpaniam vergens conſitum eſt variis arboribus, materiae multitudine, et quae ſemper virens germinet: alterum autem Galliam ſpectans, nudum omnino. Nomen accepit a fulminum ictu.* Silius *a* Pyrene *Bebrycis filia dici fabuloſe tradit* 3, 4, 25 *etc. vid. Drakenb.* Diodorus 6 *vbi de Pyrene, Ferunt (inquit) priſcis temporibus igne a paſtoribus iniecto, montanas omnes regiones fuiſſe combuſtas, qua ex re montes aiunt cognominatos Pyrenaeos.* Tibull. 1, 8, 9 Tarbella Pyrene Teſtis et Oceani litora Santonici. Sil. 3, 417 Pyrene celſa nimboſi verticis arce. Auſon. Ep. 24, 69 — binaris iuga ninguida Pyrenaei. Populi Pyrenes Sil. 1, 190. Montis Pyrenaei frondoſa cacumina Idem 3, 415. *Eſt etiam* ¶ 2 Pyrenaeus, i. m. *Germaniae mons. Vid. Bernegg. ad* Suet. Caeſ. c. 25. *et Viri docti ad* Plin. Pan. 14, 2.

PYRĒNAĬCVS, a, um. Adi. Auſon. de Clar. Vrb. in Narbon. 6 Qua Pyrenaicis niuibus dirimuntur Iberi.

PYRĒNEVS, i. m. Triſyll. [Πυρηνεύς] *Rex Thraciae, qui Daulida Phocidis vrbem occupauit: vbi quum quodam die pluuioſo Muſas ad Parnaſum euntes vidiſſet, vt domum ſuam ſubirent, donec pluuia ceſſaret, inuitauit. Quum vero iam imber ceſſaret, Muſaeque diſcedere vellent, Pyreneus clauſis foribus, illis vim inferre parabat. At Muſae in aues conuerſae euolauerunt: quas quum perſequi vellet, ex arce ſe dans praecipitem caput terrae illiſit, ſicque exſpirauit. Deſcribit* Ouid. Met. 5, 274 Omnia terrent Virgineas mentes dirusque ante ora Pyreneus.

PYRETHRVM, i. n. [πύρεθρον] *Herba medicinalis, linguam adurens et mordicans.* Eius folia in acetariis probantur, radice vtuntur pigmentarii Plin. 28, 9. Scribon. 69. 155. 167. Radix pyrethri 55. Radicula 9. Ouid. de Arte Am. 2, 418 Tritaque in annoſo Flaua pyrethra mero, *inter ſtimulantia Venerem memorat. Conf.* Apic. 4, 5. *et* 7, 5. *et* Seren. 99. Celſ. 5, 4 *et* 19.

PYRĒTVS, i. m. [πυρετός] *Febris ab incendio appellata: quemadmodum apud nos febris a feruore.* ¶ 2 *Penult. producta, eſt proprium nomen centauri.* Ouid. Met. 12, 449 Quid tibi victorem gemini Periphanti Pyreti.

PYRGI, ōrum. m. *Pl.* [Πύργοι] Oppidum eſt Hetruriae, *auctore* Plin. 3, 5. Veteres Pyrgi Virg. Aen. 10, 184. *Vbi* Seruius: Hoc caſtellum nobiliſſimum fuit eo tempore, quo Tuſci pyraticam exercuerunt, nam illic metropolis fuit. Litoreos Pyrgos *vocat* Martial. 12, 2.

PYRGIS, is. f. *Herba, quae et Cynogloſſa.* Apul. de Herb. c. 96.

PYRGO, ûs. f. *Nutrix filiorum Priami.* Virg. Aen. 5, 645.

PYRGOPOLINICES. Plautinus Sidon. Ep. 1, 9 Militis Glorioſi *Nomen, quaſi tu turrium vrbiumque victorem dicas. Etenim*

PYRGOTĔLES, is. m. [Πυργοτέλης] Gemmarum ſculptor artificioſiſſimus, a quo tantum Alexander Magnus ſe in gemmis ſculpi paſſus eſt, edictoque alios vetuit. *Vid.* Plin. 37, 1. *Rurſum* 7, 37.

PVRGVS, i. m. [πύργος] *Turris Latine dicitur.* Liu. 27, 32 Poſtero ad caſtellum, Pyrgum vocant, copias eduxit. Rutil. Itiner. 223 Pyrgique recedunt. ¶ 2 Pyrgus, eſt *Vaſculum in* turriculae *figuram conformatum, ex quo tali in alueum coniiciebantur, ne ſi manu iacerentur, fraus a luſoribus admitteretur. Itaque* Turriculam *appellat* Martial. *in lemmate 14, 16. Latino nomine, quod Graeco* πύργος *fere aequaliter reſpondet,* Quaerit compoſitos manus improba mittere talos: Si per me miſit, nil niſi vota facit. Hor. Serm. 2, 7, 17 — Qui pro ſe tolleret, atque Mitteret in pyrgum talos. *Sed* phimum *ibi meliores.* Vetus Epigramma *editum a Salmaſio ad* Vopiſci Procul. p. 744 *Hack.* In parte alueoli pyrgus velut vrna reſedit, Qui vomit internis teſſerulas gradibus *etc. Imitatus videtur illud* Auſon. Profeſſor. 1, 27 Alternis vicibus quae praecipitante rotatu Fundunt exciſi per caua buxa gradus. *Vid. reliqua ſub* Scriptorum XII luſus. Sidon. Apoll. Epiſt. 5, 17 Altera ex parte frater meus Domnicius — teſſeras ceperat, quatiebatque *(ſine dubio in fritillo)* quo velut claſſico ad pyrgum vocabat aleatores.

PYRHOPOECILOS, *vid.* PYRRHOPOECILVS.

PYRIĂSIS, is. f. [πυρίασις] *Lapis pretioſus.* Plin. 37, 11. *ſ. potius* Pyritis.

PYRIO, āre. *a* πυριᾶν, *Calefacere.* Petron. Fragm. c. 73. *vid. Reineſ. h. l.*

PYRIPHLĒGĔTHON, ontis. m. [Πυριφλεγέθων] *Fluuius igne ardens apud inferos.* Mart. Capell. 2, 40.

PYRĪTES, ae. m. [πυρίτης] *Lapis, ſic dictus quod plurimus illi ignis ſit: unde hunc nos igniarium vocamus. Quidam etiam Viuum vocant, qui clauo, vel altero percuſſus lapide, ſcintillas edit.* Plin. 36, 19 *pr.* Molarem quidam Pyriten vocant, quoniam ſit plurimus ignis illi. Sed eſt alius etiamnum Pyrites, ſimilitudine aeris. In Cypro eum reperiri volunt, et in metallis —— Pyritarum etiamnum aliqui genus vnum faciunt, plurimum habens ignis, quos viuos appellamus, et ponderoſiſſimi ſunt. Hi exploratoribus caſtrorum maxime neceſſarii, qui clauo vel altero lapide percuſſi, ſcintillas edunt: quae exceptae ſulphuratis aut fungis aridis vel foliis, dicto celerius ignem praebent. *Vid. Turneb. Aduerſ. 6, 9. et Viri docti ad* Grat. 404.

PYRŎBŎLVS, i. m. [πυρόβολος] *Telum ardens, quod cum flamma emittitur. Plutarch. in Dione.*

PYROBOLARIVS, i. m. *Iaculator pyrobolorum. Ita Beroald. ad* Apul. Met. 4, 459 *legendum cenſet apud* Firmicum Matheſ. 8 Nati ſub ſidere Caniculae, erunt venatores, arenarii, pyrobolarii. *al.* Parabolarii.

PYROCŎRAX, ăcis. f. [πυροκόραξ] Auis luteo roſtro, nigra. *Alpium incola* Plin. 10, 48 ſ. 68. *Sed Hard.* Pyrrho corax.

PYRŌDES, ae. m. [πυρώδης] *Lapis, qui et* Pyrites *dicitur.* ¶ 2 *Fuit et* Cilicis filius hoc nomine, qui primus ex ſilice excuſſiſſe ignem dicitur, quemadmodum aſſeruaſſe in ferula Prometheus. Plin. 7, 56.

PYROIS, *ſ.* PYROEIS, entis. m. Triſyll. [Πυρόεις] *Nomen vnius ex equis Solis, quaſi ardens, nam quatuor eſſe perhibentur:* Pyrois *ſcilicet*, Aethon, Phlegon, Eous. Ouid. Met. 2, 153 Interea volucres Pyrois, et Eous, et Aethon, Solis equi, quartusque Phlegon. Val. Flacc. 5, 432 Et formidantem patrios Pyroënta dolores. ¶ 2 *Martis ſidus ſic appellatur, ab igneo colore.* Columel. 10, 290 Nec Sirius ardor Sic micat, aut rutilus Pyrois, aut ore coruſco, *etc.* Cic. de Nat. Deor. 2, 54 Stellae Iouis proximum inferiorem orbem tenet Πυρόεις, quae Stella Martis appellatur. *Porrò igneum eſſe Martem teſtatur his verbis* Plin. 2, 8 Tertium ſidus Martis, quod quidam Herculis vocant, ignei, ardentis a Solis vicinitate. *Et* 18 Suus quidem cuique color eſt, Saturno candidus, Ioui clarus, Marti igneus.

PYROPOECILOS, *vid.* PYRRHOP.

PYRŌPVS, i. m. [πύρωπος] *Genus carbunculi, vt nonnullis placet.* Ouid. Met. 2, 2 Clara micante auro, flammasque imitante pyropo. Inducto pyropo fulgebat parma Propert. 4, 11, 21. Pluma rubro clara pyropo Lucret. 2, 802. *Genus aeris,* Plin. 34, 8 Idemque *(ſc.* aes) in vncias additis auri ſcrupulis ſenis, praetenui pyropi bractea igneſcit. *h. e. vt* Iſidorus 16, 19 *explicat,* Praetenui bractea igneſcit, et imitatur flammas, vnde et pyropum dicitur.

PYROSACHNE, es. f. [πυρὸς ἄχνη] *Thymelaea frutex, de qua abunde* Plin. 13, 21 Et in quo *(inquit)* naſcitur granum Gnidium, quod aliqui linum vocant. Fruticem vero Thymelaeam, alii Chamelaeam, alii Pyros Achnen, alii Cneſtron, alii Cneoron. Eſt ſimilis oleaſtro, foliis anguſtioribus, gummoſis, ſi mordeantur, myrti magnitudine, ſemine, colore, et ſpecie farris, ad medicinae tantum vſum. *Conf. Dioſc. 4, 166.*

PYROSAGRIOS, i. m. [πυρὸς ἄγριος] *Quaſi tu triticum agreſte dicas, al. Chelidonia.* Apul. de Herb. c. 73.

PYRPŎLE, es. f. [Πύρπολη] *Inter Deli inſulae antiqua nomina refertur a* Plin. 4, 12 ſ. 22 igne, *vt ait*, ibi primum reperto. Pyrpole *rectius, vt oſtendit Salmaſ. ad Solin. p. 126, a. G.*

PYRRHA, ae. f. [Πύῤῥα] *Quae cum Deucalione marito Poëtis dicitur humanum genus reparaſſe, vt latiſſime ſcribit* Ouid. Met. 1, 350 *etc.* Iuuen. Sat. 15, 30. *vid.* THESSALIA. Saeculum graue Pyrrhae Hor. Carm. 1, 2, 6.

PYRRHĬCHA, ae. *ſiue* PYRRHĬCHE, es. f. [Πυῤῥίχη] *Saltatio Graecanica antiquiſſima, Mineruae inuentum vel Curetum, vt ait Dion. Halic. 7 p. 476, 40. Vid. quos laudat Perizon. ad Aelian. V. H. 3, 8. Plato de Leg. 7 fin.* Pyrrhicha *eſt, quae motiones corporis imitatur, ictus iactusque declinantis et vitabundi, omnifariamque cedentis, in altum etiam ſubſilientis, et ſeſe ſucciduo poplite demittentis: rurſusque contrarios his motus pyrrhica imitatur, eos ſcilicet, qui in habitus corporis actuoſos feruntur: quales eius ſunt, qui ſagittarum miſſiliumque iaculationes effingere motu corporis, plagarumque et petitionum multiplicium imitamenta aſſequi implereque contendit.* Plin. *tamen* 7, 56 *videtur* pyrrhichem *ab* enoplia *diſtinguere, his verbis:* Saltationem armatam Curetes docuere: pyrrhichen Pyrrhus. Suet. Caeſ. c. 39 Pyrrhicham ſaltauerunt Aſiae Bithyniaeque principum liberi. Id. Neron. c. 12 Exhibuit et pyrrhichas quaſdam e numero epheborum. *Add.* Solin. c. 16. Apul. Met. 5 p. 163.

PYRRHICHARIVS, i. m. [πυῤῥιχιστής] *Saltator pyrrhichae. Legitur et more antiquo* Purrhicharii. *Vid.* Vlpian. l. 8 §. 11 D. de poenis.

PYRRHIĂCHVS, a, um. Adi. *Adfertur* Liu. 31, 32 Quum legibus cautum eſſet, ne de pace, belloue, niſi in Panaetolico, et Pyrrhiacho concilio ageretur. *Sed recte editur hodie* Pylaico.

PYRRHICHIVS, i. m. [πυῤῥίχιος] *Genus pedis conſtans e duabus breuibus, vt Deus. Sic dictus ἀπὸ τῆς πυῤῥίχης, ſaltationis genere; vel ἀπὸ τοῦ πυῤῥίχου, Curetum deo, de quo meminit Pauſanias 3. Vtitur* Quinctil. 9, 4. *Et* Sidon. Epiſt. 4, 3.

PYRRHO, ōnis. m. [Πύῤῥων] *Nomen Philoſophi, a quo Philoſophi* PYRRHONII *dicti, quos Graeco cognomento σκεπτικοὺς, id eſt conſideratores appellant. Nihil enim decernunt, ſed in quaerendo ſemper conſiderandoque ſe eſſe dicunt. Locus claſſicus* Gell. 11, 5. *Add.* Cic. de Orat. 3, 17.

PYRRHOCORAX, Auis roſtrum habens luteum, in Alpibus frequens. Plin. 10, 48. *al.* Pyrocorax.

PYRRHOPOECILVS, i. m. [πυῤῥοποίκιλος] *Marmoris genus, quod et a Syene Thebaidis vrbe, circa quam effodiebatur Syeniticum dicebatur: ſiue lapis Syenites.* Plin. 36, 8 *et* 22. *al.* Pyropoecilus.

PYRRHVS, i. m. [Πυῤῥὸς] *a ruſo ſ. igneo pilorum colore dictus primum filius Achillis, qui alias Neoptolemus vocabatur; conditor regni Epirotici. Vid.* Iuſtin. 17, 3. Ouid. Epiſt. 8, 3 Pyrrhus Achillides, animoſus imagine patris. ¶ 2 *Ex huius poſteritate oriundus ille nobilis hoſtis Romanorum, cuius res itidem breuiter enarrat* Iuſtin. 17, 3. *et* 18, 1 *ſq.* Ferox Lucan. 1, 30. Immanis Iuuen. Sat. 14, 162.

PYRVS, i. f. [ἄπιος] *rectius* PIRVS, *nec enim Graecum nomen eſt: Vid. Voſſ. Etym. p. 393. Arbor nota.* Virg. Georg. 4, 145 Eduramque pirum, et Spinos iam pruna ferentes. Inſerere piros Idem Eclog. 1, 74. Flos piri Virg. Georg. 2, 72.

PYRVM, *melius* PIRVM, i. n. [ἄπιον] *Fructus, de quo multa apud* Plin. 15, 15. Autumnalia pira, *vid.* AVTVMNVS. Cucurbitina, *vid.* CVCVRBITA. Decumana, *vid.* Decumanus, *in* DECEM. Libralia Plin. 15, 11 *ad finem.* Mammoſa, *vid.* MAMMA. Onychina, *vid.* Onychinus, *in* ONYX. Ordeacea, *vid.* ORDEVM. Inſitiua decerpens pira Hor. Epod. 2, 19. Segnina pira Scribon. 104. Olla repoſita pira 104. Veſci piris Hor. Epiſt. 1, 7, 14. ¶ 2 Pyrum *vulgo appellabatur Locus, vbi* Martialis *habitabat, vt ipſe indicat, 1, 118, 5*

Non eſt quod puerum, Luperce, vexes:
Longum eſt, ſi velit ad Pyrum venire:
Et ſcalis habito tribus ſub altis.

PYRATICVM, *ſ.* PYRATVM, *vid. ſupra loco ſuo.*

P Y S

PYSMA, ătis. n. [πύσμα] *Interrogatio ad quam vnica tantum voce reſpondendum eſt.* Martian. Cap. 5 p. 171.

P Y T

PYTHAGŎRAS, ae. m. [Πυθαγόρας] Samius Philoſophus, patre Demarato locuplete ac negotiatore, in Aegyptum primo, mox Babyloniam, diſcendi curſus ſiderum gratia profectus eſt. Inde regreſſus, in Cretam ac Lacedaemonem peruenit, vt Lycurgi et Minois inclytas ea tempeſtate leges agnoſceret. Deinde in Italiam transmittens, Crotone conſedit, vbi Populos aſſuetos luxuriae, auctoritate ac doctrina, ad frugalem cultum reuocauit. Pythagoras itaque quum multos annos Crotone egiſſet, Metapontum migrauit, ibique deceſſit. Cuius tanta fuit admiratio, vt eius ex domo templum facerent, eumque pro deo colerent. *Haec excerpta ex* Iuſtino 20, 4. *Add.* Cic. Tuſc. 4 *pr.* Id. de Nat. Deor. 1, 5. *et* 3, 8 *etc.* Renati Pythagorae arcana Hor. Epod. 15, 21. Pythagoras enim dicebat animas poſt mortem tranſire in aliena corpora: ſeque in bello Troiano fuiſſe Euphorbum Panthoi filium, qui interfectus a Menelao, iterum reuixit factus Pythagoras. Hic ante et in Homerum dicitur renatus, poſtea in pauonem, poſtremo in Ennium Poëtam. Acron in Hor. Carm. 1, 28, 10. Faba Pythagorae cognata Hor. Serm. 2, 6, 63. Pythagoras enim non ſolum ab omnibus animalibus, ſed etiam a faba abſtinuit, quod viridis in pyxide aerea ſeruata vertitur in ſanguinem. Vnde fertur maluiſſe in latrones incidere, quam per fabae ſegetem tranſire, quum aliunde refugium non haberet. Fabam quoque animal eſſe dicebat, quod cocta ſanguinis humorem ex ſe emitteret. *Haec* Acron: *quae a Graecis multo diſputantur ſubtilius, certe copioſius: ſed huius loci non ſunt.*

PYTHAGŎREVS, a, um. Adi. [Πυθαγόρειος] *Qui ſectam Pythagorae ſequitur, hominum et dogmatum epitheton.* Quinctil. 1, 12 Non contentus diſciplinis, quas praeſtare poterant Athenae, non Pythagoreorum, ad quos in Italiam nauigauerat, Aegypti quoque ſacerdotes adiit. *de Platone.* Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit Cic. de Orat. 2, 154. Hor. Epiſt. 2, 1, 52 Pythagorea ſomnia. Cic. de Senect. 58 Audiebam Pythagoram, Pythagoreosque incolas paene noſtros, qui eſſent Itali Philoſophi quondam nominati, *etc.*

PYTHAGORĬCVS, a, um. Adi. [Πυθαγορικὸς] *Idem.* Cic. de Diuin. 1, 62 Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba veſcerentur. Pythagorica prudentia Valer. Maxim. 4, 7, 10. Philoſophia Plin. 13, 13.

PYTHAGORISTAE, ārum. m. *Pl. Quomodo a* Pythagoricis *differant, diſputat ſcholiaſtes Theocriti in Eidyll. 14, 5. Vid. Wolff. ad Origen. Philoſophumena p. 45. Breuiter, qui ipſum Pythagoram audierant* Pythagorici, *horum diſcipuli autem* Pythagorei; Pythagoriſtae *denique externi horum aemuli. Vid. Menag. ad Laërt. 8, 38.*

PYTHAGORISSO, āre. Apul. Florid. 2 *extr.* p. 352.

PYTHAVLA, *et* PYTHAVLES, ae. m. [πυθαύλης] *Tibicen, qui in vrbe* Pytho *paeanes in honorem Apollinis Pythii canebat. Hinc translata vox ad illos tibicines, qui in comoediis tragoediiſque canebant.* Varro *apud* Non. 2, 743 Priusquam in Orcheſtra Pithaules inflet tibias, domi ſuae ramices rumpit. Hygin. Fab. 2, 273 His quoque ludis pythaulae, qui Pythia cantauerunt. *Conf.* Diomed. p. 489. Senec. Epiſt. 76. Vopiſc. Carin. 19 *c. not. Salm. qui vbique* Pythaulen *legi vult, nuſquam* Pithaulen *p. 820* ſqq. *Conf. Voſſ. Inſt. Poët. 2 p. 181. Turneb. Adu. 11, 25. Bartholin. de Tib. Vet. p. 412.*

PYTHEVS, *vid.* PITHEVS.

PYTHIAS, ae. m. *Damonis omicus, qui tamen Plutarcho et Iamblicho dicitur Φιvθίας.* Cic. Off. 3, 14. Val. Max. 4, 7, 1 ext. *Vid.* DAMON.

PYTHIS, is. m. *Eximius ſculptor et pictor, quem tamen* a Timagora Chalcidenſe, apud Delphos in picturae certamine, ſuperatum *narrat* Plin. 35, 9. Idem Plin. 36, 5 In ſummo *(inquit)* eſt quadriga marmorea, quam fecit Pythis.

PYTHIVS, i. m. [Πύθιος] *Cognomen Apollinis a* pythone *dracone, quem ipſe in prima inſantia ſagittis interfecit, Iunonis nutu immiſſum, vt fingunt Poëtae. Alii ἀπὸ τοῦ πυνθάνομαι, quod eſt interrogare et conſultare.* Cic. pro Font. 20 Galli Delphos vſque ad Apollinem Pythium profecti ſunt. Hor. Carm. 1, 16, 6 Non adytis quatit Mentem ſacerdotum incola Pythius. Propert. 2, 23, 16 Pythius in longa carmina veſte ſonat. *Conf.* Macrob. Saturn. 1, 17. ¶ 2 *Inde vaticinantes Phoebades*, Pythiae *cognominantur, vt ſcribit Strabo* 9. Cic. de Diuin. 1, 79 Nam terrae vis Pythiam Delphis incitabat, naturae Sibyllam. Lucret. 1, 740

Fundere fata
Sanctius, et multo certa ratione magis, quam
Pythia, quae tripode a Phoebi, lauroque profatur.

PYTHIVS, a, um. Adi. [Πύθιος] Regna Pythia dei intonſi Propert. 3, 13, 52. *i. Apollinis.* Vates Pythia Iuuenal. Sat. 13, 169.

PYTHIA, ōrum. n. *Pl.* [Πύθια] *Ludi Apollinares, qui in Apollinis honorem ſunt inſtituti, ob caedem* pythonis *ſerpentis nocentiſſimi: aut, vt Strabo 9 ſcripſit, hominis ſceleratiſſimi cognomento Draconis.* Ouid. Met. 1, 446 Inſtituit ſacros celebri certamine ludos Pythia perdomitae ſerpentis nomine dictos. Cantare Pythia Hor. de Arte Poët. 414.

PYTHĬCVS, a, um. Adi. Val. Max. 1, 8, 10 Veredica Pythicae diuinationis praecurrit. Verſus Pythici, vel ex oraculis editi Ammian. 29, 1.

PYTHION, i. n. *Bulbi genus.* Plin. 19, 5.

PYTHONION, i. n. *Herba.* Apul. de Herb. c. 4 *et* 14.

PYTHON, ōnis. c. [Πύθων] Serpens, a πυθῶ, quod putredinem ſignificat, quoniam ex putredine terrae poſt diluuium Deucalionis natus ſit. *Vid.* Macrob. Saturn. 1, 17. Claud. Conſ. Hon. 4, 536 Caeruleus tali proſtratus Apolline Python. Tibull. 2, 3, 27 Vbi Delphica Python. Maximus Python Ouid. Met. 1, 438. *Conf.* Lucan. 5, 134.

PYTHONOS COME, es. f. [Πυθῶνος κώμη] *Locus eſt in Aſia, de quo* Plin. 10, 23 ſ. 31 Pythonos comen vocant in Aſia patentibus campis, vbi congregatae inter ſe commurmurant, eamque quae nouiſſima aduenit lacerant, atque ita abeunt.

PYTHONISSA, ae. f. [Πυθώνισσα] *Mulier ſpiritu Pythonico correpta, quam etiam* Tibullus Pythona *appellat:* Delphica, *inquiens,* Python; *tanquam Pythonis vocabulum duobus generibus commune ſit.* Vulg. Interp. 1 Paral. 10, 13.

PYTHONICVS, a, um. Adi. *Magicus.* Tertull. de Anima c. 28 *et* 57.

PYTHOPOLIS, is. f. [Πυθόπολις] *Ciuitas eſt in Myſia* Plin. 5, 32.

PYTISMA, *vid.* PITYSMA.

PYTISO, *vid.* PITISSO.

P Y X

PYXACANTHVS, i. m. [πυξάκανθος] *Frutex eſt ſpinoſus, cubitalibus ramis, foliis buxi, vnde et quaſi Buxea acanthus dicitur.* Plin. 12, 7 Spinam ipſam in Graecia quidam pyxacanthum Chironium vocant. Idem 24, 14 Lycium praeſtantius e ſpina fieri tradunt, quam et pyxacanthon Chironiam vocant. *Vid. Harduin. add.* 24, 13.

PYXIRATES, ae. m. Euphrates fluuius verſus ſcaturigines ſuas, dictus eſt Plin. 5, 34.

PYXIS, idis. f. [πυξὶς] *Graecum nomen, ἀπὸ τοῦ πύξος, quod Latine Buxum ſignificat, vaſculum eſt exiguum, quod primo ex eo ligno fieri coepit. Nam vt docet* Quinctilianus 8, 6 *de Abuſione figura*, Pyxides cuiuscunque materiae, quarum vſus variis rebus eſt accommodatus. Plin. 18, 11 Primori ineſt pyxis ferrea. Apuleius de Aſino 3 p. 138 *Elm.* Arcula quadam recluſa pyxides pluſculas inde depromit. Cic. pro Cael. 61 c. 25 Eodem Licinium eſſe venturum, atque iis veneni pyxidem traditurum. Martial. 9, 38 Et lateas centum condita pyxidibus. Cornea pyxis, *vid.* CORNV. Buxides *in MSS. reperit Cuiac. ad* Paulli Sent. 3, 6. *Conf. Voſſ. Inſt. Or. 4 p. 150.* Aeris Cyprii pyxis Scribon. 9. Buxea 74. Plumbea 80. Plumbi nigri puxis 220. 230. Stannea pyxis 30. Plin. 29, 2. Cluſi in plumbea puxide lepores marini Scribon. 80. Conditum mel pyxide Id. 9. *conf.* Plin. 27, 10. Reponere, Reponi pyxide Scrib. 30. 37. 220. 230. Seruare pyxide 74.

PYXIDICV̆LA, ae. f. Dimin. [πυξίδιον] *In qua aromata continentur.* Celſ. 6, 6, 5 *de Cleonis collyrio. Al.* Pyxidula.

PYXIDĀTVS, a, um. Adi. [πυξιδωτὸς] *Quod ad effigiem pyxidis in commiſſura formatum eſt.* Plin. 31, 6 *pr.* Caeterum a fonte duci fictilibus tubis vtiliſſimum eſt, craſſitudine binûm digitorum; commiſſuris pyxidatis: ita vt ſuperior intret, calce viua ex oleo leuigatis.

PYXINVS, a, um. *Buxeus.* Celſ. 6, 6, 25.

PYXIONOS, i. f. *Herba, al. Ariſtolochia.* Apul. de Herb. c. 19.